



beg. 34









Digitized by the Internet Archive  
in 2015

[https://archive.org/details/b21904418\\_0006](https://archive.org/details/b21904418_0006)











**GLOSSARIUM**  
**MEDIÆ ET INFIMÆ LATINITATIS.**

---

**TOMUS VI.**



SIGLÆ BENEDICTINORUM :

- † Præponitur vocabulis de novo additis.
- ☞ Præponitur explicationibus quibus aut apertius Cangii sententia explanatur, aut emendatur opinio.
- [ ] Includuntur quæ in ipsum textum Cangii inserta sunt.

SIGLÆ NOSTRÆ :

- \* Additamenta CARPENTERII separatim posita.
- [\*] Additamenta CARPENTERII Cangiano textui inserta.
- \*\* Voces novæ quæ in hac editione accesserunt.
- [\*\*] Additamenta Editoris suis locis inserta.  
Iis quæ sunt Adelungii subjectum ADEL.



**GLOSSARIUM**  
**MEDIÆ ET INFIMÆ LATINITATIS**

CONDITUM A CAROLO DUFRESNE

**DOMINO DU CANGE**

CUM SUPPLEMENTIS INTEGRIS

MONACHORUM ORDINIS S. BENEDICTI


**D. P. CARPENTERII**

ADELUNGII, ALIORUM, SUISQUE

DIGESSIT

G. A. L. HENSCHEL.

**Tomus Sextus.**



PARISIIS,

EXCUDEBANT FIRMIN DIDOT FRATRES,

INSTITUTI REGII FRANCIE TYPOGRAPHI.

1846.







---

Emptoribus nostris undetricesimo hoc fasciculo ipse finis Glossarii Cangiani traditur ante tempus ab nobis in Prospectu constitutum. Qui restant fasciculi tres comprehendent :

1° Indicem plenum vocum omnium franco-gallicarum veterum et provincialium quæ in Cangiano opere aucto exponuntur. Adjicientur significationes et copiosa additamenta una cum explicationibus, adeo ut scriptores vetusta et abrogata hodie lingua gallica utentes legentibus pro glossario hic index noster esse possit.

2° Indicem vocabulorum franco-gallicorum hodiernum in usu versantium, quorum origo etymologica in Glossario vel in Additamentis exponitur.

3° Indicem peregrinorum vocabulorum, græcorum puta, anglosaxonicorum, germanicorum, etc., quæ in Glossario vel in Additamentis memorantur.

4° Indicem nova cura exactum manuscriptorum codicum et editionum excusarum, quibus Cangius et qui post eum in Glossario elaborarunt in singulis monumentis sunt usi.

5° Nomenclatorem ad disciplinarum seriem et ordinem descriptum, quo adjuvante antiquitatum studia minore cum difficultate otiique dispendio agi poterunt.

Indicum horum non unum ullum haberi in altera editione Glossarii a Benedictinis facta, notum est : in prima Cangii ipsius pars eorum exstat, hæc modo, ut apparet, amplectentium quæ in illa editione memorantur; alia collecta sunt a Carpenterio in quarto volumine, sed ille ut sua additamenta eniteant potius curavit, quam ut memorabilia omnia sincerus recenseret. Facile igitur vidimus longum nos indices illos denuo condendi laborem effugere non posse. Quare integram lectionem Glossarii in hunc finem institutam quanto fieri potest studio urgemus : ea moram quidem injiciet editioni nostræ, certo tamen emptorum emolumento satis, ut putamus, compensatam. Diutius autem si morari videmur, ita velimus existiment emptores nostri, ipsorum expectatione longiore, velut usuris caput, supplementa illa evasura esse copiosiora et solidiora.

Tres qui edendi supersunt fasciculi auctiore erunt plagularum numero quam ceteri, et abunde sarcient quod deest huic fasciculo 29 paullo tenuiori. Ceterum quum promissemus in octo volumina opus Cangianum distributuros esse, hos fasciculos



undetriginta ubi vidimus posse contineri voluminibus sex, prospectum iri credidimus lectorum commodis si minorem numerum præferremus; quo plura enim comprehensa sunt in uno volumine, eo ad usum habilis est opus quod non legitur continuum, sed evolvitur data occasione.

Præter indices quinque quos recensuimus, volumen septimum, fasciculis 30, 31, 32 componendum, exhibebit Cangii *dissertationem de imperatorum Constantinopolitanorum numismatibus*, ejusdem dissertationes editioni historiarum Joinvillii subjectas, et alia.

Jam speramus fore ut litterati homines agnoscant, omnibus nos quæ in hoc opere præstitum iri promisimus satisfacisse et mediæ ævi rerum studia haud paullum adjuvisse ejus libri, qui præcipuum eorum fundamentum est, editione plena, commodo ordine disposita, quantum fieri potest parvo parabili. Quod ut efficeremus, sumptibus vel maximis non esse parcendum putavimus: vicissim optamus ne deseratur confidentia illa nostra qua seriis studiis necessarium ultro porreximus instrumentum.

# GLOSSARIUM

AD SCRIPTORES

## MEDIÆ ET INFIMÆ LATINITATIS.



S

SAB

SAB



Littera numeralis quæ 7. denotat. Unde versus :

S. vero septenos numeratos significabit.

Seu ut habet Ugutio :

Ebdomadæ specie S. suscipit ordioe septem.

At in Notis numerorum antiquis dicitur littera S. conficere septuaginta. Eidem si recta linea superaddatur, 70. millia significat.

S. in superscriptione cantilenæ, sustum vel sursum scandere, sibilat. Ita Notkerus Balbulus in Opusc. : *Quid singule litteræ significant in superscriptione cantilenæ.* Vide A.

¶ S. pro C. sæpius in MSS. Codicibus præmittitur vocalibus e, i, y; et vicissim C. pro S. ante easdem vocales non raro occurrit.

¶ S. pro H. scriptum\* aliquando monet Eccardus, in Notis ad Pactum Leg. Sal. pag. 15. Hinc Germani *Satte* vel *Sude* dicunt a Saxon. *Hudde*.

¶ S. in R. mutatum legitur in *was* pro *war*, in *virlos* pro *virtor*. Vide eundem Eccard. *ibid.* pag. 47. 48. et Schilter. in Gloss. Teuton.

¶ S. vocibus etiam a consona incipientibus ex crassiore pronuntiatione præfixum, ut pluribus ostendit Claubergius in tractatu de sibilo veterum Germanorum. Exempla præterea proferunt laudati Eccardus pag. 32. 75. et Schilterus.

¶ S. notis arithmetiis postpositum, semissem denotat.

\* Quod gratis dictum videtur; semissem significat hæc litera apud Romanos, quando ponderibus, numismatibusve aut monetis insepulta est. Vide Molinectum in Museo S. Genov. pag. 49.

SA, Persica lingua, *Rex*; quo nomine donantur plerique e Sultanis. Vide Will. Tyrium lib. 3. cap. 1. Reyneccium in Stemmate Persicorum Sultan. in Appendice ad Aitonum, Scaligerum lib. 3. Canonum Isagogic. pag. 315. ult. edit. Seldenum de Tit. honorariis 1. part. cap. 6. § 5. 6. 7. et Henricum Valesium ad Ammian. lib. 19.

¶ SA, interjectio est apud Schilterum in Glossario Teutonico.

SAAL. Andreas Stenonis lib. 5. Legum Scanæ cap. 2 : *Satis liquet omnibus divisionem in tres partes æquales, videlicet in tres tertias faciendam, quarum quolibet ob frequentem usum, specialii nomine, in vulgari nostro Saal. Vide Gorsum.*

\* Quantitas pecuniæ triginta marcas comprehendens. Leg. Danicæ apud Ludewig. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 178 : *Item quæcumque fuerit exeeutor homicidii, habeat de quolibet Saal tres marcas pro executione et labore suo.* Et pag. 183 : *Item statuendum est, quod in quolibet Saal, sit. summa triginta marcarum in prompta pecunia.*

\* SAARI, Hæretici Valdensium sectarii in Constit. Freder. imper. ex Cod. reg. 10197. 2. 2. fol. 20. rº. Vide *Sabatati*.

SABAJA, Cerevisiæ, vel potus species

apud Illyrios. Ammianus lib. 26 : *Cujus e muris probra in cum jaciebantur, et injuriose compellebatur, ut sabajarius. Est autem Sabaja ex ordeo vel frumento in liquorem conversus paupertinus in Illyrico potus.* Vide ibi. Henr. Valesium. S. Hieronymus in Isaia cap. 19. de Zytho : *Genus potionis ex frugibus a quoque confectum, et vulgo in Dalmatiæ Pannoniæque provinciis gentili barbaroque sermone appellatur Sabajum.*

¶ SABAJARIUS. Vide in *Sabaja*.

¶ SABANA. Vide mox in *Sabanum*.

SABANUM, Mappa, vel *facitergium*, Ugutioni et Joanni de Janua. Glossarium Gr. Lat. : Σάβανον, *Sabanum, linteum.* Glossæ MSS. : *Sabanum, linteum villosum.* Lexicon Gr. MS. Reg. cod. 930 : Περιψημν, τὸ Σάβανον τοῦς ἰδρωτάς τοῦ κάμνοντος ἀποψήσεν. Glossæ antiquæ MSS : *Manutergium, ad tergendas manus vocatum, Sabanus autem Græcum est.* Glossæ ad lib. 1. Alexandri Iatrosophiste de Passionibus : *Sabanum, pannus subtilis.* Alibi : *Sabanum, pannus factus de cotone.* Matth. Silvaticus : *Sabanon, Gr. Sabanum, indumentum est, pannus asper abstersorius, scilicet quo homines utuntur in balneis, vel etiam quodlibet linteum ad hoc deputatum.* Denique Papias : *Sabanum, lavamentum.* In MS. *laumentum* : sed legendum *linteamentum.* Vegetius lib. 3. Artis veterinariæ : *Sabanis validioribus abstergatur.* Gregorius M. lib. 3. Dial. cap. 17 : *Vestimentis indutum, et constructum Sabano, superveniente vespere, sepelire nequiverunt.* Ita enim legendum pro *Sabbato* convincit Græ-



cus Paraphrastes, καὶ τῷ σαβάνῳ περιόισαντες. Occurrit passim hæc vox apud Scriptores, eumdem Gregorium lib. 4. Dial. cap. 55. Theodorum Priscianum lib. 2. cap. 9. Victorem lib. 3. de Persecut. Vandal. veterem Interpretem Juvenal. Sat. 14. v. 22. Octavium Horatianum de Rebus medic. pag. 40. 41. 44. 90. Marcellum Empiric. cap. 8. 15. 20. 26. Interpretem Histor. Apollonii Tyrri pag. 9. Aldhelmum de Laude Virgin. Fortunatum in Vita S. Radegundis cap. 9. 17. Baudouiniam in Vita ejusdem Radegundis cap. 11. Rudesindum Episc. Dumiensem in Charta æræ 1016. apud Yopez et tom. 5. pag. 435. 444. Hermmam lib. 3. Pastor. cap. 8. Bonifacium Moguntin. Epist. 10. Guibertum Novig. lib. de Laudibus S. Mariæ cap. 10. et lib. 3. de Vita sua cap. 10. in Notis Tyronis, in Codice Carolino Epist. 27. in Vita S. Paterni Senonensis Mon. cap. 15. Gariopont. lib. 3. cap. 26. 71. Gloss. Lindembrogii in *Lino inciso*, et Cuciacium lib. 9. Observ. cap. 9. etc.

SABANA, in Charta Aldegastrii, filii Sylonis Regis Ovetensis ann. 781. apud Sandovallium, quomodo Hispani *sabanas* etiamnum hac notione usurpant. Vide Sebast. de Cobarrivias in Thesaurio linguæ Castell. [Exposit. ant. Liturg. Gall. apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 98 : *Membra parvuli Sabana, id est candido ac vilati* (villosa) *linteo exterguntur, ne corium ei ledatur.*]

† SABANES, Eadem notione. Vide *Galnabis*.

SAVANUM non semel dixit, Græca scilicet enuntiatione, Apitius lib. 5. cap. 1. 5. 6. lib. 7. cap. 6. [\* Sic emenda: lib. 6. cap. 2. et 8. lib. 7. cap. 6. et lib. 8. cap. 7. Vide Rhodium de Acia pag. 175. 176. et 177. ubi ex hac voce Apicium fuisse Hispanum Carol. Avantiis conjicit.] Argumentum Epistolæ S. Basilii ad Simpliciam apud Lambecium lib. 3. de Bibl. Cæsarea pag. 132 : Ἡ αὐτὴ Σιμπλικία προστάττει εὐνούχους καὶ κερασίους ῥίφναι τὰ σαβανα αὐτῷ ἔξω. Vide Nicolaum Myrepsum sect. 1. cap. 190.

† Varii usus fuit *Sabanum*, ut ex alatis colligitur : quod ut apertius rursus pateat, potiores annotabimus. Ac primo quidem eo utebantur ad suscipiendum infantem de fonte baptismi. Paulus I. PP. in Epist. ad Pippinum : *Attulit Sabanum in quo nostra dulcissima atque amantissima spiritalis filia, sacratissimo lavacro ablata, suscepta est.* In balneo ad abstergendum corpus. Paschas. Radbert. de Corp. et Sang. Dom. apud Marten. tom. 9. Ampliss. Collect. col. 418 : *Thernas cum die quadam ex more fuisset ingressus, invenit quemdam incognitum virum ad suum obsequium preparatum... ut exenti a caloribus Subana præberet.* Eo involvebantur corpora defunctorum : unde Siculi, *b* in *v* mutato, *Iusavonare*, pro sepeire dicunt, ut observant Macri in Hierolex. Vita S. Bibiani Sanctorum. Episc. apud cumd. Marten. tom. 6. ejusd. Collect. col. 768 : *Communem viam omni carni sub funereo exitu cuiusdam necessitas accidit sequi.... Componitur itaque juxta morem Sabano atque sudarii operimento, levatur feretro, etc.*

† SABARIUM, *Atrium templi.* Gloss.

Isidori. Vide *Pastophorium*, et infra *Safarium*.

SABATATI, INSABATATI, Hæretici Valdenses asseclæ et sectarii, dicti, non quod in *Sabbato judæarent*, ut volunt quidam, aut quod nullum Sabbatum observarent, sed solum diem Dominicum, ut Vignerius ann. 1159. et Perrinus : verum ut Prateolus, quod qui inter eos perfectiores erant, signum quoddam in superiore parte sui sotularis, quod *Sabbatum* appellabant, deferre solerent. Huic consentit Ebrardus Bethuniensis contra Valdenses. cap. 25 : *Quidam autem, qui Vullenses se appellant, eo quod in Valle lacrimarum mancant... et etiam Xabatenses, a Xabata potius, quam Christiani a Christo, se volunt appellari Sotulares cruciant, cum membra potius debeant cruciare, calceamenta coronant, caput autem non coronant.* [Constit. Petri I. Reg. Aragon. ann. 1197. in Append. ad Marcam Hispan. col. 1384 : *Valdenses, qui vulgariter dicuntur Sabatati : qui et alio nomine se vocant Pauperes de Lugduno, et omnes alios hæreticos... ab omni regno et potestativo nostro... exire ac fugere districte et irremediabiliter præcipimus.*] Petrus IV. Reg. Arag. in Chron. lib. 3. cap. 16 : *Ecalces del dit drap sens Sabates.* Sacramentum Vicariorum, in Constitutionibus Catalanæ MSS : *Promitto insuper sub religione ejusdem Sacramenti, quod Valdenses sive Sabatatos, et alios hæreticos omnes persequar, etc.* In Concilio Tarraconensi ann. 1242. *Inzabbatati* perpetuo dicuntur, adeo ut hanc Valdensem sectam in Hispania præsertim viguisse par sit credere, quorum hæresis propria fuisse ibi annotatur, quod dicerent *in aliquo casu non esse jurandum, et potestatus Ecclesiasticis vel secularibus, non esse obediendum, et penam corporalem non esse infligendam in aliquo; et similia.* Exstat apud Mariana in Præfat. ad Chronic. Lucae Tudensis Diploma Aldefonsi Regis Aragonum contra *Valdenses et Insabbatatos.* [De iisdem præterea pluribus agit in Doctrina de modo procedendi contra hæreticos, apud Marten. tom. 5. Anecd. col. 1797.] *Insabbati* dicuntur Groppero lib. de Euchar. art. 4. cap. 36. quam appellationem sortiti videntur ab ea calceorum specie, quos nostri *Sabats* vocant, id est, calceis ligneis, quibus potissimum utebantur. De vocis *Sabot* etymo, vide conjecturas Oct. Ferrarii in *Ciabatta*.

\* 1. SABATERIA, *Sabateriorum* ars et opificium, in Stat. sabater. Carcass. ann. 1402. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 557 : *Operatoria Sabateriæ in burgo Carcassonæ, etc.* Vide *Sabaterius*.

\* SABATERIA, Vicus seu regio urbis, ubi *Sabaterii* habitant, vel mercem suam venum exponunt. Lit. admort. ann. 1375. in Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 401 : *Item dictus cardinalis Albanensis emit liij. libras dictæ monetæ et xij. denarios Turon. quas dictus Petrus habebat et habere consueverat sine laudimio, in Sabateria nova Montispessulani.*

\* 2. SABATERIA et SABINA, *Navis.* Genus ligni. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

† SABATERIUS, *Sabbaterius, Sabbatorum* seu calceorum sutor, vel sartor, Gall.

*Cordonnier, Suvetier.* Vide *Sabbatum* 1. *Sabatée*, in Foris Navarræ tit. 28. art. 33. Enumerat. Jur. Comit. Biterr. ann. 1252 : *Leuda cordonariorum, Sabateriorum et merceriarum, etc.* Ita videlicet quod fabri, *Sabaterii, textores, etc.* in Charta ann. 1288. ex Tabul. Episc. Auxil. Transactio inter Abbat. et Monachos Crassenses ann. 1351. ex lib. viridi fol. 53 : *Tenetur habere Sabaterium pro omnibus illis qui recipiunt ab eo vestiarium, qui Sabaterius fuit ad minus cuilibet ipsorum tria paria sotularium.* Tabul. Communi. Massil. : *Oblata supplicatione ex parte Sabateriorum contra blanqueros et conresatores, etc.* Conc. Bitur. ann. 1280. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 191 : *Item sutores sotularium, sive Sabbaterii.* Vide *Curaterius*.

† SABATHERIUS, Eadem notione, in vet. Catalogo MS. Confrater. B. M. Deauratæ Tolos.

† SABATIUS, pro *Sabaterius*, in Statuto Johannis XXII. PP. apud Fanton. Hist. Avenion. tom. 1. pag. 175.

† SABBAS, ut *Sabbatum* 1. Vide *Sabatati*.

† SABBATARIUS LUXUS, apud Sidon. lib. 1. Epist. 2. id est major et uberior, qualis festis diebus solet esse. Vide ibi *Sirmondum* pag. 9. et infra *Sabbatum* 1.

† SABBATIANI, Hæretici, quorum auctor fuit Sabbatius quidam e Judæo Christianus factus ann. circ. 399. Pascha cum Judæis celebrabant. De his mentio est in Cod. Theod. tit. de Hæret. leg. 59. et 65. Vide Niceph. Hist. Eccl. lib. 12. cap. 31. et Stockman. Lex. Hæres.

† SABBATINÆ, Consensus judicum in Parlamento Tolosano die Sabbati pomeridianis horis, ubi sportulæ accipiebantur. Vide Bertrandum de Vir. Jurisperit. cap. 5. num. 6.

† 1. SABBATINUS, Sabbaticus, festivus, quod ab opere vacatur, ad Sabbatum pertinens. Litteræ Johannis Regis Franc. ann. 1351. tom. 2. Ordin. pag. 409 : *Item, ordinaverunt... quod nullus operetur de dicto misterio... in diebus Sabbatinis cum lumine.* Occurrit præterea non semel apud Radulfum Tungrens. proposit. 20. Vide in *Sabbatum* 2.

† SABBATIVUS, Eadem notione, in vet. Catalogo Confratern. B. M. Deauratæ Tolos.

\* 2. SABBATINUS. SABBATINA FORMA. Lib. de Mirabil. Romæ ex Cod. reg. 4188 : *In medio cantari est pinea arca... In quam pineam subterranean fistula subministrabat aquam ex forma Sabbatina, que toto tempore plena præbebat aquam per forumina.*

† SABBATISMUS, SABBATIZARE. Vide infra *Sabbatum* 2.

† 1. SABBATUM, Calceus, *Soulier*, Provincialibus *Sabbato*, Vasconibus *Sabatou*. Statuta Arelat. MSS. art. 167 : *Sabaterii accipiant pro solandis Sabbatis grossis nunciatorum... Arelatis III. den. tantum.* Vide *Sabatati*.

2. SABBATUM, apud Hebræos pro tota Hebdomada, et pro septimo Hebdomadis die sumitur. Euseb. Pamphili in illud : ὅψε σαββάτων. Ἔθες γὰρ ἦν τὴν ὀκτὴν ἡμέραν ἀλλεατον καλεῖν, καὶ πάσαις τὰς ἡμέρας ἀλλεατον ὀνομάζεν. Cum Hebdomadam significat,



in dies dividitur, quorum primus, *Prima Sabbati*; secundus, *secunda Sabbati*, et sic deinceps; septimus denique, *Sabbatum*, ut observatum a S. Hieronymo in Epistola ad Hedibiam, quæst. 4. et S. Augustino in Psalm. 80. Eodem Eusebio in Resurrect. Dom. pag. 477. edit. Combesii, et Hesychio Presb. Hierosolymit. Homil. in Dominicam resurrect. pag. 748. edit. ejusdem Combesii. Sic Cassianus lib. 3. de Cœnob. Institut. cap. 9. *Sextam Sabbati*, lib. 4. cap. 19. *secundam Sabbati*, pro sexta et secunda feria dixit. Quam loquendi formulam usurpavit etiam auctor Vitæ S. Rusticulæ Abbatissæ Arelat. cap. 31.

UNA SABBATI, Dies Dominicus. Glossæ Gr. MSS. in Cod. Regio 2062. : Μίαν σάββατων, τὴν κυριακὴν καλεῖ ὁ ἀπόστολος, S. Augustinus Epist. 86. : *Una Sabbati tunc appellabatur dies, qui nunc Dominicus appellatur, quod in Evangelicis apertius invenitur : nam dies Resurrectionis Domini prima Sabbati a Matthæo, a cæteris autem Una Sabbati dicitur, quem constat eum esse, qui Dominicus postea appellatus est.* Adde Concilium Cabilonense ann. 650. cap. 18. Rabanum lib. de Computo cap. 26. et Durandum lib. 7. Ration. cap. 1. num. 7. etc.

SABBATUM SANCTUM, dicitur illud, quod Pascha præcedit, *tum propter alia plura, tum maxime propter hoc, quod ad suscipiendam tantam luminis claritatem nova Ecclesiæ sacro baptismi fonte sacratur. Hac enim die solenne est juxta veram et angelicam Patrum traditionem fontes benedici, etc.* Rupertus lib. de Divin. Offic. cap. 35. [Gesta S. Conwoionis sæc. 4. Bened. part. 2. pag. 215 : *Receptusque est in monasterio in sancto Sabbato, id est in Ramis-palmarum.* Vita S. Roberti sæc. 6. Bened. part. 2. pag. 211 : *Ad Sabbatum quod Sanctum dicitur vigilia Paschalis festivitatis pervenit.*]

SABBATUM, *requies Domini corporis appellatur, etiam in veteri Missali Gallicano pag. 464. et in Missali Gotthico pag. 324.*

SABBATUM IN ALBIS, Quod præcedit Dominicam primam post Pascha, quia hac die Baptizati in *Sabbato sancto*, deponabant in *Sabbato in albis* albas stolas, seu vestes, quas in baptismo susceperant. Beletus cap. 121. et ex eo Durandus lib. 6. Rat. cap. 81. num. 16. et cap. 95. S. Athanasius Orat. in Sanct. Pascha pag. 545. edit. Combesii : Σήμερον ἀποθύσατε τὴν φορομένην ἐσθῆτα, ἀλλὰ μὴ ἀποθύσατε τὴν κεκοιμημένην σφοκρίδα, etc. Vide *Alba* 4.

SABBATUM MAGNUM, Quod Dominicam Paschæ præcedit. Exstat Amphilochii Episcopi Iconiensis sermo, dictus, τῷ μεγάλῳ Σάββατῳ. Idem dicitur

SABBATUM LUMINUM, in Chronico Orientali pag. 125. quod in eo baptismi fuerit, quos φωτισμοὺς vocant Græci.

SABBATUM 12. LECTIUM. Ita appellatum Sabbatum Quatuor Temporum auctor est Amalarius lib. 2. cap. 1.

¶ SABBATUM in *Traditione Symboli*, Quod Dominicam Palmarum præcedit, in Ritu Ambrosiano : cum Mediolani eo die Catechumenis symbolum addiscendum traderetur, quod alibi in die palmarum dabatur. Vide *Symbolum*.

SABBATUM VACAT, ita dictum Sabbatum

ante Palmas, seu diem Dominicum, qui Pascha præcedit, in Sacramentario Gregoriano, quia proprio officio caret : [propterea quod Papa ipso die occuparetur elemosyna eroganda.] Vide Alcuinum lib. de Divin. Offic. Amalarius lib. 1. de Eccles. Offic. cap. 9. Hugonem a S. Victore lib. 3. Observat. Eccl. cap. 16. [Mabill. Commentar. in Ordin. Roman. pag. LXIV. etc.]

SABBATUM, Quodvis festum; unde *luxum Sabbatum* dixit Sidonius lib. 1. Epist. 2. qui diebus festis potissimum obtinebat. Deus apud Isaiam : *Sabbata vestra odit anima mea.* Quæ quidem ea sunt, quæ Judæi consumebant in luxuriis, et ebrietate, et comestione, ut ait Auctor libri Anticimennon, Bertharius scilicet Abbas Casinensis, qui vixit sub Ludovico Pio, ut est apud Leonem Ostincensem lib. 1. cap. 32. et Petrum Diacon. de Viris illustr. Casin. cap. 12. Isidorus Pelusiotus lib. 3 : Σάββατον πᾶσαν ἐσρτήν καλοῦσιν.

\* Testam. Const. Sancii ann. 1269. tom. 1. Probat. Hist. geneal. domus reg. Portug. pag. 23 : *Item ad unum Sabbatum faciendum mando duas libras.* Vide mox *Sabbatizare*.

\* SABBATUM SABBATORUM, Requies vitæ æternæ. Acta S. Gauger. tom. 2. Aug. pag. 687. col. 1 : *Cum de labore hujus vitæ migraret ad Sabbatum, in hoc quasi quodam terræ matris greniolo non ejus gravarentur sepelire corpusculum, eo usque corruptibiliter dormituro; donec, vocante Domino, resurgat incorruptibile ad Sabbatum sabbatorum.* Vide mox *Sabbatisare*.

¶ SABBATUM, Solstitium dicitur, quia tunc temporis sol immobilis videtur. Chron. Joh. Whehamstedii pag. 405 : *Dum transisset Sabbatum sive solstitium anni istius, descendissetque sol ymius, et ymius, etc.*

SABBATUM, pro Pace. Domesday, tit. *Sudsex.* Terra Willelmi Episcopi de Tetfort. *Bisdes* Hundred. num. 18 : *Postquam Willelmus Rex advenit, et sedebat in Sabbato, et Willelmus Malet fecit suum Castellum de Eja, etc.* ex Spelmano.

SABBATISMUS, Sabbati celebratio apud Judæos. Agobardus de Insolentia Judæor. : *Cum... ne Sabbatismus eorum impediretur, mercata, quæ in Sabbatis solebant fieri, transmutari præceperit.* [Adde S. August. lib. 22. de Civ. Dei cap. 30. et Joh. Abrinc. de Offic. divin. pag. 43. 44.]

\* Gloss. Bibl. ex Cod. reg. : *Sabbatismus dicitur Sabbati observantia vel feriatio, summa requies. Sabbatizare, requiescere vel sabbatum observare.*

SABBATIZARE, Papiæ, *Sabbatum colere*, ab opere vacare, otiosi, feriari : idem enim valet vox *Sabbatum*, quod *Requies*. Joan. de Garlandia in Æquivocis :

Sabbata dicuntur requies, et vita perennis.

Lexicon Gr. MS. Reg. Cod. 930 : Σάββατ, ἐστὶν ἡ ἀνάπαυσις, ἐξ ὅτ τὸ Σάββατον. Aliud Lexicon Græc. MS. Cod. 2062 : Δευτερόπρωτον Σάββατον, ὅταν διπλὴ ἡ ἀργία ᾗ, καὶ τοῦ Σάββατου τοῦ κυρίου, καὶ ἐτέρας ἐσρτῆς διαδεχόμενῃν, Σάββατον γὰρ ἐκάστην ἀργίαν καλοῦσι. Hayto Basileensis Episc. cap. 8. de Die Dominico : *Sabbatum vero operandum a mane usque in vesperam, ne in Judaismo capiantur.* Capitula S. Bonifacii Archiep.

Moguntini cap. 36 : *Admittent Presbyteri diebus dominicis per annum Sabbatizandum.* Unde lib. 6. Capitul. cap. 189. [\*\* 192.] : *Has quidem festivitates annuntient Presbyteri, ut diebus dominicis Sabbatizare, etc.* [Elmham. in Vita Henrici V. Regis Angl. edit. Hearnii cap. 93. pag. 271 : *Nec ab infestatione custodum continua ullo dierum pro obstdionis tempora Sabbatizat.*] Adde Petrum Blesensem Epist. 14. et alios.

\* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Sabbatizare, fere (faire) feste.*

¶ SABBATISARE, dicitur de corporibus quæ in sepulero quiescunt, in Exordio Monast. S. Medardi Tornac. inter Instr. tom. 3. novæ Gall. Christ. col. 66 : *Cujus (Monini) anima in requie sit, cujus ossa in medio ecclesiæ B. Medardi Sabbatisant.*

\* *Sabbat à Juifs*, apud Suessiones appellabatur locus quidam, ubi forte Sabbato celebrando congregabantur Judæi. Charta ann. 1341. in Reg. Caroli Pulc. fol. 190. vº. ex Cam. Comput. Paris. : *Comme il aît esté mandé que la place ou lieu, appelé le Sabbat à Juifs en la ville de Soissons, vous feissiez crier et subhaster, etc.*

SABEA, Lorica. Vide *Zaba*.

¶ SABELINUS. Vide in *Sabelum*.

¶ SABELLIANI, Hæretici post tertium sæculum medium nati, quorum præcipuus error fuit ut unam tantum in SS. Trinitate personam esse dicerent. Vide S. August. Hær. 41. Epiph. hær. 62. Philastrium cap. 54. et infra *Unionite*.

¶ SABELLUM, ὑπόδενον, in Gloss. Lat. Gr. Leg. *Scabellum*. Eadem notione qua *Sabellum*, vide in *Schuba*.

SABELUM, Martes, Gallis *Marte*, mustelæ species, nobili pelle insignis : Anglis, et nostris olim, *Sable*, tametsi martes a sabelo distinguant ferme Scriptores omnes. Alanus Insulanus in Planctu naturæ : *Illic martes et Sabelo semiplenum palliorum pulchritudinem, eorum postulantem subsidia, suarum nobilitate pellium, ad plenum deducebant.* Gervasius Dorobernensis : *Statutum est, quod nullus... utatur vario vel griseo, vel Sabelo, vel scarlato, etc.* Lc Roman de la prise de Hierusalem MS :

Porpres et ciglatons del regne d'Aumarie.  
Vairs, et gris, et ermines, et Sables de Rosie.

Philippus *Mouskes* in Hist. Franc. MS :

Sables, ermins, et vair et gris.

De vocis etymo, vide Dissertat. 1. ad Joinvillan pag. 137. et Henschenium ad Vitam S. Guthlaci num. 17.

SABELINE PELLE : *Sabelines*, in nova Cousuet. Normanniæ art. 603. *Sabelines*, in veteri cap. 17. Rogerus Hovedenes pag. 758 : *Petiit ab Episcopo Lincolnensi singulis annis unum mantellum Juratum de Sabelinis.* Idem, et Bromptonum ann. 1188 : *Statutum fuit in Anglorum gente, ne quis escarleteo, Sabelino, vario, vel griseo... uteretur.* Occurrit in Concilio Londiniensi ann. 1138. cap. 15. in Hist. Ricardi Hagustaldensis pag. 328. apud Will. Neubrigensem lib. 3. cap. 22. etc.

¶ SABELINUM INDUMENTUM, in Statutis antiquis apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1189 : *Sancimus ne clerici vel laici, viri et mulieres infra quinquennium aliquo*



*indumento Sebelino utantur. Pelles Sebelinae*, in Leg. Norman. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 187.

**GEBELLINICA PELLIS**, apud Petrum Damian. lib. 2. Epist. 1: *Non ergo constat Episcopatus in turritis Gebellinorum, transmarinarumve ferarum pileis, non in flammantibus martorum submentalibus rosis, etc.* Lib. 2. Epist. 2: *Et cum domestici murices nostris aspectibus sordent, transmarinorum pelles, qui magno pretio comuntur, oblectant. Ovium itaque simul et agnorum despiciuntur exuviae, Ermelini, Gebelini Martores exquiruntur et vulpes.* Idem lib. 5. Epist. 16: *Hic itaque nitidulus, et semper ornatus... incedebat, ita ut caput ejus nunquam nisi Gebellinica pellis obtegeret.* Almuçiam intelligit, nam de Clerico loquitur.

\* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7679: *Sabellinus, Sabellin, a Sebera regione.*

**ZEBELLINA PELLIS**. Paulus Venetus lib. 3. cap. 47: *Inter parva vero animalia est quedam species apud illos (Tartaros), quae delicatissimas suppeditat pelles, quas vulgo Zebellinas vocant.*

**ZOBELLINA PELLICULA**, apud Arnoldum Lubec. lib. 2. cap. 5.

**SOBOLUS**. Michalo Lithuanus de Moribus Moscovit. Fragm. 2: *Etsi Mosci soli Sobolis altiarumque ferarum genere abundent, tamen vulgo Sobolos pretiosos non fernet: sed missos in Lituaniam, molles mollibus, aurum pro eis auferunt, etc.* Legendum forte *Sablos*. Le Roman de Garin MS:

Vesteut biaux, et pelicons hermins,  
Et afublerent les mantiax Sebelins.

Octavianus de saint Gelais, in Viridario honoris:

Vestus d'habits moult somptueusement,  
Tres bien fourrez de martes Subelins.

**SABER**, *Sabrum, Asperum, nodosum*. Papias, et ex eo Joan. de Janua. Forte pro *Scaber*. Catholicon parvum: *Saber, aspre, sabloneux.*

† **SABES, SEBES, λέπος**. Gloss. Lat. Gr. Legendum suspicantur viri docti, *Sebum, λίπος*. Eadem Gloss.: *Sebrum, λίπος*.

\* **SABINA**. Vide supra *Sabateria* 2.

† **SABIONUM**, ab Ital. *Sabione*, ut infra *Sabulo*. Vide in hac voce.

† **SABLE**, f. Fabae nigrae, ut videtur Bollandistis. Acta S. Francisci de Paula tom. 1. April. pag. 137: *Quod esset dies jejunii, et mare fluctibus agitaretur, et propeera appositae essent Sablae, quia pisces deerant.*

† **SABLERIA**, a Gall. *Sablere*, Tignum, tabulati trabs. Charta ann. 1417. ex Tabul. Sangerm.: *Ad faciendum fieri cathenas et corbeyos de lapidibus talliatis et Sablerias ligneas subtus eorum solivas.*

**SABLO**, Arena, Sabulum, Gallis *Sablon*. [Memoriale Potest. Regiens. ad ann. 1218. apud Murator. tom. 8. col. 1087: *Tantum angeli per Sabloem catervatini contra inimicos pergere videbantur.*] Fortunatus lib. 9. Poem. 15:

Quidquid saxa, Sablo, caeles, argilla tuentur.

S. Aldhelmus de Laude Virg.:

Squalidus ut Sablo spreti sub cespite rurus  
Bractea flaventis depromit fila metalli.

Idem cap. 25:

Et simul in crypta pausant Sablone sepulti.

Ubi male *inscripta*. Et infra cap. 28:

Sic fuit, ut verax fatur sermone Sacerdos,  
Fucere transacto tectum Sablone cadaver.

**Sablonum Glareae**, in Epistola 44. S. Bonifacii Archiepisc. Moguntini. Aldhelmus Abbas Malmesburiensis: *Nec non frustra talenti faenora subterraneis clanculorum obstructa Sablonibus, etc.* Vita S. Guthlaci cap. 30: *Binas flasculas celia impletas... sub quodam palustri Sablone absconderunt.* Epitaphium Hariolfi Abbatis Elwacensis:

Idibus Augusti resolutus, somata plasti  
Commendans urano, sarcea sicque Sablo.

[\*\* *Aggestis de fossato Sablonibus*, in Aldhelm. Gramm. apud Maium. Classic. Auct. tom. 5. pag. 589.]

\* Interdum Locus arenosus, forte et incultus. Charta ann. 1056. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 228: *Richardus etiam Bloet dedit eidem ecclesiae cenobii S. Trinitatis... unam acram terre in Sablone de villa Creacis.*

† **SABLONATUS, Arenosus, sabulo abundans**. Charta ann. 1207. apud Stephanot. tom. 1. Antiquit. Bened. Occitan. MSS. pag. 406: *Tamen si in tempore solutionis in condamina quam habeo... fuerit factum garratum Sapsonatum, vel bladum seniatum, etc.* Ubi leg. existimo *Sablonatum*.

**SABULO**. Gloss. Lat. MS: *Sabulum, arcum, glaream, vel sabulonem*. Gilda Sapiens de Excidio Britanniae: *Mittuntur queruli scissis, ut dicitur, vestibus, operisque Sabulone capitibus, impetrantes a Romanis auxilia, etc.* Charta Ricardi II. Regis Angl. tom. 2. Monast. Anglic. pag. 632: *Et sic per Sabulones versus orientem, etc.* [Charta ann. 1284. in Chartul. S. Vandreg. tom. 2. pag. 1444: *Supra unam peciam terre in Sabulonibus.*] Occurrit non semel apud Palladium seu Anonymum de re architectonica cap. 3. 26. ubi in MSS. legitur *sabulo*.

† **SABLUM**, pro *Sabulum*, ἄμμος, in Gl. Lat. Gr.

† **SABIONUM, SABLONUM**, ut *Sabulo*. Statuta Mont. Regal. fol. 205: *Et quod aliqua persona non debeat tenere pannos, telam, Sabionum, lapides, ligna... super pontes.* Ibid. fol. 226. legitur *Sablonum*. Statuta Astens. cap. 61. fol. 32: *Quilibet de glarea, burburis, et tanagri garavellam et Sablonum possit ducere et duci facere ad suam voluntatem.* Supra habent, *Sabionum*. Tabul. Calense ann. 1206: *Unum obolum de Sablonno de Chieverue.*

† **SABULARIA, SABLONARIA, Arenariae, Gall. Sablonniere**. Charta Mariae de Acignaco ann. 1255. ex Tahul. Bellilicari: *Dedit fratribus Bellilicari usagium in Sabularia sua de Bruas, quae Sabularia sita est, etc.* Charta Balduini Comit. Ghisn. ann. 1200. ex Tabular. S. Bertini: *Endem via satis recta divisione per Septentrionalem partem Sabulonariae, quae est in nemore, dirigitur.*

**SABLONOSUS, Terra sabulosa**, in Fleta lib. 2. cap. 76. § 3.

\* **SABOGA**, Hispanis, Piscis species. Vide supra *Alosa*.

\* **SABONUS**, Sapo, Gall. *Savon; Savelon*, in Pedag. Peron. ex Chartul. 21. Corb. Leudae major. Carcass. MSS.: *Item pro cargua de Sabono duro, xvij. den.* Ubi versio Gall. ann. 1544: *D'une charge de Sabot dur, etc. Savelon sabulum sonat, in Lib. rub. fol. maven. domus publ. Abbavil. art. 47: Que le faisil de leurs forges,.... il mettent es fosses, esuelles on a prins le Savelon*

† **SABRIERIUM**, Condimentum acuti saporis, ni fallor, Gallis *Saupiquet*. Constituit. pro Abbatia S. Pauli Narbon. ann. 1127. inter Instrum. tom. 6. Gall. Christ. novae edit. col. 33: *In omnibus secundis feriis dent illis ova quatuor unicuique clerico pingua cum bono Sabriero.*

† **SABRINUS**, contracte, ni fallor, pro *Saburrinus*, Sabulosus, saburralis. Vita MS. S. Winwaloei: *Cui soli fecunditas suberat; et Sabria actamenta fluvii per plana diffusi. Ubi actamenta idem sonat quod Latinis Acta et Graecis ἀκτή.*

† **SABUCUS**, ἀκτι, εἶδος βοτάνης. ἀκτι, τὸ φυτόν. Gl. Lat. Graec. [\* *Pro Sambucus*.] † **SABULARIA, SABLONOSUS**. Vide *Sabulo*.

† **SABULUM**, γῆ μύκνη, ἀμμόδης, in Gloss. Latino-Græc. Ejusmodi videtur *Sabulum* quod aqua delibutum vini colorem referre poterat, de quo in Vita B. Alcuini sæc. 4. Benedict. part. 1. pag. 157: *Mandavit... provisoribus monasterii, ut tenerent interim ductores vini, quousque coram eis de vasculis, in quibus ipsum vinum adduxerant, in alia maretur: quia aliqui ex eis inde furtive sumentes, in vascula, quatenus plena essent cum ad monasterium pervenerent, Sabulum aque miscuerant.*

**SABURRARE**. Fortunatus in Epist. ad Martinum Episc. Galliciae lib. 5. poem.: *Paradisiaci horti odoramenta Saburrans, etc.* ubi Gloss. MS. i. *spirans, odorans.*

**SABUTA, SAMBUTA, SAMBUCA, Currus**, quo nobiles feminae vehebantur, species: [item *Currus* vel equi ornatus.] Glossæ Isonis Magistri ad Prudentium pag. 824: *Essedum genus vehiculi Gallicani, i. Sambuch, quasi assedum, ab assidendo dictum.* Diarium Thesaurarii Reg. ann. 1299: *Pro Sabutis, loensis, palefridis, et aliis necessariis ad equitandum.* Aliud ann. 1300. M. Febr.: *Pro curribus, chariotis, et Sambutis, etc.*

**SAMBUCA**. Ordericus Vitalis lib. 8. pag. 694: *Mannos et mulas cum Sambucis muliebribus prospexit.* [Formulae Andegav. apud Mabill. tom. 4. Analect. pag. 236: *Cido tibi caballus cum Sambuca et omnia stratura sua, etc.* Constituit. Friederici Reg. Siciliae cap. 92: *Item quod nulla domina sive mulier cujuscumque conditionis existat, audeat portare in equitatura, quam equitaverit, Sambucam, in qua sit aurum, vel argentum sive perla... Quod faldæ Sambucæ ipsius non sint de sanito, vel de pauvo auri... Quod aliquis aurifex sive sutor, sive alius Sambucam, vel fenum facere, vel vendere non præsumat, etc.]*

**SAMBUA**, Rotulus pro expensis coronamenti Reginae apud Senonas ann. 1234: *Die Dom. Ante Ascens. pro Sambutis Reginae redimendis, 22. s. 8. d. Computum Stephani de la Fontaine Argentarii Regis ann. 1352: Partis de la litère et des Sam-*



*buës pour madite Dame. Sic vero clauditur hoc caput : Pour 2. piéces de velluau vermeil des fors 2. piéces de cendal vert des larges, pour quart et demy de drap d'or, et demie aune de camocas d'outremer, pour les Sambuës de madite Dame. Aliud Computum ejusdem Stephani ann. 1350 : Pour 3. Sembuës l'une d'escarlate azurée armoïée de Navarre et d'Evreux, l'autre à arçons azurez semez de perles, etc. Speculum Historiale MS. Joan. Abbatis Laudun. scriptum ann. 1488. lib. 10 : Une autre journée avint que les meschines de la Roïne avoient fait une buée, et avoient mises les napes de l'Hostel du Roy et de la Roïne, et draps, linges, Sambuës, cuevrechefs : et fut la buée estendue ou riës de la Magleleïne pour seicher, etc. [Le Roman de la Rose MS :*

Comme roïne fust vestue,  
Et chevauchast à grand Sambue.]

¶ **SAUBUA.** Comput. ann. 1237. ex Bibl. reg. : Pro VI. Saubuis per Johannem Goudrichum, VIII. l. x. s. Pro capellis de pavonis et ouillieris ad sedendum super Saubuas, XI. l. XIII. s. Le Roman de Garin :

Li palefrois sor coi la dame sist,  
Estoit plus blanc que nule flor de lis,  
Li loreins vault mil sols Parisis,  
Et la Saubue nul plus riche ne vist.

**CAMBUCA**, vel **CAMBUCA**. Vincentius Bellov. lib. 3o. cap. 85. ubi describit ornatum mulierum Tartariæ : *Palefridos equitant magnos et pingues : habentque Cambucas de corio diversis coloribus depicto, cum auro multo inserto, ex utroque equi latere dependentes.*

\* **SABUTIZ**, Sambucus, Gall. *Surreaz*. Charta fundat. abbat. Aquilar. ann. 832. inter Probat. tom. 1. Annal. Premonst. col. 104 : *Invenit unam porcã cum suos filios latitantem super unam ecclesiam, subtus unum arborem Sabutiz.* Vide infra *Saccus*.

¶ **SABUUM**, Sabuletum, arenariæ, Gallis *Sablonniere*. Tabul. Veteris villæ : *Ego Guillelmus Guidonis filius, dedi monachis Veteris-villæ medietatem Sabui mei, quod est juxta Charuel super mare.* Vide in *Sabulo*.

**SACA**, **SACA**, **SACHA**, Muleta judiciaria, vox deducta a Saxonico *saca*, causa, lis, Germanis *Sach*, unde *Sacha* cum aspiratione in Legibus Edwardi Confess. cap. 21. [\*\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 71. sqq.] [Vocabular. Anglic. annorum circ. 400. in Tabul. Becensi : *Saca, estre quite de meslée muë par autre.*] Willel. Thorn in Chronic. pag. 2030 : *Sake, hoc est placitum et emenda de transgressione hominum in Curia domini : quia Sak Anglice, Encheyson Gallice, et Sak dicitur pro forfait.* Eadem pene habet Rastallus. Est autem *Encheyson*, idem quod *occasio*, præstatio, tributum. Vide in hac voce. Leges Edwardi Confess. cap. 22 : *Saca est, quod si quilibet nominatim de aliquo culmniatus fuerit, et ille negaverit, forisfactura probationis vel negationis, si evenerit, sua erit.*

**SACA**, generaliter dicitur cognitio, quam dominus habet in Curia sua de causis et litibus, quæ inter vassallos emergunt, qui eorum ratione, amerciamenta seu mulctas et emendas iis imponendi et ab iis levandi

et colligendi jus habet. Cowello lib. 2. Instit. tit. 2. § 7. est regale privilegium, quo qui gaudet, pœnam actori calumnioso, si-crime alteri objectum non probaverit, aut reo, si vere eum accusari constet, impositam sibi vindicat. Hinc passim *Sacam*, et *Socam*, *thol*, *theam*, et *infangthefe*, habere dicuntur domini feudales, quibus eæ jurisdictiones competunt, in Legibus Edwardi Confess. cap. 21. 28. Willelmi Nothi vernacul. cap. 3. et Henrici I. cap. 20. in Regiam Majestatem lib. 1. cap. 4. 5. 2. in Quoniam attachiamento cap. 100. in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 29. et Chartis Anglicis passim : apud Bractonum lib. 3. tract. 2. cap. 35. § 1. [Hickes. in Thes. ling. Septentr. tom. 1. pag. 159.] etc. Vide infra *Soca*, 4. [\*\* et Phillips. de Jure Anglos. § 26.]

**SACA**. Charta Mathildis Comitissæ ann. 1096. in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 117 : *Ab aquilone contra currente aqua eundo usque ad illam viam, quæ antiquitus per Sacam ibat Gubernulum : per que loca signa arborum et lapidum posita sunt, supra dicta via per Sacam a solis occasu extenditur usque ad jam dictam roverinam, etc.* Vide *Sac*.

**SACABUTA**, Armorum species, quam sic describit Joannes Abbas Laudunensis in Speculo Historiali MS. lib. 10. (ejus historia desinit in ann. 1380.) in Philippo IV : *Li Roux de Fauquemont sceut cette affaire par un espie que il avoit, adonc fit sa gent armer, et il aussi s'arma, et fit faire dales le fer de sa lance un graouet de fer pour les garçons sachier jus de leurs chevaux : et cele lance fut appelée Sacheboute, dont depuis Flamens firent faire plusieurs d'iceux bastons.* Guillelmus Guiart in Philippo Augusto :

A erochez et à Saqueboutes,  
Le trebuech entre leurs routes.

Et anno 1301 :

Par portes et parois routes  
Fichent lances et Saqueboutes,  
Desquels les destriers oient.

\* *Saqueboute*, Gladii genus est, in Lit. remiss. ann. 1472. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 772 : *Un baston, appelé Saqueboute.... Iceului Jacob tira ladite Saqueboute, et quant le suppliant vît qu'elle issoit de son fourreau.*

\* **SACANDRUS**, *Pudendum muliebre*, apud Laur. in Amalth. nec alibi invenitur, ut observat D. Falconet, nisi in enodatione aliquot vocabulorum H. Susannei, ubi : *Clitorium, Sacandarus, pudendum muliebre.*

¶ **SACARIUM**. Vide *Sacorium*.

¶ **SACBORGH**. Vide *Saccabor*.

**SACCA**. Martinus Didacus *Daux* Justitia Aragon. lib. 4. Observantiar. Regni Aragon. tit. de Consortib. § 9 : *De redditibus factis per Curiam, non habet locum Sacca de consuetudine regni.*

\* Hispanis, *Saca* est Extractio, exportatio.

**SACCABOR**, **SACHIBER**, Stanfordio lib. 1. de Placit. Coronæ cap. 21. *Sacaburth* aliis. *Sakeber*, et *Sakebere*, Britonni in Legib. Angl. pag. 22. v. 72. v. Bracton. lib. 3. tract. 2. cap. 32. n. 2 : *Furtum vero*

*manifestum est, ubi latro deprehensus est saisisus de aliquo latrocinio, scilicet Hondhabende, et Bacberende, et insecutus fuerit per aliquem, cujus res illa fuerit, que dicitur Sakaburth, et si sine secta cognoverit, se inde esse latronem coram Vicecomite vel Coronatore Regis, cum testimonio bonorum et proborum hominum, ex tunc furtum deducere non possit, quia tales in hoc habent recordum.* Et cap. 35 : *Sunt enim quidam Barones alii, qui libertatem habent, scilicet Sok, Sak, Thol et Theum : isti possunt judicare in Curia sua, si quis inventus fuerit infra libertatem suam saisisus de aliquo latrocinio manifesto, et insecutus fuerit per Saccabor, quia nisi fuerit in saisiua, licet aliquis sequatur versus eum, sicut versus latronem, non pertinebit ad Curiam, Hundedra, vel Wapentakiacognoscere de hujusmodi furtis, etc.* Eadem habet Fleta lib. 1. cap. 38. § 1. cap. 47. § 5. ubi *Sacborgh* scribitur, de qua voce ita Spelmanus : *Sacaburth* idem significare opinor, quod apud Scotos *Sacreborgh* et *Sikerborgh* : hoc est certum vel securum plegium vel pignus. *Siker* enim *securus* ; *borgh*, *plegius*, vel *pignus*, ac si qui cum re ipsa furtiva fugiens apprehensus sit, suum per hanc reatum tanquam per certissimum pignus prodidisse videatur : vel *Sacaburth* dicitur a *saca*, sive *saca*, i. lis, causa, prosecutio, et *burgh*, pignus, propterea, quod res furtiva sit quasi causæ pignus, hoc est furti symbolum : vel denique *saccabor* dicitur quasi causam ferens, vel prosequens vel litis prosequendæ plegius. Vide *Sikerborgh*.

¶ Huc etiam spectat vox *Sacrabarum* apud eund. Spelmanum ; ubi *implacitari* per *Sacrabarum* significare videtur teneri ad dandum pignus vel plegium de stando juri : *Concedo etiam quod nec Prior nec tenentes sui per aliquam actionem, querelam vel Sacrabarum in curia de Thornton in valle de Pickering, nec alibi ubicunque in com. Ebor. implacitentur, nec aliqua occasione, exactione, vel demanda, per me vel hæredes meos distringentur.*

¶ **SACCAGERE**, a Gall. *Saccager*, Depopulari, vastare, diripere. Consilium Massil. ann. 1376. ex Tabular. ejusd. urbis : *Iniquarum societatum in hanc provinciam discurrentium et rapacibus eorum manibus Saccagentium tyranniter vi armorum, etc.* Vide infra *Saccamane*.

¶ **SACCAGIUM**. Vide infra *Saccare*.

¶ **SACCAGO**. Inventar. ann. 1342. in Tabular. S. Victoris Massil. : *Apud focarium duo inceptianda, unam Saccaginem, etc.* Sed legendum *Sartaqinam*.

¶ **SACCAMANNUM**. Vide *Saccamannum*.

¶ **SACCAMENUM**, Sordidum quoddam amiculum, Gall. *Sac*. Chronic. Petri Azarii apud Murator. tom. 16. col. 394 : *Non cognoverat enim præfatum dominum eo quod vestitus erat de uno Saccameno nigro.* Vide *Saccus* 3.

**SACCARE**, In saccum mittere, et per saccum colare et exprimere : *Insaccare*, in saccum mittere, vel consummare : *Desaccare*, extra saccum ponere. Joan. de Janua. Gloss. Arabico-Lat. : *Sacco, exprimo.* [Gloss. Lat. Græc. : *Sacco, δυνῶ, δυνῶω*, id est, defeco, percolo. Vide *Saccatum*.] Hispani *Sacar* dicunt, quomodo Picardi nostri *Sa-*



quer une épée, pro cnsem de vagina extrahere. [*Sacher son épée*, apud Bellomaner.] Chronicon Flandriæ cap. 1 : *Le vaillant Comte Saqua son épée, etc.* Adde cap. 8. [Le Roman de Rou MS :

Saillir hors et nefz deschargier,  
Aneres jetter, cordes Sachier.

Le Roman de Garin le Loheveus MS. :

Et dit un Rois, por Deu mercy vns pri  
Sachiez moi fors cest quarrius qui m'occi.  
Il li Sacherent, et li eors s'estandit,  
L'arme s'en part que lons sejour n'i fit.]

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 :

*Saccare, Ensâcher.* Nostri opposito sensu *Sacher* et *Sâcher* dixerunt, pro *Tirer*, Extrahere. Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 124 : *Quant en les (ars) Sachoit hors, etc.* Lit. remiss. ann. 1386. in Reg. 137. Chartoph. reg. ch. 38 : *Icellui Jehan Saicha une vieille guisarme qu'il avoit pendue à sa sainture. Saquier l'aue*, Aquam haurire, in Stat. ann. 1355. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 511. art. 13. *Resaquer l'ancre*, pro Ancoram tollere, apud Villehard. paragr. 69. Unde *Sacheur de dens*, Dentium extractor, in aliis Lit. ann. 1402. ex Reg. 157. ch. 356. Alia notione *Sucher, Sucer* et *Saker*, pro Trahere scilicet et exagitare, legitur in Charta commun. Tornac. ann. 1187. ex Cod. reg. 10196. 2. 2. fol. 93. v<sup>o</sup> : *Se aucuns hom boue ou Sake un autre homme par ire et par courouch,.... il payera l'ame de cinquante solz, au boueit et au Sakiet xxiiij. solz.* Ubi Charta Latina tom. 3. Spicil. pag. 552. habet : *Si aliquis aliquem pulsaverit iracunde aut traxerit,.... tracto vel pulsato, etc.* Lit. remiss. ann. 1409. in Reg. 163. ch. 367 : *Iceulx Philippe et Didier tant bouterent et Sacherent l'un l'autre, etc.* Alia ann. 1467. in reg. 195. ch. 43 : *Lesquelz compaignons s'avancerent,.... de tirer et Sacer Jehannin le bouchier, pour prendre et avoir sa bourse.* Unde *Saichement*, vulgo *Tiraillement*, Tractio, in Lit. remiss. ann. 1362. ex Reg. 91. ch. 372 : *Après plusieurs paroles et Saichemens d'une partie et d'autre, ledit Jehun fut par eulx rescoux.*

*SACCAGIUM*, droit de Saquage, in Consuetudine Tervannensi art. 7. quod pro iis speciebus, quæ in saccum mittuntur, pensatur.

In Glossario Juris Gallici definitur Jus quod ex quolibet frumenti sacco competat domio pro mensuratione frumentaria. Vide in *Saccus* 1.

¶ *SACCARIA*, Quantum homo ferre potest in sacco. Conventiones civit. Saonæ ann. 1526 : *Item pro saluata collo, seu mina frumentorum,.... et aliarum victualium similium, que vulgariter appellantur Saccurie, denarios sex.* Vide *Saccarii* et *Saccus* 2.

*SACCARIUM*, σακκάρια, in Gloss. Græc. Lat. [*Portatores Saccorum*, in Vita Eugenii IV. PP. apud Baluz. tom. 7. Miscell. pag. 507.]

\* Gall. *Porte-sac; Sacquiers*, in Consuet. maris : *Sakeurs*, in Lit. remiss. ann. 1394. ex Reg. 146. Chartoph. reg. ch. 395 : *Martin Hemet Sakeur de nefz eu la ville d'Amiens, etc.* Vide infra *Saccophori* 2.

*SACCARIUM portus Romæ*, de quibus est

titulus in Codice Theodosiano 22. lib. 14. qui species aliunde advectas comportant, et saccis gestandis operam suam mercede locant. Ita *Saccarios* habet Ulpianus Lege 4. § 3. D. de contrahenda emptione; et *saccariam fucere* dixit Apuleius lib. 1. Metamorphos.

¶ *Saccards* Divionensibus dicuntur, qui pestis tempore cadaveribus sepeliendis incumbunt, quique hac occasione domos dilapidant : unde ad quosvis nebulones mansit nomenclatura. Vide Glossarium ad Cantica natalitia Burgundica.

*SACCATELLUS*, in Statut. Venetor. lib. 5. cap. 7.

*SACCATI*. Vide *Sacci*.

*SACCATUM*. Isidorus lib. 20. cap. 3. sect. 11 : *Saccatum, liquor est aquæ facti vini admixtus, sacco expressus.* [*Saccatum vinum, per saccum expressum*, in Gloss. MSS. Sangerm. num. 501.] Catholicon parvum : *Saccatum, buset, c'est beuvraige de lie de vin et d'eau coulée parmy un sac.* Scribonius Largus cap. 122 : *Postea vini Falerni non Saccati cyathus adjicitur.* Agobardus Lugdun. de Privileg. et iure Sacerdotii cap. 11. de Sacerdotibus domesticis : *Ita ut plerique inventantur, qui aut ad mensas ministrent, aut Saccata vina misceant, aut canes ducant, aut caballos, quibus femineæ sedent.* [\* Vide infra *Finum saquatium*.]

¶ *SACCATUS*. Vide infra *Scatatus*.

¶ *SACCIBORO*. Vide *Sagibationes*.

*SACCILLARE*, Saccos medicinales affectæ parti apponere. Vox Medicorum. Gariopontus lib. 1. cap. 16 : *Quod si surditas fuerit sine ullo dolore, maxime Saccellentur* (aures.) Ibid. : *Quibus cura adhibetur; ex fursure in vino calido cocto Saccellamus, etc.* Cap. 17 : *Si dolor dentium fuerit sine ulla commotione vel putredine, ex Saccello salis tosti regionem doloris extra vaporamus.* Adde cap. 23. lib. 2. cap. 1. 13. 20. 30. 62. lib. 3. cap. 1. 25. 61. etc. Hinc

¶ *SACCELLATIO*, Saccellorum impositio, apud Veget. lib. 2. cap. 11 : *Saccellationibus caput vaporare.*

¶ *SACCCELLARIUS*. Vide in *Saccus* 4.

¶ *SACCCELLUM*. Vide in *Saccus* 4. et *Sacellum*.

¶ *SACCCELLUS*, Sacculus, Gall. *Sachet*. Fragm. ex libris Herbulari inter opera S. Bernardi tom. 2. col. 1225 : *Possidebat nihilominus et Saccellum parvissimum collo vel renibus appensum quo suprudictas alimonias inferebat.*

\* *Ung Saquelet de toile*, in Lit. remiss. ann. 1447. ex Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 566. *Ly Saquaulx d'espices, j. den.* in Pedag. Bappal. ex Chartul. 21. Corb.

¶ *SACCHI*, pro *Scachi*, in Statutis Verceil. lib. 1. fol. 6. v<sup>o</sup>. Vide *Scaci*.

*SACCI*, *SACCINI*, *SACCITÆ*, *SACCATI*, ita appellati Monachi quidam, quod *Saccis* pro veste uterentur, qui de *Pœnitentia Jesu Christi, vel de Saccis*, dicuntur in Bulla Joannis ann. 1319. apud Cognatum lib. 4. Hist. Tornac. cap. 22. [*Freres aus sacs*, in Chronic. Franciæ vernaculo MS. ad ann. 1273. Provincialibus, *Freres Ensacqués.*] *Fratrum Saccorum Parisiensium* mentio est in Testamentis S. Ludovici Regis Fr. ann. 1269. et Philippi Regis ann. 1284. et in Charta ejusdem Philippi apud Doubletum

in Hist. Sandionysiana lib. 3. cap. 18. *Senonensium*, in Charta ann. 1266. in Regesto 30. Tabularii Regii ch. 367. *Viridunensium*, in Bulla Bonifacii VIII. PP. ann. 1301. apud Waddingum; *Andegavensium*, in Gestis Guillelmi Majoris Episc. Andegav. cap. 3. [apud Acher. tom. 10. Spicil. pag. 250. ubi leg. *Saccini*.] *Massiliensium*, apud Guesnaum in Annalibus Massil. pag. 195. 590. [et Ruffium Hist. Massil. 2. edit. tom. 2. pag. 108. et 373. *Aquensium*, apud Pitton. Annal. Eccl. Aquens. pag. 163.] *Rotomagensium*, in Charta Philippi Pulchri Reg. Franc. ann. 1309. quo eorum Monasterium Eremitis Augustinianis concessit, in 2. Regesto ejusdem Reg. ch. 38. ex Tabulario regio : *Tornacensium*, apud Cognatum loco laudato. [*Bruxellensium*, in Bulla Pii II. PP. ann. 1458. apud Miræum tom. 1. pag. 231.] In Angliam hunc *Saccorum* Ordinem transiisse sub ann. 1257. scribit Matthæus Paris : *Eodem tempore novus ordo apparuit Londini : de quibus fratribus ignotis et non previsis, qui quia saccis incedebant induti, Fratres Saccati vocabantur.* [\* Notit. ann. 8. Edw. II. (1315.) Civit. Cantuar. rot. 114 : *Domus,.... quæ quondam fuerunt fratrum de penitencia, quia dicebantur fratres de Saccis.*] Horum tandem Ordo in Concilio Lugdunensi ann. 1275. proscriptus. Tho. Walsinghamus : *Aliquos status de Ordinibus mendicantium approbavit,.... aliquos reprobovit, ut Saccinos, qui intulitulum de Pœnitentia, sive de Valle viridi. Saccitas hoc loco vocat Chronicon sancti Martialis ann. 1274. ut et Chronicon Colnariense 1. part. ann. 1279. Saccinos idem Chronicon Colmar. ann. 1274. Sororum denique de Sacco meminit Raymundus de Capua in Vita S. Agnetis de Montepolitano num. 7. atque, ita appellatas propter Scapulare, quod ex humilitate de sachino panno ferebant, seu saccino, id est, ex quo sacci confici solent. *Sacs*, et *Sachez*, nostris dictos ejusmodi Monachos docet Guillelmus de Villanova :*

Du pain aux Saes, pain aus Barrez,  
Aus pauvres prisons enserez,  
A eels du Val des Escoliers,  
Les Filles Dieu sevent bien dire,  
Du pain por Dieu vostre Sire.

Guill. *Guart* in S. Ludovico :

Et mist les Sachez en leur ordre,  
Dont puis perdirent les dessaisines,  
Aveugles, Filles Dieu, Beguines.

\* *Sachetez* nuncupantur in Chartul. Thesaur. S. Germ. Prat. fol. 9. r<sup>o</sup>.

¶ *SACCIA*, σάκκος, in Gloss. Lat. Græc. ¶ *SACCIBUCCIS*, Bucculentus. Arnobius lib. 3. pag. 108 : *Buccurum cumulatione Saccibucces.*

¶ *SACCINEUS*, saccos spectans. Vide *Saccus* 3.

¶ *SACCINUS*. Vide infra *Socinus*.

*SACCIPERIUM*, Pera Pastoralis : Pera in modum sacci, vel saccus in modum peræ. Acta S. Marcelli PP. lib. 1. num. 13 : *Ubi pugnaturus, non Sacciperium cum David desert, sed patientia obarnatus, etc.* Nonio Marcello, et Plauto in Rudente : *Sacciperium est major crumena, et minoris marsupii receptaculum.* Vide S. Fulgentium Homil. 73.

*SACCITÆ*. Vide *Sacci*.



† 1. **SACCO**, Saccus, crumena. Cencii Ordo Roman. cap. 43: *Pro implendo domini Papæ Saccone debet habere xviii. Proves.* Occurrit rursus cap. 47. Vide in *Succus* 4.

2. **SACCO**, [ut infra *Saccus*, culcitra straminea, vulgo, *Paillasse*.] Vide *Fisco*, et *Laneus*.

\* 3. **SACCO**, Pulvinus, ut videtur. Canonizat. S. Ludov. episc. Tolos. in Reg. Joan. PP. XXII. fol. 5. v. col. 1: *Monialis quædam, quæ.... nisi alieno adiutorio delecto non poterat se movere, portata sibi pedali seu Saccone quodam, qui sancti hujus dicebatur fuisse, ac sibi applicato ad carnem, sana et incolumis est effecta.* Vide mox *Sacconus*.

† **SACCOMA** DOTIS, JC. dicitur donatio quæ uxori a marito fit in compensationem dotis ab ea acceptæ, a voce *Sacom*, Græc. *σάκωμα*, quæ æquipoſitum notat.

† **SACCOMANARE**, SACCOMANNARE, Italis est Depopulari, vastare, diripere, Gall. *Saccager*. Vide *Saccagere*. Chron. Andr. Danduli apud Murator. tom. 12. col. 481: *Volebant et jam inceperant Saccomanare civitatem.* Occurrit rursus ibid. col. 445. Chron. Petri Azarii ad ann. 1351. apud eund. Murator. tom. 16. col. 328: *Una nocte pernoctaverunt, multas pulchras domos et palatia cum adificiis Saccomannando et comburendo.* Adde col. 353. Hinc

\* **SACCOMANNI**, lidem qui *Ribaldi*, prædatores qui, quoties occasio ferebat, ad prædam, saccum deferendo, convolvabant. Ita Muratorius, quem consulens tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 528. et 529. Oliver. *Mailard* in serm. de S. Georgio fol. 53. v.º: *Miles fuit (S. Georgius) dotatus laudabilibus conditionibus militum, non autem depravatus vitiiis Saccomanorum.* Eiusmodi sunt milites, quos *Saquemens* vocat Hist. abbrev. Caroli VII. pag. 340: *L'évesque de Liege avec grosse armée se mit aux champs, pour délivrer son pays d'aucuns Saquemens, qui le gastoient.* Vide *Sacommanare*.

† **SACCOMANNUM**, SACCOMANUM, Depopulatio, expulatio, Gall. *Saccagement*. Chron. 2on ejusd. Azarii col. 348: *Nec de Saccomanno, tamquam nobilissimus stirpe, curabat.* Chronic. Astense. apud eund. Murator. tom. 11. col. 279: *Et ipsam (Placentiam)... vi acceperunt (Mediolanenses) post obsidionem 32. dierum, et ut asseritur ipsam ad Saccomannum posuerunt.* Chron. Foroliv. apud eundem tom. 19. col. 894: *Deinde ierunt versus Pisaurum et quatuor castra posuerunt ad depradationem seu ad Saccomannum.* Vide *Saccum*.

† **SACCOMANNUM**, Eadem notione, nisi etiam legendum est *Sacomannum*, in Appellatione Cardinalium ann. 1408. apud Marten. tom. 2. Anecd. col. 1396: *Item, quia domum præfati dom. Cardinalis postea pergentes, sanctitatis vestræ ultra omnem modestium, posita fuit ul Saccomannum in Luca.*

**SACCONALIA**. Charta Conradi Imper. ann. 1027. apud Ughellum in Episcopis Fesulanis: *Cum omnibus suis pertinentibus, curtis vedelicet, titulis, castellis, villis, terris cultis et incultis, Sacconalibus, aquis,*

*aquarumque decursibus, etc. Forte ac canalicibus.* [Vide *Sacharia*.]

\* Haud scio an non melius legeretur *Sactionalia*. Vide in hac voce.

\* **SACCONUS**, Italis *Saccone*, Culcitra stramentitia, vel Pulvinus. Constit. MSS. Caroli reg. Sicil.: *Lectus intelligatur maturatum vel Sacconus vel culcitra; quod, qui vel quæ habeat linteamina vel cultram.* Vide supra *Sacco* 3.

**SACCOPHORI**, Hæretici, Manichæorum assectæ, de quibus in Cod. Th. leg. 7. 9. 11. de Hæreticis (16,5.), sic dicti forte, quod *saccis* pro veste uterentur. Horum meminit S. Basilus in Epist. ad Amphilocho. cap. 47. et Balsamon ad eandem Epist. cap. 72. [Eo nomine potissimum designati *Messaliani* qui singularem sanctitatem affectantes saccis induebantur. Vide Stockmanni Lex. Hæres.]

\* Acta capitul. eccl. S. Petri Insul. ann. 1555. ex Tabul. ejusd.: *Super requesta per Saccophoros hujus oppidi dicta die 15. Nov. in scriptis porrecta, etc. In quo libello infra dicuntur Porteurs au sac.*

† **SACCOPHORI**, lidem qui supra *Saccarii portus Romæ*. Vide *Saccarii*.

† **SACCULARII**, Ulpiano lib. 9. de Offic. Procons. dicuntur *qui vetitas in sacco artes excrecentes, partem subducunt, partem subtrahunt.* Gloss. Latino-Græc.: *Saccularii, ῥαδικαργαί: ῥαδικαργαί* legit Martinus ex Gloss. Græc. Lat.: *ῤαδικαργός*, falsarius. Vide Cujac. lib. 10. Observat. cap. 27. et Struvium Exercit. 48. cap. 80. *Saccularius* interdum nuncupatus *Sacculi* seu fisci custos, idem proinde qui *Sucellarius* infra in *Saccus* 4.

\* **SACCULI**. Annal. Victor. MSS. ad ann. 1215: *Ibi (in Concilio Lateranensi) fuit etiam confirmatus ordo fratrum de Valle scolarium nuper fundatus apud Lingons, ordo etiam fratrum de Monte Carmeli, qui prius dicebantur Sacculi, et habitus eorum mutatus.* Vide *Sacu*.

† **SACCULUM**, SACCULUS. Vide *Saccus* 1. 2. et 4.

\* **SACCULUS**. Gesta quarundam Sororum ord. Prædic. ex Cod. reg. 5642. fol. 34. rº: *Prædones deprædantes dictam (domum) et cum Sacculis ardentibus quærentes eundem (dominum) in domo propria, etc. Ubi legendum arbitrator Faculis ardentibus.*

† **SACCUM**, Italis *Sacco*, Gall. *Sac*, eadem notione qua *Sacomannum*. Acta S. Venantii tom. 7. Maii pag. 805: *Post desolatam urbem Camerinam per Manfredum Sicanie Regem... gentilis primus Varonius, Sacco sibi donato ab Alexandro IV. Pontifice, urbem Camerinam instaurat ann. 1260.*

1. **SACCUS**. *Sacci, Sacculi*, in ministeriis Ecclesiasticis recensentur. Ordo Romanus de Pontifice ex Secretario ad altare procedente: *Acolyti autem, qui inde fuerint, observant, ut portent chrisma ante Pontificem, Evangelium, sindones, et Sacculos, et aquammanus post eum.* Infra: *Post expletum, Agnus Dei: et accedentes Subdiaconi sequentes cum Acolytis, qui Saccula portant a dextris et a sinistris altaris, extendentibus Acolytis brachia cum Sacculis, Subdiaconi sequentes stant a fronte, ut parent sinus Sacculorum Archidiacono, ad ponendas oblationes, prius a dextris, deinde a sinistris.*

Mox enarrat ut eæ oblationes ab Acolytis confringantur, et ex iis populus communicet. [Vide *Mabill*. Commentar. in Ordinem Roman. pag. LIV. LV. et cv.]

**SACCULUS** ad reponenda corporalia, in Charta ann. 1197. apud Ughellum tom. 7. pag. 1275.

**SACCORUM** CONSUETUDO, seu Præstatio saccorum ad frumentum dominorum adducendum. Tabularium Ecclesiæ Carnotensis ann. 1207. ch. 91: *Excepta una mina avenæ, pro submitione Saccorum faciendâ.* Charta Hugonis Decani Altissiodorens. ann. 1280. Tabular. Eccl. Altis. fol. 249: *Consuetudinem de saccis tradendis ad dictum bladum adducendum... remittimus.* Nescio, an aliud fuerit, *saccagium*, seu le droit de saccage, quod ad Episcopum Morinensem pertinere dicitur in Consuetudine Tarvanensi art. 7. [Aliam notionem profert supra in *Saccare*.]

† **SACCUS CUM BROCHIA**, Servitii species debiti a tenentibus domino, cum in exercitum proficiscitur. Vide *Brochia*, et infra in *Sagma*.

\* *Nostris Faire le sac à une fille* dixerunt, pro Puellam liberiori impudentique joco, lecti linteo quasi sacco involvere. Lit. remiss. ann. 1375. in Reg. 107. Chartoph. reg. ch. 209: *Iceulli Fenin ala au lit de ladite fille, et le l'un des draps dudit lit y fist le Sac, dont grans paroles furent par ladite ville.... Girart dit audit Fenin, Laissez-moi en paix, mieulx te vauisist deporter de moi plus dire villenie... et aussi de fréquenter avec la fille de Guibert mou comperre contre sa volenté; à laquelle fille tu as fait le Sac en sou lit et la deshonores, dont tu fais mal et pechié.*

\* **SACCOS** AD SUBMERGENDUM habere, majoribus justitiariis tantum competit. Privil. civit. Cature. ann. 1344. in Reg. 68. Chartoph. reg. ch. 312: *Habent (consules) publice compedes ligneos et ferreos, et archam ad incarcerationum maleficos, et Saccos ad submergendum, et construunt, mutant et reparant spilorium et furchas patibulares.* Vide *Submergium*.

2. **SACCUS**, Ponderis lanarii species. Constat autem 28. petris, *petra* vero 12. libris et dimidia, in Fleta lib. 2. cap. 12. § 1. cap. 79. § 10. At *Spelmanus* ait, *saccum laneæ* apud Anglos continere 26. petras: *petram* libras 14. ex 1. Statuto Edw. III. cap. 21. Aliter denique *Regestum Peagiorum Parisiens.*: *Le Sac de laine d'Angleterre doit peser 39. pierres, et s'il pesoit moins, le vendeur devoit restorer à l'acheteur le moins.* Ita in Anglia diversimode acceptum hoc pondus. *Skenæus* ad Statuta Davidis II. Regis Scotiæ cap. 39. ait, apud Scotos *Saccum laneæ* 24. petras, *petram* vero 16. pondo Turonensi continere. Vide *Guill. Prynneum* in *Libertatibus Eccl. Angl.* tom. 3. pag. 185.

† **SACHUS**, Eadem notione, in Epist. Simonis Buchanigræ Ducis Januens. ann. 1358. ex Tabular. Massil.: *Quidam super una buncha derrobuit de Sachis sex lanæ, etc.*

† **SACCUS SALSIS**. *Le sel se met aucunes fois en sacz, et contient chacun sac, les ungs un quintal de grenier, les autres trois*



quartes, in Charta ann. 1445. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 90. col. 2.

¶ SACULLUM VINI, Vas vinarium, seu potius mensuræ vinariæ species. Charta ann. 1266. ex Chartul. S. Vandreg. tom. 2. pag. 1411: *Vendidinus... viris religiosus dom. abbati et conventui S. Vandregisilli quoddam Sacculum vini, seu totum vinum quod percipiebamus... in clauso sive in pressorio dictorum religiosorum ratione servicij nostri feodati, et omne illud quod poteramus petere seu exigere ab ipsis ratione dicti Sacculi, sive ratione dicti vini in tempore vindemiarum, pro decem libi. Paris.* In Glossis Lat. Græc. *Saccus vinarius*, ὄλιστρον, est colum seu saccus per quem vinum expurgatur. Vide *Saccare*.

\* Dubito an huc spectet vox Gallica *Sac* inter Jura buticularii, in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Pater* fol. 155. vº. col. 2: *Celui qui les va querre (les lies) et les prend ou nom da bouteiller, il convient qu'il apporte ou celier son Sac et sa jalle.* Vide in *Saccus* 2.

3. SACCCUS, inter vestes regias recensetur in Ordine ad consecrandum Regem Franciæ: *Item caligis sericis et jacinthis intextis per totum liliis aureis et tunica ejusdem coloris et operis, in modum tunictis, quo iudicantur Subdiaconi ad Missam, nec non et Sacco prorsus ejusdem coloris et operis, qui est factus in modum cappæ sericæ absque caperone.* Ubi Renatus Benedictus vertit, *un sac, ou manteau, etc.*

¶ Saccus eo loci idem quod nostris olim *Sercoit*, ut perspicuum fit ex vernacula Ordinat. eadem de re in Cod. MS. Sangerman. fol. 15: *Item les chaucés de soie de couleur de violette brodées ou tissés de fleur de Lys d'or, et la cote de celle couleur et de cel euvre meismes faite en manere de tunique dont les sondiacres sont vestus à la Messe, et oveques ce le Sercoit qui doit estre du tout en tout de celle meismes couleur et de celle meismes euvre, et si est fait à bien près en manere d'une chappe de soie sans chaperon.*

Σάκκον etiam seu *Saccum* induebant Imperatores Constantinopolitani, ut est apud Codinum de Offic. cap. 6. n. 35: Ὅτε γούδ ὁ βασιλεὺς τὸ σέμα φορεῖ, ἔθερόν τε ἔθδυμα εὐσορεῖ, εἰ μὴ τὸν σάκκον καὶ τὸ δικάδρυμα. Ubi Goarus: *Talaris tunica ex villosa serico totum corpus obtegens, nullisque sinuum undis circa illud ludens, aut mota, verum nonnihil angusta, liberus, ut videtur, incensus non permittens, ac denique Sacci figuram referens, Saccus est.* Quibus verbis innuit, eas vestes, quibus Theodorus Lascaris, Michael Palæologus, alique Imperatores vulgo effinguntur in edit. Nicephori Gregore Wolphiana, Willharduini edit. Lugdun. Rhamnusii Hist. CP. et alibi passim. [Vide Gloss. med. Græcit. col. 1323. in Σάκκος.]

Fuit etiam *Saccus* apud Græcos vestis Patriarcharum, vel Episcoporum de qua Phranzes lib. 3. cap. 23. Hist. Polit. pag. 20. et alii a Meursio laudati Scriptores. [Hæc vestis tanti apud Græcos æstinatur, ut singulis annis ter tantum a majoribus Episcopis deferri licitum sit, et ideo purpureum esse non possit. Vide Gloss. mediæ Græc. in Σάκκος, et Marcam de Concor. sac. et imp. pag. 808.]

SACCUS, vulgo inter Monachicas vestes recensetur, diciturque fuisse sordidum quoddam amiculum, quod cæteris vestimentis superaddabatur: in quo a cilicio differebat, seu tunica, e pilis caprinis texta, quæ carni nudæ adhærebat. *Saccinea tunica*, apud S. Hieronymum in Vita S. Hilarionis cap. 38. Alibi *Saccum* vocat S. Augustin. in Psal. 29. enarat. 2: *Saccus de capris conficitur et hædis.* Basilius M. Ep. 120. apud Hoeschellium ad Vitam S. Antonii: Σάκκω δὲ τραχεῖ τὸ σῶμα σου διανύπτων, καὶ ζώνῃ σκληρῇ τὴν ὀσφύ σου παρασφίγγων, καρτερικῶς τὰ ὄσα σου διέβλητες. Gregorius Decapollita de Miracul. S. Gregorii num. 47. de Saraceno, qui Monachum induerat: Καὶ ἐξεδύθη τὰ τῆς βασιλείας χόρσεα ἱμάτια, καὶ ἐνεδύθη τινὰ πενήτην σάκκον τρίχυνον, etc. Et n. 49: Ἐνδεδυμένος τὰ δυσώδη τρίχυνα, etc. Vide Soeratem lib. 7. cap. 22. *Cingulum saccuum*, apud S. Hieronym. Epist. 22. cap. 12. ex eodem panno, quo sacci fiebant. [Vide Gloss. med. Græcit. in Σάκκος.]

SACCUS, pro eo lecti instrumento, quod *Paillasse* vocamus. Regula Ordinis Canonicorum S. Marci de Mantua in Regesto Alexandri IV. PP. anni 7. Epist. 24. ex Bibl. Regia: *Sufficiat autem cuique unus Saccus et unum capitale de plumis, quod duorum pedum longitudinem non excedat.* [Charta ann. 1267. in Chartul. Domus Dei Pontisar: *Debet unum sextarium avenæ, ... et culcitram et Saccum et duas corvatas in anno.*] Vide *Fisco*.

4. SACCCUS, FISCUS, thesaurus. Augustinus in Psalmum 146. et ex eo Isidor. lib. 20. cap. 9: *Fiscus, Saccus est publicus.* Charta Rogerii Regis Siciliæ apud Constant. lib. 4. Hist. Siculæ pag. 187: *Sed si ex commissis per eos aliquid regio competat Sacco, etc.*

SACCULUS, Eadem notione. Arnobius in Psalm. 118: *Nummus non est in Sacculo, vestimentum in conditis non est, etc.* Μιναρσιόν σάκκῳ ἐνεία, apud Scylitzem pag. 545. Gregorius M. lib. 1. Epist. 42: *Quia nos Sacculum Ecclesiæ ex lucris turpibus nolumus inquinari.* [Huc etiam spectant quæ de Johanne Gorziensi leguntur apud Mabil. tom. 3. Annal. pag. 418: *Illud semper cavet, ne Sacculus monasterii qualibet unquam doli vel miserorum fraude vel calamitate contaminaretur.*] Charta Longob. in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 12: *Quia suscepti in presentia testium ego Rotharic Abbas a vobis Auselperga Abbatisa ex Sacculo ipsius Monasterii per Missa vestro in auro solidos novos pretestatos ac coloratos numero 44. finitum pretium, etc.*

SACCULUM et SACCELLUM, Eodem etiam significatu. Corippus lib. 4. vers. 334:

Gratior Augusti servans pia gaze Sacelli.

Gregorius M. lib. 12. Epist. 27: *Et quia easdem Chartas emere paratus est, et dixi, non valde necesse est, ut ex ne aliquid serenissimis Principibus dicatur; sed magis ex se agat Dilectio tua, quatenus oblati in Sacella consuetudinibus honores mereatur accipere.* Anastasius Bibl. in Vita S. Joannis Eleemosyn. num. 18: *Quæ deferuntur tibi pecuniæ, da eas Imperio, da eas in publicum Saccellum.* Charta Childeberti Reg.

pro Monasterio S. Sergii Andegav.: *Nisi quod inferendam ipsam idem Abbas... annis singulis in Saccellum publicum reddere deberet.* Charta Theodorici Regis Franc. in Actis Episcoporum. Cenoman. pag. 186: *Et illos alios 200. auro pagens... vel qui ipsam Ecclesiam sperare videntur, reddebatur, et in Saccello publico fuit consuetudo reddendi, etc.* Adde pag. 217. *Sacellum Regis*, pro *fiscus*, in Concilio Metensi ann. 753. cap. 3. 4. et in Capitul. Caroli M. lib. 5. cap. 11. 15. Charta ejusdem Caroli M. apud Sammarthanos in Episcopis Cabilonensibus: *Si quis autem... violare presumpserit, solidorum sexcentorum munere se cognoscat culpabilem, ita ut duas partes in archivum ipsius Monasterii reddat, et tertia parte ad fiscum nostro Sacello multam componat.* Rogerus Hovedenus pag. 704: *Theaurum quoque Regis exinaniverat prorsus, ut in omnibus Scriinis vel sacellis nihil præter claves, de toto isto biennio posset inveniri.*

\* SACCCUS, Crumena, marsupium. Arest. scac. Paschæ ann. 1286. in Reg. S. Just. ex Cam. Comput. Paris. fol. 40. rº. col. 2: *Quicumque de parentela vendentis, hujus hereditatem retrahere voluerit, infra quadraginta dies a publicatione hujus numerandos veniens cum Sacco paratus audietur.* Id est, cum pecunia ad redemptionem necessaria.

SACCELLUM, est Crumena. Gloss. Græc. Lat.: Βαλκωνίδιον, *Sacellum*. Glossæ S. Benedicti cap. de vestimentis: *Sacellum, μαρσούπιον.* Paulus lib. 2. Sentent. : *Si Sacellum vel argentum deposuero, et is, pence quem depositum fuit me invito contrectavit, etc.* Acta purgationis Cæciliani: *Confitere, quod folles dedit Victor, ut Presbyter fieret. Custos dixit: Obtulit, domine, Sacellum, et quod habuerit, nescio.*

SACCELLARIUS, Sacelli, seu fisci custos. Gloss. Gr. Lat.: Βαλκωνιοφύλαξ, *Sacellarius*. Scholiastes Gregorii Nazianz. Orat. 1. in Julian. : Σακελλιον, Ῥωμαικὴ λέξις ἐστὶ, φυλακὴ τῶν χρημάτων σημαίνουσα, ἔθεν καὶ Σακελλάριον καλεῖται τὸν ταμίαν καὶ φύλακα τῶν χρημάτων.

\* Tract. de Nomin. judic. ad calcem Ord. Rom. ex Cod. reg. 4788: *Saccellarius debet habere curam monasteriorum, ancillarum Dei et in festivitibus debet introducere ante impetorem.* Vide *Sacella sacra*. Lib. de Mirabil. Romæ ibid. : *Qualiter milites accipiebant a senatu donativa sua per Saccellarium, qui administrabat hoc.* Male *Saccellarius* editum apud Montemfalc. in Diar. Ital. pag. 290.

¶ SACCELLARIUS PAUPERUM, Qui *Sacellum* seu marsupium deferret, unde pauperibus eleemosynam erogat. Vita S. Ramuoldi sæc. 6. Bened. part. 1. pag. 13: *Ipse vero marsupium secum portans, unde propriis manibus nummos et obolos egenis et peregrinis tempore opportuno erogaret, Saccellarius eorum appellari et esse non erubuit.* [\* Arnoldus de S. Emmer. lib. 2. cap. 16.]

Habuisse Imperatores Constantinopolitanos *Saccellarios* suos, docet Theophanes anno 25. Heraclii, et in Justiniano, cui βασιλικὴ Σακελλάρια dicuntur. Gregorius M. lib. 4. Epist. 34. ad Constantinum Augustum: *Sed breviter judica, quia sicut in Ravennæ partibus Dominorum pietas apud primum exercitum Italiæ Saccellarium habet,*



qui causis superuenientibus quotidianas expensas facit; ita et in hac urbe in causis tabularum eorum Sacellarius ego sum. Vide Anastasium Biblioth. in Theodoro PP. et Glossar. med. Græcit. col. 1320.

Habuerunt etiam Imperatores Occidentis. Gerardus Episcopus Cameracensis in Epistola ad Henricum III. Imp. : *Sicut Liberalitas vestra Sacellarium habet, quo causis superuenientibus cotidianas expensas faciat, ita, etc.*

Habuerunt pariter Reges nostri Sacellarios suos, quos Hincmarus in opusculo de Ordine Palatii, minoribus Officialibus accenset. *Tancolfi Sacellarii* sub Ludouico Pio mentio est in Annalibus Eginhardi.

Suos etiam Sacellarios habuisse Anglo-Saxones testatur Adam Bremensis cap. 215.

*Ecclesie Romanæ Sacellarium*, quibus perinde Sacelli seu fisci Ecclesiastici cura incubuit, mentio est in Concilio Romano sub Zacharia PP. ann. 745. in Annalibus Francor. ann. 801. apud Joannem Diacon. in Vita S. Gregorii M. lib. 2. cap. 23. Anastasium in Constantino PP. pag. 65. in Gregorio II. pag. 66. [\* Liutprand. Histor. Otton. cap. 9.] [Mich. Cerularium Patr. CP. in Edicto de projecto pittatio pag. 166. apud Allatium de Libr. Eccl. Gr.] et Auctorem Ordinis Romani, qui ait, *Sacellarium unum fuisse ex quatuor, qui equitantem Pontificem comitantur, et supplicantium preces una cum Nomeclatore discussisse.*

Denique *Sacellarii* dignitas magna fuit in Ecclesia Constantinopolitana. Guillelmus Bibliothecarius in Hadriano II. pag. 228 : *Ibi a Paulo librorum custode, Joseph, vasorum custode, simulque Basilio Sacellario, Ecclesiasticis vestibus indutis salutatis, etc.* Μέγας Σακελλάριος, apud Gregorium in Vita S. Basilii Junioris num. 26. Τῆς μετ' αὐτοῦ ἐκκλησιαστικῆς Σακελλάριος, apud Nicetam in Isaacio lib. 2. num. 4. Σακελλάριος τοῦ Πατριάρχου, in Chronico Alexandrino pag. 872. Vide præterea quæ de hac dignitate adnotamus in Constantinopoli nostra Christiana, ubi de Secretis Ecclesiasticis agimus, et Glossar. med. Græcit. col. 1320.

† 5. **SACCUS**, Instrumentum piscandi, retis genus. Litteræ Philippi Aug. Reg. Fr. ex Tabul. S. Quintini de insula pag. 79 : *Ad veruilla rotunda et ad Saccam piscari poterant. Vide Sach et Sachus, 2.*

\* **SACCUTELLA**, Sacculus, pera. Vita S. Margar. viduæ tom. 2. Aug. pag. 120. col. 2 : *Panem omnem quem perpaucum tulerat, ex sacculo, quem rustici Saccutellam vocitant, accipiens, etc.*

† **SACEBARO**, SACEBORO. Vide *Sagibarones*.

† **SACELLA SACRA**, Monialium clausura. *Iste* (magnus Sacellarius) *administat et curat sacras Sacellas, nempe Monasteria monialium*, apud Macros in Hierolex. ex quodam MS. Augustano *Turco-græcia* nuncupato pag. 203. Ineptum esse glossema nemo non videt : ibi enim *Sacella* idem omnino est quod *Sacellum*, fisci regius seu publicus.

† **SACELLANUS**, Capellanus, sacello præfectus, in Charta Henrici VIII. Reg. Angl. ann. 1531. apud Rymer. tom. 14. pag. 419 : *Dilecti uobis Johannes Olyver*

*legum doctoris Sacellani nostri, etc.* Infra pag. 421 pro *Sacellani* legitur *Capellani*, ut et pag. 781. Ceremoniale Benedictino-Rom. edit. 1621. part. 2. pag. 80 : *Fait quidam Papa, qui dum in extremum venisset, interrogabat Sacellannum suum, virum idoneum et devotum, quem plurimum diligebat, quibus suffragiis post mortem eum vellet apud Deum iurare. Adde Monum. sacr. Antiquit. tom. 2. pag. 227.*

† **SACELLARIUS**, Fisci custos. Vide *Saccus* 4.

† **SACELLUM**, Cistula Reliquiis recondendis aptata. Hist. Translat. SS. Sebast. et Gregorii sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 405 : *Rodoicus concitatos illorum contra se animos videns, ... linteam diligentius replens, cuius cistula recolligit... At Rodoicus suorum precibus flexus, non totum ut prius, sed partem sacerdotum manibus sectam largiri jussit. Quam illi multo gratiosius quam ante devotis fidei mysteriis accipientes, et honorifice præparato Sacello reponentes, etc.* Leg. forte *Sacello*. Alia notione, vide in *Saccas* 4.

\* **SACELLUS**, Sacculus. Alex Iatrosoph. MS. lib. 2. Passion. cap. 71 : *Mirabiliter enim iurant et de sede Sacelli, si quis singulos Sacellos salis et ordeï torrefactos singillatim imponat. Vide Saccellare.*

1. **SACER**, Species Falconis, quibusdam Britannicus, aliis ærius; *Hierax*, Thuano de Re accipitraria, vulgo *Sacre*, [Anglis *Saker*.] Describitur a Friderico II. Imper. lib. 2. de Arte ven. cap. 22. Alberto M. lib. 23. de Animalib. 5. et ab eodem Thuano pag. 22.

† 2. **SACER**, pro Sacerdos, Episcopus. Ermoldi Nigelli carmen elegiacum pro Ludouico Imperat. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 30 :

Hoc Sacer aspiciens, sella se sustulit ardens  
Compellare sacrum eum pietate virum.

Pluries ibidem occurrit, ut monet Cl. Editor. *Sacer*, eadem notione usurpat *le Roman de Rou* MS. ubi de Odone Episcopo Bajocensi :

Ode li hon corrennez,  
Qui de Baex estait Sacrez.

† **SACERBORO**. Vide *Sagibarones*.

**SACERDOS**, ut ait Honorius Augustod. lib. 1. cap. 182. et ex eo Rhabanus lib. 1. de Instit. Cleric. cap. 5. *vocari potest, sive Episcopus sit, sive Presbyter.* [Cujus vocis etymon sic profert Atto apud Acher. tom. 8. Spicil. pag. 126 : *Sacerdos, quasi sacrum dans Dei ministeria administrando.*]

Olim vero et in primitiva Ecclesia id nominis pro Episcopo usurpatum testantur passim Cyprianus, Augustinus, etc. S. Ambrosius lib. 5. Epist. 30 : *Sanctus Damasus Romanæ Ecclesiæ Sacerdos.* Innocentius I. Epist. 1. cap. 3 : *Nam Presbyteri, licet sint Sacerdotes, Pontificatus tamen apicem non habent.* Gregorius Turon. lib. de Gloria Confess. cap. 107 : *Decedente Sacerdote apud Nolanam urbem, ipse in locum Episcopi subrogatur. Ecclesiæ Catholicæ Sacerdotes, in leg. 45. Cod. Th. de Hæreticis. (16. 5.)* Gesta de nomine Acacii : *Apud Alexandriam Proterius Catholicus fit Sacerdos.* Ita Fortunatus lib. 1. de Vita S. Martini, ubi de S. Hilario Episc. Pictav. :

Rite Sacerdotis penetralia jura gubernans.

[Hinc promiscue *Episcopum* vel *Sacerdotem* Eccl. Cenoman. seipsum inscribit Hamelinus in Chartis ex Tabular. Major. Monast. ut et Reginaldus Episcopus Carnot. Exstat in ejusd. Monast. Archivis sigillum Quiriacci Episc. Nannet. cum hac epigraphe : *Petri et Pauli. Sacerdotis Nannensis Quiriacci*]. Vide leg. 3. et 4. Cod. Th. de Fide Cathol. (16. 1.) leg. 31. 35. 43. de Episcop. (16. 2.) eod. Cod. [et ibi Pithæum ad leg. 7.] Gregorius Turon. in Vitis Patrum cap. 17. lib. 2. Hist. cap. 23. et alios passim.

**SACERDOTIUM**, pro Episcopatu usurpat Lex 35. 44. Cod. Th. de Episcopis, lex 3. de Fide Cathol. lex 1. Ne sanctum Baptisma, (16. 6.) Gregorius Turon. de Vitis Patrum cap. 6. Sidonius lib. 4. Epist. 25. etc.

**SACERDOTIUM**. Titulus honorarius Episcoporum, apud S. Augustinum Epist. 143.

† **SACERDOTES CANTARIALES**, et honorifice præparato Sacello reponentes, etc. Leg. forte *Sacello*. Alia notione, vide in *Saccas* 4.

† **SACERDOTES CHORALES** dicuntur ibid. pag. 671 : *Sacerdotes Chorales non obligo ad aliquod spiritaale.*

**SACERDOTES CONVERTUALES**, et

**SACEDOTES OBEDIENTIE**, in Ordine S. Joannis Hieros. de quibus in Statutis ejusd. Ord. tit. 2. § 2.

**SACERDOTES DECUMANI**. Vetus Charta apud Pucinellum in Vita S. Simpliciani Arch. Mediol. : *Tunc omnia sicut supradicta sunt, in potestate decumanorum Sacerdotum transeant, etc.* [Vide *Decumani*.]

† **SACERDOTES MAGNI**, apud Mabillon. tom. 2. Annal. pag. 566. dici videntur Episcopi.

**SACERDOS MISSALIS**, in Charta Edwardi I. Reg. Angl. apud Prynneum in Libertat. Eccl. Angl. tom. 3. pag. 668. Vide *Missæ Presbyter*.

**SACERDOS PAROCHIANUS**, Parochus, apud Alexandrum III. PP. in Appendice ad Concilium Lateranense III. part. 31. cap. 6.

† **Interdum Sacerdos** nude appellatur, ut in Charta de Juribus Canonicorum Eccl. Ambian. in villa de *Caumonts*, ex Tabul. ejusd. Eccl. : *In ecclesia de Caumonts habent decanus et canonici in tribus solemnitatibus, Natiuitatis, Purificationis et Paschæ duas partes, et Sacerdos tertiam... Similiter in omnibus decimis minutis per annum, inter decanam et canonicos et Sacerdotem eadem debet esse partitio. Sacerdos autem debet canonicis pro synodo iv. den.* Pluries ibi.

**SACERDOS PRIMUS**, Primas. Pelagius II. PP. in Epist. ad Sapaudum Arelat. Episc. cui suas vices delegat : *Ilinc est, quod et nos Fraternitati tuæ hujusmodi curas injungimus, ut Sedis nostræ Vicarius institutus ad instar nostrum in Galliarum partibus Primi Sacerdotis locum obtineas.*

† Eodem nomine designatus Romanus Pontifex. in Missali Gothiæ ad Natalem S. Sixti PP. apud Mabillon. Liturg. Gall. pag. 276 : *Ex quibus (testibus) est sanctus ac venerabilis Sixtus martyr, ... qui*



dum apostolicæ sedis exceperet insignia, et se Primum esse conspiceret Sacerdotum, etc.

¶ SACERDOS SUMMUS, Eadem notione: ut ab ea vero appellatione absterneant primæ sedis Episcopi, præcipitur in Conc. Carthagin. III. can. 26. Interdum tamen Episcopi nude Summi Sacerdotes nuncupati, ut in Charta ex Tabulario S. Albini Andegavens.: *De qua rapina vel violentia clamorem fecit Abbas Otrinus sancti Albini apud Brunonein Summum Andecavensis Ecclesiæ Sacerdotem.* [\*\* Adde Monach. Sangall. de Vita Carol. M. lib. 1. cap. 18.]

SACERDOS PROPRIUS dicitur Episcopus, vel Parochus; qui in diocesi aut parochia sua ex officii ratione munus suum exsequitur. Gelasius PP. ad Sabinum Episc. apud Holstenium in Collectione Romana: *Hunc ergo... Diaconii provectione decorabis: ut noverit tua Dilectio hoc se delegantibus nobis exequi Visitatoris officio, non potestate proprii Sacerdotis.* Idem in Epist. ad Celestinum Episcop.: *Scturus, eum Visitatoris te nomine, non Cardinalis creasse Pontificis.* Ubi *Cardinalis Pontifex*, idem est, qui proprius Sacerdos. Adde Concilium Toletanum II. cap. 2. et Romanum sub Innocentio II. cap. 10.

SACERDOS SECUNDI ORDINIS, Presbyter non Episcopus. Leo IX. PP. Epist. 4: *Sacerdotum ordo bipartitus est, nec amplius quam duos ordines, id est, Episcoporum et Presbyterorum nobis collati sunt, nec Apostoli doerunt.* Sidonius lib. 4. Epist. 25: *Attamen hunc jam secundi ordinis Sacerdotem, dissonas inter partium voces, etc.* Et in Carm.: *Antistes fuit ordine in secundo.* Optatus lib. 2: *Quid (commemorem) Diacones in tertio, quid Presbyteros in secundo Sacerdotio constitutos.* Facundus Hermianensis lib. 12. cap. 3: *Sciens igitur ille modestissimus Princeps, Ozia Regi non impune cessisse, quia sacrificare præsumpsit, quod licitum est singulo cuique etiam secundi ordinis Sacerdoti: multo magis impune sibi cedere non posse cognovit, vel quæ jam de fide Christiana rite fuerant constituta discutere, quod nullatenus licet, vel novos constituere Canones, quod non nisi multis et in unam congregatis primi ordinis Sacerdotibus licet.* Rhabanus lib. 1. de Instit. Cleric. cap. 6: *Secundi vero ordinis viri, Presbyteri sunt, quorum typum præferbant 70. viri in veteri Testamento, etc.* Æneas Parisiensis adversus Græcos quæst. 4: *Nam Presbyteri, licet sint secundi Sacerdotes, Pontificatus tamen apicem non habent.* Constitutio Riculfi Episcopi Suessoniensis ann. 889. cap. 1: *Attendite ergo, quia nobiscum sollicitudinem gregis domitici percipistis, et in sacerdotali ministerio, secundi ordinis et dignitatis locum possidetis, etc.* Lupus Servatus in Vita S. Wicberti cap. 5: *Meque multo post (Bonifacius) ad amplissimum Pontificalis gradum dignitatis Moguntiaci divina gratia proventus, Wicbertum Sacerdotem secundi ordinis cenobio... Magistrum præfecit.* Frigidus in S. Wilfrido cap. 8:

Tandem colla jugo subdens delecta petito,  
Ordinis aptatur cælebs in honore secundi.

Id est, fit Presbyter. Adde Synodum Romanam IV. sub Symmacho cap. 6. et Hincmarum Remensem Epist. 7. cap. 20. Præ-

terea Gloss. med. Græc. in Ἱεροδότης. Idem dicuntur

SACERDOTES SECUNDI, in Appendice ad Codicem Theodos. Constit. 20: *Audemus quidem sermonem facere solito plus timore capti, de sanctis ac venerabilibus Sacerdotibus, et secundis Sacerdotibus, vel etiam Levitis, et eos cum omni timore nominare, quibus omnis terra caput inclinat.*

SACERDOTES MINORES, apud Æneam Parisiensem lib. advers. Græcos quæst. 7: *In sublimitate majoris Pontificis consistit etiam honor minoris Sacerdotis.* Ita majoris ordinis Sacerdotes Episcopos vocat Agobardus lib. de Sacerdotio cap. 11.

SACERDOTES, seu Presbyteri villani, Qui rurales Ecclesias regunt, in Edicto Pistensi cap. 30.

SACERDOS, pro mago ac divino, non semel in Querolo pag. 34. 54. 1. edit. Vide Presbyter.

\* SACERDOTALE, Officium, vel munus, quod a sacerdote exsequitur. Ordo eccl. Ambros. Mediol. ann. circ. 1130. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 894: *Cantatur episcopale, aut Sacerdotale, sive diaconale jussu archiepiscopi.*

¶ 1. SACERDOTALES, Vestes omnes quibus Sacerdos in divinis utitur. Bulla Alexandri III. PP. in Chartular. Gemetic. tom. 1. fol. 116: *Vestris in hac parte supplicationibus inclinati, ut tu filii abbas et successores tui abbates... calices, corporalia, pallas, altaria vestra, Sacerdotales monasterii, prioratum eidem monasterio subjeutorum, ac parochialium et aliarum ecclesiarum ad vos communiter vel divisim pertinentium, ac etiam aquam, cineres et sal in monasterio prioratibus... consecrare seu benedicere possitis... indulgemus.*

2. SACERDOTALES LITTERÆ, Papiæ, ἱερατικῆ, id est Epistolæ Canonicae, formatae, de quibus suo loco.

¶ SACERDOTALIA BENEFICIA, Obventiones quæ sacerdoti seu parochio competunt. Charta Johannis Episc. Maclov. in Tabul. Major. Monast.: *Concessi ecclesiam B. Mariæ de Lhone... eo tenore ut tam oblationes, altaria, quam Sacerdotalia beneficia, quam etiam partem decimarum tertiam, prædicti monachi cum sacerdotibus harum ecclesiarum... æqualiter inter se dividant.* V. Sacerdotium, et in Feudum, pag. 269. col. 1.

¶ 1. SACERDOTALIS, Liber in quo ritus ad sacerdotem pertinentes continentur, recentiori rituali copiosior. Eodem præterea vocabulo denotant Præmonstratenses versiculum quod initio Laudum recitant. Ita Macri in Hierolex.

2. SACERDOTALIS, Qui Sacerdotio in Provincia functus est, ita interpretantur Viri docti apud Ammianum lib. 28. Gruterum 20. 3. 325. 12. et in Cod. Theodos. non semel. Vide Gloss. nomicum Jacobi Gothofredi, et notas Lindenbrogii et Henrici Valesii ad eundem Ammianum.

¶ 1. SACERDOTALITER, More Sacerdotis, ut sacerdotem decet. Vita S. Leobini Episc. Carnot. sæc. 1. Bened. pag. 123: *Deinde Gavalensem expetens urbem, cum beatissimo Hilario ejusdem urbis antistite Sacerdotaliter fuisset susceptus, etc.*

\* 2. SACERDOTALITER, Officia sacer-

dotis peragendo. Charta ann. 1127. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 29: *Canonice vero S. Salvatoris duas hebdomadas Sacerdotaliter cousummabunt in ecclesia nostra (Senonensi) per vires suas.*

¶ SACERDOTARE, ad Sacerdotium promoveri. Chron. Corn. Zantfliet ad ann. 1364. apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 284: *Qui (Engelbertus) cum infra tempus præscriptum nollet Sacerdotium, sed aspiraret ad Comitatum Clevesentem... renuntiavit electioni de se factæ Colonie.*

¶ SACERDOTATUS, Sacerdotium. Vita S. Chartaci Episc. tom. 3. Maii pag. 279: *Quodam autem die postquam Sacerdotatum S. Mochuda accepit.*

¶ 1. SACERDOTISSA. Chronic. Rotomag. ad ann. 1251. apud Labbeum tom. 1. Bibl. pag. 377: *Die Paschæ in sero quasi in inedia nocte cæpit tgnis in vico Sacerdotissarum, qui totum combussit.* Hujusce nominis vicum quondam Rotomagi exstitisse, qui hodie vicus veteramentariorum dicitur, etiam aliunde constat. Obsoletæ nomenclaturæ originem probabiliter omnino repetendam existimo a S. Romani Canonice mulieribus quæ ibi vitam communem tunc agentes habitabant. Vide Presbyteræ.

\* 2. SACERDOTISSA, Uxor sacerdotis seu presbyteri. Tabul. Major. monast. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 463: *Quædam nobilis mulier Orvenna Hamonis Comburnensis presbyteri uxor, etc.* Et col. 464: *Pratum Orvennis Sacerdotissæ monachis adquisitur.* Vide Presbyteræ.

¶ 1. SACERDOTIUM, Beneficium ecclesiasticum, præbenda sacerdotis. Vita S. Guillelmi Archiepisc. apud Surium: *Imo votis omnibus non sine miraculo in id consentientibus, ut jus conferendi Sacerdotia, quæ vulgo Præbendas vocant, in Guillelmo, et ejas gratia in successores illius transferrent.* Vide Sacerdos.

\* Charta ann. 900. apud Ughell. tom. 1. Ital. sacr. col. 835. cedit. ann. 1717: *Memoratam matrem ecclesiam una cum Sacerdotiis et ecclesiis baptismalibus, etc.*

¶ SACERDOTIUM, Obventiones Sacerdotis parochialis. Tabul. Vindocin. Ch. 484: *Dedi ecclesiam Thiaciliaci cum toto Sacerdotio et toto burgo et toto ciniterio.* Vide Sacerdotalia Beneficia.

\* 2. SACERDOTIUM, Sacerdotis parochialis electio et nominatio. Charta ann. 1206. ex Chartul. S. Joan. de Valle: *Ecclesiam parochialem ibidem fieri mihi complacuit sub hac forma, quod quidam de canonicis B. Johannis semper ibidem divina celebrabit, et Sacerdotium ecclesie ad ecclesiam B. Johannis pertinebit; ita quod ecclesia ad supplementum et incrementum prædictæ capelle villæ prænominate redditum parochialem concedet in perpetuum et donabit; et ego quod amplius erit necessarium sufficienter ad victum canonici et clerici sui et servientis sui in redditu competenti assignabo.*

¶ SACERIUM, f. idem quod infra Sach. Vide in Vista 2.

SACERNUS, Sacer, a, um, et dicitur hic Sacernus, ni, i. sacer animus, vel excellentior pars animæ. Et videtur componi ex sacer, et animus. Jo. de Janua.

SACH. Charta Winemari Castellani Gan-



densis apud Duchesn. in Hist. Guinensi pag. 66 : *Unum mansum terræ inter Broclant et Gestlant, præter jus ad dicum, nec non et unum Sach ad turnos (forte sturnos)* [\* turvos melius legitur in Turba, 1.] et ad silvam, unum stele in Fulham ad pisces, etc. Apud Kilianum, *Sack-net*, est genus retis, quo ficedulæ, et id genus aliæ aves capiuntur. [Vide *Saccus* 5. Charta Godefridi Barbati Ducis Lothar. ac Brabant. ann. 1125. apud Miræum tom. 2. pag. 817 : *Rusticis et colonis Ecclesie, sive pauperes essent, sive divites, jus illud quod Sach appellatur in sylva de Buckenhol concessit, vechtinam autem de porcis hominum suorum Ecclesia habebit.*] [\* Confer mox *Sacium*.]

† **SACHA**, ut supra *Sac*. V. in hac voce.

\* **SACHANRE**, Fustis vel gladii species, vox Gallica. Lit. remiss. ann. 1402. in Reg. 157. Chartoph. reg. ch. 308 : *Jacobus Bourrée clericus..... ad pœnitentiam septennalem in panem doloris et aquam tristitiam..... fuit condemnatus, occasione cujusdam omicidii per ipsum confessati et perpetrati..... cum quodam baculo, vocato Sachanre.* Vide mox *Sachs*.

**SACHARIA**. Consuetudines Aquarum mortuarum : *Quilibet habitator loci illius, possit bladum, quod habebit de terris suis et Sachariis, per aquam et terram portare, quocumque voluerit omni tempore, etc.* [Eadem Consuetudines editæ tom. 4. Ordin. pag. 51. habent, *Facheriis* : quæ lectio legitima est. Vide *Fucheria*.]

\* **SACHATA**, Saccus plenus, Gall. *Sachée*, alias *Saqueé*. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 46. ex Cod. reg. 4624 : *Quæ extraxerit seu exportaverit alienum canapum vel linum, in et de aliena canaperia,.... solvat.... pro qualibet Sachatu seu fusso vel onere solidos tres.* Lit. remiss. ann. 1468. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 71 : *Le suppliant a prins trois ou quatre Saquées de blé.* Vide *Saccaria*.

† **SACHEIRATA**, Mensuræ agrariæ species. Enumeratio bonorum Vicariæ Brignol. ann. 1245 : *Item unum pratium ibidem contiguum circa duas Sacheirutas.* Idem f. quod *Falcata*, quantum unus sector per diem falcare seu secare potest. Vide infra in *Secare*.

\* Mendum esse videtur pro *Sechoirata*, quantum unus sector per diem secare potest de prato. Vide in hac voce.

† **SACHELLUS**, **SACHETTUS**, Sacculus, Italice *Succhetto*, nostris *Sachet*. Statuta Vercell. lib. 7. fol. 205 : *Nomina scripta in singulis cedulis ponantur in uno Succhetto.* Ibid. fol. 212. vº : *Quæ Latina sint scripta in ipsis cedulis, et involuta sive posita in uno Sachello.* Inventar. ann. 1419. in Tabul. Eccles. Noviom. : *Item unus Sachettus de tela in quo repositæ sunt plures peciæ crystalli.*

† **SACHIBARO**. Vide *Sagibarones*.

† **SACHIBER**. Vide *Saccabor*.

† **SACHINUS** PANNUS, Rudis, saccis conficiendis aptus. Vide in *Sacci*.

† **SACHONUS**. Statuta Cadubrii cap. 12. de *Sachonis et aliis mercimoniis conducendis per rodullum.* Obtenum et affirmatum fuit, quod totum vinum de Bassano et vinum navigatum et *Sachoni*, et *alia mercimonia, etc.* [\* Vide supra *Sacconus*.]

\* **SACHPAY**, Culcitra stramentitia. Con-

stit. MSS. Petri III. reg. Aragon. ex Cod. reg. 4671 : *Quod habeat (maritus) dure eidem Eulaliæ unum Sachpay sufficiens in quo dormiat, et unum lodicem, cum quo valeat se coperire.*

† **SACHS**, Gladius longus, ex Gloss. Vulcanii, ap. Schilterum in Gloss. Teuton.

\* Vita B. Altman. tom. 2. Aug. pag. 366. col. 2 : *Hi homines (Thuringi) longis cultellis, ut hodie Slavi, pro gladiis utebantur, qui lingua eorum Sachs dicebantur; a quibus Sachsones, non Saxones appellabantur.*

[\* Adde Widukind. lib. 1. cap. 7. et vide Graff. Thes. Ling. Fr. tom. 6. col. 90. voce *Sahs*.]

† 1. **SACHUS**, pro *Saccus*. Statuta Vercell. lib. 3. fol. 72. vº : *Item quod nullus asinariarius seu molendinariarius sedeat seu ascendat Sachum vel Sachos furine vel grani, sed vadat pedester.* Vide *Saccus* 2.

\* 2. **SACHUS**, Instrumentum piscandi, retis genus. Charta ann. 1386. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 3. pag. 76. col. 2 : *Nostri censuales homines, hæredes et successores eorum in aqua Multavæ cum parsis seu retibus, quæ vulgariter Sachi et ezrizeny appellantur, poterint piscari duntaxat.* Vide *Saccus* 5.

\* **SACHUSFAGUS**, Fagi species. Charta Rob. comit. Alenc. in Reg. forest. ejusd. comitat. ex Cam. Comput. Paris. fol. 22. rº : *Concedo (monachis de Persania) usagium suum ad omnia et singula loca prædicta,.... etiam medietenti de albaspina, de aprella, de Sachofago, etc.*

**SACIANI**, Qui et *Anthropomorphyæ*, Hæretici, de quibus Facundus Hermianensis lib. 8. cap. 7. ubi consulendus Sirmondus.

† **SACIBARO**. Vide *Sagibarones*.

† **SACIMA**, pro *Sagma*. V. in hac voce.

† **SACIRE**. Formula solennis precariæ 29 : *Et ipsam rem dum udvivo pro vestro beneficio tenere, et usufructuare faciam, in ea ratione, ut aliubi ipsas res nec vendere, nec donare, nec alienare, nec ad alias casas Dei delegare, nec in naufragium ponere, nec ad proprium Sacire, nec hæredibus meis in alode derelinquere, pontificum habeam ad faciendum.* Eadem verba habentur form. 30. *Alterius rem ad proprietatem Sacire*, form. 150. quod Lex Bajwar. dixit, *sibi in patrimonium sociare.* Ubi formulæ Parensales Bigonii cap. 20. 21. habent ad *proprium ponere. Saccire*, inquit Salmasius ad Historiam Augustam dicebant veteres τὸ σακκίζειν, nos *Saisir*, et infimalatinitas *saisire*. Videant igitur eruditi, an *Sacire*, positum fuerit pro sociare; an vero a *saccire*, deducatur : denique an inde vox *saisire* ortum ducat. [\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 290. voce *Sazjan*, Ponere.]

**SACIS**, *Clyster*, in Gloss. Arabico-Lat.

\* **SACIUM**, f. Ager sationi idoneus. Glossæ Caesar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 678. col. 1 : *Est in Puzol mansum unum et Sacium unum.... Reddiderunt Albricus et Gerbertus de his supradictis mansis in Pozul Sacium unum.* Vide *Sationalia*. [\* Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 307. voce *Siaza*.]

† **SACLA**, Servitii genus, quo tenentes terras dominorum *sarclare* seu *sarrire* de-

bent, Gallis *Sarclage*. Vide *Sarculare*. Charta Reneri dom. de Haconvilla ann. 1261. in Hist. Mediani Monast. pag. 327 : *Homines dicte ville... jurcam et falcem et Saclam et carruchas et vecturas annonæ et feni et omnes alias consuetudines quas mihi debebunt... persolvent Ecclesie memorute.*

\* **SACLARE**, *Sarrire*, nostris *Sacler* et *Sarcler*. Reg. S. Justi fol. 185. vº. ex Cam. Comput. Paris. : *De eadem firma carrucæ tradite Thomæ Hellebeuf pro sex libris, cum jornatis Saclandi et tassandi.* *Scalcoison*, Tempus, quo agri sarruntur, in Consuet. Castell. ad Sequanam ex Cod. reg. 9898. 2 : *Trois courvées de bras, l'une en Scalcoisons, l'autre en fanoisons, l'autre en moissons.* Ubi forte leg. *Sarclcoison*. Vide *Saclu* et *Sarculare*.

**SACMA**. Charta plenariæ securitatis, scripta sub Justiniano apud Brisson. lib. 6. formul. : *Uno albiolo ligneo, valente nummos aureos 40. Sacma valente asprione aureo uno, etc.* Forte pro *Sugma*. Vide in hac voce.

† **SACMINA**, θαλλός, σπονδία ἀρχῆς, in Gloss. Lat. Græc. Leg. *Sagminu* ex Festo. Vide ibi *Scaliger*.

\* **SACO**, Saccus. Serm. Gabr. Barel. in festo S. Thomæ Aquin. : *Dormiendo super Sacones.* Vide *Sacco* 1.

**SACORIUM**. Vetus Charta plenariæ securitatis, lin. 26. scripta sub Justiniano apud Brisson. lib. 6. form. pag. 647 : *Una catena ferreæ de super foco pensante libras duas semis, Sacorio valente siliqua una asprionis, cute olearia valente siliquis duas asprionis, etc.* [Saccus, non clarius, edidit Mabillon. in Supplem. Diplom. pag. 91.]

1. **SACRA**, Epistola, diploma Principis. *Sacra Epistola*, apud Vegetium lib. 2. cap. 7 : *Tribunus major per Epistolam Sacram Imperatoris judicio destinatur.* S. Nilus in Epist. ad Philippum Scholasticum, χαρτῶν καὶ πολλῆς χάριτος κατασκευασθεῖς, χάριτος φίλος καλεῖται. Ἐπὶ δὲ ὑπογραφὴν δέξεται βασιλεως, δῆλον ὡς Σάκρα ὀνομάζεται. Gloss. Basil. : *Σάκρα*, οἱ λόγοι τοῦ δημοσίου, καὶ ἐρμηνεύονται ἱερὰ. Liberatus Diaconus cap. 4 : *Et scripsit quidem eum Sacranu Imperator, arguens eum, etc.* Cap. 5 : *Post hæc scripsit alium Sacram ad diversos Episcopos. Sacra Imperialis*, apud Petrum Diacon. lib. 4. Chron. Casin. cap. 109. 119. Anastasium in Hadriano PP. pag. 119. *Sacra jussio Imperialis*, in Epistola Gregorii IV. PP. ad Episcopos Regni Francor. Θεῖον γράμμα, in Concilio Ephesino part. 1. et Calchedon. part. 1. Θεῖα σάκρα, in Chron. Alexandr. pag. 772. Vide idem Chron. pag. 704. *Sacræ literæ*, apud eundem Liberatum cap. 14. Ita usurpant passim Concilia, eorumque Acta, [Codex Theod. leg. 6. tit. 4. lib. 8.] Vigilius Tapsensis lib. 1. contra Arium cap. 3. S. Augustinus lib. ad Donatist. post Collat. cap. 31. Anastasius in Vitis PP. pag. 64. 68. 255. et alibi, Auctor Historiæ Miscellæ pag. 432. 470. 652. edit. Canisii, Odo de Diogilo lib. 1. et 2. de Ludovici VII. Regis profect. in Orientem pag. 13. 19. et alii, quos laudant Meursius in Gloss. et Fabrotus ad Cedrenum. [Vide Notit. imperii Rom. Juretum ad lib. 7. Symmach. Epist. 59. et 94. et Gloss. med. Græciti. in Σάκρον, col. 1325.]



SACRAS Regum nostrorum aliorumque Principum Epistolas vocant etiam interdum Scriptores alii, ut Lupus Ferrariensis Ep. r8. 78. Fulbertus Carnotensis Epist. r3. 85. 95. etc.

☞ Sed et Romanorum Pontificum Epistolæ eodem nomine donantur, apud Anastasium in Epitome Chron. Casin. tom. 2. Murator. pag. 355. col. 2 : *Supradicti igitur Missi Sedis apostolicæ ad Regem Dagobertum venientes, honorifice suscepti sunt, contradentes ei Sacram Pontificis.*

SACRA, plur. neutr. generis. Passio S. Felicis Episcopi Tabyzacensis : *Tunc cognitor jussit, ut Sacra Imperatorum recitarentur. Sacra Generalia, in Indiculo post Epistolam 4. Hormisdæ PP. et in Suggest. Dioscori post Epistolam 40. Sacra regalia, in Concilio Barcinon. ann. 599. cap. 3. Gesta sub nomine Acacii : Contra Joannem jam Episcopum Sacra Principis deferentem. Gregorius M. lib. 1. Ep. 47 : Dum et antea ad Endacium gloriosum Magistrum militum... Sacra Imperialia cucurrerunt. Ita usurpat Anastasius Biblioth. in Hormisdæ PP. pag. 34.*

☞ SACRA, nude vocantur vasa quæ ministeriis ecclesiasticis inserviunt, in Charta ann. 933. inter Instrum. tom. 6. Gall. Ghrist. novædit. col. 127 : *Tradimus... S. Petrum Pullo cum suo terminio, et quantum ibidem ad pertinendum est, id est in Ecclesia S. Petri in Sacris, secretariis, etc.*

SACRÆ, absolute interdum dicuntur, Thesauri seu largitiones Principis privatæ, quibus qui præerat, Comes Sacrarum largitionum dicebatur, interdum Comes Sacrarum, nude, ut in leg. 120. Cod. Th. de Decurion. (12, 1.) Ita Palatini Sacrarum, in leg. 13. de Indulg. debitor. (11, 28.) Sacrarum privatatum vel largitionum Palatina officia, leg. 17. de Exaction. (11, 7.) eod. Cod. Vide Comtes Sacrarum.

☞ 2. SACRA, Missa, Guionis Discipl. Farf. lib. 1. cap. 1 : *Ad finem Sacræ tonate dicat Diaconus, Benedicamus Domino. Ibid. cap. 6 : Ad explanationem Sacræ omnia signa pulsantur. Rursum cap. 23 : Infra ipsam hebdomadam dicant Dominicalem Sacram.*

☞ 3. SACRA, Consecratio pontificia, vulgo Sacre, Bernard. Guido in Vita S. Cælestini V. PP. apud Murator. tom. 3. pag. 635 :

Cumque dies Sacræ celebris venisset in orbem, Vestibus ornati byssis auroque decoris Insistent operi proceres, præsulque novellus Velletrensis Hugo liquidam fundebat olivam.

Vide Sacrum 2.

\* Ita quoque appellatur regia inauguratio, in Charta Ludov. Jun. ann. 1156. qua aliam ann. 1132. Ludov. VI. confirmat, ex Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 400 : *Ecclesiæ beatorum martyrum Crispini et Crispiniani, in quorum sollempni die, ex divino munere, regiam accepimus Sacram, etc.* Et quidem 25. Octobr. in regem inunctus fuit Ludovicus junior; quo die hunc martyrum memoria colitur. Dicitur etiam de benedictione abbatis. Charta ann. 1267. in Access. ad Hist. Cassin. part. 1. pag. 307. col. 1 : *Dixit se scire, quod universitas prædictorum locorum, in mutatione abbatum Casinensium, debet præstare usdem abbati-*

*bus, in promotione et consecratione eorundem, quandam pecunie quantitatem pro sacro Sacræ suæ. Eodem præterea nomine designatur sollemnis monastica professio, quam ideoque qui emisit, in Sacris constitutus dicitur, in Lit. legitimat. ann. 1447. ex Reg. 179. Chartoph. reg. ch. 47 : Licet Johannes de Bar ex illicita copula traxerit originem, videlicet ex Henrieto de Bar mercatore ejus patre, cum Maria Aubrione minime conjugata, nec in Sacris constituta ejus matre. [\* Ubi in sacris idem quod vulgo in facie ecclesiæ.]*

☞ 4. SACRA, num. plur. Auctoritas, potestas patris in filium. Charta ann. 1257. apud Acher. tom. 10. Spicil. pag. 186 : *Idem Artaudus non coactus, non circumventus, non dolo inductus, sed spontanea voluntate dictum Guillelmum filium suum præsentem, volentem, et consentientem emancipat, et per emancipationem sollemnem liberat a Sacris paternis et sua propria potestate per hæc verba : Nos Artaudus don. de Rossilione Guillelmum filium nostrum... emancipamus, et per emancipationem liberamus a nostra propria potestate, etc.* Vide Gothofredum ad leg. 1. tit. 18. lib. 8. Cod. Theod.

☞ SACRABARUM. Vide Saccabor.

SACRALE OPUS. Eugippius in Vita S. Severini cap. 14. de muliere resuscitata ab eodem sancto : *Mulier vero sanitate percepta, opus Sacrale die tertio juxta morem provincie propriis cepit manibus exercere. Ubi Velserus : Agnosce, inquit, vulgare, fronen, ad verbum, opus Sacrale, fronarbeit, etc.* Apud Bollandum habetur agrale qui tamen Sacrale MSS. codices aliquot præferre agnoscit.

SACRAMENTAGIUM, [Præstatio, quæ ab eo fit qui Sacramento alicujus servitio sese addicit : neque enim viri feudales modo, sed et servi domino fidelitatem jurabant, ut videre est in voce Hominium pag. 685. col. 3. et apud de Lauriere in Gl. Jur. Gall. v. Serment.] Tabular. S. Eparchii Inculsum. fol. 72 : *Ita ut si homines B. Eparchii venerint ad me, vel ad successores meos propter turrem, et propter utilitatem, ad judicium vel justitiam, nullum omnino Sacramentage, neque destructum, neque exactionem, neque aliud quodlibet emolumentum nobis exhibeant.*

☞ SACRAMENTAGIUM, Pœna pecuniaria, qua damnatur qui Sacramento, quod calumniatur, impositum crimen a se amoliri vult. Charta ann. circ. 1080. ex Tabul. S. Albini Andegav. : *Si autem venerit ac se per Sacramentum de objecto forfacto purgare voluerit, vicarius sine teste Sacramentum illius calumniari poterit : sed quandiu villanus se purgare voluerit, nunquam ab eo vicarius Sacramentagium habebit ; et si in vicario non confiso, rectitudinis sue lex remanserit, nec tunc omnino Sacramentagium habebit : Si vero villanus, aut aliquis amicus ejus, vel monachus per concordiam pro lege vicario aliquid dederit, tunc Sacramentagium dabit.*

1. SACRAMENTALE, ipsum Sacramentum, jusjurandum. Capitulare 2. ann. 802. sub finem : *Sacramentale promissionis factæ Imperatori. Sacramentale qualiter promitto ego, quod ab isto die inantea fidelis sum Domino Karolo, etc.* [Charta ann. 1126.

inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 432 : *Regnante Ludovico Rege fuit factum Sacramentale hoc cum quo juraverunt Castellani Carcassone Bernardo Atoni Vicecomiti, etc.* Adde col. 498. 514. et 515.] Prima Curia generalis Catalaniæ sub Jacobo Rege Aragon. ann. 1291. MS : *Item quod omne Sacramentale sit absolutum, nisi esset factum cum voluntate dominorum ipsorum hominum, et cum auctoritate nostrorum antecessorum.* [Statuta Massil. lib. 1. cap. 1. § 13 : *Item, quod dictus Vicarius, omnia et singula in Sacramentali suo contenta bona fide, et sine dolo, et malo ingenio remoto attendet, et complebit, et observabit. Occurrit rursum cap. 2. et 7. ejusd. lib. in Statutis Montispess. ann. 1204. ex Cod. Colbert. 4936. et in Statutis Vercell. lib. 1. fol. 13.]*

☞ 2. SACRAMENTALE, Tractatus de Sacramentis. Laur. Byzynius in Diario belli Hussit. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 178 : *Et Guillelmus de Monte Laudino in suo Sacramentali, etc.*

\* Annal. Victor. MSS. ad ann. 1337 : *Guillelmus de Monte Laudino, abbas monasterii novi Pictavensis, doctor elegantissimus decretorum, qui super Clementinas lectionem perutilem edidit et Sacramentale composuit.*

\* 3. SACRAMENTALE, Instrumentum præstiti sacramenti. Vide Sacramentales litteræ in Sacramentalis, et Sacramenta solvere in Sacramentum 1.

\* 4. SACRAMENTALE, Congregatio eorum, qui ad aliquod officium præstandum, ad quod sacramento adstricti sunt, convocantur. Constit. MSS. Ferdin. reg. Aragon. ann. 1413 : *Et ne propter perversorum audaciam Sacramentale insulse, inconsulte vel improvide convocet, providemus quod si per quempiam sonum emitti contigerit in casu, quo juxta capitula Sacramentale permissum est, capitanei, cum primum poterint, omni calliditate cessante, juramentum a sono (sonum) emittente exhigant, quo medio solus et sine instructione causam, cur sonum emisit, specificet ipsis capitaneis... Ceterum cum jam per capitulum, ordinationes ipsius Sacramentalis provisum fuerit, quod domini sua jura possint exligere ab hominibus, ut est justum, et quod propter hoc sonus emitti ad Sacramentale non possit, et homines sacramentales hoc sic stricte intelligant, quod certa alia jurisdictione illorum, qui non habent in suis territoriiis, attenuatur, etc.* Vide infra Storcoll.

\* SACRAMENTALIA, Quædam curato- rum functiones, quæ enumerantur in Charta ann. 1308. ex Chartul. S. Maglor. Paris. ch. 147 : *Item ordinamus de Sacramentalibus, scilicet pane benedicto, purificatione mulierum, visitationem infirmorum et similibus, quæ per sacerdotes curatos consueverunt solummodo exerceri.*

SACRAMENTALIS. Sacramentalis pietatis opera, ut pedum lotio et peregrinatio, apud Lucam Tudensem lib. 2. contra Valdenses cap. 2.

☞ SACRAMENTALIS, Ad Sacramentum seu juramentum pertinens. Occurrit passim. Vide Lex Sacramentalis in Lex.

SACRAMENTALES LITTERÆ, Quæ sacramentum seu juramentum continent. Charta jurata, in Foris Beneharnensibus tit. 1. art. 25. Baudouinia in Vita S. Radegundis



cap. 6 : Quo cognito B. Radegundis Sacramentales fecit litteras sub contestatione divina... Dominico Germano Parisius civitatis Episcopo, etc. Sacramentale scriptum, in Usaticis Barchinensibus MSS. cap. 422. Vide in Charta.

\* SACRAMENTALIS DOMUS, Ecclesia, ædes sacra. Charta Rob. abb. ann. 1136. ex Chartul. 23. Corb. : Cognovi antecessorum nostrorum quosdam quidem digne, quosdam minus sollicitos erga decorem Sacramentalis hujus domus Dei exstitisse.

SACRAMENTALES seu Compurgatores. Vide Juramentum, pag. 928.

† SACRAMENTALITER, vox Theologorum, Sacramentali more. Alberti M. Tract. de Sacram. Altar. in Bibl. Heilsbr. pag. 68 : Et utrumque Sacramentaliter celebrandum esse præcepit. Occurrit ibid. ex Gersono pag. 118. et lib. 4. Imitat. Christi cap. 10. num. 4.

† SACRAMENTARE, SACRAMENTARI, Sacramento fidem, pactum astruere, confirmare. Charta ann. 1192. apud Stephanot. tom. 8. Fragm. Hist. pag. 16 : Item comes priorque sancti Laurentii castrum sibi ad invicem Sacramentant. Chron. Parmense ad ann. 1291. apud Murator. tom. 9. col. 821 : Sacramentati simul fuerunt de se manutendo. Ibidem col. 822 : Et tunc dictus dominus Bardelonus Sacramentatus fuit cum Venetianis, Paduanis et Bononiensibus, et fecit pacem cum dominis de la Scala. Serementer, eadem notione, adhibet le Roman de Vace MS :

Ont tuit cil conseil graanté,  
Et sont entr'ex Serementé,  
Que tuit ensemble se tendront,  
Et ensemble se deffendront.

Soirement', pro Serment, Sacramentum, in Charta ann. 1290. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 68.

† SACRAMENTARIUM. Vide in Sacramentum.

† SACRAMENTARIi dicuntur hæretici omnes, qui errant circa sacramenta a Christo instituta, eaque mutilant, vel verba institutionis aliter, quam par est, explicant, vel alio quocumque modo, minus orthodoxe administrant. Hæc Stockmannus in Lex. Hæres. quem consule. Sacramentariii, alia notione, vide in Juramentum, pag. 928.

\* SACRAMENTATUS dicitur de Christo, qui Eucharistiæ sacramento sese fidelibus communicat, vel qui sacramenta instituit, ut eos sanctificet. Vita B. Julianæ tom. 1. Sept. pag. 316. col. 2 : Deus meus incarnatus, ut detergantur flogitia mea; Sacramentatus, ut deleantur fucinora mea.

† SACRAMENTORIUM. Vide in Sacramentum.

1. SACRAMENTUM dupliciter dicitur, inquit Hugo a S. Victore lib. 2. Speculi Eccl. cap. 22 : Aliquando enim Sacramentum dicitur sacrae rei signum, velut in Baptismo exterior ablutio, quæ interiori significat emundationem. Aliquando dicitur Sacramentum, quasi sacrum secretum, velut Sacramentum Incarnationis et hujusmodi. [Glossæ Casinensis Monast. : Sacramenta sunt Baptismus et Chrisma, Corpus et sanguis, quæ ob id Sacramenta dicuntur, quia sub tegumento corporalium rerum virtus divina se-

cretius salutem eorumdem sacramentorum operatur.] De priori significatione, ut cæteros omittam, qui de Sacramentis commentarios ediderunt, lubet hic exscribere, quæ adnotavit olim charissimus frater Michael du Fresne, Societatis Jesu Presbyter et Theologiae Professor, in Dissertationibus sacris, ac Historicis de Antiquis Sacramentorum ritibus, rebusque in eorum usu et administratione controversis, necdum editis, Dissert. 2. part. 1. cap. 1 : De Sacramenti mysteriique nominibus.

De Sacramentis, deque Baptismo primum dicere aggredians, qui fidei Sacramentum est, et Christianæ gentis proprium signaculum, quo videlicet non consignamur modo, sed etiam sacramur, (id quod synagogæ circumcisio præstabat,) quodque Eugenius IV. in Concil. Florent. spiritualem vocat januam, per quam introducti Ecclesiæ adjungimur, cæterorum effecti consortes Sacramentorum : ante omnia id faciam, quod in principio fieri, cum in omnibus dissertationibus, tum in hac magis oportere censeo; ut quid illud sit, de quo disputato sit, explanetur; ne vagari ac errare cogatur oratio, si ii, qui inter se dissenserint, non idem esse illud, de quo agitur, intelligent. Adde quod plerumque istud, vel experientia usque ipso verissimum videri solet, quod scite omnino sapienterque in Cratylo pronuntiavit Plato, qui ipsarum rerum nomina penitus pervideret, eundem et res itidem ipsas funditus exploratas compertasque habiturum.

Inprimis igitur, de ipso Sacramenti nomine dicam universe, ex occasione baptismi, qui reliquis velut aditus præit, ac vestibulum pietatis, ut eum nuncupat Gregorius Nazianzenus, de varia ipsiusmet postmodum acturus nuncupatione. Principio enim de ipso Sacramenti nomine litem Catholicis intendunt nonnulli Novatores, post Lutherum, Calvinumque, qui lib. Instit. 4. cap. 14 : Abunde liquet, ait, veteres, qui Sacramentorum nomen signis indiderunt, minime respexisse quis fuisset verbi hujus usus Latinis Scriptoribus; sed novam hanc significationem pro suo commodo affinxisse, qua simpliciter signa designarent. Unde ipse significationem aliam e jure repetit, quam ut in nostra Sacramenta accommodet; quæ Sacramentum pro jurejurando accipitur, quod olim ducibus præstabant legiones: quod Imperii Romani grave mysterium lib. 8. Herodianus, τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς σερμὸν προσέειπεν, arcanum dominationis, Tacitus appellat : ita ut tamen in Calvini sententia Sacramentum, non tam sit juramentum, quo se homo obstringit Deo, quam quo sese Deus obligat homini. Verum ut ita sit, hanc minime reperiri subjectam in Scriptura huic verbo notionem, eo, quo ab Ecclesia sensu accipitur, pro rei sacrae signo; quid inde conficiet sectarii, num expungendam penitus e Catholicorum scriptis vocem hanc, ut in locis communibus, cum aliis, stulte Melancthon censuit; qui caput, in quo de Sacramentis disserit, de Signis inscribit? Nam quæ alii, inquit, Sacramenta, nos Signa appellamus. Qui autem id affirmare audeant, qui Trinitatis nomina, ὑπεόσταν, cum Nicænis Patribus, sive consubstan-

tialis, ὑπεόσταν, sive personæ, cæteraque id genus amplectuntur, quæ tamen sacris in Litteris non exstant : quique, ni prorsus imperiti sunt, non nesciunt a sanctis Patribus id nominis usurpari, ubi de Baptismo, Eucharistia, aliisque Sacramentis sermonem instituunt. Tritum istud Tertulliani lib. de Præscriptionibus cap. 16 : Ipsas quoque res, inquit de cacodæmone, Sacramentorum divinatorum in idolorum mysteriis æmulatur; tingit et ipse quosdam, utique credentes et fideles suos, etc. Tum postea : Signat in frontibus milites suos, etc. Huic adde Cyprianum, qui lib. 2. Epist. 1. de Baptismo, ut Tertullianus de Confirmatione, sic aperte loquitur : Si Sacramento utroque nascantur. Mitto cæteros : isti enim antiquissimi omnium sufficienti, ut intelligant adversarii nos minime sectari prophanas vocum novitates, quas prorsus cavendas in fidei negotio, post Apost. 1. ad Timoth. 6. animadvertit Augustinus lib. 10. de Civit. Dei cap. 23 : Nam liberis, inquit, vocibus loquuntur Philosophi, nec in rebus ad intelligendum difficillimis offensionem religiosarum aurium pertimescunt : nobis autem ad certam regulam loqui fas est; ne verborum licentia, etiam de rebus, quæ his significantur, impiam signat opinionem.

Cæterum neque caremus Scripturæ locis, quæ receptæ tot ab hinc sæculis vocis istius significationi suffragentur. Tametsi vero sacris in Paginis vocem hanc, Sacramentum, de nostris speciatim usurpari Sacramentis, probare sectariis non possumus ex illo Apostoli ad Ephesios loco cap. 5. Sacramentum, (sive ut Græcæ legitur, mysterium) hoc magnum est : ut qui matrimonium e numero Sacramentorum ejiciunt : nihilominus operosum non est e Scripturis eruere nomen istud, Sacramenti, ut genus est, et communionem quadam complectitur nostra Sacramenta, et alias res quasdam, nimirum ut signum rei sacrae vel arcanae significat. Quid enim aliud indicat vox ista loco mox laudato ad Ephesios 5. qui sic habet : Propter hoc relinquit homo patrem et matrem suam, et adhaerebit uxori suæ, et erunt duo in carne una : Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico, in Christo et in Ecclesia. Quasi dicat : mysterium hoc, sive Sacramentum, ego ipsum sic explico, aioque; eam viri feminæque conjunctionem, rei sacrae signum esse et arcanae, Christi videlicet cum Ecclesia arctissimæ communionis. Absurde vero cum Erasmo Calvinus, ne matrimonium, ex hoc testimonio, Sacramentis Ecclesiæ cogatur annumerare, Sacramentum, sive mysterium, a Paulo dici contendit, non viri et feminæ; sed Christi et Ecclesiæ, vel Adami Evæque conjunctionem : cum insulsam hanc interpretationem, vel duæ voculae satis evertant, pronomen relativum, hoc, tum verbum substantivum est, Sacramentum hoc magnum est, ait Apostolus, hoc : dixit, ut indicaret id vocabulum ad id referendum, quod ante dictum fuerat, de utriusque conjugis copulatione : Erunt duo in carne una. Dum autem in præsentī subjicit : Sacramentum hoc magnum est, neque dicit, fuit, satis inuuit, de Adami et Evæ conjugio nequaquam esse sermonem; sed de



quolibet connubio, rite inito, quod Sacramentum certe magnum est, ex quo certam conferendæ gratiæ promissionem ei Christus annexit. Huc etiam accedit, quod nisi subjecta sit huic vocabulo ea sententia, quam Hieronymus, Chrysostomus, Oecumenius, alique Patres in hunc locum afferunt, tota vis argumenti infringitur, qua persuadere nititur Apostolus, ut suas mariti uxores colant atque diligant, nempe quia istud : *Erunt duo in carne una; magnum est Sacramentum in Christo et in Ecclesia* : hoc est ejusmodi, quod cæleste Christi cum Ecclesia connubium adumbret: proindeque efflicere debeat, ut uxorem conjux quasi suam carnem, imo quasi seipsum impensius amet ac colat, sicut Redemptor. Ecclesiam enixe diligit. Huic Apostoli testimonio subjungere possem Danielis locum cap. 2. ubi Nabuchodonosoris statua sæpius appellatur mysterium sive Sacramentum; *razi*, Hebraice, Chaldaice, *raza*, quod Thargum deducit a vocabulo, *raz*, quod *secretum* et *mysterium* sonat. Nempe quod signum existeret rei latentis et obscuræ; regnorum utique quatuor, quæ ex Alexandri Magni cineribus enata sunt; Ægyptiaci, Syriaci, Macedonici, et Asiatici; tum etiam regni Servatoris, quod post illa demum exortum est : quæ omnia ab Danicæ obscuris significationibus, quasi totidem Sacramentis, adumbrata sunt.

Eadem porro *Mysterii* ratio est, e qua vocæ Sacramenti nomen vulgatæ editionis antiquus interpret expressit. Quamquam non una eademque est etymologia, sive notatio nominis; cum *mysteria* primum appellent Græci, quæ vocat *initia* Tullius lib. 2. de Legibus, hoc est, ritus quosdam, quibus homines sacris initiantur, a verbo *μύρα* hoc est, initior; cui significationi vox Hebræa respondet, *milluin*, ab radice, *male implevit*; quod, ut scribit R. Salomon, hi ritus compleant perficiantque homines sacros. Sunt autem a Græcis, ejusmodi initia, appellata *mysteria*; quod occultissimis mysteriis, noctu plerumque, peragerentur, quæ *sacra opertanea* Plinius, *Operta* Flaccus nuncupat. Quippe enim vox eadem arcanum sonat : unde Tullius 3. de Orat. : *Hoc tacitum tanquam mysterium teneas*; et Paulus ad Ephesios 1. e Græco textu : *Patfacto nobis mysterio, seu arcano voluntatis sue*. Tum 1. ad Corinth. 2 : *Loquimur Dei sapientiam in mysterio*, hoc est, arcano, ut interpretatur Chrysostomus Homil. 7. in eam Epist. quoniam, ut ait, suum illud consilium Deus de redemptione hominum clam habuit, ac ne Angelis quidem aperuit, priusquam hominibus ipsis panderet. Qua in significatione, *mysterii* etymologia petitur *ἀπό τοῦ μύρα*, a claudendo; non autem e vocabulo Hebræo *mistar*, quod *secretum* sonat; ab radice *sathar*, quod est occultare, ut non nemo somniavit.

Verum ad rem nostram magis accommodata ejusdem vocabuli notio est, cujus usum jam inde a principio sibi, ut et Sacramenti, quemadmodum ostendimus, vindicavit Ecclesia; cum non solum in commune omnia Religionis arcana nominavit *Mysteria*, et *Sacramenta*; sed peculiari quadam significatione doctrinæ illi,

quam de signis nonnulli, Συμβολικὴν Θεολογίαν, Symbolicam Theologiam appellant Græci, eas dictiones accommodavit. Qua notione mysterium, dicitur signum quod concretum, et corporeum, quod sub sensum cadit, latentium rerum, minimeque aspectabilem. Ita ut, quemadmodum homo animo constat et corpore; ita quoque mysterium e rebus, quæ partim usurpentur sensibus, partim oculis aliosve sensus fugiant, coalescat. Quo sensu de antiqua Lege Gregorius Nazianz. Oratione de Baptismo præclare dixit, adumbrare verum, et magni luminis, legis utique novæ, mysterium seu Sacramentum esse. Sed significantius de Sacramentis Gratiæ loco jam prolato Chrysostomus, Homil. scilicet 7. in priorem ad Corinth. ad hæc Pauli verba : *Loquimur Dei sapientiam in mysterio* : *mysterium*, ait, *appellatur, cum alia inspicimus, alia credimus*, quod in Eucharistia, Baptismoque demonstrat. Quæ postrema *mysterii* acceptio apud Auctores prophanos minime reperitur, quibus *mysteria* vel fuere tantum ceremoniæ, quibus Deorum Religioni homines consecrarentur; vel res abditæ et a sensibus ac cogitatione remotæ. Quæ duæ etiam significationes in nostra vel *mysteria*, vel *Sacramenta* mirifice quadrant, quippe et homines *mysteriis* initiantur, et consecrantur Deo, cælesti gratia perfusi. *Inde Sacramenta manarunt*, inquit Augustinus lib. 15. de Civit. Dei cap. 26. *quibus credentes initiantur*. Deinde vero ea profanis prodere nefas est, nec temere apud indignos evulganda; sed, ut pretiosæ margaritæ a contemptu sunt vindicanda. At longe aptius in eadem convenit, quam ad ultimum subjecti, significatio. Nam ut recte Chrysostomus, loco mox allato, innuit, rem sacram occultamque continent; cælestem nempe gratiam; ac nonnulla etiam characterem. Quam ob causam a Dionysio Eccl. Hierarch. cap. 1. et 2. symbola, seu signa, divina sacraque nuncupantur; nec qualicumque, sed quæ cum occulto divinæ gratiæ fructu, effectuque, similitudinem quandam habeant atque convenientiam : ut lotio externa baptismatis, sicut explicat Chrysost. cum interna animi lotionem, quam repræsentat, et efficit. Quæ genuina est germanaque Sacramentorum nostrorum descriptio, ut sint *signa rei sacræ*; ex Augustino, *invisibilis gratiæ formæ visibiles*; ex Catechismo Tridentino, *res subjectæ sensibus, quæ ex Dei institutione, sanctitatis et justitiæ tum significandæ, tum etiam efficiendæ vim habeant*. Neque vero absque gravi causa, concreta ejusmodi signa, et tractabilia constituit Deus, puta lotionem et aquam in baptismo, quibus cælestem occultamque gratiam, cum oculis sensibusque repræsentaret, tum etiam in animis vi quadam abditæ divinaque, gigneret. Nam si incorporei essemus, Chrysost. ait Homil. 62. in Matthæum, nuda et incorporea nobis hæc ipsa daret : nunc quia corporibus insertas habemus animas, sub iis, quæ percipiuntur sensibus, tradit spiritualia, ἐν αἰσθητοῖς τὰ νοητὰ σοὶ παραδίδωσι : cui assentitur August. in Joan. Homil. 86 : *Sacramenta*, inquit, *exercitia sunt, quæ certiore verbi Dei fidem nobis faciunt : et quia carnales sumus, sub*

*rebus carnalibus exhibentur ; ut ita pro tarditatis nostræ captu nos erudiant, et perinde ac pueros pædagogū manu ducant.*

SACRAMENTUM CATECHUMENORUM, apud S. Augustinum lib. 2. de peccatorum meritis et remissione cap. 26. ubi de Catechumenis : *Et quod accipiunt, quamvis non sit corpus Christi, sanctum est tamen et sanctius, quam cibi, quibus alimur*. Quod Celotius et alii de Eulogiis interpretantur, cum de sale dictum contendat supra laudatus frater, quod unum et perpetuum erat Catechumenorum Sacramentum, et ad Eulogias iis nisi post baptismum aspirare non liceret. Idem porro Augustinus lib. 4. de Baptismo contra Donatistas cap. 21 : *An Catechumeni Sacramentum baptismi Sacramento præferendum putamus?* Ubi quidam intelligi volunt ritus et ceremonias, quæ Catechumenis ante baptismum adhibentur, quas idem Augustinus tract. 4. in Joannem *Sacramenti* nomine donat. Sed cæteris ante baptismum adhiberi solitis ritibus hunc, quo sal peculiari benedictione consecratus dabatur Catechumenis, per antonomasiam *Sacramentum* appellatur, *Catechumenorum*, Sacramenti voce latius accepta, quod eis esset Eucharistiæ loco, cum fideles communicarent, præsertim ad festos Paschatis dies, atque adeo Catechumenis etiam *Eulogiæ* seu panes benedicti interdicerentur. Nam co plerique referunt Concilium Carthaginense III. can. 5 : *Item placuit ut etiam per sollemnissimos Paschales dies Sacramentum Catechumenis non detur, nisi solum salis : quia si fideles per illos dies Sacramenta non mutant, neque Catechumenis oportet mutare*. [Ea certe notione accipitur in lib. 7. Capitulum. cap. 263. ubi et nominis Sacramenti ratio exponitur : *Ut per sollemnissimos Paschales dies Sacramentum Catechumenis non detur, nec eis qui a liminibus Ecclesiæ sunt exclusi, neque eis, ante canonicam reconciliationem, qui publican gerunt penitentiam, sed tantum benedictum Sal a sacerdotibus pro communione tribuatur*. Adde Addit. 4. cap. 63. et 76.] Salis autem Catechumenorum, cujus consecrandi modum refert Ordo Romanus, meminerunt non semel Patres, inprimisque Origenes Homilia 6. super Ezechielem, Liber I. Sacramentorum Eccl. Roman. cap. 31. Isidorus lib. de Divin. Offic. cap. 20. etc.

\* SACRAMENTUM SALIS, Idem quod *Catechumenorum*, quibus sal peculiari benedictione consecratus dabatur. Libel. de Sacram. a Bonizone Sutrinio episc. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 604 : *Ventam nunc ad sacramenta ab Apostolis instituta. Et primum de Sacramento salis.... Quum quis ad catechisandum accesserit, petit exsufflationem sacerdotis, qua spiritus immundus expellitur; sal per manus accipiat sacerdotis, dicente eodem : Accipe sal sapientiæ, quod proficiet tibi in vitam æternam : non quod vita æterna donec vitam catechumenis, sed quia sal Sacramentum est fidei, quæ per dilectionem operatur et baptizatos perducit ad vitam æternam. In plerisque vero ecclesiis sal semel datur catechumenis : in quibusdam vero omnibus scrutiniis.*

\* SACRAMENTA NECESSITATIS, *Baptismi*



*videlicet et poenitentiae*, in Lit. Innoc. PP. III. ann. 1207. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 42. col. 2.

**SACRAMENTUM SYMBOLI.** S. Augustinus lib. de Catech. rudib. cap. 13 : *Accepit Symboli remedium contra antiqui serpentis venenum, ut si quando voluerit adversarius diabolus denuo insidiari, noverit redemptus cum Symboli Sacramento, et Crucis vexillo ei debere occurrere.* In Ordine Romano sic animantur Catechumeni ante traditionem Symboli : *Accedite suscipientes Evangelici Symboli Sacramentum a Domino inspiratum, ab Apostolis institutum.* V. infra *Symbolum.*

**SACRAMENTUM PROPRIÆ MANUS,** Subscriptio. Anonymus de Berengarii damnatione : *Nos ipsi interfuimus et vidimus, quando Berengarius in media Synodo constitit, et hæresim de corpore Domini coram omnibus propriæ manus Sacramento abdicavit.*

\* Non male, quia glossatoris est generatim definire : si vero locum hic laudatum duntaxat attendis, est Retractatio, propriæ manus subscriptione firmata.

**SACRAMENTUM,** quomodo altera notione intelligi dixit Hugo a S. Victore, quasi scilicet *sacrum secretum, velut Sacramentum Incarnationis, et hujusmodi.* Collatio 1. Carthagin. cap. 5 : *Et quod veri invenerit fides, per admirabile mysterium Trinitatis, per Incarnationis Dominicæ Sacramentum, et per salutem supramemoratorum Principum judicaturum me esse promitto.* Concilium Carthaginense ann. 525 : *Intimamus Resurrectionis dominicæ Sacramentum 7. Iduum Aprilium adfuturum fore.* Paulinus Natali 9 :

Quod Paschale Epulum ! nam certe jugiter omoi Pascha die cuoties Ecclesia prædicat horis, Contestans Domini mortem Cruce, de Cruce vitam Cunctorum : tamen hoc magnæ pietatis io omoes Grande Sacramentum præscripto meose quotannis Totus ubique pari famulatu muodus adorat, Æteroum celebrans redivivo corpore Regem.

Gelasius I. PP. Epist. 9. ait, non baptizandum præter *Paschale festum, et Pentecostes venerabile Sacramentum.* Sic *Crucis, Resurrectionis et Ascensionis Sacramenta* dixit S. Hieronymus Epist. 48. ad Sabinianum Diaconum. *Sacramentum Symboli, Sacramentum Resurrectionis ex mortuis,* Rufinus lib. 1. in eundem Hieronymum, et in Præfat. ad Origenem περί ἀρχῶν, *Sacramentum Natalis Domini,* S. Gregorius in Sacrament. pag. 6. et Tremundus Clarevallensis Epist. 7. Vide S. Augustinum Epist. 118. ad Januarium. *Sacramentorum scientiam,* dixit S. Fulgentius Epist. 4.

**SACRAMENTUM,** Sacra Missarum Liturgia, apud Optatum lib. 2. et 6. contra Parmenianum, S. Ambrosium lib. 3. de Virginitate, S. Augustinum Epist. 59. ad Paulinum, et lib. de Dono perseverantiæ cap. 13.

¶ **SACRAMENTUM,** Hostia sacra. Ordo officii Gotthici inter Concil. Hispan. tom. 3. pag. 266 : *Tunc Sacramentum præ manibus habens supra calicem Sacerdos... recitat symbolum Apostolorum.* Chron. Saltzburg. apud R. Duellium tom. 2. Miscell. pag. 130 : *Anno Domini mcccciv. Judex Saltzburgenses et in Salina omnes capti sunt propter Sacramentum furto interceptum ab*

*ecclesia B. Virginis in Mullen, quod ipsi emerunt et martyrisaverunt.*

\* *Sacrament,* cadem acceptatione, apud nostrates. Ceremon. inaugurat. reg. in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Pater* fol. 164. vº : *Après ce repere à l'autel li arcevesques pour faire le Sacrement de la Messe.* Le Roman de Robert le Diable MS. :

Li Apostoles sans plus ateodre,  
S'est revestus isnelement,  
Et fait à Dieu son Sacrement.  
Quant il eut la Messe chantée, etc.

¶ **SACRAMENTUM MISSÆ,** Pars Missæ, in qua Corpus et Sanguis Christi fidelibus a Sacerdote ostenditur, Galli vocamus *l'Élevation.* Statutum Capituli Autiss. ann. 1373 : *Fuit tractatum de pulsatione Primæ et Novæ, que ninis succincte pulsantur, quoniam Prima debet pulsari usque ad Sacramentum ultimæ Missæ B. Mariæ in civitate, etc.*

\* Seu ipsamet hostiæ consecratio, nostris etiam *Sacrament.* Charta ann. 1399. ex Chartul. episc. Carnot. : *Ducentas libras dedit (Radulphus de Refugio) pro fundatione missæ, qualibet die... dicende... immediate post Sacramentum majoris missæ... Porro ut populus valeat levationis Sacramenti dicte majoris missæ habere noticiam,.... dum incipietur cantari Sanctus pro Sacramento dicte majoris missæ, una campanularum, super medio chori appensarum, pulsabitur.* Le Roman de Robert le Diable MS :

Li sains homs la messe canta;  
Et quant ce vint au Sacrement,  
Que le Corps Dieu tiot eo préscoit, etc.

Stat. ann. 1376. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 187. art. 10 : *Deux torches pour aluier au Sacrement.* Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 117. Chartoph. reg. ch. 35 : *Sur quoy advint que l'en sonna au Sacrement de la messe à l'église, à laquelle icelles gens coururent pour veoir Dieu.*

**SACRAMENTUM,** ¶ Episcopatus, dignitas Ecclesiastica. Ammianus lib. 15. de exauctoratione S. Athanasii : *Cætus in unum quæsitus ejusdem loci multorum (Synodus, ut appellant) removit a Sacramento, quod obtinebat.*

**SACRAMENTARIUM,** Liber Sacramentorum, promiscue dicitur liber Ecclesiasticus, in quo sacræ Liturgiæ ad Sacramentum conficiendum continentur, cujus primum Auctorem fuisse Gelasium PP. scribit Joannes Diaconus in Vita S. Gregorii M. a quo emendatum, recensitum, et brevium auctum, quod et præfert titulus Codicis Rivipullensis apud Stephanum Baluzium in Notis ad Agobardum. *Liberum vero Sacramentorum* appellasse Gregorium M. tradit idem Diaconus, qua nomenclatura donatur ab eodem Agobardo lib. de Imaginibus cap. 30. Walafrido Strabo lib. de Reb. Eccl. cap. 22. Bernone lib. de Missa cap. 1. Micrologo cap. 6. Flodoardo lib. 3. Hist. Rem. cap. 9. in Concilio Remensi cap. 5. apud Burchardum et Regionem, in Vita Aldrici Episc. Cenoman. n. 20. etc. *Liber Sacramentarius,* appellatur a Fulberto Carnotensi Epist. 79.

*Sacramentarium* eundem librum vocant alii, maxime Ordo Romanus non semel, Capitula Caroli M. lib. 7. cap. 143. 305.

[\* 202. 389.] Aytho Basilcensis Episcopus in Capitul. cap. 6. Alcuinus de Divin. Offic. Amalarius, Leo Ostiensis lib. 3. cap. 19. 42. 73. et ult.

Fatendum tamen, Gelasium non primum fuisse Sacramentarii auctorem, sed forte emendatorem : siquidem antea Salvanum, Musæum Massiliensem Presbyterum, et Voconium Castellanensem Episcopum, *Sacramentorum volumina* conscripsisse auctor est Gennadius : qua quidem voce *Missas* indicari satis prodit in Musæo. Et quod *Sacramentum* ille vocat, Julianus Episcopus Toletanus *Missas* appellat, in Ildephonsi Episcopi Toletani elogio, quem ait, *Missas* scripsisse, ut Julianum ipsum *librum Missarum de toto circulo anni in quatuor partes divisum,* Felix Toletanus perinde Episcopus : Salvum denique Abbatem Arnoldensem et Petrum Ilcridensem, Anonymum isdem Scriptoribus subditus. Sed et Auctor Catalogi Abbatum Floriac. lib. 1. Miscellan. Baluzii ait, Theodulfum Aurelianensem *Sacramentum Missæ, seu eorum, quæ in ea geruntur, digessisse;* et in Statutis Synodalibus Joannis Episcopi Leodiensis ita etiam *Missa* appellatur. [Adde Guidonem in Discipl. Farf. lib. 1. cap. 17 : *Sicque Missam celebrent sicut in Sacramentario continetur.*]

Librum porro Sacramentorum, qui Gregorii nomen præfert, et quem eruditissimis observationibus illustravit Hugo Menardus Benedictinus sitne genuinus sancti Pontificis fœtus, jure in dubium vocant viri docti, adeo ut si ejus sit, multis in locis interpolatum, vel certe auctum liceat conjicere, cum in eo mentio fiat *Sacramentarii* alterius, et post Caroli M. atatem scriptum adverterit supra laudatus Baluzius. Sacramentarium vero Gregorii, si non fallor, genuinum possidet Bibliotheca illustrissimi Archiepiscopi Remensis Caroli Mauriti le Tellier, venerandæ omnino antiquitatis, et ante Carolum M. scriptum, cum hocce titulo : *In nomine Domini incipit Sacramentarium de circulo anni expositum a sancto Gregorio Papa Romano, editum ex authentico libro Bibliothecæ cubiculi, scriptum qualiter Missa Romana celebratur.* Eadem verba præfert codex Menardi, nisi quod pro *Sacramentarium*, habet *Liber Sacramentorum.* Edidit Romæ anno 1680. Josephus Maria Thomasius libros tres Sacramentorum Ecclesiæ Romanæ, Gregoriano Sacramentario antiquiores. Vide eundem Menardum et Baluzium ad Capit. Regum pag. 1206.

¶ **SACRAMENTORIUM,** Eadem notione, in Gestis Aldrici Episc. Cenoman. apud Baluzium tom. 3. Miscell. pag. 49.

**SACRAMENTUM,** Reliquiæ. Ita *Sacramentum S. Gregorii Pape,* inter sacras reliquias recensetur in Bulla Adriani PP. ann. 1013. in Metropoli Salisburgensi tom. 2. pag. 196. quod in Monasterio Andczzensi in Bavaria asservatur. [Chartul. B. M. Magdalenæ Castridun. fol. 59 : *Ad duellum autem vidit Sacramenta S. Leobini portari a presbytero S. Leobini in domo Comitum.*] Joan. de la Gogue in Histor. MS. Principum de Deols in Biturigibus : *Et à la parfin, quant il vit, que il fu temps, il demanda le Sacrament de Monseigneur saint Jacques, et*



appella Madame Anthoine sa femme, etc.

\* Dicitur etiam de sanctorum imaginibus et statutis. Cerem. vet. MS. eccl. Carnot. : *Post Primam cooperiantur altare et capsula et alia Sacramenta.*

¶ SACRAMENTA CONSECRATIONUM, Christisma, Oleum sanctum, etc. quæ et *Consecrationis instrumenta* dicuntur, in Bulla Lucii PP. III. an. circiter 1188. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 90 : *Porro subjectarum cellarum fratres a sue dioceseos episcopo, si gratiam et communionem apostolicæ sedis habuerit, omnium consecrationis instrumenta percipiant, si tamen gratis et sine pravitate illis voluerit exhibere : alioquin liceat eis quemcumque maluerint adire antistitem et ab eo consecrationum Sacramenta recipere.*

SACRAMENTARIUM. Synodus Exoniensis ann. 1287. cap. 12. ubi de Ministeriis sacris : *Pyxis ad oblatas, tres phiale, Sacramentarium lapideum et immobile, thuribulum, vas ad incensum, etc.* Id est, lapis, in quo sacrosanctum Sacrificium peragitur.

\* SACRAMENTUM, Juramentum. *Sacramenta magna vel majora appellabantur juramenta, quæ duello pugnaturi super sanctam Crucem, sanctas Reliquias aut sancta Evangelia præstant. Charta Theob. comit. Trec. ann. 1198. in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 310 : *Vadia duelli in manu prioris (de Condis) dabuntur, et tenebit illud usque ad majora Sacramenta.* Alia ann. 1268. in Reg. 151. ch. 167 : *Si qui vadia duelli dederint, et postea inter se composuerint uterque solvet duos solidos et dimidium pro emenda : si magna Sacramenta facta fuerint, et postea composuerint, uterque reddet quindecim solidos.* Vide in Duellum pag. 951.*

\* SACRAMENTUM EVANGELICUM, Juramentum tactis sacrosanctis Evangeliiis præstitum. Chartul. Celsinian. ch. 11 : *Quod ut melius sit ratum, Sacramento Evangelico confirmavit, ne ipse vel alii successorum ejus aliquid injuriæ amodo inserant pro hujusmodi beneficio.*

¶ Quod vero ad Sacramentorum seu juramentorum species vel ritus spectat, leges in voce *Juramentum*; ubi fusius hæc prætractantur.

¶ SACRAMENTA SOLVERE, Aliquem a jurata sibi fidelitate absolvere. Charta ann. 1143. in Probat. novæ Hist. Occit. tom. 2. col. 499 : *Inprimis ipse comes debet reddere Narbonam Domine Hirmengardi, et debet solvere ipsa Sacramenta quæ homines Narbonæ et Narbonensis ei fecerunt de Narbona et de ipsis honoribus qui ad Narbonam pertinent vel pertinere debent; et debet reddere ipsa Sacramentalia quæ de eis habet.* Ubi *Sacramentalia* nuncupantur Instrumenta præstiti sacramenti.

SACRAMENTUM ARMATUM, quo quis militiæ sese addidit, in leg. 54. Cod. de Decurion.

¶ SACRAMENTUM OBSCURIONUM. Vide *Obscuriones.*

¶ SACRANEA Deæ Cereris, pro Sacrata. Vide *Consecrare.*

SACRARATI, Ponderus unius aurei cum dimidio. Saladinus de Ponderibus.

¶ SACRARE, dicitur de libro in quo de rebus sacris agitur. Albericus de Rosate

Bergomas JC. qui an. circ. 1370. vivebat in Poem. ad lectur. Codic. edit. Lugdun. ann. 1545. pag. 13. ubi de iis quæ novem libris Codicis tractantur :

Prima Sacrat, secunda parat, et tertia censet,  
Proxima contrahere, nubere quinta docet,  
Testatur sexta, libertos septima gignit,  
Pars octava vetat crimina, nona luit.

1. SACRARIUM, ἱερεῖον, βῆμα, ἄγιον βῆμα, Pars ædis sacræ, ubi sunt Sancta Sacrorum, in Gloss. Lat. MS. Reg. in quo sacra reponuntur, ab inferendis et deportandis sacris dictum. Synodus Nicæna Arabica edit. Alph. Pisani cap. 16. *Sacrarium* interpretatur, ubi est altare, quod Codex Gr. vocabat θυσιαστήριον. Concilium Vasense cap. 3. de Presbytero : *Cujus officii est Sacrarium disponere, et Sacramenta suscipere.* Epistola Lupi Tricassini et Euphronii Augustod. Episcoporum : *Subdiaconos autem ad pacem inter se in Sacrario oportet accedere.* Vita S. Desiderii Episcopi Cadurcensis cap. 13 : *Si vasa nitentia et clara, si Sacrarium mundum, si lucernæ accensæ, etc. Sacrarium B. Petri Apostoli,* apud Anastasium in Sergio PP. pag. 61. Vide Gregorium Turon. lib. 4. Hist. cap. 1. 31. 41. lib. 8. cap. 7. [et in Vitis Patrum cap. 8. num. 4.]

¶ SACRARIUM, Pars altaris, ubi reponitur pyxis, in qua sacra Eucharistia asservatur, nostris vulgo *Tabernacle*. Conc. Hispan. ann. 1512. inter Conc. Hispan. tom. 4. pag. 20 : *Ordinamus ut in omnibus ecclesiis... adsit Sacrarium ac loca bene constructa et ornata cum bonis seris et clavibus, in quibus reponantur SS. Sacramentum, oleum ac chrisma... Jubeantque pariter ut diu noctuque ardeat lampas coram dicto loco et Sacrario.* Missale Franc. apud Mahill. de Liturg. Gall. pag. 303 : *De ipsis oblationibus tantum debet in altario poni, quantum populo possit sufficere, ne aliquid putridum in Sacrario maneat.*

SACRARIUM, generaliter pro templo sumi, maxime apud gentiles, observatum ab aliis. Sed et ita usurpantur Scriptores Christiani. Ammianus lib. 26 : *Confugit ad ritus Christiani Sacrarium. Sacra Dei dixit Salvanus lib. 3. Vita S. Joannis Eleemosynarii, interprete Anastasio Bibl. num. 80 : *Loqui autem in Sacrario omnino non permittebat; sed in conspectu omnium foras mittebat eum, dicens si quidem ut oves venisti huc, etc.* [Mirac. S. Walpurgis sæc. 3. Bened. part. 2. pag. 300 : *Puella a natiuitate cæca... capit... totis anhelare precordiis, ut ad Sacrarium venire mereveret beatissimæ virginis... Ubi vero ventum est ad diu optatum basilicæ aditum, etc.*] Adde Sidonium lib. 8. Epist. 4. Sic etiam usurpare videtur Tabularium Bellilocense in Lemovicibus Ch. 85 : *Post nostrum discessum in dominio S. Petri remaneat, et S. Primi ad Sacrarium, sic ut nullus homo de communia S. Petri alienare voluerit, etc.* Ch. 130 : *Omnia superius nominata Deo et S. Petro offerimus ad sacrificium sacramdum, et ad luminaria concinnanda ante altare S. Petri, et omni tempore ad Sacrarium supradictæ res permaneant.* Ch. 145 : *Post mortem meam similiter ad Sacrarium remanere voluit.**

SACRARIUM, quod alias *Secretarium, Dia-*

*conicum, Sacristia.* Gloss. Lat. Gr. : *Sacrarium, ἱερεῖον.* Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccl. cap. 6 : *Sacrarium dicitur, quia ibi sacra reponuntur et servantur.* Gregorius M. in Sacrament. pag. 69 : *Et expectant Pontificem, vel qui vicem illius tenuerit : qui dum veniens de Sacrario processerit ante altare ad orandum, etc.* Ordo Romanus : *Processionem coram Episcopo acturus, a Custode Ecclesiæ in Sacrario ornamenta præbenda sunt.* Occurrit ibi hæc notione non semel, ut in lib. 4. Sacrament. Eccl. Rom. cap. 41. Flodoardus lib. 2. cap. 2 : *Quando Siggo quidam Sigeberti Regis Referendarius, virtute B. Martini, cæcus idem Gregorius tunc secum habebat pignera, in Sacrario domus Ecclesiæ Remensis auditum surdæ recepit auris.* Custos Sacrarum, qui aliis *Sacrista*, in Regula S. Isidori cap. 19. Vide Anastasium Bibl. in Gregorio M. pag. 44. [Gregor. Turon. lib. 8. Hist. cap. 7. lib. 3. Mirac. S. Martini cap. 17. Gesta Aldrici Episc. Cenoman. apud Baluz. tom. 3. Miscell. pag. 126.] et Ughellum tom. 7. pag. 274.

¶ SACRARIUM, Cæmeterium. Conventus Episcop. apud Gissonam ann. 1099. inter Conc. Hispan. tom. 3. pag. 310 : *Decreverunt autem Episcopi sub anathemate ut interspatium cæmeterii nullus audeat inquietare, vel sacra (id est cæmeterium) infringere, vel aliquam violentiam facere.* Vide *Sacramentum.*

¶ SACRARIUM, Scrinium, tabularium, archivum, nostris *Chartier*. Statuta Ardænciæ apud R. Duellium tom. 1. Miscell. pag. 109 : *Item secundo statuimus, quod sigillum nostri capituli in Sacrario debeat esse repositum, et tribus clavibus diligenter reclusum... privilegia quoque ipsius Ecclesiæ in scrinio, in quo sigillum est repositum, debent supradictis clavibus observari (l. obserari.)* Vide *Sacristia.*

SACRARIUM, Sacrum ærarium, fiscus Principis, in lib. 49. Cod. Th. de Hæret. (16, 5.) [Vide post *Sacrum* 2.]

SACRARIUM PALATINUM, et Consistorium Principis, in leg. 11. de Pœnis (9, 40), et leg. 8. 16. de Legat. (12, 12.) leg. 16. de Hæret. (16, 5.) in Cod. Theod.

\* 2. SACRARIUM, Liber continens benedictiones seu *Sacrationes*. Ordinar. MS. Petri Aureæ-vallis ubi de Benedictione fontium : *Fiat totum illud misterium, videlicet cruces et signacula, prout habetur, signatum in Sacrario sive collectario, ubi etiam habetur qualiter ponatur et deponatur cereus in fontes et de fontibus.*

¶ SACRATA DEO, Sanctimonialis. Chron. S. Petri Vivi apud Acher. tom. 2. Spicil. pag. 719 : *Quod (caput B. Agnetis) dum poneret super altare, cunctæ Deo Sacratæ in terram ruerunt velut in extasi posite.*

\* *Virgo sacrata*, in plurimis Christianorum inscriptionibus, teste Fontanino in Comment. de S. Colomba pag. 24. et 36.

¶ SACRATIO. Vide *Sacrum* 1.

SACRATORIUM, Idem quod *Sacrarium*. Glossarium Cambrense : *Absida dicitur exedra, id est, Sacratorium.*

¶ SACRATUM, ut *Sacrarium, sacristia*. Statuta Mutin. rubr. 362. fol. 71 : *Cum propter aquarum abundantiam quæ exeunt de canali qui vadit... super Sacratum eccle-*



stio S. Pauli, omnia monumenta, quæ sunt in Sacro ecclesie predictæ S. Pauli, et etiam domus heremitarum ibi existentium impleatur aqua predicta, etc.

† SACRESTANA, Sacrii custos apud Sanctimonialia, Gallice *Sacristaine* vel *Sacristine*. Necrolog. Abbat. S. Petri de Casis: 23. Junii, obitus domine Ysabellæ de Langiaco Sacrestane de Casis, etc. Vide *Sacristica*, et *Sacristana* in *Sacrista*.

† SACRETARIA, ut *Sacrestana*. Primordia Calmosiac. Monast. lib. 2. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1187: *Pro tribus quartæris terræ... quæ ad Sacretariam Romaricensis ecclesiæ pertinebant, quam nos proprie custodem ecclesiæ vocamus, etc.*

† SACRICOLUS, adject. Sanctus, quod *sacricolam* deceat. Vita S. Arnulfi Episc. Metens. sæc. 2. Benedict. pag. 151: *Incipit... vox consona populi ut sibi Arnulfus pontifex detur instare: quia et Principi acceptissimus haberetur, et Sacricolis actibus pollere nosceretur.*

† SACRICUSTOS, ut infra *Sacrista*. Bernardus Johannis *Sacricustos* et clericus subscribit Chartam Gillelmi Ceritani Comit. ann. 1091. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 538.

SACRIFEX, Sacrificus, Sacerdos. Passim apud Hildebertum in carmine de Officio Missæ.

SACRIFICA, Officium Monasticum in Monasteriis, sanctimonialium. Petrus Abælardus pag. 154: *Sacristica, quæ et Thesauraria, toti oratorio providebit, etc.* Sed ibi legendum indubie *Sacrista*, ut pag. 143. [Vide *Sacrestana*.]

SACRIFICATI, dicti olim Christiani, qui suppliciorum, vitæ, vel etiam et bonorum amissionis metu idolis sacrificabant, licet revera Christianam ex animo fidem profiterentur. Hos pluribus exagitat S. Cyprianus Episc. 52. et lib. de Lapsis, et a cæterorum communionem non modo arceos contendit, sed et in graviore longe versari culpa, quam *Libellaticos*, de quibus suo loco. Hos etiam *Thurificatos* vocat eadem Episc. 52. Concilium Arelatense II. sub Siricio PP. cap. 11: *Si qui vero dolore victi et pondere persecutionis negare et Sacrificare compulsi sunt, etc.* Libellus precum Marcellini et Faustini pag. 31: *Sed paululum territus tantus Episcoporum numerus cæteratim dederunt manus impietati, et ad majorem jam vesaniam inclinavit impietas tam facile strage multitudinis. Non hoc minus sacrilegium est, non hoc minor impietas, quam sit sub persecutore gentili idolo Sacrificatum esset; quoniam et hæresis perterritum subscribere, demoniis sacrificare est.*

1. SACRIFICIUM, Hostia consecrata, divina Eucharistia. [*Sacristata hostia*, Anonymo de Reb. Altahens. Monast. ex Schedis Mabill. Regest. 1: *Qui (Leonardus) ob furtum hostiarum in sacristia, non tamen Sacrificatarum, etc.*] Cumeanus Abbas de Mensura Pœnitentiarum cap. 14: *Mulieres possunt sub nigro velamine accipere Sacrificium. Pœnitentialis S. Columbanus: Quicumque Sacrificium perdidit, et nescit ubi sit, anno pœniteat. Qui negligentiam fecerit erga Sacrificium, ita ut ad nihilum devenit, dimidio anno pœniteat. Occurrit ibi pluries. Capitula Theodori Archiep. Cantuar. cap.*

5: *Sacrificium non esse accipiendum de manu Sacerdotis, qui orationem vel lectiones secundum ritum implere non potest. Adde cap. 50. 59. Canones S. Patricii cap. 13. Capitulare Mylonis Episcopi cap. 74. Capitulum Caroli M. lib. 1. cap. 71. [\*\* 67.] Ordericum Vitalem lib. 6. pag. 616. [Pirminii Libellum apud Mabill. tom. 4. Analect. pag. 598. etc.] Tabular. S. Cyrici Nivern. Ch. 45: *Quendam alodum meum Deo et S. Cyrico ad emendum illius loci Sacrificium, qui est in pago, etc.**

† SACRIFICIUM, Missæ offertorium, in Missali Mozarabico apud Mabill. Liturg. Gall. pag. 11.

† SACRIFICIUM PSALLENDI, Officium divinum. Capitulum lib. 7. cap. 228: *Sancitum est ut si quis presbyter vel diaconus aut quilibet clericus ecclesiæ deputatus, si intra civitatem fuerit, aut in quolibet loco in quo ecclesia est, et ad quotidianum psallendi Sacrificium matutinis vel vespertinis horis ad ecclesiam non convenit, deponatur a clero.*

SACRIFICIUM SICCUM, mixtum. Missa vetus ex Codice Ratoldi Abbatis Corbeiensis: *Episcopus communicet Presbyteros et Diaconos cum osculo pacis, sicco tamen Sacrificio, et Subdiaconi mixto Sacrificio: et Diaconi et Presbyteri summam gustent cum calice, tenente Subdiacono, de ipso sanguine. Ubi communicare sicco Sacrificio, est corpore Christi separatim a sanguine correcto: mixto vero sacrificio corpore Christi sanguini ejus intincto. Vide Missa sicca.*

† SACRIFICIUM VESPERTINUM, Missa, quæ in Quadragesimæ feriis ad vespem differebatur. Vide Mabill. Liturg. Gall. pag. 54. et 126.

† SACRIFICII OPUS, Missa. Vide post Opus 6.

\* SACRIFICIORUM LIBER. Invent. MS. thes. Sedis Apostol. ann. 1295: *Item alius liber D. Innocentii, qui vocatur Liber Sacrificiorum, in quo est expositio omnium Ordinum, et de eorum que sunt in Missa.*

2. SACRIFICIUM, Quævis oblatio fidelium. Charta Edmundi Regis Angl. pro Monasterio Glastonensi tom. 2. Monastici Angl. pag. 838: *Quinque mansas Athelwodo Ministro meo in æternam hæreditatem concedo, ea tamen ratione, ut omni anno in solemnitate S. Martini ad Ecclesiam Beatæ Dei Genitricis.... 5. congios celæ, et 1. ydromeli, et 30. panes cum pertinentibus pulmentariis, et 5. congios frumenti reddat: insuper omne Sacrificium, quod nos dicimus Minus Ecclesiasticum, et opus Ecclesiasticum et Minus rogificum ab omni familia illius terre reddat. Ubi legendum utrobique *munus*, docet Chronicon Montis Sereni ann. 1214: *Quo rumore (miraculi) diffamato, provinciarum omnium circumjacentium populis ad civitatem confluentibus, tanta fuit offerentium multitudo, ut infra paucos menses quibus illa duravit insaniam, præter oblationes cere, super 150. marcas sit Sacrificium computatum. An. 1219: Marcam etiam unam, quam ex veteri consuetudine Camerario in dedicatione Ecclesiæ de Sacrificio ipsius diei Tibericus dare tenebatur, usque ad tempus quo ipse a parochia recessit, quod fuit circa festum Michaelis, non dedit, ad cujus redactionem u Præposito arcebat. Denique**

ann. 1223: *Tantus illuc fidelium concursus factus est, ut 800. marcæ de Sacrificio primi anni computarentur. Infra: Et in concurrentium quidem numerositate consilii sui effectu fraudatam non est: utrum autem ei offerentium, ipse viderit. Constat enim 240. talenti cere hoc anno de consueto Sacrificii pondere defuisse. [\*\* Vetus Notit. apud Schannat. in Histor. Wormat. tom. 1. pag. 115: *Ilæc sunt nomina villarum, quæ tenentur singulis annis.... duo Sacrificia ad quodlibet altare ponere. Est autem Sacrificium tale: Caseus, panis in valore unius hall. et 2. hall.]**

† SACRIFIGUS. Vide infra *Sacrius*.

† SACRILEGIUM, Sacrilegium admittere, ex Gloss. Cyrilli apud Vossium de Vitiis serm. lib. 4. cap. 23. ἱεροσυλος, *Sacrilegus*. ἱεροσυλῶ, *Sacrilego*.

† SACRILEGIUM, Mulcta quæ a sacrilegis Episcopo exsolvebatur. Charta ann. 1062. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. pag. 257: *Concedimus etiam Sacrilegium quod ad nos pertinet quarundam ecclesiarum, videlicet ecclesiæ S. Salvatoris de Moia... tali modo ut quod sui inter se homines perpetraverint sit abbati et ecclesiæ suæ; quod vero iidem homines cum aliis fecerint, medietas hujus Sacrilegii eidem erit abbati, cætera sint in dominio nostro. Charta ann. 1073. ibid. pag. 258: *Excepta parte et Sacrilegii presbyterorum. Charta ann. 1108. ibid. pag. 267: *Et sic sit ecclesia illa soluta et quieta ab omnibus reliquis consuetudinibus, et etiam a Sacrilegio, salvo jure canonico. Rursum in alia ibid. pag. 347: *In emendationibus illis quæ ex adultæriis et Sacrilegis atque hujusmodi Episcopo proveniunt, manachi medietatem habebunt. Hanc vero mulctam, quæ a Justiniano in quinque libras auri optimi constituta fuerat, reductam a Carolo pio Principe in triginta libras examinati argenti, id est sexcentorum solidorum argenti purissimi, discimus ex Confirmat. ejusd. legis in Concil. Tricasino ann. 878. tom. 2. Capitulum col. 277. et 278.****

† SACRILEGI NUPTIARUM nuncupantur adulteri, in lege 5. Cod. Theod. lib. 11. tit. 36.

† SACRIM, ἀπαρχή γλεύκος, in Gloss. Lat. Gr. Ex Festo *Sacrima* emendat Vulcanius: sic appellabant mustum, quod Libero sacrificabant pro vineis, et vasis et ipso vino conservandis. Eadem Glossæ: *Sacrimum, νέος οίνος.*

SACRIMENSIS, ἱερομηνίς, in Gloss. Gr. Lat. [Omnis dies in mense sacer, Martinio, quem consule.]

SACRIMONIUM, ἱερῶσόνη, in vet. Gloss. SACRISCRINIARIUS, SACRISCRINIUS, Sacrista. Gloss. Ælfrici: *Sacriscriniarius, circ-veard, id est, Custos Ecclesiæ.* Charta 145. in Appendice ad Capitular. Regum Franc.: *Per Seniofredum Presbyterum Sacriscriniarium suæ Ecclesiæ prædictæ.*

SACRISCRINIUS. Gesta Synodi Aurelianus. ann. 1017: *Tunc causa sui itineris... Ebrardo nomine Carnotensis Ecclesiæ Sacriscrinio. Synodus Helenensis ann. 1027: *Una cum... Ellemaro, Sacriscrinio et choraule.**

\* Necrol. eccl. Paris. MS. vr. Idus Maii:



*Obiit Girardus sacerdos Sacriscrinius sanctæ Mariæ.*

**SACRISTA**, Dignitas Ecclesiastica. Ugnatio : *Sacrista, sacrorum custos.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Sacrista, sacristarius, Secretain.*] Idem qui *Thesaurarius*, Durando lib. 2. Ration. c. 1. n. 14. et Joanni de Deo in Pœnitentiario lib. 5. cap. 12. *Apoctisarius*, [vel *Apoctisarius*, ut in edit.] apud Bernardum Mon. in Constit. Cluniac. c. 51. et 52. ubi officium ejus describitur, ut et apud Udalricum lib. 3. [et S. Willelm. lib. 2. Constitut. Hirsaug. c. 34.] Concilium Toletan. in lib. 1. Decret. tit. 26. c. 1 : *Ut sciat se Sacrista subiectum Archidiacono, et ad ejus curam pertinere custodiam sacrorum vasorum, vestimentorum Ecclesiasticorum, seu totius thesauri Ecclesie, nec non quæ ad luminaria pertinent, sive in cera, sive in oleo.* Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 20 : *Ad officium Sacristæ pertinent omnia quæ in thesauro sunt custodire, reliquias et omnia ornamenta altaris, et sanctuarii, ut totius Ecclesie, sive in auro, sive in argento, sive in ostro, et palliis, et tapetibus, et cortinis : sacras quoque vestes, et pallas, et manutergia, calices, et textus, et cruces et thuribula et candelabra, et cætera vasa quæ vel ad ministerium, vel ad ornamentum altaris et sanctuarii totiusque Ecclesie pertinent. Libros quoque missales, Epistolares et Evangelia.* Willelmus Brito lib. 12. Philipp. :

Deinde Sacrista loci capsam stans ante beati Præsulis, etc.

#### Vetus Epitaphium Lugduni :

Istius Ecclesie Cantor simul atque Sacrista.

*Speculum Saxonicum* lib. 2. art. 71. § 3 : *Exceptis Clericis, mulieribus, Sacristis, id est Ecclesiarum custodibus, et pastoribus.* [\*\* Germ. *Kerkenere.*] Utuntur Statuta Leichfeldensis Ecclesie in Monastico Anglicano tom. 3. pag. 242. et Ecclesie Londinensis ibid. pag. 337. Cæsarius lib. 1. Miraculor. c. 35. lib. 4. c. 13. Saxo Grammaticus lib. 11. etc. [Vide Ordinar. Canonic. Regular. ad calcem Johannis Abinc. de Offic. Eccl. pag. 288. Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. pag. 337. et alios.]

*Sacrista* præcipua post Abbatem dignitas in Capitulo de Romanis, ut docet Charta ann. 1274. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 127. col. 1 : *In casu illo correctio pertinet ad Abbatem, cum Sacrista vel Claverio.* Statutum Humberti Dalph. ann. 1348. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 3. pag. 272 : *Fuit nobis per præfatos canonicos nominibus suis et capituli prædicti ac Sacristæ dictæ Ecclesie cum reverentia demonstratum, quod... ipsi Sacrista, canonici, sacerdotes, curati, capellani et clerici ut totum collegium Ecclesie memoratæ, habent... jura, jurisdictiones, etc.* Quod et in aliis quibusdam Ecclesiis obtinet.

**SACRISTA APOSTOLICI PALATII**, Officium perpetuum, inquit Auctor libri Ceremoniarum Capellæ Pontificiæ, qui semper consuevit esse Prælatus. De hac dignitate multa commentatur Waddingus in Annalibus Minorum ann. 1303. num. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

¶ **SACRISTA HEBDOMADARIUS**, Qui per hebdomadam majoris Sacristæ adjutor

constituitur, apud laudatum Bernardum Mon. cap. 52.

¶ **SACRISTANUS**, ut *Sacrista*. Chronic. Farf. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 551 : *Johannes (filius Benedicti Comitis) quodam anno in vigilia S. Mariæ voti causa, per suum Missum mandans, 12. solidos fecit ponere super altare ipsius, quod Sacristanus assumpsit, et intra alia vota reposuit.* Occurrit præterea in Charta ann. 1146. in Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 516.

¶ **SACRISTES**, Eadem notione, in Chartul. S. Martini Pontisar. : *Odo Sacristes S. Martini.*

¶ **SACRISTIANUS**, Eodem intellectu. Litteræ ann. 1410. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 66 : *Nos fratres Wenceslaus de Zbirou prior, dictus Machko, Stephanus subprior et ibidem Sacristianus, etc.*

¶ **SEGRESTANUS**, **SEGRESTARIUS**, Eodem significato. Tabul. S. Petri de Cella Froini in Comit. Engolism. : *Audientibus et videntibus G. capellano et Ar. Segrestano, etc.* Usus Culturæ Cenoman. : *Segrestarius debet providere ut cum luce fiant omnia... Segrestarius præparet in virga ante ultare XIII. cereos.* Nostris *Segretain*. Inventar. ann. 1510. in Chartul. S. Vandreg. : *Inventaire fait par moy Damp Tha. Papeleray Segretain des Reliques du tresor de l'abbaye S. Vandrile.* Vetus Poeta MS. ex Biblioth. Coislin. nunc Sangerm. :

Dame hien, dist li Segrestains,  
Gc ne demant ne plus nc mains.

Et infra :

Ge sui de çaiens Tresorier,  
Si vos दौरai moult bon loier.

Vide *Secretarius* 1.

¶ **SACRISTANA**, **SACRISTARIA**, Quæ sacristie præest apud Sanctimonialia. Tabul. S. Albini Andegav. : *Concordia inter R. abbatem S. Albini et Mariam abbatissam S. Sulpitii. Teste Anncte Sacristana S. Mariæ Andegavis.* Charta ann. 1403. ex Schedis Præs. de Mazaugues : *Item dominæ Sacristane unum justium vini, dum fit communicatio.* Vita B. Coletæ tom. 1. Mart. pag. 574 : *Nam Sacristaria conventus quæ pulsare pro matutino debebat, etc.* Vide *Sacrestana*.

¶ **SEGRESTA**, Eadem notione, in Charta Gislæ Abbatisæ Romarici-montis laudata a Mabill. tom. 3. Annal. pag. 604.

**SACRISTARIA**, Sacristæ munus Monachicum, cum redditu ac prædiis annexis. Gervasius Dorobornensis ann. 1187 : *Archiepiscopus autem... arrepto capitis sui pileo præfatum Robertum sacristam senem, et natura simplicem, quasi de novo sacristam constituit, omnibus eidem pertinentiis Sacristariæ specialiter assignatis.* [Charta ann. 1240. ex Tabul. B. M. de Bono-Nuntio Rotomag. : *Recognovit se vendidisse et omnino reliquisse sacristæ B. M. de prato juxta Rothomagum ad opus Sacristariæ pro 20. sol. Turon... quoddam tenementum quod dicebat se habere in eadem parochia.*]

¶ **SACRISTANIA**, Eodem significato. Chartar. Auxit. Eccl. Ch. 109 : *Ne forte sub obtentu hujus occasionis aliquam ad jus Sacristariæ pertinere contendant.* Capitula gener. S. Victoris Massil. MSS. : *Quod nos non videmus qui tenent Sacristanias, seu*

*cellas, seu prioratus quod melius possint legi quum per abbatem ad census reddendos.* Occurrit præterea in Charta ann. 1217. inter Instr. tom. 3. novæ Gall. Christ. col. 238. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 63. Menester. Hist. Lugdun. pag. 105. etc.

¶ **SACRISTERIA**, ut *Sacristaria*. Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 84 : *Vendidi Gilleberto Anglico... ministerium meum de Sacristeria integre cum omnibus ejusdem ministerii pertinentiis.*

¶ **SACRISTERIATUS**, Eodem intellectu. Charta Sacristæ Montisbertodi in Dombis ann. 1466 : *Sacrista Montisbertodi et in dicto Sacristeriatu successores ejus debent, etc.*

**SACRISTIA**, Eadem notione, apud Will. Thorn ann. 1128 : *Unde et molendinum de Abbatis melle quod ipsemet proprio labore adquisivit, ad Sacristiam deputavit.* [Litteræ Lucii III. PP. ann. 1181. inter Instrum. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 46 : *Ipse vero cum consilio prædictorum episcoporum tres archidiaconatus vacantes et Sacristiam in ipsa ecclesia de vacantibus idoneis ordinavit.* In Cathedralibus Ecclesiis itaque ut in Monasteriis dignitas fuit.]

**SACRISTARIA DOMUS**, apud laudatum Bernardum cap. 51.

¶ **SACRISTARIÆ OBEDIENTIA**, ut *Sacristaria*. Charta ann. 1138. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 391 : *Decrevimus quatenus universa quæ Sacristariæ vestræ obedientia, tam in thesauro, quam in ornamentis seu aliis redhibitionibus, vel possessionibus, in præsentiarum possidet, aut in futurum poterit adipisci, eidem obedientiæ perpetuo jure inviolabiliter conserventur. Interdictos omnimodis ac prohibentes, ne quislibet priorum vel sacristarum de prælibatis Sacristariæ rebus quippiam usque capituli nostri et nostra permissione detrahere presumat.*

¶ **SACRISTURA**, Eadem notione, in Charta ann. 1205. ex Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 782 : *Concessi Deo et Ecclesie S. Vandregesilli... totum tractum meum cum appendiciis, quem ego et antecessores mei in Sacristura S. Vandregesilli habuimus... Pro hac autem donatione... mihi de caritate ecclesie octo libras Turon. dederunt, per manus Alexii tunc sacristæ jam nominatæ Ecclesie peccatas.*

¶ **SEGRESTIA**, in Charta ex Tabulario Nobiliac. apud Stephanot. tom. 3. Antiquit. Bened. Pictav. MSS. pag. 331 : *Ad illorum Segrestiam seu ad suas ecclesias restaurandas per hunc cessionis epistolam ad habendum delegavimus.*

¶ **SEGRESTANIA**. Charta Grimoardi Episc. Engolism. inter Instrum. tom. 2. novæ Gall. Christ. col. 445 : *Dono atque dimitto altare Equalisimorum matris ecclesie... cum Segrestania, hoc est manus de Tornaco.*

¶ **SACRISTERIA**, Sacrarium, *Sacristie*. Historia Translat. S. Edmundi Cantuar. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1866 : *Nocte vero sequenti sublatum est (corpus) de altari, et conclusum in loco abdito, qui Sacristeria superior nominatur.*

¶ **SACRISTIA**, Eadem notione, passim occurrit.

¶ **SAGRESTIA**, Eodem significato, vox



Italica, in Chronico Modoet. apud Murator. tom. 12. col. 1092 : *Qui presbyter quasi alliteratus per stuporem tantæ visionis, sine mora in Sagrestia intravit.* Ibidem col. 1093 : *Tunc presbyter de Sagrestia cum devota facie exiit, etc.* Acta SS. tom. 4. Jun. pag. 765 : *Ille malignus caute aperto ostio dictæ Sagrestie, clausuras capsæ ignominiose aperuit.*

\* **SACRISTANEA**, Sacrarium, Gall. *Sacristie*. Charta ann. 1240. in Chartul. Cluniac. : *Ut sacrista, quicumque fuerit, integre Sacristaneam teneat et computationem de ea ad minus bis in anno reddat; ita quod, si quid residui fuerit, in albis vel in aliis ornamentis, sive in meliorationem sacristie, de consilio prioris convertatur.*

\* **SACRISTANIA**, Eadem notione. Charta ann. 1038. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Donamus unam semediatam de vinea, juxta ecclesiam S. Justi, in opus Sacristanie.* Vide alia notione in *Sacrista*.

¶ **SACRISTIA**, Serinium, Tabularium publicum, Gall. *Grefte*. Statuta Astens. c. 58. fol. 32 : *Teneatur Potestas sive iudex malefactorum... facere scribi et poni omnia nomina bannitorum de maleficio et maleficia pro quo banniti et condemnati erunt in duobus libris, quorum unus deponatur ad domum Fratrum Minorum et alius remaneat ad Sacristiam Communis.* Ibid. fol. 67 : *Ordinatum est quod facto isto volumine statutorum, vetus volumen, sive vetus liber statutorum ponatur et consignetur in Sacristia Communis Astæ et ibi custodiat. Vide in Sacrarium, et in Sacrista.*

\* **SACRISTISSA**, Quæ sacristie præest apud sanctimonialia. Inter dignitates recensetur in Charta ann. 1420 : *Priorissa, Sacristissa, præcentorissa, etc.*

**SACRITECTA**. Vide *Sartectum*.

**SACRIVUS**, **SACRIFUS**, Sacer. Lex Salica tit. 2. § 14 : *Si quis maidem Sacrivum, qui dicitur Votivus, furaverit et hoc cum testibus ille qui eum perdidit poterit approbare quod Sacrivus fuisset, dcc. sol. culp. jud.* Et § seq. : *Si quis maidem non Sacrivum furaverit, etc.* In edit. Heroldi, *Sacrifus*. *Votiva pecora*, dicuntur Gregorio Turon. lib. 2. de Mirac. c. 3. quæ ad Monasteria aut Ecclesias pertinent, Plauto in Menæchm. Varroni, et Festo *Porci sacres*, appellantur, qui sunt ad sacrificium idonei. In Gloss. apud Pithæum, *sacrivus* exponitur, *qui est defensor aliorum porcorum* : forte quia porcus sacer et votivus aliis non sacris nec votivis tutelam præstat, propter Ecclesiarum reverentiam. [\* Vide Grimm. Mythol. German. pag. 31.]

**FONS SACRIVUS**, **ARBOR SACRIVA**, Sacer, sacra. S. Andoens lib. 2. Vitæ S. Eligii cap. 15 : *Nulli creature præter Deo et sanctis ejus venerationem exhibeatis : fontes vel arbores, quos Sacrivos vocant, succidite.* Concil. Autisiodorensis cap. 3 : *Non licet inter sentes aut arbores Sacrivas vel ad fontes vota exsolvere.* Adde Concilium Arelatense II. Vide *Arbor* 1.

**SACROBARRA**. Liber MS. de Officio coronatoris laudatus a Spelmanno : *Inquirendum est per 12. juratos pro Rege super sacramentum suum, quod fideliter presentabunt sine ullo conclamato omnes fortunatas, abjuraciones, appella, murdra, Sacrobarra,*

*felonias factas, per quos et quot, etc.* Ubi Spelmannus pro *sacrilegio* poni hanc vocem putat.

**SACROCOLA**, Qui sacra colit, Sacerdos, clericus. Odo Cluniacensis : *Quod si de labiis tam ingens periculum Sacrocolis imminet, quanto magis de renibus?*

¶ **SACROSANCTA**, Sancta Evangelia, sacra Reliquiæ, Crux, et alia, super quæ sacramenta in Ecclesiis peragebantur. Consuet. Furnenses MSS. ex Tabular. Audomar. : *Et si venerit, et legitimum impedimentum ostenderit petendo Sacrosancta et divisorem juramenti, etc.* Charta ann. 1233. ex Tabular. B. M. de Bono-Nuntio Rotonmag. : *Dictam elemosinam et donationem præfatis monachis contra omnes tactis Sacrosanctis teneatur garantizare.* Vide in *Juramentum*.

¶ **SACROSANCTI**, Eadem notione, in Charta ann. 1248. ex Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 352 : *Et insuper ego dictus Petrus et Byatissa uxor mea supra Sacrosanctos juravi, quod etc.*

1. **SACRUM DEI**, Donatio facta Ecclesiæ. Tabularium Brivatense Ch. 171 : *Si quis vero vel ego emutata voluntate mea, sive qualibet ulla immensa persona, quæ contra hoc Sacrum Dei ire aut agere, aut ullam calumniam inquietare voluerit, etc.* Ch. 247 : *Legum sanxit auctoritas, ut inter reliquas scripturas sola tantum cessio, seu Saceratio, sine gestarum obligatione plenissimam in perpetuum obtineat firmitatem, etc.*

2. **SACRUM**, Consecratio Episcopi, *χειροτονία*, quomodo vulgo *sacre* dicimus. Utitur Steph. Torn. Epist. 274. 275. 2. edit. [Vide *Sacra* 3.]

¶ **SACRUM PALATIUM**, Curtis Regia, vel potius Sacrum ærarium, fiscus Principis. Leg. Liutprandi apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 53 : *Componat in Sacro Palatio solidos ccc. et mundium ejus amittat.* Vide *Sacrarium*.

\* 3. **SACRUM**, Festum Corporis Christi, apud Andes. *Eveillon* de Process. eccl. pag. 284. unde *Sacre* et *Sacrament* nostratibus, eodem sensu. Lit. remiss. ann. 1448. in Reg. 179. Chartoph. reg. ch. 164 : *Le Jeudi d'après la feste du Sacre nostre Seigneur.* Aliæ ann. 1473. ex Reg. 197. ch. 400 : *Le jour de la feste du Sacre du Corps de Dieu, nostre createur.* Reg. 13. Corb. sign. *Habacuc* ad ann. 1513. fol. 169 : *Chacun au jour du Sacrement, etc.* Ita quoque intelligendum puto quod legitur in Diar. Caroli VII. ad ann. 1444. pag. 524 : *Et furent les rues parez, comme à la saint Sauveur.*

\* **SACRUS**, Sacer. *Lapis Sacrus*, in quo sacra fieri solent. Inventar. ann. 1449. ex Tabul. D. Venciæ : *Una capsia de sap, in qua consistunt ornamenta capelle beati Joannis, et primo, lapis Sacrus.*

¶ 1. **SACTIO**, pro *Sasso*, ni fallor. Vide in hac voce. Charta Yvonis et Lotharii Reg. Ital. ann. 932. apud Eccardum in Orig. familiæ Habsburgo-Austr. pag. 152 : *Terris, vineis, campis, pratis, pascuis, silvis, sactis, Sactionibus, aquis, aquarumque decursibus, etc.* [\* Vide *Sationalia* et *Saginatia*.]

\* 2. **SACTIO**, f. pro *Factio*, Gall. *Manufacture*, ut monet doctus Editor ad Libert. de Naïaco ann. 1368. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 221. art. 10 : *Attento*

*quod ipse locus est devius ab omni itinere publico, et caret omni Sactione seu mercatura publica, etc.*

\* **SACUCUS**, Sambucus, Hispanice *Sauco*, et apud quosdam Gallo-Belgas *Sahuc* et *Saihuc*, uti notant docti Editores ad Mirac. S. Germ. Autiss. tom. 7. Jul. pag. 286. col. 2 : *Exceverat autem juxta crepidinem altaris quædam arbuscula, quæ vulgo Sacucus dicitur, etc.* Vide supra *Sabutz*.

**SACUDIRE**, Excudere, Gall. *Secouer*, Hispan. *Sacudir*. Fori Alcaconenses ære 1267 : *Et qui non fuerit ad final de giudice, et pignus Sacudiret, ad saion pectet.* Rursum : *Quin villa ter prenda pindaat cum sayone, et Sacudiderit ei pignus, outorguet el sayon, etc.*

\* **SACURBA**, Species vestis ex tela, idem quod nostris *Sarrau*. Lit. remiss. ann. 1456. in Reg. 183. Chartoph. reg. ch. 149 : *Lequel l'Estourmy.... vestit une robe de toile, appelée Sacurbe, qu'il avoit pardessus lesdites bringandines, laquelle Sacurbe ou robe de toile, etc.* Vide *Surcotium*.

¶ **SACUS**, pro *Saccus*, in Litteris Philippi Pulchri Reg. Franc. ann. 1291. tom. 4. Ordin. pag. 19. Informat. pro Passagio transmar. ex Cod. MS. Sangerm. : *Item bis coctum pro duabus personis unum Sacum appellatum de moisson.*

\* **SACUSINI**, Monetæ species. Comput. decimæ in Italia collectæ ann. 1278. pro subsidio T. S. ex Cod. reg. 5376. fol. 256. rº : *Item assignavit (prior S. M. majoris de Sacusia) recepisse.... libras xxxvj. et solidos xij. Venensium et Sacusinarum.*

¶ **SAD**, Fovea, fossa, veteribus Frisiis, apud Schilter. in Gloss. Teuton. ex Franc. Jun. in Willeram. pag. 215.

¶ **SAD-HANNESO**, *Ita dumtaxat, vel sine dubio*, in Gloss. ad calcem Collect. Canon. Apost. ex Bibl. DD. *Chauvelin* Sigillorum Regiorum Custodis.

¶ **SADO**, Mensura agri. Vide *Sazo*.

\* **SADONARE**, Bene formare, gratam formam alicui rei dare, parare. Vide infra *Saisouare* et *Sasonare*. Consuet. Perpin. MSS. cap. 38 : *Item fornarii debent coquere bene et Sadonare panes in furno, et propter hoc debent habere tantum vicesimum panem; et si male decoquerint vel Sadonaverint, debent tilos emendare.* Ita nostris *Sade*, pro *Gratus*, jucundus, suavis. Mirac. B. M. V. MSS. lib. 1 :

La Sade Virge ou Sade nom,  
Ki nommè est Virge Marie, etc.

Guill. Guiart. ad ann. 1243 :

Fu saint Lois le dous, le Sade,  
De joust Pontoise malade.

¶ **SÆCULARIS**, **SÆCULARITAS**, etc. Vide in *Sæculum*.

**SÆCULUM**, **SECULUM**, Monachis præsertim dictum, quidquid extra claustrum : quia qui vitam monasticam amplectuntur, mori sæculo dicuntur. S. Cyprianus Epist. 7 : *Sæculo renuntiaveramus, cum baptizati sumus : sed nunc vere renuntiaveramus Sæculo, quando tentati et probati a Deo, nostra omnia relinquentes, etc.* Vide eundem Epist. 2. Libellus precum Marcellini et Faustini pag. 83 : *Contemptu rerum sæcularium, et humane glorie, ad quam plerique effectant, etiam qui se Sæculo et con-*



*cupiscentie carnis abrenuntiasse gloriantur.* S. Augustinus Serm. 49. de Diversis: *Quærebant, unde instituerem Monasterium; spem quippe omnem Sæculi reliqueram.* Faustus Rhegiensis ad Monach.: *Non grande gaudium est, si aliquis ad Sæculi fluctus revertens, nomen atque habitum professionis suæ custodire videatur, anima vero ejus negligentis tabescat ac defluat.* Concilium Eliberit. cap. 80: *Prohibendum est, ut liberti, quorum patroni in Sæculo fuerint, ad clerum non promoveantur.* Cap. 85. apud Burchard. et Ivon.: *Si mulier maritum suum interfecerit... Sæculum relinquat, et in Monasterio peniteat.* Petrus Damianus lib. 1. Epist. 19: *Hoc flagellum, si quando egrederetur ad Sæculum, portabat in sinu, ut ubicumque eam jacere contingeret, a verberibus non vacaret.* Vetus Epitaphium Mediolani: *Hic requiescit B. M. Maufrito, vixit in hoc Sæculo ann. p. m. LII. depositus est V. D. Prid. Id. Jun. Ind. 11.* Aliud ibidem: *Hic requiescit in pace Odelbertus, qui vixit in Sæculo annos p. m. LXII. depositus est sub D. XVIII. M.* Aliud: *Hic requiescit in pace S. M. Adeodatus Presb. qui vixit in Sæculo ann. plus minus LXXXV. depos. sub D. VIII. Cal. Julii. Probo Jun. C. Consule per Indictione III.* Adde Proparascoven Broweri ad Annales Trevirenses n. 38. [*Sæcle*, eadem notione usurparunt nostrates. Le Roman de Giron le Courtois: *Si vous dy vrayement que je refusasse vouleutiers la joste de vous pour le grant bien que l'en en dit par tout le Sæcle.*] *Sæculum relinquere, dimittere, Sæculum sectari,* in Capitul. 1. ann. 805. cap. 8. in Capitul. 2. ann. 811. cap. 5. 6. 7. 8. in Concilio Moguntiac. cap. 16. 17. *Ad Sæculum reverti,* apud S. Hieron. in Epist. ad Rusticum, Gregorium Turon. de Vitis Patrum cap. 9. *Seculum relinquere,* cap. 12. Occurrit passim. Vide Glossar. med. Græcit. in Αἰών.

¶ **SÆCULA**, pro Anni, usurpat Jonas Episc. Aurelian. in Translat. S. Hucberti sæc. 4. Benedict. part. 1. pag. 296: *Quod quantum sub ipsius (Carolomanni) Principis tempore erga præfati viri sancti corpus per tot elapsa Sæcula incorrupte servatum virtus divina claruerit, etc.* Nondum enim, ut ibi observat Mabillonius, duo sæcula ab Hucberti morte tunc effluerant.

**SÆCULARIS**, Mundanus. Gloss. G. Lat.: Κοσμικός, *Sæcularis*. [*ἄρχη κοσμική*, apud Gregor. Nazianz. de Vita sua, ubi de Cæsario fratre.] Salvianus lib. 4. de Gubern. Dei: *Quis est, oro, hominum Sæcularium præter paucos, qui non ad hoc semper nomen Christi in ore habeat ut pejeret?* Idem lib. 5. de Religiosis: *Non Sæculares tantum, sed plus quam Sæculares esse volunt, ut non sufficeret eis quod ante fuerant, nisi plus essent quam fuissent.* Novatus Catholicus in Homil. ad fratres: *Sæcularibus aliter in Ecclesia loquimur, aliter loqui vobis debemus.* Cæsarius Arelat. serm. 14: *Oblivisci loci illius, in quo dulcis immutationis habitus te nomine Sæcularis exuens, etc. Sæculares cognitiones,* apud Irenæum lib. 4. cap. 70. [*Secularia habitacula monasteriis opponuntur in Capit. Aquisgran. § 30.*] *Scriptores rerum sæcularium,* apud Sulpitium Severum lib. 2. Hist. Leo Ost. lib. 3. cap. 3: *Habitu tantummodo Sæcularis.* Cæsarius Heisterbach. lib. 7. cap. 8: *Canonicus qui-*

*dam, vita satis Sæcularis.* Cap. 56. de Canonico: *Satis tamen extitit Sæcularis et delicatus, atque in vestimentis curiosus.* Lib. 12. cap. 40: *Eratque homo valde Sæcularis, magis se conformans Militi, quam Monacho.* Adde Joan. Sarisberiensem lib. 7. Policr. cap. 23. [Vincent. Lirin. lib. 1. Commonit. cap. 20. etc. *Sæcularissimus,* apud S. Bernardum in Epist. 276.]

\* *Fillette de siecle*, in Lit. remiss. ann. 1398. ex Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 262: *En laquelle ville avoit feste... pour une fillette de Siecle.* *Chançon de Siecle*, in aliis ann. 1401. ex Reg. 156. ch. 262: *Les compaignons de la parroisse sainte Marguerite en la ville de S. Quentin, signifient que ilz donoient un chapel de fleurs au mieulx chantant une chançon de Siecle.* *Seigle*, pro *Siecle*, in Epist. Guill. patr. Jeros. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1013. Hinc *Siecler*, Mundo seu hominibus placere, tom. 1. Fabul. pag. 241:

Mais ce n'estoit mie bele Aude,  
Ains estoit lede et contrefete;  
Mais encor se duit et afete,  
Por ce qu'encor voloit Siecler.

**SÆCULARITAS**, Ordericus Vitalis lib. 4. pag. 518: *Parum a Sæcularitate conversatio Monachorum differbat.* [Adde S. Bernardum lib. 3. de Considerat. etc.]

¶ **SÆCULARITER**, *Sæcularium* seu mundanorum more. Chron. Farf. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 547: *Erat enim tunc iste locus in omni religione pene destitutus, ita ut plures monachi seculariter et cum maxima lascivia forent, carnem in refectorio manducantes.* *Secularissime*, in Vita S. Aderaldi Canonici Trecent. scripta 11. sæc. ut: *In hoc tempore prædecessores nostri vivebant Sæcularissime.*

¶ **SÆCULARIS**, Qui alicui regulæ addictus non est. *Abbas Sæcularis et absque monachi habitu*, apud Mabill. tom. 4. Annal. pag. 370. Vide in *Abbas Sæcularis persona*, Gall. *Prêtre seculier*, in Charta ann. 1328: tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 213: *Vix invenitur persona Sæcularis sufficiens, quæ velit regere dictam curam.*

¶ **SÆCULARITAS**, *Sæcularium* conditio monachali opposita. Charta ann. 1093. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. pag. 314: *Et jam pene ad Sæcularitatem redacti, unusquisque de proprio suo, prout poterat, cum magna necessitate et ordinis transgressione sibi procurabat.* Charta ann. 1112. inter Probat. tom. 2. novæ Histor. Occitan. col. 386: *Sed postea Lezatense monasterium pervenit in magna secularitate, quousque dominus Durandus Cluniacensis monachus, abbas Moysiæcensis et Tolosanus Episcopus venerit, qui ut vidit Sæcularitatem monasterii, misit abbatem religiosum, etc.* Vox frequens in Bullis Summorum Pontificum quibus regularia beneficia ad sæcularium conditionem adducuntur.

\* **SÆCULARIS**, Laicus, nostris alias *Seculare* vel *Homme de Siecle*. Chartul. S. Benig. Divion.: *Ce sont les personnes notables et Seculares, qui furent presens à Dyjon le 17. jour du mois de May l'an 1350.* Charta ann. 1401. ex Chartul. 21. Corb. fol. 200. vº: *Par devers tous juges et commissaires d'eglise ou de Siecle. Tant*

*d'eglise comme seculiers*, in alia ann. 1404. ibid. fol. 201. vº.

\* **SÆCULARITER**, More laicali. Charta Gaufr. Carnot. episc. ex Chartul. B. M. de Josaphat: *Hanc (capellam) miles quidam Hugo, Rufus appellatur, Seculariter hæreditario jure ante tenuit, etc.*

\* **SÆCULARISSE**, Eodem sensu. Constit. Carmelit. MSS. part. 4. rubr. 3: *Si quis frater habitum convenientem ordini suo tenere dimiserit, aut ipsum habitum Sæcularisse transformatum pro actibus temerariis agendis, etc.*

**SÆCULARIUS**, Anonymus de Revelatione reliquiarum S. Genovefæ num. 6: *Revelata est... mense Januario 10. mensis in octavis ejusdem sanctissimæ virginis, et a fratribus est dulciter Deo Sæculata.* Id est forte in sæculum, seu sepulchro in apertum elata: [modo sana sit lectio.]

\* **SÆCULARITAS**, Bona ecclesiis concessa. Arest. ann. 1385. in vol. 7. arestor. parlam. Paris.: *Quod ecclesia Cabilonensis... existebat dudum per sanctum Carolum Magnum... in Sæcularitate seu temporalitate fundata, ac per ipsum quamplurimis insignitibus, privilegiis et possessionibus dotata.* Vide *Temporalitas* 2.

\* **SÆCULARITAS**, Actus, qui ad laicos pertinet. Stat. S. Flori MSS. fol. 56: *Nullus clericus Sæcularitatem aliquam vel fidejussionem præstet seu faciat coram quacunque persona vel curia sæculari, de stando vel parendo juri coram ea, nisi forte ratione feudorum vel possessionum, quæ ab ea teneret.*

\* **SÆNIA**, Necrol. MS. abbat. Altorf.: *Obiit Odilia de Bipolzheim v. Non. Maii, quæ contulit nobis Sæniam et B. Virgini pallium.* Contracte forsan scriptum pro *Senneria*, dominium. Vide *Senhoria* 2.

¶ **SÆPIA**, pro *Sepia*, piscis genus. Charta Goffredi Comit. Vendocin. inter Probat. tom. 4. Annal. Bened. pag. 733. col. 1: *Medietatem quoque (delegamus) nostre partis de censibus Sæpiarum per universum pagum Santonicum.*

¶ **SÆPISSIMUS**, Frequentissimus. Mirac. B. Heldradi tom. 2. Mart. pag. 337: *Grates non modicas Deo et gloriosissimo ejus confessori Heldrado pro suis Sæpissimis beneficiis reddiderunt.*

\*\* **SÆPITER**, Sæpe, apud Virgil. Grammat. pag. 112.

¶ **SÆTTIA**, SÆΤΤΑ. Vide *Sagitta* 1.

\* **SÆVITIO**, Sævitia. Vita S. Faron. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 357: *Gladio impatienti voraverunt (Normanni) ac voraci flammæ cuncta tradiderunt quousque concluderent in Sævitione civitatem Parisii.* Forte pro in obsidione.

¶ **SÆUPWURPE**. Vide infra *Swerp*.

**SAFARIUM**, *Atrium templi*, in Glossis Isid. *Saforium*, apud Joan. de Janua. Papias *Sapharium* legit. Vide Jacob. Gotofredum ad leg. ult. de Operibus public. [et supra *Pastophorium* et *Sabarium*.]

¶ **SAFFIUM**, Ornamentum casule; idem quod *Aurifrigium*, *Orfroy*, in crucis modum aptari solitum. Inventar. ann. 1377. ex Tabul. S. Victoris Massil.: *Item unam casulam de purpura... cum Saffio de auro ante et retro nultum nobile.* *Safre* dicitur in altero Inventar. ex eod. Tabul.: *Item ca-*



sulam, dalmaticam et floquetum de diaspro rubeo in casula cum Safré sive aurifres ante et retro deauratum. Vide *Amifrigia*.

\* Sed legendum puto *Saffrum*, ut colligitur ex Testam. Phil. episc. Sabin. ann. 1372. in Cod. reg. 9612. A. F. : *Ordinavit quod de duobus fluviabibus, de quibus jam removit Safras frizos, fiant due casale cam sufficientibus Safris*. Hinc *Safré*, ejusmodi ornamento instructus. Le Roman de Garin :

Nel pot garir escu, n'haubere Safré.

\* **SAFFRANARE**. Gall. *Safraner*, Croco respergere. Comput. ann. 1488. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 48. col. 1 : *Item in crogao sive saffran ad Saffranandum potagium, videlicet iij. denar. Saffrané*, dicitur de agro, in quo crocus seminatus est, in Lit. remiss. ann. 1459. ex Reg. 188. Chartoph. reg. ch. 110 : *Ung champ Safrané, qui estoit tout semé de saffran, etc.* Hinc *Ensafrané*, Croco quasi illinitus, in Mirac. B. M. V. MSS. lib. 1 :

Ausi sont mais Ensafranés,  
Comme s'estoient en safran néés.

\* **SAFFRUS**, **SAFRUS**. Vide supra *Saffrum*.

† **SAFIRUS**, Lapis pretiosus, vulgo *Saphir*. Charta Ademari Comit. regnante Rodulpho Reg. Indict. 12. ex Tabul. Silvanic. : *Donate Archimbaudo filio meo... spadam meam minorem, et sigillum de Sufiro, ubi Irmingardis scalpata est.*

1. **SAFON**, apud Ælfricum in Gloss. Anglo-Saxon. st æð, i. ripa.

\* 2. **SAFON**, **ONIS**, *Fanis in prora*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

† **SAFORIUM**. Vide *Safarium*.

† **SAFRANUM**, Crocus, Gall. *Safran*. Curia gener. Catalanæ sub Jacobo I. Reg. Aragon. ann. 1291 : *Judeus non possit manare, nec audeat facere aliquem contractum vel baratam de blado, vel oleo, vel Safrano, etc.* Vide *Sofferana* et *Zafframen*. [\* Glossar. med. Græcit. in Ζαφράς col. 460. et in Append. col. 77.]

† **SAFURIUM**, ut supra *Safarium*. Vide *Pastophorim* et *Pastorium*.

† 1. **SAGA**, *Nomen gemmæ*. Gloss. Isid. Leg. *Sagda* ex Plinio lib. 37. Hist. cap. 67. monet Grævius.

† 2. **SAGA**, Narratio, relatio, quodvis dictum, Anglo-Sax. est depositio testium; subinde fabulam significavit. Vide Schilteri Glossar. Teuton. in hac voce. [\* Vide *Sagibarones*.]

† 3. **SAGA**, pro Panni specie et lecti stragulo. Vide in *Sagam* 2.

† 4. **SAGA**, **SAIGA**, Alia, nec mihi satis nota, significatione, nisi sit pro Examen, disceptatio. Vide *Sagemannus*. Statuta Ardacensia apud R. Duellium tom. 1. Miscell. pag. 121 : *Tunc idem sic officialis ex iis (canonicis) in curiis Sagæ ipsius capituli ordinari poterit, proat occurrerit ordinandum, nullusque canonicorum tempore Sagæ in ipsiis curiis ipsam curiam visitare, vel accedere debet, vel audeat, ipsius decani licentia super hoc prius non habita vel requisita; si autem pro tunc ipsum decanum forte in loco adesse non contingeret, tunc ipsum capitulum de consilio cellerarii ipsius capituli, de ipsa Saiga bladi se introumittere debent, ordina-*

*tionem debitam secundum ipsorum conscientius de eadem faciendo.*

\* **SAGACULUS**, dimin. a *Sagax*, *Enginhos*, Prov. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. Nostris *Sage* vel *Suige*, Doctus, peritus, gnarus. Arest. ann. 1310. in Reg. *Olim* parlam. Paris. : *Lesquelz hommes conjurés sur ce par ledit seigneur... distrent par jugement et pour droit, que il n'en estoient mie Saiges, ne droit n'en scavoient dire, ne jagier*. Libert. Busenc. ann. 1357. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 370. art. 2 : *Li maires et eschevins jugeront de tous cas criminels et civils, se il en sont Sages; et se de ealx mesmes n'en sont Saiges, il iront querre le jugement en ladite ville de Beaumont, on autre part*. Vide *Scitalus*.

\* **SAGAMEN**, Vas, ut opinor, in quo *sagimen* seu adeps reponitur. Inventar. ann. 1320. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *In carnaria duo Sagamina parva*. Vide *Sagimen*.

**SAGANA**. Joan. de Janua : *Saga et Sagana, ingeniosa, incantatrix*. [\* Vide Priscian. lib. 4. cap. 1. sect. 5.] Ebrardus Betuniensis : *Sagana gummi, Sagana vestis, Sagana vates*. Catholicon parvum : *Sagana, idem est quod vates, et dicitur de sagio, gis: inde sagax: vel dicitur esse gummi, scilicet unguentum, quod multam sagaciter operatur. Vel potest esse quoddam genus vestis, qua antiquitus sagaces induebantur.*

† **SAGARIA**, *χαλινουραγία*, in Gloss. Lat. Græc. Ars conficiendi saga: qui vero ea vendit, *Sagarius*, *χατρωπώλης* dicitur in iisdem Gloss. Vide *Sagum* 1.

† **SAGARIUS CANIS**. Vide Meursium in Ζαγάριον. [\* Cangii Glossar. med. Græcit. col. 455.]

† **SAGATA**, f. pro *Segata* vel *Secata*, Servitii species, quo vassalli *blada* domini sui *secare* tenentur. Statuta castr. de Seguno ann. 1291. ex Tabul. Archiep. Ausc. : *Item homines de Seguno tenentur et debent facere Sagatam domino Comiti Armaniensi per unam diem semel in anno ad expensas proprias ipsius Comitit in terris et bladis propriis et laborantia ipsius domini Comitit. Vide Secare.*

† **SAGATIO**. Vide in *Sagus* 2.

† **SAGBARONES**. Vide *Sagibarones*.

† **SAGED**, ut *Saed*. Vide in hac voce.

† **SAGELLUM**. Vide *Sagum* 2.

**SAGEMANNUS**, Accusator, delator, ex Saxon. *sage man*. Gloss. Saxonico exaratum sub Edw. III : *Sagemannus, ille per quem scitur*. Leges Henrici I. cap. 63 : *Sive accusatore, sive Sagemanno.*

1. **SAGENA**, Rete, vox Latinis nota. Papias : *Sagena, retia, verundum Græce, vulgo everclum dicitur*. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Sagena*, Retz. *Inde Sagenarius, ria, riam*. Nostris *Seine*, vel *Senne*. Testam. Eddonis Argent. Episc. regnante Pippino apud Eccardum in Orig. Habsburgo-Austr. col. 144 : *Piscationes agere cum nostris piscatoribus, captarum etiam piscium cum Sagenu, in omnibus medietatibus*.] Charta Mathæi Comitit Bononiensis ann. 1173. in Tabul. S. Judoci : *Ita quod nullus præter eos vel eorum successores in costa maris ab Altea usque ad Cantiam Sagenam posset deducere, etc.* Tractus *Sagenæ*. Charta Gualfredi Comitit Andegavor. apud Sammarthanos in Abbatib. SS. Sergii et Bacchi :

*Confero in perpetuum Monasterio... tractum Sagenæ in flumine Meduana juxta ipsum Monasterium, qui tractus Tertii nomen habet*. Vide Chartam aliam Philippi Regis Franc. ann. 1283. apud eosdem in Archiep. Rotomag. ubi *tractus sagenæ* est facultas piscandi, et rete in piscariam jaciendi et immittendi. [\* Privileg. oppidi *Parchim* ann. 1218. in Rudloff. Cod. Diplom. Megalop. num. 1. pag. 1 : *Item piscacio per omnem provinciam communis et libera est, cum sportis et hamis et retibus, exceptis solis Sagenis*.] Metropolis Salisburgensis tom. 2. pag. 533 : *Item tres Sagenas, unam in Schebach, alteram in Matse, tertiam Pat. que protenditur a pede montis, in quo sita est civitas Walkerstegen*. Charta Henrici Imper. ann. 1111. ibid. pag. 549. *Dedit et 3. Sagenas, unam Sebach, etc.* Ubi *sagena* nude videtur sumi pro *Piscaria*. [Adde Acta SS. tom. 3. Julii pag. 759.]

\* *Sainsine*, eadem, ut videtur, notione, in Lit. remiss. ann. 1404. ex Reg. 159. Chartoph. reg. ch. 223 : *Un autre file viez, appellé Sainsine, à pescher.*

2. **SAGENA**, Navigii species. Diploma Chilperici Regis Franc. pro Ecclesia Tornac. apud Miræum in Cod. donat. piar. pag. 16 : *Teloneum de navibus super fluvio Scalt... vel quolibet commercio seu et de cariagio, vel de Sagenis, nec non et de ponte super fluvio Scalt, etc.* [Idem Diploma rurum editum apud eumd. tom. 2. pag. 130. ubi legitur, *et de carrigio vel de Sagenis*.] Epistola Ludovici II. Imp. ad Basilium Imp. [\* in Chron. Salernit. cap. 107. extem.]: *Et quia nonnulli Saracenorum Panormi latrunculi cum Sagenis... per Tyrrenum mare debacchantur, etc.* Charta Caroli C. ann. 859. in Tabulario Abb. Bellioeci in Lemovicibus n. 4 : *Ut nullus exactor vel iudex publicus nec de navibus, nec de Sagenatibus, vel carris, seu quibuslibet exactionibus undecumque fiscus aliquid exire potest, quicquam ab eis accipiat*. Charta Nicolai II. PP. in Chronico Reichersperg. ann. 1059 : *Quot adversa pertulerit... adeo ut columna Dei viventis jam jam pene videretur nutare, et Sagena summi piscatoris procelis intamescentibus cogere in naufragii profunda submergi*. Ita *Sagena piscatoris*, apud Hugon. Flaviniac. pag. 192. quæ *Sagena B. Petri*, Petro Damiano apud Baronium ann. 1062. n. 57. Laurentius Veron. lib. 1. de Bello Balearico :

Barcæ, currabii, lintres, grandesque Sagine.

Nisi quis *Sagitte* legat. Occurrit præterea [in Vita S. Athanasii Neapolit. Episc. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 1062.] in Vita S. Romuli Episc. Januensis in lib. Miraculor. S. Fidis cap. 13. et alibi, ut *σάγιον* crebro etiam eadem notione apud Græcos Scriptores medii ævi. Constant. de Adm. Imper. cap. 31. pag. 99. lib. 2. de Themat. cap. 1. 6. pag. 79. 80. 94. 119. apud Mauricum lib. 1. Strategic. cap. 21. Gregoram pag. 72. etc. [\* Vide Glossar. med. Græcit. in Σάγιον, col. 1316.]

**SAGENULA**, Eadem notione. Papias : *Sagenula, pro navi pontor*. [Vita S. Adhelmi tom. 6. Maii pag. 88 : *Tunc Dei famulus... Sagenulam ascendit et eos continuo non designatus adivit. Statim autem ut Sanctus*



ille naviculam suo corpore ponderavit, etc.]

† SAGENTIA, SAGETIA. Vide *Sagitta* 1.

\* SAGERIA, Gall. *Sagerie*, f. Locus jun-  
cis palustribus abundans, vel fundus pin-  
guis et humidus; unde legendum forte *Sa-  
gnie*. Inquisit. ann. 1361. in Reg. 93.  
Chartoph. reg. ch. 69 : *Item un autre ver-  
noy ensemble d'une Sagerie, qui est assise  
ouït vernoy*. Vide *Sagna* 2. et *Sagnia*.

\* SAGETTA, perperam pro *Sagena*,  
Retis species, in Charta ann. 1279. inter  
Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col.  
641 : *Insuper piscationes in Vistula ipse ad-  
vocatus civitatis cum Sagettis et retibus,  
ceterisque instrumentis.... libere exercet*.

\*\* SAGETUM, Panui species, Gallice  
*Sayete*. Vide *Sagum*, 2. Chart. ann. 1246.  
in Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 379 :  
*Pro censu annuo duabus caligis videlicet de  
Sageto*. Vide Lachmann. ad Hartmann.  
Augiensis Iwein. vers. 3454.

† SAGGOLUM, diminut. a *Sagum*, Panni  
species. Gloria posthuma S. Mariæ Magdal.  
tom. 6. Maii pag. 322 : *Absterso cum lixivio  
quodam panniculo ad usum monialium, vulgo  
Saggolo dicto, odorem primarium servavit*.

SAGIA. Joan. de Janua : *Sagum*, quod-  
dam genus panni, vel vestis tenuis et abra-  
sa, ... unde quosdam pannos asperos *Sagias*  
dicimus. Janua hæc hausit ex Petro Co-  
mestore in Histor. Eccles. cap. 54. Exodi.  
Bulla Nicolai III. PP. apud Bzovium ann.  
1280. num. 5 : *Super pellicias lineas dese-  
rant capas nigras de Sagia simplices, vel  
si voluerint foderatas a cingulo*. Vide *Sagum*  
2. et *Saiga*.

\* SAGIATOR, Ponderator, examinador,  
officium in moneta Florentina, Ital. *Sa-  
giatore*. Charta ann. 1317. apud Mann. de  
Sigill. antiq. tom. 4. pag. 77 : *Sagiator et  
approbator monetæ argenti, etc.* V. *Sagium* 3.

SAGIBARONES, SACHBARONES, CAUSA-  
rum iudices, qui in mallis publicis jus dice-  
bant. [Varie vox hæc effertur apud Ecce-  
dum in Pacto Leg. Sal. dicuntur *Saccebo-  
rones, Sacebarones, Sacerbarones, Sachiba-  
rones, Sacibarones, Sagbarones.*] Vetus  
Gloss. : *Sagibarones dicuntur quasi Senato-  
res*. Lex Salica tit. 56 § 2 : *Si quis Sagibarom-  
nem, qui puer Regis fuerat, occiderit.* § 9 :  
*Si quis Sagibaronom qui ingenuus est, et se  
Sagibaronom posuit, occiderit, etc.* § 4 :  
*Sagibarones in singulis mallobergiis, id est  
plebs, quæ ad unum mallum convenire solet,  
plusquam tres esse non debent; et si causa  
aliqua ante illos secundum legem fuerit de-  
finita, ante Grafionem remove eam non li-  
cet*. Ubi *Sagibarones* pueri Regis dicuntur,  
quomodo pueri nostri qui iudicia exequun-  
tur, in Lege Burgund. tit. 56. § 1. 4. Ex  
Lege vero Salica colligitur *Sagibarones*, in  
iudiciis plusquam tres esse non debere;  
de quibus intelligendum cap. 46. § 1. *Gra-  
fiones* vero cum septem iudicasse, ex cap.  
52. § 2. *Sagibaronom* mentio est præterea  
in Legibus Inæ Regis cap. 6. apud Spel-  
mannum : *Si quis in Ecclesia pugnet* 120.  
*sol. emendet. Si in domo Aldermanni vel al-  
terius Sagibarons pugnet, 60. solidos emen-  
det, et alios 60. pro wita*. Ubi editio Saxo-  
nica, *geþungenes witan* habet, quod  
Lambardus *sapientis honorati* vertit. Idem  
Spelmannus, Wendelinus, et alii vocem  
deducunt a *Saccl*, sive *Sack*, causa de qua

litigatur, et *Baro*, homo : ita ut *Sachiba-  
rones*, Jurisperiti fuerint, sive *legis Docto-  
res*, uti nuncupantur : *hommes de loy*, [qui  
*Sagelhommes* dicuntur apud *des Fontaines*  
in Consil. cap. 21. A *Saga*, narratio, relatio  
quod causas judiciales referrent, accersit  
Schilter. in Gloss. Teuton.] alii a *Saio*, de  
qua suo loco. [\*\* Vide Grimm. Antiq. Jur.  
German. pag. 783. Pardessus. ad Leg. Sal.  
pag. 572. sqq.]

SAGIMEN, Adeps, sagina, arvina. Joan.  
de Garlandia in Synonymis :

Sumen, et arvina, Sagimen, pinguedo, sagina.

Ubi interpres *Sagimen est pinguedo quæ ex-  
pellitur ex carne in frixorio per ignem*.  
Catholicon parvum : *Sagimen, sain*. [Sta-  
tuta Scabinorum Maceriarum ad Mosam :  
*Le cent de Sagn doit 1111. den. le cent de  
poix doit 1111. den.*] Præsertim pingue-  
do, qua uti Monachis interdum conces-  
sum, ut observat Hæftenus lib. 10. Disq.  
Monastic. tract. 6. disqu. 4. [\*\* Notit.  
vetus in Tradit. Fuldensib. Dronkii pag.  
4 : *Ludewicus filius Karoli... monachis in  
civitatibus et in matricularibus ecclesiarum  
locis consistentibus... obtinuit apud papam  
sui temporis Gregorium, Saginatis uti ci-  
bis, etc.*] Bernardus Mon. in Consuet. Clu-  
niac. MSS. cap. 48 : *Soli conversi sunt in  
coquina, Cantores autem in Ecclesia, qui  
lardum prius aliquantulum cum oleribus co-  
ctum, et Sagimen faciunt*. Idem cap. 76. § 57 :  
*Omni die vescuntur fratres Sagimine, præter  
Septuagesiman, et Adventum, et Vigilias  
Sanctorum, et 4. Tempora, et Rogationes*.  
Ordericus Vitalis lib. 8. pag. 712 : *In Italia  
et Palestina et aliis regionibus quibusdam sa-  
tis abundant olive, cujus fructu ditati, ad  
diversos usus condendos non indigent Sa-  
gimine*. Necrologium Ecclesiæ Parisiensis 8.  
Kal. Febr. : *De quo fet statio panis, et vi-  
num pauperibus dabitur cum Sagina*. 10.  
Kl. Jan : *Dedit nobis 6. arpentos vineæ apud  
Juri ad stationem 4. ferculorum, de qua Ho-  
spitale haberet Sagimen cum visceribus*.  
[Charta Henrici III. Imper. ann. 1051.  
apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col.  
426 : *Sed fratres idem inde consolati Sa-  
ginen habeant*. Statuta Gerardi Abbat. S.  
Theoderici ann. 1233. apud eundem tom.  
1. Anecd. col. 974 : *Duo pulmentaria cocta  
habeat, quarta Sagimins, prout consuetum  
est, confectæ. In quadragesima vero et Ad-  
ventu, et aliis diebus quibus Sagimine non  
utitur, oleo vel caseis competenter conficiantur.*] Pœnitentiale MS. Thuanum : *A  
carne, Sagimine, et a caseo, et ab omni  
pingui pisce abstinere debes*. Occurrit ibi  
pluries, apud Cæsarium lib. 6. Miracul.  
cap. 4. in lib. Usuum Ordinis Cisterc. cap.  
121. in Institut. Gener. Capituli ejusd.  
Ord. dist. 13. cap. 2. in libro de Exordio  
ejusdem Ordinis cap. 15. etc. [Isdem Cis-  
terciensibus prohibetur *Sagimen* in Statutis  
ann. 1180. apud Marten. tom. 4. Anecd.  
col. 1252 : *Qui in domibus alterius ordinis  
comedunt, si credunt in pulmentariis esse  
Sagimen, ab eis prorsus absteineant.*] Ute-  
bantur etiam sagimine ad unguendos cal-  
ceos. Guigo II. Prior Cartusienis in Statu-  
tis ejusdem Ord. cap. 28. § 1 : *Tria parva  
caligarum, parva pedulum quatuor, pelles,  
capam, sotulares nocturnos et diurnos, Sa-*

*gimen quoque ad unguendum, lumbaria duo,  
etc.* Statuta antiqua ejusdem Ord. 3. part.  
cap. 13. de sutore : *Cum ei injungitur, eruit  
coria et Sagimen*. Charta ann. 1301. pro  
Episcopo Ambianensi : *Communitas bou-  
clerorum Ambian. debent ministrare Sa-  
gimen optimum ad preparandum dictos bou-  
chellos*. Ubi Gallica habent, *doit trover l'oin-  
ture à conreer les boucliaus*. Vide *Unctum*.

† SAGIMENTARIUM, Lucerna quæ *Sa-  
gimine* alitur. Hist. Vicon. Monast. apud  
Marten. tom. 6. Ampl. Collect. col. 305 :  
*Completo vero sermone, communem ecclesiæ  
modum non servans, ad excommunicandum  
tales, (usurarios) qui fit cum candela, ob  
detestationem feneratoris, sed, mandato cruci-  
bulo sive Sagimentario, cernentibus cauctis,  
anathematizavit*.

\* SAGIMENTUM. Vide *Sagrimentum*.

† SAGIMINATUS, In *Sagimine* deco-  
ctus. Cæsarius lib. 6. Miracul. cap. 4 : *Non  
mirum, si (artocrex) valde erant bonæ, quia  
valde erant bene Sagiminate*. Vide *Sagimen*.

1. SAGINA, pro *Saisina*. Ponere in *Sa-  
ginam* aliquid, in vet. Charta apud Ughel-  
lum tom. 7. Ital. Sacr. pag. 571. nisi men-  
dum sit. [Vide in *Saisire*.]

† 2. SAGINA, Sunt herbæ quedam quas  
legati populi Romani portabant interlocutores  
pacis, quia nemo illas herbas portantes le-  
debat, sicut delegati Græcorum, qui sole-  
bant ea que vocatur *celicia ferre*. Vocabul.  
utruisque Juris. Hæc unde desumta sint  
nescio; norunt omnes verbena coronatos  
feciales fuisse, ramumque olive manu ge-  
stasse; sed *Saginan* ignorant. Vide alia no-  
tione in *Sagena* 2. et *Saginen*. [\*\* Leg. *Sa-  
gmina* et *cerycia*, ex Dig. lib. 1. tit. 8. fr.  
8. § 1.]

† SAGINACIA SILVA, Glandium *sagi-  
nandis* porcis ferax. Codex Censualis Fol-  
quini ex Tabulario S. Bertini : *De silva Sa-  
ginacia faginina bunnaria* xx.

SAGINALE, Italis est Calamus milii, in  
Vita B. Andreæ de Caterannis num. 16.  
ubi forte legendum *Sagittale*. Vide *Sagitta* 6.

SAGINARIUM, Vide in *Sagma*.

\* SAGINARIUS, Qui *saginarium* seu  
*saginarium* jumentum agit. Dialog. creatur.  
dial. 96 : *Saginarius quidam publicus arabat  
pratuni ut seminaret; sed boves, ut solebant,  
non arabant, immo pro posse recalcitrabant,  
propter quod arator ipsos aculeabat*. Vide  
eamdem vocem in *Sagma*, ubi et *Sagma-  
rius* hic editum est ex *Destruct. vitiorum*.

† SAGINAS. Vide *Sagena* 2.

† SAGINATIO, Jus saginandi porcos in  
silva. Charta Ottonis II. Imp. ann. 990.  
apud Pezium tom. 1. Anecd. part. 3. col.  
57 : *Pascuis, silvis, Saginationibus, venationibus,  
piscationibus, portibus, aquis, etc.* Charta ann. 1073. apud Meichelbekum  
Hist. Frising. tom. 1. pag. 265 : *Silvis, ve-  
nationibus, ... Saginatione, etc.*

SAGINATUS. Vide *Sagena*.

SAGINUM, Adeps suillus, Gall. *Sain*.  
Tabularium S. Remigii Remensis : *Census  
de Marsna... In Augusto 11. libr. et 8. solidi  
de Sagino*. Infra : *In Pascha 22. solidi et  
dimid. de Sagino*. Alibi : *Habet ibi multi-  
num, solvit de amona mod. 30. Sagin. porc.*  
2. Occurrit ibi pluries. Vide *Sagimen*, [et  
*Sainum*]

SAGIONES, SAGIONIA. Vide *Saiones*.



† **SAGIOTA**, Ornamenti genus. Johan. Demussis Chron. Placent. ad ann. 1388. apud Murator. tom. 16. col. 580 : *Aliquæ portant Sagiotas de perlis valoris florenorum L. usque in c.* Vide *Sagitta* 4.

\* **SAGIPOLUS**, Arcus, Ital. *Saeppolo*. Stat. Antiq. Florent. lib. 3. cap. 177. ex Cod. reg. 4621 : *Nullus possit..... portare Sagipolum, balistam, vel arcum tensum per civitatem et burgos Florentiæ.*

† **SAGIS**, σαγίς, ἄρμα τῶν νεκρῶν. Gloss. Lat. Græc. Emendant viri docti, *Strages*.

† **SAGITTA**. Vide mox in *Sagitta* 1.

1. **SAGITTA**, **SAGITTEA**, Navigii species; *Barca sottile*, Italis; *Saettia*, Jo. Villaneo lib. 7. cap. 29. *Saetya*, in legibus Alfonsinis part. 2. tit. 25. lege 7. sic dicta, quod velox sit, inquit Acarisius. [Ea notione, interprete Eccardo, occurrit in Pacto Leg. Salicæ tit. 14. num. 3. ubi de rapto mulierum : *Qui cum Sagittis fuerint, unusquisque illorum cxx. den. qui faciunt sol. 111. culpabilis iudicetur.*] Otto Frising. lib. 1. de Gestis Frid. cap. 33 : *Apertatis tremibus et birembibus, quas modo Galeas seu Sagittas vulgo dicere solent, aliisque navibus bellicis oneratis, etc.* Charta Guillelmi II. Regis Siciliæ in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 191 : *Concedimus etiam prætaxato Monasterio liberam potestatem semper habendi quinque Sagittas in portu Panormi et mari eidem civitati adjacenti, etc.* [Sagittas infra ex eadem Charta.] Hugo Falconandus pag. 675 : *Itaque Sagitteam quanta potuit celeritate faciens præparari, nautis, armis, cæterisque rebus necessariis eam præmuniit.* [\* Vide Jal. Antiq. Naval. tom. 1. pag. 461. sqq.]

† **SAETTIA**, Italis, eadem notione. Breviar. Hist. Pisanæ ad ann. 1163. apud Murator. tom. 6. col. 174 : *Ex quo Pisani irati x. galeas et xi. Saettias velociter ordinarunt. Saettie*, in Continuat. Histor. Belli sacri Willelmi Tyr. apud Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 731 : *Et un ot 15. gales et autres vessiaus menus, Saetties et galemes bien 50, et alerent à veles et à navirons tant qu'il vindrent à Escalonne.*

**SAGETIA**, apud Gaufridum Malaterram lib. 4. cap. 2 : *Philippum Georgii patrici cum velocissima Sagetia versus Syracusam omnem rem exploratum mandant.* Vetus Charta apud Joann. Lucium lib. 3. de Regno Dalmat. cap. 10 : *Pirate qui erant in Sagetia Comitibus de Sevenico.* [Mirac. MSS. Urbani V. PP. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *Venientes per mare super quamdam Sagetiam Pisanorum. Sagentia*, ibidem : *Trahentes Sagentiam cum uno bono ingenio perduxerunt eam in terram.* Adde Acta SS. tom. 3. Junii pag. 465.] *Sagetie*, apud Raimundum Montanerium in Chron. Regum Aragon. cap. 272. 284.

**SAGITIA**, **SAGITTA**, in Chron. Pisan. ann. 1163. [Charta ann. 1357. ex Tabular. Masil. : *Patronus cuiusdam Sagittie arinata, etc.*] Charta Willelmi Regis Siciliæ ann. 1176. apud Rocchum Pirrum in Archiep. Montis regal. : *Concedimus etiam prætaxato Monasterio liberam potestatem semper habendi quinque Sagittias in portu Panormi, et mari eidem civitati adjacenti... quæ ad opus ejusdem Monasterii officium piscationis exercent.* [Breviar. Histor. Pisanæ apud

Murator. tom. 6. col. 180 : *Parati cum L. galeis et xxxv. Sagittiis atque aliis multis lignis, etc.* Vox nota etiam Poetis Provincialibus :

Si co val mais granz naus e mar,  
Que bus, ni Sagitia,  
E val mas leon, que senglas.]

**SAGITTARIA**. Radulphus de Diceto ann. 1176 : *Exin pro varietate locorum vario desudans navigio, modo Sagittario, modo linte, nec tam utens remo quam velo, Ducatum Apulie... pertransit.* Sed legendum *Sagittaria*. Idem ann. 1184 : *Coacta classe non modica, navibus infinitis, quæ vulgariter vel galeæ, vel Sagittaria, vel oneraria cum certis nominibus distinguuntur.* Albertinus Mussatus lib. 5. de Gestis Italic. rubr. 2 : *Cum barclis tectis, aliisque quas Sagittarias ipsi (Veneti) appellant.* Speculum Historiale MS. Joannis Abb. Laudun. lib. 11. cap. 63 : *Car en cele ville avoit riviere portant navires, et i avoit trois galees et une Sagitaire, etc.* Chronicon Flandriæ cap. 82 : *En la cité avoit une riviere portant navire : et y avoit trois galees, et une Sagitaire.*

† **SAGITTEA**, in Caffari Annal. Genuens. lib. 1. apud Murator. tom. 6. col. 249 : *Ecce Rex Balduinus cum duabus Sagitteis, et cum turbis et vexillis multis longe a civitate per milliare Januensis obviam venit.*

**SAGITTINA**. Anonymus de Gest. Friderici II. Imper. : *Eadem durante procella Carolus ascendens quandam Sagittinam, non sine personæ discrimine terram petit* [Sagittinam edidit Murator. tom. 8. col. 597. Sallas Malaspinae de Reb. Sicul. apud Baluz. tom. 6. Miscell. pag. 317 : *Non remansit in terra vit, ... exceptis quibusdam, quos una Sagittina xxiv. remorum ereptos ab hostium gladiis vivos excepit.*]

2. **SAGITTA BARBATA**. Ugutio : *Catapulta, vas est, ut dicunt, vel potius sagitta est cum ferro bipenni, quam Sagittam barbatam vocant.* [\* De sagittarum usu mediis temporibus multa habet et lectu dignissima Murator Antiq. Ital. t. 2. c. 520. sqq.]

☞ In clientelæ professionem domini sæpius exhibitam a vassallis *Sagittam barbatam* discimus ex pluribus Chartis. Charta Hugonis de Logiis apud Blount in Nomolex. Anglic. : *Reddendo inde annuatim pro omni servitio sex Sagittas barbatas ad festum S. Michaelis, etc.* Hist. Harcur. tom. 3. pag. 339 : *Per homagium ac redditum apud castrum Falescis, Sagittam barbatam ad festum Assumptionis B. Mariæ, etc.* Charta apud Madox in Formul. Anglic. pag. 140 : *Reddendo inde annuatim præfato abbati et successoribus suis unam Sagittam latam et competentem in festo S. Eadburgæ virginis.* *Sagite* enbarbellée, in Poemate de la guerre de Troyes MS :

Qar farine que l'en tamise  
Ne ehiet pas si menement. .  
Com font Sagites enbarbellées,  
Dars et engignes enpénées.

\* **SAGITTA DE PASSA**. Comput. ann. 1488. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 47. col. 1 : *Solverunt dicti domini consules Jacobo Cug sagittario, pro quatuordecim trossis Sagittarum ferratarum, appellatarum de passa, etc.* Nostris alias *Saiette* vel *Sajette* et *Seete*. *Saiettes ferrées pour bercer*

et occire connins, in Annal. regni S. Lud. edit. reg. pag. 134. Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 287 : *Adonc ot ledit chevalier dudit Mahieu, pour la rançon d'essudite, vint moutons d'or et trois douzaines de fers à Sectte. Lesquelx varlets avoient ais et Secttes, dont il s'esboitoit à traire, in aliis ann. 1377. ex Reg. 111. ch. 14. Guill. Guiart. sub Phil. Aug. :*

Et li quarrel qui en l'are cliquent,  
Et les Secttes empénées.

Idem ad ann. 1294 :

Dars et Sajettes barbelées.

† 3. **SAGITTA**, Fulmen, Gall. *Carreau de la foudre*. Chron. Parmense ad ann. 1292. apud Murator. tom. 9. col. 825 : *Tonitrua maxima fuerunt cum pluvia magna in civitate Parmæ, et in quatuor locis Sagitta de celo percussit.* Ibid. ad ann. 1299. col. 840 : *In vigilia B. Johannis Baptistæ in hora vesperturum, tonitruum et Sagitta de celo percussit in turre communis Parmæ.* Acta S. Francisæ Rom. tom. 2. Martii pag. 103 \* : *Tres de celo ceciderunt Sagittæ, prima super campanile S. Pauli, secunda super campanile S. Petri, et tertia super capella Domini.*

4. **SAGITTA**, in vestibus dicitur pars ea quæ contrahitur in sinus, quod sagittæ speciem effingant. *Rugosi sinus*, in leg. 12. Cod. Theod. de Scânicis (15,7.). Udalricus lib. 2. Consuet. Clun. cap. 11 : *Sedens ad lectionem... anteriora frocci sui semper in gremium ita attrahit, ut pedes possint bene videri.* *Girones quoque, vel quos quidam Sagittas vocant, colligit utrinque, ut non sparsim jaceant in terra.* [Guidonis Discipl. Farf. lib. 2. cap. 4 : *Similiter autem subitus circa pedes tunica debet esse rotunda qualitate mensurata, Sagittas vero vel gerones tantum habeat, ut iter gradientes vel superfluitate, vel parcitate non impediatur.* Vide *Sagiotæ*.] [\* Grimm. Antiq. Juris German. pag. 158.]

5. **SAGITTA**, Flebotomus, quo venæ equorum percutiuntur, passim apud Veget. de Arte veter.

6. **SAGITTA**, *rusticis*, inquit Jo. de Janua, *novissima pars sulci in sarnento, vel quod longius a matre, ex qua prosiilit, recessit : vel quod acuminis tenuitate teli speciem præferat.* [Ugutio præfert *Saguta*.]

**SAGITTAMEN**, Sagittarum materia vel multitudo. Knyghton. ann. 1389 : *Et ei etiam pro Sagittamine quod ibidem in debellando consumpserat, 20. millia scutorum auri exsolveret.*

† **SAGITTAMEN**, Sagitta. Breviar. Hist. Pisanæ ad ann. 1264. apud Murator. tom. 6. col. 195 : *Quadrellos, Sagittamina, et virgas Sardorum in civitatem Lucanam projici fecimus.*

† **SAGITTAMENTUM**, Eadem notione. Charta vetus Hist. Bonon. apud Carolum de Aquino in Lex. milit. : *Precuram quantum dictum castrum munitatis victualibus, balistis, Sagittamentis, pavensibus, lumeris et pannellis.* Contin. Chron. Andr. Danduli apud Murator. tom. 12. col. 448 : *Tamen nocte, invitio hostibus, uno per medium illorum, auxilio optimorum virorum, et Sagittamentis copiose recepto, etc.* Annal. Estens. apud eumd. tom. 18. col. 1017 :



*Eo tempore impetraverat Capitaneus Rodigii, quod de Venetiis sibi mitterentur munitiones fuvine ac bombardarum et Sagittamentorum, et nonnullarum aliarum rerum, quas noverat necessarias in Rodigio.*

1. **SAGITTARE**. Otto Morena pag. 58 : *Ipse Imperator optime sciens Sagittare, multos de Crementibus interfecit*. Rogerus Hovedenus ann. 1192 : *Et cepit... unum renee, qui quondam Christianus fuerat, ... et Rex posuit eum ad Sagittandum, et Sagittatus est*. [Adde Chron. Domin. de Gravina, apud Murator. tom. 12. col. 577. Utuntur præterea Plautus in Trinum. act. 2. sc. 1. Justinus lib. 41. et Curtius lib. 7.]

\* 2. **SAGITTARE**, mendose, pro *Saginare*. Stat. Vercl. lib. 3. pag. 75. v<sup>o</sup> : *Non possit aliquis buffare, vel inflare ore, vel alio modo carnes, vel Sagittare vel implere rognonos.*

**SAGITTARIA**, Navis species. Vide *Sagitta* 1.

¶ **SAGITTARI** LIBERT, nostris *Francsarchers*, in Chron. Beccensi ann. 1467. De iis consulendi Monstrelletus 3. vol. pag. 13. et Berrius in Carolo VII. pag. 165.

\* 1. **SAGITTARIUS**, Venator cum sagittis. Charta ann. 1260. in Reg. 31. Charthoph. reg. fol. 91. r<sup>o</sup>. col. 1 : *Rex habet in ipsis duobus petiis nemorum totam venationem et Sagittarium et pedicam ad luppos.*

\* 2. **SAGITTARIUS**, Sagittarum artifex. Locus est supra in *Sagitta* 2.

¶ **SAGITTEA**, **SAGITTA**, **SAGITTINA**, Navis species. Vide *Sagitta* 1.

1. **SAGIUM**, [Pondus. Georg. Stella in Annal. Genuens. apud Murator. tom. 17. col. 1114 : *Insuper quod anno singulo, dum vita fuerit eidem, a Republica Peyre suscipiat eum pecunie numerum, quon ipso stantes loco, perperos centum ad Peyre Sagiium nominant.*] Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 10 : *Ita quod per totum annum completum summam sunt librae 39. et sex unciae, cum 4. Sagiis, cuilibet predictorum.*

\* Certa quantitas determinata, Ital. *Saggio*. Consule Academ. Crusc. in Glossar. Ital.

2. **SAGIUM**, Linteum subtile in quo farina excernitur. Statuta Ord. Præmonstrat. dist. 1. cap. 11 : *Panis vero communis et quotidianus esse poterit secundum diversarum Ecclesiarum facultates cum Sagio, vel cum cribro*. Vide *Sagium* 2.

\* 3. **SAGIUM**, Experimentum, examen, exagium, in re monetaria, Ital. *Saggio*. Charta ann. 1240. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 395 : *Raymundus D. G. comes Tolosæ tradidit, concessit et commendavit Arnaldo Trunus cambiatori Sagiium illius monetæ Tolosanorum quomodo factura est, pro tenere illud Sagiium superscriptum, quantum eidem dom. comiti placuerit; et ibi dictus Arnaldus Trunus recepit predictum Sagiium ab eodem dom. comite superscripto, promittens, prestitio corporaliter juramento, ... se tenere legitime et fideliter prædictum Sagiium.... ad pondus de xvij. solidis*. Charta hujus mentio fit in Invent. Chart. reg. ann. 1482. fol. 184. v<sup>o</sup> : *Littera per quam comes Tho'sæ tradidit Sagiium monetæ Arnaldo Trunno. De anno 1240. Vide supra Sagiator.*

\* **SAGIUM**, Secale, Gall. *Segle*. Char-

ta ann. 1336. inter Probat. Domus de Chaban. pag. 66 : *Singulis annis novemdecim mensuras Saglini, etc.* Ubi sigla legitur *Siglicum*, eadem notione. Vide *Sigalum*.

**SAGMA**, **SALMA**, **SAUMA**, **SAGMARIUS**, **SALMARTUS**, **SOMMARIUS**, **SUMMARIUS**, etc. Voces unius ejusdemque originis.

**SAGMA**, **ONUS**, sarcina, in Glossis MSS. Glossæ Græc. Lat. : *Σάγμα, Sagma*. Gloss. Lat. Græc. : *Sagma, παραπλήρωμα*. Perperam utrobique editum *Salina*. Eginhardus in Vita Caroli M. : *Facto supellectili, ut sunt cortinae, stragula, tapetia, fulera, coria, Sagma, sine Vita Ludovici Pii ann. 807 : Erant enim sine Sagmentibus*. Theodulfus Aurelian. lib. 3. Carm. 12 :

Sagmentibus tandem his quæ postulat usus onustis, Nos hinc digressos cepit Petricordia tellus.

Aribo Episcopus Frisingensis in Vita S. Corbiniani n. 11 : *Mitte super eum (equum) sellam sagmariam, et sterne illum, et Sagma super illum impone*. *Σάγματα καμήλων*, in Vita S. Eliæ junioris pag. 165. Vide præterea Annales Franc. Bertiniani. ann. 876.

**SAGMA**, femin. gen. Papias, ex Isidoro lib. 20. cap. 16 : *Sagma, quæ corrupte Salina dicitur, a stratu Sagorum nuncupatur, unde et equus sagmarius dicitur*. Mamotretus 15. Levit. : *Hoc sagma, tis, est stratura asini : Hæc Sagma, quæ corrupte dicitur salma, est sella vel pondus et sarcina quæ ponitur super sellam*. [Gloss. vetus apud Carolum de Aquino in Lexic milit. : *Sagma, æ, et Sagma, atis, sella, quam vulgus bastum vocat, super quo componuntur sarcinæ : clittellas alii vocant*. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Sagma, æ, Somme, charge de sommier, ou selle, bas.*] Glossar. Lat. Gall. : *Sagma, æ, charge, ou selle*. Vegetius lib. 2. de Arte veterin. cap. 59 : *Reliquum mulorum, eorumque, asinorumque genus sub sellis aut Sagiis solo tergo præstat officium*. Tageno Pataviensis et Chronicon Reichersperg. ann. 1190 : *Relictis bigis et quadrigis, iter cum Sagiis aggressi sumus*. Ordericus Vitalis lib. 6. pag. 605 : *Ut ad fomitem ignis duas Sagmae asini quotidie acciperent*. Adde chartam Caroli C. in Append. ad Capitulum num. 67.

¶ **SACIMA**, Eadem notione, in Ordine Rom. Cenci cap. 43 : *Notandum vero quod dominus Papa debet habere... duas Sacimas mortule*. Ubi leg. *Sagmae*, ut ex cap. 47. facile conjicitur : *Debet habere Papa sex fascios mortule*.

**SAGMA**, Theca scuti. Lactantius ad 9. Thebaid. Statii : *Coryton, theca arcus solius dicitur, sicut phuretra sagittarum, et Sagma scuti*. Suidas : *Σάγμα, θήκη τῶ ἐπιλου*. Notum vero ἐπιλου sepe sumi pro scuto.

**SAGMARIUM**, Idem quod *Sagma*, Στρωματόδεσμον, Ulpiano ad Demosthenem. Glossæ Basilic. : *Τὸ ὑλδος, τὰ σαγμαρία τὰ τὴν ἀποσκευὴν τῶν πολεμίων βαρῶντα, ἢ ἀποσκευὴ καὶ χρεια πᾶσα τῶν στρατιωτῶν, τούτῃ πιδέξ τε καὶ ὑποζύγια καὶ ἐπι ἄλλο πρὸς ὑπηρεσίαν τοῦ φροσάτου ἐπισύρεται*. Ita Gloss. MSS. Regiæ : *Ἀποσκευὴ, τὸ λεγόμενον παρ' ἡμῶν τὸ ὑλδον, τὰ σαγμαρία*. Eadem pene Suidas et Glossæ Basilic. Nicetas Barbarogræcus in Manuele lib. 6. cap. 20 : *Τὰ σαγμαρία, καὶ κατεῦναι, καὶ οἱ ὑποζύριοι, αἱ τε ἀμαξίαι*. Adde Leonis Tactica cap. 4. n. 36. cap. 5. n. 7.

cap. 9. n. 36. 58. cap. 10. n. 12. Rigaltii, Meursii [et med. Græcic.] Glossaria. Odo Cluniac. lib. 1. de Vita S. Geraldi cap. 33 : *Omne stipendium quod in Sagramiis Geraldi delatum fuerat, paulatim defecit*. Nolim tamen præstare hoc loco equos *Sagmarios* non intelligi.

**SAGMARIUS**, Equus clitellarius. *Sarcinarium jumentum*, Casari lib. 1. *Sarcinale jumentum*, Ammiano lib. 15. *Sarcinulator equus*, Willelmo Britoni lib. 12. Philipp. pag. 241. *Sagmarium mulus, Sagma mulla*, apud Servium ad 1. Æncid. ἱπποσαγματάριος, Leoni in Tactic. cap. 6. n. 29. Gloss. Ælfrici : *Sagma, seam-sadoli*. *Sagmarius equus*, seam hors. Ubi perperam editum *sugma* et *sugmarius*. Lampridius in Heliogabalo : *Quæ pilento, quæ equo Sagmario, quæ asino veneretur*. S. Honoratus Massiliensis in Vita S. Hilarii Episc. Arelat. : *Pedibus iter aggrediens, Romam sine equo, sine Sagramio vel sago festinus intravit*. Petrus Damian. in Vita S. Odilonis Cluniac. cap. 23 : *Repente Sagmarius multibus oneratus sarcinis per montis dexera collabitur*. [Idem in Vita S. Domini Loricati cap. 3 : *Non prædia, vel aliquam substantiam, præter unum Sagmarium, possidebant. Cum quo scilicet aselo vel equo unus erat minister, etc.*] Raimundus de Agiles pag. 171 : *Est alia (via) per montana Libani, tuta satis et copiosa, sed gravis multum Sagmaris et camelis*. Utuntur Scriptores alii passim, Vegetius lib. 2. cap. 10. lib. 3. cap. 6. Capitulum. ann. 821. cap. 2. Petrus Damian. in Vita S. Romualdi n. 23. lib. 1. Epist. 9. pag. 30. Epist. 19. pag. 91. lib. 2. Epist. 18. pag. 270. Passio S. Vitalis num. 7. S. Bernardus lib. 3. de Consider. cap. 3. Tudebodus lib. 2. pag. 785. Petrus Blesensis Epist. 25. Guigo in Statut. Ord. Cartus. cap. 19. § 1. Odo Cluniac. lib. 2. de Vita S. Geraldi cap. 18. 21. Lco Ostiensis lib. 2. Chron. Casin. cap. 19. Udalricus lib. 3. Consuetud. Cluniac. cap. 4. Rigordus ann. 1194. Chartæ aliquot in Bibliotheca Cluniac. pag. 513. 1442. in Hist. Vergiacensi pag. 120. apud Doubletum pag. 778. etc.

¶ **SAGINARIUS**, Eadem notione qua *Sagmarius*, uti et scribendum volunt viri docti; an recte, haud satis scio, cum apud non paucos Scriptores occurrat hæc vox : unde *Saginarius* a Sagis portandis dici potuit equus Sarcinarius. Bernardus Monach. in Ord. Cluniac. part. 1. cap. 2 : *Si perrexerit (prior) ad obediencias quæ sunt prope in circuitu, ducit secum duos fratres; si longius ut v. g. in Provinciam duos Saginarios et tres fratres, ex quibus unus est super ejus famulos, et super sarcinulas ejus*. Translat. S. Rigomeri sæc. 6. Bened. part. 1. pag. 134 : *Saginarios demum, itemque sufficientem apparatus, prout longioris viæ necessitas postulasset parari... imperat*. Occurrit præterea in Statutis antiquis Ord. Carthus. part. 2. cap. 8. § 7. et alibi.

**SAGMARIUS**, Sagmatum confector, Σαγματόποιος, in Gloss. Lat. Gr. Est etiam

**SAGMARIUS**, Qui *sagmarium* equum vel jumentum agit. Destructorium vitiorum cap. 96 : *Sagmarius quidam bubulcus arbat pratrum ut seminaret : sed boves, ut solebant, non arabant, imo pro posse recalci-*



trabant, propter quod arator eos aculeabat. Boves autem vociferati sunt contra eum dicentes, Maledicte, qua de causa percussus nos, quia semper servivimus tibi? Quibus Sagnarius, Cupio arare pratrum, ut mihi et vobis cibum tribuat.

SAGMARE, Sagnarios onerare. Gloss. Lat. Gr.: Sagnat asinum, σάσαι δνον. Sterne equum, ἐπίσασον τὸν ἵππον. Sagnatus, σαζαγμέος; perperam, saginat, et saginatus editum.

SAGMEGIUM, Idem quod Summagium, de qua voce, mox. Concilium Bituricense ann. 1031. cap. 15: *Ut in die Dominica vectigalia non fiant, quod cartegium vel Sagnegium dicitur, etc.* Ubi vectigalia sunt vecture.

SALMA, Ugitio, ex Isidoro lib. 20. cap. 16: *Sagina, quæ corrupte vulgo dicitur Salma, scilicet sella, vel pondus et sarcina quæ super sellam ponitur eis, et dicitur sic a stratu saporum, i. sellarum, vel quia sellæ sago solent sterni.* Charta ann. 1179. apud Ughelium tom. 7. pag. 706: *Concedimus ut prædicta Ecclesia unoquoque die semper capiat duas Salmas lignorum de foresta nostra.* Alia apud eumd. pag. 1321: *Debet octo Salmas vini, etc. Salma salis,* apud eumd. tom. 9. pag. 467. *Salma frumentii,* in Charta Frider. II. Imper. apud Rocchum Pirrum tom. 1. pag. 144. tom. 2. pag. 285. [*Generalis et major Salma,* in Constitut. Jacobi Reg. Sicil. cap. 62. ubi certum pondus significatur. Processus ann. 1243. in Append. ad Antiq. Hortæ Illustr. Fontanini pag. 404: *Duas Salmas nuisti mundi in vindemiis, etc.*] Statutum Honorii IV. PP. pro Regno Neapolit. ann. 1285. apud Odoricum Rainaldum num. 39: *Dummodo emptiorum delatio de portu licito ad similem portum, et cum barca parvis centum solummodo Salmarum vel infra capacium tantum fiat.* Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 10: *Tria sextaria de Venetiis sunt una Salma de Apulia, tam de legumine, quam etiam de frumento.* Adde cap. 13. extrem. [Computus ab ann. 1333. ad ann. 1336. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 283: *Item, Disderio Fabri pro 8. Salmis vini veteris ad rationem de sexdecim solidis per Salmam, vi. lib. viii. sol. Vienn.* Est autem Salina vini apud Delphinates, uti observat eruditus ejusd. Histor. Scriptor, ponderis circit. 240. lib. ad pondus in eodem tractu usitatum. Occurrit præterea in Charta Ordonii II. Regis inter Concil. Hisp. tom. 3. pag. 171. Sed ibi Salinas legendum videtur. Vide infra Sauma vini.] Itali Salma etiam dicunt.

¶ SALMARTA, Sarcina, Gall. *Bagage.* Breviar. Histor. Pisanæ ad ann. 1171. apud Murator. tom. 6. col. 184: *Papilionis quidem et tentoria, arma, equos, Salmariam et omnia Lucensium spolia victoriosi Pisani ceperunt.*

¶ SALMARIUS, Jumentum sarcinale, equus clitellarius. Ricobaldus Ferrar. in Histor. Imper. apud Murator. tom. 9. col. 135: *Auxilio Senonensibus erant... exules Florentini in exercitu Florentinorum fuisse tunc dicuntur ad lx. jumentorum, quæ appellant Salmarios.* Chron. Franc. Pipini. lib. 3. ibid. col. 704: *In exercitu Florentinorum fuisse dicuntur jumentorum que*

*appellantur Salmarii, mille et sexaginta.* Vide mox Salmata.

SALMARIUS, ut Sagnarius\*, qui Salmarium equum seu jumentum agit, in Miraculis S. Eutropii Episcopi Santonensis num. 14.

SALMERIUS, Eadem notione. Itinerarium Gregorii XI. PP: *Percusso Salmerio Antistitis Carpenteracensis gladio crudeli manu interiiit.* [Charta ann. 1291. ex Tabular. Archiep. Ausc.: *Item quicumque Salmerium vel Salmerios tenent et lucrum suum faciunt, etc.*]

¶ SALMA, ut Salma. Chartul. Kemperleg.: *Samam vini, et XII. formellas, vel unum lardi bradonein, pro ea det Monachis.*

¶ SAMARIUS, ut Salmarius, jumentum sarcinale, in Charta Ebehardi Salisburg. Archiep. ann. 1160. apud Hansiz. tom. 2. Germ. sacræ pag. 258: *Per quem (Præpositum) misimus duos Samarios oneratos piscibus et caseis.*

SAMERIUS, Eadem notione, apud Willel. de Baldenzeel in Hodæporico Terræ sanctæ: *Species namque Indicæ... a majori Armenia in camelis et aliis Sameiriis adducuntur.*

¶ SALMATA, Onus Salmarii, Gallis *Saumée*; Provincialibus aliisque quibus Saumo asinum sonat, idem non raro significat quod *Asinna* seu onus asini. Charta ann. 1164. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 16. col. 2: *Si Dominus vinum suum vendere voluerit, cum bonæ vindemiæ fuerint, septem Salmatæ erunt de vino puro et octava erit de decocto.* Pancharta S. Stephani de Vallibus apud Xantones, Ch. 1: *Non teneantur scindere illa die ex debito nisi quilibet duas Salmatas.* Charta ann. 1364. in Camera Comput. Aquensi: *Item in festo natalis Domini novem Salmatas lignorum quolibet anno.* Charta ann. 1413. ex Tabul. Archiep. Ausciensis: *Salmata vini.* Rursus: *Salmata merlucci.* Alia ann. 1401. ex eodem Tabul.: *Pro quilibet Sarcinata cujuslibet Salmerii, etc.* Statuta Avenion. MSS. rubr. 13. art. 2: *Salmatam vero (intelligimus) quæ continet decem heminas mensuræ Avenionensis.* Hinc emendanda videtur Charta Edwardi I. Regis Angl. ann. 1283. apud Rymer. tom. 2. pag. 262: *Dabit venditor extraneus... de Salmaca bladi 1. den.... de Salmaca coriorum grossorum 2. den.... de Salmaca de onere hominibus de prædictis rebus et similibus 1. d.* Ubi leg. *Salmata.* Vide mox Saumata.

SAUMA, Idem quod Sagma: nostris *Saume.* Papias: *Ephippia, equorum freni, Saumæ, vel pectoralia.* Joannes de Janua: *Sagma, corrupte vulgo dicitur Sauma, vel salma; i. sella, vel pondus, vel sarcina quæ super sellam ponitur, etc.* Alibi: *Sauma, onus.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerman.: *Sauma, Somme, charge.*] Rhenanus lib. 2. Rer. German. pag. 95: *Saumaram nomine clitellaria jumenta intelliguntur.* Capit. 2. ann. 813. cap. 10: *Et Marscalci Regis adducant eis petras in Saumas viginti, etc.* Charta Caroli M. post Aimoinum Brolii, et apud W. Hedam in Rixfrido Episc. Trajectensi: *Teloneus exigatur, nec de navale, nec de cavale, neque de Saumis, neque, etc.* Chartæ Alemannicæ Goldasti cap. 58: *Accepimus ab hac Ecclesia et Abbate... soli-*

*dos 70. et cavallos 5. cum Saumas, et rufias, et filtros, cum stradura sua ad nostrum iter ad Romanum ambulandum.* Charta Ludovici Pii in Tabulario Monasterii Fossatensis fol. 8: *Missos suos in aliquam partem Imperii nostri negotiandi gratia dirigere cum carris videlicet et Saumis, seu navigio, etc.* Acta Innocentii III. PP. pag. 11: *Fecit illic intronitti aliquas Saumas farine.* [Sauma olei, tom. 5. SS. Junii pag. 526.] Vide tom. 2. Historiæ Francor. pag. 665. Legem Longob. lib. 1. tit. 14. § 7. [\*\* Luitpr. 82. (6,29.)] Synodum Metensem ann. 754. cap. 4. Synodum Vernensem ann. 755. cap. 26. Sugerium lib. de Admin. sua cap. 7. Chron. Trudonense lib. 9. pag. 458. (ubi leg. *Saumas* pro *sannas*.) Petrum de Vineis lib. 3. Epist. 23. 24. lib. 5. Ep. 91. Hieron. Rubicum in Hist. Ravennat. pag. 362. etc.

¶ SAUMA, Jumentum ipsum sarcinale, Provincialibus maxime asinum. Inventar. ann. 1294. ex Tabulario S. Victoris Massil.: *Quedam Sauma vendita cum basto suo et ornamentis.* Statuta Forojul. ann. 1235: *Statuimus quod si aliquis miles, vel ejus filius, vel nepos, operarustica fecerit arando, fodiendo, ligna adducendo cum Sauma, vel sine, ... non habeat nullius libertatem.*

SAUMA VINI, inquit Brolius, ea est quam appensis ad latera vasis, vulgo *Barres* nuncupatis, equus ferre solet. Et apud Cenomanos dicitur esse unius et 90. pinterum cum semisextariolo: quatuorque summas prægrande vas vinarium, ab eis *Pipe* appellatum, ac tot pintas quot sunt in anno dies continens. Ita ille ex Tabulario S. Petri de cultura Dei. Falco Beneventanus ann. 1124: *Tanta fuit fertilitas vini, quod ... centum Saumæ pro 30. denariis vendebantur.* [Charta ann. 1201. inter Instrum. tom. 2. novæ Gall. Christ. col. 323: *Et unam Saumam vini ad Missas cantandas... præcipio reddendam.* Processus ann. 1243. in Append. ad Antiq. Hortæ Illustr. Fontanini pag. 406: *Item petit ut compellatis dictum episcopum ad restitutionem viginti Saumarum de musto.* Vide supra Salma.]

SAUMARI, Equi sagmarii, Gall. *Somiers.* Fortunatus in Vita S. Germani Episc. Paris. cap. 3: *Duorum Saumariorum cum pane dirigit onera.* [Charta ann. 1135 apud Galmet. inter Probat. tom. 2. Hist. Lothar. col. 304: *Tunc ipse advocatus duos Saumaros stipendiis oneratos, et duos equos cum duobus hominibus eos deducentibus accipiet.*] Chronicon Reichersperg. ann. 1190: *Milites inermes cæterumque vulgus cum Saumaris et sarcinis procedere instituit.* Leo Ost. lib. 2. cap. 84: *Vidit repente multos nigros homines velut Æthiopes longo ordine incedere, onustosque fœno Saumaros minare.* Utatur præterea Stephanus Torn. Ep. 230. Anonymus in Vita S. Alberti Abbat. Cambr. n. 6. Odo de Diogilo de Ludovici VII. Reg. Franc. profensione in Orientem lib. 2. pag. 19. Chronicon Senoniense cap. 7. Vincentius Belvac. lib. 31. cap. 150. Godefridus Monach. S. Pantaleon. ann. 1190. 1195. Stephanus Carnotensis Comes in Epistola tom. 4. Spicilegii Acheriani pag. 258. [Adde Vitam S. Odilonis lib. 2. cap. 16. Marten tom. 1. Ampl. Collect. col. 30. etc.] [\*\* Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 363.]



SAUMERII, in Concilio Biterrensi ann. 1351. sub finem. [Capitula general. MSS. S. Victoris Massil. : *Et omne arnesium, Saumeri et jocalia universa, etc.*]

¶ SAUMALERIUS, Qui *Saumarium* agit et curam illius habet. Testam. Bertrandi de Turre ann. 1285. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 531 : *Legavit... cnilibet garcifero et Saumalerio... decem libras Turon. semel solvendas.*

¶ SAUMATERIUS, Eadem notione. Saisimentum Comitatus Tolos. ann. 1251. apud Lafaille inter Probat. tom. 1. Annal. Tolos. pag. 16 : *Et de bestiis carregii duo journalia de quolibet foco ea habente, salvo prandio Saumaterii.* Charta ann. 1334 : *Presentibus fr. Bernardo de Lenovicis, Poncio Noguierii Saumaterio domini Prioris.* Vide mox *Somarit*.

\* *Somatier*, in Lit. remiss. ann. 1469. ex Reg. 196. Chartoph. reg. ch. 16 : *Ung nommè Remonnet, lequel estoit Somatier et serviteur du seigneur de Sales, etc.*

¶ SUMMATARIUS, in Computis Episc. Anciensis ex Tabul. ejusd. Eccl.

¶ SAUMARIUM, Onus, Sarcina. Chron. apud Calmet. inter Probat. tom. 2. Hist. Lothar. col. 50 : *Adhibitis etiam aliis satellitibus, in forma mercatorum arma sua in Saumariis suis occultaverunt, etc.*

SAUMATA, Onus equi sagmarii, *la charge d'un cheval. Saumata salis*, in Charta Ildefonsi Comitis Tolosæ ann. 1141. apud Castellum in Hist. Tolos. pag. 192. 194. et in Hist. Occit. pag. 323. Consuetudines Ecclesiæ de Regula in Aquit. apud Labeum tom. 2. Bibl. : *Si vinum emerit, et postea vendiderint, obolum domino de unaquaque Saumata dabunt.* Ibidem : *De unaquaque Saumata lignorum dabitur, etc.* Charta ann. 1243. 150 : *Saumatas de calce, quas habuerunt homines de Villanova.* Tabularium Ecclesiæ Gratianopolitanæ sub Hugone Episcopo ann. 1197 : *Morardus... dedit illum quartonem Humberto et sorori suæ, id est, unam Saumatam, et vendidit illum quartonem sive Saumatam mihi Guigoni.* [Charta ann. 1103. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. 726 : *Et in unoquoque manso amasato de terra, unam Saumatam de lignis in nativitate Domini.* Charta ann. 1251. in Histor. MSS. Montis major. : *Pro quibus decimis solvat Guillelmus Abbat in perpetuum l. Saumatas bladi, quarum qualibet sit iv. sextariorum.* Charta ann. 1522 : *Vintenum seu viginti Saumatatum racemorum unam Saumatam dictis dominis dare teneantur.* Adde Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 230. 231. Statuta Massil. lib. 3. cap. 15. etc.]

¶ SAUMADA, Eadem notione, vulgo *Saumade*, pluries occurrit in Charta ann. 1197. ex Tabul. Monast. Villæmagnæ. Charta ann. 1229. in parvo Chartular. S. Victoris Massil. fol. 125 : *Petebat R. Archiepiscopus Aquensis quartam partem totius decimæ Ecclesiæ S. Antonini et unam Saumadam optimi vini censualem.*

¶ SAUMARIATA, Eodem significato. Tabul. Eccl. Auxit. : *Ex uno quoque casali debet feri una Saumariata vini sanctæ Mariæ Auscitanæ et Capitulo annuatim, etc.*

¶ SAUMANDIUM, Eodem intellectu. Vita S. Thomæ Aquin. tom. 1. Martii pag. 685 :

*Saumarius qui portabat Saumandium Eracii de Arlotis Romani, per rupem altissimam cecidit.* \*

\* SAUMADALIS, Ad *Saumadam* pertinens. Charta pro ccel. B. M. Anic. ann. 1374. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 336 : *Item (acquisiverunt) a dicto Guillelmo de sancto Marcello quinque barralia Saumadalia vini, que percipiebat debitalia super quadam vinea sita in mont Redont.*

SAUMATICUM, vel SAUMATICUS, ut infra *Summagium*. Charta Dagoberti Reg. apud Doublet. pag. 656 : *Landaticos, Saumaticos, salutaticos, etc.*

¶ SOMA, Eadem notione, in Chartul. S. Vincentii Cenom. fol. 29 : *De Augoto ix. Somas, de Hugone Buchario vi. Somas, etc.*

¶ SOMA, ut *Sauma*, onus, sarcina. Charta Archambaldi Borbonii pro hominibus Villæ-francæ : *De unaquaque Soma ferri i. den. etc.* Chron. Jac. Malvezzi apud Murator. tom. 14. col. 1003 : *Somas viginti farinæ frumenti, Somas centum speltæ, etc.* Chronicon Bergom. apud eundem tom. 16. col. 866 : *Et in monasterio reperti fuerunt Somæ plusquam cv. frumenti et alterius blade, etc.* Adde Statuta Vercell. fol. 57. etc. In utraque Sicilia, teste Macro in Hierol. *Soma* aridorum mensuram denotat, quæ modio correspondet.

¶ SOMMA VINI. Chronic. Estense apud Murator. tom. 15. col. 468 : *Largitus est Sommam unam vini in duabus lagenis.* Vide supra *Sauma vini*.

SOMARIUS, [Jumentum sarcinale. Charta Theobaldi Comit. Blesens. ann. 1215. in Tabul. Calensi : *Et in eadem foresta chaufagium suum ad unum Somarium.* Chron. Andr. Danduli apud Murator. tom. 12. col. 216 : *Tunc Oliba comes sua relinquens filio cum multa divitiarum copia, xv. scilicet onustis thesauro Somariis, etc.* Rursum ibidem col. 1017. et 1036.] Arnoldus Lubec. lib. 7. cap. 17 : *Habebat sane Rex Otto munera multa Regis Angliæ avunculi sui Ricardi et 15. millia marcharum, quæ in Somariis ferebant 50. dextrarti.* Ditmarus lib. 3. pag. 33 : *Cum Somariis plurimis quasi pecunia sarcinatis.* Willel. ab Oldenborg in Itinerario Terræ sanctæ : *Tantum emittit piscium multitudinem, ut ab omnibus ex omni provincia illuc confluentibus carrucis et Somariis deducantur.*

¶ SOMMARIUS, Eadem notione. Comput. ann. 1202. apud D. Brussel. tom. 2. de Usu feud. pag. clxvi : *Johannes Degne, pro Sommario, lx. s. Epist. B. Reginæ Legionis ann. 1212. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 828 : *Sola jacula et sagittas xx. millia Sommariorum ferre vix possent.* Tabul. S. Gildasii de memoribus : *Nullam consuetudinem... retineo... nisi unum Somarium in hostem, quando in longinquo multum fuerit, ea tamen ratione, ut si ipse Sommarus redditus non fuerit, etc.* Processus de S. Thoma Aquin. tom. 1. Mart. pag. 696 : *Vidit ipsum Nicolaum elevantem pondera et onerantem Sommarios.**

¶ SOMERIUS, SOMMERIUS, Eodem significato. Charta ann. 1339. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 65. col. 1 : *Ducebat secum unum equum bayum clarum, unum roncinum et unum Sommerium.* Ordinat. Domus Dalphin. ann. 1340. ibid. tom. 2. pag. 393.

col. 1 : *Item unum sufficientem scutiferum qui sit magister panaterius ordinarius, habentem unum equum pro se et unum Sommerium, qui una cum Somerio botellierie portent necessaria ipsorum officiorum.* Occurrit præterea ibid. pag. 394. et in Chron. Domini de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 619.

SOMARII, Qui cellarii vinarii curam habent, quos nestri *Sommeliers* vocant. Theodorus Campedenensis in Vita S. Magni cap. 3 : *Cum jam hora refectonis appropinquaret, et minister refectorii Somarius cervisam administrare conaretur, etc.* Infra : *Quid est, Somarie, quod habes in manu tua?* In Testamento Ludovici Hutini Regis Franc. ann. 1316. fit mentio des *Sommeliers, barilliers, portebouts, aideurs, et autres appartenans à l'Eschançonnerie.* Porro *Someliers* ejusmodi ministros vinarios vocant, quod horum potissimum curæ incumbenter equi *sagmarii*, quibus vinum deferrebat, tametsi eadem appellatio cæteris inferioribus ministris tribueretur qui clitelaria jumenta agebant. Will. Guiart ann. 1302 :

Et espèces nues esœurre,  
Sus garçons et sus Sommetiers.  
Et mettre à la mort charetiers.

Præterea hac nomenclatura donantur in aula Regum nostrorum quotquot suppellectilis Regiæ curam habent. In Ordinatione Hospitii Regis S. Ludovici ann. 1261. a nobis edita in Notis ad Joinvill. occurrit varii *Summularii*, neipse *Summularii mapparum, scancionariæ, cameræ denariorum, fructuariorum, Capellæ, etc.* Eadem habentur in Ordinat. Philippo IV. ann. 1285. [in Ordinat. Hospitii Johannæ Reginæ ann. 1316. memorantur *les valez de chambre qui merrent les 11. Somniers de chambre.*] In Testamento Philippo Magni Regis Franc. ann. 1321. fit mentio des *Sommeliers du cors, des armeures, et de la chambre.* [Adde Statutum Johannis Reg. Franc. ann. 1355. tom. 3. Ordinat. pag. 33. et ibid. Notas Cl. Editoris.]

\* Charta Phil. Pulc. ann. 1304. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 474. vº. col. 1 : *Radulphus Summularius jocalium regniæ. Adenetus de Morinvalle Summularius cameræ denariorum Johannæ reginæ, ibid. fol. 480. rº. col. 2. Comput. Arnulphi Boucher thesaur. guerr. ab ann. 1390. ad ult. Jan. 1392. ex Cod. reg. 9436. 3. fol. 243 : *Lorin du Buisson Sommelier des espices, Hennequin de la Leve sommelier des armeures, Jehan Doué Sommelier du mathéras.* Lit. remiss. ann. 1393. in Reg. 145. Chartoph. reg. ch. 428. bis : *Rogier Percepot, Sommelier de nos napes, etc.**

¶ Ejusdem nomenclatura et mueris existerunt ministri in aulis Regum Anglorum, Ducum Britannæ et Dalphinalium. Liber niger Scaccarii edit. Hearni pag. 347 : *Sunelarius coquina ejusdem similiter.* Catalogus familiæ Ducis Britan. ann. 1404. apud Lobinell. tom. 2. pag. 815 : *Raoul Baron Sommelier de chandelerie.* Alter ann. 1498. familiæ Annæ Reg. ibid. pag. 1589 : *Maistre Pierre Signac cccc. liv. Soumatiers Guillaume Berard, pour le Soumer du garde-manger de la cuisine.* Ordinat. Domus Dalph.



ann. 1440. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 393. col. 1: *Item, ordianus pro camera nostra tres magistros Somerios et honorabiles sicut decet, quorum unus arma nostra deferat, et reliqui duo raubas et alia arnesia necessaria nobis, ... et pro gugiis ipsorum trium Someriorum ad rationem de uno grosso pro quolibet eorum per diem deputamus.*

¶ **SOMELERIIUS**, **SOMELLERIIUS**, Qui Somarium seu iumentum sarcinale agit. Ordinatus Hospitii Dalphin. ann. 1336. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 308. col. 1: *Cellarius noster, cum uno socio, uno scutifero, uno clerico, Somelero, etc.* Alia ann. 1340. pag. 397. col. 1: *Tribus florenis pro salario unius Somellerii, duobus florenis pro duobus vallis peditibus per annum.* Pluries occurrit ibi.

¶ **SOMMELARIUS**, Eodem intellectu, in Testam. Roberti I. Comitis Claromont. ann. 1262. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. p. 269: *Item lego Sommelario meo l. solidos.*

¶ **SOMATA**, Onus Somarii. Charta ann. 1309. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 98. col. 2: *Item quælibet Somata salis de Valentia, debet per aquam quatuor denarios; Somata vini duos denarios, somata vini acetosi vel tornati, unum denarium; Somata mellis vel olei, duos denarios.* Alia ann. 1445. ibid. pag. 90. col. 1: *Exigere volunt de l. Somatis salis unum sextarium.* Ibid. col. 2: *Chascun muy content dix Sommées de sel, et chascune Sommée contient six sestiers de sel de Valence, qui valent quatre bestes chargées.... A la mesure de Vienne, la Sommée vaut dix sestiers et demy, et chascune beste porte deux sestiers, deux quartes et demy à ladite mesure.* Fori Bigorrenses art. 33: *Pagesius autem qui in consuetudine non habet Somatas deferre, si inventus fuerit a Milite, vel a militis aut Comitibus serviente, qui invenerit, vinum et subsellias accipiat, asinum vero Comiti mittat.*

**SOMATUM**. Tabular. Eleemosinæ S. Pauli Viennens. : *Sub censu unius Somati de vino.* Occurrit ibi pluries.

**SOMETUM**. Tabularium Priorat. de Domina in Delphinatu fol. 120: *Barberius de domo sua 16. (denarios) et 1. Sometum.* Ita ibi pluries: sed alibi *saumerium* scribitur.

¶ Ubi *Sometum*, quod *Somey* in aliis Instrumentis ejusdem Provincie dicitur, est servitium quo vassalli tenentur prestare Somarios ad exportandas res dominorum. Inquisitio de Moras ann. 1262. ex Regest. Probus fol. 42: *Int. si debent domino operam, manoperam, corotatu et Somey. Resp. quod non, nisi Somey, videlicet illi de burgo et de castro, qui habent bestias portantes debent mutare ipsas ante nativitatem Domini annuatim semel per unam diem.* Charta ann. 1309. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 86. col. 1: *Item habet dominus in dicto mandamento quinque Somey et dimidium, et duas partes unius Somey; et isti Somey percipiuntur in hunc modum: Quicumque debet dictum Somey, debet charreagiare in vindemiis ubicunque dominus vult, vinum suum reponere in dicto mandamento, cum asino suo, basto et barralibus et corda ipsius per unam diem.* Vide mox *Summagium*.

¶ **SOMMATICA**, Eadem, ut videtur, notione, seu eadem præstatio in summam pecuniariam commutata. Charta Widonis Abbatis S. Nicasii Rem. ann. 1158. ex Ta-

bul. ejusd. Monast.: *Pro prefato altari vel Ecclesia a predictis canonicis omnibus annis Sommatica est solvenda.* Vide mox *Summata*.

\* **SOMILAGIUM**, Sarcina, onus Somarii, nostris *Sommaige*. Charta Phil. Pulc. ann. 1299. in Reg. 53. Chartoph. reg. ch. 87: *Adjicientes elemosinis.... equos et sumnarios, ... sive sint equi cadrigas aut charriota trahentes, aut Somiliagium deferentes.* *Summulagium* legitur in eadem Charta ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 363. vº. et ex Reg. 82. ch. 242. Lit. remiss. ann. 1415. in Reg. 169. ch. 60: *Les suppliaus prisdront le Sommaige du sire de Blot, ... ouquel Sommaige avoit plusieurs robes, saintures d'argent et autres choses menues.* Ordinatus. hospiti. reg. ann. 1285. in Reg. ejusd. Cam. Comput. sign. *Noster* fol. 62. rº: *Item la chareste de la huche seva ostée, et portera l'en en barutz et en Sommaige le vin le roy.*

\* **DECIMA SOMMATICA**, Quæ ex cella vinaria, vel ex equis sarcinalibus exigitur. Vide supra in *Decimæ*.

\* **SOMALIS VINI**, Quantum Somarius ferre potest; nisi legendum est *Semalis*. Vide in hac voce. Charta Phil. V. ann. 1318. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 564. vº: *Item tres Somales vini censuales pro xv. solidis Turon. annui redditus.* Vide supra *Sauma vini*.

**SOMARIUS**, pro *Somarii*, in Charta Caroli III. Imper. ann. 990. pro expeditione Romana § 5. 7. apud Goldastum.

¶ **SUMA**, ut *Sauma*, in Leg. Liutprandi apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 67: *Non mittant alios homines, nisi tantummodo, qui unum caballum habeant, hoc est homines quinque, et tollant ad Sumas suas ipsos caballos sex.* [\**Supra saumas ex eadem lege 82. (6,29.)*]

¶ **SUMERIUS**, Jumentum sarcinale. Testam. Bartholomæi de Lega apud Madox Formul. Anglic. pag. 423: *Uxori suæ palefridum ferratum qui est apud S. Yvonem, et Sumerium batum.* Testament. Willelmi de Paveli ibid. pag. 424: *In primo legavit ... Sumerium suum cum toto apparatu simul cum armis.*

¶ **SUMMERIUS**, Eadem notione, in Polyptycho Fiscann. ann. 1235: *Ipse debet invenire unum Summerium ad eundem in exercitu.*

**SUMMA**, Idem quod *Sagma*. Will. Brito lib. 9. Philipp. pag. 208:

Dncere quadrigas quibus est Summasque necesse Expedi, etc.

Rodericus Toletanus lib. 8. cap. 4: *Addidit etiam gratiam gratiæ, et cibariorum vehicula cum cæteris necessariis sexaginta millia Summas et ultra, cum summariis erogavit.* [Privileg. Leduini Abbatis S. Vedasti Atrebat. ann. 1036. ex Chartul. V. ejusd. Monaster.: *Summa annonæ, 1. ob. Summa piscium, 1. ob. Summa fructuum, 1. ob.* Charta ann. 1170. tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 59: *Concedimus S. Mariæ de Fontibus in perpetuum unam Summam de vino quam apud Meldis de vinagio habemus in vineis suis.* *Summa olei*, in Charta ann. 1202. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1040. *Summa salis*, in Tabul. Becensens.] Alanus in Parabolis:

De minimis granis fit grandis Summa caballi.

\* Charta Nic. episc. Andeg. ann. 1289. in Chartul. priorat. de Guilcio fol. 58. rº: *Concessit quod ipsi (monachi) in perpetuum habeant et percipiant in dicta foresta duas Summas per pedem ad equos vel asinos.... singulis diebus, vice et loco duarum Saumarum, quas antea tantummodo habebant ad branchas;..... ita tamen quod dictas duas Summas perficiant, tam de pedibus scisarum arborum, quam de branchis.*

\* **SUMMA BLADI** quanti constiterit, docet Charta ann. 1223. ex Chartul. S. Nigas. Mellet.: *Omni remota fraude dictam Summau bladi, scilicet tres modios bladi, infra predictum terminum.... fideliter annuatim persolvent.* Vide infra *Sarcina*.

**SUMMAGIUM**, Præstatio summariorum ad exportandas res dominorum, vel teloneum de sarcinis, uti appellatur in Charta Caroli M. apud W. Hedam pag. 227. 1. edit. Consuetudines Solemniaci in Arvernens MSS: *Item pro Summagio tenetur quilibet dare in dicta villa prout dare in eadem villa alias legitime consuevit.* Charta ann. 1294: *Tres solidos Summagii super feudum Baudri.* [Droit de Sommage, in Consuet. Lothar. tit. 8. art. 5. Chartul. Gemmet. tom. 1. pag. 35: *Item, nous tenons au bailliage de Gisors Vicomte d'Andely le fief noble et seigneurie de Guiseniers... en icelui avons... droit de Somgages, qui est porter deux septiers de grains jusques au bateau à Andely.*] Occurrit hac notione vox *Summagium*, in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 118. 417. 419. 669. tom. 2. pag. 14. 71. 184. 812. 827. tom. 3. pag. 18. in Chronico Petri IV. Reg. Aragon. lib. 3. cap. 22. etc. Ubi fere semper cum *carriago* jungitur, id est obligatione dandi carra ad vehendas et exportandas res dominorum, appellaturque *Summatge*, et interdum etiam sumitur pro castrorum impedimentis. Ejusmodi vero *sagmarios* debebant *communitates* civitatum, Monasteria, et Ecclesie, in occasionibus bellicis. Charta Ludovici VIII. Regis ann. 1223. pro Abbacia Humolariensi apud Hemerem: *Quitamus etiam dictis Abbati et Conventui... Summarium unum, quem nobis debebant, quando in exercitum ibamus.* Alia Caroli V. Regis ann. 1412. apud eundem: *Nous ayons mandé et fait faire commandement par nos Gens Officiers à plusieurs Prelats, Abbez, Chapitres, et autres Eglises de nostre Royaume, qui sont de toute ancienneté tenus nous faire finance de chariots, de charettes garnies de chevaux, de Somniers, de harnois, et autres choses à ce nécessaires, toutes et quantesfois que nous nous disposons d'aller en aucune expedition et fait de guerre, etc.*

¶ **SUMMAGIUM**, Eadem notione, in Charta Ricardi I. Reg. Angl. in Monast. Anglic. tom. 2. pag. 264. Vide *Hanig*.

\* Nostris *Sommaige*. *Le Sommaige de busche*, in Charta ann. 1339. ex Reg. Caroli Pulc. Cam. Comput. Paris. fol. 163. rº.

**SUMMAGIUM**, in Juribus et Consuet. Normanniæ cap. 34. ubi Gallica editio: *Les fiefs de par dessous sont, qui descendent des fiefs chevels, et sont soubmis à eux: si comme les vavassouries qui sont tenues par Sommage, et par service de cheval.* Ubi vetus interpres: *Et par ce mot, et par service de cheval, sont entendus villains service qui se*



font à sac et à somme, lesquels on appelle communement *Sommages*. Cap. 53 : *Nul qui tient son fief par villain service, ne doit avoir la Cour de ses tenants de ce mesme fief : si comme sont les bordiers, et ceux qui servent à sac et à somme et les autres qui doivent les villans services*. Ubi editio Latina, *servientes ad saccum et sommam*. [Sonnez dicuntur in Consuetud. Beneharn. art. 4. Polypych. Fiscamn. ann. 1235 : *Paulus de Valle tenet unam vavassorium et facit duo Summagia ad Natale et Pascha, et liberum careum et corveias aratri si habet*.] Atque inde *summa* nostris sumitur pro certa ac rata granaria mensura, scilicet equi sagmarii onere. Charta Anglica apud Prynneum in libertatib. Angl. tom. 2. pag. 255 : *Mandatum est... quod permittant... vendere blada sua per Summas usque ad festum S. Katharine*.

\* *Sommaiche* vero appellatur *Servitium*, quod debent vassalli seu subditi dominis suis in deferendis eorum epistolis, mandatisve quibuscumque. Profess. clientel. pro terra de *Villemanosche* ann. 1530 : *Item ladite demoiselle a aussi la moitié du droit de subjection et Sommaiche, qui est toutes les fois et quantes fois qu'il lui plaira envoyer l'un de ses hommes et sujets dudit Villemanosche faire message, porter lettres, ou autrement, est tenu d'y aller chacun en son tour en degré, pouveu qu'il puisse aller et venir entre deux soleils, et en rendre la réponse*. Ejusdem servitii mentio fit in Charta ann. 1223. ex Tabul. archiep. Camerac. : *Doivent li dis homes proveir audit seigneur messagier à envoyer à ses besongnes si long à le ronde que ledicte ville de Nave est de le ville de Bohaing*. Vide supra *Ales* 1. et infra *Servitium litterarum in Servitium*.

¶ *SUMMAGIUM*, *Sarcina*, onus *Summarii*. Charta ann. 1413. apud Rymer. tom. 9. pag. 30 : *Pro quolibet Aumagio panni vel alterius rei mercatorie, quinque arditz Guaynges*. Ubi leg. *Saumagio* ex consimili loco in voce *Ardicus* relato facile colligitur.

¶ *SUMMARIUM*, Eadem notione, in *Teloneo* S. Bertini ex Tabular. Audomar. : *De Summario piscium, 1. ob. ibid. De Summario lance, 1. ob.*

*SUMMARE*, *Sagmare*, *summarios* onerare, *Charger les somniers*, in *Fleta* lib. 2. cap. 85. § 1. [Chartul. SS. Trinitat. Cadom. fol. 46 : *Reginaldus... equum suum accomodavit ad carbones ducendos et ad alias voluntates eorum agendas, et tantum Summavit quod numerum nescit*. Ubi *Summare* est *Summario* vehere.]

*SUMMATA*, [ut supra *Sommatica*.] Apud *Hemereum* in *Augusta Virom.* ann. 1116. *Simon Noviomensis* Episcop. donat *Altaře de Montbrehin*, hac conditione, *ut singulis annis 2. solid. pro Summata, et 6. denarios pro obsonio Decano Episcopi persolveret*.

*SUMMARIUS*, *Equus sagmarius*. [Charta *Theobaldi* Comit. Blesens. ann. 1186. apud *Marten*. tom. 1. *Anecd.* col. 627 : *Concessi in perpetuum monachis ejusdem Ecclesie (S. Launomari) calfagium suum ad novem Summarios*. Comput. ann. 1202. apud *D. Brussel* tom. 2. de *Usu feud.* pag. cxlvii : *De uno Summario empto* xii. lib.] *Matth.* Paris ann. 1245 : *Equis cltellaris, quos Summarios vocamus*. Utuntur *Will. Tyrius*

lib. 21. cap. 23. *Petrus Blesensis* Epist. 94. *Gesta Ludovici VII.* Reg. Fr. cap. 6. 11. *Vita S. Humberti Maricolensis* n. 5. *Gesta Innocentii III.* PP. pag. 133. *Guntherus* in *Hist.* CP. cap. 23. etc.

*SUMMATICUM*, [ut supra *Summagium*, quod pro sarcinis *Summariorum* exsolvitur.] Charta *Friderici II.* Imp. ann. 1214. pro *Ecclesia Viennensi* apud *Sammarthanos* : *Non silvaticum, non Summaticum, non pulveraticum exigere audeat*.

¶ *SAGNEGIUM*. Vide in *Sagma*.

¶ 1. *SAGMEN*, ut *Sagimen*, adeps, *sagina* : si tamen asserta lectio est. Charta *Geraldi* Abbat. *Angeriac.* ann. 1385. ex *Tabul.* ejusd. *Monast.* : *Subcellerarius debet dare unum boissellum fabarum et Sagmenem pro condimento*.

¶ 2. *SAGMEN*, ut *Sagma*, onus. *Acta SS.* tom. 7. *Maii* pag. 59. ubi de *SS. Voto* et *Felice Eremit.* : *Quæ antiquorum tum fama, tum scriptura nostris impulsit auribus (immemens historiarum Sagminibus cedentes, hujus rei ubique terrarum meminerunt) brevi proloquio in mentem quotannis revocare tenentur*.

¶ 1. *SAGNA*, ut *Saca*, in Charta *Henrici* Reg. Angl. tom. 4. *Hist.* Harcur. pag. 1409 : *Sciatis quod ego concedo S. Petro Juneticensi harengam et omnia quæ ad illam pertinent cum Sagna et soqua et tolla et team, etc.* Vide *Sac*.

¶ 2. *SAGNA*, *Herbæ*, seu *junci palustris* genus, *Typha palustris* major, *Gallis Masse*, *Garidello* *Histor.* plantar. *Aquens.* pag. 476. *Provincialibus Sagu*, vel *Saigno*. Charta *Hugonis des Beaux* ann. 1210. ex *Schedis Pres. de Mazaugues* : *Ut in eadem palude, cum voluerint, possint piscare, Sagnam, pabelcolligere, etc.* *Inquesta* ann. 1268. ex *Schedis* ejusd. *Pr. de Mazaugues* : *Et vidit colligi Sagnam pro dictum stagnum usque ad dictam Ecclesiam, etc.*

¶ *SANIA*, Eadem notione. *Sententia* *arbitralis* inter *Archiep. Arelat.* ejusque *Capitulum* et *Monaster. S. Cesarii* ann. 1221. ex *isdem Schedis* : *Decimas Saniarum, pabeli, venationum, pascuorum, piscationum, et salinarum*. *Infra* : *Quæcumque in dominicata sua tenet colendo suis sumptibus, sive sint novalia, sive non, sive sint aquæ, piscationes, venationes, Sania, pabelli, etc.* Ubi leg. *videtur Saina*. Vide in hac voce et *Saignia*.

¶ *SAGNERIUS*, *Qui Sagna* inter operandum utitur. *Inquesta* ann. 1268. ex *Schedis Præsid. de Mazaugues* : *Vidit ibi Sagnerios colligentes sagnam*.

\* *SAGNADERIUS*, *Qui sagnam*, *junci palustris* genus, colligit et ea inter operandum utitur. *Inquisit.* ann. 1268. ex *sched. Pr. de Mazaugues* : *Ipsa die Isnardus Girardus Sagnaderius de Arelate testis juratus, etc.* *Infra* : *Ad sagnas colligendas et pabelam, etc.*

\*\* *SAUNADERIUS*, Eadem significatione. Vide locum in *Pabelum*, 1.

¶ *SAGNARE*. Vide *infra Saignare*.

¶ *SAGNERIUS*. Vide in *Sagna* 2.

\* 1. *SAGNIA*, *Adeps*, *pinguedo*, *Grayssa*, *Prov. Glossar. Provinc. Lat.* ex *Cod. reg.* 7657. Vide *Saguen*.

\* 2. *SAGNIA*, f. pro *Sagitia*, *Navigii* species. *Testam. Beatr. comit. Albon.* ann.

1228. ex *Cod. reg.* 5456. fol. 46. v° : *Canonice de Bellomonte recognosco debere habere unam Sagniam in lacu, etc.* Vide *Sagitta* 1.

¶ *SAGNIO*, apud *Rather. Veron. Episc.* lib. 1. *Præloq.* tom. 9. *Ampl. Collect. Marten.* col. 807 : *Quis illius militis pater, ariolator an pictor, aliptes an auceps, ceterius an figulus, sartor an factor, mulio an Sagnio fuerit, etc.* Ubi *Sagnio*, qui *Sagmarium* equum agit, leg. recte suspicatur idem *Martenius*.

¶ *SAGO*, ut *Saio*. Vide *Saiones*.

\* *SAGOCHLAMYS*, *Indumentum* militare quod partim *sagi Romani* vel *Gallici*, et *chlamydis Græcicæ* formam referebat. *Epistola* *Valeriani* apud *Pollionem* in *Claudio* : *Tunicas russas militares annuas, Sagochlamydes annuas duas, etc.* [Vide *Carolum de Aquino* in *Lex. milit.*]

¶ *SAGOMA*, *Vasis* genus, in *Inventar.* ann. 1294. ex *Tabul. S. Victoris Massil.* Aliud ann. 1336. ex eodem *Tabular.* : *Item unum truel et unam Sagomam descargadoiram*.

¶ *SAGONA*, *Araris, la Saone*, in Charta *Caroli C.* ann. 875. inter *Instr.* tom. 4. novæ *Gall. Christ.* col. 225. Charta *Durandi* Episc. *Cabilon.* ann. 1221. apud *Cusset. Hist.* *Cabilon.* pag. 2 : *Clastrum durat usque ad furnum au Cot et dimidium vicum Judæorum et dimidium Sagonam*.

\* *SAGRABA*. *Vetus Agrimensor* pag. 310 : *Termini autem montes nec uno modo, nec uno tenore sunt constituti in trifinium aut quadrifinium, et Sagrabam, quam appellant Alluvionem*. [\* Pag. 303. apud *Goesium*, qui *Sargam* legendum putat in *Indice*.]

¶ *SAGRARIÆ*, *Decimæ*, *primitiæ*, *oblationes* eo nomine intelligi videntur in Charta ann. 1116. *Append. Marcæ Hispan.* col. 1244 : *In quo die consecrationis dedit jandictas præsul præfatæ ecclesie decimas, primitias et oblationes fidelium tam vivorum quam etiam defunctorum, et insuper ex omni parte cimiterium habens triginta legitimos passus. Et confirmavit illud donum quod quondam Bernardus Comes Bisulduensis fecit ipsi ecclesie... cum ipsas Sagrarias, et cum ipso cimiterio, etc.* Ab *Hispan.* *Sagrado*, quod *Deo sacrum* sonat. Ejusdem originis

¶ *SAGRARIUS*, *Locus sacer*, in Charta ann. 983. inter *Probat.* tom. 2. novæ *Hist. Occitan.* col. 137 : *Sic dono ipsa terra ad ipso Sagrario, et est ipsa terra in territorio Narbonense*.

¶ *SAGRESTIA*, *Sacrarium*. Vide *Sacrista*.

\* *SAGRIMENTUM*, pro *Sagimentum*, ni fallor, *Jus saginandi porcos* in *silva*. Vide *Saginatio*. Charta *Henr. I.* reg. *Angl.* ann. 1126. inter *Instr.* tom. 11. *Gall. Christ.* col. 235 : *Pasturam de Aurea-valle communem omnibus animalibus monachorum, cum animalibus domini, et Sagrimentum*. Quæ totidem verbis occurrunt in *Bulla Urbani PP.* III. ann. 1186. *ibid.* col. 247.

\* *SAGUEN*, *Axungia*, *Occit. Saï*, *Gall.* alias *Sain*, nunc *Vieux-ving. Leudæ minor.* *Carcass. MSS.* : *Item de cartærono de sepo et Saguine, de quolibet unum denarium pro leuda et unum obolum pro penso*. Vide supra *Sagnia* 1.



**SAGULA**, **SAGULARE**. Historia Obsidionis Jadrensis lib. 1. cap. 38 : *Tundem hic carabus ad quivalentem urbis partem se traxit, juxta, imo præteriens Sugulas. Et mox : Sed Sagulare, in quo erat, congregat, et confixus recedere non sinebat.*

**SAGULUM**. Guillelmus Bibliothec. in Stephano VI. pag. 236 : *Obtulit in ea crucem auream super altare cum gemmis et smalto, et Sagulum ad pendendum in regno, et cerostata vestita de argento paria duo.*

1. **SAGUM**, vel **SAGUS**, Militare indumentum quod armis superinduebatur, Gallic proprium, ut testantur Varro, Diodorus Siculus, et alii. Ejus forma quadrata erat seu quadrilatera : unde *quadrati sagi* dicuntur Afranio. Isidorus lib. 19. Orig. cap. 24 : *Sagum, Gallicum nomen est : dictum autem Sagum quadrum, eo quod apud eos primum quadratum, vel quadruplex erat. Nectebatur illud fibula circa humerum. Varro apud Nonium : Cum neque aptam mollis humeris fibulam Sagus feriet. Plutarchus : Αὐτὸς σάγον ἐκπεπορημένους μέλανα. Diodorus Siculus : Ἐπιποροῦνται δὲ σάγους ῥαδῶτους, ἐν μὲν τοῖς χειμῶσι δασεῖς, κατὰ δὲ τὸ θέρος, ψιλούς. Erant igitur hiberna saga, ut Auctor est Diodorus, densiora, ex lana scilicet crassa et villosa, uti describuntur a Strabone lib. 3. et 4. Sagum vero æstivum fuit levius, cujusmodi describitur a Statio lib. 7. Thebaïd. :*

Et rubet imbellis Tyrio subtegmine thorax.

Ubi Lactantius : *Tyrio subtegmine, id est, sub veste purpurea videbatur splendor loriceæ.* In Concilio Liptinensi et Capitulari 1. Carlomanni cap. 7. *Presbyteri et Diaconi Sagis Laïcorum more uti vetantur, ut et in Epist. 105. Bonifacii Archiepisc. Moguntini : Interdiximus servis Dei, ne pompato habitu, vel Sagis, vel urmis utantur. Chronicon Fontanellense cap. 10 : Erat autem de secularibus Clericis, gladioque queni Semispithium vocant, semper accinctus, Sagagae pro cappa utebatur, etc. Sed legendum *sago*. Ejusmodi saga militaria intellexit Alcuinus lib. de Offic. Divin. : *Sicut solent habere milites tunicas lineas sic aptas membris, ut expediti sint dirigendo jaculo, tenendo clypeum, librando gladium.* Et Adalbero Laudunensis Episcopus in Carm. ad Robertum Reg. Franc. :*

Et vestis crurum tenuis est, curtata talaris,  
Finditur anterior, nec parit posteriori,  
Ilia baldringo cingit præcitisima picto.

Vide Dissertat. 1. ad Joinvillam, [Martini, Pitiscum in Lexicis, et Henr. Dodwell. de Parma equestri edit. Oxon. ann. 1713.]

**SAGA FRESONICA**, Quæ brevissima fuisse innuit Monachus Sangall. lib. 1. cap. 36. lib. 3. cap. 41. *Pallia Fresonica, eodem lib. cap. 14. Bonifacii Moguntinus Archiep. Epist. 42 : Quare non transmisisti vestimentu, que debuisti mittere de Fresarum provincia ? Le Roman d'Auberi MS :*

Mantel ot cher que teissirent Frison.

† **SAGUM SCUTULATUM**. Vide *Scutulata* et Martini Lexicon in hac voce.

† **SAGUM**, Vestis seu penula viatoria, qua pro itineris necessitate maxime munie-

bantur Hippocomi seu ii qui equorum cursus publici curam gerebant. Vide Cod. Theod. tit. 5. de Cursu publico leg. 37. 48. 50. et ibi Gothofredum.

**SAGARIUS**, *Negotiator*, Sagorum venditor veteri interprete Juvenalis Sat. 6. v. 589. [\* *Saganarius* ibi legitur Maio in Glossar. novo : *Sagu vendenti, Saganario mercatori.*]

**SAGUM**. Annales Francorum Fuldenses ann. 888 : *Ob id ergo et a Rege est clementer susceptus, nihilque ei antequam regni abstrulitur. Excipiuntur curtes, navum et Sagum.* [\* Vide Pertz. ad hunc locum Script. tom. 1. pag. 406.]

2. **SAGUM**, **SAGA**, **SAGIA**, **SAIA**, **SATIUM**, Panni species, Gall. *Saie*, unde Picardis nostris *Saieteur*, Saïarum confector. Academici Crusciani : *Saia, specie di panno lano, il piu sottile, e Saia drappata dicono a una sorte di panno lano fino, chiamato dai forastieri Peluzzo di Siena.*

**SAGUM**. Adalardus in Statutis Corbeiensib. lib. 1. cap. 3 : *Cappam vero de Sago, et pelliciam. Infra : Caterum capella, broccus, sive cuculla de Sago unde broccus fieri possit, ad arbitrium Prioris erit. Hariulfus lib. 3. cap. 3 : Fanones ad offerendum auro parati 14. ex brandeo 3. ex pallio 15. Saga ad patenas ferendas 4. pallia 78. etc.*

**SAGA**. Vetus Rotulus ann. 1267 : *Pro 2. coopertoriis et 8. ulnis et dimid. de Saga pro caligis, 94. ll. Will. Thorn. ann. 1254 : Quod pro liberatione 20. tunicarum, que ante illud tempus erant de Saga, fieret liberatio in festivitate S. Augustini 20. tunicarum de bono bruneto, etc.*

**SAIA**. Hugo de S. Victore lib. 2. de Claustro animæ : *In illos etiam qui tunicis induuntur, voluptas pedem posuit, non quod camisiis induantur, sed quodam delicato panno, qui vulgo Saia vocatur. Charta Octaviani Card. pro Senensibus Canonice apud Ughellum tom. 3. pag. 634 : Cappam apertam de Saïu scilicet, et cottam vel camisiam superaneam, etc. [Teloneum S. Bertini MS. : Carteia Saïe, 11. den.] Adde Rainardum Abbatem Cisterciensem in Institut. cap. 83.*

\* *Saiere* appellatur Pannus sericus, quo in sacra liturgia utuntur, vulgo *Echarpe*, in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Noster fol. 197. rº : Item un drus reiez pour le letri, et autre à couvrir l'autel, et la Saiere à la platené. Vide Sagum 2.*

† **SAYA**, in Epitome Constitut. Eccl. Valent. inter Conc. Hispan. tom. 4. pag. 175 : *Muzas panni nigri ex Saya nigra lividi seu viridis coloris fodratas.*

† **SAYO**, Vestis ex ejusmodi panno, in Conc. Tarracon. ann. 1591. inter Hisp. tom. 4. pag. 615. Locus est in *Scotatus*.

**SAGIA**. Chronicon Fontanellense cap. 15 : *Pallia diversa 12. Sagium unam, fanones duos, etc. Veteres Schedæ apud Mabillonium : Hoc est casula fuscana renelena 1. Sagia fusca 1. caligas albas 4. Sagia de haira 1. etc.*

**SAXUM**. Statuta Ordinis S. Gilberti de Sempringham pag. 771 : *Sorores laicæ tunicas subtiles de Saxo lude pro infirmitate sui corporis habentes. Forte leg. Suyo.*

† **SAY**, in Computo ann. 1425. apud Kennett. in Antiquit. Ambrosd. pag. 574 :

*In bolt rubei Say... propter anabatam faciendam iv. sol. viii. den.*

† **SAGUNTIA**, Navigii genus, idem quod *SAGITTIA* 1. nisi etiam ita legendum sit. Sallas Malaspinae lib. 4. Rer. Sicul. apud Baluz. tom. 6. Miscell. pag. 308. : *Armat aliam Saguntiam, et Corradinum multipliciter fatigatum multoque metu confectum insequitur et invadit, capit, et reduxit ad terram.*

† 1. **SAGUS**, adject. Magicus. Poema de Nomine Jesu in Append. Operum S. Paulini pag. 25 :

Redeunte sursum ab inferis  
Cantata diro carmine, et bustis sono  
Devota Sago corpora  
Vim colligantis perfidam excutiant luis.

Pro *presugus*, occurrit apud Statium Achill. 1. 58. et Prudentium Apath. v. 298.

2. **SAGUS**, **SAGUM**, *Stragulum lecti*. Papias : *Sagum, stragulum, coopertorium.* Gloss. Gr. MS. Reg. cod. 1673 : *Σάγον, περιβόλαιον, σκέπασμα.* Aliud cod. 930 : *Σάγη, περιβόλαιον, σκέπη.* Gloss. Græc. Lat. : *Σάγος, Sagus, Σάγιον, Lodex, Gaunucun.* Varro, dicitur fuisse *majus Sagum et amphimullon.* Exod. cap. 26 : *Facies et Saga cilicina undecim ad operiendum tectum tabernaculi.* Ubi Græcus interpres δέξρεις τριχίνης habet. Marcellus Empiric. cap. 22 : *Aliquando jaceat, et cooperiat se Sagis.* Adde cap. 26. Cassianus lib. 5. de Cœnob. Instit. cap. 31 : *Cujus infirmitatis obtentu Sagum habere coactus sum.* S. Hieronymus Epist. 22. cap. 15. de Cœnobitis : *Non licet dicere cuiquam, Tunicam et Sagum, textaque juncis strata non habeo.* Acta S. Thyrsi Mart. cap. 5 : *In Sagis grossis et rusticanis involuntur corpora eorum.* Vita S. Benedicti Anian. Abb. cap. 3 : *Sagum, in quo jacerat, perferens.* Chron. Fontanellense : *Ad Sagos 15. in lecta mittendum lib. 2. et semis.* Adalardus in Statutis Corbeiensib. lib. 1. cap. 3 : *Cottum, aut lectarium, sive Sagum in tertio anno accipiant.* Regula Magistri cap. 81 : *In lectis habeant in hyeme singulos mattas, et Sagos tomentarios singulos, et lenas.* Warnerius MS. in Caprum Scottum Poetam et Monachum :

Sit Sagus lecto, capiti capitale jacendo,  
Matta sit, et lena, non requies nimia.

Liber Ordinis S. Victoris Pariensis MS. cap. 13 : *Cam vero infirmus morti proximus propinquaverit, ad terram super Sagum ponat. Tabularium Monasterii S. Andreae Viennensis : Similiter quicumque de dormitorio aut lenam, aut Sagum, aut capitale, aut quamlibet supellectilem sine licentia regulari subripuerit, in omni loco careat consortio fratrum, sicut fur, etc.* Occurrit in Regula Solitariorum cap. 50. in libro Usuum Ordinis Cisterciensis cap. 88. 94. in Vita S. Opportunæ cap. 4. apud Sur. 22. April. in libro Epistolar. S. Bonifacii Mogunt. Epist. 92. apud Althridum in Vita S. Ludgeri Episc. Mimigard. n. 11. Gregorium Turon. lib. 9. cap. 35. etc.

† **SAGA**, Eadem notione, in Mirac. S. Cuthberti sæc. 4. Bened. part. 2. pag. 276 : *Hic cum quadam die lenus sive Sagas, quibus in hospitali utebatur in mari lavasset etc. Ubi Saga legendum monet Mabillonius,*



quæ a *lanis* distinguuntur in Regula S. Benedict. cap. 55.

**SAGELLUM**, Eadem notione. Capitulare triplex Caroli M. ann. 808. cap. 5 : *Ut nullus præsumat aliter vendere et emere Sagellum meliorem duplum, 20. solidis, et simplum cum 10. solidis.* Vita S. Eugendi Abb. cap. 2 : *Paleis vero lectuli ineventilatis multo tempore, vilique Sagello constrictis, pellicioque superposito conquievit.* Utitur etiam Auctor Vitæ S. Lupicini Abbat. Jurenensis num. 5. 6. Adde Smaragdum in cap. 55. Regulæ S. Benedicti.

**SAGO JACTARI**, Ludus veterum, [quo scilicet distento sago impositus aliquis in sublime jactatur,] apud Suetonium et Martialém, et in Collatione Legis Mosaicæ tit. 1. qui *Sagatio*, *παιδος*, dicitur in Gloss. Lat. Gr. uti observatum a Petro Pithæo. [Nostri Berner eadem notione usurpant, a veteri voce Gall. *Berne*, ut vult Cujacius, quæ *Sagum* sonat. Vide supra *Berniscrist.*]

\* **SAGUS**, Lecticæ species. Vita S. Idæ tom. 2. Sept. pag. 265. col. 1 : *Quocumque necessitas viarum medendi causa appulit, aut Sago vel alio gestatorio portari consueverat.*

**SAGUTA**, rusticis dicitur novissima pars surculi in sarmento, vel quia longius a matre, ex qua prosiluit, processit, vel quia a culminis tenuitate cœli [teli] speciem præferat. Summitates vitium et fraticum etiam *flagella* dicuntur, quia flatu agitentur. Hæc Ugutio. [Vide *Sagitia* 6.]

¶ **SAHINUS**, vox Arabica, quæ falconum speciem designat. Liber cui titulus, *Conférence des Fauconniers : Les Sahins sont des faucons de haute maïlle, qui ont la teste plate au dessus, et le pennage bordé de blanc, et encores egalé de roux.... Ce sont les faucons qu'anciennement on nommoit pelerins ou faucons Tartares, bien que ce fut improprement.* Vide Hofmannum et Menagium.

¶ **SAHS**, *Culter*, in Gloss. Teuton. Schilteri.

**SAIA**, Panni species. Vide *Sagum* 2.

¶ **SAJA**, Glans, vox Longobardica. Leges Rotharis cap. 305. apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 40. col. 2 : *Si quis roborum, aut cernum, seu quercum, quod est modula, iscol, aut glandem, quod est Saja inter agrum alienum, aut inter culturam, vel clausuram, in cuius vicino incididerit, componat pro arbore tremisses dnos.* Vide *Faia*, 1.

¶ **SAJALIS**, ut *Sagum* 2. ni fallor, Hispan. *Sajal*. Charta Ferdinandi Gonzales Principis Castellæ inter Concil. Hisp. tom. 3. pag. 177 : *Maja Oppia cum suis villis ad snas alfozes pertinentibus, Sajales per omnes domos singulos cubitus.*

1. **SAICA**, Monetæ Germanicæ species. [Charta ann. 825. apud Meichelbec. tom. 2. Hist. Frising. pag. 255 : *Una frisginga valente Saicas duas.*] Leges Portorici Ludovici IV. Imp. ann. 904. apud Aventinum lib. 4. Annal. Bojorum, et Goldastum tom. 1. Constitut. Imperial. pag. 210 : *Venedi qui de Rugiis Boiemis mercandi gratia veniunt, de clitella unum scutaqum tribuunt : de mancipio, caballis venditis, Saicam unam.* Eadem forte quæ *Saiga*, de qua mox.

¶ 2. **SAICA**, Navigii Turcici genus,

vulgo *Saique*, apud Leunclav. in Onomast. Turc.

**SAIED**, [ut infra *Sanguis*, merum imperium, major justitia, seu justitia sanguinis.] Charta Austindi Archiep. Burdegal. apud Marcam in Hist. Beneharn. lib. 4. cap. 7 : *Ne unquam clam, nec Saied, nec justitiam, nec consuetudinem aliquam in omni Nugarolensi villa facere præsumant.* [Saged editum ex eadem Charta inter Instrumentum. tom. 1. novæ Gall. Christ. pag. 161. col. 1.]

**SAIGA**, in Lege Aleman. tit. 6. § 3. definitur *quarta pars tremissis, hoc est denarius unus. Duæ autem Saigæ duo denarii dicuntur.* Occurrit præterea in Lege Bajwar. tit. 1. cap. 3. § 1. tit. 4. § 2. tit. 8. cap. 2. § 3. 4. tit. 11. cap. 6. tit. 13. cap. 9. 10. tit. 16. etc. Charta Alamannica Goldasti 60 : *Friscinga Saiga valente.* Charta alia apud eundem Goldastum tom. 3. Alamannicorum pag. 58 : *Censumque inde solvam singulis unam Saigam, in quocumque pretio poterim. Saigata*, in Charta 67. apud eundem.

**SAGIA**, pro *Saiga*, in Capitul. ad Legem Alaman. cap. 33. Vide *Saica* 1.

**SEIGA**, Eadem notione, in Charta donationis sub Carolo Pipini filio : *Quidquid in villa nuncupata... visus sum possidere,.... ad jam dictum Monasterium trado perpetualliter possidendum : in eam videlicet rationem, ut hoc ipsum ad me recipiam sub usufructuario tempore vitæ meæ perfruendi, censuque inde solvam singulis annis unam Seigam in quocumque pretio poterim.*

**SEIGIT**. Charta 60. inter Alamannicas Goldasti : *Hoc est de annona spelda modios 10. et de accina 20. et frisginga Seigit valenti.* Quod vero Vadianus de vocibus istis commentatur pag. 60. lib. de Monasteriis Germaniæ, nihili est.

¶ *Saiga* vel *Sagia* Teutonibus serra dicitur, quam Germani hodie *Sæge* vocant, unde Schilterus in Glossario *Saigam* interpretatur denarium serratum olim Germanis maxime in usu, cujus Tacitus de Mor. Germ. cap. 5. meminit : *Proximi ob usum commerciorum aurum et argentum in pretio habent, formasque quasdam nostre pecuniæ agnoscunt atque eligunt : inferiores simplicius et antiquius permutatione mercium utuntur, Pecuniam probant veterem et diu notam, Serratos ligatosque. Saiga, alia notione, vide in *Saga* 4.*

¶ **SAIGNARE**, **SAGNARE**, dicitur de animalibus quæ a lanis jugulantur, *Saigner* eadem notione usurpamus. Chartul. SS. Trinit. Cadom. fol. 88 : *Osbertus solebat Saignare boves abbatie predictæ, et ea die qua Saignabat boves, habebat liberationem suam de abbatia scilicet panem et cervisiam.* Charta Communie Balneol. ann. 1300. ex Schedis Cl. V. Lancelot : *Quisque macellaris teneatur Sagnare sua animalia in die mercati sub castello.... Si Sagnare voluerint in macello teneantur recipere sanguinem in aliquo vasculo, ut macellum mundum teneatur.*

¶ **SAIGNETUM**. Vide mox in *Saignia*.

\* **SAIGNETUS**, Panni species, idem quod *Sagum* 2. Testam. Rich. de Bisunt. archiep. Rem. ann. 1389. inter Instr. tom. 10. Gall. Christ. col. 71 : *Item dedit et*

*legavit Guallelmo Rondeti de Bisontio robam suam de Saigneto cum forraturis.... Item dicitur la Pitoye quinze francos et robam suam de Saigneto.* Vide infra *Saius*.

¶ **SAIGNIA**, Idem quod infra *Saina*. *Saigne* Bellijocenses vocant Viam imbribus excavatam, nostris *Ravine* : Lemovicibus est Fundus pinguis et humidus, planities; unde Abbatia Bonæ-Saigniæ, vulgo *Bonne-Saigne*, nomen, quod in paludosa planitie exstructa sit. Burgundiones vero *Saigne* dicunt humores seu succum sambuceum. Charta dom. Luyriaci in Foresio ann. 1417 : *Item quemdam alium campum, sive terram, et Seigniam, etc.* Charta Bellijocensis ann. 1452 : *Juxta terram et Saigniam Bartholomæi Perroud. Terrag. Bellijoc. : Super quodam verneto.... sito.... juxta Saigniam Boniti Crozier et Anthonii Trompier ex Borea.* Paulo supra : *Sito in dicta parochia de Montsolz loco dicto en la Saigne.*

¶ **SAIGNETUM**, diminut. a *Saignia*, Eadem notione, in eod. Terragio : *Super quodam Saigneto nuncupato des Fontanelles, juxta Saignetum dictorum confitentium,.... et Saignetum Boniti Crozier. Saignet*, ibidem occurrit. Vide *Sagna* 2.

\* **SAILLEYA**, Prominentia, projectura, Gall. *Saillie*. Charta ann. 1395. ex Tabul. S. Germ. Prat. : *Construi fecit (domum) cum pluribus etiam Saillieys sive projectis, eisque eorum licentia vel congedio.*

¶ **SAILLIA**, a Gall. *Saillie*, Prominentia, projectura. Charta ann. 1388. ex Tabul. Saugerman. : *Quod absque dictorum religiosorum licentia nulli super dictam viariam aventum erigere et Sailliam construere licebat.* Vide *Salia* 1.

\* Sed et pro ædificio ad domum appenso nonnumquam usurpatur. Charta ann. 1319 in Reg. 60. Chartoph. reg. ch. 69 : *Item pro una Saillia, que est juxta domum Thomæ olearii, unum denarium.*

\* **SAILLIRE**, pro *Salire*, Gall. *Sauter*. Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 137. Chartoph. reg. ch. 41 : *Per supra menia dicti loci sancti Tiberii Saillivit.* Nostri *Saillir*, pro *Sortir*, *Exire*, dixerunt. Lit. ann. 1373. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 636 : *Yeuxz arbalestriers ne soient tenuz.... à Saillir hors de ladite ville, etc.*

¶ **SAINA**, Locus juncis palustribus abundans, Arvernus vulgo *Saigne*. Tabular. Camalar. : *Donavit unum campum à l'Estrada, et alterum ad aulanerium, et juxta istos duos dedit duas Sainas, et donavit duas issartarias de bosco del Bruz et Sainam de juxta.* Vide *Sagna* 2. et *Saignia*.

¶ **SAINUM**, Adeps suillus, Gall. *Sain*. Charta ann. 1197. inter Instrum. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 144 : *Carga Sainorum dabit 111. den.* Vide *Saginum*.

\* *Saien*, in Constit. civit. Tullens. ann. 1297. ex Reg. A. Chartoph. reg. ch. 1. Hinc *Ensainner*, *Ensaymner* et *Enseymer*, Adipe suillo imbuere. Stat. ann. 1378. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 365 : *Doivent estre les laines Ensainnées de sain cler ou de beurre.* Stat. pannif. in Lib. rub. fol. magn. ex Tabul. domus publ. Abbavil. art. 4 : *Seli draps qui sera trouvés ors ou Ensaymés, soit rebourés et depuis rapportés as wardes, etc.* Aliud ann. 1300. in Lib. rub. fol. par. ex eod. Tabul. fol. 39. rº : *Se au-*



cuns Ensey moit trop se laine, ou enpourroit ou mettoit ordure pour faire plus peser son drap, etc.

**SAIONES**, vel **SAGIONES**, apud Gothos et Wisigothos, dicti apparitores, regii videlicet ac Magistratus ministri, qui ad eorum iussa exequenda semper praesto erant: quod praeter ceteris docet Senator lib. 12. Epist. 3. Isidorus lib. 10. Orig.: *Saio*, ab exigendo dictus. Glossae vett.: *Saio*, *paenator*, *tortor*, [ut apud hodiernos Hispanos.] [\* Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 765. num. 21. Graff. Thesaur. Ling. Fr. tom. 6. col. 107. voce *Sago*.]

Ineptus prorsus ab exigendo vocem hanc accersit Isidorus; nec felicior Hickeesii conjectura Dissert. pag. 153. cui *Saio* dictus videtur quasi *Sakio*, a Scano-Gothico *Sakan*, quod in forensi sensu accusare, persequi sonat. Longe probabilius *Saiones* vel *Sagiones* a *Saio* vel *Sago*, ipsorum veste propria, nuncupati videntur; quomodo apud nos *Hoquetons* appellati ii, qui veste ejusdem nominis utuntur. Id praeterea innuit Senator lib. 4. Epist. 47. ubi *Saiones* et *Veredarios* promiscue appellat Hippocomos, quos a *Sago* nominatos *Saiones* vix dubium est. Vide in *Sagum* 1.

**SAIONES**, [in Judicio ann. 783. in Append. ad Capitul. Ch. 16. col. 1396: *Ordinavitur Milone Comite, ut de ipsas villas... Daniele Archiepiscopo per suum Saionem revestire fecisset.*] Occurrit etiam apud Senatorem lib. 1. Epist. 24. lib. 2. Epist. 4. 13. 20. lib. 3. Epist. 20. lib. 3. Epist. 48. lib. 4. Epist. 27. 28. 32. 34. 47. lib. 7. Epist. 42. lib. 8. Epist. 27. lib. 9. Epist. 18. in Legibus Wisigoth. lib. 2. tit. 1. § 17. 25. tit. 2. § 4. 10. lib. 5. tit. 3. § 2. lib. 6. tit. 1. § 6. lib. 10. tit. 2. § 5. in Praecepto Caroli M. pro Hispanis Edit. Baluz. apud S. Fructuosum in Regula cap. 10. 18. 21. in Concilio Emcrit. cap. 8. Coyaccensi ann. 1050. cap. 8. 13. etc.

**SAYO**, ut *Saio*, in Conc. Legion. ann. 1012. inter Hispan. tom. 3. pag. 193: *In tempore vindemiae dent Sayoni singulos utres bonos.*

**SAYON**, Eodem significato. Charta ann. 1006. inter Probat. novae Hist. Occitan. tom. 2. col. 164: *Tempore... Ermenegaudi praefecti et Bellucionis Sayoni.* Donatio Aldefonsi Reg. Castellae ann. 1181. apud Baluz. Hist. Tutel. col. 494: *Nihil de ipsa fossadera Rex, vel merinus, vel Sayon, vel aliquis homo, requirat. Sayon*, in Charta Ferrandi itidem Reg. Castellae ann. 1217. ibid. col. 521.

**SAGIONES**, ut *Saiones*. Vitalis Episcopus Oscensis de Almino Saracenorum iudice: *Et exercet in Curia Zavalachen apparitoris officium, vel Sagionis.* Libertates Regni Majoricar. MSS: *Curia, Bajulus, Sagio, vel eorum locumtenens non intrabunt domos vestras pro aliquo crimine vel causa suspicionis per se solos.* Infra: *Non dabitur Bajulo vel Sagionibus aliquid pro vestra justitia facienda, vel exequenda: sed si Sagio ierit extra civitatem, det ei conqurens 6. den. pro leuga.* Curia General. Catalanae celebrata in villa Montissoni anno 1289. sub Alphonso Rege Arag. MS: *Statuimus quod Sagiones ponantur in Curia boni et idonei, et quod sint pauci, ita tamen quod*

*sufficiant ad ipsum officium.* [Sagiones vel nuncii curiae, in Litteris Jacobi Reg. Aragon. ann. 1253. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1051. Vita S. Johannis Gorz. saec. 5. Bened. pag. 408: *Ad ecclesiam proximam..... permittentur accedere: custodibus hinc inde ducedum, quos Sagiones vocant, se deducuntibus.*] *Sagionum* crebra etiam occurrit mentio in Constitutionibus Barcinonensibus vernaculis MSS. ubi dicuntur *Saigs*.

**SAGO**, Eadem notione, in Conc. Coyaccensi ann. 1040. inter Hispan. tom. 3. pag. 211: *Qui igitur hanc constitutionem nostram frerit Rex, comes, vicecomes, majorinus, Sago, etc.*

**SAIONITIUM**, **SAONITITUM**, **SEONITIUM**, *Saionum* exactiones, vel jurisdictio. Charta Beremundi II. Regis aerae 1028. apud Ant. de Yezep in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 5: *Insuper Saonitium abstrahimus ab eo, et omni merito prohibemus ne intret in eum, aut in cautum ejus, vel in aliquam villam, absque permisso Abbatis, sive aliorum patrum.* Aliae aerae 1176. ibid. *Seonitium* habet. Charta Alfonsi VI. Imp. Hispan. ann. 1096. apud eundem de Yezep tom. 6: *Qui pro Saione ipsadie directum non dederit, det quingue.*

**SAIONIS INGRESSUS**, Eodem significato, apud Jos. Moret. Antiq. Navarrae pag. 537. ex Tabular. Millan. fol. 205: *Donamus ad basilicam S. Amiltani... ecclesiam S. Mariae de Tera cum terris, hortis,.... cum omni pertinentia liberam et ingenuam absque ullo imperio regali et Saionis ingressu.*

**SAIONIA**, Officium *Saionis*. Charta ann. 1210. in Append. Marcae Hispan. col. 1397: *Nullus praeterea... nec vicariam, nec Saioniam tenere in civitate vel extra in aliqua parte regni nostri, etc.*

**SAGIONIA**, Eadem notione. Curia Generalis Catalanae celebrata in villa Montisalbi ab Alphonso Rege Aragon. ann. 1333: *Quod Sagioniae non vendantur de caetero, nec vendi possint per bajulum nostrum generalem, etc.* [Conc. Tarracon. ann. 1591. inter Hispan. tom. 4. pag. 527: *Cedit quidem in magnum ecclesiae detrimentum quod scribaniae, vicariae, bajulicae, Sagioniae, etc.*]

**SAISIA**, Invasio. Vide in *Saisire*.

**SAISIMENTUM**, Prestationis species, [vel potius Facultas et jus res alicujus saisendi seu ad manum suam ponendi, vel res obsignatas custodiendi.] Tabularium Majoris-Monasterii Ch. 174: *Hilgodus cogn. Cunearius, acceptis 15. solidis, dimisit quamdam consuetudinem, id est, Saisimentum, quod ipse injuste immiserat in terra D. Fulberti Monachi, etc.* [Vide in *Saisire*.]

**SASIMENTUM**, Eadem notione, in Charta Ludovici VI. Reg. Franc. ann. 1115. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 633: *Non ierit in nostram caballationem, neque in hostem, non herbergamentum, non Sasimentum, immo nihil ex toto quod ad nostram pertinet vicariam sive justitiam.* Statuta Vercell. lib. 2. fol. 37. vº: *Et praedicta locum habeant et debeant observari tam contra debitores quam etiam contra alios quoscumque quibus daretur bannum occasione rei posite apud ipsos auctoritate iudicis conducende vel livrande alicui persone sive in deposito sive Sasimento.*

**SAISINA**, Obsignatio, vel possessio. Vide *Saisire*.

**SAISIO**, a Gall. *Saison*, Tempestas, apud Stephanot. Antiqui. Bened. Aurelian. MSS. pag. 549. ex Charta ann. 1169. Vide *Saisonis* et *Satio*.

\* Charta Oliver. abb. S. Remig. Senon. ann. 1311. in Reg. 47. Chartoph. reg. ch. 127: *Dictus Jantianus emptor et ejus socii.... in tota petia dicti nemoris,.... omnibus Saisionibus, quibus eisdem placuerit, poterunt facere minorari et de mina ferrum fieri facere.*

**SAISIRE**, vox mera puta Gallica, *Saisir*, Mittere aliquem in possessionem, investire, cujus etymon a *Sacire*, de qua voce supra, quidam deducunt. Will. Malmesbur. lib. 1. de Gest. Pontific.: *Rex ergo Archiepiscopum Saisivit.* [Chron. Savigniac. apud Baluz. tom. 2. Miscell. pag. 318: *Anno Dom. 1229. 3. Kal. Junii Saisivit Radulphum Filgeriarum dominum et heredem de terra sua Petrus Comes Britanniae.* Tabul. Pontis Otranni: *Saisivitque de illa (cleemosyna) donum abbatem Oliverium apud portam monasterii cum breviario portarii.*] Occurrit passim.

**SAISIRE**, Occupare, possidere, [obsignare, ad manum Regis ponere, *Saisir*.] Ivo Carnot. Epist. 101: *Cujus reculas Saisivit.* Idem Epist. 121: *In vico Coriariorum Saisierunt.* [Charta Philippi Pulchri ann. 1302. apud Menester. Hist. Lugdun. pag. 82: *Et si contingeret quod nos mandarem bona aliquarum ecclesiarum seu personarum ecclesiasticarum aliquibus causis vel rationibus Saisiri, seu confiscari, etc.* Litterae Caroli Johannis Reg. primogeniti ann. 1357. tom. 3. Ordinatio. pag. 204: *Quod dictus dominus noster suique successores vel baillivus non capiant aliquem habitantium dicte ville, vel vim inferant, vel Saisiant bona sua.* Chartul. S. Vedasti Atebat. V. pag. 265: *Si custos rebellis est cellerario, famuli uncinas Saisient, et vivent supra usque dum satisficiat.* Vide *Desaisire*.]

**SAISIARE**, Eadem notione, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 26. 29. 43. apud Ordericum Vitalem lib. 9. pag. 721. etc.

**SAISINARE**. Synodus Salmuriensis ann. 1294. cap. 5: *Plerique nobiles.... decimas.... jure hereditario possidendas ad manus suas Saisinant, etc.* Utitur etiam Concilium Marciacense ann. 1326. cap. 55.

**SAISICERE**, et **DISAISICERE**, in Concilio Illebonensi cap. 47.

**SAISIZARE**, Obsignare. Statuta Eccl. Meldens. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 907: *Quod bona ipsorum mobilia et sua beneficia per loci ordinarium Saisizentur.*

**SAIZIRE**. Charta ann. 1233. ex Schedis Praes. de Mazaugues: *Verum ligna ipsa.... nondum ab incisorum vel exportatore alienata possit abbas... auctoritate sua Saizire.*

**SASCIRE**, in Litteris Gastonis Vicecomit. Bearni.: *Promisit quod faciet suum posse.... quod judicium datum contra ipsum de Sascendis villis, castris, et terris suis ratione plurium defectuum, habeat executionem plenariam.*

**SASIRE**, Investire. Primordia Calmoisiac. Monast. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1166: *Dux Theodoricus adveniens,*



*præfatum alodium ecclesie nostræ Sasivit.* Vide infra *Sasio*.

† *SASIRE SE*, Occupare, *Se saisir*, in Testam. Bertrandi de Turre ann. 1328. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 709: *Quod habeat et levet, percipiat, occupet et apprehendat et se Sasiat per se vel per alium eadem Margarita... omnia bona mea.*

† *SASIRE*, Obsignare, manum in aliquam rem apponere, *Saisir*. Concil. Trevir. ann. 1152. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 73: *Dux terrarum eorum Sasibit, eisque prohibebit, ne in eis aliquid accipiant, donec Ecclesie satisfecerint.*

† *SESIRE*, Eodem intellectu, in Mandato Philippi Pulchri Reg. Franc. ann. 1299. tom. 1. Ordin. pag. 332: *Ad Sesiendum totam temporalitatem, etc.*

† *SEYSIRE*, Pari significatione, apud Gualterum Hemingford. de Gestis Edwardi I. Regis Angl. ad ann. 1293. pag. 41.

† *SAYSIRE*, Simili sensu. Charta ann. 1294. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 124. col. 1: *Procurret quod revocatur ca que sunt Saysita per ipsum vel officiales suos in continenti, et eaque sunt Saysita per amicos, et valitores, et feudales suos infra octo dies. Occurrit præterea in Statutis MSS. Eccl. Auxit. et alibi non semel.*

† *SASINARE*, Apprehendere; *Saisir* *quelqu'un* eadem notione dicimus. Inquesta ann. 1268. ex Tabul. Eccl. Massil.: *Cursorem curie, preposituric et opere Ecclesie Massiliensis captum incarceraverunt, et Sasinaverunt quemdam Ainum de jurisdictione prædictæ preposituræ.*

*SASIRE*, in Concilio Copriniacensi cap. 28.

† *SEISIARE*, ut mox *Seisinare*, in Charta apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 183. Vide infra *Seisiacio*.

*SEISINARE*, *Saisinam* dare. Asserus de Rebus Gestis Ælfredi: *Et ego in nomine Dei sacri in mandatis committo, quod ipsis nemio contradicat, neque cum armis, potestate, nec virtute, neque alio resistendi modo, quod illi non poterunt Seisinare, vel introducere quemcunque illis placuerit in eorum terras, possessiones, et dominia.*

† *SEISIRE*, Possidere, occupare. Charta ann. 1493. apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 71: *De quibus gleba, terris, et tementis, prædicti Prior et Conventus modo Seisiti existunt.*

† *SESIRE*, Investire, mittere in *sesinam*, seu possessionem. Chartul. S. Vincentii Cenoman. fol. 91: *Dictos monachos de prædicta elemosyna Seisivinus et investivimus.* Charta ann. 1254. ex Tabul. Pontisar.: *Guillelmum Donnet burgensem Pontisarensem de usdeni (solidis) duxerunt Seisendum.*

† *SEISIRE*, Sub custodis manum ponere, tradere. Chartular. S. Vincentii Cenoman. fol. 133: *Ex parte domini Senescali Andegavensis vobis mando quatinus... eatis apud Dangolium Seisire domum et terram dom. Roberti de Dangolio, et in eadem modo bonos custodes ponatis.*

† *SASIA*, Invasio, Gall. *Saisie*. Charta apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 345: *Ad præceptum abbatis vel cellerarii invasionem, vulgari vocabulo Sasiam dictam, propria manu facere: deinde villico Comitibus indilate tradendam.*

*SASINA*, Missio in possessionem, passim.

† *SASINA*, Possessio, jus ad rem. Philippi Aug. Epist. ann. 1207. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 804: *Examinabunt seorsum unum post alium, et in quem major pars convenerit, ille habebit jus patronatus. Et si illi octo non possent scire ad quem debeat spectare donatio ecclesie de jure patronatus, ipsi dicerent quis ultimum fecerit presentationem ecclesie, et inde ille habebit Sasinam.* Conc. Pisan. Sess. 9. apud Acher. tom. 6. Spicil. pag. 315: *Quodque de hoc nullus de cætero contra alium posset se jurare in aliquo, tam in proprietate quam Sasinam seu possessione.* Chron. Trivetti apud eundem tom. 8. pag. 658: *Petivit castra et terram totam sibi tradi, ut per Sasinam pacificam jus superioris dominii... elaresceret universis.* Adde novam Gall. Christ. tom. 4. inter Instr. col. 243. et Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 163.

† *SAYSINA*, Eodem significato. Gualterus Hemingford. de Gestis Edwardi I. Reg. Angl. pag. 34: *Pctiit Rex castodiam castrorum et terræ totius illius, ut jus suum per Saysinam pacificam probaretur.*

† *SASINA*, Pari intellectu, in Charta Johannis Comit. Forcensis ann. 1310. ex Cod. Colbert. 2591.

† *SASINA*, Res ipsa *saisita*, seu obsignata. Chartul. S. Vincentii Cenoman. fol. 51: *Monachi habebunt omnes Sasinas et catilla que cum latrone poterunt reperiri.* Vide *Desaisina*.

*SASINA VIVA*. Concilium Bituricense ann. 1336. cap. 12: *Ponitur temporalitas Ecclesie ad manum secularem, et sic posita detinetur cum Sasina viva, quousque dicta cessatio sit amota.*

*SASIO*, nis, [Obsignatio, Gall. *Saisie*.] Sugerius Abb. S. Dionysii Epist. 160: *Quando literæ vestre venerunt ad me de nonna et rebus Clericorum Compendiennum ponendis in Sasionem, Canonici maximam partem earum asportari fecerant, quod vero residuum est, totum sasiri faciam.*

\* *SASISUM*, Possessio, proprietas, dominium. Charta ann. 1198. ex Bibl. reg. cot. 19: *Quod adventum tale est, quod Poncie furnerius gratis et bona voluntate donat Poncie uxori suæ medietatem totius illius terræ et vineæ ac totius tenentiæ, quam de Saisio S. Johannis... tenet.*

† *SASITIA*, Possessio, Gall. *Saisine*. Charta Mathildis Comit. Nivern. ann. 1244. inter Instrum. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 104: *Hæredes et successores nostros specialiter obligamus... ut ex quo Sasitiam Comitatus Nivernensis adepti fuerint, etc.*

† *SASITIO*, Eadem notione. Tabul. S. Florentii ann. 1136: *Hujus quoque donationis Sasitio facta est et tradita abbati memorato per coltellum ejusdem.*

† *SASIVA*, f. pro *Saisina*, in Charta ann. 1273. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 149: *Ex parte dom. Regis tenutam et Sasivam totius justitiæ meri et mixti imperii... restituerunt.* Charta ann. 1391. apud Menester. Hist. Lugdun. pag. 122: *Et de hoc opere procurator noster... sit et fuerit in bona possessione et Sasiva per tantum et tale tempus quod de contrario hominum memoriæ non existit.* Vide ibid. pag. 12.

† *SASINA*, *SASINA*, Possessio, seu bona que legitima *saisina* possidentur. Charta ann. 1216. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 857: *Habeant terras suas et Sasinas sicut habuerunt in principio guerræ.* Codicillus Henrici Comit. Ruthen. ann. 1222. apud eundem tom. 1. Ampl. Collect. col. 1171: *Et lego hominibus de Monte-anato Sasinam quam eis feceram, sicut tenerant in vita patris mei.* Charta ann. 936. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 74: *Accipiant in Sasina S. Salvator per singulos annos solidos tres.*

† *SAYSINA*, Missio in possessionem. *Data prius Saysina rerum et possessionum*, in Actis SS. tom. 7. Maii pag. 128.

\* *SASITIO*, Missio in possessionem. Hinc *Saisitionem forisfacere* dicitur feudatarius, qui violat conditiones *saisitionis*. Charta ann. 1196. in Chartul. S. Joan. Laudun.: *Ecclesia tamen terram et redditus, sicut feodum suum, saisire poterit, si possessor feodi, quod absit, Saisitionem forisfacerit.* Vide mox *Seisiacio*.

† *SAYSIMENTUM*, *SAISIMENTUM*, Obsignatio, manucaptio, *Saisie*. Charta ann. 1294. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 124. col. 1: *Item... ordinavit, quod dictus dom. Episcopus omnia Saysimenta et singula facta de debitis canonicorum, et clericorum, et civium Diensium, et bonorum eorumdem, sive sint facta per ipsum, sive per ejus officiales... revocare faciat.* Charta ann. 1233. ex Schedis Pr. de Mazauges: *Super Saisimento rerum prædictarum.* Vide *Saximentum*.

† *SAYSIO*, Eadem notione, in Charta ann. 1280. Hist. Dalph. 1. edit. pag. 39: *Cum discordia verteretur inter D. Guillelmum Episc. Gratianop. ex una parte, et D. Jacobum de Bozosello... super corohatis... investituris et devestituris, Saisionibus et de-saisionibus, etc.*

† *SEISIACIO*, Charta qua rei alicujus possessio traditur alicui: *Seisina*, ipsa traditio. Charta apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 183: *Eisdem monachos de prædicta virgata terræ cum carta inea plenarie in omnibus Seisivi. Hanc autem Seisiacionem, quia in propria persona eisdem monachis coram vobis facere non potui, Simonem de Solers... cum præsentis scripto sigillo meo confirmato ad vos nisi, qui coram vobis vices meas obtinentes, eisdem monachis plenariam Seisina de prædicta virgata terræ faciant.*

† *SEISINA*, Missio in possessionem. Charta ann. 1271. apud Kennett. in Antiquitat. Ambrosden. pag. 275: *Noverit universitas vestra me constituisse Sampsonem de Adingrave attorneyatum meum ad ponendum Johannem... nomine meo in Seisina de omnibus terris et tementis que habui in villa de Adingrave.* Pro ipsa possessione occurrit ibidem pag. 313. in Charta ann. 1288.

† *SESINA*, Possessio. Charta ann. 1231. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 1636: *Ad defendendum omnes possessiones suas et Sesinas, et eos dimittam omnes possessiones suas et Sesinas pacifice in perpetuum detinere.* Hist. MS. Monast. Beccensis pag. 574: *Hi omnes testes fuerunt quando Abbas Becci remansit in Sesina.*

† *SEISITIO*, Manucaptio, obsignatio. Charta ann. 1280. ex Tabul. S. Medardi



Suession. : *Nec debeant pro transgressione fidei eorum predictae ipsi nec eorum heredes, neque successores duplici poena puniri, scilicet canonica per ecclesiasticam censuram, et civili per Seisitionem et retentionem.*

¶ **SEISINA**, Eadem notione. Mandatum Philippi Pulchri Reg. Franc. ann. 1299. tom. 1. Ordin. pag. 332 : *Ab his et similibus processibus et gravaminibus abstineri, in Sesinis temporalitatis uliarum personarum ecclesiasticarum, etc.*

\* Unde nostris *Saisine*, pro *Saisie*. Charta ann. 1306. ex Tabul. Carnot. : *Se la prise ou la Sesine ne dépent pas de leur fet, quant il n'auront pas faite la prise, ne la Saisine, ne commandée à faire, etc.* Hinc *Saisineur*, Rerum *saisitarum* seu assignatarum custos. Lit. remiss. ann. 1443. in Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 330 : *Le prévost et justice de la ville de le Gorghe avoit mis gardes et Saisineurs aux biens et hostel du suppliant.*

**DISSAISIRE**, **DISSAISIRE** **DISSAISIRE**, Possessionem exuere, deturbare non impetrata a iudice venia : ut contra, *saisire* est in possessionem mittere. Statutum S. Ludovici ann. 1255. cap. 20 : *Balivis nostris et officialibus inhibemus ne Dissaisiant aliquem sine causae cognitione, vel nostro speciali mandato.* Regiam Majest. lib. 3. cap. 36. § 2 : *Cum quis... alium injuste et sine iudicio Dissaisiverit de libero tenemento suo, Dissaisito hujus constitutionis beneficio subvenitur...* nempe recognitione de nova *Dissaisina*. Ordericus Vitalis lib. 8 : *Pro terra matris suae... qua Rex eum Dissaisiverat.* Adde lib. 13. pag. 900.

¶ **DESSESIARE**, Eadem notione. Charta ann. 1367. ex Chartul. S. Aviti Aurelian. : *Possessionem dictorum reddituum... in dictos Decanum et Capitulum... totaliter transfereudo, seque de eis Desseisando et devestiando et dictos emptores Sesiendo et investiando.* *Desesiare*, in Charta ann. 1254. ex Tabul. Pontisar. : *De quibus xxx. solidis se Desesivit in manibus Drogonis abbatis.*

**DISSEISIARE**, apud Bromptonum. *Injuste Disseisiatus*, in Legibus Henrici I. cap. 53.

\* **SAISINAM FRANGERE**, Rem *saisitam* ab alio capere, occupare. Libert. Ayriaci ann. 1328. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 317. art. 67 : *Scienter Saisinum nostram frerit, debet sexagintu solidos Vienenses.*

**DISSAISINA**. Fleta lib. 2. cap. 82. § 3 : *Nec sustineat quod aliquis alicui officio deputatus de nocte vel de die, ferias, mercatos, Dissaisinas, vigilias, luctus adeat, vel tabernas.* Adde Regiam Majest. lib. 2. cap. 40. § 3. et Littletonem sect. 233. 279. *Duplex est, ut ait Skeneus, aut enim fit in rebus immobilibus, et vulgo vocatur Ejectio, ut in terris et tenementis; aut fit in rebus mobilibus, ut in cutallis, veluti ovis, bobus, pecunia, et Spolium, sive Spoliatio vocatur.* Radulfus de Fingham in Parva cap. 7 : *Quibus modis fit Disseisina : Sciendum quod cum quis tenens realiter ejicitur de tenemento. Item absens cum ingredi voluerit, ejicitur et repellitur. Item cum manu opus alicujus impeditur per superfluosam, et hoc in tenemento diu ante approvato, etc.* Vide Bractonium lib. 4. tract. 1. cap. 3. Fletam lib. 4. cap. 1. § 8. et Rastallum verbo *Disseisint*.

**DISSAISITOR**, Qui a possessione quempiam dejicit : in primis Statutis Roberti I. Regis Scotiae cap. 13. § 1. 2. et in Fleta lib. 1. cap. 14. § 4.

**REDISSEISINA**, dicitur, cum aliquis de tenemento suo disseisitor, per curiae iudicium seisinam suam recuperavit rursumque ab ea ejicitur. Vide Fletam lib. 1. cap. 20. § 107. lib. 4. cap. 29.

**REDISSEISITOR**, in Fleta lib. 2. cap. 1. §. 16. cap. 65. § 7.

**RESAISIRE**, iterum *saisire*, apud S. Anselmum lib. 3. Epistolis 109. 110. ubi perperam editum *resarcire*.

\* **SAISONARE**, Parare, aptare. Arest. ann. 1393. 26. Apr. in vol. 8. arestor. parlam. Paris. : *Quod pelles, quae ex dorsis seculiorum erant confectae, non bene Saisonate.* Vide *Sadonare* et *Sasonare*.

¶ **SAISONIA**, a Gall. *Saison*, Tempestas. Charta XI. saeculi in Tabul. S. Victoris Massil. : *Guizo de Duplo castello posuit in pignore Palliolo unum pratium ad pontellarium pro XII. solidis ad tres Saisonias. Pollyptych. Fiscann. ann. 1235 : Et debent afferre blada apud Hudebouville ad duas Saisonias.* Vide *Saisio*, *Saizo*, et *Satio*.

¶ **SAISSAGNESIA CARRERIA**, Strata ad urbem S. Aniani in Occitania, Gall. S. Chinian. Statuta villae Montis-Olivi ann. 1231. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 967 : *Termini autem sunt tales : videlicet... usque ad naseluyriam, et usque ad curreiam Saissagnesiam, etc.*

¶ **1. SAITUM**, Pelvis, ut videtur, Gall. *Bassin*, apud Marten. de Antiq. Eccl. Rit. tom. 2. pag. 630 : *Incipit ordo ad sponsum benedicendam. Cum venerint ante valvas ecclesiae sponsus et sponsa, veniens sacerdos alba et stola et manipulo ornatus, anulum argenteum super Saitum positum benedicat, etc.*

\* **2. SAITUM**. Inventar. MS. thes. Sedis Apost. ann. 1295 : *Item duos potos de auro similes, quorum quilibet habet duo Saita in pede et duo in coperculo ad arma regis Angliae, et totidem ad armu imperatoris.* Sed mendum est pro *Scpta*.

¶ **SAITUS**, perperam pro *saisitus*, in Leg. Norman. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 319. Vide *Saisire*.

\* **SATUS**, Panni species, idem quod *Sagum* 2. Vide in hac voce. Stat. Avenion. ann. 1243. cap. 120. ex Cod. reg. 4659 : *Factores pannorum tenebunt ponere sagimen in pannis albis, brunis et Sais.* Vide supra *Saignetus*.

\* **SAIZIMENTUM**, Investitura, possessio. Charta. Bern. Nannet. episc. tom. 1. Probat. Hist. Brist. col. 562 : *Episcopus vero cum buculo suo, in manu Guillelmi, praepositi decimarum et oblationum, posuit Saizimentum et restitutionem.* Vide supra *Saisitio*.

¶ **SAIZO**, ut supra *Saisonia*. Charta ann. 1469. ex Schedis D. le Fournier : *Ad tempus et tempore trium annorum, trium gausitarum, et trium Saisonum; ita quod debet et promissit dictus Flotte dictam vineam putare... per tempus et Saisonem debitam.*

**SAKABURTH**, **SAKEBER**. Vide *Succabor*. **SAKE**, inquit Fleta lib. 1. cap. 47. § 7.

significat *acquietantiam de secta ad Comitatum et hundredrum*. Rastallo, est placitum de emenda et transgressione hominum in curia alicujus, quia, inquit, *Sake* Anglice, est *Acheson* Gallice, et dicitur *par sickle sache*, idem quod *pur quel acheson*, et *sake* dicitur *par forfait*. [Regest. Priorat. Cokesford. apud Thom. Blount in Nomolex. Anglic. : *Suku*, hoc est, quod prior habet emendus et umerciaumenta de transgressionibus hominum suorum in curia sua litigantium, tam liberorum, quam villuorum.] Vide *Sac* et *Soca*, 4.

**SAKONES**. Michalo Lituanius de Moribus Tartaror. frag. 7 : *Non injuria igitur progenitores S. Majestatis V. libertatem licentiamque hanc hareditatum (tenendi et tuendi arces) non permittebant mulieribus, sed eas nuptui tradebant, suo, non illarum arbitrio, non opibus nec genere, sed virtute nobilioribus viris, qui se nobilitabant profundendo in bello et suo et hostium sanguine. Itaque agasonibus etiam, qui se bene in re bellica gesserunt, dabuntur hic heroide uxores vocati quidam Sakones et Saugelones.*

**SAL**. Constantinus African. lib. de Gradib. sub fin. : *Sul quatuor modis est : est enim sal quod fit in salinis, id est commune : est et Indicum, cujus color pertinet nigredini, lucidum tamen et durum est : est et aliud quod Nuutium, id est, aqua coagulata de puteolo. Capitul. Caroli M. lib. 4. cap. 8 : De terra in littore maris, ubi Salem faciunt, etc.* [Charta Arnulfi Comit. ann. 1145. tom. 2. Monument. Sacrae Antiq. pag. 25 : *Concedimus Ecclesiae de Geriniis et conversis dominabus, perpetuo possidendum Salem quem debet nobis ex proprio reddito una navis de Warco.*]

¶ **SAL AMPLUM**, Crassum, in Charta Rudolphi Archiducis Austr. ann. 1359. in Chron. Mellic. pag. 238 : *Quod ipsis et ipsorum nomine, anno quolibet una tantum vice, duae librae Salis ampli, et librae octo minuti seu parvi Salis sine nute nostrae in Linza exactione qualibet, per Danubii alveum debeant et valeant transvahi et traduci.* Idem quod

¶ **SAL GROSSUM**, in Hist. MS. Monast. Beccensis pag. 627 : *Facta compositione cum Willelmo le Merle duos bossellos grossi Salis, vel tres minoris Salis percipiunt Beccenses annuatim apud Carinanfleu.*

\* *Grant sal*, eadem acceptione, in Charta Joan. comit. Bitur. et dom. de Salin. ann. 1254. ex Chartul. Buxer. part. 1. ch. 15 : *Nous avons donné... à covant de la Boixere... dix charges de grant sal en nostre rente de nos puis de Salins, c'est à savoir dou plus grant Sal que l'en i fait.*

\* **SAL AQUATICUM** et **Terrestre**. Charta Andr. Hungar. reg. ann. 1233. apud Cencium inter Cens. eccl. Rom. : *Pro majoribus vero Salibus aquaticis, debemus abbacie de Egris xxvj. marcas pro quolibet timino; .... pro Salibus vero terrestribus, dabimus unam marcham pro centum zuanis.*

\* **SAL PRATORUM**. Assign. dotalit. Joan. regin. Franc. ann. 1319. in Reg. 60. Chartoph. reg. ch. 69 : *Item pro novis exaltibus duo modii, quatuor minae. Item pro Sale des prez de Verbria, sexaginta solidos.*

**SAL TERRAE**, apud Adamnanum lib. 2. de Locis SS. cap. 18.



¶ SAL, Catechumenorum Sacramentum non semel a veteribus nuncupatum, quod eis esset Eucharistiæ loco, cum fideles communicarent, præsertim in festis Paschaliibus. Vide supra in *Sacramentum*.

SAL juxta *projectos*, seu *expositos*, apponi præcipitur in signum baptismi non suscepti, in Concilio Nemociensi ann. 1298. cap. 2.

\* Lit. remiss. ann. 1408. in Reg. 162. Chartoph. reg. ch. 236 : *Les exposans n'irent l'enfant sur un estal uudevunt de la maison Dieu d'Amiens, ... et assez près dudit enfant misdrent du Sel, en signe de ce qu'il n'estoit pas baptisé. Vide in Collectus.*

☞ *Salem* in fidelitatis signum cdebant olim qui fidem Regibus jurabant, ut ex aliorum opinione refert Leidradus Episc. Lugdun. lib. de Sacram. bapt. tom. 3. Analect. Mabill. pag. 5 : *Æstimant quidam, quod etiam apud quosdam gentiliū antiquo erat consuetudo, ut qui fidelitatem Regibus promittebant, salem adjuratum vel consecratum in præsentia eorumdem Regum, quibus fidem promittebant, comederent. Unde in libro Esdræ scriptum est, quod principes Samuritanorum Regi Persarum, cum de accusatione Judæorum scriberent, dixerint : Memores sumus salis, quem in palatio comidimus.*

☞ *Salis* conspersione ad ignominie notam olim vitabantur perduellium agri et civitates, cum antiquitus muris dirutis aratrum circumduceretur, ut loca illa tanquam fulgurita vitanda significarent. Vide Lib. Judic. cap. 9. S. Hieronym. in Matth. cap. 5. et Glossar. milit. Caroli de Aquino.

1. SALA, Domus, ædes quævis, [ampla tamen et instructa, palatium, castrum, curtis præcipua.] Glossarium Theoticum Lipsii : *Salethu, Tabernaculu.* [\*\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 176. voce *Sal*, Domus.] Lex Alaman. tit. 81 : *Domum ejus incendot, seu Salam.* Lex Longob. lib. 1. tit. 11. § 7. [\*\* Roth. 136.] : *De Sala propria exire.* Edictum Rotharis Regis Longob. tit. 48. [\*\* 133.] : *Si quis bovolcum de Salu occiderit, compouat sol. 20.* [Charta ann. 783. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 16 : *Quod mihi ex paterno jure legitime provenit, hoc est casatas XI. cum Salu et curtile meo. Occurrit ibid. col. 22. in Charta ann. 721. et col. 259. in alia ann. 902.*] [\*\* Alia ann. 716. apud Brunnett. Codic. Etrur. tom. 1. pag. 453 : *Pretium accepit... pro solidis nobis numero centum de Sala juri sui pede plano muru tercidata scandala cooperta una cum medietate de terra et de prato, ubi ipsa Sala edificata est, etc.*] Synodus Ravennensis ann. 877. cap. 17 : *Cortes, massas, et Salas, etc.* Charta ann. 861. apud Baluzium in Appendice ad Capitul. n. 89 : *Ipsas Salas, seu ejus palatium, quod vocatur Merlac, etc.* Charta Ottonis Imp. apud Ughellum tom. 7. Italie sacræ pag. 1294 : *Hec supradicta petia de terra cum casa, quod est Sala, etc.* Alia ann. 908. in Hist. Pergamensi : *Concessit eis præfatam claustrum, cum Sula, et aliis edificiis inibi constitutis, cum curte et horto, etc.* Charta ann. 955. apud Ughellum in Episcopis Veronensibus : *Nec non et alio castro meo cum casa solariata, cum Sala, et caminata, atque lobia, etc.* Alia

apud Puccinellum in Vita S. Simpliciani : *Una cum castro, et turre, et solariis, et Sulis, et cassina, cum arcis earum seu curte, etc.* Charta ann. 1246. apud Columbum lib. 3. de Episc. Sistaricensib. num. 20 : *Totum viridarium sive hortum sancte Sistaricensis Ecclesie, quod est situm inter Salam claustrum, et muros civitatis.* [Enumeratio jurium Comit. Biterr. in civit. Albiensi ann. 1252 : *Item habuit et tenuit pacifice in eadem civitate quamdam Salam, quam modo tenent Arnulphus Gorsie, etc.*] Richardus de S. Germano in Chron. ann. 1214. de Saphadino : *Primo die recipit ipsos in prima Sala de Cayro, ubi semper est status ejus.* Leo Ost. lib. 2. cap. 81 : *Curtem in Sala ad ipsi Porcari.* Ermenricus in Vita S. Soli cap. 4 : *Quod licet exiguum ac vile visui haberetur, (loci situs) proprio tamen stratis palatii hoc delectabiliter positus est. In pago namque, Suala, vel domo ipse locus situs est. Ubi forte pro sudu legendum sala, ut idem fuerit cum domo, tametsi hæc minus coherent. Ericus Upsaliensis lib. 5. Hist. Suecicæ : *Sequenti ætate fecerunt Duces Ludosie Salam pulcherrimam, et magnitudinis admirandæ, cum cellariis et cæteris principalibus habitaculis pro glorioso curia tendenda.* Adde Ughellum tom. 4. in Appendice pag. 7. Scribit Freherus in Notis ad Petrum de Andlo, lib. 1. cap. 12. Palatium Ingelheimense, etiam nunc ab incolis *Saalam* appellari : sed et bodie in inferiore Navarra, seu Vasconia, *Salas* vocant, nobilium domos. De vocis etymo vide Goropium Bekan. lib. 2. Francicor. pag. 46. 47. Ita etiam nostri *Sale*, pro domo vel palatio, usurparunt. Le Roman d'Auberi MS :*

A Arras vont tout le chemin plénier,  
En la grant Sale sont alé herbergier.

Alibi :

Qui en la Sale Baudouin la garnie  
Avoit de Frise envoié une espie.

Idem :

La dedens ot sa Sale et son donjon.

Joan. de Condato MS :

En mesons, en Sales, et en eours  
Des grans Seigneurs vers cui je voie.

\* Charta ann. 1408. in Reg. 162. Chartoph. reg. ch. 360 : *Les religieux, abbé et couvent de Chualis ont fortifié une Sale ou grosse maison, située et assise ou pourpris et closture de laditte abbaye.*

¶ SALA PROPRIA, Domus vel familia, in Leg. Rotharis Reg. 136. apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 24 : *De illis vero pastoribus dominicis, qui ad liberos homines scriverunt et de Sala propria excurrunt, etc.*

\* SALA DOMINICA. Chrata ann. 1040. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Ego Raimbaldus G. D. sedis Arelatensis præsulutus honore sublimatus... statui donandum et perpetuum habendum, videlicet duas partes de castro Auriol, cum Sula dominica, etc.* Id est, cum domo dominica.

¶ SALA, Curia, senatus, quomodo Galli dicimus la Cour de Parlement : unde Sala Curingiana sæpius nuncupatur nobilium curia quæ Curingiæ sedebat. Vide Statuta Lossensia part. 3. Hist. ejusdem Comitatus. pag. 118. et seqq.

\* Salle, eodem significatu, in Lit. remiss. ann. 1383. ex Reg. 124. Chartoph. reg. ch. 143 : *Et en ademplissant ledit jugiet, fu ladite vérité crée souffissamment en l'église de Herlies,.... présens hommes de fiefs de ladite Salle.*

SALA PUBLICA, Domus judiciis expediendis destinata. Charta Longobardica ex Tabulario Lucensis Ecclesie, apud Ughellum tom. 7. pag. 1295 : *Dum in Dei nomine intus caso, que est Sala de palatio de civitate Lucense, in judicio resedisset D. Gotifredus Dux ad causas audiendas ac deliberandas, etc.* Alia Notitia iudicati in Tabulario Casauriensi 1. part. : *Dum residisset nos Odelericus Missus Bevangarii et Ildeberti Comitum in placito, in Marsa, Sala publica Domini Regis, pro singularum causis audiendis vel deliberandis.* [Charta ann. 1163. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 595 : *Istud sacramentum fuit factum in majora Sala palatii Carcasensis.* Statuta criminal. Saonæ fol. 124 : *Sedentes pro tribunali in et super una cathedra in canera posito in capite Sule superioris palatii causurum Communis Suonæ.*] Adde Bullarium Casinense tom. 2. pag. 54. Testatur Florentius Haræus lib. 1. de Castellanis Insulensibus pag. 66. ita appellari ædificium, quod in burgo ejusdem urbis veteri etiam nunc visitur, ubi judicia sua exercebat Vicecomes, aut ejus Bailivus.

☞ Hinc Sala pro Judicium in aula seu curia, apud Schilterum in Glossar. Teuton. ex Traditionibus Fuldensibus.

Sunt præterea qui putant ab ejusmodi Sala, seu aula Regia, *Salice terræ*, aut *Legis*, appellationem manasse, ita ut terra *Salica* illa sit, quæ iudicis et legibus in Sala publica redditus et observatis obnoxia sit, quam sententiam pluribus discussimus in Dissert. 17. ad Joinvillam. [Vide in *Lex*.]

Nunc vero a prisca et generali significatione deflexit vox, et pro parte tantum domus, puta quam cenaculum vocabamus, usurpatur. Glossar. Græc. Lat. MS. Reg. : *Τριβωνος, Sala, triclinium, cœnaculum.* [Bullar. Casin. tom. 2. pag. 54 : *Actum... in castro Gunzaga, in caminata majore Sala Adelberti Comititis.* Appendix ad Antiq. Hortæ Illustr. Fontanini pag. 455 : *Actum fuit hoc Orti in Sala Episcopatus dicte civitatis sub anno Dom. 1391. Sala lopidea, in Charta ann. 1163. inter Probat. tom. 2. novæ Histor. Occit. col. 597. et alibi.]*

¶ SALA, pro Capella, usurpari videtur in Chron. Casaur. apud Acher. tom. 5. Spicil. pag. 365 : *Accept ub eo ad proprium jus Augusti in ipsa Romana urbe solarium habitationis suæ, cum area et curte, Sala seu capella S. Blasii, etc.*

¶ SALA, f. contracte scriptum pro *Salicia*; certe ea notione accipienda videtur in Charta Guillelmi et Fulconis Vicecomit. Massil. an. circ. 1000. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 356 : *Et ipse aloidis habet terminos in fluvio quem dicunt Welena, et pergit per ipsum ranctalem, qui est ultra ipsam Salam, et pervenit ad ipsum iliam, etc.*

¶ SALLA, ut *Salu*, in Statutis Cadubrii lib. 1. cap. 42.

¶ 2. SALA, Temo, Gall. *Fleche*, ut



videtur. [\* Minus bene; est enim vox Italica, quæ axem, Gall. *Essieu*, sonat.] Statuta Mutin. rubr. 217. fol. 40 : *Ordinamus, quod nulla arbor, quæ sit magnitudinis majoris, quam possit esse Salacurrns, non possit esse vel stare juxta ripam arborifluvinis Sitnlæ... Quod omnes homines, arbores.... Magnitudinis majoris, quam possit esse Sala currus... incidere debeant... Quælibet persona habens terras et possessiones, arbores aliquas majoris magnitudinis, quam possit esse Sala currus... condemnentur pro qualibet arbore et qualibet vice in xx. solidos Mutinæ.*

¶ **SALABARRA.** Vide infra in *Sarabella*.

¶ **SALABRÆ,** ἐν ταῖς ὁδοῖς ἀνωραλίαι, καὶ βόθροι, in Gloss. Lat. Gr. Papias : *Salabra, via inæqualis, lapidosa, loca lutosa.* Melius utrobique legeretur *Salebræ.* Vide Martini Lex. in hac voce.

**SALACATTABIA,** Condimenti species, apud Apitium lib. 4. cap. 1. ubi Humelbergius *Salacacabia* restituit, id est ἀλακακία, seu *salsitia ollaria*, et salsa cacabularia, hoc est quæ in cacabis vocatis ollis coquantur.

¶ **SALACIA.** Vide *Salatia*.

**SALACIANUM.** Necrologium Ecclesie Parisiensis 8. Kl. Feb. : *Insuper præfata Hæildis S. Mariæ dedit tapetum Salacianum, et duo mantilia cum bordis.* [Forte, cærulei coloris.]

¶ **1. SALACIUM,** Adeps, Gallis *Graisse*, ut videtur. Statuta Montis Regal. ubi de intratis portarum, fol. 308 : *Item pro qualibet rubo olei, sevi candellarum, sevi et Salacii xungie, sol. den. octo.*

\* **2. SALACIUM,** Quantum salis alicui necessarium est. Consuet. Carcass. in Reg. L. Chartoph. reg. ch. 3 : *Omnes habitatores Carcassone, exceptis niacelloribus et friqueriis, habent Salacium de salino Carcassone ad usum suum.* Vide *Salagium* 2.

\* **SALADA,** Militare capitis tegumentum, galææ species, depressa cassis, vulgo *Salade*, interdum *Sale*, si tamen mendum non est. Proces. Egid. de Rays ann. 1440. ex Bibl. reg. : *Vidit tres vel quatuor, cum capelinis seu celatis vel Saladis supra eorum capita et aliis armis, ante dictam ecclesiam transientes, etc.* Testam. Th. de Failly ann. 1473. ex ead. Bibl. : *Item a leguë, donné et devisé à son frere Jehan de Failly son petit grenequin sonny, sa grande Sale d'arme, son espée à haut taillier, etc.* Vide supra *Celata*, 2.

¶ **SALADINÆ DECIMÆ.** Vide in *Decimæ*.

**1. SALAGIUM,** Vectigal, quod ab iis qui sal vendebant, præstabatur. *Consuetudo Salis*, in Charta Ademari Vicecomit. Lemovic. ann. 1184. in Tabular. Dalonensi fol. 11. Charta Hugonis Comit. Campaniæ ann. 1104 : *Præterea concedo redditus venditionis salis, id est, Salaginm, de Barro super Albam et justitiam ejusdem Salagii, si quis inde forisfecerit.* Alia Petri Episc. Autisiodor. ann. 1304. in Tabulario Eccl. Autisiod. fol. 250 : *Salvo nobis et successoribus nostris Salagio consueto ab aliis quibuscumque personis sal vendentibus et mensurantibus.* Charta Petri Marchionis Namurc. et Comit. Autiss. ex eod. Tabular. [nunc edita apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 842.] : *Notum facimas.. nos delisse..*

*Capitulo Autisiodor. 60. solidos reddituum in Salagio de Malliaco annis singulis in festo S. Remigii percipiendos.* [Codex MS. reddituum Episc. Autiss. an. circit. 1290 : *Episcopus Autis. habet medietatem in Salagio... de quolibet modio salis vendito, et eunt extra, Episcopus habet unum den... et de quolibet modio vendito Autiss. Episcopus habet seniqnarteron salis.* Vide *Salarium* 2.]

¶ **SALLAGIUM,** Eadem notione. Tabul. S. Jacuti : *Postea attestatum est quod prior præfate elemosynæ suam curiam tenebat... in omnibus quæ pertinent ad dominum in botellagio, in Sallagio, in minagio, etc.*

Interdum etiam *droit de Salage* dicitur, præstatio quæ fit ab iis qui navigio sal devehunt vendendum. Regestum Ludovici Regis Siciliæ Ducis Andegav. f. 55 : *Le Salage dudit lien (de Chierboarg et de Torroeil) entre la saint Martin d'hivcr, et la saint Mor, depuis le chesne de la Bauçonniere jusques en amont, affermé commun ans 20. livres.* Istius vectigalis mentio est in Aresto 29. Maii ann. 1543. pro Abbate Burgimedii Blesensi.

\* Hac ultima notione, *Salaige* legitur in Charta ann. 1328. ex Reg. Caroli Pulc. Cam. Comput. Paris. fol. 29. vº : *Item le Salaige de Loire de Baugency, qui s'estend de chascun chalen chargee de sel andessas de quatre muis, une mine.* Neque alio intellectu vox *Salagium* occurrit in Charta Guill. vicecom. Meledun. ann. 1220. ex Chartul. Barbel. pag. 607 : *Ratam habeo donationem Salagii de Meledano, quam Ludovicus avus meus fecit universis fratribus ordinis Cisterciensis, eos a prestatione dicti Salagii imperpetuum quittando.* *Salage* præterea, idem quod *Gabelle*, tributum scilicet, quod pendunt, qui sale utuntur. Lit. remiss. ann. 1384. in Reg. 126. Chartoph. reg. ch. 135 : *Thomas Gode collecteur de la gabelle ou Salage de la parroisse de S. Bartholomi ou diocese du Mans, etc.* Vide *Gabella salis* in *Gablum*.

¶ **2. SALAGIUM,** Quantum salis in usu quotidiano expenditur. Charta ann. 1309. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 91. col. 1 : *Hospitium domini Alamandi de Anris accipit et accipere consuevit supra dictum heminal Salagium suæ coquinae morando apud Cognetum seu apud Balman. Sufficientia salis dicitur, in Charta apud Lobinellum tom. 2. Histor. Britanniae col. 102 : *Habet etiam in portu dominus Episcopus Salagium et Sufficientiam salis de thelonariis.**

¶ **SALAMANDRA,** cujus mentio fit in Epistola Johanni Presbytero seu Regi Abissinorum falso adscripta, quædam tribuntur quæ in vulgari salamandra non agnoscunt Historiæ naturalis Scriptores : *In alia quadam (provincia) juxta torridam zonam sant vermes, qui lingua nostra Salamandrea dicuntur. Isti vermes non possunt vivere nisi in igne et faciunt pelliciam quamdam circa se sicut alii vermes qui faciunt sericem. Hæc pellicula a dominabus palatii nostri studiosè operatur. Et inde habemus vestes et pannos ad omnem usam excellentiæ nostræ. Isti panni non nisi igne accenso fortiter lavantur.* Vide Martini Lex. in hac voce.

**SALAMANNUS,** Delegator. Charta Con-

radi Episcopi Pataviensis ann. 1159. in Metropoli Salisburgensi tom. 3. pag. 11 : *Hæc itaque per manus Salamanni sui Goteboldi de Ostechoen nobis presentibus super confessionem prædictorum confessorum ipsa die Dedicacionis prædicti altaris delegavit, etc.* Alia ann. 1274. tom. 2. pag. 340 : *Notum facimus quod fidelis noster... per juramentum suum coram nobis secundum dictam sententiam, quod villæ suæ in Dürchaim auctorem delegatorem, quod vulgo dicitur Salman, non habeat, in nos jus delegatoris talis allodii, seu proprietatis prædictæ, sine contradiccionie omnium transfudit voluntarie, libere, et quiete, etc.*

¶ A voce *Sala*, Curia, aula, palatium, auditorium, et *Man*, homo, *Salamanni* dicti testes, scabini, assessores, advocati, procuratores, curiales, testamentorum executores. [\*\* *A Saljan*, Trudere. Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 555. et Graffii Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 176. voce *Sala*, Traditio.] Documenta Frisingens. apud Schilter. in Gloss. Teuton. v. *Sala* : *Chunrad de Wazerburch fuit executor, quod vulgariter Salman dicitur.* Pag. 19 : *Dederunt prædictas possessiones cum manibus Salamannorum Welchuni de Riding, qui fuit Salman memoratæ Alhaidis et Dietericus de Wîzhaim, qui fuit Salamannus Utonis.* Ibid. tom. 1. pag. 13 : *Per manum legatoris, qui vulgo dicitur Salman, Hermannum de Pfetten.* Testam. Ludolfi Canonici Hildesheim. apud Schannat. Vindem. Litter. pag. 189 : *Ecclesia S. Petri habeat libros meos... de reliqua suppellectili mea ordinabunt Salamanni, sicut fidei eorum commisi.* Hinc

¶ **FIDES SALAMANNICA,** vel *Salemannica*, dicitur ea quam præstant *Salamanni*, hoc est, Curiales seu vassalli ministeriales juris curialis, in Jure feudali Saxon. cap. 22. § 2. et Aleman. cap. 113. Eodem nomine nuncupatur fides quam pro feudo advocatiae Monasterii Lucellensis præstitit ann. 1326. Albertus Dux Austriæ, apud Schilter. loco supra laudato : *Nos frater Haymo Abbas et Conventus Monasterii Lucellensis.. notum esse cupimus, quod illustri Principi nostro domino Alberto Duci Austriæ, etc. quæ sui prædecessores Landgravii Alsatiæ a Monasterio nostro hucusque tenerant, animi consensu innovavimus et denno concessimus; ea interventiente conditione, quatenus nos et monasterium nostram in nostris iuribus et libertatibus,.... nomine Advocati, ubique et quoties opus erit, fideliter defendat, et præterea nihil aliud a nobis exigat.... Quod ego Albertus Dux Austriæ me fideliter præstituram Fide Salemannica promitto, etc.*

**SALAMBO,** Genus monstri. Papias.

¶ **SALAMBONA,** Hispanis Venerem sonat, ut auctores sunt Macri in Hierole. ex S. Isidoro in Vita SS. Justæ et Rufinæ : *Per foram more suo circulatorio idolum Salambonæ Deæ circumferent, etc.* Nota etiam Venus apud Babylonios sub eadem appellatione.

¶ **SALAMEN,** παραρρηχον, in Gloss. Lat. Græc. Legendum *Salsamen* putat Martinus, et maceratum interpretatur.

¶ **SALAMENTUM,** Idem esse videtur quod *Salsamentum*, in Capitul. gener. MSS. S. Victoris Massil. : *Dispensator*



*Monasterii debeat providere conventui de duobus pulmentis et de piscibus et alia pitantia competenti et sufficienti et de Salamensis et condimentis condescendentibus. Salame Italis, eadem notione.*

¶ **SALLAMENTUM**, Eodem significato. Conc. Paris. ann. 1212. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 100 : *Quia multa scandala et enormia contingunt ex crapula quorundam monachorum, ante carniprivium per tres septimanas vel per mensem delicatis carnis et exquisitis Sallamentis sese inurgitantium, etc.*

**SALANDRA**, SALANDRIA, Navigii species. Vide *Chelaudium*.

\* *Salandre*, in Guill. Tyr. contin. Hist. apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 705 : *Quant les Salaudres durent mover de Brandis, une nef de l'hospital des Alemans mit avant que les Salaudres, et vint en Acre.*

¶ **SALANGRA**, Arbusculæ species. Vita S. Wolbodonis tom. 2. April. pag. 863 : *Mansionarius superscriptus arbusculam quandam quam vulgo Salangram vocant, dixerat infra longitudinem ecclesie includendam.*

¶ **SALAPITTA**, Σαλιπιττα, in Gloss. Lat. Gr. Glossæ Græc. Lat. : Σαλιπιττα, *Salapitta, alapa*. Arnobius lib. 7. adv. Gentes : *Delectantur, ut res est, stupidorum capitibus rasis, Salapittarum sonitu, atque plausu*. Ita legendum, non vero *Salapictarum*, probant viri docti ex Tertulliano lib. de Spectac. cap. 23. ubi ad hunc histrionum morem os præbendi ad *Salapittam* seu *alapa* accipiendam, ut risum moverent, haud dubie respexit : *Faciem suam... insuper contumelias alaparum sic obijcit, quasi de præcepto Domini ladat. Docet scilicet et Diabolas verberandam maxillam patienter offerre*. Magistro suo concinit S. Cyprianus. Vide Martinium in hac voce et infra *Salpicta*.

¶ 1. **SALARE**, Salinum, Gall. *Saliere*. Charta Ferdinandi I. Reg. ære 1101. apud Ant. de Ypez in Chron. Ordin. S. Bened. tom. 6 : *Servitium de mensa, id est, Salare, inferturia, tenaces, trallone cum cochlearibus 10. etc.* Vide *Salaria*.

¶ 2. **SALARE**, Sale condire, *Saler*. Statuta Arelat. MSS. art. 102 : *Ne quis piscator vel rivenditor audeat salare pisces*. Memoriale Potestat. Regiens. ad ann. 1218. apud Murator. tom. 8. col. 1098 : *Illo die fecit Soldanus capita Sanctorum excoriare et Salare, et visit eas (ea) per provincias Babylonie. Salata Sardinæ, in Charta ann. 1429. ex Tabul. Piscator. Massil.*

¶ **SALLARE**, Eadem notione, in Statutis Placent. lib. 6. fol. 72 : *Que faceret canevam de caseo et carnis porchorum Sallatis. Sallati pisces*, in Litteris ann. 1357. tom. 3. Ordin. Reg. Fr. pag. 208.

\* **SALARGA**, Mensurasalis. Charta ann. 1346. in Chartul. reg. Angl. ex Cod. reg. 8387. 4. fol. 27. r<sup>o</sup> : *Impositiones aliquas in dicta villa (Liburnie) saper certis caasis (majoretjurati) imposuerunt, videlicet super... mensuris bladii, Salargis, in quibus sal venditur ad mensuram, etc.*

1. **SALARIA**, Salinum, Gallice *Saliere* : *Vas salarium*, Joanni Sarisberiensis Ep. 75. Liber Ordin. S. Victoris Parisiensis MS.

cap. 17 : *Bacinos et Salarias, et candelabra et mensalia, et inanurgia... habere debet*. [Bernardus Mon. in Ord. Cluniac. part. 1. cap. 27 : *Cum aqua benedicta fit, anus eorum (puerorum) de sale servit, et quod restat, portat ad processionem usque ante ostium refectorii; unus vero Magistrorum ibidem illad accipiens de manu ejus, ... ponit inde in omnibus Salaris refectorii, parum in unaquaque. Vide *Salaria*.]*

**SALARTOLA**, diminut. a *salaria*. Historia Episcoporum Antisiodorensium cap. 20 : *Dedit item Salartolas quatuor anacteos, quæ pensant libr. quatuor*. Infra : *Item Salartolam anacteam pens. lib. 1. habet in medio honinem cum cane*. [Vide *Salarium* 1.]

\* 2. **SALARIA**, Vectigal, quod ab iis, qui sal vendunt vel navigio devehunt vendendum, penditur. Lib. cens. eccl. Rom. : *Romana ecclesia debet habere... totam arimannau de Bratico et totam Salariam et totum ficarolum et tres partes ripatico*. Vide supra *Salagiam* 1. et mox *Salarium* 2.

¶ **SALARIARE**, vox Italica, *Salarium* dare, nostris olim *Salarier*. Vita B. Jacobi de Oldo tom. 2. April. pag. 609 : *Ad rationem solidorum triginta duorum Imperialium... caasa Salariandi capellanam unum sea presbyterum unum, qui omni die celebrare debeat Missam*. Longinus in Vita S. Stanislai tom. 2. Maii pag. 269 : *Cæpit... anuquemque servientium pro servitiis juxta exigentiam meritorum Salariare*. Alias *Solariari*. Vide *Salariatius*.

¶ **SALARIZARE**, Eadem notione, in Charta Francisci I. Reg. Franc. ann. 1520. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 147 : *Poterit Thesaurarius instituire tres apparitores, de proventibus dictæ sacræ Capelle Salarizandos*.

¶ **SALARIARIUS**, Gothofredo idem qui Fideicommissarius, legatarius, aliis melius, ut videtur, cui *salarium* solvitur, pretio conductus, quod ipsa verba indicant. Ulpian. Dig. lib. 17. tit. 1. leg. 10. § 9 : *Sed et, si ad vecturas suas, dum excurrit in prædia, sumptam fecit, puo, hos quoque sumptus repatere eum oportere, nisi si Salariarius fecit, et hoc convenit, ut sumptus de suo faceret ad hæc itinera, hoc est, de Salario*. Vide ibi Martinium.

¶ **SALARIATUS**, Cui constitutum est *salarium*, stipendium. Charta Bonifacii IX. PP. ann. 1396. apud Illustr. Fontan. in Antiq. Hortæ pag. 445 : *Volamus insuper et huic vicariatu adjicimus, quod singulis sex mensibus deinceps... quoscunque officiales, stipendiarios, provisionatos, Salarianos, ... quos vos... ad regimen, gubernationem seu custodiam civitatis, comitatus... tenere contigerit, etc. Medicus Salaritatus a Communi, in Statutis Cadubrii cap. 44. Salarianos, in eorum. Correct. cap. 87.*

**SALARICIA TERRA**, Ex qua sal eruitur. Vetus Notitia apud Willelmum Hedam in Hist. Trajectensi pag. 246. 1. edit. : *Mausam dominicatum cum terra Salaricia sancti Martini, cum servis in eadem villa manentibus, etc.* Vide *Salinaris terra*, in *Salinaria*.

¶ **SALARTOLA**. Vide in *Salaria*.  
¶ 1. **SALARIIUM**, Salinum, Gall. *Saliere*, Ital. *Salera*. Charta ann. 1416. apud Rymer. tom. 9. pag. 356 : *Tria Salaria argenti deaurati... VII. lib. et VII. uncias ponderantia,*

*libra ad LX. sol. uncia ad v. sol.* Vide *Salarium*.

**SALARIIUM**, inter Ministeria sacra. Inventarium Ecclesie Eboracensis tom. 3. Monastici Anglic. pag. 171 : *Unum Salarium argenteum intus deauratum, pro sale in dominicis diebus benedicendo, ponderis 3. unciarum et dimidii*. [Flodoardus Histor. Rem. lib. 2. cap. 5 : *Ibique (Ecclesie S. Remigii) missorium argenteum deauratum deputavit (Sonnatus); cochlearia quoque duodecim, et Salarium argenteum*.] Vide *Salaria*.

¶ 2. **SALARIIUM**, Vectigal, quod ab iis qui sal vendunt penditur. Charta ann. 1112. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 384 : *Salarium autem, ubi sal venditur, habeant in communi Aymericus et Archiepiscopus; et habeat bajulus Archiepiscopi potestatem in eo, sicut bajulus Vicecomitis*. Vide supra *Salagium* 1.

\* Inquisit. ann. 1233. inter Cens. eccl. Rom. : *Recipiebat dictus Adam banna, tallias et datitias et Salaria integre, sine aliqua diminutione*.

¶ 3. **SALARIIUM**, Stipendium militiæ, vel servitii, Gallice *Salaire, gages*, passim occurrit apud Scriptores mediæ et infimæ Latinitatis : pro *Dono*, Gall. *Present*, in Litteris Philippi VI. Reg. Fr. ann. 1340. tom. 3. Ordin. pag. 172 : *Absque aliqua levatione sportularum seu Salariorum*. Acta S. Wernheri tom. 2. April. pag. 700 : *Ipsi tamen muneribus et Salario valde malto liquefecerunt judicem*.

1. **SALARIIUS**, Mensura *salaria*. Charta Joannis Comitis Burgundie et Cabilonis ann. 1249. in Biblioth. Sebuziana centur. 2. c. 65 : *Laudavit... Conventui ejusdem domas 24. Salaris murie in Puteo Ledonensi, quod Pontias Maugetorte dedit in elemosynam fratribus dicte domus*. [Vide *Salaz.*]

¶ **SALARIUS**, ταραχοπώλης, in Gloss. Lat. Gr. Qui sal vel *Salsamenta* vendit. Utitur Mart. lib. 1. Epigramm. 42.

¶ **SALARIUS**, Ad *salem* pertinens. Gloss. Lat. Gr. : *Salarius, ἀλάδης. Navis Salaria, sale onerata*, in Annal. Genuens. Bartholomæi Scribæ apud Murator. tom. 8. col. 497 : *Naven aquam Albinganensium et bacios duos Salaris et alia ligna onerata sale... inde extraxerunt*. Vox nota Varroni, Suetonio aliisque.

¶ 2. **SALARIIUS**, pro *Salararius*, ni fallor, eadem certe notione. Statuta Vercell. lib. 1. fol. 25 : *Eo salvo quod prædicta locum non habeant in ambasiatoribus, nunciis, et Spiis et Salaris ordinatis per commune Vercellarum*.

¶ **SALARIZARE**. Vide in *Salariare*.

\* **SALATA** vel **SALATUM**, Salictum, ut videtur, Gall. *Saussaie*, locus salicibus consitus. Charta Hugon. et Lothar. reg. ann. 937. in Chartul. eccl. Vienn. fol. 13. v<sup>o</sup>. col. 1 : *Una cum ecclesiis, casis, terris, vineis, campis, pratis, silvis Salatis, sationibus, etc.* Nisi de salinis, ubi sal conficitur, intelligas. Vide infra *Saletrum*.

**SALATARIUS**, *Portator armorum*, in Glossis Isidori : quam vocem ad *salodurios* Cæsaris referre videtur Wendelinus in Natali solo Legum Salicarum cap. 88. sed legendum *Solidarius*. [Vide *Solidata*.]



**SALATIA**, pro *Salacia*, voce nota Varroni et Festo, pro aquæ Dea, ipsa aqua, vel mari. Glossar. Lat. Gr.: *Salmacidus*, ἰαμαρῶς. *Salmaticum*, ἰαμαρῶν. Supra: *Salacia*, ἰαμαρῶν, Νηρεῖς. *Salmacia aqua*, ἰαμαρῶν ἰδῶρ. Ubi in omnibus, *m*, litteram expungendam puto, ut voces hæc effectæ fuerint a *Salacia*. Scio *Salmasium*, *m*, in in conficere, ut sit *Salinacidus*, *Salinacia*, etc. sed videat lector, ultra arrideat conjectura. Adamnanus l. 2. de Vita S. Columbæ cap. 25: *Lugaidus mane postera die ad retrahendum de mari utrem pergit, quem tamen Salatia noctu subtraxit unda, ubi f. Salacia*. Mox: *Uter quem Salatia sustulit, ad sum locum post tuum egressum reportabit venalia*.

¶ **SALATICUS**, Idem quod *Salagium* 1. Præstatio quæ fit ab iis qui navigio sal devehunt vendendum. Charta Caroli Calvi ann. 16. regni ejusdem, apud Mabill. tom. 3. *Annal. pag. 671. col. 1: Nolumus ut ab istis vel ab eorum hominibus aliquid telonei, id est pontis, pontaticus, pascuaticus, Salaticus, aut aliquid redhibitionis, exigatur*. Eadem habentur in Charta Caroli Simplicis pro Monasterio Urbionensi ann. 7. regni ejusdem: *Nolumus præterea ut ab istis vel ab eorum hominibus aliquid telonei, id est, pontaticus aut rotaticus, cespitaticus, pulveraticus, pascuaticus, aut Salaticus, aut aliquid redhibitionis exigatur*. Sed haud scio an utrobique melius legeretur *Salutatus*. Vide in hac voce.

¶ **SALBANUM**, ut supra *Sabanum*, apud Guibertum lib. 3. de Vita sua cap. 10: *Et quia nudus... jacerat, jubetur tandem a magistro levari, et Salbano superjecto ad S. Vincentium deportari*. Forte ex *Sabbano* in Cod. MS. male exscriptum fuit *Salbanum*.

¶ **SALBMUNDIA**. Vide *Selpmundio*.

¶ **SALCEDA**, Salictum, Gall. *Saussaie*, locus salicibus consitus. Charta Ugonis Sacerdotis apud Baluz. Hist. Arvern. tom. 2. pag. 41: *Et illum aice quem conquistavi de Vidiano et Davit cum campis et Salcedis et pratis*. Vide *Salcida*.

¶ **SALCEIA**, *SALCEYA*, *SALICEIA*, ut *Salceda*. Tabul. Fossatense: *Apud Fossatum... Salceias, insulas, gurgites... habet*. Charta ann. 1280. in Chartul. Domus Dei Pontisar.: *Quitamus Johanni rectori... quandam Salceiam... cum omni jure, possessione, et proprietate quod et quas habebamus in dictis Salceia et oseraria*. Charta Caroli Regentis ann. 1360. ex Regest. 91. Chartophylacii regii num. 499: *Cum dilectus noster Joannes Chauvet rector seu curatus ecclesiæ parochialis de Soyssaco... dimidium arpentum vel circa Salceye... donaverit, etc.*

\* **SALCEIUM**, ut *Salceia*, Salictum. Charta ann. 1247. ex Chartul. 21. Corb. fol. 9: *Concesserunt se vendidisse... plantam vineæ suæ de burgo, cum Salceio ad illam plantam pertinentem*. Alia ann. 1282. in Chartul. Cluniac. ch. 335: *Concedunt... Yvoni... abbati Cluniacensi et conventui ejusdem loci... Salceium suum, cum ejus Salcei pertinentiis*. *Sauçoy*, eodem sensu, in Ch. Blanch. reg. Navar. ex Chartul. Guill. abb. S. Germ. Prat. fol. 248. vº. col. 2. Vide *Salactum*.

¶ **SALCENOMANIA**, Cenomania, vulgo

*le Maine*. Charta ann. 1492. apud Rymer. tom. 12. pag. 487: *Usurpatam per illum (Regem Franc.) Franciæ coronam, Normanniæ, Aquitanniæ, Turonis ducatus, ac Salcenouaniæ comitatum ad nos de jure hæreditario attinentes, etc.* Perperam pag. seq. *Salcenoniantæ*.

**SALCES**, *Salcitie*, Isitia, *Saucisses*. Chronicon Windesheimense lib. 2. cap. 6: *Salcibus recentibus, aut in cavilla fumatis satis bene ad comedendum dedit*. [Vide *Salsutia*.]

¶ **SALCIA**, Gall. *Sausse*. Vide *Salsa*.

\* **SALCICCIA**, Lucanica, Gall. *Saucisse*. Vita S. Franc. Rom. tom. 2. Mart. pag. 170. col. 1: *Insuper ab illis dæmonibus ponebantur ille animæ supra scamna, et eas minutim incidebant ad modum cujusdam Salcicciæ*. Vide *Salcitie*.

**SALCIDA**, Salicetum. Tabular. Celsinianense: *Hæ sunt autem res, quas cedo, 1. Salcidam in Memeco, et pratium, qui est deintus Salcida*. [Vide *Salceda*.]

**SALCITIE**, Lucanica, Gall. *Saucisses*, Italis *Salcizza*. Papias: *Tusceta, escæ regie, Salcitie vulgo*. Joan. de Janua: *Lucanica, genus cibi, ut dicunt, Salcitia*. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Salsicia, Saucice*.] Vox vero haud multum ablutit ab alia Latinis nota, *insitia*, sive *isitia*, de quibus copiose egit Apicius lib. 12. qui ea duplici modo fieri scribit; ex variis nempe carnibus tritis et pipere commixtis, ut Athenæus quoque scribit; vel ex piscibus diversis, sicut Alexander Trallianus docet; de Isiciis agit etiam Macrobius lib. 7. Saturn. cap. 8. Vide Oct. Ferrarium in *Salcizza*.

\* **SALDATIO**, Confectio, perfectio, absoluta solutio, ab Italico *Saldare*, Acad. Crusc. Rem conficere, perficere. Stat. antiq. Florent. lib. 1. cap. 61. ex Cod. reg. 4621. fol. 30. vº: *In condemnationibus, absolutationibus, Saldationibus et concuisionibus... et rationum fendis per ipsos (rationarios) debeant omnes, quatuor vel saltem tres ex eis invenire esse*. Hinc *Saldionaricius*.

¶ **SALDEBA**, ut *Sala* 1. Vide in hac voce. Pactus Leg. Salicæ edit. Eccardi tit. 19. § 7.

\* **SALDIONARICIUS**, Servus integre absolutus, manumissus. Charta Ludov. imper. apud Ughel. tom. 1. Ital. sacr. col. 1428. edit. ann. 1717: *Cum omnibus intrinsecus curis et familiis diversi sexus ac ætatis atque conditionis, chartulariis, libellariis, Saldionariis et cunctis rebus*.

¶ **SALDIVUS**. Vide mox in *Saldum*.

¶ **SALDUM**, Palus, Gall. *Marais*. Statuta Mutin. rub. 80. fol. 15. vº: *Statutum est... quod una via fieri debeat... et incipiat a via de Bisognis deveniendo ad viam clausurarum de Negatis, a latere sero prædii vel Saldi de Grasonis, etc.* Hinc

¶ **SALDUS**, adject. Palustris, paludosus, *Marécageux*, ibid. rubr. 55. fol. 11. vº: *Statutum est quod licitum sit hominibus dominis molendini, qui molendinum habent in dicto canali, mutare fundum dicti canalis per dicta loca, facientes illud per terrenum Saldum, dummodo faciant illud suis expensis*. Rursum in Addit. fol. 5. vº: *Item alia petia terræ prativæ et Saldæ, quæ dicitur la Chionso. Item alia petia terræ prativæ et Saldæ quæ dicitur la Braida*.

¶ **SALDIVUS**, Eadem notione, in Statutis castri Redaldi lib. 3. fol. 49: *Item statuerunt et ordinaverunt quod aliquis terrigena, vel forensis castri Redaldi non audeat, vel præsumat de cætero per se vel alios occupare vel usurpare aliquas terras buschivas, Saldivas, prativas, neque laborativas, etc.*

\* **2. SALDUS**, Integer, solidus. Translat. S. Davini tom. 1. Jun. pag. 333. col. 2: *Erant in prædicta arca palnæ, candele.... sane et Saldæ in omni ipsorum parte*. Ita lego pro *sane et salde*. Vide alia notione in *Saldum*.

\* **SALEBRA**, *Briseure*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

\* **SALEBRARE**, *Croter soi*, Gallice. *Salebrosus*, *Cocouz*, Gall. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521.

¶ **SALEBRATUS**, Salebrosus, locus asperitate impeditus. Sidonius lib. 2. Epist. 2. edit. Colvii: *Fluvius Salebratis saxorum obicibus anfractus, spumoso canescit impulsu*. Ubi *Salebratum* adverb. legit Sirmondus.

¶ **SALEBURGIO**. Vide *Salburgio*.

¶ **SALECCARE**. Vide infra *Salegare* 1.

**SALECTUM**, pro Salictum, salicetum, Locus consitus salicibus, *Saussaie*. [Charta ann. 951. in Addit. ad Chron. Casaur. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 953: *Cum casis, terris, casalibus, coloniis, aldiariciis, Salectis, pratis, etc.* Occurrit præterea in Bullar. Casin. tom. 2. Constit. 46. 75. 143.] et in aliquot Chartis Italicis apud Ughellum in Episcopis Veronensibus.

¶ **SALEFACIENTIES**. Smaragdus in Præfat. ad Vitam S. Bened. Anian. sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 193: *Nos rusticitatis vitium redolentes peritorum aggravent aures, sed urbanitatis Salefacientie condita profrant verba*; hoc est, urbanitatis sale, facietis et lepore condita; ubi etiam forte legendum *sale et facietis*.

**SALEFICUS**, Mare. Monachus Florentinus de Expugnat. Acconensis:

Die mihi quid profuit, quod mare vitavit,  
Ab aquis Salfici dum non sibi cavit,  
Dicitur est Saleficus, quia factus salc,  
Dicatur maleficus, quia fidus male,  
Salum mare tremuit, quia sit mortale,  
In solo Salefici solum dicit vale.

¶ **1. SALEGARE**, vox Italica, Plateas, vias pavimentis munire, Gall. *Paver*. *Annales vett. Mutin. apud Murator. tom. 11. col. 66: De anno 1262. evacuata fuit civitas Mutinæ de omni letamine, et contrate fuerunt englarate, et multi porticus Salegati*.

¶ **SALEGARE**, Eadem notione, in Chron. Veron. ad ann. 1242. apud eundem. Murator. tom. 8. col. 632: *Et eo anno factum fuit forum seu mercatum Ferone, et de quadrellis Salecatum, et de lapidibus domini Gulielmi de Zerlis*.

¶ **2. SALEGARE**, Auxilium, juvamen præstare, Gall. *Secourir*. Charta Casimiri Reg. Polon. ann. 1335. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 588: *Verum quod si forte præfatum castrum, non obstantibus hujusmodi, quemcumque reædificare aut reparare contingat, quod tunc nos cum domino Rege Boemiæ ad sui destructionem sive acquisitionem decedere et Salegare efficaciter tenebimur et debemus*.



† **SALEMANNICA FIDES.** Vide *Salamanus*.

† **SALEMO,** pro *Salmo*, Gall. *Saumon*, in Consuet. Audomar. MSS : *De c. Salomonibus salsis iv. den. De Salemone non salso II. den.*

\* **SALEPETRA, SALLEPETRA, SALPETRA,** Salnitrum, Gall. *Salpêtre*. Comput. ann. 1373. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 51. col. 2 : *Portando duo barralla Sallepetræ necessariæ ad bombardas domini senescalli ad sedem Aquensem.* Ibid. pag. 54. col. 2 : *Pro septem libris Salepetræ missæ ad dominum senescallum ad locum de Vicenobrio... Pro duobus barrilhetis ad tute portandum dictam Salpetram.* Vide *Sallepetir* et *Salpeta*.

† **SALERA.** Epist. Panormit. ad Martinum IV. PP. in Chron. Siciliae apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 35 : *Secundus autem (Pharao) ad impossibilia obligabat populum Siculorum... quoniam de Salera tritici et hordei data pro regibus maxarias violenter agricolis certam expetebat in arcis supradictorum victualium quantitatem.* Ubi legendum esse *Salma* innuit locus eadem de re in *Salina* 1. relatus. Vide *Sagma* et *Salmatu*.

**SALERGIA.** Chronic. Monasterii Bonævallis Carnutensis n. 6 : *Item ipse dedit... ad Cloisellos 4. arpennos vineæ instructæ, et in alio loco unam Salergiam, ubi navis quedam receptabat, in alodum perpetuallyter habendum.* [Vadum, an tugiurium? inquit Mabillonius in Onomast. vocum barbar. sæc. 4. Bened. part. 2. ad hunc locum ibid. pag. 506. *Salorgia* ex Cod. MS. infra ediderat Cangius noster, cui jam exciderat *Salergiam* hic exscripsisse : unde locum expunximus; sine causa enim iteraretur.]

† **SALERIA, Salinum, Gallice Saliere.** Comput. ab ann. 1333. ad ann. 1336. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 276 : *Item, pro redimenda una Saleria de argento ab usurario quæ impignorata fuerat de mandato domine Comitissæ, unc. viii. taren. xxiv.* Inventar. ann. 1347. ibid. pag. 555. col. 2 : *Item, unam Saleriam parvam duplicatam argenteam, et esmaltatam, cum tribus pedibus ia qualibet tam inferiori, quam superiori. Item, unam aliam Saleriam clausam argenteam, factam ad modum pizidis.* Occurrit præterea in Transactione inter Abbatem et Monachos Crassenses ann. 1351. Vide *Salaria*.

† 1. **SALERIUM,** ut *Saleria*. Testam. Beatricis de Alboreya Vicecom. Narbon. ann. 1367. tom. 1. Anecd. Marten. col. 1524 : *Item, plus legamus eidem conventui sororum Minoretarum de Astilhiano unum alium Salerium ermentatum cum brancha de corallio et linguis serpentinis.*

\* *Saleron*, in Lit. remiss. ann. 1406. ex Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 49 : *Un petit Saleron d'estain, etc.*

† 2. **SALERIUM,** Herbae sale, aceto et oleo conditæ, Gall. *Salade*. Leges Palat. Jacobi II. Regis Majoric. inter Acta SS. tom. 3. Jun. pag. xxx : *Saleria, fructus et omnia ad officium apothecarii et fructerii vel aliquorum de deposito pertinentia, ad mensam nostram deferent.* Vide *Salgama*.

† **SALERIUS,** Exactor tributi ex sale, vel etiam cuiusvis vectigalis. Statuta Vercell. lib. 3. fol. 50 : *Et fiat ipsum scriptum*

*presente gabellerio seu Salerio, et aliter non bulletur.*

† **SALES.** Charta Alaman. Goldasti n. 77 : *Quidquid in pago... habuimus, id est, campis, silvis, curtis, curtilibus, casis, Salibus, pratis, pascuis, etc.* Ubi Goldastus notat *Salibus* scriptum esse pro *Salicis*; quidni pro *Salicibus* vel *Salictis*; nisi etiam idem sit quod *Sala* 1.

\* **SALESARE, SALIZARE, Plateas, vias pavimentis munire.** Chron. Forojul. in Append. ad Monum. eccl. Aquilej. pag. 22. col. 2 : *De salesatura viarum civitatis. Anno Domini 1285... incepti communi Civitatis facere Salesart, sive facere aptari vias civitatis.* Ubi aliud Chron. ibid. pag. 39. col. 1. habet, *Salizare. Vide Salagara* 1.

1. **SALETRUM,** pro *Sale niro*, apud Thwrocium in Chronico Hungar.

† 2. **SALETRUM,** pro *Salectum, Salictum*, Gall. *Saussaie*, eadem saltem notione, in Actis consecrat. Eccl. Urgell. ann. 819. Append. ad Marcam Hispan. col. 765 : *Cum omnibus eorum adificiis, seu et villis, ... pratis, pascuis, silvis, Saletris, arboribus pomiferis, etc.* Eadem rursum habetur in Charta ann. 951. ibid. col. 866.

\* **SALETRUM, Salictum, salicetum,** pro *Salectum*, ut opinor, quod vide supra. Charta ann. 951. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 230 : *Cum..... casis, vineis, terris, campis, pratis, pascuis, silvis, Saletris, etc.* Vide supra *Salata*.

\* **SALETUM,** idem quod supra *Salagium* 1. Charta Barth. episc. Laudun. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 46 : *Nos ecclesiæ S. Johannis pro recompensatione, viginti solidos Provenientis (leg. Pruviniensis) monetæ, ad Saletum salis Lauduni in perpetuum concessimus.*

† **SALEXETUM, Salictum, Ital. Salceto.** Statuta Vercell. lib. 5. fol. 121 : *In riveria autem, novelleto, Salexeto et bosco bruxato, etc.* Rursus fol. 125. vº : *Item quod nemini licitum sit pescare in nemore, altineto, insula, Salexeto, novelleto, etc.* Vide *Salceda*.

† **SALEZ, Situlæ species definitæ capacitatis, qua muria seu aqua salsa ex puteo hauritur.** Charta Stephani Burgundiæ Comit. ann. 1173. ex Tabular. Accinct. fol. 57 : *Johannes Ledonis... dedit in elemosinam donui Acey vineam de parrigne (leg. parragine) et xv. Salez murie.* Vide *Salarius* 1.

† **SALFELDENSIS MONETA,** vulgo *Salfeld*, quæ est urbs Misniæ in superiori Saxonia, duos pisces præfert cum stellis in quatuor angulis, urbis scilicet insignia, ob piscium abundantiam in fluvio Sala, unde nomen urbi inditum est. Hujus monetæ mentio fit in Charta ann. 1350 : *Concessit... pro 23. ac dimidiata marca annue pensationis, ac in pecunia Salfeldiæ usitata; tres scilicet libras oubulorum, ac quatuor solidorum pro una marca reputando.* Alia. ann. 1360. *Marca annua Salfeldensis monetæ.* Utraque Charta occurrit apud Schlegelium qui de iis nummis ex professo egit in Dissertat. edita Dresdæ ann. 1697.

**SALGAMA, Columellæ lib. 10. in Carmibus et lib. 12. cap. 4. et Ausonio, dicuntur herbae et fructus conditi, vel herbae**

sale et aceto conditæ, quas vulgo *Salades* dicimus. Quod nomen tractatum postea a militibus ad rerum ad victum necessariarum præbitiones quas ab hospitibus suis exigebant. Lex 3. Cod. Th. de *Salgamo* hospitibus non præbendo (7, 9.) : *Nemo militans a suo hospite Salgami aliquid postulet, id est, ne lignum, aut oleum, culcitrae poscantur.* [Vide *Martinii Lex.*]

**SALGAMARI,** qui *salgama* condiebant et vendebant, apud eundem Columellam lib. 1. cap. 44. 54. Gloss. Gr. Lat. : Παντοπώλης, *Seplasiarius, Salgamarus.* Salvianus lib. 4. ad. Eccl. Cathol. : *Si mutuam a te, quipiam propola aut Salgamentarius postulet, redditurum eum non diffideres quæ dedisses.* Concilium Chalcedon. act. 11 : Τὸ εἶδος ὧδε ἔχει, εἰ ἐγένετο ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπος, οὐκ εἶχε ταῦτα γίνεσθαι. Ἐκεῖ σαλγαμαρίου χειροτονουσα, καὶ διὰ τοῦτο ἀνατροπὴ γίνεται. [Ubi Episcopus natos loco infimo indicare videtur.] Vide *Bellonium* lib. 3. Observat. cap. 27.

† **SALGANUM, Cellarium, locus ubi Salgama asservantur,** apud Gregor. M. lib. 5. Epist. 44 : *Salgamum positum ante domum suprascripti monasterii. Paracellarium dicitur alibi.* Vide in hac voce.

† **SALGAMENTARIUS, Vide in Salgama.**  
\* **SALGANIUM, Tunica species.** Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Salganium, a ganior et salvo, Prov. Cotada.*

\* **SALGARIUM, Rivus, rivulus, ut videtur; vel via imbribus excavata,** Gall. *Ravine.* Charta admort. Caroli VII. in Reg. Cam. Comput. alias Bitur. nunc Paris. fol. 152. vº : *Item super una sextariatu terræ in dictis pertinentiis ad rivallum sive ad Salgarium, quam Guillelmus Johannes tenebat, j. obol. Turon.*

1. **SALIA, Projectio ædificii, ex Gallico Saillie.** Charta Philippici Regis Fr. ann. 1272. pro Monasterio S. Germani de Prætiis : *Salvo usufructu quem ipsi dicunt se habere... in dictis viariis et justitia viariæ, et in Salii domorum quæ fient in vicis sitis infra metas superius nominatas.*

2. **SALIA, Vestis muliebris species, in Statut. Mediolan. 1. part. cap. 292.**

Nisi tamen panni species sit subfusi coloris; qua notione occurrit in Litteris ann. 1483. ex Bullar. Carmelit. pag. 387. col. 2 : *Postea quamdam suæ Sanctitatis (Sixti IV. PP.) vestem panni coloris aliquantum fuscæ, Salia nuncupati, quæ etiam aliquantulum de griseo colore participare videbatur, partibus predictis ostendendam... mandavit.* Eadem notione occurrit in Statutis datariis Riperiæ cap. 12. fol. 3. vº : *Item pro qualibet petia Salia Dirlandæ, pro introitu vel exitu, soldi duo.* A Gall. *Sale*, sordidus, *Salia* non absurde deduci posse videtur : quomodo Galli colorem cinereum, *Gris sale* nuncupamus, quod panni hujusce coloris non ita facile sordescunt.

\* **SALIE.** Constit. Neapolit. MSS : *Contra instrumenta venditionum seu emptionum, seu permutationum, donationum, oblationum in emphiteosim, concessionum, quietationum, transactionum, compositionum, et instrumenta, quæ Neapolis vocantur Salie, probatio per testes nulla recipitur facienda.*

† **SALIALIUM, σαλιανόν, φιλάνθρωπον,**



in Gloss. Lat. Græc. Ubi leg. *Salarium*. Vide Cujac. lib. 11. Observat. cap. 18.

† **SALIARES**, Saltatores, Gall. *Sauteurs*. Joh. Sarisber. lib. 1. Policrat. cap. 8 : *Hinc mimi, salii, vel Saliæres, balutrones, etc.* A saliendo sic dicti, ut *Salii*, Martis sacerdotes.

† **SALIARIS**, ἀλιάρης, in Gl. Lat. Gr. Salsus, marinus.

† **SALIBA**, Leoni Imper. cap. 7. idem est ac *Martiobarbulus* : *Ad conficienda, inquit eminus jacula et matzarbulum, quod nunc dicitur Saliba, etc.* Histor. Belli Sacri apud Mabill. Musei Ital. tom. 1. pag. 140 : *Arma vero illorem ex omnibus generibus erant, scilicet lanceis, ensibus, loriceis, clypeis, galeis, arcubus, gisarmis, Salibis etiam et accetis.* Vide *Martiobarbuli*, et Gloss. med. Græcit. in Σαλίβα.

**SALIBUM**, pro *Saliva*, in Lege Aleman. tit. 63. § 2. edit. Heroldi. [Gall. *Salive*.]

**SALIBURGIO**, SALEBURGIO, Fidejussor. Vox conflata ex Theutonico *burghem*, seu *borghem*, quod idem sonat, et *sala*, id est, prætorium judicium, ita ut *Saleburgiones* fuerint fidejussores dati coram iudicibus. Ita auguratur Wendelinus. [\* *Saljan* est Tradere, unde *Salburgiones*, Fidejussores traditionis. Vide Grimmii Antiq. Jur. German. pag. 555. et Haltausii Glossar. German. in hac voce, col. 1584.] [Charta Theodoni ann. 962. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 316 : *Acta autem hæc traditio... per fidejussores, quos vulgariter Saleburgiones vocamus.*] Charta Sigifridi Comitiss Lutzelburgensis ann. 993. apud Miræum in Diplom. Belg. pag. 53. in Notit. Eccles. Belgii. cap. 74 : *Sub fidejussoribus, quos vulgo Salisburgiones vocamus.* Eadem Charta apud Duchesium in Hist. Luxemburgensis habet *Saliburgiones* : alia ex Tabulario S. Maximini Trevirensis apud eundem pag. 9. *Saleburgiones*.

† **SALICATA**, Salictum, *Saussaie*. Charta conventionis inter Jacobum Aragon. Reg. et Brengarium Magalon. Episc. ann. 1272 : *Et exiude prout descendit sive discurret alveus Merdantonis usque ad Salicatas, etc.* Vide *Salicia*.

† **SALICATUS**, Saburratus, Gallice *Lesté*, ab Ital. *Salicato*, silex, Gall. *Cail-lou*. Ordo ad benedicendum oleum infirmorum, etc. ex MSS. Pontificalibus ann. 600. vel 500. apud Marten. de Antiq. Eccl. Discipl. pag. 244 : *In secundo (ordine) duo subsequenter (f. subsequenter) cerosferarii, qui velat caelestem proferentes splendorem sanctam demonstrant Ecclesiam supra firmam petram stabilitam, sicut archam Noe in diluvio Salicatum, etc.*

† **SALICHIUS**, ut *Salicus*, in Chron. Farfensi apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 403 : *Insuper et proprietates quas Salichi, vel cujusdam gentis homines, etc.*

**SALICIA**, Salicetum, *Saussaie*. Tabularium Brivatense ch. 242 : *Campos, prata, Salicias, etc.* [Vide *Salicata*.]

† **SALICUS**, occurrit inter epitheta quæ Christo tribuuntur in Orat. ejusdam librarii ad calcem libri Theogeri Episc. Metens. de Musica apud Pezium in Præfat. tom. 1. Anecd. pag. xv.

† **SALICÆ DECIMATIONES**, Eadem quæ *Domnicæ*, seu quæ domini vel Regis sunt.

Charta Othonis Imper. ann. 956. apud Calmet. inter Probat. tom. 1. Hist. Lothar. col. 362 : *Ecclesias omnes Abbatie illius in beneficiis omnibus ad usus prædictorum cœnobarum reddidimus dominicales, quas vulgo Salicas vocant decimationes, quoniam essent nostræ regales.... Cunctas Abbatie S. Maximini dominicales, quas vulgo Salicas decimationes vocant.* Vide in *Decimæ*. [\* Arnulfi Imper. charta ann. 893. de *Decimis Salicis* S. Maximini exstat in Guden. Cod. Diplom. tom. 1. pag. 5. Vide ibi pag. 69. 70. 73. Charta Othonis ann. 956. melius legitur ibid. tom. 2. pag. 3.]

† **SALICI HOMINES**, *Salica lex*, *Salica persona*, *Salica terra*. Vide in voce *Lex*, etc.

\* **SALICA OPERA**, Quæ a domino exigi possunt. Tradit. 109. Ebersperg. apud Oesefium tom. 2. Script. rer. Boicar. pag. 30 : *Eberhardus S. Sebastiani servus viij. jugera pratorum dedit.... ea pactione ne Salica opera cogereur utquam facere, nisi in curte, quæ est in Semttaha.* Vide in *Lex*.

† **SALIDARE**, Solidare, claudere, ab Ital. *Saldare*, Gall. *Fermer*, *guerir* una *plaiæ*. Mirac. B. Simonis Eremit. tom. 2. April. pag. 831 : *Nervi se retraxerunt, ita quod quando incisiones Salidate fuerunt, gamba et nervi remanserunt retracti.*

\* **SALIENSE**, Salicetum seu locus salicibus consitus. Chartul. S. Joan. Angeriac. fol. 95. rº : *Donavit... terram cultam et incultam, et Salensia cum rebus, unde pisces ad tempus capiuntur in eisdem Salensibus.* Vide *Salcetum*.

\* **SALIFER**, *SALIFERA NAVIS*, Quæ salem devehit. Charta Andr. reg. Hungar. ann. 1214. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 20 : *Duas etiam Saliferas naves liberas super Moritiam... contulit.*

\* **SALIFODINA**, Salina, fodina salis. Charta Andr. reg. Hungar. ann. 1233. apud Cenc. inter Cens. eccl. Rom. : *Item volumus et consentimus, quod sales in Salifodinis non vendantur carius, quam antiquitus vendi consueverunt ecclesiis, quæ consueverunt emere.*

\* **SALIGIUM**, Vectigal, quod ab iis, qui sal vendunt, vel navigio devehunt vendendum, penditur. Charta Odon. III. ducis Burg. ann. 1207. inter Probat. tom. 1. Hist. Burg. pag. 85. col. 2 : *Lambertus tenebit de episcopo... medietatem molendinorum de Eypas et Saligium Castellionis, ... pro quo Saligio.... exhibere tenetur episcopo in hospitio suo sal,.... quotiescumque veniet apud Castellionem.* Vide supra *Salagium* 1. et *Salaria* 2.

\* Ejusdem originis est vox Gallica *Salignon*, qua certa salis meta seu massa significatur. Consuet. Castell. ad Sequanam ex Cod. reg. 9898. 2 : *Nul ne peut vendre en la ville de Chastillon sel à estail, q' il ne donne à nos seigneurs une mesure à chacun de sel pour une fois : et s' il vend premier Salignons, il doit à ung chacun de nos seigneurs un Salignon pour une fois.* Charta Geraldii abb. ann. 1334. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 246 : *Item debet habere dictus marescallus et successores sui quolibet anno in die Dominica bordarum unum Gallicæ Salignon salis saper illam, qui dictum sal dicta die pauperibus erogabit.* Occurrit præterea in Lit. ann. 1398. tom. 1. Ordinat.

Reg. Franc. pag. 424. art. 11. *Salynon*, pro *Salignon*, in Stat. ann. 1379. tom. 6. earumd. Ordinat. pag. 447. art. 28. Vide sup. *Panis salis*.

† 1. **SALIGO**, ut *Salicus*, qui *Salica* Lege vivit. Chartar. Casaur. apud Mabill. Diplom. pag. 87 : *Idcirco ego Transarico Saligo.... secundum meam Saligam legem.... per hanc chartulam vendidi, etc.*

† 2. **SALIGO**, pro *Siligo*, in Testamento Armandi d' Alegre ann. 1263. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1118 : *Relinquo ad anniversarium meum in die obitus mei faciendum, 20. solidos Podienses, et unum Sextarium Saliginis perpetuo censualia.*

\* **SALIGUS**, pro *Salicus*. Vide *Saligo* 1.

\* **SALIMENTUM**, Tributum ex sale, ut supra *Saligium*. Charta Ludov. VI. ann. 1115. ex Chartul. S. Petri Carnot. : *Non ire in nostram caballationem, neque in hostem, non hebergamentum, non Salimentum, immo nihil ex toto, quod ad nostram pertinet vicariam.* Vide *Salinaticum*.

1. **SALINA**. Statutum Ricardi I. Regis Angl. pro Crucesignatis : *Si autem aliquis vladum emerit, et de eo panem fecerit, tenetur lacrarî in Salina unam teruncium et brannum.* Ubi legendum videtur *salina*, [ut et apud Baluz. tom. 6. Miscell. pag. 347 : *Secundo vero anno et deinceps quolibet xxx. Salinas frumentæ et totidem ordeî magistro massario curiæ representet.*] Vide in *Sagma*, et *Salinata*.

† 2. **SALINA**, Salinum, Gall. *Saliere*. Dedit nobis LX. scutellas et IX. Salinas argenteas, in Necrolog. Corbeieusi. Vide *Saleria*.

† 3. **SALINA**, *Gabella*, Tributum ex sale. Charta Caroli Simplicis Reg. Franc. ann. 898. in Append. Marcæ Hispan. col. 830 : *Addimus etiam medietatem telonei et raficæ et ex mercato similiter atque pascuarîi, et medietatem Salinarum concedimus.* Occurrit rursus in Charta ann. 900. ibid. col. 833. et in alia ann. 981. col. 927. Chron. Cornelli Zantfliet ad ann. 1451. apud Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 477 : *Affirmant nonnulli causam vel originem factionis fassæ Salinam vel tributum salis, quod Dux Burgundie a Gaudensibus exigit.* Legitur præterea in Chron. Parmensi ad ann. 1292. apud Murator. tom. 9. col. 823. et 839. ubi *Salinarum domus*, dicitur locus ubi sal conficitur, vel ubi exigitur salis tributum. Vide *Salinaria*. [\* *Unam Salinam cum pertinentiis in villa de Burgo super Sablones, etc.* in Notit. de ann. 25. Edward. I. in Abbrev. Rotul. tom. 1. pag. 99. rot. 13. Vide *Salinum*, 1.]

\* *Saline*, nostratibus, interdum idem quod *Onus salis*, certa salis quantitas, quæ aestimatur in Charta ann. 1474. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1154 : *La royne Jehanne de Cécille contesse de Provence.... donna au prieur et religieux (de la grande Chartreuse) en aumosne cent Salines ou charges de sel.... Cent Salines ou cent cinquante quintaalx de sel, etc.*

† 4. **SALINA**, diminut. esse videtur a *Sala*, Domus, ædes quævis. Charta Rostagni Archiep. Aquis. ann. 1075. inter Instr. tom. 1. novæ Gall. Christ. pag. 64. col. 2 : *Donamus.... unusquisque nostrum unas Salinas, illas scilicet quas incolit homo*



*Pontius; et predictus Amelus illas quas tenet homo Andreas.*

¶ **SALINAGIUM**, SALINARE. Vide in Salinaria.

\* **SALINARE**, Salem conficere, nostris etiam *Saliner*. Charta ann. 1378. in Reg. 115. Chartoph. reg. ch. 160: *Salinæ vocatæ de la Corba de præsentî vacant, cum non reperiatur aliquis qui eas velit facere Salinare... Eo casu quo dictæ salinæ non Salinarent, nec in iisdem sal fieret, etc.* Alia ann. 1449. ex Reg. 180. ch. 72: *Pour ce que la gabelle du sel a esté mise sus en nostre pays de Languedoc, la faculté a esté ostée aus labourers Salinans de vendre leur sel à volonté, etc.* Vide in Salinaria.

**SALINARIA**, Gabella, Tributum ex sale, in Testamento Guillelmi D. Montispessulani ann. 1212: *Remitto etiam in perpetuum, et solvo Salinariam, et omnia spèctantia ad Salinariam, ita quod unusquisque habitantium in villa Montispessulanti, et in castro de Lutis, et ibi venientium, possit salem emere et vendere sine omni contrarietate, et inquietudine.* Concilium Avenion. ann. 1209. cap. 5: *Pedagiis, guidagiis, Salinariis, et aliis indebitis exactionibus.* Concilium Arelatense ann. 1234. cap. 22: *Item statuimus ne aliqua pedagia vel Salinaria per Arelatensem provinciam accipiantur, nisi quæ apparent Imperatorum, Regum, vel Principum, vel Lateranensis Concilii largitione concessa, etc.* Adde Concilium Insulanum ejusdem anni cap. 10. [Vide *Salina* 3. et *Salinaticum*.]

¶ **SALINAGIUM**, Eodem significato. Charta ann. 1300. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 54: *Quod dictus Consolatus et jus civiæri, bladodum, leguminum et aliorum, prout et de quibus soliti sunt præstari libragium herbae, ac Salinagium, etc.*

**SAUNARIA**, Eadem notione. Charta ann. 1202. apud Chiffletium in Trenorchio pag. 455: *In primis enim nobis acquisierunt usagios villæ Trenorchiensis, videlicet Saunariam, furnos, bichonagium, ventariam, molendina, etc.*

Ubi tamen nescio an *Saunaria* significet Lanarium, Gall. *Tuerie*, quæ Provincialibus, quibus *Saunar* est mactare, *la Saunarié* dicitur: ea certe notione occurrit in Transact. ann. 1292. inter Reg. Carolum II. Comit. Provinc. et Capitulum S. Salvatoris, ex Schedis Pr. de Mazaugues: *Item domus Sancie quæ sita est in Saunaria.* Pro tributo ex sale probabilis usurpari videtur in Charta ejusdem. Caroli ann. 1291. apud Pittonem Hist. Aquens. pag. 170: *Volumus in posterum homines... esse immunes taschis, lædis, cossis, pedagiis, boagiis, Saunariis et personalibus cawalcatibus. Droit de Saunelage, in Aresto Parlamenti Redon. ann. 1573.*

**SALINARIUM**, scu *gabella salis*, in Concilio Avenionensi ann. 1209. cap. 6. in Charta Sancia Regis Majoricar. ann. 1311. et apud Gregorium de Verbor. signific. cap. 26. tit. 40. lib. 5.

\* Charta ann. 878. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 409: *Cum... Salinariis, exitibus et regressibus, etc.* Ubi et de puteo salinario, unde sal hauritur, potest intelligi. Sponte vero pro *Salinariis* legerem *Salictariis*, in alia ann. 963. ibid. pag. 700.

\* **SALINERIUM**, Gabella, tributum ex sale. Charta ann. 1358. ex Bibl. reg.: *Item Salinerium regium, quod colligi consuevit in pluribus locis, valens quatuor libras communiter annuatim.* Vide mox *Salinaria* 2.

**SALINARIUM**, Gloss. Sax. Ælfrici: *Salinarium: sealdhus, i. salis domus, seu potius puteus salinarius, unde sal hauritur, quomodo Salinarium Hedduorum dixit Joan. Sarisbericnsis Epist. 196.*

**SALINARIUS**, Salis venditor. Fori Bigorreuses art. 29: *Piscatores aliunde pisces deferentes, et Salinarij sint in pace, nisi quodlibet maleficium fecerint, unde oporteat eos respondere.* Charta Ildefonsi Comit. Tolos. ann. 1141. apud Catellum in Hist. Comit. Tolosæ pag. 192: *Salinarij istius villæ, qui attulerint salem, descargent ad salinum, et statim pagentur, etc.* [Enumeratio jurum Comit. Biterr. in civit. Albiensi ann. 1252: *A singulis Salinariis unam cupam salis, etc.*]

Hinc *Salinarius* dictus est Philippus VI. Rex Fr. quod aliquot salinaria horrea intra regni fines ann. 1331. instituerit, unde sal emeretur statutumque vectigal solveretur, quo facilius bellorum impensis subveniret. Vide *Gabella salis in Gablum*. Chartul. V. S. Vedasti Atrebat. pag. 68: *Dominus Rex Philippus vendidit salem, hoc est notorium: unde in vulgo fuit proverbium, quia Rex erat Salinarius.* Eadem de causa *Salinator* cognominatus M. Livius, teste Livio lib. 29. cap. 37.

¶ **SAUNARIUS**, ut *Salinarius*, Gall. *Saunier*. Codex reddituum Episc. Autiss. an. circ. 1290: *De vinagio et pissonagio Saunariorum. Omnes Saunarii qui vendunt sal in archis et in grenariis, debent XII. den. etc.* Regest. Censuum Carnoti: *Les Sauniers qui vendent au marché du sel, etc.*

**SALINARIS TERRA**. BOVO Abbas Sithiensis de Inventione S. Bertini cap. 11: *Quandam Salinarem terram... donatione tradidit legaliter facta.* Vide *Salariica terra*.

**SALINARE**, Salem conficere, [Gall. *Saunar*.] Vetus Charta apud Ughellum tom. 4. in Appendice pag. 7: *Et in Salce majore puteo uno, ubi Brumo dicitur Salinare.*

¶ **SALINATA**, pro *Salmata*, onus *sagmarii*, ut videtur. Vide *Sagma*. Sallas Malspinæ Rer. Sicul. lib. 6. apud Baluz. tom. 6. Miscell. pag. 348: *Pro stercoribus vero bidentium de terris impinguatis ab eis, in quibus die stabulantur et nocte, duas Salinatas pinguis novalis procuret haberi; ex quibus duabus Sulinatis duodecim salinas victualium de suo, si novalis casu pereat, fisco componat.* Vide *Salera* et *Sulina* 1.

¶ **SALINATICUM**, Tributum ex sale. Charta Caroli Calvi ann. 848. inter Probat. tom. 1. novæ Hist. Occitan. col. 95: *In ipso comitatu pulveraticum, pascuarium, piscaticum tam maris quam aque currentis, volitaticum, Salinaticum, telonei mercatum, etc.* Vide *Salinaria*.

**SALINATIO**, Eruptio, ex Gallico *Sallite*. Epistola Comit. S. Pauli de prima CP. expugnat: *Nonnulla vice in nos fecerunt Salinationes.* [Ubi leg. *Saltationes*. Vide *Saltatio* et *Adsaltire*.]

¶ **SALINATOR**, Qui salem facit aut vendit. Papias. *Salinator*, ἁλιωτής, in Gloss. Lat. Gr. Locus est in *Bolonæ. Salinatores*

*civitatis Menapiorum* memorat vetus Inscrip. apud Elmenhorst. in Observat. ad Arnobium. Vide Cuperi Monumenta antiqua pag. 230. et supra *Salinarius* in *Salinaria*.

\* 1. **SALINERIUS**, Salinæ dominus Charta Ludov. comit. Andegav. ann. 1372. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 314: *Concedimus quod quilibet Salinerius seu dominus habens salinas, possit accipere de sale in suis salinis existente, ad opus ejusdem dumtaxat, per manus gabellatorum.* Pro salis venditore aut eo qui rem salinariam curat, legitur in Lit. ann. 1411. tom. 9. Ordin. reg. Franc. pag. 626: *Visitoribus, granateriis, contrarotulatoribus, Salineriis, ... ac ceteris personis factum et emolumentum dicti salis quomodolibet per terram aut aquam exercentibus, etc.* *Salinier*, qui salem vendit, in Libert. villæ d'Aigueperse ann. 1374. ex Reg. 198. Chartoph. reg. ch. 360: *Le Salinier (devra) d'un sextier de sel une mancé de l'aide.* Occurrit præterea in Lit. ann. 1398. tom. 8. earum. Ordin. pag. 425. art. 12. Vide *Salinarius* in *Salinaria*.

\* 2. **SALINERIUS**, Salinum, Gall. *Salinier*. Inventur. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. : *Item duo promptuaria, sive Salinerios stagni.*

¶ **SALINITRARIUS**, Officium in aula Reg. Franc. Acta S. Francisci de Paula tom. 1. April. pag. 149: *Honorabilis vir Thomas Jacob Thesaurarius Salinitrarius dom. nostri Regis Francorum.* Vide *Salsarius*.

1. **SALINUM**, Locus ubi sal venum exponitur. [Statutum Johannis Reg. Franc. ann. 1363. tom. 3. Ordin. pag. 623: *Item, Quod quicumque et omnes districtus atque alie gabelle Salinorum et salinarum presentis Senescallie, etc.* Ubi *Salina* locus esse videtur ubi sal conficitur.] Occurrit pluries in Charta Ildefonsi Comit. Tolosani ann. 1141. apud Catellum in Hist. Comit. Tolos. pag. 192.

¶ 2. **SALINUM**, Vectigal ex sale, seu jus de eo tributum exigendi. Testam. Rogerii Vicecom. Biterr. ann. 1193. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 500: *Magistro Bertrando dono 460. solidos Melgorienses quos habet de me Bonetus Judæus, et donum illud quod ei feci in Salino et in omni terra mea de una bestia.* Vide *Salnum* et *Salina*, 3.

\* Charta Caroli IV. ann. 1326. in Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 400: *Item Salinum sive deverium salis, scilicet quod nullus poterat ibidem tenere sal ad vendendum, nisi cum licentia bajuli nostri.* Vide infra *Sallinum*.

¶ 3. **SALINUM**, Salis benedictio. Consuet. Canonic. Regular. apud Marten. tom. 1. Collect. novæ vett. Script. part. 1. pag. 318: *Refectorium similiter nullus ingrediat, ... excepto infirmario, ... et ceteris omnibus cum bibere indigerint et servitores (l. servitore) ecclesie pro Salino.* Eadem habentur in Consuet. Cisterc. cap. 72. unde quid sit *Salinum* interpretari licet ex paulo ante præmissis: *Nullus ingrediat coquinam... sacrista excepto, vel quolibet alio pro... prunis in thuribulo vel patella imponendis, vel Sale benedicendo.* Pro vase in quo benedicendum sal ponitur, vide in *Sparsorio*.



\* **SALIRE**, Inire feminam, Gall. *Saillir*; quod de copulatione animalium dicitur. Charta ann. 1194. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 525 : *Ipsi abbas et conventus.... tenebuntur, ratione medietatis dictæ decimæ, tenere unum taurum pro vaccis communitalis dictæ parochiæ Saliendis seu imprægnandis.*

\* **SALISA**, Agger seu terra pilis fulta et vallata; unde *Salisare*, molem construere et palis fulcire. Charta ann. 1285. in Chartul. Namurc. ex Cam. Comput. Insul. fol. 2. rº : *Nos Guido comes Flandriæ.... dilecto filio nostro Johanni de Namurco dedimus et concessimus terras seu rejectus maris, quocumque alto nomine vulgari appellentur, quas habemus jacentes infra quatuor officia extra terras ageratas seu Salisatas die hodierna..... Nos jam unam partem Salisavimus seu clausimus, quam partem sic Salisatam eidem Johanni concessimus.... Item.... singulas terras, sive Salisas seu rejectus maris, cum hiis prædictis, quocumque nomine possint vel debeant appellari. Vide supra *Salesare*.*

† **SALISATIO**, Palpitatio. Gloss. Lat. Gr. : *Salissatio, παλμός*. Marcellus Empiric. cap. 21 : *Cardis pulsus, sive Salissatio*. Hinc

† **SALISATORES**, apud Isidor. lib. 8. Orig. cap. 9. vocati qui *dunt eis membrorum quæcunque partes salierint, aliquid sibi exinde prosperum seu triste significare prædicunt*. Horum meminit S. August. lib. 2. de Doctr. Christ. et Johan. Sarisber. lib. 1. Pollicitat. cap. 12. Vide Martinii Lexic. [\* et Relig. Gall. tom. 1. pag. 76.]

\* Nostris *Sauteles*, pro *Tresailles*, Exsilire, exsultare. Poem. reg. Navar. tom. 2. pag. 2 :

Mes cuers por li Sautele.

† **SALISBURGIO**. Vide *Saliburgio*.

† **SALISPARSIO**, **SALISPERSIO**, f. Aquæ benedictæ aspersio. Concil. Compostell. ann. 1031. inter Hispan. tom. 3. pag. 199 : *Omni diebus Dominicis Salispersionem faciunt*. Aliud ibid. celebratum ann. 1056. pag. 219 : *Totum psalterium, cantica et hymnos, et Salispersionem... cantare... perfecte sciunt*.

† **SALISSUS**, pro *Salsus*, apud Stephanot. Antiq. Vasconia MSS. part. 1. pag. 207.

**SALISUCHEN**, in Decreto Tassilonis tit. 11. § 15 : *Qui resisterit domum suam, quod Salisuchen dicunt, qualem rem quarenti resistebat, talem componat in publico 40. sol. A sula, tænaculo aut conclavi, et suchen, quærere, deducti Loccenius lib. 3. Antiq. Suevic. cap. 10. [\* Vide Grimm. Antiq. Juris Germ. pag. 639.]*

1. **SALITIA**. Papias : *Salinum, vas aptum salibus, id est Sulitia, quasi saltica*.

\* 2. **SALITIA**, Lucanica. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521 : *Salitia, æ, Sauchice, Gallice*.

\* **SALITICUS**, Tributum ex sale. Charta Caroli M. ann. 806. ex Bibl. reg. cot. 16 : *Nolumus præterea, ut ab istis vel eorum hominibus aut rebus, aliquid de vectigali thelonæ, id est, portaticis,.... vel Suliticis, aut aliquid redibitarius exigatur. Vide *Salinaticum*.*

† **SALITO FACERE**, Idem quod *Guerpire*, possessionem rei alicujus dimittere, quasi

ex ea salire. Charta Adeleydæ Imperat. in Bullar. Casin. tom. 2. pag. 45. col. 1 : *Legitimam facio traditam vestituram per cultellum, fistucum nodatum,.... et me exinde foris expuli, wurpivi, Salito feci*.

† **SALITOR**, Τζαρυερός, in Gloss. Lat. Græc.

**SALITUDO**, Lepos in dicendo, gratia sermonis, *Sales*. Glaber Rodolphus in Vita S. Guillelmi Abbatis Divion. cap. 13. [24.] : *Ipsius enim sermonis Salitudo æqualiter cunctis, prout videbatur in gratia erat condita*. [Rectius habitudo editum apud Mabill. sæc. 6. Bened. part. 1. pag. 331. V. *Salsitudo*.]

† **SALITURA**, ἄλις, in Gloss. Lat. Græc.

† **SALIVARIS**, Pars freni, quæ saliva equi humectatur, unde vocis etymon. Acta SS. tom. 1. Maii pag. 447 : *Accipe hos clavos et fac eos Salivares in freno equi*. Gloss. Græc. Lat. : Σαλιβάρων, *Lupa*. Vide Gloss. mediæ Græcæ in Σαλιβάρων.

\* **SALIVARIUM**, Lintcum excipiendæ salivæ destinatum, Gall. *Bavette*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521 : *Salivarium, Baverel, Gallice. Salivosus, Bavous, Gallice*.

† **SALIVE**. Vide infra *Selave*.

† **SALIUNCA**, ἀγριρόδον, λευκόροδον, in Gloss. Lat. Græc. Ibidem : *Saliuncula, ἀνεμώνη*. Vide *Calacrepa*, et Martinii Lexic. in his vocibus.

\* **SALIZARE**. Vide supra *Salesare*.

† **SALLA**, ut *Sala* 1. Vide ibi.

† **SALLADA**, Herbæ sale, oleo et aceto conditæ, Gall. *Salade*. Menoti Sermones fol. 64. vº : *Joannes Baptista ante Christi adventum fuit in deserto ad comendendum Salladam, sed non fuit oleum*.

† **SALLAGIUM**. Vide *Salagium* 1.

† **SALLAMENTUM**. Vide *Salamentum*.

† **SALLARE**, ut *Salare* 2. Vide ibi.

† **SALLARIATUS**. Vide *Salariatus*.

**SALLARINUM**. Charta Libertatum oppidi Dimontis in Biturigib. ann. 1190. apud Thomasserium pag. 433 : *Et aliquis de Dimonte si duxerit Sallarinum suum Aurelianis, pro quadriga unum denarium dabit tantum*. Carnes salitas, forte.

☞ Mendum est Typographi apud Thomasserium, qui, ut ipse monet loco laudato, hanc Chartam ex Gallando de Franco Alodio pag. 377. edit. 1637. exscripserat, ubi legitur : *Et aliquis de Dimonte si duxerit Sal vel vinum suum Aurelianis, etc*. Ita etiam habent Chartæ aliæ omnes quæ ad eandem rem spectant apud eundem Thomasser. ibid. pag. 416. 417. 420. et in Libertat. Boscum. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 4. pag. 76.

\* **SALLARIUM**, Locus, ubi sal conficitur, vel puteus unde eruitur. Testam. Masaldæ regin. ann. 1256. tom. 1. Probat. Hist. geneal. domus reg. Portug. pag. 31 : *Item mando monasterio fratrum Prædicatorum de Portu.... centum modios de pane melliore de Sallario meo de Baucis*. Vide supra *Saligium* et *Salina* 3.

\* **SALLEIA VIA**, Porticus, locus tectus, Gall. *Galerie*. Charta ann. 1385. in Chartul. Rich. abb. S. Germ. Prat. fol. 80. vº : *Concedimus.... Salleiam viam sive alleciam aut aditum in alto, ex transverso dicti vici*

*parvorum camporum, pro eundo de dictis donibus sic admortizatis ad domum seu domos dicti magistri Michaelis, quas habet et possidet ex altero latere dicti vici*.

† **SALLEPETIR**, Salnitrum, Angl. *Saltpeter*, nostris *Salpêtre*. Litteræ ann. 1412. apud Rymer. tom. 8. pag. 754 : *Mandamus vobis quod... quadraginta libras de Sallepetir, centum libras de suffirviv,..... traducere permittatis*.

\* **SALLEPETRA**. Vide supra *Sulepetra*.

\* **SALICIUM**, Salicium, Gall. *Saussaie*, alias *Sauceriele* et *Saussis*. Reg. episcopat. Nivern. ann. 1287 : *Addomum Nivernensem pertinet Salicium Ligeris, quod est admodum vij. libris Nivernensis*. Charta ann. 1339. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 512 : *Item unum Salicium, .... cum fundo et pertinentiis suis*. Alia ann. 1340. ibid. ch. 217 : *A demesille Julienne Navette sour son Saucerie l'un denier. Item deux Saussis tenant de lez le pont d'Oisy, jusques au Saussis madame l'abbesse de Sougemont*, in alia ann. 1376. ex Reg. 110. ch. 122. Vide supra *Salceium*.

† **SALLERE**, pro *Psallere*, quomodo infra *Salmus*, pro *Psalmus*. Petri Diaconi Discipl. Casin. : *Nullus Sallat, nisi jussus*.

† **SALLIA**. Charta ann. 1522 : *Sese et omnia bona submiserunt viribus, coercitionibus, carceribus, censuris, rigoribus et Sallii curiarum regiarum, etc*. Haud scio an a vulgari Gallico *Donner la Sale*, quod de publica castigatione intelligi solet, deducenda sit hæc vox; usitata enim hæc formula in prohibitionibus juridicis, *A peine de punition exemplaire et corporelle : an mendum sit pro *Stylis*?*

\* **SALLINARIUM**, Salinum. Gall. *Saliere*. Acta dissolut. matrim. Ludov. XII. fol. 148. rº. ex Bibl. reg. : *Portabat super humerum unam servietam et unum Sallinarium aureum, in quo erat sal necessarium pro hujusmodi luptismo*. Vide supra *Salinarius* 2.

\* **SALLINUM**, Tributum ex sale. Lit. ann. 1369. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. cap. 687 : *Ab omnibus impositionibus, talliis, gabellis, Salinis, focagiis.... eximimus*. Vide supra *Salinum* 2.

**SALLIRE**, pro *Salire*, Gallis. *Saillir*. Lex Bajwar. tit. 13. § 2 : *Si autem altera persona ipsum animal per vim Sallire compulerit, etc*.

† **SALLITA**, Salix, Gall. *Saule*. Charta ann. 1278. in Tabul. S. Mariani Autiss. : *Promiserunt... quod in sileribus et salicetis, Sallitis vel salicibus de cetero nihil scindent, nec aliquo unquam tempore animalia sua pasturabunt*.

† **SALLIUM**, Decus, dignitas, ut ex opposito opprobrium judicare licet, vocis tamen origine incomperta. Sallas Malaspinae Rer. Sicul. lib. 2. apud Baluz. tom. 6. Miscell. pag. 227 : *Versi sunt inquam subito dies solemnitatis ejus in luctum, Sallia in opprobrium, honores in nihilum*.

† **SALLOSUS**, Profundus, sordidus. Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii cap. 68. pag. 196 : *Tandem murum ratonumque carnes exoticas, magno comparatas precio, rapida ventris voracitas in suam Sallosam abyssum devorat et receptat*.



**SALMA**, ut *Sagna*. Vide in hac voce.

\* **SALMA**, f. pro *Sabnia*, Salictum. Charta ann. 1063. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 414: *Medietatem immobilium rerum, que dabuntur S. Petro, ... id est, ecclesiarum, terrarum, vinearum, molendinorum, piscationum, aquarumve decensuum, Salmarum, ceterorumque talium. Vide Salnaria 1.*

† **SALMACIDUS**, **SALMACIUS**, etc. Vide supra *Salatia*.

† **SALMAN**. Vide *Salamannus*.

† **SALMARIA**, **SALMARIUS**, **SALMATA**. Vide *Sagma*.

† **SALMATICUS**, pro *Salinaticus*, vel *Salmacius*. Beka in Willebrordo: *Continuo Salmatica terra dulcis aque copiam affluenter eduxit. Et in Baldevino I.: Modicam aquam, et eandem Salmaticam, ad potandum inveniunt.*

**SALMEDINA**, Prætor urbis. Vide *Zavalmedina*.

**SALMENTUM**, in Gloss. Isidori, *Salsamentum*. In Glossis antiquis MSS. *Piscis confectio*.

\* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521: *Salmentum, Gall. Sause.*

† **SALMERIUS**, Equus sarcinarius. Vide *Sagma*.

† **SALMITRIUM**, Salnitrum, Gall. *Salpêtre*, Græcis recentioribus *Σαλπιτρίον*. Chron. Tarvis. apud Murator. tom. 19. col. 754: *Est enim bombardæ instrumentum ferreum fortissimum... habens cannonem... in quo inponitur pulvis niger artificiatum cum Salnitrio et sulphure, etc.*

† **SALNUM**. Testamentum Rogerii Vicecom. Biterr. ann. 1150. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 411: *Salnum vero, et totos usaticos noviter missos, videlicet illos, quos ego sive dominus Bernardus Atonis pater meus, male imposuimus, pro remissione peccatorum meorum dimitto et absolvo. Ubi legendum videtur Salinum, vectigal ex sale. Vide Salinum 2. et Salinaria.*

**SALMUS**, **SALTERIUM**, pro *Psalmus*, et *Psalterium*, in Charta ann. 1228. apud Petrum Mariam Campum in Hist. Eccl. Placentina tom. 2. [Inventar. ann. 1260: *Unus calix argenteus. 11. bureta argentea. Item 1. Salterium. Sic quidam Galli Sautier dicunt, pro Pseautier.*]

\* Ita et nostri *Saume* et *Seapme*, ut apud Joinvil. in Vita S. Ludov. pag. 128. edit. Cang. ubi regia pag. 156. habet, *Pseahme*; sic *Salmoier* et *Saumoier*, pro *Psalmodier*; unde *Sapmiste* et *Saumistre*, Auctor psalmodiorum. Bestiar. MS:

Si comme li Sapmistes dist  
En une Saume qu'est petit:  
Es mons, fait il, levai mes iex,  
Dont l'aide me vint de Dieu.

Mirac. B. M. V. MSS. lib. 1:

Lors se reprant à Din proier,  
Lors se reprant à Salmoier.

Ibidem:

Li Saumistres méesement  
Nous dist: Saumoies gentement.

\* Hinc etiam *Salterion*, pro *Psalterion*, Instrumentum musicum. Vide *Psalterium*. Lit. remiss. ann. 1411. in Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 145: *Le suppliant trouva icelle Michelette dansant au son de la herpe et du Salterion. Eadem appellatione donati*

compedes, quibus rei vincuntur, in aliis Lit. ann. 1359. ex Reg. 87. ch. 347: *Et après le suppliant fut mis en une autre prison oudit chastel, avec un autre homme prisonnier, et furent mis ensemble ou Salterion. Nisi mendum sit pro Sartelion, uti habent Lit. remiss. ann. 1377. ex Reg. 111. ch. 239: Robert le Fournier pour la souspeçon d'avoir robé Colin le Varlet, rompu sa luche et y prins xij. solz Tour. fust mis ou cep, dit Sartelion, desdites prisons.*

† **1. SALNARIA**, Salictum, Gall. *Sausaie*, Normannis vulgo *Sainhaie*, vel *Saulaie*. Gesta Cenoman. Episc. apud Mabill. tom. 3. Analec. pag. 54: *Dedit quoque jam dictus Defensor... silvam quæ est in aquilonali parte civitatis super fluvium Sartæ cum ædificiis suis, cum Salnariis, et cum omnibus ad se pertinentibus. Vide Salica'a.*

\* **2. SALNARIA**, Tributum ex sale, ut supra *Salaria 2*. Charta ann. 1376. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 327: *Et si non sufficerent emolumenta Salnariæ Lugduni et banni mensis Augusti, etc. Infra: Salneria. Vide mox in hac voce.*

\* **3. SALNARIA**, Vicus, in quo est horreum salinarium, ubi sal distrahitur, Gall. *Saunerie*. Charta ann. 1272: *Johannes Everardi scribanus dicti Bari recognovit... se vendidisse... duas domos, quas habet apud Barrum, una quæ sita est in Salnaria, sicut se comportat ante et retro.*

\* **SALNERIA**, Tributum ex sale. Charta Petri de Sabaud. archiep. Lugdun. ann. 1312. ex Cod. reg. 9852. 3. fol. 42. rº: *Item (habebimus) cohortionem, compulsionem et jurisdictionem in levandio... pedagii, censibus, Salneria, banno vini mense Augusti. Vide supra Salnaria 2.*

**SALNERITIA**, [Tempus quo salices secantur, ni fallor. Vide *Salnaria*.] Tabularium S. Remigii Remensis: *Donat annis singulis... in hostilitia den. 10. in Salneritia 3. ligni car. 2. Alibi: Donat annis singulis speltæ mod. 12. in Salneritia denar. 3. in præteritia den. 2. etc.*

\* *Saleignon*, Salicum fascis, ut videtur, in Pedag. Divion. MS. med. circ. xiv. sæc.: *Se le saul vient en Saleignons, l'en paiera de charveté quatre Saloignons.*

**SALOMON**, Vasis species, operis pretiosioris, forte ejusmodi fuere vasa Salomonis in Templo ab eo ædificato, quæque in urbem Carcassonensem in Galliis, Roma capta, transtulerat Alaricus Wisigothorum Rex, uti refert Procopius lib. 1. de Bello Gothico cap. 12. unde forte manavit ut pretiosa vasa Salomonica appellarent nostri. Guillelmus Bibliothecarius in Stephano VI. pag. 237: *Contulit ibidem cantharum exauratam unam, Salomonem unum, regnum aureum unum cum gemmis pretiosissimis, et vestem unam cum auro et gemmis albis, atque sermonum librum unum, gestarum librum unum, Evangeliorum librum unum cum Epistolis. Ubi tamen nescio an hoc loco Salomon intelligatur liber Salomonis, ut Regnum, liber Regnorum, seu Regum in veteri Testamento appellatur. Monasticum Anglie. tom. 1. pag. 210: *Das patenas argenteas, cum duobus urceolis pretiosissimis ex operibus Salomonis, et crusto aureo, columnis de liciis octoginta sedecim, etc.* Charta Aldegastri, filii Sylo-*

nis Regis Ovetensis ann. 781. apud Sandovallium: *Quatuor tapetes, et tres vasos Salomoniegos, et 12. curiales argenteos, etc.* Alia Stephanæ Regiæ uxoris Garsie Regis Navarra æræ 1060. apud eumd. in Episcop. Pampilonensib.: *Et vendant illos vasos vel forteras Salmonaticas in duplum pro plata, etc.* Apud Nicetam in Alexio lib. 3. num. 6: *Τράπεζα Σαλωμόντειον* occurrit. Vide *Fortera*.

\* **SALOMO**, pro Salmo, in Terrear. S. Mauriti in Fores. ann. 1472: *Dempto passagio piscium Salomonum, Gallice Saumons.*

\* **SALOMONIACUS** Ritus, Dicitur de opere pretioso, ejusmodi fuere quæ ad Salomonis templum pertinebant. Vide *Salomon*. Richera musiva eccl. S. M. sub Gregor. PP. IV. apud Ciampin. Oper. musiv. part. 2. cap. 19. pag. 123:

Vasto tholi firmo sistunt fundamine fulera,  
Quæ Salomoniaco fulgent sub sidere iutu.

\* **SALONA**, *Dea maris*, in Glossar. Lat. G. ex Cod. reg. 521. Vide *Salatia*.

† **SALOR**, Color inter viridem et cæruleum, qualis est aquarum maritimarum. Mart. Capella lib. 1: *Perlucentis vitri Salor.*

† **SALORGIA**. Vide supra *Salergia*.

† **SALPA**, *χρυσόπλευρος*, in Gloss. Lat. Gr. Piscis genus, Gallis *Merluche*. Vide Plinium lib. 9. cap. 18. et Martini Lexic.

† **SALPETA**, Salnitrum, Gall. *Salpêtre*. Adrianus de Veteribusco Rer. Leod. apud Marten. tom. 4. Ampliss. Collect. col. 1274: *Sic allegatiæ fuerunt factæ, et (ut) Rex deberet mittere stipendia pro ecc. lanceis, et Leodienses pecunias pro Salpeta et sulphure et similibus. Leg. pro Salpeta.*

\* **SALPETRA**, Salnitrum. Vide supra *Saleptra*. Hinc *Salpêtreur*, pro *Salpétrier*. in Lit. remiss. ann. 1420. ex Reg. 171. Chartoph. reg. ch. 214: *Jehan Defresnes nostre Salpêtreur demourant à Paris, etc.*

**SALPICTA**, **SALPISTA**, Tubicen, ex Græc. *σαλπικτής*. Glossæ Lat. Græc.: *Tubicines, σαλπικταί*. Lexicon Regium MS. cod. 1062: *Βύκανον, ή σαλπική. Βυκανίζω, σαλπίζω. Βυκανίζμαι, σαλπικταί*. Gl. Ælfrici: *Salpista, aule bymepe. Papias: Salpizo, Græce, tubicino. Salpista, Græce, cantor, tubicinator.* [Jul. Firmicus lib. 8: *Salpictas reddet, sed qui in bello confossi moriantur.*] Fulcherius Carnot. lib. 2. Hist. Hieros. cap. 12: *Præceptum est movente Salpista Joppem regredi. Adde Vopiscum in Carino. Vide Salapitta.*

\* **SALPINGÆ**, *Cornua in summo perforata*, in Gloss. ad Alex. Iatrosoph. MS. lib. 1. Passion. cap. 121. ubi de surditate: *In posterum coguntur (surd) Salpingus apponere in summo auris poro.*

**SALPINX**, **SALPIX**, Tuba, ex Græc. *σαλπής*. Althelmus de Octo principalibus vitis:

Dum vexilla ferunt, et clangit classica Salpix.

Idem de Virginitate:

Cornua rauca sonant, et Salpix classica clangit.

Idem de Virgin. lib. 3. cap. 5: *Horrendus Salpicum clangor increpisset.* Alcuinus Poem. 8:

Præmia sumpturus cum clanget classica Salpix.

Et Poem. 189:

Doctor in orbe pius, Christi clarissima Salpix.



Fulcherius Carnot. lib. 3. Hist. Hieros. cap. 50 : *Salpices et cornua vehementer concrepabant.* [Incerti Poetae versus apud Mabilion. tom. 4. Analect. pag. 529 :

Ut cum vivifect Salpinx hanc ultima carne,  
Integrum facias gaudia bina frui.]

† **SALPIZARE**, Tubicinare. Vide *Salpicta*.

\* **SALPRESA**, Piscis genus. Acta Inquisit. Carcass. MSS. ann. 1308. fol. 3. v° : *Portavit dictis hæreticis vinum, tructas et Salpresas.*

1. **SALSA**, **SALCIA**, Condimentum, Gallis *Sauce*. Auctor. Breviloqui : *Saleia, dicitur a salsus, quod Salsu.* Poema MS. infimi ævi :

Salvia, serpillum, piper, allia, sal, petrosillum,  
His bona fit Salsa, vel fit sententia falsa.

Joan. Hocsemius in Adolpho a Marka Episc. Leodiensi cap. 4 : *Satis risum fuit de cognominibus, quæ carnes bovinas cum propria sua Salsa notabant.* Loquitur de duobus Scabinis Francofurtensibus, quorum alter *Caro bovina*, alter *Allium* appellabatur. [Transactio inter Abbatem et Monachos Crassenses ann. 1351 : *Quotiescumque fit aliqua Salsa ad opus dicti Monasterii, in qua sit panis necessarius, etc.* Menoti Serm. fol. 113. v° : *Facientes Salsas si frandes, qu'on y mangerait une vieille savate.*] In Statutis MSS. *Speciuriorum* Parisiensium recensentur hæc salciæ : *Saulce camelinae, saulce vert, saulce rappée, saulce chaude, saulce à composte, saulce moustarde, etc.*

\* *Salse*, in Charta ann. 1543.

† **SALSA CAMELINA**. Ordinat. super ordine mensar. Dalph. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 312 : *Item, volumus quod fiat unum intromeysium... de linguis boum, ... et dictæ lingue sint paratæ in rosto cum Salsa camelina.*

\* Stat. *pour les Saussiers et moustardiers* ann. 1394. in Lib. 1. Statut. artif. Paris. ex Cam. Comput. fol. 327. r° : *Quiconques s'entremetra de faire Sausse, appellée Cameline, que il la face de bonne cannelle, bon gingembre, de bons cloux de girofle, de bonne graine de paradis, de bon pain et de bon vinaigre.... Quiconque fera sausse, appellée Juce, que il la face de bonnes et vives admandes, de bon gingembre, de bon vin et verjus.*

† **SALSA CROCEA**, **VRIDIS**, in Statutis Monast. S. Claudii ann. 1448. pag. 82 : *Idem pittantiarius ministrare debet... carboneas et peccias lardi ministrari solitas, cum Salsis croceis et viridis ad prædictas carnes congruentibus.* Medic. Salernit. edit. 1622. pag. 150 : *Ex foliis ejus (oxalidis) contusis cumque omphacio vel vino albo commistis fit Salsa viridis.*

\* **SALSA PICTAVINA**, in Mirac. B. M. V. lib. 3 :

Tant i metent à la foie  
De gingembre et de chitoual,  
De gerofle et de garingal...  
Pour faire Sausses Poitevines,  
Ne por faire pinchemorilles, etc.

† 2. **SALSA**, Quæ *Salsis* seu condimentis inserviunt, videlicet piper, sinapi, etc. Gall. *Assaisonnement*. Computus ann. 1324. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 132. col. 2 : *Item a tempore computi nuper elapsi mi-*

*sit dom. Mariæ de Saletes in diversis quantitibus de espicis et de Sulsa et de aliis sibi necessariis, etc.* Vide *Salsamentum*.

† 3. **SALSA**, *Salsamentum*, carnes salsæ, Gallice *Suline*. Litteræ Henrici VIII. Regis Angliæ ann. 1530. apud Rymer. tom. 14. pag. 369 : *Boun, ovum, vitulorum, Salsarum, piscium, seu aliorum victualium, etc.* Ubi forte ommissa est vox *carnium*.

† **SALSACIO**, τὰρξυσσις, in Gloss. Lat. Gr. † **SALSAMEN**, τὰρξίμην, in iisdem Gloss. *Salsamentarius*, τὰρξισπότης, ibidem.

† **SALSAMENTUM**, Condimentum, Gall. *Sauce*; Item quæ iis condiendis inserviunt. Ordinat. super ordine mensar. Dalph. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 311 : *De rotulo de carnibus porcinis recentibus in rosto cum Salsamento debito*; Infra : *Uno rotulo de muttonis in aqua cum Salsamento calido de pipere aut aliis facto*. Ibidem pag. 312. col. 2 : *Dentur nobis quatuor et viginti ova frixa cum bono Salsamento*. Pluries ibi. Charta Odonis Abbat. S. Dionysii ann. 1231. ex Cod. MS. B. M. de Argentolio : *Querat prior condimenta necessaria et Salsamenta, scilicet piper, allea et sinapin*. Vide *Salsa* 2.

† **SALSARE**, Sale condire, Gall. *Saler*. Litteræ ann. 1490. apud Rymer. tom. 12. pag. 382 : *Baleria et alios pisces conjunguntur generis recentes emere, seu alias juste perquirere et Salsare, etc.* *Salso*, τὰρξέω, in Gloss. Lat. Gr. Vide *Salare* 2.

1. **SALSARIA**, Locus ubi sal conficitur. Charta Philippi Regis Franc. ann. 1317. apud Argentræum lib. 5. Hist. Britan. cap. 34 : *Item dedit et assignavit... villam et castellanias de Pontrieu et Rupederiani, ac Salsariam de sancto Gilda, cum omnibus feodis, etc.* [Computus ann. 1244. ex Bibl. regia : *Pro reparatione boular. Salsarie vi. s. Pro mortario et pistillo in Salsaria vi. sol.*]

\* 2. **SALSARIA**, Officium in coquina regia, ad quod spectant condimenta, Gall. *Sausserie*. Charta Phil. Pulc. ann. 1304. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 477. v°. col. 2 : *Henricus de Medunta valletus Salsarie Johanne reginæ. Andreas clericus Salsarie Johanne reginæ, in alia ejusd. reg. eod. ann. ibid. fol. 478. v°. col. 2. Ordinat. hospit. reg. in Reg. ejusd. Cam. sign. Noster fol. 119. r°. Cuisine.... vj. vallés de la Sausserie, .... un cleric en la Sausserie, qui gardera les especes.* Vide *Salsarius*.

1. **SALSARIUM**, Salinum, *Salt-cellar*, et *Salt-seller*, Anglis; nostris, *Saliere* : nisi sit quod *Sauciere* dicimus, disculus in quo *salciæ* reponuntur. Matth. Paris. ann. 1180 : *Cyphi argentei 9. tria Salsaria argentea, tres cuppæ murrinæ, etc.* Will. Thorn ann. 1231 : *Item 24. disci argentei, cum totidem Salsariis.* [Pro disculo *salciarum* occurrit in Testam. Johan. de Nevill ann. 1386. apud Madox Formul. Anglic. pag. 427 : *Item (lego) Radulpho filio meo et hæredi vi. duodenas discorum, 1111. duodenas Salsariorum.* Vide *Salsaryronus*.]

2. **SALSARIUM**, Mensura aridorum. *Unum Salsarium fabarum seu farinæ plenum*, in Monastico Angl. tom. 3. pag. 89. [Vide *Salura*.]

**SALSARIUS**, Cui *salsariæ* cura commissa est in coquina Regia, in Fleta lib. 2. cap. 14. § 3. Ordinat. Hospitii S. Ludovici

Regis Franc. ann. 1261 : *Salsarii 2. in propria coquina Regis pro querendis necessariis ad salsam Regis.* [Alia Philippi Pulchri ann. 1285. ex Cod. MS. Sangerm. : *Le Saussier devers le Roy mangera à court et prendra le pain du sel là où il a dcoûstumé à prendre et 11. s. vi. den. par jour pour Sausses et xxx. s. pour sa robe par an.*] Statutum Hospitii Philippi Magui ann. 1317 : *Thomasin qui sera Saulcier aura 4. den. par jour de gaing, et merra le sommier de la saulcerie, et gardera les especes, et les livrera par pois, et sera au mortier tant qu'elles seront bruiées, etc.* Clerc *saucier*. *Varlez en la saulcerie, etc.* [Supra *Espicier* dicitur.] Occurrit in veteri Inscriptione quidam *P. Clodius Athenio negotians Salsarius*. [Ubi idem sonat quod *Salinarius*, salis venditor. Vide *Salinaria*.]

\* **SALSAROLIUM**, Disculus, in quo *salsæ* reponuntur, Gall. *Suucier*, alias *Saulseron* et *Sausseron*. Inventar. MS. thes. Sed. Apost. ann. 1295 : *Item viginti Salsarolia cum stellis in orlo*. Pluries ibi. Lit. remiss. ann. 1469. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 311 : *Jehanin Karesnel commença à prendre ung Saulseron ou escuelle d'estaing sur la table, etc.* *Sausseron d'estain*, in Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abbavil. ad ann. 1365. fol. 117. v°. *Sausseron* supra in *Ace-tabulum*. Vide *Salsarium* 1.

\* **SALSATOR** **MERCATOR**, *Salinator*, salis venditor. Stat. Casimiri III. ann. 1451. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 163 : *Zupparius debet sul vendere mercatoribus Salsatoribus, etc.* Vide supra *Salinerius* 1.

\* **SALSARYRONUS**, ut supra *Salsarolium*, in Charta ann. 1438. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 259. col. 1. Vide *Salssaryronus*.

\* **SALSEIA**, ut *Salceia*, *Salictum*. Inventar. Chart. reg. ann. 1482. fol. 95 : *Aliæ acquisitiones plurium vinearum, Salceiarum, aliarumque terrarum, .... quæ unitæ et adjunctæ fuerunt parco vel prociuncti nemoris Vicerarum.* Vide supra *Salceium*.

† **SALSERATUS**, *Ferus*, ut interpretantur Bollandistæ. Acta S. Afræ tom. 5. Maii pag. 275 : *Tunc jussit introduci in amphitheatrum quinquaginta tauros Salseros, quorum magnitudo et furor magnus erat, dantes mugitum ingenti voce.* Legendum forte *exasperatos* : solebant quippe bestias in damnatos stimulis irritare.

† **SALSERIUS**, ut *Salsarium* 1. Continuatur Chron. Johan. Iperii apud Marten. tom. 6. Ampl. Collect. col. 616. ubi de Henrico de Condeure : *Conventum suum, quem sui in initio multum exiguum atque egentem invenit, ante suum exitum toto purgoe in argento in refectorio servare fecit, ubi scutellas octuaginta, Salseries triginta quatuor, scyphos triginta ad hoc ordinavit.*

\* **SALSIDONIA**, *Cymaticum*, *sima*. Proces. Egid. de Rays ann. 1440. ex Bibl. reg. : *Cor posit in quodam vase vitreo supra quandam Salsidoniam camini camere suæ, Gallice sur une Simaise, etc.*

† **SALSILAGO**, *Salina*, locus ubi sal conficitur. Monast. Anglic. tom. 1. pag. 27. col. 2 : *Hujus vero terræ possessionem ita prædicto Episcopo largitus sum cum omnibus ad eam pertinentibus, id est campis, silvis, pratis, piscariis, Salsilagine, atque*



omnibus insalubribus ejus, etc. *Salsilago*, *Σαλι*, in Gloss. Lat. Græc. humor salsus, Gall. *Saumure*.

† **SALSITUDO**, Lepos, jucunditas sermonis, urbanitas sale, facetiis et lepore condita, ex Vita S. Guillelmi Abbatis, apud Macros fratres in Hierolexico: quam lectionem mendosam esse perspicis ex iis quæ observavimus supra in v. *Salitudo*.

† **SALSSAYRONUS**, Disculus *salcis* reponendis aptus. Charta ann. 1337. ex Tabul. Episc. Massil. : *Procuratores Massiliensis Ecclesie recognoverunt se habuisse et recepisse a domin. Archiep. Arelatensi 100. marchas argenti ad pondus Avinionense in 8. platellis, ... 22. scutellis, 12. Salssayronis, etc.* Vide *Salserius*.

† **SALSUGINATUS**, Marino sale imbutus, nostris *Mariné*. Charta Eberhardi Comit. pro Monast. S. Petri de Silvanigra apud Schannat. Vindem. Litter. pag. 164 : *Unusquisque fratrum accipiat panem pulchrum et candidum, duasque positiones piscium, unam Salsuginatam, alteram piperatam.*

\* **SALSURIA**, Locus, ubi sal conficitur, f. pro *Salsaria*; nisi sit nomen loci. Vide in hac voce. Charta Conr. imper. ann. 1033. pro monast. S. Apri Tull. ex sched. Mabil. : *Salsurias cum ecclesia et omni appenditio, etc.*

† **SALSUTIA**, ut *Salcitæ*, Lucanicæ, Gall. *Sautices*. Consuetud. MSS. Eccl. Colon. : *De quolibet apro Salsutia et frustum apri, etc. Magister coquinæ dat quotidie III. Salsutia*. Recensentur præterea inter debitos census Advocato Fuldensis Monasterii : *In Paschate Salsutia v.*

\* **SALTA**, *Salix*, Gall. *Saule*. Charta Occit. ann. 1298. in Reg. Phil. Pulc. Char topli. reg. ch. 13 : *Item parata ad secaturam seu faleationem sex hominum per diem unam, ad valorem, cum albanis seu Saltis, septuaginta solidorum rendualium.*

**SALTANS**, **SALTARIUM**, Retis vel decipulæ venatoriæ species. Charta Edw. III. Regis Angliæ pro Ecclesia Coventrensi in Monast. Angl. tom. 3. pag. 236 : *Ita quod Episcopus, et successores sui Episcopi loci prædicti boscos illos includere, et parcos inde pro voluntate sua facere, et eos sic factos et inclusos tenere possint sibi et successoribus suis Episcopis ejusdem loci in perpetuum, dum tamen Salsantia non faciant in eisdem.* Infra : *Dum tamen Saltaria non faciant in eisdem.* Ibidem : *Ita quod... liberam chaciã habeant, sicut et in boscis illis, extra parcos, quos ibidem fieri contigerit, Retia non tendant, sea tendi faciãnt ad aliquas feras capiendas.* Vide mox *Saltatoria*.

\* **SALTARIS**, Liber continens *Psalinos*, Psalterium. Charta ex Tabul. Cassin. inter sched. Montisfalc. : *Ponemus ibidem intro de ecclesia ij. libros mixales, e j. umilian, ..... ij. Saltares monasticos, etc.* Vide supra *Salmas*.

\* **SALTARIUM**, Gall. *Sautoir*, Lignum transversim positum, quo solis animalibus transitus prohibetur. Liber. rub. fol. parvo domus publ. Abbavil. fol. 35. rº. ad ann. 1265 : *Radulphus debet claudere de sepe viam, ... ita quod ibi debet esse anam Saltarium, per quod pergetur ad ortos.*

**SALTARIUS**, **SALTUARIUS**, **Villicus**, cu-

stos prædii, qui *fructuum servandarum gratia* prædiopreest, in leg. 12. § 4. D. de Instr. vel instrum. leg. (33, 7.), a *saltas*, σύγκρισις, in vet. Glossis. *Procurator saltuum*, in Notitia imperii Orient. cap. 87. Gloss. S. Bened. cap. de Agricultura : *Salutarius*, ἀγορεύων. Gloss. Græc. Lat. : *Χωροφύλαξ*, *Saltarius*. Alibi *χωροφύλαξ*. Regula Magistri cap. 11 : *Sicut Dominus ordinat Majores familie, quos Vicedomini minores teneant, id est, Vicedominum, Villicum, Saltuarium, et Majorem domus, etc.* Vide Legem Longob. lib. 2. tit. 38. § 2. et Leges Luitprandi Regis tit. 29. paragi. 1.

**SALTARIUS**, in Lege Longob. lib. 1. tit. 14. § 7. tit. 25. § 50. 73. lib. 2. tit. 38. § 2. [\*\* Luitpr. 82. (6, 29.) 44. (5, 15.) Pippin. 10. Luitpr. 84. (6, 31.) Vide Murat. Ant. Ital. tom. 1. col. 516. Savin. Hist. Jur. Rom. med. temp. tom. 2. § 84. not. B.] Glos. Lat. Græc. : *Saltarius*, ὄρεσφύλαξ. Ubi leg. ὄρεσφύλαξ monet Casaubonus ad Theophrasti characteres pag. 228. nam et saltuariorum erat fines custodire, et invigilare ne a vicinis agri occuparentur : τὸς ὄρους ἐπισκοπεῖσθαι, ut habet idem Theophrastus. [Vide in *Saltgraviis*.]

† **SALTARIUS**, **SALTUARIUS**, Messium, vitium, totiusque territorii custos, nostris *Messier*. Statuta Mutin. rubr. 370. fol. 74. vº : *Saltarii teneantur custodire et salvare clausuras, terras, hortos, vites, prata, segetes, et arbores hominum civitatis Mutine, et denunciare domino judici, coram quo debuerit fieri denuntiatio ejus, quem damnum dantem invenerit, et habere debeat pro suo salario medietatem omnium bannorum, etc.* Statuta Avenion. lib. 1. rubr. 18. pag. 52 : *De Saltuariis sive custodibus territorii civitatis.* Adde Statuta Cadubrii lib. 1. cap. 19.

† **SALTATIO**, Invasio, irruptio, assultus, Gall. *Sallie*, *sortie*. Epist. Anonymi de capta urbe CP. ann. 1204. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 786 : *Dum autem hæc proponerentur, serjanti præfatæ turris nostris crebro sagittando impotunos faciebant insultus. Verum nulla vice in nos fecere Saltationes, quin forent alacriter retromissi.* Vide *Salinatio*, et *Saltus* 2.

**SALTATORIUM**. Fleta lib. 2. cap. 41. § 14 : *Inquiratur qui post placita prædicta fecerint metas forestæ, vel prope forestam, ad nocumentum forestæ, parcum, vel boscum suum, vel warrannam, vel Saltatorium, vel aliquem boscum afforestavit sine waranto Regis.* [\*\* Placit. ann. 18. Edward. I. in Abbrev. Placit. pag. 222. Wigorn. rot. 50 : *Quod parcos suos in Furley ad custus ipsius fiat apertus, et quod 2. Saltatoria ejusdem prosternerent, quia sunt ad nocumentam liberæ chaceæ suæ.*] [Placit. apud Cestriam ann. 31. Edward. III : *Clamat habere liberum parcum suum apud Halton cum dnobis Saltatoriis in eodem.* Vide *Saltans*,] et *Saltarium*.]

**SALTATORIA**, seu *Sautoirs* nostri vocabant *stapedes*, seu *staphas*, quibus equus inscenditur, uti in Dissert. 1. extrema ad Joinvillam docuimus. *Sautoir*, apud Hemricurtium de Bellis Leodiensib. cap. 41. Σωτηρία, Græcis recentioribus voce a Gallis hausta. Stuidas : Σέλλα, σέλλαρια, σωτηρία, ἔδρα. Alibi : Σέλλα, σέλλαρια, σωτηρία. Constantinus Porph. in Tacticis : Σκεπή-

σθασα καὶ αἱ σέλλαι αὐτῶν διὰ μακρῶν ἀποκρεμασμάτων ἀπὸ τῶν ἀφελτρῶν τῆς σωτηρίας. Mox, rursus : Κρεμάσθω καὶ τὸ τοιοῦτον τρεχούριον μετὰ θηκαρίου δερματίνου εἰς τὴν σωτηρίαν. Ubi sane hæc vox non tam stapedes quam ipsam sellam, quam equus insilit, videtur significare. Hinc figura hocce nomen donata in armorum insignibus, tametsi Spelmano aliter videatur, qui *Saltatorium* esse ait, *machinam qua in saltibus prædabantur feræ, unde, inquit, et nomen.* Sed peritiosæ hac de re statuatur. [Vide infra *Samna*.]

\* Comput. Steph. de la Fontaine argent. reg. ann. 1352 : *Pour livres de soye de plusieurs couleurs, pour faire les tissus et aiguillettes aadits harnois, faire Sauteurs et conyeres, etc.*

† **SALTATRICES NOCTURNÆ**. Vita S. Johannis Valent. Episc. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1701 : *Si de sardis, de cæcis, de sciaticis, ... sterilibus quoque et impotentibus, arrepticis, et nocturnis Saltatricibus, ceterisque hujusmodi incommoditatibus enumerare præsumpsero, in quibus vir Dei Johannes operi parti subvenit.* Sortilegii species esse videtur non multum ab simile ab eo de quo in voce *Diana*. Vide *Saltus* 5.

\* Melius fortassis intelligas *Morbum*, qui vulgo dicitur *Cauchenar*, Græce ἐφάδτης : nam qui eo laborant sibi stomachum premi, ac si aliquis in eos subsultaret, opinantur. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Sailleur, saltator. Saillaresse, saltatrix.*

\* **SALTEM**, pro *Tandem*. Acta B. Christ. tom. 4. Jun. pag. 371. col. 1 : *Illo nequam adhuc clamante, Saltem clamor ille terribilis ad aures virginis pervenit.*

† **SALTERELLUS**, a Gall. *Sauterelle*, Locusta. Petrus de Mura in Computo Eccles. ubi de plagis Ægyptiorum : *Octava plaga fuit multitudo locustarum, quæ devoravit herbarum et lignorum virentia, quæ residua fuerunt grandini. Hos appellat vulgus Salterellos, eo quod saltent in pratis.*

† **SALTERIUM**, pro *Psalterium*. Vide *Salmas*.

\* **SALTERIUS**, Judex minor seu civilis, *scabinus*, idem qui *Saltarius*. Charta ann. 1356. ex Cod. reg. 9873. fol. 52. rº : *Amedeus comes Sabaudie et princeps. Universis et singulis baillivis, potestatibus, vicariis, ... Salteris, mistralibus, aliisque officariis, etc.* Vide *Saltgravius*.

\* **SALTES**, **ΤΙΣ**, fem. gen. *Ciziaus*, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120.

† **SALTGRAVIUS**, Idem qui *Saltarius*, finium custos. Charta Wichmanni Archiepisc. Magdeburg. ann. 1178. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 8 : *Hujus rei testes sunt Heidericus Hallensis præpositus, Rodalvus ejusdem Ecclesie canonicus, Olicus notarius, Olicus daz, Heidericus camerarius, et Norbertus Saltgravius.* [\*\* Magistratus rei Salinariæ præfectus. Vide *Haltaus*. Glossar. German. col. 1587. voce *Saltzgraf*.]

† **SALTICUS**, Saltator, Gall. *Danseur*. Tertull. in Scorp. cap. 8 : *Ipse (S. Joannes) clausula legis et prophetarum; nec propheta, sed angelus dictus, contumeliosa cæde truncatur in puella Salticæ lucar. Mi-*



nus recte *Psalticæ* edidit Rigaltius. Vide *Saltria*.

† **SALTIM**, Nunc, modo. Camillus Pe-regrinus in Hist. Langobard. apud Murator. tom. 2. pag. 296 : *Est etiam Saltim ad-verbium præsentis temporis sicut nunc, modo.* Vita S. Vincentii Madelgarii tom. 3. Julii pag. 668 : *Nunc ergo constituendis tam præclaræ materiei verborum ornatibus, quis Saltim peritorum sufficit conatus.* Saltim, pro saltem, non semel occurrit in Cod. Theod. et alibi.

\* **SALTINA**, Saltatrix. Pact. inter Bonnon. et Ferrar. ann. 1193. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 893 : *Blavam, quam jocularatores acquirunt, et spiculaturam et licium, quam Saltina acquirunt, quiete ducere permittantur.* Vide *Saltria*.

† **SALTORA**, Saltus, enunciatione Longobardica, apud Meichelbek. Hist. Frising. tom. 2. pag. 33 : *Donavi... casas, curtes, mancipias, rures, Saltoras, silvas, etc.* *Saltura*, ibidem pag. 45. *Saltores*, apud eumd. tom. 1. pag. 69. ex Charta ann. 770.

\* Epist. Steph. II. PP. ann. 756. tom. 5. Collect. Histor. Franc. pag. 499 : *Sub jurejurando pollicitus est (Desiderius rex Langobardorum) restituendum B. Petro civitates reliquas, Faventiam, Imolan et Ferrariam cum eorum finibus; simul etiam et Saltora et omnia territoria.*

† **SALTRIA**, Saltatio, ars saltandi. Papias MS. Bituric. : *Quam solæ fœminæ colebant quæ Saltriam exercebant.*

† **SALTRIA**, Saltatrix, Gall. *Danseuse*. Poeta MS. infimi ævi, post Summam Willel. Brittonis ex Biblioth. Collegii Navarrai :

Pseudo pugil, nebulo, meretrix, fur, Saltria, leno.

Vide *Salticus*.

\* **SALTRIX**, Jocularitrix, vel extremitas nemoris. Inde Saltus duo significat, Lande et Saut Gallice. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521.

† **SALTSELLER**, vox Anglica, Salinum, Gallice *Saltere*. Testam. Johanna Benstede ann. 1445. apud Madox Formul. Anglic. pag. 434 : *Item do et lego Philippo Thornbury Militi et Margarete uxori ejus duas Saltellers argenteas, et meam meliorem togam penulatam.* Vide *Salsarium* 1.

† **SALT-SYLVER**, ab Anglico *Salt*, sal, et *Silver*, argentum : Præstatio pecuniaria a vassallis domino exsolvenda, ut se ab illius salis vectura redimerent. Charta ann. 1363. apud Kennet. Antiquit. Ambrosd. pag. 496 : *Et quilibet virgatarus dabit domino unum denarium pro Salt-sylver per annum ad dictum festum S. Martini, vel cariatubt saltem domini de foro ubi emptus fuerit ad lardarium domini.*

\* **SALTUARIS**, Saltus custos. Charta ann. 1103. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 1. col. 285 : *Saltum autem, qui Forst vulgo dicitur, cum omni usu quem habet, venationibus, melle, pellibus marconum, et Saltuaribus, qui Forstere dicuntur, etc.*

† **SALTUARIUS**. Vide *Saltarius*.

**SALTUATICUM**. Vide *Salutaticum*.

**SALTUENSES FUNDI**, in Novella 2. Theodosii et Valentiniani, ubi mentio fit

fundorum, qui *limitrophi, patrimoniales, et Saltuenses* vocantur, et ad jus privatum transferri vetantur.

† **SALTURA**. Vide supra *Saltora*.

1. **SALTUS**, Silva, vox Latinis nota. Charta Gaufridi Comitis Mauritanie in Bibliotheca Cluniac. pag. 543 : *Do etiam et concedo omnes Saltus meos consuetudinarios usibus Ecclesie... omnibusque hominibus illorum, ita ut homo S. Dionysii intra saltus habitet.* Mox fit mentio *Saltus Pertici* : ita scilicet appellatur ager et Comitatus Perticensis, (*le Perche*.) quod silvosus sit.

† **SALTUS**, 2<sup>æ</sup>. declinat. in Præcepto Caroli M. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 37.

**SALTUS DEBITUM**, Pastionaticum. Tabularium Dervensis Monasterii : *Et si incolæ loci illius porcos suos cum porcis indominicalibus miscuerint, ministeriales Monachorum omnem decimationem absque ulla meorum molestia accipiant. Quod si aliunde venerint, et forensium villarum nostra depasci pascua voluerint, secundum morem regionis consuetum Saltus debitum persolvant.*

† **SALTUS**, Latifundium 800. jugerum, apud Pancirolum lib. 1. Thesauri var. Lect. cap. 77. ex Varrone lib. 1. de Rust. cap. 10. leg. creditor. ff. de act. cmp. (19, 2, 52.) etc.

**SALTUS LUNÆ**, Compotistis, ὑπερβολὴ ἡμέρας, vel σελήνης. Auctor Queroli : *Mercurius huic iratus, Sol rotundus, Luna in Saltu est.* Cummianus Hibernus de controversia Paschali : *Alium in Epacta, alium in augmento lunari, quod vos Saltum dicitis, etc.* [Et hoc vocatur Saltus lunæ, eo quod senel in 19. annis accidit præter communem omnium aliarum lunationum... et præter naturalem primationem, quod luna ibi dicatur prima, ubi dici debet trigesima. Et sic debet luna transilire, non secundum veritatem cursus in celo, sed secundum significationem primationis in libro... Et sic metaphorice est Saltus lunæ. Ita Petrus de Mura in Comput. Eccles.] Vide [Bedam tom. 1. pag. 108.] Alcuinum Ep. 3. 9. Honorium Augustodun. lib. 2. de Imagine mundi cap. 85. Rabanum de computo cap. 56. Petavium in auctario lib. 8. cap. 14. et Scaligerum de Emend. temp. lib. 7. pag. 752. etc.

☞ Contigit autem hic Saltus lunæ 31. Julii anni cujuslibet decimi noni cycli lunaris, ut ex hoc versiculo a Durando relato docemur :

Luna facit Saltum Quintilis luce suprema.

**SALTUS DE ECCLESIA ad Ecclesiam**, cum Episcopus relicta Ecclesia ad aliam promovetur, in Concilio Tricassino ann. 878. can. 2.

† **ORDINARI PER SALTUM** dicitur qui ordinem superiorem, inferiore prætermissis, suscipit : quod prohibuit Alexander II. PP. Epist. 32. Statuta MSS. Augerii Episc. Conseran. ann. 1280. ubi de casibus Episcopo reservatis : *xviii. per Saltum aliquo ordine prætermissis, vel qui furtive et contra prohibitionem promotus, etc.* Concil. Hispal. inter Hispan. tom. 4. pag. 13 : *Excepto tamen illo qui fuerit ordinatus per Saltum, etc.* Occurrit passim.

2. **SALTUS**, pro *Assultus*. Fori Morlanenses cap. 28 : *Quicumque domui vicini Saltum dederit, vel violenter domum intraverit, quot erunt in Saltu illo, tot 18. sol. donabunt domino domas.* [Vide *Saltatio*.]

† 3. **SALTUS**. Gall. *Saut*, vox quidem Latinis nota, non vero *Saltum facere*, pro *Prosilire, Sauter*. Gerardus in Vita S. Stephani Grandimont. apud Marten. tom. 6. Ampl. Collect. col. 1077 : *Considerans autem vallis profunditatem super quam eminebat domus illa ædificata, timuit perinde prosilire; sed postmodum confortatus divino Spiritu, ... Saltum illum fecit, et per Dei misericordiam illæsus evasit.*

† 4. **SALTUS**, Alia notione. Albert. Mussatus de Gestis Henrici VII. apud Murator. tom. 9. col. 472 : *Interea Florentini, ut gentibus Cæsaris pervagandi prædandique Saltus auferrent, utque fragmentandi de Aretii finibus vias præcluderent, Pesulanam arcem... muniere præsidii. Phrasis Pataviis usitata, uti monet Cl. Editor, *Togliere li Salti*, quod Itali levare li passi dicunt, pro Impedire, auferre potestatem.*

† 5. **SALTUS S. VITI**, Morbi genus. Miracul. S. Bennonis tom. 3. Julii pag. 223 : *Totum annum horreudo noibo, quem Saltum S. Viti dicunt, conflictatus est : quod malum illum sæpe decies una die corripuit.* An idem qui morbus comitialis, nostris aliquando *Danse de S. Jean*? [\* *Danse de S. Gui*.] Vide *Saltatrices*.

\* **SALTUS MOLENDINI**, Præceptum aquæ lapsus, quo rota molendini volvitur, Gall. *Saut d'un moulin*. Charta Phil. V. pro monial. Pissiac. ann. 1322. in Reg. 71. Chartoph. reg. ch. 69 : *Item super Saltum molendini in aqua Leonum, pro toto ad Pascha, quatuor solidos.* Alia Guill. de Theuray ann. 1310. in Reg. 48. ch. 164 : *L'abbé et le couvent de Notre Dame de Lire m'ont otroié et promis à garantir un Saut à moulin à eue;.... ledit Saut comme il est borné par le consentement de eus.* Ubi totus aquæ ad molendinum decursus significari videtur.

**SALTZGRAVIUS**. Vide *Saltgravius*.

1. **SALVA**, **SALVARE**, voces Fori Hispanici : *Salva*, idem quod Anglis *Jurata*, Inquisitio, vel potius probatio per testes de re aliqua, qua quis *Salvam* sibi esse conatur : *Salvantes* vero sunt testes ipsi qui pro reo deponunt. Fori Oscæ ann. 1247. tit. de Proditionibus : *Hæ sunt tres proditiones scite, de quibus per pacem non potest aliquis se Salvare, sed per consilium : scilicet qui occiderit dominum suum, etc.* Alibi : *Mulier habens maritum, si quis accusaverit eam, tenetur se Salvare viro suo, et non toti consilio, si eam accusaverit. Etsi forte non fuerit parata, ut se Salvat de dicto crimine contra eum.* Martinus Didacus *Daux* Justitia Aragon. in Observant. lib. 1. pag. 22. v : *Unus solus Miles non potest Salvare pro infantione, sed duo Milites.* Passim alibi. Eximius Salanova Justitia Aragonum in Narratione rerum a Jacobo II. Rege Aragonum gestarum : *Non tenentur Milites, aut eorum filii aut nepotes facere Salvam. Item nullus potest Salvare pro infancione, nisi duo Milites.* Alibi ubi de privilegiis infancionum : *Item pro carta Salvæ communis non solvuntur Curie Regis nisi 30.*



*solidi juxta Forum. Quam Salvam debent hodie facere secundum Forum novum editum in Caesar-Augusta. Michael del Molino in Repertorio in v. Infancio: Magna est differentia inter Salvam infancionie, et probationem infancionie, tam in modo agendi, quam in modo pronuntiandi, ... quando aliquis est in possessione infancionie, et fatigatur in eadem, et vult se Salvare, tunc supplicat Do. Regi, quod cum ipse velit Salvam suae infancionie facere, quod committat dictam causam alicui, coram quo possit suam Salvam facere; et tunc D. Rex committit dictam causam Justitiae Aragonum, et recipit dictam Salvam juxta Forum. Quae quidem literae presentantur per Salvantem personaliter dicto Justitiae Aragonum, etc.*

☞ *Salvations non multum absimili notione Practicis nostris usitata, cum scilicet refutorum testimonium fides iterum asseritur et defenditur. Eo significatu occurrit in Consuet. municipalibus Hannon. cap. 67. Montensi cap. 15. 16. Burbon. art. 40. 46. Arvern. cap. 8. art. 3. Pictav. art. 191. Bituric. tit. 20. art. 7. etc. Vide Salvationes.*

¶ 2. SALVA, ut infra Salvamentum, Prædium quod Salvatur, protegitur: interdum villa, pagus. Charta ann. 1153. ex Bullar. Fontanell. fol. 36: *In Casneo totum feodum Restoldi... tam in terris quam in Salva cum hospitibus.* Charta Thossiac. ann. 1404: *Debet II. den. pro adaquagio Salvae suae sitae versus Champenel.*

\* Nihil in locis hic allatis, quod ad hanc interpretationem pertineat, video: in primo enim ex Bullar. Fontanel. *Silva, pro Salva, legendum opinor; in altero vero Salva, Locus est ubi pisces salvantur, seu servantur, idem proinde quod Salvarium et Serva 2. Vide in his vocibus.*

\* SALVACANA, Præstatio a tenentibus facta dominis pro Salvamento seu tutela ac protectione personarum ac rerum suarum. Charta ann. 1310. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 221. col. 2: *Novies viginti cestaria ordei et quinque de Salvacana, quae habet ibidem præfatus dominus Guillelmus.* Inquisit. ann. 1322. ibid. tom. 2. pag. 38. col. 1: *Debebant annis singulis pro Salvacana in diversis locis... sexdecim modia ordei.* Et pag. 39. col. 2: *Item de Salvacana in pecunia in dicto loco, xvj. sol. x. den. obol.* Sed ubique legendum fortassis *Salvatanu.* Vide in Salvamentum et Salvataria.

SALVAGARDIA, SALVAGUARDIA, Protectio, tutela, *salvus conductus*, Principis privilegium, quo ne alicui vis inferatur, cavetur. [Charta Caroli Regentis ann. 1358. tom. 3. Orinat. Reg. Franc. pag. 318: *Sub protectione et speciali Salvagardia regia et nostra, ... suscipimus per presentes, etc.* Charta ann. 1376. ex Tabul. Massil.: *Reliquaria sacri monasterii S. Victoris cum debita reverentia (reverentia) valeant custodire sub Salvagardia civitatis prædictæ Massiliæ.* Vine. Cigaltius de Bello Ital.: *Infringens Salvagardiam Regis acriter puniendus.* Chron. Johan. Iperii apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 615: *Ipse Calixtus huic Ecclesie (S. Bertini) dedit privilegium dno, primum quod nos in Sedis Apostolicæ tutela, id est, Salvagardia recepit.*] Regestum Breivium original. Angl. pag. 26: *Nos volentes dictos... ab oppressionibus indebitis preser-*

*vare, suscepimus ipsos, ... res, et justas possessiones, et bona sua quæcumque in protectionem et Salvagardiam nostram specialem, etc.* [Vide *Salvus-conductus*.]

¶ SALVIGARDIA, Eadem notione. Diploma Ruperti senioris Comit. Palat. pro Universit. Heidelberg. ann. 1386. apud Tolner. inter Instr. Hist. Palat. pag. 124: *Patefacimus per presentes, quod nos et singulos magistros et scholares, presentes et futuros, ... in nostra et successorum nostrorum custodia speciali, salvo conductu et Salvigardia recepimus. Littere de Salvage dicuntur Litteræ quibus Rex, vel quivis alius in suam Salvagardiam seu tutelam aliquem accipit. Vide Consuet. Melodun. art. 3. Senonensem art. 13. 173. et seqq. Pontiv. art. 163. etc.*

¶ 1. SALVAGIUM, Præmium quod iis deditur, quorum opera merces ex naufragio salvæ sunt. Tabular. Gemmet.: *Et avons droit de prendre tout varesc quy est trouvé en ladite riviere de Seine ou sur la terre certaine entre les limites dessusdits, et sont ceux qui le treuvent subjets le porter à notre Prevost dudit lieu de Quillebeuf dedans vingt quatre heures après icelui trouvé, sur peine de forfeiture de leur Salvaige, etc.* Alibi *Salvaige*, vel *Sauvelage* dicitur.

\* *Saufvement*, eodem sensu, in Consuet. comit. Brit. tom. 1. Probat. ejusd. col. 792: *Ceux qui les (vaisseaux) Sauuvent, qui doivent avoir leur Sauvement segond qu'ils ont deservi, etc.*

\* 2. SALVAGIUM, Protectio, tutela. Charta Ludov. ducis Andegav. pro villa de Gordonio ann. 1370. in Reg. 151. Charthoph. reg. ch. 198: *Concedimus quod habitatores omnes et singuli ejusdem, qui contribuerunt talliis, collectis, cum omnibus bonis suis, sint et remaneant perpetuo in et sub Salvaigo speciali domini nostri regis.* Vide *Salvamentum I.*

SALVAGIUS, SALVAGNIA. Vide *Sylvaticus*.  
¶ SALVAGO, Gall. *Sauvagine*. Ferina caro, fera silvestres, ut infra *Salvusina*. Charta ann. 1442. ex Schedis Præs. de *Mazaugues*: *Quod possint libere et impune et absque banno venari seu venari facere per territorium ipsius castri cuniculos, perdices, lepores, et alios Salvagines, exceptis in clavis alienis.* Vide infra *Sylvaticus*.

1. SALVAMENTUM, Tutela, immunitas, protectio. Capitula Caroli C. tit. 26. part. 2. cap. 5: *Et volumus ut vos et ceteri homines fideles nostri talem legem et rectitudinem, et tale Salvamentum in regnis nostris habeatis, sicut antecessores vestri tempore antecessorum nostrorum habuerunt.* Tit. 27. post cap. 8: *Quod ad Dei voluntatem et sanctæ ejus Ecclesie... illis commisi Salvamentum et pacem, etc.* Adde part. 2. cap. 4. Tit. 28: *Quia necesse fuit in istis temporibus conjectum de illis accipere, ... pro regni, sicut res conjacet, Salvamento.* Tit. 30. cap. 2: *In nostro et populi Salvamento.* Adde *Edictum Pistense* cap. 5. [\*\* Sensu paulo latiore Tit. 8. cap. 6. *Convent. apud Marsnam* ann. 851: *Secundum dei voluntatem et commune Salvamentum.* *Cemmun Salvament*, in *jurejur.* Ludovici apud *Nithardum.* *Translat. S. Alexandri* cap. 4. apud *Pertz.* *Script.* tom. 2. pag. 677: *Quapropter præcipimus vobis et omnimodis*

*jubemus, ut ubicunq; ad vos venerit, prout melius poteritis vobisque placuerit, ei adjuviorum tribuatis, bonasque mansiones atque Salvamentum de loco ad locum illi conferatis.* Vide in *Salvatio*, 1.] [Charta tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 279: *Videbantur esse in Salvamento suo.* Infra: *Retinuit hæc (l. hæc) causa Salvamenti.* *Suvement*, in Charta ann. 1302. ex *Chartul. S. Vandreg.* tom. 1. pag. 44: *Comme Jean Airode requerist que un jugement fet contre lui... par la vertu de deux deffaultes, de l'une desquelles deffaultes il portoit lettres du Roy nostre Seigneur de son Sauvement, fust mis au neint. Salvance*, eadem notione, usurpat le *Roman de la Rose* MS:

Fax Semblant se plus est trouvé  
Ovec tiex traites prouvé,  
Ja ne soit en ma Salvance.]

SALVAMENTUM, Præstatio a tenentibus facta dominis, pro tutela ac protectione personarum ac rerum suarum, quæ etiam *Commendatio* dicitur: quo spectant ista *Salviani* lib. 5. de *Gubern. Dei*: *Tradunt se ad tuendum protegendumque majoribus, et delictitos se dicitum faciunt, et quasi in jus eorum ditionemque transcendunt. Nec tamen gruve hoc esse aut indignum arbitrari, imo potius gratularer hanc potentem magnitudinem, quibus se pauperes dedunt, si patrociniū ista non venderent; si quod se dicunt humiles defensare, humanitati tribuerent, non cupiditati. Illud grave ac peracerbum est, quod hac lege tueri pauperes videntur ut spolient: hac lege defendunt miseros, ut miseriores faciant defendendo. Omnes enim hi qui defendi videntur, defensoribus suis omnem fere substantiam prius quam defendantur addicunt, etc.* *Tabularium Dervense*: *Ne aliquis iniquorum pervasione sua hoc sibi quasi pro Salvamento usurpare voluerit, etc.* *Chronicon Besuense* pag. 602: *Salvamentum sive commendationem quam in Nerontis villa accipiebant, etc.* Charta Roberti Regis Franc. apud *Doubletum* pag. 826: *Namque jam dicti exactores pessimi, dico autem Venatores atque Falconarii, capiendi specie Salvamenti, pene vernaculos B. Dionysii devastantes, populabantur, etc.* Infra: *Salvamenta, inquam, sic ironice dicta, etc.* Alia ann. 1067. apud *Hemereum* in *Augusta Viromand.*: *Pro Salvamento nisi de habitatis domibus accipiet.* *Hugo Flaviniae.* in *Chronico* pag. 246: *Bovoni prædicto de Bar, cum apud Flaviniacum requireret a me feodum suum, quia haberet filiam Folcuini, de sorore Abbatis Odonis, qui idem fecerat casamentum, id est, Salvamentum hominum S. Petri qui sunt in castro illo, vel in villis in circuitu castri, noluit ei ad plenum reddere, etc.* Tamen cum multi testes accessissent, quod *Folcuinus* idem *Salvamentum* habuisset, ita concessi, ut si ego per nostros, misso nuncio, et re exploratu, aut ipsi homines per seipos probare potuissent, quod nunquam fuissent in *Salvamento*, nihil ei dabant, quia magis *Ecclesiam* quam eum diligenter. Charta *Philippi Aug.* ann. 1189. in *Tabulario Cluniacensi Bibliothecæ Thuanae*: *De hominibus ville dantibus 4. solid. sive 5. habeat Præpositus noster pro Salvamento 12. den. etc.* Et infra: *Cæterum defuitum fuit, et a nobis concessum, quod homines ad damnum aliquid Ecclesie non*



suscipiemus manuteneare, sed ratione Salvamenti quod habemus, Monachis omnia sua in nostra potestate salva facere curabimus, et hoc Salvamentum tali lege suscepimus, quod extra manum nostram nequaquam mittere poterimus, etc. Charta de Chableis in Tabulario Campan. Thuano fol. 189: Comes habet census suos apud Chableis, in quibus habent vendas et homines suos, et motam, et plateas circa motam, et domos in castro et in burgo. Item habet avenam et vinum pro Salvamento, et denarios. Occurrit præterea apud Hugonem Flaviniacensem in Chronico pag. 242. 245. in Gestis Abbatis S. Germani Autisiod. cap. 13. et passim in veteribus Tabulis, quæ habentur in Chronico S. Benigni pag. 432. 459. 460. in Chronico Besuensi pag. 562. 577. 595. in Hist. Vergiacensi pag. 44. 59. 145. Ducum Burgundiæ pag. 4. 20. 21. apud Chiffletium in Beatrice Cabilonensi pag. 42. Roverium in Reomao pag. 203. Perardum in Burgundicis pag. 88. 188. tom. 4. Spicilegii Acheriani pag. 242. tom. 8. pag. 157. etc. Vide *Comendatus*, *Comendatio* 2. *Salvataria* et *Tensamentum* in *Tensare*.

¶ SALVAMENTUM, SAUVAMENTUM, Droit de Sauvement, in Aresto Consilii Regii ann. 1582. Idem quod *Vintenum*, quo jure domini feudi percipit viciesimum fructuum in terris vassallorum, eoque tenetur muros castrorum reficere suis sumptibus ad subditos suos ab hostium incursum salvandos. Charta Guillelmi Comit. Nivernens. ann. 1165. ex Tabular. S. Germani Autiss.: *Salvamentum habet dominus Bucardus in oclis illis in quibus focus est: quæ si hospite et foco vacuata fuerint, medietatem Salvamenti in eo anno tantummodo habebit quod seminibus jactis cultæ fuerint. Omnes oclias hospite et foco vacuas carruca S. Germani libere excolit, et tunc de illis Salvamentum non habebit. Si iterum hospes ibi missus fuerit, Salvamentum similiter habebit. Salvamentum est mina avenæ in oclia, et duo denarii, et unus panis ivernagii. Si panis non erit, minus pro pane dabitur.* Martyrol. Eccl. Autiss. apud Marten. tom. 6. Ampl. Collect. col. 691: *Eodem die (pridie Idus Febr.) obiit Robertus hujus Ecclesiæ Episcopus, qui... molendinum subtus murum ab Atone acquisitum, fratribus hujus Ecclesiæ concessit, et Sauvamentum duplex a Pulverno... removit.* Obituarium ejusd. Eccles. MS. 13. sæc.: *Obitus Roberti Episcopi... debet Capitulum... pro duplici Salvamento quod dedit apud Pulvernum.* Rursum ad diem 6. Februar.: *Obitus Agnetis Comitissæ, quæ ordinatione testamenti sui super Comitem Petrum maritum suum reliquit; qui considerans devotionem et reverentiam quam decanus et canonici circa sepulturam ejus exhibuerunt, Salvamentum quod in potestatibus de Porreno et Chichiriaco habebat, tam in avena quam trossis, panibus et denariis Autissiodorensi Ecclesiæ quitavit.* Quæ quidem præstatio cum in avenis exsolvebatur, *Salvamentum avenarum* nuncupabatur; quod alibi dicitur *Avenagium*, vel *Costuma avenæ*: cum in vino, *Salvamentum de vino* vocabant, ut in Enumeratione bonorum ejusd. Capituli Autiss. 13. sæc. legitur: *Salvamentum de vino apud Merriacum.* Vide *Salvaingum*

de Usu feud. pag. 222. 231. et Choppin. lib. 2. tit. 4. pag. 95.

\* Nostris *Sauvement* et *Sauveniez*. Charta ann. 1285. ex Chartul. Pontiniac.: *Houmes qui dovent fromant, deniers et gelines de Sauvement, etc.* Pact. inter dom. de Bellojoco et capit. Autiss. ann. 1281. ex Chartul. S. Steph. Autiss.: *Li Sauveniez du vin, xxvj. muids de vin mesure d'Auzerre.*

SALVAMENTUM, Prædium ipsum, quod salvatur, vel protegitur, pagus, villa. Tabularium Prioratus de Paredo fol. 95: *Simili modo fecit et de aliis hominibus vicinis supradictis manentibus juxta Salvamentum, quod dicitur Grantmont.* Idem Tabularium fol. 102: *Dedit quoque (Hugo Comes Cabilonensis) Salvamentum quod in ipso monte est in circuitu ejusdem Ecclesiæ, et concessit atque constituit liberum eum et salvum esse perpetualiter.* [Charta ann. 980. inter Instr. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 137: *Adhuc autem donat predictus Comes (Milo) illi Ecclesiæ (S. Michaelis Tornodor.) mansos duos vestitos cum appenditiis suis in villa quæ dicitur Scissiacus cum ejus Salvamento; nisi sit præstatio, de qua paulo ante, vel ipsius loci districtus seu ambitus intra quem privilegia et immunitates continentur: qua notione accipiendum videtur.*]

¶ SALVAMENTUM, in Codice censuali Episc. Autiss. ann. circ. 1290: *Et si fuerit de suo orto, et ortum sit de Sauvamento, nihil debet.* Rursum: *Bos, vacca, aut alia bestia, si fuerit de Sauvamento Comitit, nihil debet.*

SALVATIO, Eadem notione. Historia Abbatæ Condomensis pag. 463: *Duo fratres Garsias Dat, et Guillelmus Dat, cum Ecclesiasticis suis, qui fundum Ecclesiæ jure hæreditario possidebant, omnes in unum coadunati dederunt... tali namque conditione, ut si ibi fieret Salvatio, omnes supradicti qui inibi ad manendum venirent, cæterique qui se sub ditione ipsius Salvationis ponerent, quisque pro domo sua sive cellario censum sancto Petro tres aut duos denarios singulis annis redderent.* Vide *Mensura*.

¶ 2. SALVAMENTUM, Conditio, exceptio, Gallis *Reserve*. Charta Ansbaldi Abb. Prum. ann. 867. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 185: *Utres memoratas et maucipacum tali tenore et Salvamento, usufructuario teneas et excolas, ut nullum detrimentum aut calumniam domus Dei ubi conlatæ sunt sustineat.* Vide *Salvare* 6.

¶ 3. SALVAMENTUM, vox nautica, *Sauvement*, Locus in quo naves a ventis salvantur. Miracula MSS. Urbani V. PP. ex Tabul. S. Victoris Massil.: *Venit ad bonum portum et Salvamentum.*

¶ 4. SALVAMENTUM. Ponere debitum in Salvamento curiæ, id est, pecuniam debitam deponere apud curiam, Gall. *Mettre en dépôt*, *Consigner*. Statuta Cadubrii lib. 2. cap. 55: *Quod si aliquis debitor præsentaverit suum debitum creditori, et creditor noluerit accipere, tunc dictus debitor dictum debitum ponat in Salvamento curiæ, etc.*

¶ SALVANS, Testis apud Hispanos. Vide *Salva* 1.

1. SALVARE, pro *Servare*, vel *reservare*. Testamentum Riculfi Episcopi Helenensis ann. 905: *Serindos (legendum Serinios, vel Scrinia) paria 1. ad vestimenta sacra Sal-*

*vandum.* [Statuta Mutin. rubr. 370. f. 74. vº: *Saltarii teneantur custodire et Salvare clausuras, terras, etc.* Itali *Salvare*, eadem notione, usurpant.]

\* Nostris *Estoier*, eodem significato, dixerunt. Serm. de nuptiis in Cana ex Cod. S. Vict. Paris.: *Autre gent metent avant lor bon vin et lo meillor, ... et tu as fais le contraire; car tu as Estoïé lo meillor jusca hores.* Ubi apud S. Joan. Evang. cap. 2. v. 10. legitur: *Tu autem servasti bonum vinum usque adhuc.*

2. SALVARE, Salvum et incolumem præstare. Capitula Caroli Calvi tit. 42. part. 2. cap. 2: *Ut omnes nostri fideles veraciter sint de nobis securi, quia quantum potuerimus, unumquemque secundum sui ordinis dignitatem et personam honorare et salvare, ac salvatum conservare volumus.* [Pluries occurrit.] Vide *Salvamentum*, 1.

¶ 3. SALVARE DEBITA, Solvere, nomina sua expedire, Gall. *Acquitter ses dettes*. Statuta Verceil. lib. 1. f. 13: *Item teneatur potestas mobilia que invenerit penes clavarios et alios officiales Communis esse, in debitis Communis ponere et debita Communis Salvare et expendere in negociis et utilitatibus Communis.*

¶ 4. SALVARE, De salute falso securo reddere, Gall. *Flatter fu salut*. S. Bonaventura lib. 2. Compend. Theol. verit. cap. 52: *Cavenda conscientia nimis larga et nimis stricta: nam prima generat præsumptionem, secunda desperationem; prima sæpe Salvat damnandum, secunda e contra damnat salvandum.*

5. SALVARE, pro *Salutare*, Salutem impertiri, Gallis, *Saliër*. Vita S. Cuthberti Episc. lib. 2. n. 3: *Frater autem sic vovens et perficiens, benedictus et Salvatus ab eo exiit.* [Vide *Salvatio* 4.]

¶ 6. SALVARE, Excipere, discernere, Gall. *Excepter, reserver*. Consuet. Brageiac. art. 20: *Item, existit protestatum e. protestantur, et Salvatum et Salvant, tam per dictum dominum quam per dictos Syndicos nominibus quibus supra et eorum quemlibet, quod propter hujusmodi consulatum et universitatem, quem et quam sic de novo sunt dicti habitatores habituri, dicti dominus et Syndici non intendunt renunciare nec renunciant, imo in quantum possunt sibi Salvant, etc.* *Sauver*, eadem notione, in Assisiis Hierosol. cap. 205: *Mais si celui qui fait hommage si comme est dessus dit, ou chief Seigneur a fait avant hommage ou ligesse à homme ou à femme, qui ne soit homme dou chief Seigneur, il le doit Sauver, à l'hommage faire, pource que nul qui est homme d'autrui ne peut après faire hommage à autre, se il ne Sauve son premier Seigneur.* Vide *Salvamentum* 2.

¶ 7. SALVARE, Vox fori Hispanici. Vide *Salva* 1.

\* SALVARE SE, Phrasis Gallica, *Se Sauver*, Damnum compensare, sarcire. Stat. Avenion. MSS. ann. 1243. cap. 52. ex Cod. reg. 4659: *Omnes domini furnorum conquerebantur de modica furnagia sibi statuta, et dicebant se non posse Salvare in furnis.*

\* SALVARE TESTES, Fidem testium asserre. Lit. procurat. ann. 1348. ex Chartul. 21. Corb. fol. 193. vº: *Dantes dictis pro-*



curatoribus nostris.... potestatem.... testes ex parte adversa prædictos reprobandi ac suos testes Salvandi, etc. Vide *Salvationes*.

† **SALVARIA**, Refugium, Gallis *Refuge*. Dicitur de eo quod occulte recipitur ut *salvetur*. Statutum Caroli Comit. Provinc. ann. 1278. ex Cod. MS. D. Brunet fol. 68. vº: Nullus civis Arelatis a festo S. Michaelis ultra audeat accipere bestiam extraneam in *Salvaria*, seu in fraudem in baylia sua.

† **SALVATARIA**, Quod ob ejusmodi refugium præstitum exsolvitur. Charta ann. 1178. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 196: Retineo tamen mihi feudales corroatas, et medietatem pretii *Salvatarie* bestiarum extranearum, quæ ibi advenierunt.

\* Hinc *Sauvedroit* dicitur Mulcta, quæ ab iis exigitur, qui jura debita *salvant*, id est, non solvunt, in Charta ann. 1320. ex Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 544: Item vendæ et emolumenta *justitiæ*, vocatæ *Sauvedroit*, valentis.... quadraginta libras Turon. annui redditus. Vide infra *Salvataria* 2.

† **SALVARIUM**, Locus ubi pisces *salvantur* seu servantur, nostris *Saus oir*. Charta Matthæi Abb. Fusiæ. ann. 1125. ex Tabular. S. Medardi Suession. : Possidebit *Salvarium* libere tali conditione, quod ipse (Thomas de Couciaco) sine assensu Ecclesiæ nostræ, nec Ecclesiæ nostræ sine assensu ipsius aliquod stagnum sive *Salvatorium* (sic) seu novum molendinum in territorio de *Laudoustes* de cetero facere poterimus. Hujus *Salvarie* titulus est, *Ce est li Chartre d'ou Chartre de Laudoustes*. Alia ibid. ann. 1237: *Recognovimus etiam quod nos non possumus nec debemus piscari in vivariis vel *Salvario* de *Laudousia*. Aliud esse *Salvarium* a vivario probat ejusd. Abbatis Charta ann. 1239. ex eodem Tabul. : *Licet facere repiscari pisces *Salvariorum*, si forte *Salvaria* loco vivariorum ibidem fieri contigerit. Poisson mis en Serve*, in Consuet. Nivern. tit. 26. art. 5. Vide *Salvarium*.*

\* Charta Caroli VI. ann. 1396. in Reg. 151. Chartoph. reg. ch. 201: *Que desdiz fosses et de beave de nostre riviere de Saine il (le Duc d'Orleans) puist prandre avoir et retener ce qu'il lui en convendra, pour faire faire pour lui un *Savouer* à poisson. *Savoueur* à poisson*, in alia ann. 1325. ex Reg. 64.

† **SALVASINA**, Ferina caro seu ferarum silvestrium, Gall. *Sauvagine*, Ital. *Salvagina*. Statutum Massil. lib. 1. cap. 49. § 3: *Item, statuimus quod aliquis extraneus vel civis non possit vendere... carnes recentes nisi in macello Communis, vel macello tholonei, exceptis *Salvasinis*, et exceptis carnibus prohibitis quas licet vendere in boccaria*. Statuta Astens. cap. 99. fol. 35: *Ordinatum est quod aliqua persona non audeat emere extra civitatem Asten. prope civitatem per tria miliaria infrascripta victualia, scilicet aliquam *Salvasinam*, pullo, caseum, etc.* Statuta Mont. Regal. fol. 280: *Item statutum est quod pisces recentes et aliæ *Salvasinæ* teneantur ad vendendum, ut infra.... Omnes piscatores et venatores teneantur apportare omnes pisces et *Salvasinas*, etc. *Salvasina cassà*, in vet. Inquesta apud Columbum in Episc. Vasion. lib. 2. num. 26. 29: *Chasse**

*sauvagine*. Vide *Salvago*, *Salvaticina* et *Sylvaticus*.

\* *Sauvegiuc*, in Diar. Petri Scatise inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 7. col. 1: *Pour faire provision de *Sauvegines* et d'autres choses pour le digner*.

† 1. **SALVATARIA**, Præstatio a tenentibus facta dominis, pro tutela ac protectione personarum ac rerum suarum. Charta ann. 1262. ex Schedis Pr. de *Mazaugues*: *Item actum est quod si dominus Comes vel aliquis ejus nomine aliquod homagium, vel fidelitatem, vel *Salvatariam* receperit ab hominibus Hospitalis prædictorum locorum, ... illud homagium, vel illam fidelitatem seu *Salvatariam* desamparant libere ac remittunt. Pactum inter Jacobum Aragon. Reg. et Berengarium Magalon. Episc. ann. 1272: *Excepto uno modo hordei annualis quod habitatores dictæ villæ de Muro veteri.... solvere tenentur ac teneantur in Montepessulano, pro *Salvataria* eidem domino Regi domino Montispessulani*. Vide *Salvamentum* 1. Alia notione occurrit in *Salvaria*.*

\* 2. **SALVATARIA**, Exemptio, immunitas, quæ tutela et protectione obtinetur. Charta ann. 1337. in Reg. 71. Chartoph. reg. ch. 21: *Tenebuntur iidem commissarii.... posse suum facere, quod dicta impositio bene et fideliter levabitur et persolvetur, et quod fraus vel dolus aut *Salvatarie* circa hoc minime committentur, ... prohibetur etiam voce præconia, ne quis fraudem aut *Salvatariam* in præmissis committat*. Vide supra *Salvaria* et mox *Salvataria*.

\* **SALVATELLA**, Pellicula involvens cerebrum. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521.

\* **SALVATERIA**, ut supra *Salvataria* 2. Charta consul. Montispessul. ann. 1361. ex Cod. reg. 8409. fol. 32. rº: *Quandiu dictus Petrus præerit officio, sit liber et immunitus ab omnibus talliis.... in dicta villa indictis et indicendis. Et dictus magister Petrus juravit non facere *Salvatariam*, nec aliqua a prædictis facere libera, nisi sua propria et sine fraude*.

† 1. **SALVATERRA** dicta Massiliæ campana, cujus sono monebantur incolæ ut intra ædes suas, nocte adventice, sese reciperent, sicque a furtis nocturnis *salvarentur*, unde vocis etymon. Statuta Massil. lib. 5. cap. 4: *Statuimus... quod nullus de cetero vadat per civitatem Massiliæ, vel suburbii civitatis contigua de nocte, ex quo campana quæ dicitur *Salvaterre* sonata fuerit, sine lumine*.

\* 2. **SALVATERRE**, Gladii species, acinaces, Gall. *Sauveterre*. Joan. Chartier in Carolo VII. pag. 272: *Sauveterres ou cimenterres, qui sont maniere d'espées à la Turque*.

† **SALVETERRE**, Gall. *Sauveterres*, appellata quædam castella munita quod incolas salvos ab hostium incursionibus præstarent. Vide *Valesium* Notit. Gall. pag. 499. et infra *Salvitas*.

**SALVATGE**, Salvamentum, salvus conductus, protectio, tuitio. Jacobus I. Rex Aragon. in Constitutionibus Catalanæ MSS: *Item statuimus quod nos nec aliquis alius homo domus alicuius joculari, vel joculariæ, sive Soldatarie, sive Militi, *Salvatge*, sed nos vel alius nobilis possit*

*eligere, et habere ac ducere secum unum joculariorem, et dare sibi quod voluerit*.

\* Hæc emendata videsis supra in *Miles salvatge*.

† **SALVATICINA**, Italis etiam *Salvaticina*, ut supra *Salvasina*. Statuta Vercell. lib. 3. fol. 75. vº: *Item quod becharii civitatis Vercellarum non debeant nec possint emere vel vendere aliquas *Salvaticinas* in civitate, nec districtu civitatis Vercellarum*.

† **SALVATIZINA**, Eadem notione, in Chron. Placent. Johann. Demussis apud Murator. tom. 16. col. 581: *In cænis dant in hyeme zelatinam *Salvatzinarum*, et capponum, et gallinarum, et vitelli, vel zelatinam piscium*.

**SALVATICUS**. Vide *Sylvaticus*.

\* **SALVATICUS**, Panni species, in Stat. Orviet. ann. 1491. apud Cl. V. Garamp. in Dissert. 7. ad Hist. B. Chiare inter notas pag. 231.

† 1. **SALVATIO**, Salus, vita æterna; *Salut*, eadem notione, usurpamus. Concil. Ovetense inter Hispan. tom. 3. pag. 159: *Et ante sæcula ad fidelium *Salvationem* præciscit*. Synodus Constant. ann. 1416. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 71: *Et ideo quantum nobis ex alto permittitur eos ad salutem atque *Salvationem* perducere viis et modis congruentibus jam diu laboravimus*. Occurrit passim apud Asceticos Scriptores. *Sauvement*, eodem significato, in Charta ann. 1433. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britann. col. 1027: *Desirante pourvoir à nostre ame de salut convenable et ordener des choses de quoy nous devons et suymes tenuz ordener pour nostre *Sauvement*, etc.*

† **SALVATIO**, Salus, incolumitas. Charta Ludovici Pii ann. 814. inter Probat. tom. 1. Histor. Occitan. col. 41: *Et ubicunque advenerint, per vos *Salvationem* et defensionem habeant*. Capitula Caroli Calvi tit. 19. § 1: *Quod vobis consilium donaverint ad nostri senioris fidelitatem et vestram *Salvationem*, voluntarie faceretis*. Rursum occurrit tit. 26. tit. 35. § 8. etc.

† 2. **SALVATIO**, Immunitas data loco, vel Ecclesiæ, aut Monasterio. Charta ann. 1945. inter instrum. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 105: *Sunt autem termini ejusdem, quos omnium decrevimus esse *Salvationem*, et una parte, etc.* Charta Gotafredi Magalon. Episc. ann. 1098. apud Stephanot. Antiquit. Benedict. Claromont. MSS. pag. 363: *Gotafredus Magalonensis Episcopus... constituerunt et laudaverunt, et dederunt ad Ecclesiam S. Vincentii sexaginta passum pedum versus omnes partes, et fecerunt *Salvationem*, et posuerunt terminos, etc.* Charta ann. 1146. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occit. col. 515: *Hoc autem facio causa *Salvationis* monasterii prænominati S. Johannis, et omnium eorum quæ ad ipsius possessionem pertinent*. Vide *Salvitas*.

† 3. **SALVATIO**, Prædium ipsum quod *salvatur* vel protegitur. Vide in *Salvamentum* 1.

† 4. **SALVATIO**, pro *Salvatio*, eadem certe notione, in Consuet. antiquit. Canon. Regul. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1219: *Quod si forte aliquis jussu Abbatis *Salvationem* Episcopi vel Abbatis capi-*



tulo præsentaverit; humiliant se, pro Episcopo quidem ponendo manus usque ad terram; sed ad Salvationem Abbatis inclinent se tantum. Quo spectat S. Wilhelm. in Constit. Hirsaug. lib. 1. cap. 56: *Quasdam vero legationes minores quidem non stando, sed quando sibi visum fuerit, sedendo dicit... Episcopis, et Abbatibus, ... ad Ducibus hæc exhibenda est reverentia, ut tantum Salutationes eorum a stantibus, cætera autem sedentibus dicantur.* Vide *Salvare* 5. *Salutem* mandare post *Salus* 4.

† SALVATIONIS BREVE, Litteræ quæ navigantibus concedebantur. Vide *Brevetus* pag. 774. col. 3.

† SALVATIONES, Gall. *Salvations*, vox forensis, Adversæ infirmationis refutatio. *Arestum* Parliamenti ann. 1484. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 236: *Titulis et munimentis partium predictarum contradictionibus litterarum et Salvationibus eorundem.* Aliud ann. 1531. inter Privil. Ordin. S. Johan. Hierosol. pag. 252: *Hinc inde contradictis etiam et Salvationibus respectione traditis et productis, ac tandem in jure impunitatis.* Vox etiam in reddendis rationibus usurpata, qua significantur scripta ad tuendas debiti et expensi rationes prolata. Vide *Consuet.* Hannon. cap. 64. 68. et supra *Salva* 1.

† SALVATIZINA. Vide *Salvaticina*.  
1. SALVATOR, in Gloss. Lat. Græc. Σωτήρ. Ita Jesus Christum passim vocant SS. Patres, etsi vocem parum Latinam censeant nonnulli. Sed eos a calumnia liberat Paulus Manutius in hæc verba Ciceronis in Verrem orat. 2: *Eum non solum Patronum istius insulæ, sed etiam Sotera inscriptum vidi Syracusis. Hoc quantum est? Ita magnum, ut Latino verbo exprimi non possit: is enim Soter, qui salutem dedit. Ubi Manutius: Soter Græcum nomen esse, et eum significare, qui salutem dedit, ipso constat interpretare Cicerone: quo patet communis error eorum, qui Jesum Christum, cæcus immortalia merita nullo satis uno verbo exprimi Latine queunt, Servatorem appellant; aliud enim est servare, aliud salutem dare: servat is, qui ne salus amittatur, aliqua ratione præstat: salutem dat, qui amissam restituit.* Sane habetur vetus Inscriptio, in qua Jupiter Salvator dicitur: *Jovi custodi Quirino Salvatori pro salute Cæsaris Nervæ Trajani Aug. Col. Sarmiz.* Marius Mercator lib. Subnotat. cap. 8: *Ut vere et proprie Christus sit eis etiam Jesus, quod in Latinum eloquium Salvator exprimitur.* Sedulius lib. 1. de Christo, ut cæteros præteream:

Sic delicta fugans Salvator nostra gerendo Tersit, et a tactu procul evanescere jussit.

Vide Julium Nigronium in Regulas Societatis Jesu, ubi dissertationem hac de re instituit, ut et Olauum Borrichium lib. de Lexicis Latinis, et lib. de Variis linguæ Latinæ ætatibus.

2. SALVATOR, Dominus, qui salvamentum (de quo supra) percipit. Chronicon Besuense pag. 595: *Hago qui pro salvamento Crilliensis villæ, Salvator dicebatur.* Charta Aganonis Episcopi Augustod. in Tabul. ejusd. Eccles. : *Deinde quidquid illis injuste a præfato cognovimus fuisse superpositum... irritum fecimus.* Charta Alani

Episc. Altisiodor. ann. 1166. in Tabular. S. Hilarii Magni Pictavens. : *In terris et nemoribus S. Hilarii, de quibus idem Gibaudus tunc temporis Salvator erat. Et infra: Si forte sui homines aliquam feram ceperint in terra S. Hilarii, medietatem debet habere Abbas, et aliam Salvator. Homines S. Laurentii pro nalla re messes Salvatori, neque suis servantibus, nec aliquid pro pastu dant, neque dare debent.* Alia Ricardi de Dampetra ann. 1247. in Tabulario Feodorum Eccles. Lingon. : *Ita quod dictus W. Salvator, et dominus Pontius de Domno Martino erunt inde homines Episcopi.* Tabular. S. Germani Prætenis: *In festo S. Bartholomæi persolvunt homines de Pirodo Salvamentum suum hoc modo: ipso die debet venire ministerialis Salvatoris cum rectamina ejusdem villæ, et recipere consuetudinem domini sui.* Tabularium Archiepiscopatus Arelatensis, circa annum 1115: *Reddiderunt et dimiserunt eis Salvatores qui fuerunt de genere Sacerdotali, et omnes fivales, (feudales) sed in Salvatoribus retinuerunt 18. denarios pro censum.* Ubi nescio an hoc loco salvatores non sint ipsi qui salvamentum reddebant, tenentes.

\* 3. SALVATOR. Liber de Mirab. Romæ ad calcem Ordin. Rom. ex Cod. reg. 4188: *Qualiter milites accipiebant a senatu donativa sua per saccellarium, qui administrabat hoc; quæ omnia pensabat in statera autem (sic) quod darentur militibus: ideo vocatur Salvator de stratura.* Leg. de statera.

† 1. SALVATORIA, Tutela, protectio. Charta Guillelmi de Baux Principis Araus. ann. 1202. ex Schedis Præs. de Mazaugues: *Insuper recipimus in nostra Salvatoria, et securitate, protectione, et appartenentia dictam domam S. Trinitatis Mussiliæ.* Vide supra *Salvamentum* 1.

\* 2. SALVATORIA, Præstatio a tenentibus facta dominis pro tutela ac protectione personarum et rerum suarum. Charta Phil. Pulc. ann. 1304. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 106: *Donamus quicquid juris habemus.... in villa S. Pauleti.... in censibus, Salvatoriis, terris, fructibus, etc.* Vide *Salvatoria* 1.

1. SALVATORIUM, Vivarium piscium. Charta Henrici Archiepisc. Senonensis ann. 1257. apud Sammarthanos: *Tempore etiam regaliū utentur Rex et successores piscibus fossatorum et Salvatoriorum ad dictum narium spectantiam, eo modo quo piscibus aquarum ad dicta Regalia spectantium tempore Regaliū uti debent.* Alia ann. 1280. ex Tabulario Fossatensi fol. 139: *Camjardino, fossa, sea Salvatorio piscium. Poisson en Sauvair est meable partable,* in Arresto ann. 1279. in Regesto Parlamenti B. fol. 51. [Vide *Consuetud.* Paris. art. 91. *Salvarium* et *Servatorium*.]

† 2. SALVATORIUM dicitur de Monasterio ubi quis a mundi periculis tutus salvatur seu servatur. Vita S. Bernardi inter ejusdem Opera tom. 2. col. 1202: *Quos ille proptinus de mandi periculo, tamquam de marinis fluctibus extractos, et vehiculis conductis impositos in Salvatorium Clarcevallis inferre non distulit.*

† SALUCIUS, Nummus aureus Francicus, vulgo *Salut.* Vide in *Moneta regia.* Processus de B. Petro de Luxemburgo tom.

1. Julii pag. 622: *Sexcentos Salucios auri acceperat.* Vide *Salas* 3. et *Salutia*.

† SALUDADOR, vox Hispanica, Præstigiator, incantator. Conc. Mexic. ann. 1585. inter Hispan. tom. 4. pag. 373: *Nemo itidem in posterum eorum officium exerceat, qui per verba aut per benedictionem mederi morbis dicuntur, Hispanice Saludadores, Ensaldadores o Santiguadores nuncupati.*

\* SALVE, Tute, nostris *Sauvèment.* Charta Jacobi I. reg. Aragon. ann. 1232. ex Chartul. Campan. fol. 549. col. 2: *Sui bestiarum et ganati franche et libere et Salve et secure pascantur.* Constit. Jacobi II. reg. itidem Aragon. ann. 1321: *Quod possit venire, stare et redire Salve et secure per loca nostra, etc.* Lit. remiss. ann. 1414. in Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 63: *Quant tu seras en ta maison et cuideras estre bien Sauvèment et seurement, etc.* Vide *Salvo* 2.

SALVE REGINA, Sequentia, quam composuit Petrus Episcopus Compostellanus, ut auctor est Durandus lib. 4. Ration. cap. 21. Quando is vixerit, non comperi: sed istius sequentiæ, ut et alterius *Alma Redemptoris*, etc. meminisse videtur Abbo lib. 1. de Bellis Parisiacis vers. 332:

Pulchra parens Salve domini, Regina polorum, etc.

† Ordini Prædicatorum acceptum refert tota fere Ecclesia usum cantandi *Salve Regina* post Completorium: quod Parisiis in domo S. Jacobi ortum habuisse circa ann. 1220. docet Brevis Hist. Conventus Paris. Fratrum Prædicator. apud Marten. tom. 6. Ampl. Collect. col. 551: *Ideo ordinatum est in quodam capitulo generali, ut pro conservatione et prosperitate ordinis, ita laudabilis processio in conventu isto incepta per totum ordinem fieret, ad quam fratres omnes cum devotione insinul convenirent; et in hoc postea multi imitati sunt fratres, Salve Regina eorum modo cantantes.* Huic instituto originem præbuere horrendæ diaboli visiones variæque afflictiones quibus fratres vexabatur; quas statim fieri desiisse, atque institutum pluribus, et quidem manifestis signis, approbasse sacram Virginem, testis est laudatæ Hist. Auctor, quem consulere licet, cui hæc placent. Vide de *Moleon* in Itin. Liturg. pag. 194.

\* SALVESIA, SALVEYSIA, Tutela, protectio; interdum et Præstatio pro tutela. Pact. inter Carol. I. comit. Prov. et monach. Insulæ Barb. ann. 1262: *Quod alius nullus possit habere, levare seu acquirere aliquam gardam seu Salvestiam in dictis locis, castris vel hominibus ditorum castrorum.* Ibid.: *Quod dictus dominus comes seu ejus successores non possint vassallos dicti domini abbatis et monasterii recipere in garda seu Salvestia sua, nec eos manuteneri contra predictum abbatem vel monasterium.* Vide *Salvestia*.

\* SALVESIUM, Eodem intellectu. Charta ann. 1248. ex Reg. comit. Tolos. in Cam. Comput. Paris.: *Ex causa protectionis predictæ seu Salvestio constituo vobis domino Raynundo comiti Tholosano... annum censum dimidiæ marchæ sterlingorum, videlicet vj. sol. et viij. den. sterlingorum bonorum et legalium.* Vide *Salvamentum* 1.

† SALVETAS. Vide *Salvitas*.

† SALVEZIA, Commodum, tuitio, cu-



stodia, Gall. *Conservation, garde*. Charta ann. 1321. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 192. col. 1: *Quin etiam predictus D. Hugo facit et constituit virum nobilem D. Humbertum de Chulay militem castellanum suum castrorum Bellifortis, Flumeti... tenendorum per dictum D. Humbertum ad salveziam dicti dom. Fucigniaci*. Ibidem infra: *Ad salvum et commodum ipsius dom. Fucigniaci*.

† 1. **SALVIA**, Mensura vinaria; nisi mendum sit pro *Salma*, in Charta ann. 1220. apud Stephanot. tom. 1. Fragm. Hist. MSS: *Ebolus Vicecomes de Ventadorio assignavit de foresto x. modios siliginis, xii. Salvias vini, et v. solidos annuatim recipiendos*.

\* 2. **SALVIA**, quasi *salvans vitam*, Sauge Gallice. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521. Chron. Joan. Vitodur. in Thes. hist. Helvet. pag. 4: *Cistum pretiosum optimo vino repletum cum Salvia*.

† **SALVIARIA**, perperam pro *Salinaria*, in Vocabul. utriusque Jur.: *Salviaria dicuntur ea quæ dantur pro sale. Etiam dicuntur postoria*.

\* **SALVIARIUM**, Locus, ubi *salvia* abundat. Glossar. jam laudatum 521: *Salviarium, Saugier Gallice*.

† 1. **SALVIATUM**, Leguminis species. Cereemoniale MS. Eccl. Vivar. ann. 1360: *Die vero Veneris cicera rubea, et die Sabbati Salviatum comedebant*.

\* 2. **SALVIATUM**, *Sageis*, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120. Aliud Gall. Lat. ex Cod. 7684: *Salvatus, Saugie, un brusage; a salvia, sauge, Vin nouvel Saugé*, *salvia* conditum, in Lit. ann. 1359. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 255. art. 18.

\* **SALVICARE**, *Salvum* facere. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Salvicare, fere sauf*.

† **SALVICINA PRATA**, *Salinaria*, ni fallor, Gall. *Marais Salans*: unde *Salaricia* legendum puto. Vide *Salaricia* terra. Diploma Willelmi Ducis Aquit. ann. 1026. inter Instr. tom. 2. novæ Gall. Christ. col. 268: *Concedo... alteram (villam) que vocatur Solaco... cum marisco, et cum montaneis, cum pineta, cum piscatione, cum cuncta prata Salvicina capiente*.

† **SALVIETA**, *Mantile*, Gallice *Serviette*. Statuta Card. Trivultii pro Monast. S. Victoris Massil. ann. 1531: *Elemosinarius tenetur providere de mappis, Salvietis et vasibus seu bacis ad lavandum pedes pauperum*.

† **SALVIFICARE**, *Salvum* facere, apud Vulg. Interpr. Johan. 12. 27. et in Translat. S. Jacobi tom. 3. Concil. Hispan. pag. 123. Godefridi Viterb. Pantheon apud Murator. tom. 7. col. 442:

Nam puero pueri pietate volunt misereri,  
Judicio celi Salvificandus erit.

\* Charta Odon. episc. Paris. ann. 1204. ex Chartul. ejusd. episc. fol. 53. vº: *Omnes autem possessiones predictas dictus Guibertus capellanus garantire et per omnia Salvificare tenetur*.

† **SALVIFICATIO**, σωτηρία. Gloss. Lat. Gr. **SALVIFICATOR**, *Salvator*, apud Tertull. de Pudicit. cap. 2: *Salvificator (Deus) omnium hominum, et maxime fidelium*. Vide *Salvator* 1.

\*\* **SALVIFLUUS**, *Salutem effundens*. Johann. Erig. Scot. carm. 2. vers. 2. in Maii Classic. Auctor. tom. 5. pag. 429:

Aspice prælarum radiis solaribus orbem,  
Quos crux Salvifluis spargit ab arce sua.

† **SALVIGARDIA**. Vide *Salvagardia*.

† **SALVINCA**, ut *Salvinca*, quomodo etiam forte legendum est. Gesta Tancredi apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 162:

In spem vivendi currunt ad opes, moriendi  
Lethiferos gustus, ut sunt Salvinca, cicuta,  
Elleborum, lapau, lolium, zizania mandant.

**SALVIOR**, Comparat. ex *Salvus*. Capitula Caroli M. lib. 6. cap. 285. [\*\* 370.]: *Sed magis eis, si Dominus posse dederit, augere desideramus, ut et ipsi, et vos, et nos Salviores simus, et Deo potius, ipso adminiculante, placere mereamur*.

† **SALVISTRUM**, mendose pro *Salpistrum*, vel quid simile, *Salnitrum, Salpêtre*. Litteræ Richardi II. Reg. Angl. ann. 1380. apud Rymer. tom. 7. pag. 233: *Unam pipam pulveris Salvestri, etc. Vide Salpêtr.*

**SALVITAS**, Immunitas data loco vel Ecclesie aut Monasterio a Principibus. Tabularium Monasterii de Regula fol. 39: *Sint igitur isti Monachi in subjectione Regis, ad locum Salvum faciendum, non etiam ad aliquod persolvendum. Quæ quidem salvitas suis limitibus constabat, ut multis docuit*

Marca lib. 5. Histor. Beneharn. cap. 13. n. 3. ut et Catellus in Hist. Tolosanapag. 194. Ἡ τῶν ἑρῶν ἀσφάλεια, in Nov. 17. Justiniani cap. 7. Vide *Dextri*. Charta ann. 1132. apud eundem Catellum lib. 5. Rerum Occitanarum pag. 786: *Qui præsentibus erant Episcopi locum ad eandem Salvitatem circumeundo designaverunt, et ejus continentiam crucibus infixis terminaverunt. Quæcunque igitur persona, quicquid infra easdem cruces continetur, invaserit, prædatus fuerit, aut vexationibus fatigaverit, vel ad hoc consilium seu auxilium ministraverit, ita ut vel incolam vel peregrinum, sive omnino aliquem in præfata Salvitate læserit, aut quicquam abstraxerit, ex auctoritate P. C. T. SS. anathematizati erunt, etc. Charta Guillelmi Ducis Aquitanie ann. 1027: *Concedo ad Basilicam S. Crucis Burdegale Salvitatem illius loci, et allodium liberum, et villam S. Macarii, ubi ipse B. Macarius... requiescit*.*

Tabularium S. Petri Generensis: *Gasto Vicecomes Beharnensis juravit Salvitatem in Castello cum omnibus sui Vicecomitatus optimatibus*. Idem Vicecomes in Tabulario Palensi: *Juravit libertatem et Salvitatem ipsius Ecclesie, et securitatem omnium hominum, et rerum cunctarum, quæ ad Monachos pertinent*. Charta ann. 1150. apud Catellum in Comitibus Tolosanis pag. 218: *Qui scienter occidit hominem injuria, non defendat eum Ecclesia, neque claustrum, neque Salvitus*. [Charta Alexandri III. PP. ann. 1167. in Append. ad Marcam Hisp. col. 1347: *Insuper etiam omnes Salvitates, quæ a multis retro temporibus in villa quæ conjuncta est monasterio vestro et in terminis ejus rationabiliter constitute sunt, præcipimus perpetuo inviolabiliter observari... prohibentes ne quis Salvitates et securitates ipsas, quæ pro communi utilitate monasterii et hominum constitute sunt, ausu temeritatis infringat*.] Edictum Nunonis Sancii D.

Rossilonis de Treuga tenenda ann. 1217: *Item emunitates et Salvitates Templi et Hospitalis Hierosol. sub eadem pace constitutus. Statutum tamen quod de cætero domus Templi et Hospitalis vel alius venerabilis locus religiosus non recipiat novas Salvitates sine consilio D. Episcopi et Vicarii nostri*. Concilium Rolliacense ann. 1258. cap. 2: *Infringunt Ecclesias, et violant Salvitates, etc. Charta Hugonis Bruni, Comitis Marchiæ pro libertatibus Bellaci, in Regesto Inculismensi Cameræ Comput. Paris. pag. 36: *Cum concordassent inter se, et etiam juramento firmassent consuetudines et Securitates castri et villæ de Belac se fideliter observaturos, et metas et terminos possissent, infra quos omnes homines, Milites, clientes, burgenses, rustici securitatem haberent... eodem modo consuetudines et Securitates et metas et terminos eosdem, infra quos nullus, qui jus facere velit et possit, capiatur. Metæ videlicet et termini sunt isti**. V. Bannus sacer pag. 568. col. 1. et *Salvatio* 2.

† **SALVITAS**, Eadem notione. Charta ann. 1015. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 169: *Et facio hoc propter amorem Dei, et S. Petri, et S. Mariæ et S. Geronti, et propter emendationem de Salvitate quam infregi, quando Bernardum apprehendi*.

\* Unde nostris *Salveté*, pro Pagus, villa, districtus, intra fines ejusmodi immunitatis. Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 174: *Jehan Chays de la Salveté ou bailliage de Velay*. Hinc *Sauvatier*, pagi incola, vel qui præstationem pro tutela domino debet. Lit. remiss. ann. 1468. in Reg. 197. ch. 66: *Guillaume Sit Sauvatier ou serviteur du seigneur de Canac, etc. Vide in Salvamentum 1. Saiveté, idem quod Tuitio, securitas, in Charta Caroli V. ann. 1378. ex Tabul. Regniac.: *Il ont fait édifier ung hostel ou maison à leurs despens, pour mettre eulx et leurs biens, familiers et serviteurs à Sauveté**.

† **SALVITAS**, Castrum, cujus munimentis ab externa vi defendi et *salvari* possunt incolæ. Charta ann. 1228. inter Inst. tom. 2. novæ Gall. Christ. col. 288: *Datum apud Salvitatem Laurimontis, etc. Vide Salvaterra*.

† **SALUM**, *Mare, Sic*, in Gloss. Lat. Græc. Charta Pipini II. ann. 762. apud Calmet. inter Probat. tom. 1. Hist. Lothar. col. 275: *Hunc beatus Petrus ex hujus mundi Salo, hamo fidei ad tranquillum sanctæ Ecclesie transtulit portum*. Latinis notior vox pro ora maris, tametsi pro mari usurpat Virgilius.

† **SALUMEN**, Ital. *Salume*, *Salsamentum*, Gall. *Saline*. Conventiones civitatis Saonæ ann. 1526: *Item pro piscibus salsis, sive Saluminibus, ac etiam recentibus, coctis, etc.*

1. **SALVO**, Præter, quomodo nostri *Sauf* dicunt. Martinus Didacus *Daux* Justitia Aragon. lib. 1. Observantiar. Regni Aragon.: *Habentes cavallerias, ubique tenentur servire Domino Regi, Salvo in mari, etc.* [Saus et sauve olim nostris. Charta ann. 1260. apud Lobinell. tom. 2. Histor. Britan. col. 402: *Sauve nostre foi vers nostre seigneur le Roy de France, des fiez et des terres que nos tenons et tendrons de lui, et Saus ses services deux, etc.*]



\* *Alias Sals et Salve.* Villehard. paragr. 43 : *Ensi fu la ville rendue en la merci le duc de Venise, sals lor cors.* Charta ann. 1247. ex Chartul. 21. Corb. fol. 95 : *Salve la Cristienté de Péglise devant dite et ce qui appartient à la Cristienté, et Salves les dismes et sauf ce que canques li home du pont de Thanes ont hors de leur manoirs.*

† 2. **SALVO**, Diligenter, tute, Gall. *Seurement, en Seureté.* Charta Henrici III. Reg. Angl. ann. 1219. apud Rymer. tom. 1. pag. 228 : *Teneantur in prisona nostra, et Salvo custodiantur.* Alia ejusdem Reg. ann. 1255. ibid. pag. 562 : *Noveritis nos dedisse... nostrum Salvum et securum conductum veniendi ad nos... Salvo morandi et Salvo redeundi ad partes suas quo voluerint.* Rursum alia ann. 1260. ibid. pag. 713 : *In veniendo ad nos, in regnum nostrum ubicumque, et ibidem moram Salvo et secure contrahendo, ac libere, Salvo et secure in regnum suum revertendi, etc.*

\* **SALVOSA**, Tuitio, custodia, protectio. Charta ann. 1251. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 491 : *Recipiuntur in defensione nostra et guidagio et Salvosa vos et omnes et singulos officiales dietæ monetæ.* Vide supra *Salvesia*.

\* *Remettre une espée en Sauf, Gladium mittere in vaginam,* in Lit. remiss. ann. 1399. in Reg. 154. Chartoph. reg. ch. 494 : *Icelluï Drouet sachia son espée, auquel l'exposant dist, Drouet, remes ton espée en Sauf.* Tum enim ab ea quisque salvus est.

† **SALURA**, Mensura aridorum, in Informat. pro passagio transmar. ex Cod. MS. Sangerman. : *Item portabit (navis de tribus copertis) MENEM. Saluras bladi et plus.* Haud invitus *Salmas* restituendum putarem, in *Salsarium* eadem occurreret notione. Vide *Salsarium* 2.

1. **SALUS**, Græcis σαλός, Stultus. Hinc sancti quidam διὰ τὸν Χριστὸν σαλοὶ appellati, quod ὑπερίαν simulando, pietatem insignem hoc stultitia velo pro Christo occultaverint. In iis Græci memoriam colunt in Menæis S. Symeonis 21. Julii, et S. Theodori 25. Februar. Adde Evagrivm lib. 4. c. 33. 34. etc. Palladius in Hist. Lausiaca cap. 42 : Ἰμεῖς ἐστὲ σαλοὶ, ubi vetus Interpres : *Vos estis fatuæ.* Vide Glossar. med. Græcit. col. 1328.

2. **SALUS**, ita Baptismi Sacramentum appellat Christiani. Lexicon Græc. MS. Reg. cod. 2062 : Βάπτισμα, ἄφαισις ἀμαρτημάτων δι' ὕδατος καὶ πνεύματος. S. Athanasius Orat. in S. Pascha edit. Combefisii pag. 537 : Ἐνέχυρον τῆς ἐν οὐρανῷ διαίτης baptismata vocat. S. Augustinus contra Pelagian. lib. 1. cap. 24 : *Optime Punici Christiani baptismum ipsum nihil aliud quam Salutem, et Sacramentum corporis Christi nihil aliud quam Vitam vocant.* Idem de Urbis excidio cap. 6 : *Baptismum extorquebat quisque a quo poterat. Non solum in Ecclesia, sed etiam per domos, per vicus ac plateas Salus Sacramenti exigebatur.* Salvianus lib. 6. de Gubernat. Dei : *Tenemus synbolum, et evertimus, confitemur munus Salutis pariter et negamus. Ac per hoc ubi est Christianitas nostra, qui ad hoc tantummodo Sacramentum Salutis accipimus, ut majore postea prævaricationis scelere peccemus? Salutarem baptismum*

*consequi, apud Luciferum Calar. lib. 1. pro S. Athanasio. Rupertus Abbas in Vita S. Heriberti Archiep. Coloniensis n. 231. de Baptizato : Tradidit Sacramentum Salutis, non personæ intendens, sed creaturæ formatæ ad imaginem Dei.*

3. **SALUS**, et **SALUT**, Nummus aureus in Francia ab Henrico V. Rege Angliæ cusus, sic dictus quod in ea efficta esset Annunciationis Deiparæ seu salutationis Angelicæ figura. Occurrit in Chronico sub ann. 1420. [Vetus Instr. inter Acta SS. tom. 1. Maii pag. 64 : *Et promittuntur pro pretio viginti tria scuta in Saluts, tastarts et besonds solvenda.* Testam. Philippi Boni ann. 1441. apud Miræum tom. 2. pag. 1260 : *Possint quotiescumque velint id onne a dicto nostro Cancellario ejusque heredibus summa decem millium aureorum, Salus dicatorum... redimere.* Ibid. pag. 1261 : *Legamus.... genuinam valoris 100. aureorum, quos Salus vocant, in memoriam nostri.*] Vide *Moneta, Salucius* et *Salutia*.

\* Charta ann. 1443. in Suppl. ad Miræum pag. 189. col. 2 : *Levabit unum denarium aureum, vulgariter Saluyt, monetæ regis Franciæ nuncupatum.*

† 4. **SALUS**, Preces vespertinæ, vulgo *Salut*, apud Robert. Goulet in Compend. Jur. Universit. Paris. Statuta Collegii de Monte-acuto ann. 1501. apud Lobinell. tom. 5. Hist. Paris. pag. 734 : *Similiter, si Saluti serotine deesset, nocturnis matutinis, vel horæ tertiæ,.... mulctaretur pœna.*

† **SALUTEM** ET **APOSTOLICAM BENEDICTIIONEM**, Formula in Epistolis Summorum Pontificum a Gregorio VII. primum inducta, non a Cleto ut falso olim credebatur; ac demum ab exeunte sæculo XI. in brevibus epistolis, seu rescriptis tantum usurpata. Vide Johan. Garnerium ad Diurnum Rom. Mabill. lib. 2. Diplom. cap. 2. num. 20. et alios.

**SALUTEM MANDARE**, *Salutare.* [Capitul. Caroli Calvi tit. 20. § 1 : *Mandat vobis senior noster Salutes.* Rursum tit. 20. §. 1.] Bernardus Monachus in Consuetud. Cluniacensib. MSS. cap. 1. de Abbate : *Cum alicubi longius a Monasterio moram faciens, mandat Conventui Salutes, seu orationes, qui in Capitulo fuerint, petunt venias super genua in scabellis pedum suorum.* [Vide *Salvatio* 4.]

**SALUTES**, Eulogiæ, xenia, excenia, seu præstationes, quæ fiebant ultra debitum censum, aut debitam pensitationem, statutis temporibus, sic dictæ, quod qui eas deferebant dominis, *salutem* iis cum ejusmodi xenis impertirentur. Chartæ Parensales for. 24 : *Nos et nostri servientes vestri, in Domino vobis dirigimus Salutes.* Chronicon Casariense lib. 4 : *Illi autem quos in turre posuerat.... prætereuntes deprædabantur, missas rapiebant Salutes.* Tabularium ejusdem Monasterii ann. 1140 : *Promisit in uno quoque anno duas maximas Salutes de piscibus facere.* [Charta ann. circ. 1139. in Addit. ad Chron. Casaur. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 1008 : *Salutes in festis, sicut alia persona servilis, persolvit et portat.*] Petrus Diac. Casin. lib. 4. cap. 53 : *Ut laberet inde omnem redditum.... præter consuetas Salutes.* Bulla Honorii III. PP. : *Universi habitatores castri*

*prædicti tenentur præstare annuatim infrimariæ Casinensi Salutes infrascriptas, videlicet gallinam, et 2. panes, et unum pastillum, vel loco pastilli, unam gallinam, et 12. ova in Nativitate Domini.* Falco Beneventanus pag. 113 : *Terraticum, olivas, vinum, Salutes, nec ullam dationem de vineis, terris, etc.* Charta Rogerii Regis Siciliæ ann. 1137. apud eundem pag. 315 : *Redditus, Salutes, angarias, terraticum, etc.* Inscriptio sepulchri S. Benedicti Episcopi Albingaun. edita ann. 1409. apud Ughellum :

... Et egenis quascunque Salutes  
Concedebat enim munitus amore superno.

Sueno in Hist. Danica cap. 5 : *Missi sunt itaque legati qui... reginam convenirent, pariterque Salutes perferrent Imperatoris, et simul ejus donaria regique munerum offerrent.* Ex his colligi posse videtur, quid sit *salus*, in Canonibus Hibern. lib. 33. cap. 5. cujus lemma his verbis concipitur : *De modo quo reddet debitor Salutem rate.* Id est, quo modo debitor debiti præstationem faciet. Vide infra *Salutatio* 3. et *Visitatio*.

**SALUTABILITER**. Gloss. Græc. Lat. : Σωτηριώδως, *Salubriter, Salutabiliter.*

† **SALUTARE**, *Salvator.* Charta apud Madox Formul. Angliæ. pag. 28 : *Universis sanctæ matris Ecclesiæ filiis.... IV. Abbas de Stanleia, ... salutem in vero Salutari.* Charta MS. Wolffgeri Patav. Episc. ann. 1204 : *Omnibus Christi fidelibus perpetuam in vero Salutari salutem.* Vide *Salvator* 1.

**SALUTATICUM**, Idem quod *Salus*, vel jus exigendi ejusmodi *salutes*, sive xenia : perperam enim Goldastus *vectigal pro sale* interpretatur. Hugo Flaviniacensis ann. 755 : *Ut nullis hominum Flaviniacensis Ecclesiæ in omni regno suo teloneum daret, nec de rotatico, bargauatico, pulveratico, mutatico, Salutatico, laudatico, etc.* Charta Dagoberti Regis apud Doubletum pag. 656 : *Laudaticos, saunaticos, Salutaticos, etc.* Alia Pipini Regis apud Chiffletium in Tornutio, pag. 193 : *Aut portaticum aut Salutaticum, aut cespaticum, etc.* Occurrit crebro in Chartis Caroli M. et aliorum apud Hedam pag. 218. 1. edit. post Aimoinum Brolii pag. 264. 265. apud Sanjulianum in Tornutio pag. 510. Beslium in Episcopis Pictavensibus pag. 28. Duchesium in Hist. Vergiacensi pag. 9. Hubertum in Hist. S. Aniani pag. 75. etc. Huc videtur spectare Formulæ Manuissionis servi apud Rollandinum in Notaria cap. 7. rubr. 4 : *Et ab omni conditione, gravamine operis, et operarum impositione, tam obsequialium, quæ consistunt in faciendo, ut in assurgendo, Salutando, et similibus; quam eorum quæ consistunt in non faciendo, utputa de non vocando in jus manuissorem veniam non petita, etc.* Perperam vero *Salutaticum* legit Lindenbrogius in formula solemni 12. et apud Aimoinum lib. 5. cap. 1. Marculfus lib. 2. form. 44 : *Quomodo Episcopus in Nativitate Domini ad Regem, Reginam, vel ad Episcopum visitationis dirigit scriptum. Dum generaliter Dominicæ Nativitatis exultantem adventum, censum debitæ subjectionis desolvere perurgemus : atque ideo Salutationum munia cum Eulogiis peculiaris patroni vestri sancti illius... Clementiæ vestræ direximus, etc.* Adde form.



45. 46. Vide Glossar. med. Græcit. voce Ἀσπασίων, col. 143.

1. **SALUTATIO**. Capitulare Aitonis Episc. Basil. cap. 3: *Ut ad Salutationes sacerdotales congrue responsiones discantur, ubi non solum Clerici et Deo dicatæ Sacerdotum responsionem offerant, sed omnis plebs devota consona voce respondere debet.* Concilium Wormatiense ann. 868. cap. 69: *Lectores populum non Salutent.* In Synodo Ticinensi ann. 850. cap. 12. vetantur *Pœnitentes publice vacare Salutationibus.*

☞ Dubium nemini est hac voce significari verba, *Dominus vobiscum*, quibus Sacerdos in sacris Liturgiis populum salutari. Idem apertius docet Ceremoniale MS. B. M. Deauratæ Tolos. ubi de Missa Sabati Quatuor temporum, cujus prima oratio absque *Dominus vobiscum* dici solet: *Primo dicitur officium (i. e. Introitus) ut moris est, et Kyrie eleison, deinde dicitur oratio sine salutatione; et post dicitur lectio prima per puerum.* Ibidem ubi de die Parasceves: *Post tractum dicitur oratio, scilicet Deus a quo et Judas, quæ absolute dicitur et sine salutatione et cum Flectamus.* Consule Rerum Liturgic. Scriptores.

† 2. **SALUTATIO**. *Salutationem* vocabant Litteras, quibus Episcopo presentabatur qui in aliquod beneficium electus fuerat ab iis qui jure patronatus gaudebant. Eodem nomine nuncupabantur Litteræ, quibus quis alterius procurator constituebatur. Harum Litterarum formulæ exstant in Chartulario Meldensi sub hoc titulo: *De Salutatione Abbatisse Faremonasterii.*

† 3. **SALUTATIO**, Munus, donum. Ambros. Autpertus lib. de Cupiditate, apud Marten. tom. 9. Ampl. Collect. col. 226: *Solent quoque hi muneris ipsius nomen immutare, et dicunt se non munus accepisse, sed Salutationem, quos utique nescio utrum magis stultos, an versutos appellem.* Vide *Salutes* post *Salus* 4. et *Salutatio*.

† 4. **SALUTATIO**, ADORATIO, Duplex salutandi ratio Albigenisibus usitata, apud quos *Salutatio*, Creditum, ut aiebant, erat; *Adoratio*, nondum Creditum. Hæc pluribus variisque in locis describit Limborchius in Histor. Inquisit. Tolos. ac præsertim pag. 54: *Item quando heretici de novo veniebant, vel quando recedebant ab eo, Salutabat eos modo hereticali abstracto capucio, scilicet amplexando et tenendo manus super brachia heretici, vertendo et inclinando caput ter, nunc ad dexteram, nunc ad sinistram heretici, et dicendo ter Benedicite.* Et pag. 61: *Adoravit eum flexis genibus, junctis manibus inclinando se ter super unam bancharum coram eo et dicendo, etc.* Respondebat hæreticus, *Benedicite vos Christus et nos; quibus subjungebant discipuli, Bone Christiane rogare quod perducatur nos ad bonum finem.*

**SALUTATORIE** EPISTOLÆ, Quibus quis alieni salutem impertit. Gesta Felicis Episcopi Aptungitani: *Inde cathedram tulimus et Epistolæ salutatorias, et ostia omnia combusta sunt, etc.* Infra: *Quum Galatius unus ex lege vestra publice Epistolæ Salutatorias de Basilica protulerit. Ubi videntur intelligi Epistolæ, quas sihi invicem scribebant Christiani, quas cum eorum libris igni tradebant Gentiles. Utitur etiam For-*

tunatus lib. 5. Poem. 18. cui et *salutatorium* dicitur lib. 8. Poem. 16. 17. 18. ut et Stephano Tornacensi Epist. 230. 2. edit. Adde Andream Mon. lib. 1. Vita S. Ottonis Episc. Bambergensis capite 43.

\* Prætermittenda non est formula salutationis, qua inscribitur Charta ann. 1275. in Chartul. Dolens. monast.: *Divina favente clementia, Richardus sacræ sedis Bituricæ archiepiscopus senioribus et populis ejus ditioni subjectis, bene valere et esse felices.*

\* Quanta vero cum reverentia olim filii salutabant patres, discimus ex Lit. remiss. ann. 1464. in Reg. 199. Chartoph. reg. ch. 398: *Loys de Montmorancy chevalier, seigneur de Fosseux,.... partit de son hostel de Wastines, assis ou pais de Picardie,.... pour aler veoir le seigneur de Montmorancy son pere, et arriva à Escouen où il estoit,.... et pareillement y trouva Jehan de Montmorancy chevalier, seigneur de Nyvelle, son frere; et incontinent que ledit Loys les aperceut, il descendit de dessus son cheval et se mist à genoulz devant sondit pere et le salua, et icellui son pere le print par la main et lui fist très-bonne chere; et après icellui Loys alla saluer sondit frere, lequel lui fist très-mauvais semblant.*

**SALUTATORIUM**, Locus, in quo ad salutandum advenientes excipiebantur, Papiæ; gretting-hus, i. domus salutationis, Ælfrico. [*Salutatorium cubile*, Plinio lib. 15. cap. 11. nostris *Sale d'entrée*. Gloss. Lat. Græc. MSS.: *Salutatorium, ἀσπασίων.*] Ordericus Vitalis lib. 2. pag. 412: *Ecce januis hic disponam, et ad ortum solis ingressum; primo Proaulam, secundo Salutatorium, in tertio Consistorium, in quarto Tricoriam, in quinto zetas hyemales, etc.* [Chartar. Farfense ubi fit descriptio palatii Spoletani: *In primo proaulium, id est locus aulae. In secundo Salutatorium, id est locus salutandi officio deputatus, juxta majorem domum constitutus.*] Ita *Salutatorium* in Monasteriis virginum appellatur in Regulis S. Cæsarii, S. Aureliani, et S. Donati, et in Concilio Matiscon. I. cap. 2. Præsertim vero ita appellata exedra Ecclesiæ adjuncta, ubi Episcopi priusquam sacra peragerent, fidelium salutationes excipiebant, uti colligitur ex Gregorio M. lib. 4. Epist. 54. et 98. et aliis quos laudavimus in Descript. ædis Sophianæ n. 88. [Agnellus in lib. Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 164: *Fecit hic beatissimus Felix Salutatorium utroque procedunt usque hodie pontifices ad introitum Missarum, palam populis videntibus.* Vita S. Cæsarii Arelat. sæc. 1. Bened. pag. 672: *Cumque expleto lucernario benedictionem populo dedisset, egredientibus illis mulier quædam in Salutatorio occurrit, etc.*] Adde Vitam S. Ephræmi apud Bollandum n. 3. Cyprianus in Vita S. Cæsarii Arelat. sub fin.: *Mulieres tamen intra domum Ecclesiæ non ad Salutandum, non qualibet causa, nec religiose, nec propinque ancillæ nulla omnino feminarum introeundi habuit licentiam.*

\* Vide præterea Bernard. Ferrar. de Ritu sacr. concion. lib. 3. cap. 9. ubi Vestibulum esse ædium episcopaliū contendit ex Cassiodori loco huc non allato. Hist. Tripart. lib. 9. et 30. Sic lib. 5. cap. 18.

Theodoricus (ex quo Cassiodorus ad verbum) ὁ ἀσπασίως ὄμιλος. Unde Glossæ. Hæc ex animadv. D. Falconet. Vide Glossar. med. Græcit. col. 130.

☞ In *Salutatorio*, ut observat Mabilonius, non modo vestes sacras induebant, sed et causas audiebant, Synodos celebrabant, ibidemque aliquando manebant: quod de Namatio Arvernorum Antistite tradit Gregorius in Hist. lib. 2. cap. 21. et de Eberulfo in lib. 7. cap. 22. Vide *Secretarium* 3. Aliud tamen *Salutatorium* abs domo Ecclesiæ, cujus meminit variis in locis idem Gregorius, hæud dubie Episcopalis ædes ecclesiæ adharens. Consule, si placeat, Card. Bona Rer. Liturg. lib. 1. cap. 24. n. 2. et Menardum in Concord. Regul. cap. 5. § 25. *Salutatorium*, alia notione, occurrit apud Fortunatum. Vide *Salutatoria Epistolæ*.

**SALUTATORIUS** DIGITUS, vel index, quod eo fere salutamus aliquid, vel aliquid monstramus. Ugutio.

† **SALUTIA**, Nummus aureus Francicus, vulgo *Salut. Mirac.* S. Servatii Episc. tom. 3. Maii pag. 228: *Et duas Salutias obtulerunt B. Servatio.* Charta ann. 1430. apud Rymer. tom. 10. pag. 454: *Pro summa quinquaginta milium Salutiarum auri,.... de quibus quidem quinquaginta milibus Salutiarum auri... de predictis quinque milibus nobilibus, ad valorem earundem quinquaginta milium Salutiarum, etc.* Vide *Salucius* et *Salus* 3.

† **SALUTIUM**, Eadem notione, apud Stephanot. in Antiquit. MSS. Aurelian. pag. 540: *Dedit nobis duo Salutia auri redditus.*

† **SALUTIFICATOR**, Salvator, apud Tertull. de Carne Christi cap. 14. de Resurr. Carnis cap. 47. adv. Marc. lib. 5. cap. 15. et de Pudicit. cap. 2. Vide *Salvificare*.

† **SALUTIGERULUS**, ἐπισκέπτης, in Gloss. Lat. Græc. Vox a Plauto usurpata Aulul. act. 3. sc. 5. pro eo qui alterius nomine salutem fert. *Salutigerus*, eadem notione, apud Apuleium de Deo Socratis.

† **SALVUM**, ut supra *Salvamentum*, Præstatio pro tutela et protectione. Testam. Jacobi Aragon. Regis ann. 1272. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1142: *Ad solutionem vero debitorum nostrorum et legatorum infrascriptorum, et restitutionem injuriarum, assignamus omnes redditus nostros villæ Valentie cum Salvo et albesura ejusdem, etc.*

† **SALVUM**, Tuitio, custodia, Gall. *Conservation, garde*, in Charta ann. 1321. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 192. col. 1. Charta ann. 1401. ex Tabular. Taurin.: *Commisarios deputavimus ad Salvum et ad opus jus habentium in castris de Bersiaco, etc.* Vide *Salvesia*.

† **AD SALVUM SUUM JURARE**, id est, Super salutem suam, Gallice *Sur son Salut*. Charta ann. 1258. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 21. col. 1: *Promisit et juravit supra sancta Dei Evangelia,.... et ad Salvum ipsius, se contra predicta ullo tempore non venturum.* Vide in *Juramentum* pag. 939. col. 2.

† **SALVUS-CONDUCTUS**, a Gall. *Sauf-conduit*, Principis privilegium, quo ne alicui vis inferatur, cavetur, Ital. *Salvocondotto*. Annal. Estens. Jacobi Delayto ad



ann. 1404. apud Murator. tom. 18. col. 997 : *Cittadellam dedit* (Ugolotus) *cum pactione salutis personarum et rerum, sui- que Salvoconductus libere abundi cum rebus.* Chron. Andr. Danduli ad ann. 1405. apud eumd. tom. 12. col. 505 : *Dominus Paduæ videns omnia consilia in irritum cedere, coactus est facere aliquam transactionem et pactum cum Venetis, quare exiens ex urbe cum Salvoconductu, etc.* Adde Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 331. *Securus ducatus, dicitur in Tabul. S. Albini Andegav. : Cui (Galterio) dum Albericus Secu- rum eundi et redeundi Ducatum promississet, dixit se iturum. Securus conductus, in Epistola Gregorii X. PP. ann. 1272. inter Probat. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 70. Le Roman de la guerre de Troyes MS :*

Seur conduit li ot baillé,  
Ensi Poit tot droit envogé  
A Alceon un Roi vaillant.

Idem aliis verbis exprimitur in Chron. S. Medardi Suession. ad ann. 1225. apud Acher. tom. 2. Spicil. pag. 793 : *Ad ultimum vero colloquium habuit* (Bertrannus de Raiz qui se Comitem Flandriæ Baldui- num simulabat) *cum Rege Francorum Lu- dovico apud Castrum Peronne, Salvo ire, et Salvo venire, Salvo venire, et Salvo redire.* [\* Nostris *Saufalant* et *Sauf-venant*. Lit. remiss. ann. 1388. in Reg. 135. Chartoph. reg. ch. 42 : *Et aussi dist icellui Jehan du Mares que l'exposant venist hardiement et qu'il lui donnoit Sauf-alant et Sauf-venant.*] In Consuet. Hannon. cap. 9. *Sauf-conduit*, dicuntur induciæ, quas Baillivus homicidæ concedit facta inquisitione et pace cum ejus actore. Vide *Salvagardia*. [\* *Haltaus*. Glossar. Germ. voce *Geleite*, col. 628.]

**SALVUS LOCUS**, Liber, immunis ab omni præstatione. Charta donationis Bernardi Comitis Petragoric. et uxoris Garsindæ pro Monasterio Sarlatensi : *Sunt et ipsi Monachi in subjectione Regis ad locum Salvum facien- dum, et non ad aliud persolvendum, nisi solas orationes.* Vide *Salvamentum* 1. et *Salvitas*.

¶ **SALVUS LOTUS**, Verba irrisoria Gen- tilium in Martyres Christi sanguine suo conspersos, quibus familiare erat marty- rium, secundum baptismam vocare. Passio SS. Perpetuæ et Felicitatis cap. 21. apud Ruinart. pag. 95 : *Et statim in fine specta- culi, leopardus objectus de uno morsu ejus tanto perfusus est sanguine, ut populus re- vertenti illi secundi baptismatis testimonium reclauaverit : Salvum lotum, Salvum lotum. Plane utique salvus erat, qui hoc spectaculo claruerat.*

¶ **SALVUS RESPECTUS**, Gall. *Sauf-respit*, Prorogatio, quam dominus vassallo con- cedit ad præstandum hominum. Vide *Re- spectus*.

\* **SALZEDA, SALZETA, SAUZEDA, Sali- ctum**, Gall. *Sausseie*. Charta ann. 1343. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 242 : *Terra et hæreditas de Merchorio, sive sint castra, ville, mansi, montanæ, nemora sive brossæ, Salzeta, molendina, etc.* Terrear. villæ de Busseul fol. 3. vº ex Cod. reg. 6017 : *Item obolum pro quadam Salzeta, situ in terri-*

*torio de las ayras. Infra : Sauzeda. Vide supra Sallicium et Salseia.*

¶ **SALZERIA**, Vasculum salciis seu condimentis reponendis aptum, Gall. *Sauciere*. Comput. ab ann. 1333. ad ann. 1336. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 273 : *Angelo de Ap- parere per manus Guillelmi de Bles magistri coquinæ donini pro incisoribus, parascidibus, Salzeriis, astis, etc.* Vide *Salsaria* 2.

¶ **SAMA**, ut *Sagma*. Vide in hac voce.

¶ **SAMADINUS**, f. Holosericus. Nicolaus Lankmannus in Histor. desponsationis Frederici III. Imper. cum Leonora Portugalia Infantissa : *Et ad hospitia eis deputata ad civitatem in equis regalibus et ornamentis Samadinis magnifice conducere mandavit. Vide Exametum.*

\*\* **SAMAMITHIUM**, Lacertus. Anast. Mirac. S. Cyri et Johann. sect. 40. in Mail Spicileg. tom. 3. pag. 477 : *Tria enim reptilia, quæ vocantur Samamithia hunc calamum habitabant.* Vox Græca. Vide Glossar. med. Græcit. in Τογροβύτης, col. 1581.

1. **SAMARDACUS**, Afris, Impostor, morio, πλάγος. S. Augustinus lib. 3. contra Academic. cap. 15 : *Ille autem casu planus erat, de iis quos Samardacos jam vulgus vocat.* Edit. præfert, *Sarmadacos*, ita ut vocem confectam ex *Sarmatis* et *Dacis* lice- ret augurari, quasi *Sarmatodaci* dicti fue- rint, qui hac ætate ex hisce profecti provin- ciis errorum instar ubique discurrerent ac vagarentur : sed *Samardacus* exerte præ- ferunt Acta S. Quirini Mart. n. 5 : *Video enim te sicut rusticum, quasi a Samardaco inductum, qui et te et se decepti ;* et Chry- sostomus Homil. 18. ad Ephesios : Οὐχ' ἕρπης τοῦς λεγομένους γελοιοποιούς, σαμαρδά- κους, οὗτοι εἰσιν εὐτράπελοι, ubi pro morio- nibus vox hæc usurpatur.

2. **SAMARDACUS**, Terminus bifurcus, apud Latinum de terminis : *Terminus si bifurcus fuerit, Samardacus dicitur.*

**SAMARTIA** etiam ibidem dicitur.

¶ **SAMARIUS**, Jumentum sarcinale. Vide *Sagma*.

¶ **SAMARRA**, Vestitus damnati a tribu- nali Inquisitionis, aliis *Samarretta*, vel *Sambenito*. Hunc sic describit Hofmannus in Lexico ex Hist. Inquisit. Goanæ cap. 26. Eadem est forma, qua saccus benedictus, sed notis diversis, colore atro, flammis appictis, interdum etiam in medio flam- marum hæretico condemnato ad vivum depic- to; nonnunquam dæmones appinguntur, hæreticum ad inferos detrudentes, ut et alia quædam, quo magis homines horrendo hoc spectaculo ab hæresi deterreantur.

¶ **SAMARTIA**. Vide *Samardacus* 2.

\* **SAMATHA**, rectius *Schamatha* vel *Schammata*, Excommunicationis gravissimæ species apud Judæos, qua quis a com- munionem excluditur sine spe reditus. Arest. ann. 1374. 3. Febr. in vol. 6. arestor. parlam. Paris. : *Dictus vero Viventius eun- dem Columbun ulterius de facto posuisset in Samatha et herem; quæ dicta seu senten- tia de Samatha et herem contra dictum Col- umbun late, maledictionem aut condemna- tionem significabant, ut dicebant.... Nostra curia inhihet expresse.... Judæis omnibus, .... ne ipsi de cætero in regno nostro Fran- ciæ utantur dictis sententiis sea prountia-*

*tionibus de niduy, Samatha et de herem in- ter eos.* Consule Buxtorf. Lexic. Chald. et Thalm. pag. 2463. et seqq.

¶ **SAMBUA, SAMBUCA**. Vide *Sabuta*.  
1. **SAMBUCA, SAMBUCISTRIA**. Papias : *Sambuca, genus cytharæ rusticæ. Sambuci- narius, ipse qui dicit. Sambucistria, quæ in cythara rustica canit.* Isidorus lib. 2. Orig. cap. 20 : *Sambuca in Musicis, species est symphoniarum. Est enim genus ligni fragi- lis, unde et tibie componuntur.* Glossæ ejusdem : *Sambucarius, ipse qui dicit.* [Ubi leg. ex Grævio : *Sambucinarius, ipse qui canit.*] *Sambucistria, quæ cithara rustica* (sic leg.) *canit. Sambucistrio, saltator. Sam- bucus, saltator.* Vide *Festum, Marcianum Capellam* lib. 9. etc.

**SAMBUCUS, Saltator**, in Glossis antiquis MSS. [Quod falsum omnino videtur Græ- vio, qui ex *Sambucista*, sambuca cantans simul et saltans, male exscriptum opi- natur.]

2. **SAMBUCA**, Machina bellica, πορθη- τικὴ μηχανή, in Gloss. Gr. Lat. [Vide *Marti- niij* Lexic.]

3. **SAMBUCA**, Baculus Pastoralis. [Pas- sio S. Guigneri tom. 3. Mart. pag. 458 : *Ubi cum solo baculum, quem manu gesta- bat, fixisset, mox ut ad se Sambucan re- traxit, fons e terra fecundus erupit.*] Vide *Cambuta*.

4. **SAMBUCA**, Currus species. Vide *Sa- buta*.

¶ **SAMBUCCA**, Navigii species. Bath. Spingeri Iter Indicum apud Marten. Itiner. pag. 373 : *Vicesima octava die navigantes relinquimus a latere emporium destructum Calecot, a quo sequenti die sequebantur nos multæ Sambuccæ, sic enim vocant in Cale- cot suas naves.*

¶ **SAMBUCIARIUS, SAMBUCINARIUS, SAMBUSTRIA, SAMBUCISTRIO**. Vide *Sambu- ca* 1.

\* **SAMBUSSUS**, pro *Sambucus*, Gall. *Sureau*. Stat. pro arte paratoriarum pannorum Carcass. renovata ann. 1466. in Reg. 201. Chartoph. reg. ch. 121 : *Item quod nullus possit..... tingere seu tingi facere aliquos pannos..... cum vite seu rabassa, nec cum racemis Sambussi. Same, eodem sensu, in Stat. ann. 1399. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 337. art. 9 : Que nutz ne tain- gne de Sane, de broust de noiz, etc. Su- raut, legitur in alio Stat. ann. 1359. tom. 3. earumd. Ordinat. pag. 417. art. 20. Seu, in Mirac. S. Ludov. edit. reg. pag. 422. Neque aliud forte est *Seurestin* et *Sorestin*, in Charta Egid. abb. S. Mart. Tornac. ann. 1321. ex Reg. 61. ch. 209 : *Toutes les fois que il li plaira à faire aucun nouvel édifice- ment en ladite court, ou que il i cherra aucune cose à refaire audit lieu, où il fauroit gros merriens, en ce cas il peut penre du bois Seurestin, qui est entour ladite court et du bois Sorestin, qui est audit bos de Vastines.* Idem quoque videtur *Surrin*, in Ch. ann. 1295. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 242. vº.*

**SAMBUTA**. Vide *Sabuta*.

**SAMERIUS**. Vide *Sagma*.

¶ **SAMETUM**, Pannus holosericus. Vide *Exametum*.

¶ 1. **SAMIA**, Placentæ genus. Tertull. lib. 3. adv. Marc. cap. 5 : *Et terram audi-*



*mus lacte et melle manantem; non tamen ut de glebis credas te unquam placentas et Samias coacturum.* A Samo, ut observat Junius, sic dicta placentæ, quod ibi Junoni solemnes essent.

2. **SAMIA**, æ, *Derisio, quæ facit vultum rugosum*, Papiæ MS. et edit. F. *Sanna*. [Vide in hac voce.]

† **SAMIARE**, Acuere, Nonio cap. 4. num. 434. unde *ferramenta samiatæ*, Vopisco in Aureliano cap. 7. Vide Vossium de Vitis Serm. lib. 4. cap. 23.

† **SAMICA**, *Pulvis*. Gloss. Isid. *Eminent viri docti Pelvis* ex Papiæ: *Samia, vasa a Samo, villa vasa bibendi*. Idem: *Samia terra, a Samo dicta, glutinosa et candida, medicamentis et vasculis necessaria*. Quæ hodie, ut monet Grævius, terra sigillata dicitur.

**SAMINATOR**. Adalardus lib. 1. Statutor. Corbeiens. cap. 1: *Sutores duo, scutarii duo, pergaminarius unus, Saminator unus, fusarii tres*. Ubi videtur legendum *Samiator*, ἀσωντής, ut est in Gloss. Lat. Græc. Aliæ Glossæ, ἀσωντής, *Samarius, cotiarius, acutiator*. Vide Scriverium ad Vegetium, lib. 2. cap. 14. [et Turnebi Advers. lib. 18. cap. 17.]

† **SAMIRUS**. Epist. Henrici Imp. Constantinopol. ann. 1205. apud Miræum tom. 1. pag. 405. col. 2: *Præterea mitto vobis per eundem Daniælem supradictum tres Samiros et duos anulos, unum smaragdum, et alium rubinum*. Forte pro Saphirus.

† **SAMIS**. Pactus Leg. Salicæ cap. 55. ex Cod. MS. Guelferbyt. apud Eccardum pag. 133: *Si quis grafionum occiderit (malb. leodo Samitem) sunt dinar. xxiiii. etc.* Ubi ex Latino Comitum corruptum esse conjicit Cl. Editor, et *leodo Samitem*, componat comitem, interpretatur; an recte haud satis scio. Hæc quippe spectare videntur ad hæc verba form. 40. Marculfi lib. 1. *Et leode et samio, quæ minime distinguenda docet Cangius in voce Leudesamium*. Vide ibi. *Samis*, alia notione, occurrit in v. *Exametunt*.

† **SAMITIUM**, Pannus holosericus, ut supra *Exametum*. Comput ann. 1239. ex Bibl. Reg.: *Pro uno Samitio posito in cofris*, xviii. lib.

† **SAMITTUM**, **SAMITUM**, Eadem notione. Vide in *Exametum*.

\* *Samet et Samit* nostratibus. Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 85: *Le roy vesti les robes que le Soudane li avoit fet bailler et tailler, qui estoit de Samet noir, forré de vair et de gris. Samit*, in Mirac. ejusd. reg. ibid. pag. 312. *Sangnie*, in Instr. ann. 1385. tom. 2. Probat. Hist. Brit. col. 507: *Item soleres, greves, poulaives et cuissols garnies de Samgnies, etc. Samier* vero, Retis genus est, in Stat. ann. 1402. tom. 8. Ordin. reg. Franc. p. 535. art. 72.

† 1. **SAMNA**, Stapes, ni fallor, quo quis in equum tollitur, Gallicè *Estrier*. Chronic. Trudon. apud Acherium tom. 7. Spicil. pag. 458: *Debet et alia minuta servitia ad utensilia cameræ Abbatis, scilicet quidquid de ferro ad sellam equitariam ejus et de calcavia et ad Samnas componitur*. Leg. forte *Scalas*. Vide *Saluatorium* et *Scala*.

\* 2. **SAMNA**, Vectigalis species. Charta ann. 1429. inter Probat. tom. 4. Hist. Oc-

cit. col. 437: *Causa dom. Philippi de Levis dom. de Rippes contra dom. Ludovicum de Montelauro, ratione cujusdam vectigalis sive tributi, vulgariter nuncupati la Sanna, quod recipi consuevit, ut pretenditur, in terra dom. de Montelauro*. Forte leg. *Sannia*, atque de tributo ex sale intelligendum. Vide in *Salinaria*.

† **SAMNATICUM**, pro *Saumaticum*, vel *Saumarium*, Onus, sarcina jumentis sarcinialis. Vide in *Sagma*. Charta Ludovici Pii ann. 816. pro Ecclesia S. Martini Turon. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 65: *In quo (Præcepto) continebatur quod ... idem genitor noster ob amorem Dei et venerationem S. Martini, carra et Samnaticum hominibus his prælati, quæ propter utilitatem et necessitatem memorati monasterii per diversos regni sui mercatus mittebantur, ab omni telonio immunia et securæ esse sanxisset*.

† **SAMNIA**, pro *Sunnia*. Vide *Sunnis*.

† **SAMPZIA**, Herbaræ genus. Vide *Brisia*.

† **SAMPULLA**. Charta Cresmiri Regis Dalmat. apud Macros in Hierolex.: *Excepto quod gratia caritatis in solemnitate ejusdem Ecclesiæ Episcopo loci ipsius agnus unus, Sampulla vini largiens tributur*. Memum esse nemo non videt ortum ex littera S vocis præcedentis; itaque legendum est *ampulla*.

\* **SAMUERIUS**, pro *Saumerius*, Jumentum sarcinale. Vide in *Sagma*. Charta Occitanica ann. 1311. in Reg. 47. Chartoph. reg. ch. 114: *Item jornalialia Saumeriorum, viginti unum solidorum Turonen.*

† **SAMWISTE**, Anglo-Saxon. Matrimonium, ex *Sam*, vel *Samen*, simul, et *wist*, cibus, epulæ: unde hac voce convictus proprie, vel quævis commoratio et cohabitatio significatur. Vide Schilteri Gloss. Teuton.

\* **SANAMUNDA**. Vide supra *Avantia*.

† **SANANTER**, Integre, sanitate plane recuperata. Mirac. S. Wernheri tom. 2. April. pag. 711. *Jam recenter intercessione S. Wernheri Sananter liberata*.

† 1. **SANARE**, Curare aliquem ut sanetur. S. Hieronymus in cap. 17. Jerem.: *Multi medici in Evangelio hæmorrhosan Sanaverant, quæ omnem substantiam perdidit in eis: et tamen a nullo curari potuit, nisi ab eo qui verus est medicus*.

\* *Saner et Sener*, pro *Pancer, guérir*, nostratibus. Vita J. C. MS:

Et me feris tu de t'espée,  
Si que l'oreille en oi copée,  
Et ton mestre le me Sana,  
Que par iehou garir quida.

Le Roman de Robert le Diable MS:

Se ferai ma plaie Saner.

Lit. remiss. ann. 1402. in Reg. 157. Chartoph. reg. ch. 356: *Le suppliant ala... pour avoir sa plaie remuée, qui pour lors n'estoit pas Senée, etc.*

\* **SANARE**, sensu obsceno, quo etiam *Pancer* dicunt, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Curuca, brunete, vel homo qui Sanat estrange, alienam nempe mulierem, id est, uxorem alterius curat*. [\*\* Ex Joann. Januensi: *Curuca dicitur ille qui cum credat nutrire filios suos nutrit alienos.*]

\* A verbo fortassis *Sanare*, nostri *Sayniere* appellarunt *Instrumentum*, quo stabulum, aliudve purgatur. Lit. remiss. ann. 1480. in Reg. 207. Chartoph. reg. ch. 64: *Garniz de oustiz pour curer et nettoyer icelle maison du fambray qui estoit dedens, comme de Sayniere, fourche ferrée, etc.*

\*\* **SANARE DEFALTAM**, Restaurationem eremodicii obtinere. Placit. ann. 10. Edward. I. in Abbrev. Placit. pag. 274. North. rot. 2: *Et licet fecisset defaultam ad diem illum, non debuisset curia eodem die processisse ad iudicium, immo terra debuisset capi in manu D. Regis et tenens summonari veniendi ad proximam curiam, ad Sanandam prædictam Defaltam, cum forte eam sanasse potuisset pluribus modis, scilicet cum tenens potuisset perturbari per inundationem aque, per captionem latronum vel per prisonamentum, etc.* Adde Placit. ann. 31. Henr. III. rot. 7. ibid. pag. 123. et ann. 12. Edward. II. Suth. rot. 103. ibid. pag. 334. Vide *Defalta* et *Exonium*.

2. **SANARE**, Solvere: *Sanatio*, Solutio. Veteres Chartæ Italicæ apud Ughellum tom. 7. pag. 262. 397. 414: *Unde et in presenti accipimus a vobis plenariam nostram Sanationem, id est auri solidos 310, etc.*

† **SANARE CAUTIONEM**, Eam persolvere, liberare: *Purger* eadem notione passim usurpant Consuet. municipales. Leges Luitprandi 66. (6, 13.) apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 64: *Si quis cautionem fecerit et non ei obligaverit nominative de rebus suis, nisi dixerit in ipsa obligatione, in quibuscumque locis de rebus suis potuerit invenire, et postea venderit ad alium hominem, habuit ipse qui eas emit. Nam si obligatæ fuerint nominative, non eas possit vendere, dum usque ipsam cautionem Sanaverit*.

\* **SANATIO**, Solutio, pretii statuti præstatio. Charta ann. 903. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 144: *Ipsas superscriptas res... defensare debeamus, ... atque proras pertinentes ad omnia in integrum, salva Sanatione, et proprietates seu donationes eidem venerandæ ecclesiæ vestre dare atque persolvere debeamus, pro fruatione et fructificatione ipsis superscriptis*. Vide *Sanare* 2.

† **SANATIVUS**, Qui sanat. Epist. Gaufridi Abb. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 502: *Quibusdam autem verba justorum punitiva tantum sunt, non Sanativa: aliis vero punitiva sunt simul et Sanativa*.

† **SANATIVUS**, Ex morbo convalescens, qui infirma valetudine est. Joh. Sarisber. lib. 7. Policrat. cap. 10: *Conducere sanis et Sanativis*.

† **SANATURA**, Cura, Gallicè *Pancement*. Charta ann. 1326. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 210: *Dimisit apud Lantacum in pignore et pro pignore quemdam equum, pro novem et triginta libris, octo solidis et sex denariis, hominibus de Lagnieu infrascriptis, etc. quod nos tam pro dicto debito quam expensis dicti equi et famuli qui eum custodidit, usque ad presentem diem, computatis quatuor solidis pro qualibet die et pro Sanatura dicti equi et aliis eidem equo et famulo necessariis constemur, et in veritate recognoscimus nos debere hominibus supradictis septuaginta sex libras et decem et septem solidos bonorum Viennensium*.



† SANAVIVARIA, Una e duabus majoribus portis Amphitheatri, per quam victores sani ac vivi exabant. Passio SS. Perpetuæ et Felicitat. cap. 10. apud Ruinart. pag. 91 : *Et capi ire cum gloria ad portam Sanavivariam.* Adde ibid. cap. 20.

† SANCA, *Fitus, Fatua*, in Gloss. MSS. 13. sæc. Monast. S. Andreae Avenion.

SANGENISSAT, *Lætatur, triumphat.* Ita Gloss. Lat. MS. Cod. 1013. et Glossæ Isidor. an *Savaceuissat?* Id videntur indicare Glossæ Pithœanæ, in quibus hæc vox additur, *errenissat*, pro *saracenissat*.

☞ Tametsi non displicet Cangii conjectura, addam nihilominus quæ ex aliis ad hunc locum observavit Grævius. Excerpta habent : *Sancivissat, lætatur, triumphat, errenissat.* La Cerda legit : *Encenissat*, quod dies encæniorum festi et cum lætitia omnique adeo lubentia publice agitur. At Reinesius mavult, *Sicinnissat*, a *σικιννίζειν*, quod est cantandum saltare. Hinc *Sicinnistæ* et *Sicinnium genus saltationis veteris fuit*, ut ait Gellius Noct. Att. 19. 3. Saltabundi autem cæbant, quæ nunc stantes canunt. *Σικιννίς* est Satyrica saltatio apud Athenæum.

\* SANCETTI, Moneta regni Navarræ, a Sancio seu *Sanchez* rege dicta. Lib. cens. eccl. Rom. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 888 : *In episcopatu Tironensi, ecclesia S. Marie sita in castro Tutelæ, duos solidos illius monetæ, videlicet Sancetorum.* Reg. Cam. Comput. Paris. in Bibl. reg. sign. 8406. fol. 161. v.º : *Quatuor Sanchez, qui currunt in Navarra, valent quinque Turonenses.* Vide *Sancheti*.

SANCHATUS, Membris attractus, in Miraculis B. Simonis Tudertini n. 3. Galli dicerent *Deschanché*; [Ital. *Sciancato*, eadem notione.]

\* SANCHETI, Moneta Navarræ Regni, a Sancio, seu *Sanchez* Rege dicta. [Charta ann. 1239. ex Charta. Eccl. Auxit. : *Recognoscunt se recepisse xx. solidos Sanchetorum a supradicta Agnes.*] Charta Philippi Reg. Franc. ann. 1303. in Regesto ejusdem Regis ann. 1301. ex Tabulario Regio n. 34 : *Mandamus vobis... quatenus centum libras Sanchetorum pro dictis centum libris Pruvinsibus super nostro Paupilonensi pedagio tradatis, assignetis, etc.*

SANCIRE, Sanctificare. Tertullianus lib. de Resurrect. : *Anima non levatione, sed responsione Sancitur.* Et lib. de Jejunio : *Joel exclamavit, Sancite jejunium.* Gregorius M. in lib. Sacrament. : *Deus qui legalium differentias hostiarum unius sacrificii perfectione Sanxisti, etc.* Lex 2. Cod. Th. de Feriis (2, 8.) : *Kalendarum Januariarum consuetos dies otio Sancimus.* Ubi Tribonianus restituit, *inancipamus.*

\* SANCITUS, Sancio, decretum. Epist. Joan. VIII. PP. ann. 878. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 171 : *Tan canonica censura, quaque humanæ legis Sancitu.... nihilominus finiat.* Vide mox *Sanciantia*.

† SANCIVISSAT. Vide *Sancenissat*.

1. SANCTA, indeclinabile, τὰ ἅγια Græcis, Hostia sancta, sacra, quæ in Missa offertur. Ordo Romanus : *Et tunc duo Acolyti tenentes capsas cum Sancta apertas, et subdiaconus sequens cum ipsis tenens manum suam in ore capsæ, ostendit Sancta*

*Pontifici, vel Diacono qui processerit. Tunc inclinato capite Pontifex, vel Diaconus salutat Sancta, et contempletur, ut si fuerit sape abundantans, præcipiat ut ponatur in couditorio.* Alibi : *Cum dixerit, Pax Domini sit semper vobiscum, mittit in calicem de Sancta.* Infra : *Qui duum communicaverit de ipsa Sancta, quam monorderat, ponit inter manus Archidiaconi in calicem, etc.* Alio loco : *Tunc Pontifex vumpt oblatau ex latece dextro, et de ipsa Sancta quam rupevat, particulam super altare derelinquit.* [Ordo Romanus I. apud Mabillon. pag. 23 : *Pontifex ante altare dicit, Oremus, Præceptis salutaribus moniti. Pater noster; sequitur, Libera nos quæsumus Domine. Cum dixerint Amen, sumit de Sancta, et ponit in caliceu, nihil dicens : et communicant omnes cum silentio, et expleta sunt. universa.* Vide Commentar. Mabillon. in Ord. Rom. pag. 36. etc.] Concilium Laodicenum can. 14 : *Περὶ τοῦ μὴ τὰ ἅγια εἰς λόγον εὐλογιῶν κατὰ τὴν ἐσορτὴν τοῦ Πάσχα εἰς ἑτέρας παρρησίας διαπέμπεσθαι.*

☞ Hinc formula *Sancta Sanctis*, quam olim ante communionem inelamabat Diaconus; quamque hodie apud Græc. usurpat Sacerdos. Consule Rer. Liturg. Scriptoros.

2. SANCTA, Sanctorum reliquiæ. Leges Kanuti Regis cap. 57 : *Si quis falsum juramentum super Sancta jurabit, et convictus inde fuerit, etc.* Egidius Auræc vallis Monach. in Addit. ad Harigerum Abb. Lobiensium in S. Servatio Episcopo Leod. cap. 27 : *Interdum dum adhuc ira vindicis Dei differtur, curemus ne Sancta nostra simul nobis eripiantur cum urbis excidio.* Mox : *Sanctorum reliquias tolli nequeat, etc.* [Charta Theobaldi Comit. ex Tabular. S. Magdal. Castridun. : *Ne alicui liceret exhibere Sancta ad sacramenta juranda.*] Hinc *Juvare super Sancta*, id est super Sanctorum reliquias. Le Roman de *Garin MS* :

Il font les Seins en la place apporter,  
Tost premercins a juré Ysoré, etc.

Alibi :

A genollons s'est devant les Seins mis :

Vide *Juramentum*.

† 3. SANCTA, Chorus, pars Ecclesiæ in qua Clerus consistit ac concinit. Iperius in Chron. S. Bertini cap. 28. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 560 : *Hæc domina (Malthildis) in suo primo ingressu hujus Ecclesiæ cortinam dedit miræ magnitudinis operisque præcipui, quæ adhuc hodie durat, et est illa quæ utimur in Quadragesima, Sancta distinguentes a Sanctis sanctorum.*

SANCTA SANCTORUM, Locus Teupli secretorum, ad quem nulli erat accessus, nisi tantum summo Sacerdoti, Ugutio. [Sanctuarium, locus majoris altaris. Mirac. S. Bertini sæc. 3. Bened. part. 1. pag. 149 : *Cum innumere multitudinis tripudium in Sancta Sanctorum cui reliquis inducitur nartificandum.*] Concilium Turonense II. can. 4. et Capit. Caroli M. lib. 7. cap. 203. [\* 279.] : *Ad orandum vero et communicandum, Laicis et femiuis, sicut mos est, pateant Sancta Sanctorum.*

† SANCTA SANCTORUM nuncupata Basilica Lateranensis a Johanne Diacono lib.

de Eccles. Lateran. apud Mabillon. tom. 2. Musei Ital. pag. 560 : *Johannes qualiscumque diaconus basilicæ Salvatoris patriarchii Lateranensis canonicus, librum de Sanctis Sanctorum ex archivo renovatum.* Gajetanus in Ordin. Rom. ibid. pag. 261 : *Et intrat (Papa) dictam basilicam S. Laurentii, quæ vulgariter dicitur Sancta Sanctorum; et ante altare suam orationem facit, cantantibus priore et canonicis Basilicæ ipsius Sanctæ Sanctorum, Te Deum laudamus.*

† SANCTUS SANCTORUM, Sanctissimum Veronicæ sudarium, ex Macris in Hierolex. Vetus Inscriptio apud Torrigium de Crypt. Vatic. edit. 2. pag. 81. et 83 : *Teuporibus domini Hadriani I. hic recuadita sunt reliquia Sancti Sanctorum in mense Novembris die xxii. Indict. vii. bina clausura in integro Septimiano.*

\* SANCTANTIA, Sententia, judicium. Lit. Innoc. III. PP. ann. 1263. in Chartul. archiep. Bitur. fol. 71. r.º : *Venerabili fratri nostro Turonensi archiepiscopo et conjudicibus suis per scripta nostra mandantes, ut te in mandati nostri executione cessante, et ipsi sæpeditam Sanctantiam relaxarent absque præjudicio juris tui.* Vide *Sancitus*.

\* SANCTEFUALIS, pro *Sanctificalis*, ut videtur, Ad sanctos vel ecclesiam pertinens. Charta ann. 1231. ex Tabul. S. Vict. Mas-sil. : *Sive sit servitium Sanctefuale bladi, vel gallinarum, vel panis, etc.* Vide *Sanctuarium*. Sed legendum forsàn *Censuale*.

† SANCTIFICARE, Signo Crucis benedicere. Missale Mozarabum apud Mabill. Liturg. Gall. pag. 443 : *Dimittendo patenam super corporales. Deinde accipiat calicem Sanctificando sic : In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, amen.* Hinc

† SANCTIFICATIO, Benedictio per signum Crucis, ibid. : *Pouat calicem super aram, et accipiat filtulam sine Sanctificatione, et pouat super calicem dicendo sic, etc.* Sebastian. Perusinus in Vita S. Columbæ tom. 5. Maii pag. 349 : *Post Sanctificationem vero Secretarius gubernatoris stupefactus venit ad cathedram, etc.* Ubi Bollandistæ thurificationem primam ad introitum Missæ, vel extremam super populum benedictionem intelligunt. Malim de ipsa consecratione interpretari, qua notione occurrit in Collat. S. Maximi edit. Sirmondi pag. 123 : *Neque post Sanctificationeum panis exaltat eum dicens, Sancta Sanctis.*

† SANCTIFICARE SYNODUM, Cogere, congregare. Gesta Abbat. Lobiens. apud Acher. tom. 6. Spicil. pag. 600 : *Statim Synodo Sanctificata, altaria nostra invadit.* Ita Joel. cap. 2. 19 : *Congregate populum, Sanctificate Ecclesiam.*

\* Instr. ann. 1347. tom. 1. Probat. hist. geneal. domus reg. Portug. pag. 393 : *Thomas Cantuariensis archiepiscopus quemdam annulum aureum,..... more solito, Sanctificavit et benedixit, ac ipsum annulum..... comes Arrondel Surr.... digito ipsius domne Beatricis quarto.... imposuit. Sain-tir, Sancte vivere, agere, in Poem. du Riche houme et du Ladre MS :*

Li prophetes David le dist :  
En son psautier, quant il le fist :  
Aveue les saints, tu Sain-tiras,  
O les pervers, pervers-tiras.

\* SANCTIFICATOR, Qui ad sanctitatem



excitat, hortatur. B. de Amoris in Speculo sacerdot. MS. cap. 6. de Officiis sacerdotis curati :

Præsto ministrator, devotus Sanctificator, Judex discretus, doctor bonitate repletus.

† **SANCTIFICIUM**, Templum, ædes Sanctorum. Vita Gregorii VII. PP. tom. 6. Maii pag. 114 : *Sicut enim primi Gregorii tempore B. Andreas Apostolus ultor extitisse legitur sui sanctuarii; ita et in diebus Hiltebrandi ejusdemque Gregorii VII. B. Paulus Apostolus vindex tenuit sui Sanctificii.* Eadem notione occurrit in Psalm. 77. v. 69 : *Et edificavit sicut unicornium Sanctificium suum in terra.* Ubi S. Hieronymus : *Edificavit in similitudine monocerotis Sanctuarium suum.* Vide **Sanctuarium** 1.

† **SANCTIFICIUM**, Sanctitas, sanctificatio, apud Tertull. de Resurr. Carnis cap. 47. et alibi.

† **SANCTIFICUS**, Sanctificans. Paulinus Petrocor. lib. 5. de Vita S. Martini :

Quæ tam Sanctifici conservant munera taetus.

\* **SANCTILATERIUM**, Theca Reliquiarum. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120 : *Sanctilaterium, Boite.*

† **SANCTILOQUUS**, Sancta loquens. S. Paulinus in Poemat. de S. Felice :

... et Sanctiloquo sublimis in ore Propheta Terrarum mansisse famem.

Arator in Act. Apost. cap. 19 :

Quod si Sanctiloquos volumus ab ordine libros.

\* **SANCTIMONACHI**, Monachi vita et sanctitate speculati. Charta ann. 1163. in Suppl. ad Miræum pag. 314. col. 2 : *In curiam Weselensem Sanctimonachos Christo servituros transmiserunt.* Vide **Sanctimoniales**.

† **SANCTIMONIA**, Res sancta, theca Reliquiarum. Libellus de Sanguine Christi Augiæ asservato tom. 3. Annal. Mabill. pag. 702 : *Quatenus talem Sanctimoniam (cruciculam scilicet) in aliquo sinat basilica nocte illa collocari.* Vide alia notione in **Sanctimoniales**, **Sanctimonium** 3. et **Sanctuarium** 5.

**SANCTIMONIALES**, dictæ olim feminae aut virgines, quæ sanctimonie et vitæ integritati potissimum dabant operam : interdum certis, sæpe nullis illigatæ monasticis votis. Ugitio : *Sanctimoniales, femina sanctitati dedita.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Sanctimoniales, Nonnain, sacrée.*] Epistola Zachariæ PP. ad Bonifacium Mogunt. : *Cum Sanctimoniales feminis, id est Monachis.* Lex Bajwar. tit. 1. cap. 12 : *Si quis Sanctimonialem, hoc est, Deo dicantem de Monasterio traxerit.* Concilium Carthag. IV. can. 11 : *Sanctimoniales virgo, quam ad consecrationem suo Episcopo offeratur, in talibus vestibus applicetur, quibus semper usura est, professioni et sanctimonie aptis.* S. Augustinus de Verb. Dom. serm. 22. cap. 1 : *Non mihi videtur ista parabola, vel similitudo ad eas solas pertinere, quæ propria et excellentiori sanctitate Virgines in Ecclesia nominantur, quas etiam usitatore vocabulo Sanctimoniales appellare consuevinus.* Idem lib. de sancta Virginitate cap. 55 : *De sanctitate, qua Sanctimoniales proprie dicimini.* Vita S. Genovefæ cap. 1 : *In sanctimonio consecrata.* Cap. 5 :

*Interrogatur a Genovefa, utrum Sanctimoniales, an vidua esset. At illa respondit se in sanctimonio consecratam, intacto corpore Christo dignum præbere famulatum.* De harum institutis agunt idem Augustinus de Morib. Ecclesiæ cap. 31. S. Hieronymus Epist. 22. 48. et S. Basilius de Virginitate. Sanctimonialium meminerunt præterea Gregorius M. lib. 1. Dialog. cap. 4. lib. 2. cap. 19. 23. 32. lib. 3. cap. 14. 21. 26. 33. Lex Burg. tit. 14. § 5. 6. Lex Bajwar. tit. 1. cap. 14. Decret. Tassilonis § 4. Capitula Caroli M. et Lex Longob. non uno loco, etc. Vide Bollandum ad Vitam S. Scholasticæ 10. Februar. § 3. num. 18.

† **SANCTIMONIALIUM HABITUS**, Professio monastica. Charta Rodulfi Comit. Turen. ann. 824. apud Baluz. Hist. Tutel. col. 308 : *Cedimus etiam ipsi filio nostro et filie nostræ Emennanæ, quam Deo ad Sanctimonialium habitum tridimus pro tremore et amore Dei, etc.*

**SANCTIMONIA**, Ipsa Sanctimonialium regula, vel officium. Charta foundationis Monast. Assendiensis in Westphalia apud Hermaunum Stangefolium lib. 2. pag. 151. qua res Monasterii distrahere vetatur Abbatissa : *Ne penuria rei familiaris urgente, ruptis Sanctimonie habenis, liberius huc atque illuc absque Dei timore vagentur.*

1. **SANCTIMONIUM**, [Sanctimonia, Sanctitas, Virginitatis professio.] Gloss. Gr. Lat. Ἁγασμός, Sanctimonium, ἁγιότης, Sanctimonium. S. Augustinus in Psal. 99 : *Nunquid idem Sanctimonium reprehendendum est?* [Ideo in Serm. 188. novæ edit. : *Bona est enim fecunditas in conjugio, sed melior est integritas in Sanctimonio.* Vita S. Angilberti sæc. 4. Benedict. part. 1. pag. 124 : *Sic donnus Angilbertus a Sacerdotii Sanctimonio desciscens, Regis gener effectus est.*] Helmodus lib. 1. cap. 84 : *Locus ille fuit Sanctimonium universæ terræ, cui flamen, et feriaciones, et sacrificiorum varii ritus deputati fuerant.* [Vide in **Sanctimoniales**.]

† 2. **SANCTIMONIUM**, Festivitas in honorem Sanctimonialis instituta. Missa de S. Radegunde apud Mabill. tom. 1. Annal. pag. 697. col. 2 : *Suscipe sancte Pater oblationem, quam tibi per manus nostras sancta offerre disponit congregatio in S. Radegundis virginis Sanctimonio.*

3. **SANCTIMONIUM**, et **SANCTIMONIA**, Titulus honorarius Summorum Pontificum, Episcoporum, et Presbyterorum. Pastor Presbyter in Epist. ad Timotheum : *Jubeat Sanctimonium vestrum eam ad eum.* Ejusdem Timothei Epistol. ad Pastorem : *Oramus Sanctimonium vestrum, etc.* Acta S. Susannæ : *Oro Sanctimonium vestrum, ut salvetis animam meam.* Adde Vitam S. Angilberti Abb. n. 4. 49. Nicolaum I. PP. Epist. 49. 54. Joannem VIII. PP. Epist. 253. 292. etc. [Vide **Sanctitas**.]

\* **SANCTIONES MAJESTATIS**, Præcepta divina, ut opinor, Decalogus ex cap. 20. Exodi descriptus. Comput. ann. 1400. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 154. col. 2 : *Cum.... portaret quemdam librum in pergamento scriptum, in quo sunt Sanctiones Majestatis, Evangelia descripta, et etiam instructiones regis Ludovici et regis Philippi, etc.*

\* **SANCTIRE**, pro Sancire, in Charta Caroli Simpl. ann. 913. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 518.

**SANCTIRE**, *Affirmare*, in vett. Glossis.

† **SANCTISONUS**. *Hymnus ter Sanctisonus*, In quo ter Sanctus resonat, Græcis τριπλάσιον. Gocelinus mon. in Mirac. S. August. Cantuar. tom. 6. Maii pag. 404 : *Jam hymnus laudationis dominicæ ter Sanctisonus a patrefamilias intonatur.* Vide *Hymnus*.

1. **SANCTITAS**, Titulus honorarius Episcoporum, [in Epist. Liberii ad Eusebium apud Coustant. pag. 422.] apud S. Augustinum Ep. 78. 88. Fortunatum lib. 3. Poem. pag. 70. Nicolaum I. PP. Epist. 28. 29. 34. 54. Flandrianum II. PP. Epist. 9. et alios passim. Vide Bivarium in Notis ad Pseudochronicum Maximi pag. 74. et supra **Sanctimonium** 3. Sanctos autem etiamnum superstites compellatos Episcopos docemur ex Avito Viennensi Epist. 28. 66. Sidonio, et aliis. Theophilus Patr. Alexandrinus in Commonitorio : *Ecclesia pacem habente, decet presentibus Sanctis ordinationes fieri in Ecclesia.* Alvarus in Vita S. Eulogii Presb. et Mart. num. 12 : *Omnes namque sancti Episcopi, non tamen omnes Episcopi sancti.* [Charta inter Instr. tom. 6. novæ Gall. Christ. col. 13 : *Anno Dominicæ Incarn. 906. sub Ind. ix. conventus factus est Sanctorum Episcoporum apud Barchinonem civitatem, etc.*] Messianus in Vita S. Cæsarii Arelat. : *Sanctus Lucius Presbyter, et Didymus Diaconus, qui eo tempore cum ipso per parochias ambulabant, etc.* Sed et Abbates ipsos Sanctos non semel compellat Cæsarius Arelatensis serm. 7. 9. Quin et quibusvis Catholicis S. Hieronym. lib. 3. in Rufin. cap. 7 : *Navim in Romano portu securus ascendi, maxima Sanctorum frequentia me prosequente.* Nisi hoc loco Monachos intelligat. Certe non uno loco alibi quosvis Catholicæ religionis Sanctos indigitat.

\* Charta Johan. comit. Carnot. ann. 1285. ex Chartul. episc. Carnot. : *Nous eussions requis ou non de ladite abbaie (de la Guiche) à très-saintisme pere et seigneur Martin, par la grâce de Dieu jadis souverain évesque, que il pleust à sa Saintée de établir ou faire établir le moustier des devant dites dames.* Le Roman de Robert le Diable MS :

L'Apostoles y fu meismes  
Li glorieux et li Santismes.

Et id quidem moris, ab ipsis Ecclesiæ incunabulis repetere licet, ut quivis fideles Sancti compellatur. Eo nomine passim in Epistolis suis utuntur Apostoli, virique Apostolici; quibus referendis ultro supersedemus : res enim est notissima. At rarius usurpata vox *Sanctitas*, nisi Episcopos alloquendo; quod et Abbatibus subinde concessum est, ut ex Valafrido Strabo de Visione Wetini Monachi Augiens. sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 272. et ex Epist. Haimonis Archidia. Catal. ad S. Bernardum inter Opera ejusdem tom. 1. col. 382. colligitur.

\* Concessum quoque hunc titulum abbatibus fuisse jam observatum est; quem Cluniacensibus potissime tamen adscri-



ptum colligo ex pluribus instrumentis. Lit. ann. circ. 1095. inter instr. tom. 10. Gall. Christ. col. 207 : *Hugo D. G. Silvanectensis episcopus, domino et carissimo sibi Hugoni Cluniacensis monasterii abbati, salutem et servitium. Notum fieri volumus vestre benignissimæ et nobis dilectissimæ Sanctitati, etc.* Charta ann. 1233. ex Chartul. Cluniac. : *Sanctissimo patri ac domino Cluniacensi abbati, frater Guido subprior totusque conventus humilis novi monasterii Pictavenensis, salutem et tam debitam quam devotam domino patri obedientiam. Sanctitati vestre notum fieri volumus, etc.* Lit. excusat. Will. prior. S. Pancr. de Leves ann. 1259. ibid. ch. 207 : *Yvoni abbati Cluniacensi ejusque loci sacrosancto conventui, .... salutem. .... Noverit Sanctitas vestra, quod nos. .... sine maximo et fatali corporis nostri periculo ire nullatenus volebamus. Quare Sanctitatem vestram. .... deprecamur, etc. Valeat Sanctitas vestra per tempora longiora. Occurrit passim hæc formula in eodem Chartulario et alibi.*

☞ Penes summos Pontifices mansit tandem hæc appellatio, quam ipsis præter cæteros tributam fuisse a primordio docemur ex pluribus epistolis quæ supersunt ad ipsos directis. Epist. Synodi Arclat. ann. 314. apud Constant. pag. 341 : *Domino Sanctissimo fratri Sylvestro Marini, vel Cætus Episcoporum qui adunati fuerunt in oppido Arelatensi.* Epist. Valentis et Ursacii ann. 349. ibid. pag. 403 : *Domino Beatissimo Papæ Julio, etc.* Ubi Sanctitas tua non semel occurrit. Adde S. Hieronymum Epist. ad Damasum ibid. pag. 580. S. Chrysostomum Epist. ad Innoc. pag. 771. Episcopos Africanos Epist. ad eumd. pag. 867. Maximus Imp. Epist. ad Siricium ann. 385. ibid. pag. 640 : *Domino vere Sancto apostolico viro Siricio Episcopo salutem.* Eum vero alloquendo utitur formula, Sanctitas tua.

SANCTITATIS titulum Imperatoribus Constantinopolitanis adscribi solitum, pluribus docemus in Dissert. de Byzantinis nummis : quem etiam Anglorum Regi attribuit Joannes Sarisberiensis Epist. 61 : *Vestram vero Sanctitatem, sicut accepimus et dolemus, iniqui circumvenire conati sunt, etc.* Vide Glossar. med. Græcit. voce ἅγιοι, col. 14.

☞ Eodem elogio donatum legimus Ludovicum Pium ab Attota presbytero in epistola quæ est 1. post Frotharianas, et Belam Hungariæ Regem a Stephano Tornac. Epist. 34. Quin etiam *Sanctissimi* dicti sunt ab Episcopis catholicis Principes tum profani, tum hæretici, ut observat Mabillonius lib. 2. Diplom. cap. 6. num. 7. ex Alemann. ad Procop. pag. 73. et 113.

\* SANCTISSIMA et Reverenda compellatur Joanna de Burgundia regina Franciæ, a Guidone de Vigevano de Pavia ejusdem reginæ medico, in Opusculo MS. de Modo conservandi sanitatem, etc. ex Cod. Colbert. 5080. nunc regio.

☞ Sed et Sanctitatis titulo Senatim prosecutus est Constantinus M. in leg. 4. lib. 15. Cod. Theod. tit. 14 : *Placuit vestræ Sanctitati iudicium examenerque mandare.*

\* 2. SANCTITAS, Sanctorum reliquæ vel Theca reliquiarum. Mirac. S. Veneræ

tom. 1. Sept. pag. 170. col. 2 : *Et surgentes ab oratione, tollentes crucem, Sanctitatemque portantes venerunt usque ad campum.* Et pag. 171. col. 1 : *Cum dies festus adesset venerande virginis Verene, .... furcs etiam, quasi ad adorandum hujus virginis Sanctitatem, etc.* Vide Sanctuarium 5.

SANCTITUDO, Titulus honorarius Episcoporum, apud Julianum Toletan. in Epistola præfixa libris Prognostic. et in Epistolis Idalii Episcopi Barcinonensis, et Suitfreni Episcopi Narbonens. eisdem subjectis. [V. Sanctimonium 3. et Sanctitas.]

☞ SANCTIVAGIUM. Gesta Abbat. Mediani Monast. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1100 : *Denique Sanctivagium jam tunc erat spirituali monachorum exercitio institutum. Stivagium ediderunt Bollandistæ tom. 3. Julii pag. 232. Quæ sit genuina lectio haud facile est divinare : utriusque enim voci affingi potest non absurda notio ; ita ut Stivagium sit pro Æstivagium, locus umbrosus : porro in silvis maxime habitabant Monachi : Sanctivagium vero transmigrationem ex loco in locum, vel peregrinationem sonet ; at qui ibi mentio fit ejusdam Deodati, qui Nivernensi episcopatu abdicato in saltu Vosagi secesserat : si peregrinationem malis intelligere ; erat certe hujus temporis religio, ut errando facilius se pietatem consecuturos existimarent. [\* Stivagiense cœnobium haud procul a Mediano monasterio situm versus occidentem, Gall. Estival vel Estivay.]*

☞ SANCTIVUS. Vide Sanguinus.

SANCTORALIA, Libri continentes Vitas Sanctorum. Ita quidam indignantur qui in Bibliothecis latent.

\* Consuet. monast. S. Crucis Burdeg. MSS. ante ann. 1305 : *Unum Sanctorale ad legendum et cantandum lectiones, etc.*

SANCTUALE. Vide Sanctuarium.

1. SANCTUARIUM, Templum, ædes Sanctorum. [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : Sanctuarium, sanctuaire, chose sainte, ou lieu ou elle est mise, ou portée.] S. Eulogius lib. 2. Memorial. cap. 9 : *Qui tunc in supradicto Sanctuario (Basilica Sanctorum trium) adhuc juvenis cum Paulo Presbytero reclusus manebat.* Acta Episcoporum Cenoman. in Gervasio cap. 31 : *Vel si aliqui Sanctuario datum fuerit ornamentum Ecclesiarum, quas canonico victui... possidetis, alteri distribuimus.* Vide Chartam Philippi I. Reg. Francor. ann. 1066. apud Marlotum in Chron. S. Nicasii Remensis cap. 2. [V. Sanctificium.]

SANCTUARIUM ALTARIS, in Concilio Bracarensi I. can. 13. et apud Martinum Bracar. cap. 55. quod Græcis ἁγίου, βήμα, Latinis Presbyterium. Adam Bremensis cap. 85 : *Sepultus est in medio chori, ante gradus Sanctuarii.* Chronicon Montis-Sereni ann. 1174 : *Destruo veteri Sanctuario, quod pro sui brevitate Congregationi erat inconveniens, etc.*

2. SANCTUARIUM, Cœmeterium. Synodus Ciestrensis ann. 1292. cap. 1 : *Ecclesiarum Sanctuaria, quæ populariter Cœmeteria nominantur.*

3. SANCTUARIUM, Jus asyli, quo gaudebant Ecclesiæ Anglicanæ, priusquam illud abrogasset Henricus VIII. statuto ann. 32. cap. 12. Willelmus Stanfordius lib. 2. de Placitis coronæ cap. 38 : *Sanctuarie est un lieu privilégié par le Prince, ou souverain Gouverneur pour le sauvegarde du vie d'home, qui est offendour.* Infra : *Sanctuarie n'est fors que come un liberté ou franchise graunté par le Roy à l'Abbé, ou spirital gouverneur.* Charta Renulphi Reg. Merciorum pro Monasterio Abendonensi : *Et quod virtute literarum predictarum... eadem villa de Culman siut Sanctuarium et locus privilegiatus, etc. Et quod tunc Abbas et omnes predecessores sui... habuerunt ibidem tale Sanctuarium.* Monasticum Anglie. tom. 1. pag. 172 : *Qui pacem Sanctuarii inter Ecclesiam Ripensem violaverit, reus sit bonorum omnium et vite.*

4. SANCTUARIUM, Bona ad Ecclesiam pertinentia. Charta Henrici III. Regis Angliæ : *Dedimus et concessimus... Ecclesiam de Lecchelade, cum toto Sanctuario ad Ecclesiam illam pertinente.*

5. SANCTUARIUM, Sanctorum reliquæ, seu potius Theca reliquiarum. Hormisdas PP. tom. 1. Epist. Roman. Pontif. : *Sanctuarie beatorum Apostolorum Petri et Pauli secundum morem ei largiri præcipite.* Jurare super Sanctuarium, in Legibus Ethelredi cap. 4. Lambertus Ardensis pag. 164 : *Attulit etiam sacri insigne trophæi de terra Hierosolymorum super aurum et lapidem pretiosissimum, Sanctuarium scilicet de barba Domini, de ligno Domini, etc.* Theodorici in S. Elizabethæ Reg. Ungar. Vitalib. 8. cap. 5 : *Alii pannorum particulas præcedebant, et pro Sanctuario reserabant.* Willebrandus ab Oldenborg in Itinerario Terræ Sanctæ pag. 138 : *Deinde Græci, et eorum Patriarcha pedes cum multis Sanctuariis subsequebantur.* [Chartul. S. Vedasti V. fol. 295 : *Domino Abbati illuc occurrenti suum Sanctuarium reconsignarunt.* Ibidem : *Reverendum caput (S. Jacobi) Ariam deportavit... Ab illo ergo die Sanctuarium Aræ in templo S. Petri servabatur.* Charta ann. 1253. ex Tabul. Eccl. Maclov. : *Canonici jurare paratis, et Sanctuario super quod jurare debebant coram ipsis posito, juramentum remisit.*] Occurrit crebro apud Scriptores, Gregorium M. lib. 1. Epist. 52. lib. 2. Ind. 10. Epist. 9. lib. 5. Epist. 22. 45. lib. 7. Ind. 2. Epist. 11. 12. 73. 86. in Concilio Meldensi ann. 843. cap. 39. [in Diurno Rom. cap. 5. tit. 4. 5. 6. in Ord. Rom. Benedicti tom. 2. Musei Ital. Mabill. pag. 152.] apud Augustinum *da Pas* in Stemmata. Armoric. part. 2. pag. 623. [Marten. tom. 1. Anecd. col. 846. et tom. 4. col. 258. Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 262. et tom. 3. Hist. Paris. pag. 127. Murator. tom. 6. col. 429. Bolland. tom. 1. Mart. pag. 286.] et alios laudatos in Glossar. ad Willharduinum, cui Sanctuaires, ejusmodi sanctuaria dicuntur n. 100. Le Roman de Garin :

Les filatires, les Scintuers chers.

Guill. Guiart in Ludovico VIII :

Calices, fiertes, filatieres,  
Chapes de cœur, viez Sanctuaires.

[Le Roman de Rou MS :

Reliques et cors sainz fist moult tost avant traire,  
Filatieres et testes et autres Sautuaires,  
Ni lessa croix, ne chasse, ne galice en aumaire.

Le Roman de la Rose MS :



Decens avoit un Sanctuaire  
Couvert d'un precieus suaire.]

Joan. Villaneus lib. 6, cap. 85 : *La quale recata a Lucen si mostrava in San Friano, come una Sanctuaria.* Testamentum Joannæ Drocensis Comitissæ Ruciaci ann. 1324 : *Je laisse mon Sanctuaire de S. Jean ainsi envoisillé comme il est à Jean mon fil, etc.* [Vide *Sanctimonia.*]

SANCTUALE, Idem quod Sanctuarium, Sanctorum reliquiæ. Othlonus in Vita S. Bonifacii Archiep. Moguntini cap. 5 : *Et quia se Apostolum censuit nominare, et capillos et ungulas suas populis pro Sanctuali tribuebat, seducens populum diversis erroribus.* [Le Roman de la Guerre de Troyes MS :

Por recevoir les fiançailles,  
Out fait porter les Santuailles.]

¶ 6. SANCTUARIUM, Sanctius et secretius Regis Consilium. Chronic. Trivetti apud Acher. tom. 8. Spicil. pag. 463 : *Jurante Rege beatum martyrem Thomam nec de mandato, nec de voluntate sua occidunt... cognoverunt Legati... innocenciam viri, atque sub umbra illius a quibusdam attentatum id fuisse, totamque hanc iniquitatem a Sanctuario processisse, et ideo... in quosdam magnates, quorum malitiam in hac parte manifeste convicerunt, notam infantia retorserunt.*

¶ 7. SANCTUARIUM, Tabularium, apud Agrimensores, ex Spelmanno. [\* Vide Forcellin. in hac voce.]

SANCTUARIUS, ad Sanctos, seu ad Ecclesiam pertinens. *Sanctuarium terra*, quæ ad Sanctos, seu ad Ecclesiam pertinet. Tabularium S. Victoris Massil. : *Rogamus ut pergas illuc, et mittas terminos inter oppida et castra et terram Sanctuarium : nam tuæ potestatis est eam terminare, et unicuique distribuere, quantum tibi placitum fuerit.* [Chartul. Aptense fol. 139 : *Vendo vobis petiam de vinea quæ est inter consortes, ex uno latere terræ S. Mariæ, ... in alio terras Sanctuaras, etc.*] Terræ Sanctuarum, apud Ordericum Vital. lib. 9. pag. 721.

¶ SANCTUARIA CAUSA, Jus Sanctuarii seu Ecclesiæ ad aliquid. Placitum ann. 968. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 323 : *Honoratus Episcopus interpellavit de ipsis vineis et de ipsis campis jam superius scriptis, melius debent nostras esse ex progenie parentum nostrorum quam Episcopi, propter nullam causam Sanctuarium succedere.*

SANCTUARIA FAMILIA, in Diplomate Henrici IV. Imp. quod exstat in Actis Murenensis Monast. pag. 22. *Ministri et familia Sanctuarii*, in Charta Henrici Imp. ann. 1075. pro Monasterio Hirsauigiensi apud Trithemium.

SANCTUARIUM, Ecclesiarum Tenentes. Concilium Burdegalense ann. 1255. cap. 18 : *Item inhibemus Laicis decimarum universis, ne de Sanctuariis Ecclesiarum decimas exigant, vel recipient ullo modo, etc. Homines Sanctuarii*, in Regesto Feodorum Campaniæ fol. 82 : *Odo de Ponciaco dixit quod Comes Campaniæ potest sequi homines Sanctuariorum usque ad Beuronne, etc.* Fol. 106 : *Maria de Ori fecit homagium ligium : feodum est apud Ori in Castellaria Sparnaci, et apud*

*Jaccinz de hominibus Sanctuariis in Castellaria Sezannæ.* Charta Capituli Trecentis ann. 1224. in Tabulario Campan. Bibliothecæ Reg. fol. 431 : *Si homo Sanctuariorum contraxerit cum femina nostra, et duxerit eam in terram domine Comitissæ. Santeurs*, in Consuetud. Hannoniensi cap. 83. art. 2. 4. 5. 6. vocantur : in Regesto Gallico Homagiorum præstitorum Theobaldo Regi Navarræ Comiti Campaniæ ann. 1256. fol. 244. *Homines saintiers.* F. 232 : *Hommes saints. Homines Sanctuarum*, in eodem Regesto Feodor. Campan. fol. 6 : *Dominus de Arzilleris tenet de Rosuaco medietatem S. Stephani, et justitiam, et Brandouiller, et Juilly, et Albanos, et homines Sanctorum.* Charta ann. 1165 : *Vel hominibus potestatis ipsius cænobii, vel adventis, quos Albanos vocant, vel servis tam Sanctorum, quam hominum infra procinctum commententibus.* Usatici Barcinonenses MSS. cap. 102 : *Hoc quod juris est Sanctorum, vel Potestatum, nec Castrorum, nemo potest eis impedire, vel pro suo jure defendere, nec detinere, etiam longinqua 200. annorum possessione.*

SANCTI, Idem qui Sanctarii. Libertates Regni Majoricæ ann. 1248. apud Joan. Darnetum in Hist. Regni Balear. lib. 2. pag. 269 : *Promittimus etiam vobis, quod non dabimus, nec excambinimus vos alicui personæ, Militibus, neque Sanctis, in toto vel in parte, etc.* Eadem loquendi formula usus etiam Fortunatus lib. 3. Poem. 10 :

Turris ab adverso quæ constitit obvia clivo,  
Sanctorum locus est arma tenenda viris.

\* Nostris *Saintiers, Saintieux.* Memor. E. Cam. Comput. Paris. ad ann. 1391. fol. 272. rº : *Item a aucuns serfs ou gens, qui doivent à jour nommé cire, l'un plus l'autre moins, que l'en appelle Saintiers.* Charta ann. 1411. in Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 190 : *Item une taille le jour de la feste Saint Denis sur les hommes et femmes de corps et gens Saintieux de la ville de Bonnes près Chasteaulhiery.* Clericos vero voce *Saintiaux* significari puto in Regesto Divion. MS. med. circ. xiv. sæc. : *Et se uns homs Saintiaux achiete une aune de drap ou de sargil, il paiera un denier.*

\* SANCTUARIUS, idem qui sacrista, cui sanctorum Reliquiarum cura demandata est, in Charta ann. 1439. ex Tabul archiep. Rotomag.

\* SANCTULÆ, Sanctimoniales Benedictinæ a B. Sanctuccia earum fundatrice ita nuncupate. Testam. card. Franc. Orsini ann. 1304. apud Cl. V. Garamp. in Ind. ad Hist. B. Chiariæ pag. 552. col. 2 : *Monasterio S. Mariæ in Julia de Urbe ordinis Sanctuariorum, etc.* Vide ibi Dissertationem 15.

¶ SANCTULUS, Patrinus, ab Ital. *Santolo*, eadem notione, apud Thomasium in Respons. pag. 211.

¶ SANCTUS, ut Sanctuarius. Vide in hac voce.

¶ SANCTUS OMERUS, a Gall. *Saint Omer*, pro Sanctus Audomarus, in Charta Edwardi III. Regis Angl. ann. 1333. apud Rymer. tom. 4. pag. 557.

¶ SANCTI. Expositio brevis antiquit. Liturg. Gall. apud Marten. tom. 5. Anecd. col. 100 : *Et pro hac causa in Quadragesi-*

*ma pro humiliatione non utetur (stola Diaconus) sicut nec Alleluia in nostra Ecclesia, Sanctus vel prophetia, hymnum trium puerorum, vel canticum mris rubri illis diebus decantantur... Alleluia vel Sancti tacentur ergo in penitentia.* Ubi breves orationes illas intelligit Martenius quæ a verbo *Sanctus* incipiebant, quales cantabantur ante Prophetiam, ante et post Evangelium.

\* SANDALARIUS, Officium in ecclesia Romana. Charta apud Cenc. inter Cens. eccl. Rom. : *Quando Sandalarii capiunt trabes beati Petri, etc.* Vide *Sandaligerula* et *Sandalarius.*

¶ SANDALE, Tela subserica, vel Pannus sericus, nostris *Cendal*. Vide *Cendalum*. Instrum. ann. 1461. inter Acta SS. tom. 2. Jun. pag. 64 : *Quod quidem corpus dicte S. Syriæ virginis, cum capite et aliis ossibus et reliquiis sacris, prout reperta in eadem capsula fuerant, per nos vicarios predictos, in quodam sacco lini desuper suto, cooperto quodam Sandali rubro sericeo houest, etc.* Testam. Johannis de Turre ann. 1365. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 716 : *Volo et ordino quod in die sepulture meæ supra corpus meum ponantur duo panui aurei, quorum unus sit boruatus (leg. bordatus) de Sandali nigro cum scutis sive scutellis armorum meorum.* Inventar. Eccles. Aniciens. ann. 1444 : *Item duos lavadors sive sudaria telle pro mortuis, et unum Sandale nigrum pro sepulturis.* Vide in *Sandalicus* et *Sandalum.*

¶ SANDALE, Linteolum sericum, quo sacerdos post communionem calicem exterigit. Statuta Eccl. Andegav. ann. 1507. pag. 196 : *Diligenter studeant Ecclesiastici habere ornamenta et vasa altaris, et singulariter corporalia honestissima quibus superponitur sacrosancta hostia et Sandale similiter, quo mundatur calix post sumpcionem sanguinis.*

1. SANDALIA. Ugutio, et ex eo Joan. de Janua, et Auctor Breviloqui : *Sandalium, quidam pannus quo equi nobilium solent operiri, ut Papæ et Cardinalium. Sandalia etiam dicuntur subtulares, quibus Papa et Episcopi solent Missas celebrare, quales beatus Bartholomæus deferebat.* [Ex his Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Sandalium, sandales, c'est solers d'Evêque que quant il celebre, une maniere de couverture de chevaux de nobles, ou de quoy l'en coeuvre les plaines ou les corps des mors, ou soler à cordelier.*] Papias : *Sandalia, Græci alti subtulares, caligæ, calciamenta, quæ non habent desuper corium.* Durandus lib. 3. Ration. cap. 8. n. 5 : *Sndalia quæ pedibus imponuntur, sic vocantur ab herba, vel Sandalico colore quo depinguntur. Habent autem desubtus integram solem, desuper vero corium fenestratum.* Alcuinus lib. 2. de Divin. offic. : *Sandalia dicuntur soles, est autem genus calcamenti quo induuntur ministri Ecclesiæ, subterius quidem solen muniens pedes in terra, superius vero nil operimenti habens ; patet : quo jussi sunt Apostoli a Domino indui. Idem scriptor eod. lib. : Episcopi et Sacerdotis pene unum officium est : at quia nomine et honore discernuntur, etiam et varietate Sandaliorum, ut visibus nostris error auferatur, Episcopus habet ligaturam in suis Sandaliis, quam non habet Presbyter. Epi-*



scopi est huc illuc discurrere per parochiam : ne forte cadant Sandalia de pedibus, ligata sunt. Presbyter, qui domi immolatus, sublimius intendit. Diaconus quia dissimilis est Episcopo in suo officio, non est necesse ut habeat dissimilia Sandalia, et ipse ligaturam habet, quia suum est ire ad comitatum, etc. Hildebertus Turonensis Archiep. : Consuetudinis est et rationis pertusa desuper esse Sandalia, ut totus appareat pes, nec totus sit coopertus : prædicator enim nec abscondere omnibus, nec omnibus Evangelica debet aperire Sacramenta. Adde Petr. Comestor. in Histor. Scholast. Exodi cap. 63. Amalarium lib. 2. de Eccl. offic. cap. 25. Rabanum lib. 1. de Instit. Cler. cap. 22. Rupertum lib. 1. de Divin. offic. cap. 24. Honorium Aug. lib. 1. cap. 210. Ivonem Carnot. serm. 3. de Rebus Ecclesiast. Hugon. a S. Victore in Speculo Eccl. cap. 6. Capitula Herardi Archiep. Turon. cap. 105. Philippum Eystetensem in Vita S. Willibaldi cap. 22. Innocent. III. lib. 1. Myst. Missæ cap. 10. 48. Durandum lib. 3. Ration. cap. 8. num. 5. etc. Chartam ann. 1274. apud Petrum Mariam Campum in Regesto part. 2. Hist. Eccl. Placentinæ num. 171.

SANDALIORUM ut et chirothecarum in præcipuis festivitibus usum Abbatibus interdum concessum habent non semel Scriptores, atque in eis Leo Ostiensis lib. 2. Chr. Casin. cap. 82. 97.

Omnibus Ecclesiæ ministris olim communis fuit sandaliorum usus, ut ex supra allatis discimus. De presbyteris Missam celebrantibus idem docet liber 5. Capitulum cap. 371 : Unusquisque presbyter Missam ordine Romanos cum Sandaliis celebrat. Sed diversa erant sandalia pro diversis ordinibus.

Utebantur etiam sandaliis Sanctimonialia, ex Vita S. Rictrudis sæc. 3. Bened. pag. 948 : Dum capere cum ceteris quietem putaretur corporis, illa pro dissimulatione relictis ante Sandaliis, etc.

SANDALIA itinerantium fuisse scribit Isaias Abbas Instit. ad Fratres orat. 3 : In itinere tantum, non autem in cella Sandalia ferat. De forma sandaliorum ac usu apud veteres, ut et apud Christianos, vide Benedictum Balduinum in Calceo antiquo cap. 12. Salmasium ad Tertullianum de Pallio, Angelum Roccam ad Imagines S. Gregorii M. etc.

SANDALIA EXCUTERE. Lambertus Schafnaburg. ann. 1053. de Legato Apostolico : Egressus urbem (CP.) Sandalia sua more Apostolorum publice super eos excussit. Vide Notata ad Cinnamum pag. 481.

SANDALIS, pro Sandalium. In Capitulis Adalhardi Abbat. cap. 38. de Sandalibus inscribitur. Charta Stephani I. Regis Hungariæ ann. 1001 : Moreque Episcopi in Sandalibus Missam celebrat. [Vita S. Landeberti Episc. Traject. sæc. 3. Bened. part. 1. pag. 71 : Porrectaque manu, arreptisque Sandalibus, etc.] Occurrit alibi non semel.

2. SANDALIA, Navis subsidiariæ species, vulgo Sandale, Italis Sandolo. Gesta Tancredi apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 207 : Paratur ergo navigium, habent remiges puratos denæ biremes, quibus trinæ simplicis remigii sociantur, quas vulgo San-

dalias vocant. Vide in Sandalis, Sandalus, et Sandones.

SANDALICUS, pro Cendalicus. Necrologium S. Victoris Paris. 12. Kal. Decembr. : Annivers. D. Joannis Regis Fr. ... qui duos pavnos Saudalicos aureos pro tunc nobis donavit, etc. Vide Cendalum, et Saudale.

SANDALIGERULA, Cujus officium circa Sandalia versabatur, inter ancillas familiæ Urbane recensetur, apud Laurent. Pignor. Comment. de Servis. Utitur Plautus.

SANDALIS, Sandalum, Plinio lib. 18. cap. 7. Genus farris, quod Galli Brance, vocabant. Charta Rogerii Regis Siciliae ann. 1137. apud Ughellum tom. 7. pag. 564 : Ut deinceps nec Salernitani nec eorum homines pro modiatice aliquid persolvant, sed semper ab hac conditione liberi et absoluti permaneant, plateaticum etiam, Sandalium, et lenticum, quæ veniunt de Calabria, Sicilia, et Lucania, similiter eis condonamus. [Vide alia notione in Sandalia 1.]

Σανδάλις, ut etiam hoc obiter moneam, quod Meursium vox hæc fugerit, navigii species fuisse dicitur in Chronico Alexandrino pag. 902. quod σανδάλιον appellatur in Nicetæ Codice Barbaro Græco pag. 142. et 411. edit. 1593. [Vide in Sandalia 2.] et Glossar. med. Græc. col. 1331.

SANDALUM, ut supra Sandale, Pannus sericus. Inventar. Eccl. Noviom. ann. 1419 : Item quedam infula cum stola et manipulo de Sandalo rubeo et asurato. Vide Pata et Sandalicus.

SANDALUS, Navis subsidiariæ species, Ital. Sandalo. Stat. Mantuæ lib. 1. cap. 144. ex Cod. reg. 4620 : Conducere volentes naves, burchielos sive Sandalos de partibus superioribus ad partes inferiores, etc. Sandanus ibid. cap. 145. Vide Sandalia 2. et in Sandalis.

SANDAPELO, νεχροθάπτης, in Gloss. Lat. Græc. Qui mortuorum cadavera Sandapila portat et humo mandat.

SANDAPILIARIUS, Eadem notione. Sidonius lib. 2. Epist. 8 : Hanc tamen, si quis huud incassum honor cadaveribus impenditur, non vespillonum, Sandapilariorumque ministeria ominosa tumulavere.

SANDAPILA, νεχροφορέιον, in Gloss. Lat. Gr. Sandapila, Feretrum vel loculum, in quo defuncti portantur. Gloss. MSS. Sangern. num. 501. Sandapila, biere, Serqueuls, in Gloss. Lat. Gall. ejusd. Monast. Vide Kirchman. de Funer. Roman. lib. 2. pag. 148.

SANDARAX, Matth. Silvatico, est herba de qua tingitur blavus color. Vide Sandaraca in Lexico Martini.

SANDEL, Lignum Indicum infectoriibus in usu, vulgo Saudal. Iter Indic. Balth. Spingeri apud Marten. Itiner. Litter. pag. 365 : Hic (in insula Thanagora sive Nagauria) crescit lignum... rubrum quod Sandel nominamus.

SANDIALIARIUS. Excerpta ex lib. Petri Mallii ad Alexandrum III. PP. apud Mabil. tom. 2. Musei Ital. pag. 162 : In resarcendo tectu et mutandis trabibus dantur duo denarii Papienses unicuique magistrorum et manualium in unoquoque die, donec opus compleatur. Quando Sandialarii capiunt trabes, duos solidos denariorum Papiensium et quatuor libras cere. An pro

Saudapilarii, vel Sandalarii, qui a Sandaliis ministri erant?

SANDONES, [Italis Sandoni, Navigia oneraria, et maxime ea quæ pontis vicem præbent et in quibus molendina exstruuntur.] Charta Aystulfi Reg. Longobard. apud Ughellum in Mutinensib. Episcopis, tom. 2. pag. 105 : Et ne ullus... molendina vel portum cum Sandonibus : aut naves in ipso fluvio vel in lavatinam edificare audeat, etc. [Memoriale Potestat. Regiens. ad ann. 1223. apud Murator. tom. 8. col. 1104 : In Kalendis Madii Mantuani ceperunt Cremonenses cum Sandonibus fere centum ; et devastaverunt eos, ita quod in fundo Boudenii demersti sunt. Chron. Estense ad ann. 1309. apud eumd. tom. 15. col. 366 : Præparatis navibus Sandonibus de molendino fecit fieri pontem bonum et firmum juxta ripam Padi. Vide Saudalia 2.]

SANDONI, Eadem notione, in Chronico. Tarvis. ad ann. 1379. apud eumd. Murator. tom. 19. col. 770 : Vecti portuum sollicitantes, duos bastiones de lignamine... construere fecerunt, cum una catena... facta grossissimi Sandonis de lignamine grosso massicis in ordie ad parum stantibus... atque cum tribus grossissimis catenis de ferro contextis per intra dictos Sandonos, etc.

SANDRIUM, vel SUNDRIUM, ambigue enim scriptum monent Bollandistæ in Charta Ottonis I. Imper. ann. 964. inter Acta SS. tom. 5. Maii pag. 68. ubi tamen Sandrium præterunt et Arenarias interpretantur, a Longobard. Sand, arena : In Salute manentes quinque, et uam petiam de vinea, et unum Sandrium dominicatum... concedimus. Paulo supra Sundrium ediderunt.

SANGALLA, Telæ genus, ab Ital. Sangello, nostris Bougran. Acta S. Juvenalis tom. 1. Maii pag. 401 : Hæc tamen (capsula) posita fuit immediate in altam capsam magnam et crassam ligneam, intus tela, ut dicitur Sangalla, rubea indutata et extrinsecus munitam laminis ferreis.

SANGUIFLOUS, Sanguineus. Vita B. Lidwine tom. 2. April. pag. 338 : Ob zelum animarum sæpe Sanguifluos imbres ab oculis fundens, etc.

Medicis nostris Sangofegie dicitur, Mola seu massa carnis sanguinea, vulgatus Môle. Lit. remiss. ann. 1367. in Reg. 99. Chartoph. reg. ch. 229 : Luquelle Agnesot confessa en gemissant et plourant moult fort que celle journée, n'avoit gaires, par grévance ou maladie, ... elle s'estoit délivrée et avoit eu un monstre de Sangofegie ou char rouge, de la grandeur d'un havenc ou environ, ouquel il avoit, ce li avoit semblé, forme de creature ; mais il n'y avoit eu point de vie.

SANGUIMINUERE, Sanguinem minuere, vel sanguine minuere, Ugutioni. Catholicon parvum : Sanguiminiuere, saingner, amender le sang. Vide supra Minuere.

SANGUIMINATOR, Qui Sanguinem minuit venam aperiendo. Charta ann. 1294. tom. 1. Probat. hist. geneal. domus reg. Portug. pag. 107 : Medico et Sanguiminutori similiter liceat intus ingredi tempore necessitatis. Vide Sanguiminiuere et Sanguinator.

SANGUINABILIS, Sanguinarius, sanguinis sitiens. Locus est in Supercapitare.



**SANGUINARE**, Sanguinem emittere, Gall. *Saigner*. Lcx Saxon. cap. 1. § 3 : *De ictu nobilis... livor et tumor si Sanguinat, etc.* Vita S. Ermenoldi Abbat. lib. 2. cap. 3 : *Ratboldus nomine puer... tantum de auribus, singulis noctibus Sanguinavit, ut mane pulvina ipsius alicujus univialis persusum sanguine videretur.* [Usus Fontanelle. MSS : *Novitius de regularibus non debet exire... nisi Sanguinet ejus nasus.*]

\* *Saignier*, in Stat. ann. 1371. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 441. art. 5. *Esseigner*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1467. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 42 : *Après lesquelz cops icellui Gilot se Esseigna tellement, que par ce uoyen... il ala de vie à trespas.* Hinc *Sanglonnée*, Sanguis concretus, sanguinis globus, vulgo *Caillot de sang*. Lit. remiss. ann. 1445. in Reg. 176. ch. 368 : *Icellui Estienne comença à getter par la bouche plusieurs Sanglonnées de sang.*

† **SANGUINARE**, Cruciatum, sanguine inquinare. Roland. Patav. Chron. lib. 7. cap. 5. apud Murator. tom. 8. col. 274 : *Habuerunt tamen medici usque ad plures dies quid facerent circa faciem Eccelini signatam dentibus et Sanguinatam unguibus viri commendabilis et audacis.* Poetis nostratibus *Essaigné*, pro *Ensanglanté*, cruentatus. Le Roman d'Athis MS :

Pale le trouve et Essaigné  
De cops d'espée et meshaigné.

\* *Nostris Sangler*. Lit. remiss. ann. 1460. in Reg. 190. Chartoph. reg. ch. 161 : *Le suppliant regarda sa dague qu'il trouva plaïée et Sanglée.* Hinc *Assangonné* dicitur de vulnere, sanguinis statione corrupto, in aliis Lit. ann. 1366. ex Reg. 97. ch. 525 : *Il la fery d'un petit coustel à taillier pain en la cuisse,.... tunc saigna et fu Assangonnée sadite plaie, et mal gardée et visitée, que le lendemain par cas de fortune ala de vie à trepassement.* *Saugnerlé* et *Sangmeslé*, Sanguinis commotione concitatus, turbatus; *Saugnerleure*, ejusmodi turbulenta commotio. Lit. remiss. ann. 1421. in Reg. 171. ch. 407 : *Lesquelles filles s'enfuirent toutes effrées et comme Sangnerlée, en criant, Veez ça les gens d'armes.* Aliæ ann. 1457. in Reg. 189. ch. 176 : *Jehan Alés.... fut fort courroucé et dolent, et se troubla, Saugmeslu et mia couleur.* Denique aliæ ann. 1422. ex Reg. 172. ch. 106 : *Le suppliant par chalem, Saugnerleure et temptation de l'ennemi, etc.*

**SANGUINARE**, Venam percutere. Gloss. Gr. Lat. : *Φλεβοτομή, Sanguino. φλεβοτομή, Sanguinor.* Ugutio : *Sanguinare, i. sanguinem minuire.* Locum vide in *Dies Egyptiaci.* Nos *Saigner* dicimus. Monasticum Anglican. tom. 1. pag. 149 : *Serviens vero qui fratres Sanguinaverit, panem et justam recipiet de cellario.*

\* *Saignée*, Pars brachii, ubi vena percute solet, Hisp. *Saugradura*. Lit. remiss. ann. 1371. in Reg. 102. Chartoph. reg. ch. 293 : *Icellui Bequeunie touena le coustel contre le bras dudit Mettoier, et li copa dudit bras bien avant par l'endroit de la saignée,.... à cause de ladite copeure dudit bras en la Saignée, etc.*

\* **SANGUINARIA**, Polygonia, eo quod

*ad sanguinem stringendum præset; quamvis quidam sic vocant aliam plantam, que Bursa pastoris dicitur.* Glossar. medic. MS. Simon. Januensis. ex Cod. reg. 6959.

† **SANGUINATOR**. Charta 27. ex Chartul. Dunensi subscribunt *Gausbertus coquus, Durandus mariscalcus, Hildemarus Sanguinator.* Forte qui venam percudit, vel lanuus, Gall. *Boucher*. Vide *Saignare*.

\* Vide supra *Risellus*.

† **SANGUINETUM**. Vide *Sanguinus*.

\*\* **SANGUINEUS**, Consanguineus, in Chron. Salernit. cap. 146. Vide *Sanguis*, 3.

† **SANGUINIA**, Justitia sanguinis, idem quod *Sanguis* 2. Vide in hac voce. Charta ann. 1147. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 518 : *Concedimus... omnes usaticos, et tallias, et tollas, et questas, et albergas, et firmantias, et Sauginias, et justitias, etc.*

**SANGUINITÆ**, Consanguinei, agnati, cognati, sanguine conjuncti. Casarius Heisterbach. lib. 6. cap. 5 : *Noverat enim paucos esse Clericos, qui Canonice intrascent, ita ut non essent Sanguinitæ, id est, a cognatis introducti; vel Chorite, id est, per potentiam magnorum intrusi: sive Simoniaci, pecunia scilicet vel obsequiis intronissi.* Ubi pro *Chorite*, legendum puto *curitæ*, a curia, vel *Chortite*, a corti, seu aula, vel palatio.

† **SANGUINITAS**, Consanguinitas, cognatio, Gall. *Pureté*. Vita S. Hugonis tom. 2. April. pag. 765 : *Habebat enim eadem regina religiosos ac sanctissimos præsules Sanguinitate sibi proximos.* Vide infra *Sanguis* 3.

\* *Alias Sanguinité*. Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 111. Chartoph. reg. ch. 298 : *Le suppliant.... trouva lesdiz faiseurs, dont les aucuns lui estoient de sanc et de lignage; lesquelz lui requièrent à cause de Sanguinité que le alast avecque eulx pour culx conduire et mener à sauve.*

**SANGUINOLENTUS**, Infans expositus, [recens natus, qui cum ad Ecclesiam expositus fuisset, in matriculariorum potestatem ita redigebatur, ut eum venumdare ipsis liceret. De *Sanguinolentis* exstat tit. 8. lib. 5. Cod. Theod.] In formula 48. ex Andegavensibus titulus ita concipitur : *Incipit Charta de Sanguinolento, quem de Matricleola suscipi.* In contextu : *Invenimus ibidem (in matricula Sancti illius) Infantulo Sanguinolento, cui adhuc vocabulum non habetur, etc.* [Adde Pancirolum l. 1. Theat. var. Lect. cap. 77.] V. *Collectus*.

† **SANGUINOSUS**, Qui sanguine abundat, nostris *Sanguin*. Cœl. Aurel. Acut. lib. 3. cap. 4 : *Sanguinosi phlebotomandi.*

1. **SANGUINUS**. Joan. de Janua : *Sanguinus, quedam parva arbor, quod cortex et fructus ejus sit sanguinei coloris; unde hoc sanguinetum, locus ubi abundat sanguini.* Lex Longobar. lib. 2. tit. 38. § 1. [\* Liutpr. 83. (6, 30.)] : *Qui ad arborem, quam rustici Sanguinum vocant, atque ad fontanas adoraverit, etc.* Ita meliores codd. ad editio Heroldi (60, 3.) habet *Sauvium*, V. *Sacrivius*.

\* 2. **SANGUINUS**, Gall. *Sanguin* et *Sanguine*, Panni species, a sanguineo colore sic dicta, coccineus. Lit. remiss. ann. 1390. in Reg. 138. Chartoph. reg. 281 : *Un surcot long de drap de Sanguine, fourré de panne.*

Aliæ ann. 1397. in Reg. 153. ch. 204 : *Une houppellande de Sanguin, doublé de pers. Une courte robe de Sanguine à femme, fourrée de penne, in aliis ann. 1400. ex Reg. 155. ch. 311. Vide in Pannus.*

1. **SANGUIS**, Vita. Ebrardus in Græcismos cap. 29 :

Sit tibi peccatum sanguis, Sanguis quoque vita.

Gesta Purgationis Felicis Episcopi Aptungitani : *Cæcilianus respondit, Constat, Domine, non mentior in Sanguine neo.* Galli dicerent, *sous peine de ma vie.* Gesta in causa Silvani : *Si mentior, pereum.* Anonymus de Gestis Constantini M. : *Accepta fide securum se esse de Sanguine.* Supra : *Dato sacramento securum esse de Sanguine.* Id est, de pœna sanguinis, ut est in leg. 2. de Sepulcr. violat. (9, 17.) leg. 51. de Hæret. (16, 5.) Cod. Th. et apud Senatorem lib. 9. Epist. 18.

2. **SANGUIS**, Merum imperium, seu major justitia, vel justitia sanguinis, que a domino feudi exercetur in casibus, in quibus sanguis defluit. Stephanus Torn. Ep. 132. al. 113 : *Jurisdictionem civilem usque ad rigorem, quam Imperium mixtum quidam appellant, sub potestate Comitum Flundrensis procuratorio nomine diu exercuit, ubi ex officio qualitercumque susceperat tenebatur et innocentes absolvere, et noxios condemnare, neminem tamen, ut ipse confitetur, ad effusionem Sanguinis ore proprio condemnavit, sed confessos aut convictos de crimine, Communitate Ambianensi, ad quam judicium Sanguinis spectat, secundum quod meruisset reus, judicandos exposuit et plectendos.*

[Charta Willelmi Comit. Forcalquerii ann. 1212. ex Tabul. Montis-majoris : *Constituit... usum fructum... in rebus quas exprimit, scilicet... in justitiis Sanguinis, quando scilicet quis pro sua culpa debet amittere vitam vel membrum.*] Hugo Flaviniac. pag. 132 : *Justitiam latronum qui in bannum inciderunt, et Sanguinis qui effusus fuerit.* Charta Adalberonis Episcopi Metensis apud Meurissium pag. 308 : *Bannum vero eidem loco tali tradimus conditione, ut si quis super eandem terram fur vel Sanguinis effusus deprehensus fuerit, per officiales loci discutiatur.* Tabularium S. Eparchii Incultism. fol. 22. v. : *Et Sanguinem nominatim, id est justitiam Sanguinis, quam requirebant, relinquo, quocumque modo vulneratio vel effusio sanguinis facta fuerit in tota terra illa, etc.* Num sanguis qui tantummodo in morte hominis effundetur, meus erit ad justificandum. Id est homicidium, quod erat ex 4. justitiis, [ut et in Litteris Odonis dom. Montis-acuti ann. 1224. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 4. pag. 376 : *Pro ictu, septem solidos : pro Sanguine, sexaginta quinque solidos, etc.*] Vetus Charta apud Jo. Columbani lib. 3. de Episcopis Sistaricens. num. 9 : *Justitiam Sanguinis in criminibus que morte aut membrorum detractione privantur.* Alia ibidem. n. 10 : *Retento nobis... majori dominio seu nero imperio, et generaliter super omnibus criminibus, que mortem vel exilium, vel membri abscissionem, vel ademptionem omnium bonorum infligunt.* Exstat in Tabulario Andegavensi Charta Goffredi Ducis Normanniæ et Comitum Andegav. qua donat



prædia aliquot Ecclesiæ S. Laudi, cum Sanguine et latrone, cum incendio et raptu et murtro. Alia ann. 1242: *Justitia Sanguinis et adulterii*. Infra: *Ne aliquis ausus esset querimoniam facere curiæ D. Archiepiscopi occasione Sanguinis, et adulterii*. Alia ann. 1250: *Eandem jurisdictionem exerceat libere in Sanguine et adulterio in sua jurisdictione commissis, seu etiam committendis, et aliis tam civilibus, quam criminalibus quæstionibus, etc.* Alia Will. Comitibus Pontivi ann. 1149. pro Monaster. Pers.: *Concedo etiam ipsis Monachis duellum suum, et Sanguinem suum, et latronem suum, et cattalla latronis, si fuerit vel deprehensus fuerit. Forisfactum Sanguinis, in Charta ann. 1227. Judicium criminale vel Sanguinis, in Metropoli Salisburgensi tom. 1. pag. 389. 390. Tabularium Ecclesiæ Uzetiensis ann. 1232: Donavit Episcopus B. Andusiæ... ad feudum penam inferendi Sanguinis hominibus S. Ambrosii lite criminali per suum et eorum bajulum. Consuetudo Municipalis S. Audomari art. 7: *Par ladite Coustume ont le Sang et, le larron: est à sçavoir connoissance de melleé de debat fait à sang courant, et du larron prins en icelle Seigneurie, posé qu'il doive estre pendu et estranglé. Consuetudo Vine-macensis art. 5: La connoissance du Sang et du larron appartient au Seigneur Viscontier. Adde Magnum Pastorale Eccles. Paris. lib. 2. cap. 97. Ruffium in Comitibus Provincia pag. 110. tom. 9. Spicilegii Acher. pag. 133. Heimerum in Regesto August. Virom. pag. 43. Ughellum tom. 1. part. 1. pag. 398. [Balaz. tom. 7. Miscell. pag. 240. Marten. tom. 1. Anecd. col. 90. 95.] etc. Vide *Latro*, et *Sanguinia*.**

**SANGUINEM CRIMEN**, Quod sanguine et morte rei luitur. [*Crunina que sanguinis penam inserunt, in leg. 18. C. de Transact. (2, 4.)*] Pœnitentialis Gregorii II. PP. cap. 20: *Siquis Clericus aut Laicus in demoliendis sepulchris deprehensus fuerit, quia facinus hoc sacrilegio legibus publicis Sanguinem dicitur, etc.*

† **SANGUINEM FACERE**, Vulnere, Gall. *Blessor*. Charta Caroli VIII. Reg. Franc. ann. 1494. ex Chartul. Belliloc.: *De Duranno qui occidit Rogerium et Berenico qui occidit Petrum de Belmolevreo qui fecit Sanguinem fratri suo Gaufrido*.

\* Nostris etiam *Faire sang*, pro *Blessor* usque au sang. Libert. Ayriaci ann. 1328. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 316. art. 58: *Qui maliciose, injuriandi causa, alteri Sanguinem fecerit sine gladio, excepto sanguine volagio, etc.* Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 4: *Garin ala devers le maire de la justice du lieu et se plaingnit du Sang, que lui avoit fait ladite femme, etc.* Alia ann. 1390. ibid. ch. 178: *Le suppliant frappa un petit cop de la main sur le visage ledit homme, et lui fist un pou de sang volage parmi les dens. Vide infra Volagium 2.*

3. **SANGUIS**, Cognatio. *Sanguinis jura*, in lege 58. Cod. Th. de Heret. (16, 5.) *Nexus sanguinis*, in leg. 122. de Decurion. (12, 1.) cod. Cod. et alibi non semel. *Sanguinis propinquitas*, in Legibus Wisigoth. lib. 7. tit. 2. § 19. [et in lib. 6. Capitul. cap. 130.] *Sanguine proximus*, apud Liberatum

Diaconum cap. 16 *Sanguine mixti*, qui vel quæ matrimonia cum agnatis et cognatis intra prohibitos gradus contraxerunt. Concilium Coyacense ann. 1050. can. 4: *Statuimus ut omnes Archidiaconi et Presbyteri, sicut Canones præcipiunt, vocent ad penitentiam adulteros, incestuosos, Sanguine mixtos, fures, homicidas, maleficos, etc.* Vide Cujacium ad leg. 4. Cod. de Bonis vacantibus lib. 10. et in Observat. lib. 11. cap. 26. [Vide *Sanguinitas*.]

4. **SANGUIS**, Origo, genus, stirps. Ebrardus in Græcismo cap. 9:

Sanguis, progenies: sanguis quoque dicitur humor.

Gesta Purgationis Cæciliani: *Origo nostra de Sanguine Mauro descendit. Equi Hispanici sanguinis* in lege 1. Codicis Theodosiani de Equis curulibus, et apud Vegetium lib. 4. de Arte veter. cap. 6. quos Hispanos vocat Ammianus lib. 20. Leges Edwardi Reg.: *Ceperunt uxores suas de Sanguine et genere Anglorum. Edictum Rotharis Regis Longob. tit. 69. § 4. (187.): Componat eam mortuam, tanquam si virum de simili Sanguine, id est, si fratrem ejus occidisset, etc.* [Laudes Papiæ apud Muratorium tom. 11. col. 27: *Sunt etiam quædam progenies in civitate, quæ dicuntur de Sanguine militari, quædam vero de Sanguine populari. Licet spuriosi dimidiati que Sanguinis fuerit, etc.* in Chron. Joh. Wethamstedii pag. 371.] Utitur non semel Saxo Grammaticus, ubi consulendus Stephanianus pag. 155.

**SANGUINES**, non agnoscit prisca Latinitas, ut est apud Priscianum. Occurrit tamen non semel in sacris Literis: *Qui non ex Sanguinibus, etc. Viri Sanguinum, etc.* [Consulat. Zachæi lib. 2. cap. 18. apud Acher. tom. 10. Spicil. pag. 94: *Cur Patriarcha David geminis Sanguinibus expiandus, innovari in se prioris gratiæ spiritum petit, etc.*]

**SANGUINIS CHRISTI PRETIUM**. Leges Hoeli Boni Regis Walliæ cap. 11: *Sanguis cujuslibet hominum pretium est 24. denariorum, Sanguis Christi pretium est 30. denariorum. Scilicet indignum videtur, et Dei Sanguis, hominis minoris pretii est.* Ubi Presbyteri, ni fallor, intelliguntur, quorum pretium majori pretio æstimatum fuit.

† **SANGUIS DRACONIS**, vulgo *Sang de Dragon*, Cinnabaris, vel resinæ species. Statuta Astens. ubi de intratis portarum: *Sanguis Draconis solvat pro qualibet libra ponderis lib. 1. sol. 10.* Vide Lexic. Martini v. Cinnabaris.

† **SANGUIS**. Transactio inter Abbat. et Monachos Crassenses ann. 1351: *Item debet dare dictus dom. Abbas... duodecim libras de Sanguine. Mendum haud dubie pro Sagimine.*

\* 5. **SANGUIS**, Mens, ratio, judicium, Gall. *Sens*. Chartul. S. Steph. Droc.: *Cum consilio virorum alti Sanguinis, R. episcopi Carnotensis et aliorum sapientum.*

† **SANGUISUGA**, *Vermis est aqualilis, ceno alitur*. Gloss. MSS. Sangerm. num. 501. Gall. *Sangsue*, Latinis Hirudo. *Sanguisuga*, Βδέλλα λιμναία. Βδέλλα ἰθαζος, in Gloss. Lat. Gr. Utitur Plinius alique non purioris latinitatis. Vide Isidorum lib. 12. Origin. cap. 5.

† **SANGUITTA**. Inscriptio ann. 1257. Romæ in Ecclesia SS. Lucae et Martinæ refert Alexandrum IV. illam Ecclesiam consecrasset, ibique inter alias Reliquias de *Sanguitta* S. Macarii reposuisse. Id de habitu interpretatur Torrigius de Crypt. Vatican. pag. 358. 2æ. edit. quod Fr. Marco non placet, vocemque corruptam esse ex *Sanitus* suspicatur, nisi *Segnuita* rependendum quis censeat, sitque diminut. vocis *Segnum*, quod genus est vestis. Quid si simplicius legas, de *Sanguine*?

† **SANGULARIUS**, Aper, a Gall. *Sanglier*, nisi *Singularius* legendum sit, in Gloss. Gasp. Barthii ex Baldrici Histor. Palæst. apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 171. Vide *Singularis*.

**SANGULENTUS**, pro *Sanguinolentus*, in Capitul. ad Legem Alamannor. cap. 26. edit. Baluzianæ. Ita Galli *Sanglant* dicunt.

\* Gallica voce *Sanglant*, injuriæ aut blasphemiæ loco nostri sæpissime usi sunt: unde *Sanglanter* dicebant, pro Aliquem eo nomine appellare. Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 4: *La femme et le suppliant se facherent,.... elle l'appella Sanglant sourt, et lui l'appella Sanglant ordure.* Alia ibid. ch. 51: *De quoy icellui Denisot se courrouça, dit par le poitron Dieu Sanglant, etc.* Rursum alia ann. 1407: in Reg. 161. ch. 272: *Le suppliant dist que lui Perrinot et autres avoient autrefois despité ou Sanglant Dieu et sa mere.*

† **SANHA**, f. Scandula, Gall. *Bardeau*, vel stipula, *Chaume*. Statuta Arelat. art. 59: *Nullus habeat furnum, neque furni domos cohopertas de Sanha.*

\* Neutrum; est enim Junci palustris genus, simul et locus, ubi ejusmodi junci crescut. Charta admort. pro eocl. Anic. ann. 1417. in Reg. 170. Chartoph. reg. ch. 60: *Item pro quadam Sanha communi pro indiviso cum hæreditibus Petri Bernondi.* Vide *Sagna* 2. et supra *Sagnaderius*.

† **SANIA**. Vide *Sagna* 2.

† **SANINUS**, pro *Samitus*, ni fallor, in Meisterlini Hist. Per. Noriberg. apud Ludewig. tom. 8. Reliq. MSS. pag. 28: *Imperatrix vero.... etiam adornata pallio maderino, quod purpura Sanina cooperatum erat, ... in chorum procedit.* Vide *Satinus*.

\* **SANITAS**, Salus, tuitio, conservatio. Glossar. vetus ex Cod. reg. 7646: *Ad Sanitatem sui conscius deprecatur, veniam petit.* *Sannement*, pro *Santé*, *guerison*, in Ch. Car. Valesii ann. 1330. ex Tabul. capit. Carnot. *Sené*, *Sanus*, in Lit. remiss. ann. 1464. ex Reg. 199. Chartoph. reg. ch. 524: *Gasbert Dubose donna à une truye Senée, qui estoit ou troupeau, d'un cousteau ou d'un pal pointu par le ventre. Saintible*, eodem significatu, in Lit. ann. 1372. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 485: *Le pueple d'icelle (ville) en vivra plus longuement et plus Saintible.*

† **SANNA**, σαζαζ, in Gloss. Lat. Gr. Irrius, maxime quæ narium, oris et vultus distorsio fit: hinc in Gloss. MSS. *Sanna*, *tortionarium*. Dudo de Morib. Norman. apud Duchesium Histor. Norman. p. 57:

Ridiculam vereor nobis sat surgere Sannam,  
Si impatiens refutes clavem nunc obice dempto.

Vide Lexic. Martini in hac voce.



† **SANNADERIUS**, f. Qui juncos palustres, quos *Sainas* vel *Sagnas* vocant, colligit, iisque utitur inter operandum; ut supra *Sagnerius* in *Sagna* 2. Vide in hac voce. Charta Guillelmi Comit. Forcalquerii ann. 1212. in Hist. MS. Montis-Major. : *Testes probaverunt monasterium habuisse pacifice ab omnibus ibi piscantibus singulis septimanis levatam piscium, ... singulos obolos pro singulis nancis, aut tres denarios pro una septimana, et a Sannaderiis singulos colligentibus singulis pabelum cum bispio aut olamine singulis annis tres denarios, et de avibus crancis trezenum pro pulmento, et de venatione capita aprorum et quarterios aliarum ferarum.*

† **SANNAGINA**, perperam pro *Sauvagina*, in Charta tom. 4. Histor. Haurc. pag. 1410. Vide *Salvasina* et *Sylvaticus*.

**SANNARE**, pro *Subsannare*, in vet. Lexico. [*Sannor*,  $\mu\alpha\kappa\tau\eta\rho\iota\zeta\omega$ ], in Gloss. Lat. Gr. *Sannator*,  $\mu\alpha\kappa\tau\eta\rho\iota\zeta\eta\varsigma$ , ibid.

\* **SANNATOR**, inter ministeriales abbatiæ Corbeiensis recensetur, in Chron. MS. abbat. ejusd. monast. fol. 8. v<sup>o</sup> : *Sannator unus, machones quatuor, ad buriam septem, barbaritii duo. An medicus?*

† **SANNUM**, Jus cognoscendi de *Sannis*, mulctamque pro iis imponendi et percipiendi. Chartular. Prioratus S. Florentini ex Tabul. S. Germani Autiss. : *Qui (Waldricus) convictus omnium iudicio dereliquit in eorum presentia omnes torturas et consuetudines quas per suam vim inmiserat superius memoratæ potestati, ac tenere injuste iudicatus est juste, hoc est, Sannum, placitum, justitiam... et quidquid culparum dici aut æstimari potest. Nisi leg. sit Bannum.*

**SANSOCHA**. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 1021 : *De murtia, et de rapina, et de rap, et de igne, et de sanguine, et de Sansoche, et de omni purprestura.* [Vide *Soca* 2.] [\*\* Vide *Ran*, 1. et lege *Ransoche*.]

\* **SANTALMUS**, **SANTASMUS**, Panni species. Inventar. MS. thes. Sedis Apost. ann. 1295 : *Item duos pannos Santasmos, unus rubeus, alter caelestis. Item tria frustra de Santalmo de uno palmo. Vide Santasmasum.*

† **SANTENSIS**, Ecclesiæ ædilis, seu bonorum ejusdem administrator. Acta S. Joli tom. 2. Junii pag. 252 : *Commissarius et architector, defensor, consiliarii et massarii seu Santenses dicte ecclesiæ... judicaverunt dictam ecclesiam fore et esse fabricandam, mutandam et instruendam. Vide Massarius.*

\* Ital. *Santese*, Hisp. *Santero*.

† **SANTIGUADOR**, vox Hispanica, Qui in præstigiis signo Crucis utitur. Locus est in *Saludador*.

† **SANTONENSIS MONETA**. Vide in *Moneta Baronum*.

\* **SANTROSSERUS**, **SANTROSSO**. Collect. Math. Flacii Illyric. inscripta, *Varia doctorum piorumque virorum poemata de Corrupto Ecclesiæ statu* edit. ann. 1556. pag. 27 : *Contra Santrossones et usurarios :*

O tu miser Santrossere,  
Quam multos cogis egere.

Hæc ex animadversionibus D. Falconet.

\* **SANTULUS**, pro *Sanctulus*, dimin. a

Sanctus, Ital. *Santarello*, in Vita B. Cicchi tom. 1. Aug. pag. 662. col. 1.

\* **SANTURERIUS**, a Gallico *Sainturier*, Zonarum artifex. Charta ann. 1407. in Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 337 : *Johannes de Cardona Santurerius. Johan le Doy's Sainturier et courroier*, in Lit. remiss. ann. 1456. ex Reg. 183. ch. 126. Vide infra *Santurerius*.

\* **SANUM**. Charta ann. 1117. in Access. ad Hist. Cassin. part. 1. pag. 234. col. 2 : *Et concedimus ipsi homines, ut qualemcumque terram de Sanum exaudinaverit, in hæreditatem habeant ad respondendum. Huc fortasse spectat vox Italica *Sano*, integer, vel conveniens, utilis.*

† **SANUTUM**, perperam pro *Samitum*, in Litteris Edwardi III. Reg. Angl. ann. 1338. apud Rymer. tom. 5. pag. 48. Vide *Exametum*.

† **SANZACBEGUS**, vox Turcica, Provinciæ Præses, a *Sanzac*, vexillum, et *Beg*, dominus; quia cum vexillo institui solet ejusque dignitatis est insigne. Hinc

† **SANZACHI** dicuntur Præfeti Turcici militares, apud Jovium Hist. lib. 14 : *Bellerbecho parent Sanzachi, Latine alarum signiferi.*

† **SAO**, Araris, Gall. *la Saone*. Notitia ex Chartul. S. Johannis Angeriæ. pag. 424 : *In Burgundia ultra Saonem perpetuo collocentur. Saona*, apud Murator. tom. 3. pag. 666.

\* **SAOMERIUS**, Jumentum sarcinale, Gall. *Bête de Somme*. Comput. ann. 1326. ex Cod. reg. 9434. fol. 135. r<sup>o</sup> : *Habui a domino episcopo Pictaviensi et a dominis abbatibus Nobiliacensi et S. Cipriani... tres Saomertos, unum cum uno domicello. Pluries ibi. Vide in *Sagma*.*

**SAONITITUM**. Vide *Saiones*.

**SAONNARE**, **SAONNIUS**. Vide *Sonare* 3.

† **SAORRA**, **SAORRIS**, vox maritima, Saburra, glarea, vulgo *Saorre*, aliis *Lest*, Ital. *Saorna*. Statuta Massil. lib. 4. cap. 6 : *Gardiani earumdem navium jurent ad sancta Dei Evangelia, et teneantur jurare ne lapides, vel Saorram, vel alia aliqua rumenta projiciant, vel cadere in portu Massiliæ... Si vero in bucca portus Massiliæ... aliquid ejiceretur de Saorra, vel rumentis seu lapidibus, etc. Statuta Arelat. MSS. art. 185 : *De Saorribus : Quicumque Saorrim projecerit in gradibus... in x. lib. puniatur.**

1. **SAPA**, **SAPPA**, Instrumentum rusticum. Mamotrectus ad cap. 2. Michææ : *Ligo, i. Sappa.* [Papias : *Marva, Sappæ, instrumenta rusticorum.* Idem quod nostri *Houë* vocant.] Charta ann. 1183. apud Ughellum tom. 4. pag. 862 : *De unoquoque pari boum, et de illis qui habent unum bovem, et eorum qui laborant cum Sapa, 12. denarii per singulum annum.* [Statuta Montis Regal. fol. 269 : *Item statutum est quod ferrarii teneantur et debeant reconzare Sapam pro solidis novem. Occurrit præterea in Statutis Vercell. lib. 3. fol. 101. v<sup>o</sup>.] Vide *Zapa*, 2.*

† 2. **SAPA**, Mustum coctum, a *Sapore* sic dici videtur, nostris *Raisiné*. Gloss. Lat. Gr. : *Sapa*,  $\xi\psi\eta\mu\alpha$ ,  $\sigma\alpha\varphi\delta\iota\tau\eta\varsigma$  οίνος. Papias MS : *Tertia parte musti amissa, quod remanet carenum est : cui contraria Sapa est*

*que fervendo ad tertiam partem descendit.* Vide Plinium lib. 14. cap. 9. Columellam lib. 12. cap. 20. et supra *Carenum*.

† **SAPARARE**, Separare, dividere, *Separer*. Chron. Petri Azarii apud Murator. tom. 16. col. 357 : *Societas ista cepit aciem primum domini Mediolani disgregare et in cuneos Saparare.*

† **SAPATOR**, *Saparum* artifex, ut videtur. Statuta Vercell. lib. 7. fol. 212 : *Promittat de non exercendo unquam per seipsum manualiter officia... nautarum, lanariorum, Sapatorum, bubulcorum, etc.* Vide *Sapa* 1.

\* **SAPATURA**, Pacti violatio, infractio. Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 300. ex Cod. reg. 4622. A : *Qui contrafecerit vel non observaverit ipsa pacta, solvat pro bannno singulis Sapaturis solidos tres.*

\* **SAPELLATA**, Pedamentum, paxillus, Gall. *Echallas*, ab Italico *Schiappare*, in assulas dividere. Eadem Stat. cap. 170 : *Bubulci et pastores uvas et Sapellatas usurum de vineis vel de alenis extrahentes, etc.* Haud scio an inde vox Gallica *Sapell*, qua

Virga seu ramusculus significari videtur, in Charta Frider. ducis Lothar. ann. 1295. ex Chartul. Romaric. ch. 24 : *Tant que nostre chien seront ès forès de Eccles, ne de Vosge, on n'i doit tendre à cordes (si) ne à Sapell. Sappe vero Fustus est ferro armatus, in Lit. remiss. ann. 1474. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1298 : *Ung baston ferré au bout, appellé Sappe. Santon* idem sonat in aliis ann. 1403. ex Reg. 158. ch. 257 : *Icellui Feliz apporta en sa main un baston, appellé Santon.* Aliæ ibid. de eadem re ch. 415. habent *Saton*.*

† **SAPELLUM**, **SAPELLUS**, Apertio, canalus incilis, ut videtur. Statuta Vercell. lib. 3. fol. 92 : *Item quod omnes Sapelli curie Vercellarum prohibentes sive impediens quod rugia parva que fluit ad civitatem Vercellarum... non recte fluat, debeant incontinenti reaptari per loca et personas circumstantes et circumstantia ipsis Sapellis. Statuta Placentiæ lib. 1. fol. 7 : *Singulis duobus mensibus teneatur Potestas videre seu videri facere omnia fossata magna vel parva communis Placentiæ, et Sapellos existentes in civitate Placentiæ, vel circa ipsam civitatem, etc.* Statuta Montis Regal. fol. 223 : *Et quod aliquis non dimittat aliquod Sapellum apertum per suum sedimen;... si aliquæ bestie intrarent per Sapellum alicujus, ille qui deberet claudere, solvat bannum et emendam. Hinc**

† **SAPELLARE**, **Aperire**, incidere, in Statutis Vercell. lib. 5. fol. 121 : *Item quod quicumque intraverit hortum, vineam, ... et clausuram ipsius ruperit vel Sapellaverit, solvat pro banno qualibet vice solidos decem Pap.* Statuta Montis Regal. fol. 223 : *Et si quis Sapellaret, seu Sapellum fecerit, discaudendo alienam clausuram, solvat bannum solidos decem.*

1. **SAPERE**, **Scire**, unde nostris *Savoir*, Capitul. Caroli M. ann. 769. cap. 15 : *Sacerdotes qui rite non Sapiunt adimplere ministerium suum, etc.* Adde Capitul. lib. 7. cap. 100. al. 137. Capitula Caroli C. tit. 10 : *Volumus ut vos Sapiatis, quid noster adventus hic fuerit. Tit. 14 : Ego ill. adsaluturam, illud malum quod Scach vocant, vel tesceiam non faciam, nec ut alius faciat*



*consentiam : et si Sapuero qui hoc faciat, non celabo.* Adde tit. 16. § 3. tit. 53. § 3. Hincmarus de visione Bernoldi Presbyteri : *Et uni homini meo commendavi aurum et argentum meum, quod nemo alius Sapuit nisi ego et ille.* Adde eundem Opusc. 34. initio. Pancgyricus Berengarii Imper. :

...prohibere minas Widonis iniquas  
Sine pium, Saptis, dudum qui funera campo  
Experti, etc.

Adalbero Laudunensis in Carmine ad Robertum Regem :

Alphabetum Sapiat digito tantum numerare.

Charta Alphonsi I. Regis Aragonum apud Blancam pag. 765 : *Scriptis tibi ista mea curta de Logroneo; et Sapias quod vidi rancurantem de illo Episcopo de Zaragoza, etc.* [Charta ann. 1422. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 990 : *Sapin totz qui las presentes lettres verran et audirant que, et c.* Vulgo, *Sachent tous, etc. Sepaes, pro Sachiez, in alia ann. 1476. ibid. col. 1357.]*

2. **SAPERE**, Posse. Desiderius Episcopus Cadurcensis in Epist. ad Modoaldum *Si gratiarum jura beneficiis vestris recompen sare voluero, non Sapiam.* Phrasis Gallica, *je ne saurois.*

¶ **SAPETUM**, Locus abietibus consitus, sapinetum, Gall. *Sapiniere*. Charta S. Hugonis Episc. Gratianopol. ex Tabul. ejusdem Eccles. fol. 18 : *De termino qui vocatur Broch usque ad terminum magna vallis et planities et villas et costas et Sapetum super Broch, etc.* Statuta Montis Regal. fol. 43 : *Item statutum est quod dom. Vicarius infra mensem postquam juraverit officium, teneatur ponere ad consilium capitula de bosconigro et aliis Sapetis, si placet consilio aliquid providere super custodia ipsorum.* Vide infra *Sappus* 2.

\* **SAPGITICIA**, pro *Sagittitia*, Navigii genus. Vide *Sagitta* 1. Marcha concessa ann. 1345. 4. Maii in vol. 3. arestor. parlam. Paris. : *Cum duabus Sapgiticis sive barchis armatis, more piratico per maria discurrentes, etc.*

¶ **SAPHARIUM**. Vide *Safarium*.

**SAPHIRINUS**, Cæruleus, coloris Saphiris, qui cæruleus cum purpura esse dicitur Isidoro lib. 16. cap. 9. Monachus Sangall. lib. 1. cap. 36 : *Pallium canum, vel Saphirinum quadrangulum.* Lib. 2. cap. 14 : *Palliaque Fresonica alba, cana, vermiculata, Saphirina, que in illis partibus rara et multum cara comperit : ex pellibus forte, quas Saphirinas vocat Jornandes de rebus Getic. cap. 3. de Scanzia Insula : Hi quoque sunt, qui in usus Romanorum Saphirinas pelles, commercio interveniente per alias innumeras gentes transmittunt, famosi pellem decora nigredine.* A Jornande hausit quæ habet in eamdem sententiam Rodericus Toletanus lib. 1. cap. 8. Ubi nescio an hoc loco *Saphirinas pelles* intelligere liceat, quas *Grisias*, vel *Varias* alii vocant, quod ad cæruleum colorem accederent, unde etiamnum in armorum insignibus eo colore depingi solet, uti observatum in Dissertat. 1. ad Joinvillam pag. 135. Sed videtur obstare, quod decoram nigredinem saphirinis pellibus videatur adscribere, adeo ut potius *Marturina* intelligi debeant :

nisi hac appellatione decora ista nigredo subfuscum in *Gristis* seu *Variis* colorem spectet.

\* **Saphistrin**, Saphirus minoris pretii, in Lit. remiss. ann. 1449. ex Reg. 179. Charthoph. reg. ch. 349 : *Denanda icellui Vincent quelle pierre c'estoit; et icellui feu Jourdain respondi que c'estoit ung Saphistrin d'Almaigne ou topasse, .... icellui Genilhac dist qu'il ne cuidoit point que ce feust Saphistrin, et ledit Vincent dist que c'estoit ambre, et le suppliant dist que c'estoit cristail ou bericle.*

¶ **SAPHION**, Funis in prora positus, Isidoro lib. 19. Originum cap. 4.

\*\* **SAPIDO**. Virgil. Grammat. pag. 98 : *In illa (Latinitate) Sapidinis est minima oratorum.*

¶ **SAPIENS**, Tutor, qui res pupilli curat, Gallice *Tuteur*. Charta ann. 1202. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 179 : *Debeant ei inde facere fieri cartam in laude sui Sapientis, etc.*

**SAPIENTES**, in Italia appellabant civitatum cives primarios, quorum consilio publicæ res gerebantur : [nunc *Conservatores* dicuntur.] Hieronymus Rubeus lib. 6. Hist. Ravenat. ann. 1297 : *Hoc etiam tempore Polentani, quamquam vires quotidie majores Ravenne accipientes, primi ex sententia rempublicam administrare : ab Senatu tamen Ravennati Magistratus accipere, quibus Consules et Rectores civitatis vocabantur. Ferum Laubertus ac Ostasius fratres ea mutant vocabula, que in vetustis eorum temporum codicibus nos legimus, pro Rectoribus et Antianis, Consulibusque, novem scilicet, et quandoque sex hominibus, qui Magistratum civitatis obirent, ipsi Sapientes appellarunt, quod nomen adhuc superest. Sed longe antea illud obtinuit in aliis Lombardiæ civitatibus, ut colligere licet ex Ottone et Acerbo Morena in Hist. Rerum Laudensium pag. 4. 5. 93. 104. 123. Adde Albertinum Mussatum lib. 4. de Gestis Italicor. post Henric. VII. rubr. 1. Rollandinum lib. 3. cap. 8. [Regimina Paduæ apud Murator. tom. 8. col. 387. Chron. Parmense apud eundem tom. 9. col. 809. et 822.] Hist. Bellunensem pag. 108. verso, Cherubinum Ghirardacum lib. 8. Hist. Bonon. lib. 7. cap. 3. pag. 220. et alibi non semel. Statuta Mediol. cap. 57. etc. Notum, porro ex Gellio lib. 4. cap. 1. juris magistris *sapientes* appellatos. [Eodem significatu *Sage-homme* usurparunt nostri. Petrus de Fontanis in Consil. cap. 21. n. 64 : *Celsus qui fut Sage-hom de loiz.*]*

**SAPIENTIA**, Christus. Rupertus lib. 10. de Divin. Offic. cap. 15 : *Filium Dei dicimus veram et incommutabilem Sapientiam, per quam universam condidit creaturam.* Vigilii Tapsensis lib. 2. contra Palladium cap. 6. ubi de Christo : *Sapientia appellatur, quia de corde Patris adveniens, arcana cælestia credentibus reservavit.* Sed hæc nota.

**SAPIENTIA**, interdum dicitur Spiritus sanctus. Rufinus Palæstinæ provinciæ Presbyter in Libello Fidei cap. 1 : *Quod unus est Deus, habens verbum substantivum æquale per omnia sibi, similiter et Sapientiam substantivam æqualem sibi per omnia, etc.* Et cap. 10 : *Quod autem in Sapientia et*

*cum Sapientia, hoc est, cum Spiritu sancto, Deus omnia facit, etc.* Ita Theophilus, Antiochenus lib. 2. ad Antolycom, Irenæus lib. 4. cap. 17. et 37. et alii alii.

\*\* **SAPIFICARE**. Virgil. Grammat. pag. 113 : *Qui pura animæ et intenta sollicitudine Sapificat, philosophus dicendus est.*

¶ **SAPINA**, Linter abiegnus, vulgo *Sapiniere*, qua in Ligeri præcipue utuntur. Computus ann. 1324. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 132. col. 1 : *Item pro dictis duodecim querquibus adducendis in quadam Sapina, a portu Quivriaci usque ad portum S. Saturni, XVI. sol. VI. den.*

¶ **SAPINUS**, πίνυς, in Gloss. Lat. Græc. Vide Lexic. Martini in hac voce.

\* 2. **SAPINUS**, Abies, vulgo *Sapin*. Arest. parlam. Paris. ann. 1338. in Reg. 71. Chartoph. reg. ch. 296 : *Item unum banquier, item unum de Sapino, item quatuor archas de Sapino.* Vide *Sappus* 2.

¶ **SAPIRE**. Charta ann. 1103. inter Probat. tom. 1. novæ Histor. Occitan. col. 361 : *Vicarius, nec illi qui placitabunt placita pro vicario, non prendent ullum averum de homine, neque de femina Montispassuli propter placita, postquam Sapient illa placita, præter justitiam domini, etc.* Vide mox *Sapitor*, et infra *Sarive*.

\* 2. **SAPIRE**, f. pro *Sarive*, Terram incultam succisis dumetis excolere. Vide in hac voce. Chartul. 21. Corb. fol. 137 : *Si dominus rusticis suis concesserit culturas suas ad excolendum et Sapendum, secundum partes singulis assignatas, sibi tamen in jure suo nullum fecerat præjudicium.*

\* **SAPIRE**, pro *Devenir sage*, Sapere, legitur in Mirac. MSS. B. M. V. lib. 1 :

Qui ton affaire va notant,  
Assagis est en assotant.

¶ **SAPITOR**, Sapiens, peritus æstimator; *Sapiteur* etiamnum usurpatur ea notione in foro Aquensi. Charta ann. 1471. ex Schedis Pr. de Mazaugues : *Injunxit modernis æstimatoribus... quatenus... vocatis prius partibus que tanguntur, Sapitoribus, fauginatoribus, valladeriis, magistris expertis, et aliis necessario evocandis, etc.*

**SAPLUTUS**. Fragmenta Petronii pag. 13 : *Ipse nescit quid habeat, adeo Saplutus est.* [A Græco Σάπλυτος, valde dives. Vide Scheffer. in Not. pag. 73.]

**SAPU**, vox Gallica vetus, unde Theutonnes *Scepe* nostri *Savon*. [\* Vide Graff. Thes. Ling. Fr. tom. 6. col. 172. voce *Seifa*, quam glossæ interpretantur *Sabona*, *smigma*, *resina*.] Glossæ MSS. ad Alexandrum Iatrosoph. : *Sapo Gallicus, i. albus.* Aretæus lib. ult. de Cura passion. : *Nitrosos illos factitios globos, quibus velaminum sordes expurgantur, Saponem Galli vocant.* Horatianus lib. 1. Rerum Medicar. cap. 3 : *Gallico Sapone caput lavabis.* Pli-nius lib. 28. cap. 12. ait Gallos sapone capillos rutilasse, ut et Martialis lib. 14. Epigr. 26 :

Caustica Theutonicos, accendit spuma capillos.

[Vide Capitulare de Villis cap. 43. et 44.]

¶ **SAPONUS**, Eadem notione, in Convent. civitatis Saonæ ann. 1526.

**SAPU CONSTANTINIANUS**, de quo Ptole-meus Silvius in Laterculo : *Constantinus senior... diadema capiti suo propter refluen-*



tes de fronte propria capillos (pro qua re Saponis ejusdem cognominis odoratu confectio est) quo constringerentur, invenit. [Vide Myrepsum sect. 40. cap. 11.]

*Saponem et uncturam* Monachis dari ad unguendos calecos docent Additio 1. Ludovici Pii, et Vineæ Benedictina. Hinc non semel Monachis ipsis in reditum assignatum habent veteres Chartæ. Charta Ludovici Pii, apud Doubletum pag. 740: *Item Saponem de ipsis villis persolvit, ut habetur constitutum. Figinti modia Saponis*, in Charta Caroli C. pro Monasterio Sangermanensi apud Mabilonium tom. 4. SS. Ord. S. Benedicti pag. 119. Alias vide apud eundem Doubletum pag. 740. 793. Adde etiam Fortunatum in Vita S. Rade Gundis. [\* Irminon. Polypt. Br. 13. sect. 99. pag. 149.]

**SAPONARIJ**, Saponis confectores, apud Plinium Medic. lib. 1. cap. 21. et Gregorium lib. 8. Epist. 27. Capitulare de Villis cap. 45: *Accellatores, Saponarios, siceratores, id est, qui cervisiam conficiunt, etc.*

**SAVO**, Glossæ MSS.: *Nitrum, a Nitra insula, salis species. Quidam dicunt esse Savonem, qui mundat hominem.*

**SAPONARIA**, Alexander Iatrosophista lib. 1. Passionum: *Gutta prima Saponaria trita et supposita satis bene operatur et curat. Ubi Glossæ MSS: Saponaria est lizivia, de qua fit sapo. Fit autem hoc modo: ponit in vase de virgis facto, vitis cineris 2. partes, tertiam de calce vivi, et aquam desuper. Quæ prima manat, est prima Saponaria, et de hac dicitur. Ad saponem vero faciendum, septem arietinum in aqua illa pones, et diu agitabis.*

**SAPOR**, [Condimentum, ut videtur, Gall. Sauce.] Veteres Consuetudines Floriacenses: *Ipsa die ab Arnario reficimur, unum tamen generale piscinum, et Saporem cum copia boni vini. Alibi: Quotiens habemus ova elixa, toties debemus habere Saporem, excepto ad cenam. Ceremoniale Roman. lib. 1. sect. 1: Cum salsamentis, Sapore, caseo, herbis crudis, etc.*

\* Hic forsitan ut et alibi Aromata, vulgo *Epices*, significat, ut colligitur ex Chartul. Latiniac. fol. 187: *Salem, allia et Saporem sinapis dabit eis (infirmis) cellarius. Altos vero Sapores infrinarius dabit. At vero Saver, pro Assaisonnement, sauce, Condimentum, legitur in Vita S. Ludov. edit. reg. pag. 351: Li saintz roi demanda un mes sel duquel il voudroit uincois mengier, ou des geline ou des perdrix, et il respondi des perdrix; et li benoëz rois li denunda à quele Saver; et il respondi que il les vouloit mengier au sel. Hinc Ensoudrer, pro Assaisonnement, Condire, nostri dixerunt. Lit. remiss. ann. 1385. in Reg. 127. Chartoph. reg. ch. 265: Comme Jehan de Saint Germainescuier se fenst couroniez que le tavernier leur avoit mal appareillié et Ensoudré leur poisson, que ilz devoient mengier, etc. Vide supra Adsaporare.*

¶ **SAPORARE**, Gustare, sapere, Gallice *Savourer*. Epist. Cyrilii Episc. ad Ildephonsum inter Conc. Hispan. tom. 2. pag. 533: *Memoratus sum vestri muneris, quod cum ardua intentione percurrerem, ac mentis acie*

*defixu universa quæ in morem pigmentorum redolentia exstabant, Saporem conarer.*

¶ **SAPORARE**, Saporem imbuere. S. Petrus Chrysolog. Serm. 157: *Per epiphaniam Christus in nuptiis aquas Suporavit in vinum. Cone. Toletan. XI. inter Hispan. tom. 2. pag. 661: Sed sensibus sunæ intelligentiæ reperiantur instructi, ut in disse- rando præcipue hujus sanctæ Trinitatis arcano plus evidentia quam eloquentia eos efficiat Saporatos.*

**ADSAPORARE**, Saporem infundere, [vel gustare, delibare, Italis *Assaporare*, eadem notione.] Regula Magistri cap. 23: *Et ventigiata a calice potione petita benedictione Adsaporet qui miscuit. Infra: Et item secundum suum numerum unicuique mensæ, signato item ab Abbate vase, et cum benedictione Adsaporato, mixtum ei ministrent, et ipsi in ultimo bibant.*

¶ **SAPOROSUS**, Sapidus, cui inest sapor. Constant. Afric. de Febr. cap. 4: *Sanguis temperator est omnibus elementis et Saporosior.*

¶ **1. SAPPA**, Polemicis Scriptoribus dicitur Muri fundamentorum effossio, subversio, Gall. *Sappe*. Vide Lexic. milit. Caroli de Aquino. Alia notione occurrit in *Sapa* 1. [\* Italis *Zappa*. Vide *Zapa*.]

\* **2. SAPPA**, Mustum coctum usque ad consummationem duarum partium, et propterea dicitur triplicatum. Glossar. medic. MS. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959. Vide *Sapa* 2.

¶ **SAPPAPPA**, quasi *Sarculo*. Gloss. Isid. Emendat Grævius, *Sappa*, quasi *Sarculus*. Vide *Sapa* 1.

\* **SAPPETUS**, Abies, ut supra *Sapinus*. Sent. arbitr. ann. 1500: *Item plus pronuntiaverant.... dicti arbitri, quod dicti parerii.... teneantur et debeant facere unum mantellum nemoris Sappeti bonum, fortem et sufficientem, etc. Vide Sappus 2*

¶ **SAPPINUS**, σαπίνος, in Gloss. Lat. Græc.

**1 SAPPUS**, Uligo, ex Anglico *Sap*, quæ vox etiam succum et albuminum sonat. Fleta lib. 2. cap. 73. § 18: *Sciendum quod duæ sunt terræ, quæ mature debent seminari, ad semen præcipue Quadragesimale, terra videlicet marlosi et lapidea, ne forte per fervidum Marci quæ dumnum contingat, et ideo tempestive debent hujusmodi terræ seminari, ut per Sappum et virtutem hiemis naturale recipiant nutrimentum.*

**2. SAPPUS**, Abies, vulgo *Sapin*. Ordericus Vitalis lib. 13. pag. 906: *Pro qua (abiete) vulgaris locutio villan Sappum nuncupare solebat.*

¶ **SAPUS**, Eadem notione, in Statutis Montis Regal. fol. 232: *Item statutum est, quod aliqua persona... non debeat incidere aliquod lignum viride in aliqua parte de ruvoze, Sapo, castanea, etc. Nostri Sap, pro Sapin, dixerunt. Comput. ann. 1444. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 1110: A Jehan Durant pour cxxx. l. de bray pour la chasse de Sap, etc. Le Roman de Vace MS:*

Mout i veissiez coups et de fer et d'achier, Maint hainte de Sap et de fresne bruissier.

Vide *Sapinetum*.

**SAPPUTURA**, Modus vineæ. Pactum in-

ter Thomam Comitem Sabaudie et Abbatem Pinarolensem ann. 1246: *Item pronuntiaverunt quod Comes possit emere ad opus Castri Podii Oddonis 4. Sapputuras vinearum facturarum ab eorum possessoribus sine tertio et affayamento et ficto proinde Monasterio daudo, etc.*

¶ **SAPSONATUS**, pro *Sablonatus*. Vide *Sabulo*.

¶ **SAPUS**, Abies. Vide *Sappus* 2.

¶ **SAPUA**, ut *Saca*. Vide in *Sac*. Chartul. Gemmetic. tom. 3. pag. 24: *Et omnia quæ ad illum pertinent cum Saqua et soca, et tolla et team.*

\* **SAQUALIA**, Vicus Parisiis, nunc corrupte *Zacharie*. Necrolog. MS. eccl. Paris.: *Item domos quasdam.... ultra parvum pontem, in vico Saqualie situtas, contiguas domui Johannis Maugerii chanverii.*

\* **SAQUETA**, Sacculus, nostris *Saquelet*. Lit. remiss. ann. 1396. in Reg. 150. Chartoph. reg. ch. 231: *Cum quadam Saqueta arenæ ipsum percussit supra faciem uno ictu, et dictam Saquetam ligavit in collo presbiteri, ut non clamaret. Un Saquelet de cuir, in aliis ann. 1415. ex Reg. 168. ch. 261. Vide Saquetus.*

¶ **SAQUETUS**, Sacculus, Gall. *Sachet*. Statutum ann. 1455. ex Tabul. Massil.: *In tribus parvis Saquetis tele. Mirac. MSS. Urbani V. PP: Et furtive extraxit Saquetum in quo erant 180. franci.*

¶ **SAQUUS**, Saccus, in Instrum. ann. 1404. ex Tabul. S. Victoris Massil.: *Dicta SS. corpora et reliquie aliæ in Saquis repositæ, etc.*

\* Comput. ann. 1351. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 142. col. 2: *Cum Saquis, in quibus privilegia et instrumenta commune tangentia et consulatui ponerentur.*

**SARA**, Præstationis species apud Normannos nostros. Charta Henrici Abbatis Fiscanensis in Tabulario Fiscan. fol. 34: *Jurabunt quod Saras et omnes alios rectitudines suas pro posse suo cum justitia sua Abbatem habere facient, nec patientur aliquem in villa manentem piscari, nisi Saras dederit in hac fornâ. De omni piscatione quamcumque exercuerint, hæc lex reddendam Sararum erit. De omnibus navibus 26. remorum 2. Saras, de navibus vero 18. seu 16. remorum Saran et dimidiam etc. Confer Scara, 4.*

**SARABAITÆ**, Monachi, qui nulla Regula approbati, adhuc operibus servantes seculo fidem, mentiri Deo per tonsuram noseuntur: qui interdum bini aut terni passim per urbes aut castella proprio arbitratu vivunt, ut est in Regula S. Benedicti cap. 1. et in Regula Magistri cap. 1. Isidorus lib. 2. de Offic. Eccl. cap. 15. et ex eo Papias, ex Cassiano Collat. 18. cap. 7: *Sextam genus Monachorum, quod per Ananiam et Saphiram pullulavit, i. Sarabaitæ, quique ab eo quod a cænobiali disciplina semetipsos sequestrant, suasque liberi appetunt voluptates, abusive dicti sunt lingua Ægyptiaca. Glossæ MSS.: Sarabaitæ, venientes aliorum disciplinam. Hi ab Hieronymo ad Eustochium de Custodia Virginit. appellatur Remoth, a quo describuntur. Ejusmodi Sarabaitas exagitant passim Scriptores, idem Hieronymus in Epist. Petrus*



Damiani lib. 5. Epist. 9. Odo Cluniacensis lib. 3. Collat. cap. 23. Ivo Carnot. Epist. 192. Joan. Sarisberiensis lib. 7. Policrat. cap. 23. etc. Præterea Warnerius MS. in Caprum Scottum Poetam :

Plus his si quæris jam Sarabaita vocaris,  
Conductor cupidus mangoque, non Monachus.

Vide Capitulare 1. Caroli M. ann. 802. cap. 22. Perperam *Sarabottæ*, pro *Sarabaitæ*, editum in Apologia Henrici IV. Imp. quod non adverte Freherus et Spelmanus. De vocis etymo variæ sunt sententiæ, quas vide apud Gazæum ad Cassianum, Haefteum lib. 3. Disq. Mon. tract. 2. disq. 2. Altaserram, et alios. De iis etiam S. Nilus in querela περί τῶν κυλευδόντων μοναχῶν ἐνεκὰ χρημάτων : Ὁ πρόην περιπόθητος καὶ ἄγαν περιβλεπτός τῶν μοναζόντων βίος, νῦν δὲ βδελυγρὸς γέγονεν, καθ' ὅς ἔρω, διὸ βροῦνται μὲν πᾶσι πόλεις καὶ κόμαι ὑπὸ τῶν ψευδομοναχῶν περιεργυμένων καὶ περιτρεφόντων μάτῃ, etc. Adde Consullat. Zachæi lib. 3. cap. 3. [et Metnardum in Notis ad Concord. regul. pag. 104.]

**SARABALLA, SARABARA.** Ugitio : *Saraballum*, lingua Chaldeorum vocantur *crura et tibie*. Unde *brachiales* quibus hæc teguntur, dicuntur *Saraballa*, quasi *crurales et tibiales*. Unde in *Daniele* cap. 3. *Saraballa* eorum non sunt innotata : *Saraballa* enim dixerunt *Aquila et Theodotion* non corrupte ut legitur apud quosdam in *Sarabara*. Et sunt *Sarabura fluxa et sinuosa vestimenta, vel caput tegmina, qualia videmus in capite Magorum picta, et sunt proprie puerorum*. Catholicon parvum : *Saraballum, Braie*. Ita utramque vocem pro caputem et crurum tegumentis promiscue usurpant : sed præsertim pro capitis tegumento, quomodo apud S. Augustinum lib. de Magistro cap. 10. et S. Hieronymum Epist. 49 : *Circa quorum Saraballa, sanctamque casariam innoxium luit incendium*. Vide eundem in *Daniel*. cap. 3. *Commudianus Instr.* 9 : *Mercurius vester fiat cum Sarabello depictus*. Adde *Rodulfum* in *Vita S. Richardi Episcopi Cicestrensis* n. 50. *Metellum* in *Quirinalibus* pag. 63. etc.

**SARABELLA**, pro bræccis usurpat *Chronicon Novalicense* lib. 6 : *Dum cxueret vestibus Sarabella ejus stercoribus labefacta reperta sunt*. [*Saraballa* editum ex eodem *Chron.* apud *Murator*. tom. 2. part. 2. col. 761.]

¶ **SARABOLA**, Eadem notione, in *Statutis Astens.* Collat. 7. cap. 5. fol. 23. v° : *Et faciam jurare omnes sartores de Ast. et de burgis quod quotiescumque aliquis duxerit ad eos pannum fustaneum vel tellam, ut incidat ei aliqua vestimenta, tunicam vel camisiam, vel Sarabolas, clamidem vel capam, etc.*

¶ **SERABULA**, Eodem sensu. *Acta S. Raynerii* tom. 3. Junii pag. 431 : *De suis quibus induebatur vestimentis quedam pauperibus largiens, nudus et sine Serabulis remansit*.

**SARABARA**, Eodem significatu. Glossæ antiquæ MSS : *Sarabara, crura, tibie, sive brace quibus crura teguntur et tibie*. Glossæ MSS : *Sarabare vocantur tibie vel crura. Brachis, operimentum ipsarum tibiurum*. Gloss. Lat. MS. Reg. : *Sarabara, fluxa ac sinuosa vestimenta, sive caputem tegmina, ut*

*Magi habuerunt*. Glossæ MSS : *Σαράβαρον, ἑσθῆς, περσική ἔναια δὲ τὸ βραχίονον λέγουσιν*. *Palladius* in *Vita S. Joan. Chrysostomi* pag. 106 : *Σαράβαρα, γαλιαιστύμωνα*. *Thiofridus Abbas Epternacensis* in *Vita S. Willibrordi* : *Jussus est ad lavatorium divertere, et Sarabara sua diligenter inspicere*. *Sarabara* legit etiam *Tertullianus* de *Pallio*, et ad *Martyres*. Occurrit pariter in *Notis Tyronis* pag. 159. *Catholicon Armoricum* : *Ballin, Gall. Barbecane, Sarabara secundum usum præsentem, licet aliud significat Sarabara*. Quippe *Barbacanas*, hodie *Braies* dicimus.

\* **Glossar.** vetus ex *Cod. reg.* 7613 : *Nationibus sua cuique propria vestis est, ut Parthis Sarabare, etc.* Hinc emendandum *Ugutio* in *Glossario*, ubi *Puerorum* legitur, pro *Parthorum*, uti etiam præfert aliud *Glossar.* reg. sign. 346. *Sarabara* pro *braccis* usurpat *Benzo episc.* *Albens.* in *Comment.* ad *Henr. III.* apud *Ludewig.* tom. 9. *Relig. MSS.* pag. 258 : *Heri venerunt mendicantes, et qui essent habitu, verbo et opere demonstrantes. Nam eorum panniculi erant sine utraque manica, in dextro latere pendeat cucurbita, in sinistro manica, barbata vero genitalia nesciebant Sarabara*. Vide infra *Serabola*.

**SARAVARA**, Nescio qua notione, [f. quodvis indumenti genus.] *Ethelwerdus* lib. 4. cap. 3 : *Superata tandem lues immunda, auxilia quaerunt, Rex jussit Saravara duci equis non exiguis littora, petunt proprias sedes*.

**SALABARRA**, est vestis grossa, *Esclavine Gallice, de pilis barri facta, ad modum salis aspera*. Ita *Glossa MS.* ad disticha *Mag. Cornuti*.

**SERABARA**, *Matth. Westmonasteriensis* ann. 1295 : *Tali ergo judicio condemnatur. Primo pelle bovis stratus, ascensis sex licitoribus equos, caudis ipsorum distractus, per civitatem Londinensem, vallatus quatuor torribus larvatis et effigiatis in Serabaris et pellicis interdolatis, impropertibus et convitia exprobrantur, etc.* Ita utraque editio, pro *Saraballis*.

¶ **SARABOTTÆ**, pro *Sarabaitæ*. Vide in hac voce.

**SARACA**, Genus pallii, aut veli, [vel etiam tunicæ, idem quod infra *Sarica*. Vide in hac voce.] *Anastasius* in *Benedicto III.* PP. pag. 206 : *Gabathas Saxiscas de argento exaurato quatuor, Saraca de olivero cum chrysoclavo 2. camisias albas, etc.* Vide *Sarantasmun* et *Sarca*.

¶ **SARACENALLUS, SARACENATUS**. Vide infra *Saraceni*.

**SARACENESCA**, Cratis ferrea ad portas urbium. *Italis Saracinesca, quel tavolo che nelle fortezze si tien legato con catene sopra la porte per cularlo, et clunderle ai bisogni*. *Historia Cortusiorum* lib. 4. cap. 5 : *Dum vero porta ab intrinsecis clauderetur, miles unus Theutonicus se opposuit, qui calata porte levatura, seu Saracinesca, inter utramque partem rivus remansit inclusus*. Vide *Portenarium* lib. 2. *delle Felicità di Padova* cap. 9.

¶ **SARACINESCA, SARACINESCHA**, Eadem notione *Chron. Estense* ad ann. 1371. apud *Murator*. tom. 15. col. 495 : *Custos turris cognoscens illam gentem inimicam*

*esse, ne amplius aliquis tam facile possit ingredi, nec ipsi egredi, quia obdendi fores spatium non habebat, artificiosa repagula, que Saracinesca apud Italos nominatur, infra repente misit*. *Annales Mediol.* ad ann. 1324. apud *eundem*. tom. 16. col. 701 : *Pontes levatores eum portis Saracineschis jussit fabricari*. [\* *Alia* apud *Murator*. *Antiq. Ital.* tom. 2. col. 513. c.] Vide *Saracina*. Hinc

¶ **SARACINESCA**, pro quovis repagulo, in *Statutis Mutin.* cap. 41. fol. 54 : *Habeat (canalecta) suam Saracinescani de bono ligno bene obturante caput canalectæ, et singulis sabbatis post vespas Saracineschæ levari possint a suis clavibus, ut aqua possit intrare per dictas canalectas, et abluere immunditias dictarum canalectarum. Quæ Saracineschæ debeant Dominicis sequentibus post vespas debeant abbassari et reponi ad loca solita pro obturatione prædicta*.

**SARACENI**, Populi notissimi, qui a *Sara* Abrahami uxore legitima id nominis sibi assumpserunt. *Hieronymus* in *Ezech.* lib. 8. cap. 25 : *Agareni, qui nunc Saraceni appellantur, falso sibi assumpserunt nomen Saræ, ut de ingenua et domina videantur generati*. Adde lib. 5. in *Isa.* cap. 21. et *Agobardum* de *Insolentia Judæor.* cap. 21. *Nicolaus de Lyra* in *Isaie* cap. 20 : *Arabes sunt Saraceni ab Ismaele et Cadar filio ejus, qui melius a matre sua Agareni. Sed maluerunt vocari Saraceni, quasi Saræ liberæ, non Agar ancillæ sint filii*. Vide *Arnobium* in *Psaln.* 119. A *Saraca* regione *Saracenos* dictos vult *Stephanus*. Alii a *Σαράχ* Arabico, quod est *λαγίς*, unde *Σαρακηνός*, quasi *λαγυκός*. Alii a voce Hebraica *Sarak*, quæ vacuum et inane sonat, ita ut *Saraceni* dicti fuerint quasi viri inanes, minimeque frugi homines, aut vitam pauperem, duram et incultam agentes, qualis eorum plerumque est qui rapto vivere solent, locaque deserta et horrida incolunt. Vide *Innocentium* *Cironum* in lib. 5. *Decretal.* tit. 6. et *Nicol. Fulleri* lib. 2. *Miscell. sacr.* cap. 12. *Saracenorum* vocabulo *Ungaros* etiam, atque adeo gentes paganos promiscue donant interdum *Scriptores*, ut *Hepidannus*, *Eckehardus junior* de *Casibus S. Galli* cap. 15. etc.

**SARACENI**, in *Hispania*, *Regis olim vel Dominorum* erant, ut *Judæi*, apud nostros, proinde etiam in commercio. *Michael del Molino* in *Repertorio* pag. 303. cap. 1 : *Saracenorum corpora sunt Dom. Regis. Etiam si Saracenus de loco Do. Regis trunsect ad locum infantionis; nisi infantio duxisset eum de partibus alienis, etc.* Infra : *Saraceni habitantes in villa alicujus Varonis, vel infantionis, si decedunt sine filiis, potest Dominus loci occupare omnia bona sua*. Rursum : *Saraceni habitantes in locis Dom. Regis omnes sunt in commanda et guarda speciali Dom. Regis, nec possunt dicti Saraceni se ponere in commanda alicujus nobilis aut alterius, etc.* [*Testam. Arnaldi Narbon. Archiep.* ann. 1149. inter *Instr.* tom. 6. *Gall. Christ.* col. 39 : *Laxo episcopo Biterrensi omnes Saracenos meos. Charta alterius Arnaldi itidem Archiepisc. Narbon.* ann. 1225. *ibid.* col. 58 : *Donamus.... monasterio Fontis-frigidus... duas carretus nostras et equos earum, ut et Saracenus carraterium nostrum.*]



\* Nostri Sarrazins etiam appellarunt erroneos quosvis, qui rapto vivere solent. Lit. remiss. ann. 1453. in Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 376 : *Pluseurs Egiptiens, wlgamment nommez Sarrazins,..... ariverent à l'entrée de la ville de Cheppe en entention de y estre logiez, entre lesquelz en y avoient aucuns, qui portoient javelines, dars et autres habilliens de guerre;... en tout jusques au nombre de 60. ou 80. personnes.* Aliæ ann. 1467. in Reg. 200. ch. 28 : *Pour ce qu'il y avoit des Sarrazins ou Bohemiens ou pays, etc.* Hinc *Jeu Sarrazinois*, pro Acris pugna, more Saracenorum, Gall. *Combat sanglant*, in Poem. Alex. MS. part. 1 :

Tholome le regrete et le plaint en Grijois,  
Et dist que s'il eussent o eulz telz vingt et trois,  
Il nous eussent fet un jeu Sarrazionois.

SARACENUS, Moneta Saracenorum. Jacobus de Vitriaco lib. 3. pag. 1125 : *Cui unusquisque fratrum singulis annis pro certo reditu dignitatis suæ transmittit mille Saracenos, et duos dextrarios bene preparados.* Infra : *Et quilibet omni anno pro certo tributo solvit ei 20. mille Saracenos in fisco patris, et pater dat omni anno unicuique filiorum tantum auri, unde possit fieri unus annulus, in quo sculpturim imago ipsius.* [Cencius in Ord. Rom. apud Mabill. tom. 2. Musei Ital. pag. 200 : *Hoc est presbyterium quod datur officialibus camerarii... Sartori cameræ duo Saraceni, custodi cameræ duo Saraceni, etc.*] Adde Matth. Paris ann. 1193. pag. 122. 123.

SARACENATUS, SARRACENATUS, Simili notione, eidem Jacobo de Vitriaco pag. 1126 : *Et valet illud frequenter 20. mille Saracenos.* Mox : *Et plus valent isti reditus quam 40. mille Saraceni.* [Chron. Richardi de S. Germano apud Murator. tom. 7. col. 987 : *Quolibet anno pro certo tributo mittit in fisco patris 20. millia Saracenos.* Charta ann. 1243. ex Tabul. Commun. Massil. : *Dinidius Saraceni Acconis computatur pro libra.*] Vide *Byzantii saraceni*.

† SARACENALLUS, Eodem significato. Charta ann. 1163. ex Tabul. Massil. : *Recepimus de mutuo communi Massiliæ 1211. bizantios Saracenallos.*

SARACENIA, Multitudo et societas Saracenorum, vel ritus eorum, vel regio eorum. Ugutio.

\* SARRACENIA, Saracenorum regio, nostris *Sarrasinesne* et *Sarrazinois*. Annal. Victor. ad ann. 1270 : *Cumque tanta multitudo merito debuisset putari posse non solum Terram sanctam, sed et totam Sarraceniâ subjugare, etc.* Hist. Caroli VI. pag. 199 : *Le uiareschal Boucicauc fut en Sarrasinesme faire guerre aux Sarrazins.* Lit. remiss. ann. 1393. in Reg. 145. Chartoph. reg. ch. 479 : *Un surnommé Ragam, fils naturel d'un poure labourneur, qui savoit bien que dès long temps avoit et en son jeune aage, feu Patry de Chaourees chevaliers, lors seigneur de Rabastan, avoit esté pris et emmené prisonnier par les Sarrazins, se vanta et se nomma seigneur de Rabastan,..... en donnant à entendre qu'il venoit de Sarrazinois.* Vide in *Saraceni*.

† SARACENISMUS, Gens, Terra Sarace-

norum. Memoriale Potestat. Regiens. ad ann. 1270. apud Murator. tom. 8. col. 1131 : *Et sperarent, quod non solum Terram sanctam, sed etiam totum Saracenisum subjugari debuissent.*

SARACENICUM, Pannus Saraceni operis, *Saracenet*, in Inventario Ecl. Eboracensis ann. 1530. in Monastico Anglie. tom. 3. pag. 177 : *Item una capa del Saracenet, operata cum imaginibus, etc.* *Saracenicum opus*; ibidem non semel pag. 321. 326. etc. [Vide *Sarantasmum*.]

† SARACENUM, Velamen Sanctimonialium. Comput. ann. 1239. ex Bibl. Reg. : *Abbatissa S. Antonii pro vi. supertunicibus emptis apud Pontisarum, pro Saracenis, canisiis, braccis, sotularibus et caligis, etc.* *Saracenum* dici videtur quod Saracenis mulieribus maxime solum erat caput velamento operire, ut testatur le Roman de la Rose MS :

Mes ne queure pas le visage,  
Qu'il ne vent pas tenir l'usage  
Des Sarrazins, qui d'estamines  
Cuevent le vis as Sarrasines  
Quant il trespasent par la voie  
Que nus trespasans ne les voie,  
Tant sont plains de jalouse rage.

Nisi malis vocis originem deducere a *Saracenicum*, quod ex panno Saraceni operis erant ejusmodi velamina. Vide Gloss. med. Græcit. v. Σαρραζινικον.

\* SARACENUS, Pannus Saraceni operis. Testam. Petronæ comit. Bigor. ann. 1251. ex Tabul. Auxit. : *Concedit... reliquias Sanctorum quas habet, sive sint de serico, vel argento, vel auro, sive annulis vel lapidibus pretiosis, et Saracenos suos; ista omnia ordinat in elemosina monasterio Scalæ Dei.* Vide *Saracenicum*.

† SARACINA, Cataracta, Gall. *Sarrasine*, vel *Herse*. *Saracina portæ mercati*, in Charta ann. 1365. ex Tabul. S. Victoris Massil. Vide *Saracenesca*.

† SARACINESCA, ut *Saracenesca*. Vide ibi.

\* SARACINESCUM, Idioma Saracenorum. Pact. inter reg. Tunet. et Pisan. ann. 1398. tom. 1. Cod. Ital. diplom. col. 1122 : *Non obstante quod (procuræ) non sint scriptæ in Saracenesco, et quod dicta procura translatur de Latino in Arabicum, etc.*

† SARAIUM, Palatium quodvis, sed præcipue Turcorum Sultani, Gall. *Serrail*, Ital. *Serraglio*. Vide Gloss. mediæ Græcit. v. Σαράγιον.

† SARALHERIUS, Serarius, Gall. *Serrurier*, in Catalogo MS. ann. 1328. Confraternit. Nativit. B. Mariæ Deauratæ Tolos.

† SARANTASMUM, corrupte fortassis pro *Saracenisum*, vel *Saracenicum*; certe videtur esse Panni genus Saraceni operis, seu aulæum Saracenicum, *Sarrasinois* nostris quibus magno habetur in pretio. Johannes Diac. de Eccles. Lateran. apud Mabill. tom. 2. Musei Ital. pag. 568 : *Inde non post inultum Sarantasmum optimum ad altaris ornamentum (obtulit Lucius II. PP.)* Infra : *Tarantasmum ad cooperimentum altaris.* Ubi leg. *Sarantasmum*. Ibidem pag. 570 : *Post aliquantum temporis intervallum obtulit (Anastasius IV. PP.).... Sarantasmum*

unum præclarum et optimum. Vide *Saraca* et *Scaramanga*.

\* SARAO, Arca, ni fallor, ubi aliquot servatur. Charta ann. 1345. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 201 : *Uno Saraone et una teca pro dictis telis et lanceis reponendis.*

SARAPIA, *Rapinæ*. Gloss. Isidori.

† SARAPULUS, Serum lactis, ni fallor : unde legendum suspicor *Saraculum*, vel *Seraculum*. Vide *Seracium*. Chron. Estense apud Murator. tom. 11. col. 188 : *Vidi in quadam vigilia natiuitatis Domini, quod dictus Guilielmus miserat dicto Guidoni xx. paria boum cum carris oneratis odorifero vino, farina tritici, mezenis salatis, et habuit Sarapulos et coagulos.*

† SARASINESCA, Repagulum. Vide *Saracenesca*.

\* SARASTOCHUM, Usuræ species, lucrum illicitum. Barel. serm. in fer. 4. hebd. 1. Quadrag. : *Ille petit filium a Deo, et propter ipsum dabit usuras Sarastochi et barochi.*

\* SARATA. Charta Rob. Lingon. episc. in Chartul. ejusd. eccl. fol. 235. vº. ex Cod. reg. 5188 : *Saratas et eulogius quoque ecclesiarum illarum, quas a nobis habent in archidiaconatu Latinsensi et Tornodorensi, tenendas illis confirmamus.* Sed leg. *Paratas*, uti habetur infra : *Presbiteratum de Impliaco cum Paratis et eulogiis, tam episcopi quam ministrorum ejus, addidi.* Vide *Parate*.

† SARAVARA. Vide *Saraballa*.

SARAVISA. Histor. Episcopop. et Comit. Engolismensium cap. 27 : *Inter cætera donaria obtulit... candelabra argentea Saravisa fabrefacta pensantia libras 15.* Locus, ni fallor, corruptus. [Legendum forte *Salarata*, quæ inter ministeria sacra interdum recensetur. Vide *Salarium* 1.]

SARBOA, [ut mox *Sarbuissinum*.] Vincentius Belvacensis lib. 31. cap. 143 : *Denique in anuo quo contritus fuit Soldanus a Tartaris, ante pugnam dedit 16. millia paria vestimentorum de samitho, et de thabit, Sarbois exceptis.*

† SARBUISSINUM, Vestis genus, braccæ, idem quod *Saraballa*. Radulphus Coggeshale in Chron. T. S. apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 563 : *Qui vero Filium Dei et crucem victoriæ ejus, diabolo instigante, proli dolor! polluto ore negare (vellet,) cibauim sericum et Sarbuissinum auro ornatum, equum et arma, amputato pelliculo membri verendi, ab ipso Saladino acciperet.* Vide *Sarboa*.

SARCA. S. Audoenus lib. 1. Vitæ S. Eligii cap. 12 : *Habebat quoque zonas ex auro et gemmis comptas, necnon et bursas elegantier gemmatas, lineas vero metallo rutilas, orasque Sarcarum auro operatas, etc.* Idem videtur quod *Saraca*, de qua voce supra. [Vide infra *Sarica*.]

SARCALOGUS, Christus, Verbum quod caro factum est; vox composita ex *σάρξ*, caro, et *λόγος*, verbum. Dudo lib. 3. de Actis Norman. in Præfat. :

..... omnipotens Deus,  
Sacra Virgine matris editus et satus,  
Verè nostra fides Sarcalogon quem ait.

† SARCELLUS, Circulus, Gall. *Cerceate*.



Charta S. Ludovici Reg. Franc. ann. 1269. ex Regest. 91. Chartophyl. regii Ch. 448 : *De merreno capiendo in dicta foresta... pro tonellis et Sarcellis faciendis ad vinum earum reponendum.*

† **SARCENARIUS**, pro *Salcenarius*, ni fallor, qui *Salcias*, Gall. *Suuces*, parat. Charta Adami Abbat. S. Faronis Meld. ann. 1313. ex Tabular. ejusdem Monast. : *Item conventus solvet vinum consuetum dari coquo conventus et Sarcenario, necnon et mandato quod fit pauperibus elemosinarie, etc.*

† **SARCHA**, Arca sepulchralis, a vet. Gall. *Sarquell*, nunc *Cercueil*. Processus de SS. Virg. Eischellens. tom. 3. Jun. pag. 128 : *Et in eodem sepulcro in medio positam unam Sarcham lupideam, cum serris a duobus lateribus bene clausam et munitam, quam Sarcham ex sepulchro hujusmodi levarunt... unam spatulum S. Christiane virginis ex hujusmodi lapidea capsu sive Sarcha recepit.* Vide *Sarcophagus*. [\*\* Et Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 273. voce *Sarc.*]

\* **SARCHAMON**, *Idoneus artis professor*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613. Mendose; legendum enim, *Sargu*, non *idoneus*, etc. Vide *Sarga*.

\* **SARCHARE**, Perscrutari, excutere, Gall. *Chercher, fouiller*. Lit. remiss. ann. 1358. in Reg. 90. Chartoph. reg. ch. 70 : *Et postmodum predictas mulieres, scituri quid deferebant, diligenter Sarchaverunt, et in crumena unius ipsarum summam octodecim florenorum ad autonem invenerunt.*

\* **SARCHO**, Vestis species. Acta. MSS. notar. Senens. ad ann. 1284. ex Cod. reg. 4725. fol. 25. r<sup>o</sup> : *Item (relinquo) unum Sarchonem et unum cuscinum hospitali dom. Agnesæ.* Vide *Sarcilis*.

1. **SARCIA**. Glossæ Græco-Barbaræ : ἀρχο-  
σάλια, τὰ ἀρχα τῆς νηός, τὰ ἐξάρτια. Con-  
ventiones inter Michaelæm Imp. et Genuensēs  
ann. 1261. editæ post Villharduinum : *Et  
Commune Januæ teneatur debito dictis galeis  
apparare bene et integre de totis Sarcis earum  
et apparatu.* Ubi versio Gallica vetus  
habet, *de toutes Sarcies*. [Informat. pro  
passagio transmarino ex Cod. MS. Sanger-  
m. : *Et costabit quodlibet vysserium mun-  
itum omnibus Sarcis et apparatu seu cor-  
redis, m. cc. lib.*] Nautæ nostri *agreils*, et  
*sarties*, armamenta, quæ navis causa pa-  
rantur, vocant, Itali *Sarti*, Hispani *Xarcia*,  
vel *jurcia*, *armas* y *aparejos*; ἐξάρτια  
Græci recentiores : de qua voce nos in  
Constantinopoli Christiana.

☞ Eodem nomine significatur funalis  
navium apparatus, nostris *Cordages*. Oge-  
rius Panis in Annal. Genuens. ad ann.  
1216. apud Murator. tom. 6. col. 410 : *Et  
alias veteres galeas reparare fecerunt de li-  
gnamine et Sartiū et ceteris omnibus neces-  
sariis.* Statuta Massil. lib. 3. cap. 16. cuius  
titulus sic concipitur : *De Sarcia non fa-  
cienda nisi de canubo femello.* Vide *Exarcia*  
et *Sarco*.

☞ Sed et ipsum rudens seu funis  
nauticus, quo naves religantur, vulgo *Ca-  
ble*, *amarre*, *Sarcia* interdum nuncupatur.  
Ogerius Panis supra laudatus col. 415 :  
*Visu galea, Vintimiliensēs, abscissa Sarcia,  
dimiserunt, etc.* Bartholomæus Scriba in

Annal. Genuens. ad ann. 1242. apud eum-  
dem Murator. ibid. col. 500 : *Nocte illa  
steterunt ad anchoras; et quum anchoræ vel  
Sartia eas (galeas) tenere non possent, ive-  
runt ad litus Arenzani.* Vide *Sarcus*.

\* 2. **SARCIA**, Onus, Gall. *Charge*. Lit.  
remiss. ann. 1379. in Reg. 114. Chartoph.  
reg. ch. 294 : *In sex paucas mensuras frum-  
menti, vix fucientes Sarciam unius anima-  
lis.*

\* 3. **SARCIA**, *Superfluum carnis*, in  
Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.  
f. pro *Sarcoma*. Vide in hac voce. [\*\* *Su-  
perfluum carnis incrementum*, in Atton.  
Polypt. pag. 54.]

\* **SARCIAIUS**. Speculum Saxonium lib.  
1. art. 24. § 4 : *Pannum autem non Sarcia-  
tum, ad mulierum vestimenta competens,  
ad aurum per aurificem non operatum, ad  
ipsas mulieres non pertinebit.* [\*\* Germ. *Al-  
luken ungesneden.*] Ubi ad marg. : *Al. pan-  
num autem Sarciatum seu incisu.* [Vide  
mox *Sarcilis*.]

\* **SARCIA**. Charta ann. 1270. ex Char-  
tul. Caun. monast. inter schedas Mabill. :  
*Conventus Caunensis... cedit totum jus,  
quod monasterium habet in salino de Cau-  
nis,.... et in perceptione cuparum et poga-  
sarum de qualibet Sarcilu salis, pro mensu-  
ragio ab illis, qui sal inde extrahunt.* Ubi  
leg. videtur *Sarcina*.

**SARCILIS**, Vestis, vel potius panni spe-  
cies. Chrödegangus Episcop. in Regula  
Canonicor. Metensium cap. 29 : *Et illi se-  
niores illus cappas quas reddere debent non  
commutent. Sarciles accipiant ibi Presbyteri,  
qui ibidem in domo assidue deserviunt, et  
illi Diaconi septem, qui in eorum gradu con-  
sistunt, aut lanam unde ipsos Sarciles binos  
in anno habeant : et ille alius Clerus unus-  
quisque singulos. Camisiles autem accipiant  
illi Presbyteri, etc.* Infra : *Ipsa autem vesti-  
menta, illas cappas et Sarciles ad transitum  
S. Martini accipiant : illos camisiles, viginti  
dies post Pascha accipiant : illa calceamenta,  
Kal. Septembris habeant.* [Codex censualis  
Irminonis Abb. S. Germ. Paris. f. 115.  
v<sup>o</sup> : *Isto est ancilla... et debet facere de do-  
minica lana Sarcilem 1. et pascere pastas.*] Charta  
ann. 1322. in Maceriis Mon. Insulæ  
Barbaræ Lugdun. pag. 203 : *Una estamina,  
et una rasa Sarcilis.* Unde conficitur *sarci-  
les* fuisse laneos, aliudque vestis genus a  
*Camisili*, de quo supra egimus. [Vide *Sar-  
citus Pannus*.]

† **SARCILE**, Eodem significato, in Vita  
S. Bardonis Archiep. Mogunt. sæc. 6. Be-  
ned. part. 2. pag. 11 : *Cumque venisset  
abbas ad caminatum, sumta ferula, et ferro  
mire calato, in quo Missales oblate coque-  
bantur, et quodam Sarcile ex lana Græco  
facto opere per manus Rohingi.* Acta S.  
Udalrici tom. 2. Jul. pag. 120 : *Nisi pauca  
camisalia, et septem vel octo mensalia, et  
duo Sarcilia et decem solidi argenti.*

**SARZIL**, Eadem notione, in Charta Ar-  
naudi Arch. Lugdunensis ann. 1212. apud  
Joan. Mariam de la Mure in Hist. Eccle-  
siast. Lugdun. pag. 321 : *Pro isto beneficio  
vult quod Petrus Franco det duobus paupe-  
ribus tunicas singulis annis ad Natale Do-  
mini, et ntraque tunica sit de duobus alnis  
de Sarzil, quæ currunt in foro Montisbru-  
sonis.*

\* Gloss. Cæsar. Heisterbac. in Reg-  
Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab  
Hontheim pag. 665. col. 2 : *Vestimentum  
dabitur eis (pauperibus) de Sarcilibus. Sar-  
cil enim est pannus.* Laneus scilicet. Hinc

\* **SARCILE** Opus, Laneum, in Vita S.  
Sever. apud Pezium tom. 1. Script. Rer.  
Austr. col. 75 : *Mulier vero sanitate per-  
cepta, opus Sarcile die tertio, juxta morem  
provinciæ, propriis cepit munibus exercere.*

† **SARCILUS**, Eodem intellectu. Inqui-  
sitio pro juribus Comitum in civitate  
Viennæ tom. 1. Hist. Dalph. pag. 138. col.  
1 : *Debent dare eidem ministris... unam li-  
bram piperis, et tres ulnas de Sarcilio.*

**SARCILLUS**. Capitulare 2. ann. 813. cap.  
19 : *Et ut femine nostræ que ad opus no-  
strum sunt servientes, habeant ex partibus  
lanam et linum, et faciant Sarcillos et ca-  
misilos, etc.* [Statuta Perus. fol. 62 : *Si  
quis fecerit ad vendendum in Perusia, vel  
vulle, aut territorio Sarcillum, vel alium  
pannum vitiosum, ponendo ibi pillam vel  
pillum capræ, yrei, vel asini, bovis aut bor-  
ram paratoris, vel hiis similia, solvat pro  
banno sol. xx.*]

† **SARCILUS**, ut *Sarcilis*, in laudato supra  
Irmin. Codice fol. 83. v<sup>o</sup> : *Et illa ancilla  
facit de lana dominica Sarcillum 1. pastas  
quantum ei jubetur.* Rursus fol. 84 : *Et  
illa ancilla et ejus mater faciunt Sarcilos et  
pastas quantas ei jubetur.* [\*\* Vide Guerar-  
dum ad Irminonem pag. 717. tom. 1.]

\* *Sarcel* vero appellatur *Aculeus*, quo  
boves punguntur, in Lit. remiss. ann.  
1406. ex Reg. 161. Chartoph. reg. ch.  
161 : *Un Sarcel, qui est au bout d'une  
grant perche, dequoy on chasse les beufs.*

† **SARCINA**, Onus quodvis. Italis *Sar-  
cina*, eadem notione : unde pro rei alicujus  
copia interdum usurpatur. Annal.  
Estens. Jac. de Layto apud Murator. tom.  
18. col. 1042 : *Fuit fama esse in navibus  
illis nongentas petias panni Mediolanensis et  
circa mdc. pancerias, mercariæque maximam  
Sarcinam et rerum aliarum.* Charta ann.  
1403. ex Schedis Pr. de Mazaugues : *Item  
et octo Sarcinas lignerum.* Occurrit passim.  
Vide *Sagna*.

\* Qualis fuerit *Sarcina bladi* apud Mon-  
tispessulanis, definitur in Charta ann.  
1340. ex Reg. 68. Chartoph. reg. ch. 98 :  
*Cum in villa Montispessulani fuisset ab  
olim... de statuto usu vel consuetudine ob-  
servatum, quod Sarcine bladi quinque sex-  
taria ad mensuram loci illius continentēs,  
etc.* Vide supra *Savina bladi* in *Sagna*.

† **SARCINATA**, Eadem notione. Litteræ  
Officialis Vabrensis ann. 1342 : *Exceptis  
duntaxat duabus Sarcinatis azini, una cau-  
lium, et una raparum. Duæ Sarcinate li-  
guorum, in Transactione inter Abbat. et  
Mon. Crassenses ann. 1351. Reparat. factæ  
in Senescallia Carcassonæ ann. 1435. ex  
Schedis Cl. V. Lancelot : Pro una Sarcina  
nata fustis vocate polpre ab ipso emptæ pretio  
xix. sol. vi. den.* Occurrit ibi non semel.

\* *Sarcinata vini*, quarta pars modii, in  
Testam. Isaac medici Carcass. Judæi ann.  
1305. ex Chartoph. reg. Montispessul. :  
*Sarcinata fariuæ*, in Inventar. ann. 1476.  
ex Tabul. Flamar.

† **SARCINARE**, Sarcinis onerare : item  
opprimere ceu sarcina. Vita S. Girardi



tom. 3. April. pag. 212 : *Senectutis grave-dine Sarcinatus*. Vita S. Dunstani tom. 4 Maii pag. 349 : *Gravi morbo finitimæ vite Sarcinatus est*. Vide Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 534.

† SARCINULARE, Sarcinulis onerare. *Sarcinulati equi*, apud Britonem Philip. 12. 25.

\* SARCINARE, In sarcinam colligere. Mirac. S. Germ. Autiss. tom. 7. Jul. pag. 268. col. 2 : *Illico surrexit, et raptò cereo, domum ingressus, latroes intra cubiculum reperit, stramenta lecti, et si quid vestimentorum repererant, Sarcinantes*. Vide alia notione in *Sarcinu*.

† SARCINALIS, Ad sarcinas pertinens. *Sarcinale jumentum*, Equus clitellarius, Ammiano lib. 15.

† SARCINATOR. Gloss. Lat. Gr. σαρκωφόρος, ἀνεργάλης. Ubi Martinius legendum censet ἀναρπάκτης; ipsum consule.

† SARCINATRIX, ἡγήτρια, ἀνεργία, ἡ καλολαίτηρια, in iisdem Glossis. *Sartrix* legit Vulcanius. Vide Martin. Lexic.

† SARCITATOR. Vide mox *Sarcitector*.

SARCITECTOR, vel SARTITECTOR, *dictus*, inquit Papias ex Isidoro lib. 19. cap. 19 : *quia multis hinc inde tabulis conjunctis tecti sarciat corpus. Idem et tignarius*. Glossæ Isidori : *Sarcitator, qui tecta resarcit*. Leg. *Sartitector*. Ugutio et Joan. de Janua : *Sarcitector, qui tecta fucit. Idem et tignarius, qui tectoria lignis inducit*. Gloss. Ælfrici : *Sarcitector, vel Tiguerius*, Hrofwyrhta, tignarius, carpentarius. Catholieon parvum : *Surtatector, vel Sarcitector, vel sarcitectus, Couvreur de maisons*. Vide *Sarta-tectuum*.

\* SARCITECTUS, Ædituus, ecclesiæ custos. Ordo eccl. Ambros. Mediol. ann. circ. 1130. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 901 : *In eadem vigilia (Pentecostes) Sarcitectus enundat fontes*. Et col. 902 : *Cum capellano ejusdem ecclesiæ et cum Sarcitecto mundatore fontium, et rector honeste insimul rescinduntur*. Vide alia notione in *Sarcitector*.

† SARCITOR, Idem qui *Sarcitector*, vel *Sarcinutor*, vel *Sartor*, in Inscript. apud Fabretum pag. 753 : M. PUPPIUS. M. L. URBANUS. SARCITOR. SIBI. ET. CLARÆ. CONLIBER. ET LAVRENTINE. F.

† SARCITURA, De panno resuto et resarcito dicitur, in Statutis Massil. lib. 2. cap. 40. § 2 : *Et si sciverint (draperii) aliquam Sarcituram, vel malefacturam in aliquo panno, quod ea non vendant, nisi eam dicerent et emptori manifestarent*.

† SARCITUS PANNUS, Idem qui *Sarcilis*. Vide in hac voce. Statuta Montis Regal. fol. 277 : *Item statutum est quod aliqua persona undecunq; sit, non audeat vendere, vel emere in platea a decem cannis supra, vel apportare seu apportari facere aliquem pannum Sarcitum in rota canonatum, etc.* Ibid. fol. 314 : *Et quelibet persona que duxerit vel portaverit, seu duci fecerit pannum Sarcitum de extra posse Montis Regalis, in Monte Regali vel posse, solve teneatur pro intrata pro qualibet pecia de teisis viginti quinque et supra solidos duos, etc.*

† SARCINUCLA, Sarcinula. Charta ann. 1484. apud Rymer. tom. 12. pag. 235 : *Cum bogeis, nunticis, fardellis, Sar-*

*ciunculis, litteris, etc.* Occurrit rursum pag. 251.

† SARCLARE, SARCLEARE. Vide *Sarcolare*.

\* SARCLETA, Sarculus, Gall. *Sarcloir*. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flaniar. : *Item unam Sarcleram ferri, absque manubrio sive cauda*. Vide *Sarcolare*.

\* SARCLUS, Eodem significato, in Charta ex Tabul. Cassin. inter schedas Montisfalc.

SARCO, Idem videtur quod *Exarcia*, et *Sarcia*, Funalis apparatus navium. Vide in his vocibus. Willelmus Thorn : *Hastings debet invenire 21. naves, in qualibet navi 21. homines, cum Sarcone qui dicitur, ad quem pertinent tanquam membra ejus Vicus in Seford, etc.* Occurrit ibi pluries. Infra : *Summa navium 57. hominum in eisdem 1188. summa Sarconum in eisdem 57.* [Vide *Sarcus*.]

† SARCOFAGARE, SARCOFAGUS. Vide infra *Sarcophagus*.

† SARCOGRAPHIA, a Gr. σαρκωγραφία, Descriptio per membra carnalia. Johan. Sarisberiensis lib. 7. Policrat. cap. 24 : *Figure, que Sarcographia dicitur, vis in eo consistit, quod rebus incorporalibus corporis lineamenta licenter adtribuit*.

SARCOLARE, SARCLARE, pro *Sarculare*, Sarrire, nostris *Sarcler*. Adalardus lib. 2. Statutorum Corbeiensium c. 1 : *Necnon et Sarcolare herbas in æstate cum necesse fuerit*. [Vide *Sarculare*.]

SARCLARE. Vetus Charta apud Somnerum in Tractatu de *Gavelkind* pag. 89 : *Item pro opere Sarclandi 18. denarii. Item pro opere tassandi in autumno 13. den. etc.*

† SARCLEARE, Eodem significato. Chartular. SS. Trinit. Cadom. fol. 48. vº : *De operariis Levinus pro una virgata debet... in æstate 111. dies ad Sarcleandum cum uno homine*.

† SARCOMA est superfluum carnis incrementum, quo ultra modum corpora saginantur, Isidoro lib. 4. cap. 7. Gloss. Græc. Lat. : Σάρκωμα, *pulpamentum*. Johannes Mon. Bertin. in Vita S. Bernardi Penitentis num. 35 : *Morbum illum Græco nomine Sarcoma, id est vitiosam carnis superabundantiam vocant*.

\* Glossar. medic. MS. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959 : *Sarcoma est carnositas in naribus orta, velut polipus, parum ub eo differens*.

SARCOPHAGUS, Sepulcrum : interdum et capsula major Sanctorum reliquias continens : nostris *Sarcueil*, [melius *Cercueil*.] *Sarcu*, in Histor. Merlini MS. Roberti Bourroni. Isidorus lib. 8. Orig. cap. 1 : *Arca in qua mortuus ponitur, Sarcophagum vocant*. Lex Salica tit. 17. § 3 : *Si quis mortuum hominem aut in noffo, aut in petra, que vasa ex usu Sarcophagi dicuntur, super alium miserit, etc.* Anastasius in S. Silvestro PP. : *Et mausoleum, ubi beatissima mater ipsius sepulta est Helena Augusta, in Sarcophago porphyretico, etc.* [Charta ann. 972. in Append. ad Marcum Hispan. col. 897 : *Tumulaveruntque corpus ejus... in Sarcophago ex lapillo procavaco (leg. procavato) juxta eadem atrii jam suprataxati.*] Ditmarus lib. 6. pag. 78 : *Sarcophagum ingentem ad includendas Sanctorum reliquias*

*de argento fecit*. Sigebertus Gemblacensis in Histor. Translationis S. Sigeberti n. 3 : *Mox ut Sarcophagum sacri corporis membra gestantem ex priori loco auferentes levaverunt, etc.* [Inventio corporum S. Maximini et aliorum sac. 6. Benedict. part. 1. pag. 253 : *Placuit enim, ut retro altare in capso monasterii novi jam consummati constructum, in suis Sarcophagus poneretur (reliquiæ) donec tota perficeretur ecclesia.*] Rudolphus Presbyter in Vita Rabani Mauri num. 28. de Reliquiis Sanctorum :

Hos quoque susceptos Ithabanus sorte locavit, Sarcophago hoc digne, edidit et titulum.

Vide Nonium, et Salsasium ad Solinum : præterea leg. 6. Cod. Th. de Sepulcr. violat. (9, 17.) et Legem Wisigoth. lib. 11. tit. 2. § 2. Le Roman de *Garin MS* :

Un biau Sarqueu de marbre bien poli  
Me fetes fere, etc.

† SARCOFAGUS, Eadem notione. Chron. ad ann. 1215. apud Calmet. inter Probat. tom. 2. Hist. Lothar. col. 37 : *In quibus Sarcofagis ego propria manu sculpsi imagines, et flores, et versus, sicut hactenus apparet*. Serqueu, in Chron. ann. 1463. apud Lobinellum tom. 2. Histor. Britan. col. 367. Vide *Sarcha*.

\* Sed pro umbraculo etiam, sub quo Eucharistica pyxis reponitur, occurrit in Chron. Reichenbac. apud Oefelium tom. 1. Script. rer. Boicar. pag. 405. col. 1 : *Item extruxit Sarcophagum corporis Christi circa summum altare. Item comparavit pyxidem in eo argenteam, in quo salutare continetur Sacramentum*. Vide in *Ciborium*.

† SARCOFAGUS ARCUS dicitur in Laudibus Papiæ apud Murator. tom. 11. col. 13 :

Hoc in Sarcofago jacet ecce Boetius arce,  
Magnus et omnimodo magnificandus homo,

[\*\* F. arto vel arcto.]

SARCOPHAGARE, Sarcophago includere, sepelire. Fortunatus in Epist. ad Siagrium Augustod. lib. 5 : *Intra me quodanumodo meipsum silentio Sarcophagante sepelies*. Philippus Eystetensis Episcopus in Prefat. ad Vitam S. Villibaldi : *Præsertim cum gleba sanctissimi sui corporis pretiosa nobis commanens in Ecclesiæ gremio supradictæ, que sibi inchoitive et consummative appropriatur, reverenter Sarcophagata confoveatur*. Utitur et cap. 38. ut et veteres Schedæ apud Gretzerum in Episcopis Eystetensibus num. 12. 33.

† SARCOFAGARE, Eodem intellectu, in Actis S. Willibaldi tom. 2. Julii pag. 497 : *S. Willibaldus cum temporibus multis et annis in crypta esset honorifice Sarcophagatus, etc.*

† SARCOTIUM, Vestis Ecclesiasticæ species, tunica linea, vulgo *Rochet*; sic dicta quod aliis vestibus superindueretur. Synodus a Godefrido Episc. Patav. celebrata ann. 1284. apud Hansiz. tom. 1. Germ. sacræ pag. 427 : *Sacerdotes portantes sacramenta, hostium, chrisma, et oleum infirmorum superpellicio et (f. vel) Sarcotio sint induti*. Statuta Synod. Eccl. Camerac. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 1298 : *Presbyteri sub alba sint induti superpellicio vel tunica linea, que Gallice dicitur Sarcos*. Vide *Sarrota*.



† **SARCOTUM**, ut infra *Surcotium*. Locus est in *Garnachia*.

† **SARCULARE**, *Sarrire*, Gallice *Sarcelr*. Charta apud Kennett. in Antiquit. Ambrosi. pag. 320 : *Per duos dies in Quadragesima similiter arabunt et herciabant, et uno die postea Sarculabunt blada domini*. Comput. ann. 1425. ibid. pag. 576 : *Et in solutis diversis hominibus et feminis primo die mensis Julii conductis ad Sarculandum diversa blada*. Vide *Sarcolare*. Hinc

† **SARCULATURA**, *Servitium*, quo tenentes debent agros domini *Sarculare*. Redditus et servitia customariorum apud eumd. Kennett. pag. 401 : *Robertus... tenet unum messuagium, ... et debet unam aruram in yeine et unam Sarculaturam*. Rursus pag. 402 : *Alicia... faciet unam Sarculaturam*. Vide *Sacla*, Plinio lib. 18. cap. 21. *Sarculatio*, Columellæ lib. 11. cap. 2. *Sarritura*, dicitur ipsa *Sarritio*.

**SARCULUM**. Alfridus in Vita S. Liudgeri Episcopi Mimigard. n. 6 : *Erat ibi Sarculum quoddam arborum opacitate et silvarum densitate undique conclusum*. Ubi viri docti restituunt *Sartulun*, quasi diminutivum a *Sartum*, seu *Sart*, quæ vox Germanis silvam denotat. [\* Forte Locus sarculatus, sarriendo purgatus, Germ. olim *riuti*, Gall. *clairière*.]

† **SARCUS**, *Rudens*, Gall. *Cable*. Memoriale Potestat. Regiens. ad ann. 1218. apud Murator. tom. 8. col. 1101 : *Nocte proxima fuit captus quidam Januensis traditor, qui debebat incidere catenas et Sarcos et alia ingenia, quibus postea peractis debebant recipere a Soldano VI. mille Bisantos*. Vide *Sarcia* et *Sarco*.

† **SARDA**, Piscis genus, nostris *Sardine*. Gloss. Lat. Gr. : *Sarda*, *πιδυρίς*. Processus de S. Thoma Aquinat. tom. 1. Martii pag. 702 : *Interrogavit ipsum piscarolum quos pisces haberet : et ille dixit Sardas*.

† **SARDELLA**, eadem notione, in Chron. Richardi de S. Germano apud Murator. tom. 7. col. 1030 : *De tuninis et Sardellis servabitur forma, de jure lini, idem, de jure cannarum idem*. Vide *Sardauella*.

\* **SARDA**, pro *Sarga*. Vide mox in hac voce.

\* **SARDANELLA**, Piscis, ab Italis sic nuncupatus a maxima cum sardinis similitudine, in Tract. MS. de Piscibus cap. 15. ex Cod. reg. 6838. C. Vide *Sarda*, 1.

**SARDANIUM**, in Gloss. Ælfrici, *Butere*, i. *Butyrum*. [\* Forte *Sardontium*, bitere. Conf. Servium ad Virg. Eclog. 7. vers. 41. *Sardois amartor herbis*.]

\* **SARDARIUS**, *Mimus*. Petrus Cantor in Summa MS. lib. 2. cap. 4 : *Simile dicitur de omnibus magis et incantatoribus et ariolis et aruspibus et inspectoribus gladiatorum vel spectaculorum vel augurum, et de Sardariis et funambulis et saltatoribus et jocularibus*.

† **SARDESCHUS**, *Sardonius*, ab Italico *Sardesco*. Statuta Astens. collat. 11. cap. 92. fol. 34. v° : *Gladii vetiti sunt isti, spate, pennati, ... dardi, virge Sardesche, et macie de ferro, etc.* Quod a Sardinia earum virgarum usus effluerat, *Sardesche* nuncupantur.

**SARDIATA**. Vetus Agrimensor : *Præterea vicum Saprinum et Clinivatum, in terra vo-*

*ratos, et Sardiatis testimoniis dividi, ripis, rivis, arboribus, etc.* [\* Goes. pag. 146. Agit agrimensor de populis Dalmatiarum, inter quos *Sardiates* recensentur a Plinio Hist. Nat. lib. 3. cap. 22. al. 26.]

† **SARDINA**, Locus, ni fallor, ubi sal conficitur. Charta Raimundi Comit. S. Ægidii ann. 1164. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 300 : *In octo sextariis de sale, quæ in Sardinis accipere solent, etc.* Vide *Sartago*.

\* **SARDINALIS**, Rete quo capiendis sardinis utuntur Massilienses. Stat. ann. 1291. ex Tabul. Massil. : *Alius est a quibusdam a modico tempore citra inventus ad capiendum sardinas, qui dicitur Sardinalis seu rete-currentis*. Massiliensibus vulgo *Sardinau*.

\*\* **SARDINUS**. Versio antiqua apud Maum in Glossar. novo Proverb. cap. 25. vers. 12 : *Inauris aurea in sardino pretioso, ita sermo sapiens in aure obediens*.

† **SARDOCOPARE**, **SARDOCOPATOR**. Vide mox in *Sardocopus*.

**SARDOCOPUS**, **SARDOSALICUM**. Glossar. MS. ad disticha Magistri Cornuti : *Dicitur Sardocopus, mercator corii, quasi intendens coriis, et potest dici a copos, quod est incisio, et tunc Sardocopus idem quod sutor, inde Sardocopo, as, formare sotolares : Sardocopator, qui vendit corium per frusta decisum : et inde Sardosalica, asser super quem corii scinduntur, et dicitur a Sardo, quod est corium, et salix, cis, etc. et hic Sardocopus : cultellus, Gallice *Trencheors* : unde versus :*

Dic corium Sardon, et ab illo Sardocopus sit,  
Sardocopas, Sardosalicum, Sardocopumque.

† **SARDUS**. Chartar. Eccles. Auxit. cap. 83 : *Dedit duodecim denarios ad IIII. Sardos fid. Anezans et Sancto filio ejus*.

† **SARECA**. Vide infra *Sarica*.

**SAREZA**, pro *Sarissa*, lanceæ speciei veteribus nota, in Notis Tyronis pag. 126. *Sarezonium*, eadem, ut videtur, significatione pag. 199.

1. **SARGA**, *Papiæ* et *Isidoro* in Gloss. : *Non idoneus cujuslibet artis professor*. Glossæ antiquæ MSS : *Sarga, non idoneus cuilibet arti : non idoneus artis suæ professor*. Hincmarus Laudun. Episc. tom. 2. pag. 336 : *Nec recognosco me alicui parentum meorum, velut Sargæ, dedisse beneficium, ex quo et reipublicæ probitus et Ecclesiæ, cui licet indignus præsideo, utilitas non respondeat*. Vide *Arga* 1.

\* 2. **SARGA**, **SARGIA**, Panni speciei variis usibus applicata, tapetibus nempe, lodicibus, cortinis, etc. quorum appellationibus interdum donatur; *Sarge*, *Sarger* et *Sargil*, nostratibus. Inventar. ann. 1356 : *Item unam Sargam pictam*. Aliud ann. 1476. ex Tabul. Flamar. : *Item plus unum alium lectum parvum, munitum... unius scamni sive bancal lanæ virgati sive vetati, et unius Sargæ lanæ rubei coloris*. Ibidem : *Item plus unum lectum... unius Sardæ lanæ rubei coloris*. Ubi leg. *Sargæ*. Reg. visitat. Odon. archiep. Rotomag. ex Cod. reg. 1245. fol. 60. v° : *Invenimus in dormitorio (canonicorum Sagiensis ecclesiæ) Sargias sive tapetia inhonesta, ut pote radiata*. Reg. episc. Nivern. ann. 1287 : *Duæ Sargiæ*

*prave*. Inventar. ann. 1393. ex Cod. reg. 9484. 2. fol. 367. v° : *Une autre chambre à demi ciel de sathanin vermeil, où il a une brebis de six Sarges rouges*. Pedag. Divion. MS. med. circ. xiv. sæc. : *Li Sargiller paieront de chascun estaul trois solz ; et se uns homs apporte suz son col un Sargil et il le posoit à terre por vendre, il paiera trois solz ; ... et se li homs qui apporte son Sargil ou sa piece de drap en ladite foire, etc.* Stat. ann. 1367. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 105 : *Comme eu ladite ville de Caen, où l'en euvre d'ensien-neté grant foison du mestier de drapperie et de Sarger, etc.* Vide *Sargineum* et infra *Serga*.

**SARGANTUS**. Vide in *Serviens*.

† **SARGEA**, **SARGIA**, etc. Vide *Sargineum*.

**SARGINEUM**, **SARGIUM**, ex Gallico *Serge*, vel *Serge*, Pannus *Sericolaneus*, unde nomen. Polyptychus S. Remigii Remensis : *Calix stagnens cum patena, corporale 1. planeta de Sargineo rubea 1. albæ 2. nastole 2. stolæ 2. funon. 2. etc.*

† **SARGIA**, eodem significato. Limborch. Histor. Inquisit. pag. 160 : *Unum par caligarum de Sargia, quam fecerant in domo sua*. Inventar. ann. 1419. ex Tabul. Eccl. Noviom. : *Item una alia infula nigra de Sargia, foderata de tela viridi*. Statuta Astens. ubi de *Intratis* portarum : *Sargie de rayris solvant pro qualibet petia ad estimationem officialium*. Vide *Sarga*, 2.

† **SARGEA**, **SARGIA**, *Storea*, teges, quia ex panno ejusdem nominis aliquando erant. Charta ann. 1432. apud Rymer. tom. 10. pag. 516 : *Sargeas, lectos, apparatus, cameraria, robas... et alia domus utensilia, etc.* Constitut. MSS. Cluniac. ann. 1301. ex Tabul. B. M. Deauratæ Tolos. : *Item quod nullus de ordine cujuscunque status fuerit, tapetum ante lectum suum habeat coloratum, nec in lecto suo Sargiam radiatam, aut alias coloratam*. Inquisitio de Vita D. Caroli apud Lobinell. tom. 2. Histor. Britan. col. 546 : *Dom. Carolus jacuit super straminibus, superpositis quadam Sargia seu matta et lintheamine, absque culcitra plumea, etc.* Adde Probat. Hist. S. Germ. Paris. pag. 174. et Inventar. ann. 1379. ex Schedis Cl. V. Lancelot.

† **SARGIUM**, ut *Sargineum*, in Ordinat. ann. 1348. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 578. col. 2 : *Dentur circa festum omnium Sanctorum de Sargico, tunica et scapulare nova*.

**SARGIUM**, eadem notione. Monasticum Anglicanum tom. 1. pag. 419 : *Accipiunt etiam singuli eorum omni anno decem virgas lineæ telæ, et unam virgam de Sargio ad caligas*. *Acarisio*, *Sargia*, est *cortina du lecto* : sed ex locis *Boccacii* quos laudat, idem est quod nostris *Sarge*, seu pannus ita dictus. Vide *Leonem Carmelitam* de *Veste Religiosa* pag. 105. et *Oct. Ferrarium* in *Saia*.

**SARHAED**, vox *Wallica* : *Boxhornio*, *Sarhad*, *Contumelia*, *offensa*, *opprobrium*, *ignominia*. Occurrit in *Legibus Hoeli Boni Principis Walliæ* cap. 2. 19. 20. 32.

\* **SARIA**, *Vasis* seu *cistæ* species, quæ equi clitellarii onerantur, *Occit. Sarric*. Stat. ann. 1354. inter Probat. tom. 2. Histor.



Nem. pag. 158. col. 2 : *Item quod quicumque velit conducere animalia sua ad vindemiandum et portandum rassemos cum Sariiis, etc.* Vide *Sarriu* et *Seria* 1.

¶ **SARIANDUS**, **SARJANTES**. V. *Sarvius*.

**SARICA**, **SARECA**, [Tunicæ species : unde hodieque *Sariga* Romæ dicitur vilis semitunica linea ac rudis, quam alii vestibus, ut iis in opere parant, superinduunt operarii, ut notant Macri in Hierolex.] Vetus Chartula plenariæ securitatis scripta sub Justiniano, apud Brisson. lib. 6. formul. tab. 2. lin. 20. : *Camisia tramosirica in cocco et prasino valente solidos tres semis, Sarica prasina ornata valente solido uno et semisse uno, arca clave clausa valente siliquis duas, Sareca misticia cum manicis curtas valente siliquis aureas duas, bracas lineas, etc.* Infra lin. 27 : *Sareca una vetera tinticia valente siliquis aureas tres, camisia ornata valente, etc.* Leo Ostiensis lib. 1. cap. 28 : *Abstulit de S. Benedicto Saricam sericam de Silfiori cum auro et gemmis.* Ubi ignotus Casinensis cap. 10 : *Sericamque sericam de filfiori, etc.* [Vide *Salinas*. ad *Spartian.* in *Caracalla* cap. 9. et supra *Saraca*.] [\* Vide infra *Serica*.]

¶ **SARICILIS**, pro *Saricilis*. Vide in hac voce. Charta ann. 855. in Append. Marcæ Hispan. col. 788 : *Capas v. et Sariciles xvi. et leutios viii. et bracas talgatas xxxiii. etc.*

¶ **SARIRE**, Terram incultam succis dumetis excolere, Gall. *Essarter*. Charta Wolbodonis Episc. Leodic. apud Acher. tom. 6. Spicil. pag. 524. et Mabill. sæc. 6. Bened. part. 1. pag. 602 : *Dedit et decimas quorumquam, que quidem in silva Sombresiacæ dicta ejusdem Gemblacensis Ecclesiæ Sariebant, quæque nulli antecessorum alitui parochiæ assignaverant.* Perperam editum *Sapiebant* ex eadem Charta tom. 3. novæ Gall. Christ. inter Instr. col. 150. Tabul. Aquincin. fol. 47 : *Remigius dedit nobis terram dimidii modii, ad cuius unam partem Sariendam deditus xx. sol. Ad Sariendam autem terram in allodio nostro xl. sol. Vide *Exartus* et *Sartare*.*

\* Quid sit verò *Sarire vadum*, in Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 187. ex Cod. reg. 4622. A. non satis percipio : *Item quod nullus homo debeat Sarire vadum; sed habentes vadum, possint una die in qualibet hebdomada habere et conducere homines Saritores.* Nisi idem sit quod Italis *Serrare*, claudere.

¶ **SARISSA**, Hasta oblonga, Gall. *Pique* Glossar. Lat. Gr. : *Sarissa*, ἄξυρον δέρον. Christoph. Marcelli Oratio ad Leon. X. PP. apud Marten. tom. 2. Anecd. col. 1806 : *Elvetiorum fortissima, stipatissimaque phalanges nostri erunt exercitus mentia, et longis illis, quarum Turca nullam habent experientiam, interfectis* (leg. intersertis) *Sarissis, etc.* Odo in Carm. de Varia fortuna Ernesti Ducis Bavar. apud eundem Marten. tom. 3. col. 365 :

El dæcas simile instructi fabricare Sarissas  
Convenient.

Notum est Macedonum propriam fuisse Sarissam : unde Gloss. Lat. Gr. : *Sarissa*, ἀκόντιον Μακεδονικόν.

¶ **SARISATUS**, Hastatus miles, Gall. *Piquier*, apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan.

col. 1604 : *Et omnes hastati et Sarissati et curiales eum (Ducem Britanniae) concomitabantur.*

**SARITUM**, pro *Asarotum*. Vetus Epitaphium Mediolani, apud Puccinellum :

Saritiis ædes intra pretiosa refulget.

Statuta Mediolanensia part. 2. cap. 247 : *Pontes... fiant de Saricio, vel de lapidibus coctis et fortibus, et cemento.*

¶ **SARIUM**, vel **SARIUS**, an idem quod *Sarius*, piscis genus, an *Machina bellica*, vulgo *Sarre* Comput. ann. 1202. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. CLXXII : *Pro Sario ducento Parisius, xxvi. sol.*

**SARKAS**, Judex olim sic dictus, in *Somogh*, apud Hungaros. Vide *Decreta S. Ladislai* Reg. Hungar. lib. 3. cap. 2.

¶ **SARLETUM**, pro *Scarletum*, pannus coccineus, nostris *Escarlate*. Vide *Scarlatum*. Epist. Cancellarii Reg. Armeniæ ad Reg. Cypri in Chron. Cornet. *Zantfliet*, apud Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 89 : *Significantibus itaque nuntiis Tartarorum, quod Rex eorum valde gratum et curam habet tentorium vel capellam de Sarleto, fecit eam Rex Ludovicus præparari speciosam valde.*

**SARMADACUS**. Vide *Samardacus*.

¶ **SARMATICUS PANNUS** raræ et tenuis erat texturæ, ut ex Gregor. Turon. in *Vitis Patrum* cap. 20. colligitur : *Deditque cooperitorum Sarmaticum, quo altare dominicum cum oblationibus tegeretur. Cooperitorium vero, quia rarum est, non ponatur super munera altaris, quia non exinde plene tegitur mysterium corporis sanguinisque Domini.*

\* **SARMENTA**, pro *Sarmentum*, in Statutis Taurin. ann. 1360. cap. 130 : *Item quod nulla persona de Taurino vel districtu, parva vel magna, portet de ultra Padum palos integros virides vel siccos, nec vites vel Sarmentas,..... nisi de sua vinea.* Vide infra *Sermens*.

**SARMENTITIL**. Vide *Semiaxiarii*.

**SARNA**, *Impetigo*. Papias. Vide *Forma* 16. et infra *Sarreuna*.

¶ **SAROHT**, Vide infra *Sarrotus*.

¶ **SAROTUM**, *Gremium*, ventrale, Gall. *Tablier*. Chron. *Zantfliet* apud Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 347 : *Receptusque est idem Miles ad ministerium mangonum seu carnisficium; et ad captandum gratiam vulgi, stabat in foro præcinctus Saroto, tenens securim et carnes incidens ac dividens.*

**SARPA**, *Sarculum*, quod et *sirpa* invenitur, a *sarrire* dicitur, Ugutio et Jo. de Janna. [*Sarpa*, *Sarpe*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. Chartul. S. Vandreg. tom. 2. pag. 1397 : *Et etiam quasdam corthecas et unam Sarpam, quas mihi persolvere consueverunt.* Litteræ Caroli Joannis Reg. primogeniti ann. 1357. tom. 3. Ordin. pag. 208 : *De sotularibus, de calderiis, auderiis, ... falsibus, Sarpis, ... duos denarios.* Festo, *Sarpa*, est *vinca putata*, [vel potius *Sarpta*, uti etiam legendum est in Gloss. Lat. Gr. pro *Sarpa*, ἀμπέλος. Vide Martini Lexic. in hac voce.]

¶ **SARPELLERIA**. Vide *Sarpilleria*.

¶ **SARPERE**, *Sarpa* purgare. Festus : *Sarpere antiqui pro purgare dicebant.* Gloss.

Lat. Græc. : *Sarpo*, κλαδεύω ἀμπέλους. Vide Martini Lexic.

\* **SARPIA**, ut *Sarpa*, falx, in Libert. novæ bastidæ S. Ludov. ann. 1325. ex Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 127. Nostris *Sarpe*, unde diminut. *Sarpillon*. Lit. remiss. ann. 1480. in Reg. 206. ch. 468 : *Le suppliant print en sa main ung Sarpe*. Charta ann. 1343. ex Chartul. S. Vinc. Laudun. : *Nous avons aisement de herber à la main et au Sarpillon. Serpault et Serpier*, eodem intellectu. Lit. remiss. ann. 1447. ex Reg. 178. ch. 225 : *Ung ferrement, appelé ung Serpault*. Aliæ ann. 1449. in Reg. 180. ch. 11 : *Icellui Lambert print ung Serpier, et ala aux champs.... pour copper de la fougere*. Aliæ ann. 1462. in Reg. 198. ch. 411 : *Lequel homme d'un Serpault cuida frapper le suppliant.*

**SARPELLERIA**. Catholicon parvum : *Sagum, Serpilliere, ou robe, vieille sarge*. Dona et *Hermesia* ann. 1233 : *Pro Sarpilleris ad pannos involvendos, 24. s.* [Vide *Serpelleria*.]

¶ **SARPELLERIA**, Eadem notione. Statuta Massil. lib. 3. pag. 313 : *Statuimus insuper quod nullus qui dictos canabaciis emet, vel emerit de dictis canabaciis crudis teneatur, vel compelli possit accipere pro Sarpelleria ultra unam cordam.* Hinc

¶ **SARPLARE**, **SARPLARIUS**, Ponderis lanarii species sacco major, dicitur, quod lanis involvendis *sarpilleris* statutæ mensuræ utuntur præcipue apud Anglos. Vide *Skinneri* *Etymol.* ad vocem *Sarpler*. Litteræ Edwardi III. Regis Angliæ ann. 1335. apud Rymer. tom. 4. pag. 652 : *Quam pluribus marinariis navis illius nequiter interfectis, octo Sarplarios lanæ, tres Sarplarios pellium lanutarum... ceperunt.* Charta ejusd. Reg. ann. 1341. apud eundem tom. 5. pag. 249 : *De triginta quatuor Sarplariibus, tribus succis et viginti duabus petris, etc.* Occurrit rursus ibid. pag. 774. Vide *Saccus* 2.

¶ **SARPLERIUM**, Eadem notione, in Charta ann. 1478. apud cumd. Rymer. tom. 12. pag. 81 : *Signando vel signari faciendo quodcumque Sarplerium, saccum, poke et poket de lanis dictis Eude Welles, in sine Sarpleri, sacci, poke vel poket, talibus forma et modo, quod signum vel signu sic apposita nequeant tolli sine ruptura Sarpleri, sacci, poke vel poket.*

**SARPUS**. Vetus Charta in Vita S. Domitiani fundatoris Monasterii S. Ragnaberti : *Et habet in longitudine cum colle et silva supra viam, secundum virilem manum perticas agripedales centum duodecim in latitudine, et parte meridiana cum Sarpo perticas agripedales 72.* [Supra in *Pertica* 1. monuit doctissimus Cangius pro *Sarpo* legendum esse *carpo*, id est, palmo.]

¶ 1. **SARRA**, pro *Serra*, Gall. *Scie*. Vita *Brachii* apud Murator. tom. 19. col. 461 : *Hostes ubi ingentem conspexere prædam, greges, atque armenta abduci, agrestes vincitis trahi manibus, tabulas, ligones, Sarras asportari, etc.*

\* Occurrit præterea, pro *Officina*, ubi *serra* desecatur. Charta senesc. Bigor. ann. 1391. in Reg. 142. Chartoph. reg. ch. 80 : *Deinde medietatem fructuum, reddituum et emolumentorum ex dicta Sarra provenien-*



tium, et quæ provenire poterunt, dñe domino nostro regi perpetuis temporibus, cum hac et tali conditione, quod... temporibus futuris dominus noster rex medietatem operum facere et medietatem sumptuum operum ad dictam Sarram et hospitium Sarræ necessariorum solveve teneatur perpetuis temporibus. Vide infra *Sarrare* et *Sarritorium*.

† 2. **SARRA**, pluries, Eadem notione qua *Serra* 2. nisi etiam ita legendum, sit, in Charta Lotharii Imper. ann. 1137. ex Bullar. Casin. pag. 154. col. 1: *A secunda parte est finis per Sarram de monte Cisino, et sic pergit per Sarram de monte Aquilone, etc.*

\* **SARRABÆ** sunt vestimenta Sarracenorum, Gall. *Esclavie*. Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120. Vide *Sarabellā* et mox *Sarrabaræ*.

\* **SARRABARCÆ**. Annal. Victor. MSS. ad ann. 1311. ubi de schismate Minorum: *Tales (rigidiores) curtos habitus et viles assumperunt; alii autem vocabant eos Sarabarcas et excommunicatos, qui tamen a populo dicebantur Spirituales*. Ubi leg. forte *Sarrabaitas*. Vide *Sarabaitæ*.

\* **SARRABARRÆ**, sunt indumenta Sarracenorum, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7679. Vide supra *Sarrabæ*.

† **SARRACENATUS**, **SARRACENUS**. Vide *Saraceni*.

\* **SARRACENIA**. Vide supra in *Saraceni*.  
† **SARRACHORIDES**, Servi militares apud Turcas. Laonic. Chalcocon. de Reb. Turc. lib. 7: *Quarto autem die Sarrachorides, qui inter ceteros inutilis sunt turba, machinas ad murum traxerunt*.

\* *Serrais*, Cubicularius, vulgo *Valet de chambre*, apud Joinvil. in vita S. Ludov. edit. Cang. pag. 27: *Ce varlet de chambre, que on appelleint en office Serrais, etc.* Ubi editio regia pag. 31. minus bene, ut videtur, habet non semel, *Ferrais*.

**SARRACIUM**. Vide *Superpellicium*.

\* **SARRACUM**, Genus vehiculi, quo feruntur lapides et ligna. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

† **SARRACUS**. Mirac. S. Philippi Archiep. Bituric. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1087: *Stephanus autem pater Isabellis breviter scribitur dixisse idem quod dicta Osanna, excepto de manibus Sarracis et sabulo plenis*. Ubi legendum arbitror *Serratis*, a Gall. *Serrer*, occludere. Vide *Serre*.

\* **SARRALHERIUS**, Serarius, Gall. *Serrurier*. Comput. ann. 1334. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 85. col. 1: *Item Sarralherio, qui aperuit portam clonoti, etc.* Occurrit etiam in Charta ann. 1407. ex Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 337. Haud scio an idem sonat vox Gallica *Sarere*, in Lit. remiss. ann. 1453. ex Reg. 182. ch. 10: *Jehan Valesii cleric, filz de Guillaume Valesii Sarere*. Vide *Saralherius*, et mox

\* **SARRALHIA**, Sera, Gall. *Serrure*. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. : *Item plus unum dressaderum coralli..... munium de suis Sarralhii et clavibus*. Vide *Sarratum*.

† **SARRALIA**. Papias: *Lactuca... quæ et Sarralia dicitur, quia deorsum ejus in modum Serræ est*. *Sartalin* habet MS. Eccl. Bitur.

† **SARRARE**, pro *Sartare*. Vide in *Exartus*.

\* **SARRARE**, Serra desecare, Gall. *Scier*. Charta senesc. Bigor. ann. 1391. in Reg. 142. Chartoph. reg. ch. 80: *In quo quidem molendinario idem supplicans vult et intendit facere et construere unam ressegam, ad Sarrandum fustes et arbores utriusque conditionis, illamque ressegam, cum omnibus suis munimentis et artificibus ad Sarrandum necessariis*. Alia ann. 1393. in Reg. 148. ch. 52: *Quod omnes fustes, quæ in eadem ressegua Sarrabuntur, sint et extrahentur a memoribus propriis domini abbatis Scalæ Dei*. Vide supra *Sarra*. Hinc

\* **SARRATURA**, Gall. *Sciure*, Scobis lignea. Dialog. creatur. dial. 107: *Lupus cum azello simul sarrabat... Lupus querimonias fecit versus azinum: Quare mittis Sarraturam in oculis meis... Lupus fortiter insuffleare cepit super Sarraturam, ut Sarraturam in oculis socii mandaret, etc.* Nostris alias *Sawyn*. Vide supra *Barbatiarius*.

\* **SARRARIUS**, Vide infra in *Sitolarius*.

**SARRATA**, in Charta ann. 1141. apud Guichenonum in Histor. Bressensi pag. 222. pro *Serrata*. Vide *Serra* 2.

\* *Sarrata*, pro Septo quovis rursum occurrit in Charta ann. 1124. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 110: *Excepto quod Sarratas meas, quæ ob firmitatem terre meæ factæ sunt, destrere non præsumant*.

\* **SARRATURA**. Vide supra in *Sarrare*.

† **SARRATURA**, Sera, Gall. *Serrure*. Bulla Benedicti XII. ann. 1337. ex Tabul. S. Victoris Massil.: *Nec non janua ac armarium, fenestræ, Sarraturæ ac claves minantur ruinam*. Paulo post rursum occurrit. Statuta Cadubrii lib. 1. cap. 7: *Sit et esse debeat una archa, quæ habeat duas bonas Sarraturas, de quibus domi. Fictius habeat unam clavem unius Sarraturæ, et massarius Communis habeat clavem alterius Sarraturæ*. Vide *Serra* 1. et *Serratura*.

† **SARREA**, Sepimentum ex virgultis. Vide *Serra* 2. Charta Iterii dom. de Tociaco ann. 1147. ex Tabul. Abb. de Rupibus: *Concedo... et hoc quod possident apud Suciūm sicut septum est de Sarreis et palitio*.

\* **SARRERIA**, Locus vel ager sepibus vel muris cinctus et clausus, Ital. *Serrare*, claudere. Charta Joan. episc. Matison. ann. 1263. in Chartul. Cluniac. ch. 391: *Inter Sarrerias Berziaci castri et viam de Mommiu*. Vide *Sarrea*.

† **SARREUNA**. Papias MS. Bituric.: *Impetigo, sicca scabies, prominens cum asperitate et rotunditate fornæ; hæc vulgo Sarreuna dicitur, et membrorum decorem scdat*. Unde suspicari licet *Sarna*, ut habetur in edito, perperam ex *Sarreuna* contracte scripto factum fuisse. Vide supra. [\*\* Ex Isidor. Origin. lib. 4. cap. 8. sect. 6. ubi *Sarna*, quod Hispanis hodie dum usurpatum pro Scabie.]

\* **SARREURIA**, Sera, Gall. *Serrure*, alias *Sarruze* et *Serreuse*. Consuet. vicar. Bitur. ex Chartul. S. Sulpit. fol. 85. v°. de *Serreuris*, unam. Lit. remiss. ann. 1476. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1601: *Le suppliant et icellui Mabieu rompirent la Serreuse d'un coffre auquel ilz prindrent trois goubelutz, trois tasses, une Serreuse d'argent a usage de femme*. Quo ultimo loco zona vel fibula intelligenda videtur. *La Sarruze*

*d'un buffet*, ibid. ch. 1608. Vide *Sarratura*.

† **SARRI**, Arabes, ex Gloss. Mons. pag. 417. apud Schilter. in Gloss. Teuton. Vide *Saraceni*.

† **SARRIA**, f. ut *Seria* 1. Vasculi species. Epist. Bajuli Reg. Majoric. ad Massilienses ann. 1327: *Tertia mensis præteriti fecit carricari... LXXII. giarias alquitrani et tria pondera de mostayl et duns Sarrias de orchica, etc.*

† **SARRITORIUM**, Terra, ut videtur, in culturam redacta, vel locus sepimento conclusus. Terrag. Bellijoc.: *Juxta plateam Sarritorii du Moulin ex Occidente*. Item pro et super sexta parte indivisim cum consortibus du Moulin molendini, Sarritorii, plantearum exitus, etc. Item pro et super universis et singulis domibus, stabulis, grangiis, molendino, Sarritorio, corte, curtilli, ect. Vide *Sartum*. [\* Male explicatur, Terra in culturam redacta, vel Locus sepimento conclusus: molendinum quippe est ad ligna sarra desecanda, Bellijocensibus *Sarreur*, idem quod supra *Sarra*.]

† **SARROCIUM**. Vide *Superpellicium*.

† **SARROTIUM**, Vestis Ecclesiastica species, tunica linea cujus manica strictæ sunt, Gall. *Rochet*, vulgo olim *Sarrot*: varias pro variis temporibus *Sarroti* formas, videsis in Notis Cl. de *Vert* ad cap. 2. Exposit. Cæremon. Eccl. tom. 2. pag. 263. et seqq. Statutum MS. Stephani de Fiomonte Abb. S. Eligii ann. 1276: *Concessum ab omnibus quod omnes in stallis superioribus sedentes possint habere si velint, et vestire Sarrotos simplices et sine aliqua curiositate*. Inventar. ann. 1419. ex Tabul. Eccl. Noviom.: *Item quinque Sarroti modici valoris*. Statuta Eccles. Leod. ann. 1287. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 838: *Presbyteri sub albis induti sint superpellicis vel tunica linen, quæ vulgariter Sarrot vel Rochet appellatur*. Vide *Sarrotium* et *Superpellicium*.

**SARSOR**, Sarsoriorum artifex. Acta Cirtensia Numatii Felicis: *Et dum ventum fuisset ad domum Felicis Sarsoris, protulit codices quinque*. Est autem

**SARSORIUM**, Opus ex variis quodammodo materiis contextum et confectum, cujusmodi sunt ut plurimum *Sartorum* opera. *A sarcio* enim dicitur *Sarsom* et *sartum*, uti observat Turnebus lib. 24. Adversar. cap. 22. unde *Sarsura*, apud Varronem. Aliter tamen Caper de verbis dubiis: *Sartum, non sarsom*. S. Cæsarius Arelat. in Regula ad Virgin. cap. 42: *Nihil aliud in ipsis (Monasteriis) nisi cruceas aut nigrae, aut lactine tantum opere Sarsorio de pannis, aut linteis apponantur*. Gregorius Turon. lib. 2. Hist. cap. 16: *Parietes ad altarium opere Sarsurio ex multo marmorum genere exornatos habet*. Epigramma 91. Ennodii inscribitur de marmoribus opere *Sarsorio*, ex quo etiam colligitur ita appellari varias discolorum marmorum crustas invicem commissas, ut unum corpus et unam quasi picturam efficiant, uti describitur a Senatore lib. 1. Epist. 6. [Idem proinde quod *Musium opus* alibi dicitur. Vide in hac voce.]

\* **SARTACOPIMUM**, **SARTACOPIUS**. Vide infra *Supplantarium*.

† **SARTAGIA**, Præstatio quæ ob jus



terram *Sartandi*, seu in culturam redigendi domino penditur. Vide infra *Sartare*. Charta ann. 1163. apud Calmet. inter Probat. tom. 2. Hist. Lothar. col. 362 : *Excepto si rustici qui infra bannum Maginiensem eas (terras) requirere, et consueto more deservire voluerint, debitam inde Sartagiam et praragiam Radulpho persolvent. Vide Exartus, et Sartum.*

**SARTAGO**, [Locus in quo sal conficitur, salina,] idem quod *Patella*, in re salinaria, de qua voce supra egimus. Wiguleius Hondius in Episcopis Frisingensibus ex vetere Charta : *Insuper tradidit ei omne jus quod habuit in loco Hall dicto cum Sartaginibus*: Charta Arnulfi Imper. ann. 898. ibid. pag. 128 : *Hoc est sal, quod ab hac die deinceps, vel a Sartaginibus, aut locis Sartaginibus, vel de areis ejusdem jam dictae Ecclesiae redimatur, etc.* Alia Chunradi Imper. ann. 1029. pag. 143 : *Cum... salinis et Sartaginibus, et locis sartaginum, etc.* Adde pag. 141 147. 151. tom. 2. pag. 533. 549. 557. [Charta ann. 1145. apud Ludewig. tom. 4. Reliq. MSS. pag. 205 : *Ottaker Marchio unu cum filio suo Luipoldo Sartaginem salis quam hereditario jure possidebat ad parvicum Halle dedit. Reditus salis ad tertiam dimidiam Sartaginem, in Hist. Novientens. Mon. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1135.]*

† **SARTALIA**. Vide *Sarralia*.

**SARTANEA**. Thwroczius in Carolo Rege Hungariae cap. 99 : *Et tandem antedicti dextrarii solemnes cum armis et operimentis omnibus ipsorum gloriosissimis, seu attinentiis, cum Sartanea, curru, seu mobili aut ostilario, regnali signo regio desuper forma avis struthionis deaurato, et gemmis adornato, etc.* Puto legendum *Sambuca*. Vide *Sabuta*.

**SARTARE**, Terram incultam excolere. Gall. : *Essarter, défricher*, [in Charta ann. 1202. apud Lobinell. tom. 4. Hist. Paris. pag. 183. Charta Ludovici VIII. Reg. Franc. ann. 1218. ex Bibl. reg. : *Ita tamen quod nenus illud neque Sartare neque hasave poterunt.*] Charta ann. 1220. in Tabulario Abbatiae Montis S. Martini diocesis Cameracensis : *Terrae quae tempore statuto Sartate vel excoltae non fuerant. Occurrit ibi pluries. Liber Priorat. Dunstap. cap. 23 : Area illa ubi Wathlinge et Kelingue (viae) conveniunt, per Henricum Regem Angliae senem, primitus Sartabatur ad famosissimi latronis Dun nomine et sociorum suorum reformationem. Vide in Exartus, et Sartum.*

\* **SARTARI HOMINES**, Qui fundos, *Sarta* nuncupatos, possidebant et in iis alienandis interveniebant, ut feudatarii in feudorum alienatione. Charta Joan. abbat. Hunnicor. ann. 1231. ex Chartul. Valcel. sign. E. ch. 15 : *Homines nostri Egidius de Taviamés et Juliana uxor ejus coram hominibus Sartariis, qui secundum legem sufficienter astabant, in nostra praesentia constituti, etc. Praefatis hominibus nostris dicentibus quod haec venditio ita legitime facta erat, quod nichil ibi noverant corrigendum.*

† **SARTATECTOR**. Vide *Sarcitector*.

**SARTATECTUM**, unica voce, interdum *Sarta tecta*, disjunctis vocabulis,

[Operum publicorum tuitio vel resectio.] Glossae Lat. Graec. : *Sartatecta*, ὑποραφαί, leg. ὑποραφαί, [vel ὑποραφαί, ut vult Vulcanius.] Glossae Graec. Lat. : Ἰπποράφω εὐχιδωφί, *substruo, resarcio*. ὑποραφή, *placatura, resarcinatio*. Gloss. MSS. Reg. et Papias : *Sartatectum, restauratio templi, reparatio fabricae. Sartum enim, consumum dicitur*. Gloss. MS. : *Sartatecta, restauratio adfiscii, vel interruptiones domus. Catholicon parvum : Sartatectum, vel sartitectum, Reparation de toit ou de temple, [ou taille pour ce levée, in Gloss. Lat. Gall. Sangerman.] Testamentum S. Remigii Remensis Episcopi : Ita confirmo, ut Crusciniacus futuri Episcopi successoris mei obsequiis et Sartatectis principalis Ecclesiae deputetur. Lex 3. Cod. Th. de Calcis coctorib. (14, 6.) : Vehationis medietatem, quam Sartis tectis jussimus deputari, separatim conveniet adscribi. Capitularia Caroli C. tit. 6. cap. 63 : Qui ex rebus Ecclesiasticis... Sartatecta Ecclesiae secundum antiquam auctoritatem et consuetudinem restaurare debent. Charta ann. 862. apud Doubletum pag. 793 : *Et pro Sartatectis domorum atque operimentis, etc.* Capitula Walterii Aurelianensis Episcopi cap. 5 : *Ut nullus sacrum vas, aut aliquid Deo sacrum loco pignoris dare praesumat : nisi causa redimendorum captivorum, aut in restoratione Sartatectorum Ecclesiae. Ita usurpat Gregorius M. lib. 3. Epist. 19. lib. 4. Ep. 42. lib. 8. Ep. 1. lib. 12. Epist. 10. Anastasius in Vitis PP. pag. 117. 119. 121. 122. 127. 128. 131. 141. 142. 161. 206. Hugo Flaviniac. pag. 164. Additio 4. Ludovici Pii cap. 60. [84. ect.]**

**SARITECTA**, pro *Sartitecta*, in Capitul. 6. ann. 819. cap. 4.

† **SARTATORIUS**. Lancea *Sartatoria*, Mensurae agri species. Vide supra in *Lancea*.

\* **SARTELLULUM**, diminut. a *Sartum*, Terra dumetis purgata et in culturam redacta, nostris *Sartiel*. Charta Werrieci decani et capit. S. Quint. Viromand. ann. 1178. ex Chartul. Mont. S. Mart. part. 6. fol. 99. r<sup>o</sup> : *Sartum Werrieci le Vallet,.... aliudque Sartellulum secus eundem campum*. Redit. comit. Namure. ann. 1265. ex Reg. Cam. Comput. Insul. sign. *Papier velu fol. 9. v<sup>o</sup> : Et se doit Bauduins dou Joudion d'un Sartiel, ki est as son meur, demi sestier despeautre Namurois.*

\* **SARTELLUM**, Eadem notione. Charta ann. 1257. ex Tabul. S. Autberti Camerac. : *Ego B. miles, dominus de Wallaincourt.... vendidi.... quindecim mescalatas subius Sartellum Tymonbruiere et quatuor mescalatas ad sartum Rouaise.*

\* **SARTIA**, Cannabis, unde funes nautici parantur. Charta Conradi II. reg. Sicil. pro Pisan. ann. 1269. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Chron. imper. Leon. Urbev. pag. 273 : *Pisoni in tota Sicilia... possint libere et sine impedimento aliquo cinere vel acquirere.... linum, Sartiam laboratam et non laboratam, setam laboratam et non laboratam, etc.* Vide *Sarcia*.

† **SARTICORÆ**, *Harstium fannum*, in Miscell. Theodiscae apud Pezium tom. 1. Anecd. part. 1. col. 408.

† **SARTIRE**, pro *Sarcire*, ut videtur, in Statutis Saonæ cap. 3. fol. 2 : *Qui statuant*

*de quantitate, et amplius Sartiant impensas parti ac damna.*

† **SARTIUM**. Vide *Sarcia*.

\* **SARTOCOLLA**, *Acrimonia*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613.

† **SARTOR**, vel **SARTORIUS**, *Sartre, cousturier*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerman. Buschius de Reform. Monast. apud Leibnit. tom. 2. Script. Bruusvic. pag. 939 : *Dederunt mihi... coppam magnam et latam a Sartore nostro factam*. Monet autem Nonius cap. 1. *Sartores* dici non solum a sarciendo, verum etiam a sarriendo, unde Plautus in Captivis, *Sartor scelerum*.

\* *Sarcinator, vestiarius*, Ital. *Sartore*, nostris *Sartre*. Lit. remiss. ann. 1441. in Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 60 : *Jehan Mosset Sartre du lieu d'Espali lez la ville du Pny Nostre Dame en Vellay. Mathelin Alboin Sartre ou cousturier dudit lieu de Montesquiere, in aliis ann. 1454. ex Reg. 191. ch. 49.*

\* **SARTORESSA**, **SARTRESSA**, *Sarcinatrix*, Gallice *Cousturière*. Ordinat. ann. 1329. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 65. col. 2 : *Item quod nullus sartor vel Sartressa audeat accipere ab aliquo pro facienda tunica et supertunica, etc.* Guillermeta *Sartoressa*, in Instr. ann. 1366. ibid. pag. 301. col. 2.

\* **SARTORIA**. Vide infra in *Sartrinum*.

† 1. **SARTORIUM**, *Sartrerie, locus Sarcendi*, in iisd. Gloss. Lat. Gall. Vide *Sartrinum*.

† 2. **SARTORIUM**, *Sarculus*, instrumentum quo in terris *sartandis* utuntur, Gallis *Sarcloir*. Mirac. S. Zita tom. 3. April. pag. 523 : *Et ipsa Maia recolitret milium, et cum ipsa Massaia surgeret recta cum Sartorio in manu, etc.*

\* **SARTOTECTUM**, *Materiaria structura*, Gall. *Charpente*. Charta ann. 1294. in Lib. nig. 2. ecl. S. Vulfran. Abbavil. fol. 65. r<sup>o</sup> : *Thesaurarius dicebat et asserbat vetera marena seu ligna ejusdem ecclesiae nostrae, quae propter nimiam vetustatem.... de tecto seu Sartotectis ecclesiae deponuntur,.... ad ipsum thesaurarium ratione suae thesaurariae debere libere pertinere. Vide Sartatectum.*

\* **SARTRESSA**. Vide supra *Sartoressa*.

\* **SARTRINARIUS**, Qui rei vestiariae praestit apud monachos. Reg. visitat. Odon. archiep. Rotomag. ex Cod. reg. 1245. fol. 87. v<sup>o</sup> : *Visitavimus abbatiam S. Audoeni Rotomagensis.... Pellicias retinent propter necessitatem, quia non habent quolibet anno, sed unam in duobus annis. Verumtamen dixit Sartrinarius quod nunquam eas reddunt. Injunximus ut... eas redderet Sartrinario vel elemosinario. Vide mox*

**SARTRINUM**, *Officina sartoris*. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 18 : *Vestiarius Sartrinum habere debet extra officinas claustris interiores, id est, in tali loco, ubi sculares servientes, si opus fuerit, possunt admitti. Sartores Sartres vocant Occitani. [Vide in Sartorium 1.]*

\* Vel *Locus in monasteriis, ubi sarciantur vel reponuntur vestes, idem quod Vestiarius Sartorium, pro Sartrinum, ibi praefert Codex reg. 4335. eorundem S. Vict. Paris. statutorum. Ut ut est, occurrit in Charta Theob. comit. Campan. ann.*



1223. ex Reg. 124. Chartoph. reg. ch. 5 : *Habeant (Latiniacenses monachi) ad opus conventus tres servientes in coquina, ... duos in pistrino, duos in Sartino, etc.*

† **SARTULA**, in Epist. adv. Sigismundum Imper. inter Epist. Johan. de Monasterio apud Marten. tom. 2. Ampl. Collect. col. 1445 : *Quamquam denariis plurimis sub extorsionibus iniquissimis salvorum conductum hujusmodi Sartulas emissent. Vide Satulia.*

\* Leg. forte ibi *Cortula*, pro Chartula.

† **SARTUM**, vel **SARTUS**, Terra dumetis purgata, et in culturam redacta. Charta Lisiardi Episc. Suession. ann. 1121. ex Chartul. Nantol. fol. 21 : *Data et concessa altera dimidietate, et etiam quarta parte in magnu decima de Choi, tam in terris cultis, quam in novis et veteribus Sartis.* Hist. MS. Beccensis Mon. ex Tabul. ejusd. pag. 457 : *Centum acrarum terræ... in Sarto foreste de Lislebone.* Vide *Exartus* et *Sartare*.

† **SARTURA**, Refectio, reparatio. *Si per Sarturas succurendum sit alicui monumento*, in Cod. Theod. leg. 2. de Sepulcr. violat. (9, 17.) Utuntur præterea Seneca de Vit. Beat. cap. 25. Columella lib. 4. cap. 26. et alii.

† **SARTURATOR**, ut *Sartor*, Gall. *Tailleur*. Consuet. Lemovic. art. 42. in Custumar. gen. Franciæ tom. 4. part. 2. pag. 1153 : *Item consuetudo est quia fullones seu Sarturatores pannorum, etc.* Quæ Gallice ibidem sic redduntur : *C'est la Coutume que foulons, Tailleurs et tondeurs de draps, etc.*

† **SARTUS**. Vide *Exartus* et *Sartum*.

\* **SARVATGIUM**, pro *Salvatgium*, Præstatio a tenentibus facta dominis, pro tutela ac protectione personarum ac rerum suarum. Lit. remiss. pro Aniciensibus ann. 1378. in Reg. 113. Chartoph. reg. ch. 101 : *Pro imponendo Sarvatgio, quarto vini et aliis indictionibus, etc.* Vide supra *Salvagium* 2. et *Salvamentum* 1.

† **SARZANA**, Navigii genus, ut videtur. Chron. Parmense ad ann. 1276. apud Murator. tom. 9. col. 790 : *Communis Parnæ misit Sarzanam ad ducendum frumentum euntium per commune in Apulia.*

† **SARZIL**, ut *Sarcilis*. Vide in hac voce.

† **SASIMENTUM**, **SASIO**, **SASIRE**. Vide *Saisimentum* et *Saisire*.

† **SASONARE**, vox Italica, Condire, apparare, Gall. *Assaisonner*, accommoder. Statuta Placent. lib. 6. fol. 82. vº : *Et prædicti quadrelli, cuppi et tavella tam de civitate quam de episcopatu sint et esse debeant bene cocti et bene Sasonati.* V. *Saxonare*.

**SASSINAMENTUM**, Idem quod *Invasio*, usurpatio, *Saisimentum*. Charta Philippi Ducis Tusciæ ann. 1195. in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 226 : *Præterea invasiones terrarum omnium, et intermissiones, et Sassinamenta tempore patris et fratris nostri... facta, etc.*

**SASSO**. Charta ann. 1211. apud Ughellum tom. 1. part. 1. pag. 785 : *Piscariam et piscatores Funduni Episcopatus, et pisces piscariæ, et partem de Sassone non capiemus, nec capi faciemus.* [Sasso Italis est Petra, rupes, qua notione accipienda videtur vox sequens.]

† **SASSUM**, in Notitia ann. 1144. apud

Rocclum Pirrum in Archiep. Massan. : *In quo (vallone) via regalis descendit ad fontem de Maltru et recipit serium Sassi, etc.* Vide *Sasso*.

\* **SASSUS**, 4æ. declinat. Munimenti genus ex saxis, Ital. *Sasso*, saxum. Charta vendit. Montispes. ann. 1349. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 214 : *Castra Montispessulani et de Latis, ... cum palaciis, turribus, Sassis, fortalitiis, domibus, censibus, leudis, etc.* *Sasoage*, pro *Assuré*, Certus, ut videtur, in Poem. Alex. MS. part. 1 :

Les lances ès haubers ne troverent passage,  
L'Amirant se tint bien de son cop Sasoage.

† **SATALIA**. Epistol. Philippi VI. Franc. Regis ad Edwardum Reg. Angl. apud Marten. tom. 1. novæ veter. Script. Collect. part. 2. pag. 130 : *Quæ jam multis in locis facinorosis operibus... expleverunt : saisinas nostras in multis locis vituperabiliter infringendo, ... Satalias viliter pertractando, etc.* Vide *Sartula*.

† **SATALLIN**, Pannus sericus rasmus, ut videtur, vulgo *Satin*. Testam. Guidonis dom. de Turre ann. 1375. apud Baluz. Histor. Arvern. tom. 2. pag. 616 : *Lego conventui fratrum Minorum Claromontensium omnes ransas corporis mei que sunt de quibuscunque pannis serieis, ... et de Satallin una cum suis forraturis.* Vide *Satinus* et *Zatouy*.

\* Forte pro *Satanin* vel *Sathanin*, ut legitur in Invent. ann. 1393. ex Cod. reg. 9484. 2. fol. 367. vº : *Une chambre de Satanin vermeil, etc.* Ibid. fol. vº : *Une autre chambre à demi ciel de Sathanin vermeil, etc.*

† **SATARTIA**, ut infra *Sitarchia*. Vide ibi.

\* **SATAX**, *Sapiens, scitus investigator*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613. pro *Sagax*.

1. **SATELLES**, in Glossis Gr. Lat. : Βασιλικῶν ὁμάρτων φύλαξ. Alibi : Δεσφύρος, *Satelles*. Annale Francorum Fuldenses ann. 880 : *Normanni superiores existentes duos Episcopos... et duodecim Comites his nominibus appellatos... occiderunt.* Præterea 18. *Satellites Regis cum suis hominibus prostraverunt, quorum ista sunt nomina, etc.* Ubi *Satellites* videntur fuisse Palatini proceres, dignitate tamen Comitibus inferiores, sed quibus alii suberant, adeo ut Regii corporis custodia præfectos fuisse liceat conjicere, eosque quos hodie *Capitaines des Gardes* dicimus. [\* In iisd. Annal. Fuldens. ad ann. 866 : *Guntbertus quidam de satellitibus Carlmanni.* Reginon. Annal. ad ann. 871 : *Custodes ex numero satellitum in civitatibus quas receperat locat.* Pertzio sunt Vassi regii.] Vide *Gaufredum Vosiensem* in Chron. 1. part. cap. 73.

**SATELLES**, Vassallus minoris dignitatis. Charta Gaufredi Comitis Andegav. ann. 1062. ex Tabular. S. Florentii veteris : *Remissa sunt omnia bidanna, omne genus bannitionis, nisi cum omnes rustici Satellitum meorum causa belli contra inimicos ierint, etc.* Fulbertus Carnot. Epist. 84 : *Si ergo de justitia, de pace, de statu regni, de honore Ecclesiæ vultis agere, ecce habetis me parvum Satellitem pro viribus opitulari paratum.* Epist. 123 : *Est etiam Comiti nostro G. Sa-*

*telles fidelissimus et familiarissimus.* [Charta ann. 1103. apud Acher. tom. 8. Spicil. pag. 363 : *Accipiant per manus eorum quisque administrationem sui officii, scilicet vicarii, Satellites, et rustici.*] Vide *Guibertum Epist. 11.* [\* Et *Savinium Histor. Jur. Rom. med. temp. tom. 1. § 70. not. g.*]

**SATELLES**, qui feudum *Serjanterie*, ut aiunt, possidet, quod *Satellitio*, dicitur, in Charta Roberti Comit. Mellenti in Tabul. Leprosaria Pontis Audomari : *Petrus filius Thomæ Satellitis... hujus autem conventionis me plegium constituit erga prænominatos fratres P. et Satellitinem suam erga me inde in plegio posuit.* Vide in *Serviens*.

\* *Tenir en Saterie*, eodem intellectu, ni fallor, dicitur, in Chartul. Mont. S. Mart. part. 3. fol. 79. rº : *Gobers li drapiers tient de nous en Saterie deux sestiers de terre et huit verges.*

† **SATELLITES** dicuntur *Communiarum* homines seu etiam vassalli quos in prælium sub vexillis suis conducebant eorum domini, quorum custodia potissimum adstricti erant, unde *Satellites* sunt nuncupati. Rigordus ubi de prælio Bovinensi tom. 5. Duchesn. pag. 60 : *Premisit idem Electus (Belvacensis) de consilio Comit. S. Pauli 150. Satellites in equis ad inchoandum bellum, ea intentione, ut prædicti milites egregii invenerint hostes aliquantulum motos et turbatos. Indignati sunt Flandrenses... quod non a Militibus, sed a Satellitibus primo invadebantur, nec se moverent de loco quo stabant, sed eos ibidem expectantes acriter receperunt... Erant Satellites illi probissimi de valle Suessionensi, nec minus pugnabant sine equis, quam in equis.* Rigordo prorsus consentit Will. Brito Philipp. lib. 11 :

Cumque morarentur, nec dignarentur aperto  
Credere se campo, scries excedere Flandri,  
Impatiens Suessano phalanx suadente Garino,  
Cornipedes quanto poterunt currere cursu,  
Invadunt illos; nec miles it obvis illis  
Flandricus, aut motus aliquod dat corpore signum,  
Indignans nimium quod non a Milite primus,  
Ut decuit, fieret belli concursus in illos,  
Neve vercederent ab his defendere, si se  
Prorsus abhorrerent, cum sit pudor ultimus alto  
Sanguine productum superari a plebis alumoo,  
Immoti statione sua non segnerit illos  
Excipiunt, sternuntque ab equis, pluresque nec illis  
Pareundum ducunt famulis, sed turpiter illos  
Jam perturbatos stationem solvere eogunt,  
Seque velint nolint defendere, Sicque superbos  
Nobilitate viros, et ioajestate verendos,  
Non puduit demum pugoare minoribus ipsis.

Vide *Milit. Francic. P. Danielis lib. 3. cap. 8. Hinc*

† **SATELLITUM** dicitur ejusmodi *Satellitum* caterva, apud eumd. Will. Briton. lib. 6 :

... quingenti et mille Quirites,  
Cumque Satellitibus peditum ter millia dena.

*Militiam nude interdum notat, ut monet Carolus de Aquino ex Guillel. Pictav. lib. 1. cap. 12 : In Danfronti oppugnatione quasi desertoris furtivo more discessit, nequaquam petita missione, Satellitum debitum jam omne detrectans.* Utitur eadem notione *Procopii Latinus Interpres Hist. Vandal. lib. 2 : Aigar in Satellitio Bellisarii pugnare solitus.* *Satellitium*, δεσφύρημα, in Gloss. Lat. Græc.

\* 2. **SATELLES**, Sponsus, qui uxoris



socius est. *Cognita a Satellite*, apud Gregor. Turon. lib. 1. Hist. cap. 2. ubi de Adamo et Eva.

\* **SATER**. Comment. MSS. ad Martian. Capell. lib. 1. circa finem: *Legitur et sater. Hoc autem interest inter sater et sator, quod Sater est verborum, sator seminum.*

† **SATERRICUS**, pro Satyricus, in Epist. Abbonis Floriac. ad Miciacenses laudata apud Mabill. tom. 4. Annal. pag. 110.

† **SATHANIANI**, vel **SATINIANI** dicti inter dum Messaliani haeretici, quod Satanam mundi gubernatorem et praefectum esse somniabant. Vide S. Epiphan. haer. 80. et Stoekmanni Lexic. Haeres. Dubium tamen est an non sic nuncupati fuerint quod Seth Christum fuisse mentiebantur, adeo ut iidem sint qui *Sethiani* vel *Sethianiani*. Vide in haec voce.

\* **SATHANICUS**, **SATHANISSUS**, **PERVCRUSUS**, malignus, *diabolicus*. Formul. MSS. ex Cod. reg. 7657. fol. 28. r<sup>o</sup>: *Dictus delatus sua praesumptiva audacia motus, non verens quam sit grave onestas et religiosus personas, et Deo sub religionis regula servientes, suis Sathanicis suasionibus excitare et inducere temere ad peccandum, potissime ad libidinem carnis. Ibid. fol. 31. v<sup>o</sup>: Adversus omnes et singulos, qui eorum voluntati Sathanissae forte resistere voluerunt, etc.*

\* **SATIETAS**, Cibi sumtio, coena. Vita S. Berth. tom. 6. Jul. pag. 485. col. 1: *Post Satietaem oblitum se signare, etc.*

† **SATIARE**, Explere, et per metaphoram Probare ex abundantia. S. Cyprianus Epist. 76. pag. 154. edit. Baluz.: *Satiat adhuc in Evangelio suo Dominus et majorem intelligentiae lucem manifestat quod, etc.* Idem de Oper. et Eleemos. pag. 238: *Ostendit... deprecationes solas parum ad impetrandum valere, nisi factorum et operum accessione Satiatur.*

† **SATICUM**. Charta Everacli Episc. Leod. ann. 961. apud Marten. tom. 2. Ampl. Collect. eol. 47: *Abba Werenfridus ceterique fratres Stabilensis Ecclesiae nostram adeuntes mansuetudinem, omnimodis expecterunt quatenus... aliquod civitatis nostrae Saticum, in quo e diversis partibus venientes, confugium facerent... Contulimus eis quoddam Saticum in confinibus scilicet Adelberonis et Bozonis atque Adelardi situm, cum omnibus castitis superpositis ad partem ipsorum Ecclesiae tenendum. Ea videlicet ratione, ut ab hac die et deinceps ipsum praedictum atque integrum Saticum in usus ipsorum sine censu aliquo teneant. Spatium amplum, aream ad aedificandum interpretatur Martenius: malim ego domum seu mansum, ubi quis stat et manet, intelligere, unde *Staticum* scribendum esse suspicor. Vide *Stare* 2.*

† **SATIETAS UNIUS DIEI**, Quantum cibi per unum diem sufficit. Addit. 3. ad Capitul. cap. 88: *Multi sunt qui perjurare pro nihilo ducunt, in tantum ut pro unius diei Satietae aut pro quolibet parvo pretio ad juramentum conduci possint.*

† **SATIGER**, Jocularius, cilicio vestitus. Papias. Sed leg. *Setiger*, ut monuit Cangius in v. *Jocularis*.

**SATIL**, Pondus duorum sextariorum, apud Saladinum de Ponderib.

† **SATIMANA**, pro Septimana, hebdomada. Statuta Cluniac. MSS. ann. 1301. ex Tabul. B. M. Deauratae Tolos.: *Statuimus ut... non-sacerdotes semel communicent quolibet Satimana et in quique festis predictis.*

\* **SATINIUS**, Pannus sericus rasmus, Gall. *Satin*. Aeta dissolut. matrim. Ludov. XII. fol. 149. r<sup>o</sup>. ex Bibl. reg.: *Bombicinum suum, quod erat de Satino rubeo. Vide Satinus.*

† **SATINUS**, Pannus sericus rasmus, vulgo *Satin*. Necrolog. Parthenonis S. Petri de Casis: x. Augusti... *Casula de Satino Perico, quae constit. xviii. florins.*

† **SATTINUS**, Eadem notione, in Actis S. Franeisei de Paula tom. 1. April. pag. 161: *Ipsa eandem genam quodam panno Sattini nigri cooperiebat. Vide Setinus.*

**SATIO**, Tempus sationis, unde Gallis, *Saison*, pro quavis anni tempestate. Virgilius:

Vere fabis Satio.

Charta Roberti Regis Fr. ann. 1028. ex Tabulario Abbatiae Colombensis: *Et super castrum terra arabilis, quantum possunt tria boum culturare omni Sationi, etc.* apud Duhesnum in Probat. Hist. Brecentis pag. 5. *Satio hibernatica et estivatica, saepe in Tabul. S. Remigii Remensis. Arat ad hibernaticam Sat. map. 1. continentem in longitudine perticas 40. in lat. perticas 4. ad estivaticam similiter. Rursum: Possunt ibi seminari inter ambas Sationes de anno modii centum. [Charta Benedicti Episc. Nanmet. ann. circiter 1105. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 316: *Dedi etiam in usus canonicorum... tantum terrae, quantum poterint quatuor boves arare per duas Sationes, cum mansione necessaria agricolae operanti terram illam. Tabul. S. Sergii Andegav.: Portionem cuiusdam terrae, quantum scilicet quatuor boves arare possunt duabus Sationibus... concesserunt.*] [\* Occurrit saepius in Polyptych. Irmin. Vide ibi Indicem.] *Desaisonner les bois ou les estangs, in Consuetud. Bituric. tit. 5. art. 46. extra tempus consuetum aut silvam eadem cadere, aut stagna expiscari. [Vide Saisdio, et Sazo 2.]**

**SATIONALIS TERRA**, Sationi idonea, eui opponitur *vineis consita*, in Tabulario Ecclesiae Carnotensis anno 1186. ch. 99. [Vide *Sationalia*.]

\* Lib. cens. eccl. Rom.: *Fundum Rapacesarium, cum silvis, glandaretis et terris Sationalibus.*

**SEISONA**, ex Gallico *Saison*. Ingulfus pag. 852: *Cum communia pasturae pro omni genere animalium omnibus Seisonis. [Charta Edwardi III. Regis Angliae ann. 1340. apud Rymer. tom. 5. pag. 183.: Eidem Comitissae unam roban pro statu suo competentem, pro ista Seisona aestivali, liberet. Vide Saison.]*

† **SESONA**, Eadem notione, in Charta ejusd. Reg. ann. 1341. apud eumd. Rymer. tom. 5. col. 231: *Volentes igitur malis et periculis contra instantem Sesonam aestivali pro honore nostro ac communi utilitate praecavere, etc.*

**SESO**. Extenta manerii de Garringes: *Debet operare in qualibet septimana a festo S. Michaelis usque ad gulam Augusti, quolibet die operabili unum opus, precium operis ob. quadr. et a festo S. Petri ad vincula us-*

*que ad festum S. Michaelis unum opus in qualibet die operabili, 1. den. ob. excepta Sesone hiemale. Infra: ad Sesonem Quadragesimae. [Charta ann. 1403. ex Schedis Pr. de Mazaugues: Et gausitas pertinentes ad dictum monasterium... cum... arrendamentis... in quinque annis in quibus intelliguntur quinque Sesones. Charta ann. 1428. ex iisdem Schedis: Pro tempore quinque Sesonum, sive quinque perceptionum fructuum. Vide in Sazo.]*

**SATIONALIA**, Agri sationi idonei: *Sementiva*. Jo. Sarisberiensis lib. 1. Polierat. cap. 4: *Illis, ut pascua augeantur, praedia subtrahantur, agricolis Sationalia. [Charta ann. 898. in Bullar. Casin. tom. 2. pag. 38: Cum terris, silvis, salectis, Sationalibus, campis, paludibus, lacis et aedificiis a nobis constructis.]*

**SATIRUS**. Charta Pontii Comitis Tolosani ann. 936. apud Catellum pag. 89: *Et tallias, et omnes actus, et seguis, et justitias, et omnes Satiros, et leudas, et persultra, et venationes, etc. [Satyros editum inter Probat. tom. 2. novae Hist. Occit. col. 76.]*

† 1. **SATIS**, Valde, omnino. Missale Gothic. apud Mabill. Liturg. Gall. pag. 266: *Vere dignum et justum est, Satisque est dignum, etc. S. Audoenus in Vita S. Eligii: Ob hoc itaque eum (Eligium) vel maxime in his locis dederunt pastorem, quod incolae ejusdem regionis magna adhuc ex parte Gentilitatis errore detinebantur, et vanis superstitionibus Satis dediti erant. Passim occurrit in Bibliis saedis.*

\* 2. **SATIS**, Fere, propemodum. Charta capit. S. Quint. Viromand. ann. 1349. in Reg. 78. Chartoph. reg. ch. 176: *Terre nostrae vel omnino remanent incultae, vel Satis, pro minori pretio seu modagio tradentur ad censam, quam consuetum fuit eas tradi.*

\* 3. **SATIS**, Nimis, plus aequo. Alex. Iatrosoph. MS. lib. 2. Passion. cap. 112: *Accipiant pullos et gallinas non Satis pingues. Et cap. 137: Neque vinum stipticum bibat aut Satis dulce. Vide infra Solum 6.*

**SATISAGERE**, Satagere. Lucifer Calaritanus ad Constantium lib. 2: *Conspicis, quia si te haeretico Satisagere damnarem innocentem, tecum essem futurus in gehennam. Chron. Reichersperg. ann. 317: Praeterea Satisagebat, ut omnes qui ante se fuerant tyrannos crudelitate superaret.*

† **SATISDATIO**, Jus quod ex *Satisdationibus* domino competeat. Charta Ademari de Muro-veteri ann. 1191. apud Acher. tom. 8. Spicil. pag. 205: *Trado tibi Guillelmo... castrum de Omelacio cum omni dominio ejus et dominatione et districtione et hominiis et Satisdationibus et firmanitiis, etc. et cum omnibus aliis quaecumque ad dictum castrum de Omelacio pertinent.*

† **SATISDATIONIS RELIGIO**, in Charta ann. 1165. ex Tabular. Massiliensi: *Facta ab utraque parte Satisdationis religione.*

**SATISFACERE**, Exeusare: *Satisfactio*, Exeusatio. Gloss. Gr. Lat.: *Ἀπολογία*, Excusatio, purgatio, satisfactio. S. Ambrosius serm. 46: *Ergo Petrus prorumpit ad lacrymas, nihil voce precatus. Invenio quod fleverit, non invenio quod dixerit. Lacrymas ejus lego, Satisfactionem non lego. Recte*



sanè Petrus flevit et tacuit, quia quod deseri solet, non solet excusari, et quod defendi non potest, abluì potest. Histor. Miscella in Mauricio ann. 14 : Itaque Romani hoc audito, ad tyrannidem vertebantur. Prætor vero timens Satisfaciebat militibus, hoc verum non esse, etc. Ubi Theophanes habet ἀπελογεῖτο.

† SATISFACERE AD EVANGELIA, Tactis, vel coram Evangelisti jurare. Leg. Liutprandi [\* 43. (5, 14.)] apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 60 : Et si de colludio pulsatus fuerit, Satisfaciat ad Evangelia, quod nullum colludium cum alio homine de ea re factum habeat.

SATISFACTIO; Compensatio. Concilium Wormatiense cap. 60 : Si servus absente vel nesciente domino suo, Episcopo autem sciente quod servus sit, Diaconus, aut Presbyter fuerit ordinatus, ipse in Clericatus officio permaneat : Episcopus tamen cum Domino duplici Satisfactione persolvat. Infra : Simili recompensatione teneantur obnoxii.

SATISFACERE, Satisfare. Hincmarus Remensis apud Flodoard. lib. 3. cap. 26 : Illi Ecclesiam dabo, et tunc illum ordinabo, si mihi talis Clericus Satisfactionem fecerit, quod nullum pretium inde douaverit.

† SATISFACTIOE DESERVIRE, Cum plausu rem gerere. Charta Alani Ducis Britan. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 79 : Tradidit de sua propria hæreditate S. Guengualo eo jusque abbati Johanni, quia vocavit illum infra mare atque invitavit, ... et iste Johannes Satisfactione deservivit inter barbaros plurimamque inter genera Saxonum atque Normannorum, et necessariam multis vicibus assiduis pacem trans mare atque infra mure ad gaudium nostrum nunciavit.

\* Nostris alias Satisfier, pro Satisfaire, Solvere. Lit. ann. 1376. tom. 6. Ordinatio. Franc. pag. 198 : Et ne les auroient de quoy Satisfier. Ita et Sateffie, pro Satisfait, contentus, in Charta ann. 1369. ex Chartul. 21. Corb. fol. 108 : Nous fussiemes Sateffie de autel pourfit, que es dites terres nous deussiemes avoir eu.

† SATISFACTORIA, Satisfactio, excusatio, purgatio. Chron. Episc. Claromont. ad ann. 1405. apud Stephanot. tom. 4. Fragm. Hist. MSS. pag. 399 : Johannes Dux Burgundiæ, Antonius de Burgundia Dux de Lemburgo... dederunt Satisfactorias et responsivas super arrestatione et detentione domini Ducis Aquitanie, etc.

† SATIUS, Satur, Italis Sazio. Acta S. Franciscæ Rom. tom. 2. Mart. pag. 194 \* : Unde unum ex illis stillicidiis ad ipsum venit, ex qua ita Satia et consolata remansit, ut difficile esset ad credendum.

SATNICUS. Vide infra Seticus.

SATRAPA. Chartam Æthelredi Regis Angl. post Duces subscribunt aliquot viri nobiles, cum hoc titulo, Satrapa Regis. Quæ appellatio eadem est forte quæ Ministri. Vide in hac voce. [\* Idem qui Ealdormanni. Vide Phillips. Hist. Jur. Angl. tom. 2. pag. 9. et Lappenberg. Hist. Angl. tom. 1. pag. 567.] [S. Bernardus de Considerat. lib. 4 : Quid illud sit dicam, et non proderit. Cur? quia non placebit Satrapis, plus majestati quam veritati faventibus. Hinc]

† SATRAPA, pro quovis Ministro seu Sa-

tellite. Lambertus Ardensis apud Ludewig. tom. 8. Reliq. MSS. pag. 420 : Factum est autem ut liber quidam veteranus sive vasasorissam quendam de Felinis similiter liberam nomine Havidem duceret uxorem. Quæ maritalis lecti spondas apud Bechordis vix attigit, cum venientes Hamensium Satrapæ ab ea colvelrerliam exegerunt. Illa vero pro timore et pudore aliquantisper colore mutato facta rubicunda, quid sit colvelrerlia penitus ignorare, se autem omnino liberam et a liberis se protestatur ortam natalibus; inducias autem suæ liberationis per quindecim dies vix a Satellitibus impetrans, demum ad diem sibi præfixum cum cognatis et amicis suis apud Hamnas Hamensibus dominis se presentavit.

\* Glossæ Bibl. MSS. anonymi ex Bibl. reg. : Satrapæ, sapientes judices, vel reges, vel duces et præfecti provinciarum. Charta Hugonis reg. Franc. ann. 991. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 13 : Accersitis, qui tunc forte aderant, episcopis Satrapisque quamplurimis, auctoritate regia, cum consultis eorum nostrorumque fidelium, ratum fore censuimus quod petierat.

† SATRAPIA, Præfectura. Charta ann. 1405. tom. 3. Hist. Harcur. pag. 1089 : Assignavimus Satrapiam atque arcem Bornensem, ut iis earumque redditibus ad vitam utatur.

† SATRAPIZARE, Divinare, augurari. Vita S. Bedæ tom. 1. April. pag. 868 : Quod quotiescumque Rex contra inimicos Christiani nominis ad bella procedere disponebat, quem exitum esset habiturus in bello fide certissima Satrapizarent et per astrorum scientiam nuntarent.

† SATRINUM, Pistrinum, Gall. Boulangerie, interprete D. Brussel de Usu feud. tom. 1. pag. 564. ex Charta Alberti Abbat. Latiniac. ann. 1223. in Chartul. Campaniæ in Biblioth. reg. fol. 280.

\* SATRIX, f. Monialis rei cibariæ vel frumentariæ aut pistrini præfecta. Mirac. S. Patriciæ tom. 5. Aug. pag. 221. col. 1 : Nutu divino tactus (puer) quasi future suæ medicatrici præsaus, quæ hæc esset, ... cœpit a Satrice monasterii indagare. Vide Satrinum.

† SATTA, Ponderis vel mensuræ species. Statuta Cadubrii lib. 1. cap. 16 : Quod quilibet homo et persona, qui vendunt aliquas res ad pondus vel ad mensuram debeant infra tertiam diem a die proclamationis portare sive portari facere ad domos ipsorum juratorum calveas, concios, libras, medias, quartarolos, Sattas, mezetinos a sale, et alias mensuras quas exercent, et ipsas mensuras adjustare ad mensuram ipsius jurati. Vide Satum et Scatto.

\* F. Sexta pars libra.

† SATTALES, pro Satelles, in Litteris Henrici VI. Reg. Angl. ann. 1446. apud Rymmer tom. 11. pag. 128.

† SATTINUS. Vide supra Satinus.

† SATTORNARE, pro Attornare, Procuratorem constituere. Vide Attornatus. Charta ann. 1098. apud Menag. in Hist. Sabol. pag. 359 : Ita quod ego, et heredes mei... prædictos homines tenemur compellere ad molendum in dictis molendinis, et prædictum biannium et corveiam Sattornare

eisdem fratribus servientem quicumque fuerit ibi ex parte mea, vel heredum meorum, ad citandum vel compellendum prædictos homines, etc. Hæc subobscura sunt.

† SATULARES, pro Sotulares, Calcei, in Charta ann. 855. Append. Marcæ Hispan. col. 788 : Satulares parilia xv. Occurrit præterea in Statutis Eccles. Aquisensis ann. 1259. Vide Subtalares.

SATUM, Genus mensuræ juxta morem provincie Palestinæ, unum dimidium modium capiens : cujus nomen ex Hebræo sermone tractum est. Satum vero apud eos nominatur sumptio vel elevatio : eo quod qui metitur eandem mensuram, sunat, vel levat. Est et aliud Satum mensuræ sextariorum 22. capax quasi modius. In 17. Gen. dicitur, Accelera, tria sata farinæ simile commisce, et fac subcineritios panes. Johan. de Janua; [unde Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : Satum, une maniere de mesure, unuy et demi secundum Palestinos, ou de xxii. settiers.] Vide Numer. 5. 15. 1. Reg. 25. 18. 2. Paralip. 2. 10. Matth. 13. 33. Luc. 13. 21. Gloss. Gr. MS. Reg. cod. 1673 : Σάτα, κόμμουλα, τὰ μόδια. Aliud cod. 2062 : Σάτον, μόδιος, κόμμουλας.

† SATURA, Νόμος πολλά περιέχων, κόρος, in Gloss. Lat. Gr. Festus : Satura, et cibi genus ex variis rebus conditum est, et lex multis aliis legibus conferta.

SATURATIM, Adfatim, κατοκόρως, in Gl. Gr. Lat.

† SATURANTER, Eadem notione. Saturantius dixit Fulgent. lib. 3. Mytholog. : Hæc Saturantius Apuleius enarravit.

\* SATURIES, Saturitas. Vita S. Abund. tom. 1. Apr. pag. 92. col. 2 : Istius (Abundii) esuries est satura, illius (Neronis) Saturies est famelica.

† SATURITAS DOMINICA, de Communione Corporis et Sanguinis Domini dicitur, in Epist. Synodica Eccl. Africanæ ad Cornelium PP : Quos tutos esse contra adversarium volumus, munimento Dominicæ Saturitatis armenus.

† SATURNIANI, SATURNILIANI, et SATURNINIANI, Gnosticorum sectarii, qui a Saturnio, vel Saturnilo et Saturnino sic appellati sunt. Multa cum Simone Mago et Menandro communia habuere dogmata, de quibus videsis S. August. de Hær. cap. 3. Philast. Hær. 31. S. Epiph. Hær. 23. Stockmanni Lexic. Hæres. etc.

† SATURNUM. Comput. ann. 1336. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 325. col. 2 : In dicto edificio sunt edificata unum palatium bene coopertum et muratum, in quo sunt unum stabulum et unum Saturnum. Ubi Cl. Editor legendum censet Saturnum, et hypogeum, Gall. Souverrain, interpretatur.

SATYRICI, Eckeardu Jun. de Casib. S. Gallic cap. 1 : Saltant Satyrici, psallunt symphoniaci. Ubi Satyrici dicuntur Ludiones, histriones, et mimi : Sunt enim Satyri leves, ludificantes, derisores, saltatores, Balbo in Catholico. Gloss. Gr. Lat. : Σατυρικῆς, ὁ σατυρικὸς, Ludio. Gloss. Gr. MS. Reg. Cod. 1673 : Σάτυρος, ἄδριουρῆς. Papias : Setiger, jocularius. Adhibitos Satyros in Latinis fabulis testatur hic versus apud Marium Victorinum :

Agite, fugite, quatite Satyri.



Præterea in pompa triumphi Satyros, seu Σατυρίζς jocularia dicta effudisse auctor est Dion. Halicarn. lib. 7. Hinc διασατυρίζεν, pro παλλίζεν, apud Lacones, ut est apud Hesychium.

† **SATYRUS**, Vide *Satirus*.

**SAVANA**, **SAVANUM**, Idem quod *Sabanum*, apud Apicium lib. 5. cap. 1. 5. 6. 7. c. 6. [Testament. Guislæ Comit. Ceritan. ann. 1020. in Append. ad Marcam Hispan. col. 1020: *Illic relinquo... meas ambas Savanas quas habeo meliores.*]

**SAVARDA**, [Terræ incultæ, ni fallor, vulgo *Savarts*. *Heritage en Savart, friche ou ruine*, in Consuetud. Remensi art. 264. *En friez et Savart*, in Claromont. art. 120.] Charta Nevelonis Episc. Suessionensis ann. 1180: *Compositum est in hunc modum; quod præfatæ Albericus universa Savarda, etc.... parata, et brochas, que sunt apud Chaeristiam, libera et quietu, et absque ulla contradictione a prædicta Ecclesia debere perpetuo possideri recognovit, laudavit, et concessit: hoc unico retento, quod non nisi ad proprios usus Ecclesiæ præfatæ sive hominum apud Chaeristiam manentium excollenda dabuntur. Ex adversariis Andr. Duchesnii.*

\* Charta pro monast. S. Nic. Rem. ann. 1374. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 358: *Item unam petiam vineæ et Savardi continentem unum arpentum, situm in territorio de Villaribus ad nodos.*

\* **SAVARRETUM**, Gall. *Savarret*, idem forte quod *Salvarium*, Locus, ubi pisces servantur. Charta ann. 1273. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 59: *Tentis pro ipsa vicaria usaticum anguillarum, videlicet... xx. anguillas de quolibet bolagio et de quolibet Savarret, duas vices septimana.*

\* **SAVARTESIUM**, Savarduni vel Saverduni pagus, Gall. *Saverdun*, in Occitania. Acta Inquisit. Carcass. MSS. ann. 1308. fol. 30. rº: *Quædam mulier de Constantiano, ... que dimiserat maritum suum et fugerat ad partes Savartesi, etc. Rursus fol. 60. rº: Garsendis de Ax in Savartesi, etc.*

† **SAVATERIUS**, a Gall. *Savetier*, veterum calceorum Sutor, in Charta ann. 1353. ex Regest. 80. Chartophylacii reg. n. 688. Vide *Savetarius*.

\* *Savetonnier*, in Lib. 2. stat. artif. Paris. ex Cam. Comput. ad ann. 1345. fol. 18. rº.

† **SAUBUA**, ut *Sabuta*. Vide in hac voce.

\* **SAUCEA**, **SAUCHEIA**, Salictum, Gall. *Sausaie*. Obiituar. MS. Hospit. S. Jac. Meledun. : *iv. Idus Junii. Obiit Guerinus li Aveners, qui dedit duodecim denarios, sitos super Saucam de Poinguet. Charta ann. 1258. ex Chartul. Boni-port. : Præterea super duos solidos Turon. annui redditus, quos Asselin le Testu reddidit mihi et hæredibus meis pro quadam Saucheta de insula de Gloriete, quam tenet de me. Sauchoe, ibid. in Ch. ann. 1340.*

† **SAUCER**, **SAUCERTA**, Vasculum, disculus in quo *salcie* seu condimenta mensæ apponuntur, Gall. *Sauciere*. Testam. Joh. de Nevill ann. 1386. apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 427: *Item (lego) Thomæ filio meo xxiiii. discos argenteos, xii. Saucers, 11. bacynos, etc. Litteræ Richardi II. Reg.*

Angl. ann. 1382. apud Rymer. tom. 7. pag. 357: *Viginti et quatuor parapsides, viginti et quatuor discos, viginti et quatuor Saucerias de magna forma, etc. Saucier*, in Invent. ann. 1306. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 453: *vi. grans escuelles, xii. Sauciers, etc. Vide Salsaria 2. et Suusa.*

\* **SAUCETUM**, Eadem notione, nostris *Sauchs*. Charta ann. 1196. ex Tabul. S. Joan. Laudun.: *Duo etiam vivaria nostra, ... cum selvis eorum et omnibus aisiamentis et cum Saucetis molendinorum, nostra sunt propria. Pact. ann. 1344. in vol. 2. arest. parlam. Paris. : La moitié de tous les aunois, Sauchs, halos, prez et rentes, etc. Saucier et Saucour, eodem sensu. Charta ann. 1276. in Chartul. ecc. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 255. rº: *Salva domo, virgulto, le Saucour, etc. Ita quoque legendum videtur in Ch. ann. 1278. ibid. fol. 224. rº: Curatus de dicto Gurgeyo pro son Saouur et prato juxta, etc. Lit. remiss. ann. 1386. in Reg. 128. Chartoph. reg. ch. 271: *L'exposant venu en un Saucier, qui va au travers des champs, etc. Nisi fortean legendum sit entier. Vide mox***

† **SAUCIA**, Salicetum, Gall. *Sausaie*. Charta Lotharii et Ludovici Reg. ann. circ. 980. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 40: *Clausus etiam vineæ juxta Saucias situs, quem dedit bonæ memoriæ Hugo filius Roberti Regis. Nomen loci prope Parisios, a salicibus sic appellatum.*

\* *Sauciz*, in Charta Joan. de Chalon comit. Autiss. ann. 1317. ex Chartul. Pontiac. pag. 187: *Une pièce de terre à Suicy, contenant environ demi arpent de terre, tenant... et d'autre part au Sauciz, qui fu Martin Vincent. Laquelle terre à Sauciz, etc. Vide infra *Saulcia* et *Sauzatum*.*

**SAUCIOLUS**, [*Atrium Sauciolum*, forum judiciale, in quo rei capite damnantur.] Vide *Atrium 1*.

† **SAUCIONARE**, Servare, custodire, ut videtur. Chron. Estense ad ann. 1351. apud Murator. tom. 15. col. 465: *Postquam præfati domini relegati erant, quod ipsi, et quilibet eorum tanquam fratres, et intimi amici in prælibatam Cassam debent Saucionari, tandem Veneti tanquam viriles domini cum domino Cane Grande concordiam tractaverunt, et in terris suis Saucionari cæperunt.*

**SAUCUNCULUS**, Fragmentum Petronii pag. 55: *Habuium tamen in primo porcum, poculo coronatum, et circa, Saucunculum, et gizeria optime farta, etc.*

† **SAUDADERI**, Milites, qui stipendio merent, *Soldats*. Charta ann. 1442. ex Tabul. S. Victoris Massil.: *Eo casu quo Saudaderi seu armigeri ponantur in monasterio, etc.*

\* **SAVEDUNENSES**. Serm. Gabr. Barel. in festo S. Domin. : *Tertia (regula) est Benedicti, sub qua militant..... SAVEDUNENSES instituti per B. Romulduum (sic) ordinis Vallis umbrose.*

† **SAVELLARIUS**, f. pro *Sacellarius*, Fisci custos. Vide *Succus 4*. Anonymus de Mirabilibus Romæ in Diario Ital. D. de Montfaucon pag. 290: *Savellarius debet habere curam monasteriorum et ancillarum*

*Dei, et in festivitatis debet introducere honores ad Imperatorem.*

† **SAVENA**, ut *Savana*. Vide *Sabanum*. Tabular. S. Victoris Massil.: *Septem Savenarum altaris, et tres toualos de seda, etc.*

\* Inventar. reliq. prior. B. M. de Amif. ex Tabul. S. Vict. Massil.: *Velum Beatæ Mariæ, quod dicitur sancta Savena. Leudæ minor. Carcass. MSS. : Item pro duodena Savenarum, j. den. Savene, in versione Gallica ann. 1544. Vide infra *Scoguelinum*.*

\* **SAVEREMUM**, *Basilicon*, apud *Aliabatem in Practica cap. de Ethica*. Glossar. medic. MS. Sim. Januens. ex Cod. reg. 6959.

† **SAVETARIUS**, a Gall. *Savetier*, in Cod. censuali Episc. Autissiod. ann. circ. 1290. Vide supra *Savaterius*.

† **SAUGINARIUS**, pro *Saugmarius*. Vide *Sagma*. Charta Caroli C. ann. 911. apud Doublet. pag. 778.: *Nec non de omnibus carris, vel Sauginariis, qui pro eorum utilitate ad Massiliam... advenissent.*

\* **SAUGUINARIUS**, pro *Saugmarius*, Jumentum vel quodvis animal sarcinis aptum. Vide *Sauginarius*. Mirac. S. Audoeni tom. 4. Aug. pag. 827. col. 1: *Sauginarius stabulo inductum nihilominus fæno refecit. Paulo ante Asellus appellatur. Vide infra *Sanna*.*

\* *Saugice* appellari videtur, Certa pisciculorum quantitas, in Lit. remiss. ann. 1403. ex Reg. 157. Chartoph. reg. ch. 374: *Le suppliant print au moulin de la vielz fontaine environ cinq douzaines de pipernaux et quarente pieces de menuz fillurdeaux, diz Saugice.*

\* **SAVIATOR**, *Osculator*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641. Vide *Savium*.

**SAVILUBRIS**. Glossæ Pithæanæ: *Savilubris, artibus. Savilubre, artificio. [Sanelubro, artificio, in Gloss. Isid. Utrobique nihil sani.]*

1. **SAVINA**. Charta Ricardi Regis Angl. apud Sammarth. in Archiep. Turonens.: *Et foagium de Maumine et unam Savinam melles, cum vasis quæ dicuntur Costarez. F. Saumam. Vide in *Sagma*.*

✎ Occurrit rursus apud Cencium in Cæremoniali MS. unde colligitur genus esse mensuræ simul et ponderis, proinde nihil esse mutandum: *Senatores quando concidunt, debent habere Savinæ mediam vini, et mediam claretti. Idem ubi de censibus: Ecclesia S. Basilii duas Savinas piscium.*

\* Lib. cens. eccl. Rom.: *In archiepiscopatu Viennensi, ecclesia Romanensis... debet annuatim pro censu unum sextarium miggolarum, quod geminatum fucit mediocrent Savinam.*

\* 2. **SAVINA**, Pilos significat, quibus aspersorium instruitur. Ordinar. MS. eccl. Camerac. fol. 39. vº: *Feria v. in Cæna Domini. Episcopus sollempnibus indumentis depositis, præcinctus linteo, vel alius si celebraverit, deposita cusula, abluat aspersoris Savina et ysopo majus altare cum aqua et vino.*

† **SAVINERIUS**. Barthol. Scribæ Annal. Genuens. ad ann. 1225. apud Murator. tom. 6. col. 439: *Ex decreto consilii militis ecc. optime armatos quemlibet cum Savinerio et quobus scutiferis, item balistarios xx. equitantes, et alios. c. pedites cum ba-*



*listis tumen de cornu, in servitium Astensium et inimicorum offensionem transmisit.*

\* Legendum haud dubie *Saumerius*, jumentum videlicet ad sarcinas destinatum. Vide in *Sagmu* et mox *Sauna*.

**SAVIRUM**, Scientia, Gallis *Savoir*, ex *sapere*. [*Scuance*, in Consociat. Nobilium ann. 1379. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 596 : *Et ne pourront nuls des Compagnons de cette alliance... quel qui soit, entrer en la dite ville de Rennes à leur Scauance et connoissance, qu'il ne face le serment de vouloir le bien et honneur de la dite ville.* Adde Chartam ann. 1448. ibid. col. 1098.] Sacramentum fidelitatis in Capitul. Caroli C. tit. 15 : *Ego ill. Karolo Hladouivici et Judithæ filio ab ista die inante fidelis ero secundum meum Savirum, sicut francus homo per rectum esse debet suo Regi.* Sacramentum lingua Romana Ludovici II. apud Nithardum lib. 3. ann. 842 : *In quant Deus Savir et podir me dunat; id est, quantum mihi Deus scire et posse donaverit, ut est in Annalib. Francor. Fuldensis. ann. 860. seu in Pacto Caroli et Henrici Regum ann. 921 : Secundum meum scire ac posse. Vide Sapore.*

† 1. **SAVIUM**, *Osculum uxoriosum*. Gloss. Isid. Occurrit non semel apud Apuleium, ut et diminut. *Saviolum*. Gloss. Lat. Gr. : *Savium*, φίλονμα ἐταρικός.

\* 2. **SAVIUM**, Appellatio blanda et amatoria. Comœd. sine nomine act. 1. sc. 2. ex Cod. reg. 8163 : *Savium quid agit regina meum? potuit in nocte quiescere intempesta? ego vero minime.*

\* **SAULEIA**, Salictum, nostris *Saussaie*, alias *Saulaie*. Charta ann. 1350. in Reg. 103. Chartoph. reg. ch. 316 : *Et nichilominus prata, terras, pasturagium et Sautleias... donamus et concedimus.* Alia ann. 1406. in Reg. feudor. comit. Pictav. ex Cam. Comput. Paris. fol. 24. vº : *Je Fouquet de la Rochefoucault escuier... tiens... une Saulaie,..... laquelle Saulaie dure dès le moulin du pré jusques à l'archiere du petit pont de Meigne.* Vide supra *Saucaia*.

\* **SAULIA**, Eodem significatu, in Terrear. Apehoni; ubi et Gallicum *Saulie* non semel legitur.

\* **SAULO**, Salix, Gall. *Saule*, unde circuli religantur. Comput. ann. 1402. ex Tabul. S. Petri Insul. : *Item Petro as Truyes pro Saulone et resclanagio petiarum cellarii, viij. sol.* Vide supra *Resclanagium*.

† **SAULSCOT**, Saxonice *savlsceat*, i. animæ symbolum, et ita dicebatur, quoniam sepultura pendebar. Pecunia sepulcralis, nummus scilicet, effosso tumulo, in subsidium animæ Sacerdoti pendendus, al. *Soulscot*. Vide Leges Canuti part. 1. cap. 13. et Concilium Ænhamense.

**SAUMA**, **SAUMARIATA**, **SAUMARIUS**, etc. Vide *Sagma*.

\* **SAUMA**, Animal quodvis sarcinis destinatum, ut dictum est in *Sagma*; Provincialibus vero et Occitanis asinum potissime designat hæc vox, ut *Sonaro*, Mutinensibus, asellum, uti docet Muratorius tom. 2. Antiq. Ital. medi. ævi col. 486. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Sauma, Prov. asina, asella.* Inquisit. ann. 1268. ex sched. Pr. de Mazaugues : *Vidit adduci quamdam Saumam, etc.* Leude minor. Car-

cass. MSS : *Item de corio bovis et cervi, vacæ, asini et Saumæ, et equi et equæ appurati in rodorio, ij. den.*

\* **SAUMADALIS**. Vide supra in *Sagma*.

\* **SAUMANGH**, vox vulgaris, qua Retis venatorii genus significatur. Libert. castri de Crudio ann. 1325. in Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 467 : *Cujuscumque conditionis seu generis censeretur (venatio) excepto cum filatis seu rete et alia tesura, vocata Saumanch.*

\* **SAUMANUS**, perperam pro *Saumarius*, Jumentum sarcinale. Vide in *Sagmu*. Charta Bern. episc. Biter. ann. circ. 1170. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 118 : *Omnes Saumani cujuscumque sint, et ea que portaverint, etc.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Saumada, Prov. sagmu, sarcina. Saumadiar, Prov. sagmarius.*

\* **SAUMARIA**, Rursus male pro *Saunaria*, Tributum ex sale. Vide in *Salinaria*. Charta Frider. II. imper. ann. 1234. ibid. col. 369 : *Cum omnibus feudis et solitis pedagiis, usaticis et Saumariis in idiomate ipso, quæ Latine saline dicuntur.*

**SAUMATINUS**. Vide *Submanicatus*.

\* **SAUMATIZARE**, Onerare, sensu metaphorico. Mirac. S. Emmer. tom. 6. Sept. pag. 503. col. 1 : *Cujus talione Saumatizatus ex patre avus meus Arnoldus, eodem momento dextro debilitatus brachio, post paucos annos in flumine Naba solus, comitatu salvo, subita morte vitam finivit.*

† **SAUMERIUS**. Vide in *Sagma* et *Savinerius*.

\* **SAUMO**, Salmo, Gall. *Saumon*. Bulla Urb. PP. III. ann. 1186. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 246 : *Saumones, qui ibi capiuntur in noctibus Sabbatorum totius anni.*

\* **SAUMONTANEUS**. CAPSIA SAUMONTANEÆ, f. Capsa, quæ in itinere *Saunaria* defertur. Inventar. ann. 1449. ex Tabul. D. Venciæ : *Item quedam capsia Saumontaneæ, in qua dictus dominus præceptor tenet suas scripturas.*

**SAUNADERIUS**. Vide *Sagna*, 2.

**SAUNARIA**, **SAUNARIUM**, etc. Vide *Salinaria*.

\* **SAUNERIA**, Domus, ubi sal servatur. Obituar. Autiss. MS. xij. sæc : *Sauneria quatuor horrea cum solaro Philippi.* Vide in *Salinaria*.

\* **SAUNERIUS**, f. pro *Saumerius*, qui *saunarios* curat et ducit; an vero, voce intacta, qui *saunerie* præfectus est? Charta Portecle dom. Mauseaci ann. 1218 : *Nec dictos religiosos, nec ipsorum borderios, Saunerios, bubulcos, pastores, vacherios, porcherios, messerios, nec ipsorum familiaris cogere, etc.*

† **SAVO**, f. Linteam quo lecti sterni solent, Hispanis vulgo *Savana*. Vide *Sabanum*. Acta S. Petri Confess. tom. 4. Julii pag. 667 : *Illo autem parvo tempore quo quiescebat non super pannos laneos aut lineos, sive super cultritas aut Savones, sed super durissimos lapides in campanili majoris ecclesie.* Alia notione vide in *Sapo*.

† **SAVONUM**, **Sapo**, Gall. *Savou*. Statuta Astens. ubi de intratis portarum : *Savonum durum et mollium ponatur et solvat pro quolibet rabo lib. 11.*

† **SAVORNARI**. Loquitur de carico quod ponitur in fundo navis. Ita Gloss. Fr. Bar-

ber. ad *Docum. d'Amore* edit. Ubaldini pag. 260 :

Falla ben Savornare  
E la sentina lassare.

Italibus *Savorna* et *Saorna* est Saburra, glareæ, vulgo *Suurra* vel *lest*. Vide *Saorra*.

† **SAVOTIENSIS**, pro Sabaudiensis, Sabaudus. Vita Margaritæ Burgundie apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 1203 : *Porro non post multorum annorum curriculum, dum inter ipsum et Savotiensem Comitum guerra exerceretur asperrima, etc.*

† **SAVOYA**, Sabaudia, Gall. *Savoie*. Charta Frederici Imper. ann. 1157. inter Instr. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 17 : *Concedimus quoque et casamenta tam Comitibus Savoyæ, quam alia omnia de antiquo et novo jure ad Ecclesiam Lugdunensem pertinentia.*

**SAURA**. Chronicon Fontanellense pag. 246 : *Ad infirmorum curam mansionilem, qui dicitur Bothmeregus, et quantumcumque decet Sauram, id est, de porcis, mutones, berbices, pullos, ova... concessimus.* Legendum videtur *staurum*. Vide in hac voce.

☞ Haud scio an emendatione locus indigeat, cum hæc vox rursus occurrat in Annalibus Genevens. Ogerii Panis apud Murator. tom. 6. col. 400 : *Marsilienses, audito eo, navem unam magnam quam præparaverant cum duabus galeis in cursum mittere, et quæ jam erat ad Panagum ad Marsiliam, extra buccam timore nostrarum duxerunt, et ibi cum tota Saura et vianda inter portum Archerium et Turretam naufragium passa fuit.* Ubi eadem notione qua *Staurum* intelligi debere nemo non videt.

**SAURARIUM**. Charta ann. 1222. in Tabul. S. Dionysii : *De alitis autem ingeniis ad piscandum, scilicet de Saurario ad crocham, de Saurario cum \* de retibus ad abletas, de mucetis, et escronellis contra juramentum eorum dicere non audeamus.*

\* Instrumentum piscatorium, vel retis genus, *Saure*, *rebours*, *le marchepié*, etc. in Stat. ann. 1289. inter Consuet. Genovef. MSS. fol. 35. vº.

**SAURATUS**. Gobelinus Persona in Cosmodromio ætate 6. cap. 77. de Nuceria Italiae oppido : *Unde locum ipsum, cum in diocesi Salernitana tunc existit, quidam subsannative Miseriam Sauratæ, quod lingua vulgaris stultæ, vel tediousæ sonat, diæcesis appellabant.*

\* **SAURETUS**, Fumo exsiccatus, Gall. *Sauré* vel *Soré*. Comput. ann. 1488. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 48. col. 1 : *Item in viginti quinque allecis Sauratæ, emptis pro dicta canu, vj. sol. ij. den.*

**SAURES**, *Saurices*. Gloss. Isid. [*Papias : Sauræx antiquitas, nunc sorex.* Gloss. Lat. Græc. *Surix*, ρῦς, ubi leg. *Saurix*.] Lexicon Græc. MS. cod. 2062 : *Ἀσκαλάω, τὸ ζῷον ἐνικὸς σῆξος, ἐν τοῖς τοίχοις ἀνέρον, ἢ καὶ ὁ Ποντικός καὶ ἡ Νυμφίτζα.*

† **SAURILIBRO**, *Artificio*, in Gloss. Pithœanis. Vide *Savilubris*.

**SAURINUM**, Epistola Gogonis 16. inter Epistolæ Francicæ Freheri et Duchesnii : *Ergo dum scientiam nostram falsis laudibus adornatis, et parentali affectu ostenditis, et magistra institutione inscium castigatis : quatenus illum possitis ad verum provocare*



*præconium, qui vestris cupit indicibus parere per meritum. Et quamlibet circa Saurina nemorum succisa purgetis, nostra quoque pectora sermone dialectico aperuistis. Ita præferre Codd. MSS. monent editores. Vide Saura.*

1. SAURUS, Sorus, Gall. *Sor*. Vox in Falconaria venatione notissima, in qua falco saurus dicitur anniculus, et primarum pennarum; quæ coloris sunt, quem *Sor* nostri dicebant. Le Roman de *Vacce* MS :

Chevaux ont gaiangnies blaos, bauçens, et Sor.

Le Roman de *Roncveaux* MS :

Les chevaux brochent bruos et bauçens, et Sor.

Infra :

Et Laugalie fist sort un cheval Sor.

Le Roman d' *Aubery* MS :

Et tant destr'cier bai et Sor et basout,

Fridericus II. Imp. lib. 1. de Arte venandi cap. 54 : *Eadem avis dum habet plumas et pennas Sauras, seu primas, etc.* Cap. ult : *Plumagium autem aurum, seu non mutatum, differt a mutato, in eo quod generaliter plumæ et pennæ post mutam sint meliores et alterius coloris, etc.* Lib. 2. cap. 8 : *Quas pennas primo anno suæ natiuitatis, in quo dicuntur Sauræ, semel mutant, etc.* Denique cap. 23 : *Sacri, dum dicuntur Sauri, hoc est, antequam sint mutati, etc.* [Charta ann. 1273. ex Tabul. S. Tiberii : *Et quod precensu seu servitio et pro recognitione dicti feudi prædictum monasterium (S. Tiberii) et abbas memoratus... solvere teneantur dicto dom. Regi... unum Saurum formatum et acceptabilem, vel quinquaginta solidos Turonenses.*] Petrus de Crescentiis lib. 10. de Agricult. cap. 3. de accipitr. : *Secundi meriti est is, qui postquam de nido voluit, captus fuit, raro consuevit antequam pennas in feritate mutaret, qui vocatur Sorus. Verba qua mendo non carent, sic reddidit vetus ejus Gallicus interpres : *Et celui qui a volé, et (est) prins depuis, avant qu'il ait mué ses pennes en cruauté, n'est pas si bon, et est appellé Sor.* Guill. Tardif Lector Caroli VIII. Regis Franc. in *Falconaria*, cap. 15 : *Sor est appellé à sa couleur sorette, celui qui a volé et prins devant qu'il ait mué.**

† SORUS, Eadem notione, in Computo ann. 1237. ex Bibl. reg. : *Pro uno alio Sorio XVIII. lib. Comput. alter ann. 1244. ibid. : De quodam equo Sorio baio, XL. lib. XII. sol. Pro quodam palefrido Sorio, XIII. lib. III. sol.*

SORUS, Bracton. lib. 5. tract. 1. cap. 2. § 1 : *Per servitium unius asturcii Sori, vel unius esparverii Sori.* Gaufridus in excerptis de Vita S. Bernardi cap. 1 : *Tecolinus quidam cognomento Sorus, quo nomine vulgari lingua subrufos et pene flavos appellere solemus.*

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Saur, Prov. Auricomus, flavus.*

\* 2. SAURUS, Piscis species. Tract. MS. de Pisc. ex Cod. reg. 6838. C : *Saurus, a nostris saural vel sieurel dicitur, ab aliquibus nostrum Gascon, a Santonibus Cicharou, a Gallis Maquereau bastard.*

† SAUSA, Condimentum, Gallice *Sauce*. Statuta Astens. Collat. II. cap. 96. fol. 35 : *Ordinatum est quod aliqua persona non utatur ayrazio pro Sausa faciendâ, vel aliqua*

*alia re, nisi hoc fecerit de suis uvis. Vide Salsa 1. Hinc*

† SAUSARIA, Disculus in quo Sausæ reponuntur, Gall. *Sauciere*. Charta ann. 1405. apud Rymer. tom. 8. pag. 384 : *Quinque duodenas discorum, tres duodenas et octo Sausarias de peure. Vide Saucer.*

\* SAUVAGERIA, Ager, ut videtur, incultus, dumetis asper. Charta Margar. comit. de Fif ann. 1243. ex Tabul. Cartus. B. M. de parco : *Per magnam viam quadrigarum, quæ ducit inter mugnum nemus et parcum a Orques, usque ad Sauvageriam, et per alios terminos qui satis lucide dinoscuntur. Vide Sylvaticus.*

SAUVAGINA. Vide in Sylvaticus.

† SAUVAMENTUM. Vide Salvamentum 1.

\* SAUVERIA, Tignum, Gall. *Solive*. Inquisit. super destructione bastidæ Sabranorum ann. 1363. ex Cod. reg. 5956. A. fol. 82. rº : *Item in solerio gulæ (leg. aulæ) prædictæ facta de gippo, fuerunt facta duo magna foramina, et nichilominus trabes seu Sauseria dimiserunt parietes, propter destructionem prædictam.*

† SAUVINIACENSIS MONETA. Vide in Moneta Baronum.

† 1. SAVUS. Vita Mathildis apud Leibnit. tom. 1. Script. Brunsvic. pag. 693 : *Savos etiam honoravit pontifices, clerumque valde dilexit, et præcipue monachos. Ubi Savos sapientes interpretatur Editor; nisi tamen legendum sit Sanctos.*

\* 2. SAVUS. Fallitur Valesius in Notit. Gall. v. *Sabis*, cum *Savum* atque *Sabim* eundem fluvium esse asserit : *Savus* enim est fluvius, qui hodie *Sele* dicitur, veteribus *Ses*, quique alludit Dulciacum, vulgo *Doucy*, villam inter Cameracum et Valentianas ad stratum publicam, et influit in Scaldim ad Dononium, vulgo *Denain*.

\* SAUZAIUM, Salicetum, Gall. *Saussaie*, alias *Sausif*. Charta ann. 1377. in Reg. 112. Chartoph. reg. ch. 212 : *Item campum de Sauzaio, continentem circa tresdecim minas terræ. Item quandam parvum campum adherentem dicto Sauzaio.* Alia ann. 1336. ex Cod. reg. 8448. 2. 2 fol. 138. vº : *Et est ledit quarrefour entre le Sausif Marote la concierge et la terre Gile Moreau de Sens. Vide supra Saucia et mox Sauzetum.*

\* SAUZEDA, Eodem sensu. Vide supra *Salzeda*.

† SAUZETUM, Salicetum, Gall. *Saussaie*. Charta ann. 1362. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 436 : *Pratis, puscuis, nemoribus, Sauzetis, viveriis, etc.*

SAXA, Cultellus; [Gladiolus.] Gotefridus Viterbiensis part. 15. pag. 363 :

Ipse brevis gladius apud illos Saxa vocatur, Unde sibi Saxo nomen perperisse notatur.

Eadem fere Engelhusius :

Quippe brevis gladius apud illos Saxa vocatur, Unde sibi nomen Saxo traxisse putatur.

Saxones longis cultellis pugnasse auctor est etiam Continuator Florentii Wigorniensis ann. 1138. indeque genti datum nomen : *Mutato denique nomine, quæ ad id tempus Turingia, ex longis cultellis, sed victoriosius, postmodum vocata est non Saxonica, sed Anglico elemento Saxonica. Neque aliter Lambertus Schafnaburgensis ann. 1075 : Reliquam partem gladii, qua*

*bellandi arte plurimum excellit Saxoniam, peragunt.* Et Fridericus II. Imp. in Epistola ad Saladinum, apud Rogerum Hovedenum pag. 650 : *In gladio ludens Saxoniam.* A voce igitur *Saax*, et *Suhs* appellata Saxoniam : ita enim Saxonibus dictus cultellus, gladius, de qua voce consulendus in primis Mericus Casaubonus in Tractatu de Lingua Saxonica pag. 395. ubi Saxones inde dictos etiam contendit. Glossarium Lat. Theoticum : *Semispadium, Saks*. Witi-kindus lib. 1. de Gest. Saxon. : *Fuerunt autem et qui hoc facinore nomen illis (Saxonibus) inditum tradant : cultelli enim nostra lingua Saks dicuntur, ideoque Saxones nuncupatos, quia cultellis tantam multitudinem fudissent.* Eadem habet Albertus Stadensis ann. 917. Istius etiam vocis notionem attingit Gobelinus Persona in Cosmodromio ætate 5. cap. 11 : *Apud nos senioribus novacula, qua pili raduntur, dicitur Sass; et habemus inde vulgare verbum Sassen, id est, novacula cesariem radere.* Præterea Gaufridus Monemuthensis lib. 3. cap. 3 : *Commilitonibus suis præcepit, ut unusquisque longum cultrum intra caligas absconderet, et cum colloquium securius tractarent Britones, ipse eis hoc signum daret, Nimet oure Saxas, (i. capite vestros cultros,) unde quisque paratus adstantem Britonem audacter occuparet.*

Aliunde tamen, licet minus vere, Saxoniam vocis etymon arcessunt alii, a saxo videlicet, seu lapide. Tidericus Langenius in Saxoniam :

Restat laudaada Saxoniam magnificaada,  
A Saxo dicta, gens Saxoniam benedicta,  
Est fortis, dura, geos bellica, vix ruitura.

Ita Roswitha de Gestis Odon. cap. 1 :

Ad claram gentem Saxoonum nomen habentem  
A Saxo, per duritiam mentis beoe firmam.

Papias ex Isidoro lib. 9. cap. 2 : *Saxones dicti, quod sit dura et validissima gens.* Vide *Scramasaxus*, et Lexicon Runicum Olai Wormii in v. *Sax*.

☞ Reineccius de Orig. Saxon. a *Sach* ob administrationem justitiæ, appellatos Saxones existimat. Vide Schilteri Gloss. Teuton.

SAXAGONUS, pro *Sexagonus*, seu Sexangulus : vox hybrida. Bromptonus : *Ibi quoque gignitur lapis Saxagonus, etc.*

SAXAROLI, Columbarum species, de qua Petrus de Crescentiis lib. 9. de Agricult. cap. 88. ubi veteri Gallico Interpreti *Cendrins*, seu Cinericii coloris dicuntur : *Italis Sassaiuoli.*

SAXELLUS, Pennæ species. Vide *Vani*.

† SAXESCERE, Lapidescere. Scriban. de Pass. Chr. cap. 9 : *Saxescunt corda humana et sunt duriora chalybe.*

† SAXIMENTUM, Obsignatio, manucapto, sequestratio, Gall. *Saisie, dépôt*. Statuta Montis Regal. fol. 112 : *Et si contrafecerit in rumpendo vel restituendo dictum Saximentum penes eum factum, solvat bannum pro qualibet vice solidos sexaginta, et restituat damnum illi qui fecisset fieri dictum Saximentum.* Statuta Castri Redaldi lib. 1. fol. 12. vº : *Statutum et ordinatum est, quod non possit fieri de bonis alicujus districtuulis castri Sedaldi ullum Saximentum ex parte alicujus officialis, nisi primo*



liquidatum fuerit debitum, vel alio modo, vel nisi prius iuraverit, qui petierit fieri Saximentum illum verum esse debitorem suum, contra quem petit Saximentum fieri, et aliter Saximenta facta non valeant.

\* Res quævis quoquo modo ablata. Pact. inter Mantuan. et Ferrar. ann. 1239. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 443 : *Quod omnes intronmissiones et Saximenta facte et facta per potestatem Mantuæ, vel pro communi Mantuæ, sive sint in communi Mantuæ, sive in singulari persona, vel in uli quo alio, et sive sint date in solutum, sive non, si res exstant, restituantur pro communi et a communi Mantuæ.*

† SAXIRE et SAXIRI, Obsignare, Sequestrare. Statuta Vercell. lib. 2. f. 32 : *Item si quis ore tenus pro facto suo Saxiverit aliquid quod invenerit penes aliquem ex parte Potestatis seu Rectoris, vel ex parte sua, vel iudicum consulum justitie Vercellarum, is apud quem id Saximentum fuerit, tenere debeat illud sulvum usque ad quartum diem. Statuta Astens. Collat. 16. cap. 9. fol. 47 : Sequestrari vel Saxiri non faciam civi Astensi aliquam rem, nisi illa res perdit vel furtivata fuerit, ... Si tamen aliquis venerit coram me et requisierit ut faciam sequestrari, vel Saxiri ac detineri res alicujus sui debitoris, vel fidejussoris qui non sit civis Astensis. ... et si exinde non sit instrumentum nec res obligata ipso qui Saximentum fieri postulare, facium illius res et bona sequestrari et Saxiri ac detineri. Vide Saisire.*

† DISAXIRE, Obsignationem solvere, bona obsignata liberare, Gall. *Lever une Saisie*. Statuta Vercell. lib. 2. fol. 32 : *Item quod nullus iudex consul justitie possit Disaxire rem saxitam per socium, si fuerit socius in civitate.*

SAXISCUS. Anastasius Bibl. in Gregorio III. PP. : *Id est gabuthas aureas duas, alias Saxiscas numero quinque.* In Gregorio IV : *Obtulit 3. gabathas Saxiscas.* In Leone III : *Turibulum aureum exauratum unum, dextram Saxiscam unam, coronas, aureas 12. etc.* In Nicolao I : *Gabatham Saxiscam de argento purissimo, etc.* Ubi Bulcengerus : *Cur vocet Saxiscas, ignoro, nisi forte quia imitantur conchulas illas et patinas, que in rupibus et antris reperiuntur. Sed potior est conjectura, ita dictas ejusmodi gabatas, quod opere Saxonico elaboratæ essent : nam Saxiscus dicitur pro Saxonicus. Bulla Benedicti VIII. PP. ann. 1023. in Bullario Casinensi tom. 1. pag. 7 : *Nec non et calicem Saxonicum majorem, cum patera sua, quem Theodoricus Saxonum Rex B. Petro olim trunstulerat.**

\* Aliam rursus hujusce vocis originem proponit Altaserra in notis ad Greg. III. pag. 94. *Saxiscæ* sic dictæ, quasi in Saxonia, vel Romæ in vico Saxonum fieri solitæ. Vide Fontan. in Disco argent. votiv. vett. Christian. pag. 6. edit. ann. 1727.

† SAXIVOMUM, Machina bellica saxis emittendis apta, Græcis *λθεβλος*, Gallis *Perriere*. Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. cap. 4. edit. Hearni pag. 9 : *Plurima machina bellica, mirandis terrificisque Saxivomis, et aliis quibuscumque open tanto negotio præstantibus, præfata castro obsidione applicuit. ... insultu frequenti virorum, horrendis Saxivomorum ictibus. ... infinitos*

terrores incutiens. Ibid. cap. 14. pag. 28 : *Et Rex interim... guerrarum habilimenta diligenter ordinet, Saxivoma fabricat, lapides ab eisdem evomendis præparat, etc.* Adde cap. 82. pag. 234. Vide Petrarium 3.

† SAXONARE, ut supra *Susonare*, in Statutis Vercell. lib. 3. fol. 72 : *Antittant panem ipso jure, si fuerit minus pensa et si fuerit male coctus et male Suxonatus.* Galli dicerent *mal façonné*.

\* SAXONES, perperam, ni fallor, pro *Saiones*, Apparitores, regii videlicet ac magistratus ministri, qui ad eorum jussa exequenda semper præsto erant. Vide in hac voce. Charta ann. 1150. ex Cod. reg. 5132. fol. 106. vº : *Saxonos eorum (bajulorum) ... super quatuor Evangelia iuraverunt omnia directa comitis (Barchinonensis) esse fideliter scripta et testuta in hac carta ad suum fidelitatem.*

† SAXONIA TRANSMARINA, dicitur Anglia, quod a Saxonibus occupata fuerit. Epist. Bonifacii Episc. ad Zachariam PP. : *Quia synodus et ecclesia in qua natus et nutritus fuit, id est in Transmarina Saxonia, etc.*

\* SAXONIZARE, Lingua Saxonum uti, vel ipsorum more agere. Mirac. S. Emmer. tom. 6. Sept. pag. 500. col. 1 : *Cum ritu epulantium pene forent confirmati, et vino lætati, imperator ore jucundo Saxonizans die (dixit) : siceram cujus quis bibit, hujus et carmen canat.*

SAXORUM VENERATIO, Paganis consuetudo, interdicta in Concilio Agathensi cap. 5. et lib. 7. Capitul. Caroli M. cap. 236. [\*\* 316.] Vide *Petra*.

† SAXUM, Panni species. Vide *Sagum* 2.

\* SAXUM NATIVUM, f. Nomen loci. Pact. inter eccl. Rom. et episc. Tricestr. ex Cod. reg. 5956. A. fol. 74. vº : *Item sibi retinuit (episcopus) nativum Saxum, quod communi vocabulo Tutela vocatur, ubi est ecclesia S. Juste.*

† SAXUS, Salsus, nisi etiam ita legendum sit. Charta Leduini Abb. S. Vedasti Atrebat. de censu ann. 1036. ex Chartul. V. ejusdem Monast. fol. 243 : *Quinque solidate Saxæ carnis, 1. den.*

† 1. SAYA, f. *Laya*, seu silva, in Actis S. Petri Cælestini PP. tom. 4. Maii pag. 427 : *Hic Regi Carolo multum devotus in quadam Saya suum habuit habitaculum.*

† 2. SAYA, Panni species. Vide *Sagum*, 2.

† SAYO. Vide *Sagum*. 2. et *Saiones*.

\* SAYRACIUM, Serum lactis, in Stat. Ast. ubi de Intratis portarum. Vide *Seracium*.

† SAYRIE. Catholicon parvum : *Geneceium potest dici Sayrie, ubi manent mulieres de sero nendo.* Ubi indicari videntur serotini conventus in quibus rusticæ puellæ lanificio una vacant, quos Picardi etiamnum *Series* appellant.

† SAYSIAMENTUM, SAYSIO, SAYSYNA, SAZINA, SAZIRE, etc. Vide *Saisire*.

\* SAYUS, Vestis species. Stat. ordin. S. Joan. Hierosol. ann. 1584. tom. 2. Cod. Ital. diplom. col. 1838 : *Nullus fratrum nostrorum audeat. ... ferre, more secularium, cappas, vestes, ... et Sayos, quos bendatos et bigarvatos appellant, ex variis coloribus inonestis.* Vide *Sagum* 1.

\* Aliud vero sonat vox Gallica *Saye*, clavum nempe seu fibulam, vulgo *Chevile*, in Lit. remiss. ann. 1404. ex Reg. 159. Chartoph. reg. ch. 153 : *Le suppliant osta les Sayes ou chevilles qui tenoient le couvercle d'un coffre ou huche. Soyée et diminut. Soyette, eadem notione.* Lit. remiss. ann. 1399. in Reg. 154. ch. 414 : *De laquelle huche il osta les Soyées de derriere et ouvri ladite huche, etc.* *Soyette*, in aliis ann. 1369. ex Reg. 100. ch. 405. *Sée*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1416. ex Reg. 169. ch. 426 : *Lequel coffre le suppliant ouvry par derriere, en ostant les esches ou Sées d'icellui.* Vide supra *Sarrearia*.

† SAZIUM, Manu captio, Gall. *Saisie*. Statuta Vercell. lib. 7. fol. 182 : *Sazium panis frumenti et siliginis factum per Burtholomeum Vaetum et fratrem Hypolitum de Bonoromeo ad hoc specialiter constitutos tempore potestarie predicti dom. Roglerii Georgii, etc.* Vide in *Saisire*.

1. SAZO, et SADO, Mensura agri apud Aquitanos. Charta ann. 1273. in Regesto Homagiorum Aquitanie pag. 9 : *Tenet ab ipso 7. Sazones terræ et vineæ.*

SADO appellatur in Regesto Constabularie Burdegal. fol. 111 : *Dedit sibi in dotem 7. Sadones terræ ex una parte, et 9. regas terræ prope estagium suum in franco alodio.* Occurrit ibi pluries.

\* Inquisit. ann. 1268. ex sched. Pr. de *Mazaugues* : *Dominus Barralus vendidit pasquerium territorii de Moreris. ... per unam Sazonem.*

† 2. SAZO, Satio, annus : proprie anni tempestas, Gall. *Saison*, qua seritur. Charta ann. 1296. qua incolæ de Rellaneta concedunt Raymundo dicti loci domino vintenum hinc usque ad quindecim annos seu ad quindecim Sazones continue revolutas. Galli dicerent *pendant 15. recoltes.* Vide *Satio*.

† SAZUS, Eadem notione, pro quavis anni tempestate. Chartar. Eccl. Auxit. cap. 83 : *Dedit 11. solidos ad quatuor Sazos Fid-Sanz-Garsia-Baro.*

\* SAZONATOR, Coquus, ab Hispanico *Sazonar*, saporem inducere, sapide condire. Lit. remiss. ann. 1460. in Reg. 190. Chartoph. reg. ch. 188 : *Notum facimus. ... nos humilem supplicationem Petri Oliverii Sazonatoris ville Perpiniani recepisse.*

† SBA, contracte scriptum pro Substantia, in Charta ann. 1336 : *Dabit unum exemplum eodem tenore, facti tamen Sba non non mutata.*

\* SBADAGIARE, Ori lignum indere, Gall. *Mettre le baillon*. Stat. crimin. Cuman. cap. 39. ex Cod. reg. 4622. fol. 72. vº : *Nulla persona audeat vel præsumat capere aliquam personam, ... nec ligare manus, nec Sbadagiare, nec aliquid tormentum facere, ... et si Sbadagiaverit, vel manus ligaverit, vel aliam angariam personalem ei fecerit, etc.* Italis, *Sbadigliare* est Oscitare, Gall. *Bailler*. [\*\* Vide Murator. Antiq. Italic. tom. 2. col. 1284. voce *Sbadigliare*.]

SBADAGIUM. Vita S. Francæ Abbatissæ n. 42 : *Cumque in eis illius de aqua S. Francæ fuisset injecta, non retinuit eam, sed enormiter projecit, quousque cum uno Sbadagio compulsus fuit os ejus apertum stare. Tanquam scilicet si oscitaret : est enim Sbadaglio Italis Oscitatio. Vide *Sbadagiare*.*



¶ **SBANDARE**, Navem harpagone retinere, ut videtur. Chron. Tarvis. apud Murator. tom. 19. col. 861: *Quæ insaper ganzara ultis cum suis battaleis discurrens alteram galeam Venetorum ab una parte Sbandavit, nec se retinere valens, etc.*

¶ **SBANDITUS**, Proscriptus, extorris, ab Italico *Sbandire*, Gall. *Bannir*. Memoriale Potestat. Regiens. ad ann. 1286. apud Murator. tom. 8. col. 1168: *Bonifacius Bojardus cum quibusdam de illis de Bismantaa et aliis Sbanditis de civitate et cum aliis malis de civitate Mutinae intravit monasterium S. Prosperi, etc.*

\* **SBARA**, Faber lignarius, cujus est *sbarras* seu repagula et septa lignea fabricare, interprete Muratorio ad Chartam ann. 1293. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 668. et 669: *Thomacem Petri Bouaventris, Jacobum de Sancta Maria in Donis, ministrules societatis Sbararum, etc.*

**SBARALUM**, Repagulum, seu munimentum ad urbium et castrorum introitus ex palis, et *barris*, quas Itali *Sbarras* vocant: unde *Sbaraglio*, de qua voce Academicus Cruscani. Sanutus lib. 3. part. 12. cap. 12: *Fecit quoque plures mines, sea cuniculos respondentes ad terram novam, factam nuper ante turrem Maledictam, et ad Sbaralium, sive barbecanum Regis Hugonis, ... et postea fecit approximare orificio fossarum boachiers multos... usque ad Sbaralium domini Odoardi.* Infra: *Et 8. die ejusdem mensis destruxerunt Sbaralium Regis Hugonis.* [Vide *Sbarra*.]

¶ **SBARARE URBEM**, Omnes ejus aditus præcludere, eam obsidere, Gall. *Bloquer*, *investir*. Vita Eugenii IV. PP. apud Baluz. tom. 7. Miscell. pag. 507: *Ipsi vero non moverant se, et statim Roma Sbaruta fuit.* Haud dubie ab Italico

¶ **1. SBARRA**, Repagulum, Gallice *Burriere*. Item, Crates seu sepimentum ex ferreis repagulis intertextis. Chron. Estense ad ann. 1305. apud Murator. tom. 15. col. 353: *Invenit stipendiarios suos clausos Sbarris circa totam plateam.* Chron. Tarvis. apud eumd. tom. 19. col. 790: *Super ponte S. Martini lapideo se plaustris et Sbarris taliter clauserat, quod illac nullus poterat pertransire.* Vita Ven. Catharinae de Palentia tom. 1. April. pag. 653: *Quod (corpus) erat in quodam sepulcro in dicta ecclesia subtus terram, tamen aperto cum Sbarris altis per brachium anum cum dimidio et plus super terram, etc.* Vide *Sbaralium*. [\*\* Murat. Antiq. Ital. tom. 2. col. 1285. voce *Sbaragliare*.]

\* **2. SBARRA**, Fascia, limbus, tænia, Gall. *Bende*. Inventar. MS. thes. Sedis Apost. ann. 1295: *Item duo alia bacilla de argento, ..... cum scutis albis ad Sbarram nigran.*

¶ **SBARRATA**, Italis, Obex, Gallice *Barricade*. Chron. Domin. de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 589: *Tanc videns Regina, quod nullatenas posset castrum convincere, sed potius succumbebat, et gentem in insultibus amittebat, mandavit in loco, quo tempore Regis Roberti Sbarrata erat prope castrum præfatum, fabricari murum fortissimum.*

¶ **SBERNIA**, Vestis species, eadem quæ *Bernia* Hispanis: hanc sic definit Covar-

ruvias in Thes. linguæ Castellanae: *Es una capa larga a modo de manto, grossera como manta fraçada.* Matthæus de Afflictis decis. 315: *Maritus nuntit uxori suæ, quando est in domo patris, vel fratris, gonellas de serico, Sberniam de serico, etc.* Vide *Bernis-erist*.

¶ **SBINDALA**, ab Ital. *Benda*, Gall. *Bende*, Limbus, fascia. Statuta Astens. Collat. 4. cap. 5. fol. 17: *Teneatur Potestas... dare... cuilibet nuntiorum... infulam anampanni rubei sive vermili cum Sbindalis ejusdem panni, et quilibet ipsorum nuntiorum juramento teneatur in die dam in civitate Astensi et posse fuerit eundo et redeundo infulam illam rubeam cum Sbindalis portare et habere in capite, vel si propter calorem non possit infulam illam portare ad collum, tunc eam pendentem super hameros cum Sbindalis semper habere et portare teneatur.* Vide *Binde*.

\* **SBOCLARE**, Obstruere, occludere, Gall. *Boucher*. Stat. Vallis-Ser. cap. 96. ex Cod. reg. 4619. fol. 125: *Non sit aliqua persona, .... que audeat... Sboclare nec aperire, nec Sboclari nec aperiri facere putare.*

¶ **SBRONDATUS**, Foliis nudatus, ab Ital. *Sfrondare*, Gall. *Effeuller*. Statuta Montis Regal. fol. 241: *Item statutum est quod camparii tereceri vici teneantur cneudare omnes arbores incisas, vel schalvatas, scoarsatas et Sbrondatas, causa allevandi in finibus et posse civitatis Montis Regalis.*

\* In Dombensi pago *Bronde*, arboris ramum sonat.

¶ **SBURLARE**, Irridendo aliquem leviter percutere, ab Ital. *Burlare*, Gall. *Se moquer*, *se joüer*. *Sbarlato*, ipsa levis percussio. Statuta Castri Redaldi lib. 2. fol. 37: *Si qua persona injuriose Sbarlavcrit, vel spinxerit, vel in terram projecerit aliquem, et sungsali exiverit ex tali Sbarlacione, vel spinectura, condemnetur in libris tribus monete currentis pro quolibet et qualibet vice.* Occurrit etiam in Statutis Riperiae cap. 86. fol. 16. vº. Vide *Barlare*.

\* **SCAANTIA**, Emolumentum quodvis, quod casu obvenit. Charta Godefr. Camerac. episc. ann. 1232. ex Tabul. S. Gauger: *Nos advocatias in quinque villis, ... cum redditibus et Scaantiis et aliis appenditiis ipsis advocatiis annexis, ... concessimus ecclesie beati Gaugerici... habendas in integritate reddituum et Scaantiarum, prout jam dictum.* Vide *Escacta*.

**SCABA**, *SCAVA*, Fossa. Tabularium Abbatie Conchensis in Ruthenis Ch. 59: *Et dono similiter at in Dordonia inter me et Monachos sancte Fidis faciamus Scabam; et si ego non dederò medietatem operis Scave sancte Fidis Monachis, si cam sine me fecerint, sit Monachis in dominio.* [Charta ann. circ. 490. apud Baluz. Hist. Tutel. col. 329: *Et in ipsa vicaria villam nostram Floriaco, ... excepto cologas cum loca, cum tracte ad Scavas, cum bosco, etc.*]

¶ **SCABARE**, pro *Cavare*, *Fodere*, non semel in Vita S. Eligii. Vide *Cabare*.

**SCABEA**, pro *Scabies*. Paulus Warnefridus lib. 4. cap. 47: *Post hæc fait clades Scabearam, ita ut nullas potuisset mortuum suum agnoscere propter nimium inflationis tumorem.* [Vide *Scabredo*.]

**SCABELLARE**, *Decidere*. Ita Papias edit. at MS. habet *deridire*, quomodo forte se *gaber* dicimus. Sed potior editi lectio: idem enim quod *Capellare*. Vide supra in *Capulare*.

¶ **SCABELLIZARE**, Sustinere instar scabelli. Galfridus in Vita S. Godrici tom. 5. Maii pag. 77: *Et mirabiliter pedes meos ita Scabellizat, quod illis terram tangere, etiam si velim, non liceat.* Vide infra *Scamellam*.

¶ **1. SCABELLUM**, Modus agri, quantum uno die excoli potest. Charta ann. 1147. apud Calmet. inter Probat. tom. 2. Hist. Lothar. col. 330: *Dedit præterea idem Haimo pro anima fratris sui Rodulphi, Scabellum vineæ apud Domnam-basulam, et Cono tria Scabella et tria capitula.* Vide *Histor. Tullensem R. P. Benoist* pag. 199. et infra *Scamellas*.

**2. SCABELLUM**, Alia notione. Vide *Scamellam*.

\*\* **SCABIA**, pro *Scabies*. Galen. comp. lat. MS. cap. 105. apud Maium in Glossario novo: *Scabias in vessica cam quis habuerit.*

¶ **SCABIDUS**, Qui scabie laborat. Charta Emehardi Episc. Herbipol. ann. 1097. apud Schannat. Vindem. Litter. pag. 178: *Agiliter exeat, pauperes quosque et debiles Scabidos, et famidos, turgidos et thabidos quaerat et colligat. Scabidæ palpebræ, apud Marcell. Empir. cap. 8. Utitur præterea Tertull. lib. de Anima cap. 38. Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Scabidus, Roingncux, teigneux, racheux.**

\* Hinc *Scabieuse* dicta plantæ species scabiei curandæ idonea, quæ *Escabieuse* dicitur, in Lit. remiss. ann. 1447. ex Reg. 178. Chartoph. reg. ch. 257: *Aassi lui voalt faire boire de l'eau d'Escabieuse.*

**SCABIEDO**, pro *Scabies*, apud Folcardum in Vita S. Joannis Episcopi Eboracensis num. 2. [Leg. f. *Scabredo*. Vide in hac voce.]

¶ **SCABILLUM**, vel **SCABILLUS**. Vide *Scancillam*.

\* **SCABINAGIUM**, **SCABINATICUM**. Vide *mox in Scabini*,

**SCABINI**, **SCABINII**, **SCABINEI**, etc. Sic olim dicti judicum Assessores, atque adeo Comitum, qui vices judicum obibant. Capitulare 2. ann. 805. cap. 6: *De clamatoribus vel causidicis qui nec judicium Scabinorum acquiescere nec blasphemare volunt, etc.* Capitulare 2. ann. 813. cap. 13: *Postquam Scabini eum (latronem) dijudicaverint, non est licentia Comitum vel Vicarii ei vitam concedere.* Leg. Longob. lib. 2. tit. 52. § 7. [\*\* Carol. M. 69.]: *Exceptis illis Scabinis qui cum iudicibus residere debent.* Capitula Caroli M. lib. 4. cap. 5: *Comes... ibi secum suos Scabineos habeant.* Charta Ludovici Pii in Chronico S. Vincentii de Vulturno pag. 687: *Quæ in presentia Supponi Comitum, ac Benedicti, Hilpiani et Ansfredi Castaldorum cæterorumque Scabinorum... acta fuerant.* Vetus Notitia in Chronico Besuensi pag. 504: *Ante illustrem virum Hildewardum Comitum, seu iudices, quos Scabineos vocant, et quainplures personas qui cum eo aderant in Montiniaco villa, in mallo publico, ad multorum causas audiendas, etc.* Speculum Saxonicum lib. 1. art. 62. § 10: *In*



omnibus locis est iudicium, in quibus iudex sententialiter, hoc est, per sententias Scabinorum iudicabit. Adde lib. 2. art. 12. § 2. lib. 3. art. 26. § 2. art. 29. § 1. 2. et Wichbild. Magdeburg. art. 33. [\* Germ. Scepen et Scepenbare man.]

Inter Scabinos cooptari nusquam poterant qui semel ad mortem fuerant iudicati, ut legitur in lib. 6. Capitul. cap. 295: *In testimonium vero non suscipiatur (qui iudicatus fuerit ad mortem) nec inter Scabinos legem iudicando locum teneat.*

Scabinos iudiciis interfuisse, litesque iudicasse, passim alibi legimus, in Lege Longobard. lib. 1. tit. 35. § 1. 2. lib. 2. tit. 40. § 1. 3. 5. tit. 42. tit. 52. § 7. [\* Carol. M. 45. 46. Lothar. I. 12. 48. 50. Carol. M. 49. 51. 116. 69.] in Capitular. Caroli M. lib. 2. cap. 28. lib. 3. cap. 31. 40. 48. lib. 6. cap. 207. [\* 212.] in Edicto Pistensi Caroli C. cap. 6. in Chronico S. Vincentii de Vulturno pag. 691. in Chronico Besuensi pag. 505. S. Benigni pag. 414. in Tradit. Fuldensib. cap. 98. apud Perardum in Burgundicis pag. 36. Meibomium in Notis ad Witikindum pag. 63. Goldastum in Chartis Alamani. cap. 99. Hemerum in Augusta Viromand. pag. 121. etc. [Unde *Judices vel Scabini* non semel vocantur ab Hariulfo in Mirac. S. Richarii sæc. 5. Bened. pag. 568. et 569. *Scabini seu Iudicatores*, in Charta Guidonis Comit. Flandr. ann. 1270.]

Hos porro in mallis publicis septem fere semper fuisse iudicum Assessores docent Capitularia Caroli M. lib. 3. cap. 40: *Ut nullus ad placitum bannitur, nisi qui causam suam querit, aut si alter ei querere debet; exceptis Scabineis septem, qui ad omnia placita praesesse debent.* Adde Legem Longob. lib. 2. tit. 42. § 2. [\* Car. M. 116.] Capitul. 1. ad Legem Salic. § 17. et Hincmarum Opusc. 15. § 14. Interdum ad duodenarium numerum, si tanti essent, esse iubebantur: sin autem, de melioribus hominibus Comitatus supplebatur numerus duodenarius, ut est in Capitulari 2. Ludovici Pii ann. 819. cap. 2. Atque hi eligebantur [et ab officio removebantur] a Missis dominicis, populi interveniente consensu, ut est apud eund. Hincmarum, in Capitul. Caroli M. lib. 3. cap. 33. in Addit. 4. Lud. Pii cap. 73. 75. et in Capitul. Caroli C. tit. 39. cap. 9. 10. Unde patet Scabinos ex ipsis civitatibus ac Provinciis, in quas mittebantur Comites ac Missi, delectos: ideoque iudices proprios appellari, quod cives et incolae eos sibi in iudices eligerent. In Charta Balduini Comit. Flandriae ann. 1119. in Tabular. S. Bertini: *Insuper etiam pro quiete et pace Ecclesiae iudices proprios, quos vulgo Scabinos vocant Abbas ibidem habebit.*

\* Quae ultima Muratorum fugerant, cum tom. 1. Antiq. Ital. med. aevi col. 496. et 499. contra Cangium monendum censuit, quasi illud ab illo praetermissum esset, *Scabinos fuisse magistratum peculiarem cujuscumque civitatis; ad quorum electionem universi etiam populi consensus exigebatur.*

Scabinos etiamnum, iudices urbanos, seu aedilitios, appellamus, Gallice *Eschevins*. Thomas Walsingham ann. 1296: *Majores Flandriae, qui Scabini dicuntur in*

*villis*. Cujus quidem vocis etymon a Theutonico arcessunt viri docti, ex Glossario Theotisco Lipsii: *Scepeno, iudex*. Hodie, inquit idem Lipsius: *Scepenen*, Scabini dicuntur. Kilianus: *Schepen, Iudex, Senator, Decurio, Juratus, vulgo Scabinus*. Amerbachius a *Schaffer, Scaffen*, vel *Scaper*, Germanico deducit. In plerisque civitatibus inquilini ac cives esse iubentur, et ex utroque parente civibus editi, quod Chenutius observavit in Antiquitat. Bituricensib. pag. 128. 129. Ita tradit Aelianus lib. 6. Var. cap. 10. Periclem legem tulisse, ut nemo ad Reipublicae administrationem accederet, nisi qui utroque parente *ἀγοῖς* natus esset. [Vide Brummeri Dissertationem de Scabinis.] [\* Grimm. Antiq. Juris German. pag. 775. Haultaus. Glossar. German. voce *Schöpfen* col. 1643. et *Frey-Schöpfen* col. 511.]

Scabini interdum cum *Juratis* confunduntur, interdum ab iis distinguntur: cum *Juratis* promiscue accipiuntur in Litteris Alaidis Comit. Burgundiae ann. 1227. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 4. pag. 386. ubi iidem *Scabini, Jurati et Electi* nuncupantur. *Scabino* a *Juratis* secernit Philippus Augustus in Charta Communitatis Peron. ann. 1209: *In communia Peronensi singulis annis in nativitate S. Joannis Bapt. instituentur novi Major, Jurati et Scabini hoc modo: Duodecim majorum ministrorum de propriis ministris super sacramentum suum eligent xxiv. homines de probioribus et magis legitimis, scilicet de singulis majorum duos; illi autem xxiv. similiter super sacramentum suum eligent x. Juratos de probioribus et magis legitimis hominibus villae, neque aliquis illorum xxiv. in illo anno poterit esse Major vel Juratus, nec electores Juratorum in anno proxime sequenti esse poterunt, praedicti vero decem Jurati electi super sacramentum suum eligent alios decem de probioribus et magis legitimis hominibus villae; illi vero xx. eodem modo eligent alios decem; de illis autem xxx. Juratis electis ipsi super sacramentum suum eligent unum in Majorem et septem in Scabinos... Veteres autem Major et Jurati et Scabini illi qui de novo sibi substituentur reddent rationem et computum de talliis villae et negotiis illius anni.* Eadem habentur in Charta Caroli V. Reg. Franc. ann. 1368. qua praedictam Philippi Aug. Chartam confirmat. Vide in *Juratus*.

† SCABINALIS, Ad Scabinos spectans. *Litterae Scabinales*, quae a Scabinis seu iudicibus conceduntur. Charta ann. 1376. apud Knippenberg. Hist. Eccles. Geldr. pag. 104: *Acta fuerunt haec... presentibus discretis viris Joanne de Wessem iudice, Gerardo Beke et Gerardo de Tegelen Scabinis in Ruremunda testibus ad praemissa vocatis specialiter et rogatis, qui super praedictis litteras suas concesserunt Scabinales. Maison Scabinale*, in Stylo Leod. cap. 1. art. 7.

SCAVINI, in veteri Judicatio ann. 840. apud Sammarth. in Massiliensib. Episcopis. [Chron. Novalic. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 721: *Cum quibus etiam interfuerunt multi iudices et Scavini cum Sculdaxibus.* Adde Chartam ann. 844. et aliam ann. 1030. ex Tabular. S. Victoris Massil.] SCABIONES. [Constitut. Leduini Abb. et

S. Vedasti Atrebat. ann. circ. 1020. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 381: *In hoc itaque generali placito praesidente abbate seu praeposito, circumsedentibus etiam Scabionibus, etc.* Occurrit praeterea in Charta Udonis Episc. Tullens. inter Probat. Hist. ejusd. Eccl. pag. 79.] et in Charta Adalberonis III. Episc. Metensis anno 1056. apud Meurissium pag. 363. forte pro

SCABIONES, ut praefert [Charta ann. 966. apud Calmet. inter Probat. tom. 1. Hist. Lothar. col. 379.] Ita etiam Charta Stephani Episcopi ejusdem Ecclesiae ann. 1126. pag. 403. et alia Haimonis Episcopi Virdun. ann. 1023. in Tabulario S. Viti. Charta Henrici Episcopi Tullensis ann. 1163. apud Steph. Baluz. in Append. ad Capitul. Reg. Franc. n. 158: *Praeter ministeriales, scilicet Villicum, Decanum, Scabinionem, et famulos Ecclesiae feodatos, etc.* Hanc denique cum aliis subscribit *Richardus Scabinio*, qui ut videtur, hanc dignitatem ex feudo obtinebat.

SCAVIONES. Charta Henrici Imp. ann. 1065. pro Monasterio S. Maximini Trevir.: *Servitia quae in quibusdam Curibus Advocatis tribuuntur cum Villicis et Scavionibus accipere et non amittere debent vel vendere, quia ad hoc eis donatur, ut quidquid Abbati vel familiae adversitatis contigerit, quantocius studeant corrigere.* Eadem habet Charta alia Henrici V. Imp. ann. 1112. pro eodem Monasterio, apud Nicolaum Zyllesium.

SCAPIONES, in Charta Henrici Imp. ann. 1004. in Metropoli Salisburgensi tom. 2. pag. 22: *Ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Schuldesio, Scapio, seu aliqua magna vel parva persona, etc.*

ESCHIVINI, in Charta Communitatis Rotomagi et Falesiae post Ordericum Vitalem pag. 1066.

SCABINI PALATII, qui iudiciis Comit. Palatii intererant, et cum eo iudicabant. Chronicon S. Vincentii de Vulturno lib. 2: *Ille vero (Hludovicus Pius Imp.) misericordia motus, Adraldo Vicecomiti Palatii jussit, ut resideret in iudicio cum Agelundo et Petro Scabinis Palatii, et ipsius Abbatis postulationem adimpleret.* Charta Caroli Simplicis apud Miraeum in Notitia Eccles. Belgii pag. 87. et in Donationib. Belgicis lib. 2. cap. 18: *Judicio Scabinorum Palatii nostri, etc.*

SCABINAGIUM, Collegium Scabinorum: [item eorumdem officium et dignitas:] *Eschevinage*, in Consuet. Remensi art. 178. 173. 373. Bononiensi art. 99. Insulensi, Peronensi, et aliis. Charta Ferrandi et Joanne Comitum Flandriae, apud Buzelinum lib. 3. cap. 16: *Nos dilectis et burgensibus nostris de Duaco concessimus Scabinagium de anno in annum perpetuo habendum, etc.* [Consuetud. Furnenses MSS. ex Tabular. Audomar.: *Ordinatum est in primis quod qui scabini erunt, erunt et coratores, et illos jam instituit Comes et usque ad voluntatem suam fecit eos jurare Scabinagium et coram.* Adde Chartam Margaretae Flandr. Comit. ann. 1272. apud Miraeum tom. 2. pag. 1240.]

† SCABINATUS, Eodem significatu. Charta Balduini Comit. Flandr. ann. 1200. apud



Miræum tom. 1. pag. 292. col. 2 : *Et notandum quod hereditas in elemosynam data post annum transactum, debet ad Scabinatum reverti.* Bulla Innocentii IV. PP. ann. 1245. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1287 : *Contulit etiam prefato monasterio Scabinatum in terra ipsius monasterii in prefate civitatis suburbii.* Adde eumd. Marten. tom. 1. Anecd. col. 1592. Calmfet. tom. 2. Hist. Lothar. inter Probat. col. 380. Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 148. etc.

SCABINIUM, Eadem notione. Ægidius de Roya ann. 1450 : *Mandavit quod non renovaretur Scabinium Scabinorum nisi de mandato speciali ejus.*

\* SCABINAGIUM, SCABINIUM, Domus publica, ubi conveniunt Scabini. Comput. ann. 1450. ex Tabul. S. Vulfr. Abbavil. : *Item pro duobus broutariis, qui a rivagio usque ad magnam Scabinagium ad ponderationem, et a dicto Scabinagio usque ad grangiam capituli broutaverunt.* Charta Math. comit. Pontiv. ann. 1241. in Lib. 1. nig. ejusd. eccl. fol. 6. vº : *Terra inter murum et aquam, ubi est gardignium Scabinii.*

\* SCABINAGIUM, Territorium, pagus, Scabinorum districtus. Charta ann. 1355. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 459 : *Cum Laurentius de Hollandia habeat in Scabinagio de Marleain, in baillivia Tournacensi, duos bonnerios, Gallice deux bonniers,.... quos a nobis sine feodo et justitia ac sine servitio qualicumque, excepto Scabinagio duntaxat, tenet.* Eschevinage, eodem sensu, in Lit. ann. 1370. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 375. art. 5 : *Lesdiz eschevins auront la congnoissance, jugement et exécution de tous meubles et héritages gissans en leur Eschevinages.* Vide supra Eschevinagium.

\* SCABINATICUM, Officium scabini. Charta Nic. abb. ann. 1196. ex Tabul. S. Joan. Laudun. : *Scabinos autem septem in presentem faciemus, quorum uno mortuo, alii remanentes bona fide utiliore eligent et monacho atque majori nostro dicent; qui electus, si Scabinaticum recipere noluerit, etc.*

\* SCABINUS, idem qui Procurator, qui alterius vice res gerit. Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 152. Chartoph. reg. ch. 205 : *Guillaume sire de Warigny chevalier prest à aler outre mer,.... ordoana Girard le Doux son Eschevin et gouverneur de toutes ses besongnes en laditte ville.* Chartul. Thenol. ex Cod. reg. 5649. fol. 64. rº : *Quant ont vent aucunes des terres, on doit faire maieur par l'acort des pargonniers, et cis maire puet fuire Eschevins des treffonciers.*

\* SCABINI SYNODALES, Eadem forsitan acceptione, in Stat. synod. eccl. Tornac. ann. 1481. pag. 110. art. 19 : *Item excommunicatos nuntiarí mandamus omnes et singulos, qui decanos impediunt ne libere teneant suas synodos, et ob hoc testes seu Scabinos synodales male tractant.*

\*\* SCABITUDO, Scabiosa prurigo. Incerti Dynamid. lib. 2. cap. 36. apud Maum Classic. Auct. tom. 7. pag. 436 : *Chelidonia... caliginem et qui ulcera habet in oculis et Scabitudines et albaginem extenuat facilitate.* Occurrit apud Petron. Satyr. cap. 99. Vide Scabredo.

† SCABOLARIUS. Charta concordie

inter Abbatem et Sacristam Crassenses ann. 1381. ex Tahul. ejusd. Monast. : *Dictus sacrista debet et consuevit recipere ab eodem dom. Abbate quolibet die in refectorio panem et vinum pro uno Scabolario.* Sic vocant Crassenses, ut nobis renuntiatum est, eum qui æri campano argute pulsando præest, Gall. *Carillonneur* : vocis origine ducta a *Scaba*, fossa, quod *Scobolarii* etiam sit fossorem agere, ubi aliquis e vivis excessit. [\* Non a *Scaba*, fossa; sed a *Scoba*, quod ejusdem sit campanas pulsare et ecclesiam *scobis* seu scopis purgare. Vide *Escobolarius* et *Scobolarius*.]

\* SCABOLERIIUS, ut *Scabolarius*, Æris campani pulsator, Gall. *Sonneur*. Comput. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 244. col. 1 : *Item solvi Scabolerii ecclesie beate Marie, pro clocando et pulsando simbalum grossum pro pane caritatis, tres grossos.* Occurrit rursus ibid. pag. 259. col. 1. Vide infra *Scapoterius*.

\* SCABOTUM, Grex. Vide *Escabotum*.

† SCABRA, Lancea, seu potius lanceæ cuspis. Gesta Tancredi apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 174 : *Habebat autem ipse clam apud se cuspidis Arabice ferrum, de cujus inventione fortuita materiam fallendi sibi assumserat : Scabrum quippe intuitus exæsan, annosum, usui nostro forma et quantitate dissimilem, auspiciatus est illico hinc fidem novis figmentis adhesuram.* [\* Cuspis scabra, exæsa, etc. Confer Virgil. Georg. lib. 1. vers. 494.]

\* SCABREA, Tignum quoddam, ut videtur. Charta Phil. III. ann. 1283. pro capit. Ambian. : *Quandocumque casticia fuerit faciendi in locis ab exclusa, quæ dicitur Ravine, usque ad locum, qui dicitur Goudran, aut planketa, vel pontes, vel pali figendi, vel Scabreæ apponendæ,.... vocabitur celarius vel custos molendinorum cupituli.*

† SCABREDO, Idem quod aliis *Scabritia*, *scabrities*, *Asperities* sordida. Vita S. Aldhelmi tom. 6. Maii pag. 79 : *Quidquid litterarie artis elaborabat, quod non adeo exile erat, Aldhelmi committebat arbitrio, ut perfecti ingenii lima eraderetur Scubredo Scotica.* Gloss. Lat. Græc. : *Scubredo*, τρᾶχῦτης. Vide in *Scabiedo*.

† SCABRIDUS, Scaber, in Miracul. S. Desiderii Episc. Cadurc. cap. 12 : *Faciens Scabridam.... ostendit.* Fortunat. lib. 2. Poem. 107 :

Scabrida nunc resonat mea lingua rubigine verba.

† SCABRO, Scarabæus, ut videtur. Acta S. Leonis IX. PP. tom. 2. April. pag. 669 : *Ubi jacens immundos spiritus ita reddidit, videlicet prius murem tria capita habentem, secundo ranunculuum, tertio lacertam, quarto ranam, quinto Scabronem.*

\* SCABROSITAS, ut *Scabredo*, apud Voss. de Vit. serm. Hinc

\* SCABROSUS, pro Scaber, apud Theodulf. et Veget. Veterinar. nam *Scabros* ungues in Plinio lib. 20. cap. 21. legendum vult Harduinus, non *Scabrosos*. Vide Theasaur. Fabri.

† SCABULARE, pro *Scapulare*. Vita S. Castoris Episc. Apt. : *Quidam autem ex fratribus, ut vel sic cessaret, scopam, qua clibani pavimentum tergebatur, abscondit,*

*ipse vero territus ne panis, qui tunc ad coquendum paratus fuerat, si morum aptandi clibanum faceret, minus perfecte coqueretur, arripit Scabulare in summitate brevis particellæ ligavit et.... clibanum perfecte detersit.*

† SCACAGUS, pro *Scacatus*. Vide ibi.

† SCACARIUM, SCACARIUM. Vide in *Scacci* 1.

† SCACATUS, Quadris diversi coloris distinctus, ut *Scacarium*. Vide mox in *Sacci* 1. Concil. Trevir. ann. 1310. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 240 : *Presbyteri canonici et clerici rigatas et Scacatas vestes gestantes, etc.* Statuta Eccl. Leod. ann. 1360. tom. 2. sacr. Antiq. pag. 451 : *Item prohibemus ne aliquis de dicto clero vestes aut togas particas (partitas) seu intermissas, seu Scacacas.... deferat.* Ubi leg. *Scacutus*. Statuta Eccles. Tutel. ibid. col. 794 : *Hoc idem de clericis præsertim beneficiatis, caligis Scacatis rubeis, ac viridibus publice utentibus dicimus esse censendum.* Occurrit rursus in Conc. Paris. ann. 1423. apud eundem. tom. 7. Ampl. Collect. col. 1289. Quo spectat vox *Eschequé* in veteri Chron. Fland. pag. 79 : *Eschequé d'argent et de gueules.* V. *Scatatus*.

1. SCACCI, SCACI, et SCACHI, seu *Scacorum* ludus, le jeu des *Escheis*, sic appellatus a voce Arabica vel Persica *Scach*, quæ Regem sonat, quod præcipua Scacorum, uti vocant, persona, Rex sit, quod a nobis observatum in Notis ad Joinvillam pag. 59. et ad Alexiadem pag. 383. 384. quamquam non desunt, qui a Germanico *Scach*, i. latro, de quo mox, dictum putant, ut sit *latruncolorum* ludus, quem eundem esse cum ludo scachorum viri docti existant, ex Ovid. *sive latrocinii sub imagine calculus ibit.* Salmasius vero ad Hist. Aug. pag. 459. ait, *Scachios* Italos et Gallos hodie vocare ludum *latruncolorum*, voce a *calculus* detorta. Hunc expende si lubet. [Consulte etiam Menag. in Etymol. Gall. v. *Escheis* et præsertim Carolum de Aquino in Lex. milit. v. *Latrunculi*.] Robertus Monachus lib. 5. Hist. Hierosol. pag. 51 : *Aleæ, Scaci, veloces cursus equorum flexis in frenum gyris non defuerunt.* Petrus Damian. lib. 1. Ep. 10 : *Venustus, acupium, alearum insuper furie, vel Scachorum, quæ nimirum de toto quidem sacerdote exhibent nimum.* Et mox : *Ille autem ex diversitate nominum, defensionis sibi faciens scutum, ait : Aliud Scachum esse, aliud alearum. Aleus ergo auctoritas illa prohibuit, Scachos vero tacendo concessit, etc.* Historia Transl. S. Stremonii in Actis SS. Benedictinorum sæculo 3 : *Ubi pro reverentia B. Martyris plurima reliqui insignia, scilicet Scachos crystallinos, et lapides pretiosos, et auri plurimum.* Edit. cachos, ubi *caucos* emendat vir doctissimus; sed vox *scachos*, magis arripit. S. Bernardus in Exhort. ad Milit. Templi cap. 4 : *Scacos et aleus detestantur.* Matth. Westmonaster. ann. 1106 : *Liceret etiam ei ad Succos et aleas ludere.* Odo Episcopus Parisiensis in Præceptis Synodal. § 29 : *Ne (Clerici) in suis domibus habeant Scaccos, aleus, vel decios, omnino prohibetur.* [Hist. Cortusior. lib. 1. apud Murator. tom. 12. col. 783 : *Vir nobilis dominus Rizardus de Cumino,...*



*dum more Nobilitum Scachis luderet pro solatio, etc.* Chron. Tarvis. apud eumd. tom. 19. col. 801 : *Tamberlanus suo in papilionem tunc forte conludabat ad Scachos, etc.* Vide Acta S. Quirini Mart. lib. 1. num. 5. Pseudo-Ovidius lib. 1. de Vetula :

Est alius ludus Scacorum, ludus Ulyssis,  
Ludus Trojana quem fecit in obsidione,  
Ne vel tæderet proceres in tempore treugæ,  
Vel helli, si qui pro vulneribus remaneret  
In castris : ludus qui castris assimilatur,  
Inventor cujus jure laudandus in illo est,  
Sed caussam laudis non advertunt nisi pauci.

Infra, de scacorum personis :

Sex species saltus exerceat, sex quoque Scaci,  
Miles, et Alpinus, Roccus, Rex, Virgo, Pedesque,  
In Campium primum de sex istis saliant tres,  
Rex, pedes et Virgo : Pedes in rectum salit, atque  
Virgo per obliquum, Rex saltu gaudet utroque,  
Ante retroque tamen tam Rex quam Virgo moventur  
Ante Pedes solum; capiens obliquum in ante;  
Cum tamen ad metam stadii percurrerit, extunc  
Sicut Virgo salit. In campum vero secundum  
Tres alii saliant, in rectum Roccus, eique  
Soli concessum est ultra citraque salire,  
Oblique salit Alpinus, sed Miles utrinque  
Saltum componit.

Le Roman de la Rose MS :

Puisque des Eschés me souvient,  
Se tu riens ce sés : il convient  
Que cil soit roys que l'en fet have,  
Quant tuit si homme sont esclave,  
Si qu'il se voit seus en la place  
Ne n'i voit chose qu'il i place;  
Ains s'enfuit por ses ennemis  
Qui l'ont en tel povreté mis :  
L'en ne peut autre homme haver,  
Ce seynt tuit large et aver.  
Car ainsint le dit Estaluz  
Qui des Eschés controuva l'us  
Quand il traitoit d'arimetique.]

Sed et observo personas scacarii familiam vocari in Aresto Paris. 9. Maii ann. 1320 : *Item unum Scacarium de jaspide et calidonio cum familia, videlicet una parte de jaspide, et alia parte de cristalio.* Le Roman de Parise la Duchesse MS :

Puis aprist il as tables et à Eschas jouer.

Infra :

Et si nos mostreras des Eschax et des dez.

Jacobus Hemricurtius in Speculo Hasbano pag. 6 : *Joweir aux Eskas et ez Tables, etc.*

\* Haud scio an huc pertineat quod legitur in Chron. Camerac. MS : *Iste Wiboldus Cameracensis episcopus ludum alearium, cui suis diebus clericis valde fuerant dediti, tesseres quibusdam concordiam virtutum concernentibus, felici subtilitate commutavit.* Quæ rursus sic narrantur in altero Chron. MS : *Wyboldus, vir tam ecclesiasticis quam jocularibus disciplinis satis imbutus, ludum regularem clericis alæ amatoribus artificiose composuit, quo se exercentes in charitate vitia vincere assuescerent et jurgiosam aleam refugerent.* Scacorum vero tabula et personæ ita describuntur in Poem. Alex. MS. part. 2 :

Li Eschequier est tel, onques micudre ne fu :  
Les lices sont d'or fin à trifoire fondu,  
Li paon d'esmerlandes vertes com pré herbu,  
Li autres de rubis vermaus com ardent fu ;  
Roy, fiere, chevalier, aulfain, roc et cornu  
Furent fet de saplir, et si ot or molin ;  
Li antre de topace, o toute lor vertu :  
Moult sont bel à veoir dreicié et expandu.

[\*\* Vide Schmidt. ad Disciplin. Cleric. Petri Alphonsi pag. 115. Glossar. med. Græcit. voce Ζατρίκιον col. 459. et in Append. col. 77.]

SCACARTUM, vel SCACCARTUM, Tabula in qua scacis luditur, alternis quadris albi ac nigri coloris distincta, vel ludus ipse scacorum, nostris *Eschiquier*. Nicolaus Trivettus in Chronico ann. 1273 : *Ludo Scacarii intentus.* Liber de Miraculis S. Fidis c. 19 : *Tabulam Scacorum ibi pendentem, etc.* Thwrocens in Carolo Rege Hungar. cap. 97 : *Et una tabula pro Scacis mirabili.* [Mirac. S. Bertini sæc. 3. Bened. part. 1. pag. 151 : *Eodem anno Johannes Presbyter de Rubroch cum talis ludens ad aleas nescio seu ad Scacos, ... alapam magnam in maxilla recipiens super Scacarium vel alearium tabulam recidit, etc.*] Hinc eadem nomenclatura donatæ tabulæ, similibus tessellis aut quadris diversi coloris variegatæ. Matthæus Paris et Bromptonus de Coronatione Ricardi I. Regis Angliæ : *Et post illos veniebant sex Comites portantes unum Scacarium, supra quod posita erant insignia regalia et vestes.* Idem Bromptonus pag. 1245 : *Pelves, utres, et Scacaria, ollas argenteas, et candelabra, etc.* [Schoehier scacarium vocat le Roman de la guerre de Troyes MS :

A un Schachier d'or et d'argent  
Jue o suen chevallier.

Vide *Scacatus*.]

SCACARTUM etiã appellatum olim in Normanniæ Ducatu, suprema Curia, in qua appellationes ab inferioribus iudicibus suppremo jure dijudicabantur. [Litteræ Ludovici X. Regis Franc. ann. 1314. tom. 1. Ordinât. pag. 552 : *Item. Causæ disfinite in Scacario Rothomag. ad nostrum Parlamentum Parisius nullatenus deferantur.*] Vetus Consuetudo Normanniæ MS. 1. part. 5. distinct. cap. 7 : *L'en apele Eschequier assemblée de hautes justices auxquies il appartient à corrigier et à amender ou à fere amender tout çen que les Baillis et les autres meneurs justiciers ont maleint jugié, et doivent rendre à chescun son droit sans delat, et tient à bien poi aussi grande fermeté comme de la bouche du Prince, etc.* Nous apelon solemnel jugement çen qui est jugié par acort en plein Eschequier, etc. Matth. Paris ann. 1231 : *Proposuit etiam quod Episcopi quidam ejus suffraganei, neglecta pastoralis cura, sedebant ad Scaccartum, laicas causas exercentes, et judicia sanguinis exercentes.*

Hinc *Justitiiarii superiores* dicuntur *Scacarii Magistri*, in Leg. Normann. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 154 : *Notandum siquidem est, quod justitiiariorum quidam sint superiores, quidam inferiores. Superiores sunt qui ab ipso Duce sunt constituti ad gerendum curam terre, immediate sub ipso Principe eis commisse, curam et custodiam gerentes, ut Magistri Scacarii et Baillivi.*

Bina autem singulis annis tenebantur *Scacaria*, primum ad Pascha, alterum in festo S. Michaelis. [Charta S. Ludovici Reg. Franc. ann. 1259. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1348 : *Alias autem xl. libras annui redditus nobis reddent in*

*duobus scacariis, videlicet in Scacario Paschæ xx. libras, et in Scacario S. Michaelis xx. libras.*] Statutum Philippi Pulchri pro reformatione Regni ann. 1302. art. 51 : *Præterea propter commodum subditorum nostrorum, et expeditionem causarum, proponimus ordinare, quod duo Parlamenta Parisius et duo Scacaria Rotomagi, Diesque Treecenses, bis tenebuntur in anno.* Utriusque Scacarii passim mentio fit in veteribus Chartis. Vide Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 90. 450. etc. Aresto ann. 1279 : *Pronunciatum fuit quod Episcopi Normanniæ non tenentur venire ad Scacaria, nisi sponte venire voluerint, vel fuerint ex parte Regis mandati, in Regesto Parliament. B. fol. 52.* Erectum porro fuit postmodum *Scacarium* Normanniæ in Parlamentum Rotomagi. Vide tom. 2. Monastici Anglic. pag. 995. [et *Parlamentum*.]

SCACARTUM, apud Anglos varie sumitur : interdum enim, et proprie dicitur Curia in qua res fisci pertractantur, ut auctor est Cowellus : in aula scilicet Westmonasteriensi, ubi de rebus et redditibus fiscalibus Barones quatuor definiunt, *The Eschequier*, vel *checker*, vulgo *Eschequer*. Fleta lib. 2. cap. 25 : *Habet etiam Rex Curiam suam et justitiiarios suos in Scacario apud Westmonasterium residentes, cujus loci Capitalis est Thesaurarius, ... ipse namque principaliter oneratur de omnibus loca Scaccariorum tangentibus, et præcipue de exitibus, receptis, et comptis omnium ibidem computantium.* Matth. Westmonast. ann. 1209 : *Amotum est Scacarium a Westmonasterio usque Northampton per Regem, in odium Londoniensium, usque ad Natalem.* Thomas Walsinghamus ann. 1305 : *Cumque venisset Eboracum, jussit sessionem justitiariorum, qui dicuntur de Banco, et Scacarium, quæ jam septennio manserat Eboraci, Londonias ad antiquum locum transferri.* Neque tantum de rebus fiscalibus cognoscunt Scacarii Anglici iudices, quos *Barones Scacarii* vocant, sed etiam de feodis, juribus, et libertatibus regni : præterea de querelis conquerentium de Vicecomitibus, Escautoribus, Ballivis, et aliis ministris Regis presentibus existentibus, de personalibus injuriis civilibus, præterquam de falsis iudiciis, ut est in Fleta lib. 2. cap. 27. § 4. ubi varii officarii Scacarii recensentur, de quorum officiis ac munis agit, nempe, *Thesaurarius, Cancellarius, Barones Scacarii, Clericus Regis, duo Camerarii, constabularii et Marescalli, Clerici scriptores rotulorum, Miles argentarius, etc.* Sed et idem auctor Fletæ docet Scacarium istud Anglicum bis in anno teneri, in Paschate, et festo S. Michaelis, quo tempore Vicecomites computa sua reddere tenentur : de quibus Glanvilla lib. 7. cap. 10. et Statuta Roberti III. Regis Scotiæ cap. 26. Vide *Barones Scacarii*, et quæ observat Watsius ad pag. 278. Matthæi Paris.

\* *Schaquir*, eo sensu, occurrit in Chartul. Henr. V. et Henr. VI. reg. Angl. ex Cod. reg. 8387. 4. fol. 87. 1º.

SCACCARTUM, Iisdem Anglis pro ipso fisco seu ærario regio interdum sumitur, quod ærarium Regis Angliæ in eadem æde, ubi iudices scacarii consistunt, asservetur, ut docet Fleta lib. 2. cap. 27. Bromptonus ann. 1175 : *Et ibi ipsi Reges redditum*



mille marcarum argenti ad Scacarium Anglie recipiendum, quem predicto Comiti dederant, cartis suis inde sibi confectis, plenarie confirmarunt. [Forma pacis inter Reges Fr. et Angl. ann. 1216. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 858 : Item, dominus Ludovicus reddat domino Regi rotulos de Scacario, cartas Judeorum, ... et omnia alia scripta de Scacario quod habet, bona fide.] Matth. Paris ann. 1242 : Et dedit illis quolibet anno de Scacario suo percipiendas, uni 500. alii 600. marcas. Monasticum Anglie. tom. 2. pag. 558 : Similiter si aliquis hominum suorum sit americiatus erga nos, vel ballivos nostros, pro quacunque causa vel delicto, vel satisfacto mercie et merciamena pecunie sint collecta, et in una bursa ad Scacarium nostrum portata, etc. Adde pag. 812. Fletam lib. 2. cap. 24. §. 2. Littletonem sect. 153. etc.

Erarium Regium dictum quoque est apud Normannos Scacarium, ut discimus ex veteri Chartul. Normanniæ fol. 190 : Isti autem (juratores) colligent focagium de hominibus Templariorum et Hospitalium, et similiter offerent ad Bailivos Regis; et per manus Bailiviorum reddetur ad Scacarium Templariis et Hospitalibus.

SCACARIUM JUDÆORUM. Charta Henrici III. Regis Angliæ apud Spelman. : Rex de communi consilio attornavit Ric. de Villi Mag. Alexandrum de Dorset, et Eliam de Cuminges ad Scacarium Judeorum custodiendum, et omnia negotia quæ ad illud pertinent tractanda per Angliam, sicut fieri solebat tempore de Warena, Thomæ de Newill, et Galfr. de Norwico.

Jam vero unde Scacarii nomenclatura Normanniæ juridicæ, et Angliæ rationum seu fiscali Curie indita sit, variæ sunt scriptorum sententiæ, quarum pleræque vix arident. Quis enim cum Terrieno ad Consuetud. Normanniæ lib. 15. cap. 1. Normanniæ Curiam dictam velit, quod in judiciis actor reum, vel e contra reus actorem matet, ut fit in scaccorum ludo? Aut cum Nicodius, quod Curia juridica variis constet personis seu iudicibus, ut scaccorum ludus? Neque alii a Germanicis vocibus etymon probabiliori conjectura accersunt : Pithæus et Chopinus lib. 2. de Doman. tit. 15. n. 2. a Schicken, mittere, quod Scacarii iudices a Principe mitterentur ad justitias faciendas, ut Missi Dominici : Spelmanus, Watsius et Somnerus a Schats, Thesaurus, ex quo Scattarium scribendum censuit Polydorus Virgilius : alii a Schaeken, quod est rapere, inquit Somnerus, quia fisci est rapere; denique ab Anglo-Saxonico scar a symbolum, impositio, taxatio. Sed hæc, inquam, etymologiæ nimis a vero absunt.

Longe sane probabilior videtur sententia, Scacarium, Normanniæ præsertim, nomen accipisse a loco seu ædificio publico, in quo judicia suprema exercebantur, ita nuncupato, quod ejusdem pavementum tessellulis quadratis diversicoloribus instratum esset, tabellæ instar, in qua scaccorum ludo luditur, quod Scacarium perinde appellamus, uti supra docuimus, quomodo vocem hanc usurpari observare est in Necrologio Ecclesiæ Carnotensis 8. Id. Jan. : Scacarium de auricalco et marmore in pavi-

mento chori de proprio fecit. Vel certe a mensa cui adsidebant iudices, a qua Scacarium Anglicanum denominatum testatur Gervasius Tilleberiensis : Scacarium, inquit, tabula est quadrangula, quæ longitudine quasi decem pedum, et quinque latitudine ad modum mense circumsedentibus apposita, undique habet limbum latitudinis quasi 4. digitorum. Supponitur (s. superponitur) Scacario pannus in termino Paschæ emptus, non quilibet, sed niger, virgis distinctus, distantibus a se virgis, vel pedis, vel palmæ spatio. Hæc tabulas respexit vetus Poeta MS. in Poemate cui titulus, Le Roman de la Violette :

Car par mon chief miaux ne requier,  
Qui mil mars sur un Eschaquier  
Ne metroit, ne prendroit mie  
Par si que fausist l'esperemie,

Scacarium vero virgulis distinctum exhibet Tilesberiensis, quomodo olim etiam erant, ut et hodie alvei lusorii, duodecim scilicet virgulis ex utraque parte sibi invicem oppositis ac respondentibus. Ejusmodi alveum veterum describit Gruterus 1049. 1. quem multis docteq. suo more explicat Salmasius ad Histor. Aug. pag. 467. licet inscriptionem haud omnino perceperit, uti in Dissertatione de Imperatoribus Constantinopolitanorum numismatibus docemus. Scribit in Asplogia Spelmanus, hujusmodi tabulas memoriæ subministrandæ gratia Trapezitas seu Mensarios olim habuisse. Sed an Scacarium Rotomagense seu Normanniæ de rebus fiscalibus cognoverit, addubitari potest : tametsi sequiori saltem ætate id videatur innuere Guillelmus Nangius in Chronico ann. 1292. scribens apud Rotomagum propter exactiones, quas Malam tollam vocant, contra Magistros Scacarii Regis Francie ministros minorem populum insurrexisse, et domum collectoris pecuniæ infrinxisse, ac denarios collectos per plateas dispergentes, in urbis castello Magistros Scacarii obsedisse.

\* Probabilior licet videatur sententia Cangii, qui Scacarium nuncupatum esse putat a pavimento loci, in quo judicia suprema exercebantur, tessellulis quadratis diversicoloribus instrato; præferenda fortassis illa origo, quæ hanc vocem a calculis bicoloribus, quibus in reddendis rationibus utebantur, accersit; præsertim cum Scacarii nomen apud Anglos curiæ rationum primo inditum sit. Hanc opinionem suppeditat Joan. Sarisber. in Vita S. Thomæ Cantuar. apud D. Le Beuf tom. 1. Dissert. pag. 316 : Erat siquidem Johannes ille, cum thesaurarius et cæteris fiscalis pecuniæ et publici aris receptoribus, Londoniis ad quadrangulam tabulam, quæ dicitur (a) calculis bicoloribus vulgo Scacarium; potius autem est regis tabula numinis albicoloribus, abi et placita coronæ regis tractantur.

\* Hinc etiam accersenda forte est vox Gallica Eschaquer, quæ Ex æquo, quasi calculis putando, partiri sonat, in Charta Frider. ducis Lothar. ann. 1295. ex Chartul. Romaric. ch. 34 : Tant que lesdictes amendes soient Eschaquées et demenes par les menestrelz S. Pierre en plais bannaux.

2. SCACCI, Grallæ, furculæ, Gall. Eschaces, Italis Zanche, Stampoli. Miracula B. Gregorii X. PP. apud Petrum Mariam

Campum in Hist. Eccl. Placent. : Propter infirmitatem, quam habuit, non potuit ire, nec redire sine baculo, sive Scaccis. [Vide infra Scaccia.]

\* SCACUM, f. pro Saccum, Deprædatio, depopulatio. Vide in hac voce. Charta ann. rogo. apud Lam. in Delic. crudit. inter not. ad Chron. imper. Leon. Urbevet. pag. 308 : Qui modo sunt ibi aat inibi, gaicumque profuturi sant, malo animo studiose dicimus, molestiam inferre tentaverit, damnum et detrimentum faciens aliquatenus, sicut per prædam, Scacum, furtum, incendium, etc. Gloss. apud Vredium in Hist. comit. Fland. fol. 302 : Scacum, raptus, prædatio, latrocinium Schaker, raptor, latro. Vide Scach.

SCACH, SCACHUS, Latrocinium, vox Germanica. Lex Longob. lib. 2. tit. 55. § 3. 7. [\*\* Otto II. cap. 6.] : De furto aut Schaco, si ultra 6. solid. fuerit, similiter ut per pagnam veritas inveniatur præcipimus. Decretum Ottonis II. Imp. apud Goldastum tom. 3. Constitut. Imperial. pag. 310 : De furto, vel Schalco, si ultra 6. solidos fuerit, similiter ut per pugnam veritas inveniatur præcipimus. Leg. Scaco : nam Schale, in Glossario Theotico Lipsii servum sonat. [\*\* Vide Pertz. Leg. tom. 2. pag. 33.] Charta MS. Ludovici Imp. ann. 1329. pro Monetariis Papiensib. : Excepto homicidio, raptu virginum, robaria seu Scacho, quibus casibus teneantur subire suorum iudicium examen et judicium. [\*\* Vide Henric. VII. Imper. edict. de monet. Italiæ ann. 1311. apud Pertz. Leg. tom. 2. pag. 518. et Graff. Thesaur. Ling. Franc. radice Scâh tom. 6. col. 411. supra Scaccum.]

SCACHATOR, Latro. Capitula Caroli C. tit. 12. § 13 : Ego ill. ad saluturam, illud malum quod Scach vocant, vel tesciam non faciam, nec ut alius faciat consentiam : et si sapuero qui hoc faciat, non celabo; et quem scio qui nunc latro aut Scachator est, vobis Missis Dominicis non celabo, ut non manifestem.

\* SCACHERIUM, ab Italico Scacchiere, Abacus, alveus, alveolus. Inventar. MS. thes. Sedis Apost. ann. 1295 : Item alium arcum de opere duplici cam Scacherto in summitate cooperuli. Ibidem : Item unum repositorium de xamito ad Scachetia (leg. Scacheria) rubea et virida cum leonibus.

\* SCACHINUM, Pari intellectu, in eod. Inventar. : Aliud dorsale est ad Scachinum de argento filato et serico rabeo, in quibus Scachis sunt leones.

\* SCACHUM. Vide supra Scaccum. † SCACIA, ut supra Scacci 2. Acta S. Veroli tom. 3. Jun. pag. 387 : Erat autem unus pedam per genu juncturam recurvus, ita et juxta natem suspensus nullo modo extendere prævaleret. Verum ligno pede quem vulgo Scaciam vocant, vice naturalis pedis atebatur.

† SCACIARIUS, Venator, ut videtur, Italis Scacciatore, quibus Scaciare venari sonat. Mansum Geraldii Scaciarii, in Charta ann. 1019. ex Chartul. Aptensi fol. 41. Vide Scachia.

† SCACIUS. Statuta Montis Regalis fol. 312 : Item pro quolibet centenario gerborum Scaciorum, solid. duos den. etc.

† SCADAFALE, ut infra Scafaldus. Charta ann. 1125. inter Probat. tom. 2.



novæ Hist. Occitan. col. 437 : *De edificio vallis unde Comes conqueritur iudicatum est, ut dentelli destruantur et ipsam Scadufule, et edificium ipsum de cætero altius non fiat.*

† **SCADAFALTUM**, ut *Scadafale*. Iudicatum ann. 1279. apud *la Faille* inter Probat. Annal. Tolos. pag. 101 : *Noverint universi, quod existens apud Montempessulanum serenissimus Princeps dom. Ludovicus, ... videlicet extra portam Saunarie supra quoddam Scadafaltum, etc.*

**SCADENTIA**, *Scaditio*. Vide *Excadentia*.

\* **SCADENTIA**, Caduca bona, quæ in fiscum cadunt, vel ex commissio, vel alia qualibet ratione. Charta apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 13 : *Medietas reddituum de placitis, de forfuturis et Scadentiis peregrinorum et extraneorum. Scadentia Beneventanorum tota. Vide Excadentia.*

\* **SCADUCUS** vel **SCADUTUS**, Dicitur de re, quæ licitatione alicui obvenit. Charta ann. 1307. in Reg. 44. Chartoph. reg. ch. 113 : *Vobis tanquam plus offerenti Scaducum sit per extinctionem vel defectum candlele ardentis. Alia ann. 1308. ibid. ch. 128 : Emptori subscripto tanquam plus offerenti per defectum dictæ candlele ad concedendum accensæ, dictum hospitium Scadutum sit et concessum.*

† **SCADUS**, Mensura et pars vinearum, apud Schilterum in Gloss. Teut. v. *Schaz*, ex Regesto reddituum Argent. sæcul. 14 : *Item in bunno R. siti sunt 250. Scadi vinearum, qui vulgariter dicuntur Schetze, locati diversis colonis pro medio parte vini, quod excrevit in eis. Vide Scala 8. Scanelius et Skaza. [\* Oberlin. Glossar. German. voce Schatz, col. 1381.]*

\* **SCADUTA**, Hæreditas decedentium sine hærede. Pact. inter archiep. et vicecom. Narbon. ann. 1213. ex Bibl. reg. cot. 2 : *Dominus archiepiscopus, ... concedat ad feudum Aymerico præconizationes sive cridas, bona vacantia seu Scadutus defunctorum. Scadere, Academ. Crusc. est Lege venire, devolvi, cadere. Vide *Scæta*.*

\* **SCADUTUS**. Vide supra *Scaducus*.

† **SCÆNOFACTORES**, vox ibrida, a Gr. *σκηνή*, Tabernaculum, tentorium, et Lat. *Facere* : haud satis tamen ad rem, cum ibi, non de tentorium fabricatoribus, sed de domorum structoribus sermo sit. Vita S. Johannis Valent. Episc. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1694 : *Scænofactores et latomos ad opus disposuit, brevique tempore ecclesiam cum officiniis convenientibus ibi construxit, quam Vienneis pontifex cum magna populorum frequentia celeberrime consecravit. Vide *Scena*.*

† **SCAETA**, Bona quæ domino feudi ex delicto vel ex defectu hæredis obveniunt. Vide *Escaeta*. Chartular. SS. Trinit. Cadom. fol. 62 : *Dicunt juratores quod Scæta est Abbatissæ ex parte Aeleumi mortui sine herede. Escaine dicitur in Charta ann. 1408. ex Cod. Colbert. 2591 : Item les re-creantises, reliefs, tierziesmes, forfaitures, basturdises, Escaintes de lignes et autres avantares dudit sef.*

† **SCÆTTA**, Monetæ genus. Vide *Scæutta*.

† **SCÆVA**, ἀριστὸν χεῖρ, λαϊά, in Gloss.

Lat. Græc. id est, Manus sinistra. Vide *Festum*.

**SCÆVITAS**, *Iniquitas*. Glossæ Isid. [Pro Fortunæ malignitas, infelicitas, apud Apuleium lib. 4. Metamorph. : *Sed mihi cum fide memora, oro, quod tuum factum Scævitus consecuta in meum convertit exitum.* Idem lib. 4 : *Sed agilis atque præclarus ille conatus fortunæ mee Scævitatem antea non potuit. Occurrit rursum lib. 7. et 9. Artium scævitas, id est, earum abusus ad vitia et pravos mores, apud Ammianum lib. 30 cap. 12. Arnobius lib. 2. adv. Gentes : Scævitas innumerabilis vitiorum.]*

† **SCÆVUM**, Crimen, noxa. Miracul. S. Walarici tom. 1. April. pag. 28 :

Hinc animas servat Scævus, hinc corpora curat.

† **SCÆVUS**, pro *Scemus*, vel *Semus*, Mutilatus. Vide *Secus*.

**SCAFA**, Vas culinarium, [Gallice *Cuillier à pot.*] Fortunatus lib. 6. Poem. 10. de Coco :

Cui sua sordentem pinxerunt arma, colorem,  
Frixuræ, cucumæ, Scafa, patella, tripes.

**SCAFALDUS**, Tabulatum altius eductum, theatrum, Gallis *Eschafaud*. Historia Translationis S. Bertilii Virg. n. 19 : *Erectus fuit quidam Scafaldus in Curia B. Amandi, apud Mareolum, cortinis, tapetis ... ornatus, quem Pontifex venerandus ascendit, eleganti sermone ad populum facto, etc. Le Roman de Garin :*

Fromont trouverent devant Phuis del Montier ;  
Ou il fesoit les Eschafaus dreier,  
Por les grans portes quasser et trebuchier.

De vocis etymo vide conjecturam nostram in Notis ad Joinvillam pag. 70.

† **SCALFAUDUS**, Eadem notione. Acta Conc. Pisani ann. 1409. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 1105 : *Missa finita, venit Papa una cum Cardinalibus et prælatis multis ante ecclesiam in alto Scalfaudu, ubi corouatus fuit per decanum diaconorum, scilicet dom. Cardinalem de Salucis. Vide *Scadafale*.*

† **SCAFARDUS**, Eodem intellectu, in Chronico Corn. *Zantfiet* ubi de eadem coronatione scribit, apud eundem Marten. ibid. tom. 5. col. 396. Sed legendum est *Scalfaldus*.

\* **SCAFEL**. Vide mox *Scaflus*.

1. **SCAFFA**, **SCAFFIA**, Mensura. Vide *Scapha*.

† 2. **SCAFFA**, Italis, Siliqua, Gall. *Cosse*. Georg. Stella in Annal. Genuens. apud Murator. tom. 17. col. 1039 : *Cum pluribus Scaffis adustus in una magna hostium navi ignem imponunt, et totam cremarunt. Vide *Pistatus*.*

\* **SCAFFALE**, vox Italica, Tabulatum altius eductum, suggestus. Addit. ad vit. S. Anton. tom. 1. Maii pag. 350. col. 2 : *Imagines prædictas ibidem restantes in multitudine magna, pro majori parte de scannis ligneis et Scaffalibus dejecerunt ad terram. Vide *Scalfaldus*.*

\* **SCAFILUS**, f. pro *Scapilus*, Mensuræ frumentariæ species. Charta ann. 718. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 565 : *Gudiscalco terra modiorum duo, tris Scaflorum prope terram Trioni, et Scufilum*

*prope terrula Liutuaid. Vide *Scapha* et *Scapilas*.*

\* **SCAFILUS**, Eadem mensura pro sale. Leg. portor. Bojor. apud Oesefium tom. 1. Script. rer. Boicar. pag. 718 : *De una navi reddat tres semimodios seu tres Scaflus de sale. Ibidem infra : Unum Scafel plenum dent.... De sale Scafel iij.*

**SCAFONES**. Innocentius III. PP. lib. 1. Epist. pag. 29. edit. Colon. de Canonicis Regularibus : *Cortibaldum insuper, subarato quoque in hyeme, sotulares habeant in aestate, caligas tam lineas quam laneas, et Scaffones similiter habeant duplicatos, capas nigras singuli de mantellario, etc. Regula Ordinis Canonicorum S. Marci de Mantua, in Regesto Alexandri IV. PP. anni 7. ex Bibl. Regia : Item duo femuralia, duo caligæ lunæ; et quatuor lineæ sine pedulibus, quatuor Scaffones, (sic) et duo subtellures, et duo bottæ filtratæ, etc. Italis *Scuffione*, est major *Coiffia* : sed hic *Scaffones*, vel *Scuffones*, pedes spectare videntur.*

\* Idem quod *Chiffones*. Vide in hac voce. Et sane; ut observat Muratorius tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 432. Italis *scoffoni* primo nihil aliud fuisse videntur, nisi tegumenta pedum; dehinc vero ad crurum sive tibiaram indumenta, ut apud Lombardos, translatum est istud vocabulum. Hinc, potius quam a *scapha*, deducendum opinor vetus Gallicum *Escaffignon*, quo calcamenti genus significatur. Lit. remiss. ann. 1459. in Reg. 188. Chartoph. reg. ch. 159 : *Le suppliant fust à la place Maubert chez ung cordouennier; ... et print .... trois paires d'Escaffignons de cuir.* Stat. ann. 1472. in Reg. 197. ch. 366 : *Item que tout ouvrage, tant de chausses que d'Escaffignons ou chaussons, etc. Vide infra *Scoffones*.*

† **SCAFWARDUS**, Oeconomus, procurator, cellerarius, ab Aleman. *Schafft*, armarium, et *warden*, vel *warten*, custodire. [\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 454. voce *Scafuri*.] Charta Burchardi Abb. S. Emmerami apud Bern. Pezium tom. 1. Anecd. part. 3. col. 77 : *Hoc autem vinum sive illud hic prædicti servi emant, sive ad Pauzona emptam pergant, tale debet esse ut ad libitum Scafwardi sub iuramento constricti totum probetur et sic in cellario collocetur. Vide *Scapoardus*.*

\* **SCAGHA**. Comput. ann. 1302. ex Cam. Comput. Insul. : *Super diepensele, Scaghiam et ignem, xliiij. lib. ix. sol.*

\* **SCAGIALE**. Vide infra *Schiasgiale*.

† **SCAGLIONUS**, Scala, gradus, ab Ital. *Scaglione*. Statuta Mont. Regal. fol. 198 : *Et quæcunque persona, ... quæ vel nurum seu stellanatam dictæ civitatis, cum scalis, seu Scaglione vel alio modo transiret, etc. Vide *Scaliones*.*

\* **SCAGNA**, Instrumentum quo filum evolvunt, Gall. *Devidoir*, alias *Escagne*, in Inventar. ann. 1294. ex Tabul. S. Viet. Massil.

\* **SCAGNETUM**, Assula, ni fallor, ab Italico *Scaglia*, eadem notione. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 106. ex Cod. reg. 4624 : *Nullus teneat.... desubter aliquam balantium, ... cum qua ponderare debet, aliquem lapidem seu monum, vel aliquid lignum seu Scagnetum, vel aliquid simile.*



† **SCAHENTIA**, Jus *Scætam*, seu *Escuetam* percipiendi, Gall. *Droit d'Eschoite*. Vide *Scæta*. Charta Folqueti de la Forsa et Aymerici Bermundis ann. 1417. ex Museo Dom. de Flanarens: *Nihilque juris, de veriti, actionis, rationis, portionis, partis, possessionis, usus, usatgii, Scæhentite, utilis dominii vel directi explecti, servitii in prædictis bonis... retinuit.*

† **SCALGÆ**, Lapides sectiles, quos *Ardoises* dicimus. Vide infra *Scalæ*. Hist. Monast. S. Laurentii Leod. apud Marten. tom. 4. Ampl. Collect. col. 1151: *Item fecit reparari altam aulam juxta coquinam, et totam domum novis cooperiri Scalgis anno 1475.*

† **SCAKANA**, Securis militaris. Hist. pacificationis inter Rudolphum II. Imper. et Turcarum Imper. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 326: *Quantvis etiam frameis seu securibus militaribus, vulgo Scakanis, pulsarentur, qui nobiscum ingrediuntur, etc.*

1. **SCALA**, vox variæ notionis apud Scriptores mediæ ætatis. Est enim

**SCALA**, apud nostros, una ex altioris, uti vocant, justitiæ, seu supremi dominii, notis. Scala quippe pro eriminum quorundam aut malefactorum punitione erigitur intra dominorum, qui jus gladii habent, jurisdictionem aut districtum, quam ascendere coguntur rei, qui ejusmodi pœna [quæ *Sculatio* infra dicitur,] mulctantur, ut universæ plebi expositi, infamiam notam subire cogantur. Concilium Turonense ann. 1236. cap. 8. de his qui binas nuptias contrahunt: *Firmiter injungentes, quod si qui reperiantur talia perpetrasse, nominatim denuntientur infaues, et in Scala ponantur, postea publice fustigentur. Idipsum statutur de sortilegis cap. seq. Aresta ann. 1259. ex r. Regesto Parlam. fol. 13: Monachi posuerunt quandam Scalam pro juratoribus. Consuetudines Nicosienses cap. 20: *Faciemus capi, verberari, et poni in Scala, demum in curcerem detrudi, etc. Perjurum stridare in Scala*, in libro Promissionis malefici cap. 26. inter Statuta Veneta, id est proclamare publice perjurum. [Charta Philippi VI. Reg. Franc. ann. 1331. ex Tabular. Monast. Bonæ-Vallis: *Licet essent et fuissent per tempus sufficiens in possessione et saisina... tenendi et habendi ibidem in turri sua queitam et in villa Scalam pro malefactoribus puniendis.* Statuta Eccles. Trecens. ann. 1427: *Si quis vero Deum negaverit vel despiterit, pro prima vice duos dies; pro secunda quatuor in pane et aqua jejunare compelletur; pro tertia autem in Scala, ut moris est, reponetur.*] Prostat etiamnum in urbe Parisiensi Scala ejusmodi, quam *Scalam Templi* appellat, quod fuerit Templariorum olim, nunc vero Hospitaliariorum Parisiensium supremæ justitiæ nota. De hujusmodi Scalis agunt non semel Consuetudines Franciæ municipales, Altisiodor. art. 1. Senonensis art. 1. et 2. Burbonensis art. 1. 2. Trecensis art. 126. Nivern. cap. 1. art. 15. Silvanect. art. 106. Lotharing. tit. 6. art. 2. et Edictum S. Ludovici, ut videtur, contra blasphematores, [\* art. 2. Ordin. Reg. Franc. tom. 1. pag. 100.] in quo de pœna et mulcta iis indicta hæc habentur: *Et se il estoit si pauvre que il ne peut payer**

*la peine dessusdite, ne eust autre pour lui qui la voust payer, il sera mis en l'Eschiele l'erreur d'une lieue, en leu de nostre Justice, où les gens ont accoustumé à ussembler plus communement, et puis sera mis en prison par six jours, ou par huit au pain et à l'eau.* Adde veterem Inquestam ex Tabulario Monasterii S. Maglorii Parisiens. : *Ledit Abé fist lever une Eschiele en la ville de Mourcent en signe de huute Justice, etc.* Joannes Abbas Laudunensis in Speculo Historiali MS. lib. 11. cap. 79: *Et là fut baillié à l'Evesque de Laon, et par jugement fut mis en l'Eschiele, et monstré à tout le peuple par trois fois.* Vide Gallandum de Vexillis Francicis pag. 27. Notas nostras ad Joinvillam pag. 106. mox *Scalare* 3. et *Sculatio*.

2. **SCALA**, pro Urbis regione, apud Mompelienses. Conventio inter Episcopum Magalonensem et Consules Montipessulanos ann. 1216. 6. Id. Febr.: *Et tunc 12. existentes Consules coadunatis sibi in electione facienda 7. aliis viris, uno videlicet de unaquaque Scala, eligent 12. viros de Montepessulano laude et honestate præcluros.* Occurrit in Charta alia ann. 1267. Id. Febr. in 30. Regesto Tabularii Regii ch. 143. ubi agitur de electione Consulium Mompeliensium. Vide Privilegia Ecclesiæ Hammaburgiensi pag. 190. et Jacobum de Vitriaco in Hist. Orientali pag. 1126.

3. **SCALA**, Patera, Longobardis, ut scribunt Paulus Warnefridus de Gestis Langob. lib. 1. cap. 27. Isidorus lib. 20. cap. 5. Papias in verbo *Vasa*. Etiamnum hodie Scalas Saxonibus, ut auctor est Gryphiander de Weichbildis Saxonibus cap. 49. [\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 474. voce *Scäla*.] Vincentius Belvac. lib. 31. cap. 150: *Habebat autem Soldanus 40. bigas oneratas lorcis, exceptis Scalis argentatis et vasis ad bibendum miræ magnitudinis.* Etiamnum Theutonæ *Schuele* pateram, seu scyphum vocant, ut auctor est Kilianus. Glossæ Isonis Magistri ad Prudentii Apotheosin: *Cymbia, poculorum genera, nayf, Schalen.* Vide Rhenanum lib. 1. Rer. German. pag. 73. et lib. 2. pag. 113. Neque forte aliter vox hæc sumitur in Charta Sisanidi Episcopi Iriensis æræ 952. apud Anton. de Yopez, in Chron. S. Benedicti tom. 4. pag. 438: *Concedimus vel offerimus Ecclesiæ vestræ, atque sacro-sancto Altario, id est, ministeria Ecclesiæ, calicem argenteum cum sua paropside... Scalum argenteum de sex solidos, etc.* Infra: *Id est, psalterium, orationum, passionum, commutum et manualium, Scala argentea una, pynapes 4. plumatiis 5. etc.* Ibidem: *Scalam argenteam cum nostro nomine, etc.* Alia Rudesindi Episcopi Dumiensis æræ 930. tom. 5. pag. 424: *Litones 2. Scalas exauratas 6. litones 7. moyolos exauratos 3. calices ex auro et gemmato 1. etc.*

4. **SCALA**, Trutina, seu trutinæ lanx, in *scalæ*, seu pateræ formam confecta, Anglis vox nota. Liber Scacarii, cujus auctor esse creditur Gervasius Tilleberiensi, enarrans ut Henricus I. Rex Angliæ esculentos suos redditus in pecuniarios transtulerit: *Succedente vero tempore cum idem Rex in transmarinis et remotis partibus, sedandis*

*tumultibus operam daret; contigit ut fieret sibi summa necessaria ad hæc exempla numerata pecunia. Confluebat interea ad Regis Curiam querula multitudo colonorum, vel, quod gravius sibi videbatur, prætereunti frequenter occursabat, oblati vomeribus in sanguinem deficientis agriculturæ. Innumeris enim molestiis premebantur occasione victualium, quæ per plurimas Regni partes a sedibus propriis deferebant. Horum igitur querelis inclinatus Rex, definitio magnorum Concilio, destinavit per regnum quos ad id prudentiores et discretiores cognoverat, qui circumeuntes, et oculata fide fundos singulos perlustrantes, habita æstimatione victualium quæ de aliis solvebantur, redegerunt in summum denarium: de summa vero summarum, quæ ex omnibus fundis surgebat, in uno Comitatu constituerunt Vicecomitem illius Comitatus ad scacarium teneri, addentes ut ad Scalam solveret, hoc est, propter quamlibet numeratam libram 6. den. Ruti sunt enim tractu temporis facile posse fieri, ut moneta tunc fortis, a suo statu decideret. Nec eos sefellit opinio: unde coacti sunt constituere ut firma maneriorum non solum ad Scalam, sed ad pensum solveretur, quod perfici non poterat, nisi longe pluribus appositis. Servabatur per plures annos ad Scaccarium lex hujus solutionis: unde frequenter in veteribus annalibus Rotulis Regis illius invenies scriptum, In Thesaurario c. lib. ad Scalam: vel, In Thesaurario c. lib. ad pensum.*

5. **SCALA**, Licticæ species in scalæ speciem confecta. Vita S. Filiberti lib. 2. cap. 2: *Fit populi concursus non modicus, gaudent omnes vel Scalam qua vehebatur, (corpus S. Filiberti) seu etiam linteum quo tegebatur, se posse contingere.* Cap. 27: *Videres... aliquos carrucis, corbeculis, sellis gestatoris, atque Scalis advehi.* Denique cap. 28: *Interim venerandum sepulchrum cum sacratissimo pignore de Scala deponitur, et in dextero cornu Ecclesiæ... collocatur, atque in sinistro latere Ecclesiæ Scala ipsa appenditur.*

† 6. **SCALA**, Ordo cujusque, Gall. *Rang*. Jacobus Cardin. de Coronat. Bonifacii VIII. PP. ubi de processione, apud Muratorium tom. 3. pag. 652:

... et legem statuunt, ne forte vagantur Inmemores, redeuntque sua consistere Scala.

Hinc

**SEDERE AD SCALAM** dicitur Monachus, qui cum aliis in refectorio [suo ordine] sedet, in veteri Scheda MS. Corbeiensi de Mensa Abbatis: *Habet Eleemosynarius in quolibet anniversario Abbatum 2. panes, 2. mensuras vini, ac de omnibus missis duplicem missum, tamquam si esset vivus, et sedens ad Scalam, sive ad mensam.* Occurrit ibi pluries. [Neque alia ratione]

7. **SCALA**, Manipulus militaris, [seu quævis militum turma sive equitum, sive peditum dicitur,] Gall. *Escadron*, [vel potius *Corps de troupes*, nostris olim *Eschielle*. Charta ann. 1393. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 861: *Saumque exercitum in duas Sculus seu partes divisit, aliam vero Scalam in qua erant Britones Galicuni, etc.*] Will. Brito lib. 3. Philippid. :

..... Ut subsit quæque Tribuno Scala suo.

Infra :



Disposuitque acies per Scalas, perque cohortes  
Ordio compositas recto.

Lib. 10 :

Efficitur aomis Scalam concorditer unam.

Lib. 11 :

Quos inter Regenique viri virtute corusc  
Astant continua serie, Scalasque suorum  
Quisque magistrorum densant, dum buccina saxum  
Obstrepat, ut celeri levitate ferantur in hostem.

Gregorius Decanus Bajocassensis in Vita  
Urbani IV. PP. apud Massonum pag. 225 :  
*In aciebus Scalariibus ordinatis, se ad invi-  
cem hostilitate sunt aggressi.* Vide tom. 7.  
Spicilegii Acheriani pag. 225. [Ita intelli-  
gendus videtur Caffarus in Annal. Genuens.  
ad ann. 1157. apud Murator. tom. 6. col.  
269 : *Amicum de Mirto Constantinopoli le-  
gatum miserunt pro exigendis Scalis et em-  
bolo promissis.*] [\* Vide *Scala*, 9.] *Li Lusi-  
daires*, vetus PoëmaMS :

Joab s'est par matin levés  
Mult fu richement armés,  
Et Dus ses compaignos assembla,  
Et ses Eschelles ordena.

Le Roman de Guillaume au Court-nez :

De la ville issent Jarros et paicos,  
A vint Eschielles mult bien appareilliés.

Le Roman de Roncevaux MS :

Les dis Eschielles en fait tot quoi teoir.

Vaces au Roman de Rou MS :

Sa bataille ordeo, ses Eschielles parti.

Will. Guiart MS. ann. 1214 :

Puis retourneot ens deus ferant  
Par les rens jusqu'à leur Eschiele,  
Sans perdre qui vaille uoe niele.

Idem :

D'entre eux ont deus Eschicles faites,  
Cele où sont les plus honorables ;  
Conduit Gauchier li Connestables.

Le Roman de Garin MS. :

Bien chevauche li gentis et barné,  
A dis Eschielles qu'il a fait deviser.

Chronicon MS. Bertrandi Gueschlini :

Son Eschielle conduit par compas bellemeot,  
Vers l'Eschielle Bertraod qui moult ot hardement.

Le Roman de Turpin MS : *Charlemagne fit  
trois Eschelles, la premiere fu de Chevaliers,  
la 2. de gent de pie, la 3. de Sergent à che-  
val.* Occurrit non semel apud sequioris ævi  
Scriptores vernaculos, Henricum de Gauchy  
in Translat. libri de Gubern. Principum  
lib. 3. part. 3. cap. 12. Turpinum  
in Hist. Caroli M. Auctorem Hist. Bucic-  
caldi 1. parte cap. 15. Brunetum Latin.  
in Thesuro Gallico MS. cap. 392. in Sta-  
tutis Militum Ordinis Sancti Spiritus, seu  
nodi, etc. in Histor. MS. Belli sacri, etc.  
[Vide *Scala* 3.]

\* *Esquille*, in Poem. Rob. Diaboli MS :

Ains passe toutes les Esquielles ;  
Les darraioes, les premieres.

8. **SCALA**, Modus agri, in Charta Lon-  
gobardica, apud Ughellum tom. 7. pag.  
1294 : *Quod est per mensura ad justa per-  
tica mensuratas Scalas duo, et pedes duo in  
integrum, etc.* Occurrit etiam tom. 3. pag.  
47 : *Per mensuram ad justam periticam men-  
suratam Scalarum centum in integrum cum  
inferioribus et superioribus.*

9. **SCALA**, Portus minor : seu proprie  
*trajectus*, vel πείραξα, in majori portu :  
quomodo variæ existere *Scalæ* in portu  
Constantinopolitano, quem *Ceratinum* vo-  
cabant, de quibus non semel agit vetus  
ejusdem Urbis descriptio, et nos multa  
congressimus in Notis ad Alexiadem pag.  
312. 313. 314. 315. Glossar. med. Græcit.  
col. 1378. Sed et nostri *Scalas* (*Escalles*)  
etiannum vocant portus, ad quos applicant  
naves ex occasione aliqua, cum longius iter  
arripiunt, sive recipiendarum virorum, sive  
recipiendarum mercium, vel exoneranda-  
rum gratia, idque *faire escale* dicunt.

\* Quo etiam sensu accipiendus est locus  
ex Caffari Annal. Genuens. laudatus in  
*Scala* 7.

† **SCALETTA**, Eadem notione, diminut.  
a *Scala*. Johan. Stella Annal. Genuens.  
apud Murator. tom. 17. col. 1300 : *Appu-  
lit Januam circa horam 20. et propter rupa-  
citate[m] Boreæ, ad violem portus niniu[m]  
constantis, descendit ad Scalettam Darsinæ  
cum ejus honorabili comitiva.*

10. **SCALA**, Scandula, Stapha, Stapes,  
quo scilicet quis in equum tollitur : Σκάλα,  
Leoni Imp. in Tacticis cap. 6. § 10. cap.  
12. § 53. (ubi recte Phil. Pigafetta *Staffa*  
vertit,) et Leoni Grammatico in Basilio  
Macedone pag. 470. [Testam. Beatricis de  
Alboreya Vicecomiti. Narbon. ann. 1367.  
apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1527 :  
*Item* (legamus) *unam sellam equitandi deauratam  
et argentatam, et unam Scalam deauratam.*  
Ordo processionis in Coronat. Pontif. Rom.  
apud Murator. tom. 3. pag. 649. col. 1 : *Scala  
Papæ, panno rubeo cooperta, quam portat  
equus albus, ductus per unum ex Parasfrenariis,  
purpurea veste indutum : qui postquam  
Papa ascendit equum cum ista Scala, vadit in  
ordine suo, etc.*] Guill. Guiart MS. ann. 1304.  
vers. 10628 :

Diex con li destrier eoselé,  
Que li garçon en destre maincent,  
Orgueilleusement se demaioient,  
Et con li escueel des selles,  
Frains, seurroez, et compenelles,  
Et Eschelettes, et lorains,  
Sur ceus dont je parlai or aios, etc.

Vide Notas ad Cinnamum pag. 462. et  
Glossar. med. Græcit. col. 1378.

\* Ceremon. Rom. MS. fol. 50. vº :  
*Scala papæ panno rubeo cooperta, quam  
equus albus phaleratus portat.... Scalu ipsa  
lignea, quæ grudus tres continet, equo pon-  
tificis apponitur, per quam equum suum a-  
scendit. Ubi Scala, idem quod nostris Mar-  
chepied, Pedaneum scabellum.*

† 11. **SCALA**. Chron. Trivetti ad ann.  
1293. apud Acher. tom. 8. Spicil. pag.  
662 : *In Angliam udducitur* (classis navium  
Normannicarum) *feria sexta ante vigiliam  
Pentecostes submersis aut cæsis hominibus  
omnibus, qui erant in navibus, solis illis  
exceptis, qui in Scalis vix sulvi fuerant fu-  
gendo.* Ubi legendum omnino videtur  
Scapha, Gall. *Chaloupe, esquif.*

† 12. **SCALA**, pro *Scilla*, Campanula.  
Usus Monast. Sangerm. inter Probat. Hist.  
ejusd. pag. 135. col. 2 : *Finito potu Prior  
pèrentiet Scalam tribus vicibus vel quatuor,  
etc.* Vide *Skella*.

\* Cerem. vét. MS. eccl. Carnot. : *Post*

*Nonam missa Quadragesimæ sonetur cum  
duabus Scalis.*

13. **SCALA**. Glaber Rodulph. in Vita S.  
Guillelmi Abbatis Divion. cap. 2 : *Consti-  
tuitur enim divini Officii assiduus custos, ac  
Scalæ capitalis illius loci.* (Lego *Scholæ*.)

\* 14. **SCALA**, Ædificium, quo gradibus  
ascenditur. Charta ann. 1023. apud Mu-  
rator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col.  
187 : *Concedimus.... omnes plateas, anditos ;  
qui ubique intus hanc civitatem,.... ut licen-  
tiam habeant pars vestri archiepiscopii in  
ipsis plateis et undetis Scalis ibidem ponere  
seu fabricare justa ratione, et desuper pla-  
teis et audito munitina et ædificia, seu pi-  
les et arcuro fucere.*

\* 15. **SCALA**, Vestis quædam episcopis  
propria. Invent. ann. 1218. inter Probat.  
tom. 1. Hist. Nem. pag. 66. col. 1 : *Qua-  
tuor albas paratas, sive amictibus et zonis,  
quatuor Scalas cum uno præcinctorio et stolis.*  
Ibid. pag. 67. col. 1 : *Item in armario  
episcopi mitram et duas Scalas, cum stolis  
et cum uno præcinctorio ; quinque mandila,  
etc.*

\* 16. **SCALA AMBULATORIA**, Machinæ  
bellicæ species. Tract. MS. de Re milit. et  
machin. bellic. cap. 22 : *Scalæ ambulatoriæ  
sunt valde utiles ponendæ ad murum, causa  
defendendi et offendendi.*

\* **SCALAGIUM**, SCALATICUM, Præstatio  
pro facultate applicandi naves ad *Scalam*  
seu portum. Charta Conradi II. reg. Sicil.  
pro Pisan. ann. 1269. apud Lam. in Delic.  
erudit. inter not. ad Chiron. imper. Leon.  
Urbev. pag. 274 : *Nullus alius directus,  
aut pedagium, vel teloneum, aut exactio,  
quocumque nomine appelletur,.... pro riva  
fundacatu, dohana, sive mensuris, aut exi-  
tura, sive orefficia, aut palliaria, sive  
Scalagio, vel casatico, etc.* Ibid. pag. 273 :  
*Teloneum, vel palliariam, scarium, vel  
fundacagium, seu Sculaticum, seu exactio-  
nem quuncumque aliam, etc.* Vide *Scala* 9.

**SCALAMATUS**, Equinus morbus, qui  
equi interiora desiccit, et corpus macerat,  
et finium ejus plusquam hominis fatere facit,  
etc. Jordanus Rufus Calaber MS. lib. 2. de  
Medicam. equor. et ex eo Petrus de Cre-  
centiis lib. 1. de Agricult. cap. 22. Adde  
cap. 32. Italis *Scalmatura*, est macies, etc.

† **SCALAMENTUM**, Scalis admotis in  
muros irruptio, Gall. *Escalade*. Litteræ  
Henrici VI. Reg. Angl. ann. 1448. apud  
Rymer. tom. 11. pag. 207 : *Per vim, fur-  
tum, inscalationem, sive Scalamantum, de  
nocte vel die, etc.* Vide *Scalare* 1.

† **SCALAPIUS**. Vide infra *Scapulus*.

† 1. **SCALARE**, Scalis muros ascendere,  
Gallice *Escalader*. *Scalator*, qui scalis ad-  
movet, applicat. Chron. Astense apud Mu-  
rator. tom. 11. col. 269 : *Joannes Turchus  
de Castello filius bastardus domini Antonii  
Turchi cum certa comitiva gentium armato-  
rum, equitum et peditum venit de nocte apud  
civitatem Ast, et voluit Scalare castrum præ-  
dictæ cittadelle, in quo tunc erat prædictus  
dominus gubernator; et ibi habebat ædificia  
quamplura apta pro Scalamantis... et habe-  
bat secum unum perfectum Scalatorem no-  
mine Barberius de septimis.* Chron. Angl.  
Thom. Otterbourne pag. 250 : *Item accusa-  
vit eum, quod disposerat intra dies natali-  
tios nocte Scalasse muros manerii de Eltan,*



in quo Rex erat, et occidisse Regem. Vide supra *Scalamentum*.

\* Vide supra *Eschallare*.

† 2. **SCALARE**, Scalæ, gradus, *Escalier*. Miracula S. Zitæ tom. 3. April. pag. 525 : *Cum ipsa esset prope Scalare juxta introitum curtis, etc.* Vide *Scalarium*.

\* Alias *Eschalle* et *Eschalle*. Stat. monast. S. Egid. ann. circ. 1152. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 34. col. 1 : *Debet etiam (elemosynarius) facere scopare dorinitorium et Scalare, per quem ascendunt.* Lit. remiss. ann. 1406. in Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 303 : *Lesquelz supplians arivez au bout de l'Eschalle dudit hostel, par laquelle l'en monte en la salle d'icellui, etc.* Aliæ ann. 1412. in Reg. 167. ch. 2 : *Le suppliant donna à icellui prestre d'un baston en descendant une Escalle de pierre, estant oudit hostel.* *Eschillon* vero dicitur de baculis, qui ad latera carri ad modum scalæ disponuntur. Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 116. ch. 258 : *Lequel chevalier tenoit en sa main par contenance un Eschillon de churette.*

\* 3. **SCALARE**, Scalæ pœna reum damnare, nostris *Eschaller* et *Escheler*. Charta ann. 1327. in Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 42 : *Nec etiam debere clericos condemnatos, nisi solum ante fores ecclesiarum Scalare... Capientes, arestantes, Scalantes et carceribus mancipantes, etc.* Lit. remiss. ann. 1381. in Reg. 119. ch. 113 : *Ipse Johannes promotus ad irani, ore suo polluto protulit vile juramentum de beata et gloriosa Virgine Maria; quapropter... est in periculo Scalandi, nisi super hoc per nos provideretur eident.* Arest. ann. 1402. 23. Febr. in vol. 9. arestor. parlam. Paris. : *Johannes Maurini per sententiam dicatorum auditorum, cum uitra et canisia Scalus fuerat. Ibidem : Pilorisari et in Scula poni fecerant.* Joinvil. in vita S. Ludov. edit. Gang. pag. 120 : *Il (S. Louis) fist Eschuller ung orfevre en braies et chemise moult villuinement, à grant deshonneur.* Charta ann. 1339. ex Tabul. S. Joan. Laudun. : *Lesquelz religieuz maintenoient que à eulz seulz et pour le tout appartient à drecier et avoir eschieles ou piloris dedens les termes de lu commune en leur treffons, et de mettre en ycelle ceulz qui jureront le villain serment;... et quant ceulz qui auront esté Eschielez, par l'ordenance des maire et jurez, seront descenduz, on osterà ladite eschiele, et par tant de fois comme il uuront ordené à Escheler lesdis jurans le villain serment, ou fauls tesmoignage il pourront ladite eschiele redrecier et oster comme dit est.* *Escale* vero mulctæ species videtur, in Lit. ann. 1345. tom. 2. Ordin. reg. Franc. pag. 230. Vide *Scala* 1.

**SCALARIA**. Ugutio et Joan. de Janua : *Scalaria, navis piratica, et dicitur a scala, quia ibi sunt transtra disposita ad modum scalarium in scala.*

**SCALARIUM**, Gradus, *Escalier*. Gravamina Ecclesiæ Anglicanæ art. 22 : *Cum aliquis ad immunitatem Ecclesiæ fugitivus existat, per Laicos eustodes cæmeterium vel Scalarium Ecclesiæ circumdatur et vallatur, quod vix potest fugitivus in alimentis ubi Ecclesia sustentari. [Actum in camera Sclarii, in Charta ann. 1212. ex Tabular. S. Victoris Massil. Charta ann. 1221. apud Mar-*

ten. tom. 1. Anecd. col. 899 : *Johannes juratus dixit, quod cum u summitate cujusdam Sclarii improvisus cadens, etc.* Adde Cæsarium Heisterbach. lib. 8. Mirac. cap. 90. Vide *Scalare* 2.]

**SCALERIUM**, Eadem notione. Charta Guillelmi D. Montipessulani ann. 1188. Octob. : *Sicut extenditur in longitudine ab ipso portali S. Guillelmi usque ad Scalerium lapideum muri per quod in murum ipsum novum ascenditur.* [Acta S. Francisci de Paula tom. 1. April. pag. 152 : *Et non sinebat gradus sive Scalerium apertum dimitti.*]

\* **SCALARIUS**. Arest. ann. 1351. 30. Apr. in vol. 2. arestor. parlam. Paris. : *Item profusus dominus nissus fuerat percipere et habere ab uligo homine Scalario vendente sal 200. ova, licet habere debeat 100. duntaxat.* Sed leg. videtur *Stalario*. Vide in *Stallum* 1.

\* **SCALATICUM**. Vide supra *Scalagium*.

\*\* **SCALATIM**, Gradatim. Virgil. Grammat. pag. 97 : *Ad superiora Scalatim tendant.*

**SCALATINUM**, Tributum pro *Scalis*, seu pediminibus vitium, ex Gallico *Eschalas*, seu *Escaras*. Charta Roberti Regis Siciliæ ann. 1327. apud Ughell. in Episcop. Casertanis : *Exigi faciebat annuatim ab ipsis vassallis Ecclesie Casertane quantitatem pecunie pro vindemiatura, quod vulgariter Scalatium vindemiarum vocatur, etc.*

† **SCALATIO**, Pœna scalæ, de qua supra diximus in *Scala* 1. Statuta Petri Nannet. Episc. ann. 1478. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1015 : *Inhibemus etiam omnibus et singulis subditis nostris prefatis, sub infamie Scaltionis, et arcissimi curceris pœnis, ne bina sponsalia, vel binas nuptias cum duobus vel duabus superstitibus contrahant.*

† **SCALATOR**. Vide supra *Scalare* 1.

\* **SCALAVINA**, Vestis species, in Act. S. Peregr. tom. 1. Aug. pag. 79. col. 1. Melius *Sclavina* ibid. col. 2. Vide *Sclavina*.

† **SCALCHUS**, **SCALCUS**, Pincerna, *Chanson* : item Major domus, architrinclinus, *Majordome*. Acta B. Joannis Tausiniani Episc. tom. 5. Julii pag. 808 : *Pietas Raynerii de Scarsis, nobilis Pisani, pincernæ seu Scalchi, etc.* Itiner. Adriani VI. PP. apud Baluz. tom. 3. Miscell. pag. 437 : *Et cum Scalcus, id est, architrinclinus, sacellarorum ac sacri palatii scutiferorum prospiciens tumiditate cadaveris, accliuasset Pontificem toxico interemptum, etc.* Vide infra *Scaucio*. [\* Grim. Antiq. Jur. Germ. pag. 302. infra *Senescalcus*.]

**SCALCIATUS**. Orenderic Vitalis lib. 8. pag. 682 : *Sincipite Scalciati sunt, ut fures, occipite autem proluxas nutrium comas, ut meretrices.* Ubi *Scalcatus* forte est quasi *excalceatus*, quomodo *calceatum caput* contra dixit Martialis lib. 12. Epigr. 45 :

Hedina tibi pelle contegenti  
Nudæ tempora, verticemque calvæ,  
Festive tibi, Phœbe, dixit ille,  
Qui dicit caput esse calciatum.

[Cangii conjecturam firmat vox sequens,]

† **SCALCIUS**, Discalceatus, Italis *Scalcio*, vel *Scalzo*, Gall. *Déchaussé*. Acta S. Bertrandi tom. 1. Junii pag. 800 : *Si de dicta infirmitate liberaretur, pedibus Scalcii*

*una cum dicta sua filia visitaret sepulcrum B. Bertrandi.*

† **SCALCUS**, Pincerna. Vide supra *Scalchus*.

**SCALDINGI**, Dani seu Normanni, sic appellati quod ad Scaldim amnem positus castris diu ibi morati sunt ann. 883. ut est apud Simeonem Dunelmensem. Ita porro appellantur in Historia S. Cuthberti semel ac iterum.

**SCALDRI**, sic dicti vetustissimi Danorum Poëtæ, a sono et murmur quod canendo edebant. Vide Stephanium in Notis ad Saxonem Grammaticum pag. 11. 12. 130. et Olauum Wormium.

\* **SCALENUS**, Gradus. Vita S. Helenæ tom. 3. Aug. pag. 583. col. 2 : *Tandem igitur primo provehitur Sculeno, quod generat mater Helena filium Constantinum, etc.* Vide *Scaliones*.

**SCALERA**. Charta Henrici I. Regis Angli. in Tabulario Fiscanensi fol. 5 : *Et inde sicut Regale chimumum se extendit usque ad Scaleram, quæ est super feodum Briti Palmarii, et a dicta Scalera per quamdam semitam, etc.* Idem videtur quod *Scalliaria*. Vide *Scalæ*.

† **SCALERIUM**, ut *Scalariium*. Vide ibi.

† **SCALETTA**. Vide *Scala* 9.

**SCALFARIUS**, Panni species. Statuta Cluniacensis Petri Venerabilis cap. 16 : *Statutum est ut nullus frutrum nostrorum pannis qui dicuntur Galambruni vel Isevbruni, vestiatur, nec iis qui vocantur Scalfarii, vel Frisii.*

† **SCALFAUDUS**, *Echafaut*. Vide *Scalfalus*.

1. **SCALIA**, **SCALIARE**, voces Fori Aragonici. Fori Aragonenses lib. 3. ex Foris Oscensibus ann. 1247. tit. de Scaliis : *De Scaliis factis in heremo, sive in monte, si quis signaverit locum, et arando prosecutus fuerit, valeat sibi quantum araverit, etc.* Lib. 7. tit. de Expeditione infantionum : *Item in compensatione eorum quæ superius continentur, et debent infuntiones Regi facere, conceditur infantionibus sarcire, quod vulgo dicitur Scaliare, in villis regalibus, civitatibus, sive custris, et in pertinentiis et terminis eorundem, et emere ab hominibus regalis servitii, sive signi.* Infra : *In illis tamen locis vel villis infantionem tantum posse Scaliare intellige, unde est vicinus; nam ubi vicinus non est, licet ibi emere subforna prædicta, Scaliare tamen nullatenus permittitur.* Observantiæ lib. 6. de Privileg. Militum § 15 : *Possunt et Scaliare in villis regalibus ubi sint vicini.* Lib. 9. de Salva infantionum § 8 : *In terra infantionum, Militum, vel aliorum dominorum, præterquam Regis, pro Scaliis novis, vel novalibus debet infantio peitare, et pro antiquis non.* Vide Foros Aragon. lib. 4. fol. 85. v. edit. 1624. [Vide *Scalis*.]

☞ Haud scio an *Scalia* ibi idem sit quod *Esclische* dicitur in Consuet. Insulensi art. 79. *Fief Escliché*, et *Esclischement*, in Tornac. tit. de feudis art. 8. quod distractum, divisum sonat : adeo ut *Scalia* pars sit et portio feodi vel cujusvis hæreditatis, quam obtinere Infantionibus certis conditionibus concessum erat.

† 2. **SCALIA**, Squama, Ital. *Scaglia*, Gall. *Ecaille*. Conventiones civitatis Saonæ



ann. 1526 : *Pro quolibet rubo piscium de Scalia, etc.*

\* Hinc *Escailles* appellatum militare capitibus tegumentum, quod veluti squamis elaboratum esset. Lit. remiss. ann. 1411. in Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 93 : *Le suppliant yssi hors de son hostel à tout une coiffette de fer ou Escailles sur sa teste.*

**SCALÆ, SCALLIÆ, Lapidis sectiles, quos Ardoises dicimus. Unde Scalliarum, Lapidicina, Escailliere. Ex Italico Scaglia, squama. Tegularia lapidea, in Charta Hugonis Episcopi Leod. ann. 1202. apud Barthol. Fizen. in Histor. Leod. pag. 447. Kilianus : Schalie, leye, scandula, lamina, lamella, sectilis e saxo lamina, tegula tenuis, vulgo Scaglia, ardoisa. Anglis etiam Scales est squama. Charta Hugonis de Montcornet ann. 1222. in Tabulario Abbatie Fusniacensis diocesis Laudun. : *Ego dedi et concessi Fratribus Fusniacensibus lapidicinam, quæ alto nomine dicitur Scallaria, centum pedes in fronte habentem, si quidem in terra quæ mea esse dinoscitur, propria Scallaria tantæ latitudinis poterit inveniri. Et infra : Fratres Fusniacenses accipere poterunt Scallias in præfata scalliarum. Alia Charta ann. 1260. in eodem Tabulario : *Jou Gerars Chevaliers Sires de Chasteler... jou ai octroiet à l'Eglise de Foisny... cent piez de front de pierre pour faire Escaille. Alibi, Escalliere. Joan. Hocsemius in Joanne Guidone Episcopo Leod. cap. 16 : *Hic Episcopus in castro fecit Hoyensi novam aulam magnis sumptibus fabricari, et vastam terram Basini Scullis operiens, mansiones infradistinxit. Bertramus in Vita S. Francæ Abbatissæ n. 47 : *Qui cum una Scalia blavaram oculum unum sibi perforasset, etc. Ubi per blavarum, colorem ardesiarum designavit. [Statuta Montis Regal. fol. 311 : *Item pro qualibet somata ferri seu Scaliæ, sol. tres den.*] Qui porro scallias istas seu testas sive figulinas, sive ardesianas conficiebant, ὄσραξάριαι dicuntur Theophani pag. 371. est enim ὄσραξον testa quæ ex figulina terra conficitur. Vide Ardesia, Scailgæ, et Squillarii.******

\* **SCALIDUS**, pro Squalidus. Lit. Conradi cardin. ad Phil. Aug. ann. 1223. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 278 : *Super quo, tanto mæore Scalidi, tanta lugubratione defecti respirantes, etc. Occurrit præterea apud Joan. Germ. Babilon. episc. in vita Phil. III. ducis Burgund. apud Ludcwig. tom. 11. Reliq. MSS. pag. 36. Vide Scator.*

† **SCALIGRADIUM**, Scalæ, gradus. Addit. ad Vitam S. Antonini tom. 1. Maii pag. 344 : *Casu cecidit in eadem ecclesia ex quodam portatili Sculigradio sexdecim graduum ad minus.*

**SCALINGA**. Monasticum Anglican. tom. 2. pag. 130 : *Et communem pasturam totius more, cum liberis hominibus meis, et unam Scalingam thymalem in competenti loco ultra Hertingburn. Et pag. 633 : *In bosco, in plano, in prutis, in pascuis, in mussis et Scalingis, etc. [Vide Scalia 1.]**

† **1. SCALINUS**, Palus, pedamen vitium, ut videtur, Gall. *Echalas*. Statuta Riperiæ cap. 12. fol. 5 : *De qualibet libra cestimationis perticarum pro faciundo Scalinos pro exitu denarii sex. Vide Scallatus 2.*

\* **2. SCALINUS**, *Navis et illud ad quod navis religatur. Cathol. et Bréviloq. f. leg. Scalmus.*

**SCALIONES**, Gradus, scala, Petro de Crescentiis lib. 5. pag. 209. *Eschelle*, veteri Gallico interpreti cap. 1. extremo. *Scaglioni*, et *Scaloni*, Senensibus. Vide *Scaglioni*.

† **SCALIS**. Testam. Tellois Episc. Curienensis apud Mabill. tom. 2. Annal. Bened. pag. 709. col. 1 : *Item silvas, Scales fructiferas, quas damus ad ipsum monasterium. Vide Scalia 1.*

† **SCALL**, Sonus : hodie *Schall*, apud Schilterum in Gloss. Teuton.

\* **SCALLATA**, pro *Scarlata*, Pannus coccineus. Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 214. vº : *Una virga Scallatæ ad faciendum caligas. Vide Scallatum.*

† **SCALLATICIUS**, In modum Scalæ dispositus, virgis quibusdam distinctus. Gesta Gaufredi Tenoman. Episc. apud Mabillon. tom. 3. Analect. pag. 377 : *Adsiut matronæ cum reliquis mulieribus, quæ contra mulierum morem accuratis vestibus non parentes, in paucis variis, in indumentis Scallaticis viridibus, seu alio colore fulgentibus, extra ecclesiam sabulum portabant. Vide mox Scallatus, et infra Virgatus.*

† **1. SCALLATUS**, ut *Scallaticus*. Rotulus Cameræ Comput. Paris. in v. *Cooperatorum* laudatus : *Pro Scallatis radiatis et tiretan. persia et viridi pro cooperatorio.*

† **2. SCALLATUS**, ut supra *Scalinus*. Bulla Pauli III. PP. ann. 1537. inter Instrum. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 117 : *Habeantque liberum usum in nemoribus... tam ad domicandum in claustro dictæ ecclesiæ, quam ad comburendum ac Scallatos, paxillos seu perticas conficiendum.*

† **SCALLIA**, SCALLIARIA. Vide supra *Scalie*.

\* **SCALMUS**, *Linthea navis*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641. Vide *Linthea* in *Lintheum*.

† **SCALNARE**, pro *Scalvare*. Vide in hac voce. Charta Italica ann. 1345 : *Si aliquis soliaverit aliquas cavas, vel Scalnaverit, seu spoliaverit, caligerit salices, etc.*

**SCALONES**, Dentium equi species, de quibus Petrus Crescentius lib. 9. de Agricult. cap. 1. *Escalognes* veteri Interpreti Gallico.

**SCALONGIA**, *Echalotte*. Vide *Ascalonie*.

† **SCALOPUS**. Vide infra *Scapolus*.

† **SCALOR**, pro *Squalor*, in Charta Ludovici Reg. Sicil. ann. 1359. ex Cod. MS. D. Brunet fol. 125 : *Illius (carceris) Scalore non modico temporis spacio mucerari, etc.*

\*\* **SCALPELLARE**, Scalpello resicare. Galen. Lat. MSS. ad Glauco. II. 21. apud Maium in Glossario novo : *Profundioribus utimur Scalpellando plagis. Idem II. 5 : *Locis ipsius deformem colorem... Scalpellando purgabis. Occurrit apud Veget. Mulomed. Vide Forcellin.**

† **SCALPELLUM**, Instrumentum quo diruendis muris utuntur. Charta ann. 1479. apud Ughellum tom. 1. Ital. sacræ edit. ann. 1717. col. 508 : *Fodiendo devenerunt ad quoddam murum ex lapide cocto arena et calcina factum ita durum; quod eum Scalpellis frangere oportebat.*

\* Ital. *Scarpello*, nostris *Eschalpre*, scal-

prum, vulgo *Cizeau*. Lit. remiss. ann. 1448. in Reg. 179. Chartoph. reg. ch. 187 : *Unes tailleilles, une Eschalpre et des limes pour soy desenferrer. Eschepie*, apud Arvernos. Lit. remiss. ann. 1409. in Reg. 163. ch. 262 : *Un sizeau, appellé au pays (d'Auvergne) Eschepie,.... à l'aide duquel sizeau le suppliant entra dedens la chambre, etc.*

† **SCALPITARE**, *Crebro scalpere*, ex vet. Gloss. apud Vossium lib. 4. de Vitiis serm. cap. 24.

\*\* **SCALPITUDO**, *id est Prurigo*. Opuscul. vet. MSS. ad Deuter. apud Maium in Glossar. novo.

† **SCALPO**. Anonymi Salernit. Chron. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 207 : *Scalponem nempe argenteum cum ducentis solidis tulit, atque ipsi Principi detulit. Ubi legendum esse Scaptonem autumat Cl. Editor. Vide Scapton.*

**SCALPUS**, apud Ælfricum in Gloss. Anglo-Saxon. scip, vel sceigl. Ubi Somnerus, forte seigl, i. Scapha.

**SCALTUS**, *Impetigo*. Papias MS. et edit. \* *Scantus* præfert vetus Glossarium ex Cod. reg. 7641.

† **SCALVAMEN**, Ramus, Gall. *Branche*. Statuta Astens. fol. 9. vº : *Teneatur nudo sacramento inquirere et capere lignamina virida et sicca vinearum, et omnia Scalvaminu et plantas et entos arborum, etc. Rursum ubi de intratis portarum : *Item de arzonis, cannis, broppis, plantis, ac Scalvaminibus... nihil solvatur.**

\* **SCALVARE**, Ramos arboris amputare, arborum decaminare, Gall. *Ebrancher, Etêter*. Statuta Placent. lib. 3. fol. 37 : *Nullus emphitheota possit incidere vel Scalvare, vel incidi vel Scalvari facere, vel per ejus negligentiam permittere in terra quam tenet ad fictum aliquam arborem fructiferam, etc. Statuta Mutin. rubr. 167. fol. 72. vº : *Teneatur dominus arboris incidere vel Scalvare (arborum) sursum per quindecim brachia. Statuta Castri Redaldi lib. 1. fol. 22. vº : *Et salices bene Scalvare et perticas et lignamina pro vineis et sepiibus domini habere (teneatur.) Statuta Vercell. lib. 5. fol. 122 : *Nec appelletur planta aliquis ramus Scalvatus. Qui Scalvaverit ipsas arbores, solvat bannum, in Statutis Montis Regalis fol. 229.****

† **SCALVARE**, mendose pro *Scalvare*, in Statutis crimin. Saonæ cap. 42. fol. 93 : *Ne aliqua persona possit auctoritate propria ramum, vel ramos alienius arboris plantate in terra vicini pendentes in ejus solo incidere vel Scalvare, sen incidi, vel Scalvari facere a solo usque summitatem dictæ arboris.*

\* **SCALVAYTE**, Excubiæ, ut opinor. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 108. ex Cod. reg. 4624 : *Capti possit... per dictas Scalvaytas et familiares curiæ predictæ. Vide Scaraguyta.*

† **SCALUS**, pro *Stallus*, ni fallor, Sedes uniuscujusque Monachi aut Canonici in choro Ecclesiæ. Usus Monast. Sangerm. inter Probat. Hist. ejusd. pag. 135. col. 2 : *Tunc prior surget et ibit per medium chori ad orationes suas ante gradum, et conventus inclinabit eum, et postea deponent Scalos suos, et sequentur eum uniuscujusque in ordine suo.*

† **1. SCAMA**, pro Squama, Gall. *Ecaille*.



Cbarta ann. circ. 1223. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 906 : *Hugo presbyter et monachus juratus dixit, quod vidit quemdam civem Metensem cæcum venientem, ... ad sæpeditum sepulcrum, et vidit Scamas ab oculis ejus visibiliter defluentem.* Gloss. Lat. Gr. *Scama*, φῶλις : ubi Codex Saugerm. habet *Squanu*. Aliis notionibus, vide in *Scama* 1.

\* 2. **SCAMA**, **SCAMNUM**, sedile. Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 779 : *Ipse Robinus dictum Guillotum amplexavit, et eum supra quantum Scamam versuum retraxit.* Vide *Scama* 2.

\* 3. **SCAMA**, Lapis sectilis, Gall. *Ardoise*. Comput. ann. 1399. ex Tabul. S. Petri Insul. : *Item Egidio Alloette pro mundando Scamas super capellas pro quatuor dies, pro die iv. sol. vult xvj. sol.* Vide *Scalie*.

\* **SCAMARE**, Squamas tollere. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7684 : *Scamare, Eschuller*.

**SCAMARES**, **SCAMARATORES**, Prædones, qui Menandro de Legat. et Theophani pag. 367. Σκαμάρεις. Eugippius in Vita S. Severini cap. 10 : *Ipse quantocius Istri fluenta prætermeans latrones properanter insequitur, quos vulgus Scamares appellabat.* Jornandes de Rebus Getic. cap. 58 : *Et plerisque ab actoribus, Scamarisque et lutronibus undique collectis, etc.*

**SCAMARE**, apud Papiam MS. et edit. dicuntur *Piones legis*, ubi forte legendum *Spiones Regis*, Gall. *Espions* : nisi Lex intelligatur Longobardorum, ad quam ita Boerius : *Scameram, id est, exploratorem, sive spionem.* Eadem Lex lib. 1. tit. 1. § 4. [\*\* Roth. 5.] : *Si quis Scameram intra provinciam celaverit, aut annonam dederit, anima incurvat periculum.* [\*\* Formul. antiq. ad hanc legem : *Spian regis intra provinciam celasti, aut annonam dedisti.* Vide Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 635. Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 497. Glossar. med. Græcit. voce Σκαμάρεις, col. 1380. ubi emendatur locus Histor. Miscell.]

**SCAMARE**, aut **SCAMERE**, Depredationes. Capitulare Sicardi Principis Beneventani ann. 836 : *Neque per exercita, aut cursas, neque per Scameras, neque per pertradicos, qui a partibus vestris nobiscum sunt, etc.* [Scammeras edidit Murator. tom. 2. pag. 257.] Et art. 1 : *Hoc pronittimus ut si quis hostis, aut Scamaras per nostros fines ad læsionem contra nos venire tentaverint. Epistola Stepbani PP. ad Pipinum Regem apud Baron. ann. 755 : Scamaras atque depredationes, seu devastationes, etc.*

**SCAMARATORES**, Prædones, in eod. Capitulari Sicardi Principis Beneventani artic. 2 : *Insuper per Scamaratores seu cursas et publicum exercitum oppressionem fucere.* [Vide *Scarani*.]

\* **SCAMARIA**, Imbrex porci, Gall. *Echinée* : nam idem videtur quod Italicum *Scamerita*, Acad. Cruse. : *Quella parte della schiena del porco, che è piu vicina alla scocia.* Ordo eccl. Ambros. Mediol. ann. circ. 1130. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 895 : *Et propter hoc obsequium vicecomes dat quatuor ostiarii argentum unum in Resurrectione, et quatuor panes de cambio, et sexturium vini, et in Na-*

*tale Domini Scamariam unam optimam et totidem punes et vinum.* Vide infra *Scapula* 2.

† **SCAMBIATIO**, **SCAMBIUM**, Permutatio, Gall. *Eschange*. Vide in *Cambiare*. Charta ann. 1043. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 407 : *Et alios alodes quos adquisivit ipsa Spelunca et Ecclesia Dei sanctique Archangeli Michaelis in curietis omnino locis sive per comparationem, sive per donationem, sive per Scambiationem.* Charta ann. 1320. apud Menester. Hist. Lugdun. pag. 106 : *Commissarii deputati auctoritate regia ad complendum, exequendum compositionem, Scambium, permutationem, etc.*

† **SCAMBIUM**, Nummularia officina vel mensa, Gall. *Change*. Charta ann. 1195. apud D. Brussel tom. 1. de Usu feud. pag. 198 : *Quod nullæ aliæ monete ibi currant, nisi Divisionis et Lingonarum, ut ad Scambium secundum valorem ipsarum.*

† **SCAMBIATOR**, Nummularius. Vide in *Cambiare*.

\* **SCAMPIO**, Permutatio, Gall. *Echange*. Charta ann. 1181. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 85 : *Confirmo etiam Scambionem, quam fecerunt monachi Ranulphi filio Aidulphi et fratribus ejus.* Vide *Scambiatio*.

† **SCAMBSOR**, Eadem notione. Vide in *Stallum*.

\* **SCAMBUCINUS**. Vide *Stambucinus*.

**SCAMELLUM**, **SCAMELLA**, **SCAMELLUM**, Scabellum. Gloss. Gr. Lat. MSS. : Ἰππεδίου, Scabellum, subscellum, scamellum. Cod. edit. Scamillum habet. Gloss. Keronis : *Sabelliis, scamellum.* Gloss. Theoticum Lipsii : *Fuot scemel, Scabellum.* [\*\* Vide Graffii Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 496. voce *Scamul*.] Venericus Vercellensis in Apologia Henrici IV. Imp. : *Certatum est pugnis atque Scumellis, pro herilis sedis positione, etc.*

Sed proprie usurpatur pro iis scabellulis, quibus repentes danibus innituntur : Germ. *Schimmel*. Rodolphus Tortarius Monachus Floriac. de Miracul. S. Benedicti n. 37. vel 17 :

At puer assuetis pronis reptando Scamellis,  
Floriacum petit, sospes et inde redit.

Harigerus Abbas in Vita S. Landoaldi n. 13 : *Infirmorum baculi, repentiun Scabella.* Adrevaldus de Miraculis S. Benedicti cap. 36 : *Quærlau fentina... ita ut nequaquam pedibus incedere posset, sed per terram reptando, Scamellorum magis juvamine sese protraheret.* Rodolphus Presb. in Vita Rabani Abb. Fuld. : *Mulier ita curata est, ut sine cujuspiam adjutorio se erigeret, et Scamellis, quibus eatenus innitebatur, summitatem feretri tangeret.* Supra : *Reptans pedibus, et manibus Scamellis innixis.* [Vita S. Pardulfi sæc. 3. Bened. part. 1. pag. 576 : *Claudus quidam Marcellus nomine, qui ab utero matris suæ calcaneos habentes renibus, nihil aliud nisi cum Scamellis gradiebatur.*] Occurrit præterea apud eundem Tortarium in Appendice Patriciacensi n. 1. in Histor. Translat. S. Gorgonii n. 23. in libro 1. Miraculor. S. Dionysii cap. 26. lib. 3. cap. 11. apud Aimoinum lib. 2. de Miracul. S. Benedicti cap. 12.

lib. 3. cap. 3. ubi *Scamellos*, masculino genere habet, etc.

† **SCABELLUM**, Eadem notione. Vita S. Walpurgis sæc. 3. Bened. part. 2. pag. 294 : *Fervidam membrorum compaginem ministrabo, et hujus in recompensatione mercedis, Scabella mihi quibus adhuc curvis artibus uteris, donare debebis.* Infra *Tripedias* vocat, quod ejusmodi fulcrum tripes esset : *Cum ecce Tripedia quibus sua usus est in vita, divinitus e manibus, ac si evulsæ ante alture projectæ sunt.* Mirac. S. Willehardi ibid. pag. 415 : *Paralysi ita contracta exstitit, ut de membris ipsis nihil penitus sentiret, nec quoquam ire nisi cum Scabello sese trahendo posset.*

† **SCABELLULUM**, diminut. a *Scabellum*. S. Gerardus in Mirac. S. Adalhardi sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 359 : *Quod si deesseut portitores, non bipedem gradientem, sed quadrupedem Scabellulis repentem putares.* *Scamellule*, in Actis SS. tom. 5. Maii pag. 236.

† **SCAMELLUS**, Modus agri, f. pro *Scamellus*. Charta ann. 1126. apud Calmet. inter Probat. tom. 2. Hist. Lothar. col. 280 : *Vineam ad Wanein septem, vineam et duos Scamellos in costa, ... tres Scamellos in alterius vineis, etc.* Vide *Scamellum* 1.

† **SCAMERA**. Vide supra *Scameres*.

† **SCAMILLUM**. Vide *Scamellum*.

**SCANIUM**, Permutatio. Vide *Cambiare*.

1. **SCAMMA**. Historia MS. excidii Acconis ann. 1191 : *Portantes ibidem... lanceas, falcastra, cassides, et loricas, Scammata et perpuncta, scuta cum clypeis, etc.* [Ubi *Scammata* et *propunctos* edidit Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 765.] In Gloss. Græc. Lat. σκάμμα, fossatum, seu fossa redditur; sed aliud hoc loco sonat, et, ni fallor, loricas ipsas, quarum cateculæ *squamæ* dicuntur Virgilio et aliis; ita ut legendum sit *loricas squamatas*.

† **SCAMMA**, Græc. σκάμμα, proprie est locus fossis inclusus, a Gr. σκάπτο, fodio : unde arena luctantium, ut et fossa castrensis, Gall. *Trenchée*, *Scamma* dicta est. Gloss. Isid. : *Scammata, arena, ubi athletæ luctantur.* [\*\* Σκάμμα, Pars circi σφενδόνη opposita, in Glossar. med. Græcit. col. 1380.] S. Paulinus in Epist. ad Severum : *Noli interim dum in Scammate sumus, dum foris pugne, intus terrores, alie pro nobis sapere aut loqui.* Adso in Vita S. Bercharii sæc. 2. Bened. pag. 835. *Præteritorum inmeuor certaminum, et quasi qui virtutum in Scammate positus, ad perfectionem pugne nihil plene ante peregisset, etc.* Mirac. S. Bertini sæc. 3. Bened. part. 1. pag. 135 : *Deo autem propitio nulli ex nostris vitam prolixo Scammatis spatio magno peregritabantur.* Acta S. Luciani tom. 1. Januar. pag. 364 : *Ut... in minoribus antea rebus exercitati, præclari in Scammate comparearunt.* Utuntur Tertull. lib. ad Martyr. S. Hieronym. Epist. ad Pam-mach. etc.

☞ Ita etiam accipiendus, scilicet pro fossa castrensi, locus qui mendis non caret, apud Baluz. tom. 6. Miscell. pag. 364. ubi de constructione castris Saphet : *Quot autem et qualia sint ibi ædificia, que et quales, quot et quantæ munitiones, ... que*



*immensus terra profunde in antemuralia et fossata cum crotis quæ durus fossæ cooperitæ quæ super Scamias et sub antemuralibus, ubi possunt balistarii cum magnis balistis et defendere Scama et alia propinqua et remota, et non ab aliis exterius videri.*

\* Interdum pugnam, conflictum sonat, ut in plerisque locis hic prolatis.

¶ 2. SCAMMA, Scamnum, sedile. Acta S. Godelevæ tom. 2. Julii pag. 408 : *At Bertulfus ab Scammate in quo sedebat exiliens, equum ascendens, ivit Brugas pernotatum.* Acta S. Juliani Mart. tom. 2. Martii pag. 422 : *Quanto majora illi Scammata proponebat, tanto mirabiliora certamina efficiebat.* Vide Scamellum.

\* Nostris Escame et Eschamel. Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 15 : *Le seau de la lettre estoit brisié si que il n'i avoit de remenant fors que la moitié des jambes de l'ymage du seel le roy, et l'Eschamel sur quoy li roy tenoit ses piez.* Lit. remiss. ann. 1448. in Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 599 : *Lequel Jehan in print une petite forme ou Escame, de laquelle il bount et frappa par maniere d'estoc icellui Mahiet.* Le Reclus de Moliens MS :

De haut estal en bas Escame  
Pueent bien lor siege eangier.

¶ SCAMMELLUM. Vide supra Scamellum.

¶ SCAMMERA. Vide in Scamares.

¶ SCAMNA. Vide in Scamnum 1.

SCAMNALE, Stragulum seu instratum scamni. Testamentum S. Desiderii Episcopi Cadurcensis in ejus Vita cap. 18 : *De præsidio meo, Scamnalia, mensalia, et electualia, aurum et argentam quod ex successione parcentum habeo.... tibi relinquo.* RATHERIUS Veronensis in Qualitatis conjectura : *Vestibus non comitur, calceamentis turpatur, Scamnalia non querit, mensalibus indiget, lectisterniis mediocribus, cateraque supellectile delectatur, pretiosa non ambit.* Gregorius Turon. lib. 9. cap. 35 : *Mandans iterum Actori, ut domo scopis mundata, stragulis Scanna operiret. Mox : Cur non sunt Scamna hæc operata stragulis? Hugo de Cleeriis de Majoratu Franciæ : Scamnum pulcherrimum fulcro pallii aut tapeto cooperitum Senescallus præparabit.* Concilium Constantinopolitanum sub Mena act. 5 : *Εἰπόν γάρ ὀνιθῶναι τῶα σακμνάλια εἰς λόγον τοῦ σηκρήτου τοῦ ἐπίσκοπέου.* Infra : *Τὰ λιτὰ σακμνάλια.*

SCAMNILE, Eadem notione. Vetus Chartula plenariæ securitatis sub Iustiniano, apud Brissonium lib. 6. formul. pag. 647 : *Stragula polimita duo valentes solido uno, tremisse uno, Scamnile ac picto valente solido uno, etc.* Infra : *Uno Scamnile cum agnos valente siliquis aureas duas.*

¶ SCAMNATUS. Vide Scamnum 1.

\* SCAMNELLUM, Scabellum; de iis proprie intelligitur, quibus repentes manibus innituntur : unde Scamnellerii nuncupati. Mirac. S. Emmer. tom. 6. Sept. pag. 510. col. 1 : *Erat quidam homo pauperculus, non baculo suffultus, sed Scamnelleris innisus, magis viam repisit, quam ambulavit. Cumque circa horam prandii ventum esset ad quandam fontem laticis perspicui, dixit Scamnellerius ud itineris socium, etc.*

Scamnellerius homuncio aquam hauriens, etc. Vide Scamellum.

¶ SCAMNIUM, Commutatio, Gall. Echange. Hist. MS. S. Cypriani Pictav. pag. 190 : *Placuit nobis ut faceremus Scamniū de terra nostra.* Vide Cambiare.

\* Charta sub Roberto rege ex Chartul. monast. Dolens. : *Ego Odo senior Dolis Scamniū facio cum Alberto abbate et monachis sanctæ Dei genitricis Mariæ Dolensis cænobii; ... in quo Scamnio accepti ab eis terram de Villa-Dei, quæ erat S. Mariæ adolum, et unum optimum equum æque ego dedi illis.*

SCAMNOCANCELLUS. Repertæ nuper, anno scilicet 1670. Smyrnæ veteres aliquot inscriptiones, in quarum una vox hæc reperitur. Exstat illa in ædibus cujusdam Turci : *ΗΡΗΘΗΟΙΩΣ ΠΡΕΚΕΠΗΤΗΡΤΟΥΣ ΤΕΜΑΤΟΣ ΥΙΩ ΣΕΙΑΚΩ ΚΕ ΑΥΤΟΥ ΗΡΕ ΥΠΕΡ ΕΥΧΗΣ ΕΑΥΤΟΥ ΚΕ ΤΗΣ ΣΥΜΒΙΟΥ ΜΟΥ ΚΕ ΤΟΥ ΓΝΗΣΙΟΥ ΜΟΥ ΤΕΚΝΟΥ ΕΠΟΙΗΣΑ ΤΗΝ ΣΤΟ ΣΙΝ ΤΟΥ ΕΙΣΟ ΤΙΧΟΥ ΣΥΝ ΤΟΙΣ ΣΚΑΜΝΟΚΑΝΚΕΑΥΣ ΚΑΛΑΙΕΡΓΙΑΣ Ν.*

Quæ facilius certiusque in hac inscriptione mendose descripta restitui possunt, sic emendo : *ΥΠΕΡ ΕΥΧΗΣ ΕΑΥΤΟΥ ΚΑΙ ΤΗΣ ΣΥΜΒΙΟΥ ΜΟΥ ΚΑΙ ΤΟΥ ΓΝΗΣΙΟΥ ΜΟΥ ΤΕΚΝΟΥ ΕΠΟΙΗΣΑ ΤΗΝ ΣΤΡΩΣΙΝ ΤΟΥ ΕΙΣΟΤΙΚΟΥ ΣΥΝ ΤΟΙΣ ΣΚΑΜΝΟΚΑΤΚΕΛΑΟΙΣ ΚΑΛΑΙΕΡΓΙΑΣ.* Hæc vero sic interpretor : *Pro voto meo et uxoris meæ et genuini filii mei, feci pavementum interioris partis cum Scamnocancellis bene operaus.* Clathri cum scamnis seu sedilibus significari videntur.

1. SCAMNUM, vox Agrimensorum. Hygenus : *Quod in latitudinem longius fuerit, Scamnum appellatur : quod in longitudinem, Striga.* Frontinus : *Quicquid secundum hanc conditionem in longitudinem est delimitatum; per strigas appellatur : quicquid per altitudinem, per Scamna.* Papias : *Scamnatus ager, qui per Scamna ab Occidente in Orientem crescit.* Editus et MS. habet *scannatus*, et *scannam*, vel *scamnam*. Plinius et Columella lib. 2. cap. 4. *Scamna* appellant glebas grandes quæ solent excitari prima aratione.

2. SCAMNUM, Equulei species. *Super Scamnum tensus.* Lex Salica tit. 42. § 1 : *Servus super Scamnum tensus 120. ictus accipiat.* Editio Heroldi, *servus super Scanno trusus*, habet. § 8 : *Et qui repetit, virgus paratas habere debet, quæ in similitudinem minuti digiti grossitudinem habeant, et Scamnum paratum habere debet, ubi servum ipsum tendere possit.* Editio Heroldi, *extendere*, præfert. Vide Greg. Turon. lib. 7. Hist. cap. 22. Hieronymum Bignonium ad Legem Salicam, [et Eccardum ad eandem Leg. pag. 79.]

3. SCAMNUM, Vadum, Gallis Banc. Miracula S. Vulfranni Episc. Saxon. num. 8 : *Qui cum Sequanæ ostium præpropere subintrassent, super Scamnum, quod vulgo Sorellum vocatur, velocius remigando navem impegerunt, ibique immobiliter perstiterunt.* Miraculum de Conceptione S. Mariæ, inter opera S. Anselmi pag. 507 : *Syrtes, quas naucleri Scamna dicunt.*

4. SCAMNUM, in quo merces suas exponunt mercatores, vel carnes suas carni-

ces. Charta Arcembaldi Domini Borboniensis pro libertatib. Villæ franchæ ann. 1217 : *Carnifex qui habet Scamnum 12. denarios (solvat,) si non habet Scamnum, 16. den.* [Charta ann. 1309. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 91. col. 1 : *Item in duobus Scamnīs quæ tenebat Guillelmus Chalamarii et Petrus ejus filius. Item in uno alio quod tenebat Alexia de Mura. Item in aliis duobus Scamnīs, quæ Scanna valebant et conducebantur cum dictis quinque solidis in summa XLVIII. sol. III. d. bonæ monete census.] Vide Bancus pag. 561. col. 1.*

\* Interdum et Tributum, quod ab iis ob scamnum persolvitur, ut in Charta ann. 1007. ex Bibl. reg. col. 17 : *Quod injuste eredes, retineant in dovinito præfatæ villæ S. Georgii Scamnum unum de salinis.*

¶ SCAMPNUM, Eadem notione, in Charta Hermanni de Reichenbach apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 470 : *Item Wilhelmii et Heynrici octo Scampna calciorini in Swydniz, quorum quodlibet unum fertorem dare tenetur.*

\* SCAMPNUM OSCULART, Ejectus ab officio id præstare tenebatur, ex Charta Phil. comit. Fland. pro libert. castel. Brug. in Cam. Comput. Insul. : *Falcificatus (scabinus) det decem libras comiti et castellano, et Scamnum osculando retro exeat, et numquam ad scabinatum accedat.*

¶ 5. SCAMPNUM, Mensa humilis. Gregor. Turon. lib. 5. Hist. cap. 19 : *Erut ante eos Scamnum paucè desuper plenum cum diversis ferculis.* Rursum lib. 7. cap. 22 : *Cum (presbyterum) jam crapulatus adspiceret, elisum super Scamnum pugnis ac diversis ictibus verberavit.*

¶ 6. SCAMPNUM, Fulcrum quo repentes manibus innituntur. Acta S. Johannis Opilionis tom. 4. Jun. pag. 845 : *Rainundus nomine cum Scannīs se deducens, (nam pedibus progredi erat omnino impotens) coram ejus tumba in conspectu populi erectus est.* Vide supra Scamellum.

\* 1. SCAMPARE, Silvam in campum seu culturam redigere. Charta Landenulfi Langob. princ. in Access. ad Hist. Cassin. pag. 86. col. 1 : *Non habeant potestatem in jam phato sancto monasterio de jam dictis sylbis plus Scampare, vel at cultum perdere absque voluntate et largitate nostra, nisi ipsiis terris, quam pars predicti monasterii Scampatum et at cultum perductæ habuerunt.* Vide Scampatus.

\* 2. SCAMPARE, Liberare, servare, alicujus effugio favere. Stat. crimin. Cumanæ cap. 30. ex Cod. reg. 4622. fol. 70. vº : *Si quis de cetero abstulerit seu Scampare fecerit aliquem in toto districtu Cumanæ, qui fecisset aliquod homicidium, quo minus capiatur, etc.* Vide supra Escapium. Alia notione Scampar legitur in Glossar. Provine. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Scampar, Prov. Dilapidare, dissipare.*

SCAMPATUS. Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oscæ ann. 1247. fol. 2 : *Si in prima die quando bestia jam dicta fuit pignoriata, ille qui pignoriavit eam noluerit ei colligere comestionem, teneat illam in loco Scampato, et solutam, etc.* In loco campetri, vel in campo.

¶ SCAMPNUM. Vide Scamnum 4.



**SCAMPARIA.** Vide *Cambiare*.

† **SCAMPOR**, pro *Campor*, nummularius, in Charta ann. 1316. ex Tabul. Sangerman. Vide *Cambiare*.

**SCAMULA**, Squamula. Vita B. Angele de Fulgino n. 137 : *Et quia quedam Scamula illarum plagarum erat interposita in gutture meo, conata sum ad deglutendam eam, etc.* [Vide *Scama*.]

† **SCANA.** Vide infra *Scava*.

\* **SCANABIS**, pro *Cannabis* Gall. *Chanvre*. Charta ann. 1221. in Lib. albo episc. Carnot. : *Item major habet redemimam lini et Scanabis, quæ debet numerare et congregare.* Alia ann. 1305. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris fol. 263. r<sup>o</sup>. col. 1 : *Omnes parcerias et decimas bladi et vini, nucum, poriorum, olerum, Scanabis et aliorum fructuum, etc.*

† **SCANCILE.** Vide *Scandile*.

**SCANCIO**, a *Cyathis*, a *pucculis*, *Pincerna*; a Germanico, *Scenken*, vinum fundere, *Schinker*, pocillator, Gall. *Eschancon*. Papias : *Pincerna, scantio*. [\*\* Vide Graffii Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 517. radice *Scanc*.] Lex Salica tit. 11. § 5 : *Si quis... furaverit aut vendiderit... vel Molinarium, aut Carpentarium, sive Venatorem, sive Scancionem, etc.* Ita præferre quosdam codices monet Lindenbrogius pag. 1325. [*Robertus Scantio serviens domini Regis*, in Charta ann. 1247. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 156.] *Bartholomeus Caprarii civis Lugdunensis Scancio Domini Regis*, in Charta ann. 1320.

† **SCANCUS**, Eodem intellectu, in Charta ann. 1260. tom. 3. Hist. Harcur. pag. 103 : *Odo Archiepiscopus Rothomagensis Pintercillanum vicum a Petro de Mellento Francorum Regis Scancio et Ligardi ejus uxore numeratis tribus nullibus et ducentis libris Turon. Ecclesiæ suæ comparat.*

**SCANCIONARIUS**, Eadem notione, in Ordinatione Hospitii Regis S. Ludovici ann. 1261. a nobis edita in Notis ad Joinvillam pag. 109. ubi sub titulo *Scancionarie*, Gall. *Eschançonerie*, comprehenduntur *Scancionarii, Clerici in Scancionaria, Madelinarii, Summularii, Scancionarie, Burillarii, Boutarii, Quadrigarii, boutorum, Potarii, etc.* De quibus sigillatim suis locis agimus.

✎ Est etiam *Scancionaria*, Locus ubi potus servatur, vel unde distribuitur. Comput. ann. 1202. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. CLXXXII : *Pro Scancionaria faciendi xv. l.*

**SCANCIA**, Idem quod *Scancionaria*, cui qui præerat apud Wisigothos, *Comes Scanciarum* dictus. Vide in *Comes*.

**SCANCARIA**, in Charta Lusitania, apud Brandaonem in Monarch. Lusitan. tom. 5. pag. 304 : *Hæc est recepta de prata, quæ est in Scancaria D. Dionysii* (Regis Portugalliæ ann. 1316.)

**SCANCANUS**, vel *Scancarius major*, ejusdem Regis ibidem.

\* **SCANDAGLARE**, Mensuras ad examen publicarum mensurarum expendere, exigere, Ital. *Scandagliare*, idem quod *Scandallare*. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 201. ex Cod. reg. 4624 : *Rationare, Scandagliare et recognoscere debeant mensuras et pondera Avillianæ.* Vide supra *Escandilare* et mox *Scandilhare*.

† **SCANDAGLIUM.** Vide *Scandalium* 2.

† **SCANDAILLARE**, Mensuras ad examen publicarum mensurarum expendere, exigere, Gallice *Eschantilloner* : ab Ital. *Scandagliare*, ponderare, metiri. Statuta Massil. lib. 1. cap. 56. § 3 : *Curia præstet eis stateras, et mensuras eis necessarias pro Scandallandis, et recognoscendis prædictis ponderibus et mensuris.* Vide supra *Eschantillare* et mox *Scandalium* 1. et 2.

\* **SCANDALE**, Mensura liquidorum, vulgo *Scandal*. *Escandaylly*, in Charta Raym. Bereng. comit. Provinc. ex Catal. MS. Bibl. reg. part. 3. pag. 23. col. 1 : *Illis (piscatoribus) inde recedentibus xij. libræ panis a cellario debent dari et unum baral d'Escandaylli impleri vino, quo fratrum conventus tunc bibere consuevit.* Id est, dolium unius *Scandalis*. Inventar. honorum Raym. de Villanova ann. 1449. ex Tabul. D. Venciæ : *Item unum Scandale*. Stat. Saluc. collat. 4. cap. 113 : *Potestas teneatur eligi facere duos massarios ad ajustandum et signandum pondera et mensuras, videlicet sextarium vini,.... Scandalia, etc.* Vide *Scandalium* 1.

† 1. **SCANDALIA**, *Fines ad tentandum fundum, et altitudinem aquarum agnoscentiam*, in Gloss. Franc. Barberini ad *Docum. d'Amore* edit. Ubaldini. Itali *Scandaglio* dicunt, nostris *Sondæ*.

† 2. **SCANDALIA**, pro *Sandalia*, in Hist. Translat. S. Edmundi Cantuar. Archiep. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1867. et in Bulla Johannis PP. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 54.

† 1. **SCANDALIUM**, **SCANDALLIUM**, Mensura vinaria, vulgo *Scandal*, vel *Escandau*, quæ 15. mensuras continet, quarum singula duas libras et 12. uncias appendit, proinde quarta pars est *Meillrolæ*. Vide in hac voce. Charta ann. 1392. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *Unum vaysellum vini rubci tenentem novem metretas sive meillarolas, et duo Scandalia*. Statuta Arelat. MSS. art. 74 : *Qui vendiderit vinum in Arelate teneatur habere medium Scandallium et quartanum Scandalis, quibus tenentur vendere, emere volentibus, vinum suum.* Charta vernacula ex Cod. MS. D. Brunet fol. 117 : *Item l'Abadassa de saint Cesari de mostiers dona... un Scandalth de vin.* Ibid. : *Item Mossenhor l'archevesque dona à las gardias del pont... un Escandalth de vin.* Vide *Escandaleum* et *Scandale*.

† 2. **SCANDALIUM**, **SCANDAGLIUM**, ab Ital. *Scandaglio*, Ponderis seu trutinæ species, Gallice *Peson, balance*. Statuta Saluciar. Collat. 4. cap. 122 : *Qui vendiderit ad quartam mancam seu ad tesian, vel stateram sive balancias, seu ad Scandalium vel aliud pondus injustum, solvat bannum.* Statuta Perus. fol. 56 : *Si quis mensuraverit ad mensuram, vel pondus, Scandalium, stateram, etc.* Statuta Montis Regal. fol. 183 : *Item statutum est quod quelibet persona que mensuraverit ad falsam seu mancam mensuram, seu Scandalium, libram, etc.* Ibid. fol. 276 : *Qui inquisitores non possint nec debeant capere aliquod ab aliqua persona, pro cognoscendis mensuris et Scandaglis, etc.* Rursum fol. 284 : *Teneantur cuilibet emere volenti ad Scandagium, ponderare ad Scandagium ab una libra supra*

*cujuscumque rei aptæ ponderari ad ipsam pondus.* Vide *Scandallare*.

**SCANDALIZARE**, *Offendere, lædere, vel per occasionem ruinæ dare*, Ugutioni et Papiæ. Facundus Hermianensis lib. 6. cap. 1 : *De quo illum maxime ac principaliter adversarii criminantur, vel scandalizant, vel si hoc non possunt, czugitant minus instructos.* [Charta Johann. Episc. Paduensis ann. 1271. ex Bibl. reg. : *Unde cum hoc peccatum Deum offendant et homines Scandalizat, etc.* Occurrit passim in Bibliis sacris et apud Tertull. de Veland. Virg. cap. 3. adv. Marc. lib. 5. cap. 18. etc. Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Scandalizare, Esclandiliser.*]

\* **SCANDALIZARE**, Infamare, aliquem infamia aspergere, nostris *Scandaliser*, eadem acceptione. Lit. remiss. ann. 1364. in Reg. 101. Chartoph. reg. ch. 65 : *Eadem Marquesia sentiit sive novit se nunc fore, ut crederat, prægnantem; ex quo ipsa fuit valde stupefacta, et dubitans, ne ob hoc dictus scutifer maritus suus oderet ipsam et ingratam eam haberet, etiam et quod inde ipsa Scandalizaretur, etc.* Aliæ ann. 1385. in Reg. 127. ch. 16 : *Item quod super hiis præmissis et de hiis fuerunt et sunt dicti rei non solum culpabiles, verum etiam publice et notorie diffamati et Scandalizati apud nos et alios bonos et graves.* Lit. remiss. ann. 1409. in Reg. 163. ch. 326 : *Icelle poure suppliante a esté menée hors de nostre royaume, à grant vitupere et batue de verges parmi la ville de Mascou; et après ce comme corrigée et Scandalisée s'en soit alée, etc.* Aliæ ann. 1456.

in Reg. 189. ch. 94 : *Icelle femme tint vie dissolue et deshonneste avecques plusieurs hommes, tellement qu'elle en estoit moult diffamée et Scandalisée.* Aliæ ann. 1459. in Reg. 189. ch. 402 : *Iceului Jacotin pour tousjours mieulx Scandalisier ledit hostel et porter deshonneur à la lignée du suppliant, etc.* *Escandaliser* et *Esclander*, eodem sensu. Lit. remiss. ann. 1412 in Reg. 166. ch. 297 : *Lesquelx freres distrent à Pierre Audbert : Beau sire, vous Escandalisez et donnez blasme à nostre seur.* Aliæ ann. 1452. ex Reg. 181. ch. 229 : *Laquelle suppliant soy voyant ainsi Esclandée et deshonorée, etc.* Hinc *Escandelisement*, Convicium, crimen alicui inustum, in Consil. Petri de Font. pag. 80. art. 2. *Scandaler* vero et *Scandaliser* rursum dixerunt nostri, pro *Divulgare*, in lucem proferre, ubi tamen mala de re agitur. Lit. remiss. ann. 1459. in Reg. 188. ch. 91 : *Pour ce que quant on eust Scandalé desdiz chesnes merchez, la charge en fust venue oudit Ouvrat, pour ce que ja il estoit soupçonné d'avoir fait forger faulx mar-teaulx.* Aliæ ann. 1409. in Reg. 163. ch. 385 : *La chose fu Scandalisée et publiée.* *Escandelisier*, *Enchandelisier* et *Esclander*, eadem acceptione. Lit. remiss. ann. 1406. in Reg. 161. ch. 73 : *Tellement l'avoit Escandelisé, que la chose estoit comme toute commune. En manière que la chose ne fust Esclandée, in aliis ann. 1458. ex Reg. 188. ch. 50. Chron. S. Dion. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 232 : De maint crime l'encourperent et l'enchandelisierent. Ubi Aimoin. lib. 3. cap. 45. ibid. : *Crinina falso proloquuntur. Eskandeler*, apud Phil. *Mouskes* in Chilperico :*



Mais cis affaires fu celés,  
Si ne fu pas Eskandelés.

\* **SCANDALIZATOR**, Vir perniciosi exempli, Gall. *Scandaleux*. Conc. Bafil. § 34. ubi de Eugenio IV. PP: *Universalis Ecclesie scandalizatore notorium Scandaliseux* vero, Qui odio est, qui indignationem movet, in Charta ann. 1369. ex Reg. 136. Chartoph. reg. ch. 240: *Veans aussi que tous cas de mainmorte est haineux, Scandaliseux, de grans missions et de petit prouffit, etc.*

\* **SCANDALOSE**, Cum multorum offensione, Gall. *Scandaleusement*. Stat. eccl. Paris. MSS. ann. 1409. ad calcem Necrol. ejusd. eccl.: *Item qui in legendis lectionibus, vel evangelis, vel epistolis Scandalose defecerunt in pronuntiatione, emendam luant ac si eas non legissent.*

1. **SCANDALUM**, Rixa, jurgium, odium. Papias: *Scandalum, offensio, ruina, ve rixa. Scandalum est ruina seu impactio pedum. Scandalum dicitur cum subito inter aliquos scandit, id est, oritur dissensio vel pugna.* Kero in Glossis: *Scandala, Zurvuarida. Scandalorum, Zurvuaridono.* [\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 1. col. 918.] Hinc forte nostrum *Ouvray*, pro tumultu, vel incondito clamore: [quo nescio an spectet vox *γυνουδαρισμας*, apud Anonym. Combefisii in Porphyrog. num. 8. Chron. Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 640: *Qui (Gregorius VII. PP.) contra Henricum III. Romanorum Imperatorem Scandalunensis est sanctæ Dei Ecclesiæ suscitare.*] Gregorius Turon. lib. 3. cap. 6: *Orto inter Reges Scandalo, etc.* Lib. 6. cap. 10. *Hi perpetrato scelere, ad Burdegalensem civitatem venientes, orto Scandalo, unns alterum interemit.* Lib. 2. Mirac. cap. 5: *Cumque delubri illius festa a Gentilibus agerentur, ... medio a vulgo commoventur pueri in Scandalum, nudatoque unns gladio alterum appetit, etc.* Gesta Regum Francorum cap. 45: *Donc inter eos odium maximum et Scandalum crevit.* Lex Longob. lib. 1. tit. 16. § 3. [\* Roth. 381.]: *Si mulier libera, si plagas aut feritas factas habuerit, etc.* Adde § 4. [\* Liutpr. 123. (6, 70).] Ita toto titulo 2. lib. 1: *De Scandalis et compositionibus, ad Regem pertinentibus.* Adde Legem Bajwar. tit. 2. cap. 4. Leges Wisigoth. lib. 9. tit. 2. § 8. Capit. Caroli M. lib. 3. cap. 89. [\* 91.] Regulam S. Benedicti cap. 13. Regulam Magistri cap. 83. Nithardum lib. 4. etc.

\* Item, Lis, controversia. Charta ann. 1201. in Chartul. Buxer. part. 20. ch. 2: *Post hæc Petrus Eschoz, filius Willehmi Eschoz, movit querelam adversus fratres Buxerix pro eodem pedagio: sed tandem ad se reversus recognovit elemosinam patris sui.... Ne vero fratres de Buxeria super hac elemosina ulterius Scandalum sustineant, etc.*

**SCANDALUM MAGNATUM**, inquit Cowellus lib. 4. Instit. tit. 4. § 4. nos ita appellamus contumeliam, aut verba injuriosa, alicui de majori Nobilitate illata, quod cæteris quibuscumque propter personæ læsæ splendorem et dignitatem, gravioerem pœnam meretur.

Porro a voce *Scandalum* videtur nata

vox Gallica, *Esclande*, in veteribus Consuetudinibus Bituric. apud Thomasserium pag. 343. [unde Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Scandalum, Esclandre, offense.* Consuet. Andegav. art. 148: *Et pour ce que aucuns qui pour leur malefice ont été bannis par justice du pays n'en tiennent compte, mais y frequentent et habitent comme auparavant, et autres se dissimulent de lieu en lieu par le support et soustrait de ceux qui les retirent chez eux. Ce qui tourne au grand Esclandre de la justice. Si que dit est, et est en tres grant Escande de ladite ville et des habitants d'icelle.* in Litteris ann. 1356. inter Ordinat. Regis Franc. tom. 3. pag. 93.] Vide Salmasium ad Hist. Aug. pag. 199. [et Belomaner. cap. 12.]

\* *Escande et Escandele.* Annal. regni S. Ludov. edit. reg. pag. 285: *Il vouloit miez lessier son droit, que à sainte Eglise avoir contemps, ne Escandele susciter.* Infra: *Guerre et contemps.* Vita ejusd. reg. ibid. pag. 292: *Descordes il fuiot, Escandes il eschivoit, et haot dissensions. Grants dommages et Escandele perilleux, in Charta Caroli IV. imper. ann. 1377. ex Tabul. eccl. Camerac. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Escande, Scandalum.* Interdum perturbationem sonat hæc vox. Reg. Cam. Comput. Paris. sign. Pater fol. 261. rº: *Soiez si avisez, si arvez et si attrempez que vous le faciez sans Escande et commotion dou peuple.* Ubi Reg. A ejusd. Cam. fol. 73. rº. habet, *Escandle.* Stat. Maceriarum MSS: *Le marlier est tenu d'avoir serviteurs souffisans avec lui pour aidier à chanter ou cuer et autrement, à sonner aussi.... les cloches bien concordées, le plus qui luy sera possible sans faire Esclande.* Escloinne, non dissimili notione accipi videtur, in Lit. remiss. ann. 1406. ex Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 176: *Guillaume Ghoudin, qui estoit homme de moult dur langage, dist par maniere d'Escloinne, qu'il ne se en partiroit point.**

2. **SCANDALUM**. Lex Burgundion. tit. 73. in Lemmate: *De caballis, quibus ossa aut Scandala ad caudam ligata fuerint.* Sed legendum *Scandula*, docet omnino Papianus Resp. tit. 29: *Si quis caballo ligando ossum, aut Scandalum, vel pannum rubrum, ita eum turbaverit ut pereat, etc.* [Ita etiam legendum videtur in Statutis Mont. Regal. fol. 271: *Edificiu in quibus sunt (furni) debeant cooperiri per illos fornarios qui eos tenent, de copis, tegulis, vel Scandalis.*] Vide infra *Scandula* 2.

\* **SCANDELA**, Haute nef, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. *Escande*, in Lit. remiss. ann. 1457. ex Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 231: *Thomas Laiguel arriva en une petite Escande ou batel, etc.*

† **SCANDEFIERI**, pro Candefieri. Agnelus de S. Ursino apud Murator. tom. 2. pag. 101: *Nulla ecclesia similis isti, eo quod in nocte ut in die pene Scandefiat.*

**SCANDELA**. Charta Alexandri III. PP. in Tabulario Prioratus S. Nicasii Mellenti fol. 10: *In navibus vinum ferentibus 3. den. in singulis navibus pontem descendentibus a Esnotre 1. den. pro remige; in præfectura 10. sol. pro elemosyna; et pro Scandela Comitibus 13. sol. Vide Scandula 1.*

\* Leg. *Candela*, ut certum est ex Charta Galeranni comit. ann. 1141. eadem de re

et ex alia Phil. Aug. ann. 1195. in eodem Tabulario. Vide supra *Candela* 3.

\* **SCANDELARE**, *Scandulis* seu asseribus domum tegere. Charta ann. 952. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 147: *Concedistis nobis casale, ... ubi nos modo sedere et abitare visi sumus, cum mansione supra se edificata, Scandelata, coperta axibus.* Vide *Scindula*.

**SCANDELLA**. Vide *Scindula*, et *Scandula* 1.

† **SCANDELLE**, *Crepitaculum* e scandulis ligneis confectum, quali utuntur leprosi, ne propius quis ad eos accedat. Ita Bollandistæ in Notis ad Mirac. S. Antonii de Padua tom. 2. Jun. pag. 733: *Et vade ad illum militem qui miracula mea deridebat, et defer illi Scandellas, quia lepra tua ipse putrescit.*

\* **SCANDELLUM**, *Scamellum*. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar.: *Et in coquina... unam tabulam cum duobus Scandellis et uno archibanco coralli cum quatuor pedibus.* Vide *Scannellum*.

† **SCANDICUS**, de Christo dicitur in Orat. cujusdam librarii ad calcem libri Theogeri Episc. Metens. apud Bern. Pezium tom. 1. Anecd. Præfat. pag. xv.

**SCANDILE**, *SCANCILE*, seu potius *Scansile*, Stapes, quo in equum quis tollitur. Gloss. Ælfrici: *Scancile*, scira p, seu strepa. Alibi: *Scansilia*, stapas, vel strapas. Ugutio: *Scansile, strepa, ferrum, per quod equum ascendimus. Scansilia, sunt etiam gradus honorati, ubi in sedibus sedent.* Ita pariter Jo. de Janua. Unde emendandæ Glossæ Isid.: *Scansue, ferrum, per quod equus scanditur.* Glossæ Pithœi habent: *Scansa, per quod equos scandit.* Vide *Strepa*.

**SCANDILE**. Aimoinus lib. 3. cap. 6. de Miraculis S. Benedicti [lib. 2. cap. 20.]: *A quibus et sella ostendebatur, quæ dilapsa cum equo fuerat, cujus Scandilia quamvis nova, et antelam suis impatiens pedibus ipse disruptat.*

**SCANSOR**, Strator, Ἀναβλετής, qui dominum in equum tollit. Gloss. Lat. Græc.: *Scansor, καταστροφής.* [Gesta Gaufridi Cenoman. Episc. apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 382: *Quidam e contra clericus in dōmo cujusdam Scansoris manens, etc.*]

**SCANDILE**, *Scalarum gradus*. Cæsarius Heisterb. lib. 8. cap. 90: *Octo etiam insearii Scandilia, supremum attribuens Christo, reliqua sex ordinibus Sanctorum.*

**SCANLLE**. Papias: *Scansilia, Gradus sunt, nbi honoratiores in diebus sedent.* Leg. In sedibus, ut supra, [vel ut in Gloss. MS. Sangerm. n. 501. in ædibus.]

\* **SCANDILHARE**, **SCANDILLARE**, Mensuras ad examen publicarum mensurarum expendere, exigere, ut supra *Scandaglare*. Privil. civit. Caturc. ann. 1344. in Reg. 68. Chartoph. reg. ch. 312: *Quæ quidem mensuræ molles et pondera signantur... signo consulatus prædicti, et limitari seu Scandilhari (conserveunt) per consules prædictos seu per deputatos ab eisdem.* Eadem leguntur in Charta ann. 1351. ex Reg. 80. ch. 487. ubi *Scandillari*.

† **SCANDOLA**, pro *Scandula*, tegulæ lignæ species, Nostris *Eschandole, bardeau*. Statuta Cadubrii lib. 1. cap. 30: *Statuimus*



quod jurati non possint nec debeant aestimare blada, arna, rapa, Scandolas domorum, etc. Chron. Petri Azarii apud Murator. tom. 16. col. 322 : *Pois mirabilis... longus autem per unum milliare, et totus Scandolis ligneis coopertus, etc.* Vide *Scindula*.

\* Hinc *Escandola* appellatur Cubiculum remigibus praepositi in galea, quae *Esquandalar* dicitur, in Hist. belli Ital. Guill. de Villanova apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1530 : *Le prince feist appeller missire Guillaume de Villeneuve, et l'envoya querir en souble dedans l'Esquandalar par le patron Mathieu Corse.* Ni mavis intelligere eo loci Infimum navis tabulatum, vulgo *Fond de cale*. [\* Vide Jal. Antiq. Naval. tom. 1. pag. 256.]

1. **SCANDULA**, Quoddam genus annonae, quod et *scandella* dicitur dimin. et dicitur *Scandula*, quasi *scindula*, quod *scindatur* et *dividatur*. Joan. de Janua. Vide *Scandelu*.

\* Academ. Crusc. *Scandella*, Hordeum distichum; Muratorio tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 351. Hordeum cantherinum, quod *Marzuola* apud Mutinenses appellatur et in Crescentii libro de Agricultura Italice reddito, *Orzo Marzuolo*, quod Martio mense telluri mandatur.

2. **SCANDULA**, Papias : *Scindulae*, quod *scindantur*, *Scandulae* vulgo. Vide *Scindula*. [\* Vide Calvini Lex. jurid.]

† **SCANDULARIS**, Ex *Scandulis* factus. Tectum *Scandulare*, apud Apuleium lib. 3. Metamorph.

† **SCANDULARIUS**, Qui *Scandulis* tecta contegit, leg. ult. D. de Jur. Immunit.

\* Imo et Faber lignarius.

\* **SCANGIBIN** vel **SQUINGIBIN**, *Arabice*, *Sirupus acetosus*, sive fiat cum zuccharo, sive cum melle, quod est *Oxinel*. Multi corrupte *Secamabin* dicunt. Glossar. medic. MS. Sim. Januens. ex Cod. reg. 6959.

**SCANGIUM**, pro *Excambium*, in Domesdei, Gall. *Eschange*. [Vide *Cambiare*.]

\* **SCANHA**, *Prov. Alabrum, mataxa*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

† **SCANNA**, **SCANNATUS**. Vide *Scannum* 1.

\* **SCANNALE**, Stragulum seu instratum *scanui* seu *scanni*. Cerem. vet. MS. eccl. Carnot. : *Subbato septuagesimae ante Nonam auferuntur... Scannalia de dorso clericorum.* Ibidem : *In octava (Paschae) post completorium auferuntur Scannalia.* Vide *Scannale*.

† **SCANNELLUM**, ut *Scamellum* supra. Miracula S. Antonii de Padua tom. 2. Jun. pag. 718 : *Hæc cum die quadam mendicantis gratia... ad memoriam S. Patris Scannelis vecta pervenisset, etc.*

† **SCANNIUM**, Idem ac *Cambium*, permutatio, *Echange*. Charta ann. circ 965. ex Chartul. Matiscon. fol. 98 : *Terras quasdam per Scannium sibi invicem commutarum.* Vide *Cambiare*.

† **SCANNUM**, pro *Scannum*, in Chronic. Bertin. Johan. Iperii apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 608 : *Tunc illum Comes cum corda ad collum ejus et ad trabem ligata super Scannum stare compulit, ipseque Comes Scannum cum pede propulit, et sic ille suspensus mansit.*

† **SCANSA**, **SCANSOR**, etc. Vide in *Scandile*.

\* **SCANSARE**, vox Italica, Amovere,

defendere. Inquisit. ann. 1252. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 813 : *Et canonici Scansabant eos ab ungaris et collectis dictæ villæ Quartexanæ, sicut suos homines.* Ibid. col. 815 : *Item dicit quod auditur dici, quod ipsi defendebant se, sicut homines de uacinata, a collectis et oneribus dictæ ville.*

**SCANTELLATUS**, Truncatus, mutilatus, *Ecorné*. Fori Aragon. lib. 9. pag. 177 : *Omnes denarii Jaccenses, qui falsi non sint, recipiantur ab omnibus hominibus, ad panem et ad vinum, sive... sint fracti, sive perforati, vel rubei, vel etiam Scantellati, etc.*

† **SCANTIA**. Anonymus Continuator Laurentii Leod. apud Calmet. inter Probat. tom. 1. Hist. Lotharing. col. 248 : *Episcopus igitur his et consimilibus in iram concitatus, videns se nihil posse inferre gravaminis civitati et civibus, omnem Scantiam et totum suburbium superius usque ad sanctum Amantium... igni fecit concremari. Locus editior significari videtur, a scandendo Scantia dictus.*

\* **SCANTUS**. Vide supra *Scaltus*.

† **SCANUS**. Charta Adelgastri Principis inter Conc. Hisp. tom. 3. pag. 90 : *Damus... quinque feltros et septem lectulos et tres Scanos.*

† **SCANUSIA**, Vestis monastica. Statuta Ordinis Prædicat. ann. 1311. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1931 : *Item, quod sacerdotes, diaconi et subdiaconi in Missis conventualibus portant Scanusias vel scapularia cum induunt sacras vestes. Hoc idem etiam in Missis privatis faciant omnes alii sacerdotes.* Vide *Capularis* in *Scopulare*.

**SCAPELLE**, Laqueorum species, quibus capiuntur aves, apud Petrum de Crescentiis lib. 10. de Agricult. cap. 26. ubi describitur. Vide *Scurbellus*.

\* **SCANZELARE**, Inductis cancellatim lineis obliterare, delere. Stat. Mantuæ lib. 1. cap. 43. ex Cod. reg. 4620 : *Omnis processus totaliter aboletur et Scanzelatur auctoritate presentis statuti ipso jure, et pro abolito et Scanzelato habeatur.* Vide *Cancellare*.

\* **SCANZONERIUS**, Pincerna, a cyathis, a poculis, Gall. *Eclançon*. Charta Caroli reg. Sicil. ann. 1269. in Reg. 50 Chartoph. reg. ch. 80 : *Quorum bonorum fructus, uncias auri triginta tres,..... Johanni Trenchavaza Scanzonerio nostro concedimus... in pheadum nobile.* Vide *Scuncio*.

**SCAPA**. Vide *Scapha*.

\* **SCAPELA**, idem quod *Scapularc*, Monachorum vestis propria, quæ scapulas tegeret. Stat. ordin. milit. de Aviz ann. 1162. tom. 1. Probat. hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 13 : *Capitium parvæ magnitudinis, cum Scapela taliter facta, quod in conflictu pugnantis non impediatur;..... Scapela vero semper sit nigri coloris cum capitulo.*

† **SCAPELLARE**, Cedere, incidere, frangere. Excerpta ex Leg. Longob. cap. 8 : *Et si duobus furtis probatus fuerit, natus ei Scapellatur.* Vide *Capulare* et *Scapillare*.

† **SCAPHI**, Theca, armarium, apud Schilterum in Gloss. Teuton. ex Franc. Junio in Willer. pag. 220. *Schafft* hodie. [\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 449. voce *Scaph*.]

**SCAPHA**, et **SCAPHULA**, *Mensuræ aridorum species* : eadem quæ *Scapulus*. *Scapha siliginis, bladi*, in Metropoli Salisburgensi tom. 1. pag. 206. tom. 2. pag. 292. 293. tom. 3. pag. 334. [Charta Friderici Ducis Austriæ ann. 1241. apud Hansiz. tom. 1. Germ. sacræ pag. 380 : *Item decima in Lynz lx. Scaphas.*]

**SCAPHULA**. Leges Portoriae Ludovici IV. Imp. ann. 904. apud Aventinum lib. 4. Annalium Bojorum, et Goldastum tom. 1. Constit. Imperial. pag. 210 : *Navis, quæ ab Occidentali regno venit,.... semidrachmann, hoc est, unum scutum pendat : si infra Lintzium tendit, semimodios tres, hoc est, tres Scaphulas salis solvat. Infra : Carri cliellarii, qui Anassum transeunt, Scaphulam præbent.* [\* Vide Graffii Thesaur. loco mox laudato voce *Scesfil*.]

**SCAFFIA**, Metropolis Salisburg. tom. 3. pag. 40 : *Ut singulis annis nobis viventibus una dierum, quam ad hoc eligerimus, sex Scaffia Landavensium mensuræ, sive frumenti, sive alterius annonæ... distribuere pauperibus non omittant.*

**SCAFFA tritici, avenæ**, ibidem pag. 416. Vide in *Scapula*.

\*\* **SCAPA VINI** in Notis. circa ann. 1360. apud Guden. in cod. diplom. tom. 3. pag. 833. nisi legendum sit *Scala*.

† **SCAPHARIUS**, Qui *Scaphis* negotiatur. Inscriptio 1. apud Gruter. pag. 258 : *Scapharii, qui Julii Ronulæ negotiantur*; id est Hispali. Adde pag. 257. num. 12. et Reines. class. 3. num. 26.

† **SCAPHINUS**, ut *Scabinus*, in Placito ann. 918. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 56 : *Una cum abbatibus, presbyteris, judices, Scaphinus et regimburgos, tum Gotos quam Romanos, etc.*

† **SCAPHISMUS**, Supplicii genus apud Persas, quo fontes in *Scaphis* cibo et potu, muscis et vermibus ad necem cruciabantur. Vide Drexelium in Prodr. mortis cap. 1. § 24. Gallonium de Martyr. cap. 1. pag. 21. et Baronium in Notis ad Martyrol. 28. Julii.

† **SCAPHISTERIUM**, Alveolus ligneus, quo mulieres lotos pannos a fonte aut fluvio referunt. Vide *Capisterium* 1. et 3.

† **SCAPHON**, Somnero, *Septum, claustrum*, quo ex cratibus factis, pastores noctu includunt oves, tum ad stercorandum arva, tum ne in segetes spantentur. *Scaphon, ovile*, in Gloss. Lipsii.

† **SCAPHULA**. Vide supra *Scapha*.

† 1. **SCAPILLARE**, Verberare, scapis seu fustibus cædere. Statuta Cadubrii lib. 3. cap. 18 : *Si quis Scapillaverit aliquem sine sanguine, condemnatur in quinque lib. p. etc.* In capitis lemmate legitur, de pena *Scapulantis, vel Scarpuzantis sine urinis, etc.* Italis *Scappuzare* est ad aliquid offendere, Gall. *Broncher*.

\* 2. **SCAPILLARE**, Capillos evellere vel per capillos trahere, Ital. *Scapigliare*. Stat. Mantuæ lib. 1. cap. 56. ex Cod. reg. 4620 : *Si vero crines seu capillos traxerit seu Scapillaverit, vel per capillos traxerit, etc.* Vide *Excapillare*.

† **SCAPILLATUS**, Solutus crines, ab Ital. *Scapigliare*, Gallice *Echeveler*. Acta S. Franciscæ Rom. tom. 2. Mart. pag. 161 \* :



Inveniebant eam projectam in terra, *Scapilata*, frigidam, etc.

**SCAPILLUS**, Mensuræ frumentariæ species, eadem forte quæ *Scapha*. Capitulare Caroli M. ann. 797. edit. ab Holstenio, cap. 11: *De annona vero borthinis pro sol. 1. Scapilos 40. donant, et de sigale 20. Septentrionales autem pro solido Scapilos 30. dent, et sigale 15.*

**SCOPELLUS**, Eadem notione. Charta ann. 1345: *Item quod Potestas teneatur inquirere onnes sextarios tam de vino, quam de grano, minas, medias, et quarterones et Scopellos, corbellas molendinorum, et omnes alias mensuras et pensas. Vide Scephilum.*

† **SCAPINUS**, Solea calcei, Gall. *Semelle*. Acta S. Bertrandi tom. 1. Jun. pag. 801: *Dum in sua statione, ut mos est cerdoniæ artis, suttilaris Scapino infigeret acum suendi causa.*

**SCAPIO**. Vide *Scabini* et *Stapio*.

\* **SCAPLA**. Charta Richaid. Abbat. Seligenthal. ann. 1259. in Guden. Cod. Diplom. tom. 3. pag. 684: *Solvit nobis annuatim 5. maldra annonæ, 5. speltæ 5. avenæ, 5. sumerinos pisæ, 1. sumer. olei, 2. aucas, 4. pullos et Scaplum vel 16. Halenses. Vide Scaphula in Scapha.* Hic forte instrumentum ipsum quo quantitas deprehenditur, nisi idem sit quod *Scapula* 1. et 2.

**SCAPOARDUS**, nomen dignitatis, seu officii Palatini in Francia, quod inter minora ministeria reponitur ab Hincmaro de Ord. Palatii cap. 17. forte is, cui vasorum custodia credita erat, ex *Schap*, Teutonico, promptuarium, armarium, vas, theca, *σαρῆς*, Kyliano, et *Ward*, custos: jungitur enim *Ostiaris*, *Succellaris*, et *Dispensatoribus*. Vide *Scapwardus*.

† **SCAPOLATUS**. Vide *Scapolus*.

\* **SCAPOLERIUS**, Æris campani pulsator, idem qui supra *Scabolertus*. Comput. ann. 1482. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 21. col. 1: *Item solverunt Johanni Loyracii, Scapolerio dictæ ecclesiæ cathedralis, pro suis laboribus impensis ad pulsandum campanas pro dicto curtari domini nostri regis, xxv. solidos Turon.* Iterum occurrit in Computo ann. 1498. ibid. pag. 71. col. 1.

† **SCAPOLUM**. Vide infra *Scopelum*.

**SCAPOLUS**, *SCAPOLATUS*. Visitatio Theaurariæ S. Pauli London. ann. 1295: *Calix argenteus Henrici de Northampton deauratus cum pede cocleato et Scapoluto, et pinæto ponderis cum putena 50. sol.* Alibi: *Scandalia de Indico sameto cum caligis breudatis, cum Scapolis et leonibus.* Rursum: *Capa... de rubeo sameto breudata cum Scapolis.* Alibi: *Frontale de rubeo senduto, cum firmaculis et Scalpiis.*

**SCAPPO**. Vide *Scapton*.

† **SCAPORISUM**, Sepulcrum, a *Capsa*, ut videtur, scilicet dictum. M. VERIDIUS M. L. NAZARIUS SELLULARIUS SCAPORIUM ECCLIESIBI, etc. in Inscript. Gudii ccxxv. 1. Vide indic. pag. XLIV.

**SCAPTON**, Vas quoddam. Charta Adalberti Regis Anglorum in Monastico Anglie. tom. 1. pag. 24. et in Chron. Willelmi Thorn. pag. 1762: *Missurum etiam argentum, Scapton aureum; item sellam cum freno aureo, ... quod mihi xenium de D. PP. Gregorio directum fuerat.* Ignotus Casinen-

sis in Histor. Longob. cap. 10. de Siconolfo Principe Beneventano: *Abstulit de S. Benedicto... in agrifis baciam unam, et Scaptonem unum, Constantinopolitano deaurate fabrofacte vasa opere.* *Scapton* mendose, pro *Scaptonem*, his locis scriptum putat Somnerus, vix tamen est ut assentiar, tamen nihil aliud succurrit. [\* *Σκαπτριον* pro *σακπιον* est in Glossar. med. Græcit. col. 1382. Idem videtur *Scappon* argenteus in Chron. Salernit. cap. 55. ubi var. lect. *Scalpo*.]

1. **SCAPULA**. Acta Muriensis Monasterii pag. 40: *Unusquisque (rusticus) dat duas Scapulas plenas de carne, et duos panes, et quartam partem metretæ de cerevisia.* Pag. 61: *Et de manso ipsius tres modii speltæ, et duo avenæ, et quatuor Scapulas.* Vide *Scapulus*, *Scapha*. [\* Forte idem quod *Scapula* 2.]

\* 2. **SCAPULA PORCINA**, Imbrex porci, Gall. *Echinée*. Lib. cens. eccl. Rom.: *Hominines de Anticulo (debent) quinquaginta Scapulas porcinas.* Vide supra *Scamaria*.

**SCAPULAS DARE**, Fugam inire, *Tournure les espaulles*. Radulfus de Diceto ann. 1040: *Theobaldini impetus Andegavorum non ferentes, in fugam versi Scapulas dederunt.*

**SCAPULARE**, Ugutioni, vestis, *scapulas tantum tegens*. [*Vestis apostolica instar crucis* dicitur in Vita S. Willelmi Ducis sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 83.] Mamotrectus ad Legendam S. Hilarionis: *Palliolum, id est, Scapularium.* Monachorum vestis propria cum labori et operi insistebant, loco cucullæ, ut quæ brevior esset, et minus ampla, et caput tantum et scapulas tegebat. [Theodemari Epist. ad Carolum M. de Usibus Casinens.: *Statuit autem venerabilis Pater, ut Scapulare propter opera habeant, quod ob hoc Scapulare dicitur, quod scapulas præcipue tegat et caput: quod vestimentum pene omnes in hac terra rustici utuntur.* Sigebertus Gemblac. pag. 120. edit. Basil. ann. 1566: *Propter opera tantum constituit S. Benedictus alteram cucullam, quæ dicitur Scapulare, eo quod hujusmodi vestis apta sit caput tantum et scapulas tegere.* Ubi *Scapulare* nomine cucullæ interdum designari advertere est.] Regula S. Benedicti cap. 55: *Scapulare propter opera.* Statuta Ordinis de *Senpringham* pag. 718: *In tempore laboris Scapularia habeant alba, quemadmodum pallium eorum.* Infra: *Monachi habeant... scapulare ad laborem.* Rursum: *Quæ laboraverint, cum Scapulari laborare possunt, etc.* Warnerius MS. in Caprum Scottum ad Monachum Poetam:

Et tibi propter opus humeris Scapulare tegatur.

Bulla Innocentii IV. PP. de Institut. Clarissarum: *Scapularia de levi et religioso panno, vel flaminea, si voluerint, amplitudinis et longitudinis congruentis, sicut uniuscujusque qualitas exigit, vel mensura, quibus induantur, cum laborant, vel tale aliquid agunt, quod pallia gestare non possunt.* Cæsarius lib. 8. cap. 96: *Tunicam habens talem et clausam, Scapulare vero latum, ultra genua longum.* Vita S. Eugendi Abb. cap. 2: *Æstivis temporibus caracalla, vel Scapulari cilicino utebatur.* *Scapularia* virorum tantum fuisse, non feminarum, videtur innuere Heloissa Abbatissa Paracleti Epist. 6: *Quid ad fe-*

minas, quod de cucullis, femoralibus, et Scapularibus ibi (in Regula S. Benedicti) scriptum est? Vide Problemata ejusdem cap. 24. Hæftenum lib. 5. Disquisit. Monast. tract. 3. disq. 5. et 6. et Menardum ad Concordiam Regular. pag. 888.

☞ Ut vestibus parcerent dum operi vacabant, Monachis primò concessum est scapulare, quo præterea non utebantur. Idem posterioribus sæculis obtinuisse docet Vita B. Stephani Abbat. Obazin. apud Baluz. tom. 4. Miscell. pag. 163: *Vix equo descenderat, cum mox Scapulari indutus cuncta circumquaque monasterii vel grangiæ loca seu domicilia impigre peragrabat... Ipse etiam sumpto bidente vel quolibet instrumentum, si quid tunc agendum esset, vel incipiebat, vel jam captum perficiebat, et ad operandum alios invitabat.*

☞ Eadem de causa, propter laborem scilicet, Canonicis Regularibus Scapulare tribuitur in antiquis Consuetud. eorumdem apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1221: *Sufficient ergo fratribus... cappa, femoralia, caligæ, pedules, et propter laborem Scapulare.*

† **SCAPULARIS**, in Vita B. Petri Damiani sæc. 6. Bened. part. 2. pag. 252: *Dum hic esset aliquando cum suo profecturus magistro, molliorem Scapularem induere, atque pulcriorem quam affectaret, equum ascendere jussus est.*

† **CAPULARIS**, Eodem significato, in Capit. gener. MS. S. Victoris Massil. ann. 1313: *Prohibemus ne infra monasterium ullus presumat Capularem portare, nisi ipsum albis vel aliis indumentis sacris ad serviendum in divinis officiis indui oporteret. Extra monasterium vero in prioratibus sive in eorum mansis, ... Capulari prædicto, si manuum operibus occuparentur, utantur.*

\* Unde nostris *Capulaire*, eadem notione. I.e. Roman de Robert le Diable MS:

De Pesclavine, qui fu forte,  
S'est affuléz à Capulaire.

☞ Latiori acceptione interdum usurpata est vox *Scapulare*, pro veste scilicet quæ scapulas præsertim tegebat: unde alii præter Monachos ea usi sunt. Vita B. Edmundi Cantuar. Archiep. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1794: *Liuteamina, coopertorium, vel etiam calcitræ non habuit; sed cappa sua vel Scapulari, seu certe pallio se contexit.* Unde quidam nobilis cum jam ipse promotus esset in Archiepiscopum, de illo minus discrete protulit tale verbum: *Qualem, inquit habemus Archiepiscopum, qui operimentum suum diebus et noctibus desert secum? Hoc autem dicebat de Scapulari, quo se vir sanctus noctibus operuit, et diebus deferre circa humeros consuevit.* Vide *Scapillare*.

**SCAPULARIUM**, [ut *Scapulare*. Chronic. Farsense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 662: *De Scapularis eorum (Monachorum) vestimenta et caligæ sibi et suis militibus fecerunt; in capite asiui Scapularium nuserunt, et, Domne Abba benedicite, dixerunt.] Lampertus Ardensis pag. 258: *Rustici cum bigis maratoris [marlatoris] et carris finaribus calculos trahentes ad sternendum in viam [in via] in moffulis et Scapulariis se ipsos ad laborem invicem animabant.* [Ubi pro veste operaria accipitur.]*



† **CAPULARIUM**, ut *Scapularium*, Vestis scapulas tegens. Computus ann. 1202. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. CLXXXIII : *Dominus Ludovicus habuit post comptum 1. capam viridem et 1. Capularium ad S. Andreani, que costaverunt vi. l. iii. s. minus.*

\* **SCAPULARE LINGUARUM**, Pœnitentiæ genus apud Carmelitas, de quo in eorumd. Constit. MSS. part. 3. rubr. 8 : *Qui objecerit, et probare non poterit de hiis que probationem requirunt, penam gravioris culpæ per 40. dies sustinebit, concedendo in terra cum Scapulari linguarum... Si quis falsum testimonium contra aliquem vel aliquos dixisse convincatur, suavi faciet pœnitentiam in terra comedendo coram toto conventu in pluribus conventibus sue provincie ad hoc missus, per tot dies quot superiori suo videbitur expedire, sedendo super terram indutus aliquo Scapulari, super quo duodecim lingue aut circiter, ante et retro, de panno rubro vel albo consutæ hinc inde modo vario, in signum quod propter magnum linguæ sue vitium, illo modo merito sit puniendus, et postea carceri mancipetur.*

\* **SCAPULATUS**, Scapulosus, scapulis dilatatus. Alex. Iatrosoph. MS. lib. 2. Passion. cap. 114 : *Tenuis et sicci et thoracem habentes angustum, ita ut non sint Scapulati, etc.*

\* **SCAPULUS**, pro Capulus, Gall. *Poinée*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521 : *Scapulus, Hent d'espée*. Aliud ann. 1352. ex Cod. 4120 : *Scapulus, pars ensis, Gallice Hendre*. Vide supra *Haudseax*.

† **SCAPWELD**, apud Hovedenum in exordio Legum Willielmi I. et Henrici II. part. post. Sed legendum monet Spelmanus *Ceapgold* vel *Cheapgild*, quod Saxonibus pecudis seu cattali restitutionem sonat, a *Ceap*, merx, mercimonium, pecus, catalum, et *gyl*d vel *g*eld, solutio, restitutio.

† **SCAQUA**, Mensuræ species apud Occitanos. Sententia arbitralis ann. 1292. inter Abbat. et Consul. Gimont. : *Dixerunt et pronuntiaverunt quod pertiens cum quo mensurantur arpenta terræ et vineæ et alii honores habeat in perpetuum et habere debeat decem palmos bonos et largos de longo ut hactenus habere consuevit, et arpentum computetur de centum duabus libris et octo Scaquis, et conquada terre computetur de septuaginta quatuor libris et decem Scaquis ad perticum superius memoratum. Occitani Escach vulgo vocant reliquum frumenti quod mensuram excedit, unde Scaqua accersenda videtur. Vide in voce *Libra* pag. 102. col. 1.*

† **SCAQUARIUS**, ut *Scacarium*. Charta ann. 1230. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1245 : *Recipiemus annuatim ad Scaquarios suos per manum ballivi sui nobis super hoc jurati medietatem omnium proventuum dictarum terrarum. Vide in Scacci 1.*

† **SCAQUERIUM**, Eadem notione, in Statutis MSS. Capituli Audomar.

† **SCAQUETI**, ut *Scacci 1.* Statuta Eccles. Helen. inter Conc. Hispan. tom. 3. pag. 592 : *Clerici ludentes ad taxillos vel Scaquetos, sint ipso facto excommunicati.*

\* **SCAQUI**, ut *Scacci 1.* Gall. *Echees*. Stat. ann. 1352. inter Probat. tom. 2. Hist.

Nem. pag. 153. col. 1 : *Item quod nulla persona... audeat in ipsis tabernis... ludere ad talas, tabulas sive Scaquos. Vide Scaqueti.*

† **SCAR**, vel **SCARE**, Agger ad ripam, Gall. *Quai*. Statuta Massil. lib. 1. cap. 51. § 3 : *Decerentes similiter quod nullus a modo audeat vel possit discaricare lignamina aliqua pro vendendo in Massilia alicubi infra portum, vel prope illum, aut infra Massiliam, nisi in Scari vel Scaribus comunis Massiliæ. Ibidem lib. 2. cap. 33. § 6 : Ad dentes insuper huic capitulo quod... nec intestina bestiarum aperiantur, vel laventur in portu Massiliæ, vel circa ripam portus in Scari, vel abbi.*

1. **SCARA**. Papie, *Combustio ignis*. Glossæ MSS. ad Alexandrum Iatrosoph. : *Scara, vel escara, i. ustura*. Nos *Escare* dicimus vulneris crustam. *Scara vulnere*, apud Gariopontum lib. 3. cap. 53. [Vide Lexic. Martinii.] Vide *Esca*, 3.

\* Glossar. medic. MS. Sim. Januens. ex Cod. reg. 6959 : *Scara vel Escara, Græce, crustula, que ab adustione ignis, vel alterius cujuscumque rei fit. Vide Eschara, 2.*

2. **SCARA**, Virgultorum silva, Henschenio. Charta Germanica ann. 794. apud eundem in Comment. ad Vitam S. Ludgeri Episc. Mimigard. § 4 : *Id est, hovam illam integram Alfgating-hova, cum pascuis et perviis et aquarum decursibus; et Scara in silva, juxta formam hovee plenæ.* [\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 529. vocibus *Waltscara* et *Scaranez*, Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 531. et 499.]

Quo jure Henschenius *Scaram* hic virgultorum silvam intelligat non percipio. Agrum pascendis porcis destinatum interpretor, a Germ. *Scharren*, fodere : terram quippe fodiendo pascuntur porci. Charta ann. 855. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 141 : *In silva que dicitur Puthem Scaras viginti octo, in villa Irmenlo, in illa silva Scaras sexaginta.*

† **SCHARA**, Eadem notione, in Charta ann. 838. apud Miræum tom. 1. pag. 499 : *Et mansas vetustas sex ad ipsam curtem conspicientes vel pertinentes, cum perviis legitimis, mobile vel immobile, et de silva Schara ad porcos, etc.*

\* Nec virgultorum silva, nec ager pascendis porcis destinatus hac voce significatur : Jus utendi silva alterius intelligi debet, ut colligitur ex Charta Otton. comit. Ravesberg. ann. 1166. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 608 : *Obtuli curtini cum foresto adjucenti et jure nemoris vicini, quod vulgariter Scara vocatur. Quod jus in eo præsertim positum fuisse videtur, ut quis posset in silva capere ligna construendis porcorum stabulis necessaria. Hinc Scaram, stabulum interpretor, in Charta Phil. Pulc. ann. 1309. ex Reg. 45. Chartoph. reg. ch. 36 : *Quoddam pratrum cum columbario et Scara et duobus ortis. Nisi tamen, quod puto, legendum sit Scura. Vide infra in hac voce.**

3. **SCARA**, *Acies*, cuneus, copie militares. Hincmarus in Epist. ad Diocesis Remensis Episcopos cap. 3 : *Bellatorum acies, quas vulgari sermone Scaras vocamus. Aimoinus lib. 4. cap. 26 : Collegit e*

*Franciæ bellatoribus Scaram, quam nos Turmam, vel Cuneum appellare possumus. Occurrit apud eumd. iterum lib. 5. cap. 41. Gesta Dagoberti I. Regis Francor. cap. 31. et Fredegar. cap. 74 : Disponensque Rhenum transire, Scaram de electis viris fortibus ex Neustria et Burgundia cum Ducibus et grafionibus secum habens, etc. Annales Francor. a Lambecio editi, ann. 803 : Et ipse sine hoste fecit eodem anno; excepto, quod Scaras suas transmisit in circuitu, ubi necesse fuit. Utuntur passim Scriptores istius ævi, Annales Francor. Tiliani ann. 773. 775. idem Annales Loiseliani ann. 766. 773. 776. 778. 785. Vita Caroli M. ann. 778. Chronicon Moissiacense ann. 804. 809. Annales Franc. Bertiniani ann. 766. 774. 776. Capitularia Caroli M. lib. 3. cap. 68. Capit. Caroli C. tit. 53. § 7. Erchempertus in Histor. Longobard. cap. 35. 72. Capitula Radelchisi Princip. Benev. cap. 3. Vita S. Genulfi lib. 2. cap. 6. Codex Carolinus Epist. 88. Epist. Caroli M. ad Fastradam Reginam Joan. Abbas in Chronic. Vultur. lib. 3. Fulcherius Carnot. lib. 1. cap. 14. lib. 2. cap. 10. etc. Alamannis Schaar idem sonat. [\* Vide Graffii Thes. Ling. Franc. tom. 6. col. 530. voce *Scara*.] Hinc nostratibus Poetis, *Esquierre*; unde nata vox ævo hoc usurpata eodem sensu, *Escadron*. Guillel. Guizart Aurelianensis in Hist. Franc. MS :*

Et li Rois ne veut con les sive,  
Mès sans son se se distrive  
Du Chief de l'une des Esquieres.

Auctor Mamotrecti 2. Reg. : *Acies, est militia ordinata, que dicitur Schera. Joannes Villaneus lib. 6. cap. 80 : Ma però non lasciarono Fiorentini di fare loro Schiere. Lib. 7. cap. 27 : Si ristrinse e serrò a Schiera con sua gente. Lib. 10. cap. 86 : Usci tutta l'hoste di Fiorentini con ordinata Schiera. Inde eidem Scriptori Schierare, aciem ordinatim disponere, lib. 7. cap. 26 : Fece armare e Schierare sua gente. [Vide infra *Squadra 1.*]*

† **SCARRA**, Eadem notione, in Annal. vet. Franc. ad ann. 806. apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 910 : *Misit (Carolus Imper.) filium suum Carolum Regem super Durling ad locum qui vocatur Walada, ibique habuit conventum magnum, et inde misit Scarras suas ultra Albiam. Vide Carolum de Aquino in Lexico milit. Martinium, et *Scala 7.**

† **SCHERA**, Eodem intellectu. Memoriale Potestat. Regiens. ad ann. 1218. apud Murator. tom. 8. col. 1101 : *Et die tertio Soldanus et Corradinus miserunt sexcentos Saracenos intraturos Damiatam, qui sortiti fecerunt tres Scheras inter se, ita dicendo : Si quis intraverit, remittat nuntium, ut venientes intremus cum illo.*

\* *Escadre*, in Ordin. milit. MS. Caroli ducis Burg. ann. 1473 : *Les conductiers après leur institution, et qu'ils seront arrivés en leurs compaignies, les departiront en quatre Escadres egales, et sur les trois d'icelles commettront trois chiefz d'Escadre, lesquelz ils pourront eslire,.... icellui seigneur leur baillera le quatrieme.*

† 4. **SCARA**, *Angaria in equis vel aliis servitiis*, in Gloss. Mons. apud Schilter. in



Glossar. Teuton. Hinc Cæsario Heisterb. *Scaram facere, est domino, quando ipse jusserit, servire, et nuncium ejus seu literas ad locum sibi determinatum deferre. Vide in Harniscara.* Fragn. Breviarum rerum fiscalium Caroli M. inter Collect. Etymol. Leibnit. pag. 320: *Secat de feno in prato dominico carradas 1. et introduct. Scaram facit.* Infra: *Operatur in anuo hebdomudas vi. Scaram facit ad vinum ducendum.* Pluribus ibi. Registrum Prumiense ibid. pag. 424: *Guntherus similiter duo servilia (mansa) qui etiam similiter servire debuissent sicut superiores, et modo Scaram faciunt.* Præceptum Lotharii Reg. ann. 856. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 144: *Nullus judex publicus absque ejus (Abbatis) jussione, ad causas audiendas, aut freda undique exigenda, vel fidejussores tollendos, nec Scaras, vel mansionaticos... exactare præsumeret.* Eadem habentur in Præcepto Ludovici Reg. ann. 878. ibid. col. 203. et in alio Arnulfi Reg. ann. 888. ibid. col. 225. Vide *Scararii* et *Scaramanni*. [\* Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 317. voce *Scaramanni* et Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 528. voce *Scara*, mox *Scaraguayta*.]

† 5. **SCARA**, Familia, genus. Mirac. S. Genulfi sc. 4. Bened. part. 2. pag. 226: *Hic (Wifredus) ex illa nobilium Scara Francorum, quam gloriosus Rex dominus Pippinus... in urbe Biturica ad Guaiferii Ducis Aquitaniae partes expugnandas reliquerat, originem trahens, regali quoque prosapia oriundus erat.* Vide *Squadra* 2.

† **SCARAFONUS**. Chron. Petri Azarii apud Murator. tom. 16. col. 398: *Sed sic tarde et tempestive, sicut ipsis Scarafonis etiam officialibus suis præcepit, prædicta cum summo studio exsequuntur.* Vide *Scarani*.

\* F. pro *Scarafaldonus*. Academ. Crusc. *Scarafaldone*, Satelles, miles.

**SCARAGUAYTA**, Germanis, *Schaerwachte*, ex *Schaere*, agmen cohors, et *wachte*, excubiæ: quasi excubiæ cohortium. [\* Confer *Scara*, 4. Capitulum Bononiense Carol. M. ann. 811. Baluzio secundum ann. 812. cap. 2: *Ut non per aliquam occasionem nec de wacta, nec de Scara, nec de warda... heribannum comes exactare præsumat.*] Gloss. Lat. Gall.: *Excubiæ, veillées, gaites, eschaugaites*. Charta Galeacii Comitum Virtutum ann. 1371: *Dictus Emanuel investitus, possit et valeat in prædicto castro... imponere fodra, et taleas, rogias, et caregia, guaytas, Scaraguaytas, exercitus et cavalcatas.* Occurrit non semel in Regesto, unde excerpta hæc Charta, ubi interdum *Schearaguayta* scribitur. [Statuta Astens. Collat. 8. cap. 7. f. 26: *Ordinatum est quod omnes cives Astenses... teneantur et debeant ire et stare in exercitiis et cavalcatis cum hominibus dicte ville, et facere guaytas et Scaraguaytas, fossata et alias fortalittas dicte ville.*]

**ESCHARGAITA**. Charta G. Comitum Nivernensis et Forensis ann. 1228: *Nec in nostrum exercitum, chavalgiam, gaytiam, Eschargaitam ire teneantur.* Charta Libertatum Oppidi Jasseronis in Bressia ann. 1283. apud Guichenon.: *Si ille, cui Eschargaita denunciata fuerit infra dictos*

*terminos non Eschargaitaverit, duplicem dabit pro ea vice Eschargaitam.* Infra: *Denuntiator Eschargaitæ debet a burgensibus in dicta villa constitui, etc.* Usatici Aquarum-Mortuarum ann. 1246: *Et sit de eorum officio mandare vel facere mandare gathas et Escargatas, et alias custodias, etc.* Vetus Interpres Gall. Will. Tyrri hæc ex libr. 3. cap. 12: *Locatis in gymru excubiis, vertit, Ils firent leur ost bien Eschargueter.* Historia Bellorum Ultramarin. MS: *Et quant cou vint à la nuit, Chrestien se fisent mult bien Escargattier.* Le Roman d'Alexandre MS:

Quar les Eschargaites les voient,  
Qui l'ost Eschargattier devoient.

Le Roman d'Aubrey MS:

Et vos armez tost et isnellement,  
Une Eschargaita me faite saigement.

Le Roman du Reuard MS:

Sur chascune tour une gaita  
Fist mettre pour Eschargattier.

Le Roman de Rou MS:

Aillors deusson herbergier,  
Et faire tous Echargattier.

Alibi:

Seriant i mist et Chevaliers,  
Et Eschargaites et portiers.

Aliter redditur vox hæc in alio Gloss. Lat. Gall.: *Manubie, Eschargaites, espies, ou despouilles, choses de proie, rapine.* [\* Confer *Scamares*.] Vide *Gayta, Wacta*, et *Thomasserium* in Consuet. Bituric. pag. 436.

† **ESCHAUGUETA**, in Tabul. Brivat. ann. 1282. fol. 48. vº: *Guetas, Eschauguetas sive excubias, etc.* Le Roman d'Athis MS:

Commandée fut l'Eschaugnette  
A ceulx d'Athènes qui la guette,  
Trois mil hommes de nuit veillerent  
Qui toute l'ost Eschauguerent.

† **EXCHALGAYTA, EYCHALGAYTA**. Charta ann. 1306. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 126: *Quod ipsi non possint compelli præstare tallias, vel facere gaytas aut Eychalgaytas, etc.* Charta ann. 1346. ibid. pag. 538: *Præsentes et futuros ex nunc in posterum ab omni tallia, complinta, corvata, gayta, Exchalgayta... volumus... excusandos. Excubiam seu Exchalgaytam faciendos, in Charta ann. 1306. ex Regest. Johannis Comit. Pictav. in Camera Comput. Paris. f. 8.*

**SCARAMANGA, SCARAMANGUM, Vestis**, quam viri militares gestant supra vestes alias interiores ad arcendas pluvias, nives, gelu, cætera denique aeris incommoda, Leunclærio in Pandecte Turcico n. 17. ex Theodosio Zygoinala. Penulam certe vel Pallii genus fuisse, quo totum operiretur corpus, videntur innuere scriptores, cum Græci, tum Latini. Luithprandus lib. 6. cap. 5: *Quorum primus vocatus est Rector domus, cui non in manibus; sed in humeris posita sunt numismata, cum Scaramangis quatuor.* Infra: *Hi itaque paris numeri, qui dignitas par erat, numismata et Scaramanga suscipientes, etc.* Rursum: *Et 12. numismatum libris cum Scaramanga una donatus.* Historia Miscella lib. 18. pag. 557. ex Theophane: *Multas præterea spat'has auro circumclusas, et zonas aureas cum gemmis, et scutum Razatis totum auro re-*

*spersum acceperunt, et loricanum ipsius auro contextam, et Scaramaggium ejus detulerunt, cum capite ipsius, etc.* Pachymeres lib. 12. cap. 11. de Berengario Entenza Catalano: *Καὶ ἐσρτίους ἀξίους παρασήμοις κατὰ Ρωμαιοὺς φολλίζεσθαι, καὶ τὸ Σκαραμαγγίον ἐπιθέμενος.* Et cap. 15: *Ὁ δὲ συγχῶς μικρῆρα σφισί ἐμφαίνεν, ὡς καὶ οἷόν κἀδδῶ τῷ Σκαραμαγγίῳ κατὰ θηλάσσης ἐπὶ γέλωτι χροῖσθαι.* Omitto alios Scriptores a Meursio laudatos. Moneo tantum, ut *pallium* recentioribus Latinis pro panno, ex quo pallia conficiebantur, ita et *Scaramangam* videri usurpari pro panni specie, in Chronico Casinensi lib. 3. cap. ult.: *Fano Imperialis aureus totus. Scaramangæ Imperatorum duodecim.* Hinc *Scaramanginus*, pannus scilicet, ex quo confici solebant: *Planeta Scaramangina*, apud Leonem Ost. lib. 2. cap. 98. [Vide Gloss. med. Græcit. v. Σκαράμαγγιον.] [\* et Murat. Antiq. Ital. med. ævi tom. 2. col. 408. E.]

**SCARAMANNI**, vel **SCAREMANNI**, Servientes, ministri judicum, sic dicti quasi *Schar-man*, id est, homines *scaræ*. [Vide *Scara*, 4. [\* Chartæ Henrici III. ann. 1056. et Henrici IV. Imp. ann. 1065. ex Tabulario S. Maximini Trevir.: *Servientes vero, qui Scaramanni dicuntur, nulli Advocato pro quibuslibet culpatis, aut rebus, respondeant.* Infra: *Si villani debitum censum Abbati volunt denegare, primum per alios judices ac ministros, qui Scaramanni dicuntur, ad viam reducantur, si possint, etc.* Occurrunt ii pariter in Charta Conradi Comitum Lutziemburgensis ann. 1135. et alia Theoderici Abbatis in eodem Tabulario. Vide Zyllesium in S. Maximino pag. 40. 45. [et infra *Scararii*.]

\* **SCARAMANTICUS**, an idem qui *Scaramannus*, serviens, minister judicum? an *Navigii* nomen? Decret. Liutpr. Reg. Langob. ann. 715. vel 730. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 24: *Item in Campo Martio transitura debeat dare binos trenisses per singulas naves. Scaramanticus vero nihil providemus dare, sed liberent transire præcipimus.* Vide *Scaramanni*.

† **SCARAMPI** dicti quidam Usurarii publici sub Johanne Rege Franc. qui Edicto ejusdem Regis ann. 1353. tom. 2. Ordinat. pag. 523. proscripti fuerunt: *Contra quas quidem societates Scaramporum, Angoissolorum ac Faleorum (vel Falctorum) et Th. le Bourguignon, ac eorum socios et fautores, adeo in curia Parlamenti extitit processum, quod ipsos et eorum fautores suo et favorito nomine, fore usurarios publicos et usurarium pravitatem nocentes, culpabiles et convictos, prædicta curia, per ipsius definitivam sententiam pronun-  
ciavit.*

**SCARAMUTIA**, Levis conflictus, Ital. *Scaramuccia*, nostris *Escarmouche*, quasi *scaramuccia*, militaris cohors occultata: est enim Italis *Muccire*, Occultare, nostris *Musser*. Sunt igitur proprie *Scaramuccie*, conflictus eorum, qui ex insidiis emergunt. [\* Vide Murat. Antiq. Ital. tom. 2. col. 1289.] Historia Obsid. Jadrensis ann. 1345. lib. 1. cap. 14: *Nullus fere præscribat diem, quin inimici mixtum Scaramutias, seu badalatis conficiebant.* Adde cap. 28. [Chron. Veron. ann. 1337. apud Murator. tom. 8.



col. 651 : *Ivit* (Petrus Rubeus) in obsidionem castris Montissilicis, et ibi pugnando in quadam Scaramucia, per unum peditem de intrinsecis percussus est de quadam lancea. Occurrit passim apud Scriptores Italos quos publici juris fecit idem Muratorius.] *Skermuche*, apud Jacobum Hemricurium de Bellis Leodisensibus. cap. 5. et alibi.

† SCARMUTIA, Eodem significatu. Memoriale pro Mag. Alberto apud Marten. tom. 1. Aneed. col. 1671 : *Item. De gentibus armorum dispositis in Italia, nulle videlicet lanceis, et aliis multis armatis, qui debent venire in occursum domini nostri Regis, postquam intraverit in Italiam ad preparandum passus et faciendum Scarmutias more stipendiatorum Italicorum.*

† SCARAMUZART, Velitari, ab Ital. *Scaramuzzare*, Gallice *Escarmucher*. Castellus in Chron. Bergom. ad ann. 1402. apud Murator. tom. 16. col. 899 : *Interfectus fuit Augustinus filius Merleti de Papis sub Bombonoso, qui ierat ad videndum Scaramuzari cum illis de Paltranica ad Pludittiam.*

† SCARANI, Iidem videntur qui *Scamares*, Prædones. Chron. Petri Azarii ad ann. 1363. apud Murator. tom. 16. col. 413 : *Universa Italia ipsam (Comitem) formidavit, et a Scaranis et inermibus pedibus indiscrete ipse Comes astutus existit suffocatus.* Hinc firmatur conjectura doctissimi Muratorii tom. 6. col. 987. ad Ottonis Morenæ Histor. ubi pro *Scaronos* legendum censet *Scaranos* : *Ceperunt Mediolanenses Scaronos (Codex Osii Staranos) de Papis, qui Serezanum deprædaverant, et plerasque casas ipsius loci exarserant, multosque etiam ex ipsis interfecerunt.* Vide *Starani*.

† SCARANTIA, SCARANZIA, vox Ital. Angina, Gall. *Esquinancie*. Mirac. B. Pii V. PP. tom. 1. Maii pag. 717 : *Gerardinus de Gerardinis, in extremis laborans infirmitate Scarantie, etc.* Vita B. Æmilie tom. 7. Maii pag. 567 : *Sorori nostræ Æmilie angine morbus, quem Scaranzium vulgo nuncupant, cui inspectæ medicus negavit ullum finem sperandum nisi a morte.* Vide *Scinanticus*.

† SCARAPUS, pro *Scarpsus*. Vide ibi.

SCARARII, Iidem forte qui *Scaramanni*, de quibus supra. Charta Ottonis III. Imp. ann. 990. pro Monasterio S. Maximini Trevirensi apud Nicol. Zyllesium : *Advocati quoque constituti in villis eorum, nec non homines illius loci, qui vocantur Scararii, nisi (in) presentia Abbatis vel ejus Præpositi placitum habere præsumat, bannumque in placito cum Scarariis hominibus habito, non Advocatus, sed Abbas accipiat, aliaque familia Abbati subjecta, placitum nullius, nisi Abbatis, vel ab eo constitutorum, attendat.*

† Scararii dicebantur, qui *Scaram*, seu servitia eo nomine designata, debent. Vide *Scara* 4. Iidem qui *Ministeriales*, quorum varia fuit conditio, ut in hac voce videre est. Registrum Prumiense inter Collect. Etymol. Leibnit. pag. 420 : *Sciendum est quod omnes homines, villas et terminos nostros inhabitantes, tenentur nobis curvadas facere; non solum mansionarii, verum et Scararii, id est, Ministeriales.*

Ibidem pag. 424 : *Ello habet mansum unum, qui similiter Scaram facit, sicut ceteri Scararii.* Rursum pag. 425 : *Sunt ibi Scararii duo qui similiter servant, nisi quod suales, nec pullos, nec ova solvunt.* Charta Henrici III. Imp. an. circit. 1102. apud Marten. tom. 1. Imp. Collect. col. 597 : *Placitam cum servantibus, id est Scarariis S. Salvatoris, etc.*

\* Aliter censet Wachterus in Glossar. Germ. quem cum omnium accuratissime de hujus vocis origine et significatione disseruerit, hic exscribendum putavi. *Schar*, inquit ille, Villa, pagus, ager. Vox Celtica, quæ Cambris effertur *Caer*, Anglo-Sax. *Schr*, Anglis *Shire*. Antiquissimis temporibus latius patuit, et communem habitandi locum denotavit, ut demonstravi in *Kerl*. Postea ad villam restringi cœpit. Inde Latino-Barbaris *Scararii*, rustici, villani; *Scaramanni*, iudices et præpositi villarum. Cangius *Scaramannos* cum *Scarariis* confundit : sed ex lingua Anglo-Saxonica nosse poterat *Seyr-man* denotare centuriæ præfectum. Leibnitius *Scararios* confundit cum militibus; quod ex registro Prumiensi refellit Estor in Commentario de *Ministerialibus*. Sed rusticos *Scararios* ipse male derivat a *Schar*, cohors, turma; cum manifesto sit a *Schar*, villa. Quod vel hinc colligere poterat vir doctissimus, quia *Scharwerk* etiamnum dicitur opera rustica in Palatinatu superiori, Boiariisque, prout ipse refert pag. 282. Vide infra in *Scario* 1. [\* Grim. Antiq. Jur. Germ. pag. 317. num. 27.]

\* SCARATUS, Pedamentum, cui vitis innititur, nostris alias *Escharas*. Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 631 : *Ipsæ Egidius faratus fuerat certam quantitatem aut numerum passellorum sive Scaratorum vineæ.* Vide *Eschara* 1. et *Scallatus* 2.

\* SCARAVELLUS, Gradus, Gall. *Echelon*. Guido de Vigev. de Modo expugn. T. S. MS. cap. 2 : *Scaravelli illius scalæ seu scalarum fiant in hunc modum, scilicet longi et curti, ... et grossi in tantum quod sint fortes, etc.*

SCARBELLUS, Instrumentum ad capiendas porzanas in canosis vallibus, ubi morantur, ex duobus arcibus valde plicatis confectum ab invicem distantibus, inter quos modicum postponitur fructus herbæ *cochæ*, similis per omnia cerasis, quem accipere volunt, et collo stringuntur. Ita Petrus de Crescentiis lib. 10. de Agricult. cap. 28. Vetus Interpres Gallicus legit *Scarpellus*.

SCARCELLA, Pera coriacea peregrinorum, Ital. *Scarsella*, nostris, *Escarcelle*. Juncta Bevagnas in Vita B. Margarete de Cortona num. 7 : *Et visitabis me cum baculo peregrino, Scarcellis pendentibus ab humeris vestris.* [Computus ab ann. 1333. ad ann. 1336. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 275 : *Pro una Scarcella de seta quando ivit dominus Romam, taren. v. gr. x.* Ita etiam legendum videtur pro *Scarella* in Computo ann. 1334. T. Grasivod. fol. 131 : *Peroneto dorerto pro ano laqueo et alia munitione argenti et sirici facta et posita in quadam Scarella pro dicto quondam Dalphino, III.*

*solid. obol.*] Vide Oct. Ferrarium in *Scarsella*.

\* Pontif. MS. eccl. Elnens. : *De benedictione baculi seu Scarcellæ peregrinorum. Postea aspergat aquam benedictam super Scarcellam et baculum, et tradit illis dicens : Accipite has Scarcellas et hos baculos habitum peregrinationis vestræ, In nomine, etc.* Vide supra *Pera* 1.

SCARSELLA, Eadem notione. Boncompagnus in Arte Dictaminis MS. lib. 2. extremo : *Jozosum est, quod refero, sed absque dubio vobis esset damnosum, quum ille, quem vultis recipere in maritum, hermaphroditus esse abduco perhibetur. Unde si haberitis burdonem, reperiretis in eo Scarsellam.* [Occurrit præterea in Chronico Jac. de Voragine. Locus est in *Slavina*.]

\* SCARDAVO, ab Italico *Scardafone* vel *Scarabone*, *Scarabæus*, insecti genus. Mirac. S. Rosæ tom. 2. Sept. pag. 475. col. 2 : *Statim dictos demones, ut nigros Scardavones emiseret per ora.*

† SCARDIUM, Judicium. Vide *Esgardium*.

† SCARDOLA, vox Italica, Pisciculi species. Petrus Azarius de Bello Canepic. apud Murator. tom. 16. col. 428 : *Ubi dicta aqua nequivit desiccari, sed in lacu remansit, faciens bonas Scardolas, lucios et tencas.*

\* SCARDOTIUM, Pecten lanarius, Ital. *Scardasso*. Serm. Gabr. Barel. de Choreis : *O Katherina da mihi Scardotium et aliam illam piscidam.*

SCARDUS, Avarus, parvus, Gallis *Eschard*, vel *Eschars*, forte a Saxon. *sceard*, fragmen, quod avari res minimas tantum erogent; [vel ab Armorico *Scars*, parum, et *Scarsa*, parum vel parce dare : nisi legendum malis *Scarsus*, et ab Ital. *Scarso*, parvus, accersas.] Ratherius Veron. Episcop. in Qualit. conjecturarum pag. 206 : *Cumque illi Episcopus, ut est utique Scardus, remandasset, non se illi amplius daturum aliquit, nisi de Archiepiscopatu Mediolanensi, etc.* [Le Roman de *Vacce* MS :

Li Roiz Ros volontiers fist,  
Toute la terre en gage prist;  
Onques vers lui ne fu Escars,  
Quer bien six mil et six cheus mars  
Et seuxante six li livra,  
Sour la terre qu'il li lessa.

Vide *Scarzo*.]

† SCARE, ut supra *Scar*. Vide ibi.

† SCARELLA, Vide *Scarsella*.

† SCAREMANNI, Vide *Scarananni*.

SCARESCELLUS, Restis ligneus, Gallis, *Harcelle*. Charta Communie Meldensis ann. 1179. concessa ab Henrico Comite Campaniæ, in Tabulario Campaniæ Thuano f. 290 : *Usuarium quoque, quod homines de Meldis in foresta de Maant antea habuerant, scilicet nemus mortuum ad comburendum, et Scarescellos aut vineas hominibus Communie concedo.* [Scarescellos editum apud D. Brussel tom. 1. de Usu feud. pag. 186. *Scharestellos*, tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 657. Ut ut est de genuina vocis lectione, ejusdem vim non percepisse videtur doctiss. Cangius : ibi enim vinearum administriculum, pedamen, Gall. *Echelas*, significat.]

1. SCARIA, Pustella, Turpedinis species apud medicos. Glossæ MSS. ad Alexandrum



Iatrosophistam : *Est tertia (turpedinis species) in qua pustulae grossae et nigrae plures, ut 4. vel 5. solent in toto corpore apparere, ut 4. vel 5. solent in toto corpore apparere, quam vulgus Salerni Scarium vocant. Haec dicitur pustula, et est periculosior, etc. Vide Scara 1. [\* Vide supra Scaratus.]*

\* 2. SCARIA, f. pro Stacia, Vectigalis species. Vide in hac voce. Charta Conradi II. reg. Sicil. pro Pisan. ann. 1269. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Chron. imper. Leon. Urbevet. pag. 273 : *Nullam aliam divicturam, seu teloneum, vel palliarium, Scarium, vel fundacagium, etc. Vide supra Scalagium.*

\* SCARIATUS. Vide mox in Scario 1.  
\* SCARIFARE, Venam instrumentum, quod Scariffum vocabant, percutere, Ital. Scarificare. Alex. Iatrosoph. MS. lib. 1. Passion. cap. 140 : *Sciri autem oportet quod multi... juverunt Scarifantes venas cum acuto exellari. Vide Scariffum.*

† SCARIFARE, SCARIFICARE. Vide Scariffum.

SCARIFFUM, in Notis Tironis pag. 150. Instrumentum forte, quo scarifant Chirurgi. Hesychius : *Σκαριφάσαι, ζύνει, σκάρπειν, γράφειν, ἔθελ καὶ σκάρφος.* Gloss. Lat. Græc. : *Scarifant, κατασκήσει, κατασκήσει, κατασκήσει. Scarifo, γράφω, κατασκήσει.* Sic vocem hanc in MSS. codd. Plinii legi asserit Salsmasius, ubi editi Scarificare praeferrunt. Vide an vox σκαριφών apud Constant. Porph. de Admin. Imp. inde deducatur.

\* SCARILIONES. Vide mox Scariliones.

† SCARILIONUS, ab. Ital. ut videtur, Scariola, Intubus, Gall. Endive. Statuta Vercell. lib. 5. fol. 126. v° : *Item quod si compariis per se vel per alium furatus fuerit... rebias, vel Scariliones, vel vendiderit, etc. Neque aliud est*

† SCARILIS, in iisdem Statutis fol. 122 : *Pro Scarili et assali, vel simili planta, solidos quinque. Vide Scariliones.*

SCARIMENTUM, Pars, portio. Tabularium Abbatiae Conchensis in Ruthenis, ch. 32 : *Et beneficium de fevo Ecclesiastico, hoc est mansum unum, et una vinea, et hortum de porta Vicarii, et Scarimentum de tertia parte sepulturae, quod pertinet ad Presbyterum. Vide Scarie 1.*

1. SCARIO, Ostiarius. Monachus Sangallensis lib. 1. de Carolo M. cap. 20 : *Tunc dixit nominatus, non revera Episcopus, ad Ostiarium vel Scarium suum, (cujus dignitatis aut ministerii viri apud antiquos Romanos Adilitiorum nomine censebantur) voca ad me illum pileatum hominem, etc. Sumitur etiam haec vox crebrius pro ministris judicium, quos perinde eadem notione Huissiers dicimus : vel certe pro minoribus judicibus. Charta Caroli Mag. Imper. in Chronico S. Vincentii de Vulturno tom. 3. Hist. Franc. pag. 675 [\* Murator. Scriptor. tom. 1. part. 2. pag. 359. E.] : *Ut si aliquo tempore orta fuerit contentio inter Abbatem, vel Advocatum suum, seu de servis, vel aliqua causa, inter vicinum suum, seu qualemcumque hominem, liceat eis se defendere per Scariones ejusdem Monasterii, sicut antiquitus consuetudo fuit. Idem Chronicon lib. 2. pag. 685. [\* Murat. pag. 372. c.] : *Et nullus audeat Abbates vel Monachos ejusdem canobii ad jurandum querere,***

*quia contra divinam credimus esse legem : sed per Scariones omnibus temporibus finem faciant, sicut prisca consuetudo fuit. Erchembertus in Histor. Longobard. cap. 78 : Monachos B. Benedicti pro rebus perditis jurare compulsi, quibus cessum fuerat ab omnibus retro Principibus... Sacramentum per se nulli homini dandum, nisi per Scariones. Charta Gaufridi Comitis Pictavensis ann. 1047. apud Sammarthanos in Abbatib. S. Mariae Santonensis : *Ut plane nulla humana potestas Regis, Ducum, Comitum, Vicecomitum, Gastaldionum, Scarionum, vel Archiepiscoporum, Episcoporum, etc.**

Ex his omnibus videtur Scariones fuisse Ecclesiarum Monasteriorumve servitio addieti : sed alterius conditionis sunt Scariones memorati in Charta Gaufridi Comitis, ut et in Charta Mathildis Comit. tom. 2. Bullar. Casin. Constit. 124 : *Si quis autem Comes, Vicecomes, Gastaldio, Scario, alicujus insuper conditionis, etc. Militum enim genus et quidem praenobile, ut observat Carolus de Aquino in Lexic. milit. videtur hoc nomine indicari. Vide Murator. in Notis ad Leg. Aistulphi Reg. tom. 1. part. 2. pag. 92. et infra Scartus 1. [\* Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 766. 882. Haltaus. Glossar. German. col. 1613. voce Schergen.]*

\* Minus bene conveniunt huic significationi loca allegata : unde Scario idem mihi videtur atque Advocatus seu qui vice alterius res gerit, quique praediis rusticis praefectus est ; non alius proinde a Scaramanno, eo sensu quo supra exponitur in Scarari. Charta ann. 754. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 135 : *Ordinati fuissent da parte ecclesia ipsa commutationem faciendum Jordanni arepresbitero... Achipter arcidiacono et Aduaci Scario ; et da parte curtis domni regis ab Alpert duci ordinati fuissent ad ipsa res extimandum Teupert Scario, etc. Alia Paluduli Capuae princ. ann. 1024. tom. 1. Hist. Cassin. pag. 38. col. 2 : *Folimus ut sic se defendat in ipso sacramento per suos Scariones, quemadmodum curtis regie Scariones per sacramentum defenditur, quando venerit, ut pars curtis regie sacramentum deducere debeant. Hinc**

\* SCARIATUS, Villæ ipsæ, quæ Scaronis curæ et administrationi commissæ sunt. Chron. S. Vinc. de Vulturno apud eumd. Murator. tom. 1. Script. Ital. col. 397 : *De decania de Cerquoio, de Scariatu Gaudiosi. In primis ipse Gaudiosus cum filiis suis, etc. Infra : Villa, ubi Martidisci dicitur, de Scariatu Gradiosisi... Item de Laurentisu, de Scariatu Theoderissi. In primis ipse Theoderissi cum filiis suis.*

SCHERIONES, Idem qui Scariones. Jura Ecclesiae Bambergensis pro Advocatia, in Metropoli Salisburgensi tom. 3. pag. 50 : *Non habebit Advocatus exactorem, vel nakhvoit, (postadvocatum) sed villici et Scheriones Episcopi et fratrum exigent ei jus suum, et judicent placitum. Infra : Si fur extraneus in villa capiatur, Scherioni Comitis tradetur extra villam, sicut cingulo tenus vestitus est. Rursum : Si quis culpabilis fuerit in homicidio, vel furto, vel quacunque re, non debet capi nec ab advocato, nec a procuratore : sed Scherio cum collegis suis omnia,*

*que habebit, publicabit, donec ille se purgaverit.*

† 2. SCARIO, Ordei species, Gall. Escourgeon, quo cerevisia conficitur. Charta ann. 1303. ex Tabul. Corbeiensi : *Super receptione et custodia vechiarum et Scaronis, custodie competenter, et etiam quandiu placeret portionariis debet.*

\* F. pro Scorio ; nam alias nostris Scourion et Scourion, eadem notione. Lit. remiss. ann. 1382. in Reg. 121. Chartoph. reg. ch. 236 : *Une picee de terre... semée de novvian d'un grain, appelé Scourion, etc. Dix journeux chargiés de Scourion, in Reg. 13. Corb. sign. Habacuc ann. 1513. fol. 184. v°. Vide supra Escorio.*

\* SCARIOBALA, Sunt quidam fusi sive nodi fixi in rota inferiori, qui movent fustum molendini, Gallice, Les nous de la roe. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7679. Aliud ann. 1352. ex Cod. 4120 : *Scariobella, Cavilla, quæ sunt in rota molendini. Scariobella, in altero ann. 1348. ex eod. Codice.*

† SCARIO TICUM Jus, Quo e numero militum quis expungitur, sive exactoratur, interprete Acherio. RATHERIUS Veron. Episc. de Contemptu Canonum part. 1. tom. 2. Spicil. pag. 166 : *Lege penitus canonica floccipensa, consuetudines teneant antecessorum suorum, Reges utique aut interficientium, aut excecantium ; Episcopus aut ignominiose vivere compellentium ; aut si hoc perpeti ut noster iste quisvis illorum patienter nequivit, Scariotico jure ut ab aliis pateretur, quid ipsi intulerant, fraudulentissime facientium. [\* Quod fecit Judas Iscariota.]*

1. SCARIRE, Proprie res in scaras seu partes distribuere ; Scaritus, in scaram distributum, selectus, Scarimentum, de quo supra, pars, portio.

2. SCARIRE. Capitula Caroli C. tit. 45. cap. 4 : *Id est, ut fidelitatem nobis promittant, sicut tunc Scarivimus, et scriptam Comitibus nostris dedimus. Quo loco Scarire, idem valet quod definire, peculiariter statuere. [\* Vide Graff. Glossar. German. tom. 6. col. 532. voce Scerian.] [Escharir, eadem notione, usurpare videtur le Roman de Rou MS :*

Puis a juré et arami,  
Si come un hons li Eschari.]

Vide Scarritto.

† SCARITIO. Vide infra Scarritto.

1. SCARITUS, [In Scaras conscriptus, et distributus, idem qui Scario.] Chronicon Fredegarum cap. 37 : *Unde placitum inter hos duos Reges, ut Francorum judicio finiretur, in Saloisia castro instituit. Ibiq. Theudericus cum Scaritis tantum decem milibus accessit, Theudebertus vero cum magno exercitu Austrasiorum, inibi praelium volens committendum, adgreditur. Idem Continuat. ann. 768 : Rex Pipinus in quatuor partes Comites suos Scaritos, et leudos suos ad persequendum Waisarionem transmisit. Synodus Ticinensis ann. 855 : *Cum ad nostrum quislibet nostrorum fidelium propter obsequium, tam eundo quam redeundo gradatim pacifice, et ut generalis utilitas (deest forte requirat) cum Scaritis veniat. Capitula Caroli Calvi tit. 43. cap. 17 : Adalardus Comes Palatii**



remaneat cum eo cum sigillo : et si ipse pro aliqua necessitate defuerit, Gerardus, sive Fredricus, vel unus eorum, qui cum eo Scarriti sunt, causas teneat.

2. **SCARITUS**, Alia, ut videtur, notione, usurpatur in Charta MS. ann. 1179. exarata Papiæ : *Et custodire debent omnes personæ Papiæ, et terræ Papiensis in avere et personis, et non debet uctare aliquem prædictorum locorum garnitum vel Scaritum.* Alia ann. 1235 : *Promiserunt et conveniunt... de cætero dare Communi Terdonæ Castrum Grondonæ guarritum et Scharitum, quodcumque fuerit necesse ipsi Communi pro aliqua guerra.* Vide *Scarritio*.

Idem videtur quod munitus, instructus, ut rursus colligitur ex Charta ann. 1203. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 181 : *Quod sæpe dicti domini de Vezano debeant dare præfatis domino Episcopo et Marchionibus, vel eorum certis nunciis omnia castra de prædictis possessionibus et podere guarrita et Scarita ad faciendam guerram et pacem cui vel quibus voluerint.*

\* **SCARIUS**, Famulus, qui ut balnea calida sint, curat. Ordo eccl. Ambros. Mediol. an. circ. 1130. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 890 : *Et generatio Scariorum debent calefacere balneum usque in perpetuum. Et isti Scarii debent habere sex denarios et serrabarum novum ab ipso Lepros.* Forte familiæ eujusdam nomen est.

† **SCARIZARE**, Salire. Gloss. Græc. Lat. : Σκαρίζω, *Palpito*. Vetus S. Irenæi interpres lib. 1. cap. 22 : *Quasi vermiculus Scarizare.*

† **SCARLACTEUS**, **SCARLATEUS**. Vide infra *Scarlatum*.

\* **SCARLIONES**, **SCARLIONES**, Ligna incisa, intra quorum exsectiones ea inseruntur, quæ fulcire debent. Guido de Vigev. MS. de Modo expugnandi T. S. cap. 2 : *Habeantur duo Scarliones,.... et sic ponatur illud lignum pedis perticæ in fossato super ipsis Scarliones;.... et super ipsis Scarliones redrizabitur baltrisca cum perticis.* Ibidem : *Primo positus Scarliones, ponatur pes pontis super ipsis Scarliones, et subito cum navibus et perticis proiciatur supra murum.*

**SCARLATUM**, **SCARLATA**, **SQUALATA**, Coccus, vel Coccinus, vel pannus coccineus : Anglis *Scarlet*, Francis *Escarlate*. Matth. Silvaticus : *Coccus vel Kermes, Arab. Karmas, vel Nervas, Hermen, Latine vero grana tinctorum, unde tingitur Scarlatum : unde dicitur de Christo, quod fuit vestitus veste coccinea, i. tincta cocco, scilicet granis de Scarlato,.... est autem bonus coccus Gallecticus et Armenus, et secundus Asianus, et Lecius : Hispanus vero omnium novissimus sit.* Quidam ex Arabico *Yzquerlat*, quod idem sonat, deductum vocem volunt. [\* Vide Grimm. Gramm. German. tom. 2. pag. 607. ubi glossa *Scarlahhan*, *Pannus rasilis*. Murator. Antiq. Ital. tom. 2. col. 415.] Will. Britolib. 9. Philippiid. pag. 206 :

Et quas huc mittit varias Hungaria pelles,  
Granaque vera quibus gaudet Squalata rubere.

Arnoldus Lubecensis lib. 2. cap. 4 : *Præmiserat autem Dux munera multa et optima juxta morem terræ nostræ, equos pulcherri-*

*mos sellatos, et vestitos, loricas, gladios, vestes de Scarlato, et vestes lineas tenuissimas.* Lib. 3. cap. 5 : *Non solum Scarlatico, vario, grisio, sed etiam purpura et bysso induuntur,* Vincentius Belvac. lib. 32. cap. 94 : *Significantibus autem Tartarorum nuntiis, quod Rex etiam valde carum et gratum haberet de Scarleta tentorium, etc.* Gervasius Tilleberiensis MS. lib. de Otis Imper. Decis. 3. cap. 57 : *Vermiculus hic est, quo tinguntur pretiosissimi Regum panni, sive serici, ut exaniti, sive lanei, ut Scarlata.* [Charta Willelmi Comitis Pontivi ex Tabular. Abbatia S. Mauriti Sabaud. : *Contuli... XIII. libras Paris... ad emendas xx. ulnas Scarlatæ... ad facienda caputia quæ prædicti Canonici in signum martyrii BB. MM. Mauricii sociorumque ejus jure ordinis et consuetudinis in ecclesia gestare rubea dinoscuntur.*] Acta Concilii Lugdunensis ann. 1274 : *Quibus (Tartarorum nunciis) dominus Papa fecit fieri vestes de Scarlato more Latinorum.* Utuntur Andreas Aulæ Regiæ Capellanus in Amatoriis, Statuta Cluniacensis Petri Venerabil. cap. 18. Matth. Paris ann. 1134. Cæsarius lib. 11. Miracul. cap. 18. Gervasius Dorobernensis pag. 1522. Rodericus Toletan. lib. 7. de Reb. Hispan. cap. 1. Magnum Chronicon Belgicum pag. 217. Thwroczius, et alii. Adde Frideric. Sandium in Consuet. feudal. Gelriæ pag. 299. [Speculatore in Speculo juris lib. 4. de Libell. concept. et Menag. in Etymol. Gall. v. *Ecarlate*.]

† **SCARLETUM**, Eadem notione. Chron. Zantfliet. apud Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 356 : *Factaque est solemnis processio, sequentibus eum (Ducem Lancastræ) Ducibus et Nobilibus, vestitis colobis longis de Scarleto foderatis.* Chronico Mutin. apud Murator. tom. 11. col. 110 : *Insuper a dicta porta civitatis ad pontem Reni facientes equos currere ad pallia et Scarleta.* Adde Chron. Domin. de Gravina apud eund. tom. 12. col. 708. etc.

† **SCARLATUM**, Eodem intellectu, in Testamento Hugonis Ayeclini Cardinalis ann. 1297 : *Volunus tamen quod cuilibet fratrum sociorum nostrorum qui nobiscum erunt tempore mortis nostræ, detur una roba de Squalato.*

† **ESCALLATA**, Pari significatione. Comput. ann. 1239. ex Biblioth. Reg. : *Pro duabus capis de Escallata, etc.*

**ESCARLETUM**. Matth. Paris ann. 1237 : *Obtulerunt telas de Escarleto, et vasa pretiosa.* Et ann. 1248 : *Dedit enim eis vestes pretiosissimas, quas Robas vulgariter appellamus, de Escarleto præfecto.* Will. Neubrig. lib. 3. cap. 23 : *Et statutum est, quod... nullus vario, vel grisio, vel sabellinis vel Escarletis utatur.*

† **SCARLATUM**, adject. Coccineus. Chron. Andr. Danduli apud Murator. tom. 12. col. 522 : *Sed induti omnes vestibus Scarlatis, datunque eis pariter vexillum.*

† **SCARLACTEUS**, **SCARLATEUS**, Eodem intellectu. Vita S. Petri Parentii tom. 5. Maii pag. 92 : *Nunc colorem Scarlacteam, nunc aureum preferens.* Testament. Mariæ Reg. Aragon. inter Conc. Hispan. tom. 3. pag. 488 : *Et capam meam guasnaciam, pallium et tunicam et pelliciam novam Scarlacteam et mantellum.*

† **SCARLATICUS**, **SCARLATINUS**, Eadem notione. Acta B. Christinae tom. 4. Jun. pag. 448 : *Nunc eam vestibus Scarlaticis induemus. Colicæ Scarlatinæ, apud Lamber-tum Ardensem.*

† **SCARLIONUS**, ut supra *Scarilionus*. Statuta Mediolanensis part. 2. cap. 366 : *Si quis abstulerit Scarlionum, sive amanegias, sive palos, vel cayrones de aliqua planta vitis.*

**SCARMUS**, pro *Scalmus*. Gloss. Gr. Lat. : Σκαλλός, ἔθρα ἢ κόπρη δεσμεύεται, *Scalmus, strurus.* Forte *strupus*. Ethelwerdus lib. 4. cap. 3 : *Insistunt remis, deponunt Scarmos, unde coacta rutilant arma, etc.*

† **SCARMUTIA**, ut *Scaramutia*. Vide ibi.

† **SCARONI**. Vide supra *Scarani*.

† **SCARPA**, vox Italica, Calcei species, nostris *Escarpin*. Statuta Placent. lib. 6. fol. 82. vº : *Item provisum est quod cordoanarii vel callegarii vel aliqui alii facientes vel vendentes Scarpas vel calzarios non possint accipere : videlicet de pari Scarparum ab homine quæ sint Scarpæ subtiles integre vel intagiæ ultra 11. sol. et 11. denar. Jo. Demussis Chron. Placent. : *Caligæ portantur solate cum Scarpis albis.* Vide *Scarpus*.*

† **SCARPELLINUS**, Latomus, seu sculptor, ab Ital. *Scarpellino*, eadem notione. Mirac. B. Gregorii Veruculi. tom. 1. Maii pag. 538 : *Præsentibus ibidem mag. Joanne Andrea Ghirardo de Veruchio, mag. Baptista Mazzuchetto carpellino.*

**SCARPELLUM**, pro *Scalpellum*. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 19. de Scriptoribus Monachis : *Sed nec scriptoria, nec arcevos, nec cultellos, nec scarpellia, nec membranas... suscipiat.*

† **SCARPELLUS**. Vide *Scarbellus*.

† **SCARPILLA**, Linamentum, Gall. *Charpie*. Mirac. MSS. Urbani V. PP. ann. 1372. ex Tabular. S. Victoris Massil. : *Fistula in oculo taliter grossum et inflammatum, in quo supervenerunt vermes,.... quidam extraxit 24. vermes cum molleto,.... ponebat de Scarpilla de panno lineo.*

† **SCARPINARE**, *Fodere*, more gallinarum, in vet. Gl.

**SCARPSINARE**. Gundramnus in Epist. ad Armenicum, præfixa Vitæ S. Soli : *Effragito... ut vera et manifesta Dei opera luculento sermone depingas, et in corrigendis et augendis Rudolfum adesce deposcas, ad ejus personam prologum Scarpsinans.* Id est, ei prologum inscribens.

**SCARPSUS**, Excerptus. Concilium Turonense II. can. 21 : *Placuit etiam de voluminibus librorum pauca perstringere, et Canonibus inserere, ut Scarpsa lectio de alii in unum recitetur ad populum.* Sic enim præfert Codex Bellovac. ut monet Sirmonus, ubi alii *excepta*. Ita alibi Collectio Andegavensis : *Scarpsum de Epistola Leonis ad Rusticum.* Atque sic forte legendum in Testamento Hecardi Comitis Augustodun. in Tabulario Persiacensi in Burgund. : *Una buxeta eburnea minore, et libro pastorale uno, Canones, Scarpsus quarterio uno, etc.* Ubi *Scarpsus* idem valet ac *excerptorum*. Hinc etiam emendandus titulus libelli Abbatibus Pirminii : *De singulis libris Canonicis Scarpsus.* leg. *Scarpus*. Abbreviator libri Macrobbii de Differentia et Societ. Græc. Latiniq. sermonis : *Explicit defforatio de*



libro Ambrosii Macrobi Theodosii, quam Johannes carperat ad discendas Græcorum verborum regulas. Qui quidem Joannes fortasse fuerit, quem Erigenam, seu Scotum vocant. [Vide *Excarpus*.]

**SCARPUS**, Itinerarii calceamenti species, quod vulgo *Escarpus* vocamus, Itali *Scarpu* vel *Scarpetta*, Gaufridus Malaterra lib. 1. cap. 16 : *Nullo sciente consurgens vili veste, et Scarpis, quibus pro calciariis utuntur, ad similitudinem abeuntium sese aptans, illis mediis adiungitur.* Le Roman de Garin MS :

Tote dolente hors de la chambre esi,  
Desafublé, ehaucé en Eschapins,  
Sor ses espauls li gisoient li erin.

Alibi :

Isent des lis, les Eschapins ehaucent,

Vide Oct. Ferrarium in *Scarpu*, [et eamdem vocem supra.]

† **SCARPUZARE**. Vide *Scapillare*.

† **SCARRA**. Vide supra *Scara* 3.

† **SCARRÆ**, Hearnio, Idem quod partes sive divisiones, Angl. *Shures*. Gualter. Hemingford. in Edwardo I. Reg. Angl. ad ann. 1290. pag. 20 : *Confiscataque sunt omnia bona eorum (Judæorum) immobilia, cum Scarris et obligationibus suis : reliqua vero mobilia, cum argento et auro, eos asportare permisit Rex.*

\* **SCARRENE**, f. pro *Carena*. Vide infra *Stavrene*.

**SCARRITIO**. Hugo Flaviniacensis in Chronico pag. 243 : *Hic Flaviniucum veniens, honeste a nobis susceptus est, et in eadem nocte Dominicæ diei, cum ei honeste servissem in Treva Dei, bannos et Scurritiones mercatū homines ejus fregerunt et tulerunt, quia erat ante domum Episcopalem : et terra ipsa, antequam domus ibi fuisset, censita erat hominibus pro mercatū eorum, etc.* Infra : *Videntes homines, quorum terra erat censita, quia ego eis primus, qui defendere debebam, de consuetudine et usu eorum deficiebam, ipsimet in terra censuali sua Scurritiones firmaverunt, et carnes reposerunt.* Vide *Scarrire*, 2.

**SCARRITIO**, Eadem, ut videtur, notione. Polyptychus S. Remigii Remensis : *Donat annis singulis in hostelitia den. 20.... Nativitate Domini lig. car. 1. in banno 1. pro pasto Scarritione 5. cav. circulos perticas 10.* Alibi : *Solvit in censu de sigala modium 1. ordeo mod. 1. de unnicul. 1. caplim dies 15. lign. carr. 3. de Scarritiones car. 1. Passim ibi.* Vide *Scara*, 4.

**SCARSALIS**. Charta Pibonis Episcopi Tullensis ann. 1079. in Append. ad Capitul. Reg. Fr. n. 153 : *Cum cæteris utensilibus interioribus, videlicet indumentis, calice, missali, Scarsali, etc.* [Vide *Scharsya*.]

† **SCARSELLA**. Vide supra *Scarcella*.

† **SCARSUS**, Imminutus, cui aliquid deficit. Statuta Astens. Collat. 17. cap. 61. fol. 61 : *Si aliquis inventus fuerit in civitate Astensi vel burgis habere aliquod pondus quod sit Scarsum karat. iiii. solvat pro pena sol. x. Item pro pondere Scarso denar. i. solvat pro pena sol. xx. Ast.*

† **AD SCARSUM**, Minimum, ut videtur, Gallice *Pour le moins*. Convent. civit. Saonæ ann. 1526 : *Item pro vasis navigabilibus fabricandis in posse et jurisdictione Saonæ,*

*ad Scarsum, quæcumque persona tam civis quam extranea, solvat unum pro centenurio.*

† 1. **SCARTABELLUS**, Codex chartaceus, Ital. *Scartabello*. Acta S. Antonini Archiepisc. tom. 7. Maii pag. 682 : *Qui fecit cooperire librum sericeo operimento coloris rubei ... Et signatus est iste Scartubellus, etc.*

\* 2. **SCARTABELLUS**, Miles secundi ordinis apud Polonos. Stat. Casimiri ann. 1347. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 37. ubi de mulctis pro morte aut vulneribus illatis : *Pro capite militi famoso, alius szlachcic, sexaginta marcæ, Scartabello trigintu marcæ, militi autem creato de sculteto vel de kmethone, quindecim marcæ pro capite. Item militi szlachcic pro vulnere decem marcæ, Scartabello vero quinque marcæ, sculteto vel kmethoni factis militibus tres marcas pro vulneribus statuimus persolvendas.* Vide supra *Inautorare*.

† **SCARTAFACIUM**, pro *Chartafacium*, Liber rerum factarum vel faciendarum. Statuta Genuens. lib. 4. cap. 12 : *Quilibet præpositus, institor et administrator cujusvis societatis, seu negotiationis in quavis mundi parte, teneantur vestringere et recuperare omnes libros, Scartafacia, et alias scripturas spectantes quovis modo dictæ societati, sive negotiationi, etc.*

\* **SCARTALAGIUM**, Dicitur de ligno in quadratum redacto, Gall. *Bois d'equarrisage*. Comput. ann. 1483. ex Tabul. S. Petri Insul. : *N. Gomer mercatorum lignorum in Tornaco, pro pluribus partibus nemorum Scartulagii quercuum, etc.* Infra : *Scartalogium a serratoribus factum, etc.*

† **SCARTANEA**, Lorum. Thwroczius in Chron. Ungar. cap. 99 : *Tandem antedicti trini dextrarii solennes cum armis et operimentis omnibus ipsorum gloriosissimis seu attinentiis, cum Scartanea, curru seu mobili, aut ostilario regnali.* Vide Lexic. Martini, et Vossium lib. 2. de Vit. Serm. cap. 17.

\* **SCARTAYRATUS**, In quadras divisus, Gall. *Ecartelé*, vox heraldica. Inventar. MS. ann. 1356 : *Item unum copertorium de circo, Scartayratum de duobus pannis aureis.*

**SCARTIA**, Mesis, Italic. in Processu de Vita S. Thomæ Aquin. num. 64.

**SCARTIO**, Idem forte quod *Scarritio*, de qua voce supra. Charta Ingelranni D. Cociaci ann. 1235. pro Libertatibus villæ de Solers, etc. apud Thomasserium lib. 1. cap. 103 : *Et unusquisque hominum illovm unum quadrigatam vini in tempore musti, et etiam in tempore colendi, absque vueragio (leg. vuionagio) per terram neam si equus lunonorum, et quadriga ipsius sit, uno quoque anno ducere poterit, et si Scarritiones et omne nemus illis defuerit, ipsi Præposito nostro Cociaci hoc ostendent, si vendere nemus et Scarritiones ipsis voluerit, etc.* [Malim de locis in culturam redactis vel redigendis intelligere : quæ notio voci *Scarritio* non convenit. Vide *Scartus*.]

\* Non idem est quod *Scarritio*, neque etiam Locus in culturam redactus vel redigendus intelligendus est, ut manifestum fit ex Charta Roger. Laudun. episc. in Chartul. S. Vinc. Laudun. ann. 1190. ch. 184 : *Si autem contigerit predictum boschum pro Scarritionibus ad silvagiū poni ;*

*major ipsius castellani pro unaquaque sarpa sex denarios Laudunensis monetæ habebit, et custellanus omnibus hominibus Scarritiones inciditibus, de omnibus forisfactis, quæ fecerint in boscho, tam vivo quam mortuo, garandiam tenetur ferre. Non idcirco tamen quid sit Scartio facile definitur : ramos seu ramusculos intelligo, ex quibus fascis lignea componitur.*

† **SCARTUENSE** Jus. Charta Episc. Brandenburg. pro Monasterio B. M. in Lizeke, apud Ludewig. tom. 2. Reliq. MSS. pag. 433 : *Attestatur etiam scripto præsentī quod memorati fratres curiani quandam villæ Tvergowæ contiguam a domino W. Magdeburgensi Archiepiscopo Scartuensi Jure comparaverunt, cum silvis, aquis, aquarum decursibus, pascuis et omnibus suis attinentiis. An eo jure seu ea conditione, ut locum essartarent, id est, excolerent?* Vide mox *Scartus*.

† **SCARTUS**, Ager in culturam redactus, Gallice *Essart*. Charta Roberti Episc. Ambian. ann. 1167. ex Tabul. Corbeiensi : *Possedit... usque ad tempus Wimari filii Iberti qui de novalibus et Scartis et novis rupticiis decimam, quæ ad honorem Thesaurariæ Corbeiensis dicitur pertinere, aliquamdiu, contra canonica instituta, occupare præsumpsit.* Vide *Exartus*.

† **SCARUM**. Statuta Massil. lib. 4. cap. 7 : *Sed et de periculo, vel damno, si quod navi, vel ligno sive (sine) culpa contigerit non teneatur, et hoc intelligimus et dicimus de nave, vel ligno ad Scarum conducta vel conducto.* Vide *Scar*.

**SCARZO**. Charta Henrici Imper. ann. 1081. apud Ughellum tom. 3. Ital. sacr. pag. 419 : *Hominibus in villis habitantibus de eorum Comitatu fodrum non tollemus, nec aliquam consuetudinem superimponemus, nisi quantum tres meliores homines propter Scarzones, per villas et castella juraverint. Ubi propter, idem valet ac præter : proinde præter scarzones, i. omissis, nec admissis garcionibus et hominibus nihili.*

☞ *Scarso*, vel *Scarzo*, idem est Italis quod avarus, vilis, abjectus : *Eschas*, eadem notione, usurpare videtur le Roman d' *Athis* MS :

Le Duc dist bien du Roy Billas  
Qu'il n'estoit pas Roy des Eschas,  
Mais de fine Chevalerie,  
Moult est plain de bachelerie.

Vide *Scardus* et *Scacci*, 1.

**SCASORES**, referuntur inter artifices, quibus immunitates conceduntur, in leg. 2. Cod. Th. de Excusat. artif. (13, 4) : *Quadratarii, barbaricarii, Scasores, pictores, sculptores.* Sed qui ii fuerint, incertum.

\* Vide conjecturas Jacobi Gothof. in hanc legem.

† **SCASSA**. Miracula MSS. Urbani V. PP. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *Cum nullomodo posset ambulare pedibus suis, positus est in quadam tarabinta sive Scassa cum qua se juvaret. Videtur de lecto versatili, Gall. *Roulette*, intelligi posse. Vide *Eschassa*.*

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 657 : *Scassa, Prov. loripeda, cussier, oripes.* **SCASSARNOVA**, Unum e 12. auguriis, de quibus in voce *Venta*, quod sic describitur a Michaële Scoto de *Physionomia*



cap. 56 : *Scassarnova est augurium, quando vides post te hominem vel avem, et antequam perveniat ad te, et tu ad eam, in loco repauset, te vidente : significat bonum signum super negotio.*

**SCASSARVETUS**, Unum ex iisdem 12. auguriis, quod est, inquit Michaël Scotus, quando vides hominem præterire, vel avem in loco pausantem, ita quod sit tibi in sinistro latere tui : est tibi malum signum super negotio.

**SCASSUM**, Charta Caroli II. Regis Siciliae ann. 1303. apud Ughellum in Episcopis Casertanis : *De pecunia fidantiae forestarum, Scasso de omnibus armentis jumentorum, bubalorum, vaccarum, etc.* Occurrit ibi rursus. Italis Scasso, est ager cultus, laboratus : verum aliud hic innuitur.

\* **SCAT**. Glossæ Cæs. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Hontheim pag. 675. col. 2 : *Ferramenta aratri, quæ vocantur Scat.* [\* Germ. Scar, vomer.]

**SCATLEGI**, Cessatio ab armis, armorum depositio : vox formata secundum Spelmannum, a Saxonico ceart, i. certamen, contentio, et legen, i. deponere, ut sit legitima ab exercitu discussio. Isaacus Pontanus in Chorographica Daniæ descriptione pag. 772. observat ex Tacito, apud Germanos scutum reliquisse, præcipuum fuisse flagitium : idque obtinuisse apud Francos nostros, apud quos, inquit, Constitutio est de armorum depositione, et iis, qui militiam declinant, arma abiciunt : arma autem quæcumque per Scutum vulgo intelligi in legibus Francicis, quæ quidem vox est etiam Danis hodieque usitata : senti positionem quippe Schotlage seu Schiotlegge nuncupare, ex Schiolt et Schilt, scutum, clypeus, et legen, vel leggen, et neder-leggen, deponere. Capitul. Wormatiense ann. 829. cap. 13. et Additio IV. Capit. cap. 81. al. 114 : *Postquam Comes et pagenses de qualibet expeditione reversi fuerint, ex eo die super 40. noctes sit banus recisus, quod lingua Theodisca Scatlegi, id est, armorum depositio vocatur.* Eadem habentur in Edicto Pistensi cap. 33. [Vide Herisliz.] [\* Pertz. Scastlegi e codicibus, a Germ. Scaft, Telum, et legjan, Ponere. Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 2. col. 96. et tom. 6. col. 460.]

† **SCATA**. Vide infra Scatta.

**SCATABRA**. Papias : *Scatabrae, ebullitiones, quæ fiunt, cum aqua calida in aliquas rimas fluxerit. Idem : Scatabra, emanantiae aquarum, id. ortus ; a scaturientibus fit aquis.* Lat. Scatebra.

† **SCATABULATUS**, f. Fultus, nixus. Charta ann. 1365. apud Steyerer. in Comment. ad Hist. Alberti II. Ducis Austr. col. 499 : *In secundo semicirculo clypeum ducatus Karinthie, in cuius una media parte tres leones cernebantur, et alia pars medium clypei Austrie ducatus monstrabat, in tertio ducatus Carniole, qui aquilam super alas, ut apparebat, Scatabulatum, quasi ad volandum extentam presentabat.*

**SCATATUS**. Concilium Senonense ann. 1320. cap. 4 : *Caligis rubeis, viridibus, Scatatis, croceis seu albis non utantur.... Clerici.* Concilium Parisiense ann. 1323. cap. 4 : *Clericos qui caligis rubeas ac Scat-*

*tatas et alias inhonestas publice deferunt.* Mox eadem habentur quæ in Senonensi. Concilium Londinense ann. 1342. cap. 2 : *Caligis etiam rubeis, etiam scaccatis, (sic) viridibus sotaliaribus etiam rostratis et incisis multimode, etc.* Ubi legendum censuerim scallatis, i. coccineis, vel certe scaccatis, id est in Scaccati speciem variegatis. [Vide Scacatus.]

† **SCATEI**, pro Scacci, nisi etiam ita legendum sit, in Consuet. Furnens. MSS : *Protracti de ludo talorum xx. sol. emendabit Comiti : sed licet cum tabulis et Scateis ludere.*

\* **SCATIA**, Fulcri subaxillaris species. Mirac. B. Anton. Ripol. tom. 6. Aug. pag. 539. col. 1 : *Nec ire poterat per vias et vicum nisi una croza sive Scatia et uno baculo, quam Scutiam et baculum, etc. Vide Scacia.*

\* **SCATICELLI** vel **SCATUMCELLI** vocatur Umbilicus veneris anbararia, etc. Glossar. medic. MS. Sim. Januens. ex Cod. reg. 6959.

**SCATICUM**. Vide Scatz.

\* **SCATINENTUM**, Vermium genus. Stat. MSS. eccl. S. Laur. Rom. : *Ordinarunt quod sacratissimum Corpus Domini nostri J. C. in parvis formis et rotundis factum sit, et non per frusta pro infirmis reservetur, quia sæpe Scatinenta et mitæ ex dictis frustis veniunt.*

**SCATIONARIA**. Martinus Didacus Daux Justitia Aragon. lib. 6. Observantiar. fori Aragon. tit. Interpretationes, etc. § 6. de Notariis : *Sed non debent tenere Scationariam, nec publice se ponere ad recipiendum cartas.* Eadem habentur lib. 9. tit. de Privilegio generali § 27. [Vide Scatz.] [\* Leg. Stationarium.]

\* **SCATISSA**, Tabulatum, Gall. Etage. Stat. ann. 1358. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 232. col. 1 : *Quælibet vero (turris) spicitudinis quatuor palmorum, et cum duabus Scatissis sive deffensis.*

**SCATIVA AQUA**, Scaturiens, in Vita S. Posthumii cap. 8 : *Si Abbas præsens fuerit, repertens aquam scativam, sive germinantem, præter Abbatis consilium diverterit ad bibendum, etc.*

**SCATIUM**. Rainardus Abbas Cisterciensis in Institut. Capitul. ejusd. Ord. ann. 1134. cap. 14. ubi de pane quotidiano : *Ubi autem frumentum defuerit, cum Scatio liceat fieri.* [Leg. Scatium. Vide in hac voce.]

**SCATTO**, Italis, Scutella, qua arida venditores metiuntur, ut lupinos, et similia. Leo Ost. lib. 1. cap. 24 : *Scutellum argenteum 1. Scattonnes 3. garales 2.* Et cap. 26 : *Scattonem unum Constantinopolitanum* [Vide Scatula.]

\* **SCATUCIA**, pro Statucia, Statutum, edictum. Lit. ann. 1328. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 127 : *Et cum postmodum... dicta ordinatio et statutum præfati domini consanguinei nostri dom. Ludovici confirmata, et per modum Scatuciae dicta fuerint ad tempus perpetuum, etc.* Vide Statutio.

† **SCATUITA**, Fossa, excavatio, ni fallor, Gall. Creux, cavité. Castellus in Chron. Bergom. apud Murator. tom. 16. col. 939 : *Sed non potuerunt, pro eo quod Guelphi vallis S. Martini et aliunde fecerunt*

*multas Scatuitas et foveas. Italis Cavità, eadem notione.*

† **SCATUJA**, Pyxis, Ital. Scatola, Gall. Boîte. Vita S. Gualfardi tom. 3. April. pag. 831 : *Acceptantibus et reponentibus in quadam Scatula oblonga (partem ossis crurum.) Castellus in Chron. Bergom. apud Murator. tom. 16. col. 856 : Et fecit sibi largiri... Scatulas quatuor confectioinum. Vide Scatto.*

† **SCATUM**. Vide infra in Scatz.

\* **SCATUMCELLI**. Vide supra Scaticelli.

† **SCATURICARE**, SCATURIZARE, Scaturire. Acta S. Roberti tom. 3. April. pag. 663 : *Ac in ipsos exemplis salutaribus Scaturicans, etc.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Saturizare, Saurdir.*

† **SCATURIZARE**. Scaturizatus, Adustus, pustulosus. Litteræ Haquini Norvegiæ Reg. ann. 1316. apud Rymer. tom. 3. pag. 566 : *Projeceerunt in facies invitatorum, pro secundo ferculo, aquam bullientem et cineres ignitos. Alii vero nautæ fraudulenter subarmati cum trusoriis, cultellis et gladiis in ipsos sic Scaturizatos et stupefactos singulos irruerunt crudeliter occidentes.* Hinc haud scio anemendanda sit hæc vox, tametsi alio sensu accipienda videtur, in Litteris Philippi Aug. Reg. Franc. tom. 3. Ordin. pag. 260 : *Poterunt illi carnifices habere servientes ad ipsas carnes scoriandas, Scaturizandas, etc.* Vide Scara 1. et Scaria. Pro Scaturire exstat in Scaturicare.

**SCATURRIO**, Lepra, in Gloss. Isidori.

1. **SCATUS**, Impetigo, sicca scabies. Gloss. Isid. vox ejusdem originis cujus prior.

2. **SCATUS**. Charta Willelmi Comitis Pontivi ann. 1203. in Tabulario Abb. S. Judoci : *Et notandum, quod Comes Monsteroles et Pontivi extra villam B. Judoci, per totum Comitatum prædictæ Ecclesie, debet habere assultum, murdum, Scatum, et ratum (raptum), violentiam scilicet mulieris vi oppressæ, etc.* Videtur usurpari pro furto. Vide Scach, et Scatz.

A furto distinguitur in Charta ann. 230. ex Tabul. Centulensi : *Exceptis nullo et latrone, et rato, et Scato, et lege duelli quæ ad Abbatem et Conventum pertinent.* Ubi cum de incendio, quod inter memorata delicta recenseri solet, nihil dicatur, haud scio an ea voce, hujus incerta licet origine, illud significetur. Vide Scaturizare.

**SCATZ**, SCAZ, SCATICUM, Pecunia, pretium, ex Germanico Schatz, thesaurus, gaza, Belgis Schat : vel ex Saxonico sceat, pretium, collatio, nummus, pecunia. [\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Fr. tom. 6. col. 557. voce Scaz.] Hinemarum Laudunensis Episcop. pag. 594 : *Quidquid de rebus suæ Ecclesie fecit et ordinavit, non per Scaz, vel per aliquam propinquitatem aut ancitiam inde fecit; sed sicut melius ille intellexit.* Idem in Responsione ad Hinemarum Archiep. Rem. pag. 612 : *Cui et respondi, quia non celabam, quod motus aliqui contra illum fuerim, eo quod audieram a quibusdam, illum dixisse, quod Romam ipsum non pro alia re ire rogabam, nisi ut inde Scatz mihi daret, quod ego mirabar, si diceret, cum, quidquid habebat beneficii, gratis ei dedissem, et sine*



allo pretio. Ubi *Sentz*, et *Scuz*, pretium sonat. Inde

**SCATICUM**, pro Tributo. Charta Ludovici Pii Imper. in Chronico Farsensi pag. 657: *Sine datico, herbatico, Scatico, vel glandatico*. Alia Caroli II. Regis Siciliæ ann. 1303: *De caligariis terrarum, redditibus in pecunia, seu de tarenis, redditibus gallinarum, caponum, et aliorum pullorum, Scaticis, porcellis, agnis, etc.* Supra: *De Scaticis, porcellis, etc.* Petrus I. Rex Aragonum in Constitutionibus Catalanæ MSS: *Scatica nostra, et penones, atque alia regalia nostra, firmiter observari et custodiri... jubemus*. In MS. est, *al. guidatica*: quæ quidem *guatica* dicuntur, in alia Charta ibidem, quæ est Jacobi I. Regis: *Sub eadem pace sint guatica nostra: et censuaria, et penones, et omnia Regalia nostra.*

† **ESTATICUM**, Eodem intellectu, in Charta ann. 1150. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occit. col. 529: *Hoc autem sponsalitiuum, ut supra scriptum est, juraverunt super sancta Dei Evangelia quod ita teneatur, et observetur præfatæ Tiburguete, et si ei in aliquo diminutum seu violatum, vel inde ei ab hæredibus Ademari de Muro veteri vel occasione eorum aliquid ablatum fuerit, quod apud Montepessulanum Estaticum ei sine enganno teneat.*

**STATICA**, Eadem, ut videtur, notione. Charta Hispanica ann. 1135. in Addit. ad Capitul. Reg. Franc. n. 156: *Primum quidem ut ipsas dominicaturas, dum ipsa viveret, haberent per medium: Staticam vero castrorum, per singulos annos habeat, sex mensibus*. Infra: *Eo quod si Guillelmus Raimundi hoc ei frangere tentaverit, valeant Beatrici, et teneant secum illa donec habeat in vita sua medietatem omnium dominicarum, et Staticam S. Martialis pro melioratione cum laboratione boam, etc.* Charta Jacobi Regis Aragonum ann. 1228. apud Joan. Dametum in Hist. Regni Balearici pag. 203: *Nos similiter habeamus partem nostram omnium prædictorum secundum numerum militum et hominum armatorum, qui nobiscum fuerunt, retentis nobis alcahriis, et Staticis Regum in civitatibus, ultra partem competentem*. Est igitur *Staticum*, tributum, vectigal, cujusmodi fuit *Guidaticum*, de quo supra.

**SCATUM**, Vox ejusdem originis, in Charta Caroli C. pro novo ponte Parisiensi in parvo Tabul. Eccles. Paris.: *Placuit nobis extra prædictam urbem de ærarii nostri Scato, ... opportunum majorem pontem facere.*

1. **SCAVA**, *Arborum densitas nimia*, in Glossis Pithœanis. [Barthius *Schena* emendat, non male, ut videre est in hac voce.] Isidorus habet *Seana*, atque ita legendum censet Vossius, [cui accedunt Martinus et la Cerda.]

† 2. **SCAVA**, Fossa. Vide *Seaba*.

† 3. **SCAVA**, ζυγός, in Gloss. Lat. Gr. *Seama* emendant viri docti. Vide Scaliger. ad Festum in *Examen*.

**SCAVAGIUM**, Tributum, quod a mercatoribus exigere solent nundinarum domini, ob licentiam proponendi ibidem venditioni mercimonia, a Saxonis *sceavian*, id est, ostendere, inspicere, Anglis *Seavage* et *Skeavage*, Brompton: *Scheawing*, i. mer-

*cimonii positio, sive demonstratio, i. despliance de marchandise*. *Escewinga*, in Charta Henrici II. Regis Angli. pro civibus Cantuar.: *Hoc etiam eis concessi, quod omnes cives Cantuarienses sint quieti de Te-tonia et Lastagio per totam Angliam et per portus maris, et de Escewinga*. *Ostenso* dicitur in Legibus Ethelredi Regis. Vide in hac voce.

\* **SCAVELLA**, Scabellum, Gall. *Escabelle*. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar.: *Et in coquina... plus duas Scavellas fusti*. Ibidem: *Item plus quandam Scavellam coralli novam*.

† **SCAVER**, φάρος, in Gloss. Lat. Græc. pro Scaber, scabiosus Vide *Scabidus*.

† **SCAVERE**, *Frigare, Scavet, κριβει*, in iisdem Gloss. Affrictu detergere, in Charta Consulm Tolos. ann. 1192. inter Consuetud. ejusdem urbis MSS. ex Bibl. D. de Crozat: *Et ipsum pratium et gravaria erant publica causa ingrediendi et exeundi et staccandi naves, ... et Scavendi, et lavundi, et candidandi*.

† **SCAVEZZARE**, *SCAVIZARE*, Italis, Rumpere, frangere, Gall. *Rompere, casser*: dicitur etiam de via quæ interseinditur. Castellus in Chronico Bergom. apud Murator. tom. 16. col. 945: *In quo aguayto Venturinus filius Deboli de Sedrina Scavezzavit unam tibiam*. Ibidem col. 968: *Et similiter invenerunt uxorem Morani de Ventrarria, quam in capite vulneraverunt, et Scavezzaverunt unum brachium*. Statuta Mutin. rubr. 23. fol. 4: *Si que universitas, vicinancia, aut singularis persona, aut locus religiosus, aut aliqua contracta viam Scavezzaverit, pontem octo brachiorum ibi incontinenti facere teneatur*. Statuta Placent. lib. 5. fol. 59: *Omnes qui ducunt, vel dicunt aquas per rivus manciatores qui Scavizant vel Scavizabunt stratam romeam, etc.*

\* **SCAVEZZUS**, Sicarius. Leg. reipubl. Genuens. ann. 1576. part. 1. cap. 54. tom. 2. Cod. Ital. diplom. col. 2179: *Nullum est hominum genus, quod in republica... sit adeo abominabile, quam gladiatores et sicarii, quos vulgus bravos seu Scavezzos appellat*. Ab Italico *Scavezzare*, discindere, dirumpere, truncare; unde *Scavezzacollo*, in omne facinus projectus, ex Acad. Crusc.

\* **SCAUFFAGIUM**, pro *Caufagium*, Jus capiendi ligna furno calefaciendi necessaria. Charta ann. 1235. tom. 1. Probat. hist. Brit. col. 895: *Scauffagium in communibus et in frostis dedit eidem capellano ad opus dicti furni*.

† **SCAVIA**, φάρα, in Gloss. Lat. Gr. Scabies. Vide supra *Seabea*.

**SCAVILLUM**, *Præda*, Johan. de Janua.

† **SCAVINI**, *SCAVIONES*. Vide *Scabini*.

† **SCAVIZARE**. Vide *Scavezzare*.

\* **SCAULUS**, Caulis, Gall. *Chou*. Regula hospit. S. Jacobi de Alto passu an. circ. 1240. ex Tabul. archiep. Paris. cap. 47: *Caseo et lenticulas et Jabas et Scaulos, ... ne... infirmis deinceps tributantur, ... prohibemus*.

\* **SCAUPOLUS**, Assula, recisamentum; imo et rami arborum succisarum, Gall. *Coupeau*. Pedag. castr. de Les ann. 1263. ex Cod. reg. 4659: *In singulis saumatis Scapulorum, socorum, j. den.* Vide supra *Copellus* 2.

† **SCAURUM**. Vide infra *Sceurum*.

† **SCAZ**, Pretium. Vide *Scatz*.

† **SCAZO**, Thesaurus, Germanis *Schatz*, in Quest. vet. Jurisperit. ad Leg. Langobard. apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 164: *Si homo invenerit Scazo in terra aliena, medietatem habeat qui invenit, et medietatem ejus terra est*. Vide *Scatz*.

† **SCAZUDIA**, Præstatio annua, *Eschet*. dicitur in Barensi tractu. Vetus Charta domini de Verecourt: *Tous les sujets résidens à Verecourt doivent au jour de S. Remy de chaque année les Eschets en grain et en argent. Scavoir chaque feu deux penauts bled, autant avoine, et encore un bichet d'avoine des rentes pour l'affouage des grands bois, et les veuves à moitié, et ceux qui font charruë entiere, et doivent pour icelle quatre penauts. Les denies charruës deux penauts, et les quarts de charruë un penaut, et pour l'Eschet en argent, le menage faisant feu doit cinq blancs, et pour les charruës dix blancs, les denies charruës et quart à l'equipotent*. Statuta Eccl. Glandat. ann. 1327. ex Regest. 74. vol. 11. Peirescii: *Dominus Præpositus... habet jurisdictionem in hominibus brevis Præposituræ et ab ipsis servitium recipit et alias Scazudias et alia jura in eis et in eorum bonis quæ tenentur sub ipsa Præpositura*.

**SCÆATTA**, *SCÆTTA*, Nummi genus apud Anglo-Saxones, *sceatte*, [a Saxon. *sceat*, pars, symbolum, nummus, pecunia.] Leges Æthelstani Regis cap. 7: *Regis simplum Weregeldum in Mercenorum laga, hoc est 30. millia Scæatta, hoc est totaliter 120. libræ: sed pro regni emendatione in mengilto ipsam veram debet habere parentes ejus, et regalem emendationem ipsius terræ populis*. Apud Lambardum *Scata* legitur: *scætta* in Legibus Ethelberti. Consule Gloss. Saxonicum Somneri in hac voce.

\* **SCEAWING**, idem quod *Seavagium*, Tributum, quod a mercatoribus exigere solent nundinarum domini, ob licentiam proponendi ibidem venditioni mercimonia. Charta Eduardi reg. Angl. ann. 1044. in Suppl. ad Miræum pag. 13. col. 2: *Concedo eis etiam in omnibus terris suis prenomina-tis consuetudines hic Anglice scriptas, scilicet.... hleasting, Sceawing, ... aliasque omnes leges et consuetudines, quæ ad me pertinent*.

**SCEBANCA**. Vide *Austrum*.

**SCEBRUM**. Vide *Sceurum*.

† **SCEDA**, pro *Scheda*, pagina, in antiquo Missali Eccl. S. Saturnini Tolos.:

Aurea purpureis pinguntur grammata Scedis.

† **SCEDINGI**, Saxonie populi prope Bremam. Chron. Corn. *Zaufstet* ad ann. 1230: *Archiepiscopus Bremensis insolentiam Scediugorum sibi rebellium repressurus, etc.*

† **SCEDULA**, Tabula. Miracula S. Urbani Mart. tom. 6. Maii pag. 19: *Dum carpentarii conducti materiam de silva collectam ibi cæderent, ut circum statuas trabibus et Scedulis clausuram competentem locarent*.

† **SCEDULUS**, pro *Sedulus* in Agnelli lib. Pontif. apud Murator. tom. 1. pag. 182.

**SCEFFILLUM**. Mensuræ annuarie species: Germ. *Scheffel*. Lex Saxonum tit. 18.



*Scelis Sceffila* 3o. *ordei* 4o. *avenae* 6o. Vide *Scapha*, *Scapulus*, *Sceppa*.

† **SCEFULIS**. Charta ann. 1231. in Tabul. S. Victoris Massil. : *Dono omnes possessiones, .... aut alia servitia pecuniaria, sive sint bladi, vel pecunie, sive sit servitium Scefulae bladi, vel gallinarum. An Scaznade?* Vide *Scuzadia*. In *consuale*?

**SCEITHMANNUS**, vox ex Saxon. seivman, vel scægvmān, vel scæðmau, pirata; a scæða, fur, latro. Pactum Ethelredi Regis Angl. cum Analano, etc. cap. 9: *Si dicatur in compatriota, quod furtum fecerit, vel hominem occiderit, et hoc dicat Sceithmannus, vel unus Land-mannus, tunc non sit aliqua negatione dignus.* [\* In Thorpii editione unus *Sceithmannus* et unus *landsmannus*, ita etiam in Saxonico. *Sceithmannus* a sceigð, *Scapha*, est Nauta, quo et homine terram inhabitante testibus criminis existentibus, accusatus pro convicto habebatur.]

\* **SCEKARIUM**, pro *Scacarium*. Charta ann. 1268. ex Chartul. 2. Fland. in Cam. Comput. Insul. fol. 37: *Werpiwit... triginta libras, quae eidem majori ad Scekarium de Brugis singulis annis debebantur.* Vide in *Scacci* 1.

**SCELANDRIA**. Vide *Chelandia*.

\* **SCELERAGO**, *Scelus*, facinus, Ital. *Sceleraggine*. Serm. Gabr. Barel. in Domin. 2. Advent. : *Quandiu homo habet in se liberum arbitrium, flexibilem ad bonum et ad malum, dimittat peccata et Sceleraggines.*

\* **SCELERAGUSTA**, idem quod *Scaraguayta*, Jus exigendi ab incolis servitium excubiarum. Charta ann. 1212. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 279: *Cam omni jure et jurisdictione curtis et castri, et specialiter guaritæ et Sceleraguate, bocatæ et phalangatæ, etc.* Vide supra *Eschargaita*.

**SCELEATOR**, *Sceleratus*, in Formula 32. ex *Andegavensibus*.

\* **SCELERATUS**, Infelix, infortunatus, miser, in vet. Inscript. Consule Mabill. in Museo Ital. pag. 80. Murator. tom. 3. Collect. magn. Inscript. pag. 1280. 2. et Reynes. in Sylloge Inscript. class. xij. num. 122. Vide in *Scelerosus*.

**SCELERITAS**. Gloss. Græco-Lat.: *Ανομία, Scelus, sceleritas, iniquitas.* Occurrit in Leg. 3. D. de Bonis eor. qui ante sen. mor. (48, 21.)

**SCELEROSUS**, pro *Sceleratus*: vox Lucilio usurpata apud Nonium. Ugutio: *Sceleratus, in quo fit scelus: scelestus, per quem fit, Scelerosus, qui facit, et est Scelerosus plus quam sceleratus.* Donato, dicitur *autor sceleris*. Utuntur S. Eulogius lib. 1. Memor. Sanct. et lib. 3. cap. 12. et in Apologet. Baldricus lib. 1. Chron. Camerac. cap. 94. Vita S. Aldrici Episcopi Senonensis cap. 25. Synodus Lateran. ann. 649. Gregorius VII. lib. 8. Epist. 13. etc. Occurrit etiam in Cod. Theod. non semel.

☞ Vocis *Sceleratus* notionem quam ex Ugutione exhibet Cangius, egregie illustrat Epitaphium relatum a Velsero in Epist. 82: *Filiis suis infelicissimis, qui ætate sua non sunt fruniti, fecit mater Scelerata, etc.* Quam vocem usurpat ob scelus in se perpetratum in morte liberorum.

**SCELESTIS**, pro *Scelestus*, apud Steph.

*Eddium* in Vita S. Wiltfridi cap. 26: *Pre-tium utique Sceleste, etc.*

† **SCELETUS**, Σκέλετος, in Gloss. Lat. Gr. Larva nudis ossibus cohærens, nostris *Squelete*. Apuleius in Apolog. : *Et cum sit Sceleti forma turpe et horribile, etc.* Infra: *Hiccine est Sceletus? hiccine est larva?*

† **SCELIO**, Scheffero, Prædo. Petron. Fragment. Trag. cap. 50: *Annibal homo vaser, et magnus Scelio.* Reinesius legit *Scelero*.

† **SCELO**, *Emissarius*, in Gloss. Mons. Gloss. Leg. Alem. cap. 69: *Emissarium, i. e. equum, qui præest armento equarum, i. e. Scelo.* [\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 475. in hac voce.]

1. **SCEMA**, pro *Schema*, Forma, species, ornatus, vestitus, habitus, quomodo σχήμα Græci usurpant. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Scema, une figure de grammair, aournemens.*] Alexander Iatrosophista lib. 3. Passionum de Freneticis: *Neque in lecto Scenata jacendi appetunt.* Dudo de Moribus Norman. pag. 60: *Ecclesiarum mirificarum culmina fulgent, quas pater olim Scenate pulchro edificavit.* [Charta apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 171: *Ipsa competenti volo reparetur Scemate, ipsa decenti tractetur honore, etc.*]

† **SCHEMA**, Ornatus, vestitus, Agnelus lib. Pontif. in Vita S. Johannis apud Murator. tom. 2. pag. 65. col. 5: *Alia vero die valde diluculo processit Beatissimus quasi ad solempnia Missarum, induitque Schemata angelica cum sacerdotibus et clericis, etc.*

\* Hinc nostris *Acesmement* et *Achesmement*, eadem acceptione. Vitæ SS. MSS. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 358. vº. col. 2: *Vestus de dras de soie et splendissant in leur Acesmementz en la vaine gloire de cest siecle.* Lib. rub. domus publ. Ab-bavil. fol. 105. vº: *Se aucune femme demande à avoir ses vevetés, .... ele ara.... les Achesmemens que ele ara porté au cors et le melleur chainture.* *Açément*, apud Graal. Inde *Acesmément*, adv. Magno cum apparatu, in Poemat. reg. Navar. tom. 2. pag. 84:

Tel chevauchent molt Acesmément,  
Qui ne sevent lour grant honneur eoteodre.

\* Ita et a verbo *Acesmare*, nisi illud a vulgari Gallico sit formatum, nostrates dixerunt *Acesmer* et *Achesner*, pro vulgari, *Agencer*, *ajuster*, *ornar*, *parer*. Chron. S. Dion. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 179: *Clodovires tourna envers ses anemis, puis se moula en armes et s'Acesma pour combatre.* Ubi Aimoin. lib. 2. cap. 4. ibid. pag. 46: *Se se collegit in arma.* Poeta anonym. ad calcem Poem. reg. Navar. tom. 2. pag. 266.

L'en doit bien por li chaoter,....  
Et son cors tenir plus gai,  
Et de robes Acesmer.

Mirac. MSS. B. M. V. lib. 1:

Plus Achesmé et plus pignié,  
Et plus poli et aligoié.  
..... une damoiselle  
En uo chains moult Achesmée  
Acourrut toule eschavelée.

*Asseymen*, eadem acceptione, in Lit. ann. 1389. ex Reg. 137. Chartoph. reg. ch. 81:

*Ne se peuent (les filles de joye) pour ce vestir, ne Asseymen à leur plaisir.* Hinc emendandæ eadem Literæ tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 327. ubi *Asseymier* editum est: neque enim hic agitur de signo, quo meretrices distinguebantur.

\* Unde *Achesmant*, *Comis*, urbanus, obsequens, in Doctrinali:

Bien doit li haus hom estre jolis devant le gent,  
Cointes et Achesmans, se il est de jouvent.

**SCEMA**, vel **SCHEMA**, proprie usurpatur pro habitu monachico. Hugo Flaviniac. pag. 266: *De quo monachicum Scema susceperat.* Ordericus Vital. lib. 5. pag. 577: *Albereda Scema religionis suscepit.* Infra pag. 581: *Monachile Scema suscepit.* Adde pag. 460. 591. 711. Vetus Epitaphium:

Post senium fessus, jaces istic funere pressus,  
Gelduine pater monachilli Schemate frater.

Tabularium Ausciense apud Marcam lib. 4. Hist. Beneharn. cap. 7: *Liberari laborans, monasticum Scema; assumere voluit.* Petrus Diac. de Viris illustrib. Casin. cap. 8: *Monasticumque Schema suscipiens, etc.* Ita Ingulfus pag. 873. 879: *Monachicum Schema*, pro quo *Stemma* perperam habet pag. 867. [Vita S. Joannis Abbat. Pulsan. tom. 4. Jun. pag. 54: *Ut ad opera manuum fratres pro scapulare Schema haberent.*] Usurparunt perinde vocem σχήμα Græci Scriptores hac notione. Vita S. Euphrosynæ Virg.: *Τὸ τῶν μοναχῶν αὐτῆ περιβάλλει σχήμα.* Sic τὸ τῶν μοναχῶν σχήμα, in Vita S. Nili junioris pag. 5. *Τὸ ἄγιον σχήμα*, pag. 8. *Ἄγγελικὸν σχήμα*, pag. 16. [Adde Theocritum in Vita S. Nicetæ n. 19.] Observat Goarus ad Euchologium Græcorum pag. 489. σχήμα in universum habitum monachicum significare, ut τοῦ βασιλείου τὸ σχήμα, τοῦ ἁνωτίου τὸ σχήμα: præterea apud Græcos Monachos esse quosdam, quos μικρο-σχήμους, et μεγαλοσχήμους, vocant, de quibus agit hoc loco vir doctissimus, [ut et Vita Lucæ junioris pag. 973.] Vide Glossar. med. Græcit. col. 1506.

**SCEMARI**, Ornato suo oblectari. Regula Magistri cap. 81: *Si quis autem frater in specie sua sibi visus fuerit Scemari, vel satis gavisici, mox a Præpositis suis ei tollatur, etc.* Arnobius in Psalm. 106: *Ergo bona saturavit bonis pœnitentem, non in Scematibus mundi, non in publico gloriantem; sed sedentem in tenebris, etc.*

**ASCEMARE**. S. Columbanus instr. 1. de Christo: *Quia naturam Ascematus est, qui eam ex nihilo creavit, i. e. induit, ea se quasi ornavit.*

2. **SCEMA**. Figura rhetorica. Gloss. Ælfrici: *Volubile Sema; Scema locutionis.* Fragmenta Petronii pag. 22: *In Curia autem, quomodo singulos vel pilabat, tractabat, nec Scemas loquebatur.* [\* Vide Forcellinum in *Schema*.]

3. **SCEMA**. Egbertus Eboracensis Archiep. in Excerpt. cap. 138: *Scemata dicuntur ramusculi in genere, cum gradus cogitationum partiuntur, et puta ille filius, ille pater, ille avus, ille agnatus, quorum figuræ in Scematibus apparent.* Hausit ex Isidoro lib. 9. Orig. cap. 6. apud quem *Stemmata* scribitur, quomodo usurpat Plinius lib. 35. cap. 2.

† 4. **SCEMA**, *Inductio, representatio,*



in Gasp. Barthii Gloss. apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 35. ex Papiniano Scholiaste ad lib. 3. Thebaid. : *Dicit nunquam tantum Scenam infelicitatis accidisse Thebanis.*

† 5. **SCEMA**, Eidem Barthio ibid. pag. 11. ex Hist. Palæst. lib. 4. cap. 18. est Vaticinii genus recentioribus Græcis familiare, quod numeris atque calculis putat fieri [\* Retractat hæc Barthius pag. 35. ubi recte Vafra consilia interpretatur. Locus est apud Bongarsium pag. 4. lin. 43.] : *Novissime vero congregati omnes majores natu qui Constantinopoli erant, timentes ne sua privarentur patria, repperunt in suis consiliis atque operosis Scematibus quod nostrorum Duces, Comites se omnes majores, Imperatori sacramentum fideliter facere deberent.*

† 6. **SCEMA**, Arenatum, intrita, signum, Gall. *Ciment* : unde *Scemata* dicuntur ædificia ex ea constructa. Elmhamus in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii cap. 54. pag. 135 : *Et dum infortunis concussibus, et fossuris continuis, Scemata firmissima cogerentur cedere, etc.* Rursum cap. 95. pag. 276 : *Alias vero partes horrendæ profunditatis fossata utrimque muris validissimis, bituminoso Scemate glutinatis, laterata, etc.*

**SCEMATIO**, Membri mutilatio, Itali etiamnum *Seemare* dicunt, pro *Mancare*, *diminuire*, *da semis*, Latino, *il quale non solamente la metà, ma ancora significa diminuzione*, inquit Acarisius. Vide Ferrarium. Lex Longobard. lib. 2. tit. 55. § 16. [\* Liutpr. 121. (6, 68.)] : *Si vero ipsa mulier in hac illicita causa (stupro) consentiens fuerit, habeat potestatem ejus maritus in eam vindictam dare, sive in disciplina, sive in venditione voluerit : verumtamen non occidatur, nec ei Scematio corporis fiat. Infra : Et ipse in eum faciat vindictam in disciplina vel venditione; nam non in occisione, aut Scematatione corporis. Ubi scematatio, pro scematia scribitur; vox enim orta a Semus, de qua infra.*

**SCEMATIZARE**. Alexander Iatrosophista lib. 2. Passion. : *Neque enim fiunt supradicta symptomata, sed secundum directionem ipsam adhuc videtur Conscematizare in multis sibus legibus, extrinsecus manifestius subjacet.* Ubi Glossæ MSS : *Scematizare, i. signum ostendere : scena enim est figura per directionem.* [Vide infra Schematizare se.]

\* **SCEMENTARIUS**, pro Cæmentarius. Vide *Scema* 6. Charta ann. 1212. in Chartul. S. Joan. Laudum. ch. 74 : *Tres pugnos frumenti super nemus et terram in territorio de Voana, quos debet Rudulfus Scementarius.* Ubi semel et iterum occurrit.

† **SCEMUS**, pro Semus. Vide *Secuus*.

**SCENA**, *Σκηνή*, Porticus. [Papias : *Scena, est camera, quæ obumbrat locum in theatro. Item arborum in se coherentium quasi concamerata densatio.* Vide Cassiod. lib. 4. Var. Epist. ult. S. Rembertus in Vita S. Ansharii sæc. 4. Bened. part. 2. pag. 91 : *Quadam namque vice ipse in quodam sedebat placito, Scena in campo ad colloquium parata, etc.* Infra : *Etiam folia ramorum de umbraculo ibi facto super ipsos decidentia, etc.*] Gerardus Presbyter in Vita S. Udalrici Episc. August. cap. 2 : *Recessit ab*

*eo, et in Scena, quæ ante cubiculum ejus est sita, consedit, etc.* Idem cap. 4 : *Expleta autem Missa, clerum iterum congregatum in Scena juxta eandem Ecclesiam sitam, solennissimis vestibus indutum antecessit, etc.* [Vide *Scava*.]

† **SCENACA**. Vide infra *Sceneca*.

† **SCENATORIUS** inter officarios Abbatibus S. Claudii recensetur in Statutis ejusdem Monasterii pag. 56 : *Item, Scenatorio domini Abbatis duo quartalia frumenti.*

† **SCENDATUM**, pro *Sendatum*, in Clement. de statu Monach. cap. 1. ubi Glossa : *Scendatum omne sericum comprehendit.* Vide *Cendalum*.

**SCENECA**, **SCENACA**. Anastasius in S. Silvestro PP. pag. 18 : *Omnia Sceneca deserta, vel domos intra urbem Albanensi sanctæ Ecclesiæ donum obtulit Augustus.* Codex Thuanus habet *Scenaca*, alii *Senica*; sed videtur legendum *Scenica*, ex Græco, ni fallor, *σκηνικά*, id est, loca lusbis publicis addicta, ut sunt Circi, Theatra, et ejusmodi.

† **SCENIFACTOR**. Vide *Scenofacere*.

† **SCENIX**, pro Chœnix, in Charta ann. 1469. tom. 8. Spicil. Acher. pag. 339 : *Siquidem inter ænigmata Pythagoræ sapienter dicitur, super Scenicem non sedendum.* Notum est hujuscæ Philosophi dictum : *Chœnici ne incidæas.*

† **SCENKE**, Pincerna, hodie *Schenke*, in Fragn. de Bell. Hisp. v. 3181. apud Schilter. in Gloss. Teuton. Vide *Scancio*.

† **SCENOBATA**, Histrio, a Gr. *σκηνοβάτης*. Mirac. S. Johannis Gualberti tom. 3. Jul. pag. 434 : *Plura dixit et egit inepte et insulse, et quod levitatis potissimum est, Seenobatæ officia ridicula ludosque ambitiosos ore, oculis, manibus efficere, etc.*

\* **SCENOBATES**. Glossar. vet. ex Cod. reg. 521 : *Scenobates, ille qui graditur super funes navis.*

**SCENOFACERE**, *facere funes*, ex Gr. *σκηνός*, funis, vox ibrida : *Unde Scenofactor, funium factor, et ars scenofactoria. Unde in Actibus Apostolorum cap. 18. v. 3. legitur de Paulo, quod erat scenofactorie artis.* Ita Ugutio : at aliter Græca versio habet : *ἦσαν γὰρ σκηνοποιεῖν τὴν τέχνην.* Ubi Erasmus : *Erat autem ars illorum texere tabernacula.* Ita etiam legit Arator lib. 2. Hist. Evangel. :

... Cujus se Paulus amico

Cuntulit hospitio, suciam dignatus adire  
Artis amore domum, nam Scenifactor uterque  
Pollebant operis studiis, et dogmate Legis.

Et infra :

Nec vacat ars Pauli socio celebrata sub ipso  
Secreti virtute boni : tentoria quippe  
Fortia mobilibus fabricabat in aggere tectis.

Ita editio Aldina ann. 1502. nam aliæ *Scenafactor* præferunt. [Vide Lexic. Martini.]

† **SCENOFACTORIA** Ars, Acu scilicet pingendi. Agnellus lib. Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 57 : *Istius (Petri) temporibus Galla Placidia Augusta multa dona in Ecclesia Ravennæ obtulit, et lucernam cum cereis, ... una cum sua effigie Scenofactoriæ artis factam.*

\* **SCENONIA**. Mirac. S. Verenæ tom. 1. Sept. pag. 171. col. 1 : *Alter autem sine sensu venit nesciens, cum caballo ad Scenoniam proprii senioris. An pro Seinoria?*

Vide infra in hac voce. [\* Alter codex apud Pertz. Script. tom. 4. pag. 459. habet *Scenomam*. An idem quod supra *Scena*.]

† **SCENOPEDEÆ**, Gentis fabulosæ nomen. Odo de Varia fortuna Ernesti apud Martenium tom. 3. Anecd. col. 360 :

Gens fuit adjuncto reptans in littore, bello  
Aspera, Scenopedas veteres dixere seniles...  
Oetono pedibus digitos habet, et venientem  
Expellens auram, plantis sua membra supernis  
Involvit, uullaque pedes vestitur aluta.

\* **SCENOPHEGIA**, f. idem quod *Scenofactoria* ars, texendi scilicet aulae tabernaculorum, vel acu pingendi. Vita S. Chrodog. tom. 1. Sept. pag. 771. col. 2 : *Totius visus receipt solatia : ibique artis Scenophegie dans operam, etc.* Vide *Scenofacere*.

† **SCEPHONANNES**, Institores. Glossar. Mons. apud Schilter. in Gloss. Teuton.

† **SCEPHONES**, Scabini, ni fallor : *Scepeno* enim judex est, et *Schepen*, vel *Scheffen*, Scabinus, ut in hac voce observavimus. Charta Ludovici III. Landgr. Turing. ann. 1174. apud Schannat. Vindem. litter. pag. 117 : *Cujus rei actio et taxatio non solum coram mea ipsius præsentia, mihiq; astipulanti, non tam liberorum quam ministerialium clarissimorum Baronum, verum etiam inter Scephones promulgata et confirmata est.*

**SCEPPA**, Mensura salis, [unius scilicet cochlearis.] Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 824 : *Et quingue Sceppas salis per annum de salinis meis de Westrotum per traditionem meam et heredum meorum ad Vincula S. Petri in autumnno.* Occurrit ibi pluries. [Miracula S. Etheldredæ tom. 4. Jun. pag. 573 : *Duas hidas et dimidium et novem acras cum Ecclesia una, per annum firmam et septem Sceppas tenebat.*] Vide *Escheppa*, *Scapha*, *Scapilas*, *Seefilum*.

\* Aliorumque aridorum, puta farinae. Chartul. eccl. Glasguens. ex Cod. reg. 5540. fol. 41. vº : *Exceptis quatuor Sceppis farinae culibet rectori cujuslibet istarum quatuor ecclesiarum.... annuatim percipiendis.*

\* **SKEPPA**, Eadem notione, in Charta ann. 1223. ibid. fol. 42. rº : *Salvis culibet rectori in singulis istis quatuor ecclesiis quatuor Skeppis farinae.*

**SCEPTOR**, Notarius : unde *Sceptorius*; et *Sceptoria*, Cisterna, Ugutioni, pro *exceptor*, et *exceptoria*.

**SCEPTORIE**, *Cisternæ, receptorie*, in Glossis Isid. et Pithœi, *δέξζυραία*, Græcis. [Vide *Exceptoria*.]

**SCEPTRATUS**, Sceptro donatus. Saxo Grammaticus lib. 14 : *De Sceptrato cucullatus evasit.* Joan. Altivillensis in Architrenio lib. 3. cap. 17 :

Absit ut hæc lateat Sceptratos gloria, etc.

† **SCEPTRIFER**, Qui *Sceptrum* seu virgam præfert, apparitor, *bedellus*, nostris *Porteierge, bedeau*. Conc. Mexican. ann. 1585. inter Hispan. tom. 4. pag. 391 : *Decanus et capitulum et omnes clerici qui ad hoc congregari potuerint, suis multis sedentes, præcedente ejusdem capituli Sceptrifere, sceptrumque suum manu gerente.... extra civitatem ad mediam leucam, vel eo minus ad præsidentis arbitrium progrediantur.*

\*\* **SCEPTRIGENUS**, Sceptro natus



porphyrogenitus, nisi legendum *Sceptri-geros*, in Chron. univ. Ekkehardi apud Pertz, tom. 6. Scriptor. pag. 176 :

Hæc stirps Francigenam regni dum strinxit habenam,  
Romæ sceptrigenos Karolos dedit ac Ludewicos.

Vide *Baculus*, 2.

† **SCEPTRIGERARE**, Imperare. S. Ger-aldus in Vita S. Adalhardi sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 346 : *Inter primos palatii ætate et sapientia cœpit florere, et primus haberi sub ipso (Carolo) Sceptrigerante. Paulo supra eodem sensu agere in sceptris dixit.*

† **SCEPTRINUS**. Vide mox in *Sceptrum*.  
**SCEPTRUM**, pro *virga*, aut *flagrum*.  
Althelmus de Laud. Virg. cap. 25 :

... Sceptrorum flagra beatus  
Ictibus argutis martyr nou sensit acerba.

Alibi :

Flammens aspectu, niveæ candore coruscus,  
Sceptrinum viam dextra gestabat in alima.

Idem de Virgin. : *Sceptrinæ virgæ, que prius nodosa duritia rigeant, pluma molliores, et papyro effectæ sunt leviores.*

† **SCEPTRUM**, Auctoritas ipsa, cuius sceptrum insigne est. Præceptum Henrici Imper. ann. 1023. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 143 : *Nostra imperialis auctoritate omnia concedimus ac roboramus... Insuper etiam imperialis Sceptro sancimus, etc.* Occurrit etiam ad significandum Abbatis regimen in Gestis Abbat. Lobiens. apud Acher. tom. 6. Spicil. pag. 638 : *Qui (Johannes) cum Scepta gestasset, etc.* Ubi leg. *Sceptra*.

\* Præceptum regium. Charta Henr. II. imper. ann. 1016. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 351. col. 2 : *Poppo sanctæ Treverensis ecclesie archiepiscopus nos sæpe monuit... ut multitanum rerum et familie S. Petri... dignamur revocare, nostrisque stabiliendo Sceptris confirmare.* Ubi tamen *Scriptis* legendum puto, ut in aliis similibus Chartis legitur.

† **SCEPTRUM CRUCIFIXI**, Baculus, ni fallor, peregrinantium Hierosolymam. Memorabilia Humberti Pilati tom. 2. Hist. Dalph. pag. 623. col. 2 : *Die festo Corporis Christi accepit crucem a domi. Papa et vexillum et arma et Sceptrum Crucifixi et Ecclesie, quod una cum sno fecit portare per totam villam ante se usque ad suam domum.* Vide in *Burdones*.

† **SCEPTRUM**, Baculus Cantoris, in Conc. Hispan. tom. 4. pag. 135 : *Nulli præter rectorem vel vicarium liceat se excusare a cappa et a Sceptro suo ordine tenendo.* Rursum pag. 175 : *Canonicus cui committitur cappa cum Sceptro in choro teneatur illam recipere et in choro assistere.*

† **SCEPTRUM**, a baculo aliud fuisse pluribus probat doctiss. Cangius in voce *Baculus* pag. 531. col. 1. adde Glossar. med. Græc. col. 1388. voce *Σαπτρον*. Quoniam vero tempore Sceptrum in sigillis regiis inductum fuerit, videsis apud Mabilon. Diplom. lib. 2. cap. 17. num. 3.

† **SCEPTUM**, pro *Sceptrum*. Vide supra.  
\* **SCERPUM**, Ager in culturam reductus, ab Italico *Scerpare*, Extirpare. Charta an. 793. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 412 : *Et omnia Scerpa sive notrimina mea, majora et minora, in tua sint potestatem pro me dispensandi.* Vide *Scartus*.

\* **SCERTUM**, an *Exclusa* vel *Alveus*, quo aqua ad molendinum currit? Charta ann. 1368. in Access. ad Hist. Cassin. part. 1. pag. 425. col. 1 : *Item teneantur homines dicte terræ... reparare caput Scerti molendini, nec non portare lignantina grossa pro ponte.*

\* **SCESTAYRIATA**, pro *Sextayriata*, Modus agri, ager certi sementis sextariorum numeri capax. Charta ann. 1390. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 111. col. 2 : *Portet per cedulas descripta bona sua ininobilia, specificando ipsa per Scestayriatas et quartayriatas.* Vide *Sextarata*.

† **SCEALA**, *Sextula*, Sexta pars, apud Rabanum lib. de Computo, tom. 1. Miscell. Baluz. pag. 13.

† **SCEAUS**, pro *Cæsus*. Locus est in *Stoc. SCEPTA*. Vita S. Comgalli Abbatis Benchoensis num. 54 : *Ductus est ad S. Fiachra, ut baptizaret eum apertisque jam S. Fiachra Scetam suam ad duccidum inde librum baptismi, brachium S. Comgalli in ære sursum avolavit.* Ubi hæc vox pro *armario* videtur usurpari. [\* F. a *Sceat*, *Thesaurus*.]

† **SCEPTRA** quid sit docet Guaguinus in Epist. ad Fr. *Ferycoub* ann. 1468. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 18. 39 : *Nam plebei atque humilinus quisque divitis cuiusdam familiaritatem plurimum expetit, cui meliori parte ætatis obnoxius tenui victu atque vestitu contentus, inops tandem egenusque moritur : quippe cui solum superest Scetra, hoc est, scutum ex corio factum, ensis, pugio, etc.*

\* **SCEUOCHARTALIS**, in Lib. pontif. cum notis Joan. Vignol. : *In locello, qui Sceuochartalis vocatur.* Ubi in nota : Vox Græco Latina ex *σκαῖος*, scrinium seu capsula, et *Chartalis*, qua scilicet epistolæ atque alia scripta chartis mandata mitti ac deportari solebant. Vide *Sceurum*.

**SCEUOPHYLAX**, Sacrorum Ecclesie vasorum custos, *σκαυοφυλαξ*, de qua in Ecclesia Græcæ dignitate, multa Gretzerus et Goarus ad *Codinum* de Officiis, et Meursius in Gloss. Occurrit non semel in Hist. Miscella VII. Synod. act. 4 : *Θεοδῶς δὲ διάκονος, μοναχὸς καὶ σκαυοφυλαξ τῶν εὐαγγελίων πατριαρχικῶν εὐαγγελίων.* Guillelmus Bibl. in Hadriano II. PP : *Ibi a Paulo librorum custode, Joseph vasorum custode, simulque Basilio Sacellario Ecclesiasticis indutis vestibus salutati.* [Vide Gloss. med. Græc. col. 1386.]

**SCEUOPHYLACIUM**, *σκαυοφυλακίον*, vasorum custodiarium vertit Anastasius in Hist. Ecclesiastica cap. 35. Vide Descriptionem nostram ædis Sophianæ num. 89.

**SCEURUM**, ex Germanico *Schewre*, vel *Schewr*, Horreum, granarium, penaria cella, reconditorium. [\* Vide Graff. *Thes. Ling. Franc.* tom. 6. col. 536. voce *Scur*.] Ingulfus in Hist. pag. 862 : *Cæpit largiente domino bonis omnibus abundare, ut tam in thesauris ac Sceuris postmodum duplicia redderentur.* Quædam editiones habent *scawis*. Anastasius in Sergio PP. pag. 60. de Actis Concilii : *Missis in locellum, quod Scebrum chartale vocatur.* Alii eodd. : *Hæc itaque missa in locello, quod Sceuro carnali vocatur.* Alii, *Scebro carnali*, pro *Scebro cartali*, i. Cartophylacio.

[Vide Gloss. med. Græc. v. *Σαεβριον*, col. 1384. et Combefisium ad *S. Maximum* tom. 1. pag. 699.] [\* et supra *Scenochartalis*.]

\* **SCHACHARE**, Latrocinari; unde *Schachator*, Latro. Stat. crimin. Cuman. cap. 2. ex Cod. reg. 4622. fol. 59. vº : *Robatores, Schachatores, fures famosos, etc.* Ibid. cap. 28. fol. 69. vº : *Si quis de cetero in civitate Cumarum vel toto districtu Cumarum Schachaverit, sive robarerit, etc.* Vide *Scach*, et *Scachoator*.

† **SCHACHTA**, Fovea profundissima, a German. *Schacht*, puteus rei metallicæ, ex Franc. Junio in Willer. pag. 218. Laur. Byzinius in Diario belli Hussit. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 151 : *Quos montani Teutonici Bohemorum et præsertim veritatis Christi diligentium crudeles persecutores ac inimici, variis blasphemis et diversis pœnarum afficiendo generibus, ad foveas profundissimas seu Schachtas, nocturnis præsertim temporibus inhumaniter jactabant.*

† **SCHACI**, de pecunia dici videtur in Testamento Ermengaudi Comit. Urgell. ann. 1010. Append. Marcæ Hispan. col. 974 : *Et ad sancti Egidii cœnobio ipsos meo Schacos (dono) ad ipsa opera de Ecclesia.* Vide *Scatz*.

**SCHACIA**, *Schaciare*, pro *Chacia*, venatio : *Chaciare*, venari, tom. 2. Monastici Anglic. pag. 102. Vide *Caciare*.

**SCHACUS**, Latrocinium. Vide *Scach*.

† **SCHÆPERHUND**, Canis pastoralis, qui oves custodit, Germ. *Schæferhund*, cuius mentio est in Notis Eccardi ad Leg. Salic. tit. 6. num. 5. ubi pro *Sive theoprano* legendum putat *Schæperhuano*.

† **SCHAFÀ**, *SCHAFFA*, pro *Scapha*, navicula, in [\* Vita S. Otmar. cap. 8. apud Pertz. *Script.* tom. 2. pag. 44. in] *Breviario* Hist. Pisanæ apud Murator. tom. 6. col. 171. et in Itiner. Hierosol. Bernardi de *Breydenbach* pag. 234.

\* *Navigium sive Schafa ambulatoria*, in Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 167.

\* **SCHAFINNARIUS**, Germ. *Schaffner*, Oeconomus, procurator, idem qui *Scafwardus*. Vide in hac voce. Charta ann. 1234. tom. 2. Geneal. diplom. aug. gent. Habsburg. pag. 248. not. 7 : *Nullus cellerarius domini episcopi, nullus predictorum comitum Schafumarius de faciendâ justitia intrromittere debent nisi tantum vilici.*

\* **SCHAJALE**, *SCHAJALECTUM*. Vide infra *Schajale*.

† **SCHALCUA**, Latrocinium. Vide *Scach*.

† **SCHALLA**, Scala, in Correct. Statut. Cadubrii cap. 43 : *In omni regula Cadubrii fiant de bonis communis Cadubrii Schallæ duæ et quatuor angerii et in plebe quattuor Schultæ et angerii quattuor, ut occurrente casu ignis melior possit fieri defensio.*

† **SCHALVATUS**, *Arbor Schalvata*, unde rami abscissi sunt, Gall. *Ebranché*. Statuta Montis Regal. fol. 241 : *Item statutum est quod camparii tercarii vici teneantur emendare omnes arbores incisas, vel Schalvatas, etc.* Vide *Scalvare*.

\* **SCHAMATHA**, *SCHAMMATA*. Vide supra *Samatha*.

† **SCHAMBIUM**, pro *Cambium*, permutatio.



tatio, in Charta ann. 1154. Append. Marcæ Hispan. col. 1316.

† **SCHANCERIA**, Navigii species. Laudes Papiæ apud Murator. tom. 11. col. 22 : *Docti sunt etiam valde tam in aqua quam in terra pugnare; facientes, cum necesse fuerit, ... naves acutas cursuque veloces, quas Schancerias vocant ad pugnandum in aqua.*

\* **SCHANDALIA**, in Bulla Bened. PP. VII. ann. 975. apud Joan. Nic. ab *Honthelm* tom. 1. Hist. Trevir. pag. 313. col. 1. ubi minus bene de gradibus, quibus elatus ac honoratius statur, sedeturve, explicatur : idem quippe quod *Sandalia* 1. Vide in hac voce.

† **SCHAPHA**, pro Scapha, apud Gualter. Hemingsford. in Edwardo III. Reg. Angl. pag. 320.

† **SCHAPHEN**, Moneta argentea in provinciis Belgii et Leodii, Cataphractus eques. Danis *Skerw*, ex Stephani Nomenclat. Danic. pag. 255. apud Schilter. in Gloss. Teuton.

† **SCHAPMANSUS**, pro *Capmansus*, *Caput mansi*, Domus præcipua, quæ pertinet ad primogenitum. Bulla Alexandri III. PP. ann. 1165. apud Stephanot. tom. 1. Antiq. Bened. Lemovic. MSS. pag. 721 : *Unam bordariam, mansum et Schapmansum de Melet, et vineas, etc.* Vide in *Caput* 3.

† **SCHARA**, ut *Scara* 2. Vide in hac voce.

† **SCHARESCELLUS**, **SCHARESTELLUS**. Vide *Scarescellus*.

† **SCHARIGE**. Ita vocabant suos sacerdotes Germani, qui pœnas adulteris et aliis facinorosis infligebant. Chron. Jul. cap. 16. fol. 33. Reines. Vocab. MS. Theot. Hæc Schilter. in Gloss. Teuton. Vide *Scario*.

† **SCHARITUS**. Vide supra *Scaritus* 2.

\* **SCHARLATUM**, Pannus purpureus, coccineus, Ital. *Scarlatto*, Gall. *Ecarlate*. Viti Arenpeckii Chron. ad ann. 1232. apud Pez. tom. 1. Script. rer. Austr. col. 1212 : *Fridericus dux... miles creatur, qui cunctos commilitones suos Scharlato cum albo in medio... vestivit.* Vide *Scarlatum*.

\* **SCHARLETTUM**, Eodem significatu. Charta ann. 1257. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 851 : *Duodcim brachia Scharletti, ... ad quod Scharlettum, spaviverium et cyrothecas præoccupandas currere debeant dextrarii.*

† **SCHARLYATICUS**, Coccineus. Joh. Longinus in Vita B. Kingæ tom. 5. Jul. pag. 720 : *Et in paunorum Scharlyaticorum locum, qui apud vos hodie in magna frequentia habentur venales.* Vide *Scarlatum*.

\* **SCHARREIA**, pro *Charreia*, Onus carri, quantum carro vehi potest. Charta S. Ludov. ann. 1258. in Chartul. Boniport. : *Concessimus... xix. Scharreias feni, prout eas percipiebamus in pratis vallis Rodolii.*

† **SCHARSYA**. Testament. Ludovici Decani S. Petri Moguntin. ann. 1306. tom. 2. Rer. Moguntin. pag. 497 : *De utensilibus vero supra positis quedam sunt specialiter excepta. Nam lego meliorem meam Scharsyam ad dorsale S. Crucis in superiori parte Ecclesie mee S. Petri. Item lego meliorem Scharsyam, quam habeo post illam, et duos*

*cussinos de serico, et sex alios cussinos in superficie contextos... Meehtildi de Confluentia consanguinee mee.* Vide *Scarsalis*.

† **SCHARWERCHE**, Opera, corvata. Advisamenta in Conc. provinciali Salisburg. porrecta ann. 1456. apud Hansiz. tom. 2. Germ. sacræ pag. 498 : *Item nobiles compellunt ecclesiarum colonos ad labores suos vulgariter Scharwerche, ut in messe, in feno et in fossis.* Germ. *Schar*, aratrum olim, nunc pars est aratri, ferrum scilicet quod illi infixum terram proscindit. Vide *Scara*, 4.

† **SCHAWING**. Vide supra *Scavngium*.

† **SCHEDA TESTIMONIALIS**, Testificatio, testimonium, Gallis *Attestation*. Synodus Limensis ann. 1584. inter Conc. Hispan. tom. 4. pag. 280 : *Confessarii pœnitentibus dabunt hujusmodi Schedas testimoniales exceptarum confessionum, ut eas ad parochum deferant.*

† **SCHEDARE**, In Schedas referre, exscribere. Narratio contentionis de Cella S. M. in Minione apud Mabill. tom. 1. Musei Ital. pag. 57 : *Quam (contentionem) huc operi inseruimus, ex authenticis Schedantes, ob id maxime, his ut auditis deinceps caveatur a rectoribus cœnobii hujus, ne similis proveniat eventus.*

† **SCHEDIA**, a Gr. *σχεδία*, Festo *Genus navigii inconditum, id est, trabibus tantum inter se nexis factum; cui accedit quod Galli Radeau, train dicimus.* Ulpian. leg. 1. § 6. ff. de exercit. act. : *Sive in stagno naviget, sive Schedia sit.* Saxon. Sc eg 8, Danis vett. *Skeid*, est Navis constrata et militaris.

† **SCHEDIUM**, Pars, portio. Sententia arbitralis ann. 1292. inter Abbat. et Consules Gimont. *Schedia dictarum terrarum et aliorum honorum non possint venire in commissum, quo usque fuerit peritæ.*

† **SCHEDIUS**, Gr. *σχεδίας*, Extemporalis, subito factus, inelaboratus. Apuleius in Floridis : *Sed ut me omnifariam novoritis : etiam in isto, ut ait Lucilius, Schedio et incondito experimini, an idem sinu repentinus, qui preparatus.*

\* **SCHEDULA TESTAMENTALIS**, idem quod *Scheda testimonialis*, Charta qua donatio aut pactio asseritur. Charta Manas. archiep. Rem. ann. 1099. in Chartul. Cluniac. ch. 196 : *Ut hujus pactionis assertio in futurum non cassanda permaneat, testamentali eam Scheda, cum sigilli sui imagine personarumque probabilitum signis et testimoniis roboravit.* Vide *Testamen* et *Testamentum* 2.

**SCHIEFFA**, Præstationis species apud Germanos. *Jus, quod dicitur die Schieffa*, apud Albertum Argentin. pag. 170.

\* Ea scilicet, quæ pro mensuris exigitur. Vide *Scapha* et *Scheffel*.

† **SCHIEFFEL**, Scaphula, semimodius, ex Goldasto pag. 210. apud Schilter. in Gloss. Teuton. Vide in *Scapha* et *Schefflum*.

† **SCHIEDINGHE**, Divisio, a Teuton. *Sceiden* vel *Scheiden*, secedere. Glossar. Mons. pag. 409 : *Sceidunga, discidium.* Charta Wylbrandi. Archiep. Magdeburg. ann. 1236. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 42 : *Equidem præfati præpositus et capitulum emerunt in Glouch' molendinum cum curiu attinente, pomerium etiam adja-*

*cens et salictuum cum omni utilitate et preventibus ejus, ab ejusdem fundi principio usque deorsum ad locum, qui Divisio Latine, et Scheidinghe vulgariter appellatur.*

† **SCHELA**, ut *Skella*. Vide in hac voce.

\* **SCHELFA**, Successio, hæreditas, ut videtur. Stat. ant. Cumanæ ex Cod. reg. 4622. fol. 15. r<sup>o</sup> : *Quævis mulieres... maritatae seu maritandæ, sine liberis existentes, ante completum decimum annum a die, qua ad copulam iverint matrimonialem, ullo modo nequeant per testamentum, codicillos, donationes... de bonis earum parasfrenalibus, donatis seu Schelfa aliquantulum disponere, neque ea aliquantulum relinquere : quin imo ipsa talia bona parasfrenalia, donata seu Schelfa venientibus ab intestato superstitibus usque ad quartum gradum, secundum jura civilia computandum, revertantur et perveniant ad dotantes et succedentes ab intestato, ipsis talibus mulieribus decedentibus sine liberis infra dictum decimum annum.* Vide *Schelpus*.

† **SCHELDWITE**. Vide *Scheldwita*.

† **SCHELHENGST**, Equus admissarius, Stadenio, a *Schelle* seu *Skella*, hoc est tintinnabulo ex collo dependente, ut refert Eccardus in Notis ad Pactum Leg. Salicæ pag. 20. Vide *Scelo*.

\* **SCHELLINGUS**, Moneta Anglica, cujus usus extra Angliam obtinet, vulgo *Schelin*. Præcept. Caroli IV. imper. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 132 : *Pro qua (decima) nobis debet viginti Schellingos Anglicos, qui conficiunt quinque libras sex Schellingos et octo denarios nigrorum Turonenstum.* Vide *Schillingus*.

† **SCHELM**, Kiliano, *Cadaver, animal vivum quidem, sed præ macie cadaverosum, et pestilens lues quadrupedum.* Vocabul. vetus : *Cadaver, Schelnu. Schelnu, contagium,* apud Schilter. in Gloss. Teuton.

† **SCHELPUS**. Decreta Placent. ad calcem Statut. fol. 113 : *Quinimo ipsa talia bona pnterferulia donata seu Schelpa venientibus ab intestato superstitibus usque ad quartum gradum, gradu secundum jura civilia deputato, revertantur.* Vide *Schelfa*.

† **SCHEMA**, **SCHEMMA**. Vide in *Schema* 1.

† **SCHEMATICI**, Heretici, iidem S. Joh. Damasceno lib. de Hær. qui supra *Jacobitæ*. Vide in hac voce et *Bohem*. Hist. Eccl. pag. 872.

† **SCHEMATIZARE SE**, Formam et speciem mutare, *se transformer*; a *Schema*, forma, species, Græcis *σχημα*. Vide *Schema* 1. Acta SS. Cypriani et Justinæ apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1633 : *Dæmonem fornicationis præcepti Schematizare se in speciem virginis Justinæ, et venire ad me quasi rogans et dicens : non sufferens nimium amorem quem habeo ad te, ecce veni. Sed nihil potuit hic dæmon facere, qui se convertit in speciem ejus.* Vide *Schematizare*.

† **SCHEMATIZARE**, *Figurate, umbratice loqui*, in vet. Glossar. apud Vossium lib. 4. de Vit. Serm. cap. 24.

† **SCHENA**. Vide infra *Schina*.

† **SCHPEPPELSCHAT**, Exactionis genus. Berntenii Chronice. Marienrod. apud Leibnit. tom. 2. Script. Brunsvic. pag. 466 : *Item (coactus est Jodocus abbas dare) Schpepelschat per multos annos annuatim circa vel ultra ducentos florenos.* Vide *Scapha*.



† SCHERA. Vide *Scara* 3.

SCHERE. Arnoldus Lubec. lib. 2. cap. 4 : *Dux et sui prospere navigabant per aliquot dies, et inciderunt periculum, quod vulgarij Schere dicitur, quia ibi scopuli immanissimi ad instar montium prominentes, difficillimum illis transitum fecerunt.* [Vide *Scheria*.] [\* Vide *Ihii Glossar Suio-Goth.* voce *Skær*, *Rupes*, tom. 2. col. 573.]

† SCHERFF, Nummulus, decem constituunt eruciatum, i. *Kreuzer*. Ita Schilter. in *Gloss. Teuton.* ex *Matthes. Bergpost.* pag. 811.

† SCHERIA, Portus, seu locus in quo naves tutæ sunt. Lanfranci Pignoli *Annal. Genuens.* ad ann. 1266. apud *Murator.* tom. 6. col. 540 : *Quibus (navibus) visis a dicto admirato, se cum suis galeis in Scheria recollectit, et discooperiens inimicos qui manu armata versus ipsum in quantum poterant, veniebant, etc.* Vide *Schere*.

SCHERIO. Vide *Scario* 1.

† SCHERN, Frisiis veteribus, Fimus, Anglo-Sax. *Scern*. Hæc Schilter. in *Gloss. Teuton.* ex *Franc. Junio* in *Willerm.* pag. 220.

† SCHESALIS, pro *Chasalis*, ut videtur, Casa, vel tenementum. Vide *Casale* et *Casamentum* 1. Charta apud *Stephanot.* tom. 2. Antiqui. *Bened. Lenovic.* MSS. pag. 286 : *Et dedit quandam Schesalem et in novem bord. de Cluson, in unaquaque iv. d.*

† SCHETZE. Vide supra *Scadus*.

† SCHEURUM, ut *Securum*. Vide ibi.

\* SCHIAGIALE, SCAGIALE, SCHAJALE, Cingulum, zona, Ital. *Scheggiale*, Stat. *Eugub.* apud *Cl. V. Garamp.* in notis ad *Leg. B. Chiare* pag. 53 : *Quod nulla mulier ... portet aliquam cinturam, Schiagiale vel slectam, in quo vel qua sit aurum, etc.* Stat. *Tudert.* ann. 1337. *ibid.* in *Ind.* pag. 506. col. 1 : *Quod possit quilibet mulier anulos, Scagialia et alias centuras fornitas auro vel argento.... deferre.* Invent. ann. 1379. *ibid.* pag. 553. col. 1 : *Unum Schajale de argento deaurato cum cento violecto. Item unum Schajalectum ad silum.*

† SCHIASIS. Vide *Sciasis* in *Scia*.

† SCHIENCHERIA, Armorum species, qua dorsum, Italis *Schiëna*, munitur. Statuta *Vereell.* lib. 3. fol. 107. v° : *Defensibilia autem (arma) intelligantur coracia, panceria, cervallaria, ... Schiencherie et his similia.* Vide *Schiëna* et *Schineria*.

† SCHIETUS, vox Italica, simplex, uniusmodi, Gall. *Uni*. Statuta *Placent.* lib. 6. fol. 80. verso : *Item provisum est quod sartores de drapis non possint accipere de taliando et cusendo infrascripta ultra infrascriptas quantitates, videlicet de aliquo gonollo drappi integri sive Schieti, etc.*

SCHIFATUS. Vide *Scyphati*.

† SCHIFFA, Munimenti genus, f. specula, Gall. *Guerite*. Charta ann. 1341. tom. 2. *Hist. Dalph.* pag. 429. col. 1 : *Item, quod nauri, chasfallia, Schiffæ, muctæ et alia omnia facta et constructa ad resistendum dicto domo. Dalphino... tollantur omnino.*

SCHILLA. Vide *Skellu*.

† SCHILLINGUS, Monetæ species, vulgo *Schelin*, ejus usus præsertim obtinet in *Alemannia*, *Anglia* et *Hollandia*, licet ubique non ejusdem pretii. Charta

ann. 1378. apud *Schlegel.* de *Nummis Salfeld.* etc. edit. 1697 : *Anniversarium pro 48. Schillingis nummulozum Provincialium.* Charta ann. 1359. inter *Probat. Histor. Alsat.* pag. 55 : *Item vintg deux Schillings et six pfennings de Strasbourg de ventes des maisons de Werde.* Vide *Schillingus*.

SCHILPOR. Vide *Schitonos*.

† SCHINA, SCHINALE, Spina dorsi, dorsum, Gall. *Eclîne*, Ital. *Schiëna*. Aeta *S. Vitaliani Episcopi* tom. 4. *Jul.* pag. 171 : *Item septem vertebra dorsi tam intragrac quam fractæ. Item tria frusta vertebraum Schinë.* *Mirac. B. Henrici Bauen.* tom. 2. *Jun.* pag. 382 : *Alexander... guttosus in Schinalli et in Schinë, non poterat se curvare aute vel retro.* Statuta *Saluciar.* collat. 5. cap. 146 : *Statutum est quod quilibet caligarius... teneatur et debeat facere seu ponere eisdem subtilaribus solcas de Schina corii grossi.*

† SCHENA, Eadem notione. *Miraëula B. Gregorii Verueul.* tom. 1. *Maii* pag. 539 : *Ex quo præ infirmitatis longitudine tantum pellem et ossa retinet, interiora locum ventris non occupant, et ventrem cum Schëna annexum habet, ita quod cadaver et mumiam diceret.* Hinc

† SCHENA, Onus hominis, quantum dorso ferre potest. Statuta *Mont. Regal.* fol. 316 : *Et ab inde infra pro qualibet Schëna sol. den. sex. Item pro somata grossa, etc.*

† SCHINATA, Piscis genus, f. *Perca*, *Gallis Perche*, *Italis Schinëda*, quod quibusdam asellum sonat, Gall. *Merlus*. Statuta *Astens.* ubi de intratis portarum : *Pisces salati, videlicet lucii, tenche, Schinâtæ solvant pro quolibet rubo lib. 6.*

SCHINDERLING, Villiculæ monetæ species, in jure *Hungarico*. *Sambucus.* [Vide *Schillingus*.] [\* *Moneta primo a Frideric. II. eusa. Vide Aventin.* ad ann. 1453.]

† SCHINDULA, pro *Scindula*, Gallice *Bardeau*. *Chron. Mellicense* pag. 476. col. 2 : *Et fuerunt ille novissima Schindulæ quasi 400. ilicæ seu quercinæ de vasis veteribus vinorum, aliis Schindulis deficientibus.*

\* SCHINERIA, Acad. *Cruse. Schiniera*, Tibiale, armorum genus, quo tibiæ muniuntur. [\* *A German. Scina*, Tibia, *crus.* Vide *Graff. Thesaur. Ling. Franc.* tom. 6. col. 499. in hac voce.] Stat. *Mutin.* ann. 1328. apud *Murator.* tom. 2. *Antiq. Ital. med. ævi* col. 487 : *Quilibet miles teneatur et debeat habere in qualibet cavalcata et exercitu panceriam sive cassettum, gumberias sive Schinieras, collure, etc.* Quo etiam sensu intelligenda est vox *Schicucheria*.

\* SCHINO, pro *Sion*, Colatorium, ut conjecit *Georg. Rhodig.* de *Liturg. Rom. pontif.* cap. 26 : *Obtulit insuper Desiderius Schinonem pensantem librari unam, habet caudam nigellatam.* Vide *Sium*.

† SCHINUS, Arboris species, vulgo lentiscos, ejus mentio est *Daniel.* cap. 13. 54.

\* SCHIOPETUS, Italis, *Schioppetto* dimin. a *Schioppo*, Tormentum bellicum manuale. *Barel. serm.* 2. in *Dom. 1. Quadr.* : *Ut bombardæ, Schiopeti, passavolanti, etc.* Vide infra *Sclopetum* et *Scopetus*.

SCHIPPA, Nauta, qui navem, quam Angli *Schip*, vocant, remis impellit : *Shipman*, vulgo iisdem. *Ordericus Vitalis* lib. 12. pag. 868 : *Tandem navigandi signum*

*dedit. Porro Schippæ remos haud sequiter orripuerunt, et alia læti, quia quid eis ante oculos penderet, nesciebant, armamenta coaptaverunt, navemque cum inpetu mugno per pontum currere fecerunt.* *Le Roman de Roums* :

Nefs et Esquies appareiller,  
Veles estendre, et males dreecier.

[*Eschois*, *ibidem* :

Pain aportent et char, poisson salé et frois  
Par la terre à charai, par la mer o Eschois.]

\* *Equippe*, eodem sensu, in *Lit. remiss.* ann. 1456. ex *Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 122* : *Arriva cinq chullans chargez de vin près S. Mathurin sur la levée de la riviere de Loire, avec leurs Equippes, notonniers et gens conduisans lesdiz challans.* *Eschupart* vero, piscandi instrumentum videtur, in *Lit. remiss.* ann. 1397. ex *Reg. 152. ch. 289* : *Icelluï Pierre chauffié d'un gros housseaux à pescheur, un Eschupart de bois en sa main en entention d'aler peschier, etc.* Haud scio an inde repetenda sit origo vocis Gallicæ *Esquiptur*, vel *Equipart* et *Esqueppart*, qua *Ligonis* species significatur. *Lit. remiss.* ann. 1392. in *Reg. 144. ch. 27* : *Icelluï Andriet tenant un Equipart de fer, prinst icelluï Jehannin par son mantel, qu'il avoit vestu, en le cuidant frapper dudît Equipart.* *Alia* ann. 1404. in *Reg. 158. ch. 418* : *Lesquelz pionniers ou fosssoeurs, qui ouvroient ès fondemens d'une des tours cornieres, ... se nûrent à defense de leurs Esqueppars et hoyaulx, etc.* *Alia* ejusd. ann. in *Reg. 159. ch. 249* : *En ce disant le fery, non pas d'un cousteau ne de baston affectié; mais d'un Esquiptur qu'il portoit à pionnier.*

SCHIPPESHIRE. *Willelmus Thorn.* ann. 1364. de servitio, quod homines 5. portuum debent ad *Norborne* : *Et debent pro qualibet Swollinga 14. d. per annum pro Schippeshere, timberlode, et bordlode, vel cariare extra Waldam per mare vel per terram ad manerium predictum.* Occurrunt eadem verba paulo infra : ubi *Sommerus Schippeshere*, ovium tonsuram exponit, ex *Saxonic.* s. *ceap*, Anglis *Sleep*, ovis : et *scearan*, Anglis *Shearc*, tondere.

SCHIRA. Vide *Schyra*.

† SCHIREWYTE, Præstatio quæ quotannis ad *Schiram* exsolvebatur. Vide *Scyra.* *Comput.* ann. 1425. apud *Kennett. Antiq.* *Ambrosd.* pag. 573 : *Et in solutis pro quadam pensione vocatu SchirewYTE annuatim iv. sol.*

SCHIRMANNUS, *Lambardo*, *Senator*, *Saxonic.* *scirman*, ex *scire*, *Satrapia*, regio, *pagus*, et *man*, homo. *Leges Inæ Regis West-Saxiæ* cap. 9 : *Si quis sibi rectum roget coram aliquo Schirmanno, vel alio iudice, et habere non possit, etc.* Vide *Scyra*, [\* et *Philips. de Jure Anglos.* § 24.]

† *Scirman* quid sit doct *Testament. Ælfe* apud *Hiekesium Dissert.* pag. 59 : *Per testimonium Vulstii presbyteri, qui tum vocatus est Scirman, id est Judex Comitatus.* Infra : *Ipsum vero juramentum Archiepiscopi accepit Vulsi Scirman, id est Judex provincie, ad opus Regis.*

SCHISMA, SCHISMATICUS. *Gloss. MS. Regium cod.* 1197 : *Schisma, scissura animarum. Schismaticus, qui abscissus est a*



Deo. Iso Magister in Glossis : *Distat inter Scismaticum et haereticum. Scisma, i. scissio : inde Scismaticus, qui a corpore Ecclesiae aliqua novitate, sicut ille, (Novatus,) qui dicebat, hominem semel prolapsum criminali peccato nunquam posse resurgere. Haereticus namque qui sectam suam colit. Haeresis enim secta, videlicet non credens unum Deum esse Patrem et Filium et Spiritum sanctum, sicut Arius. Sanctus Hieronymus in cap. 3. Epist. ad Titum : Schisma ubi Ecclesia separatur : haeresis vero perversum dogma habet. Sanctus Augustinus Homil. II. super Matth. : Schismaticos non fides diversa facit, sed communionis disrupta societas. Idem de Fide et Symbolo cap. 10 : Haeretici, de Deo falsa sentiendo, ipsam fidem violant, Schismatici autem dissensionibus iniquis a fraterna charitate dissiliunt, quamvis ea credant, quae credimus. Idem de Baptismo lib. I. cap. 11 : An non est in Schismate odium fraternum ? Quis hoc dixerit, cum et origo et pertinacia schismatis nulla sit alia, nisi odium fraternum. Cresconius Grammatic. apud eund. August. lib. 2. contra Crescon. cap. 12 : Haeresis est diversa sequentium secta : Schisma vero eadem sequentium separatio. Idem Augustinus cap. 7 : Dicitur Schisma esse recens congregationis ex aliqua sententiarum diversitate dissensio, (neque enim et Schisma fieri potest, nisi diversum aliquid sequantur, qui faciunt,) haeresis autem Schisma inveteratum. Faustus Manichaeus apud eundem Augustinum lib. 20. contra eundem cap. 3 : Schismu est eodem opinantem atque eodem ritu colentem, quo ceteri, solo congregationis delectari dissidio. Etherius et Beatus adversus Elipandum Toletanum lib. 2 : Schismu a scissura animurum vocatum est. Eodem enim cultu, eodem ritu credit, ut ceteri religiosi, sed solo Congregationis delectatur dissidio, ut cum ceteris communi nullo fulciatur consilio, et totum, quod sibi agere videtur, sanctum in suo corde esse putatur. Pelagius in Epist. ad Viatorem et Pancratium, de schismaticis : Non eos diversa sentiendi iudicium, sed quaedam apud se delata, sibi tamen incognita metuentes, et contra Apostolicam Sedem temere credentes, pessima divisit opinio. Vide Optatum lib. I.*

SCHISMARCHÆ, in Gestis Innocentii III. PP. pag. 142. schismatum, seu motuum auctores.

† SCHISMATIARCHA, Schismaticus auctor, princeps. S. Bernardus Epist. 126 : Propter hoc reliquit homo suum illum patrem S. Innocentium (sic enim nominabat) et matrem suam S. Ecclesiam catholicam : et adheret Schismatiarchæ suo, et sunt duo in vanitate una.

SCHITONO, Slavis, Armiger seu Scutarius Regis, in veteribus Chartis Dalmaticis apud Joann. Lucium in Hist. Dalmat. pag. 96. 99. 100. qui in aliis Crescimiri Regis Croatiae et Dalmat. ann. 1067. Scutobajulus dicitur, apud eundem pag. 77. Idem igitur qui Longobardis *Schilpor*, quæ vox Armigerum perinde sonat, ut auctor est Paulus Warnefridus lib. 2. de Gestis Longobard. cap. 28. unde constat utramque ejusdem esse originis, nempe Saxonicae. Nam *scild*, scutum sonat, *scildenave*, scuti minister, *Schilpor*, scuti puer : Por quippe Lon-

gobardis, est puer, famulus. Vide Gryphian-drum de Weichbildis Saxonibus cap. 67. [\*\* Graff. Thes. Ling. Franc. tom. 6. col. 489.]

\* SCHIVIDULA, Lapis sectilis, Gall. *Ardoise*, nisi idem sit quod *Scindula*, As-sula, domibus tegendis idonea. Charta ann. 927. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi. col. 1045 : *Casa ibi levure et cluudere, seo cumperire cum Schividule debeamus, ut ego vel meus heredes in supra-scripta casa resedere et abitare debeamus.* Vide supra *Scandola*.

† SCHIVINARIUS, Scabinus, *Echevin*. Charta Wilfridi Abbat. Centul. ann. 1166. ex Tabular. ejusd. Monaster. : *Henricus de vico novo, Hariulfus, Willelmus... omnes tunc Schivinarii.* Vide *Scabini*.

SCHIZA. Lucifer Calaritanus lib. I. pro S. Athanasio pag. 35 : *Et constipavit Schizas super altare, i. collegit ligna, quæ secuerat et sciderat super altare : ex σχίζειν, scindere, σχίζα, lignum sectum, et in particulas discussum. Urbem hac appellatione in Bithynia memorat Anna Comnena in Alexiade pag. 57. de qua etiam quædam adnotavimus in Notis ad Willharduinum num. 350. quod in agro a continenti quodammodo divulso constructa esset.*

† SCHLAVUS. Vide infra *Sclavus*.

† SCHNAPHAN, Schiltero in Gloss. Teuton. Latrunculus, cum quo non est justum bellum. Hinc forte

† SCHNAPHAN dicta moneta quædam Bono-niensis, vulgo *Juliers*, quorum octo uncialiæ conficiunt, quod id genus hominum hoc monetæ genus a mercatoribus Italis in confinibus Germaniæ raptum in usum introduxerint.

† SCHNEBERGENSIS MONETA, vulgo *Schneberg*, oppidum Misniæ. *Grossorum Schnebergensium*, qui et *grossi Principum* dicuntur, mentio est in Charta ann. 1471. apud Schlegel. de Nummis Goth. pag. 93.

\* SCHNEDE-PFENNIGE, Monetæ species. Charta Cunradi archiep. Magdeburg. ann. 1226. apud Ludewig. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 321 : *Item, pro denariis, qui Schnede-Pfennige nuncupantur, dabitur in valle de panna qualibet nummus unus.* Vide *Pennings* et *Pfenning*.

† SCHOCK, vox Germanica, Numerus sexagenarius. Chron. Florentii Episc. apud Eccardum de Orig. Domus Saxon. col. 59 : *Centum et octoginta pullos et triginta Schock ovorum, et unumquodque Schock habet sexaginta ova.*

SCHOLÆ, generaliter dicebantur ædificia, ubi convenire solent homines plurimi, ad studendi, aut præstolandi, aut confendi, aut alterius rei gratia, quod probare conatur Henricus Valesius ad lib. 14. Animiani : ita ut a loco deinde eorum, qui in hisce scholis consistebant, catervæ *Scholæ* appellatæ fuerint : verbi gratia *Scholæ Palatinæ*, seu cohortes variæ ad Palatii et Principis custodiam destinatæ, quæ singulæ in suis *Scholis* excubabant, quarum dignitas varia fuit, pro modo stipendiorum, quæ merebant, ac gradus, quem eæ obtinebant. Nam, ut ait Vegetius lib. 2. cap. 21 : *quasi in orbem quemdam per diversas cohortes et diversas Scholas milites promovebantur, ita ut ex prima cohorte ad gradum quempiam*

*promotus vadat ad deciman cohortem, et rursus ab ea crescentibus stipendiis cum majore gradu per alias recurat ad primam.* S. Ambrosius in Epist. I. ad Corinth. cap. I. initio : *Scholæ enim sunt, quæ positæ in se dant dignitatem, ut loci honor hominem faciat gloriosum, non propria laus.* Procopius lib. 4. Gothic. cap. 27 : *Ἀρχοντὰ τε καθ' ἑσθαστο ἐνὸς τῶν ἐπὶ τοῦ παλατίου φυλακῆς τεταγμένον λόγων, ὅσπερ σχολὰς ὀνομάζουσιν.*

Alii *Scholæ* dictas putant propter disciplinam, quæ eæ regebantur : atque ut *Scholæ* publicæ, ipsique adeo *Scholastici* in varias *Scholæ*, quas *Classes* vulgo dicimus, pro facultatum, quæ in his docebantur, varietate distinguebantur, ita schola Palatina in varias classes distributa erat, suis singulas nominibus appellatas. Quo spectant hæc ex Epistola Episcoporum Franciæ ad Ludov. II. Reg. cap. 12 : *Et ideo domus Regis Schola dicitur, id est, disciplina : qui non tantum Scholastici, id est, disciplinati et bene correcti sunt, sicut alii ; sed potius ipsa Schola, quæ interpretatur disciplinam, id est, correctio dicitur ; quæ alios habitu, incessu, verbo et actu, atque totius vanitatis continentia corrigat.* De Palatina Schola sic Corrippus lib. 3. num. 5. vers. 158 :

Aeciū proceres omnes Scholæque Palati est Jussa suis astare locis, etc.

At contra Alemanni ad Procopii Anecdota, scholas ejusmodi dictas censet, quod, qui in iis militabant, quasi *σχολάζοντες*, seu a bellico opere vacantes, et veluti feriatii milites, ad pompam tantum in Palatiis militarent, uti describuntur ab Agathia lib. 5.

Atque hæc Palatinæ Scholæ omnes erant sub dispositione Magistri officiorum. Senator lib. 6. form. 6. de Magistro officiorum : *Ad eum nimirum Palatii pertinet disciplina, ipse insolentium Scholurum mores procellosos moderationis suæ terminis prospere disserenat.* In Notitia Imperii recensentur Scholæ istæ Palatinæ sub dispositione viri illustris Magistri officiorum, scilicet *Schola scutariorum prima, Schola scutariorum secunda, Schola gentiliū seniorum, etc.* Vide Glossar. med. Græcit. col. 1509.

† SCHOLA DE REGE, Idem quod *Schola Palatina*. Chartam apud Moretum Antiquit. Navarræ pag. 333. testes subscribunt *Schola de Rege et de suis germanos testes Suncio Galindonis et Joseph testes, et omnes qui fuerunt in exercitu Regis, testes.*

A Scholis Palatinis, *Scholæ* novem transiit ad militiam civilem, seu civium Magistratum ac dignitatum, quarum major erat numerus : erant enim Scholæ Silentiariorum, Exceptorum, Chartulariorum, Agentium in rebus, et aliæ, de quibus passim in utroque Codice, et in Notitia Imperii. Transiit denique vox eadem ad Ecclesiasticos ordines. Hinc

† SCHOLA AD EXTRACTORUM. Vide supra in *Adextractores*.

\*\* SCHOLA PALATINA Romæ mediis temporibus dicebatur, quæ vulgo *Studium curiæ*. Vide Savii. Histor. Jur. Roman. med. temp. tom. 3. cap. 21. § 119.

SCHOLA CANTORUM, quæ *Schola* nude



in veteribus Consuetudinibus Floriacensis Monasterii pag. 404. dicitur, pro Cantorum Ecclesiæ ordine, de qua egimus in vv. *Cantor, Cantus*. [Ea notione legitur etiam in Rituali MS. Eccl. Cathedr. Tolosanæ: *Benedicat Episcopus aquam simpliciter, prout fit in dominicis diebus, ... quo facto inchoat, Scola prosequente, antiphonam, asperges me, etc.*] Huic, qui præerat, dicitur *Magister Scholæ* Cantorum, Præcentor. Monachus Sangallensis lib. 1. de Carolo M. cap. 5: *Fuit autem consuetudo, ut Magister Scholæ designaret pridie singulis quod responsorium cantare deberent in nocte Nativitatis Christi*. Idem porro, qui *Prior Scholæ Cantorum*, in Epistola 43. Pauli PP. ad Pipinum tom. 3. Histor. Francor. [et in Ordine Rom. 1. num. 7. apud Mabillon. tom. 2. Musei Ital. pag. 7. Vide in *Scholares*.]

† SCHOLA CRUCIS, Eorum scilicet qui in processionibus Cruces præferunt. Cencius Camerarius in Ord. Rom. apud Mabill. tom. 2. Musei Ital. pag. 182: *Quidquid super Crucem offertur, Scholæ Crucis debet esse*. Vide in *Crux*.

SCHOLA DOMINICA, Ordo Ecclesiasticus. Rabanus lib. 3. de Instit. Cleric. cap. 18. de Grammatica: *Hanc itaque Scholam dominicam legere convenit, quia scientia recte loquendi, et scribendi ratio in ipsa consistit*.

† SCHOLA GUIDONUM. Vide *Guido*.

† SCHOLA LECTORUM. Vide in *Lector* 4.

† SCHOLA MAPPULARIORUM, Eorum nempe qui *mappam* lavaturo porrigit. Cencius supra laudatus pag. 173: *Deinde dominus Papa intrat sacrarium, et exiit plavetam: ubi Schola mappulariorum, et cubiculariorum habent aquam calidam paratam ad ablundos pedes dom. Papæ*.

SCHOLA REGIONARIA. BENNO Cardinalis in Vita Hildebrandi, seu Gregorii VII. PP: *Poppo Prior Scholæ Regionariæ cum omnibus suis Subdiaconis*. Vide *Regionarii*.

SCHOLA SACERDOTUM dicta per excellentiam Congregatio Clericorum Ecclesiæ Veronensis. Vide Ughellum tom. 5. Ital. Sacræ pag. 751. 752.

† SCHOLA STIMULATI. Cencius pluribus laudatus pag. 128: *Majores vero mantellis sericis et baculis, qui vocantur Schola stimulat, custodientes processionem, ne alijs se intromittat*. Pag. 140: *Delunguis quoque, id est, præfectis navalibus, et majorentibus, qui dicuntur Schola stimulat, et ceteris laicis principibus*. Rursum pag. 198: *De Majorentibus, qui Stimulati dicuntur*. *Majores autem ad curiam accedere non debent pro servitio aliquo faciendo, seu pro alio, nisi in die coronationis dom. Papæ, qui, dum equitat, baculos habentes in manibus viam parant, multitudinem populi renovando: propter quod ipsa die comedere debent cum dom. Papa*. *Idem etiam majores Stimulati Schola vocantur*.

† SCHOLA VIRGARUM, vel *Virgariorum*. Idem Cencius pag. 204: *Et quiescit (Papa) lecto ibi a Schola virgarum predicto modo aptato*.

SCHOLÆ MONASTICÆ passim etiam memorantur, in quibus scilicet, qui ad monachicam vitam instituebantur, quos *Pueros* vulgo vocabant, itque ut plurimum ex iis quos *Oblatos* nuncupabant, in literis huma-

nioribus et Theologicis secundum ætatis ejusque capacitatem informabantur. Conventus Aquisgran. ann. 817. cap. 45: *Ut Schola in Monasterio non habeatur, nisi eorum qui oblati sunt*. Tabularium Monasterii S. Andreae Viennensis: *Si uxor ejus Ufisia supervixerit, eum teneat vita sua: et si filium habuerit, mittatur in Schola Monasteriali; deturque ei portio hæreditatis meliorata inter fratres suos, sanctoque Andreae perveniat*. [Vita S. Meinwerci cap. 52: *Juvenes et pueri strenue instituebantur norma regulari, ... omniumque litterarum doctrina*.] *Scholas in Monasterio, nisi eorum qui oblati sunt, vetat Collatio Abbatum habita Aquis sub Ludovico Pio cap. 45*. *Scholæ Claustrales* vocant Ekehardus junior cap. 1. pag. 36. et Ekehardus Minimus de Casibus S. Galli cap. 7. quibus opponuntur, iisdem *Scholæ Canonice*, id est, Canonorum: seu, ut aliis placet, in quibus pueri seculares extra Claustrum a Monachis literis instituebantur. Cujusmodi fuerit Scholæ a Theodoro Studita institutæ, de quibus Scriptor Vitæ Nicolai Studitæ edit. a Combefisio pag. 895. De Scholis Monasticis agunt Aimoinus in Vita S. Abbonis Floriac. Abbat. cap. 1. Petrus Damian. lib. 2. Ep. 18. sub finem, Tritheimus in Chronico Hirsaugensi ann. 890. et lib. de Viris illustr. Ord. S. Benedicti cap. 6. Browerus lib. 1. Antiq. Fuldensium cap. 9. 10. 11. [Miræus in Originibus Monast.] Lucas Acherius in Notis ad Vitam B. Lanfranci Archiepisc. Cantuar. pag. 35. etc.

SCHOLA MONASTERII, pro ipso Monasterii conventu, in Epistola Johannis XIII. PP. in Bullario Cluniacensi pag. 5.

† SCHOLA CHRISTI, dicitur Monasterium, in dialogo Euticii et Theophili a Johanne Cordesio cum quibusdam Hincmari Rem. opusculis edito.

SCHOLA, pro Dormitorio Monachorum, in Concilio Turonensi II. can. 14.

*Scholas* in villis et vicis habere jubentur Presbyteri apud Theodulphum in Capitul. cap. 20. et Attonem Episc. in Capitulari cap. 61.

*Scholas publicas* in Episcopis a Carolo Magno primum institutas, et deinde a successoribus vel ab Archiepiscopis, in quibus literis imbuerentur Clerici, docent Capitula Caroli M. lib. 2. cap. 5. ejusdem Caroli M. Epistola seu Constitutio, edita a Sirmondo tom. 2. Concil. Gall. Charta ejusdem Caroli M. pro fundatione Episcopatus Osnabrugensis apud Miræum in Cod. donat. piar. pag. 48. Addit. 2. Ludov. Pii cap. 5. Concilium Cabilon. II. cap. 3. Parisiense sub Ludovico Pio lib. 3. cap. 13. Capitulare Aquisgranense n. 789. cap. 72. Capitulare Theodulfi cap. 19. 20. Conventus Aquisgran. ann. 817. cap. 45. Helgandus in Roberto Rege Franciæ initio, Herimannus de Restaurat. Ecclesiæ Tornacensis cap. 1. Hugo Flaviniacensis in Chronico pag. 160. Adam Bremensis cap. 57. Vita S. Meinwerci Episcopi Paderbornensis apud Gretzer. ad Philippum Eystetensem pag. 187. Petrus Damian. lib. 3. Epist. 8. initio, etc. [Vita S. Stephani Abb. Obazin. apud Baluz. tom. 4. Miscell. pag. 72: *Itaque natus et adultus (Stephanus) præce-*

*ptoribus traditur, ut in Schola Ecclesiæ literis sacris imbueretur*. Celebris imprimis fuit Schola Turonica, ut ex Formul. antiq. Promot. Episcop. colligitur: *Item: ubi didicisti? item ipse: in Schola Turonica liberalibus disciplinis erudiendus traditus sum*.]

*Scholæ* vero jus, seu eam tenendi in ejusmodi villis, inter jura dominica recensetur: adeo ut dominos laicos id sibi asseruisse, et Presbyteris adinseque colligatur in Charta Balduini de Radueris, in Monastico Anglic. tom. 2. pag. 180. pro Ecclesia Thwinhamensi: *Ut dignitatem suam plenam, et omnes suas liberas consuetudines in omnibus rebus honorifice habeant, sicut antiquitus semper habere solebant, villæ scilicet ipsius Scholam, suam liberam curiam cum soce et suce, tol, et then, etc. Alia Henrici I. Regis Angliæ pro Prioratu Huntedunensi ibid. pag. 26: Et Capellam Castelli de Huntendon cum pertinentiis suis, et Scholam ejusdem villæ, ita ut nullas aliquant infra Huntedonscra absque illorum licentia teneat*. Vide Epist. 44. Alexandri III. PP. apud Sirmondum.

SCHOLA, Confratria, Sodalitas, societas. [\* Vide Savin. Histor. Jur. Roman. med. temp. tom. 1. § 105. not. D.] Andr. Dandulus in Chron. MS. ann. 1110: *Dum igitur Venetias applicassent, ... in monasterio S. Georgii corpus (S. Stephani) devotissime collocarunt: sub cujus vocabulo innumeris cives Scholam celeberrimam per fecerunt*. Vide eundem ann. 1113. Vetus Charta apud Puricellum in Monumentis Ambrosiana Mediolanensis Basilicæ pag. 691: *Si pro sepeliendis corporibus defunctorum Abbas vel Præpositus a defanctorum propinquis, qui ad Scholas suas pertinent, ad sonandum tintinnabulum invitati fuerint, illa pars, ad quam predicta Schola pertinet, pulsandi tintinnabulum liberam potestatem habeat*.

\* *Escole*, eadem acceptione, in Lit. ann. 1394. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 686.

\* SCHOLA S. AMBROSII, Quæ societas hac appellatione fuerit donata, docet ex Cod. MS. Bibl. Ambros. Muratorius tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 858: *Fegloni apparent in ecclesia et processionibus, cum eorum cottis et sacerdotalibus birettis et vestibus. Mulieres etiam viduali habitu et velatæ, in solemnibus missarum offerunt sacerdoti celebranti panem et vinum ad instar Melchisedech. Sed mulieres nunquam intrant chorum; immo sacerdos celebrans venit usque ad portam chori, ibique earum oblationes recipit. Et vulgariter appellatur Schola S. Ambrosii. Et quotiescumque fiunt aliquæ processiones, eis interveniunt cum particulari vexillo suæ crucis. Prior vero horum defert pluviale temporibus debitis, et flagellum S. Ambrosii*.

\* SCHOLA, Collegium, societas quorumvis artificum. Charta ann. 943. apud Murator. tom. 6. earund. Antiq. col. 455: *Vel cunctos et consortes nostros Scholæ piscatorum Patoreno, seu filii et nepotibus nostris, qui in ipsa Schola ad pisces capiendos permanere voluerint*.

\* SCHOLÆ REX. Vide supra in *Rex*.

SCHOLÆ, dictæ Judæis, eorum Syn-



agogæ, ut habet Rigordus in Philippo Aug. ann. 1182 : *Nam omnes Synagogæ Judæorum, quæ Scholæ ab ipsis vocantur, ubi Judæi sub nomine fictæ religionis causa orationis quotidie conveniebant, prius muniti fuerant.* Matth. Paris ann. 1253 : *Et acclamatum est in Schola Judeorum Londinensis, quod Abbas et Conventus memoratus quævis est ab omni hujusmodi debito, etc.* [Charta Benedicti Episc. Massil. ann. 1244. ex Tabul. Episcopat. Massil. : *Confirmamus vobis (Judæis) Scolam quæ dicitur Scola Mejana, et aliam Scolam quæ dicitur Scola Major, quæ Scolæ sunt in villa inferioris Massilie, et Scolam quæ est in civitate episcopali Massilie.* Charta Ludovici Reg. Siciliae ann. 1385 : *Item confirmant dicti Dominus et Rex ac Comites Judæis in dicta urbe Arelatis habitantibus... domos, carcerias, ... et Scolam in qua celebrant eorum officia.* *Escole* etiamnum Synagogam vocant Judæi Avinionenses.]

¶ SCHOLA, pro Secta, apud Pancirolum lib. 1. Thesauri var. lect. cap. 77.

\* SCHOLACES, pro Scolaces, in Actis proconsul. S. Cypriani tom. 4. Sept. pag. 333. col. 2. Vide *Scolax*.

¶ SCHOLANUS qui dictus sit in quibusdam Hispaniæ Ecclesiis discipulus ex Synodo Valent. ann. 1566. inter Conc. Hispan. tom. 4. pag. 126 : *Quia vero intelleximus, in quibusdam nostræ diœcesis ecclesiis ministrum quem Scholanum vocamus, suum munus ob minorem ætatem exequi non posse; mandamus ut is in posterum habeatur, qui et defendere Cruci et aliis faciendis quæ ministerio ecclesiæ sunt necessaria, sufficere possit.* Alia Synodus ann. 1594. ibid. pag. 712 : *Templorum ministri quos Scholanos vocamus, non modo sacras vestes ex officio contrahant complicant et explicantes, Cruccin etiam suæ ecclesiæ erectam publice deferentes; sed subinde munere funguntur proximo iis qui sacris ordinibus sunt initiati.* Vide infra in *Scholasticis*.

SCHOLARES, Qui in Scholis Palatinis militabant, et in aula ad Imperatoris custodiam excubabant, οἱ εἰς τὸ διαμερεῦσιν τὴν καὶ διακυβερεῦσιν ἐν τῇ αὐτῇ ἀποκρίνωτο, εὖς δὲ Ἐσχολαρίου ἀποκαλοῦσιν, ut loquitur Agathias lib. 5. pag. 154. 1. edit. Sulpitius Severus lib. 1. cap. 1. de S. Martino : *Armatam militiam in adolescentia secutus, inter Scholares alas sub Rege Constantio, deinde sub Juliano Cæsare militavit.* Monachus Saugallensis de Carolo M. lib. 1. cap. 12 : *Ipsis quoque manducandi finem facientibus, militares viri, vel Scholares autem reficiébantur.* Ardo Monachus in Vita S. Benedicti Anianensis cap. 1 : *Hic pueriles gerentem annos præfatum filium suum in aula gloriosi Pipini Regis Regineæ tradidit inter Scholares nutriendum.* Septima Synodus act. 1 : *Ἐισέλθόντων οὖν τῶν βασιλέων, καὶ τοῦ λαοῦ τῶν ταγματῶν, σχολαρίων, ἐξκουβιταρίων.* [Vita S. Aldegundis sæc. 2. Bened. pag. 807 : *Duorum quoque avunculorum ejus Gundelandi et Landrici nomina præfiximus, qui primatum pugnae istius regionis tenuisse memorantur, quos Græci Scholares, nos quoque Bellatores vocamus.*] Vide leg. 38. Cod. Th. de Decurion. (12, 1.) leg. 24. 34. de Eroget. militar. annonæ, (7, 4.) eod. Cod. Procopium in Hist. Arcana pag. 106. 107.

1. edit. et alios a Meursio et aliis laudatos.

¶ SCHOLARES DE CANTU, Qui sunt ex Schola Cantorum. Statuta Eccl. Barchin. ann. 1332. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 612 : *Statuimus insuper, quod portio, quæ in festis duplicibus datur et dari consuevit canonicorum familiæ, et Scholaribus de cantu, ac aliis clericis et officialibus assuetis, detur et dari habeat illa die festi... Voluimus etiam quod magister Scholarum de cantu, non possit ipsam portionem, quæ debetur in dictis festivitatibus Scholaribus suis, aliquatenus retinere.* Hinc qui iis præerat Caput Scholaris dicitur in Synodo Helenensi ann. 1027. tom. 3. Conc. Hispan. pag. 198. Vide in *Caput* et supra in *Schola*.

SCHOLARES, Scholastici, qui in Scholis docentur, nostris *Escoliers*. [\* Vide Savin. Histor. Jur. Roman. med. temp. tom. 3. passim.] Stephanus Tornac. Episc. 61 : *Amplexor Scholarem, prosequor Archidiaconum, deosculor Abbatem, assurgo Episcopo, reverear Cardinalem.* Ita porro proprie dicti in Monasteriis Novitii Monachi, qui in Scholis Monasticis erudiebantur, in Martyrologio Fuldensi apud Broverum pag. 139. *Acolyti, Scholares et Monachi.* Vita Notgeri Leodiensis Episcopi : *Quanta fuerit Notgero in educandis pueris, Scholaribusque disciplinis instruendis sollicitudo, hinc probatur, quod semper, dum in via pergeret, longe scu prope, Scholares adolescentem secum ducebat, qui uni ex Capellanis suis, sub arctissima parerent disciplina : quibus etiam librorum copiam, cum cæteris Scholaribus utensilibus circumferri faciebat.* Robertus de Sorbona in Serm. de Conscientia : *Non habetur pro Scholari Parisius, qui ad minus non vadit bis in hebdomada ad scholas.* [Rolandinus Patav. in Chron. Tarvis. apud Murator. tom. 8. col. 360 : *Perfectus est hic liber... præsentem etiam societate laudabili bazaliorum et Scholarium liberalium artium de studio Paduano.* Adde Litteras Caroli Johannis Franc. Reg. primog. ann. 1358. tom. 3. Ordinatio. pag. 237.]

SCHOLARI, Idem dicti in Statutis Corbeiensibus Adalardi lib. 1. cap. 6 : *De pulsantis, de Scolariis, de reliquis Clericis, seu Laicis nostris, etc.* Mox, totam ait Monasterii familiam dividi in *Famulos, vel Matricularios, Fratres, Vassallos, Hospites, Pulsantes vel Scholarios, et in Proveadarios.* Habebant etiam Presbyteri, seu Curiones, suos Scholarios, de quorum muniis agit Caroli M. Capit. admonit. ad Episc. cap. 5 : *Ut ipsi Presbyteri tales Scholarios habeant, id est, ita nutritos et insinuos, ut si forte ei contingat non posse occurrere tempore competenti ad Ecclesiam suam, officii causa persolvendi, id est, Tertiam, Sextam, Nonam, et Vesperas, ipsi Scholarii et stignum in tempore suo pulsant, et officium honeste Deo persolvant.* Adde cap. 7. Riculfus Suessonensis in Statutis ann. 889. cap. 16 : *Monemus præterea, ut Presbyteri... Scholarios suos modeste distringant, caste nutriant, et sic literis inbuant, ut mala conversatione non destruant : et puellas ad discendum cum Scholaris suis in schola sua nequaquam recipiant.*

¶ SCHOLARES, Tirones, Gall. *Apprentifs*.

Statuta Arelat. MSS. art. 29 : *Omnes peliparii totius Arelatis... et eorum Scholares jurent, quod etc.* Statuta Massil. lib. 2. cap. 40 : *Constitutimus quod omnes draperii et eorum Scholares jurent... pannos, quando ipsos vendent, extendere supra bancum.*

SCHOLARES, quorum Ordo institutus fuit ab Innocentio III. PP. in Concilio Lateranensi, ut est in Magno Chronico Belgico : *Ibi 4. ordines sunt constituti, scilicet Prædicatorum, Minorum, Trinitatis, et Scholarium.* Martinus Polonus in Honorio III. PP. : *Anno quoque ejus tertio ordinem Vallium Scholarium confirmavit, quem Guillelmus quidam Anglicus incepit, qui Parisiis Scholaris fuerat, postmodum in Burgundia rexerat, et tandem cum Scholaribus suis ad eremum convolvit, et formam vivendi ex diversis religionibus, suis et sibi elegit.* Vide Aubertum Miræum lib. 1. Origin. Monastic. cap. 15. Brolium lib. 3. Histor. Parisiensis pag. 655. 2. edit. et Cæsarem Egasium Bulæum tom. 3. Hist. Universitat. Paris. pag. 15.

SCHOLARES VAGI, Sectarii, nescio qui, quorum ordo seu secta reprobatum et damnatum in Concilio Herbipolensi ann. 1287. cap. 34. et in Salisburgensi ann. 1274. cap. 16. et ann. 1290. cap. 3. ubi eorum pravi mores et doctrina recensentur. [\* Giselberti Archiep. Bremens. Edictum ann. 1292. apud de Westphalen Monument. Rer. Cimbr. tom. 2. pag. 2220 : *Item omnibus et singulis prælatis clericis nostræ diœcesis et provincie prohibemus ut in domibus suis vel commestionibus Scholares Vagos, qui goliardi vel histriones alio nomine appellantur, per quos non modicum vilescit dignitas clericalis, ullatenus recipiant, etc.* Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Spieleute*, col. 1704.]

SCHOLARES, in Ecclesiis ruralibus, qui vulgo *Clerici*. Vide *Clerici Scholares*.

¶ SCHOLARI LIBER, Ad usus scholarum. Bernardus Mon. in Ord. Cluniac. part. 1. cap. 17 : *Pro signo Libri Scholaris, quem aliquis paganus composuit, præmisso signo generali libri, adde ut aurem cum digito tangas, sicut canis cum pede pruriens solet; quia non immerito infidelis tali animanti comparatur.* S. Wilhelmus in Constit. Hirsaug. lib. 1. cap. 21. *Liber sæcularis*, eadem notione dicitur.

¶ SCHOLARI, Scholas tenere, docere. Vita Hugonis Abb. Marchianensis apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1713 : *Ad sanctum Remigium in eadem urbe se contulit, et ibi Scholam fecit... Nec destitit doctor prædictus, in hoc non bene seipsum docens, iræ livorem addere, persequens et prohibens eum Scholari.* Le Roman d'Athis MS :

Comment est li bien enparlé,

Et qui de lui est Escolé,

On ne penest en lui trouver faille.

\* Hinc nostris *Escoler*, quod et pro Monere et ad rem aliquam formare usurparunt, ut et vocem *Escole*, pro Monitum, consilium. Lit. remiss. ann. 1331. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 510 : *Iceili Jehan prist et Escola Jehan de la Mote et le mena à Mondidier espier Jehan de Lunther,.... par l'esp'e duquel enfant icelui Jehan de Lunther fu murdris et traittés à mort.* La Mapemonde MS. cap. 31 :



Quant temps fu de li Escoler,  
 Ses peres qu'assés ot que prendre,  
 L'envoia tantost pour aprendre.

Fabul. tom. 1. pag. 65 :

Et le ehastie de parole :  
 Mais il n'a cure de s'Escole.

\* **SCHOLARIATUS**, Dignitas et officium illius, qui scholis præest. Constitut. MSS. Carmelit. part. 3. rubr. 5 : *Sit ipso facto privatus omni gradu magisterii baccalariatus, lectoratus et Scholarius sic adeptus.*

\* 1. **SCHOLARIS**, Qui scholas tenet et in iis docet. Arest. ann. 1398. 14. Aug. in vol. 9. arestor. parlam. Paris. : *Magister Herveus in facultate decretorum legebat... Dicitur Scholaris de suo clerico solum associatus, etc.*

\* 2. **SCHOLARIS**, Puella, quæ ad vitam monasticam instituitur. Inquisit. ann. 1214. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 519 : *Donna Miliana monacha jurata dicit, quod in tempore abbatissæ Julitæ, ipsa testis erat Scholaris... Et dicit, quod postquam fuit in dicto monasterio, quod dicit fore xij. annos, etc.*

† **SCHOLARITAS**, Studium, Scholarium jus et privilegium, vulgo *Scholarité*. Litteræ Philippi VI. Reg. Fr. in gratiam Universit. Paris. ann. 1340. tom. 2. Ordin. pag. 155 : *Concedimus... ne quisquam laicus... præfatos Magistros et Scholares... de quorum Scholaritate constabit, per proprium juramentum, in persona, familia... inquirant, etc.* Statuta Eccl. Meld. ann. 1365. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 927 : *Cum per sacros canones sine licentia prælati a cura non liceat quemquam recedere, inquirat (decanus) de causa non residentie, ut videat litteras Scholaritatis, aut aliam dispensationem, si quam habeat, et scribat in visitationis rotulo.* Charta fundat. Capellæ Vicenarum ann. 1387. tom. 3. Hist. Paris. Lobinelli pag. 190 : *Nec etiam privilegio in favorem studii et Scholaritatis, aut aliter concessio vel concedendo sub quavis forma verborum utentur.* Consuet. Univers. Paris. per Robert. Goulet fol. 7 : *Discuto fit... de pergameno, de papiro, libris, scripturis, religionibus, illuinationibus, et ceteris hujusmodi ad Scholaritatem pertinentibus.* Charta ann. 1399. ex Tabul. B. M. de Bono-Nuntio Rotomag. : *Jehan de Bouquetot estant à cause de son estude et Scholarité... en la protection et sauvegarde du Roy, etc.* *Escolarge*, eadem notione, in Statuto Caroli Johannis Reg. Franc. primog. ann. 1356. tom. 3. Ordin. pag. 135.

\* *Scholarité*, in Lit. ann. 1392. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 525. art. 1. et in Lit. remiss. ann. 1456. ex Reg. 187. Charthoph. reg. ch. 209.

† **SCHOLARIUS**, Qui scholis Ecclesiasticis præest, ut infra *Scholasticus*, in Charta ann. 1093. ex Chartular. S. Martini Pontisarr. Vide alia notione in *Scholares*.

† **SCHOLARIZARE**, Scholas frequentare, studere. Charta Edwardi I. Reg. Angl. ann. 1305. apud Rymer. tom. 2. pag. 957 : *Dicitur Universitatem (Cantabrigiæ) impugnavit et effectum disciplinæ Scholarizantium ibidem perturbare machinantes.* *Estre en Escolage*, eodem significatu, in Consuet. Metensi tit. 1. art. 66. Vide *Scholarizare*.

† **SCHOLASTER**, ut mox *Scholasticus*, Dignitas Ecclesiastica, apud le *Brasseur* Histor. Comit. Ebroic. pag. 60.

\* **SCHOLASTICUM GRANUM**, Evangelicum scilicet, seu semen doctrinæ evangelicæ, ut interpretantur docti Editores ad Acta S. Sebaldi tom. 3. Aug. pag. 770. col. 1 : *Proinde cum lustris tribus monachus regi summo militasset in eremo, flagrabat eremita Sebaldus conversationem in populo, ut granum Scholasticum in agro seminaret Dominico.*

**SCHOLASTICUS**, dictus Latinis Scripturibus, qui in umbra circa fictas hypotheses se occupat, Declamator, qui circa lites fictas versatur, ut docet Casaubonus ad Suetonium de Grammatic. et ad Capitolinum. Sed postmodum appellatus quivis eloquens, disertus, oratoricæ facultatis et politioris literaturæ studiis eruditus. Gloss. Lat. MS : *Scholasticus, Literatus, Sapiens.* Papias : *Scholasticus, Evuditus, Literatus, Sapiens.* S. Augustinus in Dialectico : *Cum Scholastici solum proprie et primitus dicantur ii, qui adhuc in schola sunt, omnes tamen qui in literis vivunt, nomen hoc usurpant.* [Constit. Caroli M. tom. 1. Capitul. col. 204 : *Optimus enim vos, sicut decet Ecclesiæ milites, et interius devotos, et exterius doctos castosque bene vivendo, et Scholasticos bene loquendo.*] Salvianus lib. 1. de Gubernat. Dei : *Ut Scholastici ac deserti haberentur.* S. Hieronymus in Catalogo Scriptor. Ecclesiast. : *Serapion, ob elegantiam ingenii, cognomen Scholastici meruit.* Amalarius Episcopus Trevisensis apud Browerum lib. 8. Annal. Trevir. pag. 486. 1. edit. : *Quisque futurus sis, sive potius in sæculo, sive pauper, sive Scholasticus, sive idiota.* Anastasius in S. Leone II. PP. : *Cuiga quoque Scholasticus, eloquendi majori lectione politus.* Jonas Episcopus in Præfat. ad Vitam S. Huberti : *Palatina Scholasticorum facundia. Scholasticus sermo,* apud Paulum Diacon. Emeritensem in S. Masona Episc. Emerit. cap. 7. *Scholastica crudinitio,* apud Aleuinum in Epistola ad Carolum M. Palladius in Lausiacis cap. 26 : *Ὁς τὸς ὁ ἐν λόγῳις σχολαστικὸς ὑπέστηεν ἐκ τῶν ἐγκυκλίων παιδευμάτων.* Hinc *Scholasticissimus*, in Actis S. Sebastiani cap. 21. *Fortunatus* in lib. 3. de Miraculis S. Dionysii, dicitur *Latinorum Scholasticissimus*, ut *Sedulius, vir Scholasticissimus*, in Chronico Fontanellensi cap. 12. [et *Agano vir Scholasticissimus*, in Inscript. lib. de Mirac. B. Veroli.] Vide Paschasium lib. 9. de Vitis Patrum cap. 19. n. 3. Vegetium in Præfat. ad lib. 3. Artis veterin. S. Augustinum lib. de Catechizandis rudibus cap. 9. serm. 78. de Tempore, Gregorium Mag. lib. 7. Ind. 2. Epist. 63. Joannem Cluniacens. in Vita S. Odonis Abbat. Cluniac. pag. 24. etc.

**SCHOLASTICUS**, Advocatus, Patronus, qui causas in foro agit; sed proprie peritus, eloquens, disertus patronus. Transit enim adjectivum in substantivum. Concilium Carthag. can. 96 : *τῶ κατὰ τὴν ἐκδικουζ σχολαστικῶς.* [Cod. Theod. leg. 2. de Concuss. Advocat. (8, 10.) : *Nec latet Mansuetudinem nostram, sepiissime Scholasticos ultra modum, acceptis honorariis, in defensione causarum omnium, etc.*] S. Augustinus in Joannem cap. 7 : *Qui habent causam, aut*

*volunt supplicare, quærent aliquem Scholasticum, a quo sibi preces componantur.* Libellus precum Marcellini et Faustini pag. 69 : *Idem Damasus accepta auctoritate regali etiam alios Catholicos Presbyteros, necnon et Laicos insecutus, misit in exilium, perorans hoc ipsum per gentiles Scholasticos, faventibus sibi iudicibus.* Nicolaus I. PP. Epist. 2 : *Si forte aut dives, aut Scholasticus de foro, aut ex Administratore Episcopus fuerit postulatus, etc.* In Actis S. Dorotheæ, qui *Advocatus præsidis* n. 12. dicitur, idem *Scholasticus* appellatur n. 14. Apud Gregorium Mag. lib. 4. Epistola 29. inscribitur *Severo Scholastico Exarchi*, in qua ei in iudiciis assistisse, ut et in consiliis, inquit. Vide eundem lib. 1. Epist. 42. extrema. Apud Anastasium Bibl. in Constantino PP. pag. 66. hæc leguntur : *Post aliquod vero temporis Scholasticus Cubicularius Patricius et Exarchus Italiæ veniens Romam, detulit secum sacram Anastasii Principis, etc.* Apud Marcum Eremitam in Disputat. πρὸς σχολαστικόν, *Scholasticus* dicitur ὁ ἐν λόγῳις δικανικῶς.

**SCHOLASTICUS**, Dignitas Ecclesiastica, qua qui donatus est, Scholis Ecclesiasticis præest, [Gall. *Ecolâtre.*] Baldricus lib. 3. Chron. Camerac. cap. 61 : *Et ut amplius eum in sententia confirmaret, regendas Scholas S. Mariæ ei commisit.* Mox : *Cognita vero Episcopo Scholastici industria, separavit eum a puerorum doctrina, etc.* Charta Guidonis Episcopi Autissiod. ann. 1249. in Tabul. Autissiodorensi : *Statuimus, quod Scholasticus Autissiod. sit Capellanus Episcopi, et teneatur assistere et servire Episcopo, quando celebrabit solemniter in majori Ecclesia, et aibi si præsens sit, etc.* Cum autem Capellanorum munus esset, ut alibi docuimus, amanuensis vices agere, inde forte est quod legimus, Palladium quemdam Herbari Archiepiscopi σχολαστικόν, quem Alexandria is adduxerat, disputationem, quam habuit cum Iudæo, a Gregentio descriptam, τὴ βήματα ἑκατέρων σημειώμενον, verba utriusque notantem excepisse. Exstat Disputatio Zachariæ Scholastici, postmodum Mytilensis Episcopi, ubi Genebrardus *Scholasticus* munus Ecclesiasticum esse annotat, idemque esse ac *Protonotarii*. [Addit. 2. ad Capitul. cap. 5 : *Ut quando ad provinciale Episcoporum Concilium ventum fuerit, unusquisque rectorum Scholasticos suos eidem Concilio adesse faciat.* Diploma Henrici IV. Ducis Slesiae ann. 1288. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 432 : *Statuentes atque mandantes, ut Scholasticus, per quem idem rector Scholaram eligendus fuerit, de suis proventibus sex marcas annis singulis impartiarit eidem.*] Vide Concilium Paris. VI. ann. 829. can. 30. Meldense can. 35. Lateranense sub Alexandro III. can. 18. et Lateranense sub Innocentio III. can. 11. præterea Molanum lib. de Canonici cap. 10. [\*\* Vide *Didascalus*. Statuta antiqua eccles. Francof. apud Wurdwein. in Subsid. Diplom. tom. 1. pag. 10 : *Scholasticus tertius est prælati, (primus Præpositus, secundus Decanus) cujus officium est mentibus ecclesie petentia in scolasticis scientiis et maxime in grammatica fideliter informare. In choro stans sagaciter mores singulorum et diligenter considerare quoslibet, ut tempo-*



ribus opportunis simul stent, sedeant, inclinent, genuflectant, surgant, moderate atque ordinate, a confabulationibus quoque inutilibus et non necessariis, visionibus vagabundis omnimode abstineant, monere ac artare. Corrupte in choro legentes corrigere, rectum indicare. In choro latere stat decani, sub eo tamen, piliot utitur vario, in processionibus ante decanum, post ad offerendum, presentias non percipit nec aliquid ultra corpus ecclesie, nisi sit membrum; rectorem scolarium dabit et deponit, etc. Vide Statutum super statu Scholasticorum Gerlaci Archiep. Mogunt. ibid. pag. 173. Statut. eccles. Pinguens. ibid. tom. 2. pag. 341. et 355. Schannat. Histor. Wormat. tom. 1. pag. 72. Walteri Jus Eccles. § 133.]

**MAGISTER SCHOLARUM**, Eadem dignitas dicta in Ecclesia Cadurcensi, ab Innocentio IV. PP. ann. 1252. instituta, apud Cruceum n. 118 : *Statuimus, ut de cetero Magister Scholarum dignitas sit in Ecclesia Cadurcensi, qui scholas in Grammatica personæ idoneæ conferat, quæ loco ipsius scholaris regat, cui singulis annis pro labore suo ab eodem Magistro Scholarum provideri volumus, prout sibi videbitur expedire.* Adde Spicilegium Acherianum tom. 12. pag. 165. et Alexandrum III. in Appendice ad Concilium Lateran. III. part. 2. cap. 18. Vide *Caput Scholæ*.

**SCHOLASTERIA**, Scholastici Ecclesiæ dignitas, apud Cæsarium Heisterb. lib. 4. de Mirac. cap. 62. [Charta Ludov. Comit. de Los ann. 1225. Hist. Comit. Lossens. part. 2. pag. 30 : *Probaverunt... quod residentia Scholasteriæ inseparabiliter esset annexa, quam quidem residentiam Scholasticus se observatum jurubuit, cum electus fuerit, priusquam installetur, et priusquam in possessionem præbendæ et Scholasteriæ mittatur.*]

¶ **SCHOLASTRIA**, Eadem notione, in Statutis Eccles. Traject. Batav. sacræ pag. 136 : *Item cum Episcopus præposituram Tielensem, thesaurariam, Scholastriam... suæ collationi reservaverit, etc.* Charta ann. 1218. ex Tabul. Audomar. : *Et debet, ut dicit, statuere... decano et capitulo inconsultis, subpræpositum in subpræpositura, magistrum scholarum in Scholastria, etc.* Adde Concil. Hispan. tom. 4. pag. 385. Miræum tom. 2. pag. 1052. et Calmet. tom. 3. Hist. Lothar. inter Probat. pag. 464.

**SCHOLASTICUS**, qui est ex *Schola Cantorum*, in Ordine Romano non semel. Amalarius de Ordine Antiphon. cap. 57 : *Tenet enim iste ordo morem nostræ scholæ, ut primo erudiantur nostri Scholastici per disciplinam, et postea sapientes fiant per sapientiam.* Dudo lib. 1. de Morib. Norman. : *Bajulant Scholastici candelabra et cruces majoribus præferentes.*

¶ **SCHOLASTICUS**, Qui scholas frequentat, discipulus, Gall. *Ecolier*. Alfridus in Vita S. Liudgeri sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 31 : *Cuidam nostro diacono et monacho, Hildrado nomine, accidit, dum adhuc in eodem monasterio viri Dei Scholasticus esset, etc.* Anonymus in Vita ejusdem Liudgeri ibid. pag. 50 : *Quidam in nostro monasterio diaconus Hilderadus vocabatur. Hic dum adhuc Scholasticus esset, etc.* Hinc *Scholasticus*, pro disciplinatus, in Epist.

Episcop. ad Ludovic. II. Reg. Fr. cap. 12. Vide in *Scholæ*.

¶ **SCHOLENTES**, Iidem qui *Scholares*, in Diariis MSS. Brocardi Cantoris, teste Macro in Hierolex.

**SCHOLIZARE**, Studere. Vita MS. S. Gaugerici Episcopi Camerac. lib. 1. cap. 2 : *Semper pii laboris exercitio occupatus, aut se orationibus fatigabat, aut sacris lectionibus Scholizabat.* [Vide *Scholarizare*.]

¶ **SCHOLTETUS**, ut infra *Scultetus*, Prætor, Præfectus, Baillivus, Judex oppidi. Charta Friderici III. Imper. ann. 1473. apud Miræum tom. 2. pag. 463. col. 2 : *Omniibus itaque et singulis Principibus, Vicetenentibus, Scholtetis, Scabinis, Consulibus, etc.* Vide *Sculdais* et *Scultetus*.

\* **SCHONS-BAND**, Germ. Pulchrum ligamen. Charta Berth. episc. Patav. ann. 1252. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 2. pag. 101. col. 1 : *Concessimus ut in omni possessionis nostræ loco, naves duo talentis de ligamine, quod Schons-Band dicitur, deferentes, singulis annis per Danubium descendentes, ab omni exactione sint liberæ.*

**SCHONESTUM**, Guillimannus lib. 1. de Rebus Helvetior. cap. 9. in explicat. aliquot vocabulorum inferioris ævi : *Schonestum, pulchrum, Germ. Schon.*

¶ **SCHOPOZA**, ut mox *Schoppa*. Charta Adelberti et Rudolphi Comit. Habsburg. apud Eccardum in Orig. ejusd. familiæ pag. 83 : *Notum sit... quod nos duas Schopozas in Reschenwille emptas... pro remedio patris nostri Rudolphi Comit. de Habsburg, cum omni jure contulimus ecclesie Beronensi.* [\* Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 538.]

¶ **SCOPOSSA**, Eodem sensu, in Actis Murenensis Monast. apud Eccard. in Origin. Habsburgo-Austr. col. 221. Locus est in *Scopassa*, ut infra male editum est ex iisdem Actis.

¶ **SCOPOZA**, Eodem significato, in Charta Rudolphi Lantgr. Alsatiæ apud Laguille inter Probat. Hist. Alsat. pag. 32. col. 1 : *Sunt autem in universum quatuor jugera vinearum, et Scopozas una in villa Bamnuth, huoba in Stappenheim.* Scopozas, Guillim. Habsburg. lib. 6. pag. 256. est genus mensuræ tritici, ex Schiltero in Gloss. Teuton. quæ notio locis allatis minime convenit.

**SCHOPPA**, Officina, Anglis *Shope*, Gall. *Eschoppe*. [Item, Tugurium, casa, ædificium rusticum.] In Charta ann. 1287. apud Will. Thorn. in Chronico : *De duabus Schoppis suis juxta domum suam.* [\* Vide supra *Eschopa*.] [\*\* Graff. Thes. Ling. Fr. tom. 6. col. 457. voce *Scopp*.]

¶ **SCOPAS**, ut *Schoppa*. Charta Willelmi Betun. dom. ann. 1214. ex Tabular. S. Barthol. Betun. : *Dedi... pro salute anime XII. lib. monete currentis Bethuniæ annuatim accipiendus ad Scopas Bethuniæ, sicut eas capere consuevi.*

**SCOPPA**, Eadem notione, in Charta Ricardi Regis Angliæ apud Radulfum de Dico ann. 1194 : *Quod murus et Scoppe atrii Ecclesie... reficiantur.* Et in alia Theodorici Comit. Flandriæ in Histor. Guinensi : *Concedente itaque Philippo filio meo terram, in qua Ghildalla cum Scoppiis, et appenditiis suis tam ligneis quam lapideis apud S. Audomarum in foro sita est.*

**SHOPA**, ex Anglico *Shope*. Monasticum Anglicanum tom. 1. pag. 1013 : *Concessionem... de duabus Shopis cum pertinentiis in nundinis Northampton, etc.*... de quadam Shopa cum pertinentiis in vico Pellipario-rum. Adde pag. 528. et tom. 3. part. 2. pag. 191. et Guill. Pryneum in Libertatib. Eccl. Anglic. tom. 3. pag. 1101. [Charta ann. 1444. apud Madox Formul. Anglic. pag. 34 : *Tenet unum mesuagium cum Shopis et domibus eidem mesuagio annexis.* Alia ann. 1300. ibid. pag. 118 : *Ad firmam tradidit... quandam Shopam cum solaris inferiori ad eandem Shopam pertinente. Pluries ibi.]*

**SCHOPPARIUS**, qui *Schopam* tenet : *Eschopier*. Vetus Consuetudo municipal. Ambian. : *Cascuns ou cascade Eschopiers ou Eschopiere qui vendent venel, porront avoir en leurs maisons leur pois et leur balances.*

\* **SCHORILLA**. Stat. antiq. Florent. lib. 3. cap. 141. ex Cod. reg. 4621 : *Si quis... ad aliquam terram miserit pelles, stamen vel Schorillas, seu alias res ad artem laneæ vel pannorum pertinentes, condemnentur in libris centum.* Vide infra *Scoguelinum*.

\* **SCHOTH**, Tributum, vectigal, exactio quævis. Charta ann. 1325. apud Ludewig. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 332 : *Sine angariis, petitionibus, precariis et exactionibus, quæ Schoth nuncupantur vulgariter.* Vide *Scot*.

¶ **SCHOTO**, pro *Schato*, in Pacto Leg. Salicæ tit. 10. § 6. edit. Eccardi. Vide *Scach*.

\* **SCHOTT**, Idem quod *Scot*, Contributio, *confectus*. Charta ann. 1312. apud Ludewig. tom. 9. Reliq. MSS. pag. 587 : *Item si ipsi possessores extra proprietatem civitatis sibi aliqua bona propriis denariis comparaverint, de illis ad communem contributionem, quæ fit secundum vulgarem civitatum consuetudinem, que vulgo Schott vocatur, nihil omnino dare tenebuntur.*

¶ [**SCHOUD-HEET**.] Vide *Schultetus* et *Sculdais*.

¶ **SCHOEZARS**, Rotarum genus. Comput. ann. 1426. apud Kennett. Antiq. Ambrosd. pag. 573 : *Et in uno pari rotarum vocatarum Schoezars emptarum ibidem, ut patet per prædictum papirum, etc.*

¶ **SCHRINEUS**, ut *Schrinium*, Arca, Gall. *Coffre*. Statuta Placent. lib. 6. fol. 74. vº : *Et sit etiam in ipsa gabella unus Schrineus, sive capsas, firmus et bene munitus cum tribus bonis clavaturis, in quo Schrineo vel capsas sit desuper una fessura (f. fissura) per quam in dicto Schrineo vel capsas possent poni omnes denarii qui percipiuntur ex dicto sale.*

**SCHUBA**, Togæ, vel pallii Turcici aut Persici species. Aeneas Sylvius in Hist. Bohemica. cap. 70 : *Neque de more suo indutus prodierat, linea tantum indumenta suscepserat, et de super Persicum habitum, quem vocant Schubam.* [Chron. Joan. de Werder Episc. Merseburg. an. 1463. apud Ludewig. tom. 4. Reliq. MSS. pag. 449 : *Pellipariuni accersiri fecit... quanti Schubam de martyr aut sabello exhiberet, qualiterve, sive pro quanta pecunia comparari posset, sciscitabatur, etc.*]

**SCHUDEMEN**, Nautarum species, Danis, in Charta Waldemari Regis Daniæ ann.



1326. apud Pontanum lib. 7. Rerum Danicar. pag. 443. Vide *Sceithmannus* et *Schedia*.

† **SCHUDEZOLUM**, Scutum, Gall. *Ecusson*, ab Ital. *Scudicciolo*, eadem notione. Anonymi Annal. Mediol. apud Murator. tom. 16. col. 812 : *Candelabra duo argenti pro altari cum Scudezolis pro quolibet ad arma*.

† **SCHUISARA** CHROGINO, in Pacto Leg. Salicæ tit. 28. § 2. edit. Eccardi, ubi doctiss. Editor audacter legendum monet *vas Schara trogino*, quod comæ abscissionem fraudulentam interpretatur. Ipsum consule.

\* **SCHULTARE**, Proferre, pronuntiare, ut videtur, ab Italico *Scultare*, ut et *Scolpire*, eadem notione. Placit. ann. 902. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 309 : *Sic ipse Adalbertus archidiaconus iudicavi te wadia dare.... ipse Ghisperto presbiter eidem Vivenci archipresbitero et vice domino juraudi ad Evangelia justa lege.... Et ipse Viventius wadia paratus esset sacramentum ipsum ab eo Schultandum posuerunt inter se fideliter*.

**SCHULTETUS**, Prætor urbanus, iudex, apud Theutones, *Schoud-beet*, *Schoud-heyd*, vel *Schuld-heys*. Charta Willelmi Comitiss Hollandiæ ann. 1204. apud Will. Hedam : *Monetarii, thelonearii, Schulteti, villici, etc.* Alia Hugonis Episcopi Leodiensis ann. 1227. apud Chapeavillum : *Schultetis, scabinis, juratis, feudatis etc.* [Occurrit præterea in Charta Ruperti Comit. Palatini ann. 1386. apud Tolner. inter Probat. Hist. Palat. pag. 125.] Vide *Scultetus*.

† **SCHUMA**, Spuma, Ital. *Schiuma*, Gall. *Ecume*. Mirac. B. Simonis Eremit. tom. 2. April. pag. 820 : *Dixit quod erat infirmus mali caduci, et sæpe stabat stupefactus cum Schuma magna ad os*.

\* **SCHURLETUM**, pro *Scharletum*, Pannus purpureus, coccineus. Vide supra in hac voce. Stat. ann. 1446. in Suppl. ad Miræum pag. 192. col. 2 : *Item quod dicti capellani et assumpti ab eis presbiteri almatia choralia deferant de Schurleto*.

\* **SCHURRA**, pro *Scurra*, mimus. Charta Phil. comit. Fland. pro Libert. castell. Brug. ex Cam. Comput. Insul : *Quicumque Schurram hospitaverit plusquam una nocte, si in crastino abscedere noluerit, poterit cum dominus in aquam projicere absque forefacto. Quicumque Schurra, vel joculari, vel meretrici, aut alicui vago vestes suas ad nuptias dederit, etc.*

† **SCHUTARIUS**, ut *Scutarius*, Scutorum artifex, in Statutis Genuens. lib. 4. cap. 84. fol. 136. vº : *Si autem dubium esset, utrum Schutarius esset pictor, lanarius esset draperius, etc.*

† **SCHWAICHEN**, SCHWEIGEN. Manz. Comment. ad Inst. leg. 2. tit. 3. de Servitut. apud Schiller. in Gloss. Teuton. : *Sunt certa prædia, quæ maxima ex parte usum pastionis præbent, et apud nos (in Bavaria) die Schwaichen oder Schweigen vocantur. A Teuton. Schweig, græc. [\*] Vide Swaiga, et Oberlin. Glossar. in Schwaisg.*

\* **SCHWAIGKESE**, Casei species. Charta Frider. ducis Austr. ann. 1196. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 2. pag. 49. col. 2 : *Ut fratribus.... duobus in septimana diebus serviretur in vino et pane, quantitate ac qua-*

*litate meliori, quam sit quotidianus panis eorum, et caseis bonis, qui dicuntur Schwaisgese.*

† **SCHYNTENEUS**. S. Columbanus Epist. 5 : *Miror, fateor, a te hunc Gallie errorem, ac si Schynteneum, jamdiu non fuisse rasum, etc.* Græcam vocem *σχυντηνῆς* putat Editor, id est, tanquam si rectum ac legitimum esset.

† **SCHYRA**. Vide infra in *Scyra*.  
† **SCIA**, Pars corporis, de qua sic Fridericus II. Imp. lib. 1. de Arte venandi cap. 33 : *Dictum est, quod in loco lumborum sint duo ossa ancharum, longa, concava, inferius lata, habentia circa sui medium quandam concavitatem, quam medici dicunt Sciant, et in illa Scia locatur vertebra superius coxæ.*

**SCIA**, pro *Sciatica*, [Coxendicus morbus, vulgo Medicorum *Schiasis*, vel *Sciasis*, perperam pro *ischias*, a G. *ἰσχίον*, coxa.] Hermannus lib. 2. de Miracul. S. Mariæ Laudun. cap. 18 : *Qui jam per biennium morbo insanabili, quem medici Sciam vocant, adeo laboraverat, ut nusquam nisi claudicando et baculo sustentando posset incedere. Hinc*

† **SCIATICUS**, Ischiadicus, dolore coxendicis affectus. Acta S. Francisci de Paula tom. 1. Aprilis pag. 130 : *Cum haberet coxam siccataui, quod dicebant esse Sciaticam. Ibid. pag. 179 : Qui morbo Sciatico laboraret, cujus causa se ne quidem movere poterat. Addit. ad Vitam S. Antonini tom. 1. Maii pag. 347 : Fr. Bartholomæus.... febricitans valde et Sciaticus, etc. Occurrit præterea apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1701. Vide *Syatica*.*

† **SCIAMITUM**. Vide *Exametum*.  
† **SCIANCATUS**, vox Italica, Claudus, Gall. *Boitcux*, *Déhauché*. Mirac. S. Zitæ tom. 3. April. pag. 511 : *Qui steterat ix. annos Sciancatus de pede sinistro.*

\* **SCIAQUATOR** inter vestes recensetur, in Stat. XIII. sæc. eccl. Sabin. rubr. 27. edit. ann. 1737 : *Item statuimus et inviolabiliter observari mandamus, quod quilibet sacerdos sive prælatus diocesis Sabinensis cum cappis seu tabarvis houctæ et communis longitudinis, et varnacchiis, et Sciaquatoribus.... incedant. Nihil ab hac voce pertinere videtur verbum Sciaquare, quod Italis Abluere, eluere sonat, nec nomen Sciugatoio, sudarium.*

† **SCIATICUS**. Vide supra in *Scia*.  
\* **SCIBALA**, Stercora, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613.

† **SCIBILIS**, Notus, cognitus. Chron. Andr. Danduli apud Murator. tom. 12. col. 514 : *Sed si ierit, vel non, hoc est de certo Scibile apud nos. Pro eo quod scientia comprehendipotest occurrit apud Tertull. lib. 5. adv. Marc. cap. 16. Mart. Capellam lib. 4. pag. 111. etc.*

\* Nostri *Assavanter*, pro *Faire savoir, avertir*, Notum facere, monere, dixerunt. Lit. remiss. ann. 1475. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1515 : *Iceulli suppliant fut Assavanté, et lui fut rapporté que, etc.* Aliæ ann. 1481. in Reg. 207. ch. 114 : *Lesquelz compaignons pour Assavanter les autres où ilz estoient, semblablement sifflerent. Hinc emendandus Martenius tom. 3. Anecd. col. 1514 : Tout incontinent que le prince fut*

*Assanneté de la traïson, etc. Ubi leg. Assavanté.*

† **SCICLARIUS**. Tabularium Fossatense : *Quilibet tenens ile dicta terra obliarum debet pro quolibet arpeno 3. Sciclarus. Vide Siela, Siclus.*

† **SCIDA**, Scheda. S. Althelmus Sax. Episcop. de 8. Vitius :

Conjuge crudeli Scidam scribente nefandam.  
Et infra :  
Qui malunt vatam Scidas lacerare canentum.

Ugutioni : *Scida, id est, sarta, vel scripta. \* Scida, secta, in vet. Gloss. ex Cod. reg. 7613. forte pro Sarta, ut apud Ugutionem.*

† **SCIDULA**, pro *Schedula* in Inscript. libror. Abbonis de obsid. Paris. : *Scidula singularis cervui Abbonis dilecto fratri Gozlino. Infra pagellam vocat.*

† **SCIENASSUMERE**, pro *Scienter assumere*, quo modo etiam legendum videtur. Charta Henrici III. Reg. Angl. ann. 1253. apud Rymer. tom. 1. pag. 488 : *Nec aliquod aliud negotium Scienassumemus, vel attemptabimus.*

† **SCIENTIA**. Charta Henrici Reg. Angl. tom. 3. Hist. Harcur. pag. 151 : *Sciant me reddidisse et presenti carta confirmasse Balduco filio Gisleberti servitii meo totas egenitas suas et ministeria sua cum liberationibus atque ministris et Scientiis pertinentibus. Ubi legendum esse suspicor *Sergentiis* vel *Servitiis*.*

† **SCIENTIA**, Titulus honorarius, maxime ubi de appellationibus ad Principem est. Cod. Theod. lib. 11. tit. 29. leg. 2 : *Si quis iudicum duxerit esse referendum, nihil pronuntiet, sed magis, super quod hesitandum putaverit, nostram consulat Scientiam. Pluries occurrit eodem titulo.*

\* **SCIENTIALIS**, Ad scientiam pertinet, eruditus. Acta B. Joan. Firm. tom. 2. Aug. pag. 463. col. 2 : *Iste homo nunquam Grammaticam didicerat, nunquam scholas theologiæ intraverat,.... libros Scientiales in cella nunquam tenerat pro studendo, etc.* Nostri *Saichance*, *Scientia*, experientia. Lit. remiss. ann. 1411. in Reg. 166. Chartoph. reg. ch. 110 : *Pour l'importance et non Saichance dudit Castille, etc.* Aliæ ann. 1452. ex Reg. 181. ch. 104 : *Lequel suppliant pour sa bonne renommée, diligence et Scavance, etc.*

† **SCIENTIATUS**, *Scientia* præditus, doctus, peritus. Chron. Petri Azarii apud Murator. tom. 16. col. 320 : *Dicebatur astutus et ingeniosus et Scientiatus morales libros undique acquirere.*

\* Ital. *Scienzato*; nostratibus *Scientieux* et *Escientieux*, idem sonat atque *Prudens, cautus, vulgo Prudent, sage, avisé*. Lit. remiss. ann. 1413. in Reg. 167. Chartoph. reg. ch. 85 : *Lesquelz jeunes enfans peu Scientieux, etc.* Aliæ ann. 1370. in Reg. 100. ch. 675 : *Oudin, dit le Queux, poure enfant, non mie bien Escientieux, de l'age de quinze ans ou environ, etc.* Vitæ Patrum MSS :

Ki le manche apres la cuignie Gete, n'est pas Essientex :  
Car il fait d'un damage dex.

† **SCIENTIOSUS**, Eodem sensu, nisi legendum sit ut mox *scientificus*, apud Cigaltium



de Bello Ital. : *Magister Paulus Brun Scientificus in medicina et multum expertus.*

† **SCIENTIFICUS**, nostris etiam *Scientifique*. Georg. Stella in *Annal. Genuens.* apud Murator. tom. 17. col. 970 : *Helinandus Frigidus montis monachus, vir solers, Scientificus et disertus.* Adde Baluz. tom. 2. *Hist. Arvern.* pag. 742. et Bullam Innocentii VIII. PP. in *Continuat. Bullar. Rom.* pag. 292.

\* **SCIENTIOSE**, Scienter, Gall. *Seiement*, avec connoissance de cause. Charta ann. 1367. tom. 2. *Hist. Trevir.* Joan. Nic. ab *Honthein* pag. 241. col. 2 : *Mandantes ob hoc Scientificose vobis omnibus et singulis, offeatiis, etc. Scientement, eodem intellectu, in Lit. ann. 1356. tom. 4. Ordinatio. reg. Franc. pag. 182. art. 8. et Escientieusement, in Charta ann. 1307. ex Chartul. Pontiac. pag. 173 : Lesquelz foretiers n'y prendront (dans ces bois) ne homes, ne femmes, ne bestes Escientieusement sans cause raisonnable.*

\* **SCIESTUM**, Pluteus, Gall. *Pupitre*. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120 : *Sciestum, Lestrin.*

**SCIFATUS**. Vide *Scyfati*.

† **SCILINDRIUM**. Consuet. MSS. Eccles. Colon. ex Bibl. Atrebat. : *Magister eoquinæ omni die dat eanonico in carcerato xxv. Scilindria, et singulis noctibus i. libram de sepo qui in carcere ardebit.*

**SCILLA**. Vide *Skella*.

† **SCILLE**, *Saxu latentia in mari*. Gloss. Isid. et Papias. A Scylla haud dubio scopulo notissimo. *Scilla, peril de mer*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.

† **SCILLINGUS**. Vide *Skillingus*.

† **SCILLULA**. Vide infra *Seitulla*.

† **SCILPOR**. Vide supra *Schitonos*.

**SCIMASARNOVA**, vel *Scimasarnova* et *Scimosarnova*; (ita enim varie scribitur,) una e 12. auguriorum speciebus de quibus in verbo *Venta*, quæ sic describitur a Michaele Scoto de *Physionomia* cap. 56 : *Seimasarnova est augurium, quando tu vides hominem vel avem post te, et te consequi et transire te, et antequam perveniat ad te, vel tu ad eam, alicubi se repositet te videntem in dextro latere tui : et tunc est tibi bonum signum super negotio.* [\* Vide *Scassarnova*.]

† **SCIMBRE**, *Protector*. Gloss. Lipsii. Somnerus : *Nonne hinc nostrum skrine, diathyrum sciliet, item unbella ? Saxonibus autem hoc sensu Scimbre, sciliet pro protectore.* Hæc Schilterus.

† **SCIMO**, *Splendor*, id iisdem Gloss. ubi Somnerus rursus : *Angli similiter, voce orta a Sax. Seinan, splendere, fulgere.*

† **SCIMOSARNOVA**. V. in *Scimasarnova*.

**SCIMPODIUM**, Scaligero Epist. 145. non lectus discubitorius, sed ἀνακλιτρον videtur esse, ex sella et lecto compositum, in quo semisupini, pedibus in suppedaneo quiescentibus cubabant. Vide *Mercuriale* lib. 3. Artis gymnasticæ cap. 12. [Acta S. Triphyllii tom. 2. Jun. pag. 681 : Cum neesse haberet in medium adducere dictum illud Salvatoris, Tolle grabatum tuum et ambula; mutato nomine pro grabato Seimpodium dixit. Lectulorum ejusmodi formas exhibit Ant. Bosius in Roma subterranea pag. 83. 91. et 101. Consule Hofmanni Lexic. in hac voce.]

\* **SCIMPUS**, inter arma velita recensetur, in *Stat. Ferrar. ann. 1268.* apud Murator. tom. 2. *Antiq. Ital. med. ævi* col. 515 : *Arma velita in civitate Ferrariæ et districtu intelligimus bordonem, lanzonem, transferium, Scimpum, cultellazium, etc.*

† **SCINANTICUS MORBUS**, Angina, Ital. *Schinanzia*, Gall. *Esquinancie*. Acta SS. tom. 6. Maii pag. 32. ubi de S. Canione : *Ecce quidam Scinantico præditus morbo, ita ut etiam ad extremum vitæ jam deveniret. Vide Searantia.*

† **SCINCUS**, Animal reptile, crocodilus terrestris, Græc. σκινκός; quibusdam male *Stincus*. Vide Martini Lexicon.

1. **SCINDA**, SCINTA, Ager proscissus. Capitula Ludovici Pii ann. 829. cap. 12. apud Baluzium [\*\* tom. 1. col. 666. cap. 10. Pertz. pag. 351. cap. 9.] : *De illo, qui ngros dominicos, id est, ad fiscum pertinentes, propterea neglexerit excolere, ut nonas extide non persolvat, et alienas terras ad excolendum propter hoc accepit, etc. Quo loco Amerbachius et Heroldus [\*\* pag. 329.] habent *Scindas*, vel *alienos Scintus*, ubi Glodastus terras censuales, a colonis conductas, pro censu annuo quasi *eensitas* interpretatur. Sed si vera est lectio, videntur *Scindæ* fuisse agri proscissi, seu quod Leges Wisigoti. lib. 10. tit. 1. § 9. quod ad culturam scissum est, vocant. Acta Monasterii Murensis : *In prima scissura et seminatione arant.* Varro lib. 1. de re rust. cap. 29 : *Terram cum primum arant, proscindere appellant; cum iterum, offringere dicunt, etc.* Virg. 2. Georg. :*

. . . . Et validis terram proscinde juvenis.

*Proseissio* apud Columellam lib. 2. cap. 13. 17. lib. 6. cap. 2. Salvianus lib. 7 : *Non enim nos ad aratru, aut ad ligones vocat, non ad Scindendas terras, neque ad vineas pastinandas, etc.* Sidonius lib. 1. Epist. 6 : *Si et campum stiva tremente proscindas.* Vide ibi Savaronem. Gregorius Turon. lib. 2. de Mirac. cap. 32 : *Ernt enim haud proci'a via ager cujusdam divitis campanensis ad quem Scindendum magna multitudo convenerat.*

† 2. **SCINDA**, apud Barbaro-Lat. Geometras, teste Golenio in *Lexic. Philos.* est *Pars spheræ quanta duobus semicirculis ipsius maximis super axe seu diametro in angulum coeuntibus intersepitur.*

† **SCINDALA**. Vide infra *Seindula*.

\* **SCINDELINGA**, Lapis sectilis, Gall. *Ardoise*, vel idem quod *Scindula*, Assula domibus tegendis idonea. Glossæ Cæsar. Heisterbac. ad Reg. Prum. tom. 1. *Hist. Trevir.* Joan. Nic. ab *Honthein* pag. 695. col. 1 : *Searan faciunt cum navi... ad Scindelings.* Vide supra *Schividula*.

\* **SCINDENS**, Acies, pars cultri qua scindit, Gall. *Le taillnat*. Sentent. official. Paris. ann. 1335. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 157 : *Quod dictus reus alias mortem evitare non valens, servato moderamine inculpatæ tutelæ, dietum defunctum leviter læsit enui Scindente modici cuelli. V. Scisio.*

\*\* **SCINDERATIO**, Vox effecta a Scindere. Virgil. Gr. pag. 100 : *Incepit 2. de Scinderungem phouorum. Prinus Enens apud nos phona seiudere consuetus erat, etc.*

† **SCINDERATUS**, in Leg. Rotharis

apud Muratorum tom. 1. part. 2. pag. 22. pro *Sideratus*. Vide in hac voce.

† **SCINDERE**, nude pro Sectoris mensarii, Gall. *Eeyer trenehant*, officio fungi. Charta de Coronat. Reg. ann. 1377. apud Rymer. tom. 7. pag. 160 : *Prædictus Comes Staffordiæ, coram eodem domino Rege (ad mensam sedente) Seindebat ex assignatione et in iure dicti Ducis. Scutiferi ad Scindendum, in Leg. Palat. Jacobi II. Reg. Majoric. inter Acta SS. tom. 3. Junii. pag. xvii. Vide Scissor et Scutiferi.*

† **SCINDICATUS**, SCINDCUS. Vide *Syndicus*.

† **SCINDOLA**. Vide mox in *Scindula*.

**SCINDULA**. Isidor. lib. 19. cap. 19 : *Asseres ab asse dicti, quia soli ponuntur atque conjuncti : Seindulæ, eo quod scindantur et dividantur.* Ugutio : *Scindula, est latus asser, quo domus cooperitur, et Seindula est genus quoddam annonæ, quæ et seandella dicitur, et scandula potest dici idem quod Scindula, vel quod frangit saxum.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Scindula, Essau de quoy l'en coeuvre les tois ; Esseau dicimus.*] *Lex Longob. lib. 1. tit. 25. § 27.* [\*\* Roth. 287.] : *Si quis de casa erectum lignum quodlibet, aut Seindulas furatus fuerit, etc.* [Seindalas editum apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 40.] *Chronicon Fontanellense cap. 16 : Porticum... de novo fecit, et eam cooperiens Seindulas ejas ferreis clavis affixit.* Acta Episcoporum Genomanensium pag. 314 : *Basilicæ ipsius tectum, quo Sancti membra tegebantur, integrum atque incolume permaneret, ut ne minimum quidem ipsius tecti Scindula ruinæ tam terribilis ictibus læderetur.* In Vita vero Aldrici Episcopi Cenoman. n. 56. perperam edit. *Scudulas*, pro *Seindulas*. Adde Albertum Stadensem ann. 916. Scindulis contextam fuisse Romam annis 470. auctor est Plinius lib. 16. cap. 10. al. 15. ex Cornelio Nepote. Harum etiam mentio est apud Vitruvium lib. 10. cap. 1. ubi *Scindulis*, pro *Scandulis*, Turnebus lib. 22. *Advers.* cap. 18. et apud Vegetium lib. 2. cap. 23. Stewechius ex MSS. Codd. restituit. Vide *Paricellum* in *Ambrosiana Basiliæ* pag. 1170. *Stephanium* ad *Saxonem Grammat.* pag. 110. [\*\* *Guerardum* ad *Irrinon. Murator. Antiq. Ital. tom. 2. col. 166. Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 522. voce Scindula.*]

**SCINDULÆ**, in censu passim occurrunt in *Polyptycho S. Remigii Remensis : Donnet de argento s. 19. et den. 2.... scaritiones ear. vs. circulos perticas 115. Seindolas 575. de jornavis sol. 7. d. 8.* Occurrit alibi non semel. [Codex *Censualis Irminonis Abb. Sangerm. fol. 3 : Qui (mans) solvunt... ad quintum annum Seindulas unnsquisque c. Ibid. fol. 29 : Solvit... ad tertium annum Seindolas c. Pluries ibi.] *Polyptychus Floriacensis : Solvit unnsquisque Seindulas 101. etc. Tabularium Eccles. Augustod. : In angincia si est, pullos 3. ipso termino, Pasehe autem pullum 1. cum ovis 5. Seindulas 100.* Vitæ *Abbatum S. Albani* pag. 41 : *Domunque exquisitis naturæ necessariam nimis opportunitatem fecit quercibus Scindulis cooperitam.* *Chronicon S. Benigni Divionensis* pag. 448 : *Debet in censu solidos 8. multones 3. Seindulas 100.* Porro σεινδύλων voce, videtur *Scindulas**



intellexisse Hero Ctesibius in Belopœceis pag. 5 : Καὶ ἐσχημένους ἔσω ἐκ τοῦ ἐπιτεκαμμένου ἄκρου, ὅσπερ διχρῶλον γενέσθαι, καθάπερ τῶν λεγομένων σπενδυλίων.

**SCINIFES**, pro *Cinifes*. Gloss. Ælfrici : *Scinifes vel tudo*, gnæt. Ubi Somnerus leg. *Cynips*. *Scinifes*, etiam habet Joannes de Janua : [unde Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Scinifes, une maniere de mouche, scinterelle*. Perusinus in Vita B. Columbæ Reatinæ tom. 5. Maii pag. 367\* : *Unus pulex vestem candidat, deturpat, et Scinifex limpium fontem. Scinipnes*, in Epist. 4. Hugonis Metelli tom. 2. Monum. sacr. Antiq. pag. 332.] Papias : *Ciniphes, hirci majores a flumine Africæ, ubi plurimi sunt et magni*. Olla patella :

Crabro, Culex, Brucus, Cinifēs, Cynomia, Cicada.

† **SCINTA**. Vide supra *Scinda* 1.

\* **SCINTERIUM**, Vallum, fossa, qua aliquid cingitur. Comput. ann. 1450. ex Tabul. S. Vulfr. Abhaviil. : *Item duobus hominibus, qui fecerunt Scinterium, s. le trenguis, ij. solidos*.

**SCINTHÆ**, *Nævus, macula*. Gloss. Isidor.

† 1. **SCINTILLA**, Brevis sententia ex alio deprompta. Vide *Scintillaris*. Hinc

**SCINTILLARE**. Laurentius Leodiensis in præfat. ad Hist. Episcoporum. Leodiensium : *Laudanda est tamen Bertharii pia industria, qui de ipsis cineribus et ruinis incensæ urbis et Ecclesiæ, omnia, prout potuit, prædecessorum saltem Præsulum vel nuda nomina eruit, vel quædam gestorum nobis Scintillavit, i. quasi per scintillam, seu brevier elucidavit*.

\* 2. **SCINTILLA**. Stat. collegii Fux. Tulos. ann. 1457. ex Cod. reg. 4223. fol. 236. rº : *Non autem interdicimus, quod si quis stomacho indispositus fuerit, possit intrare dictam coquinam et petere Scintillam brolii*. Id est, paululum brolii. Nostris alias *Scintile*, eadem acceptione, teste Borello. *Estincelles* vero appellarunt auri bracteolas, quas *Paillettes* nunc dicimus. Le Roman d' *Athis* MS :

Es limon ot assez de belles  
Florettes d'or et Estincelles.

† **SCINTILLARIS**, **SCINTILLARIUS**, Liber continens sententias ex Scriptura sacra et SS. Patrum scriptis excerptas : cujusmodi est Venerabilis Bedæ opusculum, cui titulus, *Scintillæ sive loci communes*. Vide hac de re Vanleium in Antiquit. Litterat. Septentr. pag. 180. ut et Fr. Junium in Præfat. ad Gloss. Gothicum. Librum itidem edidit Defensor Monachus quem inscripsit, *Liber Scintillarum seu sententiarum catholicorum Patrum*, cujus inscriptionis rationem sic expedit in Prologo apud Mabill. Annal. Bened. tom. 2. pag. 704 : *De Domini et Sanctorum suorum dictis est excerpta Scintilla... Paginas quasque scrutaus, sententiam reperiens fulgentem, sicuti inventan quasi margaritam aut gemmam, statim avidius collegi... Veluti de igne procedunt scintillæ, ita nunc minute sententiæ pluresque libri inveniuntur fulgentes, ad quarum inter hoc Scintillarum volumen, quod qui legere vult, laborem sibi amputat, ne per ceteras paginas iterandun lassescat*. Chronic. Farfense apud Murator. tom. 2.

part. 2. col. 470 : *Super Genesi libros duos, Scintillarem unum super Lucam, super Joannem*. Charta ann. circit. 901. apud eumd. tom. 3. pag. 86. Præfat. : *Passionarium dialogu cum Scintillario, innaria II. etc*. Vide *Scintilla*, 1.

\* **SCINTORIUM**. Vita S. Desid. tom. 5. Sept. pag. 791. col. 2 : *Est namque ibi baculus ipsius sancti, qui de incendio liberatus est, et Scintorium, in quo sanctissimus sedit*. Ubi codex Bodecensis habet *Stratorium*, ut monent docti Editores. Vide in hac voce. Quid si legatur *Sessorium*? Vide ibi.

**SCINTULA**. Vide *Scindula*.

**SCIOLDRI**, dicti olim apud Danos *Bardi, Eubages, et Dryydes*. Vide Pontanum in Chorographia Daniæ pag. 779. 780.

† **SCIOLUM**. Papias MS. Bituricens. : *Martyria (leg. Martisia) in mortuo ex pisce fiunt, unde et dicuntur Sciola parva*.

† **SCIOLUS**. Inter varias Notariorum subscribendi Chartis formulas, hæc occurrit in Litteris Henrici I. Franc. Reg. ann. 1052. apud Stephanot. Antiq. Bened. Claromont. MSS. pag. 349 : *Seguinus Sciolus scripsit ad vicem Balduini regii Cancellarii XII. Kal. Octobris*.

\* **SCIOPERATUS**. Stat. antiq. Florent. lib. 1. cap. 71. ex Cod. reg. 4621. fol. 39. rº : *Extrauritur..... viri providi et legales quatuor, videlicet unus pro quolibet quarterio, quorum tres sint de septem majoribus artibus et Scioperatis, quartus de quatuordecim minoribus artibus*. Ubi significari videntur ii, qui artem suam non exercent, ab Italico *Scioperato*, feriatius, otiosus.

† **SCIPHATUS**. Vide supra *Scyfat*.

† **SCPIO**, *Virga ante triumphantes delata*. *Scipiones, virgæ Consulun*. Gloss. Isid.

**SCIPSA**. Messianus in Vita S. Cæsarii pag. 255 : *Turbate igitur ancillæ Dei, quibus foras exire non licebat, libros, et res, cellas, (sellas) et Scipsas per cisternas jactabant*. Forte leg. *capsas*. Vide edit. Mabilionii.

**SCIRA**, **SCIREMOTOS**, etc. Vide *Scyra*.

\* **SCIRA**, Serra, Gall. *Sciè*. Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 278 : *Cum dicti justitiarum captum adduxissent eundem Johannem, cum duobus pedibus in ergastulo seu compe deponendo, nonnulli carnales aut alii ipsius Johannis amici, de nocte ad dictum carcerem clandestine accesserunt, murumque lapideum dicti carceris ad latus versus campos perforarunt, et ibidem intrantes dictum compedem seu ergastulum, in quo dictus Johannes erat positus, cum quodam cutello, ad modum Scire facti, scinderunt, et dictum prisonarium a dicto carcere extraxerunt*.

**SCIRBUM**, Arabibus vocatur ventri pinguedo. Constantinus African. lib. 2. Commun. loc. med. cap. 15. lib. 3. cap. 27.

\* **SCIRE**, pro *Posse*, quo sensu *Scavoir* usurpamus. Mirac. S. Verenæ tom. 1. Sept. pag. 169. col. 2 : *Multorum nomina Scirem nominare; sed opus non est ea singula describere*. Hinc

\* **SCIRE DE ALIQUA RE LOQUI**, Habere jus illam exigendi. Lit. ann. 1234. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 627 : *Attendentes quod nec etiam pro negociis nostris, nec pro homine, qui Sciât de hoc loqui, res et ipso-*

*rum quadrigam, equum vel asinum, vel aliud captatis, etc.*

**SCIRE**. Vide *Scyra*.

† **SCIRE FACIAS**, Formula fori Anglici. Charta Henrici Regis Angl. ann. 1457. in Chron. Joh. Whethamstedii pag. 427 : *Propter quam causam ipse vellet voluntarie, quod le Scire facias, vel aliqua alia accio, esset prosequita nomine nostro... Per ipsos (consiliarios) cogitatum sit et consideratum, quod dicta Scire facias sive accio erit facta, et nomine nostro prosequata*. Vide Th. Blount in Nomolex. Angl.

† **SCIR-GEREFA**, Pagi vel Comitatus Præpositus, apud Saxones, teste Hickeio Dissert. pag. 57. Vide *Scyra* et *Gerefa*.

† **SCIRIDA**, Machina bellica. Acta S. Herlembaldi tom. 5. Junii pag. 304 : *Constituunt ergo petrarías, et omnis generis bellici machinas, Sciridas quoque, ballistas, milleque mortis parant insidias*.

† **SCIRMAN**. Vide *Schirmann*.

† **SCIROTEGA**, ut Chirotheca. Charta apud Madox Formul. Anglic. pag. 186 : *Reddendo inde annuatim... unum par Scirotegarum, vel unum denarium ad Pascha, pro omni servitio*.

**SCIRPHA**, Palea, forte ex Gr. *κάρφος*. Leo III. PP. Epist. 3 : *Cajetani autem... dixerunt, quod invenissent homines occisos jacere, et granum et Scirpha, quæ ipsi Mauri portare secum non poterunt*.

\* **SCIRPTA**, f. Locus septus, ubi aliquid servatur. Charta Caroli V. ann. 1377. in Reg. 112. Chartoph. reg. ch. 346 : *Acquisivit quandam aulam cum camera, quodam sotulo, quodam avan et una Scirpta contiguis, infra villam Marologii situatæ*.

† **SCIRPUM**, pro *Scrippum*. Vide ibi.

**SCIRPUS**. Gregorius Turon. de Gloria Mart. cap. 32 : *Lychnus etenim inibi positus, atque inluminatus, ante locum sepulture ipsius, perpetualiter die noctuque divino nutu respundet, a nullo fomento olei Scirpique accipiens, neque vento extinguatur, neque ardendo minuitur*. Scitum quid sit *Scirpus* apud Latinos; sed quid *juncus* commune habet cum *lychno*? Forte pro *Ellychnio*.

Recte quidem, *Scirpus* enim hic papyrus sonat, ut ex Gloss. Lat. Gr. colligitur : *Scirpus, πάπυρος*. Porro papyrus vice *ellychnii* in lucernis adhibitam supra observatum est in v. *Papyrus*.

**SCIRTUM**, Armorum species. Capitulare de Villis cap. 64 : *Et ad unumquodque carum, Scirtum, et lanceam, cucurum, et aream habeant*. [Scutum edidit Baluzius, quomodo legendum esse omnino videtur.] [\* Scutum etiam Pertz. c cod.]

† **SCIRPUPUS**, Syrupus, Gall. *Sirap*. Vita B. Andræ de Galeranis tom. 3. Martii pag. 53 : *Ubi erant ampullæ, quibus vir sanctus Scirrupos diversi generis deferebat infirmis*. Vide *Syrupus*.

† **SCISA**, pro *Assisa*, Impositio, præstatio tributi. Charta ann. circ. 1185. ex parvo Chartul. S. Victoris Massil. pag. 146 : *Haberent tascam, vel Scise, vel aliud servitium*. Charta pacis inter Raimund. Berengar. Provinc. Comit. et Beroardum Arelat. Archiep. ann. 1225. ex Tabular. Arelat. lib. nig. fol. 92 : *Omnēs homines vestri... sint imperpetuum immunes et liberi*



eundo et redeundo ab omni pedagio, Scisa, et exactione vel ulio onere quocumque nomine censeretur. Vide Sisa.

\* **SCISALHÆ**, Quæ forfice ex monetis scissa sunt, Gall. *Rognures*. Lit. remiss. ann. 133a. in Reg. 68. Chartoph. reg. ch. 2 : *Item quod Scisalhas monetariorum, que debebant fundi, sibi appropriavit et in tabula sua ponebat, in fraudem regis et populi. Sezaille, in aliis Lit. ann. 1383. ex Reg. 123. ch. 131 : Lesquelz flaons icellui ouvrier, au veu et sceu de Regnaud de Venderez compaignon de fournaise, avoit tirez de la Sezaille, que la tailleresse avoit faite. Hinc Scisailler, pro Cisailler, Forfice præcidere, in aliis Lit. ann. 1450. ex Reg. 180. ch. 153 : Le suppliant Scisailla lesdittes pieces de monnoye. Vide infra Scissiliæ.*

† **SCISCI**, Abbo de Obsid. Lutet. lib. 1. vers. 135. ubi de turri excindenda :

Ima dehinc ardent ejus disseindere Seisei :

Eu immane foramen, hians, majus quoque dictu.

**SCISELUM**, Scalprum, nostris olim *Cisel*, hodie *Ciseau*. Gervasius Dorobernensis de Reparatione Doroborn. Ecclesiae : *Ibi arcus et cætera onnia, utpote sculpta secure, et non Scisello, hic in omnibus fere sculptura idonea.*

\* *Sisel*, in Lit. remiss. ann. 1396. ex Reg. 150. Chartoph. reg. ch. 211 : *A l'aide d'un Sisel de fer et d'une vielle à tonnelier, etc. Sizeaul vtro Teli species, in aliis ann. 1464. ex Reg. 199. ch. 557 : Lequel arbalestrier lascha son trait, qui estoit ung Sizeaul, et tellement qu'il blessa le suppliant.*

\* **SCISIO**, Pars securis qua scindit, Gall. *Taillant*. Charta Phil. V. ann. 1317. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 188 : *Dictum usagiun, quod ud dorsum securis, et non aliud, hactenus rumpere potuerunt et capere, sicut prædicatur, deinceps inperpetuum ad Scisionem securis scindere, capere et habere valeant. Vide supra Scindens.*

† 1. **SCISMA**, Modus, ratio. Acta passionis J. C. ex Cod. MS. Bibl. S. Vedasti Atrebat. : *Cursor enim videns adoravit illum, et facialem involutorium quem tenebat in manu sua expandit ante eum in terram dicens, Domine super hoc ambulā... Et fecit cursor eadem Scismate sicut prius, deprecatus... ut super ascendat et ambulet super facialem suum. Vide Scema 1.*

† 2. **SCISMA**, pro *Schisma*, Divisio. Roland. Patav. Chronic. Tarvis. apud Murator. tom. 8. col. 315 : *Sperabat forte quod in civitate Scisma vel seditio moveretur.*

\* Charta Henr. imper. ann. 1310 : *Omne heresim et Scismam, extollentem se contra sanctam, catholicam et apostolicam Ecclesiam exterminabimur.*

† **SCISMASARNOVA**. Vide *Scimasar-nova*.

**SCISMASAR-VETUS**, unum e 12. auguriis, de quibus in verbo *Venta*, quod sic describitur a Michaele Scoto de Physiologia cap. 56 : *Scismasar vetus, est augurium, quando tu vides hominem post te, vel avem pausantem, ita quod sit tibi dextro latere : istud enim tibi malum signum super negotio.*

† **SCISMATICUS**. Vide in *Schisma*.

\* **SCISOR**, Qui monetarum typum scalpro incidit, Gall. *Graveur*. Reg. actor. capit. cecl. Lugdun. ex Cam. Comput.

Paris. ad ann. 1341. fol. 73. vº. col. 2 : *Constituerunt Scisorem cugnium omnium moneturum suarum, quas nunc cudunt et in posterum cudi facient in civitate et diocesi Lugdunensi, Johannem filium Guillelmi de Dymone. Vide Scissus.*

† **SCISOR** **ROBARUM**, Vestium sartor, Gallice *Tailleur*. Inquesta pro canonizat. Caroli Blesens. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 561 : *Johannes Forestarii Scisor robarum de parochia de Bergeriis Trecentis diocesis dicit, etc.*

† **SCISPADUM**, *Jupatum*. Gloss. Isid. Excerpta : *Lycospadum, lupatum*; ubi Reinesius Var. lib. 11. cap. 14. emendat, *lupatum*. Græcis *λύκος* est lupatum, frænum scilicet, inquit Papias, durius inæqualium et asperrimorum dentium ad mandandos equos, a lupinis dentibus dictum. Inde, ut infert Grævius ad Gloss. Isid. *λυκόσπαδες* equi sunt ferociores, qui lupatis sunt mandandi. Vide Reinesium loco laudato.

\* **SCISSILIÆ**, Quæ forfice ex monetis scissa sunt, Gall. *Rognures*. Stat. Ludov. VIII. ann. 1225. ex Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Noster* fol. 199. bis 1º : *De hoc plumbo debent habere operarii septem solidos, pro operagio inter carbones et omnia alia; et de eodem plumbo debent operarii facere duas marchas et Scissiliis. Vide supra Scissalhæ.*

\* **SCISSISSIMUS**, superlat. *Scissus* : dicitur de aere, qui fulguribus quasi scindi videtur. Mirac. S. Audoeni tom. 4. Aug. pag. 834. col. 2 : *Ecce immensa Scississimi aeris coruscatio subsecuta est, cum qua desuper emissio fulvine, miseranda hominem pœna corripuit. [\*\* f. Spississimi.]*

1. **SCISSOR**, *Scindendi obsonii Magister*, Senecæ, nostris *Escuier trenchant*. Petronius, et Fragmentum ejusdem Petronii pag. 12 : *Processit statim Scissor, et ad symphoniam gesticulatus ita laceravit obsonium, etc. Le Romam de Garin MS :*

Devant le Roi servi l'enfant Gerin,  
Hernaut tailla devant l'Empereris.

**INCISOR**, Eadem notione. Avitus Vicnensis Epistola 77 : *Ut de primo, quod exposuisti, terculo colloquamur, ... trepidans accensis faucibus gula atquantula temporis mora sub docti Incisoris pendit arbitrio. [Vide Scindere.]*

2. **SCISSOR**, Ars mechanica, nescio quæ, in Fleta lib. 2. cap. 52. § 35 : *De ablatoribus (forte albatoribus) coreorum, præterquam in civitatibus et burgis, et etiam de iis, qui duobus utuntur officijs, videlicet sutoriæ et tanneriæ, vel tanneriæ et carnicis, vel officio Scissoris et dub... etiam dub... præterquam in burgis et locis communibus. [Idem videtur qui Lanus, Gall. *Boucher*. Vide Scindere et Sectaror.]*

**SCISSORIUM**, Orbiculus mensorius, in quo convivæ dapes sibi appositas vel præsumtas scindunt, nostris olim *Trenchoir*. Auctor Translat. S. Isidori Hispal. num. 19. ubi de variis reliquiis, in urbe Legionensi adservatis : *De parte Cœnæ, (Dominicæ) Scissorium ipsius Cœnæ, etc. [Menoti Serm. fol. 97. vº : Agnosco quod non est ratio quod domicellæ habentes caniculas, dent eis comedere super Scissoria sua. Vide Cissorium.]*

\* **SCISURA**, Silva cædua, Gall. *Taillis*. Charta Olivcr. abb. S. Remig. Senon. ann. 1311. in Reg. 47. Chartoph. reg. ch. 127 : *Quæ sex vaccæ cum earum sequentiis poterunt ire et depascere per totum dictum nemus, et crescentias seu Scisuras dicti nemoris.*

† **SCISUS**, Sculptus. Acta SS. tom. 3. Jun. pag. 133. in Processu de SS. Virg. Eischell. : *Sed viderunt imagines Scissas et super sepulturas earumdem positas.*

† **SCITAMENTUM**, Edulium sciti saporis. *Complura Scitamenta mellita*, apud Apuleium lib. 10. Metamorph. *Scitamenta*, ἡδίστα, in Gloss. Lat. Gr.

† **SCITARE**, pro *Citare*, in jus vocare. Charta ann. 1268. apud Thaumasser. in Bitur. pag. 197 : *Concedimus quod si alter, seu aliquis ditorum burgensium fecerit convenire alterum coram nobis, vel mandato nostro, cuiuscumque conditionis Scitatus sit, quod actor possit desistere a vexatione Scitanti sine emenda nostra, vel præpositorum nostrorum.*

**SCIT DEUS**, Formula recepta in juramentis. Vetus Interpres Juliani Antecessoris cap. 178 : *Sacramentum de calumnia fit ita : In primis quidem actor juret. Hanc litem, quam movi, calumniandi animo non movi; sed existimo me bonam habere causam :... Scit Deus. Ita clauditur sacramentum rei.*

**SCITHA**. Roger. Hovedenus ann. 987 : *Hoc anno duæ retro seculis Anglorum genti incognitæ pestes : scilicet febres hominum, et lues animalium, quæ Anglice Scitha nominatur, Latine autem fluxus interaneorum dici potest, totam Angliam plurimum vexaverunt. Non placent, quæ hic habet Spelmanus. [\*\* Anglos. Scitha a verbo Sit an.]*

† **SCITIA**, pro Scotia, quomodo et *Scite*, pro Scoti, in antiquis codicibus occurrere, testis est Spelmanus : unde a Scythis originem habuisse Scotos innuitur.

† **SCITIVA**. Vide infra *Seitiva*.

\* **SCITIVATA PRATI**, Tantum prati, quantum homo per unum diem succidere potest, vulgo *Scitive*, in Terrear. S. Maur. in Foresio ann. 1473. Vide in *Seitiva* et mox

† **SCITUATUS**, Situs, positus, Gall. *Situé*. Excerpta e Johanne a Bayono in Histor. Mediani Mon. pag. 289 : *Castelleti prope abbatiam dictam Leistainche Scituati. Vide Sitare.*

† **SCITULLA**. Bernardus Mon. in Ord. Cluniac. part. 2. cap. 30 : *In hujusmodi festis tantum illæ cappæ deauratæ, in aliquibus quarum etiam aureæ Scitullæ dependent, ab Armario et his qui cum eo, induuntur. Ubi legendum videtur ut in MS. Sangerman. *Scillule*, diminut. a *Scilla*, campanula. Vide infra *Skella*.*

† **SCITULUS**, diminut. a Scitus, peritus, gnarus. Arnobius lib. 3. adv. Gentes : *Ut intervalla et numeros vocum conferant Scitule ac modulentur sorores. Forma scitula, id est, elegans, apud Plautum Rud. act. 4. sc. 1. Hinc*

† **SCITULE**, Eleganter. *Puellæ Scitule ministrantes*, apud Apuleium lib. 2. Metamorph. et alibi.

\* 1. **SCITURA**, Eodem intellectu. Charta ann. 1266. ex Chartul. Buxer. part. 1. ch.



18 : *Querela que vertebatur inter ipsos, videlicet de quadam Scitura prati, sita in prateria de Vix, etc.*

\* 2. **SCITURA**, Actio scindendi vel scandi. Constit. Frider. de non alienandis feudis ex Cod. reg. 10197. 2. 2. fol. 9. vº : *Callidis insuper machinationibus quorundam obviante, qui pretio accepto, quasi sub colore sue Scituræ, quam sibi licere dicunt, etc.*

¶ 1. **SCITUS**, Locus aliquis quoquo modo se habet. Charta apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 148 : *Tradidit et ad firmam dimisit prefato Johanni Scitum manerii sui de Eysngdon in Comitatu Hertfordiæ, cum omnibus terris, pratis, pascuis... Et omnia, domos, ædificia, et clausuras infra eundem Scitum existentia... reparabunt.*

¶ 2. **SCITUS**, Scientia, cognitio, notitia. Litteræ Edwardi III. Reg. Angl. ann. 1337. apud Rymer. tom. 4. pag. 798 : *Nisi vestri, aut vestrorum successorum, aut hæredum, ad id Scitus et consensus accesserit pariter et voluntas.* Chartul. S. Vandre. tom. 2. pag. 1819 : *Et si ipsum campartum aliquando alicui voluerint locare, absque Scitu et auditu nostrorum nunquam fiet.* Galli dicimus *Au vù et scu.*

¶ 3. **SCITUS**, pro Situs, Gall. *Situé*. Charta Ludovici Reg. Siciliæ ann. 1359. ex Cod. MS. D. Brunet fol. 108 : *Cursorium Avellani Comitatus... Scitum utique in Crano. Vide Scituare.*

\* **SCIVIA**, Versatile tympanum apud moniales, vocis origine mihi incognita. Charta ann. 1486. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 364 : *Datum et actum Colonie in loco sive camera collocutionis, ante rollam sive Sciviam reclujari nostrarum abbatissæ et conventus.*

\* **SCIVIAS**, Titulus libri, de quo in Mirac. S. Hildegard. tom. 5. Sept. pag. 699. col. 2 : *Quod cum libros ejus, scilicet librum Scivias, librum Vitæ meritorum, librum Divinorum operum, etc.*

¶ **SCIURA**, Horreum, apud Schilter. in Glossar. Teuton. Vide *Sceurum*.

¶ **SCIVUS**, pro Scyphus, in vet. Gloss. MS. Sangerm. num. 501 : *Cativi, Scivi et cymbia, poculorum sunt genera.*

\* **SCLAFFITORIUM**, Canalis ad educendas aquas superfluas, seu alveus molendini, aut locus ubi concluduntur aquæ. Charta ann. 1391. in Reg. 143. Chartoph. reg. ch. 288 : *Cum ipse Guillelmus.... ibidem construxerit seu ædificaverit quandam domum et paxerim et duo Scuffitoria, quorum unum erat cum savatura ferrea, etc.* Vide supra *Esclatidor* et *Esclausa*.

¶ **SCLANDONICIA TECTORA**, Domus, casa *Scandulis* cooperta. Locus est in *Temora*. Vide supra *Scindula*.

\* **SCLAPA** Scindula, assula. Inquisit. super destruct. bastidæ Sabran. ann. 1363. ex Cod. reg. 5956. A. fol. 81. vº : *Item domus dirupta saptus et supra solium de gippo et coperta de Sclapa, videlicet in quarta parte versus solis ortum.* Vide mox *Scлата*.

¶ 1. **SCLAPUS**, in Comment. Caroli Carafa Episcopi Aversani de Germ. sacr. restaurata, pro *Sclopus*. Vide in hac voce.

\* 2. **SCLAPUS**, Canalis, ut videtur. Stat. Ferrar. ann. 1288. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 662 : *Judex ag-*

*gerum teneantur, quotiescumque Padus parvus fuerit, et incipiet crescere, ipsa die vel infra tertiam diem, facere consilium majus credentiæ, et consilium postulare, in quibus Sclapis et locis habeat facere poni aquam Padi.*

¶ **SCLATA**, Scindula, Gall. *Bardeau*, Angl. *Shingle*; forte *Scлата* dicitur a Gall. *Eclat*, assula : est enim scindula ligni fragmentum. Charta Henrici V. Reg. Angl. ann. 1413. apud Rymer. tom. 9. pag. 40 : *Nullus burgensis... aliquam domum, infra villam prædictam (Calesii) nisi cum tegulis vel Scлатis de novo cooperiat.*

\* **Nostris Esclate**, ligni fragmentum seu pedamentum, cui vitis innititur. Lit. remiss. ann. 1367. in Reg. 99. Chartoph. reg. ch. 5 : *De quodam baculo, vocato Esclate, in capite solo ictu percussit, etc.*

¶ **SCLATARIA**, Navis piratica, Papiæ.

¶ **SCLAVA**, Captiva, serva. Vide *Sclavus*.

¶ **SCLAVARE**, pro *Scalvare*. Vide ibi.

\* **SCLAVE**, Piscis genus. Tract. MS. de Pisc. cap. 67. ex Cod. reg. 6838. C : *Mena a Massiliensibus mendole, ab aliquibus cagarel, quod alvum cieat, a nostris in Gallia Narbonensi juscle, ab iis qui Adriaticum sinum incolunt Sclave nuncupatur.*

**SCLAVINA**, **SCLAVINIA**, Vestis longior, sagi militaris instar, Scclavis, ut videtur, familiaris, inde nomen mansit. Ugotio : *Amphibalus, vestis villosa, sicut est Sclavina.* Joan. de Janua : *Armelausa, Sclavina.* Italis *Sclavina*. Corona pretiosa : *Σκλαβίνα, stragulum, σκόρπυ.* Henricus de Knyghton : *Venire videbant virum elegantem cursantem, de una Sclavina alba vestitum.* Quo loco perperam *Sclauma*, legit Somnerus. Hac potissimum utebantur peregrinantes, ut observat Malbrancus lib. 10. de Morinis cap. 12. quod firmatur ex Chronico Andrensi : *Pedes incedens in habitu peregrini, qui vulgo dicitur Sclavina.* Herbertus de Miraculis lib. 1. cap. 25 : *Vidit ipsum instar alicujus Jerosolymitani, palma, pera et baculo insignitum, atque Sclavina coopertum.* Cæsarius lib. 12. Miracul. cap. 40 : *Peregrinus quidam de transmarinis veniens partibus Sclaviniam suam pro vino... exponens, etc.* Et mox : *Festem peregrinationis suæ. Idem cap. 42 : Peregrinus quidam innoxiens Sclavinam suam Sacerdoti legavit.* [Jac. de Voragine in Chron. Januens. apud Murator. tom. 9. col. 45 : *Anno Domini MCCXXII. de mense Augusti venit Januam quidam Thentonicus nomine Nicolaus in habitu peregrini, quem sequebatur multitudo magna peregrinorum, tam magnorum quam parvorum, et omnes habebant Scclavinas crucibus insignitas.] Le Roman d'Aubery MS :*

Qu'il viegne à moy ausement come espie,  
S'aît Esclavine et bordon de Surie.

**Le Roman du Renard :**

Une Esclavine i vit renard  
Que cil avoit deles son chief.

Rabbi Kimchins *Esclavinam*, pro veste vili usurpavit. Vide Bernardum Justinian. in Vita S. Laurentii Justiniani cap. 5. Vitam S. Andrea Corsini cap. 5. etc. Italis *Sclavina*, est tegetes, *coperta* gressa et letto

Σκλαβίνα vero et Σκλαβίνισκιον, pro jaculo leviori, cujusmodi utebantur Scclavi,

apud Mauricium et Leonem sumi, annotarunt pridem Rigaltius et Meursius. Vide Glossar. med. Græcit. col. 1392.

\* Eodem sensu *Esclavine* legitur, in Lit. remiss. ann. 1394. ex Reg. 146. Chartoph. reg. ch. 338 : *Armez de diverses armeures et garniz d'ars et saictes ferrées, et d'Esclavines, vinrent de nuit oudit prieure,.... icelui varlet Jery de sadite Esclavine Richart pere.* Sic nostri Scclavos *Esclers* appellarunt. Fabul. tom. 1. pag. 101 :

Moult fu fors li abateis  
Des mesereans, et li fereis;  
Bien estoient quinze milliers,  
Sarrazins, Persans et Esclers.

¶ **SCLAVIS**, ut *Sclava*, Serva. Charta ann. 1358. ex Tabul. Massil. : *Venditio de quadam Sclave nuncupata Bona cotestis 28. ann. pretio 60. florenorum auri fini de Florentia.*

¶ **SCLAUMA**. Vide *Sclavina*.

\* **SCLAVONIA**, Sagi militaris species, idem quod *Sclovina*. Germ. episc. Cabilon. in vita Phil. III. ducis Burgund. apud Ludewig. tom. 11. Reliq. MSS. pag. 118 : *Eis qui levis armaturæ inervant, in galeis, brachiolis, cruralibus, ac Scclavonia, quam brigandiam vocant, contactos, etc.*

¶ **SCLAVONICUS**, Servilis. Vide in *Scclavus*.

¶ **SCLAVONIUS**. *Anaphi Scclavonii* in pretio fuere ut colligitur ex Testamento Ermengaudi Archiep. Narbon. ann. circit. 1005. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 163 : *Fredeloni Episcopo anaphum unum Scclavonium.*

**SCLAVUS**, Captivus, servus, Italis *Schiavo*, nostris *Esclave*. Matth. Paris ann. 1252 : *Cum Christianis Scclavis, sic namque vocantur captivi, etc.* Mox : *Cum omnibus Christianis captivis, quos vulgariter Esclavos appellamus, etc.* Jacobus de Vitriaco in Hist. Hierosol. pag. 1129 : *Similiter quotquot habere poterit Scclavos, vel servos, cum eis licenter peccat.* Charta Ludovici Regis Germaniæ in Metropoli Salisburg. tom. 2. pag. 15. [\*\* Immunitas monasterii Alta-hensis in Bavaria inferiori ad Danubium siti.] : *Aut homines ipsius Monasterii tam ingenuos, quam servos, Scclavos, et accolas super terram ipsius commanentes, etc.* [\*\* Charta ejusdem Ludovici de immun. Monaster. S. Emmeram. Ratisp. apud Pezium tom. 1. Thesaur. Anecd. part. 3. pag. 20 : *Ut omnes homines qui super eadem res commanere noscuntur, et ad præfatum monasterium pertinere videntur tam Bajoarii, quam Slavi, liberi et servi, et in antea consistere domino donante potuerint. Infra : Ut nullus iudex publicus etc... neque super homines liberos vel Slavos ullam potestatem habeat in quoquam illos distringendi.]*

Guill. de Podio-Laurentii cap. 49 : *Eosque in Scclavos recipit Rex.* Modus recipiendi fratres Milites Hospitalis Hierosol. : *Nos namque promittimus esse servi Scclavi dominorum infrauorum.* Speculum Saxonicum lib. 3. art. 73. § 3 : *Scclavæ autem proles sequitur patrem Scclavum.* [\*\* Germ. *Wendinne, wendische vader.*] In Regesto Albo Domus publicæ Tolosanae f. 130 : *Civitas Tolosana fuit, et evit sine sine libera, adeo ut servi et ancillæ, Scclavi et Scclavæ, dominos seu dominas habentes, cum rebus, vel sine rebus,*



ad Tolosan, vel infra terminos extra villam terminatos, acquirant libertatem et liberi efficiantur. Ditmarus lib. 3 : Tunc omnia nostram prius Ecclesiam respicientia divisa sunt miserabiliter, Slavonice ritu familie, quæ accusata venundando dispergitur. Adde Matth. Paris ann. 1097. Vincentium Belvac. lib. 3o. cap. 48. [Murator. tom. 7. col. 817. Marten. tom. 2. Anecd. col. 1526. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 75. Statuta Genuens. lib. 2. cap. 28. fol. 51. vº] etc. Ita *σλαβος* usurparunt recentiores Græci, Cantacuzenus lib. 4. cap. 14. pag. 758. Jo. Cananus pag. 193. et alii apud Meursium. At unde Scavorum, vel Slavorum nomen effectum sit, pluribus disputat Joannes Lucius lib. 6. de Regno Dalmat. cap. 4. *Esclos* videntur a nostris appellari. Le Roman de Merlin MS. par Robert de Bourron : *Il chevaucha et issi fors de la vile, et trouva les Esclos dou Chevalier, qui devant lui s'en aloit. Alibi : Et chevauche tant ken la forest se met et treuve les Esclos, si point tant après le Chevalier.*

SCLAVI SERVIENTES. Vetus Charta apud Ægidium Gelenium in Colonia pag. 69 : *Sclavi servientes legationem Episcopi faciunt : si semel neglexerint, 30. sol. si ter parvipenderit, beneficia sua perdant.* Infra : *Sclavus, si mel in die statuto non solvat, in vinculis servetur, donec solvat.* [Charta Rodolphi Halberstad. Episc. apud Ludewig. tom. 2. Reliq. MSS. pag. 359 : *Eo tamen tempore quo usum illius decimæ ad Ecclesiam B. Marie transtulimus, villa Mose partim cultore vacabat, partim Scavorum decimam non solventium nomine subigebatur.*]

\*\* SCLAVI CUBICULARII. Regum Saraceno- rum in Vita Johann. abbat. Gorziensis sec. X. scripta, cap. 120. apud Pertz. Scrip- tor. tom. 4. pag. 371.

† SCHLAVUS, ut *Sclavus*, Captivus. Bernh. de Breylenbach Iter Hierosol. pag. 217 : *Venit mercator quidam inquisens ab eo quanti pretii Schlavi illi essent, quos sic circumducebat.*

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Sclau, Prov. servus, famulus.*

\* SCLLEIDA, Vehiculi species, Gall. *Traineau*, Insulensibus *Esclan*. Comput. ann. 1508. ex Tabul. S. Petri Insul. : *Item ei qui adjuvit in sancto Salvatore ad ponendum (campanas) super Sclleidam, xij. solidos.*

\*\* SCLIPHATI. Vide *Scyphati*.

† SCLINGERE, Anserum vox. Vide *Baulare*.

SCLIPESTEN. Teloneum Monaster. S. Bertini : *Lapis molaris 2. den. Sclipesten, 2. d. Si autem unus molaris, sive unus Sclipesten, sive in curru, sive in carro portetur, dabit 2. den.* [Infra, ubi vim vocis explicat Cangius, *Sclipesten* scripsit.]

† SCLODIA, *καρουλεις*, in Glossis Lat. Græcis. Vide *Chamulcus*.

† SCLOPETUM, SCLOPETUS, Tormentum bellicum manuale, Gall. *Escopette*. Chroniq. Estense ad ann. 1334. apud Murator. tom. 15. col. 396 : *Interim pæparari fecit maximam quantitatem balistarum, Sclopetorum, etc.* Hist. pacificat. inter Rodulphum II. Imper. et Turcar. Imper. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 311 :

*Janizarii præterea et hoc elogii bellici merentur, sua Sclopetata, bombardas, etc.* Appendix ad Vitam B. Lidwinæ tom. 2. April. pag. 364 : *Equites tantopere in altum Sclopetos exonerabant, ut neino descendere auderet. Vide Sclopetata.*

\* Simoneta in Hist. Franc. Sfortiæ apud Murator. tom. 21. Script. Ital. ad ann. 1449. col. 535 : *Interim rumor vagatur... ita esse Mediolanensem aciem instructam, ut singuli singula gererent Sclopetata, genus sane tormentorum terribile admodum atque exitiale.*

† SCLOPUS, Eadem notione, in Append. laudata : *Sclopis in ades jaculantes, multosque vulnerantes.* Mirac. S. Angeli tom. 2. Maii pag. 73 : *Renovabatur lætitia die xvi. per mascaratas, cavalcatas, quintanas, luminaria, explosiones Scloporum.* Addit ad Chron. Estense ann. 1377. apud Murator. tom. 15. col. 545 : *Cum Sclopis et stridis in signum maxime lætitiæ. A sono quem edit Sclopus non dissimilem a strepitu qui fit complosis buccis, quique Scloppus dicitur, vocis origo deducenda videtur Carolo de Aquino. Vide Martini Lexic. in hac voce.*

\* SCLOPPUS, Eadem notione, in Fragm. hist. Senens. ad ann. 1432. apud eumd. Murator. tom. 20. col. 41 : *Habebat (Sigismundus imperator) milites quingentos ad sui custodiam, Scloppos (ita id genus armorum vocant) iuvimus apud nos antea, defrentes.*

† SCLOPETARIUS, Qui *Sclopeto* utitur, apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 358 : *Nec cunctatus Demetrius cum Polonicis aciebus instructus, præmissis Sclopetariis peditibus, obviam processit.* Famianus Strada : *Tres illuc iuvittit Sclopetariorum cohortes.*

† SCLOSA, ut *Sclusa*, in Charta apud Menester. Histor. Lugdun. pag. 6. inter Instr. : *Convenientia... de quadam Sclosa in Aseha quam consentiunt monachi Gerauldo ea ratione ut sive ædificet vel non ædificet Sclosam, terra quam donat pro compensatione Sclosæ, in potestate monachorum sit facere quidquid eis placuerit.*

† SCLOT, *Sera*, in Gloss. Lipsii.

† SCLOSA, Locus in quo concluduntur aquæ, Gall. *Ecluse*. Charta ann. 1140. ex Tabular. Burgi-medii : *Comes Theobaldus dedit... decimum piscaturæ et Sclosæ. Tabular. S. Sergii Andegav. : Deditque decimam piscium de Sclosa de Avaziaco. Vide Exclusa.*

\* SCLOSIUS, ut *Sclusa*, Locus in quo concluduntur aquæ. Chartul. priorat. de Guileio fol. 5. rº : *Fuit autem convenientia inter ipsam (Haimericum) et monachos, ut de suo monachi Sclosiam ibi facerent cum uno molendino.* Hinc fortean *Scloadage* dicitur Præstatio, quæ domino feudi penditur pro iure habendi *sclusam*, in Redit. comitat. Nature. ann. 1289. ex Reg. Cam. Comput. Insul. sign. *Le papier aux aysselles fol. 79. vº : Encor a li cuens à Namur le Scloadage, .... se vaut par an xxx. lib.* Nisi sit tributum, quod a clavorum fabricatoribus, mercatoribusve comiti persolvebatur.

† SCOARSARE, Corticem auferre, Gall. *Ecorcer*. Statuta Montis Regal. fol. 241 :

*Item statutum est quod camparii tercarii vici teneantur euendare omnes arbores incisas, vel scalvatas, Scoarsatas, etc.* Rursum fol. 260 : *Qui... contrafecerit Scoarsando ipsam bealeriam, etc.* Vide *Scorzare*.

1. SCOBS, pro Scopæ. Catholicon parvum : *Scoba, bæ, Balay, ramon ou arbre.* Gloss. Gr. Lat. : *Κοσμητήριον, Scoba.* Ubi Codex MS. habet *Scoba*, [Consuet. MSS. B. M. Deauratæ Tolos. : *Monachi surgent ad mandatum Prioris, et recipient Scobas sive vimmes, et ferient super excommunicatum nudum vel vestitum ad manulatum vel ordinationem Prioris.*] Vindicianus Comes Archiatrorum pro *Scobe* usurpat :

Polline, farre, Scobis, lino, scobe, vellere, cornu.

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Scoba, scobar, Prov. scopia, scopare.*

SCOBILLE, Eadem notione, [seu quævis sordes, purgamenta, Gall. *Ordures, balayeurs*, Provincialibus *Escoubilles*.] In Statutis Massiliensis urbis MSS. lib. 4. est caput : *De fumo, vel terra, vel Scobillis projiciendis in certis locis extra Massiliam.* [Eadem Statuta edita lib. 5. cap. 40 : *Teneantur... facere scopari et mundificari, ne Scobille illæ seu immunditia illa in detrimentum portus Massiliæ intercurrant.* Statuta Arelat. MSS. art. 43 : *Statuimus quod nec Scobille, nec aliqua turpia vel immunda, nec cacæferium, nec cineres fabrorum, nec alterius projiciantur in carreria.*]

\* SCOBILHÆ, Quævis sordes, purgamenta. Stat. ann. 1350. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 138. col. 2 : *Nulla persona... sit ausa eicere Scobilhas, neque orduras, etc.* Glossar. jam laudatum : *Scobilha, Prov. scobs.*

† SCOBARE, *Scobis* purgare, verrere, Gallice *Balayer*, Provincialibus *Escobar*. Leges Palat. Jacobi II. Reg. Majoric. inter Acta SS. tom. 3. Junii p. xl : *Ipsi (excupatores) tam cameras nostras quam palatia Scobare et mundare teneantur.*

\* 2. SCOBA, Familia, collegium, societas; perperam, ni fallor, pro *Scola*. Vide supra in *Scola*. Bulla Clem. VI. PP. ann. 1344. inter Instr. tom. 10. Gall. Christ. col. 414 : *Quodque si in aliquem familiarum verum de Scobis capellanorum, clericorum et scutiferorum dicti episcopi Morinensis existentem, aliquis de personis dictæ ecclesiæ manus tenere apponeret, dum tamen tunc in ipsis Scobis predictis esset, vel saltem præfati injuriatores scirent vel scire deberent ipsum injuriatorem (f. injurium) esse de Scobis Morinensis episcopi supradicti, cognitio, correctio et punitio ad officialem Morinensem vel alium deputandum ab eodem Morinensi episcopo vel vicariis suis .... pertineret.*

† SCOBACES, Sortilegi, seu potius ii delirantes, qui ad nocturnos illos conventus, quos *Sabbats* dicunt, *Scopis* se deferri somniant : unde vocis origo. Vide *Scoba*. Anonymus Cartus. de Relig. origine, apud Marten. tom. 6. Ampl. Collect. col. 57 : *Memini ne, mater, in adolescentia, antequam hunc ordinem ingrederer, multa de hujusmodi sortilegis, qui vulgo Scobaces dicuntur, audisse. Nam tunc et deinceps plures capti fuerunt in nostra provincia et combusti, qui*



prius in arcta positi quæstione, horrenda favebantur. Vide Sortitarius.

\* Consule quæ de Guillelmo Edelino, doctore theologo et S. Germani in Laya priore, narrat Joan. Chartier in Carolo VII. ad ann. 1453. pag. 282.

† **SCOBARE**. Vide supra in *Scoba*.

1. **SCOBARE**. Guido II. Prior Cartusiensis in Statutis ejusdem Ordin. cap. 20. § 2 : *Habeat itaque Martha laudabile quidem, sed tamen non sine sollicitudine et perturbatione ministerium : nec sororem sollicitè Christi vestigiis inhaerentem, et quoniam ipse est Deus vacando videntem spiritum suum Scobentem, suamque orationem in sinum suum convertentem, etc.* ex Psal. 77. v. 7. ubi : *Et scopebam spiritum meum.* Sic porro præfert emendatio editio Guignonis ann. 1509. [Vide Martinii Lexic. v. *Scopo*.]

2. **SCOBERE**, Tributi species. Charta Altmani Episcopi Tridentini ann. 1126. in Metropoli Salisburgensi tom. 3. pag. 384 : *Exceptis stabularibus, curtibus, quarum una Meenhensteine, sex vero alie singule quatuor, quod vulgariter Scobere dicitur, dare debent.* [Vide *Scobrones*.]

\* Quodnam illud sit, explicatur supra in voce *Escober*.

**SCOBILLE**. Vide *Scoba*.

\* **SCOBOLANUS**, ut supra *Scobolarius* et *Scapolarius*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Scobolanus, campanarius, campanier, Prov.*

† **SCOBOLARIUS**, Scoparius, qui *Scobis* purgat, Gallis *Balayeur*, Provincialibus *Escoubilié*. Testament. Guillelmi dom. Montispessul. ann. 1202. ex Schedis Peiresc. apud Præs. de Mazaugues : *Et volo quod hæres meus... teneat alium capellanum in ipsa ecclesia, cui in victu provideat, et quemdam diaconum, et alium subdiaconum, et unum clericum, et unum Scobolarium, qui omnes... decantent ecclesiam et serviant.* Hinc emendandus Acherius qui tom. 9. Spicil. ex voce contracte scripta, *Scobolium* edidit, pro *Scobolarius*.

† **SCOBRONES**, Agri tributo *Scobere* dicto obnoxii. Charta Johannis Merseburg. Episc. ann. 1166. apud Ludewig. tom. 2. Reliq. MSS. pag. 197 : *Decimam vero que in Karlesdorf et in Dobesgast et in ipso dominicali Bigaria ubi duodecim Scobrones dantur, in usus fratrum... delegavimus.* Diploma Henrici V. Imper. ann. 1192. apud Schlegel. de Nummis Cygneis pag. 150 : *Restituimus... ecclesiam... cum duobus mansis et decinatione, teloneos et L. Scobronum, et XII. curtibus.* Vide *Scobere* 2.

† **SCOCHON**, vox corrupta ab Angl. *Scutcheon*, Scutum gentilitium, Gallice *Escusson*. Testament. Johan. de Nevill. ann. 1388. apud Madox Formul. Anglic. pag. 429 : *Et volo... quod unus equus sit arraiatus pro guerra cum uno homine armato de armis meis, cooperto de russeto cum Scochons de armis meis.* Occurrit rursus infra. Vide *Suchoe*.

\* **SCODELLA**, vox Italica, Scutella et jusculum, quod in scutella apponitur. Charta ann. 1221. tom. 1. Hist. Cassin. pag. 317. col. 1 : *Beneficium Tassonis Anziivi cui debet facere hominum et fidelitatem,.... in Quadragesima sex panes et unam Scodellam*

*de farcolata. Infra : Unam Scodellam et farculata. Pluries ibi.*

\* **SCODERE** **BLADUM**, Flagello frumentum excutere. Lit. Ludov. ducis Andegav. ann. 1378. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 12. col. 2 : *Quos quidem quinque grossos, illi quorum erunt blada predicta, solvere realiter et absque termino tenebuntur; antequam dictum bladum a locis quibus Scodetur, vocatis vulgariter lasayras, amoveatur.* Vide infra *Scurire*.

**SCODUS**, **ERIS**, **Scelus**, in Glossis MSS.

1. **SCOF**, **SCOPPH**, Stabulum sine parietibus. Lex Bajwar. tit. 9. cap. 2. § 2 : *Si autem (scuria) septa non fuerit; sed talis quod Bajwarii Scofph dicunt, absque parietibus, etc.* Editio Heroldi habet *Scof*. [Germanis etiamnum *Schofp*, Saxon. *Scop*, tegumentum sonat, uti monet Martin. in Lexico.] [\* Vide Graff. Thes. Ling. Franc. tom. 6. col. 457.]

2. **SCOF**, Manipulus, *Gerba*, Belgis *Schoof*. Teloneum S. Bertini : *Duo Scof ferri, 1. obol. glodi ferri, 4. den... centum Scofchalybis, 25. den.* [\* Vide eund. Graff. col. 410. voce *Scoub*.]

\* **SCOFFONES**, Ital. *Scoffoni*, Pedom indumenta. Ritus publ. pœnit. impon. ann. circ. 1220. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 767 : *Pœnitens deponit vestes consuetas, et exuens sibi omnes pannos lincos, induit se asperam tunicam et cappam, si opus fuerit, et caligas sine pedolibus; et Scoffones, si frigerit, habeat in pedibus.* Vide supra *Scafones*.

**SCOGILUM**, **GLADIUS** **SCOGILATUS**. Lex Ripuar. tit. 36. § 11 : *Spatham cum Scogilo pro 7. solid. tribuat. Spatham absque Scogilo pro tribus solidis tribuat.* Ubi quidam codd. præferunt *scoilu*, *soilo*, *scogillo*. [\* Al. *scoigilo*, *scolgilo*, *scolgilo*, *scogila*.] *Gladius scogilatus*, in Legibus Henrici I. cap. 83. § 7 : *Si inter aliquos... dissensio consurgat, ex quo aliquis eorum gladium Scogilatum evaginatum, non est etiam expectandum, ut percutiat.* [\* Al. *sconigatum*.]

† **SCOGILUM** interpretatur Eccardus spatæ seu gladii vaginam, quod diminutivum esse putat a voce Anglo-Sax. *Scoh*, calceus, qui quasi est vagina vel tegumentum pedis, quomodo *Scogilum* gladii.

\* **SCOGUELINUM**. Leudæ major. Carcass. MSS : *Item pro capite de savenis Scoguelinum, obol. Turon.* Ubi versio Gallica ann. 1544 : *Item pour chacune tete savenne babine filoselle, etc.* Vide supra *Schorilla*.

† **SCOILUM**. Vide *Scogilum*.

**SCOLA**, etc. Vide *Schola*.

\* 1. **SCOLA**, f. Officina, Gall. *Echoppe*; unde legendum suspicor *Scopa*. Vide mox in hac voce et in *Schoppa*. Lit. admort. pro eocl. Tolos. ann. 1454. in Reg. 187. Chartoph. reg. ch. III : *Item acquisivit quatuordecim Scolas parvas, francas a quacunque servitute obliatis eisdem Scolis continga, scituatus... juxta scolam ordinarias legum.*

\* 2. **SCOLA**. Lit. remiss. ann. 1360. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 676 : *Item exponens de quodam ludo Scolæ, quo se cum quibusdam aliis spatiatu fuerat, etc.* Ubi leg. *Seole* vel *Soulæ*, ludi genus. Vide infra *Soula*.

**SCOLANDA**. Vide *Scrulanda*.

† **SCOLAPIUS**, pro *Æsculapius*, in Pasione S. Philippi Episc. apud Mabill. tom. 4. Analect. pag. 140.

† **SCOLARE**, vox Italica, Effluere, Gall. *Ecouler*. Statuta Saluciar. Collat. 8. cap. 246 : *Statutum est, quod quæcumque possessiones situate super finibus Saluciarum, si aquæ pluvie, et diluvii in eas venientes commode Scolare possunt super iis possessionibus vel super communi; si autem non possint, debeat quælibet possessio Scolare inferius in possessionem magis propinquam, et magis descendantem.* Statuta Mutin. rubr. 190. fol. 35. vº : *Ut terræ et possessiones hominum habentium terras in dictu terra possint Scolari.* Ibidem rubr. 225. fol. 42 : *Omnes aquæ fontium... debeant Scolari et derivari in fossatum quod appellatur fossa-marza. Pluries ibi.*

† **SCOLAROLUM**, Canalis, per quem effluunt aquæ, ut infra *Scolaturu* 2. Statuta Mutin. rubr. 259. fol. 49. vº : *Stutuimus quod per omnes homines habitantes in villa Rami fieri debeat unum Scolarolum sive drizagnolum per insulam, etc.*

\* Unde nostris *Escoulourgié* de re jamdiu præterita, quæ memoria excidit, et *Escoulergement*, pro Temporis lapsus. Charta Radulphi comit. Clarimont. ann. 1290. ex Reg. ejusd. comitat. : *Après iches choses lonc temps Escoulourgié, etc.* Chartul. 21. Corb. : *Et pour ce que on ne les oubliast pour Escoulergement de jours et du temps passans, etc.* Hinc etiam *Mémoire Escoloriant*, Labilis memoria, in Assis. Hierosol. cap. 52.

\* **SCOLASTIA**, pro *Scholastia*, Scholastica ecclesiæ dignitas. Charta ann. 1253. inter Monum. eccl. Aquilej. pag. 74. col. 742 : *Ita tamen quod custodia et Scolastia ipsæ, quoties et quandocumque vacaverint, canonicis ipsius ecclesiæ et non aliis conferantur.* Vide in *Scholasticus*.

\* **SCOLASTICIA**, Eadem notione. Reg. actor. capit. eccl. Lugdun. ex Cam. Comput. Paris. ad ann. 1337. fol. 32. vº. col. 1 : *Doninus Stephanus Sapientis miles in ecclesia Lugdunensi et scolasticus dictæ ecclesiæ, dictum officium Scolasticie in manibus domini decani et capituli pure resignavit.*

\* **SCOLASTRIA**, Pari intellectu. Charta ann. 1258. ex Chartul. S. Petri Insul. sign. Decanus fol. 141. vº : *Collatio dictæ Scolastrie, sicut ecclesiæ nostræ personatum, necnon et collutio scholarum, quæ scolasticis antiquitus singulis annis conferre consueverat, ad capitulum nostrum in perpetuum de cetero remanebunt.*

† 1. **SCOLATORIUM**, ut *Scolarolum*. Statuta Saluciar. Collat. 3. cap. III : *Statutum est quod quælibet persona de Saluciis cui ordinata fuerit aliqua præsia ad faciendum et manutenendum per quasvis vias et bealeras Saluciarum, sive Scolatoria, teneatur... manutenere... taliter quod defectu ipsius vel ipsarum aqua non lædat viam, quin per ipsam commode iri possit.* Vide *Scursorium*.

† 2. **SCOLATORIUM**. Papias MS. Bituric. : *Frus canatorium, aut turris, Scolatorium* \* **SCOLATRIA**, ut *Scolastria*, in Lit. ann. 1395. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 230 : *Ad dictam Scolatriam ecclesiæ*



*Andegavensis... promotus; quæ dignitas erat et est in ecclesia prædicta, et ad causam ipsius Scolastriæ, ipse erat caput et rector perpetuus studii prædicti.*

1. **SCOLATURA.** Regula Tertiiorum a S. Francisco edita cap. 3. apud Waddingum tom. 1. pag. 256 : *Chlanydes quoque ac pelles absque Scolatura scissas vel integras, affubulatas tamen, non patulas, ut congruit honestati, clausasque manicas habeant fratres supradicti.* Statuta Mediol. 2. part. cap. 464. vetant, ne mulieres giuppam, nec Scolaturam taliter deferant, quod videri possint manillæ, nec pectus discoopertum. Vox Italica, *scolatura*, incisuram circa collum denotans.

\* Pars vestis circa collum. Hinc nostris *Escolété*, pro *Décolleté*; dicitur præsertim de muliere, cujus pectus nimis detectum est. Lit. remiss. ann. 1468. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 247 : *Pour ce que icelle Philippote estoit habillée en autre façon que ne sont les filles des laboueurs, fort Escolété et coulerete par dessus, cuidans que ce fust la chamberiere du curé de Borieu ou autre fille de joye, etc.*

Hinc nostris *Escolor*, pro *Scolaturam* seu incisuram circa collum facere. Le Roman de la rose MS :

Se ele a biau col et gorge blanche,  
Gart que cil qui sa robe tranche,  
Si tres bien la li Escolerte,  
Que la char pere blanche et neite  
Demi pié deriere et devant.

2. **SCOLATURA**, Canalis, per quem effluit aquæ; vox Italica. Charta ann. 1180. apud Petrum Mariam Campum in Hist. Eccl. Placentinæ, in Regesto 2. part. Ch. 29 : *Item de omnibus Scolaturis, et pluviariis, et surtuminibus, quæ decurrunt, seu decurrere possunt ex rivo Merdorio, etc.* Occurrit ibi pluries. Gall. *Esgouter* dicunt. [Statuta Placent. lib. 5. fol. 58 : *Statutum est et diutius observatum quod qualibet persona quæ habet jus duccendi et extrahendi aquas seu rivos de fluibz sortivis et Scolaturis, etc.* Vide *Scolarolum*.]

**SCOLAX.** Papias, ex Isidoro lib. 20. cap. 10 : *Scolaces, quod nos Funes vel funulia dicimus, eo quod scolæ sint, i. intorti.* Ugutio, ex Glossis Isidori : *Scoliaces, (sic) funes; quos Funulia dicimus, quia sunt torti et excepti.* Vita S. Cypriani : *Cum cereis et Scolacibus.* Petrus Damian. lib. 6. Epist. 17 : *Quis Scolucibus utitur, ut stellarum micantium videat claritatem.* Σκολάκιον habent Apophthegmata Patrum in Pæmenc cap. 10. apud virum doctissimum Jo. Bapt. Cotelierum tom. 1. Monumentor. Eccl. Græcæ.

† **SCOLDASCIO**, **SCHOLDASCHIUS.** Vide *Suldais*.

**SCOLIUM**, Scopulus, Italis *Scoglio*, nostris *Escueil*. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 25 : *Deinde per syrocum per duo milliarii navigetur, et inveniet Scolium, per quod fit portus, in quo fundum trium passuum reperitur, etc.* Infra : *Donec quicunque pervenerit ad Scolia, quæ sint super casale Lambertum, etc.* Ex Græco σκολιον.

† **SCOLNA.** Vide infra *Sculna*.

† **SCOLTETUS**, ut *Scultetus*. Vide ibi.

\* **SCOLTHASTRE**, Mensuræ species. Charta Walt. dom. de Sothengien ann.

1208. in Chartul. Mont. S. Mart. part. 1. ch. 54 : *Particula ejusdem decimæ, quam... tenebat ad censum annuum decem et octo hastrorum avenæ ad mensuram, quæ dicitur Scolthastre, in Natali solvende.*

\* **SCOLZARE**, Purgare, mundare. Stat. civil. Cumana cap. 256. ex Cod. reg. 4622. fol. 199. vº : *Nec cloacha fetida, nec necessarium debeat Scolzari nec evacuari, nisi de mensibus Decembris, Januarii, Februarii et Martii; et qui per aliud tempus Scolzare et evacuare fecerit, etc.*

\* **SCOMARCERE**, Putrescere. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Poyrir, Prov. putrere, marcere, Scomarcere.*

**SCOMBRA**, vox fori Hispanici. Jacobus I. Rex Arag. in Foris Oscæ ann. 1247. fol. 31 : *De duobus molendinis, quorum unum super aliud est constructum; si illud, quod est inferius, engorgat illud, quod est superius primo factum, dominus illius, quod superius est, Scombret illam cequiam, etc.* Observantia Regni Aragon. lib. 9. tit. de Officio Suprajunctarii § 1 : *Si Suprajunctarius prosequitur malefactores, et flagrante maleficio intraverit castrum alicujus, et Dominus, vel Alcaydus illius castri noluerit dare Scombram, nec tradere malefactores, etc.* § 3. *De consuetudine regni Scombra in loco pro re furata vel malefactore potest fieri sæpius per Suprajunctarium, etc.* Alibi : *Et ipsi terras tenentes teneantur juvare dictos homines de Fraxneda in Scombra dicta vasarum.* Michael Molinus in voce : *Scombra rei furatæ vel malefactoris, non solum potest fieri semel, sed etiam bis; et licet in prima Scombra non fuerit malefactor, vel res furata reperta, tamen potest per officialem iterum fieri Scombra.* Idem in *Talator* : *Taluri possunt locu et castra Vironum per Suprajunctarios congregata juncta sua : et hoc propter rebelliam loci vel Alcaldi nolentium dare Scombram Suprajunctarius insequentibus malefactores.* Perquisitio.

† **SCOMBARE.** Vide supra in *Scombra*.

\* **SCOMFLARE**, Italis, *Gonflare*, Inflare, tumefacere, Gall. *Gonfler, enfler*. Stat. Vallis-Ser. cap. 43. ex Cod. reg. 4619. fol. 113. rº : *Non sit aliqua persona... quæ audeat nec præsumat Scomflare nec Scomflari facere aliquas bestias, quas vendere vellet.* Vide *Scomflare*.

† **SCONATIO.** Leges Norman. cap. 39. § 9. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 352 : *Si de jure patronatus alicujus ecclesie contentio inter personam laicalem et ecclesiasticam fuerit procreata brevii visio per quatuor milites et quatuor probiores loco propinquiores et fide digniores, qui nulli digna Sconatione a jurea debeant amoveri.* Ubi legendum videtur *Saonnatio*, quod idem est ac *Reprobatio testis*. Vide *Sconium* et *Sonare* 3.

† **SCONDEGARDA**, Statio, Gall. *Corps de garde*. Anonymus in *Annal. Genuens.* ad ann. 1330. apud Murator. tom. 16. col. 705 : *Unde in ripa fluminis Ticinelli Scondegardas et belfreda quadraginta erexerunt.*

† **SCONDIMENTUM**, Excusatio, satisfactio, in Consuetud. Catalanæ MSS. Vide in *Excondicere*.

† 1. **SCONDIRE**, Denegare, recusare, qua notione *Econduire* usurpamus. Leges Balduini Comit. Flandriæ ann. 1200. apud

Marten. tom. 1. Anecd. col. 766 : *Si quis in custodia fructuum terrarum suarum, vel remorum... pannu seu vadia accipere voluerit, et ei pannum, vel vadium denegatum, id est Sconditum fuerit, et inde inter eum et illum qui vadium denegaverit, id est Scondiderit quem supra suum invenerit, rixæ et contentiones, nec conflictus moveantur etc.*

\* 2. **SCONDIRE**, Abscondere, occultare. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Scondre, Prov. Clanculare, abscondere.* Nostris alias *Esconssere*, eodem significatu. Vide supra *Absoncia*.

† **SCONFICTA**, Pugna, prælium. *Annal. vet. Mutinenses* apud Murator. tom. 11. col. 72 : *Eo anno (1284.) fuit Sconficta de Montali, scilicet inter Rangonos et Buschetos, et sequaces eorum ex una, et illos de Faxolo, de Savignano, et Grassonos, qui erant extorres Mutinenses, et ibi fuit magna strages ex utraque parte.* Pro Clade, ut infra *Sconfitta*, occurrit in *Breviar. Hist. Pisana* apud cumd. tom. 6. col. 192 : *Anno 1229. Pisani apud Pajanum miserunt in Sconfictam Lucanos et Florentinos.*

† **SCONFIGERE**, vox Italica, Hostes fudere, profligare, Gallice *Déconfire*. *Chron. Parmense* apud Murator. tom. 9. col. 762 : *Et eo anno (1189.) Parmenses Sconfixerunt Cremonam Casalunculi, etc.* Joan. Demussis in *Chron. Placent.* ad ann. 1373. apud eundem tom. 16. col. 518 : *Videntes quod gentes eorum erant Sconfictæ, posuerunt se in fugam.*

† **SCONFLIGERE**, **SCUNFLIGERE**, Eadem notione. *Johan. de Bazano* in *Chron. Mutin.* ad ann. 1235. apud cumd. Murator. tom. 15. col. 560 : *Mutinenses et Mediolanenses fuerunt Sconficti ab Imperatore Frederico.* Ibidem col. 569 : *Eodem anno (1307.) populus et exercitus civitatis Mutinæ... fuerunt debellati et Sconficti per Bononienses.*

† **SCONFITUS**, Profligatus. *Regimina Paduæ* ad ann. 1315. apud Murator. tom. 8. col. 429 : *Et dictus dominus Princeps cum suo exercitu succubuit et fuit Sconfittus.*

**SCONFITTA**, Clades, vox Italica, *Gallis Desconfiture*. *Chronica Pisana* ann. 1173 : *In Sconfittam miserunt Comitem Guidonem et Lucinos.* [Adde *Rolandini Patavini Chron. lib. 5. cap. 11. apud Murator. tom. 8. col. 241. Vide Sconficta.*]

† **SCONFLARE**, Inflare, sufflare, Ital. *Gonfiare*, Gall. *Enfler*. Statuta *Riperiæ* fol. 15. vº : *Quod dicti beccharii non audeant nec præsumant ore Sconflare, nec Sconflari facere aliquas bestias, nec eas aptare, nec aptari facere de aliis carnibus.*

† **SCONFLIGERE.** Vide *Sconfigere*.

† **SCONIUM**, f. pro *Saonnium*, vel *Saonnitium*, *Reprobatio*, *recusatio*, maxime testium. *Leges Normann.* cap. 30. §. 5. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 324 : *Dum tamen milites in visneto valeant reperiri, qui justo Sconio vel rei ipsius ignorantia ab ipsa jurea non debeant amoveri.*

\* Rectius *Soonio* in Cod. reg. 4651. Vide *Sonare* 3.

**SCONNA.** Vide *Sculna*.

**SCONSA.** Cæca laterna. Vide *Absonsa*.

† **SCONTRARE**, vox apud Mercatores Italos usitata, cum de pecunia solvenda agitur. *Statuta civit. Genuens.* lib. 4. cap. 14. fol. 117 : *Si quis mercator efficiatur*



non solvendo in aliqua mundi parte, sive societas in quavis feria seu termino solutionum, qui jam cepisset solvere, et exigere, seu contraponere, vel (ut aiunt) *Scoutrare per dies tres ad minus, vel ubi breviori tempore durant solutiones per totum tempus, eo casu quicquid jam fuisset, ut supra cum quovis contrapositum seu Scoutratum sit firmum et validum. Scoutru*, Italis est liber quem mercatores Extractum vocant.

† 1. **SCOPA**, ut *Scoppa*. Vide ibi.

\* Chartul. Rob. comit. Atrebat. ann. 1248. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 189: *Inter domum quondam Petri filii Johannis de Sancto Aldegonde et Scopas Johannis de Bodlinghen, cum cellariis subitus positus, etc. Vide Schoppa.*

\* 2. **SCOPA**, Betula, Gall. *Bouleau*; quod ex illa scopas conficiunt. Charta ann. 1198. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 442: *Nullas arbores diminuētis, nec per venditionem, nec per alium modum, exceptis Scopis, nochtis et carpinis, quæ licet vobis habere. Vide Scopetum.*

**SCOPÆ**, seu *Scoparium* vel virgarum disciplina in Monasteriis. Petrus Damian. lib. 1. Epist. 19: *Scpe penitentiam centum suscipiebāt annorum, quam scilicet per viginti dies allisione Scoparum, cæterisque penitentia remediis redimebat. Idem in Vita S. Romualdi cap. 8: Quia jussus fuerat a Priore quot Scopas accipere, quas nondum acceperat. Joannes Laudensis in ejusdem Petri Damiani Vita n. 43: Scoparium quoque disciplinam in Capitulo cuncti susciperent, in pane solum et aqua pariter abstergerent. Chronicon Montis-Sereni ann. 1213: *Nudis pedibus in veste nigra (Canonicus regularis S. Augustini) Scopam ferens, cum Priore et quodam alio fratre seniore, pedibus ejus prostratus, etc. Anno 1219: Ut præter alias, quas sustinere compulsi sunt pœnas, toto corpore usque ad femoralia nudi, Scopas ferentes diebus dominicis cruces præcedere cogenterent. Denique pag. 191: Venia impetrata est, cum prius ipse discalceatus, et Scopam ferens, legati se pedibus prostravisset. Hinc**

**SCOPARI**, Scopis cædi. Andreas Vallis umbrosæ Monachus in Vita S. Aribaldi: *Adjuro te, ut tuis te vestibus nunc exuas, et hic coram me te Scopari facias. Qui protinus cucurrit, virgas adquisivit, vestibus se exiit, et acriter se ab uno ex suis ibi coram omnibus Scopari fecit. [Statuta Vercell. lib. 5. fol. 126. vº: Et pro furto facto, seu fieri permissio, seu pro predictis rebus vel aliqua earum venditis ab eo, et pro dono facto ut supra, Scopetur cum aliquibus vicis ad collum per civitatem.] [\* Vide Haltaus. Glossar. German. col. 1738. voc. *Staupe*.]*

† **SCOPALATIUS**, Qui Scopis verrit, mundat, Gall. *Balayeur*. Cencius Camerar. in Ord. Rom. apud Mabill. tom. 2. Musei Ital. pag. 200: *Scopalati in die coronationis domini Papæ debent gradus scholæ et porticum usque ad locum, ubi dominus Papa descendit, mundare. Scopolarius*, ex eodem Cencio in Hierolex. Macrorum. Vide *Scoparius*.

**SCOPAR**. Lex. Bajwar. tit. 9. cap. 2. § 5: *De minore vero (scuria) quod Scopar appellat, etc. [\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. in hac voce tom. 6. col. 411.]*

**SCOPARE**, Scopis verrere, mundare, apud Interpret. Isaia cap. 14. v. 23. et in Psal. 76. v. 7. Fortunatus in Vita S. Rade-gundis lib. 1: *Scopans Monasterii plateas. [Guido in Discipl. Farf. cap. 19: Si servitores sunt pueri, ipsi debent lavare cochleares et Scopare. Statuta Massil. lib. 5. cap. 40: Teneantur.... transveras universas semel singulis hebdomadis facere Scopari et mundificare. Vide in Scopæ.]*

† **SCOPARIORES** a vulgo nuncupati Eremitæ Augustiniani dicti de S. Salvatore, quos confirmavit Gregorius XII. PP. teste la Roque de Orig. nominum pag. 244.

† **SCOPARIUS**, ut supra *Scopulatus*. Epitome Constitut. Eccl. Valent. inter Conc. Hispan. tom. 4. pag. 186: *Nullus canonicus.... possit nec valeat infimos officiariorum sedis, videlicet carpentarium,.... Scoparium et alios ejusmodi mutare. Utitur etiam Ulpianus Dig. lib. 33. tit. 7. leg. 8. Scoparii, *οι σκορωται*, in Gloss. Lat. Græc.*

**SCOPASSA**. Acta Murensis Monasterii pag. 39: *Rustici autem, qui habent Scopassa, serviunt diem in Ebdonada, et qui dimidium in secunda, vel censum dant. [Ubi legendum Scopossa. Vide Schopozza.]*

**SCOPATICUM**, Tributii species. Charta Willelmi Comitis Pictavensis apud Beslium pag. 269: *Cellarium etiam, quod nostris usibus serviebat, sancto Hilario reddimus, ut Canonici ibidem ministerialem constituant, qui neque Scopaticum accipiat, nec injustas mensuras habeat, neque annonas permutare præsumat. Vide Escubiera.*

† Ubi *Scopaticum* videtur illud esse quod ex mensuris superfluit, vel ex ventilatione remanet, atque una cum aliis purgamentis a scopario verritur ipsique e ratione competit. *Escouvers* dicuntur ejusmodi purgamenta in Charta ann. 1408. ex Cod. Colbert. 2591: *Item les Escouvers et pailles des dimes que ont en ladite terre l'Abbé et Convent de saint Ouen de Rouen. Idem perinde quod alibi Hauton vocant. Vide Hauton. Neque alia notione accipiendam existimo vocem*

† **SCOPATURA**, in Statutis Vercell. lib. 7. fol. 177. vº: *Et si Scopaturam vel remansam aliquam habuero, illum salem extraham de ipsa gabella ipsa die vel sequenti. Vide Arsuru 1. Pro quibusvis sordibus occurrit ibid. fol. 150. vº: Item statutum est quod si quis homo vel aliquis de familia sua aliquas Scopaturas vel letamen.... in viis projecerit; dabit pro banno pro qualibet vice sol. 5. Pap.*

† **SCOPATUS**, Apertus, f. pro *Scopertus*, ab Ital. *Scoperto*, Gall. *Découvert*. Gualvan. Flamma apud Murator. tom. 12. col. 1033: *Mulieres similiter in pejus suas consuetudines immutaverunt, ipsæ namque stragulatis vestibus, Scopato gutture, et collo, redimitæ fibulis aureis gyrovagantur.*

† **SCOPELISMUS**, a Gr. *σκοπελισμός*, Lapidum positio. Sic vocatur crimen ejus qui lapides aut alias materias per insidias disponit in loco, in quo prævidet suum inimicum accedentem aliquid submovendo aut tangendo facile obrui posse. Vide Ulpian. leg. 9. Dig. de extraord. crimin.

† 1. **SCOPELLUS**, Scalprum, Gall. *Ciseau*, Ital. *Scalpello*. Statuta Vercell. lib. 3. fol. 77: *Item quod si alicui carcerato*

*dicti Communis vel carceratis fuerit inventa lima, lime vel ferramenta, Scopelli, etc.*

† 2. **SCOPELLUS**, Mensuræ species. Vide *Scapulum*.

**SCOPELUM**, *Fustis longus*, in Glossis Pithæanis. Glossæ Isid. habent *Scapolum*. Utrumque emendat Barthius, legendumque censet *Scapulum*, quo docet notari fustem longum, a quo brevior toriorque fustis dependet, quibus excutiunt frumenta rustici. Firmat Reinesius in Variis loco ex Chron. CP. *Φέρουσα ἐπὶ τῶν ὤμων σαπαύλιον καὶ πτόνον ἐν τῇ χειρὶ*, id est, ferens in humeris Scapulum et vannum in manu: qui est habitus triturantium. Hæc Grævius ad Glossas Isid.

\* **SCOPERIRE**, Ital. *Scoprire*, Detegere, nudare. Instr. ann. 1485. tom. 5. Sept. Act. SS. pag. 737. col. 1: *Et acceptum de dicto panno et Scopiererunt et manifestum et patentem fecerunt illum locum, ubi dictus sanguis effusus fuerat.*

† **SCOPETA**, Tormentum bellicum manuale. Conc. Tarracon. ann. 591. inter Hispan. tom. 4. pag. 511: *Si quis (clericus).... ballistam, lancam, pugionem vel sicam, vel tormentum quodvis manuarium, id est, Scopetam, vel similia portaverit,.... decem ducatorum pœnam... incurrat. Vide Scopetum.*

\* **SCOPEPINI**, Religiosi sub regula S. Augustini. Serm. Gabr. Barel. in festo S. Dom. in: *Secunda (regula) fuit Augustini, sub qua militant Canonici regulares, Prædicatores, Eremitani, Servitæ, Scopetini, etc.*

**SCOPETUM**, Locus, unde *Scopæ* eruuntur, bosci species. Jo. de Janua: *Scopetum, locus ubi abundant scopæ. Vide Ughellum tom. 3. Ital. Sacr. pag. 404.*

\* Ital. *Scopeto*. Vide supra *Scopa 2*.  
\* **SCOPEATUS**, **SCOPPETUS**, Tormentum bellicum manuale. Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 58: *In cabiis stare debent homines armati ad offendendum castellanos sive cives, cum ballistis, saxis, igne, Scopetis, etc. Bombardulæ sive Scoppetti, ibid. cap. 144. Vide supra Schiopetus. Hinc*

\* **SCOPPETARIUS**, **SCOPPETERIUS**, Miles scoppeto armatus. Tract. MS. jam laudatus cap. 144: *Eques Scoppetarius, oportet quod ipse sit totus armatus, etc. Comment. Jac. Picin. ad ann. circ. 1452. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 76: Et agro Mediolanensi millia duo eorum, qui ærea tormenta gerunt, quos Scoppeterios Galli vocant, in auxilium Annibalis venturos ferebatur.*

\* **SCOPITARIUS**, Eadem notione, in jam laudato Tract. MS. cap. 65: *Stantes ballistari sive Scopitari defendentes machinam, etc.*

† **SCOPIA**, Pila, Gallice *Bale*. Statuta Collegii Turon. ann. 1540. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 419: *Item quia multæ querelæ vicinorum ad aures nostras devenerunt de insolentiis, exclamationibus et ludis palmariis dactorum scolarium qui ludunt Scopis seu pilis durissimis;.... ordinamus quod nulli.... de cætero ludant... nisi pilis seu Scopis mollibus. Vide in Scoptrum.*

† **SCOPITARE**, Scopis mundare, verrere,



Gall. *Balayer*. Statuta Capituli Tull. ann. 1497. MSS. cap. 34 : *Dortelarius omnibus festis annalibus claustrum Scopitet*. Rursum cap. 35. de Matriolaris : *Tenentur ecclesiam parare, et festis annalibus Scopitare*.

† **SCOPOLARIUS**. Vide *Scopaliatus*.

† **SCOPOSA**, Scopozza. Vide *Scopozza*.

† **SCOPOTÆ**, Qui *Scopam* tenent, ni fallor. Vide *Schoppa*. Acta Murensis Monast. apud Eccardum de Orig. familiæ Habsburgo-Austr. col. 234 : *Census de Gangolfswile de primo prædio c. pisces Scopote*. Vide *Scopulicola*.

**SCOPPA**. Vide *Schoppa*.

**SCOPTRUM**. Charta Gaufridi Episcopi Aptensis ann. 1246. apud Sammarthanos : *Restituendis loriciis, balistis, et coyrellis, et Scoptris, et possessionibus, et munimentis aliis, quæ de dicto castro tempore captivitas fuerunt abstracta, etc.* Forte *Scopetis*, qua voce *Arcobus* nostras vulgo donamus.

Ita etiam editum est tom. 1. novæ Gall. Christ. inter Instr. pag. 80. col. 1. at in Charta MS. quæ est penes Pr. de *Mazaugues* legitur *Scophis*. Nullibi recte : emendandum est haud dubie *Scophis*, quo significatur Machina ad suffodiendos urbium obsessarum muros. Vide *Scrophia*.

\* **SCOPULANOSUS**, Quasi scopulis asper. Vita S. Elzear. tom. 7. Sept. pag. 578. col. 1 : *Quandam cordulam, crebris nodorum Scopulanosam, subtilius ad carnem ferens, ea fortiter se cingebat*.

**SCOPULARE**, Idem quod *Capellare*, de quo vide Petrum Comestor. in Histor. Scholast. lib. 3. reg. cap. 8 : *Latomi in lapidina lapides grandes et pretiosos, id est, marnoreos Scopulabant et quadrabant, etc.*

† **SCOPULICOLA**, Anilla vilioribus servitiis addicta. Charta Eberhardi Comit. apud *Laguille* inter Probat. Hist. Alsat. pag. 12. col. 1 : *Delegavimus... de mancipio nostro Scopulicolas, quas in genitio nostro habuimus, plus minus numero xl.* Vide supra *Scopote*.

† **SCOPULUM**, pro *Scopulus*, in Vita S. Soli sæc. 3. Bened. part. 2. pag. 436 : *Nihil aliud quotidianis obtutibus, quam saxea Scopula et tedas adspicere*.

1. **SCOPULUS**, Cippus. Willel. de Podio Laurentii cap. 37 : *Cognita factione, Præceptor eos cepit, ponens in Scopulis, et constringens, quia omnia sunt confessi*.

\* 2. **SCOPULUS**, f. pro *Copulus* vel *Copula*, Pars scilicet forcipis, qua ambæ illius partes simul copulantur seu junguntur. Vide supra *Copula* 1. Acta. B. Joan. Firm. tom. 2. Ang. pag. 463. col. 1 : *Acceptit illud instrumentum ferreum, quo ignem aptamus, quod usitato vocabulo molles vocamus, et ipsum primum ad rectitudinem reduxit, et postea... sibi cinxit, et per illos Scopulos, quos molles in summitate consueverunt habere, unam extremitatem alteri sic inmisit, ut circulus ipse ferreus circa corpus immobilis perduraret*.

† **SCOPUS**, Mensura vinaria. Consuetud. Sangerm. inter Probat. Hist. ejusd. Monast. : *Post Missam ducet Comerarius pauperes in illud cimiterium, et faciet eos lavare pedes suos, et dabit culibet duo haleca et plenam scutellam fabarum, et unum Scopum vini, et unam panem*. Leg. forte *Scyphum*.

\* Idem quod *Copus vini*, Cyathus unus, Gall. *Un coup de vin*.

\* **SCOR**. Vide infra *Utdicus*.

† **SCORA**. Charta Caroli C. ann. 845. inter Conc. Hispan. tom. 3. pag. 132. col. 2 : *Dum simulanter atrox nepos sacramentum glorioso avo nostro Carolo multiplex dicebat, (Lupus Dux Vasconia) solitum ejus majorumque suorum perfidium expertus est in reditu ejus de Hispania : dum cum Scora latronum comites exercitus sacrilege trucidavit, propter quod postea jam dictus Lupus captus, misere vitam in laqueo finivit*. Leg. *Scara*, ni fallor. Vide *Scara* 3.

\* **SCORADA**, Viscera, Occit. *Scouradillos*, Gall. *Fressure*. Leudæ min. Carcass. MSS : *Item de macellaris,.... de qualibet tabula, unas Scoradas in vespero Pentecostes*.

\* **SCORCIA** de corio facta, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. Vide *Scortia* 1.

† **SCORCIUM**, Cortex, ut videtur, Gall. *Ecorce*. Vide *Scorza*. Correct. Statut. Cadubrii cap. 100 : *Jubemus, quod nemo cujuscumque conditionis existat, audeat vel præsumat accipere Scortia tallearum sine licentia mercatorum, ... sub pæna sol. duorum pro quoque Scortio, et sub eadem pæna Segati.... debeant aptare dicta Scortia seriatiim super talleis et assibus*.

**SCORDALIA**. Fragmentum Petronii : *Cæperat Ascylos respondere convito; sed Trinacio delectatus colliberti eloquentia : Agite, inquit, Scordalias de medio, suaviter sit potius*. [Ubi fœdam contentionem et rixam, ut Faber in Thesaur. interpretor, tametsi doctiss. Cangio videtur esse] forte pro *Ferocia*, est enim

**SCORDALUS**, *Ferox*, in Glossis Isidori, ubi *Pithœanæ* habent *Scordatus*. Papias vero *Incordatus*.

Isidoriano sensu *Scordalum* usurpat Petronius cap. 95 : *Eunolpum excludo, redditaque Scordalo vice, sine amulo scilicet, et cella utor et nocte*. Seneca Epist. 83 : *Tullius Cimber et ninus erat in vino et Scordalus*. Nescio an huc spectet le Roman de la Rose MS :

Lors fu Venus haut Escourchiée,  
Bien sembla estre courouciée.

Et quidem *Escorchies*, quod idem esse videtur, de mulieribus scorto seu cingulo coriaceo succinctis intelligendus, ni fallor, Vacciis in Poemate MS :

Neis les vieilles i sont corues  
O pics, o maches, o machues,  
S'Escorchies et rebrachiés.

**SCORDISCALE**, ἐφίπτερον, in Gloss. Græc. Lat. Glossæ Lat. Gr. : *Scordiscus, ἐφίπτερον*. Glossæ Isid. : *Scordiscum, corium crudum. Scordiscum, Scortum*. Id est, pellis, unde vox *Scordiscus* formata. Papias : *Scordiscum, corium pessimum, vel crudum*. Vide Turneb. lib. 24. Advers. cap. 3.

\* 1. **SCORIA**, Stabulum equorum, vel etiam Horreum, in quo fruges reconduntur. Charta ann. 822. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 1. col. 52 : *Nunc tradimus partem hereditatis nostræ,.... hoc est, casas cum curtiferis, Scoria cum terris arabilibus, etc.* Vide *Scuru* et *Scuria*.

\* 2. **SCORIA**, an idem quod *Scoriata*,

*scortea*, flagellum ex scorto seu corio? Stat. monast. S. Egil. ann. circ. 1152. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 34. col. 1 : *Item debet (elemosynarius) habere concham et bassinis et justas trium pauperum, et tabulam et massam, cum qua pulsatur ibidem, et Scoriam*. Sed forte legendum *Storian*. Vide infra *Storia* 1.

† **SCORIARE**, Corium, pellem detrahere, Gall. *Ecorcher*. Litteræ Philippi Aug. Reg. Franc. tom. 3. Ordinat. pag. 261 : *Poterunt illi carnifices habere servientes ad ipsas carnes Scoriandas*.

\* **SCORIARI**, Gall. *Ecorcheurs*, ita nuncupati ann. 1437. Prædones militares, cujus appellationis rationem discimus ex Chron. MS. abbat. de Valcellis : *xxxvj. abbas fuit dominus Arnoldus Daire de Tornaco,.... suis temporibus diris atrocissimisque bellis enervatus. Nam hoc durissimum bellum, quod vulgo Scoriatorum, Gallice Escorcheux, hoc nomine ipsius appropriato, quia.... omnia tam ecclesie, quam prophana rapiebant vasa, sub nullo duce aut capitaneo legitimo degentes, nisi sub comite de Ligniaco cursorio et depredatore*. Vide supra *Estorchera*.

**SCORIATA**, *Scorte*, flagellum ex scorto, seu corio. Papias : *Scutica, scorjata, genus flagelli*. Gall. *Escourcée*, σεκουρτζιζ, in Glossis Græco-Barbaris.

\* **SCORIATI**, **SCORIZATI**, Qui scutica, Ital. *Scorreggia*, se se flagellant. Testam. ann. 1329. apud Cl. V. Garamp. in Dissert. 14. ad Hist. B. Chiaræ pag. 371 : *Quinque solidos Ravenn. conventu Scoriatorum de Arimino, etc.* Stat. Arimini. ann. 1348. ibid. in Ind. pag. 553. col. 1 : *Congregationi Scoriatorum, cum ex opere pio et justo insupportabiliter sint gravati, etc.*

† **SCORIATIO**, **EXCORIATIO**, Gall. *Escoriation*. Vita B. Johan. Taussiniani tom. 5. Julii pag. 799 : *Qui ex alto cuncta propicit, gravissima aegritudine, doloribus maximis circumvallata, torqueri cum permisit, quæ a physicis vesicæ Scoriatio nuncupatur*.

† **SCORIATOR**, Lanius, Gall. *Boucher*. Constit. Phryg. ad ann. 1413 : *Seditionem Parisiis lanii, quos ea ætas Scoriatores appellavit, moverunt, etc.* Vide *Scortiare*.

† **SCORIES**, Vide *Scorio*.

**SCORIETAS**. Charta Philippi Regis Franc. ann. 1307. de variis controversiis pro dominio urbis Lugdunensis : *Non poterimus intra civitatem et Baroniam Ecclesie Lugdunensis in futurum, nos vel successores nostri, domum, fortalium, vel castrum acquirere, vel construere, construere nostro nomine permittere, quoquo modo et casu feudum, retrofeudum, Scoriætatem, vel pavagium, seu alias quascunque res immobiles quovis nomine seu titulo acquirere seu recipere, sine consensu Archiepiscopi, etc.* [Ubi legendum *Societatem*.]

**SCORIO**, *Stultus, fatuus*, in Glossis Isidori. Addit Johann. de Janua : *Et derivatur a Scoria*. Eædem Glossæ, et Papias : *Scories, stulti, stolidi, fatui*. Ubi leg. *Scoriones*.

\* **SCORIOBELLA**. Vide supra in *Scariobala*.

\* **SCORIUM**, pro *Corium*, in Consuet. Norman. part. 2. cap. 2. ex Cod. reg. 4651.



Hinc *Scoherie*, Merx coriacea vel calceamenta, seu vectigal quod ex iis percipitur. Redit. comitat. Namurc. ann. 1289. in Reg. Cam. Comput. Insul. sign. *Le papier aux ayselles* fol. 73. r<sup>o</sup>. : *Encor i a li ctiens le thounier de le noneve Scoherie*. Vide supra *Escoeria*.

† **SCORLITIUM**. Vide *Superpellicium*.

† **SCOROFIUM**. Vide infra *Scorpio* 3.

\* **SCOROPETUM**, Ager *scopis* vel dumetis consitus. Charta ann. circ. 1070. tom. 1. Hist. Cassin. pag. 233. col. 1 : *Cum domibus et porticalibus, cum vineis et ortuis, cum campis et Scoropetis, cum terris seminatibus et pascuis*, etc. Vide *Scopetum*.

\* **SCORPENO**, Piscis genus. Tract. MS. de Pisc. cap. 88. ex Cod. reg. 6838. C : *Scorpius a nostris Roscasse dicitur, Massiliensis Scorpeno*.

**SCORPIACES**. Lucifer Calarit. de Non parendo in Deum delinq. pag. 244 : *Non, inquam, possumus metuere ninas Imperii tui, quia nulle sunt vires tue, Scorpiaces adversum nos, quos Dei virtute tegi cernas, quorum esse defensorem ac protectorem Deum advertas*. [F. *Scorpiax*, vel *Scorpio*, es, etc.]

1. **SCORPIO**. Papias : *Scorpiōnes, genus duplicis flagelli, vel magni fustes*. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Scorpio, escorpion ou fouet*.] Magister quidam in Historiis, laudatus a Jo. de Janua, ad illud 3. Reg. cap. 12 : *Pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cecidam vos Scorpionibus : Scorpis est rubeus, aculeatus, vel flagellum virgarum nodosarum, vel scutica, habens in summitate glandes plumbeas, etc.* Ita sane Auctor Mamotrecti, Honorius in serm. de S. Laurentio : *Victima Christi in catasta extenditur, cum Scorpionibus, id est, flagellis, in modum Scorpionum aculeatis, cecidit*. Vide Baronium ad 12. Junii in Martyrolog. et Gallonium de Cruciatibus Martyrum pag. 88. edit. Paris.

2. **SCORPIO**, Telum militare, quod a Cretensibus inventum tradit Plinius lib. 7. cap. 56. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Scorpio, Saïette eveninée*.] *Σκορπίδιον*, inter machinas bellicas recensetur, ab Anonymo post Theophanem pag. 434. *πυρρόβολα τε καὶ λυθρόβλα, καὶ σκορπίδια*. Vide Meursium, [et Gloss. media Græcitate.]

\* Et Machina bellica, qua tela projiciuntur. Annal. Placent. ad ann. 1444. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 895 : *Scorpione seu balistra*, etc. Hist. Franc. Sfort. ad ann. 1428. apud eumd. Murator. tom. 21. col. 215 : *Ubi cassidem posuisset, Scorpionis cornu in caput percussus, interit*. Ad modum ergo caudæ scorpionis cornutum erat ejusmodi telum; unde ipsius nomenclatura. Ejusdem fortasse originis navigium, quod *Scorpion* nostri appellabant. Guill. de Villanova in Hist. belli Ital. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1525 : *Le prince trouva l'armée des Vénisiens, qui estoient en nombre de vingt galées et des autres navires Biscains et Espaigneux, deux naves, deux gallions et deux Escorpions*.

3. **SCORPIO**, **SCOROFIO**, voces Agrimensorum. Siculus Flaccus de condit. agror. : *Congeries lapidum pro terminis observant, et Scorpiones appellant*. Idem : *Congeries lapidum acervatim congestæ, quos Scorpio-*

*nes appellant*. Mago et Vegoia : *Congeries petrarum, quas Scorofiones vocamus*. Ita alibi non semel. [A Græco *σκορπίος* quo, teste Scaligero, significatur quidquid in metam aut conum fastigiatum est, ad modum caudæ scorpionii : unde et tutulus capillorum in pueris sic vocabatur. Vide Alexandr. Explic. Tabular. Heliac. pag. 44.]

\* **SCORPIONARIUS**, **SCORPIONISTA**, Qui *scorpione* utitur in præliis. Annal. Placent. ad ann. 1483. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 970 : *Scorpionistas sive balistrarios, etc.* Col. 971 : *Alios levis armaturæ stipendiarios, vastatores, Scorpionistas et pilularios.... Levis armaturæ quamplurimos ac Scorpionarios et pilularios a vestigio transmittit. Cum equis quadraginta, decem Scorpionistis equestribus, etc.* ibid. col. 977.

† 1. **SCORTA**, Militum præsidium, comitatus, Gall. *Escorte*. Litteræ Richardi II. Reg. Angl. ann. 1398. apud Rymer. tom. 8. pag. 48 : *Quin potius, si egeant, eis in eorum agendis, ministrare dignemini consilium, auxilium, et favorem ac Scortam, salvumque et securum conductam, per passus, loca, etc.* Charta ann. 1440. ex Bibl. reg. : *Sibique de salvis conductibus, guidis, Scortis, et aliis necessariis, si petierit, moderatis sumptibus benevole providere* (velint.) Charta Caroli VII. Reg. Franc. ann. 1450. tom. 7. Spicil. Acher. : *Providentes sibi sumptibus eorum moderatis de salvo conductu, Scorta, hospitium, victualis, etc.* Rolandini Patav. Chron. apud Murator. tom. 8. col. 242 : *Data est ei Scorta et commeatu, donec ipse cum tota sua gente, cum armis et rebus suis securus ivit quo voluit*. Chron. Petri Azarii apud eumd. tom. 16. col. 393 : *Cogitavit dare Scortam cum victualibus*. Adde tom. 19. ejusd. col. 767. Bullar. Carmelit. part. 2. pag. 401. col. 2. Marten. tom. 2. Ampl. Collect. col. 1546. etc. Vide *Scortum* 1.

\* **SCORTAM FACERE**, Italis, *Far la Scorta*, Ducere, præsidium præstare, Gall. *Escorter*. Charta ann. 1370. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 536 : *Promiserunt quoque præfati milites et scutiferi.... facere suprascriptas monstas, Scortas et cavalcatas ac custodias*.

† 2. **SCORTA**, pro *Scortum*, in Capitul. lib. 6. § 49 : *Nec ingrediatur eam* (Ecclesiam) *manzer, hoc est de Scorta natus*.

† 3. **SCORTA**, Sordes, purgamenta. Statuta Arelat. MSS. art. 184 : *Scorta lignorum omnium... prohiçiatu juxta murum novum burgi*.

**SCORTATORIUM**, *Lupanar*, Ugutioni.

\* **SCORTELLA**, Pera coriacea peregrinorum; nisi sit pro *Scarcella*, eadem acceptione. Acta S. Peregr. tom. 1. Aug. pag. 79. col. 1 : *Denique secum tulit* (Peregrinus) *scalavinam* (f. pro *selavinam*) *capellum, baculum, Scortellam et peram*.

† **SCORTEUM**. Vide infra *Scortisarius*.

1. **SCORTIA**, Vas olearium, eo quod sit ex corio factum, Isidoro lib. 20. Orig. cap. 7. et Papiæ.

\* Vide supra *Scorcia*.

\* **SCORTIA**, Cortex, Ital. *Scorza*, Gall. *Ecorce*. Acta S. Peregr. tom. 1. Aug. pag. 80. col. 2 : *Scriptis totum cursum et*

*seriem totius vite suæ in Scortia, id est, in spolio ligni*. Arest. ann. 1334. in vol. 1. arestor. parlam. Paris. : *Consergerius nostri regalibus palatii Parisiensis est in possessione et saisina habendi.... gruagiun.... ab omnibus carbonariis et hominibus facientibus aut portantibus carbones aut Scortias de et infra terminos, qui sequuntur, etc.* Vide supra *Escoerça*.

† **SCORTIARE**, ut mox *Scorticare*, *Excoriare*, pellem detrahere, Gall. *Ecorcher*. *Scortiaror*, *Lanius*, Gall. *Boucher*. Statuta Astens. cap. 12 : *Quod nullus becharius vel Scortiaror audeat vel presumat Scortiare aliquam bestiam bovinam, castratinam, ovinam, etc.* Vide *Scortiaror*.

**SCORTICARE**, *Excorticare*, vel *excoriare*, virgis usque ad carnis excoriationem cædere. Concilium Liptinense ann. 743. cap. 6. et Capitula Caroli M. lib. 5. cap. 2. lib. 7. cap. 316. [\*\* 400.] : *Et si ordinatus Presbyter sit, duos annos in carcere permaneat, antea flagellatus et Scorticeatus videatur, et post Episcopus adaugeat*. [Burchardus in Lege familiæ : *Constituitur ut ei tollantur corium et capilli*. Statuta Ripæ. cap. 4. fol. 12 : *Quilibet becharius teneatur et debeant manifestare omnes bestias quas habent antequam fuerint Scorticeate officiali super hoc deputato.*] Vide *Excoriare*.

**SCORTICARIA**, Retis species, qua capiuntur pisces in mari, juxta planum litus. Describitur a Petro de Crescentiis lib. 10. de Agricult. cap. 37. Vetus Gallicus Interpres vertit *Escocherie*.

\* **SCORTICATORIUM**, an Locus, ubi animalibus pelles detrahuntur? ab Italico *Scorticare*, pellem detrahere. Charta ann. 1382. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 1574 : *Et quod super logiis duabus et gettis dicti pontis novi, sitis et positis juxta flumen Arni,.... quarum una tenet... latus in Scorticatorio tabernariorum*. Vide supra *Escocheria*.

**SCORTICINIUM**, *πορπίνα*. Breviarium Capuanum, de S. Vitaliano Episcopo Capuano 16. Jul. : *Consilio hoc inito, falsiloqui accusaverunt eum, Scorticinium canonicis commississe*.

**SCORTILATUS**, Morbus equinus, cum junctura cruris juxta pedes læditur ex percussione, quam facit in aliquo loco duro, vel ex præcipitatione ejus in cursu vel motu, aut quia quandoque pes indirecte premitur versus terram. Petrus de Crescentiis lib. 9. de Agricult. cap. 41.

**SCORTISARIUS**, Vestium scortearum confector. S. Hieronym. Epist. 60. cap. 3 : *Numquid coriarus aut Scortisarius erat, Deus, ut conficeret pelles animalium, et conserveret ex eis tunicas pellicæ Adam et Evæ?* Gloss. Lat. Gr. : *Scortea, δερμαπορπίτων. Scorteam, σκώτιων, δερματιών*. [Festus : *Scorteam, pelliceum in quo sagittæ reconduntur, ab eo quod ex pellibus factum est.*]

\* Ejusdem originis videtur esse vox Gallica *Escourseuil*, qua significatur, ni fallor, Sacci scortei species, in Lit. remiss. ann. 1404. ex Reg. 158. Chartoph. reg. ch. 342 : *Un Escourseuil, où furent envlopez iculex biens*.

† 1. **SCORTUM**, Militum præsidium. Vide *Scorta* 1. Amelgardi Excerpta ex Gestis Ludovici XI. Franc. Reg. apud Marten.



tom. 4. Ampl. Collect. col. 831 : *Erat tunc annona ubique cara, sed ex vectura et Scorto seu conductu, pretium ad tertiam partem vel amplius in civitate excrecebat.*

\* Ductus, et præstatio quæ ob conductum pensabatur, Ital. *Scorto*. Charta ann. 1198. apud Murator. tom. 2. Antiqu. Ital. med. ævi col. 17 : *Promisit de cetero vendere domino papæ et ecclesiæ Romanæ medietatem de placitis, et bannis, et forisfactis, et de sanguine, et de plaza, et Scorto, et passagio, et ponte Reatinæ civitatis.*

2. **SCORTUM**, pro Puero meretricio. Utuntur Suetonius in Vitellio cap. 3. et Victor de Viris illustr. in Catone, et in Domitiano.

¶ **SCORZA**, vox Italica, Cortex, Gall. *Ecorce*. Statuta dataria Riper. cap. 12. fol. 4. vº : *De qualibet stora Scorzarum a subris pro introita soldi sex.* Vide *Scorcium*. Hinc **SCORZARE**, Italica vox, Gallis, *Escorcer*, corticem auferre. Charta ann. 1345 : *Si quis Scorzaverit alias vites, solvat pro pœna, etc.* [Statuta Montis reg. fol. 229 : *Et illic arbores sint bannitæ, taliter quod qui incidit, Scorzaverit, vel scalvaverit ipsas arbores, solvat banuum.* Vide *Scotarsare*.]

**SCOT**, **SCOTTE**, **SCOTUM**, **SCOTTUM**, Contributio, *confectus*, [Saxon. *Scot*, German. *Schoss*:] voces formatæ ex Anglo-Saxonico *sceat*, pecunia, census, pars, symbolum, quæ varie in libris scriptæ leguntur. [\* Vide Graff. Thes. Ling. Franc. tom. 6. col. 557. voce *Scaz*, Schmeller. Glossar. Saxon. voce *Scat*, Haltaus. Glossar. German. vol. 1646. voce *Schoss*.]

**Scot**. [Breviloquus Saxonicus MS. apud Eccardum in Notis ad Leg. Salic. pag. 174 : *Exactio dicitur, quando aliquis accipit a suis subditis minus juste, quod dicitur Teut. Scot*] Matthæus Westmonasteriensis ann. 77 : *Ex Pictis et Hiberneis Scoti originem habuerunt, quasi ex diversis nationibus compacti : Scot etenim illud dicitur, quod ex diversis rebus in unum acervum congregatur.* Charta Guillelmi Comitis Flandriæ pro confirmatione Consuetud. Audomarensis ann. 1127 : *Nullum Scot. nullam talliam, nullam pecuniæ suæ petitionem ab eis requiro.*

\* Lit. remiss. ann. 1351. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 87 : *Quia dictus Maudlone noluit dicto Johanni de Duno regis Scotum suum, sive partem de hiis, quæ ibidem expenderant, se contingentem mutuare.* Serm. Gabr. Barè. in Septuag. fol. 2. vº. col. 2 : *In hac cæna peccator debet ponere tria Scota, scilicet contritionem, confessionem et satisfactionem.* Vide supra *Escotum*.

**SCOTE**. Leges Guillelmi Nothi : *Quod dicunt ane hlot, et an Scote, persolvatur secundum Legem Anglican.* Vide *Lot*.

**ESCHOT**, in iisdem Legibus Guillelmi cap. 2 : *Et cives non placitabant extra muros civitatis, et sint quieti de Eschat et de Danegildo.* Brito in Vocab. : *Symbolum sicut dicit Glo. super Proverb. 23. vacantes potibus, et dantes Symbola, consumuntur, est collatio sermonum, ut in Consilio; vel pecuniarum, ut in præsentis loco (Proverb. 23.) Gallice dicitur Escoth.* Gloss. Lat. Gall. MS. Thuanum : *Symbolum, Esquot.* Le Roman d'Auberi MS :

Baron, dit il, mort sui et confondus,  
Quant tant jai de mon lin ja perdu,  
Dont ja Escot ne me sera rendu.

In Charta Philippi II. Imper. pro Leodiensibus, edita in Magno Recordo Leodiensi pag. 9. dicuntur cives Leodii esse immunes de serviche, tailhe, et Escot. *Escotier*, in Legibus maris Oleronensibus art. 41. *Payer son Escot.*

**SCOTTUM**. Rastallo, *Scot*, est quietum esse de quadam consuetudine, sicut de communi tallagio, facto ad opus Vicecomitis vel Baillivorum ejus. Monasticum Anglicanum tom. 1. pag. 169 : *Sint quieti et soluti ab omni Scoto, geldo, auxiliis Vicecomitum, etc.* Occurrit alibi.

**SCOTTUM**. Abbo lib. 2. de Obsidione Lutetiæ [\* vers. 361. Vide ibi Pertzium.] :

Ilis panem cupiens quædam componere, jussit  
Vi sibi Scotta Danum deferri; namque Sacerdos  
Templa tuens puteum vendebat ægris pretio amplo.

Rogerus Hovedenus pag. 461 : *Omne injustum Scotum interdixit.* Ordinato Marisci Ramesiensis : *Foret baillivus ad Scotta pro reparatione a sustentatione walliarum.... assessa levandum.* Rursum : *Baillivus habeat pro labore suo dupla levanda, quæ tempore suo de Scottis assessis et levatis contingant.* Ibidem : *Statuerunt, quod quilibet Scottus assessus proclamaretur.* Hinc nota vulgaris apud nos formula, *Asseoir l'escot.*

**SCOTUM**, dicitur *Symbolum ad opus baillivorum Domini Regis*, Bromptono pag. 957. Charta Guillelmi Nothi pro fundatione Monasterii de Bello : *Ita liberum et quietum... scilicet ab omni geldo, et Scoto, et hidagiis, et Danegeldis, etc.* [\* Alia Guillelmi II. pro eodem Monasterio apud Madox num. 285. pag. 176.] [Charta Willelmi Angl. Reg. apud Th. Blount in Nomolex. Anglic. : *Terram de Taneham... quietam semper et liberam ab omnibus Scottis et geldis (delimus.)*] Ingulfus pag. 875 : *Et volo, quod dicti wanchi sint quieti et soluti ab omni Scoto, geldo, auxiliis Vicecomitum, hidagiis, et a secta in schiris, etc.*

**SCOTTARE** dicuntur tenentes de prædiis et agris; qui *Scoti* pensationis sunt obnoxii. Charta Henrici II. Regis Angl. in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 666 : *Et de tota terra sua extra burgum de Theodforde, de qua non Scottaverunt tempore Rogeri Bigot, ... vel de aliqua terra, quæ est circa Theodfordam, prohibeo, ne Scottent.* Vetus Charta apud Somnerum in Tractatu de Gavelkind pag. 183 : *Super hoc sciendum, quod prædictus J. et hæredes sui Curiam nostram de Leysdun sequentur, et in auxiliis dandis et Scottis, sicut alii tenentes nostri, Scottabunt.* Vide G. Prynneum in Libertatib. Eccl. Angl. tom. 3. pag. 215.

**SCOTA**. Patriarchium Bituricense cap. 30. ubi de S. Austregisilo ex ejus Vita : *Quidam etiam molendinarius... die dominico temerario spiritu volens juxta suæ artis industriam emendare molam, accepto ancipiti ferro, quod vulgus Scotam vocat, cepit eam terre.* Ex Lat. forte *Cos, cotis*, [Scottam editum apud Mabill. sac. 2. Bened. pag. 98. et Bollandistas tom. 5. Maii pag. 231. ubi *Scottam* malleum ferreum ad molarem acuendum recte interpretantur. Vide *Scotæ*.] Vide in *Securis*.

**SCOTTALLUM**, **SCOTALE**, **SCOTALIUM**.

Matth. Paris ann. 1213 : *Denuciatum est præterea Vicecomitibus, Forestariis, aliisque ministris Regis, ... ne a quoquam aliquid violeuter extorqueant, vel alicui injuriam irrogare præsumant, aut Scotalu alicubi in regno facere consueverunt.* Charta Joannis Reg. Angl. de libertatibus Forestæ ann. 1215 : *Nullus Forestarius vel Budellus faciat de cætero Scotalium, vel colligat garbas, vel avenam, vel bladum aliud, vel agnos, vel porcellos, nec aliquam collectam faciat, etc.* Ubi Watsius, *Scotalium*, tabellam cerevisiarum interpretatur, ex *Scot*, Symbolum, et *ala*, cerevisia. Manwodus : *Scotal, dicitur, ubi saltuarius, aut quis forestæ minister tabernam tenens cervisiarum, infra metas forestæ, convolare huc ad pecuniæ suæ expensas homines cogit per circuitum, ne alicui sibi forent in offensione.* Hanc sententiam improbat Spelmannus, præsertim quod *Scotalium* cum duplici *ll*, scribitur, *ala*, vero cum unico : censetur *Scotalium*, esse formatum ex *scot*, et *tallia*, i. tributum, exactio, nostris *taille* : sic ut *Scotalium* sit quasi *Scotalium*, i. pecunia vel rei alicujus exactio, redditio, contributio. Huic sententiæ concinit Brompton : *Scot, i. symbolum, ad opus Baillivorum D. Regis, et inde dicitur Scotale. Scotalis igitur vox est generica, ut garba scotalis, in Fleta lib. 2. cap. 41. § 25. de qua in Charta forestæ laudata, quæ scilicet pro Scoto exigitur. Fatendum tamen particulatim Scotalium et Scotalium cervisiam significare, quam quidam fructuarii, seu convasalli, communiibus expensis comparant, dominum suum, vel ejus vicarium excipere obligati, sive vox formata sit ex *scot* et *ala*, sive per se ejusmodi præstationi tributa sit. Quietum esse a Scotalis regalibus, in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 922. Vetus Charta apud Somnerum in Tractatu de Gavelkynd pag. 29 : *Item, si dominus Archiepiscopus fecerit Scotal, infra boscum, quilibet terram tenens dabit ibi pro se et uxore sua 52. ob. et vidua vel kotarius 1. ob.* Charta alia ibid. : *Memorandum, quod prædicti tenentes debent de consuetudine inter eos facere Scotalium de 16. den. et ob. ita quod de singulis 6. den. detur 1. den. ob. ad potandum bedello Domini Archiepiscopi supra dictum feodum.**

Ut cumque sit de vocis etymo, id constat, in Conciliis Anglicanis, et Statutis Episcopalibus, *Scotalium* sumi pro computationibus. Statuta Concilii Lambethensis ann. 1206. cap. 2 : *Prohibitionem Scotaliarum seu Scotaliarum et aliarum potationum.... prosequentes, etc.... Communes autem potationes declaramus, quoties virorum multitudo numerum denarium excesserit, etc.... Communes potationes, quas Scotalias, mutato nomine, Cavittatis, appellant, detestantes, etc.* Sarisberiense Concil. ann. 1217. cap. 11 : *Bannum quoque Scotalorum per sacerdotem fieri prohibemus, etc.* Denuntiationes Scotalorum fieri in Ecclesia per laicos, ibidem vetatur cap. 76. Synodus Wigorniensis ann. 1240. cap. 33 : *Nec computationibus, quæ vocantur Scotalles, vel aliis inhonestis præsumant aliquatenus interesse.* Constituit. Walteri Episcopi Dunelmensis ann. 1255 : *Insuper et Scotalorum potationes, et ludos in locis sacris quoscumque... interdicimus.* [Conc. incerti loci apud Marten. tom. 4. Anecd.



col. 158 : *Prohibemus quoque ne denuntiatus Scotallorum fiat in ecclesiis, vel per sacerdotem extra.* Adde Statuta S. Edmundi Archiepisc. Cantuar. ann. 1236. cap. 6. Statuta Synodalia Episcopi anonymi ann. 1237. cap. de *Sententiis*, etc.

SCOTALLÆ, Concilium Oxoniense sub S. Edmundo Cantuar. Archiep. : *Bannum quoque Scotallarum per Sacerdotem prohibemus, et si Sacerdos vel Clericus hoc fecerit, vel Scotallis intersit, canonice puniatur.*

SCOTARE, et SCOTATIO, quid sit, vel fuerit, apud Danos, docet in primis Andreas Suenonis Archiep. Lundensis lib. 4. Legum Scaniae cap. 13 : *Quid sit Scotatio : In venditione terrarum ad translationem domini, est necesse ut interveniat quedam solennitas, in qua terre modicum emptoris pallio extento manibus assistentium, qui si factum revocetur in dubium, perhibere possunt testimonium veritati, apponit venditor, qui designatam terram, quam distrahit in emptorem, in ipsius se transferre dominium profitetur : hac autem solennitas ex vulgari nostro producto vocabulo competenter satis potest Scotatio nominari.* Et cap. 12 : *Reperitur et alius casus, in quo sufficit, quantumlibet brevis possessio, ad defensionem humani obtinendam, qua munitur emptor contra proprium venditorem, quibusdam pro jure volentibus observare : quod statim dimisso pallio post factam Scotationem, non possit venditor convictus duobus legitimis testibus, qui presentes fuerint, quod factum fuerat defiteri, sed cogatur potius adimplere.* Et paulo supra : *Dubitari solet, utrum in tali juramento debeat quoque Scotatio, que ad translationem domini, præterquam in hæreditaria successione ubique requiritur, comprehendendi.* Adde lib. 2. cap. 3. 7. lib. 4. cap. 17. Charta Kanuti Regis Danorum ann. 1184. apud Stephanium in Prolegom. ad Saxonem Grammaticum pag. 17 : *Mansionem nostram in Fucotorp, et aliam in Syndrup, quam Saxo Griis a patre meo emptam pro anime sue salute ipsis Fratribus Skottavit, etc.* Charta Christiani Ripensis Episcopi apud Pontanum lib. 7. Rerum Danicar. pag. 383 : *Hinc est, quod constare volumus universis, nos omnia et singula mobilia et immobilia inferius annotata... secundum formam et regulam eis competentem Ripis in perpetuum faciendam, ac de consilio Archiepiscopi pro tempore et Capituli ordinandum existentium contulisse, Scottasse et sub reali possessione tradidisse jure perpetuo possidenda.* Idem Pontanus pag. 392. recitat literas Erici Danorum Regis ann. 1303. quas Scotationis literas appellari ait, in qua hæc formula habetur : *Pro memoratis decem millibus marcarum argenti puri assignavimus, Scotavimus, et dedimus in solidum Domino Archiepiscopo et Ecclesie supradictæ... prædictum herid, pro dictis bonis Scotatum, ad nos et jus ad proprietatem nostram libere redeant ipso facto, etc.* Alia denique Waldemari Regis Danie ann. 1327 : *Ipsi Lundensi Ecclesie loco prædicti Rodneherret, ut prius est expressum, absque alia omni Scotatione cedat, jure perpetuo possidendum.* Occurrit etiam hæc vox in cap. ex litteris 2. Extr. de Consuet. et apud Antonium Augustinum Antiq. Collect. 3. lib. 1. tit. 3. cap. 1. ubi Innocentius

III. PP. esse dicitur, et ad Archiepiscopum Lundensem scripta Epistola.

Loccenius lib. 2. Antiq. Suevic. cap. 16. ait, *Scotationem* esse vocem Sueco-Gothicam, et significare tactum baculi : vel pulveris, aut partis terræ venditæ in sinum excussio aut immissio, quæ erant symbola traditionis. Agunt præterea, et conjecturas alias proferunt de hujus vocis origine ac notione Cujacius lib. 1. Observ. cap. 18. Jo. Costa ad tit. Decretal. de Pact. Franciscus Florens. tract. 4. ad tit. 4. de Consuetud. lib. 1. Decretal. [Altaserra in Decretal. Innoc. lib. 1. tit. 4. cap. 2.] et Innocentius Cironus lib. 1. Observ. cap. 9. quos consule, si lubet; sed inprimis Stiernhookum lib. 2. de jure Sueonum vetusto cap. 5. Vide *Scot*.

\* Verelius in Ind. linguæ Gothicæ : *Skota, Certa ceremonia fundum venditum in potestatem emptoris transferre, ita ut pulverem fundi venditi in gremium ejus conjiciat.* Skotning, skaft oc skotning oc stongfall, *Legitima venditio et translatio fundorum.* Skotatio, *vox ex Scandica barbaro-latina, derivatur a Skotting, gremium, Schoos, Martin. in Vocabul. MS. jur. canon. : Signum, quod Scotatio dicitur, est evidens donationis argumentum.* [\*\* Vide Grimmii Antiq. Jur. Germ. pag. 116.]

† SCOTATUS, Incisus in orbem diminutus, Gall. *Echancré, Eccolté.* Conc. Tarracon. ann. 1591. inter Hisp. tom. 4. pag. 615 : *Neque clerici... deferant... sayones Scotatos, neque sotulares apertos sive Scotatos, nec tum scissuris, etc.*

\* Formulæ MSS. ex Cod. reg. 7657. fol. 34. vº : *Invenimus... unum hominem mortuum, cum... caligis de blanqueto ac sotularibus Scotatis.* Soutiers Escolletes dicuntur. in Lit. remiss. ann. 1387. ex Reg. 130. Chartoph. reg. ch. 212 : *Troiz paives de soutiers de corduan Escolletes.* Escotu vero dici videtur de baculo certa ratione inciso, in aliis Lit. ann. 1472. ex Reg. 195. ch. 713 : *Pierre de Bailleul... ayant ung baston de pommier Escotu en sa main, etc.*

† SCOTE. Vide supra in *Scot*.

SCOTELLA. Vide *Scutella*.

† SCOTERIA, SCOTERII. Clerici de Scoteria, qui fuerint facile colligitur ex Statutis MSS. Capituli Audomar. : *Statuimus quod receptor bursæ anniversariorum juxta posse satisfaciat plenarie et sine diminutione canonicis, vicariis, capellanis et clericis de Scoteria ac aliis de obitibus et anniversariis per eosdem lucratis... Statuimus et ordinamus quod præpositus, decanus, cantor, canonici, capellani, vicarii, clerici domus Scoterie et alii habitum ecclesie deferentes, etc. Volumus autem quod prædicti capellani percipientes distributiones in choro tam Scoterii quam vicarii habeant celebrare Missas suas etc. Circa clericos autem de Scoteria statuimus... quod nullus eorum extra domum prædictam pernoctare præsumat, quodque nullus ad eandem post pulsam campanæ dictæ Varde cloque per receptorem domus admittatur... Item deservint dicti clerici de Scoteria hoc modo, videlicet quod a festo sancto Pasche usque ad festum O. SS. recipiet quilibet eorum iv. marellos pro die interessendo divinis... a festo O. SS. usque ad festum Paschæ... v. marellos... de quibus*

iv. marelis pro prandio solvet ii. marellos, et i. pro cena receptori domus; alioquin a comestione prandii et cena privabitur. In fine cujuslibet hebdomadæ omnes suos marellos quos habuerint residuos... receptori domus reddere teneantur, etc. Vocis originem vult dubie habes in voce *Scot*. Hi enim ad victum quotidianum de acceptis marelis symbolas receptori dare tenebantur. Usus vocis hujus apud Audomareses probat Charta Guillelmi Comitis Flandriæ supra in *Scot* laudata.

† SCOTERIA dici videntur agri, qui *Scoti* pensationi obnoxii sunt, vel quorum fructus in æquales portiones dividuntur, nisi sit nomen loci proprium in Charta Ingelranni Decani Ambian. ann. 1178. ex Tabul. Corbeiensi : *Wimarus sub fidei religione promisit quod in duabus partibus totius decimæ de Maise roles nihil amplius reclamabit, nec in decimis de Scotriis.*

SCOTI, dicti non modo Scotiæ incolæ, sed et Hiberni. Ita Beda lib. 1. cap. 1. ait Hiberniam proprie patriam esse Scotorum. Eadem habet Radulfus de Diceto ann. 1186. Brompton. de Hibernia : *Dicta est etiam aliquando Scotia, a Scotis eam inhabitantibus, priusquam ad aliam Scotiam Britannicam devenerunt. Unde in Martyrologio legitur, Tali die apud Scotiam Natalis S. Brigidæ.* Idem Radulfus de Diceto, de Hibernia : *Hæc autem proprie patria Scotorum est.* [Itiner. Dermatii cujusdam apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 342 : *Nec miremini quod mihi via ista est; etenim etsi Hybernicus sum, etsi sum Scoticus, etc.*] Chronicon Magdeburgense MS. ex Bibl. S. Germani Paris. ann. 952 : *Sinistrorsum habens Hiberniam Scotorum patriam, quæ nunc Irland dicitur.* Papias : *Scotia eadem Hibernia, etc.* [Vita S. Findani tom. 1. Rer. Alaman. part. 2. pag. 205 : *Vir igitur quidam nomine Findan, genere Scoticus, civis provincie Laginensis. Mox : Prædicti ergo viri (Findani) sororem, gentiles, qui Nordmann vocantur, plurima Scotie insule, quæ et Hibernia dicitur, loca vastantes inter alias feminas adduxere captivam.* Vita S. Fridolini ibid. pag. 384 : *Sanctus Fridolinus ex Hibernia inferioris Scotie oriundus, etc.*] Vide præterea eundem Bedam lib. 2. cap. 4. lib. 3. cap. 19. Camdenum in Hibernia, Usserium de Primord. Eccles. Britann. pag. 579. 587. 593. Richardum Stanihurstum lib. 1. de Rebus Hibern. Patricium Flemingum ad Vitam S. Columbanii pag. 272. Gratianum Lucium in Cambrensi everso cap. 14. et alios, qui ab eodem Lucio ibidem laudantur. [Le Roman de *Vacce* MS :

Miex voulsisse estre à Londres o les Escos.]

\* Vide supra *Escotus*.

SCOTI PEREGRINI, non modo Scoti genuini; sed et Hiberni. Vita B. Mariani Abbat. Ratisponensis n. 2. de Scotis : *Sed fortuito aliquis zelo pietatis bono in peregrinos, sive notam inconstantie eis infligens, sciscitabitur, unde est, et unile mos iste inolevit, quod de finibus Hibernie præ cæteris gentibus limina sanctorum per universum orbem, divi sæpe frigoribus, ac æstivis solibus peregrinantur, etc.* Scotorum peregrinandi studium sugillat Auctor versuum in fronte libri Bibliorum descriptorum apud Balu-



zium post Capitulum Regum Franc. pag. 1572 :

Ante Brito stabilis fiet, vel musio muri  
Pax bona, quam nomen desit honosque tuum.

Britonum enim voce Scotos designant :  
quanquam Britones Anglicos peregrinationibus operam impendisse, et sanctos Apostolos crebrius visitasse constat, quod tum primum cepisse circ. ann. 700. scribit Stephanus Eddius in Vita S. Wilfridi cap. 3. Vide Bollandum in Commentario prævio ad ejusdem S. Vitam n. 1. 2. 3. 4. etc. Petrum Damian. lib. 1. Epist. 8. pag. 29. Gretzerum in Observ. ad Philippum Eysteinsteinsem cap. 19. et quæ observavimus ad Joinvillam pag. 33.

SCOTORUM HOSPITALIA. Vide *Hospitale*.

† SCOTICA, Ligo. Vide *Fossorium*.

† SCOTOMA, Gr. σκοτομα, Capitis vel oculorum vertigo, visus obtenebratio et hebetudo. Isidorus lib. 4. Orig. cap. 7 : *Scotoma ubi accidentem nomen sumpsit, quod repentinas tenebras ingerat oculis cum vertigine capitis.*

† SCOTOMIA, Eadem notione. Glossæ ad Alex. Iatrosoph. lib. 2. Passionum : *Casus, i. Scotomiam, quia omnia videntur eadem.* Arnolfus in Vita B. Ramuoldi sæc. 6. Bened. part. 1. pag. 14 : *Demum tam gravem sub vitio pituitæ vel Scotomiae incidit tentationem, quo ceteris membris officia sua sat vivide gerentibus, oculorum suorum penitus auiserit lumen.* Ubi aliena manu in MS. scriptum *Scotomiae* monet Mabill. *Scotomiae* minus bene editum apud Bolland. tom. 3. Junii pag. 415.

† SCOTOMATICUS, Qui vitio *Scotomatis* laborat. Aldhelmus de Virg. cap. 11 : *Etiā perfectorum palpebræ graviter grossescunt, et qui putabant pudicitia præditi, dum sæpe huminum fallitur iudicium, quasi Scotomaticorum lumina tenebris obturantur. Scotomatica passio, morbus ipse. Mirac. S. Bertini sæc. 3. Bened. part. 1. pag. 131 : Pæne exanimis ante in terram proruit, nequaquam ut passione Scotomatica ictus, sed pro animæ illius (ut postea claruit) sulatione, immo magis nominis Dei laude, ipsiusque dispositione luminum delectabiliū visu privatus, ac binatus vel eo amplius in hujus cæcitatatis pernansit amaricatus.*

† SCOTOMARE, Circumvertere, vertigines procreare. Theod. Priscian. de Diæta cap. 12 : *Salum vinum caput Scotomut.*

† SCOTOMATUS, Papias MS : *Arotheus interpretatur Scotomatus.*

† SCOTOMIA, SCOTONIA. Vide *Scotoma*.

† SCOTOPITÆ, Hæretici. Vide *Circellio*.

† SCOTTA, ut supra *Scota*. Vide ibi.

SCOTTÆ. Charta Henrici II. Regis Angli. in Monastico Anglie. tom. 2. pag. 978 : *Ex dono Valonis medietatem Scottarum juxta Sotonagum.* [Exstat hæc eadem Charta tom. 3. Chartul. Gemmet. pag. 31. ubi *Scotarium* legitur. Haud scio an idem sit quod *Scotalum*. Vide in hac voce.]

† SCOTTARE, SCOTTUM, SCOTUM. Vide *Scot*.

† SCOTTONA. Convent. civit. Saonæ ann. 1526 : *Pro unaquaque vitella, denarios triginta unum cum dimidio, pro unoquoque bove, et qualibet Scottona, grossas tres, etc.*

† I. SCOTUS, Monetæ species. Charta

Bolkonis Ducis Silesiæ ann. 1299. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 375 : *Item... nostram villam... singulis annis in festo S. Michaelis archangeli octo maldratus et novem Scotos currentis monetæ solventem censualiter... damus in perpetuum possidendam.* Charta alterius Bolkonis itidem Ducis Silesiæ ann. 1397. ibid. pag. 421 : *Quandam suam villam... singulis annis sex marcas et novem Scotos plene solventem in censu (vendidit.)*

\* Leg. portor. Bojor. apud Oeselum tom. 1. Script. rer. Boicar. pag. 718. col. 1 : *Pro theloneo semidragmani, id est, Scoti r.* Nostris etiam nota nomine *Scote*. Lit. remiss. ann. 1471. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 620 : *Le suppliant esperant estre bon anoy acquis de Grant Jehun, lui offrit prester trois Scotos ou testars, pour aider à payer sa perte.*

\* SCOTTUS, Eadem notione, in Stat. Casimiri ann. 1347. inter Leg. Polon. pag. 30 : *Petram (recepti) in qua fuerunt tres Scotti grossorum.*

† 2. SCOTUS, Ludi genis. Adrianus de Veteri-Busco in rebus Leodiens. apud Marten. tom. 4. Ampl. Collect. col. 1313 : *Primi igitur invenerunt aliquos dormientes super scamna, et aliquos ludentes ad Scotum, qui nihil suspicabantur mali.*

\* SCOUZ, eadem notione, in Charta ann. 1331. tom. 2. Hist. Leod. pag. 415 : *Item avons ordeneit qu'il ne soit nulz, que de ce jours en avant qui joue ens le cloestres ou chimiteires de egliez de Liege aux deis, aux Scouz, aux hochez, etc.*

\* SCOUALIUM, Sordes quævis, purgamenta. Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 94. ex Cod. reg. 4622. A : *Item quod nulla persona ponat leamen, paleam, vel burdium sive Scoualium domus, vel aliquid aliud sordium projiciat in mercatum.* Vide supra *Scoba* 1.

† SCOVARE, pro *Scobare*, Scobis purgare, verrere in Statutis Astens. collat. 19. cap. 15. Vide *Scoba*.

\* SCOVARE, pro *Scopare*, Scopis seu virgis aut flagellis cedere. Stat. contra Flagellantes ann. 1269. apud Murator. tom. 6. Antiq. Ital. med. ævi col. 471 : *Item statuunt, præcipiunt, et bannum imponunt, quod si quis civis, comitatus, vel forensis se Scovaverit in aliqua parte civitatis vel districtus Ferruriæ, de die vel de nocte; si fuerit miles, puniatur in quingentis libris Ferrar. si vero fuerit pedes, puniatur in ducentum libris Ferrar. Vide in *Scopæ*.*

\* SCOUTETA, SCOUTHETA, Prætor, præfectus, ballivus, judex oppidi, idem qui *Scultetus*. Vide in hac voce. Charta Phil. comit. Fland. pro Libert. castel. Brug. ex Cam. Comput. Insul. : *Homo liber submonitus ad lapidem,.... Scoutetæ respondebit.* Alia Joan. abb. S. Winnoci in Chartul. S. Bert. Audomar. pag. 214 : *Dominus castellanus A. de Bergis..... de advocatura, quam in eis (villis) reclamavit, vobis et Scouthete de Archas quitas clamavit.*

† SCOZWINA. Vide infra *Scrozwin*.

† SCOZZA, Plagiuacula, in Gloss. Mons. apud Schilter. in Gloss. Teuton.

† SCRAGE, Fulcra, Teuton. *Schrage*, Latinis est capreolus, Gall. *Chevron*. Acta S. Gudwasti tom. 1. Jun. pag. 748 : *Sus-*

*tentaria scrinii, quas Scragas dicunt, tenens, sensimque in sursum repebat.*

SCRAITE, *Despecte, nugatorie*. Papias MS. et edit.

SCRAMA, Spathæ latioris species, quæ cæsim vulnus infligebatur, quod *Schramme* dici annotat Kylianus : unde apud nos, qui hac ratione vulnera infligunt, *Eschimer* dicuntur. Lex Wisigoth. lib. 9. tit. 2. § 9 : *Sic quoque ut unusquisque de his, quos secum in exercitum duxerit, partem aliquam zavis vel lorice munitam plerosque vero scutis, spatris, Scramis, lanceis, sagittisque instructos,.... habuerit.* Hinc

SCRAMASAXUS, Cultellus vulnificus, German. *Schramsax*. Gloss. Theotiscum Lipsii, *Scher-sahs, novacula*. Gregorius Turon. lib. 4. Hist. cap. 46 : *Cum cultris validis, quos vulgus Scramasaxos vocant, infectis veneno... utraque ei latera feriunt.* Ubi Gesta Francor. cap. 32. habent *Scrumasaxos*. Eadem Gesta cap. 35 : *Pergentibus reliquis personis ad metata sua, ipsi gladiatores percusserunt Regem in alvum Scramasaxis.* Vox confecta ex *Scrama*, et *Saxa*, de qua postrema voce supra egimus : quæ spatam cum mucrone et cuspidem denotat. Somnerus ex Saxonico deducit *scersæx*, illud vero ex *scear*an, *tondere*, et *sæx*, *cultrum*, *novacula*. [\*\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 581. et 90.]

\* Rorico tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 15 : *Cultellos permixtos, quas vulgariter Scramasaxos corrupto vocabulo nominamus, etc.*

SCRAPEDUS, *Scubiosus*. Papias MS. et edit.

SCREA, *Pituita*, in Glossis Isid. [Ita etiam Papias; at Constantiensis : *Screta, pituita*.] Catholicorum parvum : *Screa, Escume, crachut*. [Goceolinus in Translat. S. August. Cantuar. tom. 6. Maii pag. 428 : *Sensu luridam pituitam a corde extrusam, faucibus obervantem. Hanc erecto corpore uno ictu valide exceans, super adjacentem viridis herbe fasciculum eiecit.... Interea equus meus, haud vitis pretii, dum cum apposita herba ipsam injectam Scream avido ventri admittit, extemplo velut transfixus cuspidem exiit, furit, frenit.* Vide *Crea* 1.]

\* SCRENELLUS, pro *Crenellus*, Gall. *Creneau*. Vide infra in *Scutum*.

SCREO, SCREONA, SCREUNA. Lex Salica tit. 14. § 1 : *Si tres homines ingenuam puellam de casa aut de Screona rapuerint, etc.* Tit. 29. § 33 : *Si quis Screonam, qua clavem habet, effregerit, et aliquid furaverit, etc.* § 35 : *Si vero Screonam, quæ sine clave est, effregerit.* Ubi monet Bignonius legi in Cod. Thuanus *Screuna*. Lex Frisionum tit. 22 : *Qui Screonem effregerit.* Ex his emendare licet Capitulare de Villis cap. 49 : *Ut gentia nostru bene sint ordinata, id est, de casis, pistis, et tuguriis id est Sereones et sepes bonas in circuitu habeant, et portas firmas, qualiter opera nostra bene peragere valeant.* Legendum enim *Sereones*. Sed quid hæc vox sonet, non constat inter interpretes. Sicana in Lege Frisionum *Screonem*, scrinium esse censet : quo modo legitur in Lege Burgund. tit. 29. § 3. edit. Tilianæ et Lindembrogii : *Effractores omnes, qui aut domos aut Scrinia expoliant, jubemus occidi.* At Pitheus ad Legem Salicam, hoc



loco legit *Scrunias*: atque *Escrenes* etiamnum hodie rusticis Campanis dici cameras illas demersas in humum, multo insuper fimo oneratas, in quibus hyeme puellæ simul convenientes pervigilant ad mediam noctem; [eodem nomine vocantur Divionensibus rusticis ejusmodi pervigiliæ; ut ex libro, quem *Tabarrot* inscripsit, *Ecraignes Dijonnoises*, colligitur.] Quod ex Taciti loco jam olim Germanis in usu fuisse collegit Hieronymus Bignonius. Addit Wendelinus Taxandris *Scræne* denotare tugurium opere subitario in metam acuminatum condensis frugibus vel feno. At *Screeones* ex Capitulari de Villis videtur fuisse, idem quod sepes, quibus rusticæ curtes clauduntur, quomodo *Scræncke*, vallum, septum, conceptum, vocant Teutones, apud Kilianum. Ut se res habeat, ex Salica Lege aliud esse a scrinio, et pro quodam ædificio usurpari satis patet. [Vide Notas Eccardi ad Pactum Leg. Salicæ tit. 14. § 1.] [\* Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 582.] Neque aliud videtur

*SCRUA*, in Capitulari de Ministerialibus Palatinis edito a Baluzio Capital. tom. 1. col. 341. cap. 2: *Ut Rubertus actor per suum ministerium, id est; domos servorum nostrorum, tam in Aquis, quam in proximis villulis nostris ad Aquis pertinentibus, similem inquisitionem faciat: Petrus vero et Guizo per Scruas et alias mansiones servorum nostrorum similiter faciant.* [\* Pertz. Leg. tom. 1. pag. 158. actorum habet pro servorum hoc ultimo loco.]

† *SCRETA*. Vide supra *Screa*.

† *SCREUNA*. Vide *Screo*.

† *SCRIBA*. Gesta Hugonis Episc. Cenoman. apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 352: *In domo Nicolai præpositi fantasia, quod in libris gentiliū faunus solet appellari... sæpe testurum fragmentis, seu quibuslibet Scribis inmundis jaculatoribus admirantibus et incredulis illudebat.* Ubi legendum censeo *Scrupis*.

† *SCRIBÆ*, Iidem qui infra *Scribones*; viri certe non vulgaris dignitatis, ut ex Canonibus Hibern. colligitur, apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 6: *Sanguis Episcopi vel excelsi Principis, vel Scribæ, qui ad terram effunditur, etc. Onus qui ausus fuerit ea que sunt Regis, vel Episcopi, aut Scribæ furari, aut rapere, aut aliquid in eos committere, parvipendens despiciere, VII. ancillarum pretium reddat, aut VII. annis pœniteat cum Episcopo vel Scriba.* [\* Ingulf. Histor. Croyl. fol. 514: *Factus ibidem Scriba ejus (Guillelmi Bastardi) pro libito totani comitis curiam ad nonnullorum invitam regebam, quosque volui humiliabam et quos volui exaltabam.* Notit. Placit. in Abbrev. Placit. pag. 82. ann. 13. Johann. reg. Angl. Northt. rot. 5: *Henricus rex avus dedit... ecclesiam de Nessinton... sicut Lenings Scriptor regis unquam melius et honorabilis tenuit.* Vide *Capellani*, 1.]

† *SCRIBE*, Notarii publici, tabelliones. Leges Liutprandi [\* 90. (6, 37.)] apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 68: *De Scribis hoc prospeximus, ut qui chartam scripserit, sive ad Legem Langobardorum, quæ apertissima, et pene omnibus nota est, sive ad Legem Romanorum, non uliter faciant, nisi quomodo in illis Legibus continetur.* Adde

[\* ejusd Liutpr. Leg. (4, 4.)] 22. Capitul. 1. Caroli M. ann. 805. § 3. etc. Glossar. med. Græcit. col. 1400. voce *Σκριβτα*.

\* *SCRIBANARIA*, *Scribæ* seu notarii officina. Charta ann. 1459. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 288. col. 1: *In Scribanaria notarii curiæ præsidialis Nemausi, etc.* Vel idem quod mox

*SCRIBANIA*, Tabularium forense, Gallis *Greffe: Escrivenage*, in Assisiis Hierosol. cap. 8. ubi de officio Senescalli. Charta ann. 1259: *Vendimus... totam Scribaniam Vicariæ civitatis Majoricarum, quam incontinenti tibi tradimus cum omnibus libris et scripturis... et cum sigillo Curie Majoricarum.* Charta Petri II. Regis Arag. ann. 1283. pro libertatibus Catalanæ: *Restituimus plene ac libere Notarias, seu Scribanias, locis religiosis, Baronibus, Militibus, etc.* Alia: *Notarii regentes Scribanius.* [Notaires, in Statuto Philippi V. ann. 1318. tom. 1. Ordin. Reg. Franc. pag. 663. Mandatum Caroli IV. ann. 1322. ibid. pag. 773: *Cum... per nos etiam ordinatum fuerit ut scripture, sigilla, Scribanie, etc.* Ogerii Panis Annal. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 407: *Excepta cabella salis,.... introitus Tyri, Scribania Septe et Buzæ, que possunt vendi in publica callega usque ad annos duos.* Iidem Annal. Nicolai Guercii ibid. col. 541: *In officio vero Scribanie pertinentis ad officium palatii, etc.* Adde tom. 9. Spicil. Acher. pag. 127.]

† *SCRIVANIA*, in Statutis Communit. Genuens. lib. 4. cap. 64. fol. 116. vº pluries occurrit eadem notione, ab Ital. *Scrivania*.

\* Unde nostratibus *Scribanie*. Reg. Cam. Comput. Paris. sign. A. 2. ad ann. 1321. fol. 39. vº: *A Barthelemy de Vyr fut renouvelé l'office de le Scribanie de le court de Figiac.* Charta ann. 1467. in Reg. 194. Chartoph. reg. ch. 267: *La Scribanie ou grefferie de la court du baillie et consulat de la mer de nostre ville de Coulieure, etc. Escripveinie, eadem acceptione, in Charta ann. 1401. ex Reg. 156. ch. 302: *Plusieurs fermes de Villeroyal, comme la baillie, l'executoire, et l'Escripveinie, etc.* Vide infra *Scriptorarius*.*

† *SCRIBANS*, *Scriba*, Gall. *Greffier*. Regest. 1. feudorum Campaniæ fol. 73: *Fortisfactum quod non montubit plusquam xx. solidos, eschivabunt præpositi et Scribantes, et duo probi homines villæ, quos domina Comitissa ad hoc faciendum apponet.*

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Scrivan, Prov. scriptor, scriba.*

*SCRIBANUS*, *Scriba* navis, Italis *Scrivano*, nostris *Escrivain*: qui in *quaterno*, seu *capitulari*, mercēs omnes, quibus onerata est navis, *naulum*, quod *Patroni* debent habere a *naulizantibus*, victualia et alia ejusmodi describit. Vide Statuta Venetor. lib. 6. cap. 68. et 75. Sanutum lib. 2. part. 4. cap. 10. pag. 63. cap. 15. 20. etc. Habuerunt etiam veteres *Scribas* suos nauticos, de quibus Festus, Plautus, et Eustathius ad Odiss. 8. Vide Schefferum lib. 4. de Militia navali cap. ult. extremo.

† Pro *Scriba*, Gall. *Greffier*, occurrit in Annal. Genuens. Caffari apud Murator. tom. 6. col. 247: *Consulibus vero, auditio*

*consilio consiliatorum, palam coram consiliatoribus, Guillelmo de Columba publico Scribano præceperunt, ut librum a Caffaro compositum et notatum scriberet, et in communi Chartulario poneret.* Statuta Astens. Collat. 5. cap. 3. fol. 20. vº: *Juro facere jurare Scribanos Communis ostendere universa scriptura que habuerint, etc.* Charta ann. 1320. ex Tabular. Massil.: *Et præpositus vester unus Scribanus, etc.*

† *SCRIBARIA*, Officium *Scribæ*, Gall. *Greffe*. Statuta Eccl. Barcin. ann. 1341. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 622: *Item, statuimus quod nec nos Episcopus, nec capitulum, nec aliquis prælatus vel alia singularis persona de capitulo bujulias, Scribarias seu alia officia... possimus de cetero alicui personæ concedere... ad vitam.* Vide *Scribania*.

\*\* *SCRIBENONES*, Per contemptum *Scribæ*, libellarii imperiti. Charta Conradi Archiep. Mogunt. ann. 1423. apud Guden. Cod. Dipl. tom. 4. pag. 151: *Propter imperitiām hujusmodi Scribenonum multociens corrumpuntur registra.*

† *SCRIBERE*, pro *Inscribere*, in Cod. Theod. tit. 4. leg. 13. iib. 6. et tit. 1. leg. 31. lib. 15.

*SCRIBONES*, apud Theophylactum Simocattam lib. 1. cap. 4. Suidam, in Glossis Basilicorum, dicuntur τῶν συναποφάσεων τοῦ βασιλέως ὑπερρεπόμηντοι. Ita etiam fere idem Simocatta lib. 7. cap. 3. et lib. 8. cap. 5. *Scribones* vero ab Imperatoribus in provinciis mitti solitos ad mandata perferenda vel exequenda, legimus apud Gregorium M. a quo *viri magnifici* indigitantur lib. 8. Epist. 57. 60. 61. lib. 12. Epist. 30. Anastasio Biblioth. in Vigilio, et in Theodoro PP. in Hist. Miscella lib. 16. pag. 458. edit. Canisii, apud Theophanem in Mauricio, Eustathium in Vita Eutychii Patr. CP. num. 70. etc. Atque inde forte *Deputati* iidem appellati, ut est apud Leonem in Tacticis cap. 4. § 15. Tametsi aliud muneris habere *Deputati* isti militares, ut qui vulneratos milites curarent, proinde vice medicorum essent. [Vide *Scribæ*.] Glossar. med. Græcit. col. 1400. voce *Σκριβωτες*.

\* *SCRIBOTARIUS*. Vide infra *Scripturarius*.

† *SCRICTOFINNI*. Vide *Scrikkofinni*.

† *SCRIGNOLUS*, *SCRIGNUS*, *Area*, arcuella, Gall. *Coffre, Coffret*, Italis *Scrigno, Scrignolo*. Castellus de Castello in Chron. Bergom. apud Murator. tom. 16. col. 893: *Die Lunæ xxvi... commissum fuit furtum in domo... in qua domo rumperat unum Scrignolum, in quo erat numerus florenorum lxxxvi. etc.* Ibidem col. 949: *Invenerunt in ipsa turre... unam quantitatem frumenti, et certos lectos, et Scrignos, etc.* Vide *Scrianium*.

† *SCRICKOFINNI* dicti Septentrionales populi, apud Paulum Warnefridum de Gest. Longobard. lib. 1. cap. 5. a Teuton. *Scrikken*, Salire, ut vult Schilterus, quod saltibus utentes arte quadam ligno incurvo ad arcus similitudinem feras assequuntur. Hinc potior videtur hæc lectio: alii quippe legunt, *Scrictofinni, Scrinii*, vel *Scrinii*, et *Scritobini*. [\* Vide Zeuss. de popul. German. pag. 684.]



\* **SCRIMA**, *Prov. Gladiatura. Scrimar, gladiare. Scrimayr, gladiator, palastrinator, in Provinc. Glossar. cod. reg. 7657. Vide in Scrama. [\* Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 546. radice Scirman.]*

† **SCRIMALIA**. Vide *Serimalia*.

\* **SCRIMALIS**. Vide infra *Serimalia*.

**SCRIMATUR**, *Rugit, aut bucinat. Papias MS. et edit.*

\* **SCRIMITOR**, *Gladiator. Inventar. MS. thes. Sedis Apost. ann. 1295 : Item duo venatores de argento in equis, et quatuor Scrimitores, qui fuerunt de quadam cupa magna. Vide supra Scrima.*

\* **1. SCRINIARIUS**, *Scriniorum seu arcum opifex. Comput. ann. 1479. ex Tabul. S. Petri Insul. : Item, Maturino Mortrel Scrinario, pro novem foliis seu asseribus, etc.*

† **2. SCRINIARIUS**, ut *Scrinarius*. Vide *Scrinium*.

**SCRINDUS**. Testamentum Riculfi Episcopi Helenensis ann. 915. apud Baluzium : *Scrindos paria 1. ad vestimenta sacra salvandum. Sed legendum Scrinios, pro scrinia.*

† **SCRINEUM**, *SCRINEUS*. Vide *Scrinium*.

**SCRINGÆ**. Vetus Agrimensor [\* Goes. pag. 304.] : *Alioqui, qui nesciunt, quid est in lectionibus, negant esse in finibus constitutos. Is in tempore, quando milites occidebantur in bello publico, alibi, qui maxime non ponebantur, nisi circa fines et in centuriis : et quando milites ponebant, tantos lapides figebant. Ideoque Scringis et allabinibus et centuriis signa proponebantur. Vide conjecturas Rigaltii.*

\* **SCRINIA**, ut *Scrinium*, Feretrum, in quo reliquiæ sanctorum reconduntur. Advent. reliq. S. Gerulfi tom. 6. Sept. pag. 266. col. 2 : *Unde clericus, cum populo ipsius canobii, Scrinium cum corpore S. Gerulphi martyris, per singulas Flandriæ parochias deportare sapienter decrevit. Occurrit rursum infra.*

\* **SCRINIALIS**, idem qui *Scrinarius*, in ecclesia Romana. Vide in *Scrinium*. Charta Joan. XII. PP. qua Dunstano Cantuar. archiep. pallium concedit, ex Pontif. antiquissimo Bibl. reg. sign. 943 : *Et hoc scriptum est per manus Leonis Scrinialis sedis Apostolicæ, in mense Octobri, Indict. IV. Qua ratione vero instituebatur ille Scrinarius, docet Cencius in Ord. Rom. : Tum pontifex dat ei pennam cum calanario, sic dicens : Accipe potestatem condendi cartas publicas, secundum leges et bonos mores.*

† **SCRINIARIUM**, *SCRINIARTUS*. Vide *Scrinium*.

† **SCRINIATOR**, Qui *Scrinia* seu arcas operatur. Anonymus de Reb. Althens. Monast. ex Schedis Mabill. Regest. 1 : *Quidam Conversus nomine Georgius insignis Scriniator habens multa bona instrumenta pertinentia ad artem suam, etc. Vide in Scrinium, ubi Scriniator dicitur scriptor.*

**SCRINIUM**, apud Papiam, quasi *secretorium, vel scriptorum publicorum reconditio*. [Gloss. Lat. Græc. : *Scrinium, χαρτοφυλάκιον.*] Scholiastes Juliani Antecess. : *Quatuor Scrinia sunt, primum quod dicitur Libellorum : secundum Memoriarum : tertium Dispositionum : quartum Epistolarum : unde et quatuor Antigrafei sunt... nam magistri. Ubi quidam reponunt, seu Scrin-*

*niorum Magistri. De hisce quatuor scriniis agunt passim Notitia utriusque Imperii, Cod. Theod. et Justin. et Scriptores alii. [Hinc Scrinarius ab epistolis, Scrinarius a libellis, in antiquis Inscriptionibus, quas laudat Salmasius ad Lampridii Alexandrum cap. 31.]*

Præter *scrinia* ista Palatina, quæ *Augusta* vocat Symmachus lib. 4. Epist. 53. *Sacra* Sidonius carm. 5. erant *Scrinia Magistratum*, de quibus in iisdem Codd. tit. de Numerariis, etc. ubi multa Cujacius, et Jacobus Gotofredus commentantur.

**SCRINIARI**, dicti, qui in hisce scriniis operam suam locabant, et *scriptorum* vices agebant. Papias : *Scrinarii, libellarii, cartularii publici*. Gloss. MS. Reg. cod. 2062 : *Σκρινιάριος, ὑπογραφεύς*. Gloss. aliud, cod. 396 : *Σκρινιάριος σκηπτοφόροι, ἥως χαρτογράφοι*. [\* Vide Veteres Gloss. verbor. Jur. Labb. in hac voce, ibique notata.] [Gloss. Lat. Gr. *Scrinarius, χαρτογράφος*.] *Scrinarius Curæ militaris*, apud Senatorem lib. 11. Epist. 24. *Scrinarius actorum*, eodem lib. Epist. 22. Sed de Scrinariis vide Cujacium, Gothofredum, et alios passim.

Erant præterea *Scrinia Ecclesiarum* et *Monasteriorum*, in quibus reponebantur illa Instrumenta, quæ ad Ecclesias seu Monasteria pertinebant, quomodo in regis seu publicis illa, quæ magis solemnia erant. Inter ecclesiastica *scrinia* celebre in primis est *Romanæ Ecclesiæ archivum*, in quo, jussu Siricii, teste Anastasio, asservabantur Constitutiones Pontificum, maxime contra hæreticos. *Chartarium Romanæ Ecclesiæ* vocat Hieronymus in lib. 2. adv. Rufinum. *Scrinii Ravennatis Ecclesiæ* meminit idem Anastasius in Nicolao Pontifice : *Cautiones et indiculos, qui soliti sunt ab Archiepiscopis Ravennatibus in Scrinio fieri, more Felicis decessoris sui falsavit*. [\* Adde Gesta Abbat. Fontanell. cap. 4. 8. et 10.]

† **SCRINEUM**, ut *Scrinium*. Memor. Postestat. Regiens. ad ann. 1226. apud Murator. tom. 8. col. 1105 : *Et etiam in ipso anno voluit comburi domus Communis, et plura Scrinia fuerunt combusta cum scripturis quæ intus erant.*

**SCRINIARI**, in Ecclesia Romana duodecim erant, qui *scrinia publica scripturarum* curabant, epistolas a Cancellario et Protoscriniario dictatas scribebant; instrumenta, donationes et reliqua hujusmodi conficiebant; [quorum primus seu qui aliis præerat, *Priniscrinius* dicebatur. Vide in hac voce.] Isidorus lib. 20. Orig. cap. 9 : *Scrinia sunt vasa, in quibus servantur libri vel thesauri; unde apud Romanos illi, qui libros sacros servant, Scrinarii nuncupantur. Sergius Scrinarius Ecclesiæ Romanæ, apud Anastasium in Constantino PP. pag. 65. ubi alii codd. habent Scriniator. [Benedictus Scrinarius, in Charta ann. 729. apud Miræum tom. 1. pag. 129. Petrus Scrinarius, in Placito ann. 999. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 502. Zacharias Scrinarius, in Bulla Marini PP. ex Tabul. Solemniac.] Nicolaus I. PP. Epist. 27 : *Hanc autem epistolam ideo more solito scribi non fecimus, quia et Legatus vester sustinere non poterat, et ob festa Paschalia Scrinarios nostros, eo quod debitis vacabant**

*occupationibus, habere, ut debuimus, non valuimus. Vide Joannem Sarisber. Epist. 111. Scrinarius Ecclesiæ Ravennatis, apud Anastasium in Stephano IV. PP. pag. 96. [\* Vide Murator. Antiq. Ital. tom. 1. col. 675. sqq.]*

† **SCRINIARIUS**, ut *Scrinarius*, in Bulla Urbani II. PP. ann. 1097. inter Instrum. tom. 6. novæ Gall. Christ. col. 27 : *Scriptum per manum Petri Scrinarii sacri palatii*. Occurrit præterea in Ord. Rom. Cencii Camer. apud Mabill. tom. 2. Musei Ital. pag. 168. et seqq. *Nicolaus Scrinarius S. Romanæ Ecclesiæ*, in Bulla Stephani PP. ann. 896. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 30.

† **SCRINIUM**, *SCRINEUM*, *Ærarium*, thesaurus, fiscus Principis. Ekkehardus Junior de Casib. S. Galli cap. 11 : *De Scrinii Regum sexaginta argenti librarum rata pondera deferret. Charta Humberti Episc. Gratianopol. ann. 1034. apud Mabill. tom. 4. Annal. Bened. pag. 730 : Mirum in modum deliberavi, et admodum delegi monasterium fieri ex sanctæ sedis Scrinio, illudque pulchre confici ex ecclesiasticis rebus. Oberti Stanconi Annal. Genuens. ad annum 1270. apud Murator. tom. 6. col. 551 : Porro Rex Carolus naufragio afflictis afflictionem accunulans, extorsit ab omnibus quidquid ex dicto existit naufragio recuperatum, post triduum dicens, quod ex Regis Guilelmi constitutione et longa consuetudine hoc debet suis Scrinii applicari. [\* Charta ann. 1184. ex parvo Reg. S. Germ. Prat. fol. 37. rº. col. 2 : Si quis tamen hoc donum meum infringere vel in aliquo diminucere voluerit,.... in Scrinio regali mille marcas auri persolvat.] [\* Inde Tanculfus sacrorum Scriniorum prælatus, in Anonym. Vita Ludov. Pii cap. 40.]*

† **SCRINIARIUM**, Eadem notione, in Menoti Serm. fol. 15. vº : *Sic hodie thesaurarii orti a paupere domo, filii parvi mercatoris, statim quod posuerunt pedem in Scrinario et manus in pecunias, faciunt sicut de cera.*

**SCRINIUM**, *Feretrum*, in quo reliquiæ sacræ reconduntur, nostris *Escrin*. Honorius Augustod. lib. 1. de Missa cap. 69 : *Arca testamenti a Sacerdotibus portabatur, et Scrinium vel feretrum cum reliquiis a portitoribus portatur. Cap. 70 : Cum circa Monasterium Scrinium vel feretrum cum cantu et compulsatione ferimus, quasi cum Arca Hierico, cum sono tubarum et clamore populi circumimus. Adde cap. 73. Gervasius Dorobernensis de Cantuariensi Ecclesia : Septem quoque Scrinia, auro et argento cooperta, et multorum sanctorum reliquiis repleta sustentabat. Chronicon Casin. lib. 3. cap. 57 : *Scrinium argenteum super altare cum nigello librarum 8. Scrinium eburneum magnum, etc. Charta Joannis Archiep. Capuani ann. 1301 : Scrinia duo coloris viridis pro Scapella. Arca vel Scrinium reliquiarum, apud Gillebertum Lunicensis Episcopum de usu Ecclesiastico. [Libellus de successoribus S. Hidulfi in Hist. Mediani Monast. pag. 186 : Quod venerabile S. præsulis Hidulfi corpus usque ad illud tempus ibidem arca saxeæ servabat, ... decrevit levare tunulo ac apparato locare in Scrinio. Et pag. 187 : Tandem sacras**



*Reliquias nitido involentibus pallio, ligneo recondidere Scrinio.*] Occurrit præterea apud Harigerum Abbat. in Hist. Translat. Reliq. S. Landoaldi n. 13. Hugonem Flaviniac. in Chronico pag. 82. etc. Willel. Guiart de S. Ludovici cadavere :

Eo un Eserin fort et serré  
Refurent ses os eoserré.

Vide *Screo*.

¶ **SCRINIUM**, Arca, arcula, Gallice *Coffre*, olim *Escrin*. Litteræ Johannis Franc. Reg. ann. 1360. tom. 3. Ordinat. pag. 479 : *Nisi reperta fuerit dicta res in Scrinio vel archa firmitatis, de quibus clavem deferat dominus vel dominu domus.* Chron. Senoniense apud Acher. tom. 3. Spicil. pag. 332 : *Detulit enim quicquid Episcopo abstulerat, satenarios, Scrinia in quibus episcopalia, oleum sacrum, chrisma, et sundalia ferebantur.* Le Roman d'Athis MS :

Si ot tous plains de fins besaos,  
Deux grans Escrins assez pesans.

Le Roman de Florance et de blanche Flore MS :

J'ai Escrins a metre joiax,  
J'ai boites de cuir a noiax.

Le Roman de la guerre de Troyes MS :

Un Eserin d'or prist Medea,  
Voiant Jasou le defferma, etc.

¶ **SCRINEUM**, **SCRINEUS**, Eadem notione. Laudes Papiæ apud Murator. tom. 11. col. 26 : *Et Scrineis et archis tam magna sunt plurima, ut unum nequaqum, aut vix possint duo robusti viri portare.* Occurrit etiam in Statutis Vercell. lib. 2. fol. 27. vº. Computus ab ann. 1333. ad ann. 1336. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 278 : *Item, cuidam bastasio qui portavit Scrineos de galea usque ad dominum quando erat apud Isclam, gr. 111.* Ibid. pag. 279 : *Item, pro una barca quæ portavit duos Scrineos domini de portu Olivani usque Nicziam, taren. 1. gran. x.* Pluries occurrit in Computo ann. 1379. ex Schedis Cl. V. Lancelot. Vide *Signalus*.

¶ **SCRINUM**, vel **SCRINUS**, Eodem significato. Teloneum S. Bertini : *Navis cum Scrinis sive seris et sine aliqua supellectili, 11. den.*

**SCRIPATURA**. Michaël Scotus de Physiologia cap. 20 : *Animalium quedam habent dentes in ore, ut homo, canis, etc. Quidam Scipaturam, et non dentes, ut ascer.* [Vide *Crepatura*.]

¶ **SCRIPNEA**, Vagina, ut videtur, Gall. *Gaine*, quia est gladii *scrinium* seu arca. Statuta Vercell. lib. 4. fol. 86 : *Nec tenere (debeat) in Scripnea gladium majorem una spanna computato manubrio ul taliandum gruppos.*

¶ **SCRIPNUM**. Vide mox *Scrippum* 2.

1. **SCRIPNUM**, Pera, saeculus, in quo, quæ ad victum necessaria erant, recondabant peregrini, Anglis *Scrip*, quomodo Chaucerus de peregrinorum ad S. Thomam Cantuariensem peris :

In Scrippe he bares both bread and leeks.

Id est, *In pera porros cum pane ferebat.* Capitulare Metense ann. 757. cap. 6 : *Nec propter Scrippa sua ullo peregrino calu-*

*niam faciatis.* Capitul. Carol. M. lib. 5. cap. 11. Synodus sub Pipino Rege cap. 26 : *Et de peregrinis similiter constituimus, ut quando propter Deum ad Romam, vel alicubi vadunt, sic ordinamus ut ipsos per nullam occasionem ad pontes, vel exclusas, aut navigatio detineatis nec propter Scrippa sua, etc.* [Ubi Scrippa edidit Baluzius : quomodo etiam legendum suspicatur Sirmondus; *Scrippa* enim forte per metathesin litteræ unius scriptum fuit pro *Scirpa*, quæ erant cophini seu cobes ex scirpo factæ, quas gestabant viatores ad sarcinas reponendas.] [\* Pertz. Leg. tom. 1. pag. 31. lin. 22. *nec propter Schirpam suam*, in aliis cod. *schirppam* et *scirpa*. Vide Graff. Thesaur. Liug. Franc. tom. 6. col. 541. voce *Scherbe*, *Pera*. Hinc Gall. *Echarpe*.]

¶ 2. **SCRIPNUM**, Arca, Gall. *Coffre*. Acta SS. tom. 1. Jun. pag. 772. ubi de S. Gerardo : *Date mihi vestitum meum pulcrum, quem habetis in Scripno clausum.* *Scripnum* editum apud Murator. tom. 12. col. 1172. ex Chron. Modoet. Bonincontri. Vide *Scrinium* et *Scripnea*.

\* **SCRIPTA**, Index, perscriptio, Ital. *Scritta*, Gall. *Etat*. Stat. Mantuæ lib. 1. cap. 13. ex Cod. reg. 4620 : *Dum ipse officialis monstram faciet, in manibus teneat monstram et Scrittam suam, in qua scripta est familia dom. potestatis.*

¶ **SCRIPTALIS**, *Scriptus*, litteris commendatus : *Item verbum Dei mentale, vucule, Scriptale, etc.* in Replica dom. Wlrici apud Marten. tom. 8. Ampl. Collect. col. 505.

**SCRIPTANES**. Charta Ariberti Archiepiscopi Mediolanensis apud Puricellum in Monumentis Basilicæ Ambrosianæ pag. 369 : *Ad Notarios solidos 5. ad Presbyteros Decumanorum ordine libr. 4. et dimidiam, ad Lectores sol. 5. ad Custodes sol. 4. ad Veglones den. 40. ad Scritpnes majores et minores, quod sunt breves 5. solidos 50. ad Magistrum, qui ipsum brevem detinet, 12. den.* Occurrunt eadem verba infra.

¶ **SCRIPTELLUM**, diminut. a *Scriptum*, *Scheda*, *schedula*. Arestum Parlamenti Paris. 19. Jun. ann. 1332 : *Super hoc fiebat duplex Scrittellum... Quando reperiebat quod ipsi elegerant xv. de illis qui continebantur in suo Scrittello, ipse permittit dictam electionem... et remanebant Scubini dicti nominati in dicto Scrittello.*

¶ **SCRIPTIO**, Archivum, tabularium, locus ubi *scripta* seu Chartæ asservantur, vel polytychus. Canones Hiberni. apud Acher. tom. 9. Spicil. pag. 33. ubi cap. 7. inscribitur : *De duabus ecclesiis contendentibus agrum unum. Ager inquiratur in Scritpione duorum Ecclesiarum. Si in Scritpione non inveniatur, requiratur a senioribus et propinquis, etc.*

¶ **SCRIPTIO**, Charta, contractus conventionis, etc. Leges Pippini Reg. apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 124 : *Observamus ut Romani successores juxta illorum legem habeant, similiter et omnes Scritpiones secundum legem suam faciant.* Vide *Scriptura*.

¶ **SCRIPTIO**, Epistola. Littera missilis Johannis de Areco apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 476 : *Nuper Celsitudi-*

*nis vestræ gratanter, sicut decuit, Scritpionem suscepimus.*

¶ **SCRIPTIO**, *Æstimatio*, modusque præstationis quæ cuique imponebatur. Ita Gothofredus ad leg. 12. Cod. Theod. tit. 26. lib. 6. de Proximis, etc. : *Nulli extrinsecus conlatione vexentur, nec molem promissionis, nec Scritpionis injuriam perhorrescant.*

¶ **SCRIPTIO**, *Inscriptio*, stigma. Dicitur de notis quæ faciei, manibus, fronti damnatorum inscribebantur, quas penitus sustulit Constantinus M. Vide Gothofredum ad leg. 2. ejusd. Cod. lib. 9. tit. 40. de pœnis.

**SCRIPTIOMA**, *Scriptionis* character, [stylus, ratio scribendi.] apud Longinum in Actis S. Stanislai Episcopi Cracoviensis num 65.

¶ **SCRIPTIONALE**, *Theca* calamaria, Gall. *Ecritoire*. Statutum Capituli generalis Monast. Gellon. ann. 1150. apud Stephanot. tom. 8. Fragm. Hist. MSS. pag. 175 : *Debet etiam habere... ille qui fuerit monachandus pro suis vestibus et arnesio duas cucullas et stoccum unum, duo Scritptionalia cum pennis, duos tunicas, etc.* Vide *Scripturale*.

¶ **SCRIPTIONALIS**, Ad *scriptionem* pertinens. *Scritptionalis species*, apud Mart. Capellam lib. 5. pag. 150.

¶ **SCRIPTITARE**, nuda pro *Scribere*. Charta donationis Abbatie S. Ægidii ex Schedis Præs. de Mazaugues : *Girardus monachus rogatus Scritpavit.* Utitur Cicero pro sæpius scribere.

\* **SCRIPTITATIO**, Iterata sæpius *scriptio*. Full. Carnot. epist. 32. tom. 10. Collect. Hist. Franc. pag. 460 : *Desine curiosos instigatores uvidire, desine reges et principes inefficacis querimonie tedious Scritpitationibus fatigare.*

¶ **SCRIPTOGRETENSI**. Charta Guarini Episc. Ebroic. inter Probat. Hist. Ebroic. pag. 9 : *Quia lapsu temporis libitur hominum memori; Idcirco ad memoriam revocandam, ejusque lapsus reparandos scripti fidelis innitendum est remedio, ea propter universitati vestre Scritpogretensi duximus inferendum nos amore Dei, etc.* Ubi legendum *Scripto gratanti duximus insinuandum.*

\* **SCRIPTOR**, nuda pro *Notarius*. Nerol. MS. ecl. S. Aurel. Argentin. : *vj. Idus Octobr. Obiit Anna dicta Kuefferia, axor Heinrici Scritporis.* Charta ann. 1234. apud Cenc. inter Cens. ecl. Rom. : *Magister Petrus de Varcino, domini papæ Scritpor, quæsit ab eis, etc.* Infra : *Bernardus canonicus Florentinus confessus est se recepisse a magistro Petro de Varcino, dom. papæ Scritpore, possessionem custris Aquilata.* Vide *Scriptores publici* et mox *Scritpurius*.

¶ **SCRIPTORATUS**, *Officium Scritporis*, seu notarii. [\* *Scribatus*, in Cod. Justin. lib. 7. tit. 62. const. 4.] Epist. Sixti PP. IV. ad Reg. Aragon. ann. 1475. apud Marten. tom. 2. Ampl. Collect. col. 1478 : *Intelleximus serenitatem tuam desiderare ut officium Scritporatus coram officiali suo Calusanbii Tyrascensis diocesis, quod amovibile est, et ad beneplacitum dicti Episcopi, dilecto filio Bartholomæo Serena concessum fuit, ad vitam concedatur eidem.*

\* *Escripura*, eadem notione, nisi idem sit quod supra *Scribania*, in Charta Joan-



de Sacrocæsare milit. ann. 1318. ex Reg. 112. Chartoph. reg. ch. 6 : *Item l'Escrip-  
ture et li seaulx de la prévosté de Maalay-  
le-Roy, sont prisies par an soixante et  
quinze sols Tournois.* Hinc *Escriptoere*,  
pro Officina notarii, in Charta ann. 1442.  
ex Chartul. Latiniac. fol. 212. v° : *Ajour-  
duy environ sept heures au matin, en l'Es-  
criptouere de moy Pierre bataille tabellion de  
Lagny, etc. Escriptoire*, vero pro Tabulario  
forensi, vulgo *Greffé*, usurparunt. Lit.  
remiss. ann. 1403. in Reg. 158. Chartoph.  
reg. ch. 327 : *Un de nos sergens vient ad-  
journer le Boacher à comparoir par devant  
notre viconte de Monstervillier ou son lieu-  
tenant à son Escriptoire.* Aliæ ann. 1451. in  
Reg. 185. ch. 91 : *Iceulli Nicolas trouva en  
l'Escriptoire dudit greffier un des clerks d'i-  
cellai greffier.*

**SCRIPTORES PUBLICI, Notarii.** Capitula  
post Concilium Ravennense ann. 904. cap.  
5 : *Ut Scriptoribus publicis nullatenus inter-  
dicatur res Arimannorum transcribere, si eis  
faerit opportunum.*

¶ **SCRIPTORES REGII, Idem Notarii** inter-  
terdu nuncupati : cujus nomenclaturæ  
mentio primum nobis occurrit in Charta  
homagii ab Humberto de Chintriacio præ-  
stiti Abbatiae Trenorchensi 18. Junii ann.  
1401 : *Personaliter constitutus nobilis vir  
Humbertus de Chintriacio coram me Notario  
publico Regis nostri Scriptor, etc. V. Scribæ.*

**SCRIPTORES** præterea dicti in Monaste-  
riis, qui in *Scriptorio*, cella ita nuncupata,  
de qua mox, librorum scriptioni operam  
dabant. Monachorum enim alii, cum eorum  
nemo esset, qui non re aliqua occuparetur,  
manuum operibus, officinarum mon-  
asticarum alii muniis, alii denique libro-  
rum scriptioni vacabant, certo numero ad  
id electi ab Abbate, tum ut libros Eccle-  
siasticos, quo eorum esset semper copia,  
tum alios, qui ad literarum humaniorum  
et Ecclesiasticarum studia necessarij essent,  
describerent. Quin etiam ea monachorum  
occupatio operibus manuum accensebatur.  
Auctor Vitæ S. Nicolai Studitæ pag. 901 :  
ἄλλ' ἢ τὰς γερσὶ κοπιῶν, καὶ δέλτους ἀρισ-  
τηρογραφῶν, ἐὶ καὶ τὴν ἄλλως. Ubi Combeffia  
vocem σαρμεογραφῶν, esse longo litera-  
rum ductu, seu litteris uncialibus scribere  
observat. Quid si σαρμεογραφῶν legatur, ut  
sit notis scribere? [\*] Vide Glossar. med.  
Græcit. voce Σύρμα col. 1491. Χρυσογραφῶν,  
col. 1768. Καλλιγράφος col. 552.] Ethelwlfus  
de Abbatibus Lindisfarnensibus cap. 8 :

Comptis qui potuit notis ornare libellos.

Vita S. Baboloni n. 2. edit. Petri Chiffletii :  
*Dehinc orationi adijungebat lectio, atque  
sanctarum Scriptorarum meditatio: postremo  
vero scribendi exercitatio. Sunt nempe adhuc  
penes nos plura volumina, quæ ipsas manu  
dicuntur fuisse descripta.* Gregor. Turonensis  
in Vita S. Aridii pag. 200 : *Nanquam  
otio indulsit, quo non aut lectionem, aut  
opus Christi perficeret, aut certe manibus  
aliquid ageret, aut denique sacros Codices  
scriberet.* Liber Ordinis S. Victoris Pari-  
siensis MS. cap. 19 : *Quicunque de fratri-  
bus intra claustrum Scriptorum sunt, quibus  
officiam scribendi ab Abbate injunctum est,  
omnibus iis Armariis providere debet, quod  
scribant, et quæ ad scribendum necessaria*

*sunt, præbere, nec quisquam eorum aliud  
scribere, quam ille præceperit, etc.* Ex qui-  
bus verbis satis intelligitur Scriptorum non  
excepisse quæ scribebant ab ore dictantis,  
quod quidam volunt. Infra : *Loca etiam  
determinata ad ejusmodi opus seorsam a  
Conventu, tamen intra claustrum præpa-  
randa sunt, ubi sine perturbatione et strepitu  
Scriptorum operi suo quietas intendere pos-  
sint. Ibi aatem sedentes et operantes, silen-  
tium diligenter servare debent, nec extra  
quoquam otiose vagari. Nemo ad eos intrare  
debet, excepto Abbate, et Priore, et Sab-  
priore, et Armario, etc.* Guigo Prior Car-  
tusiensis de Quadripartito exercitio cellæ  
cap. 36. ait scriptionem peculiare fuisse  
*Cartusiensiam inclusorum institutum : Hoc  
autem esse debet specialiter opus tuum, ...  
libris scribendis operam diligenter impendas.  
Hoc siquidem speciale esse debet opus Car-  
tusiensium inclusorum.* Et alio loco : *Porro  
si ita providerit Prior, unum est, cui in  
operatione specialiter intendere debes, ut vi-  
delicet et scribere discas, si tamen addiscere  
potes, et si potes, et scis, ut scribas. Hoc  
quodammodo opus, opus immortale est :  
opus, si dicere licet, non transiens, sed  
manens : opas itaque, ut sic dicamus, et non  
opus : opus denique, quod inter omnia alia  
opera magis decet viros religiosos literatos.*  
Statuta Guigonis II. Prioris Cartusiæ cap.  
28. § 4 : *Omnes pene, quos suscipimus, si  
feri potest, scribere docemus... Libros  
quippe tanquam sempiternam animaram no-  
strorum cibum cautissime custodiri, et stu-  
diose volumus feri, ut quod ore non possu-  
mus, Dei verbum manibus prædicemus.*  
*Quot enim libros scribimus, tot nobis verita-  
tis præcones facere videmur, sperantes a  
Domino mercedem pro omnibus, qui per eos,  
vel ab errore correcti fuerint, vel in Catholica  
veritate profecerint, etc.* Quo spectant ista  
Hieronymi ad Rusticum Monachum de  
forma vivendi : *Texantur et lina capiendis  
piscibus, scribantur libri, at et manus ope-  
retur cibum, et animus lectione saturetur.*  
Vide Statuta Premonstrat. distinct. 1. cap.  
8. Ad id officij adhibitos potissimum pueros  
et novitos Monachos testatur Sulpitius  
Severus in Vita S. Martini cap. 7 : *Ar-  
si ibi, exceptis Scriptoribus, nulla habebatur,  
(in Cænobio scilicet S. Martini,) cui tamen  
operi minorætas deputabatur.* Capitul. Aquis-  
granense ann. 789. cap. 70. et lib. 1. Capi-  
tul. cap. 72. al. 68 : *Et pueros vestros non  
sinite eos legendo vel scribendo corrumpere.*  
Ordericus Vitalis lib. 3. pag. 485 : *Ipse pro-  
priis manibus scriptoria paeris et indoctis fa-  
bricabat, operisque modum... ab eis quotidie  
exigebat.* Herimannus de Restaurat. S. Mar-  
tini Tornacensis cap. 79 : *Scriptorum  
quoque copiam a Domino sibi datam exal-  
tabat, ita ut si claustrum ingredereris, vider-  
es plerumque 12. Monachos juvenes in ca-  
thedris sedentes, et super tabalas diligenter  
et artificiose, et cum silentio scribentes.*  
Verum in libris Ecclesiasticis describendis  
adhibendos perfectæ ætatis homines statuit  
laudatum Capitulare Aquisgranense ann.  
789. cap. 70. Vide Præfationem nostram.

Ejusmodi scriptorium in Monasteriis  
passim mentio occurrit. Ekeardus junior  
de Casibus S. Galli cap. 11 : *Itar in arma-  
rium; sed et in angustum S. Galli Thesau-*

*rarium. Præ omnibus autem Scriptorum digiti  
efferrantur, etc.* Vitæ Abbatum S. Albani :  
*Ibique fecit Abbas ab electis, et procul quæ-  
sitis Scriptoribus scribi nobilia volumina  
Ecclesie necessaria... Postquam autem  
præfato Militi librarium suam primo para-  
tam liberaliter contulerat, continuo in ipso,  
quod construxit, Scriptorio, libros præele-  
ctos scribi fecit, Lanfranco exemplaria mi-  
nuistrante.* Chronicon S. Benigni Divionen-  
sis : *Fuit aatem Girbertus ex primis, quos  
nativit Domnas Abbas Willelmas, et ab  
officio Scriptor est appellatus.* Commenda-  
tam autem in primis fuisse Monachis libro-  
rum scriptionem pluribus docet Hæftenus  
lib. 9. Disquisit. Monasticar. tract. 2. disq.  
4. ex variis auctorum locis, quibus adjun-  
gendus alter hic ex Actis Murensis Mona-  
sterii pag. 32 : *Libros autem oportet semper  
describere, et aagere, et meliorare, et ornare,  
et annotare cum istis, quia vita omniam  
spiritualium hominum sine libris nihil est.*

¶ **SCRIPTORIA.** Vide in *Scriptorium* 1.

1. **SCRIPTORIUM,** Cella in Monasteriis  
scriptioni librorum destinata. Ælfricus,  
*Scriptorium*, p. 1 seferhus. Alcuinus,  
in locum, ubi Scriptorum scdent, Poëm.  
126. et apud Canisium :

Hic sedeant sacrae scribentes famina legis,  
Nec non sanctorum dicta sacrata Patrum,  
Hic interserere caveant sua frivola verbis,  
Frivola nec propter erret et ipsa manus.  
Correctosque sibi querant studioso libellos,  
Tramite quo recto penna volantis eat.  
Est deus egregium sacerorum scribere libros,  
Nec mercede sua scriptor et ipse caret.

Adalhardus in Capitulis cap. 50 : *De scri-  
ptoribus solarii, id est, ut interpretor,  
Scriptorii.* Ekehardus Jun. de Casib. S.  
Galli cap. 3 : *Erat tribus illis consuetudo,  
permissa quidem Prioris, in intervallo Lau-  
dam nocturno convenire in Scriptorio, colla-  
tionesque tali horæ optissimas facere.* Cap.  
11 : *Veniunt in pyræ, et in eolavatorium,  
nec non et proximum pyræ Scriptorium.*  
Petrus Abælardus in Hist. Calamitatum  
suarum cap. 7 : *Quæ enim conventio Schola-  
rium ad pedessequas, Scriptoriorum ad cana-  
bala? [\*] Ubi est Instrumentum scripto-  
rium, ut apud Order. Vital. lib. 3. pag. 485.  
Vide in Scriptorum.] Rainardus Abbas Cister-  
ciensis in Constitut. cap. ult. : *In omnibus  
Scriptoriis abicunq; ex consuetudine Mon-  
achi scribunt, silentiam teneatur sicut in clau-  
stro.* Ægidius Aureæ-Vallis Monachus cap.  
17 : *Aterman ante Crucifixam orantem, tertiam  
de Scriptorio Ecclesie (S. Lamberti Leo-  
diens.) proxime egredientem in ipso Eccle-  
siae ingressu cxtinxi fulmen.* [Hist. Monast.  
Villar. cap. 8. apud Marten. tom. 3. Anecd.  
col. 1292 : *Cum autem desitit (Arnulphus)  
abbatizare, adeptus est Scriptorium quod  
est in auditorio prioris... In Scriptorio con-  
tinuè laborabat, aut legendo, aut orando,  
aut meditando, aut studendo, aut confes-  
siones aadiendo.* Unde colligitur Scriptorium  
interdum nuncupari locum remotiorem,  
non ita scriptioni destinatum, quin in eo  
aliis rebus vacarent. Statuta Ordin. Ci-  
sterc. ann. 1278. apud eundem Marten.  
tom. 4. Anecd. col. 1462 : *Monachi quibus  
ad studendum vel recreandum Scriptoria  
conceduntur, in ipsis Scriptoriis non maneant  
illis horis quibus monachi in claustro resi-**



*dere tenentur.* Vide *Scriptorium*, 4.] Descriptum est a viro doctissimo Luca Acherio ad Guibertum benedictio ejusmodi Scriptoriorum, in hæc verba: *Benedicere digneris, Domine, hoc Scriptorium famulorum tuorum, et omnes habitantes in eo, ut quicquid divinorum Scriptorum ab eis lectam vel scriptum fuerit, sensu capiant, opere perficiunt, Per Dominum, etc.*

† **SCRIPTORIA**, femin. gen. Eadem notione. Tangmarus in Vita S. Bernwardi Hildesh. Episc. apud Leibnit. tom. 1. Script. Brunsvic. pag. 444: *Scriptoria namque non in monasterio tantum, sed in diversis locis studebat, ande et copiosam bibliothecam tam divinorum, quam philosophicorum codicum comparavit.* [\* Ars scriptoris.] Liber de Doctr. novit. Ord. Grandim. apud Marten. tom. 5. Anecd. col. 1842: *Nec etiam intrabis coquinam, Scriptoriam, vel alias officinas, sive habitacula, sine licentia abbatis.*

2. **SCRIPTORIUM**, Pars lecti interior, quæ alias pluteum, exterior vero sponda dicitur. Papias: *Plateam, interior pars lecti, Scriptorium.* [\* Ubi est altera Glossa: *Pluteam, armarium, ad quam pertinet vox Scriptorium.*] Jo. de Janua: *Plamaciama, cervical, vel Scriptorium.* [Unde Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Plamatiuum, cheveciel, c'est coissin de plume, oa Escriptoire.*]

3. **SCRIPTORIUM**, pro Arca aut cista quavis. Statuta Ordin. Premonstratens. dist. 1. c. 9: *Porro in claastro carole, vel lajusmodi Scriptoria, aut ciste cum clavibus in dormitorio, nisi de Abbatis licentia, nullatenus habeantur.*

\* 4. **SCRIPTORIUM**, Cubiculum secretius, ubi quis studio vel scripturæ vacat, Gall. *Cabinet*, alias *Escriptoire*. Procs. Egid. de Rays ann. 1440. ex Bibl. reg. fol. 165. r°: *Cum præfatus Egidius istum testem..... duxisset in studium suum sive Scriptorium, etc.* Lit. remiss. ann. 1391. in Reg. 141. Chartoph. reg. ch. 139: *Le sappliant ala dessus le plancher de l'Escriptoire dedit de Lainques, en laquelle il avoit uocoustumé de mettre sa finance.*

\* **SCRIPTUARIUS**, idem qui supra *Scrinalis* et *Scriptor*. Charta ann. 1265. tom. 4. Cod. Ital. diplom. col. 418: *Ego Leonardus de Piperno sacrosancte Romanæ ecclesie Scriptorius predictis omnibus vocatus interfui, et ea omnia.... fideliter scripsi.* Vide *Scriptarius*.

\* **SCRIPTULUM**, diminut. a *Scriptum*, schedula. Acta B. Amandei tom. 2. Aug. pag. 594. col. 1: *Interrogavit ipsam nutricem, an aliquand saperstitionis haberet saper personam ipsas infantis; quæ respondens dixit, se habere quoddam Scriptulum, sibi datam a quodam cerretano, quod ad collum ipsius infantis apposerat. Cui pater ipse dixit: Scriptulum ipsum mihi exhibe.*

**SCRIPTULUS**, et **SCRIPTULUM**, Scrupulus, minima pars unciæ veteribus dictus, ut auctor est Sospiter. Gloss. Gr. Lat.: *Γράμμα, πέταρον τοῦ γρασίου, Scrupalam.* Occurrit in Querolo, in Confessione S. Patricii Hibern. Apost. num. 22. in Canonibus Hibern. l. 40. c. 4. et in Vita S. Audomari c. 14. apud Mabillonium. Vide Fl. Caprum de Orthograph. [et *Scriptulum*.]

† **SCRIPTURA**. Ut varia fuit apud anti-

quos materia, in qua olim excepta est Scriptura, ita et multiplex in usu fuit apud ipsos scribendi ratio. Quod ad Scripturam antiquiorum temporum spectat fuse prosecutus est in Diplom. Mabillonius, quem hic exscribere non est animus. At variarum ab undecimo sæculo scriptionum nomina, quarum et specimina edidit Leonardus Wirstlin Monachus S. Udalrici, ex instituto nostro litterarum ordine hic referenda duximus post Bern. Pezium in Præfat. tom. 1. Anecd. pag. 35 qui ea eruit ex Cod. Udalricano cui titulus: *Proba centum Scriptoriarum diversarum una mana exaratarum.*

*Abscisa.*  
*Abscisa Posterialis.*  
*Alta Poeticalis.*  
*Altana.*  
*Altana semis Major.*  
*Altana Minor.*  
*Antiqua Crassana.*  
*Antiqua Curtana brevis.*  
*Antiqua Curvalis.*  
*Antiqua Durana.*  
*Antiqua Formata media.*  
*Antiqua Formosalicana.*  
*Antiqua Major.*  
*Antiqua Polita.*  
*Antiqua Prisca.*  
*Antiqua Renlicana.*  
*Antiqua Serrata.*  
*Antiqua Simplicinna.*  
*Bifaricalis.*  
*Ballicalis Minor.*  
*Cardinnlicana.*  
*Cespalicana.*  
*Clippalicann Galeata.*  
*Clippalicana Major.*  
*Codicalis Simplex.*  
*Composterialis Major.*  
*Composterialis Minor.*  
*Cursiva Italianca.*  
*Cursiva Litteralis.*  
*Carsiva Rotundalis.*  
*Curtana Flacca.*  
*Curtana Prævisalica.*  
*Curvalica Simplex.*  
*Curvana Inæqualis.*  
*Dilatana Media.*  
*Eversalicana.*  
*Eversalicana Media.*  
*Eversalica Minor.*  
*Extensiva Inæqualis.*  
*Extensiva Inæquata.*  
*Flacana Antiqua.*  
*Fractura Germanica.*  
*Gippalicana.*  
*Globata Rotalis.*  
*Grossana.*  
*Imperaricalis.*  
*Inæqualicis Variatana media.*  
*Inæqualicana.*  
*Italianca Formata.*  
*Italianca Notalis.*  
*Litteralis Carsalica.*  
*Litteralis Italianca.*  
*Litteralis Simplex.*  
*Macrana Alta.*  
*Media Rotalis.*  
*Mediana Serrata.*  
*Mediana Utralis.*  
*Neatralicis.*  
*Neatralicana.*  
*Notala Codicalis.*  
*Notula Codicalis Polita.*  
*Notala Curtana.*  
*Notula Formata.*  
*Notula Formata Simplex.*  
*Notula Poeticalis Media.*  
*Notula Poeticalis Pressa.*  
*Notula Semifracta.*  
*Notula Semis Formata.*  
*Notala Submissa.*  
*Palliata Tensa.*  
*Papalicana.*  
*Pictorialis Major.*  
*Pictorialis Minor.*  
*Pillicana.*  
*Poetica Vera.*  
*Poeticnis Cursiva.*  
*Poeticalis Mediana.*  
*Poeticana Serrata.*  
*Polita Media.*  
*Postericalis Serrata.*  
*Prisca Caudalis Lata.*  
*Prisca Pilicalis.*  
*Regia Pullicalis.*  
*Rotalis Cursiva.*  
*Rotalis Globata.*  
*Rotalis Minor.*  
*Rotulana Curvalica.*  
*Rotanda.*  
*Rotandalis Alta Media.*  
*Rotandalis Inæquata.*  
*Saltana Postericalis.*  
*Semifractara.*  
*Spissalica Postericalis.*  
*Tenuissana.*  
*Textas Italicus.*  
*Textus Italicus Altus.*  
*Textus Italicus Bifractus.*  
*Vagalicana Extensiva.*

† **Steganographiæ** inferioris ævi rationem qui nosse voluerit, hujus non contentendum specimen exhibet Martenius

tom. 1. Anecd. col. 1553. quod consulere cuivis licet.

† **SCRIPTURA DIVINA** dicti Libri SS. Patrum, in Vita Vener. Olberti Abbat. Gemblac. sæc. 6. Bened. part. 1. pag. 605: *Plenariam vetus et novam Testamentum continentem in uno volumine transcripsit historiam; et divinæ quidem Scripturæ plasquam centam congestit volumina, sæcularis vero disciplinæ libros quingaginta.*

\* Interdum et nude *Scripturæ* appellantur. Vita B. Goberti tom. 4. Aug. pag. 394. col. 2: *Hoc pius Gobertus fideliter credebatur et devote, secundum illad Scripturæ: Divina operatio, si ratione comprehendatur, non est admirabilis; nec fides habet meritum, cui hamana ratio præbet fundamentum.* Quæ verba, ut observant docti Editores, non leguntur in Literis sacris, sed in homilia S. Gregorii super caput 20. Joannis.

† **SCRIPTURA LEGALIS**. Charta ann. 933. inter Instr. tom. 6. novæ Gall. Christ. col. 127: *Certum quidem et manifestum est, quia nobis injunxit... Reginardus Episcopus... ut nos simul in unum supra nominati elemosynarii, ad nos Scriptoram Legalem faciamus ad canonicos S. Nazarii, sicuti et facimus, ac legitime manibus tradimus in regno Septimanie, in comitatu Biterrensi S. Petram a Pullo cum suo termino. Infra Charta donationis vel traditionis dicitur.*

† **SCRIPTURA REDITORIA**, Charta quæ bona ab alio usurpata ad pristinum et legitimum possessorem rediisse testatur. Concil. Cabilon. ann. 915. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 71: *Decreverunt, ut jam dicta villa Sanctinicius ad antiquitatem suam, hoc est ad matricem ecclesiam S. Clementis revertetur;... ande et hanc testimonii Scriptorum quam reditoriam vocamus, sub hac ratione præfati Præsales præceperunt facere.*

† **SCRIPTURA**, Charta, instrumentum, scheda. Summaria Privileg. Eccl. Rom. apud Marten. tom. 2. Ampl. Collect. col. 1233: *Ita una Scriptoria habens formam jaramenti continens quod dictas Tancredus... jurat fidelitatem B. Petro... Item alia Scriptoria continens, etc.* Memoriale Potestat. Regiens. ad ann. 1226. apud Murator. tom. 8. col. 1105: *Plara scrinen fuerunt combusta cum Scriptoris quæ intus erant.* Conc. Tolet. XVII. inter Hispan. tom. 2. pag. 759: *Presbyter dam diæcesim tenet, de his que emerit ad ecclesie nomine Scriptoram faciat. Escripiture, eadem notione, in Statuto Caroli V. Reg. Franc. ann. 1367. tom. 5. Ordin. pag. 21.*

† **SCRIPTURA**, pro Chirographo, seu chirographi litteris, in l. unic. Cod. Theod. tit. 27. lib. 2. pro signo quo in subscribendo quis utitur, occurrit in Charta Ludovici VII. Reg. Franc. ann. 1173. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 328: *Ut autem omnia supra dicta firma vobis predictis episcopo et canonicis ecclesie vestræ semper illibata serventur, Scriptoræ nostræ et sigilli regii auctoritate et robore præcipimus commaniri et nominis nostri caractere.*

† **SCRIPTURA**, pro Responso aruspicum, in l. 1. ejusd. Cod. tit. 10. de Paganis, etc.

† **SCRIPTURA**, Scripta, seu litis instrumenta, nostris etiam *Escritures*. Charta Ludovici X. Reg. Fr. ann. 1315. apud la



*Faill* Annal. Tolos. tom. 1. inter Instr. pag. 63 : *Cum super eo quod frequenter aliquem capi et incarcerari contingit, causa cognita innocentem seu inculpabilem reperiri, ac nihilominus retineri pro geolagio seu carceragio et Scriptura, ... concessimus quod nullus... ad solvendum hujusmodi geolagium seu incarcerationum aut Scripturam ob hoc factam aliquatenus teneatur, nisi copiam de Scriptura illu petierit sibi dari.*

† **SCRIPTURA**, Tabularium forense, Gall. *Gresse*. Statutum Caroli Johannis Franc. Reg. primog. ann. 1357. tom. 3. Ordinat. pag. 180 : *Cum nuper et ultimo quibusdam propulsis motibus, ordinasse dicamur quod officia prepositorarum, Scripturarum, rebellionatus, que ad firmam tradi consueverunt, etc.* Vide supra *Scribania*.

\* *Scriptures* vero vocantur Literarum typi, in Lit. natural. ann. 1474. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1321 : *Michiel Friburgier, Uldarie Quering et Martin Granetz natifs du pais d'Alemaigne, ... sont venus demourer en nostre royaume puis aucun temps en ça, pour l'exercice de leurs ars et mestiers de fuire livres de plusieurs manieres d'Esriptures en mosle et autremet, etc.*

† **SCRIPTURABILIS**, Ad scribendum aptus. Senator lib. 11. Epist. 38. ubi de chartæ compositione : *Junctura sine ritinis, continuitas de minutis, viscera nivea videntur herbarum, Scripturabilis facies, que nigredinem suscipit ad decorem.*

† **SCRIPTURALE**, Theca calamaria, Gall. *Ecritoire*. Regula reform. Monast. Mellic. in Chron. ejusd. pag. 344 : *Item, ipse (vestiarius) chartas, Scripturalia, pennas, ferramenta, et cætera hujusmodi habebat.* Vide *Scriptionale*.

**SCRIPTURALITER PRÆDICARE**, pro per *Scripturas sacras*. Anastasius in Leone III. PP. pag. 121 : *Infirmorum maximus visitator, prædicans illis Scripturaliter, ut eorum unimas in elemosynis redimeret.*

† **SCRIPTURIARIUS**, Nonius : *Scripturarios, quos nunc tabularios dicimus, dici volunt veteres, quod Scripturis et commentariis omnia vel urbium vel provinciarum complecterentur.* Lucilius lib. 26 : *Publicanorum rerum assuetum ut Scripturarius. Adjective etiam usurpatur. Festus : Scripturarius ager, publicus appellatur, in quo ut pecora pascantur, certum aes est : quia publicanus scribendo conficit rationem cum pastore. Scripturarius, ὁ διαγραφεύς, in Gloss. Lat. Græc.*

\* Locum ex Lucilio sic emenda : *Publicanus vero ut Asiæ fam, ut Scripturarius.* Ita legitur in Nonio. [\*] Vide *Forcellinum*. De agro Scripturario videndus idem in *Scriptura*. Inde *Inscriptum pecus*, apud Varron. de R. R. lib. 2. cap. 1. quod ad publicanum non profectum est.]

\*\* **SCRIPTURATIO**, *Scriptum*. Explan. Symb. Apost. apud Maium *Script. veter.* tom. 9. pag. 388 : *Secundum supra Scripturatonem in nullum credere oportet nisi in Deum.* Quod scripserat auctor pag. 386.

† **SCRIPTURARE**, *Scribere* gestire. Gloss. Lat. Gr. : *Scripturio, γραψίσιον*. Sidonius lib. 7. Epist. 18 : *Sane ista pauca, quæ quidem et levia sunt, celeriter absolvi; quanquam incitatus semel animus necdum Scripturæ desineret.*

\* **SCRIPTURIUM**, pro *Scriptorium* 1. Cella in monasteriis scriptio librorum destinata, ex Sacrament. Gellon. MS. fol. 244. vº. in Bibl. S. Germ. Prat. laudato tom. 3. novi Tract. de Re diplom. pag. 190. ubi supervacue refertur loci hujus benedictio, quæ ipsismet verbis legitur supra in voce *Scriptorium* 1.

**SCRIPULA**, *Epistola*, in Gloss. Isid. [Forte *Scriptula*. Addunt eadem Glossæ : *Scripula, sollicitator* : quod ita emendat Grævius : *Scriptulatur, sollicitatur*, ex Pappia : *Scripular, sollicitor*.]

**SCRIPULARE**, Lambertus Ardensis pag. 260 : *Apum sive etiam formicarum more in marisco passim currere et recurrere, et terram in terra, et marscum in marisco cum fossariis in fossatum Scripulare et perfodere, etc.*

☞ Nescio an melius *Scrupulare* legitur ex eodem Lamberto edit. Ludewig. tom. 8. Reliq. MSS. pag. 600 : *Invicem ad laborandum instigantes præuntibus semper operis magistris et geometrice Scrupulantibus operantur.* Ubi *Scrupulare* opus delineare significare videtur.

† **SCRIPULARI**. Vide in *Scripula*.

† **SCRIPULUM**, **SCRIPULUS**, ut supra *Scritulus*, Vigesima quarta uncia pars. Gloss. Lat. Gr. : *Scrupulum, γραμμα, σαρμός*. Arnobius lib. 6. pag. 207. ubi de spoliato a prædonibus Apolline : *Ex tot auri ponderibus, quæ infinita congesserant sæcula, ne unum quidem habuit Scrupulum.* Fannius de Ponder. v. 21 :

... Drachmæ scripulum si adjacero, ficit  
Sextula quæ fertur; nam sex bis uncia constat,  
Sextula quum dupla est, veteres dixere duellam,  
Uncia fit drachmis his quatuor, unde putandum,  
Grammata dicta, quod hæc viginti et quatuor in se  
Uncia habet.

Vide alia notione in *Scrupulus* 3.

† **SCRIPUS**, Pappia, *Difficultas* : unde *Scrupulus*, nisi ita ibi legendum sit.

† **SCRITOBINI**. Vide *Scrikkofini*.

† **SCRITURIARIUS**, ut supra *Scritinarius*, nisi etiam ita legendum sit. Charta ann. 1265. tom. 1. Corp. Diplom. pag. 223 : *Ego Leonardus de Piperno, sacrosanctæ Romanæ Ecclesie Scrituriarius.* Vide in *Scritinium*.

\* *Scrituriarius* supra ex tom. 4. Cod. Ital. diplom. col. 418.

\* **SCRIVA**. Annal. Placent. ad ann. 1453. apud Murator. tom. 20. *Script. Ital.* col. 903 : *Interea miranda quædam mechanica composuisse, scalas, balistras, catapultas, testudines, caveas tres et decem; habuisse enim affirmabant artifices ex Scriva argenti sydnarios.*

† **SCRIVABILIS**, Aptus ad scribendum. Charta Richardi II. Reg. Angl. ann. 1380. apud Rymer. tom. 7. pag. 233 : *Viginti et duas balas paperi Scrivabilis.*

\* **SCRIVANARIA**, *Scribæ* seu notarii officium. Stat. Avenion. ann. 1243. cap. 18. ex Cod. reg. 4659 : *Nullus in curia vel occasione curiæ utatur notariæ vel Scrivanariæ officio, etc.* Vide supra *Scribanaria*.

† **SCRIVANIA**. Vide *Scribania*.

† **SCRIVARIUS**, Ital. *Scrivano*, *Scriba*, notarius. Caffari Annal. Genuens. ad ann. 1159. apud Murator. tom. 6. col. 274 : *Cardinalibus quoque, et Abbatibus, Priori-*

*bus, Judicibus, Advocatis, Scriveriis, Primiceriis et scholæ cantoribus, ... non longe ab urbe insimul congregatis.*

\* **SCRIVEARIUS**, Notarius, ut supra *Scripturiarius*. Pactum inter Carol. 1. comit. Prov. et abbat. Insulæ Barb. ann. 1262 : *Per præsens instrumentum cunctis apparet evidenter, quod in præsentia mei Thomæ Blancpoil, auctoritate apostolica Scriverarii, et testimonio subscriptorum, etc.* Ibidem : *Ego Thomas Blancpoil, uuctoritate apostolica Scriverarius, præmissis interfui, etc.* Vide *Scriverarius*.

\* **SCROA**, *Schedula*, commentarius, vulgo *Mémoire*. Comput. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 262. col. 1 : *Solvit clavarius Andree de Buazono fabro, pro duobus canonibus ferri factis per eundem ad provisionem dictæ civitatis, pro toto, ut constat per ejus Scroam, iiij. flor. 1/2.* Vide infra *Scroam*.

**SCROBA**, [Fossa ferraricia, a Lat. *Scrobs* : unde etiam Matisconensibus *Crob*, et aliis *Croton*, interior carcer, Gall. *Cachot, basse fosse*.] Vide *Fossa* 1.

**SCROBS**, Pulvis, pro *Scobs*. Fragmentum Petronii : *Sustulerunt servi omnes mensus, et alias attulerunt, Scrobemque croco et ninio tinctam sparserunt.*

**SCROBULLA**, Vestis muliebris. B. Odoarius de Foro Jul. in Peregrinat. num. 4 : *Istæ vero mulieres ambulat discaleatæ, portantes Scrobullas usque ad terram.*

† **SCROELLE**, **SCRUELLE**, *Strumæ*, *scrofula*, Gall. *Ecroüelles*. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Scrofulla, Escroelle, une maladie qui vient ou col, c'est le mal le Roy.* Gualbertus in Mirac. S. Rictrudis tom. 3. Maii pag. 133 : *Frequentabatur B. Rictrudis populoso accessu miserima infestatione vermium laborantium, quod genus morbi Scroelle vulgariter nuncupatur; quod genus utique incommodi compagine membrorum cui adhaeret, fere sicut cancer misere populatur.* Acta S. Francisci de Paula tom. 1. April. pag. 155 : *Ipsæ fuit detentus gravi infestura, quam in parte inferiori genæ suæ dextræ circa guttur patebatur. ... Aliqui enim chirurgici morbum esse dicebant scropharum sive Scruelles, alii vero non.*

† **SCROFOLÆ**, ab Ital. *Scrofola*, Eadem notione. Acta S. Franciscæ Rom. tom. 2. Mart. pag. 99 \* : *Passus fuerat per duos annos infirmitatem in gutture que u Medicis vocatur Scrofolæ.*

† **SCROPHULÆ**, **SCRUPHULÆ**, Eodem significatu. Oratio Legator. Caroli VII. Regis Franc. apud Acher. tom. 9. Spicil. pag. 325 : *In curatione ulcerum, quæ vulgariter Escrouelles, Latine vero Scrophulæ nuncupantur.* Append. ad Agnelli Pontif. de S. Barbatiano apud Murator. tom. 2. pag. 197 : *Ejus guttur Scruphulæ circumdederant, et maxinas cutes habens, minime valebat suam cervicem erigere.*

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Seroala, Prov. scrofula*. Sedulo examinabantur, qui hoc morbo curandi regibus nostris offerebantur, ut discimus ex Lit. remiss. ann. 1454. in Reg. 187. Chartoph. reg. ch. 213 : *Quant alames en nostre ville et cité de Langres, pour ce que le suppliant avoit une seur, que l'en disoit estre malade des Escroelles il lu mena devers nous, et trouvu*



par aucuns de nos gens qu'elle n'en estoit aucunement malade, et pour ce la ramena en son hostel.

¶ **SCROFA**. Vide infra *Scropha*.

**SCROFINA**, Quoddam instrumentum carpentarii, quod hærendo scrobem faciat. Joan. de Janua. In Catholico parvo : *Scrophina, instrument à charpentier, à graver, [roeyne, in Gloss. Sangerm.]*

\* **SCROFIPASCUS**, Subulcus, apud Henr. ab Heers Observat. xj.

¶ **SCROFOLE**. Vide *Scroelle*.

\* **SCROFULA**, Tumor a strumis distinctus. Annal. Victor. MSS. ad ann. 1311. ubi de miraculis S. Petri Cœlest. : *Quidam etiam, qui Scrofulam grossam ad quantitatem ovi gallinæ in manu per quinque annos habuerat, benedictione facta per ipsum sanctum super infirmitatis locum, fuit post morulam modicum sanatus totaliter et perfecte.* Vide supra in *Scroellæ* et mox *Scrofula*.

**SCROPHAS**, **SCROFA**, Machina ad suffodiendos urbium obsessarum muros. Willel. Tyrius lib. 3. cap. 5 : *Machinas ad suffodiendum murum habiles et necessarias, quas vulgo Scrophas appellant.* Lib. 17. cap. 24 : *Scrophas quoque ex eadem contextu materia, quibus impune ad complanandos aggeres accedebatur.* Lib. 18. cap. 19 : *Ut Scrophas muteria competenti intexerent, in quibus libere delitescerent, qui ad suffodiendum aggerem introducerentur.* Fulcherius Carnot. lib. 1. cap. 18 : *Machinis autem paratis, arietibus scilicet et Scrophis, ad assiliendum se paraverunt.* Matth. Paris ann. 1226 : *Petraria, balista, Scrofa, catus, etc.* [Comput. ab. ann. 1333. ad ann. 1336. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 276 : *Item Francisco Pauli de Rossa qui ivit ad recipiendum Scrofas triginta donatas per dom. Regem apud Gaudrianum cum uno famulo, pro expensis et salario ipsorum, taren. 11. gran. x.]* Vide Notas ad *Alexiand. cap. 391.*

**SCROFA DUCARIA**, Ductrix aliarum Scrofarum. Vide *Ducurius*.

¶ **SCROPHIO**, ut *Scorpio* 3. apud vet. Auctor. rei agrariæ pag. 147. 213. etc. Vide *Scrophiines*.

¶ **SCROPHULÆ**. Vide *Scroelle*.

\* **SCROPRISIA**, perperam pro *surprisia*, Exactio extraordinaria. Vide in hac voce. Charta Guill. comit. Matic. inter Probat. tom. 1. Hist. Sequan. pag. 100 : *Dono et guerpio taillias et Scropristas, quas in supradictæ ecclesie terris faciebam.*

\*\* **SCROTARIUS**, Qui vinum in cella deponit, Germ. *Schroeter*, Elench. Prælat. S. Joann. apud Guden. Cod. Diplom. tom. 3. pag. 832 : *Unum fertonem de officio unius Scrotarii, etc.* Chart. ann. 1252. in Guden. Syllog. pag. 213 : *Homines quoque nostri, vectores videlicet qui Schrotere vocantur, nichil a memoratis fratribus extorquere debent, vel se intromittere de vecturu vel portatione vini eorum.* Adde aliam ann. 1225. ibid. pag. 142.

**SCROTTER**, Navigii species apud Danos. Saxo Grammaticus lib. 5 : *Rex navigium donat, Scrotter remiges vocitabant.*

¶ **SCROVA**, pro *Scrofa*, pluries in Leg. Salica tit. 1. §. 6. 7. 13.

¶ **SCROZIA**, Fulcrum subaxillare, Ital. *Gruccia*, Gall. *Crosse*, *bequille*. Vita vener.

Catharinæ de Palantia tom. 1 April. pag. 653 : *Erat mutus et stropiatius una tibia et ibat cum ferulis seu tamolis, ... et dimisit ibi tamolas sive Scrozias.*

\* **SCROUA**, Commentarius, scheda, in qua per ordinem res describuntur, Gall. *Mémoire*, alias *Escroe*. Vide supra *Escroa*. Charta ann. 1341. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 653 : *Scrouas seu cedulas, quas asserunt super hoc habere reddere promiserunt domino regi. .... Traditis dictis Scrouis seu cedulis per vos tradendis dominis Camerae computorum Paris.* Vide supra *Scroa*.

**SCRUA**, Vide *Screo*.

¶ **SCRUDLAND**. Vide *Scrutlanda*.

¶ **SCRUELLE**, ut *Scroelle*. Vide ibi.

**SCRUFERRARI**, Papiæ MS. : *Viles atque contempti.* Perperam in edito, *Scruferatarii*.

\* **SCRUFULA**, ut supra *Scrofula*. Mirac. B. Laur. Erem. tom. 2. Aug. pag. 308. col. 1 : *Mulierem Scrusulam habentem in pulpebra oratione et aqua sanavit.* Ibid. col. 2 : *Mulier Scrusulam patiens in manu, etc.*

**SCRUNTISSA**. Glossæ MSS. ad Boetium de Consolato. ex Bibl. S. Germani Paris. : *Rimula, Scruntissa.* [ *Scruntussa, fissura, rima*, ex Glossar. Mons. apud Schilter in Gloss. Teuton.] [\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 586.]

¶ **SCRUNTONNES**. Tabular. S. Germani Paris. : *Qui custodiunt pressorium Regis apud S. Stephanum habent iv. ninas avenæ ad parvam mensuram quorum duæ raduntur et duæ cumulantur, xii. quoque denarios et ix. panes quales habent monachi, ix. etiam Scruntiones candele semel in anno.* Certum pondus significari videtur. Vide *Tesa candele*.

¶ **SCRUNTUSSA**. Vide *Scruntissa*.

¶ **SCRUPHULÆ**. Vide *Scroelle*.

¶ **SCRUPULARE**. Vide *Scrupulare*.

¶ **SCRUPULOSITAS**, Conscientiæ stimulus, sollicitudo, difficultas, dubitatio. Codex. Tradit. S. Emmerami apud Bern. Pezium tom. 1. Anecd. part. 3. col. 107 : *Eo scilicet tenoris pacto, ut nullus aliquo Scrupulositas nodo detentus inhereat.* Utitur non semel Tert. Columella lib. 11. cap. 1. Ulpian. Dig. lib. 28. tit. 3. leg. 12. etc.

\* Juram. fidel. civium Carcass. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 175 : *Et ut omnis Scrupulositas et ambiguitas de nostris cordibus abradatur, etc.*

¶ **SCRUPULOSUS**, Intricatus, difficilis. Erulfus Roffeus Epist. 2. tom. 2. Spicil. Acher. pag. 440 : *Qui gaudent imperitis Scrupulosarum parare luquos quæstionum.* Vox Latinis non ignota eodem significato, *Scrupulosa disputatio*, apud Quintilian. 9. 1.

¶ 1. **SCRUPULUS**, Negotium, difficultas. Chron. Episc. Metens. apud Acher. tom. 6. Spicil. pag. 644 : *Scrupulus autem subputationis annorum, partim negligentia scriptorum, partim pressura persecutorum, ut arbitror, in Ecclesia inolevit.*

¶ 2. **SCRUPULUS**, Suspicio, Gall. *Souppçon*. Atto Episc. Vercell. Ep. 10. apud eumd. Acher. tom. 8. Spicil. pag. 131 : *Negligere enim qui potest deturbare perverios, nihil aliud est quam fovere. Nec caret Scrupulo societatis occultæ, qui manifeste facinori desinit obviare.*

¶ 3. **SCRUPULUS**, Mensura agraria, quæ ex Columella lib. 1. cap. 1. centum continet pedes. Charta Lotharii I. Imper. ann. 840. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 390 : *Ex fundo Bussuli uncias ix. et Scrupulos 111.*

¶ **SCRIPULUS**, Eadem notione. Tabul. Landevenec. : *Ego Gradlonus Rex tradidi... terram quæ vocata est Lan-Ratian, id est, duodecim Scripulos terre.* Ibidem : *Et unum Scripulum terre in Moelian.... Do de mea propria hereditate Scripulum terre viro Dei S. Tinsoud.*

\* **SCRUTA**, *Vasis species*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613. Alia notione utuntur Latini. Vide *Scrutaria*.

¶ **SCRUTAMEN**, Inquisitio. Vita S. Dunstani tom. 4. Maii pag. 348 : *Aliorumque prudentium libros quos ab intimo cordis aspectu Patrum sanctorum assertionem solidatos esse persensit, solubili semper Scrutamene indagavit.* Vide *Scrutatio*.

¶ **SCRUTARIA**, Ars scruta seu veteramenti vendendi. Apuleius lib. 4. Metamorph. : *Timidule per balneas et aniles cellulas reptantes, Scrutarium factis. Scrutarium, γρυστοπωλείον*, in Gloss. Lat. Græc. Hinc qui artem hanc exercet dicitur

¶ **SCRUTARIUS**, γρυστοπόλης, in iisdem Glossis. Gellius lib. 3. cap. 14. ex Lucilio : *Scruta quidem ut vendat Scrutarius laudat.* Memorantur præterea *Scrutarii*, quorum erat operimenta librorum subministrare, inter artifices monasterii Centulensis apud Mabill. tom. 2. Annal. Bened. pag. 333. ut et monasterii Corbeicensis ibid. pag. 466.

\*\* **SCRUTATE**, adverb. apud Virgil.

Gramm. pag. 72.

¶ **SCRUTATIO**, Inquisitio, exploratio. Charta ann. 1419 apud Rymer. tom. 9. pag. 769 : *Absque aliqua contradictione, aut Scrutatione, aliove obstaculo aut impedimento.* Odiosa *Scrutatio*, apud Gellium lib. 9. cap. 10. Utitur etiam Seneca de Vita beata cap. 23. Vide *Scrutamen*.

**SCRUTATOR**, Idem, qui *Circator*, et summus speculator, in Monasteriis, *Visitor*. Vide Statuta Ordinis de *Sempringham* c. 5. 7. et capitulo de summis scrutatorib. c. 1. 2. 3. 4. etc.

**SCRUTATRICES DE CARETA** : in Regula ejusdem Ordinis de *Sempringham* cap. 3. *Scrutatrices Claustris*, cap. 8.

¶ **SCRUTATORES**, Qui in electionibus, quæ per *Scrutinium* fiunt, secreta vota et suffragia singulorum eligentium colligunt, eaque ne fraus obrepat, examinant, vulgo *Scrutateurs*. Ericus Upsalensis lib. 6. Hist. Sueciæ pag. 195 : *Consentibus igitur cunctis, qui vocem in electione Regis habere putabantur, ... datis Scrutatoribus, duobus scilicet Episcopis, et duobus Militibus, tres electi fuerunt.* Constitut. Ord. Prædicat. part. 1. col. 209 : *Scrutatores vocum non sint cœci, neque surdi. Scrutatores debent primo sua, deinde aliorum vota ad paratam mensam in Capitulo sedentes, in urna recipere, etc.* Vide in *Scrutinium*.

¶ **SCRUTILLUS**. Vide *Scrutulus*.

**SCRUTINARE**, pro *Scrutari*, inquirere, apud Luciferum Calaritanum lib. 1. pro S. Athanasio pag. 72. [Occurrit præterea apud Vulg. Interpr. 4. Esdr. cap. 16. v. 63. et 65.] Gloss. Gr. Lat. : Ἐρευνα, *Scruti-*



natio, indagatio. [Vide *Scrutatio* et mox in *Scrutinium*.]

**SCRUTINIUM.** Gloss. Gr. Lat. : *Ζήτησις*, *Scrutinium, questio*. [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Scrutinium, Scrutine, enserchement, inquisition*. Charta ann. 1281. apud Kennett. Antiquit. Ambrosd. pag. 297 : *Idem Prior facto inde per vicinos diligenti Scrutinio, certioratus per eosdem de dicto in hoc ad nocumentum et gravamen seu impedimentum, etc.*] Apuleius lib. 9. *Scrutinium* vocat exactam furti perquirendi formam per lancem et licium. Lex Burgundicæ tit. 16. §. 7. de eo, qui in vineam alterius furti causa intrare præsumperit : *Si ingenuus non visus fuerit, et postea aut per vin, aut per Scrutinium inventum fuerit, jubemus, ut ad redimendum se, etc.* Lex Ripuar. tit. 47. de Vestigio minando : *Quod si (animal) in domo fuerit, et ei Scrutinium, cujus domus est, contradixerit, ut fur habeatur*. Ita *Scrutinium* pro perquisitione rei furto ablata usurpat Andreas Suenonis lib. 7. Legum Scaniæ cap. 2. 3.

\* Hinc nostris *Scrutine*, eadem notione. Lit. ann. 1407. tom. 9. Ordinatio reg. Franc. pag. 202 : *Pour grant Scrutine et investigation faites par nous, etc.*

† **SCRUTINIUM**, Inquisitio, interrogatio, Gallis *Examen*. Statuta Eccl. Valent. inter Concil. Hispan. tom. 3. pag. 510 : *Mandamus quod quarta feria Quatuor Temporum omnes ordinandi archidiaconibus se repræsentent, ut tam de vita, quam de moribus, quem de scientia possit fieri Scrutinium diligenter*. Hinc

**SCRUTINIA** *Catechumenorum* dicuntur interrogationes, examinationes et instructiones *Catechumenorum*. Papias : *Scrutinium, iter Baptismi, a scrutando dictum, utrum firma mente teneant, quæ a Magistris didicerunt*. Hausit ex Amalario Fortunato cap. 8. *Examen Catechumenorum* vocat S. Augustinus lib. 2. de Symbolo ad *Catechum.* ubi de exorcismo loquitur. Idem de Fide et operib. cap. 61 : *Vel non intueamur alios, qui per annos singulos ad lavacrum regenerationis accurrunt, quales sint ipsis diebus, quibus catechizantur, exorcizantur, scrutantur, etc.* Rupertus lib. 4. de Divin. offic. cap. 8 : *Scrutinia dicuntur a scrutando, quia perscrutandum erat in his, qui accedebant, ne qua radix amaritudinis subsesset, velut infuit in Simone Mago, et in hæreticis quamplurimis, etc.* Capit. Caroli M. lib. 5. cap. 220. [372.] : *Ut scrutinium more Romano tempore suo ordinate agatur*. Hincmarus Remensis in Capitulis ad Presbyteros Parochiæ suæ cap. 2 : *Ut scrutinium, et omnem ordinem baptizandi nulli penitus liceat ignorare*. Adde Riculfum Suessionensem Episcopum cap. 8. Sed de Scrutinio in Baptismo vide [Tertullianum de Baptismo,] Ordinem Romanum in Ordine vel denuntiatione Scrutinii, Rupertum Tuitiensem lib. 4. de Divin. offic. cap. 18. 19. 20. Honorium August. lib. 3. cap. 53. Hugonem a S. Victore lib. 1. de Sacram. cap. 17. Joannem Episcop. Abrinc. de Offic. Eccl. pag. 38. Durandum lib. 6. Ration. cap. 56. [Menardum in Notis ad lib. Sacram. pag. 139. Joseph. Vicecomitem lib. 3. de antiq. baptis. Rit. cap. 21.] etc. Leidradus Archiep. Lugdun. de Sacramento Baptismi cap. 1 : *Hæc tota*

*actio, quæ super Catechumenis et Competentibus celebratur, a quibusdam Scrutinium nominatur, non ob aliud, ut putamus, nisi a scrutando, juxta illud Psalmistæ : scrutans corda et renes Deus, eo quod ibi scrutarentur corda credentium et dubitantium a Sacerdotibus, ut intelligerent, quis ad baptismum jam rite admitteretur, quis adhuc differretur*. [Anonymus circ. ann. 811. de Ord. baptis. cap. 4 : *Scrutinium a scrutando dicitur, quia tunc scrutandi sunt catechumeni si rectam jam noviter fidem symboli eis traditam firmiter tenent.*]

**SCRUTINII** **DIES**, quarta FERIA majoris hebdomadæ, sic nuncupata, quia, ut ait Hugo de S. Victore lib. de Sacram. cap. 17. *prædicta quarta feria de fide inquiruntur, et instruuntur (Catechumeni,) ideo dies illa Dies Scrutinii, et officium illud Scrutinium appellatur*. In Ordine Romano communiter Christiani, ut ad diem scrutinatorum frequentes conveniant, hisce verbis : *Scrutinii diem, dilectissimi fratres, quo electi nostri, (hoc est, Competentes) divinitus instruantur, imminere cognoscite, ideoque sollicita devotione succedente sequenti quarta feria circa horam tertiam convenire dignemini, etc.*

**SCRUTINIUM**, Electionis forma etiam dicitur, cum videlicet omnibus præsentibus, qui debent, volunt, et possunt interesse, commode assumuntur de collegio tres fide digni, qui *Scrutatores* appellantur, qui secreta singulorum vota et suffragia diligenter inquirunt, eaque in scripta redigunt. Ab hujusmodi scrutatione et investigatione diligenti *Scrutinii* nomen huic formæ eligendi impositum est, quod passim reperitur in Decret. tit. de Elect. [Jac. Gaïetanus in Ord. Rom. apud Mabill. tom. 2. Musei Ital. pag. 247 : *Si in electione Romani Pontificis velint Cardinales per viam Scrutinii procedere, solent eligi tres scrutatores collegii, et alii tres scrutatores scrutatorum, etc.* Adhibitur quoque est scrutinium in electionibus Episcoporum. Appendix ad Capit. col. 1371 : *Qui (Episcopi) simul convenientes Scrutinium diligenter agunt juxta consuetudinem sancte Romanæ Ecclesiæ atque instituta Carthaginensis Concilii, etc.*] Formulam electionis factæ per scrutinium exhibet Rolandinus in Summa Notariæ cap. 6. Adde Leges Alfonsinas, seu *Partidas*, part. 1. tit. 5. lege 19. et Innocentium Cirouum in Paratit. pag. 23. 45. [Vide *Scrutatores*.]

† **SCRUTINARE**, *Scrutinium* agere. Jac. Gaïetanus in Ord. Rom. apud Mabill. tom. 2. Musei Ital. pag. 247 : *Modus autem Scrutinandi et deponendi votum in scrutinio in porta talis est. Leg. in Sporta.*

† **SCRUTINIUM**, quasi diminut. a *Scrinium*, Arcula. Passio S. Thomæ Cantuar. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1749 : *Quicquid in scriniis sive in Scrutiis, ut cistellis Archiepiscopi et suorum potuit inveniri... stupendum ausu deripientes, etc.*

**SCRUTITUM**, *Pellica*, in Gloss. Isid. *Pellicium*, in Pithæanis : [unde emendat Grævius : *Scorteum, pelliceum*. Vide *Scortisarius*.]

**SCRUTLANDA**, [Somnero est Terra cuius proventus vestibis emendis assignati sunt : a Saxon. *Scr* ud, vestitus, et *Land*, terra, fundus. Charta Eadsii presbyt. pro

Eccl. Cantuar. : *Dedit etiam terram illam apud Orpedingtonam in vita sua, pro anima sua, Deo in Ecclesia Christi servientibus in Scrudland.*] Monasticum Anglicanum tom. 2. pag. 14 : *Terram Helyot ejusdem villæ; duas Scrutlandas de Nasinges cum ipsa Ecclesia etc.* Pag. 16 : *Luketum cum Ecclesia, et Scrutlanda et suis pertinentiis*. Ibidem mox legitur *scolanda*, quod videtur idem cum *scrutlanda* : *Duas Scolandas de Watfore cum suis pertinentiis*. [\*\* Anglos. *Sc*o vel *s*ceo, calceus.]

**SCRUTULUS**, *Ventriculus fartus*. Gloss. Isid. [Legendum *Scrutillus* ex Festo : *Scrutillus, venter suillus condito farre repletus : quod ex Plauto eruit. Id jam monuerat Grævius.*]

1. **SCRUTUM**, [ut *Grutum*, nisi ita legendum sit, Flandris *Gruten* et *Gorte*, Hordeum siccatum, ex quo conficitur cerevisia; vel Tributum quod pro cerevisia pensatur.] [\*\* Germ. *Schrot*, Far.] Charta Adalberonis III. Episcopi Metensis ann. 1059. apud Meurissium pag. 364. et Miræum in Cod. Donat. pag. 181. et in Notitia Eccl. Belg. pag. 171 : *Donavit eidem Ecclesiæ et fratribus inibi Deo servientibus Scrumum ejusdem oppidi, hoc est, potestatem ponere et deponere illum, qui materiam faceret, unde levantur cerevisiæ, et de singulis cerevisiis, quæ brassicantur in oppido nostro, sex picarios ad opus fratrum suscipere, quod ad servitium suum et antecessorum suorum pertinebat*. [Vide *Grutum*.]

2. **SCRUTUM**, in Catholico parvo *Robe despecée*. Vox Lat. [Sed in plurali tantum usurpata a Scriptoribus purioris ætatis.]

† **SCUAGIUM**, ut *Scutagium*. Vide in hac voce.

† **SCUBIÆ**, pro *Excubiæ*. Mirac. MSS. Urbani V. PP. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *Invenit carcerem apertum et transivit per gentes et Scubias et neminem invenit*. Occurrit præterea in Capitul. Lotharii tit. 3. § 8. et 11. In singulari numero legitur in Charta ann. 1379. ex Schedis Præs. de Mazaugues : *Dicta curia habet fortalitium magnum,.... in quo quidem est una squilla quæ pulsari consuevit propter Scubiam fiendam nocte*. Vide *Excubiæ* 1.

\* Unde *Scous*, eodem sensu, in Charta ann. 1381. ex Tabul. Massil. : *Eligunt gardaios sive Scous ad standum in montanea dicta de Rieu.... pro tuitione civitatis, propter infideles Sarracenos discurrentes per mare Massiliæ, et gardias pouere in locis superscriptis*.

† **SCUBITOR**, pro *Excubitor*. Vide in hac voce. Acta S. Reparatae apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 742 : *Decius præses dixit Scubitoribus suis : Novaculum afferte, et decalvate eam et per publicanos ducite eam*.

† **SCUCCO**, Anglo-Saxon. *Dæmon*, *diabolus*, Gothis *Skohst*, *dæmones* : hodie *Scheuchen*, *Scheuhsal*, terrorelementum. Ita Schilter. in Glossario Teutonico. [\*\* Vide Grimm. Mythol. German. pag. 274. et 561.]

† **SCUCHEO**, *Schuch*, *Scutum* gentilium, Angl. *Scutcheon*, Gallice *Ecusson*. Litteræ Edwardi III. Reg. Angl. ann. 1338. apud Rymer. tom. 5. pag. 60 : *Unum callicem auri, cum Scuchonibus.... Unum*



*Scucheonem aureum quadratum... Unum Scucheonem auri cum magna saphiro. Pluribus ibi. Litteræ ejusd. Reg. ibid. pag. 49: Unum ciphum argenti.... cum uno Scuchone in fundo dearmis Lancustræ.*

\* *Scuchon*, in Inventar. jocal. Eduar. I. reg. Angl. ann. 1297: *Item une (coupe) d'or grenetée, dedens s'a ou fous un Scuchon d'Angleterre. Infra: Eseuchon. Vide supra Escuchonetus.*

† **SCUCHONNETUS**, diminut. a *Scucho*, *Scutulum*. Inventar. Eccl. Noviom. ann. 1419: *Item pannus sericus cum Scuchonnetis ad deferendum Corpus Domini. Vide Escuchonetus.*

**SCUDATI**, Aurei, Moneta Regum Galliarum, nostris *Escus d'or*: apud Joan. a Leydis lib. 32. Chr. cap. 14. [Deliberatio trium Statuum Occit. inter Probat. tom. 1. Annal. Tolos.: *Solvendo cuilibet de dietis quinque millibus Aquitanis pro mense quindecim Scudatos auri seu vulorem. Charta ann. 1398. apud Miræum tom. 2. pag. 894: Item annuum et perpetuum redditum 45. Scudatorum aureorum veterum monetæ Regis Franciæ.] Vide *Moneta*.*

† **SCUDATA**, Eadem notione, apud Buschium de Reform. Monast. tom. 2. Script. Brunsvic. Leibnit. pag. 938: *Præfata autem amita mea Meelthidis Bomgarten procuraverat mihi religionem intranti 50. Scudata in auro, in valore circū 70. florenos Rhenenses.*

† **SCUDAZOLLUM**, diminut. ni fallor ab Ital. *Scudo*, *Scutum gentilitium*, Gallis *Ecusson*. Funus Johannis Galeaz ann. 1402. apud Murator. tom. 16. col. 1032: *Postea vero sequuti sunt in ordine homines duo mille,.... singuli gradatim deferentes unum clostrum pro quolibet, et cum Scudazollis Viperæ, ducatus Mediolani, et comitatus Papiæ, sutis super pectore et post in spatulis. Vide Scudetum.*

† **SCUDELARIA**, *Scutella*, Gall. *Ecuelle*. Statuta Placent. lib. 6. fol. 83: *Item de Scudelariis rami ultra videlicet pro libra sol. den.*

† **SCUDELLA**, **SCUDELLINA**, Voces Italica ejusdem notionis ac *Scudalaria*. Johannis Demussis Chron. Placent. ad ann. 1388. apud Murator. tom. 16. col. 583: *Utuntur taciis, cugiariis, et forcellis argenti, et utuntur Scudellis et Scudellinis de petra. Anonymi Annal. Mediol. ad ann. 1389. ibid. col. 812: Scudellæ xxv. albæ argenti cum diversis operagiis. Aliæ Scudellæ albæ argenti xiv. Aliæ Scudellæ lvi. deauratæ cum diversis operagiis.*

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Scudellu, Prov. Scutella, discus, ferculum. Escudelle, in Lit. remiss. ann. 1422. ex Reg. 172. Chartoph. reg. ch. 252.*

\* **SCUDELLORIUS**, Parva scutella. Vide supra *Escudellorius*.

\* **SCUDELO**, Eodem intellectu. Comput. ann. 1334 inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 88. col. 1: *Pro quinquagintu sissoris, inclusis xviij. perubsidibus, quæ fuerunt amissæ, et tresdecim Scudelonibus, etc. Vide supra Escudelonus.*

\* **SCUDERE**, pro *Cudere*. Charta Car. dalph. ann. 1356. in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. Vienne fol. 4. 1.º: *Mandamus quatenus monetam nostram in nostro Dal-*

*phinatu Scudi et fieri solitam, cum ad præsens ibidem, ut intelleximus, nulla pro nobis fiat vel Seudatur, Seudi vel fieri celeriter faciatis.*

† **SCUDERIUS**, Armiger, Ital. *Scudere*, Gallice *Ecuyer*. Funus Johannis Galeaz ann. 1402. apud Murator. tom. 16. col. 1026: *Et postea ipsi steterunt ibi cum dictis Scuderis ad recipientium et offerendum confanones, bannerias, etc. Vide Scutarius.*

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Scudier, Prov. verna militum vel divitum, vernula, scutifer. Vide supra Escuerius.*

† **SCUDETUM**, *Scutum gentilitium*, Ital. *Scudo*, Gall. *Ecusson*. Petrus Amelius in Ord. Rom. apud Mabillon. tom. 2. Musei Ital. pag. 537: *Secundo dominus Anglicanus cum duobus panibus cooperis, cum tobaleis et armis et Scudetis sanctæ Brigide, et trium Cardinalium commissariorum.... tertio dominus Barenensis cum duobus magnis bacilibus de vino et malvatico... cum armis et Scudetis domine et Cardinalium predictorum. Vide Scudazollum.*

† Alia notione, ut videtur, forte pro lamina ferrea qua focus munitur, quia scuta gentilitia ut plurimum in iis referuntur, occurrit in Computo ann. 1379. ex Schedis Præs. de Mazaugues: *Item unum cremastulum cum quadam alia quantitate ferri. Item unum Scudetum.*

\* **SCUDETUS**, *Scutum gentilitium*, Gall. *Ecusson*. Comput. ann. 1380. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 30. col. 1: *Solvi plus dicto magistro Bernardo petori, pro pingendo dictos xij. Scudetos floribus lili et aliis xij. armis Comunis, etc. Vide Scudetum.*

\* **SCUDICCIUOLUS**, Instrumentum capiendis coticornicibus idoneum, Ital. *Scudicciuolo*. Stat. antiq. Florent. lib. 3. cap. 177. ex Cod. reg. 4621: *Nullus capiut quales ad gualgetorem, vel Scudicciuolum.... sub pæna solidorum centum.*

**SCUDITIA**. Isidorus lib. 20. Orig. cap. 14. et ex eo Papias: *Fossarium, dictum, quod fossam faciat, ipsu est Scuditia. Idem Papias: Scuditia, dicta, quod circum cutem al. caudicem terrum aperiat. Hanc alii Fossarium dicunt, qui fossam faciat. Gloss. Anglo-Sax. Ælfrici: Scuditiu vel fossorium, spad.*

\* **SCUDOZOLUS**, *Scutum gentilitium*, Ital. *Scudo*. Invent. ann. 1389. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 364: *Aliæ ulæ duæ zundalis nigri,.... Scudozoli inter magnos et parvos xxxix. Vide Scudazollum.*

† **SCUDULA**, pro *Scindula*. Vide in hac voce.

† **SCUFERUS**, Leg. *Stuferus*, et vide in hac voce. Monetæ genus. Adrianus de Veteri-busco de Reb. Leod. apud Marten. tom. 4. Ampliss. Collect. col. 1373: *Conclusum fuit.... quod de quolibet domistadio solveretur unus Scuferus... Fuit cavistia in omnibus partibus. Modius spelte vendebatur (Leodii) 32. Scuferis et 28. in Namurco, uliquando 36. et plus. Synodus Mechlin. ann. 1574. apud eumd. tom. 4. Anecd. col. 455: *Pro sigillo ac laboribus eorum non possunt (secretarii) simul accipere ultra decimam partem aurei, et vulor aurei frequenter mutetur, atque ea occasione officiat diversimode stipendium scripturæ et laboris**

*exigunt, Concilium decernit et declarat decimam partem aurei non extendendum esse ultra quatuor Scuferos cum dimidio. Rursum col. 458: Item, concluderunt domini, quod ad petitionem partium poterunt permittere reclamationem et degutationem purvorum censuum usque ad sex Scuferos seu duodecim grossos certo tempore præfixo.*

† **SCUFFIUM**. Vide infra *Scufia*.

**SCUFFONES**. Vide *Scafones*.

**SCUFIA**, Tributi species apud Longobardos. Charta Adelchisi Regis Longob. in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 18: *Concedimus per ipsa Monasteria omnes Scufias publicas, et augarias, atque operas, et dationes vel collectus, etc. [Statuta Verceil. lib. 1. fol. 11. vº: Super illis imponi faciat et exigi fodrum et datum et Scufian non derogando propterea aliis statutis qui viderentur contraria huic statuto. Rursum occurrit lib. 2. fol. 32. vº.]*

\* Et **SCUPHIA**, Onus publicum, cui cives addicti sunt. Charta Henr. imper. II. ann. 1055. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 76: *Cum districtu, cum porcis et vervecibus, cum operibus et omnibus Scufis. Alia Henr. IV. ann. 1111. ibid. col. 78: Cum operibus et ulbergariis, et omnibus Scuphiis. [\*\* Vide Murat. col. 76 qui de fide chartæ Adelchisi dubitat. Etymon forte petendum a latino *Excubiæ*.]*

† **SCUFFIUM**, **SCUFIUM**, Eadem notione, Statuta Astens. fol. 10. verso: *Quod Postestas non possit compellere infirmos S. Lazari, sive illos de dicta domo vel ecclesia ad præstandam vel dandum aliquam curiam alicui civi Astensi, vel aliquod aliud Scuffium faciendum pro Communi. Ibidem fol. 26: Et si aliquis juraverit citanicum civitatis itu quod in Ast debeat habitare, compellam eum venire ad habitandum... Et si non venerit in Ast ad habitandum predicta forma compellam ipsum solvere et ejus avere pedagia et alia Scufia civitatis tanquam extraneum. Rursum fol. 63: *Item quod nuntii Communis Astensis sint exempti a custodiis et omnibus aliis Scufis personalibus in civitate Astensiet burgis. Hinc Scufii nomine Servitii etiam genus significari colligitur.**

† **SCUFUM**, Eodem intellectu, in Charta Frederici II. Imper. ann. 1239. inter Privil. Ord. S. Johan. Hierosol. pag. 29: *Statuentes nihilominus ut... nullus... personam aliquam religionem Hospitalis predicti professant... angariare vel plectere, vel ad expeditionem cogere, seu ad opera servilia compellere, vel dutiam solvere aut Scufum facere... præsumat.*

\* **SCUGIUS**, idem quod *Cugnus* 1. Gall. *Coin*, Typus, quo nummi enduntur et signantur. Charta ann. 1382. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 253: *Percipere debeat super omnibus et singulis bonis ipsius Petri, casu predicto eveniente, quingentos franchos auri, boni ponderis, Scugii Francorum regis.*

† **SCUILH**, vox corrupta ex Gall. *Ecueil*, *Scopulus*. Mirac. MSS. Urbani V. PP. ex Tabul. S. Victoris Massil.: *Possent evadere a fortunæ illa maris qui perirent in Scuilh qui erat satis prope. Vide Scolium.*

\* **SCUISORIUM**, pro *Scinsorium* vel potius *Scissorium*, Orbiculus mensorius, in quo dapes scinduntur. Arest. parlam. Pa-



ris ann. 1421, in lib. 1. Stat. artif. Par. fol. 89. r<sup>o</sup>: *Nichilominus dicta Actipdis... de alio ministerio, scilicet doreloteriae, se intromittebat, rubeanos, Scuisoria et scutellas ligneas faciebat.*

† **SCULCÆ**, pro *Exculcæ*, *Excubiæ*. Vide in *Collocare*. Pro multa pecuniaria ob inobedientiam militarem, in 1. si quis in exercitu de exercitalibus, teste Macro in Hierolex. Vide Gloss. med. Græcit. in *Σκοδῶσι*. Hinc

† **SCULCATOR**, *Excubitor*, vel *Scultator* et *Exculcator*, (ita enim variat lectio) apud Vegetium lib. 2. cap. 15. et 17. Unde etiam

† **SCULCATORIUS**, *Exploratorius*. *Scultatoriae naves*, apud Senator. lib. 2. Epist. 20. Vide Vossium lib. 3. de Vitiis serm. cap. 47.

† **SCULDACHIUS**, **SCULDÆUS**. Vide *Sculdais*.

**SCULDAIS**, *Papiae, Rector, lingua barbaræ*: alias *Longobardana*. Ita scribitur hæc vox in *Lege Longob.* lib. 1. tit. 17. § 10. lib. 2. tit. 38. § 2. [\*\* *Lothar. I.* 53. *Liutpr.* 84. (6, 31.)] in *Chronico Casinensi* lib. 1. cap. 6. et in *Chronico S. Vincentii de Vulturno* pag. 674. Perperam vero *Sculdalis* pag. 691. pro *Sculdahis*. *Adrianus Junius*, et *Kilianus*: *Schuldheys, i. Schoud heet, Prætor noxæ debitive exactor: qui pœnas irrogat et multas exposcit ab iis, qui deliquerunt*. Nam iudicium officio functos ejusmodi rectores ex scriptoribus passim colligitur. [\*\* Vide *Grimm. Antiq. Jur. Germ.* pag. 755. *Murat. Antiq. Ital.* tom. 1. col. 513. sqq. et mox *Scultetus*.]

**SCULDAHIS**. *Paulus Warnefrid.* lib. 6. de *Gest. Langob.* cap. 24: *Rector loci illius, quem Sculdahis lingua propria dicunt*. *Leges Liuthprandi Regis Longob.* tit. 20. § 1. [\*\* 25. (4,7.)]: *Si quis causam habuerit, et Sculdahis suo causam dixerit*. Ubi indeclinab. Ita in *Charta Longobardica* apud *Ughellum* tom. 8. pag. 20. [\*\* *Sculdahis* omnibus locis scriptum est in *Leg. Liutpr.* apud *Murator.* et *Heroldum* ubi *Lindembrog.* habet *Sculdasius*.]

**SCULDASIUS** in *Synodo Ticin.* ann. 850. in *Charta Caroli Imp.* ann. 889. pro *Monast. S. Christianæ Papiensi*, in *Lege Longob.* lib. 1. tit. 2. § 2. tit. 9. § 16. tit. 12. § 2. tit. 14. § 7. tit. 25. § 50. 73. lib. 2. tit. 9. § 2. tit. 21. § 7. tit. 41. § 1. 2. 4. tit. 52. § 14. lib. 3. tit. 12. § 5. [\*\* *Roth.* 35. 377. 15. *Liutpr.* 82. (6,29.) 44. (5, 15.) *Pipin.* 10. *Rothar.* 222. 256. *Liutpr.* 25. 26. 28. (4,7. 8. 9.) *Pipin.* 8. *Guido* 3.] *Vett. Glossæ: Sculdasius, pedaneus judex.*

**SCOLDASCHIUS**, apud *Ratherium Veronensem* in *Qualitat.* conject. pag. 211.

† **SCULDACHIO**, in *Charta Henrici II.* *Imper.* ann. 1055. apud *Murator.* delle *Antichita Estensi* pag. 7.

**SCULDACHIUS**, in *Charta Bonifacii Marchionis* apud *Franciscum Mariam* in *Mahildi* lib. 3. pag. 120.

† **SCULDÆUS**, in *Leg. Rotharis* apud *Muratorium* tom. 1. part. 2. pag. 30.

**SCULDALISTI**, male, opinor, in *Synodo Romana* ann. 904. cap. 6.

† **SCULDASCIUS**, in *Charta Ottonis III.*

*Imper.* apud *Murator.* tom. 2. part. 2. col. 496.

**SCULDASTONES**, in *Rescripto Ludovici Imp. F. Lotharii pro Casauriensi Monast.* ann. 24. in *Charta Ludovici* apud *Puricellum* in *Basilica Ambrosiana* pag. 216.

† **SCULDASSIO**, apud *Fecardum* in *Orig. familiæ Habsburgo-Austr.* ex *Charta Hugonis et Lotharii Reg. Ital.* ann. 943.

† **SCULDASSIUS**, in *Diplom. Conradi Imp.* ann. 1027. apud *Illustr. Fontaninum* *Append.* ad *Antiquit. Hortæ* pag. 388.

**SCULDAXES**, in *Chronico Novalicensi* cap. 18.

† **SCULTASIUS**, ut *Sculdasius*, in *Leg. Liutprandi* apud *Murator.* tom. 1. part. 2. pag. 67.

**SCULDASSIA**, *Districtus Sculdais*, in *Charta Berengarii Imp.* ann. 923. apud *Georg. Pilonum et Ughellum* in *Episc. Bellun.* *Vide Scultetus*.

\* **SCULELLA**, *Siliqua, Gall. Cosse.* *Serm. Gabr. Barel.* in *Septuag.* fol. 2. v<sup>o</sup> col. 1: *Nepos unius cardinalis ingressus ordinem, grossa legumina et male condita comedebat; dum interrogaretur a cardinali, quid comedisset per multos dies, fabam, inquit, et faciolos; siquis lancea foraret ejus ventrem, exirent Sculelle fabarum et leguminiuum. Nisi legas Scutelle.*

† **SCULINGUS**, f. pro *Scyllingus*, eadem saltem notione. Est autem *Scyllingus* Anglo-Saxon. teste *Hickesio*, sexagesima pars libræ. *Inventar. Eccl. Noviom.* ann. 1419: *Quidam calix cum patena et cocleari argenteis, ponderis 2. marc. 1. uncia et 15. Sculingorum. Item unus calix... ponderis 13. onchiarum (unciarum) cum tribus Sculingis. Rursum: Una pixida argentea... ponderis 3. unciarum, et 7. Sculingorum. Vide Skillingus, et Schillingus.*

**SCULNA**, **SCOLNA**, Σουλνα, Ita in *Glossis* *Lat. Gr.* et in *Gloss. MS. Gr. Lat.* ubi edit. habet. *Sculva*. *Glossæ antiquæ MSS. Scolna, sponsus.* *Glossæ Pithœanæ: Sconna, sponsus, vel sculna, sponsor.* *Papias MS.: Scoma (sic) sponsus, sconna, sponsa.* *Sculna*, pro sequestre dixit *Varro*: sed inter sordida repositus *P. Lavinius* apud *A. Gellium* lib. 16. cap. 7.

**SCULPATOR**, Γλυπτῆς, *Sculptor: γλύψων, Sculpa*, in *Gloss. Gr. Lat.*

† **SCULPITIA**, κορυδαλός, in *Gloss. Lat. Gr.* ita et *Græc. Lat.* quæ addunt *Bardalia, alauda.* *Cod. Sangerm.: Sulpitia, bardella, κορυδαλός: Regius, Sulpitia, κορυδαλός.*

† **SCULPITUS**, pro *Sculptus*. *Statuta Vercell.* lib. 4. fol. 82. v<sup>o</sup>: *Item quod fornasarius faciat... cugnolios... ad mensuram communis Vercellarum secundum quod et Sculpi sunt in lapidibus communis Vercellarum.* In *vet. Gloss.* apud *Vossium* de *Vitiis* *Serm.* lib. 4. cap. 24. *Sculpitare* est crebro *sculpere*.

† **SCULPRE**, *Scalprum, Massiliensibus Seaupe*, in *Inventar.* ann. 1294. ex *Tabul. S. Victoris Massil.* *Leg. forte Scalpre.*

\*\* **SCULPTORIUS**. *Ars Sculptoria*, ex *schol. ined. Sedulii V.* 11. apud *Maium* in *Glossario* novo.

† **SCULPTURATUS**, *Sculptus*. *Vita S. Johannis Valentin.* *Episc.* apud *Marten.* tom. 3. *Anecd. col.* 1698: *Sepelitur... in*

*claustro miris cclaturis et arte plumaria Sculptrato.*

**SCULSCARA**, *Expeditio militaris*. *Edictum Rotharis Regis Longobard.* tit. 9. § 2. [\*\* 21.]: *Si quis in exercitum aut Sculscaram ambulare contempserit, det Regi suo solidos 20.* *Vide Scara* 3. et *Collocare*.

**SCULTA**, **SCULTATOR**. *Vide Collocare.*

† **SCULTECIA**. *Vide in Scultetus.*

**SCULTEDEM**, *Idem quod Schuld Teutonibus*, *Culpa, peccatum, noxa, reatus.* *Charta Caroli Comitis Flandriæ* ann. 1125. in *Tabulario Monasterii S. Bertini*: *Dicente eodem Theinardo, quia de placitis, quæ ad Scultedum pertinent, non deberet placitari ad viscarum Abbatis, neque per scabinos inde judicari. Infra: Utrorunque causas in iudicio Baronum neorum posui, qui eidem Theinardo successoribusque ipsius foris judicaverunt, quidquid occasione Scultedum in illo Comitatu usurpare contendebat: hoc etiam judicantes prædicti Barones, ut de hospitibus ac submanentibus, et de ipso Comitatu nullus unquam placitaret, nisi viscarum Abbatis et per scabinos ejus, et nomine tenus de Scultedum, id est, de furibus, de furtis, et latrocinis, ac prorsus de omni lege et forisfactura tam maxima quam infima. Alia Charta Theodorici Comitis Flandriæ ann. 1147. ibidem: Iudicio Baronum determinaverat, ut scilicet Sanctus proprios scabinos haberet, per quos de Scultedum, id est, de furibus, de latrocinis, ac prorsus de omni lege et forisfactura tam maxima quam infima placitaret.*

† **SCULTELLA**. *Vide infra Scutella.*

**SCULTERIA**. *Charta Caroli IV. Imp.* ann. 1348. apud *Miræum* in *Diplomat. Belgic.* lib. 1. cap. 94: *Oppidum Sintzele pro 15. millibus florenorum, et Sculteriam civitatis Aquensis pro 12. milibus florenorum... titulo pignoris obligarunt. Infra: Ac alia quæcunque beneficia suprascriptis oppidis, castro, Sculteriae pertinentia. Scd legendum puto Sculetia, Ballivia, districtus Sculteti.* *Vide in hac voce.*

† **SCULTETA**, **SCULTETIA**. *Vide mox Scultetus.*

\* **SCULTETATUS**, *Præfectura, dignitas vel officium Sculteti.* *Vide in hac voce.* *Charta anni 1323.* apud *Oefelium* tom. 1. *Script. rer. Boicar.* pag. 744. col. 2: *Obligatus officium Scultetatus in Northusen.* *Rursum occurrit infra.*

**SCULTETUS**, *vox ejusdem originis ac Sculdais, Prætor. Præfectus, Ballivus, Judex oppidi.* *Brower* lib. 12. *Annal. Trevir.* pag. 670. 1. edit.: *Scultetus, Prætor, judex, ex Theudisco Scholtaiss.* *Goldastus: Scultetus, scultes, quasi Schultherse, qui Latinis Prætor.* *Præfecti nomine non semel donatur in Speculo Saxonico* lib. 3. art. 52. § 5: *Judex absque Præfecto, id est Sculteto legitimum iudicium habere non potest, etc.* *Art. 64. §. 12: Sculteto seu Præfecto, etc. §. 12: Sculteta, qui et Præfectus Rusticorum dicitur.* [\*\* *Germ. Scultheite.*] *Adde Chronicon Senoniense* lib. 4. cap. 6. *Baillivus nuncupatur apud Ægidium de Roya: Fernandus dedit Bruggensibus privilegium, quod Baillivus vel Scultetus possit esse de non natis in ea villa.* [A *Ballivo* distinguitur in *Charta* ann. 1298. apud *Miræum* tom. 2. pag. 876:



*Præcipientes universis Bailivis, Scultetis, etc.] Villicus vocatur in Charta ann. 1307. apud eundem in Donat. Belgic. cap. 113: Insuper Villicus noster, qui Scultetus vocatur, habet instituire Scabinos, etc. Judicii præsidere solum docet Speculum Saxonum lib. 1. art. 59. § 6: Non poterit ululus Comes, qui sub regali banno cognoscit, legitimum habere sine suo Sculteto iudicium cui ante omnia seipsum debet præbere iudicandum. Ita Wichbild Magdeburgense art. 10. et Jus Feudale Saxonum cap. 36. § 2. [Charta ann. 1212. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 26: Dictus Scultetus in præfata villa ter in anno solemniter iudicio præsidebit, cui assidebit nuntius ipsius ecclesiæ, qui Burmeister vulgariter nuncupatur. Iudex qui vulgo Scultetus dicitur, in Charta Conradi Imp. ann. 1140. apud Miræum tom. 1. pag. 688. Charta Johannis III. Lothar. Ducis ann. 1333. ibid. pag. 218: Dominus de Diest, vel suus Scultetus... post ipsum talem vel tales, delinquentem vel delinquentes corrigere possint, et emendam recipere ab eodem vel ab eisdem, per monitionem factam a domino de Diest vel suo Sculteto] Occurrit præterea hæc vox in Charta Caroli M. in Monumentis Paderbornensibus pag. 325. apud Conradum de Fabrica de Casibus S. Galli cap. 17. in Chronico Episcoporum Mindens. pag. 747. apud Goldastum tom. 1. Constit. Imper. pag. 323. etc. Vide Gryphiandrum de Weichbildis Saxonibus cap. 64. [\* Haltaus. Glossar. German. col. 1657. voce *Sculkheiss*, et sqq.]*

¶ SCOLTEUS, ut *Scultetus*, in Charta ann. 1248. apud Miræum tom. 2. pag. 1324. col. 2: Statutum a nobis talliam et non ultra, sine augmento aliquo, non obstante contradictione Scoltetorum persolvere teneantur. Vide *Scoltetus*.

SCULTETIA, Præfectura, dignitas vel officium *Sculteti*. Jus feudale Saxonum cap. 41: Feudum in villa ad Scultetiam collatum hæredat Scultetus in suum filium, quamvis careat scuto bellico. Speculum Saxonie. lib. 3. art. 52. § 3: Imperator confert... Comitibus præfecturas, id est, Scultetias, quæ ipsi etiam ulterius conferre possunt. [Charta Bolkouis Ducis Silesiæ ann. 1360. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 403: Scultetiam seu advocatiam iudiciumque supremum et infimum.... habemus, etc.]

¶ SCULTURA, pro Sculptura, in Statutis Cisterc. ann. 1213. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1312. Ita *Scultus*, pro Sculptus, in Charta Rudesindi Episc. Dumiensis. æræ 1016. apud Yopez in Chron. Ord. S. Bened. tom. 5.

SCUMARIUM. Andreas Monach. lib. 1. Vita S. Ottonis Episc. Bamberg. cap. 31: Ita concussa est (Ecclesia) ut lapis magnus in frontispicio vel culmine Scumarii subito lapsu proruens totius monasterii ruinam minaretur. [Mendum subesse in hac voce suspicor: ut ut est, Porta amplior et decumana, nostris *Portail*, intelligenda videtur. Vide *Ciborium*.]

¶ SCUMUM, f. Locus ubi vilia quæque et quisquiliæ asservantur, ab Angl. *Scum*, quod spumam, et metaphoricè quævis rejectanea sonat. Inventar. Eccl. Noviom. ann. 1419: Et sunt omnia prænomina in parvo scrinio dicti Scumi. Neque enim in-

frequenter in hocce Inventario occurrunt voces Anglicæ.

¶ SCUNA, vox Belgica. Statuta Eccles. Camerac. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 1306: Nondiventant (Clerici) etiam ad tabernas, nec inter Scurnarias sedeant, nec domunculas frequentent, quæ Scunæ vocantur. F. pro *Stuba*. Vide ibi.

¶ SCUNDAPSUS, vel SCINDAPSUS, Bli-tra, interprete Martenio, vox nullius significationis. Acta Conc. Romani ann. 1078. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 107: Et si dicas, quod aiunt Scundapsus, nullum subjectum hoc nomine demonstrasti, nulli rei existenti hoc quod demonstraretur inventisti.

\* SCUNDIRE, Excusare, satisfacere, purgare se sacramento aut duello. Constit. Jacobi II. reg. Aragon. ann. 1321: Ordinandus quod si aliquis fuerit reptus de bausia, ... quod possit fidem suam Scundire per battalliam; ... quod possit venire, stare et redire salve et secure per loca nostra per tantum temporis, quantum necessarium habuerit ad Scundendum fidem suam. Vide *Excondicere*.

¶ SCUNFLIGERE, Vide *Sconfigere*.

¶ SCUNO, Contracte, insolenter tamen, scriptum pro *Secundo*, in Charta ann. circ. 1124. tom. 2. Gall. Christ. novæ edit. col. 1491: Scuno Papa Honorio, regnante Ludovico, etc.

¶ SCUPEA. Paulus Bernriedensis in Vita Gregorii VII. PP. sæc. 6. Bened. part. 2. pag. 412: *Scupea vero ejus* (serpentis) non depicta, sed extra corticis (ovi) ordinem posita, manu deprehendi et tractari, velut alia materialis res, poterat. Ubi de figura serpentis in ovo sculpta sermo est: unde *Scupea* idem sonare existimo quod Gallis *Groupepe* dicitur. [\* German. *Schuppe*, squama.]

SCUPHA. Petrus Blesensis Episc. 74: Dolent aures, et Scuphæ humeris apponuntur. Legendum *Cuphæ*, id est, *Cucurbitæ*, [Gall. *Fentouses*.] Petrus Aurelianus Sicensis lib. 4. Tardarum passion. cap. 7: Vaporaciones cucurbitæ apponendæ leves, quas *Græci Cuphas* vocant.

\* SCUPHIA. Vide supra *Scufia*.

\* SCUPIENHA, Prov. Sreca, sputum. *Scupir*, Prov. screare, spuere. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. Fragm. Passionis J. C. tom. 17. Comment. Acad. Inscript. pag. 725: Dons encommencerent li quant *Scupir* en lui.

\*\* SCUPILIÆ, ut *Scobilla*, supra in *Scoba*. Opusc. vet. MS. ad Iobum apud Maium in Glossar. novo: *Sterquilinum, locus immundus, vel Scupillarum acervus*.

\* SCUPIS, pro *Cuspis*, in Lit. remiss. ann. 1359. ex Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 284: Ex casu fortuito *Scupis* seu puncta dicti gladii ad terram descendendo, dictum Petrum *Guhios* in tibia vulneravit.

¶ SCUPTURA, pro Sculptura. Vita B. Edmundi Cantuar. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1797: Contra faciem habebat eburneam et venustissimam beatæ Virginis imaginem, in circuitu throni sui redemptionis nostræ mysteria *Scuptura* mirabili continentem. Igitur quod *scriptura* exhibebat in littera, *Scuptura* expressit apertius in figura.

SCURA, Equile, *Escurie*. [Item, Hor-

reum in quo fruges reconduntur. Vide *Scuria*.] Capitulare de Villis cap. 19: Ad *Scuras* nostras de villis Capitaneis pullos et aucas habeant non minus centum, ... ad mansionales vero pullos habeant non minus 50. Ita cap. 58. Charta exarata anno 5. Radulfi Regis Franc. in Tabulario Brivatensi ch. 60: Casam meam indominicatam cum curtis, ortis, coquinariis, *Scura*, exitu, et regressu, etc. In Ch. 161. habetur *Scurra*: Cum curte, et orto, et *Scurra*, et appendariis, etc.

\* Pro horreo *Scure* occurrit in Lit. remiss. ann. 1478. ex Reg. 205. Chartoph. reg. ch. 107: Guillaume Bessiere estoit au lieu de Montchiroux (diocese de Mende) en son *Scure* ou grange, où il battoit du blé. Vide supra in *Scara* 2.

SCURA. Gloss. Latino-Theotic. : *Scuria* ubi manipuli vel fœnum reponitur: *Scura*.

SCURARI, Quibus *scurarum* cura commissa est. Capitulare de Villis cap. 62: Quid de piscatoribus, de fabris, de *Scurariis* vel sutoribus, quid de buticis et cofinis etc.

\* SCURALHA, idem quod supra *Curalha*. Vide in hac voce.

¶ SCURARE, Purgare, sordes ablueri, Gall. *Curer, Ecurer*. Charta ann. 1192. inter Consectud. Tolos. MSS. ex Bibl. D. de Crozat fol. 29. vº: *Ipsum pratium et gravaria.... erant publica.... causa Scurandi et lavandi et candidandi*. Statuta Montis Regal. fol. 208: Et teneatur quilibet in directo sue possessionis tenere fossatum Communis *Scuratum*. Adde Statuta Astens. colat. 11. cap. 78 fol. 33. vº. Vide *Curare* 3.

¶ SCURARIUS. Vide in *Scura*.

\* SCURELLIUS, *Sciurus*, Gall. *Ecurueil*. Stat. S. Capellæ Bitur. ann. 1407. ex Bibl. reg.: *Capellani, vicariique* (deferent) *superlicia et alnuicias Scurelliorum, de grosso vario fubratas*. Vide supra *Escurellus* et *Scuriobus*.

1. SCURIA, Idem quod *Scura*, Stabulum equorum, unde vocem *Escurie* hausimus. Lex Salica tit. 18. § 3: *Si quis sudem cum porcis, Scuriam cum animalibus, vel fenile incendit, etc.* Ubi Wendelinus *scuriam* ait hoc loco sumi generatim pro horreo amplo condendis frugum manipulis, intra quod per hiemem grana flagellis extunduntur, intra quod boum stabula erant, quod etiam in Teaxdria usurpari passim constat; unde Teutonice *Schuere* eadem notione dicunt, ut *Schuer*, et *Schuerenare*, pro area, in qua excutuntur manipuli: [proprie *Scuria*, ut observat Eccardus in notis ad Pactum Leg. Salicæ pag. 44. est locus tectus. *Schur* enim Saxonibus adhuc audit quivis locus, ubi aliquid ab injuria aeris defendi et tegi potest.] Lex Alamannor. tit. 81. § 2: *Si eniu domum infra curtem incenderit, aut Scuriam, aut graneam, vel cellaria, etc.* § 5. *Scuriam* vel graneam servi si incenderit, etc. Adde tit. 97. § 4. Lex Bajwar. tit. 2. cap. 4. § 5: *Quando aliqui defendere volunt casas vel Scurias, ubi fœnum vel granum inveniunt*. Adde tit. 9. cap. 2. § 2. Edictum Pistense Caroli Calvi cap. 29: *Et de manopera in Scuria battere nolunt*. Hincmarus Remensis in Opusculo 50. Capitulum cap. 1: *Insuper et Scuriam ipsius Presbyteri interclusit, et annonam de terris dominicatis collectam, sine licentia ipsius Presbyteri in ea misit,*



omnemque potestatem inde Presbytero abstulit. Tabularium S. Remigii Remensis: *De Scuria facit plenam perticam et omni tempore ipsum mensuram restaurat. In Adenai est mansus dominicatus cum ædificiis et torculari, curte, et Scuriis, et horto. Sunt ibi aspicientes inter majores et minores campi 46. continentes map. 110. ubi possunt seminari de frumento modii 34. de sigillo modii 30. etc. Infra: In Muriniaco habet sessum 1. cum ædificiis, curte et Scuriis. Solent ibi esse boves domini, quia ibi prope sunt terras supra scriptus. Occurrit ibi aliquoties. [Tabul. S. Bertini: In Beringahem habet mansum cum Scuria. Vide Scura.]\*\* Graff. Thes. Ling. Franc. tom. 6. col. 536.]*

\* 2. SCURIA. Charta ann. 1303. ex Tabul. D. Venciæ: *Quod nulla persona sit causa de nocte postpulsationem campanæ curiæ dicti loci seu Scuriæ infra aliquam tabernam stare. Sed legendum ibi ut infra Scubiæ.*

SCURIOLUS, Sciurus, vulgo *Escurie*, [vel *Eureuil*.] Concilium Salmuriense ann. 1276: *Ne Monachi aut Canonici regulares de cætero forrariis de griso, aut de vario, aut de Scuriolis, vel cendatis, ... utantur.*

¶ SCUROLIUS, SCUROLIUS, Eadem notione, Ital. *Scuriato*. Statuta Astens. ubi de intratis portarum: *Scuriolii crudi non laborati solvant pro miliari, et etiam Scuriolii afeitati non possit in labore, etc.* Ibidem: *Penne de Scurollis posite in coopertoriis ponantur et solvant pro qualibet penna coopertorii ad estimationem officialium. Vide Squirulus.*

\* SCURIRE BLADUM, Frumentum flagello excutere. Lit. remiss. ann. 1386. in Reg. 129. Chartoph. reg. ch. 41: *Cum ipse Johannes, qui de areis Scuriendo bladum venerat, etc.* Vide supra *Scodere* et *Scura*.

¶ SCURLATA, vel SCURZATA, Navigii genus. Ottoboni Annal. Gennens. ad ann. 1191. apud Murator tom. 6. col. 365: *Quam autem appropinquaret monti Cercellii, ecce Margaritus... cum galeis LXXII. et duabus Scurlatis apparuit, et prædictis XXII. galeis dedit insultum. Ubi alter Codex MS. habet Scurzatis.*

¶ SCURNARIA. Vide *Scuna*.

SCUROLA. Vide *Sturola*.

¶ SCUROLIUS, SCUROLIUS. V. *Scuriolus*.

¶ SCUROLUM quid sit docet Jo. Ant. Castellionæus in Antiquit. Mediolan. pag. 73: *Succedente avofideles suas construxerunt cryptas, easque peculiari nomine Confessiones appellaverunt, quandoque etiam ab obscuritate vocabulo, vulgicque sermone corrupto, Scurolo, id est obscura loca, tum ad reponenda his in locis sanctorum corpora, tum ad peragendas in iisdem procul a strepita, et hominum prophano commentu remotis stutiones, vigiliis, etc.* Ab Italico *Scure*, obscurus. Vide Diarium Ital. D. de Montfaucon pag. 27.

\* Unde Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Scur, Prov. nubilus, obscurus. Scursetat, Prov. caligo. Scursir, Prov. opacare.* Hinc Gallicum *Scuré*, Obumbratus, defensus, in Assis. Hierosol. cap. 275: *En bone hore fu né cil qui est Scurés de Sapience.*

SCURPIONES, ubi duo fines cuneati se jungunt, apud veterem Agrimensorem pag. 157. [Vide *Scrophio*.]

¶ SCURPUS, γῆ ἔχουσα χάλαα. Gloss. Lat. Gr. editæ: MSS. vero *Scrupus*, uti legendum est.

SCURRA, SCURRO. Liberatus Diac. cap. 23: *Rhodo Augustalis... jussit eum ab Scurrone duci, et foras regiam civitatem occidi.* Acta MSS. Passionis S. Eulaliæ Mart.: *Sed ne gloriari putet, educate eam, et Scurronem adducite, et ducatur antequam patiatur decalvata et descincta per publicum, et ejus virginitas reveletur, etc.* Acta Passionis S. Marini Mart. MSS: *Et flectens genua spiritum Domino tradidit. Scurro vero astans, percussit eum jam mortuum, et amputavit.* Passio S. Victoris n. 5: *Tunc Maximianus Imperator jussit vocari Scurrones, et jussit eis, ut duceretur ad silvulam, et ibi decollaretur.* Vetus Martyrolog. de eodem S. Victore: *Amputatum esse caput ejus ab Scurrone.* Infra: *Fecit eas incendi ante se ab Scurrone.* Ex quibus patet *Scurronem* appellari, qui in Actis Martyrum vulgo *Spiculator* dicitur, voce, quæ stipitorem, apparitorem, satelitem, et carnificem sonat. Unde conjicere licet, eosdem esse scurrones, quos *Scurras* vocant Lampridius et Spartianus, apud quos pro apparitoribus et satellitibus accipiuntur, tametsi de nomine quicquam certi non occurrat Salsmasio. Glossæ Isidori: *Scurra, Parasitus, Buccellarius*: quæ vox postrema satellitem etiam significat, seu *Confectorem*. Glossæ Basilicæ: *Ὁ ἀποσελλόμενος καὶ φῶν τινά.* Neque videtur *Scurra* his locis alius ab eo, qui δῆμιος τῆς τᾶξεως dicitur Athanasio in Epist. ad Solitar. pag. 868. *Histriones, sive Scurrones*, in Concilio Cabilon. II. cap. 9. Papias: *Scurra, irrisor. Scurronem ergo irrisorem dicimus.* MS. *Irrisio*, præfert: ita etiam Glossæ antiquæ MSS. [Gloss. Isidori: *Scurra, qui inco-priatur*; qui vana scilicet et inepta multa de se jactat ad risum excitandum. Gloss. Lat. Sangerm.: *Scurra, lechieries. Scurra, Scurrus, γελωτοποιός, εὐτράπελος*, in Gloss. Lat. Gr.] Idem Papias: *Scurra, a sequendo dictus, qui sectari solet quemdam cibi gratia.* Auctor Mamotrecti: *Scurra, qui aliquem sequitur etiam dicitur assecla, irrisor, vaniloquus, parasitus sive leccator. Scurra, Scurrus.*

Et quidem *Scurra* primus dicti ex Pesto homines tenuiores fortunæ qui divites honoris causa sequebantur. Hinc pro famulo usurpatur in Vita S. Bernardi Pœnit. tom. 2. April. pag. 680: *Scurra hospitarij nostri quatuor annis ano oculo privatus, sancti exuvias super locam incommodi sui poni petiit, etc.* Exinde vero cum dictis ridiculis studerent divitesque more parasitico sectarentur, *Scurra* nuncupati sunt parasiti. Denique cum non dictis tantum, sed et gestu risum divitibus movere satagerent, *Scurra* nomen ad mimos transiit.

¶ SCURRULA, diminut. a *Scurra*, apud Arnobium lib. 6. pag. 206. et Apuleium lib. 10. Metamorph.

¶ SCURRILITAS, Lecherie, vilté, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. ex Johanne de Janua. Auctor Dialog. de Orat. cap. 22: *Fœda et insulsa Scurrilitas.* Occurrit in Epist. ad Ephes. cap. 5. v. 4. *Scarrilitas, εὐτράπελία*, in Gloss. Lat. Gr.

\* SCURRAMENTUM, SCURREMENTUM,

Excursus. Pactum inter Arn. de Villanova et incolas de Transio ann. 1283. ex Tabul. D. Venciæ: *Item fuit pactum, quod si aliqua custodia avere suum scienter de nocte (intrare permiserit)... in prato alieno vel deffenduta, solvat pro persona sua propæna quinque solidos;... et si per Scurrementum, avere det bannum, solvat bannum. Scurrementum, in altero eadem de re Pacto ann. 1303. ex eod. Tabul.*

¶ SCURSORIUM, Canalis per quem aquæ excurrunt. Statuta Mutinens. rubr. 407. fol. 90: *Item quod sit judex et cognitor super laboreris aggerum, Scursoriorum, fluviorum, etc.* Litteræ Nicolai Marchionis Estens. ibid. fol. 98: *Cum multi cives vestræ civitatis Mutinæ coram nobis comparuerunt exponentes cum querela quod omnia vestra civitatis Mutinæ deputata et apta ad scolandum terras vestre civitatis Mutinæ sunt adeo interrata... quod aquæ currere non possunt et suum habere discursum, etc.*

\* SCURSORIUM, Fossa, canalis per quem aquæ excurrunt. Stat. Ferrar. ann. 1288. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 169: *Et quod Scursuria munden-tur et recaventur et teneantur libera et aperta. Vide Scursorium.*

¶ SCURUM, Panni species, ut videtur. Chronic. Estense ad ann. 1302. apud Murator. tom. 15. col. 349: *Dominus Marchio et frater iverunt ad prandium... induti quadam medietate scurlati et viridis Scuri cum capezalis ad modum Franciæ sicut portabat dominus Karolus.*

\* SCURUS, Color equi. Vide supra in *Equas*.

¶ SCURZATA. Vide *Scurlatu*.

¶ SCUS, indecl. *Rotundum vel rotunditas.* Johannes de Janua.

¶ SCUSSELLI, dicti Denarii aurei, in Conventione ann. 1339. inter Edward. III. Reg. Angl. et Gastonem de Insula apud Rymer. tom. 5. pag. 133: *Tria millia denariorum auri, vocatorum Scussellorum.*

¶ SCUSSELLUS, Sarcinator, Gall. *Couturier*, ab Ital. ut videtur, *Cuscire*, suere, Gall. *Coudre*. Statuta Vercell. lib. 7. fol. 212: *Qui (Potestas) etiam promittat de non exercendo unquam per seipsam manualiter officia... servitorum, tubernavorum, Scussellorum, ferrariorum, etc.*

\* SCUSSO, Scutum gentilitium. Comput. ann. 1502. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 81. col. 1: *Cum armis seu Scussonibus rubeis villæ.* Vide supra *Excusso* et *Scuceo*.

SCUSSUS, Excussus, Gallice *Escous*. Charta Alemann. Goldasti lib. 2: *Duas carradas de grano bono non Scusso, hoc est, adhuc in ipsis spicis existente.* [Vide *Scutere*.]

\* *Escouvi* nostratibus, *Engourdi*, torpore affectus, significari videtur, in Lit. remiss. ann. 1381. ex Reg. 120. Chartoph. reg. ch. 243: *Icellu Raoul leva un grand baston cornu, et en cuida ferir ledit Robert sur la teste; mais le coup descendit sur le bras si grant, qu'il en fut tout Escouvi, et qu'il ne s'en povoit aidier.*

¶ I. SCUTA, Vestis ecclesiasticæ species. Jac. Gaetanus in Ord. Rom. apud Mabill. tom. 2. Musei Ital. pag. 363: *Si ipse do-*



minus *Papa sermocinetur, ipso prædicante, omnes sunt parati, tam cardinales, quam prælati, in albis, singuli in suo habitu,...* *Episcopi in pluvialibus, capellani in Scutis et cotta seu superpelliceo.* Haud scio an a forma sic dicta hæc vestis, *Scuta* enim Johanni de Janua est forma rotunda.

\* *Succam* legendum esse pluribus probat Georg. Rhodig. lib. 2. de Liturgia Rom. Pontif. locumque laudatum emendat ex eodem Conc. Ordine MS. in Bibl. card. Imperialis, in quo legitur: *Cum Succis sive camisiis albis. In cocta et Succa. Parutus more subdiaconi, videlicet cum Succo, cocta parva, amictu ad spatulas, camisio seu alba, cinctorio sive manipulo.* Ex quibus colligit *Succam*, idem prorsus esse atque *Camisiam albam* vel *lineam*; quod iterum firmat ex Conc. Palent. ann. 1322: *Statuimus ut episcopi et superiores prælati Succas lineas in publico... deferant.* Ubi Conc. Budense habet *Camistas albas*, et Conc. Montispesul. ann. 1214. *Camistas lineas.* Vide *Socca* 1. et *Succa*.

\* 2. **SCUTA**, Navis species. Charta Phil. comit. ann. 1163. ex Chartul. 1. Fland. ch. 325. in Cam. Comput. Insul. : *De nave, quæ vocatur Scuta, unum denarium.*

**SCUTAGIUM**, Militaris servitii species, quæ communibus personis perinde ac Regi debetur, a *Scuto* dicta. Qui autem huic subditus est, tenetur dominum suum in bellum contra Scotos ad certum numerum dierum propriis impensis sequi: et, qui integrum feudum Militare tenent, hi scutagio 40. dierum obnoxii sunt. Qui autem dimidium feudi Militaris possident, servitio 20. dierum, et sic deinceps. Ita Cowellus lib. 2. Instit. tit. 3. c. 5. et Rastallus verbo *Escuage*. Littleton. sect. 95: *Escuage est appel en Latine Scutagium, c'est à sçavoir, Servitium scuti: et tiel tenant que tient sa terre par Escuage, tient per service de Chivaler, etc.* Mox eadem, quæ Cowellus et Rastallus habent, refert, et §§. seqq. Bracton. lib. 2. c. 16. § 7. *Servitium forinsecum*, interdum *Scutagium*, interdum *servitium*, quod ad Regem pertinet, appellari ait: dici autem *Scutagium*, quod talis præstatio pertineat ad *Scutum*, quod assumitur ad servitium Militare. Et Fleta lib. 3. cap. 14. § 7: *Sunt etiam quedam servitia forinseca, quæ dici poterunt Regalia, quæ ad scutum præstantur, et inde Scutagium habemus, et ratione scuti pro feodo Militari reputatur. Omnis enim terra ad ejusmodi servitium obligata, feodum dici debet Militare.* Matth. Paris ann. 1258: *Submonetur igitur generaliter tota Angliæ Militia, ut omnes, qui tenentur ad servitia Militaria domino Regi, sint prompti et parati sequi Regem profecturum in Walliam cum equis et armis,...* unde murmur et multiplex querimonia in populo resonabat, eo quod Rex tam crebro sine profectu vel honore suos nobiles depauperat et fatigat, et instante tempore messium toties *Scutagium* exigens inquietat, etc.

**SCUTAGIUM** non tamen semper sumitur pro ipsa obligatione eundi in exercitum; sed et interdum, ut plurimum, pro ea præstatione, quæ fit a Militibus ratione feodi Militaris, si ipsimet, vel eorum loco alii in exercitum non pergant, atque adeo

ut a servitio immunes sint. Quæ quidem præstatio *Districtum pro Scutagio* dicitur in Monastico Anglic. tom. 2. pag. 99: *Scutagium assisum per regnum*, pag. 878. Littleton. sect. 97: *Et après tiel voiage reyal en Escosse; il est communement dit que par autorité de Parliament l'Escuage sera assise et mis en certaine somme d'argent, quant chescun, que tient par entier fée de service de Chivaler, qu'il ne fuit ni per lui-mesme, ne per un autre pur lui ove le Roy, paiera à son seignior de que il tient la terre par Escuage, etc.* Vide §§. seqq. Atque ita *Scutagium* crebro usurpant Scriptores. [Charta ann. 1226. apud Kennet. Antiquit. Ambrosd. pag. 200: *Sciatis quod W. Longspe quondam comes Sarum fuit nobiscum in exercitu nostro Muntgumery. Et ideo tibi præcipimus quod de Scutagio quod per summonitores scacarii exigitis a filio... pacem ei habere pernittas.*] Joannes Sarisber. Epist. 128: *Scutagium remittere non potest, et a quibusdam exactionibus abstinere.* Radulphus Goggeshalensis MS. ann. 1200: *Exiit Edictum a justitiariis Regis per universam Angliam, ut quælibet carruca arans tres persolveret solidos: quæ nimirum gravis exactio vulde populum terræ extenuavit, cum antea gravis exactio Scutagii præcessisset: nam ad scutum duæ marcae persolvebantur, cum nunquam unpius quam 20. solidi ad scutum exigerentur.* Matthæus Westmonaster. ann. 1204: *Concessa sunt Regi auxilia Militaria, de quolibet scuto duæ marcae et dimidia.* Anno 1242: *Ipsa quoque tempore exigitur Scutagium.* Anno 1253: *Concessa est Regi decima pars proventuum Ecclesiasticorum per triennium, a Militibus vero Scutagium illo anno, scilicet ut scutum tres marcae.* Matthæus Paris ann. 1201: *Generale proposuit Edictum, ut Comites et Barones, qui Militare servitium ei debebant, parati essent ad Portesmuthe cum equis et armis ad transfretandum cum eo ad partes transmarinas in die Pentecostes jam instante: veniente autem die statuto, multi impetrata licentia remanserunt, dantes de quolibet scuto duas marcas argenti.* Idem ann. 1211: *Rex cepit a Militibus, qui exercitum in Wallia non interfuerunt, de quolibet scuto duas marcas argenti.* Anno 1224: *Magnatibus item concessit Rex Scutagium, videlicet de scuto quolibet duas marcas Sterlingorum, etc.* Anno 1244: *Post reditum suum cepit Scutagium, scilicet de scuto tres marcae.* Anno 1253: *Et a Militibus Scutagium illo anno, scilicet ad scutum tres marcae, etc.* Vide pag. 258. 399. 403. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 179. Prynncum in libert. Angl. tom. 2. pag. 475. etc.

Hanc *scutagii* præstationem cum Regi persolverant Barones vel Milites, paræm a vassallis suis pecuniæ summam exigebant, quo sibi res suæ salvæ forent, ut observat Kennettus in Antiquit. Ambrosd. ex Charta ann. 1169. pag. 126: *Quando dominica terra de Cestreton dat Scutagium, dicta terra dabit quintam partem unius scuti, et si dominica terra quieta fuerit, ipsa quieta erit.* Alia ann. 1363. ibid. pag. 495: *Robertus Pickerell tenet de octo virgatis terræ, ... et tenentur de domino ejusdem per servitium militare, et quum Scutagium currit domino dabit unam murcam.* Gualterius

Hemingford. in Edwardo I. Reg. Angl. pag. 198: *Scutagium etiam exegit eodem anno in Quadragesimo et cæteris militibus concessit, ut a suis tenentibus illud facerent.*

† **SCUTAGIUM REGALE** aliis interdum quam Regi præstitum, ut colligitur ex Charta Prioris B. M. de Brynton apud Madox Formul. Anglic. pag. 12: *Faciendo nobis... homagium, fidelitatem, Scutagium regale, wardam, etc.*

**SCUTAGIUM** etiam appellatum *auxilium* consuetum et *rationabile*, quod dominus a vassallis suis, Militaria feuda tenentibus, exigebat. Matthæus Paris ann. 1242: *Multoties ad instantiam suam ei auxilium dederunt, videlicet carucagium, hidagium, et plura Scutagia, et postea unum magnum Scutagium ad sororem Imperatricem suam maritandam.* Idem ann. 1244: *Concesserunt domino Regi ad maritandam filiam suam de omnibus qui tenent de domino Rege in capite, de singulis scutis 20. solidos solvendo, etc.* [Charta apud Madox Formul. Anglic. pag. 194: *Totum jus et clunium quod habui in feodo totius terræ de Colemere, in homagiis, releviis, wardis, maritugiis, exchaectis, Scutagiis, et omnibus aliis, etc.*]

**SCUAGIUM**, tom. 2. Monastici Anglic. pag. 1032. Regestum feodor. et servitorum fol. 23: *Et en l'an que il fait garde, il ne doit point d'Escuage, et doit ost et chevanche à son coast, etc.* Vide Seldenum de Titulis honorariis 2. part. c. 5. pag. 694-709. 2. edit.

*Scutagium* ejusmodi, seu servitium Militare, *incertum* et *indefinitum* vocabant, quod revera incertum esset, ad quam pecuniæ quantitatem a Parlamento redigeretur, ut habet Littleton sect. 98. 99. 154: *Scutagium vero certum, Socagium* appellabant. Idem sect. 120. Hinc eæ, ut vocant, *Maximæ* apud Anglos, *Scutagium incertum* facit *servitium Militare*: contra, *Scutagium certum* facit *Socagium*, apud Christophorum de S. Germano in Dialogo de fundamentis Legum Angliæ c. 8. pag. 28. [\* Vide Phillips. Histor. Jur. Angl. tom. 2. pag. 92. supra *Escuagium* et *Escuungium*. Adde Haltaus. Glossar. German. voce *Herschuldig Gut*, col. 888.]

**SCUTANEI TERMINI**. Vetus Agrimensor [\* Goes. pag. 270.]: *Scutanei sunt, hoc est dolatiles, alii qui sunt lapilli factiornatiles sive alia factura breviores, hoc est minores et in fine positi.*

**SCUTARIUM**, Scutum minus. Glossæ Græc. Lat.: Ἀσπίδιαριον, *parma*. ἀσπίδιον, *clipeolum*. Glossæ MSS. Regiæ: Ἀρπυριος ὁ ἐστὶ λῶρος, ἐξ οὗ ἤρπεται τὸ βλαάντιον, ἢ τὸ σκουτάριον, ἢ ἑτέρον τι. Alibi: ἄσπις, τὸ σκουτάριον. Constitutio Caroli Crassi de Excedit. Romana § 3: *Qui autem per hominum sive liberi, sive fanuli dominis suis adhaerent, quot decem mansos in beneficio possideant, tot brunias cum duobus Scutariis* [\* ducant; ita tamen ut pro *halsperga* tres marcae, et pro singulis *Scutariis*] *singulas marcas accipiant, etc.* Vide *Surtaria*.

**SCUTARIUS**. Glossæ Gr. Lat.: Ἀξίωμα στρατιωτικόν, φέρων, (deest ὄφραρον vel ἔπλον.) *Stipendarius, Scutarius*. Ibidem: Ἀξίωμα στρατιωτικόν, *Scutarius*, leg. *Scutarius*. Glossæ aliæ: *Scutarius*, ἐπίτης. *Scutarium*, inter Palatinas Scholas mentio est



non semel apud Scriptores, *Scutariorum gentilium, cibaniurorum, sagittariorum, etc.* Vide Henricum Valesium ad Ammianum lib. 14. pag. 33. [\* et Forcellinum.]

SCUTARIUS, Armiger, spatharius. Julius Firmicius lib. 4. c. 14 : *Faciet Scutarios, vel Imperatorum protectores.* Julianus Tolemtanus ara 748. de Juliano Comite : *Quem Winiza Rex intra suos Scutarios familiarem habuerat carissimum.* Vide Armigeri.

SCUTARIORUM TRIBUNUS, Præfectus, in Chron. Romualdi II. Archiep. Salernit. apud Murator. tom. 7. col. 87 : *Sub Juliano Augusto tribunus Scutiorum, jussus ab Imperatore sacrilego aut immolare idolis aut militia excedere.*

SCUTARI, Armigeri, Escuyers. Vetus Charta apud Catellum lib. 5. Rerum Occitan. pag. 883 : *Et armigeri illorum, qui vulgo Scutarii appellantur.* Simeon Dunelmensis ann. 1067 : *Multos e suis Militibus et Scutariis perdidit.* An. 1094 : *Ipsodie obsessionis 700. Milites Regis Willelmi, cum bis totidem Scutariis et Castellanis omnibus, qui intus erant, cepit.* Rogerus Hovedenus pag. 450 : *Multos e suis Militibus et Scutariis perdidit.* Pag. 464 : *Et ipso die obsidionis 700. Milites cum bis totidem Scutariis... cepit.* [Charta ann. circ. 1080. in Tabul. S. Albini Andegavens. : *Si Scutarius aliquid furatus fuerit alicui et ante fidem promissam aut sacramentum juratum rem recognoverit ac reddiderit, furto non imputari precipimus.* Capitul. gener. S. Victoris Massil. ann. 1218. ex Tabul. ejusd. Mon. : *Ad destructionem domorum Priores singuli Scutarios suos habere volunt.* Adde Chartam ann. 1382. apud Miræum tom. 2. pag. 1247. col. 2.]

SCUTARIUS, Ἀσπίδοποιός, in Gloss. Gr. Lat. Scutorum artifex. Ita accipitur in Constitut. Sicul. lib. 3. tit. 36. § 1. [et in vet. Inscript. apud Fleetwood. pag. 396. Utitur etiam Plaut. Epid. act. 1. sc. 1. 35.] [\* Adalhardi Statut. S. Petri Corh. lib. 1. cap. 1. Vide Scutatores, 1.]

SCUTARIUS, Eodem intellectu, in Charta ann. 1152. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 138.

SCUTERUS, Idem, qui Scutarius, ex Gallico Escuyer, Italis Scudiere, quam vocem ab excubare perperam deducit Acarisius. Occurrit apud Petrum de Vineis lib. 5. Epist. 37. 49. Anonymum in Vita Friderici II. Imp. pag. 789. [et in Computo ann. 1202. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feudor. pag. CLXXIV.]

In aula CP. Σκουτέρως dictus, qui tenebat scutum et labarum Imperatoris, apud Codinum de Off. cap. 2. num. 42. etc. Anonymus a Goaro editus :

Ἄρα καὶ Σκουτέρων ἐκ τῆς ἀσπίδος  
τῆς βασιλικῆς λαχόντα τὴν ἀξίαν.

Hac dignitate functus quidam Xyleas legitur apud Acropolitam n. 66. 70. 72. Vide Glossar. med. Græcic. col. 1398. [\* Inde apud Germanos. Bertholdi Annales apud Pertz. Scriptor. tom. 5. pag. 272 : *Anno 1065. Henricus rex... accinctus est gladio, anno regni sui 9. ætatis autem suæ 14. et dux Gotifridus Scutarius ejus eligebatur.* Vide Scutiferi et Schitonus.]

1. SCUTATORES, Scutorum confectores.

Capitulare de Villis c. 45 : *Fabros, ferrarios, sutores, tornatores, carpentarios, Scutatores, etc.* [Tradit. Fuld. apud Joh. Schannat. pag. 403 : *Slavi cxx. singulas libras lini (debent) Scutatores scuta XII.*] Vide in Scutarius.

2. SCUTATORES, Scuto armati. Vegetius lib. 2. cap. 17 : *Feruntarii autem, armaturæ, Scutatores, sagittarii, funditores, hoc est levis armatura adversarios provocabant.*

SCUTATUM, ut infra Scutum, Moneta Regum Francorum. Leges portoriae Ludovici IV. Imper. ann. 904. apud Goldast. tom. 1. Constitut. Imper. pag. 210 : *Navis, quæ ab Occidentali regno venit,.... semidrachmam, hoc est unum Scutum pendat.* Occurrit præterea in Statutis Eccl. S. Dionysii Leod. ann. 1330. tom. 2. Monum. sacr. Antiquit. pag. 444.

\* Escucia, in Chron. Franc. ad ann. 1263. apud Le Brun tom. 1. Dissert. pag. cxlvij :

L'au MCLXXII.  
Furent abbatus li Mansois,  
Li Escucia, li Angevin,  
Aussi furent li Poitevin.

SCUTATUS, Armiger, sento instructus. [Gloss. Lat. Gr. : *Scutatus, ἀσπίδοπότης.*] Apud Donatum ad 1. Æneid. *Scutati, armati, sunt.* Ammianus lib. 31 : *Punito Scutato proditore, qui festinare Principem ad Illyricum barbaris indicarat.* Charta Eberardi Archiep. Trevir. ann. 1052. apud Brower. lib. 11. Annual. Trevir. pag. 655. 1. edit. : *Episcopo Treviricæ sedis servitium faciat, scilicet 40. Scutatos ex ista parte Alpium... mittat.* [Charta ann. 1135. apud Calmet. inter Probat. tom. 2. Hist. Lothar. col. 304 : *Præterea si in villam cum sex Scutatis venerit, thelonearii ter in anno servient ei.*] Σκουάτες, apud Leonem in Tact. c. 14. § 64. Obiter moneo, qui σκουατάρων dicuntur Constantino in Tacticis, κενταράτων appellari ab eodem Leone c. 12. § 117. et alibi.

SCUTEFER, pro Scutifer, in Charta ann. 1497. apud Rymer. tom. 12. pag. 655.

1. SCUTELLA, vox Latinis Scriptoribus nota, Patena in modum cavitatis scuti : unde nomen *Escuelle*. [Probatur etiam Alexandro in Explic. tab. Heliac. pag. 18. hæc vocis scutellæ origo, quam et veteribus Grammaticis tradi docet : *Scudel* eadem notione usurpant Cambro-Britanni, unde *Scutellam* deducere malunt nonnulli.] [\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 564. voce *Scuzzil*. Forcellinum in *Scutra* et *Scutella*.] Gloss. Græc. Lat. : Σκουτέλλον, *Scutella*. Gloss. Lat. Reg. Cod. Gr. 85 : Τρύβλιον, *Catium, Scutella*. Vita S. Villehadi cap. 8 : *Quandam habebat patenam ligneam, quæ vulgo Scutella vocatur.* Hugo Flavin. pag. 165 : *Scutellas abluens, et vasa alia mundans.* Gregorius M. lib. 12. Epist. 30 : *Scutellam quoque argenteam Monasterio cuidam reliquerit.* Chronicon Casinense lib. 3. cap. 57 : *Scutellam argenteam cum nigello librarum 14. etc.* [Testament. Ermentrudis in Append. ad Liturg. Gallic. Mabill. pag. 463 : *Neptineæ Deorvaræ Scutella argentea cruciolata, etc.*]

SCUTELLA. Vetus Charta plenariæ secu-

ritatis apud Brisson. lib. 6. form. : *Hoc est coclears numero septem, Scotella una, etc.* [Comput. ann. 1425. apud Kennett. Antiquit. Ambrosd. pag. 574 : *Et in 11. Scotellis manualibus emptis ibidem VII. den. et in v. Scotellis minoris sortis emptis ibidem pro cæteris officiis IX. den.*]

SCUTELLA, Eadem notione, in Litteris Coroli Johannis Reg. Primog. ann. 1357. tom. 3. Ordinat. pag. 208.

SCUTELLUM, apud Eckehardum Jun. de Casib. S. Galli cap. ult.

SCUTELLULA, diminut. a *Scutella*. Guidonis Discipul. Farf. cap. 18 : *Quando poma vel herbe imponuntur.... deportetur a cellerario cum suo socio inprimis scnioribus, et semper in Scutellis deportetur.*

SCUTELLA, inter ministeria sacra reponitur ab Udalrico lib. 1. Consuet. Cluniac. cap. 12. ubi de Cœna Domini : *Interea vero reconditur dominicum corpus a Sacerdote retro altare : ponitur in patena aurea, et patena inter Scutellas aureas, et adhuc Scutelle inter tabulas argenteas, quæ factæ sunt ad textum Evangelii.* Adde Bernardum Mon. in iisdem Consuet. Cluniac. MSS. cap. 37. Ordericus Vital. lib. 6 : *Scutellam argenteam Deo super altare obtulit.*

\* Chron. Sublac. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 1052 : *Fecit fieri (Petrus abbas 33.) unam Scutellam pro sale.*

Quinam usui destinata fuerit *Scutella* in sacris ministeriis docent Excerpta ex Divionensi disciplina : *Si quis autem privatis debus... voluerit communicare,.... accedit tam ad pacem, quam ad communionem in suo ordine. Debent autem singuli ita se Scutellæ adungere, ut si forte inter suendum aliquando Corpus Domini, vel de ore sumentis, vel de manu porrigentis lapsus fuerit, nisi in Scutellam cadere non possit. Quod vero scutellam hic, infra patenam vocat : unde unum idemque fuisse colligitur.*

SCUTELLÆ, inter census dominis debitos non semel occurrunt. Charta ann. 1167. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 307 : *Insuper dimisit eis sciphos et Scutellas quæ ipsi reddebant annuatim de forestagio suo de Tanoart ad curiam suam tenendam.* Adde col. 411. Charta Ludovici Junioris Regis Franc. ann. 1173. ex Regest. 67. Chartophylacii Reg. Ch. 465 : *Scutellam in omnibus appenditiis ipsius castri, et de omni re, quod ad illorum usum pertinet, et in Dei et in nostra manu est.* Charta Theobaldi Campaniæ Comit. ann. 1223. in Chartul. Latiniac. : *Eligant et habeant ad opus conventus tres servientes in coquina et quartum qui colligat Scutellas pro villam.* Bulla MS. Nicolai IV. PP. ann. 3. de Censibus Eccl. Rom. in regno Siciliae, Campania et maritima : *In episcopatu Verulano episcopus ipse debet 60. brachia panni, et 200. Scutellas, et 20. sol. per annum.* Pluries ibi. Chartul. S. Vincentii Cenoman. fol. 24 : *Et unaqueque Scutella eorum pro unoquoque defuncto nostro unum denarium reddit.* Honores et onera Abbatis S. Claudii inter Statuta ejusdem Monast. pag. 56 : *Item, pro Scutellis anno quolibet debitis per quemdam dictum Patellium unum quartale frumenti.* Vide *Escuella*.

SCUTELLÆ dictæ Cibi ac potus portio-



nes diurnæ, quæ presbyteris aliisque clericis erogantur ex Ecclesiæ facultatibus; alibi *sportulæ* vel *prebendæ* nuncupantur. Anastasius in Bonifacio II. : *Hic presbyteris, et diaconibus, et subdiaconibus, atque notariis Scutellam de adeptis hereditatibus obtulit, et alimoniis multis in periculo famis clero subvenit.*

† SCUTELLA CLOSERIÆ, Præstatio, ut videtur, quæ fit a *Clasas* tenentibus. Vide *Clusa* 2. et *Clusiaticum*. Tabul. Capituli Cabilon. pag. 269 : *Item Vicedominus duas partes Scutellæ closeriæ percipiet : Major vero tertiam partem.* Unde vocem *Scutella*, ut in aliis ejusmodi vocibus sæpe factum est, ad quodvis tributum significandum detortam esse colligitur.

SCUTELLARIUS, Officium in coquina regia, cui *Scutellarum* cura incumbit, in Ordinat. Hospitii S. Ludov. Reg. ann. 1261. in *Fleta* lib. 2. cap. 14. § 3. [et in lib. nigro Scacarii pag. 349. ubi *Portator Scutellæ* dicitur pag. 346. *Sculier*, in Catalogo familiæ Ducis Britanniæ ann. 1404. apud Lobinell. tom. 2. *Histor.* col. 814 : *Jehan de Treal Sculier, bouche à Cour et cc. livres par an; et donera caution de vendre compte et fournir de la vaisselle d'argent et autres choses qui appartiennent audit office.*]

SCUTELLARIUS, Qui facit vel vendit *scutellas*. Jo. de Janua. [\* *Glossar.* Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Scutellarius, faiseur d'esuelles.*] [\* Vide *Stephanum Boileau* libro *des métiers* tit. 49. pag. 112. edit. Depping.]

SCUTELLARIUM, Locus vel vas ubi reponuntur *scutelle*, Jo. de Janua : *Escueillier*, in Catholico parvo, [*Esculier*, in *Gloss.* Sangerm.]

2. SCUTELLA. Ugotio : *Laganum*, quoddam genus cibi quod prius in aqua coquitur postea in oleo frigitur, et sunt *lagana de pasta*, quasi membranulæ, quum statim in\* eo deo friguntur. Illa vulgo dicuntur *Scutella ista lasania*, et dicuntur ita, postea melle conduntur, etc.

\* SCUTELLATA, Discus unus ex cibis, qui in nuptiis apponuntur, idem quod *Misus* 1. Charta ann. 1250. ex Chartul. S. Petri Carnot. : *De singulis nuptiis Scutellatam suam, sicut consuetudo est, habebit (major).*

† SCUTELLATA PISCUM, Certus piscium numerus. Tabul. S. Florentii : *Americus Tharcensium proconsul, et postmodum Nannetensis Comes magnifica S. Florentio concessit beneficia, videlicet ecclesiam S. Michaelis quem dicunt in heremo. Porro hoc donum in plures annos est retentum. Sed quadam vice Pictavorum Comes illo deveniens, Scutellatam piscium multorum, unde locus affluit, a monacho præposito per nuntium expetivit; qua sibi denegata, S. Florentii monachos inde expulit, etc.* Vide *Pulmentum*.

† SCUTELLIFER, Qui *Scutellas* mensæ apponit, officium in aula Jacobi II. Reg. Majoric. Leges Palat. ejusd. Reg. inter Acta SS. tom. 3. Junii pag. xviii : *Statuimus, quod tres vel quatuor domicelli, quorum unus debeat esse nobilis, pro dicta nostra Scutella deferenda sint in nostra curia deputati; qui omnia cibaria, quæ ad scutellam pertinent, nobis portare teneantur, ac etiam alia cibaria quæ ad scutellam non pertinent, licet ea dicti Scutelliferi non porta-*

*verint. Infra : Prædicti vero Scutelliferi priusquam officium suum exerceant, juramentum et homagium nobis præstent. Vide in Scutella.*

\* SCUTELLINA, diminut. a *Scutella*. Consuet. monast. S. Crucis Burdeg. MSS. ante ann. 1305 : *Scutellas, Scutellinas, et cissorias, et salineras de lignis bene mundos, etc.*

† SCUTELLONUS, diminut. a *Scutella*. Inventar. ann. 1379. ex Schedis Cl. V. *Lancelot : Item xxii. scutelle stagni. Item xvii. Scutelloni stagni.*

† SCUTELLULA. Vide *Scutella* 1.

† SCUTELLUM, Scutulum gentilium, Gallice *Ecusson*. Testament. Johannis de Turre ann. 1365. apud Baluz. tom. 2. *Hist. Arvern.* pag. 716 : *Volo et ordino quod in die sepulture meæ supra corpus meum ponantur duo panni aurei, quorum unus sit bornatus (bordatus) de sandali nigro cum scutis sive Scutellis armorum meorum. Vide alia notione in Scutella 1.*

\* SCUTELLUM, Scutulum gentilium. Charta ann. 1330. tom. 1. *Probat. Hist. Brit. col.* 1355 : *Gentes ipsius dom. ducis Scutellos armis dicti ducis signantes, portis et ostiis domorum dictorum canonicorum... apposuerunt. Vide Scutellum.*

† SCUTERE, pro *Excutare*. Codex censualis Irminonis Abbat. Sangerm. fol. 128. vº : *Facit caropera et Scutit* XII. modios de annona in granica dominica et ducit eam ad monasterium. Vide *Scussus*.

SCUTERIUS. Vide *Scutarius*.

† SCUTETUM, Scutum, Gall. *Ecusson*. Inventar. ann. 1347. tom. 2. *Hist. Dalph.* pag. 555 : *Item, duas scutellas argenteas pro fructibus reponendis, signatas intus, in margine, cum uno Scuteto, et uno leone in eodem sculpto.* Infra : *Cum uno Scuteto parvo continente in se duas claves. Occurrit ibidem plurius. Vide supra Scutellum.*

† SCUTETUS, in *Necrolog.* Laureshamensi, Idem qui supra *Sculetus*. Vide in hac voce.

SCUTIFERI, quos vulgo *Escuyers* dicimus. [*Gloss.* Lat. Gall. Sangerm. : *Scutifer, portant escu, ou escuier.*] Fulcherius Carnot. lib. 2. *Hist. Hierosol.* cap. 2 : *Momento Rege, quicumque potuit de Armigero suo Militem fecit.* Lib. 3. cap. 31 : *Acceptis armis, ab Armigero in militem proventus est.* Vide eundem lib. 1. cap. 18. lib. 2. cap. 19. [\* *Murator.* *Antiq. Ital. med. ævi* tom. 4. col. 679.] *Luitprandus* lib. 5. cap. 12 : *Solo se eo qui portaverat clypeum comitante Veronam percitus pervenit. Vide Schilpor in Schitorus.*

† Scutiferi idem sunt qui *Armigeri*, atque ejusdem proinde conditionis. *Scutiferi* igitur primum dicti qui scuto instructi pro palatio excubabant : præsertim vero ita sunt appellati qui Principum ense et Scutum deferebant, viri summæ dignitatis. At posterioribus sæculis *Scutiferos* nuncupantur nobiles inferioris ordinis, qui in bellis Militum seu Equitum arma gerent. Apud Anglos penultima est nobilitatis appellatio, hoc est inter *Equitem* et *Generosum*. *Valsingham* in *Henrico IV* : *In hac pugna nullus dominus, nullus miles, aut Scutifer hostibus ictum intulit.* Quod et alibi in usu fuit. Charta ann. 1347. tom. 1. *Hist.*

*Dalph.* pag. 66. col. 2 : *Invenere ibi Albertum Ferlay domicellum, qui se dicebat Castellanus pro dom. Berardo de Save dom. de Izerone; et interrogatus fuit quam familiam ipse tenebat, dixit quod unum Scutiferum, unum clientem, unam gaytam, et unam baytam.* Alia ann. 1381. ibidem pag. 217 : *Et primo magnificus et potens vir dom. Anthonius de Turre dom. Vignayci miles bannaretus, pro se, uno bachallario milite et tribus Scutifferis ad rationem præscriptam 35. florenos. Testament. Guidonis Card. de Bologna ann. 1372. apud Baluz. tom. 2. *Hist. Arvern.* pag. 182 : *Item culibet aliorum Scutiferorum, qui sunt de raubis Scutiferorum et mecum resident... 50. florenos.* Chron. Domin. de Gravina apud *Murator.* tom. 12. col. 557 : *Per quemdam Scutiferum secreta nuntiatum est dicto Duci, etc.* [\* *Vide Haltaus.* *Glossar. German.* voce *Schildknechte*, col. 1621.]*

† Scutiferi denique nuncupati quibus servientes non modo laicorum, sed et ecclesiasticorum et monachorum. Conc. Tarracon. ann. 1591. inter *Hisp.* tom. 4. pag. 613 : *Nec alios clericos vel Scutiferos et officiales inferiores vel scholares (induamus) de panno, cujus commune pretium ultra duodecim libras. Transactio inter Abbatem et Monachos Crassenses ann. 1351 : Ordinum quod monachis dicti monasterii venientibus de extra monasterium et eorum Scutiferis et hospitibus dentur due ponhierie ordeii vel avenæ pro quolibet animali. Capitul. general. MSS. S. Victoris Massil. : Statuimus quod Scutifero et garcyfero priorum seu monachorum in pane et vino per cellerarium provideatur, cum veniunt ad capitulum generale. Statuta Astens. cap. 27. fol. 30 : Ordinum est quod dominus possit impune, moderate percutere et castigare suum Scutiferum et servantem seu pedisequam. Scutiferus de Strilla, in Constitut. Sicul. cap. 113. Cætera quæ ad Scutiferos spectant fusius pertractata, vide in *Armigeri*.*

† SCUTIFERI AD SCINDENDUM, Officium in aula Regis Majoric. Gall. *Ecuyers trenchans*. Leg. Palat. Jacobi II. Reg. Majoric. inter Acta SS. tom. 3. Jun. pag. xvii : *Ducimus statuendum quod tres vel quatuor Scutiferi, natalibus seu privilegiis militariibus insigniti, ad scindendum coram nobis et aliis peragendis, quæ pro comestione erunt nobis apposita, assumantur, nec ignorent eorum sollicitudini pertinere, quod cultellos mundos et bene scindentes habeant providere, ne ex inhabilitate scindendi, vel alias aliquid fastidium nobis valeat generari... Statuimus firmiter observandum, quod de omnibus et quibuscumque cibariis quæ nobis apponentur, prædicti nostri Scutiferi non omitant prægustare. Vide Scindere et Scissor.*

\* SCUTIFER SCINDENS, Gall. *Ecuyer trenchant*, Officium in aula regum nostrorum. *Memor. G. Cam. Comput.* Paris. ad ann. 1408. fol. 86. vº : *Johannes de Landoiz Scutifer scindens domini ducis Bituricensis.* Ibid. ad ann. 1409. fol. 125. rº : *Anthonius de Essartis Scutifer scindens coram rege, etc.*

SCUTIGERI, ut *Scutiferi*, apud *Fulcherium Carnot.* lib. 1. cap. 18.

SCUTIFERIA, Officium in Aula regia, complectens quodcumque pertinet ad *Scu-*



*tiferos, eorum famulos, stabula, equos, equorum ferraturas, etc. vulgo Escurie, occurrit passim in Ordinationibus Hospitior. Reg.*

☞ Obtinuit idem officium in Aula Dalphinali. Ordinat. Humberti II. ann. 1340. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 394. col. 2 : *Magistri Scutiferie requirent officium, tempore quo nos equitare contingit, nostrum palafredum habere paratum cum ense, stivalibus, calcaribus et cappello, nostrumque deferre mantellum et capellum, nostram sequendo comitivam debeat, si tempus non patitur ut deferamus eadem, quæ omnia dictus Magister Scutiferie nostræ servare debeat et complere.*

☞ SCUTIFERIA, Stabulum equorum, equile, Gall. *Ecurie*. Mandamentum Philippi Pulchri Reg. Fr. ann. 1305. tom. 1. Ordinat. pag. 434 : *Mittentes... equos et harnesia in Scutiferia nostra sine spe recuperationis eisdem applicanda.*

☞ SCUTLATUS, pro *Scutulatus*. Vide *Scutula*.

SCUTOBAJULUS. Vide *Schitonos*.

\* SCUTOR, f. Sculptor, vel scutorum confector. Lit. admort. ann. 1375. in Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 401 : *Item emit dictus cardinalis a Johanne de Bartays Scutore Montispessulani unum hospicium. Vide Scutores, 1.*

SCUTRA, *Vas æneum, æquale in fundo, latum, apertum desuper*, Papiæ. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Scutra, une maniere de vaissel, scilicet æqualis amplitudinis in ore et in fundo.*] Gloss. S. Benedicti cap. de æncis : *Scutra, χαλκίον*. Guibertus lib. 1. de Vita sua cap. 10 : *Nescio quæ argentea, schyphos videlicet et Scutras pretii plurimi eis misit. Lib. 3. cap. 4 : Magnus ille census monetæ Angliæ, hanaporum, et Scutrarum, qui male coalescerat, brevi dilapidatus est. Utitur Plautus in Persa. [Vide Lexic. Martini.] [\*] Forcellin. et supra *Scutella, 1.**

\*\* SCUTRILLUS, Ollula, in Maii Glossar. novo e Tatan. Gr. MSS.

☞ SCUTTER, vox Belgica, Satteltes, Gall. *Archer*. Charta ann. 1298. apud Miræum tom. 2. pag. 876. col. 1 : *Ad jurisdictionem et dominium ditorum Religiosorum de jure pertinet potestas... instituendi et destituenti famulos, qui vulgariter Scutter nuncupantur.*

SCUTULA, *Monile ex auro compositum, Papiæ. 1. Machab. cap. 4. v. 57 : Et ornaverunt faciem templi coronis aureis et Scutulis. Gr. ἀσπίδιοις.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Scutula, fermail, ront.* Cassian. collat. 1. cap. 5 : *In parvissima quadam Scutula, quæ depicta in se continet præmia, jacula vel sagittas intorqueere contendunt.*]

SCUTULATA, eidem Papiæ, genera vestimentorum, dicta quod orbiculos quosdam habent in similitudinem Scutorum. Ezechiel. 27 : *Et purpuram, et Scutulata, et byssum, et sericum, etc.*

☞ *Scutellate vestes, eadem sunt quæ alibi virgate appellantur, quæ scilicet virgis seu viis transversim decussatimque sunt distinctæ. Ejusmodi vestes mimis permittuntur in Cod. Theod. leg. 11. lib. 15. tit. 7. de Scenicis : Uti sane hisdem (mimis) Scutlatis, et variis coloribus sericis, ... non*

*vetamus. Leg. Scutulatis. Harum præterea meminit Juvenalis Stat. 2 :*

*Cærulea indutus Seutulata, aut galbana rasa.*

*Scutulatas Gallos invenisse auctor est Plinius lib. 11. cap. 24 : Scutulis dividere instituit Gallia. Vide Lexic. Pitisci in v. Vestis et infra Virgatus.*

SCUTUM, pro Scutato milite, armigero. Donnizo lib. 1. de Vita Mathil. cap. 6 :

*Exit ex Lucis cum quingentis fere Seutis.*

SCUTUM et LANCEA, Arma præcipua Longobardorum et Francorum, in Lege Longob. lib. 1. tit. 37. § 2. lib. 2. tit. 46. § 2. [\*] Carol. M. 20. Lothar. I. 5 : *Volumus ut cum collecta vel Scutis in placito comitis nullus præsumat venire, etc.*] in Charta Alaman. Goldasti 15. etc. [Scutum cum lancea, æstimatur duobus solidis, in Lege Ripuar. tit. 36. § 11.] Vide Gregorium Turon. lib. 3. Hist. cap. 15. et supra in voce *Lancea*.

☞ *Scuta erant ex ligno, et ex pluribus minutisque tabellis juncta, uti docent Varro de Ling. Lat. lib. 4. cap. 24 : Scutum minute confectum tabellis. Et Ammian. lib. 21. cap. 2 : Cum apud Parisios adluce Cæsar Julianus quatiens Scutum variis motibus exerceret in campo, aziculis, quibus orbis erat compaginat, in vanum excussis aisa remanserat sola. Hæc corio crudo tegebantur ex eodem Ammiano lib. 24. cap. 2. unde Scuta sunt appellata, a Græc. σκῦτες, corium, pellis, seu quod [ex pellibus primum fierent. Apud Gallos sæpius ex ligno tantum, interdum ex ligno et ferro constabant scuta. Le Roman d'Athlis MS :*

*Des escus percent fust et ais,  
Sur les haubers tourne les fais.*

Infra :

*Qu'ils trespercierent des escus  
Tout entierement fers et fus.*

\* In scuto interdum pingebantur ornamenta ad militis, cujus erat, gloriam et honorem. Charta [\*] spuria] Caroli Rom. reg. ex Cod. reg. 10197. 2. 2. fol. 1. vº. : *Qui (Frisones) Scutum suæ militiæ a dicto potestate recipere debent, in quo corona imperialis, in signum libertatis a nobis concessæ, debet esse depicta.*

SCUTUM. Leges Frision. tit. 22. § 71 : *Si de vulnere os exierit tante magnitudinis, ut jactum in Scutum trans publicam viam sonitus ejus audiri possit, 4. sol. componat. Addit. ad eadem Leges tit. 3. § 24 : Si ossa de vulnere exierit, tante magnitudinis ut in Scutum jactum, 12. pedum spatio, dictante nemine possit audiri, etc. Lex Ripuar. tit. 70. § 1. et 2 : Et os exiunde exierit, quod super viam 12. pedum in Scuto jactum sonaverit, etc. Leges Rotharis Regis Longobard. tit. 18. § 8. [\*] 47.] : Sic ita ut uno esse talis inveniatur, quod ad pedes 12. super viam sonum in Scuto facere possit. Jus Friscum vernaculum ex versione Sicamæ : *Tria ossa a cranio vulnerato exeuntia componi debent. Primi ossis exitus sunt 32. grossi. Secundi exitus 16. grossi. Tertii exitus 8. grossi. Tunc jurabit uno juramento, quod in Scuto tinnire audiri potuit, cum genu inpositum in Scutum, æreum scilicet, caderet, alioquin componere non**

*tenemur. ἤχος τοῦ σκουταρίου, apud Leonem in Tacticis cap. 7. § 31. Vide Esculeum, et Stephanium ad Saxonis Grammatici Histor. pag. 186. [\*] Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 77.]*

SCUTUM, Tabella in formam scuti confecta, orbicularem nempe, quomodo ejusmodi scuta imagines habentia describit Paulus Silentarius in ἐκφράσει ædis Sophianæ part. 2. v. 298 :

*..... ἴσον γε μὲν ὀμραλοῖσση  
Ἀσπίδι μεσσατίοισι τύπον κοιλῆνατο χώρου  
Σταυρὸν ἀπαγγέλλουσα.*

Anastasio in Leone III. PP. pag. 140 : *Hic vero pro amore et cautela orthodoxæ fidei fecit, ubi supra Scuta argentea duo, scripta utraque Symbolo, unum quidem literis Græcis, et alium Latinis, sedentia dextra lavaque super ingressum corporis pens. inibi libras 94. Infra : Fecit et supra in ingressu corporis Scutum ex auro purissimo, in quo orthodoxæ fidei Symbolum scribi fecit, quod pens. libr. 32. Scribit Photius, et ex eo alii apud Allatium de consensu utriusque Eccl. lib. 2. cap. 6. n. 6. Leonem Pap. scuta argentea, in quibus descriptum erat symbolum fidei, ex Gazo- phylacio sustulisse : Ἀσπίδας δύο ἐλληνικοῖς καὶ γράμμασι καὶ ῥήμασι ἐχούσας τὴν τῆς πίστεως ἐθεσαν. Vide Salmasium ad Tertullianum de Pallio pag. 249. et Nicolaum Alemannum de Lateranensis parietinis pag. 68. et infra in voce *Surtaria*.*

SCUTUM, inter ministeria sacra reponitur ab Adamo Bremensi cap. 161 : *Tres calices aureos, in quibus erant libræ auri 10. unum vas chrismale argenteum, Scutum argenteum deauratum, psalterium aureis scriptum literis, etc.*

SCUTUM, Vas, quod lychnis in Ecclesiis pendentibus substernitur, apud Durandum lib. 1. Ration. cap. 3. num. 30.

SCUTUM, Moneta Regum Francorum ita appellata, quod in ea descripta essent Franciæ insignia in scuto. Knighton ann. 1351 : *Et fecit redemptionem pro se et suis de 3. mille Scutis auri. Vide Moneta, et Scutatium.*

☞ SCUTUM CENSUALE, Quod pro annuo censu exsolvitur. Charta ann. 1406. in Comitatu Marchiæ : *Ad assensum unius Scuti censualis ad valorem xxii. solidorum et sex denariorum.*

SCUTUM BELLICUM, Feudum, dignitas feudalis. Speculum Saxonicum lib. 3. art. 59. § 1 : *Cum electus fuerit Episcopus, Abbas, Abbatissa, qui Scuto fruuntur bellico, tales primo tenentur a Rege feudum recipere, et postea ab Ecclesia curam spirituales. Art. 65. § 3 : Si quis a sibi in generatione aequali infeudatur, non suam originem, aut civilia jura, sed tantummodo feudi dignitatem, id est Scutum bellicum, minoravit. Dicuntur autem uti scuto bellico, vel frui, qui feudum possident, vel qui nati sunt ad Scutum feudale, ita quod jus feudi facere valeant, ut est in Jure feudali Saxon. cap. 26. § 2. ut e contra mulier, et clericus, qui servitii feudalis incapaces habentur, Scuto bellico carere, cap. 40. § 6. Adde cap. 2. 3. 16. 17. 41. 44. Feudum scuti cum scuto cessare dicitur in eodem Jure feudali Saxon. cap. 42. § 1. Vide Scutagium.*



SCUTUM DE CERA PLENUM. Charta ann. 1149. apud Sanjulianum in Matiscone pag. 251: *Negubat quoque hominum Episcopi, et casamenta, pro quibus hominum debebat Episcopo: et plenum Scutum de cera singulis annis in festo S. Vincentii, etc.* Vide supra Ceragium.

SCUTA BELLORUM, inter obventiones curionum; ea forte, quæ finito bello a militibus in Ecclesiis appendebantur, vel potius a campionibus, qui duello decertaverant. Charta ann. 1078. in Tabul. Vindocinensi fol. 224: *Ego Raynaldus Castri Credonensis dominus, et mecum pariter uxor mea nomine Ennoguena, cognomine Domitella, Scuta bellorum, et denarios, qui mittentur in castello meo a jurantibus ad reliquias Sanctorum cedimus et concessimus S. Trinitati et Vindocinensi Monasterio in manu Ordrici Abbatis, ut sub jurc et potestate Ecclesie Parochialis S. Clementis semper maneat, et Monachi Vindocinenses in ipsa Ecclesia Domino Deo servientes ea habeant in omne tempus futurum. Ipsum vero Abbatem rogamus, ut medietatem Scutorum de bellis, et denariorum de Sacramentis pro amore nostro concedat Goffrido Cappellano nostro, et teneat ab ipso Abbate, et a Monachis suis solum dum ipse viveret.*

CUM SCUTO et fuste contendere, Campionum fuit, uti in voce *Campion* monimus pag. 66. col. 2.

SCUTUM ANCEPS. Capitula Caroli M. lib. 3. cap. 89: *Armati veniant, id est, quia potest habere, cum lorica et Scuto uncipite, atque fuste.* Ubi *Scutum anceps* trigonum interpretor, uti Gallorum veterum, et Francorum fuit, quemadmodum diximus in Notis ad Alexiadem.

¶ SCUTUM ARMORUM, Gentilitium, Gall. *Escuson*. Charta ann. 14. Henrici VI. Reg. Angl. apud Th. Blount in Nomolex. Angl.: *Noverit universi per presentes me Johannam nuper uxorem Will. Lee de Knightley dominam et rectam heredem de Knightley dedisse.... Ricardo Peshale... Scutum armorum meorum habendum et tenendum ac portandum et utendum ubicunque voluerit sibi et heredibus suis in perpetuum; ita quod nec ego nec aliquis alius nomine meo aliquid jus vel clameum seu calumpniam in predicto Scuto habere poterimus, sed per presentes sumus exclusi in perpetuum.*

SCUTUM, pro Duello, seu duelli judicio, maxime Campionum. Lex Longob. lib. 1. tit. 9. § 23. [\* Liutpr. 118. (6, 65.)]: *Et dum per pugnam ipsam causam, sicut antequa fuerat consuetudo, querere disponebant, gravis casu nobis esse comparuit, ut sub uno Scuto, per unum pugnam, omnem suam substantiam homo amittat.* Adde lib. 2. tit. 55. § 1. 2. 3. et Edictum Rotharis tit. 59. [\* 164. 165. 166.]

¶ SCUTUM FIDEI, Charta, qua facti alicujus fides asseritur. Vetus Notitia inter Instrum. tom. 1. Gall. Christ. novæ edit. pag. 50. col. 2: *Præfatus Prior dedit illi centum solidos et fidei Scutum; videlicet ut illud fidei Scutum foret hujus largitionis signum. Et ad confirmationem hujus scripturæ et memorie sempiternum hujus rei testes, etc.*

SCUTA GENIBUS ILLIDERE, vel hastis ferire. Ammianus lib. 15. cap. 8: *Militares omnes horrendo fragore Scuta genibus illi-*

*dent, quod est prosperitatis indicium plenum: nam contra cum hastis clypei feriuntur, iræ documentum est et doloris.*

SCUTUM LIBERTATIS. Leges Forestarum Canuti Regis cap. 25: *Si vero occiderit (feram regalem) amittat liber Scutum libertatis; si sit illiberalis, careat libertate; si servus, vita.*

SCUTUM POTESTATIS. Lex Longob. lib. 3. tit. 15. [\* Roth. 390.]: *Omnes Warengi, qui de exteris finibus.... se sub Scuto nostræ potestatis subjecerint, etc.*

¶ SCUTUM DE QUARTERIIS, vulgo *Escu de quartier*, Figuris distinctum, Gall. *Blasonné*, apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 148: *Nec quenquam moveat quod ego Hasculfus alterius figure sigillum habui antequam pater meus iret Jerusalem, videlicet cum Scuto de quarteriis.* Chron. Bertrandi du Guesclin:

Là peussiez veoir maint Escu de quartier.  
Et maïote lance grosse doot bon sont li acier.

\* Nostris *Escu de cartier* vel *quartier*, dicitur Scutum, quod ad latus, sinistrum scilicet, ferebatur. Le Roman de Garin:

Au col li paodent un Escu de cartier.

Ibidem:

Grant cop li douoc sor l'Escu de cartier

Vide supra *Cartellus*.

SCUTUM IN MALLO HABERE. Lex Salica tit. 46. § 1: *Tunginus aut Centenarius mallum indident, et in ipso mallo Scutum habere debent, et tres homines causas tres demandare, etc.* Quod quidam referunt ad eum morem, de quo Otto Frisingensis lib. 1. de Gestis Frider. Imp. cap. 12: *Est autem consuetudinis Regum Francorum, quæ et Theutonum, ut quotiescumque ad sumendum Imperii coronam militem ad transalpinandum coegerint, in predicto campo mansionem faciant. Ibi ligno in altum porrecto Scutum suspenditur.* Guntherus in Ligurino:

.... ligno suspenditur alte  
Erecto clypeus, tum præco regius omnes  
Convocat, a domoïis regalia jura tenentes.

[\*\* Vide Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 851.]

☞ Eadem apertius docet Wendelinus: *Salici nostri proceres, inquit, ne tunc quidem cum pro tribunali sedent, seponere Scutum permittuntur; quod a Tacito etiam observatum fuisse monet: deinde sic prosequitur: Perdurat hic mos in sala Curigiana hodieque, ut proceres jus dicturi considant armati. Exstatque vetus pictura, jam ante annos 400. delineata, in qua visitur Comes Hannoniæ in sala sua residens, Scuto alte supra solium selectis depicto, ipse medius conspicitur inter duodecim Pares; quibus singulis ad genua sua item stant Scutu cum insignibus, planc pro verbis ac mente hujus legis.*

☞ Iis vero, qui ad mallum judicandi veniebant, arma, scutum scilicet et lanceam portare prohibitum erat. Capitulum Pippini ann. 793. § 9: *Ut nullus ad malum vel ad placitum infra patriam arma, id est Scutum et lanceam portet.* Adde Capitulum lib. 3. cap. 22. Id quippe de iis qui Judices sedebant ex jam observatis intelligi non potest.

SCUTUM PERDERE. Vide *Arma anittere in Arma* 3. pag. 396. col. 1.

SCUTUM SUUM PROJICERE. Lex Salica tit. 32. § 6: *Si quis alteri in putaverit, quod Scutum suum projecisset in hoste, vel fugiendo præ timore, etc.* Apud Germanos, Scutum reliquisse præcipuum flagitium fuisse, auctor est Tacitus. Nec apud Germanos tantum; sed et apud Romanos, ut habet Plautus in Trinummo, et alii. Πύζοπιδα; Græci vocant. Ejusmodi scuti positionem *schottlage*, seu *schiotlegge* appellare Danos observat Pontanus in Daniæ descriptione, voce confecta ex *schio*lt, scutum, clypeus, *schilt*, Theuton. et *legen*, sive *leggen*, deponere. Vide Cluverium lib. 1. Germ. Antiquit. cap. 51. extremo pag. 327. supra *Scast-legi*.

SCUTUM PUNICEUM ad malum suspensum, pacis indicium fuit apud Danos. Saxo Grammaticus lib. 3. Hist. Dan. pag. 37: *Mali cacumen puniceo Scuto complexus, indicium id pacis erat, saluti deditioe consuluit.*

¶ SCUTUM RUBEUM. Charta ann. 635. tom. 1. Rer. Mogunt. pag. 182: *Ego Bilehilt... aream unam... a Siegerto Archiepiscopo avunculo meo acquisivi cum rubeis Scutis 12. auro paratis, et totidem equis nigris.*

SCUTA et lanceas pro reconciliatione persolvere. Lex Familiæ Burchardi Wormaciensis Episcopi, cap. 23. de raptore: *Et quia legitime eam (filiam) secundum Canonica præcepta habere nequiverit, amicis illius duodecim Scuta, et totidem lanceas, et unam libram denariorum pro reconciliatione persolvat.*

SCUTUM, Tabulatio, quæ foribus et officinis rerum venalium prætenditur, cum ad excutiendos imbres, tum ad impediendum lumen, Angl. *Apenhouse*. Assisa mensurarum apud Rogerum Hovedenum: *Prohibitum est omnibus mercatoribus per totum regnum Angliæ, ne quis mercator prætendat seldæ suæ rubros pannos vel nigras, vel Scuta, vel aliqua alia, per quæ visus emptorum sæpe decipiantur ad bonum pannum eligendum. Sed vide an per scuta intelligat signa; quæ officinis apponuntur, nostris *Enseignes*.*

\* Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 1. fol. 96. rº. col. 1: *Tornella habebit.... duo paria stagiorum ud solarium et Sotum (sic) et krenellum supra murum.... Muri Capiaci debent habere v. tesias in altum et in tabulare, inter Scutum et screnellum. Ibid. fol. 98. vº. col. 1: *Murus tenens portæ castelleti habebit viij. tesias altitudinis, inter Scutum et krenellum. Verum fol. 97. rº. col. 2. loco Scutum, legitur *Clypeum*. Vide supra *Escuare*.**

SCUTORUM REDDITUS, Idem forte quod *Scutagium*. Charta Henrici II. Regis Angliæ in Regesto Normannico Cameræ Comput. Paris. signato P: *Et Marescallus meus, quamdiu moror Rothomagi, habet unaqueque die proordinationis meæ Roth. de liberatione 6. panes, et 6. fercula coquinæ, et unum sextarium vini, et habet anno quoque Scutum in reditu scutorum meorum Roth. per manus Thesaurarii mei. Id est, quantum scutagii quis, Militare feudum tenens, solvit pro uno scuto.*

SCUTUM. Bracton. lib. 2. cap. 35: *Tene-*



mentorū autem aliud tenetur per servitium Militare, aliud per serjantiam, de quibus homagium faciendum erit domino capitali, propter servitium forinsecum, quod dicitur Regale, et quod pertinet ad Scutum et Militiam, ad patrię defensionem. Est etiam aliud genus tenementi, ejus scilicet quod tenetur in socagio libero, et ubi fit servitium in denariis capitalibus Dominis, et nihil inde omnino datur ad Scutum et servitium Regis.

† **SCUTUS**, ut *Scutum*, Moneta Regum Francorum. Litterę Edwardi III. Reg. Angl. ann. 1359. apud Rymer. tom. 6. pag. 153 : *Reddendo inde nobis per annum mille Scutos aureos, vocatos Joannes*. Vide in *Moneta*. [\* Obituur. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5191. fol. 56. r<sup>o</sup> : *Johannes de S. Verano dedit dicte ecclesie centum Scutos in moneta currente, ad redditus emendos pro suo anniversario.*]

\*\* **SCYBALUM**, Stercus; non Scybalus, ut apud Forcellinum. Bened. Crispus Auctor. Classic. tom. 5. pag. 396 : *Dolorem Scybala quem faciunt*. Apud Galen. comp. et integr. lat. MSS. sæpius, veluti : *Adhibebis clysterem talem ut Scybala relaxare possit*. Infra : *Ventris egestio in Scybala constricta*. Sic gręce. Hęc Maius in Glossar. novo. Vide Castelli Lexicon Medicum.

**SCYLDWITA**, SCHELDWITE. Leges Henrici I. cap. 38. de *Scheldwite* : *Si Scyldwite extra burgum et curiam fiat, 30. denar. emendetur Regi et Thaynis*. Forte forisfactura scuti : nam Saxon. scyld est scutum, wita, mulcta. Vel universim mulcta ejusvis delicti : scylde enim est delictum, culpa, peccatum, reatus.

† **SCYLLINGUS**. Vide *Sculingus* et *Skillingus*.

† **SYNDICUS**, ut *Syndicus*. Vide ibi.

† **SCYPILLED**. Vide *Navpletio*.

† **SCYPHATI**, Nummi aurei, ita opinor dicti, quod ex specie illorum essent, quos *σκυπιος* vocat Justinianus, a *cauco*, quę vox idem sonat quod *scypbus*, quod scilicet cavi essent, et *cauci*, vel *scypbi* formam præferent. Chronicon Casin. lib. 3. cap. 56. (al. 58) : *Donavit ei Dux.... gemmas atque margaritas complures pro Scypbatis septingentis*. Occurrit ibi pluries, ubi in editione Angeli a Nuce *Schifatus* perpetuo scribitur. Bulla Analeti Antipapę apud Baron. ann. 1130 : *Tu autem census et hæredes tui, videlicet 600. Schifatos, quos annis singulis Romanę Ecclesie solvere debes*. Ita in Bulla Innocentii II. apud eundem ann. 1139. *Scifati de Apulia et Calabria*, in Charta Willelmi Regis Sicilię apud eundem ann. 1156. [Chron. Cavense apud Murator. tom. 7. col. 923 : *Anno 1106. Indict. 14. Petrus abbas S. Trinitatis Cavensis evit casalem in Apulia... mil. et c. Schifat*. Hist. Belli sacri apud Mabill. tom. 1. Musei Ital. pag. 206 : *Duci Gottifredo Sciphatorum quadraginta milia largitus est*. Vide *Nammus*.]

\* Charta Conradi II. reg. Sicil. pro Pisaniis ann. 1269. apud Lam. in *Delic. eru. dit.* inter not. ad Chron. imper. Leon. Urbevet. pag. 271 : *Patroni navium vel lignorum pro mercatoribus et eorum mercatoribus, de toto carico navigii vel ligni, Schifatum unum auri, qui est tarenii octo*

*auri, semel tantum solvant*. Consule Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 787.

**SYPHATI**, in Charta exarata Constantino et Basilio fratribus imperantibus, apud Ughellum tom. 7. Italię sacrę pag. 1362.

**SQUIFATI**, apud Baronium tom. 11. alicubi occurrit, et in Bulla Nicolai IV. PP. ann. 3. de Censibus Ecclesie Romanę in Regno, Campania, et Maritima, ubi promiscue *Scifati* et *Squifati* dicuntur : unde emendanda Charta Innocenti IV. PP. ann. 1245. qua Fridericum II. Imp. excommunicat, apud Matth. Paris. : *Posset etiam merito reprehendi, quod mille Squinatorum annuum pensionem, in qua pro eodem regno ipsi Romanę Ecclesie tenetur, per novem annos et amplius solvere prætermisit*. Legendum enim *Squifatos*.

**SCYPHI** in candelabris *Acetabula* sunt, Exod. cap. 25. v. 31 : *Facies candelabrum ductile de auro mundissimo, bastile ejus, calamos, Scyphos, ac spherulas*. Add. v. 33. 34. cap. 37. v. 17. 19. 20. ubi in Gręca editione dicuntur *κατακτάς*.

**SCYPHUS** inter vasa sacra vulgo recensetur, in quem vinum, quod ad Missę sacrificium offerebatur, ex majori calice refundebatur. Ordo Romanus : *Pontifice oblationes populorum suscipiente, Archidiaconum suscipit post eum amulas, et refundit in calicem majorem, quem sequitur cum Scypso super planetam Acolytus, in quem calix impletur refunditur*. Alibi : *Post quem Diaconus sequens amulas suscipit, et in Scyphum manu sua post Archidiaconum refundit*. Rabanus lib. 1. de Instit. Cleric. cap. 8. de Subdiaconis : *Ili cum ordinantur, non suscipiunt manus impositionem, sicut Sacerdotes et Levitę; sed patenam tantum et calicem de manu Episcopi, et ab Archidiacono Scyphum aque cum aquemanili, et manutergium*. Helgaudus in Roberto Rege Franc. : *Erat huic ornaumēto adjunctus Scyphus corneus, quo deferebatur vinum ad celebrandum sacrificium*. Baldricus Noviom. lib. 1. Chron. Camerac. cap. 64 : *Scyphumque argenteum, quem diebus festis Subdiaconi in manibus ferunt, calices quoque cum aliis ornamentis Ecclesie fecit*. Anastasius in S. Silvestro : *Donavit autem Scyphos argenteos 2. qui pensaverunt singuli libras denas*. Infra : *Patenas argenteas 13. pensantes singulas libras 30. Scyphos aureos 7. qui pens. singuli lib. 10. etc.* Synodus Exoniensis ann. 1287. cap. 12 : *Sit in aliqua Ecclesia saltem unus calix argenteus, purus vel deauratus : Scyphus argenteus vel stanneus pro infirmis, ut postquam Eucharistiam assumpserint, loturam digitorum suorum Sacerdos sibi præbeat in eodem*.

† *Scyphos* interdum adhibuerunt ad reponendas Sanctorum Reliquias, ut colligitur ex Gestis Episcop. Cenoman. apud Mabillon. tom. 3. Analect. pag. 335 : *De parva capsula in Scyphum argenteum caput preciosi martyris Vincentii decenter extraxit, et locavit*. Arnaudus sane illum cum operculo ad hoc opus Cenomanensium ecclesie... reliquerat.

*Scyphum* utraque manu tenendi morem cum bibebatur, qui Monachis proprius fuisse dicitur, observat Liber Faceti :

Si Scyphum capias, utraque manu capiat, Et per utrumque latus, non per ripam teneatur.

**SCYPHICATIO**. Herimannus de Restaurat. S. Martini Tornacensis cap. 92 : *Foragia vero cambaram, vel quod Scyphicutiones apothecarum alii vocant, et redditus vasorum vini inter utrosque æquis partibus divisit*. [\*\* Forte pro *Siphicatio* a *Siphos*.]

**SCYPHO**. Anastasius Biblioth. in Leone III. pag. 126 : *Item calicem majorem fundatum cum Scyphone pens. libr. 37*. Sed legendum videtur *siphone*, id est, fistula, qua sanguis dominicus hauriebatur : nisi fuerit major scyphus, in quem vinum ad Missę sacrificium oblatum ex majori calice refundebatur. Vide *Scyphi*.

**SCYRA**, SCHIRA, SHIRA, Provincia, Comitatus : a voce Saxon. *scyre*, partitio, divisio, et *scyr an*, partiri. [\*\* Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 533.] Alveredus quippe Rex, cum Guthruno Daco fœdere inito, Angliam primus in Satrapias sive Comitatus, Centurias, et Decanias partitus est. Satrapias *Scyras*, Centurias *Hundreda*, et Decanias *Tienmentale* vocavit. Leges Edwardi Confessoris cap. 13 : *Divisiones Scyrarum Regis proprie cum judicio 4. cheminorum regalium sunt*. Cap. 34 : *Quod autem in Tringinge definiri non poterat, ferebatur in Scyrau*. Robertus de Monte ann. 1083 : *Justitarios suos per unamquamque Scyrau, id est, provinciam Anglię inquirere fecit, etc.* Brompton pag. 956 : *Qua lege olim octo Schirę, id est, provincię judicabantur*. Idem pag. 979 : *Justitarios suos per unamquamque Schiram, id est Comitatum Anglię mittens, etc.* Thomas Walsingham pag. 329 : *Ut ipsi nullum militum de pago vel Schira permitterent eligi, nisi quem Rex et ejus consilium elegisset*. Adde Radulfum de Diceto ann. 1087. Matth. Westmonast. ann. 794. et Fletam lib. 2. cap. 61. § 23. Atque hanc vocem *Schire*, fere semper addunt Angli ipsorum Comitatum propriis appellationibus, ut *Glocestreschire*, *Staffordeschire*, *Ozneshireschire*, *Lancastreschire*, *Yorkscheschire*, quem *Eboraci scribam* vocat Simeon Dunelmensis ann. 1138. et sic de cæteris. Vide Edward. Cokum ad Littletonem sect. 248.

**SCYRA** præterea præstationem sonat, seu mulctam, quę indicebatur iis, qui ad *Scyram* seu Comitatum vel placitum non veniebant : quo tenentes omnes convenire tenebantur. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 993 : *Prohibeo ne summoneatis Monachos de sancto Remigio de Remis, ut eant ad hundreda, nec ad Scyras; sed Præpositos suos, vel unum ex hominibus suis mittant*. Charta Willelmi Nothi tom. 1. Monastici Anglic. pag. 52 : *Perpetuam libertatem... hæc est, ut sit libera et quieta de Schiris et hundredis, et placitis, et querelis, et omnibus geldis, et consuetudinibus*. Ibidem pag. 310 : *Et sit quieta de omnibus geldis et dane geldis, scutagiis, hidagiis, carrucariis, Schiris, exercitibus, etc.* Adde tom. 2. pag. 558.

† **SYRE**, Eodem intellectu. Vocabul. Anglic. ex Tabul. Beccensis : *Syre, etre quite de seute ou Cunte*. Charta Henrici II. Reg. Angl. ex eodem Tabul. : *Et in omnibus aliis locis solutus et liber et quietas de Syre, et hundred, et placitis et querelis*.

**SCYRENOTUS**, Placitum seu Conventus publicus *Scyrę*, qui alias *Comitatus* dicitur.



Leges Kanuti Regis cap. 38 : *Et habeatur in anno ter burgimotus et Scyremotus, nisi sæpius sit necesse.* Cap. 39 : *Eat quarta vice ad Conventam totias Comitatus, quod Anglice dicitur Scyremot.* Leges Edwardi Confess. cap. 35 : *Debet autem Scyremot bis, hundreda et Wapentachia daodecies in anno congregari, et 7. diebus antea summoniri, etc.* Eadem habent Leges Henrici I. cap. 7. nisi quod *Scyresnote* scribitur. *Judicium sciræ*, in iisdem Legibus Edw. cap. 27 : *Et si iustitia habet eum suspectum, parabit se iudicio hundredi vel Scyræ.* Liber Ramesiensis ch. 178 : *Will. Rex Angliæ W. de Cahanniis, Sal. Præcipio tibi, ut facias convenire Schyram de Hamtonia, et iudicio ejus cognosce, si terra de Isham reddidit firmam Monachis S. Benedicti, etc.* Ch. 182 : *Will. Rex Angl. R. patri Ilgeri Sal. Mando tibi et præcipio, quod facias convenire Schiras, et per eas recognosce, si terra de Esthon, etc.*

\*\* **SCYROSIS**, Sciroma, tumor in corpore durus. Bened. Crispi Poema medicinal. in Maii Auctor. Classic. tom. 5. pag. 395 :

Dum vitiat hepar, gliscitque ex more Seyrosis.

Alia vide apud Maium in Glossar. novo.

\* **SCYRPATUS**, Scirpo seu junco stratus. Consuet. monast. S. Crucis Burdeg. MSS. ant. ann. 1305 : *Item sacrista habet tenere claustrum et capitulum bis in anno Scyrpatum, videlicet in Pentecostis et in festo Corporis Christi.* Vide *Scirpus*.

† **SCYFALOSAGITTIPELLIFER**, his vocibus Herculeum designat Tertull. de Pallio cap. 4. quod clavum, Gr. *σφυράν*, sagittas et pellem gestaret : *Adoratur a vobis, qui erubescendus est, Scyfalosagittipellifer, qui totam epitheti sui sortem cum muliebri cultu compensavit.* Vide ibi, si placet, Rhenanum.

**SDAMATON nominamus**, inquit Papias, *Tumorem mollem carnis inflatæ sive dolore, sicut frequenter mortuos videmus.* Ita MS. editus habet *Sdamatum*. [\* In cod. reg. 7644. *Sdematon. An Steatoma?*]

† **SDUGARIUM**, Meatus, aquæductus, canalis per quem fluunt aquæ, Gall. *Conduit*. Statuta Mutin. rubr. 12. fol. 2. vº : *Sdugaria districtus Mutinæ et fossata Potestas fodi et deradi facere teneatur.* Ibidem fol. 50. vº : *Quod Sdugarium sive fossa appellatur fossa Micheleta.* Rursus fol. 73 : *Si Sdagariam vel ductorium non esset bene cavatum, etc.*

† **SE**, pro *Eum*, vel *eos* : *Sai* pro *ejus*, vel *illorum* : *Suas*, *sua*, *saum*, pro *ejus*, vel *illorum*, passim occurrunt in Chartis, interdum et in Scriptoribus mediæ ævi; quod monuisse sufficiat.

† **Se**, pro *Si*, in antiquioribus Instrumentis; quod ex vitiosa pronuntiatione, vel scriptioe ortum existimo.

\*\* **SE** pro *Seu*, in iisdem chartis Meroving. ut in chart. Childer. II. ann. 673 : *Magnitudo se utilitas vestra.*

† **SEACIUM**. Vide infra *Seatium*.

† **SEAF**, Spicarum manipulus, Angl. *Sheaf*, Gall. *Gerbe*. Matthæus Westmonaster. pag. 166 : *Posito ad caput ejus fragmenti manipulo, quem patria lingua Seaf dicimus, Gallice vero garbam.* [\* Vide Grimm. Gramm. Germ. tom. 3. pag. 416.]

\* **SEANCIA**, Dilatio, mora. Lit. remiss. ann. 1361. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 672 : *Qui Johannes dixit prefato Petro, quod si ipse vellet emere quinque jornalalia,.... quod ipse daret sibi quodlibet jornalale pro duobus scutis; qui quidem Petrus petiit utrum sibi daret saper hoc suam Seanciam vel relationem asque ad crastinum, etc.*

**SEANT**, pro *Sint*, in Capitul. ad Legem Salicam § 10. 12.

\* **SEARA**, f. pro *Scara*, Familia. Testam. Mafaldæ reginæ ann. 1256. tom. 1. Probat. hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 32 : *Item de ecclesiæ cathedrali de Portu quintanam meam de Paacios de Goiol cam sua Seara et sais cazalibus.*

**SEAPSCIP**, Navis institor, in Pacto Ethelredi Regis cum Analamo cap. 2. [\* Thorp. *Ceap-scip*; *Navis institoris*.]

† **SEASYRE**, ut supra *Saisire*, Gall. *Saisir*. Charta apud Madox Formul. Anglic. pag. 359 : *Ita scilicet, quod bene licebit dicto Priori et successoribus suis, et monachis de Lancastria predictum tenementum cum pertinenciis, sicut predictum est, in nuanis saas Seasyre, et proficuum eorum recipere, etc.*

\* **SEATERIA**, Ars, quæ circa sericum versatur. Leg. reipub. Genuens. ann. 1576. part. 1. cap. 3. tom. 2. Cod. Ital. diplom. col. 2158 : *Declaramus artes infrascriptas.... nihil præjudicare nobilitati : artes scilicet serici, lanæ et pannorum, quas vulgus Seatariam.... vocat.* Vide supra *Cederia*.

**SEATIUM**, Sigala, *Seigle*. [Statuta Astens. Collat 7. cap. 17. fol. 25. vº : *Et illi qui fecerint panem album non possint facere panem de uno Seacio.*] Statuta Ordinis S. Gilberti de Sempringham pag. 786 : *Ne in Cænobiis nostris fiat panis candidus, ... ubi frumentum defaerit, cum Seatio licet fieri.* [Vide *Seatium*.]

\* Alias *Soille*. Chartul. Corb. sign. *Ezechiel* ad ann. 1415. fol. 3. rº : *Un journal de Soille et cinq journaux d'orge.*

† **SEAUWERPE**, vel *SEAWERPE*, Jactura maris, a Sax. *sæ*, mare et *upwerpen*, ejicere. Charta Willemi senioris abbatæ Rames. apud Spelman. : *Concedo.... mundbrich, fardwite, blodwith,.... Seauwerpe, sake, etc.* Vide *Swerp*.

† **SEBASMUS**, *Sebastus, sebastes*, veneratione dignas, augustus, dignitatis nonren. Papias.

**SEBASTUS**, Dignitas in Aula Constantinopolitana notissima, *σεβαστος*. Auctor expeditionis Asiaticæ Friderici I. Imp. : *Et alios quatuor Græcorum principes ratione dignitatis, Græco vocabulo Sebaston, cum eis denuntiat advenire.* Inde formatæ aliæ dignitates, *Πρωτοσεβαστων*; sed et *Πανυπερπρωτοσεβαστων* præτῶν, quod monstrum vocis reperire est apud Lambecium lib. 5. de Bibl. Cæsar. pag. 233. Vide Gloss. Meursii, et med. Græcit. col. 1339.

☞ Eodem nomine donantur Duces Amalphantani in Chron. Amalphant. ad ann. 1096. ubi memoratur *Marinus Pensabastas, Sebastus et Dux Amalphantanus*. [\* *Πανσεβαστος*.] Unde contractam fortasse et corruptam vocem *Vasti* qui non semel appellatur iisdem Ducibus, observat Brenemannus Dissert. de Republ. Amalphant. pag. 19. post *Capacium* Hist. Neapolit. lib. 1. cap. 13. V. *Vasti*.

† **SEBELINUS**. Vide supra *Sabelam*.

† **SEBENTOC**, apud prisicos Francos 70. sonat, ex Wendelino. Vide in *Chunna*.

† **SEBES**, *SEBRUM*. Vide *Sabes*.

**SEBRA**, *Vetasta*, in Gloss. Isid.

† **SECA**, vox Italica, *Serra*, Gall. *Scie*, Teuton. *Saiga*. Vide in hac voce. Vita S. Petri Parentii tom. 5. Maii pag. 96 : *Nec possent vicini et parentes ejus a pede altero ferrum eruere, et deliberarent balneam Regis pro Seca mittere, etc.* Hinc

† **SECCA**, Locus seu officina ubi *secca*, id est serra ad descendum utuntur : unde *Seccator, Segator et Segatus, Sector*, vel ejusmodi officinæ dominus. Statuta Cadubrii cap. 23. fol. 57 : *Mercatores de Cadabrio libere... valeant conducere... suas talleas ad quem locum Seccarum vellent.... Nullas lomo, sive persona, qui vel quæ teneat Seccas ad secandum, non debeat, nec valeat capere... aliquas talleas, etc.* Correct. eorumd. Statut. cap. 38 : *Quod nullus Segatus in Cadubrio capiat talleas ultra ratam. Ne inter Seccatores tallearam discordia oriatur, statuimus quod quicumque Seccator, sea habens et possidens Seccas... non possit capere talleas, etc.* Cap. 41 : *Ita quod mercator intelligere possit nomenclaturam tallearum, quæ apud Seccan dicti Segati sunt.* Reformat. eorumd. Statut. fol. 51 : *Debeat duas partes ad minus ipsarum taylorum dimittere ad Seccandum in Servis et super postis Seccarum districtus Cadubrii.* Rursus cap. 101 : *Nullus Segator audeat... talleas novas seccare.* Vide *Scorrium*, et *Seitoriam*.

\* **SECACES**, pro *Sequaces*, socii, in Lit. remiss. ann. 1390. ex Reg. 137. Chartoph. reg. ch. 66 : *De tradendo ipsam locum.... in manibus cajsasdam de societate Ramoneti de Fort cum suis Secacibus, etc.*

**SECALE**. Vide *Sigalum*.

\* **SECALONIA**, Regionis nomen, a *secali*, quo abundat, deductum, vulgo *Sologne*, in Charta Ludov. Pii ann. 828. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 555. Vide in *Sigalum*.

† **SECANA**, Recentioribus pro *Sequana*, *la Seine*. Occurrit in Chron. Trivetti tom. 8. Sicilic. Acher. pag. 470. et alibi.

\* **SECAMABIN**. Vide supra *Scangibin*.

1. **SECARE**, Castrare : Gr. *τέμνειν*. Leges Wisigoth. lib. 8. tit. 4. § 4 *Qui... vel bovem, vel que non Secantar, castraverit, etc.*

2. **SECARE**, proprie de messe aut prato dicitur. Eadem Leges Wisigoth. lib. 8. tit. 3. § 12 : *Qui in pratun eo tempore, quo defenditur, pecora miserit, ut postmodum ad Secandam non possit herba succrescere, etc.* Lex Salica tit. 29. § 20 : *Si quis pratam alienum Secaverit, etc.* Vide *Ascicare* in *Anadere*. [Hinc nostrum *soyer*, pro *Scier*. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Secare, trancher, soyer*. Vetus Poeta MS. ex Bibl. Coislin. nunc Sangerm. :

Vois là ces chams ou la gent Soient,  
Et lor jarbes euillent et loient.]

† **SECARE**, Eadem notione. Statuta Mutin. rubr. 80. fol. 115. vº : *Statutum est quod vie carrentes per prata possint et debeant claudi a festo Paschatis Resurrectionis quousque dicta prata Secata fuerint.*

† **SEGARE**, Eodem intellectu, vox Itali-



ca. Castellus in Chronico Bergomensis ad annum 1402. apud Murator. tom. 16. col. 910 : *Hominis partis Gibellinae... irrinerunt in illos qui Segabant dicta frumenta.* Statuta Mutin. rubr. 236. fol. 44. v<sup>o</sup> : *Ordinamus quod nemo audeat Segare vel segari facere in pratis de curtili, etc.* Occurrit præterea in Chron. Parm. apud eumd. Murator. tom. 9. col. 849. in Statutis Vercell. lib. 3. fol. 82. et in Leg. Bajwar. Cod. Reg. tit. 1. cap. 14. § 2. tit. 5. cap. 2. § 2.

† SEGARE, pro Jugulare, gladio collum secare, in laudato Chron. Parm. col. 869 : *Dominus Odominus Oddovrandus, qui erat ultra sexaginta annorum, dicti de parte imperii Segaverunt ei gulam.*

SECTORES, Messium sectores, Gall. *Sciours*. Tabularium Fisanense f. 60 : *Collectores messium nostrarum, qui vulgo Sectors, dicuntur.* [Tabul. S. Petri Vosiensis fol. 55 : *In istis duobus mansis census 1. modium segl, duos Sectors debent.* Ibidem : *In Maio unum Sectorsorem.* Nostris olim *Silieur*. Vide in *Selto*.]

† I. SECTURA, SEGATURA, Ipsa messium sectura, seu Servitium, quo vassalli vel tenentes debent *secare* messes aut prata dominorum suorum. Sententia arbitraris ann. 1202. inter Abbatem et Consules Gimont. : *Super partimentis bladorum omnium specierum et super batituris et Sectorsis eorumdem bladorum.* Ibidem : *Dent agrarium, scilicet novenam partem garbarum deducta undecima parte seu garba pro Segaturis... Sexta pars detur laboratori sive domino bladorum pro Segaturis et batituris dicti bladi.*

\* Quod servitium appellatur *Crowée de la seille*, in Charta ann. 1406. ex Chartul. priorat. Belleval. : *Chacun an une journée à la crowée de la Seille az waiien. Satele vero ipsam messium vel pratorum securam significat, in Lit. ann. 1357. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. p. 631. art. 9 : Devront et paieront lesdiz habitans audit seigneur chascun an deux jours à la Satele.* Eodem sensu *Seailles* occurrit in Assis. Hierosol. part. 2. cap. 31 : *En trois saisons nul ne doit arrester vilains et vilaines, c'est à savoir au tems de Seailles, lesques commencent en l'entrant d'Avril et desinent par tout Juin; et l'autre saison est vendanges.* Infra : *Seailles, pro frugibus quæ secantur.*

\* 2. SECTURA, Quantum unus sector per diem *secare* potest de prato, nostris *Sée*. Charta ann. 1208. in Chartul. Buxer. part. 6. ch. 15 : *Dederunt in elemosinam fratribus Buzerix pratum quoddam apud Montagne, quod continet sex Sectorsas.* Alia ann. 1376. in Reg. 110. Chartop. reg. ch. 122 : *Item les prez ou lieu, que l'en dit les prez Sainte Marie, une piece contenant deux Sees.... Item une piece de pre contenant environ xvj. Sees.* Sector vero *Séerres* dicitur, in Lit. ann. 1248. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 602. *Séonnéneur*, in Charta ann. 1310. ex Reg. 47. ch. 36 : *Item il a.... services de Séonnéurs en Aoust, services de herces et de charues.*

† SECCATURA, Res ipsa secta, de messe aut prato dici potest. Statuta Cadubrii lib. 2. cap. 94 : *Nullus qui laborat terram ad afflictum.... postquam licentiatu fuerit... audeat accipere vel exportare Seccaturas, nec letamen, etc.*

SECTURA PRATI, Idem quod *Falcata prati*, de qua voce supra. Chronicon Besuense pag. 559 : *Unum mansum, ad quem appendunt novem jugera de terra aratoria, et una Sectura prati.* Occurrit ibi præterea semel ac iterum. [Charta Guillelmi Episc. Cabilon. ann. 1301. inter Instr. tom. 4. Gall. Christ. novæ edit. col. 255 : *Et volumus quod in augmentatione præbendarum dicti canonici habeant quatuor Sectorsas prati, quæ partiuntur cum dictis canonicis.* Vide *Sechoirata* et *Secatura*, 2.]

\* SECASSES, ut supra *Secaces*, in Instr. ann. 1384. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 59. col. 2.

† SECCA. Vide in *Seca*.

\* SECCARE, *Secca* seu *serra* desecare, Gall. *Sciér*. Charta Phil. Pulc. ann. 1303. in Reg. A. Chartoph. reg. ch. 23 : *Ita quod dicti fratres... possint scindere, seu Seccare in dicto suo usagio cum securi vel Secca, aut quovis alio ferreo instrumento.* *Sée*, pro *Scie*, *Serra*, ut videtur, vel *securis*, in Lit. remiss. ann. 1349. ex Reg. 78. ch. 247 : *A cinq veez Siez et autres instrumens orriblement depecerent et desrompirent la closure de ladite cure.* Hinc *Sehage*, pro *Sciage*, *Setio*, in Comput. ann. 1391. ex Bibl. S. Germ. Prat. : *Item pour un cent de planche, ... qui couta, tant pour le Sehage que pour le charray, xxxv. solz.* Vide *Seca*.

† SECCATURA. Vide in *Secata* 2.

† SECCHERIA. Charta Ricardi II. Reg. Angl. ann. 1396. apud Rymer. tom. 7. pag. 833 : *Cum per certum tractatum, factum et concordatum inter nos et Johannem Ducem Britannia, pro et de causa castri de Brest, quod idem Dux nobis dedit et deliberavit una cum brevibus Britannia, Secheris et omnibus aliis dominiis et proficuis ad idem castrum spectantibus, etc.* Ubi leg. omnino videtur *Senheriis* vel *Senhoris*. Vide in hac voce.

† SEUHERLE perinde emendanda vox in Charta ejusdem Reg. ann. 1382. ibid. pag. 360 : *Una cum brevibus Britannia, Seuheris, et omnibus aliis dominiis et proficuis, etc.*

† SECCIARIA, f. ab Italico *Secchia*, Rejectanca, purgamenta, dumeta. Statuta Ripier. cap. 154. fol. 22. v<sup>o</sup> : *De pœna projicientis immunditias in viis. Idem intelligatur de Secciaris quæ non possint evacuari, nec teneri super viis publicis.*

† SECCUBA pro *Succuba*, in Gloss. Isid. *Ancuba*, *Secuba*. Vide *Ancuba*.

\* SECENA, Grani vel bladi species. Inquisit. ann. 1270. in Access. ad Hist. Cassin. part. 1. pag. 316. col. 1 : *Tenenur præstare decimam.... de grano, ordeo, mileo, granofarro, spelta, Secena et fabis.*

† SECEPITA, Culter ad secandas victimas in sacrificiis, eujus formam accurate describit Festus. Passio Alberti pueri tom. 2. April. pag. 836 : *Demum Salomon et Moses ante alios, Secespitæ sub pectus inter costas ex adverso adigunt, et lingue subjectas venas secant.* Secespitæ delineationem habes apud Rosin. lib. 5. Antiquit. Vide præterea Casaubon. in Octavian. Suetonii cap. 5. et ad Tiber. cap. 25.

SECESSUS, Latrina, *Cesso* Italice : Græc. ἀπόπατος, ἀφοδος, unde ἀφοδεύειν, ἀποπατεῖν, ἀποσπιδάλιζειν. Papias : *Secessus, latrina, stercutium.* Glossæ antiquæ MSS : *Latrina, secessus publicus.* [Gloss. Lat. Gall. San-

germ. *Secessus, lieux secrez.*] Gregorius Turon. lib. 2. Hist. cap. 23 : *Ingressus autem in Secessum suum, dum ventrem purgare nititur, spiritum exhalavit.* Infra : *Reperit Dominum super cellulam (sellulam) Secessus defunctum.* Joannes Monachus lib. 1. Vitæ S. Odonis Clun. : *Affuit nox, et ecce quidam de pueris signo Secessum naturæ petiit.* Usus antiqui Cisterciensis cap. 69 : *Ad Secessum ire.* [Vide *Secretum naturæ*.]

† SECHES, Sepia. Vide *Sicca* 1.

\* SECHETA, Sepia, piscis, Gall. *Seiche*. Reg. Cam. Comput. Paris. in Bibl. reg. sign. 8406. fol. 180. v<sup>o</sup> : *Domania in præpositura Parisiensis... De locagio stolorum piscium Secheturam et de salinis pro iij. lxiij. lib. per annum.* Vide *Sicca* 1.

† SECHIL, et SEKIL, Marsupium, pera, apud Schiler. in Glossar. Teuton. ex Glossar. Mons. et Otrf.

† SECHOIRATA, Quantum unus sector per diem *secare* potest de prato, Provincialibus vulgo *Soucherée*. Regest. Columba Camerae Comput. Aquens. fol. 282 : *Pratum duarum Sechoratarum.* Pluries ibi occurrit. Vide *Secura* in *Secare* 2. et *Sectorata*.

\* Charta ann. 1362. in Reg. 93. Chartoph. reg. ch. 174 : *De uno prato continente quinque Sechoyratas, ... cum quodam pasturario.* Vide supra *Secutura*.

† SECHURA, Eadem notione. Tabul. S. Victoris Massil. : *Dodonus misit pro gadio unam Sechuram prati quæ est sub ponteillari de mota.* Sed leg. forte *Secura*, 2.

† SECIA, et SECIVS, Serra, Gall. *Scie*, Ital. *Sega*. Vide in hac voce. Statuta Astens. ubi de intratis portarum : *Falces sive Secii solvant pro qualibet balla, et si plus vel minus, solvant pro rata que sunt Secii 78. lib. 120. Statuta Montis Regal. fol. 311 : Item pro qualibet Secia vel Secio, a somata infra, pro intrata sol. den. sex.*

\* SECIVS, Instrumentum ferreum quo secatur, distinctum a serra, falcis species, Gall. *Faucille*. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 58. ex Cod. reg. 4624 : *Si aliqua persona in alieno prato cum falce vel Secio seccaverit, vel herban seccatum ibi ceperit, etc.* Vide *Secia*.

\* SECLANUS. Stat. monast. S. Mariæ de Geire ann. 1338. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Familiani non teneant superfluum, sed necessariam tantum, videlicet... uno scutifero, tribus garstiferis, clavario, coco, cogastro, portario, ecclesie Seclano, etc.* Vox, ut videtur, contracte scripta pro *Secrestanus*. Vide mox in hac voce.

\* SECIVM, Vestis vel ornatus species. Testam. Math. Calbani ann. 1197. apud Hier. Zanet. de Orig. et antiq. monetæ Venet. edit. ann. 1750 : *Lego Stana ancilla mee... unum meum mantellum et unum Seclum et unum lavezium, etc.*

SECMARIUS, pro *Sagmaris*, in Charta Aldrici Episc. Cenoman. in illius Vita pag. 89. Vide *Sagna*.

† SECORDIA, Discordia. Wilhel. Kcellus de Miraculis S. Joan. Beverlac. num. 3 : *Secordia libentius quam concordia cupiens exercita cædibus insistere.*

\* SECRESTANUS, Sacrista, in Charta Barth. episc. Laudun. ann. 1133. ex Chartul. S. Vinc. Laudun. ch. 36. *Soucretain*, eodem sensu, in Reg. 13. Corb. sign. *Habacuc* ad ann. 1510. fol. 37 : *Robache enf-*



fermier, *Philippe de Lille thesaurier*,.... *Adrien de S. Albin Soucretain. Soucretain*, in Ch. ann. 1298. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 42. Unde *Soucretainerie*, Sacristia, in Mirac. S. Ludov. edit. reg. pag. 417: *Un mantel de camelin brun, qui est gardé en la Soucretainerie*. Vide mox *Secretarius*.

\* **SECRETARE**, Aliquem societate, rerumque suarum administratione privare, interdiceret, pro *Sequestrare*, separare, seponere. Vide in hac voce. Libert. Florenc. ann. 1358. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 90. art. 27: *Concedimus dictis consulibus habitatoribus et dictæ villæ, quod nos seu gentes nostræ nullam personam dictæ villæ et pertinentiarum ejusdem non Secretabimus ac Secretare faciemus, cujusvisque conditionis, status, ætatis aut sexus existat, nisi ad requisicionem amicorum magis propinquiorum et ydoneorum personæ Secretandæ; et si Secretata fuerit, pendente dicto Secreto, in matrimonium non copulabitur, nec ejus status seu condicio mutabitur, nec a Secreto relaxabitur, absque voluntate amicorum personæ Secretatæ.*

\* **SECRETARIUS**, ut supra *Secretarius*. Lib. nig. 2. eccl. S. Vulfr. Abbavil. fol. 39. vº: *De hoc redditur Secretario S. Petri duos solidos et duos capones ad Natale*. Vide *Secretarius* 1.

1. **SECRETA**, Oratio, quæ post *Prefationem* in sacra Liturgia secreta et submissa voce a Sacerdote dicitur. [Εὐχὴ προσευχῆς, in Liturg. Chrysostomi.] Amalarius lib. 1. de Eccl. Offic. cap. 20: *Secreta ideo nominatur, quia secreto dicitur*. Idem in Eclogis de offic. Missæ editis a Baluzio: *Secreta dicitur, eo quod secretam orationem dat Episcopus super oblationem, ut Deus velit respicere super oblationem propositam, et deputare eam futuræ consecrationi*. Hildebertus Cernoman. de Mysterio Missæ:

Illis ita præmissis, secreto Presbyter orat,  
Secretas memorans, assimilansque preces.

Capitula Carolim. lib. 6. cap. 170. al. 173. hoccelemmate *ut Secreta non incipiatur, nisi post Angelicum hymnum finitum. Te Deum igitur, non inchoent Sacerdotes, nisi post Angelicum hymnum finitum*. Vide Concilium Wormat. cap. 10. Durandum lib. 4. Ration. cap. 35. Durandum lib. 2. de Ritib. Eccl. cap. 29. n. 4. 5. 6. etc.

Ex his haud obscurum est *Secretam* dici Canonem, quod eum Sacerdos submissa voce, et quidem solus, recitaret. Idem firmare licet aliis argumentis, in quibus referendis ne longior sim, unum vel alterum seligam. Herardus Turon. in Collect. cap. 16: *Et ut Secreta presbyteri non inchoent antequam Sanctus finiat, sed cum populo Sanctus cantent*. Laudatus Amalarius in Eclogis: *Ab illo loco ubi Secretam dicit episcopus, usque ad Agnus Dei, totum illud vocat Augustinus orationes*. Vide *Le Brun* Dissertat. 15. de Reb. Liturg. art. 1.

Latori etiam significatione acceptam interdum fuisse hanc vocem discimus ex Petro Cancellario Carnot. in manuali MS. de Mysteriis Eccl.: *Quando sacerdos incipit Secretum inclinatio capite ante altare dicit, In spiritu humilitatis, etc.* Ubi obla-

tionis tempus indicatur, quo Sacerdos submissiori voce orare incipit.

Hinc Canon *secunda Missæ Secreta* nuncupari videtur a Petro Damiano in Vita S. Romualdi num. 78: *Postera igitur die sacrificare incipiens, cum ad secunda Missæ Secreta perventum esset, in ecstasium raptus... siluit*.

**SECRETELA**, Eadem notione, apud Durandum lib. 4. Ration. cap. 27. num. 1. cap. 35. n. 5.

¶ **SECRETELLA**, Oratio quæ etiamnum *Secreta* appellatur quam subsequitur *Prefatio*. Statuta MSS. Augerii Episc. Conseran. ann. 1280: *Deinde respiciens librum, manibus ut prius ante humeros elevatis dicit Secretellas, et in fine ultimæ Secretellæ dicens, Per omnia sæcula sæculorum... Sursum corda, etc.*

2. **SECRETA REGIA**, Ærarium. Annales Pisanorum Ughelliani pag. 861: *Fecit inquiri a Thesaurarius D. Papæ in Thesaurario, sive Secreta ipsius domini, etc.* Constitutio Heliæ Archiepiscopi Nicosiensis ann. 1251: *Nec auctus deferre de vario seu profestis duplicibus aliquid de Secreta nostra, vel aliunde, vel exenia aliqua recipere, etc.* Adde Concilium Nicosiense ann. 1340. cap. 6. Ita porro dictum præsertim in Regno Cypri sub Leziniana familia, sacrum Principis ærarium. Exstant in Chartophylacio Regis Christian. Literæ Hugonis Regis Cypri ann. 1330. quibus Mariæ Borhoniæ nuxori suæ, Guidonis filii uxori, in dotalitium assignat 5000. florins de Florence de bon or et de bon pois à recevoir de la Secrete Royale chascun an par les payes usées de la Secrete. Qui vero ærario præerant, *Baillivi Secretæ*, vulgo in Chartis appellantur, quæ dignitate functos legimus Jacobum de Flora Militem anno 1315. Thomam de Piquigny ann. 1330. Philippum Prevost anno 1376 et Rennerium de Scolar, ann. 1384. [Vide *Secretaria*.]

**SECRETA** dicebatur præterea, Curia seu consensus judicium de re æraria et fiscali. Assisæ Hierosol. MSS. 2. part. cap. 27: *Et des detes qui sont convenues, par devant la Secrete, et seront requises, si se conduiront par la garentie de celui qui estoit Bailli de la Secrete, et par les Escrivains, et les escrits de leurs livres.*

**SECRETAGIUM**, *Secretæ*, in Regno Cypri, locus. Sanutus lib. 3. part. 13. cap. 11: *Fecit igitur dictus gubernator per insulam banna proclanari, et Secretagium invito Rege surripuit.*

1. **SECRETALIS**, *Secretorum conscius*, apud Andr. Monach. in Vita S. Ottonis Episc. Bamberg. lib. 1. cap. 3. 6.

¶ 2. **SECRETALIS**, Secretus, absconditus, Gall. *Caché, secret*. Maceriae insule Barbaræ tom. 1. pag. 25. ubi de S. Lupo Archiep. Lugdun.: *Plebs itaque, cætus, clerusque universus... Lupum requirunt ad pastoris officia ordinandum, quem tota virtute renitentem, captum Secretalibusque ereptum sedibus, domus Dei dignum præordinavit dispensatorem*. Vide infra *Secretarium* 2.

\* **SECRETALIS DENARIUS**. Vide supra in *Denarius*.

**SECRETANIA**, Secretarium Ecclesiæ, seu quidquid ad illud spectat. Charta Fal-

conis de Jaligniaco anno 1056: *Quartam partem Ecclesiæ absque calumnia insuper dedi, et cum Secretania, et omnibus appendiciis.*

**SECRETARIA**, Secretarium Ecclesiæ, Sacristia. Statuta Lanfranci pro Ordine S. Benedicti: *Qui accipientes a secretario vestimenta extra Secretarium se induant*. [Bernardus Mon. in Ord. Cluniac. part. 1. cap. 3: *Debet etiam in hac Secretariam totam circuire, ne aliquis secretariorum non audito signo nondum surrexerit. Similiter in nocturno secundo, circa medium noctis, circuit altaria et angulos, sed non vadit in Secretariam*. Vide *Secretarius* 3.]

\* Charta Gaut. de Montesorello ex Tabul. Fontis Ebraldi: *Dono conventui ipsius loci Secretariam meam et vigeriam meam, atque omnes consuetudines meas*. Vide in *Secretarius* 3.

\* **SECRETARIATUS**, Officium et dignitas illius, qui est a secretis. Comment. Jac. Picinini comit. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 19: *Nec enim id (mentiri) liceret, præsertim nãhi, quem Secretariatus honore et mille muneribus decorasti*. Vide *Secretarius* 2.

\* **SECRETARIENSIS**, f. ad *Secretariam* forestæ pertinens. Charta ann. 1065. ex Chartul. Major. monast. pro pago Vindocin. ch. 101: *Testibus... Viviano homine nostro de Luchis et Berlaudo famulo Secretariensi*. Vide supra *Secretaria* 2.

1. **SECRETARIUM**, *Locus*, in quem Senatus collectus est, ut habent Anastasii Biblioth. Collectanea, locus scilicet, in quo iudices considerant. *Judiciale secretum*, Ammiano lib. 15. *Secretarium Judicis*, in Actis S. Eupli 12. Augusti, et in Concilio Milevitano II. cap. 16. *Aræ in Secretarius et pro tribunali positæ*, apud Lactantium de Mortibus persec. n. 15. [Acta S. Theodoriti Mart. apud Mabill. tom. 4. Analect. pag. 128: *Audiens vero Julianus hunc facere collectam, volens placere Imperatori, sedens in Secretario, eum sibi jussit exhiberi*. Adde Acta SS. Scillitanorum ibid. pag. 153. S. Ambros. serm. 4. S. August. contra Crescon. lib. 3. cap. 56. de serm. Dom. in monte cap. 21. Symmach. lib. 10. Epist. 36. etc.] Vide Notas nostras ad Alexiadem pag. 262. 269. [Panciroi. lib. 1. Thesauri var. lect. cap. 77. et infra *Secretum*.] Glossar. med. Græcit. col. 1347.

¶ 2. **SECRETARIUM**, Penetræ, locus secretus, remotior. Apuleius de Mundo: *Illi etiam ignes, qui terræ Secretariis continentur, etc.* Idem in Floridis: *Avibus, hæc Secretaria utique magis congruerint merulis, et lusciniis, et oloribus.*

3. **SECRETARIUM**, *Ædicula* seu camera vice exedræ templo seu ædi sacræ adjuncta, in qua sacra Ecclesiæ ministeria reconduntur, et in qua etiam Sacerdotes et Clerici, priusquam ad sacra procedant, vestes Ecclesiasticas induunt. Vetus Inscriptio in Ecclesia Viennensi: *Ex voto Flavius Lucianus vir Consularis cum suis fecit de proprio basilicam, Secretaria atque porticum*. [Charta Reginardi Episcopi Biterr. ann. 933. inter Instrum. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 127: *Et quantum ibidem ad pertineturum est, id est in ecclesia S. Petri in sacris Secretariis, cimeteriis, etc.*] Ordo Romanus:



Cum vero Ecclesiam introierit Pontifex, non ascendit continuo ad altare; sed prius intrat in Secretarium sustentatus a Diaconibus, etc. Beda lib. 2. Hist. Eccl. cap. 1: *Sepultus vero est corpore in Ecclesia B. Petri Apostoli ante Secretarium.* Innocentius III. PP. lib. 2. de Myster. Missæ cap. 5: *Cum autem stationis solennitas celebratur, Romanus Pontifex cum sex præfatis ordinibus processionaliter ad altare progreditur.* Willelmus Malmesbur. lib. 1. de Gestis Pontificum: *Missæ cantata, sicuti erat vestibus sacris indutus, Secretarium ingressus est.*

In Secretariis porro recondi solita ministeria sacra, seu vasa, vel vestes sacras, testatur Paulinus Epist. 12. ad Severum, in Secretarium Ecclesiæ:

Hic locus est, veneranda penus qua conditur, et qua Promittit alma sacri pompa ministerii.

Leo Ost. lib. 3. Chron. Casin. cap. 26. (al. 28.): *Iuxta cujus absidam, bicameratam domum ad thesaurum Ecclesiasticis ministerii recondendum extruxit: quæ videlicet domus Secretarium appellatur, eique ejusdem nihilominus operis alteram, in qua Ministri altaris præparari debeant, copulavit.* [Vita B. Alcuini sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 157: *Custos denique sepulcri S. Martini, providebat qui ceram et vestimenta omnia quæ ad ipsam basilicam pertinebant, intrans cum candela accensa Secretarium, quo ista servabantur, etc.*] Vide Descriptionem nostram Ædis Sophianæ, ubi de Scævophylacio.

In Ecclesiarum Secretariis interdum considebant Episcopi et Sacerdotes de rebus Ecclesiasticis deliberaturi, et sic Concilia et Synodos agebant. Synodus Carthag. ann. 525: *Carthagine in Secretario basilica S. Martyris Agilei, cum Bonifacius Episcopus Ecclesiæ Carthaginensis cum Coepiscopis suis diversarum provinciarum Africanarum consedisset, etc.* Synodus Arelatensis: *Cum Arelate in Secretario Ecclesiæ convenissemus, etc.* Concilium Aquisgranense II. factum dicitur *Aquisgrani palatii in Secretario basilicæ sanctæ Genitricis Dei Mariæ, quod dicitur Lateranis, anno Incarnationis D. J. C. 836.* Concilium Arelatense II. cap. 15: *In Secretario Diacono inter Presbyteros sedere non liceat.* Gregorius Turonensis lib. 5. cap. 19: *Recedente vero Rege ad metatum suum, nos collecti in unum sedebamus in Secretario basilicæ B. Petri.* Capitula Caroli C. tit. 26: *Hæc sunt nomina Episcoporum, qui anno Incarn. D. 860. Non. Junii in Secretario basilicæ S. Castoris consideraverunt cum nobilibus Laicis firmitatem, quam gloriosi Reges nostri Hludovicus et Karolus atque Hlotarius inter se fecerunt, etc.* Guillelmus Biblioth. in Hadriano II. PP. pag. 227. de Legatis Basilii Imp.: *Huic sanctissimo Papæ Hadriano cum Episcopis et proceribus in Secretario sanctæ Mariæ Majoris, juxta morem sanctæ Sedis Apostolicæ residenti, se satis humiliter presentarunt.*

Concilia præterea et Synodos in Secretariis ædium sacrarum egisse Pontifices, testantur passim Concilia ipsa et Synodi. Isidorus Pacensis Episcopus in Chron.: *Hispalensem Isidorum Metropolitanum Pontificem clarum doctorem Hispania celebrat, qui anno septimo suprafati Principis Sise-*

*buti, contra Acphalorum hæresim magna auctoritate Hispalim in Secretario Sanctæ Hierusalem Concilium agit, etc.* Stephanus Eddius in Vita S. Wilfridi cap. 28. ubi de Concilio Romano: *Wilfridus Deo amabilis Episcopus sanctæ Eboricæ Ecclesiæ præforibus nostri Secretarii moratus ad nostrum Secretarium juxta suam postulationem cum petitione, quam secum adferre dictus est, amittatur.* Hinc ipsæ Concilliorum sessiones Secretaria fere semper appellantur. Synodus Romana sub Zacharia PP: *Quia hodie jam tardior hora est, venturo Secretario pertractandum est.* Infra: *Præterito Secretario, etc.* Liberatus Diacon. cap. 13. de Synodo Calchedonensi: *Et ita soluto primo Conventu, secundo Secretario interloquentibus judicibus, etc.* Infra: *Tertio Secretario, etc.* Vide eamd. Descript. ædis Sophianæ num. 85. et veterem Interpretem Concilii VI. Oecumenici, act. 4. extr.

Secretaria proinde Ecclesiarum perampla fuisse non modo inde colligitur; sed et quod in ea interdum Sacerdotes divertent, in iisque mansionem facerent. Sulpitius Severus lib. 3. de Vita S. Martini: *Præteriens ergo Martinus in Secretario Ecclesiæ habuit mansionem. Post discessum vero illius, cunctæ in Secretarium illius virginis irruerunt, adlambant singula loca, ubi sederat vir beatus, aut steterat, stramentum etiam, in quo quieverat, partiuntur.* Quod ita reddidit Fortunatus lib. 3. de Vita ejusdem S. Martini:

Mansio forte fuit Martino prætereunti  
Ecclesiæ Domini qua Secretaria pollent.

Id porro etiam attigimus in eadem Ædis Sophianæ Descriptione n. 86. ut et, unde Secretarium dicta fuerit hæc excrda, n. 85. quibus adjungenda sunt, quæ habet Henricus Valesius ad Ammianum pag. 87.

Jam vero Secretaria vocat loco supra laudato Paulinus binas conchas, quæ majori, in qua altare erat, adjungebantur, in quarum altera vestes et cimelia Ecclesiæ recondantur; in altera Sacerdotes sacrorum librorum lectioni operam dabant. De utroque Secretario copiose pariter egimus in eadem Descriptione n. 67. 68. ad quas etiam referendus forte locus mox allatus Leonis Ostiensis, et Sulpitii Severi alter lib. 3. de Vita S. Martini, ubi duplex Secretarium statuit. Secretariorum Ecclesiæ passim mentio habetur in Concilio Calchedon. act. 1. pag. 48. edit. 1618. Arausicano I. can. 27. Arelat. III. in Synodo Confluent. ann. 860. apud Possidium in Vita S. Augustini cap. 24. Leonem IV. PP. de Cura pastorali, Anastasium in Sergio PP. pag. 62. Simeonem Dunelm. lib. 1. Histor. Eccl. Dunelm. cap. 5. Ricardum Hagustaldens. de Episcopis Hagustald. lib. 1. cap. 15. lib. 2. cap. 4. in Vita Alcuini n. 22. etc. [Vide Saluatorium.]

SECRETARIUM EPISCOPII, seu τὸ ἐπισκοπεῖον, Domus Episcopi, in Concilio Calchedon. act. 1. pag. 63. edit. 1618.

SECRETARIUM MONASTERII, in Fragmento Historiæ Comitum Capuæ apud Camillum Peregrinum in Hist. Longob. lib. 1. pag. 125.

¶ 4. SECRETARIUM, Theca reliquiarum seu feretrum, in quo reliquiæ sacræ recon-

duntur. Vide in *Scrinium*. Mirac. S. Adalhardi sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 370: *Et ne aliquis eorum dubius existeret S. Adalardum esse relatum; reliquiis ejusdem de Secretario, ubi ante repositæ fuerant, præsentari fecerunt. Quas quidem in conspectu populi adstantis extulerunt, ipsasque, ut credi decet, antiquo ebore lucidiores, visusque pro sui raritate delectabiles, conspectibus omnium adstantium cernendas præbuerunt. Postquam autem præsentia Sancti remota est ab illis omnis nubes dubitationis, eum honorifice reposerunt in eodem scrinio, quod paullo ante relatum fuerat cum gaudio.*

¶ 5. SECRETARIUM, Locus subterraneus, crypta. Mirac. S. Germ. Autiss. tom. 7. Jul. pag. 278. col. 1: *Jam id, credo, provida divinitas prætendebat, cum inter cetera supra memorati operis instrumenta Secretarium quoque conditorii ejus, nec uni nec soli tantummodo parabatur. Vide Secretarium 2.*

1. SECRETARIUS, Qui Ecclesiæ secretum curat, Sacrista. [Guidonis Discipul. Farf. lib. 1. cap. 18: *Sonet squillam Custos Ecclesiæ. Pueri exeant, lavent manus, atque in ecclesiam pergant. Tum Secretarius denuo pulset signum, quousque veniant facere orationem.*] Lanfrancus in Statutis pro Ordine S. Benedicti cap. 6: *Ad Secretarii officium pertinet omnia ornamenta Monasterii et omnia instrumenta et suppellectilem, et quæ ad ipsum Monasterium pertinent, custodire, etc.* Occurrit passim apud eundem Lanfrancum, præterea in Vitis Abbatum S. Albani pag. 36. 42. 65. Gervasium Dorobernensem ann. 1149. in Usibus antiquis Cisterciensibus cap. 4. 13. 17. 21. 47. [in Mirac. S. Agulfi cap. 3. S. Bertæ cap. 11. in Vita S. Neeti cap. 9. etc. Nostris Secretain. Testam. Jo. Lessillè ann. 1382. apud Menag. Hist. Sabol. pag. 390: *Ge donne et laisse au Secretain de ladite eglise de S. Martin de Sablé et ses successeurs à tousjours més cinq sols de rente. Le Roman de Vacce MS:*

En l'abeie saint Oien  
Out en cel temps un Secretain,  
Tenu estoit por leal moingne.

Vide *Sacrista*.]

¶ 2. SECRETARIUS, Officium et dignitas in Aula Dalphinali, qui est a Secretis, Secretaire. Ordinat. Humberti II. ann. 1340. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 399: *Item quia multa frequenter occurrunt quæ non sunt omnibus revelanda, ad nostra servitiâ, nostraque secreta scienda et executioni mandanda quatenus de nostro mandato processerint, unum fidelem ac probum et sufficientem virum in nostrum Secretarium volumus deputari.* Charta apud Kennet. Antiq. Ambrosd. pag. 388: *Cuncta denique agenda sua ad nutum unius Secretarii sui passim committere, etc.*

SECRETARIUS SCACARII, Qui postmodum Cancellarius, de qua postrema nomenclatura consulendus auctor Fletæ lib. 2. cap. 29. Matth. Paris. ann. 1234: *Administraverat enim Hugo officium Scacarii, ante laudabiliter secundum, quod appellatur Secretum scacarii, sigillum custodiendo, et diffinitam pecuniam a Vicecomitibus recipiendo, quæ omnia Cancellario scacarii conveniunt in eodem libro Fletæ cap. 27.*



¶ SECRETARIUS, Scriba, in laudata Humberti Ordinatio. *ibid.* : *Quod Secretarii et Notarii nullum jus seu premium scripturarum recipiant quavis occasione vel causa.*

\* De Secretariis apud Byzantinos videndus Cramerus in Supplem. ad Brisson. pag. 21. Glossar. med. Græcit. col. 1348. supra Asecretis.

\* SECRETARIUS, Consiliorum arcanorum particeps. Thietm. Chron. lib. 2. cap. 15 : *Accersitque clam suimet Secretario quem prædiximus, Wolcnero, quod in mente latebat vulnus aperuit.* Bruno de bello Saxónico cap. 11 : *Quidam Secretarius Regis, nomine Conradus.* Lit. Rudolph. Imper. ann. 1287. in Guden; Cod. Diplom. tom. 2. pag. 254 : *Venerabili Heinrico Archiepiscopo Moguntino, principi et Secretario suo karissimo.* Adde Adalberti Vitam Henrici II. Imper. cap. 37.

3. SECRETARIUS, Officium in forestis, seu silvis, *Segrayer*, in Statutis Henrici II. ann. 1558. et Henrici III. ann. 1575. 1578. 1583. pro forestis. [Vetus Recognitio feudalis in Camera Andegav. : *Et est au choix des dessusdits, qui doivent ferir lesdites quintaines... de prendre une lance de bois, laquelle mon Segraier de la forest doit essayer et secoure par trois fois.*] Quidam Secretarios ejusmodi, esse partiaros, sive ex parte, silvæ dominos volunt. Tabularium Vindocinense Charta 388 : *Goffredus Comes Andegavensis congregavit universos naturales majoresque natu de Vindocino, præcipueque Secretarios et forestarios, præcepitque... ut forestam Wastinæ juste et sine aliqua falsitate dividerent, et quid post mortem ejus quacumque invasione fuisset exemplatum (essarté) certa et veridica demonstratione secernerent.*

SEGREGARIUS. Gesta Guillelmi Majoris Episcopi Andegavensis cap. 29 : *Intuentus Stephanum Segregarium dicti Comitiss Andegav. qui nobis nuper denunciaverat, quod si nos in bosco vestro de Boucheto juxta villam Episcopi venaremur, ibidem venantes caperet.*

SEGREGAGIUM. Aresta Candelosæ ann. 1257. in I. Regesto Parlamenti pag. 90 : *Cum baillivus Turonensis peteret ab Abbate et Conventu Belliloci juxta Lochias sibi reddi pro D. Rege Segregagium de bosco de Chevais vendito ab ipsis pretio 200. ll. etc.* Compotus Baillivorum Franciæ ann. 1337 : *De Segregagio de nemore de Balav. de Segregagio magnæ Gastinæ. Segreggia, seu tertia de expleti forestarum.* Ex quibus verbis videtur colligi, Segregagium fuisse tertium partem expleti, quæ ad superiorum dominum pertinebat, et vulgo tiers et danger vocatur. Segreage, et Segorage, in Consuetudine insulæ Savariæ art. 10. et Turonensi.

☞ Cangianæ interpretationi laud male convenit Inquesta ann. 1461. ex Tabul. Monast. Baugeseii : *Ladite piece de bois, supposé qu'elle soit au dedans de la garenne du Roy à cause de son chastel de Loches, n'est subjecte à Segreage, vesson, herbage, etc.* Infra : *En iceulx bois lesdits religieux ont tout le droit de la pesson, quant elle y avient, sans qu'ils soient subjets envers le Roy nostredit Sire à Segreage, pasnage, etc.* Mornaco, qui in Gloss. Jur. Gall. laudatur, Segregagium, quod a Segregando

dictum vult, est jus quod ex ligni venditione domino superiori competit, quintus scilicet denarius. Vide supra *Dangerium*. Segraierie dicitur in vet. Cod. Jur. Vicecom. Bellimontis ann. 1286 : *De la Seneschaucée de la Fleche et de la Segraierie de la forest de Mellinas.*

Segrealis, Segreagii juri obnoxius. Arestum supra laudatum : *Cum nemus, quod dicitur Boscus Ogerii, non sit Segreale, ... idem boscus de Chevais non sit Segrealis.*

¶ SECRETARIA, Secretarii forestæ officium et reditus. Charta ann. 1209. apud Menag. Hist. Sabol. pag. 364 : *Gaufredus Bourel parochianus de Precigneo, quæ de omnibus istis rebus, et de omnibus aliis nemoribus, tam propriis quam communibus, quam deffaisiis, quam usagiis, secretarius ejus Secretariam suam, et quidquid juris et domini ibidem habebat, eidem dedit locis.* Idem quod

SEGREGHERIA, ex Gallico Segraierie, in Statutis Henrici II. et Henrici III. Regum Franc. pro forestis. Gesta dominorum Ambasiensium cap. 2. n. 12 : *Comes vero jugiferan Campaniæ, et Segreheriam, quæ ultra Carum fluvium est, ex sua parte Lisoio pro servitio tribuit.*

\* 4. SECRETARIUS, Secretus, abditus. Acta SS. Firmi et Rust. tom. 2. Aug. pag. 420. col. 2 : *Suscepit Cancharius intra domum suam et misit eos in Secretariam colam, in qua nimirum retrusi sunt.*

\* 5. SECRETARIUS, Secreti tenax, Gall. Secret. Acta SS. Inquisit. Carcass. ann. 1308. fol. 21. vº : *Dicentes ei quod esset bona mulier et Secretaria; et si volebat credere eis, ipsi ponerent eam in via salvationis.*

SECRETELA. Vide *Secreta* I.

SECRETI DUANÆ, inter ministros et officiales regios recensentur in Constitut. Siculis lib. I. tit. 36. 58. *Justitiarii, Secreti, et Officiales alii Apruti*, in Charta Caroli II. Regis Siciliae, apud Ughellum tom. 1. part. 1. pag. 429.

\* Erario præpositi. Vide mox in *Secretia*.

¶ SECRETIA, Erarium Principis. Charta ann. 1315. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 152. col. 2 : *Sibi de annuo redditu unciarum auri quadringintarum ponderis generalis, percipiendo per eum annis singulis quandiu in servitiis nostris erit, super juribus et proventibus Secretiæ nostræ Apuleiæ de nostra certa scientia et speciali gratia providemus.* Epist. Panormit. ad Martin. IV. PP. in Chron. Siciliae apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 36 : *Divitibus invitis faciebat dari officia Secretiæ, mediocribus vero bajulationis dotanas.* Vide supra *Secreta* 2.

\* Constit. MSS. Caroli reg. Sicil. : *In primis officia Secretiæ vendantur emere volentibus; ... et ipsi secreti, cabclotti vel credenzerti simili modo cabellas et jura Secretiæ vendant vel concedant in credentiam.*

¶ SECRETIO, Societas, conjunctio, pactio. Monumenta vetera apud Ludewig. tom. 8. Reliq. MSS. pag. 159 : *Iringus... consuluit Irmifrido Regi quod non cederet Theoderico Regi Francorum, quia regnum de jure cederet sibi. ... Quod consilium secutus est Irmifridus, deditque legatis responsum, dicens : pacem non abrenuncio a do-*

*mino vestro, ac amicitiam et Secretionem, etc.*

1. SECRETUM, Ugutioni, *Locus, ubi dantur, vel servantur secreta* : præsertim ita appellatum Secretarium, seu locus, in quo iudices jus dicturi, vel alii de rebus seriis deliberaturi, consistunt. *Judiciale secretum*, apud Ammianum lib. 15. Codex Canonum Ecclesiæ Africanæ cap. 97 : *Εἰς τὰ σέκρητα τῶν διακονῶν ἰσχύνα.* *Ingressi judicum Secretaria.* Constitutio 2. in Appendice Codic. Theodos. : *Sit hujusmodi personis tenore hujus legis illicitum sacra nostra adire secreta, et impetrare rescripta.* Adde Constit. 15. Synodus Lateran. sub Martino PP. *Præ foribus astut venerabilis Secreti vestri Stephanus Episcopus Dorensis.* Sexta Synodus acta dicitur ἐν τῷ σεκρήτῳ τοῦ θείου παλατίου, τῷ εὐτῷ λεγομένῳ Τρούλλῳ. Acta Constantinopoli sub Flaviano Patriarc. act. 1 : ἐν τῷ σεκρήτῳ τοῦ ἐπισκοπείου. [Vide *Secretarium* I. et Gloss. med. Græcit. in Σέκρητον.]

\* Lieu Secretère, eadem acceptione, in Lit. ann. 1373. tom. 5. Ordinatio reg. Franc. 679. art. 3 : *Tous les eschevins, conseillers et pairs s'en vont oudit eschevoiage en leur lieu Secretère; et illecques assis ainsi que les sièges le portent, etc.*

SECRETÆ COELESTIÆ, Ecclesiæ. Constit. 11. in Append. Cod. Theod. : *Quippe illius usurpationis contumelia depellenda est, ne prædicia usibus celestium Secretorum dicata, sordidorum munerum fascæ vexentur.* Eadem pene verba habent Capitulare 2. Caroli M. incerti anni cap. 4. Additio 3. Capitul. cap. 339. Urbanus I. PP. in Epist. in Decret. 17. q. 2. et in Concilio Moguntiacensi ann. 888. cap. 11.

¶ SECRETUM POLI, Eadem notione. Inventio corporis S. Baudelii inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 169 : *Episcopi autem pro inventione tanti thesauri hactenus oculi magnis vocibus hymnum Te Deum laudamus intonantibus, ... pulsatur laudibus poli Secretum, etc.*

SECRETUM MISSÆ, Diptychon, seu tabella continens Canonem Ecclesiæ, in Decretis Concilii Eboracensis ann. 1195. cap. 2.

\* Secret appellatur pars Missæ, quæ Secreta dicitur, ut videre est in hac voce, in Lit. remiss. ann. 1349. ex Reg. 78. Charthoph. reg. ch. 247 : *Lequel curé ou chapelain estoit au Secret de sa messe.*

¶ SECRETUM NATURÆ, Exoneratio alvi, vel ipsa latrina. Leges Palat. Jacobi II. Reg. Majoric. inter Acta SS. tom. 3. Jun. pag. xxviii : *Prope nos ad pedes lecti nostri jacere ac in Secretis naturæ nobis assistere ut incubet.* Vide *Secessus*.

SECRETUM, Vide *Sigillum secreti*.

\* 2. SECRETUM, Interdictum iudicis sententia decretum. Vide supra in *Secretare*.

\* 3. SECRETUM, a Gall. Secret, Arcula in organis, ubi ventus colligitur et unde distribuitur. Comput. ann. 4173. ex Tabul. S. Petri Insul. : *Pro reparando magna organa, in eis scilicet faciendo bursas et patellos, recolando Secretum, etc.* Alius ann. 1479. *ibid.* : *Item organistæ pro reparatione Secreti, etc.*

\* SECRETISTES. Charta ann. circ. 1130. ex Chartul. Stirpensi in Reg. 3. Armor.



gener. part. 1 : *Unde Gaufridus de Monz cepit mulam ferrandam cum sella et frono; et Aimericus ut Amelius montis Cuculi ceperunt inde Secristitem nostrum, et valuit lx. sol. quod perdidimus.*

1. **SECTA**, Opinio ab aliorum sententia diversa, hæresis. [Gloss. Lat. Gr. *Secta*, ἀρεσις, Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Secta*, *propos*, *secte*.] Papias : *Sectas dicimus, habitus animorum, ac instituta circa disciplinam, vel propositum, longe alia in religionis cultu quam ceteri opinantes.* Faustus Manichæus apud Augustinum lib. 20. contra eumd. cap. 3 : *Secta est longe alia opinantem quam ceteri, alio etiam sibi ac longe dissimili ritu divinitatis instituisse culturam.* Tertullianus de Pallio cap. ult. *divinam Sectam ac disciplinam dixit.* Sed et

**SECTA**, dicitur prava ipsa opinio chartæ indita. Concilium Toletanum I : *Symphosius Episcopus dixit,.... Ego Sectam, quæ recitata est, damno cum autore.*

2. **SECTA**, Vitæ institutum, agendi ratio. Glossæ Græc. Lat. : Τρόπος, *Secta*, *mos*. Unde emendandæ Glossæ Lat. Gr. : *Sectum*, τρόπος, ubi leg. *Sectam*. Alibi : *Sectæ*, φιλοσόφων ἥθη, pariter legendum pro ἐνδύσεως φώθη. § ult. Instit. de Legat. : *Hujusmodi autem testatorum voluntates valere Secta meorum temporum non patitur.* Ubi Theophilus : Ἀλλοτριόν ἐστι τῶν εὐσεβῶν ἐμοῦ γρόνων τῆς βουλεύσεως. Simili formula utitur Gordianus Imp. in leg. 2. C. de Delatoribus (10, 11.) : *Quod est Sectæ temporum meorum alienum.* Alexander Imper. in leg. 2. C. de Delator. : *Alienam Sectæ meæ sollicitudinem concepisti,* etc. Epistola Eðdini Juliani Præfectori Prætorio ad Jun. Comnianum : IN. PROVINCIA. LUCUNESS. QUINQUE. FASCALIA.... (leg. GALLIAR.) CUM. AGEREM. PLEROSQ. BONOS. VIROS. PERSPEXI. INTER. QUOS. SOLEMNEM. ISTUM. ORIUNDUM. EX. CIVITATE. VIDU.... SACERDO.... IA.... QUEM. PROPETER. SECTAM. GRAVITA.... I.... ET. MORES. HONESTOS. AMARE. COEPI. etc. Integrum hocce rarumque antiquitatis monumentum dabit propediem vir clarissimus Bajocensis Canonicus in Hist. Bajocensi.

Spem injectam fefellit V. Cl. *Petite* Ecclesie Bajocensis Canonicus et Officialis : fato quippe functus est priusquam expectatum opus in publicam lucem emisisset; quod utcumque resarcire licet ex Mercurio Gallicano mensis Aprilis ann. 1733. ubi integram hanc epistolam legere est. Adde menses Aprilem 1732. et Maium 1733. Vide præterea Sponium in Miscell. erud. Antiquit. pag. 282. Cæterum *Sectam* pro vitæ instituto seu agendi ratione usurpat Valer. Max. lib. 2. cap. 7 : *Eam Sectam Metellus secutus.* Neque aliter vocem Græcam ἀρεσιον vertit Cicero, ut observat Casaubonus ad Athen. lib. 5. cap. 4.

3. **SECTA**, SECTOR, SEQUELA, voces Fori Anglici.

**SECTA CURLE**, seu *Secta ad curiam*, est servitium, quo feudatarius ad frequentandam curiam domini sui tenetur. Ita Cowellus lib. 2. Institut. tit. 3. § 29. *Servitium placiti* vocant nostri, ut in v. *Placitum* docuimus, quo scilicet vassallus ad Placita domini sui venire tenetur. Gravamina Episcoporum Angliæ : *Ratione hujusmodi possessionum, Rex et alii Magnates nituntur*

*compellere Episcopos, Prælatos et Religiosos, et Rectores Ecclesiarum facere Sectam ad Curiam laicalem.* Item ad *Sectam* et alia onera faciendam, et ad comparandum in foro vetito, compelluntur per captionem animalium suorum, etc.

Aliud esse videtur a *servitio placiti*, *Secta curiæ*, de qua mentio est in Charta apud Kennet. Antiquit. Ambrosd. pag. 320 : *Item facient Sectam curiæ domini de Hedington de sex septimanis, et si breve domini Regis in dicta curia attachietur, tunc sectam illam facient de tribus septimanis in tres septimas, et ad præfatam curiam singulis annis inter festum S. Michaelis et S. Martini venient cum toto ac pleno dyteno sicut hactenus facere consueverunt.* Ubi *Secta curiæ* idem esse quod *stagium* existimo.

Ejusmodi sectarum numerus erat fere semper definitus in Chartis infeodationis. Fleta lib. 2. cap. 71. § 14 : *Item qui prædictorum faciunt Sectas ad Curiam domini, et quot sectas per annum, etc.* Interdum enim unica, interdum binæ, vel ternæ sectæ debebantur : *Si hæreditas aliqua, de qua unica Secta tantum deberetur, ad plures hæredes participes illius hæreditatis devolveretur, ille qui eneyam, id est, capitalem partem illius hæreditatis habeat, unicam Sectam faciebat pro se et participibus suis, ex primis Statutis Roberti I. Regis Scotiæ cap. 3. Eadem habet Fleta lib. 2. cap. 66. § 5. 6. 7. Unicæ istius sectæ mentio est in Charta Henrici III. Regis Angl. tom. 1. Monast. Angl. pag. 529 : *Sciatis nos.... pardonasse.... Monialibus, ibidem Deo servientibus.... Sectam, quam singulis annis facere consueverunt ad curiam nostri honoris Bononiæ, apud S. Martinum magnum London. pro dominicis terris suis in manerio, etc.* Adde Statutum Marlebrigd. Henrici III. cap. 9. Binarum vero *Sectarum* meminit Will. Thorn ann. 1259 : *Tandem idem Simon concessit,.... quod facient sectam ad scutagium, quando cessum est ad 20. sol. 12. den. et ad plus plus, et ad minus minus, et facient Sectam ad curiam Cantuarie bis per annum, scilicet in festo S. Michaelis et in Pascha.* [Idem occurrit in Charta apud Madox Formul. Anglic. pag. 12 : *Faciendo.... duas Sectas per annum, scilicet unam ad curiam nostram proximam post festum S. Michaelis, et aliam Sectam ad proximam curiam nostram post Pascha, per rationabilem summonitionem in perpetuum.*]*

Sed cum tria potissimum *Placita Capitalia* tenerent domini in feudis suis, totidem sectæ fere semper debebantur a vassallis, qui ad ea convenire tenebantur, etiam sine submitione : *alias nullus sectator tenebatur venire ad curiam domini sui, sine submitione legali, ut est in Quoniam Attachiamta cap. 33. § 3. 5. 7.*

Non omnes tamen vassalli *Sectis Curie* erant obnoxii; sed ii tantum, qui per chartas sub hac conditione feoffati erant, ut est in Fleta lib. 2. cap. 66. § 1. 2. 3. etc. Tametsi id oneris omnibus æque tenentibus in Anglia inferre tentaverit Willelmus de Eboraco Episcopus Sarisberiensis. Matth. Paris ann. 1256 : *Pro lege consuetudinem pessimam in regno suscitavit : ut scilicet pro quantalocunque tenemento faciat tenens ac subjectus suo superiori, a quo videlicet te-*

*net, in magnum subditorum damnum et detrimentum, et superiorum parvum vel nullum emolumentum, Sequelam curiæ etiam invitatus : unde qui nunquam hoc fecerant, mirabantur, se ad hoc fuisse coactos.* [Quod false et inepte scriptum fuisse docet Spelmanus.]

Ab hac servitute eximebantur aliquando Ecclesie et Monasteria ex speciali privilegio. Charta Richardi Comit. Cornubiæ apud Kennet. Antiquit. Ambrosd. pag. 212 : *Ratam habemus donationem quam Wido de Areines fecit abbati et conventui de Osenei de terra sua quam habuit in villa de Mixbury; quæ terra quandoquidem consuevit facere Sectam ad curiam nostram de North Osenei, hanc Sectam.... relaxamus in perpetuum.*

Vassallus ad curiam domini submonitus, priusquam ad judicandum, vel ad alia munia juridica peragenda admitteretur, examinabatur a Ballivo; quo facto, amerciarum non poterat, si errasset. Quoniam Attachiam. cap. 36. § 3. et 4 : *Quilibet sectator antequam admittatur seu recipiatur per Ballivum, potest et debet examinari in tribus curiis, si sciat facere recordationes curiæ, et dare sufficienter unam wardam, seu iudicium curiæ de wardis, et rationibus petitis, in curia, vel non; et tunc cum fuerit per iudicem et suos socios approbatus, non potest postea pro sua imperitia amerciarum.*

Quod si vassallus per se aut per attorney ad curiam domini non venerat, nulla legitima proposita excusatione, seu *Essonio*, distringebatur per catalla sua, ut habent Quoniam Attachiam. cap. 33. prima Statuta Roberti I. Regis Scotiæ cap. 4. Fleta lib. 2. cap. 66. § 6. 7. 8. 9. 12. etc. Atque ii *Sectas suas a curiis dominorum subtrahere* dicebantur, si *sectas* suas non facerent, vel ad eas faciendas se teneri denegarent, in Statutis secundis Roberti I. Regis Scotiæ cap. 5. et in Fleta lib. 2. cap. 66. § 11. Ita porro accipiendæ sunt *Sectæ Comitatus, Hundredorum, Wapentachiorum, etc.* in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 279. 297. 372. 487. 502. tom. 3. pag. 14. in Fleta lib. 2. cap. 66. § 12. 14. etc.

**SECTA CONSUETA**, cum ex consuetudine, cujus memoria non exstat, curiam alterius sectarii aliquis tenetur, Anglis J.C. *Suit Coutume*. Idem quod

**SECTA CUSTUMARIORUM**. Vide Fletam lib. 2. cap. 71. § 15.

**SECTA CONVENTA**, seu ex conventionem, Anglis J.C. *Suit covenant*, cum ex aliqua conventionem, cum necessoribus inita, quis tenetur curiam alterius sequi. Rastallus.

¶ **SECTA HUNDREDI**, Servitium, seu obligatio qua Hundredis aliquis interesse tenetur. Charta apud Madox Formul. Anglic. pag. 225 : *Cum prædicti villani facere debeant et facere consueverunt Sectam ad prædictum Hundredum de tribus septimanis in tres septimas.* Vide *Hundredus*.

¶ **SECTA LAUHUNDREDORUM**. Vide *Lavehundredum*.

**SECTA MERCATI**, Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 117 : *Anno 1220. Rex Henricus filius Johannis Regis concessit Monachis S. Petri Gloucestr. mercatum de Northlech cum Secta, scilicet duo Apostolorum Petri et Pauli, etc.*



SECTA AD MOLENDINUM, Servitium, quo feudatarii grana sua ad domini molendinum ibi molenda perferre ex consuetudine astringuntur. Ita Cowellus lib. 2. tit. 3. § 30. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 113 : *Dedit molendinum cum Secta et moltura totius ville suæ, etc.* Tom. 2. pag. 103 : *Et de molendino... cum Sectis totius parochie prædictæ, etc.* Adde pag. 101. Tom. 3. pag. 59 : *Molendinum cum tosto et curtillagio, et cum tota moltura et Suita.* Ex Gallico Suite. [Molendinum cum Secta debita, in Charta ann. 1323. apud Madox Formul. Anglic. pag. 164.]

¶ SECTA MOUTÆ, Eadem notione. Charta ann. 1258. ex Chartul. S. Vandreg. tom. 2. pag. 1965 : *Cum lis et contentio moveretur inter me... et omnes homines illos de parrochia de Rogierville et de Gneueville, ... a quibus petebam Sectam moutæ, sicut bannarii molendini mei des Eurenis. Tandem... pax et concordia facta fuit inter nos... in hunc modum, quod... ipsi tenentur de cætero frequentare dictum molendinum sicut bannarii... et persolvere mihi... de decem et octo boisellis bladi decimum et nonum boisellium bladi rusum et unum cartam farine case.*

¶ SEQUELA, Eodem significato, in Charta Richardi Reg. Angl. ann. 1197. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. XIX : *Quieta clumavinus ecclesie Rothomagi... omnia molendina que nos habuimus Rothomagi quando hæc permutatio facta fuit, integre cum omni Sequela et moltura sua, sine aliquo retinemento eorum que ad molendina pertinent vel ad molturam.* Paulo supra : *Tam Milites quam Clerici... Sequentur triu molendina d'Andeli.*

SECTA REGALIS, qua omnes turnum Vicecomitis vel Letas bis quotannis adire tenentur, ut non ignorent, quæ ad pacem Republicæ hic geruntur. Regalem autem appellatam volunt, quia fit Ligeantia erga Principem prestandæ causa. Nam illic omnes, qui annum 12. prætervecti sunt, Ligeantie sacramentum subeunt. Cowellus et Rastallus.

SECTA REGIS, Denuntiatio rei, una e duabus viis reum sistendi de aliquo crimine, quarum prima est accusatio, quæ Appellum dicitur : altera denuntiatio, quam Sectam Regis appellant. Cowellus lib. 4. Institut. tit. 18. § 34. [\*] Notit. in Abbrev. Placit. pag. 280. ann. 16. Edward. I. Buck. rot. 1 : *Sicut in omni appello Recens Secta fieri debeat et hoc ad minus infra unum annum et hoc debito modo de comitatu in comitatum etc.* Placit. ann. 18. ejusd. Reg. Norf. rot. 28. ibid. pag. 283 : *Et quia prædictus Johannes de Brampton non indicatus nec captus cum manupere, per quod domino Regi Secta in hujusmodi casu potest competere, etc.* Vide Secta, 4.]

SECTA SERVITIUM, ea dicitur, qua vassallus curiæ Vicecomitis, vel Letæ, vel Domini, ratione tenementi interesse tenetur. Anglis J.C. Suit service. Idem Rastallus.

¶ SECTA SHIRARUM, seu Provinciarum. Charta Henrici II. Reg. Angl. ann. 1156. apud Kennett. Antiquit. Ambrosd. pag. 114 : *Quieti sint de thelonio, pontagio, ... et Sectis Shirarum et hundredurum.* Placit. apud Blount in Nomolex. Anglic. : *Per*

*Sectam Shirarum clamat esse quietum de Secta in comitatu Cestrie et Flint. Vide Seyra.*

¶ SECTA SWANEMOTI. Vide Swanimotua.

SECTA UTHESII. Vide in Huesium.

SECTAM PRODUCERE, hoc est, testimonium legalium hominum super re, de qua lis est. In Flea lib. 2. tit. 63. § 10. tit. 61. § 2.

SECTATOR. Qui Sectam facit, vel qui sectæ curiæ obnoxius est ratione tenementi vel feoffamenti : in Quoniam Attachiam. cap. 13. et 33. in Flea lib. 2. cap. 66. § 22. etc. Sectatores litium, litigantes vocat Sidonius lib. 4. Epist. 6. *Negotiorum forensium Sectatores*, Isidorus de Summo bono lib. 3. cap. 60.

SECUTIO, Idem quod Secta. Vetus Placitum sub Guillelmo I. Rege Angl. apud Seldenum ad Eadmerum pag. 199 : *De istis duabus consuetudinibus, qui culpabiles inventi fuerint atque detenti, dum talia faciunt, sive vadimonium ab eis acceptum fuerit, sive non, tamen in Secutione Ministri Regis, et per vadimonium enendabunt, quæ injuste enendanda sunt.* Vide Secta, 4.

SEQUELA, Eadem notione. Matth. Paris : *Ut pro quocumque tenemento faciat tenens suo superiori, a quo tenet... Sequelam curiæ.* Aresta ann. 1259. in 1. Regesto Parlam. fol. 16 : *Cum fecissent adjournari Capitulum... super proprietate Sequelæ manus mortuæ apud Custrum Radulphi, etc.* Willel. Thorn. ann. 1198 : *Quod Abbas de S. Augustino Cantuar. exigebat ab eis servitia et consuetudines, quæ facere non deberent : et mixine, quod faciebat eos Sequi curiam suam de S. Augustino, et ibi placitare, et recto stare, quod ipsi dicebant, se non debere facere ibi, sed in Thenestre, apud Menstre.* [Monast. Angl. tom. 2. pag. 253 : *Et quod sint quieti a Sequela curiæ.*]

4. SECTA. Jus persequendi aliquem in judicio de re aliqua, maxime de criminali : *Poursuite en jugement ; ut sequi, nostris, Poursuivre en jugement.* Vox veteris Jurisprudentiæ. Plinius in Panegy. : *Dicitur actori atque procuratori tuo, in jus veni, Sequere ad tribunal.* Bracton. lib. 3. tract. 2. cap. 11. § 1. de homicida fugitivo : *Non erit statim vocandus sine Secta alicujus, etc.* § 82 : *Cum autem malefactor fugau caperit, oportet quod sit, qui Sequatur fugientem, qui loquatur de visu et auditu, etc.* Ad hujusmodi vero Sectam faciendam non admittitur quilibet de populo, nisi ad ipsum pertineat sequi propter parentelam forte, etc. Passim ibi. [Charta Henrici IV. Regis Angl. ann. 1407. apud Rymer. tom. 8. pag. 483 : *Ad Sectam aut prosecutionem nostri vel alicujus ligeorum nostrorum.*] Vetus Consuetudo Normanniæ cap. 70 : *De meurtre et d'ouicicle peut le plus prochain du lignage faire la Suite.* Vide Secta Regis et Secutio in Secta, 3.]

SEQUELA, Eadem notione. Leges Malcolmi II. Regis Scotiæ cap. 14. § 4 : *Statutum est, quod de omnibus illis malefactoribus Rex habebit Sequelam.* [Leges Norman. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 276 : *Sequela autem de nullo facienda est in hac forma, etc.* Statuta Verceil. lib. 3. fol. 58 : *Item quod notarius*

*Communis pro Sequelis loco districtus Vercellarum, etc.*]

SEQUELA, Alia notione. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 306 : *Donationem... terræ suæ... cum communi pastura, averiis cum Sequela unius anni, et 30. ovibus cum Sequela sua unius anni, 10. equibus cum Sequela sua unius anni, 12. cupris cum Sequela sua unius anni, etc.* [Forte eadem notione qua]

¶ SEQUELA, in Charta ann. 1234. apud Kennett. Antiquit. Ambrosd. pag. 215 : *Confirmavi... totam terram quam habui in Wrechwich cum omnibus pertinentiis, cum villanis et eorum Sequelis et cattallis.* Charta ann. 1277. ibidem pag. 288 : *Confirmavi Waltero priori de Bercestria... totam terram illam, pratium et villanos cum villanagiis, omnibus cattallis et tota Sequela ipsorum.* Alia ann. 1288. ibid. pag. 310 : *Concessimus... maneria nostra... una cum villanis, coterellis, eorum cattallis, servitiis, sectis, et Sequelis, et omnibus suis, etc.* Charta ex Tabul. Mortuimaris tom. 4. Hist. Harcur. pag. 1378 : *Et unam baiatam terræ, quam Radulphus de la Brene quondam tenuit, et eundem Radulphum cum Sequela sua tenendam et habendam in perpetuum.* Charta apud Madox Formul. Anglic. pag. 419 : *Concessi... Agnetem filiam Jordani, ... et Sywonem Calf filium suum... cum omnibus cattallis eorum et cum tota Sequela eorum, et cum omnibus sectis et eorum exitibus... ita quod aliquid... nec in cattallis, Sequelis, sectis, et exitibus eorum de cætero vendicare nec exigere poterimus. Ubi Sequela dicitur, ni fallor, de rebus ad aliquem pertinentibus, ac præsertim de animalibus : quo significato Suite occurrit in Consuet. Turon. art. 100.*

SEQUELA, Jus, quod domino competit persequendi suos homines, cum eo inconsulto ad alium dominum transierunt : [quod Secta fugitivi alibi dicitur. Vide Fugaces.] Practicis nostris Droit de suite. Charta Libertatum oppidi S. Karterii in Biturigibus ann. 1251 : *Si vero uliqui uligeniæ advenierint, mansuri infra metas libertatis prædictæ, dum tamen non sint homines aliquorum Sequelam habentium in villa, ibi dominum facere poterunt, quemcumque voluerint, etc.* Consuetudines MSS. S. Juliani in Lingonibus : *Cil qui demorent en la vile de S. Julien, et qui igui seront, ne seront estunt, et qui igui venront, demorent igui franchiseunt sans nule servitude, et sans nule taille, et s'en pourront aller d'igui, quant il vouront, sans nul reclaim et sans nule Suite.* [Adde Consuet. Arvern. cap. 27. art. 2. 9. vet. Bituric. tit. 1. art. 1. Melodun. tit. 1. 11. Marchiæ art. 147. Litt. ann. 1368. tom. 5. Ordin. Reg. Fr. pag. 155. etc.] Vide Secta, 10.

SECUTIO, Eadem notione, in Charta Ludovici Comitis Sacriæaris ann. 1219 : *Quod si homo Ecclesie S. Satyri... uxorem duxit feminam Domini de Sancero, cujuscumque legis vel conditionis, ancillam sive liberam, Dominus de Sancero ulterius in ea et in liberos ejus nullam habebit Secutionem.*

5. SECTA. Henricus de Knyghton. ann. 1346 : *Sicque ductus est de strata in stratum cum magno tripudio honoris, postremoque ad turrim procedens, subsequente populo,*



et quolibet artificio pro se in propria Secta vestitas honorifice adducitur. Ann. 1348 : *Dominarum cohors affuit.... in tunicis partitis, scilicet ana parte de ana Secta, et altera de alia Secta, cum capucis brestibus, etc.* Idem ann. 1357 : *Civesque obviarent ei ultra mille equestres meliori modo, quodlibet artificio simul vestiti in ana Secta.* Hinc forte *sectarum* nomine appellatum olim apud Metenses quoddam hominum genus, cujusmodi fuit Lutetiæ Parisiorum Capetorum in Collegio Montacutiano, quos *les Sectes* dictos scribit Meurissius in Episcopis Metensibus pag. 399. Fortescutus de Laudibus legum Angliæ cap. 50 : *Et ultra hos ipsi dant anulos aliis amicis suis, similiter et libratam magnam panni antus Sectæ, quam ipsi tunc distribuunt in magna abundantia, etc.* Id præterea nominis rebus aliis attribuitur quam vestibus. Indentura de vasis argenteis, apud Willelmum Thorn. ann. 1321 : *Item 2. potella, anum de ana Secta. Item unum potellam argenteum de alia et majori Secta cum 1. emall. in summitate... Salsarium de alia Secta, etc.* Vide Monasticum Anglican. tom. 3. pag. 170. 171. etc. Ad do versus de Velo Chintilianis Regis tom. 1. Analector. Mabillonii pag. 376 :

Ærea concordie quæ fulgent fila metallo,  
Sectarum cumulis consociare volo.

Ubi editio Pithœi in vet. Poem. habet *Setarum*.

Ex quibus omnibus perspicuum est *Sectam* dici, ubi de vestibus sermo fit, vestimentorum similitudinem, qua societas a societate, classis a classe distinguitur : quod apertius ostenditur in sequentibus. Charta Edw. II. Reg. Angl. ann. 1322. apud Rymer. tom. 3. pag. 945 : *Ad ordinandum quod iidem pedites certis armis muniantur, et una Secta vestiantur.* Litteræ Edwardi III. ann. 1338. apud eumd. tom. 5. pag. 7 : *Omnes Wallenses prædicti, bene nunti, et arraiati, ac de una Secta vestiti sint.* Charta Richardi II. ann. 1382. apud eumd. tom. 7. pag. 356 : *Unum mantellum mixti coloris, foderatum cum bayro, cum supertunica et capucio, foderatis cum tota sua Secta : unam mantellum de blueto, foderatum cum griseo, cum sapertunica ejusdem Sectæ, foderata cum tota sua Secta.* Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii cap. 10. pag. 20 : *Post tanta regalis convivii solemnia, novelli milites, ipsa pallia exuentes, vestes de liberata regia ejusdem Sectæ pretiosas nimum induebant.* At vero ubi aliæ res eodem nomine significantur, ea intelligi quæ ejusdem sunt speciei, formæ seu figuræ, Gall. *de même sorte, de même façon.*

\* *Sieute et Suiance*; eadem notione, dixerunt nostri. Charta dotat. capell. de Blainvilla ann. 1335. in Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 175 : *Item une casuble de drap d'or à canter as haates festes, et une aube à parerement d'ycelle Suiance.* Inventar. MS. eccl. Camerac. ann. 1371 : *Une autre albe parée de unes parares batae à or, à cascade ne j. ymages de broudure et deax paignos de la Sieute.* Hinc *Entresavaunt* dicitur de panno eodem colore æqualiter imbuto, in Stat. ann. 1395. ex vol. 8. arestor. parlam. Pa-

ris : *Quiconque vendra drap.... mal taints ou non Entresuivants en teinture, etc.*

¶ **SECTA VESTIMENTORUM**, Idem quod Galli dicimus *Habit*, ornement complet, cujus scilicet omnes partes ejusdem sunt panni, coloris, formæ. Testament. Rotherami Eborac. Episc. ann. 1498. in lib. nig. Scaccarii pag. 674 : *Item dedi collegio meo anam Sectam vestimentorum de veste deauratam : pro subdiacono, diacono et presbytero cum una capa.*

¶ **6. SECTA**, Infractio, f. a verbo *Secare*. *Secta pacis*, cum scilicet pax a Rege indicta violatur. [\* Pertinent hæc ad *Secta*, 4. Jus persequendi infractorem pacis regiæ.] Charta ann. 1322. apud Rymer. tom. 3. pag. 938 : *'Induxit dominam Regem ad pardonandum Sectam pacis sue versus ipsum,.... quamvis idem Thomas prius juraverit de quibusdam ordinationibus tenendis, ne dominus Rex Sectam pacis sue remitteret.* Charta Edwardi II. Reg. Angl. ann. 1323. ibid pag. 1011 : *Pardonavimus omnibus et singulis... Sectam pacis nostræ.* Charta ejusd. Reg. ann. 1325. tom. 4. pag. 144 : *Ad pardonandum et remittendum eis, et eorum cuilibet, Sectam pacis nostræ.* Charta Edwardi III. ann. 1333. ibid. pag. 573 : *Pardonavimus eis Sectam pacis nostræ, quæ ad nos pertinet pro felonis et transgressionibus, unde judicati, reitati seu appellati existunt.* Et infra : *Nec in feriis, mercatis, vel aliis locis publicis vel privatis, armatis incedat... ad pacem nostram perturbandum.* Charta Henrici VI. Reg. Angl. ann. 1452. in Chron. Joh. Whethamstedii pag. 320 : *Et insuper.... relaxavimus eisdem abbati et conventui Sectam pacis nostræ, quæ ad nos versus ipsos pertinet, pro omnimodis prodicionibus, etc.* Vide in *Pax*.

¶ **7. SECTA**, Inquisitio, rei gestæ acta, Gall. *Information, procès verbal*. Charta ann. 1293. apud Rymer. tom. 2. pag. 613 : *Willelmus de Dufglas.... cepit prædictos baillivos, et in castro suo contra voluntatem... retinuit, et postea permisit transire : et prædicti baillivi in continenti Sectam fecerunt usque castram de Lanark de imprisamento. [\* Hæc est *Secta* appellii. Vide *Secta regis in Secta*, 3.]*

¶ **8. SECTA**, Vestimenti tractus, syrma, Gallice *Queuë*. Charta Edwardi II. Reg. Angl. ann. 1326. apud eumd. Rymer. tom. 4. pag. 209 : *Ipsium (filium nostrum primogenitum) facit (Regina) associari et adherere dicto inimico nostro et proditori le Mortymer, qui portavit Sectam dicti filii nostri, et in ipsius comitiva, publice, coram tota gente Parisius, in solemnitate coronationis, ad festum Pentecostes.*

¶ **9. SECTA**, Pars, portio, *appenditiæ*. Charta ann. 1181. apud Lobinell. tom. 2. Histor. Britan. col. 132 : *Et totum Carcou quamdiu terra nigra darat, et Secte de Carcoa, et prata et pasture et jancta que sunt a Calenderia usque ad Mauopol.* Nisi forte jus secandi sui eruendi cespites nigros intelligas.

\* **10. SECTA**, Jus, quod domino competit persequendi suos homines, cum eo inconsulto ad alium dominum transierunt, ut infra *Secuta* 3. Charta Henr. comit. Trec. ann. 1375. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 320 : *Constitu quod ut nec mi-*

*les nec alius hominem aliquem, pro conventionem aliqua vel alia de causa, ab eadem villa revocare possit, nisi saus fuerit de corpore, vel in eo antiquam taliam vel commendationem habuerit, pro qua in ipso Sectam habere debeat. Poar laquele il deust avoird en ycellui poursuite, in Lit. confirmat. ibid. pag. 318. Vide *Sequela in Secta* 4.*

\* **11. SECTA**, Persecutio, cædes. Acta SS. Roton. apud Mabill. sæc. 4. Bened. part. 2. pag. 199 : *Karolas rex commovit universam exercitum suum : patabat enim quia possit totam Britanniam armis capere, et strages et Sectas hominum facere, et totam provinciam in sua dominatione perdacere.*

\* **12. SECTA**, *SEUTA*, Series, ordo, dependentia, accessio; vel Usus, jurisdictio. Charta Phil. Pulc. ann. 1299. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 72. vº. col. 1 : *Possidebunt.... boscam sea forestam de Montisbargo,..... cum omni jure, dominio et jurisdictione, Seuta, serviciis, placitis et emendis. Sieute, eodem sensu, in Charta ejusd. reg. ann. 1308. ibid. fol. 343. rº. col. 2 : Et auront (les religieux de N. D. du Bec) la Sieute desdiz bois par tout, en la maniere que nous l'avions et esploitions. Le banni de men four et le Sieute, in Lit. ann. 1291. tom. 3. Ordin. reg. Franc. pag. 294. art. 3. ubi male editum *Siene*. Charta Math. de Montemor. ann. 1230. in Chartul. Campan. ex ead. Cam. Comput. fol. 355. rº. col. 2 : *Habebit ista pars bosci Sectam, viam et exitum et deliberationem in alia.* Vide infra *Sequela* 8.*

\* *SUITA*, Eodem intellectu. Charta ann. 1236. in Probat. Hist. domus Barrens. pag. 23 : *Et sciendum est quod dicta foresta de Roissiac de cetero nullam Suitam habebit.*

\* **13. SECTA**, Oblatio, quæ curioni ex ipsius officiis obvenit. Chartul. Arremar. ch. 257 : *De Secta quidem reconciliandarum malierum, sponsorum et sponsarum et peregrinorum peris.... in vestrum ananimiter compromiserunt judicium.* Charta ann. 1173. in Chartul. Cluniac. : *De Secta vero nuptiarum et de oblationibus omnibus, quæ partiri solent,.... monachi duas partes, prædictus Ricardus tertiam habebit.* Vide infra *Sequela* 9.

¶ **SECTANTIA**, Idem quod *Secta* 3. Charta ann. 1178. apud Kennett. Antiquit. Ambrosd. pag. 132 : *Præcipio quod totam terram illam libere et in pace teneant sicut elemosinam liberam et quietam ab omni Sectantia et exactione.*

¶ **SECTATIO**, *Sequela*, imitatio. S. Paulinus Epist. 2. ad Severum : *Non in vendendis tantam præditi, et pretiis erogandis, sed in sui Sectatione proposuit.*

¶ **SECTOR**, f. Lanus, Gallice *Boncher*. Vide *Scissor* 2. Charta Justitiarum Angliæ apud Skenæum de Verborum signific. pag. 82 : *Summoneri faciatis... de quolibet bargo XII. vel XVI. bargenses, ad hoc opus magis sufficientes, secundum quantitatem locorum et numerum personarum in iisdem existentiam ana cum serjando, fabro, molendinario, brasiatore et Sectarore cujusque baronie, ville seu tenendriæ.* Vide alia notione in *Secta* 3.

**SECTICUS**. Vide *Seticus*.

¶ **SECTILE**, *Gremiam*, arma, pluteum, in Auctario Gloss. Isidori.



† **SECTIO**, Jus, ut videtur, scindendi ligna in silvis alienis. Charta Henrici Imp. ann. 1073. apud Meichelbec. tom. 1. Hist. Frising. pag. 265 : *Hæc omnia cum omni jure trudit cum... silvis, venationibus, Sectione, suginatione, etc.*

1. **SECTOR**, Interfactor. Consultatio Zachari lib. 1. cap. 19 : *Nec prius ab ira impetu destitit, quam missis per castra Sectoribus, multorum cade piaretur.*

**SECTORES**, apud Papiam, ex Glossis antiquis MSS. *proprie dicuntur, qui bona proscriptorum et secant et dividunt.* Idem : *Sector, divisor, abscissor, cultor, usurpator.*

\* 2. **SECTOR**, Vervex, quia exsectus est. Charta ann. 1078. in Chartul. Celsinian. ch. 858 : *Habeam michi ex redditibus ejus apenduræ... unum agnum, et unum Sectorem, et unum sextarium de civida.* Vide *Sectus*.

† **SECTORATA**, Quantum unus sector per diem *secare* potest de prato. Chartul. Bituric. fol. 161 : *Et in ipsa villa cedo pratum unum et habet quinque Sectoratas.* Vide *Secchoirata* et *Sexturuta*.

**SECTURA** PRAELI. Vide *Secare* 2.

† **SECTUS**, Eunuchus factus. Canones Niceni inter Conc. Hispan. tom. 1. pag. 131 : *Ita si qui vel a barbaris vel a dominis suis Secti, et probabilis vite sunt, tales suscipit ecclesiastica regula in clerum.*

\* **SECUBO**, Scarabæi species, Gall. *Escarbot*. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120 : *Secubo, Escherbote.*

† **SECULA**, Gesta Consulium Andegav. tom. 10. Spicil. Acher. pag. 460 : *Cum flabris lembus serenum undique consisteret caelum, repente supervenit a plaga australi vehementissimus turbo ipsam repellens Seculum, ac replens eam turbido vere, diu multumque concutiens, etc.* Hæc ex Glabro lib. 2. Hist. cap. 4. unde desumta sunt, resarcire licet : *Cum flabris lenibus... ipsam impellens Ecclesiam, etc.*

† **SECULARIS**, SECULARITAS. Vide in *Seculum*.

**SECULAT**, Temperat. Papias MS. editus habet *temptat*.

† **SECULUM**, ut *Seculum*. Vide ibi.

**SECUNDA**, Charta Lusitanica apud Brandonem tom. 3. pag. 286 : *Laborator sine equo det de uno quoque bove unum sextarium, medium tritici, et medium Secundæ. An sicalis intelligitur? [\*] Milium, panicum miliacium. Vide S. Rosa de Viterbo Elucidar. tom. 2. pag. 309. voce *Secunda*.]*

† **SECUNDARE**, Iterare. Gocelinus in Translat. S. August. Episc. Cantuar. tom. 6. Maii pag. 415 : *Alia Augustino festivitatis Secundatur gloria, cum ab universa chorea iterum candidata et purpurata.... adornato sollemnissime thalamo collocatur.* Gloss. Græc. Lat. : Δευτέρω, Gemino, itero, Secundo.

† **SECUNDARE**, Secundo loco dicere, referre, Sequi. Sugerius de Administ. sua cap. 20 : *Secundare dignum duximus et aliud, sicut promissimus, miriculum. Liber de Dedicat. Eccl. S. Dionysii apud Felibian. inter Probat. Hist. San-Dion. pag. 189 : Secundatur et aliud nobile factum, relatione conspicuum, auctoritate prædicandum.*

**SECUNDARIUS**, Qui secundum obtinet locum : ut *secundum imperii*, dixit Lampridius in Diadumeno. Asserus in Vita Ælfredi Regis ann. 871 : *Eodem anno Ælfred supra memoratus, qui usque ad id temporis, videntibus fratribus suis, Secundarius fuerat, totius regni gubernacula,.... fratre defuncto suscepit.* Simeon Dunelmensis ann. 868 : *Venerabilis Rex Ælfredus Secundarii tamen tunc ordine fretus, uxorem duxit de Mercia, etc.* Adde Florentium Wigorn. ann. 871. Alfredus quippe licet puer in Regem unctus a Leone PP. fratris tamen ejus natu majoribus adhuc substitutibus inaperare noluerat, secundo post fratrem pro tempore regnante loco contentus. Charta Roberti Comitis et Abbatis S. Martini Turon. apud Sammarthanos, ita clauditur : *Ego Archenaldus Levita, Scholæ S. Martini Secundarius, rogatus scripsi.* Apud Gregorium Dialog. de Vitis SS. lib. 1. Δευτέρως ἐν τῇ μνη. In Concilio CP. sub Menna Constans Presbyter et Archimandrita Monasterii S. Dii ita subscriptis : Προτάξας τῇ ἰδίᾳ μου χειρὶ τῶν τριῶν σαυρῶν, καὶ τὸ ὄνομα μου ὑπογράψας, τοῖς δὲ ἀβέλλοις διὰ χειρὸς Στρατονίου καὶ δευτεραρίου μου. Ibidem : Φλαβιανὸς πρεσβύτερος καὶ δευτεράριος Μεδέσου θεωριεζάτου πρεσβύτερος καὶ ἡγουμένους τῆς μνηῆς ἐπίκλην τῶν Λυκαίων ἀζώσας ὑπέγραψα. Occurrunt hic non semel ejusmodi Abbatur δευτεράριου. Regula S. Pachomii cap. 102 : *Prepositus autem domus, et qui secundus ab eo est, hoc tantum juris habebunt.* Regula S. Orsiesii : *Vos, qui Secundi estis singularum domorum, humilitatem sectamini, etc.* Qua voce intelliguntur domorum *Prepositi*, qui abbati suberant : nam Monasteria a S. Pachomio ædificata in plures classes seu domos distincta erant, domus vero in cellas. Vide Cambdenum in Britan. pag. 108. 3. edit. Glossar. med. Græcit. col. 283.

\* *Secundire*, eadem acceptione, in Charta ann. 1571. [\*] *Almarus dicti dydascalii Secundarius*, in chart. ann. 976. apud Guden. Cod. Dipl. tom. 1. pag. 253. *Justiciarii Secundarii*, in Abbrev. Placit. pag. 226. ann. 19. Edward. I. Hibern. rot. 50.]

**SECUNDATIO** LEGIS, pro *Deuteronomium* dixit Auctor Vitæ S. Majoli Abb. Cluniac. n. 21.

† **SECUNDATUS**, Secundus locus. Tertull. de Anima cap. 27 : *Si alteri primatum damus, alteri Secundatum, etc.*

**SECUNDICERIUS**, Qui post primicerium est in Schola qualibet. *Secundicerius Notariorum*, in leg. 21. Cod. Th. de Petition. (10, 10.) *Secundicerius Diuconorum*, in Ordine Romano. Vide Gregorium Mag. lib. 6. Epist. 29. *Secundicerius Notarius Ecclesiæ*, apud eundem lib. 9. Epist. 33. Anastasius in Stephano IV. PP : *Christophorus Primicerius, et ejus filius Sergens dudum quidem sacellarius, postmodum Secundicerius.* Idem in Hadriano pag. 116 : *Portio vero Gregorii Secundicarii, quem in superscriptis casualibus superscripti S. Leucii habere dignoscebatur pro Secundicarii honore, eidem alno Præsuli ab eodem Gregorio concessa est.* Adde pag. 65. 99. 100. *Secundicerius Sedis Apostolicæ*, apud Ughellum tom. 1. pag. 1101. Synaxaria 7. Octob. : Ὁ μὲν Σέργιος πριμικήριος ἦν τῆς σχολῆς τῶν Γεντηλίων, ὁ δὲ Βάκχος Σεκουδικήριος τῆς αὐτῆς σχολῆς. In Concilio Constantinopolitano sub Menna act.

1. Σεκουδουκήριος. Vide Glossar. med. Græcit. col. 1346.

\* *Secundicerius*, id est, vicarius primicerii, in Ord. eccl. Ambros. Mediol. ann. circ. 1130. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 861. Tract. de Nomin. judic. ad calcem Ord. Rom. ex Cod. reg. 4188 : *Secundicerius, id est, secunda manus apud Græcos vocatur Deptereu (δέυτερος) in palatio honorabilis est, et ibi debet esse die et noctu, coronæ et omnium vestimentorum, quæ per festivitates induuntur, ipse debet habere curam.*

2. **SECUNDINÆ**, quæ *Secundæ* dicuntur Plinio, Columellæ, Apuleio, Sexto Platoni, et aliis, δευτέρων, Paulo Ægin. lib. 6. cap. 75. Membranæ, quæ fœtum sequuntur. Auctor Mamotrecti ad 28. Deuterone : *Secundina est folliculus, quo puer involvitur in utero, et sequitur nascentem.* Editio recentio Bibliorum habet *illuvie secundarum.* Arnoldus Abbas Bonæ-vallis de Operibus sex dierum : *Cum ruptis intrinsecus naturalibus vinculis profluunt Secundinæ, vugiente fœtu, vere miseriæ tractatur negotium.* Habetur passim apud Medicos. Vide Constantinum Afric. lib. 6. de Morbor. curat. cap. 16. 17. lib. 2. Pantech. cap. 15. lib. 3. cap. 13.

**SECUNDITAS**, Felicitas, vel prosperitas, in Glossis MSS. S. Germani Paris. cod. 524. [\*] Comment. MSS. ad Marc. Capell. lib. 1. apud Maum in Glossar. novo : *Secundanus, qui præest Secunditatibus, id est prosperitatibus et felicibus successibus.*

† **SECUNDOGENITUS**, Natu minor, in Charta ann. 1499. apud Madox Formul. Anglic. pag. 337.

\* **SECUNDUS**, pro Sequendus, in Lit. ann. 1369. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 291.

**SECUNDUS HERES**, Nepos, in Glossis antiq. MSS.

† **SECUNUS**, sive Sescuncia, 1. uncia et semis, apud Rabanum lib. de Computo tom. 1. Miscell. Baluz. pag. 13.

† **SECUPLUM**, ἡμιόλιον, in Gloss. Lat. Gr. *Sesuplum*, Latinis.

\* **SECURANS**, Securus. Mirac. S. Apri tom. 5. Sept. pag. 75. col. 2 : *Domno intercrea præsule, cæterisque aliis Securantibus, neque tale quid cogitantibus, etc.* Vide *Securare*.

**SECURARE**, Idem quod *Asscurare*, [pignore vel fidejussione interposita securum facere,] de qua voce supra, in Observantiis Regni Aragon. fol. 32. [Vide *Securis*.]

† **SECURARE**, nude pro *Securum* reddere. Vita B. Humilianæ tom. 4. Maii pag. 391 : *Tanto terrore concutitur, quod nec in oratione nec extra orationem in ipsa cellula poterat Securari.*

† **SECURIARE**, Eadem notione. Gesta Franc. lib. 4. cap. 13 : *Faciamus castrum in vertice montis Maregart, ... quod Securiat, ut tuti possimus permanere de Turcorum formidine.*

\*\* **SECURIZARE**, Securum reddere. Versus de obsid. Herbiopol. apud Pertz. Scrip. tom. 6. pag. 550 :

Cartis et pactis plus clerum Securizando.

Vide *Securitas*, 1.



¶ **SECURATIO**, Tuitio, cautio. Chron. Johan. Whethamstedii pag. 382 : *Dignetur eadem vestra celsitudo... in|Securationem, prosperationem et conservationem vestre persone propriæ, etc.* [\* Charta ann. 1347. tom. 1. Probat. hist. geneal. domus reg. Portug. pag. 264 : *Pro Securatione saniori dictæ doctis... obligamus, etc.*] [\* *Nullo conductu vel Securatione indignant, in chart. Rostoch. ann. 1315. apud Haltaus. Glossar. German. col. 1687. voce Sicherheit.*]

\* **Seurage**, pro **Seuretè**, securitas, in Charta ann. 1455. ex Chartul. Latinac. fol. 250. vº : *En ce cas ils ne paieront riens des arrèrages, qui pourroient escheoir... durant le temps desdites guerres, et qu'ils ayent et puissent avoir temps et Seurage de y labourer, demourer et faire résidence. Seurtè*, eadem notione, in Libert. de Grancey ann. 1348. ex Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 69.

**SECURES DANICÆ**, quibus Dani utebantur, et quas in humero sinistro deferebant, ut habet Willelmus Malmesburiensis lib. 2. de Gestis Anglor. cap. 12. et ex eo Rogerus Hovedenus pag. 439 : *Securim Danicam in humero sinistro, hostile ferreum dextra manu gestantes.* Le Roman de Garin :

Et portent glaives, et espies Poitevins,  
Hasches Danoises pour lancier et ferir.

Le Roman de Rou MS :

De gran hasches Danoises i ont mainte colée.

Chronicon Flandriæ cap. 9 : *La saillit le Roy avant, une hasche Danoise en son poing, et cria Guyenne au Roy d'Angleterre.*

A Danis ejusmodi securæ accipere Angli et Scoti : unde *Anglicas* vocat idem Malmesburiensis lib. 3. pag. 98. *Secures Scoticæ*, quæ et *Secures bisacutæ* apud Thomam Walsingham. pag. 105. Quæ quidem securæ longioribus manubriis instructæ erant. Guill. Guiart ann. 1304 :

De hasches tranchans à lous manches,  
Forgiées come besaguës,  
D'espées, de lances aguës.

Chronicon Bertrandi Guesclini MS :

D'une hasche à deus maïs donna telle collée.

Catholicorum Armoriorum : *Hachedenes, Gall. Hache Danoise, Lat. bipennis.* Has auro gemmisque adornatas gestabant, præsertim proceres. Sueno in Legib. Castrensib. cap. 2. de Canuto Magno Rege Daniæ : *Proclamari jussit solos illos Regis clementiam experturos, arctiorisque familiaritatis privilegio præ aliis fruituros, qui in Regis honorem catervæque militaris decorum bipennis, mucronumque capulis deauratis coruscarent. Cedit enim honori Principis, si eum cæsus militaris corona, fulgentibus insignis armis undique secus comitetur.* Dudo lib. 1. de Morib. Normannor. pag. 65 : *Gemmis auroque politos Secures ensesque exponite.* Has vulgo *Hallebardas* vocant, voce a Germanis ducta, quibus *hall*, vel *heall*, est Palatium, aula, et *bard*, bipennis, quasi aulicæ lanceas, vel bipennes. Ita Loccenius lib. 3. Antiq. Suecic. cap. 2. [\* *Aliter Grimm. Gramm. German. tom. 3. pag. 442.*] Vide quæ de ejusmodi securibus diximus ad Alexiadem pag. 257. 258. [\* et in Glossar. med. Græcit. voce Σικπι-τρον, col. 1388. Adde librum inscriptum

*Historich-Antiquarische Mittheilungen der Gesellschaft für nordische Alterthumskunde* ann. 1835. pag. 77.] Sed et securæ propria Gallorum fuisse arina, observare est ex Ammiano lib. 19. pag. 140. et Agathia lib. 2. pag. 36. 1. edit. ut et Francorum, ex Procopio lib. 2. Goth.

¶ **SECURIS TRANSVERSA**, in Leg. Bajwar. tit. 21. § 8.

**SECURIM SAIGA** valentem jactare, in Lege Bajwar. tit. 11. cap. 6. § 2. et tit. 16. cap. 1. § 2. quod faeiebat is, qui alium in suo agro ædificare prohibere volebat, donec contentio legali judicio determinata fuisset : quo ritu agrum sibi ipse vindicabat.

¶ **SECURICULARIS**, Qui securæ fert. Gl. Isid. Excerpta : *qui securæ facit*; addi potest et qui vendit.

\* **SECURETA**, Securæ rusticana. Stat. crimin. Cumanæ cap. 138. ex Cod. reg. 4622. fol. 93. rº : *Secureta, falzonus, ..... zapæ, badilli, et similia instrumenta rusticana.* Vide infra **Secursella**.

¶ **SECURIARE**, ut **Securare**. Vide ibi.

¶ **SECURIONUS**, Hordei species, Picardis **Scourgeon**, vulgatus **Escourgeon**. Charta ann. 1244. ex Tabul. Compend. : *Recognoverunt se vendidisse.... totum granum et paleam... et omnia quæ habebant... in grangia... retento sibi, videlicet dicto majori ac heredibus suis aliis vacuis foragiis frumenti, siliginis, avenæ, ordei et Securionis quæ ad dictam grangiam ventent.*

\* **Alias Secorion et Secourion**. Charta ann. 1269. ex Chartul. 21. Corb. fol. 124 : *Tout le rehton du blé, tout le hauton du Secourion*. Lit. remiss. ann. 1394. in Reg. 146. Chartoph. reg. ch. 314 : *Laquelle fille avoit gasté une partie de son labourage, nommé Secorion, en cuillant de l'erbe.* Vide supra **Scario** 2.

¶ 1. **SECURIS**, Fidejussor. Tabular. Roton. : *Jarnsvobri pignora vit dimidium Botcnwal.... et allegavit Secures vel dilesedos ipsius terræ, etc.* Vide **Securare**, et **Securitas** 2.

\* 2. **SECURIS**, qua, ut baculo, utebantur ad sustentationem corporis. Acta S. Botwini tom. 6. Jul. pag. 636. col. 2 : *Dictus Sclavus, accepta Securi, quam S. Botwinus in manu, causa sustentationis gestare solebat, etc.*

1. **SECURITAS**, Idem quod **Emunitas**, firmitas, in veteribus Chartis : Græcis ἔγγυφος βεβησιος, certum atque indubitatæ fidei scriptum : Gall. *Sauve-garde*. Rathbertus de Casibus S. Galli cap. 5 : *Statim vero capiens onnem spem Securitatis nostris auferre,.... perquisivit, si alicubi aliquod exemplar ipsius cartæ inveniri potuisset.* Cap. 10 : *Hartmoto Monasterium cum omni Securitatis libertate contradidit.* [Charta Balduini Comit. Flandr. ann. 1116. inter Libert. Mon. Elnon. : *Ab omnibus hominibus infra prociunctum commorantibus, salva fidelitate Comitibus Flandensis, Abbas, si voluerit, Securitatem habeat.* Adde Statuta Genuens. lib. 1. cap. 9. fol. 12.]

Sed et nomine et ratione **Securitatis** indultæ, a Monasteriis pensitabatur Principi quotannis census. Idem Rathbertus cap. 8 : *Et in eadem carta conscribi jussit regia dona, sibi metipsi secundum consuetudinem aliorum Monasteriorum Securitate prædito-*

*rum quotannis ventura, id est, duos caballos, et duo scuta cum lauceis.* Apud Senatorem lib. 11. Epist. 7 : *Testimonium solutionis, Securitas dicitur.* Vide **Salnasium de Usuris** pag. 131.

¶ 2. **SECURITAS**, Vadimonium, fidejussio, Gall. olim *Assurement*, nunc *Suretè*, caution. Charta Edw. II. Reg. Angl. ann. 1313. apud Rymer. tom. 3. pag. 400 : *Vestram amicitiam... rogamus quatenus... obsides prædictos liberare velitis ab ostiamento hujusmodi liberari, dictamque Securitatem relaxari penitus et dissolvi. Securitatem facere*, in Capit. Caroli C. tit. 12. et in Litteris Philippi Aug. ann. 1207. tom. 5. Ordin. Reg. Franc. pag. 159.

¶ **SECURITAS**, Obses ipse, vel fidejussor. Barthol. Scribæ Annal. Genuens. ad ann. 1263. apud Murator. tom. 6. col. 531 : *Et accepit potestas secure Securitates ab omnibus armiragis, comitis, nauderis et consiliariis.* Chron. Parmense ad ann. 1286. apud eumd. tom. 9. col. 809 : *Securitates custodum carcerum communis, qui erant in banno pro ipsis custodibus, jamdiu erat, ceperunt apud Cuvriachum principalem suum, pro quo fidejusserunt... Qui dominus Potestas, habito consilio sapientum, fidejussores extraxit de bannis suis, et dictum principalem in carcerem Canusine posuit.* Vide **Securis**.

¶ 3. **SECURITAS**, Apocha, seu instrumentum quo creditor debitum securum præstatum, in Cod. Theod. lib. 11. tit. 26. leg. 2. ibid. tit. 1. leg. 19. etc. Charta Casimiri Reg. Polon. ann. 1335. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 594 : *Securitam fecimus sufficientem in sex millibus sexagenis grossorum Pragensium prædictorum.* Charta Henrici V. Regis Angl. ann. 1419. apud Rymer. tom. 9. pag. 819 : *Juramentum, litteras, obligationes, Securitates, et cautiones alias sufficientes, etc.* Vide **Panciroi** lib. 1. Thesauri cap. 77.

¶ **SECURITAS** dicta Epistola quæ homicidæ a parentibus occisi concedebatur, ut securus esset a qualibet inquietatione, in Formul. 18. Marculfi lib. 2. Adde ejusd. Marculfi Append. form. 23. 51. Formul. 39. inter Sirmond. Formul. 8. inter Bignon. Formul. 124. inter Lindenbrog. et Bignonii notas ad Marculfum.

¶ **SECURITAS EVOCATORIÆ**, Licentia a Principe concessa alicui ad ejus conspectum veniendi, in Cod. Theod. lib. 6. tit. 23. leg. 3. Vide ibi Gothofredum.

¶ **SECURITAS SEXUS**, Ejusdem obtentus. Cod. Theod. leg. 3. tit. de Accusat. (9, 1) : *Patroni etiam causarum monendi sunt, ne, respectu coupendi, feminas, Securitate forsitan sexus, in actionem illicitam proventes, temere suscipiant.*

\* 4. **SECURITAS**, Fiducia, Gall. *Confiance*. Epist. Ludov. XI. reg. Franc. ann. 1477. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 278 : *Quamquam fiduciam neque Securitatem de ipso (de Toulangeon) circa ipsius monasterii administrationem, quod a nobis sub fidelitatis juramento tenetur, ullatenus habere non possemus, etc.*

\* **SECURITER**, Secure, in Charta ann. 896. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 677.

**SECURIZARE**. Vide **Securare**.



\* **SECURSELLA**, Parva securis. Stat. Vallis-Ser. rubr. 44. ex Cod. reg. 4619. fol. 88. 1<sup>o</sup>: *Arma vetita... sunt hæc videlicet... securis, Secursella, grativola, lancea, etc.* Vide supra *Secureta*.

† **1. SECURUS**, Certus. Cigaltius de Bello Ital.: *Ego sum Securus quod Rex Christianissimus pater pauperum et amator populi vocatur.* Phrasis Gallica, *Je suis sûr*.

† **2. SECURUS**, Salvus. Statuta Genuens. lib. 3. cap. 5. fol. 68: *Et debeat ac possit uxor viro mortuo habere de bonis viri raubam nigram, vel burnetam Securam secundum conditionem vel facultatem mariti cum fordraturis, videlicet epitogium et nautellum.*

\* Si tamen mendum non est pro Securus, ab Italico *Scuro*, Obscurus.

\* **3. SECURUS**, Fidus, Gall. *Seur*. Epist. Ludov. XI. reg. Franc. ann. 1477. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 278: *Cum... nostra precipue intersit, quod dignitatis abbatibus et praelaturis, quæ... in extrenitibus regni nostri situantur, personæ præficiantur nobis fideles et Securæ, etc.* *Sehur*, pro Securus, immunis, vulgo *Exempt*, in Libert. Auxon. ann. 1229. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 394. art. 3: *Li courtilage de la ville sont Sehur en tel maniere, que l'en y peut riens prendre de par nous, se par achat.*

\* **SECURUS-STATUS**. Vide infra *Status* 12.

† **SECUS**, Malum. Gloss. Isid.

**SECUSARE**. Gloss. Lat. MS. in Bibl. Regia cod. 1013: *Abnuat, Secusat, nolit. Abnuere, Secusare, refutare.*

\* **SECUSIENSIS MONETA**, pro *Segugiensis*. Vide infra in *Moneta Baronum*.

\* **1. SECUTA**, SEUTA, Actio, qua quis aliquem in iudicio persequitur de re aliqua, maxime de criminali. *Scacar*. Paschæ apud Rotomag. ann. 1228. ex Cod. reg. 4653. A: *Judicatum est quod Nicolaus Carbonnel non respondebit erga Cornemole de Seuta, quani faciebat erga eum de prodicione regis.* *Scacar*. S. Mich. apud Cadom. ann. 1228. ibid.: *Judicatum est quod miles secutus de membris suis, non respondebit de hæreditate sua, quamdiu Secuta durabit.* Ubi *Sequta* in Cod. 4651. Vide *Secta* 4.

\* **2. SECUTA**, Obligatio, qua vassallus vel tenens dominum in *hostem* seu exercitum sequi tenebatur. Charta ann. 1334. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 1358: *Fogagia, jornalta, Secuta guerrarum, seu quæcunque alia servicia.* Vendit. vicecomit. Turen. ann. 1350. in Reg. 80. ch. 156: *Cum sega seu Secuta armorum, aliisque servitiis, servitutibus, plectis, etc.* Vide *Sega* et infra *Segua*.

\* **3. SECUTA**, Jus, quod domino competit persequendi suos homines, cum eo inconsulto, ad alium dominum transierunt, ut supra *Secta* 10. Charta ann. 1223. ex Chartul. archiep. Bitur. fol. 165. v<sup>o</sup>: *Homnibus archiepiscopi non solum licebit quodcunque acquirere in terra prædicta, sed etiam plenariam Secutam habere ubique, ita tamen quod in castro Radulphi habebunt homines suos, sicuti milites qui habent ibi Secutam suam.* Vide *Sequela* in *Secta* 4.

**SECUTIO**. Vide *Secta* 4.

† **SECUTIVA**, Comitatus, Gall. *Suite*. Charta Philippi Pulchri Reg. Franc. ann.

1293. ex Camera Chartophylacii Atrebat.: *Polentes et concedentes ut idem Comes aut heres suus predictus ipsum spreverium... quem preelgere seu choisir maluerit in Secutiva vel comitiva nostra, duni tamen præsens fuit in eadem.*

† **SECUTOR**, Actor. Leges Norman. apud Ludewig. Reliq. MSS. tom. 7. pag. 415: *Quod dicta querela per verba Secutoris et responsionem defensoris potest et debet per illum vadiari.* Vide *Secta* 4. et *Sequi*.

**SECUTORES**, Hæredes, posteri. Traditiones Fuldenses lib. 1. tract. 26: *Ea ratione, ut a die præscute vos vel Secutores vestri firmam et incontradictam habeatis potestatem.* Vide trad. 61. 70. lib. 2. trad. 19.

\*\* **SECUTRIX** Christi in Berthold. Annal. apud Pertz. Scriptor. tom. 5. pag. 303. lin. 16.

**SECUUS**. Lex Longob. lib. 1. tit. 6. § 6: *Si vero coxam ruperit supra genuculum, si autem sultum genuculum, quod est tibia, componat sol. 6. si autem Secuus, aut claudus fuerit, componat sicut in hoc edicto legitur, id est, quartam partem pretii ipsius.* Editio Boerii habet *Sevus*. Sed legendum videtur *Semus*, ut est in Edicto Rotharis Regis tit. 121. § 19. [\* 387.] Vide in hæc voce. [Scævus ex iisdem Legibus apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 48. ubi Cl. Editor *Scenus* et *Sinus* in Codd. MSS. scriptum esse observat.]

† **1. SEDA**, vox Hispanica, Seta, Gall. *Soye*. Inventar. Prioratus S. Michaelis de Fallio in Hispan. ann. 1297. ex Tabul. S. Victoris Massil.: *Tres toualos de Seda*. Tabular. Vosiense fol. 7. v<sup>o</sup>: *Deditque et Rainaldus filius suus per hoc unam chellam de Seda*. Statuta Placent. lib. 6. fol. 81: *Item de aliquo mantello drapi... cum suo reppo vel Seda Sartoris, etc.* *Guarniciones de Seda* in Cone. Limano ann. 1582. inter Hispan. tom. 4. pag. 246.

**2. SEDA**. Charta foundationis Abbatiae S. Amandi Rotom.: *Concedimus eidem Monasterio silvan illam, que habetur... et Sedam cum terra culta, que pertinet ad eam.* Alia pro eodem Monasterio: *Tribuit in Monacharum S. Amandi præsidio omnes possessiones, quas in Lamberti villa et Seda habuit.* Vide *Sedes* 4.

\* **3. SEDA**. Tract. pacis initæ inter comites Fuxi et Arman. ann. 1377. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 340: *In domo episcopali civitatis Tarvia, in aula alta etiam dictæ donus, que Seda vulgariter nuncupatur, etc.* Eadem quæ Camera parenti. Vide ibi.

† **SEDALARE**, inter ornamenta Ecclesiastica recensetur in Tradit. Fuldensibus lib. 1. pag. 472: *Betiu III. pulvilli v. Sedalare III.* [\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 308. voce *Sedal*, Sedes, sedile. In loco laud. Tradit. Fuld. recensetur supellex domestica.]

† **SEDALIS** ECCLESIA. Vide in *Sedes* 2.

\* **SEDANEA**, Res immobiles. Charta Car. Crassi imper. pro canon. ecel. Regiens. ann. 883. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 752: *Nullus... in clericis ejusdem canonice, aut in ipsa canonica, vel rebus ipsius canonice, seu in proprietatibus, vel domibus, aut familiis utriusque sexus, seu in commenditiis vel Sedaneis ip-*

*sorum canonicorum aliqua violentia aut contrarietate, aut rerum diminutione, rerum invasione, aut familiarum subtractione inferre præsumat.* Vide *Sedentia* 1. [\* *Sedanepo* natus qui in terris ecclesie sedent, habitant. Confer *Sedile* in *Sedes*, 4.]

† **SEDARE**, Componere. Vide *Sedor*.

**SEDATIO**, SEDATIUM. Canones Hibernienses lib. 2. cap. 14: *Synodus Hibernienses decrevit, ut uno quoque mortuo de substantia ejus pars detur Sacerdotibus... Sedatium commune de substantia omnis mortui dandum.* Et cap. 15. quod inscribitur de *Sedatione*: *Synodus Kartaginensis ait: Sedatium commune, si modicum fuerit, respui non debet; si magnum, accipiendum usque pretium vaccæ. Hoc Sedatium aufugit Regem et Episcopum, qui Monachus est, et fratres. Sinodus Hiberniensis in hoc Sedatium ovem, aut pretium ejus statuta dimensione statuit.* Adde lib. 19. cap. 7. Vide *Pretium sepulchri*.

† **SEDATOR**, Qui rebus componendis est præpositus. Charta ann. 133. tom. 42. Hist. Dalph. pag. 244: *Exstitit ordinatum, quod vos... ad sedandum intrapreysias factus et captos hinc inde libere sine nennjaylliis aliquibus relaxandos et restituendos in locis ubi expedierit in illis partibus cum diligencia laboretis... una cum dicto domino Thoma et aliis pro parte nostra et dicti Comitatus Sedatoribus deputatis.*

\* **SEDAZIO**, ab Italico *Sedazzo*, Cribrum, setacium, Gall. *Sas*. Paet. inter Mutin. et Lucens. ann. 1281. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 902: *Setæ, unde fiunt Sedazii,.... de soma tres solidi Mutinenses auferantur.* Vide infra *Sederius* et *Setaciare*.

† **SEDECENNITAS**, Numerus sedecim. S. Cyrillus in Prologo libri Comput. apud Petav. in Append. ad Doctr. Temp.: *Ut sicut illi sex quatuor-decennitates, ita et isti per septem Sedecennitates, et quasdam dimensionum pergulas duplicatos, inextricabiles circulos describere niterentur.*

† **SEDECUM**, ἐπίδος, in Gloss. Lat. Gr. *Sed eccum*, ἐπίδος, rectius legit Vule.

† **SEDELLA**, Discus, ut videtur, Gall. *Plat*, in quo aliqui *sedet*. Anonymi Annal. Mediol. ann. 1389. apud Murator. tom. 16. col. 812: *Item Sedella una deaurata, super cujus convasculo sunt arna in uno esmaillo. Alia Sedella deaurata pro aqua sancta cum foliamentibus et armis in fluido.*

\* **SEDELLUS**, f. Discus. Charta ann. 1019. tom. 1. Hist. Cassin. pag. 81. col. 2: *Cum uno Sedello argenteo super altare S. Petri, ille quod appendinus in die festivitatis. Vide Sedella et mox Sedentilis.*

**SEDENTARIUS**, Qui sedes faciunt. Ugotio.

[Gloss. Lat. Gr. *Sedentarius*, ἐδρευόμενος.]

**1. SEDENTIA**, Res immobiles. Curia Montissoni pro Alfonso II. Regem Aragon. ann. 1389. MS: *Statuimus, quod si aliquis rusticus vel borderius, vel juvenis homo dimiserit mansum suum, vel bordam suam, vel exierit de dominio illius, de quo erit, quod amittat Sedentia, que habebit, que pertineant ad ipsum mansum, vel bordam, etc.* In alio articulo: *Et omnibus aliis rebus... quæ sint immobiles, sive Seens. Curia Generalis Cataloniae Ilerdæ celebrata ann. 1301. a Jacobo II. Rege Arag. ex*



MS. Cod. : *Non possit emere nec habere titulo emptiois aliquam rem immobilem, o Seent, vel mobilem.* Vox frequens in Foris Aragon. [Possession Sedentia, id est immobilem, in Consuet. Beneharn. rubr. de Notar. art. 18.] Vide Michaellem del Molino. Et infra in *Stabilia*.

\* 2. **SEDENTIA**, Utilitas, commodum, Gall. *Bienséance*. Charta permut. inter R. comit. Bolon. et Almar. dom. de Credonio ann. 1320. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 471 : *Pro utilitate meliorique Sedentia et comodo evidenti utriusque partis, etc.* Vide *Sedere* 2.

\* **SEDENTILIS**. Calices Sedentiles, qui super altare sedebant in ejus ornamentum, apud Ott. Sperling. in Testam. dom. Absolon. pag. 91. Vide supra *Sedellus*.

† **SEDENTULUS**, Jam sine dentibus. Papias in Amalthea, Leg. *Edentulus*, Gall. *Edenté*.

† 1. **SEDERE**, Aptum esse. Ordo Romanus cap. 6 : *Primicerius autem et secundicerius componunt vestimenta ejus (Pontificis) ut bene Sedeant.* Vide infra *Sedet*.

† 2. **SEDERE**, Commodum vel gratum esse. Litt. Heurici III. Reg. Angl. ann. 1222. apud Rymer. tom. 1. pag. 256 : *Si vero ad insulas illas non Sedeat vobis venire (quod erit nobis ingratum) tunc, si placet, expectare velitis in partibus sancti Machuti, donec ad vos venerint predictus dominus Wintoniensis et alii.*

† 3. **SEDERE**, Incidere, Gall. *Tomber*. Chartular. Abbat. de Precibus c. 18 : *Aniversarium Philippi Regis Sedendo 11. Id. Julii. Aniversarium Comitissæ Blesensis Sedendo 14. Id. Julii.*

† 4. **SEDERE**, Pacificè possidere. Bullar. Casin. tom. 2. Constit. 22 : *Cum omnes fretos concessos valeant rectrices monasterii quiete vivere et Sedere.*

† 5. **SEDERE**, Sedem Episcopalem obtinere. Vide infra *Sedes* 2.

☞ *Sedere* coram Episcopis prohibitum, nisi ipsis præcipientibus, in Capitul. Ludovici II. tit. 2. cap. 1.

\* 6. **SEDERE**, Stare. Ordinar. MS. S. Petri Aureæ-val. : *Pue. i claustrales et bachelarii descendant in fine scalæ dormitorii, et illic Sedent.*

\* **SEDERE IN TERRA**, Penitentia genus apud monachos. Charta ann. 1245. in Chartul. Cluniac. : *Præcepimus ut silentium in ecclesia, in dormitorio, refectorio... observetur. Et quicumque fregerit, crastina die Sedeat in terra.*

† **SEDERIUS**, et **SEDESSERTUS**, Occitanis *Sedassaire*, Incerniculorum bombycinorum opifex, in vet. Catalogo MS. B. M. Deauratæ Tolos.

\* Lit. amortizat. ann. 1375. in Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 401 : *Item in quadam terræ petta... confrontante cum vinea Johannis Criali Sedevii.* Vide supra *Sedazius*.

1. **SEDES**, Dignitas, quæ vox maxime tribuitur Præfecto Prætorio et Præfecto urbis, quorum *Sedes eminentissimæ, excelssæ, illustres, magnificæ, magnificentissimæ, etc.* passim dicuntur in utroque Codice, ubi sedes vestra, *sedes vestra magnifica, illustres, etc.* Vide Glossar. med. Græcit. voce *Θρόνος*, col. 496.

† **SEDES**, Tribunal, forum, *Siège* eadem

notione usurpamus. Statutum Caroli V. Reg. Franc. ann. 1368. tom. 5. Ordinat. pag. 140 : *Relacio ad nostras auves deduxit, quod in castellaniis, præposituris et Sedibus, aliisque locis regis nostre baillivie Viromandensis, etc.* [\* Vide Haltaus. Glossar. Germ. voce *Ding-banck*, col. 229. et *Frey-stul*, col. 2203.]

2. **SEDES**, Ecclesie dictæ majores, seu quod in iis Episcopi sederent in thronis, unde et *θρόνοι* dictæ, seu quod essent *Apostolorum vel Martyrum sedes*, id est, memoriae, ut est in leg. 6. Cod. Th. de Sep. violat. (9, 17.) quomodo etiam Ammianus lib. 22. *Sedem dixit extrui Martyrum reliquiis.* Adde leg. 8. eodem C. de Har. (16, 5.)

**SEDES** dictæ *κατ' ἐξῆς*, quinque Patriarchales Ecclesie, Romana, Alexandrina, Antiochena, Hierosolymitana, et Constantinopolitana. Ac Romana quidem, *Prima sedes*, proprie dicta. Gelasius I. PP. in Concilio Romano : *Est ergo prima Petri Apostoli Sedes, ... secunda autem Sedes apud Alexandriam, ... tertia vero Sedes apud Antiochiam, etc.* Qua quidem primæ sedis appellatione non semel Romana donatur, apud eundem Gelasium Epist. 4. ad Faustum, et Epist. 13. Hadrianum I. in Canonibus, Nicolaum I. Epist. 6. in Vita S. Sabini Episcopi Canusini cap. 2. etc. Concilium Sinuessan. sub Marcellino PP. : *Nemo unquam judicavit Pontificem, nec Præsul Sacerdotem suum, quoniam prima Sedes non judicabitur a quoquam.* Concilium Romanum ann. 324. sub finem : *Nemo etiam judicet priusquam Sedem : quoniam omnes Sedes a prima Sede justitiam desiderant temperari. Neque quoque ab Augusto, neque ab omni Clero, neque a Regibus, neque a populo iudex judicabitur.* [Et quidem Romanus Pontifex etsi munere aliis Episcopis æqualis, iisdem Sedis suæ prærogativa major est, ut legitur in Epist. Conc. Rom. ann. 378. n. 10.] *Secundæ Sedis et tertiæ Antistites*, apud eundem Gelasium Epist. 4. ad Faustum. Idem de Alexandrino Patriarcha, Epist. 13 : *Joannes secundæ Sedis Antistes. Joannes Antiochenus tertiæ Sedis Episcopus*, in Epist. 8. Nicolai I. PP.

**PRIMÆ SEDES**, præterea dictæ Primum sedes, eorum scilicet Episcoporum, qui promotionis ætate cæteros suæ diocesis Episcopos anteibant, eoque nomine *Primates* vocabantur, quod in Africa maxime obtinuit, apud S. Augustinum Epist. 162. 165. in Concilio Carthag. III. can. 2. in Concil. Afric. c. 35. in Toletan. XIII. can. 8. apud Desiderium Cadurcensem Epist. 19. etc. *Prima Cathedra*, in Concilio Eliberit. can. 58. Carthag. II. can. 12. Concilium Carthag. III. can. 26 : *Ut primæ Sedis Episcopus non appelletur Præcepis Sacerdotum, aut summus Sacerdos, aut aliquid hujusmodi; sed tantum Primæ sedis Episcopus.* Eadem habent Canones Hadriani I. PP. cap. 23. Rodolphus Archiepiscopus Bituricensis in Charta anni 1. Caroli Regis, (841.) apud Justellum in Hist. Turenensi, et Sammarthanos, nude se *Primum Sedis Episcopum* inscribit. Vide Sirmondum in Propemptico lib. 2. cap. 9. et supra *Prototronus*.

\* Aliquot Galliarum sedes hac appellatione donatæ sunt. Præter Bituricensem ecclesiam, de qua supra, Lugdunen-

sis, Narbonensis et Viennensis eo præ eminentiæ titulo decorantur. Arest. ann. 1392. ex Cod. reg. 9872. fol. 190. r° : *Dictus actor (Archiepiscopus Lugdunensis) proponebat quod civitas Lugdunensis erat uobilis et antiqua et prima, quæ fidem Christianam citra montes susceperat, propter quod Prima Sedes Galliarum vocabatur, fueratque dignitate primatis decorata, etc.* Epist. ad Carolum IV. imper. ann. 1365. ex Cod. reg. 5187. fol. 57. r° : *Sane sancta Viennensis ecclesia sub Romani imperii vestri ditone exultans, tantæ antiquitatis honore vtilans, nuncupari meruit Sedes maxima Galliarum.* Charta ann. 1031. ex Bibl. reg. cot. 17. quam subscribit *Gulfredus sanctæ Primæ Sedis Narboneensis ecclesie episcopus.* Vide supra *Ecclesia prima*.

**SEDES**, Ecclesia Cathedralis. Concilium apud Saponarias ann. 859. can. 13 : *Ut pro eo (Episcopo) qui decesserit, in Sedibus septenæ Missæ... Domino persolvantur.* Donationes Ecclesie Salzburgensis : *Commendavit autem hoc pleniter Monasterium in manus Episcopi ad regendam secundum Canones, sicut et cæteras Ecclesias diocesis suæ, ut ipsum cum Sede semper esset : potestatem vero Episcopo dedit regendi ipsam familiam, Abbatemque ibi ordinare, et Monachos de ipsa Sede ibidem ponere, sive Canonicos.* [Testam. Poncii Raymundi Comit. Tolos. ann. 960. apud Mabill. Diplom. lib. 6. Charta 140 : *Alia medietas remaneat ad illa Sede de Agade.* Charta Aimari Episc. Ebredun. ann. 1213. inter Instr. tom. 3. novæ Gall. Christ. col. 208 : *Actum apud Sedem in choro majoris ecclesie scilicet Ebredunensis. Acta sunt hæc apud Sedem Uticensen an. Incavn. D. 1139. ibid. tom. 6. col. 322.]*

† **SEDALIS ECCLESIA**, Eodem intellectu. Charta 1133. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 59 : *Ecclesie beati Martini de campis... ecclesiam sancti Dionysii quæ dicitur de carcere... donavimus... cum præbenda etiam B. M. majoris et Sedalis Ecclesie, et cum universis cæteris appenditiis. Sedales Ecclesie dicuntur in Mirac. B. Zita tom. 3. April. pag. 511. majores Basilicæ prope et extra urbem, interprete Florentino, ubi Episcopi aliquando cum Clero Ecclesie Cathedralis per festivitates cujusque illarum reficiebantur et sedes fixas habebant : *Cum iret ad ecclesias civitatis Lucensis Sediales et majores, etc.* Hinc*

† **CIVITAS DE SEDE**, dicitur Urbs Episcopalis, in Statutis MSS. Capit. Glandatensis ann. 1327 : *Tenet D. Præpositus claves ecclesie et campanilis, et debet habere campanarium suis sumptibus. Et quia in civitate de Sede habet jurisdictionem in hominibus brevis præposituræ, etc.*

**SEDERE**, Sedem Episcopalem obtinere. Epitaphium S. Valent. Episcopi Veronensis apud Ughellum : *Fixit annos pl. m. xxxxy. et Sedet Episcopatum an. vii. menses vii. et dies xvi. et recessit sub, etc.* [Conventus Episc. ad Barcin. tom. 3. Conc. Hispan. pag. 189 : *In Tempore quo Frodomus Sedebat cathedram Barcinonensem.*]

**SEDES APOSTOLICÆ**, [Ecclesie quæ Apostolum conditore agnoscunt.] S. Augustinus lib. de Doctr. Christ. cap. 8 : *In Canonibus autem Scripturis Ecclesiarum Catholica-*



rum quamplurimum auctoritatem sequatur, inter quas sane illæ sunt, quæ Apostolicas Sedes habere, et epistolas accipere meruerunt.

† SEDES, nude pro Ecclesia seu conventu etiam hæreticorum, in leg. 8. Cod. Theod. lib. 16. tit. 5. de Hæret. : *Omnia loca fiscalia statim fiant, quæ sacrilegi hujus dogmatis (Eunomianorum et Arrianorum) vel Sedem receperint, vel ministros.*

† SEDES ECCLESIASTICA, Clerus loci alicujus, ut videtur. Lex Bajwar. tit. 10. § 1 : *Si quis presbytero vel diacono, quem Episcopus in parochia ordinavit, vel qualem plebs sibi recepit ad sacerdotem, quem Ecclesiastica Sedes probatum habet, injuriam fecerit, vel plagaverit, tripliciter eum componat.*

† SEDES MAJESTATIS. Ita nuncupatur in antiquo Rituali MS. Eccl. Vivariensis ann. 1360. sedile in quo sacra celebraturus sedet, dum in choro Kyrie, Gloriam, et Credo decantantur : unde quoties assurgebat; ipsi capillos pectebat Diaconus amoto ejus cuspello seu almucio, licet id officii jam in secretario, antequam ad altare procederet, solliciti ei præstitisset. Vide Tribunal 3.

SEDES POTENTIE, id est, Abbas, in Vita Notkeri Balbuli num. 19.

3. SEDES, Obsidio, ex Gallico Siege. Epistola Stephani Comitis Blesensis de Obsidione Antiochiæ, tom. 4. Spicilegii Acheriani : *Et jam ibi cum omni electo Dom. Jesu Christi exercitu Sedem cum magna ejus virtute per 23. continuas septimanas tenueramus. Dicitur autem exercitus Sedem tenere, vel facere, cum in castris sedet. Vegetius lib. 2. c. 5 : Quæ omnia in Sedibus, in itineribus, in omni exercitatione castrensi, universi milites, et sequi, et intelligere consuescant. Vide observata a Lindenbrogio ad Ammianum lib. 14. pag. 10. et pag. 99. edit. Valesii.*

† Usurpatur præterea hæc vox de militibus qui in oppidis stant et stabiles sunt, Gall. Qui sont en garnison : quo sensu intelligendus videtur Vegetii locus jam laudatus. Certe idem alibi habet : *Eruditi in Sedibus milites. Et Ammianus : Militares numeri destinata remearunt Sedes. Ubi vox Sedes de stativa accipienda est, ut et in Cod. Theod. leg. 2. de Domest. et Protect. (6, 24.) : Quaternas etenim annonas eos quos armis gestandis et procinctibus bellicis idoneos adhuc non esse constitierit, in Sedibus jubemus adipisci. Vide Sedetum, Sedita et Stabilitas, Glossar. med. Græcit. col. 1343. voce Σέδερτον.*

† SEDEM TENERE, A loco, in quo quis sedet, non dimoveri. Charta Caroli Reg. Hungar. ann. 1327. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 478 : *Contra quos, si prædictus Rex Boemice hostiliter cum exercitu processerit, Sedem tenebimus in quiete, neque eis hac in parte aliquod ferre volumus subsidium vel juvamen.*

4. SEDES, Locus idoneus ad construendum ædificium, vulgo Masure, Sella mansi, in Edicto Pistensi c. 30. Charta Lotharii Imp. ann. 977. apud Loerium in Chron. Belgico : *Simili modo mansa duo in jam prædicta villa, et Sedes duas in terra arabili, et bovaria (bonaria) 24. ad opus Fratrum ipsius loci.*

\* Sige d'une maison, in Lit. ann. 1264.

tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 391. SEDILE, SEDIOLUM, Eadem notione. Charta Caroli C. apud Hemereum in Augusta Viromanduum in Regesto pag. 28 : *Et in Domitionis monte tria Sedilia, cum vineis ad se pertinentibus : in Vico quoque Sediolum unum ad officium peragendum lavandorum vestimentorum, cum gemino lavandario, qui in eo habitare videtur. Charta Berengeri Episc. Viridunensis in Tabulario S. Vitoni et apud Hugonem Flaviniacensem pag. 133 : *Dedimus præterea... mansa decem cum Sedilibus, ad eadem muna pertinentibus. Idem Tabularium S. Vitoni : Sunt ibi undecim Sedilia, excepto indominicato, unum quodque in festivitate S. Martini solvit 4. denar. Occurrit ibi non semel. [Diploma Arnulfi Reg. ann. 890. apud Marten. tom. 2. Ampl. Collect. col. 34 : Tradimus... inter Sedilia ac prata terraque arabili ac silvam bonauria LX. Item in alio loco Harz vocabulo inter Sedilia campos pratorum bonnaria cxxx.] Charta ann. 1153. in Sanctuario Capuano pag. 197 : *Fundus et Sedilis pertinens Ecclesie S. Marie majoris. Adde Caracciolum de Monum. Eccl. Neap. pag. 298. Will. Heda pag. 247. 1. edit. : Sediliu autem, quæ Hofsted dicuntur, Bisusamficta, in quibus supranominati manserunt, etc. Est autem Theutonibus Hofstad, et Hof-stede, fundus, area, solum, locus ab ædificio purus : solum, cui ædes imponuntur, et quod ædibus dirutis manet, vulgo Domustadium, q. d. locus domus : Hofenim, domus cum solo et horto. Ita Kilianus. Vide Huba.***

† SESSURA, Eodem sensu, in Charta Henrici Leod. Episc. ann. 1163. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 866 : *Ecclesia siquidem Fulemanniæ quatuor clericos vel præbendarios habebat, ad quorum spectabat victum vel vestitum tota et integra decima ejusdem villæ et atrii, . . . et quatuor cortilia cum singulis domorum Sessuris.*

SESSUS, Eadem pariter notione. Charta Caroli Cal. in Tabulario Dervensi : *Concedimus citiani eisdem Dei servis Sessum unum iudounnicatum ad accipiendum saltem, cum proprio, uti vulgo dicitur, stallone et furca superposita, etc. Charta ann. 1034. in Antiquitat. Vosagensis. lib. 5. c. 7 : *Ad Fremonivillam 6. mansus cum Ecclesia, apud Vicum athenum unum cum duobus Sessibus, etc. Tabularium S. Remigii Remensis : In Muriniuco habet Sessum 1. cum ædificiis, curte et scuriis. Alibi : Est mansus 1. in Sesso est mapp. 1. in olchis mapp. 6. de terra forastica mapp. 20. sunt simul mapp. 28. Rursum : Dedit idem homo ad eandem Ecclesiam Sessum 1. ubi aspicium de terra arabili jornaes 6. vineolas 3. etc.**

SESSIO, Idem quod Sessus. Epistola Gaufridi de Meduana tom. 2. Spicilegii Acheriani pag. 507 : *Decem aratra cum bobus, quæ Carucas vocatis, et terram duabus Sessionibus aptam ad laborandum dedi.*

† Ex his omnibus haud difficile quis percipere potest vocem Sedes et alias, quas hic congescit Vir eruditus, non tantum significare locum idoneum ad construendum ædificium, sed et designare Modum agri qui colitur, idem proinde esse quod supra Pecia et Platea. His addere placet

Terragium Bellijoc. : *Super quodam prato ... continente Sedem octo massotatum feni. Infra : Contingente plateam duarum massotatarum.*

† SEDIUS, SEDIUS, Eodem intellectu. Præcept. Ludovici Imperat. ann. 836. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 96 : *Concessimus ad propriam Hruotberto fidei nostro... viniolas et Sedios tres cum tribus hominibus qui eas excolere noscuntur. Chron. Farf. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 448 : *Aimon cusam unam; filii Petri Pctronacis casale unum; Joannes cum suis Sedium unum; Ursus Godon Sedium unum. Pluries ibi. Tabul. Audomar. : Habet ibi Sedilium unum, inde solvit sol. 1. Ibid. : Habet et ibi Sedilios x. veniunt in censum de argento sol. viii. 1/2. Rursum : Habet ibi Sedilios xxxiii. inde veniunt sol. v. 1/2.**

SEDES MOLENDINI, seu locus idoneus ad construendum molendinum, vel ubi stat molendinum, in Chronico Andrensi pag. 345. 347. Locus molendiini, pag. 353. Adde Marlotum in Metropoli Remensi pag. 621. Area molendinaria, in Charta Communie Compendiensi ann. 1188.

SEDIUM, SEDIUM DE MOLINO, in Charta ann. 1160. apud Ughellum tom. 7. pag. 575 : *Ac subjectum est Sedilium, ac fovea de molino, quod olim constructum fuerat foris hanc civitatem. Infra : In medio Sedio vel fovea unum molinum, si voluerit, construere. Vide eundem tom. 6. pag. 300. 846. [Chron. Farf. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 557 : *Unum Sedium de molendinis juxta molinum Todici. Ibidem col. 570 : *Quaedam portio de Sedio molini, etc.]***

† SEDILE, vel SEDIUM, nude, Pari significatione. Charta Alexandri PP. ann. 1257. apud Ughellum edit. 1717. tom. 1. Ital. Sacra col. 280 : *Unum molendinum et dimidium, ut duo alia Sedilia pro constituendis duobus aliis molendinis liberaliter concedendo.*

SESSIO. Tabularium Prioratus de Paredo : *Idem de situ molendini, medietatem : et vocatur eadem Sessio : Ad pratum Abud.*

\* SEDES FENI, PRATI, Modus agri. Charta Phil. III. ann. 1270. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 597 : *Quittantes penitus Sedes prati illius de Duno regis, . . . pro quibus Sedibus feni idem Martinus reddebat nobis annuatim viginti solidos Paris.*

\* SEDES MULLONORUM, Spatium, locus, ubi coarcevat fenum. Charta ann. 1265. ex Tabul. S. Petri Carnot. : *Dicebant se habere debere in prato... apud Tyvas, in dominio dictorum abbatis et conventus, restalgium, Sedem mullonorum, etc.*

† SEDES BLADORUM, Præstationis species exsolvenda, ut videtur, pro loco ubi reconduuntur blada. Charta ann. 1253. in Tabul. Floriac. : *Girardus quittat et concedit quicquid habet... in grangia de Figiuco, . . . scilicet piletum, guapandum, Sedes bladorum, etc.*

\* Area, proprie; unde dicitur de Jure colligendi grana, quæ in area e manipulis excidunt, vel granorum trituratorum reliquias. Lib. privileg. eccl. Carnot. ch. 257 : *Medietatem omnium Sedium, post palam reducendo, ultimam minam ad Sedem, si de*



illa aliquid deficeret. Neque aliter intelligenda videtur *Sedes curiæ*.

¶ *SEDES CURIÆ*, in Charta ann. 1220. ex Chartul. S. Aviti Aurel. : *Rambaldus dicebat se debere... habere... Sedem curiæ post paleam sine scopu*. Vide *Sedes Bladorum*.  
 ¶ *SEDES CAMBÆ*, Ubi cerevisia conficitur. Charta Garini Episcopi Ambianensis ann. 1138. ex Tabulario Abbatie S. Fusciani : *Wermundus quoque Vicedominus eidem Ecclesie dedit Sedem unius cambæ in orto Erleboldi, etc.*

¶ *SEDES INTIMA*, Imus carcer, Gallice *Cachot*; Prudentio lib. 2. contra Symmachum v. 469 : *Antrum carcerum*. Eidem hymn. 2. v. 310 : *Atrum limen*. Cod. Theod. leg. 1. tit. de Custod. reor. (9, 3.) : *Nec vero Sedis intimæ tenebras pati debet inclusus, sed usurpata luce vegetari*.

*SEDES SALINARIÆ*, Loci, in quibus sal conficitur, seu in quibus Patellæ et Caldariæ salinariæ consistunt. Vita Joannis Gorziæ Abbatis pag. 764 : *Salinas, quæ una tantum parte regionis ipsius, quæ Vicus dicitur, habentur exstruere, ut in loco eodem plures, quas dicunt Patellas, partim ex integro cum ipsis Sedibus emptas, partim, quæ juris Monasterii erant, reparatas, multo usui posterum profuturas paraverit, etc.* Chronicon Senoniense lib. 4. cap. 36 : *Sedes etiam salinarias ipsius Prioratus apud Medium vicum in domibus lapideis inclusit*. Chartæ Henrici III. Imp. et Leonis IX. PP. ann. 1049. apud Chiffletium in Tornutio : *Caldarias quoque ad sal conficiendum cum propriis Sedibus, quæ vulgo Mitchæ vocantur*. Alia Henrici IV. Imp. ann. 1053. apud Perardum in Burgundicis : *Corrobaramus etiam donum Caldariarum in Salinis vico, cum Sedibus suis, quas tradidit supradictæ Ecclesie Comes Otto cognomento Willelmus*. [\* Pancharta Abbat. Metloch Diocæs. Trevir. in Diar. Diplom. tom. 2. pag. 124 : *Puteum salis in Wich. Ibi habemus 7. Sedes... Dabuntur nobis de unaquaque Sede 5. modia salis, etc.* Vide infra *Segus*. Confer *Salzsuti* apud Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 166. radice *Siudan*, *Coquere*.]

*SESSA*, et *SESSUS*, Eadem notione. Testamentum Fulradi Abbatis S. Dionysii : *Patellas ad salo faciendum in vico Bobatio seu Marsallo, una cum Sessis eorum*. Charta Theodorici Episcopi Metensis ann. 1176. in Antiquitatib. Vosegi 3. parte lib. 4. cap. 3 : *Et insuper tres Sessas, quas apud Vicum predicta domus possidet, liberas ab omni redditu et exactione, concessimus*. Charta Chrodegangi Episcopi Metensis ann. 763. apud Meurissium in Episcopis Metensibus pag. 187 : *Donamus et ibidem in subteriore Vico atria cum Sessu suo, ubi dominium ipsi fratres possint habere*. Alia Stephani Episcopi Metensis apud eundem Meurissium pag. 405 : *Omnes redditus, sive questus, quos habemus apud Marsal de Sessis seu patellis, quæ pertinent ad alodium, quod nuncupatur, etc.* Mox : *Præterea concedimus eis, ut quot Sesses vel Sessiones in prædicto alodio construere valuerint, tot nullo contradicente apud Marsal construant*. Alia anni 1034. in Antiq. Vogesi lib. 5. cap. 7 : *Apud Vicum, aheneum unum cum duobus Sessibus*. Et infra : *Præterea concedimus*

*eis, ut quot Sesses, vel Sessiones in prædicto alodio construere voluerint, tot nullo contradicente apud Marsal construant*. Vide pag. 167. 426.

¶ *SEDES SIMULACRORUM*, Loci in quibus fixa erant paganorum simulacra, Gall. *Niches*, in leg. 19. Cod. Theod. de Pagan. (16, 10.) Interdum eadem voce significatur solia et throni, quibus simulacra circumferebantur in pompa, ut apud Tertulian. lib. de Spect. cap. 7.

*SEDES NAVIUM*, Reditus de statione navium in portu, quomodo vocatur in Chartis Ottonis Imper. ann. 981. et Henrici II. ann. 1006. apud Chapevillium tom. 1. Hist. Leod. : *Aut reditus de statione navium exigere, etc.* *Segiagium*, vel *Groundgium*, Spelmano. Aresta ann. 1257. in 1. Regesto Parlamenti fol. 5 : *Cum Abbas et Conventus S. Judoci super mare dicerent, se fuisse spoliatos a D. Rege de Sedibus navium inter S. Judocum et medium aque de Cahanche, de quibus erant in possessione et mainagio ratione emptionis factæ ab eis a Wermundo Dom. de S. Judoco, etc.* Vetus Regestum domus publicæ Ambianensis, de tributis, quæ exsolvantur in portu Oppidi S. Valerici : *Li Abbés de S. Valeri a moitié d'Engleterre et de le coste pour tant qu'eles soient là vendues, ou comparées; mais s'elles sont vendues ou comparées à Diepe ou Eu, en Flandres, ou en autre coste, li Abbez n'y a riens. Li Abbés a le Siege des nés d'Engleterre quiconques, mais n'ait esté à haulle, et qui ne soit merque. Li Serjant, l'Abbé et le Prevost le veut merquer, et paye chele nef à chele fois 26. den. dont li Prevost a les 2. sols et li Abbez 2. deniers. Mais li Prevost ne prent puis riens u Siege de cele nef. Se 2. nés sont floté en seant ou en venant, ou l'une siet et l'autre vient, et l'une empire l'autre, chascune rent le moitié du damage l'une à l'autre. Se navire siet à haulle à sec ou à flote, et on boute nef ou navel seur lui, se chele, qui siet toute coie est empirie par chele que ou on boute, rend le damage, et se chele, que on boute est empirie, chele qui siet toute coie ne rent riens*. Computum Domani Comitat. Bononiensis ann. 1402 : *Recepte de Sieges de nefs des pesqueurs venans ou havene de Boulongne au temps de herenguison depuis de jour S. Miquel jusques au jour S. Andrieu, lesquels doivent chascune nef au vaisel pesqueur 5. s. 4. den. pour leur Sieges, etc.* *Ainsi des Sieges de nefs ou hable d'estaples, etc.* Computum Domani Comitat. Pontivi ann. 1478 : *Recepte des Sieges de nefs alans en pescherie de harancs à payer au jour de S. Nicolas d'yver, c'est assavoir que chascune nef portant 4. lez de harenç et au dessous, doit pour le Siege 4. sols esterlins, celles de 4. à 6. lez sept esterlins, etc.* Usatica MSS. Vicecomitatus Aquarum Rotomagi : *Quant nef faite en Engleterre vient à Roiien, elle doit estre despousée, et pour le despouser, elle doit au Roy 3. s. et pour le Siege 3. s. Elle ne doit riens pour despouser, més que l'en puisse monstrer par merel, ou par signe, que elle ait esté despousée autrefois, et nequedent elle doit toujours 3. s. pour son Siege*.

¶ *SEBILE*, Eodem significato, in Charta Ludovici Reg. ann. 874. apud Marten. tom.

2. Ampl. Collect. col. 29 : *Sedilia insuper in portu Hoïio et Dionanto, unde exeunt solidi xxxii.*

\* Charta ann. 1321. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 290 : *Item mue le rente que lidiz religieux avoient... u haulle de S. Walery pour les Seages et le merquier des nés. Seuage, eadem, ut videtur, notione, in Comput. redit. comitat. Pontiv. ann. 1554 : Des profits et revenus des averaiges et Seuaiges des nefs, etc.*

\* 5. *SEDES*, Proprietas, dominium, possessio. Charta Rothb. archiep. Trevir. ann. 952. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Hontheim pag. 285. col. 2 : *De adjacentiis Sedis nostræ Altreie terram indominicatum ad vineas plantandas*. Charta Phil. I. ann. 1061. in Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 283 : *Concessimus loco Sanctæ Mariæ in Sede nostra Pissiaco scilicet constituto, ea quæ pater meus et antecessores nostri predicto loco concesserant*. Vide *Sedentia* 1. et *Sedile* in *Sedes*, 4.

\* 6. *SEDES*, Gall. *Siege*, Convivium inter sodales, qui etiam cum pauperibus ad eandem mensam sedent. Stat. confratr. S. Pauli Paris. ann. 1332. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 1123 : *Item il font leur Siege chascun un lendemain de ladite feste saint Pol, ou à un autre jour la sepmaine, tel comme il leur plait. Item audit Siege à quinze pources souffisamment pelez, qui sont les premiers assis et servis à un doys des plus riches hommes*.

¶ *SEDESSERIUS*. Vide *Sederius*.

*SEDET*, Decet, ex Gallico *Sied*. Bernardus Silvester de gubernatione rei familiaris : *Male Sedet in juvene, vina cognoscere*. Andreas Aulæ Regiæ Capellanus in Amatoriis : *Melius in mensa regia Sedet aurum, quam in pauperis domo, vel rusticano tugurio, etc.* [Vide *Sedere* 1.]

*SEDETUM*, Locus, seu sedes castrorum, ubi consistit exercitus, *sedes* nude Ammiano lib. 14. Vegetio, et aliis. Lex 18. Cod. de Episcop. aud. (1, 4.) : *Milites, qui præsent, et in custodia consistunt, in suis, ut vocant, Sedetis, sive stationibus, etc.* ubi Græca habent ἐν τοῖς ἐσθέρτοις ἀρτῶν, de qua voce Græcobarbara consule Glossar. med. Græc. [Vide *Sedes* 3. et *Sedita*.]

\* *SEDIA*, vox Italica, *Sedes* in choro ecclesie. Charta ann. 1349. tom. 2. Hist. Cassin. pag. 545. col. 2 : *Promiserunt facere chorum ipsius ecclesie cum Sediis duplicibus, unam videlicet altam et aliam bassam*. Vide infra *Tabernaculum* 5.

¶ *SEDICEM*, pro *Sedecim*, nisi mendum sit librarii, in Actis Episcop. Cenoman. apud Mabillon. tom. 3. Analect. pag. 127.

*SEDICULUM*, *Sedes* minor. S. Gerardus in Adbalardi Vita cap. 9. n. 55 : *Locato ante lectum Sediculo, semper assidebat coram eo*.

¶ *SEBILE*, *SEDILIUM*, etc. Vide *Sedes* 4.

\* *SEDILIA*, Vagina, quasi gladii *sedes*. Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120 : *Sedilia*, Gall. *Sache*.

1. *SEDIMEN*, *urina*, et dicitur a *sedeo*, eo quod in fundo *sedet*, Matth. Silvatico : *Latinis, sedimentum*, Gr. ὑπόστασις, vox medicis familiaris.

2. *SEDIMEN*, *Sedimentum*, pondus,



gravitas, assiduitas, diligentia : sed proprie gravitas in dicendo, eruditio, studium, diligentia, ingenium. Ita non semel usurpat Ordericus Vital. in prologo ad Histor.: *Horum (Scriptorum) allegationes delectabiliter intueor, ... nostrique temporis sapientes eorum notabile Sedimen sequi cohortor.* Idem lib. 2. de Aratore pag. 375 : *Carmen metrica sonoritate pulchrum elidit, in quo nobile sui Sediminis monumentum posteritati futuræ reliquit.* Lib. 3. pag. 461 : *In domo Domini nutritus fuerat, diuinoque Sedimine religiosam vitam iugiter ducere didicerat.* Lib. 4. pag. 530 : *Artium et sacræ lectionis Sedimen per Lanfrancum capit.* Lib. 6. initio : *Humani acumen ingenii semper indiget utili Sedimine competenter exerceri.* Adde pag. 547. 597. 903. 628.

3. **SEDIMEN**, Idem quod *Sedes*, seu locus quivis vacuum, idoneus ad edificandum vel plantandum, etc. [Chron. Farf. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 511 : *Sedimen terræ ad cusam faciendam, etc.* Statuta Vercell. lib. 6. fol. 133. vº : *Quod nullus homo cui livratum esset Sedimen vel livraretur possit vendere, donare vel alienare in aliquam personam que non sit subdita Communi Vercellurum.*] Charta Conradi Imp. ann. 1028. apud Augustinum de la Chiesa in Hist. Eccl. Pedem. cap. 21 : *Et offert cum Abellonio viro suo per chartam istam ejus portionem de istis casis, capellis, sediminibus, etc.* Alia ejusdem Imp. apud eundem Scriptorem cap. 20 : *Et de omnibus casis, Sediminibus, cæterisque rebus eidem Ecclesie pertinentibus.* Paulo post : *Concedimas in ejusdem locis et territoris, que supra leguntur inter Sedimina castri, arearum, ecclesiarum, seu cætera Sedimina et vineas cum arvis suis, etc.* Occurrit rursum pag. 240. et in Chartis aliis in Probat. Hist. Sabaudicæ pag. 14. 19. apud Ughellum tom. 3. pag. 415. tom. 4. pag. 212. 214. 215. tom. 5. pag. 650. apud Corium in Hist. Mediolanensi pag. 357. edit. 1646. Franciscum Mariam in Mathilde lib. 3. pag. 157. Puricellum in Ambrosiana Basilica pag. 367. 956. 1014. etc. Adde Statuta Mediolan. 1. parte cap. 209. [Statuta Astens. fol. 7. vº. etc.]

¶ **SEDIMEN**, Domus ubi quis *sedet*, habitat. Acta S. Gerardi tom. 1. Jun. pag. 771 : *Quia Sedimina centum sexaginta familiarum que habitabant in dicto burgo, detruncaverunt.* Statuta Vercell. lib. 1. fol. 50 : *Si quis habuerit domum vel Sedimen in aliquo burgo, etc.* Statuta Astens. cap. 78. fol. 33. vº : *Teneatur dictum beale scurare per miram suæ domus sive Sediminis.*

¶ **SEDIMINA**, 1<sup>æ</sup>. declinat. in Testam. ann. 742. apud Mabill. tom. 2. Annal. Bened. pag. 704. Charta ann. 1097. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 82 : *Has autem superscriptas massaritus cum omnibus earum pertinentiis, cum casis et Sediminis eorum, etc.*

¶ **SEDUMEN**, ut *Sedimen*. Castellus in Chron. Bergom. ad ann. 1380. apud Murator. tom. 16. col. 848 : *Comburerunt certa Sedimina.*

¶ **SEDIMONIUM**, Idem quod *Sedinen* 3. Charta ann. 1083. apud Ughellum tom. 4. pag. 1457 : *Sedimonium unum cum*

*tinta, cum acra que ibi extat, et campo insimul tenenti, etc.* Infra : *Idem Sedimens cum tinta, etc.*

¶ **SEDIOLUM**, etc. Vide supra *Sedes* 4.

¶ **SEDIPE**, Stapes, cui pede innititur cques, ut in equum ascendat: Vita S. Bonæ tom. 7. Maii pag. 158 : *Jussit ut de equo descenderet, ac sibi transcendentem Sedipem retineret.*

**SEDTA**, Præsidium militare, *Garnison*. Isidorus Pacensis Episcopus in Chronico æræ 757 : *Gentemque Francorum frequentibus bellis stimulat, et Seditas Sarrazenorum in prædictum Narbonensem oppidum ad præsidia tuenda decenter collocat.* Vox propria. S. Hieronymus de locis Hebraicis : *Villa, nomine Theman, ... ubi et Romanorum militum præsidium sedet.* [Vide *Sedes* 3. et *Sedetum*.]

\* **SEDITIALITER**, Seditiose, Gall. *Seditieusement*. Arest. ann. 1380. 6. Oct. in vol. 7. arestor. parlam. Paris. : *Consules Nemausi cum infinitis hominibus dictæ civitatis Seditialiter coadunatis, etc.* Vide mox *Seditionabiliter*.

1. **SEDITIO**, Conspiratio in mortem, aut damnum alicujus, Bractono lib. 3. tract. de Corona cap. 2. ubi Fleta lib. 1. cap. 21. § 2. 3. habet *Seductio*. At § 8. habet *Seditio*, ut et Radulphus de Hengham in Magna cap. 2 : *Constat, quod placita de crimine læsæ majestatis, ut de nece vel Seditioe personæ Domini Regis, etc.* Libertates villæ Martelli in Lemovicib. ann. 1219. apud Justellum : *De illis vero, qui alteri plagent aut cicatricem facerent, aut sanguinem excuterent, aut etiam aliquem ad lites, vel ad Seditioes arma traherent, etc.* Quo loco *seditio* idem valet, quod Gallis *Meslée*.

**SEDITIONARI**, *ερασιζευω*, in Gloss. Gr. Lat. *seditionem* excitare.

**SEDITIONARIUS**, *δραμηγερτης*, in eodem Gloss. qui *seditionem* excitat. [Conc. Tolentan. XVII. inter Hispan. tom. 2. pag. 760 : *Seditionarios nunquam ordinandos clericos, sicut nec usurarios vel injuriarum suarum ultores.*] Vide Concilium Carthag. ann. 398. can. 67. [et Gregor. Turon. lib. 10. Hist. cap. 15.]

\* 2. **SEDITIO**, Præsidium militare, Gall. *Garnison*. Append. ad Hist. Theg. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 86 : *Anno vero xxiv. prænuñciavit imperator, ut cum omni exercitu voluisset ire Romam cum filiis suis Pippino et Hludowico, et statuit Seditioes in nonnullis locis contra Danos.* Vide *Sedita*.

\* **SEDITIONABILITER**, ut supra *Seditialiter*. Instr. ann. 1379. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 20. col. 1 : *Una cum trecentis aliis hominibus et habitatoribus dictæ civitatis seditiosus et Seditioabiliter simul congregatis, etc.*

\* **SEDITIONALIS**, Ad *seditionem* pertinet. Hinemar. in Epist. 18. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 546 : *In uxilio igitur præbeamus arma divina, ... ut non effundatur sanguis Christianus Seditionali certamine inter fratres et cognatos atque propinquos.*

\* **SEDITIONARE**, Ad *seditionem* excitare, *Seditior*, *seditiosis* auctor, in eod. Instr. ann. 1379. ibid. pag. 21. col. 1 : *Dicti consules, quasi Seditiores et concita-*

*tores populi, sic Seditioati et in turba coadunati, a vobis impetiose præmissa præcepta facere petebant.* Vide in *Seditio*.

¶ **SEDITIOSUM**, Causa dissentionis, contentionis. Justinianus in 2. Præfat. Digest. : *Et omnes ambiguitates decisæ, nullo Seditioso relicto.*

¶ **SEDITURUS**, pro *Sessurus*, in Vita B. Augusti novelli tom. 4. Maii pag. 622 : *Quem ad locum concurrunt populi Sedituri et se prostraturi.*

**SEDIUM**, **SEDIUS**. Vide *Sedes* 4.

\* 1. **SEDIUM**, *Sedes*, mansio, habitatio; Ital. *Sedio*. Testam. ann. 1230. apud Cens. cœcl. Rom. : *Volo quod habeat (uxor mea Imigla) Sedium in domo mea et de bonis et rebus meis victum et vestitum concedentur.*

\* 2. **SEDIUM**, Seditio. Lit. Soldani pro Pisanis apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Hist. Sicul. Boninc. part. 1. pag. 200 : *Et non debet venire cum nullum hominem propter terram nostram damnum habere, et Sedium facere, et non debet nocere nullum mercatorem Saracenum, etc.*

**SEDNICUS**, Centurio, Slavis. Vide Hist. Presbyteri Diocletis pag. 290. edit. Joan. Lucii, [et infra *Setnicus*.]

¶ **SEDOPROFETA**, pro Pseudo propheta, in lib. 2. Isid. de Offic. cap. 17. ex Cod. MS. Corbeiensis laudato a Mabill. Diplom. pag. 350.

\* **SEDUCIBILIS**, Seductor, deceptor, corruptor. Testam. ann. 1251. ex Tabul. Auxit. : *Quod si ipse dominus Jordanus absque filio legitimo et filia legitima de hoc nequam et Seducibili sæculo tolleretur, etc.*

¶ **SEDULA**, pro *Schedula*, in Consuet. Universit. Paris. per Robert. Goulet fol. 5. vº : *Tenetur ... eorum Sedulus ad receptorem cum taxa dirigendas signo suo signare.*

¶ **SEDULARIUM**, *Sedile*. Paulus D. lib. 33. tit. 10. leg. 4 : *Rhedæ et Sedularia suppellectili adnumerari solent.* Vide Turnebi Advers. lib. 8. cap. 9.

¶ **SEDUMEN**. Vide supra *Sedimen* 3.

**SEDUS**, sine dolo, id est, virtus. Papias.

\* **SEDUTATICUS**. Charta Caroli C. ann. 5. regni ejusd. in Chartul. S. Dion. cap. 75. col. 2 : *Concessissent omnes theoloneos, vel barganaticos, sive pontaticos, vel pulveraticos, seu rotaticos, cipitaticos, Sedutaticos, etc.* Ubi leg. *Salutaticos*.

¶ **SEED-COD**, vox Anglica quæ vas illud significat, in quo agricola semen reponit, a Sax. sæd, Anglis *Seed*, Semen, et Codde, pera, vel id omne quo aliquid continetur. Comput. ann. 1407. apud Kennett. Antiquit. Ambrosd. pag. 549 : *Et pro uno Seed-cod empto III. den.*

¶ **SEENS**, Res immobiles. Vide *Sedentia*. ¶ **SEERUS**. Comput. ann. 1202. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. CLIII : *De Seero de Gant. xx. l.* Nomen loci proprium esse videtur.

**SEGA**, **SEGOHA**, etc. Obligatio, qua vassallus, vel tenens, dominum in *hostem* seu exercitum sequi tenebatur. [Vide *Hostis* 2.] Charta Guigonis Comitis Forensis ann. 1253. pro Libertatibus Villarezii : *Homines predictæ libertatis tenentur venire in cavalcata nostram, ... et Sequi mandatum nostrum per totum Comitatum Forensem, etc.* *Sega* et *sequita* cum armis, in Charta ann. 1350. apud Justell. in Hist. Turenensi



pag. 104. Alia ann. 1275. in Tabul. S. Flori Arvern. : *Ab omni atallia, collecta, leuda, Segoha, manobra et servicio.* Alia : *Excipiunt etiam libertatem a Segnoa, manobro et servicio.* Homagium factum Henrico Comiti Rutenensi a Petro de Panaco Domicello ann. 1280 : *Præterea ego et successores mei debemus vobis et successoribus pro quolibet prædictorum castrorum facere albergam cum 5. militibus, et Segoa facere cum aliam terram vestram monueritis, ad hæc nos vel nostri, etc.*

**SEGIS.** Carta Pontii Comitis Tolosani ann. 936. apud Catellum pag. 89 : *Quæstus, et albergas, et firmuntias, et tallias, et omnes actiones, et Seguis, et justitias, etc.* Ita legendum pro *Segnis*.

† **SEGIUS,** Eadem notione. Charta Raymundi Bernardi Vicecom. Biterr. ann. 1070. in Append. ad Marcam Hispan. col. 1157 : *Excepto ipso Seguio qui per prædictos incombres vel donationes advenerit per directum ad ipsos successores de ipsos tenentes jamdictas donationes; sed ita maneant ipsæ abbatia, exceptis prædictis incumbres et eorum Seguio præscripto.*

**SEQUIMENTUM, SEGIMENTUM, SEQUI-  
MENTUM.** Charta Fridrici II. Imp. ann. 1220. apud Ughell. tom. 2. pag. 23 : *Ut nec per aliquem nostrum missum, aliamve majorem vel minorem laicalem personam, seu per commune Bononie compellantur curare, ad breve communis Bononie vel Sequimentum potestatis, aut in cavalcata, vel in exercitum ire, etc.* Charta Nunii Sancii Comitis Rossilionis ann. 1233 : *Et faciunt ostes, et cavalcadas, curtes, et placita, et Segimenta cum meo corpore et meis Militibus de Vicecomitatu Ceritanie, etc.* [Charta ann. 1134. in Append. ad Marcam Hispan. col. 1277 : *Et facium tibi hostes et cavalcadas, curtes et placitos, et Sequimentum cum meo corpore et cum meis militibus de Vicecomitatu Ceritanie.*] Charta ann. 1240. apud Joannem Lucium in Hist. Dalmatica pag. 472 : *Inprimis juraverunt corporaliter... fidelitatem, et Sequimentum dicte Potestatis, sicut Spalatenses juraverunt, etc.*

**SEQUITIO.** Libertates villæ Martelli in Lemovicibus ann. 1219. apud Justellum : *Si quis habitator villæ Martelli non sequitur Vicecomitem, quando mandat Sequitiones suas, pro propria guerra, etc.*

† **SEGALE, SEGALLUM, etc.** Vide *Sigallum*.

**SEGARDI,** Hæretici, de quibus ita M. Chronicon Belgicum ann. 1323 : *Segardi multi combusti sunt Parisiis propter hæresin pauperum de Lugduno, quia sub specie boni mala suscitare conabantur.* Sed legendum *Segardi*, de quibus supra.

† **SEGARE, SEGATURA.** Vide *Secare* 2.

† **SEGATOR, SEGATUS.** Vide *Seca*.

† **SEGEL,** ut *Sigalum*. Vide ibi.

\* **SEGLATIUS,** Seca litius, Gall. de Segle. Charta ann. 1097. ex Chartul. S. Sulp. Bitur. fol. 6. r° : *Ergo dabit Stephanus... tres sextarios de annonæ, unus triticeus erit, alter vero Segelatius, tertius ordeaceus.* *Seguel*, Secale, in Ch. ann. 1356. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 179. col. 1 : *Civita, v. sestaria, j. floren. Seguel, sestarium, ij. gross. pomola, vij. sestaria, j. floren.*

\* **SEGEANTES,** Messores, qui in metendis segetibus operam suam locant. Reg. N. Chartoph. reg. ch. 5 : *Debuimus convenire et inquirere utrum homines communie de Cerniaco, manoperantes et Segentes in terra comitis de Roccyo, deberent reddere winagium ipsi comiti in regressu suo.*

\* **SEGERZONUM** inter arma numeratur, in Stat. Vallis-Ser. rubr. 44. ex Cod. reg. 4619. fol. 88. r° : *Arma vetita... sunt hæc, videlicet... lancea, rasthullum, Segerzonum, etc.*

† 1. **SEGES,** Mensura agraria. Charta Werfrithi Episcopi ann. 892. apud Hicckes. Graminat. Anglo-Saxon. pag. 174 : *Et etiam unum pratum ad mensuram fere XII. Segetum vel amplius.*

\* 2. **SEGES,** Granum, quod molendum defertur. Charta Nic. abb. S. Joan. Laudun. ann. 1196. ex Tabul. ejusd. monast. : *Cum autem molendinarius Segetem alicujus ad molendinum tulerit, infra tres dies ad longius ad domum illius, cujus est seges, sive in farina, sive in ipsa Segete reportabit.*

† **SEGESTRUM,** Pileum stramineum, in Amalth. ex Suppl. Antiquarii : nescio quo vade. In Gloss. Lat. Græc. : *Segestrum, Σέγαστρον, γερὰδ'εργον,* vetus pellis. Vide Scaliger. ad Festum in *Deris*, et Casaubon. ad Sueton. in Aug. cap. 83. [\* Forcellin. in *Segetra*.]

† **SEGGREAGIUM.** Vide supra in *Secretarius* 3.

\* **SEGHs,** Officina, ni fallor, ubi serra, Italis *Sega*, ad descendum utuntur. Testam. Guill. milit. de castro Barco ann. 1319. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 1945 : *Cum omnibus meis terris, possessionibus, mansis, molendinis, Seghis, follonibus, etc.* Vide *Seca*.

† **SEGHIA,** Terra inculta, vepribus et dumetis abundans, ab Ital. *Secchia*, dumentum, Gall. *Broussailles*. Statuta Vercell. lib. 5. fol. 128 : *Item quod quælibet persona civitatis et districtus Vercellarum possit... seminarare, ad cultum reducere, et tentatas tenere terras et possessiones, quæ appellantur Seghia, zerbui, boscum, etc.*

† 1. **SEGIA,** ut *Seghia*, ni fallor; nisi sit Modus agri, idem proinde quod *Segus*. Vide in hac voce. [\* Neutrum; idem quippe videtur quod infra *Sequia*.] Charta ann. 1285. in Tabul. S. Johan. Angeriac. : *Et super medietate cujusdam Segie prout includitur inter maresia communia et pratum domini de Gurgitibus, quæ Segia communis est cum Humberto.* Vide *Sedes* 4.

† 2. **SEGIA,** Situla ex ære Cyprio, aquæ hauriendæ idonea, Ital. *Secchia*. Statuta Vercell. lib. 7. fol. 152 : *Item statutum est quod si ignis poneretur in civitate de nocte... incontinenti currant... mulieres cum situlis et Segiis portantes aquam et ad ipsum ignem extinguendum intendant sub pena sol. xx. Pap.* Vide infra *Selha*.

† 3. **SEGIA,** Quod Commentariensi pro incarceratione præstat. Charta Caroli Principis Montis S. Angeli ann. 1284. ex Cod. MS. D. Brunet fol. 75. v° : *Ut sex denarii qui solvuntur in Arelatensi civitate pro Segia a captivis... sint nobis.*

† **SEGIAGIUM.** Vide *Sedes navium* in *Sedes* 4.

† **SEGIMENTUM,** ut supra *Sega*. Vide ibi.

† **SEGLA,** Mensura liquidorum. Vide *Sicla*.

† **SEGLARIUM,** Emissarium aquarium, Gallice *Evier*, vel quid simile. Statuta Placent. lib. 4. fol. 40. v° : *Omnia Seglaria seu foranina vel meatus in quibus mittitur vel mitti potest aqua in aliquam viam publicam civitatis habeant horificium et forum ex quibus exit aqua juxta terram : ita quod exitus vel reliberatio non ledut trans-euntes.* Vide *Scolarolum*.

† **SEGLE, SEGLIA, SEGLUM.** Vide *Sigillum*.

**SEGMENTATUS,** [Segmentis ornatus. Dicitur de veste Segmentis variegata simul et de homine ejusmodi vestimentis induto. *Segmenta* autem intelligi ornamenta dissecta vel etiam diversi coloris seu textus. Hinc *Segmentatus*, idem quod acupictus sonat Ernaldo in Vita S. Bernardi tom. 2. Oper. ejusdem col. 1112. edit. ann. 1690 : *Segmentata ei circumferebantur pulvinuria.* Probus *Segmenta* interpretatur fasciolas quæ extremis vestium oris assuuntur, Gall. *Franges*. Eo sensu occurrit in Conc. Mexic. ann. 1585. inter Hispan. tom. 4. pag. 339 : *Vestitu fimbriato, clavis sericis, phrygiæve aut Segmentis ornato (Clerici) ne utantur; sed Segmenta rasi serici aut tafetani, quæ duorum aut trium digitorum latitudinem non excedant, in extremitate pallii seu mantelli gestare poterunt.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Segmentum, une maniere de vestement, ou pourfi ou decoupeure de robe, ou fervaill pendent du col.*] Vita MS. S. Amatoris initio : *Parentibus nobilissimis ortus, et in cuius Segmentatis educatus est.* [Segmentatas *cunas* dixit etiam Juvenalis Sat. 6. 89. hoc est, inquit Perottus, tenuissimis ligneis ramentis ac versicoloribus depictis : nisi *cunas Segmentatis* malis *segmento* tectas interpretari.] Gerardus Episcopus Cameracensis in Concilio Atrebatensi ann. 1025. tom. 13. Spicilegii Acheriani pag. 3 : *Tertia vero die, quæ Dominica habebatur, Segmentatus Episcopus cum suis Archidiaconis paratis; crucibus et textis Evangelicis... Synodum celebraturus... progreditur. i. vestibus Pontificiis [quæ Segmentate erant] indutus. Allusit ad illud Juvenalis lib. 1. Sat. 2. de veste Gracchi :*

*Segmenta, et longos habitus, et flammea sumit.*

[Adde Arator. in Act. Apost. cap. 16.] Vide *Salmasium* ad *Vopiscum* pag. 404. [et *Martini* Lexic. v. *Segmen*.]

\* **SEGNHORIA,** Dominatio, dominium, Gall. *Seigneurie*. Charta ann. 1341. in Reg. 4. Armor. gener. pag. 12 : *Sub ejus immediato dominio et Segnhoria in feudum francum, nobile et anticum, bonis conditionibus conditionatum, etc.* *Seroignie*, eodem sensu, in Chartul. episc. Paris. fol. 120 : *Totes ces choses devant dictes sunt ou fief et en la Seroignie monseigneur l'esvesque de Paris.* Vide *Segnorina*.

**SEGNIATA.** Charta Pacis communie oppidi Faræ, ab Ingeranno de Couciaco indulta ann. 1207 : *Capitagia hominum nostrorum, et tria placita generalia, et panem, quem mihi debebant, ... et stallagia sotularium, et Segniatum piscatorum, circadam*



etiam nemorum, et aquæ custodiam: hæc omnia eis quitta clamavimus, etc. Apud Thomasserium in Consuet. Bituric. parte 3. cap. 22. Forte legendum *Sogniatam*, ex Gall. *Soing*. [Vide *Soniare*.]

¶ **SEGNIORESSA**, Domina. Testam. Raymundi Trencavelli ann. 1154. inter Probat. novæ Hist. Occit. tom. 2. col. 550: *Mea uxor tantum quantum voluerit stare sine marito cum suis et meis infantibus in omnibus terris meis sit domina et Segnioressa*. Itali *Signoressa* eo sensu non nisi ridendo usurpant. Vide infra *Senior*.

¶ **SEGNIORESSA**, Eodem intellectu, in Testam. Florentii de Castellana ann. 1398. ex Schedis Pr. de *Mazaugues*: *Voluit... quod totum fartum de Luco sibi veniat et de ipso furto sit domina et Segnioressa*. Vide *Signoressa*.

¶ **SEGNIORIVUM**, ut infra *Segnoria*. Charta ann. 1138. inter Probat. novæ Hist. Occitan. tom. 2. col. 486: *Ego Guillelmus Poncius, et nos qui sumus ei filii Raymundus Ademar, et Guillelmus Ademar... vendimus... tibi R. Trencavello totum quod nos habemus... in toto castro de Marcelliano... hoc est homines et feminas cum toto Segniorivo quod ibi habemus*. Vide *Segniorivum*.

¶ **SEGNIORIVUM**, Eadem notione, in Charta ann. 1139. ibid. col. 487: *Donamus itaque vobis castellum de Illa et castellum de Caselas... cum suis fortzeis et munitioibus, et cum ipsis Segniorivo et censibus atque usaticis, et redditibus quæ ibi habemus et habere debemus, et cum toto hoc quod ad ipsa castella et ad dominationem pertinent ac pertinere debet*. Vide *Senior*.

\* *Seigneurage*, in Charta Garn. abb. Corb. ann. 1300. ex Chartul. 23. ejusd. monast: *Pour obéir à lui en ces cas et en autres, si comme il ont accoustumé, tout soit il d'autres fiefs et d'autres Seigneurgages que du seigneur de qui Pinquegn est tenu*.

¶ **SEGNIS**, pro *Seguis*. Vide *Sega*.

¶ **SEGNITUDO**, Segnitutes, desidia. Conc. Emerit. inter Hispan. tom. 2. pag. 629: *Sunt aliqui quorum intentio non pauca est in sancto Dei officio, atque multi quos Segnitutinis fastus minime perducit ad bonum profectum*.

¶ **SEGNOA**, ut supra *Sega*. Vide ibi.

\* **SEGNORARE**, **SEGNORARE**, *Senioris* seu domini jura exercere. Inquisit. ann. 1268. ex sched. Pr. de *Mazaugues*: *Vidit... tenere... territorium usque ad prædictos fines Seignorando ibi et tenendo ibi bannerios suos et bajulos in dicto castro, qui dominabantur in dicto territorio*. Infra: *Vidit dominum Hugonem de Baucio Seignorare, bannejare et justiciare, et sanguinis effusionem punire*. Nostris *Seigneurier*, *Seignourir* et *Signorer*, Dominari, gubernare, regere. Lit. ducum Bitur. Aurel. etc. ann. 1410. in Hist. Caroli VI. pag. 204: *Ne vous laissez en Seigneurier vostre royaume, ny gouverner la chose publique d'iceluy, etc.* Poenit. Adami MS. cap. 2: *Dieu ne la fist pas (la femme) de la partie de la terre, adfin qu'elle ne voutzist Seignourir par dessus l'homme*. Vita J. C. MS.:

Je ne sui pas pour Signorer,  
Ne pour mestrie démener.

Vide *Seniorare* in *Senior*.

1. **SEGNORIA**, Dominatio, dominium; ex

Gallico *Seigneurie*. Charta Raymundi Berengarii Marchionis Provinciae ann. 1234: *Scilicet omnem Segnoria, et dominationem, jurisdictionem, etc.* [Cigaltius de Bello Ital.: *Papa longo tempore tenuit Segnorias Regis*. Adde Statuta Massil. lib. 2. cap. 3. § 1. etc.] Vide *Senior*.

¶ **SEGNORIA**, in Charta ann. 1305. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 21. col. 2: *Concedens... quod per se, vel familiares suos quoscunque, percipiant et teneant ut garderii et custodes ejusdem dictam domum fortem cum omnibus ejus mandamento, territorio, Seigneuria, jurisdictione, etc.* Occurrit ibidem bis *Segnoria*.

¶ **SEGNORIA**. Charta ann. 1290. apud Spon. tom. 2. Hist. Genev. pag. 61: *Propterea nos idem Comes eidem domino Episcopo juravimus quod de aliis juribus, possessionibus, vel Segnoria ipsius domini Episcopi nihil occupabimus... et defendemus contra omnes personas in omnibus juribus, possessionibus et Segnoria sua in civitate*.

¶ **SEGNORIA**, Ital. *Signoria*. Charta ann. 1223. ex parvo Chartul. S. Victoris Massil.: *Nos abbas petebamus totum affare, scilicet dominium et jurisdictionem et Segnoria omnimodam dicti Roncelini*. Charta paragi inter Regem et Episc. Mimat. ann. 1306. ex Tabul. Mimat.: *Ad Episcopum et Ecclesiam Mimatensem pertinet jus... cudendi monetam... et omnia alia et singula expectandi pro majori potestate et Segnoria sua, que ad majorem potestatem, regaliam et majus dominium pertinere noscuntur*. Occurrit præterea in Charta ann. 1304. tom. 1. Macer. Insulæ Barbaræ pag. 194. in Statutis Massil. lib. 4. cap. 14. et alibi.

\* 2. **SEGNORIA**, Carcer, quia præcipuum est *Segnoræ* seu domini signum. Inquisit. ann. 1268. ex sched. Pr. de *Mazaugues*: *Item dixit quod audivit dici, quod tres homines, qui dicebantur esse nunci domini Albe, erant capti apud Montem Pavonum in Segnoria, et ipse vidit eos extrahi de dicta Segnoria*.

\* 3. **SEGNORIA**, Jus dominicum. Dicitur de præstationibus, quas subditi dominis suis pendunt, in jamjam laudata Inquisit.: *Dominus Barralis posuit eum collectorem suarum Segnoriarum in graso.... Requisitus que sunt ille Segnoræ, ad quas colligendas posuit eum dominus Barralis, dixit quod taschæ*.

\* 4. **SEGNORIA**, **SEYGNORIA**, Præstatio, quæ a monetæ fabricatoribus domino, cujus est moneta, exsolvitur ex monetariæ fusionis et signaturæ proventibus, nostris *Seigneurage*. Libert. Dalph. concessæ per Humbert. dalph. ann. 1349. in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Vienne* fol. 10. vº: *Quod ipse dominus dalphinus seu successores ejusdem deinceps non recipiant nec recipere possint, modo quocunque, pro dominio et Segnoria suis in monetis cudendis, quibuscunque perpetuis temporibus, nisi duntaxat unum grossum Turon. argenti, pro qualibet marcha argenti fini*. Stat. ann. 1362. ibid. fol. 41. vº: *Dabuntur.... domino pro Segnoria seu pro onere gardæ sex solidi... pro qualibet marcha*. Vide *Segnoria* et infra *Servitium pro Moneta*.

¶ **SEGNORITUM**, ut *Segnoria*. Statuta Astens. cap. 52. fol. 11. vº: *Ordinatum est*

*quod si aliquæ terre et possessiones, et res, seu aliquid castrum, vel villa seu jurisdictione vel contitus, vel Segnoritum date, data, seu datum sint vel fuerint, etc.*

¶ **SEGNORIVUM**, Dominium, idem quod *Segnoria*. Conc. Turiason. ann. 1229. inter Hisp. tom. 3. pag. 494: *Universa et singula quæ... Rex Aragonie... Regine Alienore... concessisse legitur in charta de ipsorum conjunctione confecta, cum pleno Segnorivo et integritate omnium jurium*. Vide *Segniorivum*.

¶ **SEGNUM**, Genus vestis, Macris in Hierolex. Brevis tunica, quæ sub cappa a Regularibus deferuntur, Italis *Saio*. Vita S. Brigide tom. 1. Fcbr. pag. 125: *Alia vero puella dedit Segnum suum leproso*. Legendum forte *Sagum*.

¶ **SEGOA**, ut *Sega*. Vide in hac voce.

¶ **SEGODE**, Bonus, Angl. *Good*, eodem sensu. Vita S. Odonis Archiepisc. Cantuar. sæc. 5. Bened. pag. 296: *Cognomine quoque boni in materna lingua illum deinceps vocare solebat, videlicet Odo Segode, quod interpretatur Odo bonus*. Vide *Sehomsokne*.

¶ **SEGOHA**. Vide supra *Sega*.

¶ **SEGONNA**, Araris, la Saone. Translat. S. Gorgonii Mart. sæc. 4. Benedict. part. 1. pag. 594: *Transeuntes igitur Segonnam fluvium, subsecuta est nos quedam anus, etc.*

\* **SEGOVIANUS**, **ENSIS SEGOVIANUS**, Ex Segovia Hispaniarum urbe. Vide supra in *Ensis*.

\* **SEGREAGIUM CAPRARUM**, Præstatio, quæ *Segreario* forestæ penditur, ut capræ depascere possint in silva. Charta ann. 1258. in Reg. 31. Chartoph. reg. fol. 100. col. 1: *In Segreagio caprarum, videlicet pro qualibet capra obolum persolvendo in festo Circumcisionis Domini annuatim*. Vide in *Secretarius* 3.

**SEGREARIUS**, **SEGREAGIUM**, **SEGREALIS**, **SEGRECHERIA**. Vide *Secretarius* 3.

\* **SEGREERIA**, Reditus, emolumentum ex officio *Segrearii*, nostris *Segral* et *Segrayerie*. Liber eccl. Turon. dictus *Compositionum* fol. 21: *Segreeriam vero ejusdem terræ.... similiter in elemosinam concessi ecclesie beati Mauricii; ita tamen quod Radulfus Burdullii, qui tertiam partem in ipsa Segreeria dicitur habere, tertiam partem capitalem habebit*. Charta ann. 1235. ex Tabul. Cartus. B. M. de Parco: *Symona uxor Philippi de Landevi militis, quæ Segreeriam in Charnia et in parco de Orquis jure hæreditario possidebat, dedit et concessit*. Alia Phil. VI. reg. Franc. ann. 1343. ex Cod. reg. 8428. 3. fol. 67: *Les bois, les Segrayeries, les herbages, etc.* Charta ann. 1350. in Reg. 103. Chartoph. reg. ch. 316: *Nec non omnia nemora seu forestas, pasturagia, redditus et alias obventiones et emolumenta dicta Segraux*. Vide in *Secretarius* 3. et mox

\* **SEGREERIUS**, idem qui *Secretarius* 3. Officium in forestis seu silvis, nostris *Segreer*. Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Noster* fol. 413. rº: *Segreerius boscorum de Chandelays, ij. sol. per diem, xxxvj. lib. x. sol.* Ibid. fol. vº: *Le Segréer de la forest de Italoys et de Garenès, ij. solz par jour, valent xxxvj. l. x. s.*

**SEGREGALLUS**, [f. pro *Senescallus*], ut conjicit Acherius tom. 9. Spicil. pag. 183.



Ut ut est idem sonat quod *Villicus*, cujus, ut et Senescalli, fuit reductus fisci dominici ejusdemque justitiam administrare.] Charta MS. Humberti D. Bellijoci ann. 1233. pro libertatibus Bellavilla: *Si Burgenses commune faciant ad opus ville suae, nec prepositus, aut Villicus debet interesse. Si vero Praepositus vel Segregallus requisiti fuerint a Burgensibus, quod accipiant vadimonia ab illis, qui commune noluerunt solvere, facere debent sine contradictione.* [Rursum: *Praepositus, Segregallus... non potest ferre testimonia contra Burgensem in curia domini accusatum.*]

\* **SEGREGARE**, Amicitiam discindere. Lit. remiss. ann. 1386. in Reg. 134. Chartoph. reg. ch. 52: *Super quibus idem Chabertus multum ad hoc indignatus,.... dixit... quod ipse volebat quod eorum amor dissolveretur.... Qui exponens sibi gratiose respondit, quod sibi valde displicebat, si eorum amor Segregaretur, et quod sibi non fore faceret, quia non ei meruerat.*

† **SEGREGUS**, ut infra *Segrex*. Gloss. Isid. *Disgrex, Segregus*. Occurrit etiam apud Ausonium Parental. Carm. 9.

† **SEGRESTA**, **SEGRESTANUS**, **SEGRESTARIUS**, **SEGRESTIA**, **SEGRESTARIA**. Vide in *Sacrista*.

† **SEGREGUS**, Segregatus. Sidonius lib. 5. Epist. 12: *Hoc solum tamen libere gemo, quod turbine dissidentium partium Segreges facti, mutuo minime fruimur aspectu. Civitates situ Segreges, apud eundem lib. 9. Epist. 3. Utuntur praeterea Seneca de Benef. lib. 4. cap. 18. et Prudentius Hamart. v. 803. Pro Liber, immunitis, occurrit in Cod. Theod. leg. 15. lib. 6. tit. 26. de Prox.: *Quotiens equorum aliarumque rerum procedit indictio, in sacris Scriniis militantes immunes ac Segreges habeantur.* Vide *Segregus*.*

\* **SEGUA**, Obligatio, qua vassallus vel teuens dominum in *hostem* seu exercitum sequi tenebatur. Pariagi. inter reg. et monast. Obasin. ann. 1329. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 484: *Item dominus noster rex seu ejus successores non poterunt sine dietorum religiosorum consensu in dicta terra pariagii indicere aliquam questam seu talliam voluntariam,.... Seguan, cavalgam, etc.* Vide supra *Secuta* 2.

† **SEGUMENTUM**, **SEGUIS**, **SEGIUS**. Vide supra *Sega*.

**SEGULA**. Vide *Sigalum*.

\* **SEGUM**, pro *Sagum*, Panni species, Gall. *Saie* Comput. ann. 1514. ex Tabul. S. Petri. Insul.: *Item Petro Pouille pro Segu rubeo ad conficiendum cortinas, quae fuerunt applicatae ad ymaginem B. Mariae in choro, et pro annulis cupreis ad easdem, xij. lib. xvj. sol. Vide Sagum* 2.

† **SEGUNDUS**, pro *Secundus*, in Charta Principis Aldegastri inter Conc. Hispan. tom. 3. pag. 90. Nostri etiam a secundum adv. dixerunt *Segon*. Charta ann. 1260. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 402: *Segon la tenour de nos lettres. A la Chandeler Seganz empres*, in Charta ann. 1261. ibidem col. 405.

\* *Secont*, eodem sensu, in Charta ann. 1306. ex Tabul. Carnot. Ab eadem voce *Selon*, pro *Le long*, etiam usurparunt. Lit. remiss. ann. 1394. in Reg. 146. Chartoph.

reg. ch. 194: *En passant par emprès la riviere d'Oise qui court Selon laditte ville* (de Nuefmaisons).

**SEGUS**, Modus agri. Charta Ludovici Pii Imper. apud Mabillonium, ad Vitam S. Benedicti Anianensis pag. 224: *Item in eodem pago illos Segos cum ipsa piscatoria, et plagis maris, et fiscum nostrum adhaerentem illis, etc.* [Vide *Segia* 1.]

\* **Minime**; **Locus** est in quo aquae ad sal conficiendum idoneae continentur. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120. *Segus, Mouris*. Vide in *Sedes*, 4.

**SEGUSIUS**. Vide *Canis segusius*.

**SEHOMSOKNE**. Fleta lib. 1. cap. 34. § 8: *Cadit appellum, si ipsum interfecerit tanquam furem nocturnum, vel utlegatum fugientem, vel cum aliter parcere ei non potuit, sine suo periculo, vel cum defendens domum suam invasorem volentem invito ipso domino ingredi, tanquam in Sehomsokne, dum tamen alias proprium periculum evitare non potuit.* [\*\* Vide *Hamsokna*. Se est articulus Anglosaxon. ut supra in *Segode*.]

\* **SEIARIUM**. Charta ann. 1303. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 308: *Item acquisiverunt* (canon. S. Saturn. Tolos.) *quoddam hospitium cum Seiario ibi pertinente infra villam de manso Sanctarum Puellarum. f. Officina, ubi serra dissecatur. Vide Seiterium.*

**SEIGA**, **SEIGIT**. Vide *Saiga*.

† **SEIGNEURIA**, **SEIGNORIA**. Vide *Seignoria*.

\* **SEIGNORARE**. Vide supra *Segnorare*.

† **SEIGNORESSA**, **Domina**. Vide *Seignoressa*.

† **SEIGNORIA**, **Nostris Seignuriage**, Praestatio quae a monetae fabricatoribus domino, cujus est moneta, exsolvitur ex monetariae fusionis et signaturae proventibus, idem proinde quod *Monetagiium*. Vide in hac voce. Extractum Computi ann. 1338. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 95. col. 1: *Pro quibus tribus millibus sexcentis et quadraginta octo marchis tribus unciiis et tertia argenti fini positi in dicta moneta... contingunt dominum nostrum pro Seignoria ad rationem de sex solidis et sex denariis monetae tunc currentis pro qualibet marcha dieti argenti fini. Aliud Computum ann. 1339. ibid. pag. 96. col. 1: *Siardellus teneatur solvere domino nostro Dalphino pro Seignoria dictarum monetarum, pro qualibet videlicet marcha argenti fini conversi et positi in dicta moneta alba, 26. solidos Viennenses monetae currentis. Pluries ibi. Seignoria, pro Dominium. Vide in Seignoria.**

† **SEIGNORIA**, Eadem notione, in Statuto ann. 1340. ibid. tom. 2. pag. 417. col. 1: *Fuit etiam ordinatum et expresse concessum per dictum dom. Dalphinum, quod ratione Signoriae dictarum monetarum, ipsi magistri non debeant dare Signoriam de una marcha pro qualibet centum marcharum cudendarum.*

† **SEIGNORIVM**. Vide *Seignoriivum*.

† **SEILE**, **Resti**. Gloss. Mons. pag. 383. apud Schiller. in Gloss. Teuton.

† **SEILLA**, perperam pro *Scilla*, in Monum. Sacr. Antiquit. tom. 2. pag. 433. et 434. Vide in *Skella*.

**SEILLETUM**, **Vas**, in quo aqua benedicta defertur, Gallis *Seillet*, voce ex *stula*

formata. Acta Capitularia Ecclesiae Lugdun. ann. 1343: *Item duos bacinetos argenti cum armis D. Henrici de Rupeforti quondam Decani Ecclesiae Lugdun. item Scillettum argenti, ponderantes 42. marcas argenti.* Vide *Cedellus*.

† **SEILLO**, **SEILLUM**, **SEILO**. Vide *Selio*.

\* **SEINGLARE**, **Aper**. Gall. *Sauglier*, in Charta senesc. Provinc. XIV. saec. Vide *Singularis*.

\* **SEINIORA**, **Dominium**, Gall. *Seigneurie*. Charta Mich. Arelat. archiep. ann. 1214. ex Cod. reg. 8407. 2. 2. fol. 25. vº: *Concedimus in feudum castrum Belliquadri cum tota Seiniora sua.* Vide *Segnorioria* 1.

† **SEINTELU**, corrupte prorsus pro S. Clodoaldus, Gall. *S. Clou*, vicus prope Parisios. Chron. Th. Otterbourne pag. 269: *Jacuit non procul Aurelianensis Dux prope villam de Seintelo, in qua constituta fuit magna pars ejus exercitus.* Infra: *Villa de Seintelo*. Propius ad Gallicum accedit Walsinghamus apud quem legitur *Seynello*.

† **SEJORNARE**, **SEJOURNARE**, **Commo-rari**, **manere**, **diem ducere**, Gall. *Sejourner*. Computus ann. 1202. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. CXLVIII: *Pro 11. summaris qui Sejournaverunt apud Vernonem, XLII. sol.* Charta ann. 1392. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 859: *Item Petrus de Craon in Britanniam fugit et ibidem per aliquos dies Sejournavit.* Charta ann. 1440. ex Bibl. Reg.: *Eundo, transundo, morando, Sejournando, etc.* Vide *Subjournare*.

\* **Nostri Sejourner** dixerunt, pro **Consistere**, etiam ad exiguum tempus. Lit. remiss. ann. 1456. in Reg. 183. Chartoph. reg. ch. 102: *Icellui Tinel dist au suppliant qu'il se arrestat et le attendit pres d'iceulx jardins, jusques a ce qu'il eust esté vers ledit curé lui reporter response,.... en Sejournant auquel lieu ledit suppliant, etc.* Dicitur etiam de equis, qui in equili a fatione recreantur. Lit. remiss. ann. 1392. in Reg. 144. ch. 134: *Icellui suppliant pour raffreschir et Sejourner ses chevaulx, qui estoient las et travailliez, etc.* At vero *Beste de Sejour* appellatur equa vel vacca lactans, quia tunc a labore cessant, in Charta ann. 1341. ex Reg. 73. ch. 339: *Seiblement porront pasturer toutes manieres de bestes arables desdiz habitans, et chascun desdiz habitans avec deux bestes de Sejour, avec leur sequence de lait.*

\* **SEJOURNUM**, **Mansio**, **domus**, nostris alias *Sejour*, nunc *Hôtel*. Lit. remiss. ann. 1400. in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 97: *Icelle riviere de Seine passée, menerent cete fille à S. Germain des prez, et d'iceques au Sejour de Nelle, auquel Sejour elle demoura avec ledit Soliet.* Aliae ann. 1409. in Reg. 163. ch. 379: *Pierre de Leraut concierge du Sejour de Neelle du duc de Berry, etc.*

**SEJORNUM REGIS**, ita appellatus locus, ubi erant stabula regia, in quibus equi regii alebantur, et morabantur, donec Rex iis indigeret. Locum autem *sejorni Regis* fuisse aiunt paulo ultra Palatium, quod de *Beauté* appellabatur, ad Matronam fluvium. Huic praerat *Custos Sejorni Regis*, cui suberant *Marescallus*, cujus munus erat, equos ferreis soleis instruere, *Pagii* seu famuli, et alii. Memorialia Cameræ Computor. Pa-



risiens. Regesto 8 : *Drouetus Ogeri Valetus Cameræ domini Ducis Aurelianensis, ordinatus et retentus in officio custodis Sejourni Regis loco Huetti de Corbeia exonerati, per litt. 13. Mart. 1413. Guillelmus de Boncour premier Escuyer du Corps ann. 1345. idem munus paulo ante obierat; ut docet Dinurale Thesauri. Computus Stephani de la Fontaine Argentarii Regis 1. Julii ann. 1352. in iis, qui ont eu robes en ce terme, recensentur les gens du Sejour, dont le premier est Maistre Guillaume le Mareschal garde du Sejour, le Chapelain, qui chante au Sejour, le Clerc, les Valcts, et les Pages du Sejour, qui ibi complures describuntur. Computus Thesauri regii ann. 1328 : Stephanus de Compendio Marescallus Sejourni Regis. Hinc Sejourmare dicuntur equi, quamdiu in equili morantur : qui inde adducebantur Chevaux sejournez, quasi recentes et non fatigati. Le Roman de Gaydon MS :*

Porroist en ost deus mil homes mener,  
A clerces armes, et a destriers Sejournez.

Infra :

Ambedui montent ès destriers Sejournez.

Le Roman de Garin MS :

Envoiez li vint destriers Sejournez,  
Et vint espées au point d'or noielez.

Huc spectant, quæ habent Statuta Delphinalia pag. 42 : *Item voluit, concessit, declaravit et ordinavit dictus dominus Delphinus, quod ipse Delphinus, vel successores sui, deinceps non possint, nec debeant mittere vel ponere pro Sejorno equos ronsinos, canes venaticos, venatores, familiares, seu alios gartiones eorum in domo religiosorum, vel altiarum personarum Ecclesiasticarum, etc.* [Computus ann. 1239. ex Bibl. Reg. : *Pro Sejorno equorum domini Alfonsi Comitis Boloniensis, etc.* Alter ann. 1245 : *Gaufridus de Meleduno pro Sejorno equi sui et pro quodam equo locato xxii. sol. iiii. den.*]

\* Non uno in loco posita fuisse ejusmodi stabula, discimus ex sequentibus. Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 87 : *Jehan Jesse nostre serviteur en nostre Sejour lez le pont de Chulenton, etc.*

\* SEJOURNUS dicitur Equus, qui in stabulo regio, Sejornum nuncupato, moratur. Lit. ann. 1351. tom. 6. Ordinatio, reg. Franc. pag. 702 : *Cum in villis et parrochiis de Cristolio et de Domibus supra Secunum, ubi satis propinquæ sunt loci Quarrieriarum, quæ equi nostri custodiuntur Sejourni, capi consueverunt ab antiquo, et de die in diem capiuntur stramina pro dictis equis, etc.*

Hinc nostri Etre Sejours dixerunt pro interquiescere, e lassitudine recreari. Vita Johannis IV. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 723 :

En ceste ville furent trois jours,  
Et furent là tres bien Sejours.

Vetus Poeta MS. ex Bibl. Coislin. nunc Sangerman :

Et puis sor un cheval montée,  
Cele qui n'a point de Sejour,  
S'en vait tost apres son seigneur.

† SEISIACIO, SEISIARE, SEISINA. SEISINARE, SEISIRE, SEISITIO. Vide Saisire. SEISO, SEISONA. Vide Satio. SEITIVA, pro Sativa, quod scribitur,

granum. Libertates oppidi Jasseronensis in Sebusianis ann. 1283 : *Pro qualibet seteriatæ terræ nostræ arabilis, in territorio de Jasseron existentis, unum quartallum frumenti, ... et 12. den. Viennenses in pratis in dicto territorio existentibus pro qualibet chlurreta feni 12. denarios; pro charreta vero Scitivæ, sex denarios nobis.... singulis annis persolvendos.*

Errat Gangius ex corrupta lectione : emendandum quippe est Scitiva pro Seitiva : qua voce tantum prati significatur quantum homo per unum diem succidere potest. Et quidem eo sensu etiamnum apud Dombenses una Scitive de præ usurpatur, a verbo scivo, quo rustici ejusdem tractus utuntur pro falcare, faucher.

† SEITORIUM, vel SEYTORIUM, Locus ubi serra dissecantur arbores, vel Molendinum ad id operis destinatum. Charta MS. inter Adversaria Dom. Aubret : *Juxta Seytorium fratris sui, etc.* Vide Sca.

† SEITUNGA, Gladius. Gloss. Mons. apud Schilter. in Gloss. Teuton.

† SEJUGA, ἔξζυπρον. Gloss. Lat. Gr. Papias : *Sejugæ maxime curris Jovis.*

† SEIZENUM, Regio urbis, apud Massilienses, quorum urbs olim in sex partes distributa erat, vulgo Sezain. Seizenum S. Johannis, de Acuis, drapariæ, S. Jacobi, S. Martini, et Callatæ, in Regest. Communitat. Massil. ann. 1301. Statuta Massil. lib. 1. cap. 8. § 8 : *Per civitatem Massiliæ et per Seizena ejusdem civitatis, etc.* Ibidem cap. 56. § 1 : *Eligantur XII. probi viri scilicet duo per Seizenum.* Et § 2 : *Ipsi inquirere teneantur communitate vel quilibet pro suo Seizeno an mensura juste sint.* Vide Sexterium 2.

† SEXENUM, Eodem significato, in laudato Regesto Massil. : *Eligantur de quolibet burgoto dictæ civitatis duo probi homines et unus notarius et totidem dictæ civitatis Sexeno, qui primum in suis burgis seu Sexenis perquirat et recipiat a volentibus gratis contribuere in opere jam dicto.*

\* SELADA, Militare capitis tegumentum, galeæ species, vulgo Salade. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. : *Item plus unum Seladam hominis armorum cum sua copertoria coherii.* Vide supra Salada.

† SELANUS inter ministros recensetur in Charta visitat. abbatiæ de Gur in Tabul. S. Victoris Massil. : *Uno scutifero, tribus garciferis, clavario, coco, cogastruno, porturio, ecclesie Selano, fornerto, etc.* Ubi f. legendum est Sclavo.

\* Male pro Seclanus. Vide supra in hac voce.

SELARIUM, pro Salarium, occurrit non semel in Compto Thesaurariæ urbis Bononiæ in Italia ann. 1364. in Bibl. Regia.

\* SELARIUS, Sellarum equestrium artifex, Gall. Sellier. Arest. parlam. ann. 1304. in lib. 1. Stat. pro artif. Paris. fol. 344. vº : *Cum mota discordia coram præposito nostro inter Salariorum (leg. Selarios) villæ Paris. ex una parte, et lormariis villæ ejusdem ex altera, super eo quod dicti lormarii prædictos Selarios gageverant, impoñentes eisdem quod ipsi Selarii opera pertinentia ad officium lormariorum, non ad officium Selaviorum facere nitebantur injuste.... Declarantes quod licet dicti Selarii, etc. Ser-*

lex, in Pedag. Divion. MS. Vide in Sellu 2. et Sellarius 4.

† SELAS, vox Græca, Jubar, fulgor. Apuleius de Mundo : *Selas autem Græci vocant incensi aeris lucem.* Occurrit apud Glabrum Rodulphum lib. 5. cap. 1. Vide Palmetie.

SELATUS, Ensis more terrarum fulgidus. Ita Papias MS. et edit. Forte Stellarus, et Stellarum.

SELAVE. Pactus Legis Salicæ tit. 58 : *Si quis Cheristaduna super hominem mortuum capulaverit, vel mandoado, aut Selave, quod est porticulus, super hominem mortuum dejecerit.* Editio recentior tit. 57. § 3 : *Si quis aristatonem, hoc est, staplum super mortuum missum capulaverit, aut mandualem, quod est structura, sive Selave, qui est porticulus, sicut more antiquorum faciendum fuit, etc.* Quidam codd. denique præferunt Salive, vel Sillabe, [Edit. Eccardi, Silave:] quarum vocum incertæ sunt origines, licet ex Lege constet, ita dictum ædificium, quod tumulo superponebatur. Wendelinus a Sala deducit, quasi fuerit parva sala, sive atrium. Sed vix est, ut assentiar. Vide Porticulus.

Probabili omnino conjectura Eccardus in Notis ad hunc locum censet vocem esse compositam ex Sel, vel siel, anima, et Lave, seu laube, porticulus : unde facile componitur Selave, quo ædicula vel ædificiolum tumulo alicujus superpositum significatur, quasi esset defuncti porticulus seu tegmen animæ.

\* SELCLARE pro Serclare, ex frequenti mutatione r in l, Sarrire, Gall. Sarcler. Reg. notar. loci d'Aubagne : *Item quod dicti teneantur prædicta blada Selclare.* Vide Sarcolare.

SELDA, Taberna mercatoria, ex Saxónico selde, sedile, sedicula, scamnum, stallum. Vocabularium vetus Anglo-Lat. : *Schoppe : Opella, propola, miropolæ, Selda.* Assisa Ricardi I. Regis Angliæ de Mensura, apud Matth. Paris pag. 134. et Rogerum Hovedenum pag. 774 : *Prohibetur est, ... ne quis mercator pretendat Seldæ suæ rubros pannos, vel nigros, vel scuta, vel aliqua alia, per quæ visus emptorum sæpe decipiuntur ad bonum pannum emendum.* In majoribus Chronicis, ubi locus hic vertitur, Seldæ Window exponitur, i. Fenestræ. Monasticum Anglicanum tom. 2. pag. 86 : *Domum lapideam, ... quæ sita est contra Seldas de Dovegata.* Pag. 230 : *Et unam Seldum mercatorum, et unam bovatum terræ, etc.* Adde tom. 3. pag. 124. Charta ann. 1182. apud Somnerum : *Herbertus cisor tenet Seldas in foro pro 12. denariis.* Vide Edw. Cokum ad Littletonem sect. 1. pag. 4. verso. Charta Ottonis Comitiss Palatini Rheni ann. 1294. apud Hondium in Metropoli Salisburg. tom. 2. pag. 358 : *Villam dictum Sall, item villam Panatzaw, item Suckhenried quatuor Seldas, item villam Pfoling cum piscaria et vineto ibidem, etc.* [\* Forte Selidas hoc ultimo loco legendum. Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 176. voce Salida, Grimm. Gramm. Germ. tom. 3. pag. 427.]

\* SELEBI, vox Anglica, vulgo Selby. Mirac. S. Germ. Autiss. tom. 7. Jul. pag. 294. col. 2 : *Cujus (loci) nomen Selebi dicitur.*



tur Anglice, quod interpretatum Latine dicitur Marini vituli villa, etc. Vide *Selese*.

**SELEGERET**, Traditiones Fuldenses lib. 3. cap. 36 : *In urbe ergo fratribus majoris Ecclesie in jus caritatis animarum, quod vulgo Selegeret dicitur, duo talenta ordinamus, ... in jus prefate caritatis animarum ad anniversarium meum et uxoris mee annuatim celebrandum determinamus.* [\*Vide Mittermaieri Priucip. Jur. Germ. § 459. Haltaus. Glossar. German. voc. *Seel-Gevete* col. 1268. et 1269.]

\* **SELEGIA**, Potus species, f. *Cerevisia*. Charta ann. circ. 1055. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 406 : *Vinum, si venale fuerit, ibi de modio uno lagena una sancto recipiatur Salvatori. Similiter de modone, de Selegia et de pigmento, si fuerit.*

\* **SELELARE**, Obsignare, communiere, Gall. *Sceller*, Comput. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 159. col. 2 : *Solvit... pro iij<sup>xx</sup> libris ferri... habendas ad Seledandum barras traversarias positas in dictis portabilibus, etc.*

**SELENE**, Luna, ex Gr. Σεληνη. Joannes Scotus Erigena in Prefat. ad lib. S. Dionysii :

Primo commotus Phæbum subcunte Selena.

† **SELENITIS**, Eadem notione apud Agnellum in Vita S. Damiani tom. 2. Murator. pag. 156. col. 2 : *Quantum illi tenebræ offensæ fuerunt, tantum Selenitis suos sparsos radios ei beneficium præstitit, et quantum altius in sublimitate se erigebat, tantum clarior terra apparebat.*

† **SELENTIOSÆ**, Inscriptio sepulcralis Lugduni reperta, in Diar. Trevolt. mensis Sept. ann. 1731 : *Optato et Paulino Consulibus Kal. Febraris depos. Selentioses. Videtur esse nomen proprium.*

† **SELESEI**, Eademeris in Vita S. Wilfridi cap. 47 : *Quo tempore Rex Elidwall donavit servo domini terram octoginta septem familiarium, vocabulo Selesi, quod Latine dicitur Insula vituli marini. Anglis Seacalf est Vitulus marinus. [\*Vcl Seal, Anglosax. seolh.]*

\* Vide supra *Selebi*.

**SELGA**, Vetus Charta ann. 7. Rodulfi Regis Burgundie apud Jo. Mariam de la Mure in Hist. Ecclesiastica Lugdunensis pag. 382 : *A mane jam dicte villæ, quæ Conziacus vocatur, finibus terminatur : a medio die finibus terminatur de Versennaco et Apinnaco : a sero die Amantiniaco : a cerchio de terra ipsius S. Saviniacensis Martini, et a Selga rivulo volvente.*

\* Legendum unica voce *Aselga*, rivuli nomen, vulgo etiamnum *Azergue*.

\* **SELGUNT**, Glossæ Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Hontheim pag. 662. col. 2 : *Præterea etiam invenitur in libro de mansis indominitatis, qui sunt agri curiæ, quos vulgariter appellamus Selgunt, etc.* [\*Vide Terra salica.]

**SELHA**, Situla, aquæ ex puteo hauriendæ idonea. Tabular. Dalonenis Monasterii fol. 66 : *Dederunt 4. Selhas fabarum ad mensuram del solier.* [Vide *Seilletum*, et *Sellus*.]

\* Cupa minor, Gall. *Seau*, *baquet*, alias *Seille*. Lit. remiss. ann. 1366. in Reg. 97. Chartoph. reg. ch. 322 : *Un vessel à mettre*

*eau*, appellé *Seille*. Alia ann. 1401. in Reg. 156. ch. 397 : *Lequel Gillet suppliant avisa un vaisseau, nommé Seille, où il avoit certains poissons.* Pedag. Peron. ann. 1295. ex Chartul. 21. Corb. fol. 355. v° : *Une caudiere, 1. den. et se elle tient plus de une Seille, elle doit ij. den.* Hinc *Séillée* et *Séliée*, Quantum situla continetur. Lit. remiss. ann. 1367. in Reg. 109. ch. 213 : *Premuni d'un tinel qu'il osta à deux femmes, qui emportoient sur ledit tinel une Séillée d'eau.* Alia ann. 1391. in Reg. 141. ch. 110 : *Une puelle d'airain, qui tenoit environ une Séliée.* Uude *Seillier*, Locus ubi situlæ reponuntur, in aliis Lit. ann. 1421. ex Reg. 171. ch. 520 : *Le lieu où l'en mettoit les Seilles et eaux de l'hostel, appellé le Seillier, qui estoit de pierre.* Vide infra *Situla*.

**SELICHUS**, Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 1055 : *Volotaïque, ut ouncos oblationes, quæ ad majus altare ejusdem Ecclesiæ offerentur, sine calumnia liberaliter habeant, et de Selichis, qui ad Aldkingorne capientur, postquam decemati fuerint, concedo, ut omnes septimos Selichos habeant; salis quoque et frumentis, qui ad opus meum ad Dumfermlin allata fuerint, ouncem decimum concedo.* [Vide *Selures*.] [\*et *Selese*.]

**SELIO**, **SELLIO**, Modus agri, forte ex Gallico *Seillon*, Lira, porca, arula. Edw. Cokus ad Littletonem : *By the grant of a Selion of land, Selio terræ, a ridge of land which containeth no certainty, for some be greater and some be less, hant be the grant de una porca, a ridge deth passe. Selio si derived of the French word Sellon for a ridge. Selio, inquit Spelmannus, agri portio, sulcos aliquot non certos continens : Anglis aliis, a stiche of lande, aliis a selion, aliis a ridge. Covellus vero ait, alias acram integram, seu jugerum, alias plus minus dimidiam continere. Tabularium Ecclesiæ Gratianop. sub Hugone Episc. fol. 58 : *Wilhelmus et Wallenus habebant unum Sellionem terræ ad Cantissam infra terram Episcopi.* [Charta apud Th. Blount in *Nomolex. Anglic.* : *Dedi... unam acram terræ in campo de Camurth, scilicet illas Selliones et dimidium.*] Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 833 : *Ex dono Ogcri... unam bovatom terræ, et unam acram, et unum Sellionem, et unum molendinum cum pertinentiis suis. Infra : Et unam acram loco Tosti, et 20. Selliones ad locum bercariæ faciendæ.* Pag. 111 : *Dederunt 6. Selliones terræ retro curiam de Ablode.* Adde pag. 484. 530. tom. 2. pag. 55. 141. 211. 212. 213. 279. 281. 320. 372. tom. 3. pag. 57. [\**Exceptis uno crofto et septem Sellionibus continentibus 5. acras et 3. perticatas terræ, in Abbrev. Placit. pag. 246. ann. 30. Edward. I. Glouc. rot. 39.*]*

Non absurda certe est vocis originatio, quæ modo ex Scriptoribus Anglicis proponebatur : at mihi verosimilior videtur quæ a Gallico *Siller*, secare, deducitur; adeo ut *Selio*, modus sit agri, quantum scilicet unus *Sector* per diem *Secare* potest : qua ratione *Sectura prati* usurpari supra observatum est. Certe *Silleur*, pro Messium sector, dixerunt nostri, quod a Secando, non a Gall. *Sillon*, lira, porca, accersendum existimo. Statutum Joannis domini de Comerey ann. 1336. ex Cod. MS. ejusd. loci pag. 79 : *Item à chascun*

*bled chascun conduit nous doit chascun un ung Silleur et en feuaultx un faulcheur.*

\* *Nostris Seillon*, eadem acceptione. Lit. remiss. ann. 1394. in Reg. 146. Chartoph. reg. ch. 330 : *Le suppliant dist a icellui Belosot que il lui vouldist rendre et restituer sept Seillons de terre, que il detenoit par force.* Alia ann. 1408. in Reg. 163. ch. 172 : *Icellui Gillet doit trois boiceaux de segle à cause de six Seillons de terre qu'il tient d'un nommé Mace.* Charta ann 1401. ex Chartul. Latiniac. fol. 170 : *Jehan Guyart le jeune pour deux Seillons de vigne, contenant environ quarante perche, assis au tertre, etc. Seiglon*, in Lit. remiss. ann. 1476. ex Reg. 195. ch. 1575 : *Lequel Saultdubreuil soya trois Seiglons de seigle ou environ.*

**SELIUNCA**, diminut. a *Selio*. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 775 : *Et 3. Seliuncas infra curtem grangie.* Occurrit ibi pluries, ut et *Seliuncula*.

† **SEILLO**, **SEILO**, Charta apud Madox Formul. Anglic. pag. 255 : *Super Wadhholm VII. Seillones, super Haydit I. Seillonem, ad Crucem del Hay II. Seillones, etc.* Alia ibid. pag. 250 : *Quatuor Seilones terræ de Forland, qui jacent juxta Divisam de Melton; et tres Seilones terræ de dominico meo.*

**SEILLUM**, Idem Monasticum tom. 1. pag. 676 : *Et 4. acras Hospitali, duas earum ex una parte campi, et duas ex parte alia, et 1. Seillum juxta rivarium, et 4. acras.* Tabular. Absiensis fol. 186 : *Rupturam 6. Seillum latitudinis ad faciendam viam.*

**SELLIVUS**, Monasticum Anglic. tom. 3. pag. 161 : *Una vero acra et una roda abutuntur ex parte aquilonari super idem cimiterium, ... et post primos quatuor Sellivos, qui sunt juxta viam, perfecti sex acras in Dalocre.*

**SELLONUS**, Tabularium Ecclesiæ Gratianopolitanæ sub Hugone Episcopo fol. 56 : *Tenura Aichardi, quæ est juxta rivum, et unus Sellonus, qui est ultra rivum, quem habet Achiuus in feudum de Adenaro.*

**SILLONUS**, in Tabul. Absiensis fol. 155 : *Dedcrunt... 20. Sillonos terræ, qui sunt juxta domum de Vauvent.*

† **SELLIPTARI**, Genus Turcici equitatus. Jovius Hist. lib. 14 : *Oglanis pari prope authority succedunt Uluphagi, Selliptari, Caripigi et Mupharacha, qui dextra lævaque distinctis agminibus equitantis Imperatoris latera præcingunt.*

† **SELIQUASTRUM**, *Sellæ* genus, Casaubono ad Sueton. Sella muliebris aperta, cujus domi usus fuit. Arnobius lib. 2. adv. Gentes : *Quid arquata si sellula, acus, strigil, pellubrum, Seliquastrum?* Utitur etiam Hyginus Astron. lib. 2. de Cassiopeia.

† **SELIQUATICUM**. Vide in *Siliqua*.

† **SELIUNCA**, **SELIUNCUA**. Vide in *Selio*.

1. **SELLA**, *Sellæ familiaricæ*, pro latrinis et privatis, apud Varro. lib. 1. de Re rust. cap. 14. et Vitruvium lib. 6. cap. 10. ubi *sellæ* legendum, non *cellæ*, monuit Cujacius lib. 10. Observ. cap. 18. Martialis lib. 12. Epigram. 78 :

Sellas ante petit Patroclianas,  
Et pedit deciesque, viciesque.

*Purgare per vomitum, aut per Sellas*, apud Marcellum Empiricum. Hinc



ADSELLARE, et ASSELLARE, Gallis, *Aller à la selle*, ἀφ' ὧν ἐδύνειν. Vetus Interpres Epistolæ S. Barnabæ cap. 8 : *Lepus singulis aninis facit ad Assellandum singula foramina*. Ubi Græca sic habent : Ὅτι ὁ λαγῶς κατ' ἐνιαυτὸν πλεονεκεῖ τὴν ἀφ' ὧν ἐδύνειν, ὅσα γὰρ ἔστι ζῆ, τοσούτως ἔχει τρύπας. Octavius Horatianus lib. 4. *Rer. medicar. pag. 97 : Si infanti, vel majori ad Assellandum intestinum descenderit, sive sanguine puro, sive cum stercore Assellatus, sublavet se de aqua, etc.* Occurrit apud eundem semel ac iterum. Alexander Iatrosoph. lib. 2. *Passion. cap. 79 : Multo igitur manet ventris solutio cum frequenti Assellatione*. Utitur etiam pluries Vegetius de Arte veterin. lib. 1. cap. 50. lib. 3. cap. 57. 59. ut et Gariopontus in Passionario lib. 1. cap. 12. lib. 3. cap. 13. 17. 21. etc.

2. SELLA, Ἐπίππιον, Equinum instratum. Vegetius lib. 4. *Art. veterin. cap. 6. de Equis : Africa Hispani sanguinis velocissimos præstare consuevit ad usum Sellæ*. Sidorius lib. 3. *Epist. 3 : Alii sanguine ac spumis pingua frena suscipiunt, alii Sellarum equestrium madefacta sudoribus fulcra resupinant*. Leo Imp. in leg. un. *Cod. Nulli liceant, etc. lib. 11 : Nulli prorsus liceat in frenis et equestribus Sellis, vel in baltheis suis margaritas.... inserere*. Guillelmus Bibl. in Hadriano II. PP. : *Singulos equos cum Sellis aureis devotione Imperatoria capientes, etc.* [Tabul. S. Vincentii Genoman. : *Filius ejus Odo hoc annuit, et habuit unam Sellam septem solidis et octo denariis emptam*. Ordinar. Humberti II. ann. 1340. ubi de Officio Scutiferiæ tom. 2. *Hist. Dalph. pag. 394. col. 2 : Item, non obmittat, equos, corserios, palafiedos et roncinos, Sellas, bridas, armaturas nostras, et alia nuntimenta dicti officii facere custodire diligenter*.] Observatum jam pridem a viris eruditissimis, sellarum equestrium haud fieri mentionem apud veteres Scriptores, atque adeo esse nuper inventum : ita ut earum nulla fere occurrat ante tempora Valentiniani Imperatoris memoria, (leg. 47. *Cod. Th. de Cursu publ. 8, 5.*) ut et *staffarum*, seu *stapedum*. Antea quippe stragulis quadrangulis equorum dorsa insternebantur, cujusmodi in statua Antonini, quæ Romæ in Capitolio exstat, conspiciuntur, quibusque hodie famuli, equos aequatum ducturi, insidere solent. Xenophon lib. *περὶ ἵππων*, seu de re equestri, monet, ut qui equo, sive nudo ille sit, sive ephippio stratus, insederit, rectus semper stet, non vero sedeat veluti in sella, ὡς περ ἐπὶ τοῦ δῖου ἔδρα. Ex quibus patet, non semper ephippio equites usos, atque ipsum denique ἐπίππιον leve quid fuisse, nec in sellæ nostratis modum compositum. Quod vero Goropius Becanus lib. 2. *Francicor. pag. 48. sellæ equestris inventionem Saliis Francicis adscribit*, et ab eorum appellatione Sellæ nomen accersit, vix fidem meretur, cum proclivius multo sit, *sellam* dictam credere, quod eques in ea veluti in quavis sella sedeat : unde ad discrimen cæterarum sellarum, *Equestris* Sidorio, *Equitatoria* Jornandi dicitur. Vide Jo. Tzetzem *Chil. 9. cap. 290.*

\* *Sella* seu ephippio uti apud Suevos turpe erat, ut discimus ex Cæsare lib. 4. de Bello Gallico cap. 2 : *Neque eorum*

(Suevorum) moribus turpius quidquam, aut inertius habetur, quam ephippiis uti : itaque ad quemvis numerum ephippiatorum equitum, quamvis pauci adire audent.

¶ INTER DUAS SELLAS CORRUIERE, Gallice *Etre entre deux selles* le col à terre, Proverbii genus : dicitur de eo qui duplici ratione rem aliquam persequitur, quam tamen non obtinet. S. Bernardus *Epist. 114. edit. 1690. tom. 1. col. 123 : Deum ergo repellens, et a sæculo repulsa, inter duas, ut dicitur, Sellas corrueras.*

SELLAM GESTARE. Vetus fuit consuetudo, et pro lege apud Francos et Suevos olim inolevit, ut, si quis nobilis, aut ministerialis, vel colonus incendiarius, aut prætor, vel gravioris criminis reus, coram suo iudice inventus esset, antequam mortis sententia puniretur, confusionis suæ ignominiam, Nobilis canem, Ministerialis sellam, de Comitatu in proximum Comitatum, gestare cogeretur. Verba sunt Ottonis Frising. *Episc. lib. 2. de Gestis Frider. cap. 28. quæ suo more excerpit, strictaque oratione sic reddidit Guntherus, Ligurini lib. 5. pag. mihi 112 :*

Quippe vetus mos est, ubi si quis Rege remoto Sanguine vel flamma, vel seditionis apertæ Turbine, seu crebris regnum vexare rapiis Audeat, ante gravem quam fuso sanguine pœnam Excipiat, si liber erit, de more vestito Impositum scapulis ad contigui Comitatus Cogatur per rura canem confinia ferre, Sin alius, Sellam, etc.

Hujus moris, seu mavis legis, vestigia et exempla haud pauca supersunt apud Scriptores : non tamen in ignobilibus, aut infimæ sortis hominibus ; sed in ipsis magnatibus, adeo, ut non tam plebeiorum et vilium capitum, quam ipsorum nobilium pœnam fuisse suspicari liceat. Scriptor vernaculus, qui Ludovico VII. regnante vixit, in poemate, cui titulum fecit : *Le Roman de Garin le Loheran*, seu in *Hist. Garini Lotharingi* fabulosa, sic nobilem Gallum inducit, Pipinum Regem de Fromondo Comite Burdegalensi alloquentem :

Vos jurera mille fois, se vos volés,  
Que la parole ne li vint en pensé,  
Par traïson li mistrent sus si Per,  
Qui de l'amor le veulent desueurer,  
Por seul i tant que il en fu blâmés,  
En portera, se vos le commandés,  
Nue sa Sele à Paris la cité,  
Trestot nus piés, sans chauce, et sans soler,  
La verge el poing, comme home escoupé.

Et infra :

Por seul i tant que len suere li mist,  
En portera del borc de saïot Denis,  
Nue sa Sele deci que à Paris,  
Nus piés en langes, come un autre chetis,  
La verge el poing, si come d'ome eschis,  
Si m'ait, mult bele amende à ci.

Bertrandus Clericus, Poeta ejusd. ævi, in poemate MS. cui titulus : *Le Roman de Girard de Vienne* :

Sire Girard, ce dist li Dux Nayon,  
Or en soffrez à faire amendison,  
Que vostre Selle, dont hel sont li arçon,  
Port sor son chef une lieue à bandon,  
Nus piés en langes, ce se semble raison.

Alibi :

Qui devant moi vendra agenoiller,  
Nus piez en langes por la merci proier,  
La Selle au col que tendra per l'estrier, etc.

Le Roman de Rou MS :

Tant le destraint et assailli,  
Que Guillaume vint a merci,  
Nus piés, une Selle à son col,  
Lores se pout tenir pour fol.

Joannes Hocsemius in Hugone Cabilonensi Episcopo Leod. cap. 33. de bello inter Dominos de Avans et Nobiles de Warous verba faciens sub ann. 1296. pœnam viris ingenuis et nobilibus irrogari solitam pariter innuit : *Sed Episcopus suffragio Leodiensium obvians, hunc compulit ad emendam : Unde cum cæteris suis adiutoribus ab Ecclesia S. Martini usque ad Majorem cum processione processit Ecclesiam, et ipsorum quilibet nudipes, sola supercinctus tunica, nudo superpositam capiti Sellam portavit equinam*. Jacobus Hemricurtius lib. de iisdem bellis d'Avans et de Waroux, cap. 8 : *Li amis de Saignor d'Avans, et li Saignor de saint Lambert traitoient et fissent une pais alle Evesque dedit excez, par telle maniere, que ilh et 12. Chevaliers de son lynage venroient à Liege en l'Eglise saint Martin en Mont, et là se devestiroient ilh en pures leurs cottes, se prendroient cascun deaz en ladite Eglise une Selle de cheval sor sa tieste neue sains chapiron, et les porteroient en Palais à Liege pardevant l'Evesque, et li offeroient en genas par caze d'amende, et ense fut il fait.*

Viris denique nobilibus ejusmodi sellæ gestationem in pœnam indictam evincere videtur Decretum Ludovici III. Imp. quod exstat in *Hist. Langobard. ignoti Casin. edita a Camillo Peregrino pag. 101 : Quicunque caballum, bovem, friscingam, vestes, arma, vel alia mobilia tollere ausus fuerit, triplici lege componat, et liberum armiscara, id est, Sella ad summum dorsum ante nos a suis semotus bis dirigatur, et usque ad nostram indulgentiam sustineatur, servi vero flagellentur et tundantur*. Quo loco liberum armiscara dicitur pœna, quæ liberis et ingenuis seu nobilibus irrogari solet. Est enim armiscara pœna quævis, a iudice decreta et imposita. Apud Willelmum Malmesburiensem lib. 3. *Hist. Angl. pag. 97. Gaufridus Andegavensium Comes a Fulcone parente, in quem juvenilliter insurrexerat, victus et prostratus, per aliquot miliaria Sellam dorso eveniens pronum se cum sarcina ante pedes patris exposuit*. Apud Willelmum Gemeticensem lib. 6. cap. 4. et Thomam Walsinghamum pag. 430. Willelmum Belismensem Comitem rebellem Robertus Normanniæ Dux cum militaribus copiis intra munitiorem conclusit, donec ejus clementiam expecteret, et nudis vestigiis equestrem Sellam ad satisfaciendum humeris ferret. Apud eundem Walsinghamum pag. 430. Hugo Cabilonensis Comes, a Ricardo Normanniæ Ducis filio intra Cabilonensem urbem obsessus et inclusus, considerans, se nullatenus posse resistere contra tantum exercitum, ferens equestrem Sellam in humeris, genibus provolutus adolescentis Richardi, prece supplicii veniam precatus est commissi. Totidem habes in Chronico Normanniæ veteri vernaculo apud Ægidium Bry in *Hist. Comitum Perticensium lib. 2. cap. 9. Ex quibus tandem percipimus, cur Willelmus Scotorum Rex in signum subjectionis, quam Henrico II. Anglorum Regi apud Eboracum*



pollicitus per pactum fuerat, *ibi capellum, luncem et Sellam suam super altare S. Petri ad perpetuum huius subjectionis memoriam obtulerit*, ut est apud Joannem Bromptonum sub annum MCLXXVI. [Huius facti præterea meminit Thomas Otterbourne in Chronico Anglicano pag. 69. ubi de compositione inter Henricum II. Reg. Angl. et Willelmum Reg. Scotiæ: *In signum subjectionis, Rex Scotiæ obtulit capellum et Cellam suam* (leg. Sellam) *super altare sancti Petri in Ecclesia Eborum.*]

*Sellæ* igitur ejusmodi *gestatio* viros potissimum nobiles spectavit, non vero plebeios et obnoxia conditionis homines. Vide *Rota*. Verum cum id ab Ottone Frisingensi exertis verbis asseratur, dicendum forte ministerialibus primitus, et ad majorem infamiæ notam viris etiam nobilibus postea pœnam hanc irrogatam. At cur sella viris plebeis data fuerit in pœnam ferenda, qui non equis vehi, sed pedes incedere solent: deinde cur velut signum confusionis et ad dedecus sellæ gestationem adinvenirent majores nostri, nemo, quod sciam, hactenus exposuit, nec est promptum moris istius rationem assequi: nisi forte dicamus per sellam dorso et humeris impositam omnimodam rei subjectionem indicare voluisse, qui, tanquam equus aut jumentum factus, jugum subit, et ad perpetuum servitutis conditionem deductum se ultro confitetur. Certe ii, quibus hæc pœna imponebatur, dominorum, quos criminibus suis offenderant, non pedibus modo advolvebantur, pronique in terram procidebant, quo calcarentur ab iis, et veluti protererentur; sed et, ut ita loquar, obequitarentur in equi modum, ut Chronicon vernaculum Normanniæ supra laudatum satis ostendit, dum de Hugone Cabilonensi Comite agit, his verbis: *Huë prend une Selle; et la met sur son col, et tout à pied s'en vient à la porte, où les deux enfants du Duc Richard estoient, et se laissera choir aus pieds de Richard fils du Duc, afin que Richard le chevauchast, s'il lui plaisoit.* Le Roman de Rou des Ducs de Normandie MS:

Quant à Richard vint li Quens Hue,  
Une selle à son col pendue,  
Son dos offri à chevauchier,  
Ne se pot plus humilier,  
C'en estoit coustume à cel jour,  
De querre merci à son Seignour.

Ita Fulco Andegavensium Comes Gaufridum filium, qui sellam dorso evehens pronus se cum sarcina ante ejus pedes exposuerat, *assurgens, et pede jacentem pulsans: Victus es, tandem victus, ter quaterque ingeminat.* Vide supra *Harmiscara*. [\* Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 719.]

SELLATORES, Sellarum artifices, *Selliers*. Testamentum Asini editum à Petro Lambecio lib. 2. Comment. de Bibl. Cæsarea cap. 8: *Cutem do sutoribus, crines Sellatoribus, ossu lego canibus* [Meisterlinus in Hist. Rer. Noriberg. apud Ludewig. tom. 8. Reliq. MSS. pag. 115: *Plurimos etiam ex sutoribus, sartoribus, Sellatoribus, institutoribus, aliisque secum enutrierant.*] Vide *Sellarius* 4.

SELLARE, Officina sellarum, seu locus ubi sellæ conficiuntur, vel asservantur. Statuta Equit. Teuton. apud Duellium tom.

2. Miscell. pag. 56: *Etiam Sellare et parva fabrica sub eo* (Marescallo) *erunt, ita ut commodius valeat necessarium ministrare dictis fratribus.*

SELLARE, INSELLARE, Sella, seu cphippio equum instruere. Auctor Mamotrect. cap. 22. Genes.: *Stravit, i. Sellavit.* Cap 31: *Stramentum, Insellatura equi.* Will. Brito in Vocabul. MS: *Sterno, is, dicitur pacificare, præparare, Insellare, obruere.* Alibi: *Stramentum dicitur insellatura, i. quo equus sternitur et Insellatur. Insellutus equus, in Legibus Kanuti Regis cap. 98. et in Legibus Henrici I. cap. 14. Le Roman de Girard de Vienne MS:*

Sur un mulet qu'il ot fait Enseller,  
Monta Girard qui mouit fist à loer.

Le Roman de Philippe de Macedoine MS:

Quant virent del jor la clarté,  
Il font les chevaux Enseller.

Le Roman de Rou MS:

Moult peussies veer uns et autres trembler,  
Chambellent et Serjans, et Escuiers haster,  
Et vallez mettre en Selle, et Chevaliers armer.

Hinc etiam *Desenseller* nostris pro e sella dejicere. Le Roman d'Athis MS:

Si rudement le Desenselle,  
Le cuer lui part dessous l'esselle.

SELLARE, Equi sellæ insidere. Consuetud. Furnenses ex Tabul. Audomar.: *Præterea concedit Comes usque ad voluntatem suam quod quicumque eques incedet et Sellatur gladium deferat.*

INSELLARE, Eadem notione. Baldricus in Gestis Alberonis Archiepiscopi Trevirensis: *Jubensque subito coram comite Insellari, ad Regem properando pervenit, etc.*

INSELLAMENTUM, Instratum sellæ. Tabularium Ecclesiæ Gratianopolitanae sub Hugone Episcopo fol 92: *Habuique ego Guigo pro predicta terra unum equum pro 60. solidis, et unum Insellamentum pro 10. solidis.*

3. SELLA, SELLULA MANSI, Domus coloni in singulis mansis: Schilterus in Gloss. Teuton. v. *Sedal* minus recte interpretatur Prædium emphyteuticum hubarii. *Sella alta*, in Actis B. Lucæ tom. 2. Monument. sacr. Antiq. pag. 6. Vide in *Mansus* et *Sedes* 4. [\* Grimm. Antiq. Jur. German. pap. 493.]

4. SELLA VIDUALIS, Præcipuum quod superstiti viro, vel uxori, præ aliis cohæredibus ex mobilibus competit. Leg. municipales Mechlin. tit. 16. de hæredibus et jure succedendi, art. 14: *Primum superstiti dabitur optio eligendæ domus, si qua est, ut eam ad vitam suam possideat, quæ ab obitu ejus ad hæredes, ad quos par est, redibit.* Art 15: *Præterea habebit ex bonis mobilibus post deductum æs alienum et funebres expensas, vidualem Sellam, ut de ea disponat pro arbitrio. Est autem illud hujusmodi in uxore superstitæ, ut ex omnibus quæ ad corporis sui cultum spectant, optimum quamque amictus speciem, tum capitis, tum colli, atque adeo totius corporis sibi præcipiat (præcipiat) quibus festis diebus ornata ut templum procedere solet: his additur optimus liber præcatorius, optimum ex linteis torale, optimum ex lana stragulum cum præstantissimo cervicali, Sella quoque optima cum pulcherrimo pretiosissimo instructa,*

*mensa item optima cum optima mappa, optimoque poculo, hoc est scypho uult patera, si qua est.* Art. 16: *In marito autem superstitæ tale quiddam est Sella vidualis, ut præcipiat (præcipiat) optimas suas vestes, quibus illi solenne fuit in summis festis uti, optimum equum, armaque suo corpori aptissima, omniaque instrumenta sui officii.* Art. 17: *Cæterum hoc jus Sellæ vidualis, sive maritus sit superstes, sive uxor, prorsus locum non habet, ubi ei cum liberis legitimis defunctis ex priore toro susceptis, familia heriscenda est.* [\* Vide Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 187. sqq.]

5. SELLA, Scamnum, Gall. *Selle*. Ad sellam comedere, Genus pœnitentiæ. Index MS. benef. diocesis Constant. fol. 68. vº: *Si prior aut aliquis fratrum convictus fuerit quod sex aut amplius de predictis denariis retinuerit penes se, per tot dies quot denarios, ad Sellam concedere mulctabitur, nisi ab Episcopo de communi fratrum consensu in pristinum statum misericorditer revocetur.*

\* Stat. Avenion. ann. 1243. cap. 144. ex Cod. reg. 4659: *Statuimus quod in carria... aliquis vel aliqui non teneat vel habeat bancam nec Sellam.* Lit. remiss. ann. 1358. in Reg. 86. Chartoph. reg. ch. 436: *In corpore, brachiis et tibiis de quadam scabello, aliter Sella nuncupato, atrociter vulneravit.* Hinc

\* AD SELLAM PONI, Pœnitentiæ genus apud monachos et milites ordinis S. Joan. Jerosol. Charta ann. 1322. in Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 209: *Guillaume Bacon chevalier, sire de Moloy,.... disoit que se il eust aucun des freres de ludite maison (de Baugy appartenant à l'ordre de S. Jean de Jerus.) mis à la Sellete pour aucun meffait, il le pooit oster et faire seoir au dais, et li pardonner son meffait.* Vide *Dusium*.

\* 6. SELLA, idem quod *Mensa*, vulgo *Mense*, Quidquid ex bonis alicujus est, bona ipsa, dominicum. Charta Rich. abb. S. Geri. Prat. ann. 1372. ex Bibl. ejusd. monast.: *Attendens preposituram meam de Anthogniaco... esse ac fuisse de mensa seu Sella mea, etc.* Alia ann. 1329. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 17: *Lesquelz religieux ont buillé audit duc (de Bourgogne)... tout ce qu'il ont en la ville (de Boudreville)... ce qui est de la Selle de l'abbé de Molesmes.* Charta ann. 1449. ex Tabul. Latiniac. fol. 120: *Que l'ostel et manoir dudit lieu de Condé... avec toutes les terres, dixmes et champars appartenans audit hostel, estoient et sont de la Selle et crosse de monsieur l'abbé de ladite eglise (de Lagny). Vide *Mensa*.*

SELLARE, Diversis notationibus, vide in *Sella* 2. et infra in *Sellaris*.

SELLARIS, Equus sella instratus, *Cheval de Selle*. *Sellare jumentum*, apud Vegetium lib. 1. de Arte veterini. cap. 56. cui opponit *Currule*. Ita lib. 4. cap. 8. *currulium et sellarium* equorum meminit. Anastasius Bibl. in Constantino PP. pag. 65: *Pontifex et ejus primates cum Sellaribus imperialibus, sellis, et frenis inauratis, sinuul et mappulis, ingressi sunt civitatem.* Idem in Stephano III: *Cui et vice Stratoris... juxta ejus Sellarem properavit.* Ordo Romanus: *Intrat in Secretarium, sustentatus a Diaconibus, qui eum susceperunt de Sellari descendentem.* Alibi: *Non autem procedunt cum eis; sed*



*ipsi tantummodo sequuntur Sellarem Pontificis cum acolyto.* [Quod de sella seu sedile quo Romanus Pontifex deferri solet, intelligunt Macri in Hierolex. unde *Sellarii*, iisdem auctoribus nuncupantur, qui illum in sella super humeros ferunt.] Fortunatus in Vita S. Germani cap. 22: *Cum equum necessarium ad Sellam beati viri donasset vehiculum, etc.* Et mox: *Unde sequenti die Sellarem de stabulo junctis bobus extinctum retraxit emptor mortuum vehiculum.* Ubi equus necessarius ad sellam, idem sonat ac aptus ad sellam: vehiculum vero seu vehiculum, quid notet hoc loco, vide in hac voce. *Sellare* hac notione, neutro genere usurpatur in libro Miraculorum S. Vulfranni Episcopi num. 32. *Αλογόν ὑποσελλαριών*, apud Nicetam in Col. Barbaro-Græco, ubi editus *πολεμιστήριον ἵππων* habet.

\* Hanc vocem ex Ordine Romano, ut monui supra, de sedili quo Romanus pontifex deferri solet, interpretantur Macri in Hierolexico; quibus addendus *Schott* in Itin. Ital. edit. 1601. part. 2. pag. 174. quo sensu etiam intelligit vocem *Sellarius*, ex eod. Ordine. *Sellarius* quasi *Lectarius*, *δῆφορος*, quod a duobus deferatur. Iis lubens assentior.

† ANIMAL AD SELLAM, Equus, in Constitut. Frederici Reg. Sicilia cap. 36: *Qui olim uliq̄ officiales, curiales, potentes et uliæ personæ sub ratione eorundem, causa equitandi, ipsi vel eorum familæ, vel deferendi eorum arnesia, unimalia nostrorum fidelium ad Sellam et ad bardum, absque voluntate dominorum, illicite cupiebant, etc.*

1. **SELLARIUS**, *Διφοφόρος*, in Gloss. Græc. Lat. [Qui in sellula operatur, sedentarius.]

2. **SELGARIUS**, Equus sella instructus, *Sellaris*, ut supra: *Cheval de selle*, qui *Sellifer*, in veteri Epigrammate apud Salmasium:

Currere Selliferum per juga cogis equum.

[Ordo Rom. III. n. 5: *Qui (diaconi) eum (Papam) descendente a Sellario accipiunt obvius (ut aiunt) manibus.*] Auctor Etymolog.: *Κέλης δὲ ἐστὶν ἵππος ὁ μονάμπυξ, καὶ δρομικός, ὁ νῦν σελλάριος λεγόμενος.* Suidas: *Κέλης, ὁ σελλάριος.* Lexic. Gr. MS. Reg. cod. 2062: *Κέλης, ὁ μόνος ἵππος, ὁ γυμνός, ἡ καὶ ὁ σελλάριος, ὁ υιοκαθέλας.* Ἴπποι ἀδισράτοι σελλάριοι, id est, *equi dextrarii sellares*, in Chronico Alexandrino pag. 912. *Σελλάριος equus* sella instructus, apud Achmetem cap. 155. 222. Vide Glossar. med. Græcit. col. 1350.

3. **SELLARIUS**, Eques. Vita S. Anastasii Persæ Martyris cap. 5: *Sellaris vero, qui erat super carcerem, dum esset Chistianus.* In alia versione habetur *Caballarius*.

4. **SELLARIUS**, Sellarum confector, *Sellier*, in Capitulari de Villis cap. 62. in Constitut. Neapolit. lib. 3. tit. 36. et in Itinere Camerarii Scotici cap. 27. *Σελοπιούσι*, apud Heronem in *παρακρίσι*. Vita S. Gualfredi Solitarii num. 1: *In Sellarum exercitio, nam optinus Sellarius erut, parvo tempore moratus est.* Vide *Sellatores* in *Sella*, 2.

† **SELLERIUS**, Eadem notione. Comput. ann. 1328. ex Schedis Cl. V. *Lancelot*: *Item solvit cuidam estoferio qui moratur Gratianopoli ante domum Johannis Selerii pro estivaltis domini XVIII. sol.*

† **SELLATOR**, ut *Sellarius*. Vide *Sella* 2.

† **SELLICUS**. Papias: *Insellis, sine ictu Sellici corporis.*

† **SELLIFER**, Equus. Vide *Sellarius* 2. **SELLO**. Ugutio et Joh. de Janua: *Sellio, onis, i. caballus, a sella dicitur.* Catholicon parvum: *Sellio, cheval.* Vide alia notione in *Selio*.

† **SELLISSARE**, Jactare, ostentare: quod Suidas sumtum monet a moribus Selli cuspiani, qui cum re esset perquam tenui, tamen affectabat haberi dives. *Σελλίσειν*, eadem notione, usurpatum a Græcis. Vide Erasmii Adagia.

**SELLISTERNUM**, Instratum aut stragulum sellæ. Gloss. Græc. Lat. MSS.: *Σελλίστηριον*, *Sellisternum, jugum.* Editum *Sellisternium* præfert.

**SELLIVUS**, **SELLONUS**. Vide *Selio*.

† **SELLULA** MANSI. Vide *Sella* 3.

† **SELLULARIUS**, Eques, vel sellarum confector, ut *Sellarius* 3. vel 4. Locus est in *Scapsorium*.

1. **SELLUS**, Mensura liquidorum: nostri *Selles* majores cados vocant, quibus aqua ex puteis hauritur. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu Ch. 210: *Quinque partes de carne, et 5. panes, et 5. Sellos de vino.* Ch. 214. 1: *Curtallum de melle....* 1. *Sellum de melle, et 1. denarium, etc.* Adde Ch. 217. [Vide *Selleitum* et *Selha*.]

\* 2. **SELLUS**. IN **SELLUM** SUUM ERIGI, Attolli in sedentis situm, Gall. *Etre mis à son séant.* Status eccl. Constant. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 223: *Ut ergo agnovit quia gallus fulgidus tutus esset et superimpositus loco suo, jussit se manibus ambubus ex brachiis in Sellum suum erigi, sicque sedens in lecto, etc.*

**SELPUNDIO**, in Edicto Rotharis Regis Longob. tit. 83. § 3. [\*205.]: *Nulli mulieri liberæ.... liceat in sui potestatis arbitrium, id est, Selpundio vivere, etc.* Rectius Lex Longob. lib. 2. tit. 10: *Sine mundio.*

† Codices MSS. quos laudat Muratorius tom. 1. part. 2. pag. 32. habent *Selpundia*, vel *Salbmundia*: utrumque mendum esse pronuntiare non ausim, etsi, *sine mundio*, rectius apertiorique sensu scriptum videatur; est enim fortassis vox Longobardica qua idem significatur. [\*Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 194. voce *Selb*.]

\* **SELQVALE**, Mensura frumentaria, idem quod *Sertarium*. Charta ann. 1295. tom. 1. Hist. Cassin. pag. 138. col. 2: *In uno anno Selquale unum de grano, et in alio anno Selquale unum de ordeo.... reddere teneantur.*

† **SELVATICUS**, ab Ital. *Selvatico*, Silvestris, Gall. *Sauvage*. Chron. Parmense ad ann. 1291. apud Murator. tom. 9. col. 821: *Quidam asinus... transivit per Parmam, qui mittebatur domino Regi Franciæ a domino Rege Tartarorum, et erut Selvuticus.* Vide *Sylvaticus*.

**SELURES**, Piscis fluviatilis species, cuius mentio est apud Wandelbertum in lib. de Mirac. S. Goaris cap. 8. ubi forte *Seloes* legendum est.

† **SEMAISIA**, Mensura vinaria quæ Lugduni duas mensuras, quas vulgo *pots* dicimus, continet.

\* *Semaise*, apud Rabelais. tom. 5. pag.

168. Vide supra *Cimia* et infra *Symaisia*.

† **SEMALIS**, Vasis genus ad usus diversos aptum. Reparationes factæ in Senescallia Carcassonæ ann. 1435. ex Cod. MS. Cl. V. *Lancelot*: *Ab eodem pro duobus vasibus vocatis Semalz, in quibus portantur aqua et morterium ab ipso emptæ pretio pro quolibet 112. sol. 1x. den. Turon.* Eodem utuntur in vindemiis deferendis. Transactio inter Abbat. et Mon. Crassenses ann. 1351: *Dictus dominus abbas debet lubere ibi Semales, lagenas, embutum, cancellum et acetum, et vas in quo teneatur.* Vide *Semalum*.

\* Vulgo *Semal*. Leudæ major. Carcass. MSS.: *Item pro pario Semalum, j. den. Turon.* Ubi versio Gallica ann. 1544: *Pour ehucun paire de Semaux, etc.* Lit. remiss. ann. 1469. in Reg. 197. Chartoph. reg. ch. 88: *Le suppliant print incontinent son cheval et le basta et mist dessus les Semales.* *Souline*, Eadem, ut videtur, notione, in Charta ann. 1423. ex Reg. feud. comitat. Pictav. in Cam. Comput. Paris. fol. 73. rº: *Item une vigne,.... laquelle est à present frouste; et y souloit uvoir chacun an de rente une Souline de vendange.* Vide *Vicornium*.

\* **SEMALIS**, Mensura vinaria. Charta ann. 1394. in Reg. 146. Chartoph. reg. ch. 441: *Acquisiverunt religiosæ conventus de Cassariis.... tria sextarii frumenti et unam Semalem vini.*

† **SEMALMELO**, Farina polenta: Gloss. Mons. apud Schilter. in Gloss. Teuton.

**SEMALUM**, vel **SEMALUS**, [Idem quod *Semalis*. Vide in hac voce.] Guill. de Po-dio-Laurentii in Chronico cap. 40: *De quo quidem Episcopo.... loqui est gloria, quod se largum in diebus illis Tolosani Concilii exhibuerit, qui vix pauca in ætate ista collegerat, et prælatis non in manutergis, aut stalis, sed costnis et Semalis, punis et vini unnera cum aliis rebus transmittet pergrinis.*

† **SEMANTERIUM**, Gr. *Σημαντήριον*, Signum quo Græci fideles ad Ecclesiam convocant, loco campanarum. Vide Gloss. med. Græcit.

† **SEMARE**. Vide infra in *Semus*.

† **SEMATIO**. Vide *Scematio*.

† **SEMATUM**, *ἡμίκενον, ἀπηνυμένον*, in Gloss. Lat. Gr. Semivacuus, semiplenus.

† **SEMAMII**. Vide infra *Semiactarii*.

**SEMBA**. Ordericus Vitalis lib. 12. pag. 870: *Et nequam Gisulfus Semba Regis, aliique plures.* Forte *Seriba*.

† **SEMBEJANUS**, apud Scotos, si fides Borello in Thesaur. Atiquit. dicitur, qui primo vel altero anno studiis vacat. Vide *Beanus*.

**SEMBELLINUM**, pro Sabellina pelle usurpat Constituciones Catalaniæ MSS. Locum vide in *Laqueate vestes*.

**SEMBULUM**. Inquisitio de vita et moribus B. Joannis de Cazenfronte Abbat. ann. 1223: *Pannum lini non induebat, nisi Sembulum.*

† **SEME**, ut *Sagma*, Onus, sarcina. Charta ann. 3. Henrici V. Reg. Angl. apud Th. Blount in Nomolex. Anglic.: *Fratres Prædicatores pro 11. sunagitis vocatis Senes de focali percipiendis quotidie de bosco de Heywood pro termino xx. annorum.*

† **SEME**, apud Andegavenses et Pictones



dicitur officium quod per septem dies continuus pro defunctis celebratur, idem proinde quod *Septenarius*; a *Semina*, Gall. *Semaine*. Testam. Joh. *Lessillé* dom. de *Juigné* ann. 1382. apud Menag. *Histor. Sabol.* pag. 389 : *Ge vuol et ordene que les jours de mon obit et de mon Seme, soient fais et celebrez solemnelment et honorablement de luminaires, et d'autres divins offices.... Que à chucun desdits jours de mon obsequie et de mon Seme une charité generale soit faite en la ville de Sublé.* Vide *Septimus*

\* **SEMEBLATOR**, *Seminator, sator*. *Hisp. Sembrador*. *Form. MSS.* ex *Cod. reg.* 7657. fol. 38. v<sup>o</sup> : *Inquiritur.... contra dictum talem Semelblatorem de tali loco et omnes alios universos et singulos.... culpabiles.*

† **SEMEL**, *Aliquando*, Gall. *Une fois, un jour*. *Instrum.* ann. 1300. apud *Marten.* tom. 1. *Anecd.* col. 1333 : *Aves elegerunt in Regem quamdam aveni vocatam Duc, ... et accedit Semel quod picu conquesta fuerat accipitve, etc.*

† **SEMEL**, pro *Semper*, passim apud *Barbaro-Latinos* *Scriptores*, teste *Goclenio* in *Lexic. Philos.*

\* **SEMEBLATUS**, *Solea instructus*. Vide supra *Caligæ semelate* in *Caliga*.

† **SEMELGARE**, *Fulgurare, ut videtur, Gallice Eclairer*. *Castellus* in *Chron. Bergom.* ad annum 1394. apud *Murator.* tom. 16. col. 887 : *Nota quod die XXI. Januarii dicti anni, Indictione II. hora prima noctis tonavit, Semelgavit, pluit, tempestavit, et maximus ventus regnavit, etc.*

\* **SEMELIA**, *SEMELLA*, a *Gallico Semelle*, *Fulcimen, munimentum ferreum vel ligneum*. *Comput. eccl. Paris.* ann. 1381. ex *Bibl. S. Germ. Prat.* : *Item fucienti.... posticum prope in introitu dicte curie,.... barrandi cum ferratura, videlicet pailleriis, pivotis, Semeliis, verroliis, etc.* *Infra : Semellis.*

† **SEMELLA**, f. *Panum simillaceorum, qui Semenelli dicebantur, distributio, vel certa quantitas*. *Consuet. MSS. Eccl. Colon.* : *De panibus cenalibus cuilibet canonico et aliis vicariis... in Januario XIII. Semellæ, in Februario XVII. Semellæ. Cuilibet magnæ prebende annuuntim supercrescunt VIII. Semellæ et IV. panes.* Vide *Simenellus*, [\* et *Graff. Thesaur. Ling. Franc.* tom. 6. col. 222. voce *Semala*.]

† **SEMELLATOR**, *Sutor, qui calceos soleis instruit*, Gall. *Cordonnier*, a *Gallico Semelle*. *Charta* ann. 1344. ex *Schedis Cl. V. Lancelot* : *Item staturunt quod nullus curaterius, sive Semellator aut sabaterius sit ausus tenere in mercato villæ Balneolis banca, nisi, etc.* *Hugo Aymonis Semellator* subscribit *Chartæ* ann. 1371. ex *Schedis Præs. de Mazaugues*.

\* *Nostris Semelier*; *cujus ars Semellatoria* appellatur, in *Stat. sabbat. Carcass.* ann. 1402. tom. 8. *Ordinat. reg. Franc.* pag. 570 : *Mandantes, quatenus ipsos suprapositos, sabbaterios et Semellatores, ac universitatem et singulares prelatos artis et artificii sabbaterie aut Semellatorie antefati burgi, etc.* *Pierre Souffron Semelier*, in *Lit. amortizat.* pro *eccl. Tolos.* ann. 1471. ex *Reg. 197. Chartoph. reg. ch.* 159. *Semelin*, pro *Semelle*, *solea*, in *Stat.* ann. 1372. tom.

6. earumd. *Ordinat. pag. 120. art. 5 : Cuius de vaches pour Semelin, aront trois tans bien revolz.*

**SEMENIS**, *maris dicitur; posteritas vero, mulieris*, in *Jure Hungarico*. *Albert. Molnarus*

\* **SEMENALHANA**, *Tantum seminis, quantum ad sationem cujusdam agri necessarium est*. *Charta* ann. 1334. in *Reg.* 66. *Chartoph. reg. ch.* 1358 : *Quæ quidem terræ excoluntur ut Semenuhanam, et quarundam aliarum,.... quæ excoluntur et excoli solent ad medium et ad quartum.*

† **SEMENATURA**, *Terra arabilis et seminalis, seu quæ seri potest*. *Charta æræ 1175.* apud *Stephanot.* tom. 8. *Fragm. Hist. MSS.* pag. 49 : *Ego Ortigurenna facio hanc cartam cum donativo de duas argutas de vinea et de duas amones Semenatura de terra illa casæ de Artaxona.*

† **SEMENS**, *Sationis tempus*, Gall. *Semailles*. *Tabular. Aquicinense* fol. 45 : *Sub annuo censu concessit tres modios frumenti post Sementem, ... et octo galetos piseæ ... in festivitate Omnium SS.* Vide *infra Sementierum*.

† **SEMENSTER**, *SEMENSTRIS*, ἐξαρνηστῆς, in *Gloss. Lat. Gr.* *Vox ambigua, qua et Semimensis et spatium sex mensium significatur*. *Gloss. Isid.* : *Luna Semestris, luna medi mensis.* Vide *Lexic. Martini* v. *Semestris*, et *infra Semus*.

† **SEMENSTRA**, *Liber in quo actiones sex mensium continentur*. *Papias. Leg.* forte *Semestria*.

\* *Semenstria*, in *vet. Glossar.* ex *Cod. reg.* 7641.

† **SEMENTA**, *Sementes*, Gall. *Semailles*. *Laur. Byzinius* in *Diario belli Hussit.* apud *Ludewig.* tom. 6. *Reliq. MSS.* pag. 189 : *Hoc processione finita, vale sibi mutuo facientes cum suis presbyteris, non declinantes ad dextram nec sinistram, ne Sementa conculcarent, veniunt unde exiverunt.* Vide *Seminalia* et *Seminarium*.

\* *Sementer* etiam *nostris*, pro *Semer, ensencer*. *Lit. remiss.* ann. 1409. in *Reg.* 163. *Chartoph. reg. ch.* 305 : *Une piece de terre, Sementée de blé segle.*

† **SEMENTARE**. *Gloss. Lat. Gr.* : *Semento*, σπαραγγίζω. Vide *Lexic. Martini*.

† **SEMENTARICIUS**, *Terra Sementaricia, Seminalis, quæ seri potest*. *Chron. Farfense* apud *Murator.* tom. 2. part. 2. col. 395 : *Petium terræ Sementaricie, ubi dicitur Campus; et unum servum manuales, nomine Marcellinum.* *Ibid.* col. 427 : *Aliud petium ibi vineæ ad Montenurios, et petium unum terræ Sementaricie sub ipso monte habet per libellum.* Vide *Semenatura*.

\* **SEMENTARIUS**, *Sationis tempus, vel Ager sationi aptus*. *Charta* ann. 1093. inter *Instr.* tom. 6. *Gall. Christ.* col. 432 : *Hoc est autem servicium, quod retinent fratres mei et consobrini mei.... duos jornales de bobus pro Sementariis, asinos similiter duobus diebus et homines duobus diebus, etc.*

\* **SEMENTATICIUS**, *Seminalis*. *Charta* ann. circ. 1070. tom. 1. *Hist. Cassin.* pag. 233. col. 1 : *Cum terris Sementaticis et pascuis, etc.* Vide *Sementaricius*.

† **SEMENTATIO**, *Sementis*, apud *Tertull.* de *Spectac.* cap. 8 : *Sessias a Sementationibus, Messias a messibus.*

\* *Tabul. Casaur.* fol. 53. v<sup>o</sup> : *Et terram justa ipsam vineam per mensuram ad Sementationem grani modia tria.*

† **SEMENTERIUM**, *Sationis tempus*, Gall. *Semailles*. *Saisimentum Comit. Tolos.* ann. 1271. tom. 1. *Annal. Tolos.* inter *Instr.* pag. 22 : *Quilibet habens aratrum boum, unum jornale in Sementerio, quando dominus faciebat ibi laborare terras, et cum bestia carregii; quilibet focus habens bestiam carregii, unum jornale in messibus annuatim ad garbas.* Vide *Semens*, et *Scminatura* 2.

† **SEMENTIA**, æ, *Sementis*, Gall. *Semaille*. *Tabular. S. Bertini Audomar.* : *Sunt ibi de spelta supra Sementiam benne XVI.* Vide *Sementura*.

† **SEMENTIA**, *orum*, *Eadem notione*, in *Capitul. Caroli M. de Villis § 51 : Provident unusquisque judex ut Sementia nostra nullatenus pravi homines subtus terram vel alibi abscondere possint, et propter hoc messis rarior fiat.* Vide *Sementatio*.

† **SEMENTIATUM**. *Comput. ann. 1239.* ex *Bibl. Reg.* : *Pro Sementiatis rosatis gariofilit. factis Paris.* xx. *lib. Tur. Leg.* forte *Semicinctiis*.

† **SEMENTINUS**, *SEMENTIVUS*, *Seminis patronimicus, a semine originem ducens*. *Can. Denique.* dist. 4 : *Par autem est ut nos qui his diebus (Quadragesimæ) a carnibus animalium abstinemus, ab omnibus quoque que Sementinam habent originem carnis jejunenmus, a lacte videlicet, caseo, et ovis.* *Epist. Rotrodi Archiep. Rotomag.* ad *Henricum Reg. Angliæ* inter *Probat.* *Hist. Harcur.* tom. 3. pag. 141 : *De cujus carne et sanguine Sementivæ originis et nature beneficio carnem et sanguinem mutasti.*

† **SEMENTIUM**, Σπόγγιον. *Gloss. Lat. Gr.* in *MSS. Sementivum*.

† **SEMENTURA**, *Scmen, sementis*, Gall. *semaille*. *Charta* ann. 1217. ex *Tabul. Portus Reg.* : *Dedit conventui de Portu Regio terram duos recipientem Sementuræ modios, in terra quam tenebat a dom. Guillelmo de Danvillamilitie.* Vide *Sementia* et *infra Seminatura*, 1.

† **SEMEOURA**, ut *Sementura*. *Charta* ann. 1230. ex eodem *Tabul.* : *Ipse Buchardus nomine suo de dictis terris, ante translationem domini dictarum terrarum ad cultum, redegit usque ad septem modios et dimidium Semeouræ.* A *Gallico* tunc temporis usitato *Semeoure*, vel *Semeure*, pro *Semence*.

† **SEMEURA**, *Eadem notione*. *Chartul. Castridun.* fol. 80 : *Super quamdam peciam continentem circiter duo sextaria Semeuræ.... et super aliam peciam terræ tria sextaria Semeuræ continentem.*

\* *Nostris Semeure*. *Charta* ann. 1255. ex *Chartul. Maurign.* : *Quarum (peciarum terræ) quædam continet, ut dicitur, duo sextaria Semeuræ, et reliqua continet, ut dicitur, quatuor sextaria Semeuræ.* In alia ann. 1248. *ibid.* : *Duos sextarios seminis.* *Charta* ann. 1480. ex *Chartul. Buxer.* part. 7. ch. 31 : *Item ungu fretil au Scurreaul, contenant environ la Semeure de deux boisseaux.*

† **SEMETRUM**, *Intervallum*, *Bollandistis* ad *Vitam S. Dunstani* tom. 4. *Maii* pag. 368 : *Porro Regem per diversa locorum*



*Semetra deviantem, ultra flumen Tumisium complere.*

† SEMETRUM; Papiæ, Imperfecta mensura. Prudent. Psychom. v. 829 : *Dissona Semetra.*

† SEMEURA. Vide supra Semeoura.

\* SEMEURUS, Seminalis. Terra Semeura, quæ seri consuevit. Charta ann. 1282. ex Chartul. S. Joan. de Valle : *Confessus fuit se.... permutasse circa dimidium modium terræ Semeuræ. Demi mui de terre Semeure ou environ*, ibid. ex Ch. ann. 1283. *Semeur*, pro *Semoir*, Satorium, in Lit. remiss. ann. 1375. ex Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 187 : *Lc signifiaint ainsî comme il venoit de son labour, et encore avoit-il le Semoir pendu à son col, etc. Semoire et Semoere*, eodem sensu. Lit. remiss. ann. 1402. in Reg. 157. ch. 269 : *Icellui Galois semoit sondit blé et le portoit en une Semoire. Une Semoere à semer grains*, in aliis ann. 1448. ex Reg. 176. ch. 586. Vide supra *Sementaticius*.

† SEMIACIA, Semi-tabula, ut videtur, Gall. *Bout de planche*. Acta B. Michelinæ tom. 3. Junii pag. 931 : *Lectus quoque erat plana terra, interdum tabula quadum interpositu vel aliquibus Semiactis, cippo utens ligneo pro cervicale.*

† SEMIALTER, Unus et medius. Mirac. B. Simonis de Lipnica tom. 4. Julii pag. 559 : *Magnis febribus per Semialterum annum obvoluta fuit.*

\* SEMIALTILE, Semisaginat; dicitur de gallina vel capone. Charta ann. 1188. ex Chartul. S. Nigas. Mellet. : *Concessi.... septem denarios et minam avenæ, dimidiam oblatam et Semialtile*. Vide *Altile*.

† SEMIARMATUS. Vide *Semiermis*.

SEMIAXIARI, appellati Christiani a Gentilibus. Rationem nominis sic prodit Tertullianus Apol. cap. 50 : *Vicimus cum occidimur, licet nunc Sarmentitios et Semi-axiarios appelletis, quia ad stipitem dimidii axis revincti sarmentorum ambitu exurimur*. [Ubi *Semaxios* edidit Rigaltius.]

† SEMIBOLUS, Oboli pars media, apud Isidorum lib. 16. Orig. cap. 24. Vide *Cerates*.

† SEMIBONUS, Non pessimus. Chron. Dominicæ de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 693 : *Et multi quidem, qui in Semibonorum virorum manibus incidebant, salvi fiebant a cæde pecunia redimendi.*

\* SEMICCIA, f. pro *Semicinctia*, ut moment docti Editores ad Append. vitæ 1. S. Ludov. reg. tom. 5. Aug. pag. 560. col. 1 : *A sede vel loco suo veniens (sanctus Rex) nudus pedes, discooperto capite, et collo nudo in Semiccis et humili habitu.... crucem Dominicam sic humiliter adorabat*. Vide *Semicinctium*.

SEMICINCTIUM, SEMICINCTIA, *Semīcentia*, *Semicincta*, Prælenta ventri castula, quam nos *Tablier* dicimus, quod tabulæ formam referat : Picardi vero etiamnum *Demicinct*. Isidorus lib. 19. Orig. cap. 33. et ex eo Papias : *Cinctus*, (al. *Cinctura*) *luta zona, minus lata, Semicinctium* : *minima, cingulum*. Idem Papias : *Semicinctium*, *minus lata zona, dictum, quod dimidium cingat*. Glossæ MSS : *Semicincta, quod medium cingit*. Joannes de Janua : *Semicinctium dicitur eo quod dimidium cingat*. In Glossa autem Actor. 19. dicuntur

*Semicinctia vestes ex uno latere dependentes, vel zone, sive vestes nocturne, vel genus sudarii, quo Hebræi utuntur in capite*. Glossæ Lat. Gr. : *Semicinctium*, ἡμιζώνιον. [Alia : *Semicinctum*, ὑποζώνιον. Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Semicinctium, demie ceinture*.] [\* Vet. Gloss. German. in Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 4. col. 255 : *Albгурilla, Semicintia*.] *Vestis præcinctoria*, S. Augustino. S. Bernardus de Moribus Episcoporum. cap. 2 : *Fratrum lateribus nec Semicinctia miserantibus apponitis*. Petrus Damianus lib. 6. Epist. 30 : *Tundem per Semicinctias correpti, violenter excludimur*. Petrus Blesensis Epist. 102 : *Aut nudus omnino, aut in Semicinctiis tabescens, fame et frigore tremens, etc.* Herbertus lib. 1. de Miracul. cap. 6 : *Habebat quoque vir ille locupletissimus circumligatum renibus Semicinctiam vilem atque brevissimam, quæ verecundas solummodo corporis partes operire vix poterat*. [Vita B. Hugonis de Lacerta apud Marten. tom. 6. Ampl. Collect. col. 1145 : *Exceptis quibus nescio Semicinctis, unde pudibunda sua protegere posset, quæ ita videbuntur resarcitu ex aliis, quod etc.*] Exceptio corporis S. Florentini apud Latiniacum MS : *Pallium modo integrum tibi esse videtur; sed ex quo illud attigeris, in plura Semicinctia dividitur*. *Semicinctium*, absque, t, scripsit etiam Arator lib. 2. Hist. Evangel. :

..... Semicinctia denique Pauli  
Atque oblata palam sudaria fusa per artus  
Languorum pressere foras, etc.

SEMICINCTIUM, vestibus Sacerdotalibus vulgo accensetur. Idem porro quod *Ora-rium*, seu sudarium, quod auro et gemmis distinctum, ad dextrum femur a cingulo dependens conspicitur in tabellis Græcænicis, quas ad nostram Constantinopolim Christianam æri incidi curavimus. Glossæ MSS : *Semicinctia, sudarium*. Nicephorus Constantinopolitanus ad Leon. III. PP : *Misimus fraternæ vestræ Beatitudinî encolpium aureum, tunicam candidam, et penulam castaneam, inconsultilem stolam, et Semicinctia auro variegata*. Leo Ost. lib. 3. cap. 19. (alias 20) : *Stolas auro textas cum manipulis et Semicinthiis suis numero 9*. Cap. ult. : *Stole altæ 18. Semicinthii 6. al. Semicinctia*. Hepidannus de Vita S. Wiboradæ cap. 29 : *Sic et absentis Pauli Semicinctia ægrotantibus superposita sanabant*. Respexit locum Lucæ Act. 19 : *Καὶ ἐπὶ τοὺς ἀσθενούντας ἐπιφέρεισθαι ἀπὸ τοῦ χρωτὸς αὐτοῦ σουδάρια ἢ Σημικίνθια*. Quæ quidem vocabula non semel jungunt Scriptores alii. Joannes Damascenus lib. 3. de Imagin. : *Ὁὐτως ἡ σκία καὶ τὰ σουδάρια, καὶ τὰ σημικίνθια τῶν Ἀποστόλων ἐπιγράφον τὰ ἱμάτια*. Alios vide apud Meursium. Addo quæ habent Glossæ MSS. Regiæ codd. 930. et 2062 : *Σημικίνθιον, τὸ παρα τοὺς πόδας σανδάλιον, τινὲς δὲ τὸ φακεῶλιον λέγουσιν, κυρίως δὲ ῥινδύμακτρον, ὃ ἐστὶ μωζομάκτρον*. *Semicinctium* Episcopis proprium fuisse docet Charta Anacleti II. PP. in Chronico Beneventano S. Sophiæ pag. 689 : *Mitram ac chirothecus, tam tibi, dilectissimus filii Franco Abbas, quam successoribus tuis.... in perpetuum habere ac possidere concedimus : dalmaticæ quoque usum ac Semicincti, his diebus tan-*

*tum, qui inferius prænominantur, tibi tuisque successoribus in perpetuum Apostolicæ Sedis liberalitate concedimus ac Tribunicus id est, Natali Domini, etc.*

\* Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 74 : *Une cainture et deux Demiscains ferrez d'argent dorez*. Ubi de vestibus, quibus induuntur episcopi, sermo est, tunicellam significari putant Bollandistæ ad Vitam Victoris PP. III. tom. 5. Sept. pag. 435. col. 1. cui sententiæ favet Poema Roberti Diaboli MS. in quo vox Gallica *Sains*, pro muliebri tunica usurpari videtur, ubi de regis filia :

Viestue estoit moult ricement  
D'un brun Sains menuement,  
Toute d'or à œuvres menues.

Consulendi præterea Henr. Stephanus in Append. Thes. Gr. part. 2. pag. 33. et Cangius in Glossar. med. Græcit. ad v. Σημικίνθιον. Vide supra *Subcinctorium*.

† SEMICIPIUM, ἡμικεφάλιον, in Gloss. Lat. Gr. Semi-caput, Gall. *Moitié de la tête*.

† SEMICOLUMNIUM. Gloss. Isidori : *Cilindrum, Semicolumnium*.

SEMICORS, Minus habens cor, in Glossis antiquis MSS. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Semicors, qui a demi arme (ame)*. Occurrit apud Joh. de Janua.]

† SEMICUMULATICI, Gall. *Demi-comble*. Litteræ Ludovici VIII. Reg. Franc. ann. 1224. tom. 1. Ordinat. pag. 49 : *Porro de his mestivis statutum est, ut ad justam mensuram prædictæ civitatis semiramus et Semicumulatam reddatur*. Occurrit alibi.

SEMICUPIUM, Cupa brevior. *Est, inquit Papias, vas, in quo potest homo resupinus jacere in modo lintris*.

† SEMIDAHU, *Carectum*. Gloss. Mons. apud Schilter. in Gloss. Teuton.

† SEMIDECIMA, Quæ a decimo ad quintum numerum reducit. Statuta S. Claudii pag. 19 : *Decimam integram aut Semidecimam fructuum prioratum... imponere... poterunt*. Adde Cod. Theod. leg. 4. de Suariis et quæ ibi observat Gothofredus. Vide *Dimidius*.

† SEMIDUPLEX, Dimidius. Charta fundat. Capellæ Vicennarum ann. 1387. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 192 : *In festis duplicibus, duplices, et in Semiduplicibus, Semiduplices distributiones percipiunt Canonici*. Vox frequentissima ubi de officiis ecclesiasticis agitur. Vide in *Festum*.

SEMIERMIS, *Semiarmatus, minus armatus*, in Glossis antiquis MSS. [Gloss. Isid. : *Semiermis, sine armis*. Utitur etiam Livius. Tacito *Semermus* est male armatus.]

† SEMIFACIES, Effigies obliqua, Gall. *Visage de profil*, apud Mabill. tom. 3. Annal. pag. 619. ubi de sigillo cui *sancti Galli Semifacies* impressa erat.

† SEMIFORTIS, Male vel parum munitus. Chron. Domin. de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 674 : *Castrum vero Blasignani, quod Semiforte tunc erat, verbis blandis proditoriis acceperunt*.

† SEMIFRACTURA, Scripturæ species. Vide supra *Scriptura*.

† SEMIFRATER, Qui ex altero patre, vel ex altera matre est. Chron. Angl. Th.



Otterbourne pag. 79 : *Deinceps Rex Henricus ita ditavit quatuor Semifratres suos, ut ipsi ceteros proceres respectui haberent.* In fra pag. 84 : *Post quem (Hardeknutum) regnavit ejus Semifrater S. Edwardus 24. annis.*

\* **SEMIFRATRES** apud Carmelitas, Fratres seu Donati secundi ordinis. Constit. Carmelit. MSS. part. 1. rubr. 12 : *Qui (prior generalis et prior provincialis) laicos poterunt recipere in fratres vel Semifratres, prout visum fuerit sibi expedire.* Et rubr. 14 : *Semifratres et fratres layci post novicios dicant culpas suas et moneantur in capitulo et caritative corrigantur; et tunc egrediantur, nec interint secretis capituli, nec habeant vocem in electionibus. Semifratres, sicut layci, profiteantur obedientiam, castitatem et sine proprio vivere usque ad mortem, et dicant horas suas sicut layci.... Semifratres omnibus fratribus deferant honorem, etiam laicis, tam in mensa quam in aliis locis, et in ecclesia maneant inter chororum et capellas.* [\* Contractus censiticus inter Fratres ordinis Theutonico. etc. ann. 1302. in Guden. Cod. Diplom. tom. 3. pag. 9 : *Actum in villa Aure, in torculari dicator. religiosorum; presentibus fratribus Everhardo et Nycholao, et Johanne Semifratre domus Confluentis.*]

\* **SEMIFRUMENTUM**, Miscellum frumentum, vulgo *Bled méteil*. Charta ann. 1319. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 164 : *Item sunt ibidem in redditibus bladi, videlicet in Semifruento et avena, ducenta sexturia.* Vide *Mixtum* 2.

\* **SEMIGUILLOTUS**, Monetæ minutiore species. Vide supra *Guillotus*.

† **SEMIINTEGRER**, Dimidiatus, mutilus. Epist. 3. S. Paciani ad Symphron. inter Conc. Hispan. tom. 2. pag. 89 : *Quid ais? Evangeliste duos dimidiatos invicem sensus et Semiintegros retulerunt?*

† **SEMIJUSTUS**, *Dimidium justus*. Gloss. Isid. Sed leg. *Semiustus, dimidium ustus*. Papias : *Semiustus, ex parte combustus*. Varroni, *Semiustulatus*. Hæc post Grævium.

\* **SEMILANCEA**, Hasta, Gall. *Demi-pique*. Lit. remiss. ann. 1395. in Reg. 149. Chartoph. reg. ch. 163 : *Dictus supplicans percepit dictum defunctum in manibus suis quandam Semilanceam tenentem; et quia in dicto Dalphinatu nemo debet arma invasiva deportare, dictus supplicans dixit prefato servienti ordinario, quod dicto defuncto Semilanceam amoveret.* Vide *Lancea*.

† **SEMILANTUM**, Mensura liquidorum, in quibusdam locis Belgii, *Demi-lot*, quæ Parisiensi pinte respondet. Hist. Monast. Viconiensis apud Marten. tom. 6. Ampl. Collect. col. 302 : *Sic statuit adesse præbendam, quod sacerdos Semilantum ad mensuram in prandio obtineat. Nam antea in scyphis magnis vinum fundebatur.* Vide *Lotum*.

† **SEMIMENSTRUUS**. Leg. municipales Mechlin. tit. 13. art. 8 : *Apparitor vero qui renuntiationem illam fecerit, id ipsum se ita fecisse apud acta pro religione sui juramenti contestabitur, nomenque ejus cui nuntium detulit exprimet et actis insinuari curabit, ac tum demum liberum erit creditori detentionem illam persequi, quantum attinet*

*ad bona mobilia, a die juridico ad diem juridicum, hoc est per intervalla octiduana : quantum vero spectat ad bona immobilia, per intervalla Semimenstrua, hoc est a decima quarta nocte ad decimam quartam noctem : opusque erit ut Animanus trinis vel hebdomadariis vel Semimenstruis vicibus debitorum ejusve hæredes cæterosque omnes qui aliquid juris in ea bona prætendunt, evocet.*

† **SEMIMODIATA**. Vide in *Semodiatu*.

† **SEMINALATUS**, vox corrupta apud Cumeanum de Mensura Pœnitentiarum cap. 3. ubi pro *Seminalatis* legendum forte *Amigdalis*. Locus est in *Tenucla*.

**SEMINALIA**, Sationes, *Semailles*. Statuta Ordinis S. Gilberti de Sempringham : *In cæteris grangiis interim excussione cessante, nisi quantum ad Seminalia pertinet.*

\* Charta ann. 1319. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 319 : *Item pro servantagio, censu et Seminalibus, vinginti sextaria frumenti. Item in avena pro Seminalibus et censu.... Item in Seminalibus silliginis, etc.*

† **SEMINALIA**, æ, Eadem notione. Charta ann. 1119 : *Totam parochiam Augi cum omnibus decimis et omnibus decimis totius ville tam de animalibus quam de frugibus et omni Seminalia de tota eadem parochia usque ad ædem de Glans. Vide Sementa et Senailia.*

\* **SEMINARE**, Semen. Acta MSS. notar. Senens. ann. 1283. ex Cod. reg. 4725. fol. 2. rº : *Promitto.... mittere quolibet anno xxx. salmas boni letaminis et cultivare dictam terram ad quatur sulchos cum Seminare comparato.* Vide *Seminarium*.

† **SEMINARIUM**, Semen, cultura. Nicolaus de Jamsilla de Gestis Friderici II. Imp. apud Murator. tom. 8. col. 558 : *Quæ etiam terra caules silvestres usui hominum aptos sine Seminario producit.* [\* Comment. MSS. ad Marcian. Capell. libr. 2. apud Maium in Glossar. novo voce *Sementum* : *Dicimus hoc semen et hoc seminium, hæc sementis et hoc seminatum et hoc seminarium. Sed semen et seminium animalium, sementis autem et sementum frugum, Seminarium cujuscumque rei initium.* Richerus in Prologo : *Gallorum congressibus in volumine regerendis, imperii tui, pater sanctissime Gerberte, auctoritas Seminarium dedit.*]

\* **SEMINATIO**, TERRA SEMINATIONIS, Seminalis quæ seri consuevit. Charta Nivel. episc. Suesion. ann. 1192. ex Tabul. S. Crisp. in Cavea : *Dedit etiam eis Petrus miles de Noveroel, assensu uxoris suæ et filiorum, tres essinos terræ Seminationis in perpetuum.* Vide supra *Sementiticus* et *Sementurus*.

† **1. SEMINATURA**, Sementis, *Semaille*. Charta Laurentii Abbat. Centul. ann. 1180. ex Tabular. ejusd. Monast. : *Campus unius sextarii, et una foraria quarterium Seminaturo continens.* Charta Guillelmi de Monasteriis ann. 1206. ex Chartul. Meld. : *Concessi in perpetuum Ansello Episcopo Meldensi et ejus successoribus Episcopis quindecim modios Seminaturo omnino quietos et liberos ab omni jure et justitia.* Occurrit rursus ibid. in alia Charta ejusdem anni. Vide *Sementura*.

\* Huc spectare videtur vox Gallica *Essennée* in Stat. ann. 1402. ex Cod. reg. 9849.

4. fol. 4. rº : *Maisons ou lieu de petite Essemée et de petis edifices, etc.* Id est, ubi pauci sunt agri arabiles et sationi idonei. Unde emendandum puto idem Statutum tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 534. art. 71. ubi legitur *Essence*.

† **2. SEMINATURA**, Sationis tempus, seu servitium quod ea anni tempestate domino a vassallis debetur. Charta apud Madox in Formul. Anglic. pag. 47 : *Terras illas teneant et habeant de me in capite in libera et perpetua elemosina,.... cum libertate et quietuntia... de karreagio, siris et hundredis, et Seminatura et aratura, etc.* Vide *Sementarium*.

\* *Semoisons*, eadem acceptione, in Chartul. S. Corn. Compend. fol. 211. vº : *Item xix. sol. pro corveis Martii. Item xix. sol. en Semoisons uprès-Aoust.*

\* **3. SEMINATURA**, idem quod supra *Seminatio*. Chartul. Floriac. fol. 164. vº : *Religiosi viri prior et monachi acquisiverunt a Simoneto Chairpaudi duas minatas Seminaturo terræ, sitas in censiva abbatis. f. Seminaturo adjective, ut supra Sementurus.*

† **SEMINELLUS**, ut *Simenellus*. Vide ibi.

**SEMINIA**, ex Gall. *Semaine*, Hebdomada. Gilbertus Crispinus Abb. Westmon. in Vita S. Helluini Abb. Beccensis : *Et mane primus in Curia coram aderat ad mensam Domini, quia inter sodales par Seminiam exercere volebat.* Hoc est : *Il vouloit faire sa Semaine.*

**SEMINIVERBIUS**, Concionator, *σπερμολογος*, *Seminaus verba*, Papiæ. Mamotretus ad Actus Apost. cap. 17 : *Seminiverbus, i. seminator verborum, quasi sermologus.* Alcuinus Poem. 5. de S. Paulo :

Plurima frugiferis dispergens Semina verbis.

Petrus Blesensis Serm. 43 : *Erudiat Seminiverbius; definiat, quia Prælati; intercedat, quia Advocatus; Seminiverbius in Cathedralra, Prælati in Curia, Advocatus in Missa.* [Liber de Castro Ambasiæ apud Acher. tom. 10. Spicil. pag. 555 : *Anno ab Incarnatione Domini 1096. Urbanus Papa Romanus in Gallias venit, Avernis cum multis Galliarum Episcopis et Abbatibus generalen synodum celebravit; et ut erat disertus Seminiverbius, verbum Domini sæpe seminabat.*] Ordericus Vitalis lib. 8 : *Sollers itaque Seminiverbius multis profuit, etc.* Utitur præterea lib. 10. pag. 774. ut et Baldricus Dolensis de Vita B. Roberti de Arbresello semel ac iterum, Acta Apostolorum cap. 16. v. 18. pro *σπερμολογος*, de qua voce consulendus Henricus Stephanus lib. de Dialect. Attic. pag. 214. [Is adde Tortarium in Mirac. S. Benedicti sæc. 4. Bened. part. 2. pag. 407.]

† **SEMIPANIS**, Panis statuti ponderis dimidia pars. Canones Pœnitent. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 55 : *Alii centum dies cum Semipane mensuræ paximantium aqua et sale et psalmis 1. in unaquaque nocte.* Canones Hibern. ibid. col. 20 : *Arreum anni XII. dies et noctes super XII. buccellas mensuræ de tribus panibus.* Consuet. Universit. Paris. per Robert. Goulet fol. 18 : *Dentur porcionis sicut jentaculum Semipanis vel parvuli, ut fit, integri.* Vide *Tenucla*.

\* **SEMIPANNUS**, Panni tot ulnarum dimidia pars, Gall. *La moitié d'une piece*



de drap. Lit. remiss. ann. 1391. in Reg. 141. Chartoph. reg. ch. 246 : *Item furtive cepit duos Semipannos, quorum alter erat coloris rubei, et alius coloris nigri.*

† **SEMPAR**, Qui dimidii feudi ratione domino subditus est. Vide in *Par*.

† **SEMIPLAGIUM**, *Minus rete, vel lineæ adjunctæ retibus. Nam retia plagæ dicuntur.* Papias. Hinc emendandus Isidorus lib. 19. Orig. cap. 5 : *Minus rete Implagium dicitur a plagis.* Ubi *Semiplagium* legendum, ut et in ejusdem Isid. Glossis, pro *Simplagium* : tametsi occurrit apud Angel. Rumphlerum in Hist. Formbac. Monast. tom. 1. Anecd. Pezii part. 3. col. 433 : *Extrahuntur autem pisces non solum retibus, sed et nassa : utitur et Simplagio, verum rarius et vix semel in anno.*

† **SEMIPLANTARIA CHARTA**, Ea scilicet qua ager ad *medium plantum* conceditur. Vide in *Complantare*.

† **SEMIPLENE PROBARE**, Gall. *Prouver à demi.* Statuta Palavic. lib. 1. cap. 5. fol. 8 : *Si autem Semiplene probaverit, deferretur sacramentum eidem in supplementum probationis.*

† **SEMIPLenus**, Simulatus. Willel. in Philippo Aug. tom. 5. Hist. Franc. pag. 81 : *Rex superinductam abiecit superficie tenus, et uxorem suam recepit in suam gratiam Semiplenam, carnis debitum ei non reddens.*

† **SEMIPLotIA**, Festo, *Soleæ dimidiatæ, quibus utebantur in venando.* Vide Turn. Advers. lib. 19. cap. 19. et supra *Plautus*.

† **SEMIPOISA**, Semilibra. Vide *Poisa*.

† **SEMIPRÆBENDÆ**. Vide *Præbendæ*.

† **SEMIRASUS**. *Mensura semirasa*, Gallice *Demirase*. Locus est in *Semicnulat*.

**SEMIRE**, pro *Sercre*, *seminare*, ex Gallico *Semer*. Charta Caroli Regis Burgundie filii Lotharii Imp. tom. 12. Spicil. Acher. pag. 127 : *Silva parva, si Semiri possit, ad modios 50.*

\* **SEMIS-MARTIR**, Fere martyr. Instr. ann. 1384. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 66. col. 1 : *Inde inhumaniter habitatores Semis-martires auferendo aures, pugnos, brachia, etc.*

† **SEMISOLIDUS**, Dimidius. Vide in hac voce.

\* **SEMISOLIUM**, Solium latrinæ, sella familiarica, Gall. *Chaise percée*. Annal. Bonincont. ad ann. 1376. apud Murator. tom. 21. Script. Ital. col. 27 : *Rodolphus Varanus... ad pontificem defecit... Ob eam rem Florentini tanquam fedifragum portis adpinxerunt. Hanc ille contumeliam ultus eo est, quod octo Florentinorum, qui curam belli habebant, in suis terris pingi fecit sub *Semisolio sedentes, veluti si quæ egisset, in os suum reciperent.**

**SEMISONARIUM**, *Dimidium obsonium capientes.* Ita Ugutio MS. forte leg. *Semiobsonarii*.

**SEMISPATIUM**, Isidoro lib. 18. cap. 5. Papiæ et Joan. de Janua : *Gladius est a media longitudine spathe appellatus.* Gloss. Theotisc. : *Semispadium, sahs.* Vegetius lib. 12. cap. 15 : *Gladios majores, quos Spatham vocant; et alios minores, quos Semispatham.* Lex Burgund. tit. 37 : *Quicun-*

*que spatham aut Semispadium eduxerit ad percutiendum alterum, etc.* Chronicon Fontanellense cap. 10. vel 11 : *Erat autem de secularibus Clericis, gladioque, quem Semispadium vocant, semper accinctus, sagoque pro cappa utebatur.* [Male *Semispadium* editum ex eod. Chron. apud Acher. tom. 10. Spicil.] Ex his emendandum Capitulare Pipini Regis Italiæ apud Steph. Baluzium cap. 36. [\* Pertz. ann. 786. cap. 7.] : *Et caballos, arma, et scutum, et lanceam, spatam et Senespasium habere possint.* Ubi legendum *Semispadium*.

\*\* **SEMISPHERA**, Aldhelmi Grammat. apud Maium Anct. Classic. tom. 5. pag. 553 : *Hemispherium, Semisphæra latina lingua intelligitur.*

† **SEMISSARE**, Dimidiare, bipartiri, apud Veget. lib. 1. cap. 28. et 38.

**SEMISSARIUS**, Dimidius. Chronicon Isidori Pacensis Episcopi ann. 731 : *Abderaman vir belliger in æra 769. anno Imperii ejus 12. Semissario, Arabum 113. etc.*

† **SEMISSARIUS**, Dimidia ex parte hæres. Florent. JC. D. lib. 30. tit. 1. leg. 116 : *A cohæredere vero Semissarius, duobus extraneis concurrentibus, non amplius tertia parte, etc.*

**SEMISSÆCLA**, *Dimidium sicii*, in Vita S. Wiboradæ apud Goldastum.

**SEMISSIS**. Gloss. Lat. Gr. : *Semissen, ἡμισείας, καὶ τὸ ἥμισυ τοῦ νομίσματος.* Ebrardus in Græcismo cap. 12 :

*Semis, dimidius, indeclinabile semper; Semis, Semissis, dicitur dimidius Poys.*

\* *Demi-temp* nostri appellarunt Partem mediam vel quartam *breviarum* ecclesiasticarum. Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 110. Chartoph. reg. ch. 249 : *La moitié d'un breviaire, qui est appellé Demi-temp.* Inventar. bonor. ducis Bitur. ann. 1416. fol. 76. r<sup>o</sup>. ex Cam. Comput. Paris. : *Item ung volume de breviaire de Demi-temp, c'est assavoir du temps d'esté.*

\* **SEMISUMMISSARIUM**. Vide infra *Summissarii*.

**SEMITARIUS**, *Semita*, Hispanis *Sendero*, Gall. *Sentier*, in Charta Hispanica æræ 1016. apud Anton. de Ypez in Chron. Ord. S. Benedicti tom. 5. pag. 444. Charta Bernardi Vicecomitis Carcassone ann. 1108 : *De aquilone de ipso Semitario, qui vadit ad ipsos molendinos.* Tabularium S. Andreae Viennensis : *De duos latus terra de ipsa hæreditate, in uno fronte, Semitario vicinabile, in alio fronte, etc.* Alibi : *In alio fronte Semitario via vicinabile.* [Vide infra *Sinitarius*.]

† **SEMITAS**, Imperfectio. Vide *Semus*.

† **SEMITRIA**, Duo et dimidium. Mirac. B. Kingæ tom. 5. Julii pag. 753 : *Infantem nomine Adalbertum... Semitrium annorum, etc.* Quæ loquendi ratio apud Septentrionales usitatissima est, teste Sollertio in Notis ad hunc locum. Vide *Dimidius*.

† **SEMIVECORS**, *Minimus a vecorde*. Gloss. Isid. Emendandum ex Papiæ, *Semivecors*, minus *hubens cor*, ut monet Grævius. Vide *Semicors*.

\* **SEMIVIGILARE**, Intervigilare, Gall. *Etre à moitié éveillè*. Lit. remiss. ann. 1355. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 367 : *Cum idem Robertus jam dormitaret vel Semivigilaret, iterum audivit tumultum, etc.*

† **SEMIVIVUS**, Vox contemptus usurpata a Burchardo in inscriptione epistolæ ad Ottonem, apud Mabill. tom. 3. Annal. pag. 619 : *Summæ post Deum majestatis dominis meis, regnum æternum Burchardus abbas Semivivus.*

\* **SEMIUSATUS**, *Semiusatus*, *Semitritus*, vulgo à *demi usé*. Invent. bonor. Joan. de Madalhano ann. 1450 : *Invenimus... quamdam culcitram Semiusatam plenam plumis, unum pulvinar Semiusatam, cum pluma que est intus.* Aliud. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. : *Item plus duo linteamina Semiusa ejusdem telæ borgesie.* Vide *Usare*.

† **SEMMINIA**, Instrumentum esse videtur in sacrificiis adhibitum, puta culter quo mactabatur porca. Odo in Carm; de varia Ernesti Ducis Bavar. fortuna apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 359 :

*Rusticus agricolæ Cereri parat exta rucotis Semminia porcæ, sæda bove sacra piatur Tellus, etc.*

**SEMNISTES**, pro *Symmistes*, ex Gr. *συμμίτης*. Passio S. Bercharii apud Camusatium pag. 69. de S. Nivardo Archiepisc. Remensi : *Eo gravi sopore deprimitur, ut omni protinus eundi facultate proscriptus, Semnisten suum B. Bercharium inclamarat, etc.*

**SEMNIMUM**, ex Gr. *Σεμνείον*, Monasterium, in quo *venerandi* degunt Monachi. Glossæ antiquæ MSS. et Gloss. Lat. MS. Reg. cod. 1013 : *Semnium, Monasterium, sive honestorum conventiculum.* Perperam *Scimnium*, apud Papiam. Lexicon aliud Gr. MS. Reg. cod. 2062 : *Σεμνείον, Μοναστήριον.* Joan. Hieros. de Instit. Monach. cap. 36 : *Diruentes eorum Semnium antiquum, ædificaverunt huic primæ virgini Deo dicatæ capellam, etc.* Occurrit præterea in Vita B. Agnetis de Bohemia n. 6. Suidas : *Φροντιστήριον, διακονική, ἢ μοναστήριον, ἔπερ οἱ Ἄπτιχοὶ σεμνείον καλοῦσι.* Nicephorus CP. in Breviar. pag. 16. i. edit. : *Μετὰ δὲ ταῦτα Κρίσπον εἰς τὸ λεγόμενον τῆς Χώρας περιεργεσθαι σεμνείον.* Philo lib. περὶ βίου θεωρητικῷ : *Ἐκάστῳ ἐστὶν οἴκημα ἱερὸν, ὃ καλεῖται σεμνείον καὶ μοναστήριον, ἐν ᾧ μονάζουσι τὰ τοῦ σεμνοῦ βίου μυστήρια τελούσται.* Nicetas in Isacio lib. 1. n. 10 : *Εἶτα τέμνον τοῦτο ἄγιον ἦν, εἶτα σεμνείον ἱερὸν.* Vide Constantinum Manassem pag. 167. 180. edit. Meursii, [et Gloss. med. Græc.]

**SIMNIO**. Vita S. Boniti Episcopi Arverno. cap. 10 : *Quo cum pergens Solemniacense tenus pervenisset Simnionem, hoc est Monasterium.* [Bollandus legit *Symnionem*.]

1. **SEMO**, *nis*, quasi *Semihomo*, Ugutioni. Martiano Capella : *Quosque Semideos, quosque Latine Semones dicunt.*

\* 2. **SEMO**, **ONIS**, Gall. *Hazar*, in Glosar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120.

\* Gallicum *Semon*, quod unica voce scribi solet, quodque in quibusdam provinciis *Ita certe*, vulgo *Oui vrainent*, significat, distinctis vocibus *Se ay mon* scribitur in Lit. remiss. ann. 1400. ex Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 109. ubi quis illum, qui baculo ad faciem percussus fuerat, sic alloquitur : *Ou t'en va, ribaux, tu en as.* Cui ille respondet : *Se ay mon voirement, et adonques se partirent.* Unde vox *Compte*,



aut alia similis hic subintelligi videtur; quasi diceret, *Siay mon compte, mon affaire*, Satis est, sufficit.

† **SEMODIALE**, **SEMODIALIS**, **Semimodius**, *Deni muid*; item Mensura agraria, ager seu terra semimodii sementis capax. Vide in *Modius*. Charta ann. 790. apud Mabill. tom. 2. Annal. pag. 714. col. 1: *Similiter dedimus nos... terram nodiorum IX. et Semodiale*. Chron. Farsense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 480: *Nona (terra) modiorum II. et Semodialis; decima modiorum II. et Semodialis; duodecima et decima tertia Semodialis unius*. Vide *Semodius*.

† **SEMODIATA**, Idem quod *Semodiale*, Ager *semimodio* constans. Modius vero, ut videre est in hac voce, pro variis regionibus variæ fuit capacitatis. Charta ann. 899. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occit. col. 41: *In pago Biterrensi in villa Lanatis dono campum unum habentem Semodiatam unam, etc.* Charta ann. circ. 1063. ex majori Chartul. S. Victoris Massil. fol. 91: *Donaverunt unam Semodiatam de terra culta, etc.* Chartul. Eccles. Aptensis fol. 50. vº: *Dono... Semodiatam unam de terra, et iuxta villam Semodiatam de vinea unam. Semodiata de vinea*, in Charta ann. 1027. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 173. *Semodiata vineæ*, in Tabul. Gellon. ann. 1033. *Semodiata de terra*, in Tabul. Conchensi in Ruthenis Ch. 32. *Semodiata de vinea*, in Tabul. S. Victoris Massil. Vide *Modiata* in *Modius*.

† **SEMIDIUS**, **Semimodius**. Vide *Semodiale*. Charta an. circ. 1097. ex Chartul. Eccl. Aptensis fol. 34: *Et de præsentis vino quod egredietur de vineis dono Semodium ad opus predictæ ecclesie*. Chartul. Bituric. fol. 160: *Dono etiam decem modios de vino cum tonna, et unum Semodium de frumento*. Adde Chartul. Matiscon. fol. 89. Gloss. Lat. Græc.: *Semodium*, ἡμυδίων. *Semodius*, ἡμυδιώνων. MSS. Sangerman. *Semimodium*. Vide *Modius* 2.

† **SEMOLLA**, Italis *Semola*, Furfur, vel grani genus. Statuta Astens. ubi de *Intratis* portarum: *Semolla solvat pro quolibet rubo lib. I. sol. 10*. Vide *Semuncium*.

† **SEMONCIA**, Invitatio, a Gall. *Semonce*. Statuta Eccl. Autiss. MSS: *De invitationibus seu Semonciis in quinque anni festivitibus. Anno Domini 1456. statutum fuit quod si canonici... non receperint unum chorarium vel plures, si fuerit opus, ad invitationem, non habeant quinque solidos*. Id moris fuit in Ecclesia Autissiodorensi, ut quilibet Canonicus præcipuis anni festivitibus alicum e Chorariis ad mensam invitaret: qui usus hodie ad pueros symphonicos tantum manet: unde canonicus qui ex ordine id præstare debet *Etre en Semonce* etiam nunc dicitur. *Semondeuses*, apud Autissiodorenses nuncupantur mulieres quæ ex officio parentes vel amicos defuncti ad illius funus domesticatim invitant. Vide in *Submonere*.

\* **SEMONERE**, **SEMONTIO**, pro *Submonere*, *Submonitio*. Charta Manas. episc. Aurel. ann. 1163. ex Chartul. Micicac.: *Nisi infra quindecim dies ablata restituerit et ad satisfactionem venerit, ipsius assensu et re-*

*quisitione, sine alia Semonitione, inter excommunicatos eum nominamus*. Alia Buch. de Magduno ann. 1179. ex eod. Chartul.: *Si dominus Firmitatis Abreni... negare voluerit se ad redimendum quagium Semonitum non fuisse, ille qui Semonitionem fecit in burgo S. Mariæ, coram priore, jurabit se submonitionem fecisse*. *Semonius*, *Submonitus*, in Lit. ann. 1231. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 550. *Semonche*, pro *Semonce*, in Ch. Joan. vicedom. Ambian. ann. 1300. ex Chartul. 23. Corb. Vide *Semontio*.

**SEMONTUS**, Marculfus lib. 1. form. 35: *Juxta quod propriorem etiam præceptionem nostram erga se perhibentes, Semonitum propriam stabilitatem decrevimus roborare*. [Leg. divisio vocibus *Se munitum*, uti edidit Baluzius.]

† **SEMONTIO**, **Monitio**, a Gall. *Semonce*. Charta Manassis de Garlanda Episc. Aurel. ann. 1164: *Si quis autem filius discordiæ... contraire voluerit, post ternam Semonitionem... sententia excommunicationis nuletetur*. Vide in *Submonere*.

**SEMORARI**, **Seorsim morari**, **Degere**. Vita S. Landelini Abb. Crispiniensis cap. 7: *Non longe ab eodem loco secedens, sequstrata mansione Senoratur*.

\* **SEMOSA**, **Monitio**, **citatio**, Gall. *Semonce*. Lit. ann. 1356. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 182. col. 2: *Quia evocati ad Semossam excellentissimi principis domini comitis Armaniaci,.... litterarie factam ad diem Jovis proxime, ad comparandum Tholosæ, etc.* Aliud vero sonat vox Gallica *Semosse*, in Libert. villæ de Tannay ann. 1352. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 59. art. 2: *Toutes corvées de genz et de bestes, que li habitant de ladite ville... paient à yeulz (seigneurs), ou autres personnes à leur volenté, bestes et Semosses, par quelque maniere que ce soit, sont et seront quictes et adnichilées à tousjours mais*. Ubi forte legendum *Bestes de somme*. Vide in *Sagna*.

\* **SEMOSTA**, idem quod *Semossa*. Charta ann. 1334. in Reg. 71. Chartoph. reg. ch. 109: *Thesaurarius prouisit nomie regis in se statim assumere ad simplicem Semostam (sic) ipsius magistri Guillermi aut suorum et eas (controversias) prosequi in judicio et extra*.

**SEMOTARE**, **Semovere**. Vita S. Aicadri Abb. Genetici. cap. 29: *Quos enim sancta Caritas copulavit in sancto Dei servitio, longus terrarum sinus non poterat Senotari pro ullo exigente periculo*.

† **SEMOTIM**, **Seorsim**, **separatim**. Leges Ludovici Imper. [\*\* cap. 17.] apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 129: *Si quis alienam sponsam rapuerit,.... cum lege sua eam reddat, et quicquid cum ea tulerit, Semotim unam- quaque rem secundum legem reddat*. Index vet. Canon. inter Conc. Hispan. tom. 3. pag. 9: *Non licere diaconibus Semotim populos colligere*.

† **SEMOTUS**, **nude** pro **Defunctus**, **mortuus**. Appendix ad Chron. Episc. Metens. apud Acher. tom. 6. Spicil. pag. 673: *Ipsa Semoto (Jacobus Episcopo) plaga pestilentie non reliquit (patriam)*. Pro *Exhæredatus* occurrit in Cod. Theod. leg. 4. de Legit. hæredit.

**SEMPECTÆ**, in Regula S. Benedicti cap. 27. dicuntur *seniores sapientes fratres*: maxime qui quinquaginta annos in ordine exegerant, (quos annum jubilæum exegisse vulgo dicimus), quibus eo nomine major indulgentia tribuebatur, ab omnibus oneribus cætera immunes. Dividebant enim totum conventum in tres gradus, quorum primus erat *juniorum*, qui usque ad annum 24. professionis omnia onera chori, claustrii, et refectorii subibant: quippe in Monasteriis, *non ætas quæritur, sed professio*, ut est in Regula S. Pachonii cap. 3. Alter eorum erat, qui 24. annos a sua conversione exegerant; qui per 16. annos sequentes medium gradum tenebant: *Atque hi absoluti erant ab officiis parvis Cantariæ, Epistolæ, Evangelii, et aliis minoribus laboribus*. Hos, ut ætatis perfectæ, et consummati iudicii Monachos, potissimum spectabat *magnitudo negotiorum, et providentia consiliorum, ac totius loci sollicitudo*. In tertio gradu erant, qui 40. annum attigerant usque ad quinquagesimum, peculiari nomenclatura *Seniores* appellati. Excusabantur porro ii ab omni officio forinseco, scilicet Provisarii, Procuratoris, Cellarii, Eleemosynarii, Coquinarii, etc. tanquam *militæ emeriti, qui portaverant pondus diei et æstus in servitio Dei, et pro statu Monasterii sui carnem et sanguinem suum expenderant*. Hos denique excipiebant *Quinquagenarii*, qui scilicet 50. annos in ordine exegerant, quibus, ut diximus, omnimoda immunitas concessa erat, *Sempectæ* nuncupati. Hos Monastici ordinis gradus pluribus explicat ac describit Ingulfus pag. 886. ubi de *Sempectis* hæc habet: *Quinquagenarius autem in ordine Sempectæ vocandus, honestam cameram in infirmitorio de Prioris assignatione accipiat, habeatque Clericum seu gartionem suo servitio spectaliter attendentem, qui exhibitionem victualium recipiet de parte Abbatis, modo et mensura, quibus ministratur gartioni unius armigeri in Abbatis aula*. Hæc *Sempectæ unum fratrem juniorem commensalem, tam pro junioris disciplina, quam pro senioris solatio, Prior quotidie assignabit, etc.* Pag. seq.: *Sempectas autem Monasterii, qui verbo vitæ ipsum ad Dei servitium genuerant, semper in summa veneratione habeat, etc.* Mox: *Cumque primus predictorum Sempectarum et ætate decrepita, et ordinis conversione diuturna cæteris multo senior, etc.*

Occurrit præterea hæc vox non absque mendo, et alia notione, apud Ordericum Vitalem lib. 8. cap. 11. pag. 624: *Hoc advertentes Cenomani valle lætati sunt, et majorem ei metum \* Sempectas incusserunt*. Loquitur de juniore Comite Cenomanensi, qui, despectum se a subditis et exosum, sciens, fugam meditabatur. Ubi indubie *Sempectæ* legendum, ut omnino intelligantur Comitibus *συμπάκται*, *Collusores*, sodales, socii, quibuscum familiariter versabatur. Nam *Quinquagenarios Monachos Sympectas*, appellatos admodum vero simile est, non quod ipsi *Sympectæ* essent, sed quod ad ætatis provectoris solatium darentur eis *συμπάκται*, seu juniores Monachi, qui eis ministrarent, et cum iis mensæ assiderent, ut exerte scribit Ingulfus: quomodo ejusmodi seniorum Monachorum *συμπάκται* habet



Palladius in Hist. Lausiaca cap. 24. 83. quos *Collisores* vertit vetus Interpres cap. 24. unde liquet, ab Ægyptiis et Orientis Monachis id vocabuli acceptum.

Probabilissima tamen videtur vocis *Sempetæ* interpretatio, quam ad mentem Ingulfi exponit Vir eruditus: mirum nihilominus est *Sempetæ* nuncupatos, non iuniores qui eo nomine designandi erant, sed seniores quibus ad solatium ii concedebantur. Ut ut est aliud sonat *Sempetæ* in Regula S. Benedicti: eo quippe loci de excommunicatis sermo est, quibus Abbas fratres submittit, qui iis consolationem exhibeant; unde *Sempetæ* hic intelligi sodales, socios seu familiares, qui amicum facilius ad meliorem frugem adducere valeant: qui tamen, ut vult S. Benedictus, inter seniores sapientes potissimum eligendi sunt. Vide Menardum in Concordia Regul. et Martenii Commentar. in Regul. S. Bened. pag. 378.

† *SEMPETÆ*, in Vita S. Jacobi Eremit. sæc. 4. Bened. part. 2. pag. 151: *Init consilium cum Sempetis fratribus, etc.* Varie effertur hæc vox in Codd. MSS. *Senipeta, senpecta, stinpecta* vel *symppectu*: quod argumento est vocis etymon non percepisse librarios.

† *SEMPER*, Tamen, *Toujours*, eadem notione, Galli dicimus. Charta Henrici IV. Reg. Angl. ann. 1403. apud Rymer. tom. 8. pag. 331: *Ita Semper, quod arcus, sagittas... vobis reddant.*

\* Hinc Italicum et Gallicum *Sempre*, pro vulgari *Toujours*. Gesta Briton. in Ital. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1466:

Alons toujours de çj, de çã,  
Et Dieu Sempre nous aidera.

*SEMPER-BARO*, [Qui a nullo feudum habet; sed alii ab ipso tenent.] Vide in *Buro*.

*SEMPITERNALITER*, in Vita S. Isidori Episc. Hispalensis num. 11. [\* *Sempiternalis* e veter. Bibl. apud Maium in Glossario novo.]

*SEMPITERNITAS*. Utitur Claudianus Mamertus lib. 1. de Statu animæ cap. 3. lib. 2. cap. 1. [Peregrinus in Speculo Virg. MS. Carolus C. in Charta confirmat. privileg. Corbeiens. apud Acher. tom. 6. Spicil. pag. 408. etc.]

† *SEMUNCLUM*, Grani species. Chron. Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 545: *Et pro solidis XII. concessit in villa S. Viti de casule S. Dominici ad quartam omnium frugum, excepto panico et Semunco, et musti mundi tertiam, et olivarum medietatem.* Vide *Semollu*.

\* Academ. Crusc. *Semolino*, piccol seme.

† *SEMUNIA*. Vide infra *Sennuniu*.

*SEMUS*, Imperfectus, non plenus, non plenus. *Illud enim*, ait Ugutio, *Semum est, quod ultra medietatem, et citra perfectionem est.* Unde *Semitas*, et *Semo*, us, i. imperfectum facere, aliquantulum diminueret, et evacuare. *Quidam*:

Samam, Semi-Deus; stemus, flemus quoque Semo.

Gloss. Lat. Gr.: *Semum*, ἡμίκενον. Vetus interpres Iuvenalis ad Sat. 6: *Semestrus autem Lunu dicitur, cum mensis medium permensa est spatium: aut Xemum*

(leg. *Semum*) dicit, cui, ut plena sit, parum admodum deest. Formulæ veteres Pithæi MSS. cap. 36: *Concessimus tibi olca, in villa nostro illa, quam illa femina quondam tenuit, et dum requisimus, quod absa esset et Sema, concessimus tibi, qui subjungit ab uno fronte, etc.* Joannes Laudensis in Vita S. Petri Damiani Cardin. cap. 5: *Dimidio tantum palmo vas Semum invenerunt.* Ita præferunt tres MSS. ut observat Henschenius. [Obituar. MS. Eccles. Morin. fol. 2: *Item in omnibus obitibus tam burse obituum, quam fabricæ... sive a remanet, sive plenis, sive Semis, fabricu percipit in quolibet 11. sol. 6. den.*]

*SEMUS*, Mutilatus, qui non integro est corpore. Lexic. Gr. MS. Reg. Cod. 2062: *ῥινόσπιμος, τὴν κόμην ἀνάδρατος, ἢ τὴν ῥίνα σπυζ, καὶ παρζός.* Naso mutilatus, simus: *ἀνομήκτις*, pro *ἀνομήκτις*, in Nomocanone, seu Pœnitentiali tom. 1. Monumentorum Ecclesiæ Græcæ, cap. 94. Concilium Aurelian. III. cap. 6: *Ne aut duarum uxorum vir, aut renupte maritus, aut pœnitentiam professus, aut Semus corpore, vel qui publice aliquando irreptus est, ad supradictos ordines provehatur.*

*SIMARE*, pro *Semare*, Mutilare. Capitula ad Legem Alamannor. edit. Baluzianæ: *Si quis auriculam Simaverit, solvut sol. 20. si totum excusserit, aut si plagaverit, ut audire non possit, solvat sol. 40.* Vide *Secuus*, *Sentus*, *Scenatio*.

† *SEN*, i. e. Jerusalem. Vide *Passivæ*.

† *I. SENA*. *Lania* vel *Sena* in *Isaia*, *Genus monstri*. Papias.

\* *2. SENA*. *Fluvius*, idem qui infra *Sienna*. Vide ibi. Bulla Eugen. PP. III. ann. 1146. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 240: *Moltam Buinoldevilla, medietatem piscariæ in Senu fluvio, etc.* Occurrit rursus in Charta ann. 1319. ibid. col. 273.

\* *3. SENA*, pro *Scena*, vel *Senus*, pro *Scenicus*. Charta Phil. V. ann. 1319. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 66: *Si vero clericus esse noluerit, vel bigamiam incurrit, aut Senis se immiscuerit, volumus.... ac decernimus, quod... in servitutum pristinam redigatur.*

† *SENACULUM*, Jurisdictio Curialium, seu locus ubi conveniebant. Leg. Mechlin. tit. 1. art. 13: *Opifex a censoribus sui collegii ad multam aliquam aut peregrinationem damnatus, potest de ea re conqueri in Senaculo Consulium et Duodecim-virulium judicium.* Rursus art. 18: *Omnis autem citatio sive ad tribunal Prætoris, sive ad Senaculum, sive ad Consules a publico viatore obiri debet.*

† *SENACULUM*, pro Mulierum senatu seu conventu, apud Lamprid. in Heliogabalo: *Fecit et in colle Quirinali Senaculum, id est, Mulierum senatum, in quo unte fuerat conventus matronalis solennibus duntaxat diebus.*

† *SENAILLIA*, Sementis, Gall. *Semaille*, rusticis Dombensibus etiam hodie *Senaille*. Charta MS. ex Advers. D. Aubret: *Terra continens Senailliam decem bichetorum.* Vide *Seminaliu*.

† *I. SENALE*, *Funis* cum quo caricatur, *servit etiam arbori*. Gloss. Fr. Barberini ad *Docum. d'Amor*. edit. Ubaldini pag. 258. Informat. pro Passagio transmar. ex Cod.

MS. Sangerm. : *Pro minuendis Senalibus, etc.*

\* *2. SENALE*, ab Italice *Segnale*, Signum, quo aliquod venale indicatur, Gall. *Enseigne*. Bulla Greg. PP. in Lib. nig. 2. S. Vulfr. Abbavil. fol. 9. vº: *Senulia in canibus Abbatisvillæ, etc.* Ubi aliæ Chartæ de eadem re habent *Signale*. Vide iu hac voce num. 2. Huc fortasse pertinet vox Gallica *Senage* ex Charta ann. 1262. in Chartul. M. nig. Corb. fol. 181. vº: *Les entrées et les issues de Forcheville et de tout le tereoir, et forages, et cambages, et Senages, etc.* Ubi præstatio, ut opinor, pro facultate apponendi ejusmodi signum, significatur.

† *SENAPE*, *SENAPIUM*, Sinapi. Codex censualis Irminonis Abb. Sangerm. fol. 84: *De Senape sestarium unum.* Comput. Vienn. ann. 1324: *Cellerarius de Cremiuco ait suam receptam consistere in Senapium, cera, gallinis et denariis.*

\* *SENAPERIUS*. Inquisit. an. 1268. ex sched. Pr. de Muzaugues: *Pignoravit ibi Gorgolam de Arclate de una peirola, et una capa, et de uno cippo fusteo Senaperio.* Sed legendum prorsus *Henperio*. V. *Hunupus*.

*SENARA*. Charta Henrici Comitis Portugalliæ apud Brandaon. tom. 3. pag. 281. vº: *De stabilitate vestra, et foro, atque servitio nunquam faciatis vobis Senarum, et de predi de fossato non detis nobis plus quam quintam partem.* [Vide *Senhairare*.]

\* *SENAURIUM* vel *SENARTIUS*. Charta Andr. reg. Hungar. ann. 1214. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 20: *Præterea contulit collectum ponderum et liberorum Senauriorum de hominibus, in cunctis illis ecclesie atinentibus.* Ubi de tributo, quod ex ponderibus et mensuris provenit, agi videtur.

† *SENASCALLIA*, pro *Senescallia*, in Aresto Parlam. ann. 1394. apud Menester. Hist. Lugdun. pag. 73. Vide in *Senescalcus*.

† *SENATIO*, Herbae genus. Matth. Silvaticus: *Olus ayque, id est, Senationes, vel cressones.* Vide *Cresso*, et *Senecio* 2.

*SENATORES*, Nobiles, ex Senatorio et Nobilium ordine. Nam, ut ait Gregor. Nazianzenus orat. 18. in S. Cyprian. *Μέγιστον εἰς εὐγενείας ἀπόδειξιν συγκλήτου βουλήν μετρούσι.* Ex ordine *Senatorio*, in leg. 10. Cod. Th. de Malefic. (9. 16.) *Senatorii seminis homo*, apud Sidonium lib. 1. Epist. 6. Vita S. Nicetii Archiep. Lugdun. : *Natus erat ex Senatorio genere.* Eucherius lib. de Contemptu mundi: *Clemens vetusta prosapia Senatorum.* Aigulfus Episcopus Metensis, apud Paulum Diacon. *ex nobili Senatorum familia ortus.* Gens *Senatoria*, apud Gregorium Turon. de Gloria Confess. cap. 65. Idem lib. 2. Hist. cap. 2: *Seculi dignitatem nobilitate Senatoria florens.* Lib. 10. cap. 31: *Eufronius Presbyter ordinatur Episcopus, ex genere illo, quod superius Senatorium nuncupavimus.* Et de Vitis Patrum cap. 20: *Genere non quidem Senatorio, ingenio tamen.* Fortunatus lib. 4. Poem. 17:

Hic puer Arcadius veniens de prole Senatus.

Acta Martyrii S. Vasi Santonenensis n. 1: *Vasius, ortus genere Senatorio.* Vita S. Aniani Episcopi Aurelianensis: *Vir nobilissimus ex genere Senatorum Tetradius.* Vita S. Firmini Confessor. Episcopi Am-



bianensis : *Ex genere Senatorio, Fuustini a B. Firmino Martyre baptizati filius. E, vel ex Senutoribus, non semel ortum duxisse dicuntur viri nobiliores, apud eum.* Gregorium Turon. lib. de Gloria Confesa. cap. 42. 106. lib. 1. Hist. cap. 39. lib. 2. cap. 13. in Vita S. Maurilii cap. 12. in Vita S. Præjecti, etc.

Ita Nobiles ipsi *Senatores* passim appellantur apud eundem Gregorium Turon. lib. 1. Hist. cap. 29. *Senatores vel reliqui meliores loci, urbis scilicet Bituricensis.* Lib. 2. cap. 15 : *Multi tunc filii Senatorum in hac obsidione dati sunt.* Et cap. 20 : *Eucherius Senator.* Idem lib. de Gloria Confess. cap. 42 : *Apud Custrum Divionense quidam ex Senutoribus, etc.* Lib. de Vitis Patrum cap. 4 : *Post peractam igitur stragem cladis Arvernæ, unus ex Senatoribus Comitatum urbis illius agens, etc.* Idem de S. Lusore : *In Dolensi autem Biturigi territorii vico Beatus Lusor Leocadii quondam Senatoris filius. S. Hilarius Senator, in Chronico S. Benigni.* Epitaphium Perpetui Episcopi Turon. :

Clarus avis, atavisque potens fuit, atque Senator.

Vide Braulionem in Vita S. Æmiliani cap. 15. 17. 22. Sed et sub secunda Regum stirpe *Senatorum* nomenclatura, Proceres intellecti. Hincmarus de Ordine palatii cap. 34 : *Proceres vero prædicti sive in hoc, sive in illo placito, quin et primi Senatoris regni, ne quasi sine causa convocati viderentur, etc.*

Jam vero qui fuerint *Senatores* isti, non omnino constans est doctorum sententia, quanquam probabilis admodum videtur Ambrosii Moralis ad Vitam S. Eulogii conjectura, ubi censet ita appellari ab illorum temporum Scriptoribus, qui ex antiqua Romanorum stirpe essent prognati, Senatorum forte Romanorum, qui e Provinciis in Senatum allecti fuerant. Constat enim temporibus Augusti infinitos propemodum ex Provinciis, præsertim Narbonensi, in Curiam allectos : unde natum scomma : *Galli braccas in Curia deposuerunt, latum clavum sumpserunt.* Atque hi quidem tanta apud Principem gratia valuisse dicuntur, ut Galliæ Narbonensi, ob egregiam in Patres reverentiam, datum fuerit, ut Senatoribus ejus Provinciæ, non exquisita Principis sententia, res suas invisere liceret : cum cæteris, Constitutione Augusti, sine comætu jus abundi non esset, ut liquet ex Tacito lib. 12. et Dione lib. 52. Claudius Imperator in Oratione super civitate Galliis danda, de Vienna : *Ornatissima ecce colonia videntissima Viennensium, quam longo jam tempore Senatores huic Curie confert.* Atque inde dictam *Viennam Senatoriam* plerique opinantur. *Senatores* porro ejusmodi e Provinciis delectos, *Peregrinos* vocat Capitolinus in Philosopho, de quibus etiam Plinius lib. 6. Epist. 19. qui, ut est apud eundem Capitolinum in Pertinace, initio, fere nunquam Romam viderant. Ex quo licet conicere, quamplurimos in Provinciis populi et Imperii Romani, hac donatos dignitate, a quibus in posteris transmissa postmodum, ita ut *Senatores* universim perinde appellarentur, qui ab iis originem ducerent, qui primitus *Senatores* dicti fuerant, adjecta interdum Ro-

mani Senatus nota, ut ab civitatum aliarum Senatoribus distinguerentur, quorum longe inferior erat nobilitas. Ita Spartianus de Adriano Imperatore, qui natales ab Hispaniensibus arcessebat : *Avus ejus Marcellinus, qui primus in suo familia Senator populi Romani fuit.* Et Trebellius Pollio in Vopisco : *Victorinu Tetricum Senatorem populi Romani ad Imperium hortata est.* Sic Aurelius Victor in Pio, et alii : e nostris vero, seu recentioris paulo ævi Scriptoribus, Avitus Viennensis Episcopus Epist. 31. de se : *Quasi Senator ipse Romanus, quasi Christianus Episcopus obtestor.* De quo, Ado Viennensis : *Avitus Viennensis Episcopus, et ejus frater Apollinaris, Valentia Episcopus, ... Isicium Senatoris primum viri, postea Viennensis Episcopi, duo lumina, clarissimi filii.* Gregorius Turonensis lib. de Gloria Confess. cap. 5 : *Audientes autem Senatores urbis (Arvernæ,) qui nunc in loco illo nobilitatis Romanæ stemmate refugebant, etc.* Infra : *Quia Senatores Arverni veniunt in occursum tui.* Fortunatus lib. 4. Poem. 10. de Leontio Archiepiscopo Burdegal. :

Nobilitas altum ducens ab origine nomen,  
Quale genus Romæ forte Senatus habet.

Adde eundem lib. 4. Poem. 5. Vita S. Thuribii Episcopi Cenomanensis n. 2 : *Vir venerabilis, et Romanæ nobilitatis insignis.* Auctor Vitæ S. Desiderii Episcopi Cadurcensis cap. 16 : *Præcipue Bobila Senatrix Romana, A.... quondam relicta, multa rerum suarum Ecclesie ejus, nec non Monasteriis contulit.* Vita S. Boniti : *Inclita Boniti progenie Arvernica urbis oriundus fuit, cujus pater Theodatus, mater vero Siagria vocitata, e Senatu Romano duntaxat nobili prosapia.* Vita S. Calminii Ducis Aquitanie : *Processit et Romanæ Lux claritatis, et claris parentibus oriundus, et natalium sinceritate resplendit, ut ex Senatorio ordine trahens nobilitatis originem sanctis moribus sequeretur, et exprimeret in seipso Senatorium dignitatem.* Eam porro Senatorum Romanorum in toto orbe Romano multitudinem innuit Athalaricus apud Senatorem lib. 8. Epist. 19. Senatum alloquens : *Antiquitas vos fecit nobiles haberi, nos Senatum volumus etiam de numerositate prædicari.*

Ex his proinde colligitur, quos *Senatores* in Provinciis, vel in civitatibus memorant Scriptorum, non alios fuisse a Senatoribus ejusmodi Romanis, quos *Peregrinos* appellatos innuimus, non vero ex civitatum ipsarum Senatoribus, seu Curialibus. Gregorius Turon. lib. 3. cap. 17. de Francillone Episcopo Turon. : *E Senatoribus ordinatur Episcopus, civis Pictavus.* Ita idem Scriptor Galliæ *Senatores* non semel memorat. Lib. 1. cap. 29. de Leocadio : *Primus Galliarum Senator.* Lib. 2. cap. 21. de Sidonio Apollinari : *Vir secundum seculi dignitatem nobilissimus, et de primis Galliarum Senatoribus.* Et cap. 22. de eodem Sidonio : *Cum autem esset magnifice sanctitatis, atque, ut diximus, ex Senatoribus primus.* Idem de Vitis Patrum cap. 6 : *Pater ei nomine Georgius, mater vero Leocadia ab stirpe Vectii Epagathi descendens, ... qui ita de primoribus Senatoribus fuerunt, ut in*

*Galliis nihil inveniat esse generosius atque nobilius.* S. Ildefonsus in Epitaphio Nicolai avi :

Quisquis Romulidum fasces, clarumque Senatum  
Concelebrare cupis, quod veneris habes.

Paulus Emeritensis Diac. in Gestis Episcoporum Emeritens. in Paulo cap. 1 : *Tanta namque illis inerat copia rerum, ut nullus Senatorum in Provincia Lusitanie illis reperiretur locupletior.* Acta S. Fulgentii Episcopi Ruspensis : *Nobili secundum carnem genere procreatus, parentes habuit ex numero Carthaginensium Senatorum.* Alvarus in Vita S. Eulogii n. 2 : *Nobili stirpe progenitus, Cordubæ civitatis patritia Senatorum traduce natus.* Vita S. Honorati Arelatis Episcopi : *Senatoria et Consuluri familia natus, patria Arelutensis.* Lupus in Vita S. Maximini : *Maximinus urbis Aquitanie Pictavorum indigena, clarissimis est ortus parentibus; si quidem antiquam prosapiam, a majoribus Senatorii ordinis deductum, et ejus parentes sortiti, Maxentium atque hunc Maximinum procrearunt.* Ex quibus satis superque colligitur, non alios hæc præallatis locis indicari *Senatores*, quam Romanos, qui in Provinciis ad id fastigii ab Imperatoribus evecti fuerant, non vero civitatum *Senatores*. [Vide Valesium in Notit. Gall. pag. 59.]

Fatendum tamen ita etiam interdum dictos civitatum *Senatores*. Id quippe privilegii concessum fuit cæteris provinciis, quibus adscriptum erat jus Italicum, ut a propriis Magistratibus regerentur, qui iisdem dignitatibus seu Magistratum appellationibus gauderent, quibus Romæ cæteri Magistratus. Unde Ausonius Consulem se Burdegalæ jactat. Refert Strabo Gabalos, Auscios, Convenas, jure Latii donatos, seu, ut ipse alibi explicat, suis legibus et Magistratibus redditos fuisse : cui privilegio hoc amplius adjectum, ut post adeptum inter suos Magistratum, hi municipes inter cives Romanos adscriberentur, quod videtur indicare Strabo lib. 4. ubi de Nemausensibus agit. Unde elicitur, *Senatores* dictos, et qui in Curiam Romanam ex Provincialibus allecti erant, et qui in suis urbibus, quæ jure Latii gaudebant, Senatoriam dignitatem erant adepti. *Viennensis Senatus* meminit Avitus in Homilia de Rogationibus : *Cujus tunc numerosis Illustribus Curia florebat.* Exstat præterea in Spicilegio Aetheriano tom. 12. Testamentum Ephibii Abbatis ann. 3. Childeberti Regis (Christi 697.) confectum, in quo pariter *Senatus ex Senatorum urbis Viennensis* mentio fit : *Testamentum sororis nostræ, judicante Senatu in Vienna civitate residente, huic testamento nostro inseruimus.* Infra : *Quicumque contra hoc testamentum venerit, ut votum meum disturbetur, ne servis Dei alimenta, servitia et necessaria non præstentur, Senatorio judicio ad libras 400. auri in publico reddere compellatur.... Hoc testamentum..., ego Ephibius Abba manu propria roboravi, et Senatoribus universis, ut hoc ipsum roborarent jure petivi et rogavi. Senator Eulogius parens, Rufina soror, Deulphibus Senator, Contumacus Senator, Pelagius Senator, Leulinus Senator, etc.* Apud Vopiscum in Florianum habetur *Senatus am-*



plissimus *Trevirorum*. Apud Braulionem in Vita S. Æmiliani cap. 26. *Cantabria Senatus* mentio fit. [Petrus Mauricius Cluniac. in Epist. adv. Petrobusianos *Senatorum* urbis Tolosæ meminit.] In Vita S. Felicis Archiepiscopi Trevisensis, *Consules, Patricii et Senatores Urbis Trevisensis*, pariter occurrunt: ut in veteribus Inscriptionibus complures alii civitatum, Italiæ præsertim, *Senatus*, quorum indicem collegit Josephus Scaliger cap. 9. ad Gruterum. [Vide Valesium in Notit. Gall. pag. 605.]

Et hæc quidem antiqua erant privilegia; nam ante Cæsaris in Gallias adventum complures civitates senatoria dignitate gaudebant. *Eduorum Senatum* commemorat Cæsar lib. 1. de Bello Gall. *Senatum Remorum, sexcentos Senatores Nerviorum*, lib. 2. *Venetorum, Aulercorum, Eburorum et Lexoviorum Senatum*, lib. 3. *Senatum Senonum*, lib. 5. *Senatus Bellocacum* meminit Hirtius lib. 8. Hæc post Valesium in Notit. Gall. pag. 59.

Quo vero a Senatoribus isti provincialibus discernentur Senatores Romani, Scriptores addere solebant, *Populi Romani*, vel *Romani*, vel *Urbis*, ut observatum est a Casaubono ad Spartianum in Hadriano.

Senatores verò *Nobiles* unice appellatos, ut *Nobilitatem*, pro *Senatu* usurpari apud Victorem Schotti, docuit Salmasius ad Capitolinum.

SENATRIX, Nobilis femina, ex genere Senatorio orta. Vita S. Desiderii Episc. Cadurc. cap. 16: *Bobila Senatrix Romana*. Vita S. Apollinaris Episcopi Valentia: *Arctantania Senatrix propinqua sua invitante, Massiliensium nos vota suscipiunt*. [Maximilla Senatrix, in Actis S. Mammarii apud Mabill. tom. 4. Analect. pag. 103.] Ita hanc vocem usurpant Auctor Vitæ S. Lupicini Abbatis Jurensis n. 10. Hariulphus lib. 1. Chronici Centulensis cap. 11. Historia Trevisensis pag. 208. Vita S. Innocentii Episcopi Dertonensis n. 9. Vita MS. S. Tarpetis, etc. S. Augustinus de Moribus Eccl. Cathol. cap. ult. *Senatores utriusque sexus* dixit.

SENATORES, apud Britannos, seu Anglos, dicti, qui postea *Aldermanni*, voce composita ex *ald er*, Senior, et *man*, homo, Magnates, viri præcipui, uti in hac voce docuimus. Leges Edwardi Confess. cap. 35: *Olím apud Britones temporibus Romanorum in regno isto Britannie vocabantur Senatores, qui postea temporibus Saxonum vocabantur Aldermanni, non propter ætatem, sed propter sapientiam et dignitatem, cum quidem adolescentes essent, juris periti tamen, et super his experti*. Charta Kenulfi Regis Merciorum apud Will. Stanfordium lib. 2. Placitor. Coronæ cap. 28: *Consilio et consensu Episcoporum et Senatorum gentis sue largitus fuit dicto Monasterio, etc.* Vita S. Livini Episcopi cap. 2: *Erat quidam Senator Scottigena*. Vide Canones Hibernenses lib. 7. cap. 3.

\* SENATOR MILITUM, Munus militare proximum Præmicerii dignitati, ut ex S. Hieronymo observant docti Editores ad Epist. Eucherii de Passione SS. Mauric. et Socior. tom. 6. Sept. pag. 342. col. 2: *Qui (Mauricius) cum Exuperio, ut in exercitu*

*appellant, campidoctore, et Candido Senatore militum, accendebat, exhortando singulos et monendo fidem*. Forte aiunt laudati Hagiographi, qui militibus jus dicebat.

SENATOR, Dignitas suprema Romæ, Magistratus, qui toti populo Romano præerat, sequioribus scilicet sæculis. Lexicon Gr. MS. Reg. Cod. 2062: *Σενάτωρ, ὁ τῶν Ῥωμαίων ἡγεμὼν*. Observat porro Albericus in Chr. MS. ann. 1144. et ex eo M. Chronicon Belgicum pag. 159. Senatoriam dignitatem, quæ quodammodo extincta jacerat a temporibus Constantini M. a Romanis, sub Innocentio II. PP. Pontificatu rursus injectam, bellis inter eundem Pontificem et ipsos Romanos ferventibus, Senatore creato Jordano, filio Petri Leonis, cui fidelitatem et obsequium in omnibus præstitere. Lucius PP. apud Ottonem Frisingensem lib. 7. cap. 31. Senatoribus prius creatis, *Patricium* adjecisse Romanos scribit, hacque dignitate donatum Jordanum, cui tanquam Principi se subjecere, et omnia Regalia summi Pontificis tam intra quam extra urbem ad jus Patricii repoposcisse, *eunq; more antiquorum Sacerdotum, de decimis tantum et oblationibus sustentari oportere dicentes*. Andr. Dandulus in Chron. MS: *Contra hunc Romani Jordanum Senatorem et Patricium erigentes, urbe eum deturbant*. Petrus Alberici, ann. 5. Pontif. Alexandri II. PP. *Consulem, Ducem, atque omnium Romanorum Senatorem* se inscribit, in Regesto Casinensi apud Angelum a Nuce, et apud Ughellum tom. 1. pag. 1099. Abrogata mox Patricii dignitate ex pacto cum Eugenio PP. inito, ut est in M. Chronico Belg. pag. 170. perstitit sola Senatoria, summi Pontificis auctoritati obnoxia, usque ad annum 1194. Tum enim, ut scribit Rogerus Hovedenus, *cives Romani elegerunt 56. Senatores, et constituerunt eos supra se. Prius enim (addit ille) habebant unum solum Senatorem, qui cognominatus est Benedictus, carus homo, qui regnavit super eos 2. annis: et deinde habuerunt alium Senatorem, qui vocatus est Joannes Capuche, qui similiter regnavit super eos aliis 2. annis: in quorum temporibus melius regebatur Roma, quam nunc temporibus 56. Senatorum*. Ad hunc *Benedictum* referenda videtur inscriptio in basi Pontis Cestii Romæ literis rudibus atque inæqualibus exarata, apud Gruterum 160. 5: *Benedictus almæ urbis summus Senator restauravit hunc pontem fere dirutum*. Sed et hac ipsamet tempestate *Pandolphus de Sabuxa* hanc dignitatem obtinuit, cui successit est *Gregorius Petri Leonis Rainerii*, cum isti 56. Senatores electi sibi invicem non concordarent: sub quo, Joanne Capotio omnia turbante, Res Romanæ pessum iere, quod narrat Acta Innoc. III. PP. sub finem. Exhinc creati subinde *Senatores*, quorum Magistratus biennii erat. Sed anno 1237. procurante Friderico II. Imper. *creatus est alter Senator Romæ*, inquit Matthæus Paris, *ut duorum Senatorum prudentia et fortitudine duplicata, Romanorum insolentia comprimeretur, et consilii tutius pacificata urbs liberiusque regeretur*. Incertum tamen, an id diu obtinuerit, cum unicos Senatores nominent Scriptores, atque in iis *Joannem de Poli* hoc ipso ann.

1237. *Matthæum Rufum*, ann. 1244. et *Joannem de Cencio*, Matthæi successorem: Vincentius Armannus tom. 3. Epistol. et alii, *Raimundum Capizuccum*, ann. 1252. cuius moneta aurea haud ita pridem in æs incisa, in cujus antica stat Christus, librum læva tenens, stellulis circumdatus, cum hac Inscript. *VOT. S. P. Q. R. ROMA CAPUT MUNDI*. in postica, S. Petrus vexillum porrigit viro genibus nixo, cum veste Senatoria, et birreto in capite, et hac Inscript. *S. PETRUS SENATOR URBS*. In ima scuti parte visuntur insignia familiæ Capizuccæ, cum fascia transversali. Richardus de S. Germano in Chronico, *Brancaleonem de Bologna* ann. 1253. Matth. Westmon. hoc anno et 1259. Nangius ann. 1257. et Matth. Paris ann. 1252. *Lucam de Sabello*, patrem Honorii IV. PP. qui obiit dum esset Senator urbis, ann. 1266. ut est in ejus Epitaphio apud Waddingum ann. 1250. num. 58. Post hæc, eandem dignitatem obtinuit Manfredus Siciliæ Rex: quo in ordinem acto, Carolus Comes Andegavorum *Senator urbis Romæ* ad Vitam a Romanis electus est, anno 1263. Thierryus Valliscoloris in Urbano IV. de Carolo Andegavensi:

Ipsi mandavit quod penitus omne Senatus  
Jus acceptaret nempe salubre sibi.  
Qui sumens ex parte sui præmisit ad urbem,  
Sensibus electos ac probitate viros,  
Quos urbs magnifice Romana recepit honore,  
Sub diei Comitibus iudice jura tenens.

Anxit tamen Urbanum Pontificem, quod Senatoria dignitas ad Vitam Carolo concessa esset, ut testatur ejus Epistola ad S. Ludovicum Regem Franciæ, Caroli fratrem, scripta anno Pontificatus 3. quæ in Chartophylacio Regio servatur; qua Regem hortatur, ut fratrem ad eam relinquendam compellat, cum id consilii nunquam fuerit, ut ad vitam, sed ad tempus ei concederetur; sin' contra ageret, id Ecclesiæ damno, *ad quam urbis dominium, et institutio Senatoris plene pertinebat* prorsus cesurum. Vide Odoricum Rainaldum ann. 1264. num. 4. 5.

Carolus Rex Siciliæ factus, eandem dignitatem Henrico, filio Regis Castiliæ, loco sui regendam commisit ann. 1266. uti narrat Nangius, Anonymus tom. 5. Hist. Franc. pag. 849. et alii. Guillelmus *Guiart*, de Henrico:

Li Rois Challes bel l'apela,  
Et pour ce que cousin le nomme,  
Le fist il Senateur de Rome.

Sed hanc dignitatem antea obtinuisse Henricum, scribit Anonymus de Rebus gestis Friderici II. Imp. pag. 882: *Quidam Romanus civis, Angelus Capucia nuncupatus, seditionem in Romano populo suscitavit, per quem contra urbis magnates cœperunt populi quibusdam viris de qualibet regione 7. electis secum adjunctis sub pacis specie viribus Magistratus erectus. Hic ex contradicta sibi per dictum populum potestate, quam quem vellet, posset eligere Snam, Dominum Henricum.... ad urbis regimen evocavit*. Descriptis Nicolau Alemanis in Dissertat. de Laterancensibus parietinis cap. 11. nummum argenteum Caroli Regis, in quo ille regio habitu sedet, cum hac inscriptione, *ROMA. CAPUD. MUNDI. S. P. Q. R.*



in adversa effectus Leo gradiens, cui superstat Liliū Francicum, cum hisce characteribus, CAROLUS. REX. SENATOR. URBIS.

Tandem Nicolaus PP. anno 1278. *Carolum Regem a Vicaria Tusciae removens, Constitutionem fecit tam de electionibus Praetorum, quam de electione Senatoris urbis Romae: et se Senatorem ad vitam fieri procurans, Senatorium jussit per suos parentes fere per duos annos regi.* Ita Auctor Descriptionis Victoriae Caroli Regis, et ex eo Nangius. Exstat alia Constitutio ejusdem Nicolai, in cap. *Fundamenta*, tit. de Elect. in Sexto, qua Senatoria dignitas possideri a quoquam vetatur ultra annale spatium, et absque licentia Sedis Apostolicae. Adde Annales Colmariensis ann. 1278. Mortuo Nicolao, *Murtinus Papa eligitur in Senatorem ad vitam, qui loco sui eandem Carolum Regem Siciliae constituit, de domo ejus sive familia assumpsit Milites ad regendum patrimonium S. Petri*, uti narrant idem Nangius, Trivetus, Thomas Walsinghamus, et alii sub ann. 1281.

Transiit deinde Senatoris Romani dignitas ad posteros Caroli, atque adeo ad Robertum Regem, qui Guillelmum Ebolfensium Baronem Vicarium suum cum 300. equitibus ad urbis custodiam constituit: quo Magistratum gerente, cum rerum virtualium penuria Romanos attereret, orta seditione, Capitolium ii invaserunt, atque Guillelmo exacto, *Stephanum Columnensem, et Poncellum Ursinum* Senatores creaverunt. Rem narrat Joannes Villaneus lib. 10. cap. 121. Scribit Auctor Vitae Balduini Lutemb. Archiep. Trevir. lib. 2. cap. 14. Henricum Lutemburg. Imp. Dom. Ludovicum de Sabaudia dignitate Senatoria decorasse Romae in Capitolio ann. 1312. Kalendaris porro Septembris Magistratum iniisse Senatores, testatur Johannes Sarisberiensis Epist. 105. ex Cod. Vaticano apud Baronium ann. 1168. ex qua etiam docemur fidelitatem Romano Pontifici exhibuisse, ex pacto inito inter Clementem III. PP. et Romanos ann. 1188. apud eundem Baronium.

Hodie *Senatores* vocant Romani Praetorem urbanum. Is in divo residet Capitolino, et Romanis civibus ordinaria facultate jus dicit. Tres habet vicarios substitutos suos, quorum duos, qui privatis praesunt judiciis, *Collaterales* vocant: hi gradu differunt; unus enim vocatur primus, alter vero secundus, tertius est Latrunculator. Vide Octavianum Vestrium lib. 2. de Judiciis Aulæ Romanæ, et Albertum Argentin. pag. 167.

\* *Horum accuratum catalogum ab anno 1513. usque ad 1715. promulgavit Crescimbeni lib. 6. cap. 9. Hist. S. Mariae in Cosmed. edit. Romæ ann. 1715.* Quæ dignitas nunc extraneis tantum conceditur, ut mihi assertum est.

SENATRIX ROMANORUM, UXOR Senatoris, apud Ughellum tom. 1. pag. 1087. 1099.

SENATUS; Officium, dignitas Senatoris Romæ. [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Senatus, Office, ou lieu, ou assemblée de Senat.*] Codex Vatican. in Lucio II. apud Baron. ann. 1144 : *Senatores... Senatam abjurare cogit.* Acta Innocentii III. PP :

*Quoniam status Romanæ Ecclesie pessimus erat, pro eo, quod a tempore Benedicti carissimi Senatam perdidit, et idem Benedictus seipsum faciens Senatorem, subtraxerat illi Maritimam, suos justitios in illa constituit.* Charta anni 1264. apud Odoricum Rainaldum n. 4. 5 : *Praefigetur ei tempus triennii, vel quadriennii, ultra quod nequeat tenere Senatam.* Infra : *Promittet Comes (Andegavensis) quod bona fide dabit operam, ut Romanis non juret regere urbem ad vitam; sed quamdiu sibi placuerit tenere Senatam.*

SENATOR IMPERIALIS, Dignitas in aula Constantinopolitana, qua donatus legitur Goffridus Comes Cannarum ann. 1105. apud Ughellum tom. 7. Ital. sacr. pag. 1071. et 1082.

† PRIMUS SENATOR, Antiquior inter Senatores Clericos, *Doyen des Conseillers-clercs.* Epitaph. inter Notas Gothofredi ad Hist. Caroli VII. pag. 889 : *Petrus Chevulier Patrius, hic jacet : Primus Senator Parisiensis, etc.*

SENATOR, Decanus Christianitatis. Chronicon Senoniense lib. 3. cap. 3 : *Tandem Presbyter factus est, deinde Senator, id est, Decanus Christianitatis Vallis S. Deodati effectus, ditissimus et plenissimus omnium bonorum terrenorum fuit.* [Eadem habentur in Excerptis e Johanne a Bayono de Abbat. Mediani Monast. in Hist. ejusdem loci pag. 293.]

† SENATORES Reipublicæ S. Galli nuncupantur ejusdem Monasterii Monachi principales, quorum collegium *Senatus* dicitur, apud Ekkeardum Juniolem cap. 1 : *Erat Senatus reipublicæ nostræ tunc quidem sanctissimus.* Idem cap. 3 : *Tales cum essent tres isti (Notkerus, Tutilo, Ratpertus) nostræ reipublicæ Senatores, etc.*

\* SENATORIA CURIA, Monasterium. Andr. Floriac. in vita MS. S. Gauzlini archiep. Bitur. lib. 1 : *Utque e pluribus pauca demetam, hujusce Senatorie curiæ unus interque monastici ordinis primores jure notandus Aimoinus insignis facultiæ, etc.* Vide in *Senatores.*

† 1. SENATORIUM, Locus in ecclesia a parte australi, cancellis infra presbyterium proximior, ubi Senatores et Principes consistebant. Ordo Rom. cap. 13 : *Pontifex descendit ad Senatorium... et suscipit oblationes Principum per ordinem archium.* Ordo Rom. alter cap. 12 : *Pontifex.... descendit ad Senatorium, quod est locus Principum, ut suscipiat oblationes eorum.* Ibi non magnates duntaxat Eucharistiam accipiebant, sed etiam populus, ut docemur ex 20. Ord. Rom. cap. 14 : *Mox ut Pontifex cepit communicare populum in Senatorio, etc.*

† 2. SENATORIUM, Libellus de Visitationibus Monasteriorum, quem ita inscripsisse videtur Martinus Abbas Scotorum, quod in eo Senex juvenem alloquitur ipsumque plurima docet. Hunc in Chr. Mellic. transcriptum pag. 430. legisis.

† SENATRIX, SENATUS. Vide in *Senatores.*

\* SENATUS nomine designatur Camera Computorum Paris. in Charta Phil. Pulc. ann. 1294. ex Chartul. S. Maglor. ch. 106 : *Concessimus taxamentum vini, quod habe-*

*bumus apud Arcolium.... tenendum a nobis et hereditibus nostris in feodum, ad unum stillum ferreum de servicio, solvendum quolibet anno in compotis nostris ac Senatus Parisiensis compotorum nostrorum auditoribus, loco nostri.*

† SENAX, ὀρθόπληξ. Gloss. Lat. Græc. Codex Reg. habet *Senex*; sed leg. *Sternax.* Vide Salsmasium ad Plinium pag. 894.

† 1. SENCHA, vulgo *Senche*, Piscandi modus: proprie est Circuitus cujusdam retis quo inter piscandum utuntur. Charta Renati Reg. Comit. Provinc. ann. 1479. inter Privileg. MSS. Piscator. Massil. : *Pro evidenti commodo et utilitate hominum dictæ civitatis Massiliæ et aliorum quoruncumque ad Senchas, de quibus in dicta supplicatione mentio habetur, piscationis gratia, etc.* Ibidem : *Fecerunt Senchas tunnorum in magna quantitate.* Vide *Corre.*

\* 2. SENCHA, Gall. *Sench*, Porcorum stabulum, ubi saginantur. Lit. remiss. ann. 1456. in Reg. 183. Chartoph. reg. ch. 192 : *Ung petit jardinet, ouquel a une alée par ou l'en va à unes estables et Sench à mettre pourceaux pour engraisser.*

† SENCIA. Vide infra *Sentia.*

† SENDA. Vide *Renda* 1.

† SENDADUM, Sindon. Vita S. Gerardschæ tom. 7. Maii pag. 180 : *Et sublevato propter ventum Sendado, quod erat ad pedes iconæ, vidit pedem B. Joannis visibiliter incarnatum.*

† SENDAL, Tela subserica. Vide *Cendalium.*

† SENDALES, Sandalia, Gall. *Sandales*, vel *Sendales.* Inventar. ann. 1419. ex Tabul. Eccl. Noviom. : *Item tres Sendales rubæ. Item alia parva Sendales proepiscopo Innocentium.* Vide *Sandalia* 1.

† SENDAPILLUM, SENDAPILLUM, Panni serici species. Testam. Michaëlis de Greneio Episc. Autissiod. ann. 1409. ex Regest. Capit. ejusd. Eccl. : *Item tunicam et dalmaticam pro Episcopo de serico rubeo plano sive Sendapilo.* Inventar. ann. 1419. ex Tabul. Eccl. Noviom. : *Item duæ cappe panni serici viridis... quarum una est duplicata de Sendapillo viridi.* Ibidem : *Quatuor panni croisiati nigro Sendapillo ad ponendum supra corpora defunctorum.* Rursum : *Item unus draco cum cauda Sendapilli rubi ad deferendum in processionibus Rogationum.*

† SENDATUM, Pannus sericus, nostris *Cendal.* Ordinat. Humberti II. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 315. col. 2 : *Corsetum sit fodrum de Sendato.* Statuta Massil. lib. 2. cap. 39 : *Item, de blisanda Sendati cum frezio, 11. sol. et vi. den.* Infra : *De clamide hominis cum Sendato et frezio, 11. sol.* Pluries ibi. Vide *Cendalium.*

\* SENDRUS, f. Cinereus, Gall. *Cendré.* Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. : *Et primo unam raupam magnam cirici, sive valos Sendros, hominis, solratam de pellibus agnorum alborum.*

† SENEBIUS, inter utensilia recensetur in Inventar. ann. 1342. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *Item XII. sessora, XII. paraxodia, item XII. Senebios.* Forte legendum *Scuchios*, quo scutellam significari posse existimo.

\* SENECHAUCIA, Tabularium forense, ut videtur, Gall. *Grefte.* Assignat. dotalit.



Joan. regin. Franc. ann. 1319. in Reg. 60. Chartoph. reg. ch. 69 : *Item pro Senechaurcia dicti loci novem libras, decem solidos.* Vide in *Senescalus*. Nisi idem sit quod mox *Senescalcia*.

**SENECIA**, inquit Joh. de Janua, a *Senecio*, quod est aliquantulum *senex*. Dicitur hæc *Senecia*, æ, quasi pilularum laborum, vel labium, vel verbum *senis* : vel illud rubrum, quod est sub aure piscis, per quod discernitur, an sit recens vel non. Alii dicunt, quod *Seneciae* dicuntur salivæ defluentes per genas *senis*, quas præ senectute retinere non potest, et eas emittit per molares dentes, qui *Canini*, i. detractores dicuntur, quod congruit *invidis* : de quorum molaribus frequens immunditia detractionis emittitur. Unde Hieron. in Prolog. Ezech. Sed vereor, ne illud eis veniat, quod Græce *Signati* (al. *significanti*) dicitur, ut vocentur *Fagolidores* (al. *Fagoloidoro*), hoc est manducantes *Senecias*. Secundum vero *Papiani* *Seneciae* herbae sunt, cito arescentes, quæ per macerias nascuntur.

\* *Benzo* episc. Albens. in Henr. imper. III. apud Ludewig. tom. 9. Reliq. MSS. pag. 288 : *Qui putat me loqui facietias, manducet Senecias.*

Vetus Hieronymi Scholiastes ad locum citatum *Senecias* interpretans addit hoc est, *San* : quod veteribus Gallis fœnum sonabat; unde etiamnum *Senegré*, pro *San-Grec*, fœnum Græcum, in usu est. Neque aliunde accersenda videtur vox *Aremorica Sanail*, qua locum ubi fœnum asservatur significant : a quo diminutivum *Sanic*, minutum fœnum : ex quibus quasi sponte nascitur *Senecia*. Vide *Fagolidori*.

¶ 1. **SENECIO**, *γενεσιόριον*, *γενεσιόριον*. Gloss. Lat. Gr. in MSS. *Senecio*.

¶ 2. **SENECIO**, Piscis genus. Rumpheri Hist. Monast. Formbac. apud Bern. Pezium tom. 1. Anecd. part. 3. col. 433 : *Nec deest* (piscis) *quem ab herba, Senecionem appello, rarior tamen invenitur.* V. *Senatio* et *Senecia*.

**SENECTITUDO**, *Senectus*, in Epistola Caroli M. ad Fastradam Reginam de victoria Avarica, ut *juventitudo*, pro *juventus* : *Et a vino et carne abstinere ordinaverunt Sacerdotes nostri, qui propter infirmitatem aut Senectitudinem, aut juventutinem abstinere poterant, ut abstinuissent.*

**SENECTUS SERPENTIS**, *id est exuvia*, inquit Marcellus Empir. cap. 9.

**SENELLIO**. *Fleta* lib. 2. cap. 12. § 8 : *Lunda pellium continet 32. timbria, et Senellio cuculorum et de grisus continet 40. pelles.*

\* **SENELLUS**, perperam pro *Scuwellus*, *Sciurus*. Vide supra *Scurellus*. Testam. Phil. episc. Sabin. ann. 1372. ex Cod. reg. 9612. A. F. : *Item dominæ de Cane de Sabrano... mantellum folratum de Senellis.* *Senelée* vero Sepem sonat apud Nivernenses, ex Lit. remiss. ann. 1478. in Reg. 205. Chartoph. reg. ch. 49 : *Icellui Berthelot print et arracha ung baston ou pal d'une Senelée ou haye.*

¶ **SENECALATUS**, **SENECALCIA**, etc. Vide mox post *Senescalus*.

**SENECALCUS**, **SENECALLUS**, Officialis in aulis Regis vel Procerum, atque adeo etiam privatorum, cui domus cura incumbat : nostris *Seneschal*, Italis *Scalco*.

Varie autem hæc vox apud veteres Auctores, et in Tabulis antiquis scribitur. *Seniscalcus*, in Placito Chlodovei III. Regis Francor. tom. 4. Vitar. SS. Ord. S. Bened. pag. 617. 619. in Leg. Alamann. tit. 79. § 3. apud Marculfum lib. 1. form. 25. in Charta Pipini Regis Aquitaniæ apud Beslium, in Charta Henrici I. Regis ann. 1060. apud Duchesnum in Hist. Monmorenciaca pag. 21. *Seniscallus*, in Annalib. Francor. Tilianis ann. 787. *Senescalus*, in Loiselianis et Bertinianis ann. 786. [et in Capitul. de villis cap. 16. *Seniscalcus*, ibid. cap. 47. *Senechalus*, in Spicil. Fontanell. MS. pag. 435.] *Senescalus*, in Vita Caroli M. ann. 786. apud Hincmarum de Ord. Palatii cap. 16. etc.

*Senescallorum*, ut dixi, munus primitus fuit circa domus curam, et familiam dominicam. Lex Alamann. tit. 79. § 3 : *Si alicujus Seniscalcus, qui servus est, et dominus ejus 12. vassos infra domum habet, occisus fuerit, 40. sol. componat.* Mox agit de *Mariscalco*, qui super 12. caballos est. Atque hi quidem, *Senescalli communes* dicuntur in *Fleta* lib. 2. cap. 72. (ubi eorum munus circa prædia dominica præsertim describitur) ad discrimen *Magnum Senescallorum*, qui Principum familiis, mensis, et militiæ præerant. *Lindenbrogius*, cui *Vossius* subscribit, vocem *Seniscalchus*, ex *son*, vel *seneste*, et *sente*, grex, armentum, et *scalchus*, servus, conflatum putat. Ut de postrema voce constat, de priore licet dubitare, cum *Seniscalchi*, non armentis; sed toti domui rusticæ præfuisse legantur. Vide *Radulphum* in Vita S. Richardi Episcopi Cicestrensis num. 35.

Hinc proxima est originatio quam proponit *Eccardus* in Notis ad Pactum Leg. Salicæ tit. 2. § 11. a *Son* nempe, quo non tantum grex, armentum significatur, sed congregatio et collectio quævis, et a *Sende*, familia dominica, *Seniscalcum* oriri. *Addam Hicessii* opinionem, ut pote viri hac in re versatissimi; priorem scilicet vocis *Sinescalli* partem accersendam esse vel a veteri Septentrionali *Sinn*, quod vicem vel vices sonat, vel a pronomine *Sin*, sui vel suus; adeo ut *Sinescalcus*, vel *Senescalcus* idem sit ac minister domini vicarius, vel minister in aliquo munere domini vices gerens. [\* Vide *Graff*. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 240. *Grimm*. Grammat. Germ. tom. 1. pag. 420. tom. 3. pag. 617. *Antiq. Jur. Germ.* pag. 302. *Primericius* aulæ a Goth. *Sinis*, *Senex*, et *skalks*, *Servus*. Confer *Sinistus*.]

Erant præterea administratores redditum totius fisci dominici, atque adeo rationibus reddendis obnoxii, eujusmodi *Senescalcos* seu *Dapiferos Truchsessen* in quibusdam locis Palatinatus vocari auctor est *Henricus Meibomius* ad *Chronicon Markanum* n. 30. Idem *Chronicon* pag. 14 : *Ipse cum esset Dapifer et potens amicis, et dominus suus in potestate sua commiserat et reliquerat omnia, toto tempore sui officii, cum 25. annis Comitatum gubernaret, nihil tamen præter curam in Aldenmelter acquirere voluit; sed totum domino suo voluit applicari.* Et ann. 1307 : *Rutgerus de Altena Dapifer... coram Everhardo Comite de 12. annis officii sui computationem fecit, etc.*

Idem de Hierosolymitani Regni *Senescalco* habent *Assisiæ Hierosol. MSS.* cap. 8 : *Les rentes dou Roy, quels quels soient dehors ou dedans, quant il ou celui qui tendra son leu vodra que eles soient apautrées, il les doit comander, et le Seneschal les doit faire crier et multiplier aa mieux que il pora, et quant ce viendra aulivrer, etc.*

Eo etiam nomine *Senescalci* rectores erant domini totius dominorum suorum. Apud *Silvestrum Giraldum* in *Topogr. Hiberniæ* dist. 3. cap. 38 : *Regni rector et Senescallus.* *Le Roman d'Auberi* MS :

Li Cuens li donne de sa terre les clez,  
Doresnavant en iert li avoex,  
Et Seneschaus de la terre clamez.

Hinc *Senescallus* idem qui œconomus seu rei familiaris administrator, in *Tabular. Kemperleg.* : *Cum Dumguallonus Echonomus, qui vulgo Seneschal appellabatur, calumniam intulisset Benedicto abbatu, etc.*

Sub prima Regum stirpe inter regni optimates, qui placitis ac iudiciis regis intererant, accensentur *Senescalci*, a *Marculfo* lib. 1. form. 25. ut et in duobus placitis *Chlodovei III.* apud *Mabilionium* tom. 4. Vitar. SS. Ord. S. Benedicti pag. 617. et 619. in quorum altero post *Episcopos* et *Graviones* nominantur *Benedictus* et *Chardoinus Seniscalci* : in altero vero *Chugoberctus* et *Landricus*, eadem donati dignitate : [ita etiam *Benedictus* et *Hermendranus*, in Charta *Childeberti II.* ann. 697. apud *Felib.* inter *Probat.* Hist. *Sandionys.* pag. 17. ] unde colligi posse videtur, duos simul in Regum palatiis id munus obisse. At in Charta *Dagoberti* apud *Doubletum* pag. 677. unicus subscribit *Waldebertus Senescallus*.

Sub secunda vero stirpe occurrunt etiam *Senescalci* inter *Ministros*, per quos *Sacrum Palatium* disponebatur, apud *Hincmarum* de Ordine Palatii cap. 16. ubi post *Comites Palatii* nominantur, et ante *Buticulariam*, *Comitem stabuli*, *Manstonarium*, *Venatores*, et *Falconarios*. Idem *Hincmarus* cap. 23. Regiæ domus curam, præter potus vel victus caballorum, ad eundem *Senescalcum* respexisse observat. Atque hi *Majori domus* regis suberant, ad quos supremo jure totius aulæ ac palatii spectabat cura : cui quidem dignitati, vetere extincta appellatione, ea successit, quæ *Magni Franciæ Senescalli* ducta est, cui suberat *Franciæ Senescallus* nuda dictus. Quippe *Robertus Rex Gaufridum*, cognomento *Grisagonellam*, *Comitem Andegavensem* ob impensum sibi contra *Ottone* Imp. subsidium *Franciæ Senescallum* dixit, et, ut habent *Scriptores*, *Majoratum domus Regiæ*, seu *Senescalciam*, ei et successoribus contulit hæreditario jure tenendam. Unde *Will. Tyrus* lib. 2. cap. 5. lib. 15. cap. 23. *Megadomestici* dignitatem apud *Byzantinos*, *Majoris* apud nos *Senescalli* dignitati confert. Recte igitur *Robertus de Monte* anno 1177 : *Senescalliam Franciæ ad feudum Andegavense pertinere* dixit. Ita apud *Persas* majores aulæ dignitates hæreditarias fuisse observat *Procopius* lib. 1. de *Bello Persico* cap. 6. extr.

Hugonis de Cleeriis auctoritate



deceptus Vir eruditissimus Roberto Regi tribuit quod in Lotharium convenire duntaxat potest, ut observat Mabillonius tom. 4. *Annal. Bened.* pag. 57. Gaufridus quippe Grisagonella fato functus est ann. 986. vel 987. atque adeo a Roberto *Magnus Franciæ Senescallus* creari non potuit. Cæterum summam hanc dignitatem hæreditario jure post prædictum Gaufridum possedissee Comites Andegavenses præter allata probat Charta Henrici II. Reg. Angl. ann. 1188. apud Mabill. lib. 6. *Diplom. Ch.* 188 : *Sciatis quod Rex Francorum Aurelianus in communi audientiu recognovit quod custodia abbatiæ S. Juliani Turonensis ad me pertinet ex dignitate dapiferatus mei, unde servire debeo Regi Franciæ sicut Comiti Andegavensi* (l. Comes Andegavensis.)

Cum vero Comites Andegavenses rarius in Regum nostrorum aula morarentur, habebant Reges iidem Vicarium Comitis, qui Senescalci in ea ageret vices et munus, quique *Franciæ Senescalcius* perinde vocabatur, ita tamen ut Andegavensi Comiti subesset, et ex dignitatis suæ ratione hominum præstaret. Hugo de Cleeris de Majoratu et Senescallia Franciæ : *Dominus Rex Ludovicus et Fulco Comes ad locum conductum venerunt cum suis consultoribus, ibique recognita sunt jura Comitiss, videlicet Majoratus et Senescalciæ Franciæ. Guillelmus de Garlandu, tunc Franciæ Senescalcius, recognovit in illo colloquio hominum se debere Comiti Fulconi de Senescalciæ Franciæ, et inde fuit in voluntate Comitiss. Post Guillelmum fuit Senescalcius Stephanus de Garlanda, qui fecit hominum Comiti. Post Stephanum Radulphus Peronæ Comes, qui similiter fecit hominia et servitium. Ille enim qui Senescalcius erit Franciæ, Comiti faciet hominum et talia servitia.*

Exhinc *Senescalci* in curiis Regum Francorum primas fere semper tenuerunt, licet Majori *Senescalco* ratione hominii obnoxii, qui non tam *Senescalci* quam *Majoris domus* vel *Palatii* obibat munus; adeo ut in Diplomatum regionum subscriptionibus primum locum tenuisse observare sit, maxime ab Henrici I. temporibus. Horum seriem breviter hic damus ex veteribus tabulis et Scriptoribus.

**GUILLELMUS Seniscalcius**, Dom. Feritatis et Gometi, in Charta Henrici I. ann. 1060. in *Histor. Monmorenc.* pag. 688. in *Probat.* pag. 21. Vide *Martiniana* pag. 15.

**RADULFUS Dapifer**, subscribit Chartam Philippi Regis ann. 1065. in *Probat. Hist. Guinens.* pag. 21. Vide *Hist. Bellovac.* Louveti lib. 4. cap. 19. 1. edit. ubi multa de hoc Radulfo.

**BALDUINUS Dapifer**, subscribit Chartam Philippi Regis ann. 1069. in *Probat. Histor. Monmorenc.* pag. 24. et apud *Loisellum* in *Bellovaco* pag. 38. [*Baldvinus Dapifer Regis*, in Charta Goffridi Episc. Paris. ann. 1070. inter *Probat. Histor. Sangerm.* pag. 31.]

**FREDERICUS Senescalcius**, subscribit statim post Philippum Regem Chartam Burchardi Comitis Corboliensis ann. 1071. et aliam ann. 1075. Vide *Probat. Hist. Monmorenc.* pag. 25. 28. *Galland. de Vexillis Franc.* pag. 15.

**ROBERTUS Dapifer Regis**, subscribit Char-

tas Philippi I. ann. 1078. et 1079. apud *Loisellum* et *Louvetum* in *Hist. Bellovac.*

**ADAM Dapifer**, subscribit Chartam pro Monasterio Cluniacensi ann. 1080. in *Tabulario* ejusdem Monasterii Thuano.

**HUGO Dapifer**, in *Chartis* ann. 1083, 1085. et 1086. Vide *Chopin. lib. 3. de sacra Polit.* pag. 325. et *Probat. Hist. Monmorenc.* pag. 26.

☞ In laudatæ *Histor. Probationibus* non *Hugo*, sed *Gervasius Dapifer* allatas *Chartas* subscribit.

**GUIDO de Monteleherici**, Comes de Rupeforti anno 1092. Vide *Hist. Castilion.* pag. 32. **Ægidium Brium** in *Hist. Perticensi* pag. 101. *Monmorenc.* pag. 694. etc.

**PAGANUS DE GARLANDA, Dapifer Regis Francorum**, interfuit Francorum Hierosolymitanæ expeditionis anno 1096. *Albertum Aquens.* lib. 2. cap. 27. lib. 3. cap. 35. et *Duchesium* in *Hist. Castilionea* pag. 43.

**HUGO DE RUPEFORTI**, Comes Creciacensis, *Dapifer*, Hugonis *Dapiferi* filius anno 1107. apud *Miramontium*. Vide *Hist. Castilion.* pag. 32. 33. *Brolium* in *Hist. Paris.* pag. 76. 2. edit etc.

\* *Chartam Phil. I. ann. 1106.* in *Chartul. Maurign.* ch. 5. subscribit *Hugo de Creccio Dapifer*.

**ANSELMUS DE GARLANDA, Dapifer**, in *Chartis* ann. 1110. 1116. 1120. Vide *Martiniana* pag. 22. *Probat. Hist. Monmor.* pag. 34. *Hist. Castilion.* pag. 43. *Tilium*, etc. [Idem qui *Ansellus de Garlanda* dicitur in *Charta Ludovici VI. ann. 1109.* apud *Marten.* tom. 1. *Ampl. Collect.* col. 625. et in alia ejusdem Reg. ann. 1111. apud *Felib.* inter *Probat. Hist. Sandion.* pag. 91.]

\* *Mortem obierat ann. 1120.* ex *Charta Ludov. VI. ejusd. ann.* in *Chartul. Maurign.* : *Decem insuper solidos annui census, .... pro anima Anselmi Dapiferi nostri, eis perdonavimus.*

**GUILLELMUS DE GARLANDA, Dapifer**, Anselmi *Dapiferi* frater, ann. 1118. in *Charta Ludovici Regis* apud *Gallandum* de *Franco alodio* pag. 264. [et in *Charta* ann. 1119. apud *Marten.* tom. 1. *Ampl. Collect.* col. 652.] Vide *Hist. Castilion.* pag. 43.

**STEPHANUS DE GARLANDA**, *Guillelmi* frater, *Archidiaconus Parisiensis*, *Decanus Aurelianensis*, deinde *Belvacensis Episcopus* electus, in *Tabulis* ann. 1120. 1122. 1124. 1125. 1126. Vide *S. Bernard. Epist.* 78. *Chronic. Mauriniac. Galland. de Vexill.* pag. 14. *Hist. Castilion.* pag. 43 etc. In *Charta* ann. 1127. [et 1128. apud *Marten.* tom. 1. *Anecd.* col. 371.] exaratum legitur, *Dapifero nullo*.

☞ Haud scio tamen in certo ea voce significetur nullum reipsa tunc temporis existisse *Dapiferum*. Et quidem hac dignitate potitus est *Radulfus Comes Viromandensis* ab ann. 1131. vel circiter usque ad ann. 1152. exstant nihilominus *Chartæ* ann. 1137. in *Hist. Monmorenc.* pag. 42. et ann. 1138. 1139. apud *Marten.* tom. 1. *Anecd.* col. 391. et 392. quæ *Dapifero nullo* præferunt: quo fortassis id unum indicatur eas absente *Dapifero* scriptas fuisse, ut pote qui eas subscribere solebat.

\* Recte prorsus monitum est hac usita-

tiori formula *Dapifero nullo*, nihil aliud sæpius significari, nisi quod tum absens erat *Dapifer*, cum hæc *Charta* scripta est atque ab aliis proceribus subscripta. Quanquam enim *Charta* ann. 1129. in *Chartul. Carnot.* ann. 1131. in *Chartul. B. M. Suesion.* aliæque bene plures hanc formulam præferunt, constat tamen iisdem annis existisse *Dapiferos* ex aliis instrumentis. Rem præterea illustrat *Charta Ludov. VII. ann. 1153.* ex *Tabul. S. Petri Carnot.* in qua loco *Dapifero nullo*, legitur, *Sine Dapifero nunc eramus.*

**RADULFUS** Comes *Viromandensis* et *Vadensis, Dapifer*, [ab ann. 1131. vel 1132.] usque in annum 1152 quo obiit. Vide *Sammarthanos, Histor. Monmorenc.* pag. 104. *Beslium* pag. 584. etc.

**THEOBALDUS**, Comes *Blesensis, Dapifer Regis*, apud *Petrum Cellensem* lib. 1. *Epist.* 5. ab anno 1153. usque in annum 1191. quo in *Acconensis* obsidione interit. Exhinc nulli *Dapiferi* occurrunt: imo *Chartæ Regiæ* omnes præferunt *Dapifero nullo*, usque ad annum 1262. ex quo recte colligunt viri eruditi, dignitatem hanc haud omnino extinctam, tametsi ad eam nemo postea proventus fuerit, huicque successiss *Magni Magistri Hospitii Regii* dignitatem, penes quem est aulae et palatii, atque adeo familiae regiae cura.

☞ Quæ dignitas tametsi nemini concessa erat, ejus tamen colligebantur emolumenta quæ fisco regio adderentur; ut discimus ex *Edicto Philippi Pulchri* ann. 1309. tom. 1. *Ordnat.* pag. 472. quo ea ad paupertatem nobilium puellarum sublevendam distribui statuit: *Attendentes quod in emolumentis, quæ ratione juramentorum, fidelitatum, que ab ipsis Episcopis, Abbatibus, Abbatissis, et aliis Prælatiis regni nostri consueverunt præstari, certam, videlicet decem librurum summam in quolibet juramento, rutione Dapiferiæ, vel Senescalliæ Franciæ, quam in manu nostra tenemus, percipimus portionem... omnia et singula emolumenta... Elemosinario... persolvuntur fideliter pauperibus puellis nobilibus regni nostri... eroganda.*

☞ Si quis vero cur hæc dignitas extincta fuerit inquirat, facile est cum *D. Brussel* tom. 1. de *Usu feud.* pag. 507. haud improbabilem causam assignare, institutos nimirum a *Philippo Rege* ann. 1190. *Ballivos* in provinciis, quibus in cæteros judices adscripta est jurisdictio; quod ad *Senescallos* potissimum spectabat, ut infra dicitur. Aliam innuit idem *D. Brussel* pag. 631. *Reges* scilicet *Francorum* ægre tulisse *senescallos* *Comiti Andegavensi* (qui major *senescallus* erat) subesse ipsique ratione dignitatis suæ hominum præstare, maxime cum ad *Angliæ Reges* transiit hæc dignitas una cum *Comitatu Andegavensi*. Denique odiosa forte esse tunc cæpit summa *Senescallorum* auctoritas.

*Senescalci* munus circa dapes et mensam Principis fuisse, arguit ipsum nomen *Dapiferi*, quod ut priori synonymum semper efferant *Scriptores*. *Ebrardus Betuniensis* in *Græcismo* cap. 9 :

Præsentat *Dapifer* epulas, *Cocus* excoquit illas, *Estque Senescallus* ejus fit sub *Duce* jussus.



Hinc *Magistri et Præpositi Regiæ mensæ* promiscue appellantur. Quippe *Andulfus*, qui sub Carolo M. Senescalci munus obiiisse dicitur in *Annalibus Francor. Regiæ mensæ Præpositus* indigitatur ab Eginharto ann. 786. et a Reginone *Princeps coquorum*. Apud eundem Eginhartum in Vita Caroli M. occurrit *Eghartus Regiæ mensæ Præpositus*. Neque alius fuit a Senescalco *Magister Regiæ mensæ*, apud Monachum Sangall. lib. 2. cap. 9. et ab eo, qui apud Byzantinos, ἰ ἐπι τραπεζῆς dictus est, de quo Codinus, et alii. [Iis etiam accensendus *Guillelmus Fercularius*, qui Chartam Henrici I. Reg. Franc. subscribit apud Mabillon. tom. 4. *Annal. Bened.* pag. 552.] Meminit denique Charta Pipini Regis Aquitanicæ apud Beslium pag. 22. Erlaldi *Seniscalci Ludovici Pii Imper.* Id muneris *Senescalcis* præterea adscribunt Poetæ nostrates. Le *Roman de Garin MS* :

Après mengier font les napes euëillir,  
Cil Senescal portent par tout le vin  
En copes d'or, en hanap mazelin.

Rursuim :

Dont veissiez ees Seneschax aler  
Parmi la sale les riches mez porter.

Ibidem :

Li Amiraus fu asis au mengier,  
Trois Seneschal li servent tot premier,  
Li uns portoit plene boz de viz viez,  
L'autre un paon rosti et afaïtié,  
Et li tiers porte douze peins toz entiers.

Alia suggerunt *Falcetus* et *Gallandus* ex aliis Poetis, quæ non exscribo. Sed supra allata *Senescallos*, quos vocant *Communes*, potissimum spectant, quorum munus ejusmodi ordinarium erat. At *Majores Senescalcis*, *Principum* videlicet, id tantum officii exequabantur in solemnioribus ceremoniis, in Regum nempe coronationibus, aut curiis generalibus, in quibus *Princeps* cum apparatu ad mensam sedebat. *Hugo de Cleeris* de Majoratu et *Senescalcia Franciæ*, de *Comite Andegavensi Franciæ Senescallo* : *Cum autem die suæ coronæ ad mensas Rex discubnerit scamnum pulcherrimum fulcro pallii, aut tapeto coopertum Senescallus præparabit, ibique Comes, quousque fercula veniant, sedebit. Cum vero primum venerit ferculum, Comes se defibulans, e scamno surget, et de manu Senescalcis ferculum accipiens, ante Regem et Reginam apponet, et Senescalco præcipiet, ut exinde per mensas serviât, et Comes retro sedebit, donec alia veniant fercula, et quemadmodum super primo fecit, de aliis similiter faciet. Finita demum celebratione mensarum, Comes equum ascendet, et ad suum redibit hospitium, Senescalco comitante.* *Robertus de Monte* ann. 1169 : *In Purificatione B. Mariæ fuit Henricus filius Regis Anglorum Parisiis, et servavit Regi Francorum ad mensam, ut Senescallus Franciæ.* *Assisiæ Hierosol.* MSS. cap. 8 : *Le jour dou couronnement le Seneschau peut et doit ordener le mangier dou jour en la maniere, que meaus li semblera..... Quand le Roi vouldra mangier, le Seneschau doit coninander au Chamberlain, que il porte l'aigüe as mains, et comander as autres par le palais, que il donnent l'aigüe, quant le Roy vouldra laver.... Le Seneschal doit servir le cors dou Roy le jour dou Couronnement, et*

devant lui de tous ses mes, et doit comander de lever les tables tant comme il sera tams, etc..... et il (le Roy) y doit manger as quatre festes annuels de l'an, ou autres grandes solemnitez, ou quant le Roy vouldra porter Couronne, le Seneschau est tenu de drechier devant lui au mangier, et d'ordener et faire servir en son hostel, en la maniere comme est dessus devisée. In his interdum ceremoniis equites ad mensam ministrabant. Charta *Alfonsi Imperat.* ann. 1258. pro *Frederico Duce Lotharingæ* apud *Hieron.* *Vignerium* in familia *Alsatica* : *Et de infrascriptis dignitatibus et feudis primum vexillum damus tibi pro Ducatu in feudum : in quo, et per quod, debes esse summus Senescallus in aula nostra citra Rhenum, et debes nobis servire in annalibus festis de primo ferculo eques. Et si contigerit ire ad Parlamentum cum armis contra Regem Franciæ, debes facere nobis antecustodiam in eundo, et retrocustodiam in redeundo.* *Octavianus* de *S. Gelasio* de Expeditione *Neapolitana Caroli VIII. Regis Franciæ* : *Et souppa en la grant sale dudit Chasteau, où l'on monte à plusieurs degrez de pierre, et fut servi par le grant Seneschal de Naples tout à cheval, habillé tout de blanc en tous ses mets, et force trompetes et clerons. Id porro siliuit Ammiratus tom. 1. de Famil. Neapol. ubi multa habet de Officio *Senescalli Neapolitani.* Sed et ex *Bulla Caroli IV. Imper.* de Electione *Regis Roman.* cap. 27. docemur, in solemnibus *Imperatorum Curii* Electores seculares ad mensam Equites ministrare solitos. Vide *Dion. Salvaingum* de *Usu feud.* pag. 25.*

☞ Idem munus obibant *Dalchini* ad mensam *Imperatoris* ex concessione *Alphonsi Imperatoris* qui *Albertum* de *Turre Senescallum* regnorum *Viennæ* et *Arelatæ* constituerat. Charta ann. 1256. tom. 1. *Hist. Dalph.* pag. 121 : *Cum ipse vir nobilis Albertus dom. de Turre de regno Arelatensi et Viennensi noster fidelis, nostræ clementiæ humiliter supplicaverit, ut eidem, cum in dictis partibus fuerimus, ut Dapifer qui vulgariet dicitur Senescallus, fercula liceat ponere ante nostram regiam Majestatem, etc.* Exinde vero ut a communibus *Senescallis* distinguerentur, *Archisenescallos* sese inscripserunt *Dalchini*, ut patet ex Charta ann. 1338. tom. 2. laudatæ *Hist.* pag. 365. col. 1 : *Humbertus Dalphinus Viennensis... ex largitione imperialis benevolentia, Archisenescallus perpetuus regnorum Viennæ et Arelatis, ad cuius officium jurium imperialis observatio et Imperii obviare jacturis et periculis noscitur pertinere, etc.*

☞ Id unum erat ex *Senescallorum* privilegiis, ut res ad victum necessarias pretio regio comparare possent. Statutum *Philippi Pulchri* ann. 1308. tom. 1. *Ordinat.* pag. 459 : *Commandans quant as vivres, que nous, la Roynie notre compaigne... le Chamberlier... auront la prise aus vivres et à nostre pris. Item, li Seneschaus et li Chancelier de France. Vide Pretium Regium.*

*Senescalli* munus, in rebus etiam bellicis præcipuum fuit. *Hugo de Cleeris* de Majoratu *Franciæ* : *Comes (Andegavensis M. Senescallus Franciæ) cum in exercitu Regis fuerit, vel ierit, protutelam faciet, et in redditu retutelam : et quidquid ei acciderit*

sive bonum, sive malum, ore domini Regis inde non vituperabitur. Ubi protutela et retutela sunt, uti vocamus, antegarda et retrogarda. *Chronicon Mauriniacense*, de *Stephano Garlando Franciæ Cancellario* : *Defuncto Willelmo Ancelli Dapiferi germano, Stephanus Cancellarius... frater amborum Major Regiæ donnis effectus est. Hoc retroactis generationibus fuerat inauditum, ut homo, qui Diaconatus fungebatur officio, militiæ simul post Regem duceret principatum.* *S. Bernardus Epist.* 78. de eodem *Stephano* : *Ut Clericalis constat non esse dignitatis, Regum stipendiis militare, sic nec regiæ majestatis, rem fortium administrare per Clericos. Denique quisnam Regum suæ unquam militiæ Clericum præfecit imbellem, et non magis quempiam fortissimum ex Militibus?* *Ibidem* : *Quis sane non miretur, imo detestetur, unius esse personæ, et armatum armatam ducere militiam et alba stolaque indutum in medio Ecclesiæ pronuntiare Evangelium, tuba indicare bellum militibus, et jussa Episcopi populis intimare.* *Apud Rigordum* ann. 1184. *Theobaldus Comes Bigensium Franciæ Senescallus, Princeps militæ Regis* dicitur. *Surita* lib. 1. *Indic. Rerum Aragon.* ann. 1055 : *Raimundus Berengarius Barcinonensis Comes et Almois ejus uxor Senescalliam Cataloniæ Raimundo Myroni tradunt : quod genus imperii præcipua rerum bellicarum administratione adjuncta, ad strenuos in primis viros et virtute potentiaque præstantes, et Comitum Barcinonensium propinquitate conjunctos deferri consuevit, omninæque rerum præficiantur : penes quos opes et arcana regni in Gallia spectarent.* *Assisiæ Hierosolym.* cap. 8 : *Les Chasteaux et les Forteresses du Roy le Seneschal les peut et les doit revisiter, et faire leur avoir, ce que mestier leur est, eschangier et renuer sergens, ... et les devant dits Chasteaux et Chastelains doivent estre obéissans à lui et à son commandement, sauf commandement du Roy, ou de celui, qui tendra son leue, etc.* Charta *Philippi Augusti* ex *Tabulario S. Martini de Campis*, qua *Eclesiam S. Martini Pontis Isaræ* ab omni exactione immunem statuit : *Ita tamen, ut quod expeditiones nostras et equitatus nostros in hominibus in prædicta terra morantibus retinemus, qui neque a Præposito, neque ab aliquo ministrorum submoventur, nisi ex præcepto nostro, vel Dapiferi nostri.*

☞ Nihil fere iis argumentis clarius afferri potest, quo evincatur *Senescallos* exercitus ducatum præter *Comites stabuli* obtinuisse. *Addam* insuper, quod ad rem non parum conducit, *Baronum Senescallos*, qui ad *Regiorum* instar instituti fuerant, id muneris exercuisse, ut patet ex Charta *Communiæ Meld.* ann. 1179. apud *D. Brussel* tom. 1. de *Usu feud.* pag. 185 : *Sciendum præterea, quoniam Communia, ubicumque ei in terra mea per litteras meas mandavero, pro negotio meo veniet. Sed postquam ad locum quem eis præfixero pervenerint, non procedent ad negotium meum quousque, aut me ipsum præsentem, aut Senescallum, aut Constabularium, aut Marescallum meum viderint, qui eos in ipsum negotium perducant.* Hinc est quod *Paschasius* et *Duchesnius* non nisi post extinctam



Senescallorum dignitatem Comitibus stabuli copiarum ducatum a Philippo Pulchro concessum fuisse volunt : quod tamen non omnino verum esse ex quibusdam Scripturis colligi posse existimat Cl. V. Cangius in voce *Comes* pag. 459. col. 2. Ipsum consule : rem malim definias quam ego.

\* Et quidem in solemnibus regum nostrorum inauguratione ensis regius Senescallo deferendus dabatur, ut discimus ex Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Pater* fol. 164. r<sup>o</sup> : *Li arcevesques mettra au Roy l'espée en la main, et li Roy la doit offrir humblement à l'autel; et maintenant il la rependra de la main l'arcevesque et la baudra tantost au Seneschal de France, à porter devant lui en l'église, jusques à la fin de la messe; et après la messe, quant il yra au palés.*

Senescalli præterea vexillum Principis ac Domini in prælia efferebant. Radulfus de Diceto ann. 978. et Gesta Consulum Andegavensium, de Gaufrido Grisagonella cap. 6 : *Qui ob insignia summi et singularis meriti a Rege in præliis Signifer, et in coronatione Regum Dapifer tam ipse, quam ejus hæredes constituuntur.* Tudebodus lib. 2. Histor. Hierosol. : *Episcopus namque Podiensis sanctæ Mariæ in illa anara die perdidit suum Senescalum, conducentem et regentem suum vexillum.* Eadem habet Robertus Monach. lib. 4. pag. 47. Le Roman d'Auberi MS :

Seneschiaus iert, m'enscigne portera. :

Infra :

Pepins li Rois volentiers li otrie  
Et l'oriflambe et la Seneschaucie.

Rursum :

C'est Gascelins, qui Bourgoigne a saisis,  
Pepins de France li donne et otrie,  
Et l'oriflambe et la Seneschaucie.

In Ordine ad benedicendum Ducem Aquitanie : *Quamdiu Missam Dux audit, Senescallus, vel vir illustris alius, quem voluerit, debet ense acceptum in manu sursum elevatum tenere.*

Senescalli etiam nuncupati urbium provinciarumque Præfecti, qui cas ab hostibus tuebantur et civibus Principis nomine jus dicebant. Translat. S. Medardi tom. 2. Jun. pag. 103 : *Nobilis viro domino Carolo de Belloy... magno Senescaldo in Picardia provincia, Consiliario regio.* Charta ann. 1517. ex Tabul. Brissac. : *Generosus vir Petrus d'Acigné miles ejusdem dom. Johannis, dum vixit, frater, suo tempore quasdam reliquias in ecclesia parochiali dicti loci d'Acigné, tempore quo ipse Petrus fuerat major Senescallus seu verus Governator ducatus Provincie eidem ecclesie parochiali contulerat.* Ottoboni Annal. Genuens. ad ann. 1194. apud Murator. tom. 6. col. 368 : *Tandem reddit se civitas ipsa Martualdo Seneschalco Imperatoris.* Gualvaneus Flamma ibidem tom. 12. col. 1019 : *Eodem tempore Senescalcus Roberti Regis Sicilie super totum Pedenontem, castrum de Breno diocesis Papiensis communit.* Alelmus Dapifer de Hisdin subscribit Chartam Balduini Comit. Flandr. ann. 1112. Charta ann. 1197. ex Tabular. Calensi : *Ego Hugo de Ovisaco Vicecomes Meldensis, Senescalis Cameracensis, etc.*

Senescallorum denique erat jus reddere

Principis subditis, eoque nomine cæteris iudicibus præerat. Lambertus Ardensis pag. 147 : *Unde propter eminentem ejus in militia fortitudinem, temperantiam atque sapientiam, eum in loco suo universæ terræ suæ Senescallum et Justitiarium sibi substituit atque Ballivum.* S. Bernardus Epist. 78. de Stephano Dapifero : *Qui Clero militiam, forum anteponit Ecclesie, divinis profecto humana, cælestibus præferre terrena convincitur.* Epistola Joannis II. Archiep. Lugdun. ad Glascuensem Episcopum : *Habebam siquidem Senescallum, cui sollicitudinem et curam forensium negotiorum committebam, qui pro negotiorum qualitate, non solum causas pecuniarias pertractabat, sed et criminibus et flagitiis pro consuetudine regionis puniendis præerat, etc.* Infra : *Hujusmodi quidem consolationibus utebar, sciens tamen, quod si qui proventus ex hujusmodi causa accidebant, in expensis meas conferebantur, deducto jure Senescalli mei, cui tertia pars proventuum pro sollicitudine sua debebatur.* Pastorale Minus Ecclesie Paris. Ch. 159 : *Cum factum suum jure defensurus statuta die in aula Dom. Galonis Paris. Episcopi, justitiam tenente Anselmo Dapifero Regis, ad duellum contra unum de hominibus nostris advenisset, etc.* Liber de Jure et Consuetudinibus Normannie, seu vetus Consuetudo Normannie Latine redita cap. 10. de Senescallo : *Solet antiquitus quidam justitarius prædictis (justitiariis) superior per Normanniam discurrere, qui Senescallus Principis vocabatur. Iste vero corrigebat, quod alii inferiores deliquebant : terram Principis custodiebat : leges et jura Normannie custodiri faciebat : et eos a servitio Principis amovebat, si eos videret amovendos.* Vide ibi plura in hanc sententiam. Le Roman de Rou MS :

A Alain, qui estoit si hom,  
Par l'Archevesque de Roem,  
Livra sa terre cu comandise,  
Come à Seneschal et Justice.

Idem illustrat Charta Philippi Reg. Franc. ann. 1180. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 944. qua Theobaldus Senescallus controversiam quæ ad Regem relata fuerat, dirimit : *Subjecerat autem utraque pars se nostro arbitrio. Unde Comes Theobaldus nostri auctoritate arbitrii, de querionibus clericorum, quod prædictum est judicavit.* Sed et inferiores Senescalli eodem jure gaudebant. Charta ann. 1325. ex Tabul. S. Florentii : *Et si casus emergat coram Senescallo Prioris pro quo aliquis debeat ad penam sanguinis condemnari, Senescallus Prioris supplicabit officiali in definitione cause quod sibi destinat aliquem probum virum, nec Senescallum vel Subsenescallum, qui ipsum consulat et adjuvet ad justum judicium faciendum. Senescallus autem Prioris requirit destinatum sibi ab officiali quod sibi accommodet patibulum, et per gentes Episcopi adjuvet ipsi ad executionem faciendam. Quod si facere distulerit ultra unum diem, Senescallus Prioris poterit executionem facere ad furcas Prioris.* Quod vero cæteris iudicibus præerant, non obscure significantur computi ann. 1202. et 1217. ex quibus constat Præpositos certam Senescallis pensionem exsolvisse, ut observat D. Brussel tom. 1. de Usu feud. pag. 508.

Eadem jurisdictio, scilicet jus dicendi, Senescallis recens institutis est attributa. Ejusmodi sunt quos in Delphinatu instituit Ludovicus XI. quibus Edicto suo concedit *Jurisdictio haute, moyenne, basse, mere, mixte, impere en tout et par tout, comme ont et ont accoutumé d'avoir les Baillifs en France.*

\* Encal, ea notione, pro Seneschal, bailli, legitur Baiocis in Epitaph. :

Ci gist l'Encal Crancetot,  
Ly fut qui cacha S. Gerbot;  
Len mal le prit le jour de Pagues,  
D'enpeux sen ventre n'ut relague.  
Ah Dieu! combien il chia!  
Dite po ly Ave Maria.

Apud Anglos, Senescallus tenet locum Capitalis Justitiarii, cujus vices gerit, et proprias causas Regis terminare consuevit, et falsum judicium ad veritatem revocare, et conquerentibus absque Brevi justitiam exhibere, et alia facere quæ habet Fleta lib. 2. cap. 2. § 2. cujus Jurisdictio *Virgata Regia* dicitur, continetque 12. leucas in circuitu Regis, ubicumque fuerit. Adde cap. 3. § 4. etc. Hinc in Legibus Henrici I. Regis Angl. *Dapiferum*, Regis aut Baronum iudicis præsidem legitimus, cap. 17. 33. 42.

Cujusmodi vero Senescalli munus fuerit in justitia administranda, docet Statutum Edwardi I. Regis Angliæ, quod descriptum legitur in Regesto Constabularie Burdegalensis fol. 78 : *Senescallus Vasconie, qui pro tempore fuerit, teneat quatuor assisias in quatuor quarteriis anni in Burdegala, ubicumque melius sibi viderit expedire, et alias quatuor in Vasatensi, et alias quatuor in partibus S. Gnesii, et quatuor in partibus Aquitanie et Bajonæ, si casus exegerit, et omnes istas teneat personaliter, et non per alium, nisi causa majoris negotii terræ, vel ægritudinis, fuerit impeditus. Et in prædictis assisiis agatur cause, tangentes proprietates nostras, et dominium nostrum : ac etiam cause tangentes proprietates et dominia Baronum et magnatum nostrorum partium illarum : et non illæ cause seu negotia, quæ per Auditores causarum Burdegalenses, vel per loca sua tenentes in Burdegalensi, Vasatensi, et ultra Landas, aut atibi audiri poterunt et determinari. Et quod idem Senescallus ad minus semel in anno supervideat; et visitet alias Senescalcias dicti nostri Ducatus : et sic in qualibet Senescallia ad minus ad unum assissam Sen. loci, si commode fieri potest per annum. Et visitet personaliter quolibet anno ad minus semel singulas Bailivas Vasconie, et visitando corrigat, corrigendo et habeat continue secum unum virum jurisperitum, qui sciat consuetudines terræ, et ipsi consulere in suis agendis : Et habeat continue unum virum discretum ultra Landas, locum suum tenentem, et percipiat annuatim pro omnibus per manus Constabularii Burdegalensis duo millia librarum Burdegalensium ad quatuor anni terminos : et idem Senescallus non percipiat ab aliquo Bajulo Regis aliquam pecuniam Regis, nisi de voluntate et mandato Constabularii Burdegalensis. Infra : *Item ordinatum est, quod Senescallus Vasconie principalis faciat, ordinet et constituat per totum Ducatum Subsenescallos, judices, defensores, auditores causarum, custodes sigillorum, contractuum,**



*Procuratores et Advocatos in negotiis Regis, ubique per sigillum dicti Ducatus, tales pro quibus velit respondere, et cuilibet eorum conferat feoda et vadia in ista ordinatione superius advocata. Quæ sequuntur in ea ordinatione, Constabularium Burdegalem sem spectant. Senescallo Aquitanie suberant cæteri Senescalli ejusdem provincie, Santonensis, Lemovicensis, et Cadurcensis, qui Subsenescalli, Majoris Senescalli respectu, semper nuncupantur, in Statuto ejusdem Edwardi de Senecallis Aquitanie, in laudato codice fol. 80.*

Addendum præterea videtur hoc loco, quod de Senescallorum officio habet vetus Consuetudo Normannie 1. sect. 1. part. cap. 5 : *Icelai Seneschal si corrigoit, et adrechait tous les erreurs et tous les maux, que les Soussergens fesoient au comun pueple, et dequoy les Baillifs n'usoient pas droituriere-ment, et toutes les complaintes, qui à luy venoient, et les queeles benignes. Il oet et les determinoit, et faisoit mener à ycelle fin qui leur étoit deuë de droit. Et si corrigoit les Soussergens de leur delis et de leurs mesfais, que il fesoient par leur outrage, etc. Les forez et les haies del Priuce il regardoit et visitoit de 3. ans en 3. ans, et faisoit renouveler et amander, et de tous les forfets, que l'on y fesoit il en enquerroit, etc. Et si entendoit principalement à garder et fere garder bien et fermement le pes del pais et de la terre : et en yelle maniere le Seneschal dessusdit aloit par tous les lieux et les contrées de Normandie de 3. ans en 3. ans, et visitoit diligement tretoutes les Baillies et les Sergenteries de la terre, etc. Addit deinde ejus munus fuisse, de s'enquerir des crimes enormes, comme de rapt, d'incndic, et de meurtre, et d'en faire faire la punition par les Baillifs : Des tresors trouvez par aventure, et de tous les werechs, que la mer jette, et autres droits, qui appartiennent au Prince : des eaux et de leurs cours, etc. Adde Assisias Hierosol. cap. 8. Consuetud. Benehar-nensem tit. de Senescallo, Bononiensem art. 9. etc.*

*Senescalli igitur id muneris obibant, ut Ballivi et Senescalli Regii. Verum Senescalli potissimum appellantur in iis provinciis, quæ, antequam Coronæ Franciæ unirentur, Principibus suis paruerant : cum Baillivos habere solius Regis sit. [Id potissimum constat ex Statuto S. Ludovici ann. 1254. tom. 1. Ordinatio. Reg. Franc. 67. ubi Latinus sermo ad remotiores provincias directus, Senescallus habet loco vocis Bailli, uti præfert versio Gallica pro partibus propinquioribus.] Idem discimus ex intercessione Officialium Ducatus Bituricensis contra erectionem Baillivatus Duni Regii : Item et du temps, que ledit Duchie fut depuis baillié à mondit sieur de Berry, qui fut l'an 1356. et qu'il y eut lors Seneschal de par luy, et non pas Bailly, pour cause qu'il n'estoit pas en Royauté : Ledit Seneschal avoit pareillement son Siege et Auditoire audit lieu de Dun le Roy, comme és autres lieux dessusdits : mais bien est vray, que lors fut orlonné par le Roy avoir Bailly Royal à S. Pierre le Moustier, pour les pais de Bourbonnois et autres contrées, et exemptions d'herques, qui paravant soloient ressortir audit Siege de Dun le Roy : Et pour ce*

*qu'il n'y avoit point de Bailly Royal en Berry fors Seneschal, et par ainsi le temps passé que iceluy Duchie de Berry a esté en Royauté, et depuis és mains de mondit Seigneur de Berry, n'a eu audit lieu de Dun le Roy Bailly ne Officier Royal.*

*Senescallorum munus posterioribus sæculis fere semper hæreditarium fuit, et certis non modo familiis, sed et prædiis addictum. Quemadmodum enim Reges nostri Comites Andegavenses perpetuos suos Senecallos : ita Principes ac Barones alii suos perinde crearunt. Quippe Vicecomites Thuarcenses Comitum Pictaviæ, Domini Joinvillæ Comitum Campaniæ, Domini de Brezé Ducum Normanniæ, Domini de la Puisaiæ Comitum Perticensium, Domini Spincti Comitum Atrebatensium, Domini d'Estrée Comitum Bononiensium, etc. Senescalli exstiterunt. Scribit Willelmus Brito lib. 8. Philipp. Philippum Augustum Domino des Roches Comitatum Andegavensem donasse : at hunc ejusdem Comitatus Senescallum sese duntaxat inscripsisse, quem titulum ad posteros transmisit :*

Non tamen usurpat Comitis sibi nomen habendum, Imo Senescallum quasi se minuendo vocavit.

*Plenus æquo dominum des Roches laudare videtur Willelmus Brito, Nihil certe mirum quod Senescallum comitatus Andegavensis duntaxat sese inscribit, atque a Comitis Andegavensis nomine abstinere; utpote qui Senescalliam tantum, hoc est, præfecturam hujus provincie, non Comitatum obtinuerit a Philippo Rege; quod manifestum fit ex ejusdem Regis hæc de re Charta ann. 1204. quam post Menagium Histor. Sabol. pag. 193. hic integram referemus, cum infeodatorum Senescallorum jura fuse exhibeat : Noverint univarsi, presentes pariter et futuri, quod hæc sunt jura quæ Guillelmus de Rupibus Senescalus Andegavensis habet et habebit in Senescallia Andegavensi, Turonensi et Cenomanensi. Ipse nihil accipiet in dominicatis redditibus nostris Andegavensibus, Turonensibus et Cenomanensibus. Scilicet idem Senescalus debet habere de Præpositis et præposituris, de singulis L. libras. Unam marcam argenti ad pondus Turonense, quam Præpositi persolvent pro præposituris. Si nos vendiderimus nemora nostra, nihil de venditione nemorum habebit. Præterea nullam costumam habebit in forestis nostris. Et si nos fecerimus demandam vel talliam in Christianis vel Judæis de Senescallia Andeg. Turon. et Cenoman. illa demanda levabitur per manum prædicti Senescali ad opus nostrum, per legitimum coupotum et scriptum : sed idem Senescalus nichil habebit de demanda illa vel tallia. De omnibus aliis, tam forefactis et expletis et servitiis, quæ a prædicto Senescalo fient, habebimus duas partes, et Senescalus tertiam partem. Præterea sciendum est quod dictus Senescalus neque per feodum, neque per consuetudinem potest quærere custodiam castellorum vel fortalitiarum nostrorum. Et si nos eidem Senescalo forte aliquod castellum vel fortalitiarum ad custodiendum tradiderimus, vel alicui ex parte nostra, idem Senescalus reddet nobis et hæredibus nostris, vel certo nuncio nostro cui credi debeat et qui litteras nostras paten-*

*tes super hoc adferat, castella et fortalities integre : quotiescumque ea requisierimus, vel hæredes nostri. Hæc omnia servanda bona fide juravit dictus Senescalus, nobis et hæredibus nostris in perpetuum. Et nos recepimus de omnibus supra dictis, sicut prædictum est, eundem Senescalum in honagium ligium; ita quod idem Senescalus et hæredes ejus de uxore sua desponsata, tenebunt hæc omnia in honagium ligium, sicut prædictum est. Quod ut, etc. Vide D. Brussel tom. 1. de Usu feud. pag. 643.*

\* Quod ad dominos Joinvillæ pertinet, id juris non ita antiquitus adsertum fuit, quin a comitibus Campaniæ iis aliquando fuerit denegatum. Id patet ex Charta Blanchæ comit. Campan. et Theob. ejus filii ann. 1218. ex Chartul. Campan. fol. 282. vº : *Cum Symon dominus Joinvillæ Senescalus Campaniæ,.... senescantiam ipse et hæredes ejus jure hæreditario petebant, ego et filius meus non recognoscereimus esse verum hoc, pro bono pacis et ut ipsum ad amorem nostrum reduceremus, senescantiam sibi et hæredibus suis jure hæreditario concessimus habendam.*

*Senescallis Regiis fere supæres sunt Baronum et Principum Senescalli, quibus perinde hæc dignitas in feudum concessa est. Comitum Campaniæ Senescalus Chartam subscribit ann. 1179. pro Communia Meldensi. Exstant alia ejusdem rei exempla apud D. Brussel tom. 1. de Usu feud. pag. 636. et tom. 1. Histor. Dalph. pag. 121. et seq. Charta ann. 1243. ex Tabular. Castri Brientii : Nobilis vir Guillelmus de Thoarz concessi nobili viro Gaufrido domino Castri Brientii et ejus hæredibus totam Senescalliam de Candé et de Leon.... et ipsum de eadem Senescallia in hominem recepi, cum sibi et hæredibus ejus ratione hæreditarii pertineret. Charta ann. 1269. ex Tabular. Dom. de Carcado : Oliverius Senescallus vicecomitatus de Rohan. Cum in curia nobilis viri Johannis Ducis Britannie inter nobilem virum Alanum vicecomitem de Rohan ex una parte et me ex altera contentio verteretur super hoc quod ego dicebam quod non poterat ponere allocatum præter me ad tenenda placita sua in vicecomitatu de Rohan, eo quod suus eram Senescallus feodatus, etc.*

Ita apud Germanos Imperatores, Comes Palatinus perpetuus est Imperatoris Senescallus ac Dapifer. Rudolphus Imper. Senescalliam hæreditariam Regni Burgundiæ Humberto Domino Turris et Cologniaci concessit, literis datis Vienna 2. Non. Januar. Indict. 6. regni 5. quæ habentur in Regesto Delphinorum Herouvalliano. [V. supra.]

*Seneschalvus, Domnæ Judith Imperatricis dicitur Altmarus, in Vita Aldrici Episcopi Cenom. num. 47.*

*Senescallus Major Papæ, apud Cencium in Ord. Rom. cap. 34. tom. 2. Musei Ital. Mabill. pag. 201.*

\* *Senescallus Flandriæ. Charta ann. 1187. in Cartul. Thenol. ex Cod. reg. 5649. fol. 25. vº : Ego Henkinus Dapifer Flandrensis.... cum dominarer super totam terram, quæ fuerat Reinaldi de Roseto, etc.*

\* *Senescallus Magnus regni Neapolitani, in Hist. Franc. Sfortiæ ad ann. 1423.*



apud Murator. tom. 21. Script. Ital. col. 177.

*Senescallos* etiam suos babuere Ecclesiæ, ut est apud Hemereum in Augusta Viro-mand. pag. 187. et in Charta Guarini Episcopi Ambiani. ex Tabulario Abbatiae S. Fusciani. Epistola Joannis de Vtriaco de Captione Damiatæ: *Salutant vos socii nostri et amici... Joannes de Cameraco Cantor noster, Henricus Senescallus Ecclesie nostræ, etc.* Vide Will. Thorn. ann. 1197.

\* Ecclesiarum scilicet reddituum administratores, ut colligitur ex Lit. remiss. ann. 1403. in Reg. 158. Chartoph. reg. ch. 25: *Alard Remons clochemant de l'église de S. Quentin en Vermandois et Gerart Casse aussi clochement de ladite église, se complaintoient l'un à l'autre de ce qu'il leur sembloit, que le Sèneschal deladite église avait mal païé leur salaire ou desserte, de deux solz ou environ, etc.* Haud scio an eadem notione *Senescallus Academiæ Oxoniensis* occurrit in Hist. ejud. Universit. lib. 2. pag. 141.

☞ Duo distinguendi videntur in Ecclesiis *Senescalli*: unus secularis qui descriptis supra muniis fungebatur, hoc est, jus Ecclesiæ subditis dicebat cæteris iudicibus præfectus, vexillum deferrebat in exercitu, Episcopo in solemnioribus cæremoniis ad mensam ministrabat. Ejusmodi fuit Ecclesiæ Diensis *Senescallus*, ut colligitur ex Charta ann. 1201. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 121. col. 1: *Silvio de Crista habet ab antiquo feudum ab Ecclesia B. Mariæ Diensis et Episcopo;... pro hoc feudo... cum Episcopus Diensis vel Ecclesia exegerit infra XIII. diem, nulla obstante exceptione vel dilatione, ... debet ipsius Episcopi vexillum deferre, et cum de novo civitatem consecratus intraverit, ad mensam prima cibaria ante ipsum ponere.* Ejusdem dignitatis fuisse videtur *Hugo Dapifer Episcopi Parisiensis*, qui cum Balduino Regis Dapifero subscribit Chartam Goffridi Episc. Paris. ann. 1070. inter Instr. Hist. Sangerm. pag. 31. Alter *Senescallus Clero* adscriptus erat: quin etiam aliquando inter dignitates ecclesiarum annumeratus, ut docent Statuta Clementis IV. PP. ann. 1267. pro Eccl. Aniciensi, apud Marten. tom. 2. Anecd. col. 480: *Stephanus Archidiaconus et Dapifer* subscribit Chartam ann. 1151. apud Severt. Hist. Episc. Matiscon. pag. 139. Hujus nihilominus ecclesiastici *Senescalli* munus circa dapes et mensam Canonicorum versabatur; unde *dignitas temporaria* dicitur ab Hemereo loco citato. Chartul. Eccl. Matiscon. sub Ludovico IV. Reg. Franc.: *Ego Teotbaldus Comes et uxor mea Berta damus Ecclesie Matisconensi... servum Arlemannum et uxorem ejus cum infantibus quinque ad ministerium Seneschalli ibi ad refectorium servientis.* Atque eam ob causam *Senescallus* in Ecclesia S. Martini Turonensis aliisque, ut par est credere, necessaria ad lotionem pedum in Cœna Domini præparabat. Rituale S. Martini apud Marten. de Antiq. Eccl. Discipl. pag. 279: *Post Seneschallus in supelliceo offert baculum pictum et cymbalum auratum, cellerarioque parumper sonante, venit Seneschallus et juvenes cum eo aquam et mappas offerentes ad pedes presbyterorum et clericorum ablundos.... Quo facto Seneschallus et juvenes*

*vinum in sciphis afferentes ante decanum et majestatem cantant alta voce Benedicite... Et hoc facto, bibunt juvenes et Seneschallus... De tela grossa emuntur ad pedes tergendos 8. ulnæ, quarum mediætas est Seneschalli, et mediætas et baculus pictus est cellerarii.* Hæc *Senescallorum* in duas classes distributio maxime elucet in Ecclesia Lugdunensi, cujus *senescalliam* secularem obtinebat ann. 1251. Hugo de Turre ex Charta quæ legitur tom. 1. Hist. Dalph. pag. 191. *Is, ut habet Epist. Johannis II. Archiep. Lugdun. superius laudata, non solum causas pecuniarias pertractabat, sed et criminibus et flagitiis pro consuetudine regionis puniendis præerat*: unde, addit idem Pontifex, *tam nos quam antecessores nostri diligenter attendebamus, quod is qui ejusmodi executioni deputatus fuerat, ad sacros Ordines deinceps non promovebatur.* Existere tamen hujus Ecclesiæ *Senescalli* qui Sacerdotii honore illustres fuerunt; inter quos Girinus quidam, cujus anniversarium annotatur 3. Nonas Septembris in Obituario MS. Eccl. Lugdun. *Anniversarium Magistri Girini Sacerdotis*; idem haud dubie qui *Seneschalchus* dicitur in Charta ann. 1151. tom. 1. Macer. Insulæ Barbaræ pag. 84. Et Jacobus de Festo, ex eod. Obituar. ad xv. Kal. Novembr.: *Magister Jacobus de Festo Sacerdos et dapifer refectorii qui legat ecclesie Lugduni cxx. lib. Viennenses pro anniversario suo.* Alios *senescallos* itidem sacerdotes exhibet quorum nomina silebimus. Ut ut est *Senescallo* assignantur officia quæ in laicum hominem convenire non possunt, in Statutis ejusd. Eccl. Lugdun. MSS. ann. 1175. ex Bibl. Sangerman.: *Feria IV. (Quadragesimæ) qua cantatur officium Dum sanctificatus fuero, primam epistolam legat puer, qui Missæ deservit, et canonicus cujus est epistola, cantet primum responsorium; tractum Ad te levavi debent cantare Dapifer et panetarius.* Passim in Instrumentis ejusdem Ecclesiæ *Dapifer refectorii* inscribitur: unde manifestum fit hujusce *Senescalli* præcipuum munus fuisse ut refectorium seu mensam canonicorum dapibus necessariis instrueret. Statuta MSS. superius laudata, ubi de lotionem pedum: *Alia que hic non licet exprimere, debent disponere et ordinare Dapifer et Panetarius refectorii.* Alia Statuta ejusd. Eccl. ann. 1251. tom. 9. Spicil. Acher. pag. 73: *Ordo diaconatus levat omnes canonicos supra chorum, et quatuor de præbendaris ecclesie, scilicet Dapiferum, Panetarium, Pincernam refectorii, et Magistrum Scholarum.* Vide Menester. in Hist. Lugdun. pag. 330. et seqq. Severt. Histor. Episc. Matiscon. pag. 125. 138. 139. etc.

☞ Obtinuit etiam hæc dignitas apud Templarios, ut discimus ex Epistola ad Magistrum Militiæ Templi inscripta apud Acher. tom. 2. Spicil. pag. 511: *De... Dei gratia pauperis Militiæ templi Magistro, domino et patri suo frater A. ejusdem Militiæ Dapifer dictus, etc.*

*SENESCALLI*, nescio an iidem, de quibus supra, apud Ingulrum pag. 865: *Duoque milites Senescalli Wiburtus et Leofricus, etc.* Infra: *Ipseque cum suis Senescallis in acie media versabatur.*

☞ Nec magis mihi compertum est

qui sint *Senescalli* quos Notariis adscribunt Litteræ Philippi Pulchri Franc. Reg. ann. 1291. tom. 4. Ordinat. pag. 20: *Instrumenta facta a publicis Notariis vel a Senescallis suis creatis vel creandis, illam firmitatem habeant quam habent publica instrumenta; nisi Grafarios vel Vicenotarios esse dicas, qui Prænotarii nuncupabantur.* Vide in hac voce. [\**Notarii sunt publici vel a Senescallis suis creati.*]

\* *SENESCALLUS*, Qui alterius vices gerit; quæ primaria est hujusce vocis significatio, juxta Hiccesium. Libert. Cadom. ann. 1426. in Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 569: *Debeant ipsi jurati apponere seu instituire Senescallum et procuratorem, pro eorum juribus servandis et defendendis.*

\* Ejusdem originis est vox Gallica *Séchal* vel *Seschal*, eadem omnino quæ *Seneschal*, qua in Foresio significatur ille, qui iis disponendis, quæ ad festum celebrandum pertinent, præfectus est. Lit. remiss. ann. 1477. ex Reg. 201. Chartoph. reg. ch. 29: *En faisant laquelle feste (de Thereye en Forée) a tousjours acoustumé avoir quatre maîtres d'icelle feste, qui se appellent Chechaux (sic); desquelz quatre Seschaulx, etc.* Ibidem: *Chessaulx et Séchaulx.*

† *SENESCHALIATUS*, ut *Senescallus*, in Obituario MS. Eccl. Morin. fol. 21: *Item locum-tenenti generalis Seneschaliatus, domini Advocato et Procuratori Regis, Majori dictæ urbis, cuilibet 4. sol.*

*SENESCALCIA*, Dignitas *Seneschalici*, apud Hugonem de Cleeriis, etc. Chronicon Mauriniacense: *Reversus ad semetipsum, Senescalciam, quam jure possidere se dicebat hæreditario, dimisit.* Item

\* *SENESCALCIA*, Præfectura: nam Præfecti nuncupati aliquando *Senescalli*. Charta ann. 1277. inter Guid. Pagani et Guill. de Ruenilla præcept. de Mureta dioc. Lugd.: *Dicebat dictus Guido se habere jas percipiendi singulis annis in dicta grangia (de Comba)... tres eminas avenæ censuales pro quadam Senescalcia, seu nomine Senescalcie cujusdam, quam dicebat se habere in grangia.* Quæ vox minus bene, ut opinor, per Gallicam *Seigneurie* redditur in veteri Chartæ ejusdem versione.

*SENESCALATUS*. Knyghton. lib. 2. cap. 2: *Rex Henricus dedit Comitatum Leicestrie cum... Senescalatu Angliæ Edmundo filio suo.* Perperam *Senescatus* infra.

*SENESCARIA*, lib. 1. cap. 5: *Tertius filius vocatus est Godardus, quem feoffavit in Senescaria Dacie.*

*SENESCALLIA*, et *SENESCALEA*, apud Willel. Thorn. ann. 1197.

*SENESCALLIA*, Munus *Senescallorum*, quos *Communes* vocabant. Silvester Giralduus in Itinerario Cambriæ pag. 853: *Hic primo claves a Clavigero præripiens se ad Seneschaliam domus regendam impudenter ingressit. Eam tamen tam provide, ut videbatur, tamque prudenter administrabat, ut omnia sub ejus manibus abundare, nullusque defectus in domo fieri posse videretur.*

\* *SENESCAUCIA*, Dignitas et officium *Senescalci*. Charta ann. 1229. ex Cod. reg. 9612. T: *Renerius petebat Senescauciam Lingonensem, quam ad seipsum jure hære-*



ditario spectare asserebat. Rursus et iterum ibi occurrit.

\* **SENESCALLA**, Mulier, quæ jure successionis *Senescalliam* in feudum possidet. Chartul. Bonor. Hom. laudatum a Menag. in Hist. Sabol. pag. 213 : *Johannu domina de Credonio, Senescalla Andegavensis. Janne de Craon Sèneschalle d'Anjou en femme lige de la sèneschaussée d'Angiers, du Mans et de Tours, etc.* ex Reg. Cam. Comput. Paris. ibid.

\* **SENESCALISSA**, Eodem intellectu, vel uxor *Senescalli*. *Dolina Agnes Senescallissa Rhedonensis*, in Charta ann. 1210. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 819. Alia ann. 1233. ex Cod. reg. 9612. T : *Adelina uxor Girardi militis de Brisseio, hominis ligii Beutricis dominæ Joinville, Senescallissæ Campaniæ, etc. Senescalla*, in Ch. ann. 1235. ibid. Rursum alia ejusd. ann. : *Ge Biatriz dame de Joinville, Senschale de Champagne, etc.* Chartul. monast. de Escuireo lib. 6. ex Ch. ann. 1234. *Ge Beatris done de Joinville, Sènescalisse de Champagne, etc.*

† **SENESCALDUS**. Vide supra in *Senescalcus*.

† **SENESCANTIA**, Convivium, idem quod *Procuratio*. Charta ann. 1203. tom. 2. Chartul. S. Vandreg. pag. 1271 : *Noverrint universi... controversiam illam quæ vertebatur inter Reginaldum abbatem sancti Vandregisili et conventum ejusdem loci ex una parte et donn. Ricardum de Yvetot carrea omnia et Senescantiam abbatie et omnes liberationes et ferraturas equorum suorum et famulorum suorum, et etiam omnes alias consuetudines quas exigerat sibi et famulis suis ab abbate et conventu S. Vandregisili liberat et quietus ab omni reclamacione condonavit et in manu eorum resignavit. Vide Convedium.*

† **SENESCARIA**, **SENESCHALIATUS**. Vide in *Senesculus*.

**SENESPASUM**. Vide *Semispathium*.

† **SENESPPIO**, Rubentium pusularum species, Gall. *Rougeolle*. Mirac. MSS. Urbani V. PP. ex Tabular. S. Victoris Massil. : *Existens Avenione in ostalaria de Posu, infirmabatur de febre et Sensespione.*

\* *Sinipion* Vasconibus, *Sarampion* Hispan. Consule Menag. Orig. Franc. v. *Sinipion*. Vide infra *Siripinia*.

† **SENETA**, Piscis genus, ut videtur. Statuta Placent. lib. 6. fol. 79. vº : *Item strigios et Senetas, pro qualibet libra IIII. den.* Vide *Senecio* 2.

\* **SENETIO** vocatur *Carduus benedictus*. Glossar. medic. MS. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

† **SENEUCIA**, Viduitas, Gall. *Veuve*. Placitum ann. 17. Edwardi III. apud Th. Blount in Nomolex. Anglic. : *Si vidua dotata post mortem viri sui se maritaverit, vel filium vel filiam in Seneuca pepererit, dotem suam amittet et forisfiet in quocunque loco Comitatus Kantii.*

**SENEVICA**. Constantinus Afric. lib. 2. Pantech. cap. 4 : *In dorsi spondilibus duo tuntum sunt, (ossa) a quibus alia sicut spina contorta exeunt. Hæc contorta a medicis appellantur Senevica.*

**SENEX**. *Senes*, vel *Senes Episcopi*, in Africa dicti Episcopi promotionis ætate cæteris antiquiores, qui eo nomine Prima-

tes erant : quorum *Sedes Prima* vocabatur. Leo IX. Epist. 4 : *Sed de Africa Primatibus aliter intelligendum est, quia in singulis ejus provinciis antiquitus Primates instituebantur, nec secundum potentiam alicujus civitatis, sed secundum tempus suæ ordinationis, quibus tamen omnibus præterea unus, scilicet Carthaginensis Archiepiscopus, qui etiam non incongrue dici potest Metropolitanus, propter Carthaginem Metropolitim totius Africae.* Adde Epist. 3. In Concilio Carthag. Theodosio A. et Rumorido Coss. celebrato can. 57. *Xantippus nominatur Sanctus Senex* : et can. 94. *Sanctus Senex Donatianus*, quorum prior Primas fuit et Episcopus primæ sedis Numidiæ, alter Provincia Byzacenæ. Ita passim hæc vox accipitur apud S. Augustinum Epistol. 55. 152. 217. 236. et 261. in Epist. Concilii Cirtensis apud eund. August. post Brevicul. Collat. apud Facundum Hermianens. lib. contra Mocianum pag. 576. etc. Quod vero interdum controversiæ nascerentur inter Episcopos de promotionis tempore, ut apud Augustinum Ep. 217. cautum est peculiari Canone in Concilio Africano can. 56. ut qui deinceps ordinarerentur in Africa Episcopi, literas ab ordinatoribus suis acciperent, quæ Consullem et diem continerent. In Collat. Carthag. I. cap. 16. in Epist. Synodi Cirtensis Concilii, et in Epist. Concilii Milevitani, *Silvanus Senex Ecclesie Summensis* dicitur, qui cap. 57. ejusdem Collationis, *primæ sedis provinciæ Numidiæ* Episcopi titulo donatur. In Concilio Carthag. Cæsario et Attico Coss. fit mentio *Victoris Senis Puppatanensis*. In Concilio Carthag. III. *Musonius* in Epist. ad Episcopos, *Senex* ; in Actis ejusdem Concilii, *primæ sedis Episcopus Provinciæ Byzacenæ* appellatur. Ita S. Augustinus in Collat. tertia cap. 7. dicitur ordinatus a Megalio, qui tunc fuerat *Prinus in Numidia Ecclesie Catholicae*. Quod scribitur etiam a Possidio ; et cap. 13. Secundus Tiginianus dicitur *habuisse tunc* (tempore persecutionis) *Prinatum Episcoporum Numidiæ*. Γέροντες dicebantur Scriptoribus Græcis. Γέροντες ἑκκλησιαστικῶν, in Cod. Canon. Eccl. Afric. cap. 90. 100. Γέρον ἰνωκέντιος, cap. 97 : Γέρον Δονατιανῶς πρωτεύων, cap. 127. Vide Gregorium M. lib. 1. Epist. 72. 75. lib. 2. Indict. 11. Epist. 47. 48. [et Glossar. mediæ Græcitatatis in Γέρον col. 246.]

**SENEX**, Abbas. Petrus Abælardus Epist. 8 : *Qui Sunctorum vitas scripserunt, quos nunc Abbates dicimus, Senes vocabunt.* Hinc liber γεροντων dictus.

**SENEX**, vel *Vetulus de Montanis*, dictus nostris *Assasinorum Princeps, le Vieil de la Montagne Joinville* et aliis, non ob ætatem ingravescemtem ; sed quod lingua Arabica *Seich*, vel *Scheich* indigiteretur, voce quæ *Seniorem* et *Dominum* significat, de qua quædam attigimus ad *Joinvillam* pag. 70. *De Montanis* vero cognominabatur, quod revera in montibus habitaret, uti apud eundem *Joinvillam* docuimus pag. 87. ex Scriptoribus, licet contra censeat vir doctus apud clarissimum Menagium in Originibus Italicis pag. 1089. Arnoldus Lubecensis lib. 4. cap. 37 : *Princeps de Montanis, qui quadam excellentia Principatus dicitur Senex.* Will. Tyrius lib. 20.

cap. 31. de Assasinis : *Hi non hæreditaria successione, sed meritorum prærogativa Magistrum sibi solent præficere, et eligere Præceptorem, quem spretis aliis dignitatum nominibus Senem vocant.* Will. Neubrigensis lib. 4. cap. 24 : *Fertur esse in Oriente gens sub ditione cujusdam potentis Saraceni, quem Senem nominant, quoddam hominum genus adeo seductibile, atque in propriam proclive perniciem, ut ab eodem, quem scilicet loco Prophetæ colunt, artificiosissimis fallucium pollicitationum præstigiis sollicitatum, atque illectum, immortalia se post mortem comoda percepturos existiment, si illi imperanti usque ad mortem obtemperent.* Adde lib. 5. cap. 16. et alios Scriptorum, quos laudamus ad *Joinvillam*.

**VETULUS DE MONTANIS**. Vincentius Belvac. lib. 31. cap. 93 : *Assasini, et eorum præceptor Vetulus de Montanis.* Eadem habet Jacobus de Vitriaco lib. 3. pag. 1142. Rigordus ann. 1190 : *Misit nuntios ad Vetulum Arsacidarum Regem.* Hinc Assasinos, *Veteres Montanos* vulgo appellatos, scribit idem Joannes de Vitriaco pag. 1126.

**ANTIQUUS DE LA MONTAGNE**, vocatur apud *Willebrandum ab Oldenborg* in Itinerario Terræ Sanctæ pag. 129.

† Haud scio an idem sit qui *Vetus de Mussa* dicitur in Litteris Henrici III. Reg. Angl. ann. 1238. apud Rymer. tom. 1. pag. 382 : *Rex Tath. nuncio Veteris de Mussa, salutem. Significamus vobis quod bene placet nobis, quod ad nos in Angliam veniatis, una cum gente vestra propria, quam vobiscum ducetis, ad exponendum nobis nuntium vestrum, quod vobis injunctum est ex parte prædicti Veteris de Mussa domini vestri.*

\* **SENGLA**, a Gallico *Sangle*, Cingulum ephippiarium. Comput. ann. 1334. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 85. col. 1 : *Ad opud dictorum ronsinorum... per unas Senglus et unas capsanas, etc.*

**SENGLARIS**, **SENGLARIUS**, **SENGLERIUS**. Vide infra *Singularis*.

\* **SENGLARSIUS**, *Aper*, Gall. *Sangler*. Transact. ann. 1501. ex sched. Pr. de *Mazaugues* : *Quod talis venator..... teneatur portare et tradere eidem domino..... unum cadrantem sive carterium ejusdem talis animalis posteriorem, cum altero pedum ejusdem porcii aut Senglarsii.* Vide *Singularis*.

† **SENHAIRARE**. Charta ann. 1327. ex Tabular. S. Victoris Massil. : *Usum pasceendi, pastorgandi et Senhairandi et alia faciendi in Arbosiis.* Hispanis *Senara*, semen seu quod seri potest sonat, unde *Senhairare* effectum videtur : nisi noctem sub dio transigere significet, quia ibi de animalibus pasceendis sermo est. Vide *Senara*. **SENHERA**, Vexillum, Hispanis *Señera*. Vide in *Partitu* 1.

† **1. SENHORIA**, ut *Senhera*, in Charta ann. 1293. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 107. col. 2 : *Tenere possint, si voverint, vexillum seu Senhoriam per tres dies naturales in signum majoris domini.* *Senhau*, in For. Beneharn. Signum, Gall. *Signal*, sonat : unde *Senhera*, pro vexillum. Vide *Senteria*.

† **2. SENHORIA**, Dominium, dominatio, ex Hispan. *Sennoria*, Gall. *Seigneurie*.



Charta ann. 1233. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 496 : *Omnes terras et Senhorias et elemosinas et omnia jura que habebam vel habere debebam... permutavi ei et permutato ad ipsum transtuli.* Charta ann. 1257. ex Schedis Præsidi. de Muzaugues : *Dent eis... terram habentem Senhoriam et jurisdictionem plenissimam, quæ valeat et valere possit communiter quolibet anno 10000. solidorum Provincialium in redditibus.* Alia ejusdem anni ex Tabul. Episc. Massil. : *B. Massiliensis Episcopus omnem jurisdictionem et Senhoriam temporalem vilke superioris Massiliæ permutavit, et ex causa permutacionis tradidit illust. dom. Carolo Comiti... jurisdictionem temporalem et totam Senhoriam et omnia jura temporalia que habebat in dicta civitate.* Charta ann. 1288. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 109 : *Vendidit... majus dominium et Senhoriam majori dominio adherentem castri et territorii de Aviano. Cum omni dominio et Senhorio,* in Charta ann. 1404. ex Tabular. S. Victoris Massil. *Senhor, pro Dominus, Seigneur, in veteri Charta apud Gallandum de Franco Alodio pag. 168. Vide Segnoriam et infra Senior.*

¶ **SENHORIA**, Reditus, prædiorum seu dominiomm commoda. Charta ann. 1245. ex Cod. MS. D. Brunet fol. 79 : *Dictus Barralus... recipere possit omnes possessiones suas, ... thascas et Senhorias.*

\* **SENHORIUM**, **SENHORIUM**, **DOMINIUM**, Gall. *Seigneurie*. Arest. ann. 1316. in Reg. Olim. parlam. Paris. fol. 327. vº : *Item Senhorium et tenementum ville sancti Memorii, quod appellatur et consuevit appellari Senhorium et tenementum domini Ofitii de Martho.* Bis utrumque rursus ibidem occurrit. Vide *Senhoriam* 2. et in *Senior*.

¶ **SENIA**, Gravia, sapientia, quæ senem decent. Acta SS. Viti et Modesti tom. 2. Junii pag. 1023 : *Hic in brevi consummatus infans et vix abluctatus, puer egit Senia.*

¶ **SENICA**. Vide supra *Sceneca*.

¶ **SENICES**, pro Senes, apud Jos. Moret. Antiq. Navarræ pag. 466 : *Ecce nos omnes qui sumus de concilio de Berria, ... barones et mulieres, Senices et juvenes, etc.*

¶ **SENICIS**, Academicis Cruscanis *Senici*, mulum in partibus glandulosis gulæ, lutine angina dicta. Mirac. S. Humilianæ tom. 4. Maii pag. 407 : *Quidam homo... patiebatur quamdã infirmitatem, quæ dicitur Senicis, physicæ autem Squinantia.*

**SENICUS**. Monet Bignonius, in Codice Regio Marculfi, formulas, alias complures veteres excipere cum hac epigraphe, *Cartas Senicas*, quarum, vocum vim se nescire fateatur vir doctissimus. Monet Stephanus Baluzius in Notis ad easdem formulas, in veteri codice Notarum, quæ Tyroni adscribuntur in Bibliotheca Regia, hæc haberi : *Incipit Prologus de Notis Senicis.* Et Labbeus in Specimine antiquarum lectionum pag. 44. in Codice Puteano : *Liber notarum Senici.* Apud Nonium, *Senicus*, idem est quod *Senex*.

\* *Cartas Senicas* hic usurpari quasi formulas veteres; *Senicæ* enim quasi senes, monitum se a Joanne Savarone scribit Bignonius in notis ad Marculfum : harum

itaque vocum vim se nescire non omnino fatetur doctissimus vir, ut ait Cangius. Vocis origo accersenda haud dubie, si fides Auctori Relig. Gall. tom. 1. pag. 179. a Celtico *Senan* vel *Sene*, quo Druides nuncupabantur. *Sen* autem Celtis senem, sanctum, venerandum sonabat. Consule Glossar. Celtic. Bulleii v. *Senæ*.

**SENIDOCIUM**, *Cetus astrificus*. Ita Glossæ antiquæ MSS. Vide *Sinodochium*.

¶ **SENERIA**, Vexillum, ut supra *Senheru*. Homagium Raymundi de Agouto præstitum Berengario Episc. Carpent. pro castro de Muris 3. Maii 1312. ex Schedis D. de Remerville a S. Quintino : *Recognovit... quemcumque Episcopum Carpentoratensem in sua creatione episcopuli in primo adventu suo ad castrum de Muris habere posse vexillum suum, vel Seneriam in signum sui domini et ecclesiæ supradictæ, et ponere in turri seu fortalitiis dicti castri.* Vide *Senhoriam* 1.

¶ **SENILOSUS**. Vide infra *Susurrator*.

**SENIO**, Ludi, seu alceæ species. Joan. Sarisberiensis lib. 1. Policrat. cap. 5 : *Hinc Tessera, Calculus, Tabula, Urto vel Darduna pugna, Tricolus, Senio, Monachus, Orbiculi, Taliorchus, Vulpes, quorum artem utilius est dediscere, quam docere.* [Vide Fabri Thesaurum in voce *Sex*.]

**SENIOR**, Dominus, Gall. *Seigneur*. Salomon Constantiensis in Lexico : *Veteres principes, antiqui principes, senes, Seniores.* [Unde Reges Francorum maxime Carovingi nonnumquam *Seniores* dicuntur, in Manuali Duodanæ passim.] Gregorius Turon. lib. 8. cap. 30 : *Nullus Regem metuit, nullus Ducem, nullus Comitem reveretur. Et si fortassis alicui ista displicent, ... statim seditio in populo, statim tumultus exoritur, et in tantum unusquisque contra Senioremem sæva intentione grassatur, ut vix se credat evadere, si tandem silere nequiverit.* Lib. 10. cap. 2 : *Cum Seniori urbis nunciata fuissent, quæ puer horum gesserat, etc.* Conventus apud Marsnam ann. 851. in Annalib. Francor. Bertinian. : *Sicut per rectum unusquisque in suo ordine et statu suo Principi et Seniori esse debet.* Annales Francor. Fuldenses ann. 887 : *Invitaverunt Arnolfum filium Karolovanni Regis, ipsunque ad Senioremem elegerunt, et sine mora statuerunt ad Regem extolli. Dominus et Senior noster Carolus Rex, etc.* in Annuntiatione Herardi Archiep. in Synodo Suesionensi ann. 866. cap. 6. Sueno Aggonis in Histor. Danica pag. 11. de Uffone : *Corrogato itaque cætu Proccrum, totiusque regni Concilio celebrato, Alanannorum Regis ambitionem explicuit, quid in hac optione haud eligenda facturus sit, indagacione cumulata, Senior sciscitatur, etc.* Et pag. 13 : *Uffo dum orationem complexset, a collateralibus Senior sciscitatur, etc.* Saxo Grammaticus lib. 10. pag. 195 : *Senior Regis adventum opperiens, etc.* [Naturalis Seniores, id est, legitimi domini, in Charta ann. 1126. ex Tabular. Major. Monast.] Occurrit passim in Capitulis Caroli M. et Caroli C. in Annalib. Francicis, et alibi. Vide Goldastum ad Theodorum Eremitam de Vita S. Magni lib. 2. cap. 4. [et *Bouche* tom. 2. Hist. Provinc. pag. 41. ubi multa cum ex Italia, tum ex Burgundia aliisque

regionibus profert exempla.] Sed et *Senioremem* Christum vocat S. Columbanus, quem vulgo alii *Dominum* : quomodo nos etiam dicimus *nostræ Seigneur*.

¶ **SENIOR**, Eadem notione, ex Hispan. *Senior*. Charta Athonis Garseani pro Monaster. S. Mariæ Maon. inter Concil. Hisp. tom. 3. pag. 136 : *Ego Atho Garseunus, Sennior de Tena et de Juca, etc.*

\* *Signor*, in Ch. Gallica ann. 1257. ex Tabul. S. Apri Tull. Hinc nostris *Mis à seigneur*, in possessionem domini missus. Transact. ann. 1344. in vol. 2. arestor. parlam. Paris. : *Chuscune desdittes parties joira des héritages dessus devisez, et en sera chascun mis à Seigneur.*

¶ **SENIORISSA**, Domina. Charta ann. 810. tom. 1. novæ Hist. Occitan. inter Instr. col. 35 : *Nos Trudoinus et Salomon advocati Autscindanæ abbatissæ, nec non et Seniorissæ nostræ, sicut nobis præcepit simulque injunxit, ... donamus, donatunque in perpetuum esse volumus ad monasterium Anianum, etc.* Vide infra *Signoressa*.

**SENIOR**, cum adjectione loci, quomodo dicimus, *Seigneur d'un tel lieu*. Vetus Charta in Chronico Besuensi pag. 575 : *Sig. Fulconis Senioris Bellimontis. Sig. Gisleberti Senioris Reseie. Sig. Vallonis Senioris Berie, etc.* Pag. 591 : *Odo Montissabionis Senior, etc.* Adde pag. 587. 617. [Charta apud Menag. Hist. Sabol. pag. 135 : *A Sentoribus loci nostri, id est, a dom. Reginaldo Allobroge et filiis ejus, etc.*]

**SENIOR**, Abbas, seu Præfectus Monasterii. Cæsarius Arelat. serm. 7. ad Monachos Lerinenses : *Dura tibi videntur præcepta Senioris : quanto tibi durior erunt consilia deceptoris?* Ita serm. 13. 14. et alibi non semel, et in Formula 32. ex Baluzianis. [Paulus Warnefridus lib. 6. cap. 39. ubi de Petronacis electione in Abbatem Casinensem : *Eundem venerabilem virum Petronacem sibi Senioremem statuerunt.* Vide *Senex*.]

**SENIOR**, Maritus, conjux. Passio [S. Vitalis Mart. n. 7 : *Cum S. Martyris conjux B. Valeria Senioris ejus victoriam, quam inspectante Deo apud Rusvennam promeruit, Medioluni comperisset, etc.* Helgandus in Roberto Rege pag. 66. ubi Constantia Regina sic *Dominum suum*, id est, conjugem compellat : *Heu Senior bone, quis inimicorum Dei vos aureo vestitu diciturpavit honesto?* Infra pag. 73. de eadem Constantia : *Quod reliquum fuit, in quibus debuit, distribuit... juxta utile sui Senioris velle.* Chronicon Besuense pag. 587 : *Abordis matrona pro remedio univæ quondam Senioris sui nomine Eremberti, ... tradidit, etc.* Charta cujusdam Adalbergæ, Carolo Regi regnante, apud Sammarthanos in Abbat. S. Sergii Audcgav. : *Alodum juris mei, quem Senior meus Frotmundus in dotalitium mihi dimisit, dono, etc.* [Conc. Illiberit. cap. 85 : *Si mulier maritum suum causa fornicacionis veneno interfecerit, aut quacunque arte perire facit, quia dominum et Senioremem suum occidit, seculum relinquit et in monasterio peniteat.* Epist. Nicolai I. PP. ad Hermentrudem Franc. Regin. ann. 863. apud Miræum tom. 1. pag. 133. col. 2 : *Apud vestrum Senioremem, ventalem, vobis juvenibus, vigorem obtineat.* Tabul.



Burgul. ann. 996: *Pictavorum Comitissa Emma... humiliter deprecata est quatenus donationem quam olim Senior suus pia recordationis Odo Comes de curte Burguliensi concesserat, etc.*] Codicillus Joannæ Burgundiæ Reginæ Franciæ mens. Maii 1325: *Volons et ordenons, que se nostre fille Jeanne avoit plusieurs autres enfans maales de nostre chier fus le Duc de Bourgoigne son Seigneur, etc.* Et infra: *Et ainsi mesme ordenons et volons des enfans maales de nos chieres filles Isabel et Marguerite, lesquies il auront des Seigneurs qu'ils ont muintenant, etc.* [Charta ann. 1367. ex Chartul. S. Aviti Aurel: *Establis en droit par devant nous ledit Michel et Jannete su femme, la dite femme ou l'auctorité et assentement dudit Michel son Seigneur qui li a donné povair, etc.*] Chronic. Bertrandi du Guesclin:

Li uns fu son Seigneur, l'autre oncle l'appella.

Occurrit crebro in Tabul. S. Cyrici Nivern. num. 10. 19. 49. in Stabilimentis S. Ludovici, apud Christinam Pisanam in lib. du Tresor de la Cité des Dames, 1. part. cap. 13. 14. 22. etc. Vide Baro, et Dominus 7.

\* Nostrī *Seigneur* etiam pro *Beaupere*, socer, usurparunt. Lit. remiss. ann. 1386. in Reg. 129. Chartoph. reg. ch. 146: *Ice lui Freminet trouva Jehan Jasset gendre dudit Henry, et lui dist et donna à entendre, comment icellui Henry son Seigneur lui mandoit, etc.* Alia ann. 1417. in Reg. 170. ch. 33: *Le suppliant gendre de Pierre Fontan, dist et déposa pour et à l'entention dudit Pierre Fontan, son Seigneur ou sogre.* Vide infra in *Siriticus*.

SENIOR, Primus, præcipuus. Vita Aldrici Episc. Cenoman. n. 1: *Et suadente, sive exhortante, Episcopo suo Drogone, licet coacte, Senior Cantor ibi sublimatur, id est, Præceptor. Infra: Eum seniorem Sacerdotem suumque confessorum præsepe constituit.* Et n. 50: *Drogo Archiepiscopus et Senior Capellanus subscripsit. Mater et Senior civitatis Ecclesia, in eadem Vita n. 24. 44. 46. et in Actis Episcop. Cenoman. non semel: Senius altare, ibid. n. 46: [Senior Basilica, in Vita S. Leutfredi sæc. 3. Bened. part. 1. pag. 592.] Vide Ecclesia senior.*

SENIORARE, Dominari, Gall. *Exercer la Seigneurie*. Charta Tabularii S. Sophiæ Benevent. ann. 41. Imperii Basilii (Chr. 1013): *Et sumus residentes in ista civitate Luceriæ ud Seniorandum, judicandum, et regendum.* Apud Camillum Peregrin. de Ducatu Benevent. pag. 81.

† SENIORATICUS, Senior, dominus vel potius advocatus. Charta conventionis inter Mironem et Petrum Abbat. S. Victoris Massil. ann. 1050. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 447: *Hunc locum S. Sebastiani teneant monachi S. Victoris ad servitium Dei, et S. Sebastiani, vel nostrum, secundum regulam S. Benedicti, sive possibilitatem illius loci, excepto quod illud locum S. Sebastiani non liceat eis alium Senioraticum facere, nec proclanare, nisi nos aut filiis nostris, cui nos dimiserimus ipsum locum.*

† SENIORATICUM, Jus quod Seniori seu domino, ratione *senioratici* seu domini

debetur. Charta ann. 1015. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 169: *Quantum in istas adjuncias concluditur totum et ab integro dono Deo et S. Petro, ... sine ullo servitio et ullo Senioratico.* Judicium Curiae Barcinon. ann. 1165. in Append. ad Marcam Hisp. col. 1340: *Præcipue quia ipse in eis Senioraticum vel ad empramentum et mandamentum habet districtum.* Ibid. col. 1341: *Comes respondebat nullum Senioraticum ei in sua familia nec dedisse, nec recognoscere.* Vide in *Stacamentum*.

SENIORATICUM, Dominium, dominatio, Gall. *Seigneurie*. Charta Raimundi Comitis Barcinonensis apud Marcam lib. 6. Hist. Beneharn. cap. 4: *Dono tibi fidei meo Guillelmo Raymundi Dapifero, urbem Tortosam, ut tu teneas ipsam zudum, et habeas Senioraticum de ipsa civitate, etc.* Alia Guillelmi de Montecatano apud eundem cap. 5. n. 6: *Fucio hominum vobis... de toto illo Senioratico de Biarno, quod ego ibi per me vel filios meos ibi consequi potero.* Alia Ildefonsi Regis Aragon. apud eundem lib. 9. cap. 9: *Dono quoque vobis illud Senioraticum, quod ego habeo et habere debeo in Bordcas.*

SENIORATICUM, in Charta Henrici Imper. ann. 1081. apud Ughellum tom. 3. pag. 419: *Segnorage, in Libertatibus villæ Perusensis ann. 1260. apud Thomasserium pag. 98.*

SENIORATUS, Eadem notione. Capitula Caroli C. tit. 16. cap. 13: *Et mandat vobis noster senior, quiv, si aliquis de vobis talis est, cui suus Senioratus non placet, et illi simulat, ut ad alium seniorem melius, quam ad illum acceptare possit, veniat ad illum, et ipse tranquillo et pacifico animo donat illi commeatum.* Adde tit. 18. cap. 6. Edictum Pistense cap. 31: *Indeque ad terram suæ nativitatis, et ad Senioratum suum quisque redeat, etc.* Charta Caroli Calvi pro Barcinonensibus apud Diago lib. 2. cap. 4: *Et si aliquis ex ipsis hominibus, qui ab eorum aliquo adstructatus est in sua portione collocatus, ulium, id est, Comitibus, aut Vicecomitibus, aut Vicariis, aut, cujuslibet hominis Senioratum elegerit, liberam habeat licentiam abeundi.* Concilium Trosleianum ann. 909. cap. 6: *Nequaquam seniorum ab eis tollemus dominium, quasi ipsi nomen Senioratus in rebus sibi a Deo concessis habere non debent.* Synodus Ravenn. sub Joan. VIII. PP. cap. 11: *Illos, qui pro diversis suis excessibus se conveniendos legaliter timent, aliumque Senioratum confugiunt, etc.* Beda in Vita S. Dunstani: *Jussit eum ablata dignitate etiam omni honore privari, et sibi Senioratum, ubi vellet, sine se suisque conquirere.* Charta Ludovici Regis Burgundiæ ann. 996: *Quoniam quidem et sagacitas principum nostrorum omnimodis volumus, ut comperiat prælibati Monasterii rectores, videlicet Abbatem Adalricum, ejusdemque Monachos sub nostri regiminis apice atque tuitionis defensione constitutos, et ex hoc deinceps nostro Senioratui, inlyti Archiepiscopi (Viennensis) commissu grata nostra pietate adhibitos, ut cujusquam valetudinis audacia non præsumat illis quicquam inferre mali, etc.* Charta ann. 1107. in Tabulario Ecclesiæ

Gratianopolitana fol. 36: *Et habuit inde Morardus pro prædicta terra et pro dominatione sive Senioratu, quem in manu prædicti Episcopi dimisit, etc.*

SENIORALE, Concilium Meldense ann. 845. cap. 7. et Synodus ad Theudonivillam ann. 5. Caroli C. cap. 1: *Vigorem regium ac Seniorale, et super vestros, et super impugnantem potestatem vestram optatis habere, etc.* Senioralis reverentia, in Synodo apud Vermeriam cap. 1.

† SENIORIA, ut Senioraticum. Testam. ann. 1156. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occit. col. 558: *Rainbaldum filium meum in alis bonis meis hæredem mihi facio, scilicet de castro Omellas cum suis pertinentiis et Senioriis, villis, mansis, etc.* Charta ejusdem anni ibid. col. 560: *Vendinus... totam illam Senioriam quam habebimus in castro de Vinza cum omnibus pertinentiis suis.* Testam. Bernardi D. de Turre apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 498: *In dicta Senioria et dominio dicti castri et dicta fortaricia... heredem instituo.* Litteræ Henrici VII. Reg. Angl. ann. 1507. apud Rymer. tom. 13. pag. 161: *Sub obedientia et jurisdictione domini sive Senioriæ Veneciarum, etc.* Vide *Signoria*.

† SENNORIA, Eadem notione. Charta ann. 1213. ex Tabul. Massil.: *Ego Roncelinus dominus et vicecomes Massiliæ vendo rectoribus pro tota communitate Massiliæ octavam partem totius domini seu Sennoriæ Massiliæ, sive in justitiis, terris, etc.* Charta Michaelis Arelat. Archiep. ann. 1214. ex Bibl. Reg.: *Concedimus in feudum castrum Belliquadri cum tota Sennoria sua, etc.* Vide *Senhoria* 2.

† SENIORITAS, Eodem significato. Charta Rostagni Aquensis Archiep. ann. 1085. inter Instr. tom. 1. Gall. Christ. novæ edit. pag. 65. col. 1: *Adjunxerunt autem supradictæ donationi Senioritatem piscatoriæ opere factæ, medietatem parationis.* Charta ann. 1538. apud Rymer. tom. 14. pag. 596: *Residens infra hoc regnum nostrum, seu infra aliqua alia dominia nostra, Senioritates aut patrias vel marchias eorumdem.*

SENIORIVUS, Dominium, Senioraticum, *Seigneurie*. Charta Guillelmi D. Montispe-sulani ann. 1109: *Detis omnes castros vestros de terris vestris, et omnes forciās, et Seniorivos, et potestativos, que modo habetis.* [Charta ann. 1139. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 487: *Ego prædictus Bernardus de Comange et uxor mea Dias... donamus tibi Bernardæ filie nostræ et viro tuo Rogerio de Biterri iudicium castrum de Murello et ipsum Seniorivum. Super taschis et Seniorivo, in Tabul. Prioratus S. Johan. Tolos.] Occurrit præterea in Charta Mariæ D. Montispe-sulani ann. 1205. in alia Jacobi Regis Aragon. ann. 1313. tom. 8. Spicilegii Acheriani, [in alia ann. 1254. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 66. et alibi.]*

† SENNORIVUS, Eodem intellectu, in Pacto inito ann. 1169. inter Guillelmum Montispe-sulani dominum et Bertrandum de Andusia tom. 8. Spicileg. Acher. pag. 165: *Omnes forciās, et Sennorivos, et potestati-*



vos, quæ modo habetis vel in antea aliquo modo habebitis. Infra legitur Sennorius.

**SENIORES**, Primates : quomodo Seniores dicuntur in Edicto Marcellini Notarii, qui Synodo Carthag. præfuit, et in Novella Majoriani de Curialibus quos Augustinus Epist. 44. *Decuriones et primates civitatis* vocat. Hist. Miscella Seniores appellat, qui Theophani  $\epsilon\iota\ \tau\acute{\epsilon}\lambda\epsilon\iota$  dicuntur. Hieron. Blanca in Comment. Rer. Aragon. pag. 718 : *Reimp. 12. delectis viris ex optimatibus committentes, qui ob nimiam ætatem, quod senes essent, Seniores sunt vocati.* Lex Wisigoth. lib. 1. tit. 1. § 1 : *Videntibus cunctis Sacerdotibus, Senioribusque Palatii, atque Gardingis.* Lib. 3. tit. 1. § 4 : *Ut quicumque ex Palatii nostri primatibus, vel Senioribus gentis Gothorum, etc. Salomon Constantiensis Episcopus in Lexico : Veteres Principes, antiqui principes seniores.* [Charta Dagoberti Reg. ann. 640. apud Miræum tom. 1. pag. 490. col. 1 : *Approbantibus palatii mei Principibus et Senioribus Arnulpho et Pipino. Caput Senior, pro Dominus superior, apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 182. Consule Valesium in Notit. Gall. pag. 484. Vide etiam Majores, Primates, Primi, Senatres, etc.]*

† **SENIOR**, Dignitatis etiam seu officii nomen apud Scotos. Placitum ann. 1293. apud Rymer. tom. 2. pag. 614 : *Jacobus Senior Scotiae et Joannes de Soules venerunt, etc. Invenit plegium de relevio suo... Jacobum Senioreni Scotiae.*

**SENIOR**, Presbyter. Vis Græcæ vocis,  $\pi\pi\epsilon\sigma\beta\acute{\upsilon}\tau\eta\varsigma$ . S. Cyprianus Epist. 75 : *Qua ex causa necessario apud nos fit, ut per singulos annos Seniores et prepositi in unum conveniamus ad disponenda ea, quæ curæ nostræ commissa sunt.* Prudentius in Pass. S. Hippolyti :

Offertur Senior nexibus implicitus.

Hippolytum Presbyterum antea vocaverat Paulinus Epistola 4. ad Amandum : *Deservimus altario Dei, et mensis salutaribus ministramus, jam nomine officioque Seniores, sensu autem adhuc parvuli, et sermone lactentes.* [Oratio ad presbyteros ordinandos in Liturg. Gallic. Mabill. pag. 307 : *Tu Domine super hunc famulum ill. quem Presbyterii honore dedicamus, manum tuæ benedictionis infunde, ut gravitate actuum, et censuru vivendi probet se esse Senioreni.* Præfat. ad vesperum Natalis Domini ibid. pag. 337 : *Sunctificet Ecclesiam, ædificet Sacerdotes, (i. Episcopos) exaltet Seniores, inlustret Levitas, etc.]*

† **SENIORES** quoque dicti, ex Hofmanno in Lexico, apud Fratres Bohemos, qui principem sacrorum curam gesserunt.

**SENIORES** Monasteriorum dicti, ut est apud Vigilium Diaconum in Regula Orientali cap. 2. Monachi duo, ætate provectiones, et scientia ac vitæ probitate insignes, quibus præsentē vel absente Abbate omnium fratrum disciplina et omnis cura Monasterii pertinebat, ... ex quibus unus tempore suo præsens in Monasterio semper erat ad præstandum Abbati solatium, vel obsequium adventibus fratribus, etc... Alius cum fratribus erat, tempore suo exiurus cum ipsis ad omnia opera, et omnem necessitatem, providens, ne quid contra disciplinam face-

rent, etc. Hi Dorotheo  $\gamma\acute{\epsilon}\rho\omicron\nu\tau\epsilon\varsigma$  non semel dicuntur. Ejusmodi Seniores non bini semper; sed interdum terni erant in Monasteriis. Quippe in Synodo Carthaginensi, habita ann. 527. habetur libellus supplex Petri cujusdam Abbatis, subscriptus ab ipso Petro Abbate, Fortunato Presbytero Monasterii, et a Victore, Vincentio, et Gentio Senioribus Monasterii. Sed et ad duodecim excrevisse interdum pro Monachorum numero legimus. Scribit enim Trithemius in Vita Mauri Archiep. Moguntini cap. 4. exstitisse in Fuldensi Monasterio 150. Monachos, ex quibus, inquit, 12. ad minus in omni scientia scripturarum doctissimi, dicebantur Seniores : quorum consilio Abbas in quotidianis necessitatibus utebatur, ut opus non esset universam fatigare congregationem. Quoties vero ex his 12. quispiam, vel ad aliud Cœnobium missus, vel morte fuisset sublatus, ex doctioribus et sanctioribus mox alius in ejus locum Rectoris et Seniorum electione constituebatur. Vide *Sempctæ*.

**SENIIOVORE**. Vita S. Præjecti Episcopi ex Cod. Atrebat. : *Cunq̄ue de tanta veneratione Hector cognovisset, maximeque quia Wlfoardo Seniovore domus fiducia perusus erat, ... uterque fugam ineunt.* Pro Seniore, seu Majore domus, qua dignitate in Austria donatus erat Wlfoardus; [uti etiam editum legitur apud Mabill. sæc. 2. Bened. pag. 644 : *Quia Wlfoaldi Senioris-Domus fiducia perusus erat.]*

† **SENIPEŒÆ**. Vide supra *Sempctæ*.

† **SENIASCALCUS**. Vide in *Senescalcus*.

† **SENISSIMUS**. Valde senex. Vita S. Landoaldi tom. 3. Mart. pag. 37 : *Huic repositioni interfuit quidam Frangerus, homo nostra ætate Senissimus. Testes Senissimi, in vet. Notitia tom. 2. Capitular. Baluzii col. 823.*

\* **SENISTERIUS**, Sinister. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Seniquiar, Prov. Senisterius, mantinus.* Vide *Sinisterius*.

**SENIUM**, a *Senectute* distinguit Joannes de Deo, Doctor Decretorum Bononiensis in Pœnitentiaro lib. 1. cap. 7. ita ut *Senectus* sit a 60. annis usque ad 80. *Senium* vero, post 80. annos.

† **SENIURAGIUS**, Idem qui *Senior*, Dominus. Charta apud Madox Formul. Anglic. pag. 192 : *Quod de omnibus rebus et servitiis que contingere possunt versus Seniuragios finabiliter acquieiebant per prædicta servitia... Et quod si prædictus Ricardus vel heredes sui, præfatam terram versus Seniuragios non acquieiverint, præfatus Thomas et heredes sui illam acquieient versus Seniuragios.*

† **SENIUS ALTARE**, Præcipuum. Vide *Senior*.

**SENIIX**, pro *Segnis*, occurrit apud Leonem Ost. lib. 3. cap. 20. edit. Angeli a Nuce.

† **SENNE**, vox Gallica, Synodus, unde *Senne* efformatum, vel a Germ. *Son*, quo congregatio vel collectio significatur, ut supra in voce *Senescalcus* monuimus. Statuta Synodalia Amelii Archiepisc. Turon. ann. 1396. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1181 : *Comme le Senne soit establi à la correction des crimes et reformation de*

*meurs, nous commandons que les abbez, recteurs et chapelains entrent le Senne à la premiere pulsation d'iceluy.* Unde liber in quo congeruntur Statuta Synodalia *Senne* etiam nuncupatur ibid. col. 1184 : *Si donons en commandement à tous abbez, curez et chapelains, aiant cures d'ames, qu'ils aient un livre appellé le Senne, et que chacun d'eux ait et preigne et rapporte la vraye copie de ces presens nos statuts et ordonnances.*

† **SENNENSIS**, pro *Senonensis*, ut colligitur ex Nicolai PP. Littera Egiloni Sennensi Episcopo inscripta, apud Sirmondum tom. 3. Concil. Galliæ.

† **SENNIOR**, Vide supra in *Senior*.

**SENNIS**. Fridegodus in S. Wilfrido cap. 40 :

. . . . . Mox Pastor scripsit eous

Sedibus abreptis reddi debere beatum

Christi mathiten post tanta pericula Sennem.

Id est ni fallor, sanum, incolumem, quod sequentia suadent.

† **SENNORIA**, SENNORIVUS. Vide in *Senior*.

**SENNUMIA**, *Tristitia*, in Gloss. Isid. [Excerpta : *Sennunia*. Papias et Constantiensis : *Sennunia*. Martinus emendat *Senium*, Vulcanius *Senturnia*.] Sed leg. *Sennia*, ex Gr.  $\sigma\acute{\upsilon}\nu\nu\omicron\tau\alpha$ .

**SENODICUM**. Testamentum Fulradi Abbatis S. Dionysii, editum a Mabillonio tom. 4. pag. 341 : *Ut in alimonia eorum, et susceptionem hospitum, vel in elemosina Senodicorum, pauperum, viduarum, orfanorum, et in lumen Ecclesiarum conferre debeam.* Id est, *Xenodochiorum*. Ita *Senodokium* in Legibus Luthprandi Regis Longob. tit. 15. § 4. [\* 19. (4, 1.) Herold. *Senedohio*, Murat. *Xenodochio*.] *Senodochium* in Capitulari 6. ann. 819. cap. 5. Vide *Sinodochium*.

**SENODOCHIUM**. Vide *Sinodochium*.

† **SENODOXIUS**, a Græco  $\epsilon\sigma\epsilon\nu\delta\omicron\chi\iota\omicron\varsigma$ , Titulus Magni Hospitaliariorum seu Templariorum Magistri. Charta Petri Abonis : *Trado et dono Deo et sancto sepulchro ac ecclesie beati Joannis Ospitalis Jerusalem Garatio Senodoxio ac aliis fratribus Jerusalem ospitalis, etc.* Vide *Sinodochium*.

\* **SENONCHIA**, f. Aquæ decursus, vel Stagnum. Charta Caroli comit. Vales. ann. 1314. in Reg. § 4. Chartoph. reg. ch. 56 : *La contée de Chartres o toutes ses honneurs et ses appartenances, Senonches, molins et renmolins.*

† **SENONPAIZ**. Vide infra *Sonopair*.

† **SENPECTÆ**, pro *Sempctæ*. Vide ibi.

**SENSALES**, Proxenetæ, Courtiers. Synodicon Nicosiense cap. 29 : *Similiter a mediatoribus, quos Sensales appellant, ne tractarent aut promoverent conventiones contractuum predictorum (usurariorum.)* Legendum forte *Cursales*.

☞ Nihil emendandum existimo : *Censal* quippe proxenetam vocant Provinciales : quod etiam alibi in usu est. Vide *Savary* in Diction. Commercii.

\* Nihil prorsus emendandum esse probat Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Sensal, Prov. proseneta*. Italis quoque *Sensale*. Hinc

\* **SENSARIA**, Proxenetæ merces, Ital.



*Senseria*. Pactum inter reg. Tunet. et Pisan. ann. 1398. tom. 1. Cod. Ital. diplom. col. 1122: *Item quod mercatores Pisani non teneantur nec debeant solvere pro eorum roba seu merebitis,.... nisi sicut ab antiquo solvere consueverunt, et tam pro Sensariis, quam pro quibuscumque aliis avaritiis.*

† **SENSARIUS**, Qui ad *censum*, seu sub aliqua præstatione elocat, Gall. *Censier*. [\* Sensalis, proxeneta. Vide Stat. Gen. civil. lib. 6. cap. 17.] Statuta Genuæ lib. 1. cap. 19. fol. 26. vº: *Et de predictis stari debeat fidei Sensarii qui arram dederit, vel denarium Dei, si tam de contractu, quam de arra et denario Dei, de quibus stari debeat ipsius Sensarii sacramento, etc.* Vide in *Census*.

**SENSATICUM**, pro *Censaticum*, semel ac iterum in Vita Aldrici Episc. Cenoman. num. 56. [Vide *Sensus* 2.]

† 1. **SENSATIO**, Intellectus, intelligentia, cognitio, Gr. *νόησις*. Vetus Irenæi Interpres lib. 2. cap. 13. n. 2: *Hæc autem enthymesis multum temporis faciens in eodem, et velut probata, SENSATIO nominatur.* Idem lib. 5. cap. 20. n. 2: *Supra igitur sentiunt, quam est mensura SENSATIONIS.* Vide *Sensibilitas* 2. et *Sensus*.

† 2. **SENSATIO**, Forma, apud eundem Interpr. lib. 2. cap. 14. num. 6: *Et altera quidem substitutionis initia esse; altera autem SENSATIONIS et substantiæ.* Vide *Sensibilitas* 1.

**SENSATULUS**, Sensui suo deditus, seu opinioni suæ inhærens, apud Hincmarum Rem. Opusc. LV. Capitulum. adversus Hincmarum Laudun. cap. 43. pag. 547. Locum dedimus in præfatione.

**SENSATUS**, Sensu pollens, prudens. Gloss. Græc. Lat.: *Νοητικός, Cordatus, sensatus, intelligens.* Sic nos dicimus, *Sensé*. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Sensatus, Sennez, plaxin de sens.*] Vir *Sensati animi*, apud Saxonem Gr. lib. 2. Passim in Libris sacris.

\* Nostris *Sens, sené, Ensenié* et *Assensé*. Charta ann. 1316. tom. 2. Hist. Leod. pag. 408: *Se en aucun cas de loy et costume de pays, sont trop larges, ou trop roids, ou trop étroits, ce doit estre attempreit en temps et en lieu, par les Sens de pays.* Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 116. Chartoph. reg. ch. 24: *Le suppliant qui estoit tout Assensez, homme de raison, et personne notable, etc.* Phil. *Mouskes*:

Et li queos, qui mout fu Seoés,  
En Venisse s'est cheminés.

Ibidem:

Alexis ot nom, mult fu biaus,  
Bien Enseniés iere li danzius.

Nisi ibi *Enseniés* sit pro *Doctus*, peritus. Vide supra *Scientiatus*.

\* **SENSEITUS**, pro *Censitus*, qui ad *censum* tenet. Charta ann. 1404. in Reg. feudor. comitat. Pictav. ex Cam. Comput. Paris. fol. 63. rº: *Cum hominibus meis, mensionariis et aliis tenanciaris meis et Senseitis, etc.* Vide *Sensarius* et *Sensivus*.

† 1. **SENSIBILIS**, Sensu præditus. Vetus Irenæi Interpres lib. 2. cap. 14. n. 6: *Ex quibus et ea quæ Sensibilia et insensata sunt, subiecerunt.* Vide *Sensatus*.

\* 2. **SENSIBILIS**, Eadem notione atque *Sensatus*, nostratibus *Sensible*. Lit.

remiss. ann. 1365. in Reg. 98. Chartoph. reg. ch. 487: *Laquelle Coline n'estoit pas bien Sensible, ne ne savoit pas bien faire ses besongnes.* Aliæ ann. 1389. in Reg. 138. ch. 176: *Chintrel qui lors estoit jeune varlet, de l'age de 18. ans et peu Sensible,.... demande grace, attendu le jeune age et petit sens qu'il avoit, lors que les faiz dessusdiz furent commis.* Vide *Sensibilitas* 2.

† 1. **SENSIBILITAS**, Sensus, Gr. *αἰσθησις*. Vetus Irenæi Interpres lib. 1. cap. 8. n. 2: *Christus eorum figuravit, et ad Sensibilitatem adduxit eos, quod dereliquerat eam, luminis.* Et cap. 15. n. 2: *Ut ad Sensibilitatem hominis descenderet, etc.* Mirac. MSS. Urbani V. PP.: *Perdiderat visum, auditum, loquelam et omnes Sensibilitates.* Vide *Sensatio* 2.

† 2. **SENSIBILITAS**, ut *Sensatio* 1. apud eundem lib. 1. cap. 30. n. 14: *Sensibilitate in eum descendente didicisse (aiunt) quod liquidum est.* Et lib. 2. cap. 6. num. 1: *Magnam mentis intuitionem et Sensibilitatem omnibus præstat.* Vide infra *Sensuabilitas*.

† **SENSIFICARE**, Sensus capacem reddere, sentire facere. Mart. Capella lib. 9. pag. 308: *Rupes Sensificare tonis, etc.*

† **SENTIFICARE**, Eadem notione, apud Claud. Mamert. de Statu animæ lib. 1. cap. 17: *Universum corpus movere atque Sentificare.* Et lib. 3. cap. 2: *Nec alia pars animæ Sentificat oculum, et alia vivificat digitum.*

† **SENTIFICUS**, apud Macrobi. Saturn. lib. 7. cap. 9. et Mart. Capellam lib. 2. pag. 43.

† **SENSIO**, *Sententia*. Gloss. Isid.

† **SENSIRE**, pro *Saisire*, Obsignare, ad manum Regis ponere, Gallice *Saisir*. Charta Philippi Pulchri Reg. Franc. ann. 1302. tom. 2. Chartul. S. Vandreg. pag. 1844: *Item volumus quod si mandaverimus.... bona alicujus prælati, vel alicujus alterius personæ ecclesiasticæ seu clericis... capi seu ad manum nostram poni, quod virtute mandati prædicti sui præcepti bona eorum recte mobilia non capiantur, Sensiantur seu ad manum nostram ponantur;.... nec volumus quod in casu isto gentes nostræ de bonis ipsorum capiant, Sensiant, vel arrestant ultra quantitatem emende pro qua dicta bona mandabimus capi, Sensiri vel etiam arrestari.*

\* **SENSIVUS**, pro *Census*, Censui obnoxius. Charta ann. 1126. in Append. ad tom. 6. Annal. Bened. pag. 650. col. 2: *Homines autem S. Richarii capite Sensivi, sine abbatis assensu, nunquam in communiam intrabunt.* Vide *Sensio* 2.

† **SENSUABILITAS**, ut *Sensatio* 1. Vetus Irenæi Interpres lib. 2. cap. 13. n. 3: *Totus cum sit sensus, et totus spiritus, et totus Sensuabilitas, etc.* Vide *Sensibilitas* 2. et *Sensualitas* 2.

† **SENSUABILITER**, Ex ratione et sensu, apud eundem lib. 5. cap. 18. n. 3: *Sensuabiliter legem statuens, universa queque in suo perseverare ordine.*

† 1. **SENSUALITAS**, Sensus, appetitus, facultas sentiendi, Gall. *Sensualité*. Tertull. de Anima cap. 17: *Plato irrationalem pronuncians Sensualitatem, etc.* Vita Innocentii III. PP. apud Murator. tom. 3. pag. 521: *Per caput intelligitur mens,.... cujus superior pars est ratio. et inferior Sensualitas.* S.

Bernardus de Consid. lib. 5: *Ubi sumus, vallis est laerymarum, in qua Sensualitas regnat, et consideratio exulat.* Adde Imitat. Christi lib. 1. cap. 1.

† 2. **SENSUALITAS**, Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii cap. 54. pag. 135: *Quidam Anglicus, vel virilis animositatis industria, seu temerariæ præsumptionis, seu Sensualitate ductus, mure latus attingens, etc.* Id est, suo sensu. Vide supra *Sensuabilitas*.

\* 3. **SENSUALITAS**, Gall. *Sensualité*. Sensus, intellectus. Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 110. Chartoph. reg. ch. 208: *Et il soit ainsi, que ledit Pierre depuis un an era ça par impatience, fragilité ou diminution de son corps et de sa Sensualité, soit devenu tout ydiote, etc.* Vide supra *Sensibilis* 2. et *Sensus* 1.

\* **SENSUATUS**, Sensu pollens, prudens, idem qui *Sensatus*. Epitaph. ann. 1299. apud D. Le Beuf tom. 4. Hist. diœc. Paris. pag. 213:

O vos artistæ, medici vos, vos canonistæ,  
Et vos legistæ, perpendite quis fuit iste:  
Nomioe Robertus Salnerius ipse vocatus,  
Pontisara natus, vir justus et uodique castus,  
Formosi gestus, coosulbonitate præcinctus  
Regis Sensuatus, legum professor honestus,  
Dum fuit in vita, Caleti fuit archilevita, etc.

1. **SENSUS**, Intellectus, *νοῦς*, nostris *Sens, bon sens*. Ita usurpant S. Hieronymus in Indice Hæreseon cap. 17. 28. Rufinus in Exposit. Symboli, et Eucherius Homil. 1. de Ascensione et Homil. de Pentecoste. [Capitul. lib. 1. cap. 76: *Non sinatis nova vel non canonica aliquos ex suo Sensu et non secundum Scripturas sacras fingere et prædicare populo.* Vide supra *Sensuabilitas*.]

† IN **SENSU**, Sensibiliter, manifeste. Vetus Irenæi Interpres lib. 5. cap. 17: *Propter hoc docebat homines in Sensu per ea signa, quæ faciebat, dare gloriam Deo.*

† 2. **SENSUS**, pro *Census*,] *Pensitatio* ex agris et prædiis. Charta ann. 764. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 29: *Ut qualemcumque Sensum visum vobis fuerit illis injungatis, quem vobis per singulos annos solvant.* Statuta MSS. Auscior. ann. 1301. art. 24: *Pro quo honore, fundo vel possessione tenetur domino ad certum Sensum, servitium seu præstationem annuum.* Consuet. Lemovic. art. 61: *Et si Sensus valeat plusquam pretium hujusmodi ultimæ assentationis, habetur hujusmodi contractus pro assentamento.* Vide *Sensatieum*.

† **SENSUS TERRÆ**, Illius declaratio seu inquisitio judiciaria. Charta Guidonis Comit. Flandr. ann. 1237. ex Tabul. S. Barthol. Betun.: *Si vero hospites vel alii iudicatore curiæ dictorum præpositi et capituli habeant opus Sensu terræ sive enquesta in eorum iudiciis faciendis, dominus Bethuniensis vel ejus ballivus debet eis facere haberi bona fide Sensum terræ sive enquestam per pares eastrî Bethuniensis quotiescumque... fuerit requisitus.*

\* **SENSUS CAPITANEUS**, Inconsultus naturæ impetus, Gall. *Premier mouvement*. Lit. remiss. ann. 1334. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 236: *Dictus Alquerius delatus, Sensus capitaneum et non rationem sequendo, irruit cum quibusdam suis complicibus contra dictum Petrum de la Balmæ*



*namini injuriantem, et percussit et male tractavit eundem.*

† **SENTELLA**, pro *Scutella*, ut opinor. Vide in hac voce. Charta Roberti Comit. Mellenti ann. 1183. tom. 4. Hist. Hareur. pag. 1346 : *Concessi præfatis monachis ponia colligenda ad perpetuum potum eorum et serventium ipsorum per totam forestam meam, et Sentellam elemosynam mensæ meæ ad ipsam pertinentem, quandocunque ego ero apud Wantevillam.*

† **SENTELUUS**. Vide *Sentelus*.

† **SENTENA**, **SENTHA**, **SENTONA**, pro *Sentina*, Fundum navis, in Informat. pro passagio transmarino ex Cod. MS. Sangerm.

† **1. SENTENTIA**, Sapientia, Gr. *σύνεσις*. Vetus Irenæi Interpret. lib. 1. cap. 10. n. 3 : *Qui vere sunt deserti a divina Sententia magistri.*

† **2. SENTENTIA**, Compendiaria rei alicujus expositio. Capitul. Attonis cap. 97 : *Commonendi sunt omnes fideles, ut generaliter a minimo usque ad maximum orationem Dominicam et symbolum memoriter teneant, et dicendum eis quod in his duabus Sententiis omne fidei Christianæ fundamentum incumbit, et nisi qui has duas Sententias memoriter tenuerit, et ex toto corde crediderit, et in oratione sæpissime frequentaverit, catholicus esse non poterit.* Ælfricus in Præfat. ad Sigericum Archiep. apud Wanleim de Antiqua Litterat. Septentr. pag. 153 : *Quadragesima Sententias in isto libro exposuimus, credentes hoc sufficere posse per annum fidelibus, si integre eis a ministris Domini recitentur in ecclesia.* De his 40. Sententiis in alia Præfat. his verbis loquitur idem Ælfricus ibid. pag. 157 : *Igitur in anteriore opere ordinavimus xl. sermones, in isto vero non minor numerus Sententiarum inventur.*

† **3. SENTENTIA**. Excerpta ex Terrario S. Petri Piperac. apud Acher. tom. 2. Spicil. pag. 704 : *Sententiam igitur ecclesiarum, et donum earum, si ausu temerario quis improbare præsumperit, a corpore Christi et Ecclesiæ segregatus, etc.* Ubi leg. forte *Sentina*, pro *Saisina*, possessio. Vide *Sensire*.

† **SENTENTIA JUDICIORUM**, Liber Ecclesiasticus, in quo continentur, quæ ad pœnitentiam imponendam et ad reconciliandum pœnitentem spectant. Vide *Pœnitentiale*.

† **SENTENTIABILIS**, Per *sententiam* redditus. Mirac. S. Walarici tom. 1. April. pag. 29 : *Ut Sententiabili decreto, quid super hoc deliberandum sit, censetur.*

**SENTENTIALIFER**, Per *sententiam*, vel iudicium, in Diurno Romano pag. 38. ubi infra, *synodaliter*, idem sonat. [Sententia Curie Reg. Aptensis ann. 1314. ex Schedis D. de Remerville : *Absolvimus et absolutos Sententialiter pronunciamus.* Vide *Sententialiter*.]

**SENTENTIARE**, Sententiam proferre, dare, [lata sententia condemnare, Gall. *Sententier*. Statuta Auscor. MSS. art. 7 : *Bajuli et Consules prædicti capere poterunt criminosos simul et divisim; inquirere autem vel Sententiare non nisi simul.* Charta ann. 1463 : *De omnibus inquisitionibus sive enquestis terminatis et Sententiatis, seu termi-*

*nandis et Sententiandis, etc.*] Albertus Stadenis ann. 1179 : *Papa in Consilio suo Sententiatus est, etc.* Rigordus ann. 1209 : *Qui (Papa) audita ejus propositione, et universitatis scholarium contradictione, Sententiavit contra ipsum.* Vitæ Abbatum S. Albani : *Contra quos iudices non audebant Sententiare.* Joan. Gerson. de Imit. Christi lib. 3. cap. 1 : *Non me sinas secundum auditum aurium hominum imperitorum Sententiare, id est, sententias et opiniones promere, judicare.* Utitur etiam Michael Scotus lib. 2. Mensæ Philosoph. cap. 23. lib. 4. cap. 17. [Occurrit præterea in Chron. Trivetti apud Acher. tom. 8. Spicil. pag. 463. in Statutis Cadubrii lib. 1. cap. 5. 19. 60. in Annal. Genuens. Georgii Stellæ apud Murator. tom. 17. col. 1167. in Statutis Monast. S. Claudii, apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 135. in Mirac. S. August. Cantuar. tom. 6. Maii pag. 402. etc.]

\* Interdictum vel excommunicationem decernere. Charta Rainaldi dom. Caseoli ann. 1229. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 33. v<sup>o</sup> : *Et si de hoc forte defecerim, ipse episcopus... possit... in me et terram meam Sententiare, usque ad plenam condignam super prædictis satisfactionem.*

† **SENTENTIARE**, Statuere, judicare, decernere. Acta ad Conc. Basileense apud Marten. tom. 8. Ampliss. Collect. col. 363 : *Item, quæ peccata lex divina Sententiat pœnaliter punienda.* Ibid. col. 372 : *Post hæc doctor adducit auctoritates plures canonum et doctorum Sententiantium, quod rigor correctionis seu justitiæ deberet temperari propter peccantium multitudinem.*

† **SENTENTIARE**, Consentire. Litteræ Edwardi I. Reg. in Chron. Angl. Th. Otterbourne pag. 105 : *Volentes et expresse Sententiantes coram nobis, tanquam coram superiori et directo domino, in omnibus ordinandis stare et obtemperare, etc.*

† **1. SENTENTIARIUS**, Arbitrator. Statuta Monast. S. Claudii ann. 1448. pag. 45 : *In nos tanquam arbitratore, Sententiarior, definitores, iudices, etc.* Vide *Sententior*.

\* **2. SENTENTIARIUS**, Gall. alias *Sentenchie*, Qui sententias judicariarias exscribit, scriba. Charta ann. 1403. tom. 2. Hist. Leod. pag. 437 : *Item que semblablement soit observeit tant aux Sentenchieurs, comme aux articuleurs, notaires, auditeurs et appareteurs desdites courts.*

**SENTENTIARIUS**, Qui libris Sententiarum Petri Lombardi student. Vide *Baccalarii* 3.

† **1. SENTENTIATOR**, ut *Sententiarus*, 1. Charta ann. 1298. apud Rym. tom. 2. pag. 819 : *Tanquam in arbitrum, arbitratorem, laudatorem, diffinitorem, arbitralem Sententiatorem, etc.*

\* **2. SENTENTIATOR**, Officium in moneta Florentina. Charta ann. 1317. apud Manni de Sigil. antiq. tom. 4. pag. 77 : *Sententiatore dictæ monete auri, etc.*

† **SENTENTIALITER**, ut *Sententia- liter*. Diploma Ruperti Reg. Rom. ann. 1401. apud Tolner. Hist. Palat. pag. 145 : *Et extra jus, ut moris est, Sententialiter constitutos et depositos, ad honores, status, officia, jura pristina in integrum libere restituendi.*

\*\* **SENTENTIONARE**, Sententiam dicere. Rudolph. I. Imper. Constit. ann. 1283. apud Pertz. Leg. tom. 2. pag. 445 : *Principes, comites et nobiles, qui eodem aderant iudicio, Sententiando protulerunt, etc.*

† **SENTENTIONATUS ab Ecclesia**, divo Thomæ est *Ecclesiæ sententia damnatus.* Goclenii Lexic. Philos. Vide *Sententiare*.

**SENTENTIOSUS**. Gloss. Lat. MS. Regium Cod. 1013 : *Susurrio, Sententiosus, bilinguis, vel alicujus naturæ.*

**SENTENTIOUS**, Semita : supra *Semitarium*, ex Gall. *Sentier* : in Charta Philippi Franc. Reg. ann. 1184. in Probat. Hist. Monmorenc. pag. 48. [et in Charta ann. 1496. in Dombensi tractu.]

† **SENTERIUS**, Eadem notione, in Statutis Mutin. rubr. 63. fol. 13 : *Statuimus (statuimus) quod Senterius qui est de subius dictam viam debeat examplari et aptari, ita quod homines illinc possint ire et redire cum bobus et plaustris. Senteret, et ejus dimin. Senteleite usurpat le Roman de la Rose MS :*

D'un Senteret gardoit l'entrée,  
Mes el n'est pas dedens entrée.

Ibidem :

Mes or lessons ces voies léés...  
Mes les deduians Senteleites  
Jolis et renvoisiés tenons.

\* Ital. *Sentiero*, nostris alias *Sante* et *Sente*. Chartul. Latiniac. fol. 262 : *Item deux autres arpens de terre assis vers le boys, aboutissant d'un bout sur la Sante, qui va de Auges à Fresnoy.* Vitæ Patrum MSS :

Tant a Poursiere avironnée,  
Qu'il a une Sente trouvée,  
C'une ourse i avoit donnée.

Hinc diminutivum *Sentelotte*, in Lit. remiss. ann. 1375. ex Reg. 107. Chartoph. reg. ch. 276 : *Là ne avoit aucun chemin, accoustumé au meins, que une petite Sentelotte non fréquentée. Sendar, pro Senticr, in Lib. cens. terræ d'Estilly an. circ. 1430. ex Cod. reg. 9493. fol. 6. v<sup>o</sup> : Item sur une outre piece d'ertaye, qui est près le Sendar en alant aus Motaiz.*

† **SENTHA**, pro *Sentina*. Vide ibi.

**SENTIA**, Locus sentibus refertus. Gloss. Gr. Lat. MS. : *Ἀκαθῶν ὁ τόπος, Sentia.* Edit. *Hæc sentia.*

† **SENTIFICARE**. Vide supra *Sensificare*.

† **SENTILIS**. Informat. de passagio transmarino ex Cod. MS. Sangerm. : *Item tallas ad fornimentum arborum suaves et Sentiles lx. tallas. Telæ species esse videtur.*

† **1. SENTIMENTUM**, Sententia, opinio, Gall. *Sentiment*. Chron. Corn. Zantflit apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 495 : *Verum ne Rex proprio Sentimento videretur inimiti, aut injusto illum condemnare iudicio, mandavit duodecim pares et primores regni, etc.* Tract. de Expugnat. CP. ibid. col. 792 : *Hoc ergo fuit Sentimentum Colymbassa quod supra retulimus, quod tantum valuit apud Principem Turcorum, etc.*

† **2. SENTIMENTUM**, Sensus, animi affectio, qua etiam notione *Sentiment* usurpamus. Gersonius de Consolat. Theol. lib. 4 : *Plurimos, crede mihi, fefellit nimia Sentimentorum hujusmodi conquisitio seu cu-*



*pido : hoc in Turelupinis et Begardis, hoc in quibusdam devotis non secundum scientiam expertum est, qui deliramenta cordis sui pro Dei Sentimentis amplexantes turpiter erraverunt.* Vita S. Johan. Bonvisii tom. 5. Maii pag. 107 : *Vita nempe istius Christi servi erit quidam continuus respectus in Deum, cum intellectuali Sentimento.* Inform. pro Canonizat. S. Delphinæ et S. Eleazaris ann. 1363. apud Columbum de famil. Simin. pag. 597 : *Cum Sentimento maximo. Et licet indignus sim omnia illu Sentimenta devotionis habere, etc.* in Imit. Christi lib. 4. cap. 17. n. 2.

\* **SENTINA**, Meretricum habitatio, Gall. *Mauvais lieu.* Stat. synod. Tornac. ann. 1366. cap. 10. art. 5. pag. 49 : *Nec per Sentinas et dounnuculas, in quibus mulierculæ conveniunt, more lenonum, (clerici) non discurrunt.* Gallicum vero *Santine, Sentaine* et *Sentine*, Naviculam sonat, piscatoribus, maxime super Ligerim, in usu. Lit. remiss. ann. 1373. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 100 : *Comme lesdiz poures peseheurs eussent unené en une leur Sentaine ou nacelle, amont ladite riviere de Loire en la ville d'Orliens, certuine quantité de poissons, etc.* Aliæ ann. 1376. in Reg. 109. ch. 113 : *Jehan Grineuil qui à un port de la riviere de Loire, qui avoit un petit batel, nommé oudit puis Sentine, etc.* *Santine*, in Lit. ann. 1378. ex Reg. 114. ch. 170. Aliæ ann. 1386. in Reg. 129. ch. 75 : *Lesquelx pescheurs retournerent garder leurs engius et leur chulun ou bateuu, dit Sentine.* Denique aliæ ann. 1402. in Reg. 157. ch. 188 : *Comme ledit Beaucorps ait acoustumé de pescher en la riviere de Loire, ... il oy en icelle riviere une Sentene conduire etc.* Vide supra *Sentina*.

† **SENTINACULUM**, *Sentinae* receptaculum, vel instrumentum, quo exhauritur *sentina*. S. Paulinus Epist. 49. num. 3 : *Post unum vel alterum brevis Sentinuculi haustum humore dstricto, etc.*

**SENTINARE**, *Sentinam* aquis exhaurire. S. Augustinus serm. 34. de Divers. cap. 13 : *Sententia ista sic est in corde hominis, quomodo cadus. Inde Sentinatur navis in pelago, non potest enim nisi aquam admittere per ruinas compaginis suæ.* Cæsarius Arelatens. serm. 8. ad Monachos : *Num quomodo navis, posteaquam pelugi fluctus evaserit, si in portu Sentinatu, id est, vacuata in portu non fuerit, de minutissimis piscis impletur et mergitur, etc.* Infra : *Quomodo navis Sentinatur a situla, etc.* Utitur et Fortunatus in Vita S. Radegund. cap. 31. Vide Festum.

† **SENTINATOR**, Qui *sentinam* exhaurit, apud S. Paulinum loco laudato : *Quid huic, quæso, obfuit seni persona Sentinatoris et in nautis vilissima?*

**SENTINOSUS**, *Sentinorum navigium*, dixit S. Ambrosius in Orat. funebri de obitu fratris, pro rimoso, et in quo exhaurienda sæpius sit *sentina*.

**SENTIO**, *nis*, *Sententia*, in Gloss. Isid.

† 1. **SENTIRE**, a Gall. *Sentir*, Olfacere. Vita B. Coletæ tom. 1. Mart. pag. 563 : *Potio vini, quod sic erat infectum, quod causabat fastidium omnibus Sententibus.*

\* 2. **SENTIRE**, Scire, nosse. Hist. belli Foroju. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital.

med. ævi col. 1099 : *Regnante guerra inter nos de Manūco et ipsos de Meduno, homines Faunæ satis aperte, sicut nos de Maniaco, Sentiebunt ire contra ipsos, sive per villam Flaunæ, sive a parte inferiori, vel per montes, sicut nos ire Sentiebunt, per signa fumi, vel nuncios eis nota faciebant.*

\* *Sentir* nostrates diversimode usurpârunt. A Latino *Sentire*, Gall. *Penser, être d'un sentiment*, dixerunt *Sentir*, eadem acceptione. Chron. S. Dion. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 137 : *En ce concile (de CP.) fu ausi ordené des ymages aourer, tout autrement que li ancien pere n'en avoient senti.* Pro *Pressentir*, Mentem alicujus expiscari, perscrutari, occurrit in Lit. remiss. ann. 1372. in Reg. 103. Chartoph. reg. ch. 158 : *Icellui exposant dist audit Creton qu'il Sentist audit builly pour combien il donroit son office de bailly. Sentir præterea dicitur infans, qui in utero materno se se movet. Laquelle Marguerite estoit grosse d'enfant Sentunt, dès six semaines avoit, in Lit. remiss. ann. 1398. ex Reg. 153. ch. 367.*

\* **SENTIRUM**, f. Assensus, ab Italico *Sentire*, Assentiri, ratum habere, vel Præstatio pro facultate pascendi porcos; de Semita, ab Italico *Sentiero*, interpretatur Bern. de Rubeis ad veterem Chartam inter Monum. eccl. Aquil. col. 338 : *Porci de sinodochio, qui prope est positus, sine omne Sentiro cum potestate de predicto monasterio pabulent.*

† **SENTIS**, Fibula. Vita S. Brigidæ tom. 1. Febr. pag. 139 : *Ac suum Senteu argenteam pretiosanque in depositum sibi commendans.*

**SENTITARE**, *In animo sensim judicare.* Gloss. Isid.

† 1. **SENTITUS**, Prospectus, visus. Regimina Paduæ ad ann. 1320. apud Murator. tom. 8. col. 433 : *Dominus Canis cum suo exercitu occulte invasit et assalvit civitatem Paduæ, ... et intraverunt ulterius plusquam ecc. et per grutiam Dei et precibus Sanctorum Sentiti fuerunt et obviati per cives Paduanos, taliter quod violenter cum magno suo danno et vituperio expulsi extra fuerunt. Sentitus sun, pro Sensit me, in Vita S. Petri Thomasi.*

\* 2. **SENTITUS**, pro *Sensus*, Gall. *Senti*. Lit. remiss. ann. 1356. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 621 : *Cum predictus Almaurricus non odio, sed correctionis causa, dictum Colinum de palmu solo ictu percussisset, dictus Colinus Sentito dicto ictu predicti Almaurrici, timens forsan ne iterum percuteretur ab eo, etc.*

\* **SENTURARIUS**, Zonarum artifex. Charta ann. 1374. in Reg. 106. Chartoph. reg. ch. 113 : *Quadraginta solidos renduales... super quadum domo lapidea... Johannis Puscalis Senturarii castri Lemovicensis.* Vide supra *Santurerius*.

† **SENTURMIA**. Vide *Sennumia*.

**SENTUS**, Fulbertus Carnot. Epist. 71. de Pœnitente : *Sentus enim et squalidus, pallentique macie deformatus, etc.* Ubi legendum puto *Semus*. Vide in hac voce.

☞ *Sentus* vox est purioris Latinitatis quæ squalidum et horridum sonat, quæ notione usurpatur a Fulberto. Ea utuntur Terent. in Eunucho act. 2. sc. 2 : *Vide*

*Sentum, squalidum, ægrum, etc.* et Virgil. *Æneid.* lib. 6. v. 462. *Loea Senta situ.* Ubi Servius : *Senta, squalida.*

**SENU**, *Senium*, in Gloss. Lat. MSS. Regiis.

† 1. **SENU**, pro *Senex*, in Append. ad Marcullum form. 31.

† 2. **SENU**, Nervus, corda, qua in scamo torquendus ligatur, Germ. *Sehne*. Gloss. MSS. Florentinæ : *Arcus, corda, Senna.* Pactus Leg. Salicæ cap. 39. ex Cod. Guelferbyt. apud Eccardum pag. 129 : *Et Senum et scumnum præstet, ubi servum tenderet dibia.*

\* 3. **SENU**, pro *Scenicus*. Vide supra *Sena* 3.

† **SENYAL**. Vide infra *Signale*.

† 1. **SEO**, *Lacus*, ex Gloss. Mons. apud Schilter. in Gloss. Teuton.

† 2. **SEO**, pro *Seu*, sive, in vett. Form. Andegav. et in aliis antiquioribus Instrumentis.

\* **SEODA**, Pellis species. f. sebo præparata, in Dipl. Chilp. II. ann. 716. tom. 4. Collect. Histor. Franc. pag. 694 : *Seoda pelles 10. Cordenisæ pelles 10.* Vide infra *Seupum*.

**SEONITIUM**. Vide *Saiones*.

† **SEONIUM**. Vide infra *Sonarè* 3.]

**SEONNUM**, Furfur, ex Gallico *Son.* *Panis de obolo, et de rebureto, et de Seonno, etc.* in Charta ann. 1243. Hist. Monmorenciac. pag. 101.

† **SEORSIVUS**, *Seorsum* positus, separatus. *Sententia* Sigismundi III. Reg. Polon. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 222 : *Itaque habuisse et habere illustrates suas Seorsivas cancellarias et dicasteria, per communes tamen, atque ex utraque residentia adhibitos consiliarios, etc.*

† **SEOSINABILE TEMPUS**, *Commodum, opportunum*, apud Spelm. in v. *Carua*.

\* **SEP**, Præstatio frumentaria apud Polonos. Stat. Vladisl. Jagel. ann. 1433. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 91 : *Absolvimus... omnes et singulos omnium nostrorum terrigenarum kmethones ab omnibus solutionibus, ... frumentorum dationibus, dictis Sep vulgariter.*

† **SEPA**, Idem quod infra *Separale*. Charta ann. 1108. apud Stephanot. tom. 1. Antiquit. Bened. Vascon. MSS. pag. 692 : *Damus etiam ad stipendia ibi Deo servientium monachorum de propriis redditibus salem nostrum... et tertiam partem frumenti, et Sepas omnes et solos domorum, hoc est, censum.* Charta ann. 1223. ex Cod. MS. D. Brunet fol. 67 : *Ad Sepas Guillermi Bertrundi sit quoddam abevratorium.* Vide *Separia*.

**SEPALIS**. Charta Amalfitana apud Ughellum tom. 7. Ital. sacr. pag. 393 : *Dedit atque tradidit... de ipsa Sepalem veterem in usu usque intus mare, etc.* Infra : *Tradidimus atque confirmavimus suprascripta plagia inelyta de cantu in cuntum, et unde fuit ipsa Sepalis veteris, etc.* Videtur scribendum *Separalem*, et *Separalis*. Vide in hac voce.

**SEPAR**, Divisus, separatus. Glossæ antiquæ MSS : *Separia, pro separata, aut disereta.* Glossæ Pith. : *Separ, seorsim, a parte.* Glossæ MSS : *Separia, disparia.* Joan. de Janua : *Separ, i. seorsim a pari,*



*i. dissimilis, unde separatus.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Separ, dessemblant.*] Orde-ricus Vitalis lib. 13. pag. 907 : *Optimates autem, qui Separēs cœtus in expeditione le-gali ductu ducitare debebant, in militia Romanæ rigorem disciplinæ, ni fallor, ignoru-bant.* Utitur Solinus cap. 13. ut etiam Prudentius in Apotheosi v. 311.

\*\* **SEPAE**, Seperatim. Inscription. Chri-stian. in Maii Classic. Auctor. tom. 5. pag. 369 :

Ambrosius tandem hos Separe condidit ambos...  
Nazarium apportans alio, Celsumque relinquens.

† **SEPARABILITAS**, Separatio, divisio. Concil. Toletan. XVI. inter Hispan. tom. 2. pag. 738 : *Quarum tumen personarum quamvis in hoc quod ad se sunt nulla possit Separabilitas inveniri.*

**SEPARALE**, Est quod *Separat*, seu di-vidit tenementum a tenemento, seu rem ab alia re, terminus, limes. Ita usurpat Fleta lib. 1. cap. 12. § 21. Interdum

**SEPARALE** sumitur pro ipso tenemento, aut re, quæ ab alia separatur, seu suis terminis definitur, ut in eodem libro Fletæ lib. 2. cap. 49. § 1 : *Quod averia capta fuerunt in suo Separali.* Adde lib. 4. cap. 1. § 21. cap. 20. § 5. cap. 27. § 17. *Piscaria Separalis*, apud Ingulfum pag. 852. 874. 881. *Sedes Separalis Abbatie* pag. 860. *Several tenencie*, apud Littletonem sect. 89. *Separatæ decimæ*, apud Prynneum in Libertat. Angl. tom. 2. pag. 955. Vide Statutum 2. Westmonaster. cap. 27. Charta Eadredi Regis Angliæ tom. 1. Monastici Anglic. pag. 168 : *Inprinis (dono) insulam Croylandiæ pro gleba Ecclesiæ, et pro situ Separali ejusdem Monasterii cum his limitibus distinctam, videlicet, etc.* Charta ann. 1206. tom. 1. ejusdem Monast. pag. 327 : *Fundata fuit Ecclesia in situ seu fundo... continente 40. acras terræ frusce, pasturæ, et pratis Separalibus jacentibus in Burnham, etc.* In *separali*, in Fleta lib. 2. cap. 54. § 15. i. disjunctim, divisim : nos dicimus *Separément*.

† **SEPARALES CHARTÆ**, Separatæ, distinc-tæ, a diversis hominibus scriptæ. Charta apud Madox Formul. Anglic. pag. 396 : *Sciatis nos... relaxasse... Johanni Legge... totum jus nostrum... in omnibus illis mesu-giis, cotagiis, terris, ... quæ et quas nuper habuimus... ex... cartæ confirmatione di-versorum hominum, ut per eorum Separales cartas... magis plenius et certius apparet.* Alia ibidem pag. 415 : *Quod quidem man-nerium... nuper perquisivi de Johanne Leg-ge generoso et de diversis aliis personis, ut per eorum Separales identuras et cartas ac alia scripta magis plenius et certius apparet.* Charta Henrici Reg. Angl. ann. 1457. in Chron. Johan. Whethamstedii pag. 425 : *Fuerant obligati per eorum Separales obliga-ciones alicui dactorum, etc. Leg. Separales.*

**SEPARALITER**, Disjunctim, *Separément*, apud Ingulfum pag. 875. 881. Vide *Sewera*.

† **SEPARATIO**, Prærogativa, privile-gium. Statuta criminalia Riperiæ cap. 3. fol. 5. vº : *Juro ego Potestas, quod pro posse man-utenebo, servabo, protegam, ... jurisdictione, privilegia, exemptiones, Separationes, immunitates, jura, honores, statuta et que-*

*cumque ulia in favorem ejusdem communi-tatis.* Occurrit rursus cap. 4. et 9.

**SEPARATUS**. Vide *Separale*.

† **SEPARIA**, ut *Separale*. Charta ann. 1299. apud Kennet. Antiquit. Ambrosd. pag. 336 : *Possint sibi appropriare et inclu-dere pro voluntate sua tres ucras prædictæ placie ... quæ jacet juxta Separium prædic-torum Prioris et Conventus de Burncester.*

† **SEPARITAS**. Vide supra *Separ*.

† **SEPE**, Sepes, Gall. *Haie*. Acta S. Ber-trandi tom. 1. Junii pag. 796 : *Et cum invenisset unum leporem juxta quoddam Sepe, etc.*

\* **SEPEBANDESE**, *Silva banno* defensa et prohibita. Charta ann. 1196. apud Mu-rator. tom. 2. Antiqu. Ital. med. ævi col. 92 : *Item si in Bumino a Torolla usque ad campum Anselmi, aliquis dirojaret, perdet rodium, et tres solidos dabit curiæ, nisi esset Sepebandese venatorum.* Quæ vox scribenda est distinctis vocibus *Sepe-bandese*. Vide *Sepe* et *Bannum* 1.

**SEPEDUM**, *Refugium*. Papias.

\* **SEPELIATIO**, Actio sepeliendi mor-tuum, Gall. *Ensevelissement*. Stat. eccl. Tull. MSS. ann. 1497. fol. 107. rº : *Non remaneant corpora post Sepelitionem sine luminari, cruce, aqua benedicta, incenso, nec soli.* Nostris *Sevelir*, pro *Enterre*, *Sepe-lire*, humo mandare. Testam. Renati reg. Sicil. ann. 1474. tom. 2. Cod. Ital. diplom. col. 1277 : *Item ledit seigneur roy testa-teur, veult... que son corps soit porté en l'église d'Angers, pour estre en icelle église Sevely et inhumé.* Vita J. C. MS :

Les nus faisoit bien revestir,  
Les mors laver et Sevelir.

† **SEPELICIO**, Jus sepulturæ, seu ob-ventio quæ sacerdoti ob sepulturam contin-git. Charta Willelmi Angl. Reg. ann. 1083. ex Tabular. SS. Trinit. Cadom. : *Monachis remaneat ecclesia S. Nicholai cum cimiterio suo omnino quieti, ... necnon et Sepeliciones omnium parochianorum sanctimonialium in burgo monachorum manentium.*

**SEPELIRI** subtus mortuum, Pœna olim homicidæ, apud Beneharnenses, qui vivus sub cadavere illius, quem occiderat, sepe-liebatur. Fori Morlanenses art. 31. et 32 : *Si vero istas leges dare nequiverit (homici-da,) quidquid habet, sit in cursu meo, et Se-peliatur subtus mortuum.* Idem obtinuit apud Bigorritanos ex instituto Bosonis Co-mitis Bigorr. ut observat Marca lib. 9. Hist. Beneharn. cap. 11. n. 4. quod et te-statur Charta B. de Majestad Comitum Bigor-ræ Cameræ Comput. Paris. fol. 27 : *Item stutuimus, quod si uliquis in prædicta villa interficiat aliquem, interfector sub mortuo, omni occasione remota, vivus Sepeliatur.*

\* **SEPELLICIO**, Sepultura, humatio. Charta Arnul. III. archiep. Mediol. ann. 1095. apud Murator. tom. 5. Antiqu. Ital. med. ævi col. 267 : *Item dicimus etiam, ut officiales ipsius ecclesiæ S. Genuli officium vel Sepellicionem in ipsa plebe celebrare non audeant, nisi illis defunctis, qui illorum ele-gerunt ad S. Genulum sepulturam.* *Sequit*, apud Cenomanenses, eadem notione. Lit. remiss. ann. 1479. in Reg. 205. Chartoph. reg. ch. 212 : *Lesquelx estans assemblez*

*pour le Sepuit de l'un de leurs parens, etc.* Nisi legendum sit *Sepme*. Vide infra *Septi-male*.

† **SEPERALIS**. Vide in *Separale*.

\* **SEPERALITAS**, idem atque *Separale*, quod *separat* seu dividit tenementum a tenemento, terminus, limes. Charta Edwar. II. reg. Angl. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 719 : *Remissionem... fecit eisdem ubbati et conventui de toto jure et clanciacio, quod habuit.... in omnibus... possessionibus terrarum seu tenementorum Seperalitatibus, una cum licentia dictas terras seu tenementa includendi.* A Latino *Separare*, dividere, nostri *Sever* dixerunt. Vita J. C. MS. ubi de SS. Innocentibus ab Herode occisis :

Tous les enfans fait décolor,  
Et les membres des cors Sever.

Le Roman de Cleomades MS :

Tous ont gherpi tentes et très,  
Cascuns d'aus s'est de là Sevrés.

Quia vero perforando rem aliquam, partes illius a se invicem separantur, pro Perfo-rare utitur Guill. Guiartus :

Le glorieux fer de la lance,  
Dont Longis la char Dieu Sevra.

Vide supra *Decevisset*.

\* **SEPESS RAPARUM**, inter annuos red-ditus recensetur, in Charta Henr. dynastæ Rottenburg. ann. 1335. tom. 4. Sept. pag. 728. col. 2 : *Et sunt hæc bonu : Primo in Wulenpack vigintri septem libras pecuniæ, pro conone unam Sepem rapurum, clj. ovu, et sex pullos gallinuceos.* Vide *Sephel*.

**SEPEL**. Vetus Charta in Metropoli Sa-lisburgensi tom. 3. pag. 319 : *Solvit... 6. pullos, duos anseres, unum mod. rap. unum Sephel bis. porcum saginatum, unum halb-frich, vel 10. denur.* [Mensuræ species esse videtur. Vide *Scæfillum*.]

† **SEPHORA**, *Gallina*. Papias.

† **SEPIA**, Cæpa, Gall. *Oignon*, vel con-dimentum ex cepis. Bern. Mon. Ordo Clu-niac. part. 1. cap. 6 : *In illis principibus festis subæ Sepiis commutantur.* Consuet. Solemnica. MSS : *In Circumcisione Domini Sepius et rofiolos et justas desmesurals de vino puro.* Ibidem : *Feria secunda Quadra-gesimæ pitanciam de castaneis vel de Sepiis impiperatis.* Obituar. S. Martialis Lemo-vic. : *Dominus abbas dat de vino optimo : item staudones cum pignento et Sepiis.* Vita S. Philippi Archiep. Bituric. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1928 : *Jejunabat Qua-dragesimam ante Pascha sine piscibus, nisi alecia et parum Septæ.*

\* *Sepiam* piscem intelligo in loco ex vita S. Philippi hic prolato.

† **SEPIE TABULARIÆ**, Census ex Sepiis in *Tubulis* recensitus. Pancharta S. Ste-phani de Vallibus apud Xantones Ch. 69 : *Abbatii vel ejus mandato solvent quinquaginta Sepias tabularias censuales apud castrum Oleronis.* Ubi *Sepia*, piscis est, Gall. *Seche*, quæ ejusmodi signo apud Monachos desi-gnabatur, ex Bernardi Ord. Cluniac. part. 1. cap. 17 : *Pro signo Sepiarum, divide omnes digitos ab invicem, et ita eos commove, quia et Sepiæ ita esse multiplices videntur.*

**SEPIATICUM**, Quod scriptori vel Nota-rio pro scriptura datur : *Sepium* enim pro



atramento sumi observant Scholiastes Perisii, et Isidorus lib. 12. cap. 6. Fulgentius in Mytholog.: *Redde, quod Septiatum debes.*

**SEPIOLA**, *Parva sepes.* Joh. de Janua. [in edit. ann. 1506. legitur, *Parva sepes.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Sepiola, petite Seiche.*]

**SEPLASIARIUS**, Qui *Seplasia* vendit, seu pigmenta. Ugutio: *Seplasiarius, negotiator, qui pigmenta vendit.* [Vetus Gloss. MS. Sangerm. n. 501: *Seplassarius, negotiator, qui multu venundat.* Ita etiam Gloss. Lat. Gr.: *Seplassarius, παντοπωλης.* In Gloss. Græc. Lat.: *Παντοπωλης, Seplasiarius, solgamarius.*] Jonas Aurelian. in Præfat. ad lib. 2. de Cultu imag.: *Desine itaque Seplasiariorum pigmentulis potiorari.* Occurrit præterea apud Lampridium. Vide Salsamius de Usuris cap. 19. *Supplussarius*, perperam scribitur apud Vegetium lib. 3. Art. veterin. cap. 2.

¶ **SEPLASIUM**, Παντοπωλειον, in Gloss. Lat. Gr.

¶ **SEPLATIARIUM**, μεροπωλιον, ibidem, ubi leg. *Seplasiarium.*

\* **SEPLTA**, mendose pro *Spelta*, in Charta ann. 1228. ex Chartul. Campan. fol. 367. v<sup>o</sup>. col. 1. et 2.

\* **SEPNEUS**, Vox ignota. Vide supra *Cravis.*

**SEPOSITIO**, Datio in pignus, in Lege Wisigoth. lib. 5. tit. 4. § 12. 13.

¶ 1. **SEPTA**, Urbis jurisdictionis seu districtus, Gallice *Banlieuë*. Vita B. Caroli Boni Com. Fl. tom. 1. Mart. pag. 198: *Convenerunt in agrum quod suburbio adiacet, intra Septas ville.* Occurrit rursus pag. 202. Ubi fortassis contracte scriptum pro *Septena*. Vide infra.

\* 2. **SEPTA**, Italis *Setta*, Conspiratio. Form. sacram. homin. patrim. S. Petri in Tuscia ex Cod. reg. 4189. fol. 6. v<sup>o</sup>: *Item promitto juram, conpirationem, Septam, confederationem et illicitam societatem non facere cum aliquo.* Stat. Mantuæ lib. 1. cap. 22. ex Cod. reg. 4620: *D. Potestas Mantuæ.... cognoscere possit de... facientibus.... conpirationem et conurationem et Septam et monopolium,.... de monopolis illicitis et Septis etiam privatis.*

**SEPTAN-CHUNNA**, in Pacto Legis Saliæ tit. 80. Vide *Chunna*.

\* **SEPTARIATA**, Modus agri, idem atque *Sexturata*, *Septarium* enim, pro *Sextarium*, dixerunt. Charta Alberti de Hangest ann. 1221. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 578: *Duas Septariatas vinearum, cum viginti solidis capiendis in præpositura de Genlis... contulimus.* Vide mox *Septarius*.

¶ **SEPTARIUM**, a Gall. *Septier*, pro *Sexturium*. Charta apud Lobinell. tom. 2. Histor. Britan. col. 128: *Honores quos in pace et maxima tranquillitate tenebant, scilicet decimas,.... sex Septaria frumenti singulis annis.*

\* **SEPTARIUS**, a Gallico *Septier*, Mensura vini, simul et annonæ. Charta Barth. episc. Belvac. ann. 1164. inter Instr. tom. 10. Gall. Christ. col. 261: *Quatuor Septarios vini de Petro filio Elinandi; quatuor Septarios vini de Rennuaro de Fruisnesor.* Alia Hug. episc. Autiss. ann. 1202. inter Probat. Hist. Autiss. pag. 72. col. 2: *Con-*

*cessimus tresdecim Septarios ordeï, annuatim percipiendos in granzia episcopali.* Vide *Septarium* et infra *Septuarius*.

¶ **SEPTATUS**, ut *Septus*. *Culmen septatum*, apud Mart. Capellam lib. 2. pag. 46.

¶ **SEPTELANIUS**, *Septelani tapites*, in Charta ann. 855. Append. Marcæ Hisp. col. 788. A textura sic dici videntur.

¶ **SEPTEMIUM**, pro Septennium, spatium septem annorum. Charta ann. 1424. 28. Martii apud Rymer. tom. 10. pag. 329: *Concludunt.... inviolabiles treugas... duraturas ab ortu solis primi diei mensis Maii proximo futuri, per Septemium ex tunc proximo futurum, videlicet, usque ad occasum solis dicti primi diei ejusdem mensis Maii anno Domini 1431.*

¶ **SEPTEMOLA**. Charta Pippini Majoris Palatii apud Felibian. inter Instr. Hist. Sandion. pag. 24: *Eo quod ipsa Rugana vel agentes monasterii sui Septemolus S. Dionysii post se malo ordine retinebat in vico qui dicitur Curborius.* Ubi leg. divisivis vocibus *septem molas*. Vide *Mola* 2.

\* **SEPTEMPEDA**, Pertica septem pedum, ut *Decempeda*, decem. Præcept. Caroli IV. imper. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 132: *Centum nonaginta quatuor Septempedas ambactales, etc.*

¶ **SEPTEMPLICITER**, Septies tanto, Gall. *Sept fois autant*. Epist. Adriani II. PP. apud Marten. Collect. novæ part. 1. pag. 51: *Sanctissimus Leo, qui per invidiam Romanorum oculis linguaque privatus, gratiæ Dei operante fuit mirabiliter restauratus quatenus Septempliter eisdem oculis clarius videret, eadem lingua verbum Dei eloquentius prædicaret.* Occurrit præterea Isaia cap. 30. v. 26.

¶ **SEPTEMPRESBYTER**, Unus scilicet e septem presbyteris inferioribus seu vicariis in Ecclesia Nivern. Calendarium MS. xvii. sæc. ad 14. Septembris: *Exaltatio S. Crucis duplex, fundatum per magistrum Florentium de la Rochette quondam Septempresbyterum.*

\* **SEPTENTIRIUS**, Septentriarius, ni fallor. Stat. Univers. Aurel. ann. 1367. ex Cod. reg. 4223. A. fol. 65. r<sup>o</sup>: *Receptoris insignia doctoratus, seu doctori proprio vel electo insignia conferenti,.... mittere teneatur... unam bonum forraturam de gressis variis de Septentiriis, loco forraturæ mantelli, et aliam forraturam de gressis variis, bonis et honestis, pro supertunicali forrando; quamlibet forraturam de gressis variis de Septentiriis.* Costumæ Paris. ex Reg. Cam. Comput. sign. Noster fol. 36. r<sup>o</sup>: *Fourreures de Sept-tires et fourreures de popres, trois deters lu piece.* Vide *Vares*.

\* **SEPTENVIRI**, Magistratus, officio distincti a veteribus Romanorum *Septemviris*. Annal. Bonincont. ad ann. 1363. apud Murator. tom. 21. Script. Ital. col. 12: *Septemviri creati, quos reipublicæ Romanæ reformatores appellarunt, quibus publico consilio permissum est, ut se pro senatu gererent.*

¶ **SEPTENZODIUM**. Vide *Septizonium*. 1. **SEPTENA**, Multæ Monasticæ species, septem dierum jejunium. Statuta Ord. Hospital. S. Joan. Hieros. tit. 18. § 51: *Frater, qui erit positus in Septena, septem diebus continuis jejunabit, ac quarta et 6.*

*feriis ipsorum 7. dierum pane et aqua duntaxat vesci debet, et illis diebus recipiat disciplinam, etc.*

2. **SEPTENA**, Alia notione. [\* Sic appellatur Litaniam, in qua ad singulas invocationes, septena invocatio habetur.] Concilium Lemovicense ann. 1031. sess. 2: *Ubi enim cereus Pascalis consecratur, et baptismus, ibi honestius Paschalis ordo perficitur, et tres Litanie, quæ in Sabbatis Paschæ et Pentecostes nulla rutione prætermitti possunt, ne, quod absit, autoritas Spiritus sancti vilescat, aptius persolvuntur. Post sex enim lectiones, Septena fit in choro a pluribus cantoribus sollemniter indutis. Deinde cum terna ipsi Cantores et Sacerdotes, ac cæteri ministri procedunt ad Fontes: facto vero baptismo de tribus tantum infantibus,.... cum terna a Fontibus regrediuntur, qui ad chorum ad chorum, qui ad altare, ad altare, cum cereis nondum luminatis, sonantibus interim omnibus signis. Finitu enim ipsa terna, etc.*

¶ 3. **SEPTENA**, Septima pars fructuum ex agris vineisve domino persolvenda. Charta ann. 1313: *Et pro reductione vinearum de quibus dabant Septenam, quod de cætero non teneantur dare aliud nisi undecimam partem, quæ, ut prædicitur, Custa vocatur.*

¶ **SEPTENUS**, Eadem notione. Pactum inter Jacobum Aragon. Reg. et Berengar. Magalon. Episc. ann. 1272: *Est etiam sciendum quod de supradictis ubi utraque parte excipiuntur usatica, laudimia, consilia, quarti, quinti, sexenti, Septeni, octavi, feuda, etc.* Vide Quarto 6.

4. **SEPTENA**, Appellata peculiari nomenclatura districtus jurisdictionis urbis Bituricensis, et aliquot oppidorum in eodem tractu, vulgo *la septaine*: de cujus vocis origine varii varia tradunt: quidam enim a 7. pagis vel vicis: alii a septimo miliario, alii denique a septis urbis, ut Chaumellus in Hist. Bituric. lib. 6. cap. 13. et Thomasserius in Consuetud. localib. Bituric. pag. 72. *Septenæ Bituricensis* mentio fit [in Litteris Ludovici Junioris ann. 1145. tom. 1. Ordin. pag. 10.] in Charta Communie ejusdem urbis ann. 1181. et in Arestis ann. 1261. in 1. Regesto Parlam. fol. 37. 114. 125. *Septimaniam* appellari in hymno S. Guillelmi Bituricensis Archiepiscopi observat idem Chaumellus: *Alme martyr Juliane, alme martyr Private, et plangente onnes prorsus Insulæ Orientis: tu Lugdune planctum ad durabile Occidentis, hoc perage civitas Lemovice, similiter Aquilonis: in quo et Bituricæ Septimanie nunc plange merides Narbonæ, etc.* Sed videtur hæc vox ad *Septimaniam* Narbonensem, seu Occitaniam provinciam pertinere.

\* *Septene*, in Consuet. Bitur. ex Reg. Cam. Comput. Paris. sub Joan. duce Bitur. fol. 117. r<sup>o</sup>: *Ce sont les coutumes de mons. le duc de Berry et d'Auvergne qu'il a en la ville et Septene de Bourges, etc.*

1. **SEPTENARIUS**, vel **SEPTENARIUM**, Officium pro mortuis per septem dies continuos. S. Stephanus in Regula Grandimontensium cap. 5: *Tricenarium, Septenarium, annuale, vel quodlibet pretium pro Missa nominatim vobis oblatum nullatenus accipiat.* Vetus Charta in Histor. Monasterii. S. Nicolai Andegav.: *Canonici vero pro de-*



*functis Monachis Septenarium facient Vigiliarium, Missarum, et Psalmorum competentium.* Udalicus, lib. 3. Consuet. Cluniac. cap. 33 : *Cum brevis eorum ad nos venerit de defuncto, vel ad illos noster, officium et Missa geratur, et postea Septenarius cum officiis et Missis.* Charta Confraternitatum Marcianensium apud Buzelium : *Sanctimonialibus S. Mariæ Suessionensis... debemus Septenarius; hoc est, prima die officium cum Missa in Conventu, et septem aliis similiter, etc.* Salomon. Episc. ad Dandonem :

Tunc sanxere diem fieret quæ septima fratris  
Omnis perficere cum prece \* si agapen. \* sic  
Sic cum veniret quæ lex Tricenana maneret,  
Ritu consimili hæc statuere coli.

Concilium apud Saponarias ann. 859. cap. 13 : *Ut pro eo, qui decesserit, in sedibus Septenæ Missæ totidemque vigiliæ persolvantur, etc.* Liber Chirograph. Absiæ fol. 64 : *Die, quo peractum est Septenarium Siebrandi Chabot.* [Pactum inter Petrum Corbol. Archiepisc. Senon. et Petrum Abbat. Maurigniac. ann. 1200. apud Fleureau Hist. Bles. part. 3. pag. 521 : *Omnes tricenarii, annualia, Septenaria in comunem ambobus, Priori scilicet et Sacerdoti venient partitionem.* Ubi emolumenta ex Septenariis intelliguntur.] Rationem, cur per septem dies Missæ pro defunctis agerentur, reddunt Amalarius lib. 3. de Eccles. Offic. cap. 44. Alcuinus lib. de Offic. divin. cap. de *Exequiis mortuorum*, Durandus lib. 7. cap. 35. n. 6. et Bernardus ad Concordiam Regular. pag. 217. Ut plurimum autem septenarium cum tricenario conjungitur. Vide in *Tricenarium*.

SEPTENNALE, in Concilio Parisiensi ann. 1212. cap. II.

\* 2. SEPTENARIUS. TALLIA SEPTENARIA, Præstatio, quæ quolibet septennio pensitabatur. Charta Hug. abb. Belliloci ann. 1479 : *Cum certam talliam Septenariam, pro qua de septennio in septennium, in festo Ascensionis Domini, domino nostro regi centum libras Turonenses... solvere tenebamur, etc.* A qua præstatio immunes declarantur Lit. Ludovici XI. ann. 1478 : *Donnons et quittons de grace spéciale, plaine puissance et autorité royale par ces presentes, la taille et devoir Septenaire, qui est de cent livres Tournois, que lesdiz religieux, abbé et convent (de Beaulieu) nous estoient tenuis payer de sept ans en sept ans.*

† SEPTENUS. Vide *Septena* 3.

\* SEPTERIUM, a Gallico *Septier*, Mensura annonaria. Testam. Joan. Chati ann. 1482. in Reg. 3. Armor. gen. part. 1 : *Item do.... tria Septeria siliginis, mesure S. Aredii, rendualia.* Vide supra *Septarius*.

SEPTETUS, ita appellatus nescio quis Princeps, apud Gregorium II. Episc. ad Leonem Isaurum Imp. præfixa VII. Synodo : *Nuper siquidem ab interiori occidente preces illius, quem Septetum appellat, accepimus, qui vultum expetit nostrum Dei gratia, et ut ad impertiendum ei sanctum baptisma illuc proficiscamur.* Leg. forte *Meptus*. Vide *Mepe* et Glossar. med. Græcit. in Σεπτέτος, col. 1354.

† SEPTICENTUM. Judicium ann. 983. in Addit. ad Chron. Casaur. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 980 : *In quo recepi ego*

*Johannes episcopus per consensum de supradictis sacerdotibus a te Romaldo in commutatione de re proprietatis tuæ in casale nomine Cazani ad proprietatem supradicti episcopi terram per mensuram modiorum Septicentum in uno se tenentem.* An centum et septem?

SEPTIDOMUS. Octavius Horatian. lib. 4. Rer. Medicar. de partu : *Tempore autem instante concipi atque collocari manifestum est, Septidomum vero septem spatiis contineri, septimo mense dentes nasci, aliquibus nono : septimo anno infanti dentes cadere : bis septenis pubescere, Septidomis ægros periclitare.*

† SEPTIFLUUS, Epitheton Spiritus sancti, ut pote a quo septem sapientiæ dona effluunt. Dudo de Ducibus Normann. :

Flamine Septifluo felix liberi duce sacro  
Protectus jugiter, munusque auxiliatus.

Vide *Spiritus Septiformis*.

\*\* SEPTIFORMITAS. Sedulii Explanat. in præf. Hieron. apud Maium Spicileg. tom. 9. pag. 58 : *Septiformitas vero perfectio est et plenitudo donorum.*

† SEPTIMAGIUM, Jus septimi percipiendi in forestis. Tabul. Savignei : *Andreas dominus Vitrei.... dedit abbatiæ de Savigneo omne jus quod habebat in foresta, videlicet herbagium, pasturam, ... Septimagium, etc.*

SEPTIMALE, Idem quod *Septenarius*, de qua voce supra. Charta Fulconis Comit. Andegavens. pro fundat. Abb. Ronceirei ann. 1028. apud Sammarthanos : *Beneficia vero, que de sepulturis mortuorum evenerint, de animabus, de tricenariis, de Septimalibus, de Missis defunctorum, etc.* Sed leg. videtur, *Septimanatibus*. [Occurrit tamen rursum in Charta apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 348 : *Concedit omne jus quod habebat in decimis, sepulturis, ... exceptis confessionibus et baptisterio, trigenariis et Septimalibus.* Unde nihil temere immutandum esse existimo.]

\* Seme, in Aresto ann. 1402. ex Bibl. canon. pag. 595. *Septie*, in Testam. Isab. d'Avangour comit. Thoarc. ann. 1400. ex Bibl. reg. : *Ordonnons que en outre ce que nous avons ordonné aux jours de nos obit et Septie, il soit fait un service solempnel.* Vide in *Seme*.

† 1. SEPTIMANA, ut *Septena* 4. Jurisdic. et districtus urbis, vulgo *Banlieuë*. Litteræ Philippi Aug. Reg. Franc. ann. 1186. tom. 4. Ordin. pag. 77 : *Nullus etiam de eadem parochia (Boscum.) de quocumque vendiderit vel emerit super Septimanam, et de quocumque emerit in die Jovis in mercato pro usu suo, nullam consuetudinem dabit.* Eadem habentur in Charta Roberti de Cortiniaco pro villa Cellensi ann. 1216. apud Thomasser. Consuetud. Bituric. pag. 84. [\* et in Libertat. Lorriac. ann. 1155. tom. II. pag. 202. earumd. Ordin. Super septimanam significare diebus hebdomadis quibus non est mercatum, Gall. dans le cours de la semaine, patet ex Stat. ann. 1366. laudato in *Septimana* 2.] Vide *Septimanalis*.

† 2. SEPTIMANA, Hebdomas, Gall. *Semaine*. Roland. Patav. Chron. Tarvis.

lib. 5. apud Murator. tom. 8. col. 243 : *Duravit hoc colloquium pluribus septimanis, nec videbatur hæc tanta Imperatoris curia certum aliquid stabilire.* Utuntur præterea Auctor libri de Operibus Christi Cardin. Theodos. et Valentin. in Cod. Theod. leg. 5. de Spectac. (15, 5.) Rufinus in tratat. lib. Origin. περί ἀγγών, et alii.

\* Ceremi. vet. MS. ecll. Carnot. : *Nona sicut in Septimana erit, licet officium fiat festive.* Stat. ann. 1366. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 704. art. 11 : *Que chapeliers de gans de laine, peuvent vendre leurs denrées au jour de marché en leurs maisons et sur Sepmaine; ne n'est pas tenu d'aler au marché-le-roy se il ne lui plaist.* Male scriptum vel lectum, pro *Fenestre*, ubi merces venum exponi solebant. Vide *Fenestra*. [\* Nihil mutandum. Vide *Septimana*, 1.]

† SEPTIMANA AGENDÆ et Inceptoris, in Statutis S. Martini Turon. ex Cod. MS. Sangerm. num. 1307 : *Abbas B. Martini Rex Franciæ est canonicus de consuetudine, ... et debet pro eo fieri Septimana inceptoris et agendæ.* Vide *Agenda*.

† SEPTIMANA PŒNALIS, In qua Christi passionis mysteria recoluntur, et quæ idcirco jejuniis et laboribus transigitur. Conc. Pisanum apud Acher. tom. 6. Spicil. pag. 260 : *Fuit etiam ordinata sessio.... post festa Septimanæ Pænalis et Paschæ.* *Septimana pænosa*, in Forma interdicti apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 147. Vide *Hebdomada pænalis*.

† SEPTIMANA DECIMA, Decima pars pecuniæ ex vectigalibus quaque *septimana* collectæ a publicanis in Bohemia. Charta Boleslai Ducis Bohemiæ ann. 993. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 50 : *Constitui etiam et ordinavi, ut in omnibus theloniis per Bohemiam constitutis fructus Decimæ Septimanæ cedat ad usum Breunoviensis Ecclesiæ.* Hinc

† SEPTIMANALIS EXACTIO, PECUNIA. Charta Henrici Reg. Rom. ann. 918. apud Eccardum de Orig. famil. Habsburgo-Austr. col. 170 : *Concessimus..., omnem exactiorem comitatus ejusdem civitatis, annualis videlicet seu Septimanalis, thelonii, questus, etc.* Diploma Conradi ann. 1354. apud eundem Ludewig. ibid. pag. 36 : *Quadragesima sexagenas grossorum denariorum Pragensium de Septimanalii sua pecunia in montibus Cutnis super festo Pentecostes proxime nunc venturo, tollendas per suas patentes literas deputavit; ego domino meo Regi predicto universa promitto pro me, heredibus et successoribus meis firmiter et sincere, quod cum easdem 400. sexagenas de predicta Septimanalii pecunia domini mei Regis plene percepero, etc.*

† SEPTIMANALIS. Mercatum Septimannale, quod in *Septena*, seu urbis districtu, vel quaque *Septimana*, sive hebdomada habetur. Chartul. S. Sulpitii Bituric. fol. 30 : *Concedimus... ex mercato quoque Septimannale illam redebitonem quæ ad ipsum pertinet locum.* Vide *Septimana* 1. et 2.

† SEPTIMANALIS dicitur de eo quod per *septimanam* in usu est, quotidianus. Charta ann. 1061. apud Mabill. tom. 4. Annal. pag. 616 : *Pellicias duas, festivam scilicet, cujus cassus esset de squironibus et manice*



de grisiis; *Septimanalem quoque, cujus casus esset de catts, et manicæ de vulpibus, etc.*

**SEPTIMANALITER**, Hebdomadatim. Thomas Archid. in Hist. Salonitana cap. 24: *Donavit Rex Ecclesiæ S. Dominici sextariolos molendinorum Salonitani fluminis, qui Septimanaliter pertinebant ad Banum.* [Vide *Septimanatim*.]

¶ **SEPTIMANARIUM**, **SEPTIMANUM**, dicti quidam ex opificibus electi singulis septimanis, qui rebus non tantum suæ artis, sed et civilibus invigilarent. Statuta Massil. lib. 1. cap. 1. n. 9: *Item, quod omnia capitula, quæ tamen non erunt... contra justitiam quæ Septimanarii capitum ministeriorum tradent ex parte consilii capitum ministeriorum, vel consignabunt eidem seu ostendent vel dicent, in scriptis aliqua hora vel die ipsius septimanæ, ipse Rector juxta requisitionem ipsorum Septimaniorum procurabit producere ad effectum, et ipsa adimplere, vel ipsa capitula seu aliqua ex eis in consilium generale deducere, et proponere incontinenti ad requisitionem ipsorum Septimaniorum.* Rursus num. 24: *Item, quod omnes litteras quæ ei (Rectori) et consilio generali, et capitibus ministeriorum mittentur, cum primo eas aperiet, vel aperiri faciet, aperiet et legi faciet presentibus aliquibus vel majore parte ex Septimanariis capitum ministeriorum et sindicis et clavaris, nec literas aliquas, alicui personæ destinabit sine præsentia predictorum, nec faciet destinari, nisi pro factis propriis Massiliæ, ac in consiliis lectis quæ feri contingent pro factis vel negotiis communis Massiliæ Septimanarios capitum ministeriorum, vel majorem partem secum habebit eorum.* Ibidem cap. 10. n. 3: *Item, quod predicti Septimanarii eligantur singulis diebus Dominicis, secundum quod Septimanariis utilis visum fuerit.* Unde patet vocis etymon. Non semel in iisdem Statutis Septimanariorum occurrit mentio.

**SEPTIMANARIUS**, Idem qui *Hebdomadarius*, Gallice *Seminièr*, [ *Semainier*. ] Joannes Eremita in Vita S. Bernardi cap. 17: *Facta est conquestio de quodam Monacho, qui scutellas in coquina, secundum Ordinis instituta, cum Septimanarius esset, lavare negligebat.* [Obituar. MS. Eccles. Morin. fol. 42. vº: *Presbytero vicario Septimanario 6. denarii.*] Occurrunt etiam apud Chrodogangum Metensem in Regula Canonico. cap. 9. et Petrum Abælardum Epist. 6. *Septimanarii coquinæ.* Adde librum Usuum Ordinis Cisterciensis cap. 63. 91. et Ughellum tom. 5. pag. 214. et vide *Hebdomadarius*.

¶ **SEPTIMANATIM**, Hebdomadatim, unaquaque hebdomada. Charta ann. 1374. apud Ludewig. tom. 1. Reliq. MSS. pag. 389: *Verumtamen in Adventu et Quadragesima unum duntaxat grossum decumbentibus ministrabit Septimanatim (pitantiarius).* Charta ann. 1503. apud Madox Formul. Anglic. pag. 339: *Et insuper, quod Septimanatim quolibet anno... unus presbyter canonicus ipsius monasterii per abbatem... cursorie assignandus, Missam cum speciali collecta... quolibet die Septimanæ specialiter et devote celebrabit.* Vide *Septimanaliter*.

**SEPTIMANIA**. Vide *Septena* 4.

\* **SEPTIMANIALIS**, Ad septimanam pertinens. *Forum Septimaniale*, quod qualibet hebdomada habetur, in Charta ann. 1324. apud Oefelium tom. 1. Script. rer. Boicar. pag. 746. col. 1. et 2. Vide *Septimanalis*.

¶ **SEPTIMANIUS**, Hebdomadarius. Vita S. Columbæ Abbatis tom. 2. Jun. pag. 215: *Hymnorum liber Septimaniorum S. Columbæ manu descriptus.* Vide *Septimanarii*.

**SEPTIMAS**, ut Hebdomas. Vita MS. S. Leonorii: *Mane autem facto reversi sunt ad suum jugum. Sic assueti quinque Septimatibus, ac diebus tribus diurno labori, excepto die Dominico, etc.*

¶ **SEPTIMIANUM**, Locum, sive mareum conspectum in Vaticana basilica significat, ubi ostendebantur Reliquiæ. Hæc Macri in Hierolexico post Torrigium de Crypt. Vatic. 2. edit. pag. 81. et 83. ubi hanc inscriptionem affert: *Temporibus Dom. Hadriani I. hic recundita sunt reliquia Sancti Sanctorum in mense Novemb. die XXII. Indictione VII. bina clausura in integro Septimiano.*

\* **SEPTIMUM**, Oblatio, quæ sacerdoti fit ob Septinale. Chartul. Celsinian. ch. 918: *Presbiter Arnulfus (dimisit) capellaniam S. Hylarii et medietatem denariorum, quæ dicuntur judicia et Septima et penitentias de villa S. Hylarii et de tota Ribeira; et monachi dimittunt ei nuptias, et quæ offerunt mulieres surgentes a partu.* Vide in *Septenarius* 1. et *Septimus*.

**SEPTIMUS**, Dies nempe septimus ab obitu, quo sacra, quæ pro mortuis peragi solent, absoluebantur. Andegavenses, et Pictones *Seme* vocant. [Vide in hac voce.] Charta Petri Episcopi Inculism. ann. 1160. ex Tabular. S. Eparchii fol. 11: *Baptisteria, Septimos, solus Sacerdos habeat. Tricenarios etiam, si alia elemosyna, quam monacho et Sacerdoti relinquunt, tantumdem valeat, alioquin tam elemosyna quam tricenarii dividantur.* Testamentum Geraldii Fabri Domicelli D. Mansi Milhaguetti, patris Johannis Fabri, celeberrimi Jurisconsulti, in Diocesi Petricoriensi, ann. 1282: *Insuper legamus capellano predicto 10. sol. semel solvendos, et Septimum et trigesimum. Item subcapellano dictæ Ecclesiæ Septimum et trigesimum. Item omnibus monachis in dicta Ecclesia Dei famulantibus duos septimos, et omnibus aliis Presbyteris, qui nostræ interfuerint sepulture, unum Septimum.* Charta ann. 1280: *Nec die Septimi, seu Septimorum in commemorationem defunctorum, etc.* [Testam. Petri Bermon Prioris Cayaci ann. 1300. ex Tabul. D. de Flamaris: *Lego cuilibet ecclesiarum de Cayalo et S. Leontii decem solidos et Septimum et trentanerium.*] Olim apud Paganos in nonam diem justa defunctis et *μνημόσυνη* persolvebantur, idque *Novendial* vocabant quo elapso, cœnæ funebres et epulæ fiebant, quæ *Novendiales cœnæ* dicuntur Tacito 6. Annal. idque postmodum ab Ethnicis ad Christianos promanavit, ut Auctor est Augustinus in Quæst. super Genes. Vide Novell. Justiniani 105. cap. 5. et ibi Cujacium et Gothofredum.

**SEPTINOCTIUM**, Spatium 7. noctium, *Sibunnah*, in Glossis Keronis.

**SEPTIZODIUS**. Ita Compositistæ, ac imprimis Beda lib. de Embolismorum ratione, laterculum literarum dominicalium vocant: *Laterculus hic, qui vocatur Septizodius.* Ubi Scaliger in Canonibus Isagogicis pag. 176. et 181. *Septizonium* scribendum contendit. Hunc vide, si lubet.

**SEPTIZONIUM**, Omnis septenarius ordo, moles alii superstructæ. Ammianus lib. 15. de Septizonio Severi: *Septizonium operis ambitiosi nymphæum.* Ubi MSS. codices *Septemzodium* præferre monet Henricus Valesius: ut apud Capitolinum in Severo, et Hieronymum in Chronico *Septizodiium*, Scaliger et Salsmasius. [Docet Pitiscus in Lexico *Septizonium* dici aliquando adificium pauciorum quam septem ordinum.] Exstat apud Commodianum instructio 7. cum ea inscriptione, *de Septizonio et stellis*, qua indicantur septem planetæ.

¶ **SEPTIZONIUS**. Vide *Septizodius*.

¶ **SEPTOR**, Vinitor, vel qui vineam folis munit. Vita MS. S. Wenwaloei fol. 110. ex Tabul. Landeven.: *O felix senex vineæ custos et Septor; was tuas cum videris, etc.*

**SEPRIGUS**. Charta Edwini Regis Angli. in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 120: *Exin aureo tempore finito, nec non et æneo ferri sequaces modo vi præeuntes, modo mechanica arte cæteros fallentes, et persæpe utroque omnem subigerunt censum reddere vulgus usque ad calcem: ac si fortuna ludente mancipari immobilis, patitur terra subditis habenis in Septrigo voluntatis arbitrio.* Videtur legendum *Sceptrygero*, vel *Sceptrygeri*.

**SEPTUAGESIMA**, inquit Alcuinus lib. de Divin. [Offic. computatur secundum titulationem Sacramentarii et Antiphonarii, novem hebdomadibus ante Pascha in septimam Sabbati. Ordo Romanus: *Septuagesima videtur dici posse propter 70. dies, qui sunt ab ipso die ad Sabbatum ante Octavas Pascha, quo die alba tolluntur vestimenta a nuper baptizatis.* Septuagesimæ institutionem Telesphoro PP. adscribit Liber Pontific. Roman.: *Hic constituit, ut septem hebdomadas ante Pascha jejuniū celebraretur.* Eadem habet Eusebius in Chronico. Vide Alcuinum Epist. 1. 2. 109. Amalarium lib. 1. de Ecclesiast. offic. cap. 1. Rupertum lib. 4. de Divin. offic. cap. 1. et 6. Rabanum lib. 2. de Instit. Cleric. cap. 34. Honorium August. lib. 3. cap. 23. Hugon. a S. Victore lib. 3. Observ. Eccl. cap. 10. Beletum cap. 78. Durandum lib. 6. cap. 23. 89. n. 1. De Septuagesima hæc accipie ex Cod. MS. S. Victoris Parisiensis:

A festo stellæ numerando perface lunæ  
Quadragesima dies, ibi Septuagesima fiet:  
Et si bissexatus fuerit, superadditur unus.

¶ **SEPTUAGESIMUS**, mendum esse videtur pro *Septenarius*. Vide in hac voce. Statuta Cadubrii cap. 6. f. 54. vº: *De provisione et salario sacerdotum... Pro sepultura xx. sol. pro Septuagesimo sol. xii. pro trigesimo xii. habere et percipere debeatis.*

\* **SEPTUARIUS**, Mensura annonaria, Gall. *Septier*. Charta Theob. comit. Campan. et reg. Navar. ann. 1269. ex Cod. reg. 9612. A. B. M.: *Adjunxit cuidam vinario,*



quod habet apud Ulcheium, duos Septuarios bladi hyemulis. Vide supra Septarius.

\* **SEPTUM**, Agger, quo aliquod continetur et includitur. Charta ann. 1336. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 105. r<sup>o</sup>: *Eadem domina... facit decenter et sufficienter refici et uptari Septa sive chauciani stanni predicti, ita quod bene et sufficienter possit eadem chauciuaquam ejusdem stanni, sive ipsi stanno utilem et necessariam continere.* Hinc nostris *Seips* et *Sept*, pro *Haie*, Sepes. Lit. remiss. ann. 1382. in Reg. 121. Chartoph. reg. ch. 40: *Lequel print en un Seips ou haie un grant pul.* Aliae ann. 1477. in Reg. 206. ch. 1132: *Icellui Berthelemy print ung gros baston en une Sept ou cloison.*

**SEPTUN-CHUNNA**, in Pacto Legis Salliae tit. 80. Septingenti. Vide *Chunna*.

\* **SEPTURA**, mendose pro *Sectura*, in Ch. ann. 1281. ex Chartul. eccl. Lingon. fol. 18. r<sup>o</sup>. Vide in *Secare* 2.

¶ 1. **SEPTUS**, pro *Septunx*, septem unciae, apud Raban. de Computo.

¶ 2. **SEPTUS**, *σέπτα*, in Gloss. Lat. Græc. Aliae Gr. Lat.: *Μέγιστα*, *Septus*, *spe-lunca*.

\*\* 3. **SEPTUS**, *Sepimentum*. Itiner. Alexandr. edit. Roman. cap. 46: *Haud in facili erat duplici Septu munitos accedere.*

¶ **SEPULCHRARE**, Sepelire, Sepulcro condere. Epitaph. Caroli Ducis Burgund. ann. 1476. inter Probat. lib. 5. Comment. Philippi de *Comines* pag. 224:

Nunc dic Nanceois cernens ex æthere muros;  
A clemente ferrox hoste Sepulchror ibi.

*Ensepulchris* apud Poetas nostrates. Le Roman de Rou MS:

En moustier Nostre-Dame, el costé vers midi,  
Ont li clair et li lai le cors Ensepulchri.

¶ **SEPULCHRUM SEPTIFORME**, dicta Ecclesia super sepulchrum Christi constructa, in Charta Rodulphi Leod. Episc. ann. 1173. apud Miræum tom. 2. pag. 1179. col. 1: *Tali compacta ordinatione, quod frutes in honore septiformis Sepulchri, septem fratres sui Ordinis vel etiam alterius ibi instituerent, qui Domino ibi assidue deservirent.*

¶ *Sepulchris* cum Sanctorum, tum aliorum hominum insigniorum appensas olim fuisse columbas aureas et ligneas observat Mabillonius Liturg. Gallic. lib. 1. cap. 9. n. 16. Et quidem super tumulos Martyrum appendi solere docet Greg. Turon. lib. 1. de Glor. Mart. cap. 72: *Super Sepulchrum sanctum (S. Dionysii) calcare non metuens, dum columbam aureum lancea querit elidere, elapsis pedibus ab utraque parte, quia turritus erat tumulus, lancea in latere defixa, exanimis est inventus. In sepulchris Nobilium eundem morem apud Langobardos obtinuisse testis est Warnefridus lib. 5. cap. 34: *Si quis suorum, aut in bello, aut quomocumque extinctus fuisset, consanguinei sui intra sepulchra sua perticam figebant, in cuius summitate columbam ex ligno factam ponebant, quæ illuc versa esset, ubi eorum dilectus obisset.**

¶ Quia ratione vero defunctorum corpora in sepulchris poni consueverant apud antiquos, vide in *Bisomum*.

**SEPULCHROURUM VIOLATORES**. Gloss. Lat. Græc.: *Sepulchri violator*, *τρυβέριος*. De

his agunt Lex Wisigoth. lib. 11. tit. 2. § 1. Edict. Theodorici cap. 110. Lex Salica tit. 17. 57. Bajwar. tit. 18. cap. 1. Alamann. tit. 50. Longob. lib. 1. tit. 12. [\*\* Roth. 16. 15.] Capit. Caroli M. lib. 7. tit. 136. [\*\* 192.] etc. Mortuos vero vestibus suis pretiosioribus indutos humo mandatos testantur S. Hieronymus lib. 2. Epist. 1. S. Ambrosius lib. de Nabuthe, Lactantius lib. 2. de Divin. Instit. cap. 4. Gregorius Turon. lib. 4. Hist. cap. 45. 46. 52. lib. 6. cap. 46. Gesta Francorum cap. 35. Monachus Engolism. cap. 14. Baldricus lib. 1. Chron. Camer. cap. 16. lib. 3. cap. 20. Baronius ann. 821. et 1099. n. 3. 5. 15. Surius ad ann. 1544. Filesacus lib. 1. Select. pag. 277. etc.

**SEPULCHROURUM CUSTODES**. Vide in *Custos*.

**SEPULCHRI OFFICIUM** Ecclesiasticum, quod ita celebrari solitum in Ecclesia Rotomagensi, post Matutinas, docet Ordinarium MS. ejusdem Ecclesiæ: *Finito tertio Responsorio, Officium Sepulchri ita celebratur. Tres Diaconi Canonici induti dulmaticis et amictis, habentes super capita sua ad similitudinem mulierum, vasculum tenentes in manibus, veniant per medium Chori, et versus sepulchrum properantes, vultibus submissis, dicant pariter hunc versum: Quis revolvat nobis lapidem? Hoc finito, quidam puer quasi Angelus indutus albis, et tenens spicam in manu ante sepulchrum dicat: Quem quæritis in sepulchro? Mariæ respondeant: Jesum Nazarenum crucifixum. Tunc Angelus dicat: Non est hic, surrexit enim. Et locum, digito ostendens. Hoc facto, Angelus citissime discedat, et duo Presbyteri de majori sede, in tunicis, intus Sepulchrum residentes dicunt: Mulier, quid ploras? Medius trium mulierum respondeat ita: Mulier, quid ploras? quem quæris? Medius mulierum dicat: Domine, si tu sustulisti eum, dicito. Sacerdos crucem illi ostendens, dicat, dicens: Quia tulerunt Dominum meum. Duo residentes dicant: Quem quæritis, Mulieres? Mariæ osculentur locum, postea exeant de sepulchro. Interim quidam Sacerdos Canonicus in persona Domini albus cum stola, tenens crucem, obvians eis in sinistro cornu altaris, dicat: Maria. Quod cum audierit, pedibus ejus citissime se offerat, et alta voce dicat: Cabboin. Sacerdos innuens dicit: Noli me tangere. Hoc finito, Sacerdos in dextro cornu altaris iterum appareat, et illis transeuntibus ante altare, dicat: Ave te, nolite timere. Hoc finito se abscondat, et Mulieres hoc auditio lætæ inclinent ad ultare, conversæ ad chorum, hunc versum cantent: Alleluia, resurrexit Dominus, Alleluia. Hoc finito, Archiepiscopus vel Sacerdos ante altare cum turibulo incipit alte: Te Deum laudamus, et sine neupma finiatur, etc.*

\* In eodem Ordinario ex Cod. reg. 1213. loco *Cabboin*, rectius legitur, *Rabboni*. Cætera, in quibus ii codices differunt, leviora sunt, quam ut illa exscribamus.

\* **SEPULCHRUM RELIQUIARUM**, *Locus altaris*, in quo sacræ Reliquiæ reconduntur. Pontif. MS. eccl. Elensis, ubi de consecratione altaris: *Item calx sive tegula trita ad faciendum cementum, pro liniendo Sepulchrum Reliquiarum et juncturam mensæ altaris cum stipite.* Ibidem: *Facit* (episcopus)

cum pollice singulas cruces de crismate in quatuor unguibus confessionis seu foraminis, sive Sepulchri, in quo Reliquiæ debent reduci.

¶ **SEPULCRETUM**, Sepultura, locus sepulchrorum. Monast. Anglic. tom. 1. pag. 23: *Ne... Regumque et Præsulum Cantuarum per multa sæcula Sepulcretum oblivione obruatur.* Utitur Catull. carm. 60.

\* **SEPULLARE**, *Saurenguar*, Prov. Suurengua, *sepullatum*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

¶ **SEPULTARE**, Sepelire, apud Fortunatum lib. 8. Hymno de Vitæ æternæ gaudiis.

\* Nostris *Sepulturer*. Charta ann. 1443. ex Chartul. Latiniac. fol. 199: *Se aucun voise de vie à trespassement, le quel il convienne Sepulturer et enterrer, etc. Ensepulturer et Ensepouturer*, eadem notione. Chron. S. Dion. tom. 8. Collect. Histor. Franc. pag. 326: *Loys li Baubes..... moult se hastoit, pour ce que il peust venir à temps à la Sepulture son pere, qui devoit estre mis à S. Denys, si com il cuidoit. Muis quant il sot que il estoit Ensepouturez en Lombardie, etc.* Charta Ludov. XI. ann. 1465. ex Chartul. S. Petri Carnot.: *Depuis sont trespassez plusieurs personnes,.... qui voient esleu leur sepulture en ladite église, lesquels ainsi décédez, obstant ladite pollucion et interdiction, il a convenu inhumer et Ensepulturer uilleurs.*

\* **SEPULTIO**, Sepultura, humatio. Vita S. Columbæ abb. tom. 2. Jun. pag. 223. col. 1: *Ex qua die incipies putri ministrare alia, in fine ejusdem septimana, mortuum sepelies. Sed post patris Sepultionem, etc.*

¶ **SEPULTOR**, Qui mortuos sepelit. Statuta Astens. Collat. 9. cap. 12. fol. 27: *Item (juro) quod aliquis mortuorum Sepultor non possit esse portator vini.*

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Sebelidor*, Prov. *Sepulor*, *humator*. **SEPULTORIUM**, *Θαπτήριον*, in Gloss. Gr. Lat.

¶ **SEPULTUARIUS**, Sepulchralis. Vide *Cinerearium*.

**SEPULTURA**, Idem quod *Atrium*, et *Cæmeterium*, scilicet obventiones, quæ Sacerdotibus ob sepulturam contingunt. Nam olim *Cadavera defunctorum in basilicis sanctorum sepeliri* vetitum, in Concilio Braccarensi ann. 563. cap. 18. ubi Garsias Loaysa. Vetus Notitia in Tabulario Ecclesiæ Viennensis fol. 58: *Cum ergo illi Ecclesiam cum tertia parte decimæ, et Sepultura possiderent, etc.* Alia in Tabulario Monasterii S. Andreae Viennensis: *Similiter dederunt Sepulturam, quam accipiebant de Ecclesia S. Petri de Aysin. Alibi: Donamus Ecclesiam et altare cum decimis, et Sepultura, et offerendis, etc.* Charta Archambaldi Dom. Burbonensis ann. 1217. pro libertatibus Villæ franchæ: *Et dederunt eis Ecclesiam et cæmeterium, tali pacto, quod non posset cogere burgenses de Sepultura, neque de nuptiis ultra debitas consuetudines.* S. Anselmus lib. 4. Epist. 45: *Dicunt se frequenter vidisse in Ecclesiis, ud curam meam proprie pertinentibus, expulsis presbyteris, laicos altari adstantes, quædam synam colligentes, Sepulchra, et quædam ad jus Sacerdotum pertinentia audacter usurpantes, etc.* Sed et pro aperienda, ut vulgo



dicimus, terra, exactiones factæ, quod etiamnum obtinet apud nos, licet vetitum ab Ecclesia, ac præsertim Bulla Urbani PP. IX. apud Gariellum in Episcopis Magalonsibus pag. 402. 403 : *Abolendæ consuetudinis nimis abominabilis corruptelæ apud Montempessulanum vitium inolevit, ut videlicet decedentibus non prius permittatur effodi Sepultura, quam pro terra, in qua sepeliendi sunt, certum pretium Ecclesiæ persolvatur, etc.* Vide Cæmeterium.

\* Quales fuerint olim ejusmodi obventiones, videsis supra in *Funeralia* 2.

Quæ quidem exactiones ne in immensum crescerent, modum adhibuerunt non semel leges cum civiles, tum Ecclesiasticæ. Harum omnium instar sint Statuta Cadubrii cap. 6. fol. 54. vº : *Decernimus quod vos plebani, archidiaconi, vicarii et aliarum ecclesiarum rectores, pro salutaris Pœnitentiæ quatuor sol. Pap. pro Eucharistia totidem habere et percipere debeatis, pro Oleo sancto sol. xx. pro Sepultura totidem, pro Septuagesimo sol. xii. pro Trigesimo xii. habere et percipere debeatis.* Vide *Judicium defunctorum*.

Notandum videtur Statutum Augustini Episcopi Conseran. ann. 1280. quocumvis presbytero præcipitur ut *initio sui presbyteratus vestes sacerdotales sibi fieri faciat cum quibus obitus sui tempore valeat sepeliri.* Eadem jubent Statuta Arnaldi Episc. Magalon. ann. 1339. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 383 : *Monet omnes ut infra annum habeant breviarium, superpellicium, alnucciam sacerdotalem, vestem propriam qua sepeliantur.*

SEPULTURA CRUCIFIXI, Sepulcri Jesu Christi imago et repræsentatio, quæ fieri solet in ædibus sacris die Parasceves. Vetus Charta in Monumentis Paderbonensibus pag. 134 : *Hæ autem parochiæ omnia jura parochialia habebunt, nisi quod crucem diebus dominicis, et in solennitatibus non ferent,.... in Parasceve Sepulturam Crucifixi non facient, etc.*

\* SEPULTURA, Tumulus, lapis sepulcralis. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Soboutura, Prov. tumulus, Sepultura.* Testam. Joan. Franc. de Gonzaga Mantuæ march. ann. 1444. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 1788 : *Item volo et mando quod corpus meum sepeliatur in ecclesia B. Francisci Mantuæ, et in Sepultura illustris quondam domini genitoris mei, mandans quod dicta Sepultura debeat tolli de columnis, super quibus est posita, et deponi in terra plana, a latere sinistro introeundo capellam.* Nostris Sepulture et *Sebolture*. Testam. Joan. dom. Insulæ ann. 1295. ex Chartul. Vallis N. D. : *Après je estis et voudre avoir ma Sepulture en Val Nostre Dame. Libert. villæ d'Aiguerse ann. 1374. in Reg. 198. Chartoph. reg. ch. 360 : Homme ne femme de ladite ville et franchise ne y doivent (au cimetiere) rien paier de Sebolture, mais ce qu'il leur plaira tant seulement.*

SEPULTURA ASINI, Extra cæmeterium, Sepultura excommunicatorum. Hugo Flaviniacensis in Chron. pag. 268 : *Extra cimeterium, absque officio Christiano debito, suo tanen jussu et petitione, Sepultura asini sepultus.* Vide *Imbrocatus*. [\* Haltaus. Glossar. German. col. 117. voce *Be-*

*graben aufs Feld* et col. 976. voce *Hundebegrabnis*.]

\* Qui mortem sibi consciscebant, aut malefactores capite mulctati, sepultura cum psalmis et commemoratione in oblatione privabantur, ex Conc. Bracar. cap. 6. in vetustissimo Pœnit. MS. : *Placuit ut hi, qui sibi ipsis aut per ferrum, aut per venenum, aut per præcipitium, vel quolibet modo violenter inserunt mortem, nulla illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum psalmis ad sepulturam eorum cadavera deducantur. Multi etiam per ignorantiam hoc sibi usurparunt. Similiter et de his placuit, qui pro suis sceleribus puniuntur.* Quæ sepeliendi ratio *Sepultura agrestis* dicitur in Charta ann. 1217 ex Diplom. Bajoar. apud Oesefium tom. 2. Script. rer. Boicar. pag. 103. col. 1 : *Qui (Otto Palatinus) reus læsæ majestatis, ausu videlicet temerario manus in Philippum regem mittere præsumpsit, diu aggressæ Sepulturæ deputatus, multo tandem labore fratrum in Undensdorff, divino annuente suffragio, ecclesiasticam.... invenerit sepulturam.* Vide supra *Biothanati*.

\* Debitoribus mortuis sepulturam prohibebant creditores, ut patet ex Lit. remiss. ann. 1386. in Reg. 130. Chartoph. reg. ch. 13 : *Jehan Gentil avoit destourné et empeschié à enterrer le corps de Eulart du Pire, pour cause que ledit Gentil disoit, que icellui Eulart lui estoit tenu en la somme de cinq franz d'or ou environ.*

† SEPULTUROLA, dimin. a Sepultura. Testam. Bertichramni Cenoman. Episc. apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 141 : *De rebus sanctæ basilicæ ditentur, ut melius eis delectet Sepulturolæ mæ impendere honorem, et sanctæ basilicæ deservire.* *Sepulturolum*, in Testam. ann. 690. apud Felibian. inter Probat. Hist. Sandion. pag. 11 : *Vel locum Sepulturoli mæ si fuerit an non fuerit, in qua Germani mæ requiescunt.*

SEPUM, ita dicitur vulgo quod olim *Sebum*, i. adeps, pinguedo, axungia. Joh. de Janua. [Occurrit passim. *Lapis Sepi*, certum sevi pondus. Vide *Petra*. Charta ann. 1309. apud Ludewig. tom. 1. Reliq. MSS. pag. 261 : *Bonæ memoriæ Fryso in extremis religiosus viris fratribus in Dobirlug unum lapidem Septi in remediurn animæ suæ singulis annis donavit.... Præterea Henricus.... prefato conventui duos lapides Sepi allegavit.]*

† SEQUA. Tabular. S. Victoris Massil. : *Et ulterius pro bono civitatis quod in Massilia amodo esset una Sequa monetæ, ut erat antiquitus.*

\* F. Tabula nummularia, Gall. *Change*. Charta Caroli IV. ann. 1322. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 256 : *Super nonnullis criminibus, quæ commisise dicebantur.... in facto monetarum,.... aurum et argentum, billonem et res alias prohibitas.... alibi quam in Sequis nostris vendendo, etc.* [\* Italis *Zecca*, Officina monetaria.]

SEQUACES, Hæredes, posteri, successores. Tradit. Fuld. lib. 1. trad. 3 : *Post obitum hanc rem vos et Sequaces vestri ulterius habere firmissimum habentes potestatem.* Occurrit ibi crebrius. Vide *Secutores*.

\* *Seganciers et parageurs*, in Inquisit. ann. 1413. ex Chartoph. reg.

SEQUAX, Sæctor. Paulus Diac. lib. 1. Hist. Longob. cap. 26 :

Nam pinxit apte lineas  
Vitæ sacræ Sequacibus.

Adde Regulam S. Fructuosi cap. 4. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Sequax, Enseignabile.*]

SEQUAX, Obediens, apud Sidon. lib. 7. Epist. 17.

† SEQUACITAS, [Obsequium, observantia. Sidon. lib. 4. Epist. 11 : *Hinc etiam illi apud nos maxima reverentia fuit, quod non satis ferebat ægre pigram in quibuspiam Sequacitate.*] Cyprianus in Vita S. Casarii Arelat. : *Tanta denique bona in se, largiente divina gratia, habuit, ut de audientium projectibus, et de discipulorum Sequacitate, et de virginum consecratione, ut non uno tantum sit merito coronatus.*

† SEQUACITAS, Celeritas. Idem Sidon. lib. 9. Epist. 9 : *Tribuit et quoddam dictare celeranti scribarum Sequacitas saltuosa compendium, qui comprehendebant signis, quod literis non tenebat.*

† SEQUACITER, Ordinatum. Arnobius adv. Gent. lib. 2. pag. 49 : *Concludere acutissime syllogismos, ordinare Sequaciter inductiones suas, etc.*

† SEQUALTALIA, ἴσμελία, in Gloss. Lat. Græc. Ubi leg. ex viris doctis *Sesqualtera*.

\* SQUARE, pro *Secare*, in Charta ann. 1312. in Reg. 48. Chartoph. reg. ch. 88 : *Gentes ipsæ contra ipsos seculares religiosos (de Bono-portu) dicebant, quod ipsi in haya sua.... aliquas fructiferas arbores vendere seu Sequari facere non poterant.* Rursum ibi.

1. SEQUELA, Exemplum, in Gloss. Isid. [Papias : *Sequela, mos, ritus, exemplum, institutum, consuetudo.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Sequela, enseignement, coutume.*]

2. SEQUELA, Obsequium, ministrorum et famulorum cœtus, apud Petrum Blesensem serm. 43. [Gloss. Lat. Græc. : *Sequela, ἀκολουθία.* Hinc Frontinus lib. 2. cap. 4. *Sequelas* vocat servos militares : *Lixas calonesque et omnis generis Sequelas concludere jussit.*]

\* Gall. *Suite*. Charta ann. 1340. in Reg. 73. Chartoph. reg. ch. 294 : *Omnem pœnam seu pœnas capitales seu pecuniarias, quam quasve ratione cujusdam invasionis et vulnerum inde sequitur in gentes stabilitæ seu Sequelæ nobilis et potentis viri domini Bertrandi de Insula.... remittimus.* Hinc *Prendre suite*, pro *Alicui adherere, aliquem sequi*, in Lit. remiss. ann. 1451. ex Reg. 184. ch. 191 : *Le suppliant fut malcontent de ce que icelle fille Prenoit suite d'autres que de lui, et que il ne la trouvoit, quant il la vouloit veoir.*

† 3. SEQUELA, Consecutio, consequentia. Tertull. de Patient. cap. 5 : *Post manæ escatitem pluviam; post petræ aquatilent Sequelam, desperat de Domino.* Lactant. de Mort. Persecut. cap. 5 : *Immortalitas non Sequela naturæ, sed merces præmiumque virtutis est.* Idem de Opific. Dei cap. 4 : *Mors Sequela morborum est.*

\* Hinc in *Sequelam trahere*, nostratibus *Tirer à conséquence*, in Lit. Casimiri III. ann. 1455. inter Leg. Polon. tom. 1. pag.



186 : *Promittimus tales fertones aut hujusmodi inconsuetas solutiones, ubi ipsis expeditas aut datas, non in Sequelam trahere.*

† 4. **SEQUELA**, Opinio, sententia, suffragium. Adrianus de Veteribus de Reb. Leod. apud Marten. tom. 4. Ampl. Collect. col. 1267 : *Sed magistri, sedato tumultu, dixerunt, quod nemo recederet, sed in crustino super palatium quilibet diceret Sequelam suam.* Ubi in Diario idem Adrianus habet : *Quilibet diceret intentionem suam.* Ibidem infra : *Clamatum ad peronem quod nemo iret contra Sequelam palatii.* Rursus col. 1274 : *Super quibus propositis fuerunt multi tractatus. Multi volebant facere predictas allegantias, et dom. de Bierlo volebat quod fierent, et dom. Bare et Razo praevaluerunt. Sequelae non fuerunt portate super palatium, sed super consilium, et praecipuum sub pena capitis quod nullus aliquid inde revelaret.*

† 5. **SEQUELA**, pro Squilla, Tintinnabulum, campanula, in Inventar. ann. 1342. ex Tabul. S. Victoris Massil. Vide Skella.

† 6. **SEQUELA**, Diversis notionibus, vide in Secta 3. 4. et in voce Huesium.

\* 7. **SEQUELA**, Dicitur de pullis equinis, vitulinis, aliisque animalibus, quae matrem sequuntur. Charta Phil. Pulc. ann. 1303. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 222. r<sup>o</sup>. col. 1 : *Concedimus etiam usum pasturarum in tota alta foresta Cuisyae, .... pro equibus duodecim et earum Sequela.* Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. : *Et primo quindecim vaccae magnas, cum singulis Sequelis cuilibet ipsorum vaccarum.* Quod varie dixerunt nostrates. Charta ann. 1324. in Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 169 : *Vint que poulins, que jumens et qu'estalons, avec les Siguns desdites jumens.... Et est assuoir que sitot comme les Siguns desdites jumens seront aagé, que il puissent vivre sans leurs meres, etc.* Alia ann. 1341. in Reg. 73. ch. 339 : *Deux bestes de séjour, avec leur Sequence de lait.* Lit. Phil. ducis Aurel. ann. 1361. in Reg. 124. ch. 357 : *Ouquel usaige.... peuvent metre et avoir dès la feste S. Michier jusque au jour de Noel, une truye et sa Signance d'une leciere née depuis le Noel précédent, ou deux pourcaulx tant seulement.* Charta ann. 1391. in Reg. 141. ch. 109 : *Douze beufs ou vaches et douze pors, avec leurs Suyans.* Alia ann. 1411. in Reg. 165. ch. 220 : *Avoir en pasturage sept jumens et leurs Suivans, dix vaches et leurs Suivans.* Lit. remiss. ann. 1477. in Reg. 206. ch. 1119 : *Si avoit mis en icellui pré ses deux beufz, une vache avecques son Suivant.* Vide in Secta 4. et infra Sequentes.

\* 8. **SEQUELA**, Rei cujuslibet appendix, accessio, idem quod supra Sectu 12. Gall. *Suite, dépendance*, alias *Sequelle, Signance* et *Singance*. Libert. Brianc. ann. 1343. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 725. art. 8 : *Concessit dictus dominus dalphinus omnia jura sibi competencia et competitorum in luldimiis, terciis, ... Sequelisque eorum.... Laudimia, terciu, tresczena, vincena, nutaigu, fidencius, pasqueyragia et Sequelam omnium praemissorum.* La Singance des mareschausées ; vingt trois sols, neuf deniers maille, in Ch. ann. 1281. ex Chartul. S. Steph.

Autiss. Charta ann. 1315. in Reg. 53. Chartoph. reg. ch. 100 : *Lesquieix (dix livres) il disoit avoir ucoutumé punre.... avec les coutumes dessusdites à Courgenay, .... pour cause des Signaces desdites coutumes.... Disme, terrage, coutumes, Signances, corvées, etc.* Lit. remiss. ann. 1395. in Reg. 139. ch. 151 : *Icellui Hennequin demandu audit curé sa houppelande, au suppliunt su courroye et les Sequelles, et ausdiz Simonnet et Henriot et Jehan Denis pareillement leurs courroyes et les Sequelles, etc.* Vide Sequentia. 3.

\* 9. **SEQUELA PEREGRINORUM**, Emolumentum, {quod ex benedictione peræ, baculi peregrinorum, sacerdoti obvenit. Charta Petri archiep. Senon. ann. 1213. ex Chartul. Maurign. ch. 91 : *Sequela peregrinorum capicerii est, exceptis festis praenominatis. Oblationes peregrinorum prioris erunt.* Vide supra Secta 13.

\* 10. **SEQUELA**, Jus persequendi bona mobilia delinquentium et ea obtinendi. Charta ann. 1257. in Lib. 1. nig. S. Vulfr. Abbavil. fol. 19. r<sup>o</sup> : *De Sequela vero, super qua inter nos similiter contentio vertebatur, tuliter duximus ordinandum, quod dicti decanus et capitulum (S. Vulfranni) nobis priore et conventu (S. Petri) volentibus et consentientibus, per totum terrum vicecomitatus nostri predictam Sequelam lubeant bonorum nobilium delinquentis in terra vicecomitatus aut domini ipsorum, in illis quinque diebus Pentecostes.*

\* 11. **SEQUELA DECIMAE**, Jus exigendi decimam ex agris alterius territorii, cum a suis hominibus coluntur. Locus est supra in Decimæ.

\* **SEQUELLA**, pro, Squilla, Tintinnabulum, campanula. Constit. Carmelit. MSS. part 2. rubr. 5 : *Faciunt inventuria novae coram fratribus supradictis, et ponant in archa communi sub dicta pena, scilicet suspensionis ab officii executione et Sequellæ.... Tenetur prior facere praesertim pertinentia ad Sequellam chori, capituli et refectorii.* Vide Sequela 5. et Skella.

† **SEQUENTER**, Continenter, Gall. *Tout de suite.* Lex Alaman. tit. 97. § 5 : *Nisi homicida suus ei in curte aut in casa fugerit, et pro ipso nullus offert justitiam, si Sequenter ipsum currit, hoc non est ad requirendum.*

† **SEQUENTER**, Exinde, Gall. *Ensuite.* Vita MS. S. Wenwaloei fol. 107. v<sup>o</sup> : *Faciamus ergo quod Sequenter propheta acturum se esse promittebat, dicens : Confitebor tibi, Domine, quia terribiliter magnificatus es.*

† **SEQUENTERIANUS**. Vide *Sequentrianus*.

\* **SEQUENTES**, Pulli equini, vitulini et alii qui matrem sequuntur. Charta. Norm. ex Cod. reg. 4653. A. fol. 90 : *Ad pasturam ad viginti vaccae et suos Sequentes et ad sexdecim boves per forestum.* Vide supra Sequela 7.

1. **SEQUENTIA**, Canticum exultationis, quæ et Prosa dicitur, sic appellatum, quia pneuma jubilii sequitur, inquit Durandus lib. 4. cap. 21. Ordo Romanus, et Alcuinus lib. de Divin. Offic. : *Sequitur jubilatio, quam Sequentiam vocant.* Observat idem Durandus *Sequentias* a Notkero Abbate S.

Galli primum compositas, et Nicolaum PP. ad Missam cantari præcepisse, [quod de Nicolao II. accipiendum opinatur Papebrochius.] Huc spectant, quæ habet Ekehardus de Vita B. Notkeri Episcopi Saltzburg. cap. 17 : *Sequentias, quas idem pater sanctus fecerat, destinavit per bajulum urbis Romæ Nicolao.* Cap. 18 : *Sequentiam dico, quæ est de Spiritu sancto : Sancti Spiritus assit nobis gratia.* Bromptonus de Roberto Rege Franc. : *Hic Robertus Rex fecit Sequentium illam de festo Pentecostes, quæ sic incipit : Sancti Spiritus assit nobis gratia.*

† Johannes Adelphus *Sequentias* commentariis suis illustratas edidit Argentinæ ann. 1513. Binas composuit Albertus Magnus, unam de Trinitate, alteram de Ascensione. Utraque exstat in Missali Prædicat. Paris. ann. 1519. excuso.

**SEQUENTIAE**, quas *Metenses* vocant, apud Ekehardum junior. de Casib. S. Galli cap. 4.

**SEQUENTIARIUS**, Liber, seu Codex, in quo continentur *Sequentiæ*. Ekehardus junior de Casibus S. Galli cap. 11 : *Quidam fratrum Ecclesia egressus Sequentiarium manu ferebat, quem illi assumens in sequentia diei Notkerum Balbulum laudant.* Acta Murensis Monasterii pag. 10 : *Antiphonarium, partem de Graduali, Sequentiariorum 4. Alibi : Tres Antiphonarii, ex quibus unus musicæ notatus est, et decem Sequentiariorum.* Sed legendum *Sequentiariorum*, aut *Sequentiariorum*, ut habetur pag. 33. [*Sequentiariorum* rursus occurrit in Catalogo libr. Canonice S. Nicolai Patav. apud Bern. Pezium tom. 1. Anecd. in Præfat. pag. lii : *Unus gradualis liber, unus Sequentiariorum cum tropis, etc.*]

† **SEQUENTIALIS**, Eadem notione, apud Selannat. in Videm. Litter. pag. 8 : *Missales specialiter cum orationibus sex, et septimus cum gradualibus et Sequentialibus. Sequentiales undecim, capitulares quatuor, etc.*

† 2. **SEQUENTIA**, Comitatus, Gall. *Suite.* Vita B. Mariæ de Malliaco, tom. 3. Mart. pag. 744 : *Affuit quidam juvenis ex regali sequentia, qui statum ejus aspiciens, etc.* Mirac. S. Vincentii Madelgarii tom. 3. Jul. pag. 679 : *Munitabat etiam inibi aliquandiu cum uxore et natis, illa videlicet suæ paupertatis sequentia, et quanto diutius, tanto cum majore fiducia.* Ubi *Sequentia*, si ad uxorem referatur, Comitum, sociam sonat.

† 3. **SEQUENTIA AVENARUM**, Præstatio quæ in avenis exsolvitur, in Cod. censuali Episcop. Autissiod. an. circ. 1290. Vide *Avenugium* 1.

\* 4. **SEQUENTIA**, Salarium, quod canonicis, qui processioni vel officio intersunt, conceditur. Ordin. MS. eccl. Camerac. fol. 96. r<sup>o</sup> : *Processio nostra pergit ad Sanctum Crucem, .... et ibi ad missam lucrabuntur domini nostri suam Sequentiam.* Vide mox *Sequi chorum*.

† **SEQUENTIALIS**, **SEQUENTIARIUS**. Vide *Sequentia* 1.

**SEQUENTERIANUS**, Qui optimum excipit, mediæ conditionis, vel medii pretii. Lex Alamann. tit. 75 : *Si quis in vaccaritia legitima, ubi sunt 12. vaccae vel amplius,*



*tantum ex ea involaverit, vel occiderit, 13. sol. eum solvat, aut quaecumque armentum de ipsa vaccaritia involat fuerit, secundum qualitatem eum solvat: illam optimam vaccam 4. tremesses appreciare: illam aliam Sequentrianam sol. 1. illa alia minuto animalia secundum arbitrium adpretentur.* Editio Heroldi [quam secutus est Baluzius,] habet *Sequentrianam*.

† **SEQUERTA**, f. Comitatus, Gall. *Suite*. Statuta Vercell. lib. 3. fol. 87. vº. : *Quod autem capitulum addatur in scripto Sequerte villarum*. Ibidem lib. 4. fol. 116. vº. : *Item si quis de civitate vel districtu Vercellarum juraverit maliciose non facere Sequertam Potestati, solvat pro banno libras decem Pap.*

1. **SEQUESTER**. Testamentum Ælfredi Regis Angl. : *Insuper do Æthelfredo Principi militie meæ unum gladium, et 200. marcas; et meo Sequestri, cum quo jam Pascha imminens pactum firmavi, do 200. libras, ut ipse det et distribuatur inter omnes illos, ubi placuit est sibi subire sepulcrum, etc.* Vide in *Equester*.

† 2. **SEQUESTER**, Imitator, discipulus. Johan. Blakman. de Virtute. Henrici VI. Reg. Angl. pag. 303 : *Aliasque injurias complurimas, ut verus Christi Sequester, patienter toleravit.* Hinc

† **SEQUESTER**, Pullus, quod matrem sequitur sic dictus. Charta ann. 1490. ex Schedis Præs. de *Mazaugues*: *Nullum animal... audeat intrare... excepto animali de basto, quibus facultas depascendi... cum eorum Sequestre unius anni et non ultra.* Alia ann. 1509. ex iisdem Schedis : *Quæcumque animalium aratoria, sive sint bovina, vaccini, cavallina, mulatina, sive asinina, ... et sex vaccas cum suis Sequestris duorum annorum, vel circa.* Vide in *Secta 4.*

† 3. **SEQUESTER**, f. Filius extra domum paternam sepositus et educatus, cujus idcirco ortus dubius est. Compend. benefic. Exposit. fol. 46 : *Dubietur vero de excommunicatis, naturalibus, Sequestris, spuris, legitimatis, collateralibus; (scilicet qui ecclesie benefecerint, an patroni esse possint) sed benignum est eos omnes admittere.*

† **SEQUESTRARE**, Separare, seponere, Gallice *Sequester*, *mettre à part*. Capitul. Caroli Mag. de Villis § 55 : *Volumus ut quicquid ad nostrum opus iudices dederint, vel servierint, aut Sequestraverint, in uno brevi conscribi faciant.* Chron. Andr. Danduli ad ann. 1142. apud Murator. tom. 12. col. 504 : *Nos prædictus Joannes Polano Custellanus episcopus unu cum tota nostra ecclesia Sequestramus, et cum Juda traditore in inferno damnamus.* Utuntur etiam Macrobr. Saturn. lib. 7. cap. 11. Ammian. lib. 18. cap. 1. lib. 20. cap. 7. Occurrit præterea apud Kennet. Antiquit. Ambrosd. pag. 483. Marten. tom. 4. Anecd. col. 197. et alibi passim. *Sequestratis minoribus*, id est, exceptis, in Cod. Theod. leg. 4. tit. de Censor. (13, 11.)

† **SEQUESTRARE**, Deponere. Tertull. de Resurr. carnis cap. 26 : *Corpora medicata mausoleis et monumentis Sequestrantur.* Prudent. Hymno exsequiar. v. 127 :

... Hominis tibi membra Sequestro.

† **SEQUESTRATIM**, Separatim. Cassiodor. lib. 11. Epist. 1 : *Queratis forsitan Sequestratim principis bona.* Occurrit etiam in Vita S. Eugendi tom. 2. Jan. pag. 54.

† **SEQUESTRATIO**, Separatio, in Capitul. lib. 6. cap. 409. et lib. 7. cap. 141. Adde leg. unic. Cod. *De prohibita Sequestratione pecunie*, (4, 4.) et S. Ambros. de Spiritu S. lib. 1. cap. 1.

† **SEQUESTRATORIUM**, Locus, ubi aliquid deponitur. Tertull. de Resurr. carnis cap. 52 : *Seminibus Sequestratorium terra est, illic deponendis et inde repetendis.*

† **SEQUESTRARIUS**, Ad Sequestrum, seu depositum spectans, apud JC.

† **SEQUESTRUM**, Depositum, vox JC. familiaris. Correct. Statut. Cadubrii cap. 98 : *Mandamus quod omnes mutarii, hospites et quæcumque alie personæ cujuscumque conditionis teneantur et debeant acceptare et recipere Sequestra omnia, que in manibus eorum præsentata et facta fuerint sine aliquo præmio vel solutione.* Occurrit etiam non semel pro scripto quod de sequestratione conficitur.

† **SEQUESTRUM**, Separatio. Longinus in Vita B. Kingæ tom. 5. Jul. pag. 741 : *Hæc dierum processu in quatuor pecies divisa, majorem afflictionem ægræ per singulos dies post hujusmodi apostemationis Sequestrum effiebat.*

**SEQUESTRATOR SACRI PALATII**. Ottonem Rufum Imper. in colligendo Jure Wichbildico usum esse opera Burchardi a Mangefeld Sequestratoris Palatii, scribit Glossa ad art. 10. et 139. in fine Wichbild. Quod officium pro Cancellarii munere accipiunt Crantzius lib. 1. Saxon. cap. 21. Brotuff. lib. 1. Chron. Merseburg. cap. 10. et Coler. in orat. de jure Saxon. Vide Gloss. med. Græcit. in Μεστῆρας, et in Μεστῆρας.

☞ Certe apud Episcopos Anglicanos qui *Sequestratores* perinde habuerunt, alius fuit *Sequestrator* a Cancellario, ut colligitur ex Charta ann. 1317. apud Madox Formul. Anglic. pag. 11 : *Data et acta... in præsentia magistri Roberti de Weston Cancellarii nostri, dompni Ricardi de Dolaby Sequestratoris nostri, etc.* Testam. ann. 1322. ibid. pag. 432 : *Probatum fuit præsens testamentum coram nobis Johanne Langthorn. R. in Christo Patris et domini, D. Henrici Dei gratia Wyntoniensis Episcopi commissario et Sequestratore generuli, approbatum, insinuatum, legitimeque pronunciatum pro eodem.*

† **SEQUI**, Persequi aliquem in judicio. Leges Normann. apud Ludewig. tom. 7. pag. 292 : *Viri autem de maleficiis uxoribus suis illatis Sequi possunt in omnibus casibus supradictis, et eas defendere, si fuerint appellate.* Charta ann. 1288. apud Kennet. Antiquit. Ambrosd. pag. 313 : *Et Gilbertus de Thornton qui Sequitur pro Rege dicit, quod, etc.* Inquesta ex Tabulario B. Mariæ de Bono nuntio Rotomag. : *Dicit quod vidit quemdam hominem... Sequentem quemdam hominem... in assisiis dictorum Religiosorum apud Beccum.* Ibidem : *Et parentes mortui secuti sunt dictum clericum coram dicto justiciario.* Vide *Secta 4.* et *Secutor*.

\* **SEQUI CHORUM**, Officiis divinis inter-

esse. Constit. Carmelit. MSS. part. 1. rubr. 8 : *Fratres quoque hospites, in quocumque conventu fuerint, post primum diem Sequantur chorum de die, et teneantur dicere missas.* Vide *Sequentiu*, 4.

\* **Latinum Sequi** vacie nostri reddiderunt. *Sigre*, in Lit. Rob. ducis Burg. ann. 1282. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 381. art. 7. *Segre*, in Lit. Phil. VI. ann. 1346. tom. 2. earumd. Ordin. pag. 349. art. 19. *Seuigre*, in Libert. villæ de Grancey ann. 1348. tom. 9. earumd. Ordin. pag. 161. art. 7. *Sievr*, in Ch. ann. 1364. ex Chartul. M. nig. Corb. fol. 113. *Suir*, in Annal. regni S. Ludov. edit. reg. pag. 265. *Stvre*, in Vita ejusd. reg. ibid. pag. 315.

\* **SEQUIA**, Canalis, per quem aqua decurrit. Charta pro incolis de Stagello ann. 1331. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 174 : *Berengarius de Petra pertusa... pronuntiat, quod homines de Stagello... habebant totam aquam recipere rivi sive fluminis Ayglini, ... et facerent Sequiam seu Sequias, seu resclausam a loco prædicto inferius ubicumque vellent.* Vide infra *Seriola*.

\* *Sequillon*, Ramusculus exsectus, in Lit. remiss. ann. 1384. ex Reg. 125. ch. 144 : *Lequel signifiait... prist à sa defense un petit baston, uppellé Sequillon de tremble.*

† **SEQUIENTES**, τὰ ἐξῆς, in Gloss. Lat. Gr.

\* 1. **SEQUIMENTUM**, Statum, quod executioni mandari debet, ab Italico *Sequire*, pro *Esequire*, exequi. Charta ann. 1218. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 411 : *Consilium Mantue civitatis... fecit in breve Sequimenti Mantue civitatis, priusquam faceret Sequimentum, scribi et legi in eodem consilio quoddam capitulum renovandi sacramenta societatis factæ inter Mutinenses et Mantuanos, etc.*

\* 2. **SEQUIMENTUM**, Comitatus, custodia, Ital. *Sequimento*, Hisp. *Sequimiento*. Charta ann. 1290 : *Ordinaverunt quod omnes et singuli milites cavallatores communis Florentiæ, electi et inventi ad Sequimentum et pro Sequimento felices et victoriosi insignis regalis communis, qui et quot electi et deputati fuerunt ad Sequimentum et custodiam regalis banderæ, ... debeant esse et sequi egregium virum, qui dictum insignem portabit, et commorari sub ipso insigni.*

3. **SEQUIMENTUM**. Vide supra in *Sega*.

**SEQUIPES**, Qui alium sequitur, Peditsequus. Anastasius in S. Hadriano pag. 103 : *Unde ego Sequipedes vestros dirigere studebo meos missos ad eunum vestrum Rege, etc.* In S. Zacharia pag. 77 : *Egressus de Ravenanatum urbe, in finibus Longobardorum ingressus, Sequipes factus est suis Missis.* Et pag. 86 : *Conjungens vero Christianissimus Pipinus Francorum Rex, Sequipes etiam ejus et antefatus beatissimus Papa factus usque ad muros civitatis Papiæ utriusque pervenerunt.* [Chr. Anonymi Salerni. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 201 : *Conjungens vero Beneventanorum princeps Grimoald, Sequipes etiam ejus antefatus Radelchis, etc.* Guido in Prologo ad Discipul. Farf. : *Pater vero Hugo, Sequipeda ejus effectus in regali canobio, etc.*] *Canis sequipeda*, apud Joan. Sarisber. lib. 1. Policrat. cap. 13. Vide eundem lib. 3. cap. 6.



**SEQUIPEDES**, Sectatores, sequaces, discipuli, etc. Acta SS. Juliani et Basilissæ in Præfat.: *Ut per angustam viam eorumdem Sanctorum valeant Sequipedes esse.* Habetur rursus ibidem cap. 1. et 7. Diurnus Romanus cap. 2. tit. 9: *Ut vere eorum discipulus et Sequipeda.* Vita S. Sulpitii Pii Episc. Bitur. cap. 6: *Addebat etiam Beati Sequipeda, etc.* [Translat. S. Emiliani inter Conc. Hisp. tom. 3. pag. 216: *Cujus religionis dum quondam beatissimum Æmilianum Sequipedam verissime reperiret, etc.*] Occurrit præterea hac notione in Concilio Aurelian. V. can. 3. et Turon. II. can. 22. apud S. Eulogium lib. 1. Memor. Sanctor. lib. 2. cap. 1. et 10. in Epistola 73. inter Francicas tom. 1. Histor. Franc. apud Rabanum Maurum lib. 1. de Instit. Cleric. cap. 3. Carolum M. lib. 2. de Imaginibus cap. 27. Joan. Sarisb. lib. 2. Policrat. cap. 18. etc.

† **SEQUITAS**, παραδίτια, σπουδή, ἐπίειξια. Gloss. Lat. Gr. *Æquitas, diligentia*, in Amalth.

† **SEQUITIO**. Vide supra in *Sega*.

† **1. SEQUITUS**, Via, quam quis sequitur. Hist. Cortusior. lib. 2. apud Murator. tom. 12. col. 809: *Ita quod Ugutio ignorabat Sequitum domini Canis, quia dom. Canis descenderat stratum versus Ronchaitium causa videndi dictum passum.*

\* **2. SEQUITUS**, Ital. *Seguito*, Comitatus. Chron. Patav. ad ann. 1220. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 1129: *Bertoldus Aquileiensis patriarcha factus fuit civis Paduanus, .... et quod annuatim mittere debuit xij. milites de majoribus et melioribus suarum terrarum Paduam, ad jurandum Sequitum potestatis Paduæ, etc.*

\* **SEQUITA**, Actio in jure, qua quis alium sequitur. Vide supra *Secuta* 1.

\* **SEQUITIVE**, Consequenter. Charta ann. 1441. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 264. col. 2: *Ipsa logia recta et gubernata semper fuerat per dictani civitatem civitatis Nemausi, et Sequitive nullum jus pertinere domino nostro regi in eadem.*

\* **SEQUUS** vel **SEQUS**, Siccus. Charta ann. 1334. ex Tabul. D. Vencie: *Item quod nulla persona, privata vel extranea, scindat aliquam arborem viridam, nec Sequam in deffensis.*

† **SEQUITA**, ut *Sega*. Vide in hac voce.

† **SEQUITULEIA MULIER**, Quæ virum appetit, et sectatur, ex Petr. Comm. in Amalth.

**SER**, Dominus, quæ vox præponitur nominibus appellativis apud Italos: efformata, ut videtur, ex Græco κύριος, seu, ut recensiores Græci efferrunt, κύριος, unde nostri *Sire*, Itali *Messer*, nostri etiam *Messire*. Vita B. Torelli Papiensis n. 24: *Ipsæ Notarius, qui vocabatur Ser Aloysius.* Occurrit ibi pluries. [Charta ann. 1373. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 487: *Acta sunt hæc apud villam S. Antonii, Viennensis diocesis, ... præsentibus discretis viris... Ser Nicolao, Ser Andrea de Pistoyo, et pluribus aliis fide dignis.* Italis vero *Ser* idem sonat quod nostris *Maitre*, ubi de opificibus sermo est.] Vide *Siriticus*.

† **1. SERA**, Vespera, Gall. *Soir*, Gloss. Lat. Græc. *Sera, ἑσπέρα*. Regula S. Benedicti cap. 41: *Ad Seram cænent.* Adde Regul.

Magistri cap. 25. et 53. Vita S. Heriberti tom. 2. Mart. pag. 474: *Deinde navi inventus Rheno Coloniam transportatur, et in multa Sera perveniens, etc.* Vide *Serale* 2.

\* *Nostris à Seri, Sero.* Chron. MS. Bertr. Guesclini:

Lui sisiesme sans plus y entra à Seri.

\* *Hinc Series nuncupati a rusticis, pueliarum serotini coventus, in quibus lanificio una vacant. Scerie, in Lit. remiss. ann. 1380. ex Reg. 118. Chartoph. reg. ch. 44: Et il soit ainsi que ledit Vincent just alé une foiz esbate à la Scerie, là où il avoit plusieurs basselettes, qui filloient de nuit, etc.* Vide *Gynæceum*, et supra *Hora seralis*.

† **SERA**, Occidens, in Charta ann. 962. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 140: *Da tercia parte da medio die tenente in ipso fluvio Padi, da quarta parte da Sera de consortis, seu quod alii sunt affines.* Vide *Sero*.

† **2. SERA**, Mensa, ut videtur. Chron. Estense ad ann. 1302. apud Murator. tom. 15. col. 349: *Item (dom. Marchio præsentari fecit) super quadam Sera cinturas multas argenti, item in manibus domicellorum suorum portari coppas argenti et perlarum.*

† **SERA**, Remotrix. Gloss. vett. edit. ubi Sangerm. habent *demotrix*. Vide *Seritas*.

**SERA VIRGINITATIS**. Vide *Devirginare*.

† **SERABAITÆ**, Hæretici Valdensium sectarii, sic dicti quod ut Sarabaitæ Monachi per urbes et castella vagantes proprio arbitratu vivebant. Vide *Sarabaitæ*. Articuli probat. contra fr. Ubertin. tom. 1. Miscell. Baluz. pag. 295: *Sanctitas etiam vestra in Constitutione quam fecit contra sectam Serabaitarum, quæ incipit Gloriosum, errorem Serabaitarum, qui dicebant Ecclesiam Romanam carnalem et meretricem magnam et auctoritate et potestate privatam, damnat, non sicut novam hæresim, sed sicut hæresim Donatistarum et Manichæorum ac Valdensium, et mandat eos sicut hæreticos capi et puniri.* Ibidem pag. 298: *Et Inquisitores hæreticæ pravitate contra Serabaytas et Beginos dictos errores tenentes tamquam contra hæreticos processerunt, et eos propter istud extremo judicio tradiderunt curiæ seculari.* Vide *Beghardi* et *Bulgari*.

**SERABARA**, **SERABULA**. Vide *Serabella*.

\* **SERABOLA**, **SERABULA**, **BRACCÆ**. Vide supra *Saraballa*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Serabulla, braccæ, brayas*, Prov. Charta ann. 1227. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 904: *Duas camistas et duas Serabulas, etc.* Stat. Eugen. IV. PP. ann. 1443. pro comit. Venaiss. cap. 79. ex Cod. reg. 4660. A: *Unaquæque persona Christiana vel Judæa, quæ bonorum vellet facere cessionem, .... spoliæ se usque ad canisiam et Serabolam; .... et quod in canisia et Serabola eundo cum præcone tubam portante, ante curiam præconizetur.*

**SERACIUM**, Serum lactis. Acta Muriensis Monasterii pag. 54: *Quicumque caldarium illuc præstiterit, quamdiu ejus caldarium habent, singulis annis dabunt ei Seracium, et octo caseos.* Occurrit etiam alio loco. [Statuta Vercell. lib. 3. fol. 76: *Formagiurii et alii rivenditores... non emant nec enere faciant pro eis... caseum vel*

*Seracium, capones, etc.* Ibidem lib. 7. fol. 159: *Item statutum est quod de caseo, Seracio, etc.*] Vide *Sester*.

† **SERACULA**, Sera minor. Guidonis Discipl. Farf. cap. 48: *In promptuario namque habeat locum constitutum ubi panes coadunet sub Seracula, in refectorium portandum per se vel submissam personam decretis horis, etc.*

\* **SERAESA**, pro *Cerevisia*, ni fallor. Charta Caroli C. ann. 23. regni ejusd. in Chartul. S. Dion. pag. 65. col. 2: *De Simpliciaco etiam in Cinnomanico sita, .... de speltum odia nonaginta ad Seraesam faciendam.*

† **SERAGENTIUM**. Acta S. Philippi Episc. Adrianop. tom. 4. Analect. Mabill. pag. 144: *Tunc Justinus trahi eum vincium pedibus jussit. Qui acceptis tot silicum offensione vulneribus, et per singula corporis membra laceratus, rursus ad carcerem fratrum manibus reportatur. Sed paullo post admodum Seragentium contulerunt. Vocem mendosam esse asterisco significavit Mabilonius: videtur tamen ea designari medicamentum aliquod quo vulneribus Philippi consuluerunt fratres.*

† **SERAGIUM**, Claustrum, inclusio. Correct. Statut. Cadubrii cap. 127: *Mandatus ac jubemus quod si contigerit aliquem transducere nuptam suam quæ fuerit vidua, non possint nec debeant aliqui facere Seragium, vel impedimentum aliquod, aut claudere viam, sed libere eos dimittant, etc.* Vide mox *Serale* 1.

† **1. SERALE**, **SERRALE**, Angustiæ et claustra itineris, vel montium. Chronic. Andr. Danduli ad ann. 1404. apud Murator. tom. 12. col. 519: *Inde Veneti crearent in eorum Imperatorem Paulum Sabellum, qui ductor in his castris erat, et auctor fuerat præcipuus transeundi Seralia hostilia.* Jacobus Delayto in Annal. Estens. ad ann. 1404. apud eumd. Murator. tom. 18. col. 994: *Dominus Paduæ hoc præsentens, cum omni exfortio gentis suæ ac subditorum suorum militavit, et se opposuit ad Serralia sua versus fines Vicentiæ, unde erat conceptus Facinus territorium ingredi Paduanum. Ibi multis diebus moliente Facino transire Serralea, etc.* Vide *Serra* 2.

† **2. SERALE**, ut *Sera* 1. Vespera. Arestum Parlament. ann. 1472. ex Tabul. Sangerm.: *Idem, de non eundo de nocte absque lumine post grossum Serale.* Galli dicimus *Nuit fermée*.

\* Lit. remiss. ann. 1378. in Reg. 112. Chartoph. reg. ch. 230: *Prædicti exponentes euntes per villam Matisconensem de nocte post horam Seralis causa spatiant, etc.*

† **SERALHA**, *Sera*: *Seraltherius*, *Serarius*. Vide infra in *Serraltherius*.

\* **SERALIA**, *Sera*, id quod aliquid occultitur. Stat. Mantuæ lib. 1. cap. 98. ex Cod. reg. 4620: *Si quis habuerit domum et hortum, curiam vel aream, contiguum vel contiguam domui vel horto, curiæ vel areæ vicini sui, et suis expensis Seralias fecerit et tenuerit inter suam et vicini domum; talis vicinus, cujus expensis propriis Seralia non est facta, teneatur et debeat expensis propriis hortos et curiam vel aream tenere clausos pro mensura, quanta fuerit Seralia*



domus predictæ, de Seralis competentibus.

\* **SERALIUM**, **SERALLIUM**, Vallum, septium, munitio, Ital. *Serraglio*. Statuta jamjam laudata cap. 82: *Capitanei et custodes portarum et Seralliorum civitatis Mantuæ, statim cum audierint pulsare bottos, .... teneantur et debeant rastellos claudere, et neminem extra civitatem exte permitttere.* Lit. Caroli IV. imper. ann. 1355. tom. 2. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Hontheim pag. 186. col. 2: *Item Barnabas restituit et deoccupavit Serallium Mantuanum, quod Rosengarte dicitur... Pons Burgi-fortis et Serallium poterunt reparari.*

† **SERAMEN**, Semen, quidquid seritur. Charta Alisiæ dom. de Tilleyo ann. 1262. ex Tabul. Pontisar.: *Pacificæ gaudeant monachi S. Martini Pontisarenensis tam de Seramine et grano, quam de omnibus aliis sarragiis ubicumque voluerint circumferendis.* Neque alia notione accipienda videtur vox *Sermoison* inter onera Abbatiss S. Claudii ex ejusd. Monast. Statutis pag. 60: *Ad idem officium (sacristæ) pertinere declaravit decimas canaborum, necnon decimas Sermoison, atque certarum terrarum et possessionum, etc.* Nisi sit grani species. Vide *Serimen*.

\* In charta ann. 1262. *Stramen* legendum prorsus existimo; *Sermoison* vero nomen esse loci opinor.

† **SERAMPÉLINÆ** **VESTES**, sunt vestes inveterate. Gloss. ad Doctr. Alexandri de Villa-Dei. Vide *Serapellinæ*.

**SERANTA**, pro *Saranta*, Quadraginta, ex Græco vulgari *σάραντα*, pro *τεσσαράκοντα*, de qua voce Meursius. Abbo lib. 1. de bellis Parisiac. vers. 114:

P. Gemium fidos raro quamvis vegetabat,  
Mque truces post hac chile Seranta chile id extat.

Ubi ad marginem notam hanc apposuit Abbo ipse: *P. Græcum, si fuerit geminatum, 200. significat. M. similiter geminatum 40. significat. Chile, mille, tot enim erant Normanni, id est, 40. millia.*

**SERAPPELLINÆ**, sunt veteres pelles, vel dicuntur pelles parvi valoris: Catholicon parvum. Vide *Xerampellinæ*, in *Xerampinus* et *Serampellinæ*.

† **SERAPPELLUIES**, id est, Pelles, in Glossar. MS. S. Andr. Avenion. Vide *Serapellinæ*.

† **SERAPIUM**, Jusculum medicum. Vide *Syrupus*.

**SERARE**, **SERRARE**, Occludere, Seris claudere; hinc nostris *Serrer*, pro aliquid sub sera recondere, *ἀσφαλίζεω*. Brito in Vocab.: *Pectis a verbo dicitur, i. ferrum, qua in firmatura ostii vehitur huc et illuc, causa Serandi vel reserandi.* Papias: *Serare, claudere, opponere.* Rodericus Toletan. in Hist. Arabum cap. 45: *Cumque Cazim Hispanum advenisset, civitatis ei januas Seraverunt.* Concilium Avenionense ann. 1279. cap. 1: *Domos Ecclesiarum aut Clericorum occasione quacunque Serare, seu claudere, ferrare, vel placare, etc.* Thwroczius in Petro Rege Hungar. cap. 39: *Occupantes campanilia et turres civitatis, et Seratis januis, illum excluderunt.* Vide *Serra* 1. Hinc

† **SERRARE**, Arctare, constringere, Gallis *Serrer*. Chron. Saxon. apud Mabill. tom. 4. Annal. pag. 431: *Fratricidas autem*

*et parricidas, ... sive per manum et ventrem Serratos de regno ejeciant.* Ubi alii Scriptores qui de homicidarum pœna agunt, habent: *Venter atque brachia strictim innectantur ex ipsis ferreis vinculis.* Vide in *Peregrinatio* 3. et *Pœnitentia ferrum* in *Pœnitentes*. Miracula S. Gibriani tom. 7. Maii pag. 646: *Intuita autem vultum ejus sanguine coopertum, oculos reflexos, visum nigrum, dentes Serratos, etc.*

\* Glossæ Bibl. MSS. ex Bibl. reg.: *Sera, firmatura hostii, et proprie lignum, quod exterius verso oppigitur hostio: unde Serare, seram hostio apponere, ostium firmare, claudere.* Hinc *Sarrans* appellantur Crumenæ vincula, quibus illa clauditur, in Lit. remiss. ann. 1473. ex Reg. 197. Charthoph. reg. ch. 415: *Laquelle femme tenoit en sa main ladite bourse, et avoit les Sarrans d'icelle bourse liez à l'entour de son bras.* *Serrer*, nautis nostratibus est Navem fune constringere, ne a recta linea deviare possit. Ordinat. ann. 1415. in Reg. 170. ch. 1: *Iceelui maistre baillera une corde pour iceulx bateaux Serrer, c'est assavoir tenir drois, affin qu'ilz puissent passer seurement par icelle arche.* *Enseré*, rusticis Dumbensibus dicitur, qui ab itinere devius errat.

† **SERRARE**, Concludere, in angustum claudere, nostris etiam *Serrer*. Statuta Mutin. rubr. 212. fol. 39. vº: *Fossata quæ vadunt et sunt juxta stratam Ganaceti, Serrantur et serrata teneantur, ita quod aqua discurrat in lautam.* De urbe obsessa itidem dicitur in *Regimin.* Paduæ ad ann. 1319. apud Murator. tom. 8. col. 431: *Dom. Canis de la Scala.... venit circa civitatem Paduæ cum exercitu magno, et in paucis diebus post Seravit et accepit nobis aquam a ponte Baxanelli versus Paduan, concludendo illam versus Montem silicem.* Vide *Serratus*.

☞ Hinc *Tenir le peuple en Sarre* dicuntur in vet. Consuet. Bituric. apud Thomasser. pag. 338. ii qui annonam versus emporium publicum adductam in via intercepti emuntque, ut in eodem populum ad has angustias adducant eam quo voluerint pretio emendi. Vide *Foristallare*.

† **SERRARE**, pro ferro munire, unde *Ferrare* legendum putem. Repar. factæ in Senescall. Carcass. ann. 1435. ex cod. MS. V. Cl. Laneelot: *Item pro Serrando dictas VIII. fuclilas et plures alias pecias futiium, III. lib. v. sol.* Rursus: *Item pro quatuor cannis de polpre Serratis, emptis precio XVIII. sol.*

† **SERARE**, Gall. *Serrer*, Servare, in Conc. Avenion. ann. 1457. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 385: *Item, quia Judæi carnes Seratas juxta eorum vaculum, et per macellarios christianos vendunt, seu vendi faciunt, super hoc autem abusu execrabili providentes, statuimus sub excommunicationis pœna tan contra ipsos macellarios carnis eas Seratas vendentes, quam contra christianos qui eas scienter emunt.* De carnibus quæ supersunt hæc intelligenda esse suaudent Statuta Nemaus. Eccl. ibid. col. 1064. ubi inhihetur sub pœna excommunicationis, ne quis Christianorum carnes refutatas a Judæis in macello Christianorum præsumat vendere.

**INSERATUS**, Sub sera reclusus. Rodericus Toletanus lib. 5. de Reb. Hispan. cap. 24. de Sancio Rege Navarræ: *Duxit uxorem, nomine Beatriciam, filiam Imperatoris, ex qua genuit duos filios, Sancium, qui successit in regno, qui dicebatur agnomine Inseratus, eo quod in castro Tudelia residens, se ab omnibus, præterquam a paucis domesticis, occultabat.* Vide infra *Serrare* 1.

† **IN SERA ESSE**, pro Sub sera recondi, Galli dicimus, *Etre sous la clef*. Comonit. Episc. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 5: *Chrisma semper sit in Sera propter quosdam infideles.*

† **DESERARE**, Aperire, recludere, apud Apul. lib. 1. *Metamorph.*: *At ille probe et fideles januæ, quæ sua sponte Deserate nocte fuerant, vix tandem et ægerrime tunc clavis suæ crebra immissione patefiunt.*

**SERASTYRAX**. Codex Epistolarum S. Bonifacii Archiep. Mogunt. Epist. 147: *Grato animo dignemini suscipere costum, cinamonum, et Serastyracem.* Ubi *Serrarius* putat, confictum nomen ex *cera* et *styrax*, quasi *cere* instar *styrax* fuerit. De styrace agit Plinius lib. 12. cap. 18. et 26. lib. 24. cap. 6. et 17.

† **SERATOR**, Serarius faber, Gall. *Serrurier*, apud Bollandistas in *Onomastico*. Haud scio an eadem notione in Chron. Novalic. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 752: *Terras et vineas dominicales, quem Jocos Serator noster in cessione, et Opilonicus usque nunc in beneficium habuit, etc.* Ubi pro villico, qui rebus *Serandis* seu servandis invigilat, accipi potest.

† **SERATURA**, Sera. Vide *Serratura*.

† **SERAVADA**, *Cremium*. Gloss. Lips. Somnerus: *Huic respondet nostratum Scarewood, pro cremio, vel ramale, a Sax. searan, arefacere, et wudu, silva, lignum, vulgo wood.* Hæc Schilter. in Gloss. Teuton.

† **SERCAPOS**, Harpago. Vide *Arrapax*. **SERCENTES**, *Sergenti*, Italis; *Sercentes* sive habitatores domorum, *inquilini*, in Statutis Venetor. lib. 6. cap. 25. 27. [Infra *Sersentes* ex iisdem Statutis.]

† **SERCHELLUM**, Gall. *Serchel*, *Serssel* et *Cherssel*. Locus est in *Circulagium*. Ut autem manifestior fiat nativa hujus vocis significatio, quædam subjicimus ex *Instrumentis quæ Arestum Parlamenti Paris. ann. 1466. ibi laudatum præcesserunt.* Instrum. ann. 1451. ex Tabular. Corbeiensi: *Il avoit vendu ou fait vendre... deux pieches de vin au prix de VIII. deniers chacun lot, dont en appartenoit à iceulx demandeurs pour leur dit droit de tonlieu et forage de chacune pieche deux septiers, qui font quatre septiers, en chacun desquels septiers y a quatre lots mesure de la ditte ville qui font XVI. lots qui valent et valent audit prix de VIII. deniers le lot la somme de x. sols VIII. deniers. Et aussi avoit et a mis ou fais mettre ledit... au devant et au dehors du lieu et maison là où il a fait vendre lesdits vins feulle et verdure ou Charssel, parquoy estoit deub auxdits demandeurs pour leur dit droit de Cherssel deux sols. Ainsi estoient et sont en tout pour les dits droits de tonlieu, forage et Serchel la somme de XII. sols VIII. deniers.* Ex quibus certum est hac voce significari signum aliquod vini venalis, pro quo apponendo certa domino loci præstatio pensitabatur.



\* **Circulus**, quo vinum venale significatur, nostris alias *Sercel*. Charta ann. 1398. in Chartul. Latin. fol. 96 : *Sur chacun hostel, scitué audit Laigny, ou on vende vin et que il y ait enseignes de Sercel, etc. Pour chacun hostel à Sercel pendant ou vendant vin et tenant taverne, etc.* Lit. remiss. ann. 1404. in Reg. 159. Chartoph. reg. ch. 139 : *Une perche ou pendoit le Sercel d'une taverne, etc.* Hinc *Sercler*, Qui circulos facit aut iis dolia religat, vulgo *Tonnelier*. Lit. remiss. ann. 1385. in Reg. 127. ch. 143 : *Comme Jehannin Fouquet Sercler ait coupé la tonture de environ un arpent de menu bois, montant laditte tonture à deux ou trois fesseaulx de serceaulx. Sarchele*, Arboris species, in aliis Lit. ann. 1408. ex Reg. 162. ch. 318 : *Icellui Betremieu se mit entre les deux bersaus ou ilz traioient, en soi apoiant à un arbre, que on dit Sarchele. An arbor ex qua circuli conficiuntur?*

\* **SERCHIA**, pro *Cerchia*, Vigiliæ, excubiæ. Charta Agnet. comit. Nivern. ann. 1191. inter. Probat. Hist. Autiss. pag. 33. col. 1 : *Omnes illos, qui quinqué operatoria et cellarium sæpedictæ domus condixerint, ab exercitu et chevalisia et excubatione, scilicet a custodia villæ de nocte, que vulgo Serchia dicitur, quittavimus.* Vide Circa 3.

† **SERCINOLA**, pro *Sarcinula*, in Charta ann. 1496. apud Rymer. tom. 12. pag. 579 : *Armaturis, mercimoniiis, Sercinolis, bonis et rebus quibuscumque, etc.*

† **SERCIMUM**. Leges Normann. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 1267 : *Quedam enim submicionones sunt ad reddendos redditus, vel Serchia, sive debita minorum.* Ubi leg. videtur *Servicia*. Vide infra *Sericium*.

\* **SERCLATERCES**, Mulieres, quæ *Sarclant* seu *sarriunt*. Stat. ann. 1329. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 65. col. 2 : *Item omnis brasserius, qui se ad diem vel ejus operas locat,.... non accipiat.... per diem nisi xij. denarios Taronenses,.... garciones qui interfodunt vj. denarios ct Serclaterces v. denarios.* Vide *Sarcolare*.

† **SERCLETUS**, Piscis minutioris species. Statuta Massil. lib. 6. cap. 17 : *Statuimus quod nemini liceat piscem vel pisces emere in Massilia, vel ejus districtu de nocte, vel de die causa revendendi... nisi essent... pisces minuti, scilicet sardinæ, jarrcti, Sercloti, boguæ, etc.*

\* **SERCOLIUM**, a Gallico *Cercuil*, Fetrum. Arest. ann. 1320. in vol. 1. arestor. parlam. Paris. : *Dictum fuit quod idem præpositus per borrellum corpus seu cadaver dicti clerici suspensi, si extet, de dictis furcis faciet amoveri illudque in quodam Sercolio reponi, etc.*

† **SERCULUS**, pro *Circulus*. Vide *Flagium*.

† **SERDEWYTE**, *Prendre amande de la fille de vostre homme, si elle se fait violer, et seit aperceu*, in Gloss. Anglic. ex Tabul. Becensis.

\* **SERGIA**, pro *Sargia*, ut videre est supra in *Sarga* 2. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. : *Plus unum lectum munitum.... unius Serdiæ lanæ coloris rubei, cum suo arcalecto.* Vide infra *Serga*.

**SEREA**. Vide *Seria* 1.

\* **SERECIA**. Testam. Caroli II. reg. Sicil. ann. 1308. tom. 2. Cod. Ital. diplom. col. 1069 : *Volumus quod (Maria regina consors nostra) percipiat eas (uncias auri) in fundito (leg. fundico) et doanna Neapolis, terra Summæ et super Serecia Apuliæ. an Dominium? Vide mox Sererus.*

† 1. **SERENA**, Mensura liquidorum. Charta inter Schedas Lobinelli : *Rivar pater ipsius Vorcomin dedit duas Serenas de medone, panes xxxiv. et multones tres.* Vide *Sericum*.

† 2. **SERENA**. Charta ann. 1494. ex Schedis V. CL. *Lancelot : Dictosque suos armigeros juxta locum de Palude in Serena cubire fecerunt.* Id est sub dio.

\* 3. **SERENA**, *Prov. Apistra, avis viridis coloris, apes edens.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

† 1. **SERENARE**, Clarificare, clarum reddere, Gall. *Eclaircir*. Miracul. S. Cassiani apud Illustr. Fontaninum in Antiq. Hortæ pag. 367 : *Quo facto Serenati sunt oculi.* [\*\* Vide *Forcellinum*.]

\*\* 2. **SERENARE**, Liberare, in charta ann. 1319. apud Haltaus. Glossar. German. col. 495. voce *Freyen : Universaliter eos ab omni jugo potestatis laicæ Serenantes.*

\*\* **SERENATUS**, Mundatus, Tersus. Ecbasis vers. 1023 :

Casta Serenatis impone cibaria mensis.

Vide mox in *Serenitas*.

† **SERENATIO**, Pax, tranquillitas. Litteræ Edwardi I. Reg. Angl. ann. 1284. apud Rymer. tom. 2. pag. 275 : *Ad Serenationem conscientie domini Regis sub modo subscripto extitit ordinatum, etc.* Occurrit iterum in Charta ann. 1330. apud eumd. tom. 4. pag. 445.

\* *Serieté*, eodem sensu, in Vita S. Ludov. edit. reg. pag. 292 : *Serieté hée de prosperité à volenté leur rist.*

\* *Sery*, pro *Serein*, *Serenus*, apud Froisart. vol. 1. cap. 10 : *Le temps bel et Sery, etc.*

† **SERENIFICARE**, *Serenum* reddere, *sercnare*. Lamhartus Ardensis apud Ludewig. tom. 8. pag. 587 : *Et cessant pluvie celo Serenificato.*

\* **SERENISSIMUS**, Clarissimus, illustrissimus, luculentissimus. Chron. Pontif. Leon. Urbevet. apud Lam. in *Delic. erudit.* pag. 104 : *Hic (Gregorius M.) doctor divinarum Scripturarum Serenissimus.* Vita S. Maximil. archiep. Laureac. apud Pez. tom. 1. Script. Austr. col. 25 : *Successit ei (Eutherio) S. Quirinus, progenie quidem Serenissimus, sed morum honestate ac vitæ sanctitate longe nobilior, etc.*

**SERENITAS**, Titulus honorarius Imperatorum et Regum, apud Facundum Herimianensem lib. 5. cap. 2. et in veteribus Chartis apud Beslium in Comitib. Pict. pag. 211. in Regibus Aquitan. pag. 25. 26. et alios passim. Fortunatus lib. 3. Poëm. 2 :

Nubila nulla gravant populum sub Rege sereno.

Idem lib. 6. Poëm. 4. de Chariberto Rege :

Splendet in ore dies detersa fronte serenus,

Sinceros animos nubila nulla premit.

Blanda serenatum circumdant gaudia vultum,

Lætitiâ populis Regis ab ore capit.

Vide Glossar. med. Græcit. voc. *Γερνότης*, col. 236. et *Ἡμρότης*, col. 478.

† Eodem titulo donatur dominus castri Camiliaci in Litteris Pontificis Romani ex Tabular. Majoris Monasterii.

† Sed et Archiepiscopi Episcopive *Serenitatis* titulum sibi tribuerunt. Charta Sevini Archiep. Senon. ann. 980. apud Acher. tom. 2. Spicil. pag. 732 : *Postulo ergo Serenitatem successorum meorum Archiepiscoporum, ut, etc.* Adalardus Episc. Claromont. mentionem facit *Sercentatis* suæ, in Charta ex Chartario Brivatensi, ut et Gauzlinus Tullensis Episc. in Charta ann. 936. ex Archivo S. Apri. Vide *Mabill. Dipl.* pag. 89.

† *Serenissimi Principis* titulo cohonestatur Humbertus Dalphinus in Litteris procuratoriis capituli S. Bernardi de Romanis ann. 1348. inter *Ordinat. Reg. Franc.* tom. 3. pag. 290. Alios hujusce tituli recentiores usus sibihibimus, utpote qui ad nostrum institutum non spectant.

† **SERENIUS**. Litteræ Bonifacii VIII. PP. in Chronico Angl. Th. Otterbourne pag. 93 : *Et quod in tuis patentibus litteris, inde confectis, hæc plenius et Serenius noscuntur contineri.* Ubi Cl. Editor recte monet leg. esse *Seriosius*. Vide infra *Seriosie*.

**SEREONES**. Vide *Sereo*.

\* **SERERIA** vel **SERERIUM**, *Cerasum*, Gall. *Cerise*. Comput. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 243. col. 2 : *Item pro agriotis et Sereris, iij. grossos.*

\* **SERERUS**, Ital. *Sere*, Dominus. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Senhor, Prov. dominus, Sererus, herus.* Vide infra *Seriaticus*.

\* 1. **SERESUM**, Locus, in fallor, *cerasis* consitus. Charta ann. 1320. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 528 : *Usque ad aliam bodulam positam.... prope bastidam scu Seresum cum pede montis Caratoni.* Vide supra *Sereria*.

\* 2. **SERESUM** vocat *Stephanus Affodilum*; sed nec *Græcum*, nec *Arabicum*. Glossar. medic. MS. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

\* **SERGA**, *Storea*, teges, quia ex panno ejusdem nominis sæpius erant. *Necrol.* MS. Heder. : *x. kal. Aug. Johanna Gerarde monacha, quæ dedit nobis xliij. francos et unam Sergan ad nostrum monasterium.* Pluries ibi, sed manu recentiori. *Serge*, eadem notione, in Lit. remiss. ann. 1383. ex Reg. 122. Chartoph. reg. ch. 325 : *Je suy à madamoiselle la femme Nicolas de Fontenay, et vieng querre sa Serge, qui est ceens, en telestat qu'elle est.* *Sergon*, Pannus ipsc. in aliis Lit. ann. 1416. ex Reg. 169. ch. 412 : *Trois aulnes de Sergeon, laquelle toile ou Sergeon furent depuis rendus.* Vide supra *Sarga* 2. et *Serdia*.

† **SERGANDUS**, **SERGANTERIA**, etc. Vide in *Serviens*.

\* **SERGENTIA** **PERPETUA**, idem quod supra *Præpositura* 2. Vide in hac voce.

† **SERGIA**, Olivæ genus, in *Amalth.* ex *Colum.*

† **SERHAILLA**, *Sera catenaria*, Gall. *Cadenat*. *Processus* aperturæ tumuli Urbani V. PP. ann. 1381. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *Vidimus oculatim infra di-*



ctum sepulcrum sic apertum quandam caxiam longitudinis sex palmarum vel circa fredatam de veluto rabeo cum duabus Serhaillis de subtas daobus circulis positis. Vide Ser-ralherius.

1. **SERIA**, **SEREA**, Vasculi species. Joannes de Janua : *Seria a Syria dicitur, i. olla, quasi Syria, quod ibi primo facta est, etc.* Papias : *Serca, sing. vasis genus, orca, inde seriola.* In Agrimensuribus vox *Seria* occurrit, ubi vasculum effingitur. *Seriolam* inde habet Persius, et ex eo Isidorus lib. 29. cap. 6. [Gloss. vet. Sangerm. num. 501 : *Seriola, est orcarum directus ordo, vel vas fictile vini apud Siriam primum excogitatum.*] Vide Donatum ad Terent. et JC.

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Seria, sercla, ola, Prov.*

2. **SERIA**, pro **SERIES**. Gloss. Lat. Gr. : *Seriam, ἀκρόκων. Seria, ἔρμαθος, ubi perperam steria. Series, τὰς, ἔρμαθος.* Rhythmi in obitum Henrici VII. Imp. :

Exponit Florentinis  
Totius facti Seriam,  
Processus, et materiam  
Intoxicantionis.

Atque inde conjicit Salmasius ad Solin. in Agrimensuribus scribendum *Seria*, ubi *serra* legitur. Apud Vitalem : *A sextaneo si vis sequi limitem, rectam Serram sequeris ped. 150.* ubi emendat *Seriam*. Huic emendationi favet vetus Notitia sub Rogerio Rege Siciliae ann. 1144. apud Rochum Pirum in Archiepisc. Massan. : *Et descendit per pedem montis, ubi sunt multi lapides, exiitde Sericam forestæ, asque ad culturam Ecclesie, etc.* Infra : *Et a prædicto vallone recipit Roccam magnam usque ad Seriam blagi, in quo via regalis descendit ad fontem de Maltru, et recipit Seriam sassi, etc.* Vide *Serra* 2.

**SERJANTES**, **SERJANTERIA**, etc. Vide *Serviens*.

\* **SERJANTI**. Vide infra *Servientes feodati* in *Serviens*.

† **SERIARE**, Ordinare, disponere, quasi in serie ponere. Statuta Canonic. Regul. art. 51. apud R. Duellum tom. 1. Miscell. pag. 95 :

..... cum socio.....

Quo sine, nec comedat, nec quoquam progrediat, Nec Seriet, etc.

\* Glossar. idem : *Seriare, ordinare, Ordenar, Prov.*

† **SERIATIM**, Ordinatim, *Ordennement*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. Charta ann. 1014. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 519 : *Et nunc nomina abbatum, vel judicum, et comitum, sive nobilium Seriatim pandere studemus, etc.* Charta Henrici III. Reg. Angl. ann. 1257. apud Rymer. tom. 1. pag. 625 : *Quæ viva voce vobis exponere poterit Seriatim, etc.* Vita B. Petri Damiani sæc 6. Bened. part. 2. pag. 255 : *Sacerdos, quæ militibus illis contigerant, ei Seriatim enarrare curavit.* Occurrit præterea apud Murator. tom. 6. col. 533. in Statutis Narniens. inter Acta SS. tom. 1. Maii pag. 396. apud Marten. tom. 2. Ampl. Collect. col. 1201. etc.

**SERICA**. Vide *Seria* 2.

\* **SERICA**, nude, ut et apud Mart. lib. 11. epigr. 28. pro Tunica serica. Vita S.

Ermenfr. tom. 7. Sept. pag. 118. col. 1 : *Quadam ergo die, dum coram rege staret, ait ad eum rex : Quid est hoc, Ermenfred? Cur tunicam taam fers taliter? Nunquid clericus esse vis? Sinebat enim beatus vir tunicam suam, quam Sericam vocabant, propter simplicitatem, usque ad medias dependere tibias. Vide *Sarica*.*

**SERICALIS** PANNUS, nostris *Serge*, aut *Sarge*, Alamannis *Sarewit*. Eckehardus junior de Casib. S. Galli cap. 3 : *Missus est Mugontiam, utique pro pannis laneis emendis, quos Sericales, aut Tunicas vocant.*

† **SERICALE**, nude, Eadem notione, apud Schannal. Hist. Fuld. pag. 20 : *Sericalia xxvi, ex quibus optima duo loci præposito, reliqua fratribus per ordinem distribui voluit (Richardus abbas.)* Vide *Sericatus*.

† **SERICARIUS**, Sericorum textor. Gloss. Lat. Gr. : *Sericarius, σερικισπλόμος. Sericarius textor, apud Jul. Firmic. lib. 8.*

† **SERICATUS**, Sericus, Gall. de Soie. Leges Normann. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 188 : *Et omnes trossellos integrorum pannorum ligatos et omnes pannos integros Sericatos, etc.* [\* Ruodlieb. fr. 13. vers. 94 :

Atque super pedules se calceolos Sericatos  
..... inxit Sericosis.]

Pro eo qui serico induitur apud Sueton. in Calig. cap. 52. et Sidon. lib. 2. Epist. 13. Gloss. Lat. Gr. : *Sericatus, σερικισφόρος.* Vide *Chlamydati*.

† **SERICÆUS**, Eadem notione, in Regest. 87. Camerae Comput. Paris. : *Cum nos per nostras alias litteras in filis Sericæis et cera viridi sigillatas, etc.*

**SERICINUS**, Eodem sensu, apud Odonem Cluniac. lib. 1. de Vita S. Geraldi cap. 16. [Translat. S. Edmundi Cantuar. Archiep. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1867 : *Legitur etiam quod fidei suo apostolo Bartholomæo vestes Sericinas de collobo... habere concessit. Vide Sericalis.*]

\* **SERICINOSUS**, Sericus. Chron. Guill. Bardin. ad ann. 1303. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 13 : *Consiliariis laicis (parlamentis Tolosani) date fuerunt togæ niniatæ ex puro croco et paramentis violaceis et sagi Sericinosi (alias Sericornosi) coloris violacei, etc.* Vide *Sericatus*.

† **SERICIUM**, f. *Servicium*. Libertates Pontis-Ursonis inter Ordinat. Reg. Fr. tom. 4. pag. 641 : *Ille qui facit Sericium, vanat annonam. Vide Sericum.*

\* **SERICIUS**, ut *Seriosus*, Fusius. Vide *Seriose*. Formulæ MSS. Instr. ex Bibl. reg. fol. 15 : *Prout in dicto processa et litteris nostris in forma publica inde confectis nostroque sigillo munitis plenius et Sericius continetur.*

\* **SERICLA**. Vide supra in *Seria* 1.

**SERICOBLATTA**, in leg. 10. Cod. Justin. de Murilegul. (11,8.) ubi in leg. 13. Cod. Th. eod. tit. (10,20.) *Serica blatta*, sericum *blatta*, seu purpura infectum. Vide in *Blatta*.

† **SERICOPULATÆ**, dicuntur vestimenta quæ inseruntur et textantur serico. Vocabul. utriusque juris.

\* **SERICORNOSUS**. Vide supra in *Sericinosus*.

\*\* **SERICOSUS**. Vide *Sericatus*.

**SERICUM**, Mensuræ liquidorum species. Philippus Eystetensis in Vita S. Walpurg. cap. 34 : *Sacratissimas liquor, qui infra spatium unius anni nequaquam distillaverat, nec ullo modo sese ostenderat, adeo abundanter erupit, ut ampullam dimidiæ pintæ, capacitatis, vel unius Seriee adimpleret.* Alter codex MS. habet *seriiti*, uti monet Gretzerus. Vide in *Serena* 1. et *Seria* 1.

**SERICUS**. Vide *Seritas*.

† **SERIES**. Notitia judicati ann. 843. in Append. ad Marcam Hispan. col. 780 : *Tunc iterum præcepimus scribere conditiones, ut ea quæ ipsi testes testificaverant, ipsi testes ad Seriem conditionum hoc jurare stenderent; sicuti et fecerunt.* Alia ann. 874. ibid. col. 797 : *Qui (testes) juraverant a Serie conditione, sicut ibidem insertum est.* Formula est haud infrequens in ejusmodi Notitiis quam clarius exhibet Notitia ann. 1032. ibid. col. 1053 : *Testimonium nostrum pro Seriem haram conditionum jurejurando confirmavimus, etc.* [\* Vide Dirksen. Manuale Latin. Font. Jur. in hac voce § 2. Chlodov. Chart. ann. 653. pro Monast. S. Dionysii : *Nos ergo per hanc Seriem autore-tatis nostræ.*]

† **SERIES**, pro *Veritas*. Gualter. Hemingford. in Edwardo I. ad ann. 1298. pag. 163 : *Cognita tamen rei Serie et Regem modicum esse læsum, compatiabantur ei.* [\* Progressio rrum. Vide Forcellinum.]

**SERIETAS**, Seriarum rerum meditatio, [gravitas,] apud Sidonium lib. 1. Epist. 9. lib. 9. Epist. 13. et Joann. Sarisb. Epist. 81. in *Metologico* lib. 1. cap. 6. lib. 3. in Prologo, et in *Policratico*. [Vide *Seriositas*.]

**SERILLA**, Naviculæ vel lintres, qui rimas stupa suffocatas habent. Spelm.

**SERIMALIA**, **SERIMALIA**, Machinæ bellicæ species. Otto Morena in *Histor. Rerum Laudensium* pag. 51 : *Laudenses, quos captos habebant, de carcere saper Serimalias et machinas ipsius castris deduxerunt.* Pag. 54 : *Multosque petrierios ibi composuit, per quos ballistariis suis foras trahentibus, fere nullus ex Cremonensibus ibi ad Serimalios, seu machinas ipsius castris appropriare poterat.* Pag. 55 : *Super Serimalias et machinas, etc.* Infra : *Qui fere omnes manganos et petrierias, Serimalias, seu machinas, cæteraque defensionis Cremæ instrumenta suo mirabili ingenio composuerat.* [Serimalia ex eodem Morena editum a Muratorio tom. 6. col. 1039. 1043. etc. Mendum esse pro *Serpentina* lubens crediderim, cum nullibi, quod sciam, præter apud Morenam occurrit hæc vox.]

\* Legendum prorsus *Serimalia*, ut apud Murator. loco laudato, ab Italico *Serimaglia*, propugnatio, defensio; quod a Germanico *Schirm* et *Schirmen* hauserunt Itali, ut observat idem Muratorius tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 482. ubi addit vir doctus : *Serimalia*, Plutei seu aliquid simile e ligno, super urbium et castellorum moenia positi, sub quibus præsidarii milites latentes cavebant sibi a sagittis, telis, aliisque hostium missilibus, et inde per fenestellas et cataractas lapidibus, jaculis, aliisque armis pugnabant in hostes.

† **SERIMEN**, *Semen*, in *Amalth.* ex *Salmasio*. Vide *Seramen*.



† **SERINGA**, *Virga in arundine*. Glossæ vett. Sangerm. num. 501.

† **SERIOLO**, dimin. a *Seria*. Vide ibi.

\* **SERIOLO**, Canaliculus, per quem aqua decurrit, idem quod supra *Seqvia*. Stat. Vallis-Ser. rubr. 196. ex Cod. reg. 4619: *Si quis derivaverit, exhaverit vel extraxerit... de aqua extra fossam, Seriolam, lectum, alveum, etc.* Vide alia notione in *Seria* 1.

† **SERIOSE**, Fusc, minutatim, articulatim, Gall. *En détail*. Litteræ Bonifacii VIII. PP. ann. 1295. ex Bibl. Reg.: *Per alias nostras litteras tibi describimus Seriose*. Charta Edwardi II. Reg. Angl. ann. 1309. apud Rymer. tom. 3. pag. 144: *Prout hæc in eisdem litteris Seriosius continentur*. Epist. Martini V. PP. ann. 1420. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 418: *Quem, ut ipse Seriose nobis exposuit, etc.* Charta ann. 1442. ex Schedis Præs. de *Mazaugues*: *Prout infra in hoc presenti publico Instrumento latius et Seriosius continetur*. Occurrit præterea apud Gregor. Mag. lib. 1. Epist. 26. Amelium in Ord. Rom. cap. 70. in Statutis S. Claudii pag. 62. in Hist. Eccl. Meld. tom. 2. pag. 202. et apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 137. Vide *Serenius*.

† **SERIOSE**, Gravier, lente. Charta fundat. Cantoriæ S. Capellæ ann. 1319. apud Lobin. tom. 3. Hist. Paris. pag. 132: *Statuentes quod ipse cantor et ipsius in dicta cantoria pro tempore successores... debite increpationis officium, psallendique, psalmodiandi et legendi Seriose et distincte in ipsa capella superius et inferius... ministerium... studeant exercere*. Occurrit rursus ibid. pag. 339. ex Statutis Capituli Hospitalis S. Jacobi.

† **SERIOSITAS**, Gravitas morum. Acta S. Hemmæ tom. 5. Jun. pag. 501: *Tantæque constantiæ ac Seriositatis extitit, ut omnia suis subditis semel imperata, mox sine omni contradictione adimpleri voluerit*. Vide *Serietas* et mox *Seriosus*.

**SERIOSUS**, Serius, Gravis, ex Gallico *Serieux*. Vincentius Belvac. lib. 3. cap. 33: *Prudens valde, nimis astutus, multumque Seriosus, et gravis in moribus*. [Vide *Seriositas*.]

**SERISAPIA**. Fragmentum Petronii: *Allata est Serisapii et contumelia æcrophagiæ, (l. acrophagiæ) sæledate sunt, et census malo, porri, Persica, etc.* Monstra verborum, cujusmodi complura habeatur in hoc male compacto centone.

\* Variorum commentationes in hunc locum, consule, si placet.

**SERITAS**. Gloss. Gr. lat.: Βρηδότης, mora, remora, *Seritas, tarditas*. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Seritas, tarditez*.] Vide *Seria* 2.

† **SERITUM**. Vide supra *Sericum*.

† **SERITURA**, Angustia, arctatio. Charta ann. 1351. in Regest. 80. Chartophylacii regii: *Diritatem et Serituram carcerum et questionum perhorrescens, etc.*

\* **SERIUNCULA**, diminut. a *Seria*, pro *Series*. Vita S. Taur. tom. 2. Aug. pag. 639. col. 2: *Si quid sane in eadem Seriuicula inusitatum forte sonuerit, etc.*

† **SERIUS**, *Utilis, necessarius: unde Serie, utiliter, intente, sedulo*. Joh. de Janua. Gloss. Lat. Gall. Sangerman.: *Serius, neces-*

*saire, profitable. Serius, σπουδαίος*, in Gloss. Lat. Gr.

† **SERMENS**, Sarmentum, Gall. *Sarment*. Vita B. Henrici Baucen. tom. 2. Jun. pag. 373: *Tres lectos habebat... unum quidem de Sermentibus vitium, et hoc durum*.

\* Testam. ann. 1480. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 306. col. 1: *Item legavit eisdem uxori et sorori suis usum et explecham cujusdam suæ domuncule et curtis sibi contigua, in quibus ipse codicillator tenet... gavellos sive Sermentes vinearum suarum*. Hinc *Ensermenter*, Sarmenta in fascies colligere. Lit. remiss. ann. 1473. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 844: *Icelle femue ala besoigner en une vigne,.... et Ensermenta en icelle vigne, etc. Assermenter, eadem acceptione, in aliis Lit. ann. 1453. ex Reg. 182. ch. 43: Icelle femme estoit alée Assermenter en leur vigne*.

**SERMENTATUS**, Juratus, sacramento adstrictus: ex Gallico *Sermenté*. Baldricus in Chronico Camerac. lib. 3. cap. 49: *Ipse namque, pariterque Abbas Richardus, ambo videlicet Sermentati, etc.* [Accusatio contra Robertum le Coq Episc. Laudun. ex Bibl. Reg.: *Item que aussi est-il du grant et seeré conseil de Mons. le Duc de Normandie, et est son juré et Sermenté, et à cause de ce il a fait foy et Serment de li bien et loyalment conseilier et de garder ses drois et ses noblesses*. Charta ann. 1351. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 1142: *Anprès que mondit sieur a relaté avoir vacqué à cette information avec plusieurs Prelats, Barons et autres gens de ses Estats coignoissans en celle matière, et par luy sur ce Sermentez d'en dire vray, etc.* Statuta Scabinorum Maceriæ ad Mosam: *La guette jurée et Sermentée dudit Moisieres... aura pour chacune corde (de bois) deux deniers Parisis.*]

† **SERMENTUM**, a Gall. *Serment*, Sacramentum. Charta venditionis vicecom. Relanæ ann. 1410. ex Schedis Præs. de *Mazaugues*: *Superioritate majoris domini, cavalcatis, juribus feodalibus, directo dominio, nec non Sermento... reservatis*. Quod de sacramento fidelitatis intelligendum est.

1. **SERMO**, Tuitio, conductus, *Savegarde*: ἀσουλίας λόγος, apud Justinianum in Edicto 2. Λόγος ἀσουλίας, apud Annum Comnenam pag. 158. 249. 292. Lex Salica tit. 59: *Ubi culcaverit solem, et ista omnia compleverit, qui eum admallat, et ille, qui admallatur, ad nullum placitum venire... noluerit, tunc Rex, ad quem mannitus est, extra Sermonem suum eum esse dijudicat, et ita ille culpabilis, et omnes res sue eruit in fisco, aut cui fiscus dare voluerit*. Pactus Legis Salicæ tit. 76. § 1: *Si ille, qui admallatur, ad nullum placitum venire voluerit, tunc Rex ad quem mannitus est, eum extra Sermonem suum ponat, et quicumque eum aut paverit, aut hospitium illi dederit,.... culpabilis judicetur*. Gregorius Turon. lib. 9. cap. 42: *Ut Monasterium... sub sua tuitio et Sermonem... jubeant gubernare*. Marculfus lib. 1. formul. 24. de Mundeburde Regis et Principis: *Igitur cognoscat Magnitudo seu utilitas vestra, quod vos Apostolicum et venerabilem illum Episcopum aut Abbatem... sub Sermonem tuitionis nostræ visi fuimus recepisse, etc.* Vide *Verbum*,

et quæ notavimus ad Alexiadem pag. 308.

2. **SERMO**, Homilia, concio ad populum in Ecclesia, nostris *Sermon*. [Gloss. Lat. Græc.: *Sermo, ἐμῶν.*] S. Augustinus Epist. 77: *De Sermone Presbyterorum, qui te præsentem populo infunditur, etc.* Infra: *Ut jubeas singulos, quos volueris, Sermones eorum conscriptos et emendatos mitti nobis*. [Statuta ann. 1380. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 498: *In sequenti Dominica dicere Matutinas et Missam ad usum prædictum et cum nota, et tali hora qua scholares post Missam ire poterunt ad Sermonem.*] *Sermonem facere*, in libro Ordinis S. Victoris Parisiensis cap. 33. Vide Concil. Valentin. Hisp. cap. 1. Observandum porro ex Augustino lib. de Catechizandis Rudibus cap. 13. in Africanis Ecclesiis Antistites stantes stanti plebi verba facere consuevisse, contra quam in Ecclesiis transmarinis, ubi non solum Antistites sedentes loquebantur ad populum; sed ipsi etiam populo sedilia subjacebant, ne quispian infirmior stando lassatus a saluberrima intentione averteretur, aut etiam cogere abscedere. Postmodum infirmos, cæterosque, qui stare non poterant, sedere jussit idem Augustinus Homil. 26.

\* *Sermonement*, in Lib. 2. Mirac. MSS. B. M. V.

**SERMO VIVUS**. Capitulare 5. Caroli M. incerti anni cap. 1: *Admonendi sunt (Episcopi) de rectitudine fidei suæ, ut eam et ipsi teneant et intelligant, et sibi subjectis populis vivo Sermonem annuntient*. Vide *Vivus*.

† **SERMO IMPLICITUS**, occultus, ἑσθρῶς, in Gloss. Lat. Gr.

\* **SERMONES SACRI**, Quinam ita nuncupati et quam ob causam, docet Parid. de Grassis Ceremon. capell. Papal. MS: *Quoniam hi decem et novem ordinarii (Sermones) incantati evangelii currentis expositionem, et in Dei laudem aguntur, Sacri vocantur: ideoque non nisi inter sacra missarum solennia, et post evangelium cum petitione benedictionis, ac Angelicæ salutationis præfatione recitantur. Si qui vero extraordinarii, ut pro pacis seu victoriae publicatione, sive alia causa, aut in laudem alicujus defuncti fiunt, quia sacri non censentur, ideo post missam et absque benedictione ac sine Angelicæ salutationis præfatione recitantur*.

† 3. **SERMO**, Ratio, Gr. λόγος. Vetus Irenæi Interpres lib. 2. cap. 19: *Aptum ad susceptionem perfecti Sermonis expediri*. Utuntur passim antiqui Patres.

† 4. **SERMO PUBLICUS**, seu *Sermo generalis de fide*, dictus apud Tolosates ultimus et solemnissimus Inquisitionis actus adversus hæreticos variis poenis aut suppliciis afficiendos: quod a sermone de fide inciperet sic nuncupatus; idem quod alibi vocatur *Actio fidei*, Hispanis *Auto de inquisition*, Lusitanis *Auto da fé*. Limborch. in Hist. Inquisit. pag. 13: *Lata fuit hæc sententia... in præsentia... cleri et populi in Sermonem publico congregati*. Passim ibi occurrit.

\* 5. **SERMO**, Contentio, lis, controversia. Chartul. Major. monast. *Mortuo autem illo (Guidone) filius ejus Haimo cepit movere Sermonem et dicere, quod pater suus*



non instituerat seriam illam per consensum ejus.

**SERMOCINALES DISCIPLINÆ**, Logicæ. Fredericus II. Imp. in libro Rescriptorum cap. 74. § 3: *Compilationes veteris ab Aristotele alisque Philosophis... editæ in Sermocinalibus et Mathematicis disciplinis, etc.*

\* **SERMOCINALIS LIBER**, Contiens sermones seu homilias, que leguntur in officio ecclesiastico. Testam. Rodulphi archiep. Tarent. ann. 1270. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 398: *Damus et legamus omnes libros nostros Sermocinales utrique ecclesiæ communiter. Vide Sermologus.*

† **SERMOCINANTER**. Sidon. lib. 8. Epist. 6: *Cum quo dum tui obtentu aliquid horarum Sermocinante extrahimus. Id est confabulando. Sermocinantes ex ead. epist. editum apud Leibnit. tom. 1. Script. Brunsvic. pag. 26.*

† **SERMOCINATIO**, διαλεξικός. Gloss. Lat. Gr.

† **SERMOCINATOR**, Orator sacer, concionator, Gallice *Predicateur*. Ceremoniale MS. B. M. Deauratæ Tolos.: *Et nota quod isto die debemus monstrare populo titulum sanctum Domini ob honorem patonis, et sic fuit ordinatum; et Sermocinator debet avitari quod loquatur in sermone populo de prædicto titulo ad finem ut devotio magis augatur.* Buschius de Reform. Monast. apud Leibnit. tom. 2. Scriptor. Brunsvic. pag. 485: *Prior iste (Joh. Ludichusen) vir fuit multum notabilis, disertus in Sermonibus divinis, bonus Sermocinator. Sermocinor, ἐριμῶ, in Gl. Lat. Græc.*

\*\* **SERMOCINIUM**, Oratio. Bertholdi Annal. ad ann. 1075. apud Pertz. Scriptor. tom. 5. pag. 279: *Saxonum reliquius ... comminatorio simul et promissorio Sermocinio artificiosus satis et importunus aggreditur.*

† **SERMOISON**. Vide supra *Seramen*.

**SERMOLOGUS**, Liber Ecclesiasticus, continens Sermones, quos Papæ et alii plures Sancti composuerunt, qui legitur in Ecclesia in Festis Confessorum a Natali usque ad octavas Epiphaniæ, in Purificatione B. Mariæ, et in Festo omniom Sanctorum, et pluribus aliis. Ita Beletus cap. 59. et ex eo Durandus lib. 6. Ration. cap. 1. num. 32. Vide *Semivverbium*.

**SERMONARI**, Sermonem facere. Gloss. Lat. MS. regium: *Sermonatur, Sermonatus, Sermonem facit. [Vide Sermonizari.]*

† **SERMONARIUM**, ut *Sermologus*, in Conc. Limano ann. 1591. inter Hisp. tom. 4. pag. 661: *Religiosi qui in doctrinis gerent curam animarum, habebunt penes se concilia provincialia, ... itemque catechismum, et confessionale et Sermonarium.*

† **SERMONICANTES**. Vide *Sermocinante*.

† **SERMONIZARI**, ut *Sermonari*. Acta S. Joannis Mart. tom. 3. Julii pag. 202: *Joannes Episcopus Pergamensis Ecclesiæ, vir miræ sanctitatis, qui Regem Cunibertum in convivio, dum Sermonizaretur offendit. Vide Sermocinante.*

\* **SERMOSINARI**, Orationem habere. Comput. ann. 1380. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 29. col. 2: *Solvi... pro vino duarum amphorarum... domino priori*

*S. Baulilii plenarum vino præsentatarum, qui Sermosinatus fuit in cantari domini nostri regis, etc. Vide Sermonizari.*

† **SERMOTIM**, perperam pro *Semotim*, in Epist. Friderici II. Imper. apud Marten. tom. 2. Ampl. Collect. col. 1201.

\* **SERNA**, Ager sepimento clausus. Terrear. Bellijoc. ann. 1529. fol. 496. vº: *Pro et super quibusdam prato et Serna simul contignis, etc. Vide in Serra 2.*

† **SERNIOSUS**, *Sernia*, seu pruriginosa scabie laborans. Priscianus lib. 1. cap. 12: *Serniosos quos nos petiginosos dicimus et asperitatis vitio simili laborantes curare. Vide Reines. Var. lect. lib. 3. cap. 11. et Sarna.*

**SERO**, Occidens, apud Rollandinum in Summa Notariæ, et Anonymum in Vita S. Domitiani, apud Guichenonum in Hist. Bressensis non semel. Vide *Mane*, et *Sera* 1. **SERON**, *Sepulchrum*, vel *Idolum*, Joan. de Jan. forte ex ἱερόν.

† **SEROTHECA**, pro *Chirotheca*, in Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 140.

† **SEROTINARE**, Sero advenire, vel Noctem transigere, ex Epist. Senescalli Provinc. ann. 1329. in Tabul. S. Victoris Massil.

† **SERPE**, vox Italica, Serpens. Annal. Mediolan. Anonymi apud Murator. tom. 16. col. 812: *Item bocale unum deauratum ad quadros VIII. cum bochello ad modum Serpe et aliis operagiis.*

† **SERPEDO**, *Rubor cutis cum membrorum extantia*. Joh. de Janua. Vide *Serpigo*.

\* **SEROSIUS**, pro *Seriosius*, Fusius. Inventar. MS. ann. 1366: *Quæ omnia idem imperator (Michael) postea rata habuit et confirmavit, prout in istis suis litteris Serosius continetur. Vide Seriose.*

\* **SERPELLERIA**, Tela crassior, segestre, sagum, nostris *Serpeliere*. Stat. pro lanif. ann. 1317. ex Reg. A. Cam. Comput. Paris. fol. 196. vº: *Item quod nunquam de hujusmodi pannis crudis seu telis laneis fieri possint Serpellieræ. Lit. remiss. ann. 1454. in Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 489: Certaine marchandise de laine, que l'en nomme communement une Serpeliere de laine d'Angleterre. Ubi Serpeliere saccum lanæ certi ponderis significat, quod ex tela hujus nominis conficitur. A voce Serpellierin nostri formarunt voces Gallicas Eschapelierie, Eschappillie, Esserpilierie et Esserpilliere, Prædatio, expilatio, spoliatio; unde Déserpiller, Expilare, furari, vestem eripere. Stabil. S. Ludov. ann. 1270. tom. 1. Ordin. reg. Franc. pag. 127: *Hons quand l'en li tot le sien, ou en chemin, ou en boez, soit de jour, soit de nuit, c'est apelé Eschapelierie.* Ordin. ann. 1301. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 1167. art. 8: *Eschappillie, si est quant l'en bat un homme ou en chemin, ou en bois, ou de jour ou de nuit.* Consuet. Andegav. art. 44: *Quant l'en tout à home le sien de nuits, ou de jours, en chemin, ou en bois, tel larcin est appellé Esserpilierie.* Lit. remiss. ann. 1458. in Reg. 187. ch. 241: *Iceului Hervaull doubtant estre mis en prison pour le cns dessusdit et estre pugny corporellement, pour ce que autrefois il avoit esté mis esdites prisons d'Angiers pour plusieurs Esserpillieres, qu'il avoit autrefois faictes, dont lui et ses autres compaignons**

furent condempnez à estre pendus. Aliæ ann. 1409. in Reg. 164. ch. 105: *Jean Langlois avait trouvé ou grant chemin du Mans gens, qui l'avoient desrobé et Déserpillé. Hinc Desserpilleurs et desrobeurs idem sonant in Consuet. Andegav. art. 44. et Cenoman. art. 51. Déserpillé vero apud Joinvil. in vita S. Ludov. edit. Cang. pag. 89. ideim este atque Pannis detritis et vilibus vestitus. Vide Serpelleria.*

† **SERPELLERIA**, a Gall. *Serpilliere*, ut *Sarpillieria*. Vide in hac voce. Litteræ Henrici VII. Reg. Angl. ann. 1506. apud Rymer. tom. 13. pag. 138: *Easdem lanas... totaliter ex Serpelleriis et saccis extrahere, etc. In saccis sive Serpellerias reponere, recludere, etc.*

† **SERPLERIA**, Eadem notione, in Litteris ejusd. Reg. ann. 1499. apud eumd. Rymer. tom. 12. pag. 714: *Nec non idem paccator super omnes et singulas Serplerias prædictas cognomen suum scribet. Vide in Sarpilare.*

† **SERPENS**, Virga lignea in modum spiræ fabrefacta, unde nomen, qua in benedictione cerei paschalis utuntur. Ceremoniale MS. B. M. Deauratæ Tolos.: *Diachonus qui benedicturus est incensum et cereum paschale indutus bono vestimento parato cum stola et manipulo et cum tunica deaurata, una cum pueris portantibus candelabrum et turribulum et Serpentem et lanternam cum candela accensa portat librum... Subdinchonus portat Serpentem.*

† **SERPENS**, Draconis effigies in vexillis. Vide in *Draco* 1.

\* **SERPENTELLA**, diminut. a Serpens. Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1363. ex Bibl. reg.: *Item unus baculus de Ybens ornatus argento, esmailatus armis Franciæ et Burgondiæ, ad duas Serpentellis argenteas deauratis, pro officio cantoris dictæ S. Capellæ. Aliud Gallic. ibid.: Item un baston de ybens.... à deux Serpentes d'argent sur le bout, etc.*

† 1. **SERPENTINA**, Lapis pretiosus, Gallis *Serpentine*. Charta Henrici V. Reg. Angl. ann. 1416. apud Rymer. tom. 9. pag. 356: *Una longa Serpentina, per pondus Troie, duas libras et XI. uncias ponderantia, etc.*

† 2. **SERPENTINA**, Tormentum bellicum majus, nostris *Serpentin* vel *Coulevrine*. Adrianus de Veteri-busco in Reb. Leod. ann. 1464. apud Marten. tom. 4. Ampl. Collect. col. 1277: *Duxit secum currus portantes bombardam et Serpentinam ac tentoria, etc.* Epistol. de Obsidione Rhodiæ ann. 1480. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 295: *Colubrinis et Serpentinis nostros deturbant. Bombarda Serpentina, in Apparatu bellico Caroli VIII. Reg. Franc. in Italiam Itiner. Martenii pag. 380: Comitabantur exercitum... bombardæ Serpentina quingentæ, quæ plerumque tantæ longitudinis sunt ut 24. pedes excedant.* Charta ann. 1461. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Brit. col. 1263: *Boestes de Serpentine pesant cxxii. l. de cuire, une volée de Serpentine pesant cxxxiii. l. de cuire.*

\* **Gros cnonns, veuglaires, Serpentes, crapaudines, coulevrines, etc.** apud Joan. Charter. in Carolo VII. pag. 216.



¶ **SERPENTINUM**. Vide mox *Serpentum*. **SERPENTUM**. Isidorus lib. 19. cap. 31 : *Monile, ornamentum ex gemmis est, quod solet ex feminarum pendere collo, dictum a munere. Hoc etiam et Serpentinum dicitur, quia constat ex amphorolis quibusdam aureis, gemmisque variis in modum facturæ serpentis.* Papias : *Munilia, pectoralia egnorum, vel ornamenta in cervice mulierum : hoc Serpentinum dicitur.*

**SERPENTINUM**, habet Glossar. Saxon. Ælfrici : *Monile, vel Serpentinum* : *Mynne vel sweorbeah. i. Collare.*

¶ **SERPIGO**, ut supra *Serpedo*, in Medic. Salern. edit. 1622. pag. 242 : *Ad hæc Serpigine nonnunquam et impetiginem morphæamque ac lepras progignit.*

\* **SERPILLUM**, *Puleium, vel alia silvatica*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641.

**SERPLATH**, et **SERPLAITH**, Sarcina apud Scotos, petras 80. continens. Spelm.

¶ **SERPLERIA**. Vide supra *Serpelleria*.

**SERPODIUM**, Ptsana. Jo. Buschius in Chronico lib. 2 : *Grossuum tantum panem in cibum, et tisinam seu Serpodium in potum... assumere consueverunt.* Ex Theutonico forte *Scher-pot*, acer potus, quomodo *Scherp-bier* tenuem cerevisiam dicunt.

**SERPOL**, in veteri Consuetudine Bituricensi cedita a Thomasserio cap. 144 : *Aussi l'en a accoustumé de donner Serpol à l'esponse, et doit l'en mettre le prix dudit Serpol en la convenance, car par la Custume de ladite ville, le mari ou les siens est tenu après son decez bailler à ladite esponse joyaux à la valeur dudit Serpol.* Infra : *A femmes veuves, où il n'y a point de Serpol, joyaux se doivent estimer selon le mariage.* In aliquot Consuet. *Chambre cstorée*, dicitur.

Itaque hac voce significatur ea supellectilis, quæ in augmentum dotis novæ nuptæ a parentibus datur, nostris vulgo *Trousseau*. Vide in *Augumentum dotis*.

1. **SERRA**, pro *Sera*, qua januæ occluduntur. Glossæ Lat. Gr. : *Serra*, πρίων καὶ μόγλος θύρας. Ita legitur in leg. 9. Nam et si ramos, § 1. D. Quod vi aut clam. (43,24.) Charta ann. 1275. apud Sammarthanos in Episcopis Autisiodor. : *Amoverat seu amoveri fecerat contra prohibitionem dicti Episcopi, vel ejus mandati, barellum, et Serram cujusdam alterius porte, quæ vocatur Porta pendans, etc. Hinc*

**SERRARE**, pro ἀσφαλίζειν. Acta S. Erconwaldi Episcopi apud Capgraviium, n. 16 : *Sed introitus eis non patuit, pictor enim januam Serravit, etc.* [Chronicon. Parmense ad ann. 1253. apud Murator. tom. 9. col. 777 : *Et sæpe vivi abscondebant panem et alia victualia in corporibus mortuorum, ne guardæ eorum sevissimi invenirent illa, quando carcere Serrabant.*] Vide supra *Serare*.

2. **SERRA**, interdum pro *Clusura* sumitur, in lib. Judith cap. 4. ubi Græca ἀπέχοντι τοῦ πρίονος τοῦ μεγάλου τῆς Ἰουδαίας. Vetalis Agrimensor : *A sextaneo vero si vis sequi lîmitem, rectam Serram sequeris ped. 150.* Innocentius de Casis literarum : *Sinistra parte montem super alveum habet tribus alveis descendens de sinistra parte lapides grandes, quæ in alveo ex duas Serras habent cavas de una cava sacra pagano-*

*rum. Ubi monet Rigaltius in aliquot codd. legi Serra Paganorum. Serras autem clusuras dictas vult Salmasius ad Solinum, non a sera, seu ἀπὸ τοῦ πρίονος, sed a serra, vel sera, id est, μόγλω, qua januæ clauduntur, quod ejusmodi angustia aditum in loca vicina occluderent; unde [Clasuræ et Clusuræ] dictæ. [Vide *Seria* 2.]*

Alii *Serras* Clusuras dictas volunt, quod montes, *serra* quasi dissecti, hæc angustias conficiant. Vetus Agrimensor de limitibus : *Terminus si aliquem scissuram hoc est taliaturam habuerit, montem scissum, id est, tabiatum ostendit.* Alii denique, *serras* esse putant *series*, vel *serias*, ὄρησθός, montium vel vallium, quomodo *serras cavas* dixit Innocentius. Exinde

**SERRA**, pro Monte, vel colle usurpato cepit : qua notione Hispani etiamnum *Sierras* dicunt, fortasse, ait idem Salmasius, quod male reddiderint ex Græco πρίων, quod montem significat, et *seram*, seu *serram*. Vita S. Romani Abbatis Jurensis cap. 1 : *Nam dextra, certe sinistra Serre ipsius tractum a limite scilicet Rheni sive statibus Aquilonis usque paginem Mausatis extimum nullus omnino ob longitudinem vel difficultatem inaccessibilis naturæ poterit penetrare.* Charta Ludovici II. Imp. ann. 861. in Tabul. Casariensi fol. 32 : *Id est, per Serram, quæ descendit de monte Mailasca, etc.* Idem Tabularium : *De uno latere in fine ipso monte de fruca, et quomodo per ipsam Serram venit in ipso monte de Serafana ad ipsam furcau de Tecbln.* [Notitia ann. 832. in Append. ad Marcum Hisp. col. 769 : *Et vadit per ipsa Serra ad ipsa parata, et inde per Serra longa.* Præcept. Caroli Simplicis ann. 904. apud Baluz. in Append. ad Capitul. col. 1525 : *Et inde vadit ad monte meridiano et usque ad Serram Elceriolas, etc.* Chron. Farf. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 556 : *Deinde Serra montis de Meso, etc.* Charta ann. circ. 1000. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 356 : *Et vadit per ipsam Serram quæ est supra ipsam ecclesiam.* Statuta Montis Regalis fol. 231 : *Serra de Seramo et omnia castegneta usque ad Serram Anserem, sint bannita capris.*] Vide Sammium Ciarlanti pag. 241. [et infra *Serrarium* et *Serrum*.]

**SERRICELLA**, Collis, minor *serra*. Charta Italica apud Ughellum in Episcopis Anglonensibus n. 1 : *Deinde pergitur per serram, et tendit in rectum serra, sera usque ad Serricellam de Burro... et vadit per serram usque ad pedem Serricelle.*

**SERRATA**, in Charta ann. 1141. apud Guichenonem in Hist. Bressensi pag. 222 : *Quæ etiam terra Gondalmodis... eosdem terminos territorii attingeret, et ex altera parte usque ad Serratam de Arandato perveniret.* Sed legendum *Serrata*, montium seu collium series.

**SERNA**, promiscue pro *Serra*, occurrit in Chartis Hispanicis apud Anton. de Yezpe in Chronico Ordinis S. Benedicti, Colmenaresium in Hist. Segoviensi cap. 15. § 12. cap. 16. § 1. et alios.

¶ **SERRA**, Septum, Gall. *Enclos*. Statuta Cadubrii fol. 51. vº : *Quilibet homo forensis cujuscumque conditionis vel status existat, qui habere, vel de cætero emptio-*

*vel aliquo alio modo, seu jure acquisiverit domos, terras, prata, vana, Serras vel possessiones aliquas in terra et districtu Cadubrii, teneantur et debeant pro ipsis domibus, terris, pratis, mansis, Serris et possessionibus collectas communis Cadubrii solvere. Onera Abbatis S. Claudii inter ejusd. Monast. Statuta pag. 63 : Item, per Joannem Pagay super uno Serræ cujusdam baptentorio, et supra declarando, dimidiis grossus. Vide *Serratura* 2.*

¶ 3. **SERRA**, Apotheca reconditoria, Gall. *Serre*, Locus ubi ad victum necessaria reconduntur. Charta ann. 984. inter Instr. tom. 4. Gall. Christ. novæ edit. col. 7 : *Videmus cellariorum nostrorum ac horreorum reliquia et omnes Serras exhaustas et evacuatas, de quibus per anni circulum statutis horis quotidianis victus nobis dabitur.*

¶ 4. **SERRA**, Falcula, Gall. *Faucille*. Acta S. Benedictini Avenion. tom. 2. April. pag. 259 : *Et tenebat in manu Serram unam, cum qua utebatur in festo S. Petri. Evenit quod non valebat emittere Serram de manu nec bladum.* Vide *Serriculum*.

\* *Ceris*, eadem notione, in Lit. remiss. ann. 1392. ex Reg. 143. Chartoph. reg. ch. 238 : *Deux serpes, un Ceris... pour copper espines.*

\* 5. **SERRA**, vox Italica, Impetus, tumultus. Stat. antiq. Florent. lib. 3. cap. 66. ex Cod. reg. 4621 : *Si quis præsumpserit... in aliqua parte civitatis Florentiæ exclamare, Vivat populus, vel Serra, Serra, etc.*

\* **SERRABARRIUM**, **SERRABARUM**, idem quod supra *Serabola* ; nisi idem sit quod Italicum *Sarrochino*, vestis de corio, qua peregrini humeros tegunt. Ordo eccl. Ambros. Mediol. ann. circ. 1130. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 890 : *Hoc factio (leprosus) exiens de balneo, statim induitur camisia nova, et femorariis novis, et Serrabario de nova corrigia, et cingulo novo de nova corrigia similiter.... Et isti Scarii debent habere sex denarios et Serrabarum novum ab ipso leproso.*

**SERRACULUM**. Palæmon in Glossis : *Clastrum, Serraculum ostii.* Alias *Serraculum* Latinis dicitur *Contus*, quo navis impellitur. [Serraculum, πρῶδαιον, in Gloss. Lat. Græc.] Vide *Cujacium* lib. 9. Observ. cap. 10. et supra, *Serra* 1. et *Servaculum*.

¶ **SERRACULUM**, Epistomii vertibulum, alias *Duciculus*. Vide in hac voce. Jonas in Vita S. Columbani apud Mabill. sæc. 2. Bened. pag. 16 : *Vas quod tybrum nuncupant, minister ad cellarium deportat, et ante vas quo cervisia condita erat apponit : tractoque Serraculo meatum in tybrum currere sinit... Serraculum quod duciculum vocant, manu deferens.*

**SERRAGO**, Ramentum, scobs serraria, pulvis qui ex re qualibet *serra* divisa dilabitur, Gallis *Sieure*, vel *Scieure*. Cælius Aurelianus lib. 4. Chr. cap. 8 : *Cui cervini cornu Serragine aspersa, quam Græci Rhinen vocant. Ubi viri docti Rhinenam emendant, ex Gr. ῥίνην.*

\* **SERRAILLA**, **SERRALHA**, *Sera*, qua januæ occluduntur. Inventar. ann. 1449. ex Tabul. D. Venciæ : *Quedam Serrailta, etc.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg.



7657 : *Serralha*, Prov. pessellum, sera. Vide in *Serralherius*.

† **SERRALE**, Vide supra *Serale* 1.

† **SERRALHERIUS**, Serrarius, Gall. *Serrurier*. Reparatur facte in Senescallia Carcass. ann. 1435. ex Cod. MS. V. Cl. *Lancelot* : *Magistro Stephano... Serralherio pro una clave que posita fuit in prima porta castri dictæ civitatis, II. sol. VI. den.* Vide *Serura*.

† **SERALHERIUS**, Eodem intellectu : *Seralha*, Sera, in Charta ann. 1370. ex Tabular. S. Victoris Massil. : *Magistri Dalmatii Seralherii pro fusta clavasonæ et magistræ unius Seralhe in guincheto portalis Callatæ.* Vide *Serhailla*.

**SERRANIA**, Michael del Molino in Repertorio fororum Aragon. : *Sententia dicitur lata ad modum Serraniæ, quando sine expensis partes comparent coram iudice, et dicunt, Domine, sententietis nobis istud debitum, etc.*

† **SERRARE**, Vide *Serave*, et *Serra* 1.

\* **SERRARE GRANUM**, Frumenti pretium minuere. Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 67. ex Cod. reg. 4622. A : *De Serando et alargando granum per iudicem vel rectorem cum consilio credentiae. Item quod iudex seu rector cum consilio credentiae possit Serare et alargare granum, quando sibi et credentiae placuerit.* Vide alia notione in *Serare*.

\* **SERRARIA**, Sera, Gall. *Serrure*. Charta ann. 1327. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 449 : *Oblationes quascumque, quas in dicto oratorio... offerri contigerit, debeant... recolligi... in pixidem cum duabus Serrariis.* Vide *Serrura*.

† **SERRARIUM**, Collis, monticulus, in pago Fuxensi *Serri*. Testam. Rogerii Vicecom. Biterr. ann. 1193. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 500 : *Reliquos tria millia (solidos) habeant in pignore quod habeo in Serrario Biterris de filius Guillelmi Arnaudi.* Vide *Serra* 2. et *Serrum*.

1. **SERRARIUS**, Gloss. Gr. Lat. : *Ἀθροιστής, Serrarius, lapidarius.* Qui *serra* lapides findit.

\* 2. **SERRARIUS**, Cui serarum seu portarum claves committuntur. Charta ann. 1360. ex Chartul. eccl. Massil. : *Et petiit et requisivit Serrario dicti castri S. Cannati claves portarum, dicendo ei ut ei tradere deberet... Dicitur Serrarius facere recusabat, et subsequenter dictus dominus vicarius præfatus Serrario imposuit penam 100. marcharum.*

† **SERRATA**, Collis. Vide in *Serra* 2.

† **SERRATA ANTIQUA**, Genus scripturæ. Vide supra *Scriptura*.

\* **SERRATIO**, Secatio, quæ serra fit; *Serrator*, qui serra secat. Comput. ann. 1479. ex Tabul. S. Petri Insul. : *Jacobo du Bos et Petro Courel Serratoribus, pro Serratione xxiv. pedibus rollarum, xij. sol.*

† **SERRATORIA**, Sera, id quo aliquod occcluditur. Inventar. ann. 1377. ex Tabular. S. Victoris Massil. : *Item unum misale bonum notatum ei sufficiens, completum et bene illuminatum, cum Serratoriis argenti armigeratis lupi et leonis.* Vide *Serratura*.

† **SERRATORIUS**, Ad serram spectans, ad instar serræ. Ammian. lib. 23. cap. 4 :

*In modum Serratoris machinæ connecti. Vide Serreus.*

\* **SERRATUM**, Mons, collis. Charta ann. 1313. in Reg. 52. Chartoph. reg. ch. 207 : *Protendebatur per Serratum usque ad suam de la Nuit bona, ubi modo est la peyriera.* Vide *Serra* 2. et *Serrarium*.

† 1. **SERRATURA**, **SERATURA**, Sera, ut *Serratoria*. Tabul. Dunense : *Tunc unus ex famulis qui vocabatur furrerius vi extorsit mortallum de Serratura, et aperuit archam.* Statuta Eccl. Namet. ann. 1389. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 981 : *Sanctum chrisma, oleum sanctum, ... sub firmis et bonis Serraturis et clavibus reponant.* Charta ann. 1398. ex Tabul. B. M. de Bono-Nuntio Rotomag. : *Fecit suos servitores... ascendere, et portam seu hostium illius loci Serraturis et vectibus fractis... aperire.* Statuta Cadubrii cap. 32. fol. 58 : *Approbatum fuit quod ponitur una archa in sacristia ecclesiæ S. Marie de plebe cum duabus Seraturis... quarum Seraturarum dom. Vicarius habeat unam clavem et massarius aliam.* Occurrit prætere in Chron. Estensi apud Murator. tom. 15. col. 384. in Annal. Mediolan. Anonymi apud eundem tom. 16. col. 812. etc. Vide *Sarratura* et *Serra* 1.

† **IN SERRATURA TENERE**, Sub sera claudere. Chron. Petri Azarii ad ann. 1361. apud Murator. tom. 16. col. 370 : *Ceteras autem (terras) non destructas... usurpaverunt, mulieres vituperando et ponendo ad redemptionem, homines captos tenendo in Serraturis clavatos.* Vide *Serare*.

\* **Melius**, In vinculis et compedibus aliquem constrictum tenere.

† 2. **SERRATURA**, Septem quodvis, *clausura*. Statuta Cadubrii lib. 2. cap. 66 : *Teneatur quilibet facere pro dimidio Serraturas seu strupaturas inter se et domos, seu hortos, curias et clausuras vicini, seu consortis sui de lignamine, vel de aliis secundum consuetudinem contractæ.* Vide in *Serra* 2.

**SERRATUS**, Confertus, Gallis *Serré*, pressé. Vincentius Belvac. lib. 30. cap. 71 : *Venatores quidem mirabiles, et ordinati ac Serrati ad venandum pergunt, ita quod animalia venatica fugando coram se ducunt.*

† **SERRATUS**, Clausus, Gall. *Fermé*. *Plaga clausa fuit et Serrata*, in Mirac. MSS. Urbani V. PP. ex Tabular. S. Victoris Massil. Vide *Serare* et infra *Serrinus*.

† **SERRERIA**, Mons, collis, idem quod *Serra* 2. Charta ann. 1438. ex Schedis Præs. de Mazaugues : *Supra rabassarias... sequendo Serreriam, prout aqua labitur.* Vide *Serrarium* et *Serrum*.

\* **SERREURA**, Sera, Gall. *Serrure*. Chartul. eccl. Carnot. ann. circ. 300 : *Episcopus et capicerius... archas bonas, bene firmatas et nunitas Serreuris et clavibus ministrare tenentur.* Vide *Serrura*. Hinc

\* **SERREURARIUS**, a Gallico *Serrurier*, Serrarius. Charta ann. 1312. in Reg. 48. Chartoph. reg. ch. 118 : *Item super donum Roberti Serreurarii, situm in veteri textoria, viginti solidos.*

† **SERREUS**, Ad instar serræ. Vita B. Columbæ Reat. tom. 5. Maii. pag. 352\* : *Quorum interior (circulus)... consumptus in limbo veluti Serreos obduxerat dentes.* Vide *Serratorius*.

† **SERRICELLA**, Minor *Serra*. Vide ibi. **SERRICULUM**, Falcicula, qua herbæ secantur, in modum serræ dentata. Gloss. Lat. Gr. : *Serriculum, δρέπανον χειροκροπιδόν.* Sic enim legendum, pro *Serticulum*. [Vide *Serra* 4.]

**SERRINUS PULSUS**, ἐμπύριον σφυγμός, alias *Serratus* : ita describitur ab Ægidio Corboliensi lib. de Pulsibus :

Occurrit digito species Serrina, priori Debilis, in reliquis fit languida, nulla sequenti. Hic trahit a serra cognata vocabula pulsus, Cujus cum primis incisio dentibus acta, Est gravis, in reliquis gravior, funesta supremis, Corporis hoc pulsu fatalis serra vigorem Amputat, et vitam nubes lethalis obumbrat.

\* **SERRIS**, Sera, qua portæ occcluduntur. Testam. Romei de Villanova ann. 1250. ex Tabul. D. Venciæ : *Item volo et jubeo quod omnes cartæ de Villanova ponantur sub duabus Serribus in turri de Villanova, quarum claves serventur in domo Fratrum Prædicatorum Nicie.* Vide *Serrura*.

† **SERRO**, γυρός, in Gloss. Lat. Gr. Codex Regius habet *Scrupulosus*.

† **SERRUM**, Mons, collis, Provincialibus *Serre*. Charta ann. circ. 1063. ex Schedis Præs. de Mazaugues : *Usque ad quamdam petiam terræ, quæ est in Serro vocato Serre de Patavin.* Charta ann. 1064. inter Collectanea D. le Fournier : *Sicut ascendit rivus qui appellatur Virongeis in Serrum de Palliarols, etc.* Tabul. Principis de Rohan : *Item pro nemore... confrontante cum heremo et bosco heredum Nicolai Guiranaudi et cum Serro S. Albani aqua versante.* Occurrit ibi non semel. Vide *Serra* 2. et *Serrarium*.

† **SERRURA**, a Gall. *Serrure*, Sera, qua januæ occcluduntur. Reparatur facte in Senescallia Carcasson. ann. 1435. ex Cod. MS. V. Cl. *Lancelot* : *Præparando Serruras earundem januarum et plura alia iis necessaria complendo.* Ibidem : *Eidem (serario) pro duabus Serruris... quæ posite fuerunt in barrieris portæ de Aude... Eidem pro præparando Serruram hereconis seu barrieræ portæ vocatæ Aude.* Vide *Serra* 1. *Serratura* et *Serura*.

\* **SERRUS**, Fasciculus, vulgo *Poignée*. Leudæ minor. Carcass. MSS. : *Item pro lino hujus terræ de viginti quinque Serris, unum Serrum.* Vide *Cerrus*.

† **SERSA**, Sersus, perperam pro *Sessa* et *Sessus*, Locus ubi sal conficitur. Charta Theodorici Episcopi Metensis pro Monast. Alteriac. inter Schedas Mabiff. : *Insuper tres Sersas, quas apud Vicum prædicta domus possidet, liberas ab omni reditu et exactione concessimus in perpetuum.* Charta Wolfoaldi Comit. pro Monast. S. Michaelis ad Mosam apud eumd. Mabiff. tom. 2. Annal. Bened. pag. 692. col. 2 : *Similiter donamus in Vigo-Marsallo Juno ad sal faciendum, cum manso, casa, Serso, cum omne adjecientia ad se pertinet.* Vide in *Sedes* 4.

**SERSENTES**, Apparitores, in Statut. Venetor. qui alibi *Servientes* [Vide *Sercentes*.]

† 1. **SERTA**, Corona Ducalis. Franciscus Dux Andriensis in Hist. Translat. S. Richardi Episc. Andr. tom. 2. Jun. pag. 248 : *Et versus occasum Aufidi fluvii per septem lapides transiens, ducali titulo deco-*



rata est (civitas Andria;) in cujus quidem regimine civitatis et Sertam et vicem gero. Pro Sertum occurrit in Actis SS. Valeriani et Tiburtii tom. 2. April. pag. 207. Vide Sertum.

\* 2. **SERTA**, Ficuum sertum, quantum manu continetur. Codex reg. 4189. fol. 41. v<sup>o</sup> : *Omnes de castro Cæsaris habentes casale, consueverunt dare unum paneirum ficuum viridium; sed hodie quilibet habens casale, solvit castellano dictæ rochæ unam Sertam ficuum curtam.*

1. **SERTARE**, Claudere, quasi sera occludere. Tabularium Casauriense : *Cam medietate de uno sedio de molino, cum insula, introitu et exitu suo, et cum aqua, levata, et pausata, et cum forma, in fractando, et in Sertundo cum omni firmamento, quantum ad ipsum molinum pertinet. Vide Sertura.*

2. **SERTARE**, Sertum imponere, coronare. Gloss. Lat. Græc. : *Sertat*, σεραυει. [Mart. Capella lib. 5 : *Caput regali majestate Sertatum.* Longinus in Vita S. Stanislai Episc. tom. 2. Maii pag. 233 : *Uterque in cœlesti gloria sidus irradians, uterque tribus Sertatus uireolis.*] Sertia suspendere simulacris, in leg. 12. Cod. Theod. de Paganis. (16,10.)

† **SERTICULUM**. Vide supra *Serriculum*.

\* **SERTIFICARE**, pro *Certificare*, Certum facere, in Charta homagii ann. 1332.

† **SERTIS**, Falciula, Gall. *Serpe*. Inventar. ann. 1294. ex Tabular. S. Victoris Massil. : *Unum lingonem, et unum Sertem, etc. Vide Serra 4. et Serriculum.*

\* Leg. *Serris*. Vide supra *Serra 4.*

† **SERTOR**, pro *Sartor*, ut videtur, in Statutis Vercell. lib. 7. fol. 212.

† **SERTORA**. Vide *Sertura*.

† **SERTUM**, Series, brevis narratio. Anastasius in Epitome Chron. Casin. apud Murator. tom. 2. pag. 366. col. 1 : *Sed libet cursum paulo altius, et præcedentium et subsequentium Archimandritarum seriem, Sertumque texere, simul etiam operi huic breviter annexere.*

† **SERTUM IMPERII**. Corona imperialis, diadema. Anonymus de Laudibus Berengarii Aug. apud eundem Murator. ibid. pag. 496. col. 1 :

Imperii sumpturus eo pro munere Sertum,  
Solut et occiduo Cæsar vocitandus in orbe.

Vide *Serta* et Glossar. med. Græcit. col. 1442. voce Σεραυος.

**SERTURA**, Clausura. Tabularium Casauriense : *Donavinus medietatem de uno molino in fluvio de Orfente cum leva et pausa sua, cum forma et Sertura, cum introitu et exitu suo, etc. Alibi pro Sertura, est Clausura.* Ibidem in Charta ann. 1007 : *Vendimus tibi et tradimus... in ipsa insula unam formam cavare, et Sertora facere, et aquam prehendere, etc. Le Roman de Garin :*

Sont-il venu au Chastel de Monclin,  
Font les Sertées et les portes tenir,  
Que nus ne puet ne aler ne venir.

Vide *Serraculum*, et *Sertare 1.*

† **SERTUS**, Situs, positus. Charta Caroli Calvi ann. 859. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 30 : *Et terminat prædictus alo-*

*dis de una parte ad molinos Gualampadi, qui sunt Serti in ripa Urbione. 1. Sessi.*

† **SERTUS**, pro *Insertus*. Charta Casimiri Reg. Polon. ann. 1356. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 500 : *Notum facimus quod dominus Carolus frater noster carissimus nobis litteras dedit infra Serti tenoris in hæc verba.*

† 1. **SERVA**, Ancilla. Epist. Mathildis Reginae ad S. Anselmum ex Hist. Beccens. Monast. pag. 231 : *Veni, Domine, veni et visita Servam tuam.* Utitur etiam Ulpian. leg. 1. de servo corrupto. (11,3.) Vide *Serventa* et in *Servus*.

† 2. **SERVA**, Locus ubi colliguntur et asservantur aquæ, ut infra *Servatorium*. Charta Humberti I. ann. 1299. pro fundat. Monast. Saletar. tom. 2. Histor. Dalph. pag. 91. col. 2 : *Item a dicto stagno de Sallettis directe usque ad parvam Servam de Sallettis, dicta Serva eodem modo interclusa.*

\* Locus ubi pisces servantur. Charta ann. 1323. in Reg. 154. Chartoph. reg. ch. 512 : *Possunt in fondo suo stangnum, vivere, Servam seu piscariam piscium facere.* Jit. remiss. ann. 1387. in Reg. 131. ch. 39 : *Ad piscaturam sive Servam piscium... abbatis Cluniacensis... dicti Andreas et Benedictus clam et occulte,.... de dicta piscatura sive Serva, cum dicta trublia, quater viginti pecias piscium.... furtive ceperunt.* Vide infra *Serverum*.

**SERVACULUM**, pro *Serraculum navis*, in leg. 29. D. ad Leg. Aquil. (9,2.)

**SERVAGIUM**, Terra *servagii*, pro qua servitium domino debetur. Statuta Willelmi Regis Scotiae cap. 9. § 3. de Molendinis : *Rusticus et firmarius dabunt de terra Servagii decimum tertium vas, et de celdra magis, unam sirlotam.* Synodus Bajocensis ann. 1300. cap. 47 : *Prohibetur districte ne aliqua Ecclesia Servagium domino terræ, vel aliquid conferre præsumat, etc. Ubi alii Codd. habent. Corvaggi. Computum Domani Comitatus Pontivi ann. 1478 : *Recepte des Servaiges qui se payent au jour N. D. de Septembre : et est assavoir, que ceux, qui sont serfs quant ils se marient doivent cinq sols par. et à leur trespas 5. sols, et avec ce doivent chascun an un denier, et ceux qui sont defaillans des choses dessusdites, pour chascune fois doivent amende de 60. sol.* [Le Roman de la Rose MS :*

Et s'est en leur Servage mis  
Por ce qu'il erent aneuïs.]

\* *Servitium*, reductus, præstatio. Charta ann. 1270. in Chartul. Pontiniac. ch. 105 : *Que quidem 645. arpenta nemoris.... dictus miles venditor tenetur.... liberare.... ab omni feodo, retrofeodo, dotulitio, grueria, chacia, Servagio, pensione et costuma.* Alia Phil. Pulc. ann. 1310. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 350. v<sup>o</sup>. col. 1 : *Item herbagia, Servagia et sex corveia unius hominis, valentia septem solidos annui et perpetui redditus.* *Servage*, pro *Obsequium*, in *Bestiar. MS :*

Li Apostres nous ammoneste,  
Que Servage et treu rendon  
A chel à qui nous le devon.

† **SERVALITER**, *Servaliter*, more servorum. Tabul. S. Clodoaldi ad ann. 1301 : *Idem Crispium pro suæ voluntatis arbitrio*

*usque ad vi. libras Paris. in quibus dampnificavit eos et ideo presente procuratore ipsum Servaliter condemnari ad resarciendum damnum prædictum.* Id est, tamquam servus per sui corporis apprehensionem bonorumque manucaptionem : quod in hominem liberum non facile cadebat.

† **SERVANS**, ut *Serviens*, Custos. Charta Guillelmi de Linieris ann. 1268. apud Thomasser. in Biturig. pag. 196 : *Concedimus quod quilibet burgensis sit tanquam Servans ditorum nemorum et aquarum, ita videlicet quod si invenerit cum dictis nemoribus aliquem scindentem et in aquis mortuis piscantem ut ei burgensi credatur tanquam suæ rei domino per sacramentum.* Vide *Sirvens*.

\* **SERVANTAGIUM**, Præstatio, quæ servitii nomine pensatur. Charta ann. 1319. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 164 : *Item pro Servantagio, censu et seminalibus, viginti sextarios frumentii.* Vide *Serventagium*.

† **SERVANTIA**, ut *Serjantia*, infra in *Serviens*. Codicillus Bertrandi de Turre, ann. 1281. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 508 : *Lego Stephano Biscar ad vitam suam centum solidos annuos et la Servantie castri mei de Rota.* Vide infra *Serventagium* et *Servintia*.

† **SERVARE**, f. pro *Servire*, Eadem saltem notione, in Charta Henrici Reg. Angl. ann. 1457. ex Chron. Johan. Whethamstedii pag. 420 : *Et quamvis ita sit (quod) nos.... que Servare poterunt pro bono nostro et regni nostri, procedere libere possemus.* Vide *Servire 2.*

\* **SERVARE CHORUM**, Choro quoad cantum præsidere, illum regere. Cerem. vet. eccl. Carnot. scriptum paulo post annum 1193 : *Ille qui cantus invitatorium, Servabit chorum ad Laudes, etc.*

\* **SERVARE PLACITUM**, Habere, tenere, Gall. *Tenir les plaits*. Instr. ann. 1385. tom. 5. Cod. diplom. Polon. pag. 81. col. 1 : *Convenientibus in unum et aggregatis pro Servandis placitis in termino consueto, etc.*

† **SERVARE SE**, Se gerere, Gall. *Se porter*. Laur. Byzyn. in Diario belli Hussit. ann. 1421. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 184 : *Item quod sacerdotes ex parte Servent se secundum ordinem divinum et imitationem propheticam et apostolicam.*

† 1. **SERVATIO**, Exceptio, Gall. *Reserver*. Charta ann. circ. 1000. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 356 : *Hæc omnia superius dictu cum ipsa ecclesia sine ulla Servatione vel minoratione tradimus.*

\* 2. **SERVATIO**, Tutela, protectio, immunitas. Charta ann. 1383. apud Ludewig. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 474 : *Nos etiam et nostri successores non impedimus fabricam ecclesie nostre Magdeburgensis in redditibus (l. redditibus) duodecim marcarum, quas annuatim pro Servationibus suis, in civitate et diocesi Magdeburgensi solvere consueverunt.* Vide *Salvamentum 1.*

† **SERVATOR**, Locus tenens, vicarius. Gregor. M. lib. 12. Epist. 3 : *In Panormitana autem parte loci Servatoreni tui me sufficit elegisse.* Eodem sensu occurrit in leg. si quis furem. Vide supra *Sulvator 1.* [\*] Occurrit apud Paul. Diacon. lib.



5. cap. 3. et 14. et in Julian. Epit. Novell. con. 124. § 559. Vide *Lociservator.*]

\*\* **SERVATOR**, Pastor gregarius. Echasis vers. 75 :

Cum grege fetoso satagunt exire gregatim,  
Custodesque boum nec non Servatorum equorum.

\* **Nostris Serveur**, pro vulgari *Boutique*, Arca, ubi pisces servantur. Lit. remiss. ann. 1399. in Reg. 154. Chartoph. reg. ch. 520 : *D'un croq à pescheur osterent la serveure d'un Serveur, ouquel avoit grant quantité de brochereux;... ilz en mirent en une bote xxij. et le demorant ou Serveur de Jehan Tixier.*

**SERVATORIUM**, Piscina, Reservoir d'eau, in Charta Manassis Lingon. Episc. ann. 1190. apud Perardum pag. 263. *Poisson mis en serve*, id est, in servatorio, in Consuetudine Nivernensi cap. 26. art. 5. [Vide *Salvatorium* 1. et *Serva* 2.]

**SERVORIUM**, Eadem notione, Piscina, in Fleta lib. 2. cap. 73. § 20. lib. 5. cap. 24. § 12.

**SERVORIUM**, Penus, arca. [Gloss. Lat. Gr. 1. *Servatorium*, φυλακτήριον.] Statuta Ordinis de Sempringham pag. 747 : *Cistas, vel arcas, vel alia Servatoria licite habeat ad utensilia sua et recellas suas fideliter servandas.*

† **SERVELERIA**, **SERVELLERIA**, Cassidis species, quæ superiorem capitis partem operit, Ital. *Servellero*, Gall. *Cervelliere*. Extractum computi ann. 1336. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 326. col. 2 : *Item, viii. Servelerias pro vi. s. vi. d. gr. Informat. pro passagio transmarino ex Cod. MS. Sangerm. : Item centum viginti Servelleriæ. Vide Cervellerium.*

\* **SERVELHERIA**, Cassidis species, in Formul. MSS. ex Cod. reg. 7657. Vide *Serveleria*.

\* **SERVELLIA**, Eodem intellectu. Stat. ann. 1356. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 181. col. 1 : *Pauperiores ad minus habeant unam guppam, unam Servelliam, unum glave de decem palmis et unum pavesium.*

† **SERVENTA**, Ancilla, famula, Gall. *Servante*. Statuta Astens. cap. 27. fol. 30 : *Ordinatum est quod dominus possit inpune, moderate percutere et castigare suum scutiferum et Serventam, seu pedisequam, etc. Vide Serva 1.*

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Serventa, Prov. ancilla, catarasia, mastigia. Nostris Serviteresse. Lit. remiss. ann. 1385. in Reg. 126. Chartoph. reg. ch. 212 : Une joenne femme, qui estoit Serviteresse oudit hostel, etc. Aliæ ann. 1408. in Reg. 163. ch. 67 : Marion chamberiere et Serviteresse de Jehan Cane, vicatre de l'eglise Nostre Dame de Poissy, etc.*

**SERVENTAGIUM**, **SERVIENTELA**, Servitium, [*Servientis* feudum, beneficium, seu redditus propter ejusdem officium.] Charta Isli Episc. Tolos. apud Sammarthanos : *Insuper supradictus Præpositus dedit eis ex toto suo honore Præpositurale, quam habeat in termino civitatis Tolosæ de sancto Stephano, totum guardam, et totum Serventage, et pro hoc fevo dederunt, etc. Charta Bernardi Vicecomitis de Minerba ann. 1100. tom. 10. Spicilegii Acher. pag. 165 :*

*Cum silvis et forestis, et cum omnibus fevulibus et vicariis, et Serventagiis, etc. Tabularium Conclensis Abbatiae Ch. 522 : Hoc est donum, quod fecit... illum Serventage de illa decimatione de Clauviag, etc. Tabularium Nobiliacensis Abbatiae : Medietas Servientelæ decimariæ, etc. [Charta ann. 1258. apud Thomasser. in Biturig. pag. 157 : Si dicta domina Margarita alienaverit aliqua, ... sive Servientelas dederit seu vendiderit, etc. Vide in Serviens.]*

† **SERVIENTAGIUM**, Eadem notione. Charta ann. 942. inter Probat. tom. 2. novæ Histor. Occitan. col. 85 : *Hæc omnia prædicta ego Atto Vicecomes dono... cum omnibus fevulibus vicariisque atque Servientagiis, venationibus, etc.*

† **SERVENTAGIUM**, in Charta Guillelmi IV. Comit. Tolos. ann. 1079. ibidem inter Probat. col. 307 : *Laudamus et concedimus... cum vicariis, cum Sirventagiis, cum venationibus, etc. Charta ann. 1103. ibidem col. 364 : Cum omnibus fevulibus et vicariis utriusque sexus, etc. Sirventagiis, etc. Rursus occurrit in Charta ann. 1147. ibid. col. 518.*

† **SERVENTIA**, Eodem intellectu, in Charta inter Probat. Hist. MS. S. Cypr. Pictav. pag. 449 : *Vendidi et concessi... nonam partem me cottingentem in Serventia decimæ de Liners quam ego et pensionarii mei habebamus et tenebamus ab elemosinario. Ibidem pag. 414. plura habentur de Serviente ejusque redditibus. Vide *Sirventia*.*

† **SERVIENTARIA**, Eodem sensu. Testam. Guillelmi de Turre ann. 1315. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 538 : *Item lego dicto Chapecyras Servientariam de la Bessa, etc.*

☞ *Serventois* vocant Poetæ nostrates, ut opinor, poemata in quibus *Servientium* seu inilitum facta et servitia referuntur : unde vocis etymon ; neque enim placet Borelli sententia quæ *Serventois* a Gall. *Servel*, cerebrum, deducit, satyricumque esse poema statuit, quod a Picardis acceperunt Poetæ Provinciales. Le Roman de *Vacce MS :*

Mes ore puisje longues penser,  
Livres eserire et translater,  
Faire Romanz et Serventois, etc.

\* Cui opinioni accedunt Academici Cru-sciani : *Serventese, spezie di poesia lirica. [\*\* Vide Diezium de Poemat. Provincial. pag. 111. et 169.]*

\* **SERVENTARIA**, *Servientis* seu apparitoris officium. Stat. S. Flori MSS. fol. 2 : *Nullus privilegio clericali gaudere volens, Serventariæ seu barnariæ officio uti præsumat. Vide in Serviens.*

\* **SERVERUM**, Vivarium piscium, idem quod supra *Serva* 2. Vide ibi. Lit. remiss. ann. 1355. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 251 : *Venientes prædicti exponentes ad unum fossatum sive Serverum piscium... haisi seu sepibus inclusum, etc.*

\* **SERVESIA**, pro *Cervisia*, Gall. *Cervoise*. Lit. remiss. ann. 1356. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 562 : *Transeundo ante quandam domum, quæ est in terra... episcopi Parisiensis, in qua Servesia vendebatur, etc. Vide *Servicia*.*

\* **SERVIANUS**, idem qui *Serviens*, minister, famulus. Charta ann. 1373 : *Exceptis patrono (navis), scriba, seu Serviano aut garcihero, qui nihil pro capitatio solvere tenebantur.*

\* **SERVIATURA**, *Servientis* officium. Codex redit. episc. Autiss. ann. circ. 1290. inter Probat. Hist. Autiss. pag. 86. col. 2 : *Relictæ Theobaldi de Camcra (debet episcopus) sex libras super Serviatura. Vide supra *Serventaria*.*

† **SERVICIA**, pro *Cervisia*, non semel occurrit in Charta ann. 1492. apud Rymer. tom. 12. pag. 471.

† **SERVICIABILIS**, Qui servit et colit. Epist. Jani Reg. Cypr. ad dom. de Syll. inter Acta SS. tom. 3. Mart. pag. 753 : *Humillima et obediens Serviciabilis Dei, oro dulcem Jesum ut epistola mea te possit reperire salvam et incolorem. Vide *Servitidis*.*

† **SERVICIUS**, pro *Servitium*, in Placito ann. 918. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 57.

**SERVIDA**, *Servitium*, *Service*. Adalardus in Statutis Corbeiensibus lib. 2. cap. 1 : *De cætero unusquisque frater, quidquid de horto suo poterit acquirere supra Servidas, quas fratribus facere debent, pleniter absque ulla deminatione deferant opportuno tempore Abbati. i. ultra quod fratrum usibus addictum est : unde legendum putaverim servisas.*

† **SERVIENTIA**. Vide *Servientia*.  
**SERVIENTS**, Minister, famulus. Apud Fortunatum Epist. 2. ad Mumolenum lih. 10. Poëm. sic inscribitur : *Dominis illustribus cunctisque magnificis omni desiderio complectendis, Servientibus Dominorum.* [Charta Philippi Aug. Reg. Franc. ann. 1200. tom. 1. Ordinari. pag. 24 : *De Servientibus laicis scholarium, etc. Addit. ad Translat. S. Filiberti sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 563 : Servientem suum sic interpellavit : Præpara, inquit, nobis refectorem, ut cum reversi fuerimus, statim comedamus. Et ille ad dominum suum, etc. Statuta S. Claudii ann. 1448. pag. 56 : Item, Servientibus infirmariæ ejusdem monasterii, etc. Serjant nostris eadem notione. La Bible Guyot Pruviiniensis :*

N'y aura ancelle ne Serjant.]

\* Charta decani et capit. Trec. ann. 1198. ex Chartul. Campan. fol. 420. vº. col. 2 : *Omnes etiam Servientes nostri, qui de bonis nostris vivunt in domibus nostris, liberi sint ab omnibus consuetudinibus et clamoribus et ab omnibus servitiis ; et hanc libertatem habent tres Servientes nostri, scilicet granetarius, cellerarius et major noster. Nostris Sergant et Serjant. Vita J. C. MS :*

Un des Serjans dant Cayphas, etc.

Le Roman de *Robert le Diable* MS :

Après mangier ostent les napes  
Li Sergant, qui doivent oster.

† **SERVIENTS** de *Pane et Mensa*, Famulus domesticus, in Chartul. Gemmetic. tom. 2. pag. 5 : *Nec non et Servientibus de pane et mensa Monachorum eam libertatem in pasnagio, quam tempore patris mei habuerant, habendam concedo.*

**SERVIENTS**, Armiger, *Escuier*, sic dictus quod *Militi* quodammodo *servitium* exhi-



beret et obsequium; ejus quippe scutum et arma deferebat, unde *scutifer* dictus. Matth. Paris pag. 396: *Armigerorum autem et Servientium centies occurrit*. Radulfus de Diceto ann. 1191: *De castrorum excubiis summe sollicitus, Militibus 20. Servientibus 50. etc.* Idem ann. 1194: *Obsessi sunt intus Milites 4. Servientes 20. etc.* Bromptonus: *Ubi de familia Regis 5. Milites et 20. Servientes occisi sunt*. Vide *Escaëta cum hærede, et Valeti*.

† **SERJANTUS**, Eadem notione. Epist. Henrici Imp. CP. ann. 1206. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1074: *Illi vero quibus custodia civitatis deputata fuerat, circiter XL. Milites de nocte cum Serjantis suis recedentes, etc.*

**SERVIENTES**, Vassalli. Tabularium Conchensis Abbatiae in Ruthenis Ch. 70: *Et vero Raymundus et Willelmus frater meus, et ego Unzandus istius honoris Servientes damus, etc.* [Charta Ludovici Comitis Blesens. ann. 1197: *Qui vadium clerici vel militis, vel alicujus servientis mei habebit, non tenebit illud ultra viginti dies, nisi sponte sua, etc.* Charta ann. 1257. ex Schedis Præs. de Mazaugues: *Obsederunt fortalitium dicti castrum in quo erant milites et Servientes dom. Comitum. Homines jure Servienti pertinentes, dicuntur in Privilegio Caroli IV. Imp. ann. 1357. inter Instrum. tom. 5. Gall. Christ. novæ edit. col. 526.*]

**SERVIENTES**, Milites pedites, qui vulgo Scriptoribus nostris *Sergeans*. Gesta Francorum expugn. Hierusal. cap. 46: *Congregati ergo simul fuerunt 120. millia equitum, et peditem 30. millia præter clientes et Servientes*. [Statuta Synodi Biterr. ann. 1375. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 664: *Cum... intellexerimus quod nonnulli sacerdotes, et alii in sacris ordinibus constituti... cultellos longos desuper publice ad modum Servientium et ribaldorum in cleri vituperium deferant, etc.* Passim. *Servientes ad pedem*, pluries in Computo ann. 1202. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. cxxiv. Rotulus Cameræ Comput. ann. 1252: *Les communes qui envoyèrent Sergeans de pieds, etc.*] Erant etiam

**SERVIENTES EQUITES**. Rogerus Hoved. in Richardo I: *Willelmus cognomento Cocus, serviens Richardi Regis Angliæ, in custodiendo Castellum de Leuns, cepit de familia Regis Franciæ 24. Servientes equites, quos Rex Franciæ miserat ad muniendum Castellum de Novomercato*. [Epist. Alphonsi VIII. Reg. Castellæ ad Innoc. III. PP. inter Conc. Hisp. tom. 3. pag. 473: *Fuerunt qui venerunt... usque ad decem millia Servientium in equis, et usque ad quinquaginta sine equis*. Litteræ Joannis Comit. Armaniac. ann. 1356. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 3. pag. 102: *Obtulerunt nobis nomine Regis... se paratos nos juvare... de mille Servientibus armutis equitibus, etc.* *Servientes ad equos*, in laudato Computo ann. 1202. ibid. non semel. *Serjans à cheval et à pié*, apud Villharduinum pag. 91.]

**SARJANTES**, Eadem notione. Godefridus Monachus S. Pantaleonis ann. 1167: *Cum 500. fere Sarjantibus... ad auxilium Reinoldo venerunt*.

† **SERJANTES**, Eodem intellectu. Litteræ ann. 1197. apud Marten. tom. 1. Anecd.

col. 664: *Trecentos Serjantes quos (Tornacensis) mittere solebant domino Regi in expeditionibus suis, ei mittere non poterunt*. Infra: *Cives etiam nullam debent domino Regi dare pecuniam pro Serjantibus istis*.

**SERJANTI**, in Epistola Henrici Balduini Imper. CP. fratris in Gestis Innoc. III: *In munitione ejusdem civitatis, quæ Rossa dicitur, H. de Teneramunda... cum multis Militibus et Serjantis reliquimus*. [Epist. Anonymi de capta urbe CP. ann. 1204. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 786: *In terra siquidem sæpèdicta erant Serjanti, Pisanis, Geneciani, Daci et alii ad eam conservandam et protegendam constituti, qui exibant turrin, et introibant sicut volebant ad Sagittandum nostros*.]

**SARGANTI**, in Charta Henrici VI. Imp. apud Goldastum tom. 1. Constit. Imper. pag. 287: *Milites itaque et Sarganti jurabunt obedire illi, quem magistrum abducentis constituerunt*. Willebrandus ab Oldenburg in Itiner. T. S.: *Inter quos et ipsum multi Sarganti pedites*. Godefridus Monach. S. Pantaleonis ann. 1195: *Milites itaque et Sarganti jurabunt obedire illi, etc.*

† **SERGANTI**, in Chron. Bonæ Spei pag. 266: *Ipsoque quitamus et liberamus in perpetuum ab omni onere receptionis... canum, servientium, Sergantorum, etc.*

**SERVIENTES**, vel *Servientes fratres*, in Ordinibus Militaribus Hospitaliariorum, Templariorum, et Teutonicorum Militum, dicti, qui non ex genere militari vel nobili, in eo ordine militabant. Will. Tyrius lib. 12. cap. 7. de Templariis: *Tam equites quam eorum fratres, qui dicuntur Servientes*.

† **SARIANDI**, Eodem sensu, in Statutis Equit. Teuton. art. 52. apud R. Duellium tom. 2. Miscell. pag. 54: *Duos etiam fratres milites habebit comites, unum fratrem Sariandum, dispensatores duos*.

**SERVIENTES**, Apparitores Regii: nostris *Sergeans*. Edictum Philippi Regis Franc. ann. 1302. cap. 18: *Item inhihemus, ne Servientes faciant adjornamenta seu citationes sine præcepto Senescalli, Ballivi, ... aut alterius judicis, etc.* Passim.

† **SERVIENTES**, Eiusmodi Servientium alii erant *equites, alii pedites*. De iis pluribus agit laudatum Philippi Edictum a Cl. V. de *Lauriere* cditum tom. 1. Ordinat. Reg. Franc. pag. 357. Exstat ibid. pag. 352. ejusd. Regis Statutum quo *Servientes equites* Castelleti ad 80. reducantur, ut et *Servientes pedites*. Inter Notarios et Advocatos recensentur Servientes, in Litteris Caroli Reg. Franc. ann. 1325. tom. 2. Ordinat. pag. 3.

**SERJANDUS**, ex Gallico, *Serjant*, in Statutis secundis Roberti I. Regis Scotiæ cap. 28.

† **SERVIENS**, Locum-tenens, in Charta Archembaldi dom. Borbonii ann. 1233. inter Instr. tom. 2. Gall. Christ. novæ edit. col. 137: *Notum facio... quod cum ego posuissem in villa Brivatensi quemdam Servientem ex parte domini Regis et nostra, pro don. Regis et nostris negotiis in prædictiona peragendis; ... mihi constitit evidenter... quod nullus Serviens regius aut bujulus, aut aliquis alius ex parte dom. Regis aut nostra debebat in villa Brivatensi manere*.

† **SERGEANTIUS**, Eodem sensu, in Actis S. Francisci de Paula tom. 1. April. pag. 231: *Coletum venisse hospitiumque cum socio accepisse apud D. Sullier Sergeantium regium*. Vide infra *Servientes armorum*.

\* **SERVIENS**, Institor, Gall. *Facteur*. Lit. Phil. Aug. ann. 1209. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 87: *Dicti autem burgenses (Paris. et Rotomag.) ad invicem creantaverunt, quod quicquid Servientes eorum facient de societate mercaturæ, stabile erit et firmum*.

† **SERVIENS** dictus Tiro, Gall. *Apprenti*, quod magistro suo *servitia* exhibere teneatur. Charta apud Madox Formul. Angl. pag. 98: *Testatur quod præfatus Johannes Nyngemorabitur cum eodem Johanne Hervy ut ejus Serviens et apprenticius, a festo Paschæ ultimo præterito, usque finem et terminum sex annorum tunc proxime sequentium plenarie completorum. Per quem vero terminum idem Johannes apprenticius magistro suo bene et fideliter deserviet*.

**SERVIENTES ARMORUM**, Qui *Servientes de armis*, dicuntur Thomæ Walsinghamo pag. 316. [*Servientes sive clientes cum armis*, Bartholomæo Scribæ in Annal. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 524.] nostris, *Sergeans d'armes*. Guill. Guizart ann. 1298. de quodam Amalrico l'Alemant:

Cis estoit lors à ma erceanee,  
Serjant d'armes au Roi de France.

☞ *Servientes armorum*, ut iis corporis sui custodiam committeret, instituit Philippum Augustum doceret R. P. Daniel tom. 2. Milit. Franc. lib. 9. cap. 12. quem consule, si placet. Adde Observat. Andr. Duchesnii in Alanum Chartier pag. 864. et 865.

De eorum officio audiendus inprimis Butilerius in Summa rurali lib. 2: *Les Sergeans d'armes sont les Maciers, que le Roy a en son office, qui portent macés devant le Roy. Sont appelées Sergeans d'armes, pource que ce sont les Sergeans pour le corps du Roy: Et doivent et peuvent adès porter leurs armeures jusque à la Chambre des Comptes du Roy, et peuvent faire sergenterie par tout le royaume, et doivent avoir gages du Roy. Item ils doivent estre quittes de toutes tailles et subsides courans aux pays, ne ne doivent avoir Juge, que le Roy et son Connestable, mesme en defendant, etc. Et est leur office de voiajer: car supposé que le Roy si allast de vie à trepas, jassoit ce que tous autres Officiers soient demis de leur Office par la mort du Roy, toute fois ne le sont mie Sergeans d'armes, mais demeurent toujours tant qu'ils vivent, se ils ne forfont, etc. Iis persèpe castrorum custodiæ commendatæ. Gesta S. Ludovici Reg. Francor.: *Castellanum Bellicadri Servientem Regis ad arma strenuum, proh dolor! occiderunt*. Statutum Philippi V. datum Pontisaræ 18. Julii ann. 1318: *Et quant aucuns des chasteaux, qui sont en frontiere escheront, nous y mettront des Sergeans d'armes, qui garderont lesdits chasteaux pour leurs gages de l'annæe, et n'est pus nostre entention de donner plus nulles gardes de chasteaux, ainçois les garderont les Sergeans d'armes pour leurs guiges, si comme dessus est dit*. Scheda Regi Gisortium delata ann.*



1323 : Item des Sergens d'armes à qui le Roy donne leur gages de maçe de certaine science à prendre sur les domaines en ses Baillies et Seneschauçees, lesquies gaiges ils doivent prendre à l'ostel, ou si comme l'Ordonnance contient, se ils sont establis Chastellains aux gages de leurs naçes es Baillies ou Seneschauçees, où lesdits chasteaux sont assis, li Rois veut que ceux qui sont establis Chastellains au gages de la maçe, ou aient autre office, preingnent lesdits gaiges où ils seront personnel residence, tous les autres prendront leurs gaiges en l'ostel le Roy. Eorum postmodum vadia assignata fuere super Thesaurio regio, Statuto Philippi VI. ann. 1342. [tom. 2. Ordiuat. pag. 174. in quo hæc leguntur : Nos Sergeants d'armes qui sont establis à garder nos chasteaux des frontieres, devers les advenues de nostre royaume.] Statutum aliud pro Hospitio Regis et Reginae ann. 1285. titulo de Pouriere : Item Sergens d'armes, trente, lesquels seront à court sans plus, deux Huissiers d'armes et 8. autres Sergeants avec, et mangeront à court, et porteront tousiours leur carcois pleins de quarreus, et ne se pourront partir de court sans congé. Habentur præterea Statuta alia pro Servientibus armorum complura, Philippi VI. nempe, quo caveatur ne in posterum numerum centenarium excedant : Caroli V. Franciæ Regentis, 27. Febr. ann. 1359. quo ad sex reducuntur, cum interdicto ne bina officia teneant : et ejusdem Caroli Regis 10. Dec. 1376. in Regesto Parlamenti Olim fol. 78. quo venterant Servientes armorum, iudicium decreta universim Servientibus inscripta, executioni mandare, cum aliud sit Servientium armorum munus, nec forum spectet. Exstat denique Arrestum Parlamenti 12. Sept. quo rescinduntur Litteræ Guesclini Comitis Stabuli, vel ejus Vicarii, quibus jurisdictionem in Servientes armorum ad se pleno jure spectare asserebat. Vide in hanc rem veterem Consuetudinem Franciæ lib. 4. cap. 6. pag. 551. edit. 1598.

Ad jurisdictionem vero Comitis Stabuli in Servientes armorum quod spectat, hæc habentur in Statuto Johannis Reg. Franc. ann. 1355. tom. 3. Ordiuat. pag. 30 : Et aussi demourra à nostre Connestable la congnoissance des Sergenz d'armes en deffendant tant seulement, et en actions personnelles, esquelles il n'aura garde enfreinte. Addit Carolus Regis primogenitus in Statuto anni seq. ibid. pag. 135 : En tant comme resgarde le fait de leurs offices tant seulement.

CLIENTS ARMORUM Domini nostri Regis, in Charta ann. 1401. apud Hemereum in Augusta Viromanduorum pag. 307. Scribit Nangius in S. Ludovico, Ingerrannum de Codiciaco submonitum fuisse, non per Pares, nec Milites; sed per Clientes aulicos. Ubi Chronicon Sandionysianum Clientes aulicos vertit, des Sergens d'armes. Interdum enim Servientes armorum ad magnatum submonitiones adhibitos colligere est ex Chronico Flandriæ cap. 63.

Suos etiam Servientes armorum habuit Dalphinus Viennensis : quorum munia et privilegia eadem erant atque Servientium armorum Regis Francorum. Litteræ Humberti ann. 1347. tom. 2. Hist.

Daliph. pag. 566 : Humbertus Dalphinus Vienn. dilecto fideli nostro Henrico Garini de Turre, salutem, et sinceræ dilectionis augmentum. Quonian ad tutionem, defensionem, et custodiam nostre personæ continuam, certas personas fideles, et sollicitas maxime, Servientes armorum eligere nos oportet, qui in bellorum actibus sicut fortes, et nostre personæ fidelem custodiam vigilantes studeant exhibere. Cætera lectori consulenda permittimus, ne simus longiores.

Angli The Sergeants of armes, etiamnum vocant, qui robustiores ferunt ex argento baculos, interdum deauratos, corona et insignibus regni in summitatibus exornatos, ut qui non nisi jussu ipsius Regis vel Concilii ejus Curie parlamentariæ, et Cancellarii, vel Thesaurarii, atque hoc in rebus gravioribus, emittuntur. [Sergents à masses d'argent occurrunt etiam in Consuet. Hannon. cap. 48.]

\* SERVIENS AQUARUM, Gall. Sergent des eaues, in jurisdictione scilicet, quæ ad aquas et silvas pertinet. Lit. remiss. ann. 1358. in Reg. 86. Chartoph. reg. ch. 423 : Jehan, dit Trayneau, Sergent des eaues.... fist commandement de par mon seigneur et de par nous et de par les maistres des eaues et des forés, etc.

\* SERVIENS ARMORUM, Cui armorum cura commissa est. Charta Phil. VI. ann. 1329. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 234 : Pour la considération du service que Henry le Galeis Vallet de nos armeures nous a fet, li avons donné.... une maison seant à Paris ou bourc Tibaut.

\* SERVIENS BARRARIUS, Sergent Barrier, in Lit. remiss. ann. 1376. ex Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 275. Qui tributa ad barras seu portas oppidorum exigit. Vide in Barra.

\* SERVIENS CAMPARIUS, Camporum seu agrorum custos. Chartul. Corb. sign. Cæsar fol. 41. vº : Octroyons à Jehan du Tailis office de Sergent champestre,.... et lui avons donné pooir de faire toutes manieres de prises et accusations, tant de personnes que de bestiaux, estant trouvez avant ladite seigneurie en delictz, malfactures et domages. Quod vero huc atque illuc discurnat, Sergent volant nuncupatur, in Lit. remiss. ann. 1447. ex Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 517 : Jehan Maillefer et Philippot Clabault eux disans Sergenz volans et mesiers, etc. Vide supra Camparius et Champarius.

SERVIENTES AD CLAVAM, apud Anglos, qui nostris Sergeans à masses, in libro inscripto Justice of peace pag. 122. vº. et alibi. [Sergent à masse, in Consuet. municipali Ambian. art. 27.]

\* SERVIENS AD CUPAM et ad Pelvin. Obituar. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5191. fol. 82. vº : Obiti honorabilis vir Nicolaus de Saucy, civis Lingonensis, et Serviens ad cuppam in ecclesia Lingonensi. Fol. 84. vº : Obit Aubrietus Chiffot de Rivello, quondam Serviens ad pelvin in ecclesia Lingonensi. Fol. 108. 1º : Anno Domini 1498. obit nobilis Ancelmus de Recourt, dominus de Burgemer, Servientium ad cuppam ecclesiæ major. Charta ann. 1473. ibid. fol. 265. vº : Servientes ad cupam in refectone, quæ fit die Jovis sancta post ablutionem pedum....

Decanus et capitulum videntes, quod in die prædicta Jovis sancta nulli erant, qui pelvin et manutergia sive toubaillias pro ablutione altarium ac etiam pedum defferrent, pro augmentatione divini servitii,.... quatuor deputaverunt et ordinaverunt, quorum duo de pelvi serviebant et alii duo de toubaillia sive manutergio. Servant ab bassin, in Ch. ann. 1489. ibid. fol. 269. vº.

SERVIENTES CURIÆ, Is fortean qui prædium possidet servitio viliori obnoxium, cujusmodi est Sergeantaria. Notitia judicaria ann. 1149. sub Rogerio Siciliae Rege, apud Camillum Peregrinum in Hist. Longobard. : Testificatus est prædictum Landonem et ejus hæredes, terram possedisse illam per 40. annos, et de hac et de aliis terris eorum de servitio unius Servientis Curie deservisse. Ibidem : Perhibens illam Landoni Girardi avo suo concessisse, qui ab hoc servitio unius Servientis Curie deservierat.

Alii sunt Servientes curiæ memorati in Tabul. Elnon. ii quippe intelligentur feudatarii qui ad frequentandum curiam domini sui tenentur ejusque placitis interesse, uti statuunt Chartæ infeodationis. Vide Placitum et Secta 3.

\* SERVIENS DANGERII, Gall. Sergent Dangereux, Qui ne delicta fiant in campis vel silvis invigilat atque multas ex iis colligit, quique jus regium, Dangerium nuncupatum, in forestis servat. Vide supra Damnum 2. et Dangerium 2.

\* SERVIENS DUODENÆ, Gall. Sergent de la douzaine, Præpositi Parisiensis stipator et satelles. Lit. remiss. ann. 1371. in Reg. 102. Chartoph. reg. ch. 124 : Adam de Borron nostre Sergent de la douzaine en nostre chastellet de Paris, etc.

¶ SERVIENTES ECCLESIE. Charta apud Menester. Hist. Lugdun. pag. 12 : Item cum magister operis Ecclesiæ Lugduni sit Serviens Ecclesiæ Lugduni, etc. Vide infra in Parva Sergeantie.

\* SERVIENS ELEEMOSINÆ REGIÆ, in Charta ann. 1379. ex Reg. 115. Chartoph. reg. ch. 131 : Bertaut du Chemin Valet de nostre aumosne, qui depuis long temps en ça a esté commis par nous auez et feulz aumosniers et souzbamosniers à distribuer les mereaux de nostreditte aumosne.

¶ SERVIENTES EXCUBIARUM, Sergens du Guet, in Statuto Philippi Pulcbrri Reg. Franc. ann. 1302. tom. 1. Ordiuat. pag. 353.

\* SERVIENS FAULTALIS. Vide supra Faultalis.

SERVIENTES FEODATI, Certis ac definitis servitii obnoxii ratione feudorum ac prædiorum, quæ dicuntur Serjantie, et Serjanterie. [Sergent feodé vel du fief, in Consuet. Britan. art. 21. Sergent feiffé, in Consuet. Silvanet. art. 87. Serviens feodaliter, in Tabul. Pontis Otranni : Rainaudinus Grosler dedit in elemosinam octo sextariatas terræ... Fidejussores extant Petrus Vaslet feodaliter Serviens terræ illius, et Albinus prætor Maumoconii. Judicatum ann. 1288. apud D. Brussel tom. 1. de Usu feud. pag. 172 : De Servientibus feudatis qui petebant ut possent suas Serjanterias ad firmam tradere : concordatum fuit, quod ipsi suas Serjanterias non poterant



*affirmare, nec ad tempus tradere, nisi fuerit de mandato dom. Regis, vel Buillivi sui. Servientes feodati, in Charta ann. 1218. pro Templariis. Rupellensibus.] Feoda servientium, in Charta ann. 1230: Clientela, quæ vulgariter Serganteriæ dicuntur, apud Marthæum Paris ann. 1256. [Sergenteries fieffaux, in Consuet. Norman. cap. 33. 94. Sergenterie fieffée, in Aresto Candelosæ ann. 1269. etc.] Assisiæ Hierosolym. MSS. cap. 190: Toutes manieres de gens peuvent bien fié de Sergent aeheter par l'assise et usage dou Royaume de Jerusalem, nuis que ils soient tels, que ils aient vois et respons en court, et que il puisse faire ce que le fié doit de homage et de service. [\* Charta ann. 1185. ex Tabul. eccl. Camerac.: Viginti quatuor Serjanti episcopi domini et quatuor Serjanti ecclesie B. Mariæ et eorum uxores, quandiu post ipsos viduæ permanserint, liberi sint ab omni onere civitatis. Feoda Serjantarum ecclesiarum... ab omni sunt onere libera civitatis. Charta Phil. Pule. ann. 1300. in Lib. rub. Cam: Comput. Paris. fol. 120. vº. col. 2: Cum Sergenteria feodalis forestæ nostræ de Buro, quam Robertus de Parci miles tenebat a nobis in feodum, etc. Dicta Sergenteria feodalis cum chacia ad animal ad pedem clausum, et cum cæteris dictæ Sergenterie juribus, etc. Reg. S. Justi ex ead. Cam. fol. 153. vº. col. 1: Willelmus de Waulemeril tenet Sergenteriam hæreditarie de domino rege; quæ Sergenteria movet de corona, de ballivia Rothomagi. Feodatarum vero alia Magnæ, alia Parvæ.]*

MAGNÆ SERGENTIE, inquit Bracton. libr. 2. cap. 16. § 6. sunt, quæ exercitum Regis ut patris tuitionem spectant, et hostium deprehensionem: ut si quis ita feoffatus fuerit per Sergentiam inveniendi Domino Regi unum hominem vel plures, ad eumdem cum eo in expeditionem ad exercitum, equites, vel pedites, etc. [Charta ann. 1266. apud Kennett. Antiquit. Ambrosd. pag. 265: Johannes filius Nigelli tenet de Rege unam hidam terræ arabilis in Borstalle ... per Magnam Serjantiuum custodiendi forestam de Bernwode. Alia ann. 1361. ibid. pag. 490: Isabella de Handlo tenuit... unum messuagiuum... a Dom. Rege in capite per Magnum Serjeantiam inveniendi unum hominem et custodiendi forestam de Schotover et Stowode.] Littleton. lib. 2. cap. 9: Tenure par graund serjeantie est: l'ou un home tient ses terres ou tenemens de notre Seigneur le Roy, per tiels services que il doit en son propre person faire al Roy, comme de porter banner nostre Seigneur le Rby, ou sa lance, ou d'amener son hoste ou d'estre son Marchal, ou de porter son espée devant lui à son coronement, ou d'estre son sewer à son coronement ou sou curuer, ou son buther, ... ou faire autres tiels services: Mox addit, ideo Magnam serjantiam appellari, quod longe præcellat servitium tenuræ per scutagium. Deinde servitium Scutagii non esse ratum ac definitum, ut est servitium Magnæ serjantiæ. Servitium præterea Scutagii extra regni limites, servitium vero Magnæ serjantiæ fere semper fieri intra regnum. Sed et Magnam serjantiam non nisi a Rege teneri: denique tenentes per Magnam serjantiam tenere a Rege per ser-

vitium Militis, eoque nomine Regem habere ab iis wardam, nuritagium, et relevium, secus vero de Scutagio, nisi a Rege nude pendeat. Similia habet Britton. pag. 162. 164. Meminit Rogerus Hovedenus pag. 779: Serjanteriarum Regis, quæ non erant de feodis Militum. [Ejusmodi sunt Sergentia quarum mentio occurrit apud eumd. Kennett. pag. 292: Per Serjantiam espicurantiæ Cancellariæ dom. Regis. Et pag. 308: Per Serjantiam scindendi coram dom. Rege die Natalis Domini et habere cultellum dom. Regis de quo scindit. Rursum pag. 569: Per Serjantiam mutandi unum hostricum dom. Regis, vel illum hostricum portandi ad curiam dom. Regis.] Porro Magnæ Sergentia dividi non possunt, ne cogatur Rex hujusmodi servitia sua recipere per particulas, inquit auctor Fletæ lib. 5. cap. 9. § 28. Vide lib. 3. cap. 14. § 7. Regiam Majestat. lib. 2. cap. 71. § 5. et Statuta secunda Roberti J. Regis Scotiæ cap. 7. § 2.

PARVÆ SERGENTIE SUNT EÆ, quarum servitium ad dimidiam marcam debeat appetiari, vel quæ non respiciunt Regem, nec patriæ defensionem, ut equitare cum domino, vel domina, et portare brevia, pascere leporarios et canes domini, mutare aves, invenire arcus et sagittas vel portare, etc. apud Bracton. lib. 2. cap. 16. § 6. cap. 35. § 6. cap. 37. § 5. Adde Fletam lib. 1. cap. 10. 11. lib. 3. cap. 14. § 7. Littletonem sect. 159. 160. 161. Cowellum lib. 2. Instit. tit. 3. § 2. 3. et Rastallum verbo Grand Serjanty. Ejusmodi Parvarum Serjantarum passim mentio occurrit. [Literæ patentes Henrici II. Reg. Angl. ann. 1155. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. v: Nos non habebimus custodiam heredis vel terræ alicujus qui tenet de alio per servitium militare, occasione alicujus parvæ Serjanturæ quæ tenetur de nobis per servitium reddendi carellas, vel sagittas, etc.] Charta Libertatum Angliæ ann. 1215: Nos non tenebimus custodiam hæredis vel terræ alicujus, quam tenet de alio per servitium militare, occasione alicujus Parvæ Serjanturæ, quam tenet de nobis per servitium reddendi cultellos, vel sagittas, vel hujusmodi. Charta Philippi Augusti ann. 1211. apud Hemereum: Item de serjantariis antiquis, quas Ecclesia S. Quintini habuit temporibus Radulphi et Philippi Comitum Viromandensium, ita statutum est, quod si ille, qui serjantiam tenuerit, transulerit se ad religionem, vel ita senex sit vel impotens, quod suum non possit officium exercere, ille qui propinquior erit in genere, succedat, et in ea libertate, in qua ille prius eam tenuerat. Si tamen illam serjantiam dividerit, poterit etiam illum justitiare, sicut prædecessorem suum, nec illum, qui serjantiam dimiserit, poterit capitulum garandire vel defendere, nisi eum specialiter, qui de ea tenens fuerit et saisitus. De illis autem communibus servientibus, qui servitium Canonicis in propriis personis, ... puta de illis, qui serviunt de pane faciendo, de furno calefaciendo, de buticulariis, etc. Atque ii dicuntur Franci servientes, Gallice Francs Sergeans, quod ab omni tallia et villi alio onere immunes sint. Charta Philippi Regis Franc. ann. 1289. apud eum-

dem Hemereum: Concessimus per nostras literas ipsis Decano et Capitulo, quod, quumdiu ipsi cessarent a pastibus suis solitis, haberent omne commodum suorum francorum Servientium, qui eisdem in Capitulo in propriis personis in dictis pastibus servire tenebantur, convertendum et ponendum in acquitationem debitorum... Et quod præfati Franci servientes dictis pastibus cessantibus gaudebant libertatibus quibus gaudebant, quando dictis Decano et Capitulo in dictis pastibus serviebant, etc. Supra in Charta ann. 1288. dicuntur Servientes Ecclesie. Erant autem illi Buticularius, Panetarius, Scutellarius, Furnarius, Custodes ostii, Deportatores punis, Latores Literarum, Magister coquus, Subcoqui, ab omni munere immunes: Li Sergeons communs, francs et quittes de le Commune, des uises et de le charge de le Commune: surgens en l'Office de Maistre keu, et Soubkeu, d'Huisier, Bouteillier, d'Eschuer, de porter lettres. Ita membranæ veteres, inquit idem Hemereus. Ejusmodi perinde est sergenteria, de qua Codex Groylandensis Monasterii: Concessimus etiam tunc sergentiam Ecclesie nostræ Semanno de Lek, qui veniens coram Conventu in nostro publico Parlamento similiter juramentum præstitit, quod fidus et fidelis nobis existeret, et officium suum diligenter custodiret. Recitavimusque illi officium suum, scilicet quod sit intendens tam in noctibus quam diebus, et ille illuminabit omnia luminaria Ecclesie, ... pulsabit omnes pulsationes, etc. Sergenteria de pacito spatia apud Feritaten S. Muthæi, etc. Regestum Feodor. Comitatus Pictaviensis: Joannes Vigerii, Clericus homo Do. Comitatus Pictav. de ballia sua la Ferrière S. Maxentii, ad homagium planum, et ad servitium unius tripodis, et unius calderie sufficientis ad unum bovem coquendum, quando sibi in domo sua S. Maxentii est necesse. In Aresto ann. 1265. in 1. Regesto Parlam. f. 38. Alibi f. 195: Quidam de Normannia tenens quandam sergentiam a Rege, videlicet piscandam in aqua Regis apud vallon Rodolii, pro qua tenebatur Regi reddere omnes vendesias quas capiebat ibidem, etc. Ubi vendesia, est pisciculus, nostris Vendoise. Ejusmodi servientium feodalium villa alia servitia recenset præterea Tabul. S. Dionysii ann. 1284: Que il pour lu raison de ladite Serjantier d'Anvers estoit tenu à garder les prés audits Abbé et Convent, les bois, les garennes, la justice de l'iaue, mettre les bornes, faire les venes, garder les prisons et les prisonniers, faire les sermons et les adjournemens, gagier les hommes de ladit ville, et prendre en tous cas ou il afferra, et faire toute maniere de service, qui appartiennent à servant, soit en gardant ou en justiciant, etc. Tabular. S. Albini Andegav. : Præcata est ista Adelais Abbatem et Monachos, ut pro amore suo concederent unum bordagium in ipso ulodio uni suo servienti, nomine Bernerio, et uni suo hæredi post illum in servientagio, ut sicut ille Bernerius servierat exinde sibi, id est, Adelaidi antea: sic postea ipse et unus hæres suus serviret Monachis: post illius autem et sui hæredis decessum, rediret in dominium Monachorum. Ubi serventagium præcariæ et sergenterie species est. Rege-



stum feodorum et servitiorum ex Camera Comput. Paris. fol. 6: *Huë Waspal tient sa terre par Sergenterie, et doit garder la porte du chateau de Roëin*. Fol. 76: *Robert du Chastel tient sa terre du Roy par Sergenterie, et doit aler comme Sergeant du Roy à prendre les larrons*. Fol. 174: *Jeans de Lunnet est Sergens du Roy de 20. arpens de terre, etc. Le service que tels Sergens doivent au Roy, est de garder les muisons des Chevalliers de la Chastellenie, toutesfois que il forfont contre le Seigneur, et aler en chevaulchie du Seigneur de Champagne*. Andegavensia Homagia præstita Mariæ Regina Siciliæ ann. 1287. in Regesto Ludovici Regis Siciliæ et Ducis Andegavensis: *Pelerin de Roboan est obligé à cause du fief de Botart au devoir de garder les larrons qui sont pris en la forest de Monnois. Perrot Rileau de Percuy à cause de son fief est obligé à devoir de garder les prisonniers, et les reudre à Bauge*. Folio 94: *Guillaume Augier doit foy simple à cause de sa Sergenterie fayée en la ville et quinté du Mans à service d'aller en la compagnie du Prevost et des Fruncs du Mans porter le Crucifix à S. Julien en la Procession et Sermon le jour de Pasques Flories pour tout devoir. Saiton Martineau doit foy simple à cause de la Sergenterie fayée de S. Caluys à devoir d'estre le jour de Pasques Flories à veoir roupre les lances que les Francs rompent, et estre en la compagnie du Comte ou de celluy qui represente sa personne à convoier la Croix en l'Eglise de S. Julien, etc.* Vide Histor. Reomaensem pag. 324. 325.

\* **SERVIENS FIRMARIUS**, *Sergent fermier*, in Consuet. Brit. art. 674. Officii *servientis* conductor, qui vices *servientis* gerit, numerandæ pecuniæ interveniente pacto.

† **SERVIENTES FRANCI**, Gallice *Francs Sergeants*. Vide supra in *Parvæ Sergentie*.

† **SERVIENTES GENERALES**, Idem qui Apparitores Regii, quorum jurisdictio nullis limitibus coercetur. Statutum Ludovici Hutini ann. 1315. tom. 1. Ordinat. pag. 622: *Item. Conqueritur idem Dux (Britanniæ) super eo quod quidam Servientes nostri, qui dicunt se esse Servientes Generales in ressorto Britanniæ, sergentant ibidem, etc. Servientis generalis in villa S. Eugendi mentio est in Statutis S. Claudii ann. 1448. pag. 56.*

† **SERVIENS CUM GLADIO**, Idem qui *Serviens armorum*. *Robertus de Noviller armiger, debet servitium x. dierum, tanquam Serviens cum gladio*, apud D. Brussel de Usu feud. tom. 1. pag. 172.

**SERVIENTES HUNDREDI**, dicti olim apud Anglos, qui postea *Ballivi*. Spelm. ex Bractono lib. 5. tract. 1. cap. 4. n. 2. pag. 330. et alibi.

**SERVIENTES AD LEGEM**, dicti olim in Anglia Doctores, vel juris Antecessores, ut censet Joan. Seldenus in Prolegomenis ad Historicos Anglicos pag. 44. tametsi, inquit, *Judices nostros Doctoribus, et Servientes Bacalaris* respondere dicat Joannes Rossus Warwicensis. Spelmannus Causidicorum species tres statuit, inferiorum eorum qui ad *borras* vocantur: secundam *Apprentitorum*: tertiam *Serjantorum*, vel *Servientium ad legem*, qui olim *Servientes Narratores* dicebantur, hoc est *Advocati*.

Fortescutus de Legibus Angliæ cap. 8: *Advocati, qui in regno Angliæ Servientes ad legem appellantur*. Atque hi, inquit idem Spelmannus, summum obtinent gradum in Legum Anglicarum professione, sicut in Jure Civili, qui *Doctores* appellantur. Et licet *Serviens* quis hujusmodi opibus nonnunquam magis pollet, quam integrum fere *Doctorum* Collegium, etiam et multa hodie antecedit æstimatione: *Doctorum* tamen institutio nobilior fuisse videtur, et antiquis honoratior: *Doctoris* etiam appellatio est *Magisterii*: *Serjantis*, Ministerii. *Doctores* sedentes cathedrati infra curiam et pileati disputant: *Serjanti* stantes promiscui extra repagula curiæ, quæ *barrus* nuncupant, absque pilei honore, sed tenui calyptra, quam *Coifam* vocant, induti causas agunt et promovent.

Ad gradum autem hunc sic pervenitur. Cupidus legum adolescens, primo se sistit in uno Collegiorum Juris, (sunt enim 4. quæ et *Hospitia* vocant) emensisque illic studiosius annis 7. vel 8. ad *Barram*, ut loquuntur, hoc est ad agendas causas, evocatur. Denos posthinc annos, vel 12. Lector publicus in aliquot *Hospitorum* Cancellariæ emittitur, tantumdemque penes postea idem hoc munus in sui ipsius Collegio eo fastu exercetur, ut 2. vel 3. hebdomadarum spatio bis mille pene coronatos Gallicos expendisse unusquispiam dignoscatur. Laute enim epulari solet, convivisque adhibere præcipuos regni magnates. Hactenus Spelmannus, qui hos versus describit ex *Gowero* in Voce clamantis lib. 6. cap. 4:

Est Apprentitus, Sergandus post et adultus,  
Judicis officium sine notabat eum.

*Serjancius ad legem*, apud Knyghtonum pag. 2727. *Serviens D. Regis ad legem*, pag. 2694. ubi ejusmodi *Servientes* ad legem postremi inter *Justitarios* consistunt.

Sed de *Servientium ad legem* dignitate et prærogativa audiendus præsertim Joannes Fortescutus de Laudibus legum Angliæ cap. 50. ubi ait, in Anglicis Academiis non vigere *Bucalariatus*, et *Doctoratus* gradus, sed alium non minus celebrem, qui *Gradus Servientis ad legem appellatur*: et sub hac conferri, quæ subsequitur, forma. Capitalis *Justitiarius de communni banco*, de consilio et assensu omnium *Justitiariorum*, eligere solet, quoties sibi videtur opportunum, 7. vel 8. de maturioribus personis, quæ in prædicto generali studio magis in legibus profecerunt, quorum nomina in scriptis Cancellario Angliæ deferenda curat. Is vero per Regis Brevia, cuilibet electorum illorum mandat, ut coram Rege stato die, adsint, ad suscipiendum *statum et gradum Servientis ad legem*: quo quidem die electi illi *inter alias solennitates festum celebrant et convivium*, ad instar Coronationis regis, per 7. dies, ita ut singulorum expensæ non minores esse possint quam 16000. scutorum: quippe eorum quilibet tenetur dare annulos aureos *ad valentiam in toto 40. librorum ad minus monetæ Anglicanæ*, cuilibet nempe Principi, Duci, et Archiepiscopo, qui hisce solennitatibus intersunt, ut et Cancellario ac Thesaurario Angliæ, annulum valoris 26. sterl. 8. den. et cuilibet Comiti et Epi-

sco consimiliter præsentibus, nec non Custodi sigilli, utriusque Capitali Justitiario, et Capitali Baroni de Scaccario Regis, annulum 20. sol. et omni domino Parlamento, Abbati, notabili Prælato, et magno Militi tunc præsentibus; et aliis ejusmodi annulum unius marcæ, et sic de cæteris, adeo ut nullus fere sit *Officiarius inferioris gradus*, qui pro sua dignitate annulo non donetur. Amicis præterea et domesticis dant annulos, et *librutam magnam panni unius sectæ*: adeo ut in nulla orbis totius Academia ad *Doctoratus gradum* consequendum tam magnifici sumtus fiant, ac dona erogentur: nec mirum, cum in Anglia *Servientis ad legem dignitas* lucri plurimum afferat, sitque gradus ad amplissimas dignitates consequendas. Nullus enim *Advocatus in universo mundo, qui ratione officii sui tantum lucratur*, ac ille. Deinde nemo in regni licet legibus scientissimus, admittitur ad *officium et dignitatem Justiciarum in Curia placitorum coram ipso Rege et communis banci, quæ sunt supremæ curiæ ejusdem regni ordinariæ, nisi ipse primitus stutu et gradu Servientis ad legem fuerit insignitus*. Nullus autem ad hunc gradum assumitur, nisi in generali legum studio 16. annos ad minus compleverit.

† *Servientes Regis ad Legem* in Anglia sex vulgo jam numerantur, duo in Hibernia: *Servientium vero Communium ad legem* numerus procedit usque ad viginti in Anglia; at duo tantum sunt in Hibernia, tametsi plures esse possunt. *Servientes Regis* pro quibusvis privatis hominibus causas agere non prohibentur, præterquam adversus Regem: quod *Servientibus Communibus* non est interdictum. Qui *Regi* datur annulus non carius emitur quam 100. lib. cæteri proportionem servata. Annuli qui a *Servientibus Regis* dantur iis inscribuntur verbis, *Deo, Regi et Legi*, *Servientium vero Communium* his *Deo et Patriæ*.

Jam vero eorum habitus ejusmodi est: *Quilibet eorum semper utitur, dum in Curia Regis sedet, birreto albo serico*, quod primum et præcipuum est dignitatis symbolum, quoque in eorum creatione decorantur. *Nec birretum illud Justitiarius, sicut nec Serviens ad legem, unquam deponit, quo caput suum in toto discooperiet, etiam in præsentia Regis, licet cum Celitudine sua loquatur*. *Roba denique longa ad instar Sacerdotis cum capicio penulato, circa humeros, et desuper collobio, cum duobus labellulis, qualiter uti solent Doctores legum in universitatibus quibusdam, cum supra-descripto birreto utuntur*. Potest etiam *stragulata veste, aut coloris bipertiti uti*.

† Per annum duntaxat a receptione utuntur *servientes* toga illa bipertiti coloris: dehinc in hieme nigri, in æstate violacei, in festis diebus coccinei coloris. Apud Hibernos *servientes* non induuntur tenui calyptra seu *coifæ*, sed veste serica, uti patroni nostri, quæ ex anteriori parte aperta est globulisque ordinatim dispositis astricta.

\* **SERVIENS LIBER**, Ab omni munere immunis. Charta ann. 1225. in Lib. 1. nig. S. Vulfr. Abbavil. fol. 8. vº: *Cum controversia verteretur inter decanum et capitulum S. Wlfrani de Abbatisvilla ex una parte,*



et Renoldum præpositum de Riedviler ex altera, super homagio et servicio et pluribus aliis rebus, quas ipse Renoldus ad feodum suum pertinere dicebat;.... compositum est in hunc modum, quod dictus Renoldus homoligius remanebit ecclesiæ et Serviens liber.

\* SERVIENS AD MAKAM, seu ad clavam, Gall. *Sergent à masse*. Lit. Official. Noviom. ann. 1347. in Reg. 68. Chartoph. reg. ch. 325 : *Johannes dictus Bosquet Serviens ad makam.... domini Noviomensis episcopi, etc.*

SERVIENTES DE MANERIO, Villici, quibus manerii cura incumbit. [*Serviens qui eustodiebat manerium*, in Regest. S. Justi fol. 21. vº. Capitul. de Villis Caroli M. cap. 39 : *Volumus ut pullos et ova, quos Servientes vel mansuarii reddunt, etc.* Capitul. lib. 3. § 191 : *Auditum habemus qualiter et Comites et alii homines.... faciunt servire ad ipsas proprietates Servientes nostros de eorum beneficio, et curies nostræ remanent desertæ.*] Math. Paris ann. 1252 : *Audito igitur de tunsionibus quibus ostia confringebantur, et de clamoribus effractorum et tumultu, accessit Serviens de manerio, ut eorum inpetus compesceret.* [Adde Thomasser. in Biturig. pag. 187. et Kennett. in Antiquit. Ambrosd. pag. 287.]

¶ SERVIENTES NARRATORES, Advocati, iidem qui *Servientes ad legem*, apud Th. Blount in Nomolex. Anglic. : *Prædictus Thomas le Mareschal dicit quod ipse est communis Serviens Narrator coram justitiariis, etc.* Vide *Narratores* et *Prælocutor*.

\* SERVIENS NATURALIS, Proprius, domesticus. Chartul. S. Joan. Laudun. ch. 140 : *Ego Ingelranus abbas omnibus in perpetuum notum esse volumus universis, quod Havinus ecclesiæ nostræ naturalis Serviens in manus nostras se reddidit in monachum.* Vide *Naturalis* 2.

\* SERVIENTES NIGRI, Ab habitu nigro sic nuncupati. Sent. ann. 1288. apud Murator. tom. 6. Antiq. Ital. med. ævi col. 461 : *Inter nappularios et addextratores urbis ex una parte, et Servientes nigros de familia domini papæ ex altera exorta fuit materia quæstionis, super eo videlicet, quod omnia servitia, quæ dantur per prælatos et abbates in consecrationibus et benedictionibus ipsorum, quæ fiunt in urbe per dominum papam, vel alium de mandato suo, ipsi nappularii et addextratores asserebant ad se totaliter pertinere : dieti vero Servientes nigri pro se ac aliis, cum quibus servitia prædicta communicant, quando ad eos perveniunt, contrarium responderent, etc.*

\* SERVIENS DE NOCTE, Vigil, qui excubias nocturnas agit. Chartul. Corb. sign. Cæsar fol. 42. vº : *Donnons à François de Bonour l'office de Sergeant de nuit de ladite ville de Corbie, que anciennement l'on souloit nommer Cercles de nuit. Evrat estant Sergeant du guet à cheval de nuit, in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 98.*

SERVIENTES OFFICII VEL STAGII, in Ordine Militari S. Joan. Hierosol. de quibus Statuta ejusdem Ordinis tit. 2. § 2.

¶ SERVIENTES PACIS, id est, *Banleucæ* seu districtus urbis, *Sergents de la paix*, in Consuet. Valentin. art. 138. Placitum apud Th. Blount in Nomolex. Anglic. : *Et etiam*

habere ibidem sex Servientes qui vocantur Serjeants of peace, qui servant curiæ manerii prædicti, et faciunt attachiamenta et executiones omnium placitorum et querelarum in dicta curia. Vide *Pax*.

\* SERVIENS DE PERTICO, Qui *pertica* agros ex officio metitur. Charta ann. 1200. ex Lib. albo episc. Carnot. : *Si quis tres porcos vel pavesores habuerit, pasnagium eorum erit præpositi et Servientis de pertico commune et in recognitionem usuarii. Habet Serviens de pertico in crastinum Natalis unum panem aut unum denarium de hostisia unaquaque. Vide Pertica* 1.

\* SERVIENS PRATARIUS, *Sergent Prairier*, in Consuet. Castel. Schlus. in Turonibus, Custos pratorum.

¶ SERVIENTES QUERELÆ, *Sergents de la querelle*, in Consuet. Norman. art. 63. Beraldo dicitur Apparitor ordinarius loci in quo orta est querela seu controversia.

SERVIENTES REGIS. Bracton. lib. 3. tit. 2. cap. 32 : *Si sine secta cognoverit se inde esse latronem, coram Vicecomite, vel Coronatore, vel Serviente Domini Regis eum testimonio bonorum et proborum hominum, extunc furtum dedicere non possit, quia tales habent recordum.* Ibid. cap. 28 : *Virgo raptâ... et sic debet ire ad Præpositum Hundredi, et ad Servientem domini Regis, et ad Coronatores, et ad Vicecomitem, et ad primum Comitatum faciet appellum suum.* Ubi hæc Spelmannus subdit : videlicet Regem habuisse in singulis Comitatus Servientem ad legem, in nomine suo Coronæ placita prosequentem. Nostris,

SERVIENTES REGIS, dicuntur Regii Apparitores, qui alias ¶ *Servientes armorum* vocantur. Continuator Nangii ann. 1323 : *Quendam Servientem Regis in baculo suo ut moris est Regis Servientibus, Regis insignia deferentem, proprio baculo interfecit.* Vide Seldenum ad Eadmerum pag. 170. et Knyghtonem pag. 2677.

\* SERVIENS SECULARIS, Laicus servitio alicujus monasterii addictus. Charta ann. 1270. in Chartul. Pontiniac. ch. 105 : *Neque in eorum Servientibus secularibus, qui erunt ad panem et ad sal de Pontigniaco (justitiam poterunt facere).*

\* SERVIENS SCUTELLÆ, Officium ad mensam regiam. Charta Phil. VI. ann. 1339. in Reg. 73. Chartoph. reg. ch. 263 : *Nostre amé vallet Servant de l'escuelle en nostre sale Mace Mareiau, neveu de nostre amé et féal chevalier et chambellain Robert Fretart, etc.*

SERVIENTES SPATHÆ, vel *spadæ*, in Charta Ludovici Hutini ann. 1315. pro Normannis. [*Serviens spatarius*, in Litteris ejusd. Reg. ann. 1314. tom. 1. Ordin. pag. 552. *Serjant du plait de l'espée*, in Mandamento Philippi Pulchri Reg. Franc. ann. 1309. ibid. pag. 464.] De horum officio, sic vetus Consuetudo Normanniæ MS. 1. part. sect. 1. cap. 11 : *Sous les Viscontes sont les Serjans de l'espée, lesquels doivent tenir les veuës et doivent faire les sermons, et les commandemens des Assises, et faire tenir çen que jugé y est : si doivent les nans delivrer qui sont pris, gardé sus ce l'ordre de droit : et si doivent avoir de chascun veuë sustenir 11. den. et autres si de chascun nan, que il delivrent; et pour ce*

sont-il dis Serjans de l'espée : quar il doivent justicier vertueusement à l'espée tous les malfeteurs, et tous ceux qui suient malveses compagnies, gens diffamez d'aucuns crimes, et gens fuitis et forbannis, et les doivent ó le glaive de l'espée et avec autres armes si vigoureusement justicier, que la bonne geut qui sont paisibles feussent par les Serjans de l'espée garde paisiblement, et que les malfeteurs soient espoantez et punis selon droit, et à ce furent les Serjans de l'espée principalement establis.

\* SERVIENS VINI, itidem Officium ad mensam regiam, in Charta ejusd. reg. eod. an. ibid. ch. 133 : *Comme Pierre de Cuise nostre amé vallet Servant de vin, en sale, etc.*

\* *Servientium* baculi seu virgæ armis dominorum, quorum jurisdictionem exercebant, insigniebantur. Libert. Villæ-franchæ ann. 1369. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 700. art. 5 : *Servientes, qui baculos consuetos cum armis dieti domini regis et villæ prædictæ depictos valeant deportare.* Rursum occurrit in aliis Lit. ann. 1368. ibid. pag. 709. art. 2.

¶ SERGANTERIA, *Servientis* feudum, beneficium, seu redditus propter ejusdem officium. *Sergenterie*, in Consuet. Norman. cap. 26. 28. 33. 34. 53. 85. 117. *Sergentie*, in Britan. art. 674. 677. Chartul. SS. Trinit. Cadom. fol. 86. verso : *Rainaldus de Roqua tenet in vavassoria 1. acram... et Gaufridus unum mansuagium in Serganteria.* Occurrit etiam in Cod. censuali Episc. Autiss. ann. circit. 1290. Vide *Serventagium*.

¶ SERGANTIA, Eadem notione, in Lib. nig. Scaccarii pag. 183 : *Tenet de Rege in capite feodum suum per servitium 1. militis, et per Sergantiam suam.*

¶ SERGANTERIA, Pari significato. Regest. Olim ad ann. 1273. fol. 195. vº : *Per arrestum patet quod in Normannia dom. Rex dabat terras suas Sergenterias, exempli gratia, dicitur quod quidam tenens Sergenteriam a Rege, etc.*

¶ SERGENTURA, Eodem intellectu. Regest. Magn. Dierum Campaniæ fol. 50 : *Districte inhibuit omnibus ballivis et præpositis terræ Campaniæ Briague comitatuum, ne de cetero vendant nec vendere permittant aliquibus personis Sergenturas seu majorias in jurisdictionibus eorundem existentes.*

¶ SERGANTERIA, Eodem sensu, in Charta ann. 1249. ex Tabular. B. M. de Bononuntio Rotomag. : *Totum illud jus quod ratione Serjantariæ meæ de Ouneivo à dictis viris religiosus hereditarie reclamabam.*

¶ SERJANTIA, SERJEANTIA, ut *Sergenteria*. Vide supra in *Magnæ Sergentiæ*.

¶ SERGANTERIA, SERGENTERIA, *Servientis* seu apparitoris officium, *Sergentise*, apud Butiller. in Summa rurali. Litteræ Johannis Reg. Franc. ann. 1361. tom. 3. Ordin. pag. 554 : *Quod omnes servientes qui... ultra numerum... reperientur instituti, ... a dietis Sergentiarum officiiis penitus amoveantur.* Adde Litteras ejusd. Reg. ann. 1363. ibid. tom. 4. pag. 232. Statutum Philippi Pulchri ann. 1302. ibid. tom. 1. pag. 366 : *Idem de scripturis, sigillis, Sergentariis, vicariis, aliisque sub eis officiiis censemus esse tenendum. Sergentiis, ex eod.*



Statuto editum apud Menester. Hist. Lugdun. pag. 86.

† **SERGENTARIUS**, Ad *servientem* seu apparitorem pertinens. Charta ann. 1307. apud Stephanot. tom. 2. Fragm. Hist. MSS: *Item quod servientes... non facient aliquod officium Sergentarium, nec expectabunt nisi cum litteris iudicis instituti, in quibus continetur factum pro quo contingit homines expectabiles citari, vel in terra ecclesie expectabiles officio Sergentario uti.*

**SERGENTARE**, Apparitoris officio fungi, Gallice *Sergenter*, Executioni Judicis decretum mandare, in Chronico Flandrensi. Charta Philippi Regis Franc. ann. 1307. pro Lugdunensib.: *Multos tenebimus bastonarios, servientes, vel officiales quosque, qui pignorare, seu Sergentare valeant quoquo modo, vel aliud officium exercere, nisi in cusu ressorti nostri.* [Alia ejusd. Reg. ann. 1319. ex Tabul. Calensi pag. 333: *Nomine dictorum Majoris et juratorum Sergentabat et virgam deferebat.* Gesta Episc. Andegav. apud Acher. tom. 10. Spicil.: *Nos igitur pari ratione capimus vos, quia... Sergentur in terra domini Episcopi Andegavensis.*]

\* **SERVIENTS**. Charta ann. 1351. in Reg. N. Chartoph. reg. ch. 26: *Item unum nappum seu ciphum a tribus pedibus, cum tribus Servientibus, et unam cuppinam de argento ejusdem facturæ et laborerii, ponderis marcarum xvij. An Servientis effigies? an vasis ornatus.*

† **SERVIENTAGIUM**. Vide *Serventagium*

† **SERVIENTALIS**, Ad *Servientes* seu servos spectans. Vide supra *Libru Servientalis*.

† **SERVIENTARIA**, **SERVIENTELA**. Vide *Serventagium*.

**SERVIENTIA**, *servitium*. Tabul. elemosynariæ Montismorillonis fol. 48: *Et retinuerunt in eodem manso sibi Servientiam de milio et de panicio, et dimidiam eminum siliginis, etc.* Fol. 52: *Medietatem de terragio, et medietatem Servientie.* Fol. 57: *Dedit omnem Servientiam, quam habuit in predicta terra, etc.* Adde Tabular. Absiense fol. 134. [Litteræ Johannis Reg. Franc. ann. 1356. tom. 4. Ordin. pag. 352: *Totam cognitionem, punitionem, confiscationem emendarum, Servientiarum, et sententiarum quarumlibet prolatarum compulsionem, etc.* Vide *Serventagium* et *Serventia*.]

\* **SERVIENTURA**, *Servientis* feudum, beneficium. Charta ann. 1231. in Chartul. S. Corn. Compend. fol. 173. vº. col. 2: *Ingorannus de Mauerio recognovit se vendidisse ecclesie beate Mariæ Compendiense Servienturam, quam dicebat se habere apud Civerias et Omens le Mont pro sexaginta solidis Parisiensibus.* Vide *Serventagium*.

† **SERVIETA**, a Gall. *Serviette*, Mantile. Inventar. MS. Ecel. Aniciensis ann. 1444: *Item quedam Servieta modici valoris cum barris de persico.* Statuta MSS. Capit. Tulensis ann. 1497: *Diaconus accipiat de manu presbyteri (patenam)... et cooperiatur Servieta lata et longa de serico.* Ubi indicari videtur fascia illa qua inter sacra utuntur, vulgo *Echarpe*.

\* Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar.: *Item plus triginta manutergias, vulgariter vocatas Servietas, filii lini.* Ea ute-

bantur in torquendis iis, ex quibus facti alicujus veritatem extorquere volebant. Acta dissolut. matrim. Ludov. XII. fol. 149. rº. ex Bibl. reg.: *Eundem (dom. de Vatan) ter aut quater in questione seu tortura dura posuerunt, et cum sic torqueretur cum Servieta et aqua, quæ imponebatur corpori suo ipsum torquendo, Servieta, quæ extrahabatur ab ore suo, erat rubeior quam bombicinium suum, quod erat de sartinio rubeo.*

† **SERVIVETUM**, pro *Servitium*. Charta ann. 1231. ex Tabular. S. Victoris Massil.: *Sive sint usatica, et Servieta, et albergia, aut corvata, aut alia servitia pecuniaria, vel non.*

\* **SERVIGIA**, pro *Cervisia*. Charta ann. 1470. in Suppl. ad Miræum pag. 627. col. 2: *Ministrare tenebuntur singulis diebus olera sive potagium, et quilibet hebdomada duos potos Servigiæ.* Vide supra *Servesia*.

† 1. **SERVILIS**, Officiosus, Gall. *Serviable*. Regula reformat. Monast. Mellic. in Chron. ejusd. pag. 354: *Paci et concordie dent operam, charitativi et Serviles sint invicem, et in laboribus se mutuo juvantes.*

† 2. **SERVILIS**, Ignobilis, Gall. *Roturier*. Charta apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 32: *Mansum unum indomincatum, seu alterum Servile in pago Turonico.* Alia ann. 1245. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 394: *Tam de terris gentilibus, quam Servilibus. Servilis et censuales, id est, servitiis et censibus obnoxius, in Histor. Novient. apud eumd. Marten. tom. 3. Anecd. col. 1128. Vide *Servitiulis*.*

**SERVIMEN**, pro *Servitium*. Vita Burcardi Episcopi Wormaciensis: *Monasterium enim in honorem S. Martini consignavit: sed muro ex parte pervato regalibus crebrositate Serviminis... impeditus peragere non potuit.* [Gesta Abbat. Mediani Monast. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1124: *Præter præfati impensas Serviminis.* Acta SS. Bened. sæc. 4. part. 2. pag. 261: *Decimas etium ex proprietate suæ ecclesie ibidem pro exhibendo sibi Servimine et censu in beneficium præstitit.*] Ad *servimen* revocare, in Vita S. Landrici Episcopi Metensis num. 4. M. Justinus Lippiensis in Lippiflorio pag. 153:

Hactenus in vestro vitam Servimine vixi.

† 1. **SERVIRE**, aliquid nomine *Servitii* ministrare, præstare, exsolvere. Tabul. Principis de Rohun: *Item unar cartum frumentis, unum cartam orde, et ii. denar. quos Serviant dicti heredes.* Item unam *eyniam* frumenti et v. pictas quas Serviant *Petrus Verderii, etc.* Litteræ Arnaldi Archiep. Auc. ann. 1365. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 164: *Nihil tamen ideni procurator visitationis lujus nomine camere præfati dom. Papæ obtulit vel Servivit.* Ranfredus JC. sub Friderico II. in Ord. judiciario tit. de Villanis: *Servium in Pascha vel in Nutali duas gallinas, vel libram piperis, vel aliquid aliud.* Charta ann. 1289. apud Ludewig. tom. 4. Reliq. MSS. pag. 116: *Ibidem area quæ Servit decem denarios de quodam prato et nova plantatione octo denarios... et saltus in Dehemstorf cum xii. fasciculis lini per singulos annos Servientis.*

† **SERVIRE** dicitur Sacerdos qui Ecclesie deservit eamque administrat, in Leg. Bajwar. tit. 1. cap. 1: *Et sic tradat ipsam pecuniam coram Sacerdote qui ibidem Servit.* Vide in *Servitor*.

† *Servir ne de tant ne de quant*, Formula loquendi nostris olim usitata. Le Roman de *Vacce MS*:

Se li Rois lui aloit de nule riens fausant,  
Jamez nel Serviroit ne de tant, ne de quant.

Hoc est, nullomodo.

\* Nostris *Servir devant autrui*, pro *Etre au service de quelqu'un*. Lit. remiss. ann. 1374. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 458: *Jehan Dourderon, poure varlet charton, Servant devant autrui, etc.* Practicus nostratibus *Servir son jour*, Idem quod *Compartmentre à une assignation*, Ad vadimonium venire. Lit. remiss. ann. 1390. in Reg. 138. ch. 281: *Il s'en revint à S. Felix le Dimanche suivant 24. Juillet pour Servir son jour à lendemain ensuivant, contre ledit David.*

† 2. **SERVIRE**, pro *Servare*. Capitul. Francoford. Caroli M. ann. 794. § 52: *De ecclesiis quæ ab ingenuis hominibus construuntur, licet eas tradere, vendere, tantum modo ut ecclesia non destruat, sed Serviantur cotidie honores.* Ubi *Servantur* edidit Sirmondus: sed *servire* et *servare* promiscue scribi observat Baluz. in Notis ad Capitul. Vide *Servare*.

† **SERVITÆ**, Ordo Religiosorum. Vide *Servi B. Mariæ*, in *Servus*.

**SERVITIALIS**, *Servitio* alicui obnoxius, qui *servitium* debet. Charta foundationis Monasterii S. Petri Generensis: *Cum ingenuitate totius Benacensis honoris, qui mihi erat Servitialis.* Libertates oppidi Baugiaci in Sebusiis ann. 1250: *Exceptis terris et possessionibus quæ censuales et Servitiales aliis existere dignoscuntur.*

\* Testam. Mathildæ comit. ann. 951. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 1063: *Item judico meus tunicas et meas massaricias et viginti cappas ad Marianam Servitiam meam, quæ servit mihi annis septem.*

**SERVITIALIS**. Glossema ad Ennodium lib. 9. Epist. 9. edit Basil.: *Vernula servitialis, hoc est, serva editus. Servigiale, Italis.* [Servus, famulus. Charta ann. 1403. ex Schedis Præs. de *Muzaugues*: *Item Servitialis quæ tulit vinum... Servitilibus duobus conventus.* Statuta Massil. lib. 4. cap. 24. § 4: *Sane ab hac constitutione excipimus Servitiales cærgatorum, de quibus est ordinatum quod xxv. peregrinis possit adjici unus Servitialis.* Adde Acta SS. tom. 7. Maii pag. 154. et tom. 3. Junii pag. 456. Provincialibus *Serviciou*, qua voce potissimum intelligunt mulierem quæ puerperæ servit. Vide Joan. Villaneum lib. 8. cap. 80.

† **SERVITICUM**, ut *Servitium*; Quomodo etiam f. legendum est. Charta ann. 1153. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 543: *Item Ugo Escafredi et frater ejus dicebant duos furnos ejusdem villæ suos esse, et D. Raymondus Trencavelli in eis nihil habere nisi Serviticum eorum.*

**SERVITIES**, pro *Servitium*. Utitur Otfridus in Epistola Evangelii Theothiscis præfixa sub finem.



¶ **SERVITIUM**, Officium. Vita S. Cuthberti tom. 3. Mart. pag. 119 : *Post vero obitum ejus multis fratribus narrans Servitionem animalium, sicut leones in veteri lege legimus Danieli servire.*

**SERVITIUM**, Charisio, est multitudo servorum : addunt Glossæ Isid. et ingenuorum obsequium.

**SERVITIUM**, Ministerium, officium. Gregorius Turon. lib. 5. cap. 3 : *Sigo quoque Referendarius, qui annulum Sigeberti tenuerat, et ab Chilperico Rege ita provocatus fuerat, ut Servitium quod tempore fratris sui habuerat, obtineret, ad Childebertum Regem Sigeberti filium, relicto Chilperico, transiit, resque ejus, quas in Suessionico habuerat, Ansoaldus obtinuit.* [Vide Servitus 2.]

\* *Serte et Serve*, Famulatus; maxime vero nostri dixerunt de tempore, quo famulus vel tiro domini vel magistri servitio sese addixerat. Lit. remiss. ann. 1404. in Reg. 159. Chartoph. reg. ch. 167 : *Comme Jehunnin le Fevre, qui avoit esté varlet et serviteur de Jehan Lategnunt, et demouré en son hostel par plusieurs Sertes et années.* Alia ann. 1458. in Reg. 188. ch. 55 : *Le suppliant respondi qu'il estoit mareschal et ne pourroit gagner la vie de lui, de sa femme et enfans sans varlet, mais se sa Serte estoit faite, il le mettroit dehors.* Lit. Alani de Montendre ann. 1307. inter Probat. Hist. Villehard. pag. 59 : *Ge seroit tenu à rendre le dentorant de lu monnoie selon la Serve du temps par années.* Id est, habita ratione temporis mei servitii.

**SERVITIUM**, Minister ipse. [\* Malim operam ipsam, Gall. *Main d'œuvre*, interpretari.] Codex Carolinus Epist. 72. ubi de Placito ad iudicio quodam Pontificali : *Qui residentes una cum Reverendissimo et Sanctissimo Possessore Archiepiscopo, simulque nostris adstantibus Servitiis, Theophylacto Bibliothecario, Stephano Saeculario, Campulo Notario, Theodoro Duce, et cæteris pluribus.* Charta Ludovici Pii apud Petr. Chiffletium, de Concilio Neomagensi : *Sed si necessitas exigit, ut de Servitiis vel nostris vel alienis ad hunc ordinem (Presbyterii) aliquis admitti debeat.*

Hinc nostri *Service* officem vocant. Statutum Cameræ Comput. ann. 1366. inter Ordinatum Reg. Franc. tom. 4. pag. 720 : *Que les taches necessaires pour faire les dites reparacions, soient en maçonnerie, charpenterie, couverture, matieres, Service pour ce faire, etc.* Vide in Servitus 2.

**SERVITIUM**, Officium Ecclesiasticum, Sacra Synaxis, vulgo *Service de l'Église*. Concil. Narbonense ann. 1235. cap. 29 : *Aut Servitio eorumdem (Valdensium) ubi Majore ipsorum librum tenente apertum, per ipsum, quasi sub generali confessione remissionem intelligunt fieri peccatorum... affuerunt.* Vita S. Maldegisii n. 6 : *Et cautius attende, quem tibi monstraveris locum, in quo tu deinceps dominicum expleas Servitium.* [Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angliæ edit. Hearnii cap. 32. pag. 80 : *Et dum naves Angliæ, divinis tumen Servitiis prius, prout muria sinebant, perfectis, etc.* Translat. S. Medardi tom. 2. Junii pag. 102 : *Ac propterea iudicio solenni S. Medardi servitii, etc.* Officium B. M. in-

scribitur in Breviario Sarisbur. *Servitium B. M.* Vide Servitus 1.]

\* *Service*, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1471. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 671 : *Le suppliant se partit pour venir en sa maison en disant ung petit Service de Nostre-Dame.*

¶ **SERVITIUM**, Officium ecclesiasticum et annuale pro defuncto, *Service*, eadem notatione dicimus. Charta Margaretae Comit. Flandr. ann. 1194. apud Miræum tom. 1. pag. 556 : *Quod centum solidi cedent in usus refectorii, quod in anniversario die depositionis meæ, clericis de choro qui Servitio meo intererunt, singulis annis celebrabitur etc.* Charta Geraldii Abb. Angeriac. ann. 1385. ex Tabul. ejusd. Monaster. : *Item in die qua debet fieri Servitium domini Thomæ Abbatii XIII. pannes frumenti.* Instrum. ann. 1399. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 869 : *Celebratum officium seu Servitium defunctorum, etc.* Adde Madox in Form. Angl. pag. 260. *Servitium decantare*, in Charta ann. 1366. pro Aquariatu de Talemundo.

\* *Service*, eodem sensu, in Testam. Helvid. uxoris Joan. dom. de Insula ann. 1274. ex Chartul. Vallis N. D. : *Je en lais jornal et demi à l'église, pour non Service faire le jour de mon eniversaire.*

¶ **SERVITIUM**, Redditus, tributum, quævis præstatio, Gall. *Redevance*. Libertates hominum de Prisseyo ann. 1362. inter Ordinatum. Reg. Franc. tom. 3. pag. 597 : *Cum mensura quum dabimus nostris, mensurabitur in dicta villa et en utetur in villa in mercato et extra; ita tamen quod ad antiquam mensuram reddentur Servitiam.* Ubi leg. *Servitia* monet Cl. Editor. Terrarium Humberti de Villars ann. 1391 : *Constitetur tenere tertiam partem prati sub Servitio anno quolibet III. solid. VIII. den.* Vide in Servitio 1.

**SERVITIUM** regulariter accipitur pro quolibet obsequio, quod a vasallis et tenentibus debetur ratione feodi vel tenuræ. Ita Consuetudo Andegav. art. 128. 129. Normanniæ cap. 26. 28. 53. 93. Britanniæ art. 240. etc. De ejusmodi servitio feudali copiose etiam agit Philippus Bellomanerius in Consuet. Bellovacensi MS. cap. 29. Charta ann. 1248. in Regesto Comitum Tolosæ fol. 1 : *Pro predictis feudis vobis fidelis existam, et fidele Servitium faciam, videlicet, guerram et placitum ad commotionem vestram, vel cujuscunque certuntii vestri.* Occurrit ibi crebrius eadem formula. In Charta Villelmi Regis Siciliae ann. 1177. apud Jo. Bromptonum, *concedere in domanio, et concedere in Servitio* opponitur. Priori formula intelligitur nuda proprietates, posteriori proprietates cum onere servitii. Tabularium S. Vitoni Virdunensis : *De aliu terra quæ est in Servitio, etc.* Infra : *De his mansis sunt 7. ad Servitium 5. ass. etc.* [Charta ann. 1095. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 182 : *Hoc concedi absque perditione Servitii sui.* Charta ann. 1223. ex Tabular. S. Medardi Suession. : *Et nomine Servitii recepti a nobis.* Charta apud Madox Formul. Anglic. pag. 137 : *Reddendo inde annuatim unam rosam ad festum S. Johannis Bapt. pro omnibus Servitiis et secularibus demandis. Ea-*

dem leguntur in Charta ann. 1429. ibid. pag. 146.]

\* Charta ann. 1201. ex Chartul. 21. Corb. : *Servitium quoque dieta ecclesie facere tenebuntur, quæ alii liberi homines faciunt dominis suis, scilicet in exercitu, militia, frequentia curiæ et placitorum ejusdem.* Alia Joan. vicedom. Ambian. ann. 1300. ex Chartul. 23. ejusd. monast. : *Lequelle Service nous sommes tenu de faire par nous ou par autre,.... aller à ses assises pour estre as consaulx et as jugemens avec ses autres hommes, qui sont no per.*

¶ Observandum omnino est voce *Servitium*, ubi nude occurrit in Chartis clientelarum, ut plurimum significari *Servitium militare*, quo vassallus dominum suum in exercitum pergenterem sequi tenebatur. Eo sensu usurpatur in Regesto feodorum Campaniæ fol. 71 : *Dux Lothoringiæ, fduciam, justitiam et Servitium (debet.)* Vide in *Hominium*.

**SERVITIUM**, Quodvis munus. Observantia Regni Aragon. lib. 9. pag. 40. v. de Suprajunctariis : *Si receperint Servitia, ut prorogarent pignora quæ facere debebant, etc.* Chart. 41 : *Si receperint Servitia faciendam justitiam, etc.*

\* Comput. ann. 1357. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 192. col. 2 : *Solvit... nobili et potenti viro domino senescallo Bellicadri et Nemausi, pro Servitio eidem facto, juxta arrestum consilii, actento quod plura fecerat pro utilitate reipublicæ dictæ civitatis, hic l. florenos.*

**SERVITIUM ANNUM**, Quod quotannis præstatur domino : *Service annuel*, in Consuetud. Andeg. art. 129. 395. Genom. art. 141. Pictavensi art. 176. etc. Bracton. lib. 5. tract. 1. cap. 1. § 1 : *Fit etiam aliquando Servitium annuum, et servitium Militare simul, et pro eadem terra, et tunc in brevi proponendum est Servitium annuum, sic : per liberum Servitium 10. solidorum per annum, et tunc dicatur, et per Servitium unius feodi Militis : quia si hæc determinatio per annum postponeretur huic ultimæ clausulæ, sic videretur referri ad totum præcedens, et ita sequeretur inconveniens, quia Servitium militare non est annuum.*

**SERVITIUM ANTIQVI DOMINICI**, Est illud quod præstant feudatarii de antiquo Regis dominico tenentes : antiquum enim Regis dominium est omne feudum quod a sancto Edwardo Rege, vel etiam a Guillelmo Conquestore tenebatur, et in libro quem *Domesday* vocant, descriptum habetur. Manneria quippe quæ illic Regi ascribuntur, *antiquum dominicum* Angli appellat, quia nimirum ab antiquo Regis fuerunt. Servitium igitur per quod bi Regis feudatarii tenebatur, *Socagium* dicitur. Jo. Cowellus lib. 2. Instit. tit. 3. § 25.

**SERVITIUM AQUENSE**. Vide *Bos Aquensis*. \* **SERVITIUM CACIPULCI**. Vide supra in *Cacepollus*.

¶ **SERVITIUM CALCARIUM**, Quo quis calcaria domino præstare quotannis tenetur. Charta apud Madox Formul. Anglic. pag. 76 : *Duo ferlingi terræ et dimidius in Fremintona Hugoni de Secchevill per Servitium quorundam calcarii deauratorum per annum.* Alia ejusmodi servitia ibidem recensentur quæ pro dominorum libitu a vasallis



et tenentibus exigebantur. *Servitium cere, cumini, pipervis, salmonis, etc.*

**SERVITIUM CAMERÆ PAPÆ.** Manuale placitatorum in Parlamento ann. 1376. 14. Augusti: *Les defendeurs recitent les grandes nises, et coustemens, que le feu Evescop (de Lisieux) a faites à commencer son estat à payer le Service de la Chambré du Pape, à faire son entrée à Lisieux, et à maintenir son estat.* Id est, quod ab Episcopo recens electo vel consecrato in *Cameram* seu ararium Pontificale inferebatur. [*Servitium commune*, hoc est, ex more debitum, dicitur in Libro obligat. Archivi Vaticani laudato a Baluz. in Notis ad Vitas PP. Avenion. col. 1170.] Vide *Auxilium Episcopi*.

\* Quæ præstatio ab annatis prorsus diversa, primum spontanea, dehinc ex usu debiti vicem obtinuit; adeo ut qui pecuniam non numerabat, illam præstabat chirographi cautione. Consule Menardum in notis ad tom. 2. Hist. Nem. pag. 5. col. 2. Quod rursus firmant Literæ Caroli VI. ann. 1403. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 623: *En outre il (le Pape) a envoyé collecteurs et commissaires, ... lesquels pour et ou nom de lui. ou de sa Chambre, veulent contraindre et ont commencé à contraindre les personnes d'église, tant prélaz comme autres, ... à paier très-grans et excessives sommes de deniers pour les restes des vacations ou Services du temps passé, depuis quarante ans ou plus.*

**SERVITIUM CASTELGARDUM.** Vide *Castelgardum*.

\* **SERVITIUM CHRISTIANITATIS,** Sacramenta, aliave officia, quæ Christianis ab ecclesia exhibentur. Charta Roscel. vicecom. Cenoman. in Chartul. Cluniac.: *Omnes homines monachorum ibi accipient omne Servitium Christianitatis, tam in vita quam in morte, ibique sepelientur.*

**SERVITIUM DE CIBO,** Quod quis pro pacendo aliquo vel pro quavis *procuracione* debet. Tabular. Dervense: *Servitia prandiorum vel hospitiorum, quas Receptiones vocant.* Ordinationes factæ in Curia Generali Catalanæ Montissoni sub Alphonso Rege Aragon. ann. 1289. MSS. cap. 2: *Statuimus quod aliquis Officialis non audeat recipere Servitium ab aliquo, nisi solum de cibo, et de eo parum: quod si fecerit, amittat incontinenti officium, et quod imputetur sibi sicut furtum.* Tabularium Eleemosynæ S. Pauli Viennensis: *Feudum quod Petrus de Rives ab ipsis tenebat in plans, (ad medium plantum) retinentes quod si aliquando super ipsos venerint, de Cibo suo servire debeant eis, ut consuetudo fenatorum requirit.* Tabularium Ecclesiæ Gratianopolitanæ sub Hugone Episcopo fol. 28: *Et debent illud pratum secare homines de Fontanis, videlicet 16. debent esse sectores, et pratum debet habere illam magnitudinem, ut per 3. dies jugiter 16. sectores operentur sine aliquo lucro, sed Cibus debent habere communiter et potum de domo Comitum, et de domo Episcopi.* Hinc

**SERVITIUM, Ferculum, Missus, Mès, service.** Ita porro appellatum postmodum ferculum extraordinarium quod Monachorum mensæ apponebatur in statis festivitibus. Conradus de Fabaria de Casib. S.

Galli cap. 4: *Iste villicatus tres in Tiefenbach, in Roschach, in Hechst Monasterio voluntate et auxilio Abbatum cum requisisset, tria exinde fratribus instituit Servitia, in Dedicacione scilicet, in festo Thomæ, et in suo Anniversario.* Infra: *Ecclesiam item S. Oswaldi et B. Thomæ meritis constructam dedicari et festive celebrari constituit, duobus exinde Servitiis institutis.* Ephemerides monasterii S. Galli: *Capellan S. Mariæ, Joannis, Oswaldi, funditus construxit, et præterea 4. Servitia instituit, in anniversario videlicet suo, in dedicacione S. Galli, in festo Oswaldi et Thomæ Martyris.* Burchardus de Casib. S. Galli cap. 7: *Res Monasterii S. Galli... in tantum suæ attraxit utilitati, quod infra multos annos neque de vino, neque frumento, neque de aliquibus usurariis fructibus ipsis fratribus nostris ad Servitium, ad pretium unius obuli devenire permisit.* Infra: *Fratres autem rerum harum circumventi penuria, in sui Servitii sumptum multa et innumera Ecclesiæ consumpserunt ornamenta.* Chronicon Montis-Sereni pag. 159: *Cum jam dudum fratrum Servitia, quæ sic vocare consuevimus, anniversariis fidelium, et diebus Sanctorum festivioribus deputata subtraxisset, tunc etiam quotidianæ eorum procuracioni cœpit detrachere, etc.* Pag. 277: *Fertur etiam quod familiares suos hortatus fuerit, ut Servitia quæ diebus festis, et anniversariis fidelium exhiberi consueverunt, quæ ipse tamen ante plures annos eisdem negaverat, exigerent, etc.* [Charta Ottonis Militis ann. 1297. apud Ludewig. tom. 1. Reliq. MSS. pag. 176: *Prædictus conventus diem anniversarium mortis meæ in perpetua benedictione recolare debet, quo die idem conventus ob pian recordationem animæ meæ Servitium bonum habebit cum vino vel medone aut cerevisia Luckovensi, cum triticeo pane, cum recenti butiro, cum ovis, cum piscibus, etc.* Ubi per *Servitium* non ferculum tantum, sed prandium significatur. *Servitium de ovis*, in Charta ann. 1366. pro Aquariatu de Talemundo. Charta Lotharii Episc. Leod. ann. 1192. apud Miræum tom. 1. pag. 720. col. 2: *Excepto quod duo aut tria piscium Servitia, cuicumque voluerit amicorum suorum dominus dari præcipiet.*] Historia Episcoporum Virdunensium pag. 272: *Hic autem alodium de Wo-Sophia cum omnibus appendiciis suis a quadam vidua nobili... acquisivit, et fratribus S. Mariæ, eo tenore tribuit, ut in die Annunciationis ejusdem Virginis Servitium ex eo haberent, et eam solenniter celebrarent.* Catalogus Episcoporum Frisingensium in Metropoli Salisburgensi tom. 1. pag. 132: *Nec non in anniversario præfati Episcopi congruum fratribus exhibeat Servitium.* Adde tom. 2. pag. 534. tom. 3. pag. 20. 472.

**SERVITIUM MENSÆ,** Supellex mensaria, nostris *Service de table.* Charta Christianæ infantissæ, filiæ Bermundi II. Regis, apud Anton. de Yezep in Chron. Ord. S. Bened. tom. 5: *Et de lectuaria lectos paleos duos: vasos de argenteo quatuor, Servitio de messa integrum, ad ministeria Ecclesiæ cruces 2. argenteas, calices duos argenteos, etc.* Alia Ferdinandi I. Regis æræ 1101. apud eundem tom. 6: *Servitium de mensa, id est, salare, inferturia, tenaces, trullone cum co-*

*chlearibus 10. ceroferales duos deauratos, agnima deaurata axiotoma, omnium hæ vasa deaurata cum prædicta axiotoma binas habent ansas.* Adde Testamentum Ranimiri Regis Aragonum ann. 1099. Locum vide in *Actura*.

† **SERVITIUM COMMUNE.** Vide supra *Servitium Cameræ Papæ*.

\* **SERVITIUM COREPISCOPI.** Præstatio, quæ, quolibet anno quarto, Chorepiscopo pensitabatur. Charta Alber. archiep. Trevir. ann. 1135. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 620: *Absolvimus ipsam ecclesiam parochialem... a Servitio, quod quarto anno debetur corepiscopo.* Vide in *Chorepiscopus*.

**SERVITIUM CORPORIS,** seu personale, cum vassallus ipsemet et non per vicarium in exercitum domini ire tenetur. Regestum Andegavense sub ann. 1310: *Les Barons sont hommes liges Monseigneur, et li doivent Services de corps, et de chevauz, et d'armes.* Assisiæ Hierosolymitanæ MSS. cap. 222. de iis qui servitium corporis debent, cum submonentur: *Il doivent servir d'aler à cheval et à armes à sa semonce, en tous les leus du royaume où il les semondra, ou fera semondre, ou tel Service come il doivent, et i demorer y tant come il les semondra jusques à un an, etc.* Cap. 233: *Il est assise et usage que tous chevaliers qui ont passé 60. ans d'usage, ou que ils sont mehaigné de mehaïn apparent, sont quites dou Service de leur cors, et se il s'en veant excuser, par ce que ils ont passé aage, le Seigneur en aura le cheval et les armes en eschange de leur corps à son besoing toutes les fois que il l'en vodra semondre.* Vide easdem assisias cap. 145. ubi quæstiones aliquot proponuntur de vassallo qui plura feuda possideret ejusmodi personali servitio obnoxia.

† **SERVITIUM CULTURÆ,** Quod debent vassalli in agris domini excolendis. Vita S. Leutfredi sæc. 3. Bened. part. 1. pag. 590: *Contigit denique aliquando ut ab agricolis die Sabbati secundum consuetudinem legis sue in cultura terræ debitum Servitium persolveretur.*

† **SERVITIUM CURIÆ,** *Service de Court,* in Consuet. S. Quentini art. 82. idem quod *Servitium placiti*, quo vassalli tenentur ad placita dominorum suorum convenire. Vide *Placitum*.

† **SERVITIUM DEI,** Vita Monastica, in lib. 5. Capitul. § 255. De his qui ex sæculo ad monasteria converti volunt: *Liberi homines qui ad Servitium Dei se tradere volunt, etc.* Pro Officio ecclesiastico occurrit ibid. lib. 6. § 196: *Aliud non ibi (in ecclesia) agat (populus) nisi quod ad Dei Servitium pertinet.*

† **SERVITIUM Deportationis Gladii.** Chron. Angl. Th. Otterbourne pag. 223: *Insula de Man data fuit comiti Northumbriæ tenenda de Rege Angliæ per Servitium deportationis gladii coram Rege in coronatione.*

† **SERVITIUM DEXTRARIÆ,** Equi scilicet dextrarii, hoc est, majoris et cataphracti. Vide *Dextrariæ*.

† **SERVITIUM DIRECTUM,** Quod directe domino debetur. Charta ann. 1317. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 166. col. 1: *Cessit... castra, loca, et fortalitia... cum suis terri-*



toris, ... utilibus et directis Servitiis, servitutibus realibus et personalibus, etc.

**SERVITIUM DOMINICUM**, Quod domino debetur, qualecumque sit; quod alias Regale dicitur. Capitul. 1. ann. 805. cap. 8. et lib. 5. Capitul. cap. 142. al. 245 : *De his qui seculum relinquunt propter Servitium dominicum impediendum, et tunc neutrum faciunt, ut unum e duobus eligant, ... aut pleniter secundum canonicam, aut secundum regulam institutionem vivant, aut servitium dominicum faciant.*

**SERVITIUM DUPLICATUM**, quale sit, indicat *Vacce* au Roman de Rou MS :

Ensemble o vous mer passeront,  
Votre Service doubleront,  
Qui seult mener vint chevaliers  
Quarante en merra volentiers,  
Et cil qui seult Servir de cent,  
Deus eens en merra bonnement.

Infra :

Moult oissiés court estormir,  
Noise lever, barons fremir,  
Le Service qui est doublé,  
Croient que c'est en lieu tourné,  
Et en coustume soit tenu,  
Et par coustume soit rendus.

† **SERVITIUM ECHUTUM**, Præstatio ex dicto. Comput. ann. 1342. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 94. col. 2 : *Ex computo Guillelmi de Briordo... de censibus, Servitiis echutis, obventionibus, expensis, etc.* Nisi forte vocem echutis, a servitiis dividendam censeas, idemque sit quod *Eschaeta*. Vide in hac voce et mox *Servitium de Eschaeta*.

**SERVITIUM EPISCOPALE**. Tabularium Ecclesie Gratianopolitane sub Hugone Episcopo fol. 51 : *In mandamento de Jeyra dedit Artaldus Episcopus parentibus Dalmatii Boui-filii 3. mansos. Postea predictos mansos dedit Pontius Claudus Episcopus Pontio de Domena. Dalmatijs habet Servitium Episcopale. Et in parochia de Monte Aimonis dedit Artaldus Episcopus mansos 3. parentibus Galterii de Domena. Postea predictos mansos dedit Pontius Claudus Episcopus Pontio de Domena. Servitium Episcopale habet Gualterius de Domena. [Vide Auxilium Episcopi.]*

† **SERVITIUM EQUI**, Quo vassallus equos præstare debet in obsequium domini, quod alibi *Auxilium equi* dicitur. Vide in hac voce pag. 514. col. 3. Chartul. S. Vincentii Cenoman. fol. 74 : *Et feudum Pagani... quod dictus Paganus ad equi Servitium tenebat ab eodem Philippo.* Tabul. Abbatie Villænovæ : *Exceptis hominagii quæ retinui in manu mea ad Servitium meum cum equis et arraus faciendum. Vide infra Servitium de Roncio.*

\* Sive in exercitu, sive in operibus rusticis. Charta Radul. vicecom. Bellimont. ann. 1205. ex Tabul. Major. monast. : *Cum domus monachorum de Fivonio quoddam Servitium mihi deberet per manum Bartholomei Baril, videlicet quod equum quærebat mihi ad cacabum meum deferendum, quando ego ibam in exercitum, etc.* Alia ann. 1271. in Access. ad Hist. Cassin. part. 1. pag. 326. col. 1 : *Dum homo francus vel de Servitio equi existens, rustico seu angario, ... filiam suam affiliationis nomine daret uxorem; vel mulier franca angario affiliationis nomine matrimonialiter*

*jungebatur, idem angarius velamento affiliationis predictæ, quodam abusu prævissimo, a rusticanis servitiis, terraticis et aliis redditibus, dicto monasterio nostro debitis, se hactenus eximebant.*

\* **SERVITIUM DE ESCHAETA**, Præstatio ex hæreditate, quæ vassallo obvenit. Reg. S. Justi fol. 153. vº. col. 2 : *Willelmus de Frenoxe tenet dimidium feudum apud Frenoxe, unde debet Servitium de eschaeta. Guillelmus de Touit tenet dimidium feudum militis de eschaeta. Vide supra Servitium Echutum.*

**SERVITIUM FALLITUM**, de eo qui deficit in servitio militari quod domino debet. In Foris Aragod. : *Propter Servitium fallitum, Rex potest et quilibet nobilis privare aliquem suis cavalleriis, per se datis, etiam propria auctoritate, et sine causæ cognitione. Ibidem : Cavallerias nobiles et Milites tenentes, si deficiunt in Servitio per unam diem illius anni in quo servire debent, perdunt totam solidatam illius anni. Vide Observantias Regni Aragon. lib. 7. tit. 1.*

**SERVITIUM FEODALE et prædiale**, Quod non est personale, sed tantum ratione tenementorum et prædiorum. Ita Bracton. lib. 2. cap. 16. § 7. [Charta ann. 1315. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 153 : *Servitium propterea curiæ nostræ debitum... præstare ipsi curiæ teneantur, quotiens feudale Servitium Baronibus et feudatariis per eandem curiam generaliter indicetur.*]

\* Inter ejusmodi servitia, quæ a vassallis exigebantur domini feudales, plurima eorum utilitati, quædam honori tantum, nonnulla risui aut ipsorum oblectamento conducebant. Hujusmodi sunt, quæ leguntur in Reg. feud. Aquit. ex Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 23. rº : *Willelmus Suncii de Pomeriis, domicellus, juratus recognovit quod ipse cum suis partiaris, videlicet Petro de Pomeriis et Petro Amanevi de Pomeriis, tenet a domino rege Angliæ et duce Aquitanie castrum de Pomeriis cum honore... Debent unum cibum domino regi predicto cum decem militibus, quando veniet in Vasconia apud castrum Redorte, si ipse eis præceperit qualis debet esse cibus, cum carnibus porcinis et vaccinis, cum caulibus et cinapi et cum gallinis assatis; et si unus de dominis eorum sit miles, debet servire domino regi cum caligis rubeis de scarleto et calcaribus deauratis, sine sotularibus dum dominus comedit; et si aliquis eorum non esset miles, unus eorum debet servire domino regi, dum comedit, cum caligis albis de scarleto et calcaribus argentatis. Ibid. fol. 39. rº : *Arnaldus de Corbin, domicellus, juratus dixit quod tenet a domino rege militiam de Tuyosse cum suis pertinentiis, pro qua debet, quando dominus rex facit transitum per Tuyosse, associare ipsum usque ad quercus vel casson Conclal, et debet ibi habere propter suum honorem unum currum honoratum de faciibus et debent trahere currum duæ vaccæ escodate vel sine caudis, et quando erunt in dicto quercu seu casson, debet ponere ignem in curru, et debet ita comburi, ut vaccæ possint evadere. Rursum fol. 42. vº. : *Quando dominus rex transit par la Hose de Grians, ipse (Ortho de Grians) debet venire ei obviam, cum uno cereo ardenti de una***

*libra cereæ, et debet ipsum comitari usque ad S. Severum, cum ipso cereo ardenti.*

† **SERVITIUM FISCALE**, et *Servitium fisci*. Vide in *Fiscus*.

**SERVITIUM FORINSECUM**, Quod non ad dominum capitale, sed ad Regem pertinet : ita dictum, quia fit et capitur foris, sive extra Servitium quod fit domino capitali : unde vocatur etiam *Servitium Regale*, quia specialiter pertinet ad dominum Regem, et non ad alium. Ejusmodi est quod *Scutagium* vocant. Ea vero servitia persolvuntur ratione tenementorum, et non personarum, quia ex tenementis proveniunt. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 179 : *Terras etiam Militum qui dominicum Abbatum tenent ad defendenda omnia scutagia, et alia omnia Servitia Forinseca, Deo et Ecclesie S. Albani concedimus, etc.* Adde tom. 3. pag. 48. 62. 92. Bractonum lib. 2. cap. 7. § 3. 4. cap. 16. § 7. cap. 35. § 1. Fletam lib. 3. cap. 14. § 7. e.c. Seldenus autem in *Analectis* lib. 2. cap. 4. servitium istud esse existimat Expeditionem, pontis arcise constructionem.

¶ Ad Regem pertinet quidem *Servitium forinsecum*, nisi tamen, addit Bracton. cap. 16. § 7. *cum dominus capitalis in propria persona profectus fuerit in Servitio, vel nisi cum pro servitio suo satisfecerit domino Regi quocumque modo.* Et certe ad alios præter Regem id genus servitii pertinuisse docet Charta ann. 1244. apud Kennett. *Antiquit. Ambrosd. pag. 235 : Radulphus de Cestreton miles salutem... Noverrit universitas vestra me... concessisse... totum jus et clamium quod habui... in redditu et servitio unius feodi militaris Canonici de Burncester, ... salvo mihi et hæredibus meis Forinseco Servitio inde debito et consueto.* Idem probat alia Charta ibid. pag. 345 : *Ego Johannes Puff... dedi... Johanni Abbot... unam acram terræ arabilis... tenendam... de capitalibus dominis feodi... reddendo inde eisdem unum denarium annuatim in festo S. Michaelis pro omnibus Servitiis Forinsecis et intrinsecis.*

**SERVITIUM FORANEUM**, Eadem notione. Charta Henrici de Clintonia in Monastico Anglic. tom. 2. pag. 117 : *Liberam et quietam ab omni servitio de me et hæredibus meis in perpetuum ab omni exactione, salvo Foraneum Servitio.*

**SERVITIUM FORENSE**. Idem Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 48 : *Cum omnibus libertatibus suis et pertinentiis, salvo Forensi Servitio.*

**SERVITIUM GENERALE**, Idem quod *Forinsecum*. Ordericus Vitalis lib. 6. pag. 605 : *Eosque penitus sic absolvit, ut sibi nil ab eis exigat, nisi generale Comitum Normannie Servitium.* Quod vero illud fuerit, sic paulo ante declarat pag. 604 : *Omnino absolvit ut nullam sibi coactivam exhibeant servitatem, nec eam nisi in generale principis Normannie expeditionem.*

\* **SERVITIUM GRATUITUM** vel *Fortiatum*, Quod gratis et sponte, vel ex debito exhibetur. Consuet. Catalon. MSS. cap. 8 : *Et si ipse vassallus... aliquod Servitium gratuitum vel fortiatum acceperit ab hominibus castri, domino tenente potestatem, non intelligetur vassallus plene dedisse potestatem.*

† **SERVITIUM HUMANUM**, Mundanum.



Capitul. lib. 7. § 185 : *Ut clerici nullo fiscali aut publico subdantur officio; sed liberi ab omni Humano Servitio, Ecclesie deserant.*

† **SERVITIUM JESU CHRISTI**, Expeditio Hierosolymitana. Testament. Guignonis Andree ann. 1236. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 60. col. 2 : *Item legavit triginta millia solidorum Viennensis monetæ ad Servitium Jesu Christi, de quibus quindecim Milites transmittantur Cruce signati in exercitum transmarinum.*

\* **SERVITIUM INHONESTUM**, Vile, rusticum. Vide mox *Servitium prati.*

**SERVITIUM INTRINSECUM**, Quod a vassallis, solis dominis præstatur, apud Bractonum lib. 2. cap. 16. § 2. et in Fleta lib. 3. cap. 14. § 7. Vide *Servitium Fortissecum.*

\* **SERVITIUM JUVENIS**. Charta ann. 1234. ex Chartul. Cluniac. : *Jozerannus le Merle... abbat et ecclesie Cluniacensi obligavit pignori... quicquid juris habet vel potest habere apud Monnet, apud Valles et apud Cortiz, in Servitio Juvenis et aliis rebus. Vide in Junior.*

† **SERVITIUM DE LECTO**, Quo tenentes lectos dominis subministrare debent. Chartul. Gemmetic. tom. 1. pag. 36 : *Oultre y a dix huit mesures dont les tenants nous doivent querir et fournir de Lict garny honnestement, quand nous allons audit nuanoir.*

**SERVITIUM LIBERUM**, Quod homines liberi debent, diversum a *servitio servili*, vel *villano*. Bracton. lib. 5. Tract. 1. cap. 2. § 1 : *Et notandum est quod in servitio Militari non dicitur per Liberum Servitium, et ideo quia constat quod tale feodum est. Infra : Fit etiam aliquando feoffamentum sic, et breve sic : Quod clamat tenere de te per Liberum servitium inveniendi tibi unum servientem equitem ad eundem tecum in exercitum in Walliam ad custum suum, vel custum tuum, pro omni servitio. Vel sic : Per Liberum Servitium sequendi curiam tuam, vel portandi brevia tua infra regnum Anglie, etc. Similia habet Radulphus de Hengham in Summa magna cap. 1. pag. 6. 7. Leges Willelmi Nothi cap. 55 : *Volumus etiam ut omnes liberi homines totius monarchie regni nostri predicti habeant et teneant terras suas... libere ab omni exactione injusta, et ab omni tallagio : ita quod nihil ab eis exigatur vel captiatur, nisi Servitium suum Liberum, quod de jure nobis facere debent, ut facere tenentur, et prout statutum est eis, etc.* Adde cap. 58. et Leges Edw. Regis cap. 25.*

**SERVITIUM LIBERUM ARMORUM**. Vetus Rentale mauerii Southmallin in agro Sussexiensi, apud Sommer in Tractatu de Gavelkind pag. 56 : *Godefridus Wallensis tenet 3. feodos Milit. in tenementis de Mallin, et quartam partem unius feodi apud Terring, per liberum Servitium armorum suorum. Willelmus de Brausa tenuit apud Adburton unum feodum Militis per liberum Servitium armorum suorum.*

\* **SERVITIUM LIGONIS et Palæ**. Quo quis utroque illo instrumento operam domino præstare tenetur. Libert. Calesii ann. 1304. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 365 : *Li bourgeois de Calais ne doivent nul service à leur seigneur, ne de besche, ne de pele, se ce ne soit encontre la défense de la mer.*

\* **SERVITIUM LITTERARUM**, Quo vassallus

litteras domini sui perferre tenetur. Reg. forestæ de Broton. ex Cod. reg. 4653 : *Iste debet portare litteras, quæ veniunt ex parte domini capitulis, scilicet feodus Lamberti Cauvet. Vide supra Summagium in Sagma.*

**SERVITIUM MAJUS ET MINUS**. Charta Berchtoldi Episcopi Babenbergensis ann. 1259. in Metropoli Salisburg. tom. 3. pag. 31 : *Quia viri venerabiles fratres Monasterii in Osterhoven nobiscum et cum nostris fecerunt expensas sumptuosas, nos ad recompensationem ipsis fratribus faciendam, concessimus eis ut duos mansus, de quibus pensionem seu censum annuum nobis solvunt, teneant a festo Nativitatis Domini nunc instanti per 4. annos continuos ab omni censu, pensione, et Servitio majori et minori quietos, a minori vero servitio perpetuo sint quieti. Charta sequens ejusdem Episcopi : Concedimus ipsis, ut de duobus mansis, quos sub censu annuo et servitiis tenent certis minoribus Servitiis sibi retineant, et ab ipsorum præstatione perpetuo sint immunes, majoribus Servitiis nobis remanentibus in statu debito et consueto.*

**SERVITIUM MALUM**, Quod Corveias vulgo vocant. Tabular. S. Petri Generensis apud Marcam lib. 4. Hist. Beneharn. cap. 19. § 2 : *Villam B. Petri... ingenuam ac liberam ab omni Servitio malo, ea scilicet ratione, ut ab illa die amplius a nemine cogentur habitatores illius facere aliquod opus in Cadellionensi Castro, vel in alio loco, etc.*

† **SERVITIUM MANUALE**, Eadem notione. Capitul. lib. 5. § 886 : *Visum est nobis... statuere ut quicumque... cum suis animalibus seniori suo plenter unum diem cum suo aratro in campo dominico aret, et postea nullum Servitium ei Manuale in ipsa hebdomada a seniore suo requiratur.*

**SERVITIUM MELIORARE**. Tabularium Vindocinense Thuanum Ch. 47 : *Domnus autem Abbas donavit suo homini 10. sol. dimissis illis 30. et palefridum 20. solidorum pro Meliorando scilicet suo Servitio.*

† **SERVITIUM IMMELIORARE**, Perficere, in Capitul. 2º. ann. 813. cap. 19 : *Ut villicus bonus, sapiens et prudens in opus nostrum eligatur, qui sciat rationem Misso nostro reddere et Servitium perficere... Detur illis silva ad stirpandam, ut nostrum Servitium immelioretur.*

**SERVITIUM MILITARE**, Illud est, quod munus aliquod ad militare disciplinam pertinens, vel alias honorificum præstat. Ita Bracton. lib. 2. cap. 35. § 1.6 cap. 37. § 5. etc. lib. 5. Tract. 1. cap. 2. § 1. *Militare obsequium*, apud Lupum Ferrariensem Epist. 119. Vetus Consuetudo Normanniæ 1. part. sect. 3. cap. 7 : *Or est appellé un Service, qui doit estre fet au Prince en armes, selonc la custome et l'establisement des fiefens et des villes, et cest service est accoustume à fere par 40. jours pour le secours et l'aide de la terre de ceuz, qui en tiennent les fiefens, comme ce soit fait pour aucune delivrance et pour le profit del commun poeple, etc. Tous fiefs de Hauberc sont especialement establis pour faire le propre service de la Duchée, et ensemement de tous les Contées et les Baronniez doivent accomplir ce service, et adecerres toutes les villes, qui ont communes. Si devcz savoir, que les fiefs de Hau-*

*berc, qui sont es Contées et es Baronniez, qui ne sont pas establies pour la Duquée de Normandie, ne doivent pas de Service d'ost, fors as Seigneurs asquiez il sont soumis. Excepté nequedent l'arriereban del Prince, auquel trestous grans et petits pourtant que ils soient convenables por armes porter, sont tenus sans excusation nulle à faire lui aide et profit à tout leur pooir. Gaufrerus Malaterra lib. 2. cap. 39 : Robertus Dux Apaliæ Gaufridum de Conversana, nepotem videlicet suum, ... ut de Montepiloso sibi Servitium, sicut et de cæteris castris, quæ plurima sub ipso habebat, adorsus est. Ordericus Vitalis lib. 7. pag. 658 : Hominum ab eo tali tenore recepti, ut exinde mihi semper fidelis existeret, et Militare Servitium, ubi jussissem, centum Militibus mihi singulis annis exhiberet. Lib. 8. pag. 685 : Dux Gisleberto... Militararia, quoniam valde probus erat, Servitia crebro injunxit. Adde lib. 11. pag. 808. Mathæus Westmonast. ann. 1253 : Milites omnes per Angliam sibi Servitium Militare debentes fecit summoneri. Matth. Paris ann. 1245 : Rex Anglie omnibus Comitibus, Baronibus, Militibus, et aliis, qui et Servitium Militare debebant, ut se convenienter in Walliam profecturum sequerentur, per litteras suas regias strictissime submonitis, etc. Idem ann. 1246 : Quod Servitium Militare nulli nisi Regi et regni Principibus debetur. Vide Militia.*

† *Servitio militari* non modo Barones cæterique vassalli seculares, sed et Episcopi atque Abbates ratione possessionum suarum obnoxii passim leguntur. Hujus vero oneris seu obligationis ratio secundum locorum libertates ac immunitates existit diversa. Vide in *Hostis* 2. Iis addere placet quæ hac de re habentur in Chartul. AB. S. Germani Pratensis fol. 5. vº : *Nos tenemur domino Regi Francie quando vadit in exercitum in cl. servientibus cum tribus quadrigis de IV. equis et uno summario de precio XVII. lib. Paris. et dimidio libra. Et si noluerit accipere servientes neque quadrigas, sive summarium, nos debemus eidem reddere pro quolibet serviente LX. sol. Paris. computatis tamen omnibus tam quadrigis quam equis, quam summario. Et si accipiat servientes, quadrigas, equos, summarium, non tenentur predictos sive prædicta tenere ad sumptus nostros ultra XL. dies, et per XL. dies debentur eos tenere ad sumptus nostros, et hoc idem totaliter debet nobis reddere tota terra nostra.*

† *Quanti constiterit servitium militare in Delphinatu, habita ratione reddituum feodorum*, docet Charta ann. 1315. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 153. col. 1 : *Sic etiam quod dictus Guido et heredes sui servitium propterea curie nostræ debitum ad rationem de unciis quinque et quarta pro singulis viginti unciis Servitii Militaris, præstare ipsi curiæ teneantur. Alia ann. 1332. ibid. pag. 238. col. 2 : Præstabunt nobis... servitium statutum et debitum ad rationem de singulis viginti unciis valoris prædicti annui pro quolibet Militari Servitio.*

**SERVITIUM MILITIS**, *Service de Chevalerie*, apud Littletonem, sect. 48. 95. 103. etc. *Service de Chevalier*, tom. 2. Monast. Anglic. pag. 23. Vide *Feudum Militare*.



SERVITIUM MINUERE. Vide *Feudum minuere*.

\* **SERVITIUM PRO MONETA**, Præstatio, quæ domino monetæ penditur ex monetariæ fusionis et signaturæ proventibus, Gall. *Seigneurieage*. Charta Gaufr. episc. Meld. ann. 1208. ex Chartul. Campan. fol. 184. col. 2 : *Nos cum domina Blancha comitissa Trecenti super moneta Trecenti, Pruvini et Meldis, cum locus fuerit, fabricanda, societatem inivimus... tali modo, scilicet quod ubicumque fuerit fabricatum, sive Trecenti, sive Pruvini, sive Meldis, dicta comitissa de omni monetagio, et de Servitio quod fiet pro moneta, et de omnibus proventibus, qui inde provenient, quocumque modo proveniant, duas partes habeat et nos tertiam habebimus*. Vide supra *Segnoría* 4.

\* **SERVITIUM DE MOTA**, Quo vassalli ad custodiam motte seu castelli dominici tenentur. Lit. ann. 1376. in Reg. 109. Charthoph. reg. ch. 364 : *Tous les hommes de icellui lieu (de la Roque) estoient et sont tenuz faire Service de note et de manoir*. Vide *Mota* 1. et *Servientes de manerio in Serviens*.

\* **SERVITIUM NATIVITATIS**, Præstatio, quæ ad Natale Domini exsolvitur, quæque in placentis maxime consistebat. Charta ann. 1270. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 172. vº : *Erardus de Ortis, domicellus,.... recognovit se imperpetuum concessisse Guidoni episcopo Lingonensi.... quartam partem.... Servitiorum Nativitatis Domini, censuum, etc.* Chartul. Cluniac. : *Vendo.... decem Servitia in Nativitate Domini*.

¶ **SERVITIUM NATURALE**, Quod jure exigitur. Capitul. pro Monast. S. Crucis Pictav. apud Mabill. tom. 1. Analect. pag. 300 : *Colonus autem vel servus ad Naturale Servitium, velit, nolit, redeat*.

**SERVITIUM NUMMORUM**, Illud appellatum, quod in pecunia ac nummis pro impensis bellicis, aliisque, domino a vassallis ac tenentibus exsolvebatur. Consuetudines Tolosæ : *Si aliqui tenuerint in feudum... aliquem honorem, pro quo debeat feudatarius servire domino feudi aliquas oblias nummorum, vel Servitium nummorum, etc.* Joan. Bracton. lib. 2. Tract. de acquirendo rerum dominio tit. 35 : *Est etiam aliud genus tenementi, ejus scilicet, quod tenetur in socagio libero, et ubi fit Servitium in denariis, capitalibus dominis, et nihil inde omnino datur ad scutum et servitium Regis*. Idem Bracton. lib. 5. Tract. 1. cap. 1. § 1 : *Per Servitium tot denariorum, quando duæ marce vel 20. solidi capiuntur de scuto, etc.* Charta Mauriti D. Credonensis Hugonis filii, in Tabulario Abbatie de Rota fol. 197 : *Mauricius Credonensis dominus filius Hugonis perrexit in exercitum Regis Angliæ ad Thoars (ann. 1158.) et quando castrum fuit captum, venit Credoni, et mandavit suos Milites, et fecit eis talliatam pro dispendio, (depence) quod fecerat in exercitu et Milites quæsierunt a Michæle Abbate talliatam de terris, quas ipse tenebat in suis feodis, etc.* Respondit Abbas, quod Dom. Reginaldus Allobrox, nobilis fundator Ecclesie de Rota, dederat ei omnes talliatas, et omnia Servitia, que ad suum servitium pertinebant, tam de nummis, quam de avena et omnibus aliis

*servitiis, etc.* Ejusmodi vero nummorum servitium interdum et sæpe nude *Servitium* dicitur. Idem Tabularium fol. 90 : *Petrus Bullum motus in via Hierusalem dedit Ecclesie S. Mariæ de Rota, et Canonicis absolute in eleemosyna 9. denar. quos habebat de Servitio, in terra, quæ fuerat Bernardi Bazun. Charta anni 1186. in Tabul. Vindocinensi fol. 277 : Dederunt 5. sol. de Servitio, quos habebant super terra Joan. de Parineio. Tabularium Elcemosynæ S. Pauli Viennensis : De ipsa vero terra in vercheria dedit dominus R. G. 4. sexterias, ex quibus faciet G. que facere voluerit, de quibus debet in Servitium 2. sol. ministro vero nostro 6. den. et nihil amplius Dominus R. accipiat. Historia Abbatie Condomensis pag. 473 : *Donationem scilicet... totius Ecclesie, et terras, que ad eam attinent, nec non duo Servitia 4. denariorum, et unam vineam juxta Ecclesiam*. Adde pag. 467.*

Ita præstatio, quæ ab Ecclesiis Episcopo fit quotannis in quibusdam diocesisibus, *Servitium* appellabatur. Charta Alexandri Archiepisc. Viennensis apud Jacobum Petium pag. 381 : *Et sicut consueto more per Viennensem parochiam diversæ Ecclesie debitum Episcopo exhibent Servitium, conferat et in obsequium Episcopi tempore constituto denarios duodecim. Alia apud eundem pag. 392 : Et deinceps Rector ipsius Ecclesie... annis singulis in festivitate S. Juliani, quæ evenit 5. Kal. mensis septimi, in censum Canonicis S. Juliani solidos 5. in cunctanter solvat. [Vide *Auxilium Episcopi* pag. 514. col. 3.]*

**SERVITIUM PLACITI**. Vide supra *Placitum*.

¶ **SERVITIUM PLANUM**, Censum seu præstatio ex fundo talliæ et aliis quibusvis servitiis non obnoxio. Charta ann. 1344 : *Confitetur prædictas res esse tallabiles ad omnimodam voluntatem dicti domicelli, exceptis 4. denariis qui sunt de Servitio plano*. Alia ann. 1371 : *Sub Servitio plano et sine tallia pro ultimo prato confinato 5. sol.* Charta ann. 1465 : *Humbertus de Saxo absolvit fundos Anthonii Brodier ab omnibus talliis, corvatis, complentis, recognitionibus, et aliis juribus, et eos reducit ad planum Servitium cum laudibus et vendis secundum usum patriæ*.

\* **SERVITIUM PLENARIUM**. Vide *Plenarium* 1.

**SERVITIUM PLENUM**, Convivium plenarium, quod Monachis statis diebus ex fundatione præbetur. Caroli Crassi Imper. Commemoratio apud Augienses : *Cum omni abundantia plenum Servitium pro anima Imperatoris perciperetur. Occurrit rursus infra. Charta ann. 1207. apud Goldastum tom. 2. Alamannicor. pag. 190 : Ut ex perceptione reddituum ipsius officii 10. solidorum adminiculo per prædictæ homines curiæ exhibito, per eum fratres in festo Thomæ Pontificis et Martyris, circulariter annorum facta revolutione, pleni Servitii recipient consolationem*. Alia ibidem pag. 195 : *Lutoldus Decanus ad remedium animabus Diethelini Constantiensis Episcopi, et omnium parentum suorum in festo S. Blasii, quousque vixerit, plenum Servitium instituit ea conditione, ut ipso mortuo ad anniversarium suum redeat idem Servitium de Vineâ in Tufen-*

*bach, cujus ipse fundator a primis fuit radicibus*.

**SERVITIUM PLENUM**, quod et *Corrodiu Regale* dicitur, Procuratio, convivium, quo Rex excipitur. Anonymus Hasenrietanus de Episcopis Eystetensibus de Henrico Imp. : *Mandavit huic Episcopo nostro,.... ut plenum sibi in via Ratisponensi daret Servitium, Archiepiscopo cuilibet non nihil formidandum. Cui cum regius Legatus singularim, quæ danda essent magnifice enumeraret, tandemque ad innensam vini mensuram ventum esset : Pessime, inquit, dominus tuus insanit. Unde debem sibi tantum Servitium dare, qui ne memetipsam satis quæ pascere? Speculator lib. 4. part. 3. de Feudis : *Vassalli Comitum et Baronum Imperii tenentur dominis suis obedire et servire propter feuda, quæ ab eis recipiunt primo pro exercitu Imperatoris,.... secundo pro Corredo Imperiali, ut videlicet, quando Imperator transierit per illum locum, contribuat in sumptibus ejus, et in his duobus casibus servit vassallus pro curia, in 4. vero sequentibus servit pro utilitate domini sui, etc.**

¶ **SERVITIUM PRÆPOSITURÆ**, *Service de Prévosté*, in Consuet. Norman. Vide in *Præpositi*.

\* **SERVITIUM PRATI**, Quo vassallus ad falcandum pratium domini sui, aut fœnum ex eo colligendum obnoxio est. Consuet. Norman. part. 1. cap. 26. ex Cod. reg. 4651 : *Liberum autem dicimus feodum, quod servitiorum inhonestorum obtinet libertatem, ut de prati Servitio, etc.*

¶ **SERVITIUM PUBLICUM**, Idem quod *Regale*. Vide infra. Excerpta ex Lege Longobard. cap. 20 : *Non a Comite vel aliquo ministro illius ad ullam angariam seu Servitium publicum vel privatum cogantur vel compellantur*. Vide *Augaria* 3.

¶ **SERVITIUM RECOGNOSCIBILE**, Quod ad quamlibet domini, vel tenentis mutationem ratione recognitionis præstatur. Charta D. Barbarelli ann. 1407 : *Illud cornerium vineæ... sub servitio 9. den. ex una parte et unum denarium de crenento, adeo quia ipsum cornerium vineæ erat de manso tallabili dicti domini qui remittit ad Servitium recognoscibile*.

**SERVITIUM REGALE**, Idem quod *Forinsecum* : Servitium militare, quod Regi debetur a subditis et vassallis. *Regale obsequium*, in Capitulari 4. ann. 805. cap. 13. Ita in Capitul. ad Legem Salicam tit. 3. § 10. et apud Bractonem lib. 2. cap. 35. § 1. 6. Præceptum Ludovici Pii Imper. pro Monasterio S. Columbæ Senonensi : *Quasdam villas, que priscis temporibus ad usum fratrum ibidem Deo famulantium fuerant destinatæ, segregavit, ut absque Regali aut publico Servitio, vel quolibet Abbatis dono aut exactione usibus eorum perpetuo deservirent*. Judicium datum sub Ludovico Pio Imp. in Vita Aldrici Episcopi Cenoman. n. 47 : *Et propterea inde fuit modo alienatum, quod Franco Episcopus prædictæ Ecclesie suo propinquo Adelgiso illud impetraverit, ut pro eo illo Regalia Servitia et itinera faceret, quæ ille pro sua infirmitate et senectute facere non valebat*. Synodus Germanicensis sub Carolo C. tom. 6. Vitar. SS. Ord. S. Benedicti pag. 250 : *Et a cunctis Regalibus Servitiis et publicis vectigalibus immu-*



*nem fecerat.* Charta ejusdem Caroli pro Barcinonensibus apud *Diago* lib. 2. cap. 4: *Servitia tamen Regalia intra Comitatum, in quo consistunt, faciunt.* Fori Aragon. lib. 7. pag. 129. v<sup>o</sup>: *Si aliquis sit in possessione infancionie, et non fecerit Servitium Regalem in tota vita sua, etc.* Idem in Foris apud *Exeam* ann. 1265: *Sint de cætero infancionie franchæ et liberæ ab omni Regali Servitio.* [Servitium Regis, in Capitul. Lotharii tit. 3. cap. 32. et 33. Charta ann. 1073. apud *Kennett.* Antiquit. Ambrosd. pag. 60: *Quæ Ecclesia S. Georgii data fuit fratribus Osen. et habet ibidem visum franciplegii et totum Regale Servitium.* Charta apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 181: *Excepto Regali Servitio, scilicet undecimam partem militiis.*]

SERVITIUM DE RONCINO, dicitur de vassallo, qui equum semel in vita domino debet, [vel etiam quolibet anno.] Charta Philippi Aug. ann. 1221: *Tenebant Major et hæredes sui a Decano et Capitulo in liberum feodum per Servitium unius roncini ad usus et consuetudines patrie.* Vetus Inquesta in Regesto ejusdem Regis fol. 164: *Tenet... duas boxatas terræ upud Ulmeium, unde debet tantum Servitium unius roncini.* [Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 251: *Raoul le Prevost de Darigny salut en N. S. Sachent tous presens et avenir que comme je fusse tenu à hommes Religieux Monseigneur l'Abbé et le Convent de S. Vandrille en un Service de Ronchi à faire chacun un pour les siens et pour les terres que je tiens de eus, ... je me suis obligié à icheus Religieux... à rendre les chacun an à la feste S. Jean Baptiste 60. sous de Paris pour ledit service, tant comme il leur plaiva à prendre ledits 60. sous, ou à fere ledit Service à Ronchi, se il leur plect mieuz.] Vide Stabilimenta S. Ludov. lib. 1. cap. 37. 129. (ubi qualis esse debet Roncinus describitur.) Consuet. Turon. art. 95. 96. etc. *Cheval de service*, in Consuet. Andeg. art. 132. 133. Cenom. art. 142. 143. Vide *Servitium equi* et *Runcinus*.*

SERVITIUM SCUTI. Vide *Scutagium*.

SERVITIUM SERVILE, Cujusmodi est talia, corvata, etc. cui obnoxia sunt tenementa villanorum. Charta Sigefridi Comitiss Luxemburgensis ann. 993: *Ita duntaxat, ut idem Nivelongus, vel successores ejus omni anno 5. solidos probæ monetæ persolvant ex eodem manso, ab omni deinceps Servitio liberi servili.* Odiosum vulgo appellatur, *Service haineux*, quod libertati publicæ contrarium sit, cui opponitur *Servitium nobile*, uti vocatur in Regesto Constabulariæ Burdegal. Barones Andegavenses ann. 1310. auxilium præstare pro matrimonio Isabellæ Caroli Comitiss Vaudensis et Andegavensis renuerunt, quod cum nobiles essent, debebant etiam esse immunes a servitiis odiosis quibus Comes ponebat: *Que ce qui est deu par general coustume ne peut estre appellé Service haineux, car celle ayde et autres, quand les cas aviennent sont deües par general coustume à ses sougiez esdites Comtez, etc. Et sont appelez les Aydes, les Loiaux aides d'Anjou et du Maine, non des Services haineux, car elles sont deües sur les trefons.* Et infra: *Dient que Service haineux doit estre restraint*

*de droit, et non ne alongié sur ceux, qui fet ne l'ont, etc.*

SERVITIUM SOCIÏ, seu Service de compagnon, cum vassallus secum in exercitum socium ducere tenetur. Assisiæ Hierosolymitanæ MSS. cap. 230: *Se le Seigneur semont, on fet semondre aucun de ses homes, qui li doit Service de compagnons de un, ou de plus, et celle semonce soit à jour moti et uucun de ses compagnons est éloignez, il le doit dire quant l'homme le semont, et doit venir devunt le Seigneur, et dire li, Sire, vous cy ne avez fuit semondre, etc. et tel de mes compagnons, que je tenois, est por vostre service essoignez, si que il ne peut ores uler, etc. et se il ne vous pluist à soffrir, je enquairrais un autre, et si je le puis trover à retenir, je le retrerais à tel sos come celui, qui est deshaitiés, qui estoit à moi, à sos comuns de eetu Royauime, et le merrai ó moi en vostre service, et se je le puis trover, je le vous ferais assavoir. Et se le Seigneur ne se veut soffrir dou service de celui, qui est deshaitiés, celui qui u esté semors, comme est devant dit, doit querre un autre Chevalier, et retenir à ses sos, qui sont usés de donner communément à puis, se le dehaitié n'uoit plus grans sos, etc.* Adde cap. 244. et Bractonium lib. 5. tract. 1. cap. 1. § 1.

¶ SERVITIUM TEMPORALE, in Capitul. pro Monaster. S. Crucis Pictav. apud *Mabill.* tom. 1. Analect. pag. 299: *Ut a nemine temporale Servitium exterius ullo modo queratur, nisi tantum ab eis quesivi, postquam eas sub regulari norma vivere constitui.* Infra: *Ut temporale Servitium in opere femineo ab eis ad partem dominicam nullatenus queratur.* Ubi dona et militiam recte intelligit *Mabillonius*.

\* SERVITIA THELONEARIA, Tributa, vectigalia, in Charta Rob. march. Fland. ann. 1067. ex Tabul. Tronchin.

SERVICE TRESPASSÉ. Vide Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. cap. 99.

SERVITIUM VICINALE, quod a vicinis scu civibus præstari solet. Libertates concessæ Barcinonensibus a Petro Rege Aragon. ann. 1283. MSS: *Item concedimus Capitulum, quod quilibet civis Barcinonensis solvat et contibuat partem sibi contingentem in Servitiis vicinalibus, et inde non excusetur ratione alicujus privilegii.* Vide *Vicinus*.

SERVITIUM VILLANUM. Vide *Lambardum* in *Paganus*.

\* SERVITIUM USUALE, Quod ex usu et consuetudine præstatur. Charta ann. 1093. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 432: *De isto vero honore, quem retineo, laudaverunt et convenerunt michi consobrini mei Raimundus Raimundi de Durfort et Ugo Raimundus et omnes filii eorum, ut nunquam in vita mea, nec post mortem meam, quicquam tollant aut anparent, excepto usuali Servitio, quod in relicto honore S. Martini habent. Hoc est autem Servitium, quod retinent fratres mei et consobrini mei omnes jam dicti, in isto et in relicto honore S. Martini, receptum quale pater meus Fulco et avunculus meus Raimundus Tedonari hubuit in ipso honore, etc.*

SERVITIUM WARDE et relevii, Idem quod *Servitium Militare*: quia, ut ait *Littleton.* sect. 103. *tenura per servitium Militis,*

*trahit ad se wardam, maritagium, et relevium etc.* Vide præterea sect. 48. et *Skenæum* ad *Regiam Majestat.* lib. 2. cap. 21.

SERVITOR, Famulus, Gall. *Serviteur*. [Dicitur non raro de eo qui alicujus Sancti servitio se mancipavit.] Iso Magister in *Glossis*: *Cliens, servus vel socius, Servitor, amicus minor.* Inscriptio Romæ in Roma Subterr. lib. 2. cap. 22: *Eustathius humilis peccator Servitor B. Marcellini Martyris.* *Servitor Christi*, in Epistola Gildæ ad *Rabanum Monachum* inter *Hibernicas* 21. *Servitor Ecclesiæ*, in Synodo Romana II. sub *Silvestro* cap. 17. *Servitores S. Petri*, in Epistola Nicolai II. PP. ad *Rutenensem Comitem* apud *Hugonem Flaviniac.* pag. 193. Addit. 1. *Ludov. Pii* cap. 28: *Ut Servitores non ad unam mensam, sed in propriis locis post refectionem frutum reficiantur.* Adde Epistolam *Episcoporum Galliæ* ad *Ludovicum Regem* cap. 9. *Ecckehardus Junior* de *Casib. S. Galli* cap. 8: *Cralo clam assumpto Waningo fratre et paucis Servitoribus, in Franciam venit.*

¶ SERVITORES dicuntur apud *Monachos* *Hebdomadarii mensæ ministri.* Capitula *Monach. Augiens.* n. 5: *Senior Decanus pulsat signum tintinnabuli, ut hebdomadarii et ceteri Servitores juxta præceptum regule accipiant super constitutam annonam mixtum, ut non sit eis grave jejunium, dum ministrant, sustinere.*

¶ SERVITOR, Qui ecclesiæ alicui deservit, Gallice *Desservant.* Concil. *Senon.* ann. 1239. apud *Marten.* tom. 7. *Ampl. Collect.* col. 138: *Monenus ubbates et priores conventuales, quod tot Servitores in abbatibus et prioratibus sibi subditis instituant, si ad hoc sufficient facultates locorum, quot ibi deservire solent.* Testam. *Beraldi dom. de Rupeforti* ann. 1383. apud *Baluz.* tom. 2. *Hist. Arvern.* pag. 325: *Lego Servitoribus ecclesiæ de Melhau unum sextarium frumenti... Volo et ordino quod dicti Servitores ecclesiæ de Melhau teneantur et debant facere anno quolibet anniversarium meum.* Conc. *Hispal.* ann. 1512. inter *Hispan.* tom. 4. pag. 10: *Jubemus ut nullus parochus nec Servitor beneficii omittat dicere in sua hebdomada vel diebus quibus tenetur celebrare Missam populo de festo, vel feria occurrenti.* Vide in *Servire* 1.

¶ SERVITORES, Familiares, honorarii, qui non ex officio alicui, sed ad honores tantum serviunt. Charta ann. 1409. ex *Schedis Præsid. de Mazaugues*: *Jus inquirendi, procedendi ac puniendi officiales et Servitores nostros qui Volentes dicuntur, et sunt ad honores et nostræ Majestati ac curiæ continuo actu non serviunt.* Infra: *Servitores seu familiares.*

¶ SERVITORES, Devoti, qua notione *Serviteurs* etiam dicimus, in *Statutis criminal.* *Saonæ* pag. 113.

SERVITRIX, Famula. [Rolandinus Patav. in Chr. apud *Murator.* tom. 8. col. 181: *Factum enim est ludicrum quoddam castruum, in quo positæ sunt domine cum virginibus sive domicellabus et Servitricibus earundem, quæ sine alicujus viri uxilio castrum prudentissime defenderunt.* Adde col. 276.] Occurrit in *Hist. Cortusiorum* lib. 6. cap. 6: *Dum fugiebat in habitu Servitricis, etc.*

\* SERVITORIA, idem quod *Capellania*.



Stat. antiq. eccl. cathedr. S. Petri Redon. cap. 33. ex Cod. reg. 9612. L: *Statuimus quod Servitoria seu capellanæ in titulum nemini conferantur; sed capitulum debet ad illas capellanos et bacchularios suffientes et idoneos deputare, qui sunt ad nutum capituli amovibiles.* Vide in *Servitor*.

**SERVITUDO**, *Servitus*, δουλεία, in Gloss. Gr. Lat.

\* 1. **SERVITURA**, *Servientis officium vel feudum.* Regist. episc. Nivern. ann. 1287: *Servitura valet xvi. lib. xiiij. sol. viij. den.* *Servitura de Regniaco valet xv. lib.* Vide supra *Servientura*.

\* 2. **SERVITURA**, male pro *Serratura*, sera, qua januæ occluduntur. Liber. de *Liviere* ann. 1367. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 723. art. 1: *Quod in quacunque portu dictorum portualium.... sint due claves in qualibet Servitura; quarum unum de quilibet porta et qualibet Servitura penes se habeat et custodiat dictus miles.* Vide *Serratura* 1.

1. **SERVITUS**, *Servitium*, seu officium Ecclesiasticum. [Charta ann. 1085. apud Stephanot. tom. 1. Antiquit. Lemovic. MSS. pag. 699: *Ergo ecclesiam Maimacensis absolutem atque libertatem ad celebrandam illic divinam Servitutum in capitulo fecerunt Episcopus Guido et Archidiaconi ejus et totus Clericorum conventus.*] Epitaphium Conradi Ducis Franconia, apud Browerum lib. 9. n. 65:

Hic jacet in tumulo Dux, per quem Servitus isto Fit celeberrimo templo, laus, virtus, gloria Christo.

Vide *Servitium*.

† 2. **SERVITUS**, Ministerium, officium. Charta ann. 1229. tom. 1. Chartul. S. Vandreg. pag. 10: *Ego Richardus Anglicus famulus dom. Abbatis et Conventus S. Vandregesili vendidi et concessi Rothaisie nepoti meo et Eliæ Amiot sponso suo... totam integre Servitutum meam quam habebam et tenebam a dom. Abbate et Conventu S. Vandregesili, quam dictam Servitutum pater meus et ego possedimus. Tuli vero conditione quod ego dictus Richardus habeo et tenebo dictam Servitutum usque ad obitum meum, reddendo inde annuatim dictæ Rothaisie et dicto Eliæ sponso ejus vel heredibus suis duo quarteria bladi de redditu Augusti mei... pro saisina venditionis dictæ Servitutis.* Vide in *Servitium*.

† **SERVITUS**, Minister ipse. Epist. Alexandri III. PP. inter Conc. Hispan. tom. 3. pag. 382: *Sub interminatione anathematis districtius inhibeat, quod bestias tragini præscripti monasterii cum hominibus aut servitutibus suis nulla ratione invadant, nec aliquam eis injuriam vel molestiam audeant irrogare.* Vide *Servitium*.

**SERVITUTES EXACTORIÆ et coactitiæ**, Præstationes, vel operæ serviles, *Corvées*. Ordericus Vitalis lib. 6. pag. 604: *Aliam nempe decimæ medietatem de eo Monachi Columbenses tali tenebant pacto, ut omnes Episcopales consuetudines, et omnes exactorias Servitutes persolverent pro illo.* Infra: *Homines de Parco omnino absolvit, ut nullam sibi coactitiam exhibeant Servitutum, nec eam nisi in generale Principis Normanniæ expeditionem.* [\* Non operæ serviles sunt, sed Præstationes, quæ ex jure

vel usu exigi possunt et ad quarum solutionem quis potest cogi. Vide *Servitus*, 4.]

\* 3. **SERVITUS**, Officium, obsequium, nostris *Service*. Charta Karlom. reg. ann. 879. inter Probat. Hist. S. Emmer. Ratisbon. pag. 62: *Nos vero libentissime petitionibus illius (presbyteri) satisficientes, propter nimiam Servitutum illius in nos exhibitam.*

\* 4. **SERVITUS**, Census, præstatio, quæ *Serviri* seu prestari et exsolvi debet. Vide *Servire* 1. Charta ann. 1345. in Reg. 75. Chartoph. reg. ch. 280: *Item census seu Servitutes, quas idem dominus dalphinus habet.... pro esplecha carboneriarum, lapidum, etc.* Vide *Servitutes exactoriæ et coactitiæ in Servitus*, 2.

\* 5. **SERVITUS SIGNORUM**, idem quod *Consuetudo* 4. Pensitatio debita, cujus initium ignoratur et a quo inducta. Libert. bastidæ S. Ludov. ann. 1325. in Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 127: *Universi burgensiam tenentes, undecumque venerint, ab omnibus talliis, pedagiis, boagiis, adjornaliis personarum et animalium, bovis, aratri, signorum Servitutibus, .... et aliis servitutibus perpetuo sint immunes.* Vide *Signum* 6.

† **SERVIVNCULUS**, diminut. a *Servus*, in Monast. Anglic. tom. 1. pag. 11: *Ego Patricius humilis Servivnculus Dei, etc.*

† **SERUM**, Occidens. Chron. Parmense ad annum 1274. apud Murator. tom. 9. col. 788: *Struta de Petra-Nova ubi angulo Petri Montani usque ad angulum de Bergocciis unipliata fuit a latere de Sero dictæ strate.* Vide *Sero*.

**SERVORIUM**. Vide *Servatorium*.

**SERURA**, Sera, ex Gall. *Serure*. [Comput. ann. 1202. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. ccvii: *Pro Seruris de portis Gornaci, etc.*] Synodus Exoniensis ann. 1287. cap. 4: *Sit corpus Dominicum repositum in bursa mundissima, et ipsa includatur sub Serura in pyxide inunda et honesta, etc.* W. Thorn ann. 1321: *Hæc omnia cum suis hanaperiis, elavibus, et Seruris.* Fleta lib. 1. cap. 20. § 69: *De his, qui Seruras, fenestras, ostia... frerint.* Lib. 2. cap. 72. § 3: *Facilis ingressus præbet plerumque fragilitati peccandi voluntatem, et salvæ Seruræ fanulos redditus apertos.* Adde Statuta Provincialia S. Edmundi Archiep. Cantuar. ann. 1235. cap. 9. et Provinciale Cantuariense lib. 3. tit. 27. [Vide *Serrura*.]

† **SERURARIUS**, Serarius, serarum fabricator, Gall. *Serrurier*. Acta S. Francisci de Paula tom. 1. April. pag. 151: *Maritus suus qui tunc erat et adhuc est Serurarius, onus habebat fabricandi ferraturam, videlicet, seras, claves et alia necessaria ad clausuram conventus.* Vide *Serator*.

**SERVUS**, *Servi*, apud veteres Gallos et Germanos alii fuere a servis Romanis eorumque conditio longe diversa. Tacitus, de Morib. Germanor.: *Servis, non in nostrum morem, descriptis per familiarum ministeriis utuntur, suam quisque sedem, suos penates regit: frumenti modum dominus, aut pecoris, aut vestis, vel colono injungit, et servus hactenus paret.* Quibus quidem verbis satis designantur ejusmodi servi, quos *Adscriptitios glebæ* vocabant, quales ferme fuere apud nostros, qui servorum

nomine censebantur, de quibus a nobis utcumque collecta, et prout occurrerunt, hic proponemus.

*Servi* porro, ut est in Legibus Henrici I. Regis Angliæ cap. 76. *alii nature, alii facti, alii emptione, alii redemptione, alii sua vel alterius datione.* De hisce omnibus fere servorum speciebus egimus variis in locis, ac præsertim in vv. *Capitalis, Nativus, Originarius, Obnoxatio, etc.* Ad eos vero, qui *redemptione* facti, hic dicuntur, referri debent, quæ habent Assisiæ Hierosol. MSS. cap. 191: *Il y a une autre assise propre, que quant home est arresté par dethe, que il ne puisse payer, et celui, ou ceaus, à qui il doit, et ne peut payer, requierent au Seigneur que il lor livre par l'assise celui, qui lor doit la dethe, et le Seigneur leur doit livrer, et que il le peuvent tenir en fers, ou en prison, s'il ne les paye, toute sa vie, donnant li à manger et à boire suffisamment sa vie sostenir pain et aigue, et robe à vestir si que il ne meure par faute de robe, et se il le font labourer, que son labour soit conté au feu corable des laborans qui laborent de celui labour, que li fera laborer, et abat de sa dethe, ce que il deservira de son labour.*

*Servi*, ut olim apud veteres, etiam apud nostros vœnum exponebantur: cujusmodi venditionis formulæ exstant apud Marculfum lib. 2. form. 22. et Labbeum tom. 2. Miscellan. pag. 493. Vide Gregor. Turon. lib. 3. Hist. cap. 15.

*Servi* vero venalitarii, seu vœnum expositi, ramum gestabant in capite. Warnerius MS. in Caprum Scottum Poëtam:

Ducitur ad portum gestans in vertice ramum,  
Vencalem Moriunt nosceret ut populus.

Apud veteres collo appensum titulum gestabant. Vide A. Gellium lib. 4. cap. 2. Budæum in Annotat. Prior. et Scaligerum ad lib. 4. Propert.

\* *Servi*, cum a dominis vendi poterant, nihil mirum, si eos cum re qualibet commutaverint; quod factum legimus in Transcript. inter dom. de Bellojoco et capit. Autiss. ann. 1281. ex Chartul. S. Steph. Autiss.: *Lequel Humbert en échange de ce, baille audit chapitre tous les hommes et les femmes, que luy et sa femmeavoient ou pouvoient avoir, ou devoient avoir à Egligny, à Cherluy, à Porreïn et à Espoigny, sers et serves de chefs et de corps, .... avec la progeinée et la sigance de tous les hommes et de toutes les femmes.*

*Servorum* pretium commune apud Romanos fuit 20. aureor. ex leg. 31. D. de Minor. (4. 4.) et leg. 1. C. de Com. serv. man. (7. 7.) Varium ac diversum tamen fuit, secundum servorum dotes. Gregorius Turon. lib. 2. Hist. cap. 5. de Sero: *Quo invento, obtulerunt homini munera: sed respuit ea, dicens, Hic de tali generatione decem auri libris redimi debet.* Ibidem, servus alius venditur 10. aureis. Vide eundem lib. 6. cap. 36. *Servus aut ancilla valens sol. 15. aut 25. in Lege Salica tit. 11. § 5.* [Statuta crimin. Saonæ cap. 18. fol. 25: *De percussione Sclavorum utriusque sexus. Nulli enim liceat taliter capiendo vel ducendo interficere, vel graviter vulnerare, nisi forsitan se telo defenderent, quo casu occidens vel vulnerans*



puniri possit, nisi duntaxat ad restitutionem pretii servi occisi, vel vulnerati, quod pretium taxari per magistratum Saonæ nequeat ultra florenos quinquaginta.]

Statura in servis observabatur et aestimabatur. Lex Alaman. tit. 8. edit. Tili et Heroldi : *Si quis servum alienum occiderit, sol. 12. in capitali restituit : aut cum alio servo, qui habet 13. palmas cum pollice replicato, vel 2. digitos in longitudinem, et 3. solidos in alio pretio superponat, quod fiunt simul solidi 15.* Charta Alamannica Goldasti 3 : *Det alium mancipium undecim manuum longum.* Vide Cujacium lib. 20. Observ. cap. 3. et eundem Goldastum ad Dositheum pag. 28.

☞ *Servi pignus dabantur et recipiebantur.* Lex Alaman. tit. 86. § 1 : *Si quis pignus tulerit contra legem, aut servum, aut equum, etc.*

☞ *Servum, cui dominus oculum eruit, vel dentem excussit, liberum dimittendum esse statuit liber 6.* Capitul. cap. 14 : *Si percusserit quispiam oculum servi sui aut ancillæ, et luscus eos fecerit, dimittat eos liberos pro oculo quem eruit. Dentem vero si excusserit servo vel ancillæ suæ, simili sententia subjacebit.* Si vero occiderit, pœnitentiæ per biennium subjicitur, ex Addit. 4. cap. 49 : *Si quis servum proprium siue conscientia iudicis occiderit, excommunicatione vel pœnitentiâ biennii reatum sanguinis emundabit.*

*Servi matrimonia ita inibant, ut invito, aut inconsulto domino, ancillis; et vicissim ancillæ servis aliorum dominorum copulari non possent, pro qua licentia certam denariorum summam exsolvere tenebantur, ut in voce Forismaritagium docuimus.*

Liberorum vero hominum matrimonia cum ancillis apud Wisigothos gravi pœna interdicuntur, in Lege Wisig. lib. 3. tit. 2. § 2. 3. In Lege Salica tit. 27. § 3. Exstat Charta in Tabul. S. Germani Parisiis Hugonis Abbatis ann. 1140. in qua hæc habentur : *Quidam homo Anselmus nomine Major S. Martini Turonensis de villa, quæ Donna Maria de Montosis nominatur, adit præsentium nostram, petens a nobis, quatenus quamdam mulierem, Lethois appellatam, de familia B. Germani procreatam, quam in uxorem ducere volebat, a servili conditione solveremus. Sibi enim eam, nisi liberam, matrimonio jungere non licebat, etc.* Francus, qui alienam ancillam sibi publice junxerat, cum ea in servitio permanebat. Id juris etiam obtinuit olim in Gallia nostra. M. Pastorale Ecclesiæ Paris. ann. 1261 : *Petrus dictus Rex, oriundus de Lagiaco, commorans apud Civiliacum, asseruit et recognovit in jure coram nobis ... quod ipse duxit in uxorem Gilam, quondam uxorem defuncti Petri de Origniaco defunctam, feminam de corpore Ecclesiæ Parisiensis. Asseruit etiam et recognovit dictus Petrus in jure coram nobis, quod ipse ob hoc de consuetudine generali ipsius patri factus est homo ipsius Ecclesiæ Parisiensis, etc.* Sed et in Flandria Galbertus in Vita Caroli Comitiss Flandriæ n. 12 : *Quicunque secundum jus Comitiss ancillam liber in uxorem duxisset, postquam annuatim eam obtinisset, non erat liber, sed ejusdem conditionis erat effectus, cujus et uxor ejus.* Vide Gual-

terum Tervan. cap. 15. et Labbeum tom. 1. Miscellan. pag. 541. tom. 2. pag. 468. Contra, Jure Anglico, thorus mariti liberi facit uxorem nativam liberam in vita viri, finito vero matrimonio uxor ancilla redit in servitutum, ut est apud Bractonem lib. 4. tract. 1. cap. 21. § 4. et in Fleta lib. 5. cap. 26. § 25. Quod etiam apud nos obtinet in viris nobilibus, qui uxores non nobiles ducunt quæ maritorum privilegiis gaudent, dum ii superstites sunt. Wiehbild. Magdeburgense art. 3 : *Constitutionibus antiquorum Principum cautum esse legimus, si homo liber servam in matrimonium duxerit, proles ex ea genita patri et non matri æquari debet. Principes autem potentes de consensu communitalis sanxerunt, quod filii jura natiuitatis patris, et filia matris. Recitari tamen, quod tempore Friderici eo nomine primi Imperatoris, statutum fuit, si liber homo servam superduxerit, vel ingenua servam, quod proles illa utriusque sexus matrem sequi deberet, et non patrem. A juris autem principio hoc fuit jus, quod liber partus nunquam servilem procreavit partum. A temporibus autem Wikmanni Episcopi jure frequentatum est, et per Henricum eo nomine VI. Imperatorem statutum, quod utraque proles, filius, et filia nascuntur secundum matrem et non patrem : hoc est, ventrem ipsum sequuntur, etc.*

In Anglia nunquam matris, sed patris conditionem semper sequuntur liberi ex ejusmodi servorum matrimoniis prognati : *quia semper de patre, non a matre generationis ordotextitur, ut est in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 77. et 78.* Quibus consona habent Fortescutus cap. 42. Fleta lib. 1. cap. 3. § 2. et Littleton. sect. 187. Vide Bractonem lib. 4. tract. 1. cap. 21. 22.

In Comitatu Cornubiæ ea obtinet consuetudo, *quod si liber homo ducat nativam aliquam in uxorem ad liberum tenementum, et liberum thorum, si ex eis duæ procreantur filia, una erit libera, et altera villana, quia ibi partiti sunt pueri inter liberum patrem et dominum uxoris villanæ.* Bracton. lib. 4. cap. 13. § 2.

Liberorum ex ejusmodi matrimoniis status diversus fuit, secundum receptas apud gentes diversimode Leges. In Consuetudine Burbonensi art. 199. liberi ex legitimo matrimonio servi vel servæ nati, sive uterque servituti obnoxii sint, sive horum alter, pejorem conditionem sequuntur, hoc est, servi fiunt. Quod videtur obtinuisse apud Francos, ex Marculfo lib. 2. forin. 29. in Alemannia, et alibi, ex Chartis Alemann. Goldasti 1. 2. ex Constit. Conradi Imp. ann. 1028. et Friderici II. ann. 1220. apud Ughellum in Episcopis Sassenatensibus. Adde Edictum Theoderici Regis § 65. 66. Exstat in Tabulario S. Maglorii Parisiensis Charta, ex qua docemur illi juris etiam locum habuisse apud nostros sub tertia Regum stirpe : *In Nomine S. et individua Trinitatis Amen. Ego Ludovicus Dei gratias Francorum Rex notum volo fieri omnibus tam posteris quam presentibus quorundam invola relatione aurius nostre Sublimitatis intimatum fuisse, quemdam scilicet Henricum cognomento Lothoringum servum nostrum debere esse, et matre quidem illius libera existente ex paterna tantum origine servitutis maculam*

*contraxisse. Sed quia honor Regis judicium diligit, querelam et causam istam in judicium posuimus, et diem inde statuimus. Die igitur statuta, convenientibus in unum in Palatio nostro amicis et fide libus nostris, prædictum Henricum monuimus, ut tanquam noster servus, et ex nostro servo natus, sicut nobis dictum fuerat servitutis obsequium nobis impenderet. Henricus vero et se et patrem suum servum nostrum vel fuisse vel esse omnino negavit, et ab omni servitute se et eum defendere paratus fuit. Quoniam autem objectæ servitutis aberat testis, accusator defecerat, communi consilio diffinitum est, ut ipse Henricus suæ libertatis jurator et comprobator existeret, et juramento suo nos super hoc certos et omnino quietos redderet, quod et factum est, etc. Actum Parisiis ann. 1112.*

Lege Longobardorum, mulier libera, quæ servo nupserat, non modo statum mariti sequebatur, sed et ad Palatium pertinebat. Præceptum Pandulphi Principis Capuæ apud Camillum Peregrinum in Hist. Longob. : *Concedimus tibi, qui Adebundo, omnes mulieres liberas feminas, quæ sibi copulaverunt vel copulaverint tuos servos maritos. Capitul. Adelechi Princip. Benev. cap. 1 : Si cujuscumque servus liberam uxorem tollere, qui ad Palatium juxta legem pertinebat, utique pessima exitit consuetudo, ut eas personas, quisquis vellet, expeteret. A modo autem et deinceps statuimus, ut tanta perversitas nullum habeat locum, sed ipse solummodo eos habeat semper, cujus primum ille fuerat servus, etiamsi illos ad Palatium nunquam repetant. Habetur istius Consuetudinis Diploma ejusdem Adelechi in Chron. S. Sophiæ Benevent. pag. 645. Id etiam statutum a Frothone Danorum Rege auctor est Saxo Grammaticus lib. 5 : *Si libera consensisset in servum, ejus conditionem æquaret libertatisque beneficio spoliata, servilis fortunæ statum indueret.**

In Legibus Scaniæ apud Andream Suenonius lib. 6. cap. 5 : *Matris conditionem sequitur semper partus, ut sit liber partus ex libero ventre procreatus, licet pater servilis conditionis onere premeretur : vel si servus ex ventre servili progenitus, quantumcumque pater inter ingenuos nobilitatis genere præfulserit.* Sed hæc attingisse sufficiat, cum omnia, quæ de servorum matrimoniis habent Concilia, Regum Capitula, Chartæ veteres, et Consuetudines municipales, hic inserere haud facile sit. Consulat igitur, qui plura volet, Excerpta Egherti Archiep. Eborac. cap. 124. Synodum Vermeriensem ann. 752. cap. 6. 7. 8. 13. 19. 20. Capitulare Compendiense ann. 757. cap. 6. Capitul. 3. ann. 819. cap. 3. Observantias Regni Aragon. lib. 6. tit. de Privilegiis domine Infantine § 1. M. Pastor. Eccles. Parisiens. 2. ch. 127. 128. 131. 135. lib. 3. ch. 14. lib. 5. ch. 9.

*Liberorum matrimonia.* In Consuetudine Burbonensi art. 208. possunt servi liberos suos in matrimonium collocare, iisque bona sua mobilia tradere, ita ut eorum liberi ac bona priorem semper conditionem sequantur.

De Servorum nothis liberis, ita sancit Consuetudo Burbonensis art. 194. Nothi ex ancilla et homine libero conditionem



matris sequuntur. Contra nothi ex muliere libera et homine servo sequuntur conditionem patris, remaneantque nude nothi.

\* Qui *Serfs pissenez* appellatur in pago Nivernensi, ut testis est Raguellus.

*Bona servorum.* In Consuetudine Burbonensi art. 201. 202. servi prædia sua liberæ conditionis hominibus vendere non possunt, quod si vendiderint, in commissum ad dominum perveniunt. Contra vir liberæ conditionis prædium suum servo vendere potest. Vicissim servi in servos sive per donationem sive per venditionem bona sua transferre, aliosque contractus inire invicem possunt, inconsulto domino, dummodo ejusdem domini sint servi.

*Servorum successores.* In eadem Consuetudine Burbon. ann. 200. liberæ conditionis viri vel feminae servis nusquam, sed servi agnatis liberæ conditionis succedunt. Art. 207. Servi agnatis ejusdem conditionis succedunt, dummodo communes in bonis sint, unaque cum iis degant. Quod si ab iis divisi sint, eorum hæreditas jure mortuæ talliæ ad dominum pervenit. Eadem habet Arvernensis cap. 27. art. 8. 6. Vide M. Pastorale Ecclesiæ Parisiensis lib. 1. ch. 26. et Consuetudinem Tolosæ, rubr. de Homagiis. Exstat in Tabulario S. Dionysii Novigenti Charta Roberti Comitis Belismensis, qua *res servorum suorum omnium morientium, sicut mos sibi deferebat, tam in ædificiis, quam in rebus aliis, S. Dionysio Martyri, sibi que servientibus concedit.* [Vide Glossarium Juris Gallici voce *Eschange.*]

☞ *Servis lanceæ usus prohibetur, in lib. 5. Capitul. cap. 247: Et ut Servi lanceas non portent.*

☞ *Varia fuit et diversa pro variis temporibus et locis servos libertate donandi ratio: quas omnes consuetudines attigimus in voce Manumissio.* Huic vero quæ accepto a servis libertatis pretio fiebat nonnulla addere placet lectori haud ingrata, ut confidimus. Judicium testam. Bernardi Comitis Bisuld. ann. 1020. in Append. ad Marcum Hispan. col. 1030: *Servos vero omnes suos masculos quos in domo sua retinebat mandavit liberos facere propter remedium anime sue... Adalbertus de Casis donet quinque uncias de auro ad S. Maria de Cuberu ad crucem faciendam, et faciant illum liberum. Arnulfus de Riopullo donet quinque uncias de auro ad S. Petro de Castronovo propter crucem quod ibidem debebat, et faciant illum liberum. Amalvino de Tugurio et Tedmar de Viriols donet unusquisque uncias duas de auro ad S. Maria de Finistras, ... et faciant eos liberos. Charta manumissionis ann. 1217. ex Tabul. Montol. : Nos duo fratres Petrus Vebaldi et Guillelmus Arnaldi per nos ... solvimus, diffinimus et ab omni jugo servitutis liberamus te Raynuundam feminam nostram ... et omnes infantes qui de te nascentur, et omni posteritatem quæ de illis exierit in perpetuum, et damus atque etiam dimitimus Domino Deo et B. M. Virginiet omnibus SS. Dei et marito sive maritis si forte eos habueris, quidquid in te habebamus vel habere debebamus, ita quidem quod tui infantes qui de te nascentur et omnis posteritas quæ de illis exierit in perpetuum possitis facere omnem vestram voluntatem a vobismet ipsis et ab omnibus rebus vestris præsentibus*

*et futuris sine omni nostro nostrorumque retentis et rebellamento, quia ab omni jugo servitutis, a parte domini et homagii nostri liberos et absolutos, sicut melius dici vel intelligi potest ad vestram vestrorumque utilitatem vos facimus cum hac præsentis carta vobis in perpetuum valitura, recognoscentes et cognoscentes quod pro hac recognitione et diffinitione recepimus a rebus amicorum tuorum quatuor solidos Melgoriensis, ut hæc carta firma et stabilis permaneat.*

☞ *Observandum vero libertatis munere donari eum non posse, qui ex parentibus servis natus, per triginta annos ipse in servili conditione perstitit, ex Addit. ad Leg. Longobard. tit. 4. § 10: Quod per triginta annos servus liber fieri non possit, si pater illius servus aut mater ejus ancilla fuerit.* [\* Lothar. 95. Confer Grimoald. 1.]

*Servi, Clerici fieri velantur, antequam libertatem a dominis suis consecuti fuerint, in Canonibus Apostol. in Nov. 123. § 17. in Concil. Aurel. III. cap. 26. Aurelian. V. cap. 6. in Capitul. Caroli M. lib. 1. cap. 88. [\* 82.] lib. 7. cap. 34. [\* 51.] in Fragmentis Capitular. edit. a V. Cl. Steph. Baluzio cap. 2. in Capitulari 1. ejusdem Imper. incerti anni cap. 26. etc. Vide præterea Vitam S. Theophanis Confess. n. 11. Flodoardum lib. 3. Hist. Remens. cap. 27. pag. 553. Consuetudinem Castellensem in Biturigib. art. 7. Vassorium in Annalib. Noviomensib. pag. 959. 960. Steph. Baluzium in Append. ad Capitul. n. 105. 161. etc. Si autem inconsulto domino ad Clericatum promoverentur, Clericatus privilegio, domino petente, privabantur. Vide Probationes Hist. S. Aniani pag. 106. et Regiam Majest. lib. 2. cap. 13. ubi plura de servis non ordinandis ad sacros ordines, præterea S. Leonem Epist. 1. cap. 1. Vitam Ludov. Pii ann. 817. etc.*

☞ *Verum si servus sciente et non contradicente domino in clero sortitus sit, ex hoc ipso liber et ingenuus fiat, in Fragm. Capitul. cap. 2. apud Baluz. tom. 2. Capitul. col. 361.*

☞ *Idem statuitur in Capitular. Aquigr. ann. 789. cap. 22. pro servis qui vitam monachicam suscipere volebant, ut scilicet præter consensum dominorum non admittantur: quod tamen certis limitibus conclusit Capitulare 1. ann. 805. § 11: De propriis servis vel ancillis, ut non supra modum in monasteria sunantur ne deserentur vilite. Adde lib. 1. Capitul. cap. 106.*

\* *Audiendus omnino hac de re Bellomanerius cap. 45. in Consuet. Bellovac. MSS. pag. 121. vº. col. 2: Il duit moult bien au seigneur, quant il voit que son homme de cors devient clerc, que il traie à l'èvesque et que il li requiere que il ne li fache pas couronne; et se il li a faite, que il li oste: et li èvesque i est tenu. Requirebat præterea superioris domini seu regis consensus, ut qui, illo non petito, ad presbyteratus etiam ordinem et ad beneficium ecclesiasticum fuerat promotus, in servitute, non domini proprii, sed superioris, redibat; qui usus posterioribus quoque sæculis, saltem in quibusdam provinciis, obtinuit, ut discimus ex Lit. ann. 1474. in Reg. 204. Chartoph. reg. ch. 111: Dimanche Colconnet prestre chanoine en l'é-*

*glise cathédrale de Chalons,..... pour ce qu'il est issu de Serve condition et qu'il n'a esté manumis que par seigneurie ou seigneurs naturels tant seulement, par quoy, selon la coustume de nostre prys de Champngne, il est retourné envers nous en semblable servitude, qu'il estoit envers sesdiz seigneurs naturelz, paravant ladite manumission, etc.*

*Servorum testimonia.* Servis non credendum, si crimen alicui objecerint, statuit Lex Wisigoth. leg. 2. tit. 4. § 4. ut et dominos accusantibus, Edictum Theoderici § 48. et Capitula Caroli M. lib. 6. cap. 144. [\* 146.] lib. 7. cap. 148. 342. [\* 208. 440.] Ex Consuetudine Burbon. art. 205. servorum perinde ac aliorum liberæ conditionis hominum admittuntur testimonia. Sed et juri stare possunt inconsulto domino, art. 206. *Servorum Regiorum* admittatur testimonium, ex Lege Wisigoth. leg. 2. tit. 4. § 4. et ex Lege Burgund. tit. 60. § 3. Ludovicus VI. Francorum Rex ann. 1108. Ecclesiæ Parisiensi indulxit, ut *illius servi in omnibus causis, placitis ac negotiis adversus omnes homines tam liberos quam servos liberam et perfectam haberent testificandi et bellandi licentiam, ita ut novo eorum testimonio pro Ecclesiasticæ servitutis occasione calumniæ inferat.* Id firmavit postea Paschalis PP. 8. Kl. Febr. ann. 1114. qui hæc subdit, *non esse æquum Ecclesiasticam familiam iisdem conditionibus coerceri, quibus servi secularium hominum coercerentur.* Exstant hæc decreta in M. Pastoralis ejusd. Ecclesiæ leg. 19. ch. 13. 71. et 84. quæ descripta sunt a Ph. Labbe tom. 2. Miscellan. pag. 597. et seqq. Simile privilegium indulxit idem Ludovicus anno 1110. servis Monasterii S. Martini de Campis, in cujus Historia habetur pag. 22. ut et servis Monast. S. Mauri in Charta ann. 1118. descripta a Gallando lib. de Franco Alodio pag. 263. [et a D. De Lauriere tom. 1. Ordin. Reg. Franc. pag. 3. qui aliam ejusd. Regis subdit ibid. pag. 5. pro servis Eccl. Carnot. ann. 1128.] Adde Jacobum Petium ad Pœnitentiale Theodori pag. 309. 352. 452. 454. 578. 584.

☞ *Id erat Regiorum et Ecclesiasticorum servorum privilegium ut ipsi in judicio de rebus suis responderent. Lex Ripuar. tit. 58. § 20: Servi autem Regis vel Ecclesiarum non per actores, sed ipsi pro semet-ipsis in judicio respondeant, et sacramenta absque tangano conjurent.* Alii vero per suos dominos respondebant, ex eadem Lege tit. 30. § 1: *Dominus ejus in judicio pro eo interrogatus respondeat.*

In Consuetudine Burbonensi art. 189. 204. servorum alii sunt, qui ex eo, quod tallis servilibus sunt obnoxii, pro servis habentur: alii servi 4. denariorum appellantur, de quibus egimus, ubi de *Capitilibus*, id est, hominibus, qui censum debent de capite, quos etiam *homines de corpore*, vel de *casalagio* nuncupabant. De iis suis locis multa congestimus. Utriusque servorum speciei par ferme fuit conditio; cum et servilibus obsequiis penitus addicti, et dominis suis, ratione originis omnino essent obnoxii. Adscriptiorum igitur alii erant servi Fiscales, alii Ecclesiastici, alii Beneficarii, etc. De quibus nomenclaturis sigillatim dicemus.



† **SERVI ARATORES**, Agrorum cultores, in Cod. Theod. lib. 2. tit. 30. de Pignor. leg. 1: *Non Servos aratores, aut boves aratorios pignoris causa de possessionibus abstrahunt. Vide Servi ministeriales.*

**SERVI BENEFICIARIJ**, Beneficiis seu prædiis datis ad beneficium, addicti, et qui in iis servit glebæ erant, et cum prædio ad beneficiarium transierant, in Lege Longob. lib. 1. tit. 9. § 30. 36. [\* Ludov. P. 10. Lothar. 58.] in Capit. 1. Lud. Pii ann. 819. c. 1. et in Capit. 3. ejusdem anni cap. 7. Agobardus Lugdun. de privilegio et jure Sacerdotii c. 11: *Habeo unum clericionem, quæcunq; mihi nutritivi de Servis meis propriis, aut Beneficialibus, sive pagensibus, etc. Vetus Notitia ex Tabulario Pensiensi ch. 14: Ibiq; adveniens Moyses Advocatus Hildebranno Comiti, ... mallavit hominem aliquo, nomine Dodono, quod Servus erat Domino Karlo de suum beneficium, de villa, quæ dicitur Jovo, in pago, qui dicitur Augustidunense, etc. Infra: Ad pedes ipsius Moysæ jactavit, atque recedit, quod Servus erat Domino Karlo Rege de jamdicta villa Jovo. Alia Notitia ibidem ch. 15: Ibiq; veniens Fredelus Advocatus Hildebrandi Comitis, mallabat hominem aliquo, nomine Adelardo. Requirebat ei, quod Servus erat Domni Ludovici Imperatoris, de villa Patriciaco, de parte genitoris sui nomine Adalberto, de Beneficio Hildebrando, et ipso servitio malo ordine recitendebat, etc.*

**SERVI CASATI**, Casis seu prædiis addicti. Charta divisionis Imperii Caroli M. cap. 6: *Servi, qui jam Casati sunt, ... mancipia non casata. Vide Traditiones Fuld. l. 2. trad. 40. 70.*

† **SERVI CENSUALES**, Villani, censui obnoxii. Charta ann. 963. apud Calmet. inter Probat. Hist. Lotharing. tom. 1. col. 371: *Dedit itaque præductus Comes ad S. Maximinum de rebus sue proprietatis legali traditione mansum unum et dimidium, cum Servis censualibus, etc. Vide in Census pag. 278. col. 2.*

† **SERVI CIVITATIS** fiscalibus æquiparantur, in lib. 4. Cod. Theod. tit. 9. leg. 4: *Mulieres, quæ fiscalibus vel civitatis Servis sociantur, ad hujus sanctionis auctoritatem minime pertinere sancimus.*

† **SERVI COMITUM** memorantur in Edicto Pistensi cap. 15.

**SERVI CONSUETUDINARIJ**, *Serfs costumiers*, in Consuet. Marchensi art. 126. dicuntur, qui domino tres tallias in pecunia, et avenam et gallinam debent, aut præstant, quolibet anno propter prædium servituti obnoxii. Vide *Consuetudinarii in Consuetudo 4.*

\* **SERVUS DISRATIONARIUS**. Vide supra *Disrationarius*.

**SERVI DOMINICI**, *id est, compulsores exercitus, quando Gothos compellunt in hostem exire, etc.* in Legibus Wisigoth. lib. 9. tit. 2. § 2. *Qui in hostem exire compellunt, § 5.*

**SERVI ECCLESIASTICI**, appellati ii, qui ad Ecclesiam pertinebant, in Decretione Childeberti Regis cap. 13. in Lege Longob. l. 1. tit. 9. § 30. 36. [\* Ludov. P. 10. Lothar. 58.] in Capit. Caroli M. lib. 7. cap. 335. [\* 423.] in Capit. 3. Lud. Pii ann. 819. c. 7. etc. *Servi Ecclesie, in Decreto*

Childeberti § 8. 13. in Lege Alamann. tit. 8. 21. in Lege Bajwar. tit. 1. cap. 14. § 1. in Decreto Tassilon. de popularib. Legib. § 12. in Capit. Caroli M. lib. 7. c. 212. [\* 290.] in Concilio Compendiensi ann. 757. cap. 4. etc. Paschalis PP. pro Ecclesia Parisiensi in M. Pastoralis lib. 19. ch. 13: *Pro eo, quod ipsius Ecclesie, qui apud vos Servi vulgo improprie nontinatur. Vide Ecclesiasticus 4. et in Oblati 2. ubi alia observamus.*

**SERVI FISCALES**, vel *fisci*, dicti ii, qui ad fiscum, Regem vel Dominum spectabant, in leg. 3. et 4. Cod. Th. Ad senatus-cons. Claud. (4. g.) in Lege Wisigoth. lib. 5. tit. 7. § 15. 16. lib. 9. tit. 2. § 9. lib. 10. tit. 2. § 4. in Concilio Tolet. III. c. 15. apud Rabanum Maurum lib. 7. contra Judæos c. 44. *Servi fiscalini*, in Decreto Childeberti § 13. in Lege Longob. lib. 1. tit. 9. § 30. 36. in Capit. Caroli M. lib. 7. cap. 335. [\* 432.] *Homines fiscalini Regii*, in Capitulo 2. ad Legem Salicam § 7. *Servi, qui ventalibus servitiis mancipantur*, quorum ea erat prærogativa, ut eorum sacramentis crederetur, et Palatinis officiis honorari possent, in Lege Wisigoth. lib. 2. tit. 4. § 4. Id autem erat Regis privilegium in servos suos, ut nulla præscriptione eos amitteret, sed ei restitui deberent, in cujuscumque terra invenirentur, quod contra obtinebat de cæteris servis, qui septennio in aliorum dominorum terris exacto, nulla facta de iis reclamazione, libertatem consequerentur, ut est in Regiam Majestat. lib. 2. cap. 12. § 14. 15. 16. Vide Rhenanum lib. 2. Rer. Germ. pag. 87.

**SERVI FUGITIVI**. Vide *Fugaces*.

† **SERVI FUNDORUM**, Coloni, in Cod. Theod. leg. unica de communi dividundo. (3. 38.) Vide in *Servi aratores*.

† **SERVI GREGARIJ**, *Lixæ*. Gesta Consulum Andegav. cap. 11. apud Acher. tom. 10. Spicileg. pag. 493: *Edicto præcepit... ne lixæ, ne gregarii Servi agmen eorum sequerentur.*

\* **SERVI JUDICES**, iidem qui *Servi vicarii*, Qui vices domini agunt, ejusque nomine aliis jus dicunt. Vide supra *Judices servi*.

\* **SERVI MANUALES**, iidem qui *Ministeriales*, certis operibus et maneriis domesticis addicti. Charta ann. 867. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 514: *Donamus ibidem alios Servos nostros manuales ministeriales, Rodulo cocum Teuderada uxore sua: Ildeprandello pistrinario cum Dativa uxore sua: Gottefredo lavandarius cum Froumberga uxore sua, etc.*

**SERVI MASSARIJ**, Massæ, seu prædio addicti, servi glebæ, in Lege Longob. lib. 2. tit. 32. § 3. [\* Rothar. 238.] *Servus rusticanus, qui sub massario est*, lib. 1. tit. 11. § 5. [\* Rothar. 132.] *Servus de massaro, vel de massaritia, seu manso*, in Charta Tirpimiri Ducis Croatiae apud Joannem Lucium lib. 2. de Regno Dalmat. cap. 2.

**SERVI MINISTERIALES**, Qui domi ministrabant. *Aldio vel servus ministerialis*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 8. § 1. 2. 3. etc. [\* Rothar. 76. sqq.] *Servus ministerialis probatus, et doctus domi*, lib. 1. tit. 11. § 2. [\* 130.] Adde Recapit. Legis Salicæ c. 11. 15. et Papianum lib. Resp.

tit. 3. ubi *Servus ministerialis* post *servum actorem* ponitur. *Servorum autem ministerialium*, vel etiam eorum, quos *Artifices* vocat Paulus leg. ult. de oper. servor. (7. 7.) is erat status, ut certis ministeriis addicerentur: unde cum vñum exponebantur, sciscitabantur emptores, *quid operis scirent*, ut est apud Gregorium Turon. lib. 3. Histor. cap. 15. Hinc *Servus arator*, in Lege Burgund. tit. 10. et in leg. 1. Cod. Th. de Pignorib. (2. 30.) ubi Anianus *servos cultores* habet. *Servus argentarius*, ibid. tit. 21. § 2. *Servus aurifex*, ibid. tit. 21. § 2. *Aurifex electus*, apud Papian. lib. Resp. tit. 3. *Servus berbicarius*, in Lege Alamann. tit. 98. *Viviciarius*, apud Papianum lib. Resp. tit. 3. *Servus bubulcus de sala*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 11. [\* Roth. 130. sqq.] *Servus caprius*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 11. § 7. [\* Roth. 136.] *Servus carpentarius*, in Lege Salica tit. 11. § 5. et apud Papianum tit. 3. *Servus custos equorum*, apud Greg. Turon. lib. 2. Hist. cap. 15. *Servus faber ararius*, in Lege Burg. tit. 21. § 2. *Servus ferrarius*, ibid. et apud Papianum tit. 3. *Servus molinarius*, in Lege Salica tit. 11. § 5. *Servus porcarius*, in Lege Burgund. tit. 10. Lege Salica tit. 11. § 5. Alamann. tit. 98. § 2. Longob. lib. 1. tit. 8. § 29. 30. tit. 11. § 7. [\* Roth. 357. 358. 136.] et apud Papianum tit. 3. *Servus rusticanus*, et *qui sub Massario est*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 6. § 4. tit. 8. § 17. 24. tit. 11. § 3. 5. [\* Roth. 386. 104. sqq. 125. 134. 132. ubi *Servus massarius*.] *Servus sartor*, in Lege Burgund. tit. 21. § 2. *Servus stotarius*, in Lege Alamannor. tit. 98. *Servus sutor*, in Lege Burgund. tit. 21. § 2. *Servus vaccarius*, in Lege Alamann. tit. 98. *Servus venator*, in Lege Salica tit. 11. § 5. Horum omnium *operaria servitus* videtur appellari, in leg. 6. Cod. Th. de Annonis civicis. (14. 17.)

† **SERVI PALATIJ**, Qui in palatio ministrabant. Breviar. divisionis thesaur. Caroli Magni: *Quarta (pars) simili modo nomine elemosynæ in servorum et ancillarum usibus palatii famulantium sustentatione distributa veniret.*

† **SERVI POENÆ**, Qui ob crimen aliquod fisco adscribuntur, in Codice Theod. tit. Si vagum leg. 2. (10. 12.)

† **SERVI STIPENDIARIJ**, dicti ii apud Schannat. in Tradit. Fuidensib. pag. 331. qui pretio seu beneficio conducti servitium præstabant.

**SERVI TESTAMENTALES**. Leges Athelstani Regis post cap. 34: *Et secundum dictionem, et per mensuram suam convenit, ut Servi testamentales operentur super omnem schyram, cui præest, (Domitus.) Ubi Somnerus servum testamentalem idem valere ac pacto conductum, Anglis, a convenant servant.*

† **SERVI TRIBUTARIJ**, apud eumd. Schannat. ibid. pag. 332. qui præter operam manualet, ad certas res sub anni census nomine præstandas tenebantur.

† **SERVI TRIDUANI**, ibidem, qui tres dies sibi et totidem in dominicali serviebant: quomodo *Biduani*, qui duos tantum dies; et qui nullo tempore a servitio immunes sunt, *Quotidiani* dicuntur.



† **SERVI VICARII**, Qui vices domini agunt in villis, ejusque nomine alii jus dicunt. Acta S. Rodulfi tom. 4. Jun. pag. 124 : *Ut in quibusdam locis sibi subjectis Servi vicarii, id est Judices imponantur*. Vide *Vicarii servi in Vicarius et Villicus*.

**SERVUS APOSTOLORUM**, id est, Ecclesiae Romanæ. Charta Ottonis III. Imp. ann. 1001. apud Ughellum tom. 2. pag. 357 : *Otto tertius servus Apostolorum, etc.* Ex quo loco restituendus alter pag. 644. ubi idem Otto perperam inscribitur *Servus popularum*, pro *Apostolorum*.

\* Consule quæ ad hæc Ottonis diplomata contra Fontanium, qui illa falsi arguebat, disserit Muratorius tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 199. et tom. 5. col. 523.

**SERVUS CRUCIS CHRISTI**. Ita Robertus sancti Stephani in Celio monte Presbyter Cardinalis Legatus Apostolicæ Sedis sese inscribit in Tabulario Campaniæ ann. 1214. et in Tabul. Præmonstratensi.

**SERVI DEI**, Clerici, Monachi, in Concilio Liptingensi cap. 2. 7. in Concilio sub Carlomanno ann. 742. et alibi passim : qui Dionysio Areopagite θεραπειταὶ dicuntur, ἐκ τῆς τοῦ θεοῦ καθάρσεως ἡπηρεσίας καὶ θεραπείας. *Accedere ad servitum Dei in Monasterio*, in Pœnitentiali Theodori cap. 11. Cæsarius Arelat. Homil. 4. ad Monach. : *Si quis est, qui sibi de præteritis illæse vitæ meritis blandiatur, et adhuc se innocentem transisse putet ad domini Servitum, et ideo se credit securum, etc.* Infra : *Nec hoc nobis sufficere putemus ad plenam salutem, quod inter Servos Dei vel habitationem censemur, vel nomine computamur*. Eccl. 2 : *Fili, accedens ad Servitum Dei, sta in timore, etc.*

**SERVUS SERVORUM DEI**, Titulus, quem summi Pontifices sibi vulgo asserunt, cujus moris auctorem Gregorium M. fuisse scribit Joannes Diacon. lib. 2. de Vita ejusdem Gregorii c. 1. ut Joannis Patriarchæ CP. qui se *Oecumenicum* jactitabat thrasonicam ostentationem et fastum suggillaret. Vide præterea Matthæum Westmonast. ann. 605. Serrarium ad Epist. 2. S. Bonifacii Archiep. Moguntini, Gussanvillam ad Epist. 64. Petri Blesensis, Altaserram ad ejusdem Gregorii lib. 9. Epistol. etc.

Et etiam usi non semel leguntur Episcopi alii. Exstat in hanc sententiam Lupi ad Sidonium Apollinarem Epistola in Spicilegio Acheriano tom. 5. pag. 579. ex qua hæc excerpimus : *Qui olim conabaribus natalium decora additis honoribus superare, nec credebis homini sufficere, si cæteris par esset, et pares non transgredetur, in eum statum devenisti, in quo licet superior, nulli te debes superiore reputare : minime subditorum tuorum suppositus, eo plus eris honorator, quo te humilitas Christi accinget, et eorum plantas osculaberis, supra quorum capita pedes tuos olim collocare dedignaberis. Iste profecto jam tibi labor incumbit, ut sis omnium Servus, qui videbaris omnium dominus; et alii incurveris, qui cæteros conculcabas, etc.* Braulius Cæsaraugustanus Episcopus in Epist. ad Isidor. Hispanensem : *Redde, quod debes; nam Servus es servorum et Christianorum, ut illic sis major nostrorum*. Michael Patriarcha Alexandrinus in

Epistola ad Basilium Imper. in Synodo VIII. act. 7. ὁ ἀρχιεὶς δεῦλος τῶν παιδῶν τοῦ κυρίου, inscribitur : ut Signatus Patriarcha Aquileiensis in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 16 : *Servus servorum Domini* : et Frotherius Episcopus Pictavensis ann. 936 : *Servorum Dei extimus*. Epitaphium Eriberti Archiep. Mediolanensis apud Puccinellum in Zodiaco Mediolan. part. 2. pag. 207 :

Nunc tumulor Servus servorum, Christe, tuorum.

Denique *Servus servorum Dei* sese pariter inscribunt Adelardus Veronensis Episcop. in Synodo Ticinensi ann. 876. Maurus Cesenatensis Episcopus in Epist. ad Martinum I. PP. in Concilio Lateranensi : Joannes Episcopus Ravennensis ann. 898. in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 37. Wiberthus ejusdem Ecclesiae Episcopus ann. 1086. apud Hieronymum Rubeum lib. 5. Hagano Episcop. Bergomensis apud Mabill. et alii complures. Denique in Formulis 17. 18. 19. ex Baluzianis, Episcopus, *Ultimus servorum Dei Servus*, inscribitur.

✍ Iis omnibus, ipsis etiam Romanis Pontificibus, præverat S. Augustinus in Epist. 130. ad Probam et 217. ad Vitalem Carthaginensem.

Eundem titulum usurpare etiam Reges ac Principes. Charta Adelfonsi Regis Hispaniæ ann. 830. apud Sandovallium : *Ego Adelfonsus Servus omnium servorum Dei, etc.* Henricus Imp. in Charta ann. 1041. apud Celestinum lib. 22. Histor. Pergamen. *Servum Servorum Dei*, se inscribit, ut et Sancius Rex Aragonum in Charta ann. 1070. et Ordonius Rex in alia ann. 923. apud Anton. de Yopez in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 4. et quidam *Berlatus*, in alia anni 1105. in Historia Monasterii S. Nicolai Andegav. pag. 40.

In veteri Charta apud Ambrosium Moralem lib. 13. cap. 18. Monachi *Servos se servorum Dei* pariter nuncupant : *Ego Montanus Presbyter, simul et omnes Servi servorum Dei in unum concordantes et consentientes in agone Domini, etc.* Mox, idem *Montanus, Abbas* dicitur. [Candidus in Vita S. Eigelis sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 239 : *Inter quos (fratres) sane me ipsum, quamvis indignum et ultimum servorum Dei Servum, tamen pio patris affectu in suam familiaritatem et gaudium introuere concessit.*] Sunt autem *Servi Dei*, iidem, qui Monachi.

\* Eodem titulo usi sunt etiam abbates. Charta ann. 821. inter Probat. Hist. S. Emmaer. Ratisbon. pag. 24 : *Ego indignus Servus servorum Dei abbas Sigifridus, etc.* Vide Tract. novum de Re dipl. tom. 5. pag. 474. etc.

\* **SERVUS SUBDITUS Romæ sedis** subscribit Berardus Bambergensis episcopus Chartam Henrici imperatoris in Lib. cens. eccl. Rom. quod ecclesia Bambergensis a Romano pontifice peculiari jure dependeret, ut ex variis imperatorum diplomatibus eruitur.

**SERVA CHRISTI**. Jo. Mariana lib. 4. de Reb. Hispaniæ cap. 4 : *Non ita pridem in Cantabria montibus reperitus est lapis hac inscriptione, HIC JACET CORPUS BILELÆ SERVÆ JESU CHRISTI. [Servissina omnium*

*ancillarum vestrarum*, in Formul. 8. nova Collect. apud Baluz. tom. 2. Capitul. col. 562. Vide in *Serva* 1.]

\* **FAMULUS CHRISTI**. Inscriptio in Sacello S. Joannis Evangelistæ in Baptisterio Constantiniano : *Liberatori suo beato Joanni Evangelistæ Hilarus, Episcopus Famulus Christi*.

**SERVI B. MARIE**, Qui alias *Servitæ* : quorum Ordo institutus in diœcesi Massiliensi sub regula S. Augustini a Benedicto Massiliensi ann. 1257. postmodum abrogatus in Synodo Lugdunensi sub Gregorio X. PP. Scribit Chopinus lib. 1. Monastic. tit. 1. n. 6. ædem Servorum B. Mariæ Parisiis a Bonifacio VIII. datam Willelmitis, qui ab albis quibus utebantur, palliis, vulgo *Blans Manteaux*, nuncupabantur. Vide Miræum in Originib. Ordinum Monastic. lib. 1. cap. 19. et Ughellum tom. 4. Ital. sacr. pag. 547.

\* **SERVUS**, pro Cervus, *Servus cornutus*, Vir cujus uxor mœchatur. Lit. remiss. ann. 1358. in Reg. 86. Chartoph. reg. ch. 428 : *Cum idem Johannes ex animo irato et injuriose dictum Andream Servum nuncupasset; qua injuria ad usum et patriæ (ville de Eska) consuetudinem, verbum turpissimi et pessimi approbrii et in non modicum dedecus injuriati esse dicitur*. Aliæ ejusd. ann. ibid. ch. 501 : *Ipsum Colardum dictus Johannes contemptibiliter vocavit Servum cornutum redemptionem*. Vide *Cornutus* 1.

† **SESABE**, pro Cessare, in Charta Petri de Natalibus ann. 1350 : *Vi, dolo, et fraude, et quacunq̄ alia machinatione Sesantibus*.

† **SESCALCUS**, **SESCALLUS**, pro *Senescalcus* et *Senescallus*. Vide in hac voce. Inquisition. de Jur. Dalphin. in loco Visiliæ tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 122 : *In primis habet dictus Sescalcus, etc.* Pluries ibi. Charta ann. 1312. ex Tabul. Eccl. Anic. : *Suscentori XL. sol. VI. den. Sescallo totidem, etc.* Adde Marten. tom. 2. Anecd. col. 480.

**SESCUM**, **Dûnidium**, in Glossis MSS. ad Canon. Concil.

† **SESCUPLUS**, ut *Sescuplex*. Abbo de Obsid. Paris. apud Duchesn. Hist. Normann. pag. 37. lib. 1. vers. 83 :

Ligna Sescuplæ siquidem superadditur arci.

**SEIGNARI**, *Designari*, in Gl. antiq. MSS. **SESILLUS**, *Parvus statura, quia non videtur stare, sed sedere*. Joan. de Janua. Sed legendum *Sessilis*. Vide infra.

† **SESINA**, **SESTRE**, non una notione. Vide supra in *Saisire*.

**SESMARIUS**. Lib. 9. Observantiar. regni Aragon. tit. de Privilegio generali § 4 : *Rex potest inquirere contra juratos et Sesmarios Turoli, Calataubi, etc.*

† **SESO**, **SESONA**. Vide in *Satio*.

† **SESPERABILIS**, **SESPERABILIS**, perperam pro *Suspiralis*, a Gall. *Soupirail*, *Spiraculum*. Charta ann. 1443. apud Rymer. tom. 11. pag. 31 : *Et caput (æqueductus) hujusmodi, cum dictis augeis, Sesperabilibus, fontibus, cisternis, etc.* Infra : *Predictum caput cum augeis, Sesperabilibus, fontibus, etc.* Pag. 32 : *Nec non et infra dictum civitatem, quoscunque augeas, Suspirales, etc.*



\* **SESQUALTERA**, Sescuplum. Concil. Nicen. can. 17 : *Si quis inventus fuerit... Sesquialteras exigere,.... e clero deponatur.*

† **SESQUIMILLESIMUS**, pro Millesimus quingentesimus, in Composit. Cardinalis Turnonii cum Monachis Sangerm. ann. 1543.

† **SESQUIOCTOLIUM**, Octolium et dimidium. Vide *Octalium*. Engelbert. *Maghe* in *Chronic*. Bonæ Spei : *Eodem anno 1257. Major Lestinarum et ejus fratres nobis contulerunt in eleemosinam... sex solidos, tres denarios albos cum Sesquioctolio bladi molituræ super noletrinam de Fossart.*

† **SESQUIVOLUS**, Animal quadrupes, in lib. de Mirabil. sacræ Script. apud S. August. in Append. tom. 3. pag. 7.

† **SESSA**, Sesses. Vide *Sedes* 4.

**SESSICARE**, Siccare, ex Gallico *Sescher*. *Punnos in flamine abluï, et Sessicari in ripis*, in Testamento Guill. D. Montispelessul. ann. 1146. [Apud Acher. tom. 9. Spicil. pag. 143. ubi *Lessivari* legendum suspicatur pro *Sessicari* : recte, ni fallor.]

**SESSILIS**, *Psullis statura, parvus, modicus*, in Glossis antiquis MSS. Glossarium S. Germani Paris. Longobard. ex Isidoro : *Sessilis dicitur, quod non videtur stare, sed sedere*. Quo spectant ista ex Nasono :

Si brevis es, sedeas, ne stans videare sedere.

Vide *Sessilus*.

† **SESSINA**, Possessio, jus. Item, Præstatio quæ domino pro possessione adepta exsolvitur. Comput. ann. 1261. apud D. Brussel tom. 1. de Usu feud. pag. 475 : *De venda et Sessinis ibidem, vi. lib. vi. sol. viii. den.* Chartul. S. Vincentii Cenoman. fol. 123 : *Quibus auditis iudicio mediante decreverunt et judicaverunt quod abbas et conventus possessionem et Sessinam habentem integram de omnibus eleemosinis supradictis. Vide in Saisire.*

† **1. SESSIO**. *Synodi sessio*. Vide in *Actio* 3.

† **2. SESSIO**, Locus idoneus ad ædificandum et construendum. Vide in *Sedes* 4.

\* **3. SESSIO**, Sessis, Locus, ubi sal conficitur. Charta Math. ducis Lothar. ann. 1142. inter Probat. tom. 1. Hist. Burg. pag. 42. col. 1 : *Quinque Sesses apud Vicum Elisabeth abbatisse et sororibus Tarsensis ecclesiæ... concessi. Bulla Innoc. III. PP. pro eod. monast. ann. 1200. ibid. pag. 91. col. 2 : Quinque etiam Sessiones salis cum patellis, quas habet ecclesia vestra ex dono Matthei ducis Lotaringie. Vide *Sedes salinarie* in *Sedes* 4.*

† **SESSIVA**. Epist. Gregorii XI. PP. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 948 : *Nequissimum juramentum præstitit et recipit ab eis, quod servabunt Sessivas suas, nec de cetero ecclesiasticorum soprisas tolerabunt : ut sic sub velamento justitiæ quod de bonis ecclesiasticorum habent, inique retineant, et qui tenentur reddere, non persolvant. Ubi leg. videtur *Sessina*, saltem eadem notione accipiendum existimo.*

**1. SESSORIUM**, *Sedes*. Will. Brito lib. 3. Philipp. de Ulmo ad Gisortium :

Quæ gremio viridi vestita gramine fesso  
Grata viatori Sessoria præstat, etc.

Bernardus Thesaur. de Acquisit. T. S.

apud Murator. tom. 7. col. 729 : *Ut tantus princeps... tam vili Sessorio resideret ad terram*. Vita S. Cathar. Senens. tom. 3. April. pag. 932 : *Prosternens se apud quoddam Sessorium in extrema ecclesiæ parte positum.*

† **2. SESSORIUM**, Præstatio quæ domino exsolvitur pro rebus vænum exponendis; vel Jus pretium iis imponendi. Charta Friderici I. Imper. ann. 1159. apud Tolnerum Histor. Palat. pag. 54. inter Probat. : *Hæc itaque regalia esse dicuntur : moneta, vie publicæ, aquatilia... Sessoria vini et frumenti, et eorum quæ venduntur. Vide in Stantia* 3.

† **3. SESSORIUM**, Orbicularis mensorius, Gall. *Trenchoir*, in Inventar. MS. ann. 1342. ex Tabul. S. Victor. Massil. pro *Scissorium*. Vide in hac voce.

† **SESSURA**, Sessus. Vide in *Sedes* 4.

† **SESTACE**. Ordo V. Romanus apud Mabill. tom. 2. MUSE Ital. pag. 64 : *Sestace in manu portat, item calciamenta*. Infra : *Tunica alba, orarium, et Sestace in sinistra manu*. Sudarium, quod extremis digitis antiqui sacerdotes ac ministri ferebant, intelligit Mabillonius.

† **SESTAILARICUM**. Vide *Sextarale* in *Sextariaticum*.

† **SESTAIRADA**, ut *Sextarata*. Vide ibi.

\* **SESTAIRAGIUM**, *SESTAYRALH*, Quod pro singulis frumenti aut alterius grani sextariis domino exsolvitur, jus mensuræ. Charta ann. 1231. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 447 : *Item statuinus, quod... tam leudæ quum Sestairagium, et alia quæ ad perceptionem nostri domini spectant, dentur et percipiuntur secundum quod antiquitus et usquemodo est a nobis et a nostris antecessoribus observatum*. Alia Guid. vicecom. de Combor. ann. 1284. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 424 : *Retineamus etiam... exitus... del Sestayralh. Seterlage*, in Charta Phil. VI. ann. 1336. ex Reg. ejusd. reg. in Cam. Comput. Paris. fol. 139. vº : *Plusieurs domaines, revenus, redevances et coutumes que nous avions en ladite ville (de Peronne).... C'est assavoir tout ce qu'on appelloit lu justice et le Seterlage, etc.* Unde *Stellerage* aut *Scesterage* legendum opinor, pro *Scellerage*, in Lit. ann. 1405. tom. 9. Ordin. reg. Franc. pag. 704 : *Toutes les rentes, revenus, cens, admendes, forfaitures, criages et Scellerages, etc.* Pejus infra : *Cellerages*. Vide *Sexturiaticum*.

† **SESTAIRALATICUM**, *SESTAIRALE*, etc. Vide *Sextariaticum*.

† **SESTARADA**. Vide in *Sextarata*.

† **SESTARAGIUM**, *SESTARIALE*. Vide *Sextariaticum*.

\* **SESTARITA**, Modus agri, ager certisementis sextariorum numeri capax, vel potius unde redditur unum sextarium frumenti per annum; tametsi ad silvestres et pratenses terras vox postmodum sit translata. Libert. S. Amancii ann. 1341. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 368 : *Solvendo... pro qualibet Sestarita terræ, quæ de nemore ad culturam reducitur, primo anno... duodecim denarios Turonenses. Vide infra Sestarata*.

† **SESTARIUM**, *SESTARIUS*. Vide *Sextarium*.

† **SESTEIRALE**, *SESTELLAGIUM*. Vide *Sextariaticum*.

† **SESTELLAGIUM**, *SESTERLAGIUM*. Vide in *Sextariaticum*.

**SESTER**. Acta Murensis Monasterii pag. 53 : *Habemus in Trophensee, quantum ad duo officia pertinet, et ad Sagelstat, in unaquaque, quod ad unum Sester pertinet. Si quæris, quid sit Sester, dictum est quasi dicatur constitutio, vel firmiter statutum. Ipsi enim armentarii secundum suam consuetudinem habent nomina inventa, quibus utuntur, utpote tantum lactis, quod seracium possit fieri, vocant Immi, et octo Immi dicunt Sester, idemque Sester nihil est aliud, nisi 8. Seracia, unumquodque autem Seracium sequuntur octo casei. Vide *Sextarium*.*

† **SESTERADA**, ut *Sextarata*. Vide ibi.

† **SESTERAGIUM**, *SESTERAGUM*. Vide *Sextariaticum*.

\* **SESTERIATA**, Eadem notione, in Terrear. S. Mauric. in Foresio ann. 1472 : *In et quadam Sesteriatu terræ, etc.*

† **SESTERIUM**. Vide *Sextarium*.

† **SESTERIARIUS**. Vide *Sextariarius*.

† **SESTEYRATA**. Vide in *Sextarata*.

† **SESTOC**, Sexaginta. Vide *Chunna*.

\* **SESTRA**, Pari intellectu, nostris *Strée* et *Sestrée*. Terrear. Apchon. : *Plus unam Sestram prati de la Lesche, etc.* Charta ann. 1342. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 686 : *Item cinq Strées et demi de vigne au Peleus, tenant à la vigne de l'ospital. Item derriere le bois quatre Strées, deux tiers, trois piéz moins. Ita pluries, semel Sestrée*. Alia ann. 1362. in Reg. 91. ch. 428 : *Item vingt sept Strées de vignes ou environ, dont les seze Strées font l'arpent, ou terroir de Vailly, où elles sont assises*.

† **SESTRIX**. Dudo de Obsid. Paris. apud Duchesn. Hist. Norman. pag. 41. col. 2. lib. 1. vers. 483 :

Expulsis Sestrice sacra vitilis procul atris.

Urbem Parisiorum in qua Germanus Episcopus sedebat significare videtur.

**SESUERIUM**, in Gestis DD. Ambasiæ cap. 5. n. 1 : *Sub talamo tnrvis nocte abstrusis, Seseverio perforato, summo diluculo cabulis impositis ad summa ascenderunt*. Canalis forte, quo egeruntur domus aquæ ac sordes, nostris, *Esvier*. [Nisi legendum existimes *Solerium*; quod satis arripdet.]

† **SET**, pro *Sed*, in Charta ann. 425. tom. 1. Monast. Anglic. pag. 11. et in Diplom. Ludovici Pii ann. 814. inter Probat. tom. 1. novæ Hist. Occitan. col. 41. Occurrit passim.

**1. SETA**. Ugutio, *Sericum*, quod vulgo dicitur *Seta*. Italis *Seta*, nostris *Soie*. Charta Dalmatica ann. 1118. apud Joann. Lucium lib. 2. de Regno Dalmat. cap. 8 : *Tributum dare omni anno libras de Seta serica decem, etc.* Alia ann. 1197. apud Ughellum tom. 7. pag. 1275 : *Unam zonam de Seta rubea, etc. Seta cruda*, apud Richardum de S. Germano [ann. 1221. Chartul. S. Vincentii Cenoman. fol. 151 : *Accepit unam libram piperis cum Seta serici rubea*. Comput. ab ann. 1333. ad ann. 1336. tom. 2. Histor. Dalphin. pag. 277 : *Pro tribus unciis de Seta torta,.... taren*. 3. Le Roman d'Athis MS :



Les cordes furent vers et jaunes,  
Plus en y ot de cinquantes aunes,  
Toutes de soye d'Ammarie.]

Non desunt, qui opinantur vocem hanc Græcam esse: quippe Hesychio et Suidæ, σῆς, σῆρος, est σφάλις, seu vermis, qui net sericum. Malim a setis porcorum: unde

SETA, pro quovis pilo usurpatur. Edictum Rotharis Regis Longobardorum tit. 105. § 23. [\* 343.]: *Si quis caballo alieno caudam capellaverit, id est, Setas traxerit, etc.*

† PER CERAM et SETAM Commendare, hoc est, Per Chartam cui sigillum cereum appensus est cum filis sericis, in Chartular. Aptensi fol. 119: *Commendavit per suum wadium, et per ceram et Setam secundum suam legem Salican.* Vide Cera 2.

† 2. SETA. Charta ann. 1219, ex Tabul. Episcopati. Massil.: *Sicut vadit Seta montis usque ad portale macelli novi, quicquid a Seta superius est, dirigitur via publica usque ad crotan S. Laurentii.... Sicut vadit Seta montis supra stare hospitalis S. Johannis.* Sed legendum *Sera* vel *Serra*, collis, mons. Vide supra in hac voce.

† 3. SETA, pro *Secta*. Vide ibi n. 5. et infra *Setta*.

\* 4. SETA, Animal quodvis habens *Setas* seu pilos. Libert. villæ de Coynuu ann. 1312. in Reg. 150. Chartoph. reg. ch. 113: *Item concedimus eisdem quod venari possint modis omnibus quibus voluerint,.... ad omnia Setarum genera et avium,.... excepto si quis haberet propria cuniculorum commercia infra terminos dictæ villæ, quod in eis venari non debeant.* Vide in *Seta* 1.

\* 5. SETA, Tantum prati, quantum unus sector per diem *secare* potest. Charta ann. 1258. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 240. vº: *Johannes de Martineyo et Ysabeth uxor ejus recognoverunt se vendidisse.... Guidoni episcopo Lingonensi unam Setam prati, quarta parte ejusdem Setæ minus.* Vide infra *Sethorata* et *Setura* 2.

\* SETACEUM, Species cauterii, fonticuli. De ejus usu Joan. Jacob. Sattler. *Setaceus*, aliis, ut Bellini. *Seto*, *Setones*, Matth. Ludov. Glandorp. in Gazophyl. Polyplisio. Hæc ex animadv. D. Falconet.

SETAFIARE, *Cribrare*, in Gemma, quod cribra ex setis porcinis vel potius pilis equinis confecta sint. Joh. de Janua: *Setatius instrumentum purgandi farinam. Setatiare, farinam purgare.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Setaciare, sacier, c'est purger farine. Setatiun, vel Setariun, sas, vaïssel à purger.*]

\* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521: *Seta; inde Setariun, Gall. Saud; inde Setariare, Setarizare.*

SETARCIA. Vide *Sitarcha*.

† SETARIUS. Mercator *Setarius*, *Marchand de soye*, in Menoti Serm. fol. 120.

† SETATIUM, SETATIUS. Vide *Setaciare*.

SETENA. Vide in *Hundredus*.

\* SETENUM. DARE AD SETENUM, id est, Ad septimam partem fructuum. Charta ann. 1271. ex Bibl. reg. cot. 19: *Dono.... unam terram.... ad Setenum ud vinum et ad segetem, itu ut.... portetis.... ad domum meam.... septimam partem totius vindeniæ.* Vide *Septena* 3.

† SETERIATA, SETEYRATA. V. *Sextarata*.

\* SETEZENUS, Dicitur de panno ad septem fila contexto. Stat. pro arte paratoria pannorum Carcasson. renovata ann. 1466. in Reg. 201. Chartoph. reg. ch. 121: *Item quod quælibet troca, quæ fiet seu ordiretur in dicta villa Carcassonna, Setezena aut alterius majoris numeri, erit longitudo.... decem et septem cannarum.* Vide *Sextusdecimus*.

† SETHIANI, Hæretici qui Christum fuisse Seth Adami filium delirabant. Vide S. August. de Hær. cap. 19. et S. Epiphani. hær. 39. Vide *Sathaniani*.

\* SETHORATA, idem quod supra *Seta* 5. Charta ann. 1308. in Reg. 13. Chartoph. reg. ch. 7: *Item (acquisivit) a Lauercio et ejus partiaro ignobilibus duas Sethoratas prati.* Vide *Sectorata*.

SETICUS, Modus agri. Charta Caroli C. pro Ecclesia Centulensi apud Hariulphum lib. 3. cap. 7: *In pago Belvacense in loco, quæ dicitur Gellis, Setici sex, et de vinea aripennes 8. et in Riviscurte Seticis duobus, et de vinea aripennes 6. et in Quantuico Seticis duobus,.... in Asco Seticis duobus, in Avisnis mansum unum, etc.* Alia ejusdem Caroli cap. 9: *Roconis montem cum Seticis et terris.* Alia rursus cap. 16: *In villa, quæ dicitur Fallis, Seticum indominitatum habentem quadrellos 130. et de vineis bunnaria 2.* Notitia ann. 937. Indict. 11. in Tabulario Eduensis Ecclesiæ: *Invenunt.... in villa Tillonaco Seticum indominitatum supra fluvium Ararim cum granea, et horto, et curti.*

SETICUS. Charta Ludovici Ultramarin. Regis Francor. pro Ecclesia Noviomensi apud Vassorium in Annal. Eccl. Noviom. pag. 695: *Sunt itaque eadem Abbatia in suburbio Noviomagensi, quarum una dicitur S. Mauricii, quam fratribus S. Medardi intra novena civitatis cum Ecclesiis et omni integritate largitus est, excepto Setico uno cum cambia, quæ sanctimonialibus S. Gode et curti.* [\* An pro *Septicum* a *sepio*? Confer *Setura*, 1.]

† SETIGER, Jocularius. Papias. Vide *Satyrici*.

\* 1. SETINA, *Caprarum genitus*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613.

\* 2. SETINA, Sedile, scabellum. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar: *Item plus duas scavellas sive Setinas novas coralli.*

† SETINUM. De Laudibus Berengarii Aug. apud Murator. tom. 2. pag. 411. lib. 4. vers. 159:

Templa petit ductor post hæc, ubi fercula dono  
Pastoris digesta nitent, Setina propinant, etc.

Ubi annotatur Germanis etiam hodie nuncupari *Setten*, vel *Satten*, ingentia vasa ligæa, in quibus lac atque etiam aqua servatur. [\* *Setinum* vinum. Vide *Forcellin*, in *Setinus*.]

† SETINUS, ut supra *Satinus*, in Conc. Tarracon. ann. 1591. inter Hispan. tom. 4. pag. 612: *Canonici cathedralium ecclesiarum deferant almucias fobratas ex Setino carmesino.*

SETNICUS, vel SATNICUS, Dignitas in Regno Croatiae et Dalm. cuius non semel mentio in vet. Chartis Regum Dalmatiæ apud Joan. Lucium de Regno Dalmat. pag.

85. et 99. Sic autem dicebatur, qui præerat regioni, quæ centum armatos dare poterat. Huic postea successit illa, quæ *Knesorum*, dicta est: ita Comitites vocant.

† SETOLA, Fissura cutis. Acta S. Raynerii tom. 3. Jun. pag. 461: *Habebat ragadias in volis manuum et inter omnes digitos earundem, quæ vulgo Setole dicuntur.*

SETREKETEL, Cacabus. Vide *Ketel*.

† 1. SETTA, pro *Sectu*, Opinio ab aliorum sententia diversa, in Epist. Calixti III. PP. ann. 1456. ad Carolum VII. Reg. Franc. ex Bibl. Reg. Vide *Secta* 1.

† 2. SETTA. Charta Roberti Comit. Mellenti ann. 1183. tom. 4. Hist. Harcur. pag. 1346: *Dedi... quietantiam propriorum pecorum et quietantiam decem vaccarum cum tauro et cum Setta eorum usque ad tertium annum.* Vide in *Secta* 4.

\* Idem quod supra *Sequeli* 7. Vide ibi.

† 3. SETTA. Testam. Johan. de Nevill. ann. 1386. apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 427: *Rudolfo filio meo lego unam autam bleu cum toreillis cum lecto ejusdem Settæ.* Infra: *Cum tapetibus ejusdem Settæ.* Id est, ejusdem speciei. Vide *Secta* 5.

† 4. SETTA, Obturamentum ex pilis factum, ut videtur. Statuta Mutin. c. 41. pag. 54: *Nec aliquis præsumit clusam facere vel impedimenta aliqua imponere in dictis canalibus, puta Settæ facere vel assides ponere cum palis infixis in canalibus prædictis.* Vide *Seta* 1.

\* 5. SETTA, Comitatus, Gall. *Suite*. Chartul. S. Joan. Laudun. ch. 63: *Nichilominus abbas ei (marescalco) concessit præbendam unam ad equum suum singulis diebus, cum ferro et clavo, et coria equorum, qui de Setta sua morientur.*

SETTERDAYS SLOPP, apud Scotos piscationis prohibitio a die Sabbati post vespas, usque ad diem Lunæ post ortum solis, ex Alexandri II. Regis Scotiæ lege cap. 16. § 2. ubi Skenæus.

\* SETTINA, vox Italica, Numerus septenarius, exactio septem solidorum vel denariorum. Stat. ant. Florent. lib. 5. cap. 95. ex Cod. reg. 4621: *Non possint (magnates) esse vel intervenire in aliquo officio vel in aliqua universitate, ad ponendum denarios.... Settinarum vel similium.*

\* 1. SETURA, Ager dumetis et vepribus obsitus, quibus succis et *Secatis*, unde vocis origo, in culturam vel pratum redigitur. Charta ann. 1264. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 210. vº: *Omnes uitem Seturas, quæ sunt in censibus, illi, quorum sunt Seturæ, possunt de illis facere prutum.* Alia ann. 1265. ibid. fol. 206. vº: *Omnes Seturæ, quæ sunt encensies, ille, cujus Seturæ sunt, les puet esprahir et scindere minutum nemus.*

\* 2. SETURA, Modus agri, tantum prati, quantum unus sector per diem *secare* potest, nostris *Seicture* et *Seytura*. Charta ann. 1281. in Chartul. Cluniac. ch. 258: *Capiunt in feodam et casumentum a prædictis abbate et conventu, nomine Cluniacensis ecclesiæ, quindecim Seturas prati;.... pro quibus quindecim Seturis prati, ipsi fratres domicelli fecerunt hogium dicto abbati nomine ecclesiæ prædictæ.* Charta Odon. ducis Burg. ann. 1325. in Reg. 93. Chartoph. reg. ch. 43: *Item quatrevingt*



*Seictures de prez. Aliã* añ. 1412. in Reg. 166. ch. 272 : *Un pré contenant trois Seytures de pré ou environ. Vide supra Seta 5.*

1. **SETZENA**. Charta ann. 1210. apud Columbum in Episcopis Vivariensibus : *Ad hæc prædictus Comes reddidit Episcopo anam Setzenam, quam sibi acquisierat a Stephano de Taurians de feudo de Taarians, retenta sibi quarta parte, etc. Vide Sexagena.*

\* Prædium, unde pars septima fructuum domino redditur. Vide supra *Setenum*.

\* 2. **SETZENA**, Mensura annonaria, sextarii, ut videtur, aut alterius mensuræ pars septima. Charta ann. 1307. in Reg. 44. Chartoph. reg. ch. 171 : *Item quatuor sextaria et quinque Setzenas ordeï, quas faciebant quidam homines domino regi annis singulis. Alia ann. 1321. in Reg. 61. ch. 318 : Quatuor sextaria et quinque Setzenas ordeï,..... unam quartam, minus una Setzena, avenæ.*

**SEU**, pro *Et*, Conjunctiva. Occurrit passim.

**SEUCIS**. Vide *Canis Segutius*.

† **SEUDATUM**, pro *Sendatum*, apud Limborch. Inquisit. Tolos. Hist. pag. 318.

† **SEUDOAPOSTOLI**, pro Pseudoapostoli, apud Isidor. de Offic. lib. 2. cap. 17. ex Cod. MS. Corbeiensi a Mabill. laudato Diplom. pag. 350.

**SEUDOTYRUM**. Vide *Pseudothyrum*.

\* **SEVENA**. Inventar. XIV. sæc. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Velum Virginis Mariae, appellatum sancta Sevena. Forte pro Sabana. Vide Sabanam.*

† **SEVERARE**, pro *Servare*, in Capit. Caroli M. de Minister. Palat. cap. 3 : *Si autem servus fuerit qui hanc nostram jurisdictionem Severare contempserit, etc.*

**SEVERIA**, Joan. Longinus in Stanislaw Episcopo Cracoviensi n. 65 : *Nec invidiorum laudes affectemus, aut ipsorum vitæ peria pavescamus : sed ipsi in patientia nostra respondeamus, at suas manducant Severias. An frænos? quomodo dicimus, ronger son frein; [an reveriæ, ineptiæ? ut conjectant Bollandistæ ad hunc locum tom. 1. Maii pag. 274.]*

† **SEVERIANI**, Hæretici, a Severo quodam Marcionis et Tatiani discipulo sic nuncupati. Hic multa magistrorum impiis delirationibus adjecit. Vide S. August. hær. 24. S. Epiph. hær. 45. Baron. ad ann. 57. num. 132. et alios.

\* **SEVERITAS**, Sævitia, Gall. *Fureur*. Charta ann. 875. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 93 : *In comitata Alvernico cellam S. Portiani.... caasa confugii,..... ob vitandam Marchomannicam Severitatem, contulerat. Nortmannica sævitia, in Ch. ann. 924. ibid. pag. 111. Lit. remiss. ann. 1381. in Reg. 119. Chartoph. reg. ch. 290 : Deinde in eorum Severitate permanentes, venerunt ad domicilium Johannis Parvi de Villaribus et in eodem duo tonalia vini simili modo effuderant.*

**SEVERINUS**, a severitate judiciaria dicitur. Papias.

**SEUGIUS**. Vide *Canis Segatius*.

† **SEUBERIA**. Vide *Seccheria*.

† **SEVIDARIUS**, Scriba; unde legendum suspicor Scribanus. Vide in hac voce. Charta apud *Du Bouchet* inter Probat. Do-

mus Franciæ pag. 310 : *Data VI. Kal. Aprilis... anno VIII. regnante domno Odono R. Arcanaldus levita scolæ S. Martini Sevidarius.*

† **SEVILTOSUS**. Vide in *Susurrator*.

† **SEVIR**, Dignitatis nomen, ut *Duumvir, Decemvir, etc.* Capitol. in Antonino Phil. cap. 6 : *Consalem secum Pius Marcum designavit, et Cesaris appellatione donavit : et Seviri turmis equitum Romanorum jam Consul em designatum creavit. Splendidam fuisse militiæ dignitatem ex his facile colligitur, tametsi videntur singulæ turmæ Seviro suos habuisse : legitur enim in vet. Inscriptionibus apud Gruter : *Sevirum primæ, Seviri quintæ turmæ. Erant præterea alii Seviri, ut ex antiquis lapidibus discimus : Seviri juridicidum, Seviri urbanus, Seviri Augustales. Vide Thesaur. Fabri in hac voce, et infra Sexviri.**

† **SEVIRALIS**, ut *Sevir*, in vet. Inscript. apud Gruter. pag. 1 : *P. Numerius Martialis Astigitanus Seviralis.*

† **SEVIRALIS**, Ad Seviro spectans. *Sevirales ludi*, Capitol. in Marco cap. 6. quos scilicet *Seviri* edebant.

† **SEVIRATUS**, Dignitas *Sevirorum*, in vet. Inscript. apud Gruter. pag. 400 : *Hic pro Sevira in Remp. dedit, etc.* Petron. cap. 71 : *Hic Seviritatus absentis decretus est.*

† **SEVIRE** ursi dicuntur. Vide *Baulare*.

† **SEVISIR**. Tabul. Majoris Monast. : *Maino de Polcio et uxor ejus Elisa.... decerunt totam decimanu totius Seviris de solo Gauilo Deo et S. Martino. An idem quod Seweræ?*

\* **SEULLURA**, Tignum, trabs lacunaria, Gall. *Solive; Seule*, in Consuet. Nivern. cap. 26. art. 8. 12. et *Seulle*, in Aurel. art. 238. Comput. ann. 1441. ex Tabul. S. Vulfr. Abbavil. : *Item pro ana quercu ad faciendum unam Seulluram, xij. sol. Item cidem Hairon pro ejus pæna et labore in dicta Seullura, viij. sol.*

\* **SEUPUM**, Sebum, Gall. *Suif*. Regest. episc. Nivern. ann. 1287 : *Item quilibet venditor uncti, Seupi, debet de tribus Sabbatis in tribus, de costuna Sabbati obolutam uncti. Sieu, nostratibus. Mirac. S. Ludov. edit. reg. pag. 399 : *Chandoiles de sieu alunçes. Occurrit præterea in Inventar. ann. 1511. ex Reg. 13. Corb. sign. Habacuc fol. 39. vº : Douze perées de Sieu à faire candeilles, et une perée de Sieu à fondre. Seyn, Axungia, in Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abbavil. ad ann. 1300. fol. 39. rº : *Se aucuns enseynoît trop se laine, etc. Il est acordé que on ne mele en un drap que trois los de Seyn.***

† **SEURPRISIA**, Tributi statim ac ordinarii species, sic appellata, quod domini ultra consueta tributa tenentibus suis imposuerint, ut *Superprisia*. Charta ann. 1244. ex Tabul. Calensi : *Fecerunt Seurprisias in terra nostra quæ est juxta Milliacam, .... quæ Seurprisias eundem Philippum injuste manutene dicebam, et petrem ut ipse Philippus ab hujus Seurprisias desisteret.... Tandem compromissimus fide præstita... ut inquisita super præmissis Seurprisias bona fide et cum diligentia et veritate, faciant haut et bas super præmissis suam plenariam voluntatem. Et nos promissimus.... quidquid super dictis Seurprisias ordinave-*

*rint, nos de cetero firmiter observabimus. Vide infra Sorprisia.*

† **SEURSTA**, f. Qui servat, custos : nisi sit pro *Sacrista*. Notitia de Raimundo Abbate ex Cod. MS. S. Martialis Lemovic. n. 58. pag. ult. : *Nova recipientes, vetera reddent, excepto primo anno in quo de pelliceis scilicet a Seursta receptis nihil reddent, sed secundum regulam B. Benedicti utentur eis ut postea in vestiario restituant.*

\* **SEVRUM**, Sebum, in Addit. ad Statut. Adalhard. abbat. Corb. sect. 2. post Irmin. pag. 336. Vide *Sevum*.

† **SEUSIUS**. Vide *Canis Segutius*.

\* 1. **SEUTA**, Series, dependentia, accessio. Vide supra *Secta 12*.

\* 2. **SEUTA**, Actio, qua quis aliquem in judicio persequitur. Vide supra *Secata 1*.

† **SEUTILITAS**, pro *Subtilitas*, ut videtur, in Diplom. Childerici II. Reg. Franc. in Histor. Mediani Monast. pag. 13. [*\*\* Maginitudo se (pro sea) utilitas vestra.*]

\* **SEWARE**, Rigare, aquam deducere ad irrigationem; dicitur de pratis, quæ canaliculis seu rivulis hac illacque discurrentibus irrigantur. Charta Rog. dom. de *Basinghem* ann. 1220. ex Chartul. S. Bert. pag. 262 : *Cum prohibuissem ne ecclesia S. Bertini pratum suum... per terram neam Seware, sicut antiquitus consuevit. Hinc forte Seure, Præstatio, quæ pro ejusmodi facultate pensabatur, in Charta ann. 1301. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 137. vº. col. 1 : *Les marés le roi, si contene s'en levet la Seure, o tout le droit de la Seare, c'est assavoir ronscher et péescher. Vide Gota et mox Seweria.**

**SEWERÆ**, Fossæ, inquit Spelmanus, in locis palustribus ad eliciendas aquas : sic, opinor, dictæ, quod limitum loco essent, et *mariscos* a se invicem dividerent, a *Sever* voce Gallica, quæ *Separare* sonat; servaturque in pueris, quibus nutricia mamma subducitur. [*\* Vide Severia.*] Charta Ethelbaldi Regis apud Ingulfum : *Cum aqua vocata Asendik, versus Aquilonem, ubi communis Sewera est inter Spaldelinge, et dictam insulam. Charta Edw. III. Regis Angl. tom. 2. Monast. Angl. pag. 815 : *Ad supervidendum wallias, fossata, gutteras, Severas, pontes, calceta, et gurgites in partibus de Kestewenc, etc. Vide Landea. [\*\* Chart. Edward. II. ann. 15. Norff. rot. 22. in Abbrev. Placit. pag. 339 : *Commissio regis facta Thomæ de Ingaldesthorp etc. ad inquirendum de defectibus in reparatione murorum maritimorum, gutturaram, Sewerum, calcetorum et poncium per costeram maris in Mershland per quorum defectu villatura de Wigenhale in periculo est submergendi. Notitia ibidem addita : *Ex hoc placito facile colligi possunt leges et consuetudines approbatæ pro reparatione et munda-tione fossatorum et Sewerarum in paludibus ac aliis mariscis mari contiguis, etc.]****

**SEWERALIS**. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 509 : *Et prædictas 40. acras terræ prædictas Sewerales. Vide Separale.*

\* **SEWERIA**, Canalis, pro quem aquæ ad molendinum decurrunt, vel e stagno excurunt; a voce Gallo-Belgica *Seuwiere*, eo intellectu. Unde non a Gallico *Sever*, ut notat Cangius ad vocem *Seweræ*, quam videsis; sed a verbo *Sewer*, quod Latino-



barbare *Scware* dixerunt. Vide supra. Charta ann. 1264. ex Chartul. S. Auberti Camerac. fol. 61: *Poterit dicta ecclesia pro sua voluntate facere Sewerium infra scelusam dicti vivarii; dum tamen curti de Belaise seu commorantibus in eadem inde nullum damnum fiat, nec cursus aque impediatur, nec via publica, ibidem ab antiquo existens distarbetur nec includatur.* Sewire, in alia ann. 1266. ibid. fol. 68: *Le Sewire dou vivier devant dit. Redit. comitat. Hannon. ann. 1265. ex Cam. Comput. Insul. : Au blanch piisson c'on prent à ces Sewieres as buirons et as nasses, li cuens et mesires Stievenes ont le moittiet, et li monnier l'autre.* Inquisit. ann. 1469. de reparat. super Scaldim art. 1: *Touchuut les ventilleries des molins de Ere en toutes les trois Senwyeres, dient lesdiis ouvriers que pour ce que ce qui sera dit cy après se fache, ils n'y scevent pourquoy ils ne soyent de hanteur competente et raisonnable pour l'eau avoir son esseu et vray cours, pourveu aussi qu'ils soient triez toutes et quantes foiz que mestiers sera.* Art. 7: *Dient encores que a le grant Sewiere de grez desdiz molins de Selles, etc.*

**SEWERP**, [Jactus marinus, seu quidquid ad littus ejicit maris aestus quod ad dominos feudales pertinebat, idem quod *Lagan* et *Wreckum*. Vide in his vocibus.] Charta Manassis Comitis Gisenensis ann. 1124. in Tabulario S. Bertini: *Communitur autem predicti homines, si naves inter Peterem et Hildernesem mihi adductae fuerint, et si fortuna mihi, sive in Severp, seu in aliquo fortuitu adveniente, servitio eorum indiguero, quae de illo adventu afferenda sunt, ad Castellum meum... afferent.* [Vide *Swerp*.]

¶ **SEVUM**, Gall. *Snif*, Monachis dari ad unguentos calceos docet Constitutio Ansegisi Abbat. Fontanell. sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 639. Vide *Sapo*.

\* **SEXA**, pro *Sessa*, ni fallor, Locus, ubi sal conficitur. Bulla Alex. III. PP. ann. 1180. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 455: *Septem Sexus apud Marsul* (censessit) *quarum quatuor sunt liberæ, et duas a Sinero vobis datus.* Vide in *Sedes* 4. et supra *Sessio* 3.

1. **SEXAGENA**, Speculum Saxon. lib. 2. art. 48. § 8. [\* 6.]: *Ubi decima solvitur in campo, decima Sexagenæ dabitur æque bona, vel decimus manipulus.* § 10. [\* 8.]: *In multis locis deputata et certa annona in Sexagenis, sub certo numero, nomine decimæ, et agnus de ovili unius curiæ pro decima datur.* § 10. [\* 9.]: *Ubi decima solvitur, ut diximus, in Sexagenis, funiculus duarum debet esse ulnarum a pollice incipientium, per quem manipuli liguntur.* Alii Codd. habent: *Si solvitur decima, ut dictum est, in capitibus, seu Sexagenis, etc.* [\* Germ. *Schok*. Sexageni manipuli. Chart. ann. 1245. apud Guden. in Cod. Diplom. tom. 2. pag. 86: *Maldrum siliginis modio minus, sex modii tritici et dimidium maldrum avenæ, duæ Sexagenæ siliginis et tres Sexagenæ avenæ et una urna mellis.*] Chronicon Montis Sereni pag. 172: *Accidit autem die quadam, ut unus fratrum ex junioribus lignum unum ex his, quæ per Sexagenas numerari solent, ut operis quippiam ex eo faceret, petiturus, etc.* Vide *Setzena*.

¶ 2. **SEXAGENA**, Monctæ species, f. quod pretii 60. solidorum esset. Charta Casimiri Polon. Reg. ann. 1335. apud Lndewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 594: *Recognoscimus... nos teneri et remanere obligatos... Regi Boemiæ et suis hæredibus de summa et quantitate viginti millium Sexagenarum grossorum denuriorum Pragensium, in qua dicto dom. Regi Boemiæ decem mille Sexagenas dictorum denariorum jam solvimus in una parte.* Litteræ ann. 1402. ibid. pag. 75: *Cupimus fore notum... quod discretus vir Albertus de Borch presbyter nobis et nostræ Ecclesiæ (Novioperis) xx. Sexagenas latorum grossorum, pro comparatione unius Sexagenæ similiter latorum grossorum annui census tradidit.* Chron. Joannis Bose Episc. Merseburg. ad ann. 1431. apud eumd. tom. 4. pag. 442: *Addendo iis pro munitione fossati et muri sexcentos florenos et viginti Sexagenas novas.* Ibidem pag. 443: *Allodium ante castrum Lanchstedt situatum pro mille et quadringentis Sexagenis antiquis dicto castro adject.*

¶ **SEXAGENARI** qui dicantur pluribus disquirunt Jacob. Gothofredus ad leg. 1. de Exactionibus, in Cod. Theodos. Ipsum consule.

\* *Nostris Siettans*, pro *Soixante*, Sexaginta Vita J. C. Mss:

Chi eut merveilleux mariage  
De la Virge de si jeune age,  
Qui n'avoit mie quatorse ans,  
Et Joseph en avoit Siettans.

**SEXAGESIMA**, inquit Alcuinus lib. de Divin. offic. *initium sumit sequenti dominica post Septuagesimam, et finitur quarta feria Hebdomadæ Paschalis.* Ordo Romanus: *Inde dici potest, quia 60. sunt dies usque ad medium Paschæ, quod est feria quarta Paschalis Hebdomadæ.* Vide Alcuin. in Epist. ad Carolum M. Amalarium lib. 1. de Eccl. offic. cap. 2. Rabanum lib. 2. de Institut. Cleric. cap. 34. Rupert. lib. 4. de Divin. offic. cap. 7. Honorium August. lib. 3. cap. 39. 48. Hugon. a S. Victore lib. 3. Observ. Eccl. cap. 1. etc.

¶ **SEXAGESIMALIS DOMINICA**, in Charta ann. 1042. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 348: *Christiano populo celebrante Dominicam Sexagesimalem.*

\* **SEXCALLUS**, pro *Senescallus*. Vetus Codex MS. laudatus in Mercur. Franc. ann. 1742. mens. Sept. pag. 1955: *Sexcallus solvat D. Joanni Caleti matriculario S. Joannis quatuor simastias vini, per dictum matricularium exhibitis illis, qui choream Machabæorum fecerunt.* Vide in *Senescalus* et *Sescalvus*.

\* **SEXCAMBIUM**, pro *Excambium*, permutatio, in Contract. matrim. ann. 1358. apud Salern.: *Constituit dictum dolarium præfatæ donicelle Johannette super Sexcambio, sibi dando per regiam et reginalem majestatem, pro castro de Liceti predicto; et ubi dictum excambium sibi non daretur, etc.*

¶ **SEXCLIRIUM**, Charta ann. circit. 1226. ad calcem Annal. Edwardi II. Reg. Angl. pag. 266: *Cum tota terra arabili quæ ad prædicta molendina pertinent, cum uno Sexclirio prati ad dicta molendina pertinente.* Locum apertum interpretatur Cl. Editor

Hearnus, vocisque etymon ab Anglo-Sax. *sex*, gladius sive gladiolus, et Lat. *Clarus*, accersit. Sed hæc longius petita mihi videntur; malim *Sexclirium* prati scriptum fuisse pro *Sextario prati*. Vide *Sextarata*.

\* **SEXENA**, Sexta pars fructuum. Charta ann. 1310. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 222. col. 1: *Item gardiam et Sexenam, quæ faciunt sexaginta frumentis, ut dicitur, quæ valent duodecim libras Turonenses rendnales.* Vide *Sexenus* et infra *Sezana*.

¶ **SEXENUM**, ut *Seizenum*. Vide ibi.

¶ **SEXENUS**, Sexta pars fructuum quam dominus ex agris vineisve percipit, Gall. *Sixain*. Pactum inter Jacobum Aragon. Reg. et Berengar. Magalon. Episc. ann. 1272: *Est etiam sciendum quod de supradictis ab utroque parte excipiuntur usatica, laudimia, consilia, quarti, Sexeni, septeni, etc.* Vide *Quarto* 6.

¶ **SEYSENUS**, Eadem notione. Charta ann. 1317. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 166. col. 1: *Cessit... castra, loca et fortalitia... cum suis... feudis, terragis, quartonibus, cinquenis, Seysenis, vintenis, etc.*

¶ **SEZENUS**, Eodem significato, in Charta ann. 1288. ex Tabul. S. Victoris Massil.: *Percipiet pro luminari in duplici festo et octava festivitatis S. Victoris faciendo annuatim lxx. et x. solidos Parisienses, cum omnibus ventis, Sezeuis, utilitatibus, juriibus, etc.* Alia ann. 1461. ex eod. Tabul.: *Habitatores cuistri de Sesarista requirunt dom. abbatem S. Victoris quatenus dignaretur habere respectum ad dictum locum causante in suportabili onere Sezeni bladorum, vinorum, etc.* His igitur considerationibus et motibus dictum Sezenum uvarum sive racemorum ad decimam rectam, videlicet ad decimam saumatam... reduxit.

\* **SEXITZ**, ut supra *Sexa*. Charta Frider. II. ann. 1218. ex Tabul. S. Apri: *Quicquid habetis in vico, tam in pratis quam vineis et terris, cum tribus Sexitz ad sal conficiendum, vestræ confirmamus devotioni.*

1. **SEXTA**, Officium Ecclesiasticum diurnum, quod hora sexta canitur. Gregorius Turon. lib. 10. ubi de Episcopis Turon. n. 15. de Injurioso Episcopo: *Hic instituit Tertiam et Sextam in Ecclesia dici, quod modo in Dei nomine perseverat. Cursus horæ Sextæ, in Codice Carolino Epist. 72. Vide Durandum lib. 6. cap. 7. et supra in voce *Horæ canonicæ*.*

¶ 2. **SEXTA**, Mensura liquidorum. Vide *Sica* 1.

¶ 3. **SEXTA**, *Sextarum ludus*. Statuta Pistor. lib. 5. rubr. 71. de pœna ludentis, pag. 184: *Si apparuerint aliqua indicia, unum vel plura, quod aliquis luserit ad aliquem ludum prohibitum, puta Sextarum, tabularum vel taxillorum, etc.*

\* **SEXTAGIUM**, Quod pro singulis frumenti aut alterius graui sextariis domino exsolvitur. Inventar. Chartar. reg. ann. 1482. fol. 195. vº: *Acquisitio centum solidorum redditus, quos Gault Dalonne accipiebat supra Sextagiun Belgietiaci. De anno 1332. Vide *Sextariaticum*.*

¶ **SEXTAIRADA**, ut *Sextarata*. Vide ibi.

¶ **SEXTAIRALAIICUM**, **SEXTALAGIUM**, **SEXTALARICUM**, **SEXTALARIUM**, etc. Vide in *Sextariaticum*.

\* **SEXTALARARIUS**, Qui *Sextariaticum*



percipit. Charta ann. 1125. ex Tabul. priorat. S. Mart. de Camarc. : *Testes Rotrodus comes de Pertico, Raimundus Sextalararius, etc.* In alia ibid. *Raimundus Sexterarius.* Vide *Sextalerius*.

¶ **SEXTALERIUS**, Qui *Sextariaticum* colligit : nisi idem sit atque *Sextanalerius*, Qui ejusmodi tributi immunis est, in Statutis Avenion. MSS : *Sextalerii teneantur per sacramentum dicere si quem habuerint suspectum quod retineat sextarii... quod si aliquis vendiderit bladum et dixerit esse suum, et convictus fuerit alienum, ulterius non habeat libertatem de Sextanalogio, etc.* Statuimus quod illi qui habent libertatem dictam sextarii, qui vocantur *Sextanalerii*, etc. Vide *Sextariaticum*.

**SEXTANEVS LIMES**. Vide Glossar. Rigaltii ad Agrimicosorcs.

\* **SEXTANUM**, Vectigalis species. Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 57. ex Cod. Reg. 4622. A : *De nulla re, quæ portata fuerit super dorsum, capiatur aliqui curaga seu pedagiū, platiagium vel Sextanum, sed penitus sit immuni.*

¶ **SEXTANUS**, pro *Sextarius*, Mensura aridorum et liquidorum. Charta Galterii Archiep. Rotomag. ann. 1201. tom. 4. Hist. Harcur. pag. 1638 : *Ad communem omnium notitiam volumus pervenire Drogonem de Mellento dedisse... sex Sextanos mestelli in sua campipartitia... et tres Sextunos annonæ in molendino suo apud Serincourt... Dedit præfate ecclesie sex Sextanos vini in vineis suis apud Vallem.*

¶ **SEXTAGIUM**, **SEXTARALE**, etc. Vide *Sextariaticum*.

**SEXTARATA**, **SEXTARADA**, **SEXTARIATA**, Modus agri, ager certi sementis sextariorum numeri capax, tametsi ad silvestres et pratenses terras vox postmodum translata. *Sesteræ de terre*, in Consuet. Arvern. cap. 31. art. 61. Marchiæ art. 320. 420. Pictav. art. 190. 289. Dunensi art. 24. de Troy in Biturigib. art. 1. apud Thomasserium, etc. [Charta ann. 879. in Append. ad Marcam Hispan. col. 807 : *Inseruit donationem de terra Sexturiatas vi. suplus ipsa curte.*] Epistola Gaufridi de Meduana tom. 2. Spicilegii Acheriani pag. 507 : *Dedi etiam ducentos modios terræ ad opus rusticorum vestrorum, quos Sexturiatas dicitis.* Tabularium S. Andreae Vicnensis : *Donat præterea unum cortile juxta eandem Ecclesiam, et quandam partem telluris, quam agricole tres Sexturiatas dicunt, etc.* Tabularium Prioratus de Paredo fol. 10 : *Et in augmento dederunt unam Sextaradam terræ juxta predictum mansum, etc.* Charta ann. 1261. in Probat. Hist. Castanereæ pag. 30 : *Quinque Sexturiatas terræ tam in bosco, quam in terra, etc.* Charta Alphonsi Comitis Pictav. et Tolosæ ann. 1270. apud Catellum in Comitib. Tolosanis pag. 395 : *Sub deverio 2. denariorum Tolosunorum pro qualibet Sextariatu terræ, prati, vel vineæ, etc.* Tabularium S. Joannis Angeriensis ann. 1131. fol. 96 : *Reddo medium junctum de prato, et 4. Sextaradas terræ arabilis.* Tabularium S. Dionysii de Capella Diocesis Bituric. ch. 37 : *Sextaradam terræ super Segreia, pratium, ubi sambucus est, et oleham de Lempant, et Sextaradam terræ ad quandam rivum, et oleham super quandam rivulum,*

etc. Ibid. cap. 104 : *Cartalata terræ, Eminata terræ, Sextaratu terræ.* Vide Jofredum in Nicicensibus Episcopis pag. 182. Guichenonem in Probat. Histor. Bressensis pag. 106. Gariell. in Episc. Magalon. pag. 133. etc.

\* Ude redditur unum sextarium frumenti per annum, ut aperte docet Charta ann. 1266. ex Reg. S. Ludov. in Chartoph. reg. fol. 14. r<sup>o</sup> : *Sextariatu terræ, computata ad tria quarteria frumenti per annum propter usperitatem, licet in uliis locis computeitur Sextariata ad unum sextarium frumenti per annum.* *Sextarade*, in Charta ann. 1456. ex Reg. 191. ch. 237 : *Une piece de terre touchant à la rubine de saint Geniez, contenant cent Sexterudes de terre.*

¶ **SEXTARADA**, ut *Sextarata*. Charta in tractu Dombarum et Bressiæ significatur hac voce Ager octo bichetorum capax, in Biturigibus octo boissellorum ; diversa perinde est ubi de terra pratensis agitur : in Bugia et Gesia *Sexterutu* prati, quam *Seterée*, vel *Setine* vocant, tantum feni continet, quatum per unum diem sex homines secare possunt ; Genevensibus quantum uno die unus homo secat. Vide *Sectoratu*.

¶ **SESTAIRADA**, ut *Sextarata*. Chartul. Aptense fol. 112. v<sup>o</sup> : *Dono atque transfundo de vinea cultu et erma Sestairadas duas in Attense, etc.* *Sestariata*, ibid. fol. 117. Tabul. S. Petri de Cella-Froini in pago Engolism. : *Et in alio loco a Biciaco quatuor Sestairadas de terra.* Vide *Sexteriu*.

¶ **SEXTAIRADA**, in Chartul. Bituric. fol. 160. *Sextaraida*, in Charta apud Stephanot. Antiquit. Bened. Lemovic. MSS. part. 2. pag. 365.

¶ **SESTARADA**. Charta ann. 1118. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 403 : *Rogerus de Aura dedit tres Sestaradas, de terra et petiam latam; Guillelmus et Arnulphus de Abatud quatuor sestaradas de terra.* Chartar. Eccl. Auxit. cap. 83 : *In tres Sesturadas dedit viii. sol.*

¶ **SESTERADA**, in Charta ann. 947. Append. Marcæ Hispan. col. 861 : *Castellunus (dedit) de vinea Sesteradas viii. in villa Fulgoso.*

¶ **SESTEYRATA**. *Tres Sesteyratas terræ*, in Terrario Apchonii. Pluries ibi.

¶ **SESTAIRIATA**. Charta ann. 1032. ex Tabular. S. Victoris Massil. : *De alio vero loco terra que vocatur Spiculus et cum decem et octo Sestairiatis.*

¶ **SETERIATA**, in Chartul. S. Vincentii Cenoimanensis fol. 82.

¶ **SETEYRATA**. Charta ann. 1339. ex Tabul. S. Victoris Massiliens. : *Item sex Seteyratas terræ seminatæ sputa.* Alia ann. 1404. ibid. : *Recognovit se tenere quartam partem unius Seteyrate prati.*

¶ **SEXTARIETAS**. *Ego Bonius dono B. Petro Fosensi sex Sextarietas de terra*, apud Stephanot. Antiq. Bened. Lemovic. MSS. part. 2. pag. 349.

¶ **SEXTELLATA**. Charta Nicolai Maricolens. Abbat. ann. 1184. ex Tabular. S. Quintini in Insula : *Pro una Sextellata terræ... quinque gallodios frumenti forensis persolverent.*

¶ **SEXTERATA**, in Charta fundat. Prioratus Barbezilli inter Instr. tom. 2. Gall.

Christ. novæ edit. col. 270 : *In hoc dono sunt sex sexterate terræ, etc.*

¶ **SEXTAIRADA**, **SEXTAIRATA**. Charta ann. circ. 1063. ex majori Chartul. S. Victoris Massil. pag. 91 : *Dedit in sponsalium ecclesie S. Stephani iv. Sexteiratas de terra... ex his Sexteiradas vii. sunt apud podium Breconis.*

¶ **SEXTERTIATA**, in Charta Anselmi Episc. Laudun. ann. 1223. e Chartul. S. Quintini in Insula : *Recognoverunt se vendidisse... tres Sextertiatas ad Wichet sitas.* *Wido vero circiter quinque Sextertiatas et unum quartarium apud le Wichet.*

¶ **SEYTERATA**, in Charta ann. 1339. ex Tabular. S. Victoris Massil. : *Item circa octo Seyteratas terræ, etc.*

\* 1. **SEXTARIA**, Modus agri, idem quod supra *Sestariata*. Charta Theb. Chabot in Tabul. Albiensi ch. 681 : *Donamus monachis Absie in territorio feodi nostri de Malreput duas Sextarias terræ.* Vide *Sextarata*.

\* 2. **SEXTARIA**, Mensura annonaria. Charta ann. 1246. ex Chartul. Campan. fol. 444. col. 1 : *Tenebunt reddere dicto regi et hæredibus ejus, vel mandato ipsius regis vel successorum suorum unam Sextarium avenæ ad mensuram Remensem.* Alia ann. 1278. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 228. r<sup>o</sup> : *Obligo in manu Guidonis episcopi Lingonensis sex Sextarias avenæ, quas habeo et habere debeo apud Cabnam in granario dicti domini episcopi Lingon. annuutim percipiendas pro guardia, quam ibidem fucere teneor.* Vide *Sextarium*.

¶ **SEXTARIALE**. Vide mox in *Sextariaticum*.

**SEXTARIATICUM**, Quod pro singulis frumenti aut alterius grani sextariis domino exsolvitur. [Idem est quod latiori significato *Mensuraticum* dicitur, jus scilicet quod pro mensuris a domino exigitur, ut ex infra allatis colligere est. *Sextariaticum* jus illud vocant ubi *Sextario* metiuntur, *Minagium* ubi *mina*, *Modiaticum* ubi *modio*. Vide in his vocibus. *Mensura sextarii*, in Charta ann. 1298. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 91. col. 2. ] Gregorius M. lib. 1. Epist. 42 : *Valde autem iniquum et injustum esse prospeximus, ut a rusticis Ecclesie de Sextariaticis aliquid accipiatur, et ad majorem modum dare compellantur, quam in horrea Ecclesie infertur. Unde præsentis admonitione præcipimus, ut plus quam decem et octo Sextariorum modii nunquam a rusticis Ecclesie de frumento debeant accipi.* Nihil est, quod hic auguratur Ludov. de *lu Cerdà*. Nescio, an huc pertineat vetus inscriptio, quam profert Gruterus 223. 2. adscripta sextario aëro rotundo infra largiori P. vi. alto Ivs. crasso tertia parte grani : **SEXTARIALIS**. **EXACTA**. T.... DD. NN. **ARCADII**. ET. **HONORII**...

**SEXTARALE**, **SEXTARIALE**. Charta Michaëlis Archiep. Arelatensis ann. 1214. in Regesto Carcassoniensi, qua Comiti Montis Fortis concedit Bellumcadrum, et *pedagia sive in aqua, sive in terra, lesdas, quintale, cordam, furnos, Sextariale, jurisdictionem, justitias, firmancias, trezenos, etc.* **Sextarale**, apud Plantavitum in Episcopis Lodovensibus p. 240. Aliud videtur significare *Sextarale*, in Charta Alamannica Goldasti 33 :



*Confinit... de alium in via, et 2. medarios, in ipso loco, in ipso agro, et 1. Sestairale in roncale confinuit in Leones ex alia parte ipso Magno. Ubi Sestairale idem videtur, quod Sextarata terræ. Vide in hac voce.*

¶ **SESTERALE**, in Charta ann. 1241. tom. 10. Spicil. Acher. pag. 181 : *Super Sesteriali, ricorda, ferro, pondere, etc.*

¶ **SESTAIRALE**. Charta ann. 1230. inter Instrum. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 152 : *Petebat etiam (Episc. Biterr.) tertiam partem Sestairalis bladi, quam dicebat ad se pertinere ratione tertie partis, quam habet in leudis mercati.*

¶ **SESTERIALE**. Pactum inter Jacobum Aragon Reg. et Berengar. Magalon. Episc. ann. 1278 : *Cum, ut dicit, pondera et ferum in Sesteriali sive mensura bladi pertinent ad dictum dom. Regem.*

¶ **SESTALARATICUM**. Charta Willelmi Montispessulani Domini ann. 1103 : *Sestalaraticum dono vobis de omni blado, de omni legumine, et de farina, et de linoso, et de cannaboso, etc.* Apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. 728. Ubi *Sestalaraticum* habet eadem Charta MS. inter Schedas nostras.

¶ **SESTAIRALATICUM**, in Charta ann. 1145. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 508 : *Exceptotamen Sestairalatico quod nobis semper integrum retinemus.*

¶ **SESTARALICUM**, apud Plantavit. in Episc. Lodovensibus pag. 106 : *Retenta medietate firmantiarum, justitiarum, Sestalaricorum, furnaticorum, etc.* Vide *Medalla*.

¶ **SESTARALAGIUM**, in Statutis Avenion. MSS : *Qui vendiderit bladum vel legumen in civitate Avenion. et ejus tenemento debet dare Sestalaragium, et teneatur mensurare ad mensuram sextarii signo Communis signati. Infra Sestalaragium dicitur.*

¶ **SESTARALIUM**. Charta ann. 1204. apud Stephanot. tom. 1. Antiquit. Bened. Occitan. MSS. pag. 407 : *Totum videlicet Sestalarium quod nos habemus et predecessores nostri habuerunt in villa sive in burgo S. Tiberii. Occurrit ibid. semelet iterum.*

**SESTYRALITIUM**, in veteri Charta apud Gariellum in Episcopis Magalon. pag. 90.

¶ **SESTALAGIUM**. Charta Guillelmi Archiep. Remensis ann. 1182 : *Si quis Sestalagium nostrum asportaverit, vel detinuerit, forisfactum nobis per 60. solidos emendabit.* [Statuta Avenion. MSS : *Statuimus quod omnis homo qui bladum vendet in civitate ista det Sestalagium, nisi in hac civitate faciat focum suum.*]

¶ **SEXTALEGIUM**. *Duodecim modios frumenti quos habetis in Sextalegio Remensi*, in Bulla Lucii PP. ex Tabul. S. Nicasii Remensis.

¶ **SEXTELLAGIUM**. Charta Henrici Archiep. Rem. ann. 1175. ex eodem Tabul. : *Sub annua pensione octo modiorum frumenti in Sextellagio Remensi percipiendorum.* Charta Philippi Aug. Reg. Franc. ann. 1186. ibid. : *Sub annua pensione octo modiorum frumenti in Remensi Sextellagio eidem ecclesie reddendos instituit.* Adde Bullam Clementis III. PP. anno 1190. in eodem Tabul. *Sextelago*, in Chartul. Prioratus de Doncheriaco.

¶ **SEXTELLARIUM**, in Bulla Lucii III. PP. ex laudato S. Nicasii Tabul. : *Bunnum, iustitiam, Sextellarium... scripto proprio confirmavit.*

¶ **SESTELLAGIUM**. Charta ann. 1280. ex eodem Tabul. : *Sestellagium et alia quæcumque jura... Nos de Sestellagio et aliis juriis temporalibus devestimus.* Charta Curie Rem. ejusdem anni ibid. : *Sabbato post Cineres in quo habebamus Sestellagium et quædam alia jura.* Alia Bartholomæi Abbat. S. Remigii : *Percipiamus Sestellagium omnium bladorum.*

**SESTERALAGIUM**, in Charta ann. 1203. in 30. Regesto Tabularii Regii Ch. 240 : *Pedaticis, leudis, furnis, Sesteralagiis, firmanciis, justitiis et redditibus, etc.*

**SESTERLAGIUM**, in Charta Radulphi Comitiss Suesion. ann. 1209 : *Item Canonici renuntiaverunt omni juri, quod habebant, vel habere se dicebant, in Sesterlagio centum modiorum bladi, quos monachi vendere libere possunt, absque omni Sesterlagii solutione.* [Charta Willelmi Archiep. Rem. ann. 1178 : *Sub annua pensione octo modiorum frumenti quos in Remensi Sesterlagio vobis reddendos instituit... assignamus reddendos in Sesterlagio Remensi.* Ex Tabul. S. Nicasii Remensis.]

¶ **SESTERLAGIUM**. Bulla Alexandri III. PP. ann. 1168. in eodem Tabul. : *In burgo S. Nicasii portagium, roagium, modagium, Sesterlagium.* Charta Willelmi Archiep. Rem. ann. 1182. ex Chartul. S. Remigii tom. 2 : *Justiciam, Sesterlagium, mercata... quiete possidenda concedimus.* Charta ann. 1336. ex Cod. Colbert. 1591 : *C'est assavoir tout ce que on appelloit la justice et Setvellage que tenoit à cense Fourcy le Chaisne.*

**STRELAGIUM**, apud Hemereum in Augusta Viromand. pag. 132 : *Barillagia, Strelagia, mensuræ, etc.* Charta Joan. Comitiss Suesion. ann. 1260. apud Rainaldum in Hist. Sues. : *Franchement sans paier toullieu, Strelage, ou autre debit, ou autre coutume.*

¶ **SEXTARAGIUM**. Charta Philippi I. Reg. Franc. ann. 1079 : *Ab omnibus pedagiis dicti loci in terra et in mare, et Sextaragia et leuda sint imunes (sic) perpetuo habitatores dicti loci.* Charta ann. 1445. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 90. col. 1 : *Item in dicto loco Valentie petitur quoddam aliud tributum vocatum Sextaragium, pro quo exigunt et exigere volunt de quinquaginta somatis salis unum sextarium salis, et nolunt accipere sal, sed volunt habere duos storenos pro quolibet sextario.* Statuta Avenion. ann. 1570. Rubr. 13. art. 2 : *Pro jure Sextaragii. Art. 4 : Sextaragium autem intelligimus trigesimam partem precii tritici, vel leguminis quod venditur.*

¶ **SEXTERAGIUM**, in Charta censuali Leoduni Abb. S. Vedasti ann. 1036. ex Chartul. ejusd. Monast. V. pag. 243 : *Carethi salis pro thelon. II. den. et pro Sexteragio I. den. Carrus salis pro thelon. IV. den. et pro Sexteragio II. den.*

**SESTERAGIUM**. Charta ann. 1270. in M. Pastoralis Ecclesie Parisiens. lib. 23. ch. 37 : *Super teloneo et Sesteragio, quæ dicebat se habere in terra ipsorum.* Tabular. Episcopat. Ambian. ann. 1278 : *Super eo, quod*

*predictus Vicedominus de grano proventuum et reddituum Ecclesie nostre Ambian. et servitorum quorumlibet, in ea vendito et deliberato emptoribus quibuscumque per ministros nostre Ecclesie in claustrum vel extra claustrum Sesteragium exigebat injuste etc.* Tabularium Corbeien. : *Tout li Sesterage des grains c'on vent, ou acate, ou met en renier en ladite ville, appartient à lui (à l'Abbé.)* [Charta Johannis Comit. Suesion. ann. 1239 : *Derechief j'octroy al Abé et Convent de S. Legier de Soissons que quand je venderay mon Sesterage de Soissons, que cil à cui je le venderay faec feauté à l'Eglise devant dite de la disme que elle a de blé ou de deniers et Sesterage.*]

¶ **SESTERAGUM**. Charta ann. 1217. inter Probat. Hist. Blesens. auctore Bernier pag. 4 : *Assignavi tres modios bladi in Sesterago meo Blesens. Forte legend. Sesteragio.*

¶ **SEXTARIATUM**, in Charta Philippi Aug. Reg. Franc. ann. 1181. pro Communia Noviom. apud Baluz. tom. 7. Miscell. pag. 299 : *Si frumentum vel annona qualibet ematur, et non mensuretur, Sextariatum inde non dabitur.*

¶ **SEXTARIETAS**, ut *Sextarata*. Vide ibi. **SEXTARIUM**, vel **SEXTARIUS**, Mensura liquidorum et aridorum. Gregorius Turon. lib. 1. Miracul. cap. 5 : *Ita et in unius horæ spatio plus quam unum Sextarium (olei) redderet vasculum, quod quartarium non tenebat.* Adelardus in Statutis Corbeiensibus lib. 1. cap. 4 : *De potu autem quotidie detur modius dimidius, id est, Sextaria 8. etc.* Le Roman de Girard de Vienne MS :

Dou meilleur vin li portez un Sester.

Apud Anglos *Sextarius vini continet 4. jallones*, in Fleta lib. 2. cap. 12. § 11. *Sextarius farine*, apud Walafridum Strabum in Vita S. Galli cap. 28. [ *Sextarius de oleo, Sextarius de pigmento, Sextarius de vino*, in Charta ann. 987. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 271. *Sextarius avenæ*, in Monast. Anglic. tom. 1. pag. 136. *Sextarius salis*, ibid. tom. 2. pag. 849. *Sextarius calcis*, in Reparat. factis in Senescallia Carcass. ann. 1435.]

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Sestiar, Prov. sestarius, sextarium. Un Sesterot d'orge*, inter Redit. comitat. Hannon. ann. 1265. ex Cam. Comput. Insul. *Sistier de vin*, in Reg. 13. Corb. sign. *Habacuc* ad ann. 1509. fol. 12. *Sextarium*, idem quod *Boissellus*, in Charta ann. 1254. ex Tabul. monast. Bosonis-vil. : *Focum seu ignem in domibus suis alentes debent abbati et monachis dare annuatim formentadam, seu unum Sextarium, vulgo un Boisseau, frumenti pulcri et boni.* Vide *Sextaria*, 2.

¶ Variæ fuit capacitalis sextarius pro variis locis, cum in aridis tum in liquidis, ut de aliis mensuris passim est a nobis observatum. Hinc annotabimus quæ nobis hac in re fortuito occurrerunt, cætera prætermittentes quæ diligentius perscrutari pro tempus non licet. Glossæ vett. Cassinenses MSS : *Sextarius olei habet libras II. Sextarius mellis habet libras III. Sextarius est duarum librarum, qui bis assumpus nominatur bilibris : quater, fit Græco nomine cœnix : quinquies complica-*



tus, quinarem sive gomor facit : adlice sextum, congiem reddit ; nam congiem sex metitur Sextarii ; unde et Sextarii nomen accepit. Sextarium vini habet duas libras et VIII. uncias. Eldefonsus de Pane Eucharistico inter opera posthuma Mabill. tom. 1. pag. 197 : *Et trecenti tales nummi, antiquam per viginti et quinque solidos efficiunt libram : et duodecim tales libræ, quæ fiunt per tria millia sexcentos nummos, Sextarium tritici efficiunt unum : ex quo septem panes formari possunt, de quibus per totam hebdomadam homo vivere unus potest ; aut septem in una die. Etenim modius æquus et justus debet esse per decem et septem tales Sextarios æquos, qui potest in una, Domino protegente, centum decem et novem homines die pastui conductos sustentare. Elenchus Eccl. Cellæ Cariloci subditarum apud Chanteloup in Histor. MS. Montis-Majoris : Unum modium annonæ pulchræ et electæ et valet modium sexdecim Sexteria ad mensuram Relaniæ. Ibidem : XVI. emynas seu Sexteria annonæ ad mensuram Aquis. Rursum : Unum modium seu XVI. Sexteria. Huntingdon. Hist. lib. 6 : Circa hoc tempus (Edwardi Confessoris) tantu fames Angliam invasit, quod Sextarius frumenti, qui equo uni solet esse oneri, vendideretur quinque solidis, et etiam plus. Eucharis Episc. Lugdun. lib. Instruct. cap. 14 : *Metreta una, ut quidam dicunt, habet Sextarios centum. Tabular. Ambian. : In molendino ejusdem villæ talis boistellus debet esse quod novem Sextarium integrum et non plus faciant. Charta ann. 1070. apud Miræum tom. 1. pag. 160 : Accipere debent carvatam vini decem et octo modiorum tantummodo ; nec modius plus contineat, quam viginti Sextarios. Adamanus de locis SS. lib. 1. cap. 8 : Qui argenteus calix Sextarii Gallici mensuram habens : duasque ansulas in se ex utraque parte altrinsecus continens compositas. Translat. S. Filiberti ann. 836. sac. 4. Bened. part. 1. pag. 551 : *Venundabatur enim, ni fallor, illis diebus Sextarius vini uno denario. Apud Bellijocum Sextarius vini tribus mensuris, vulgo Chopines, æquivalat, alibi duas tantum continet, et alibi unam ; Sextarius vero aridorum octo bichetos continet, alibi duas tantum. Vide Modius 2.***

SEXTARIUS VINI, Præstationis species apud Ambianos, quæ a rei cuspisiam immobilis, seu prædii, vel domus venditione, domino fiebat. Charta anni 1172. in Tabular. Eccl. Ambian. : *Si mortuo marito mulier vidua sibi vel hæredibus suis terram relevavit, et postea maritum accepit, uaritus ille 6. tantum denarios pro Sextario vini dominis dabit, et absque calunnia dominorum terram excolere poterit. Alia ibidem ann. 1206 : Pro venditione etiam tertius decimus nummus debet exsolvi ab illo, qui vendidit ; qui autem vivit, sex denarios tenebitur solvere pro Sextario vini. Vide Chirotheca, Wantus.*

† SEXTARIUS JUS, Idem quod Sextariaticum, in Charta ann. 1246. apud Plantavit. in Episc. Lodovens. pag. 171. Charta ann. 1156. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 198 : *Tertiam partem omnium ledarum fori et nundinarum, et tertiam partem Sextarii.*

\* Charta ann. 1256. in Reg. S. Ludov. ex Chartoph. reg. fol. 31. r.º : *Foriscapia et laudamentu et Sextarium tenent ab Aladoyce de casulis.*

\* SEXTARIUS BANNALIS VINI, Qui pro banno suo proclamatione vini venalis debetur, in Charta Bertr. episc. Metens. ann. 1207. ex Chartul. monast. Bosonis-villæ. Vide Cridagium in Crida.

† SEXTARIUM CENSUALE, Quod ex censu debetur. Charta ann. 1344. in Tabular. Gellon. : *Et ultra hoc (cesserunt) L. Sextaria censualia seu usatica mixturæ cum omni jure et aominatione feudali.*

† SESTAIRALIS, ut Sextarium. Charta Willelmi dom. Montispessull. ann. 1103. apud D. Brussel de Usu feud. tom. 2. pag. 728 : *Si mesurantur cum Sestairale vel eminale.*

† SESTARIUS, Eadem notione. Charta ann. 1194. inter Instrum. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 143 : *Si forte aliquis homo vel femina Biterris vendiderit suum bladum ad suam eminam vel Sestarium, nulla pœna debet eum inde sequi, nisi tantum quod emina vel Sestarius potest ei frangi. Sestarius de civada, in Charta ann. 964. Append. ad Marcam Hispan. col. 884. Occurrit præterea in Computo ann. 1217. apud D. Brussel de Usu feud. tom. 2. pag. 1035. Adde Statuta Montis Regal. fol. 183. et Vercell. lib. 3. fol. 56. v.º.*

† SESTERIUS, in Testam. Roberti I. Comitis Claromont. ann. 1262. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 269 : *Item lego... conventui Mediimontis unum Sesterium frumenti et unum mixturæ annuatim percipienda.*

† SESTERCIUM, ut Sextarium. Tabul. S. Vincentii Cenoman. : *Hubertus clericus dedit monachis unam oleam terræ quæ vocatur olea de viridario, in qua seminari possunt quatuor Sexteria hibernæ annonæ.*

† SESTERIUM, in Charta ann. 1171. ex Tabular. S. Petri Autiss. : *Concessum quod monachi Regniacenses tria Sexteria annonæ canonicis S. Petri singulis annis persolvent, videlicet unum Sesterium frumenti, etc. Sex Sexteria bladi, in Charta ann. 1351. ex Chartophyl. Reg. Ch. 107.*

† SESTUARIUM, in Charta ann. 1450. ex Tabul. Sangerm. : *Item voluit et ordinavit habere duas caritates fiendas in dicta ecclesia, quælibet ex triginta Sestuariis bladi.*

† SISTERIUM. Elenchus Eccl. Cellæ Cariloci subditarum in Hist. MS. Montis Majoris : *Et fient de duobus Sisteriis ad dictam mensuram Relaniæ tantummodo quinque panes.*

† SEXTARIUM, Forum, ni fallor, ubi frumentum aliave grana venduntur et Sextario metiuntur. Statuta Avenion. ann. 1570. lib. 1. rubr. 13. art. 2 : *Item quod non liceat magistro Sextarii pro jure sextaragii exigere ab habitatoribus Avenionis, et illius territorii, aliquod Sextaragium, sed tantum pro custodia unum solidum Turon. pro quolibet salmata tritici vel leguminis, si in dicto Sextario vendi contingat.*

\* SEXTAYRAGIUM, idem quod Sextariaticum et supra Sextagium. Charta ann. 1292. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 614. art. 19 : *Si contigeret dare leudam, Sextayragium, portanagium, etc. Sexterage*

vero dicitur Præstatio unius sextarii vini, a recenti caupona domino debita, in Charta ann. 1350. ex Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 17 : *Item une redevance, appelée Sexterage, c'est assavoir d'un nouvel tavernier,.... un sextier de vin.*

\* SEXTAYRALIUM, Sextarium, mensuræ genus. Charta ann. 1338. in Reg. 71. Chartoph. reg. ch. 251 : *In villa Amiliani senescallie Ruthenensis sunt, et ab antiquo fuerunt, quædam mensuræ lapideæ, Sextayralia vulgariter nuncupata, posita in platea ville prædictæ, in quibus mesurantur et mensurari consueverunt, blada, nuces, amigdala, etc.*

† SEXTAYRATICUM, ut Sextariaticum, vel potius, Quodvis tributum, vectigal. Statuta Astens. Collat. 9. cap. 6. fol. 26. v.º : *Ordinatum est quod Poestas teneatur facere exemplari in communi omnia instrumenta Sextayratici curayrarum et maleolitarum in uno cartulario et illa legi facere in publica concione.*

† SEXTAYRATICUM, Sextarium, ut videtur, Mensura, in iisdem Statutis Collat. 15. cap. 26. fol. 45 : *Statutum est quod aliquis portator non possit stare sub Sextayratico nec tenere nostram alicujus grani.*

† SESTEIRADA, SESTEIRATA. Vide Sextarata.

† SESTELLAGIUM, SESTELLARIUM. Vide Sextariaticum.

† SESTELLATA, SESTERATA. Vide Sextarata.

† SESTERAGIUM, SESTERALE. Vide Sextariaticum.

\* SESTERARIUS. Vide supra Sextalararius.

† SESTERCIUM, ut Sextarium. Vide ibi.

† SESTERIA, Modus agri, idem qui Sextarata. Tabul. Eleemosynæ S. Pauli Viennensis : *De ipsa vero terra in Vercheria dedit dominus R. G. quatuor Sexterias, ex quibus faciet G. quæ facere voluerit. Tabul. S. Mariæ Andegav. : Ego Bernardus de Machecollo concessi B. Mariæ Andegav. unam Sexteriam terre in saltibus de Paux.*

† SESTERIUM, Eodem intellectu, apud Guichenon. Hist. Bressiæ inter Instr. pag. 19. ex Charta ann. 1272 : *Dom. Poncius de Monteruyn Miles... recognovit tenere domum suam de Marnigui, et quidquid habet inter uquan de Igon et aquam de Reysusa, exceptis duobus Seyteriis prati et duobus joralibus terræ quæ de novo acquisivit.*

\* SESTERINGIA VINI, ex Lib. cens. S. Genov. fol. 35. apud D. Le Beuf tom. 9. Hist. dioc. Paris. pag. 399. perperam pro Sextaragium vini. Vide supra Sextayragium.

† 1. SESTERIUM, ut Sextarium. Vide ibi.

2. SESTERIUM, Pars civitatis, quasi sexta pars, ut quarterium, quarta. Vox nota Venetiis. Concilium Ravennense ann. 1311. cap. 30 : *Et ut pauperibus verecundis valeat provideri, in quolibet quarterio vel Sextario cujuslibet civitatis... quolibet anno eligantur, quatuor vel sex,.... qui questam requirant pro eleemosyna hujusmodi pauperibus facienda. Vide Historiam Beilunensem pag. 110. [et supra Seizenum.]*

\* 3. SESTERIUM. Charta Erici reg. Danor. ann. 1298. tom. 5. Cod. diplom.



Polon. pag. 24. col. 1 : *Promittimus firmiter ipsi Rigensi ecclesie in auxilium homines nostros, cum armis et Sexteriis, ante hyemem instantem in civitatem predictam mittere. Ubi legendum suspicor Sagittis vel Sagittariis.*

† **SEXTERLAGIUM**. Vide *Sextariaticum*.

\* **SEXTERLATA**, Modus agri, idem atque supra *Sextarata*. Charta ann. 1216. in Chartul. Clarifont. ch. 112 : *Terram etiam, quæ appellatur Canum, continentem tres Sexterlatas et dimidiam et tres virgas*. Charta ann. 1222. in Chartul. Mont. S. Mart. part. 6. fol. 107. rº. col. 1 : *Cum in elemosinam duodecim Sexterlatas terræ ad mensuram S. Quintini eidem ecclesie contulissent, etc.* Passim ibi.

\* **SEXTERNA**, Sestercius, ut videtur. Lib. de Mirabil. Romæ ex Cod. reg. 4188 : *Data michi xxx. millia Sexternas, et memoriam victorie michi facietis post peractum bellum, et obtinuum equum. Sextertias edidit Monsfalc. in Diar. Ital. pag. 296.*

† **SEXTERNUS**, Codex sex foliorum. Instrum. ann. 1418. apud Rymer. tom. 9. pag. 610 : *Scriptis Regi literam vulgarem in forma sequenti; quæ translata est in Latinam, et reperitur in secundo Sexterno*. Pluries ibi. Vide *Quaternio*.

† **SEXTERTIARIUS**, Ipse qui erogat. Gloss. Isid. Pro *Sestertiarius*, qui Sestertia erogat. Vide *Martinii Lexicon*.

† **SEXTERTIATA**. Vide in *Sextarata*.

† **SEXTEYRALITIUM**. Vide *Sextariaticum*.

**SEXTORIUM**. Juncta Bevagans in Vita B. Margarete de Cortona cap. 3 : *Sæpe in cella nuda remansit, nunc involuta Sextorio, nunc alterius coloris operta tunica, vel mantello*. Ubi viri docti legendum putant *textorio* : ego vero malim *Sercotio*, fuit enim *sercotium* vestis mulierum.

\* An aliquid hic emendandum sit subdubito; panni enim vel telæ crassioris species significari probabile est; maxime cum Gallicum *Sextiaus*, ea notione, usurpari videatur in Lit. remiss. ann. 1373. ex Reg. 104. Chartoph. reg. ch. 254 : *Lequel Perrot et Jehan boulogniers demonrants à Gounesse, pour cause de quatre Sextiaus, ordenez pour aidier à couvrir charretes à pain, etc.* Vide supra *Setezenus*.

† **SEXTUARIUM**. Vide in *Sextarium*.

† **SEXTUS**, Vox juris canonici. Ita appellatur Collectio Decretalium facta sub Bonifacio VIII. PP. quasi sit liber sextus alterius collectionis Gregorii IX. PP. curis elaboratæ, et in quinque libros distributæ. Hæc nota sunt.

† **SEXTUSDECIMUS**, Panni species, sic dicti quod totidem filis textus esset. Charta ann. 1246. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *Cellerarius tenetur in festo S. Michaelis singulis annis assignare pro vestiariis albis... capellani et coverti de panno S. Pauli vulgariter appellato Sextodecimo*.

† **SEXVIRI**, Ita appellantur Scabini seu urbis Consilarii, ubi sex ad id officii eliguntur. Charta Burchardi Episc. Camerac. ann. 1120. apud Miræum tom. 2. pag. 815. col. 2 : *Si vero aliquis de mansis istis necessarius fuerit officinis Monachorum, illum deliberent Monachi... consilio et consideratione Sexvirorum Valentianarum*. Ibidem

pag. 816. col. 1 : *De illis vero Sexviris Valentianensibus tres eligantur ex parte Monachorum, et tres ex parte Canonicorum, vel hæredum suorum fide et sacramento adstricti, quorum consilio et discreto intuitu fiat emptio mansorum, vel æqua mutatio*. Institutio RR. PP. Fulensium Burdigal. ann. 1589. apud Stephanot. tom. 1. Antiquit. Bened. in Vascen. pag. 243 : *Cellas et alia edificia regularia et quidem amplè edificaverit, operam ferentibus senatu ac majoribus et Sexviris civitatis*. Vide supra *Sevir*.

1. **SEXUS**, Genus, species, vel potius diversitas. Constitutio Chlotarii Regis ann. 560. cap. 13 : *Nec quicquam aliud agere aut judicare, quam ut hæc præceptio secundum Legum Romanarum seriem continet, vel Sexus quarundam gentium juxta antiqui juris Constitutionem olim vixisse dinoscitur, sub aliqua temeritate præsumant*. Neque forte aliter vox *sexus* capienda in Concilio Duziacensi l. pag. 292. edit. Cellotii, ubi generis diversi ac *sexus pecunia*, idem videtur, quod in Testamento Aldrici Episcopi Cenomanensis, *pecunia diversi generis* appellatur, hoc est, pecudes diversi generis, boves, caballi, oves, et similes : *Omnia, quæ ibi habuit, aurum, argentum, vestimenta, pannos plurimos, annonam, vinum, et generis diversi ac Sexus pecuniam... per vim abstulit*. Ubi *pecunia diversi generis ac Sexus* non potest sumi pro auro et argento quod antea expressum est, uti vult Cellotius. Eadem, ni fallor, sex potius contraria ratione capienda verba formulæ 7. ex Baluzianis : *Et aliam rem quantumcumque visus non habere, aut inante laborare potuero, tam peculium, præsidium utriusque generis Sexus, aurum, argentum, drapalia, etc.* Nam cum *præsidium* quasvis facultates significet, ac præsertim pecuniam numeratam, voce *præsidii utriusque generis Sexus* videntur intelligi *aurum et argentum*, quæ consequenter describuntur explicationis gratia. Nolim tamen id præfracte asseverare, præsertim ex form. 28. ubi *omne genus pecudum habetur*.

\* Charta ann. circ. 1282. in Access. ad Hist. Cassin. part. 1. pag. 354. col. 1. Ubi (in Provincia) erant *centum sapientiores eo in Sexu naturali et in scientia litterarum*.

2. **SEXUS**, Pars corporis, qua quis vir est aut mulier, apud veterem Interpretem Moschionis, qui φῆσις voce uti solet. [Gloss. Lat. Gr. : *Sexus naturæ, εἶδος φῆσις*.] Vide *Harmoniam Gynæciorum* part. 1. cap. 9. n. 5. et alibi.

\* Nostris *Sexe*, eadem acceptione. Lit. remiss. ann. 1457. in Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 225 : *Iceului Poncelet print icelle fille aagée de dix à douze ans et la tira par ses drappeaux et sainture, et après par son Sexe*. Hinc

**SEXU DEBILITATUS, castratus**, in Glossis antiquis MSS.

† **SEXUS PERFECTOR** Masculi appellantur ab Amalario in Ecloga de officio Missæ, tom. 2. Capitul. col. 1353.

**SEXXAUDRUS**. Pactus Legis Salicæ tit. 73 : *de cultello Sexxandro : Si quis alteri cultellum furaverit, etc.* Vox, inquit *Wendelinus*, composita ex *Seisse*, Germanis *Sachs*, falx, falcatus gladius ad feriendum

*cæsium, quod hauen dicunt, unde hauer, vel hauder, id genus gladii, nostris Coute-las*. Vide supra *Saxa*.

† **SEY**. Eccardo in Notis ad hunc locum pag. 112. *Sexxaudrus* nude significat *Cultelus*. Ipsum consule. Glossæ Ælfrici : *Cultellus, Sex*.

\* **SEYATUS**, Serratus, Gall. *Scié*. Charta ann. 1361. in Reg. 101. Chartoph. reg. ch. 96 : *Que comba f durat recte pro-tendendo usque ad pallos Seyatos, etc. Seyete, Parva serra, in Lit. remiss. ann. 1416. ex Reg. 169. ch. 355 : Le suppliant print une petite Seyete de fer à seyer bois à une main*. Vide supra *Setarium* et mox *Septa*.

\* **SEYGNORIA**. Vide supra *Segnoria* 4.

\* **SEYNA**, Sagena, Gall. *Seine; Seigne*, in Lit. remiss. ann. 1410. ex Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 378 : *Comme les supplians feussent alex peschier en un marchais commun en ladite ville de Chesoy en Gastinois, à un instrument appellé Seigne, etc.* Unde et pro loco ubi sagena piscari licet, aut etiam pro facultate sagena piscandi. Inventar. Chart. reg. ann. 1482. fol. 206 : *Vendit decimum piscem et oune jus quod habebat dictus Colardus in tribus Seynis, Gall. Seines, villarum de Rue et de Maresquineterre*. Comput. domanii Pontiv. ann. 1369 : *De la petite Saine du Crotoy et de saint Wallery, etc.* In alio ann. 1465 : *De la Seynne de Cucq que l'en a acoustumé à bailler à ferme, etc.*

\* **SEYNATA**, Quantum sinu, Ital. *Seno*, portari potest. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 46. ex Cod. reg. 4624 : *Si vero dossas prædictorum fresagiorum vel leguminum... ceperit, et inde faldatam, exchintonatam, Seynatam, aut aliter usque ad quantitatem unius situlæ, et infra exportaverit, solvat pro qualibet vice pro bampno solidos quinque*.

† **SEYNCLUS**. Vide *Seintelus*.

† **SEYSENUM**, ut *Sexenus*. Vide in hac voce.

† **SEYSINA**, Possessio. Charta apud *Madox* in *Formul. Anglic. pag. 90* : *Cum prædictus Galfridus certis conditionibus et causis, dictam dominam Margeritæ de manerio suo... per cartam suam feofasset, et in Seysinam possuisset, etc.* Vide *Saisire*.

† **SEYSIRE**, ut *Saisire*. Vide ibi.

† **SEYSSENS**, Gallice *Sixain*, Monetæ species. Ordinat. Humberti II. ann. 1373. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 516. col. 2 : *Seyssent autem monetæ nostræ debilis factæ temporibus retroactis ponantur et recipiantur pro duobus denariis cum pitta hujusmodi monetæ nostræ novæ cudendæ*.

† **SEZENUS**, Eadem notione, in *Sanleger. Resol. civil. cap. 5*.

\* **SEYSTORIA**, ut supra *Setura* 2. Charta ann. 1343 : *Item tres Seystorias cum dimidia prati, sitas apud Valorseyri, etc.* Vide mox *Seytorata*.

\* **SEYTA**, Serra, Gall. *Scié*, simul et officina, ubi serra desecatur. Libert. villa de Alavard in Dalphin. ann. 1337 : *Ordinamus ne aliquis... per se vel per alium aliquem seu aliquos Seytas nostræ reysstas, cum aqua operantes seu vertentes, aliquantulum audeat vel debeat facere;... si vero aliqui Seytæ seu reysstæ repererint, etc.* Charta ann. 1390 : *Seyta domini Joannis prædicti*



coheret a parte Orientis, etc. Vide supra *Sezatus*.

¶ **SEYTERATA**, ut *Sextarata*. Vide ibi.

¶ **SEYTERIUM**, Modus agri. Vide *Scxteria*.

\* **SEYTORATA**, Modus agri, tantum prati, quantum unus sector per diem *se* care potest. Charta ann. 1256: *Item unam Seytoratam prati, sitam inter pratun quondam Arueti et heyrallium molendinorum dicti Hugonis*. Vide supra *Sethorata* et *Setura* 2.

¶ **SEYTORIUM**. Vide supra *Seitorium*.

\* **SEZANA**, Sexta pars rei cuiuslibet. Charta ann. 1338. in Reg. 71. Chartoph. reg. ch. 198: *Item medietas trium Sezananum et duarum Sezananum leudæ bladorum et aliorum granorum et tachiarum, etc. Siste et Sixte*, eadem notione. Pactum inter Ingeran. Codic. et Nic. episc. Camer. ann. 1264: *Nous aions tel droiture, comme nous devons avoir, c'est à dire le Siste de li-vrement, etc.* Ubi Charta ann. 1267. habet: *Sextam partem, etc.* Alia ann. 1312. in Reg. 48. ch. 222: *Item dou Sixte de deux journaus de terre, que il pristrent à deux solz de rente... Item dou Sixte, que il acquistrent de nadame Johanne Barrabyne, etc. Sisainme, pro Sixieme*, in Libert. de Granceyo ann. 1348. tom. 9. Ordin. reg. Franc. pag. 161. art. 5. Vide supra *Sexena*.

¶ **SEZCULUS**. Charta ann. 3. Rodulfi Reg. apud Stephanot. tom. 3. Antiq. Benedict. Pictav. MSS. pag. 346: *Qui præsens sæculo cneratur flagitij Sezculo*. In alia ibid. pag. 345. habetur *serculo*: unde leg. videtur *Circulo*. Vide *Flagium*.

**SEZE**, [Modus piscandi.] Vide *Batuda*.

¶ **SEZENCIA**, a vet. Gall. *Séance*, Decentia, nunc *Bienséance*. Charta Ascelini de Machis ann. 1380. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 173: *Cumque dictum castrum et castellania de Gerziaco una cum aliis predictis eidem domine Blanchiæ ratione dotatitii sui, ut præmittitur donatis, si dictus casus adveniebat, quod absit, non sint bene ad Sezenciam et complacentiam ipsius domine Blanchiæ, etc.*

¶ **SEZENUS**. Vide *Sexenus* et *Seysse-nus*.

\* **SEZLEYN**. Charta ann. 1239. tom. 1. Hist. Trevir. pag. 725. col. 2: *Habebit* (dictus miles) *pro eo, quod vulgariter dicitur Sezleyn, quidquid sibi a comite Lutzuillimburgensi, pro residentia in dicto castro facienda, fuerit assignatum*. Ubi Joan. Nic. ab *Honthheim*: Videtur esse diminutivum a *Sette, Setti*, quod hodie dicimus *Sitz*, sedes scilicet seu habitatio vassalli castrensis in castro. Vide in *Stagium*. [\*\* Feudum castrense.]

\* **SEZME**, vox Bohemica. Charta Wencesl. reg. Bohem. ann. 1249. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 521: *Eccliesie sancte Marie in Doxan..... talem concessimus libertatem, videlicet quod homines jam dictæ ecclesie.... sint liberi et exempti... a sex denariis, quod dicitur Sezme, qui dari debent magistro venatoriæ dignitatis*.

\* **SFALONGOSIS** vocatur inflexio capilorum palpebrarum ad interiora interpedum *Sfalagii*, id est, aranei. Glossar. medic. MS. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

¶ **SFIBLALIUM**, Fibula, qua vestis

subligatur. Testam. Ermengaudi Comit. Urgell. ann. 1010. in Append. Marcæ Hisp. col. 973: *Ipsa meo mantello meliore cum ipso Sfiblato de auro, et duas, etc.* Vide *Fibulatorium*.

**SFIERSIERN**, **SFURSERN**. Andreas Suenonis lib. 5. Legum Scaniæ cap. 15: *Ubi si reus factum inficiando comparuerit, negationem suam probare tantum ferri candentis iudicio permittatur, quod in lingua patria Sfersiern inde mcrui appellari*. Ita lib. 13. cap. 2. At paulo aliter lib. 7. cap. 6: *Ad candentis ferri iudicium admittetur, quod Sfersiern lingua patria nominatur*. Rursum cap. 8: *Ut actores præcedente juramento, per igniti ferri iudicium se defendant, quod Trygsiern in lingua patria nominatur*. Est autem veteribus Danis icrn, ferrum. Vide *Ferrum candens*. [\*\* *Skudsjern* a *Skut*, *Jaculum*.]

¶ **SFLORATUS**. *Calcina Sflorata*, Calx exstincta, *Chaux éteinte*. Statuta Riperiæ cap. 222. fol. 29. vº: *Quilibet fornasarius teneatur bene coquere calcem, seu culcinam, et calcinam Sfloratam cum scopatura non commiscere*.

\* **SFOIA**, Piscis species. Tract. MS. de Pisc. cap. 93. ex Cod. reg. 6838. C: *Solea,..... Venetiis Sfoia, a folii alicujus majoris similitudine dicitur*.

\* **SFORCIARE**, Vim inferre, præsertim virgini, Ital. *Sforzare*. Leg. Portugal. sub Alph. reg. tom. 1. Probat. hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 11: *Si quis Sforciaverit virginem nobilem, moriatur; et totum suum avere sit de virgine Sfortiata*. Hinc

\* **SFORCIAMENTUM**, Vis, violentia, Ital. *Sforzamento*. Steph. de Infestura MS. ubi de Innoc. PP. VIII: *Similiter iterea latrocinia, furta, homicidia, Sforciamenta, tam in urbe quam extra, fiebant*. Vide *Sforcium*.

¶ **SFORCIUM**, Vis, violentia, Gall. *Force*, Italis *Sforzo*. Statuta Cadubrii cap. 127: *Et qui contra fecerit utendo aliquo Sforcio in similibus, cadat ad penam librarum 50. Pap. Vide Sforcium*.

\* **SFRESATUS** Equus, Canterius, Gall. *Cheval hongre*, ut videtur, ab Italico *Sfregiare*, honore spoliare, vel vulnere deturpare. Testam. Jac. de Pignataro ann. 1352. in Access. ad Hist. Cassin. part. 1. pag. 409. col. 1: *Item relinquo D. Francisco de Monte Agata equum bradum Sfresatum meum.... Item relinquo abbati de Fossa-nova equum liardum Sfresatum*.

¶ **SFRIDUM**, Timor, tremor, ni fallor. Chronic. Domin. de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 608: *Quis ergo vos fugat? quis vos sequitur? ut civitatem istam sic ponatis in Sfrido?*

¶ 1. **SFUNGIA**, Panis species. Vide *Ifungia*.

\* 2. **SFUNGIA**, Lapis creatus ex aquis, levis ac fistulatus. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613. Nostris *Pierre ponce*, pumex.

¶ **SFURSIERN**. Vide supra *Sfersiern*.

¶ **SFALONATUS**. Vide *Sgolonatus*.

\* **SGARBELLATUS**, ab Italico, ut videtur, *Sgarbato*, Inconcinuus, invenustus; dicitur de vitio oculorum ex nimia vinitatione nato. Barel. serm. 2. in Dom. 1. Quadrag. *Melius est habere oculos Sgar-*

*bellatos, quam mori siti*. Eo fortassis spectat vox Gallica *Escardoilliés*, qua oculi ex senectute rubefacti significari videntur, in Lit. remiss. ann. 1415. ex Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 305: *Lequel Regnault dist au suppliant, qu'il estoit un sanglant villart es yeux Escardoilliés*.

¶ **SGARDENA**, Piscis species videtur. Statuta Placent. lib. 6. fol. 79. verso: *Item Sgardenas pro qualibet lib. 111. den. et med.*

\* **SGARDIUM**, **SGARDUM**, Arbitrium, sententia, iudicium. Libert. Figiaci ann. 1318. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 660. art. 3: *Licebit.... dictis consulibus ab omnibus dictæ ville et districtus ejusdem habitatoribus exligere et recipere sacramentum de stando ad Sgardum seu arbitrium ipsorum consulum, de factis communibus villæ*. Ibid. pag. 663. art. 15: *Et si aliquis... cavere voluerit de stando ipsorum consulum Sgardio seu arbitrio, habitator ille invitum compelli poterit per consules ad standum Sgardio seu arbitrio eorumdem*. Vide *Regardum* 5.

\* **SGARDIUM**, Judicii genus, in Stat. ordin. S. Joan. Hieros. ann. 1584. tom. 2. Cod. Ital. diplom. col. 1811: *Ne fratrum nostrorum animi, longis litibus impliciti, a suæ professionis officio evocarentur: majores nostri breve quoddam et expeditum iudicii genus excogitarunt, quod Sgardium appellantur. Id ita habetur: assumuntur fratres octo, ex singulis linguis singuli, quibus additur nonus ex qua liberit lingua, nullo delectu. Is caput seu præses Sgardii vocatur*.

¶ **SGARLATARE**, Subnervare, ut infra *Sgarretare*, ab Ital. *Garretto*, *Poples*, Gall. *Jarret*. Statuta Riperiæ cap. 81. fol. 16: *Quicunque... alicui membra vel membrum anputaverit, vel Sgarlataverit, condemnentur in libris ducentis parvorum*.

\* Italis *Sgarrettare*, a *Garretto*, *poples*. **SGARMIGLIATUM**, Tributi species apud Italos. Computum Thesaurariæ urbis Bononiæ in Italia ann. 1364. ex Bibl. Regia: *A Primirano... conductore daci Sgarmigliati pro uno anno incepta, etc.*

**SGARRETARE**. Mamotrectus ad cap. 11. Josue, et ad 1. Paralip. cap. 15: *Subnervare, Sgarretare per incisionem nervorum tibialium*. Itali *Sgurrctare* dicunt. [Vide *Sgarlatare*.]

¶ **SGAVARE**, Evellere, ab Ital. *Cavare*, Gallice *Arracher*. Statuta Cadubrii lib. 3. cap. 77: *De illis qui Sgavant, sive evellunt terminos*.

**SGOLONATUS**, vox Italica, Elumbis. Occurrit in Miraculis B. Simonis Tuder-tini num. 16. [*Sgalonatus* editum tom. 2. April. pag. 820.]

¶ **SGOMBARE**, Italis est Vacuare, exhaurire, purgare, Gallice *Vuider*, *Nettoier*. Statuta Mutin. rubr. 129. pag. 23: *Canalis novus, qui venit a Vignola, cavatus, renundatus et Sgombratus teneatur per habentes caput ad ipsum*.

¶ 1. **SGRAFFIGNARE**, Unguibus discerpere Ital. *Sgraffignare*, Gall. *Egratigner*. Statuta Palavic. lib. 2. cap. 18. fol. 88: *Eadem pona condemnentur qui aliquem in terram projecerit... Et idem in eo qui decapilaverit seu Sgraffignaverit aliquem*.

\* 2. **SGRAFFIGNARE**, Italico vulgari,



Clepere, furari, surripere. Gabr. Barel. serm. de Flagellis Dei : *Clamat Deus : Non furtum facies ; et Dæmon : Rape, deprædare, Sgrasigna, etc.*

¶ **SGUANZARE**, Malas alicui frangere, Italis *Sguanzare*. Statuta Riperiæ cap. 81. fol. 16 : *Quicumque evulserit oculum vel oculos, vel nasum amputaverit, vel aliquem Sguanzaverit.*

¶ **SGURARE**, vox Italica, Mundare, purgare, Gall. *Ecurer, nettoier*. Anonymi Chron. Cremon. apud Murator. tom. 7. col. 635 : *Qui portas civitatis muro fieri fecit, et pontes ipsarum portarum et fossata civitatis Sgurari fecit.* Adde Chronic. Bergom. apud eumd. tom. 16. col. 957.

¶ **SHARP**. Charta apud Rymer. tom. 9. pag. 908 : *Unum Sharp auri garnisatum de sexaginta et uno grossis baleisiis.* Nescio an pro Anglo Scarf, balteus, Gall. *Echarpe*.

**SHAWALDRES**. Henr. de Knyghton ann. 1318 : *Cumque in partes Scotie venisset, inculcavit eos Dominus Gilbertus de Midelton Miles cum aliis elegantibus Shawaldres, et eos de omnibus bonis suis spoliavit.* Vox ignota Somnero, qui vocem Gallicam *Chevaliers*, equites, hic effingi subodoratur.

¶ **SHELINGA**, ut *Swollynga*. Charta. ann. 1403. apud Rymer. tom. 8. pag. 290 : *Quæ quidem comitatus, dominia,.... fortalitia, maneria, villas, hameletta, Shelingas, terras, tenementa, redditus et servitia, cum pertinentiis, etc.* Vide *Sidelinga*.

¶ **SHEPHIRDIS**, Ovium custos, Gallice *Berger*, Angl. *Shepherd*. Testam. Johannis de Nevill ann. 1386. apud *Madox* in *Formul.* Angl. pag. 428 : *Item volo quod cc. marcæ... distribuantur inter carucarios, plaustrarios, et custodes animalium meorum, videlicet hyne, nethirdes et Shephirdes, per discretionem executorum meorum.*

**SHEWING**, Est quietum esse, cum attachiamentum in aliqua curia, et coram quibuscumque in querelis ostensis, et non advocatis. Sic *Rastallus*. *Shewyne*, habetur in *Monastico Anglice*. tom. 1. pag. 976. Anglice to *Shew*, Ostendere.

**SHIPWRECH**, [Jus quod Principi vel Domino competit in naufragiis.] Vide *Naufragium*.

**SHIRA**. Vide *Scyra*.

¶ **SHIREF**, Pagi, vel Comitatus Præpositus, a Saxon. s. cire, Provincia. Vide *Scyra* et *Gerefa*. De iis ita *Camdenus* : *Singulis vero annis, nobilis aliquis ex incolis præficitur, quem Vicecomitem, quasi vicarium Comitatus, et nostra lingua Shyref, i. Comitatus Præpositum vocamus : qui etiam Comitatus vel Provincie quæstor recte dici potest. Ejus enim est publicas pecunias provincie sue conquirere, mulectas irrogatas vel pignoribus ablatis colligere, et ærario inferre, iudicibus præsto adesse et eorum mandata exequi, 12. viros cogere qui in causis de facto cognoscunt et ad iudices referunt, etc.*

¶ **SHIRIFTOOTH**. Placitum apud Cestriam ann. 14. Henrici VII. Reg. in *Nomolex.* Anglic. Th. *Blount* : *Per Shiriftooth Johannes Stanley Ar. clamat habere de quolibet tenente infra feodum de Aldford unum denarium et quadrantem per annum.*

**SHOPA**. Vide *Schoppa*.

**SHREDARE**, Putare, resecare. Vox Anglica, *Shred*. Modus tenendi hundredum pag. 124 : *Dicunt, quod omnes custodes forestæ a tempore, quo non extat memoria, usi fuerunt loppare et Shredare arbores prædictas, et ligna sic loppata et Shredata ad usum suum proprium asportare, etc.*

¶ **SI**, substantive pro *Conditio*, exceptio, usurpatur in *Charta Gallica* ann. 1255. laudata a *Mabillon*. *Diplom.* lib. 2. cap. 1. num. 13 : *Ge Anseric sires de Monreal, fais savoir a tous ces qui verront ces lettres, que je ay rendu Hugon de Bourgogne mon chastel de Monreal sans nul Si.*

\* **SI**, Quamvis, licet. *Charta* ann. 1105. inter *Instr.* tom. 11. Gall. *Christ.* col. 233 : *Nepos Hudonis dapiferi Guillelmi supradicti regis, homo secularis, Si totus catholicus, etc.*

¶ **SIACATA**, inter ministeria sacra recensetur in *Charta Adelgastri Principis* pro *Monast. S. Mariæ de Obona* inter *Concil. Hispan.* tom. 3. pag. 90 : *Damus.... tres hasecelias et duas Siacatas et una cappa serica, et tres calices, etc.* Vide *Sium*. Confer *Stacatus*.

¶ **SIARE**, Mingere. *Gloss. Lat. Gr.* : *Siat, σῦρει, ἐπι βρώσους.* Alibi : *Siffiat*. Vide *Martini* *Lexicon*.

¶ **SIATUS**, ab Ital. ut videtur, *Sciatto*, Deformis, Gall. *Malfait*. *Johan. Demussis* *Chron.* *Placent.* ad ann. 1373. apud *Murator.* tom. 16. col. 518 : *Et omnes erant stracchi, et jejuni, et Siati, et ibi non habebant quid comederent, etc.*

¶ **SIBADA**, Hordeum, vel avena, apud *Beneharnenses*. Vide *Civada*.

**SIBI**, pro *se*, quod habent alia loquendi formulæ, ubi de *Sacramentis*. *Lex Frision.* tit. 1. § 9 : *Sibi duodecimus juret*, ubi tit. 14. § 1. 3. 4. 5 : *Sua duodecima manu juret.* Tit. 2. § 5 : *Sibi quarto sacramentum juret.* *Lex Ripuar.* tit. 33. § 2 : *Sibi septimus in arabo conjuret.* Occurrit eadem formula eod. tit. 58. § 5. tit. 66. et in *Lege Longob.* lib. 1. tit. 19. § 2. tit. 23. tit. 25. lib. 2. tit. 21. tit. 28. [*\*\* Roth.* 147. 348. 258. 250. 235. Vide *Grimm.* *Antiq. Jur. German.* pag. 654. et *Gram. German.* tom. 2. pag. 950.]

¶ **SIBI**, pro *illi*, in *Charta* ann. 1262. apud *Rymer.* tom. 1. pag. 741 : *Dominica vero sequenti adivimus dom. Reginam Francie apud S. Germanum in Laya, et negotia vestra, prout nobis injunctum fuerit, Sibi exposuimus.* *Bulla Johannis XXII.* PP. ann. 1327. apud eumd. tom. 4. pag. 321 : *Quæ quidem promissio fuit postea adimpleta, cum Sibi (Petro) Christus dixit, Quodcumque ligaveris super terram, etc.* Ita vicissim *Ei* pro *Sibi*, non semel occurrit. *Gregor. Turon. Hist. Franc.* col. 564 : *Mundericus qui... regnum Ei debere dixit.*

\* **SIBI**, pro *Secum*, in *Instr.* ann. 1308. tom. 5. *Cod. diplom. Polon.* pag. 30. col. 1 : *Joannes archiepiscopus Rigenis,.... assumptis Sibi pluribus bonis, honestis et religiosis viris, ad prædictos..... festinans percessit.*

**SIBIA**, *Equorum frena*, in *Glossis MSS.*

¶ **SIBILIA**, *Hispalis*, urbs Hispaniæ, nostris *Seville*, in *Litteris Edwardi III.* *Regis Angl.* ann. 1348. apud *Rymer.* tom. 5. pag. 601.

¶ **SIBILINUS**, pro *Sebelinus*, *Martes*, Gall. *Zebelline*. *Anonymi Annal. Mediol.* ad ann. 1358. apud *Murator.* tom. 16. col. 729 : *Dom. Girardus donavit plures petias panni auri, et magnam quantitatem Sibilinorum.* Vide *Sabellium*.

\* **SIBILLACIO**, *Irrisionis* genus. *Stat. Universit. Andegav.* ann. 1398. tom. 8. *Ordinat. reg. Franc.* pag. 243. art. 51 : *Quod omnes a Sibillacionibus, repeticionibus, aut aliis factis solemnibus, in contemptum rectoris vel alterius doctoris, aut alterius honeste personæ,.... abstineant.*

\* **SIBILUM**, an *Rivus*, Gall. *Ruisseau* ? *Chartul. Celsinian.* ch. 94 : *Habent terminaciones ipse res supradictæ ex una parte via publica et Sibilum in medium; ex alia parte terra S. Austremonii.* Vide *Sica* 1. et infra *Sicus*.

¶ **SIBLOTUS**, *Tibia militaris*, ni fallor, Gallice *Fifre*. *Continuatio Chronici Andr. Danduli* apud *Murator.* tom. 12. col. 450 : *Navigantibus nobis absque Strepitu et cum ordine magno, imposito etiam coititis, ut Sibloti sive falsceti silerent.* Vide infra *Sifflo-*

\* **SIBULA**, pro *Fibula*, ut videtur. *Stat. Præmonst. MSS.* dist. 4. cap. 8 : *Corrigiis cum Sibilis, vel curiosis, strictis manicis non utemur.*

\* **SIBULARE**, pro *Sibulare*, *Signum*, quo *Albigenses* sese cognoscebant. *Acta MSS.* *Inquisit. Carcass.* ann. 1308. fol. 36. vº : *Quidam alius, qui veniebat ad eos, ut credit, respondit dicto hæretico similiter Sibulando.* *Ibid.* fol. 66. vº : *Venerunt quidam, qui Sibulaverunt extra molendinum; et tunc dicti hæretici exiverunt molendinum et loqui sunt cum ipsis.* Hinc *Sibler* et *Subler*, pro *Siffler*, in *Lit. remiss.* ann. 1388. ex *Reg.* 132. *Chartoph. reg. ch.* 334 : *Adonc commença ledit Jehan le houlier a Sibler et crier si hault, que ledit suppliant les oyt.* Aliæ ann. 1459. in *Reg.* 190. ch. 3 : *Le suppliant yssit de la taverne et oyt Subler, et alors Chauveau Subla aussi.*

\* *Sibilo* excipiebantur in ecclesia *Briocensi*, qui chorum ingredientes vel egredientes præscriptis ceremoniis aut salutationibus deerant. *Cerem. MS. ejusd. eccl.* : *Et s'aucun en entrant ou en yssant du cueur trespasses ces choses devant dites, en le corrigeant et remonstrant sa faulte, on peut Siffler sur lui ou battre les chaeses.* Vide mox *Sibulus*.

\* **SIBULUS**, *Sibilus*, nostris alias *Siblet*. *Joinvil.* in *S. Ludov.* edit. *reg.* pag. 80 : *Maintenant que il vit le roy sur le flum, il sonna un Siblet, et au son du Siblet sailirent bien de la sente de la galie quatrevingts arballestriers.* *Lit. remiss.* ann. 1450. in *Reg.* 180. *Chartoph. reg. ch.* 92 : *Ipsi suppliantes audierunt aliquos Sibulos, sive Sifflez Gallice, etc.* Vide supra *Sibulare*.

¶ **SIBYNA**, *Telum*, *venabulum*, hasta. *Gloss. Gr. Lat.* : *Σιβύνη, venabulum.* *Tertull.* lib. 4. adv. *Marc.* cap. 1. ex *Isaia* cap. 2. v. 4 : *Concidunt machæras suas in atrata, et Sibynas, quod genus venabulorum est, in falces.* Ubi *Vulgata* habet, *lanceas.* Vide *Gellium* lib. 10. cap. 25.

1. **SICA**. *Monasticum Anglic.* tom. 2. pag. 130 : *Scilicet de muro antiquo per longum suam (f. sicam) et ita per Irthin usque ad*



locum, ubi Cambec cadit in Irthin, et sursum per Cambec usque ad Sicam, quæ descendit de nigra quercu, ... et ex alia parte nigra quercus usque ad Sicam Palterkeved, quæ cadit in King, etc.

SICHA. Idem Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 883 : Cum toto dominico in bosco et plano, in pratis et pascuis, in vis et aquis, in Sicis et moris, etc. Somnerus in Gloss. Saxon. sich, sulcum, vel potius sulcum aquarium, lacunam, liram, elicem, etc. interpretatur, indeque vocem

SICHETUS, ortam censet, quam habet Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 764 : Et sic a dicta inferiore parte dicti montis directe ex transverso usque ad quendam Sichelum versus Austrum juxta inferius caput de le Nonpulle, etc. Infra : Et sic sequendo quendam Sichelum, qui currit usque ad boscum, etc. Mox : Et sequendo sic quendam Sichelum usque ad quendam aquam, quæ vocatur, etc.

† SICHETA, SICHETUM, in Charta ann. 1201. apud Madox in Formul. Anglic. pag. 88 : Tres (scilicet) jacentes inter terram quam dicitur Henricus quondam tenuit et Sichelam sive Sicheta.

SIKETTUS. Idem Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 426 : De tota terra infra has divisas, in territorio de Langliserit, scilicet in longitudine inter duos Sikettos, quorum unus cadit inter Nortwayt et Wayhvra, et alius cadit inter, etc. Pag. 454 : Descendendo Scipenleyclogh usque ad proprium Siketum, qui venit ab occidente, et currit versus Orientem, et descendit in Scipenleyclogh.

\* 2. SICA, pro Sicala, Secale. Charta ann. 1083. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 352 : Ita sane ut deinde inferatis..... annualiter de grano et Sica in campo Capa quarta traenda de areu, etc. Vide Sigaluu.

† SICACYRALIS, Vasis species, cujus usus in ministeriis sacris. Locus est in Lito.

\* SICAGIUM, Quod pro re qualibet in furno siccandum solvitur. Charta ann. 1240. in Chartul. Campan. fol. 365. vº. col. 2 : In furno vero sive in furnis, et in molendino sive in molendinis.... homines ville illius molere et coquere, sicare bannaliter tenebuntur..... De viginti quatuor panibus unus reddetur fulvario, salvo tamen Sicagio. Sécheur, pro Sécheresse, Ariditas, in Lit. remiss. ann. 1464. ex Reg. 199. Chartoph. reg. ch. 413 : Estoit icelle semence comme toute faillie à cause de la grant Scheur du temps.

† SICALE, SICALUM. Vide in Sigalum.

† SICAMBRI, Canis species. Vide Canis Petrunculus.

1. SICARIA. Charta Philippi Regis Fr. ann. 1317. apud Argentæum in Hist. Armoric. lib. 5. cap. 34 : Item villam et castellaniam de Pontrieu, ac sulsariam de sancto Gilda, cum omnibus feodis et retrofeodis, dominis, firmis, bladis, molendinis, Sicariis, juribus et aliis emolumentis, etc. Vide an idem sonet quod Sica et Sichelus. Vide Siccaria. [\* Idem quod mox Siccaria.]

† 2. SICARIA, Alia notione, Societas, congregatio, ut videtur, apud Buschium de Reform. Monast. tom. 2. Script. Bruns-

vic. Leibniti pag. 836 : In Magdeburgensi vero Sicaria blaveis utuntur (Præmonstratenses) cappis... Abbas Præmonstratensis superior est omnium monasteriorum sui ordinis; sed Præpositus B. Virginis præfatus cum tota sua Sycaria est exemptus ab ejus obedientia; huic Præposito B. Virginis omnes de Sicaria sua tenentur obedire.

\* Leg. forte Secaria, idem quod Secta 2. Vitæ institutum.

† SICARIATUS, Sicæ seu pugionis confixus. Epist. 25. lib. 6. Henr. Corn. Agrippæ : Quod ab ingenius animis tam semper alienum fuit, ut multi quam honoris sui vindictam judicium sententia non obtinuerunt, alii vi, alii dolo, alii Sicariatu et veneficiis persequi non dubitarint.

SICARIE, Proditorie, per Sicarios. Laurentius Leodiensis in Hist. Episcoporum. Virdunensium. : Duce quoque Godefrido Giboso in Frisia Sicarie mortuo, etc.

† SICATOR Bosci, pro Secator, Qui ligna cædit, Gall. Bucheron, in Charta ann. 1354. ex Chartophyl. Reg. Regest. 82. Ch. 670. Vide Secare 2.

1. SICCA, Sepia, piscis, Gallice Seiche. Regestum Castri Lidi in Andibus pag. 31 : Si mercator in foro vendiderit millenarium suum de harenc, nummum de harenc reddiderit, et non elegerit. Millenarius Siccarum, 4. den. centum, ob. [Charta ann. 1202. apud Lobinell. tom. 2. Histor. Britan. col. 372 : Dedi sallagium meum et redditum Siccarum de Plouec et de Karity.]

† SECHES, in Libertat. Pontis-Ursonis inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 4. pag. 641 : Et si ferat Seches, de unoquoque millario, quatuor denarios, sive ibi vendat, sive transeat.

\* Charta ann. 1307. in Reg. 38. Chartoph. reg. ch. 219 : Hermero de Monte Martyrum dedimus costumam cortorum et Siccarum in nundinis edicti (indicti).

2. SICCA, pro Sica, Pugio, cnsis. Gregorius Turon. lib. 9. cap. 19 : Et statim extinctis luminaribus, caput Sicharii Sicca dividit. Cap. 36. Sica scribitur : Et elevans manum cum Sica, caput hominis libravit.

† 1. SICCAMEN. Charta Caroli Crassi ann. 884. apud Calmet. tom. 1. Hist. Lothar. inter Probat. col. 318 : Constitutum... per singulos annos in festivitate S. Apri Episcopo civitatis exhiberi convivium inibi peragendum, ad quod dentur de rebus fratrum panis modii x. vini modii x.... bacco 1. cum Siccamine, porcelli 11. etc. An caro sicca, ut fumosa perna? an condimenti species? Vide Siccum. [\* Alia notione Ariditas, siccitas. Ecbasis vers. 197 :

Mane sed officium faciet mihi more suorum,  
Sanguinis ex salice roret Siccamina linguæ,  
Proluet hic potus spurcamina pectoris hujus.]

\* 2. SICCAMEN, Materia omnis, quæ sicca et arida est. Mirac. S. Bert. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 120 : Ad postrenum fossas circa munitionem miræ et altitudinis et amplitudinis factas munitentes, seu vimineis parietibus, stramine et onnigeno Siccamine compleverunt, conantes incendio profligare, etc.

† SICCARE, sensu passivo, in Actis SS. tom. 3. Mart. pag. 462 : Et in ipso meatu exitus sui illico lacrymæ Siccaverunt.

\* Vita S. Lugidi tom. 1. Aug. pag. 343. col. 1 : Vituli ad vaccas ruerunt; sed ora vitulorum circa mamillas matrum Siccaverunt, nec lac sugere poterant. Id est, aruerunt.

SICCARIA, Agri portio, ubi siccantur panni eloti. Arestum Parlam. Paris. 10. Jan. 1320 : Super debato saisine quarundam Siccariarum pertinentium ad dictum Militem, etc.

Malim eo loci Siccariam interpretari locum ubi siccantur pisces, vulgo Secherie, vel tributum quod ex iis locis percipitur, ut in Charta ann. 1317. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 472 : Item villam et castellaniam de Pontrieu et de Rupederiani.... cum omnibus feodis, et retrofeodis, firmis, bladis, molendinis, Siccaris, juribus et aliis emolumentis, etc. Siccatura piscium, dicitur in Charta ann. 1225. inter Schedas ejusd. Lobinelli.

\* Ea procul dubio notione usurpatur, in Charta Joan. ducis Brit. ann. 1279. ex Reg. 50. Chartoph. reg. ch. 31 : Cum mercatores de Bayonia proponerent Sicaria piscium de loco beati Mathæi in finibus terrarum, ac ipsius Sicariæ jura et pertinentia ad eos.... pertinere,.... ac peterent quod nos Sicariam, jura et pertinentia hujusmodi mercatoribus liberarem eisdem.... Concedimus dictam Sicariam congrorum et merliciorum, cum suis pertinentiis et juribus consuetis, habendani et tenendam ab eis... Debemus etiam nos.... districte servare,.... quod nemo, exceptis ipsis mercatoribus,.... possit in dicta Siccaria congris et merlicios, a Paschate usque ad festum B. Michaelis in monte Tuba, siccare.

SICCATORIA, [Ubi siccanda appendunt.] Guibertus lib. 3. de Vita sua cap. 11 : Cadaver in camino domus super cineres prono ore composuit, et instrumentum desuper pendens, quod Siccatorias vocant, super eum dejecit, ut putaretur, quia sic eum machinæ casus obtulerit.

SICCATORIUM, in Glossis Saxon. Ælfrici : Cylm, vel a st, i. fornax, vel Siccatorium. Canones Hibern. lib. 5. r. cap. 9. de Ballivis : Si vero foras exierit ultra Siccatorium, dominus reddet, si aliquid mali fecerint. [Libellus de successoribus S. Hildulfi cap. 16. in Hist. Mediani Monast. pag. 215 : Sed omne domus suæ ædificium cum ipso Siccatorio ultricibus traditum flammis inventi. Locus ubi aliquid Siccatur, hypocaustum, vaporarium.]

† SICCATURA. Vide in Siccaria.

† SICCINA, apud Mabill. tom. 3. Annal. Benedict. pag. 358. ex Charta Aldenæ cujusdam nobilis femine, qua a lodem filio suo Amelio tradit, eo pacto ut per unumquemque annum Siccinas donare faciat ad domum S. Mariæ Urbionensis. Vide Siccamen, et Siccum.

SICCISCUS. Chronicon Fontanellense pag. 246 : Ad saccos quindecim comparandum griseos Sicciscos, unde cappæ fiant, lib. 10. [Vide Sextusdecimus.]

† SICCUM. Capitulare de Villis Caroli M. cap. 34 : Onnino providendum est cum omni diligentia ut quicquid manibus laboraverint aut fecerint, id est, lardum, Siccum, sulcia,.... cum sanno nitore sint facta et parata. Vide Siccamen et Siccina. [\* Apud



Pertizium *Siccamen*, quod interpretatur Carnes fumo siccatas.]

† **SICCUS** CENSUS. Vide in *Census*.

† **SICELA**, diminut. a Sica; unde

† **SICELATUS**, Parva sica armatus, apud Capitolin. in Maximo et Balbino. Vide ibi Salsasium.

† **SICERA**, Isidoro lib. 20. Orig. cap. 3 : *Est omnis potio quæ extra vinum inebriare potest; cujus licet nomen Hebræum sit, tamen Latinum sonat, pro eo quod ex succo frumenti vel pomorum conficiatur, aut palmarum fructus in liquorem exprimantur, coctisque frugibus aqua pinguior, quasi succus colatur : et ipsa potio Sicera nuncupatur.* Constitut. S. Ansegisi sæcul. 4. Bened. part. 1. pag. 640 : *Sicera, humolone, quantum necessitas exposcit.* Vide *Cavaticarii*.

\* Reg. visitat. Odon. archiep. Rotomag. ex Cod. reg. 1245. fol. 90. vº : *Visitavius hospitale de Novocastro... Habent satis estauramenta, ut pote bladum, avenam, carnes, vinum, cervisiam et Sinceram.* (sic) Ibid. fol. 259. rº : *Non habent estauramenta aliqua, videlicet neque vinum, neque Siceram, i. Sidre, neque carnes.* [\*\* Polyp. Fossat. post Irmin. pag. 286. sect. 10 : *In mense martio debent habere panem et ligumen et Siceram, mense maio panem et caseum, mense octobrio panem et vinum.*]

**SICERATORES**, *id est, qui cervisiam, vel pomatum, sive piratum, vel aliud quodecumque liquamen ad bibendum aptum fuerit facere sciunt, in Capitulari de Villis cap. 45.*

† **SICERE**. Charta Zuenteboldi Reg. ann. 896. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 55 : *Licentiam eis damus, quod Sicere ejusdem monasterii domini magis ad illorum victum conquirere possint... de ipsis rebus monasterii faciant.* Sed hæc non videntur sana.

**SICEUS**. Chronicon Magdeburg. laudatum a Mabillonio, ubi de Hildeberto Archiep. Moguntiacensi : *Duces ac Praefectorum Principes cum manu principum ac militum congregati in Siceo basilicæ magni Karoli coherenti, etc.* Ubi monet vir doctus alias *Xisto* legi.

† **SICHA**, ut *Sica*. Vide in hac voce.

† **SICHALIS**. Vide infra in *Sigalum*.

† **SICHEL**, Moneta species. Vide infra *Siclus*.

† **SICHELA**. Gloss. MS. Lindenbrog. : *Falx, falcinula, Sichela.* Germanis olim *Sichen, sigen*, secare, Gall. *Scier*. Gloss. Keronis : *Securi, Sikkure.* Vide *Sicilis*.

† **SICHETA**, **SICHETUS**. Vide supra in *Sica*.

**SICHIA**, Navis species. Sanutus lib. 3. part. 13. cap. 10 : *Sequenti vero anno idem Rex cum Hospitalariis et Templariis arnaverunt septem galeas, et quinque Sichias, etc.* Forte *sagittas*. Vide *Sagitta*.

† **SICIA**, Cucurbita, ventosa. Vide *Cufa* 2.

† **SICILIANI**, Siculi, Gallis *Siciliens*. Chron. Parnense ad ann. 1282. apud Murator. tom. 9. col. 802 : *Siciliani miserunt pro dicto Rege Arragonæ, quod venirent ad accipiendum Siciliam.*

\* *Sezile*, pro *Sicile*, in Charta ann. 1305. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 282. vº. col. 2 : *Le reyaume de Sezile, etc.*

† **SICILICUS**, **SICILUM**. Vide *Siclus*.

**SICILIS**, ἰσθῆλον, in Glossario Gr. Lat. MS. editum ἰσθῆλον, *Ficilis*, præfert. Est autem ἰσθῆλον, *Culter sutorius*, apud Nicandrum. [Vide *Sichela*.]

† **SICINUM** dicitur, quasi *† singularis cantilenæ vox, id est cum unus canit, quod Græcis monodia dicitur, in Gloss. Arabico-Lat. Vide Bicinium, et infra Sincinium.*

† **SICINNISSAT**. Vide *Sancenissat*.

— **SICKERBORG**. Vide *Wrang*.

1. **SICLA**, **SICLUS**, **SIGLA**, Mensura liquidorum. Apud Græcos et Latinos *Sicel* est quarta pars unciae, et stateris medietas, drachmas appendens duas : apud Hebræos vero est unciae pondus. Vide *Cujac*. lib. 12. Observ. cap. 40. Lex Alamannor. tit. 22 : *Servi Ecclesiæ tributa sua legitime reddant 15. Siclas de cervisa, porcum valentem tremisse uno, etc.* Capitula Caroli M. ann. 797. edita ab Holstenio cap. 11 : *Mel vero pro solido bortrensi Siglae 1. et medio donant : Septentrionales autem 2. Siclos de melle pro 1. solido donent.* Chartæ Alamannicæ Goldasti *Siclas, Siglas, et Seglas cervisæ*, promiscue habent num. 42. 49. 59. 67. et 69.

*Σίκλα* etiam hac notione occurrit apud Græcos Scriptores. Theodoritus lib. 4. Histor. apud Joan. Damascenum lib. 3. de Imaginib. pag. 191. edit. Rom. ubi de quodam Olympio Ariano : *Και φησιν ὁ Ὀλύμπιος, ἀνδρᾶ κατῆιδόν λευκεμονοῦντα ἐπιβάντα μοι κατὰ τῆς νεροφόρου, καὶ τρεῖς σίκλας θερμοῦ περιχέαντά μοι, καὶ λέγοντά μοι, etc.* Vide *Glossar. med. Græc.* in Σίτλα. Ex quo emendandi Victor Tunnensis, et Ado Viennensis, qui hoc loco habent, *inmissis tribus ignis jaculis* : legendum enim *siculis*, vel *siclis*, ut habet Isidorus Hispalensis in aliquot codd. nam alii præferunt etiam *jaculis*. Quippe

**SICULA**, Eadem notione occurrit in Capitulari de Villis cap. 9 : *Volumus, ut unusquisque iudex in suo ministerio mensuram modiorum, sextariorum, et Siculas, per sextaria octo, et corborum eo tenore, habeat, sicut et in palatio habemus.* Acta Murensis Monasterii pag. 59 : *Cum autem venerit tempus vindemiæ... post vindemiationem et avaram calcationem in cellarium nostrum mustum importare (debet), sextam aut Siculam sibi habere, quæ Siculæ siguate debent esse ad constitutam mensuram.*

\* Charta ann. 952. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nicol. ab *Hontheim* pag. 285. col. 2 : *Ex eisdem vineis quatuor Siculas vini persolvunt.*

**SICLUS**, Eadem perinde notione. Capitula Caroli M. ann. 797. edita ab Holstenio cap. 11 : *Duos Siclos de melle pro uno solido donent.* Charta Henrici IV. Imp. ann. 1114. in iisdem Actis Murensis Monast. pag. 22 : *Unum naltum de frumento, et unum fritschingum, et unum Siclum de vino, etc.* Vide in *Siclus* 2.

**SICLUM**, pro *Siclum*. Notitia ann. 1113. apud Perardum in Burgund. pag. 106 : *Ecclesiam et atrium violaverunt, Cicla sciderunt, vina fuderunt, annonas sparserunt, etc.*

2. **SICLA**, Moneta, seu Ædes, in qua cuditur : Ital. *Zecca*, sic dicta Arelatensibus a siculo vulgari Judæorum ibi habitan-

tium. Conventiones inter Ludovicum II. Regem Siciliae et Arelatenses anno 1385. art. 26 : *Item quod dictus Rex et Comes teneatur, et ejus successores teneantur tenere Siclam, et fabricari facere monetas suas aureas et argenteas et alias in dicta urbe Arelatensi.* [Histor. liberat. Messanae apud Murator. tom. 6. col. 622 : *In qua etiam (regia) totius domiui nostri pecunia aurea, argentea et ærea cudatur, et officiales Siclae ipsius cognoscant de qualitate et pondere ipsius monetae, quæ per omne regni dominium expendetur.*] Vide *Siclus* 1.

\* **SICLADA**. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Ille, Prov. insula, mediamnis, Siclada.*

**SICLADES**, Panni species. Vide *Cyclas*. **SICLÆ**, *Aves minores perdicibus, majores vero turdis.* In Gloss. Medico MS. Reg. cod. 1486.

**SICLINUS COLOR**, Cujusmodi est siclarum, avium ita dictarum. Constantinus Afric. lib. de Urinis cap. 1 : *Siclinus autem coleram nigram abundare signat.*

**SICLARIUM APULIÆ**, apud Petrum de Vineis lib. 3. Ep. 14. Forte idem qui Monetarii. Vide *Sicla* 2.

**SICLINUS**. Vide *Siclae*.

**SICLO**, Idem quod *Siclus*, seu uncia apud Hebræos. At aliud sonat apud Anastasium in Gregorio IV. pag. 167 : *Canthara cum thymiamaterio pens. lib. tres, Siclonem unum pens. libras tres.* Vide *Sigla* 2.

† **SICLUM**, pro *Sicalum*, ut videtur, Secale. Regest. Prumiense apud Leibnit. tom. 1. Etymol. pag. 431 : *Ducit de Cuckeme de Siclo modios quinque, ducit etiam de Calburie de annona modios decem.* Vide *Sigalum*.

1. **SICLUS**, apud Hebræos moneta notissima, de cujus pondere et pretio multa commentati sunt, qui de re nummaria scripsere, Budæus, Scaliger, Villeboldus, Snellius, et alii. Glossæ MSS. : *Siclus, uncia apud Hebræos; apud Lat. quarta pars unciae. Secundum alios siclus 4. obolos continet, obolus 12. denarius.* [Gl. Lat. Gr. : *Sicilium, οὐγκίας τέταρτον*; in MSS. *Secilium, sicilicus*. Apud J.C. usus erat *C* averso *scilicium* de notare in hunc modum *o*, ut discimus ex Mæciano lib. de Asse : *Centesimam commodi usurarum nomine ad sortem applicari, et Sicilico, id est, caverso notari. Sicilicus vi. scripuli*, apud Raban. lib. de Computo cap. 8.] Ita porro etiam, nescio quam monetam, appellarunt recentiores, atque inprimis Germani, quibus *Sichel* dicta. Glossæ antiquæ MSS. : *Sicilicus, qui Latina lingua corrupte Siclus dicitur : idem et Sichel.* Annales Francor. Fuld. ann. 850 : *Unus modius de frumento Moguntiaci vendebatur 10. Siclis argenti.* Henricus Imp. de Conventionione pacis publicæ ann. 1051 apud Goldastum : *Si quis Sicli unius aut duorum pretii furtum aut prædam fecerit, etc.* Acta Murensis Monasterii pag. 51 : *Persolvunt censum de auro quod appendit Siclum, quo in 5. partes diviso, nobis dantur tres partes, et participibus nostris duæ, sicque aurum nostrum appendit sex nummos et dimidium.* Ditmarus lib. 6. pag. 75 : *Presbyteris et Diaconis vestitum suimet 8. Siclis, Subdiaconis autem et inferioribus 4. adauxit. Con-*



radus Usperg. in Henrico III : *Cum tanta alimentorum abundantia militiam suam Christus deduxit, ut avies nummo, bosque Siclo venisset.*

**SICLUS**, etiam apud veteres Anglos monete species fuit. [Siclus apud Anglo-Saxones pretii erat duorum denariorum argenteorum, ex Hiccesii Præfat. ad Grammat. Anglo-Saxon. pag. 21.] Albinus seu Alcuinus, in Epistola ad Colcum, inter Hibernicas : *Et per singulos Anuclioritas tres Siclos de puro argento.* Egbertus in Dialogo de Ecclesiastica institutione pag. 98 : *Quisque vero fratrum contra interdicta venerabilium Canonum transfugam Clericum vel Monachum sine literis pacificis susceperit, et conventus in hac obstinatione perduraverit, reddat quod statutum est, 30. quidem Siclos 15. vero Episcopo loci, 15. Abbati, cujus Monachum sine nutu Prioris sui susceperit, etc.* Infra, *Siclum* valuisse duobus argenteis, seu denariis innuit : *Laici vero, qui sacrilega se conjunctione miscuerint velatis, ... duplicata 30. Siclorum pecunia, hoc est 60. argenteos volumus dare Ecclesiæ adulterantes, etc.* Adde pag. 103.

\* Sed et apud nos quoad nomen in usu, ut colligitur ex Charta Phil. I. ann. 1083. in Reg. Phil. Aug. ex Chartoph. reg. sign. 34. bis part. 2. fol. 120. vº : *Si quis autem ausus fuerit quod firmitum est regaliter inquietare, secundum legem salicam Siclos auri centum solvat, et reus majestatis sit, anathemum maranatha.*

† **SICLUS**, Situlus æneus, Ital. *Secchio*. Agnellus in Vita S. Maximiani apud Muratorium tom. 2. pag. 109 : *Allatum est nobis æream vasculum quod vulgo Siclum vocamus, et projecti sunt Sicli pleni aqua, quæ erat infra arcam super ossa B. Maximiani numero cxv. Vide in Sicla 1.*

† **SICOFANTICUS**, pro *Sycophanticus*, Sycophantarum more. Tabul. S. Juliani Turon. : *Si quis huic institutioni aliqui Sicofantica reclamatione contradicere molitus fuerit, nomen ejus ab albo superiorum civium deleatur, etc.*

**SICTOR**. Tabularium Brivatense ch. 405 : *Habet census alode porcos 2. multones 2. civada ss. 2. agnum 1. gallinum 1. inter carrei et civadiæ den. 12. panes 2. de Sictore den. 2. herbas 4. Infra : Et civadam totam, et gallinas 3. et Sictores, et 5. panes, etc.* [Vide an idem sit quod *Sigulum*.]

\* **SICULA**, Vasis genus ad usum ecclesiæ, f. pro Situla, vas aquæ benedictæ. Status eccl. Constant. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 219 : *Ceterum ornamenta ecclesiasticu et ustencilia, calices, cruces, capsas, phylacteria, candelabra, thuribula, bacinos, Siculam et ampullas aurea contulit et argentea. Vide alia notione supra in Sicla 1.*

**SICULUS**. Pactum inter Philippum Regem Franciæ et Almarricum Vicecomitem Narbonensem, super Judæis et eorum bonis, 5. Junii ann. 1309. in Regesto Chartophylacii Regii : *Videlicet quod ex causa et nomine transactionis, pro bonis ipsorum Judæorum nos damus, et dare et solvere tenemur 5000. ll. Turon. parvorum fortis bonæ monete : Item domus liberorum Salomonis de Melgorio, in quibus sunt tres Siculi, et*

*tres solarii, quæ conjunguntur cum Palatio dicti Vicecomitis, etc.*

\* **Leg. Sotulus**; qua voce Pars domus inferior, Gall. *Rez-de chaussée*, significatur. Vide *Sotulum*.

\* **SICUS, SICUM, Sulcus** aquarius, lacuna, lira, idem quod *Sica* 1. Vide in hac voce. Charta Florent. episc. Glasg. in Chartul. ejusd. eccl. ex Cod. reg. 5540. fol. 40. rº : *Terra, ..... quæ vocatur Schotteschales per suas divisas, scilicet inter burria de Schotteschules et viam per quam itur ad petariam (f. petariam) et sicut Sicus descendit ab illa via in prædictum burnum (sic) ex orientali parte de Schotteschules, et sicut ulius Sicus descendit ex occidentali parte de Schotteschales.* Alia Will. reg. Scot. ibid. fol. 76. rº : *Et sic deinde susum ad Sicum, quod est propinquius sub Todholevig, et sic ab illo Sico usque ad Sicum, quod vadit in rivulum de Langhope. Situs male infra col. 602.*

† **SICUT ALIAS**, Formula in iterato jussu usurpari solita. Charta Caroli Reg. apud Th. Blount in Nomolexic. Anglic. : *Præcipimus tibi (Sicut alias præcipimus) quod non omittas propter alium libertatem in balliva tua, quin eam ingrediaris et cupias.*

† **SICUT AMAT SE ET SUA**, Formula alia quæ occurrit in lib. nigro Scaccarii pag. 367 : *Quod nullus præsumat, Sicut amat se et sua, facere secundum, nisi, etc.* Non semel ibi legitur.

\* **SIDELIA, IE, Channeteil**, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120. Vide mox *Sidere*.

† **SIDELINGA**, Modus agri aquis proximus, a Saxon. *sid* et *side*, latus, Anglis *Side-ling*, flexuose, oblique, Gall. *de côté, de biais*. Inquisitio terræ de Bruncestre ann. 1399. apud Kennet. Antiq. Ambrosd. pag. 531 : *Cujus aqua manat ultra et præter dictas buttes, et ideo Sidelinges vocantur, nec pertinent ad furlong de Longstanford, nec ad bustanes furlong, si jacent inter medium. Ibidem pag. 532 : Deinde transeundum est ad furlong de Thromwell cum le Sidelynge adjacente. Rursus : Ab hoc furlong procedunt le Sidelyngs, de quibus patet superius. Vide Swollynga.*

**SIDELWEIDEN**. Vide *Zidelweida*.

† **SIDEN**, Potus species, Belgis. Teloneum S. Bertini : *Quicumque tulerit per villam cum Siden (alias Zeichen) 1. ob.*

\* **SIDERATUS**, Paralysis percussus, *ἰδερῆτος*, in Gl. Gr. Lat. vox Latinis scriptoribus nota. Gloss. Saxon. Ælfrici : *Sideratus, vel ictuatus, særunge astorfen.* Sommerus hæc verba Saxonica interpretatur, *forte caduerosus.* Marcellus Empir. cap. 14 : *Facit ad linguam Sideratam, quod genus morbi Paralysis Græci vocant.* Vegetius lib. 2. de Re veterin. cap. 39 : *Inventum si fuerit Sideratum, his agnosctur signis.* Ibid. *Maxilla Siderata.* Adde Plinium lib. 3. de Medicina cap. 16. Lex Longob. lib. 1. tit. 8. § 25. [\* Roth. 126.] : *Si. manus aut pedes, vel quodlibet membrum plagatum aut percussum, si fuerit Sideratum, et non perexcussisset a corpore, etc.* Vide editionem Heroldi pag. 166. 170. 171. [\* Roth. 62. 68.]

**ASSIDERATUS**, Eadem notione, [Italis *Assiderato*.] *Miracula S. Simonis Tuderitini n. 14 : Quædam puella... Assiderata*

*brachio dextro, etc.* Vide Oct. Ferrarium in *Assidrarsi*.

**SIDEROSUS**. Gloss. Lat. Græc. : *Siderosus, ἀσρόπληξ, ἐπιπεπρωτός.*

\* **SIDERE**, *Chanter, vel rechigner, vel resplendir*, in alio ex Cod. reg. 7692.

\* **SIDIGUNTA AQUA**, apud *Oribasium*, i. *ferrea, ubi de aquis naturulibus loquitur : sed puto Sidiruta.* Glossar. medic. MS. Sim. Januens. ex Cod. reg. 6959.

\* **SIDIPEDIUM**, Cutellus calamarius, Gall. *Canif*. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120 : *Sidipedium, Quannevit.*

\* **SIDRATUS**, Paralysis percussus. Mirac. S. Raym. Palmar. tom. 6. Jul. pag. 660. col. 2 : *Mulier vero protestata fuit, quod erat Sidrata omnibus membris, et omnino dissoluta, præter de manibus, et nullo modo poterat se adjuvare. Occurrit rursus ibid. pag. 662. col. 2. et pag. 663. col. 1. et 2. Vide *Sideratus*.*

\* **SIDRUS**, Potus ex succo malorum vel pirorum confectus, Gall. *Cidre, vel Sidre*. Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 214. vº : *Item servicia undecim borduriorum, qui debent ponia colligere et triblare et facere Sidrum.* Lit. remiss. ann. 1351. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 550 : *In qua (domo) Sidrum vendebant pro potando.* Vide supra *Sicera*.

† **SIEDMDZIESIA, SIEDMDZIESIAT**, Muletæ species apud Polonos. Stat. Casimiri ann. 1346. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 13 : *Cum alia pœna Siedmdziesia, etc. Decernimus quod pœna, Siedmdziesiat dicta, nostræ cameræ applicanda puniantur.* Infra pag. 53. et 152 : *Siedmdziesia.* Rursum pag. 251 : *Regalem pœnam, dictam septuaginta, alius Siedmdziesia. Siedmdziesia, ibid. pag. 344 : Pœna quatuordecim marcium, quæ dicitur Siedmdziesia.*

**SIDERCUNDUS**. Vide *Sithcundus*.

† **SIENNA**, Sequana, Gall. *la Seine*. Charta Philippi V. Reg. Franc. ann. 1319. in Indice MS. beneficiorum Eccl. Constant. fol. 70 : *Villa etiam quæ vocatur sancti Laudi supra Siennam fluvium cum ecclesia et duobus molendinis*

\* Alterius fluvii nomen est, nullibi quod sciam designatum, ad quem appositus est locus sancti Laudi de Orvilla nuncupatus, septem aut octo leucis a Constantia versus Septentrionem distans : nam oppidum sancti Laudi Veræ, non Sequanæ adjacet. Vide supra *Senæ* 2.

† **SIENOGUN, Pupilla oculi**, apud Schilterum in Gloss. Teuton. ex Gloss. Lipsii.

**SIERUM**, Serum lactis. Jacobus I. Rex Aragoniæ in Foris Oscæ ann. 1247. fol. 15 : *Quidam homo dedit cuidam tantum de Siero pro tanto de musto, quod reciperet in mense Septembris.* Infra : *Quod qui debebat mustum, expectasset primitus uvas suas, et ex eis musto omnino extracto, vinatias ipsas iterum exprimeret, aqua mixtas, sicut ille qui dedit Sierum, expresserat, unde Sierum exierit.*

† **SIFFA**. Charta Conradi II. Imp. ann. 1039. apud Eccardum Histor. Landgr. Thuring. col. 314 : *Deinde versus Aquilonem ad quandam Siffam juxta Machonouua, usque ad bivium, etc.*

† **SIFFIARE**. Vide supra *Siare*.  
**SIFFLOTUS**. Fistula, Gall. *Sifflet*, occur-



rit apud Raphanum de Caresinis in Chron. MS. ann. 1379. [Malim de tibia militari, Gall. *Fifre*, interpretari. Vide *Siblotus*.]

**SIFFULS**, Species mensuræ Anglicanæ Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 14 : *Debent habere monachi ad VIII. festiuitates principales, octo summas frumenti, ... et in eisdem festiuitatibus singulos Siffuls de frumento ad wustellos de gunario.*

† **SIFON**, *Vas appellatum, quod aquas sufflundo fundat. Utuntur enim hos (his in) Oriente. Nam ubi senserint domum ardere, currunt cum Sifones (sic) plenis aquis et extinguunt incendia.* Gloss. Sangerm. n. 501.

\* Pro *Siphon*, quod eadem notione legitur apud Columel. et Hesych. Quæ vero hic habentur ex Isidoro hausit Glossator.

**SIFORI**. Vide *Silfiri*.

† **SIGALINUS**, Secalitiis, de *Segle*. Charta ann. o34. apud Meichelbec. tom. 2. Histor. Frising. pag. 523 : *Et xxx. Sigalinos panes... offerat.* Vide mox *Sigalum*.

**SIGALUM**, **SIGALIS**, **SIGELIS**, **SIGILUM**, **SEGULA**, etc. Voces unius ejusdemque notionis : Lat. Secale, Gallis *Segle*.

**SIGALUM**. Ugutio, et ex eo Joannes de Janna : *Sigalum, quedam annona, quia videtur latere et silere inter spicas propter suam vilitatem : unde Sigalinus, Sigalicus, Sigalonius. Unde et terra, quæ tali annona abundat, dicitur Sigalonia : scilicet pagus ad Aurelianum, qui hodie la Sologne appellatur.* Glossar. Lat. Gall. : *Sigalum, Seige, gros blé.* [In Sangerm. : *Sigalum, une maniere de blé, Seigle.*] Concilium Francoford. ann. 794. cap. 4 : *De modio Sigali denarii 3. Panes sigalati, ibidem. Panis Sigali, qui Turta vulgariter appellatur,* apud Udalaricum lib. 2. Consuet. Cluniac. cap. 4.

**SIGALIS**. Capitulare Caroli M. ann. 797. editum ab Holstenio cap. 11 : *De annona vero bortrinis pro sol. 1. scapilos 40. donant, et de Sigale 20.* Charta ann. 826. apud Doubletum pag. 793 : *Quas villas acceperunt memorati fratres pro Sigale modios mille trecentos.* Ermanricus in Vita S. Soli cap. 6 : ... *Terra ibidem adiacens sterilis est, nihilque pinguis sigale gignit.* Moschopolus lib. περὶ σφεδῶν. : Ὀλυσά, εἶδος τῶν σπορίμων, ἣ καὶ ζεῖα καλοῦμένη, ἣ κοινῶς σικάλεις

**SIGELIS**. Capitul. Caroli M. lib. 1. cap. 132. [\* 126.] : *Modium unum de Sigele contra denarios 3. Modium 1. de frumento parato contra denarios sex.*

† **SIGALIS**. Statuta Vercell. lib. 3. fol. 73 : *Et si receperit quartaronos sex rasos Sicalis cumunalis, etc.* Adde Castelli Chron. Bergomi. apud Murator. tom. 16. col. 961.

† **SIGALUM**, in Statutis Genuens. lib. 4. cap. 58. fol. 114 : *Frumentum, ordeum, spelta, avena, Sigalum, siligo, faba, cicera, etc.*

† **SIGHALIS**. Johannis Demissis Chron. Placent. ad ann. 1185. apud Murator. tom. 16. col. 456 : *Starius Sighalis pro denariis x.*

† **SIGALA**. Chronic. Novalic. apud eumd. tom. 2. part. 2. col. 735 : *Non sunt nobis amplius præter quinque modia Sigale et triu sextaria tritici.* Adde Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 236.

† **SIGALE**. Vita Aldrici Episc. Cenoman. num. 56. apud Baluz. tom. 3. Miscell.

pag. 144 : *Debentur inde de pastione inter frumentum et sigale modii xxxiiii.*

**SIGILUM**. Tabularium S. Remigi Remensis : *Sunt ibi avergarie 3. ubi possunt sentinari de Sigilo modii 20. etc.* Letaldus, Monachus lib. Miracul. S. Maximini Micicensis Abbat. n. 19 : *Eos ut stipendiarios Sigilo aletat, cæteris bonis penitus abrasis.*

† **SIGILA**. Charta ann. 1016. ex Tabul. S. Martialis Lemovic. : *Reddens censum omni anno VII. sextarios Sigilæ et XII. denarios.*

† **SIGILINA**. Chartul. Kemperleg. : *Sex modia frumenti et Sigilinæ.*

**SIGILLA**. Chronicon Malleacense ann. 1122 : *Circa 2. solidos fuit sextarium Sigillæ, et sextarius frumenti per 3. solidos.*

† **SIGILLO**. Chartul. S. Petri de Domina fol. 121. vº. : *xx. sextarii frumenti et xx. de hordeo cum Sigilline mixto.*

† **SIGLA**, in eodem Chartul. fol. 106. vº : *In Pascha 1. agnum et 11. panes... et 1. eminan de Sigla.* Tabular. Camalar. : *Ad Seveiracum est 1. apendaria alodi et debet 1. eminan Siglæ et 1. cart. ordi.*

† **SEGALIS**. Capitul. 5. Caroli M. ann. 806. cap. 19 : *Modium unum de Segale contra denarios quatuor.* Acta Erchanberti Episc. apud Meichelbec. tom. 1. Hist. Frising. pag. 126 : *De ordea modios 11. et de Segale modios 20.* Charta ann. 879. in Append. Marcæ Hispan. col. 807 : *Et modio uno de Segule pro solidum unum.* Aremerici Segal dicunt.

† **SEGEL**, in Charta ann. 1085. apud Baluz. Histor. Tutel. pag. 427 : *Duos sextarios de Segel et duos de civada.*

† **SEGLE**. Dispositio rei familiaris Cluniac. facta a Petro Abbate apud Baluz. tom. 5. Miscell. pag. 448 : *Reddere solitus erat 560. sextarios frumenti et 500. de Segle.* Charta apud Stephanot. tom. 2. Antiq. Benedict. Lemovic. MSS. pag. 312 : *Et omni anno quatuor sextarios frumenti et quatuor Segle.*

† **SEGLIA**. Tabul. Casæ Dei : *Unum sextarium Segliæ et alium avenæ.*

† **SEGULUM**. Tabul. Vosiense fol. 3 : *Debent quatuor summatas de Seglo.*

**SEGULA**, in Historia Monasterii S. Nicolai Andegav. pag. 161. [Charta ann. 1081. apud Stephanot. tom. 3. Antiquit. Bened. Pictav. MSS. pag. 552 : *Quatuor sextarios frumenti et quatuor Segulæ.*]

† **SIGULA**. Tabul. S. Albini Andegav. : *Habeat quotidie panem et vinum sicut monachus claustrensis et unoquoque anno unum sextarium de Sigula et alterum de fabis, et unam eminan de milio.* Adde Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 170.

**SEGALLUM**. Ratherius Veron. in Apologetico pag. 237 : *Quisque Presbyterorum annuatim acciperet inter frumentum et Segallum modia decem. Panis segalatiis,* apud Fortunatum in Vita S. Radegundis cap. 15. et 21. Denique

**SEGALÆ**, apud S. Hieronymum in Ezech. cap. 4. et in Lege Saxon. tit. 18. *Segule*, Senensibus. Charta Ludovici Pii Imp. apud Doubletum pag. 740 : *De tritico puro ad eorum et hospitium in refectorio ventientium opus modii duo millia centum : ad præbendam famulorum illis servientium de Secale modia duo millia quingenta, etc.*

\* *Soille*, in Chartul. Corb. sign. *Eze-*

*chiel* ad ann. 1421. fol. 142. rº : *Quatre journaux d'escourion et deux de Soille.*

† **SIGAUDA**, Vestis species. Statuta Eccl. Constant. cap. 18. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 806 : *Reprehendimus presbyteros, qui per parochias vadunt in superluniculibus apertis, nimia breuitate notandis, et in Sigaudis, et etiam in habitu tali coram nobis venire non formidant : in quo habitu potius videntur albaestrii, vel pugiles, quam clerici vel presbyteri.* Vide *Paragauda*.

† **SIGELIS**, ut *Sigalum*. Vide ibi.

**SIGERONES**. Constantinus African. lib. 5. de Morbor. curat. cap. 1 : *In hac quinta (parte) dicere disposuimus, quos morbos secunda in epate patiat, et Sigerones et curas secundum antiquorum autoritates.*

† **SIGILA**, ut *Sigalum*. Vide ibi.

\* **SIGERA**, Purgamenta metallorum *in igne, sive Rubigo.* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

**SIGILBOTH**, Sigillorum custos, Cameraarius Principis, vox Alemannica, a *Sigil*, sigillo, et *both*, nuntio vel custode. Goldast.

**SIGILINA**, **SIGILLA**. Vide *Sigalum*.

† **SIGILLARE**, Diplomate, seu litteris sigillo munitis rem confirmare. Chartul. S. Vincentii Cenoman. fol. 62 : *Petierunt a nobis tam monachi quam dictus Richardus, quod omnes redditus pertinentes ad monachos Sigillarem.*

† **SIGILLARIA**. Vide *Sigillus 2.*

† **SIGILLARIARIUS**. Vide *Sigillarius 2.*

\* **SIGILLARIS**, Qui sigillo suo chartam sigillat : *Assessores et Sigillares : Chunradus Ratisponensis, Geroldus Fristgensis, etc.* in Charta ann. 1224. apud Oefelium tom. 1. Script. rer. Boicar. pag. 714. col. 1.

† **SIGILLARIITIUS**. Vide in *Sigillus 2.*

1. **SIGILLARIUS**, Custos sigilli. Petrus Blesensis Episc. 131 : *Cum in Sicilia essent Sigillarius et Doctor Regis Guillelmi II. tum pueri. Apud Radulfum de Diceto ann. 1180 : Walterus de Constantiis, dicitur Regis Angliæ Sigillarius.* [Charta ann. 1174. ex Tabul. Audomar. : *Quod ad instantiam et sollicitudinem Gerardi de Yvestivis notarii et Sigillarii mei dedi.*]

\* *Séelleur*, in Lit. remiss. ann. 1382. ex Reg. 122. Chartoph. reg. ch. 145. bis : *Ayoul de Rapine... fu Séelleur dudit arcevesque de Bordiaux par l'espace de dix ans.* Hinc

\* **SIGILLARI** appellati Scribæ seu notarii, quod penes eos esset sigillum jurisdictionis, cujus erant scribæ, nostris *Sigilliers*. Arest. ann. 1365. in vol. 5. arestor. parlam. Paris. : *Sigillariis hominum et universitatibus de Lodeva senescallic nostræ Carcassonæ et Biterris... imponebatur nomen Sigilliariorum in se assumpsisse, et vestibus autenticis et solemnibus bipertitis ad modum consulum, domo, arca et sigillo communibus usos fuisse.* Lit. remiss. ann. 1448. in Reg. 179. Chartoph. reg. ch. 195 : *Et an fait des elections de leurs capitoulz, sindiciz, consulz, Sigilliers, reuteurs et autres officiers, etc.* Vide *Sigillyferi*.

† 2. **SIGILLARIUS**, Sigillorum seu signorum conflator. Gloss. Lat. Græc. : *Sigillarius, ἀγαλλοποιός.* Vide *Sigillus 2.*

† **SIGILLARIARIUS**, **SIGILLIARIARIUS**,



Eadem notione in Inscript. apud Fabretum pag. 243 : *Apro Sigillariario*. Alia pag. 177 : *Flavio Sigillariario*.

† SIGILLIARIUS, in Inscript. apud Reines. II. 19 : *Flatuarius Sigillariario*.

SIGILLATICUM. Capitularis Sicardi Principis Benevent. ann. 836. caput. 27. est de *Sigillatico et de nuptiico*. Sed cum textus in MS. desit, quid hæc vox sonet, non facile est assequi. [f. Tributum, quod pro sigillo publico domino exsolvetur.]

† SIGILLATIO, Sigilli appositio. Charta Alberti Austriæ Ducis ann. 1341. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 531 : *Tenore presentium profitemur, quod iuxta tractatum et ordinationis seriem, quam cum magnifico principe dom. Joanne Bohemæ Rege... nunc nuper habitum et pro litterarum Sigillatione per dictum dom. Regem Bohemæ et filios suos... faciendâ.*

\* SIGILLATOR, Sigillorum seu signorum sculptor. Lib. pitent. S. Germ. Prat. : *ij. kal. Maii Anniversarium Galteri Chapon de xxxvj. sol. Paris. quos percipimus Parisiis in vico S. Andreae super domo Guerini Sigillatoris*. Vide *Sigillarius* 2.

1. SIGILLATUM, ex Gallico *le Scellé*. Cognitio de *Sigillato*, dicitur de actis quæ sigillo publico muniuntur. Vetus Arestum apud Paradinum lib. 2. Hist. Lugdun. cap. 71. de Archiepiscopo Lugdun. : *Tribunal etiam notabile in dicta domo nostra Rodanæ nobis cum Delphinatu Viennensi acquisita construi fecerat, in quo de omnibus casibus etiam de Judæis, et de Sigillato Matisconensi in solidum cognoscere satagebat*. Alias in Glossis Gr. Lat. *Sigillatum*, ζωδιαξὸν exponitur, id est sigillis sui signis adornatum.

\* 2. SIGILLATUM, Epistola, quia sigillo obsignatur. Acta dissolut. matrim. Ludov. XII. ex Bibl. reg. fol. 146. 1<sup>o</sup> : *Dux et ducissa Britannie suas litteras seu sua Sigillata tradiderunt, et erat præsens vicecancellarius Britannie,.... qui signavit dictum Sigillatum dicti ducis tanquam secretarius*. Vide *Sigillum* 1.

1. SIGILLATUS, Sigilli publici emolumentum. Charta Roger. vicecom. Biter. ann. 1180. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 151 : *Confiteor me tibi Bernardo Cota dedisse totum tabellionatum curiæ meæ et Sigillatum meum Biterris integre*. Vide in *Sigillum* 1.

\* 2. SIGILLATUS LEPROSA, Leprosæ affectus, f. quia signo aliquo notabatur leprosus. Charta ann. 1188. ex Tabul. Carnot. : *Nevelo filius Gaufridi de Magno ponte Dei voluntate lepra Sigillatus sese dedit domui de Bello loco*. Vide in *Sigillus* 2.

\* SIGILLIFABER, Sigillorum artifex, sculptor. Memor. C. Cam. Comput. Paris. ad ann. 1359. fol. 234. 1<sup>o</sup> : *Petrus Lermite præpositus Pisciaci aportavit ad Cameram sigilla præposituræ suæ, quæ prædecessor suus, qui fuerat captus per inimicos, ut dicebat, miserat; supplicans ut in eis fieret aliqua additio vel signum novum, ad tollendam omnem sinistrarum suspicionem; et in crastinum dictæ diei fuit addita una moleta in dictis sigillis per quemdam Sigillifabrum; et fuerunt retradita sibi ad burellum*. Vide supra *Sigillator*.

† SIGILLIFER, Custos sigilli, ut supra *Sigillarius* 1. Chronic. Trivetti ad ann.

1191. apud Acher. tom. 8. Spicil. pag. 503 : *Quidam qui inerant submersi sunt, inter quos Rogerus Malus-Catulus Regis Sigillifer, cum cuius etiam corpore sigillum postea est inventum*. Vide in *Sigillum*, pag. 242. col. 1.

† SIGILLIFERI nuncupati Scribæ, Gall. *Greffiers*; quod penes eos esset sigillum jurisdictionis, cujus erant scribæ. Charta Guillelmi de Burgo Canonici Matiscon. ann. 1322. tom. 1. Macer. Insulæ Barbaræ pag. 201 : *In præsentia dom. Humberti de Castellione cantoris S. Nicetii Lugdunensis Sigilliferi curiæ nostræ officialatus*. Confirmatio privileg. Universit. Paris. per Carolum V. Reg. Fr. ann. 1366. tom. 4. Ordin. pag. 711 : *Conservator privilegiorum, Sigillifer curiæ, et quatuor Facultatum principales bedelli, a pecagio et quacunq; exactione sint immunes*. Concil. Nannetis celebratum ann. 1431. can. 32 : *Abusum quorundam Sigilliferorum nostræ provinciæ reprobantes, prohibemas ipsis Sigilliferis, ne si quis excommunicatus petat absolutionem et non habeat ut solvat emolumentum sigilli, etc.* Statuta Eccl. Argent. ann. 1435. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 552 : *Nullus autem Sigillifer citationes vel monitiones hujusmodi in Sabbatho, vel quarum data esset in Sabbatho, cum terminus sit in scripti hebdomada, sigillare præsumat*. Rursum col. 556 : *Sigillifero curiæ nostræ ut has nostras constitutiones et quoslibet notabiles processus nostros in uno libro conscribi faciat, et in curia nostra continue conservari, ut ad illum, cum opus fuerit, habeatur recursus, districte mandamus*. Occurrit præterea ibid. col. 573. et 669. Index MS. benefic. Eccl. Constant. fol. 41 : *Jacobo Besini de Rico tunc Sigillifero Constan. fuit collata hujusmodi portio ad præsentationem dicti de Hamas*. Obituar. MS. Eccl. Morin. fol. 9 : *Mensæ S. Spiritus 7. sol. pro familia Sigilliferi 5. sol.* Apud Ecclesiasticos, ut ex allatis colligitur, potissimum obtinuit hæc nomenclatura; aliis *Cancellarii* vel *Notarii* dicebantur. Vide in hac ultima voce.

† SIGILLIO, Vestis ex simplici panno, seu non duplicato, Bollandistis interpretibus. Cæsar Baronius in Vita S. Gregorii Nazianz. tom. 2. Maii pag. 411 : *Dari volo camasum unum, tunicas duas, pallia tria, Sigillionem*. Vide *Sigilliones*.

† SIGILLIOLUM, diminut. a *Sigillum*, imaguncula. Arnobius lib. 6. pag. 197 : *Pro Diis immortalibus, Sigilliolis hominum, et formis supplicatis humanis?* Vide *Sigillus* 2.

† SIGILLO, ut *Sigalum*. Vide ibi.

1. SIGILLUM, Præceptum, epistola, diploma, literæ ipsæ sigillo munitæ, ut *Bulla*, diploma *bulla* sua instructum. Gloss. Gr. Lat. : *Ἐνθεμα, Sigillum, Evectio*. [Lactantius de Mort. persecut. n. 24 : *De dit illi Sigillum inclinante jam die, præcepitque ut postridie mane acceptis mandatis proficisceretur*. Charta Unfridi Comit. 5. Annal. Bened. pag. 668 : *Unde pro ipsius sacri monasterii et Abbatum ejus securitate et firmitate hoc Sigillum scribere jussimus per manum Michaelis nostri notarii*.] Leo Imp. in Regesto Petri Diaconi Casin. n. 149 : *Sufficiant omnes solum monstrandum et ostensum nostrum fidelem Sigillum factum per mensum Febr. 9. Indict. In eodem Re-*

gesto : *Sigillum factum a Mariano Antypato... et datum vobis Aligero venerabili Abbati*. Infra : *Cum plumbea bulla istum præsentem sigillavinus Sigillum nostrum, et concessimus prædicto Abbati*. Habetur in eodem Regesto non semel. Leo Ostiensis lib. 2. cap. 2 : *Prædictus Abbas Sigillum recepit, ut... et liceret perquirere omnes hæredes, etc.* Petrus Diacon. Casin. lib. 4. cap. 107 : *Horum Imperator precibus inclinatus Sigillum suum concessit, etc.* Isidorus Pacensis æra 766 : *Sigillum vel auctoritatem principalem a suprafatis partibus missam patenter demonstrat, etc.* Charta Gosfridi Comitis Andegav. pro fundatione Ecclesiæ Collegiatæ de Lochis, de Rege Lothario : *Et ut locus ab habitatoribus firmitus possideatur, supradictis viris quamplurimisque aliis cernentibus, suum mihi Sigillum dedit, quod pro magno suscipiens detuli necum*. Willel. Brito lib. 2. Philippid. :

Hoc mihi donavit genitor tuus, hoc meministi  
Te mihi regali jam confirmasse Sigillo.

Chronicon Alexandrinum pag. 902 : *Ἐὰν οὖν θέλετε λαθεῖν ἕκαστος τῶν ἐν τῇ πόλει πρὸς σάρον καὶ καμίσι, ποιῶμεν σίγγλιον πρὸς τὸν Σάβαρον, etc.* Occurrit porro *Sigillum* notione ista passim, in *Lege Wisigoth.* lib. 2. tit. 1. § 18. *Alaman.* tit. 23. § 4. tit. 28. § 1. 3. In *Decret.* Tassilonis § 17. in *Lege Longob.* lib. 2. tit. 55. § 20. lib. 3. tit. 5. § 3. [\* Carol. M. 28. Pippin. 41.] in *Capitul.* 2. ann. 809. cap. 14. lib. 3. *Capitul.* cap. 58. in libro *Usuum Cisterciensis Ordinis* cap. 102. apud Anastasium in *Constantino PP.* Adamum *Bremensem* cap. 22. *Gosfridum Vindocin.* lib. 4. *Epist.* 5. *Ughellum* tom. 1. *Ital. Sacræ* pag. 1023. tom. 7. pag. 872. tom. 9. pag. 258. 385. 590. 673. 674. *Rochum Pirrum* tom. 1. *Notit. Ecclesiar. Sicil.* pag. 310. 312. tom. 2. pag. 20. in *Epistola* 97. ex *Sugerianis*, in *Usaticis MSS.* *Barcinonensibus* cap. 58. *Bonfilium Constantium* in *Messana* pag. 22. etc.

\* Vide supra in *Bulla*. *Nostrum Sacl*, pro vulgari *Sceau*, dixerunt. Charta Math. ducis Lothar. ann. 1245. ex *Tabul. S. Apri Tull.* : *Et por ce lettre soit creable chose et ferme, par leur priere, je ai mis non Sacl à ses lettres en tesmognage*. Alia ann. 1300. in *Lib. rub. Cam. Comput. Paris.* fol. 133. 1<sup>o</sup>. col. 1 : *Avons apposé lez noz propres Saiaus en maîre garantie de vérité*. *Saielle* vero, pro *Schedula*, usurpari videtur, in *Lit. ann.* 1368. tom. 5. *Ordinat. reg.* Franc. pag. 133. art. 21 : *En démontrant par quittances ou par les Saelles des six personnes dessus dictes approbation de leurs mises et payes*.

☞ Hinc formula illa usitata, *Sigillum super aliquem mittere, projicere*, pro *Scripto*, vel Charta sigillo munita, aliquem in jus vocare. Ladislaus Ungariæ Rex in lib. 1. *Statut.* cap. 32 : *Si quis Regis Sigillum super aliquem projiciens, et ipse in curiam venire neglexerit, rationem perdat, etc.* Et lib. 2. cap. 25 : *Possit iudex Sigillum suum mittere super quoscumque, exceptis presbyteris et clericis*. Huc etiam spectat *Colomanni Reg.* decretum : *Si clericus habet causam cum laico, per iudicis Sigillum laicus cogatur : si vero laicus habet causam cum*



clerico, per *Sigillum Episcopi clericus cogatur.*

✍ Multa de Sigillis, eorum scilicet origine, usu et diversitate hic attexere possemus, et quidem non præter institutum nostrum, nisi hac de re pluribus jam scripsisset Mabillonius in *Re Diplomat.* cap. 14. et sequentibus. Pauca itaque, ne actum agere videamur, seligemus locis quibusdam illustrandis opportuna, alia lectori erudito in locis citatis consulenda permittentes.

\* De sigillis multi scripserunt, inter quos, præter Mabillonium, consulendi in primis Heineccius in *Tract. de veteribus Germanorum aliarumque nationum sigillis* edit. Francof. ann. 1709. *Manni* in *Observat. histor. ad sigilla antiqua* edit. Florent. ann. 1739. et novus *Tractatus de Re diplomat.* tom. 4.

**SIGILLUM** in *substantia alicujus impo- nere*, apud Gregorium M. lib. 9. *Epist.* 31. quod *Practici* nostri dicunt, *Apposer* *le Scellé*. Charta *Aldefonsi VI. Regis*, æræ 1118. apud Anton. de *Yezes* in *Chron. Ord. S. Bened.* tom. 3 : *Ut nullus minister... intra terminos Monasterii audeat intrare, ... seu hereditatibus quæ juris eorum sunt per manus saionis Sigillum ponere, sive pro homicidio, etc.* Alia *Ferdinandi Regis Hispaniæ* æræ 1081. apud eundem Anton. de *Yezes* tom. 6 : *Et si forte iratus cum armis vel sine armis introierit Palatium Regis, vel in Palatium alicujus hominis, aut in villam, jam sigillatam, seu in aliquem locum in quo Sigillum positum fuerit, et nihil inde abstraxerit, nullam calumniam proinde sustineat. Infra : Tam servus quam ingenuus, seu fiscalis, non faciat aliquot fiscale servitium Regis, non reddat aliquid pro homicidio quod fecerit, sive, quod non fecerit, non ransum quamvis fecerit, non fossataria, non Sigillum positum in hereditate Andreae.*

† **SIGILLUM RECOGNOSCERE**, Formula in Testamentis maxime usurpata, ex lib. 2. *Marculli form.* 17 : *Testamentum nostrum condidimus, ... ut quomodo dies legitimus post transitum nostrum advenerit, recognitis Sigillis, inciso lino, ut Romanæ legis decrevit auctoritas, etc.* Adde *Form.* 72. *Lindembrogii* et *Form.* 28. novæ *Collect.* *Paulus Sentent.* lib. 4. tit. 6 : *Tabulæ testamenti aperiantur hoc modo, ut testes vel maxima pars eorum adhibeantur qui signaverint testamentum, ita ut agnitis signis, rupto lino, aperiantur et recitentur.* Vide *Signum* 2.

‡ **SIGILLUM**, Sigilli emolumentum. *Stam.* *Guillelmi dom. Montispessul.* ann. 1202. ex *Schedis Peiresc.* apud *Præs. de Mazaugues* : *Sacrista vero habeat quartam Sigilli et bullæ, et residua III. partes dentur in ornamentis ecclesiæ. Jus et præmium sigilli dicitur in Ordinat. Humberti II. ann. 1340. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 397. col. 2.*

**SIGILLUM PENDENS**, Quod diplomati filo serico, σερικῶν νήματι, ut loquitur *Nicetas Choniates*, appendi solebat. *Nicolaus de Braia* in *Ludovico VIII* :

Interea proceres scriptis pendente Sigillo Anglorum rector omnes vocat.

**SIGILLUM PENSILE** appellatur in *Wichbild Magdeburg.* art. 14. [*\*\* Germ. Soll sein Insigel daran hengen.*] Ut *Chartes pen-*

*dans*, apud *Villharduinum* n. 14. 98. *Lettres pendans*, [in *Ordinat. Caroli filii Johannis Reg. ann. 1358. tom. 3. Ordinat. pag. 226.*] et in *Consilio Petri de Fontanis* cap. 4. § 28. diplomata quibus id appensum erat dicuntur.

✍ Iis vero tantummodo appendebatur diplomatis, quæ de re majoris momenti erant, ut colligitur ex *Ordinat. Humberti II. ann. 1340. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 397. col. 2 : Sigillet* (*Cancellarius*) *easdem* (litteras) *videlicet illas quæ ad perpetuum super aliquo magno negotio vel cautelauso protenduntur, nostro magno pendenti Sigillo, et alias nostro communi Sigillo discernimus sigillari.*

**Pensilium sigillorum** non nuperum, sed perantiquum usum fuisse, licet colligere ex iis quæ de *Bullis* observavimus, ubi plumbeas et aureas Bullas primitus filo aut serico tabulis appensas docuimus. Sed quando creta istiusmodi sigilla perinde literis appendi cœperint, non plane constat. Video enim quosdam, atque in iis magnum *Peirescium*, existimasse ante *Ludovici VI. ævum* vix coaspici : quod tamen in dubium jure vocari potest, cum tradat *Ingulphus* pag. 901. *Guillelmum Nothum* horum usum in *Angliam* invexisse, cum antea solam crucem effingerent *Angli : Chirographorum confectioem Anglicanam, quæ antea usque ad Edwardi Regis tempora fidelium præsentium subscriptionibus cum crucibus aureis, aliisque sacris signaculis firma fuerunt, Normanni condemnantes Chirographa chartas vocabant : et chartarum firmitates cum creta impressione per uniuscujusque speciale Sigillum, sub instillatione trium aut quatuor vestium astantium conficere constituebant.* De cereis enim pensilibus sigillis loqui *Ingulphum* omnes consentiunt, idque firmat ejusdem *Willelmi Nothi* sigillum, quod descripsit *Seldenus* ad *Eadmerum* pag. 166. cujus etiam meminit *Heremannus* lib. de *Restaurat. S. Martini Tornacensis* cap. 4. quæ quidem ætate ejusmodi pensilia sigilla obtinuisse firmari præterea potest, imo antea : nam *Edwardi Confessoris* diplomatis appensa testatur auctor *Vitarum S. Albani* pag. 52. Charta *Roffredi Archiepiscopi Beneventani* ann. 1078. apud *Ughellum* : *Nosmetipsi propria manu subscribendo signo sanctæ Crucis illud corroboravimus, et Sigilli nostri impressione insigniri præcipimus, et demandavimus, et Sigilli insignia appendi volumus.* Verum cereumne an plumbeum fuerit, ex his non liquet.

✍ *Peirescii* sententiam suo approbat *calculo Mabillonius Diplom. lib. 2. cap. 16. n. 12.* cum ex plurimis quæ sibi occurrerunt *Regum nostrorum sigillis*, nullum se vidisse pensile testatur ante *Ludovicum VI. præter diploma Agnetis Francorum Reginæ, cui appensum fortean est sigillum, quod Reginæ est diploma, non Regis.* Et quidem alius fuit hac in re *Regum, alius Magnatum et Episcoporum* usus; hi enim ante *Francorum Reges* sigilla sua appenderunt, ut docet idem *Mabillonius* cap. 19. num. 1.

\* *Diplomatibus* primum sigilla affixa fuere, non suspensa : qui usus non omnino desiderat etiam anno 1122. ut discimus ex

*Charta Caroli IV. ann. 1324. qua aliam Ludov. VI. hujusce anni confirmat, in Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 200 : Quia vero dictarum litterarum Sigillum eisdem litteris, non per modum appensionis appositum, sed per impressionem affixum, tam propter ipsius sigilli vetustatem, quam propter partis cartæ, cui sigillum ipsum adhærebat, corrosionem, erat a dictis litteris, licet quantum ad scripturam et characteres, sanis et integris, separatum, ipsas de verbo ad verbum transcribi fecimus.*

\* **Pensilium** dehinc sigillorum mos adeo invaluit, ut Charta falsi argueretur, quod sigillum ei affixum seu agglutinatum esset. *Lit. remiss. ann. 1375. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 37 : Icellui maître des foires dit avoir trouvé ledit brevet faulz en escripture et en seel; c'est assavoir que il estoit escript d'autre lettre et signé d'autre seing, que de celui du notaire, qui y estoit escrip, ... et que le seel, dont ledit brevet estoit scellé, estoit plaqué et non pas mis bien, ne deument.* Vide *Placare Sigillum.*

\* Verum sigillis neque affixis neque pensilibus prisca vetustas utebatur, si fides est *Joan. de Gisortio militi, in Charta ann. circit. 1200. qua confirmat Chartas omnes, quæ ad S. Audoenum de Gisortio spectant, ex Tabul. Major. monast. : Iis* (*Chartis*) *diligenter et subtili rationis oculo inspectis, cum omnia quæ ibi scripta erant, legitime et absque alicujus calumnia et solius intuitu divinæ remunerationis ecclesiæ Majoris monasterii et monachi apud Gisortium commemorantibus a prædecessoribus meis per ipsa rescripta data cognoscerem et sollemniter collata, sed non sub cere characteres redacta, cum non hujusmodi uteretur munitionibus, via simplici gradiens, prisca vetustas; dignum duxi ut universa ad jam dictos fratres pertinentia et in feodo meo ubilibet posita, consistentia, in novum scriptum redigerentur; et ne per incrementem malitiam, quod absit, heredum meorum possent immutari, minui, vel in irritum aliquatenus revocari impressione sigilli mei ad majorem cautelam et posterorum memoriam, cum assensu filiorum meorum, confirmarentur.*

\* Cæterum quando creta istiusmodi pendentia sigilla literis appendi cœperunt? Dubius hæret ipsemet *Cangius*. In observationibus ad *Villeharduinum* pag. 263. illorum originem ad xij. sæculum refert; ut in notis ad *Alex. Annæ Comn. pag. 255.* circa nonum aut decimum sæculum iis Gallos nostros uti cœpisse scribit. Huic sententiæ proxime accedunt *Auctores* novi *Tract. diplom. tom. 4. pag. 399.* ubi laudant *Chartam Roriconis episcopi Laudunensis* ann. 961. cum sigillo pendenti et aliam *S. Dunstani episcopi* ejusdem ætatis.

✍ Quem morem sigilli pensilis constat ex allatis *Willelmum* traduxisse ad *Anglos* : apud quos cujusvis sigilli usus omnino incognitus erat etiam ineunte sæculo xi. ut discimus ex *Annal. Monasterii Burton. tom. 1. Histor. Angl. pag. 246 : Anno ab Incarnatione Domini M. IV. Indict. II. tempore Ethelredi Regis Angliæ, patris S. Edwardi Regis et Confessoris, quidam nobilis nomine Wlfricus cognomento Spot, construxit abbatiam Burton vocatam, deditque ei omnem hereditatem paternam appre-*



tiatam septingentis libras. Et quia nondum utebantur Sigillis in Anglia, fecit donum suum us confirmari subscriptionibus, prout in Charta continetur. At cujus formæ fuerint sigilla apud Anglos, etiam post Willelmi adventum docet Codex MS. S. Augustini Cantuar. quem exscripsit Hickeysius in Præfat. Thesauri Ling. Septentr. pag. 19. in hæc verba: *Post adventum vero Normannorum in Angliam, tum Reges, quam alii domini et magnates, laminis cereis membranæ apponebant Carturum, Crucis signum in laninis cereis imprimentes: de capillis capitum vel barbarum in eadem cera aliquam portionem pro signo posteris relinquentes. Istu patent, in multis monasteriis.... In monasterio de Castelacre quod est ejusdem funditionis in diocesi Norwicensi, Comes Lincolnæ qui pluribus possessionibus eandem ecclesiam dotavit, hæc in fine intulit Cartæ suæ. In hujus (inquit) rei evidentiâ, Sigillum dentibus meis impressi, teste Muriele uxore mea. Ubi usque in præsens in eadem cera apparent dentium vestigia pro sigillo.*

\* Hæc licet auctoritate Annalium monasterii Burbonensis et Hickeysii assertione fulciantur, emendatione nihilominus indigent ut observant Auctores novi Tractatus diplomatici tom. 4. pag. 205. cum in Tabulario S. Dionysii exstet diploma S. Eduardi ann. 1054. sigillo pendente munitum; cui etiam sæculo vix integro præverat S. Dunstanus, cujus habetur Charta, undè sigillum pariter pendet.

Hiscæ porro solis pensilibus sigillis, nullo apposito chirographo, muniebantur diplomata, quæ vim omnem iisdem conferrebant; adeo ut necesse esset summa cura typos sigillarios asservare, ne in aliorum manus inciderent. Unde Bracton. lib. 5. tract. 4. cap. 15. § 3: *Dum tamen nihil sit quod imputari possit imperitiæ suæ vel negligentie, ut si Sigillum suum Senescalco suo vel uxori traderet, quod cautius custodiri debuit: cum uxor et Sigilla ad paria judicentur.* Scribit Bromptonus Magistrum Rogerum, cognomento *Malum-Cutulum*, Richardi I. Regis Angliæ Vicecancellarium, juxta Rhodum insulam orta tempestate in mari periisse, et circa ejus collum suspensum Regis sigillum postea repertum fuisse: quod ille scilicet eo studio servabat, ne in alienum jus culpa sua cederet. [Vide *Sigillifer*.] Eadem forte ratione Cancellarius Imperatoris, in solemnibus præsentium ceremoniis, majus sigillum collo appensum gestat, ut colligere est ex Bulla aurea Caroli IV. Imp. cap. 7. 23. § 2. Quod de Chartophylace M. Ecclesiæ Constantinopolit. testatur Balsamon in Meditat. de Patriarch. pag. 458. in Jure Græcorum, quem ait ad pectus gestasse τὸ βουλευτήριον Patriarchæ. Illud præterea hic licet observare, cum Franciæ Cancellarius equitanto peregre aliquo pergat, cerarii administrum, quem vulgo *Chaufecire* vocant, *Sigillum Regium* ad dorsum gestare, ut est in Instrumento hominii præstiti a Philippo Austriæ Archiduce Ludovico XII. Regi Franc. 5. Jul. ann. 1499. pro Comitibus Flandriæ, Atrebat. et Carolensii. §

\* Sigillo plumbeo pendente, cui ex una parte imago S. Benedicti sculpta erat et ex

altera nomen abbatis, cujus erat Charta, literas suas munire solebant abbates Cassinenses, ut patet ex Chartis abbatum Stephani ann. 1219. Bernardi ann. 1271. et Marini ann. 1310. in Tabul. ejusd. monast.

\* Plumbeo quoque sigillo, loco ceræ, usi sunt Venetorum duces ex concessione Alexandri III. PP. auctore Maria Sanuto in Vita Sebast. Zani, apud Murator tom. 22. Script. Ital.

\* Sigillum cereum ad cautelam bullæ aureæ interdum subjiciebant, quod ejusdem formæ erat atque bulla ipsa, ut si aureum subriperetur, remaneret alterum, quo diplomatis auctoritas asseretur. Charta Caroli II. reg. Jerus. et Sicil. ann. 1294. in Reg. 49. Chartoph. reg. ch. 4: *Præsens privilegium exinde fieri et aurea bulla majestatis nostræ impressa tipario jussimus communiri, alio consimili sub pendenti ejusdem majestatis Sigillo cereo concessio, similiter ad cautelam.*

Quod si casu quovis amitteretur sigillum, tum judex adibatur, coram quo qui amiserat, ut deinceps nulla fides diplomatibus adhiberetur quibus apponeretur, protestabatur. Aliquot ejusmodi moris exempla profert Vill. Dugdalis in Antiquitatib. Warwicensis provinciæ pag. 673. quæ hic describimus: ac primum sub Henrico III: *Memorandum quod publice clumtum est in Banco, quod Sigillum Benedicti de Hagham, cum uno capite in medio, sub nomine suo, in quacunque manu fuerit, de cætero nullum robur obtineat.* Sub Edwar. I: *Memorandum quod Henricus de Perpoun die Lunæ in crast. Octob. B. Michaelis, venit in Cancellaria apud Lincolnium, et publice dixit quod Sigillum umisit, et protestabatur quod si aliquod instrumentum cum Sigillo illo post tempus illud inveniretur consignatum, illud nullius esse valoris, vel momenti.* [\*\* Notit. ann. 19. Edwar. I. Norf. et Suff. rot. 7. in Abbrev. Placit. pag. 284: *Memorandum quod die jovis in festo Conversionis S. Pauli anno regni regis nunc 19. venit Ricardus de Belhovs vicecomes Norffole. et Suffole. coram Rege et dixit quod bursa sua cissa fuit coram Willelmo de Carleton apud Westmonasterium in qua quidem bursa fuit sigillum suum rotundum cujus superscriptio erant Sigillum Secreticam... de virido et goulis de armis Johannis de Burge, et peccit quod nichil firmum nec stabile per sigillum predictum habeatur nec teneatur nec fides eidem exhibeatur.*] Denique sub Edw. II: *Jounnes E. recognovit in Cancellaria Regis se amississe Sigillum suum, et petit quod dicto Sigillo deinceps non habeatur fides.* Habentur similes virorum nobilium protestationes de amissis sigillis, quibus ea revocantur, in Regestis Castellæ Parisiensis, Joannis de Garencieres Militis 25. Octobr. 1404. Adelelmi de Bournonville Militis 17. Novembr. 1412. Roberti de Pontuudemere Scutiferi 13. Decembr. 1412. et Jacobi de Betune dit de Loques, Militis 10. Jan. 1412. (1413.) Vide quæ de Bullis supra annotavimus.

¶ Nec minor adhibebatur cautio cum adulteratum fuerat sigillum. Testis est S. Bernardus Epist. 284. ad Eugenium PP: *Periclitati sumus in falsis fratribus, et multæ litteræ falsatæ sub falsato Sigillo*

*nostro in manus multorum exierunt; et (quod magis vereor) etiam usque ad vos dicitur falsitas pervoluisse. Hac necessitate, abjecto illo, novello quod cernitis de novo utimur, continente et imaginem nostram et nomen. Figuram aliam nunquam ex nostra parte jun non recipiatis.* Adde Epist. 298. Nescio ad amissum adulteratumve sigillum spectet Charta ann. 18. Richardi II. Reg. Angl. apud Th. Blount in Nomolex.: *Notum sit omnibus Christianis, quod ego Johannes de Gresley non habui potestatem Sigilli mei per unum annum integrum ultimo præteritum, jam notifico, in bona memoria et sanu mente, quod scripta Sigillo meo contradico et denego in omnibus a tempore predicto usque in diem restorationis sigilli predicti. In cujus rei testimonium Sigillum Decanatus de Repingdon apposui.* Quod quidem apud Anglos eo diligentiori cura observabatur, quod *Tabellionum usus in eo regno non hubebatur*, ut scribit Matthæus Paris ad ann. 1237.

\* Si mutabatur sigillum, factum in actis publicis sedulo notabatur. Charta Rich. I. reg. Angl. in Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 130: *Is erat tenor Cartæ nostræ in primo sigillo nostro, quod quia aliquando perditum fuit, et dum capti essemus in Alemaniu in aliena potestate constituti, mutatum est. Hujus autem innovationis testes sunt hii, etc. Anno decimo regni nostri.* Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abbavill. fol. 123. rº: *Le 27. jour de Février l'an 1369. commencha on à user du nouvel Sèel apporté de Puris par sire Pierre Lenganneur, armoyé des armes de Pontieu à un kief de France, et fu le viel Sèel précédent d'ichellui mis en le tour.*

¶ Qui proprium sigillum non habebant in promptu, alieno utebantur suoque annulo subsignabant. Charta Guillelmi Trecor. Episc. ann. 1151. ex Tabul. Majoris Monast.: *Præsentes inde litteras fieri et annulo nostro, quia Sigillum nostrum præsens non erat, signari præcepi sigilloque dom. Engelbaldi Turon. Archiepiscopi corroborari feci.* Alia ejusdem rei exempla profert *Mabili*. Diplom. lib. 2. cap. 18. n. 10. unde idem factum fuisse colligitur ab iis qui proprii sigilli usum necdum habebant.

\* Sigillo domini sui utebantur, qui proprio carebant. Charta ann. 1209. in Chartul. Guill. abb. S. Germ. Prat. fol. 128. vº. col. 2: *Ego (Maria du Breul) sigidem quia sigilli munimine careo, præsentem paginam impressione sigilli domini Arsonis de Ronquerolles postulavi confirmari, u quo feudum illud (du Breul) habet exordium.*

In his porro efformandis sigillis pensilibus, cera adhibita varii coloris. Scribit Tillius soli Regi flavæ usum peculiari prærogativa competere: quod etiam repetitum legitur in articulis Conventus Sangermanensis ann. 1583. adeo ut Ludovicus XI. Renatum Andegavensem, Sicilia Regem, insigni privilegio donasse putaverit, concessio, ut ipsi et filii ejus recta linea procreatis, intra Francici, atque adeo Siculi Regni fines, cera flavâ in suis sigillis uti liceret, diplomate 28. Januar. ann. 1468. et mense Maio ann. 1469. in acta Parlamentaria relato. Nam observatum a Bodino



in libris de Republica, et Cardino Bretio lib. 2. de Suprema Regis auctoritate, erratum hac in re a scriba Tillii, qui ceram albam posuerit pro flava, cum, ut ii asserunt, nullus unquam apud Reges nostros albæ ceræ usus in sigillis fuerit: licet contrarium asserat Miramontius in lib. de Cancellaria Franc. pag. 32.

☞ Verum hæc recentiorum sunt temporum, inquit Mabillonius lib. 2. Diplom. cap. 6. n. 14. Nam sæculo XIII. ceræ flavæ usum in regis sigillis receptum fuisse vix crediderim. Sed et Miramontio astipulatur, ut pote qui variæ primæ et secundæ stirpis sigilla albæ ceræ impressa in pluribus autographis viderit.

Ceræ viridis in sigillis regis usus potissimum est in diplomatis, quæ vulgo *Chartres*, *Privileges*, et *Remissions* dicuntur. Literæ de *Chartres*, ex dicuntur, quæ ad perpetuam rei memoriam conscribuntur, iisque verbis sub initium concipiuntur: *Præsentibus ac futuris*, in quibus confectionis dies non adscribitur, sed tantum mensis et annus, ut innuatur rem ipsam maturo ac diuturno consilio agitam. Color autem viridis in cera rem in perpetuo vigore permansuram denotat. Cæteræ vero Literæ hæc formula exarari solent, *Omnibus præsentibus literis inspecturis*. Sed hodie cera flava in Francis Cancellariis quævis diplomata sigillantur.

☞ Quod de minori Cancellaria intelligendum est. Nam in majori etiam nunc ceræ viridis usus obtinet in Litteris, quæ vulgo *Lettres de remissions*, de *nouvelles concessions* et *d'erections* dicuntur. Et quidem Literæ quas de *justice* vocant, cera flava sigillantur in utraque Cancellaria; aliæ vero, quas nuncupant *de grande ou pleine grace*, cera viridi.

Cera rubea utuntur Universitates ac Communitates.

Cera alba in sigillis usos Comites Pictavenses testatur Beslius pag. 538. 543.

Hodie albæ ceræ sigilla spectant sancti Spiritus Militarem Ordinem, ex Statuto Henrici III. Regis illius institutoris.

\* Diversos ceræ varii coloris usus descriptos habemus in Cod. reg. 9824. 7. fol. 709. r.º: *De patentibus litteris, aliquæ vocantur Cartæ, Gallicæ Chartres, quæ sigillantur cera viridi et filis sericeis, et hæc fiunt ad perpetuitatem. Aliæ sunt litteræ, quæ sigillantur in cera alba et cauda duplici; et hoc fit quando materia, de qua fiunt illæ litteræ, est ad vitam, ut donationes officiorum vel similia.... Aliæ sunt litteræ, quæ sigillantur etiam in cera alba et simplici cauda; et istæ fiunt de singularibus et particularibus negotiis singularum, non ad vitam, sed ad tempus. Fiunt etiam quandoque aliæ litteræ, quæ nec vocantur clausæ nec apertæ; sed vocantur *Le seau plaqué*; et fit hoc in retenutis, quando rex aliquem in notarium vel in servientem armorum, vel alium servientem in hospitio suo retinet.*

\* Cera crocea seu flava in sigillis, ad patentes literas appensis, utebantur reges Francorum; alba vero in literis, quas simplices vocabant. Charta ann. 1332. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 968: *Philippe D. G. Franc. rex per suas patentes et pendentes litteras in pergamento scriptas*

*et sigillo ipsius domini regis ceræ crosset seu rosse in pendenti sigillatas mandavit, etc.* Lit. securit. ann. 1391. ex Bibl. reg.: *Quasdam litteras regias dicti domini nostri regis, aliasque dicti dom. Biturix et quasdam alias dicti dom. Burgundix ducum, ipsorum dominorum regis et ducum magnis sigillis, videlicet dictas regias in cera crocea, et ducales in cera rubra in pendente sigillatas, etc.* Ubi colorem rubrum ducibus assignatum observare est. Charta Phil. Pulc. ann. 1313. in Reg. 49. ch. 5: *Per alias litteras nostras simplices, cera alba sigillatas, eidem Odoni de Granceyo mandavimus, etc.* Cera viridi in actis suis sigillandis utebantur monachi. Inventar. Chart. reg. ann. 1482. fol. 299: *Littera abbatis et conventus S. Dionysii duobus sigillis in cera viridi sigillata, per quam constat dom. regem Philippum legavisse ecclesie B. Dionysii omnes joellos suos.* Idem præterea eruitur ex eo quod inter præstationes iis debitas, illa recensetur, præ ad sigillandum aptam et idoneam esse debere statuitur in Charta ann. 1346. ex Chartul. 21. Corb. fol. 326: *Quatre livres de chire vert... bonne à sceller.*

\* Cera rubra adhibebatur in sigillis imperatorum CP. ex stirpe regia Francorum. Charta Hnosii Rasiæ reg. ann. 1308. in Reg. 49. Chartoph. reg. ch. 244: *Litteras excellentissimi DD. Karoli filii regis Franciæ, Dei gratia imperatoris CP. Romeorum moderatoris semper augusti, integras, sanas omnique suspitione carentes, sigillo ipsius imperatoris, cum cera rubea sigillatas recepimus, etc.* Mihi tamen dubium est an non sit sigillum, quo nondum imperator utebatur, cum ipsius Caroli literæ sic concludantur ibid.: *Præsentibus litteris..... sigilli nostri, quo usque ad hæc tempora uti consuevinus, fecimus munimine roborari.*

In sigillis effecti fere semper Equites, quorum erant, si ex Militari essent ordine, tunica loriciæ instrata: quod sub Joanne Rege in Anglia tum primum obtinuisse scribit anonymus Historicus ineditus apud Dugdalem in Antiquitat. Warwicens.: *Tempore Regis Johannis erant in Sigillis dominorum tunicæ super loriciis, non autem ante: erant autem tunicæ longæ ad talos.* Adjuncta deinde armorum insignia. Idem Scriptor: *Circa annum 1218. Domini qui in Sigillis more solito habebant equites armatos cum gladiis, nunc in dorso Sigillorum arma sua posuerunt de novo in scutis.* Et sub ann. 1366: *Post captivum Johannis Regis Franciæ, Domini atque generosi, relicti inaginibus Equitum in Sigillis, posuerunt arma sua in parvis scutis.*

☞ Neque Militum id proprium fuit: aliorum enim, etiam Ecclesiasticorum sigilla, eorum, quorum erant, præferabant effigiem et nomen. Charta Cononis Sedis Apostolicæ Legati ann. 1115. ex Tabul. S. Amandi: *Concambium inter ipsum Comitem et Abbatem assensu Capituli factum.... auctoritate legationis sedis Apostolicæ qua præsumus, approbamus, et sub nostræ imaginis additamento corroboramus.* S. Bernardus Epist. 284. superius laudata: *Sigillo novello... utimur, continente imagineum nostram et nomen.*

\* Charta Bald. episc. Noviom. ann. 1151. in Chartul. Mont. S. Mart. fol. 91. vº. c. 2:

*Ut hoc autem ratum et invalsum maneat in perpetuum, præsentis scripto imaginis nostræ impressionem apponimus.* Alia abb. S. Joan. Laudun. ann. 1174. ex Chartul. ejusd. monast. ch. 146: *Quod ut hoc sollemne donum... ratum sit et stabile, diligenter studui illud litteris et sigillo imaginis meæ sancire.*

\* Apud Cistercienses vero, abbatibus prohibitum erat, ne eorum nomina in sigillis imprimerentur, quamvis id fecisset S. Bernardus, ut videre est supra pag. 242. col. 3. Charta G. abb. Cisterc. ann. 1228. in Chartul. Campan. fol. 348. vº. col. 1: *Excellentiæ vestre* (Theob. comit. alloquentur) *significandum duximus, quod in nullo sigillo ordinis nostri proprium nomen alicujus abbatis imprimitur; et hoc ideo vestre discretionis significamus, ut sigillum illud quod, sicut audivimus, in terra vestra receptum est sub nomine abbatiæ de Buzeto factum, in quo imprimitur proprium nomen abbatis, falsum esse sciatis et indubitanter credatis.*

\* Sigillo regio non utebantur reges nostri nondum inaugurati, ut colligi haud temere posse videtur ex Charta Phil. Paul. ann. 1286. in Reg. S. Ludov. ex Chartoph. reg. fol. 102. vº: *Sigillum cum titulo regni Franciæ nondum adhuc habentes, has litteras, nostro, quo prius utebamur, sigillo fecimus sigillari.* Porro Philippus Pulcher sacram suscepti unctionem 6.º Jan. ann. 1286. Quod caveas ne ad quascumque similes formulas promiscue accommodes: nam exstat Charta Joan. reg. ann. 1350. 25. Oct. in Chartul. 23. Corb. quæ sic clauditur: *Datum Parisius sub sigillo, quo ante susceptum regimen regni nostri utebamur.* Qui rex die 26. Septembris præcedente fuerat inauguratus. Eo igitur usus est, quod regium sigillum tunc non adesset.

\* Ita et in Bullis summorum pontificum electorum et necdum consecratorum, eorum nomen non inscriptum fuisse docet Bulla Greg. PP. XII. ann. 1406. ad calcem Stat. MSS. cœcl. Reat.: *De hoc autem, quod bulla sine impressione nostri nominis est appesa præsentibus, nullus debeat admirari: nam ante coronationis nostræ solemniam usus perfectæ bullæ, cum hujusmodi impressione nominis non habetur.* Vide in Bulla.

Sigillum tum primum sibi adsciscabant viri nobiles, cum suæ ætatis essent, hoc est annum ætatis 21. attigerant, atque adeo Militare cingulum consecuti erant, cum hanc adepti ætatem *Milites fieri* soleant, quod præsertim docent Stabilitamenta S. Ludovici Regis Franciæ lib. 1. cap. 70. et 71. Monasticum Anglican. tom. 1. pag. 810: *Pepigimus etiam eis quod... faciemus eos habere cartam et Sigillum Conani* (Comitis Britannicæ) *ad confirmationem prædictæ elemosynæ, cum ipse illius ætatis fuerit, quod terram tenere possit, et Sigillum habuerit.* Charta Catharinæ et Frederici filii Ducum Lotharing. ann. 1253. apud Hieron. Vignerium in Hist. Alsatica pag. 143: *Je Katherine Duchesse ai mis mon Seel en ces Lettres en tesmoignage de verité: Et je Ferris Dux davant nonmez use dou Sel de ma mere devant nommée, et tantost coume je serai fors de mainburnie, je suis tenu de mettre mon Seel en ces Lettres.* Hinc



in Chartis formulæ sequentes leguntur. In Charta ann. 1117. apud Augustinum du Pas in Stemmate Penteviensi pag. 7 : *Sed quia nondum Comes Gaufridus proprium habebat Sigillum, hoc nobis in sigillo Comitiss Stephani confirmavit.* Alia apud eundem in stemmate Dolensi : *Et quia adhuc Miles non eram et proprium Sigillum non habebam, quando hanc concessionem fecimus, autoritate sigilli domini patris mei cartam istam sigillavimus.* Charta Guidonis Episcopi Amb. ann. 1226 : *Girardus dominus Pinconii Vicedominus Ambianensis donationem superscriptam factam Capitulo Ambian. recognovit, et promisit, quod quam cito Miles erit, et Sigillum habebit, dictum sigillum apponet dictæ concessioni.* Charta Hugonis IV. Ducis Burgundiæ ann. 1228 : *Juravi dictis Divionensibus, quod quando ad Militiam promotus fuero, eis præsentem literas innovabo, et eo Sigillo, quo Miles utar, sigillabo, et tradam sigillatas.* Adde Morlerium in Stemmatibus Nobilium Picardiæ pag. 143.

Eo sigilli privilegio potiebantur viri nobiles vel cum inter Milites adscripti erant, vel cum uxorem duxerant, ut colligitur ex Litteris Guillelmi Virzionensis, qui eas sigillo avunculi sui Archembaudi Burbonensis primum signavit, cum nondum Miles nec uxoratus esset; postea suo proprio, cum jam uxoratus esset, ac proprium Sigillum haberet, in Labbei Miscell. pag. 655.

Ex præallatis conficit Duchesnius in Hist. Castilionensi, ubi de insignibus ejusdem familiæ agit, et in Hist. Richeliana pag. 19. solos Milites jus habuisse sigilli pensilis : quod licet forte verum sit prioribus seculis, de posterioribus addubitari potest, cum et Armigeros diplomatibus sigilla sua interdum apposuisse constat : et in Aresto 16. Aug. ann. 1376. apud Tillium cap. de Militibus, referatur, eum in Burgundia morem obtinuisse, ut Armiger Miles factus sigillum suum mutaret : unde colligitur Armigeros sigilla sua litteris apposuisse; sed ea mutasse, cum Militiam consecuti erant.

\* Armigeros, præterquam in Burgundia, jus habuisse sigilli pensilis colligitur ex Charta Adæ dom. de Caudri ann. 1235. in Chartul. Valcel. sign. E. ch. 9 : *Quia vero prædicta venditio facta fuit antequam essem miles, et litteræ prænotatæ sigillo, quo utebar tunc, fuissent sigillatæ; ad cavendam omnimodam dubitationem, cum essem postmodum miles factus et sigillum militis jam haberem, præsentem feci litteras.... ad præmissorum omnium firmitatem sigillo meo præsentem legitime sigillari.* Ex quibus perspicuum est, armigeros sigilla sua mutasse, cum militiam consecuti erant : quod tamen non semper factum, sed ad militum arbitrium fuisse, docet Charta Petri de Noctel ann. 1262. in Chartul. Vallis B. M. : *Et quia a die qua factus sum miles, sigillum meum, quod prius habebam, non mutavi, prædictum sigillum, quo utebar dum adhuc essem armiger, præsentem litteræ apponere dignum duxi.*

\* Apud Polonos, viventibus patribus, filii proprium non habebant sigillum. Stat. Casimiri ann. 1346. inter Leg. Polon. tom.

1. pag. 5 : *Statuimus quod viventibus patribus, filii duntaxat sigillo paterno utantur, et aliud portare vel habere non præsumant.*

Idem usus obtinuit apud Ecclesiasticos : sigillo quippe proprio non utebantur Archiepiscopi, nisi prius pallio donati fuissent, ut supra docuimus in Palium 2. col. 72.

\* Episcopi, quibus id juris concessum erat, scuto regio sigilla sua ornabant. Pactum inter reg. et episc. Vivar. ann. 1307. in Reg. 122. Chartoph. reg. ch. 294 : *Portare debet episcopus arma nostra regia et eis uti in vexillis et Sigillis.*

Episcopi interdum proprio sigillo utebantur, aliquando sigillum Capituli sui vel Ecclesiæ adhibebant; quod pluribus docet Mabil. Diplom. lib. 2. cap. 15. In Monasteriis, teste eodem Mabilionio, sigilla Abbati monachisque, uti etiam Abatisse et conventui primitus communia erant, postea propria fuerunt. Allatis in hanc rem a Mabilionio hæc addere placet. Charta Helie Prioris Grandimont. ann. 1236. ex Tabul. B. M. de Bono-Nuntio Rotomag. : *Ego prædictus Helias præsentem litteras Sigillo nostro de assensu capituli nostri sigillavi, cum nos et totus ordo noster Grandimontensis unico tantum utatur Sigillo.* Ut autem Abbates proprii sigilli privilegio gauderent, intercedere necessum erat Romani Pontificis auctoritatem, ut colligitur ex Litteris Clementis IV. PP. ann. 1265. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 203 : *Cum igitur monasterium prælibatum, ex eo quod non nisi unicum habebatur Sigillum, quo utebantur abbas et conventus ejusdem, non modicum retrouctis temporibus sustinuerit detrimentum, eos hujusmodi defectum congrua restauratione supplere ac ipsius monasterii incommodis volentes obviare, Sigillum ad opus vestrum et successorum vestrorum de opere argenteo fecimus fabricari.*

\* Utrumque nonnumquam, suum nempe et ecclesiæ suæ, sigillum Chartis, quo celebriores essent, apponebant. Charta Alardi episc. Camerac. ann. 1176. ex Tabul. ejusd. eccl. : *Ut utem compositio hæc legitime facta stabilis et inconcussa permaneat, ipsam ecclesiæ nostræ Sigillo et nostro signatam fideliter munimus.*

\* Defuncto aut absente episcopo, sigillo archidiaconi confirmabantur Chartæ, etiam ubi res monachorum agebatur. Charta prior. S. Mart. de Campis pro eccl. Monaster. in Argona ex Chartul. ejusd. loci fol. 16. vº : *Hæc, quia episcopum non habebamus, Sigillo archidiaconi nostri placuit confirmari. Testes magister Robertus, cujus hic Sigillum est et dominus Balduinus Cuthalaunensis archidiaconi.*

\* In monasteriis ordinis Cisterciensis ad solum abbatem pertinet Sigillum. Charta abb. et convent. Miratorii ann. 1243. ex Chartul. Campan. fol. 368. col. 1 : *Nos vero prædictus conventus, quia sigillum autenticum non habemus, nisi Sigillum abbatis nostri, juxta consuetudinem ordinis nostri, venditionem prædictam Sigillo prædicti patris et abbatis nostri roboratam, firmam et gratam et acceptam habemus.*

Hinc

\* Sigilli redditio, abdicati officii signum.

Reg. visit. Odon. archiep. Rotomag. ex Cod. reg. 1245. fol. 393 : *Abbas (Gemeticensis) pro voluntate sua se ipsum, quantum in se fuerat, ab officio abbatie absolverat, et Sigillum suum reddiderat conventui fratrum.* Nisi quis forte per Sigillum, annulum intelligat.

\* Sigilla propria monachis, nullo officio donatis, prohibentur, in Stat. reformat. monast. S. Andr. Avenion. ann. 1253. ex Hist. MS. ejusd. fol. 52. vº : *Omniibus administratione carentibus inhibentes ne absque abbatis licentia arcas vel claves teneant, et si qui nunc tenent, eus volumus quod restignent; idemque dicimus de Sigillis.*

Sigillo utebantur non modo Nobiles virique dignitate conspicui, sed et homines infimæ conditionis. Exstat in Chartular. S. Vandreges. tom. 1. pag. 838. Charta ann. 1277. cujusdam Radulfi porcorum ex officio custodis quæ sic concluditur : *Ego prædictus Radulfus prædictis Religiosis præsentem literam Sigilli mei munimine præbui confirmatam.* [\* Sed etiam cives mercatores, ut in Charta ann. 1234. ex parvo Reg. S. Germ. Prat. : *Et ego Manfredus (speciarius) pro me et hæredibus meis seu successoribus, in testimonium præsentem chartæ Sigillum meum apposui.* Imo et artifices, ut apud Manni de Sigillis tom. 3. pag. 140 : *Sigillum Raimondi ferratoris.*] At cum ignotum esset eorum sigillum, publicum addebant ut eorum scriptis facilis fides haberetur. Charta ann. 1449. apud Kennett. Antiquit. Ambrosd. pag. 663 : *In cujus rei testimonium præsentem scripto sigillum meum apposui, et quia sigillum meum quampluribus est incognitum, ideo Sigillum majoratus villæ Oxon. præsentibus apponi procuravi.* Alia ann. 1451. ibid. pag. 666 : *In cujus rei testimonium Sigillum meum apposui. Et quia Sigillum meum quamplurimis est incognitum, ideo Sigillum majoratus villæ de Welingford præsentibus apponi procuravimus, et ego Thomas Absolon major villæ prædictæ ad specialem requisitionem præfati Johannis Sigillum officii mei præsentibus apposui.*

Atque id juris, privatorum acta sigillo muniendi, ad Majores locorum pertinuisse ea tantum occasione videtur, quando nimirum non erat ejus loci dominus, cui ex jure domini competere iis Instrumentis sigillum suum apponere : quod effici posse opinor ex Tabul. Capituli Cabilon. pag. 269 : *De laude autem et commodo dictarum rerum venditarum Vicedominus duas partes habebit, et Major tertiam partem retinebit. Litteræ autem venditionis et rerum aliarum solus Vicedominus Sigillabit.*

\* Modo a dominis locorum concessum ipsi fuisset, ut in Charta Rob. comit. Attrebat. ann. 1293. pro Audomar. : *Eisdem (majori et scabinis) auctoritatem præstitimus et præstamus ut Sigillum habeant, quo utantur et uti valeant ad conventiones omnes coram eis initas sigillandas, nec non recognitiones et alia expletamenta quæcunque poterint evenire.* Quod si absque dominorum licentia, sigillum sibi attribuebant, aut illud mutabant, tunc mulcta plectebantur. Charta ann. 1260. in Chartul. Cluniac. ch. 189 : *Abbas (Cluniacensis) prior*



et conventus (Cariloci) dicebant *præfatos burgenses suos Cariloci quoddam novum Sigillum, munitiones et rescossas ac alia forefactu fecisse in ipsorum abbatibus, prioris et conventus præjudicium et gravamen, etc.* Arest. parlam. Paris. ann. 1372. ex Tabul. S. Joan. Laudun. : *Dicti etiam major et jurati Sigillum sibi attribuerant et de facto ceperant, et de ipso utendo procuratoria et alias suas litteras... sigillaverant et sigillabant, etc.* Hinc in Instrumentis institutarum communiarum, inter præcipua communie jura recensetur Sigillum.

\* Sigilli situ, in caudis litterarum curie ecclesiasticæ positi, rei actæ natura indicabatur. Lit. officialis Æduensis ann. 1250. in Chartul. Buxer. part. 20. ch. 23: *Reddite litteras, Sigillo vestro apposito in prima cauda pro monitione facta, et pro excommunicatione facta in cauda secunda.*

SIGILLUM AUTHENTICUM, Illud ipsum vocabatur, quod *pendens* dicitur, quo scilicet *Litteræ patentis* muniuntur. Charta Henrici de Vergiaco Senescalli Burgundie ann. 1246: *Quia aliud sigillum tunc non habebam, contrusigillo meo, quo utebar pro sigillo, præsentis litteras feci sigillari, promittens per præstitum juramentum, quod quotiescunque Sigillum authenticum habuerim, præsentis litteras vel similes de ipso faciam sigillari.* Arestum 5. Octob. ann. 1394. contra Canonicos Lugdun. : *Et esto, quod sub suo sigillo secreto illud conficere potuissent, non tamen sub Sigillo secreto, sed sub authentico, vel publico.* Statutum Ottonis Cardinalis Legati in Anglia ann. 1237. apud Matth. Paris et Lindwodum. : *Habeat unusquisque (Archiepiscopus, Episcopus, etc.) Sigillum, puta nomen dignitatis, officii, seu collegii, et etiam illorum proprium nomen, quod dignitatis vel officii perpetui gaudent honore, insculptum notis et characteribus manifestis, sicque Sigillum authenticum habeatur.* Vide Butlerium in Summa Rurali lib. 1. tit. 106. 107. Chopinum lib. 1. in Consuet. Andegav. pag. 340. lib. 3. de Dom. tit. 21. n. 6. Roverium in Reomao pag. 634. etc. ubi de Nobilitate et Communitatum sigillis publicis ac authenticis: de quibus consule præterea Concilium Londiniense ann. 1237. apud Matth. Paris pag. 307.

SIGILLUM SECRETUM, vel *secreti*, Illud appellabant, quod litteris, uti vocant, clausis apponebatur; ad discrimen sigilli majoris, quod *authenticum*, et *commune* appellatum diximus, et *Literis patentibus* ac *aperitis* appendebant. [Hæc minus accurata videntur. *Commune* sigillum non raro vocabatur illud, quo in secretioribus vel minoris momenti negotiis utebantur, atque adeo *authenticum* seu pensili oppositum erat. Ordinat. Humberti II. ann. 1340. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 397. col. 2: *Illas (litteras) quæ ad perpetuum super aliquo magno negotio vel cautelaus protenduntur, nostro magno pendenti Sigillo, et alias nostro communi Sigillo decernimus sigillari.* Leges Palat. Jacobi II. Reg. Majoric. inter Acta SS. tom. 3. Junii pag. LXVIII: *Quandoque vero cum alio sigillo minori, quod Sigillum commune dicitur.*] Ideo autem id nominis ejusmodi sigillo inditum, quod illius usus esset in secretioribus negotiis,

verbi gratia in Epistolis, cum alterius esset in publicis, et quæ omnibus paterent: unde diplomata eo munita, *Litteræ patentis* indigitari solent. Neque tantum in privatis negotiis sigilli secreti usus erat; sed et in publicis, cum id a tergo majoris seu authenticæ sigilli inderetur, quod ideo *Contrusigillum* nuncupatur, quia majori sigillo contra opponeretur. [Conventiones inter Ludovicum Reg. Siciliae et Arelat. ann. 1386: *Et in alia parte sigilli prædicti erat Sigillum secretum parvum cum armis prædictis dictorum dominorum Regine et Regis.*] Interdum etiam ab ipso majori sigillo dependisse observare est, [unde *Subsigillum* dicitur in Conc. Legion. ann. 1012. inter Hispan. tom. 3. pag. 191: *Et qui fregerit sigillum Regis, reddat centum solidos; et quantum abstraxerit de Subsigillo solvat ut rapinam.*] Sed et publica negotia ad pleniorum fidem, vel majus dilectionis argumentum, *Sigillo secreti* sigillata legimus. Exstat enim apud Miræum in Diplom. Belgic. cap. 89. Charta Henrici IV. Imp. ann. 1059. pro Ecclesia Nivellensi, in qua hæc habentur: *Henricus... Nivialis Ecclesia Francorum regno finitima permaximas calamitates sæpe sustinuit: quod pater meus Henricus III. Imp. animo indoluit, adeo ut in consecratione, quam ad adventum suum reservari jusserat, præsentem se exhibens, pignora sacratissimæ Virginis Gertrudis propriis humeris sanctuario importaret, locumque donis Imperiilibus exornans, de rebus ejusdem Ecclesie præceptum fuisset, quodque specialis dilectionis indicium est, non communi illud Sigillo, sed secreto suo signaret.* Certe Reges nostros publicas etiam litteras *Sigillo secreto* muniisse docet Charta Joannis Regis ann. 1350. apud Gallandum de Franco alodio pag. 30. [Statutum Caroli Regentis ann. 1358. tom. 3. Ordinat. Regum Franc. pag. 226: *Nous avons entendu que plusieurs Lettres pendens ont esté ou temps passé scellées de nostre Secret, senz ce que elle aient esté venues ne examinées en la Chancellerie. Nous avons ordonné et ordenons que dores-en-avant aucunes Lettres patentis ne soient scellées pour quelconque cause que ce soit dudit Scel du secret, mais seulement Lettres closes.*] Sed illud maxime factum, cum abesset majus: quod in ipsis literis exprimi solebat, ut apud Tillium, eundem Gallandum pag. 193. Miramontium de Cancellaria pag. 35. Justellum in Hist. Turenensi pag. 94. et alios.

† SIGILLUM GROSSUM et *Mediocre*, Idem quod *Authenticum* et *Secretum*, in Tract. pacis inter Comit. Sabaudie et Joannem Dalphin. ann. 1314. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 156. col. 1: *Nos autem Comes et Dalphinus prædicti confitentes et asserentes dilucide prædicta omnia contenta in Instrumento præsentis processisse, Sigilla nostra grossa et mediocra in juncturis, et grossa in pendenti in fine, præsentis publico Instrumento apponi fecimus in testimonium præmissorum.*

*Sigilla Secreti* longæ minoris erant formæ, quam authentica. Iis interdum impressa fuere Militum insignia, interdum familiarum, quas affinitate quadam contingebant, aut a quibus originem trahebant: inter-

dum denique figuræ quadam exoticæ pro libitu ipsorum, quorum erant sigilla: quod quidem licet omnibus advertere in sigillis, quæ a Duchesnio et aliis Stematographis describuntur. In Regum nostrorum sigillo secreto insignium Scutum unico angelo sustentatur.

*Sigillorum Secreti*, seu *Contrusigillorum*, variae leguntur inscriptiones, quas hic describam. *Secretum*, cum adjectione nominis, cujus est sigillum, apud Justellum in Hist. Arvern. pag. 55. 57. 170. 172. 188. 189. in Hist. Turcn. pag. 46. Duchesnium in Probat. Hist. Castilion. pag. 35. etc. [Charta ann. 1209. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 332: *Thesaurarius ecclesie et Sigillum domini et Secretum domini Vitricii conservare tenetur.*] *Secretum mei*, in Probat. Hist. Guinensis pag. 480. *Secretum meum*, apud Justell. in Hist. Arvern. pag. 173. in Probat. Hist. Guinensis pag. 504. *Secretum meum mihi*, (ex Isaia cap. 24.) in Probat. Hist. Guinensis pag. 478. apud Roverium in Reomao illustr. pag. 195. *Secretum est*, in Probat. Hist. Castilion. pag. 95. *Secretum serva*, in Probat. Hist. Guinensis pag. 496. *Secretum Sigilli*, in Probat. Hist. Guinensis pag. 522. *Secreti custos*, apud Justellum in Hist. Arvernensi pag. 47. *Sigillum secreti N.* in Probat. Hist. Castilionensis pag. 198. *Sigillum secreti mei*, in Probat. Hist. Castilion. pag. 66. 164. *Testimonium veri*, in Probat. Hist. Guinensis pag. 473. 478. 489. 491. *Sigillum veritatis*, apud Petrum Franciscum Chiffletium in Beatrice pag. 47. 109. 158. [Annulare *secretum*, in Charta Ludovici Reg. Siciliae apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 476: *Claves sigilli, Deum time, Secretum colas, Ave Maria gratia plena*, apud Mabill. Diplom. lib. 2. cap. 18. n. 8.] *Secretum nude*, in Probat. Hist. Guinensis pag. 528. Montmorenciac. pag. 105. etc. *Miracula S. Catharinae Suevicæ* cap. 1: *Actum et datum... nostro sub Secreti præsentibus impendente.* Charta Ducum Suevicæ ann. 1304. apud Ericum Upsaliensem lib. 3. Hist. Suevicæ pag. 94: *In cujus rei testimonium, robur, et evidentiæ, Secreta nostra, quæ penes nos alia Sigilla non habemus, præsentibus duximus apponenda.* Dicitur etiam interdum *Contrusigillum N.* in Probat. Hist. Guinensis pag. 398. 535. Castilionensis pag. 35. 95. Montmorenc. pag. 105. Ita porro appellatur, quod sigilli authenticæ, seu publicæ, adverse ac posticæ parti imprimeretur, sic ut authentico opponeretur. Hujus usus erat in minoribus negotiis, ut est in Nomastico Cisterciensi pag. 543.

✍ *Contra-sigilli* usum primus induxisse videtur Ludovicus VII. Rex Francorum propter Ducatum Aquitanie: quam ob causam equitem cataphractum in dorso exhibit cum hac inscriptione, Et Dux AQUITANORUM. Hæc post Mabill. lib. 2. Diplom. cap. 16. num. 10.

*Sigilli secreti* Regii cura ac custodia apud nos, *Magnum Cambellanum* spectabat: eoque absente, primum *Cambellanum*, ut observatum a Tillio, quos is litteras, quas *de prières, d'estat, de responses et de mandemens à venir*, vocant, sigillabat, ut est in Edicto Philippi Regis ann. 1316. Scribit



Monstrelletus 1. vol. cap. 123. ann. 1314. Dominum de Ligny, nobilem Hannoniensem, Sigilli secreti Regii Custodem fuisse, *Garde du Sel du Secret du Roy* : et cap. 213. Philippum Josquinum Divionensem sigilli secreti Joannis Ducis Burgundiæ, qui quidem au Cambellani munus obierint, mihi haud compertum. Addit idem Tillius, Vicecomitem d'Aunay in Pictonibus, tamquam Comitis Pictavorum primum Cambellanum, ejusdem Comitis sigillum secreti servasse. Apud Byzantinos Augustos infimi ævi, dignitas fuit, quam Παράκαμωμένον τῆς σφραγίδος vocabant, penes quem erat cura sigilli, quo Imperator epistolas, quas ad matrem, filios, Despotas, Patriarcham, et alios scribebat, sigillabat : cum alius esset, qui Παράκαμωμένον τοῦ κοιτώνος dicebatur, cui cubiculi Imperatorii cura incumberebat. Vide Notas ad Villharduinum.

De altero itaque sigillo, quo scilicet Litteræ patentes muniuntur, intelligendum Capitulum Caroli C. ann. 877. cap. 17. ubi penes Comitem Palatii sigillum fuisse docemur : *Adalardus Comes Palatii remaneat cum eo (filio nostro) cum Sigillo.*

*Sigilla secreti*, ab eorum custodibus in pretioso quodam stepupio asservata docemur ex Computo Stephani de la Fontaine Argentarii regii ann. 1350 : *Pour faire et brouder les bourses aux Seaux du Secret du Roy, de la Roynie et de la Duchesse d'Orléans, etc.* Ejusmodi sigilla secreti

*SIGILLA PRIVATA* dicuntur, quorum scilicet usus esset in privatis negotiis. Fleta lib. 2. cap. 13. § 1 : *Est inter cætera quoddam officium, quod dicitur Cancellaria, quod viro provido et discreto... debet committi, simul cum cura majoris sigilli regni : ejus substituti sunt Cancellarii omnes in Anglia, Hibernia, Wallia, et Scotia, omnesque sigilla regia custodientes ubique, præter custodem Sigilli privati, etc.* Apud Monstrelletum, Molanus Doctor in Legibus et Decanus Sarisberiensis dicitur *Garde du privé Seel du Roy d'Angleterre*. Guill. Gruellus in Vita Arthuri III. Ducis Britannicæ pag. 128. de eodem : *L'an 1444. en esté vint le Comte de Suffole, et le Privésel d'Angleterre à Tours devers le Roy.*

\* *SIGILLUM MAJUS*, Eo utebatur Carolus C. in Instrumentis, quæ ad imperium Germanum spectabant; quæ vero ad regnum Franciæ, annulo suo sigillabat, ut legitur in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 579. vº : *Cilz Charles fu roys de France et emperieres de Rome, et tout ce qu'il donnoit et confermoit en Haynaut et en l'empire d'Alemaigne, il scelloit de son grant seel; et ce qu'il donnoit et confermoit en royaume de France, il scelloit de son anel. Ainsi desclaircissoit que li Ostrevant estoit du royaume de France. Et au temps d'adonc Haynaut estoit nommé Loeraine; ce appert par une Cronique qui dist : Castrum Valencianum situm in marca Franciæ et Lothoringiæ.*

\* *SIGILLUM PARVUM*, Cujus usus erat in privatis negotiis, longe minoris formæ quam authenticum, idem quod *Sigillum Secreti*. Charta Phil. uxoris Ecardi de Brena ann. 1222. in Chartul. Campaniæ ex camera Comput. Paris. fol. 318. rº. col. 2 :

*Omnes litteras quascumque sigillaveram,.... iterum.... confirmo Sigillo meo parvo, quo diutius nti consueveram et adhuc quandoque uto, maxime in negociis meis privatis; et hoc fauo ad tollendam omnem dubitationem, quæ posset emergere ex sigillorum diversitate, ne in aliquo tempore propter sigillorum mutationem auctoritate conventionum et litterarum a me eisdem confectarum posset derogari.*

\* *SIGILLUM APPENDICIUM*, idem quod *Pensile*. Charta Alfonsi II. reg. Aragon. ann. 1334 : *Presentem eartam nostram inferi et Sigillo nostro appendicio jussimus communi.*

\* *SIGILLUM APPENSIVUM*, Eadem acceptione, in Charta Ferdin. reg. et Eleonor. regin. ann. 1372 : *Presentes litteras... mandavimus Sigillis nostris appensivis muniti.*

\* *SIGILLA AUREA et ARGENTEA*, quibus munitæ erant literæ ad Reges nostros transmissæ, monialibus de Salceia concessa. Charta S. Ludov. ann. 1262. in Reg. 53. Chartoph. reg. ch. 87 : *Cum mulieres leprose de Salceia... haberent... ex concessione inclite recordationis regis Philippi avi nostri... Sigilla aurea, que eidem regi Philippo eum litteris transmitterentur, insuper et omnem ceram, in qua literæ ad ipsum venirent sigillate, etc.* Alia Phil. V. ann. 1306. ibid. : *Addentes eum Sigillis aureis, superius contentis, argentea.* Quod certe haud probabitur viris rei diplomaticæ curiosis.

\* *SIGILLUM AD CORONAM*, Regium scilicet, quo utebantur Mathæus abbas S. Dionysii et Simon dominus Nigellæ, regni administratores. Arest. parlam. Paris. ann. 1302. in Reg. Olim : *Pro qua mutua pecunia dicti debitores (Regentes) eidem villæ (de Gandavo) literas regis, sub Sigillo ad coronam literæ, dederant. Nisi ad coronam literæ interpreteris, ad confirmationem literarum.*

\* *SIGILLUM DUPLICATUM*, Eidem Chartæ bis appensum. Charta ann. 1224. in Chartul. Guill. abb. S. Germ. Prat. fol. 192. vº col. 1 : *Et quia ego Hugo de Valeriaco sigillum meum non habebam, Sigillo domini Johannis fratris mei duplicato, pro me feci presentes litteras sigillari.*

\* *SIGILLUM JUDEORUM*. Vide in *Judei*.

\* *SIGILLUM LAPIDEUM*. Charta ann. 1229. in Chartul. Buxer. part. 15. ch. 7 : *Ne vero factum istud a posteris perturbetur,.... tale sigillum quod habeo penes me, Sigillum licet lapideum, ubi est nomen meum impressum (Joan. dom. Castri novi) præsentem scripto apposui.*

\* *SIGILLUM MARINUM*, Indiculum rerum navium impositarum. Pactum inter S. Ludov. reg. Franc. et Petr. Droc. ducem Brit. ann. 1231. ex Bibl. reg. : *Cum forefactis, emendis et enolmentis ex fractura navium,.... ob defectum breveterum seu Sigillorum marinorum. Infra : Brevetos seu Sigillos breveterum. Vide in Breve.*

\* *SIGILLUM PALATII*, Quod omnibus episcopis alicujus ecclesiæ commune est. Charta Joan. episc. Camerac. ann. 1214. in Chartul. Mont. S. Mart. part. 3. ch. 35 : *Cum ipsun fuisset arbitrum auctoritate nostra ad petitionem partium Sigillo palatii confirmatum, nos quoque ad petitionem dicte*

*ecclesiæ idem arbitrium nichilominus, ad majorem firmitatis constantiam, sigillo proprio duximus confirmandum. Sigillum sedis Cameracensis nuncupatur infra in Charta ann. 1233. Sigillum ergerat jurisdictionis seu curiæ episcopalis.*

\* *SIGILLUM PLUMBEUM*. Vide supra in *Bulla*.

*SIGILLUM PISCATORIS*, Sigillum, ut aiunt, *Secreti*, quo Summus Pontifex utitur in Epistolis privatis : in quo scilicet effingitur D. Petrus in navicula, instar piscatoris retia laxantis. Epistola Clementis IV. PP. apud Carbonellum in Chron. Hispan. fol. 68. et Massonum : *Non scribimus tibi, nec familiaribus nostris sub bulla, sed sub piscatoris Sigillo, quo Romani Pontifices in suis secretis utuntur.*

† *SIGILLUM REPERCUSSUM*. Diploma Henrici II. Imper. in Monum. Paderborn. pag. 161 : *Et nostro Sigillo repercusso insigniri jussimus.* Quod intelligendum existimat Mabillonius de sigillo plumbeo bis percusso, id est in recta et aversa parte.

\* Fallitur vir eruditus; dicitur enim de sigillo cereo, quod Chartam trajicit et illi ex utraque parte adhæret. Ejusmodi sunt Diploma Henrici II. imper. ann. 1008. asservatum in Cam. Comput. Insul. et Charta fundat. eccl. S. Petri Insul. ann. 1066. in Tabul. ejusd. eccl.

† *SIGILLUM ROTUNDUM*, ejusmodi erant sigilla affixa : pensilia enim oblonga seu ovalia. Charta Johan. Episc. ann. 1410. tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 255 : *Datum sub nostro Sigillo rotundo, etc.*

† *SIGILLUM BREVE*, Idem quod *Secretum*, apud Mabill. tom. 2. Annal. Bened. pag. 404.

\* *SIGILLUM VICECOMITIS*, Quo privatorum obligationes muniuntur. Arest. scacar. Paschæ ann. 1276. in Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 36. vº. col. 2 : *De habendo consilium, utrum quilibet vicecomes habeat Sigillum proprium, in sui et subditorum suorum commodum. Concordatum fuit quod vicecomites Sigillum habeant, et quod de qualibet littera confecta super e. solidos et minus, duos capiant denarios pro sigillo, et de ultra e. solidos, sex denarios usque ad xij. libras, et de ultra xij. libras de qualibet libra, unum obolum et non plns.*

*SIGILLUM ALTARIS*, Durando lib. 1. Ration. cap. 6. n. 34. parvus lapis, cum quo sepulcrum, sive foramen, in quo reliquæ reconduntur, clauditur, seu sigillatur. Alexander III. PP. apud Gregorium lib. 3. Decret. tit. 40. cap. 1 : *Ad hæc si altare motum fuerit, aut lapis ille solummodo superpositus, qui Sigillum continet, contractus aut etiam diminutus, debet denuo consecrari.* Statuta provincialia Walteri Episcopi Dunelmensis anno 1255 : *Insuper quæ altaria fuerint consecrata; et si consecrata, sint crucis characterē Sigillata.*

*SUPER SIGILLUM CLAMARE*. Vetus Notitia Vasconica apud Marcum lib. 5. Hist. Beneharn. cap. 17. n. 1 : *Ad id ventum est, ut diceretur eidem Abbati et senioribus S. Vincentii, quod nisi redderet supradictum honorem, non posset Princeipatum obtinere secure predictæ regionis, et favente partibus Raymundi Seguni Gasto Principe super Sigillum et vim clamando, accipere habuerunt*



centum solidos Pictavensis monetæ, etc.

**SIGILLUM** RAPHAELIS, Liber magicus sic inscriptus, qui laudatur a Gaumino ad Psellum de Operat. dæmon. ubi observat, *Sigilla* Latinis esse, quæ Græci *σημαντήρια* et *σημαντήρια* vocant.

¶ 2. **SIGILLUM**, Jurisdictio, potestas Tabular. S. Salvatoris de Leyre apud Jos. Moretum Antiq. Navarræ pag. 564 : *Concedo tibi villam, quæ vocitant Oterbia, quæ est sub Sigillo de Exauri, cum sua ecclesia.*

¶ 3. **SIGILLUM**, Parvum vexillum, quasi diminut. a *Signum*, in Gloss. Gasp. Barthii ex Histor. Palæst. Raimundi Agilæi, apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 267. [\*\* pag. 163. lin. 41. Bongars.] Vide *Sigillus* 2.

\* 4. **SIGILLUM**, Signum, simulacrum. Gregor. Turon. lib. 8. Hist. Franc. cap. 15 : *Tunc convocatis quibusdam ex eis, simulacrum hoc immensum, quod elidere propria virtute non poteram, cum eorum adjutorum postea merui erere : jam enim reliqua Sigillorum, quæ factiora sunt, ipse confringeram.* Vide *Sigillus* 2. [\*\* et Forcellin.]

\* 5. **SIGILLUM**, Secretum. Sent. arbitr. inter episc. et capit. Catalaun. ann. 1299. in Reg. 85. Chartoph. reg. ch. 189 : *Diffinitum ut ipsam curam animarum, illam duntaxat quæ in absolvendo et ligando in Sigillo penitentiae seu in foro animæ consistit, ab ipso episcopo recipere teneatur.*

1. **SIGILLUS**, Alamannis *Sigel*, Epistomium vasis, vel obturaculum, quod orificio, ut Apuleius loquitur, vel ori summo dolii inseritur, illudque obstruit, sic dicitur, quia olim vasa signabantur, ut ex Hierocli Philosophi facetiis colligitur. Ekeardus Junior de Casib. S. Galli cap. 5. pag. 194 : *Erant autem in cellario fratrum communi duo vasa vinaría usque ad Sigillos adhuc plena. Epistomii vocem usurpat Jonas in S. Columbano lib. 1. cap. 16.*

2. **SIGILLUS**, seu **SIGILLUM**, Signum, seu figura vasculis, rebusve aliis insculpta, adpicta, aut adtexta, quomodo Latinis vocem *Sigillum* usurpasse docuit olim Lazarus Bayffius lib. de Vasculis pag. 106. Glossæ Lat. Gr. : *Sigillum*, *ἀνδριαντήριον*, *ζώδιον*, etc. Glossæ aliæ : *ζώδιον*, *Sigillum*. Julius Africanus lib. 8. Hist. Apost. : *Ubi cumque pro ornatu templi Sigilla erant posita, minutavit.* Anastasius in S. Silvestro PP. : *Fecit autem candelabra aurochalca in pedibus 10. numero 4. argento conclusa cum Sigillis argenteis.* Infra : *Ante corpus B. Laurentii martyris clusam passionem ipsius, Sigillis ornatam, cum lucernis byssinis argenteis, etc.* Ibidem : *Fecit ex metallo porphyretico ex sculptis Sigillis pharacanthara 20. ex argento purissimo, etc.*

**SIGILLUS**. Hist. Episc. Autissiodor. cap. 20 : *Dedit... Gabatham unam medianam anacteam pensantem lib. 3. et habet in fundo Sigillos 4. et in gyro prunellas, etc.*

**SIGILLARIA**, Eadem notione dixit Arnobius : *Quinimmo Deos esse Sigillaria ipsa censetis.* [Utitur etiam Tertull. lib. de Orat. cap. 12 : *Porro cum perinde faciunt Nationes, adoratis Sigillaribus suis residento, etc.*]

¶ **SIGILLARIUS**, Ad *Sigilla* spectans. Tertull. adv. Valentin. cap. 18 : *A qua (Achamoth) occulto, nihil sentiens ejus, et*

*velut Sigillario extrinsecus ductu, in omnem operationem movebatur.* Idem lib. de Anima cap. 6 : *Velut Sigillario motu superficiem intus agitante (anima.) Id est, occulto motu, qua ratione moventur sigilla seu simulacra puerilia a mimis et lusoribus. Sigillari, νεύροπασσοι, in Gloss. Lat. Græc. Vide Gloss. med. Græcit. in Σιγίλλάριον.*

¶ **SIGILLARITUS**, Eodem intellectu. Spartianus in Adriano cap. 17 : *Saturnalia et Sigillaritia frequenter amicis inopinantibus misit et ipse ab his libenter accepit.* Subintell. munera. Hinc *Sigillaritius annulus*, pro annulo signatorio, apud Vopiscum in Aureliano cap. extr.

¶ **SIGILLUM**, Vasculum, quod vulgo *Pax* dicitur. Vita S. Ansegisi sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 633 : *Sigilla aurea mirifica cum pretiosis lapidibus numero duo, etc.*

**SIGILLATUS**, *Sigillis* seu figuris ornatus, quomodo *vasa sigillata* dixit Cicero orat. 6. in Verrem. *Sigillatæ sericæ*, vestes nempe, quas mimæ ferre vetantur in lege 11. Cod. Th. de Scanicis (15, 7.) Ζωδιωτός χιτών, apud Hesychium. Pollux : *Κατάσκευασι χιτών, ὁ ἔχων ζῶα ἢ ἀνθη ἐνυφασμένα, καὶ ζωωτός δὲ χιτῶν ἐκαλεῖται, καὶ ζωδιωτός.* *Pictæ vestes* apud Latinos, quibus intextæ erant figuræ variæ. Ausonius in Gratiar. actione pro Consulatu suo : *Palmatam, inquis, tibi misi, in qua Constantius parens noster intextus est : me beatum, cujus insignibus talis cura præstetur. Hæc est picta, ut dicitur, vestis, non magis auro suo, quam tuis verbis.* Ita porro vocem *Sigillum* usurpat non semel Anastasius, in Leone III. PP. : *Et vela holoserica Sigillata, habentia perichysin, et crucem de blattin, seu fundato numero 15. Infra : Vela modica Sigillata, quæ pendent in arcubus minoribus, etc.* Idem in Paschale : *In jam dicto altari obtulit vestem albam Sigillatam cum rosulis, habentem in medio crucem de blattin cum psillis.* In Leone IV : *Fecit vestem sericam albam Sigillatam cum gammadiis, etc.* Infra : *Vela alba holoserica Sigillata.*

**SIGILUM**. Vide *Sigalum*.

**SIGINOR**, Dominus, Bonfinio ad Leges Hungaricas. Vide *Senior*.

**SIGITULA**. Glossarium Saxonicum Cottonianum : *f r e c m a z e, Sigitula, lardariolus.* Voces incertæ notationis Somnero. [\*\* f. Specmase, Ficedula.]

1. **SIGLA**, Velum, a Saxon. *segl*, Teuton. *Seghel*, et *Sæghel*, Anglis a *Sail*. Leges Ethelredi Regis editæ apud Venetynum cap. 24 : *Ad Bilyngesgate si advenisset una navicula, unus obolus thelonei dabitur : si major, et habet Siglas, 1. den.* Le Roman de *Vaces* MS :

Car li envoie ses homes et à Sigle et à vage.

Ibidem :

Donne trieves trois mois sans perte et saos damage,  
N'iras mès par besoïn à Sigle, oe à vage.

[Le Roman de Blanchardiu MS :

Et cil foot lor Sigles lever,  
Traieot cordes, traient hindarz,  
Puis se fiereot eo mer viaz.

Le Roman d'Athis MS :

Aux maîtres cordes moult se pendent,  
Montent leur Single, aval l'esteodeot.

Infra :

Et les Singles emplit les vens,  
Et les bateaulx furent dedens.]

**SIGLARE**, Plenis velis navigare, Gall. *Singler*. Nangius in S. Ludovico ann. 1269 : *Die Mercurit subsequenti... velum fecerunt istæ 4. naves supradictæ, et tota die illa cum die Jovis subsequente cum vento satis prospero Siglaverunt.* [Continuat. Histor. Guillelmi Tyriens. apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 610 : *Ils orent bon vent, et ne furent de Sigler, tans qu'ils vindrent devant Acre.*] Philippus *Mouskes*, in Hist. Francor. MS. in Henrico I :

Bon vent orent, par mer Siglerent.

Alibi :

Li Rois Ricars apriés sui,  
Ki le karvane coosui,  
Des Sarazios qui là Sigloient.

Sic alibi non semel. Le Roman de *Vaces* :

Puis si vint à ses nez, s'a la mer regardée,  
Tant Siglereot d'avoir, que en terre arriveroet.

Idem :

Lors sen retourna Rou, Siglaot en Normandie.

Ibidem :

Qui bien sourent par mer et Sigler et vagier.

2. **SIGLA**, Monile, ex Saxonico *sigle*, *Monile*, *gemma*, *bullæ*, *fibula*. S. Bonifacius Epist. 100 : *De auro vero et argento, quod dedit Regenthriith filia Athuolphi ad Ecclesias nostras, duas armillas aureas, et 5. Siglas aureas valentes pretio trecentorum solidorum, et aliorum fidelium virorum ac mulierum pretia Enred abstulit ab Ecclesiis suprascriptis.* [Adde Bedam lib. 4. cap. 23. Hesychius : Σύγλαι, ἐνότια, Inaures.]

3. **SIGLA**, pro *Mensura liquidorum*. Vide in *Sicla*.

¶ 4. **SIGLA**, ut *Sigalum*. Vide in hac voce.

**SIGLE**, Singulariæ litteræ, sic dictæ litteræ, quod *singule* verbum componant : verbi gratia S. P. Q. R. *Senatus Populusque Romanus. S. C. Senatusconsulto.* Occurrit apud Justinianum in Orat. ad Antecessores Vide Cujac. lib. 12. Observ. cap. 40. [Fr. Pithæum ad tit. 17. Cod. Decret. Theodorum Marsilium ad Titum Suetonii cap. 3. Brenemannum lib. 2. Hist. Pandect. cap. 3. Sed consulendus in primis Johannes *Nicolai* qui doctissimam lucubrationem de Siglis veterum Lugduni Batav. edidit ann. 1703. ubi cap. 1. post Gregor. Tolos. lib. 16. de Republ. cap. 1. § 6. vocis etymon a sigillo accersit.]

\* Consule etiam *Disquisitionem* Veronæ editam ann. 1746. sub hoc titulo : *Græcorum Sigle lapidariæ a Marchione Maffæo collectæ et explicatæ.*

¶ **SIGLARE**. Vide supra in *Sigla* 1.

\* **SIGLICUM**, Secale. Vide supra *Saglinum*.

**SIGLIX**, Idem quod *Sigalum*, *Segle*. Vetus notitia sub Islo Episcopo Tolosano, apud Catellum : *Et in hoc fevo dedit illis totam Siglicem, et totum milium, et balagium, et decimum de sextaratis, etc.*

**SIGMA**, Mensa in literæ Sigma similitudinem, seu lunulæ : nam Sigma Græcum literam C expressit posterioribus seculis, apud Lampridium in Heliogabalo, Petrum Chrysol. serm. 29. 83. etc. Ditmarus



lib. 4. de Ottone III. Imper. : *Solus ad nensan, quasi semicirculum fuctam, loco cæteris eminentiori sedebat.* Vide Savaronem ad Sidonium, Salmasium ad Lamprid. etc.

\*\* **SIGNABILIS**, Insignis, memoria dignus. Casuum S. Galli Contin. II. apud Pertz. Scriptor. tom. 2. pag. 150 : *Quid Signabile in tanto studio fecisset aut dixisset.*

† **SIGNACEUM**, ut mox *Signaculum*, in Præfat. Bern. Pezii tom. I. Anecd. pag. 39 :

Hic aperit typicosa novæ Signacea legis,  
Quam statuit sub carne navi præseutia Regis.

**SIGNACULUM**. Glossæ Græc. Lat. : *Σφραγιστήριον, Signaculum, Signatorium.* Papias : *Signaculum, quod alieujus rei ad hoc imprimitur, ut lateat, quousque reseratur.* [Tertull. lib. de Pallio cap. 4 : *Pectus squamarum Signaculis disculptum.*] S. Hieronym. Epist. 16 : *Aurum usque ad annuli Signaculum repudiatis.* Idem Epist. 8 : *Ut et claudus cubiculum pectoris, et crebro Signaculo crucis munias frontem tuam, etc.* Formulæ veteres Bignonii cap. 38 : *Suggestio e quod apud nostrum Signaculum, hominem aliquem nomine illum manitum habuisset, id est, cum signaculo, sive sit sigillum, quod vult idem Bignonius, sive monogramma, ut in Charta Caroli M. apud Miræum in Diplom. Belg. lib. 1. cap. 8 : Nostræ manus Signaculis eam (Chartam) affirmare decrevimus. Idem annulo nostro firmari jussimus.* Chronicon S. Vincentii de Vulturno lib. 2. pag. 681 : *Proprie manus et trium filiorum suorum Signaculo illud corroborans.* Anonymus in Vita S. Theodardi Archiep. Narbon. : *Prædecessorum meorum traditiones... et impressionis eorum Signaculo roboratas.* Infra : *Duo regalia præcepta Caroli Magni videlicet ejusque gloriosissimi filii Ludovici, et certa Signaculorum eorum impressione diligenter notata.* Adde Joan. Sarisberiensem Epist. 158. Utuntur Jurisconsulti aliquot, atque in iis Caius in Instit. pro sigillo, leg. 4. Cod. Th. de Administr. et peric. (3, 19.) etc.

\* *Seignau*, pro Chirographum, nominis subscriptio, in Assis. Hierosol. cap. 4 : *En chascune churte avoit le seu et le Seignau dou roy et dou patriarche auct.*

**SIGNACULUM**, Signum crucis, *le Seing de la croix.* Statuta Ordinis de *Sempingham* : *Post erectionem autem et Signaculum... dicat Prior illorum, Deus in adiutorium.* Vita MS. S. Arigii Episcopi Vapincensis ex Cod. Silviniacensi : *Sed Sanctus Dei Signaculum Christi faciens, etc.* Le Roman de Roncevaux MS :

Sa main leva, si a fait son Signacle.

**SIGNACULUM**, Baptismus. [Tertull. de Spect. cap. 4 : *Ne quis argumentari nos putet, ad principalem auctoritatem convertat ipsius Signaculi nostri. Cum aquam ingressi Christianam fidem in legis suæ verba profiterentur.* Infra cap. 24 : *Hoc erit pompa diaboli, adversus quam in Signaculo fidei egeramus. Signaculum frontium vocat lib. 3. adv. Marc. cap. 22. Inscripta oleo frontis Signacula, apud Prudent. Psychom. v. 360.] Occurrit præterea apud Ruffinum lib. 1. adversus Hieronymum initio et Anonymum de Hæreticis non rebapt. pag. 131. Capit. Caroli M. lib. 5. cap. 95. [\*\* 161.] : *Synbolum, quod est Signaculum fidei, et oratio-**

*nem Dominicam discere semper admoneant Sacerdotes populum Christianum.* Admonitio Imperatoris Carli M. ad Presbyteros, in Capitulari dato apud Saltz, cap. 3 : *Ut (Sacerdos) Signaculum et baptisterium memoriter teneat. Capitula S. Bonifacii Mogunt. cap. 16 : Ut unusquisque Episcopus in sua parochia diligenter discutiatur suos Presbyteros, et faciat ut illorum Signacula et baptisteria bene faciant, etc.* Concilium Metense ann. 888. cap. 6 : *Nullus alteri suscipiat a fonte infantem, nisi qui apprime Signaculum, id est abrenuntiationem diaboli et professionem Catholicæ fidei tenuerit.*

† **SIGNACULUM CORPORIS**, Circumcisio dicitur, Tertull. Apolog. cap. 21.

**SIGNACULUM**, Nota Militiæ, seu, qua quis in militem adscribebatur. Passio S. Maximiliani : *Dion dixit ad officium, Signetur. Cumque resisteret Maximilianus, respondit, Non possum militare. Dion dixit, Milita, ne pereas. Maximilianus respondit, Non milito... Dion ad Maximilianum dixit : Milita et accipe Signaculum. Respondit, non accipio Signaculum. Dion ad officium dixit : Signetur. Cumque reluctaret, respondit, non accipio Signaculum sæculi, et, si signaveris, rumpo illud, qui nihil valeo. Ego Christianus sum, non licet mihi plumbum collo portare post signum saluturæ Domini Jesu Christi, quem tu ignoras, etc.* Ex quibus colligi posse videtur, *Signaculum* istud plumbeum aliud fuisse a stigmatate, quo notari tirones consuevisse observant, qui de militia Romana scripserunt, atque in primis Stevechius, Salmasius, et alii. Nam ejusmodi Signaculum plumbeum collo aptabatur. Cujusmodi vero illud fuerit, nescio traditum.

1. **SIGNALE**, Signum, Gall. *Signal.* Fori Oscæ ann. 1247. fol. 3 : *Dominus villæ licite sine injuria poterit Signale mittere in casas, aut in corpore de illo homine, nisi habuerit easas.* Fol. 14 : *Et ista fidantia debet esse habitator et hæres ejusdem loci, ubi manet actor, et debet habere pignora, aut esse de Signale, unde possit distringi.* Fol. 18 : *Et si forte eam (hæreditatem venditam) reddere non vult emptor, ostendit ei Signul, et præparet ei denarios, quos constitit. Agitur de retractu. Observantia Regni Aragon. lib. 3. tit. de Emptione : Si aliquis emerit aliquid, et uliquid dederit pro Senyul et pagu, non potest vendi duplando el Senyal.*

\* Inter varias vocis *Sennal* apud Hispanos notiones, pro Arrha interdum usurpat, quo sensu accipi videtur in Foris Oscæ fol. 18.

2. **SIGNALE**. Charta Willelmi Comitis Pontivi ann. 1205. in Historia Eccles. Abavillensis cap. 26 : *Census annuales tam in Abbavilla, quam alibi : Signalia in cambis Abbavilla, quatuor modios frumenti in festo omnium SS. de molendino, qui dicitur Comititis, etc.*

\* Signum vini, alteriusve rei venalis, Gall. *Enseigne.* At nescio quæ pars sit molendini, quæ *Signal* nuncupatur, in Lit. remiss. ann. 1384. ex Reg. 126. Chartoph. reg. ch. 50 : *Lequel Thomas prit un grant levier, dont l'en levait la mole dudit moulin, et comença à monter à l'eschielle dudit Signal, etc.*

† **SIGNANTER**, Aperte, distincte. Hier-

onymus adv. Jovinian. lib. 1. cap. 7. extr. : *Signanter et proprie supra dixerunt. Signanter et breviter omnia indicare, apud Auson. in Gratiarum act. Signate, eadem notione, utuntur Gellius lib. 2. cap. 6. Ammianus lib. 22. cap. 15. et alii.*

† **SIGNANTER**, Præcipue, in primis. Byzynius in Diario belli Hussit. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 147 : *Graves contentiones et guerræ his diebus, inter Reginam et Barones et inter Pragenses, occasione liberandæ religionis Christi et veritatis; et Signanter calicis communionis... insurrexerunt.*

† **SIGNATE**, Eodem significato, in Charta ann. 1227. ex Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 914 : *Ego Radulfus de S. Vandregesillo dictus Picerna, qui Signate debebam discos et patellas quocunque abbatiæ S. Vandregesilli hæreditarie reparare, sicut famulus serjantariæ dicti officii, dedi et concessi Deo et abbatiæ S. Vandregesilli... quidquid mihi pertinebat hæreditarie ratione dictæ serjantariæ et dicti officii in liberatione panis, pisorum et omnium ferculorum, etc.*

**SIGNANUS**, pro Antesignanus. Joan. Mon. in Vita S. Odonis Abbatis Cluniac. lib. 1 : *Factus est ille, qui antea fuerat secutor, postea Signanus.*

1. **SIGNARE**, Signum crucis digitis ac manu effigere. [Tertull. lib. 2. ad uxorem cap. 5 : *Cum lectulum, cum corpusculum tuum Signas.*] Gregorius M. lib. 4. Dialog. cap. 38 : *Tunc fratres cæperunt ei dicere... Signum tibi sanctæ crucis imprime. Respondit ille, dicens, Volo me Signare; sed non possum, quia squamis hujus draconis premor.* Leo IV. PP. de Cura Pastoralis : *Calicem et obtutum recta cruce Signate, id est, non in circulo et varicatione digitorum, ut plurimi faciunt; sed districtis duobus digitis, et pollice intus recluso, per quos Trinitas innuitur. Occurrit præterea apud Messianum in Vita S. Cæsarii Arelat. pag. 252. Augarum in Actis S. Theodori Ducis n. 17. Baudoviniam in Vita S. Radegundis, Fortunatum in Vita S. Albini Episc. Andeg. n. 16. Notgerum Episcopum in Vita S. Hadelini n. 15. etc. Le Roman de Garir MS :*

Saingna son chef, s'a l'image enclioée.

Le Roman de Parise la Duchesse MS :

Il a levé sa main, si a Segné son front.

Le Roman de la prise de Hierusalem MS :

Les funs fait aprester, s'es a mult bien Seguez.

\* *Sengnieller*, eadem notione, in Lit. remiss. ann. 1432. ex Reg. 175. Chartoph. reg. ch. 233 : *Icellui Pitot se Sengniellu et chey en telle foiblesse de corps, que assez tost après il ala de vie à trespassement.*

**SIGNARE**, pro Subscribere. Vide infra *Signum*.

**SIGNARE**, Signum crucis ad peregrinationes vel expeditiones Hierosolymitanas, vestibus assuere, apud Cæsarium lib. 1. Miracul. cap. 6.

\* Bonincont. Hist. Sicul. part. 1. apud Lam. in Delic. erudit. pag. 331 : *Defecissent item ea tempestate Tudertini et Romani, nisi legutus Apostolicus, qui urbi præerat, capita Apostolorum per urbem detulisset, populunque Romanum contra Fridericum*



*Signavisset, tanquam contra infideles, pu-  
gnaturum.*

**SIGNARE**, Idem quod *Consignare*, Con-  
firmationis Sacramentum conferre, apud  
Martinum Bracarensem cap. 52. in Conci-  
lio Hispalensi II. can. 7. etc. *Signare Chri-  
smate*, apud Gregorium M. lib. 3. Epist.  
Acta S. Valentini Presbyt. : *Tribus autem  
consummatis diebus, die sancto Dominico  
baptizavit Asterium cum omni domo sua ;  
et vocavit ad se S. Castillum Episcopum,  
qui veniens Signavit Asterium cum omni  
domo sua, animas fere promiscui sexus  
numero 44.* Vide Menardum ad Sacrament.  
Gregor. pag. 108. et seqq.

† **SIGNARE TERRAS**, dicitur cum certis  
signis significatur non licere in eas animalia  
pascenda immittere. Provinciales dicunt  
*Signar lei restouble*, cum acervis terreis  
indicant agrum non depascendum. Charta  
ann. circ. 1317. ex Schedis Præs. de *Ma-  
zangues* : *Nec etiam in terris laboratis tem-  
pore quo bladarentur, vel si Signatae fuerint  
pro defendendis ; si vero non bladarentur,  
vel si Signatae non fuerint pro defendendis,  
avere hominum et domini dicti castri possit  
libere pascere.* *Signer*, pro signo notare,  
Gall. *Marquer*, in Statuto Johannis Reg.  
Franc. ann. 1355. tom. 3. Ordinatio. pag.  
35. Vide *Wiffa*.

**SIGNARE**, ΣΥΓΜΑΤΙΣΤΕΙΝ, Reis stigma vel si-  
gnum imprimere. Consuetudines Valentiae  
in Aginncusi pago, descriptae in Regesto  
Constabulariae Burdegal. fol. 142 : *Qui  
furatus fuerit rem valentem ultra 5. solid.  
prima vice Signetur, etc.* [Vide *Signatio*.]

\* 2. **SIGNARE**, Proderc, palam facere.  
Mirac. S. Germ. Autiss. tom. 7. Jul. pag.  
258. col. 2 : *Quod Paulus Apostolus se  
metuere significans, fatetur se audisse ar-  
cana verba, quæ non licet homini loqui. Et  
Johanni præcipitur, ne Signet, quæ locuta  
sunt septem tonitrua.* Vide ibi notam do-  
ctorum Editorum.

\* 3. **SIGNARE**. Vide post *Signum*, 9.  
**SIGNARIUS**, ΣΩΔΙΣΤΡΟΣ, in Gloss. Gr.  
Lat. id est signorum seu statuarum artifex,  
qui *Signifex* dicitur Marciano Capellæ lib.  
2. Apuleio lib. 2. Arnobio lib. 6. Sidonio  
lib. 6. Ep. 12. et aliis. [Charta ann. 1047.  
ex Tabul. S. Victoris Massil. : *Hæc autem  
terra habet consortes.... a meridie terra de  
Stephano Signario.*]

† **SIGNARIUS**, Signifer, vexillarius. *Ve-  
get.* lib. 2. cap. 16 : *Omnes autem Signarii  
vel signiferi quamvis pedites, loricas minores  
accipiebant.*

† **SIGNATE**. Vide supra in *Signanter*.  
**SIGNATI**. Capitulare 3. ann. 803. cap.  
24. lib. 4. Capit. Append. 2. § 14 : *De  
Signatis, qui mentiendo vadunt.* Qua voce  
videntur intelligi ii, qui Catechumeni per  
signum crucis, quo in frontibus signaban-  
tur, facti, a proposito et Christianæ reli-  
gionis amplectendæ consilio recedebant, et  
ad priorem vomitum revertebantur. Cate-  
chumenos autem per signum crucis, quo  
signabantur in fronte et pectore, ad reli-  
gionem Christianam admissos, testatur S.  
Augustinus lib. 1. Confess. cap. 11. lib. 2.  
de Symbolo ad Catech. lib. de Catechi-  
zandis rudibus cap. 20. 26. et lib. 2. de  
Peccator. merit. et remiss. cap. 26.

**SIGNATICUS**. Julius Africanus lib. 6. Hist.

Apostolicæ extrinsece : *Fueruntque omnia ex  
quadratis marmoribus Signaticis extracta,  
et canera ipsa laminis aureis suffixa.* Id est,  
ni fallor, sculptis.

† 1. **SIGNATIO**, Benedictio quæ fit signo  
crucis. Vetus Cæremoniale MS. B. M.  
Deaurata Tolos. : *Et dicta Tercia, cbdoma-  
darius cum uno puero facit circuitum cum  
aqua benedicta reservata de die precedenti  
in Signatione fontium ; quia isto die (Paschæ)  
ob honorem Signationis fontium diei prece-  
dentis, non signatur aqua in choro, prout  
est consuetum aliis diebus Dominicis.* Nuda  
pro signo crucis, apud Tertull. lib. 2. ad  
Uxor. cap. 9. Vide *Signatus*.

† **SIGNATIO**, Sigilli impressio, in Cod.  
Theod. leg. 19. de Annoña lib. 11. tit. 1.  
Vide *Signum* 2.

† **SIGNATIO**, Reis stigmatis vel signi im-  
pressio. Charta ann. 1270. apud Stephanot.  
tom. 3. Antiq. Bened. Pictav. MSS. pag.  
888 : *Bassa mutilatione quæ extenditur ad  
membrorum mutilationem, deportationem  
seu fornicationem vel forbanicæ, aut Signa-  
tionem, seu ad aliam pœnam minorem tan-  
tummodo remanentem, etc.* Vide *Signare*.

\* 2. **SIGNATIO**, Subscriptio, Gall. *Si-  
gnature*. Stat. comitat. Venais. sub Clem.  
PP. VII. cap. 45. ex Cod. reg. 4660. A :  
*At ubi sola restat Signatio instrumenti, pro  
Signatione illa uno grosso retento, totum  
residuum hæredibus assignabit.* Haud scio  
tamen an non de sigilli appositione sit  
intelligendum. Vide *Signatura*.

† 1. **SIGNATOR**, Qui mensuras publi-  
cas obsignabat, ut legitimæ ostenderentur.  
Charta S. Ludovici ann. 1229. apud Mar-  
ten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1228 : *Verum  
si Signator mensurarum requisitus, vel  
etiam mandatum ipsius mensuram signare  
noluerit, major baillivus meus qui apud ca-  
strum Radulfi inventus fuerit, super hoc requi-  
retur.*

\* *Seignier*, Signare, nostris, pro *Marquer*.  
Charta ann. 1296. ex Chartul. 23. Corb. :  
*Lagarde de l'estalon, du patron et du seing  
demourront en la ward du maieur et des  
jurés de Corbie, et le bailleront à la justice  
et as eschevins des devant dits religieux,  
toutes fois que mestier sera, pour justifier et  
de Seigner mesures.* Reg. feud. comitat.  
Clarimont. ex Cam. Comput. Paris. fol.  
109. vº : *Item a ledit Guillaume le droit da  
saing à la fleur de lis, à Seigner les mesures  
à blé et à aveinne, à potages, à sel, à vin.*

† 2. **SIGNATOR**. Bulla Urbani II. PP.  
ann. 1088. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ.  
novæ edit. col. 351 : *Datum Romæ XIX. Cal.  
Januarii per manum Johannis diaconi san-  
ctæ Romanæ Ecclesie P. Signatoris D. Ur-  
bani, etc.* Leg. Præsignatoris. Vide in hac  
voce.

† 3. **SIGNATOR**, Testis. Vide infra *Si-  
gnum* 2.

**SIGNATORIUM**, Annulus signatorius.  
Gloss. Gr. Lat. : Σφραγιστήριον, *Signaculum*,  
*Signatorium*. Occurrit apud Avitum Episc.  
Viennensem Epist. 78.

† **SIGNATURA**, Subscriptio. Acta S.  
Alenæ tom. 3. Junii pag. 397 : *Datum....  
sub contrasigillo nostro ac secretarii consilii  
Vicariatus nostri Signatura, etc.* Occurrit  
apud Sueton. Ner. cap. 17. pro sigilli im-  
pressione.

† **SIGNATURA**, Vox Curie Romanæ,  
Breve apostolicum, quo supplicanti ali-  
quid conceditur sub hac forma ab ipso  
Pontifice scripta, *Fiat ut petitur*; vel sub  
hac voce, *Concessum*, ab alio coram Papa  
supplicationis adscripta. *Simplices Signatu-  
ræ, aut sine plumbo diplomata*, in Conventu  
Episc. Gall. apud Melodunum ann. 1548.  
tom. 7. Miscell. Baluz. pag. 106. et 115.  
Charta ann. 1487. in Bullar. Carmelit.  
pag. 394. col. 2 : *Cujus supplicationis solam  
Signaturam manu sua propria more solito per  
Fiat ut petitur signatam volebat sufficere.*  
Adde Conc. Hispan. tom. 4. pag. 402. Vide  
Exposit. compendiosam benef. fol. 55.

† 1. **SIGNATUS**, Signo crucis benedictus,  
consecratus. *Candela Signata*, in Miracul.  
MSS. Urbani V. PP. Massiliensibus vulgo  
aliisque *Candele signade*, quomodo *Pan  
signat* vocant panem benedictum. Vide  
*Signare* et *Signatio*.

\* 2. **SIGNATUS**, Hæredes, posteri, suc-  
cessores. Charta ann. 1090. in Chartul. S.  
Joan. Angeriac. fol. 93. vº : *Item concessit  
atque donavit eidem Oddoni et Signatibus  
suis, tam ipse quam filii sui, etc.* Facile  
legendum *Sequacibus* monerem, nisi *Si-  
gnance* Gallicæ, pro *Suite*, occurreret. Vide  
supra *Sequaces* et *Sequela* 8.

\* **SIGNES**, Egyptii mensuras viarum  
vocant, quas Galli leugas, Græci stadia,  
Latini miliaria vocant. Glossar. vet. ex  
Cod. reg. 7613.

† 1. **SIGNETA ORATIONIS**, Globuli serti  
precatarii, Gall. *Chapelet*. Sebast. Perusi-  
num in Vita B. Columbæ Reatinæ tom. 5.  
Maii pag. 376 : *Ex opposito est effigies ip-  
sius dominæ Honestæ, flexis genibus mani-  
busque junctis, orationis Signetis pendenti-  
bus, quasi precatur.*

† 2. **SIGNETA**. Consuetud. Universit.  
Paris. per Robert. Goulet fol. 15 : *Præterea  
magna cum pompa fit modus Signetorum in  
qualibet facultate ; quoniam licentiandi eli-  
gunt inter se aliqua certa loca, utpote colle-  
gia honorabiliora pro dictis Signetis ceel-  
brandis, et in quolibet quinque, sex aut  
septem, vel octo prout exigit numerus : id-  
que expensis communibus præparantur loca  
cum tapetis et vasis aureis et argenteis, op-  
timoque vino et speciebus sumendis per  
dom. Doctores et alios assistentes, vel ingre-  
dientes et per omnes post ipsum actum debite  
completum, Rectore semper ipsius Universi-  
tatis assistente. Signeta autem dicuntur ille  
actus solennis qui fit pridie licentiarum, ubi  
comparent illi de illo Signeto recti secundum  
ordinem scolæ, et ibidem dom. Rector... et  
infiniti alii in scannis ornatis sedentes. Et  
hora assignata venit paranymphus seu lega-  
tus dom. Cancellarii cum ornamto ad hoc  
deputato.... per quem licentiandi invitantur....  
ex parte predicti Cancellarii ad diem crastina-  
nam in aula dom. Parisiensis Episcopi gra-  
dum licentiarum accepturi.* Vide supra in  
*Paranymphus* 2.

**SIGNETUM**, Parvum sigillum, quod *Se-  
creti* vulgo appellatur, quo *literæ clausæ* sigil-  
lantur, ex obsoleto Gallico *Signet*. [Charta  
ann. 1359. apud Lobinell. tom. 2. Hist.  
Britan. col. 499 : *Donné à Nantes... subz  
nostre Signet de secret.* Alia ann. 1383. ibid.  
col. 638 : *Nous avons fait mettre nostre  
grand seel à cestes presentes o le Signet secret*



de noz chevances. Charta ann. 1387. apud Menester. Hist. Lugdun. pag. 130 : *In quibus (litteris) affixa sunt Signeta dictorum dominorum.* Charta ann. 1399. ex Tabul. B. M. de Bono-nuntio Rotomag. : *Datum sub sigillo magno curiæ nostræ Rothomagensis una cum Signeto nostri officialatus.* Charta ann. 1424. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *Litteras sigillatas cum nostri impressione Signeti.* Statuta Davidis II. Regis Scotiæ cap. 18 : *Sub quocunque sigillo, magno, secreto vel parvo, seu Signeto.* Statuta Roberti III. cap. 1. § 5 : *Statutum est etiam, quod quilibet Baro, vel alius tenens de Rege, habeat sigillum proprium, ad serviendum Regi, ut de jure tenetur, ... et quod sigilla sint, et non Signeta, sicut ante ista tempora fieri consuevit.* Henricus de Knyghton : *Similiter dicebatur, quod quidam Miles Angliæ mittebatur... Capitaneo Calesiæ cum litteris Signeto Regis signatis, ut redderet ei villam Calesiæ.* Vide *Sigillum secreti.*

¶ **SIGNETUS**, Eadem notione. Statuta S. Claudii ann. 1448. pag. 49 : *Qui sigilla vel Signetos predictos, aut eorum aliquod vel aliquos penes se habuerint vel sciverint per aliquos detineri, etc.*

¶ **SIGNETUM**, Chirographum, Gall. Seing. Charta ann. 1454. ex Tabul. Sangerm. : *Teste Signeto meo manuali huic presentis scedulae appposito.*

\* Hæc clariora videntur, quam ut ad aliam notionem detorqueri possint. *Seingnie*, eodem sensu, in Lit. ann. 1343. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 602 : *Et je Nicolas Bourderel... ay seellé ces présentes lettres du seel de la prevosté doudit Chaumont et de mon propre seel en contresseel, avec les Seingniez desdiz jurez.* Hinc *Signet*, *Schedula signeto subscripta*, in Lit. remiss. ann. 1402. ex Reg. 157. Chartoph. reg. ch. 356 : *Et fu mis (l'enfant) lez sa mere en terre sainte, ... par la licence du Signet de la parroisse et église S. Piat.* Aliud vero sonat vox eadem *Signet*, *Signum nempe et rei alicujus simulacrum*, in Arest. parlam. Paris. ann. 1380. ex Lib. nig. prior. S. Petri Abbavil. fol. 150. vº : *Lesquelx margestiers, ... en Signet et par maniere de représentation, mirent et estendirent un drapeau d'or ou poile bordé de noir sur un lettrin, assis sur la fosse dudit feu Jacques.*

¶ **SIGNETUM**, Alia notione. Ordinar. vetus Ambianense : *Quia firmarius thesaurariæ cum duobus clericis parochialibus hujus ecclesiæ debent cantare quotidie, et ob hoc dictus firmarius debet habere tres denarios super quodlibet Signetum Purificationis.* Vide in *Signum 2.*

\* **SIGNICALE**. Ceremon. Rom. MS. ubi de exequiis cardinalis fol. 26 : *Sub castro doloris erit pannus aureus cum armis defuncti, et duo Signicalia nigra ad caput lecti, et ad pedes duo pilea rubea ipsius defuncti.* Sed legendum forte *Cervicalia*.

¶ **1. SIGNIFER**, Zodiacus, apud Rhabanum lib. de Computo cap. 38 : *Zodiacus vel Signifer est circulus obliquus duodecim signis constans, etc.*

¶ **2. SIGNIFER CURIÆ**, Dignitas apud Lusitanos. Charta æræ 1142. Alphonsi Reg. Lusitan. pro Monast. Claravallensis ex ejusd. Tabul. : *Facta Charta in ecclesia Sa-*

*noeccnsi* IV. *Calendas Maii...* Petrus Pelai-des curiæ Signifer confirmavit. *Fuas Reapinius Colimb. Præfectus confirmavit.*

**SIGNIFERIA**, Dignitas *Signiferi*, Vexillarii. Occurrit in Gestis Consulium Andegavensium cap. 8. num. 25.

¶ **1. SIGNIFICANTIA**, Res, negotium, qua notione *Chose* dicimus. Anonymus in Mirrac. S. Bertini lib. 2. cap. 4 : *Conferentesque non sine nutu Dei talem Significantiam fieri, etc.*

\* **2. SIGNIFICANTIA**, Significatio, scñsus, nostris alias *Senefianche*. Glab. Rodulph. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 3 : *Subsequitur olfactus, qui aëris et fortitudinis Significantiam sorte exprimit. Gustus namque sutis convenienter aquæ et temperantie parem portendit Significantiam.* Bestiar. MS :

Entre tous les autres oisiaus,  
Est li coulons tous li plus biaus,  
Et en boine Senefianche,  
Saint Esperit en sa samblanche  
Descendi au baptesement  
De Jhesu Crist veraicment.

**SIGNIFICARE**. Vide *Signum 2.*

¶ **SIGNIPOTENS**, Miraculorum patratore, epitheton S. Martini. Gesta Consulium Andegav. cap. 3. n. 10 : *O admirabilem per omnia virum (Martinum) qui dum adverteret Signipotens appellatus, etc.* Vetus Ceremon. MS. B. M. Deauratæ Tolos. : *Ad vesperos super psalmos, antiphona, Martinus Signipotens, Psalmi feriales.*

¶ **SIGNOCHRISTUS**. Vide in *Signum 1. SIGNORATICUM*. Vide in *Senior*.

¶ **SIGNORESSA**, Domina. Testam. Rostagni de Podio alto ann. 1261. apud Acher. tom. 8. Spicil. pag. 243 : *Et dimitto eam dominam et Signoressam omnium rerum rucarum, quandiu sine viro esse voluerit.* Vide in *Senior* et *Segnioressa*.

¶ **1. SIGNORIA**, Dominium, dominatio, Gallis *Seigneurie*. Charta ann. 1239. apud Stephanot. tom. 10. Fragm. MSS. pag. 443 : *Excommunicamus omnes illos qui scientes jurisdictiones, dominia et Signorias et alia ad nos et Ecclesiam Arelatensis pertinentia... occupaverunt, occupant, vel occupabunt.* Charta ann. 1265. in Corp. Diplom. tom. 1. pag. 123 : *In possessionibus, juribus et Signoriis eorum, et reducere et conservare... promiserunt.* Vide *Segnorica*.

\* *Sieurie*, eadem acceptione, in Charta Joan. comit. Andegav. ann. 1282. in Hist. Sabol. pag. 112 : *Avons ce jour baillé... à messire Henri de Craon nostre gendre, et à Annes nostre fille la proprieté et la Sieurie de Rochefort.* Non alio sensu *Sontise*, ni fallor, in Ch. Joan. de Chalon comit. ann. 1276. inter Probat. Hist. Autiss. pag. 65. col. 1 : *Otroions au devant dites nonnains, que ciles paisiblement se puissent acroistre des-cy-en-avant tojors mes, sans contredit, au tote nostre Sontise, ou que celle soit, et especialement en ladite Sontise de S. Gervais, mais que ce ne soit en noz fiez et en noz rieresfez, jusqu'à vint livres de terre à Parisis.*

¶ **2. SIGNORIA**, Gall. *Seigneurie*. Vide supra in *Segnorica*.

\* **SIGNULUM**, Campanula, diminut. a *Signum*, Campana. Charta ann. 1092. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 480 : *Ea tamen*

*conditione, ut si totus episcopatus interdictus fuerit, uno Signulo tantummodum populus conveniat.*

**1. SIGNUM**, Consignatio, signum crucis. Honorius Augustod. lib. 1. cap. 57 : *Per totum Canonem viginti et tria Signa fiunt. Mox : Tribus autem digitis Signa facimus, quia Trinitatem exprimus.* [Canones Hibern. cap. 11 : *Terminus sancti loci habeat Signa circa se.*] Atque inde

**SIGNUM DEI**, *Signum Domini*, *Signum Christi*. Ugutio : *Signum Dei, signum crucis, vel Crux* : quem, nescio an recte arguerit Lazarus Baiffius lib. de Vasculis pag. 106. tametsi constet, si Legem *Tittan*, quam laudat, is respexerit, in qua *signum Dei*, pro cuiusvis Dei simulacro sumitur, falsum fuisse. Lactantius lib. de Mortibus Persecutor. n. 44 : *Commonitus est in quiete Constantinus, ut cæleste Signum Dei notaret in scutis.* Idem num. 10 : *Imposuerunt frontibus suis immortale Signum.* Ita lib. 4. Institut. cap. 27. *Simulacrum Dei*, in eodem lib. de Mortib. Persecut. num. 12. Africanus lib. 6. Hist. Apost. : *Signum Dei sui in frontibus nostris digitis suis facientes, etc.* Occurrit præterea in Vita S. Valerici cap. 21.

**SIGNUM DOMINI**, Eadem notione, apud Paulinum Epist. 12. et eundem Africanum lib. 7 : *Et percussiones eorum facto Signo Domini procurabat.*

¶ **SIGNUM DOMINICUM**, Eodem intellectu, in Actis S. Saturnini apud Baluz. tom. 2. Miscell. pag. 57 : *Cum bellica tuba caneret, dominica Signa gloriosi martyres erexerunt; ibique celebrantes ex more dominica sacramenta, etc.*

**SIGNUM CHRISTI**. Julius Africanus lib. 6. Hist. : *Et cum hæc feceritis, imponemus manus nostras super capita vestra, et Signum Christi faciemus in frontibus vestris, etc.* Vita S. Basiliæ apud Herivæum Archiep. Remensem de poenitentia cap. 7 : *Et continuo apprehendens manum ejus, faciens Christi Signum in ipso, et orans, etc.* Vita MS. S. Arigii Episc. Vapincensis : *At ubi orationem complisset, signam Christi super plagam faciens, etc.* *Signaculum Christi*, paulo ante. Vita S. Tillonis Monachi cap. 20 : *Cum super vulnus plenum verribus Christi Signum deprimeret, repente mortui sunt vermes.* Formula signandi Catechumens in fronte, apud Menardum ad Libr. Sacramentor. Gregorii pag. 131 : *Signum Salvatoris Domini nostri Jesu Christi in fronte tua pono. Signum Salvatoris Domini nostri Jesu Christi in pectore pono.* [Canones Hibern. cap. 11 : *Ubi cumque inceneritis Signum crucis Christi ne leseritis.*] Will. Brito lib. 8. Philipp. :

Spe ducti veniæ Christi sua pectora Signo  
Consignant.

Hinc *Signa Christi*, et *Signo-Christas Gabathas* vocat Anastasius Bibliothecarius Lychnuchos, in modum crucis confectos, de quibus egimus in Descript. S. Sophiæ num. 48. In Leone III. PP. pag. 143 : *Gabatas fundatas Signochristas, quæ pendunt in quadriporticu.* In Gregorio IV. PP. pag. 165 : *Signum Christi habet navicellas duas, et murenas tres.* Pag. 189 : *Gabathas de ar-*



gento purissimo numero 6. tres quidem filopares signo Christi, et duas etiam similitudinem palmarum, et unam interrasilem, quæ est saxisca, pens. simul libr. 4. Χριστοφόρον σημειών, in Menæis in S. Zacharia sutore 17. Novemb. Vide Glossar. med. Græcic. voce Σηγάριον col. 1366.

SIGNUM FIDEI dicitur Alvaro in Hymno in S. Eulogium :

Tunc Signo fidei pectora servulus  
Armat deifice, etc.

\* Nostris *Sinacle*. Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 163 : *Fault faire pluseurs Sinacles de la croix, etc.* Hinc

\* SIGNUM RAMISPALMARUM, pro Solemnis palmarum benedictio, in Dominica ejusdem nomenclaturæ. Comput. ann. 1381. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 34. col. 1 : *Solvi duobus hominibus banneriis, qui vacaverunt per totam diem ad mundandum planum de foro bovum in vigilia Ramispalmarum, quia ibi debebat fieri Signum Ramispalmarum... Quia dominus episcopus Nemausensis, fecerit dictum Signum Ramispalmarum.*

\* SIGNA, nude appellantur Cruces, vexilla, aliaque ejusmodi, quæ in processionibus deferuntur. Ordinar. MS. S. Petri Aureæ-val. ubi de processione S. Marci : *Omnes ordinate exeant prædictam ecclesiam, Signis præcedentibus.* Infra ubi de Rogationibus : *Vexillo et cruce præcedentibus.* *Signa victricia nuncupantur in Chron. Sublac. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 1047 : Constituit (Joannes abbas) ut in festivitate patris Benedicti faciant solemnem processionem ad Specum omnes vestiti cappis, præcedentibus eos famulis, cum victricibus Signis.*

\* SIGNUM CRUCIFIXI, Imago Crucifixi. Pontif. Mogunt. MS. fol. 7 : *Hic sacerdos (ante Canonem) osculetur altare, deinde Signum Crucifixi sive textum.*

2. SIGNUM, Veteres appellabant sigillum, quo signabantur testamenta aliave acta : unde *Signatores* Seneca lib. 2. de Benefic. dicti, qui ad syngraphas firmandas vel ipsa testamenta advocabantur, eaque sigillis suis firmabant. Collatio Carthagin. II. cap. 53 : *Custodes edicant, utrum Signa cognoverint? Leo Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit : Agnosco sigillum meum. Marcellinus V. C. Tribunus et Notarius dixit : Quoniam ab utraque parte impressionem Signorum agnitam constat, ea, quæ præcepi, a Notariis relegantur. Petilianus Episcopus dixit : Sic solent testamenta, non gesta reserari. Ubi signum et sigillum idem sunt, ut et in Collat. III. cap. 220. Proinde *Signata* testamentum, apud Justinianum, recte σφραγίσσειν vertit Theophilus. Hinc subscriptionem semper a signatione distinguunt Jurisconsulti, cum aliud sit *scribere*, aliud *signare*. *Subscribebatur* enim testamentum, deinde clausum lino circumducto *signabatur*. Vide [supra *Sigillum recognoscere*,] et Brisson. de Formul. pag. 572. 655. Sed et testes, qui signabant, iidem et subscribebant testamentum. Unde in leg. 3. Cod. Th. de Testamentis (4,4.), *Signatores et Subscriptores* promiscue appellantur. A tunc ita apud veteres obtinuisse, ait Salmasius lib. de modo Usurar. cap. 11. postmodum vero*

eum invaluisse morem, ut privati testamenta aliaque acta subscribebant, et affixa in imo cera, juxta subscriptionem *Signum* suum imprimerent, quod cum in multis non fieret, sed sola subscriptio apponerebatur, ac vice *Signi*, nota aliqua, quam hodie *Parafum* dicimus, manu propria describeretur; *Signum* pro ipsa subscriptione usurpari cœpisse contendit, idque firmat ex Porcelli Corocottæ testamento, in quo testes ita subscribunt : *Lucanicus signavit. Fergilus navis, etc.* Et ex testamento S. Remigii, quod sic clauditur : *Remigius Episcopus testamentum meum relegi, signavi, subscripsi.* Ubi *signat*, antequam *subscribat*, quod dici non potest de ratione veterum in obsignandis testamentis, quæ subscribebantur, antequam obsignarentur : alias esset ὑπερον πρότερον. Itaque existimat, *signare* et *subscribere* idem unumque hoc loco sonare, et utrumque conjungi ἐπισημασθῆναι gratia. Quod sane sequentia videntur firmare, ubi ita testes subscribunt : *V. C. Pappolus interfui et subscripsi. V. C. Rusticolus interfui et signavi. V. C. Eulodius interfui et signavi.* Et sic cæteri, ubi *Pappolus* voce *subscripsi*, alii *signavi* utuntur, adeo ut idem fuerit *subscribere* et *signare*. Ita in altero testamento Widradi Abbatis Flavinacensis apud Mabillonium, testes) nude se illud *subscripsisse* testatur, non *signasse*. [Idem præterea patet ex Conc. Dertusano ann. 1429. inter Hispan. tom. 3. pag. 652. ubi *Signum* pro subscriptione ponitur : *Publicum instrumentum per alium fidelem scriptum in hac publicam formam redactum retinui, Signoque meo solito signavi.*] Sed quod rem extra controversiam ponere videtur, illud est, quod testamento Remigii appositum legitur : *Post conditum testamentum, imo Signatum, occurrit sensibus meis, ut basilicæ domnorum Martyrum Timothei et Apollinaris missorium argenteum sex librarum ibi deputem, ut ex eo sedes futura meorum ossium componatur.* Vix enim probabile, hæc adscripta, post clausum, et lino circumducto obsignatum testamentum, quod etiam hæc ætate obtinuisse docent primum Widradi testamentum, et Marculfus lib. 2. for. 17. Perpetuus Turonensis Episcopus in testamento suo, a D. Luca Acherio edito, illud sua manu scriptum et subscriptum, non etiam signatum scribit, tametsi claudendum innuat, cum *aperiendum* coram Presbyteris et Diaconibus statuat. Signum tamen a subscriptione distinguit Concilium Toletanum X. cap. 4 : *Scriptis professionem suam faciat a se, aut Signo, aut subscriptione notatam.* Ubi *Signum* est, quod *parafum* dicimus, *subscriptio* vero nominis descriptio. [Eadem distinctio occurrit in lib. 6. Capitul. n. 416 : *Scripturæ quæ... conditoris vel testium fuerint Signis aut subscriptionibus roboratæ, omni habeantur stabiles firmitate.* Neque aliud sonat *Signum* in veteri Charta Securitatis plenariæ, exarata sub Justiniano Ravennæ, apud Brissonium lib. 6. Formul. : *Et ipse eadem manu propria Signum impresserit, testesque, ut subscribebant, rogaverit, etc.* Et infra : *Hanc plenariam securitatem... scribendam dictavi, in qua pro ignorantia literarum subter Signum feci, autoritateque roborata presentibus testibus*

*attuli subscribebant, etc.* Ubi *Signum* nihil aliud est quam *Parafus*, distinguiturque a *subscriptio*ne, seu nominis proprii descriptione.

Sed missa Salmasii sententia de horum vocabulorum et in infima Latinitate notione, quidam existimant signorum nomenclatura donari cœpisse ejusmodi subscriptiones, quod Christiani ad majoris firmitatis argumentum, nominum suorum subscriptionibus *Crucis Signum* præscribebant, quod nude *Signum* vocabant, ut *signare*, signum crucis effingere. Unde Remigius Episcopus *Signat* primo testamentum, hoc est, *Signum* sanctæ Crucis exarat, deinde *subscribit*. Apud nos vero *Subscriptio* præcedit, *Signum* subsequitur : et in Lege Wisigoth. lib. 2. tit. 5. § 1. 12. 15. 17. *Signum et subscriptio* semper junguntur, et a se invicem diversa esse innuuntur. Sane Christianos non alio signo subscripsisse, quam Crucis, probant vetustissimæ Tabulæ, uti in V. *Cruz* observavimus : quod innuere videtur hæc supra allata formula, in qua pro ignorantia literarum subter *Signum* feci, quæ in alia Charta ex Tabulario Casauriensi, cujus meminimus in Dissert. 14. ad Joinvillam pag. 230. ita concipitur : *Et propter ignorantiam literarum Signum S. Crucis feci.* Quid vero cum *Signo* ascriberetur, docet eadem Charta Ravennensis sub finem : *Signum isti Gratiani V. S. Subdianomi literas nescientem, et alia manu sit... scripto.* Et infra, ita Notarius : *Huic plenariæ securitati, sicut superius legitur, de perceptum omnem rem... præsentem Signum fecit, et ei relictum est, Testis subscripsi.* Quæ certe verba Crucis signo descripto subdi, licet passim observare. [Vide Mabill. Diplom. pag. 170. et 634.]

¶ SIGNUM LEVARE, Sigillum solvere, ut videtur, Gall. *Lever le scellé*. Consuet. Furnenses ex Tabul. S. Audomari : *Sed præterea quilibet plegius fugitivus, qui Signum levaverit, vel levare fecerit, nisi per necessitatem,.... emendabit Comiti 60. libr.* Vide supra *Sigillum* 1.

3. SIGNUM, Limes, terminus, finis, Borne. Lex Wisigoth. lib. 10. tit. 3. § 3 : *Quotiescunque de terminis fuerit orta contentio, Signa, quæ antiquitus constituta sunt, oportet inquiri, id est, aggeres terræ, sive arces, quas propter fines fundorum apparuerit fuisse constructas : lapides etiam, quos propter indicia terminorum sculptos constitiverit esse defixos : si hæc Signa defuerint, etc.* Adde § 2. Legem Bajwar. tit. 11. cap. 1. 2. 3. etc. Vide *Procorius, Sinaida, et Wiffa*. [\*\* Chart. ann. 760. apud Brunett. in Cod. dipl. Tusc. tom. 1. pag. 570 : *Constat me Audewald ac die vindidisse et vindidit terra juris mei... hoc est silbula, ab uno latere de subtu curvet fossatum et ab alio latere curre signa, da pede est, etc.... et super ipsa cervu vade Signa inter campu et silva et de alia parte est terra emptori, etc.*]

\* *Signa metalia et Signa granicalia*, in Stat. Sigismundi I. ann. 1523. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 412. et 413. Vide supra *Metalis distinctio*. Unde nostris *Segne*, pro Locus intra certos fines positus. Lit. remiss. ann. 1480. in Reg. 207. Chartoph. reg. ch. 21 : *Icellui Durant fist response*



qu'il ne rendroit pas à icellui Jehan sa coignée pour six pugnieres de blé, pour ce qu'il estoit entré en sa Segne ou bois.

¶ 4. **SIGNUM**, Insigne, *Marque d'honneur*, nostris, Conc. Hispal. inter Hispan. tom. 4. pag. 12 : *Nec (clerici) gestant Signa doctorum, sed birreta.* Chron. Angl. Th. Otterbourne pag. 226 : *Et ut fidem darent snis fictitiis, detraxit de collis quorundam Signa Regis, scilicet collaria, de cætero Signum tale minime deferendum. Detraxit insuper de brachiis domicellorum Signa crescentium, et abiecit.* Hinc

¶ **SIGNUM**, pro Gentilitium insigne. Litteræ Caroli V. Reg. Franc. ann. 1366. tom. 4. Ordin. pag. 676 : *Qui nuntius seu nuntii, poterunt deferre baculos cum Signis regis et Universitatis predictæ.*

5. **SIGNUM**, Milliare, σημεῖον, in Hist. Miscella in Mauricio Imp. ann. 5 : *At vero duces exercitus obviam venerunt ei cum bandis, duobus Signis.*

6. **SIGNUM SERVITIUM**, *Vassalli, seu Homines de Signo servitio, vel de Signo et servitio, qui nostris Consuetudinarij, seu Consumtium, qui servitium domino debent.* Eximius Petri de Salanova Justitia Aragonum : *Si aliqui sunt terras tenentes in aliquo loco, qui terras tenentes sunt de Signo servitio, dubitatur, in quibus teneantur contribuere cum aliis de Signo servitio illius loci, ubi sunt terras tenentes, etc.* Vitalis Oscensis Episcopus : *Sicut quidam infanciones, sicut quidam homines Signa servitii, etc.* Michaël del Molino in v. *Dominus : Domini locorum, qui non sunt Ecclesie, possunt vassallos suos de Signo servitio bene vel male tractare pro libito voluntatis, et bona eis auferre, etiam siti necare, remota omni appellatione : et in eis dominus Rex non potest se intromittere.* Mox addit : *Secus est in dominiis locorum, quæ sunt Ecclesie, Ordinis, aut Religionis, quibus id non licet : deinde rationes disparitatis affert, quas vide, si lubet.* Idem in v. *Vassallus : Vassalli quidam sunt simplices, alii de Signo servitio. Vassallus simplex proprie dicitur ille, qui in alterius villa moratur, quicumque sit, sive ab eo stipendium recipiat, sive non : et talis vassallus pro domino potest facere testimonium. Vassallus autem Signi servitii dicitur ille, qui in alterius villa sedet, et ille exactiones et tributa facit.* Fori Oscæ Jacobi I. Regis Aragon. ann. 1247. fol. 12 : *Si dominus alicujus villæ habet probare aliquid contra aliquem, non potest, nec debet, in ipsa villa, ubi ipse est dominus, dare suos conuensales in testes, nec aliquos de suo Signo, aut honore, etc.* Fol. 25. et 33 : *Infantio, si occiderit hominem Signi Regis, etc.* Fol. 26 : *Plures sunt Signi Regis, qui habent hereditates suas et domos in diversis locis, etc.* Fol. 36 : *Homines servitii, sive Signi Regis.* Et fol. 7 : *Homines de servitio Regis. Hereditates Signi Regis, in Observantiis Regni Arag. lib. 6. de Privilegiis Militum § 4. lib. 9. de Salva infancione § 6. Sive illi homines fuerint de Signo Regis, vel alterius nobilis, lib. 2. de Foro competentis § 24. Vide Foros Aragon. fol. 97. 128. 129. 131. 145. 266. etc.*

\* Idem quod *Consuetudo 4. Signum nude dicitur, in Charta ann. 1133. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 353 :*

*Signum et alia servicia vobis facere debeamus.* Hæc itaque vox eo sensu, uti apud Hispanos, ita et apud Italos aliosque in usu fuit. Vide supra *Servitus 5.*

7. **SIGNUM**, Compendium literæ : cujusmodi fuit ars eorum, qui *notis* scribebant. Glossæ Græc. Lat. : *σημαῖον, Signum.* Σημειογράφος, *Notarius.* S. Hieronymus de Vitando suspecto contubernio : *Extemporalis est dictatio, et tanta ad lumen lucernule facilitate profusa, ut Notariorum manus lingua præcurreret, et Signa ad furta verborum volubilitas sermonum obrueret.* Vide Savaronem ad Sidonium lib. 9. Epist. 9. quem non exserbio.

8. **SIGNUM**, Campana, nola, Italis *Segno*, ut notat Pignorius, σημαντρον, et σημαντρί, Græcis scriptoribus : vide German. Patr. CP. in Hist. Eccl. initio, Nomocanonem edit. a Jo. Bapt. Cotelerio cap. 409. etc. Glossar. med. Græcitat. col. 1359. Lex Salica tit. 35. § 2 : *Si quis cervum domesticum Signum habentem, aut occiderit, aut furaverit. Ubi Signum pro nola interpretatur Bignonius, [quod Eccardo non ardidit : nec injuria; ibi enim sermo est de cervo domestico, cui nota aliqua imprimetur, ut dignosci posset, cum ad alios cervos alienigenos emittebatur, quos nolæ sonus exterrisset.] S. Eulogius in Apolog. : Basilicarum turres everteret, templorum arces dirueret, et excelsa pinnaculorum prosterneret, quæ Signorum gestamina erant ad Conventum Canonicum quotidie Christicolis innendum.* Ericus Monachus de Miracul. S. Germani Autissiod. cap. 51 : *Signa quoque Ecclesie interdum nullo sonante pulsantia, etc.* Eckardus Junior de Casib. S. Galli cap. 14 : *Signumque cursim pulsantes, fratres advocant.* Cap. 16 : *Abbate accito, Signum pulsator ad Capitulum.* Joannes Monach. lib. 1. Hist. Gaufridi Ducis Norman. : *Pulsantur Signa, parietes Ecclesiarum cortinis et patijs adornantur.* Charta Cinda-svinthi Reg. Gothor. in Hispania æræ 684. apud *Yepez* in Chronico Ord. S. Bened. tom. 2 : *Offerimus vasa altaris,.... Signum fusile æneum bonæ modulationis, demulcens auditum.* Utuntur passim scriptores, Gregorius Turon. in Vitis Patrum cap. 8. lib. 2. Hist. cap. 23. lib. 3. cap. 15. Fortunatus lib. 2. Poëm. 19. Eginhardus de Transl. SS. Marc. et Petri lib. 3. cap. 15. Capitul. Caroli M. lib. 6. cap. 168. [\* 171.] Concil. Foro-Jul. cap. 13. Concil. Aquisgran. cap. 145. Alcuinus Poem. 130. Rupertus lib. 5. de Divin. offic. cap. 29. Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccl. cap. 5. et de Vita S. Galli cap. 26. Honorius Augustod. lib. 1. cap. 142. Ordericus Vitalis lib. 3. pag. 487. lib. 10. pag. 782. lib. 12. pag. 855. Ethelwlfus in Abbatibus Lindisfarnensibus cap. 20. Vita S. Leutfredi num. 19. Helgaudus in Roberto Rege pag. 74. S. Anselmus lib. 3. Epist. 20. Hugo Flaviniac. pag. 122. 158. 167. 265. 268. Petrus Venerab. lib. 1. de Miracul. cap. 17. Gaufridus Grossus in Vita S. Bernardi Abb. Tironensis, W. Thorn in Chronico ann. 1086. Chronicon Fontanellense cap. 9. 16. Chronicon Montis S. Michaelis ann. 1131. Monasticon Anglic. tom. 1. pag. 32. etc. Ita Franci nostri vocem *Seint* usurparunt. Le Roman de *Garin* :

Et la Roine mult grant joie li fist,  
Li Seint sonnerent tout contreval Paris,  
Nez Dex tonant ni poit on aoir.

Alibi :

De la cité est issus Anseis,  
Sonnent les eleches et Seint parai la cit,  
Procession ont fait au fil Garin.

Le Roman d'Amile et d'Amy MS :

Sonnant li Seint par toute la contrée.

Le Roman de Parise la Duchesse MS

Les Clerz et les Prevoires à fez trestout mander,  
A grant procession sont au devant alé,  
Et ont fait les Sains de la vile soner.

Computum Stephani de la Fontaine Argentarii Regii ann. 1350. cap. de Obsequiis Regiis : *Pour la peine et salaire de plusieurs valets pour faire sonner les Seints de ladite Eglise.* [Testam. Johanniss Lessillæ ann. 1382. apud Menag. Hist. Sabol. pag. 390 : *Afin que ledit secretain et ses successeurs soient tenus à sonner les Sains, quant l'on fera l'anniversaire pour nous en ladite Eglise.* Sins, apud Beslium in Comit. Pictav. pag. 63.] Adde Chartam Gallicam in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 349. et aliam in Ad-ditamentis ad Matth. Paris pag. 170.

¶ **SIGNUS**, Eadem notione, in Testam. S. Rudesindi ann. 978. inter Conc. Hisp. tom. 3. pag. 184. Vide *Frontale*.

Cum ecclesia alteri subiciebatur, campanam aliquando ceu subjectionis argumentum ex minori in majorem ecclesiam inferebant, ut colligitur ex Charta anno 1060. in Tabular. S. Victoris Massil. : *Facimus guirpitionem sancto Victori Massiliensi et sancto Genesi in territorio de Dromone, qui est obedientia ejusdem S. Victoris.... et propter hoc recipimus unum de majoribus Signis de ipsa obedientia ad honorem de nostra ecclesia.*

9. **SIGNUM**, apud Monachos, dicebatur forma quædam manu aut digitis res quasi-libet, et quæ haberent in mente, vel petere deberent, designandi. Nam cum perpetuum fere silentium observaretur in Monasteriis, et loqui rarissime Monachis liceret in Ecclesia, dormitorio, refectorio, coquina, aliisque claustris officinis, sed et ne vel unam antiphonam aut responsorium, vel aliquid aliud tale absque libro nominare, (unde forte σωπῶντες κήρυκες dicuntur Gregorio Nazianzeno orat. 12. qui scilicet, ut infra ait, σωπῆν λόγου longe τιμιώτερον observabant,) instruebantur novitii, si quidpiam petere aut dicere necesse haberent, id signis innuere, et manu loquaci, ut ait Petronius, seu *linguosis digitis*, ut Senator lib. 4. Epist. 51. complicatis nimirum diversimode, aut expansis digitis indicare. Udalricus lib. 3. Consuet. cap. 3 : *Opus quoque habet, ut Signa diligenter addiscat, quibus tacens quoquo modo loquatur : quia postquam adunatus fuerit ad conventum, licet ei rarissime loqui, et tales in claustris officinæ sunt, in quibus traditum est a patribus nostris et præfixum, ut perpetuum silentium teneatur, in Ecclesia, dormitorio, refectorio, et coquina regulari. In his singulis tam in die quam in nocte, si vel unum verbum quoque audiente loquitur, non facile veniam absque judicio meretur, etc.* Guigo II. Prior Cartusiensis in Statutis ejusdem Ordin. cap. 45 : *In qualibet autem constituti*



obedientiis, cum praelato sibi possunt de necessariis loqui fratres, petita per Signum licentia, habent enim Signa pleraque rusticana, et ab omni facietu vel lascivia aliena, per quæ de his, quæ ad sua pertinent officia rebus vel instrumentis possunt ad invicem commemorari. Joan. Monachus lib. 1. Vitæ S. Odonis Cluniacensis Abbat. : Est et alius inter eos taciturnitatis modus. In competentibus numque horis nemo intra claustra ejusdem Monasterii audebat loqui, nec se cum alio fratre jungere.... Quoties necessitas ad expositendum res instabat, toties diversa Signa invicem faciebant, ad perficienda, quæ vellet, quas puto Grammatici digitorum et oculorum notas vocare consueverunt. Adeo nempe inter eos excreverat ordo iste, ut puto, si sine officio linguæ essent, ad omnia necessaria significanda, sufficere possent Signa ipsa. Infra : Affuit nox, et ecce quidam de pueris Signo secessum nature petiit. Ratbertus de Casib. S. Galli cap. 11 : Cochlearium sibi offerri Signo fecit. Mox : Surgere autem Signo jussus, ut mos loci erat, etc. Cæsarius lib. 1. de Miracul. cap. 1 : Die quadam, cum ei unus Monachorum de Confessione Signum faceret, etc. Concil. apud Castrum Guntheri ann. 1231. cap. 24 : Abbates provideant, quod Monachi sibi subditi sui scient Signa facere. Hinc Joannes Sarisberiensis in Euthetico ad Policraticon :

Si jubet, ut taceas, statua taciturnior esto,  
Nec redimas Signis verba negata tibi.

**SIGNARE**, Signum facere, pro Signis aliquid petere aut innuere, apud Cæsarium Heisterb. lib. 2. cap. 22. lib. 3. cap. 14. 24. 51. lib. 4. cap. 6. lib. 8. cap. 17. lib. 11. cap. 36.

\* **Signer**, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1480. ex Reg. 205. Chartoph. reg. ch. 274 : *Lequel petit Jehan Signa du doy le suppliant, afin qu'il alast parler a lui.* Unde *Seignement*, Actio pantomimica, quæ signis exprimitur, in Reg. 2. Duac. ubi de solemnibus ingressu Caroli ducis Burg. in hanc urbem ann. 1472. fol. 110. r<sup>o</sup> : *Et y avoit tant en ladite rue Nostre Dame, comme au marchié neuf, hours où avoit les neuf histoires des neuf preulx par Seignement sans parler.* Vide in *Signum* 9. Hinc

\* **SIGNARE NAVEM**, Signis, ut accedat, innuere ad debitum vectigal solvendum. Lit. Alf. comit. Pictav. ann. 1269. in Reg. 11. Chartoph. reg. fol. 41. r<sup>o</sup> : *Cum ex parte fidelis nostri Guioneti de Thoarcio nobis datum est intelligi, antecessores sui in possessione fuerunt naves per mare transitum facientes Signandi apud Rupellam, cujusmodi consuetudine uti consueverunt pacifice, etc.*

**RESIGNARE**, pro Signis respondere loquenti per signa, Cæsar. Heisterb. lib. 8. cap. 96.

**SIGNIFICARE**, Idem quod *Signare*, usurpant non semel Usus antiqui Ordinis Cisterciensis cap. 75. 79. 84. 90. Angelrannus in Miraculis S. Richarii Abbatis Centulensis n. 4 :

Sed nondum fuerat, quia tempus et hora loquendi, Astanti turbæ certatim Significare.

Cæpimus, ascendant, rapiant, secumque reducunt.

Statuta Ord. de *Senpringham* pag. 734 : *Minuti caveant, ne mutuo inordinate Si-*

*gnificent, vel loquantur.* Occurrit ibi non semel.

Ejusmodi signorum species varias, a Monachis observandas, pluribus tradit idem Udalricus lib. 2. cap. 4. Sed cum eæ potissimum spectent, quæ ad solum victum indicandum pertinent, longeque plures describantur in libro Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. præstat hoc loco caput integrum exhibere, quod est 25.

De his, quæ ad divinum maxime pertinent officium.

*Pro signo generali libri, extende manum, et move, sicut folium moveri solet.*

*Pro signo Missalis, generali signo præmisso, hoc adde, ut facias signum crucis.*

*Pro signo textus Evangelii, hoc adde, ut in fronte facias signum crucis.*

*Pro signo Epistolaris, hoc adde, ut in pectore facias signum crucis.*

*Pro signo Lectionis, manui vel pectori digitum impinge, et paululum attractum fac resiliere, quasi qui ceram a candelu legentis super folium labefactatum labore unguium expungit.*

*Pro signo Responsorii, articulo indicis pollicem suppone, et ita fac eum resiliere.*

*Pro signo Antiphonæ, vel versus Responsorii, articulo minimi digiti pollicem suppone, et ita fuc resiliere.*

*Pro signo Alleluja, leva manum, et summitates digitorum inflexas, quasi ad volandum, move, propter Angelos, quia eorum Cantus dicitur.*

*Pro signo Sequentiæ, leva manum inclinatam a pectore, eam amovendo inverti, ita ut quæ prius erat sursum, sit deorsum.*

*Pro signo Tractus, traha manum per ventrem de deorsum, quia longum significat, et contra os applica manum, quia cautum significat.*

*Pro signo Libri, in quo legitur ad Nocturnos, præmisso generali signo, et libri, et lectionis, adde, ut manum ponas ad maxillam.*

*Pro signo Antiphonarii, præmisso signo libri, adde, ut pollicem inflectas, propter incurvationes notularum, neumas, quæ ita sunt inflexæ.*

*Pro signo Regulæ adde ut capillum super aurem pendentem cum duobus digitis apprehendas.*

*Pro signo Hymnarii, adde, ut pollicem et digitum ei proximum proferas, summitatibus eorum junctis, quia præsens tempus, vel quod primum est significatur.*

*Pro signo Psalterii, adde ut cavam manum ponas in capite propter similitudinem coronæ, quam Rex portare solet.*

Pro iis, quæ ad victum pertinent.

*Pro signo panis, fac circulum cum pollice, et his duobus digitis, qui sequuntur.*

*Pro signo panis, qui aqua coquitur, adde, ut interiora unius manus super exteriora alterius ponas, et ita superiore manum, quasi unguendo, vel imbuendo, circumferas.*

*Pro signo panis, qui vulgariter Turta appellatur, adde, ut crucem per medium palmæ facias, quia hic panis sic dividi solet.*

*Pro signo dimidii panis, unius manus pollicem cum sequenti digito inflecte, quasi dimidium facias circulum.*

*Pro signo fabarum, primo pollicis articulo*

*sequentis digiti summitatem suppone, et ita fac pollicem eminere.*

*Pro signo milii, fac gyrum cum digito, quia sic movetur cum cochleari in olla.*

*Pro signo pulmenti oleribus confecti, traha digitum super alterum digitum, quasi qui coquendas incidat herbas.*

*Pro signo generali piscium, simulu cum manu motionem caudæ piscis in aqua.*  
Udalric.

*Pro signo sepiarum, divide omnes digitos ad invicem, et ita eos commove.* Udalric.

*Pro signo anguillæ, concludi utranque manum, quasi qui tenet et premit anguillum labentem.* Udalric.

*Pro signo lampredæ, simila cum digito in maxilla punctos, quos lampredu super oculos habet.*

*Pro signo salmonis, adde, ut de pollice et indice circulum faciens oculo dextro circumponus.*

*Pro signo lucii, adde, ut cum manu superficiem nasi complanes : quia hic piscis longum rostrum habet.*

*Pro signo tructæ, hoc adde, ut de supercilio ad superciliam trahas, quia est signum femineæ, quia et tructa femineo genere pronuntiat. Vide Udalric.*

*Pro signo crispellarum, cum pugno accipe crines, quasi volens eos facere crispas.*  
Udalric.

*Pro signo casei, utranque manum conjunge per obliquum, quasi qui caseum premit.* Udalric.

*Pro signo flatonum, præmisso signo panis et casei, unius manus omnes digitos inflecte, et ita manu cava in superficie alterius manus pone.* Udalric.

*Pro signo rufellarum, (ruseolarum Udalric.) præmisso signo panis, simila cum duobus digitis involutiones, quæ in eis factæ sunt.*

*Pro signo lactis, minimum digitum labiis impinge, pro eo, quod sugit infans.* Udalric.

*Pro signo mellis, paulisper linguam fac apparere, et digitos applica, quasi lambere velis.* Udalric.

*Pro signo vini, digitum inflecte, ita labiis adjuuge.* Udalric.

*Pro signo aquæ, omnes digitos conjunge, et per obliquum move.* Udalric.

*Pro signo acti, frica cum digito guttur, quia in gutture sentitur.*

*Pro signo pomorum, maxime pyri vel mali, pollicem cum aliis digitis concludi.*

*Pro signo cerasearum, adde, ut digitum subtilis oculum ponas.* Udalric.

*Pro signo porri crudi, pollicem et digitum ei proximum simul conjunctos extende.*  
Udalric.

*Pro signo alii, seu rafæ, extende digitum contra buccam paululum apertam, propter odorem, qui sentitur ex illis.* Udalric.

*Pro signo sinapis, articulo anteriori minimi digiti pollicem suppone.* Udalric.

*Pro signo cipi, tres digitos aliquantulum inflecte, et sursum tene.*

*Pro signo scutellæ, manum latius extende.*  
Udalric.

*Pro signo justæ, inclina manum cavam deorsum.*

*Pro signo phialæ vitree, præmisso signo cipi, adde, ut duos digitos circa oculos ponas.* Udalric.



Pro signo cappæ, tene oram ejus cum tribus digitis, id est, minimo et duobus sequentibus tene.

Pro signo superpellicii, cum eisdem digitis muniticam ejus tene.

Pro signo mantelli seu pellium, oram eorum tene.

Pro signo pellicii, omnes unius manus digitos expande, et ita in pectore positos contrahe, quasi qui lanam constringit.

Pro signo camisæ, manicam ejus tene.

Pro signo femoralium, adde, ut manum in femore deorsum, quasi qui se femoralibus vestit. Udalric.

Pro signo caligarum, tene, et signum femoralium adde.

Pro signo coopertorii, fac idem signum, quod est pellicii, et adde, ut manum in brachio deorsum trahas, quasi qui se coopertorio tegit.

Pro signo capitalis seu pulvinaris, leva manum, et summitates digitorum inflexas, quasi ad volandum move, postea pone ad maxillam, sicut dormiens solet.

Pro signo corrigiæ, digitum digito circumfer, et de utroque latere confer digitos utriusque manus, quasi qui se corrigiæ cingit.

Pro signo cinguli femoralium.

Pro signo metalli, cum pugno pugnum percutit.

Pro signo cultelli, trahe manum per medium palmæ.

Pro signo vaginæ cultelli, summitatem unius manus in altera manu depone, quasi cultellum mittas in vaginam.

Pro signo acus, signo metalli præmisso, simila quasi in una manu eum teneas, et filum in altera, et mittere velis filum per foramen acus.

Pro signo fili, digitum digito circumfer, et simila quasi mittere velis filum per foramen acus.

Pro signo graffi, præmisso signo metalli, extenso pollice cum indice simila scribentem.

Pro signo tabularum, manus ambas complica, et ita disjunge, quasi aperiens tabulas.

Pro signo pectinis, tres digitos per capillos trahe, quasi qui se pectit.

Pro signo Angeli, fac idem signum, quod pro Alleluia.

Pro signo Apostoli, trahe dexteram deorsum de dextro latere in sinistrum, pro pallio, quo Archiepiscopi utuntur.

Idem signum est Episcopi.

Pro signo Martyris, impone dexteram cervici, quasi aliquid incidere velis.

Pro signo Confessoris, si Episcopus est, fac idem signum, quod pro Apostolo: si Abbas est, fac signum regulæ, capillum comprehendendo.

Pro signo sacræ Virginis, fac signum feminae.

Pro signo festivitatis, fac primo signum lectionis, et profer omnes digitos utriusque manus.

Pro signo Abbatis, capillum super aurem pendentem cum duobus digitis apprehende.

Pro signo Monachi, cum manu capillum tene.

Pro signo Clerici, digitum circumfer auri. Pro signo Canonici regularis, cum pollice et indice simila volentem cum lingua camisæ pectus suam firmare.

Pro signo Laici, mentum tere cum maxilla. Pro signo Prioris, simila cum pollice et indice scillam pulsare.

Pro signo Majoris, adde, ut munum extendas, quod semper aliquid magnum significat.

Pro signo Minoris, extende minimum digitum, quod semper parvum significat.

Pro signo Custodis Ecclesiæ, cum manu simila campanum sonare.

Pro signo Armarii et Præcentoris, interiori superficiem manus leva, et move, quasi innuens, ut æqualiter cantetur.

Pro signo Mugistri Novitiorum, trahe manum obliquam per capillos contra frontem, quod est signum novitii, et digitum pollicis proximum pone subtus oculum, quod est signum videndi.

Pro signo Magistri puerorum, admove minimum digitum labiis, et adde signum videndi.

Pro signo Camerarii, simila denarios numerare præmisso signo Canonici.

Pro signo Cellerarii, simila in manu clavem tenere, et quasi serre infixam evertere.

Pro signo Ortolani, digitum inflecte, sicut qui rastrum dextra [de terra] trahit.

Pro signo Eleemosynarii, trahe manum dextro humero in sinistrum latus, sic enim pera solet a pauperibus portari.

Pro signo Infirmarii, pone manum contra pectus, et adde signum videndi.

Pro signo Refectoriarii, fac idem signum refectiois.

Pro signo Granarii, simila cum ambabus manibus quasi connexis, quasi alicui vasi velis annonam infundere.

Pro signo senis, trahe manum directam per capillos contru urem.

Pro signo pueri, admove minimum digitum labiis.

Pro signo compatriotæ, vel consanguinei, tene manum contra faciem, et medium digitum naso impone, propter sanguinem, qui inde fluere solet.

Pro signo loquendi, contra os tene nunum, et ita eam move.

Pro signo tacendi, super os clausum digitum pone.

Pro signo audiendi, tene digitum contra aurem.

Pro signo nesciendi, cum digito terge labia.

Pro signo osculandi, indicem labiis appone.

Pro signo vestiendi, cum pollice et digito sequente vestem in pectore apprehendens trahe deorsum.

Pro signo exuendi, trahe sursum.

Pro signo comedendi, cum pollice et indice simila comedentem.

Pro signo bibendi, digitum inflexum labiis admove.

Pro signo annuendi, leva manum moderate, et move, non inversum, sed ut exterior superficies sit sursum.

Pro signo negandi, summitatem medii digiti pollicis subpone, et ita fac resilire.

Pro signo minuendi, cum pollice et medio digito perente in brachio, quasi qui minuit.

Pro signo videndi, digitum pollicis proximum pone subtus oculum.

Pro signo lavandi pedes, ambarum manuum interiora ad invicem converte, et itu

superioris manus summitates paululum move.

Pro signo bont, pone pollicem in maxilla, et alios digitos in alia, et fac eos in mento blande collabi.

Pro signo mali, digitis in facie sparsim positus, simila unguem avis aliquid lacerando attrahentis.

Pro cujusque rei, que jam facta sit, tene manum æqualiter contru pectus, et interior pars manus sit sursum versa, et ita eam adhuc plus a pectore sursum move. Hactenus liber Ordinis S. Victoris Paris. dicto capite. Rursum cap. 22. de iisdem signis: Signa etiam, quibus cum necesse fuerit, in silentio, quod opus est, exprimere, etc. Adde [S. Wilhelmi Constitut. Hirsaug. lib. 1. a cap. 6. ad cap. 26. editas in vet. Discipul. Monast.] et Julianum Warnerium in Comment. ad Regulam S. Benedicti.

De ejusmodi apud veteres etiam usitatis digitorum signis multa congesserunt Rabanus Maurus de Computo cap. 6. Hugo a Porta lib. 1. de Furtivis litterarum notis cap. 11. Cælius Rhodiginus lib. 23. cap. 11. Fredericus Morellus ad Nicolaum Artabadam: novissime vero et copiose non modo de veterum, sed et de monachorum signis, Hæftenus lib. 6. Disq. Monast. tract. 3. disq. 11. Vide præterea Fredericum II. Imp. lib. 2. de Venat. cap. 42.

SIGNUM IN FRONTE et in facie furis ponere,  $\sigma\tau\upsilon\alpha\tau\iota\kappa\epsilon\upsilon$ , in Lege Longob. lib. 1. tit. 24. § 54. [\*\* Liutpr. 79. (6, 26.)] Charta Henrici Imp. an. 1023. in Chron. Laurish.: Illi, qui hujus audaciæ et invasionis dux et princeps fuerit, tollantur capilli et corium; et insuper in utraque maxilla ferro, ad hoc facto etiam cadenti, bene caraxetur et comburatur... Si autem ibi occiditur, omnes, qui hujus homicidii vel invasionis participes sunt, cute et capillis perditis, supradicta combustionem signentur. Vide Caium Instit. lib. 2. tit. 1. Id vetitum Constitutione Constantini M. leg. 17. C. de Pœnis. (9, 47.)

SIGNUM DE CORIO equi inventi ac mortui conservare, ut cum venerit certus dominus, habeat quod ei respondeat: in Lege Longob. lib. 1. tit. 23. § 1. [\*\* Rothar. 348.]

¶ SIGNUM VERI dicitur Purgationis genus per ferrum candens. Vide supra Sferstern et Ferrum candens.

10. SIGNUM, Clamor militaris, inclamari solitus ab eo, qui signum seu vexillum militare in acie præferebat. Interdum nude, ut apud Gilonem Parisiensem lib. 4. Viæ Hierosol. interdum cum alicujus alterius vocis adjunctione, ut Signum militare, Signum clamoris, Signum bellicum, Signum exclamationis, Signum castrorum, locis auctorum indicatis in Dissertat. 11. ad Joinvillam. [Tertull. adv. Judæos cap. 9: Scilicet vagitu ad arma esset convocaturus infans et Signum belli, non tuba, sed crepitacillo daturus.] Chronicon Senoniense lib. 3. cap. 16: Alemanni vero sua Signa fortiter inclamantes; viriliter, sicut moris est eorum, Francis resistentes, etc. Ordericus Vitalis lib. 12. pag. 855: Et insectantibus cullide mixti Signum triumphantium vociferati sunt. Willebrandus ab Oldenborg in Itiner. Terræ sanctæ: Venimus Naversam, quod est castrum optimum, ... a quo Rex ipse Signum suum Naversa solet proclamare. Le Roman de Girard de Vienne MS :



Vienne eserie l'Anseigne S. Moris.

Alibi :

François escrient Monjoie S. Denis,  
Et Viennois l'Anseigne S. Moris.  
Et Hernauz eric Biaulande et Ay.  
Genevres eserie Olivier li gentis.

Le Roman de Rou MS :

A grant voix crient, Diex aïe,  
L'Enseigne au Duc de Normandie.

Alibi :

Normant escrient, Diex aïe,  
L'Enseigne au Duc de Normandie.

Vide *Vexillum*, et quæ annotamus in Dis-  
sert. 11. ad Joinvillam pag. 304.

11. **SIGNUM**. Chronicon Besuense pag. 618 : *Ut donum istud teneretur, uxor Theoderici inde pro Signo habuit unum annulum de auro, et Richardus filius ejus unum cyphum de refectorio*. Pag. 621 : *Et Dom. Odilo Monachus noster, qui tunc regebat obedientiam, dedit ei pro Signo medietatem emine frumenti, etc.* Pag. 627 : *Et pro Signo dedit illis duobus fratribus Wido Monachus, qui Pauliacum tenebat, undecim solidos nummorum*. Adde pag. 630. ubi *signum* dicitur, quiddam datur iis, qui venditionem vel donationem ab altero factam approbant, in consensus ab iis præstiti notam. Vetus Charta apud Mabillonium tom. 5. Vitarum SS. Ord. S. Bened. pag. 765 : *Qui videlicet Gausbertus dedit ei duo parva pellium vulpinarum, ut si forte, ut fit, prædictus confirmator paterni beneficii oblivioni tradiderit, hanc concessionem, se fecisse, sint pro inter-signio pelles illæ.*

¶ 12. **SIGNUM**, Symbolum seu tessera, ut videtur, quæ præbendario datur, ut quod illi competit percipiat. Epitome Constitut. Eceles. Valent. inter Conc. Hispan. tom. 4. pag. 168 : *Nemo ex habentibus Signa laudabilis elemosynæ sedis possit cessionare alteri Signum aliquod, ne lites inde suboriantur, et procuratori solventi Signa perturbationis occasio fiat... Non possint dari concedere similes licentiæ ad recuperandum Signa pro absentibus a civitate alibi commorantibus nisi per omnes de capitulo, nemine contradicente. Quoties vacaverit Signum aliquod laudabilis elemosynæ, illud conferri non possit, nisi elapsis quatuor mensibus a die vacationis computandis. Procuratores elemosynæ non solvant Signa aliqua, nisi bursario elemosynæ in pecunia numerata*. Vide *Merallus*.

¶ 13. **SIGNUM**, *Scopus* apud petendus. Glossar. Gasp. Barthii apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 8. ex Hist. Palæst. : *Alios miserunt ad Signum et sagittabant eos*. S. Lucas in Evang. cap. 2. 34 : *Ecce positus est hic in ruinam et in resurrectionem multorum in Israel : et in Signum, cui contradicetur*. Græc. Καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον. Gloss. Lat. Græc. : *Signum, σημεῖον, ὁ σκοπός*.

14. **SIGNUM SALOMONIS**, Frutex in montibus nascens, Græcis, πολυρόγατον, dictus, herbariis, *sigillum Salomonis*. Vide *Ruellium* lib. 3. de Natura stirpium cap. 79.

15. **SIGNUM SALOMONIS**. Michaël Scotus de Physionomia cap. 19 : *Nato infante, si visitetur a persona Signum Salomonis habente, ante nonum dieni puer moritur peni-*

*tus in brevi. Si etiam prægnans supertrans-eat Signum Salomonis, abortitur cito*. Le Roman d'Alexandres MS :

Toute li est honors et pros,  
De sa biauté moy que chaut,  
Sa biauté anoi li sau haut,  
Si faura elle maugré mien,  
Je ne lau voi retenir rien,  
No tenir nou voir ce ne fais mon,  
S'il avoit le Sant Salomon,  
Et sa nasture en lui aust,  
Tant nus que nuls que plus ne peust,  
De biauté mettre en son cor umain.

\* 16. **SIGNUM**, Edictum, proclamatio, quod appositione signi seu vexilli domini fieret. Homag. Raym. de Alesto ann. 1217. in Reg. 30. Cartoph. reg. ch. 21 : *Ceterum ad imitationem domini, debetis vos et hæredes vestri levare vexillum vestrum in turri mea de Alesto, et Signum seu edictum vestrum facere ibi clamare*.

\* 17. **SIGNUM**, Moneta, quia signata. Reg. actor. capitul. eccl. Camerac. sign. O. ad 26. Sept. ann. 1481 : *Cum nuper quidam Matthæus Oudart, dictus Le Grant, quædam Signa, Gallice dicta Blancs, de cugno falso et contrafacto..... venditioni exposuisset, etc. Enseignes, eadem acceptatione, in altero Reg. sign. M. ad ann. 1459. fol. 74. Vide supra Insignium 1.*

**SIGOLTARIUM**, Monachus Sangallensis lib. 1. de Carolo M. cap. 24. vel 22 : *Cum autem ipsa festivitate Paschali... Alasaciensi illo Sigoltario se indulisset, et simul cum illo fortiori fulerno cupisdam venustissimæ femine vultus et meretricios gestus (heu!) ninis enerviter in se pertraxisset, etc. Quo verbo videtur innui vinum Alsaticum, quod Rhenanum vulgo appellamus*.

¶ **SIGNA**, Sequana, la Seine. Vita S. Richardi Regis Anglo-Sax. tom. 2. Febr. pag. 76 : *In ripa fluminis quod nuncupatur Signa, juxta urbem quæ vocatur Rotum*.

¶ **SIGULA**, ut *Sigalum*. Vide in hac voce.

¶ **SIGULUS**, pro *Sigisius*. Vide supra *Pactum*.

**SIGUSIUS**. Vide *Canis segusius*.

**SIHORAARMEN**. Sanctus Augustinus Epist. 178 : *Sicut enim Græca lingua, quod est Homusion [ὁμοῖον] una dicitur vel creditur a fidelibus Trinitatis omnino substantia, sic una rogatur, ut misereatur, a cunctis Latinis et Barbaris unius Dei natura, ut a laudibus Dei unius nec ipsa lingua Barbara sit ullatenus aliena. Latine enim dicitur, Domine miserere; Græce, Κύριε ἐλέησον. Sola ergo hæc misericordia ab ipso uno Deo Patre, Filio, et Spiritu sancto lingua debet Hebræa vel Græca, aut ipsa ad postremum postulari Latina, non autem et Barbara. Si enim licet dicere non solum Barbaris lingua sua, sed etiam Romanis, Sihoraarmen, quod interpretatur, Domine miserere; cur non liceret in Conciliis Patrum in ipsa terra Græcorum, unde ubique destinata est fides, lingua propria Homusion [ὁμοῖον] confiteri, quod est Patris, Filii, et Spiritus sancti una substantia? Ubi pro Sihoraarmen, legendum existimat Stephanus Stephanianus in Notis ad Saxonem Grammaticum pag. 219. *thig forbarmen*, addita voce herre, quæ ab imperio Librario ommissa fuit : ut sic plane legatur, *Her thig forbarme*, pro *Herre**

*forbarme thig*. Hæc enim lingua, subdit ille Gothica est, quam Augustinus Barbaram indigitat, eumque capta Roma didicisse ad oram libri Erasmus ascripsit. At vetus Cod. MS. ut est annotatum manu Rigaltii ad oram Augustini, qui illius fuit, *Fhrota armes præfert*.

Quæ ultima Rigaltii lectio cæteris præferenda videtur viris doctissimis, modo pro *Fhrota* emendes *Throta*, quod antiquissimis Danis, Gothis, Alamannis et Islandiæ incolis etiamnum Deum significat. Legendum itaque est *Throta armes* quod *Domine miserere* sonat; ab *Armen*, misereri, ut ex Evangel. Goth. probat Schilterus, ubi Matth. cap. 10. v. 48. legitur, *Armæ mik*, pro *Miserere mei*. Hunc consule in Gloss. Teuton. pag. 58. Monendum obiter hanc epistolam Vigilio Tapsensi non ex levi conjectura a nostris Operum S. Augustini Editoribus adscribi. [\*\* Vide Grimm. Mythol. German. pag. 18. et 96.]

**SIIPARIUM**, pro *Typarium*. Vide in hac voce.

\* **SIKA**. Paulus : *Sikas* appellant læsiones ulcerosas, rotundas, subduras, rubeas, quas sequitur dolor. Nascuntur autem hæ plurimum in capite. Glossar. medic. MS. Sim. Januens. ex Cod. reg. 6959.

**SIKERBORGH**, apud Scotos dicitur cautio, quam actor coram iudice interponit de accusatione sua, vel de lite prosequenda. Quoniam Attachiamenta cap. 1 : *Attachiamenta sunt principium et origo placitorum de Wrang et Unlauch, et aliorum, quæ prosecuta sunt per Sikerborgh*. Vide *Saccabor*.

**SIKETTUS**. Vide *Sica*.

\* **SIKIA**, Cucurbita, in Glossar. medic. MS. Sim. Januens. ex cod. reg. 6959. Vide *Sicia*.

¶ **SILÆ**, Galeæ, sic dictæ quod introrsum apertæ et repandæ essent, ab eorum similitudine qui repando sunt naso, id est sursum versus sublato. Festus : *Silus* appellatur naso sursum versus repando : unde *galeæ* quoque a similitudine *Silæ* dicebantur.

¶ **SILANUM**, Cloaca, eluvies. Gloss. Lat. Gr. : *Silanum*, ὄρεον. Leges municipales Mechlin. tit. 14. art. 24 : *Per communem cloacam sive Silanum nemo ex vicinis, quibus jus in eum competit, aliam aquam præter caelestem, eamque sine sordibus aut aqua culinaria, aut si quid hujusmodi est, citra vicini consensum deducere potest*.

¶ **SILATARUS**, Πλαστός, in Gloss. Lat. Gr. Sed legendum *Statarus*. Vide *Pontanium* in *Macrob.* lib. 6. cap. 1.

¶ **SILATUM** antiqui pro eo quod nunc *jentaculum* dicimus appellabant, quia jejuni vinum *Sili* conditum ante meridiem absorbebant. Festus. Vide *Salmas.* ad *Solin.* pag. 1157. et 1158.

¶ **SILAVE**. Vide supra *Selave*.

¶ **SILEKREVER**, Exactors, Danis, in Charta Waldemari Regis Daniæ ann. 1326. apud *Pontanium* lib. 7. *Rer. Danicar.* pag. 443.

¶ **SILEMSIS**, a Græco σύλληψις, Rhetoricæ figura Grammaticis nota. Epist. Gunzonis ad Augienses ann. 960. apud *Marten.* tom. 1. *Ampliss. Collect.* col. 297 : *Porro Silemsis pro casuum mutationes non solum apud versidicos, verum apud sine metris scribentes frequenter invenitur. Virgilius ac*



usativum pro genitivo aut ablativo miranter posuit :

Sed Latagum saxo atque ingenti fragmine munitis Occupat os facienque adversam.

Pro eo quod est occupat Latagum ore aut Latagi os.

**SILENTIARE**, Silentio involvere, premere, tacere. Stephanus III. PP. in Epist. de Revelat. S. Dionysii : *Sicut se nemo debet jactare de suis meritis, sic non debent opera Dei, quæ in illo per suos Sanctos fiunt, sine suis meritis Silentiare*. Ab eo hausit Hubertus in Vita Gudilæ Virg. cap. 3 : *Sicut de suis meritis debet nemo se jactare, sic non debet quisquam... opera Dei Silentiare*. Utitur et Dudo lib. 3. de Act. Norm. initio.

**SILENTIARIUM**, SILENTIARIUS. Vide in *Silentium*.

**SILENTIUM**, Conventus privatus, in quo dissertationes de rebus publicis agebantur, unde et διζήσεις dicitur Zonaræ pag. 146. Gallis *Conference* : sed præsertim de rebus Ecclesiasticis, unde κατηχήριος λόγος definitur apud Nicetam in Man. lib. 7. n. 5. quod Σιλέντιον vocavit Cinnamus pag. 316. [Σιλέντιον Anonymus Combesifianus in Alex. n. 1.] Landulphus Sagax lib. 16 : *Fecit Imperator Silentium, adducens Patriarcham, et jubens eorum recitari confessiones*. Idem de Leone : *Silentium contra sanctas ac venerabiles celebravit Iconas*. Lib. 23 : *Facto Imperator Silentio, apud Magnauram, exposuit populo, quæ de se fuerant dicta*. Lib. 24 : *Eirene Imperatrix Silentium in Triclinio Justiniani facto, prohibuit omnem, qui militaret, adhærere Stauratio*. Vide quæ notavimus ad Cinnam. pag. 493. ubi observavimus ex Juliano Antecess. *Silentium* et *Conventum* idem sonare : quod firmant præterea Excerpta ex Joanne Lido lib. περι ἀρχῶν πολιτικῶν. Ἐδόκει μὲν μηκέτι ἐπὶ ἀγορᾶς, ἀλλ' ἐν τῷ Παλατίῳ τὴν βουλὴν συνάγεσθαι. Τὴν δὲ τοιαύτην σύνοδον Κομβέντον ἔβας Ῥωμαίοις καλεῖν, ἀντὶ τοῦ Συνέλευσιν. σιγῆς δὲ τοῖς πολλοῖς βουλευομένοις δεῖ. διὰ τοῦτο ἐκ τῆς περὶ τὴν σιγὴν σπουδῆς, (σιλέντιον δὲ αὐτὴν πατριῶς καλοῦσι) Σιλεντιαρίους ἔκριναν ὀνομάζειν αὐτούς. Vide Henricum Valesium ad Eusebium lib. 4. de Vita Constantini cap. 29. et Gloss. med. Græcit. in Σιλέντιον, col. 1370.

**SILENTIUM**, Secretarium. *Silentium B. Petri Apostoli*, seu Secretarium Ecclesiæ S. Petri, apud Anastasium in Vita Stephani III. PP.

**SILENTIARIUS**, ἡσυχόποιος, in Gl. Lat. Gr. *Qui Palatio vel alibi silentium indicit : et est nomen dignitatis*, inquit Ugutio : qui *admonere silentium jubetur*, ut loquitur Marcianus Capella lib. 7. qui ad cubiculum Principis excubias agit, cavetque, ne quodpiam murmur excitetur : Ἐπιστάτης τῆς ἀπὸ τὸν βασιλέα σιγῆς, Agathias : *eis τὴν ἡσυχίαν ὑπερηρώτωντες*, Procopio lib. 2. de Bello Persico cap. 21. Claudianus : *Sacroque adhibere silentia somno*. Horum munus indicat Anselmus Havelbergensis Episc. lib. 2. Dialogor. cap. 1. ubi de collatione ab eo habita cum Græcis Constantinopoli : *Convenientibus itaque pluribus sapientibus in vico, qui dicitur Pisanorum, juxta Ecclesiam A. Eerinee, quæ lingua Latina sanctæ Pacis nuncupatur, positisque Silentariis, sicut ibi*

*mos est, et datis arbitris, et sedentibus Notariis, qui omnia, quæ hinc inde dicerentur, fideliter exciperent, etc.* Silentarii porro erant plures ; sed 30. ordinarii in 3. decurias divisi, quibus singulis præerat unus Decurio. Hinc titulus in Cod. Justin. (12, 16.) *de Silentariis et Decurionibus eorum*, qui in Theodosiano (6, 23.), *de Decurionibus et Silentariis* inscribitur. Hi *Clarissimi*, leg. 5. C. Just. d. tit. *Spectabiles*, leg. 30. Cod. de Inoffic. testam. (3, 28.) vocantur, θωραπιστῶται, in Concilio Calchedon. act. 1. pag. 60. 89. edit. 1618. *Silentarius sacri Palatii*, in vet. Inscript. 1053. 10. *Silentarius Augusti*, in Epistola Damasi PP. ad Acholium ; *Imperialis Silentarius*, apud Anastasium Bibl. in Stephano III. PP. pag. 82. 83. *Schola devotissimorum Silentiariorum*, in leg. 4. d. tit. Cod. Just. Hörum proinde dignitas non omnino contemnenda, licet τῶν χαμαιζήλων fuisse dicat Zonaræ, cum et horum perferenda in legationibus, et ad mandata operanda uterentur Principes, quod ex laudatis scriptoribus colligitur, præterea ex Ambrosio orat. de Obitu Valentiniani, Philostorgio lib. 7. cap. 7. Malcho in Byzanticis, Liberato Diac. cap. 11. et aliis. Sed a Dorotheo doctr. 23. Silentarii inter honoratios Palatii dignitates reponuntur : et Theophylactus Simocatta lib. 8. cap. 9. de quodam Theodoro : Σιλεντιαρίου δὲ οὗτος στρατεύματι ἐνεκοσμήτο. Anastasius, priusquam Imperatorum culmen fuisset consecutus, Silentarii munus obierat. Sed et Cubazæ, qui sub Justiniano Rex Lazorum factus, pristinae dignitatis annorum decem stipendia, quæ sibi deberi aiebat, ex quo venisset in Colchidem, ab eodem Imperatore expetiit, adeo ut tanto fastigio minime indignam non arbitratus fuerit. *Primericus Silentiariorum* occurrit in Concilio Calched. act. 10. pag. 301. edit. 1618.

**SILENTIARI** præterea videntur ex loco Joannis Lydi laudato appellati, qui in *silentiis*, seu collationibus, vel etiam consistoriis Principum considebant, ac delibabant, quomodo apud Hariulfum in Vita S. Angilberti cap. 1. usurpatur hæc vox : *Præfatus ergo Rex Carolus in tantam amicitiam eum tenuit, ut quocumque iret vel rediret, Dominum Angilbertum semper secum haberet,.... et hæc tanta dilectio adeo processit, ut eum secretorum conscium et primam Capellanorum faceret : sibi quoque eundem Silentiarium statueret, ut in quo compererat prudentiæ altitudinem, ejus consilio componeret totius regni utilitatem. Neque aliter intelligendus, ni fallor, Radulfus de Diceto, et ex eo Matth. Paris ann. 1171 : *Instante tandem feria ante Pascha, in qua de consuetudine Romanæ Ecclesiæ solet Papa publice vel absolvere, vel excommunicare, quibusdam Domini Papæ Silentariis ad aures nuntiorum Regis perferentibus, devenit, quod Papa eodem die decreverat, in Regem Angliæ nominatim.... interdicti ferre sententiam.**

¶ **SILENTIARI** dicti etiam interdum urbis Consilarii. Caffari Annal. Genuens. ad ann. 1158. apud Murator. tom. 6. col. 270 : *Consules autem, civitatisque Silentarii experti sæpius obsidentes quibus coerceren-*

*tur obsessi, soldaderios, balisterios et archiferos tot ad civitatem conduxerunt, etc.*

¶ **SILENTIARI**, apud Senecam in Epist. 47. *Servi nuncupantur, qui in familia cæterorum servorum murmur cohibebant. Horum meminit Salvanus de Gubernat. Dei lib. 4. pag. 70 : Ad fugam servos non miseræ tantum, sed etiam supplicia compellunt. Pavent quippe actores, pavent Silentarios, pavent procuratores : prope ut inter istos omnes nullorum minus servi sint quam dominorum suorum : ab omnibus cædunt, ab omnibus conteruntur.*

**SILENTIARIUM**, Locus, ubi *Silentarii* stabant, primum et exterius cubiculum, quod Consistorio obversabatur. Landulphus Sagax lib. 16. et Anastas. in Hist. Eccl. : *Occidant eos, habentes homines suos sibi cooperantes, Indos absconditos in Silentario*. Quo loco Theophanes habet εἰς τὸ σιλεντιαρίκιον, pag. 201. Σιλεντιαρίκιον eadem notione dixit Cyrillus Scythopolitanus, εἰς τὸ λεγόμενον Σιλεντιαρίκιον οὐράσπαντας οἱ ἐπὶ τῶν θυρῶν Σιλεντιάριοι ἔνδον εἰσεδέξαντο, qui cum ad *Silentarium* pervenissent, a *Silentariis ostio præpositis* introducti sunt.

IN **SILENTIUM** MITTI, Pœna Monastica. Regula Monialium B. Mariæ *Sopwell* in Anglia, ann. 1327 : *Et pur ceo, que nous avous entendus, que une abusio est entre vous, que si une de vous soit mise en Silence pur sa culpe, elle ne devroit lire, ne chanter, ne veer le Sacrement de la Messe, etc.*

\* *Silentium* ita religiose observabatur a quibusdam monachis, ut iis, cum ad mensam abbatum alterius monasterii sederent, loqui non liceret. Hujus moris testis est Bulla Urbani IV. PP. ann. 1261. ex Tabul. Compend. ad abbatem ejusd. monast. : *Petitio tua nobis exhibita continebat sepe contingi viros religiosos, quibus, constitutionibus suorum ordinum prohibentibus, in mensa loqui non licet, ad tuum monasterium declinare. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati concedendi prædictis religiosis, dum in eodem monasterio tecum in mensa, sive conventu, fuerint, loquendi licentiam de divinis ac licitis et honestis, constitutionibus hujusmodi nequaquam obstantibus, liberam tibi concedimus auctoritate præsentium facultatem.*

**SILERA**, quæ et nullis, Guttæ, seu fluxionis, species, in Falconibus, apud Albertum M. lib. 23. de Animalib. cap. 18.

¶ **SILERE**, Locum non habere, in Cod. Theod. tit. 1. (10, 1.) de Jure fisci leg. 3 : *Jam calunnia privatorum eo saltem arceatur exemplo, quo justas fisci lites Silere præcipimus.*

**SILFORI**. Variæ hæc vox effertur a scriptoribus. Anastasius in Nicolao I. PP. pag. 221 : *Et in ciborio Constantinianæ basilicæ optimos de Sifori, et de fundato quatuor pannos appendit*. Leo Ostiensis lib. 1. cap. 26 : *Saricam insuper sericam de Sifori, cum auro et gemmis, etc.* Anonymus Casinensis in Hist. Longob. cap. 10. de Siconolfo Princ. Beneventano eandem rem enarrans : *Abstulit de S. Benedicto... spara par unum, saricanque sericam de Sifori cum auro et gemmis. [Sifori editum apud Murator. tom. 2. pag. 266. et Sylphori, ibidem pag. 366.] A σίλην voce Græca vox*



videtur deducta, quæ Græcis *blattam* sonat, ut colligitur ex Glossis Latino-Græcis, et Græco-Latinis, ita ut terminatio Longobardica ei adjuncta sit.

† **SILICA**, ut *Siliquæ*. Vide in hac voce.

**SILICARIUS**, Μυλωργός, in Gloss. Gr. Lat. Gloss. Lat. Græc. : *Silex*, μωλιτης λιθος. *Silicida*, σκληροουργός. [*Silicarius* inter opifices aquæductum refert Frontinus de Aquæduct. Romæ lib. 2. pag. 256.]

† **SILICERNIUS**, **SILICERNUS**, Senex, ætate gravis. Frîdegodus in S. Willfrido sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 723 :

Optabatque gravem Silicernius affore mortem.

Necrolog. S. Juliani a Mabill. laudatum sæc. 5. Bened. pag. 142 : *Odo... jun Silicernus, jam longæ ætatis senio, fessus, etc.* Adde Vitam ejusdem S. Odonis ibid. pag. 156. Translat. S. Theobaldi sæc. 6. part. 2. pag. 174 : *Die quadam puer,.... cui spiritus infirmitatis ita jugulum contraxerat, et caput depresserat, ut mento pectori penitus inherente nunquam recto contentu aliquid contueri nisi suppositum valeret. Hic ætate puer, actu Silicernus, etc.* Quod silices cernat senex incurvus, *Silicernium* nuncupari voluit Fulgentius de Prisco sermone num. 8. Alardus Gazæus in Comment. ad Opera Cassiani lib. 4. de Instit. Renunc. cap. 2. et alii : sed hanc originationem improbat Nonius cap. 1. n. 235. atque a *Silicernium* quod est convivium funebre accersendam hanc vocem contendit. Consule Scaliger. ad Festum et Kirchmannum de Rom. Funer. lib. 4. cap. 4. *Silicernium*, pro *Silicernius*, Terent. Adolph. Act. 4. sc. 2.

\* **SILICIA**, pro *Salceia*, salictum. Charta ann. 1357. in Reg. 89. Chartoph. reg. 521 : *Item quandam siliciam, alias Saussoye Gallice nuncupatam,.... continentem duo arpenta. Soloie, eodem sensu, in Ch. ann. 1328. ex Reg. Caroli IV. Cam. Comput. Paris. fol. 30. rº.*

† **SILICIDA**. Vide supra *Silicarius*.

\* **SILICOSUS**, *Siliceus*, *Perrelouz Gallice*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521.

† **SILICTARII**, Milites Turcici, ex quibus postea Janizeri, seu milites Prætoriani creabantur. Laonicus Chalcocond. lib. 9 : *Trupeunitis in partes distribuit : partem unam retinuit ipse, ex qua fecit Silictorios et spathoglanos : hos in Januis tenebat, eorumque ministerio utebatur, etc.* Neque alii sunt

† **SILICTORIDES**, de quibus idem Laonic. lib. 8 : *Ex quibus deinde stipendium accipiunt peregrini et Januæ milites, Caripides, Silictorides.*

† **SILIGA**, Secale, Gall. *Segle*. Vide *Sigalum*. Tabular. Camalariense : *Ad petram S. Johannis est una monziu que reddit in Maio sex denarios et unum sextarium de Siliga.*

\* **SILIGENEUS COLOR**, Gall. *Couleur d'ocre*. Alex. Iatrosoph. MS. lib. 3. Passion. cap. 11 : *Si infirmus colore yocro fuerit, i. colore Siligeneo, etc.*

† **SILIGER**, **SILIGERIA**, ut *Siliga*, ni fallor. Charta ann. 1271. tom. 1. Chartul. S. Vandreg. pag. 901 : *Ego Ricardo Lescont... quitavi et dimisi sine perpetuo sine exigentia aut aliqui reclamancia mei a modo*

*aut hæredum meorum Ricardo Boilli et Beatricie Lescot ejus uxori unam minam Siligeris quam ipsi mihi debebant.* Charta ann. 1577. ibid. pag. 1188 : *Et pro hac feodatione prædicti Religiosi et eorum successores tenentur solvere mihi et hæredibus meis quolibet anno unum centum straminis de Siligeria.*

† **SILLIGERUM**, Eodem intellectu, in Charta ann. 1275. tom. 1. ejusdem Chartul. pag. 215 : *Pro octo minis bladi, videlicet quinque minis ordeï et tribus Silligeri annui redditus boni, congrui et legalis.*

\* **SILIGINALIS**, Secalitus. Charta ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 927 : *Acquisierunt..... arpenta frumentalia et Siliginadisa seu siligineum portantia.* Vide *Siliga*, *Silineus* et mox *Siligo*.

† **SILIGINARIUS**, Siliginis venditor, vel distributor, apud Ulpian. leg. 52. § 11. Dig. de Furtis. Sponius Erud. Antiquit. pag. 64. ad vet. Inscript. Colleg. *Siliginariorum* eos interpretatur qui panem siligineum faciunt.

† **SILIGINEUS**, *Panis siligineus*, e secali confectus : Plinio, ex siligine. Vita B. Meinweri tom. 1. Jun. pag. 546 : *Quatuor panes, duos triticeos, duos Siligineos, vel avene.* Vita S. Rayneri tom. 2. April. pag. 61 : *Sexta feria et vigiliis atque quatuor temporibus simplici pane Siligineo et aqua contentus.*

**SILIGO**, Latinis scriptoribus sei selecta farinæ medulla, ex siligine frumenti genere, de quo Plinius lib. 18. cap. 8. et alii. Isidoro lib. 17. cap. 2 : *Siligo, genus tritici a selecto dictum.* Adde lib. 20. cap. 2. At postremi ævi auctoribus usurpatur pro *Secali*, vulgo *Segle*. [Statuta Vercell. lib. 4. fol. 72. vº : *Teneatur fornarius facere et habere levatum pulchrum et mundum, videlicet ad panem frumentum, levatum puri frumenti, et ad panem Siliginis, pure Siliginis.*] Tidericus Langenius in Saxonia :

Extat et hic triticum, quod non reperitur iniquum, Crescit non lente bona moxque Siligo repente.

Occurrit non semel. Vide Gorræum in σελινης, et Joann. Bruyerinum Campegium lib. 6. de Re cibaria cap. 9.

\* Glossar. medic. MS. Sim. Januens. ex Cod. reg. 6959 : *Siligo, bladum notum, rusticis in pane, vice frumenti, esui. Hanc Plinius dicit olivam ubi Homero vocari.* Vide supra *Siliginalis*.

**SILINA**. Bromptonus ann. 1189 : *Et quoddam tentorium de serico adeo magnuum, quod ducenti milites possent in eo comedere, et 60. millia Silinas de frumento, et totidem de hordeo, etc.* Ubi Rogerus Hovedenus habet *Salinas de frumento*; unde proclivis emendatio in *salmas*. Vide in voce *Sagna*.

1. **SILIQUA**, Isidoro lib. 16. cap. 24 : *Vigesimu quarta pars solidi, ab arboris (siliquæ, de qua Victor lib. 1. de Persecut. Vandæl. quam Cornum vocant,) semine vocabulum tenens.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Siliqua, un arbre portant fruit profitable à pourceaux, ou ce fruit, ou un pois, la xxiiii. partie d'un solt.*] Gregorius M. lib. 9. Epist. 14 : *Præcipimus, ut ad tres Siliquas aureas factis libellis ei vineolam ipsam locare debeas, etc.* Idem Gregorius M. lib. 1. Epist. 42 : *Sed tua expertientia,*

*sive in hoc, quod per libram amplius, sive in aliis minutis oneribus, et quod ultra rationis æquitatem a rusticis accipitur, penset, et omnia in summam pensionis redigat, et prout vires rusticorum portant pensionem integram, et pensantem ad septuaginta bina persolvant, et neque Siliquas extra libras, neque libram majorem exigi debeant; sed per æstimationem tuam, prout virtus sufficit, in summam pensionis crescat, et sic turpis exactio nequaquam fiat.* Senator lib. 2. Epist. 25 : *Superbia deinde conductorum Canonicos solidos non ordine traditos, sed sub iniquo pondere imminentibus fuisse projectos, nec universam Siliquam, quam reddere consueverant, solentier intulisse.* Adde veterem Chartulam plenariæ securitatis, quam descripsit Brissonius lib. 6. Formul. pag. 647.

† **SILICA**, Eadem notione, apud Marten. de Ant. Eccl. Rit. pag. 180 : *Pontifex vero egreditur u fonte, lubens compositam sedem in ipsam ecclesiam et deportantur ad eum infantes et dact stolam, casulam et chrismale et decem Silicas et vestiuntur.*

**SILQUATICUM**, κεραισιμός, id quod in nundinis exigitur ob venditionem proponendam. Tributum inductum a Valentiano et Theodosio, augendo ærario, quod fuerat exhaustum : ut nundinis quibusque, decreto provincialium, loco et tempore constituto, ex qualibet mercium negotiatione fisco in singulos solidos venditor dimidiam siliquam, ac similiter emptor alteram dimidiam siliquam inferret : ut est in eorum Novella 48. et apud Cujacium lib. 16. Observ. cap. 23. Senator lib. 4. Epist. 19 : *Siliquatici namque præstationem, quam rebus omnibus nundinandis provida definit antiquitas, etc.* Adde lib. 1. Epist. 30. lib. 2. Epist. 4. [Bulla Gregorii V. PP. ann. 996. in Hist. Comit. Comacini : *Per totam... Pentapolim nullum teloneum, atque portaticum, sive Siliquaticum exigatur.*] Bulla Honorii III. PP. ann. 1223. apud Ughellum in Senogalliensibus Episcop. : *Et tertiam partem de omnibus, redditu, ac datione, districto quoque et placito, et de mercato, nec non de rîpa et portu, seu et de aliis supra dictæ civitatis vectigalibus, seliquatico, prodagio, mensuratico, etc.* Adde Bullarium Casinense tom. 2. pag. 18. [Ita etiam legendum apud Agnellum in Vita S. Reparati tom. 2. Murator. pag. 148. ubi habetur *Siliquatio.*]

COMES **SILQUATARIORUM**, apud Senatorem lib. 2. Epist. 12.

**SILQUARIUS**, vel *Siliquatarius*, qui *Siliquaticum* exigit vel colligit, apud eundem lib. 2. Epist. 26.

\* 2. **SILIQUA**, Secale. Chartar. notar. loci d'Aubagne : *Exceptis tamen annona et Siliqua.* Vide *Siliga*.

† **SILITUS**, Tacitus, in Actis S. Anselmi tom. 2. April. pag. 923.

**SILIVA**, Palus. Tabularium Ecclesiæ Viennensis fol. 51 : *In alio latas terra S. Joannis; in una fronte terra Asterio; in alia terra adque Siliva, quæ æstivum tempus siccata, habet in longum perticas agripedales 51. etc.*

† **SILLABE**. Vide supra *Selusæ*.

† **SILLIGERUM**, ut *Siliger*. Vide ibi.

† **SILLOGIZARE**, vide *Syllogizare*.

**SILLONUS**. Vide in *Selio*.



¶ **SILLUS**, Anastasius in Vita S. Silvestri apud Murator. tom. 3. pag. 108 : *Oleivardi libras 300. balsami lib. 100. lini saccos 100. casei Sillum libras 150.*

¶ **SILODUNI**, pro *Soldarii*, Milites stipendiarii, apud Athenam ex Nicolao Damasceno lib. 6. cap. 13 : *Narrat Adiatomum Regem Scitanorum (est autem Gallie natio) sexcentos habuisse proximos sibi delectos homines, Galli propria lingua Silodunos vocant (ea dictio Græcis devotos significat) qui cum Rege et vitam agunt, et moriuntur, id summopere votis optantes; ob quam erga Regem fidem cum eo principatum gerunt, eodem victu et corporis cultu, quoties ejus necessitates contingit occasio, mortem libenter appetentes, sive Rex intereat morbo, sive cadat in prælio, sive alia quavis de causa vita excesserit: nec est qui dicere possit ex illis amisso Rege, quempiam mortem expavisse.* Vide *Solidare*.

\* **SILVA**, **SILVAGIA**, **SILVAGIUM**. Vide infra in *Sylva*.

\* **SILVAISUNA**. Vide infra in *Sylvaticus*.

\* **SILVANUS**, **SILVATUS**, **SILVESTRIS**. Vide infra in *Sylva*.

¶ **SILVANUS**, *αρωνος*, in Gloss. Lat. Græc. Gloss. Gr. Lat. : *Κρωνος, Fluor, tubus, Silvanus, aquilegium.* Vide Cujac. lib. 11. Observ. cap. 2.

¶ **SILVARIUS**. Vide in *Sylva*.

¶ **SILVATICUS**, **SILVAYSINA**. Vide *Sylvaticus*.

\*\* **SILVESCERE**. Vide in *Sylva*.

¶ **SILVESTRA**, Machinæ bellicæ, seu balistæ species. Vide infra *Spingarda*.

**SILVIA**, Potionis species. Charta Aldrici Episcopi Cenoman. in ejus Vita num. 31 : *Et de vino optimo modios quatuor, et insuper de potione, quæ dicitur Silvia, modium unum.* An *Celia*?

\* F. pro *Salvia*, vinum *salvia* mixtum. Vide supra *Salvia* 2.

¶ **SILVINUS**, Silvestris. Elmham. in Vita Henr. V. Reg. Angl. cap. 6. pag. 12 : *Cursu veloci simul currentes prævenit, in tantum quod frequenter damam velocissimam, in planum ab umbris Silvinis agitatam, ipse... solum currendi viribus, ... interemit.*

¶ **SILVITATICUM**. Vide *Sylvagium* in *Sylva*.

¶ **SILVIU**, Annonæ species. Præceptum Caroli Simplicis ann. 919. apud Mabill. Diplom. pag. 563 : *Et de eodem fisco Compendio totius conlaboratus nostri nonam partem, videlicet in annona, feno, segalibus, et de hoc quod rustice dicitur Silviu, necnon etiam de hostilitio nostro.*

\* Charta Caroli Simpl. ann. 917. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 535 : *De silvis, quod etiam rustice dicitur Silviu, etc.*

\* **SILVOLA**, pro *Silvula*, in Charta Rob. reg. ann. 1005. tom. 10. ejusd. Collect. pag. 586. Vide *Sylvicola*.

¶ **SILVOSUS**, Silvestris, incultus. Acta Murensis Monast. apud Eeardum de Orig. famil. Habsburgo-Austr. col. 203 : *Num etiam loca, quæ intra parochiam continentur, adhuc Silvosa erant.*

¶ **SIMA**, Concavitas hepatis. Vide *Geoleola*.

**SIMIACI**. Liberatus Diacon. cap. 23 : *Per portitores literarum velocissimos pedestres,*

quos *Ægyptii Simacos vocant, omnia molimina Pauli, Eliæ scribebat.*

**SIMARE**, Mutilare. Vide *Semus*.

\* **SIMASIA**, Mensura vinaria, vulgo *Simaise*, sex mensuras continens seu octo sextaries Parisienses. Vetus Codex MS. laudatus in *Mereur. Franc. ann. 1742. mens. Sept. pag. 1955 : Sexcallus solvat D. Joanni Caletii matriculario S. Joannis quatuor Simasias vini.* Vide *Symaisia*.

¶ **SIMATIDES**, *Condiscipulus*, in Gloss. MSS.

¶ **SIMBALUM**, Campana, qua Monachii cœnentur ad refectorium, quæque appenditur in claustrum, pro *Cymbalum*. Vide in hac voce. *Transactio inter Abb. et Mon. Crassensis ann. 1351 : Abbas Crassensis suis expensis propriis tenetur facere omnia adificia in monasterio; videlicet ecclesiam, Simbala, campanas et squillas, quæ sunt ibi necessaria.*

¶ **SIMBOLUM**, **SYMBOLUM**. Eadem notione. *Cæremionale MS. B. M. Deurata Tolos. : Surgat ad tustandum massam loco Symboli.* Chron. Bern. Yterii apud Stephanot. tom. 1. *Fragm. Hist. MSS : Symbolum novum et pilarium in medio claustris erigitur. Συμβολον, eodem intellectu, dixerunt Græci recentiores.* Vide Gloss. med. Græci.

\* **SIMBELLS**. *Constit. MSS. Alf. II. reg. Aragon. ann. 1333 : Quod nulus audeat capere columbos alicnos ab enzes, Simbells, ne fillats, vel alio modo.* [\* *Cimbell*, Catal. *Cimbel*, Castil. *Restis aucupatoriæ virgæ.* Vide *Diction. Acad. Matrit.*]

¶ **SIMBOLA**. Vide *Symbola*.

¶ **SIMBOLUM**. Vide *Simbalum* et *Symbolum*.

¶ **SIMELLA**, ut mox *Simenellus*, Panis ex *simila*. *Necrolog. Monast. Mollenbec. inter Viendem. Litter. Fred. Schannati pag. 139 : xiv. Kal. Maii, Milo Episcopus Mindensis dedit nobis in cœnu Domini duas magnas Simellas.*

**SIMENELLUS**, Panis simillæus, ex *Simila*, Græcis *σεμιδαλιτης*, cui secundum inter panes bonitatis locum assignat *Galenus* lib. 1. de *Aliment. Anglis Simnellbread*. [\* Vide *Graff. Thesaur. Ling. Fr. tom. 6. col. 222. voce Scuala.*] *Capitulare de Villis cap. 45 : Pistores, qui Similas ad opus nostrum faciunt, etc.* *Constantinus African. lib. 5. Loc. commun. med. cap. 15 : Panis, qui de granorum fit medullis, et Simila vulgo solet vocari, nutritior est et indigestibilior.* Inde Regiis mensis ministrari olim solitus. *Liber de Situ Ecclesiæ Belli in Anglia : Constituens in primo Monachis ejusdem Ecclesiæ ad quotidianos usus panem regie mensæ aptum, qui Simenel vulgo vocatur, habere pondere 60. solidorum, et in quadragesima de quarantario majorem, ut elemosynæ pars sibi cederet.* *Rogerus Hovedenus pag. 738 : Cum autem Rex Scotiæ ad Curiam Regis Angliæ venerit, quandiu ipse in Curia Regis Angliæ moram fecerit, quotidie de liberatione 30. solidos, et 12. wastellos dominicos, et 12. Simenellos dominicos, et 4. sextaria de dominico vino Regis, etc.* *Bromptonus ann. 1044 : Eo die præcentor loci recipiat de fisco regio didindiana marcam, et conventus centum Simenellos, et unum modium vini.* *Iter Camerarii Scotiæ cap. 9. § 5. de Pistoribus :*

*Non faciunt quodlibet genus panis, ut Lexburgi inquirunt, videlicet quachetum, Siminellum, wastellum, panem azyumum, purum panem, panem mixtum, etc.* Ubi perperam edit. *symmellum*. Ita male etiam *simerellus*, pro *simenellus*, edit. in *Hist. Monmorene. pag. 101. Fleta lib. 2. cap. 9. § 1 : Panis de Simenel (ponderabit) minus wastello de 2. s. quia bis coctus erit.* *Le Roman d'Auberi MS. :*

Si voit porter Simeniaus buletez.

Vetus Consuetudo municipal. *Ambian. MS. : Et ne porra en ces fournies quire fors flous et tartes, et pastés, et Seminiaus. Charta Philippi Comitis Fland. pro Ambianensibus. : L'Arceidiacre d'Amiens à chacun Noël de coutume à Amiens de son droit de chacune cambe à chervoise 1. sestier de chervoise à denier, ou 1. denier, et chacun four ou fournel 1. den. ou denrée de pain, ou de Simeniaus, ou de tel pain, qu'il cuist. Magnum Tabularium Corbeïense : Tout li four et li moulin de la dite ville sont sien, (à l'Abbe) et ne puet nus faire fournies à cuire tartes ou pastés, ou Simeniaus, sans son congé.* Vide *Simila*.

\* *Simonneaulx* mendose, pro *Simeneaulx*, in *Lit. remiss. ann. 1401. ex Reg. 156. Chartoph. reg. ch. 65 : Un petit four ou quel le suppliant avoit accoustumé de faire cuire Simonneaulx ou eschaudez. Symeniax*, in *Charta ann. 1290. in Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abbavil. fol. 20. vº.*

¶ **SIMENELLUS SALUS**. Liber niger *Seacarii pag. 341 : Cancellarius (habebit) 7. solidos in die, et 1. Simenellum dominicum, et 11. salum.* Ubi Cl. Editor *Hearnii Simenellos salos* intelligit quotidianos, in quibus conficiendis sale utebantur, unde *Simenellos salinos* legendum esse suspicatur. Cum vero nonnumquam in iis *simenellis* effigiem Salvatoris vel Virginis Mariæ imprimebant; hinc forte nomen sunt sortiti quod *Salutationis Angelicæ* figuram præ se ferrent, quomodo *Saluts* nuncupabant nummos illos qui eadem forma erant insigniti. *Simenelli sali* longe diversi a *Simenellis dominicis* qui absque fermento erant, constabantque optima farinæ parte. Vide *Michia* in *Mica* 1.

¶ **SEMINELLUS**, Eadem notione, in *Charta ann. 1282. apud Rymer. tom. 2. pag. 191 : Constabularius Angliæ, si extra domum comederit, percipiet v. solidos in die, et unum Simenellum dominicum.... Si vero intra domum comederit tres solidos et sex denarios, duos Seminellos, etc.*

¶ **SIMINELLUS**, apud *Skenæum* de *Verborum* significat. pag. 151.

\* **SIMENTORIUM**, pro *Cæmeterium*, Gall. *Cimetière*. *Lit. remiss. ann. 1390. in Reg. 139. Chartoph. reg. ch. 91 : Eundem servientem in plano sive Simentorio sancti Affroditi interfecerunt et murro tradiderunt, sacrilegium in premissis committendo.* Vide mox *Sinmiterium*.

¶ **SIMERELLUS**, pro *Simenellus*. Vide ibi.

¶ **SIMFONIACI**, *Cantatores musici*. *Gloss. Isid. vitiosa scriptura, pro Symphonici.*

**SIMIAMA**. Charta *Heardi Comitis Augustodunensis apud Perardum in Burgun-*



dicis pag. 26 : *Bursa cum brusdano, et Simiama, drupe plunato super luitrino, etc.*

\* **SIMIANUS**, *Dæmon, Demoni, Prov. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.*

Hinc  
 † **SIMIATICUS**, *Simulatus, fictus.* Johannes Abbas de Profess. Monachorum apud Pezium tom. 1. Anecd. part. 2. eol. 624 : *Frequenter etiam in oratione proluxa puritas cordis amittitur. Est enim ut frequentius Simiatica; quia ex consuetudine sine cordis attentione labia noventur, cor vero interim malis cogitationibus repletur et maculatur.* [\* A dæmone injectus.]

\* Quo spectat vox *Singoïement*, simulatio, fictio, apud Guignevil. in *Peregr. hum. gen. MS* :

Et che n'est que Singoïement,  
 De faire ainsi muser le gent,  
 Singes li Parisiens fu, etc.

**SIMICHENIUM**. Epistola Nicephori Patriare. CP. apud Baron. ann. 811. n. 58 : *Tunicam candidam, et penulam castaneam inconsutilem, stolum, et Simichenium auro variata.* Ubi ad marginem observatur Græcum exemplar habuisse ἐγγείριον. Unde confici videtur legendum *semicinctium*, i. sudarium, quod ἐγγείριον vocari a Græcis docuimus in *Manuale*.

† **SIMICIPIUM**, *ἡμικεφάλιον*, in *Gloss. Lat. Gr.*

† **SIMILA**, ut *Simenellus*, Panis ex *simila*, vel etiam placentulæ species, quæ alibi *foliata* dicitur. Notitia ann. 1101. apud Vexham. in *Vindem. Liter. pag. 61* : *Quoad vixero ad Missam S. Martini 15. Similas cum urna dimidia vini.* Charta ann. 1134. ibidem pag. 76 : *In ejus anniversario 30. Similas, urnaque vini persolvat, seu 15. Similas singulis nummis comparatas.* Rursum infra et pag. 55. 77. etc. Bernardi Mon. Ordo Cluniac. part. 1. cap. 6 : *Ea autem die copiosam refectionem facit (Cellerarius) fratribus de Similis, piscibus atque pigmento.* Vita B. Meinwerici tom. 1. Junii pag. 552 : *Regressuque ad prandium, accepta ambabus manibus Simila apposita.* Vide *Simenellus*.

\*\* **SIMILAGINEUS**, *Candido simile vel similagine colore decorus.* Ruodlieb, fr. 5. vers. 65 :

Est hic nam juvenis satur omnigenæ probitatis,  
 Haut brevis, haut longus, sed staturæ medicosus,  
 Est Similagineus totus et genis rubicundus,  
 In toto mundo non est speciosior illo.

Apud Senecam ep. 119. *Panis similagineus*, ubi alii legunt *Siligineus*, tenerrimus et candidissimus.

† **SIMILAGO**, ut *Simila*, Panis ex *similagine*. *Gloss. Lat. Gr. : Similago, σμιλαγό.* Vita S. Gerardi Episcopi Tullens. tom. 3. April. pag. 210 : *Tresque Similagineus cum totidem ciborum partibus accipit, ac secreto pauperibus per fenestram projicit.*

**SIMILARE**. *Glossæ antiquæ MSS. : Similare, effingere, representare, imitari, exprimere.* Ugutio : *A similis dicitur Simulare, id est, facere similem, vel esse, vel representare.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Similare, Sembler.* Liciani Episc. Epist. ad S. Gregor. PP. inter Cone. Hispan. tom. 2. pag. 428 : *Nolo te Similare indecoro pictori pulchra pingenti, etc.*] Marcellus Em-

piricus cap. 8. pag. 69 : *Pisciculi, qui equum marinum Similat, fel, etc.* Vetus interpres Epistolæ S. Barnabæ : *Ne quando Similemus illis.* Ita sæpe in hac Epistola. Pontius Diaconus in Vita S. Cypriani : *Potiusset fortasse tunc illi Apostolicum illud evenire, ... si cum Apostolo etiam ordinationis honore Similaret.* Vigilius lib. 4. contra Eutychem : *Neque in aliquo nobis poterat Similari, si non id, quod ipsi sumus, in seipso dignaretur accipere.* S. Bernardus Epist. 2 : *Mulierculis vel Similari vel placere studemus.* Adalbero Ep. Laud. pag. 251 :

Fabula non Similat verum, nec dicitur esse.

Eckehardus Jun. de Casib. S. Galli cap. 11 : *Monachos hodie S. Gallus habet, quorum similes ipse inter suos nunquam Similabit.* Ita Vita S. Deieoli cap. 2. n. 6. Vita S. Benedicti Abb. Anianæ eap. 4. num. 17. Lucas Abb. Montis S. Cornelii in *Cantica Canticorum*, etc.

Alia videtur ejusdem vocis notio in Leg. Alvredi Regis West-Saxon. c. 21. [\* 19.] apud Bromptonum : *Si quis prestat arma sua ad occidendam aliquem, licet ei, si velit, veram mortui conjectare. Si Similari nolit, reddat, qui arma præstitit tertiam partem weræ, etc.* Saxonium habet *geramnian*, quod congregare, convenire, sonat, Gallis *Assembler*. Vide in *Assimulare*.

**SIMULARE**, Eadem notione. Papias : *Imitari, Simulare, aut sequi.* *Gloss. Lat. MS. Regium cod. 1013 : Adumbrat, effingit, Simulat, designat.* Ugutio : *Figmentare, fingere, Simulare.* Willel. ab Oldenborg in Itin. Terræ Sanctæ pag. 126 : *Pavimentum habet subtile, marmoreum, Simulans aquam levi vento agitatam.* Herbertus lib. 2. de Mirac. cap. 21 : *Erat autem indutus habitu monachali, propemodum Simulans Monacho.* Cap. 32 : *Et videnti magis quam mortuo Simulans.* Udalricus in Cons. Clun. lib. 1. cap. 31 : *Caveat, ne dicat collectam ignotam; sed quæ bene Simulet stilum Gregorianum.* Vide lib. 2. eap. 2. Illi *Simulat*, in Capit. Caroli Calvi tit. 16. cap. 13. *Il lui semble*, illi videtur. Hincmarus Laudun. ad Remensem pag. 594. 608 : *Ut ille possit res de sua Ecclesia ordinare, et illi liceat, sicut ei Simulaverit, disponere.* Adde Coneilium Calchutense ann. 787. eap. 9.

\* Hinc nostris *Sanler*, pro *Sembler*, Videri, putare. Lit. ann. 1297. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 55. rº. eol. 2 : *Vous bailliez lettres seellées de ladite vente audit mestre Jehan, si bonne et souffisans, come il vous Sanlera que il sera à faire.* Occurrit præterea in Cons. Petri de Font. eap. 15. art. 22. et 25. *Dessambler* vero, pro *Déguiser*, Aliam speciem et formam induere, in Vitis SS. MSS. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 266. vº. col. 2 : *Saint Francois se Dessambloit souvent, pour ce que li cognoissant ne le cogneussent.*

\* Inde etiam accersenda potius videtur, quam a voce Sanguis, juramenti formula *Par le Sambre Dieu*, id est, *Per faciem Dei*; *sambre* enim ex frequenti mutatione *l* in *r*, pro *Samble*, facies, vultus. Atqui usitatisimum fuit per membra, quæ Deo affingebant, jurare. Vide in *Juramentum*. Lit. remiss. ann. 1413. in Reg. 167. Chartoph,

reg. ch. 197 : *Jehan Froidet dist ces paroles : Sambre Dieu, il a esté besoing que le ribault s'en soit alé, par le Sambre Dieu, je l'eusse tué.* Neque aliud sonat vox *Sambuy*, in Lit. remiss. ann. 1368. ex Reg. 99. ch. 179 : *Lequel Robin dist : Le dites vous pour ny, par le Sambuy, je n'entrai onques en vostre jardin.*

† **SIMULATIO**, *Similitudo.* Pasehasius in Vita Ven. Walæ Abb. Corb. sæc. 4. Benedict. part. 1. pag. 474 : *In quibus nulla adulatio fuit, sed hinc inde expressa pietas, nulla ad invicem dissensio : ita ut non invenires ad eorum propositi Simulationem quid adderes.* Nostris olim *Semblant* pro facies, vultus, *Mine.* Le Roman d'Athis MS. :

Elle ot cler vis et bel Samblant,  
 Vairs yeulx et le resgart riant.

† **SIMULATOR**, *Imitator, æmulator.* Spicil. Fontanell. MS. : *Ex duobus quippe generibus hominum domus religionis implenda est; ... vel de prudentibus, quos religiosæ et sanctæ simplicitatis consistit esse Simulatores.*

**SIMULARIA**, *Instrumentum medicum*, de quo Isidorus lib. 4. eap. 11. Laudatur ab eruditissimo viro Petro Lambecio lib. 6. de Bibl. Cæsarea pag. 21. ex Constantino Harmenopulo titulus, *περι ἀμαυδάρτων ἢ τοι θλασιπυόν, τῶν λεγόμενων τζυμδαρίων καὶ καπύλων.* Vide *Glossar. med. Græcit.* in *Ἀμυδαρίων.*

**SIMULARIUS**, *Pistor simila*, in *Mirac. S. Udalrici Episcopi Augustan. eap. 10.*

† **SIMILATIO**, pro *Simulatio*, in Charta ann. 1511. apud *Madox Formul. Anglic. pag. 342* : *Injungo quatinus exacta diligentia et fideli, omni Similacione voluntaria semota et negligencia gravi postposita, onus præfatum.... injungant cum effectu pariter et imponant.*

† **SIMILIGENUS**, *Ejusdem generis.* Cælius Aurel. Aeut. lib. 2. cap. 19 : *Admiscere sibi Similigena.*

† **SIMILIMEMBRIS**, *Uniformis*, sibi in omnibus æqualis. Vetus Irenæi Interpres lib. 2. cap. 13. n. 3 : *Simplex (Deus) et non compositus, et Similimembris, et totus ipse sibi in seipso similis et æqualis est.*

**SIMILITUDINARIE**, ad similitudinem, ad instar. Alanus de Insulis in *Planetu naturæ* : *Non Similitudinarie radiorum representans effigiem; sed eorum claritate nativa naturam præveniens, in stellare corpus caput effigiebat puella.*

† **SIMILITUDINARIUS**, *Similis*, uniformis. Bulla Leonis X. PP. ann. 1519. in Hist. S. Benezeti : *Sub uno Similitudinario, non tamen regulari, habitu incedunt.*

\* **SIMILITUDO**, *Imago, effigies, simulacrum.* Vita MS. S. Martial. Lemovic. : *Post hæc abiit ad Similitudinem ydolorum, et confregit cuncta sculptilia simulacrorum et in nichilum redegit.*

† **SIMILLUS**, *Similis.* Novæ Collect. Form. 48 : *Sic itaque complacuit atque convenit inter illum Abbatem cum Advocato suo seu canobii illius, sen inter alios seculares inter illum et illum, ut Simillas firmitates parique tenore conscriptas cambii sui emitterent.*

\* *Similla firmitas*, Charta pari tenore



scripta, ab archetypo expressa, idem quod *Parieta*. Vide in hac voce.

† **SIMINELLUS**. Vide *Simenellus*.

† **SIMISSATOR**, σιρωτής είνου, ἢ ἄλλου τινός ὑγρῶς, in Gloss. Lat. Gr. MSS. habent, *Simusator*. Vide Martini Lexicon.

† **SIMITARIUS**, Semita. Tabul. S. Victoris Massil. : *In alio loco super flumen unione molino uno afrontat de altano in Simitario*. Vide *Semitarius*. Confer *Simmiterium*.

**SIMMA**, Camera. *Vita S. Silvestri* : *Tarquinius in Simma prudente, ultio divina manifestata est. Ubi quidam corrupte legunt sima, et dicitur a sima curvum*. Ita Joan. de Janua : [unde Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Simma, camera. Siminista, camerarius*.] Sed *Simma* nihil aliud est quam *stigma*, mensa in signatis seu heimicycli speciem confecta, quomodo non semel usurpant Lampridius et alii : ita enim præfert Græca editio Combefisii pag. 262 : Τῶν Ταρκενίων ἐν τῷ λεγομένῳ Σίγματι ἀριστύντες, etc.

† **SIMMERA**, Inferioribus Rhenanis mensura est quartam modii partem continens, ex Goldasto in Gloss. ad Ekehardum cap. 1. pag. 181. Hæc Spelm.

\* **SIMMITERIUM**, pro *Cimiterium* vel *Cœmeterium*. Testam. Alasiae de Chambaudo ann. 1405. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. xxvii j : *Volo... quod eo casu corpus meum depositetur in Simmiterio fratrum Minorum dicti loci Montilii*. Vide supra *Simmentorium*.

† **SIMNIO**, Monasterium. Vide *Semnum*. **SIMNISTA**. Vide *Symmista*.

**SIMONES**, Delphides, apud Papiam, a simis naribus et repandis. Vide Barthium lib. 24. Adversar. cap. 8. et Ferrarium in *Simoni*.

† **SIMONIA**, a Simone Mago dicta Sacrorum venditio; unde etiam *Simoniaci* appellati, qui hac labe infestantur. Vide Canonistas. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Simoniacus, Simoniaux*.

\* Vox ad res profanas etiam translata, cum nempe officium civile muneribus aut pecunia captatur. Stat. Pistor. ann. 1107. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 545 : *Qualiter potestas et consules absque ambitione, vel appostamento, aut Simonia eligi possint*.

\* **SIMONIA** *Canonicorum Remensium*, nuncupatur Charta privilegiorum, iisdem concessorum a Simone de Bria, legato Sedis Apostolicæ ann. circ. 1277. in Libello, vulgo *Factum*, edito Parisiis ann. 1734. pag. 33.

\* **SIMOSA**, Vestis species. Inventar. ann. 1449. ex Tabul. D. Venciæ : *Item due Simosæ de cedablanca*. Vide infra *Sismusinus*.

† **SIMPECTÆ**. Vide *Sempectæ*.

† **SIMPHONIARIUS**, SIMPHONIZARE. Vide *Symphonia*.

† **SIMPINIUM**, Genus poculi, quod et *gabata* dicitur. Papias. Sed leg. *Simpurium*; ut et apud Arnob. adv. Gentes lib. 7.

† **SIMPLAGIUM**. Vide *Semiplagium*.

**SIMPLARE**, a *Simpla*, vel *simpulum*. Sedulius lib. 1. Operis Paschalis, de Trinitate :

Semper ut una manens deitatis forma perennis, Quod simplex triplicet, quodque est triplicabile [Simpler.]

Vide mox *Simplificare*.

† **SIMPLARIS**, Unicus, singularis. *Simplaris armatura*, Miles qui unicam annonam accipiebat, apud Veget. de Re milit. lib. 2. cap. 7. Vide *Candidatus* 1.

† **SIMPLARIUS**, Eadem notione. *Simplariæ venditiones*, apud Ulpian. leg. 48. § ult. ff.

† **SIMPLASIARIUS**, pro *Seplasiarius*, in Gloss. Isidori : *Pentapola, Simplasiarius*.

† **SIMPLEX**, Purus, sincerus. Vetus Irenæi Interpret. lib. 3. c. 21. n. 3 : *Servavit nobis (Deus) Simplices Scripturas in Ægypto, in qua adolevit et domus Jacob*.

\* *Simploiant*, Mitis, lenis, apud Guinevil. in Peregr. hum. gener. MS :

Une dame je vi venir,  
Qui le cuer me fist esjoir,  
Un regard avo't Simploiant,  
Visage benigne et plaisant.

\* **SIMPLEX**. Jacob. de Vitriaco lib. 3. Hist. Orient. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 281 : *Prælatum suum pro Deo colunt (Assesini) sibique usque ad mortem obediunt. Si enim princeps eorum, qui semper vocatur Simplex, id est, sapiens, etc. Hinc titulo, Simplicitas nostra, utitur ille in epistola, quam ad Philippum Augustum scripsisse fertur*.

† **SIMPLEX CHARTA**, Non indentata, seu decisa in modum dentium. Vide *Indentura*. Charta ann. 22. Edwardi III. Reg. Angl. apud Th. Blount in Nomolex. : *Ricardus Mayhen de Sutton per Cartam Simplicem huic indenturæ indentatam dedit, etc.*

**SIMPLEX POPULUS**, Vulgus, nostris *le simple peuple*. Ordericus Vitalis lib. 4. pag. 514 : *Inermem ac Simplicem populum tanta famis involvit miseria, ut, etc. Minor populus, in Capitulari Lotharii Imper. ann. 855. cap. 5.*

† **SIMPLICES**, nude pro Privati non Nobiles, in Chron. Johan. Whethamstedii pag. 342 : *Cum notabili testium multitudine, tam forinsecorum quam indigenarum nobilitum et Simplicium adtunc assistentium*. Vide *Singulares* 2.

**SIMPLICARE**. Gloss. Græc. Lat. : ἄπλω, *Simplico, pando*. [Pallad. 2. tit. 16 : *Lapis subter vel testa ponenda est, ut radicem non Simplicet, sed repercuta respargat*. Vide *Simplare*.]

† **SIMPLICIANA** *ANTIQUA*, Scripturæ genus. Vide in *Scriptura*.

\* **SIMPLICIARIUS**, In plantis medicinalibus, vulgo *Simples*, versatus, Gall. *Botaniste. Simpliciarium pontificium* sese inscribit Joan. Faber Bambergensis in Dedicatione sui libri de Nardo c't Epithymo. Hæc post D. Falconet.

1. **SIMPLICITAS**, Vox contemptus. Gregorius M. lib. 4. Epist. 75. ad Mauricum Imper. conqueritur, se *Simplicem* ab illo appellatum fuisse, tanquam in contemptum, quia (ut ait,) *Simplicitatis vocabulo fatuus quis dicitur*. Ita vulgo novos ac rudes *Simples* appellamus, ut etiam Ulpianus Lge 14. § 4. D. Relig. Vide leg. 1. C. de Jur. et facti ignorant. etc.

2. **SIMPLICITAS**, Alia notione. Lex

Longob. lib. 1. tit. 9. § 37. [\*\* Lothar. I. 89.] : *De homicidio, unde lex pro Simplicitate probationem trium testium querit, si testes habere non poterit, concedimus, ut cum 12. juratoribus juret, et ab eadem Simplicitate sit absolutus; proprium tamen non amittat*. Eadem habent Capitula Ludov. Pii ann. 826. cap. 4. et Conventus Ticinensis ann. 854. cap. 4. [\*\* Pertz. Leg. tom. 1. pag. 435.]

☞ Locum obscurum illustrare tentat Muratorius, hunc præ modestia explicare non ausus tom. 1. part. 2. pag. 148. *Simplicitas* eo loci, inquit Vir doctissimus, mihi appellata videtur homicidii actio perfecta ad defensionem sui, quæ non perverso animo, sed simpliciter fit. Hujusmodi homicida hactenus compositionem facere cogebatur; hac lege mulcta eidem remittitur, modo 12. conjuratores adhibeat, qui jurent illum esse fide dignum.

† 1. **SIMPLICITER**, Omnino, in totum, *Gallis Entierement*. Chron. Angl. T. Otterbourne pag. 33 : *Ducum ejus (Northumbriæ) numerus nobis Simpliciter est incertus*. Rursum pag. 59 : *Cum quo (S. Edwardo) progenies Westaxonum,.... a regni regimine Simpliciter cessavit*. Non semel occurrit.

\* *Sainglement*, eadem notione, in Poem. Rob. Diaboli MS :

De son mantiel se desaffuble  
Tout Sainglement en pur le corps.

\* 2. **SIMPLICITER**, Pacifice, tranquille. Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 110. Charloph. reg. ch. 159 : *Ipsæ Michael.... consuevit Simpliciter vivere et pacifice tanquam agriculator et carpentarius utilis in patria*.

\* 3. **SIMPLICITER**, Negligenter, incaute, vel solum, apud Bolland. tom. 6. Jun. pag. 262. col. 1 : *Subcustos vel expectatione fatigatus, vel forte ne hominem prandii negligeret, non reposuit caput ipsum (S. Ladislai) ad locum seu armarium, pro ejus conservatione deputatum, sed dimisit Simpliciter in altari sacratiæ*.

† **SIMPLICIS**, Simplex. Litteræ Henrici IV. Reg. Angl. ann. 1402. apud Rymer. tom. 8. pag. 277 : *Duo vestimenta serica Simplicia usitata pro uno sacerdote tantum*. Nisi mendum sit pro *Simplicia*.

† **SIMPLICIARI**, Simplicem fieri, in Imitat. Christi lib. 1. c. 9 : *Quanto quis magis unius sibi et interius Simplificatus fuerit, etc.*

† **SIMPLO**, Conviva, apud Fulgent. de prisco serm. num 49. Vide *Simplulator*.

† **SIMPLUS**, Simplex, singularis, unicus. Charta ann. 1263. ex Tabul. Portus regii : *In quibus Simplam justitiam habebat, et quæ a nobis in feodum muediate tenebat*. Alcuinus de div. Offic. : *Christi mors Simpla fuit, quia peccatum, quod est mors anime, non admisit*. Utitur Plautus Most. Act. 2. sc. 2. v. 73. *Simpli equi*, solitarii, ad eorum discrimen qui junguntur ad currum, in vet. Epigram. de Circo apud Carolum de Aquino in Lexico milit. :

Lunæ biga datur semper, solique quadriga :  
Castoribus Simpli rite dicantur equi.

Vide *Singulator*.

\* **SIMPULARIARIUS**, Qui *simpula* ad liquores in sacrificiis libandos conficiebat, apud Murator. tom. 3. Inscript. pag. 331 :



M. MINUCIUS M. LIBERTUS LAMPADIUS  
SIMPULARIARIUS.

**SIMPULATOR**, in Glossar. Isidor. : *Amicus sponsi, assiduus cum eo in convivio. Simpulator, conviva.* Notum, quid sit *Simpulum* apud Fædum et alios. [Vide *Simpla*.]

**SIMPULSARE**. Vide *Pulsare* 3.

¶ **SIMPUVIUM**. Vide *Simpinium*.

¶ **SIMRILIUS**, Æsalon, Gall. *Emerillon*, Accipitris species, minima omnium, sed velocissima. Æsalonem ab accipitre, quem Gallice vocamus *Epervier* non satis distinguiebant veteres. Papias MS. Bituric. : *Alietus, a Græco alietos, avis qui Simrilius dicitur, vel Spavecius.* Vide in *Sparvarius*, et *Smerilones*.

**SIMULA**, Panis similaceus, qui et *sime-nellus*, de qua voce supra. Charta Henrici Episcopi Ratisbonensis ann. 1278. in Metropoli Salisburgensi tom. 1. pag. 264 : *Artocreas et Simulas majores, quemadmodum ipsæ Simulæ in recordatione fratrum hactenus dari consueverunt : et quelibet Simulæ tantum valere debent, quantum valent tres Simulæ quotidianæ.* [Vide *Simila*.]

1. **SIMULACRUM**. In Indiculo Superstitionum et Paganiarum in Capitulari Karlo-manni ann. 743. paragraphi 26. 27. 28. inscribuntur : *De Simulacro de consparsa farina : De simulacris de pannis factis : et De Simulacro, quod per campos portant.*

¶ Quæ superstitio non longe abludere videtur ab ea quæ etiam nunc viget apud rusticos in Irlandia. Antiquissimo quippe usu apud eos receptum est, ut in præcipuis solemnioribusque festivis diebus panem in formam porci efficiant, quem postea exsiccant, atque in pulverem redactam, et una cum semine permistum terris mandant verno tempore : famulos denique equosve, qui agrorum culturæ deputantur, eo pane vesci jubent. Ita conjicit Keyfler in *Dissertat. de Cultu solis*, etc. ad calcem Eliæ Schedii de Diis Germanicis.

\* 2. **SIMULACRUM**, Actio scenica, qua res aliqua *simulatur*. Stat. eccl. Tull. ann. 1497. MSS. fol. 67. rº. ubi de festo Innoc. : *Fiunt ibi moralitates vel Simulacra miraculorum, cum farsis et similibus jocalis, semper tamen honestis.*

¶ **SIMULARE**, **SIMULATIO**, **SIMULATOR**. Vide *Simulare*.

¶ **SIMULATITIUS**, Simulatus, fictus. Vita sancti Guthlaci tom. 2. April. pag. 43 : *Adversus Simulatitias malignorum spirituum fraudes.* Vide *Simulaneus*.

**SIMULATIVE**, in libro foundationis Monasterii Gozeccensis pag. 30. *Simulando*.

**SIMULATUM**. Vide *Wanctodal*.

¶ **SIMULTANEUS**, Simulatus, fictus, non æquus. Longinus in Vita B. Kingæ tom. 5. Jul. pag. 717 : *Majorem sibi, quam pro merito, vitæ religionem et sanctitiam falsam et Simultaneam æstinationem effecturam.* Mulleri Introduct. in Hist. Sand-Hippolyt. apud Duellium tom. 1. Miscell. pag. 281 : *Simultanea utriusque possessione tribus propemodum sæculis retenta fuerunt.* Vide *Simulatitius*.

**SIMULTARE**, Simultatem cum aliquo gerere, vel inter se simultatem exercere. Gemma.

¶ **SIMULTAS**, Conspiratio, factio. Acta S. Severi Episc. Abrinc. tom. 1. Febr. pag.

193 : *Quorum (clericorum) Simultates presbyter astutus prævidens, etc.* Ubi sermo est de Clericis qui S. Severi corpus furari conspiraverant.

¶ **SIMULTIM**, Simul, eodem tempore. Vita B. Lidwinæ tom. 2. April. pag. 360 : *Cumque Simultim tempore, loco, modo, etiam objectabiliter concurrerent in Spiritu, viderunt Lidwinam.*

\* *Seublement*, eadem notione, in Lit. remiss. ann. 1481. ex Reg. 207. Chartoph. reg. ch. 114 : *Lesquelz compaignons pour assavanter les autres où ilz estoient, Seublement sifferent.* Ubi de aliorum sibilo nulla mentio fit.

**SIMULTUM**, Vermis in cornibus arietum, qui facit eos corruptetare. Joan. de Janua. [Hinc Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Simultum, le ver qui est es cornes du mouton.*]

\* **SIMUM**, Extremitas, summitas, Gall. *Cime*. Charta ann. 1341. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 250 : *Item quod habent... usum... scindendi ramos et branches sive Sima arborum, pro dictis eorum animalibus nutriendis.* Lib. de Mirab. Romæ in Diar. Ital. Montisfalc. pag. 291 : *Pinea ærea cum Simo aræo.*

¶ **SIMUS**. Vide supra *Secuus*.

¶ **SIMUSATOR**. Vide *Simissator*.

**SINAIDA**, Incisio, facta in arboribus ad limites designandos, a Saxon. *snitan*, vel *snit* an, *incidere, secare*. Unde *snit, serra, snite, incisio*. Lex Longob. lib. 1. tit. 26. § 5 : *Si quis propter intentionem signa nova, aut theclaturam, aut Sinadam in silva alterius fecerit, et suam non probaverit, componat sol. 40.* Et § 6 : *Si servus extra jussionem domini sui theclaturam, aut Sinadam in silva alterius fecerit, manus ejus incidatur, etc.* Ubi Edictum Rotharis Regis Longob. tit. 97. [\*\* 244. 245.] habet,

**SNAIDA**, ut **SNEIDA**, Traditiones Fuldens. lib. 2. c. 8 : *Hæc est terminatio Ecclesie in Creynfeld, a Muroresbrink sursum versus ad Berholdes Sneider, inde ad fontem S. Bonifacii.* Infra : *Hæc est terminatio matris Ecclesie... ad fontem S. Bonifacii super Sweberfeld, inde per Berholdes Sneider, usque in Brahdaha, etc.* [\*\* Notit. antiq. apud Guden. Cod. Diplom. tom. 2. pag. 304 : *Terminus foresti ... et inde unam Sneider usque Bremenfurt ... et inde in illam Sneider quæ tendit ad Fleredesfelt et sursum illam Sneider usque in deme Sol, etc.* Hæc pertinere ad Germanicam vocem *Sneida* alias *Sneise, Schnate*, Semita, callis silvestris, de qua videndus Graff. Thesaur. Ling. Fr. tom. 6. col. 844. recte monuit Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 542. Adde pag. 546.]

¶ **SINAL**, vox Hispanica. V. *Crebantare*.

¶ **SINAPIZARE**, Ex Sinapi componere, apud Veget. lib. 2. cap. 6.

¶ **SINARE**, σίνειν, in Gloss. Lat. Græc.

¶ **SYNASPISMUS**, Vox Græcæ originis, usurpata quandoque a Latinis Scriptoribus, qua significatur instructio aciei magis spissa confertaque, in qua milites invicem distant non nisi pedem et semis Hæc post Carolum de Aquino in Lexico milit.

¶ **SINATIO**, Concessio, donatio. Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 972 : *Ego vero dictus baillivus... dictam Sinationem nomine ipsius domini Regis ratam habeo.*

¶ **SINCERA**, perperam pro *Sicera*, [^ Vide supra in hac voce.] in eod. Chartul. tom. 1. pag. 844 : *Unum galonem potus Sincere vel cervesie.*

¶ 1. **SINCERATUS**, pro *Sincerus*, in Vitis Patrum Emerit. inter Conc. Hispan. tom. 2. pag. 652 : *Pietas quippe summi Dei statim Sinceratum pectus emollivit.*

\* 2. **SINCERATUS**, *Contritus*, in Glossar. ex Cod. reg. 7679.

**SINCERIS**, pro *Sincerus*. Glossæ veteres cap. de moribus : *Sinceris*, σελευρνίς. S. Fulgentius Epist. 2. ad Gallam : *Apostolus, sicut ipse testatur, vult, ut sinus Sinceres, et sine offensa in diem Christi, etc.* Vulgata edit. habet *Sincerit*. Et in Responsione contra Arianos pag. 32. 1. edit. : *Vapor est autem virtutis Dei, et manatio quedam claritatis omnipotentis Dei Sinceris.* Utitur semel ac iterum.

**SINCERITAS**, Titulus Rectorum Provinciae, in leg. 8. Cod. Th. de Jurisd. (2, 1.) et leg. 33. de Cursu (8, 5.)

¶ **SINCERITER**, *Sincere*. Vitæ Patrum Emerit. inter Conc. Hispan. tom. 2. pag. 654 : *Et quemadmodum eum percutere voluerat, nec gladium educere voluerat, Sinceriter enarravit.* Occurrit etiam apud Gellium lib. 13. cap. 15.

\* **SINCHEIUS**. Vide infra *Suichetus*.

**SINCINIUM**, quasi singularis cantilena vox, cum vero multi, chorus. Papias. [Festo : *Sincinia, cantio solitaria.* Vide *Sicinium*.]

¶ **SINCOPIATUS**. Vide in *Synropa*.

**SINDABULUM**, al. *Sindabalum, Fundibalum*. Papias. Sed legendum videtur *fundabulum*. Vide in hac voce.

¶ **SINDALUM**, Tela subserica, vel pannus sericus, ut *Cendalum*. Vide in hac voce. Inventar. ann. 1419. ex Tabul. Eccl. Noviom. : *Item duæ cappe de eodem velueto, et sic broderatæ duplicate de Sindalo asureo.*

\* **SINDERE**, pro *Scindere*, in Charta ann. 1321. ex Reg. 75. Chartoph. reg. ch. 303.

¶ **SINDICAMENTUM**, **SINDICARE**, **SINDICATIO**, **SINDICATOR**. Vide *Syndicare*.

¶ **SINDICTUS**, **SINDICUS**. Vide *Sindicus*. **SINDMANNI**. Charta Ludovici Regis ann. 892. et Henrici Imper. ann. 1039. in Metropoli Salisburgensi tom. 1. pag. 130. 147 : *Cum curtis et casis, aliisque adificiis, familiis, et utriusque sexus mancipiis, barschalcis, Sindmannis, hengisvuoteris, censibus, capitensisibus, aquis, campis, vineis, etc.* Adde pag. 151. Vox forte conflata ex German. *Seide*, Synodus, et *man*, homo : ita *Sindmanni* fuerint homines Synodales. Vide Kilianum. [Meichelbecko tom. 1. Hist. Frising. pag. 151. *Sindmanni* ii sunt qui ad nuncia aut alia perferenda tenebantur.] [\*\* Vide Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 318.]

**SINDONARIUS** est Artifex syndonum, ni fallor, apud Recuperum de Mirac. S. Ambrosii Senens. num. 57.

**SINDONES**, ministerio Ecclesiastico accensentur. Sic autem appellabant lintamina, in quibus recipiebant et reponebant panes, qui a fidelibus ad divinum sacrificium offerebantur. Ordo Romanus : *Oblationes autem a Pontifice suscipit Subdiaconus, et ponit in Sindonem, quæ eum sequitur.* Alibi : *Acolyti autem, qui inde fuerint,*



observant, ut portant *Christina ante Pontificem, et Evangelia, Sindones et sacculos, etc.* Rursum : *Oblationes vero Principum Subdiaconus Regionarius a Pontifice suscipit, ac sequenti Diacono porrigit, et ipse in Sindonem, quam tenent duo Acolyti, ponit.* [Hinc oratio, quæ super oblatos panes in Sindone collectos fiebat, dicitur *Oratio super Sindonem.* Vide Acta SS. tom. 3. Julii pag. 282.]

**SINDON**, pro Specie panni, [byssus tenuis.] Vetus Charta apud Rocchum Pirum in Episcopis Agrigentinis : *Unam cappam de diaspero aurisamito, vel Tartarisco aureo de Sindone foderatam, etc.* [Leg. palatinæ Jacobi II. Reg. Majoric. inter Acta SS. tom. 3. Junii pag. LVI : *Quæ vestes, ut decet, sutæ ac pannis variis sint solratæ, exceptis vestibus Pentecostes quæ de Sindone sint solrandæ.*] Monasticum Anglic. tom. 3. part. 2. pag. 95 : *Capis nigris cum capucis de Sindone vel taffata utentur.* Parte 1. pag. 315 : *Capa Roberti Bernel de Syndon. Hisp. coloris Indici indentata.* Arcstum 9. Maii 1320 : *Item unam capellam de Sindone nigro, videlicet casulam, tunicam, etc.*

¶ **SYNDON**, Eadem notione, in Ordinat. Humberti II. ann. 1340. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 406. col. 2 : *Item, pro Syndone pro raius Pentecostes erit una petia Syndonis necessaria.* Adde Chronicon Estense apud Murator. tom. 15. col. 517.

\* **Sydoine**, pro *Suaire*, in Penit. Adami MS. cap. 20 : *Aportez-moy trois Sydoines de soye et envelopez d'iceulz le corps de Adam.*

\* **SINDONICUS**, Ad Sindonem pertinet. *Sindonicum opus*, sindonum textura. Comæd. sine nomine act. 2. sc. 5. ex Cod. reg. 8163 : *Sindonico vacat* (Hermionides) *operi, nira prætextam gemmis auroque determinat arte.* Vide *Sindones*.

**SINE**, Extra, præter, quomodo Galli Sans usurpant. Cumeanus Abbas de Mensura Pœnitentiarum cap. 1. et 12 : *Sine quadragesimis 40. dies peniteat.* Vide *Anni subditi*.

¶ **SINECILIONES**. Vide *Smeriliones*.

\* **SINERE**, Dimittere. Serm. Gabr. Barrel. fer. 6. hebdomad. 4. Quadrag. : *Quod cum Erupides (Euripides) interrogaret Socratem, cur Xantippem uxorem suam litigiosam... non Sineret?*

¶ **SINESCALCUS**. Vide *Senescalcus*.

**SINGILIONES DALMATENSES**, inter vestes recensentur in Epistola Gallieni apud Trebellium Pollionem in 30. Tyrannis : *Σιγγιλιονες*, in Testamento S. Gregorii Nazianzeni dici putantur : *σινγιλιονες β. πιλια γ. σινγιλιονες α.* Itaque quidam MSS. præferre, pro *σινγιλιον*, uti aliquot editi habent, scribunt Baronius ann. 389. n. 31. et Casaubonus ad Pollionem, ubi sententiam suam de ejusmodi singilionibus prodit. Hunc consule, si lubet. Vide *Cingillus*.

¶ Salmasius vero *Singiliones*, vel potius *Sigillones*, ut scribendum esse censet, interpretatur vestes *Sigillatas*, id est, signis vel figuris ornatas. Vide *Sigillus* 2. Alii vestes esse volunt ex simplici panno, seu non duplicato, ut supra observavimus in *Sigillio*.

1. **SINGLARE**. Vide *Singularis*.

\* 2. **SINGLARE**, a Gallico *Sangler*, Constringere, firmare. Comput. ann. 1364. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 263. col. 2 : *Solvit Bernardo Salelle fusterio, qui cum Jacobo Ruffi fusterio, fuerunt ad reparandum cadalfalia quatuor ad canal, datum sibi ad pretium factum, et pro singulis fusteis ad Singlandum dicta cadalfalia.*

¶ **SINGLEWOMAN**, Anglis, Virgo vel mulier innupta, a *Single*, sola et *Woman*, mulier. Charta apud Madox in Formul. Anglic. pag. 392 : *Isabella Brikelys de London Singlewomian salutem in Domino, etc.*

¶ **SINGNARE**, **SINGNUM**, pro *Signare* et *Signum*. Charta ann. 1421. ex Tabul. D. de Flamarens : *Et manu mea propria scripsi et grossavi et Singno meo consueto Singnavi.*

¶ **SINGULA**, f. pro *Cingula*, vel *Sigla*, Vexilli pars extrema. Gesta Consulum Andegav. cap. 6. num. 13 : *Interdum (Gaufridus) perfidos aggressus est illos (Danos) ut vexilli Regis Singulas in ore Danorum volitare faceret, etc.*

¶ 1. **SINGULARE**, Sequestrare. Acta S. Georgii tom. 3. April. pag. 110 : *Vigulis ante positus Singulavit.* Vide *Singulizare*.

¶ **SINGULARE**, *Seorsum constituere, singillatim memorare*, apud Papiam et in Gemma.

\* 2. **SINGULARE**, Quidquid præter morem et usum fit. Reg. visitat. Odon. archiep. Rotomag. ex Cod. reg. 1245. fol. 17. vº : *Visitavimus prioratum de Villa Arcelli. Ibi sunt xxij. moniales..... Onnes nutriunt comam,.... præparant sibi Singularia, ut possunt.*

1. **SINGULARES** et **SINGULARI**, inter postrema officia Præfectorum prætorio Orientis, et Italiæ et urbis, recensentur in Notitia Imperii, de quorum officio multa habet Panciroli lib. 1. cap. 20. pag. 14. quæ non exscribo. Vide etiam Cujacium lib. 12. Observat. cap. 40. [et Brencmanum in Hist. Pandect. lib. 2. cap. 5.]

¶ 2. **SINGULARES**, Privati, nostris *Particuliers*. Charta ann. 1357. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 4. pag. 447 : *Singulares ville de Revello in judicatura Lauragesii, etc.* Vide in *Simplex*.

\* *Singuliers*, nostratibus, eadem notione. Lit. ann. 1368. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 396. art. 6 : *Que toutes préventions et enquestes commencées contre lesdis consuls et les autres habitans et Singuliers de ladictæ ville (de Villeneuve), etc.* Occurrit rursus ibid. pag. 480. art. 13. pag. 619. et pag. 706 art. 17. Charta ann. 1407. in Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 290 : *Nos bien amez les consuls, Singuliers, manans et habitans de nostre bonne ville de Montpellier, etc.*

**SINGULARIS**, dictus *Aper*, Græcis *μηνις*, quod delectetur solitudine, vel quod solus et *Singularis* primis duobus annis vagetur, nostris *Sangler*. Ita Cujacius ad lib. 1. de Feud. et Fullerus lib. 6. Miscellaneorum sacrorum cap. 6. [οἱ μοναχικοὶ τῶν σῶν, apud Nicetam Chouiat. in Andronico lib. 2. n. 2.] Odilo lib. 2. Vitæ S. Odonis Cluniac. Abbat. lib. 2 : *Ecce immanissimus Singularis de sylvâ egressus, etc.* Vita S. Deicoli Abb. n. 24 : *Cum multi optimatum, venatu nobili, Singularem maximum insequerentur. Porcus Singularis. Tabularium Mona-*

sterii S. Savini Levitanensis apud Marcam : *Concedimus etiam in ipsa valle, ut si quis Porcum Singularem, sive cervum venando ceperit, quartam sive spallarem S. Savino persolvat. Fera Singularis.* Petrus Chryso-logus serm. 127 : *Singularis fera, usque dum capiat prædam, fremit ore, dentibus frendit etc.* Ita fera *Singularis*, apud Hariulfum lib. 3. cap. 21. Willelmum Malnesbur. pag. 3. et in Chronico Fontanell. pag. 187. ubi de morte Karolomanni. *Aper ferus Singularis*, apud Cogitosum in Vita S. Brigidæ Virg. cap. 4. n. 21. et in alia ejusdem Brigidæ Vita cap. 16. n. 22. 102. *Singularis ferus*, [in Psalmo 79. 14.] in Vita S. Pachonii cap. 16. apud Petrum Damian. lib. 3. Epist. 10. Willelmum Abbatem Metensem Ep. 1. Joan. Sarisberiensem Ep. 167. S. Bernardum Ep. 240. in Vita S. Rigoberti Archiep. Remens. cap. 2. n. 7. etc. Vide *Capitulare de Villis* cap. 40.

**SINGLARE**, Eadem notione. Gaufredus Malaterra lib. 2. cap. 40 : *Aprum miræ enormitatis, quem Singlare dicunt, movit.*

¶ **SENGLARIUS PORCUS**, Eodem significato, in Charta ann. 1399. ex Tabular. S. Victoris Massil. : *Tibi licentiam damus et concedimus per presentes libertatem venandi et occidendi porcos Senglars, servos (cervos) et capreolos, etc.*

**SENGLARIUS**, ex Gallico *Sangler*. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 841 : *Et pasturam ad 20. vaccas,.... et ad unum Senglarium, etc.*

¶ **SENGLERIUS**, in Chron. Salernit. apud Murat. tom. 2. part. 2. col. 231 : *Sed dum hac illacque, ut mos est, alternatim discurrerent, ingentem Senglerium reperit.* Le Roman d'Athis MS :

Chével, ne daim, cerf, ne Sengler,  
Ne autre que l'en puist nommer.

¶ **SINGULARITAS**, Monachatus, vita monastica. Litteræ Cleri Ravennatis apud Mabill. tom. 3. Annal. Bened. pag. 124 : *Nec hoc quidem dicimus, ut in omnibus hujus religionis, cum ad sanctam pervenerint dignitatem, relicto more ecclesiæ vel religionis, in qua proveci sunt, mutandam vestem Singularitatis censeamus, etc.* Adde eundem Mabill. tom. 2. pag. 448. et Canon. Propositionum 20. qu. 3.

¶ **SINGULARIUS**, Monachus. Transactio inter Abbatem Metonachos Crassenses ann. 1351 : *Sed quia dictus lavandarius tenetur lavare bis in qualibet septimana rauram conventus et Singulariorum de eodem ac familiæ eorumdem, etc.* Nisi sit pro *Singularis*, quod non displicet.

**SINGULATOR**, ἱπποσφίς, κελύς, in Gloss. Gr. Lat. ubi Salmasius *Singulatore* exponit *equitem, qui solo ac singulari equo veliūt, quem μονάτορα vocasse Hesychium putat : ἵππος καὶ ἱπποσφίς, καὶ εἶδος νεῶς, καὶ μονάτορ.* Glossæ Isidori : *Aureax, equus solitarius.* Vide eundem Salmasium ad *Vopiscum*, et supra *Simplus*. Occurrit præterea vox *monator*, in Gloss. Græc. Lat. ubi exponitur *σημωτήρ*, sed videtur legendum *monitor*.

**SINGULIZARE** Alcuinus in Præfat. ad lib. de 7. Artibus : *Quapropter opere Dei Singulizato, magnificæ necessaria definitione conclusæ sunt, etc.* [Vide supra *Singularis*.]



† **SINGULOGISTICUS**, *Claustra Singulogistica*, ubi singuli monachi singulatum degunt. Poema 198. inter Alcuini poem. :

Quæritur hic verum per Singulogistica sacrum  
Claustra modis variis famine paciico.

† **SINGULTINUS**, Lacrymosus. Vita S. Macarii tom. 1. April. pag. 881 : *Deo pastori summo commendavit Singultini orationibus.*

† **SINGULTIZARE**, Singultire, Gall. *Sanglotter*. Vita S. Catharinæ Senens. tom. 3. April. pag. 903 : *Talia vel similia verba Singultizans vix protulit.*

\* **SINGULTUOSUS**, Singultans, lacrymosus. Libel. supplex ad Ludov. reg. Franc. ex Cod. reg. 8407. 2. 2. fol. 34. vº : *Proinde magnificentiam vestram, serenissime princeps, adjuramus per viscera Jesu Christi, quantum possumus, voce Singultuosa et lacrimabili supplicantes, etc. Singultuosus genitas, in Chron. Turon. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 53. Vide Singultinus.*

\* **SINGULUS**, Unusquisque, Gall. *Charcan*. Charta ann. 1257. in Chartul. eccl. Lingou. ex Cod. reg. 5188. fol. 233. vº : *Recognovit se tenere a domino Guidone episcopo Lingonensi quinquaginta jornalia terre arabilis.... Singulum jornale pro duobus denariis.*

† **SINIMUM**, an Cinnamonum, Gall. *Canelle?* Litteræ Ricardi II. Reg. Angl. ann. 1380. apud Rymer. tom. 7. col. 233 : *Quinque balas Sinini, aram pipam pulveris salvistri, et quinque balas basti.*

† **SININUS**, Cæmentitius, ut videtur. Chronic. Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 525 : *Et recepit ab eis curtem et domum cum puteo aque vivæ, et majori cripta, post eam Sinino opere cooperta, sicut a pariete antiquo circumdata videbatur.*

† **SINISCALCUS**, **SENISCALIS**, apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 67. Murator. tom. 15. col. 346. et Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 337. pro *Senescalcus*. Vide in hac voce.

**SINISTA**. Vide *Sinistus*.

† **SINISTERITAS**, Infelicitas, sinistra fortuna, perversitas. Sidonius lib. 1. Ep. 5 : *Ilicet, et si secus quæpiam, sab ope tamen Dei ordiat a secundis; quibus primordiam majores nostri etiam Sinisteritatum suarum relationes evolvere aspiciantur.* Vita Joh. Clerici pag. 94 : *Hæc posteritas quidem nostra videbit, sed et tantam judiciorum Sinisteritatem non pauci jam mirati sant.* Expositio symboli in Liturg. Gall. pag. 341 : *Ideo ad dexteram Patris Filius dicitur; quia in eo nulla Sinisteritas invenitur. Cum enim in Scripturis sacris semper quod dexterum est, ad meliora; quod sinistrum, ad deteriora pertineat : ideo in Deo dextera, id est bona sunt : ubi sinistra, id est mala possumus suspicari. Sinisterius versari, in leg. 2. tit. 27. lib. 9. ad Leg. Jul. repet. Cod. Theod.*

**SINISTERIUS**. Gloss. Lat. Gall. : *Sinisterias, Senestre, potier.* [Vide *Sinisteritas*.]

† **SINISTIMUS**, Sinister. Vide *Dextimas*.

† **1. SINISTRARE**, Adversari. Chron. Richardi de S. Germano apud Murator. tom. 7. col. 971 : *Et anno Fridericus Ro-*

*manorum Imperator cum ingenti Crucesignatorum exercitu Hierosolimam petens, Sinistrante fortuna, in quodam flumine moritur.* Acta S. Constantini Reg. Monachi tom. 2. Mart. pag. 64 : *Sed ecce Sinistrante fortuna moritur Regina.*

2. **SINISTRARE**, Ad sinistram comitari; ut *dextrare*, ad dextram. Radulfus de Diceto ann. 1193 : *Dextravit Archiepiscopum Londoniensis Episcopus, Sinistravit Wintoniensis, et sic in sede sua soleniter collocatus est.*

\* **SINISTRUM**, Malum, damnum, incommodum. Instr. ann. 1384. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 75. col. 1 : *Ceperunt ligna, fenum, utencilia..... et alia multa a civibus villæ regie Nemausi, et interdum sine solutione, absque eo quod propter ea aliquis civis dicitur villæ quicquam facti aut alias Sinistrum fecerint..... Bonum vultum eis fecerant, absque aliqua violatione aut alio Sinistro.* Nostris *Sénéstrement*, sinistre, maledice, vulgo *d'une façon désavantageuse*, *mal*. Lit. remiss. ann. 1404. in Reg. 159. Chartoph. reg. ch. 175 : *Le sappliant oy ledit Robin, qui parloit de lui Sénéstrement en le blasmont.* Vide *Sinistrare* 1.

† **SINISTUS** Ammianus lib. 28. cap. 5 : *Sacerdos apud Burgundios omnium maximus vocatur Sinistus : et est perpetuus, obnoxius discriminiibus nullis in Reges.* Vide *Sinister*. [\* Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 267. Myth. Germ. pag. 58.]

† **SINJUGARE**, *Conjugare*. *Sinjugia*, *Copula*, in Gemma. Utrumque a Græco συνιγία, et συνιγείν. Gloss. vett. : *Sinjugiare, copulare, conjugare, confederare.*

† **SINKELLUS**, pro *Synocellus*. Vide in hac voce. Vita S. Leucii Episc. tom. 1. Januarii pag. 673 : *Joannis Tranensis, Siptonini atque Garganensis Archiepiscopi, necnon pontificalis et augustalis Sinkelli.*

**SINNICHIMUM**, Umbella acuminata. Relatio de Translatione S. Gregorii Nazianzeni : *Ante Patriarchalem Lateranensem erat Crux Basilicæ Vaticanæ cum Conopæo, quod Sinnichium vocant.* Ubi consulendus Papebrochius.

\* **SINOCUS** pro *Synochus*, quod vide, Ferris continens. Reinard. Vulp. lib. 1. vers. 1113 :

Crederet nolebat collum veniente securi,  
Et pejor Sinoco visa securis erat.

**SINODOCHIUM**, **SYNODOCHIUM**, in Synodo Ticin. ann. 850. cap. 15. 16. in Chron. S. Sophiæ Benev. pag. 608. etc. [Præceptum Caroli M. ann. 773. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 38 : *Insuper adjungimas ad præfatum locum Sinodochium illum inter Padum et Ticinum, quod est in honore S. Mariæ constructum.*] Chronicon Farfense : *Cum Monasteriis, cellulis, Synodochiis, Ecclesiis, etc.* Charta Romualdi Ducis Beneventanorum in Chronico S. Sophiæ Benevent. : *Ut neque a Monasterio subdatat, neque Synodochio defendatur.* Occurrit præterea in Chartis Ludovici Pii in Vita Aldrici Episcopi Cenom. num. 11. apud Pontium de Larazio de Excidio Salvaniensis monasterii num. 4. in Actis Episcoporum Cenoman. pag. 111. 127. 147. Atque forte ita legendum in Vita MS. Magnobodi Episc. Andeg. cap. 41 :

*In quo etiam Syntochia atque brephotia construxit. Nisi legatur piochia.*

**SENODOCHIUM**, in Capitul. 6. ann. 819. cap. 5. Vide Baluzium ad Capit. pag. 1080. [Epist. Caroli M. ad Pipinum filium apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 112 : *Pervenit ad aeres clementiæ nostræ, quod aliqui duces,.... et ceteri per singula territoria habitantes ac discurrentes, mansionatica et paravereda accipiant non solam de liberis hominibus, sed etiam de ecclesiis Dei, monasteriorum videlicet virorum et puellarum, et Senodochiorum.* Ex quibus facile colligitur *Synodochia* sæpissime nuncupari *Obedientias* a majori monasterio dependentes.]

† **SINODOXUS**, Pauper, qui in Synodochio nutritur. Gloss. ad calcem Collect. Canonum ex Bibl. DD. *Chavelin* Reg. Sigillorum Custodis : *Sinodoxis, pauperibus Ecclesiæ.* Vide *Synodicus*.

† **SINOPSIS**, Color viridis, Galli in tessuris armariis vocant *Sinople*. Vita S. Wilhelmi tom. 6. Maii pag. 817 : *Qui enim solebat paalo ante in palatiis degere, auro radiantibus ac depictis Sinopide.*

\* In tessuris quidem armariis, alioquin est Color ruber, ut in Vita Caroli M. jussu Frider. imper. scripta XII. sæc. : *Erat in eadem basilica in margine corona.... Sinopide scriptum, quis aator esset ejusdem templi, cujus in extremo versu legbatur, Carolus princeps.*

\* **SINQUENUM**, pro *Cinquenum*. Quarta pars, Gall. *Cinquième*. Charta ann. 1408. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 395 : *Census, servicia, tachias, Sinquena, quartones, etc.* Vide *Cinquenium*.

† **SINORDI**, Servientium genus. Charta Annonis Archiep. Colon. ann. 1057. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 447 : *Illud quoque firma ratione constituens, ut liberis vel Sinordis venatoribus, sive cujuscumque generis hominibus ad hanc dominationem pertinentibus, quæ suis temporibus jura et optimas consuetudines habuisse probare potuerint.*

**SINOSITAS**. Bromptonus : *Ad Septoniam deducitur, que temporibus Britonum Paladur vocabatur, et a Cassibelano Rege edificata, magnæ Sinositatis erat civitas.* Leg. forte *famositatis*, vel *sinuositatis*.

\* **SINSCALCUS**, Vox ratione versus contracta, pro *Senescalcus*. Locus est in *Lavandariis*.

\* **SINSENIER**, vox Gallica, Umbraculum, quo tegitur pyxis Eucharistica supra altare suspensa. Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1376. ex Bibl. reg. : *Item una coopertura ad flores lili de broderia, quæ dicitur de Sinsenier, quæ est supra cyborium ad majus altare, ubi Corpus Domini est repositum.*

† **SINSIPIUM**, Sinciput. Vita MS. S. Castoris Aptensis Episc. : *Beatus Castor amplum scapulare in summitate brevis peticellæ ligavit, et ultra humanum modam calidis appropinquans clibanum detersit, omnibus qui aderant mirantibus quod nec capillus in Sinsipio, nec pilas adustus videbatur in areto (leg. arido) panno.*

† **SINSTER**. Petrus Damianus Ep. 9. edit. 1610. pag. 17 : *Plerique Pontificatus jura non deserunt, et de Sinistris sunt.* Forte pro *Sinistris*. Vide *Sinistas*.

\* **SINTA**, Zona, cingulum. Inventar.



ann. 1419. ex Tabular. Montisol. : *Unam capellam albam, ... cuncta alba, stola, manipulo, zona sive Sinta vermella, etc.* Idem forte sonat vox Gallica *Saut*, in Charta ann. 1318. ex Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 453 : *Lidis maires et eskevins se douloient que nostre visconens avoit prins un Saut, une lampe, etc. Vide Sintatus.*

† **SINTAVIS**, Cinctus, ab Occitanico *Sintat*, vel *Cinut*, Gall. *Ceint*. Vetus Cere-  
moniale MS. B. M. Deauratæ Tolosan. : *Et quilibet istorum (Monachorum) debent portare unum amictum Sintatum, et unas manutergias in collo per modum stole.*

† **SINTEX**, Βάτος, in Gloss. Lat. Gr. *Sentis* emendat Cujacius : alii *Sandix*. Vide *Batus* 3.

**SINTHICIA**, Pactum, conventio. Hesy-  
chius : *Συνθεσία, συνθήκη. Συνθεσιάν, έντο-  
λόν, συνθηκόν.* Gregorius M. lib. 1. Epist. 30 : *Sicut peccata mea merebantur, non Romanorum, sed Longobardorum Episcopos factus sum, quorum Synthiciæ spathe sunt, et gratia pœna.* Ubi Jamesius monet in MSS. haberi *Synthiciæ* : ita ut vox a Græcia videatur deducta. [Pachymeres lib. 3. cap. 10 : *Ὁρκος δ' ἐκείνους, καὶ συνθεσία, καὶ ἐμπεδῶσες ὁρίζεται, etc.* Utitur rursus lib. 1. cap. 22.] Græci etiam nuperi vocem *συνθηκάρης*, pro eo, qui cum altero pactum inquit ad alium opprimendum, usurparunt. Acclamations Populares in Concilio Constantinopolitano sub Menna act. 5 : *Ἐξωβάζε τὸν συνθηκάρην, ἔξω βάζε τὸν λοιδόρον.* Mox : *μετὰ σοῦ ἐστὶ καὶ συνθηκίζει τοὺς ἐπισκόπους.* [Vide Gloss. mediæ Græcit. in *Συνθηκάρης* et *Συνθήκη*.]

\*\* **SINTICHIA** apud Arnold. de S. Emmeram. lib. 1. cap. 17 : *Omnes Sintichias venenosas qui non observaverit procul dubio vitæ periculum incurrit, etc.* *Συντυχία*, Conventio.

† **SINTHOMA**, pro *Symptoma*, a Gr. *σύνπτωμα*, Gall. *Symptome*, vox Medico-  
rum. Statutum Johannis Reg. Franc. ann. 1352. tom. 2. Ordinatum, pag. 609 : *Stutumus et ordinamus, quod nullus cujuscumque sexus, vel conditionis existat, ... pilulas luxativas, clisteria qualiacumque, propter timorem mortis, ex fluxu vel malis Sinthomatibus prægravatis, ... consulat ministrare uideat medicinam.* Vide *Symptoma*.

† **SINTRALIA**. Chartul. Eccl. Auxit. cap. 136 : *Dederunt tertiam partem decimationis ecclesiæ S. Georgii juxta Bazianum et Sintralia ejusdem pro ea.* Rursum cap. 143 : *Mediam partem ecclesiæ d'Antaiag... huic ecclesiæ B. Petri de Vico de cetero possidendam et Sintralia ejusdem ecclesiæ pro se et suis successoribus manumisit.* Utrobique pro *Centralia*, vel *Centralia*, ut habetur in eodem Chartul. cap. 114. quod supra suo loco videre est : ubi minus recte *Censualia* legendum esse opinati sumus ; probabilius hac voce significari videtur certus loci ambitus intra quem constructæ erant memoratæ ecclesiæ.

† **SINU**, *Mortarium*, in Gloss. ad Doctr. Alexandri de Villa Dei.

\* **SINUA**, *SINUARE*, pro *Soniu* fortassis et *Soniare*, saltem eodem intellectu. Vide in *Sunnis*. Charta Phil. comit. Fland. pro libert. Brug. castell. ex Cam. Comput. Insul. : *Ubicumque inceperint, totum per-*

*equitabunt, nisi Sinuan, aut præ comite aut præ agritudine, moutraverint... Homines de Wlpia sive de Cuedslant submoniti, poterunt se ipsos Sinuare, præstito juramento ad diem placitum quem citius præ mari venire poterunt.*

\* **SINUAMEN**, Motus flexuosus. Vita S. Walth. tom. 1. Aug. pag. 266. col. 2 : *Postquam abbas de illo (equo) descenderet, et puer ad stabulum vel ad adaquandum illum ducturus ascenderet, ita se fremitu, varioque Sinuamine membrorum agitabat, etc.*

\* **SINUARE**, pro *Insinuare*, Suadendo in animum infundere. Ordo antiq. Episc. Mediol. apud Murator. Script. vol. 1. part. 2. pag. 230 :

Munera ne capias, quæ captans quam sit iniquus, Vigentesimo quinto psalmo Siouatur.

**SINUM**, *Vas in quo butyrum conficitur.* Gloss. Isid. Vide *Sium*.

**SINUS**. Vide in *Limbus* 1.

**SION**, Oriens, quod mons *Sion* versus Orientem et in Oriente sit. Vetus Agrimensor pag. 273 : *Sequeris cursum ejus a Sion; hoc est ab Oriente.* Vide infra in *Sium*.

\* **SIUO**, Vox irrisionis apud nosstrates, cujus vim non intelligo. An spectat ad vocem *Sium* infra, quæ vasculum subtilissimis foraminibus ab imo fundo perforatum significatur? Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 151. Chartoph. reg. ch. 305 : *Lequel Willot Renaudet par maniere de desrision et moquerie commença à dire ces paroles, Siou Syou, par plusieurs fois uprès les dessus nommez de la Fere, ... lesquels de lu Fere vindrent aux dessusdiz d'Achery en leur disant, Beaux seigneurs, nous ne sommes mie gens à qui l'en doie dire Siou Syou après nous; car nous sommes cy venus pour besongner et faire ce que nous y avons à faire.*

\* **SIPARE**, Ponere; unde *Sipatio*, positio. Stat. Sigismundi I. ann. 1523. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 411 : *Ad Sipandum et faciendum granicies sive limites inter bonu præfata, et attentandum audiendumque ipsum actorem jurare cum testibus supra justa ductione et Sipatione granicierum..... Faciet granicies scopulos Sipundo et alia signa metalia faciendo.*

**SIPESOCNA**. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 6 : *Comitatus (in Anglia) in centurias et Sipesocna distinguuntur.* Membrana veteres de tempore Henrici II. *Sipesocna* dictum, quod *Hundredus* hodie, docent apud Somnerum, qui *sithesocna* vel *sires-soca*, ex Saxonico legendum contendit. [\* *Sipes-socna* in edit. Thorpii quem vide.]

**SIPHAC**, vox Arabica, Medicis mediæ ætatis familiaris, pro *Peritonio*, seu puniculo tenuissimo, qui statim sub musculis reperitur, cui musculus transversus jungitur. Alias *Membrana*. Constantinus Afric. lib. 5. de Morbor. curat. cap. 5 : *Unde spatia inter intestina et pelliculum, quæ Syphac dicitur, implentur.* Ita lib. 6. c. 8. At *Siphac* scribitur lib. 5. c. 13. Utitur etiam Mundinus lib. de Anatomia, ut et Pseudo-Ovidius lib. 2. de Vetula, ubi de Semiviris :

Sive quibus solitis thalamos violare pudicos  
Deprensus in adulterio genitalia membra  
Iracunda manus sponsi violenter ademit;

Sive quibus ruptura siphac ita magnificari  
Copisset, quod oon prohiberet in ostea casum  
Iotestinorum, etc.

† **SIPHONES**, Sunt proprie canales, vel fistulæ, quæ concepto spiritu aquam vel alium liquorem emittunt. Memorantur in re bellica inter armamenta nautica militaria. Ignem cum fragore et violentia adversus hostes et eorum navigia evomebant. Leo Imper. in Tacticis : *Multæ molitiones a veteribus repertæ sunt, ut ignis cum tonitru et fumo ignito per Siphones emissus naves incenderet.* Hæc post Carol. de Aquino in Lexico milit.

† **SIPHORUS**, Genus textilis. Anastasius in Nicolao PP. : *In ciborio Constantinianæ basilicæ optimus de Siphoris et de fundato pannos appendit.* Quidam *Syrophoris* legunt, byssumque ex Syria interpretantur : nonnulli *Serophoris*; alii denique *Setophoris*.

† **SIPIA**, pro *Sepia*, piscis species, Gallis *Seche*. Chron. Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 409 : *In ipsum litus nuris ad annualiter reddendum censum in cella nostra de Coperseto denarios XII. et Sipiæ xx.* Adde Statuta Massil. lib. 6. cap. 17.

**SIPILLUS**, *Novacula*, ξυρόν, in Gloss. Lat. Gr.

\* **SIPUM**, pro *sepum*, scbum, Gall. *Snif*. Comput. fabricæ S. Lazari Æduens. ann. 1295. ex Cod. reg. 5529. B : *Item pro Sipo marrito, pro uncto, pro aceto, etc.* Vide supra *Seupum*.

\* **SQUARE**, pro *Secare*. Charta ann. 1343. in Reg. 75. Chartoph. reg. ch. 605 : *Cum gentes dictæ grangie et nonnulli alii conductisii rescarent sive siquarent blada, etc.* Vide supra *Sequare*.

† 1. **SIRA**, σύρα, τὸ αἰδοῖον, πλεκτί. Gloss. Lat. Gr.

† 2. **SIRA**, pro *Scyra*. Vide in hac voce. Charta Henrici Reg. Angl. apud Madox Formul. Anglic. pag. 47 : *Cum libertate et quietantia de exercitiibus, ... Siris, hundredis, etc.*

**SIRASCULA**, *Vas aquarium*, in Glossis Isidori. [In Gloss. Sangerm. num. 501 : *Soriscula, vasculum aquæ.*]

\* **SIRIA**, ut *Sira* 2. Provincia, comitatus. Mirac. S. Germ. Autiss. tom. 7. Jul. pag. 295. col. 1 : *Per totam enim Eboraci Siriam, excepta Dunelmensi congregatione, nec monachus nec monachorum locus aliquis in illis diebus facile valuit reperiri. Contigit autem eodem tempore, ut vicecomes Eboracensis, etc.* Vide *Scyra*.

**SIRIATICUS** TURGOR. Baldricus Noviomensis in Chron. lib. 2. cap. 63 : *Siriatico turgore inflatus.* [\* lib. 1. cap. 94. edit. noviss. Vide ibi pag. 472. ubi doctissimus editor *Siriaticum turgorem* dictum vult pro turgore simili Syrorum, citans locum Frontonis, ab Angelo Maio nuper reperti hunc : *Corruptissimi vero omnium Syriatici milites, seditiosi, contumaces, quem de Romanis militibus qui tunc in exercitu Syriatico erant, intelligendum esse, monuit Furlanettus. Forte *Siriaticus turgor* a *Siro* stella, idem qui canicularis, rabiosus; nisi malis sequi Cangium.] Id est, qui, quod *Dominius* nuncupetur et compelletur inflatur ac turget, a voce Gallica *Sire*, qua donabantur magnates, et generatim, qui militari digni-*



tate gaudebant, cum cæteri proprio nomine indigitarentur, ut fuere *Scatiferi*, et qui nondum militarem ordinem consecuti fuerant. Epitaphium Abbatissæ S. Scholasticæ Barenis ann. 1308. apud Antonium Beatillum lib. 3. Histor. Barenis. :

Filia virgo fuit hæc quondam Sire Joannis,  
Deque tuis Dominis Miles Casamassima, magnus.

✍ Episcopus Abbatesque hocce titulo insignitos fuisse docent Charta vernacula ann. 1255. in Chartular. Meldens. : *A son tres chier seigneur l'Evesque de Miaux, Mahui Sires de Montmiral et Doysi, salut et amor. Sires je vos faz à savoir et vos ternoig que, etc.* Et Epist. Aelidis Comitissæ Blesensis ad Stephanum Abbatem Majoris Monaster. ex Tabular. ejusdem : *Sire je vos pri et requier tant comme je puis, etc.* Pluries ibi.

De primæ vocis *Sire* origine variæ sunt scriptorum sententiæ. Quidam enim a Græco κύριος, seu ut Byzantini efferebant, κύριος et κύρις, deducunt : quam postremam vocem virorum illustrium nominibus præpositam passim observare est, et a quibusdam inferioris ætatis, idiotismi insciis, in nomen *Cyrus*, perperam traductum non semel legitimus. Concil. CP. sub Flaviano Patr. act. 7 : Ἐστὶ γὰρ ὁ κύριος Μελιφθογγος, καὶ ὁ κύριος Ἰωβιανός, καὶ ὁ κύριος Ἰουλιανός, εἰδότες ἀκριβῶς. Occurrit ibi pluries. Alii, ut Nicolaus Fullerus lib. 1. Miscell. sacr. cap. 11. et Stephanus Guichartus pag. 944. ab Hebræo etymon accessunt. [Hickesius in Grammat. Theot. pag. 98. a Gothico *Sihor*, dominus, deducit. Hunc consule, uti etiam Junium in Gloss. Gothico v. *Arnian*, et Schilterum in Gloss. Teuton. pag. 58.]

Ex voce *Sire*, formata deinde etiam illa, qua vulgo nos invicem salutamus, *Monsieur*, contracta ex *Monseigneur*, quo titulo vulgo donabantur Militari dignitate insignes, cum cæteri, quantumvis natalibus præclaris editi, non nisi proprio nomine appellarentur, antequam Militarem ordinem essent consecuti. Vox porro *Monsieur*, sat nuptera, nec nisi ultimis sæculis usurpata, tametsi in Charta ann. 1275. *Seur*, pro *Dominus*, apud Thomasserium in Consuetud. Biturig. pag. 104. ut et in Charta Guillelmi Archiepiscopi Dom. Parteniæ ann. 1292. et aliis in Regesto Castri Lidi in Andibus : *Monsor Robert Cuens de Dreux et de Mont-fort*, observo : quæ quidem vox occurrit pluries fol. 53. Cur vero vox *Monsieur*, nominibus appellativis filiorum principum postponeretur, videndus Tilius.

\* Nostris *Sire*, idem atque *Dominus*; hinc Deo tributur a Joinvilla in S. Ludov. edit. reg. pag. 87. et a Villeharduino paragr. 1 : *Et nostre Sires fist maint miracles por lui.* Hinc

\* Quilibet domini alicujus possessor utriusque sexus, *Sire* appellabatur. Charta ann. 1292. in Lib. nig. 2. S. Vulfr. Abbat. fol. 139. vº : *Je Jehane, dame de Fontaines seur Soume, le vente devant dite, en le fourme et en le maniere que devant est dit et expressé, voeil, gré, otri et conferme comme Sires.*

\* Sed hæc appellatio potissimum iis attributa, qui militari dignitate erant illu-

stres, quæ ipsis alias adeo propria erat, ut etiam a patribus tribueretur filiis suis, qui militarem ordinem obtinuerant; quod observavimus supra in *Dominus* 11.

\* Posterioribus vero sæculis appellati *Sires*, Franciæ thesaurarii. Lit. remiss. ann. 1461. in Reg. 198. Chartoph. reg. ch. 163 : *Pion Pischart.... ayant oy dire que les nopces de maistre Jean Berart, fils de Sire Pierre Berart, trésorier de France, etc.*

\* Honoris et reverentiæ gratia usurpata quoque hæc vox. Hinc presbyteris est concessa et a filiis erga parentes suos adhibita. Lit. remiss. ann. 1460. in Reg. 192. ch. 45 : *Iceulli Gaugiot dist au suppliant bien hautement, voir Sire; et iceulli suppliant lui respondit, voir dame; je ne suis pas prestre, parquoy on ne doit appeller Sire.* Aliæ ann. 1468. in Reg. 197. ch. 17 : *Une sienne fille (du suppliant) lui dit, Sire, le porceau de mon oncle Vidal est en nostres orge. Pro Socero et vitrico etiam occurrit. Lit. remiss. ann. 1396. in Reg. 149. ch. 297 : Perrin Chippot de la ville de Basso s'en ala à la taverne avec Perrin le Maronnat son Sire.... Le prévost et le maire dudit lieu vindrent parler à eulx, et demandèrent audit Maronnat s'il se plaignoit point dudit exposant son genre.* Aliæ ann. 1387. in Reg. 130. ch. 280 : *L'exposant fu conseiliez d'aler à son parastre ou grant Sire.* Aliæ ann. 1402 in Reg. 157. ch. 259 : *Jehan de Poiz, fils de ladite Marie,.... dist audit Raoulin son Sire, que sa mere n'iroit point denourer avecques lui.* Vide supra *Senior*.

\* Contumeliæ quoque vox fuit, cum addito tamen, apud Picardos; *Sires* homs quippe et *Beau Sire*, virum, cujus uxor moechatur, significavit. Lit. remiss. ann. 1388. in Reg. 133. ch. 106 : *Lequel Thomas, qui estoit Picart,.... se prist à courcier de ce que ledit de Chastillon contrefaisoit son langage, et l'appella, pour lui faire desplaisir, Sires homs, en lui disant, que c'estoit à dire en langage de leur pays, coux.* Aliæ ann. 1450. in Reg. 143. ch. 143 : *Le suppliant dist à icellui Martin par doulecur : Beau sire, vous avez tort de prandre noise pour antruy.... Alors ledit Martin respondit ..... qu'il n'estoit Sire, et qu'il ne savoit se ledit suppliant l'estoit : laquelle parole de Sire lui fut à moult grant desplaisance,.... pour ce que en laditte ville (de Ham) qui appelle ung Beau sire, est autant comme de l'appeller coulx.*

† 1. *SIRICA*, Pannus sericus. Vita B. Augustini novelli tom. 4. Maii pag. 622 : *Dixit etiam in sua supradicta ecclesia habere in Sirica pictum dictum Beatum.* Vide *Siricus*.

2. *SIRICA*. Acta S. Memor. tom. 3. Sept. pag. 71. col. 1 : *Et abierunt ad locum, extensa retia in aqua trahentes, ambæ partes Siricas ad littus pervenerunt : et invenerunt caput S. Memorii, etc.* Mendum certe, fortassis pro *Simul*.

*SIRICELLA*, [Vestis sacra, a *Sirico* sic dicta.] Vetus Necrolog. Placentinum in Histor. Eccles. Placentin. tom. 2. pag. 138 : 7. Kl. Maii 1228. ob. *Guido Petri Leonis Prænestinus Episcopus, qui dedit huic Ecclesie planetam et Siricellam violatam, et pluviale rubeum, etc.* Pag. 210. sub ann. 1253 : *Dedit Sacristiæ unam planetam, et*

*unam dalmaticam, et unam Siricellam violatas, etc.*

\* *SIRICHUS*, pro *Sericus*. Stat. ant. Florent. lib. 1. cap. 4. ex Cod. reg. 4621. fol. 14. vº : *Dominus potestas offerre debeat in ecclesia S. Johannis Baptistæ unum palium de Siricho, valoris ad minus librarum xxv.* Vide *Siricus*.

*SIRICUM*, Rubri coloris pigmentum, ex quo librorum capita scribuntur. Ita Glossæ Arabico-Lat. [Vide mox *Siricus*.]

*SIRICUS*, pro *Sericus*, σερικός. S. Valerianus de Bono disciplinæ : *Quantvis autem Sirycio pretioso corpus vestias, et niceo vellere menbra componas, non sine macula diem transigis, si cambui ardentis ora contigeris.* Corippus lib. 4. n. 4 :

Syrica per cunctas pendebant vela columnas.

[\*\* Vers. 208. ubi Bekkerus legit *serica*.] Anastasius in S. Zacharia PP. pag. 78 : *Pudentia vela inter columnas ex palleis Siricis fecit.* Idem Scriptor in Hadriano pag. 109 : *Vela Syrica numero quinquaginta septem.* Adde pag. 110. 111. etc. [Amelius in Ord. Romano cap. 76 : *Et super illam (tobaleam) ornatam (de Sirico, etc.)* Matth. Silvaticus : *Siricum Romanum, id est, Siricum, vel seto Romana.* Ita *Siricus* pro *Sericus* perpetuo scribi in veteribus codd. Paulini annotat Juretus ad lib. 1. de Vita S. Martini. Sed quod interdum *Syricus* pro *Siricus* scribitur, id vitium scriptorum est : cum, ut ait Isidorus lib. 19. cap. 17. *aliud sit sericum, aliud Syricum. Nam sericum lana est, quam Seres mittunt : Syricum vero pigmentum, quod Phœnices in Rubri maris littoribus colligunt.* Incertum porro, an de posteriori intelligi debeat Lex Alaman. tit. 59. § 7 : *Si autem ex ipsa plaga cervella exierit, sicut solet contingere, ut medicus cum medicamento aut Sirico stupavit, et postea sanavit, etc.* Ibi enim *Siricum* licet interpretari lineum tomentum, quod vulgo *Charpie* dicimus.

*SIRICUS*, Delicatus, vel opulentus, qui vestibus *Sericis* utitur, seu gravatur, ut habet vetus Interpres Juvenalis Sat. 6. Auctor Hist. Apollonii Tyrii : *O juvenis Sirice! qui amore tuæ carnis ductus cito animam amisisti.* Serici enim usus rarus adeo primitus fuit, ut penes solos ditiores et delicatiores esset : et Galenus lib. 13. Meth. scribat sua tempestate, sub ditione Romana, in magnis civitatibus penes solas mulieres opulentas inveniri potuisse.

\* *SIRIMPIA*, Rubentium pusularum species, apud Isidor. lib. 4. Origin. cap. 8. Vide supra *Senespio*.

*SIRIONES*, Vermiculi, qui oriuntur in dentibus, Matthæo Silvatico. [Gallis *Sirons*.]

*SIRNUMJUGIUS*. Charta Pontii Comitissæ Tolosani ann. 936. apud Catellum : *Cum silvis et forestis, et cum omnibus finalibus et mercariis, et Sirnumjugiis, et cum hominibus et famulabus inde naturalibus, etc.*

† *SIROCCUS*, ΣΙΡΟΚΟΥΣ, ab Italis *Sirocco*, Ventus, qui Latinis Eurothothus, nostris *Sudest*, dicitur. Jac. Aurii Annal. Genuens. lib. 10. ad ann. 1283. apud Murator. tom. 6. col. 581 : *Et quotidie apud Portum Veneris venire de facili poterant, quoniam quotidie esset ventus ad Levantem vel*



*Sirochum*. Rursum col. 584 : *Quumque essemus cum dictis nostris galeis prope insulam dictam Calvi per milliarem circa unum, ventus capit esse fortis a Sirocco*. V. *Syrocos*.

\* **SIROGALUS**, Cuniculus, f. pro *Sirogrillus*. Vide in hac voce. Charta Raym. comit. Tolos. pro incolis Buseti ann. 1241. in Reg. 198. Chartoph. reg. ch. 211 : *Qui autem de nocte inventus fuerit furando Sirogalos cum sureto, etc.*

† **SIROGRILLUS**, Cuniculus, Gall. *Lapin*, olim *Conil*. Transact. Florentii de Castellane domini de Masalguis cum hominibus ejusdem loci ann. 1438. ex Schedis Præs. de Mazaugues : *Possint impune... venari Sirogrillos... cum canibus*. Statuta Arelat. MSS. art. 53 : *Pro pallio et tunica domine cum pelibus Sirogrillorum*, III. sol. Vide *Chirogryllus*.

† **SIROMASTES**, Hesychio, Species jaculi, hasta, lancea, a Græco *στρομαστής*. S. Hieronymus Epist. 53 : *Legi enim Siromasten Phineas, austeritatem Heliae, zelum Simeonis Chunanai, Petri severitatem*. Ubi respicit ad Numer. c. 25. v. 7. quo loco LXX. habent *στρομαστής*, Vulgata vero, *Pugio*. Vide Martini Lexicon.

† **SIRPA**, ut *Sarpa*. Vide in hac voce.

† **SIRVENS**, **SIRVENTUS**, ut supra *Serviens*. Vide in hac voce. *Sirvens ad arma*, in Regesto *Probus*. Charta ann. 1139. inter *Probat*. tom. 2. novæ Histor. Occitan. col. 390 : *Et in ipsos mansos habeo alberga et expleta, et quidquid ego facere voluero vel meo Sirvento predicto Azemaro, vel suis, et unusquisque de predictis mansos debent reddere mihi atque predicto Sirvento vel suis per unumquemque annum modium de sigle cumulus ad sextarium vicecomitissæ, de predicto castro et meo jam dicto Servento, vel suis debent reddere ad predictos mansos, etc.*

† **SIRVENTAGIUM**. Vide *Serventagium*.

† **SIRVENTALIS**. Vide *Feudum Sirventale* in *Feudum*.

**SIRVENTIA**, Idem quod *servitium*. Liber *Chirographorum Absiæ* fol. 8 : *Dederunt fratribus Absiæ, quicquid habebant in supradictis donis, scilicet Sirventiam suam*. [Idem fol. 134 : *Rupturam et medietatem terragii, et decimum, et Sirventian*. Antiquit. Bened. Pictav. MSS. tom. 3. pag. 526 : *Dominus Hugo Airans miles facit homagium planum de Sirventin decimarum de Columberio*. Occurrit ibidem pag. 528. 659. 660. 794. 796. 803. etc.] Tabul. Dalonensis Abbatiae fol. 12 : *Et Sirventiam, quam habent de nobis in terris de Vernoil*. Et fol. 50 : *Concedimus... omnem Sirventiam et buliam de Stephano Pisce fratribus suis, si acquirere potuerint*. Occurrit ibi non semel. Vide *Serventagium* et *Serventia*.

† **SIRVENTARIA**, Eodem intellectu. Regest. Mandat. fol. 77 : *Humbertus Raymundi capit ibi tasciam, et non debet aliud domino Comiti nisi Sirventariam*. Vide in *Serventia*.

† **SIRUPPUS**, Jusculum medicum, Gall. *Syrop*, pro *Syrupus*. Vide in hac voce. Ordin. Humberti II. ann. 1340. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 405. col. 2 : *Item, quod res medicinas, Sirppos et alia quilibet ordinanda per dictum physicum fieri debere,*

*faciat (apothecarius) ad provisionem et cum notitia et presentia dicti physici*.

† **SIRUPPUS**, in Statutis Avenion. lib. 1. rubr. 21. art. 9. pag. 84.

† **SIRURGIA**, **SIRURGICA**, pro *Chirurgia*. Leges Palat. Jacobi II. Reg. Majoric. inter Acta SS. tom. 3. Jun. pag. xxxii : *Quia medicinam duas partes habere incognitum non est, quarum una Physica, alia Chirurgica vocatur, etc. Duo in Chirurgia experti in nostra habeamus curia*. Hinc

† **SIRURGICUS**, pro *Chirurgus*, ibid. pag. viii. in Instrum. ann. 1371. apud Lohinell. t. 2. Hist. Britan. col. 567. et alibi.

\* Ita nostris *Sirreurgie* et *Sirreugiens*, pro *Chirurgie* et *Chirurgien*, in Lit. ann. 1362. tom. 3. Ordin. reg. Franc. pag. 603. *Scirurgien*, in Ch. ann. 1504. in Chartul. Latinac. fol. 60. Hinc *Sirurgier*, fomenta, quæ *Sirurgiès* dicuntur in Stat. ann. 1312. tom. 1. earund. Ordin. pag. 512. art. 1. adhibere. Lit. remiss. ann. 1395. in Reg. 148. Chartoph. reg. ch. 6 : *Jehanot Musnier se fist Sirurgier et appareillier par aucuns barbiers*.

† **SIRYCUS**, ut *Siricus*. Vide ibi.

**SISA**, pro *Assisa*, Impositio, præstatio tributi. Conventiones inter Carolum I. Comitem Andegav. et Provincie et Arelatenses ann. 1251. art. 19 : *Idem concedit dominus Comes, quod Sisa heminarum pro manutenendo ponte a civibus constitutacesset omnino, etc. Vide Assisa*.

† **SIZA**, Eadem notione. Statutum Johannis Regis Franc. ann. 1361. tom. 3. Ordin. pag. 498 : *Impune et libere impositiones suas habent, barragia, Sizas, concessa vel donata, levare et exigere possint*.

**SISAGA**, Uvæ species, de qua Petrus de Crescentiis lib. 4. cap. 4.

**SISARA**, pro *Sicera*. Will. Thorn. : *Canapis, olerum, ponomum, Sisaræ, mercinoniorum, etc.*

**SISARRA**, Προβρατον μείζον ενιζυτοῦ, in Gloss. Lat. Gr. [Vide Martini Lexic.]

† **SISCALCUS**, in Chron. Estensi apud Murator. tom. 15. col. 347. pro *Senescalcus*. Vide in hac voce.

**SISCIDENSES**, Valdenses asseclæ, qui concordabant cum iis fere in omnibus, nisi quod recipiebant Eucharistiæ Sacramentum, apud Reinerum contra Valdenses cap. 6.

**SISCIPLATOR**, nude in Gloss. Arabico-Lat. pro *Sescuplator*.

† **SISCONUS**, perperam pro *Fisconus*, Culcitra straminea, vulgo *Pinillasse*. Constitut. Caroli II. Reg. Siciliæ : *Lectus integer intelligitur materatum, vel Sisconus, vel culcitra, etc. Vide Fisco*.

† **SISENAL**, f. Ad *Sisam* seu præstationem pertinens. Charta ann. 1246. in lib. 1. Feodorum Burbonensis domini fol. 96 : *Gerardus de Beria duas copas ordei Sisenals, et duos denarios, etc. Infra : B. Rainuudi 4. copas Sisenals siliginis, etc.* Occurrunt hæc verba pluries.

\* **SISIA**, idem quod *Assisia*, Tributi impositio et exactio. Charta ann. 1353. inter *Probat*. tom. 4. Hist. Occit. col. 230 : *Quod qualibet communitas, pro præmissis exsolvendis, possit sibi facere indicem et indicare fogagium, impositionem, Sisiã seu aliam exactionem*. Vide *Sisa*.

\* **SISIMBRIUM** multi *balsamitan* vocant, alii *mentum aquaticam*. Glossar. medic. MS. Sim. Januens. ex Cod. reg. 6959.

† **SISINNUS**, pro *Ciucinnus*. Vita S. Amalbergæ tom. 3. Jul. pag. 100 : *Completaque oratione, arrepto ferro Sisinnos capitis sui totodit*.

† **SISISMA**, Asthma. Acta S. Francisci de Paula tom. 1. April. pag. 179 : *Hubebat filiam... Sisisma, id est asthma habentem*.

† **SISIT**, pro *Saisierit*, Apprehenderit, in Addit. ad Leg. Alamann. cap. 22 : *Si quis alterius ingenuam de crimina seu stria aut herbaria Sisit et eam priserit, etc. Vide Saisire*. [\* Al. *sisit*.]

† **SISMA**, pro *Schisma*, in Vita B. Johannis Tausiani Episc. tom. 5. Julii pag. 791.

† **SISMUSILUS**. Vide *Cisimus*.

\* **SISMUSINUS**, Vestis certis pellibus munita, in Capitul. ann. 808. tom. 5. Collect. Histor. Franc. pag. 679. ubi Rhenanus habet, *Sismusilus*. Locus est in *Cisimus*. Vide supra *Cisimus*.

† **SISPES**, *Sospes*, *sanus*. Gloss. Isidori.

† **SISPETATICUM**, in Præcepto Theoderici Reg. Franc. ann. circ. 688. apud Mabill. Diplom. lib. 6. Ch. 12. pro *Cespitaticum*. Vide in hac voce.

**SISSA**, **SISSARI**. Vide in *Assisa*.

† **SISSIARE**, pro *Sissitare*, sedere. Gloss. Lat. Gr. : *Sissiat, κάθηται, ἐπι βρέφους*.

† **SISTARCHIA**, **SISTARCIA**. Vide *Sitarchia*.

**SISTARIUM**, pro *Sextarium*, [Brabantis *Sistern*. Charta ann. 1206. apud Miræum tom. 1. pag. 294. col. 2 : *Et tali quidem facta æstimatione, ut tria Sistaria siliginis pro marca, et quatuor Sistaria hordei similiter pro marca computentur*. Codex censualis MS. Irminonis Abb. Sangerm. fol. 72. vº : *Isti solvunt de festo pens. xxxiii. de fulone, modios viii. et Sistaria iii.*] Charta ann. 1218. in Tabular. Afflighem. : *Duo Sisturia siliginis, etc.*

**SISTAROA**, Avis species, apud Fridericum II. lib. 1. de Arte venandi cap. 1.

\* **SISTENTER**, Continuo. Lit. Rob. reg. Sicil. ann. 1324 : *Per manus vestras Sistenter computanda sibi in toto, etc.* Id est, ad ostensionem literarum.

† **SISTERE**, Consistere, emergere, Gr. *συστίζεσθαι*. Vetus Irenæi Interpres lib. 2. cap. 5. n. 3 : *Et initio concedens Sistere errorem, et crescere illum, in posterioribus temporibus solvere illum conatur*.

\* **SISTERE**, pro *Existere*, esse. Charta ann. 1388. ex Tabul. Massil. : *Solvatis.... pro equibus missis per nos pridie ad castrum de Pennis, pro comburendo baracas et stramina illic Sistentes et Sistentia, vj. florenos nuri*.

\* **SISTERENIS**, Mensura frumentaria, eadem atque *Sextarium*, Brabant. *Sistern*. Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 186. rº : *Item sex minæ et duo Sisterenis frumenti*. Vide *Sistarium*.

† **SISTERIUM**, ut *Sextarium*. Vide ibi.

\* **SISTERNUS**, Codex sex foliorum, ut *Quaternus*, quatuor. Stat. Universit. Tolos. ex Cod. reg. 4222. fol. 21. rº : *Quod ante se non tenebunt Sisternum vel quaternum, quando facient suum principium sive questionem*. Vide *Sexternus*.



† **SISTERTIUM**, perperam pro *Sisterium*, in Chartul. S. Vandreg. tom. 1.

† **SISTILLAGIUM**, pro *Sextellagium*, ni fallor. Vide *Sextariaticum*. Charta Rogeri dom. de Roseto ann. 1210. ex Tabul. S. Medardi Suesionens. : *Predicta vero ecclesiam singulis annis in teloneo et Sistillagio nostro Montis Cornuti 28. libras Laudunenses pacificae percipiet.*

\* **SISTORIA**, Modus agri, idem quod *Sextarata*, in Charta ann. 1122. tom. 10. Collect. Venet. edit. cui titulus : *Raccolta d'Opuscoli scient. et filolog.*

1. **SISTORIUM**, pro Consistorium. Witi-kindus lib. 2. cap. 1. Gestor. Saxon. : *Congregati in Sistorio basilicæ Mugni Caroli coherenti.* Editio Reineccii habet *Xysto*. [\*\* Pertz. *Sixto*.]

\* 2. **SISTORIUM**, pro *Storium*, idem quod *Storea*, ut recte suspicantur docti Editores ad Acta B. Joan. Firm. tom. 2. Aug. pag. 462. col. 2 : *Lectum existens in monte nunquam habuit alium, nisi super terram vel lapides habens tabulas, et super tabulas Sistoria, ursi corium album, etc.* Rursus ibid. pag. 467. col. 1 : *Senel, ipso in cella meditante de Domino, et aliquid jacente super Sistorium ursi, etc.* Vide *Storia* 1.

† **SISURNA**, Vulgaris stragula, vel tunica ex pellibus. Ammian. lib. 16. de Juliano : *Nocte dividiatæ semper exurgens, non e plumis vel stragulis sericis ambiguo fulgore uidentibus, sed ex tapete et σισύρα, quam vulgaris simplicitas Sisurnam appellat.* Vide Lindenbrog. et Valesium ad hunc locum. Adde Octav. Ferrarii de Re vestiari. part. 2. lib. 3. cap. 9. et Vossium de Vitiis Serm. lib. 3. cap. 49.

\* **SIT**, pro *Sive*, seu, Gall. *Soit*. Charta Joan. comit. Matiscon. et Aalid. ejus uxor. ann. 1238. in Reg. D. Chartoph. reg. ch. 2 : *Quittavimus..... Ludovico regi Francorum illustri et hæredibus suis... quicquid habebamus..... in Burgundia in regno Franciæ, Sit de feodo, Sit de donatio.*

† 1. **SITA**, Terminus, limes, ut videtur. Fori Oscæ Jacobi I. Reg. Aragon. ann. 1247. fol. 18 : *Et secunam forum non tenetur ibi aliquid pediare, aut per bogas sive Sitas aliquid demonstrare, quia non sunt talia loca quæ aliter possent dividi.*

\* 2. **SITA**, pro *Seta*, Pilus. Comput. ann. 1471. ex Tabul. S. Petri Insul. : *Item pro ponendo novas Sitas ad aspersorium argenteum, ij. solidos.* Vide in *Seta* 1.

† **SITACIUM**, pro *Sitarium*, ut mox *Sitarhia*. Agnellus in Vita S. Petronacii apud Murator. tom. 2. pag. 185 : *Sedere fecit illum super alium jumentum strata via; flascones et Sitacium ad sellam ligatum.*

\* **SITAMENTUM**, perperam pro *Sagittamentum*, Sagittarum materia vel multitudo. Vide in *Sagittamen*. Testam. Guill. milit. de castro Barco ann. 1319. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 1946 : *Item relinquo et judico D. Aldrighetto nepoti meo medietatem omnium armorum, balistorum et Sitanentorum, et aliorum vasorum, massariarum, suppellectilium et victualium, quæ habuero tempore obitus mei in omnibus castris meis.*

**SITARCHIA**, **SITARCIA**, **SISTARCIA**, etc. Sacculus vel Cistella, qua panis cibusve

defertur. Apud Apuleium lib. 2. *sitarchia* sumitur pro alimento, annona, seu cibo, quo in navibus vice comæatus utebantur nautæ : est enim efficta vox a σίτος, frumentum, annona, et ἀρχαίο, sufficere; quasi dicas, quod ad victum sufficit. S. Hieronymus de captivo Monacho : *Ascensis camelis, et nova Sitarchia in annona refocillati.* S. Augustinus de Cantico novo cap. 11 : *Præparemus Sitarcias, apprehendamus et ascendamus navem fidei simul et crucem, nec desit anchora spes nostre salutis, etc.* [Vide Gloss. med. Græc. in Σιτάρκιον.]

Postea pro ipsis, in quibus recondebantur cibaria, aut alimenta, vasis ac sportellis, vox usurpari cepit apud posteriores Latinos, qui vocabulum ipsum passim deformaverunt. Occurrit enim

**SITARCHIA**, in Gloss. Angl. Sax. Ælfrici, *mete-fætels*, id est *pera cibi*.

**SITARCIA**. Glossæ Biblicæ MSS : *Sitarciis, areis cibariis*. Gloss. Arabico-Lat. : *Sitarhia, saccus vel pera* : perperam editum *Sitareia*. Vita S. Genulfi lib. 2. cap. 2 : *Levantes ergo sacrum thesaurum in Sitarciis super eolla equorum, ceperunt regredi, etc.* Herbertus lib. 1. de Miracul. cap. 7 : *Ille vero quia non fuit in Sitarcia, neque in forulo foris incaute relicta. Hinc emendandus videtur Fulcherius Carnot. lib. 3. Viæ Hierosol. cap. 31 : Quod ipse, qui in Starcia sua detulit usque Tyrum... nobis enarravit.* Legendum enim *Sitarcia*.

† **SITARCUM**, in Mirac. S. Germani Paris. tom. 6. Maii pag. 790 : *Qui certus de visione, adjutorio fidelium impositus Sitarcio, comitante sibi puero, equo vehente Purisius pervenit.*

**SISTARCHIA**, **SISTARCIA**. Papias, (ex Isidoro lib. 20. cap. 9 qui habet *Sitarciæ*) *Sistarchiæ; proprie sunt naviarum, dictæ quod sicut sutæ, substantiæ, vel vascula, in quibus portantur cibi.* Eadem prope Ugutio. Joan. de Janua : *Sistarcia, vas et repositorium, sicut saccus, vel pera, etc.* Catholicon parvum : *Sistarcia, Sac, repositoire, bourse.* Regum cap. 9 : *Panis deficit in Sistarciis nostris.* Arnouldus Lubec. lib. 3. cap. 32 : *Et defecerat panis in Sistarciis eorum.* Henric. de Knyghton : *Cum panis alimonie in Sistarciis defecere cepisset.* Utuntur promiscue vetus interpres Juvenalis sat. 12. v. 51. Wollardus lib. 3. de Mirac. S. Walburg. cap. 9. Gordianus Monach. in Vita S. Placidi Mart. cap. 36. Vita S. Goaris cap. 6. Historia Translationis S. Germani Parisiens. Episcopi cap. 7. etc.

† **SATARTIA**, in Vita S. Albini ex Fortunato tom. 1. Martii pag. 57 : *Sed ut de peregrinis nostra vobis aliquid Satartia non negaret.*

**SISTARCHA**. Will. Brito in Vocab. MS. : *Cistarcha, secundum Alexandrum Nequam, componitur a cista, et archa. Unde fecit tales versus :*

Cistarcis tactis, vel peris, jungere cistam  
Si cures archæ, Cistarchis sic dabit ortum.

**SISTARCHIA**. Will. Tyrius lib. 22. cap. 15 : *Trahebat enim secum infinitam multitudinem, quibus et aqua jam defecerat in utriusque, et panis in Cistartiis.*

**SETARCIA**, in Vita S. Lupicini Abbat. Jurensis num. 7. 9.

**PSITARCUM**. Guibertus lib. 1. Histor. Hierosol. cap. 1 : *Videres Scotorum apud se ferocium, alias imbellium, cuneos cruce intecto, hispida chlamide, ex humeris dependentia psitarcia, de finibus uliginosis allabi.* Ita σιτάρκιον neutro genere effert Menologium Basillii Imp. 12. Mart. : *Ἐὸς ἐκέλευσε τὸ ἐν τῇ μονῇ σιτάρκιον χρυσοῦ.*

† **SITELLA**, Situle species. Laudes Papiæ apud Murator. tom. 11. col. 26 : *Hauriunt autem aquam non solum lignicis situlis, sed etiam areis, quæ Sitellæ dicuntur, quibus quasi omnes abundant, ininistrantes aquam capitibus areis.* Bernardi Mon. Ordo Cluniac. part. 1. cap. 47 : *Una Sitella qua aqua hauriatur.*

**SITHCUNDUS**, **SITHERCUNDUS**, **SIDERCUNDUS** **HOMO**, **SITHCUNDMAN**. Leges Inæ Regis Westsaxiæ cap. 49 : *Borgi fractura debet emendari 120. sol... Aldermanni 80. sol. Thayni Regis 60. Sidercundi hominis terram habentis 25. aut per id negare.* Cap. 56 : *Si homo Sithercundus agat cum Rege, vel cum Rege Aldermanno pro familia sua, etc.* Cap. 57 : *Si homo Sithercundus terrarum expeditionem supersedeat, emendet 120. sol. et perdat terram suam.* Adde cap. 60. [Gesithcundman dicitur cap. 55. 64. et 67.] Leges Athelstani Regis : *Et si Wafaliscus... Ceorlman promovetur, ut habeat 5. hidas terræ, et habeat veram Regis, et occidatur, reddantur 2. millia thrimsa : et si assequatur, ut habeat loriam et galeam, et deauratum gladium, si terram non habeat, tamen est Ceorlus. Et si filius ejus, vel filius filii ejus hoc assequatur, ut tantum terre habeat postea, est qui nascetur ex eis Sithercunde generationis ad 2. millia thrimsarum, etc.* Ex quibus patet Sithercundum dici hominem, qui tantum terræ habeat, ut servitium militare inde exhibere posset, idcoque viris nobilibus accenseretur. Lambardus Custodem paganum vertit, alibi *Armiferum et Ducem paganum*. Sed vide, quæ Somnerus ibi commentatur, et mox *Sithcundman*. [\*\* Thorpii Glossar. Leg. Anglosax. voce Gesið, Phillips. de Jur. Anglos. § 32. not. 320. ejusd. Histor. Jur. Anglic. tom. 2. pag. 13. Richthofen. Glossar. Frison. voce *Sithl*.]

**SITHCUNDMAN**, Vox ejusdem notionis et originis. Concilium Bergamstedense ann. 697. cap. 5 : *Si occiderit virum militarem, qui Sithcundman appellatur, finito hoc Concilio... in adulterio deprehendi, etc.*

**SITHIA**, Navis species. Sanutus lib. 3. part. 13. cap. 13 : *Eodem anno Soldanus Babyloniae per flumen Tampus inter galeas et Sithias misit usque ad 20. etc.* Vide *Sagitta*.

† **SITICINES**, Tubicinum genus : de qua nomenclatura ita Gellius lib. 20. cap. 2 : *Nos autem in Capitoni Atei conjectaneis invenimus Siticines appellatos, qui apud sitos canere soliti essent, hoc est, vita functos et sepultos; eosque habuisse proprium genus tubæ, a cæterorum differens.* Hanc tubam reliquis longiorem latioreque fuisse docet Hieronym. Magius Miscell. lib. 1. cap. 13.

\* **SITITOR**, Sitiens, avidus. Math. Paris ad ann. 1213 : *Noverat enim (rex) quod papa super omnes mortales ambitiosus erat et superbus, pecunieque Sititor insatiabilis. Sititor novitatis, apud Apul. lib. 1. Metam.*



¶ **SITOCOMI**, Rei frumentariæ curatorum, a Gr. σίτες, frumentum, et κομῆν, curare: quorum præfectura *Sitocomia* dicitur, apud Ulpian. Dig. lib. 50. tit. 5. leg. 5. Alii erant

¶ **SITONES**, Qui scilicet frumento emendo præfecti erant; quorum officium *Sitionia* nuncupabatur, ibid. tit. 5. leg. 2. et tit. 8. leg. 9. § 6.

**SITONICUM**, Stipendium, annona: quomodo σιτωνικόν usurpat Chronicon Alexandrinum ann. 36. Theodosii Jun. [nisi locum significet in quo frumentum publico nomine emtum reconditur: quod innuere videtur] Gregorius M. lib. 1. Epist. 2: *De frumentis autem, quæ scribitis, longe aliter vir magnificus Ciridianus asserit; quia tantummodo sola transmissa sunt, quæ pro tractatæ indictionis debito ad replendum Sitionicum sufficerent.*

\* A Græco σίτες, frumentum. Ejusdem originis est vox Gallica *Citolet*, qua potus seu *cerevisiæ* species, ex frumento confecta, significatur. Lit. remiss. ann. 1447. in Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 527: *Les supplians et les autres de leur compagnie.... alerent boire du brunat ou Citolet en l'ostel d'un nommé Jehan Maillart, qui s'entremettoit de vendre ledit brunage.* Aliae ann. 1457. in Reg. 189. ch. 202: *Buvrages de grain, que l'en nomme communement Citolet* (en Pont-hieu.)

¶ **SITTA**, f. *Situla*, in Inventar. utensil. ex Tabul. Compend.: *Duos caminos, et duas Sittas et unum coopertorium ferratum, et 12. scutellas plumbeas magnas, etc.*

¶ **SITTO**, pro *Sederit*, a Saxon. *Sitten*, sedere, Germ. *Sitzen*. in Pacto Legis Saliæ edit. Eccardi tit. 26.

¶ **1. SITUARE**, Ponere, collocare, constituere, Gall.: *Situer, placer, établir, assigner.* Chron. Comodolici. apud Stephanot. tom. 2. Fragm. Hist. MSS: *Cumque ipse Yeteris artes.... ascendisset, ut videret qualiter ipsi operarii lapides.... Situabant, etc.* Elmh. in Vita Henrici V. Reg. Angl. cap. 54. pag. 134: *Sedibus aptissimis plurima grandia saxivoma.... Situari constituit.* Codex MS. Corbeiensis: *Ac reliquis quorum hic Situata vocabula non sunt.* Charta Govinii Episc. Tornac. ann. 1209. inter Instr. tom. 3. Gall. Christ. novæ edit. col. 50: *Sed ne per foraneos qui beneficiorum suorum stipendiis merito sunt privandi, ecclesia etiam omnino eorum servitio defraudetur, pro quolibet foraneo Situatur vicarius, etc.* Obiuar. MS. S. Geraldii Lemovic. fol. 16: *Quam summam decem et septem solidorum rendualium nobis assignarunt seu Situaverunt levandos et percipiendos in et super quadam domo, etc.* Testam. Johan. de Talaru Archiep. Lugdun. ann. 1392. in Maceris Insulæ Barbaræ tom. 2. pag. 668: *Quas (summas) Situavit super domo quam nunc habitat dominus Stephanus Fabri.*

**SITUATUS**, pro *Situs*, ex Gallico *Situé*. [Litteræ Caroli primogeniti Johannis Reg. Fr. ann. 1358. tom. 3. Ordinam. pag. 296: *Ex eo quod ipsi ad dictum castrum, quod est Situatum, ut prefertur, in metis inveniunt, ire et conversari secure non audent.*] Willelm. de Balduzeel in Itiner. Terræ sanctæ: *Prope*

*civitatem, quæ Naulum dicitur, in ripariis Januæ Situatam prospere perveni.* Occurrit non semel.

¶ **SITUATIO**, *Situs*, Gall. *Situation*. Charta Caroli VI. Reg. Franc. ann. 1380. apud Menester. Hist. Lugdun. pag. 129: *Nos attendentes prædicta ac Situationem dictæ villæ existentis in regni confinibus, etc.*

¶ **SITUATIO**, Constitutio, Gall. *Assignation*. Codicillis Beraudi dom. de Mercurio ann. 1320. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvernæ pag. 339: *Cum ego in meo testamento prædicto hic annexo Situationem olim factam carissimæ consorti mee Ysabelli in contractu matrimonii per me celebrati cum ea de mille libris Turon.... situassem et transmutassem totaliter et in solidum in terra mea de Campania.* Charta Andree Abbat. Nobiliac. ann. 1387. apud Stephanot. tom. 3. Antiquit. Bened. Pictav. MSS. pag. 1027: *Pro qua Situatione et assignatione idem Symon Taupelli tradidit, Situavit et assignavit nobis ratione dicti prioris et prioratus sui prædictos duos boissellos cum dimidio frumenti.* Vide *Situare*.

\* **2. SITUARE**, Manere, habitare. Stat. ann. 1317. in Reg. A. Cam. Comput. Paris. fol. 197. vº: *Omnes et singuli paratores in uno et eodem loco seu vico, alias lactenus consueto, parabunt et adaptabunt pannos ipsos,.... quamdiu in loco communi poterint commodè Situari.*

¶ **SITULA**, Mensura liquidorum. Anamodus lib. 2. Tradit. S. Emmerammi apud Pezium tom. 1. part. 3. Anecd. col. 273: *Camisam quoque et cottum similiter 1. de vino caradam 1. id est Situlas xxx. farinæ modios x.* Charta S. Annonis Colon. Archiep. ann. 1066. apud Miræum tom. 2. pag. 1133. col. 2: *In Strala modius tritici.... pulli duo, ova decem, Situla vini, ana cerevisiæ dimidia, etc.* Eadem habentur in Charta Friderici I. Imper. ann. 1173. ibid. pag. 1178. col. 1. Form. vett. apud Eccardum ad calcem Pactus Leg. Sal. pag. 243. form. 21: *Maldra quatuor de pane, de cervisa carradam unam, triginta Situlas de vino.* Pro certa quantitate aquæ salis conficiendo aptæ occurrit in Tabul. Accincti fol. 59: *Frates de Aceyo habent de Comite Stephano unam monteyam.... et 5. Situlas, de Huberto Magzaligne 15. Situlas, de Duranno Corde et Pontio filio ejus 26. Situlas.* Vide *Situs*.

\*\* **SITULUS**. Charta Otton. I. Imper. ann. 937. in Erath. Cod. Diplom. Quedlinb. num. 5. pag. 3: *De vineis ad carradas 10. ex melle vero Situlos majores 40. nostræ majestati singulis annis persolvendos.... donavimus.* Germ. *Seidel*.

\* *Seille*, eadem acceptance, in Lit. remiss. ann. 1482. ex Reg. 206. Chartoph. reg. ch. 813: *Lesuppliant print deux Seilles de cervoise, valant environ cinq solz.* *Seillette de voirre*, pro *Lagena vitrea*, in aliis Lit. ann. 1407. ex Reg. 162. ch. 80. *Seigle*, pro *seau*, *situla*, in aliis ann. 1473. ex Reg. 195. ch. 998: *Mace Louan entra à l'ostel de Jehan Braquier,.... et demanda à boire, ouquel lu femme de Braquier respondi que on ne buvoit point leans que à la Seigle.* *Seëllée* vero, quantum *situla* continetur. Lit. remiss. ann. 1400. in Reg. 155. ch. 370: *Deux paielles d'arein, l'une*

*tenant deux Seëllées et l'autre une Seëllée d'eau.* Vide supra *Selha* et *Sicla* 1.

\* **SITULARIUS**, *Situlorum* artifex, qui et *Sarrarius* dicitur. quod eas circulis serrat seu constringit. Vide in *Serare*. Charta ann. 1336. in Reg. 70. Chartoph. reg. 118: *Dictus Petrus reus insultum fecit et perpetravit in Petrum dictum de Dige Sarrarium seu Sitularium, quondam apud Charniacum commorantem.*

¶ **SITULLA**. Statuta Riperiæ cap. 12. fol. 5: *De qualibet libra æstimationis Sitularum pro introitu denarii quatuor.*

¶ **SITULUS**, *Situla*, vas aquæ benedictæ. Inventar. ann. 1419. ex Tabul. Ecl. Noviom.: *Item unus Situlus cum aspergerio argentei pro aqua benedicta. Item quidam Situlus parvus nestalli ad faciendum aquam benedictam.* [\*\* Vide *Forcellin*.]

¶ **1. SITUS**, ut *Situla*. Vide in hac voce. Charta Radulphi Reg. ann. 1029. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 147: *Ad præsens quoque quatuor ferreas vel caldarias, Situsque earum in salinis.*

\* *Minus bene; Locus* est in quo patellæ et caldariæ salinariæ consistunt. Vide *Sedes salinariæ* in *Sedes* 4.

\* **2. SITUS**, Ital. *Sito*, Locus ad ædificandum idoneus. Charta ann. 1409. tom. 2. Hist. Cassin. pag. 627. col. 1: *Promittendo concedens excambium pro quodam Situ vestro, cum ædificio ruynoso et undique inhabitato, prope Neapolim ad construendum ibidem per nos unum monasterium.* Vide *Sedes* 4.

\* **3. SITUS**, adject. *Stans*, Gall. *Qui est sur pied*. Charta Phil. Pulc. ann. 1303. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 222. rº. col. 1: *Concedimus dictis fratribus (Valis scholarum) usagium in tota festa Cuisiæ ad quercum et fagum Sitas, jacentes vel stantes, nec non ab ipsis virides jacentes, et ad omnem boscum alium pro mortuo reputatum.*

\* **4. SITUS**, perperam pro *Sicus*. Vide supra in hac voce.

¶ **SIVADA**, *SIVATA*, *Avena*: *Sibada*, in *Foris Beneharn*. rubr. 1. art. 20. Charta ann. 1111. inter *Probat. novæ Histor. Occitan.* col. 380: *Tres eminas de Sivada.* Informat. pro passagio transmarino ex Cod. MS. Sangerm.: *Primo levabit necessaria pro lx. diebus pro equis, videlicet quatuor eminas ordeii et quatuor eminas Sivare pro quolibet equo.* Vide *Civada*.

\* *Nostris etiam Sivade.* Lit. remiss. ann. 1457. in Reg. 187. Chartoph. reg. ch. 82: *En laquelle terre labourée le varlet du seigneur du lieu de Freignon semoit de la Sivade.*

\* **SIVARA**, *Navis species*. Charta Phil. comit. ann. 1163. in Chartul. 1. Fland. ch. 325. ex Cam. Comput. Insul.: *De nave, quæ dicitur Sivara, quatuor denarios.*

¶ **SIVE**, pro *Et* conjunctiva. Occurrit passim.

¶ **SIVI**, pro *Sibi*, mutatione haud infrequenti *b* in *u*, in *Judicio* ann. 873. inter *Probat. tom. 1. novæ Hist. Occit.* col. 124.

**SIUM**, **SION**, Inter ministeria sacra recensentur in Testamento S. Everardi Cisoniensis: *Duo phylacteria in cruce pendientia, Evangelium de auro paratum, Sia aurea, armillas duas auro paratas, Missale cum auro et argento paratum.* Testamentum Ri-



culfi Episcopi Helenensis : *Et alium calicem cotidianum, Sion argenteum optimum unum, incensarios duos, etc.* Nos *Sion* vulgo ramulum dicimus. Martialis Parisiensis in Arestis Amorum, Aresto 1 : *Et battu par les carrefours de Cions de vert olivier, etc.*

☞ Ejusdem vasculi mentio occurrit in antiquo Rituali Eccl. S. Martini Turon. apud Marten. de Antiq. Eccl. Rit. tom. 1. pag. 568 : *Præpositus qui legit epistolam et portat Syon loco manipuli.* Ibid. pag. 569. ex eodem Rituali : *Vinum per Sion in calicem mittitur.* Pro *Sion*, Cochlear habet Ordinarium Laudunense ibid. pag. 388 : *Subdiaconus ascendit pulpitem deferens librum et Cochlear argentum in sinistra.* Unde colligitur *Sion* idem esse quod *Cochlear*. Vide in hac voce. Sed id aperte docent Gesta Episc. Cenoman. cap. 37. apud Mahill. tom. 3. Analect. pag. 354 : *Necnon larga ejus (Hugonis) gratia aliud dedit vasculum, gemmulis undique saptum nitentibus, accerræ exprimens similitudinem, si non ab inferiori capite modice falcuto unci speciem retineret. Per hoc foratum subtilissime vinum quandoque funditur in calicem, ne pili, sive quæ immunda aer movet agitabilis, valeant admisceri. Syon antiquorum vocavit docta discretio, et a subdiacono festive geritur pro manipulo.*

\* Idem quod *Colun* 3. Vide in hac voce.

**SIXHINDI**, Mediæ conditionis homines, apud Anglo-Saxones, quorum scilicet æstimatio erat 60. solidorum, ut pluribus diximus in voce *Hinden* homines. Idem, quos *Rudekniht* vocabant, ut censet Seldeus lib. de Titulis honorar. Leges Inæ Regis Westsax. cap. 26 : *Si occiditur, non solvatur parentibus suis, si non intra 12. menses eum redemerint. Weall si habeat 5. hidas, est Sixhinde.* Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 76 : *Servi alii casu, alii genitura. Liberi alii Twyhindi, alii Syxhindi, alii Twelfhindi, etc.* Cap. 48 : *Si desponsata femina fornicetur, et Cyrliscu, vel Syxhinda, vel Thwelfinda sit, et corporalis diffraçtio persistentibus instituta, etc.* [\* Vide Phillips. de Jure Anglosax. not. 327. 334. 514.]

☞ **SIZA**, ut *Sisa*. Vide in hac voce.

☞ **SKANOR**, vox Danica. Charta Waldemari Reg. Daniæ ann. 1326. apud Pontanum lib. 7. Rerum Danicarum : *Si ita contigerit, quod absit, quod alecia non capiantur, nec in Skanor salsentur, etc.* [\* Scania insula, vulgo *Schonen*.]

☞ **SKAZA**, ut *Scadus*. Acta Murensis Monasterii pag. 62 : *Duæ domus et 66. partes in vitibus, quæ ibi vocantur Skaza, etc.* Vide *Scula* 8. et *Scamellus*.

**SKELLA**, Tintinnabulum, campanula, Italis *Squilla*, unde *Squillare*, resonare. Papias : *Tintinnabulum, a sono vocis dictum, Sichilla vulgo dicitur.* Ubi puto legendum *Schilla*. [\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 476. voce *Scella*.]

**SKELLA**, Equorum clitelariorum tintinnabulum. Occitani *Esquilo*, *Esquileto*, *Esquilo*, tintinnabulum, quod molorum collis appenditur, etiamnum appellat. Lex Salica tit. 29. § 3 : *Si quis Skellam de caballis furaverit, etc.* Ubi editio Heroldi tintinnum habet. Charta ann. 1123. apud Puricellum in Ambrosiana Basilica pag. 170 : *Skella vero, quæ a Monachis fracta*

*est, ejusdem ponderis et quantitatis in eodem loco infra claustrum Canonicæ restituitur et ponatur.*

**SKILLA**, apud Hariulfum lib. 2. cap. 10. Lanfrancus in Decretis pro Ordine S. Benedicti cap. 1. sect. 1 : *Cum appropinquaverit tempus horæ tertiæ, pulsetur a Secretario modice signum minimum, quam Skillam vocant.* Vide eundem pag. 265. 268. 273.

☞ **SCHELLA**, apud anonymum in Chron. Cremon. apud Murator. tom. 7. col. 636 : *Campanam grossam de credentia, et Schellam militum ut aquitandum fieri fecerunt.*

**SKILLA**, Hincmarus Remensis Epist. 7. ex Labbeanis : *Et inde pullium unum, et casulam unam, et Schillam unam, et librum unum abstulit.* Tabularium S. Remigii Remensis : *Turibulum æreum 1. signum ferreum 1. Schillam de metallo 1.* [Charta ann. 1029. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occit. col. 184 : *Ferentes secum exinde Schillam ferream.* Adde Statuta Placent. fol. 107. v.º.] Petrarcha part. 1. cant. 111 :

Ch'el suon non d'altra Squilla,  
Mà di sospir mi fa destar sovente.

Part. 2. cant. 7 :

E non sono poi Squilla,  
Ov'io sia in qualche villa,  
Che non l'udissi.

*Aries squillatus*, apud Michaëlem del Molino in Repertorio.

**ESQUILLA**. Missale Mosarabum fol. 173 : *Puer defecerat Esquillam pulsando.* Fori Oscæ ann. 1247 : *Quicumque furatus fuerit Esquillam arietem ducentem oves, post probationem legitimam debet ponere manum intus Esquillam arietis superdicti, etc.*

\* *Esquelle*, eodem intellectu, in Stat. filassior. Rotomag. ann. 1390. *Escalette*, in Calend. Joan. Molineti. *Schella*, Wachtero, a Teutonico *Schull*, sonus; et *Schellen*, *Schallen*, *Gellen*, *Hallen*, sonare, ejusdem originis atque *zdeliv*.

**SCILLA**, Eadmerus lib. 1. Vitæ S. Anselmi Cantuar. cap. 8 : *Sumpta in manibus chorda pro excitandis fratribus Scillam pulsantem.* Warmannus in Vita S. Pirminii cap. 23 : *Ibi quoddam pendebat vas fusile, mediocris scilicet ponderis, vulgaris hoc usus Scillam nominat, quod miræ sonoritatis dulcedine audientium sensus afficiebat.* Charta Hecardi Comitiss Augustodun. apud Perardum : *Thuribulum minore, Scilla, candelabro aureo 1. etc.* Vitæ Abbatum S. Albani : *Tacta nola, cui Muta vel Scilla est nomen.* Scillam in refectorio pulsari solitum habemus in Udalrico lib. 1. Consuet. Cluniac. cap. 12 : *Pro cymbalo percutitur tubula, et in refectorio pro Scilla.* Et lib. 3. cap. 21. eam pendere in extremitate refectorii ait. Petrus Venerabilis lib. 1. de Miraculis cap. 13 : *Quando namque hoc agebatur, fratrum Conventus in refectorio ex consuetudine hora cœnandi recedebat, qua expleta, a Priore secundum morem, uno ictu Scilla percussa est.* Idem in Statutis Cluniac. cap. 25. ait, *Scillam in sublini infirmariæ loco positam, qua fratres, in infirmaria dormientes, excitarentur.* Adde Durandum lib. 1. Ration. cap. 4. n. 11. Sed et aliis in locis et occasionibus usus *scille* obtinuit, ut observare est ex eodem Udalrico lib. 1.

cap. 11. 12. 14. 15. et alibi, et Bernardo in Consuetud. Cluniac. MSS. non uno loco.

☞ Prope Abbatis vel Prioris sedem pendebat *Scilla* : unde *ad Scillam sedere* dicebatur, qui ad mensam Abbatis vel Prioris sedebat. Litteræ Petri Abbat. Cluniac. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 410 : *Ipse vero dominus Natalis, ejusque successores in locis nostris capitulum tenebit, in refectorio ad Scillam sedebit, post obitum suum in Cluniaco tricenarium habebit.*

**SQUILLA**. Ardo Mon. in Vita S. Benedicti Anian. cap. 8. [52.] : *Primitus siquidem quam signum horis nocturnis pulsetur, in Fratrum dormitorio Squillam tangere jussit, ut prius Monachorum congregatio orationibus fulti propria residerent per loca. Breve vasorum Ecclesiasticor. in Tabular. Monasterii S. Theofredi Velavis : In horologio, quo terminantur horæ, duæ partes Squillæ suspensæ. [Transactio inter Abbat. et Monachos Crassensens ann. 1351 : *Abbas Crassensensis suis expensis propriis tenetur facere... campanam et Squillas.* Vide *Insquilla*.]*

**SQUILLA**, in Synodo Nemausensi ann. 1284. cap. de Eucharistia.

☞ **STILA**. Consuetud. Monast. Fontanell. MSS : *Finita Missa de Beatissima, abbas vel prior debet pulsare Stilam quæ vocatur Stila colloquii, et debent convenire in medio capituli, etc.* [\* Legendum videtur *Scila*, ut *Scilla*, pro *Stilla*.] Haud scio an eadem notatione accipienda sit hæc vox in Testam. Guillelmi dom. Montispeess. ann. 1146. apud Acher. tom. 9. Spicil. pag. 141 : *Ac de meo jure in ejus jus in perpetuum transfere cameran scilicet meam, quæ est prope ipsum ecclesiam, et totum illud quod pertinet ad ipsam cameran, et porticum qui est ante cameran, sicut determinatum est a pilari usque ad parietem Stilæ, etc.* Ubi forte *Stila* est Aquæductus. Vide *Stillariæ*.

☞ **STILLA**, ut *Skella*. Statuta Ord. S. August. apud R. Duëllium tom. 2. Miscell. pag. 359 : *Non moveant de loco, quousque prelatum incipiat Stillam pulsare.* Leg. videtur *Scilla*.

Atque inde facile quis advertat *Trunculos*, quibus vulgo ludimus, et quos *Quilles* vocamus, a *Squillis* nomen accepisse, quod earum formam referant, ima parte, qua humo hærent, latiores, superiori minutiores, et in acumen desinentes. [\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Fr. tom. 4. col. 362. voce *Kegil*, Clavus.]

\* **SKEPPA**. Vide supra *Sceppa*.

**SKERDA**, Idem videtur, quod nostris *Escare*, vulneris crusta. Bracton. lib. 3. Tract. 2. cap. 24. § 2 : *Et si os frangatur, quod facile perpendi poterit per renoduram, vel testa capitis frangatur, ita quod extrahantur ossa, vel Skerda magna levetur.* Infra : *Si ossa extrahantur a capite, et Skerda magna levetur, ut predictum est.*

☞ Hæc post Spelmannum qui vim vocis non intellexit. *Skerda* enim in locis allatis est schidia, assula, seu pars ossis fracti aut contriti minuta, quæ Gallice *Esquille* dicitur. *Skerdo*, vel *Squerdo* vocant Occitani fragmentum minutissimum et acutissimum ligni haud lævigati, quod spinarum instar digitis incautorum sese inserit. [\* Vide Bosworthi Glossar. Anglos.



voce *Seard* et *Graff*. Thesaur. Ling. Fr. tom. 6. col. 528. radice *Scart*.]

**SKILLA**. Vide *Skella*.

**SKILLINGUS**, Genus monetæ apud Suecos, de qua vide Joan. Stiernhookum lib. 1. de Jure Sueonum vetusto cap. 11. pag. 132. Anglis *Schelling*, pro *Esterlingus*.

† **SCILLINGUS**, Eadem notione, in antiquo Missali MS. apud Hicckes. Dissert. Epist. pag. 13 : *Godwinus Blacan se, conjugem, etc. a servitute xv. Scillingis redemit. Vide Schillingus.*

† **SKIPIAMENTUM**, Navis armamentum et instructio, annona scilicet cibaria, arma, et cætera ad victum et defensionem necessaria, Gall. *Equipage, Equipement*. Charta Edwardi I. Reg. Angl. ann. 1302. apud Rymer. tom. 2. pag. 911 : *Naves illæ totidem sint munitæ personis (ut in navitis et hominibus aliis defensabilibus)... idemque etiam contineant Skipiammentum, ut in numero personarum, etc.* Semel et iterum ibidem occurrit, ut et in Charta Edwardi II. ann. 1323. apud eundem tom. 3. pag. 1012. A Saxon. scip, Angl. *Ship*, Danis *Skip*, Belgis *Schip*, navis, deducenda vox videtur. Consule Skinneri Etymol. linguæ Angl. Vide *Eskipare*. [\* Danice *Skipa*, Ordinare, constituere, Anglosax. Scyppan, Creare, ordinare.]

† **SKOTTARE**. Vide supra *Scotare*.

**SKREP**, Gladius, Danis. Saxo Grammaticus lib. 4 : *Erat autem Regi inusitati acuminis gladius, Skrep dictus, qui quodlibet obstaculi genus uno ferientis ictu medium penetrando diffunderet, etc.* Infra : *Quo audito Wermundus Skrep gladii sonum secundo suis auribus incessisse perhibuit.*

† **SKUVINAGIUM**, Reditus ex officio et dignitate scabinorum. Charta ann. 1431. apud Rymer. tom. 10. pag. 490 : *Reventiones castrorum et dominiorum in marchis Calesii, cum Skvinagiis.* Occurrit semel et iterum ibidem. Vide in *Scabini*.

† **SLADE**, Modus agri qui in longum porrigitur, a Saxon. slæd. Charta ann. 1347. apud Kennett. in Antiquit. Ambrosd. pag. 465 : *Concessimus.... unam acram prati... extendentem in longitudine a prato dicti prioris et conventus vocato le Slade ex parte Orientali usque le Commemele ex parte Occidentali in quodam loco vocato Longeford juxta le Slade in tenura domine Comitissæ Lincolnensis.* Occurrit rursum ibid. pag. 537. et 572.

\* **SLAG-HAUD**. Charta Will. de Bethunia ann. 1240. in Supplem. ad Miræum pag. 106. col. 2 : *Contulimus ipsis in eodem moro unam mensuram terre, ad turbas earundem desiccandas et ad Slag-haud faciendum, in quo possint turbas suas comportare et pro comuno suo preparare.* [\* *Ligna cædua vel potius fissa.*]

† **SLAVUS**, Servus, serviens. Charta Ottonis Reg. ann. 939. apud Eccardum inter Probat. Hist. Marchionum Oriental. col. 137 : *Damus... familias litorum xi. Slavorum xxvi. Pretalitise familias Slavorum viii.* Tradit. Fuld. apud Schannat. pag. 403 : *Slavi xiii. quorum unusquisque unam libram lini debet... Slavi cxx. singulas libras lini debent.* Vide supra *Sclavus*.

\* **SLAWE**. Charta Ottocari reg. Bohem. ann. 1226. inter Probat. tom. 1. Annal.

*Præmonst.* col. 519 : *De judicio autem aque vel candentis ferri, quod fit per Slave, etc.*

\* **SLECLEM**. Charta Will. de *Linenberch* ann. 1258. in Reg. 3. feud. episc. Metens. fol. 293. vº. ex Bibl. reg. : *Item a jam dictis comite et comitissa de Castris quedam bona, quæ dicuntur vulgari vocabulo Sleclen, habeo. Slethen, ibid. fol. 294. vº.*

\* **SLEYAGIUM**, f. pro *Strelagium*, Jus mensuræ, quæ sextario fit. Ch. Phil. Pulc. ann. 1310. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 350. vº. col. 1 : *Item moutonnagium, Sleyagium, cum uno boisselle bladi annui redditus.* Vide in *Sextariaticum*. Nisi *Slusagium*, Pensitatio pro jure habendi *selusam*, malis emendare. Vide *Exclusa*.

\* **SLEYS CAT**, Germanica vox, idem quod *Monetarium*, id nempe quod monetarii domino, cujus est moneta, exsolvent ex monetariæ fusionis et signaturæ preventibus. Comput. ann. 1562. ex Tabul. archiep. Camerac. : *Compte et renseignements du droit seigneurial, vulgairement appellé Sleyscat, que monseigneur le reverendissime et illustrissime a eu de la forge de ses monnoyes en sa cité de Cambrai, selon le contract fait par sa seigneurie reverendissime avec Hans Crul maistre desdictes monnoyes.*

**SLIPESTEN**, Cos, ex *Slipen* Teutonico, acuere. Teloneum S. Audomari in Tabulario S. Bertini : *Lapis molaris 2. den. Slipesten 2. den. si autem unus molaris, sive in curru, sive in carro portetur, dabit 2. den. etc.* [Supra *Sclipesten* scripsit Cangius.]

\* Belgis, *Sliipsteen*. Charta Phil. comit. ann. 1163. in Chartul. 1. Fland. ch. 325. ex Cam. Comput. Insul. : *De lapide, qui dicitur Slippsteen, quatuor denarios.*

† **SLOPETUM**, apud Schannat. in Diocesi Fuld. pag. 114. pro *Sclopetum*. Vide in hac voce.

† **SLUSA**, Locus ubi concluduntur aquæ, ut et

† **SLUSAGIUM**, Pensitatio quæ a domino feudi exigitur pro jure habendi *Exclusam*. Vide in hac voce.

† **SMACARE**, **SMACCARE**, vox Italica, Vulnerare, mutilare, debilitare. Statuta Cadubrii cap. 112 : *Addatur statuto de Smacantibus membrum... quod ultra illius pœnam, teneatur delinquens ad solutionem medici.* Statuta Riperiæ cap. 94. fol. 16. vº : *Quod quicumque aliquem vulneraverit, vel percusserit, incassaverit, vel Smaccaverit, compellatur per dom. capitaneum, seu judicem maleficiorum ad prestandum vulnerato, percusso, incassato, seu Smaccato omnes expensas quas talis fecerit. Hinc*

† **SMACATURA**, Vulus, membri mutilatio, vel debilitatio. Statuta Cadubrii lib. 3. cap. 24 : *Stancinus, quod si quis aliquem percusserit, vel vulneraverit, ita quod membrum aliquod sibi Smacaverit vel debilitaverit, pro tali Smacatura seu membri debilitatione, curiæ in decem libris Pap. condemnatur.* Statuta Riperiæ cap. 233. fol. 30 : *Quicumque insultum, aut percussorem, seu vulnus, incassaturam, vel Smacaturam, vel debilitationem fecerit in personam alicujus officialis, puniatur.* Vide *Mahanium*.

† **SMALDUS**. Vide infra *Smaltum*.

**SMALTUM**, Encaustum, liquati coloratque metalli pigmentum, Italis *Smalto*, Germanis *Schmalt*, Gallis *Esmail*. [\* Vide

*Graff*. Thesaur. Ling. Fr. tom. 6. col. 832. voce *Smelzi*.] Vox forte formata a *malto*, seu *malta*, quæ vox Architectis *solidamentum* sonat. Apud Palladium de Architectura habetur caput de *compositione matorum et solidamentorum*, deinde : *Compositio matorum, id est solidamentorum, ad solidandas quaslibet res, etc.* Ubi Cod. MS. *Pithocanus matorum præfert*. Anastasius in Leone IV. PP. pag. 182 : *Fecit denique tabulam de Smalto, etc.* Guillelmus Biblioth. in Stephano VI : *Cantharam auream unam cum pretiosis margaritis et gemmis, ac Smalto, etc.* Leo Ost. lib. 1. cap. 20 : *Super altare autem S. Benedicti argenteum ciborium statuit, illudque auro simul et Smaltis exornans, etc.* Cap. 56 : *Crucem etiam pulcherrimam cum gemmis et Smaltis ad procedendum fecit.* Lib. 3. cap. 33 : *Auream ibi in altaris facie tabulam cum gemmis ac Smaltis valde speciosis parari mandavit, quibus videlicet Smaltis nonnullas quidem ex Evangelio... insigniri fecit historias.* Adde lib. 2. cap. 25. Richardus de S. Germano in Chron. ann. 1242 : *Icona cum Smaltis, quæ super altare fuerat S. Benedicti.* [Chr. Cavense apud Murator. tom. 7. col. 951 : *Item pluviam cum campanellis, pluviam cum Smaltis.* Vita S. Chunegundis sac. 6. Bened. part. 1. pag. 453 : *Calicem aureum cum patena sua gemmis et margaritis ac Smaltis optimis adornatum.* Conc. Tarracon. ann. 1591. inter Hisp. tom. 4. pag. 615 : *Ne clerici... defeciant... botonos ex auro sive ex argento vel Smalto.*] Vide *Limogia* et *Maltare*, 2.

† **ESMALTUM**, Eadem notione. Annales Mediolan. Anonymi ad ann. 1389. apud Murator. tom. 16. col. 807 : *Capellus sive girlanda una auri et Esmalto viridi et azurro, cum pluribus perlis, etc.* Vide *Esmailus*.

**SMALDUS**. Vetus Scheda in Bibl. Cluniac. pag. 563 : *Quæque cariora ac sanctiora in thesauris reperit Ecclesiæ secum Constantinopolim detulit : inter quæ ornamentum quoddam gemmis ac lapidibus, videlicet eis, quos Smaldos vocant, pretiosissimumque, etc.*

\* Lapis pretiosus varii coloris significari videtur in loco hic allato, ut et in Vita B. Vict. III. PP. tom. 5. Sept. pag. 409. col. 1 : *Turibulum de auro cum gemmis et Smaldis librarum duarum.* Et certe Italis *Smalto*, encaustum simul et rem lapideam sonat, ut monent *Academ. Cruse*.

† **SMALTATUS**, Italis *Smaltato*, Gall. *Emaillé*, Encausto distinctus. Consuet. Frederici Reg. Siciliae cap. 94 : *Item quod nulla domina, sive mulier audeat portare capellum imperlatum, sive Smaltatum, etc.* Instrum. ann. 1347. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 568. col. 1 : *Item, duo candelabra de argento deaurato Smaltata.* Bonincontrus in Chron. Modoet. apud Murator. tom. 2. col. 1181 : *Offerre fecit calicem unum argenteum magnum magni ponderis mirifice deauratum et Smaltatum.* Adde Chron. Placent. apud eundem tom. 16. col. 588.

**SMALTITUS**, Eadem notione. Anastasius in Benedicto III. PP : *Conclusus etiam auripetias in se habens Smaltitas, etc.* Sugerius lib. de Admin. sua cap. 32 : *Columnam, cui sancta insidet imago; subtilissimo opere Smaltitam, etc.* Idem : *Opere Smaltitum, et optime deaurato, etc.* De quo consulendus Andreas Agathopæus, seu Felibianus, in



tract. de Pictura et Architectura cap. 10.

† **SMALTUS**, Eodem intellectu, in Constitut. Frederici Reg. Siciliae cap. 92: *Excepto quod... albæ ipsarum (sambucarum) possint cooperiri ære et fieri Smaltæ.*

† **SMANIARE**, vox Italica, Ira exandescere, fremere, furere, Gall. *Enrager*. Bonincontrus in Chronic. Modoet. apud Murator. tom. 12. col. 1095: *Habito cum eis consilio, cum non vellent suum adimplere animum vetandi dicto Regi, in se quasi Smaniavit* (Guido) *eo quod receptionem Regis laudarent.* Ibidem col. 1142: *Supra-scripto eodem anno (1424.) et mense Galeaz una die Smaniavit intra se de labore et damno quod patiebatur, eo quod non valebat habere terram.*

**SMANTACOMPAGNUS**. Acta Alexandri III. PP. apud Baronium ann. 1159. de Octaviano Pseudopontifice: *Mulieres quoque blasphemantes, ipsam hæreticum appellantes, eadem verba repetebant, et alia derisoria verba decantabant, nominantes eum lingua vulgari Smantacompagnum.* i. cui mantum ablatum fuerat, ex Ital. *Smantellare*. Vide *Mantum*.

**SMARAGDINA**, Locus unde smaragdi erunt. Guillelmus de Baldenzeel in Hoëporico: *In superioribus Ægypti est una Smaragdina, unde ibidem erunt smaragdi meliores, et in meliori forma, quam in aliqua mundi parte habentur.*

**SMARAGDINES**, pro *Smaragdi*, Joanni de Janua. Occurrit non semel apud Sugerium de Rebus in adminitr. sua gestis: *Maculis distinctas Smaragdines.* [Vide *Smeraldinus*.]

† **SMARAGDUS**, Liber, cui titulus *Smaragdus*. Testam. Everardi Comit. ann. 837. apud Miræum tom. 1. pag. 21. col. 1: *Evangelium eburneum unum, lectionarium simile paratum, missale simile, commentarium simile, antiphonarium simile, Smaragdum simile paratum.*

\* Compend. gest. abbat. Valecll. circa init. sæc. xv. MS.: *Ingelramus sacerdos scripsit (id est descripsit) Smaragdum, qui Diadema dicitur monachorum.* [\*\* *Smaragdus*, auctor ævi Carolini, abbas S. Michaelis ad Mosam, qui scripsit *Diadema monachorum vel de monachorum etc. virtutibus* et alia. Vide *Fabricium*.]

† **SMARAUDA**, *Smaragdus*, a Gall. *Emeraude*. Gesta Episcop. Cenoman. cap. 37. apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 354: *Aureum quoque calicem (dedit Hugo) factis ex electro politum monilibus, smaraudis et topazis, multisque pretiosissimis re-dimunt lapidibus.*

**SMEGMA**, **SMIGMA**. Joan. de Janua: *Smigma est quoddam unguentum, vel confectio unguenti, vel saporis, vel aliquarum aliarum rerum boni odoris. Invenitur etiam smigma, sed aliud significat.* Gloss. Gr. Lat.: *Σμῖγμα, Lomentum; Σμῖγματοπώλης, Lomentarius.* [Gloss. Lat. Gal. Sangerm.: *Smigma, un oingnement.* Comput. ann. 1425. apud Kennet. in Antiquit. Ambrosd. pag. 574: *Et in Smignate empto quadam vice ad lavandam aulam Prioris, vi. den.]* Iter Camerarii Scotici cap. 21. §. 4: *Vendunt vinum, et ceram, amaram, et Sme-gma.* Vide *Migma*.

**SMELIDO**. Lex Frision. addit. 3. de

*Vulneribus* § 35: *Si brachium aut crus percussum fuerit, et ex ipsa percussione de-creverit a sua grossitudine, quam prius ha-buerit, quod Smelido dicunt, ter 4. solid. componat.* Vox formata ab Anglo-Saxon. *smæl*, parvus, exiguus, exilis, tenuis, gracilis, minutus, unde *smallunge*, minu-tio, diminutio, attenuatio, apud Som-merum. Germani et Belgæ *smal* et *smael*, gracile, etiam vocant. Sicama vero legen-dum censet, *gesmelet*, extenuatum, con-tractum, gracilem redditum. [\*\* Vide Richt-hofen. Glossar. Frison. vocibus *Smelinge* et *Smela*.]

\* **SMELEZ**, idem videtur quod *Smaltum*, Eneustum. Acta S. Wencesl. ducis Bo-hem. tom. 7. Sept. pag. 807. col. 2: *Item supra imaginem S. Matthei est aliud mo-nile, in medio habens Smelez, et in circum-ferentis parvas gemmas.*

**SMELO**, Mensura unius spithamæ. Lex Frision. addit. 3. de *Vulneribus* § 56: *Si et superior (articulus pollicis) adjiciatur, quod vocant Smelo, hoc est unius spanne longitudinem habuerit, ter 8. sol. componatur.* Agitur ibi de magnitudine et longitu-dine vulnerum, secundum quam fiebat compositio.

† **SMERALDINUS**, **SMERALDUS**, *Sma-ragdus*, Gall. *Emeraude*. Jac. de Voragine in Chron. Jauensi apud Murator. tom. 9. col. 32: *Quod autem illud vas sit vere lapis Smeraldinus, testantur omnes gemma-rii qui illud viderunt, dicentes se non vidisse tam pretiosum Smeraldinum.* Annal. Me-diolan. Anonymi apud eumd. tom. 16. col. 807: *Capelletus unus sive girlanda una lapidum et perlarum cum sapphiris vi, Smeraldis v. etc.*

**SMERE**, Adeps: Belgis, *Smeer*. Telo-neum S. Bertini: *De pensa adipis, id est Smere, 2. den.*

\* Charta Phil. comit. ann. 1163. in Chartul. 1. Fland. ex Cam. Comput. In-sul.: *De pensa uncti, id est, Smere, vel sebi, id est, root, unum denarium.*

**SMERILIONES**. Fridericus lib. 2. de Arte venandi cap. 2: *Sunt etiam aliæ aves rapaces parvæ, sicut sunt Sineciliones, ubleti, et hujusmodi: et tam his, quam majoribus prædictis homines non utuntur, nisi ad de-lectationem tantum, etc.* Ubi legendum puto *smertiliones*, pumili, minimi et velo-cissimi accipitrum. Describuntur ab Augu-sto Thuano lib. 1. de Re accipit. pag. 25:

Forma ad falconem accedit, sed mole pusilla,  
Vertice depresso, spatioso pectore, latis  
Compactisque humeris, etc.

*Mirle* dicitur Alberto M. lib. 23. de Animal. cap. 14. et Germanis: *Ismerli*, Petro de Crescentiis lib. 10. cap. 13. [Vide *Simri-lins*.]

† **SMIGMA**, **SMIGMATOR**. Vide supra *Migma* et *Smegma*.

**SMIRALDUS**, *Smaragdus*. Vide *Bala-seus*.

† **SMIRIGLIUS**. Comment. Caroli Cara-fæ Episc. Aversani de Germ. sacra re-staurata: *Miles casu in bombardam, quam Smiriglium vocant, ignito fomite sui sclap-ignem intulit.*

**SMOLTUS**. Prima Statuta Roberti I. Regis Scotiae cap. 12: *Onnes illi qui ha-*

*cent croias, vel piscarias, seu stagna, aut molendina in aquis, ubi mare ascendit, et se retrahit, ubi salmunculi seu Smolti, vel friæ cujuscumque generis piscium maris vel aquæ dulcis ascendunt vel descendunt, etc.* Vide *Fria*. [\*\* *Smelt* Anglosax. Sardina piscis.]

\* **SMURDUS**, Servus glebæ, homo *manus mortuæ*; colonum interpretatur J. Leonh. Frisch. in Miscellan. Berolin. tom. 4. pag. 190. quo mortuo dominus ex hæreditate vel relictis bonis ejus optimum unum sibi eligit et sumit, vel equum vel meliorem vestem, a Slavonica voce *Smrt*, mors. Charta Otton. burgr. de Kirchberg ann. 1279. apud Schilter. tom. 1. Instit. jur. publ.: *Nos Th. et Vitgomen fratres de Conlitz, ex ipsorum servilitate nobis ex jure Smurdorum ab antiquo astrictos, manu mittimus a tali late et libere servitute, etc.* [\*\* Vide Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 322. et 944. Haltaus. Glossar. German. col. 1639. voce *Schnordhufen*, Mansi Smurdorum. *Smurdones*, in chart. ann. 1239. apud Bekmann. Hist. Anhalt. tom. 5. pag. 71. *Zmurdi*, in chart. ann. 1041. apud Maderum in Antiq. Brunswic. pag. 222. *Zmurti* in veter. Notit. apud Haltaus. *Smerdi*, in chart. post ann. 1291. apud Lappenb. Hist. Orig. Hans. Document. pag. 165. Homines sunt infimæ plebis, a voce Slavica *Smerd*, Fectere, putere.]

\* **SMUTITIO**, Nominatio, declaratio, a *Smutare*, Nominare, declarare. Stat. ordin. S. Joan. Hierosol. ann. 1584. tom. 2. Cod. Ital. diplom. col. 1830: *Magister et concilium ad alterius (bailivi conventualis) electionem ejus loco procedere debeant, salva tamen Smutione linguarum.* Ibid. col. 1845: *Prohibetur ne lingua de dicto officio (castellani) Smutet, aut fratrum aliquis ea petendum id officium in concilio admittatur.* Rursus col. 1855: *Statuimus ut statim postquam magister et conventus legitime ætiores facti fuerint de morte alicujus prioris, bailivi et commendatarii, debeant procedere ad Smutionem prioratus, bailivatus et commende et administrationi illorum providere.* Vide *Motitio* et supra *Motire*.

† **SMYRNA**, a Gr. *σμύρνη*, Myrrha, apud vet. Interpr. Irenæi lib. 2. cap. 24. n. 3: *Unde et dissonat ad pleroma eorum, Smyrnæ quidem habens siclos 500.*

**SNAIDA**, **SNEIDA**. Vide *Sinaida*.

\* **SNAPHTANUS**, Nostris vulgo *Schenapan* vox Germanicæ originis. Hunger. Elench. in Tabul. Bovillianas voce *Tournois*, *Schnaphan*, miles grassator. *Schnappen*, Prensare, rapere, Wachtero. Hæc post D. Falconet. Vide *Schnaphan* et infra *Spanaldus*.

† **SNEBERGII**, dicti apud quosdam nummi censuales, teste Fabricio Orig. Saxon. lib. 7. pag. 700.

**SNESA**. Charta ann. 1186. in Tabulario S. Bertini: *De interclusionibus meatuum aquarum ejusdem Ecclesie, quæ vulgo Warren dicuntur, de quibus 24. Snesas anguillarum annuatim persolvebatur, etc.* Hollan-dis *Snees*, vicenarium, seu viginti, sonat.

† **SNOBULI**, **SNUOBULI**, *Muranula*, i. e. funiculi, qui de argenteis plexis filis, ut in thuribus fieri solet, apud Schilterum in Gloss. Teuton.



† **SNODARE**, Italis, Nodum solvere sonat. Locus est infra in *Strassignare*.

† **SNODEN**, Glomus, Gall. *Peloton*, a Sax. *s nod*, eadem notione. Comput. ann. 1425. apud Kennett. Antiquit. Ambrosd. pag. 574: In VIII. *Snoden de pakthred emptis ibidem pro quodum reti faciendo pro cucinulis capiendis hoc anno, vi. sol.*

**SNYRTIR**, Ensis species. Saxo Grammatic. lib. 2:

Ecce mihi videor cervum penetrasse ferocem, Theutonice certe, qui Snyrtir dicitur, ense.

Apud Kilianum, *Snider*, cultrum sonat.

† **SOAGLUS**. *Teisa soaglorum*, Telæ grossioris genus. Statuta Montis Regalis fol. 277: *Item statutum est, quod quilibet textor seu tatrix capiat tantum... de teisa Soaglorum solidos tres.*

† **SOAGNE**, ut mox *Soalis*, ex interpretatione Eccardi, in Pacto Leg. Sal. tit. 2. § 4: *Si quis porcellum de intro porcos ipso porcario custodiendo furaverit, malb. Soagne chulte, in dc. denar. Speciem furti, rei custoditæ, suspicatur Schilter. in Gl. Teuton.*

† **SOALAGIUM**, pro *Stalagium*, Præstatio pro stallis, in Charta Ricardi I. Reg. Angl. inter Ordin. Reg. Fr. tom. 5. pag. 317. ut suspicatur Cl. Editor.

**SOALIS**, pro *Sualis*, Sus, porcus. Polyptychus S. Remigii Remensis: *In Braito mans. 3. unusquisque facit in anno map. 3. diurnal. 2. donut pro Soale den. 12. pull. 3. ova 15.* [Codex censualis Irminonis Abb. Sangerm. fol. 3. vº: *Solvit de unumquodque mansum bovem unum, ad alium annum Soalem 1. Ibidem fol. 15: Solvit... ad tertium annum Soalem 1. valentem sol. 1.*] [*\*\* Sæpius ibi. Vide indicem.*]

\* **SOARIUM**. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Fres, Prov. linbus, Soarium, fasciola ambiens extremitatem vestis, ex filis vel auro contexta assutaque.*

† **SOATUS**, Italis *Soatto*, Corium loris et corrigiis faciendis aptum. Statuta Astens. de *Intratis* portarum: *Soati albi ponuntur et solvant pro qualibet dozana lib. 6.*

† **SOAXIS**. Annal. Mediolan. Anonymi apud Murator. tom. 16. col. 813: *Alia bussula deaurata cum Souxiis granutis. Salinus unus deauratus cum Soaxe straforato. An Operculum?*

\* **SOBERS**, *Artatus*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641.

† **SOBJORNUS**, Commoratio, mansio unius diei, Gall. *Séjour*. Extractum computi ann. 1328. ex Schedis Cl. V. *Lancelot: Item eadem die pro expensis equi roncini et garcifferi Humberti Bastardi qui steterunt in Sobjorno in domo Guilelmeti... xx. lib. 11. sol. viii den.* Vide *Sejornum* et *Subjurnare*.

† **SOBOLUS**, pro Soboles. Charta Ludovici Reg. ann. 875. apud Calmet. inter Probat. Hist. Lothar. tom. 1. col. 312: *Pro mercedis nostræ augmento, ac genitoris nostri Sobolorumque nostrorum, attentius Domini implentem inisericordiam.* Vide alia notione in *Sabelum*.

\* **SOBORNİK**, Synaxarium Ruthenorum, apud Bollandistas tom. 1. Jun. pag. 135. col. 1.

† **SOBRA**, Mensuræ species videtur. Consuet. Solemniac.: *Translatio S. Mar-*

*tialis sepias et ova farsata et justas dem. Sobre 111. eminus frum, vig. in manso de manso Sobras et eminan frum. Lemov. quam debet Junchada. Sobre, pro supra, crebro occurrit in Terrario Apehonii.*

† **SOBRECOT**, Vestis species, ut infra *Surcotum*. Vide in hac voce. Statuta Massil. lib. 2. cap. 39: *Item, de gardacors, vel de turquesio, vel garnachiu, vel Sobrecot froirato cum penna, vel serico, vel aliter sine frezio xviii den.* Vide *Supertotus*.

\* **SOBRE-SENGLA**, Gall. *Sous-sangle*, in Comput. ann. 1334. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 85. col. 1: *Item pro una Sobre-sengla, vj. denar.*

† **SOBREVERSUM**, Idem quod *super-versum*, Quod mensuram excedit. Statuta Arelatens. MSS. art. 74: *Vinum non vendatur cum pogesali ad Sobreversum.* Vide *Sobra*.

\* *Sobrevers* nostris dicitur de aqua superfluente, vulgo *Qui déborde par dessus*. Charta ann. 1237. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 73. col. 2: *Quod libere possit ibi currere aqua de Sobrevers, sine omni impedimento.* Alia capit. S. Salvat. Montispeess. ann. 1354. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 318: *Cum quibus postibus possitis et valeatis dictam aquam seu Sobrevers, quod fluet et exiet de supra dictum paxeriam, accipere et recipere et eam ducere ad prata vestra... Et possitis facere canallem, per quam... dictam aquam seu Sobrevers... possitis ducere ad prata vestra.* Vide infra *Superundatio*.

† **SOBRIARE**, Vigilare. Gloss. Lat. Gr. et Græc. Lat.: *Sobrio*, *νίφρο*.

**SOBRIISSA**. Fragm. Petronii: *Ultimo etiam periselides resolvit, et reticulum aureum, quem ex Sobriissa esse dicebat.* Id est *auro obryzo*.

**SOBRIUS**, Prudens, gravis, ac moderatus. Josephus, scu Hegesippus lib. 1. de Excidio Hieros. de Hircano: *Moderator gentium et pulcre Sobrius.* Lib. 4. cap. 2: *Itaque ille præstantissimus, qui inter adversa Sobrius collectatur casibus.* Arnobius lib. ult.: *Vir alioqui gravis et sobria religionis.* S. Ambrosius Epist. 6: *Sobriam in turbis gravitatem, singulare pondus dignitas sibi vendicat Sacerdotalis.* Ammianus lib. 15: *Vetus illa Romanorum virtus et Sobria.*

\* **SOBURINA**, f. Mansio, domus. Charta Ebroini comit. ann. 720. in Suppl. ad Miræum pag. 560. col. 1: *Dedi in loco Megrin Walannum cum uxore et infantibus, cum terris, duas Soburinas, etc.*

† **SOC**. Vide *Soca* 4. et *Soccus* 2.

1. **SOCA**. Charta plenariæ securitatis sub Justiniano scripta, apud Brisson. lib. 6. formul. pag. 647: *Armario uno valente siliquas quatuor, Socas tortiles duas valentes siliquas aureas sex, sella ferrea, plictile, etc.* Ital. *Soca* est funis. Vide *Soga*.

† 2. **SOCA**, Modus agri, ut infra *Soga*. Vide in hac voce. Chron. Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 439: *De uno capite terra Fragrinsensis habens Socas per longum cv. et ex transverso xxviii. Soca vero habet pedes c.* Ibidem col. 440: *Et est mensura ipsius plani per longum habens Socas lv. ex transverso habens Socas xxxvii. omnes insimul tam de monte quam de plano ex omni parte sunt Socæ cccxxx. quæ sunt*

*per mensuram justam simul in unum juges numero mille duæ.*

† 3. **SOCA**, *Socca*, *Soqua*, *Stipes*, truncus Gall. *Souche*. Statuta Arelat. ex Cod. MS. D. Brunet fol. 25: *De Soquis et aliis lignis. Item statuimus, quod nullus qui locet operas suos defferre audeat de nemoribus, vel vineis, vel cepibus Socam vel lignum ali-quod... nullus... audeat de nemoribus, vel vineis, vel cepibus evellere seu etiam scindere Socam vel radicem.* Statuta Massil. lib. 5. cap. 17: *Constituimus firmiter observandum quod nullus operarius vinearum, vel ligatrices vitium... audeant... apportare seu apportari facere de vineis in quibus operantur, vel aliis, vel operati fuerint, Socas, vel stipites.* Et cap. 18: *Constituimus hoc presenti capitulo ne aliqua persona... audeat de cætero extirpare, vel rescare, Socas alicujus arboris fructiferæ, vel etiam nemoris, nisi suæ fuerint, ni tantum Socas de cade et Socas d'avales.* Charta ann. 1339. ex Schedis Præs. de *Mazaugues*: *Quod si in una radice sive Socca nascantur, vel nascerentur duo, tres vel plures plantæ pinus, eas possunt libere incidere, majori planta utiliori salva et remanente in dicta Socca.* Provinciales *Souquo* dicunt.

4. **SOCA**, *Sok*, *Soke*, inquit *Fleta* lib. 1. cap. 47. § 6. *significat libertatem curiam tenentium, quam Sokam appellamus.* Leges Edwardi Confess. cap. 23: *Soca est, quod si aliquis querit aliquid in terra sua, etiam furtum, sua est justitia, si inventum, an non.* Est autem *sok*, idem quod *secta*, quam dominus habet de hominibus suis in Curia. [Anonymus MS. apud Spelmannum: *Soc, est secta de hominibus in curia domini, secundum consuetudinem regni.*] Quod enim *Sok* apud antiquos dictum est, hodie *Soyt* apud Scotos, quod *Suite* nostra lingua sonat, appellatur. Itaque qui hoc privilegium habet, potestatem habet tenendi Curias in sua Baronia. [Vocabul. Anglic. ex Tabul. Beccensi: *Soca, avoir franche court.*] Atque inde quidam a Saxon. *soca'n, sequi*, vocis originem repetendam putant: alii a *soc'n*, libertas, franchisia. Vide *In-gulfum* pag. 875. 881. 912. *Bractonum* lib. 3. tract. de Corona cap. 35. § 1. et *Rastalium* verbo *Sok*. [*\*\* Phillips* de Jure Anglosax. § 26. *Lappenb. Hist. Angl. tom. 1. pag. 612. Thorpii Glossar. Leg. Anglos. in Socn, Soca, et supra Soca in Sac.*]

† *Soca*, Manerium, dominium, locus privilegio et immunitate *Socæ* donatus. Regest. S. M. de Pratis *Leicestræ* tom. 4. Hist. Harcur. pag. 2198: *Et quicquid Osbertus capellanus de ipso tenebat in Socu de Schepished et in Socu de Alfo.* Ibidem pag. 2203: *Et totum molendinum juxta oblatum cum Socu et prato adjacente... et ecclesiam de Sepenhena, et omnes ecclesias de eadem Socu, et decimanum denariorum de redditibus et decimanum de pascuagio in eadem Socu.* Regest. Pr. *Lewes*. pag. 1. apud Spelman.: *Hi sunt redditus de Socho de Hecham.* Pag. 16: *Perinet ad Socham de Hecham, tam in Sernebruna, et Etune, et Ringstede, quam in ipsa villa de Hecham.* Et pag. 17: *In Socu de Hecham sunt 24. lancetæ.* Vita S. *Osvaldi* Episc.: *De quibus episcopus ipsius ecclesiæ a constitutione antiquorum habet omnes redditiones Socharum.*



**SOCA MOLENDINI.** Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 10 : *Cum molendino et Socha molendini, etc.* Pag. 102 : *Sciatis me concessisse... cum molendino, ac totam Socam molendini, ita vero quod aliud molendinum infra Socam ubi uliquo hominum sine voluntate et consensu Canoniorum non fiat, etc.* Vide *Secta molendini*, in *Secta 3.*

**SOCA PLACITORUM,** Jus tenendi curiam in suo dominio. Leges Henrici I. c. 9 : *Soca vero placitorum, alii proprie pertinet ad fiscum regium... alia pertinet Vicecomitibus et ministris Regis in firma sua, ultra pertinet Baronibus Socham et sacam habentibus.* Cap. 10 : *Omnes herestrete omnino Regis sunt, et omnis Guulstowna, i. occidendorum loca, totaliter Regis sunt in Soca sua, id est in Regia jurisdictione.* Vide *Sectu placitorum in Sectu 3.* et *Placitum.*

**SOCAM** et *sacum* habere dicuntur Barones in iisdem Legib. Henr. I. c. 9. 20. 24. *Socam* c. 24. 25. Est enim

**SOCNA,** Idem quod *Soca*, ex Saxon. socn, libertas, privilegium, immunitas, etc. Bromptonus : *Soka i. secta Curia, inde Sokne dicitur quundoque interpellatio majoris audientie.* Charta Henrici I. Regis Angliæ pro Londinensibus : *Teneant et habeant bene et in pace Socnas suas cum omnibus consuetudinibus, ita quod hospites, qui in Socis suis hospitantur, neque dent consuetudines suas, nisi illi, cujus Socu fuerit, etc.* Occurrit passim in iisdem Legibus c. 19. 20. 24. 25. 59. 80. etc. in Monastico Anglic. tom. 2. pag. 315. apud Prynneum in *Libert. Angl.* tom. 1. pag. 1103. ubi editum perperam bis *Socua*, etc.

¶ **SOCNA,** Eodem intellectu. Charta apud *Madox Formul.* Anglic. pag. 43 : *Moniales de Wroccheshulu possideant omnes illas terras, cum Sochu et sacha, et tol et them, et cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus.* Vide supra.

¶ **SOQUA,** in Charta Henrici Reg. Angl. tom. 4. *Hist. Harcur.* pag. 1409 : *Sciatis quod ego concedo S. Petro Juneticensis herengeiam, et omnia que ad illam pertinent cum signa et Soqua et tolla, etc.*

**SOCA.** Consuetudines MSS. villæ de Machau in Comitatu Regitensi : *Beste de ge on prent Soce, doit ce trecens.*

1. **SOCAGIUM,** Idem quod *Servitium socæ*, Littletoni sect. 119. Est autem *Soca*, Aratrum, nostris *Soc* de *charruë*. Olim enim qui per *servitium socæ* terras possidebant, dominis in exercenda agricultura inservire, et cum socco et aratro proprio agrum domini arare et colere tenebantur, cujusmodi servitia postea in census pecuniarios, [aliave dona,] ex mutuo vassallorum et dominorum consensu commutata sunt. [Charta ann. 1253. apud Kennett. *Antiq.* Ambrosd. pag. 262 : *Reddendo inde annuatim mihi et hæredibus meis... unum rosam ad festum S. Johannis Baptistæ pro omnibus servitiis... Soccagis et pro omnibus secularibus exactionibus, etc.*] Opponitur autem *Socagium Militis*, ita ut fundus omnis, qui non possidetur per *Servitium Militis*, per *Servitium socæ* possideatur. Littleton : *Chescun tenure que n'est pas tenure en chivalry, est tenure en Socage.* Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 509 : *Unam (bovatam terræ) videlicet de Socagium, et aliam de*

*Baronia, etc. Socagium autem aliud est villanum, aliud liberum.*

**SOCAGIUM LIBERUM,** quod *Socage* in Franc. tenure Angli vocant, illud est, ut ait Bracton. lib. 2. cap. 35. § 1. *quod tenetur quidem in Socagio; sed non fit servitium dominis capitalibus, nisi in denariis, et nihil inde omnino datur ad scutum et servitium Regis.* De villano socagio, idem lib. 2. cap. 8. n. 2 : *Non mutat statum liberi villanum Socagium non magis quam liberum. Quamvis autem de villano Socagio fiat certum servitium, propter hoc non habebit liberum tenementum, quia hoc facit ratione tenementi, licet non ratione personæ.* Vide eundem lib. 4. tract. 1. cap. 28. § 5. Liber sancti Albani apud Spelmannum : *Progenitores Simonis Bokely omnia sua in Honcton per liberum Socagium tunc tenebant, et quieti erant de sectis cartiarum, consuetudinibus, exactionibus, et demandis.* Vide Regiam Majestat. lib. 2. c. 21. cap. 27. § 3. cap. 71. § 3. Statuta secunda Roberti I. Regis Scotiæ cap. 8. etc.

**SOCAGIUM VILLANUM,** de quo idem Bracton. sic scribit : *Est aliud genus Socagii, quod dicitur Socagium villanum, ubi nullum omnino competit homagium, sed fidelitatis sacramentum, sicut de villano.* Illud *Socuge* in *basse tenure* Angli vocant.

In socagio, *hæreditas dividitur inter omnes filios, per partes æquales*, ut est in Regiam Majest. lib. 2. cap. 27. apud Glanvillam lib. 7. c. 3. et Bractonum lib. 2. c. 35. § 1. contra quam in feudis Militaribus, in quibus primogenitus succedit in totum. Si tamen unicum fuerit mesuagium, illud integre remanet primogenito, ita quod alii habeant ad valentiam de communi, ut ait Bracton. Idem c. 36. § 8. scribit de Socagio non competere domino capitali custodiam neque homagium. [Charta Henrici Reg. Angl. ann. 1155. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. v : *Si aliquid teneat de nobis per feodi firmam, vel Socagium, vel burgagium, et de aliquo teneat per servitium militare, nos non hubebimus custodiam heredis, nec terræ suæ que est de feodo alterius, occasione illius feodi firmæ vel Socagii vel burgagii, nisi ipsa feodi firma debeat servitium militare.*] Ita etiam sentit Christophorus de S. Germano in dialogo de fundamentis Legum Anglic. cap. 7. pag. 25. v. Adde Cowell. 1. 2. Inst. tit. 3. § 21. 22. et Rastall. voce *Socage*.

**SOCOGIA.** Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 835 : *Duas sertas... cum magna cùltura, quæ ibi juxta adjacet, et communem pasturam ad centum oves numero 120. in Sochogia de Maltebi, etc. Pro socagio forte.* [Malim de territorio quod *soca* privilegio donatum est intelligere. Vide supra.]

**SOCOMANNUS, SOCAMANNUS, SOCAMANNUS,** **SOKEMANNUS,** Tenens seu Vassallus, qui domino suo inservit, in exercenda agricultura, seu qui fundum per *socagium* possidet, hoc est per aratrum, *par le soc de la charue, seu par service de charruë*, ut habet Rastallus. Est enim *soc*, aratrum, man, homo. [Natura Brevium apud Spelmann. : *Sokmannus proprie talis est, qui est liber et tenet de Rege, seu de alio domino in antiquo dominico, terras, seu tenementa vilenagia; et est privilegiatus ad hunc modum:*

*quod nullus debet eum ejicere de terris nec de tenementis suis, dum poterit servitia facere quæ ad terras et tenementa sua pertinent: Et nemo potest ejus servitia augere, aut eum constringere ad faciendum plura servitia quæ non debet facere. Et propter hoc Sokmanni isti sunt cultores terrarum dominorum suorum in antiquo dominico: et non debent summoneri nec inquietari in juratis vel inquisitionibus, nisi in maneriis ad quæ ipsi sunt appendentes. In plucitis vero transgressionibus debiti, et aliis actionibus personalibus, summoniti sunt, ut alii homines. Et de istis tenentibus in vilenagio.] Bracton. l. 2. c. 35. § 1 : *Dici poterit socagium a socko, et inde tenentes, qui tenent in socagio Sockemanni dici poterunt, eo quod deputati sunt, ut videtur, tantum ad culturam, et quorum custodia et maritragium ad propinquiores parentes jure sanguinis pertinebit.* Eadem habet Fleta lib. 3. cap. 16. § 3. *Ita tenere dicuntur terrassus in antiquo dominio. Sokemannus de antiquo dominico, apud Radulfum de Hengham in Parva c. 8. Vide Leg. Edw. Conf. c. 12. Regiam Majest. l. 2. c. 27. 41. Bractonum l. 2. c. 8. n. 2. c. 36. 37. l. 4. tract. 1. c. 28. § 5. Fletam lib. 1. cap. 8. l. 3. c. 12. § 1. 5. c. 9. § 15. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 288. 625. præterea Rastallum verbo *Sokmans*, ubi de eorum libertatibus et privilegiis.**

Ut porro *Socagium* aliud liberum, aliud villanum erat, ita utriusque tenentes *liberi* et *villani* erant. Liber S. Albani apud Spelm. : *Omnes tenentes, liberi scilicet et customarii, tenementa sua per Socagium defendebant. Homagium, scutagium, forinsecum non donabant, scilicet sicut Sokemans per omnia tractabantur.*

Idem Spelmannus ex vet. Chartis Anglicis hæc descripsit : *Sokemanni liberi possunt dare et vendere; sed ad voluntatem domini: non possunt alienare certa servitia. Antenatus succedit in totum. Non possunt averium masculinum vendere, neque maritare filiam, nisi dent domino 3. sol. et 4. den. Possunt filium facere Clericum. Sokemanni Cotarii debent talliari ad voluntatem domini, et facere servitia incerta: nihil possunt dare vel vendere, nihil proprium habere, nec acquirere, nisi ad promotionem domini sui.*

**SOCMANARIA.** Britton. pag. 164 : *Sokemanrie, sount terres et tenements, qui ne sount mie tenus par fée de Chevalier, ne par grandes serjanties, ne par petites, mès par simples services, si come terres enfraunches par nous, ou nos predecessours, dans nos anciennes demeines.*

¶ **SOKMANRIA,** apud Joh. Skenæum de Verborum significatione pag. 153. ubi vim vocis sic explicat : *Sokmanria sive socagium, est quoddam genus tenendi terras, scilicet cum quidam libere infeodatur sine ullo servito, custodia, auxilio, maritragio, et solvit domino debitum quod vocatur Petite serjantie: vel cum tenet suas terras nomine burgagii aut in libera elemosyna.*

¶ **SOKEMARA,** ut legendum opinor apud Kennett. *Antiquit.* Ambrosd. pag. 418 : *Castrum et manerium de Bolyngbroke cum Sokenara et marisco cum pertinentiis, etc.*

\* 2. **SOCAGIUM,** Tributum ex rebus et bonis venditis et expensis. Charta ann.



1349. in Reg. 78. Chartoph. reg. ch. 84 : *Consules civitatis Agennensis, nomine consularum et universitatis ejusdem, habebant.... Socagiuni in eisdem parochiis, pro rebus et bonis, quæ inibi vendebantur et expende- bantur.*

\* Aliud vero sonat vox *Souchage* ejusque sensus declaratur, in Reg. forest. comitat. Alencon. ex Cam. Comput. Paris. fol. 101. r<sup>o</sup> : *De chascun arbre qui est donné en la forest (d'Andemne) chascun d'iceulz (sergens fleffez) prent quatre deniers, et est appellé ce droit qu'il prennent, Souchage.* Vide *Soca* 3.

**SOCAYNALE**, [f. Canalis per quem aquæ currunt.] Libertates concessæ Barcinonensibus a Petro Rege Aragon. ann. 1283. MSS : *Si aliquis habuerit Socaynale super teneionem alterius, super quam aquæ discurrunt, quod si voluerit elevare Socaynale in altum, non potest Socaynale ibi tornare.* [\* Recognoverunt proceres cap. 61. ubi *Socaynale.*]

† 1. **Socca**, Vestis muliebris species. Ricobaldus Ferrar. de Rit. antiquit. apud Murator. tom. 9. col. 247 : *Virgines in domibus parentum, tunica de pignolata quæ appellatur sotanum, et paludamento lineo quod Socca dicebant, erant contentæ.* Chron. Franc. Pipini ibid. col. 669 : *Virgines ante nuptias tunica de pignolato, quæ dicebantur sotanum, et paludamento lineo, quod Soccam dicebant, erant contentæ.* Gualvanus Flamma apud eumd. tom. 12. col. 1033 : *Virgines, antequam nuptiæ traderentur, vestiebantur tunica de pignolato, quæ dicebatur sotanum, et desuper portabant paludamentum, id est Soccam de lino albissimo.* Vide in *Socha*.

\* Quæ aliis superinduebatur. Hactenus, teste Domin. Georg. lib. 2. de Liturg. Pontif. Rom. in agro Rhodigino, rusticarum feminarum induviæ lineæ, quas loco superioris tunicæ deferunt, sive albæ sive alterius coloris eæ sint, *Socæ* vocantur. Hinc *Soc* appellatur *capa* seu pallium, quo rex in solemnibus inaugurationibus induitur, in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Pater* fol. 163. v<sup>o</sup> : *Item les chaucés de soie de couleur de violette, broudées ou tissues partout de fleurs de lys d'or, et la cote de cele colenr et de cele ewre meismes, fete en maniere de tunique, dont les soudiacres sont vestuz à la messe, et ovecques ce le Soc, qui doit estre du tout en tout de cele meismes couleur et de cele meismes ewre; et si est fait à bien près en maniere d'une chape de soie sanz chaperon.* Infra *Scot* ter legitur. Vide supra *Scuta* 1.

† 2. **Socca**, Stipes. Vide *Soca* 3.

† 3. **Socca**, ut *Soccus* 1. ni fallor, in Charta ann. 855. Append. ad Marcam Hisp. col. 788 : *Balgas duas parilia, et Soccas VIII.*

† **Socceda**, **Soccedarius**. Vide *Socida*. **Soccia**, **Socciare**, **Sagina**, **Saginare** : unde Gallis *Suin*, *Sagina*, quasi *Soing*. Capit. de Villis cap. 35 : *Volumus ut de verbecibus crassis Soccia fiat, sicut et de porcis : et insuper habeant boves saginatos in una quaque villa non minus quam duos, aut ibidem ad Socciandum, aut ad nos deducendum.*

† **Soccida**, ut *Socida*. Vide ibi.

† **Soccitare**, Turdorum clamor. Vide *Baulare*.

\* **Soccium**, Ital. *Soccio*, ut *Socida*. Vide in hac voce. Acta MSS<sup>r</sup> notar. Senens. ann. 1283. ex Cod. reg. 4725. fol. 7. r<sup>o</sup> : *Confiteor me habuisse et recepisse.... xxij. pecudes in Soccium a proximis præteritis Kalendis Januarii, ad quinque annos in Soccium.* Vide *Societas* 1.

† **Soccomannus**. Vide *Soca* 4. et *Soccus* 2.

† **Socculus**. Vide mox *Soccus* 1.

1. **Soccus**. Isidorus l. 19. c. 34. et ex eo Papias : *Talares calcei Socci sunt, qui inde nominati videntur, quod ea figura sint, ut constringant talum.* Infra : *Socci non ligantur, sed tantum intronittuntur. Cervi Socci sunt sine solo.* (Pap. sola.) *Lingulatos, quos nos foliatos vocamus. Clavati, quasi calviati, eo quod minutis clavibus, id est acutis, soleæ caligæ vinciantur.* Ubi Papias : *Eo quod de minutis clavibus sola conligetur.* Adalardus in Statutis Corbeiensibus. lib. 1. cap. 3 : *Femoralia duo, Soccus filtrinos duos, calcearios 4. cum solis novis, etc.* [\* *Soccus de cotto*, in chart. ann. 1121. apud Guden. Cod. Diplom. tom. 1. pag. 50. Vide *Cottum*.] Additio l. Ludovici I. et Vinea Benedictina c. 22 : *Calciamenta diurna paria 2. subtalares per noctem in æstate 2. in hieme vero Soccus.* Liher Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 18 : *Calceamenta quoque, id est caligæ, Socci, et subtalares, etc.* Vetus scriptor Vitæ S. Lupicini Abbat. Jurensis n. 2 : *In Monasterio vero, etiam si proximus egressus est ad culturam, lignea tantum sola, quæ vulgo Soccus Monasteria vocant Gallicana, continuato potius est usu.* Petrus Damiani lib. 1. Epist. 19 : *Quantilibet gravis bruna rigesceret, simplicibus Soccis muniebat pedes, cum tamen frater ejus solis calceis contentus esset.* [Constit. Ansegisii sæc. 4. Benedict. part. 1. pag. 639 : *Filtra ad Soccus faciendum* xxi. S. Wilhel. Constit. Hirsaug. lib. 2. cap. 37 : *Socci sunt ibi abluendi, et super gramen claustrum ad sicandum ponendi.*] *Soccus S. Mariæ*, apud Hugonem Farsitum de Miracul. S. M. Suessionensis cap. 3. 5. 12. qui aliis *Sotular S. Mariæ*, seu *Deiparæ Calceus*, qui in hoc Monasterio asservatur. Vide Histor. ejusdem Monasterii a Michaeli Germano editam, pag. 358. Combefisus ad Theophanem pag. 644 : *Nostra Prædicatorum instituta d. 1. c. 10. Soccus permittunt : quid tamen Soci illi sint, nos latet modo.* Sed hic constat, *Soccus* intelligi, de quibus supra. Adde Statuta Ord. Præmonstrat. dist. 2. cap. 13.

*Soccus Crispantes* dixit S. Hieronym. Epist. 7. Et Epist. 23 : *Soccus vilior auratorum pretium calceorum egentibus largitur.*

† **Socculus**, diminut. a *Soccus*. Cærimon. MS. Cisterc. cap. 18. apud Macros in Hierolex. : *Quam cum fratres audiunt Socculos suos in dormitorio, sacerdos autem, diaconus et subdiaconus in sacristia relinquunt, etc.*

2. **Soccus**, Vomer, ferrum aratri, nostris *Soc de charuë*. Alexander Necham : *Supponatur dentile vel dentale, cni Soc, vel vomis infigatur.* Charta Alaman. Goldasti 50 : *In ea ratione, ut dum advixerō, ipsas res habere debeam : et censui me pro hoc singulis annis, de festivitate S. Galloni in*

*alia, Soccum unum, aut 4. denarios.* Τζύκος, apud Heronem in παραβολαῖς, et apud Joannem Cananum pag. 194. Polyptychus Monasterii Fossatensis, editus a Steph. Baluzio : *Manent ibi homines 19. Solvit unusquisque usque ad Monasterium carroperam 1. et Soc et cultrun.*

\* Alias *Scot*. Lit. remiss. ann. 1385. in Reg. 127. Chartoph. reg. ch. 199 : *Deux grosses pieces de fer pour faire deux Scos ou coustres à charrue. Soich, in aliis ann. 1388. ex Reg. 132. ch. 220. Suec, in Vitis SS. MSS. ex Cod. 28. S. Victor. Paris. fol. 45. v<sup>o</sup>. col. 2.*

*Soccus*. Apud Anglos et Scotos, Barones dicuntur tenere curias suas cum *Socco*, et *sacca*, *furca*, et *fossa*, etc. ut est in Regiam Majestatem lib. 1. cap. 4. § 2. Ubi hæc Skenæus : *Qui habet donationem terrarum vulgo in feofamentum sibi a Rege concessum, cum Socco potest habere vassallos, vel colonos, quos cogere potest, ut cum Socco seu vomere, id est aratro agrum suum colant, qui propterea Soccomanni vocantur lib. 2. cap. 27. Alii per soccum intelligunt sectam, Soynt of court, ut sit privilegium regale, tenendi curias, in quibus sectatores comparere debent, ut in iure dicendo, et justitia administranda, judici adsint suo consilio.* Vide supra in *Soca* 4.

† **Socceda**, ut *Socida*. Vide ibi.

\* **Socera**, **Socrus**, **Gali**. *Belle-mere*. Testam. Giraudi de Willanova ann. 1481. ex Tabul. D. Venciæ : *Attendens amorem sincerum, quem erga nobilem Margaretam dominam de Cauderaca, Soceram ejusdem nobilis testatoris, etc.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Suagra, Prov. socrus. Suagre, socer.* Vide infra *Socria*.

1. **SOCHA**, Vestis muliebris species, in Statut. Mediolan. 1. part. cap. 292. [Vide *Socca* 1.]

\* 2. **SOCHA**, Jus tenendi curiam in suo dominio, apud Bolland. tom. 3. Febr. pag. 751. col. 2. ex Charta Edgari reg. cuius meminit Cambdenus in Corn. : *Ecclesia S. Marizæ de Wircester habet hundredam, .... in qua jacent trecentæ hidæ, de quibus episcopus ipsius ecclesie, a constitutione antiquorum temporum, habet omnes redditones Socharum et omnes consuetudines.* Vide in *Soca* 4.

† **Socchermanus**, apud Seldenum in Præfat. ad Eadmeri Hist. pag. 15. idem qui *Soccomannus* supra in *Soca* 4. Vide *Cotarius* in *Cota* 2.

\* **Soccheyrata**, Tantum prati, quantum unus sector per diem secare potest. Charta ann. 1501. ex sched. Pr. de *Ma-zaugues* : *Quod ipsi homines servant... pro qualibet Soccheyrata prati grossos tres.* Vide supra *Sethorata* et infra *Soitura*.

† **SOCHIRE**. Memorabilia Humberti Pilati ann. 1344. ex Schedis Cl. V. *Lancelot* : *Nota quod die 12. Maii in vigilia Ascensionis in ecclesia fratrum Minorum dum dicebantur Matutine pro crastino, præsentem domino (Humberto II. Dalphino) fr. de Revello et pluribus aliis, dom. Guillelmo de Royno, dixit (idem Humbertus) quod Rex (Francorum) defraudabat Dominum, nec attendebat pacta sibi, et dixit et reiteravit decies et pluries dicendo quod tantum pro eo quantum pro uno stercore, et quod*



ipse non Sochivit ja, et ponebat eum ad damnum suum, et quod non dimitteret pro ipso nec pro aliqua persona de Delphinatu, quin ipse tractaret alienationem Avisani, et quod non appreciabat eos omnes unam festucam. Item dixit quod ipse habuerat consilium in Avenione, quod pactiones facte cum Rege non valebant festucam, et quod ipse vellet ponere unum hominem quem sciebat loco Regis, et poneret tale os in ore Regis quod nunquam videretur rosurus. Verba sunt Humberti Dalphini modo in Regem Francorum irati, modo illi devincti, pro innata levitate: unde hæc verba ipse non Sochivit ja, idem sonare videntur ac si diceret, quod jam non curaret de Rege Francorum eumque nihili faceret; Gall. qu'il ne s'en souciot plus. Souche, pro Souci, ni fallor, molestia, sollicitudo, cura, apud Guillelmum de In Perene de Bello Ital. ann. 1378. part. 2. Collect. novæ Martenii pag. 333 :

Il commença celle escarmouche,  
Les Alemans orent grant Souche.

† **SOCHOGIA**. Vide supra in *Socagium*.  
1. **SOCIA**, Uxor. Burchardus Episcop. Wormaciensis in Lege familiæ: *Si quis ex familia S. Petri ad Sociam suam legitime venerit, quidquid in dotem dederit, etc.* [Eadem notione occurrit apud Statium Achill. 2. 339. ubi Juno ætherii Sociæ rectoris dicitur.]

† 2. **SOCIA**, Grex, examen, Formula 11. exorcism. apud Baluz. tom. 2. Capitul. col. 663: *Adjuro te, mater aviorum, ... non te altum levare, nec longe volare, sed quam plus cito potest ad arborem venire. Ibi te allocas cum omni tua genera, vel cum Sociæ tuæ.*

\* 3. **SOCIA**, Famula, pedisequa. Form. MSS. ex Cod. reg. 7657. fol. 5. vº: *Item taxant ipsi unam Sociam ad servitium dictæ talis; quæ Socin debet habere pro victu et salario florenos auri xxx. Sociene, eadem, ut videtur, notione, in Ch. ann. 1263. ex Chartul. S. Petri Insul. sign. Decanus fol. 112. vº: Et si est asavoire ke li fournier doit metre le paste des fournages ou bistiel, et li une des Socienes le doit tallier.* Nisi tamen sit pro muliere, quæ cum altera societatem habet in pane decoquendo. Vide infra *Socina* et *Socis*.

\* **SOCIALES**, Militarium turmæ, quæ *Compagnie*, appellabantur. Annal. Victor. MSS. ad ann. 1258: *Provinciam Provincie invaserunt, et quidam Sociales nullum titulum habentes, ipsam debellando aut dampnando tanquam prædones publici et agrorum depopulatores, quorum ductor fuit et capitaneus quidam Vasco dom. Arnaldus de Servola; vulgariter Archipresbyter de Vermis nominatus, fueruntque quamplurimi nationum et regionum diversarum, et complentes illa pro quibus venerant, fecerunt ibi dampna infinita, castra, fortalicia, loca et villas occupando, etc. Tandem gentes illius patriæ se unanimiter aggregantes, deliberaverunt inter se super modo quem tenerent, ut Sociales præfati ab inde expellerentur; et quia per vin armorum visum fuit ipsis hoc non fore possibile, alium modum conceperunt, videlicet quod ipsis victualia et alia eis necessaria sic subtraherentur et*

*vetarentur, quod necessitate artati ab inde exire cogentur; feceruntque dictum generale sub formidabilibus penis, quod bene et diligenter omnes custodirent intimationes suas, victualia quæcumque, etiam et pecore, in eis introducerent.... Quod quidem edictum tali modo servaverunt, quod non multis lapsis temporibus fame et inedia ac multis aliis miseris lacessiti, post perditionem et ruinam eorum et interitum plurimorum, ex seipsis dictam patriam deserere et exire sunt coacti; intraveruntque regnum Frænciæ, unde prius exiverant. Et ab istis post sumpsit originem nomen Socialium, quod satis saltim citra montes per prius ignorabatur; habueruntque ex tunc usque quæque nunquam plurimos, re et nomine, satellites et sequentes, qui in pluribus partibus dicti regni per plures annos post vagantes in eis, dampna infinita intulerunt, tam in personarum captivacione, quam locorum occupatione. Fallitur ergo Odoric. Raynaldus, qui post Math. Villanum, in Annal. Eccl. ad ann. 1353. num. 5. scribit *Monrealem equitem Rhodium fuisse primum Socialium turmarum, quæ postea Italianam universam et Gallias diutissime afflixerunt, infelicissimum ductorem.* Consule Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 903. Vide *Compagnia* et infra *Societas* 3.*

\* **SOCIALITAS**, Societas, congregatio, communitas. Charta Caroli C. ann. 28. regni ejusd. in Chartul. S. Dion. pag. 81. col. 1: *Gerardus beatissimi martyris Christi patronique nostri domni Dionysii cum Socialitate generalitatis, decanus pariter et sacerdos, nostram suppliciter petiit magnificentiam, quatinus, etc.* Alia ann. 940. in Chartul. Celsinian. ch. 492: *Si quis calumpniam inferre temptaverit,.... a liminibus sanctorum omnium sit segregatus, habeatque partem et Socialitatem cum Juda traditore.* Utitur Plinius in Paneg. cap. 49.

† **SOCIALITER**, Communiter, una. Rolandinus Patav. in Chron. Tarvis. apud Murator. tom. 8. col. 345: *Cœperuntque parari pontes, ubi visum est oppositum, ut ipsi exercitus possent Socialiter simul jungi.*

† **SOCIALITER**, Societatis causa, Gall. *par Compagnie*. Statuta MSS. Augerii Episc. Conseran. ann. 1280: *Præmissam tamen pœnam extendi nolumus ad ludentes Socialiter et solatii causa.*

1. **SOCIARE** sibi in patrimonium rem aliquam, in Lege Bajwar. tit. 17. cap. 2. pro Adjungere, sibi asserere. Ita *fisco sociare*, pro *confiscare*, formula vulgarissima, de qua in voce *Fiscus*. Capit. 2. ann. 813. cap. 6: *Hæredities eorum ad opus nostrum recipiatur, nec Comes, nec Vicarius illud sibi Societ; sed ad opus nostrum revocetur.* Vide *Sociare*.

† **SOCIARE**, Socium sibi adjungere. Capitul. ann. 807. cap. 2: *Et ubi inventi fuerint duo, quorum unus habeat duos mansos, et alter habeat unum mansum, similiter se Sociare faciant, et unus alterum præparet; et qui melius poterit, in hostem veniat.*

† 2. **SOCIARE**, Comitari, Gall. *Accompagner*. Bartholomæi Scribæ Annal. Genuens. ad ann. 1244. apud Murator. tom. 6. col. 506: *Potestas Januæ qui cum hono-*

*rabili militum et balistariorum Januensium numero ipsum Sociabat, accepto convento rediit Janam cum militibus et societate sua.* Ibid. col. 508: *Iverunt ad naves caravanæ Genuæ venientes de ultra mari; et Sociaverunt ipsas usque Bonifacium.* Litteræ ann. 1364. ex Regest. 98. Chartophyl. Reg. num. 3: *Pluribus Sociati.*

\* 3. **SOCIARE**, Sequi ut famulus, qui ad obsequium est. Charta pro consul. Mimat. ann. 1459. in Reg. 195. Chartophyl. reg. ch. 1416: *Concedimus... nuncios, famulos seu servitores ad Sociandum eosdem consules, qui habebunt consiliarios et populares ad consilium convocare.*

\*\* **SOCIATOR**, Qui sociat. *Cœli terræque Sociator gloriæ*, apud Victorin. de *Physic.* in *Maui Script.* Veter. tom. 3. pag. 158.

**SOCIDA**, Italis *Soccida*, quasi Societas accomandita di bestiame, che si da allà custodia altrui a mezzo pro et danno, ut est apud Cruscaos. Habetur apud Rollandinum in Summa Notariæ cap. 5. formula instrumenti *Socidæ* *nd salcum capitale*. Statuta Synodalia Alberici Episcopi Placentiini ann. 1298. apud Petrum Mariam Campum: *Nullus Clericus vel Ecclesiastica persona exerceat usuras, vel natus (forte nantas) faciat, aut Socidas ad caput salcum.* Vide Statuta Mediolan. 2. part. cap. 483. 484. et supra *Bestia Ferri*.

† **SOCCEDA**, **SOCCEDA**, Eodem intellectu. Statuta Cadubrii cap. 2. pag. 54: *Deliberatum fuit quod nullus homo, vel persona de Cadubrio possit.... tenere ad medietatem, vel Soccedam cum aliquo forense aliquas bestias aut animalia, sub pœna viginti quinque librarum Pap. Correctiones eorumd. Statut. cap. 30: Statuimus et ordinamus quod quicumque acceperit in Soccedam ab aliquo de Cadubrio pecudes, capras, vaccas, et alia animalia. Rursus cap. 45: Sancimus quod nullus... cum ipsis (sacerdotibus) audeat in mercantiis lignaminum, seu Soccedis animalium se implicare.* Vide *Societas* 1. et *Socita* 2.

† **SOCEDA**, Eadem notione. Statuta castri Redaldi lib. 1. fol. 17: *Nec etiam si bestie ipsæ essent in Soccedam vel occasione Socede vel societatis illarum bestiarum, seu occasione laborerii terrarum, in quibus casibus predicta possint impune pignorari.*

† **SOCIDUM**, Ipsa *socidæ* pactio, conventio. Statuta Riperiæ cap. 7. f. 9. vº: *Item quod de aliquo Socido vero bonum, vaccarum, vel aliarum bestiarum non solvatur, nec solvere teneatur aliqua persona aliqua de causa aliquod datum, faciendo dicto emptori, vel ejus officiali veram fidem de dicto Socido sic fiendo; salvo quod si dominus Socidi, qui habet capitale in dicto Socido, et perveniret ad divisionem ut supra, subinde se concordaret cum dicto sozavolo, dimittendo sibi capitale, et lucrum pro certo pretio, et e contra, quod tunc ipsi ambo teneantur manifestare dictam conventionem, et exinde solvere pro rata pro dicto Socido, ac si tale Socidum venditum vel alienatum esset.* Statuta Pallavic. lib. 1. cap. 32. fol. 40: *Statutum et ordinatum est quod notarii qui tractabant et facient instrumenta, necipere possint de quolibet instrumento emptio-*



¶ **SOCEDARIUS**, Qui in *soccidam* accipit, Italis *Soccio*. Correctiones Statut. Cadubrii cap. 30 : *Et si dolo, fraude, vel mala custodia aliqua dictorum animaliam, vel eorum foetuum perirent, aut devastarentur, vel perderentur, id totum resciciatur domino per Soccedarium, si autem divino iudicio, vel casu fortuito perirent, vel devastarentur, id damnum communiter cedat, dummodo per Soccedarium per pellem, vel aliud evidens signum hoc doceatur, aliter dictum animal domino rescicere teneatur, vel ejus aestimationem.* Vide *Societarius* in *Societas* 1.

¶ **SOCIDAVUS**, Eodem sensu. Statuta Placent. lib. 5. fol. 66 : *Ut etiam facilius sit probatio creditorum, quae quandocumque fiunt sine testibus et instrumentis, credatur libro domini cum sacramento usque in modis quatuor bladit et libris x. Placent. contra massarios, emphitheotas, conductores, Soci-davos.*

¶ **SOCIETARIUS**. Vide mox *Societas* 1.

¶ **1. SOCIETAS**, Eadem notione qua Italis *Socida*. Vide in hac voce. Nostri *Société* in *commande*, vel *commandite*; in tractu Bressiae et Bugiae *Commande de bestiaux*. Vide *Commenda* 3. *Tenere ad Societatem*, est tenere ad medietatem fructuum. Hinc *Societarius* dicitur ejusmodi societatis particeps. Litterae Offic. Atrebat. ex Chartul. Montis S. Eligii pag. 146 : *Item confessi sunt dicti venditores se vendidisse abbati et conventui predictis Societas quas personae infra scriptae de ipsis tenebant... Nec tenebatur ecclesia de Monte S. Eligii aliquid apponere in dictis terris quae tenentur ad Societatem excolendis et seminandis : immo percipiet tertiam partem fructuam earundem, hoc salvo quod Societarias debet percipere terragium in eadem tertia parte secundum quantitatem ejusdem.* Vide *Medietarius*, et *Soistura*. Hinc

IN **SOCIO DARE**, *Donner à moitié*. Edictum Rotharis Regis tit. 95. § 3. [\*\* 238.] et Lex Longob. lib. 2. tit. 32. § 3 : *Servus massarius licentiam habet de pecalio suo, id est bovem, vaccam, caballum similiter et de minutis peculis in Socio dare et in Socio recipere, etc.*

¶ **2. SOCIETAS** inter Monachos variorum monasteriorum, qua sua sibi invicem bona ita communicabant, ut tanquam fratres alterius monasterii haberentur. Vide *Fraternitas* 3.

¶ **3. SOCIETAS**, Militarium turma. Plures exstiterunt ejusmodi societates inter quas celebriores sunt *Societas Britonum* in Mirac. MSS. Urbani V. PP : *Nobilis Johannes de la Chalma diocesis Valentiniensis ann. 1374. cum Societas Britonum cepissent castram appellatum Sahon saper Rodunum, manus eorum evadere volens, etc.* *Societas Catalanorum* quae et *Universitas felicitis Francorum exercitus* existens in partibus imperii Romaniae inscribitur in Litteris ann. 1314. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 151. col. 2. Bulla Clementis VI. PP. ann. 1346. ibid. pag. 533. col. 1 : *Ceterum super hoc quod sententias olim promulgatas adversus illos de magna Societate Catalanorum in ducatu Athenarum existentiam, etc.* *Societas Hispanorum*, in Charta ann. 1361. ex Schedis Praes. de *Mazaugues* : *Pro*

*parte regiae et reginalis curiae, ac dictae provinciae ex una parte, et comitem Tristaneni ac ejus fratres et certos alios caporales Societatis Ispanorum guerram facientes in dicta provincia, et eam nimis dispendiose tenentes impeditam ex parte alia. Magna Societas, de qua haec scribit Innocentius VI. PP. ad Johannem Reg. Franc. apud Marten. tom. 2. Anecd. col. 910 : Intellectis... gaerrarum fremitibus per nonnullas gentes nefarias, quae se Magnam Societatem appellant, in regni tui finibus exortis, etc.* Vide *Compagnia*. Hinc

¶ **SOCIETAS, Exercitus**, in Gloss. Gasp. Barthii ex Hist. Palæst. Roberti Mon. apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 110.

\* **II** a principibus acciti, dehinc ab ipsis dimissi stipendibus destituti, sub aliquo dace omnia devastabant et deprædabantur; quos ita describit Gualv. de la Flamma ad ann. 1341. apud Murator. tom. 12. Script. Ital. col. 1031 : *Congregati sunt viri scelerati et pestiferi ex partibus Alamanniae, Italiae, Tusciae, qui dicti sunt Societas. Et fuerunt homines sine jugo, absque rege, absque lege, viventes de rapinis, nulli parcentes ætati. Hi fuerunt viri instabiles, docti ad omne scelus, civitates et castra obsidentes. Præter memoratas supra ejusmodi Societas, Societatis Albæ et Societatis Fortunæ meminit Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 905. Inter præcipuas erat Societas dicta *La Margot*. Vide supra in hac voce et *Sociales*.*

\* **Alterius** generis est, sicariorum videlicet conductitiorum, *Societas*, de qua in Lit. official. Lingon. ann. 1321. ex Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 288 : *Item quod dictus clericus prædicta delicta... fecit se fieri et perpetrari fecit... per quosdam homines, qui vocabantur de Societate seu de conspiratione et confederatione vocatorum de la bonne volunty. De Societate de la bonne volunty, in Charta seq. ubi de eadem re.*

¶ **SOCIETAS, Cætes**, caterva, Gall. *Bande*. Charta ann. circ. 853. apud Chorier de statu polit. Dalphin. tom. 1. pag. 111 : *Venientes itaque religiosissimi et venerabiles patres, illustrissimae Societas Comitum, solito more, sicut in aliis locis. Cærem. MS. B. M. Deaurata Tolos. : Et nota quod in istis collationibus non cedent (sedent) sicut consueverunt in prandio per Societas canerarum; sed mixtim antiquiores et honorabiliores primi.*

\* **4. SOCIETAS**, Vox negotiatoribus maxime nota. Veterum ejusmodi Societatum aliquot nomina, quæ a suis principibus acceperunt, hic appellabo; quod a Glosarii instituto alienum esse iudicabit nemo. Charta Bern. Anic. episc. ann. 1309. in Reg. A. Cam. Comput. Paris. fol. 6. vº : *Quæ (jocalia) dum præsidebantur regimini ecclesiae Albiensis, apud mercatores socios et Societatem de Guilharna... posuimus.* Eadem quæ *Societas Gullimina* vocatur, in Arest. parlam. Paris. ann. 1384. 30. Jan. ex Cod. reg. 9822. 2. fol. 142 : *Ita allegavit contra illos de Compendio, qui dicebant se habere privilegium, quod poterant ducere in fluvio Ysare sine Societate Parisiensi, quæ vocatur Societas Gullimina. Societas Bardorum de Florentia a Joan. de Bardis nuncupata, in Lit. ann. 1317. ex Reg. 54. Char-*

*toph. reg. fol. 39. vº. Les Compaignies des Ançoissolles (alibi des Acheyolles vel Escheiolles et Aschioles) des Doaccins, des Falez et des Scaramps, in Reg. B. ejusd. Cam. Comput. ad ann. 1335. fol. 65. vº. Les Compaignies des Magalez et Mossez, in Ch. ann. 1340. ex Reg. 74. ch. 536. Societas Falletorum de Alba, in alia ann. 1351. ex Reg. 80. ch. 503.*

\* **5. SOCIETAS, Comitatus**, Gall. *Cor-tege*, suite. Testam. Joan. Franc. de Gonzaga march. Mantuæ ann. 1444. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 1789 : *Item volo et jubeo quod ubicunque moriar, corpus meum sepeliatur de nocte, cum Societate non ultra viginti personarum, computatis personis ecclesiasticis et illis, quæ portabunt corpus et quæ portabant doperios.*

\* **6. SOCIETAS ALBA**, ab albis vestibus sic dicta; de qua Chron. Patav. ad ann. 1399. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 1166 : *Incæpit quædam devotio, quod homines et mulieres induebantur pannis lineis albis et longis usque in terram... Supradicta autem devotio de Hibernia venit ad Angliam, deinde in Franciam, postea in Pedemontium, deinde Janaam, et in Lombardiam, in Tusciam, Romanam, etc. Ita placuit civibus Paduanis dicta Societas alba, etc.*

\* **SOCIETAS DE BATTUTI**, Congregatio pœnitentium, qui flagellis corpus suum castigant. Vide supra *Battuti*.

\* **SOCIFENA**, Quæ sociat aliquos, vel *Socitina*, a *sociatione* dicta. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

**SOCINA**. Bulla Honorii III. PP. ann. 3. apud Ughellum in Episc. Interamn. tom. 1. pag. 823 : *Item quicunque est, vel erit ferrarius, qui habeat Socinam, dabit unam par de ferris cum clavis Episcopo Interannæ. Ita forte dicta officina quævis, quomodo vocem hanc usurpare videtur Vetus Consuetudo Ambianensis localis MS : *Nas ne puet faire foar ne founel là on quise pain autre que desseure est dit, ne là où il ait Socines, se n'est par le congé du Roy et du Vesque, et du Vidane. Mais cil 3. en paent donner congé, et de cuire ès fornais là où on cui tartes, pastès, flaons, et seminiars, l'on i puist donner congé de cuire toute maniere d'autre pain sans avoir Socines, et qui autrement le feroit, on abateroit le founel. Vide Socinus.**

\* **Vox Gallica Socine**, ibi Societatem, non officinam, mihi significare videtur. Sermo enim est de iis, quibus proprii furni usus conceditur, ea conditione ut panem una cum aliis non conficiant aut coquant. Vide supra *Socia* 3. et *Socius* in fine.

**SOCINUS**. S. Audoenus lib. 2. Vitæ S. Eligii cap. 15 : *Nulla mulier præsumat Socinus ad collum dependere, nec in vela, (f. tela) vel in tinctara, sive quolibet opere Minervam, vel infaustas cæteras personas nominare. Quidam codd. habent hoc loco *saccinos*.*

**1. SOCITA**, Gener, dictus a societate generis. Papias.

¶ **2. SOCITA**, ut supra *Socida*. Vide in hac voce. Constitut. Fr. Prædicat. part. 1. col. 66 : *Prohibemus... ne aliquis frater nostri Ordinis... artem alchimie exercere,*



aut animalia in Sociam tenere... præsumat.

† **SOCIUS**; Dignitatis vel officii nomen in Ecclesia Toletana: nisi idem sit qui alibi *Frater* dicitur, qui nimirum in *fraternitatem* seu participationem orationum aliorumque bonorum spiritualium admisus est: quod in Ecclesiis Cathedralibus, uti in Monasteriis obtinuisse supra observavimus in voce *Frater*. Inscriptio ejusdem sigilli apud Præs. de *Mazaugues* hæc præfert: S. PET. MICHAEL SOCII ECCE TOLET.

\* Interdum idem qui *Capellanus*. Charta Caroli VII. ann. 1429. in Reg. Cam. Comput. Paris alias Bitur. fol. 119. vº: *Ecclesia S. Bartholomæi villæ nostræ de Rupella, capellanie ejusdem ecclesiæ, qui antiqua et vulgari denominatione Socii appellantur, etc.*

† Socii in re nautica recensentur inter eos qui aliquam in navi habent præmientiam. Charta ann. 1525. apud Rymer. tom. 14. pag. 73: *Capitaneus, magister, submagister, bursarius, Socii et alii præmientiam in navi habentes, etc.* Alibi pro *Socii*, ubi eadem fit enumeratio, legitur *Marinarii*: unde eosdem esse colligitur qui nostris *Officiers Mariniers* dicuntur, ad quos navis gubernatio ejusque ministerium potissimum spectat.

\* **SOCUS**, Amicus. Lit. remiss. ann. 1375. in Reg. 107. Chartoph. reg. ch. 372: *Guillelma serviens aut pelisseca uxoris Andree Bossati, dixit prædicta Andree: Ha! Andree Socii, qualiter de illo arloto Johanne auriga seu carraeterio fui associata.*

† **SOCIO FISCO**, Formula quæ passim in veteribus tabulis occurrit, qua res fisco publico adjuncta, aut adjungenda innuitur. Vide *Sociare* et *Fiscus* I.

☞ A voce *Socius*, nostri *Soces* nuncuparunt, qui aliquam inter se habent societatem; hinc *Soces*, qui panem communiter fingunt, vocitantur in Litteris Henr. de Grandpré dom. de Busency ann. 1357 inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 4. pag. 371: *Et li fournisseurs doit avoir de celui qui aura plain le four, un pain: et se Soces cuisent, lidiz fournisseurs doit avoir deux pains: et se li pains que on li ferait ne li scoit, il ne penroit deux pains de Soces les quels que il vouloit, et les Soces rauvoient les pains que on avoit faiz pour le dit fournisseur. Vide Socina.*

† **SOCKEMANNUS**, **SOCMANARIA**, **SOCNA**, **SOCOMANNUS**. Vide *Soca* 4. et *Socagiun*.

\* **SOCRATES**, Inter utensilia recensentur, in Inventar. ex Chartul. archiep. Bitur. fol. 165. vº: *Item duos anderios de ferro, item quinque Socrates, etc.*

\* **SOCRIA**, **Socrus**, Gall. *Belle-mere*. Charta Rob. comit. Atrebat. ann. 1266. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 364: *Cum ... Ludovicus D. G. rex Francorum illustris promiserit se vel hæredes suos solum et edditurum pro nobis duo milia librarum Parisiensium... nobili mulieri Petronillæ de Corteneto, domine Soliaci, Socriæ nostræ, etc.* In altera *ibid.* Robertus dicitur *Gener Petronillæ*. Vide supra *Socera*.

† **SOCTANUM**, ut *Sotanium*. Vide in hac voce.

\* **SOCULUS**, Solum, pars domus inferior, vulgo *Rez de chaussée*. Locus est infra in *Solarius* 2. Vide *Sotulum*.

† 1. **SOCUS**, *Stipes, truncus, Gallis Souche*. Charta Raimundi de Montesquivo ann. 1279: *Sicut sera pendet versus Martinum, et per seram usque ad Socum de Castanheda*. Vide *Soca* 3. Pro calcei genere occurrit in *Soccus* I.

\* *Sochon*, eadem notione, in Lit. remiss. ann. 1447. ex Reg. 179. Chartoph. reg. ch. 12: *Cellui Guillaume print ung gros Sochon de bois, ... ouquel Sochon l'on a acoustumé de mettre et tenir chandelle ardant.*

\* 2. **SOCUS**, Cella, promptuarium, locus remotus et depressus, Gall. *Cellier*. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar.: *Infra dictum hospitium et in Soco sive fundo ejusdem hospitii, videlicet unam cubam magnam, pro buliundo sive reponendo vindemiam*. Vide infra *Sola* 5.

\* 3. **SOCUS**, a *Cornelio Celso* vocatur *Circulus anni*, in Glossar. medic. MS. Sim. Jannens. ex Cod. reg. 6959.

**SODA**, Morbus capitis, Gall. *la Migraine*, ex Gr. *ἡμικρανία*. Michael Scotus de Physiologia cap. 2: *Contingit dolor capitis, qui dicitur Soda, sive Emigranea*. Albertus M. lib. 23. de Animal. cap. 18: *Prima autem falconum infirmitas est dolor capitis, qui in hominibus Soda vocatur. Hujus signum est quod falco claudit oculos, et movet caput in partes diversas, etc.* Vox Arabica, Avicennæ, Albusasi parte I. Chirurg. cap. 2. et aliis Medicis sat familiaris.

† **SODADERIUS**, Miles, qui stipendio meret. Chron. Parmense ad ann. 1290. apud Murator. tom. 9. col. 820: *Duo exercitus facti fuerunt super districtum Mediolani super Tisnellum; unus quorum factus erat pro dominum marchionem Montisferati, ... et alius per Mediolanenses cum Sodaderiis suis, et certa quantitate populi*. Vide in *Solidata*.

**SODALES**. Aponius lib. 2. in Cantica Cantico. ubi de Hæresiarchis: *Qui hac de causa Sodales appellantur, quod unusquisque eorum demonum vicarius vel collega per superbian effectus est, et quod omnes hi cibos doctrine apud sensum suum, de quo cuncta meditando promunt, deceptis animabus, præparatos, singuli ad unam mensam, legis divinæ testimonii male interpretatis, deferunt comedendos. Propria enim pulmentaria ad unam mensam multi propter commune convivium deferentes, ab antiquis Sodales sunt nuncupati, ad quorum comparationem, malorum dogmatum inventores, Sodales Christi Ecclesia appellavit, quia dulcia verba Sanctæ Scripturæ venenosius sensibus suis inficientes, diverso sapore lethali inter se variante, unius mortis æternæ convivium præparant animarum.*

† **SODALICIARIUS**, **Sodalis**. Vide *Filetius*.

\* **SODAMENTUM**, Ital. *Sodamento*, Cautio, satisfatio. Stat. ant. Florent. lib. 5. cap. 36. ex Cod. reg. 4621: *Si quis de magnatibus civitatis vel comitatus Florentiæ se defenderet, vel quomodolibet excusaret a Sodamentis, quæ præstare debent magnates, vel cessarent a satisfando, etc.*

† **SODANNUS**, ut *Sultanus*. Vide in hac voce.

\* **SODANUM**, Herba vitrearia sylvestris, Ital. *Soda*, nostris *Soude*. Leudæ major. Carcass. MSS.: *Pega et Sodanum, qua fit*

*vitrum... non dant leudam*. Ubi versio Gallica ann. 1544: *Pegue, Soudre... ne puit droit de leude*.

\* **SODANUS**. Vide infra in *Syndicus*.

† **SODARIA**, Meretrix. Vide in *Sodes*.

† **SODELLÆ**, Scrofarum morbus, *Escrouelles*. Nangius in Vita S. Ludovici pag. 369: *In tangendo infirmitates, quæ vulgo Sodelle vocantur, super quibus curandis Franciæ Regibus Dominus contulit gratiam singularem, etc.* Videtur legendum *scroelle*, vel *scrofellæ*, nisi vox formata sit a *soda*, de qua supra.

**SODES**, **SODARIA**. *Sodes*, *Sodalis*, amicus, socius. Glossæ Gr. Lat.: *Φίλατος, Amantissimus, Sodes*. Vita S. Wlstan Episc. Wigorn. n. 21: *Desiste, Sodes Aisaine*. Versus relati a Mabillonio:

Hæc carus caro dono transmittit amicus,  
Suscipe gratanter, cum sint felicia votis  
Hildbrande Sodes, etc.

[Guidonis Discipl. Farf. cap. 53.

Infirmos fratres sic debent visere Sodes.]

Anonymous Hasenrietanus in Episc. Eyste-  
tensibus: *Ego quidem de vino nihil habeo, nisi unam parvulam earradam, quam dedit mihi Sodes meus Augustensis Episcopus ad sacrificium*. Eckehardus Junior de Casib. S. Galli cap. 5: *Mi Sodes care*. Cap. ult.: *Bene, ille ait, mi Sodes, narras*. Vide pag. 46. et 47. et ibi Goldastum. Ab eodem fonte

**SODARIA**, Amica, meretrix. Chronic. Senoniense lib. 3. cap. ult.: *Quandam meretricem, quam Sodariam vocant, post Ducem direxit*. Sic enim appellata ut plurimum vilia scorta: cujus appellationis auctores existimantur Athenienses, rei odiosæ speciosum nomen *επιχειρων* dantes, ut est apud Plutarchum in Solone. Athenæus lib. 13. cap. 4: *Καλοῦσι δὲ τὰς μεταφροῦσας, ἐπαίρας*. Vide Martialem lib. 7. Epigr. 69. Ita *επιχειρων*, *lupanar* vocabant.

☞ Hæc docte quidem: sed forte legendum *Soldaria*, a *Soldada*, merces, stipendium: unde meretrix *Soldataria* nuncupata, ut videre est infra in hac voce.

CONSODES. Versus MSS. de Cobone et Lantfrido, in Bibl. Eccl. Bellovac: *Quodam tempore fuerunt duo viri nobiles, sicut fabulæ testantur, et scurrarum complices, unus Cabbo vocabatur, Lantfridus, et Consoles, etc.*

\* Hinc nostris *Soçon* et *Sochon*, eadem acceptione. Lit. remiss. ann. 1421. in Reg. 171. ch. 407: *Jacot Tranly compaignon ou Soçon de jeunesse d'icellui suppliant, etc.* Aliæ ann. 1450. in Reg. 184. ch. 90: *Compaignons, que n'estes vous alez sonner? vos compaignons et Sochons y sont alez*. Sosson, in eod. Reg. ch. 252.

\* **SODINGA**. Ordo eccl. Ambros. Mediol. ann. circ. 1130. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 909: *Et similiter dat chirothecas et unum bonum cereum illi, qui in ipso die impositurus est mensæ suæ prius ferculum, id est, Sodingam, quæ fertur a S. Ambrosii abbate.*

**SODIS**. Formul. 57. ex Lindenbrogianis: *Caballos tantos, boves tantos, vaccas cum vitalis tantas, ovium capita tanta, Sodis capita tanta, lecturios condignos ac lectos tantos, etc.* Ubi *Sodis* pro *suum* videtur usur-



pari, vel certe ex *sude*, id est porcorum stabulo. Vide *Sudis*.

\* **SODUM**, Ager incultus, Ital. *Sodo*. Formulæ ex Cod. reg. 4189. fol. 17. vº: *Item unum petium Sodi positum in valle Nuptia*. Ter quaterve ibidem repetitur. Vide *Sodus* 1.

† 1. **SODUS**, *Terræ Sodæ*, Incultæ, Ital. *Terreni Sodi*, Gallice *Terres en friches*. Charta ann. 1358. inter Probat. Hist. familiæ de Gondi tom. 1. pag. 156: *Item plures petias terrarum laboratarum, et in parte Sodorum, et partim vineatarum cum quercubus, et olivis, et aliis arboribus...* *Item unum petium terræ laborativæ, et partim Sodæ cum arboribus*. Occurrit ibidem non semel. Vide *Sodum*.

\* 2. **SODUS**, Firmus, stabilis, *Sodo*, eadem acceptione, Italis, a *Sodure*, solidare. Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 45: *Super hoc cepum foratum mittitur bombardæ, habens canonem quasi in medio tubæ, et totum ejus residuum est Sodum cum foramine communi, causu cepum et bombardam bene servandi*.

† **SOESTES**. Descriptio bonorum dom. de Eska ex Tabul. Audomar. : *Dividitur namque tota terra de Eska et de suis antedictis ypepis, in Soestis, quæ Flaminge dicitur lantscoef... Illa terra quæ dicitur Soestes... continet in universo 336. mensuras*. Vide *Soistura*.

\* **SOFFA**, *SOLFA*, Nota musicalis; Ital. *Soffa*. Reg. visitat. Odon. archiep. Rotomag. ex Cod. reg. 1245. fol. 69. vº: *Nichil sciebat cantare sine Soffu sive nota, et etiam discordabat in Soffu sive nota*. Ibid. fol. 415: *Non cantabant (monachi Gaaniaci) omni die officium suum cum Soffa, sed missas solum in diebus festivis*. Vide *Soffizare*.

† **SOFFERANA**, *SOFFRANIA*, *CROCUS*, Ital. *Zafferano*, Gall. *Safran*. Chron. Fossenovæ apud Murator. tom. 7. col. 882: *Unus anser, media libra piperis, et cinnamomi, et Sofferana*. Ibid. col. 887: *In pipere, in cinnamomo, in Soffrania, in cera, etc.* Vide *Zafframen*.

† **SOPRANUM**, Eadem notione, in Statutis datariis Riperiæ cap. 12. fol. 5: *De quolibet pense Sofrani, tam terrerii quam foresterii, pro introitu soldi decem*. Vide *Safranum*.

† **SOFFRATA**, *SOPRAYTA*, Culpa, vel Mulcta in Ecclesia Lugdunensi dicitur, quæ a Canonicis ob culpam aliquam, vel absentiam a choro, cum aliquod officium præstandum erat, exsolvi debebatur, a vet. Gall. *Soffratage*, penuria, vel potius *Sofferat*, abstinere; a choro quippe et refectorio abstinebant, etiam mulcta pecuniaria exsoluta, qui in culpa erant. Statuta Eccl. Lugdun. ann. 1175. ex Cod. MS. Coislin. nunc Sangerm.: *Canonici qui faciunt Sofrayti (sic) de Epistola et Evangelio, vel quolibet alio officio suo debent tres libras cere pro Sofraytis, et canonici vel beneficiatus debet recipere et ponere in necessariis ecclesiæ*. Alibi: *De penis et Sofraytis canonicorum, quando faciunt officia sua*. Rursum: *De penis et Sofratis canonicorum... quod unusquisque canonicorum, tam sacerdots quam levitæ et subdyconi solverent pro pena officiorum suorum quorumcumque tres*

*solidos fortes, et quod amitterent cibaria resectorii, donec solverent pœnam positam pro defectu*.

\* *Nostris Soffraite, Soufraitte et Soufrette, pro Disette, indigence, Penuria, egestas*. Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 87: *Sire, aouré soies tu de ceste Soufraitte que tu me fez; car mains bobans ai eulz à moy chaucier et à moy lever. Après mout de granz fains et Soufretes, in Vita ejusd. reg. ibid. pag. 336. Guill. Tyrii Hist. apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 719: *Il commençaient avoir Soffraite de viandes, et de soif avoient tele Soffraite, que grant partie d'eus en perdirent les dens*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Souffruite, egestas*. Vide *Sufferta* 1.*

† **SOFISTA**. Vide infra *Sophista*.

† **SOFOSORIUM**, pro *Suffosorium*, Ligo. Canones Hibern. cap. 7. lib. 38. apud Acher. tom. 9. Spicil. pag. 28: *Aratra trahentes et Sofosoria figentes terræ*. Vide *Fosorium*.

† **SOFRANUM**. Vide supra *Sofferana*.

† **SOFRAYTA**, ut *Soffrata*. Vide ibi.

**SOGA**, Restis, *Glossæ. Soga, funis*. Vox Italis et Hispanis etiam in usu. Lex. Longobardorum lib. 1. tit. 25. § 33. [\*\* Roth. 296.] : *Si quis Sogus furatus fuerit de bove junctorio, componat sol. 6. Innocentius III. PP. lib. 13. Epist. 61: Culcitram unam, nautilia 4. Sogam carralem de corio, ferrum caldararium*. [Chronic. Parmense ad ann. 1291. apud Murator. tom. 9. col. 821: *Cumpana communis, quæ erat adhuc in plutea communis super uno ædificio ligneo, dum sonaretur ad Sogam, fracta fuit*.] Dantes in *Infern.* can. 31.

Cercati al collo, et troverai la Soga.

Vide Oct. Ferrarium in *Soga*.

**SOGA**, Tabularium sancti Mauricii Agauensis apud Guichenonum in Probat. Hist. Saband. pag. 4: *De quarto terra S. Mauricii habet Sogas 5. unu quoque Soga habet pedes 100. Ubi Soga, est funis, funiculus, agri modus, quomodo Persæ σογών, mensuram terræ stadorum 60. vocabant, ut auctor est Herodotus. Hero περί ὀνομάτων σεραμετρικῶν, sub finem: Εἰς δὲ καὶ ἕτερα μέτρα ἐπινοηθέντα τὰς τὰδ' ἑπείσοον, ἀκαινα, πλέτρον, ἰούγερρον, εἰδιον, μίλιον, σχῆνος, σχῆνος Περσαικί, καὶ σχῆνος Ἑλληνικί. Sed et *Sogæ* vocem videtur hac notione agnovisse idem Hero: Τὸ σοκάριον τῆς σπορίμου γῆς ἰ. ὀργυρίας ὀφείλει ἔχειν, τοῦ δὲ λιβάδου ἰδ.*

1. **SOGALIS**, Censu ex quavis *soga*, seu agri modo, pendi solitus. Capitul. de Villis cap. 10: *Ut Majores nostri... et cæteri ministeriales ea faciant, et Sogules donent de mansis eorum: pro manuopera vero eorum ministeria bene provideant*. Et cap. 62: *Quid de bobus, quos bubulci nostri servant, quid de mansis, qui arari debent, quid de Sogalibus, quid de censis, etc.*

† 2. **SOGALIS**, pro *Soalis*, vel *Sualis*, Sus, porcus. Codex censualis Irmionis Abb. Sangerm. fol. 11. vº: *Qui solvunt omni anno ad hostem carra vi. ad tertium annum Sogales CVIII*. Vide *Soalis*.

† **SOGARE**, *Secare*, Gall. *Soyer*; nisi legendum sit *Segare*. Vide *Secare* 2. Charta ann. 1372. ex Tabul. Ausc.: *Cum tempore*

*estatis esset in campo,.... Sogando bladum, audivit, etc.*

† **SOGNEIA**, Præstatio, quæ primum fiebat vice procurationis; exinde vero pro quavis pensatione et servitute est usurpata; eadem notione et origine quæ *Sonniata*. Vide *Soniare*. Charta ann. 1224. ex Tabul. Corbeiensi: *Cum Abbas et Ecclesia Corbeiensis me Nicholaum Majorem de Popincort, de Bus, de Fescamp et de Marcaisvillari traxissent in causum super venditionibus terrarum in dicta majoria constitutarum, et super Sogneia quæ dicti Abbas et Ecclesia ad se dicebant pertinere;... confessus sum in præsentia domini mei Hugonis abbatis Corbeiensis coram liberis hominibus... me in venditionibus terrarum, et Sogneia supradictis contra dictos Abbatem et Ecclesiam detentis ultra modum deliquisse*.

† **SOIGNIA**, Eadem notione. Charta Margaretae Flandr. Comit. ann. 1269. apud Miræum tom. 2. pag. 1238. col. 1: *Dicta vero Ecclesia S. Salvii singulis annis tenebatur dicto domino Cameracensi Episcopo specialiter pro dicta ecclesia S. Gaugerici in dimidio modio uenæ et tribus solidis alborum, pro quodam reddito qui vulgo Soignia nuncupatur, solvenda tempore synodali, et in anno bissextili ipsa Soignia duplicatur*. Charta ann. 1256. ex Tabul. S. Medardi Suesion. : *Donavit et concessit... in puram et perpetuum elemosinam Priori et conventui dicte ecclesie tertiam partem eiusdem redditus qui vocatur Soignie, quam habebat, ut dicebat, in villa de Donchereyo*. In quo vero posita sit hæc soignia, describitur in clientelari professione ann. 1320. ex eodem Tabul. : *Ledit prier (de Donchery) et seigneur de Marancourt out ung droict seigneurial appellé Sougnies qui est tel; c'est assavoir que tous ceux qui sont possessans et detenteurs de certains maisons et heritages scituez et assis audict Donchery, et semblablement tous les habitans et manans des villes de Vriquese, Villette et Dons sont tenus et redevables dndict droict de Sougnies ainsi que en après sera déclaré; c'est assavoir de labourer, cultiver, et semer bien suffisamment chacun an trois pieces de terres arables appartenants audict Prier, et sont tenus de cier et faucher les depouilles d'icelles terres chacun an selon les royes et labours dont elles sont chargées, tant en bled comme en avoine, et de les mener et attasser à la grange dndict Prier, et sont tenus de nettoyer ledict bled et avoine des chardons et yeulles qui y sont, etc.*

† **SOIGNEIA**, *SOIGNENA*, Eodem intellectu, in Charta ann. 1246. ex eodem S. Medardi Tabular. : *Tertiam partem Soigneiarum, etc.* Alia ejusdem anni ibid. : *Tertiam partem Soignenarum de Donchereyo, etc.*

\* An hæc præstatio sic nuncupata est a Gallico *Soigne* vel *Soignée*, candela? quod primum in candelis solveretur, voce debinc ad tributum quodlibet translata. Joinvil. in S. Ludov. cedit. reg. pag. 135: *Jeta sa touaille.... au chief de la paielle de fer, là où la Soigne la royne ardoit; et quant elle fu alée coucher.... la chandelle ardit tant que le feu se prist en la touaille, etc. Soignée*, utraque notione, in Lit. remiss. ann. 1398. ex Reg. 154. Chartoph. reg. ch. 2: *Laquelle Soignée vault trois aschins d'avoine,*



un septier de vin, deux Soignées de cive... sur chascun feu de la ville de Vrevin. Soignée, inter Redit. comitat. Namurc. ann. 1265. ex Reg. Cam. Comput. Insul. sign. Papier velu fol. 6: Et si a li cuens le Soignée à le saint Remi, c'est à cascun fu de la ville deux septiers d'avainne et une gheline.

☞ Eiusdem originis videtur vox Soignantage, qua pro Concubinage, Pellicatus, utitur Bellomanerius cap. 18. pag. 102. sub finem: Se un homs a d'une femme un fils en Soignantage. et puis un autre de laquelle il a un fils, et après, celle qu'il a épousée meurt, et il espouse la première de laquelle il eut un fils en Soignantage, et est le fils mis sous le drap avec le pere et avec la mere, pour li faire loyal; et en tel cas ses mainné fieus est aisé quant à l'heritage. Adde cap. 57. pag. 293. Hinc etiam Femmes enseignantales dictæ videntur concubinae, in Chron. Flandr. cap. 23. Vide in Sodes.

\* Songnantage, in Lit. remiss. ann. 1347. ex Reg. 68. Chartoph. reg. ch. 203: Oye la supplication de Mathieu Danal (d'Abbeville) contenant que comme environ onze ans a qu'il eust pris et espousée par ordre de mariage une jone femme, et assez tost après qu'il furent venus d'espouser, uns appelez Jehan Hequet, meu de sa volenté outrageuse, eust dit audit Mathieu que ycelle meschine il avoit eue en Songnantage et fait ses volentez d'ycelle et tenu longuement, ancois que ledit Mathieu l'eust espousée. Songnantage, apud Bellomaner. MS. cap. 18. et Soignantage, cap. 57. Songnentage, in Vitis Patrum MSS:

Fille moult a fait grant anui  
Et lait reprovier et hontage,  
Que enchainte ies par Songnentage.

Hinc Soignant, pro Concubina seu meretrice. Chron. S. Dion. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 205: Gontrans qui rois fu d'Orliens, ot quatre filz de diverses Soignans, c'est-à-dire, de fames que il n'ot pas espousées. Ubi Aimoin. lib. 3. cap. 3: Quatuor filios ex diversis habuit concubinis. Songnant, in iisd. Chron. pag. 182. Occurrit etiam vox Soignant, eodem sensu, in Consuet. Camer. MSS. Fabul. tom. 1. pag. 105:

Lendemain si compaignon vindrent,  
Et lor parlement à li lindrent,  
Où lor Soignans alée estoit,  
Cil lor respont qu'il ne savoit,  
Tant la quistrent et tant alerent,  
Qu'en fosse morte la trouverent.

† SOGNETUM, in Aresto Parlamenti Tolos. pro Consulibus villæ de Miranda ann. 1400: Et quod dicti Consules eorum consilia absque presentia officiariorum dicti Comitiss (Astariaci) facere non debent, certamque aydam seu concessionem nuncupatam Sognnetum in dicta villa existentem, et per quam tredecima pars vini venditi in eadem villa ad detaillum recipiebatur, revocaretur coram certo executore a dictis Consulariis nostris deputato, petisset. Ubi legendum Soquetum. Vide in hac voce.

† SOIESTURA. Vide Soistura.

† SOIGNA, SOIGNIA, SOIGNENA, ut Soigneia. Vide ibi.

† SOILUM, pro Scogilum. Vide ibi.

SOINUS. Vide in Sunnis.

† SOISTURA, SOIESTURA, ut supra Societas 1. Tabular. Montis S. Eligii: Cum nos nomine ecclesie nostræ teneamus ab ecclesia de Montis S. Eligii prælibata ad Soisturam tres mencedatas et dimidiam terræ sitæ in territorio de Mareolo ad locum qui dicitur Parfundeval, in qua terragiun percipiunt et habeant una cum quarta parte fractuum et proventuum crescentium in eadem. Quamquidem terram nos arare, colere, serere et netere propriis sumptibus tenemur: hoc salvo quod dicti Abbas et Conventus de Monte S. Eligii pro parte sua serenda unum mencedalum bladi ad gaskerian, et unum mencedalum avenæ ad marcium tenentur nobis summmodo ministrare. Semel et iterum occurrit. Idem Tabul.: De tribus mencedatis et dimidia terræ quam tenebamus ab eisdem ad Soiesturam, ut est dictum. Pluries ibi Soiesté, eodem intellectu, in Charta ann. 1329. ex Tabul. S. Bertini: Vendidit... totam terram integraliter quam dicti conjuges habebant, possidebant, et tenebant Gallice dicendo à Soiesté à religiosis prædictis, cum avantagio Froide-fontaine Gallice nuncupato, in parochia et territorio de Loustinga. Vide Medietarius, et Soestes.

\* Soihestés, eadem acceptione, in Charta ann. 1317. ex Chartul. prior. Lchun. ch. 98: Je Rogues li Borgnes chevaliers aie tenu en Soihestés.... dis mencedaées de terre,.... et pour che que les dités terres ne soient plus en Soihestés, ai consenti de me bone volenté à partir les dités terres. Soiesté, in Reg. feud. Camerac. ex Tabul. ejusd. eccl. Soiste, in Charta Engerrani dom. de Couciaco ann. 1266. ex Chartul. S. Auberti Camerac.: Donnons.... toutes les choses ke nos avons et aviemnes eunt nos et no ancisseur en terrage, en Soiste, en tierce garbe, etc.

\* SOITURA, Tantum prati, quantum unus sector per diem secare potest, noster Soiture et Soipture. Interdum pratrum nude significat; qua duplici notione accipitur in Charta ann. 1314. ex Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 66. vº: Item tria jornalialia as Laschiesres, et medietatem, vel circa, magnæ Soiture sitæ as Laschiesres, que partitur cum alia medietate mei Synonis dictæ Soiture, movente de feudo dicti thesaurarii. Fol. 67. vº: Cum censibus novem Soiturarum pratorum. Quatre Soitures de prey, in Ch. ann. 1316. ibid. fol. 72. vº. Alia ann. 1275. in Chartul. Buxer. part. 12. ch. 15: Une piece de terre, qui fu en pré, contenant doues Soitures. Charta Odon. ducis Burg. ann. 1332. inter Probat. tom. 2. Hist. Burg. pag. 197. col. 1: Donnons trente Soiptures de prés seants au finage de Combertaut. Vide supra Sethorata.

† SOJURNARE, Morari, diem ducere, Gall. Séjourner. Litteræ Henrici IV. Reg. Angl. ann. 1411. apud Rymer. tom. 8. col. 667: Conjunctim et divisim veniendo, ibidem Sojurnando, et exinde versus partes suas proprias, etc. Vide Sejornare et Sojurnare.

† SOK, SOKA SOKE. Vide Soca 4.

† SOKAGIUM, SOKEMANNUS, SOKEMARA. Vide supra in Socagium.

SOKEREVA. Fleta lib. 2. cap. 55. § 2:.... Quamdiu aliquid inveniatur in hujus-

modi feodis, per quod distringi possint. Si autem nihil inveniatur, tunc implacentur ipsi Tenentes de Galenecto, per quod breve de conf.... et servitiis, quod fieri potest per Sokereves eorum in huestenge præsentatos ad custodiam Sokereve suæ ad redditus suos colligendos, etc. [Vide Socagium.]

SOKET. Matth. Paris ann. 1252: Cum a Militibus circumstantibus consideraretur inventum est in nucrone (lancæ) acutissimum instar pugionis, cultellinam habens latitudinem, quod esse debuit, et decuit fuisse hebes, (ut in torneamentis fieri solitum observavimus ad Joinvillam) et brevem formam habens vomeris, unde vulgariter Vomerulus vocatur Gallice Soket. Nos etiam num soc, vomerem dicimus, unde soquet, vomerulus. Vide Soccus 2.

† SOKMANNUS, SOKMANRIA. Vide in Socagium.

1. SOL, pro Die, quomodo a Latinis Scriptoribus, Poetis præsertim, usurpato observarunt Servius ad Virgil. et Lutatius ad 3. Thebaïd. Vetus Glossar. laudatum a Fabroto exercit. 1. pag. 11: Tres Soles, tres dies. Jo. de Janua: Quia Sol est causa diei, ideo ponitur aliquando pro die; sed frequentius in plurali. Luithprandus lib. 3. cap. 5: Paucis interpositis Solibus. Folcunius de Miracul. S. Bertini cap. 13: Quot numerantur anni Soles? Fridegodus in Vita S. Wilfridi cap. 9:

Hæc immota manent cunctos oracula Soles.

Eckehardus Junior de Casibus S. Galli cap. 1. Sole sequenti, etc. Hepidanus lib. 2. cap. 4: Cum apud materiam paucos exegisset Soles. Cyprianus Archiepiscopus Corubensis in Epitaphio Sampsonis Abbatis:

Discessit longo notus plenusque dierum,  
Sextilis namque mensis die vicesima prima,  
Sextilis namque mensis Primo et vicesimo Sole.  
Era DCCCXXXIII.

Vide Vitam S. Adalberti Pragensis n. 11. et Dantem in Inf. can. 6. Vocem ἥλιος eadem notione a Græcis usurpatam, alii adnotarunt. Thomas Magister: ἥλιος λέγεται καὶ μία ἐκείνη ἡμέρα, ubi Libanium laudat. Adde Eustath. ad Dionys. pag. 13. edit. Henr. Stephani. [Soleil boutant, pro Soleil luisant, in Statutis Scabinorum Maceria-ri ad Mosam MSS: Ung bourgeois dudit Maisieres... sen puelt aller de l'hostel d'ung tavernier sans payer son escot et sans meffait, entant qu'il ne passe point 12. den. et que dedans le lendemain Soleil boutant il contente son hoste.]

\* Reg. Cam. Comput. Paris. sign. Pater fol. 96. rº. col. 2: Stephanus Mener, Adam allutarius comparuerunt pro Villanova-Regis juxta Senonas, et dicunt se non debere exercitum domino regi, nisi ex sua mera gratia, nisi tantummodo ire cum mandato domini regis tanto spatio, quod una die possint redire ad Novamvillam de Solo vel de die. Id est, sole lucente vel die advesperascante.

† SOLEM CULCARE, vel potius Collocare, pro Diem constituere. Vide Collocare.

2. SOL. Gregorius Turon. lib. 4. Hist. cap. 31: Tres aut quatuor splendores magni circa solem apparuerunt, quos rustici Soles vocabant, dicentes: Ecce tres vel quatuor Soles in celo. Rodericus Tolctanus in Histor. Arabum cap. 17: Omnes Corduba



*habitantes tres Soles lucis mirificæ conspexerunt, etc.* Vide Isidorum Pacensem æra 784. Aimoin. de Translat. SS. Georgii et Aurelii n. 16. Matth. Paris ann. 1236: *Et videbatur juxta solem, quidam Sol nothus collateralis.* Ammianus lib. 20: *Sol autem geminus ita videri existimatur, si erecta celsius solito nubes, æthereorumque ignium propinquitate collucens, orbis ulterius claritudinem tantum a speculo puriore formaverit.* Vide Livium lib. 17. et Plinium lib. 11. cap. 31.

3. SOL, *Stilus ferrens, unde solet excuti ignis de silice, ut est in lib. Miraculor. S. Bertini cap. 10. apud Mabillonium tom. 3. Act. SS. Ord. Bened.*

\* Suol editum tom. 2. Sept. pag. 602. col. 2. *Sool* legi in Codice MS. monent docti Editores.

1. SOLA, pro Solea calcei, vulgo *Semele*. Charta Ludovici Pii Imp. apud Doubletum: *Ad cordovessos, et in Solas corum componendas, modia uncti ducenti.* Chrodogangus Metensis Episc. in Regula Canonico. cap. 41: *Calceamenta vero omnis clerus annis singulis, pelles buccinas, et Solas, paria quatuor accipiunt.* [Statuta antiqua Monast. Corbeiensis cap. 3: *Calcearios quatuor cum Solis novis.* Transactio inter Abbatem et Monachos Crassenses. ann. 1351: *Qui sabbatarius facit... ad minus cuilibet ipsorum tria paria sotularium, et postea tot Solas vel empenhas quot poterunt rumpere.*] Regula Ord. de Senpringham, de Sotularibus, seu calceis: *Quod si forte scissi et vetustate consumpti induruerint, licet sutori Solas novas imponendo renovare.* Vide Soccus 1.

\* Nostri solum seu plantam pedis aut ipsius pellem *Sole* appellarunt. Lit. remis. ann. 1421. in Reg. 171. Chartoph. reg. ch. 452: *Pour ce que le suppliant ne se pouvoit mettre à si grant et grosse raçon, lui chaufferent si fort et appreingnèrent les plantes des piéz, que les Soles d'iceulx lui en sont cleutes.*

¶ SOLA, pro ipso Calceo, seu aliqua calceamenti specie, in Charta ann. 855. in Append. ad Marcam Hispan. col. 788: *Solarum parilia XL.* Testam. ann. 1518. in Sicil. sacra apud Rocchum Pirrum pag. 187: *In qua (arca) erant vestis una zindari ad instar jubbe, velum unum listiatum et Solæ (vulgo calceamentum) illius B. Martyris.* Vide Solarius.

¶ 2. SOLA, Piscis marini species, solea, Gall. *Sole*, quod *sole* formam refert sic dicta. Charta ann. 1197. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 144: *Carga de Solas 111. den.* Charta Communie Balneoli ann. 1208: *Saumata de Solis, unas Solas (dabit) si vendita fuerit; sin autem per rationem quod vendetur.*

¶ 3. SOLA, Mensuræ genus videtur. Statuta Montis Regal. fol. 270: *Et etiam teneatur quilibet venditor Solarum, habere Solas ad modamen communis quod est signatum in lapide cisternæ. Et quicumque vendiderit, seu penes se habuerit Solas venales in minori modano seu modanis communis, signato vel signatis in lapide predicto, solvat pro pœna et banno solidos quinque.* Ibidem fol. 272: *Si placuerit consilio, videlicet sestarium unum, heminam unam, casolium unum, pitam unam, rasum unum, et unam cannam, libram et mediam libram,*

*et modanum Solarum, et alias mensuras necessarias communi.*

\* Minus bene; est enim Quadratus later, quo pavimentum sternitur, Gall. *Carreau*. Vide *Solerare*.

\* 4. SOLA, Solum, fundus, Gall. *Sol*. Charta ann. 1326. in Chartul. prior. Lehun. ch. 101: *Territorium de Flekieres... durat per totam terram seu Solam bladorum seminatum anno Domini 1326.... et similiter in Sola bladorum rasesatorum anno Domini 1326.*

\* 5. SOLA, Planus navis fundus, Gall. *Sole*. Stat. ann. 1378. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 326: *Sal ubilibet emere et capere, ac dictum sal, prout eis placuerit, in navibus seu batellis vel aliis vasis; videlicet in Sola, secundum ydionia patriæ Sole, dictarum navium vel batellorum seu aliorum vasorum onerare... possint.* Seulle, eadem notione, in Lit. remis. ann. 1393. ex Reg. 144. Chartoph. reg. ch. 478: *Icellui Guillaume oirit ladite Seulle en la presance du suppliant, auquel il fit charger du sel d'icelle Seulle deux mines.* Seule vero et Soule, pro Cellier, Cella, locus imus, in aliis Lit. ann. 1404. ex Reg. 158. ch. 361: *Icellui exposant just al sur le quay à Rouen au seiller ou Seule d'icellui Alogre, etc.* Lit. remis. ann. 1367. in Reg. 99. ch. 506: *Guillaume le Grant avoit en une sienne meson à Rouen, dedans une Soule, certaine quantité de sel, etc.* Vide supra Socus 2.

\* 6. SOLA, Trabs, tignum, Gall. *Solive*, alias *Solle*. Charta ann. 1324. in Chartul. Latiniac. fol. 214: *Ut ipsorum ædificiorum Solas in predictis muris ponere seu figere, usque ad septem testis valeat, licentiam vellemus ei concedere.* Reg. Corb. sign. Ezechiel ad ann. 1421. fol. 146. vº: *Lesquelx carpentiers seront tenus de mettre et faire en le grange... une Solle, pour ce que celle qui y est, est pourrie. Sol et pan-de-just de bois, in Consuet. Rem. art. 377. Soulin, eodem sensu, in Lit. remis. ann. 1450. ex Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 47: *En une nuée, qui étoit dessoubz ung Soulin, prindrent et emporterent certains biens.* Vide Sulva.*

\* 7. SOLA, Pila vel Globulus ligneus, vulgo *Soule*. Lit. official. Paris. ann. 1348. in Reg. 78. Chartoph. reg. ch. 42: *Dictus defunctus ivit ad Roculum ad ludendum cum aliis ad Solam, cum gelu maximo urgente.* Vide infra Solere 1. et Soula.

¶ SOLACENTIO. Charta ann. 709. apud Calmet. inter Probat. tom. 1. Hist. Lothar. col. 264: *Bene antiquitus divitum principum decreta et legum ita sanxerunt, ut tantummodo loca manus donatoris Solacento in subscriptione certa monstraretur, nec sine gestarum allegatione, plenissimu vulerunt firmitate mancipare.*

\* SOLACERIUM, Cella seu obedientia monastica, vel prædium rusticum ab abbata dependens; unde *Solacerius*, illius habitator. Charta Carol. IV. ann. 1325. in Reg. 71. Chartoph. reg. ch. 306: *Concedimus de gratia speciali, quod ipsi (religiosi Vindocinenses) nec non prioratus, Solaceria... remaneant in et sub speciali gardia et immediata superioritate nostris... ipsosque religiosos, priores, Solacerios, prioratus, ecclesias, villas... in et sub speciali gardia et*

*immediata superioritate nostris... suscipimus.* Eadem leguntur in Ch. Phil. VI. ann. 1328. ex Reg. 65. ch. 107.

¶ SOLACIAMENTUM, Solatium, animi remissio. Codex MS. de dictis contra Albigenses ex Bibl. D. de Chalvet Senescalli Tolos.: *Postque cum invitati simul comedissent et bibissent in magno Solaciamento.* Ibidem: *Et rogaverunt eum debilem et cartanarium, quod veniret cum eis ad Solaciantarium ad columbarium magistri R. Calviere.*

¶ SOLACIARI. Vide infra Solatiari.

¶ SOLADIRE, pro *Solsatire*. Vide in hac voce.

SOLAGGE, [Idem quod mox Solagium.] Vetus Notitia sub Islo Episcopo Tolosano, apud Catellum in Hist. Occitan. pag. 855: *Et in hoc fevo dedit illis totam siglicem, et totum milium, et totum ballagium, et decimum de sextaratis, boerium, et retrodecimum, et retrocale, totoque Solagge, et senescallian, etc.* Tabular. S. Eparchii Inculism. fol. 123: *Habeat in feodio suo Præpositali les cols et le bales, et les Solages juste et mesurate sine ullo ingenio.* [Vide infra Solatze.]

\* Charta ann. 1257. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 302: *Tres solidos de Solage, vel quartam partem de las gresas;... et duos solidos de Solage et quindecim solidos de mesatze, etc.* Vide infra Solage.

\* SOLAGIAMENTUM, a Gallico *Soulagement*, Solatium, levamentum. Charta ann. 1473. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 322. col. 1: *Pro subventione et Solagiamiento subditorum et personarum earumdem civitatis et diocesis, etc.* Solaz, eodem sensu, in Vita S. Ludov. edit. reg. pag. 323. Hinc *Soulaz* appellatur, qui alicui adjutorio est, in officio secundarius. Chartul. eccl. Carnot. ann. circ. 300: *Matricularius hebdomadarius et ille, qui vocatur Soulaz, aut capellanus ipsorum, etc.* Vide infra in Solatiari.

¶ SOLAGIUM, Agrarium, præstatio ex agris, a *solum* sic dictum: idem quod alibi *Araticum*, *Terragium* nuncupatur, ut videre est in his vocibus: nisi tamen Tributum sit quod ex area, Dombensibus *Suel*, pensitabatur. Vide *Solum* 4. Chartul. Matiscon. fol. 220. vº: *Bernardus Blancus verpovit dictæ ecclesie jus arivæ (areæ) quod vulgo Solagium vocant.* Inquisitionæ. 1220. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 129. col. 1: *Item dom. Comes habet apud Avalonem in dominico 1. corvatam ad Capellam Albam continentem 18. jornalía terræ, in quibus Mistrales capiunt. 4. gerbas, et orientas, et Solugium.* Vide supra Solage.

¶ SOLAIARIUS, an Qui soleas vendit seu conficit? Vetus Instriptio apud Baron. ad 22. Aug. in Martyrol.: *Magno et invicto Imp.... Constantino... corpus coriariorum, magnariorum, Solaiariorum devoti numini majestatique ejus.* Vide *Magnarius* et *Sola* 1.

¶ SOLAMENTUM, ut *Solanum* infra, Solum, fundus. Charta ann. 941. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 147: *Casas, et fortes, et rebus cum Solamentis suis cultis, ortis, vineis, pratis, etc.* Vide *Solure* 2. et *Soliditas*.

\* Charta ann. 1017. apud Lam. in Dellec. erudit. inter. not. ad Hist. Sicul. Bonincont. part. 2. pag. 325: *Cum... Sola-*



mentis, curtis, ortis nostris, vineis, pratis, campanis, etc. Aliud sonat vox Gallic. Solement, Pavimentum nempe, in Lit. remiss. ann. 1456. ex Reg. 183. Chartoph. reg. ch. 192: *Lesquelz grez estoient du Solement da pallys de la maison Pierre le Fevre.* Vide infra *Solatas* 2.

† **SOLAMEUM**, Annonæ genus. Chartar. Eocles. Auxil. cap. 88. de Oblationibus ad sacristam pertinentibus: *Decima quoque tam panis, quam annonæ, sive frumenti, et Solamei.*

\* **SOLANDERIU**. Stat. pro arte parat. pannor. Carcass. renovata ann. 1466. in Reg. 201. Chartoph. reg. ch. 121: *Item quod nullus parator aut alius non poterit... aliquod pondas sive pezum lanæ fieri facere de majori pondere, quam trium librarum tantammodo pro tradendo Solanderis.* Ubi omnino legendum videtur *Filanderis*. Vide *Filanderia*.

† **SOLANUM**, Solum, fundus. Charta Sanctii Regis Aragonum æræ 1118. apud Hieron. Blancam pag. 626: *Et insuper addo vobis illud Solanum, quod est super monasterium vestrum S. Jacobi, usque ad illo Osqueta, ut vestri populatores faciant ibi suas domos, et egrediantur a claustrum Monasterii, ubi nunc habitant.* [Vide *Solamentum*.]

† **SOLARATUS**. Vide infra in *Solarium* 1.

† **1. SOLARE**, ut *Solarium* 1. Vide in hac voce.

† **2. SOLARE** Solum, fundus. Conc. Legion. ann. 1012. inter Hispan. tom. 3. pag. 191: *Qui habuerit casam in Solare alieno, et non habuerit cavallum vel asinum, det semel in anno soli decem panes frumenti.* Antiquit. Navarræ Jos. Moreti pag. 534: *Quod Solare circumdatur ab Oriente singulis domibus, etc.* Vide *Solamentum*.

† **3. SOLARE**, Calceos solis seu soleis instruere. Statuta Arelat. MSS. art. 167: *Sabbaterii accipiunt pro Solandis sabbatis grossis nunciolorum.... Arelatis 111. den. tantum.* Charta ann. 1316. ex Schedis Præs. de Mazaugues: *Item.... convenerunt... quod omnes Sabbaterii accipiant de Solando uno pari sufularum... 3. obelos.* Vide *Solerare*.

\* **SOLAREATUS**, Solaris instructus, ædificatus. Stat. MSS. eccl. S. Laur. Rom.: *Incorporaverunt pro fabrica et utilitatibus ejusdem ecclesie certam domum suis confinibus confinatum, pertinentem ad ipsos canonicos, terraneam et Solareatam, etc.* Vide *Solaratus* in *Solarium* 1.

† **SOLARI**, Consolatione affici, recreari. Tajon. Episc. in Præfat. ad suos quinque libros Sentent. inter Conc. Hispan. tom. 2. pag. 531: *Quatenus infernorum ignium carream supplicii, et in mansionibus quamvis exiguis, æternis Solari merear refrigeriis.* Vide *Solatiari*.

\* **SOLARIA**, Vectigal, quod pro solo penditur. Charta Ludov. Pii ann. 822. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 528: *Placuit etiam nobis hujus congregationi monasterii (Anianensis) quando Dominus abundanter largiri dignatus fuerit, decem modia de holo dare, id est, de tolomena et Solaria; quando vero minus, sex modia.* Vide *Solarium* 2.

† **SOLARIARI**, pro *Solariare*. Vide in hac voce.

† **SOLARIATUS**. Vide in *Solarium* 1.

† **SOLARIOLUM**, dimin. a *Solarium* 1. Vide ibi.

† **1. SOLARIS AUREUS**, Nummus aureus, scutum cum sole, *Ecu au Soleil*. Vide in *Moneta*. Regest. Parlamenti ann. 1533. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 693: *Ita tamen ad universa summa pensite non aliis nummis quam aureis ejusdem æstimationis, puritatis ac ponderis, quibus ex statuto aurei Solares ceduntur in Gallia.*

† **2. SOLARIS JUSTITIA**, Quæ solum seu fundum spectat, Gallice *Justice fonciere*. Charta ann. 1211. ex Tabul. S. Germani a pratis: *Omnis justitia Solaris remanet Abbatiæ S. Germani in perpetuum in toto territorio suo, sive in parrochia S. Severini, sive extra.*

\* **3. SOLARIS**, Idem quod *Mansus*, Agri portio cum habitatione coloni, *Hisp. Solar*. Charta Alvar. Diaz ann. 1107. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 392: *Cum quantum ad nos ibi pertinet, videlicet colazos, Solares populos, terras, vineas, etc. Cum colazos, Solares populos et non populos, terras, etc.* Vide [\* S. Rosa de Viterbo Elucid. tom. 2. pag. 328. voce *Solar*, et] alia notione in *Solarium* 1.

† **SOLARITER**, Instar solis. Gocelinus in Vita S. August. Cantuar. tom. 6. Maii pag. 377: *Quam pulchre Roma Ecclesiarum parens tanta pignora edidit... qui distincti per diversas mundi nationes, singuli patroni singulis populis Solariter præluerunt.*

**1. SOLARIUM**, Domus contigatio, vel cubiculum majus ac superius, [tabulatum.] *Soler*, Germanis. Chronica Australis ann. 869: *Ludovicus Imperator de Solario cecidit.* Concilium Metense ann. 888. cap. 8: *In locis vero non consecratis, id est in Solaris sive in cubiculis, propter infirmos, vel longius iter, a quibusdam Presbyteris sacrificium offeratur, quod omnimodo interdictum est.* Matth. Paris ann. 1161: *Dormiens in Solario, quod Ecclesie et cimiterio imminabat, etc.* Idem ann. 1235: *Nobiles matronæ Colonienses in Solario sedentes etc. Cæsaricus Heisterb. lib. 6. cap. 5: De fenestra Solarii portæ Clericorum respiciens, vidit plures pauperes illum sequentes, etc.* [Charta Gontranni Reg. ann. circ. 577. inter Instrum. tom. 4. Gall. Christ. novæ edit. col. 222: *Solarium vero cum caninata... faciunt.* Charta ann. 2. Caroli C. ex Chartul. Aptensi fol. 114: *Vendimus vobis in ipsa villa mansionem coopertam cum Solario.* Charta ann. 1053. ex Chartul. Biterr. data dicitur in *Solario episcopali*. Tabul. Virzion. fol. 7: *Habetur ibi casa indominicata, concamera, Solaria duo, etc.* Charta ann. 1455. in Tabul. S. Victoris Massil.: *Unam domum de uno Solario, et medio, et tegulis coopertam.* Chron. Estense apud Murator. tom. 15. col. 400: *Intraverunt quandam navim nigram cum Solario coopertum multis pannis laneis, et in dicta navi erat quoddam Solarium cum camino, in quo comedebant Milites; juxta dictum Solarium erat quædam camera ornata multis ornamentis.* Adde S. Bernardum tom. 1. edit. ann. 1690. col. 689. Acher. tom. 3. Spicil. pag. 219. sæc. 3. Bened. part. 2. pag. 130. 514. sæc. 4. part. 1. pag. 634. Baluz. tom. 2. Miscell. pag. 302. tom. 3. pag. 11. 65. Kennett. in

Antiquit. Ambrosd. pag. 325. et 448. Statuta Massil. lib. 1. cap. 6. *Madox* Formul. Angl. pag. 89. Murator. tom. 2. part. 2. col. 931. tom. 6. col. 228. etc. [\* Glosar. med. Græcit. voce *Ἡλιακόν*, col. 475. Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 190. voce *Solari*.]

† **A Solarium**, ni fallor, *Sozain*, vel *Soazoein* estage dictum tabulatum superius, in Charta ann. 1306. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 453: *Premierement, ou segond Sozain estage de la dite tour en une arche qui estueit joust l'uy, en vi. granz saz, etc.* Ibidem: *Item furent trovez en la dite tour nouve de Nantes oudit Sozoein estage, etc.*

† **Solarium** nonnumquam pro *salarium* scriptum occurrit, ut in Constitut. Udalrici Episc. Patav. ann. 1470. apud Hansiz. tom. 1. German. sacræ pag. 555: *Non sine displicentia perceptum nostros suffraganeos in ordinatione clericorum, ecclesiarum consecratione, et officiales in litteris tradendis ad suffraganeos, cum examinati sunt, ac eorum notarius in Solariorum expeditione excedere.* Ita etiam legendum videtur apud Marten. de Ant. Eccl. Discipl. pag. 128. ubi hæc habet ex Ordin. MS. Eccl. Silvanect.: *Modo fiunt breves lectiones ad Matutinum, et per diem unus de clericis vel capellanis ecclesie, Solario mediante, legit residuum in choro retro majus altare.* [\* Vide infra *Solarium*, suggestum.]

† **SOLARIUS**, ut *Solarium*. Charta ann. 1017. in Append. ad Marcam Hispan. col. 1003: *Et in valle Biana ipsos Solarios cum ejus ecclesia.* Gesta Aldrici Episc. Cenoman. apud Baluz. tom. 3. Miscell. pag. 7: *Eisque suam domum, in qua manent, et Solarios, sive cellaria et alia ædificia, que ad sum opus habebat, tradidit.*

† **SOLARE**, Eadem notione. Charta ann. 1043. ex Tabul. S. Victoris Massil.: *Dono cum silvis, garricis, boschis, et cum pratis, et oglatis, et cum Solaribus, et superpositis, etc.* Charta ann. 1216. ex eodem Tabul.: *Si autem donus molendinorum esset anius Solaris, et velles elevare, etc.* Consuetud. Lemovic. art. 72: *Et si aliquis vult constituere partem communem cum proximo vicino suo, debet eum monere quia sibi tradat medietatem terræ quam communis paries occupabit inter ipsum et vicinum suum, dum tamen Solare vicini habeat in amplitudine duodecim pedes.*

\* Locus ex Charta ann. 1043. eodem sensu intelligendus atque mox *Solaris*, Locus idoneus solario ædificando.

**SOLERIUM**, Eodem intellectu. Albertus Aquensis lib. 1. cap. 28: *Hic autem summus Sacerdos civitatis pecuniam inauditam ab eis receptam caute reposuit, Judæos in spatiosissimo domus sue Solerio, a specie Comitissæ Enichonis, et ejus sequacium constituit, ut illic in firmissimo et tutissimo habitaculo salvi et sani remanerent.* Ita etiam habetur in Consuetud. Tolosæ part. 4. tit. de Ædific. [Statuta Montispess. ann. 1204: *Acta sunt hæc et publicata in Solerio herbariæ, ubi erat domus duodecim Consulium ipsis presentibus.* Charta ann. 1382. ex Tabul. Massil.: *Pro... esbardando Solerium et crotan, etc.* Litteræ Philippi III. Reg. Franc. ann. 1280. apud



Marten. tom. 1. Anecd. col. 1160 : *Concessimas eidem episcopo (Carcassonæ) et dictis successoribus episcopis, quod possint facere pilarios lapideos, vel ligneos, conjunctos et contiguos dictis muris, in quibus possent trabes, tigna, Solerium et tectum domuum suarum et edificiorum firmare, apodiare, etc.*] Le Roman de Garin MS :

Cil borjois montent, és Soliers remest nus.

Alibi :

Ses verra l'en des murs et des Soliers,  
Et des grans sales, et des pales pleniens.

Le Roman d'Auberi MS :

As Soliers pendent les pailles de quartier.

Le Roman d'Amile et d'Amy MS :

Des gens emplissent et maisons et Solliers.

Angli *The Solar* appellant viliores et non elegantiores domus cameram.

¶ SOLARIOLUM, dim. a *Solarium*. Vita S. Austrulfi Abb. Fontanell. sæc. 3. Bened. part. 2. pag. 134 : *Habet quoque (turricula) in medio sui Solarium, in quo codex ille evangelicus cum capsula illa servabatur, cui desuper aptum est laquear.*

\* Nostris *Solier*. Consuet. Neapol. MSS : *Si domus habeat tria membra sive Solaria, vel plura, unum super aliud, et sit diversorum dominorum, et unus ipsorum dominorum vendat suum Solarium, emptor teneatur ipsum Solarium emptum, jure congrui, dare habenti Solarium proximam ex parte inferiori ipsi Solario vendito. Si sint tria Solaria, et vendatur Solarium medium, habens domum inferiorem et solo contiguum, jus congrui pro Solario medio vendito exercere potest, excluso habente extremum Solarium, quod superius constitutum est.* Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 431 : *Enfermerent ledit Juenin en une chambre d'un hostel de taverne,..... qui estoit en un hault Solier. Sinal, Sinault et Synau nostris etiam sonat Tabulatum, cubiculum superius, maxime vero stabuli vel ovis partem superiorem, quæ ab infima perticis tantum separatur.* Lit. remiss. ann. 1406. in Reg. 161. ch. 163 : *Le suppliant ymagina qu'ilz fussent ou Sinal dessus (ladite bergerie) qui est bien dix piez de hault, et print une eschielle et la dreça contre le tref dudit Sinal en montant amont.* Aliæ ann. 1411. in Reg. 165. ch. 150 : *En un Sinault cabauit ou loigis qu'il avoit en l'église et forteresse du lieu d'Aurreville, etc.* Aliæ ann. 1414. in Reg. 167. ch. 371 : *Le suppliant en entrant audit hostel eust demandé où es-tu, es-ta ceans? laquelle femme lui eust respondu ouïl, je suis en ce Sinault,.... descendit ladite femme dudit Sinault, etc.* A un Synau dessus les brebis où icelle Jehanne estoit montée, in aliis ann. 1416. ex Reg. 169. ch. 295.

\* Hinc *Solarium* dicitur de armario, in quo sunt capsulæ ductiles, ad instar con-tabulationum domus dispositæ, in Invent. MS. thes. Sedis Apost. ann. 1295 : *Unam cassam argenti factam ad modum archæ,..... et habet unum fundum seu Solarium in medio, et de subis in Solario sunt tres cassete parvæ de argento, quæ extrahuntur de ipsa per partem anteriorem cum tribus anulis purvis.*

SOLARIS, LOCUS idoneus solario ædificando, nostris *Masure*. Charta Sancti Reg. Aragon. æræ 1090. in Hist. Pinnatensi lib. 3. cap. 9 : *Et adhuc, unum de eis Solarem, ut ipsi se adoptaverint, in quo possint facere bonas casas ad habitandum. Ubi legendum, adoperaverint, supra monuimus.* Aliæ Adefonsi Regis Hispaniæ æræ 1163. apud Anton. de Yopez in Chron. Ord. S. Benedicti tom. 4. pag. 458 : *Intra terminum vestrum nullus omnino hominum audeat intrare Solares, vel construere domos, absque voluntate Abbatis, etc.* Tabularium Bellilocense in Lemovic. n. 172 : *Et domum Geraldii de Boïssa, et Solarem Bernardi de Godor.* Innocentius III. PP. lib. 13. Epist. 61 : *Medietatis insuper de Solaribus, terris, hortis, vineis, etc.* [Tabul. S. Petri Vosiensis fol. 65. vº : *Dedit Solarem suum qui est apud ecclesiam de Sando, in quo Gaufridus Propositus ædificavit domum.*]

¶ SOLARIUM, Eadem notione. Charta Willelmi dom. Montispessul. ann. 1103. apud D. Brussel. tom. 2. de Usu feud. pag. 727 : *Et Solarium Rogerii Nigri, quod est juxta domum Aldra.* Charta apud Stephanot. tom. 2. Antiquit. Bened. Lemovic. MSS. pag. 292 : *Dederunt Deo et S. Petro Vosiensi Solarium quod erat juxta ecclesiam S. Victoris, et ortum et omnem terram quæ inibi est.*

SOLARIATUS, et SOLERATUS, Solaris constructus, ædificatus. Charta Joannis Episcopi Ticinensis ann. 922. apud Ughellum in Episcopis Veronensib. : *Cumque xenodochio meo offero coquinam meam Solariatam, et stabulum meum, nec non et terrulam juxta se positam, etc.* Infra : *Casam vero Solariatam habitationis mee cum corticella et coquina simul sibi coherentia, etc.* Aliæ ann. 954. apud eundem tom. 5. pag. 1539 : *Oratorium S. Pantaleonis super pusterula, cum scala marmorea, duobus cubucellis, uno terrineo, et alio Solariato subius hunc castellum Ponte, etc.* Aliæ ann. 1193. tom. 7. pag. 585 : *Tradidit... pro parte frateriæ ejusdem Salernitanæ Ecclesiæ integram terram cum casa fabricata Solerata, et apothecis, etc.* Vide Oct. Ferrarium in *Solaro*.

¶ SOLARATUS, Eodem significato. Charta Theobaldi ann. circ. 901. apud Murator. tom. 3. pag. 86 : *Dono tibi... domus duas Solaratas junctas in vicinio tuæ ecclesiæ.*

\* SOLARIUM, Suggestum, Gall. *Tribune*, apud Cl. V. Garamp. in Dissert. 1. ad Hist. B. Chiaræ pag. 125. ubi de *Repentitis* : *In pede ecclesiæ quoddam Solarium pro choro, in quo more Sanctimonialium horas diurnas et nocturnas dicerent, ac missas et alia divina officia, que in ecclesia decantarentur, audirent.* Chorum ecclesiæ intelligit idem Vir eruditus ex Ordinar. eccl. Silvanect. supra laudato, ubi *Salarium* legendum proponitur : sed utrum bene rursum dubius hæreo.

¶ 2. SOLARIUM, Vectigal, quod pro solo penditur, apud Ulpian. ff. ne quis in loco. leg. 1. § Si quis. (lib. 43. tit. 8. fr. 2. § 17.) Vide *Solagium*.

¶ 1. SOLARIUS, Calcei species. Comput. ab anno 1333. ad ann. 1336. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 284 : *Item, pro duobus paribus stivalorum et duodecim paribus Solariorum pro domino, III. flor.* Vide *Sola*, 1.

\* *Solier*, in Charta ann. 1328. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 243.

\* 2. SOLARIUS, SOLERTIUS, Domus contignatio, tabulatum. Charta ann. 1309. in Reg. 41. Chartoph. reg. ch. 88 : *Item domus liberorum Salomonis de Melgorio, in quibus sunt tres siculi (leg. soculi) et tres Solarii, quæ conjunguntur cum palatio dicti vicecomitis.* Aliæ ann. 1308. in Reg. 44. ch. 123 : *Item hospitium, in quo est furnus, et sunt quinque portaleriæ inter soculos et Solerios.... Hospitium in quo sunt septem stagia inter soculos et Solerios.*

¶ SOLARIUS, Nummus argenteus Mantuanus. Acta B. Aloysii Gonzagæ tom. 4. Junii pag. 883 : *Tunc jussu Ducis unicuique Nobilium quidem, ducato argenteas novus, civium vero, Solaris item novus distributi sunt, ad oblationem Beato faciendam.*

\* Inter monetas Cameracenses fuit et nummus argenteus, qui *Solas* vel *Soulas* nuncupabatur. Stat. Joan. episc. Camerac. ann. 1421 : *Deniers d'argent, appelez Soulas, lesquelz auront cours pour douze deniers piece. Item, demi-deniers blans, appelez Deni-Solans, lesquelz auront cours pour six deniers la piece.*

¶ SOLATGE, ut supra *Solagge*. Tabular. S. Petri Vosiensis fol. 65. vº : *Hoc donum concesserunt Bernardus Amalvinus et Gaufridus frater ejus, et dederunt III. denarios de Solatge.* Vide supra *Solagium* et *Solarium*. 2.

\* Charta ann. 1406. in Reg. feud. comitat. Pictav. ex Cam. Comput. Paris. fol. 128. vº : *Je Jehan Chauveron chevalier.... adouhe tenir.... xxiv. solz de rente és Solatges de Duisac.*

SOLATIARI, Consolari. Radulfus de Diceto pag. 607 : *Sibi namque Galenses Solatiari possunt ad invicem, quod mors unius ex suis multorum in mortibus Marchionum Anglis lugubres, et Normannis exosas excepit exequias.* [Epist. Eugenii III. ad Alphonsum Regem Hispaniarum inter Concilia Hispan. tom. 3. pag. 358 : *Et ipsius (Dei) Solatiante clementia debeat ad resurrectionis gloriam pervenire.* Charta ann. 1352. ex Regest. 81. Chartophyl. Reg. num. 11 : *Qui se Solaciabant et invicem loquebantur.* Vide *Solari*.]

¶ SOLATIARE, Fidejubere, apud Maeros in Hierolex. ex leg. 3. de exercitibus. Vide *Solatum* 4.

SOLATIARE, et SOLATIARI, Auxilium vel solatum impertiri, præbere. Lex Longob. lib. 1. tit. 14. § 3 : *Si dux exercitalem suum molestaverit injuste, Gastaldus eum Solatiet, etc.* Adde § 5. [\*\* Rothar. 23. 24.] Codex Carol. Epist. 6 : *Non nos patiaris perire, et ne moreris aut differas nobis Solatiandam.* [Capit. Lud. II. ann. 850. tit. 1. cap. 3 : *Audivimus quoque quod quidam domos et possessiones habentes, concilient sibi atque consocient latrones aliunde venientes, eosque occulte foveant et Solatiantur ad tale facinus perpetrandum.*] Vide Gregorium M. lib. 1. Epist. 61. lib. 2. Ind. 11. Epist. 1. 48. lib. 3. Epist. 27. et alibi non semel.

SOLATIARI, Animum relaxare, *Se divertir*. Arnulfus Lexoviensis Episcopus ad Radulfum de Diceto Londoniensem Archidiaconum. cujus exstat historia : *Dominus quoque Willelmus de Ver ex promissione tene-*



tur ut veniat, vobisque invicem Solatiari poteritis, et nobis sancte solennitatis gaudia duplicare. [Comput. ab ann. 1333. ad ann. 1336. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 278 : Pro barea et piscibus quando dominus ivit Solatiatum per mare, taren: III. Charta ann. 1351. ex Regest. 81. Chartophyl. Reg. n. 101 : Ludendi et Solaciandi causa. Alia ann. 1354. ex Regest. 82. ejusd. Chartophyl. n. 688 : Causa Solaciandi et spaciandi. Codex MS. de Albigen. ex Bibl. D. de Chalvet Senescalli Tolos. : Dum simul comedissent ipse et alii predicti in boris antedicta, et exivissent domum ad Solacianum in pratis circumjaentibus, et sederent sub quadam arbore, etc.] Le Roman de Gaydon MS :

Et ci se font aisier et Solatier.

**SOLATIATOR**, Auxiliator. Capitula Caroli C. tit. 1 : Restituntur, fatemur, in nobis, et in viris Ecclesiasticis, nec non et in republica nostrae Solatiatoribus, hujusmodi materiae et fomites dissensionum, ut manifeste patesceret, nos divina gratia indigere, etc.

¶ **SOLATIATIM**, Solatiandi, seu animum relaxandi causa. Epist. Caroli de Malatestis ann. 1410. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 1169 : Omnes post prandium Solatiatim accesserunt, et sie per totam illam diem Jovis nihil fieri possibile fuit.

¶ **SOLATOSE**, Eodem significato. Vita S. Humilitatis tom. 5. Maii pag. 206 : Die quadam sorores, cum esset illiterata, eam vocarunt, et ut legeret secundae mensae, ut mos est monialium, Solatose, ut aestimo, injunxerunt.

¶ **SOLATOSUS**, Delectabilis, jucundus. Epistola Ducis Burgundiae ann. 1401. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1675 : Nam totiens Solatiosis jucundamur cordis affectibus; quotiens prospera exinde perpendimus. Adde Acta SS. tom. 3. Maii pag. 488. Solatiosissimus, in lib. 3. de Imitat. Christi cap. 21. n. 2. Vide Solativus.

\* Ital. Sollarze, nostris Soulasser et Soulassier. Lit. remiss. ann. 1380; in Reg. 118. Chartoph. reg. ch. 49 : En lui requerant et priant honnestement et secretement que il se vouldist abstenir de frequenter avec ladite Jehanne leur suer, et lui deporter de plus Soulassier avec elle. Aliae ann. 1455. in Reg. 191. ch. 204 : Le suppliant et Jehan Jourdin parloient et Soulassoient ensemble. Soulagier, eadem acceptione, in Mirac. B. M. V. MSS. lib. 1 :

Bien matinet en un esté  
Pour lui esbatre et Soulagier,  
En la forest ala cachier:

\* Hinc Soulas, pro Bande, compagne, turba, in Lit. remiss. ann. 1398. ex Reg. 154. ch. 165 : Ainsi comme s'en venoient de ladite foire sept compaignons en deux Soulas ou compaignies, etc. Vide supra in Solagamentum.

1. **SOLATIUM**, Salarium, quod ἐν πρῶτῳ ψυχῆς λόγῳ datur, ut habet Procopius in Anecdosis. Utitur non semel Julianus Antecessor Const. 115. 123. 124. ut et lex 4. Cod. de Sportul. (3, 2.) Capit. Car. Cal. ap. Tusiacum cap. 13 : Et si illi duo nissatici ad hoc non suffecerint, nobis ad tempus hoc mandent, qualiter aut per nos, aut per

filium nostrum, aut sicut viderimus, eis necessarium Solatum transmittamus.

¶ 2. **SOLATIUM**, Ludus, spectaculum, Gall. Jeu, divertissement. Regimina Paduae apud Murator. tom. 8. col. 427 : Hic fecit fieri in Padua maximas choreas et Solatia dominorum et dominarum et uagna hastiludia. Ibidem col. 450 : Hoc anno (1300.) Milites et Nobiles et alii Judices Paduae et fratulae Paduae fecerunt in hastiludiis et aliis Solaciis, cum pulchris vestibus. Charta ann. 1355. ex Regest. 82. Chartophyl. Reg. n. 256 : Cum Johannes de Bernonvilla accessisset... visurus festum seu Solacium, etc.

3. **SOLATIUM**, Quodvis auxilium, Βούθηξ, Ayle. Jornandes de Rebus Geticis cap. 32 : Ita convenit pacisei, ut Placidiam sororem Principis redderet, suaque Solatia Romanae Reipublicae, ubi usus exigeret, non denegaret. Adde cap. 45. 53. 54. 58. Ita usurpant Gregorius M. lib. 1. Epist. 13. lib. 10. Epist. 25. Regula Tarnatensis, Regula S. Benedicti, etc. Gregorius Turon. lib. 5. cap. 39. lib. 6. cap. 12. 42. lib. 9. cap. 20. 29. 43. lib. 10. cap. 3. 9. Gesta Dagoberti cap. 27. Decretum Childeberti cap. 4. Lex Longob. lib. 1. tit. 6. § 1. tit. 9. § 2. tit. 14. § 2. [\* Roth. 41. 13. 22.] Capitula Caroli M. lib. 7. cap. 165. [\* 234.] Capitulum ann. 807. cap. 5. Freulfus tom. 2. Hist. lib. 4. cap. 22. Marculfus, etc. Vide Consolatio.

\* Soue et Souage, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1452. ex Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 204 : Icellu Paumelle, qui comme collecteur d'une taille assize, pour la Soue ou Souage du pays commun, en icelle ville de Gontalmaison, etc. Assouagement dicitur Emancipatio, in Cons. Petri de Font. cap. 34. art. 17 : Se tu ne t'asentis pas à le volenté ton pere, ne tu ne pues contre ceste cose estre aidies par son Assouagement.

¶ 4. **SOLATIUM**, Fidejussio, apud Macrois in Hierolex. ex leg. 3. de exercitibus. Vide in Solatiari.

5. **SOLATIUM**, Alia notione, [nempe pro Refectio.] Testamentum Bertichramni Episc. Cenoman. : Et Abbas loci illius Solatium praebant, et postea in crastinum Abbas dei illis dignissimam refectioem. Vide Consolatio 1.

¶ Haud scio an a Solatium hoc significato deducenda sit origo Gallicae Solain, qua in Chronico MS. Fiscarnensi portio monachica designatur; an a verbo Solere, quia quotidie solet praebere.

¶ 6. **SOLATIUM**, Colloquium. Epist. Roberti Prioris Celsiniensis ad Abbat. Cluniac. ann. 1409. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 1114 : Post autem fructum eorum Solatium, dominus Patriarcha intravit sacristiam, ubi eramus saltem quadraginta congregati de Concilio.

7. **SOLATIUM**, SOLACIUS, SOLATIA, Gallis Aide, Qui vel quae Monachis aut Monialibus officium et munus aliquod peragentibus in adjumentum datur. Chrodogangus Metensis Episc. in Regula Canon. cap. 9 : Imbecillibus autem proeurentur Solatia, ut non cum tristitia hoc faciant; sed habeant omnes Solatia, secundum modum congregationis, aut positionem loci. [Instr. ann. 1180. apud Lobinell. tom. 2.

Hist. Britan. col. 339 : Sub testibus his, Johanne de S. Servantio, Bernardo Priore S. Salvatoris de Dinan, et Jordano Solatio ejus, etc. Constit. Ordin. Vallis-caulium apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1655 : Qui magister erit de infirmitorio, loqui poterit cum Solatio.] Liber Ordin. S. Victoris Parisiensis MS. cap. 17 : Hospitarius major Solatium habere debet aliquem de conversis fratribus, etc. Occurrit ibi non semel, et in libro Usuum Ordin. Cisterciensis cap. 47. 90. 94. 115. apud Rainardum Abbat. Cisterc. in Instit. cap. 59. 75. in Statut. Ordin. Praemonst. dist. 1. cap. 10. et alibi passim, in Statutis Ordin. S. Gilberti pag. 745. 758. etc. ubi et Solatium interdum dicitur. Vide Consolatio.

**SOLATIA**, de Moniali, pag. 776 : Licet infirmariae monialium Solaciam habere. Habetur rursus pag. 764.

¶ 8. **SOLATIUM**, Ager cultus, f. pro Solanum. Chron. Siciliae ad ann. 1326. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 95 : Deinde redierunt usque ad mare Tonnuriae Solantis de tenimento Panormi, per ipsam eandem viam damnificantes vineas et Solatia inarimarum dictorum locorum Siciliae.

¶ **SOLATIUS**. Vide Solatium 7.

¶ **SOLATIVUS**, Qui solatium affert. Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. cap. 67. pag. 193 : Aliosque Solativos congratulandi modos, jocundos applausus, et consolaciones mutuas exercebant. Vide Solatiosus in Solatiari.

¶ **SOLATURA**, Pulveres et siliquae granarii, ab Ital. Solaro, granarium. Acta S. Franciscæ Rom. tom. 2. Mart. pag. 93 \* : Alio quoque tempore maximae penuriae, cum ejus vir vendidisset certam quantitatem frumenti, et in granario nihil remansisset, nisi quaedam paucitas quae dicitur la Solatura, B. Franciscæ id quod remanserat per eribrum dueens, pauperibus dedit.

¶ **SOLATURUS**, pro Solandus. Vita S. Dunstani tom. 4. Maii pag. 356 : Matris vice custodiendam ac pura virginitatis integritate Solaturam susceperat.

¶ 1. **SOLATUM**, Solatæ, f. Apertæ, pro solutæ. Acta ad Concil. Basileense apud Marten. tom. 8. Ampl. Collect. col. 244 : Nullus portet... corrigias auri vel argenti ornatum habentes, nec caligas Solatas, nec nitras siriceas. Joh. Demussis in Chron. Placent. apud Murator. tom. 16. col. 581 : Caligæ portantur Solatæ cum scarpis albis, de subtilis dictas caligas Solatas et in æstate et in hyeme, et aliquando portant scarpas et caligas Solatas cum punitis longis onciarum III.

\* Melius, ni fallor, ab Italico Solato, soleis consutus. Stat. MSS. eccl. S. Laur. Rom. : Canonice... caligas Solatas et arma offensiva in dictis processibus non portant. Vide Solatæ 3.

\* 2. **SOLATUS**, Pavimentis stratus. Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 94. ex Cod. reg. 4622. A : Item quod nulla persona..... aliquid aliud sordium projiciat in mercatum vel in vias publicas Solatas. Vide Solerare et mox Solere 2.

¶ 1. **SOLDA**, Taberna mercatoria, idem quod Selda : nisi etiam ita legendum sit, in Charta ann. 19. Richardi II. Reg. Angl. apud Th. Blount in Nomolex. : Remisi



mus... totum jus nostrum et clamium... in una Solda cum pertinentiis in Leominstr. scituata in alto vico inter Soldam quondam Ricardi Spicer et Soldam quae fuit Philippi Collinge.

\* 2. **SOLDA**, Fræx vinaria, Provinc. Soudo, Gall. *Lie*. Index portorii castri de Landon ann. 1378 : *Salmata Soldæ, duodecim denarios*.

\* **SOLDADA**, Valor unius solidi. Charitul. Celsinian. ch. 881 : *Dimitto etiam trecentos solidos aut trecentas Soldadas*. Vide in *Solidata*.

† **SOLDADERIUS**, **SOLDAERIUS**. Vide infra in *Solidata*.

† **SOLDANA**, Araris, Gall. *la Saone*. Charta ann. 1364. ex Regest. 98. Chartophyl. Reg. num. 3 : *Cum mercator remaneret per patriam Burgundiae inter Divisionem et Cabilonem super Soldanam tens in suas mercaturas, etc.*

† **SOLDANARIA**, **SOLDANATUS**, **SOLDANIA**, **SOLDANUS**. Vide in *Sultanus*.

\* **SOLDANUS**. Vide infra in *Syndicus*.

† 1. **SOLDARE**, pro *Solidare*, reficere. Anonymus Salern. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 228 : *Sed dum eorum scilicet res deperissent ibidem, nec sumtum haberent, quatenus naves fractas Soldarent, etc.*

† 2. **SOLDARE**, **SOLDARIUS**, **SOLDATA**. Vide infra *Solidata*.

\* **SOLDARIUM**, Agrarium, præstatio ex solo seu agris, idem quod *Solagium*. Charta Herman. march. ann. 1071. inter sched. Mabill. : *Ecclesia autem nostra sit libera et immunis a pensione Soldarii et ab exactione totius servitutis*. Vide mox *Soldator*.

**SOLDATARIA**, **SOLDADERA**, Meretrix : ab Hispanico *Soldada*, merces, stipendium : a merendo enim dictas meretrices observat Nonius, quæ mercede copiam corporis sui faciunt. Jacobus I. Rex Aragon. in Constitutionibus Cataloniae MSS. : *Statuimus, quod nos nec aliquis alius homo nec dominæ demus aliquid alicui joculari, vel joculariæ, sive Soldataria, sive militi salvatge, etc.* Et infra : *Statuimus, quod nullus jocular, vel jocularix, nec Soldataria, præsentis vel futuri, nec illa quæ olim fuit Soldataria, sedeat ad mensam Militis, nec Dominæ alicujus, nec ad gausape eorundem, nec comedant, nec jaceant cum aliqua Dominarum in uno loco, vel in una dono, nec osculentur aliquem eorundem*. Concilium Toletanum ann. 1324. cap. 2 : *Cæterum quia in partibus istis morbus detestandæ inhonestatis irrepsit, quod mulieres, quæ Soldaderas vulgariter nuncupantur, intrant publice domos Praelatorum et Magnatum ad comedendum et alia, loquentes prava et inhonestata colloquia, plerumque corruptentia bonos mores, facientes spectaculum de seipsis, etc.* Adde Chartam Dionysii Regis Portugal. æræ 1347. pro erectione Studii Coninbricensis apud Brandaon. tom. 4. Monarch. Lusitan. pag. 322. [Vide *Sodaria* in *Sodes*.]

† **SOLDATES**, **SOLDATUS**, **SOLDEARE**, **SOLDEARIUS**, **SOLDENARIUS**, **SOLDERIUS**. Vide in *Solidata*.

\* **SOLDATOR**, Soli seu territorii incola et cultor. Arest. ann. 1366. mens. Febr. in vol. 5. arestor. parlam. Paris : *Cum quadam die habitantes et Soldatores villæ Aureliaci,*

*cum magna multitudine gentium armorum, equitum et pedum venissent, etc.*

\* **SOLDEA**. Stat. ord. S. Joan. Hierosol. ann. 1584. tom. 2. Cod. Ital. diplom. col. 1887 : *Soldea a solido dicta, quod est numeri genus, Gallis, Italis, Hispanis usitatum; unde Soldea stipendium dictum est*. Ibid. col. 1789 : *Statuimus quod Soldeæ fratrum solvantur per totum mensem Septembris;... fratres autem qui de bonis ordinis nostri habent provisionem, aut domos aut alios reditus ultra sexaginta florenos Rhodi currentes, Soldeam a communi aerario non sumant*. Occurrit rursum col. 1825. Vide in *Solidata*.

**SOLDICUS**. Vide *Syndicus*.

† **SOLDINUS**, ut *Solidus*, Monetæ species. Continuat. Chron. Andr. Danduli apud Murator. tom. 12. col. 419 : *Item hoc tempore idem dominus Dux monetam mezinorum de novo fieri jussit, fecitque statutiones, quod Soldini amplius non fabricarentur*.

† **SOLDITIARIUS**, **SOLDUM**. Vide in *Solidata*.

\* **SOLDONERIUS**, Miles, qui stipendio meret, ab Italico *Soldo*, stipendium. Chron. Forojul. ad ann. 1305. in Append. ad Monum. eccl. Aquil. pag. 33. col. 1 : *Subito fecerunt impetum in eos quidam Theotonici, Soldonerii domini patriarchæ*. Vide in *Solidata*.

**SOLDURII**, Gallis veteribus dicti devoti homines, et utriusque fortunæ socii satellites principum. Horum meminere Cæsar. lib. 3. de Bello Gall. et Athenæus lib. 16. cap. 13. cui *σαλδουροι* dicuntur. [Clientes ab eodem Cæsare nuncupantur ibid. lib. 7. cap. 40. Vide Schilter. in Gloss. Teuton. et Carolum de Aquino in Lexico milit.] [\* Vide *Ambactus*.]

† **SOLDUS**, *Solidus*, ab Ital. *Soldo*. Oberti Cancellarii Annal. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 342 : *Sed quia tempus nimis erat ineptum et carnes et victualia deerant, per loca nobis vicina, ascendit, ut ita dicamus, mina grani pretio Soldorum decem*. Georg. Stella in iisdem Annal. apud eundem tom. 17. col. 1005 : *Anno 1272. fuit Janue frumenti quantitas modica, cuius mensura, quæ mina dicitur, Soldis xxv. in xxviii. fuit vendita*. Statuta Pallavic. lib. 1. cap. 31. fol. 38 : *Item pro productione testium, alicujus instrumenti publici, vel alterius scripturæ, solvat producens Soldum unum*. Vide in *Solidata*.

\* **SOLEA PEDIS**, Mensuræ species, eadem quæ *Passus*. Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Noster* fol. 340. rº : *xxiiij. Soleæ pedis faciunt perticaui... Pertica terræ facti xxiiij. passus seu Soleas pedis*.

† **SOLECLUM**, Umbella portatilis, Gall. *Parasol*, ab Ital. *Solecchio*. Galetanus in Ord. Romano cap. 46 : *Servientes albi erunt parati ad dextrandum equum, et ad portandum Soleclum et calcaria, capellum et capam contra aquam ne pluât, et mitrale*. Vide *Solinum* 1.

† **SOLEDEBAS**, pro *Soliditas*. Vide ibi.

† **SOLEBUS**, pro *Solidus*, in Testam. Bertichramni Episc. Cenoman. et aliis vett. Chartis passim.

1. **SOLEMNIA**, Solemnes et antiquæ præstationes in leg. 1. D. de Munerib.

(50, 4.) et apud Ammianum lib. 17. Menæa ad 31. Augusti : *Σολέμνιον διδόνσαι ἐτήσιον τὸ ταυτὸν λευτρὸν διὰ χροσιθεύλλου λόγου τετυρωπάκασι*. Vide Glossar. med. Græcit. in *Σολέμνια*.

† 2. **SOLEMNIA**, fem. gen. pro *Solemne*. S. Sturmii Abb. Fuld. Consuet. : *Peracta autem Missarum Solemnia, incipientes antiphonam eunt in refectorio*. Vide *Solemnum*.

† **SOLEMNIS**, Illustris, clarus, insignis. Vita Innocentii PP. IV. cap. 39. apud Baluz. tom. 7. Miscell. pag. 399 : *Alios quoque plures Solemnes dominos curiæ patris et suæ, Comites videlicet et Barones, ipsos citavit summus Pontifex*. Litteræ Universit. Paris. ad Carolum Reg. Franc. ann. 1394. tom. 6. Spicil. Acher. pag. 83 : *Jussit paterna vestra benignitas ut vias, modos et formas quibus ad hanc concordiam maturius veniretur per deputatos nostros, Solemnes utique viros et discretos, cum majoribus vestris Consiliariis conveniendo excogitarentur*. Eadem notione *Solennel* usurparunt nostrates. Mandata data Episc. Noviom. alisque ad Papam deputatis ex Bibl. Reg. : *Hugue le Renvoisie doit de Rouen Solennel maistre en Theologie*. Ibid. : *Martin Gasel son fiscien (du Roy) Solennel maistre en Medecine*. Litteræ Caroli V. Regis Franc. ann. 1364. tom. 4. Ordinât. pag. 473 : *Considerans que nostre Hostel de Paris, appelé l'ostel de S. Pol, lequel nous avons acheté et fait édifier de noz propres deniers, en Hostel Solennel et de granz esbatemens, etc.*

† **SOLEMPNIS**, Eodem significatu, apud Ludewig. tom. 1. Reliq. MSS. pag. 291 : *Ut vero præfata capella Solempnior habeatur, etc. Solempnæ marmoreæ, apud Leibnit. tom. 1. Script. Brunsvic. tom. 1. pag. 260. pro Columnæ marmoreæ, ni fallor.*

† **SOLEMNITAS**, Juris formula, præscripta ratio, Gall. *Formalité*. Concil. Trevir. ann. 1310. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 242 : *Statuimus ut deinceps in nostra civitate, diocesi et provincia Trevirensi, hujusmodi institutiones seu incorporationes ecclesiarum non fiant, nisi vocatis et presentibus omnibus qui fuerint evocandi, Solemnitates adhibeantur, etc.* [\* Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Zierheit*, col. 2161.]

† **SOLEMNITER**, Communitus, in Epist. Goffridi Vindocin. apud Mabillon. tom. 5. Annal. Bened. pag. 399.

† **SOLEMNIUM**, Solemnitas. Mirac. S. Wlfrani tom. 3. Mart. pag. 155 : *Peracto Solemnio, Rotomagum pergens, de virtute facta utrumque parentem diligenter inquisivi*. Vita S. August. Cantuar. tom. 6. Mail. pag. 394 : *O quanto Solemnio adornatus et coronatus tunc omne cælum*. Vide *Solemnia* 2.

**SOLEMNIZARE**, Publicare, vulgare. Alanus de Insulis in Planctu nature : *In præfate autem virginis adventu, quasi suas renovando naturas, omnia Solemnizare credens elementa*. Will. Armoricus in Philippo Aug. ann. 1216. de PP : *Et in ipso sermone Solemnizavit excommunicationes in Ludovicum et in suos*.

Vulgo autem *Solemnizare*, est *solemne festum agere*, quomodo usurpant Petrus Blesensis serm. 24. Cæsarius Heisterbach.



lib. 9. cap. 15. lib. 11. cap. 2. et alii. Pseudo Ovidius lib. 1. de Vetula :

E contra durum est Solemnizare quod ille Conculcat.

¶ SOLENNIZARE, Eadem notione. Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. cap. 26. pag. 61 : *Illic vero tres leopardi aurei, in agro lascivientes purpureo, apparatus regium non modicum Solemnizant.* Ibidem cap. 30. pag. 72 : *Gesta ejus (Henrici) nova et insolita ponderantes, novis et insolitis gaudiis Solemnizant.* Vita S. Bernardi Menthon. tom. 2. Jun. pag. 1078 : *Festo anctæ Trin itatis Solemnizato, etc.*

\* SOLEMNISARE VOTUM, Publice vota religionis emitte. Charta Aurembiax comit. Urgel. ann. 1228. tom. 1. Probat. Hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 28 : *Solemnisantes votum juxta regulam ordinis S. Jacobi.*

¶ SOLEMPNIZATIO, Festum solemne. Litteræ Edwardi II. Reg. Angl. ann. 1308. apud Rymer. tom. 3. pag. 53 : *Ut dictis die et loco, Solempnizationi prædictæ personaliter intersint.*

¶ SOLLEMPNIZATIO MATRIMONII, in Charta ann. 1369. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 350 : *Præmisit dictus dom. Dalphinus se soluturum... 500. florenos nuri ponderis prædictorum infra unum annum a dicta die Sollempnizationis matrimonii incipiendum et computandum.*

\* SOLEMPNE, Solemnis et antiqua præstatio. Instruct. Pisan. legat. ad Alex. imper. CP. ann. 1199. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 1492 : *Petant (legati) ut faciat reædificare ecclesias et casas et embulum et hospitale, et petant pensiones ipsarum domorum, et petant Solempne de annis decursis et decursuris.* Vide Solemnia 1.

\* SOLEMPNIS, Celebris, speetabilis, Gall. *Considérable.* Charta ann. 1402. in Reg. 157. Chartoph. reg. ch. 247 : *Dicta villa de Vauro et castrum regium junctum cum ea, quod est valde Solempne.* Alia ann. 1455. in Cod. reg. 5956. A. fol. 238. vº : *In dicto flumine (Vidassoa) est et fuit ab antiquo ædificatum Solempne molendinum.* Solempne, eodem sensu, in Lit. ann. 1372. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 606 : *Comme après la ville de la Rochelle, le lieu de Bourgneuf soit le plus Solempne et aisé lieu du pais d'Aunys.* Serement Solempne, Authenticum sacramentum, in aliis ann. 1371. ibid. pag. 461. Vide Solemnis.

\* SOLENNIS, Eodem significato. Acta S. Sebaldi tom. 3. Aug. pag. 771. col. 2 : *Cum.... vas lucidum, in quo potus cernitur, non haberet, a vicino quodam vitrum Solenne excredidit.*

\* SOLLEMPNIS DOMUS, Ecclesia major. Pontif. vetustiss. MS. ubi de Consecrat. eccl. : *Per septem dies in ecclesia missa celebratur, Et ab illa die usque ad octavam sine intermissione luminaria ardeant. Et si Solempnis domus est, præcipiat episcopus, ut per totidem noctes nocturna laus ibi celebratur.*

\* SOLENTIA, pro Solita, solemnia, ut videtur D. *Bouquet* ad Carm. Erm. Nigel. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 14 :

Regni jura movent, renovantque Solentia reges, Quisque suos fines ut tueatur adit.

**SOLERARE**, Pavimentum componere, vel soleas calceamenti resarcire, in Gloss. MSS. Gloss. Isid. : *Solerare, id est solidare, a solus, soleris, id est solidum.* [Vide Solare 3.]

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Solerare, semeler solers.*

¶ SOLERATUS, SOLERTUM. Vide Solarium 1.

\* 1. SOLERE, *Sola* seu pila ludere, nostris *Soler.* Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 560 : *Cum iidem fratres causa solacii accessissent ad cnpnos, ubi juvenes dicte ville de S. Ferreolo... Solebant,.... et ipsis fratribus sibi ad invicem inseguendo pilam obviantibus, etc.* Aliæ ann. 1420. in Reg. 171. ch. 282 : *Jehan Cailliel requis au suppliant que il vousist estre à un esbatment, que on dit la Soloire, pour eulx y esbatre et Soler.* Vide supra *Soln* 7. et infra *Soula*.

\* 2. SOLERE, Pavimentis sternere, nostris alias *Soler*, unde *Soleure*, ipsum pavimentum. Reg. Phil. Aug. part. 1. in Chartoph. reg. sign. 34. bis fol. 96. rº. col. 2 : *Tota turris (de Ribemont) volvenda, planchnnda et Solenda,.... et turriculam, que erit ante portam, oportet volvere et desuper facere j. estage.* Lit. remiss. ann. 1385. in Reg. 128. ch. 10 : *Lequel Richart se conseilla de faire Soler de pierre une maison qu'ila près de Rouen.... Iceulx carreaux desquelx il avoit entencion de faire ladite Soleure, etc.* Vide supra *Solatus* 2.

\* SOLERTIUS, Solum, pavimentum. Lit. remiss. ann. 1450. in Reg. 186. Chartoph. reg. ch. 39 : *Supplicans cepit dictum Laurentium de retro per capsanam, ipsumque sic captum binis vicibus in terram sive Solerium dicte aulae prostravit.* Vide alia notione in *Solarium* 1.

\* SOLERTIUS, Vide supra *Solarius* 2.

¶ SOLERTIZATUS, Solers, diligens. Vita MS. S. Firmini Episc. Ambian. et Conf. : *Solertizatus studio verbis blandis nitentur stimulare.* Vide mox in *Solertus*.

¶ SOLESTUS, ut *Solertizatus*, in Statuto Caroli Johannis Reg. Franc. primogen. ann. 1358. tom. 3. Ordin. pag. 338 : *Per Solertam inquestam per deputatos ipsius domini et nostros faciendam, etc.*

\* SOLESTRIS, pro *Silvestris* vel *Solitaris*, incultus. Charta Hugon. reg. Ital. ann. 928. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 271 : *Tam cultis quam agris, seu habitantibus quam inhabitantibus, sive Solestres quamque publicis, etc.* Vide infra in *Sylva*.

¶ SOLETUS, Calceus, Gallis *Soulier*. Statuta Monast. de Valle Dei apud Stephanot. tom. 4. Fragm. MSS. pag. 460 : *Singulis duobus annis (dat) botas et Soletos et baas bis in anno, si fuerit necesse. Solers,* in Charta ann. 1386. apud Lobinell. tom. 2. Histor. Britan. col. 673 : *Item un Solers de cuir fermant o lns de fil. Item Soleres, greves, poulains et cuissols garnies de snmgnes de haubergerie et estoffez souffisament.*

¶ SOLEVARE, Sublevare, Ital. *Sollevere*, Gallice *Soulever*. Sebast. Perus. in Vita B. Columbæ Reat. tom. 5. Maii pag. 381 \* : *Et quinonim præ lassitudine assurgere de stratu laboraret, quidam suaserant suspenso fune Solvari.*

\* SOLEUM, pro *Solium*, Loculamentum sepulchrale, ut interpretatur Muratorius tom. 3. Inscript. pag. 1654. 6 : *Ex DONATIONE UNUM SOLEUM POSSIDET.* Vide *Solium* 1.

\* SOLFA. Vide supra *Soffn*.

¶ SOLFIZARE, Musicales notas canere, Ital. *Solfare, Solfeggiare*, Gall. *Solfier*. Georgius Rhau : *Si cantum quempiam volueris Solfizare, consideres oportet in primis ejus tonum. Solvisare, eadem notione, in Gemma.* Vide *Solmfacio*.

SOLGUS. Charta Alfonsi I. Regis æræ 1157. pro Cæsaraugustanis, apud Michaëlem del Molino in Repertorio pag. 265. col. 3 : *Et persolto vobis totas illas aquas, quod pesquetis, ubi poteritis. Sed totos illos Solgos qui fuerint ibi presos sedant meos, et prendat eos meo Merino per ad me.* [Videtur esse genus piscis.]

\* Lucius. Vide infra *Sollus*.

\* SOLIA, Locus in ecclesia inter prænitentes quarti gradus et sanctuarium, apud Thiers de Ambon. cap. 17. pag. 118.

SOLIAR, δῆραξ, in Gloss. Græc. Lat. MS. [Codex Reg. *Solium*,] in edito, *Solar*, Sella, currus, lectica.

¶ SOLIARDUS, SOLLIARDUS, Coquina minister. Statutum Humberti II. ann. 1340. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 394. col. 1 : *Item in eadem coquina duos valletos pedites Soliardos in Hospitio comedentes, qui portant insignia seu arma coquinae, et quilibet eorum habent tres florenos pro salario suo per annum. Ipsi nanque Soliardi in omnibus obediunt Magistro coquinae, nec obmittant lavare scutellas et incisorios et alia vasa coquinae, illasque recuperare per Hospitium et per cameram ubicunque, ita quod nullo sero recedant, quin omnia bene lavata et polita remanent pro die presenti.* Aliud ann. 1336. ibid. pag. 309. col. 2 : *Item, Bocherius et Genovesius sint Solliardi coquinae.* Infra pag. 30. col. 1 : *Item, unus Solliardus coquinae pedes, unus valletus panaterie.* Nostri *Soullart*, eodem significato, dixerunt. Statuta Monast. Elnon. MSS. : *Item lesdits Religieux Abbé et Convent auront.... un seul quench ou cuisinier qui ara unq serviteur appelé Soullart à gaiges.* A Gall. *Souillé*, inquinatus, conspurcatus; unde etiam nostrum *Souillon*, culinarius mediastinus.

¶ SOYLLARDUS, Eadem notione, in eodem Statuto ann. 1340. ibid. pag. 404. col. 2 : *Item, sit in exercitio officii dicte coquinae unus cocus pro persona dicte Dalphinæ, et cocus unus alter pro tinello, secumque unus famulus dimidius cocus, et duo valletii Soyllardi debeant deputari.*

\* Nostris alias *Soullart*. Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 116. Chartoph. reg. ch. 54. *Le valleton Soullart de la cuisine sonna une paille.* Aliæ ann. 1397. in Reg. 151. ch. 296 : *Comment Soullart de cuisine, vous en faut parler?* Hinc *Soullart* in contemptum, ut et vox *Soullardnille*, usurpatur, in aliis Lit. ann. 1373. ex Reg. 105. ch. 120 : *Icelui Dieppe appelloit ledit Bourgoinçon larron, Soullart garsson,.... se il cuidoit que il eust paour de telx Soullardaille.*

¶ SOLIARE. Charta Italica ann. 1345 : *Si aliquis Soliaverit aliquas cavas, vel scalnaverit, seu spoliaverit, caligerit salices, etc.* Ubi leg. videtur *Sfoliaverit*, foliis nudaverit.



† **SOLIATA**, pro *Foliata* editum in Ordine Cluniac. Bernardi Monachi part. 1. cap. 7. Vide in *Foliata* 2.

† **SOLICANUS**, Qui solus canit. Mart. Capella lib. 2. pag. 33 : *Musæ nunc Solicanæ, nunc concinentes.*

† **SOLICATIO**, Solis fervor. Cælius Aurel. Tard. lib. 4. cap. 2 : *Solicationes, quas Græci ἡλιώσις vocant, adhibendæ sunt.*

† **SOLICITATOR**. Vide in *Sollicitare*.

† **SOLICLARI**, ἡλιζέσα, in Gloss. Lat. Gr. MSS. Sangerman.

\* **SOLICULUM**, Umbella, Ital. *Solicchio*. Inventar. MS. thes. Sedis Apost. ann. 1295 : *Item unum pomum, cum uno angelo de argento deaurato, quod est in Soliculo, et lanceam ipsius Soliculi, in quo sunt caniculi argentei.* Vide *Soleclum*.

\* **SOLICULUS**, diminut. a Sole, in Vita S. Walburg. tom. 3. Febr. pag. 528. col. 1.

**SOLIDA STATA**. Chartæ Angilranni Episcopi Metensis ann. 770. apud Meurissium pag. 176. 177 : *Cum integris terminis Solidisque statis eorum ad eas res pertinentibus vel aspicientibus, etc.* [Vide infra *Solidatum*.]

† **SOLIDAMENTUM**, Firmamentum, id quo aliquid solidum fit : vox Architectis nota. Vide *Smaltum*. Angelomus in Genesis cap. 1. apud Pezium tom. 1. Anecd. part. 1. col. 64 : *Et nisi aqua aliquod Solidamentum haberet, corpora hominum natiu et volucrum non ferret.* Wicboldi Quæst. in Octav. apud Marten. tom. 9. Ampl. Collect. col. 319 : *Secunda die disposuit Deus firmamentum, id est Solidamentum sanctorum Scripturarum.* Hinc stellarum fixarum orbem veteres firmamentum vel *Solidamentum* vocabant, quod ex materia solida fingebant esse compositum : unde in Missali Mozarabum apud Marten. de Div. Offic. pag. 177. legitur in Cantic. *Benedictus : Benedictus es in Solidamento cæli, ubi diciuntur, in firmamento cæli.*

† **SOLIDANTER**, Solide. Vita S. Aviti tom. 3. Jun. pag. 357 : *Quia in caritate ruditatum et Solidanter fundatum, docuit eum scire supremam scientiam caritatis Christi.*

† **SOLIDANTIA**, Idem quod *Ligantia*, [\*qua vassallus unius tantum domini Ligius est.] Dominium, seu jus quod dominus habet in vassallum, qui ligio seu *solido* hominio obnoxius est. Vide in *Ligius* pag. 111. et infra *Solidus* 1. Hominium Ermengaldo Comiti Urgell. præstitum ab Arnaldo de Castro-bono ann. 1206. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1069 : *Ego Arnaldus de Castro-bono per me et per omnes successores meos in perpetuum recognosco vobis domino meo Ermengaldo Dei gratia Urgelensi Comiti omnem fidelitatem et dominium et Solidantium quam vobis facere debeo, scilicet de castro d'Estamarid, et de omnibus ejus terminis, etc.*

† 1. **SOLIDARE**, Confirmare, asserere. Tabul. sancti Vincentii Cenom. : *Guido de Chesneio assensu fratrum suorum Gaufridi et Mathei quandam decimam quam habebat in parochia de Curtis-montibus S. Vincentio dedit, et domum super altare cum fratribus suis possit et Solidavit.* Charta ann. 1067. apud Marten. tom. 2. Ampl. Collect. col.

73 : *Cumque non posset alodium Genape ecclesiæ Solidare, et ipse disposuisset iter suum Romam accelerare, iterum suum alodium Sprimont 60. marcas accepit, et admonitus de priori alodio Genape, ne de non Solidata traditione in ecclesiâ peccaret, statuit ut alodium Sprimont pro illo in fideimanus ecclesiæ traderet, si tamen aut ipse aut successor suus Genape ecclesiæ non Solidaret, et mutuata non restitueret.*

† 2. **SOLIDARE**, Firmare, munire. Rolandinus Patav. in Chron. Tarvis. apud Murator. tom. 8. col. 321 : *Militia et populus Montis-silicis merito collatatur, ... cum Solidatus sit totus Paduanus districtus.*

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Fermar, Prov. fidejubere, firmare, Solidare.*

† 3. **SOLIDARE**, Stipendium præbere ; ut et

† **SOLIDARIUS**, Stipendiarius. Vide in *Solidata*.

**SOLIDATA**, Valor unius solidi. Charta ann. 1069. apud Sammarthanos in Archiep. Aquensib. num. 22 : *Constitutum est ab utrisque, ut Abbas Rotlannus et Monachi Archiepiscopo Rostagno tunc temporis 240. Solidatas darent, et omni anno persolverent in censum sanctæ Aquensi Ecclesiæ in die Sabbati sancti duas libras legales incensi optimi, etc.* Rainundus de Agiles pag. 153 : *Coria vero boum et equorum, et alia neglecta ex longo tempore illa similiter diu cocta, karissime vendebantur, adeo ut duas Solidatas quilibet comedere posset.* Tabularium Lucense, apud Marcam in Hist. Beneharn. lib. 4. cap. 6 : *Inde accepit Vicecomes ipse unum mulum de mille solidis, et duos equos de mille Solidatis.* Statutum pro Hospitio Philippi M. Regis Franc. ann. 1317 : *Le Canclier s'il est Prelut, ne prandra riens à court ; et s'il est simple Clerc, cinq Souldées de pain, trois sestiers de vin, etc.*

† *Solidatum* accipi debere pro valore unius solidi suadent cum ipsa vocis origo, tum Chartæ veteres plurimæ, in quibus hæc vox occurrit. Aliæ nihilominus exstant quæ *Solidatum* a solido distinguunt, et majoris vel minoris esse pretii quam solidus innuere videntur ; adeo ut rem lectoris iudicio permittendam esse satius existimemus. Unum esse cum solido præter allata a doctiss. Cangio probant Charta ann. 1118. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occit. col. 405 : *Et propter hoc accepimus a te quingentas Solidatas.* Alia ann. 1140. ibid. col. 492 : *Propter hoc mihi firmasti dare quinque millia Solidatus ad primam festivitatem S. Michaelis.* Testament. Ermengaudi Episc. Agathensis ann. 1149. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 323 : *Nepoti meo Guillelmo de Subiras relinquo equum et mulum et ducentos solidos vel Solidatas.* Charta ann. 1237. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 19 : *Dominus Comitatus cisdeni centum Solidatas, vel centum solidos dare tunc teatur in reversu suo citra bornam.* Chartul. majus S. Victoris Massil. pag. 91 : *Dedi in pretium centum Solidatas grandes et largas.* Charta ann. 1203. ex Tabul. B. M. de Bono nuntio Rotomag. : *Concessi in perpetuum hereditagium prior et conventui B. M. de prato iuxta Rothomagum quatuor Solidatas et dimidium monetæ*

*currentis annui redditus.* Tabular. Fiscann. : *Concessi... tres Solidatas redditus pro suo servitio quod mihi quondam fecerunt.* Index MS. benefic. Eccl. Constant. fol. 46. vº : *Abbas de S. Salvatore percipit centum Solidatas decimarum leguminum et bladorum.* Adde Spicil. Acher. tom. 9. pag. 144. Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 149. etc. At vero a solido secerunt Charta sub Rodulfo Rege ex Chartul. Aptensi fol. 64 : *Unde et accepimus de te pretium, sicut inter nos et te bonæ fidei placuit atque convenit, in merce placibile Solidatas viginti duas, hoc est, de illa terra et de illa vinea solidos sex et denarios decem, et post te nihil remansit indebitæ.* Sententia ann. circ. 1080. ex Biblioth. Colbert. : *Debet Inubertus mittere tria millia Solidatas ad pretium vicecomitatis et solidos centum quinquaginta de danno de batallero, et Bernardus de Aviciano debet emendare Imberto tenezonem ipsius honoris quam fecerat solidos quinquaginta, et debet mittere in batallia Solidatas mille quingentas ad pretium vicecomitatis, et centum quinquaginta solidos de dampno de batallero.* Tabular. Pontisar. : *Pro vadimonio LX. solidorum Monachi Pontisaresenses dederunt xxxv. Solidatas, et quando dabit xxv. solidos, habebunt remanentem.* Charta ann. 1112. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 382 : *Ego Bernardus Atonis donavi tibi Rainundo Comiti quindecim millia inter solidos et Solidatas Melgorienses.* Idem innuitur supra ex Tabul. Lucensi. *Solidata* pro 12. solidis computari videtur in Charta ann. 1134. ex Chartul. Saviniac. fol. 137 : *Definitum est ut hominum faceret abbati, et ita ipsa die centum Solidate ab abbate illi darentur.* Pro hac acquisitione donavimus ei 1200. sol. Rem definitivisset, si eadem die 1200. solidos persoluto fuisse dixisset.

\* *Souldée*, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1385. ex Reg. 128. Chartoph. reg. ch. 227 : *Comme le suppliant eust acheté en la ville d'Arras dix Souldées de petites mailles, qui n'estoient pas de nostre coing, etc.*

† **SOLIDATUS**, Eodem significato. Chartul. sancti Vandreg. tom. 1. pag. 387 : *Concessi... quatuor Solidatus Turon. annui redditus.*

† **SOLIDATA**, Idem quod *Pondus*, libra, ni fallor. Charta censualis Leduini Abbat. S. Vedasti ann. 1036. ex Chartul. V. ejusd. Mon. f. 243 : *Quinque Solidatæ lance, 1. den. Quinque Solidatæ saxæ carnis, 1. den.* Tabul. Gemmet. : *Comes Robertus, vel quicumque terram tenebit hæres suos ex devotione, recognitione etiam, quod sæpeditum castellum in terra Gemmeticensis Monasterii est scitum, singulis annis in festo Apostolorum Petri et Pauli decem Solidatas cere tradet Priori de Beu, unde fiet creus, quem idem Prior ad Gemmeticense Monasterium deferet, ut accensus in die festo ad memoriam et honorem ibi affulgeat.* Testam. Bernardi de Turre ann. 1317. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 570 : *Præcipio quod legatum eidem Monialibus factum per bonæ memorie patrem meum quondam reddatur eisdem, videlicet decem Solidate panis quilibet die Lune in perpetuum cujuslibet septinanz ante Missam.* Inquisitio MS. pro canonizat. S.



Yvonis : *Cum non esset de pane plus quam septem vel octo Solidate, et esset magna caristia panis; fuerant ibi plusquam 200. pauperes qui de isto pane elemosinam habuerunt. Souldée de pain, eadem notione, supra ex Statuto ann. 1317.*

\* *Libra cuius valor aestimatur uno solido, ut efficitur ex Chartul. S. Germ. Prat. sign. tribus crucibus fol. 87. v<sup>o</sup>. col. 2 : Unus modius vini, quinque Solidate carnis, vel si maluerit, quinque solidi. Charta ann. 1268. ex Tabul. Cartus. B. M. de Parco : Giletas de Monte Guidonis armiger dedit in perpetuum elemosinam B. Mariæ de Parco quinque Solidatas framenti annui redditus. Decem Solidatas piscium, in Necrol. priorat. S. Rob. Cornill. ex Cod. reg. 5247.*

SOLIDATA TERRÆ, Modus agri ad valorem annuum unius solidi. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 112 : *Anselmus de Gorney dedit... quinque Solidatas terræ in Beverstona, cum advocacione ejusdem villæ, etc. Tom. 2. pag. 98 : Quadraginta Solidatas in villa de Hebi, etc. Infra : Terram de Riseberga, quæ solebat reddere 30. solidos, etc. Charta Seguini Episcopi Matiscon. ann. 1260 : Cum Guillelmus de Oblato Miles ab Ecclesia Claviacensi 60. Solidatas terræ teneret in feudum, etc. Regestum feodorum Campaniæ fol. 69 : Debet facere continuum estagium apud S. Menoldim, et domina Comitissa debet ei assignare centum Solidatas terræ. Intra : Amaarricas li Rocles ligius de domo patris sui de Cepelte, et furno ejusdem villæ, et centum Solidatis terræ, quas domina Comitissa illi debuit assignare, etc. Fol. 108 : Petrus de Raella fecit homagium de domo sua de Ruella, et de centum Solidatis terræ in Castellania Meldensi. Charta Philippæ D. de Rameruco ann. 1227. in Tabulario Campaniæ Thuano : Assignat terram illam, quam Ecclesia B. Margarete apud Richebore habebat pro trecentis et viginti tribus libratibus terræ, duabus Solidatis minus. Alia Roberti Ducis Burgundiæ ann. 1274 : En tele manere, que de chascane cent Soudées de terre et de rante, que lidiz Gaillaumes Chevaliers ha en ladite ville d'Ayone et ès appartenances, lidiz Abbez et lidiz Couanz li doivent donner cent livres. [Charta ann. 1312. tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 198 : Item la moitié da four de ladite ville de S. Fiaere estimé en la valeur de soixante Soudées de terre par an. Charta Rodulphi Ducis Lothar. ann. 1341. in Hist. Mediani Monast. pag. 354 : Tenetur assignare abbati et conventui... decem Solidatas terræ ad parvos Turonenses solvendo anno quolibet.] Adde Will. Thorn pag. 1805. 1806. Vide *Libra terræ et Denariata.**

\* Vox varie a nostratibus reddita : *Soisante Soudées à Parisis de terre, in Charta ann. 1265. ex Chartul. S. Joan. Laudun. Alia ann. 1294. ex Chartul. 21. Corb. fol. 93. v<sup>o</sup> : Tout ce que j'avoie à Thanes et oa terroir de ladite ville,.... est. prisie en le valeur de quarente et une livre, chieuc Saudées et trois denrées de terre chacun an. Solée, in alia ann. 1339. ibid. fol. 139. v<sup>o</sup>.*

SOLIDATA, Stipendium unius solidi, quod datur militi. Eadmerus lib. de Similitudinib. S. Anselmi cap. 39 : *Ille vero servium ei velut militantes pro Solidatis, etc. Adde cap. 80. Querimonia Berengarii Vi-*

cecomitis Narbonensis adversus Guiffredum Archiep. Narbonensem ann. 1056 : *Et munera illa suis militibus per Solidatas distribuit. i. vice solidataram. Infra : Et eos, qui illos ceperunt, patrocinat, et dat eis Solidatas. Charta Joannis Regis Angl. apud Matth. Paris ann. 1213 : Et qui terram non habent, ut arma habere possint, illuc veniant ad capiendas Solidatas nostras.*

SOLDATA. Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oscæ ann. 1247. fol. 8 : *Tunc debet ei dare integrum salarium secundum forum, scilicet quantum Soldatam convenit, pro qua tunc debebat ei servire.*

SOLDADA, apud Brandanem tom. 4. Monarch. Lusian. pag. 304. v. Nostris *Solée, Soudée et soldée* dicunt. Catholicon parvum : *Stipendium, Soudée. Le Roman de Garin MS :*

Qui veut Soudées, ne demorer à mi,  
Or. et argent aura à soo plessir.

Alibi :

Qui en Soudées fut au Roy Anseis.

Assisiæ Hierosolym. MSS. cap. 130 : *Se Chevalier, ou Sergeant d'armes, oa autre, qui ait esté sodoier, se veaut clamer de son Seigneur, ou de sa Dame, de ce que l'on li doit de sa deserte de ses Soudées, il se doit clamer au Connestable, etc. Le Roman d'Auberi MS :*

Dedens Cortric s'est en Soudées mis.

Infra :

Cil qui vint sa les Soudées queraot.

Philippus Mouskes MS :

Et les Soudées departoit  
As Sergens et as Chevaliers.

[Le Roman de Blanchardin MS :

A chacun a doné Soldées,  
Ou en deniers, ou en denrées.]

Chron. Flandriæ cap. 107 : *Et alerent à lui plusieurs Alemans à Soudées à Tenremonde. Octavianus de S. Gelais in Viridario honoris :*

En celui temps se leva une noise  
Entre Juifs, et nos gens de Souldée,  
Tant de la garde Francoise qu'Escussoise.

*Soldée, apud Willharduinum n. 120. Sos, in iisdem Assisiis Hierosolym. cap. 230 : Doit querre un autre Chevalier, et retenir à ses Sos, qui sont usés de doner comunement à pays, se le deshaitié n'avoit plus grant Sos. Mais se il avoit plus grant, et il ne le peat trouver à tenir Sos comuns de la terre, etc. Et infra : Et vées enci la monoie des Sos dou Chevalier selon le cours des Soudées comunes de cetui Roiaume. [Soae, in Continuata Hist. Belli sacri Guillelmi Tyrii apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 657 : Il saisi toutes lor rentes et lor terres, et les assembla à sa Soue et à son benefice.]*

\* *Sos, in Hist. Guill. Tyrii apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 645 : Manda par tout paenime querre chevaliers et serjans, et il lor donroit bon Sous. Soubz-dée, eodem significatu, in Lit. remiss. ann. 1411. ex Reg. 165 Chartoph. reg. ch. 294 : Lequel jeune homme dist au suppliant qu'il le ferait recevoir et passer aux Soubz-dées et gaiges du duc de Boarbo.*

SOLIDUM, Idem quod *Solidata. Albertus*

*Aquensis lib. 7. cap. 58 : Nec longo post hæc intervallo Rex a militibus suis in urbe Japhet pro pecunia angustatus est, quam illis debeat pro conventione solidorum, etc. Occurrit rursus eod. cap. Idem lib. 10. cap. 41 : Advenit Galli, qui conventione Solidorum Imperatori militabant, etc. Lanfrancus Epist. 35 : Qui vero Rodulpho traditori et sociis ejas sine terra pro Solidis servierunt, etc. Habetur etiam in Epistola Comitissæ S. Pauli de prima CP. expugnatione.*

SOLDUM. Conradus Usperg. in Henrico VI : *Imperator vero c. millia marcarum sibi ab eodem data fecit militibus dari in Soldam. Idem Uspergensis in Philippo Imper. : Hic cum non haberet pecaniam, quibus salarii sive Solda præberet militibus, primus cepit distrahere prædia, quæ Pater suas Fridericus Imperator lute acquisierat in Alemaniam. Histor. Cortusiorum lib. 2 : Stipendiarii omnino cesserunt a Soldo Paduæ. [Charta ann. 1327. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 213. col. 2 : Cui libet eorum (Armigerum) pro suo Soldo sive stipendio cujuslibet mensis decem florenos auri dumtaxat assignando. Rolandinus Patav in Chron. Tarvis. apud Murator. tom. 8. col. 308 : Aperte lamentari coperant, quod Soldam sive salarii a suo sibi Comuni promissum penitus habere non poterant.]*

¶ *SOLDUS, Eadem notione. Barthol. Scribæ Annal. Genuens. ad ann. 1224. apud Murator. tom. 6. col. 437 : Et insuper alios milites habuit ad Soldos in partibus ipsis. Ibid. ad ann. 1243. col. 503 : Tunc Potestas celebrato consilio, de voluntate ipsius consilii processit, at haberentur ad Soldos Communis Janæ milites, etc.*

¶ *SOLIDUS, Eodem intellectu. Epist. Friderici II. Imper. apud Marten. tom. 2. Ampl. Collect. col. 1200 : Ducentos quinquaginta milites regni nostri, quos anno prædicto de pecunia ecclesiæ quietatos, sequenti anno ad Solidos nostros ibi fecimus detineri.*

\* *SOLIDATA, Salarium, merces. Constit. MSS. Alf. II. reg. Aragon. ann. 1333 : Qui cum aliis pro domesticis et familiaribus morabuntur post mortem dominorum, non possint tenere salarii seu Solidatam, nisi probaverint, quod eis promissum fuerit certam salarii seu Solidatam. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. : Sub pensione annuali decem octo libralium framenti, pro labore seu Solidata ditorum duorum bonum.*

SOLDARE, Stipendium præbere, Gall. *Soudoier, Italis Soldare. Senator lib. 3. Var. 51 : Menstrua eum duximus largitate Solidandum. Petrus de Vineis lib. 1. Epist. 1 : Per satellites suos de pauperum patrimonio Solidatos. Adde lib. 2. Epist. 49. Thwrocizius in Geisa Rege Hungar. cap. 54 : Et licet pecuniam dedisset affluenter pro militibus Solidandis, etc. [Chron. Sicilia apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 79 : In quo (castro) fuerant viri pedites balistrerii et lancierii 300. Panormitanenses, proinde Solidati per universitatem Panormi. Oberti Aniales Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 397 : Ostendit sibi valde adhuc esse necessaria libras MCC. pro galeis armandis, etc. et Solidatis militibus.]*

¶ *SOLDARE, SOLDEARE, Eadem notione. Sallas Malaspinae de Reb. Sicul. lib. 2.*



cap. 15. tom. 6. Miscell. Baluz. pag. 245 : *Multos de ipsu decimu equites cum dicto Karolo venturos in regnum Soldat. Et cap. 16. pag. 247 : Quos (milites) summus Pontifex prædicitur in ejusdem Ferrerii subsidium Soldari fecerat.* Barthol. Scribæ Annal. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 511 : *Dom. Innocentius Papa fecit Soldari in Lugduno milites MD. quos in subsidium Parmensium et aliorum Lombardorum destinabat.* Ibid. col. 473 : *Dictus autem Carbonus dum... destinatus fuisset in Siciliam, causa accipiendi et Soldeandi milites, et ducendi eos ad obsidionem Septe, etc.*

**SOLIDARIJ**, Milites, qui stipendio merent, qui *Solidatum* accipiunt pro stipendio, *Soudoiers*, Froissart 1. vol. cap. 147. [Litteræ Joannis Reg. Franc. ann. 1355. tom. 3. Ordinatio. pag. 36 : *Et pour ce que pour fournir nostre guerre, il nous convient avoir des Soudoiers dehors notre royaume, tant de gens de cheval, comme de pie, etc.*] Leges Henrici I. Reg. Angl. cap. 8 : *Conductiti, vel Solidarii, vel stipendiarii.* Ordericus Vital. lib. 4 : *Solidarios milites convocavit, omnesque, regali munificentia pro militari servitute remuneratos, donum abire benigniter permisit.* Utuntur Galbertus in Vita Caroli Comit. Flandr. n. 81. 121. Herimannus de Restaurat. S. Martini Tornacensis cap. 42. Fulcherius Carnotensis lib. 2. cap. 42. Florentius Wigorn. ann. 1051. 1085. 1094. Otto Frising. lib. 1. de Gestis Frider. cap. 42. Will. Tyrius lib. 22. cap. 23. Simeon Dunelmensis ann. 1085. 1094. Radulfus de Diceto ann. 1051. Sugerius Epist. 153. etc. Assisæ Hierosol. MSS. cap. 131 : *Par l'Assise et usage du Royaume de Hierusalem nul ne doit donner congé à son Sodoier, que il ne le paie, ou face paier, et le Conestable le peut de ce destraindre. Mais se le Sodoier prent congé, et le Seigneur li done, il n'est pus tenu de paier le, que de tant de tems, come il a servi.* Cap. 132 : *Qui donne congé à son Sodoier dedans le mois 4. jours, il le doit paier de tout le mois, par l'assise et usage dou Royaume de Hierusalem, et le Sodoier, qui prent congé de son Seigneur, et il demeure dou mois à parfaire trois jours, ou plus, il pert sa deserte de celui mois, ne ne doit estre paie.*

**SOLIDARIJ REGIÆ** *privatæ Masnedæ*, aliquot subscribunt Diplomata Willelmi Regis Siciliæ ann. 1183. apud Rocchum Pirurum in Archiepiscopis Montis regal.

**SOLDARIUS**, ex Gallico obsoleto *Soldar*. Hugo Flaviniacensis de Carolo Martello : *Tantu dedit militibus, quos Soldarios vocari nos obtinuit, qui ex omnibus mundi partibus causa questus ad eum concurrebant, etc.* Gesta Abbatum Lobiensium pag. 599 : *Excrevit in tantum adversus nos adversitas Soldariorum, ut villas mensæ nostræ congruentes sibi vendicare velint. Mox : Factores hujus rei sunt Soldarii Oibaldus, etc. quibus insuper et solidos auxit.* Brompton. ann. 1051 : *Rex Edwardus Anglos u gravi tributo solvit, quod eis pater suus propter Danorum Soldarios imposuerat.* Radulfus de Diceto habet hoc loco *Solidarios*. [Chr. Angl. Th. Otterbourne pag. 252 : *Supervenientes Soldarii Calisæ, dissolvi fecerunt obsidionem.* Oberti Cancellarii Annal. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 299 : *Et insuper omni*

*tempore custodiam castris et merita Soldariorum de propriis præstarent.* Occurrit rursum col. 438. et tom. 3. Hist. Harcur. pag. 65.] Will. Brito lib. Philipp. 10. de quadam meretrice bellatrice :

Quæ generosa nimis Soldaria facta, relicto  
Conjuge, castra suo privabat significato.

† **SOLDADERIUS**, Eodem significato. Caffari Annal. Genuens. ad ann. 1158. apud Murator. tom. 6. col. 270 : *Soldaderios, balisterios et archiferos tot ad civitatem miserunt, etc.* Chron. Parmense ad ann. 1296. apud eundem tom. 9. col. 834 : *Item eodem anno in die carnisprivi Soldaderii Communis Purmæ equitaverunt versus Guardaxoum.*

† **SOLDAERIUS**, in Memor. Potestatum Regiens. ad ann. 1284. apud eundem Murator. tom. 8. col. 1161 : *Miserunt Florentiam et ad alias Thuscæ civitates, ut conducant Solduerios ad congregandum exercitum.*

† **SOLDATES**, in Chron. Veronensi ibid. col. 649 : *Et cum ejus militu cepit eosdem dominos Hectorem de Panico, et predictos tam cum omnibus equitibus suis, quin Soldatibus dictæ lige.*

**SOLDATUS**, ex Gallico *Soldat*. Thwroczius in Calomano Rege Ungar. cap. 62 : *Quæ quidem civitates per Soldatos Parisanorum missos per Casarem expulsis Venetis sunt rehabitæ.* In Ludovico Rege cap. 19 : *Centum et 20. Soldatos urmatos gentis permixte, etc.* [Tabul. S. Martialis Lemovic. : *Non tenetur ad nutriendos Soldatos.* Regimina Paduæ apud Murator. tom. 8. col. 431 : *Et tunc cassati fuerunt Soldati domini Oderici.* *Soldatus equester vel pedester*, in Statutis Vercell. lib. 1. fol. 13. Adde Ludewig. tom. 4. Reliq. MSS. pag. 442. et Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 1513.] Glossæ Basil. : *Κολέδατες, στρατιώτης.* Ubi legendum *σολδατες*.

† **SOLDEARIUS**, in Charta apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 241 : *Fuit cum eis quidam miles Soldearius nomine Tangui filius Brienci.*

**SOLDENARIUS**, Eadem notione, ex Gallico *Saudenier*, quæ vox occurrit in Chronico Flandr. cap. 85. Gesta Philippi III. Regis Franc. pag. 538 : *In Romania destinavit D. Joannem de Apia Conitem cum Soldenariis francigenis fere octingentis.*

† **SOLDERIUS**. Barthol. Scribæ Annal. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 493 : *Missi fuerunt milites Solderii centum, et quamplures pedites per mare, etc.*

† **SOLDITIARIUS**, in Litteris Edwardi II. Regis Angl. ann. 1315. apud Rymer. tom. 3. pag. 543 : *Predictum argentum in usus vestros fuit conversum et quibusdam vestris Solditiariis pro suis stipendiis distributum.*

\* **SOLIDATARIUS**, Miles, qui stipendio meret. Lit. remiss. ann. 1356. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 732 : *Prænominati Soldatarii sic missi a dicto exercita;... ipsos Soldatarios... adeo debellarunt, etc.*

\* **SOUDERARIUS**, Eadem notione, in Lit. remiss. ann. 1358. ex Reg. 87. Chartoph. reg. ch. 141 : *Stephanus de Rocherolles bastardus, archerius, Souderariusque in castro Pontis archæ, etc.* Nostris, *Soudoier* et *Sodéer*. Lit. remiss. ann. 1392. in Reg.

143. ch. 88 : *Deux hommes Soudoiers de nostre très-cher et très-amé cousin le conte de Boulougne, etc.* Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Noster* fol. 269. rº. ubi de militibus ad partes transmarinas missis : *Item se insins estoit, que par le Soudan ou par autre grant nécessité, il fust mestiers que il feist aures granz mises et despens, ou en galies, ou en Sodciers retenu ou autrement, etc.* Neque aliter intelligenda videtur vox *Soudenier*, in Reg. B. 2. ejusd. Cam. fol. 122. rº : *L'un 1336. sur ce que Jehan de Flours procureur ou commissaire sur le fait de la marque donnée contre les Genevois et les Saonois, avoit fait arrester à Paris Faudin Soudenier de Florance, etc.* Le Roman de Robert le Diable MS :

Assemble grant chevalerie,  
Et sergens et abalesters.  
Tant a porquis de Soudoyers,  
Que la terre gaste et essille.

† **SOLIDATIO**, Decisio, confirmatio. Charta ann. 1377. ex Bibl. Reg. : *Quod si posset Rex pacem et Solidacionem istius controversie per pecuniam habere, de quo non eramus certi, nullum pecuniam plangere deberet.*

1. **SOLIDATUM**, Quidquid in solidum possidetur. Gesta Dagoberti Regis cap. 13 : *Reddensque ei Solidatum, quod aspiciabat ad regnum Austrasiarum, hoc totum exinde, quod citra Ligerim, vel Provincie partibus situm erut, suæ ditioni retinuit.* Idem cap. 32 : *Insuper sacramentis firmaverunt, ut Nepricum et Burgundia Solidato ordine ad regnum Hludovici post Dagoberti Regis discessum aspiceret.* Eadem habet Chronicon Fredegarii cap. 53. 76. Aurelianus Episcopus in Epist. ad Theudebertum Regem : *Pratero generis tui stemma sydereum : taceo et istud, quod unicus sceptris, multiplex populis, gente varius, dominatione unitus, Solidus regno, diffusus imperio.* Ex solido possidere, opponitur ex beneficio, apud Will. Malmesbur. lib. 1. de Gestis Pontificum : *Urbem (Cantuariam), quam Archiepiscopus Lanfrancus hubuerat ex beneficio, isti (Anselmo) concessi ex Solido, id est jure proprietatis et allodii possidendam.* Hinc

† **SOLIDE HABERE**, est jure proprietatis et allodii possidere, in Charta ann. 1116. ex majori Chartul. S. Victoris Massil. : *Altera pars, scilicet Monachi S. Victoris, habebat aliam medietatem Solide et libere, quia predictum honor totus est alodium S. Victoris.*

2. **SOLIDATUM**. Papias : *Fusum, Solidatum, stratum.*

\* **SOLIDATURA**, a Gallico *Soudure*, Ferrumen. Comput. fabr. S. Petri Insul. ann. 1367. ex Tabul. ejusd. eccl. : *Item pro tredecim libris Solidaturæ, xvij. sol.*

† **SOLIDATUS**, ut *Solidata*. Vide ibi. † **SOLIDITAS**, Solum, fundus, ni fallor. Charta Pipini Reg. ann. 763. apud Calmet. inter Probat. tom. 1. Hist. Lothar. col. 276 : *Donamus ad ipsum monasterium (Prumiense) villam nostram in pago Eflunse, qui dicitur Sarabodis villa, una cum terminis, vel Soliditate, vel appendiciis suis, etc.* Vide *Solanum*.

† **SOLEDETES**, Eadem notione, in Charta ann. 690. inter Probat. Hist. S. Germ.



Paris. pag. 5 : *Cum onne merito, vel age-  
ciencias et Soledetates suas, sicut a nobis  
presente tempore est possessum.*

\* 2. **SOLIDITAS**, Stabilitas, constantia.  
Juram. Hincmari in Conc. Pontingon. ann.  
876 : *Sic promitto ego, quia.... neque per  
me, neque per missam.... contra suum hon-  
orem et suam, ecclesie atque regni illi  
commissi quietem et tranquillitatem atque  
Soliditatem machinabo.*

\* 3. **SOLIDITAS**, Gelu, congelatio.  
Vita S. Emmer. tom. 6. Sept. pag. 480.  
col. 2 : *Cepit namque humus sacæ ameni-  
tatis crescere, abi beatus episcopus meubro-  
ruum sectionem passus fuerat, ita ut in cubiti  
altitudinem se coacervaret, et a nivium in-  
fusione atque hiemali Soliditate se defende-  
ret. Vide Solidamentum.*

\* **SOLIDITER**, Solide, vel in solidam.  
Charta Eudon. Montisfort. ann. 1266. ex  
Bibl. reg. : *Quæ omnia integrauda et invio-  
labilitate observanda, nos et hæredes nostros  
omnia bona nostra presentia et futura Soli-  
diter obligamus. Vide Solidanter.*

† **SOLIDUM**. In solidum, vulgo *Soli-  
dairement*. Charta ann. 1353. apud Lude-  
wig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 540 : *Promi-  
tentes in Solidum bona fide, etc.* Charta  
ann. 1354. apud Baluz. tom. 2. Hist. Ar-  
vern. pag. 320 : *Constituerunt se et quæ-  
libet eorum in Solidum deytas, etc.* Vide in  
*Solidata*.

1. **SOLIDUS**, Ligius, vassallus in solidum.  
Charta Oldegarii Episcopi Barcinon.  
in illius Vita n. 37 : *Nulla erit licentia ali-  
cui extraneæ personæ donare, nisi illi,  
qui ita sit fidelis et Solidus homo Ecclesie no-  
stræ, sicut ta. Ibidem : Jaro ego, ... quod ab  
hac die et deinceps fidelis homo et Solidus  
ero tibi et Ecclesie tuæ. Usatici Barcinonen-  
ses MSS. cap. 20 : *Cum suo seniore, cujus  
Solidus sit. Cap. 31 : Qui Solidus est de se-  
niore, optime debet illi servire, vel secundum  
posse, vel secundum illorum conventionem,  
et senior debet eam habere contra cuictos,  
et nullus contra eum. Propterea nullas debet fa-  
cere solidantiam, nisi ad unum Solidum se-  
niorem, nisi concesserit ei senior, cujus pri-  
mum Solidus fuerat. Le Roman de la Rose :**

Dame voïci, il est mes sires,  
Je suis son home liges entiers.

Vide *Hominiū solidum*, [et *Solidantia*.]

2. **SOLIDUS**, pro Aureo ante Constan-  
tinum Mag. usurpatus vix legitur, uti ob-  
servatum a Scaligeri lib. de Re nummaria :  
quo tum imperante vulgo obtinuit, quod  
etiam attigimus in Dissertatione de Impe-  
ratorum Constantinopolitanorum numi-  
smatibus, ex Codice Theodosiano. Grego-  
rius M. lib. 1. Dial. cap. 9 : *Repente in sina  
suo 12. aureos invenit ita fulgentes, tanquam  
ex igne producti eadem hora fuissent. Qui  
mox de Ecclesia egressus, eos in sinum furen-  
tis Presbyteri projecit, dicens : Ecce habes  
Solidos, quos quæsisisti, etc.* Adde lib. 1.  
Epist. 23. 54. Gregorius Turonensis lib.  
10. cap. 31. num. 16 : *Aaram etiam, quod  
decessor ejus reliquerat, amplius quam 20.  
millia solidorum pauperibus erogavit. Vide  
enndem lib. 4. de Miraculis S. Martini cap.  
39. Solidam pariter pro aureo usurpat For-  
tunatus in Vita S. Germani Parisiensis cap.  
22. Solidus auro adpretiatus, in Lege Baju-*

var. tit. 1. cap. 4. § 1. cap. 6. § 2. cap. 10.  
§ 2. tit. 3. cap. 14. § 3. *Solidus aureus in-  
tegrè ponderis, in Lege Wisigoth. lib. 7.  
tit. 6. § 5. Solidus auri, in Edicto Theo-  
derici Reg. § 150. Charta Karломanni  
Regis apud Beslium in Regibus Aquitan.  
pag. 42 : Trecentorum Solidorum auri ad  
purum excocti se noverit pœna multandum.  
Odorannus in Chron. ann. 1031 : *Miserant  
etiani a Parisiis per manum Odoranni Mo-  
nachi auri Solidos 17. et denarios 8. et gem-  
mas pretiosissimas, etc. Solidi auri optimi,  
apud Helgaudum in Roberto Rege pag. 68.  
Vide Covarruviam de Veterum numisma-  
tum collatione cap. 3. [et Hæftenum in  
cap. 27. Vitæ S. Benedicti.]**

**SOLIDI AUREI** pretium apud Gallos et  
Francos diversum fuit, pro temporum ra-  
tione. In Lege Salica, passim, *Solidus* con-  
stitisse dicitur 40. denariis argenteis. Hinc-  
marus in Vita S. Remigii : *In testamento,  
a B. Remigio condito, lector attendat, quia  
Solidorum quantitas numero 40. denariorum  
comparatur, sicut tunc solidi habebantur, (al.  
agebantur,) et in Francorum Lege Salica  
continetur : et generaliter in solutione usque  
ad tempora Karoli perduravit, velut in ejus  
capitulis continetur, (al. invenitur.) Ita in  
Capitulo Ludovici Pii ann. 819. de inter-  
pretat. Legis Salicæ cap. 2. et 4. solidus  
etiam accipitur. Pretium igitur solidi im-  
mutatum, a Pipino Rege scilicet. Synodus  
Remensis cap. 41 : *Ut donuus Imperator  
secundum statutum bonæ memoriæ Pipini  
misericordiam faciat, ne Solidi, qui in Lege  
habentur, per 40. denarios discurant, quon-  
iam propter eos multo perjuriam multaque  
falsa testimonia reperiuntur. Taxata enim  
fuit tunc temporis solidi quantitas 12. de-  
nariis, idque firmatum a Carolo M. lib. 4.  
Capit. cap. 75. [\*\* Capit. Ticin. ann. 801.  
cap. 11. Capit. Ludov. P. ann. 816. cap. 2.  
Pertzio Leg. tom. 1. pag. 85. et 196.] : *Ut  
omnis solutio atque compositio, quæ in Lege  
Salica continetur, inter Francos per 12. de-  
nariorum Solidum componatur : excepto, ubi  
contentio inter Saxones et Frisiones exorta  
fuerit. Ibi volumus, ad 40. denariorum quan-  
titate Solidas habere; quæ vel Saxo, vel  
Frisio, ad partem Salici Franci cum eo liti-  
gantis solvere debet. Ita fere in Lege Longob.  
lib. 2. tit. 22. § 1. 2. et 3. [\*\* Carol. M. 76. 91.  
Ludov. P. 2.] nisi quod pro 40. den. 60. præ-  
ferunt editiones Boërii et Lindenbrogii; sed  
perperam, ut opinor. Capitula ejusdem  
Caroli ann. 797. edita ab Holstenio § 11 :  
*In argento 12. denarios Solidum faciunt : et  
in aliis speciebus ad istud pretium omnes  
æstimationes compositionis sunt. Id etiam  
firmatum deinceps a Ludovico Pio cap. 3.  
tit. 75. Hinc solidus 12. denariorum fuisse  
dicitur, in Capitul. 2. Karломanni cap. 2.  
in iisdem Capitul. Caroli M. lib. 3. cap.  
30. lib. 5. cap. 3. in Addit. 1. Ludov. Pii  
cap. 57. et in Synodo Liptinensi cap. 2.  
Sed et apud Hungaros, aureus, qui idem  
cum solido, 40. denariis argenteis valuit  
sub Bela I. Rege, ut auctor est Thwroczius  
cap. 45.****

Errantem Lindenbrogium, cui non  
pauci accesserunt, minus caute secutus est  
Vir doctissimus. Existimat ille unum eum-  
demque esse solidum, qui a 40. denariis,  
quibus primum constabat, ad 12. denarios

a Pipino est adductus : quod falsum omnino  
est; primus aureus erat, alter argenteus.  
Et quidem absurda et hactenus inaudita  
ejusmodi imminutio. Errandi occasione  
præbuit laudata Synodus Remensis, ejus  
mentem minime assecutus est Lindenbro-  
gius. Id quippe unum docet muletas quæ  
prius 40. denariorum fuerant, a Pipino  
Rege sagacissimo ad 12. denarios reductas  
fuisse, ut sibi populos aretius devinciret.  
In usu publico erant solidi aurei etiam sub  
Philippo I. Rege Franc. ut ex Litteris ann.  
1077. constat : *Cui literæ intulerit mille So-  
lidos auri componat. Iis successere floreni.  
Vide le Blanc Tract. de Monetis pag. 39.  
et seqq.*

**SOLIDI AUREI** divisio alia fuit apud Ro-  
manos, nempe, in 6000. denarios æreos,  
quos λεπτά Græci vocant, in quot τέλαντον,  
sive solidum dividi scribit Suidas. Seuator  
lib. 1. Epist. 10 : *Sex millia denariorum So-  
lidum esse voluerat.*

**SOLIDI ARGENTEI**, in Bulla Benedicti  
VII. PP. in Bullario Cluniacensi pag. 6.  
Ævo sequiori, solidi ex argento, et quidem  
subæroto cudi cœpere : quibus assignati  
denarii perinde 12. ac aureo; sed ii ærei  
minutuli. Atque ita *solidum* usurpatum  
docet Covarruvias libr. de Collat. veterum  
numismat. cap. 3. § 2. n. 7. et seqq. Charta  
fundationis Monasterii S. Severi in Vasco-  
nia apud Marcam lib. 3. Hist. Beneharn.  
cap. 8 : *Dando illis trecentos Solidos duos  
denarios argenti, quadraginta quinque vac-  
cas cum multis aliis rebus. Tabularium ejus-  
dem Monasterii apud eundem Marcam  
lib. 3. cap. 11 : Trecentos Solidos argenti  
duodenarii denariorum. Charta Joannis  
Regis Angliæ tom. 1. Monastici Anglic.  
pag. 352 : *Terram de Bradeham, de qua  
nobis reddi solebant per annum 50. Solidi  
blanci.**

**SOLIDUS**, apud Saxones, duplex fuit :  
unus enim habuit 2. tremisses, alter tres  
tremisses. Majori solido alii compositiones,  
minori homicidia componebantur. Ita Lex  
Saxonum tit. 18. [Adde Capitulare Saxonum  
Caroli M. ann. 797. cap. 11.]

**SOLIDI ANGLICANI**, *Sols Engleis*, in Le-  
gibus vernaculis Willelmi Nothi cap. 13.  
ubi 40. denarii constitisse innuitur : *Del  
Dei après le poeier 15. Sols de solt Engleis,  
ço est quærs deniers. [\*\* Thorp. cap. 11. quæ  
est apele quær deurier.] Quæ quidem verba  
ultima de 40. denariis capiendi existimo,  
ut quæ, sit pro querante, ut tunc effere-  
bant. Mentio est præterea solidorum An-  
glicanorum cap. 19. 21. 41. Ut tamen non  
temere affirmem, facit Caius de Antiq.  
Cantabrig. Academia pag. 209 : *Illud in-  
terim scire licet, aliam fuisse rationem soli-  
dorum ætate Ælfrici, quam nostra : nam  
per ea tempora 30. denarii faciebant sex  
Solidos, nostra vero daos tantum et semis-  
sem. [\*\* Vide Phillips. de Jure Anglos. not.  
286. Lapp. Histor. Angl. tom. 1. pag. 627.]**

\*\* **SOLIDI BORTRENSIS**. Vide *Bortren*.

\* **SOLIDI CAROLICI**, valoris scilicet a Ca-  
rolo M. assignati, in Charta inter Præbat.  
Hist. Brit. tom. 1. col. 298 : *Pignotavit....  
salinam, quæ vocatur Permet,.... pro 20. Ca-  
rolicis Solidis, usque ad caput 7. annorum.*

\* **SOLIDI CONSTANTINATI**, f. pro *Con-  
stantinici*, ut in Charta ann. 882. cujus



meminit Muratorius tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 789. quos non alios a Byzantiis fuisse putat vir eruditus. Alia ann. 1051. ibid. col. 790 : *Obligavit se et suos heredes componere custodiis ipsius ecclesie ducentos auri Solidos Constantinos. Solidi Constantini non semel occurrunt in Episc. Salernitan. apud Ughellum, ubi scribendum Constantiniani aut Constantinopolitani suspicatur idem Muratorius.*

\* SOLIDI DENARIORUM, in Charta ann. 1329. tom. 2. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Hontheim pag. 113. col. 1 : *Ad quod (officium) pertinet decima in Morscheit, cum jure patronatus ecclesie et censibus annuis xxxix. Solidorum denariorum Trevirensum.*

SOLIDI FRANCI, in Formula 82. apud Lindenbrogium. Francisci seu Francici, in Tabulario Casauriensi, in Charta exarata sub Carolo et Pipino Regibus, et Ildebrando Duce Spoletano : *Idcirco constat, me Pessido vendidisse tibi Aderisi Sculdasio cartularios, et vinearios in loco, qui dicitur in Vico, hoc est, pro Solidis 7. Franciscis et bove uno, et grano modiorum 12. Alibi : Et pretium recepi a te, valente Solidos 20. Franciscos. Occurrit ibi pluries. Idem videntur, qui solidi Galliarum appellatur apud Gregorium M. lib. 5. Epist. 10. quos in Italia expendi non potuisse scribit : quia minore æstimatione taxabatur aurum Gallicum, ut est in Novella Majoriani, ut pote longe Romano deterius : Nullus Solidum integri ponderis calumniosæ adprobationis obtentu recuset exactor, excepto eo Gallico, cujus aurum minore æstimatione taxatur.*

SOLIDI GENAURNSES, Gothici, Ardariani. Vide Dissertationem nostram de Imperatorum Constantinopolitanorum Monetis.

¶ SOLIDI INFERENDALES. Vide Inferenda.  
\* SOLIDI LONGI, An quia in perpetuum solvendi? Charta ann. 1216. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 2. pag. 70. col. 1 : *Præfatus V. miles et S. mater ejus quondam susceperunt ab ecclesia aream illam, sub censu sex Solidorum longorum, annuatim in nativitate S. Mariæ persolvendorum.... Sæpe dicti V. et S. contulerunt ecclesie duas areas, ... quæ sex Solidos longos annuatim in perpetuum ecclesie persolvent.*

¶ SOLIDI LOVANIENSES. Charta ann. 1253. apud Miræum tom. 1. pag. 424. col. 2 : *Tenemur annuatim solvere in Trajecto duas marcas Colonienses, triginta Solidos Lovanienses pro marca.*

¶ SOLIDI OBOLORUM, in Charta Balduini Episc. Noviom. ann. 1154. ex Tabul. Corbeiensis : *Quinquaginta Solidos obolorum quos pro terra, pratis et nemore de Albincort... pro quinquaginta libris obolorum vobis in perpetuum indulsit. Charta apud Stephanot. tom. 3. Antiqu. Bened. Pictav. MSS. pag. 129 : Dom. Rodolphus de Tilia Miles habet ad mutationem Abbatum 30. Solidos veterum pro quibus habuit 15. solidos Marchenses. Ita etiam leg. videtur in Charta Edwardi I. Reg. Angl. ann. 1283. apud Rymer. tom. 2. pag. 263 : Quicumque voluerit, poterit facere farnum in dicta villa et in barris dictæ villæ.... Dabit, cujus erit, nobis quolibet anno semel 10. Solidos olberum.*

\* SOLIDI MARCOSI, Veneti, ut opinor; quia nomine seu effigie S. Marci insigniti erant; de moneta enim aurea Francica intelligi nullatenus posse mihi videtur. Pactum inter Lothar. imper. et Venetos ann. 848. in Dissert. D. Zanetti de Orig. et antiq. monetæ Venet. laudata in Diar. exot. mens. Jun. ann. 1754. pag. 6 : *Voluit ut pro sex Marcosis Solidis ab uno homine sacramentum recipiatur, et ita usque ad duodecim libras Veneticorum semper adendo per duodecim juratores electos perveniat, ut quantæ sint libræ, tanti sint etiam juratores.*

\*\* SOLIDI OBRIZIACI. Vide Obriziacus.

\* SOLIDI PROTESTATI, f. Usuales, vel testa seu effigie insigniti. Charta ann. 759. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 555 : *Accepi a te Ganderis rectore monasterii sanctæ Dei Genitricis Mariæ, sito intra civitate Brixia, ex saculo prædicti monasterii auri Solidos novos protestatos ac coloratos, pensantes numero tria millia octingentos quinquaginta, etc.*

\* SOLIDI REGALES, Nummi aurei Francici. Stat. Massil. lib. 1. cap. 35 : *Qui summam seu valorem trium Solidorum regalium non excedant. Vide Regales 2.*

¶ SOLIDI REGIS, dicitur quædam tributi et vectigalis species, quæ Regi, pro ingructe aliqua necessitate, præstatur : qua notione dicimus *Denters royaux*. Chartul. AB. Sangerman. fol. 5. vº : *Debemus nobis cavere quando assidemus Solidos domini Regis supra terram nostram, quod non cogimus homines de Anthoiguiaco solvere aliquid de prædictis solidis, nisi rata contingens eos excedat summam c. librar. Paris. cum ipsi habeant kartam a nobis quod ille c. libre in quibus nobis tenentur annuatim pro manumissione sua, tenent eisdem locum, et primo debent computari in illis solidis eo anno quo dom. Rex levat prædictos solidos a nobis. Charta ann. 1249. ex lib. Anniversar. ejusd. Monast. fol. 217 : *Erunt immunes et liberi a prædictis manumortua, forismaritagio, et tallia annua ad placitum, ... hoc salvo nobis et ecclesie nostre quod eo anno quo dom. Rex a nobis Solidos suos levabit, a dictis hominibus solidos levare poterimus, quos habito respectu ad solidos nobis impositos et terram nostram tallibilen levandos viderimus bona fide. Huc spectat Charta Philippi Aug. ann. 1181. ex Tabul. ejusdem Monast. : Philippus Dei gratia Francorum Rex. Noverint universi... quia nos dilectum Hugonem Abbatem S. Germani de Pratis requisivimus ut in negotiorum nostrorum necessitate subveniret nobis de suo largiendo, quod et bono animo fecit : inde est quod volumus et præcipimus ut omnes tam hospites quam homines ejus ecclesie ipsi ad summam pecunie solvendam, quam nobis promissit, auxilium faciant.**

SOLIDI ROMANI, Imperatorum Romanorum. Præfatio ad Legem Burgundionum : *Si quis sane judicium, tam Barbarus quam Romanus.... forsitan non ea, quæ Leges continent, judicaverit, 30. Solidos Romanos se noverit inlaturum.*

\* SOLIDI STERLINGORUM, ibidem. Vide Esterlingus.

DE SOLIDO, et denario sponsare. Lex Salica tit. 4. § 1 : *Qui viduam accipere vult, cum*

*tribus testibus, qui adprobare debent, tres Solidos æque pensantes et denarium habere debet, et hoc factu, si eis convenit, viduam accipiat. Formulæ vet. Pithœi cap. 55. in MS : Placuit atque convenit, ut ego tibi de Solido et denario secundum Legem Salicam sponsare deberem, quod ita.... feci. Ego ille sponsus tuus, dum taliter placuit atque convenit apud parentes nostros, communes ab utrasque partes aptisantes, ut tibi de Solido et denario secundum Legem Salicam sponsare deberem, etc. Cap. 60 : Eo quod ante hos dies filiolum nomine illa per Solido et denario et enarras habui desponsata. Infra : Convenit, ut ipse ille ipso Solido et denario de ipsas arras ante plures bonis hominibus, et pro ipso exentio scilicet tant. etc. Vide Form. Lindenbrogii 75. Fredegarius in Epit. cap. 18 : *Legatos ad Gundebaldum dirigit, petens, ut Chrotechildem neptem suam ei in conjugium sociandam traderet. Quod ille denegare metuens, et sperans amicitiam cum Chlodoveo inire, eam daturum spondit. Legati offerentes Solidum et denarium, ut mos erat Francorum, eam partibus Chlodovei sponsum, placitum ad præsens petentes, ut ipsam ad conjugium traderet Chlodoveo. In Lege Saxonum tit. 6. tit. 7. § 3 : uxorem ducturus parentibus ejus vel tutori 300. solidos dare jubetur. Emtionem imaginariam in Romanorum nuptiis intervenisse, pueris etiam notum est. Rem præcæteris perstrinxit Brissonius de Ritu nuptiarum pag. 480.**

¶ IN SOLIDO et Libra contribuere, Gall. *Au sol la livre*, in Charta ann. 1405. ex Tabul. S. Victoris Massiliensis.

\* SOLIDUS, Pondus, libra, cujus valor æstimatur uno solido. Arest. parlam. Paris. ann. 1379. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 411 : *Pro viginti Solidis piscium saluatorum, missorum et apportatorum ad villam nostram Parisiensem, unus alius denarius, etc. Vide supra in Solidata.*

¶ 3. SOLIDUS, prudens, sapiens. Chron. Johan. Whetamstedii pag. 429 : *Gaudens congaudeo... quia... jam meis in temporibus per fratrem Solidum, sobrium et modestum, etc. Occurrit rursus pag. 434.*

\* Solitament, Prudenter, sapienter, in Lit. remiss. ann. 1409. ex Reg. 164. Charthoph. reg. ch. 192 : *Le nire rapporta que icellui Colin avoit maladie curable, et que il se gouvernast Solitament et sobrement.*

¶ SOLIFOSSOR, Qui terram fodit. Mantuanus :

Faniscæ, Solifossore, nautæ atque bubulci.

¶ SOLIFUGUM ANIMAL, Idem quod Isidoro lib. 12. Orig. cap. 3. *Solifuga*, Festo *Solipunga*, quod genus est, inquit, bestiole maleficæ, quod acris concitatusque fit fervore solis : unde etiam nomen trahit. *Solpuga*, Plinio lib. 8. cap. 43. *Solpuga*, apud Lucanum lib. 9. v. 837. Gervasius Tilber. in Otiis Imper. apud Leibnit. tom. 1. Script. Brunsvic. pag. 923 : *In Sardinia nec lupus ex antiquo nec serpens gignitur. In ea est Solifugum animal, morsu homines perimens.*

¶ SOLIGRADUS, Qui solus graditur, apud Nokterum Balbulum lib. de Interpret. Script. cap. 4. Locus est in *Latigradus*.



**SOLILOQUIUM**, est, cum ad interrogationem ipsi nobis respondemus. Ita Papias et Gloss. Arabico-Lat. ejusmodi est *Soliloquium* S. Augustini.

\* **SOLIMARA**, Divinitatis nomen apud Romanos, de qua Valesius in Vales. pag. 42.

1. **SOLINUM**, Umbraculum, quo sol arcetur, nostris *Dais*, [*Parasol*.] Vincentius Belvac. lib. 32. cap. 22 : *Et cum equitat, semper portat Solinum vel tentoriolum super caput ejus in hasta, sicque faciunt cuncti majores principes Tartarorum, et etiam uxores eorum*. Cap. 35 : *Quoddam etiam Solinum, sive tentoriolum, quod super caput Imperatoris portatur, fuit eidem presentatum, quod totum erat cum gemmis preparatum*. [Vide *Soleclum*.]

2. **SOLINUM**, vel **SOLINUS TERRE**, in Domesday ubi 7. *Solini vel solina terræ, sunt 7. carrucate* : sic enim legendum puto apud Edw. Cokum ad Littletonem sect. 1. pro 17. Somnerus quippe *solinum* cum *swollynga* confundit, id est, *hyda*, seu *carrucata*. Will. Thorn. ann. 1206 : *Fuit enim cum hundredo antiquis temporibus, pertinens ad cameram Monachorum S. Augustini, et defendebat se* pro 5. *Solinis, et fuit appressiatum ad 19. lib. ut patet in Domesday Regis Willelmi*. Vide *Swollynga*.

3. **SOLINUM**. Charta Tancredi Principis Antiochiæ, apud Ughellum tom. 4. pag. 1166 : *Tertiam partem cuncti reditus Solini, qui inde exierit, maris et terræ, et rugam Antiochiæ una cum Ecclesia S. Joannis, etc.* Infra : *Et secunda pars portus Laodiceæ, portus et terræ, ut de Solino rugam Antiochiæ cum Ecclesia similiter, etc.* [Vide *Solanum*.]

\* Nostris *Solin* et *Sollin*, pro *Rez de chaussée*, *Solum*, domus pars inferior. Reg. 13. Corb. sign. *Habacuc* ad ann. 1512. fol. 132 : *Lequelle voyerie se comporte et estend en la layeur, qui est présentement entre les anciens Solins desdites mesures et les murs de ladite forteresse*. Aliud sign. *Cæsar* ex eod. Tabul. fol. 100. vº : *A esté donné conglé... pour mettre terraulx au long des Sollins d'icelle maison*. Vide supra *Soculus*.

\* **SOLIS**, pro *Solus*, errabundus. B. de Amoribus in Speculo Sacerdotum MS. cap. 11 :

Pastor ovem Solem quærit portatque repertam;  
Sic et tu quæras errantes atque reducas.

**SOLITANEUS**, [Rarus, inusitatus, singularis. *Solitanci dolores stomachi*, apud Marcell. Empir. cap. 20.] Octavius Horatianus lib. 3. Rerum Medicar. in Præfat. : *Et quoniam hæc ratio tota medendi indiget diligentia, Solitaneum libellum confeci de mulierum curis, Solitaneum, inquam, et remotum a publico spectaculo*.

† **SOLITARITAS**, Simplicitas. Otto Frising. in Friderico I. apud Murator. tom. 6. col. 644 : *Unde necessario ex simplicitatis, singularitatis, Solitaritatis, ut ita dicam, natura, resolutionis necessitudinem excludit*.

\* **SOLITARIUS**, pro *Solidarius*, ni fallor, Miles, qui stipendio meret. Bened. abb. Petroburg. in Henr. II. reg. Angl. ad ann. 1188. tom. 2. edit. Hearn. pag.

520 : *Rex Angliæ sperans pacem in propatulo fieri, permisit Solitarios suos et Walenses suos domum redire*. Vide in *Solidata*.

1. **SOLITUDO**, Vastum, terra erema. Charta Caroli Comitis Flandriæ in Chron. Andreani pag. 423 : *Pratum 30. dierum, Comitatum Solitudinis de Gisnet, ... terram, que juxta Pithem in Solitudine, omnino liberam cum Comitatu*.

† 2. **SOLITUDO**, pro *Soliditas*. Acta S. Procopii tom. 2. Julii pag. 142 : *Hic denique firma virtutum fundatus Solitudine*.

† **SOLITUDINIS MŒOROR**, Cœlibatus, in Cod. Theod. leg. 2. de repudiis tit. 16. lib. 3.

\* 3. **SOLITUDO**. Chartul. Henr. V. et VI. reg. Angl. ex Cod. reg. 8387. 4. fol. 47. 1º. : *Possint... mercadisas suas... quo voluerint, tam infra regnum... quam etiam extra, ducere, ... solvendo Solitudines quas debent*. Leg. *Consuetudines*. Vide *Consuetudo* 4.

\* **SOLITUS**, Solitarius, singularis. Ademar. Histor. lib. 3. cap. 28 : *Willehnus... postera die pacti causa cum vege eorum Storn Solito confictu deluctans, etc.*

† **SOLIVA**, Trabs, Gallice *Solive*. Gesta Tancredi apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 187 : *Quæ vulgo Soliva, quasi quia per solum vadat, nuncupatur, trabs fissa latus alterum enervat, quippe lævo parieti pro fundamento subjecta*. Vide *Suliva*.

\* Alias *Soleau*. Lit. remiss. ann. 1403. in Reg. 158. Chartoph. reg. ch. 50 : *Le suppliant et un sien cousin trouverent à Vernon certains Soleaux de buche; ... desquelz Soleaux ledit suppliant prist environ vint et deux tous prests à mettre en euvre*. Vide *Solivare*.

**SOLIVAGI**, Cœlibes : opponuntur *Conjugatis* in veteri Charta apud Ægid. Gelenium in Colonia pag. 69 : *Sive Solivagi, sive conjugati, in tempore messis debent colligere messes, etc.* [\* Vide *Grimmii* Antiq. Jur. Germ. pag. 313. supra *Haistaldi*.]

\* **SOLIVARE**, Trabes ponere. Comput. eccl. Paris. ann. circ. 1381. ex Bibl. S. Germ. Prat. : *Pro facione... ponendi pecias merreni antiqui de buto, contigue unam ad aliam, ac Solivandi plancherium dicti carceris de merreno antiquo, etc.* Hinc *Solivare*, Opus, quod ex trabibus et tignis conficitur. Reg. 13. Corb. sign. *Habacuc* ad ann. 1510. fol. 19 : *Seront tenus lesdits fermiers... de entretenir les maisons, granges et édifices de ladite cense... de pel, vergue, torequé, couverture et Solivure*. *Sollivure*, in altero sign. *Ezechiel* ad ann. 1415. fol. 13. 1º. ex eod. Tabul.

1. **SOLIUM**, Limen. Arestum ann. 1299. in Tabul. Episcopat. Ambian. fol. 126 : *Idem Episcopus asserebat, se esse in possessione, ... quod nullus castichiare potest, in civitate Ambianensi in terra, nec Solium ponere, nisi a gentibus nostris, et ab ipso Episcopo petita licentia*. Sed hac voce intelligitur maxime limen *Confessionis*, ad quod subsistebant, qui pietatis ergo Sanctorum sepulcra visitabant, quod σολέζ Græcis nuperis, qui a Latino *Solum*, vel ab Italico *Soglià* hauserunt, uti docuimus in Descriptione ædis Sophianæ : nam ipsa sacra solis Presbyteris patebant. Paulinus Nat. 9 :

Qui sua fulgentis Solii pro limine Felix.

Et Sidonius lib. 4. Epist. 18 :

Sic et dilecti Solium Felicis honorans.

☞ A Saxonico s u l l, quod Angli *Sill*, Gall. *Seuil* dicunt, vocis originem accersit Ecardus in Notis ad Pact. Leg. Selicæ pag. 104.

Nescio, an idem sonat, vel potius ambonem, et suggestum, in Vita S. Theodardi Archiep. Narbonensis : *Fecit etiam et valde mirificum ex præclarissimo marmore editum, et sublimi fastigio alte porrectum Solium, in quo et hæc scripta sunt* :

Hoc Solium dompnus Theodardus marmore fecit  
Egregius Prasul, surgunt hinc inde peralte,  
Terri politis satis ex ordine gradus.

Vide *Limen*, Incertum etiam, quid sit,

2. **SOLIUM**, in Epitaphio Guillelmi de Cottis Abbatis, apud Puccinellum, nisi idem sit, quod *Solarium* 1 :

Non uno tantum Solio claustrum decoravit.

Alibi :

Hoc Solium Cottis Gulielmus condidit ortus.

3. **SOLIUM**, pro *Solario* seu Camera, videtur usurpasse Albertus Aquensis lib. 5. cap. 20 : *Duo solummodo ex duodecim se virili et multa repugnatione a manibus hostium extorquentes, subito in Solium, quod fenestratum in vallem respiciebat, evaserunt, gladiis eductis, se ab insequentibus hostibus valide adeo defendentes, etc.* Vide *Solarium* 1.

† 4. **SOLIUM**, Area, Gall. *Aire*, Dombensibus rusticis hodie *Suel*. Præceptum Ludovici Pii ann. 815. inter Instrum. tom. 4. Gall. Christ. novæ edit. col. 264 : *Cum casa indomincata, curtis, Soliis, pratis, perviis, exitibus, etc.* Charta Thossiac. ann. 1404 : *Juxta Solium Anthonii Laborier tenet quasdam domos cum suo Solio seu curtile retro easdem domos*. Vide supra *Solagium*.

\* 5. **SOLIUM**, Umbraculum, quo sol arcetur, tentorium. Charta Hugon. Montisf. ann. 1197. ex Chartul. S. Ymer. fol. 12. vº : *Concedo etiam eis quod homines sui, per totam septimanam sedentes sub Soliis, vel super pontem vendentes merces suas, libere et quiete permaneant*. Vide *Solinum* 1.

\* 6. **SOLIUM**. Alex. Iatrosoph. MS. lib. 1. Passio. cap. 6 : *Sit ergo balneum temperatum, non satis calidum, habens aeren vel Solium*. Ubi Glossæ : *Solium est locus, in quo aqua balnei continetur, quasi piscina*.

\* **SOLLARATUS**, *Solaris* seu tabulatis instructus, ædificatus. Testam. ann. 1274. tom. 2. Hist. Cassin. pag. 502. col. 1 : *Relinquo... domum Sollaratam, quæ est juxta dictam ecclesiam, cum casalino supra ipsam ecclesiam*. Vide *Solararius* in *Solarium* 1.

† **SOLLARIUM**, ut *Solarium* 1. in Charta ann. 1335. part. 2. Hist. Comit. Lossensium pag. 40.

**SOLLATA**. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 14 : *Usaticum... tenere in perpetuum mandaverunt, scilicet, ut tenerent curiam et magnam familiam, et fecissent conductum, et darent Sollatas, et facerent emendas, et tenerent justitiam et judicarent per directum, etc. f. soldatas*. [Vide *Solidata*.]

† **SOLLECTIO**, Bollandistis quasi *Sublectio*, Syncope, deliquium. Mirac. S.



Zitæ tom. 3. April. pag. 526 : *Multoties habebat tam magnam Sollectionem per multa tempora, quod ipsa quasi moriebatur.*

\* **SOLLEMPNIS**. Vide supra *Sollemnis*.

\* **SOLLEMPNITAS**, Celeberrimum nomen. Comput. ann. 1403. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 177. col. 2 : *Cum religiosus vir frater..... [magister in sacra pagina, ordinis fratrum Augustinorum in conventu Nemausi, ibidem se declinaverit, et suum domicilium facere ibidem ordinaverit, et attenta ejus Sollempnitate, etc. Vide Solemnis.*

\* **SOLLEMPNIZARE**, Solemni ritu approbare, ratum habere. Charta R. abb. Moisiae. ann. 1243. in Chartul. Cluniac. : *Promisit etiam quod eandem promissionem Sollempnizaret coram vobis in Cluniacensi ecclesia infra annum. Vide Solemnizare.*

† **SOLLEMPNIZATIO**. Vide in *Solemnizare*.

† **SOLLIARDUS**, ut *Solliardus*. Vide in hac voce.

† **SOLLICIO**, pro Solutio, in Litteris Johannis Reg. Franc. ann. 1360. tom. 3. Ordinat. pag. 449 : *Quod in augmentatione hujusmodi numeri, Solliciones et expeditiones dictis vectuariis faciende, facilius et celerius fierent.*

**SOLLICITARE**, **SOLLICITATOR**. Petronius Arbitrator :

Et qui Sollicitat nuptas ad præmia peccat.

*Sollitatores affectus alieni*, apud Senatorem lib. 9. Epist. 18. *Sollitare nuptias*, in leg. 1. Cod. Th. de Nuptiis (3, 7.) *Sollitatores ingenuorum filiorum*, in Lege Wisigoth. lib. 7. tit. 3. § 3. *Puellarum vel viduarum*, § 11. *feminarum*, in Capit. Caroli M. lib. 6. cap. 99. [\* 100.] *Sollitatores alienorum mancipiorum*, in Edicto Theoderici § 80. 85. in Lege Salica tit. 41. *Sollitatores rerum alienarum*, in Lege Burgund. tit. 4. § 6. etc. Adde leg. 58. Cod. Th. de Cursu publ. (8, 5.) Papiamum lib. Resp. tit. 3. etc.

† **SOLLICITATOR CURIÆ**, Qui causas alias apud Jurisconsultos sollicitat, id est, exponit, promovet, subsequitur. Instrum. ann. 1532. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 1602 : *Tandem circa tertiam Clerus in copioso numero cum cappis absque dalmatiis se congregaverunt in ecclesia,.... et ante Clerum procedebant omnes de urbe,.... deinde cives Sollitatores curiæ secularis, lictores regii, etc. Charta apud Madox Formul. Angl. pag. 344 : *Nicholaus Bacon de Londonia armiger, Sollitator curiæ augmentationum revencionum coronæ domini Regis, etc.**

† **SOLLICITATUS**, *Animi anxius*, in Gloss. Gaspar. Barthii ex Baldrici Histor. Palæst. apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 197.

\* **SOLLICITATE**, Sollicite, in Instr. ann. 1308. tom. 5. Cod. diplom. Polon. pag. 29. col. 1.

\* **SOLLICITATIO**, Actio litem promovendi et subsequendi. Concordat. inter card. de Turnone et monachos S. Germ. Prat. ann. 1550. ex Tabul. ejusd. monast. : *Domnus cardinalis.... erit liber, quietus, immunis et exemptus a prædictorum processuum.... deductione et Sollicitatione. Vide in Sollitare.*

\* **SOLLICITATOR EXERCITUS**, Qui cibariam annonam exercitui suppeditat; vel qui milites conscribit. Charta Mathiæ reg. Hungar. ann. 1468. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 3. pag. 222. col. 1 : *Fidelibus nostris capitaneis, belliducibus, levatoribusque et Sollicatoribus præsentis exercitus nostri, etc. Solliteur, Testamenti curator, Testam. Cathar. de Burg. ann. 1425. ex Cod. reg. 9484. 2. fol. 586. vº : *Item voulons et ordonnons nos Solliteurs envers nostredit nepveu pour lui prier, requérir et solliciter de faire les payemens et accomplir ce présent testament.**

\*\* **SOLLICITUDO**, Festinatio. Vers. Antiq. Exod. cap. 12. vers. 11 : *Sic autem comedetis eum, lumbis vestris præcinctis.... et edetis illum cum Sollitudine. Ubi vulgat. festinanter, Ital. con sollicitudine. Maius in Glossar. novo.*

† **SOLLITUDO**, contracte pro Sollitudo, in Litteris Caroli Johannis Reg. Franc. primogen. ann. 1358. tom. 3. Ordinat. pag. 320 : *Inter cunctas urgentes Sollitudines et curas, etc.*

\* *Soubsier*, pro *Soucier*, anxio animo esse, in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 136. Chartoph. reg. ch. 125 : *Ledit escutier lui respondi qu'il n'en Soubsiast point et qu'ilz n'iroient que en bon lieu.*

\* **SOLLUS**, ah Hispanico *Sollo*, Lucius, piscis species. Charta Adelf. reg. Aragon. pro incolis Tutelæ æra 1165. in Reg. 53. Chartoph. reg. ch. 295 : *Et persolto vobis totas illas aquas, quod pesquetis ubi poteritis; sed totos illos Sollus, qui fuerint ibi prisos, sedeant meos et prendat eos meo marino pro ad me. Vide Solgus.*

† **SOLMATA**, pro *Salmata*. Vide in *Sagma*. Charta ann. 1341. ex Archivo D. de Flumarens : *Duas Solmatas vini reuuales debitas, et solvi et reddi consuetas.*

\* **SOLMENERIUS**, idem atque *Somerlerius*, qui *somerium* seu jumentum sarcinae curat et agit. Testam. ann. 1316 : *Ego Sibilla de Tritis domina dicti loci..... legamus cuilibet garsoni et Solmenerio et pedisecco, quicumque sint et quacumque nomine nuncupentur, qui in nostro servitio tempore nostri obitus fuerint, ultra mercedem, viginti solidos. Vide in *Sagma* et *Solmentarius*.*

† **SOLMENTARIUS**, Idem, ut videtur, atque *Somarius*, qui cellarii vinarii curam habet, nostris *Sommelier*. Vide in *Sagma*. Testam. Bernardi Comit. Armaniaci ann. 1302. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1409 : *Item, legamus militibus, scutiferis,.... clericis, Solmentariis,.... duo millia libras Turonenses dividendas inter prædictos milites domicellos, clericos, Solmentarios, etc.*

† **SOLMIFACIO**, Cantandi per notulas ratio, *Solfeggiamento*. Chronographia bipartita pag. 149 : *Excogitavit (Guido Aretinus Mon. Benedictinus) novam rationem cantus, quam Solmifacionem vocant, per sex syllabas seu notulas, digitis levæ manus per integrum diapason distinguendas. Vide Solfizare.*

\* Vide *Pagium* in Baron. tom. 3. pag. 122. et supra *Soffa*.

\* **SOLNICY**, Polonica vox, cujus significatio declaratur in Stat. de salis fodinis

ann. 1451. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 168 : *Statuimus sic volentes, quod in utraque zuppa.... tantummodo debent laborare sexaginta sectores, qui nominantur in vulgari Solniccy.*

\* **SOLOBORDA**, Scabellum a solo parum distans illudque contingens. Stat. colleg. Fuxens. Tolos. ann. 1457. ex Cod. reg. 4223. fol. 235. vº : *Per quindecim dies in pane et aqua in Solobordis sive in solo, in prandio et cæna, penitentiam agat.*

† **SOLOMONIEGUS**. Charta Aldegastri, filii Sylonis Reg. Ovetensis ann. 781. apud Sandovallium : *Quatuor tapetes, et tres vasos Solomonegos, et duodecim curiales argenteas. [Vide Salomon.]*

† **SOLORIUM**. Litteræ Philippi Pulchri Reg. Franc. ann. 1304. inter Instr. tom. 1. Gall. Christ. novæ edit. pag. 33. col. 1 : *Item quod si decimam vel aliud onus ad opus nostrum per Romanam Ecclesiam prælati prædicti, et aliis personis ecclesiasticis, durantibus terminis Solorium decimarum nobis concessarum, vel concedendarum, ab eisdem, ut præmittitur, imponi contingat, etc. Ubi leg. existimo, durantibus terminis Solatii decimarum, etc. Vide Solatium 3.*

† **SOLOTENUS**, quasi Ad terram prostratus. Epist. Halinardi Archiep. Lugdun. ad Canonicos ejusd. Eccl. ann. 1051. inter Instrum. tom. 4. Gall. Christ. novæ edit. col. 8 : *Quapropter absentialiter præsens Solotenus supplico communiter miserando indulgentis quidquid negligentiae in vobis contraxi.*

† **SOLOX**, ἑρῶν καὶ παχὺς, in Gloss. Lat. Græc. Leg. ἑρῶν παχὺς. Vide Scaliger. ad Festum.

† **SOLSADIRE**, **SOLSADIUM**. Vide in *Solsatire*.

**SOLSATIRE REUM** dicebatur actor, cum in jus vocatus vadimonium ille deseruerat, nec juri steterat, neque placitum custodiverat : tum enim actor coram iudice reum, si is *sunniam*, seu excusationem legitimam non misisset, causa excidisse contendebat. Marculfus lib. 1. form. 37 : *A quo placito veniens memoratus ille, ibi in palatio noster, et per triduum seu amplius, ut lex habuit, placitum suum custodisset, et memoratus ille abjectus sit, vel Solsatisset, ipse nec venisset ad placitum, nec ulla sunnia nuntiasset, adfirmat. Formula secundum Legem Romanam cap. 33 : *Sed memoratus quidem ille per triduum suum custodivit placitum, et jam dictum illum secundum legem adjectivit, (1. abjectivit) vel Solsatevit, qui nec ecessonia nuntiavit, nec suum placitum adimplevit. Habentur inter formulas Andegavenses, 12. 13. 14. quæ de *solsadio* inscribuntur. In postrema : *Qui illi ad placitum adfuit una cum testis suis pro legibus triduum custodivit et Solsadivit. Et form. 52 : *Sed veniens in eo placito illi de mane usque ad vesperam placitum suum legibus custodivit, et Solsadivit. Neque aliud sonant verba subsadire et subsadina, si recte exscripta sunt, in Charta Chlodovei III. Regis apud Mabillonium : *Sed venientes ad eorum placitum ipsi Agentes, jam dicto Abbati Noviento in ipso Palatio nostro per triduos, per plures dies, ut lex habuit, placitum.... custodissent, et ipso Ermenoaldo Abbati abjectissent, vel Soladissent (solsatissent) ipsi*****



nec venisset ad placitum, nec misso in vice sua derixisset, etc. Alia ejusdem Regis, ibidem: Et ipso Amalberto abjectissit, vel Subsadiis. Supra: Sed veniens ad eo placito predictus Chrothcarius Valentianis in ipso Palatio nostro, et dum placitum ipsius in legibus custodibat, vel ipso Amalbercho Subsadiat, sic veniens ex parte filius ipsius Amalbercho, nomine Amalrico, Subsadinu sua contradixisset, et dum exinde in nostri, vel suprascriptis viris presentiam rationis adstabat, interrogatum fuit, etc. Mox: Nisi inventum fuit, quod contra rationis ordinem ipsa Subsadina contradixisset, vel in hac causa introissit, sicut fuit judecatum, etc. Ubi subsadinam seu salsatinam contradicere, est, quod practici nostri dicunt, demunder que le defaut soit rabatu. Sed unde eæ voces ortæ, non omnino planum est dividere. Bignonius *solsatire* pro *solem calcare* dictum opinatur: ita ut cum actor reum *solsatissit*, ei *solem calcatum*, vel occasum denuntiat: Il lui signifie, ou objecte le defaut. Wendelinus vero putat, vocem conflatam esse ex *sol*, et *satis*, sic ut actor conflatat reum *solis satis* habuisse, seu idoneum ac legibus præscriptum tempus, quo juri stare posset.

☞ *Solsatire* Diem constituere interpretatur Eccardus in notis ad Pact. Leg. Salicæ pag. 75. unde *Solsadia* idem est atque diei constitutio. Vocis etymon accessit a Saxon. setten, ponere, constituere: et *Sol*, quam vocem pro die usurpatam supra observatum est. [\* Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 817.]

1. **SOLSEQUIUM**, Heliotropium, quia in sole nascente suos flores aperit, et in sero claudit, cum sol occubuerit. Ipsum quidam Latini Intibum silvaticum vocant. Ugutio, ex Isidoro lib. 17. c. 9.

\* 2. **SOLSEQUIUM**, *Souciele*, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. Plantæ species, vulgo *Souci*. Aliud Lat. Gall. ex Cod. 7692: *Solsequium*, *Flammine*. Forte pro *Flammula*, alterius plantæ nomen.

☞ **SOLSI**, pro Solvi, in vet. Descriptione Casinensis Monasterii laudata a Mabillonio tom. 1. Annal. Bened. pag. 635. col. 1. Occurrit præterea infra in *Solvere* 1.

**SOLSTITIUM**, inter superstitiones paganicas recenset S. Audoenus lib. 2. de Vita S. Eligii Novimi. Episcopi c. 15: Nullus in festivitate S. Joannis vel quibuslibet Sanctorum solleunitatibus, *Solstitiu*, aut *vallationes*, vel saltationes aut caraulas, aut *cantica diabolica exerceat*. [\* Vide Grimm. Mythol. Germ. pag. 350. sqq.]

1. **SOLTA**, Solutio, ex Gallico *Soute*. Concilium Avenionense ann. 1282. cap. 1: *Intelligentes usurarios etiam eadem sententia fore ligatos, qui pannos, bladuna, vinum, oleum, vel alias quascunque mobiles vel se moventes, præsertim ad Soltum sive ad solutionem post tempus aliquod faciendam carius vendunt propter temporis dilationem, etc.* Perperam edit. *sostani* in postrema Conciliorum editione. [Haud scio an ita male. Vide *Sosta* suo ordine.]

\* 2. **SOLTA**, Pecunia, quæ in permutationibus, compensationis gratia, rei commutata additur; *Soulde* vel *Soulte*, in Consuet. municipal. Charta ann. 1248. in Chartul. Valcel. sign. E. ch. 43: *Abbas et*

*conventus tradiderunt ipsi Ade in pecunia numerata.... centum et decem libras Paris. nomine Soltarum, pro exambio faciendo de illis decem modiatibus terræ.* Charta ann. 1280. in Chartul. Thehol. ex Cod. reg. 5649. fol. 57. vº: *Recognoverunt dicti conjuges se recepisse et habuisse a dictis religiosis de Soltis, nomine dictæ permutationis, duodecim libras Parisienses. Sobste*, eadem significatione, in Ch. Petri de Chambliao ann. 1307. ex Reg. 44. Chartoph. reg. ch. 87: *Quittons et délaissons à laditte nuadame Jehanne de Biaumont.... pour cause dudit eschange et pour le pris dessusdit sanz Sobstes nulles, tout ce que nous avons ès villes et ès parroisses de Chambeay.* Vide *Souta*.

\* *Soulte* vero, *Souste* et *Soute* appellata *Clavæ* species. Lit. remiss. ann. 1457. in Reg. 187. ch. 297: *Une massue, ditte Soulte ou pays de Pierregort.* Alia ejusd. ann. ibid. ch. 335: *Iceulx pere et filz embastonnez desdiz bastons, Soute, aguillade, etc.* Un gros baston, appellé la *Soute-uoloire*, in Lit. remiss. ann. 1390. ex Reg. 139. ch. 18. Alia ann. 1478. in Reg. 205. ch. 42: *Jehanot du Vergier lequel tenoit à son col une grosse Soste. Souste* pluries infra. Un gros baston ou *Sote*, in aliis ann. 1477. ibid. ch. 89.

\* **SOLTARE**, Absolvere a debito. Charta ann. 1324. in Reg. 71. Chartoph. reg. ch. 109: *Guillemum de Brolio et Johannem de Roseriis Soltavit de dicta summa penitus et quittavit.* Vide *Solvere* 2.

☞ 1. **SOLUBILIS**, Solvendus, exhibendus. Tabular. S. Quintini in Insula ann. 1302: *Quelibet fouachu valoris unius mencaudi bludi Solabilis ad consuetud. burgens.*

\* 2. **SOLUBILIS**, Qui est solvendo idoneus, Gall. *Solvable*, alias *Solable*. Arest. seac. ann. 1285. in Reg. S. Justi Cam. Comput. Paris. fol. 39. vº. col. 2: *De habendo consilium utrum prima obligatio facta super bonis cujusdam debitoris integrantur, an secundum litteram, licet debitor sit bene Solubilis, et licet dicta prima obligatio fuerit generalis.* Lit. ann. 1355. tom. 3. Ordinat. reg. Franc. pag. 25: *Et se aucuns..... estoient refusans de tantost paier, et il fussent riches et Solables, etc.*

\* **SOLVE**. Vide supra *Reflexio* in *Reflectio*.

1. **SOLVERE**, Idem quod *Guerpire*, Possessionem alicujus rei dimittere. Vetus Charta apud Gariellum in Episcopis Magalon. pag. 96: *Quicquid in decimis, in prioratu et cæmeterio S. Stephani de Pinjano habebunt, Solverunt in manu Galteri Episcopi, seu potius restituerunt, etc.* Vide eundem pag. 175. Pactum inter Raymundum Guillelmi Episcopum Nemausensem, et fratrem ejus Bernardum Guillelmi, et Guillelmum Dom. Montispessulani, M. Jan. ann. 1103: *Et demandabant omnes viduas feminas, quæ stabant in omnibus illis domibus, quas ipsi habebant in Montepessulano: et Solserunt Guillelmo domino suo omnes homines et feminas stantes in illis domibus. Infra: Et Raymundus et Bernardus gürpirunt et Solserunt Guillelmo de Montepessulano illum molinum, et illis terras gürpirunt et Solvimus. Denique: Facta est autem hæc gürpitiõ et Solutio feria 7. etc.* [Charta ann. 1172. inter Instr. tom.

6. Gall. Christ. novæ edit. col. 86: *Item ego Ugo Raiuundi Solvo et ovinino desaniparo queriuoniam, quum injuste faciebam in vallo S. Crispini.* Occurrit rursus col. 322. et non semel in Tabul. Dalonensi fol. 29. etc.]

\* 2. **SOLVERE**, nude pro Absolvere, liberum declarare. Charta Comit. Marchiæ ann. 1406: *Præfati conjuges assensatores prænominatum Joanneu du Bois assensatorum et suos Solverunt perpetuo penitusque quittaverunt cum pacto de non amplius petendo.* Semel et iterum ibid. occurrit.

\* 3. **SOLVERE**, Finire, peragere. Rituale MS. eccl. Senon. fol. 71: *Missæ vero ordine suo agatur usque dum benedictiones episcopales Solvuntur, et Pax Domini sit semper vobiscum dicatur.*

\* **SOLVERE TRIBUTA ventris naturalia**, Ventrem exonerare. Constit. MSS. Petri III. reg. Aragon. ex Cod. reg. 4671: *Et quod habeat.... facere in dicta domo unum clot sive foramen, in quo possit Solvere tributa ventris naturalia, et per quod foramen exeant illa fetida.*

☞ **SOLVIMENTUM**, Abdicatio, rei possessæ dimissio, idem quod *Guerpitiõ*, *Deguerpiissement*. Vide in *Guerpire* et supra *Solvere* 1. Placitum ann. 1119. inter *Solva* tom. 2. novæ Hist. Occit. col. 411: *Post cujus (Bernardi Raymundi) mortem surrexit filius ejus dicens quod eo infra annos constituto, et in Gullia posito, avunculi ejus coegerunt eum facere Solvimentum honoris, et conquestus est adversus abbatem et monachos.*

☞ **SOLVISARE**. Vide *Solfizare*.

☞ **SOLUM**, ut supra *Solarium*, Locus idoneus *Solario* ædificando. Testam. Tello-nis Episc. Curiensis ann. 766. apud Mabillon. tom. 2. Annal. Bened. pag. 709. col. 1: *Item in Maile, agri, prada, Sola, orti cum pouiferis, etc.* Charta ann. 1043. ex Tabular. S. Victoris Massil.: *Id sunt casus cum Solis et superpositis et cum casalicibus. Statuta Montispessul. ann. 1204. ex Cod. Colbert. 4936: Quicumque comparat domum vel Solutu forte inædificatum in Montispessulano, dat inde pro consilio quintam partem domno, hoc est si venditor hubuerit de pretio c. solidos, dut emptor domino viginti quinque solidos.*

\* **SOLUM AQUATICUM**, Solum canalis, stagni, etc. Charta Edm. abb. de Ripat. ann. 1327. in Chartul. Arre-mar. ch. 7: *Et sciendum est quod dictum Solum aquaticum, sive Seuleeravz, ex nunc et impostore reficietur.... secundum livellum, quod per operarios et alios probos viros.... nobis traditum fuerit.*

**SOLUMEN**. Glossæ Gr. Lat.: Πέρας, *Terminus, finis, effectum solumen*. Forte pro *Solutio*.

\* **SOLVORAGIUM**, pro *Folragium*, ni fallor, Stramen, pabulum eorum. Libert. Bellivis. ann. 1335. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 162. art. 20: *Retinemus nobis Solvorugium animalium ovinorum (omnium) houünum extraneorum, sicut est levati consuetum.* Vide supra *Folragium*.

☞ **SOLURUS**, *Genus spicis*, (leg. piscis.) Gloss. vetus Sangerm. num. 501.

☞ 1. **SOLUS DOMORUM**, Earumdem census. Charta Lupi Anerii Vicecom. ann.



1108. apud Stephanot. tom. 1. Antiquit. Vascon. Bened. MSS. pag. 692 : *Damus etiam ad stipendia ibi Deo servientium nonachorum... Solos domorum, hoc est censunt. Solum, pro Solum, apud S. Paulinum Epist. 31. num. 4.*

\* Pro Loco domui ædificandæ idoneo, legitur in Charta ann. 1275. ex Reg. Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 50. r<sup>o</sup> : *Concedimus.... duas plateas seu Solos domorum, quamlibet seu quodlibet de xvj. ulnis, ad ulnam Baione in consimilibus usitatam, in latitudine, etc. Vide Solum.*

† 2. SOLUS, pro *Solutus*, Absolutus, liber, quietus, Gall. *Quitte*. Charta apud *Madox* Formul. Angl. pag. 48 : *Notum sit vobis me concessisse et carta mea confirmasse Deo et Ecclesie sanctæ Mariæ Bordeleie donationem patris mei de decem acris terræ,.... Solas et quietas in perpetuum elemosinam ab omni sæculari servicio,.... et præter hoc, Robertum Fabrum Solum de me et quietum de hæredibus meis, cum omnibus catallis suis. Vide alia notione in Solerare.*

\* Unde nostris *Sole*, eodem intellectu. Charta ann. 1255. in Chartul. Monast. fol. 1 : *Et ce cist eritage estoï amconbreis,.... Conrais devant dis lou desconberroit et il seroit Sole et quite. Alia ann. 1280. ex Chartul. S. Petri de Monte : *Kant je morrai, li terre revenrait ansi com elle serait, quel bleif k'il i ait, à la maison de S. Pierre Sole et quite. Solable*, eadem notione, in Lit. remiss. ann. 1391. ex Reg. 141. Chartoph. reg. ch. 210 : *L'exposant defendi ausdiz compaignons le partir de son hostel, pour ce que ils estoient estranges et non Solables jusques à ce qu'ilz lui eussent baillié argent ou gaige. Sous vero*, pro *Solutus*, in Charta ann. 1299. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 66. v<sup>o</sup>. col. 2 : *Dequix seze chens livres Parisis je me tieng plainnement pour Sous et pour paieze. Vide supra Absolutus 2.**

† SOLUTIO, Abdicatio. Vide in *Solvere 1.*

† SOLUTUM, Solutio, Gall. *Payement*. Correct. Statut. Cadubrii cap. 82 : *Et omnis talis intromissio, æstimatio, et in Solutum datio de ipsis bladis pro pignore ut supra acceptis, sit nulla et nullius vallis, ac si facta non fuisset. Infra Solutum semel et iterum occurrit. Vide in hac voce.*

† SOLUTOR, Debitor, ad solvendum obligatus. Codex Theod. tit. 7. lib. 11. de *Exact. leg. 3 : Securi juxta cam (legem) transcant. Solutores*. Charta ann. 1264. ex Tabul. Sangerm. : *Coram nobis constituti se fecerunt et constituerunt plesios, redditores, Solutores, et principales debitores.*

† SOLUTUM, Solutio, debiti liberatio, Gallice *Payement*. Testam. Jacobi Reg. Aragón. ann. 1272. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1141 : *Ipsi creditores recipient illud in Solutum dictorum suorum debitorum*. Charta ann. 1283. apud Rymer. tom. 2. pag. 257 : *Promittimus... recipere in Solutum stipendii vel gadgii hospitii nostri, etc.* Utitur Seneca Epist. 8. Ulpian. Dig. l. 2. tit. 2. leg. 3. § 13. et alii. Vide *Solutum*.

† 1. SOLUTUS, Cæles, qui uxorem non duxit. Charta ann. 1253. apud *Madox* Formul. Angl. pag. 309 : *Non obstante defectu natalium quem de Solutu genitus et Soluta pateris*. Statuta Eccl. S. Stephani Vienn. apud R. Duellium tom. 2. Miscell.

pag. 94 : *Et cum omne fornicationis crimine lege divina prohibitum sit,.... monet omnes laicos tam uxoratos quam Solutos, ut similiter a concubinato abstineant.*

\* Nostris *Solu*, eodem sensu. Lit. ann. 1400. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 395 : *Les aucuns clers Soluz et les autres non privilegiez, etc. Mariage Soulu*, *Disolutus*, in Lit. ann. 1358. tom. 3. earumd. Ordinat. pag. 663. art. 2.

† 2. SOLUTUS, Stipendiarius. Charta ann. 1468. apud Lobinell. tom. 2. Histor. Britan. col. 1299 : *Ut eidem Regi placeret dare adjutorium et succursum eidem Duci Britannie de quatuor mille sagittariis Solutis et stipendiatis per eundem Regem pro sex mensibus. Vide in Solidata.*

\* 3. SOLUTUS, *Ventosus, vanus, garrulus*. Glossar. vetus ex Cod. reg. 7613.

1. SOMA, ex Græco σῶμα, Corpus. Papias : *Soma, i. corpus*. Gloss. Ælfrici : *Soma, Li cha ma, i. corpus*. Dudo de Morib. Norm. : *Dum vegetavit fomite sacra Atque salubri Somatis artus*. Harmerus de Miraculis S. Maurilii Episc. Andegav. MS : *Conspicientes pannulorum veterina, ex quibus beatissima Maurilii obvoluta fuerunt Somata*. Vita MS. S. Magnobodi Episcopi Andeg. cap. 51 : *Ubi plurima fidelium Somata digna veneratione habita requiescunt*. Gislebertus lib. 1. de Translatione S. Romani Abb. c. 8 : *Accedit Episcopus ad locum, quo sanctissimi Somatis thesaurus erat reconditus, etc.* Utitur præterea Ordericus Vit. lib. 5. pag. 550. lib. 8. pag. 664. lib. 12. pag. 870. lib. 13. pag. 901. [Adde Chartam Conradi Imper. ann. 1033. apud Miræum tom. 1. pag. 56. col. 1. Mirac. S. Trudonis sæc. 6. Benedict. part. 2. pag. 87. Carmen de Monast. Floriac. 9. vel. 10. sæc. ex Cod. MS. Bibl. Reg. 5304 :

Hic Benedictus ovas, hospes, pastor, Monachorum, Conditus in pulcris requiescit Somate gemmis.]

ΣΟΜΑΤΑ, pro *somata*, in Charta Athelstani Regis Angl. tom. 3. Monast. Anglic. pag. 117.

2. SOMA, Membrana. Gloss. Græc. Lat. : Σομάτιον, liber, membrana. Amalarius lib. 1. de Ordine Antiphonarii cap. 58 : *De responsoriis psalmodum, scripsi in prologo hujus Somatis*. Sexta Synodus act. 10 : *Τὸ αὐθεντικὸν βιβλίον... ἐν σῶμασιν ἀργυρέδεται*. Vetus interpres, *Liber membranaceus tectus ex argento*. Ibidem act. 14 : *Ἔτι δὲ καὶ ἐπιφέρομαι καὶ βιβλίον ἐν σῶμασιν, ἔχουσαν ἴσα διαφόρων ἐπιστολῶν.*

\* *Somas*, apud Joinvil. edit. Cang. in Hist. S. Ludov. pag. 48 : *Sur ces cercles et perches gectent des peaux de grans moutons qu'ilz ont, que on appelle peaux de Somas*. Rectius in edit. reg. pag. 54. de *Damas*.

† 3. SOMA, SOMMA, Summa, Gallis *Somme d'argent*. Charta ann. 1438. ex Schedis Præsid. de *Mazaugues : Ratione dicte Somæ sive quantitatis, etc.* Obituar. MS. Eccles. Morin. fol. 35. verso : *Dedit lampadem subtus organis ante fontes in hac Ecclesia Morinense et ut inteneatur ad laudem Dei et honorem sacramentorum Somman* xxiv. librarum monete Arthesie. Advisamenta curiæ Eccl. Briocens. : *Violantes securitatem, non in minori Somma quam x. librarum, juxta arbitrium executorum in*

majori Somma, inspectis personarum qualitibus imponantur.

† 4. SOMA, SOMARIUS, SOMATA, SOMATUM. Vide in *Sagma*.

\* SOMALIS VINI. Vide supra in *Sagma*.

\* SOMASA, Sarcina, ab Italico *Soma*, eadem notione. Hist. belli Forojul. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 1212 : *Combuste sunt octo canipe cum Somasis, et super Somasis homines non habentes canipas in castro posuerant eorum arcas, blada in eis, carnes, pannos, massericias*. Vide in *Sagma*.

\* 1. SOMBRUM, Mensuræ annonariæ species, Germ. *Simmer*. Hist. Trevir. Joau. Nic. ab *Honthelm* tom. 1. pag. 514. col. 1 : *Quatuor sicalas vini et duo Sombra siliginis et duos denarios.... condonavi*. Vide infra *Summerinus*.

\* 2. SOMBRUM, Anni tempestas, qua ager primum proscinditur, nostris *Sombre* et *Sombrer*; unde verbum *Sombrer*, opus illud præstare. Charta ann. 1328. in Chartul. Arremar. ch. 27 : *Excepté les terres qui seront Sombrees ou curtiées devant la semaille*. Lit. remiss. ann. 1474. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1101 : *Laquelle terre desja j'avoie deny Sombree, et avoie envoyé Sombrer ce qui restoit à Sombrer*. Charta ann. 1296. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 166. r<sup>o</sup> : *Tertio vero anno sequenti continue et immediate debent reddi et solvi pro Sombro dictarum terrarum seu terragii, x. solidi censuales*. Ubi agitur de redemptione servitii, de quo mox in alia Charta ann. 1336. fol. 103. r<sup>o</sup> : *Quilibet habitator dicte ville habens aratrum seu carucam, debet domino villæ ter in quolibet anno corvatam de bestiis suis trahentibus, videlicet semel in Sombro, etc.* Alia ann. 1315. in Reg. 53. Chartoph. reg. ch. 100 : *De chascune beste de la ville de Courgenay traitant à charree.... trois courvées l'an, c'est assavoir l'un au Sombre, etc.* Alia Renardi de *Chrisuel* milit. dom. de *Bourbonne* et *Verecourt* ann. 1316. in Reg. 59. ch. 423 : *Que chascune charree desdiz hommes de la dite villenie paiera à chascune saisons deus journauls de corvée; c'est assavoir huit jours chascun an, deus jours au Sombre, etc.* Occurrit præterea tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 297. 335. et 338. *Sambre*, pro *Sombre*, in Lit. Ludov. dom. de *Coursan* ann. 1335. ex Reg. 69. ch. 127.

\* Aliud sonat vox Gallica *Sombrier*, scilicet *Gemere, queri*, in Lit. remiss. ann. 1384. ex Reg. 125. ch. 45 : *Jehan Petit, dit de la Croix, et Alipson se jouerent ensemble par plusieurs fois, et à l'une d'icelles fois se coucha ledit suppliant sur ladite Alipson et fist sa volente d'elle; mais pour ce que en Sombriant elle faisoit semblant de crier, comme telles jeunes filles inignotes font, il lui mist sa main sur la bouche, afin qu'elle ne criast.*

SOMEZIA, Præstatio, ut videtur ex *summis*, v. gr. bladi, frumenti. Charta Philippi Reg. Franc. ann. 1210 : *Idem etiam Savaricus detinet sibi census suos, et venditiones, et quosdam redditus, qui Somegie vocantur, et avenam, et captagia hominum et foeminarum suarum, qui redditus cum una Somegiarum in festo B. Remigii persol-*



verentur, deinde secunda *Somegia* in vicesima die *Natalis Domini*, et tertia in *Octabis Resurrectionis Domine* ei similiter persolverentur, caponium etiam suorum in crastino *Natalis Domini* percipiet solutionem, unaqueque vero *Somegiarum* quatuor denarios bonæ monetæ valet. Vide supra *Summagium* in *Sagma*.

\* Idem fortasse quod *Sogneia*. Vide in hac voce et mox *Sonagium*, ut et *Sonegia* in *Soniare*.

† **SOMELERIUS**, **SOMERIUS**. Vide in *Sagma*.

\* **SOMERARIUM**, f. Promptuarium; vel *Stabulum Somerium*, in *Sagma*. Charta ann. 1362. in Reg. 93. Chartoph. reg. ch. 241: *Item unum Somerarium Pontii Ysarni, situm ad portale inferius, ad censum mediæ ponheriæ ordei.*

† **SOMERIUS**, Tignum, trabs, Gall. *Somnier*, Provincialibus *Saumie*. Charta ann. 1509. ex Schedis Præs. de *Mazaugues*: *Valcant scindere et capere trabes, Somerios, etc.* Vide *Sommerium*.

**SOMETA**, Mensura liquidorum. Charta Thomæ, Comitis Mauriennæ ann. 1216. 10: *Sometas vini meri apud Aquam bellam de suo clauso.* Vide *Somma* in *Sagma*.

† **SOMETUM**. Vide in *Sagma*.

† **SOMEZARE**, *Somam* deferre, Ital. *Someggiare*. Statuta Riperiæ cap. 6. fol. 9. vº: *Videlicet carrezando, Somezando, equitando, etc.* Vide *Summare* in *Sagma*.

\* **SOMILAGIUM**. Vide supra in *Sagma*.

\* **SOMMA**, pro *Summa*. Vide infra in hac voce num. 2.

† **SOMMA**. Vide in *Sagma* et *Soma* 3.

† **SOMMARE**, Citare, vocare, Gallice *Sommer*. Charta ann. 1468. ex Tabul. B. M. de Bono-nuntio Rotomag. : *Reus et ejus firmarius... erant recusantes, ... licet a parte dictorum Religiosorum, Prioris et conventus Sommati et interpellati.* Vide *Summare*.

† **SOMMARIUS**, **SOMMATICA**, **SOMMELIARIUS**. Vide in *Sagma*.

\* **SOMMATA**, pro *Somata*, in Mirac. S. Maurilii tom. 4. Sept. pag. 77. col. 1. Vide *Soma* 1.

\* **SOMMATICUS**. Vide supra *Decima sommatica* in *Decima*.

† **SOMMERIUM**, Tignum, Gall. *Somnier*. Reparationes factæ in Senescallia Carcassonæ ann. 1435. ex Schedis V. Cl. *Lancelot*: *Pro faciendo unum estaut cum uno boqueto pro pizando seu tenendo Sommerium dicti molendini.* Ibidem: *Pro una pecia fustis de coral pro faciendo unum Sommerium ad sustinendum pontem, ... x. sol.* Vide *Somerius*.

† **SOMMERIUS**. Vide in *Sagma*.

† **SOMNENSIS**, Ad *Somonam* pertinens. Charta Hilduini Abbat. S. Dionysii ann. 832. apud Felibian. inter Probat. Hist. ejusd. Monast. pag. 50: *Et de pago Pontium censum de plateis et angullis Somnensibus.*

† **SOMNESCERE**, Dormitare, Gallis *Sommeiller*. Vita B. Luchesii tom. 3. April. pag. 602: *Et hinc inde velut Somnescentem discutere satagens, etc.*

† **SOMNIALIA**, Liber superstitiosus ita inscriptus, in quo somniorum observationes continebantur, sub nomine Danielis Prophetæ falso divulgatus: *Sive qui attendunt Somnialia scripta, et falso Danielis*

*nomine intitulata*, in Can. non observetis 26. quæst. 7. Hæc post *Macros* in Hierolexico. Vide *Somniarius*.

\* **SOMNIALITER**, *Somniando*. Fulgent. Mytholog. lib. 2. v. *Ixon*: *Denique Beotinius augur dicere solitus erat, diversarum urbium honores Somnialiter peragi urbicario minologo.*

† **SOMNIARI**. Gloss. Lat. Græc.: *Somnior*, μεριμνώ. Ubi emendant viri docti *Sollicitor*. Vide *Glossar. mediæ Græcit.* et infra *Soniare*.

**SOMNIARIUS**, ονειρομάντης, ονειροπόλος, [ονειροκάπηλος, S. Basilio Epist. 170.] *Somniorum Interpres*, *Ennio*, apud *Priscianum*; *qui narrandis somniis, occultat artem aliquam divinandi*, in leg. 6. Cod. Th. de *Malefic.* (9, 16.) Glossæ Gr. Lat.: ονειροκρίτης, *conjector, somni solutor, somniorum interpres*. Capitula *Herardi Archiep. Turonens.* cap. 3: *De maleficis, incantatoribus, sortilegis, Somniarius, tempestuariis, etc.* Capitulare 1. Caroli M. incerti anni cap. 40: *Ut nemo sit, qui ariolos sciscitetur, vel Somnia observet, vel ad auguria intendat.* Joan. Sarisber. lib. 1. Policrat. cap. 12: *Conjectores sunt, qui artificio quodam sibi vendicant somniorum interpretationem.* *Ars somnolenta*, apud eundem lib. 2. cap. 16. Vide S. Hieronymum in cap. 23. Hieremiæ. [\*\* Alio sensu in Glossa ad *Polypt. Atton.* pag. 55: *Aucinaria vasa, Somniaria et obscura, canopeis similia.*]

† **SOMNIATA**, **SOMNIATICA**. Vide in *Soniare*.

**SOMNIATOR**, ut *Somniarius*. S. Hieronym. in cap. 27. Hierem.: *Ne audiant Prophetas suos atque divinos, et Somniatores, et augures, et maleficos.* Capitula Caroli M. lib. 6. cap. 215: *Magi, arioli, sortilegi, venefici, divini, incantatores, Somniorum conjectores, etc.* Paschasius Radbertus in Epitaphio *Vualæ Abbat. Corbeiensis* lib. 2. cap. 9: *Divini, conjectores, et nuti, nec non Somniatores, etc.* *Lindembrogii* locum hunc ex *Plauto* adducit, aut *Somniator est, aut sector zonarum*. At editi libri habent *Dormitator*, in *Trinummo*. Vide *Nonnum* in *Sylloge Historiarum*, pag. 151.

\*\* **SOMNICULARI**. Schol. MSS. ad *Sedulium III*, 57. apud *Maium* in *Glossar. novo*: *Dormitare, est ante quietem pigritare et Somniculari.*

† **SOMNIORIATOR**, ονειρομολος, in *Gloss.* Lat. Gr. ubi *Sangerm.* habent, *Somni potator*.

\* **SOMNOLENTER**, *Somniculose*. *Gabr. Barel. scrm.* in *Dom.* 1. *Advent.*: *Dum fratres matutinus dicerent pigre et Somnolenter, etc.*

\* **SOMNUS PRIMUS**, Gall. *Premier somme*, alias unica voce *Prinsomme*. Vide supra *Picassa* et *Primus somnus* in *Primus* 2.

† **SOMNIS**, pro *Sunnis*. Vide in hac voce.

† **SOMNIUM**. Vide *Soniare*.

**SOMNUS VENEREUS**: ita *Medici Latini* appellant quem *Græci* ονειρογενον, cum scilicet per somnos inaniibus visis affecti ægrotautes, et seminis lapsu vexantur. Ita præter *Plinium*, a quo *Veneris somnum* appellatur, *Cælius Aurelianus*, lib. 5. *Chron.* cap. 5. Adde in hanc rem insignem alium locum ejusdem egregii scriptoris ex lib. 1. cap.

3. pag. 22: *At vero concubitus, sive venus, quam adhibendam probant, ab aliquibus parva Epilepsia nuncupata est; siquidem similem faciat membrorum motum diverso contractu, anhelatione et sudore attestante, et oculorum conversione cum robore vultus, ac deinde post effectum displicere faciat sibi-nem corpus cum pallore, et quadam debilitate vel mœstitudine, adeo nervos afficere videatur, ut sæpe imminente accessione per somnum jactu seminis ægri præpurgentur, quod Græci Onirogonon vocaverunt.*

† **SOMONIRE**, ut *Submonere*, citare. *Charta Henrici IV. Reg. Angl.* ann. 1407. apud *Rymer.* tom. 8. pag. 501: *Et quod nullus eorum Somoniatur in aliquo juramenti inquisitione, nisi coram dictis ministris domini Regis.*

† **SOMPNEIA**, ut *Sonniata*. Vide in *Soniare*.

† **SOMUM**, pro *Summum*, in *Antiquit. Navarrae Jos. Moreti* pag. 301: *Quemadmodum dividit illa pena S. Cypriani in suso et vadit ad Somo de Eneketo.*

**SON**, *Grex*, inquit *Wendelinus*, a *Teutonico son*, sunt, *gesun*, *grex*, ac numerus præfinitus animalium. *Lex Anglorum* et *Werinorum* tit. 7. § 2: *Qui scrofas sex cum verre, quod dicunt Son, furatus est, in triplum componat.* [\*\* *Cod. Corb. Sonest.*] Vide *Sonesti*.

1. **SONA**, *Vestis Ecclesiasticæ* vel *Monachicæ species*. *Historia Glastonensis Abbatæ* tom. 1. *Monastici Angl.* pag. 6. de reliquiis, quæ ibi asservabantur, de S. *Thoma Archiep. Cantuar.*: *De cuculla, stamino, Sona, pedulibus quibus utebatur hora suæ passionis.* Et infra: *De cuculla, carne et sanguine, et Sona Pontificali B. Ustani Episcopi.* *Legendum forte stola.*

2. **SONA**, *Pax*, compositio, pactum, fœdus: vox *Danica*. *Charta Erici Regis Danorum* ann. 1317. apud *Isaac.* *Pontanium* lib. 7. *Hist. Dan.* pag. 419: *Nos fratri nostro... et omnibus Danis, qui... fuerunt in guerra proxima inter nos et D. Marchionem habita, hoc indulsimus, et propter hoc debent habere plenam Sonam, et ob hoc non debemus habere suspicionem aliquam contra ipsos.* *Alia ann. 1318.* apud eundem: *Concordavit totaliter in hunc modum videlicet: quod super omnibus (querelis) vera et plena concordia atque Sona perpetuis temporibus duratura esse deberent.* *Charta Wolemari Ducis Jutiæ* ibidem: *Compositionem plenam et Sonam competentem habuerint.* *Infra: Dien treugariun aut Sonam non inibimus, etc.* Vide *Durasina* et *Suonbouch*. [\*\* *Graff. Thesaur. Ling. Franc.* tom. 6. col. 242. voce *Sóna.*]

† 3. **SONA**, *Mulcta*, quæ ob inflictum vulnus imponebatur, quod ex compositione sæpius persolvebatur, forte sic nuncupata. *Consuetud. Furnenses ex Tabul. Audomar.*: *Pro vulnere penetrativo... in capite, vel in corpore dimidia Sona debetur læso, et de residuo erit in gratia Comitis.* Ibidem: *Qui oculum vel membrum perdidit dimidiam Sonam debet habere, et de residuo bonorum suorum erit in gratia Comitis malefactor.*

\* **SONAGIUM**, *Procuratio*, *gistum*, vel *Præstatio*, quæ fiebat vice procurationis. Vide *Sonniata* in *Soniare*. *Charta Nic. Camer. episc.* ann. 1137. inter *Probat.* tom. 2.



Annal. Præmonst. col. 157 : *Illum locum ab omni censuali exactione, omnique Sonagiorum et debitorum solutione.... absolvimus.*

\* **SONAGLIA**, Tintinnabulum, crepitaculum æreum, Ital. *Sonaglio*. Stat. Perus. pag. 59 : *Si reperti fuerint (canes) sine croco vel Sonaglia, sint in pena solidorum tj.*

\* **SONAILLA**, **SONALLA**, Campanula, tintinnabulum. Inquisit. ann. 1268. ex sched. Pr. de Muzaugues : *Item dixit quod fumuli... abstulerunt Sonailas ovium suarum. Ibidem : Et multas Sonallas ovisibus abstulerunt. Sonnaa*, in Lit. remiss. ann. 1451. ex Reg. 185. Chartoph. reg. ch. 221 : *Ung Sonnaa propre, dont ils sonnoient ainsi que par nuit est propice. Dandin appellatur ejusmodi campanula a sono, quem hinc inde agitata, edit. Lit. remiss. ann. 1390. in Reg. 139. ch. 113 : Esquelles bestes à laine en avoient une qui avoient un Dandin ou clochette pendue au col. Vide Sonalka et infra Sonella.*

† **SONALHA**, Campanula, tintinnabulum, Gall. *Sonnette*. Charta ann. 1344. ex Schedis Cl. V. Lancelot : *Qui habeat vel teneat boves, teneatur portare de nocte pro parti boum, mularum, vel roncinarum unam Sonalham apertam cum matalho.*

† **SONALUM**, Tintinnabulum orbiculare, Italis *Sonaglio*, Gall. *Grelot*. Constitut. Frederici Reg. Siciliæ cap. 115 : *Quod si avis amissa, antequam se recipiat in pristina libertatem, volando per arbores cum gettis et Sonaliis, ab aliquo fuerit cum pastu, vel sine pastu vocata, et ad eum venerit, etc. Vita S. Humilitatis tom. 5. Maii pag. 207 : Die quadam mustella quædam cum pelteolo ad collum in cellam introiit, ... super fenestram ascendit, dominum suam quasi deridendo inspexit, Sonalium ibi deposuit, et quasi valedicens nunquam comparuit. Ubaldinus in Indice ad Doc. d'Amor. Barberini : *Fractat de tribus quæ quasi unum sunt, aliquantulum in patria Tusciæ differant in vulgari. Illi enim dicuntur armigeri, qui hastiludunt cum Sonaliis et banderiis, et induti ad hoc tantum.**

1. **SONARE**. Lex Longob. lib. 2. tit. 52. §. 2 : *Si Comes in suo ministerio justitiam non fecerit, tunc Missus noster de hac causa Sonare faciat, usque dum justitia ibi fiat. Ubi Glossæ, Sonure, inquirere. [\*\* Carol. M. 18. Apud Pertz. Leg. tom. 1. pag. 38. in Capitul. ann. 779. cap. 21. locus sic habet : Si comes in suo ministerio justitias non fecerit, missos nostros de sua casa Sonare faciat usquedam justitia ibidem factæ fuerint. Et si vassus noster justitiam non fecerit, tunc et comis et missus ad ipsius casa sedeant et de suo vivant quousque justitiam fuciat. Vide Soniare, Hospitio excipere.]*

2. **SONARE**, Dicere, dici. Concilium Ticinense sub Benedicto VIII. PP. in Præfat. : *Quia usuale est apud eos Sonare, Filii matrem sequuntur. [Notitia judicati ann. 843. in Append. Marcæ Hispan. col. 780 : Et quando ipse Episcopus Wimar ab hoc seculo migravit, plenam vestiturum exinde habebat de omnia que superius Sonuit.] Charta ann. 1066. in Notis ad Concilia Narbon. : Sicut Sonat in præceptis Regum, id est, sicut scriptum est. In Consuetud. Andegav. art. 426 : En sonnant en termes généraux,*

*qu'il a possédé à titre. Id est, dicendo in terminis generalibus justo se titulo possedisse. Epistola Honorii Imper. apud Baron. ann. 419. 2 : Cum post abscessum venerabilis viri Zozimi, circa meritum Eulalii ordine subrogandi communi iudicio conveniens, multitudo Sonuisset, etc. Id est, una voce meritum Eulalii commendasset. Lex Veruini ann. 1233. art. 13 : Super burgenium aliquem neque ego, neque villicus meus, clamorem facere potero, nisi sub testimonio Scabinorum; ita tamen, quod si clamoris alicujus duo jurati testes Sonuerint, hæreditate excepta, post juratorum testimonium jus cujusque iudicio Scabinorum relinquatur. Sonner vero in Consuetudine Inculmensi art. 13. et Rupellensi art. 29. idem valet ac æquivalere, equipoller. Item pro loqui. S. Columbanus in Regula cœnobiarii fratrum, seu Penitentiali cap. 1 : Qui loquutus fuerit in plausu, id est, altiore sono solito Sonaverit, etc. [Laur. Byzyn. in Diario belli Hussit. apud Ludewig. tom. 6. pag. 156 : Insuper et literas per Boemice regnum muteriam præmissam Sonantes, scribebant.]*

\* *Verbum Sonare, phrasis Gallica, Sonner mot, mutire. Privil. curiæ Rem. MSS. fol. 6. vº. ex Bibl. reg. : Non audent excommunicare, nec mandata curiæ exequi, nec solum verbum Sonare.*

\* *Hinc, ni fallor, Estre suns, Reus dici, reputari, in Sent. baillivi de Herissant ann. 1364. ex Reg. 140. Chartoph. reg. ch. 252 : Comme Jehan li Sarmonniers fust Sunz et accusez... pour le soupeon de le mort de feue Jehanne le Caronesse sa femme, etc. Non a Latino Sonz deduco, quod accusatus tantum dicatur. Vide Sonure, 3.*

**RESONARE**, Idem quod *Sonare*. Versus scripti in fronte Bibliorum Metensis Ecclesiæ :

Et præsens transacta canit præsentia monstrans,  
Singula jura solet, singula sed Resonat.

Charta ann. 824. apud Sandovallium : *Inter ipsos terminos, qui in ista scriptura Resonant. Infra : Et per ipsos terminos cum suam rem causis, quod in ista scriptura Resonat. Charta Rivipullensis æræ 888. apud Anton. de Yezep tom. 4 : Sicut in ipso iudicio Resonat, etc. Tabularium Conchensis Abbatie in Ruthenis ch. 296 : Ita sicut Resonat in testamento, et in præscriptione patris nostri, etc. Adde Appendic. ad Capitul. num. 66. 104.*

3. **SONARE**, in veteri Consuetudine Normanniæ cap. 68. idem valet ac testes interrogare, reprocher les tesmoins : *Et quant il l'en aura ouy leurs dits, et mis en escript, cil qui est en prison doit estre unené devant eux, et lui doit-on demander, s'il en vout aucuns Saonner; et se il dit sur aucuns d'eux suffisant Saon, chose que disent ceux, qui sont ainsi Saonez, ne doit estre en rien contée : nuis si le Saon n'est suffisant, ce qu'il dira sera receu avec les autres. Ubi editio Latina habet Saonnare, et Saonniunt. Occurrit rursus cap. 102. 109.*

† **SONARE** et **SEONIUM**, in edit. Latina apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 281 : *Et auditis dictis eorum, et in scriptis redactis, criminosus coram eis debet adduci et ab eo debet queri, si quem eorum Sonare*

*voluerit, et si sufficiens Seonium super aliquem miserit, dictum ejus pro nullo debet reputari. Statutum Johannis Reg. Franc. ann. 1350. tom. 2. Ordin. pag. 397 : Engourroient ou se enfourmeraient par bons tesmoings et convenables, sans Saon et sans suspeçon. Litteræ Caroli V. ann. 1366. ibid. tom. 4. pag. 717 : Qui soient passez sanz Saon et sans souspeçon. Vide in Recordum, Sonatio et Sunnis.*

4. **SONARE PECUNIAM**. Leges Ethelredi Regis apud Venetyngum editæ cap. 27. [\*\* De instit. Lundon. cap. 6.] : *Et præcipimus, ne quis pecuniam puram et recte appendentem Sonet, monetetur, in quocumque portus monetetur in regno meo, super overhirsensam meani. Ubi Sonare pecuniam, est respuere, vel certe examinare per illius sonum, an proba sit, quod fieri etiamnum solet. [\*\* Vide Sonare, 3. et Sunnis.] Libertates villæ Perusiensis ann. 1260. apud Thomasserium pag. 98 : Tot home, qui daet luede, lu duet Soner au laider, ou à son comandement, avant que poasser lu vile, i. quicumque ledam debet exsolvere ledario, etc. Ita, Soner, est solvere, qua notione rursus ibi occurrit.*

† 5. **SONARE SIGNA**, Campanas pulsare, Gall. *Sonner*. Charta ann. 1122. apud Lohbinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 343 : *Qui (Monachi) susceptis de manu nostra cordis, signa illa protinus Sonaverunt, ac per hoc investituram suam cunctis qui aderant innotuerunt. Martyrolog. S. Albini Andegav. : De canonicis S. Mauricii Andecavensis cum de presenti vita decesserint faciemus hæc. Primitus signa Sonabimus, etc. Adde Chron. Novalic. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 744. Sonare ad martellum, in Regim. Paduæ apud eundem tom. 8. col. 438.*

† **SONARPAIR**. Vide infra *Sonopair*.  
\* **SONATIO**, pro *Saonatio*, Testis improbatio. Consuet. Norman. part. 2. cap. 39. ex Cod. reg. 4651 : *Brevi visio per quatuor milites et quatuor presbyteros, loco propinquiore et fidedigniores, qui nulla digna Sonatione a jurea debeant amoveri, ... debet sustineri. Ubi Gallicum : Qui par nul Suonnement ne puissent estre ostez de la jurée. Vide Sonare 3.*

† **SONDRUM**, **SOLHM**, fundus, ut videtur. Testament. Tellonis Episc. Curiensis ann. 766. apud Mabillon. tom. 2. Annal. Bened. pag. 708. col. 1 : *Agri, prata, et quidquid ad ipsas colonias pertinet, cum omni Sondro suo ex integro. Pluries occurrit ibidem. Vide Solanum.*

\* *Melius forsan, Domanium, ut Dominicum 3. Vide infra Sundrialis.*

† **SONEGIA**, ut *Sonniata*. Vide in *Sonniare*.

\* **SONELLA**, **SONETA**, Campanula, et animal cujus collo appensa campanula. Inquisit. ann. 1268. ex sched. Pr. de Muzaugues : *Requisitus quæ pignora asserebant eis, dixit quod una vice equus, et alia vice multones et alias Sonellas. Charta official. Autiss. ann. 1338. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 40 : Sonetas sive campanetas ad colla dictorum animalium pendentes et poni consuetas, ad finem quod non sonarent, ... feno sive foramine implevit. Sonnettes de feste, in Lit. remiss. ann. 1471. ex Reg. 195. ch. 640 : Les supplians oyrent venir après eux*



aucuns compaignons.... ayans des Sonnettes de feste sur eulx. An tympanum tintinnabulis instructum, Gall. *Tambour de Basque*?

\* *Songnole* vero, Pars humeri, in aliis Lit. ann. 1424. ex Reg. 172. ch. 485 : *Comme icellui Ogier estoit cheu de dessus un noyer, et s'estoit tout froissié le corps et rompu.... l'os de la Songnole de l'espaule, etc.* Aliud, forte sagittæ speciem, sonat hæc eadem vox in Lit. remiss. ann. 1409. ex Reg. 163. ch. 280 : *En icelle chambre le suppliant print et embla trois arbalestes, une Songnolle, un maillet, etc.*

**SONERA**, *Cochlea*, quam deferunt peregrini a sancto Jacobo. Matth. Silvaticus.

**SONESTI**, **SONISTA**, idem quod *Son*, de qua voce supra, Grex, numerus præfinitus animalium. Pactus Legis Salicæ tit. 41 : *Si quis admissarium cum grege, hoc est, cum (7.) aut 12. equibus furaverit, nalbergo Huicte Sonista*. Quæ postrema verba desunt in Lege Salica tit. 40. § 5. Lex Ripuaria tit. 18. qui est de *Sonesti* : *Quod si ingenuus Sonesti, id est 12. equus cum admissario, aut 6. serofas cum vetre, vel 12. vacæ cum tauro furatus fuerit, etc.* Vide Capitul. 4. ann. 803. cap. 3. [\* Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 246.]

\* *Sunesta*, apud Eccardum ex Cod. Guelferbit.

† **SONGEIA**, ut *Sonniata*. Vide in *Sonare*.

**SONGIA**, Ital. *Songia*, Gall. *Oing*, Adeps, unguen. Joan. Laudensis in Vita S. Petri Damiani num. 4 : *Juxta ignem puerilia membra distendit, et undique perungendo corpusculum, non modicæ summe Songiam profligavit*. [Statuta Astens. de intratis portarum : *Songia et sepum solvat pro quolibet rubo lib. 3.*]

**SONGINA**, **SONGNIA**, **SONIACA**, ut *Sonniata*. Vide in *Soniare*.

† **SONIA**, ut *Sunnis*. Vide in hac voce. **SONIARE**, Hospitio excipere, procurare, gistum præbere vel procurationem. Glossæ MSS. ad Legem Longobard. : *Soniare, curare*. Recte, quidquid dicant viri docti. Vett. Formulæ Pithœanæ MSS. cap. 108 : *In ea ratione, ut vos, vel ipsi Presbyteri, qui ipsa Ecclesia custodire videntur, annis singulis ad Missa sancti, quæ est in mense illo, dilectione nobis et pasto Soniare debeat, una cum tantos homines, una die et nocte pascere faciat*. Formula 57. ex Andeg. : *Hac tamen conditione, ut dum advixerō, mihi in omnibus tam de victo, quam et de vestito, Soniare mihi debeat, etc.* Capitulare ann. 779. cap. 21 : *Si Comes in suo ministerio justitias non fecerit, Missos nostros in sua casa Soniare faciat, usque dum justitiæ ibidem factæ fuerint*. Capitulare de Willis cap. 27 : *Et Comes de suo ministerio, vel homines illi, qui antiquitus consueti fuerunt Missos aut Legationes Soniare, ita et modo inantea et de paraveredis, et omnia eis necessaria solito more Soniare faciant, qualiter bene et honorifice ad palatium venire vel redire possint*. Ubi *Soniare*, est nostrum *Soigner*, curare, procurare, curam habere. Vox deducta a *soin*, cura : illa vero a *soinus*, *sunnis*, *sonnis*, excusatio, quod qui *soinum* seu *exonium* habent, vel circa rerum domesticarum curam occu-

pati sint, vel morbo detenti. [Vide *Sunnis*.] Hic vero *Soniare* dicitur is, qui circa hospitis exceptionem ac procurationem curam adhibet, ac prouide, qui eum excipit vel pascit, quomodo dicimus *Soigner quelqu'un*. Certe non diffitebor, nostrum *Soin*, a voce Latina *Sonnium* deduci posse. Lego enim in Gloss. Lat. Græc. : *Sonnium*, ὄρνις, ἰδιωτικὸς : in aliis Glossis, *Somnior*, μεριμνῶ. [Gloss. Gr. Lat. : ὄρνις, ἰδιωτικὸς, *Sonnium*, cura. Ibidem μεριμνῶ, curat.] Hinc *Sonnium* peculiari notione pro *cura*, *solicitudine*, acceptum constat : quod forte qui *somniant*, varias, ut fieri solet, solitudines ad anxietates animo pervolvant. Unde *Songer* à *quelque chose*, etiamnum vulgo dicimus, cum rei alicui incumbimus, vel de ea cogitamus : adeo ut litera *ia*, in *Sonjare*, pro diphthongo sint. [\* Vide Diezii Gramm. Roman. tom. 1. pag. 287.] Denique si inde etiam *Sunnis* vocem quis ortam contendat, non magnopere repugnem. Ut ut sit, ex *Sonjare*, deducta vox alia

**SONNIATA**, pro *Procuracione*, vel *gisto*, vel potius pro ea præstatione, quæ fiebat vice procuracionis, ac deinde pro quavis pensatione, usurpata in veteribus tabulis. Charta Hugonis Episcopi Suessionensis ann. 1096 : *Concedimus B. Martini Monasterio in personatum et quiete habenda altaria, unum sanctæ Gemmæ, sine illa etiam exactione, quæ vulgariter dicitur Sonniata; alterum cum Sonniata in villa, quæ Noa vocatur, salvo Episcopi debito jure, etc.* [Charta Balduini Episc. Noviom. ann. 1102. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 599 : *Unoquoque anno in festivitàte SS. Apostolorum Simonis et Judæ episcopo seu ejus ministris Sonniatam, XII. scilicet denarios solvat.*] Alia Simonis Episcopi Noviomensis ann. 1130. in Tabulario Montis S. Martini diocesis Cameracens. : *Singulis tantam annis duos sodos pro Sonniata, et 6. denar. pro obsonio in festivitàte S. Remigii Decano persolvatis*. Anselmus Leodiensis in Gest. Pontif. Leod. cap. 40 : *Præcepit, ... ut neque ipse, nec ullus aliquis Decanorum, qui post eum venturus esset, Soniatam, Episcopis debitam, ab eodem loco, ubi ipsius Sancti corpus requiescit, accipere præsumeret*. Ubi perperam editum *soniacam*. [Vide supra *Sogneia*, [\* et mox *Sogneia*, suo loco.]

† **SONNIATICA**, ut *Sonniata*. Charta Samsonis Archiep. Rem. ann. 1148. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 805 : *Sane ipse presbyter a Sonniaticis seu obsoniis et exactionibus quæ plerumque ad episcopi servitium fiunt, ... penitus liber erit*.

† **SOMNIATICA**, Eodem intellectu, in Charta Manassæ Archiep. Rem. ann. 1076. apud Marlot. Histor. Rem. tom. 2. pag. 172 : *Ut ea (altaria) fratres perpetuo sine personatu teneant, tantum Somniaticas persolvant*.

† **SONNIATA**, in Charta Lamberti Episcopi Noviom. ann. 1122. ex Tabul. S. Quintini in Insula pag. 41 : *Sonniatas sive obsonia et quasdam exactiones quæ plerumque ad nostrum servitium fiunt, illi penitus relaxamus*.

† **SOMPNEIA**. Charta Radulfi Militis ann. 1239. ex Tabul. Corbeiens. : *Super majoria, justitia et Sompneia de Foukiecourt... quit-*

*taverunt mihi et hæredibus meis in perpetuum Sompneiam quam a ne petebant*.

† **SONEGIA**, in Charta Nicolai Episc. Camerac. ann. 1137. inter Instr. tom. 3. Gall. Christ. novæ edit. col. 39 : *Ipsumque ab omni censuali exactione, omnique Sonegiarum et debitorum solutione, ... assensu Archidiaconi nostri, ... absolvimus*. Alia ejusdem ann. 1153. apud Miræum tom. 2. pag. 1172. col. 1 : *Et de Sonegiis, et jure syndodaliliberum facient*. Charta ann. 1174. apud eumd. Miræum tom. 1. pag. 710. col. 1 : *Anniversarium ejusdem Lamberti et patris et matris suæ, sine Sonegiis aliis ab istis quotannis faciant*. Occurrit rursus ibidem pag. 715. et 716.

† **SONGIA**. Charta ann. 1111. ex Tabul. Elnon. : *Curtem... liberam fecerat* (Robertus Comes Flandriæ) *ab exactione illa quam Songeian vocant*. Postea vero cum *Songeian* illam exigeret quidam Comitiss miles, etc. Adde Annal. Benedict. Mabillon. tom. 5. pag. 565.

† **SONGINA**. Statuta Eccl. Suession. ann. 1403. apud Marten. tom. 8. Ampl. Collect. col. 1536 : *Item, præcipimus et monemus, ut omnes abbates, abbatissæ, priores curati nominati, cæteræque personæ ecclesiasticæ nobis rutione curarum seu beneficiorum suorum, aut alias qualitercumque Sogninas debentes, eas, prout tenentur, solvant decanis; ... non solventes autem in his scriptis excommunicamus*.

**SONGNIA**, Eadem notione, in Charta Alberici Archiep. Remensis ann. 1207. in Tabul. Foisniac. : *Recognoverunt se vendidisse duos modios vini, duos galetos avenæ, duos solidos et duos denarios bonæ monetæ, duas Sognias, et duos repastus*.

**SUMPNIATA**, Eodem significato. Stephanus Tornac. Epist. 287. 2. edit. : *Sumpniatas etiam nobis solvere tenebitur, sicut alie tenentur vicinæ Ecclesie*.

Scribit Vassorius in Annalibus Noviomensib. pag. 959. dimissam Curionibus diocesis Noviomensis, sub Vermondo Episcopo, *sonniatæ* præstationem, eamque commutatam in censum 12. denariorum, Capitulo exsolvendum, postredie peractæ Synodi. Sed quod *Soignies* Gallice appellari ait, quasi *moissonies*, seu *jus messis*, plane fallitur, cum vox hæc a *sonniare* originem ducat.

De *Sonniatarum* vero præstatione multa habet vetus Consuetudo Remensis, quæ hic exscribere, ad vocis vim plane percipiendam, operæ pretium videtur : *Essogne est un droit ou devoir seigneurial due par les heritiers ou successeurs des trespassez au Seigneurs sous la censive desquels ils ont et possèdent heritage au jours de leur trespas. Et n'est pas universel, ne uniforme : car il est seulement due és terres et seigneuries, esquelles est accoustumé d'ancienneté d'essoigner; et si doit on pour Essogne en aucuns lieux un denier paris, et en aucuns deux deniers paris, en aucuns douze deniers, en aucuns autunt, ou aucune fois le double, aucune fois la moitié, d'autant que les heritages doivent de cens annuel. En aucuns lieux est deu une seule Essogne pour une succession, posé qu'ils y soient plusieurs chefs de personnes succedans. En autres lieux chascun chef succedant doit un Essogne : En autre*



lieu aussi faut essongner dedans huit ou neuf jours, ou autre nombre de jours après le decez du trespassé. En aucuns lieux dedans un jour naturel. En aucuns lieux faut essongner avant que le corps du trespassé soit enterré, et avec ce en aucuns lieux l'amende de non essongner est de dix sols parisis; et en autre lieu est de vingt-deux sols six deniers parisis, et en autre lieu est de sept sols six deniers parisis. En la cité et ville de Reims ne se font aucunes Essongnes, et n'en a jamais esté usé, ne aussi en plusieurs autres villages, ne villes assises es environs dudit Reims.

\* Hinc nostri *Soignier* et *Sougnier* dixerunt, pro *Adjuvare*, operam præbere, suppeditare, vulgo *Aider*, *fournir*. Charta Renardi de *Choisuel* milit. ann. 1316. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 423: *Se je ou mi hoir volons ouvrir pour ma maison ou faire forteresce, li dit homme me doivent Soignier ou mes loirs, en faisant continuellement lechi ouvrage par chascune semaine deus charrettes. Songnier*, in alia ejusd. ex Reg. 60. ch. 220. Alia ann. circ. 1280. in Chartul. S. Petri de Monte ex Bibl. S. Germ. Prat: *Et doit retenir à mien toutes les menandies ke li signors ont à Antillei, ce il me veulent Songnier marrien en leur boix. Unde Ensongner*, Curam adhibere, apud Froissart. in vol. 3. cap. 132: *Le duc de Juilliers fit sa paix au Roi de France parmi les traittés et moyens des prelatz qui s'en Ensongnerent. Et Assonnyer*, pro Opus sedulo perficere. Lit. remiss. ann. 1416. in Reg. 169. ch. 315: *Le suppliant qui avoit grant volenté que la besongne, en quoy il ouvroit, feust Assonnyée et achevée, pour ce qu'il estoit feste, etc.* Inde etiam *Sonreis* dictus, qui res alterius curat. Charta Frider. ducis Lothar. ann. 1295. in Chartul. Romaric. ch. 34: *Des paixennages des boix que nous avons ensemble, acordons nous que li Sonreis de laditte englise et nostre commandemens les vendront par acort. Ita et Soigan* vel *Soigan* appellatur Chirurgus, qui curandis vulneribus vacat, in Pœnis Aurel. apud Thaumasser. ad calcem Assis. Hierosol. pag. 467: *Se il y a sanc ou chaable, soixante sols d'amande et quinze sols au bleicié et Soigan.* Neque aliunde accersenda videtur origo vocis Gallicæ *Sonneur* de bestes, qua jumentorum aliorumve animalium curator et ductor significatur, in Lit. remiss. ann. 1408. ex Reg. 163. ch. 221: *Aubery Duchamel Sonneur de bestes demourant à Gratinville, etc.* Haud scio vero an huc pertineat vox *Sonays*, injuria loco adhibita, qui scilicet latrinæ purgat, in Lit. remiss. ann. 1411. ex Reg. 165. ch. 199: *Jehan Marchant appella Jehannot Chauffournier, sanglant, punays, camus, Sonays, etc.* Et quidem *Sone* usurpari mihi videtur pro Putei purgatione vel refectione, in Ch. ann. 1400. ex Chartul. 21. Corb. fol. 256. vº: *Auront ledit Simon et ses hoirs et ayans cause leur communauté au puch deslirts religieux de le maison de Lompre, et y porront aller guerre de l'eau par paient leur part de le Sone, quant necessité en sera.* Pluries occurrit in eod. Chartul.

† **SONISTA**. Vide in *Sonesti*.

† **SONITIZARE**, Campanas argute pulsare. Guidonis Discipl. Farf. lib. 1. cap.

19: *Ad finem Missæ omnia signa Sonitizent.* † **SONNIZARE**, Eadem notione, ibidem cap. 1: *Eceuntibus omnia signa pulsantur: duo majora tandem prolongentur Sonnizando quousque revertatur processio.*

**SONITUS**, Murmur. *Conventus Aquisgranensis* ann. 817. et *Additio* 1. Ludovici Pii cap. 41: *Ut qui negligenter Sonitum fecerit, aut aliud quid excesserit in rectorio, mox a Priore veniam petat. Ubi quidam Sonitum crepitum ventris interpretantur; sed perperam. Capitula Monachorum ad Augiam directorum cap. 7: Si quis autem de ipsis aliquid ibi delinquerit, vel excesserit, aut Sonitum aliquem fecerit, exceptis his, qui ad mensam sedent, prostrati ibi coram Priore tandem jaceant in terra, etc.* *Capitula Adalhardi Abbat. cap. 27: De omni strepita, vel excussione, vel Sonitu.* Vide *Nomasticum Cisterciense* pag. 171. 172. 175. 176. 180. 182. et infra in *Sonus* 1.

\* *Nostris Sonnet*, Ventris crepitus, in Lit. remiss. ann. 1472. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 776: *Les assistans sentirent une mauvaise odeur; à l'occasion de laquelle, ils on les aucuns d'eulx dirent au suppliant qu'il avoit fait ung sonnet, et qu'il en seroit baculé. Sonnement*, pro *Bruit*, in Vita J. C. MS:

Tous oient communement  
Des chiols venir un Sonnement.

† **SONITUS CAMPANÆ**, quo adversus hostes congregantur homines alicujus districtus, inter jura dominorum recensetur in Charta ann. 1335. part. 2. Hist. Comit. Lossens. pag. 37: *Sed ipsa villa et hominibus ejusdem gaudebunt, cum suis juribus gaudebunt et fruentur libere et absolute, sicut et nos terris nostris et dominiis, comitutibus supradictis, hoc excepto, quod Sonitus campanæ pro patria conitatus Lossensis (sicut moris est) defendenda, nobis et nostris successoribus, ibidem Comitibus de Los, in perpetuum remanebit in villu de Zoulre memorata.*

† **SONIUM**, **SONTUS**, **SONNA**. Vide *Sunnis*.

\* **SONNEIA**, Procuratio, gistum, vel Præstatio, quæ fiebat vice procurationis, aut quævis pensatio, nostris *Sougnie* et *Seignie*. Charta Phil. Aug. ann. 1200. ex Chartul. S. Joan. Laudun.: *Idem Petrus quittavit... homines, qui debebant eidem Petro Sonneias pro terris quas tenebant; pro singulis Sonneis reddent singuli dicto Petro... octo denarios Cuthalaunensis monetæ.* Declarat. feud. ann. 1330. in Chartul. S. Petri Gand. ch. 18: *Chascune maison à Anay là u on fait su, ly doit audit jour S. Remy ung denier pour Sougnie.* Charta ann. 1331. in Chartul. Arremer. ch. 32: *Item disoient lidiz sires de Chacenay et sa femme qu'ils devoient avoir trois Seignies chascun an sur ledit priorté de Viviers; pour chascune Seignie trois jours eulz, leur gent et leur chevaux au Soignement dudit priorté à tous depens.* Eadem fortean notione intelligenda vox *Sotige*, si tamen bene lecta est, in Lit. Theob. comit. Campan. ann. 1264. tom. 5. *Ordinat. reg. Franc. pag. 390: Toutes les bourgeoisies et les Sotiges de cette ville et les yssues des dictes choses.* Vide *Sogneia* et in *Soniare*.

**SONNIATA**, **SONNIATICA**. Vide *Soniare*. **SONNIS** Vide *Sunnis*.

† **SONNIZARE**. Vide *Sonitizare*.

\* **SONNULA**, Campanula, tintinnabulum. Charta ann. 1361. in Reg. 103. Chartoph. reg. ch. 78: *Petrus Gosini de Caramanno... tenetur facere quoque anno pro amparantia unum morulum parvum cum Sonnullis argenteis.* Vide supra *Sonella*.

**SONOPAIR**, Verres, Dux gregis: ex *Son*, grex, et... Lex Longob. lib. 1. tit. 25. § 47: *Si quis verrem alienum furatus fuerit, componat sol. 12. ipsum, qui dicitur SonoPAIR, qui omnes alios verres in grege battit et vincit, tantum in uno grege, quamvis multitudo porcorum sit, unus computetur SonoPAIR, etc.* Ubi *Edictum Rotharis* [\* 356.] Regis Longob. tit. 105. § 33. *Sonorpaib* præfert. [Alias variantes lectiones exhibet Murator. tom. 1. part. 2. pag. 44. ex Codd. MSS. Mutinensis habet, *Sonarpair*: Ambros. *Sonorfair*: Estensis, *Senorpaiz*.] Vide *Son*.

† **SONORIOR**, comparat. vocis *Sonorus*, ad calcem Johan. Abrinc. de Offic. Ecclesiast. pag. 385. *Nos habemus ærea Sonoriora et duribilia, significuntia ora prædicatorum Sonorius, cantare, in Consuetud. Fontanell. MSS.*

† **SONORITA**, Cantor. Vita S. Dunstani tom. 4. Maii pag. 358: *Audierat insolitas Sonoritanorum voces, subtili modulamine in hac eadem basilica concrepantes.*

† **SONORITAS**, Sonor canorus. Capitulum Karlomanni tit. 3: *Preces nostræ a Deo non recipiuntur... nullam Sonoritatem virtutum habentes.* Mirac. S. Rictrudis tom. 3. Maii pag. 125: *Fratres monasterii dulci modulatione atque alta vocum Sonoritate, assuetas miraculis jubilationes certatim resultabant.* Vide Vossium de Vitiis Ser. lib. 3. cap. 49.

† **SONOROSUS**, ψωνοδής, in Gloss. Lat. Græc. *Sonosus*, in Sangerm. pro *Sonorus*.

† **SONORPAIB**. Vide *Sonopair*.

\* **SONS**. Glossæ Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Hontheim pag. 681. col. 2: *Si datus fuerit ipse census, colligit Sontes tres et medium.*

\* **SONTICUS MORBUS** Vide in *Morbis*.

† **SONTICUS**, *Verax*. Gloss. Isid. Ita etiam legendum in Gloss. Lat. Græc. ubi habetur: *Sontius*, ἀληθής. Vide *Causa* 1.

1. **SONUS**, Rumor, fama, Gallis *Bruit*. Gregorius Tur. lib. 8. Hist. cap. 18: *Sonus enim erat sororem suam... Constantinopolim fuisse translata.* Baudouinia in Vita S. Radegundis cap. 4: *Dum in villa ipsa adhuc esset, fit Sonus quasi eam Rex iterum vellet accipere.* Ita usurpant idem Gregorius Turon. lib. 7. cap. 47. lib. 8. cap. 41. 43. Vita S. Treverii Monachi cap. 3. Capitula Caroli C. tit. 12. cap. 5. Guill. de Podio Laurentii cap. 47. Hugo Flaviniac. pag. 164. Petrus de Vineis lib. 2. Ep. 54. etc. Vide *Sonare* 2.

**SONUM FACERE**, in Pœnitenti S. Columban cap. 14. et in Capitulis Aquisgran. ann. 817. cap. 31. est murmurare, aut murmur excitare: *Faire du bruit*.

2. **SONUS**, Clamor inconditus multitudinis, quo reum alicujus criminis insectatur, ut fuit *Hutesium*, apud Anglos, et *Clamor de Haro*, apud Normannos. Prima



Curia Generalis Catalanæ sub Jacobo Rege Aragon. ann. 1291. MS : *Quod nos, vel aliquis alius, non procedat contra aliquem richum hominem... sine citatione evitendo Sonum, nisi essent malefacta, ... in quibus casibus possit prosequi malefactorem, evitendo Sonum, etc.* Vide *Huesium et Rumor*.

3. **SONUS**, Psalmus Davidicus, *Venite exultemus, etc.* qui in Matutinis canitur, forte sic dicitur, inquit Garsias Loaisa, quia sonora voce decantatur, ut contra nullo Sono interveniente orationem dici, ait Amalarius in Eclogis de officio Missæ, quæ voce submissa dicitur. Concilium Emeritense cap. 2 : *Oportet igitur, ut sicut in aliis Ecclesiis vespertino tempore, post lumen oblatum, prius dicitur Vespertinum, quam Sonus in diebus festis, ita et a nobis custodiatur in Ecclesiis nostris.* Breviarium Mozarabum : *Statim dicitur Sonus, si sit festum; eo quod dies ferialis caret Sono, nisi in tempore Resurrectionis propter solennitatem dicitur. Hæc regula. Sonus est : Venite, exultemus Domino, jubilemus Deo salutari nostro. Versus : Præoccupemus faciem Dei, in confessione, et in Psalmis jubilemus Deo.*

\* 4. **SONUS**, Campana. Charta ann. 1233. inter Probat. Hist. Autiss. pag. 52. col. 1 : *Diebus autem festis, in quibus grossi Soni pulsantur, tam clerici quam laici matricularii omnes in ecclesia jacebant.*

\* 5. **SONUS**, Differentia, discrimen. Instr. ann. 1391. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 111. col. 2 : *Quos voluerunt nominari consules de villa Nemausi, absque Sono seu differentia nobilium et innobilitium.*

\* **SONZIA**, Adeps, unguen. Stat. Valliser. cap. 20. ex Cod. reg. 4619. fol. 111 : *Quælibet persona, ... que vendiderit aliquod formagium, butirum, mascherpam et Sonziam, etc.* Vide *Songia*.

\* **SOOL**. Vide supra *Sol* 3.

\* **SOONIUM**, Excusatio, quam affert quispiam, quo minus juri stare possit. Consuet. Norman. part. 2. cap. 30. ex Cod. reg. 4651 : *Dum milites in visneto valeant reperiri, qui justo Soonio vel rei ipsius ignorantia, ab ipsa jurea debeant amoveri, etc.* Vide *Sonare* 3. et *Sunnis*.

\* 1. **SOPA**, **SOPPA**, Officina, locus ubi merces venum exponuntur, Gall. *Echoppe*, alias *Sope*. Necrolog. Rotomag. ex Cod. reg. 5196. fol. 71. rº : *Quarta pars emolumentum Soparum, stallorum, etc.* Lit. remiss. ann. 1353. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 6 : *Dum dictus Petrus ante Soppam seu stallum predicti Robini carnificis transiret, etc.* Charta ann. 1385. in Reg. 128. ch. 112 : *Une maison assise en la ville de Bateaux devant les Sopes Nostre-Dame.* Vide *Schoppa* et *Soppa*.

\* 2. **SOPA**, Fustis crassior, clavæ species. Lit. remiss. ann. 1399. in Reg. 154. Chartoph. reg. ch. 739 : *Petrus Dominici obviavit retro conventum fratrum Minorum Tholosæ Sancio de Podio portanti quandam Sopam insportitam, sive circa collum.*

\* 3. **SOPA**, *Supa*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613. Tunicæ vel pallii species. Vide supra *Chopa*, *Schuba* et infra *Zuppa* 2. Nisi sit pro Jusculum ex carne, vulgo *Soupe*. *Soupe dorée*, Placentæ species videtur, in Lit. remiss. ann. 1403. ex Reg.

158. Chartoph. reg. ch. 44 : *Un cousin germain du suppliant lui dist que son pere et ses freres vouloient lui donner ses Soupes dorées, comme il est acoustumé faire ou pais en tel temps (de Carème-prenant en la ville Sº. Marie sous Bourg). Soupe de Prime, Rabelaisio lib. 1. cap. 21. appellatur, ut opinor, Potatio matutina. Mengeur de Soupes, per contemptum usurpatur, in Lit. remiss. ann. 1393. ex Reg. 145. ch. 436 : *Le suppliant dist à icellui Thomas qu'il n'estoit mie e sa puissance, ne d'un tel fagoteur mengeur de Soupes, que s'il eust veu icelui Quenetier frapper, qu'il ne lui eust courru sus.* Vide supra *Polenta* 2.*

**SOPANUS**. Vide *Zupa*.

**SOPARIA**, Vasis species. Vide *Lito*.

† **SOPECHON**, Vide *Soupechon*.

† **SOPHIA**, a Gr. σοφία, Sapiencia, scientia. Charta Bertrandi Comit. Forcalquer. ann. 1044. ex magno Chartul. S. Victoris Massil. fol. 148. vº : *Omnipotens factor omnium Deus ineffabilis Sophiæ suæ dispositione condens cuncta.* Vide *Itiner. litter. Martenii* pag. 46.

**SOPHISMA**, æ, Sophir, scientia. Vita S. Fructuosi Episc. cap. 7 : *Unus Sophismæ intelligentiæque peritiam indeptus.*

**SOPHISMATICARE**, Decipere sophisticare. *Sophisticare, decipere verborum intricacione.* Ugutio. [Vide *Sophisticare*.]

\* **SOPHISMUM**, Fraus, simulatio, cavillatio, Ital. *Sofismo*. Charta ann. 1214. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Chron. imper. Leon. Urbevet. pag. 219 : *Promiserunt... in omnibus et per omnia et in singulis observare et facere, sine hujusmodi fraude et malitia et malo ingenio et Sophismo.* Vide mox *Sophyma*.

**SOPHISTE**, inquit sanctus Augustinus lib. 2. Locutionis de Exod. appellantur Latinarum litterarum eloquentissimi auctores. Gloss. Lat. MS. Reg. : *Sofista, Orator, vel sapiens.* Iso Magister : *Sophista, sapiens.* Lex 3. Cod. Th. de Studiis liber. urbis Romæ (14, 9) : *Habeat igitur auditorium specialiter nostrum, in his primum, quos Romanæ eloquentiæ doctrina commendat : Oratores quidem tres numero, decem vero Grammaticos : In his etiam, qui faciundia Græcitatibus pollere noscuntur, quinque numero sint Sophiste, et Grammatici æque decem.* Id est, Oratores Latini tres, Græci quinque. Neque aliter vocem hanc usurpat Lex unde Professoribus etc. (6, 21.) eod. Cod. Fortunatus lib. 7. Poëm. :

Docta recessuris quid prodest lingua Sophistis?

Theodulfus Aurelian. lib. 3. Carm. :

Quique Sophista potens est, quique Poeta melodus.

Vita S. Boniti Episcopi Claromont. cap. 1 : *Cæteros coetaneos excellens a Sophistis probus atque prælatus est.* Baldricus Burgulien-sis Abbas :

Egregius doctor, magnusque Sophista Geraldus.

Ita non semel usurpat Oedericus Vitalis pag. 352. 460. 475. 570. Vide S. Basilium Ep. 83. 146. 147. 155. Veteribus vero, qui *Sophiste* potissimum appellati fuerint, erudita observacione docet præ cæteris Petrus Faber Sanjorianus ad Leg. 1. de Justitia et Jure pag. 715. 716.

† **SOPHISTA**, Concionator. Mirac. S. Gibriani tom. 7. Maii pag. 623 : *Adest*

*divinus Sophista, ostensus incredulis, quanto donativo Christus remunerat qui ejus imitantur vestigia.*

† **SOPHISTICARE**, Adulterare, corrumpere, *Sophisticare* nostris eadem notione. Statuta Massil. lib. 5. cap. 21 : *Constitimus ut nemo possit vel audeat in Massilia incamarare seu Sophisticare aliquod avere, cuscunq; sit generis et materiei.* Vita B. Lidwinæ tom. 2. April. pag. 355 : *Et facto cataplasmate de balsamo, ut disserebat, non Sophisticato.* Vide infra *Sophisticatio*.

† **SOPHISTICARE**, Decipere, simulare. Epist. Conradi II. Reg. Siciliæ in Chron. Sicil. apud Marten tom. 3. Anecd. col. 21 : *Mentius est regnicolis mortem nostram, et Sophisticans in eo dominum, pseudo-regem se fecit.* Concil. Constant. tom. 2. col. 389 : *Quosdam episcopos... secrete per diversas gratias et promissiones Sophisticavit et corrupit.* Vide *Sophismaticare*.

\* *Sophisticando et graviter delinquendo in mercaturis suis, in Lit. remiss. ann. 1375. ex Reg. 107. Chartoph. reg. ch. 148.*

† **SOPHISTICATIO**, Adulteratio. Statuta Massil. lib. 5. cap. 21 : *Qui (probi homines) cavere debeant ne possit ibi fieri aliqua incamaratio, vel Sophisticatio.* Adde Statuta Avenion. lib. 1. rubr. 21. art. 11. pag. 85. Vide *Sophisticare*.

† **SOPHISTRIA**, Gr. σοφιστρια, Magistra sophisticæ. Chron. Angl. Th. Otterbourne pag. 266 : *Quibus etiam associandus est tertius tractatus, quem edidit (Johan. Wiclefus) super Sophistria.* Non exstat in Catalogo quem de Scriptis Wiclefi texuit Guillel. Cave in Hist. Litter.

**SOPHOS**, acclamatum in theatris docet non uno loco Martialis; quam vocem haud omnino dispari notione usurpat Sidonius Appollinaris lib. 1. Epist. 9. lib. 8. Ep. 6. lib. 9. Ep. 13. Carm. 8. et alibi, ut et Fortunatus Pictavensis lib. 3. Poëm. 21. lib. 6. Poëm. 12. lib. 8. Poëm. 23. lib. 9. Poëm. 1. quibus interdum pro elegancia sermonis ac dictionis usurpatur. Adde Architrenium lib. 1. cap. 5.

\* **SOPHYMA**, pro *Sophisma*, Fraus, fallacia. Charta ann. 1015. tom. 4. novi Tract. diplom. pag. 225 : *Quatinus Sophymate omnino scrupulose rei dempto, etc.* Vide supra *Sophismum*.

**SOPHYRUS**. Vita S. Willibaldi seu Wnebaldi Abbatis Heidenheimensis cap. 4 : *Ille vir Dei sensu Sophyrus, agone argutus, etc.* Hodeporicum ejusdem S. Willibaldi n. 3 : *Divinæ legis hagiographorum armariola indagando, sive legendo procaci sensu Sophyrus, mente moderatus indagabat.* Et num. 31 : *Sed et in multis monachorum mansionibus, quas ipse solers et Sophyrus vasta pro rura rimando explorabat, etc.* Ubi Canisius hac voce, σοφῶν, seu sapientem indicari observat.

† **SOPITALIS**, Qui fit inter dormiendum. Vita S. Dunstani tom. 4. Maii pag. 355 : *Sed ex beatis supernæ regionis civibus per Sopitalem revelationem capaci didicerat intellectu.* Vide *Soporare*.

† **SOPITIVUS**, Soporem seu somnum concilians, inducens. Petrus Cellensis Epist. 2. lib. 3 : *Accedit hinc beatitudinî mee dulce ad invicem commercium litterarum, unde et anaritudinibus meis mitigati-*



*vum paratur electuarium, et inquietudini Sopitivum medicamentum. Sopir* a Lat. Sopire, eadem notione dixerunt nostrates Charta ann. 1450. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 1119 : *Pour Sopir et estaindre à nostre poair toutes questions, débats, etc.* Vide infra *Soporifluus*.

\* Reg. 13. Corb. sign. *Habacuc* ad ann. 1511. fol. 110 : *Et quant au residu des cens, surcens et arreaiges ilz ont esté anullez, Soppis et estains.*

† **SOPORARE**, Dormire. Processus de Vita et Miracul. vener. Mariæ de Malliaco, tom. 3. Mart. pag. 749 : *Respondit quod in tota nocte non Soporaverat seu dormiverat.* Vita vener. Idæ tom. 2. April. pag. 167 : *Cum læc... ad Soporandum in lectulo juxta morem artus sui corporis intulisset, etc.* Acta S. Bernardi Menthon. tom. 2. Jun. pag. 1075 : *Omnibus jam nocte profunda Soporantibus.* Vide *Sopitalis*.

† **SOPORIFLUUS**, Soporifer, ut *Sopitivus*. Vita metricè scripta S. Winwaloei ex Cod. MS. Landevenec. fol. 117. verso :

Membra Soporiflūæ modicum deflexa quieti.

† **SOPPA**, ut supra *Schoppa*, officina. Charta ann. 1295. apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 425 : *Item legat eidem ecclesie duas Soppas quas habuit de eadem Ecclesia, quæ site sunt in villa prædicta versus Occidentem.* [\* Vide supra *Sopa* 1.]

\* **SOPRALECTA**, Stragulum, in Charta ann. 1266. ex Tabul. S. Vict. Massil. Vide *Superlectile*.

† **SOPRISA**, Injusta captio, exactio. Epist. Gregorii PP. IX. ann. 1228. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 948 : *Nequisimum juramentum præstitit et recepit ab eis, quod servabant sessivas suas, nec de cetero ecclesiasticorum Soprisas tolerabunt.* *Soprendre*, injuste exigere, in Charta ann. 1289. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 435. Vide *Superprendre* et *Superprisia*.

\* **SOQUA**, Calceamentum ligneum. Vide *Soccus* 1. et *Soquus*. Leudæ major. Carcass. MSS : *Item pro saumata saugine* (leg. *Soquarum*) *unam Soquam.* Ubi versio Gallica ann. 1544 : *D'une saumade de Soquets ou esclops, un esclop.* Vide alia notione in *Soca* 3. et 4.

1. **SOQUETUM**. Charta Raimundi judicis Majoris Senescalliæ Tolosæ ann. 1448 : *Quoddam emolumentum, Soquetum vini vulgariter nuncupatum, quod est diminutio quartæ partis mensuræ vini, quod venditur ad tabernam et in minuto.* [Vide supra *Soquetum*.]

☞ *Soquetum* est Subsidiū seu vectigal, quod ex imminutione mensurarum vini percipitur, ut plurimum in usus cesurarum civitatis, cui a Rege vel Domino concessum est : *Souquet*, in Litteris Caroli VII. Reg. Franc. ann. 1431. ex Regesto 9. Senescalliæ Sommeriarum fol. 25. vº. *Souquet*, in Litteris ann. 1472. Ludovici XI. Reg. ex Regesto Senescalliæ Belloquadræ fol. 236 : *Les habitans de Beaucaire, qui par octroy de nous, leur a été puis aucun tems en ça octroyé qu'ils puissent cueillir et lever une aide appellée le Soquet ou appetissentent de mesures du vin qui se vend en*

*detail en laditte ville de Beaucaire et territoire d'icelle; c'est assavoir cinq picliers pour chacun barral de vin qui se monte à la septième partie d'icelui barral, etc.* Litteræ ann. 1363. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 4. pag. 238 : *Ut ipsi habitatores (Andusiæ) possint.... levare Soquetum vini; videlicet sextam partem vini vendendi in dicta villa ad minutum, prout alias habuerunt.* Litteræ Johannis Archiepisc. Auxitan. ann. 1401 : *Concedimus quod possint et valeant imponere Soquetum in qualibet mensura, cum quibus mensurabitur et vendetur vinum in minuto ad tabernam in dicta nostra civitate Auxitana, videlicet diminutionem dictarum mensurarum de octava parte.* Ibidem : *Quod Consules possint levare Soquetum sive malamoltam, videlicet ex decem et septem cartonibus vini, medium cartonum vini, sive ejus pretium.*

† **SOQUOTUS**, Eadem notione, pro *Soquetus*. Litteræ Johannis Fr. Reg. ann. 1361. tom. 3. Ordinat. pag. 498 : *Impune et libere impositiones suas, si quas habent, barragia, sizas, Soquotos vini, farinæ, vel similia, jam eis per nos dudum... concessa vel donata, levare et exigere possint.* Ubi advertere est *Soquetum* non ex vino duntaxat, sed ex aliis etiam rebus exactum fuisse.

\* Tributum, quod ex quibuscumque rebus venalibus, in Charta designatis, exigendum alicui oppido in sui commodum a rege conceditur, vulgo *Octroy*. Charta ann. 1368. in Reg. 102. Chartoph. reg. ch. 57 : *Item habebunt prædicti consules (Asterfortis) impositionem seu Soquetum pro duodecim annis levandum de rebus infrascriptis vudentis in dicto loco et jurisdictione ejusdem, ad convertendum in clausuram dicti loci, videlicet de quolibet animali equino vel bovino quatuor denarios.* Ita etiam supplementum in Libert. Salvit. ann. 1369. pag. 386.

\* 2. **SOQUETUM**, *Acies hastæ*, in Glossar. Math. Paris.

† **SOQUUS**, ut *Soccus* 1. Calceamenti species. Statuta MSS. Raymundi Episc. Massil. ann. 1271. ex lib. rubro Capituli ejusdem Eccl. : *Statuimus quod nullus intret chorum cum Soquis, nec umquam discalciatus, ita quod nuditas pedum apparere possit.*

† **SORA**, f. pro *Hisp. Sorva*, Sorbum, Gallis *Corme*, vel *Sorbe*. Synodus Limensis ann. 1585. inter Conc. Hispan. tom. 4. pag. 426 : *Post hac nemo vel Hispanus vel Indus... faciat azva ex Sora cum mistura yuca; quoniam non solum sanitati nociva est, sed... etiam pernicioza; quæ nimirum Indis ebrietatem et mortem aliquando afferre solet.*

\* **SORARE**, f. Separare, disjungere; nisi sit pro *Serare*, arcrare; quo sensu *Serrare* dicunt Itali. Stat. Vallis-Ser. cap. 61. ex Cod. reg. 4619. fol. 116. vº : *Non sit aliquis conductor,.... qui audeat nec præsumat Sorare, alargare ipsas seraturas, polpedos et assides positos pro includendo.*

† **SORATA**, pro *Staurata*, ni fallor. Vide *Storax*. Statuta Vercell. lib. 2. fol. 27. vº : *Calcidra una et cussinum unum super quibus dormit, linteamina duo, cooperatorium unum, vel Soratam unam, etc.*

**SORATOR**, **SORATORIUM**. Statuta Mediolanensia part. 2. cap. 245 : *Ad transversum fluminis tani publici quam privati, vel alicujus ragiæ vel Soratoris... liceat vicino habenti terras ab utraque parte aquam ducere.* Cap. 247 : *Et manutenere pontes, et Soratoria, et aggeres, etc.* Adde cap. 329. Idem quod

† **SORRATORIUM**, *Receptaculum* per quod aqua exundans defluit, Gallis *Décharge*. Statuta Mutin. rubr. 353. fol. 69 : *Statutum est quod unum Sorratorium in quod cadit aqua canalís situle fieri debeat ad molendinum de Cantono.* Addit. ad ead. Statuta cap. 25. fol. 48. vº : *Ordinamus quod quilibet habens molendinum ad naciandum seu fullandum, teneatur habere juxta ipsum molendinum unum Soratorium ante paratorias et moram, et magis bassum ipsa mora,.... per quod possit labi aqua, quando non macinatur, et quando occurrunt inundationes aquarum; ita etiam quod aqua per dictum Soratorium labens, revertatur in ipsum canale.*

**SORBELLUM**, **SORBINUM**. Kerhardus in Synonymis : *Jus, justilium, Sorbinum, Sorbellum, sorbium, offa, offella, etc.* Berta Sanctimonialis in Vita sanctæ Adelheidis Virg. num. 14 : *Tunidos autem et pene desperatos vita recreavit Sorbellis mixtis aqua, modica etiam farinula et sagina.*

† **SORBELLUM**, Quantum uno haustu quis sorbere potest, Gallice *Gorgée*. Vita B. Lidwinæ tom. 2. April. pag. 274 : *Aliquando valde parum de pane (utebatur) cum modico Sorbello sive haustu cervisiæ spumantis.*

† **SORBILLUM**, Eadem notione, in Vita MS. sancti Amatoris Episc. Autissiod. : *Propterea si non sumus immeriti, de poculis nostris Sorbillum, et de ferculis nostris sume, licet rusticis, delibamentum.*

\* **SORBERIUS**, Sorbus, Ital. *Sorbo*, Gall. *Sorbier* vel *Cormier*. Charta Joan. Matiscon. episc. ann. 1264. in Chartul. Cluniac. : *Jocerandus de Buxeria domicellus... accepit in feodum... prata... a Malopassu usque ad Sorberium de Contondre.* Alia ann. 1332. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 1098 : *Exceptis.... arboribus fructiferis, videlicet pomeriis,.... Sorberiiis, castanereis, nogueriis, etc.*

† **SORBICINA**. Vide mox *Sorbicium*.

**SORBICIUM**, Jus, jusculum, quidquid hauriendo sorbetur. Philippus Eystetensis in Vita S. Willibaldi cap. 4 : *Parentes etiam relatione eorum, qui puerum educabant, intellexerunt, quod puer sicco pane frequenter pasceret, faba et pisa, ac aliis leguminibus delectabiliter uteretur, Sorbiciis autem, vel quibuscunque escis sorbilibus, nequaquam fruebatur.* Gloss. Gr. Lat. : *Πόρριζα, Sorbitio, sorbicina.* MSS. *sorbition.*

\* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Sorbicium, chaudel. Sorbiunculum, chaudel.* Pro *Sorbicium* unum.

\*\* **SORBILLATIO**. Galen. lat. MSS. ad Glauco. I. 25 : *Reficiatur sucis optimis et Sorbillationibus bene factis.* Maius in Glossar. novo.

† **SORBILLATOR**, *Degulator*. Glossar. Isidori. f. pro *Deglutiator*.

\* Nostris *Surbeu*, Qui plus æquo bibit, vino obrutus. Lit. remiss. ann. 1417. in



Reg. 170. Chartoph. reg. ch. 78 : *Le suppliunt, qui estoit Surbeu, frappa un cop de baston, etc.*

† **SORBILLUM**, **SORBINUM**, **SORBIUM**. Vide supra in *Sorbellum*.

\* **SORBITIUNCULA**, diminut. a *Sorbicium*. Vita S. Bonon. abb. in Collect. Venet. Oper. scient. et philol. tom. 21. pag. 216 : *In tuguriolum quoddam inductus est, ubi Sorbitiunculam ex herbis, cum modico pane et radicibus aliquot utrique paratanti offendit.*

\* **SORBIUNCULUM**. Vide supra *Sorbicium*.

**SORCEDILIS**. Statuta Mediolanensia part. 2. cap. 142 : *Nullus de cætero possit facere caput alicujus Sorcedilis penes flumen publicum per citatos quatuor.* [Vide an idem sit quod *Sorator*.]

† **SORCERIA**, Sortilegium, *Sorcherie*, in Usaticis MSS. Ambianens. laudatis in voce *Campiones*. Leges Norman. apud Ludewig. tom. 7. pag. 279 : *Deinde jurabunt Sorcerias, et primus defensor, quod nec per se, nec per alium in campo fecit afferre, quæ ei possint vel debeant jurare, vel parti adversæ nocere.* Vide in *Duellum*, pag. 958.

\* *Nostris Sorcerie*. Stat. eccl. Tornac. ann. 1396. Gallice reddita cap. 49. ex Cod. reg. 1237 : *Derechef sont excommuniez de l'arcevesque ceulx qui font Sorceries des sacremens de l'eglise.* Ubi Latinum : *Sortilegia*. Lit. remiss. ann. 1408. in Reg. 162. Chartoph. reg. ch. 223 : *Pour ce qu'il est venu à congnoissance de justice que ledit Guiselin et ses complices... ont voulu faire Sorcerie ou autre malefice, etc.* *Sourcerie*, in aliis ann. 1382. ex Reg. 120. ch. 170. *Sorceron* vero, *Potionem veneficam* appellat Monstreletus vol. 3. ad ann. 1460. fol. 83. v° : *Laquelle (sorciere) tout incontinent le tua (le crapaud) et le desmembra par pieces, et de ce fait un Sorceron avec autres diables qu'elle y meit; puis bailla le Sorceron à une jeune fille qu'elle avoit.*

\* **SORCINA**, Origo, causa, Gall. *Source*. Stat. comitat. Venaiss. sub Clem. PP. VII. cap. 65. ex Cod. reg. 4660. A : *De mobilibus et se moventibus curia inventarium faciat, et ea custodienda tradat probatæ et non suspectæ personæ de vicinitate seu loco, cui de expensis provideatur arbitrio curiæ et labore : docet namque probata experientia quanta in dictis saisinis evenerit intolerabilis Sorcina expensarum.*

† **SORCIUM**, Feretrum, [ut videtur, in quo inortui cadaver deponitur. Notitia ex Chartul. S. Johannis Angeriæ. pag. 428 : *Item quod Sorcia sive arca parochianorum dictæ ville qui apud ipsos elegerint sepulturam, quas cum corporibus non contigerit subterrari, infirmario dicti monasterii redant.* Nisi fortassis contracte scriptum sit pro *Soreotia*.

\* **SORCIRE** vel **SORTIRE**, Exagitare, succutare, Gall. *Secouer*, alias *Sortisser*. Lit. remiss. ann. 1457. in Reg. 187. Chartoph. reg. ch. 334 : *Dictus Johannes arripuit dictum Odonem supplicentem ad cæbessum Sorciendo et trahendo eum acriter et malitiose.* Aliæ ann. 1453. in Reg. 182. ch. 63 : *Le suppliunt et ung autre... ouvriront ledit hostel en crollant et Sortissant la porte.*

*Sorier* vero, *Nugari* significare videtur, in aliis ann. 1387. ex Reg. 130. ch. 252 : *Quant le suppliant fut ou dit hostel entré, jouant et Soriant, etc.*

**SORCOTIUM**, Vestis species, [Italis *Sorcotta*.] Gall. *Sarcot* vel *Surcot*, ita dicta forte, quod *Cotto* superadderetur. Christianus Episcopus Moguntin. in Chronico Moguntino : *Purpuram optimam de almaria tollens, sibi fecit vestes, tunicam, Sorcotium, et mantellum, ut in Imperatoris curia gloriosior appareret.* Knyghton. ann. 1296 : *Dederantque signum inter se, ut sic suos mutuo cognoscerent in congressu cum Anglicis, ut Scotus diceret Anglice Tabart, alter responderet Surcot.* [Concil. Trevir. ann. 1310. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 249 : *Item, præcipimus districte ne abbates vel monachi, abbatissæ vel moniales, sub pena excommunicationis late Sententiæ, mantella seu Sorcocia aperta portent de cetero.*] Vide Notas ad Joinvillam pag. 38. [et infra *Sorcotium*.]

† **SORDA**. Reparationes factæ in Scenecallia Carcassonæ ann. 1435. ex Schedis V. Cl. *Lancelot* : *Pro reparando omnes Sordas tegulorum a parte vouturum, videlicet quia inter duas Sordas non remansit nisi una canalis tegulorum dumtaxat.*

\* *Litura* ex calce composita, Gall. *Enduit*, ut videtur, in Charta ann. 1225. ex Bibl. reg. cot. 17 : *Dono ad laborandum... totam illam clausam, cum suo solo et planterio vineæ et urborum, ... ita quod in hoc presentis anno claudatis totam ipsam clausam ad tapium vel ad massom, cum bona Sorda desuper.*

† **SORDARE** in ead. chart. ann. 1453 : *In recoperiando, in terrando, in Sordando totum hospitium.* Rursum : *In reparando, in terrando et in Sordando coperturam dicti castris de fustibus, tegulis, morterio, etc.* Denique : *In terrando, in Sordando, et recoperiando bene et tsufficienter de terra, fustibus, feraturis, egulis et morterio.*

\* **SORDEMANDA**, Vox forcnis, cum dominus feudi majorem censum, quam ei debetur, vel indebitum insolitumve servitium a vassallo exigit. *Scarar*. apud Cado-mum ex Cod. reg. 4653. A : *Gullelmus de Reniers miles petiit ab hominibus suis quoddam servitium. Ipsi dixerunt se fecisse illa servitia; sed nec feudum, nec per costumam. Miles habuit saisinum illorum servitorum. Petebant homines stabilitatem. Miles tanquam saisitus se volebat defendere per duelum tantum. Inde est quod homines debebant et poterant habere breve de Sordemanda.* Vide *Superdemanda*.

**SORDIDARI**, Infamari. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 57 : *Si cum aliquo inventum sit, unde culpatus sit, ibi necesse est causam tractari, et ibi purgetur, vel ibi Sordidetur.*

\* **SORDIDUS**, Infamis. Bulla Joan. PP. XXII. in reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Noster* fol. 287. v° : *Gaudet et exultat sancta mater Ecclesia et plebs cuncta fidelium potest et debet et non indigne letari, quod... Philippus rex Francorum... Terræ Sanctæ, ... que per Sordidos Saracenos, Catholica fidei inimicos, dehonestatur, etc.* Vide *Sordidari*.

\*\* **SORDIDUS PULSUS**, est qui celer ex

*tardo, et ex tardo celer fuerit.* Galen. lat. Compos. MSS. cap. 82. Idem cap. 14 : *Initio hujus febris pulsus et graviores et Sordidi inveniuunt.* Et mox : *Hii pulsus habent spissum, ingentem et sine intermissione Sordidum.* Denique cap. 59 : *Non tam purus ut mundus aut sanus in his invenitur pulsus, sed Sordidus et adhuc in se retinet februm sordem.* In alia Galeni vet. translata. MSS. quartana non vera dicitur *Sordida et difficilis ad curandum.* Hæc Maius in Glossar. novo.

\*\* **SORDITAS**, Sordes. Gregor. Magn. in Iobum apud Opusc. II. de Sp. S. pag. 254 : *Spiritus ad nos per Filium veniens Sorditatem nostræ insensibilitatis sumpsit.* Idem Maius.

**SORDITIES**, Sordes. Gloss. Gr. Lat. : *ῥορδιτία, Sordiditia* (leg. *sorditia* ut in MSS.) *pedor, squalor.* Titur [\*\* Fulgentius 2. Mythol. 16 : *Sicut in ovo omnis Sordities, quæ purgari potest in igne, continetur intrinsicus.*] Petrus Cellensis lib. 8. Epist. 7. et Charta Philippi Regis Franc. ann. 1310. pro libertatibus oppidi Bastidæ in Petrocoriis, ex 47. Regesto Tabularii Regii n. 38 : *Et quicumque Sordities, in carrieriis ejecerint, a Bajulo et Consulibus puniantur.*

\*\* **SORDITIA**. Galen. Comp. lat. MSS. cap. 2. apud Maium in Glossar. novo : *Fæcis Sorditia ex sanguine et ex hepate venientis.*

† **SORDULENTUS**, Sordidus, in Parænesi Paciani ad Pœnit. inter Conc. Hisp. tom. 2. pag. 97 : *Ecce aliquem video aliquando frugi, aliquando pauperculum, aliquando vili tunica Sordulentum; nunc bene cultus et locuples et decorus est.* Occurrit præterea apud Tertull. de Pœnit. cap. 11.

\* *Nostris*, eodem sensu, *Touillé* dixerunt. *Touillé de boe*, in Lit. remiss. ann. 1400. ex Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 428 : *Touillé de sang*, in aliis ann. 1406. ex Reg. 161. ch. 68.

**SORDUS**, Retis venatorii species. Vetus Inquesta pro Episcopo Vasionensi apud Columbum pag. 388 : *Capiebat de nocte cum luninaribus, et cum filato, quod vocatur Sordus, in monte, in quo modo est castrum Vasionis, perdices.*

† **SORELLUS**, Modulus agri, ut videtur, diminut. a *Sors*, eadem notione. Vide *Sors* 4. Regest. *Olim* ann. 1260. fol. 109. v° : *Defuncto Roberto de sancto Claro juniore tenebat de conquestu suo Sorellum cum pertinentiis; questione motu inter patrem dicti Roberti et dominam de Bello-saltu ejus sororem ad quem pertinebat dictus Sorellus, quia dicta soror dicebat ad eam pertinere per litteras donationis, per quas dictus Robertus ei dederat, si decederet sine hæredibus, omnia quæ habebat, sive quæ habere poterat.*

\*\* **SORERA**, Idem, ut videtur. Placit. ann. 18. Edward. I. Nott. rot. 63. in Abbrev. Placit. pag. 224 : *Robertus Annesley querens ... pro placea terræ continente 60. pedes in longum et 40. pedes in latum ... Jurati dicunt quod predictus Robertus nunquam fuit in seisina de predicta Sorera ut de libero tenemento suo.*

† **SOREVARIUM**, f. Hernia, ilium pro-cidentia, Gall. *Rupture*. Mirac. B. Simonis Eremit. August. tom. 2. April. pag. 828 : *Ejus filius occasione unius Sorevarii seu chazetina crepavit, ... et sic stetit crepatus et*



devastatus usque ad tempus mortis B. Simonis. [\* Non puto; nam Sorevarium causa herniæ dicitur, adeoque non est ipsa hernia.]

\* **SORGES**, Vox excitatoria, ab Italico *Sorgere*. Barel. serm. in Sab. 1. Quadrag. : *Occidentales similitur (non possunt nimis esse fortes) quia sunt frigidi, ut pote nimis longati a sole : ino pavidi, quamvis clament : Sorges, Sorges.*

† **SORGIE**, Actio jaciendi anchoram; *Sorgire*, anchoram jacere, *Jetter l'ancre* : forte a Gall. *Surgir*, navem ad portum appellere. Mirac. MSS. Urbani V. PP. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *Erat tanta procella in mari quod nunquam fuerit similis, voluerunt projicere, nautæ fecerunt in mari quod Sorgie vulgariter appellatur, et cum esset in quadam navicula sive gondola ipsius barquæ, essent ambo ad Sorgiendum ferrum.* Ibidem : *Erat tanta ira et procella maris per totam noctem laborantes, et cum uno solo ferro quod Sorgierant, etc.*

† **SORIANNAIRE**. Bullar. Fontanell. MS. fol. 39. vº : *Concedimus redditus avenarum, garbarum bladi, tortellarum, gallinarum et ovorum quos et quas ratione misterii Soriamnaire in foresta Brotonne, in parochiis et in villis de Borneville... habemus.*

† **SORICINA CAUDA**, Medicis, Pulsus ratio. Vide in *Cauda* 2.

**SORILEGUS**, Murilegus. Andreas mon. lib. 2. Vitæ S. Ottonis Episcopi Bambergens. cap. 40 : *Non sorex, non Sorilegus admittitur.* Vide *Murilegus*.

\* *Brusler les souris nostri dixerunt, pro Domum incendio conflagrare. Lit. remiss. ann. 1446. in Reg. 178. Chartoph. reg. ch. 149 : Iceclui Guillaume se print à dire qu'il brusleroit les Souriz des supplians, qui vaalt autant dire en language du pays, qu'il brusleroit leurs uaisons, eulx et leurs mesnages.* Eodem nomine appellatur Pars tibie crassior, sura, Gall. *Mollet*, in aliis ann. 1382. ex Reg. 121. ch. 227 : *Le coup.... chey d'aventure sur la Souriz de la jambe dudit Regnault.*

† **SORISCULA**. Vide *Sirascula*.

\* **SORITA**, Proprie minutissimarum rerum in unum collectio; ponitur pro minutissimis questionibus. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

† **SORIUS**, Color equi. Vide *Saurus*.

† **SOROPHAGUS**, Lapis dictus, eo quod corpora defunctorum condita in eo infra quadraginta dies adsumentur. Gloss. Sangerman. n. 501. Ubi leg. *absumentur*. A Græco σὸρός, locus, sepulcrum, et φαγεῖν, comedere. [\* *Sarcophagus*, ex Isidor. Origin. lib. 6. cap. 4. sect. 15.]

† **SOROR**, Ejusdem dignitatis et institutionis, par. Consuetud. Universit. Paris. per Robert. Goulet fol. 3. vº : *Hæc autem artium facultas per quatuor nationes distinguitur, quæ sunt Sorores et æquales.* Galli eadem notione *Sœur* usurpant. Vide *Sorores*, et *Sororiare*.

\* *Seur*, eodem intellectu, in Lit. remiss. ann. 1397. ex Reg. 152. Chartoph. reg. ch. 177 : *Icele Amoureuse ainsi attainuée et esmeue par ledit Picart, l'appella ribaut touchin; à quoy respondi tantost ledit Picart moult arrogamment à ladite Amoureuse, de laquelle il estoit homme subgiet et justiciable en partie, ces paroles, Vous estes ma Seur;*

... par lesquelles paroles il vouloit dire, selon le language et interpretation commune du pais, que ladit Amoureuse estoit aussi ribaude et touchine.

**SORORECLATUM**, in Notis Tyronis pag. 159. inter pannorum species. [\* Vide *Forcell.* in *Sororiculatus*.]

**SORORES**, appelletæ Presbyterorum, vel Episcoporum uxores, a quibus ii abstinebant, in Concilio Arvernensi cap. 19. et Matisconensi I. cap. 11. Tronensi II. cap. 12. etc. Quippe, ut est in Pœnitentiali Halitgarii, *si quis Clericus, i. cujus superior gradus est, qui uxorem habet, et post conversionem vel honorem iterum eam cognoverit, sciat se adulterium commisisse.* Fortunatus lib. 1. carm. 15. de Leontio Santonensi Episcopo, et Placidina uxore :

Quæ tibi tunc conjux, est modo chara Soror.

Vita S. Severi Episcopi Ravennatis n. 19 : *Uxor quippe in Sororem versa est.* Constantius Presbyter in Vita S. Germani Episcopi Autisiodorensis, de eodem Germano in Episcopum electo : *Suscipit Sacerdotium invitus, coactus, addictus; sed repente mutatur ex omniibus : deseritur uandî militiæ, cælestis assumitur : seculi pompa calcatur, humilitas conversationis eligitur : uxor in Sororem mutatur ex conjuge, substantia dispensatur in pauperes, paupertas ambitur.* Hugo Archiepisc. Rotomag. lib. 3. de Hæretic. cap. 5 : *Et tunc, quas legitimas habetis uxores, thoro separato, manebunt vestræ sub castitatis honore Sorores.* Vide S. Hieronymum Epist. 46. ad Rusticum, lib. 1. in Helvid. cap. 6. 14. Paulinum Nolanum Episcopum Epist. 26. Sidonium lib. 5. Epist. 16. Amphilochem in Vita S. Basilii Cæsar. cap. 8. Novellam 2. Isaaci Angeli in lib. 2. Juris Græcorum pag. 175. et Rosweidum in Onomastico ad Vitas Patrum.

**SORORES**, Mulieres extraneæ, quas συνεισάτους vocant Græci, quarum consortium vitare jubentur Clerici in Concilio Ancyrano can. 19. Nicæno cap. 3. et aliis subsequentibus Conciliis. Lex 19. C. de Episc. (1, 3.) : *Eum, qui probabiliter sæculo disciplinam agit, decolorari consortio Sororiæ appellationis non decet.* Appendix Codicis Theod. Const. 10 : *Ne Clerici sacris ministeriis servientes feminis jungantur externis, quas decolorare consortio Sororiæ appellationis excusant.* Palladius in Vita Chrysostomi pag. 45 : *Κατατέινει λόγον κατὰ τῆς ἐπιπλάζου ἀδελφωσίας τὸ δ' ἀληθὲς κατὰ τῆς ἀσχημοῦ κακαλώϊας, etc.* Vide, quæ in hanc rem congesserunt *File-saccus* lib. 1. Select. cap. 10. et *Gothofredus* ad leg. 44. Cod. Th. de Episcop. (16, 2.)

**SORORES**, a Monachis appellatæ virginis ac mulieres, quæ pietatis ac devotionis intuitu, eorum disciplina ac regulæ sese addicebant, ita ut domicilia seclusa omnino haberent a Monachorum ædibus, ne qua prava oriretur suspicio. Auctor Actorum Murensis Monasterii pag. 17 : *Eo etiam tempore misit hic suos exteriores fratres cum Sororibus, de qua consuetudine etiam adhuc assunt.* Et pag. 37. postquam egit de fratribus exterioribus, sub laicis : *De consuetudine autem congregandi feminas, quæ hic jam multis annis viguit, nobis est exemplum vita sanctorum Patrum, quia et ipsi feminas congregaverunt ob amorem Dei, quarum*

*mansio et vita ita debet esse separata a Monachis, ut nulla inter eas possit esse suspicio; sed a solo Abbate et Præpositis, qui eis prælati fuerint, earum vita et religio ordinetur.* Ejusmodi Sororum, quæ et *Femine conversæ* interdum dicuntur, meminit *Chronicon Montis-Sereni* ann. 1210. 1219. et pag. 158. Atque inde petenda *Monasteriorum duplicam*, de quibus supra egimus, origo.

\* Talis est mulier vidua, cujus Charta ann. 1112. extat in Chartul. Celsinian. ch. 685 : *Ego Dalmatia... a conjugali vinculo absoluta neque potestati reddita, neipsam cum tota hæreditate ac possessione mea offero Deo et SS. Apostolis Petro et Paulo ad monasterium Celsiniacense, ad quem locum ab hac die me cum rebus meis, suscepto velo, hoc est, habitu sanctimonie, et vivam et mortuum profiteor pertinere.*

\* **SORORES CANTANTES**, Moniales choro addictæ, vulgo *Sœurs de chœur*. Stat. Præmonst. MSS. dist. 4. cap. 11 : *Et ubi Sorores cantantes habentur, scapularibus albis sine capitiis uti poterant; dum tamen non portentur disjuncta, et etiam non cantantes, si velint habere.*

† **SORORES GRISÆ, NIGRÆ**, in Obituario MS. Eccles. Morin. fol. 37. vº : *Et conventibus Sororum grisearum Ordinis S. Francisci, ac nigrarum Ordinis S. Dominici,.... cuilibet religioni et loco IV. sol.*

† **SORORES DE SACCO**. Vide *Sacci*.

**SORORES**, quævis Sanctimonialia. Fortunatus lib. 5. Poem. 1 :

Et crescente choro per carmina sancta Sororum  
Complacent Domino, te duce mite, suo.

Vide eundem lib. 11. Poem. 1. et alibi.

**SORORES** appellabant Monachi, mulieres quasvis, quibus orationum beneficia concedebant. Tabul. Absiense fol. 105 : *Et pro matre sua, quam fratres Absie acceperunt in Sororem.* Vide *Conсорor*, et *Fraternitas* 5. Sororum appellatione Regum seu Principum uxores donabantur, cum de iis verba faciebant Principes exteri, aut si ad eas scriberent, quemadmodum earum conjuges fratres appellabant. Vide Epist. 39. inter Francicas tom. 1. Hist. Franc. [et *Fraternitas* 7.]

† **SORORGIA**, Uxoris soror, Gallice *Belle sœur*. Charta ann. 1285. ex Tabular. Verzelic. : *De qua treillia et rocha Petrus Badae et Agatha Bardele Sororgia sua reddebant... unum sextarium frumenti et unum Cenomanensem.* Ejusdem originis *Sororgius*.

\* Vel soror mariti. Charta ann. 1298. in Chartul. eccl. Lingon. fol. 158. vº : *Dicta Griffaude et ejus Sororgia, etc.*

† **SORORGIVS**, Sororis maritus, Gall. *Beau-frere*, olim *Sororge*, *Serourge*. Vide *Sororius*. Charta ann. 1120. ex Tabul. Majoris Monast. : *Dedit (Guerinus) jam dictis monachis, intercedente pro eis Gaufrido de Doeto Sorgio suo, omnem proprietatem eorum tam in terris quam in vineis et pratis.* Charta Ludovici VII. Reg. Franc. ann. 1169. apud Marten. tom. 6. Ampl. Collect. col. 239 : *Cognoverunt etiam prænominati Hugo et Guido, quod Nicolaus Sororgius suus altam medietatem trium partium prædictæ decinæ... invadiverat, ... assentiente uxore sua Enelina.* Charta ann.



1336. apud Lobinell. tom. 5. Hist. Paris. pag. 654: *Et apres ce vint en jugement Jehan de Beau-lieu Ecuyer Sororge dudit vendeur. Le Roman de Vace MS:*

Autressi s'entrallient comme Serourge et gendre.

Occurrit præterea in vet. Chron. Flandr. c. 6. et 25. apud Froissart. vol. 1. cap. 6. 27. 29. 33. apud Monstrelet. lib. 1. cap. 47. et alibi.

\* *Serorge*, in Charta Math. ducis Lothar. ann. 1245. ex Tabul. S. Apri Tull. Hinc Serourge legendum, pro *Ferourgé*, tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 276. *Serour*, in Literis Theobaldi comit. Campan. ann. 1264. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 391. Unde *Surescheur*, Maritus, qui cum fratribus uxoris suæ boua paterna partitur. Lit. remiss. ann. 1477. in Reg. 203. Chartoph. reg. ch. 2: *Jehun et Guillaume de Mazeirolle et autres Surescheurs, etc.* Vide *Fraternitas* 6.

† 1. **SORORIA**, Soror. Litteræ Edwardi III. Regis Angl. ann. 1351. apud Rymcr. tom. 5. pag. 731: *Cum nuper serenissima Margareta Romanorum Imperatrix, Sororia nostra carissima, etc.* Alibi legitur, *Soror*.

\* 2. **SORORIA**, Uxoris vel mariti soror, aut fratris uxor. Charta ann. 1098. in Chartul. S. Vict. Massil.: *Acceptimus pro hoc tres solidos Otonencos, nepotes mei et Sororia unum modium de frumento.* Alia ann. 1268. ex Chartul. episc. Paris. fol. 116: *De eodem feodo (Combisvillæ) debet facere homagium A. Sororia sua.* Alia ann. 1278. in Chartul. eccl. Lingon. fol. 224. rº: *Guillemus Proinge et Johanneta ejus Sororia pro orto suo... tres denarios.* Acta MSS. Inquisit. Carcass. ann. 1308. fol. 3. rº: *Hoc idem audivit dici a Blanca Sororia ipsius et Gaya sorore ipsius Ermengardis.* Vide *Sororgia* et *Sororina*.

† **SORORIARE**, Simul grandescere, assimilari. Gerardus in Vita S. Adalhardi cap. 50. ubi de utraque Corbeia: *Erant enim inter se communes, et quia junior sub eodem patre jam Sororiabat, dilectissimæ sorores.* De mammis puellarum, cum primum tumescunt, *Sororia* dixit Plautus. Vide *Festum*.

† **SORORISARE**, Eodem intellectu, in Vita S. Augustini Cantuar. tom. 6. Maii pag. 378: *Uniones tantum Hesperia, Britannia, et Eoa India Sororisant.* Joh. de Janua: *Sororissare, vel Sororizare, imitari morem sororis:* unde Gloss. Lat. Gall. Sangerman.: *Sororizare, Ensuigre la suer.* Vide *Soror*.

† **SORORICIDIUM**, ἀδελφικτονία, in Gl. Lat. Græcis.

† **SORORIGER**, Uxoris frater, Gall. *Beau-frere*. Tabular. Aureliense in Lemovic. fol. 5: *Audiente Bernardo Amalvi fratre suo, et Fulcherio clerico Sororigero suo, etc.* Vide *Sororgia*, et *Sororius*.

† **SORORINA**, Uxor fratris. Vita S. Catharinæ Senensis tom. 3. April. pag. 928: *Lysa uxor germani virginis sacræ, et per consequens ejus Sororina vel cognata, etc.* Vide mox *Sororius*.

1. **SORORINUS**, Sororis maritus. Vita Caroli IV. Imp.: *Rex vero Franciæ indignatus propter expulsionem sororis suæ et Sororini, etc.* *Serourge*, nostris. Hist. Franc.

MS. ex Bibl. Memmiana fol. 269: *Le Roy d'Allemagne Serurge dudit Jean d'Avesnes, etc.* Jacobus Henricurtius de Bellis Leodiensib. cap. 22: *Messire Botir d'Az, qui estoit Soroge al Saingnor de Hevmalle; car illo et ly Sires de Hermalle avaiant les dois sereurs de Saingnor de Hanefse.* [Vide *Sororius*.]

† **SORORINUS**, Uxoris frater. Charta ann. 1237. ex Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 910: *De quibus prædictus Johannes mihi novem denarios debebat et reddebat singulis annis ad mediam Quadragesimæ et Galterus clericus meus Sororinus alios novem.* Vide *Sororiger* et *Sororius*.

\* 2. **SORORINUS**, Filiolus sororis, ut interpretantur docti Editores ad Mirac. S. Hyacinthi tom. 3. Aug. pag. 362. col. 2: *Honesta Agnes Walcova de Crupniki suburbana Crucoviensis deposuit, quod puer Sororinus novem annorum in fluvio villæ dictæ Wola est submersus, etc.*

† **SORORISARE**, ut *Sororiare*. Vide ibi.

† **SORORISSA**, Monialis. Sebast. Perusinus in Vita B. Columbæ Reatinæ tom. 5. Maii pag. 335\*: *Per falsos religiosos atque garrulas anus, et larvatas Sororissas, etc.* Vide in *Sorores*.

**SORORITATIS beneficium suscipere**, in *Sororum* seu Sanctimonialium album admitti, conscribi. Thomas Walsinghamus pag. 490: *Ante recessum suum, ingressa Capitulum, suscepit beneficium Sororitatibus cum magna devotione.* Vide *Fraternitas* 5.

† 1. **SORORIUS**, Sororis maritus. *Serorius*, *Serourge*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. Charta ann. 1080. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 232: *Ex dono Hamonis filii W. Bevon unam mansuram in ponte Geroaldi, concedente sorore sua et Sororio suo Johanne de Lungan.* Charta ann. 1216. in Chartul. Domus Dei Pontisar.: *Ad petitionem matris meæ prædictæ et preces fratrum meorum et Sororii mei prædictorum sigillo meo presentem cartam consignavi.* Epist. Philippi III. Reg. Franc. ann. 1270. apud Acher. tom. 2. Spicil. pag. 567: *Princeps egregius carissimus noster Sororius et amicus Theobaldus Rex Navarræ, etc.* Occurrit præterea in Chron. Trivetti apud eundem tom. 8. Spicil. pag. 500. in Litteris Bonifacii VIII. PP. in Chron. Angl. Th. Otterbourne pag. 92. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 133. Steyerer in Comment. ad Vitam Alberti II. Ducis Austriae col. 129. Ludewig. tom. 1. Reliq. MSS. pag. 204. et tom. 5. pag. 535. Vide *Sororgius* et *Sororinus*.

† **SORORIUS**, Uxoris frater. Charta Edwardi I. Reg. Angl. ann. 1295. apud Rymcr. tom. 2. pag. 687: *Rex egregio viro, domino Henrico illustris quondam Regis Castellæ filio, Sororio suo karissimo, etc.* Codex MS. D. de Chalvet Senescalli Tolos. de Hæret. Albigen.: *Quidam Sororius dicti infirmi, frater videlicet uxoris ejus, etc.* Vide *Sororiger*.

\* 2. **SORORIUS**, Sororis filius, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613.

† **SORPRISIA**, ut supra *Scurprisia*. Vide in hac voce. Transactio ann. 1255. inter Alanum Vicecom. de Rohun et ejus Senescallum in Tabular. Blein.: *Item si de Sorprisiis senescallæ post decessum patris no-*

*stri inter nos et dictum Oliverium aliqua contentio de cetero oriatur, etc.* Vide *Superprisia*.

† **SORRATORIUM**. Vide supra *Sorator*.  
† **SORRENTIALIS**, Carnifex. Romanus Vatic. Basilicæ canonicus in Tract. de ead. Basilica cap. 42. apud Macrobin Hierolex.: *Sorrentialibus præfecti, si suspendunt aliquem, quinque solidi: quando decollant similiter, quando cæcant 12. denarii pro unoquoque oculo.*

† **SORRUS**, Fumo exsiccatus, Gall. *Soré*. Charta ann. 1214. ex Tabul. S. Vincentii Cenoman. fol. 38: *Concessi abbatie S. Vincentii... unum milliarium haleciti Sorri.*

\* Nostris *Sorir*, pro *Secher*, Desiccare, arefacere. Lit. remiss. ann. 1400. in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 454: *Trois botes d'aulx... pour iceulx Sorir et secher.*

1. **SORS**, Sortilegium. *Sortem dore*, in Legibus Adelstani Regis c. 6. pro *immittere sortilegium* in rem quampiam: *Decrevimus de sortilegis et liblacis, et Sortem dantibus, si hominem occiderint, et negare non possint, vite suæ culpa judicentur.* In Lege Salica, *superjactare maleficium*.

\* Matres familias apud Germanos sortibus et vaticinationibus declarabant utrum prælium committi ex usu esset, necne, ut nos docet Cæsar de Bello Gall. lib. 1. cap. 40.

**MALA SORTE PRENDERE**, quasi per *sortem*, et maleficium aliquid invadere, Gall. *de mauvaise sorte*, prava aliqua ratione. Pactum Childeberti et Chlotarii § 6: *Si servus minus tremisso involaverit, et mala Sorte priserit, dominus servi 3. sol. solvat, etc.* § 8: *Si litus, de quo inculpatur, ad sortem ambulaverit, mala Sorte priserit, medietate ingenui legem componat.* Decreto Chlotarii Regis § 5. 6. 7: *Si quis cum furto capitur, antedictæ subjeat legi. Si de suspitione inculpatur ad sortem veniat. Si mala Sorte priserit, latro est tamen, etc.* Hinc

† **SORS**, Modus, ratio: unde vox Gallica *Sorte*, eadem notione. [† Et Italica *Sorta*.] Charta Henrici V. Reg. Angl. ann. 1418. apud Rymcr. tom. 9. pag. 542: *Sciatis quod assignavimus vos ad tot cimentarios et laboratores, quot necessaria fuerint pro factura septem millium lapidum, pro gunnis de diversis Sortibus.*

\* Inventar. S. Capellæ Paris. ad ann. 1303. ex Bibl. reg.: *Cum casula seu infula, dalmatica et tunica ac duabus capis de eodem Sorte. Deux chapes d'une Sorte, in altero Gall. ibid. Stat. pro arte parat. pannor. renovata ann. 1466. in Reg. 201. Chartoph. reg. ch. 121: Item et quia in dicto burgo fiunt nonnulli panui, nuncupati floreti, quia sunt vesse debent meliores et pretiosiores aliis pannis communibus Sortis dicti burgi, etc. Souage, idem forte sonat in Comput. Rob. de Seris ann. 1332. ex Reg. 5. fol. 5. rº: Les bordeures et les auves (de la selle) d'une Souage d'orfaverie feruee en Souage de croisets dorés. Lit. remiss. ann. 1426. ex Reg. 173. ch. 461: Ung hanop à pié, tout d'argent Souage goderonné.*

2. **SORS**, Judicium Dei, purgatio vulgaris. Pactum Childeberti et Chlotarii: *Si servus in furto fuerit inculpatus, requiratur a domino, ut ad 20. noctes ipsum in mallum*



præsentet, et, si dubietas est, ad Sortem ponatur. Ad sortem ambulare, § 8. Ad sortem venire, in Decretione Childeberti Regis § 6. 8. Ad ignem seu Sortem se excusare, in Lege Ripuar. tit. 31. § 5. Sortes super alture Dei nittere, etc. in Lege Frision. tit. 14. § 1. 2.

**SORTES SANCTORUM.** Sic appellatur Evangelii aut cujuslibet libri sacri inspectio, βιβλιομαντεία species: cum scilicet aperto libro quicquid oculis se subjiciebat, pro sorte, id est, oraculi loco, habebatur: [cujusmodi editæ sunt ex Pithæo post Canones veteres edit. Reg.] Quæ quidem divinationis species a Paganis fluxit, ut ex S. Augustino lib. 4. Confess. cap. 3. colligitur. Ejusmodi sunt *Virgilianæ sortes*, apud Spartianum. Idem Augustinus Epist. 109. ad Januarium c. 20: *Hi vero, qui de paginis Evangelicis Sortes legunt, et si optandum est, ut hoc potius faciant, quam ut demonia consulenda concurrant: tamen etiam ista mihi displicet consuetudo, ad negotia secularia, et ad vitæ hujus vanitatem propter aliam vitam loquentia oracula divina velle convertere.* Concilium Veneticum c. 16. et ex eo Hincmarus de Divortio Lotharii: *Sunt et Sortilegi, qui sub nomine fictæ religionis, per quasdam, quas Sanctorum Sortes vocant, divinationis scientiam profitentur, aut quarumcumque scripturarum inspectione futura promittunt.* Similia habent Concil. Agathense can. 42. Aurel. I. c. 30. Autisiod. c. 4. Cumeanus Abbas de mensura pœnitentiarum cap. 7. Pœnitentiale Romanum et Gregorii II. PP. c. 26. et Bedæ c. 11. et Alcuini lib. de Divin. Offic. Capitula Caroli M. de diversis reb. ann. 789. c. 4: *De codicibus vel tabulis requirendum, et ut nullus in Psalterio, vel in Evangelio, vel in aliis rebus Sortiri præsumat, nec divinationes aliquas observare.* Pœnitentiale MS. Thuanum: *Requisti Sortes in codicibus, vel in tabulis, ut plures solent, qui in Psalteriis et in Evangeliiis, vel in aliis hujusmodi rebus sortiri præsumunt, etc.* Concilium Ænhamense ann. 1009. c. 3: *Sagus, incantatores, artem sanctorum exercentes, meretrices egregias mortem inducentes, etc.* Ubi Codex editus artem sem præfert: sed legendum videtur *sortem*, aut *sortes sanctorum*. [Conc. Trevir. ann. 1310. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 257: *Nullus etiam super Sortes quas Sanctorum, seu Apostolorum, vel Psalterii vocant, aut cujuscumque scripturæ inspectione divinationis scientiam profiteatur, aut futura promittat, aut quælibet maleficii in tabulis, vel codicibus, in astralabo (l. astralabio) requirat.*] *Sortes Apostolorum* vocat Petrus Blesensis libr. de Præstigiis fortunæ, seu Joannes Sarisber. lib. 1. Policrat. c. 12. vel quod Pauli Apostoli Epistolæ, vel quod Evangelii, ab Apostolis descripti, codices inspicerentur: vel denique quod ab Apostolis missas sortes constet. S. Augustinus in Concione 2. Psalmi 30: *Sors enim non aliquid mali est, in dubitatione humana divinum indicans voluntatem: nam et Sortes miserunt Apostoli.* Petrus vero Blesensis: *Sortilegi sunt, qui sub nomine fictæ religionis superstitiosa quadam observatione rerum pollicentur eventus. Quod genus Sortes Apostolorum et Prophetarum, et Dividentium*

continet; inspectio tabellæ, quæ Pythagorica appellatur; observatio quoque cujusque casus, id est, rei, de qua queritur significatione, sub eo continetur. Priorem sententiam videtur firmare Gregorius Turon. lib. 4. Histor. cap. 16: *Positis Clerici tribus libris super altarium, id est Prophetiæ, Apostoli, atque Evangeliorum, oraverunt ad Dominum, ut Chramno, quid eveniret, ostenderet; aut si ei felicitas succederet, aut certe, si regnare posset, divina potentia declararet: simulque unam habentes convenientiam, ut unusquisque in libro, quod primum aperiebat, hoc ad Missas etiam legeret.* Aperto ergo primum omnium Prophetarum libro, reperunt, etc. Alia istius divinationis exempla idem scriptor suggerit lib. 5. c. 14. 49. lib. 8. c. 4. Vita S. Consortiæ Virginis c. 9: *Si vultis, pergamus ad Ecclesiam, agatur Missa, ponatur Evangelium super altare, et communi oratione præmissa, codice patefacto, inspiciantur Domini voluntatem ex illo Capitulo, quod primum occurrerit.* Alia istiusmodi exempla divinationis profertur Jonas in Vita S. Huberti cap. 15. Historia Conversionis S. Eucherii edita a Petro Chiffleto in Paulino illustrato, Theophanes ann. 13. Heraclii, [Vita S. Marthæ matris S. Symeonis Jun. Styl. n. 58. Gregoras lib. 8. c. 26.] et Cinnamus lib. 5. c. 7. Ad hanc etiam referendum videtur, quod scribit Severus Sulpitius lib. 1. de Electione S. Martini in Episcopum Turon.: *Inter Episcopos tamen qui assuerant, præcipue Defensor quidam nomine, dicitur restitisse: unde animadversum est, graviter illum lectione prophetica tunc notatum. Nam cum fortuito Lector, cui legendi eo die officium erat, interclusus a populo defuisset, turbatis ministris, dum expectatur, qui non aderat, unus e circumstantibus assumpto psalterio, quem primum verum invenit, arripuit. Psalmus autem hic erat: Ex ore infantium et lactentium perfecti laudem propter inimicos tuos, ut destruas inimicos et defensionem. Quo lecto, clamor populi tollitur, purs adversa confunditur, etc.* Eadem habet Fortunatus lib. 1. de Vita S. Martini. Vide Cantipratanum lib. 1. cap. 9. num. 4.

Atque inde forte fluit mos ille, qui diu servatus est in Ecclesia, ut dum eligerentur Episcopi, per inspectionem Evangelii, quid de ejus moribus, vel conversatione in administratione, futurum esset, inquireretur. Quod scilicet hac ratione primitus in electionibus Episcoporum Dei judicium exquireretur, et an has probaret; quod fortasse videtur velle Rainerus c. 5. de Valdensibus, dum ait, hosce hæreticos, *Laicos, qui sorte sanctos eligunt, in altari deridere.* Nam a Laicis perinde ac Clericis Episcopus electos constat. Morem istum adstruit omnino Vita S. Aniani Episcopi Aurelianensis: *Cumque varia electio populi fieret, ille eos paterno affectu castigans, eisdem dicit: Si vero pastorem vultis, electum a Domino, fratrem et compresbyterum meum Anianum noveritis in meo constitui loco. Atque ut idipsum divinæ electionis claresceret, cum triduanum jejunium more Ecclesiastico indixisset, brevibus et libris super altare positis, necdum loquentem parvulum afferri præcepit, ut ipse breviter ab altari sublevaret. Tunc vero Christi operante*

virtute, cum puer manum iniecisset altari, mox ut breve tetigit, vox inconsueta novella verba prodidit, testeque populo proclamavit: *Anianus, Anianus, Anianus istius civitatis a Deo Pontifex est institutus. Mox ut verba complevit, atutis tempora lingua recognovit. Sed ut votis omnium fieret satisfactum, aperto psalterio, versum, quem primum invenerunt, legentes, dixerunt: Beatus quem elegisti, etc.* Prolato quoque Apostolico codice, in primo repererunt sermone: *Fundamentum aliud nemo potest ponere, etc.* Sed et in Evangelii pagina hanc primum repererunt sententiam: *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, etc.* His ergo virtutum insignibus in Cuthedra Aurelianensis Ecclesiæ sanctus institutus est Anianus. Ubi binas observare est divinationes, primam per breviter, de qua mox: alteram per inspectionem sacrorum librorum, Psalterii scilicet, Apostoli, et Evangelii. Sed postmodum sola Evangelii inspectio obtinuit, non quidem ad explorandum Dei judicium, an quis eligendus esset ad Episcopatum, sed quid de eo futurum esset in Episcopatus administratione, quique sejus mores, quæ conversatio, qualisque illius finis ac mors. Quam quidem divinationem *Prognosticon* fere semper appellant Scriptores, ex quibus ad hunc firmandum morem sequentia excerptimus. Libellus supplex Capituli Aurelian. ad Alexandrum PP. III: *Apertæ sunt cataractæ cæli, ut credimus, et de cælestibus stillat indignatio; et Apostolicæ manus fortitudinem induantur, ut denudetur iniquitatis fundamentum usque ad collum, et finem iniquitatis sortiatur, quem in die sue promotionis sermo divinus ei prognostica significatione proposuit: aperto enim, sicut moris est, Evangeliorum libro, sermo, qui primum occurrit, sic erit: Adolescens autem relicta syndone nudus profugit ab eis. Guillelmus Malmesbur. lib. 1. de Pontif. Anglic. pag. 214. de Lanfranco: *Atunt ejus prognosticon: Date elemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis. Quod ille ab acclamantibus hilari vultu ad Dominum direxit: Certemus ergo mutua vicissitudine, tu dando, ego dispertiendo, etc.* Eadem habent Robertus de Monte ann. 1089. et Anonymus in Vita ejusdem Lanfranci c. 15. Idem Malmesburiensis pag. 219. et Matth. Paris ann. 1093. de Anselmo: *Inter sucrandum pro ritu Ecclesiæ, codex Evangelii ab Episcopis super eum apertus tenebatur. Consecratione autem peracta, cum codex inspiceretur, in pagine summitate hæc sententia est reperta: Vocavit multos, et misit servum suum, et ceperunt omnes se excusare. Adde eundem Malmesburiensem pag. 220. Historia Episcoporum Autisiod. c. 54. de Hugone Episcopo: *Cujus quoddam præsagium fuit prognosticum ei divinitus destinatum, quod tale fuit, Ave Maria gratia plena. Guibertus lib. 2. de Vita sua c. 3. de se in Abbatem Novigenti electo: Cum obvium mihi procedere pararent, textum Evangelii ex industria super altare hac intentione aperuit, ut, quod Capitulum oculis primum occurreret, pro mei auspicio haberet.... Mox: Aperuit ergo librum, cui juxta morem extrinsecus labra depresseram, etc.* Et lib. 3. c. 14. de Electione Episcopi Laudunensis: *Quoad consecrationem exhibitio cum prognosticum***



ejus aucuparentur, vacuum repererunt paginam. De alio Episcopo, mox : Cui tamen in prognostico suo *Evangelicum Capitulum dure sonuit*,.... Tuam scilicet ipsius animam pertransibit gladius. Egidius Mon. Aurcæ vallis cap. 64. de Alberto Episcopo Leod. : Cum autem a duobus Episcopis ante Evangelium Missæ, sicut sancti Patres sanxerunt, ordinandus in Episcopum Archiepiscopo præsentaretur, Archiepiscopus librum, qui erat ei oblitus, aperiens, in prima parte libri legit : Misit Herodes Rex, et tenuit Joannem, et vinxit eum in carcerem. Et postea sequitur : Et decollavit eum in carcere. Statim Archiepiscopus fremens in semetipso spiritu contrito, quasi lacrymando intuens in eum dixit : Fili, accedens ad servitutem Dei, sta in justitia et timore, et præpara animam tuam ad tentationem, tu enim Martyr es futurus. Similia habentur in Vita S. Heriberti Archiepiscopi Colonien- sis n. 9. apud Rupertum Abbatem in ejusdem Heriberti Vita n. 9. in Vita Lietberti Episcopi Cameracensis cap. 18. etc.

Id genus Episcopalis prognosticæ obtinuisse etiam apud Græcos testatur Pachymeres lib. 8. c. 15. 52 : Ὁς δὲ ὁ Κηρύκκος Νικομηθείας τὸν ζυγὸν τοῦ εὐαγγελίου ἐτίθει, καὶ ἤδη τὸν θεῖον θεάσασθαι χρῆσθαι ἐμελλον, (φέρουσι γὰρ τι κἀν τούτων ἐπὶ τοῖς τελευτούμενοις οἱ πολλοὶ πίσεις· κἀν οὐκ ἀναγκαστὴ ἢ ἐπιστήμης) τὸ εἰς κόλασιν ἀπόφθονον ἐν τῷ ἱερῷ εὐαγγελίῳ ἐνεργηίετο. Τὸ δὲ ἦν, τὸ διαβόλον καὶ ἀγγελῶν αὐτοῦ. Paulo supra σημειῶν σύνθηες vocat, quod Latini *Prognosticum*. Istius meminit Sguropolus in *Histor. Concilii Florent.* sect. 12. cap. 4. qui perinde ac Pachymeres nude ζυγὸν vocat. Vide Glossar. med. Græc. voce Πρωτολογίου col. 1299.

Neque in Episcoporum electionibus id dumtaxat observatum; sed etiam in Canonicorum installationibus. Exstat quippe forma recipiendi Canonicum in Ecclesia Bonouienis in Morinis, apud Jac. Peti- tum post Pœnitentiale Theodori pag. 492. in qua hæc habentur : *Decanus, vel eo absente Præsidens, promissa legens, indu- tus stola, aspergit aquam benedictam super Canonicum receptum, et a singulis secundum ordinem admittitur ad pacis osculum ; deinde aperto codice Evangelicæ cupite primi folii, quæ scripta reperit, et verba adnotatur ad memoriam suæ receptionis, etc.*

Præallatis addendum videtur Brunonis Signiensis Episcopi lib. de Vestimentis Episcoporum. judicium de hisce Sanctorum sortibus, in Cap. *Cur fiant prænostica in consecratione Episcopi : Non ad Sortes in- quirendas, ut stulti opinantur, Evangeliorum liber ejus, qui consecratur, humeris imponitur ; sed ut per hoc intelligat, cui labori et oneri subjiciatur, et pondus Evangelicæ prædicationis eum circumquaque ferre non pigeat.*

Erat et alia istiusmodi divinationis species, quæ fiebat per duas pluresve episto- las, seu schedulas sub altaris palla confuse positas, quarum una negationem, altera affirmationem rei, de qua dubitabatur, contineret : quæque post solemnes preces ac jejunia indicta capienti occurreret, ea pro judicio divino habebatur. Gregorius Turon. de Vita Patrum cap. 9 : *Tunc pro*

*hospitio quoddam brevibus conscriptis posuit super altare, vigilans et orans tribus noctibus, ut quid ei Dominus juberet dignaretur manifestissime declarare. Sed pietatis divinæ inclita miseratio, quæ eum præsciens eremitam esse decreverat, brevem illum accipere jubet, ut eremum properaret.* Baldricus lib. 1. Chronici Cameracensis cap. 21. ubi de contentione pro corpore S. Leodegarii, quod sibi vindicabant Episcopi Pietavensis, Augustodunensis, et Atrebatensis : *Donec ex sententia cæterorum Pontificum, tribus Epistolis, horum trium nominibus subscriptis, et confuse sub palla altaris oblectis, factaque in commune oratione, Pictavensi Episcopo ex indicibus sanctum corpus deberi declaratum est.* Istius συγκειματαιζ exempla alia proferunt Theophanes et Cedrenus ann. 13. Heraclii, Anonymus in Festum restituit. imagin. pag. 785. et ex eo forte Synaxarium in Dominica τῆς ἑρθοδὲξίς in Triodio, Sguropolus in *Histor. Concilii Florent.* sect. 12. c. 3. extr. Anna Comnena lib. 10. et 15. pag. 273. et 471. Pachymeres lib. 7. cap. 13. et Vita S. Aniani Episcopi Aureliani. supra laudata : cui simi- lis est ea, de qua agit Lex Frisionum tit. 14. § 1. præterea Durandus lib. 5. Ration. cap. 2. n. 5. [Vide Casaubonum ad Spartianum in Hadriano pag. 5. 2. edit.]

Exstitit denique alia divinationis per *Psalms species*, quam *Ensalmo*, seu *Inpsalmum* vocant Hispani, quæ Sebastianus de Cobarruvias dicitur *cierto modo de curar con oraciones, unas vezes solas, otras apli- cando juntamente algunos remedios.* Ut : *Ensalmodores, los que curan con Ensalmos.* Mox subdit : *Dixeronse Ensalmos, porque de ordinario usan de versos de psalterio, y dellos con las letras iniciadas de letra por verso, o per parte, hazen unas sortijas para diversas enfermedades.*

SORS DE PANE. Vide *Corsned*.

SORS DE LIGNO. Vide *Tenus*.

3. SORS, Pittacium vel Scheda, in qua, quod quis sortiri debeat, inseribitur. Hinc *inscribi in sortem prædia dicuntur*, quæ sorte dividenda sunt : et *sortes tollere* ii, qui sortiuntur, apud Hygenum de Limitib. *Constit. Capitolinus in Albino : Cum ille Sortem de suo fato tolleret, i. de suo fato sciscitaretur.* Inde postmodum *Sors*, 4.

\* *Item Ravennates debent rumpere scriptum salis seu Sortem salis, et perpetuo tempore a duobus annis post festum S. Michaelis proxime venturi in anno, et numquam amplius Sortem seu scriptum facere,* in Charta ann. 1200. apud Murator. tom. 4. *Antiq. Ital. med. ævi col. 374.* Alia ann. 1208. apud eumd. tom. 2. col. 873 : *Item ut non vendant, nec dent nobis salem cum Sorte nec ejus simili, etc.*

4. SORS, pro Modulo agri, apud veterem Agrimensorem pag. 337. in leg. ult. Cod. Th. de Locat. fund. jur. emphyt. (10, 3.) in leg. 15. de Annona et tribut. (11, 1.) eodem Cod. Κληρος γῆς, apud Julianum in Mysopog. *Sortes enim proprie appellabant Romani agros, quos in provinciis a se devictis occuparant, sorte Militibus divisos, ac assignatos.* Scribit Procopius lib. 1. de Bello Vandalico cap. 5. Gizericum post captum Romam, in Africa muris urbes exuisse, agris Afros spoliasse, plurimos ac optimos

Vandalis divisisse, qui sua ætate *Vandalorum κληρος*, seu *sortes* vocabantur. Sed præsertim *sortis* nomenclatura donata agrorum pars apud Gothos et Burgundiones, quæ in debellatis Provinciis tum victoribus, tum antiquis possessoribus sortito evenerat : ii quippe tertia fundorum parte devictis Romanis relicta, residuas sibi usurpaverunt. Sorte autem divisos ejusmodi agros negat Dominicus de Prærogativa alodiorum cap. 5. § 11. idque elicit præsertim ex eo, quod portio Romani *Sors* etiam appelletur : quasi vero totum agrum victores eum antiquis possessoribus sortiri, et singulorum portiones sortito vocabulo donari non potuerint. Vide *Tertia*. [\* Gesta vendit. con- lecta sub Justinian. Imperat. apud Marin. in *Diplom. Papy. num. 115 : Liberas autem inlibatas portiones duorum fundorum ab omni nexu fisci, deviti populi private et ab here alieno, litibus, causis controversiisque omnibus, nec non a Sorte barbarica (vel barbarici) et a ratione tutelaria et curæ, etc* Vide Savinii *Histor. Jur. Roman. med. temp. tom. 1. cap. 5. § 103. et 106.* Adde *Translat. S. Alexandr. cap. 1.* apud Pertz. *Script. tom. 2. pag. 675.* Dudon. de *Gest. Norman. lib. 3. pag. 91.* Lex Wisigoth. lib. 8. tit. 8. § 5 : *Sortem suam claudere.* Lib. 10. tit. 1. § 7 : *Si vineam in aliena terra quis pluvaverit, in qua Sortem non habet.* In textu, in quo (territorio) ipse consors non est. *Terra sortis titulo adquisita, in Lege Burgund. tit. 1. § 1. [\* Terram Sortis jure possidere, ibid. tit. 14. § 5.]* Eadem Lex tit. 84. § 1 : *Ut nulli vendere terram suam liceat, nisi illi, qui alio Sortem aut possessionem habet.* In sortem alterius ingredi, in *Lege Ripuar. tit. 60. § 5.* Senator lib. 8. *Epist. 26 : Nam que necessitas ad injusta compellat, cum vos et Sortes alant propria, et munera nostra, Domino adjuvante, ditifcent.* Gregorius Turon. lib. 4. *Histor. cap. 44 : Nisi me permiseris per tuam Sortem hunc fluvium transire, cum omni exercitu meo super te pergam.* Charta Chrodogangi Episcopi Metensis ann. 763. apud Meurissium pag. 167 : *Similiter donamus in pago Magense, in villa Pomaria, Sortes cum vinitore, vel illam vineam quam ipse vinitor facit.* Infra : *Similiter donamus... servos duos cum Sortibus eorum, qui ipsorum verres custodiunt.* Alia Angilranni Episc. Metensis ann. 770. apud eumd. pag. 175 : *Seu et Sortem illam in ipsa villa, quam Vibollagus per beneficium sancti Stephani vel nostrum tenere videtur.* Charta Brunonis Abb. Der- vensis in Tabul. ejusdem Monasterii : *Scilicet duo mansa cum terris adjacentibus, quas nos Sortes vocamus.* Charta ann. 1007. apud Ughellum tom. 1. pag. 339 : *Impri- mis sunt de ipsis casis et Sortis septem, una, quæ modo recta est per Petrus, etc.* Alibi : *Et sunt in locas et fundas quatuor ex ipsis casis et Sortis et rebus illis mansariitis.* Occurrit ibi pluries. Tom. 3. pag. 65 : *Seu casis, curtis, capellis, Sortis, donnicatis, silvis, etc.* Pag. 66 : *Cum Sortibus et donnicatis ibidem pertinentibus.* Pag. 88 : *Sortes et donnicata, quæ ego habere et tenere visus sum.* Pag. 90 : *Prædictæ Sortes cum omnibus ædificiis suis super se.* Pag. 300 : *In Melito Sortem unam, quam detinet Corbolus.* Adde pag. 291. et tom. 8. pag. 36. [\* Vide



Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 534.]  
 \*\* SORTICILLA, Charta Vendit. ann. 750. apud Brunett. in Cod. Dipl. Tusc. tom. 1. pag. 535 : *Sorticilla mea de casa, seo et urto, seo et curtem de casa et vinea in casale Agelli ad orcia, qui ipsa sorte neam quam vobis vindedi ... quanta mihi inter germano meos cuncti sortis, etc.* Proprie pars quæ in bonorum divisione alicui evenit, possessiuncula. Vide *Sortio* et *Sorticellus*.

† SORTES, inter terras incultas recententur in Statutis Vercell. lib. 5. fol. 128 : *Item qualibet persona civitatis et districtus Vercellarum possit... ad cultum reducere... possessiones quæ appellantur.... Sortes, molte, vel glare pertinentes ad ipsum jure domini directi vel quasi.*

SORTES STARE dicuntur, quæ suis terminis ac limitibus semel finitæ ac circumscriptæ, deinceps rata permanent. Lex Longob. lib. 2. tit. 29. § 3. [\* Liutpr. 73. (6, 20.)] : *Res ipsas dividant, sic tamen, ut omni tempore Sortes stare debeant, et adequatio percurrat.* Tit. 35. § 7. [\* Liutpr. 69. (6, 16.)] : *Alicæ vero res, quæ divisæ fuerint inter fratres seu nepotes, vel ubi mensura tracta est, Sortes stantes adæquantur.* Vide *Sortissare* in *Sortiri*.

Ab his fundis ducta metaphora, ipsa etiam regna, quæ victoribus cesserant, *sortis* nomen adepta sunt, ut *Gothica sors*, apud Sidonium lib. 7. Epist. 6. *Sortes Vandalarum*, apud Victorem Vitensem lib. 2. et 3. pag. 19. 35. Idem Sidonius lib. 9. Epist. 5 : *Non tamen medii itineris objectis quantum ad solvendum spectat officium, nostra sedulitas impeditur : nisi quod per regna divisi a commercio frequentioris sermonis, diversarum Sortium jure, revocantur.* [\* Annal. Xantenses ad ann. 858 : *Ludevicus rex orientalis conventum populi Sortis suæ apud Wangionem habuit.*]

Ejusdem originis est nomenclatura, qua Clerus *Sors Dei* passim appellatur a Scriptoribus Ecclesiasticis. De laudibus Berengarii Augusti apud Murator. tom. 2. pag. 399 :

Interea Sors lecta Dei circumdata saccis,  
 Vota facit, etc.

INSORTIS, vel INSORTUS, in *sortem* non datus, vel possessus. Charta Ottonis Imperat. ann. 996. apud Ughellum tom. 5. pag. 668 : *Quamque in planiciebus, divisis et indivisis, sortis et Insortis, cultis et incultis, etc.* Vide *Sortitus*.

† 5. SORS, Idem videtur quod *Usagium*, Jus utendi foresta. Chartul. S. Andreae Vienn. : *Tribus Sortem in sylva quæ vocatur Eruxia, ut habitatores Jalzinii et habitatores S. Genesii fruantur silva, seu bestie eorum, quemadmodum necesse fuerit.*

\* SORTE, vox Italica, Fortuna. Consuet. Neapol. MSS : *Si domus locata necessaria refectioe indigeat, et requisitus locator ab inquilino intra xv. dies post requisitionem detraxerit sive distulerit reparationem, et ipse inquilinus suis Sorticibus illud reparari fecerit post ipsos dies xv. potest quod impenderit pro rata impensione debitam imputare.* Ubi pro impensis adhibetur.

SORTELIA, SORTILIA, Annulus, Hispanis, *Sortijuela*. Charta Alfonsi Regis Portugall. æræ 1260. apud Brandaon. lib. 13. Monarch. Lusitan. cap. 24 : *Et pro multo*

*servitio, quod nobis fecistis in pacto, quod habuimus cum Dom. Stephano Braccarensi Archiepiscopo, et in multis aliis locis, ubi vobis fuit necessarium, et pro una Sortelia, quam nobis dedistis pro roborata.* Quæ sic vertit idem Brandaon : *Et por hum Annel que no destes pera mayor firmeza.* Testam. Sancii I. Reg. Portugall. apud eumd. tom. 4. pag. 260 : *Et post mortem meam habeat... meos annulos et Sortilios, exceptis duobus annulis, quos vando dari filio meo.*

\* Acad. Hispan. in Diction. *Sortija, Annulus digitalis.* Testam. Masalda reg. ann. 1256. tom. 1. Probat. Hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 31 : *Item vando ibi duas Sortellias et tres lapides saphiros.* Ibid. pag. 32 : *Item infanti domino Petro fratri meo... aliam Sortellam magnam, etc.*

† SORTELLUM, Plantæ vel corticis species, quæ tincturibus prohibetur, in Stat. pro arte parat. pann. Carcass. renovatis ann. 1466. ex Reg. 201. Chartoph. reg. ch. 121 : *Item quod nullus possit... tingere seu tingi facere aliquos pannos, caput seu signum cottonis habentes, cum... Sortello, qui sunt tinctus pravi.*

\* SORTIARE, Sortiri, per sortes rei eventum experiri, Gall. *Tirer au sort.* Lit. remiss. ann. 1350. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 501 : *Biberunt usque ad valorem viginti denariorum, pro quibus denariis ipsi Sortiaverunt cum talis quis eorum solveret.* Sortiri, pro Experiri, in Lit. ann. 1378. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 337. art. 7 : *Ilis vouldissent Sortir autre jurisdiction que la nostre.* Vide *Ressortire*.

\* SORTIARIA, Sortilegium, maleficium. Ordin. MS. S. Petri Aureæval. : *Finita præfatione (in benedictione fontium) capellanus altaris habeat dicere in publicum, ne aliquis vel aliqua ausu temerario faciant aliquas Sortiarias vel maleficia ex aqua fontium.*

SORTIARIE, Veneficæ, Sorcieres. Capitula Caroli C. tit. 39. § 7 : *Malefici homines et Sortiariae.* Hincmarus de Divortio Lotharii : *Alii autem cibo a Sortiariis dementati, etc.* Rigordus ann. 1194 : *Ipsæ Rex, ut dicitur, maleficiis per Sortiarias impeditus, uxorem tam longo tempore cupitum, exosam habere cepit.* Concil. Valent. ann. 1248. cap. 12 : *De sortilegis et Sortiariis, quocumque nomine, censeantur, etc.*

\* SORTIARIUM, vel Sortiaria, apud Petr. Subesti de Cultu vineæ Dom. part. 3. cap. 4 : *Fiunt multæ invocationes magicæ et Sortiaria.*

† SORTIARIUS, Magus, sortilegus, Sorcier. Statuta Eccl. Nannet. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 961 : *Item, singulis diebus Dominicis et festivis Sortiarios et Sortiarias, et ad eos vel eas ob hanc causam concurrentes, ... excommunicatos præcipimus nunciari.* Huc spectat Bulla Bonifacii VIII. PP. ann. 1303. apud Rymer. tom. 2. pag. 932. ubi memorantur aniles fabulæ quas de sortilegis garrunt mulierculæ : *Dudum ad audientiam nostram... pervenit, quod venerabilis frater noster W. Conventrensis et Lichfeldensis episcopus erat in regno Angliæ et alibi publice defamatus, quod diabolo homagium fecerat, et eum fuerat osculatus in tergo, eique locutus multotiens.* Vide *Diana* et *Scobaces*.

\* Alias Sors, nisi tamen sit pro Carnifex, Gall. *Bourreau.* Vide *Sorrentialis*. Lit. remiss. ann. 1373. in Reg. 103. Chartoph. reg. ch. 373 : *Lesquelz suppliant relevant icellui signe de justice, seurvint illeceque un homme, ... lequel dist et cria à haulte voix : ... Or vois-je bien que vous qui faites ce gibet, estes tous Sors et bourreaux.*

\* Cum Sortiarii morbos diversis sortilegiis inferre olim putabantur, ægros ex iis convalescere etiam autumabant, si ipsi malefici egregie vapularent aut ter negarent se sortilegium aliquid fecisse. Lit. remiss. ann. 1407. in Reg. 162. ch. 157 : *Aucunes personnes d'icelle ville de Mante dirent au suppliant que la femme de Lannoy avoit ensorcelé une sienne niepce, ... et lui donnerent à entendre que s'elle le renyoit par trois fois, ycelle niepce par la maniere du dire seroit garie.* Aliæ ann. 1455. in Reg. 187. ch. 150 : *Pour ce que en la parroisse de Torsie ou país de Rouannois estoit fame publique, passé à quarente ans, que Huguenin de la Meu et Jehanne sa femme, gens de labour, et aussi le feu pere dudit Huguenin estoient souspeçonnez d'estre sorciers et d'avoir fait atoir et demourer malades plusieurs personnes et bestes, et à ceste cause avoient esté souventefoiz menaciez et batuz par plusieurs, et tellement que par le moyen deslites bateures, icelles personnes et bestes venoient à convalescence et garison, ledit André suppliant fut meu d'avoir semblablement souspeçon sur lesdiz Huguenin de la Meu et Jehanne sa femme d'avoir fait mourir son bestail. Laquelle chose venue à la notice de la femme dudit Huguenin, elle dist à la femme dudit André suppliant, appelée Alayre, telles ou semblables parolles : *Vostre mary a dit que j'ai fait malades ses bestes, il a mal dit, et avant qu'il soit peu de temps il s'en appercevra bien. Et tantost après icelles parolles dites, icellui jour mesme ladite Alayre soudainement fut surprise de certaine grant maladie, tellement que la nuit ensuivant elle cuida mourir. Par quoy ledit André suppliant le lendemain ala devers ladite Jehanne femme dudit Huguenin et la menassa de battre, en lui disant qu'elle estoit cause de la maladie de ladite Alayre sa femme, et lui dist que se elle ne la faisoit incontinent guérir, qu'il la batroit tant qu'elle ne seroit jamais bien. Et lors icelle Jehanne doutant ladite bateure respondi audit suppliant qu'il la laissast et qu'elle seroit tantost guérie; et le lendemain ensuivant icelle Alayre fut guérie de sadite maladie.**

\* SORTICELLUS, Modulus agri. Charta Landberti imper. ann. 898. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 281 : *Curtem unam in loco Cactiano vel ejus vocabulis cum Sorticellis triginta, ... cum omnibus adjacentiis vel pertinentiis suis* Vide *Sors* 4.

† SORTICULARIUS. Vide in *Sortiri*.

\*\* 1. SORTILEGIUM, Sortitio, divisio quæ ductis sortibus fit. Charta ann. 1260. apud Haultaus. in Glossar. German. voce *Los*, col. 1278 : *Si bona nostra Sortilegio dividere non contingit.*

\*\* 2. SORTILEGIUM, Divinatio. Johannes de Janua : *Sortilegus, ... qui futura legit et colligit per sortes, unde hoc Sortilegium, talis divinatio.* Occurrit passim.



† **SORTILIA**, ut *Sortelia*. Vide in hac voce.

\*\* **SORTILOGI**, pro *Sortilegi*, occurrit passim. Epistola Ottonis Babenberg. Episc. ann. 1124. in Ekkehard. Chron. apud Pertz. Scriptor. tom. 6. pag. 264 : *Omni ritum et pravitate paganam abiciant, domus ydolorum non construant, phytionissas non adeant, Sortiologi non sint*. Vide supra in *Sors*, 2.

\* **SORTIMEN**, Fons, scaturigo. Charta Caroli IV. imper. ann. 1354. apud Ludewig. tom. 10. Reliq. MSS. pag. 179 : *Cum jure et libera potestate extrahendi seu extrahi faciendi de dicto flumine aquam ad irrigandum prata, necnon de quolibet fonte, Sortimine seu sulatura, etc.* Vide *Sortummen*.

\* **SORTIO**; Hæreditatis portio, quæ forte alicui obvenit. Charta ann. 1000. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 621 : *Et ipsa terra mihi est pertinetes a pars supradicti genitoris mei, et ipsius genitori meo pertinentes fuit a pars genitori sui; et ipsius genitori mei in Sortionem obvenit a germanis suis*. Vide *Sors* 4. et in *Sortitus*. [\* Charta Adopt. ann. 988. apud Blasio Series Princip. Salern. num. 64. pag. 124 : *Per anc cartula donavit et tradidi tibi predicto Johanni talem Sortionem de omnibus rebus, substantiis meis, etc.* Occurrit ibi iterum. Vide *Sorticulla*.]

† **1. SORTIRE**, pro *Sortiri*. Capit. Synod. Orient. can. 6. inter Conc. Hispan. tom. 2. pag. 327 : *Permaneat in loco in quo a Deo est ordinatus (episcopus) et in eam quam Sortivit ecclesiam*. Lex Bajwar. tit. 8. § 6 : *Sortiant de illis Deus fortiam dederit*.

\* **2. SORTIRE**. Vide supra *Sortire*.

**SORTIRI**, Per sortes rei eventum experiri, inquirere. Capitula Caroli M. de diversis rebus ann. 789. cap. 4 : *Nullus in Psalterio, vel in Evangelio, vel in aliis rebus Sortiri præsumat*. [Lex Bajwar. tit. 16. § 5 : *Sortiantur illi testes inter se, et cui sors exierit, juret*.]

**SORTISSARE**. Leges Luitprandi Regis Longob. tit. 48. § 2 : *Alias vero res, quæ divisæ fuerunt inter fratres vel nepotes, vel ubi mensura tractu est, Sortissantes adæquentur*. Vide supra *Sortes stare in Sors*, 4.

**SORTICULARIUS**, Divinator, veneficus, *Sortier*. Concilium Narbon. ann. 589. cap. 14 : *Divinatores, quos dicunt esse caragios atque Sorticularios*.

**INSORTIARE**. Decretum Tassilonis Ducis Bajwar. de Popularib. Legib. § 5 : *De pugna duorum, quod Wehadinc vocatur, ut prius Insortiantur, quam parati sunt, ne forte carminibus, vel machinis diabolicis, vel magicis artibus insordiantur*. Ubi *insordiantur* non videtur esse *fascinare*, sortibus diabolicis innectere, Gall. *Ensorciller* : sed adversus sortes munire.

**INSORTICARE**, In sortem mittere, *Ensorciller*. Leges Henrici I. Regis Angliæ cap. 71 : *Si autem Insorticatus non fuerit mortuus, etc.*

**SORTIVIDUS**, Qui videt per sortes, in Gloss. Isid. [Id est, Grævio, qui judicat de rebus futuris ex oraculi sententia, qui consulit oraculum.]

\* *Sortisser*, pro *Divinare*, præ sagire, apud Froissart. vol. 2. cap. 37 : *Lequel subtil*

*homme Sortissoit bien tout ce qui leur en advint*.

† **SORTITOR**, Qui rem aliquam sortitur. Conventus ann. 1038. inter Conc. Hisp. tom. 3. pag. 203 : *Alioquin hujus institutionis servatorem celestis patriæ optaverunt fieri Sortitorem; contra quippe rebellem in ignibus perpetuis contabent*.

\* **SORTITUS**, In sortem datus, possessus Charta ann. 1096. inter Monum. eccl. Aquilej. cap. 58. col. 549 : *Cultum et incultum, divisum et indivisum, Sortitum et insortitum*. Vide in *Sors* 4.

† **SORTIVIDUS**. Vide in *Sortiri*.

† **SORTIVIS**, Fons, scaturigo, Ital. *Sortiva*, vel *Sorgiva aqua*, Gall. *Source*. Statuta Placent. lib. 5. fol. 58. vº : *Si quis duxerit aquam ex aliquo flumine publico, seu Sortivibus, vel scolaturis, et steterit ipse et ille a quo causam habet, vel alter eorum in possessione, seu quasi, duceudi ipsam aquam per xx. annis continuos, non possit molestari ab aliquo*.

† **SORTUMEN**, ut *Sortivis*. Charta Sigismundi Rom. Reg. ann. 1432. in Bullar. Casin. tom. 2. pag. 304. col. 1 : *Prata, pascua, aquas, fontes, Sortumina, etc.* Supra *Sortunina* legitur. Vide in *Surgere*.

† **SORTUS**, Modulus agri. Vide *Sors* 4.

† **SORURCULA**, diminut. a *Soror*. Guido Aretinus in Form. modorum : *Consulto agens modus tertius abiecit Sorurculam ½. ne vicinam amitteret*. *Sorurcula*, apud Plaut. in *Fragm. Clitell. v. 25*.

**SORUS**. Vide *Saurus*, et *Allex*.

† **SOSARIUM**, Lorica. Vita Caroli Magni: *Insignia victoriæ sue Sosaria, mulos, captivosque Mauros misit*. Ubi *Sosania* legendum videtur, a Gr. *σωσάριον*, quod eodem significato usurpat Græci recentiores. Vide Gloss. med. Græc. in *Σωσον*, et *Vossium* lib. 3. de *Vitiis* serm. cap. 49. supra *Boanosa*.

**SOSCALLUS**, Canis species. Matthæus Westmon. ann. 940 : *Cum in sylvâ corniculantium strepitus resonabat venatorum, latratuque Soscallorum, (ita utraque editio) multi cervi fugam leviter inierunt*.

† **SOSCANIA**, Genus vestis muliebris. *Souquenille* vero nostris dicitur vestis grossior ex tela vel lana confecta. Testam. G. Comit. Montisferrandi ann. 1199. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 257 : *De his legatis soluta sunt... Johanne de Mollie una calcitra et una Soscania pro xxx. solidis*. *Sousquenie* vocat le Roman de la Rose MS :

Ele fu en une Sousquenie.  
Qui ne fu mie de bouras.  
N'a si belc jusque Arras...  
Car nule robe n'est tant bele,  
Comc Sousquenie à Damoisele,  
Fame est plus cointe et plus mingnote  
En Sousquenie qu'en coste.  
La Sousquenie qui fu blanche, etc.

Vide *Succa* et Gloss. med. Græc. in *Σουζαζία*.

\* *Soucanie*, in Lit. remiss. ann. 1454. ex Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 509 : *Deux chemises, une Soucanie et un cotteron de violet, tout à usage de femme*. Sed et viris in usu fuit sub nomine *Sequanne*, ut ter repetitur in Lit. ann. 1393. ex Reg. 145. ch. 423. bis : *Lequel Brisart respondi qu'il ne*

*vendroit joint sa robe : mais il lui vendroit volentiers une Seqanne de toille, laquelle tî restoit sur sa robe*. Idem proinde quod *Sorcotium*. Vide in hac voce.

\* **SOSCIA**, **SOSCITIA**, **SOSCIA**, Fenestræ species, f. spiraculum. Consuet. Neapol. MSS. : *Si quis habet parietem in quo sit fenestra, Soscitia vel quælibet alia apertura pro conspectu vel lumine ingrediendo.... Set si ex opposito ad dictum parietem, in parte ubi Soscia vel aliqua apertura, est ædificium vicinum... Verum si velit tectum facere quod recumbat ad ipsum parietem de supus ab ipsa Soscia sive alia apertura quæ est in ipso pariete pro lumine tantum ingrediendo, per palmum unum canne ædificet. Si autem velit astræam facere debet desuptus ab ipsa Soscisia, vel alia apertura, quæ non est pro aspectu habendo, per spatium canne unius ædificare... Et ubicunque fit mentio de apertura, intelligitur Soscisia totum rotundum, vel aperturam fenestræ cum cantonibus factæ. Soscia supra in *Dossitia*. Ad marginem prioris articuli legitur scriptum manu aliqujus notatoris : *Vide si habet fenestram seu Sussacam pro lumine ingrediendo*. Legi etiam potest *Sussaram*.*

† **SOSDALERIUS**. Sententiam arbitralem ann. 1292. inter Abbatem et Consules Gimmont. subscribitur Monachi fr. *Olivierus sacrista, fr. B. de Monte acuto furnerius, fr. Julianus cellerarius meianus, fr. Arnaldus de Mota Sosdalerius*. Is forte qui hospitibus suscipiendis præerat.

\* **SOSOBS**, An Protectio, tutela, *salvus conductus*? Constit. MSS. Jacobi II. reg. Aragon. ann. 1306 : *Quod (dominus castri) habeat assignare eis judices pares curiæ, et facere seu dare eis Sosobs secundum usaticum Barchinonensem, si extrahit ipsos extra feudum*.

† **SOSPES**, *is*. Candidus in *Vita Eigilis* Abb. Fuld. sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 245 :

Quem Deus omnipotens Sospem de sede paternæ Conlocat, etc.

Ibidem pag. 246 :

Fortè virum ostentat, absque discrimine Sospem Confectum, etc.

† **SOSPITALE**, f. *Projectum*, Gall. *Sourpente*. Statuta Genuens. lib. 4. cap. 42. fol. 106. vº : *Prohibeant ipsi Potestates, ne aliqua persona sibi subdita vendat alicui fortitaneo... aliquid lignamen, ex quo naves, galeæ, vel aliud vas navigabile, domus, capsia, Sospitale, banchale, vel torcularia constitui possit*.

**SOSPITARE**, Salutare, *sospitatem*, incolumitatem et sanitatem alicui adprecari. *Eulogius Cordubensis* lib. 3. Memor. Sancto. cap. 17 : *Contribulenti suam gratia Sospitandi se se invisere mentiuntur*. Nam et *Sospitatem* hac notatione usurpat *Salvianus* lib. 4. de Eccl. Catholice : *Quasi vero... alios se cuncti exhibere Christo debeant in morte*. *Ildefonsus Toletanus* :

Mira canunt pucro sæclis volventibus ævi  
Eventura, Deus Sospitet ista mihi.

*Faustus Regiensis* Epist. 8 : *Conservus, et præcipue admirator vester frater meus Presbyter Memorius mecum reverentissime Sospitant*. Epist. 9 : *Omni domum vestram seniores cum junioribus paterno Sospitamus*



affectu. Sidon. lib. 4. Epist. 3 : *Quodque deinceps nullas viantium volas mea papyrus oneraverit, quæ vos cultu sedule Sospitatis impertiat.* [Vide *Sospitus*.]

† **SOSPITATICUM**, pro *Cespitaticum*, in Charta Henr. I. reg. Franc. ann. 1059. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 128.

† **SOSPITATIO**, Salutatio. Epist. Ruricii Episc. ad S. Aprunculum inter Acta SS. tom. 3. Maii pag. 369 : *Unde per hominem filii mei Leontii has ad Apostolatium vestrum dedi, quibus Sospitatione prælata, quam ex sententia, Deo favente, valeatis inquirere. Vide Sospitare.*

† **SOSPITATOR**, Qui *Sospitatem*, salutem dat. Utitur Apuleius. *Sospitatore* vocant Christum Jesum Lactantius lib. 4. cap. 26. Arnobius adv. Gentes lib. 2. et alii.

† **SOSPITUS**, Incolumis. Mirac. S. Ursuarii tom. 2. April. pag. 567 : *Mira Dei potentia cuncta illa immersorum examina Sospita obviavere et læta. Vide supra Sospitare.*

\* **SOSSIA**. Vide supra in *Soscia*.

† **SOSTA**. *Facere Sostam*, Mutuum dare cum fenore, ab Italico *Sosta*. Vide *Solta*. Statuta Massil. lib. 1. cap. 12. n. 1 : *Et quod de dictis denariis seu solutione eorum nulli personæ facient Sostam sive credentiam, nec inde furtum aliquod facient* (Clavarii.) [\* Instr. ann. 1391. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 114. col. 2 : *Item quod dictus Guilhermus fuit mercator animalium, quæ tradidit sub nomine precario pluribus hominibus recipientibus dicta animalia ad Sostam, sive ad tempus solutionis eidem faciende.*] Est etiam Italica *Sosta*, Funis nautici species : unde

† **SOSTARIUS**, Qui attendit ad *Sostam*, in Notis Fr. Barberini ad Docum. d'Amor. edit. Ubaldini pag. 257.

† **SOSTOUM**. Reparatus. factæ in Senescallia Carcass. ann. 1435. ex Cod. MS. Cl. V. Lancelot : *Item pro faciundo Sostoum novum unius mole dicti molendini, etc.*

† **SOSTRALE**, Stramentum pecuarium ex sæno et paleis, Fuxensibus rusticis *Soustre*, vulgo *Litiere*. Ad *Sostralia colligenda*, in Charta fundat. Monast. Fontis-Guillelmi ann. 1124. tom. 1. Gall. Christ. novæ edit. inter Instr. pag. 190. col. 1.

**SOSTRI**, Servorum species apud Suecos, quorum optima erat conditio, ut quibus peculium et familiam habere concessum esset, et testari liceret. Vide Joann. Stiernhookum lib. 2. de Jure Sueonum vetusto pag. 217.

\* **SOSTRUM**, a Græco *σῶστρον*, Merces medico debita, idem quod *Soteria*, munera scilicet, quæ Deo vel sanctis ejus dantur ob recuperatam valetudinem, ut notant docti Editores ad Mirac. S. Magni tom. 2. Sept. pag. 779. col. 1 : *Unde et suis mox pedibus cum egregio amicorum familiarumque comitatu ad cælestem archiatrum profectus, Sostrum conductum exsolvit.*

\* **SOTA**, pro *Souta*, Pecunia, quæ in permutationibus, compensationis gratia, rei commutata additur. Arest. ann. 1351. in vol. 2. arestor. parlam. Paris. : *Ægidius Vidien et quidam alius burgensis dictæ villæ (de Hamo) ad invicem permutaverant sua*

*bona, Sotis intervenientibus. Vide supra Solta 2.*

\* **SOTADICUM**, Carminis genus, apud Chifflet. in Archiep. Bisunt. ex Rob. Cenali, quem hic appellat.

† **SOTANUM**, **SOTTANUM**, Togæ seu tunicæ species, vulgo *Soutane*, Ital. *Sottana*. Ricobaldi Ferrar. Hist. Imper. apud Murator. tom. 9. col. 128 : *Virgines in domibus patrum tunica de pignolato, quæ appellatur Sotanum, ... erant contentæ.* Ubi in MS. legitur *Sootanum*, apud Stephanot. tom. 7. Fragm. Hist. Chron. Franc. Pipini ibid. col. 669 : *Virgines ante nuptias tunica de pignolato, quæ dicebatur Sottanum, ... erant contentæ.* Eadem occurrit tom. 12. col. 1033. Vide *Sotana* et *Subtaneum*.

**SOTHALE**. Vide *Filctale*.

† **SOTILARIA**, ut *Subtalares*. Vide ibi. **SOTTUS**, Stolidus, bardus, Gallis *Sot*. Theodulfus Aurelianensis Episcopus lib. 3. Carm. 1 :

Utque sit hic aliud, nil nisi Scottus erit.  
Cui si litterulam, quæ est ordiue tertia, tollas,  
Inque secunda suo nomine forte sedet.

Infra :

...haud dubium quod sonat, hoc et erit.

Eodem lib. Carm. 3 :

Hic Scottus, Sottus, cottus trinomen habebit.

Non desunt, qui putant hoc genere cavilli Theodulfum carpsisse Joannem Scotum, seu Erigenam, qui, ut scribit Simeon Dunelmensis ann. 884. et ex eo Matthæus Westmon. et Rogerus Hovedenus, cum Carolo C. mensæ assideret, quiddam fecisse, quod Gallicanam comitatem offenderet, urbane increpatum a Carolo hocce scommate : *Quid distat inter Sottum et Scottum : cui ille retulit solemne convitium in auctorem, et respondit, Mensa tantum. Quid hoc dicto facetius, inquit Simeon? interrogaverat Rex de morum differenti studio, respondit Joannes de loci distante spatio.* Cujacius ad leg. 3. C. Qui accusare poss. et Heinsius in cap. Marci 2. a Syriaco *Sote*, i. stultus, de ducunt : alii a *stultus*. Quid si a Græco *σῶτος*? Canonarium Joan. Monachi, ubi de Confessione : *ὁ γὰρ μὴ ἰσχύων εἶπαι, ὡς σωτὴς κρινεται*, qui numerum peccatorum inquirenti confessario non potest designare, stultus est. Galli dicerent, *c'est un sot*.

\* Hinc *Sotie*, Deliratio, amentia. Lit. remiss. ann. 1415. in Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 344 : *Derrainement prist en lui aucunes melencolies par Sotie et folie.*

\* **SOTTUS**, Simplex, ingenuus. Carolus Sottus, qui vulgo *Simplex*, in Chronolog. Eman. Schelst. Hinc diminutivum *Sotelette*, in Lit. remiss. ann. 1448. ex Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 654 : *La suppliante qui estoit simple et Sotelette, etc.*

**SOTULARES**. Vide *Subtalares*.

† **SOTULUM**, vel **SOTULUS**, Locus inferior, f. diminut. a *Sotus*. Vide in hac voce. Limborchii Hist. Inquisit. Tolos. pag. 57 : *Ivit cum viro suo ad domum Baranhonæ de S. Sulpicio : ... quos invenerunt in quodam Sotulo dictæ domus.* Ibid. pag. 143 : *Ostendit sibi quemdam hominem qui stabat absconditus in domo sua in quodam Sotulo.* Rursus pag. 193 : *Stetit ibi dictus hereticus absconditus et occultus in quodam Sotulo, in quo faciebant stabulum.* Denique pag.

216 : *Vidit quadam vice in domo viri sui in Sotulo dictæ domus duos homines.* Vide *Subtulum*.

\* **SOLUM**, pars domus inferior, Gall. *Rez de chaussee*, alias *Sotoul*. Charta ann. 1170. ex Chartul. monast. Caunens. : *Berengarius abbas Guillelmo Bonet et omni ejus posteritati tres in memorata villa braçâdas de solario simul cum Sotulo, qui est ad cortale.* Lit. admort. pro eccl. Vivar. ann. 1445. in Reg. 177. Chartoph. reg. ch. 151 : *Item ung soulier sur ung Sotoul, qui fut de messires Hugues Mouston, assis en ladite cité (de Viviers). Sotoul infra.* Vide supra *Soculus* et infra *Sutulum*.

\* 1. **SOTUM**, ab Hispanico *Soto*, Nemus. Charta ann. 1302. in Reg. 38. Chartoph. reg. ch. 111 : *Sotum, quod habemus contiguum peciæ, quæ vocatur Prado dicti monasterii. ... Nos autem Johanna eadem gratia Franciæ et Navaræ regina, ... de cuius hæreditate dictum Sotum movere noscitur, etc.* Hinc Gallicum *Soif*, pro *Sepes, haia*; interdum et pro Palorum contextus ac series. Consuet. de Caumont in pago Atrebat. ann. 1229. ex Reg. 198. ch. 441 : *Jeu Gui sire de Caumont doi clorre mes jardins de Soif ou de fossé souffisant.* Charta ann. 1268. in Chartl. Mont. S. Mart. part. 7. fol. 122. vº : *Li abbés et li couvens faisoient Soif en leur eave de Roisau fait, pour che que leur poissons ne montast en nostre eave.* Alia ann. 1281. ibid. fol. 124. 1º : *Consent ke li abbés et li couvens. ... pussent. ... faire Soif ou mur, etc.* Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 115. ch. 270 : *Icellui Gilebert arracha et tira d'une haye ou Soif, qui est près de lui, un planchon.* Sois, in aliis ann. 1414. ex Reg. 168. ch. 21 : *Un jardin, qui estoit clous et estoupez de Sois et d'une haise, ... et ala rompre et abatre ladite haise de Sois. Seuf et Sotef, eodem sensu. Lit. remiss. ann. 1387. in Reg. 130. ch. 257 : *Telement le poursuy que il le retaigny emprés une Seuf ou haye.* Alia ann. 1401. ex Reg. 156. ch. 368 : *Ainsi que ledit Perrin fu passez outre le Sotef ou haie dudit courtil, etc.* Vide *Sotus* 1.*

\* 2. **SOTUM**, pro *Scutum*. Vide supra in hac voce.

1. **SOTUS**, Silva, parcus, sepes, *haia*, Hispanis *Soto*. Charta Sanctii Regis Navaræ, apud Oyenartum in Notitia Vasconia pag. 99 : *Cun pratis, et paseuis, es Sotis, et aquis aquarumque meatibus, cum eremo et populatu, cum ingressibus et egressibus.* Alia Sanctii, cognomento Sapientis, Regis Navaræ, æræ 1219. apud eundem pag. 329 : *Concedo etiam vobis aquas, et cursus aquarum, et molendina, et silvas, et Sotos obtinere pascuæ vestrarum ovium ac bestiarum libera in regno meo habere, etc.* Charta Alfonsi I. Regis pro Cæsaraugustanis apud Michaëlem del Molino in Repertorio pag. 265 : *Imprimis persolto vobis todos illos Sotos de noviellos in juso usque ad pinam, quod tallietis ibi ligna sicca, et tamaricas, et tota alia ligna extra salices, et extra alias arbores grandes, quæ sunt vetatas.* Adde Foros Aragon. lib. 3. tit. de Rivis. Vide *Sotum*, 1.

\* 2. **SOTUS**, ut et *Socus*, dictum pro Stipes, truncus, probat vox Gallica *Sot* sic



distincte scripta, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1473. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 916 : *Le suppliant print ung sot de boys, que on porte es prez au pais (d'Auvergne). Id etiam innuit vox Sotuart, quæ dici videtur de homine capitoso, in aliis ann. 1478. ex Reg. 206. ch. 181 : Jehannet Morel appella icellui Pierregin Sotuart grosse teste. Charta ann. 1329. in Reg. 66. ch. 90 : In dicta plutea communi . . . cum quadam guisarma supra quemdam vancum seu Sotum decapitavit dictum Geraldum. Vide supra Socus 1.*

\* 3. **SOTUS**. TENERE DE SOTO, An sub tutela habere? Charta ann. 1212. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 711 : *Et piliparios Mutinæ ponam in rectitudine binæ pilipariorum Ferrariæ, et tenebo de Soto.*

† **SOUBRA**, **SOUTRA**, **SOTRA**, Voces Arverniciæ. Tabular. Solemniac. : *Tenementum de Soubra, et tenementum de Soutra. Hoc est superius et inferius. Charta ann. 1215. ex Tabular. S. Ildidi Claromont. : Habebamus querinoniam del bos Sotra. Id est, de nemore inferiori.*

\* **SOUCRIO**, Hordei species, vulgo *Sucrion*. Comput. fabr. S. Petri Insul. ann. 1473. ex Tabul. ejusd. eccl. : *Johanni Crasier pro blado, draveria, lino et Soucrione, etc. Vide supra Scario 2. et infra Sucrion.*

\* **SOUDANUS**. Vide infra in *Syndicus*.

\* **SOUDERARIUS**. Vide supra in *Solidata*, Stipendium.

† **SOUFLETUS**, a Gall. *Soufflet*, Follis. Inventar. ann. 1260 : *Item 1. cremallarium. Item 11. Souffletos.*

\* **SOUFFICULUS**, a Gallico *Soufflet*, Follis. Comput. ann. 1472. ex Tabul. S. Petri Insul. : *Pro reponendo Soufficalos eorumdem organorum, etc. Vide Souffletus.*

† **SOUFRE**, Pars molendini nescio quæ. Reparatur. factæ in Senescallia Carcassonæ ann. 1435. ex Cod. MS. Cl. V. *Lancelot : Pro preparando et reficcendo le Soufre et reicum ejusdem molendini, et reparando circulum dicte mole, qui in pluribus fregebatur, etc.*

**SOVINCTA**, in veteri Charta apud Perardum. Locum vide in *Andecinga*.

\* **SOULA**, Pila vel Globulus ligneus, interdum etiam Follis, vulgo *Soule* et *Soullé*; unde *Soullare*, Gall. *Souler* et *Souller*, iis instrumentis ludere. Lit. remiss. ann. 1361. in Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 126 : *Cum plures habitantes villæ de Chaillevello . . . invicem ad pilam vel Soulam luderent seu crossarent, supervenissetque tunc messerius . . . dicendo præfatis Soulantibus vel crossantibus, quod, etc. Aliæ ann. 1450. in Reg. 185. ch. 80 : Le jeu de la Soulle ou boulle de chalandas, qui est un jeu acoustumé de fuire le jour de Noel entre les compaignons du lieu de Coriac en Auvergne, et se diversiffie et divise icellui jeu en telle maniere que les genz mariez sont d'une part et les non mariez d'autre; et se porte laditte Soulle ou boulle d'un lieu à autre, et la se ostent l'un à l'autre pour gaingner le pris, et qui mieulx la porte, a le pris dudit jour. Soule, in Lit. ann. 1369. tom. 5. Ordinatur. reg. Franc. pag. 172. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 118. ch. 159 : *La Soule en la maniere acoustumée se fist en dehors d'icelle ville de Nuefchastel**

. . . . . *Lesquelx en Soulant ferirent par le visage à effusion de sanc un prestre, . . . présent ledit Perceval, qui leur dist : Soulez paisiblement, ou vous en alez hors de la Soule. Aliæ ann. 1381. in Reg. 120. ch. 97 : Comme les gens du payz de Vulguessin le Normant et de la forest de Lyons aient acoustumé de eulz esbatre et assembler chacun an pour Souller et jouer à la Soulle l'un contre l'autre, devant la porte de l'abbaye de Nostre Dame de Mortemer en Lyons, le jour de Karesme-prenant, etc. Aliæ ann. 1400. in Reg. 155. ch. 249 : Est aussi acoustumé par esbatement (en Artois) que l'espousé donne et gette une pelotte pour Souler; lequel le fist ainsi, et à ce se assemblerent plusieurs personnes pour Souler et eulz esbatre courtoisement. Vide supra Choulla, Sola 7. et Solere 1.*

† **SOULDIARIUS**, pro *Soldarius*, qui stipendio meret. Vide in *Solidata*. Litteræ Edwardi VI. Reg. Angl. ann. 1548. apud Rymer. tom. 15. pag. 177 : *Nautis, marinariis, militibus, Souldiariis et cæteris quibuscumque ligeis et subditis nostris, etc.*

† **SOMARIUS**. Vide in *Sagma*.

† **SOUPECHON**, **SOPETCHON**, vox Gallica, Suspicio, suspectio, *Soupeçon*. Inquesta ex Tabul. B. M. de Bono-nuntio Rotom. : *Quidam clericus residens in prædicta terra captus fuit pro Soupechon. . . Deinde præpositus dictorum religiosorum cepit uxorem dicti clerici. . . tanquam suspectam. . . Capta fuit pro Sopechon in dicta terra et incarcerata, . . . et deliberata fuit de dicto crimine, videlicet a mardo. Vide Suspiciosus.*

\* **SOUPERIUM**, a Gallico *Souper*, Cœna, apud Brussel tom. 1. de Usu feud. pag. 555. col. 2. ex Reg. gist. solut. S. Ludov. ann. 1261 : *Apud Sodobrium. Pro Souperio, lxxvij. lib. ij. sol. quittat pro lx. lib.*

\* **SOVRANNUS**, Anniculus, Ital. *Sovrano* vel *Soprano*. Charta ann. 1281. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 902 : *Item pro quolibet equo venali de armis, et qualibet equa cum puletro tres solidi Mutinenses, qui puletrus sit de Sovranno.*

† **SOURELLUS**. Vide mox *Sourus*.

† **SOURUS**, Dama mas. Litteræ Edwardi III. Reg. Angl. ann. 1356. apud Rymer. tom. 5. pag. 870 : *In eodem dominio pro deductu suo, de licentia nostra, fugaverit, et sexdecim cervos, sex bissas, octo staggas, tres vitulos, et sex capriolos, et in parco ejusdem domini octo damas, unum Sourum, et unum sourellum cepit, etc.*

† **SOURELLUS**, diminut. a *Sourus*, Dama triennis, Angl. *Sorel*. Litteræ ejusd. Reg. ann. 1355. ibid. pag. 828 : *Cum dilectus et fidelis noster magnificus princeps Edwardus de Balliolo Rex Scotiæ. . . in foresta nostra, . . . de licentia nostra, fugaverit, et 19. cervos, 14. bissas, 17. vitulos, 2. damos, 4. Sourellos, 13. damas. . . cepit, etc.*

† **SOSPRESSURA**, **SUPPRESSURA**, Dolus, fallacia, fraus, Gall. *Surprise*, *tromperie*. Charta Hugonis Militis de Beeloy ann. 1223. ex Tabul. Corbeiensi : *Debeo domino Pinconii stagium, . . . quum citatus ero, vel aliquis ex parte mea absque Sospressura. Occurrit rursus infra. Aliæ ejusdem anni ex eodem Tabul. : Quod ego submonitus fuero, vel aliquis ex parte mea, ad domum*

*de Saloiel rationabili submonitione absque Sospressura venire debeo. Sospressura, eadem notione apud Bellomaner. cap. 69 : Grant malice est de ainsi fere, et si en ont été maint degé, car tele Sospressure ne les excusa pas, si il sont au fait faire, et il y mettent conseil.*

\* **Sospressure**, eadem notione, in Charta Joan. vicedom. Ambian. ann. 1300. ex Chartul. 23. Corb. : *Lequelle serviche nous sommes tenu de faire par nous ou par autre, . . . se il (l'abbé) ou ses commans en avoit semons nous ou nos hoirs par raisonnable semonche sans Sospressure.*

† **SOUTA**, *Soulte*, vel *Soulte*, in Consuetud. municipalibus, Pecunia quæ in permutationibus rei commutatæ additur. Codex censualis Episcopat. Autiss. ann. circ. 1290 : *Et si fiat cambium de equo ad equum et habeant Soutas, quilibet debet octo denarios; et si non habeant Soutas, nihil debent.*

† **SOUTANA**, Togæ seu tunicæ species, ut supra *Sotatum*. Acta S. Amalbergæ tom. 3. Jul. pag. 67 : *Pingitur hic sancta Amalberga moniali indumento vel Soutana coloris nivei, pallio atrî, albo super caput velamine uti canonice. Vide Subtanerum.*

† **SOUTRA**, Infra. Vide *Soubra*.

† **SOUTURA**, Soliditas, firmitas, ut videtur. Charta ann. 1229. ex Tabul. Strumensi : *Ego tradidi ecclesiæ Strumensi xxvi. mensuras Ternienses jacentes in sartis ad efflicandum in perpetuum Souturam libere et pacifice possidendas.*

\* **SOUTUS**, pro *Solidus*, a Gallico *Sou*; nisi mendose scriptum sit pro *Scutum*. Lit. remiss. ann. 1364. in Reg. 95. Chartoph. reg. ch. 215 : *Cum habitatores villæ Nivernensis Gastoni de la Parade domicilio in summa centum et quinquaginta florenorum auri ex una parte, et in summa septies viginti et Soutorum auri ex parte altera tenerentur, etc.*

† **SOWNE**, Vox fisco regio peculiaris, ex Spelmano, id significans quod colligi, exigi, levari potest.

† **SOYLLARDUS**, ut *Soliardus*. Vide ibi.

\* **SOYSSI**, **SUXSSI**, Helvetii, Gall. *Suisse*, vitiosa pronuntiatio nonnumquam *Soysses*. Comput. ann. 1495. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 61. col. 2 : *Alia expensa facta in portari faciendo les baütz de messire Jaubert, capitanei Suyssorum, etc. Ibid. pag. 62. col. 2 : Pro expensa dictorum novem Soyssorum qui scaverunt et dormierunt, et in crastinum pransi fuerunt in diversorio dicti Borreti, . . . videlicet pro quolibet viginti denarios Turonenses. Soysses vernacule ibidem pluries.*

† **SOZAVOLUS**, Qui in *Socida* seu societate animalia curanda accipit. Statuta dataria Riperiæ cap. 7. fol. 9. vº : *Quod si dominus socidi, qui habet capitale in dicto socido, et perveniret ad divisionem ut supra, subinde se concordaret cum dicto Sozavolo, dimittendo sibi capitale et lucrum pro certo pretio, etc. Vide Socida et Societas 1.*

\* **SOZIDUM**, idem quod *Socidum* in *Socida*, Societas, ab Italico *Sozio*, socius : unde *Sozare*, ad societatem seu medietatem fructuum dare. Stat. Vallis-Ser. rubr. 129. ex Cod. reg. 4619 : *De qualibet porcha a*



rozio data in Sozidum quolibet anno provenerit unus fetus. Ibid. cap. 17. fol. 110. vº : *Qualibet persona... teneatur solvere datium gratarolæ... de qualibet bestia viva, quam... emet vel vendet, Sozabit, donabit, etc.* Vide supra *Aozare* et *Sozavolus*.

† **SOZUS**, pro *Sorus*. Vide *Saurus*. Litteræ Henrici V. Reg. Angl. ann. 1413. apud Rymer. tom. 9. pag. 17 : *Reddendo eisdem dominis unum austurcum Sozum pro omni servitio*. Infra : *Reddendo nobis et hæredibus nostris unum austurcum Sozum*. Rursum : *Reddendo inde unum austurcum Sozum in singulis amotionibus dominorum feodi illius*.

\* **SPAAGIUM**, f. Præstatio, in pecuniam commutata, armorum ferarum, quæ domino debetur pro jure et facultate venandi in silvis suis. Charta ann. 1121. in Chartul. Arremar. ch. 98 : *Rocelinus et Hilduinus fratres de Vendopera... dederunt... viginti denarios de Spaagio Videliaci*. Vide *Spalla*.

† **SPACAARI**, pro *Spatiari*, ni fallor. Litteræ Henrici III. Reg. Angl. ann. 1258. apud Rymer. toni. 1. pag. 665 : *Et exinde ad nos venire possitis usque London, nobiscum ibidem Spacaaturi*. Hoc est, spatiando animum relaxaturi. Vide *Solatiari*.

† **SPACERIUM**, Provincialibus *Espacié*, *Spacier*, *Spatium* seu locus per quem aqua deductur, aquæ ductus, vel id quo aqua continetur. Charta ann. 1459. ex Schedis Præs. de *Mazaugues* : *Inibique construxit de novo certa Spaceria*. Infra : *Dicta Spaceria sine fractione vallati reparare*.

† **SPASSERIUM**, Eodem intellectu. Statuta Avenion. rubr. 48. art. 7 : *Item, quod si quis aqueductum alterius, seu Spasserium ut vulgus vocat, sine licentia domini aperuerit, etc.* Charta ann. 1515. ex Schedis Præs. de *Mazaugues* : *Et non debere illam (aquam) capere, nisi certis horis et diebus, cum veris et debitis Spasseris*. Infra : *Quod habeat... in dicto bedali pro dicto prato duo Spasseria construenda, ubi melius et utilius visum fuerit eidem*.

† **SPACHI**, vulgo *Spahi*, Equitatus Turcici robur præcipuum et validissimum. Jovius Hist. lib. 14 : *Spachi, Oglanii, dignitate cæteros antecellunt, quod ab Imperatore filii appellantur. Nam a pueritia ex delectibus provinciarum adducti in regiam, et postquam a Christiana religione defecerint, per Eunuchos literis et armis liberaliter instituti, cum puberes evadunt, ad summos honores provehuntur*. Vide Comment. bellic. Montecuculi. et Glossar. med. Græcit. in *Σπαχιδες*, col. 1419.

† **SPACIARE**, Amplificare, Gall. *Accroître*. Testament. Bertichramni Episc. Cenoman. apud Mabillon. tom. 3. Analect. pag. 126 : *Licet antea ipse ager parum habebat vineolas, nos pro amore sanctæ ecclesiæ vel augmentum ipsius, tam de negotiandis, quam de reliquis maxime Spaciavimus*.

\* **SPACIATIM**. Vide infra *Spatiatim*.

† **SPACILIA**. Statuta Eccl. Auxit. MSS : *Quia in volatu et garritu avium, in Spacilibus, vel ossibus animalium, in verbis seu responsis fatidicis quorundam, qui vulgari-ter divini et divine vocantur, etc.* V. *Verant*.

1. **SPADA**, Equus castratus, vulgo *Hongre, spadatus*. Testamentum Berti-

chramni Episcopi Cenoman. : *Reliquos vero caballos tam Wavannouis, quam Spadas seu poledras, etc.* [Vide in *Spadare*.]

2. **SPADA**, Gladii genus. Vide *Spatha* 1.

\* **SPADA LEGIS SARACENORUM**, Titulus honorarius principis militiæ apud Saracenos, idem quod Protector, defensor. Charta apud Lam. in *Delic*. erudit. inter not. ad Hist. Sicul. Bonincont. part. 1. pag. 206 : *Conservator et Spada legis Saracenorum, princeps militiæ Saracenorum, Buberther Maccumata, etc.* Vide *Spatha* 1.

\* **SPADACIA**, **SPADASSIA**, Campana, quæ Nemausi pulsabatur ad urbis negotia. Stat. ann. 1352. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 153. col. 1 : *Item quod nullus venditor vini... sit ausus recipere potatores in sua taberna, postquam pulsata fuerit Spadassia*. Comput. ann. 1362. ibid. pag. 254. col. 2 : *Pulsavit Spadaciam, ut unusquisque veniret ad platheam ad monstram faciendam*.

**SPADARE**, Spadonem facere. Lex Salica tit. 40. § 13 : *Si quis admissarium alienum sine consensu domini sui Spadaverit, etc.* Vide *Spassare* et *Spadonare*.

**SPADATUS**. Gloss. Anglo-Sax. Ælfrici : *Spadatus, vel eunuchizatus, belisnod. Caballus spadatus, in Lege Salica eodem tit. 40. § 3. et in Capitul. 3. ann. 813. cap. 24. Cujusmodi sunt ii, quos Ungres dicimus, quod ex Pannonia seu Ungaria pluri- rimi in alias Provincias adducantur*. Ammianus lib. 17. de *Quadis* ac *Sarmatis* : *Equorum plurimi ex usu castrati, ne aut feminarum visu exagitati raptentur, aut in subsidiis ferocientes, prodant hinnitu den- siore vectores*.

**SPADO**, pro Equo *spadato*. Vita Caroli IV. Imper. : *Valentemque Spadonem Carolo ante portam civitatis transmisit*. Ubi *Freherus* equum spadicei coloris perperam interpretatur. *Albertinus Mussatus* de *Gestis Italicor.* lib. 11 :

Sic canis ut primum campis exire manipulum Providus aspexit, subito Spadone citato Prosiluit voltans una comitante cohorte.

*Albertus Argentinensis* pag. 120 : *Cum paucis Spadonibus cursu velocissimo properavit ad Rhenum*. Idem pag. 136 : *Post quem idem filius Spadonem more garçonis equitabat*. Utitur et pag. 143. [\*\* *Testament. Episcop. Verdens.* ann. 1367. apud *Guden*. in *Codic. Diplom.* tom. 3. pag. 484 : *Legavit... duos Spadones, quos secum de civitate Pragensi duxit ad partes, quorum unus griseus et alter ruffus*.]

☞ Vocem *Spadare* Celticæ, vel Germanicæ originis esse scribit *Eccardus* in *Notis ad Pactum Leg. Sal.* pag. 76. ab inusitato scilicet verbo *Spahen*, quod *findere, secare sonat, cujus etiamnum exstant pluri- ma derivata*.

**SPADARIH**. Charta *Lewelini Norwalliæ* Principis ann. 1198. tom. 1. *Monastici Anglic.* pag. 920 : *Concessit etiam eisdem, quod licite possint recipere ad habitum suum, et ad famulatum suum, et servitia, liberos meos Spadarios, et homines de advocacione mea, atque omnes primam tonsuram habentes, cujuscuque conditionis extiterint*. Vide *Spatharius*.

† **SPADDRAPOR**, f. Pannus *Phrygius*.

*Mirac. B. Henrici Baucenens.* tom. 2. Jun. pag. 376 : *Sanguis pretiosissimas et odorifere- tus de suo corpore revoluto in Spadrapore et in cassa nova posita, emanavit*.

**SPADERNÆ**, Instrumenta, quibus capiuntur pisces, ac tincæ potissimum, apud *Petrum de Crescentis* lib. 10. de *Agricult.* cap. ult. *Itali Spaderno* dicunt.

† **SPADESCHOOF**. Charta ann. 1277. apud *Miræum* tom. 2. pag. 867. col. 1 : *Acquisierunt... annuus reditus duarum gerbarum havene, Spadeschoof vulgariter nuncupatos, quos habebamus et levabamus in locis qui dicuntur Leyderwyck et Carde- polre.* [\*\* *Schoof*, manipulus, *Spade*, chor- dus.]

**SPADICARI**, Qui *palmatas* vestes texunt, conficiunt : nam *spadix* est palma. *Julius Firmicus* lib. 13. cap. 7 : *Facit... aut Spadicarios, aut textores, vel pigmentorum inventores*. [Nisi intelligas eos qui inficiunt spadiceo colore : *Spadix* quippe genus est coloris. *Gellius* lib. 2. cap. 26 : *Et rutilus et Spadix Chænicei Synonyma sunt*. Vide *Servium* ad *Virgil.* *Georg.* lib. 3. 81.]

† **SPADLARIS**. Vide *Spadula*.

† 1. **SPADO**, Cælebs. Exposit. compendiosa benef. f. 18 : *De quibus Spadonibus seu cælembus, etc.* Utitur *Tertull.* lib. de *Monogamia* cap. 3. Hinc

† **SPADONATUS**, Cælibatus, apud *eumd.* *Tertull.* lib. 2. de *Cultu femin.* cap. 9 : *Non enim et multi ita faciunt, et se Spadonatu obsignant, propter regnum Dei tam fortem et utique permissam voluptatem sponte ponentes* Vide in *Spadare* et *Spadonare*.

\* 2. **SPADO**, *Vervex*, Gall. *Mouton*. *Regula hospit.* S. *Jacobi* de *Alto passu* ann. circ. 1240. ex *Tabul. archiep.* *Paris.* cap. 47 : *Carnes edulium et ognium, qui nundum impleverunt annum, carnes etiam Spadonium unius anni... eis (infirmis) ministrant*. Occurrit præterea in Charta ann. 1325. apud *Oefelium* tom. 1. *Script. rer.* *Boicar.* pag. 750. col. 1. Vide mox *Spadonare*.

\* **SPADONES sunt surculi vitium fruge carentes, dicti quod sint sterilitate affecti. *Glossar. vet.* ex *Cod. reg.* 7613. [\*\* *Isidor.* *Orig.* lib. 17. cap. 5. sect. 6.]**

**SPADONARE**, *Castrare*. *Gemma*. [† *Glossar. Lat. Gall.* ex *Cod. reg.* 7692 : *Spadonare, chatrer. Spadonizare, idem*.] [\*\* *Vetus- tatis. Transl. Evang. Matth.* cap. 19. vers. 12 apud *Maium* *Scriptor.* *vet.* tom. 3 : *Sunt enim spadones qui ex utero matris nati sunt, spadones qui facti sunt ab hominibus, (spadones) qui se ipsos Spadonaverunt propter regnum*. Vide *Spadonatus* in *Spado*, 1.]

**SPADULA**, *Humerus*, *Gallis* *Espanle*, in *Vita sancti Emeranni* apud *Canisium* tom. 1. *Antiq. lect.* pag. 145. Vide *Cirou- num* in *Observat.* pag. 4.

**SPADULARIS**, pro *Spadularis*, Eadem no- tione. *Tabularium S. Savini Levitanensis* ann. 945 : *Concedimus etiam in ipsa villa, ut si quis porcum singularem, sive cervum venando ceperit, quartam sive Spadularem S. Savino persolvat*. Vide *Spatula*.

† **SPAGNOLUS**, *Hispanus*, *Ital.* *Spagnuolo*. *Memoriale Potesat.* *Regiens.* ad ann. 1218. apud *Murator.* tom. 8. col. 1095 : *Et de malis Spagnolis et de malis*



Anglicis fugientes ad exercitum Paganorum, negabant Christum. Vide Spaniscus.

† SPALA, ut Spalla. Vide in hac voce.

SPALAGUS. Aldhelmus cap. 11 : *Simulque triculenta regulorum et aspidum venena, ad quæ quadrupedis rubetæ, et Spalagî pestifera confectio, humanæ naturæ noctitura habebatur.* Ubi Spalagum, talpam, ex Græc. ἀσπάλαξ, viri docti interpretantur. Hesychius : Ἀσπάλαξ, ζῷον ἐσπερημένον ὄφειος. Vide Dioscorid. lib. 15. cap. 19. et mox Spalangius.

† SPALANCARE, Vallo munire, Ital. Palancare, Gall. Palissader. Chron. Parmense ad ann. 1308. apud Murator. tom. 9. col. 872 : *Jacobus de la Senaza habita licentia a Comuni fortificavit Henzolam et ipsum castrum effossavit, et Spalancavit.* Vide supra Palancatum.

† SPALANGIA, Araneæ species. Bern. de Breydenbach in Itiner. Jerosol. pag. 31 : *Et cum sit insula (Candia) a majoribus venenis notabiliter libera, tamen Spalangias, id est quasdam araneas generat venenosas.*

\* SPALANGIUS, Muscu venenosa, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613.

\* SPALARGIUS, Eadem notione atque Spalangius, quomodo etiam forte legendum est. Vita S. Arduini tom. 3. Aug. pag. 217. col. 2 : *Falde contristor, quantianinti serpentes et scorpiones et Spalargios habitamus.* Vide Spalagus et Spalangia.

† SPALARIUS, In Ecclesia Tullensi dicitur Oeconomus, qui ecclesiæ bona administrat : *cujus officium Spalaria nuncupatur.* Statutum Riquini Episcopi Tull. ann. 1118. in Hist. Tull. pag. 138 : *Accipiet œconomus sive ecclesiæ nostræ Spalarius unum sextarium avenæ de singulis præbendis canonicorum in Vodio et Vischerio, insuper quatuor vini modia de vineis in Luceiaco.* Necrolog. ejusd. Eccl. ibid. pag. 133 : *Albricus filius comitis Arnulphi et Aremburgis de Rortieo uxor dederunt S. Stephano decem sextaria avenæ, pro anniversario, quæ filius eorum Ulricus Leucorum advocatus singulis annis solvere debet Spalario.* Statuta Capituli Tull. MSS. ann. 1497 : *Spalarius olim erat receptor omnium emolumentorum ecclesiæ, sed quia onus illius excedebat vires unius hominis,.... remansit per consuetudinem nomen Spalariæ.*

† SPALDATUS. Vide mox in Spallum.

SPALDUM, SPALDUS, Murus exterior, vel prominens, propugnaculi species, ex Italico Spaldo. Charta ann. 1320 : *Refectioes Spaldorum, fossatorum, spinatorum, balistrarum, ambaxiatorum, plaustrorum, etc.* Infra : *Item pro aptandis Spaldis et fortificatione civitatis Astensis, etc.* Rollandinus in Chron. lib. 5. cap. 18 : *Cum tentoriis et fossis, Spaldis taliter circumderunt locum, quod nemo poterat ingredi.* Adde lib. 8. cap. 10. et lib. 10. cap. 1. Hist. Cortusiorum lib. 1. cap. 4. 21. 23. et alibi non semel. Acarisius : *Spalato, e una parte de la casa, che dal tassello al tetto pende in fuora, detto quod extra pendeat, et quasi sporto in fuora.* Mox apud Dantem in Infer. can. 9. hanc vocem explicans : *O vero diciamo alti Spaldi, cioè e mura de la terra alte, che sia la parte per o tutto posta, et veggiamo che le mura de le*

terre hanuo ne la sommità gli Spaldi in fuori, etc.

☞ Vox etiam nota in re nautica. Barthol. Scribæ Annal. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 499 : *Et puppes galearum volvens de versus exercitum Januæ, proras cujuscumque ipsarum, in quantum potuit, trahens ad ripam Savonæ cum Spaldis antenarum et arborum positus in mari, et cum bricolis erectis in muris Savonæ, etc.* Ibidem col. 524 : *Verum ipsæ galeæ taliter erant sub turre prædicta ex Spaldis, machinis et omibus compositæ, quod cum eis præliari non potuerunt.* Vide Carolum de Aquino in Lexico milit.

† SPALTUM, ut Spaldum, in Annal. Genuens. Caffari ibid. col. 270 : *Reliquas vero partes quas muri ambitus non contexerant, et eas quas muri altitudo non munitabat, altissimis castris que fecerant de arboribus navium et frequentibus betreschis et spatiosis Spaltis et robustissimis ita per triduum muniturunt, etc.*

\* Ital. Spalto. Annal. Placent. ad ann. 1447. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 896 : *Tota acie nostram civitatem percurrerunt, et videntes nostri, qui Spaltum burgeti defendebant, civitatem admittam, custodiam reliquerunt.* Vide Spaldum.

† SPALDATUS, Spaldis munitus. Ant. Godi Chronic. apud eund. Murator. tom. 8. col. 72 : *In burgis vero S. Petri apparent valles veterum fovearum : hæ quoque cinetæ erant, Spaldatæ et munitæ betisfredis ac foveis amplissimis undique circumdatæ.*

† SPALERIA, Peripetasma, Gallis Tapisserie : eadem voce significantur ligna quibus affiguntur tapetes, ex Bollandistis, ab Italico Spalliera, quod quidquid ad murum expanditur, ad spallas, id est humeros reclinandum sonat. Acta S. Theophili tom. 3. April. pag. 495 : *Et parietes stratarum erant omnes alicis Spaleriis connectæ.* Acta S. Jacobi Philippi tom. 6. Maii pag. 175 : *Die 1. Junii dedit mag. Leonardus scaletta pro pictura B. Jacobi-Philippi, ea scilicet quæ est supra altare, et pro Spalera supra asserem, solidos XXI.*

\* 2. SPALERIA, SPALLERIA, Armorum genus, quo Spallæ seu humeri teguntur. Ital. Spalluccio, Gall. Epauliere. Lit. remiss. ann. 1335. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 254 : *Johannes de Pinu.... armatus cum ense et bloquerio et Spaleriis, etc.* Aliæ ann. 1349. in Reg. 78. ch. 45 : *Aycardus de Miromonte cum hominibus armatus diversorum armorum generibus, ut pote.... Spaleriis, clipeis, etc. vj. Spallerie ad armandum, in Inventar. ann. 1294. V. Spallarium.*

\*\* SPALÆUM. Notitia de Casa Vicecomitis in Pictonibus circa ann. 1110. apud Gueyardum post Irminonem pag. 378 : *Ferarium omnium pelles, quæ in Spalæo vicecomitis sunt apud Casan, quocumque modo, morbo vel ferro, aut a quolibet interficiantur pellis S. Nicholao erit.* Guerdardus Locus ubi distenduntur atque servantur pelles ferarum venatu cæsarum. Idem est quod Defensum, parcus. Vide Espallum, Expallum et Spaltum, 2.

† SPALION, Genus operimenti machinarii, lesis et pluteis non absimile, nostris Gallerie, ex Carolo de Aquino in Lexico milit. Agathias lib. 3. Hist. Rom. : *Romani*

vero Spaliones paraverunt, et magnorum saxorum jacularia tormenta. Spalion autem est quoddam textum ex viminiibus ad formam tecti confectum, et densitate solidum, quod utrinque tectum; utrinque latera deorsum sunt extensa, et repellunt omne telum, quod incidit, ac ferit illam machinam. Pelles autem et coria superne injicientes undique circumtegent, ut sit firmius muinentum, et excutiat repellatque tela.

SPALLA, Idem quod Spadula, Italis Spalla, Gallis Espaule, Armus. In plerisque veterum Chartarum sumitur pro armo, aut membro ferarum, vel aprorum, aut cervorum, quod prestari domino solet, pro jure vel facultate venandi in silvis dominicis. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 64 : *Mansus de Malbure 13. lib. de porco, de ubliis 6. denar. et 5. Spallas, et 11. dea. etc.* Spalla porcina, in Bulla Honorii III. PP. apud Ughellum tom. 1. part. 1. pag. 823. Charta alia ann. 1195. apud eundem tom. 7. pag. 1321 : *In Nativitate Domini duas Spallas porcorum.* Innocentius III. PP. lib. 13. Ep. 65 : *Qui venabantur in ipsa (silva) reddebant eidem singulis anvis Spallam porci.* Idem cap. Cum venerabilis de Censibus : *Præfatus Episcopus Spallas, quas ab eadem Ecclesia, tam ipse, quam prædecessores sui recipere consueverant, Ecclesie præfatæ remisit, et statuit, quod aliud ei servitium non imponeret.* Charta Alexandri III. PP. ann. 1174. apud Ughellum tom. 1. part. 1. pag. 512 : *Quod Giso Primicerius Ecclesie vestre in obitu suo reliquit, videlicet Spallam cum lonzu, et sarcinam musti, etc.* [Duas Spallas de porco, in Charta ann. 1064. ex Tabular. S. Victoris Massil. Adde Chron. Farf. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 563. Chron. Tarvis. tom. 9. col. 777. Statuta Vercell. lib. 3. fol. 107. vº. Statuta Riperiæ cap. 16. fol. 9. vº etc.] *Humerus porci, in vet. Statutis Canonicorum S. Quintini in Viromanduis. Charta Almarici Comitis Ebroidensis in Tabulario S. Maglorii Paris. : De cervorum insuper et cervorum omnium venatione, dextros armos.* Horatius sat. 4 :

Fœcundi leporis sapiens sectabitur armos.

† SPALA, Eodem significatu. Mirac. MSS. Urbani V. PP. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *Portans ipsam (entortam) in itinere in humero dextro super Spalam.* Statuta Astens. Collat. 7. cap. 1. fol. 23 : *Nec aliquam bestiam sub Spala, vel in rognonibus, vel in aliqua parte inflabant (becharii.)*

† SPATLA, Pari intellectu, si tamen asserta est lectio, pluries occurrit in Charta ann. 1054. ex eod. Tabul. et in alia ejusdem circiter anni ibidem.

SPALLACIÆ, Morbus equorum in tergo, de quo Jordanus Rufus Calaber lib. 2. de Medicaminibus equorum ad Fridericum Imp. et ex eo Petrus de Crescentiis lib. 9. cap. 29.

\* Academ. Crusc. : *Spallato, Malore delle bestie da cavalcare, o da sona consistente in lesione alle spalle cagionata da soverchio affaticamento, o da percossa.*

† SPALLARIUM, SPALLERIUM, Armorum genus, quo spallæ, seu humeri teguntur, Gall. Epauliere. Statuta Equitum Teu-



ton. art. 73. apud R. Duellium tom. 2. Miscell. pag. 59 : *Ipsæ (treperarius) tenentur dare fratribus ad arma deputatis Spallaria, etc.* Chron. Siciliae apud Marten. tom. 3. Aneidot. col. 89 : *Forma militaris apparatus est cam Spalleris de cindato et manto de cindato.* Inventar. ann. 1294 : VI. *Spallerie ad armandum. Espaliere, in Assisiis Hierosol. MSS. cap. 95 : Et doivent avoir lor chaucés de fer chauciés, et lor Espalieres vestués.* Vide *Spataria*.

† **SPALLATURA**, vox Italica, *Spalla* seu humeri luxatio. Rolandini Patav. Chron. apud Murator. tom. 8. col. 271 : *Monarius medicus qui Eccelinum condant de gravi Spallatura sanaverat in exercitu Imperatoris, etc.*

† **SPALLERE**, pro Psallere. Vide *Spallus*.

\* **SPALLERIA**. Vide supra *Spalera* 2.

† **SPALLERIUM**, ut *Spallarium*. Vide ibi.

\* **SPALMA**, pro *Palma*, non semel in Constit. MSS. Caroli reg. Sicil. *Spalma seminis*, quantum palma continetur.

† **SPALMARE**, Palmis excutere pulveres a vestibus. Leg. Palat. Jacobi II. Reg. Majoric. inter Acta SS. tom. 3. Jun. pag. xxxvi : *Qui etiam ipsum sartorem adjacet in suendo, si opportunum fuerit, nec non et in mundando, vel Spalmando cam opus facit, vestes nostras.* Hinc

† **SPALMATOR**, Qui id ex officio præstat, ibidem pag. xxix : *At vero in armatorem, et in sartorem personæ nostræ, Spalmatorum, et apothecarium fructuum... damus eis simplicem potestatem, etc.*

† **SPALMATA**, Actio qua emtor et venditor, data palma, de re aliqua inter se conveniunt. Vide *Palmata* 2. Statuta Cadubrii lib. 2. cap. 53 : *Datis arris, vel bibito vino de mercato, vel data Spalmata, vel alia facta fide, qua intelligatur perfectam fore venditionem, venditio tunc intelligatur esse perfecta.*

† **SPALMATOR**. Vide *Spalmare*.

† **SPALMITUS**, Audax, superbus, ut videtur. Chr. Petri Azarii ad ann. 1362. apud Murator. tom. 16. col. 382 : *Et utinam tempore illius Comitissæ Landi præfatus dominus Luchinus fuisset in Terdona, quoniam Angli non fuissent ita Spalmiti et temerarii, etc.*

**SPALMUS**, **SPALMODIA**, pro *Psalms* et *Psalmodia*, perpetuo scriptum in Heitonis Episcopi Basileensis visione Vettini, observat Goldastus ad S. Valerianum de Bono disciplinae. Ita etiam legere est apud Andream Monach. lib. 1. Vitæ S. Ottonis Episcop. Bamberg. cap. 5. ubi *Spalmus, Spallere, Spalterium, Spalmodia*, promiscue scribitur. [\* Vide Schmeller. ad Ecbasim pag. 324.]

† **1. SPALTUM**, ut *Spaldum*. Vide in hac voce.

\* **2. SPALTUM** vel **SPALTUS**, f. *Parcus*, locus muris, sepibus aut fossis circumseptus et defensus; unde vocis origo. Charta ann. 1062. in Chartul. Vindoc. ch. 168. ex Reg. 3. Armor. gener. part. 1 : *Super hæc vero et alia monachis largitus est de Spalto suo, videlicet ad extirpandam quantum donibus eorum ædificandis familieque*

*ipsorum, insuper et ad bargum in commune faciendum sufficiens fuerit.* Vide *Spaleun*.

\* **SPALURARE**, f. pro *Spalmare*, Italis et nostris *Spalmer*, Navem ungere. Charta ann. 1335. in Cod. reg. 5956. A. fol. 1. r. : *Navlizaverunt... unam bonam et sufficientem galeam de cxvj. remis bene aptatam, stagnum, calefatam, Spalaratam, etc.*

\* **SPAMARE**, Animo deficere, syncope affici, Gall. *Pasmer*. Charta reg. Renati comit. Prov. ann. 1476 : *Hanc autem donationem ob reverentiam Christi Jesu Salvatoris omnium et acutissimi doloris compassionem dulcissimæ Matris ejus, quæ viscera ejus tenera gladio dudum probato transfixa medullitis fidelis plebs inconscie confidetur, quando ipsam agnum mansuetissimum livore conspersum vidit ad locum pœnarum propriis hameris cracem suam bajulantem et viribus sublatis in terram Spanata corruens, dolore sauciata animam exalare videretur.* Vide *Spasma*.

**SPANNA**. Vide *Spanna*.

\* **SPANALDUS**. Accurs. Florent. lib. xi. tit. 26. Cod. in rubr. de Mendicantibus validis, quos, inquit, vulgus appellat *Spanaldos et galiotas*. Quod relatum invenio apud Wolff. Hunger. Elench. in Tabul. Bovill. voce *galiota*. *Spanaldus* mihi videtur quæ hodie Italis *Spalliere*, nostris *Espalier* de galere dicitur. Porro an *Spanaldus* et *Spalliere* sint ab eadem origine, a *Spalla* scilicet, dubius hæreo. Hæc ex animad. D. Falconet. Vide supra *Snaphantus*.

† **SPANARE**, Italis *Spannare* proprie est vestibus spoliare : unde dicitur de urbe fossis denudata, cum scilicet cumulantur. Chr. Parmense ad ann. 1307. apud Murator. tom. 9. col. 865 : *Guastalla vero venit ad mandata dicti defensoris, et per eum accepta fuit, et Spanata de joveis, et disquarunita, et deforzata in totam circumquaque.*

**1. SPANDERE**, Expandere, Gall. *Estendre*, vel *Espandre*, [Italis *Spandere* eadem notione.] Chronicon Casin. lib. 2. cap. 99 : *Obtali... thuribula argentea 2.... argenteam cum leonibus titulam, pallium magnam ad Spandendam, tapetumque optinam, etc.*

\* **2. SPANDERE**, vox Italica, Effundere. Acta B. Amad. tom. 2. Aug. pag. 585. col. 2 : *Ipsæ pater Amadeus jussit ut eam omnem vernazolam in ipsa canepa quomodocumque Spanditam colligerent et in eo vase remitterent.*

**SPANDIDATIO**. Constantinus Afric. lib. 6. Pantehn. cap. 23 : *Oscitatio est ex fumosis hamoribus in lacertis, masticantibus infusis. Spandidatio similiter de fumosis est hamoribus in totis corporis membris vel pluribus inclusis. Atque utraque natura monetur expellere.*

\* Idem quod *Pandiculatio*, unde fortean corrupte effecta. Vide *Pandicularius*.

† **SPANENUS**, pro *Spavenus*. Vide ibi.

**1. SPANGA**, Fibula, ex Teutonico *Spanghe*, quod idem sonat. Rudolphus Presbyt. in Vita Hrabani Abbat. : *Quædam matrona nobilis... fibulam suam auream, quam lingua Francorum Spangam vocant, in ipso transitu perdidit.* Joan. Buschius in Chronico lib. 1. cap. 28 : *Undecimus fuit frater Egbertus... metallorum in Spangis pro libris fustor bonus.* Id est, fibularum ærearum, quibus libri constringuntur.

**2. SPANGA**, Trabs exterior, quæ muros invicem continet, ex eadem voce Teut. *Spangh*, fibula, quod ædificium connectat. [\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. 349.] Lex Bajwar. tit. 9. cap. 7. et 8 : *Trabes vero singulæ cum 3. sol. componantur. Exteriores vero, quas Spangas vocamus, eo quod ordinem continent parietum, cum 3. sol. componat.*

† **3. SPANGA**, ut infra *Spanna*. Chron. Corn. Zantfluet ad ann. 1456. apud Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 492 : *Reliquerant aatem illic Turci undecim fundas grossas seu bombardas, quarum sex continebant in longitudine 33. Spangas manuales, et septem in latitudine.*

\* **SPANHOLES**, Hispani. Comput. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 242. col. 1 : *Pro vadiis Spanholam, qui erant ante Salgue contra inimicos.* Et pag. 243. col. 1 : *Pro vadiis unius mensis Spanorum, etc.* Notris *Espeignolle*, pro *Espanneul*, Canis Hispanicus cirratus. Lit. remiss. ann. 1462. in Reg. 198. Chartoph. reg. ch. 439 : *Le suppliant menant un chien ou Espeignolle, etc.* Vide *Spani*.

† **SPANI**, **SPANIA**, pro Hispani, Hispania, passim apud Scriptores mediæ ævi Anglis *Spain*. Vide in *Spaniscus*.

**SPANISCUS**, Pannus Hispanicus. Nam *Spaniam*, pro Hispania usurparunt Scriptores ævi mediæ. [\* Vide Forellin. in *Spanas* et Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 348. voce *Spania*.] Gloss. Lat. Gr. : *Σπανία, Hispania. Spania*, in Epist. Clericor. Italiae ann. 552. apud Sirmundum tom. 1. Concil. Gall. in Vita S. Fructuosi Episc. Bracar. cap. 1. in Capit. Caroli M. lib. 7. cap. 103. et alibi passim : ut *Speria*, pro *Hesperia*, apud Isidorum Pacensem æra 753. Anastasius in Leone IV. PP. : *Vela 7. duo quidem de fundato, et alia duo de stauract, et tria de Spanisco.* Alibi : *Fecit et in Ecclesia S. Mariae... vestem de Spanisco unam ornatam in circuitu de fundato.* Adde pag. 193. 196. 197. Chronicon Fontanelense cap. 16 : *Stauracia duo, stragulum Hispanicum unum.*

† **SPANICUS FERRUS**, Trutina, ex ferro Hispanico. Vide supra *Ferrum* 2.

**SPANNA**, **SPANNUS**, **SPANNA**, **SPITHAMA**, Italis *Spanna* : Spatium inter pollicem et minimum digitum extensus, unde nomen : *Spannen* enim Teutonibus est extendere : ut *spannan*, Anglo-Saxonibus, *Spithama* metiri. [\* Vide Graff. Thes. Ling. Franc. tom. 6. col. 347. voce *Spanna*.] Sed et nostri *Pan* [vel *Empan*] ab eodem fonte videntur hausisse, quibus idem sonat. Lex Frisionum tit. 22. § 65 : *Vulnus quod longitudinem habeat quantum inter pollicem et complicati indicis articulum Spannum non impleat, 3. sol. componatur, quod integræ Spanne longitudinem habuerit, hoc est index et pollex extendi possunt, 6. solid. compon.* § 66 : *Quod inter pollicem et inediti digiti spatium longum fuerit, 23. solid. componatur.* Rursus *Spanna* in Addit. ad eandem Legem tit. 3. § 56. [Statuta Vercell. lib. 4. fol. 86 : *Item quod aliquis testor non debeat... tenere in scripnea gladiun majorem ana Spanna computato manubrio ad taliandum gruppos.*]

**SPANNA**, in Vita B. Torelli Poppensis n. 22 :



*Corpus longum pedibus quinque, pedes longitudinis unius Spanæ hominis.* [Radulphus de Gestis Friderici I. apud Murator. tom. 6. col. 1190 : *Ultimo autem die mensis Februarii iterum cecidit nix, cum duodecies cecidisset, cuius altitudo fuit unius Spanæ.* Adde Chronic. Placent. apud eumd. tom. 16. col. 580. Statuta Mutin. rubr. 90. fol. 16. v.° : *Pontesellus... habeat boccam per quam aqua discurrere debeat, amplam per unam Spanam, altam per medium brachium et amplius.* Vide *Spanga* 3.] Christina Pisana au *Tresor de la Cité des Dames* 3. part. cap. 3 : *Et estoient ouvrez les grands draps de parement, qui passoient plas d'un espan par sous la couverture, etc.* Vide Octav. Ferrarium in *Spanna*.

† **SPANNALE**, Clavus, quo immisso clauduntur pedicæ et artissime adstringuntur. Acta S. Raynerii tom. 3. Jun. pag. 448 : *Huic dominus suus miserat catenam ferream in utroque crure, et affixerat ipsam catenam cum Spannalibus acutis in ligno, ut nullatenus se inde movere posset.*

**SPANOCLYSTUS**, Corona desuper clausa, ex Græco ἐπ'ανωδαιτος. Anastasius in Leone III. PP. pag. 133 : *Fecit autem ibi super crucem majorem ex auro fulvo nimis Pano-clystam, ornatam gemmis pretiosis pens. lib. 42.* Infra pag. 134 : *Regnum Spanoclystum ex auro purissimo cum cruce in medio pendens super ipsum altare.* Rursus pag. 146 : *Fecit in basilica B. Dei Genitricis ad præsepe regnum ex auro purissimo Spanoclystum diversis in circuitu de chrysoloclo pretiosis ornatam lapidibus pens. lib. 4.* Idem in Paschali pag. 150 : *Super ejusdem venerabilis altare fecit regnum Spanoclystum ex auro fulvo, etc.*

**SPANSIGIL**. Charta Heccardi Comitatus Augustodun. ex Tabulario Persiacensi in Burgundia apud Perardum pag. 26 : *Theodorico aut Richardo filio meo donate spada, Spansigil, et scisios 2. etc.* [Ubi recte Eccardus in Notis ad Leg. Ripuar. tit. 36. § 11. legendum monet *Spada cum scogilo*. Vide supra *Scogilum*.]

\* Ubi legendum *Spangisil* monet Vir eruditus D. Falconet, idemque esse quod *Spanda* 1. Forte, addit ille, *Spangesel*, cum *Sel* paragogico, ut in aliis vocibus Teutonicis. De *Scogilo* autem Eccardi valde dubito. Vide Hist. Sabol. pag. 61. et 62.

**SPANTORIACOS**. Cummianus Hibernus de Controversia Paschali : *Luna 14. primi mensis, qui est apud Hebræos Nisan, apud Macedones Spantoriacos, apud Egyptios Parmothi, qui apud Latinos interdum Martii, interdum Aprilis obtinet partem.* Quid hac voce denotetur, non omnino percipio : quippe Syromacedonibus mensis Martius est δῦσρος, Aprilis vero ἐξωνικός.

1. **SPARA**. Hist. Longobard. Ignoti Casinensis cap. 10. de Siconolfo Principe Beneventano : *Abstulit a S. Benedicto... baziam argenteam unum, vaucas par unum... Sparæ par unum.* Vide *Sparro*.

2. **SPARA**, Repagulum, barra, Italis *Sparango* : hinc *Sparapetto*, repagulum, quod pectus protegit, nostris *Parapet*. Vita S. Joannis Episcopi Traguriensis edita Romæ a Jo. Lucio : *Cum civitas nec nuro-rum esset freta circuitu, nec munitione val-*

*lata turrium, nec bellicis armis fulta; sed solis Sparis et quibusdam maceris circum-septa fragilibus, etc.* Forte a *separare*, vel *sbarra*. [Vide Caroli de Aquino Lexic. milit. in voce *Sparæ*.]

\* Nostris *Esparee* et *Esparre*. Lit. remiss. ann. 1386. Reg. 129. Chartoph. reg. ch. 140 : *Le suppliant s'en retourna cuidant entrer oudit hostel, et trouva ledit huis fermé et barré par dedens à une grant Esparre de bois.* Aliæ ann. 1399. in Reg. 154. ch. 563 : *Le suppliant.... print deux Esparees de fer d'un luys;.... et depuis en fist ferrer l'un des huis de son hostel. Une Esparre qui sert à charree,* in aliis ann. 1470. ex Reg. 195. ch. 498.

**SPARACLUM**. Testamentum Andreæ Episcopi Dertonensis, scriptum Ugone et Lothario regnantibus, apud Ughellum in Appendice tom. 4 : *Id sunt Bibliotheca integram unam, super Mattheum librum unum, Sparaclum unum, lectionarii tres.* Legendum puto, super *Marcum unum*.

† **SPARA-FOSSA**, Fossa prior, Gallis *Avant-fossé*. Statuta Palavic. lib. 2. cap. 70. fol. 129 : *Statutum et ordinatum est, quod nulla persona terrigena, vel forensis, audeat neque præsumat de die vel de nocte piscari, vel piscari facere in fossis, redofossis, vel Sparafossis Rochæ Castrî, etc.*

† **SPARAGA**, **SPARANGA**, Ital. *Sparango* et *Spranga* est Repagulum, obex, tignum, lignum transversum. Chron. Andr. Danduli ad ann. 1405. apud Murator. tom. 12. col. 520 : *Itaque detentus jussu Imperatoris Galeatii missus fuit Venetias, et paulo post suspensus fuit inter geminas columnas rubeas palatii cum Sparaga in ore...* Et eadem die suspensi fuere inter duas columnas unus ejus frater et duo sacerdotes cum *Sparanga* in ore. Vide *Spara* 2. et *Spranga*.

**SPARAGUS**, pro *Asparagus*, Summitas plantæ dum est in teneritate sua : juxta Galenum. Matth. Silvatic. Hesychius : Ἀσπάραγος, τὸ ἐκ τῶν ἀκανθῶν φύσμενον τραχύ. Vide *Gorræum* in *Definit. Medic.* et *Ruelinum* lib. 1. cap. 20.

† **SPARANA**. Vide supra *Parana*.

† **SPARANGA**, ut *Sparaga*. Vide ibi.

\* **SPARATA**. Charta Frider. II. imper. ann. 1226. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 217 : *Perveniendo a mane dictæ villæ Sanctæ Mariæ per Sparatam abbatibus Nonantulæ usque ad ecclesiam S. Anthonii de Prechariis.* Ubi non convenit Italicum *Sparata*, de qua voce Academicus Cruscani. An. pro *Strata*?

\* **SPARAVERARE**, Cum *Sparaveris* accupari. Stat. nova crimin. Cumanæ cap. 154. ex Cod. reg. 4622. fol. 96. r.° : *Nulla persona... audeat nec præsumat ire ad Sparaverandum in aliqua terra, ubi sit blava.* Occurrit bis infra cap. 156. Vide *Sparavarius*.

† **SPARAVERIUS**, **SPARAVETOR**. Vide infra *Sparvarius*.

**SPARCIA**. Vegetius lib. 2. Artis Veterin. cap. 45 : *Mittatur in piscinam, ... ut natet, cum Sparcia et pannis victo pede.* Cap. 57 : *Sparciam veterem contundet.*

† **SPARDA**, pro *Spatha*, in Charta ann. 1511 : *Guillelmus petit unum goyardum et unam Spardam.*

**SPARGA**, **Pannus**, in Glossis MSS.

† **SPARGANA**, **Semina**, a verbo *spar-gere*. Frigidodus in Vita S. Wilfridi sæc. 3. Bened. part. 1. pag. 195 :

Talia labentis patiuntur Spargana vitæ  
Æmula, nec tardat spiris agitare malignis.

**SPARGANA**, *Infantia*, et dicitur a *spargo*, is. Ita Jo. de Janua : *perperam, quippe a σπάργαντα*, fasciæ, quibus infantes involvuntur. Ita de *Sparga* dicendum. [Gloss. Isidori : *Spargana, initiarum infantia.* Emendat Martinus ex *Papia, Spargena, infantia initia.*]

† **SPARGERERE**, pro *Spargi*, Gall. *Se pandre*. Memoriale Potestatum Regicnis. apud Murator. tom. 8. col. 1138 : *Inundationes aquarum magnæ fuerunt, et flumina Sparserunt et exiverunt de locis suis, et Sparserunt per episcopatum Reginorum.*

**SPARGICIA**. Charta Odonis D. Burgund. ann. 1206. apud Perardum in *Tabulis Burgundicis* pag. 229 : *Spargicia Castellionis communis est duobus dominis, similiter et pastura, etc.* In alia Hugonis Ducis ann. 1182. pag. 301 : *In eadem villa (Castellion.) Dux neque Pargyas (sic habetur) neque jus hospitalitatis debet; sed illud juris Pargye, quod in terra Francorum habuerat, cum Hierosolymam peteret, predictæ Ecclesiæ in perpetuum acquittavit.* Libertates Oppidi Calvimontis in Barrensi pago ann. 1190. apud Thomasserium in *Consuetud. Bituric.* pag. 429 : *Pargia pratorum durabit, ex quo custodes constituti fuerint, donec prata incipientur falcari. Pro Pargia segetum edictum ponitur, ex quo custodes eorumdem constituti fuerint, donec messores incipient metere segetes.* Legi in *Adversariis MSS.* Augusti Gallandi, *Pargie* appellari in *Diplomatibus Ducatus Barrensis*, jus quoddam, quod domino competit ratione *emendarum*, quæ pro damno animalium in agris et pascuis irrogari solent, absque tamen præjudicio æstimationis damni, ei exsolvendæ, cui illud factum est.

☞ Eo sensu occurrit vox *Pargie* in Statuto Johannis Domini Commerciali ann. 1362 : *Item nous etablissons que les amendes que on appelle les Pargiez soient en tel estat et de blés et des preiz, comme elles estoient avant que ces lettres fussent faites.*

† **SPARGILLUM**, *Aspergillum* quo aqua benedicta spargitur, Gallis *Aspersoir, goupillon*. Rituale Cisterc. : *Urceum cum aqua benedicta cum Spargillo.* Vide *Sparsorium*.

† **SPARGITARE**, *Frequenter spargere, asperginare*, in vet. Gloss. Vide *Spargo*.

† 1. **SPARGIUM**. Statuta Capit. Tullensis ann. 1497 : *Transeundo ante Domum Dei et portam plateæ procedendo per portem cordigerorum et supra Spargium recta via ad ecclesiam nostram.*

\* 2. **SPARGIUM**, *Asparagus*, Ital. *Sparagio*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Asperagus, Spargium, remiaconill. Prov.*

\* **SPARGNIA**, a Gallico *Espargne*, *Ærarium* regium. Memor. G. Cam. Comput. Paris. ad ann. 1409. fol. 125 : *Anthonius de Essartis scutifer scindens coram rege retentus in officio custodis Spargniæ regis.* Et fol. 149. de eodem : *Garde des deniers de nostre Espargne.* Aliud sign. H. ad ann. 1413. fol. 4. r.° : *Johannes de Saint Yon pa-*



netarius regis, ordinatus in officio custodis denariorum Sparginæ seu parcimonie regis.

**SPARGO.** Vita S. Guthlaci cap. 19 : Sulphureos glaciati grandine mistos vortices, globis Sparginibus sydera pæe tangentes. Ubi forte leg. spargilibus. Sed et spargines vox Latina est. Glossæ Gr. Lat. : Περιραινω conspargo : περιραινῶ, spargine.

**Sparginibus**, et Spargines recte aspersiones interpretantur. Occurrit præterea apud Fortunatum lib. 3. Epist. ad Felic. Episc. : Elisa salis Spargine. Et in Actis S. Reginswindæ tom. 4. Jul. pag. 93 : Neque veteris fermenti aliquo Spargine novam conspersionem aruginascere. Vide in Spargitare.

\* **SPARGOS**, Persa liaguæ canem vocant. Glossar. vetus ex Cod. reg. 7613.

\* **SPARGULA** in confectioe unguenti mattiaton, sic vocatur rubea minor a quibusdam; similis est rubæ, non tamen est aspera, nec adeo crescit. Glossar. medic. MS. Sin. Januensis. ex Cod. reg. 6959.

\* **SPARGUS.** Tract. de Piscibus cap. 58. ex Cod. reg. 6838. C : Piscis, qui dicitur Plinio Sparus, aliis Spargus, Aliano additis literis asparagus, .... Italis Sparlo nuncupatur, aliquibus carlino et carlino, nobis Sparallon, Hispanis Spargoil.

† **SPARIVERIUS**, ut Sparvarius. Vide ibi.

**SPARODORSUM.** Scribit Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica, ex Fulcino [\* Gesta Abbat. Lobiens. cap. 20.], Ratherium, Veronensem Episcopum librum scripsisse de arte Grammatica, quem Sparodorsum inscripsit, vulgari, inquit, loquendi more, quod puerorum dorsum a flagris servet. Galli dicerent, qui pare le dos, unde forte legendum Parodorsum vel Paradorsum. [\* German. Sparen est Servare.]

\* **SPARRA**, Repagulum, ital. Sparango, nostris Barre, alias Esparre. Vide supra Spara 2. Catalog. MS. episc. Carnot. ann. circ. 400 : Petrus... civitatem Carnotensem a porta Sparrarua (hodie la porte des Espars, pro Esparres) usque ad sanctam Fidem, ubi clausura erat solummodo, de fossatis, muris altis et fortissimis vallavit.

\* **SPARRO**, onis, pro Spara, aut Sparus : Telum rusticum, in modum pedis recurvum, Germanis Spar, vel Sparen, Anglis Spear, hasta ex Saxon. spæra. Ugutio : Sparus, telum rusticum, missile, quod spargatur, i. mittatur. Gloss. Gr. Lat. : Ακροτικὸν εἶδος, Gæsa, spiculum, sparus. Glossæ Isonis : Tigillis, sparen. Festus : Sparu, minimi generis sunt jacula, a spargendo dicta, quod passim pugnando jacerentur. Sparus Virgilio dicitur lib. 5. Althelmus de 8. Vitiis :

Sæva profanorum contundunt tela Sparorum.

Le Roman d'Alexandres MS :

Un Esparre longe et pesant,  
A trovée lès lui eupresant,  
S'an vaît, si ferut un gloton,  
Que ne li valu un boton.

Le Roman de Girard de Vienne MS :

Son Espraver a levé contremout,  
Girart eu fiert parmi le gros del front.

Sic porro scriptum in MS. pro Esparrer.

**SPARRONES.** Eckehardus de Casib. S.

Galli cap. 5 : Fabricantur spicula, filtris loricae sunt, et vannis scuta simulantur, Sparrones, et fustes acutæ focus prædurantur. Vide Cluverium in Germania antiq. pag. 302.

\* Hinc Epparron, Fustis crassior ad modum Sparronis. Lit. remiss. ann. 1382. in Reg. 121. Chartoph. reg. ch. 40 : Portant un gros et pesant baston, appellé Epparron, etc. Vide supra in Espero.

\* **SPARSARIUS**, Censuum dominicorum, qui vulgo Eparses, quod in pluribus locis dispersi sint, appellatur, exactor et collector. Comput. ann. 1306. ex Tabul. S. Petri Insul. : Pro salario Sparsariorum, decem libras.

\* **SPARSERIUM**, f. pro Spasserium vel Spatsarium, Canalis, quo aqua ad molendinum ducitur; nisi idem sit quod Paxeria. Inventar. ann. 1255. ex Cod. reg. 4659 : Item.... pro Sparsario molendini portæ Aurose, xij. den. Turon. Vide Spacarium et mox Spatsarium.

† **SPARSIO**, κρόκος ὁ φανόμενος ἐν θεάτροις. Spartum, λευκία. Ita legit Salmasius ad Hist. Aug. pag. 51. Vide Marsil. ad 1. Martial. Epigr.

† **SPARSO**, ut mox Sparsorium. Vetus Ceremon. MS. B. M. Deaurata Tolos. : Unus juvenis accipit cereum paschale ab altare, et alter juvenis accipit incensum una cum Sparone et aqua benedicta. Vide in Spargillum.

**SPARSORIUM**, SPERSORIUM, Joan. de Janua, id, cum quo aliquid spargitur. [Gloss. Latino-Gall. Sangerm. : Sparsorium, Espargoier. Bernardi Mon. Ordo Cluniac. part. 1. cap. 45 : Postquam sacerdos primo Sparsorium inde abstraxit, etc.] Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis cap. 43 : Misso autem sale in aqua a Sacerdote, deponat Minister salinum, et paret Sparsorium. Statuta Ordinis de Senpringham : Porrigat Prior Episcopo Spersorium, osculans ei manum. Sparsorium etiam hac notioe usurpant Usus antiqui Ordinis Cisterciensis cap. 54. 55. 86. 87. Bernardus Mon. in Consuetud. Cluniac. MSS. cap. 47. Ordinarius Præmonstrat. cap. 13. etc. [Vide Spargillum et Sparso.]

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : Sparsorium, Espargouer.

**SPARSUM**, Stupa. Alexander Iatrosophista lib. 2. Passion. : Mala Cidonia assa involuta in Sparso, et comessa. Ubi Glossæ MSS. in Sparso, i. in stupa : Coctana enim involvatur stupa madefacta, et ponuntur sub cinere calido et coquantur. Eædem lib. 2. Sparsum, pastam interpretantur.

† **SPARSURA**, Herbarum florumque stratura, quæ in quibusdam ecclesiis fieri solet, Gallice Jonchée. Obituar. MS. Eccl. Morin. fol. 32 : Die 2. mensis Julii... festum duplex alnæ Dei Genitricis Mariæ... distribuuntur... fabricæ ecclesiæ x. sol. Item pro Sparsura 11. sol.

\* **SPARTA**, pro Spelta vel Speuta, ni fallor, Hordei species. Vide in his vocabis. Charta ann. 1226. ex Chartul. eccl. Lingon. fol. 163. vº : Vendidit.... quinque asinatas bladi usque ad quinquennium, de quibus tres erunt de Sparta et duæ de ordeo.

† **SPARTARIUS**, Qui ex Sparto restes texit, vel qui spartum vendit. Gloss. Lat.

Græc. Spartarius, σχολειπώλης : apud Martin. σπαρτοπώλης. Vita apocrypha Pachomii Jun. tom. 3. Maii pag. 359 : Erat enim Pachomius natione Memphius, genere gentilium natus, sed ab infantia innocens, ignarus literarum, ab omni peritia alienus : fuerat enim arte Spartarius. Vide Spatarius 1.

**SPARTEA**, Calceus ex sparto confectus, de quo Plinius lib. 9. cap. 2. Χόρτινον, σανδάλιον, apud Socratem lib. 7. cap. 36. S. Isidorus in Regula cap. 17. de excommunicatis : Calceamentum vero Sparte, aut quodlibet genus solearum, etc.

\* Hinc Spardille appellatur Calceus ex restibus ad usum militum Pyrenæorum, vulgo Miquelets.

**SPARTEOLI.** Vetus interpres Juvenalis Sat. 14. v. 303 :

Dispositis prodives hamis vigilare cohortem  
Servorum noctu Licinus jubet, etc.

Per translationem discipline militaris Sparteolorum Romæ, quorum cohortes in tutelam urbis cum hamis et cum aqua pithilias curare consueverunt vicinis. Ubi P. Pithœus pro vicinis legendum putat causa ignis, observatque apud hunc duntaxat Scriptorem Sparteolorum fieri mentionem, quos ενοπιάρχους seu viocuros esse existimat. At vox ipsa satis indicat a vasis sparteis, pice illitis, quibus aqua deferebatur, appellatos, quorum etiamnum usus in restinguendis incendiis perdurat.

**SPARTH**, Securis. Bromptonus, ubi de Hibernis : Qui (Norwegi) tandem numero succrescentes contra indigenas frequenter rebellant, et usum securium, quæ Anglice Sparth dicitur, ad terram Hiberniæ comportantur. Infra : Securi, i. Sparthe, in manu quasi pro baculo bajulant, qua sibi confidentes præoccupant. [Chron. Angl. Th. Otterbourne pag. 16 : Usus securium, qui Anglice, Sparth dicitur, ad terram Hiberni comportaverunt.] Vide Securis Danica, et Sparro.

**SPARVARIUS**, Species Accipitris, quibusdam Frigilarius dictus, nostris Esprevier. Lex Salica tit. 7. § 4 : Si quis Sparvarium furaverit, etc. Adde Legem Bajwar. tit. 20. § 4. Capitulare de Villis cap. 36 : Accipitres et Sparvarios ad nostrum profectum provideant. Capitulare 1. Caroli M. ann. 802. cap. 19. et Capitulare Aithonis Basil. Episc. cap. 11 : Nec canes ad venandum, aut acceptores, falcones, seu Sparvarios habere præsumat. Charta Caroli III. Imp. in Hist. Pergamensi tom. 3. pag. 399 : Nec ullas publicas functiones, aut redhibitiones, vel illicitas occasiones, vel cogitacium, seu Sparvarios, vel operas, sicut circa lacum Comacinum a servis ipsius Ecclesiæ exigebatur, sive angarias superimponere audeat, vel inferre præsumat. Hujus porro sparvariorum annua præstationis mentio est præterea in Monastico Anglie. tom. 1. pag. 649. et supra in v. Accipiter. Charta Hecardi Comit. Augustod. apud Perardum in Burgundicis : Et sigulos 2. et Sparvario uno, etc. Fridericus Imp. de Arte venandi lib. 2. cap. 29 : Sparvarii sunt minores alii avibus de rapina, quibus frequentius utuntur homines, et quia secundum formam membrorum et maneriem plunagii similes sunt



*austuribus, licet sint alterius speciei, etc.*

¶ SPARAVERIUS, SPARAVIERUS, SPARI-  
VERIUS, Ital. *Sparviere*. Rolandini Patav.  
Chron. lib. 6. cap. 4. apud Murator. tom.  
8. col. 355 : *Et fuit illic Sparaverius qui-  
dam in pertica in sala, quem videns aliquis  
litteratus, memor fuit versuum quorundam  
jacentium in libro qui appellatur Ysopus,  
etc. Sparverius, apud eundem lib. 10.  
cap. 4. ibid. col. 314. Statuta Cadubrii lib.  
3. cap. 83 : Si quis furatus fuerit aliquam  
prædictarum avium aliquo modo, vel inge-  
nio, ... pro Sparaverio, vel alia ave sic fu-  
rata, c. in centum solid. Pap. condemnatur.  
Sparaverius, in iisdem Statutis lib. 3.  
cap. 82.*

ESPERVARIUS, in Charta Joannis Regis  
Angl. de Libertate forestarum. [Comput.  
ann. 35. Henrici VI. Reg. Angl. : *Dicunt  
quod Ricardus de Herthall die quo obiit re-  
nuit manerium de Poley in comitatu War.  
in dominico suo ut de feodo per fidelitatem  
et servitium unius Espervarii.*]

¶ SPAVERIUS, contracte, ut videtur, pro  
*Sparaverius*, apud Papiam MS. Vide *Sim-  
rilius*.

¶ SPREVERIUS, ut *Sparvarius*. Codex  
censualis Irminonis Abb. Sangerman. fol.  
72. v<sup>o</sup> : *Solvit... Sprevarios III. et quando  
ipsos habere non potest, s. III.*

¶ SPREVERIUS, in Charta Philippi Pul-  
chri Regis Fr. ann. 1293. ex Camera Char-  
tophyl. Atrebat : *Roberto Comiti Atrebat-  
tensi et ejus heredi Comiti Atrebatensis do-  
navimus Spreverium feudalem, de quo  
homagium ligium nobis fecit. Infra rursus  
occurrit.*

SPERVERUS, in Monastico Angl. tom. 2.  
pag. 288. *Espervarius sorus*, tom. 3. pag.  
87. De vocis etymo vide Vossium, et Orig.  
Ital. Menagii et Ferrarii.

Aliud etymon proponit Eccardus  
in Notis ad Pact. Leg. Sal. tit. 7. § 4.  
*Sparvarium* nempe sic dictum a *Spare*, vel  
*Sparva*, passer; et *Ar*, accipiter, adeo ut  
*Sparvarius* idem sit atque accipiter passeri-  
tius, utpote qui avium rapacium minimus,  
passeres præcipue et aves minores insecta-  
tur.

¶ SPARAVETOR, Qui *sparaverios* nutrit,  
curat. Statuta Vercell. lib. 5. fol. 127. v<sup>o</sup> :  
*Et non intelligatur de falconeriis, Sparave-  
toribus, vel astoreriis, dummodo non intrent  
aliqua plantata, nec terras seminatæ de  
blava grossa vel minuta, in qua, si intrave-  
rint, subjaceant penis predictis, et ultra  
damnum passo restituant.*

\* SPARUS, Genus gladii ad modum ma-  
gni cultri vel falcis, Gallicæ Faucon, in  
Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7679. Aliud  
ann. 1352. ex Cod. 4120 : *Sparus, Gall.  
Faucons*. Idem qui nostris *Cimeterre, Se-  
mettaire*, propius ad vocem Turcicam *Sci-  
mittarre*, in Instr. ann. 1453. apud Marten.  
tom. 1. Anecd. col. 1820 : *Semettaire, qui  
est espée Turquie*. Vide *Sporro*.

¶ SPARZATA, Septum clatratum. Acta  
SS. Maii tom. 5. pag. 189 : *Item in dicta  
ecclesia est Sparzata de ferro, ubi jacet cor-  
pus S. Bobonis.*

¶ I. SPASMA, Ital. *Spasmo*, Deliquium,  
Gall. *Pamoison*. Festum B. Mariæ de *Spa-  
sma*, apud S. Antonin. ubi de Festis tom.  
3. *Nostre Dame du Pâme*, alicubi dicitur.

\* Consule card. Cajetan. qui de hoc  
festo scripsit, et Baillet, ad diem Veneris  
quintæ hebdomadæ in Quadragesima.

\* 2. SPASMA vocatur Pulvis consolida-  
tivus, qui vulneribus recentibus aspergitur.  
Glossar. medic. MS. Sim. Januens. ex  
Cod. reg. 6959.

\* 3. SPASMA, SPASMUS a Gr. *σπασμός*.  
Contractio, rigor vel distentio nervorum,  
nostris alias *Espame*. Alex. Iatrosoph. MS.  
lib. 2. Passion. cap. 100 : *Facit autem et ad  
Spasmata*. Ubi Glossæ : *i. Tensiones*. Vita  
S. Bern. Ptolom. tom. 4. Aug. pag. 484.  
col. 1 : *Pacificus eremicola cædendo ligna  
vulnus adeo grave ex securi acceperat, ut  
præ vehementi Spasmate prope interituras  
jaceret*. Acta B. Amad. tom. 2. Aug. pag.  
584. col. 1 : *Dum a medicis dubitaretur, ne  
in incisione ejusdem aut punctura domina  
ipsa aliquo Spasmo mureretur, etc.* Lit. re-  
miss. ann. 1474. in Reg. 195. Chartoph.  
reg. ch. 1244 : *Le suppliant... dudit besoy  
cuida donner sur la teste d'icellui Fortamer;  
... lequid huit jours après tumba en Espame*.  
Vide *Spasmare*.

SPASMARE, Contrahere, ex Gr. *σπασ-  
μός*, contractio, M. Justinus Lippiensis in  
Lippiflorio pag. 142 :

Marcescunt nervi, Spasmantur crura deorsum.

SPASMEA. Severus Sulpitius Epist. ad  
Claudiam sororem de Virginitate : *Graude  
est et immortale, pene ultra naturam cor-  
poream superare luxuriam, et concupiscen-  
tiam Spasmeam adolescentiæ facibus accen-  
sam animi virtute restinguere, etc.* Ex *σπασ-  
μα, τος*, convulsio, contorsio, distentio.

¶ SPASMOSUS. Vita S. Johannis Valentin.  
Episc. apud Marten. tom. 3. Anecd. col.  
1698 : *Qui autem erigit elisos, et consolidat  
contritiones eorum Dominus Jesus Spasmo-  
sam sic in eo laxavit habitudinem, ut col-  
lum menti et humeri contiguitatem sejunge-  
ret.*

SPASSARE, Male accipere, castigare.  
Concilium Triburiense ann. 821 : *Si quis  
Presbyterum calumniatus fuerit, et Spassa-  
verit, septem quadragesimas sine subditis  
annis pœniteat*. Alibi : *Si Presbyter male  
tractatus fuerit, et Spassaverit, secundum  
ejus Episcopi sententiam pœniteat, in cujus  
territorii potestate esse dignoscitur*. [\*\*Pertzio  
Capitul. apud Theodon. Vill. inter spuria  
tom. 2. Leg. pag. 5. et 6. cap. 3. et iterum 3.]

Adde Decretum Imperatorum apud Bur-  
chardum lib. 6. cap. 6. et Ivonem part. 10.  
cap. 135. Annales Francor. Bertiniani ann.  
865 : *Demum Vernum villam veniens, Episco-  
pos ac cæteros Aquitanie primores ibidem ob-  
vius suscepit. Ad quorum multam petitionem  
filium suum Aquilum, nec dum bene Spas-  
satum, in Arvotianum cum Regio nomine  
ac potestate redire permittit*. Videtur nos-  
trum *Espousseter*, pro *Castigare*. Vide *Pul-  
sare*. Perperam enim Bignonius ad Legem  
Salicam, *spadaverit* emendat in Statutis  
apud Theodonis villam, ut *spathaverit* An-  
tonius Augustinus. Italis *Spazzare*, est  
verrere, purgare : *Spazzo, pavementum, et  
spatium*. Ita terga pueri verrenda dicimus,  
quod scopis, quibus verritur pavimen-  
tum, nates vapulent. Vide Oct. Ferrarium  
et Menagium in Orig. Ital. [\*\* *Spassare* est  
Sanum fieri, morbum *passum* convalescere,

vires integras recuperare, quasi *Desinere  
pati*. Colligitur hoc et ex Concil. Tribur. ubi  
capite præcedente : *Si quis diaconum calu-  
mniatus fuerit et convalescit, sex quadragesi-  
mas, etc.* et ex Mirac. S. Wigerlhti cap. 12.  
apud Pertz. tom. 4. pag. 226 : *Qui videlicet  
eum... jam mortis vicinitate morienti simi-  
licor esset quam languenti accito viro magni-  
fico patre monasterii Thiothardo... obsecrans  
ut in eorum collegio uti sibi liceret habitu mo-  
nachico... Cumque se hoc facturos non esse,  
quoniam si Spassaret, id eum non observare,  
responderent, etc.* Denique de Carolo Caroli  
filio Aquitanorum rege in iisdem Annal. Ber-  
tin. apud Pertz. Script. tom. 1. pag. 472.  
ad annum 866. hæc leguntur : *Plaga, quam  
in capite ante aliquot annos acceperat, cere-  
bro commoto, diutius epemptica passione  
veraxat 3. kal. oct. in quadam villa secus  
Bosentiaes moritur.*]

¶ SPASSERIUM, ut *Spacerium*. V. ibi.  
SPASSUM, *Adeps*, pingue, *ξίαρ*, in  
Gloss. Gr. Lat. [f. pro *Spissum*, ut con-  
jectat Vulcanius.]

¶ SPATA, ut *Spatha* I. Vide in hac voce.

\* SPATA est illud instrumentum, de quo  
*sericus texendo percussit; unde Spatula  
diminutivum est*. Glossar. Lat. Gall. ann.  
1348. ex Cod. reg. 4120.

\* SPATAFERIUS, idem qui *Spatharius*,  
qui ense domini defert. Chron. Ditm.  
episc. Mersburg. [\*\* lib. 4. cap. 22.] tom.  
10. Collect. Histor. Franc. pag. 124 : *Rom-  
mam sane predicto Cæsare (Ottone) ingre-  
diente, non minimum confusus in juvene,  
fecit eum Spataferium suum.*

¶ SPATANGIUS, Echini genus maxi-  
mum, Hesychio, in Codic. Theod. lib. 14.  
tit. 20. leg. unic. de pretio piscis. Vide *Spa-  
tarius* 2.

I. SPATARIUS, Vita B. Posthumii, in  
Vitis Patrum cap. 1 : *Fuerat restium Spa-  
tarius, etc.* Mox cap. 2 : *Plectam de spato  
plectebat*. Ubi Rosweidus conjicit legendum  
*Spartarius*, qui et sparto restem plectat,  
aut distrahit, qui *σπάρωλης* dicitur in  
Gloss. Gr. Lat. Eustathius : *Πλέματά τινα  
ἀπὸ σπάρων, ἢ σπάρτων, ἢ κωνάξω*. [Vide  
*Spartarius*.]

¶ 2. SPATARIUS, Piscis genus, idem  
forte quod *Spatangius*. Rumphlerus in  
Hist. Monaster. Formbac. apud Pezium  
tom. 1. Anecd. part. 3. col. 433 : *Spatarii  
non infrequentes sunt (in Mittich.)* Vide  
alia notione in *Spatharius*.

I. SPATHA, Major gladius, ensis, Italis  
*Spada*, Hispanis *Espada*, Gallis *Espée*.  
Gloss. Græco-Lat. : *Σπάθα, τὸ ξίφος*. Ugutio,  
ex Isidoro lib. 18. cap. 6 : *Spatha, Gladius,  
quod sit spatiosa, ampla et lata*. Joannes de  
anua ex eodem Isidoro : *Spatha, gladius  
est longus, ex utraque parte acutus, vel  
ipsa est rhomphaea*. Alibi : *Spatha, est  
gladius spatiosus et latus*. Ita Vegetio *Spatha  
longior gladius dicitur* lib. 2. cap. 15. lib.  
3. cap. 14. Epistola Clericorum Italiae di-  
recta Legatis Gallorum ann. 552 : *Spathas  
nudatas, et arcus tenso portantes*. Victor  
Vitensis lib. 1. de Persecut. Vandalica :  
*Introcut evaginatiss Spatis, arma corri-  
piunt, etc.* *Spatha India cum theca argento  
parata*, in præcepto Caroli M. apud Ste-  
phan. Baluzium. Hinemarus Remensis in  
Concilio Dusiensi I. part. 5 : *Tunc ipse*



presbyter irruens super filium Livulii, qui Spatam ad collum portabat, extraxit eandem Spatam, et volens percutere eum per medium caput, ut illum occideret, levavit idem Rivulfus manum contra Spatam, et suscepit Spatæ ictum. Vide Gregorium M. lib. 5. Ep. 24. Paulum Warnefrid. lib. 2. de Gestis Longob. cap. 28. etc.

Spatam Gallorum veterum propriam fuisse scribit Diodorus lib. 5 : Ἄντι δὲ τοῦ ξίφους σπάθας ἔχουσι μακρὰς σὺν ῥαῖς. Livius etiam lib. 32. Gallis *prelongos gladios sine mucronibus* adscribit : iisque proinde casim, non punctim feriisse, διὰ τὸ μὴ δαμῶς κέντρῳ αὐτὸ ξίφος ἔχειν, ut auctor est Polybius lib. 2. Vide Cluverium in Germania antiqua pag. 293. et 348. Longioribus tamen ejusmodi gladiis mucronem tribuit Turpinus cap. 22 : *O Spata felicissima acutissimarum acutissima* : et Willelmus Apuliensis lib. 2. de Gestis Norman. Alemannicis longioribus gladiis, de quibus quædam attingimus in Notis ad Joinvillam pag. 73 :

Sunt etenim longi specialiter et peracuti illorum gladii.

Francorum nostrorum veterum *Spathæ* ita describuntur a Monacho Sangallensi lib. 1. cap. 36 : *Post hæc balthæus Spathæ colligat, quæ Spata primæ vagina, (al. glezina) secundo corio qualicumque, tertio linteamine candidissimo cera lucidissima corroborato ita cingebatur, ut per medium cruciculis eminentibus ad peremptionem gentilium, duraretur.* Quem locum aliter legit Pontanus lib. 9. Origin. Francicar. pag. 547. Casim vero spatha ferisse idem innuit Scriptor lib. 2. cap. 11 : *Uni eorum extracta Spata, cervicem feris abscondere conabatur.* Et cap. 23 : *Et extracta Spata per cervicem leonis, cervicem tauri divisit ab armis.* Adde cap. 19. 21. 28. [Hist. Glabri Rodulphi apud Duchesn. tom. 4. pag. 38 : *Tebaldus quoque illum (Guillelmum) appropinquans, quasi aliquit locuturus, ilico exerta, quam ad hoc tulerat sub pallio, Spatha, uno ictu caput a corpore decussit.*] Petrus Tudebodus lib. 3. pag. 789. de Godefrido Bullionensi : *Tunc Dux Godefridus Christi miles potentissimus irruens in eos, evaginato ense, percussit quendam gentilem ferocissimum tam viriliter, ut in duas partes ipsum divideret, a vertice videlicet usque in sella equi, post hunc aggressus alium ex obliquo, secuit eum per medium.* Eadem narrat Albertus Aquensis lib. 3. cap. 65. qui addit lorica indutum divisisse in duas partes. Adde Oedericum Vitale cap. 735. Similia ex veteri traditione refert Guillelmus Guiliartus in Hist. Francor. MS. de Carolo Magno :

Il iert plain de si très grant foree,  
Se l'ystoire de lui ne ment,  
Que de s'espée proprement,  
Dont li ponz et l'enheudure  
Ierent d'or fin à couleur pure,  
Et qui nommée estoit Joieuse,  
Et gent courtoise et outrageuse,  
Quant par ire la descendoit  
Un Chevalier arné fendoit  
A un seul cop tout contreval,  
Et trenchoit parmi le cheval,  
Cele espée aige toute nue  
El tenor S. Denis teneū.

Hinc Guillelmo Aquitanie Duci, postmodum Gellonensi Monacho, *versatilem gla-*

dium attribuit ejusdem Vitæ auctor numero 20. editionis Mabillonii. Ejusmodi spatharum Francicarum longitudinem ac latitudinem inspicere licet in veteribus picturis, ac maxime in Comitibus Hollandiæ Philippi Gallæi. Sed et Ogerii Dani, qui sub Carolo M. vixit, spatham cum ferreo etiam capulo, absque mucrone, ex Monasterio S. Faronis Meldensis, ubi asservatur, ipsimet contrectavimus, qua visa, et expenso illius immenso pondere, haud incredibile omnino videri, quod de Godefrido referunt Scriptores, facile persuaderi passus sum. Hanc cum ejusdem Herois monumento descripsit Joan. Mabillonius tom. 5. Vitar. SS. Ord. S. Benedicti. Tota autem est illa dentata, qualis fuit Aviti, *sub assiduis dentatus cædibus ensis*, ut est apud Sidon. in illius Panegyrico. Quomodo vero regia spatha deferretur a Regis armigero, licet inspicere in iis tabellis Lotharii et Caroli C. quas delineari curavit Steph. Baluzius in Notis ad Capitularia Regum Franciæ.

¶ SPATAM super altare ponere irreligiosum putabant, ut colligitur ex Aimoino in Mirac. S. Benedicti lib. 1. cap. 6 : *Cryptas ipsius ecclesiæ ingressa est (Gerberga Regina) in quibus pretiosi Patris Benedicti oratorium habetur : ubi dum ad orandum regii stipatores suas flecterent cervices, unus eorum protervæ temeritatis ausu Spatam quam manu gerebat altario superposuit. Exsecrati factum socii, gladio inde ablato, adversus tantæ auctorem vanitatis, increpatoria invexere verba, quibus ille superbe respondet : Quænam, inquit, in nos nova isthæc religio, ut aggestum calcis ac sabuli cum lapidum mole, meo judicetis ense fore sanctius ? et simul cum verbo, receptam maclaram, dominicæ non dubitavit reimponere mensæ.*

¶ SPATA ET CONUCULA ex Lege Ripuar. tit. 58. cap. 18. offerebantur liberæ, quæ servum secuta fuerat, ut si conuculam eligat, in servitio perseveret : si spatam, servum interficiat.

AD SPATHAS METIRI. Gesta Regum Francor. cap. 41. et Gesta Dagoberti Regis cap. 15 : *Rex vero totam terram Saxonum devastans, omnem populum interficiens, non ibidem majorem hominem reliquit, quam longitudo gladii sui, quem Spatam vocat, habere videbatur.* Monachus Sangallensis lib. 2. de Carolo M. cap. 17 : *Per seipsum ita omnes humiliavit, ut etiam pueros et infantes ad Spatas metiri præciperet, et quicumque eandem mensuram excederet, capite plecteretur.* Quippe qui spathæ longitudinem attigerant, militiæ idonei censebantur. Unde apud Bohemos, qui gladii longitudinem attigerant, militare cogebantur, ut scribit Æneas Sylvius in Hist. Bohem. cap. 10.

SPATHIS APPREHENSIS rem firmare. Charta Alamannica Goldasti 85 : *Et his ita patris, cum adhuc quidam de illis, qui se in illa ecclesia heredes ac dispostores haberi voluerunt, alii garrindo, alii mussitando contradicerent, optimates ejusdem Consilii apprehensis spatibus suis denotaverunt se hæc ita affirmaturos esse coram Regibus et cunctis principibus usque ad sanguinis effusionem.* Viderat hanc Chartam Vadianus de Monaster. German. : *Alamanni, utpote bellicosi, gladii, quem Spatam vocabant, pre-*

hensu capulo testificabantur, parati manu etiam tueri se veritatem, quam semel affirmassent. [Vide Jurare super arma, in Juramentum.]

¶ SPATIS TANGERE terram de qua contentio est, priusquam lis duello dirimatur, in usu fuisse discimus ex Lege Alemann. tit. 84 : *Postquam girata fuerit (terra) veniant in medium, et præsentem Comitē tollant de ipsa terra... Quando parati sunt ad pugnam, tunc ponant ipsam terram in medio, et tangant ipsam cum Spatis suis, cum quibus pugnare debent.*

CUM TRACTA SPATHA se idoneare contra alium, se defendere, in Lege Alaman. tit. 44. § 1. tit. 56. § 1. tit. 84. 89. *Ad javium cum Spatha tracta accedere*, in Lege Ripuar. tit. 32. § 4. Adde Capitula ad Legem Alaman. cap. 22. Formula nostris familiaris, *tiver l'espée*. Glossæ Gr. Lat. : *σπάσασθαι ξίφος, Evaginare.*

¶ DE PLANIS SPATIS FERIRE, Gall. *Donner des coups de plat d'épée*, in Chron. S. Petri Vivi apud Acher. tom. 2. Spicil. pag. 757 : *Abbas autem et Monachi ejus foris remanserunt, quos verbis plurimum miuati sunt, per capitia cucullarum turpiter apprehenderunt, de planis Spatis ferierunt, sed non læserunt.*

SPATHA IN FUSTE, id est, Cui fustis pro vagina est, cujusmodi utuntur etiam quidam in Gallia. Ita inscribitur Epigramma Egnodii 131 :

Utrumne inluso per fraudes ense bacillo,  
Mors ligni tunieis quam bene tecta lates?  
Subsidium portas, quod cunetis terror haberis,  
Pacifium est nobis, quod necat obsequium.

Ferrum cavatis baculis condendum, dixit Saxo Grammaticus lib. 6. Historiæ Danicæ.

SPATHA S. PETRI. Annales Fr. Bertiniani ann. 877. et Continuator Aimoini cap. 36 : *Richildis Compendium ad Ludovicum veniens ... attulit ei præceptum, per quod pater suus illi regnum ante mortem suam tradiderat, et Spatam, quæ vocatur S. Petri, per quam eum de regno revestiret.*

Σπαθομάχιον, in Lexico Gr. MS. Reg. cod. 930 : *ἀνιάκις, μικρὸν δένρον ἤγρον, κοντάριον, ἢ σπαθομάχιον Περσικόν.*

SPATHA, Idem qui Spatharius, Dignitas Spatharii, de qua mox. Vetus Charta apud Ughellum tom. 7. Ital. Sacr. pag. 977 : *Siphandus Imperialis Spatha et judex, etc.* Sic Protospatha, pro Protospatharius. Vide in hac voce.

SPADA, ex Italico Spada. Atto Vercellensis lib. de Pressuris Ecclesiast. : *Tenso collo eductam contra se Spadam intuens, etc.* [Adde Testam. Ermengaudi Comit. Urgell. ann. 1010. in Append. ad Marcam Hispan. col. 973.] Vide Spadare.

SPATHIUM, ex Gr. σπάθιον. S. Augustinus in Psal. 149 : *Framea, quam vulgo Spathium vocant.*

SPATHA, Spathula, Gladiolus, quo martyrum carnes dissecabantur et incidebantur. Acta S. Priscæ Mart. num. 11 : *Jussit Præfectus extendi eam, et cum Spathis incidere membra ejus.* Acta S. Martinæ Virg. et Mart. n. 36 : *Injustam Martinam pœnis affligendam, Spathis incidendam, et unguis attractandam, etc.* Hinc σπαθίζειν apud Metaphrastem in Actis S. Agathæ Virg. : *Ἐκέλευσεν αὐτὴν κρεμάσθαι καὶ σπαθίζεισθαι.*



2. **SPATHA**, seu **SPATA**, Pistillus, rudis, vel instrumentum coquinarium, quo cibi, in ollis ad ignem ferventes, despumantur, apud Apicium lib. 4. cap. 3. Anonymus de Re Architectonica cap. 30: *Tertio olei adjicies sectarium, ea ratione Spatha commovebis*. Utitur non semel.

**SPATHARIUS**, Qui spathas conficit, in Legc Alemani. tit. 79. § 7.

**SPATHARIUS**, Imperatorii corporis custos, Σωματοφύλαξ, Cedreno: dignitas in Imperio Constantinopolitano sat illustris. *Gloriosi Spatharii*, dicuntur Alcuini. Vita S. Theophanis Confess. n. 10: Ἰψηλοτέρω δὲ βασιλέως τιμηθείς, διήγε τὸν λοιπὸν χρόνον. Vide Chronicon Alexandrinum pag. 692. Vitam S. Luca junioris n. 64. et quæ observavimus ad Alexiadem pag. 259.

**SPATHARI**, pro *Spatharii*, in Epist. 3. Leonis III. PP: *Misit Imperator Patricium et Spatharios cum stolo*.

**SPATHARIUS**, Armiger, qui ense domini defert. Papias: *Armiger, vulgo Spatharius*. Gloss. Ælfrici: *Spatharius*, s wyrd-bora. Id est, Ensifer. Apud Anastasium in S. Martini PP. *Spatharius Olympii Exarchi*, mox *Armiger* nuncupatur. Lex Burgundion. tit. 52: *Fredegestrum Spatharium nostrum, etc.* Apud Gregorium M. lib. 2. Dial. cap. 14. *Riggo Spatharius Tothe* Regis Gothorum dicitur. Apud Lucam Tudensem lib. 4. Chron. initio, Pelagius filius Ducis Fafilæ, *Spatharius Regis Roderici* nuncupatur. [Apud Fredegarium, *Cariatto Spatharius Guntrauni* vocitatur.] Neque alii sunt *Spatharii*, qui subscribunt in Conciliis Toletanis, cum *Comitivæ* dignitate: sic quippe in Concilio XIII: *Guilengus Spatharius, et Comes, Alericus Spatharius et Comes, et Sesevurus Spatharius et Dux*, subscribunt. Monachus Pegaviensis pag. 6: *Quem (leonem) ex improviso in se irruentem videns, gladium a Spathario suo confestim accipere nitentur: sed ille, ubi eum manu corripuit, pro inermi domino leoni se constanter objecit, etc.* Apud Thvroczium in Sigismundo Rege Hungar. cap. 7. Vide *Armiger*.

**SPATHARII**, dicti *Milites* Ordinis Militaris S. Jacobi de la *Spatha*, instituti in Hispania, circa annum 1158. Radulfus de Diceto ann. 1184: *Ordo Militum in Hispania, consistentium in proposito pro viribus suis Saracenos atterere, quem signum ensis rubei distinguit a cæteris Militibus, confirmatur a Domino Papa*. Gaufredus Vosiensis part. 1. cap. 65: *Horum secta nuper exorta, ob indicium belliciosæ probitatis spatham ex pallio rubeo in habitu candido præfert*. Exstat Epistola Innocentii III. PP. inscripta *Magistris et fratribus Spathariis et Religiosis per Hispanias constitutis*, lib. 2. pag. 473. edit. Venetæ. Horum Militum habitus sic describitur in Manuali placitorum in Parlamento 22. April. ann. 1371: *L'Habit du dit Chevalier (de S. Jaques) est un long mantel à noiaux de pers double camelin, et un chaperon doublé tout d'un camelin et noiaux sous la gorge, et en son mantel a une espée de drap rouge, pour enseigne de la religion, et dessus avoit une courte houppelande, d'une serge ou catres pers, et une cote de camelin blanc, unes chausses d'un tanné, et solers à la pelume*. Istius Ordinis regulam Hispanice

edidit cum Glossis Magister Ysla ejusdem Ordinis, typis Plantinianis ann. 1598. De hoc ordine vide, quæ collegerunt, qui de Ordinebus Militaribus scripsere, Franciscus Menenius pag. 94. Andreas Favinus pag. 1168. et Beloyus cap. 17.

**SPATHAROCANDIDATUS**, Spatharii simul et Candidati munere fungens. Gregorius II. PP. Epist. ad Leonem Isaurum, præfixa septimæ Synodo: *Literas vestre Majestatis, per Augustalem Spatharocandidatam missas, accepimus*. Luithprandus lib. 3. cap. 7: *Cubicularios, Protospatarios, Spatharocandidatos... facit*. [\* Adde lib. 6. cap. 10.] Σπαθροκωνδιδάτος Græcis Scripturibus. Vide Constantinum de Administ. Imp. cap. 42. 50. 51. 52. [\* Hæc vox et sequentes in Glossar. med. Græcit. col. 1415. et 1416.]

**SPATHAROCUBICULARIUS**, Σπαθροκουβικουλάριος, in VIII. Synodo act. 4: *Spatharii cubicularius*, Anastasio in versione. Ubi forte leg. *Spatharocubicularius*.

**SPATHIATUS**, *Spatam habens, vel spata armatus*, Ugutioni. Σπαθίατος, Africano in *Tacticis*. *Spatha cinctus*, Ennodio Epigr. 132.

¶ **SPATHIUM**, Ens. Vide in *Spatha* 1.

¶ **SPATHOGLANI**, Milites Turcici. Vide supra *Silictarii*.

¶ **SPATHULA**, σπάθλη, τὸ ξίφος. Gloss. Lat. GR. in Cod. Sangerm. *Spatha*. Vide in hac voce, et infra *Spatula* 1.

¶ **SPATHUS**, in *Legæ Salica* edit. Ecard. tit. 41. § 2. pro *Spadatus*. V. *Spadare*.

¶ 1. **SPATIAMENTUM**, Deambulatio, animi relaxatio, Chartusensibus *Spacmentum*. Statuta Capit. Autiss. MSS. ann. 1336: *Nulli duo canonici Ecclesie Autissiodorensis in una domo simul morentur, nisi per sex menses tantum, et semel, scilicet in anno in quo intendit facere stagium suum primum, vel nisi veniat ad præbendam et negotia sua, vel causa solatii et Spatiamenti*. Acta S. Bosselinæ tom. 2. Jun. pag. 494: *Pro quo Spatiamento, ut vocabant, nunc illis conceditur commune aliquod post refectorem colloquium*. Vide infra *Spatium*.

\* Jocus, Gall. *Badinerie*. Lit. remiss. ann. 1350. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 63: *Petrus et Guillelmus mantellos suos per modum Spatiamenti exuerunt et collectati fuerunt*. Aliæ ann. 1377. in Reg. III. ch. 217: *Dictus exponens aquam existentem in quodam vitro... projecit causa Spatiamenti ad terram prope seu versus tybias dicti Guillelmi Mignoti*.

\* **SPATIAMENTUM**, Ambulatio, Gall. *Promenade*. Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 274: *Cum in labina seu pasturagio ac communi dietæ villæ Spatiamentum causa sputiandi visset, etc.*

\* **SPATIAMENTUM**, Venatio, jus venationis. Inventar. Chartar. reg. ann. 1482. fol. 307: *Littera Petri comitis Droensis, per quam dat domino regi Spatiamentum et fugant cervorum in foresta de Croutois. De anno 1340*.

\* **SPATIAMENTUM**, Compotatio. Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 87. Chartoph. reg. ch. 27: *Guillelmus Johannes ac eorum complices post cenam et recessum dictarum nuptiarum, redeundo de quodam Spatiamento, le vin-donner Gallice nominato, in dictis partibus (Normanniæ) fieri consueto, et*

*quod Spatiamentum supra maritum sumitur, etc.* Vide supra *Cochetus* 3. et *Bannum* 5.

¶ 2. **SPATIAMENTUM**, pro *Spatium*, Gall. *Eloignement, distance*. Utitur Claudius Taurin. Episc. in Epist. nuncupatoria Commentarii sui in Matthæum.

**SPATIARE**, Diducere, complanare, dilatate, *spatium* dare. Leo Ost. lib. 3. cap. 28: *Nequid in cor ejus ascenderat, eandem viam complanare ac Spatiare*. Infra: *Spatiandæ Ecclesie gratia, partem non modicam cameræ sue subdlexerat*. Petrus Diac. Casin. lib. 4. cap. 11: *Præmisit 3000. homines cum securibus et aliis ferramentis, qui eandem viam viriliter incidere et Spatiarent*.

\* **SPATIARI**, Ludere, genio indulgere, Ital. *Spassare*. Lit. remiss. ann. 1353. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 706: *Cum idem Jaquetus post prandium.... ad billas visset Spatiatum seu lusum, etc.* Aliæ ann. 1360. in Reg. 89. ch. 676: *Idem exponens de quodam ludo seolæ (soulæ) quo se cum quibusdam aliis Spatiatus fuerat, etc.*

\* **SPATIATIM**, SPACIATIM, Per spatia, ubique. Glab. Rodolph. tom. 10. Collect. Hist. Franc. pag. 3: *Illud quoque juxta Lucam aëris et fortitudinis præfert similitudinem; quoniam Spatiatum diffusum, etc.* Ibid. pag. 11: *Ostendit Spaciatim per incrementa temporum sese omnipotentem solum bonum atque veracem*.

¶ **SPATIATORIUS**, Amplus, Gall. *Spacieux*. Johannes de Monsteriolo in descript. Monast. Caroli-loci apud Marten. tom. 2. Ampl. Collect. col. 1388: *In ejus quidem ecclesie introitu ampla, Spatiatoria platea præposita, porticus est trium destrariarum seu deambulatoriorum*.

¶ **SPATIATUS**, Liber, expeditus. Chron. Sicilia apud eund. Marten. tom. 3. Anecd. col. 37: *Misit inde (Petrus) suum nuncium prædictum dom. Petrum de Quealeo militem suum ad prædictum Regem Carolum existentem in obsidione dietæ civitatis Messauæ, faciens dici... quod ipse Rex Carolus statim cum toto suo exercitu, et omni sua gente exiret de dieta insula Sicilia, et dimitteret ipsi Regi Petro dietam insulam liberam et Spatiatam de omni serupulo domini ipsius Regis Caroli*.

\* Ab Italico *Spacciare*, Expedire, liberum facere.

¶ **SPATIO**, Vagatio, si tamen sana est lectio, [\* Venatio. Vide supra in *Spaciamentum*.] apud Rhegin. lib. II. Chron.: *Venatu, ac Spatione, vietum quotidianum quaritant*. [\* Hæc ex Voss. de Vit. Serim. lib. 3. cap. 50. Forte *piscatione*, ut apud Regin. ad ann. 889.]

\* **SPATIOSE**, Lente, moderate, spatiis interpositis. Missale Burdegal. MS. ex Cod. reg. 871. ubi de adoratione S. Crucis: *Hiis Spatiose et devote præactis, sicut deest; si populus nondum cessavit orare, seclant ministri et clerici expectando orantes, et taceant*. Ordinar. S. Martialis. Lemovic. ex Cod. reg. 1138. fol. 31. vº. In Sabbato Sancto ipse angelicus ymnus tractim et Spatiose dicatur.

¶ **SPATIUM**, Deambulatio, animi relaxatio. Translat. S. Thomæ Aquinat. tom. 1. Mart. pag. 726: *Dictus Comes ivit una dierum ad Spatium cum quodam fratre*. Hist. Vicon. Monast. apud Marten. tom. 6.



Ampliss. Collect. col. 298 : *Nam cum causa Spatii eis adevat, non in jocularum aut histrionum strepitu congaudebant, sed mandato Priore, de ejusdem verbis dulcedinis delectati hilares se reddebant.* Vide supra *Spatiammentum* 1.

\* Hinc liber proverbiorum ex Cod. reg. 7618. inscribitur : *Bonum Spactum.*

\* Nostris vero *Espasse*, idem quod *Travée*, interlignium. Terrear. Montis-Lether. ann. 1548 : *Une maison contenant deux corps d'hostel, chacun de deux Espasses.. Une maison contenant deux Espasses, faisant portion de trois Espasses couvertes de thuille.... Item une grange contenant trois Espasses.*

† *SPATLA*. Vide in *Spalla*.

† *SPATOMELE*, *SPATOMELLE*, Instrumentum chirurgicum. Vide *Guva* et *Rasporium*.

\* *SPATSERIUM*, Canalis, quo aqua ad molendinum ducitur; vel Contextus ac series palarum, idem quod *Paxeria*. Charta ann. 1229. ex Cod. reg. 4659 : *Facietis dispensatorium, per quod ipsa aqua taliter valeat dispensari, ut semper excludi et detineri valeat sine dampno, sicut excluderetur et detineretur per colpum sive per Spatsarium molendini.* Vide *Spacerium*.

1. *SPATULA*, in Gloss. Græc. Lat. : *Σπαθλή, τὸ ξίφος.* [Charta Philippi Aug. ann. 1194. pro Atrebat. : *Quicumque cultellum cum cuspidē, vel curtam Spatulam, vel misericordiam, vel hujusmodi arma uultritoria portaverit, lx. libras perdet.*] Vide *Spatha*, 1.

Eædem Glossæ : *Σπαθλή, ἡ τὴν ἀρσενίου, Costa, humerus : armus, proprie in pecoribus, quod lata sit, inquit Joannes de Janua : nostris Espaule.* [Mirac. MSS. Urbani V. PP. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *Ponens manum suam super Spatulam dextram, etc.* Concil. Tarraconense ann. 1591. inter Hisp. tom. 4. pag. 611 : *Canonici et presbyteri de capitulo ecclesiarum Cathedralium.... in choro ad horas divinas almucias extensas super Spatulas.... portare omnimode teneantur.*] Vide *Constantinum African.* lib. 2. Panthechn. cap. 6. ubi *spatularum* ossa describuntur. De *vena spatulosa*, quæ et *cephalica*, agit idem cap. 12.

*SPATULOSUS*, *Magnas et diffusas habens spatulas, vel delitiosus, sive delicatus.* Joan. de Janua.

*SPATULARI*, *Delitiari, vel in spatula divinare.* Idem.

Hinc, nisi me fallo, *Spatulati penitentes*, apud Reinerium in Catalogo hæretic. pro *Delicati*, seu *delicias sectantes* : *In secunda secta sunt qui se fingunt peregrinos S. Jacobi, plumbati (l. palmati) ut ultramarinos et Spatulatos penitentes.*

*SPATULÆ*, vox Agrimensorum, metæ, termini in acumen surrecti, apud Frontinum.

† *SPATULA*, *Latus, Epaule*, eadem notione dicimus, in Bressia apud Guichenon. : *Quia non tantum in Spatulis, quantum in profundo et matrice talium calceatorum.*

*SPATULÆ*, *Armi porcorum, Perræ.* Tabularium Conchensis Abbatie in Ruthenis Ch. 26 : *Medietatem de vestitionibus, et medietatem de Spatulis et agnis, etc.* Crebro in eo Tabulario. *Spatula porcina*, apud Apicium lib. 4. cap. 3. et Turpinum in Ca-

rolo M. cap. 20. *Armus feræ*, in Lege Longobard. lib. 1. tit. 22. § 4. [\* Roth. 317.] Charta ann. 1214. in Tabulario Ecclesie Carnotensis n. 179 : *Habet etiam de quolibet hospite unum panem ad Natale Domini, et unum Armum de quolibet homine, qui ad proprium usum facit baconem.* [Bulla Benedicti VIII. PP. ann. 1014. in Append. ad Hist. Comit. Comacni pag. 6 : *Ita sane ut singulis quibusque Indichonibus, pensionis nomine, detis S. R. Ecclesie.... in Nativitate Domini Spatulas de porcis numero sexaginta.*]

† 2. *SPATULA*, f. Tugurium, agreste habitaculum; nisi idem sit quod infra *Spatulum*. Libellus de remediis peccat. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 22 : *Pœnitentia manducandi vel dormiendi (l. manducantis vel dormientis) in una domu vel Spatula cum laico laicave, xl. dies in pane et aqua paniteat.*

\* 3. *SPATULA*, Alia notione. Vide supra *Spatia*.

† *SPATULARI*. Vide in *Spatula* 1.

*SPATULARIA*, inter vestes sacras recensetur in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 331 : *Cum alba, amicta, stola, fanone, Spatularis, et manicularis, apparatus quodam panno rubeo diasperato de Laret, cum radiis inauratis, etc.* Ibid. part. 2. pag. 85 : *Due parure; una stola, una fanona poudrata cum auro et perlis.... cum Spaulis duabus, et maniculis de eadem secta, Gallis Espauliere.* [Vide *Spallarium*.]

† *SPATULOSUS*. Vide in *Spatula* 1.

*SPATULUM*. Felix Gyrwensis in Vita S. Guthlaci n. 11 : *Tunc indutos actus agresti de Spatulo surgens arroxit, etc.* Legendum forte *spartulo* : ex *sparto*, junco. [Ut ut est lectus significatur. Vide *Spatula* 2.]

† *SPATUM*, pro *Spartum*. Vide *Spatarius*.

† *SPAVA*. Vide infra *Spavie*.

† *SPAVANDUS*, Expavefactus, exterritus : *Italis Spaventare, Exterrere, Gall. Epouvanter.* Memoriale Potestatum Regiens. ad an. 1218. apud Murator. tom. 8. col. 1098 : *Sed quidam Spavandi de omnibus generibus cœperunt fugere. Saraceni fortius cœperunt præliare, quia videbant posse superari.*

\* *Alias Espauté.* Lit. remiss. ann. 1385. in Reg. 127. Chartoph. reg. ch. 91 : *L'exposant frappa et chassa à fort sesdiz chevaux,.... lesquelz se Espauterent et commencerent à aller fort et le bon trot.* Vide supra *Pavoratus*.

*SPAVENUS*, Morbus equinus vulgaris, quam vulgo *Esparvin* dicimus, cum circa garetum intrinsecus ex latere gareti paulo inferius inflationem adducens, etc. Ita Petrus de Crescentiis lib. 9. de Agricult. cap. 36. *De morbo spaneni*, ubi legendum *spaneni*. Vetus interpres Gallicus, qui vixit Carolo V. regnante, *Espavin* vertit. [Italis *Spavano*.]

† *SPAVERIUS*. Vide in *Sparvarius*.

*SPAVIÆ*, Animalia vagantia et errantia, quæ *expavefacta*, et metui, seu *pavore*, (unde vocis etymon) et minorum suorum domibus erumpunt, et in aliena dominia transeunt, in incerto, cujus juris sint, et quæ eo nomine domino, in cujus prædio reperiuntur, addicuntur, nostris *Espaves, bestes esgarées, qui ne sont advoüées d'aucun*

*Seigneur*, ut est in Consuetudine Laudunensi art. 3. et Remensi art. 343. in aliis passim *Espaves*. Regestum 1. Parlam. fol. 22. sub ann. 1260 : *Justitia latronis, campi, duelli, Spaviæ, quod Gallici dicitur Estrahere, sanguinis, de nelleia, etc.* Charta Radulphi Comitis Suession. ann. 1233. pro Communia Nantoliensi : *Si Espava inveniatur apud Nantolium, reddetur mihi vel servienti meo ab inventore, etc.*

Eodem nomine intelliguntur errantes bestie, quæ intra alicujus dominium reperiuntur a venatoribus fugientes, si persequentes venatores non adsunt. Charta Philippi I. Reg. Franc. ann. 1092. ex Chartul. Audomar. : *Et si bestia aliqua fugiens absque venatoribus ibi devenierit, ad mensam fratrum deferatur, sicut prædictus pius Rex Karolus eis concessit.* Ubi e regione hujus loci in margine recentiori, sed antiqua, manu scriptum legitur, *Espuve*. Sed et quævis bona mobilia quorum dominus non apparet ea voce significantur. Vide *Espava*. Enumeratio bonorum Abbatie de Baigne : *Tous Espauvyers sont à la dame Abbesse, et doivent estre revelez à ladite Abbesse en toute la terre dans 24. heures, et tous bournhons et eyssans dans huit jours.* Vide in *Wayf*.

† *SPAVA*, in Litteris ann. 1236. ex Tabul. S. Quintini in Insula : *In eorum districtu ville prædictæ nullam justitiam altari seu Spavam habebamus.* [\* Vide supra *Espava*.]

\* *SPAVIUM*, Quidquid juri *Spaviæ* obnoxium est. Charta Thomæ de Couc. ann. 1142. in Chartul. Campan. ex Cam. Comput. Paris. fol. 297. vº. col. 1 : *Tota vero justitia magna et parva prædictæ aque... michi et heredibus meis in perpetuum remanebit, et Spadium, quociens evenierit, erit meum et heredum meorum.*

*SPAULA*. Vide *Spatularia*.

\* *SPAUMETA*, Hordei species. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. : *Item plus duo linteamina duarum telarum primi lini Spaumetarum. Item plus tres longierias primi lini Spaumetarum.* Ubi de linteis sermo est, quæ ejusmodi granis interstincta erant. Vide supra *Paumeta* et mox *Spaunta*.

\* *SPAVUS*, Errabundus, vagans, cujus dominus ignoratur. Lit. remiss. ann. 1354. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 430 : *Ad campos quendam vacam Spavam absque custodia inveniit.* Vide *Spavie*.

† *SPAZARE*, *Italis Spazzare, Verrere, Gall. Balayer.* Statuta Astens. Collat. 19. cap. 15. fol. 66 : *Quod duo homines per portam eligi debeant in consilio ad breviam qui jurant facere Spazari et scovari zauceas.* Statuta Placent. lib. 4. fol. 39. vº : *Item statutum est quod omnes strate civitatis Spazentur et mandentur singulis tribus mensibus, si opus fuerit, scilicet per quamlibet ante domum suam.* Vide *Spassare*.

† *SPAZERIUS*, Qui spathas conficit, in vet. Catalogo Confratriæ Nativitatis B. M. instituta in ecclesia B. M. Deauratæ Tolos. Vide *Spatharius*.

\* Vel potius idem atque supra *Espacearius*, aquarius, aquæductuum exstructor. Vide *Spacerium*.

\* *SPEAUTA*, ut supra *Spaumeta*, Hordei species, Provincialibus *Espaulto*.



Charta ann. 1501. ex sehed. Pr. de Mazaugues : *Quod non possint seu valeant mensurare aliquod bladum, ordeum, siliginem, civatam, Speautam, legumina, aut alia grana, nisi cum mensuris legulibus.* Vide *Speaulta*.

† **SPEAULTA**, Hordei species, vulgo *Epeutre*. Charta ann. 1304 ex Tabul. S. Andreæ Avenion. : *Decimæ onium frumentorum, siliginum, leguminum, ordeorum, Speultarum, etc.* Vide *Speltu* et *Speutu*.

† **SPEBUS**, pro *Speiebus*, Gall. *Forme, image*. Fridegodus in Vita S. Wilfridi sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 724 :

Museipulos nostis quos obicit amulus hostis,  
Illicibus quarens animos vitare figuris,  
Ingerit incestos lascivis Spebus anores.

† **SPECIBILIS**. Vide *Spectabilis*.

† **SPECERIA**, Res quævis aromatiæ, aromatum mereatura, Gall. *Epicerie*. Consuetud. Lemovic. art. 70 : *Libra est et esse debet 14. unciarum et dimidia, salva libra de Speceria quæ debet esse et est 12. subtilium unciarum.* Ubi versio Gallica : *Sauf et reserve de l'Epicerie qui doit être de 12. onces subtiles.* Vide *Speciaria* in *Species* 6.

\* **SPECES**, a *Speciando*, id est, videndo, dicebantur quidam Officiales, quales etiam hodie in ecclesia Senonensi plures Gallie nominantur *des Specs*, pueris choralibus præpositi. Ita legitur inter Paralipomena ad Conat. in Propyl. ad Aeta SS. Maii pag. 48. col. 1. In Ceremoniali eocl. Paris. pluries occurrit vox *Spez*, qua significatur Puer symphoniæ prior, vulgo *Spe*.

† **SPECIA**, ut *Speceria*. Statuta Montis Regalis fol. 288 : *Speciæ, merceriæ, drogariæ, nec aliquæ res comprehensæ sub genere merceriarum, vel speciærum, etc.* Vide *Species*.

\* **SPECIALE** est, ubi proprie uniuscujusque personæ factu narratur. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

† **SPECIALIS**, *Espicier*. Vide in *Species* 6.

\* **SPECIALISSIME**, Magis speciatim. Epist. Adem. Caban. ann. 1028. tom. 10. Collect. Histor. Fran. pag. 506 : *Vobis enim quatuor solummodo nunc Specialissime loquor, etc.* Vide *Specialiter*.

\* **SPECIALISSIMUS**, Necessitudine et familiaritate conjunctissimus. Testam. Sim. de Drocis ann. 1329 : *Specialissimus dominus meus Petrus de Chenaie miles, vel carissimus et præcordialissimus meus dominus Johannes de Cantu merulæ, etc.* Vide *Specialitas* 3.

1. **SPECIALITAS**, Vox Fori Anglici, de qua Cowellus. [Ea voce, ut plurimum, Chirographi cautio, scripti obligatio, vel quid simile instrumentum significatur.]

† 2. **SPECIALITAS**, Oppositum universitati. Tertull. adv. Mare. lib. 5. cap. 8 : *In distributione faciendâ et in Specialitate interpretunda.* Cone. Toletan. xi. inter Hispan. tom. 2. pag. 665 : *Cæterum Specialitatis ordinem persequentes, etc.* Charta ann. 1482. ex Tabul. B. M. de Bono-Nuntio Rotomag. : *Tenore præsentium facit... suos veros, certos, legitimos et indubitatos procuratores, .... et negotiorum suorum infra-scriptorum gestores, ita tamen quod generalitas Specialitati non deroget, nec e contru.*

Charta Maximiliani Rom. Reg. ann. 1507. apud Rymer. tom. 13. pag. 182 : *Ita tamen quod Specialitas generalitati non deroget.* Formula usitata, *sans que le particulier deroge au general.* In *specialitate*, speciatim, in Chron. Bonincontri apud Murator. tom. 12. col. 1147. Hinc

† **SPECIALITAS**, pro Persona, in Vita S. Adalberti tom. 5. Jun. pag. 98 : *Dehinc articulum ejus Specialitati, prout Dominus concesserit, accomnodemus.*

\* **Nostris Especialité** idem sonabat quod Cura, diligentia, sollicitudo peculiaris. Chron. S. Dion. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 292 : *Si estoit cilz joiaux garde es tresors des Gociens par grunt Especialité.*

† 3. **SPECIALITAS**, Familiaritas, necessitudine conjunctissima, Gall. *Amitié particuliere*. Litteræ Edwardi II. Reg. Angl. ann. 1316. apud Rymer. tom. 3. pag. 574 : *Ob divulgatæ de vobis probitatis præconium, Specialitatem vobiscum mutuum contruhere cupientes, vos in hiis que cordi nostro adjacent negotiis experiri censuimus, quatinus, vice versa, vestram anticitium deinceps appetimus fiducialiter nos facturum.* Gualterius Hemingford. de Gestis Edwardi I. Regis Angl. pag. 113 : *Omni runcore deposito (Rex) ipsam (Arehiep. Cantuar.) cum suis in Specialitatem recepit pristinam et majorem adauxit.* Placitum ann. 1. Edwardi III. apud Th. Blount in Nomolex. Anglie. : *Presentatum fuit per juratores... quod quidam Johannes de Pratis habuit quandam uxorem anticabilem de cujus Specialitate, Willielmus, filius Henrici molendinarii, et similiter quidam alii malefactores fuerunt; ita quod prædicti malefactores venerunt ad lectum ipsius Johannis, ubi jacebat, et ipsam traxerunt ab eadem, et ipsam abinde duxerunt et tenerunt, dum prædictus Willielmus concubuit cum eu.* Vide *Plumale*.

† **SPECIALITER**, Speciatim, expresse, Gall. *Specialement*, ñn Cod. Theod. leg. 176. de Decurion. lib. 12. tit. 1. Gloss. Lat. Gr. : *Specialiter*, ἰδίως. Charta ann. 1340. ex Archivo D. de Flantarens : *In presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec Specialiter vocatorum.* Ocurrit passim. Vide *Specialiter*.

\* **SPECIARIATUS**, *Specierum* seu aromatum mereatura, Gall. *Epicerie*. Lit. official. Paris. ann. 1380. in Reg. 118. Chartoph. reg. fol. 428 : *Cum in causam coram nobis traxisset Theobaldum de Vauchartis speciarium, .... quod.... plures falsitates in arte sua Speciaratus commiserat, etc.* Vide *Speceria*.

† **SPECIARIA**, **SPECIARIUS**. Vide *Species* 6.

\* **SPECIARIUS**, *Specierum*, rerumve quarumcumque et supelletilium negotiator. Sacram. eorum qui ad nundinas urbis S. Martini confluebant apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 882 : *Scribimus juramentum, quod cambiatores et Speciarii omnes istius curtis tempore Rangerii episcopi fecerunt, ut omnes homines possint cum fiducia cambiare et vendere et enere.* Juraverunt omnes cambiatores et Speciarii, etc. Ubi cum de Cambiatoribus et Speciaribus dumtaxat sermo sit; hac ultima voce quoscumque negotiatores, non seplarios aut

aromatarios tantum indicatos reete putat doctissimus Editor. Vide *Species* 2. Pro Aromatariis, vide in *Species* 6.

\* **Espicier** vero in aula regia appellabatur is, qui condimentis saccharo confectis præerat. Stat. pro hospio reg. ann. 1317. in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Croix* fol. 71. 1<sup>o</sup> : *Item le roy aura touzjours à court quatre vales de chambre et non plus, le barbier, l'Espicier, le tailleur et un uitre mangent à cour.* Vide in *Species* 6.

† **SPECIATIVE**, ut *Specialiter*. Regest. Philippi Pulehri 13. ex Chartophyl Reg. : *Nam cognitionem omnium earum quacumque occasione ad dictum monasterium spectantium.... nobis ac successoribus nostris Regibus Francorum Speciative retinemus.*

† **SPECIATOR**, ut *Speciarius*. Vide *Species* 6.

† **SPECIATUS**, *Specie*, forma decorus. Tertull. adv. Hermog. cap. 40 : *Quid hodie informe in mundo, quid retro Speciatum in materia, ut speculum sit mundus materiæ?* Ita

† **INSPECIATUS**, Qui sine specie est, Irenæo ἀνείδεον, apud eumd. adv. Valentin. cap. 10 : *Sed informem et Inspeciatum, etc.*

1. **SPECIES**, Vox JC. notissima : quibus idem sonat, quod veteribus fruges, ut sunt vinum, oleum, frumentum, legumina : unde *Species annonariæ*, apud Vegetium lib. 3. cap. 3. et in Codice non semel. Senator lib. 12. Epist. 22 : *Et ideo memorate Species (vini, olei, etc.) in tot solidos date pro tributaria functione... reputentur.* Gregorius Turon. lib. 5. cap. 5 : *O si te habuisset Massilia Sacerdotem, nunquam naves oleum, aut reliquis Species detulissent, etc.*

2. **SPECIES**, Res, vel quævis supellex pretiosior. Lex Wisigoth. lib. 5. tit. 5. § 3 : *Si alieci aurum, argentum, aut ornamenta, vel Species fuerint conunodate, sive custodiende tradite, etc.* Idem Gregorius Turon. lib. 6. cap. 5 : *Judæus quidam... qui ei ud Species coenendas familiaris erat, advenit.* Lib. 6. cap. 38 : *Magni ibidem thesauri ex auro argentoque, et nultarum Specierum reperi sunt.* Lib. 7. cap. 25 : *Equos quoque ejus, aurum argentumque, sive Species, quas meliores habebat, pariter auferentes, etc.* Lib. 10. cap. 2 : *Direptam Speciem de manu cujusdam mercatoris ad metatum detulit.* Mareulfus lib. 1. form. 31 : *Præcipientes, ut quicquid ex successione parentum, ... vel per quelibet instrumenta Chartarum ad eundem juste pervenit, tam in villabus, mancipiis, edificiis, accolabus, uuro, argento, speciebus, ornamentis, nobili aut innobili, etc.* Walafr. Strabus de Miraculis S. Galli lib. 2. cap. 1 : *Eum ad subterraneum duxit armarium : quod cum idem Vicarius aperiri fecisset, Species, quas inibi reperit, his, qui secum erunt facta divisione distribuit.* Vox Ammiano, Capitolino, et aliis usurpata, et in veteri Chartula plenariæ securitatis descripta a Brissonio lib. 6. Formul. pag. 647.

† 3. **SPECIES**, Facies. Canon. Hibern. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 6 : *Sanguis episcopi vel excelsi principis vel scribæ, qui ud terram effunditur, etc. Si in Specie tertiã partem de argento, et compurem verticis de auro, etc.*

† 4. **SPECIES**, f. pro *Vices*. Formula 36.



inter Andegav. : *In utilitate domnorum partibus Britanice seu Wasconice hostiliter ordine ad Specie mea fuisti, etc.*

¶ 5. SPECIES, Materia sacrificii Corporis et Sanguinis Christi, nostris *Especies*. Missale Gothicum apud Mabill. Liturg. Gallic. pag. 283. col. 1 : *Oremus, fratres dilectissimi ut Dominus ac Deus noster Speciem istam, suo ministerio consecrandam, celestis gratie inspiratione sanctificet.*

6. SPECIES, Aromata, vel res quævis aromaticæ, Gallis *Especies*. Marcianus J.C. leg. 16. § 7. D. de Publ. et Vectig. (39, 4.) : *Species pertinentes ad vectigal, cinnamomum, piper longum, piper album.* Marcell. Empiricus, seu Vindicianus Archiater :

Adde et aromatics Species, quas mittit Eous.

Senator lib. 12. Epist. 18 : *Species præcreta, quæ mensis regis apparentur, exactas tota sedulitate perquirite.* Ildesonsus Toletanus in Chron. in Heraclio : *Cum hac illaque cum diversis Speciebus aromatum et divitiarum] causa luci pergeret, etc.* Joan. Sarisberiensis lib. 8. Policrat. cap. 6 : *Confiuntur sulsamanta garo; nihil vilius est nisi complurium pollicatur effectus, et judicia Specierum.* Adde lib. 8. cap. 11. Will. Tyrrius lib. 12. cap. 23 : *Erant autem naves eadem orientalibus onerate mercibus, Speciebus videlicet, et pannis sericis.* Chronicon Reichersperg. : *Mille et 50. dextrarios Turcos et Species infinitas, et quas noverat pretiosiores misit.* Et infra : *30. quintarios de pipere, et alias Species sine numero.* Ekehardus de Casibus S. Galli cap. 13 : *Speciebus quoque et antidotis, et prognosticis Hippocratis singulariter erat instructus.* Proverbum medicorum vulgare apud Joannem Sarisber. lib. 5. Policrat. cap. 10 :

Pro solis verbis montanis utimur herbis,  
Pro earis rebus, pigmentis et Speciebus.

Le Reclus de Moliens MS :

Qui mist en reube odour ambrine  
Ni autre Espece Alexandriane.

Statuta Cluniacensis Petri Venerab. cap. 9 : *Statutum est, ut ab omni mellis ac Specierum cum vino confectione, quod vulgari nomine Pigmentum vocatur, fratres abstineant.* Archithrenius lib. 2. cap. 6 :

Itur ad Eoas Species, messenque perusti  
Axis odoriferam, ventris divellere toto  
Nititur orbe dapes, et condimenta libido.

Continuator Nangii ann. 1359 : *Et tunc ad invicem in signum pacis vinum et Species cum gaudio receperunt.* [Ordo Romanus 13. cap. 14 : *Quo finito, redeunt ad aulam Papæ, ubi parata sunt vina multa et diversa et claretum et Species.* Chronic. Corn. Zantflēt apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 357 : *Levatis mensis lotisque manibus et Speciebus datis, abiit Rex in thalamum suum.* Adde Ordin. Cluniac. part. 1. cap. 8. Statuta Monast. S. Claudii pag. 82. 83. etc.] Formula nostris familiaris : *Donner vin et Espices.* Froissartes 2. vol. cap. 81 : *Et les recueillit moult honorablement les uns après les autres et les envoya en son chastel, et fit apporter le vin et les Espices.* Idem 3. vol. cap. 84 : *Boire et prendre Espices.* Histor. Caroli VII. Reg. Franc. : *Servir vin et Espices.* Vetus Poëta in Poëm. MS. du Dit du Chevalier :

Après laver isnellement,  
La Dame fit donner le vin,  
Et les Espices en le fin.

Chronicon Bertrandi Guesclini :

Le vin a fait mander, et Espices gramēt.

Christina Pisana in lib. du Tresor de la Cité des Dames, 1. part. cap. 12 : *Après les Espices prises, et qu'il sera temps de se retraire, la Dune s'en ira à sa chambre, etc.*

Porro hæc *Specierum*, seu *Especies*, appellatio sumitur apud nos hodie pro Salariai Judicium, quibus cum iis nulla ex legibus præberentur a litigantibus, quorum lites dijudicabant, aut inspiciebant, licitum tamen erat, levioris momenti et pretii donativa recipere, ejusmodi sunt *condimenta, esculenta, aut poculenta, quorum valor in una hebdomada 10. solid. Paris. non excederet*, ut est in Edicto S. Ludovici ann. 1254. apud Nangium in ejus Vita : seu ut habet aliud Philippi Pulchriann. 1302. pro reformatione Regni, in stylo Curie Paris. part. 3. tit. 6. § 36 : *Excepto esculento et poculento, et aliis ad comedendum et bibendum ordinatis, et de talibus cum moderamine, secundum conditionem cujuslibet, et cum tali quantitate ea recipiant, quod infra unam diem possint absque illicita devastatione consumi.* Exstat etiam apud Pitheum in Consuetud. Trecentens. pag. 479. 480. [Conventio Caroli Comit. Andegav. et Provinc. cum Arelatens. ann. 1251 : *Et ab omni munere manus suas excutere, exceptis esculentis et poculentis a jure concessis.* Statuta Arelatens. MSS. art. 185 : *Neque consules, neque judices... accipiant aliqua munera vel eximia (exenia) ab aliquo cive vel extraneo, præter esculentum et poculentum.*] Ita pariter in Fleta lib. 1. cap. 17. §. 18. *judices vetantur, aliquod donum recipere pro se vel pro alium, ... exceptis esculentis et poculentis pro uno die, et non ultra.* Adde Constitut. Sicular lib. 1. tit. 51. et tit. 70. §. 1. Joan. Sarisber. lib. 5. Polic. cap. 15. lib. 8. cap. 17. Matth. Paris ann. 1236. pag. 294. Odoricum de Portu Naonis in Peregrinat. nom. 11. Vitam S. Julianæ Virg. n. 15. etc. Vide Rainardi Abbatis Cisterciensis Constitutiones cap. 61.

¶ SPECIES, Quidquid diebus jejuniorum vespere apponitur, ut bellaria, fructus, cichoreum aceto et oleo conditum, etc. Transactio inter Abbatem et Monachos Crassenses ann. 1351 : *Consuetum est quod in vigilia natalis Domini, post Vesperas, dominus Abbas, si sit in monasterio et faciat officium festivitatis, dat et dare consuevit Species sufficientes et bonas conventui in refectorio.*

¶ SPECIES, Res ad medicinam spectantes. Mirac. S. Berthæ sæc. Bened. 3. part. 1. pag. 460 : *Si nosti aliquod hujus meæ infirmitatis medicamentum, sive in oleribus, sive in Specierum generibus, edicito.* Comput. ann. 1244. ex Bibl. Reg. : *Apotecarius pro Speciebus captis per Johannem Vicecomitem, x. lib. 11. sol. ix. den.* Vide infra.

Hodie *Speciem* strictius sumimus de acribus tantum et mrosicantibus, ut sunt piper, canella et similia. Macrobius lib. ult. Saturn. : *Species et acrcs, et calide super faciem cum apponuntur, exulcerant.* [Statuta Card. Trivultii ann. 1531. pro Monast.

S. Victoris Massil. : *Item in vigiliis festivitatum providere tenetur (Pitansarius) de potagio, vulgari dicitur dicto pureya et salsa cum Speciebus pro piscibus concedenti.*

SPECIARIA, Res aromataria, aromatum mercatura, Gall. *Espicerie*. Sanutus : *Inhibetur sub eadem censura, ne quisquam de partibus Africae, aut etiam Hispaniæ, ubi habitant Saraceni, Speciarium accipiat, vel mercimonia quæcumque a partibus Indiæ portata, etc.* Idem lib. 1. part. 1. cap. 1 : *Magna pars honoris, redditus, proventus et exaltationis Soldani, et gentium illi subjectarum, est propter Speciarium, et multa alia mercimonia.* Adde part. 5. cap. 3. et Raimundum Montanerium in Chronico Aragon. cap. 159. [Acta SS. tom. 1. Julii pag. 604. et Statuta Vercell. lib. 3. fol. 101. vº.]

SPECIARIUS, Qui omne genus specierum vendit, Latinis *Spesularius*, πρηνεπώλης, nostris *Epicier*. [Statuta Astens. cap. 25. f. 75 : *Item quod nullus Speciarium sive apothecarium civis sine habitator Ast. audeat vel præsumat recettas aliquas facere sine dare aliquibus civibus de territorio Astensi.* Adde Statuta Saluciar. cap. 125. Collat. 5. Genuæ lib. 4. cap. 84. fol. 136. vº. Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1568. et Murator. tom. 11. col. 42.]

¶ SPECIATOR, Eadem notione. Pactum inter Jacobum Aragon. Reg. et Berengar. Magalon. Episcop. ann. 1272 : *Juxta marginem seu ripam cujusdam condaminæ Petri de Montillis Speciatoris.* Statuta Arelat. MSS. art. 130 : *Speciatores operent secundum quod eis præcepit antidotarius, vel secundum quod visum fuerit medico expedire.* Mirac. MSS. Urbani V. PP. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *Matheus Passero de Venetiis Speciator.* Statuta Ecl. Avenion. ann. 1341. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 565 : *Ab eodem quoque nullus hipotecarius sen Speciator receptas ordinatas per talem Judeum medicum auferet... conficere.* *Specier*, in Statuto Caroli primo gen. Johannis Reg. Franc. ann. 1357. tom. 3. Ordin. pag. 196 : *N'y billonneurs aucuns, neque Speciers, drapiers, merciers, ne autres quelqu'ils soient, s'entremettent de fait de change.*

¶ SPECIALIS, Eodem significato, Italis *Speciale*. Statuta Pistoriens. lib. 5. rubr. 65 : *De pæna Spetiariorum committentium fraudem in arte sua. Quoniam necessarium est quod medicinalia a Spetialibus et aromataris administrantur, etc.* Vita B. Andreae de Piscaria tom. 4. Maii pag. 628 : *Nam dum cum quodam Speciali, etc.* Vide Retagliator.

SPECIES. Recapitulatio Legis Salicæ : *Sciendum est, quod in quibusdam Libellis Salicis... continentur Capitula in quibusdam codicibus 99. in quibusdam vero plus minus 95. habent etiam Species, in quibusdam libellis 20. et 7. in quibusdam vero minus, vel paulo plus. Ubi Speciei voce innumantur varietates, uti mox vocantur, compositio-num, seu multarum, quæ in ea recapitulatione ad 31. excurrunt.*

\* 7. SPECIES, Potio medica, apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 2. pag. 25. col. 2 : *Speciem, quam ego a Marchione accepi, amisi : alian Speciem, quam inisi, summo mane jejunos sumite.* Vide in Species 6.



\* 1. **SPECIETAS**, Pulchritudo, amœnitas, vel aspectus. Vita S. Nivardi tom. 1. Sept. pag. 281. col. 2 : *Simul quod hic locus decentis gratiosæque Specietatis foret benevolentia divinitissime, foret amatorie bonitatis et beatificandæ virtutis.*

† 2. **SPECIETAS**, Fronton. vetus Grammaticus : *Species divisio est generis, Specietas qualitas.*

\* **SPECIFICATUS**, Factus, fabricatus, Gall. *Travaillé*. Charta Petri III. reg. Aragon. ann. 1343 : *Concedimus.... quod possitis.... deferre et deferri facere ad quascumque partes volueritis,.... quodcumque urgentum purum vel ære contaminatum, in rudi materia vel Specificata, et tam in peciis quam alias, et monetam, etc.*

\* **SPECIFICA**, Pulchra, speciosa. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

† **SPECIFICARE**, Speciatim notare, exprimere, Gall. *Spécifier*. Jo. de Janua : *Specificare, segregare, dividere, separare, designare, vel speciem facere.* Consuet. Auscor. MSS. ann. 1301. art. 81 : *Quicumque vult emere tales (carnes) vadat ad talem locum Specificando mortem qua illa bestia mortua sit.* Litteræ Caroli V. Regis Fr. ann. 1370. tom. 5. Ordin. pag. 296 : *Concedimus per presentes, quod ipsa privilegia ipsi Episcopo vel successoribus suis, exprimere et Specificare tenebimus, etc.* Testam. Joannis Comit. Armeniaci ann. 1381. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1513 : *Executores autem hujus nostri ultimi testamenti et ultimæ voluntatis minime quoad præsens nominamus, declaramus nec non Specificamus.* Epist. Sigismundi Rom. Reg. ann. 1432. ibid. tom. 8. col. 184 : *Prout de hoc per ipsum Cardinalem et nostros proprios ambassiuotore plene Specificati sumus.* Adde Acta SS. tom. 1. Maii pag. 767. Murator. tom. 6. col. 943. tom. 8. col. 150. Statuta Cadubrii cap. 9. Saonæ cap. 42. fol. 94. et *Madox* in Formul. Angl. pag. 215. Hinc

† 1. **SPECIFICATIO**, Enumeratio, expressa declaratio, *Specification*. Charta Guidonis de Mazerolis ann. 1277. apud Stephanot. tom. 3. Antiquit. Bened. Pictav. MSS. pag. 929 : *Sine alia probatione, Specificatione, declaratione, commonitione, et iudicis taxatione, et sine oppositione et exceptione aliqua in contrarium opponenda.* Occurrit præterea apud Acher. tom. 9. Spicil. pag. 327. et in Statutis Saonæ fol. 113.

2. **SPECIFICATIO**, dicitur, cum quis de alieni materia speciem aliquam sibi fecerit, qui modus est acquirendi, factor enim dominus erit speciei. Fleta lib. 3. cap. 2. § 14. Bracton. lib. 2. cap. 3. § 1.

\* **SPECIFICATUS**, an sit pro Memoratus aut Facie immutatus quasi in ecstasi raptus, cum doctis Editoribus hæreo. Acta S. Sebaldi tom. 3. Aug. pag. 772. col. 1 : *Finita oratione, qua interim Specificatus sulcunus breve tempus aestimavit, etc.*

† **SPECIFICE**, Speciatim. Charta ann. 1329. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 633 : *Illud insuper Specificè duximus exprimendum, quod etc.* Vide supra *Specialitas* 2.

\* **SPECIFIRE**, a Gallico *Spécifier*, Speciatim notare, exprimere. Stat. eccl. Tull.

MSS. ann. 1497. fol. 99. rº : *Cum in dicto officio (furnerii) debeantur Specificire de claustrali et communi (resali),... ut furnerius prædictus sine jacturu sua vuleat conficere punem qualificatum et ponderis, ut præfertur.* Vide *Specificare*.

† **SPECILITAS**, Chronic. Modoet. Bonincontri apud Murator. tom. 12. col. 1155 : *Et in Specilitate diligunt nobilitatem sanguinis DD. Imperatoris.* Hoc est, præcæteris, speciatim. Leg. forte *Specialitas*. Vide in hac voce.

† **SPECILLUM**, Μήλη, in Gloss. Lat. Græc. Hinc emendandæ Glossæ Gr. Lat. ubi *Sperillum* legitur.

\* Glossar. medic. MS. Sim. Januensis. ex Cod. reg. 6959 : *Specillum vocat Cornelius Celsus tastam vel tentam, quia tentantur vulnera et fistulæ; et est instrumentum æreum vel argenteum, interdum plumbeum ad festigandas (f. investigandas) tortuositates viarum ulcerum.* Vide supra *Melis*.

† **SPECIOSITAS**, Spccies, forma. Agnelus in Vita S. Damiani apud Murator. tom. 2. pag. 155 : *Vidua induta sunt veste lugubri, Speciositas virginum immutata est.* Acta S. Henrici Imp. tom. 3. Jul. pag. 745 : *Vir dum juxta corporis Speciositate floridus, morum probitate modestus, etc.* Utitur Tertull. lib. 2. de Cultu fem. cap. 2.

† **SPECIUS**, f. pro *Peciis*, Modus agri, *Piece* de terre. Vide *Pecia*. Testam. Tellois Curiensis Episcopi ann. 766. apud Mabill. tom. 2. Annal. Bened. pag. 709. col. 1 : *In primis Lidorius tenet Specium, quem colit Vidales : ipse revertatur post obitum nostrum ad ipsum monasterium cum omni adpertenentia sua; similiter et terra quam ipse Lidorius possidet.*

**SPECLA**. Charta ann. 1181. apud Ughellum tom. 9. pag. 98 : *Inde revertitur usque ad occidentem per viam tenementi de Surbo, et vadit per Speciam et per ripam serræ de Runiaco, etc.* Infra : *Et vadit usque ad paludicellam, et venit juxta Speciam usque ad viam Turcaruli.*

\* f. Locus editus, collis; unde speculari licet.

**SPECTABILIS**, Titulus dignitatis, quo ornantur varii Magistratus in utroque Codice, inter *Illustris* et *Clarissimi* titulos medius. Gloss. Gr. Lat. : Περὶ εὐλογοῦτος, *Speccibilis*, (leg. *Spectabilis*.) *lustrabilis*. Damascius *vir Spectabilis Tribunus et Notarius*, apud Liberatum Diacon. cap. 10. Victor Vitensis lib. 3. de Persecut. Vandal. : *Ut Illustres singillatim auri pondo quinquagena darent, Spectabiles auri pondo quadragena, Seniores auri pondo tricenæ, etc.*

\* *Spectable Engerrans de Couchy* post duces et ante comites testis subscribit Edictum Caroli IV. imper. ann. 1377. ex Tabul. eccl. Camer. Ubi *Spectable* idem est quod *Illustris*.

**SPECTABILITAS**, περιελαπτότης, in Gloss. Gr. Lat. *Spectabilitatis honor*, apud Senatorem lib. 2. Epist. 28. lib. 7. Epist. 4. 37. Vide Collat. 1. Carthag. cap. 16. Appendic. Cod. Theod. Constit. 8. Pancirolum ad Notit. Imperii Orient. cap. 2. et Jacobum Gothofredum ad Cod. Theodos. [\*\* Vide Glossar. med. Græcit. voce Θυμωσιώτατος, col. 486. Περιελαπτότης, col. 1150. et Σπεκταβιλίς, col. 1420.]

**SPECTARE**, pro *Expectare*. Utitur Thwroczius. [Occurrit præterea in Cod. censual. MS. Irminonis Abbat. Sangerm. fol. 99 : *Ad tertium annum (solvit) vervecem 1. et si Spectaverit usque ad mense Madium, solvit vervecem cum agno.*]

† **SPECTIARIUS**, pro *Speciarius*, ut videtur. Vide in *Species* 6. Mirac. B. Henrici Baucenens. tom. 2. Jun. pag. 387 : *Maria qu. Michaelis Spectarii de S. Zumanno de Malo-passo, a cunubulis cecidit de alto.*

† **SPECTRUM**, Aspectus, in Medicina Salernit. edit. 1622. pag. 19 : *Oculis enim jucundissimum Spectrum viriditas est.*

† 1. **SPECULA**, Ambo, pulpitum, tribunal Ecclesiæ, Gall. *Tribune, jubé*. Charta ann. 1340. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 390. col. 2 : *Hugo Grutianopolitanus successor S. Hugonis et dom. Oadricus Dyensis venerabilis Episcopus, de Specula, ubi aderamus constituti, etc.*

† 2. **SPECULA**, metaphorice pro Providentia, Gall. *Prevoiance*. Mandatum Philippi Pulchri Reg. Franc. ann. 1304. tom. 1. Ordin. pag. 422 : *Ut per subtilem, et Deo placentem Speculam, ac meditationem sedulam nostri regnicolæ temporalibus non destituantur auxiliis, etc.*

**SPECULAR**, et **SPECULARE**, Gypsa, vel vitrea fenestra. [Gloss. MSS. 13. sæculi ex Tabul. S. Andreae Avenion. : *Specular, fenestra.*] Gloss. Gr. Lat. : Διαφανής, *Specularia*. Rursus : Διαφανής, *Limpidus, lucidus, specularis*. Papias : *Specularis, fenestra, forum per vitrum translucens.* Glossæ MSS. ad Alexandrum Iatrosoph. : *Specular, i. gipsus.* Gloss. Ælfrici : *Specularis, d u r h s c y n e - s t a n.* Cælius Aurelianus Siccensis lib. 2. Acutor. cap. 37 : *Si non fuerit naturaliter frigidus locus, hoc affectabimus, Specularia detrahentes, nisi sol obstiterit, aut aëris inæqualitas udjungitur.* S. Hieronym. in cap. 41. Ezech. : *Fenestræ quoque erant factæ in modum retis, instar cancellorum; ut non Speculari lapide, nec vitro, sed lignis interrastilibus et vermiculatis clauderentur.* S. Augustinus : *Solis radius penetrat Specular, nec, cum ingreditur, violat, nec, cum egreditur, dissipat, etc.* Idem de Verbis Domini serm. 5. cap. 11 : *Nonne si Speculariu in ventre haberemus, de omnibus cibis pretiosis eruberemus, quibus saturatus es.* Fortunatus lib. 4. de Vita S. Martini :

An Speculare dedit, quo sanctus lumine transit.

Leo Ost. lib. 2. cap. 51 : *Ecclesiam picturis ac Specularibus decoravit.* De Specularibus, et eorum materia, copiose egit Salmasius ad Solinum pag. 259. et 1095. Adde Cujacium lib. 13. Observ. cap. 13.

**SPECULAR**, dictus etiam, Ugutioni, *locus upertus vel altus, unde quis potest speculari; unde et fenestra et vehicula, de quibus specularum, specularia dicuntur.* Papias : *Specularia, grava [\*\* genera] vehiculorum, de quibus specularantur.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Specular, specular, lieu pour gaitier.*] Will. Tyrius lib. 17. cap. 3 : *Erant nihilominus et secus muros (Damasci) interius latentes viri cum lanceis, qui per Specularia modica, in muris studiosius ad hoc ordinata, unde videre transeuntes poterunt, minime vero*



*ipsi videri, prætereuntes confodiebant ex latere.*

**SPECULIA**, apud Ælfricum in Gloss. Saxon. dici videntur Cassidum fenestellæ: seawere.

\* **SPECULARIA**, Genera vehicularum, de quibus speculatur. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613. Vide in *Specular.*

**SPECULARII**, Magi, qui rerum quæsitaram figuras in speculis politis exhibent. Καταπραϋντες. Petrus Blesensis lib. de Præstigiis fortunæ, seu potius Joan. Sarisberiensis lib. 1. de Policrat. cap. 12: *Specularios vocant, qui in corporibus lævigatis et teris, ut sunt lucidi enses, pelves, cyathi, speculorumque diversa genera divinantes, curiosis consultationibus satisfaciunt: quin et Joseph exercuisse, vel potius simulasse describitur* (Gen. 4.) *cum fratres urgeret subripuisse scyphum, in quo consueverat augurari.* Synodus S. Patricii et Auxentii can. 16: *Christianus, qui crediderit esse lantiam in Speculo, quæ interpretatur striga, etc.* Spartianus in Didio Juliano cap. 7: *Quasdam non convenientes Romanis sacris hostias immolaverunt, et carmina prophanu incantaverunt, et ea, quæ ad Speculum dicunt fieri, in quo pueri præligatis oculis incuntando vertice respicere dicuntur, Julianus fecit. Tuncque puer vidisse dicitur et adventum Severi, et Juliani decessionem.* Vide Joannem Sarisber. lib. 2. Policrat. cap. 28. et Casaubon. ad Spartianum.

† **SPECULARIS**, Contemplativus. Acta S. Hugonis tom. 2. Aprilis pag. 766: *Contigit ut unus fratrum haberet usui post expletionem matutinalis sinaxis, in oratorio Specularis gratia orationis remaneret.* Vide infra *Speculativus.*

**SPECULARIUS**, Speculorum confector, σπεκλοποιός, in Gloss. Gr. Lat. Ejusmodi speculariorum meminit Paternus JC. in l. ult. de Jure immunit. (50, 6.) et Lex 2. Cod. Th. de Excusat. artif. (13, 4.)

† **SPECULATIO**, ita nuncupatur Opus Guillelmi Duranti quod *Speculum juris* ann. 1271. inscriptus, unde *Pater Praxis* et *Speculator* dictus est. Instrum. ann. 1433. apud R. Duellium tom. 1. Miscell. pag. 225: *Promittit dominus Abbas dirigere corpus juris pro domo,.... item Speculationem; item sunnam Ostiensis.* Vide R. P. Echard in Scriptoribus Ordin. Prædicat. tom. 1. pag. 480.

\* **2. SPECULATIO**, Præstatio, quæ solvitur pro excubiis seu custodia castris, idem quod *Guetagium*. Vide in *Wactæ*. Charta S. Ludov. ann. 1248. inter Instr. tom. 8. Gall. Christ. col. 535: *A tallia, exactione, exercitu, equitatu, Speculatione, festagio, pedagio et ab omni costuma dictos servientes liberos eisdem monialibus concessi penitus et immunes.* [\***Vide** alio sensu in *Speculator*, 1.]

† **SPECULATIVUS**, ut *Specularis*. Epitaph. Reinoldi, apud Marten. Itin. Litter. pag. 46:

Hi duo diversas tenuerunt ordioe vitas,  
Vir Speculativam, femina pragmaticam.

† **1. SPECULATOR**, Episcopus. Candidus in Vita S. Eigilis sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 237: *Guudebat quidem speculator, quod Christum suscipere meruisset in hospite:*

*Pater vero letubatur, quod in ministro Christi vera Christi susceptio claruisset. Postquam vero se diversis utilitatibus mutuo roborassent, petita licentia pater Eigil a Pontifice benedictus, profectus est Fuldaam.*

\* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613: *Speculator, in ecclesia præpositus dictus ex eo quod speculetur atque respiciat populorum intra se positum viros et vitam.*

\*\* **SPECULATORIO**, Animadversio, observatio. Chart. Gunther. Episc. Spirens. ann. 1152. in Guden. Syllog. pag. 461: *Quia ex nostri officii Speculatione res nostrarum ecclesiarum distractas, colligere, etc.*

† **2. SPECULATOR**, Ecclesiasticorum bonorum administrator, Advocatus. Capitulare 3. Caroli Magni incerti anni cap. 1: *Et postquam ipsæ precarie finitæ fuerint, faciant potestative Speculatores Ecclesie utrum elegerint, ut aut ipsas res recipiant, aut posteris eorum sub precario et censu habere permittant.*

† **3. SPECULATOR**, Testis oculatus, in Charta ann. 1054. laudata a Mabillonio tom. 4. Annal. Bened. pag. 548. Vide *Videntes.*

**4. SPECULATOR**, Carnifex, tortor. Glossæ Antiquæ MSS.: *Speculator, carnifex.* Glossæ Lat. Gr.: *Speculator, ἐπόπτης, κατάσκοπος, δῆμιος.* Mox: *Speculatus, κατάσκοπος, καὶ ὁ ἀποκεφαλῶν.* Ubi forte etiam legendum *Speculator*. Lexicon Gr. MS. Reg. Cod. 2062. Σπεκουλάτωρ, ὁ δῆμιος. Firmicus lib. 8. cap. 26: *Speculatores faciet, qui nudato gladio hominum amputant cervices.* Vita Bacchi junioris Martyris, edita a Combesio pag. 114: *Ἀδυσπρότερόν τε τὸν σπεκουλάτορα ὑποβλέψαντος, ἔφη, Τέμνε τρικατάρατα, etc.* Cur autem ita *Speculatores* dicti sunt carnifices, multis disquirat Salmasius ad Spartianum. Adde prætere Jacucium lib. 6. Observat. cap. 33. Meursium in *σπεκουλάτωρ*, et Jacobum Gothofredum ad legem 16. Codicis Theodosiani de Cohortalibus. [\***Forcellinum** in *Spiculator.*] [Vide *Speculatio.*]

† **SPECULATORIA**, Caliga militaris, sic dicta quod eorum, qui inter Speculatores militabant, esset propria. Tertull. de Corona cap. 1: *Speculatorium morosissimam de pedibus absolvit, terræ sancte insistere incipiens.* Vide Sueton. in Caligula cap. 52.

† **SPECULATORIA**. Papias: *Inspectura, visura, Speculatura.*

† **SPECULATUS**. In *speculatu*, id est, in conspectu, coram oculis. Vetus Irenæi Interpres lib. 2. cap. 31. n. 3: *Quando igitur apud eos quidem error, et seductio, et magica phantasia in Speculatu hominum impie fiat, etc.* Vide *Speculator* 4.

† **SPECULUM**. Vide in *Specular.*  
**1. SPECULUM**. Anastasius in Sergio PP. pag. 62: *Similiter et Specula ejusdem Ecclesie, (S. Petri) quæ super sedem sunt, vel regios arcus majores sunt, renovavit.* Ubi legendum videtur *Specularia*, id est, vitreas vel gipseas fenestras. Vide in hac voce.

† **2. SPECULUM**, Gr. ἰστυρίς, in re typographica, idem quod *Registrum*, vel *Regestum* vocabant, quo scilicet bibliopægis series chartarum indicabatur. Vide Mich. Maittaire Annal. Typogr. pag. 265.

† **3. SPECULUM PUEBORUM**, Liber quidam cujus auctor est Isembardus Floria-

censis Monachus. Andreas Floriac. in Vita MS. S. Gauzlini Bituric. Archiep. lib. 1: *Cæterum Isembardus vir summa sanctitatis et innocentie qui quantive dogmatis præstantioris lumine hujus ter beati (Gauzlini) splendere sub tempore in libro quem puerorum Speculum præfixit notauitve succincta enucleat sermocinatione.*

\* Ad hunc modum quadruplex *Speculum Vinc. Bellov.* et multi alii inscripti sunt libri, ut *Speculum lapidum* Camilli Leonardi; *Speculum* sive Epitome Galeni a Symphor. Campeg. *Speculum sacro-medici* Mich. Bald. *Speculum Ecclesie*, idem qui *Rationalis*, in Ordinar. MS. S. Petri Aureavall.: *In libro, qui dicitur Rationalis sive Speculum Ecclesie.* Ita et *Catoptron* aliis usurpatur.

\* **SPECICARE**, vox Italica, Expedire, extricare. Charta pro Pisan. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Hist. Sicul. Bonincont. part. 1. pag. 210: *De hoc quod nobis rogastis, ut mercatores vestros fuissent custoditi, qui in patriam nostram veniunt, de quibus venduntur in nostra duana, quod Spedicati in omni bato,.... literis nostris scripsimus.*

\* **SPEDES**, Spiculum, venabulum, Ital. Spiedo. Stat. Pistor. ann. 1107. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 560: *Si aliquis Pistoriensis civis detulerit. Spedum, vel lanceam, vel barionem, vel malatayam... tollam ei, vel tolli faciam viginti solidos et non reddam nec reddi faciam.* Vide mox *Spentum* et *Spetum*.

† **SPEL**, Saxonibus, Historia, narratio: unde Anspel, conjectura. Hæc Spelmanus. Vide Gloss. Teuton. Schilteri, ubi *Spellen* est Syllabas connectere; unde Gallicum *Epeller*.

**SPELÆUM**, Antrum, ex Gr. σπήλαιον. Leo Ost. lib. 1. cap. 1. de S. Benedicto: *Ubi in Speleo quodam... incognitus mansit.* [Walafridus Strabus in Carmine de Grimaldo Magistro:]

Novi namque Sicana tibi Spelea placere,  
Solut ubi meosis Musarum et amore fruaris.]

† **SPELEA**, Eodem significato. Charta ann. 998. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 353: *Donamus tibi Speleam nostram cum venerandis titulis quæ infra sunt.*

**SPELÆUM**, pro *Crypta* Ecclesie. Candidus Monachus Fuldensis:

Nec minus hoc Speleum capitis in vertice gestat  
Altare, etc.

Mox antrum vocat:

In parte occidua costructum cernitur Antrum,  
Murtum dives ope interius, spoliisque piorum,  
Ternis prospiciens fixis post terga fenestris.

**SPELÆUM**, pro *Cellula* Monachica, quomodo σπήλαιον usurpat Nilus Narrat. 5. pag. 70. Ita Petrus Cluniac. lib. 1. Epist. 20: *Clausus teneberis Speleo tuo, et in collicibus tuis terras ac maria peragrabis.* Will. Malmesburiensis lib. 3. pag. 112: *Combusta illic Ecclesia B. Murie, reclusa una iustulata, quæ Spelæum suum nec in tali necessitate deserendum putavit.* Vide Tractatum nostrum de Capite S. Joan. Bapt. cap. 3. num. 8.

Σπήλαιον, pro Sepulcro, dixit Joannes



cap. 11. ubi de Lazari sepulcro :  $\chi\theta\upsilon\tau\upsilon\sigma\ \sigma\pi\acute{\epsilon}\sigma\varsigma$  dicitur Nonno, i. subterraneum specus.

† **SPELDA**, ut *Spelta*. Vide ibi.

† **SPELDOLUM**, Uncus, per quem catena seræ immittitur. Acta S. Raynerii tom. 3. Jun. pag. 448 : *Vidensque eam positam in munitissima catena, causa itineris illuc audita, cepit et prinus Raynerius tuppam catenæ manu tangere, coram monachis dicens : Videamus si velit Deus eam solvere ab his vinculis.... mox Speldolum processit de tuppâ, et traxit mulier catenas.*

† **SPELEA**. **SPELEUM**. Vide *Speleum*.

\* **SPELLERIA**. Charta ann. 1030. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Pontius levita donavit ipsum ortum, qui est ante ipsam Spelleriani. Au nostrum Espalier?*

**SPELTA**, Latinis Far, Græcis Ζεία, Germanis *Spels*, Italis et Hispanis *Spelta* : *Espeautre*, in Statutis Leodiens. art. 1. 7. 17. Gloss. S. Bened. cap. de Agricult. : *Spelta*,  $\delta\lambda\upsilon\alpha$ . Glossæ Medicæ MSS : *Alica, granum, quod dicitur Spelta*. S. Hieron. in 4. cap. Ezechielis :  $\zeta\acute{\iota}\alpha\nu$ , sive  $\zeta\acute{\iota}\alpha\nu$ , *nos vel far, vel gentili Italiæ Pannoniæque sermone Spicam Speltauque dicimus*. Adalardus in Statutis Corb. cap. 6 : *Volumus, ut annis singulis veniant de Spelta bene ventilata atque mundata Corbi 750. Polyptychus S. Remigii Remensis : Campi 2. recipientes semine Speltæ modios 130. Cæsarius lib. 9. cap. 65 : Requisitus Papa Honorius III. per litteras cuiusdam Abbatis nostri (an hostie ex Spelta confici possent) respondit, Speltam magis pertinere ad hordeum, quam ad triticum. Anna spelta, in Charta Alamannica Goldasti 60. Ita Spelta rursum ch. 62. [Spelta disparata, in Capit. 5. Caroli M. ann. 806. cap. 19. Occurrit etiam apud Ekehardum Jun. de Casibus S. Galli cap. 16. Calmet. inter Probat. Hist. Lothar. tom. 1. col. 420. tom. 2. col. 400. Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 445. et tom. 8. col. 1490. Miræum tom. 2. pag. 1271. col. 2.] Utuntur præterea Acta Murensia pag. 56. Constantinus Afric. de Ratione vict. pag. 278. Petrus Crescentius lib. 3. de Agricult. pag. 133. Ægidius Aurææ-vallis Monach. cap. 85. Joan. Hocsemius in Adolfo a Marka cap. 18. Chartæ vett. apud Doubletum pag. 740. 793. etc. [Vide *Speaulta*.]*

† **SPELTINUS PANIS**, Ex *spelta* confectus. Charta ann. 1034. apud Meichelbec. tom. 2. Hist. Frising. pag. 523 : *Semper in anniversario prædicitii Gotfridi die xxx. panes Speltinos, et xxx. sigalinos... offerat.*

\* **SPELTUS**, Hordei species, vulgo *Espeautre*, alias *Espiote*. Charta Caroli C. ann. 23. regni ejusd. in Chartul. S. Dion. pag. 65. col. 2 : *De Simpliciaco... per tres festiuitates, scilicet Pasche, Natalis Domini atque festiuitatis S. Dionysii de Speltu modia nonaginta ad seraasam faciendam*. Lit. remiss. ann. 1415. in Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 411 : *Le suppliant prist du blé, appellé l'Espiote ou gros blé, pour son cheval*. Vide *Spelta*.

† **SPELUM**, an idem quod *Speleum*? Charta vetus apud Mabillon. Diplom. pag. 460 : *Qui spatius agri... maximus est finibus terminis, Spelis, saltibus, pascuis, etc.*

\* **SPELUNCA**, Sepulchrum. Obituar. MS. S. Nic. Corbol. xv. April. : *Et post*

*Missam presbyter celebrans dictam Missam ibit super Speluncam dicti Johannis de Valle dicendo : De profundis. Inclina. Deus veniæ. et Fidelium pro anima ejus. Vide in Speluum.*

† **SPENACIUS**, Qui vendit paniculas plumarias, Gall. *Pauache*, Ital. *Spennachio*, in Statutis Verceil. lib. 7. fol. 212.

† **SPENDA**. Christoph. Mulleri Introduct. in Hist. Sand-Hippolit. apud Duellium tom. 1. Miscell. pag. 374 : *Deductur hic cur duplex quotannis in regulari nostra collegiata celebretur agape, quam protrito vocabulo minus Latino Spendam vocat recentior ætas, quasi dispensationem diceret.* [\* Testament. Petri Archiep. Mogunt. ann. 1319. apud Guden. in Cod. Diplom. tom. 3. pag. 176 : *Pro faciendâ pauperibus communi elemosina, quæ Spenda vulgariter dicitur, etc.* Aliud Testam. ann. 1318. apud eumd. tom. 4. pag. 1025 : *Elemosinam seu Spendam pauperum.*] Vide infra *Spenta* 1. et *Spinda*. [\* Graft. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 350.]

1. **SPENDERE**, Libare, ex Græc.  $\sigma\pi\epsilon\upsilon\delta\epsilon\iota\nu$ . Joannes Scotus Erigena ad Carolum Calvum in Prefat. ad Areopagiticâ :

Hanc libam sacram Græcorum nectare fartam  
Advena Joannes Spendo meo Carolo.

☞ *Espenoir*, pro Pœnas pendere, ni fallor, usurpat le Roman de Rou MSS :

Qui fera felonie, se on le peut tenir,  
Ja n'iert si gentilhomme qu'il ne face honnir,  
Ou en feu, ou en forche le mal Espenoir.

\* 2. **SPENDERE**, vox Italica, Impendere, erogare. Stat. crimin. nova Cumanæ cap. 147. ex Cod. reg. 4622. fol. 95. rº. : *Si quis... monetam falsam Spendiderit scienter; si in fortia communis Cumanarum pervenerit, comburatur, ita quod moriatur.* Charta ann. 1183. tom. 1. Cod. Ital. diplom. col. 1547 : *Albertus de Baone dedit... totum hoc quod habet in valle... nomine pignoris, per octo centum et viginti libras Veronenses Spendencium.* Hoc est, usualium. Vide *Spendibilis*. Hinc *Spendum*.

**SPENDIBILIS** MONETA, Usualis, quæ cursum habet, quæ in communi usu expenditur. *Denarii boni argentei Spendibiles*, non semel in Charta anni 922. apud Ughellum in Episcopis Veronensibus. [ *Pro pretio 56. librarum, et 13. solidorum bonorum denariorum Spendibilium*, in Charta ann. 1176. apud Corbinell Hist. famil. de Gondi tom. 1. pag. 54.]

\* **SPENDIUM**, Ital. *Spendio*, Impensa, sumptus, dispendium. Charta ann. 1174. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 344 : *Ipsæ Alemanus debeat eos ad suum Spendum et perditam suam bona fide et sine fraude adjuvare.* Vide *Spendere*, 2.

\* **SPENSA**, Eodem intellectu, Ital. *Spesa*. Charta ann. 1409 : *Sub refectione et omnimoda restitutione omnium et singularum Spensarum, damnorum et interesse.... Si Spensas aliquas litigando fecerint, etc.* Ceremon. Rom. MS. fol. 25. vº. ubi de funere cardinalium : *Familiares in istis vigiliis et in deducendo funere non intersunt, quia non sunt adhuc induti veste lugubri; habebunt tamen singuli nigrum virretum Spensis defuncti. Est locus satis fortificatus cum mo-*

*dica Spensa*, in Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 121.

**SPENSA**, Penaria. Vide *Dispensa* 2.

† **SPENSATOR**, in palatiis Regum aut Principum Oeconomus, Major-domus, idem qui *Dispensator*. Vide in hac voce. Chron. Angl. Th. Otterbourne pag. 110 : *Anno 14. sui regni Rex Edwardus II. contra commune votum Magnatum, duos fovērat Spensatores, Hugonem scilicet patrem et Hugonem filium.* [\* Gestis nobilis *Spencer* nomen proprium.]

1. **SPENTA**, Eleemosyna, forte quasi *Expensa*, Erogiatio. Henricus Rebdorffensis ann. 1356 : *Et in solenni elemosinâ, dicta Spenta, fuerunt distributæ 20. libræ Hallenses, et 5. modii siliginis.* [ *Spenta*, agapas, in Gloss. Mons. pag. 374. expensas, pag. 413. a *Spenton*, erogare, distribuere, expendere. Vide Gloss. Teuton. Schilteri in v. *Spentari* et supra *Spenda*. ]

2. **SPENTA** etiam pro Tributo et pensatione sumitur. Vetus Notitia in Metropoli Salisburg. tom. 3. pag. 468 : *Scire rogamus omnes fideles populos pactionem nostram, quam fecimus cum provisoribus sylvæ Frisingensis Ecclesie. Illi nanque singulis annis justitiam suam, id est, Spentam, importune a nobis exigebant, nec tamen nobis nostram Spentam ullatenus reddere volebant. Tandem... constitutio inter nos et illos hujusmodi facta est, ut nos illis annuatim dimidium talentum pro Spenta in Nativitate Domini darenus, et unusquisque nobis similiter sex arbores de majoribus persolverent.*

\* **SPENTUM**, Pilum, hastile, spiculum, idem quod supra *Espietum*. Charta ann. 1343. in Reg. 75. Chartoph. reg. ch. 605 : *Consules (Appamiarum) armati ensibus, taulachis, lanceis, telis, ballistis... venerunt ad dictum campum... Jacobus Royranni cum quibusdam aliis armatis ensibus, Spentis, taulachis et pluribus aliis et diversis armorum generibus venit.* Lit. remiss. ann. 1416. in Reg. 169. ch. 226 : *Dictus Stephanus cepit quoddam venabulum sive Spentum, etc.* Vide mox *Spetum*.

1. **SPERA** vox Italica, pro *Sphæra*, seu globo. Gloss. Ælfrici : *Emisperia*, healftryndel. Ubi frustra viri docti *Hemispherium* reponunt, *Hemispermium* enim habet etiam Uguutio. Joan. de Garlandia in Synonymis :

Effigiem pomi retinet sibi Spera, vel ovi,  
Sperica de Spera credas sic esse vocata.

Idem Uguutio : *Spera, circuli circumducto, id est, rotunditas, et dicitur Spera, quasi spatium rotundum, et rotunditas mundi dicitur Spera mundi.* Matth. Sylvaticus : *Sphæra, Græcæ Spera.* Gl. Lat. Gall. : *Spera, Esperc, rotunditez. Spericus, en rond. Sperrula, petite espere.* Auctor Mamotrecti in Isaiam cap. 29 : *Speram, formam rotundam.* Idem in Exod. cap. 25 : *Sperula, parva rotunditas volubilis, sicut solet fieri in cathedris et archis.* Palladii de Architectura caput inscribitur in Cod. MS. Pitheæano, de *Spera, vel hemisperio*, ubi edit. de *sphæra cælestis circuli.* Ekehardus junior de Casib. S. Galli cap. 3 : *Cambocam suam et magistri ejus multarum virtutum operatricem, cum Spera illa S. Crucis notissima rapuit, i. globo cui crux infixâ erat. Imagi-*



nationes Gervasii Dorobernensis : *Insanus enim factus nunc ad formam pueri contrahabatur in Speram, nunc autem ultra humanam effigiem distendebatur.* Passim apud Papiam pro *sphaera* lit. S. [Le Roman de la Rose MS. ubi de stellis :

Parmi l'air obscureci raient,  
Qui tornoient en leur Esperes,  
Si con l'establi Dieu li Peres.]

Nostris *Spere*. Joannes Molinetus Valentianensis, qui vixit ann. 1477. in Templo Martis:

Guerre s'envolle en l'air comme'une aronde,  
Le Spere ronde enviroone grand erre.

Utitur etiam alibi.

\* Nostris *Esper*. Phil. de Maceriis in Somnio vet. Peregr. lib. 2. cap. 59 : *Jehan de Dons ou Jehan des orloges a fait un grand instrument, par aucuns appellé Espere ou orloge du mouvement du ciel.*

Aliud significat in Charta, quæ refertur in Chronico Besuensi pag. 679 : *Porro media pars baptisterii, medietate pars Sperarum eidem Presbytero concessa est, quatinus monacho fidelis existeret.* Quæ fortuito et casu parochiis obveniunt, le *Casuel*, hic intelligi censet editor : sed legendum *perarum*; nempe peregrinorum, qui reversi a peregrinatione Hierosolymitana, *peras* suas et *burdones* Ecclesiæ Parochianæ conferbant. [\* Ut et in Charta ann. 1215. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 184.] *Vide Pera.*

† *SPERICUS*, pro *Sphæricus*. Bern. [de Breydenbach Iter Jerosol. pag. 238 : *Mittent bombardarum saxa Sperica contra montana, etc.*

*SPERIUM*, Idem quod *Spera*. S. Audoenus in Vita S. Leodegarii lib. 1 : *Ambitur autem (Cænobium) in Sperio muro non quidem lapideo, sed fossato sepe munito.* Id est, in *sphæræ* modum.

*SPERULA*, pro *Sphærule*, apud Honor. Augustod. lib. 1. cap. 219. et 220. et Joannem Sarisber. lib. 8. Policrat. cap. 12. Ita enim præfert prima editio ann. 1513. non *Sphærule*, ut posterior. [Hist. Pontificum Rom. apud Stephanot. tom. 7. Fragment. Hist. MSS : *Anicetus constituit ut clericis coronas portent in modum Spærule.*]

† *SPERULATUS*, f. *Sphærolatus*, quod *sphæris* seu *globis* instar rotularum promoveatur. Acta sancti Udalrici cap. 3. tom. 2. Julii pag. 101 : *Exceptis mancis atque debilibus, qui in grabatulis et in lecticis et in scammellis ambulantes et in Spærolatis lectulis.*

2. *SPERA*, [f. *Expectatio*.] in Foris Oscensibus Jacobi I. Regis Aragon. ann. 1247. fol. 11 : *Sed dicat : Ecce fidantiam de torna, et justitia accipiat ipsam, et qui negat, similiter det fidantiam de Spæra, et justitia accipiat ipsam, etc.* Observantiæ Regni Aragon. lib. 8. tit. 1. § 4 : *Et debet dare fidantiam de la Spæra, et petere per reptatorem dari fidantiam de la tornu, etc.* [Vide *Sperare* 3.]

\* *Espera*, eo intellectu dicunt Hispani; quibus etiam idem sonat quod *Dilatatio* a iudice creditorum vel reo concessa; qua notione hic accipienda vox *Spera*. Vox fori Hispanici. Hinc etiam

\* *SPERA*, *Terminus*, præstituta dies, Gall. *Terme*. Dicitur de pecunia mutuo data cum fenore ad præfinitum tempus,

Charta ann. 1325. in Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 523 : *Item quod ipsi (habitatores Villæ-longæ) plures contractus fecerant cum pluribus personis ad terminum seu ad Spæram; propter quem terminum receperant et lucrati fuerant in anno ultra quatuor solidos pro libra. Lit. remis. pro consulibus ejusd. urbis ann. 1337. in Reg. 71. ch. 47 : Qui res a se venditas minori precio in fraudem usurarum reemerunt, aut pro impulsu seu Spæra temporis plus sibi dari in pecunia, blado aut alias in similibus, seu obligari ultra sortem fecerunt.* Charta ann. 1340. in Reg. 72. ch. 292 : *Guillelmus de Podio clericus Tholosanæ diocesis.... solutiones plurimum et diversorum debitorum prædictorum et terminorum prorogavit et distulit;.... occasione dictæ prorogationis et Spære temporis ea (bona) sibi appropriando.*

† 3. *SPERA*, vox Italica. Franc. Barberinus in Documenti d'amore edit. Ubal dini, pag. 273 :

In luogo di timoni  
Fa Spere, e in aqua poni.

Ubi Glossæ : *Ligantur plures fascæ, et projiciuntur in aquas retro naves, ut non sic naves currant fractis themonibus : et dicuntur Spære, quasi res quæ faciunt tardare progressum.* Vide *Spira* 2.

\* 4. *SPERA*, Italica, Speculum. Bestiar. MS. cap. 2 : *At ille (raptor) quamvis equo vectus fugaci, videns tamen velocitatem feræ se non posse præverti;.... ubi se contiguum viderit, Spæra de vitro projicit : at illa ymagine sui illuditur et sobolem putat.*

\* 5. *SPERA*, Mensuræ liquidorum species. Census eccl. Reat. MSS. : *Sanctus Johannes Baptista debet medium omnium oblationum et Spæram olei et canonicis candelam.* S. Johannes Evangelista.... episcopo dupplerium et Spæram olei.

† *SPERADORSUM*, perperam pro *Sparodorsum*, in Annal. Bened. tom. 3. pag. 412. Vide *Sparodorsum*.

1. *SPERARE*, *Crede*. Concilium Compendiense ann. 757. cap. 5 : *Si Francus homo accepit mulierem, et Sperat, quod ingenua sit, etc.* Hincmarus Remensis in Epist. de Synodo apud Tusiacum : *Qui ostendit mihi librum, quem, ut Spero, Canones appellant. Reclamatio Hincmari Laudun. : Aditum tamen ad Sedem Apostolicam nunquam Sperantes mihi posse denegari.* Vita MS. Magnobodi Episc. Andegav. cap. 11 : *Valentem puerum invenerunt, quem defunctum Sperabant.* Fulcherius Carnotensis lib. 1. Histor. Hierosolymitanæ cap. 4 : *Ibi insuper, ut Spero, viginti millia spadones assidua habitatione conversantur.* Ordericus Vitalis lib. 13 : *A Roberto... captus est, cum quo firmam pacem habere Sperarat.* Historia Inventionis S. Mastidiæ : *Inter quos commigrantes quidam Trecassinorum puellas duas, ut Spero, quinquennes adducunt secum. Supra : Juvenis, ut puto, 15. annorum.* Passio S. Bercharii pag. 75 : *Sperans aptum se Monasterium adificandi locum reperisse.* Vide Ammianum lib. 20. pag. 174. Columbanum in Pœnitentiæ cap. 2. Legem Bajwar. tit. 16. cap. 1. § 2. librum Miraculor. S. Richarii cap. 16. apud Mabillonium, Matthæum Westmon.

ann. 1303. Appendicem ad Capitular. n. 88. Hist. Condomensem pag. 437.

2. *SPERARE*, *Timere*, *metuere*. Moschopolus in Lexico Philostrati : *Φέβο; ἐστὶν ἐλπὶς κακῶν. ἐλπὶς δὲ ἡ προσδοκία ἀγαθῶν.* Προσδοκία δὲ καὶ τῶν ἀμφοτέρων. Carisius : *Sperare, timere est.* Auctor Breviloqui : *Achyrologia, est dictio improprie posita; ut timeo requiem, Spero laborem.* Virgil. lib. 4. Æneid. :

.... Si tantum potui Sperare dolorem.

[Cod. Theodos. leg. 25. tit. 10. lib. 10. de Petitionibus : *Cum per Illyrici partes Barbaricus Speraretur incursus, etc.* Charta ann. 1383. tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 240 : *Aliquæ altercationes inter dictos exponentes moveri Spærentur, etc.*] Vita S. Goaris cap. 7 : *Speraverunt se sub tanta morte interire.* Aribertus in Epistol. ad Samerium Episcopum. Bracarensem in Hist. Episc. Portuensium in Lusitania : *Ego quotidie Spæro super me similem plagam, etc.* Statutum Philippi Reg. Franc. ann. 1311 : *Cum multa damna inde pervenerint, et in periculum Reipublicæ Spærentur majora.* Charta Goslini Episcopi Carnotensis ex Tabulario ejusdem Ecclesiæ n. 45 : *Quod nobilis mulier Vice-dominæ Carnoti ægrotans, cum exitum hujus vitæ se in proximo habituram Spæret, etc.* Observantiæ Regni Aragon. lib. 2. tit. de Citatione § 10 : *Verum, si periculum esset in mora, quia partes Spærentur venire ad arma, etc.* Utuntur præterea Ammianus lib. 14. 16. 30. Firmicus lib. 8. cap. 17. Sidonius lib. 6. Epist. 6. lib. 8. Ep. 7. etc. Ita Græci ἐπιπέσειν, nostri *Esperer* interdum usurparunt, [ut in Charta ann. 1362. in laudata Meld. Hist. pag. 235 : *Item sur le discord Esperé à nouveau entre nous, etc.*] Vide Notas ad Cinnamum pag. 434. et ad Joinvillam pag. 81. præterea Lindenbrogium ad Ammianum lib. 14. pag. 18. 1. edit.!

3. *SPERARE*, *Expectare*. Donnizo lib. 2. de Vita Mathildis cap. 15 :

Mortem non Spærans, demum tamen ipsa catena  
Mortis cum strixit, rapuit de corpore tristi.

Usatici Barcinonenses MSS. cap. 74 : *Stabiliverunt etiam,.... quod adversarius quilibet suum adversarium in placito Spæret usque ad horam diei tertiam.* Infra : *Satis enim videtur esse congruum Spærare homines, seniores suos usque ad nonam.* Juvenalis Sat. 4 :

.... Jam quartanam Sperantibus ægris.

i. expectantibus.

☞ Huc spectat formula usurpata in Charta a Mabill. tom. 4. Annal. Bened. pag. 43. ad ann. 987. laudata, quæ acta dicitur die Dominico post Ascensionem Domini xi. Kal. Junii, Luna 11. Deo regnante et Rege Spærente. Id est, sperato, ut monet idem Mabillonius : nondum quippe agnitus erat Rex Hugo ab Aquitanis et finitimis populis.

4. *SPERARE*, *Petere*. Regula Pauli et Stephani cap. 4 : *Nulli liceat absque Prioris permisso de opere Dei discedere; sed quem causa manifesta compulerit, oratione a Priore Spærata et concessa obtineat.* Cap. 5 : *Nec bini, nec terni; sed singillatim exeuntes orationem Spærent.* Leo Episcopus Senonensis Epist. ad Childebertum Regem : *Litteras*



*Celsitudinis vestre honore, quo dignum est, me indicio suscepisse: ubi Sperare dignamini, ut ad ordinandum Meledonensem Episcopum aut presentia nostra adesse debeat, aut consensus.*

5. **SPERARE**, pro Spectare. Charta Dagoberti Regis Fr. in Actis Episcop. Cenom. pag. 186: *Aut quæ pro ipsam Ecclesiam Sperare videntur.* Charta Caroli C. Regis Franc. ann. 10. in Tabul. Flaviniacensi: *In qua erat insertum, qualiter iidem piissimus Augustus concessisset eidem Monasterio omne teloneum de negotiatoribus eorum, vel de hominibus eorum, qui per ipsam casam Dei Sperare videntur, vel de hoc, quod homines ad eorum dorsa deferunt. Occurrunt eadem verba infra, et in alia Charta, quæ descripta legitur in eodem Tabulario.*

6. **SPERARE**. Alypius Antioch. seu Auctor Descript. Orbis cap. 14: *Horum autem prope Saracenorum gens vivit, rapina Sperantium suam vitam transigere.*

\* f. pro Solere, usum habere.

\* **SPERATIO**, Spes. Mirac. S. Emmer. tom. 6. Sept. pag. 510. col. 2: *Saxones enim spem, ut Sperationem hujus vocabuli nomine finitimo vocitare suescunt.*

\* **SPERELIG**, vox Belgica, f. Fasciculus. Telon. S. Bertini: *De torsel iij. den. De Sperelig ij. den. de pensa, etc.*

\* **SPERGENSSERE**, Dispergere, distribuere. Comput. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 260. col. 2: *Nominato Pege et Raynaudo pro servitia quod faciunt nocte qualibet supra cloquerium timpanum magnum cloquendo, custodesque murorum Spergenssendo.* [\* An Expergiscere?]

\* **SPERGERE**, pro Spargere. Vide supra Ager naturæ.

\* **SPERGA**, Aspergillum, quo aqua benedicta spargitur. Comput. ann. 1473. ex Tabul. S. Petri Insul.: *Item pro una Spergia pro capella S. Katharinæ, duos solidos.* Vide Spargillum.

¶ **SPERICUS**, SPERIUM. Vide Spera 1.

\* **SPERIFICARE**, Spem injicere, Gall. *Faire esperer.* Viti Arenpec. Chron. apud Pez. tom. 1. Script. Austr. col. 1231: *Anno 1292. Albertus dux Austriæ per Electores vocatas, qui cum sexcentis militibus uno colore vestitis in Rhenum ascendit, Sperificatus in regem eligendus.* V. Sperare 1.

¶ **SPERILLUM**, pro Specillum. Vide ibi.

\* **SPERLAGIUM**, pro Sporlagium, Id, quod propter investituram, aut ratione relexii exsolvitur a vassallo domino capitali. Vide Sporta 2. Charta ann. 1326. in Reg. 65. 2. Chartoph. reg. ch. 106: *Nec non et omnes quæstas, tallias, census, oblias, Sperlagia, agreria, servitia et expleta.* Vide infra Spolare.

¶ **SPERMA**, a Græc. σπέρμα, Semen. Engelbertus de Longævitate ante diluvium cap. 3. apud Pezium tom. 1. Anecd. part. 1. col. 445: *Philosophus vult... quod Sperma est principium generationis superfluum nutrimenti, licet sit potentia totum corpus.* Ordericus Vitalis lib. 8:

Filius Unfreni Dacorum Spermate nati.

¶ **SPERMOLGIUS**, SPERMOLOGUS, Qui serit verba, sermocinator, prædicator verbi. Glaber Rodolphus lib. 3. Hist. cap.

5: *Hic tamen pater, scilicet Willermus... præscriptæ institutionis laboriosior ac Spermologus fructificator est repertus.* Translat. S. Sebastiani, etc. sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 399: *Longum valde ac cuiquam Spermologo difficillimum est viritum ac personarum ea prosequi.* Notkeri Balbuli lib. Sequentiarum apud Pezium tom. 1. Anecd. part. 1. col. 29: *Spermologus philosophos te, Paule, Christus dat vincere sua voce.* [\* Liudprandi Legat. cap. 47: *Qui in aliis rebus sæpe videor Spermologus et multissimus, in hac, ut piscis, videor insonus.* Ademar. Histor. lib. 3. cap. 56: *Reliquiæ principis summi, qui pater est Aquitanorum et primus Galliarum Spermologus, videlicet beati apostoli Marcialis, etc.]*

\* **SPERNACITAS**, Contemptio, Gall. *Mépris, dédain.* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Spernacitas, dépreissement.* Hinc

\* **SPERNACULUS**, Spretor, contemptor. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Menspresador, Prov. spernax, Spornaculus. Menspresar, Prov. spernere, contemnere.* Vide Spornax.

\* **SPERNATUS**, pro Spretus. Gloss. Lat. Gr.: *Spernatus, ὑπεροραβείς, etc.*

¶ **SPERNAX**, Spretor, contemptor. Sidonius lib. 4. Epist. 9: *Erga familiam suam nec in proferendo alloquio minax, nec in admittendo consilio Spornax, etc.* Utitur Silius Ital. lib. 8. 465. Vide Spornax.

\* **SPERNOSUS**, Aspernans, despiciens. Lit. remiss. ann. 1358. in Reg. 86. Chartoph. reg. ch. 73: *Pluribus verbis Spornosis ad invicem inibi dictis, etc.*

¶ **SPERNULIS**, καταφρονητής, in Gloss. Lat. Gr. in Gr. Lat.: *Contemptor, Spornulis, contumax, detractor.* Vide Spornax.

¶ **SPERNUUS**, ut Spornax, si tamen sana est lectio, in Cod. Theod. leg. 8. tit. 4. lib. 8. de Cohortalibus: *Partes pro virili captu Spornui laborum procurant.* Ubi non displiceret strenui.

¶ **SPEROIDES**. Liutprandi Hist. Longobard. apud Murator. tom. 2. pag. 454: *Hoc denique tam turpe facinus, atque inauditum, quum, avertentibus oculis proborum, nemo conspiceret, servorum quidam directo obtutu, purpuream secus natium Speroidem, id est curvaturam, vidit dependere corrigiam, quam impudenter arripiens, fediterque trahens e secretiori parte corporis eam secutus balteus est egressus.* Pro Sphæroides, Gr. σφαιροειδής, globosus, in modum sphærae.

¶ **SPERONALIA**, Morbus in calcaneo, ab Italico Sporne, calcar. Acta S. Franciscæ Romanæ tom. 2. Mart. pag. 101\*: *Cum quidam nomine Julianus pateretur in calcaneo quamdam infirmitatem, quæ Spornalia dicitur, et a medicis curari non potest, etc.*

¶ **SPERONISTÆ**, Hæretici. Vide Paronistæ.

\* **SPERONISTÆ** inter Valdensem sectarios numerantur in Constit. Freder. II. imper. contra hæreticos ex Cod. reg. 10197. 2. fol. 20. 1<sup>o</sup>. Spornistæ appellantur in alia Constit. ejusd. imper. ibid. fol. 19. 1<sup>o</sup>.

\* **SPERONUS**, Calcar, Ital. Sporne, Gall. *Esperon.* Comput. ann. 1362. inter Probat. Hist. Nem. tom. 2. pag. 261.

col. 1: *Dicta die solvit magistro Thomæ ferraterio Speronorum, etc.* Vide Spornones.

¶ **SPERSORIUM**, ut Sparsorium. Vide ibi.

\* **SPERVARIUS**, Accipitris species, Gall. *Espervier.* Charta Joan. reg. Angl. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonstr. col. 412: *Ac donationem... de tota tertia parte totius prædictæ villæ de Halton... in stagnis et molendinis, in melle et Spervariis, in fecis et ferinis, etc.* Vide Sparnarius.

¶ **SPERVERUS**. Vide Sparnarius.

¶ **SPERULA**, SPERULATUS. Vide Spera 1. **SPERUM**, Genus vasorum rotundum, a spera dictum. Ugutio. Vide Spera 1.

\* **SPERXIT**, pro Sparsit, a verbo Spargere. Vide supra. Lit. ann. 1347. in Reg. 68. Chartoph. reg. ch. 274: *Racemos prædictos Spornxit et effudit.*

\* **SPE**, Animus, voluntas, propositum, Gall. *Dessein.* Lit. remiss. ann. 1350. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 692: *De quodam macha, de qua se deffendebat, non habens Spem: occidendi eumdem, taliter irruit, etc.* Vide Spera 1.

¶ **SPETIALIS**, SPETIARIUS. Vide Species 6.

¶ **SPETLECA**, pro Spelta, ut videtur. Charta Gerardi Morin. Episc. ann. 1084. apud Acher. tom. 9. Spicil. pag. 344: *Præfatus etiam Comes (Balduinus) ibidem attribuit terram de Hantengehem cum hospitibus liberam, et duas partes decimæ de Spetleca.* Vide mox Spelta.

\* **SPETUM**, Pilum, spiculum, venabulum, Ital. *Spiedo.* Stat. Mutin. lib. 1. cap. 112. ex Cod. reg. 4620: *Arma autem ab offensione sint et intelligantur... Spetum, Spetum a cingariis, pergaminus, basclarius, daga, etc.* Spirit, Prov. venabulum, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. Vide supra Spentum.

\* **SPEUDUS**. Charta Heccardi Comitis Augustodun. ex Tabulario Persiacensi apud Perardum pag. 26: *Ademaro fratre suo, Spseudo uno, et cano, et sugios duos, sparnario uno, etc.* [Canis species. Vide Canis Segusius, in Canis.]

¶ **SPEUTA**, Hordei species, idem quod Spelta. Charta ann. 1339. ex Tabular. S. Victoris Massil.: *Item sex seteyratas terræ seminatæ Speuta.* Tabular. Sængerm. ann. 1527: *Percipit... omnes decimas quorumcumque fructuum... sicut frumenti, silliginis, ordeï grossi, bladi, avenæ, Speutæ, jabarum, etc.* Vide Speulta et Spetleca.

\* Charta ann. 1307. in Reg. 44. Chartoph. reg. ch. 171: *Item tres eminas silliginis et unum sextarium de Speuta censuales, quas percipiebat dictus dominus noster rex annis singulis.* Occurrit præterea in Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 95. ex Cod. reg. 4624.

\* **SPEUTO**, Eadem notione. Inventar. ann. 1476. ex Tabular. Flamar.: *In orreo sive granerio dicti hospiti... triginta et unum libralium Spentonis.* Rursus: *In quodam alio orreo sive granerio... blada quæ sequuntur... novem congas Spentonis.* Vide supra Speltus.

¶ **SPEZABANDUM**. Statuta Riperiæ cap. 97. fol. 11. v<sup>o</sup>: *Statutum est quod banniti vel condemnati de Spezabando seu occasione*



victualium, vel de eundo de nocte, vel de ludo bischatiæ, vel causa inobedientiæ, etc. Italis Spesa idem quod Sumtus, expensa.

† **SPEZZARE**, ab Ital. *Spessare*, ut videtur; Spissare, Gall. *Epaissir*. Chron. Parmense ad ann. 1247. apud Murator. tom. 9. col. 774: *Et molendina de brachiis et equis, propter defectum aquarum et canalium facta fuerunt per civitatem, et pali Spezzati et strinati per omnes vicinias, contestas et palaucata.*

\* Cur non nativa notione pro Frangere, discindere, dissolvere, incidere, ut exponunt Academici Cruscani?

\* **SPEX**. Vide supra *Speces*.

**SPHÆRA ITALICA**. Cælius Aurelianus lib. 3. Chronicon cap. 6: *Raptorio machinamento gestetur, ac deinde recussabili fera (l. Sphæra) utatur, quæ Italianam vocant*. Lib. 5. cap. ult.: *Atque longo vel raptorio machinamento, quod Macroui spartou vocaverunt, item Italica Sphæra, et luctatione celeri, etc.* Mercurialis lib. 3. Artis Gymnast. cap. 13. fatetur se ignorare quid his locis sit raptorio machinamentum et Sphæra Italica recussabilis.

† **SPHÆRISTA**, Qui sphæra seu pila ludit. Sidonius lib. 2. Epist. 9: *Et ecce huc Sphæristarum contrastantium paria inter rotantes catastropharum gyros duplicabatur*. Occurrit rursus lib. 5. Epist. 17. et apud Gregor. Turon. in Præfat. de Glor. Confess.

† **SPHÆRISTERIUM**, Locus ubi sphæra ludus exercetur, apud eund. Sidonium lib. 2. Epist. 2. Utuntur præterea Sueton. in Vespas. cap. 20. Lamprid. in Alexandro cap. 30. et alii.

† **SPHINX**, Fibula. Vide *Spinulus*.

† **SPHONGATUM**, Placentæ species. Miracula S. Georgii Mart. tom. 3. April. pag. 142: *Trausiere mercatores, qui viso Sphongato gratissimum odorem spirante; comedamus, inquit, hanc tortam.*

† **SPHRAGITIS**, vox Græca, Signum, signaculum. Prudent. Peristephan. hymn. 14. v. 1075: *Quid cum sacraudus accipit Sphragitidas?* Ubi Vict. Giselinus stigmata et punctiones acum interpretatur. Vide Lips. 1. de Milit. Rom. dial. 9. et Stevech. ad Veget. lib. 2. cap. 5. Id etiam in usu apud Carpocratianos ut stigmatibus discipulos suos insignirent, ut testatur S. Ireneus lib. 1. cap. 24. Celsus lib. 6: *Pastillus ad glutinandum vulnus Sphragis nuncupatur.*

1. **SPIA**, Explorator, delator; interdum generaliter quivis nuntius; ex Italico *Spia*, unde Gallis *Espion*, et *Espie*. Epistola Senensis ann. 1313. apud Corium in Historia Mediolanensi: *... Intimamus, quod Dominus Henricus per varias Spias et nuntios et literas auicorum, quod Romanorum Rex... in borgio de Bonconvento decessit, etc.* Juramentum Potestatum civitatum Italiæ apud Hieronymum dalla Corte lib. 4. Hist. Veronensis: *Nec Spia aut quidam ero ad damna Veronæ, et bona fide sine fraude et dolo polliceo regere et gubernare civitatem et populum Verouensem, etc.* [Comput. ann. 1333: *Pro diversis consultationibus, Spiis, et escoutis, et aliis inuinentibus VII. lib. x. sol. Jac. Aurie Annal. Genuens. ad ann. 1283. apud Murator. tom. 6. col. 581: Et moram*

facientes apud portum Pisanum, expectabant quid nostre galeæ facerent, de quibus omni die per suas Spias nova habebant. Occurrit præterea apud eund. Murator. tom. 8. col. 430. in Statutis Vercell. lib. 25. et Riperia cap. 178. fol. 25.] Vide Menagium et Oct. Ferrarium in Orig. Ital. in *Spia*, [supra *Espia* et infra *Spio*.]

\* 2. **SPIA**, Exploratio, *Spie* officium. Charta ann. 1348. ex Tabul. S. Viet. Massil.: *Teuentur etiam facere explorationes sive Spias hiuc et inde extra jurisdictionem terræ S. Leontii propriis sumptibus*. Hinc

\* **SPIARE**, Explorare, speculari, vox Italica, Gall. *Espier*, Hisp. *Espiar*. Comput. ann. 1372. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 315. col. 2: *Qui dictus messengerius sive Spia stetit in dicta Provincia pro Spiando per quatuor dies, habuit xvj. grossos. Item dicta die etiam fuit missus Jacobus Balbi... pro Spiando si erant etiam gentes armorum dictorum Anglicorum et Navarreses*. Vide *Expiare*.

† **SPIACHIA**, an Specula, vel lecti species? Vita S. Paterni Episc. Venet. ex Brevariario Corisopit. tom. 2. April. pag. 380: *Vigilat, ueditatur, dormit in Spiachia, genuflectit altissimo domino, etc.* Vide infra *Spinga*.

1. **SPICA**, ut *Spelta*. Vide in hac voce.

† 2. **SPICA**, Spiculum. Mirac. S. Ambrosii Senens. tom. 3. Mart. pag. 232: *Cum sodalibus luderet, fuit percussus a quodam in oculo cum quadam Spica tam valide, etc.* Vide *Spiculare* et *Spicum*.

\* **SPICARI**, Spicas flagello excutere. Lit. remiss. ann. 1396. in Reg. 151. Chartoph. reg. ch. 33: *Cum idem Johannes supplicans in quadam arca sive solo... certa blada Spicaretur et victum suum in sudore vultus sui lucraretur, etc.*

1. **SPICARIUM**, Flandris *Spicker*, [\*\*Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 326. voce *Spikari*.] nobis *Grange*: Locus recondendis segetibus, a *spicis* dictus; [item, quævis cella penaria, armamentarium.] Lex Salica tit. 18. § 2: *Si quis Spicarium aut macholum cum annona incendit, etc.* Quo loco Pithæas, *Spicarium*, horreum cum tecto, *macholum* vero horreum sine tecto interpretatur. Lex Alamann. tit. 81. § 6: *Si Spicarium servi inceuderit, etc.* Formulæ vett. Bignonii cap. 26: *Contigit, quod cellario vel Spicario vestro infregi, et exinde annona et alia rapta in solid. tant. exinde furavi*. Ita MS. Eckehardus Jun. de Casib. S. Galli cap. 16: *Spicarium ille novum... condidit, quod et ipsius feri fecit uaguisicum.* [Bulla Johannis VIII. PP.: *Contulisse dinoscitur... Berscio marisiacos duos, atque Spicarium.*] Charta Godefridi Comitis Lovaniæ ann. 1174. apud Miræum lib. 1. Diplom. Belg. cap. 65: *In segete vestra, sive in Spicario, sive in granario condatur, nihil Advocatum juris habere confiteor*. Occurrit præterea in Chron. Trudonensi lib. 5. et 7. pag. 394. 429. in Vita S. Lupicini Abbatis Jurensis num. 3. apud Buzelium lib. 3. Gallo-Fl. cap. 30. etc.

\* 2. **SPICARIUM**, vulgo *Espier*, Census annuus et antiquissimus, qui ex agris debebatur comitibus Flandriæ, quod in *Spicis* seu granis solveretur, sic appellatus. Charta Joannæ comit. Fland. ann. 1230.

in Suppl. ad Miræum pag. 89. col. 2: *Donavi eidem monasterio septem molios et tres hodios Spicarii fruenti ex elemosyna Spicarii Brugensis, in festo S. Martini de eodem Spicario annuatim imperpetuum percipientes*. Alia Margar. itidem comit. ann. 1275. ex Cam. Comput. Insul.: *Comme il fust ensi ke Jehans. Reinsins eust achatte à Jehan Lauswart... le droit qu'il avoit à briés de la recepte de nostre Espier de Furnes, et nous eussiens euteudu ke cil Jehans Reinsins demandast et eust receu outre les droitures qu'il avoit achatées à ceus ki nos doivent la rente de tel Espier, etc.*

† **SPICATUS NARDUS**. Vide *Pisticus*.

**SPICELLA**, Specillum, instrumentum parvum ac teres, quo medici utuntur ad vulnere aut fistularum viam vel profunditatem perquirendam. Sextus Platonic. lib. 1. de Medicina animalium cap. 9. n. 23: *Et si dexter oculus glaucomate laborat, in dexteriolem partem Spicella demittitur, etc.*

† **SPICEPLATE**, Vas, ut videtur, in quo aromaticæ species reponuntur. Charta ann. 1402. apud Rymer. tom. 8. pag. 277: *Unam pœlvim argenti, unum Spiceplate, unum turribile argenti pro altare.*

\* **SPICITUDO**, pro Spissitudo. Lit. ann. 1384. in Reg. 125. Chartoph. reg. ch. 106: *Jussit fieri per magistros predictos lapicidas duos murtos sive oleyas largitudinis sive Spicitudinis trium palmorum.... A dicta turnella etiam fient similiter modo duo mureti Spicitudinis prout supra.*

† **SPICULA**, pro Spiculum. Gl. Lat. Gr. Reg.: *Spicula, sparus, ζωντίου είδος*. Ubi Sangerman. habent *Spiculum*.

† **SPICULARE**, *Spicula*, seu minores hastas emittere, in Gloss. Gasp. Barthii, apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 13. ex Histor. Palæst. lib. 4. cap. 18: *Omnes itaque illos et nos separavit nox, eosque divisit utrosque in præliando, jaculando, Spiculando, sagittando*. Cap. 33: *Saraceni igitur tunc robuste invaserunt eos per murum et per terram, sagittando et Spiculando cominus cum suis lanceis, etc.* Vide *Spica* 2.

**SPICULATOR**. Vide *Speculator*, 4.

\* **SPICULATURA**, **SPIGULATURA**, Spicæ post messem ex agris collectæ. Pactum inter Bonon. et Ferrar. ann. 1193. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 893: *Blavam, quam joculariores acquirunt, et Spiculaturam et licium, quam saltine acquirunt, quiete ducere permittantur*. In eadem Charta rursus edita tom. 4. earumd. Antiq. col. 450: *Spigulaturam et linum, quam laboratores acquirunt, et Italis Spigolare est spicas legere*. Vide *Spigulatura*.

1. **SPICULUS**, Fornix acuminatus, ab acumine spicæ dictus, vel quod *spicium*, quidquid in acumen desineret, veteres dicerent. Chronicon Casin. lib. 3. cap. 26. (al. 28.): *Aute ingressum vero Basilicæ, et ante introitum atrii, quique desuper fornices, quos Spiculus dicimus, fecit.*

\* 2. **SPICULUS**, Piscis species, a spiculo, quo munitus est, sic dictus. Charta Isemb. de castro Allonis ann. 1190. in Chartul. S. Joan. Angeriae. fol. 187. vº: *Dederunt insuper ounein piscatiouem, que veniet ad eorum (monachorum) molendina, .... hoc solo retento, quod si balena,*



aut marsupa, vel Spiculus in ipsa bessa capti fuerint, ipsius erunt. Vide Spigolu.

**SPICUM**, Veru. Herbertus lib. 1. de Mirac. cap. 5: *Is vero, qui præcedebat, gallinam assatam in Spico portabat. Porro in ipso veru ingens coluber per caput et caudam infixus erat, qui gallinam eandem hinc inde cingebat. Legendum forte spitum.* Vide in hoc verbo. De voce vero *spicum*, vel *spicus*, apud Latinos, Scriptores, consule Stephanum Stephanium in Notis ad Saxonen Grammaticum pag. 60. [Vide supra *Spica* 2.]

¶ 1. **SPICUS**, Nardus, seu herba odorifera, humilis et alios flosculos proferens, ex Bollandistis. Sebast. Perusinus in Vita B. Columbæ Reatinæ, tom. 5. Maii pag. 381: *Ideo similiter primitiem rosarum involutam Spico ei senior præsentaverut.* Ibid. pag. 388: *Inpositique capitii sertum rubentium rosarum, fulcitum floribus Spici.* Vide supra *Pisticus*.

\* *Italispigo*. Diplom. Chilper. II. ann. 716. tom. 4. Collect. Histor. Franc. pag. 694: *Spico librus ij.* Haud scio an inde Gallicum vetus *Espigachier*, Nardo vel suavi odore imbueri, aut ab Italico *Spicare*, Nitere, eminere accersendum sit. Guignevil. in Peregr. hum. gen. MS. ubi de impensiori corporis cura:

Tu coïntement Espigachier  
Le veus tous les jours, et eouchier.  
Toutes les nuits moult noblement.

\* 2. **SPICUS**, Frondator, avis est. Glossar. vetus ex Cod. reg. 7613.

**SPIDO**. Lex Frison. addit. 3. § 34: *Si quis alium vulneraverit, et ipsum vulnus sanatum, cicatricem depressam, et non reliquæ carni æquam duxerit, quod Spido dicunt, 4. sol. componat.* [\* Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 630.]

\* **SPIDROMA**, Privé, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Vide *Spidromum*.

**SPIDROMUM**, Locus post dromum secretus, sicut ad requisita naturæ, idem dicitur *ypodromus*. Ita Joan. de Janua. Aliter Gloss. Saxon. Ælfrici: *Ypodromum*: gold hord hus. vel *spondromum*, digle gang ern. i. ad verbum, occultus latrinæ locus. Non proclive est divinare, unde voces hæc ortæ; tametsi a Græco δρόμος. Putabam legendum δπισθόδρομος, et apud Joan. de Janua, locus post domum secretus. Aliud tamen sonat vox δπισθόδρομος apud Hesychium.

\* **SPIFINIUM**, Perquisitio, investigatio. Charta Phil. reg. Rom. ann. 1208. tom. 2. Hist. Leod. pag. 389: *In aliqua domo, quæ sit in Leodiensi banno, licet non villico neque scubinis ad quærendum furem vel furtum, vel faciendum Spifinium intrare, si non fiat per voluntatem illius, qui in eadem domo manet.*

¶ **SPIGNA**, f. Acumen, Gall. *Pointe*. Anonymus in Annal. Mediol. apud Murator. tom. 16. col. 809: *Cotardita una drappi viridis lane, tota laborata ad Spignas perlarum cum diamantis.*

¶ **SPIGOLA**, vox Italica, Lupus marinus, apud Paulum Jovium de Romanis piscibus cap. 9.

¶ **SPIGORNELLUS**. Vide in *Spigurnellus*.

\* **SPIGUA**, Idem videtur quod supra *Spicarium* 2. Charta Phil. V. ann. 1318. in

Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 267: *Medietatem bladi Spiguae pro xvj. lib. et x. sol. Turon. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: Spigua, Prov. Spica.*

¶ **SPIGULATURA**. Statuta Vercell. lib. 3. fol. 104. vº: *Teneatur Potestas super blava et alitis rebus interdictis ducendis ad mercata constituta in districtu Vercellarum et etiam reducendis, et super araturis et Spigulaturis consilio credentie tempore congruo providere.* Quibus verbis significari videtur tempus quo agri occantur: tametsi vox *Spiculatura* proprius accedit ad Italicum *Spigolare*, quod spicas legere, Gall. *Glaner*, sonat.

\* Vide supra *Spiculatura*.

¶ **SPIGULUS**, f. Talus. Mirac. B. Henrici Baucenensis. tom. 1. Jun. pag. 380: *Natalia... habebat a quatuor annis circiter cicatricem in tibia et Spigulo dextro, ita quod quando ambulabat, sentiebat magnam puncturam pedis.* Vide *Spinella*.

**SPIGURNELLUS**. Liber Joannis de Westerham, Prioris Ecclesie Roffensis, qui postmodum Episcopus Roffensis fuit, editus ann. 1314: *Primo die adventus D. Regis ad Roff. debent Spigurnelli habere 4. panes de pane Armigerorum, et 4. panes de pane garcionum. Item debent habere 4. galones cervisie conventuales, et 4. galones cervisie communis, etc....* [Pro ista autem provisione et concessione, debet Prior et Conventus Roff. ubique dominus Rex fuerit, quieti esse pro cera ad Sigillum.] *Item si dominus Rex fecerit moram in Roff. per 2. dies aut amplius, non habebunt Spigurnelli de prædictis: sed si exierit et redierit, habebunt, sicut in primo adventu, ut prædictum est, ... et inventum est, quod dicti Spigurnelli habere debent in singulis Monasteriis de Westmonasterio, et Roff. ubi nullam pecuniam habere debent, nec caseum, etc.* [Ubi Spigurnellus est obsignator Regionum edictorum: f. a Saxon. sparran, obsignare, sigillare: hujus officium *Espicurnantia* dicitur. Vide in hac voce.]

\* Quæ nomenclatura a Godefredo Spigurnello regionum sigillorum custode sub Henrico III. rege Angliæ ad successores suos mansit, ut testis est Thoyras tom. 3. Hist. Angl. pag. 393.

¶ **SPIGORNELLUS**, Eadem notione, in Charta ann. 1275. apud Rymer. tom. 2. pag. 49: *Noverit universitas vestra nos unanimi assensu... concessisse, remisisse... Regi Angliæ serjantiam capelle suæ et officium Spigornellorum ejusdem domini Regis.*

¶ **SPIK**, Germanis *Spek* lardum significat. Charta ann. 1405. apud Rymer. tom. 8. pag. 404: *Frectuti cum diversis mercandis, videlicet cera, idronello, anguillis, Spik porcorum, braseo, et farina, etc.*

¶ **SPILA**, pro *Pila*, Pyramis. Tabul. S. Martialis Lemov.: *Willelmus la Conchu fecit Spilam super fenestram S. Martialis.*

¶ **SPILABRA**, Βούτρον, ἕζυμος, in Gloss. Lat. Gr. Sed leg. *Spinalbu*. Vide *Salmasium* ad *Plinium* pag. 524.

\* **SPILETUM** vel **SPILETUS**, Ital. *Spiletto*, Acicula. Pari dis de Grassis Ceremon. capell. Papal. MS.: *Duplicem partem pulii locat super sinistra papæ, et ipsum palium Spiletis comunibus firmat, ne defluat inde.* Vide *Spinula*.

¶ **SPILIA**, ut *Spia*, Explorator. Chron. Parmense ad ann. 1308. apud Murator. tom. 9. col. 869: *Sed auditio per Spilias sine eorum exploratores, quod etc.* Vide *Spio*.

\* **SPILLARE**, Dolio *spillum* seu epistomium apponere; Academ. Crusc. *Spillare*, propriamente Trar per lo spillo il vin della botte. Stat. colleg. Fuxens. Tolos. ann. 1457. fol. 236. vº. ex Cod. reg. 4223: *Ne quis dolia vini terebrare seu Spillare sine licentia rectoris audeat.* Vide *Spina* 1.

\* **SPILE**. Glossæ Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Hontheim pag. 679. col. 1: *Lini fusa, id est Spille, sexaginta, quæ libram unam habebunt in pondere.*

¶ **SPILLORIUM**, Columbar, numella versatilis, Gall. *Pilori*, Conset. Brageriac. art. 91: *Ex primo furto currat villam, et ultra hoc juxta furti qualitatem, aut ponetur in Spillorio, et signabitur, etc.* Occurrit rursum art. 92. Vide *Pilorium*.

¶ **SPILO**, Purgamentum frumenti, seu spicæ remanentes post ventilationem. Charta Philippi Regis ann. 1221. ex Tabul. Floriac.: *Anselmus de Botterville quitat abbati Floriacensi redexam, Spilones, gaspilones, terratus, etc.* Vide *Piletum*, *Pilo* et *Gaspuleum*.

**SPILIORIUM**, ut *Pilorium*. Vide ibi.

1. **SPINA**, Dolii epistomium, quod spinæ majoris speciem referat: vox Italica, de qua Oct. Ferrarius. Ario Episc. Frisingensis in Vita S. Corbiniani n. 2: *Contigit, ... ut musto vehementer intumescere, magni fervoris vin vus sufferre nequiret, Sp namque tam fertiter rejecerit, ut ejus sonitus in cellula ad aures viri Dei perveniret. Mox: Arrepta clave festine cellarium intravit, et in introitu Spinam pede invenit. Anonymus de Desolatione Monasterii Morimundensis in agro Mediolanensi: *Quidam ex prædonibus domum, in qua vinum servatur, intrantes, extraxerunt Spinam, sicque indicibili nequitia, vinum, quia portare non poterant, effuderunt. Mox: Et apprehendens unam de Spinis, quæ jacebat in terra, voluit meatum vini obstruere, etc.* [Statuta Ripariæ cap. 4. fol. 9. vº: *Omnes vendentes vinum ad minutum non audeant, nec præsumant tenere aliquam Spinam seu canellam, vel brocalium, etc.* Pluries ibi. Adde Statuta Astens. Vide *Spineta*.]*

¶ 2. **SPINA**, Dorsum: de equis dicitur apud Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. cap. 23. pag. 51: *Onera equorum Spinis, curribus derelictis, propter facilitorem itineris expeditionem, portanda decrevit.* Vide *Spindale*. [\* *Spina montis*, in charta ann. 1141. apud S. Rosa de Viterbo Elucidar. Append. pag. 39.]

¶ 3. **SPINA VENTOSA**, Morbi genus. Miracula S. M. Magdalenæ de Pazzis tom. 6. Maii pag. 313: *Puer trimulus pati cœperat Spinam ventosam quæ brachium pedemque sic exederunt, ut latus quinque vel sex plagis in directum apertis hiaret, atque assulle ab ipso casse decederent.*

¶ **SPINIS** CIRCUMDARE CRUCES et imagines, signum excommunicationis et interdicti. Roger. Hovedenus in Richardo I. ann. 1197. pag. 775: *Johannes Cumin Dublinensis Archiepiscopus, malens exulare, quam enormitates illas sibi et ecclesie factas*



diutius sustinere impunita, excommunicavit prædictos præsumptos et interdicti sententiam dedit in Archiepiscopatum suum, et abiit, præcepitque cruces et imagines cathedralis Ecclesie in terram deponi et Spinis circumduri; ut sic malefactores illi terrentur, et a voluntate sæviendi in bona Ecclesie revocarentur. Hæc pluribus exponuntur in voce *Reliquia*.

† **SPINACA ALBA**, Statuta Avenion. ann. 1570. edit. ann. 1612. rubr. 21. art. 23 : *Item quod in cereis, sive rotundis, sive quadratis, pro una cere libra ponantur tantum sex fila bombacis et sex filamenta filii, quod vocant Spinacam album.*

\* **SPINACELLUM** quidam Latini vocant *puccellanum*, ut in libro antiquo de *Simplici medicina*. Glossar. medic. MS. Sim. Januens. ex Cod. reg. 6959.

**SPINACHIMUM**, Navigii species, Gall. *Pinasse*, Anglis *Pinnace*. Henr. de Knyghton. ann. 1338 : *Redierunt Normanni cum 12. galeis, et 8. Spinachiis cum munu bene armata, etc.*

\* Olim *Espinace*. Monstrel. vol. 3. ad ann. 1451. fol. 39. r<sup>o</sup> : *Lesdits Biscayens vindrent à tout douze vaisseaux d'armes, nommés Espinaces et une grande naue.*

**SPINALE**, Pars dorsi, ubi *spina* procurrit. Michaël Scotus de *Physionomia* c. 84 : *Dorsum sive Spinale pilosum et macrum ab æqualitate partium, significat hominem inverecondum, malitiosum, bestiulem, etc.* [Vide *Spina* 2.]

\* *Espinille* nostris, ab Hispanico *Espinilla*, Cruris tibia, in Lit. remiss. ann. 1415. ex Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 405 : *Le suppliant donna du pié deux ou trois coups à icelle femme parmi les Espinilles et par le ventre.*

† **SPINARGIUM**, Spinachium, leguminis species, Gallice *Epinard*, Ital. *Spinacio*. Transactio inter Abbatem et Monachos Crassenses ann. 1351. ex lib. viridi fol. 53 : *Debet dare dictus hortulanus quotidie conventui... de herbis domesticis horti, aliquando de bonis, aliquando de aliis, sicut sunt caules, Spinargia, porri, etc.* Statuta MSS. Gard. Trivultii pro Monast. S. Victoris Massil. ann. 1531 : *Debet pitanciaris dare Spinargia pro gaudio dactorum Religiosorum diebus Dominicis Adventas et Quadragesimæ.*

\* **SPINARIUM**, Spinachium, leguminis species, Gall. *Epinard*, alias *Epinoche*. Fabul. tom. 4. pag. 41 :

Je vueil avoir des Espinoches.

*Espinoche* ibid. pag. 42 :

Les Espinoches tout-à-fet  
A semées aval la eort.

Consuet. MSS. S. Crucis Burdegal. ante ann. 1305 : *Potagium de caulibus vel de Spinariis, porribus vel cepis, etc.* Vide *Spinorgium*.

† **SPINATA**, vox Italica, Clausura ex spinis. Statuta Astens. Collat. 9. cap. 13. fol. 27 : *Juro compellere omnes homines stantes et habitantes in loco novo quarti facere guaytan, scaraguaytam, Spinatas et fossata ipsius castri.*

† **SPINETA**, Eadem notione, in Statutis Vercell. lib. 5. fol. 125. verso : *Item quod*

*nemini licitum sit pascare in nemore, altineto, ... Spinetis vel cestiis bruxatis, etc.*

† **SPINATUM**, Eodem significato. Charta ann. 1320 : *Refectiones spaldorum, fossatorum, Spinatorum, balistarum, etc.*

\* *Nostris Espinois*. Fabul. tom. 1. pag. 50 :

Chascun ert en un Espinois,  
Come ces maisons en Gastinois.

**SPINATICUS**, Pisciculi species, is forte, qui Picardis nostris *Espinocle* dicitur. Joan. Sarisber. lib. 8. Polierat. c. 7 : *Quis Cæsare Augustino frugalior, qui in summo fastigii culmine secundario pane, et pisciculis, quos vulgo Spinaticos vel Ripillones vocant, contentus erat. Quæ de pisciculorum specie Suetonio in Aug. c. 76. subdidit. Ripillones vero, seu Ripillons, reliquias piscium vulgo vocant iidem nostri.*

† **SPINATUM**, ut *Spinata*. Vide ibi.

† **SPINATURA**, SPINCTUS. V. *Spingere*.

† **SPINDA**, Eleemosyna, erogatio, idem quod *Spenta* I. Acta S. Adelheidis tom. 1. Febr. pag. 713 : *In primario etiam festo ex virginis fundatione distribuatur Spinda, ut loquuntur, duodecim maldrariorum tritici et duo vusa hulecum. Vide Spenda.*

**SPINDULA**, SPINDULATUS. Vide *Spinula*.

**SPINELLA**, Morbus equinus, qui fit *subtus garectum in junctura ossis ejusdem garecti in utroque latere, etc.* Petrus de Crescentiis libr. 9. de Agricult. c. 38.

† I. **SPINETA**, Idem, ut videtur, quod *Spina* I. vel etiam ejusd. vocis diminut. Statuta Astens. : *Quod nullus tabernarius, vel hospes, vel alius vendens vinum ad minutum debeat tenere in suis tabernis vel hospitibus brochetis vel Spinetas in carrariis aliquibus ex quibus possit extrahere vinum, nisi solummodo in illis quæ bullate erunt causa vendendi. Statuta Placent. l. 6. fol. 67 : Teneantur omnes portatores et mensuratores vini habere urnos bullatos bulla communis, in quibus sit signum mensuræ unius stari et duorum stariorum cum Spinetis sitis in ipsis signis, etc.* Vide alia notione in *Spinata*.

\* 2. **SPINETA**, Fibula, acicula, nostris alias *Espinceau* et *Espinchuu*. Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1363. ex Bibl. reg. : *Item quoddam sanctuarium hubens costam B. Philippi apostoli, in quo a longo tempore defficiunt una Spineta et duo modici lapides.* Occurrit etiam in alio ann. 1376. *Une boucle ou uns Espinciaus, in Ordinat. Caroli IV. ann. 1324. ex Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 560. Deux cens d'Espinchaux, in Lit. remiss. ann. 1415. ex Reg. 168. ch. 261. Froissart. in Poem. MSS :*

Il y avoit des pucelettes,  
Qui de mon temps erent jonettes,  
Et je, qui estoie puceaus,  
Je les servois d'Espincaus,  
Ou d'une pomme, ou d'une poire, etc.

Vide *Spinula*.

\* *Espinette* vero, Monetæ minoris species, in Lit. remiss. ann. 1395. ex Reg. 148. ch. 11 : *Le suppliunt print sept frans et six ou sept mailles d'argent de quinze deniers Tournois la piece, nommée au pays (d'Aunis) Espinettes.*

† **SPINETICUM**, Ludi genus apud Insules celeberrimum, de quo consulendus

Buzelinus in Gallo-Flandria lib. 3. c. 23.

\* A Spina, ut videtur, quæ dic Dominica, nempe ante Quadragesimam, indicto ad rivum monasterii B. M. de Laude, vulgo ad riez de Los, solemnî ritu colligebatur, nomen habet celeberrima hastiludiis suis societas Insulensis, *L'Espinette* nuncupata; cuius princeps *Regis* titulo decorabatur, eligendus inter præcipuos, insignioresque urbis cives, ut ex scutis gentilitiis, licet minus accurate depictis, in Codice MS. XVI. sæculi, quem mecum humanissime communicavit D. abbas de *Valory*, olim collegiata S. Petri Præpositus, judicare est, ubi indicantur quoque libri Cameræ Computorum Paris, in quibus descripta erant hujus societatis hastiludia usque ad ann. 1328. ut et Regestum Cameræ Comput. Bruxell. sign. *Toison d'or* usque ad ann. 1382. Acta etiam domus publicæ Insulensis, in quibus nomina, cognomina et scuta regum *Spineti* usque ad illorum abrogationem ann. 1526. servabantur. Horum primus est Joannes le *Grand*, dominus de *Joye*, miles ann. 1283. et ultimus Jacobus de *Cambe*, cognominatus *Ganthois* ann. 1485. quem excipere nemo voluit ob immoderatos ejusmodi dignitatis sumptus : unde huic a magistratibus suffectus est Jacobus de *Tenremonde* ann. 1486. ea tamen conditione, ut sumptus necessarios civitas suppeditaret. Quales vero fuerint suspicari licet vel ex vestibus, quibus indutus dicitur Thomas Artus rex *Spineti* ann. 1360. in laudato Codice : *Il se presenta aux joustes à cheval, armé et pardessus aussi accoustré de sanit blanc, son cheval armé et housé jusqu'en terre de mesme, entretailé avec houppes et sonnettes dorées, morillon doré, bien empannachié; ses valets à cheval et à pied et ses halbardiers tons acconetrés aussi de juppons de soye verte.*

\* Pluribus autem privilegiis et honoribus compensabantur liberiores ii sumptus : nobilitate siquidem ignobiles, nobiles militari cingulo donabantur, quarum aliarumque dignitatum mulieres quoque eorum participes erant.

\* Hastiludiis *Spineti*, sæpius intererant magno cum apparatu comites Flandriæ, interdumque in iis decertabant; quod et de Ludovico XI. rege Francorum refertur, qui anno 1464. contra Balduinum *Gommer*, tunc regem *Spineti*, dimicavit.

\* Quæ omnia, ut manifestius pateant, subjecio Statutum ann. 1489. descriptum in laudato Codice ex Reg. rub. domus publicæ Insul. fol. 172 : *S'ensuit la forme et conclusion prise en la halle de la ville de Lille pour et au nom de tout le corps et communauté de la ville de Lille par ceux qui cy après sont dénommez et qui dorénavant à toujours seront à entretenir pour le fait, regle et conduite de la feste de l'Espinette, de grande ancienneté maintenu en la ville, ainsi que a plust et plaist à mon tres-redoubté seigneur et prince monseigneur le duc de Bourgogne par vertu et teneur de ses lettres patentes cy enregistrees.*

\* *Pour celui qui sera roy, sera tenu prendre l'Espinette au riez de Los, et de faire soupper en la maniere accoustumée. (Il se trouvoit ordinairement à ce souper 208. convives).*



\* Le roy sera tenu faire une colasse] le Feudy second jour de Caresne, pour illecq terniner et décider les difficultez, qui souvent sourdent entre les jousteurs en diverses manieres.

\* On fera le voyage de S. George à Templemars le Vendredy ensuivant, et le disner au retour, sans y appeller dames ne damoiselles quelconques; et ce aux despens du roy.

\* Seront esleus quatre jousteurs du moins pour jouter avecq le nouveau et le vieu rois du behour: lesquels seront tenus eux houschiers honorablement selon leur estat, à l'entendement des maistres de la feste, qui seront esluz en la maniere cy après déclarée. Le Samedy veille dudit behour (c'est à dire, du premier Dimanche de Caresme) on fera le disner, les monstres en robes pareilles, avec la colasse au soir en la maniere accoustumée.

\* Le Dimence les deux rois et les jousteurs seront tenez de faire chascun une feste au disner, et illecq auront damoiselles, pour après disner accompagner les roines.

\* On fera le soupper en halle, et puis le banquet en la maniere accoustumée.

\* Celui qui gaignera le pris de dedens (il y avoit deux prix, le principal estoit un epervier d'or et deux lacs de soye verte; l'autre un colier d'argent aux armes de la ville) et aussi le roy, sera tenu de jouter le Lundy aux joutes qui seront publiées, ou livrer jousteurs pour eux; et s'il advenoit que le roy nouvel gaigneroit ledit pris de dedens, le viez roi sera tenu de l'accompagner et jouter ou livrer hommes pour lui.

\* Et se les Mardy, Merquedy et aultres jours ensuivant en la sepmaine dudit behour, on faisoit joutes, ledit roy nouvel sera tenu de monter à cheval et aller sur les reings tous les jours qu'on jostera, et de assembler dames et damoiselles, et livrer vin et especes, avec allumerie en son hostel ou ailleurs.

\* Que au voyage de Bruges, les jousteurs pour ledit lieu de Bruges seront tenez avoir robes de parure, et y sera tenu le viez roy de jouter avecq le nouvel, et de faire le soupper et houneres accoustunés.

\* Au jour du gras Dimence sera le roy tenu faire danser au dames et damoiselles, chevaliers, escuiers pour espincer l'espinnette et traïtter par les viez roys de l'election du roy de laditte Espinette, comme l'on le souloit faire le jour de Caresmeulx, et faire le soupper de six plats de viande ou de huit au plus.

\* Le Mardy ensuivant sera tenu de faire disner pour illecq prendre conclusion de aller au riez en delaisant le don de roy et menestriers.

\* Et si les roys et jousteurs se veulent, outre ce que dit est, mesler ou esbate en aultres joutes, si aucune se faisoit en la ville ou ailleurs es pays de monseigneur, on se rapporte à leurs volentez et discrétion, sans les contraindre.

\* Et pour ce que dessus est dit, auront iceux roy et jousteurs la somme de douze cent livres Paris monnoye de Flaunders, qui leur seront distribuez des deniers de la ville comme s'ensuit, assavoir quatre cent livres au roy et jousteurs à payer le jour du

behourt. Au roy seul huit cent livres, si comme deux cent au jour du behourt, deux cent pour son premier voyage et joste de Bruges, deux cent à son yssue du royaume et feste de l'Espinette, et deux cent livres à son second voyage de Bruges avecq son successeur roy de l'Espinette.

\* Et au regard de commettre les maistres, tant pour la feste de Bruges, comme celles de la ville, ils seront eslus au nombre des aulchies roys en la maniere accoustumée; lesquels feront rendre compte de la dépense aux roys et compaignons jousteurs en dedens quinze jours, après les festes du behourt et de Bruges; en telle maniere que si sur ces comptes y echerait contredit, ce sera décidé par messieurs de la loy; et s'il y avoit reliqua, outre la despence ou charge, ce sera à partir également au roy et jousteurs.

\* A laquelle conclusion prendre furent le baillif de Lille, les lieutenans de la gouvernance, deux maistres des comptes, rewart, maieur et eschevins, neuf aulchies roys de l'Espinette, deux conseillers et deux clerqs de la ville dénommez au registre et livre cy dessus.

\* In legibus, quas reges nostri de interdicendis ad tempus torneamentis promulgant, excipitur hastiludium *Spineti*; quod etiam ut perseveraret, Literis ann. 1328. statuit Philippus Valesius. Vide Haer. in Castel. Insul. Hist. ejusd. urbis editam ann. 1730. et Comment. Acad. Inscript. tom. 7. pag. 290.

**SPINETRUM.** Inventarium ornamentorum Ecclesie Eboracensis ann. 1530. in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 170: *Unum Chrisatorium argenti ornatum et deauratum. Item 8. Spinetra de auro, tria de auro, tria eorum cum lapidibus pretiosis. Item duo Spinetra argentea, et duo monilia argentea, etc.* [Idem videtur quod *Spinula*. Vide in hac voce.]

**SPINGA**, pro *Sphinx*. Isidorus lib. 20. cap. 11. de Lecticis et sellis: *Spingæ sunt, in quibus sunt spingate effigies, quos nos Grifos dicimus.* [Glossar. MS. Sangerm. num. 501: *Spingæ, sunt lectice in quibus sunt spingate effigies, quos nos Grifos dicimus.* Papias MS. Bituricens. : *Lecti vel sellæ species: lectica, stratus, ... pulvinar, Spingæ, punicani, sponda, etc.*] Ejusmodi Spingas in sellis conspiciere est in Achatæ sanctæ Capellæ Parisiensis, qui habetur apud Santamantium, qui Isidori locum non viderat.

**SPINGARDA**, **SPINGARDUS**, **Machinæ** bellicæ, seu balistæ species. Sanutus lib. 2. part. 4. c. 8: *Indiget dictum navigium tam ædificiis balistarum, silvestrarum, vel Spingardarum, quam etiam machinarum, et potissime ex eis, quæ, ut longius projiciant, facta sunt penitus fortiora, id est, reforzata, etc.* [Chronicon Estense apud Murator. tom. 15. col. 396: *Interim præparari fecit maximam quantitatem balistarum, sclopeterum, Spingardarum, etc.*] Historia Obsidionis Jadrensis lib. 1. cap. 38: *Confeceruntque plus quam 15. trabuchos in vallatione civitatis, architectant multos Spingardos in gyro civitatis, ubi flebilioris apparebat virtutis.* Et lib. 2. cap. 12: *Aliquos trabuchos mirabiliter exercent, ... et quamplures balistarum et Spingardorum properant opponere.* *Espringale*, Scriptoribus nostratibus.

Gloss. Lat. Gall.: *Balista: Bricole, ou Espringale.* Guillelmus Guivart ann. 1304:

En l'estage ot une Espringalle,  
Là où la breteche est haucie.

Infra:

Sus le pont et en la breteche  
Quarrius traient au cliqueter,  
Et font l'Espringale gieter,  
Li garros, qui lors de là ist,  
Les plus viguerés esbaist.

Eodem anno:

En chascune nef bonne et male  
Ra-il au moins une Espringale.


Chronicon Flandr. cap. 110: *Et avoient avec eux plusieurs charios, qui menoient trebus et Espringales.* Guillelmus de Guinevilla Monachus Carilocensis:

Ne nuls tels dars ni puet meffaire,  
Combien que on y sache traire.  
Malevoisine ses sajctes,  
Ne Espringale ses mouschetes.

Froissartes 1. vol. cap. 144: *Et fit le chastel assieoir droit sur la ville, du costé de la mer, et le fit bien pourvoir de Pringalles, de bombardes, d'arcs et d'autres instrumens. Ubi legendum Espringalles, ut cap. seq. et 191.*

¶ **SPRINGALDUS**, Eadem notione. Charta Edwardi II. Reg. Angl. ann. 1325. apud Rymer. tom. 4. pag. 140: *Victualium, ingeniorum, Springaldorum, et aliarum verum nostrarum, etc.* Et pag. 142: *Springallos, balistas, arcus, sagittas, ingenia, et alias hujusmodi araturas pro munitioe castrorum et villarum.*

¶ **SPRINGALIS**, Eodem significatu. Genealogia Comit. Flandr. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 410: *Repx autem (Philippus Pulcher) ex adverso tres acies statuerat, et ita prope Flaunders venerat, quod sagittis et telis, machinis, miuutos lapides projicientibus, et Springalibus eos mirabiliter infestabat, ... Et omnes machinas et Springales confregerunt.*

 *Spingarda* Veterum profecto fuit balistæ genus, ut observat Carolus de Aquino in Lexico milit. at recenti militiæ tormentum est pulverarium, non ita ponderosum, ut majoribus bombardis æquari possit, nec ea levitate, ut gestari manibus valeat. Vocis etymon a Germ. *Sprutz*, quod muscetam, genus accipitrum, significat, deducit Ferrarius: malit idem Carolus a verbo Etruscorum veterum *Spingare*, quod est crebro pulsu repulsuque obniti, accersere: quæ non male conveniunt instrumentum muris vel navibus diffringendis idoneo. Nihil definitio.

\* **SPINGARDELLA**, diminut. a *Spingarda*, Balistæ species antiquæ militiæ, recentis vero Tormentum pulverarium; illud etiam quod *Spingardella* projicitur. Annal. Placent. ad ann. 1481. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 967: *Dum comes ipse Amorathus se in margine fossæ præsentaret, Spingardella intersectus est.* Stephan. de Infest. MS. ubi de Innoc. VIII. PP: *Dicti custodes projecerunt quandam Spingardellam contra eum, quæ parum disteti ab eo, causa eum interficiendi.*

¶ **SPINGATUS**. Vide in *Spinga*.

¶ **1. SPINGERE**, vox Italica, Pellere, trudere, Gall. *Pousser*. Histor. Cortusior.



lib. 11. apud Murator. tom. 12. col. 949: *In uno ictu navicularum Spingendo, etc.* Statuta Cadubrii lib. 3. cap. 18: *Si vero Spinixerit aliquem, condemnatur curiæ in 40. sol. p. Et si Spinctus ex tali Spinctura ceciderit, condemnatur in dupplum dictæ pœnæ.* Statuta Riperiæ cap. 85. fol. 16. vº: *Si quis aliquem in terram projecerit, seu Spinixerit, et eum cadere fecerit in terram, et si sanguis exiverit, condemnatur in libris sex parvorum.* Statuta Palavic. lib. 2. cap. 18. fol. 88: *Qui aliquem in terram projecerit, seu Spinsierit, et cadere fecerit, etc.* Adde Statuta castri Redaldi lib. 2. fol. 37. Vide *Sburlare*.

\* 2. SPINGERE, Obvertere. Lit. remiss. ann. 1409. in Reg. 163. Chartoph. reg. ch. 442: *Cum capite dictæ furchæ exponens suis manibus erga Bernardum Bovis Spinxit, et ad suum pectus percussit, ideo quod illico ipse Bernardus Bovis... supinatus cecidit.* *Espincher* vero, pro Volsella stringere. Lit. remiss. ann. 1396. in Reg. 149. ch. 320: *Icellui Evrart pour ce qu'il fut trouvé coupable d'avoir dites lesdittes paroles touchans nostre personne, eust la langue coppée et Espinchie par jugement en la ville de Lisle.* Quo supplicio facultate loquendi nequaquam reus privabatur; nam lingua sic incisa nihilominus multa profudit injuriosa verba ex iisdem Literis.

\* SPINGLA, Acicula, Gall. *Epingle*. Inventar. ann. 1363. ex Tabul. S. Vict. Massil.: *Pro Spinglis et vetis, florenum unum.* Vide *Espingla*.

\* SPINGUALA, Idem quod supra *Spingardella*. Stat. ann. 1356. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 181. col. 1: *Item quod fiant quatuor vel sex Spinguale, quarum duo ponantur in arena, et alia supra portulica civitatis.*

\* SPINGUIS, Simiæ species. Bestiar. MS. cap. 14: *Inter simias habentur et Spingues, villosæ in armis. ut dociles ad feritatis oblivionem.*

† SPINGUM, Nardus vulgaris, ut videtur, ab Ital. *Spigo*. Statuta Astens. ubi de intratis portarum: *Spingum solvat pro qualibet libro pond. l. i. sol. 10.*

† SPINLA, Idem videtur quod *Spinula*, acicula: nisi sit Carbunculi species, Hispanis *Spinela*. Testam. Guislæ Comit. Ceritan. ann. 1020. in Append. ad Marcam Hispan. col. 1020: *Relinquo... ad sanctum Petrum de Bisulduno anbas meas Spinlas valentes unciam unam.* Occurrit rursus col. 1021.

† SPINNELBAUM, Arboris genus. Wolferus in Vita S. Godehardi sæc. 6. Bened. part. 1. pag. 415: *Quosdam flores rubicundos de arbore, quæ lingua Theutonica Spinnelbaum dicitur, ei forte in ipso momento a paupere quodam illatos, signo crucis munivit, etc.* Ubi Codex Bodec. de arbore quæ fusarius lingua Belgica dicitur. Et quidem, ut monet Mabillonius, hanc arborem fusis fabricandis aptam esse aiunt.

SPINORA. Polyptychus S. Remigii Remensis: *Silva minuta map. 11. pastura cum Spinoris map. 30.* [An *Spineta*, dumeta?]

† SPINOSULUS, diminut. a Spinus, difficilis. S. Hieronymus Epist. 83. ad Oceanum: *Primum Spinosulus noster obmutuit, deinde Pisoniano vitio, cum loqui non pos-*

*set, tacere non potuit.* Lanfrancus Epist. 58. ad Hugonem: *Non probo quod Papam Gregorium vituperas, quod Legatos ejus Spinosulos nominas.*

† SPINSTER, vox Anglica, Titulus apud Anglos omnium puellarum quæ non sunt dignitatis vicecomitalis. Spelm. in Asplologia: *Antiquis temporibus ipsæ Reginæ fuscis usæ sunt, unde hodie omnes femine Spinsters dicte sunt.*

† SPINTARIA, Acicularum artificium, Gall. *Epinglerie*. Litteræ Johannis Reg. Franc. ann. 1353. tom. 3. Ordinari. pag. 125: *Cum recordationis inclite genitor noster carissimus dudum certa magistris et universitati Spintarie utificii Parisiensis, etc.* Vide infra *Spinula*.

† SPINTER, Sinus, ruga, ut videtur; tametsi Festo est armilla muliebris. Statuta Ordinis Cisterc. ann. 1481. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1637: *Ut ipsæ moniales caput velatum pepis seu capitegis non pretiosis,.... et desuper, quæ professæ fuerint, velum nigrum de lino vel canabo, et non de serico, absque superfluis Spinteribus, habeant et ferant.*

\* Neutro sensu; Acicula est in Statutis laudatis, ut in sequentibus. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120: *Spinter, Espingle; et est neutrius generis et indeclinabile.* Occurrit rursus in altero ex Cod. reg. 7679. Inventar. Chart. reg. ann. 1482. fol. 331. vº: *Transcriptum litterarum domini regis concessarum Cælestinis Paris. per quas permittitur eis, quod possint facere fluere per conductus fontis hospitii S. Puuli usque ad domum suam,.... usque ad quantitatem grossicie capitis unius Spinteris medicris.* Regula Fontis Ebr. ad calcem de Modo electionis priorissæ: *Annotat vero interea pater visitorator in papiro numerum vocum, faciendo foramen parvum acu vel Spintere pro qualibet voce.*

\* SPINTERUS, Eodem intellectu, in Comput. ann. 1498. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 71. col. 1: *Item pro clavio, Spinteris et filo, duos solidos et sex denarios Turon.* Vide *Spinulus*.

† SPINTRIA, Monstrosi concubitus excitator, apud Suetonium in Tiberio cap. 43. in Caligula cap. 16. et Vitellio cap. 3. Vide Turnebi Advers. lib. 5. cap. 1.

\* SPINTURA, Pulsus, impulsus, Ital. *Spinto*; a verbo *Spingere*, impellere. Stat. Mantuæ lib. 1. cap. 56. ex Cod. reg. 4620: *Si vero ex casura, vel Spinturu seu projectione facta in terra, etc.* Vide *Spingere* 1.

SPINULA, Acicula, unde Gallis *Espingle*, a spinis scilicet, quæ priscis et rudibus illis seculis, nondum reperto aciculæ fibulave conficiendæ artificio, utriusque vicem supplerant. Tacitus de Morib. Germ.: *Tegnen omnibus sagum, fibula, aut, si desit, spina consortunt.*

Maxime vero hæc vox usurpatur pro iis aciculis, quibus Pallium Archiepiscopale constringitur. Honorius Augustod. lib. 1. cap. 222: *Spinulæ, quibus Pallium affigitur.* Cencius Cardinal. in Descript. coronationis Cælestini I. PP: *Aptat Pallium super Pontificem intronmissis Spinulis aureis tribus ante et retro,.... in capite, quarum sunt innixi tres hyacinthini lapides.* *Infigere Spinulas*, in Ceremon. Rom. lib. 1. sect. 11.

Adde Hugonem a S. Victore lib. 1. Specul. Eccles. cap. 52. Librum Miraculorum S. Vulfranni Episc. num. 14. Ceremoniale Episcoporum. lib. 1. cap. 16. etc.

SPINDULA, Eadem notione. Gervasius Dorobern. in Pontificibus Cantuar.: *Præterea mitras, et chirothecas sine auro, candelabra, et umpullas, et acerram de argento,.... pannos 2. de serico auro paratos, Spindulas, 3. de auro, mappulam de serico, etc. tres scilicet spinulæ, quæ adhiberi solent ad pallium constringendum.*

SPINDULATUS, id est, Pallio Archiepiscopali ornatus. Idem Gervasius de Reparatione Eccl. Cantuar.: *Lanfrancus autem Archiepiscopus in tabulo plumbea ponderosa valde inventus est, in quo a die primæ sepulture suæ intactis membris, mitratus, Spindulatus, usque in hunc diem jacuerat.*

† SPINULUS, Idem quod *Spinula*. Bernardus Scholast. Andegav. in Mirac. S. Fidis ann. circ. 1005. inter Probat. tom. 2. novæ Histor. Occit. col. 6: *Fibulam auream artificiosè compositum, quæ ut Latine Spinx, rustice Spinulus dicitur, queritare eadem Sancta (Fidis) per quietem videbatur.*

† SPIO, Explorer, ut supra *Spia*, Gall. *Espion*. Rolandini Patav. Chron. lib. 8. cap. 6. apud Murator. tom. 8. col. 288: *Nam habebat Spiones cotidie de guarnimento legati.* Idem lib. 10. cap. 16. ibid. col. 324: *Ductus a duobus jactis monoculis secum eadem hora, qui tunc pro Spionibus missi erant, hac de causa solummodo ut scirent quid fieret in Georgia.* Le Roman de Rou MS:

Entretant euvoya Rou espier Baex,  
De Paris y avoit plus de cinquante liex,  
Espier fist Evureves, espier fist Lissieex...  
Ceu distrent les Espies qui revindrent arriere,  
Quer li pais est beaux, la contrée planiere...  
Encontre lors vint dire en conseil un Espic  
Quer bien la peut prendre, que toute est degarnie.

Le Roman d'Athis MS:

En l'ost le sorent del prin somme  
Par un Espie, ung mauvais homme.

† SPIOCARIUS, Pannorum pexor, Bollandistis. Acta S. Michelinæ tom. 3. Jun. pag. 936: *Sexto tabernarii, Spiocarii et triceoli accedere debeant.*

SPIPHIO. Octav. Horatianus lib. 4. Rerum medicar. pag. 101: *Ozimum, Luna prima tritum, et missum in ollam novam, florebit, permanens usque ad plenilunium. Quod si duplato tempore supradicto conductur in nigra terra, generat Siphiones.*

1. SPIRA. Eucherius Lugdun. de variis vocabulis sacræ Scripturæ: *Spiras, capitellu columnarum, vel sicut puto, facturam carum.*

† 2. SPIRA. Glossar. MS. Sangerm. num. 501. [\*\* Ex Isidor. Origin. lib. 19. cap. 4. sect. 2.]: *Spire, funes quibus in tempestutibus utuntur, quos nautici suo more curcubas vocant.* Bern. de Breydenbach Iter Jerosol. pag. 242: *Ad recessum se parabant, levando anchoras, sursum trahendo barcas et scaphas, erigendo vela, solvendo et complicando Spiras, quæ omnia fiunt cum violentia, festinantia et continuis ac altis clamoribus.* Vide *Spera* 3. et *Spiramen*.

† 3. SPIRA, intortitum: id est, hastile ducitli, ac longo cereo circumvolutum, ut plurimum in spiram, unde vocis etymon,



efformatum. Acta sancti Petri Cœlestini tom. 4. Maii pag. 436 : *Digneris ostendere nobis signum, ut scilicet una istarum Spirarum, quæ coram sancto corpore sunt accensæ, continuo extinguantur.*

† **SPIRACULUM**, *Flatus vel spiritus*, in Gloss. MSS. Sangerm. num. 501. Occurrit Genesi cap. 2. v. 7. cap. 7. v. 22. Proverb. cap. 20. v. 27. et alibi.

\* *Nostris Sospiral*, pro *Soupirail*, *tuyau d'une cheminée*, Camini spiraculum. Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 136. Chartoph. reg. ch. 266 : *Lequel chappellain entroit et devoit en l'ostel de ladite Jaquette par la Sospiral de la cheminée.*

\*\* **SPIRAMEN**, Schol. MSS. ad Sedul. II. 147 : *Spiras dicimus replicationes funium in navibus. Hinc Spiramina vocantur revolutiones vocem mensium.* Maius in Glossar. novo. Vide *Spira*, 2.

\* **SPIRARE**, Ital. Animam efflare. Acta S. Bernard. tom. 7. Sept. pag. 937. col. 1 : *Paulo post placide Spirantem sepultura donavit.* Vide *Spiratus*.

\* **SPIRATIO**, pro Conspiratio, in Stat. Avenion. ann. 1243. cap. 74. ex Cod. reg. 4659 : *Quicumque officiales convicti fuerint se fecisse aliquod sacramentum, vel aliquam aliam obligationem, sive Spirationem contrivitatem, etc.*

† **SPIRATUS**, Sine spiritu, qui exspiravit, Ital. *Spirare*, spiritum exhalare, Gall. *Expirer*. Mirac. SS. Paulini et Severi tom. 3. Jul. pag. 272 : *Cum ego fui in curia B. Alexandri, ego vidi eum finitum, Spiratum et mortuum.*

**SPIRAUCA**, Mali seu pomi species, in Capitulari de Villis cap. 70.

† **SPIRINGA**, Retis genus, ut videtur, ad capiendos *Spiringos*; unde sic dictus. Charta Winemari Gandensis Castellani in Probat. Histor. Guinensis pag. 66 : *Unum stele in Valham ad pisces, in Spiringa eandem piscandi potestatem quam illius loci dominus habet.*

**SPIRINGUS**, Pisciculus, Teut. *Spiringen*. Chronicon Montis S. Agnetis ann. 1450 : *Piscatores nostri ceperunt in magna copia multos Spiringos.* Vide Kilianum in *Spirinck*.

**SPIRIOLUS**, Galbertus in Vita S. Caroli Comitis Fland. n. 107 : *Aviculas capere, Spiriolos et vulpes sagittare; et huiusmodi puerilia recreando satagere.* [Forte *Scuriolus*, sciurus, Gall. *Ecureuil*.]

\* Nihil emendandum, ut videre est supra in *Esperiolus*.

† **SPIRITALIS**, Vox frequens apud Scriptores Ecclesiasticos, Ad mentem spectans. Utuntur Tertull. Apol. cap. 22. Prudent. in Romano v. 14. Sidonius. lib. 7. Ep. 9. et alii passim. Charta S. Rudesindi inter Conc. Hisp. tom. 3. pag. 181 : *Antiphonarios duos, orationum, comicum, manualium precum, alios Spirituales, bibliotheca moralium.*

\* *Espirital*, pro Mens, animus, voluntas, in Vita J. C. MS. ubi de stabulo in quo natus est Christus :

N'i ot ne coute, ne cendal,  
Se n'est de Dieu l'Espirital,  
Car il voloit pourement nestre.

† **SPIRITATUS**, Dæmone correptus,

energumenus, ab Ital. *Spiritato*, Gall. *Possédé*. Acta S. Francisci de Paula tom. 1. April. pag. 168 : *Quedam neptis sua ultra tres annos fanntica seu Spiritatu fuerat.*

† **SPIRITUALES**, Ecclesiastici dicuntur ad distinctionem Laicorum, qui vocantur *Temporales*. Barthol. Scribæ Annal. Genucns. ad ann. 1230. apud Murator tom. 6. col. 465 : *Misit personas Spirituales Mediolanum pro Potestate electo ducendo Januam.* Elmham. in Vita Henrici V. Regis Angl. cap. 9. pag. 18 : *Præfatus princeps, concomitante honorabilium personarum, tam Spiritualium quam Temporalium, nobili et præstanti comitiva, etc.* Charta ann. 1404. apud Rymer. tom. 8. pag. 378 : *Super literis tam regalibus, quam aliorum dominorum Spiritualium et Temporalium regni nostri Angliæ, etc.*

† 1. **SPIRITUALIA** EPISCOPI, Spelmano sunt quæ functioni ejus Episcopali debentur, non temporalium iurium, vel dignitatum possessioni : hoc est quæ jure percipit divino seu ecclesiastico, non iudicio fori temporalis. Vide Th. Blount in *Nomolex. Anglic.*

\* 2. **SPIRITUALIA**, Bona ecclesiastica et præsertim Oblationes, quæ ecclesiis fiunt, nostris *Espiritualités*. Charta ann. 1240. ex Chartul. Campan. fol. 365. col. 1 : *Præterea omnes decimationes, tam ville quam terrarum, et ea quæ Spiritualia sunt, nos videlicet fratres de Crista, sine domini regis prædicti participatione, possidebimus.* Alia ann. 1247. ibid. fol. 342. col. 2 : *Nos nam porons pauvre, ne issues, ne autres choses, fors nos dretures, .... et les Espiritualités.* Et fol. 343. v. col. 1 : *Et si avons retenu en nostre main toutes les dismes de cest finage, et les grans dismes et les menues, et les Espiritues choses, etc.* Lit. remiss. ann. 1371. in Reg. 101. Chartoph. reg. ch. 140 : *Jehan de Montigny a pris ledit temporel dudit prieuré (de S. André en Rosenois) et en a levé et receu les fruis et émolumens par l'espace d'un an et jusques ad ce que nostre gouverneur dudit Dolphiné a rendu audit prieur l'Espiritualité de son dit prieuré, qui est moult po de chose. Espiritualité vero, Regimen animarum significat, in Ch. ann. 1399. ex Tabul. capit. Carnot. : *Nous frere Jehan humble abbé de l'église S. Pierre de Nealphe.... ordenames trois officiers, .... un prieurs du cloastre pour gouverner l'Espiritualité, etc.**

† **SPIRITUALITAS**, Jurisdictio Episcopalis seu Ecclesiastica. Charta fundat. Monaster. S. Mariæ Alao. inter Conc. Hisp. tom. 3. pag. 131 : *Sisobotus Orgellitanus Episcopus, de cujus Spiritualitate locus est, .... ecclesiam prædicti Monasterii benedixit.* Bulla Sixti IV. PP. ann. 1472. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 1331 : *Itaque interdictum ipsum currere volumus, nisi Episcopus ipse ad Spiritualitatem suam restitueretur, etc.* Charta Henrici IV. Regis Angl. ann. 1405. apud Rymer. tom. 8. pag. 401 : *Cum dilectus nobis in Christo, custos Spiritualitatis Archiepiscopatus Eborum, sede vacante, electionem nuper factam, etc. Eadem habentur in Charta ann. 1575. apud eumd. tom. 15. pag. 739.*

† **SPIRITUALITAS**, Spiritualis status.

Charta Adami Episc. Meld. ann. 1297. ex Tabul. ejusd. Eccl. : *Ut eidem (Episcopo) responderent de statu dictæ domus, .... et præcipue de Spiritualitate ejusdem loci... Prius juramento ab eisdem præstito, eidem de statu dictæ domus tam de Spiritualibus, quam de temporalitate, .... responderunt.*

† **SPIRITUALITAS**, Virtus, ni fallor, apud Guibertum in Vita sua cap. 16 : *Cum tamen otii impatiens essem, quasi de necessitate rejectis imaginationibus, Spiritualitate recepta, ad exercitia commodiora perveni.*

† **SPIRITUALITER**. *Catechumeni.... symbolum, quod est Credo in Deum Patrem, Spiritualiter doceantur*, in Can. ante viginti de consecrat. dist. 4. Ubi Glossa, id est, quod non de verbo ad verbum memoriter retineri debet, sed tantum sufficit apprehendere sensum.

† **SPIRITUALIUS**, Consultius, prudentius, maturius. Charta Joannis Reg. Franc. ann. 1350. in Memor. Cameræ Comput. fol. 91. v. : *Volentes.... super præmissis uti consilii et Spiritualis deliberare cum ipsis in his quæ ordinanda, statuenda, reformanda et aliter pro felice regni regimine videbuntur agenda.*

† **SPIRITUS**, Eo nomine quidquid ad cultum divinum pertinet significatur, in Constitut. pro Abbata S. Pauli Narbon. ann. 1127. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 33 : *Et faciant omne servitium ipsius (Ecclesiæ) canonicè in Spiritibus et in ceteris secundum consuetudinem antecessorum suorum, etc.*

† **SPIRITUS SANCTUS**, Nobilissimus Ordo Equestris institutus ann. 1578. ab Henrico III. Rege Franc. cujus insigne columna est, symbolum, *Duce et Auspice*. Summum Ordinis Magisterium obtinet Rex ipse. Vide Scriptores Rer. Franc. Exstitit alter S. Spiritus Ordo, cujus auctor fuit Ludovicus Tarentinus Jerosol. et Siciliæ Rex, Provincia Comes ann. 1353. Consule *Bouche* Hist. Provinc. lib. 9. cap. 3. § 7. et lib. 10. cap. 8. § 1. Vide *Fratres de Spiritu sancto*.

**SPIRITUS SEPTIFORMIS**. Liber I. Sacramentor. Ecclesiæ Rom. cap. 44. ubi de Ritibus baptismi : *Postea cum ascenderit a fonte infans, signatur a Presbytero de chrismate, .... deinde ab Episcopo datur eis Spiritus septiformis, ad consignandum imponit eis manum in his verbis : .... Tu; Domine, immitte in eos Spiritum S. tuum, et da eis Spiritum sapientiæ et intellectus, Spiritum consilii et fortitudinis, Spiritum sapientiæ et pietatis, etc.*

\* **SPIRITUS CRUCIFIXUS**, Titulus ecclesiæ Ruensis. Tabul. ejusd. eccl. : *Davit Jacobus Sangleter jorale de sua terra in marisco de Marequinæ terra Sancto Spiritui Crucifixo de Rua. Espir*, pro *Esprit*, Genius, dæmon, in Vita J. C. MS. ubi de visione J. C. post ejus resurrectionem ab Apostolis :

Car adone quidierent veir  
Entrens aucun maligne Espir,  
Qui tous les vausist trebucher,  
Lor foi tollir et desvoier.

† **SPIRULA**, Farciminis seu botuli species. Locus est in *Castellamentum*.

\* **SPISA NUPTIARUM**, Oblatio quæ curioni fit a nubentibus, si tamen bene



lectum est. Charta Bertr. Metens. episc. ann. 1207. ex Chartul. monast. Bosonis-villæ inter sched. Mabill. : *Vicurius habebit... oblationes panis et vini, visitationes infirmorum, confessiones, Spisas nuptiarum, etc.* In alia ann. 1281. legitur, *Vina nuptiarum.* [\* Germ. *Spisa*, Cibus, hodie *Speise*. Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 364.]

\* **SPISNE**, Exactionis species, apud Polonos. Stat. Casimiri III. ann. 1454. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 253 : *Statutum quod burgabii aut exactores regales seu capitanei nostri non exigant Spisne de hominibus, tan nobilitum quam spiritualium.*

† **SPISSALICA** **POSTERICALIS**, Scripturæ species. Vide supra in *Scriptura*.

† **SPISSAMENTUM**, Frequentia, multitudo. Ernaldus in Vita S. Bernardi lib. 2 : *Præcedentes itaque et subsequentes latitudinis declamationibus applaudebant abbati, et diu intra agnium Spissamentum detentum, tandem solemniter reddidere (leg. rediere) hospitio.* Vide infra *Spissus*.

† **SPISSEA**, Chron. Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 484 : *Item concessit in Novubiano vocabulo Ficlini terras modiorum cccxxx. cum Spisseis et vineis.* Hac voce significari videtur quicquid cum spica nascitur.

† **SPISSITUDO**, Compressio, Gall. *Serrement*. Johan. de Trokelowe in Annal. Edwardi II. Regis Angl. pag. 25 : *Conserta ante scutorum Spissitudine cuneum impenetrabilem statuerunt.*

† **SPISSUM**, Spissitudo, Gall. *Epaisseur*. Charta Petri de Roteys Vicarii Tolos. ann. 1272. inter Consuet. ejusd. urbis MSS : *Et quod (faciatis fieri) trabes peales et palmites de cor et abiete, ... et quod habeant unum bonum palmum de Spisso.*

\* **Alias Espoisse**. Lit. remiss. ann. 1405. in Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 149 : *Icelui Perrot prist un gouet, ... et en frappa Jehan Ravault sur la teste, tant que il perça son chappeau et son chapperon et la teste bien de l'Espoisse d'un doy.*

† **SPISSUS**, Frequens. Vita S. Adalberti tom. 3. April. pag. 188 : *Parvulus... febricitans, mortem vicinam parentibus minatur, ... pater fecit Spissum gressum ad puerum.* Vide *Spissamentum*.

\* **SPITA**, mendose, ut videtur pro *Spica*. Locus est supra in *Degrana*.

† **SPITALERIUS**, pro Hospitalerius, in Testam. ann. 1342. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *Legat Ricareto filio suo Spitalerio fratri S. Johannis Jerusalem iv. libras regales annuatim tanto tempore quanto permanebit scutifer, et postea factus miles cc. lib.*

**SPITUM**, Veru. Glossarium Cambrense : *Assium, veru, id est, Spitum.* Charta Italica ann. 1287. in Miraculis S. Ambrosii Senens. : *Percussit crus suam dextram in quoddam Spitum de ferro, ex qua percussione fuit dictum crus perforatum, etc.* Gloss. Theoticum Lipsii : *Spiets, hastæ.* Nos, inquit idem Lipsius, *Spiesse*, nomen primum a mucrone, *Spiets*. [Somnerus addit : Hoc Belgicum *Spet, Speet*, unde forte nostrum *Spit*, veru. Hasta autem Sax. *Spere*, quod nobis mansit.] Vide *Spicum*.

\* **SPIZATUM**, Munimenti genus, forte

Agger. Charta Caroli Crassi apud Camp. in Append. tom. 1. Hist. Placent. pag. 461 : *Concedit licentiam construendi castella in jam nominatis locis cum muris, merulis, bertiscis, fossatis, Spizatis, aliisque propugnaculis.* In alia huic simili ann. 912. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 467. legitur : *Una cum bertiscis, merulorum propugnaculis, Aggeribus atque fossatis, etc.*

\* **SPIZIARIUS**, Qui omne genus specierum vendit, Ital. *Speziale*, Gall. *Epicier*. Stat. crimin. nova Cumanæ cap. 204. ex Cod. reg. 4622. fol. 110. r.º : *Nemini Spizario seu apotecario, ... liceat facere, ... vel vendere, ... aliquos dupplerios, etc.* Vide in *Species* 6.

† **SPLAGIA**, ab Ital. *Spiazza*, Ora, æstuarium. Vide *Plagia*. Chron. Andr. Danduli apud Murator. tom. 12. col. 393 : *Tunc galea Clugiensis rumpitur, et aliæ v. in Splagis Senogallie impulse confractæ sunt.*

**SPLANARE**, pro Planum reddere, vox Italica. [Regimina Paduæ ad ann. 1320. apud Murator. tom. 8. col. 433 : *Tunc predicti Potestas cum aliis nominatis Splanare incaperunt, et disecerunt dictam motam cum tajatis et fossa magna.* Chron. Parmense ad annum 1290. tom. 9. col. 820 : *Item eo tempore Bononienses ceperunt Imolam, et eam circumquaque Splanaverunt.* Adde Chron. Modoet. apud eund. tom. 12. col. 1128. et Chron. Tarvis. tom. 19. col. 863.] *Splanare foveam*, in Hist. Cortusior. lib. 2. cap. 16.

**SPLANATA**, pro eo, quod Galli dicimus *Esplanade*, Locus planus, apertus, lib. 6. cap. 8. ejusdem Hist. Cortusior. [Chron. Veronense ad ann. 1329. apud Murator. tom. 8. col. 646 : *Fecit fieri Splanatam circumquaque pontibus junctis super Sillo et canali de Mestre.*]

† **SPLANEIRA** **TERRA**, Planities, planus ager. Charta ann. circ. 1039. ex Tabular. S. Victoris Massil. : *Ego Willelmus dono ortum meum dominicum, et damus talem largitatem de Planeira terra inquantum poterint rumpere ipsi aratores.*

\* **SPLATTA**. Inventar. ann. 1271. in Access. ad Hist. Cassin. part. 1. pag. 329. col. 1 : *Ceteri orti debent reddere de Splatit et de oleribus, quæ sunt in ipsis ortis, ecclesie S. Petri ad requisitionem curiæ, decimant.* Num arborum fructus significantur?

† **SPLECA**. Chron. Domin. de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 689 : *Ubi per bonam horam permanens dormiendo, evigilans, se surrexit, et depositis lorica et aliis armis suis ibidem sub Spleca, ense tantum habens in manibus abiit, etc.*

† **SPLECHA**, Jus pastus, venationis, piseationis, lignationis, et aliarum usualium commoditatum, quas *aisantias* vocant, in foresta vel dominio alterius. Sententia arbitralis inter Dominum et homines Calliani ann. 1497 : *Item cum dicti homines habeant usum depascendi cum quibuscumque averibus tam grossis quam minutis, et porcinis, et omnes alias Splechas faciendi, etc.* Vide *Expleta*, et infra *Spleta*.

† **SPLENCHARE**, *Splechas* percipere, seu jure *Splecharum* uti, in Charta ann. 1206. Locus est in *Esplancha*. Vide ibi.

† **SPLENDICARE**, Splendere, coruscare, nitere. Apuleius lib. 5. *Metamorph.* : *Vidisti, soror, ... quæ prænitent vestes, quæ Splendicant gemmæ.* Idem lib. 7 : *Cum mihi etiam tunc depiles genæ lævi pueritia Splendicarent.*

**SPLENDICITAS**. Alanus de Insulis in Planctu naturæ : *Hæc vestium ornamentum quamvis plenis suæ Splendicitatis flammarent ardoribus, earumdem tamen splendor sub puellaris splendoris sidere patiebatur eclipsim.*

† **SPLENDIDARE**, Splendidum reddere. Apuleius in Apol. : *Dentes Splendidæ, ignosce mundiciis.* Vide *Splendificare*.

† **SPLENDIDISSIMUS**, Titulus Ordinis Senatorii, in Cod. Theod. leg. 4. de Pistor. (14. 3.) hinc *Splendidissima Curia* nuncupatur Senatus ibid. leg. 12. de Agentib. (6. 27.) Eodem nomine donatur Papinianus in Præfat. *Splendidissima Urbs* dicitur Constantinopolis, in eodem Cod. leg. 51. de Oper. publ. (15. 1.)

† **SPLENDIFICARE**, ut *Splendicare*. Mart. Capella lib. 9 : *Lumina ambrosium Splendificant diem.*

† **SPLENDIFICUS**, Splendidus. Epist. Quirici Episc. inter Conc. Hisp. tom. 2. pag. 532 : *O lucerna super candelabrum posita Ecclesie, quæ lumine veritatis irradians multos, a caligine nubili erroris Splendifico sermone enubilas!*

\* **SPLENDIFLUUS**, Spargens splendorem. Vita S. Arnulfi tom. 3. Ang. pag. 250. col. 2 : *Visa est columna ignis ab alto prominens consistere, quæ ab initio noctis usque circa auroram prægrandi fulgore noctis caliginem mutat in lucem, et cuncta in circuitu spatia luce perlustravit Splendiflua.* [\* Inscriptio inter Christian. Maii pag. 199 :

Irradiat trinitatis honor Splendifluus aram.

\* **SPLENDISCERE**, pro Splendescere, in Chron. Ditm. episc. Mersburg. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 124.

**SPLENDOCLASTUS**. Rainerus de Inventione Reliquiarum SS. Eutyctetis et Acutii : *Crucem Domini ex auro purissimo fecit admirabili artificio compactam, quod Splendoclastum et Antipenton vocabatur. De antipentone diximus suo loco : Splendoclastum vero aurum videtur esse, quod in tenuissima folia dilatatur, ita vox ibrida fuerit, ex splendor, et Gr. *κλαστός*, fractus. Obryzum autem splendor auri appellatur in Glossis Isidori, in *Abriageum*, quod idem valet ac obryzum. Joan. de Janua : *Obryzum aurum dictum sic, quod obradiet splendore.* Constantinus Manasses : *Ἐξ ὀφει ἴλιος λαμπρὸν ὡς ὄφρυζον χρυσόν.**

**SPLENDONA**, Ugutioni, *Gladius*, sic dictus, quod splendeat. Unde Josephus in 10. ait, undique jaculatorii arcus, et lorice, areæ et Splendones. Glossæ Isidori : *Sica, cluniculus, machæra, Splendona.* [Deceptum Isidorum, aut librarii alicujus inscitia scriptum fuisse *Splendona*, pro *Splendona*, auctor est Carolus de Aquino in Lexico milit. Est autem Splendona apud Græcos, addit ille, funda, non gladius.]

\* **SPLENS**, an Plana camporum, planities, Gall. *Plaine* ? Charta Ric. reg. Angl. in Reg. 34. bis Chartoph. reg. fol. 49. v.º.



col. 2 : *In nemore et Splente potest et debet archiepiscopus venari, et in dominico similiter nemore suo de Brunsegno.*

† **SPLETA**, ut *Splecha*. Charta ann. 1141. inter Instr. tom. 1. Gall. Christ. novæ edit. pag. 172. col. 1 : *Tribuo quoque insuper fratribus et habitatoribus dictæ abbatiæ et dictæ grangie de Mercadet, et fratribus ibidem servientibus Deo Spletam per universam terram meam, terras, aquas, ligna et glandes, liberum introitum et exitum, et omnia ad usum et cunctis eorum animalibus necessaria.*

† **SPLETUM**, Reditus, proventus terræ, prædii, præbendæ, etc. Consuetud. Eccl. Barcinon. : *Clericus hujus majoris Ecclesiæ decedens, quocumque tempore decedat, habeat Spleta ipsius anni integraliter a die mortis usque ad finem anni, et possit inde facere testamentum.* Vide *Expletum* 2.

\* **SPLORARE**, Explorare, perscrutari. Comput. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 243. col. 2 : *Accessit magister Raimundus de Remolinis consul cum uno famulo in vicaria Andusiæ et bayllivia Salvii, pro Splorando si Guiraudus Sauxii habuit a universatibus dictarum vicariæ et baylliviæ plas quam reddidit in compotis suis de facto Spanorum.*

\* 1. **SPODIUM** quidam vocant æruginem aris, ut *liber antiquus de Simplici medicina*. Glossar. medic. MS. Sim. Januens. ex Cod. reg. 6959.

\* 2. **SPODIUM** est Res cujus origo nos latet, res tamen adusta; videlicet Avicenna dicit radices cannarum adustarum, in eod. Glossar.

† **SPOLA**, Fustus, cui subtemen circumvolvitur, Teuton. *Spole*. Acta S. Bertrandi tom. 1. Jun. pag. 790 : *Simplici corde puraque fide telam talem texui inusitato licio, inexercitata navicula, aridis Spolis et rudi seta.*

\* Ital. *Spola* et *Spuola*. Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120 : *Spola dicitur a spolio, Gallice Espolet, quia sæpe spoliatur a filo. Spola, instrumentum textoris, Gall. Espoleste, in alio ann. 1352. ex eod. Cod. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Spool, Prov. panus, panulus, canellus.**

**SPOLIARIA**, Exteriores balnearum cellalæ, in quibus balneantium spolia reponuntur. Papias. Ἀποδύτηριον, Græcis : et Ἀποδύτηριον Nicetæ in Man. lib. 4. num. 7. Gloss. Lat. MS. Reg. : *Spoliarium, ubi spolia ponuntur.* Britannicus ad Juvenal. Sat. 1 : *Juxta balnea locus erat, qui Apodyterium, latine vero Spoliarum vocabatur. Ubi, qui balnea ingressuri erant, vestes deponebant apud Capsarium, qui, ut scribit Ælianus, mercede servanda in balneis vestimenta suscipiebat.* [Vide Cujac. lib. 5. Observat. cap. 8.]

Erat præterea *Spoliarium* locus, ubi conficiebantur, quos arena semivivos dimiserat, ut docet Seneca Epist. 94. Lampridius, mortuo Commodus, acclamatum scribit : *Hostis patriæ, parricida, gladiator, in Spoliario lanietur.* [Passio SS. Perpetuæ et Felicitatis cap. 21 : *Exinde jam exanimis (Saturus) prosternitur cum ceteris ad jugulationem solito loco.* Vide Petrum Fabrum lib. 2. Semestr. cap. 11. pag. 152.]

**SPOLIATORIUM**, Locus, ubi se denudant

religiosi ad disciplinam recipiendum. Ita Glossa. MS. ad disticha Mag. Cornuti Ugutioni : *Spoliatorium, est locus, ubi spolia ponuntur, i. exterior balnearum vel balnearum cellalæ.* [Gloss. Lat. Gr. : *Spoliatorium, ἐκδύτηριον.* Lat. Gall. : *Spoliatorium, Lieu à despollier.*] Vide *Spoliaria*.

1. **SPOLIUM**, Rerum ablatio, in Speculo Saxon. lib. 2. art. 31. § 2. *Furtum aut Spolium.* [\*\* Germ. *Düve* oder *Rof.*] Ibid. lib. 1. art. 39. lib. 2. art. 60. 64. 72. lib. 3. art. 5. etc. [Spoglio Italis, eadem notione, in Ital. Sacra tom. 8. in Episc. Benevent.] Præcepto Guntranni Regis post Concilium Matiscon. II : *Aut iniqua quibuscumque Spolia inferre præsumant.* Ita in Concilio Toletano XII. cap. 10. Tolet. XIII. cap. 2. Gregorius Turon. lib. 9. cap. 30 : *Neque ullam novam ordinationem se inflicturn sapere eos, quod pertinet ad spolum, sponndit. Præda seu spolum in Concilio Coloniensi ann. 1266. cap. 4. Vide Skenæum ad Statuta Alexandri II. Regis Scotiae, cap. 8.*

† 2. **SPOLIUM**, Quidquid ex agris colligitur, messis, tempus quo agri eorum fructibus spoliantur, *Dépoille* eadem notione dicimus. Charta Curiae Suesion. ann. 1277 : *Confessus est se retinere... quoddam pratrum seu Spoliam cujusdam prati siti in prætaria quæ est inter villas.* Charta ann. 1481. ex Tabul. B. M. de Bono-Nuntio Rotomag. : *Inter cetera petendo restitutionem certarum decimarum feni per dictum Des Comptes captarum et perceptarum in Augusto et Spolio novissimis.* Alia ann. 1492. ex eod. Tabul. : *Ipsè curatus in Augusto et Spolio ultimo licet sciret præmissa, ... neominus in Augusto et Spolio ultimo plures guebas dictæ decimæ... ceperat, etc.*

3. **SPOLIUM**, Supellex quævis. Leges Grimoaldi Reg. Longob. tit. 2. § 3. [\*\* 3.] : *Et si Spolia hominis sepulti servus de sepulchro tulerit, etc. i. vestimenta.* [Lex Alaman. tit. 87 : *Si quis res suas apud alium hominem invenerit, quicquid sit, aut mancipia, aut pecus, aut aurum, aut argentum, aut alia Spolia, etc.* Adde Leg. Sal. tit. 37. § 6. et 7.] Vetus Notitia Viennens. ann. 863 : *Dicens, quod ipse Sigebertus cum aliis conductis hominibus liberis et servis univertatem sancti Mauricii vel sancti Ferreoli, in loco, qui dicitur Riparia per vim infregisset, ibique incendium fecisset, et omnia Spolia domus violenter auferret, cavallos scilicet, arma, vestimenta, et cætera consistentia, etc.* Charta Begonis Episcopi Cadurcensis apud Cruceum n. 299 : *Exposuerunt etiam sæpe accidisse, quod dum contingit aliquem de predictis viris Ecclesiasticis infirmari, illi, qui ad eorum Ecclesias, vel alibi, abi sunt eorum bona, mittuntur pro juris nostri conservatione, dictorumque bonorum, quæ valgariter nuncupantur Spolia, receptione, etc.* Adde n. 301. 302. Vide *Spolum*, 4.

**SPOLIA COLLI**, quasi vestis et supellex colli. Lex Anglior. et Werinor. tit. 6. § 6 : *Mater moriens filio terram, mancipia, pecuniam dimittat : filia vero Spolia colli, id est, murenas, nuscas, monilia, inaures, vestes, armillas, vel quicquid ornamenti proprii videbatur habuisse.*

**EXSPOLIA**, in Concilio Bracaren. ann. 572. cap. 7. pro *Spolia*.

† 4. **SPOLIUM**, Jus quod ex bonis mo-

bilibus defunctorum Prælatorum Cameræ Apostolicæ, vel Curatorum decedentium Archidiaconis obvenit, Practicis nostratibus *Dépoille*. Charta ann. 1409. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *Ludovicus II. Rex Jersalem et Siciliae, et Comes Provinciae jabet Prælatos solvere Cameræ Apostolicæ omnia arrearagia, debita etiam Spolia defunctorum Prælatorum secundum decreta Alexandri PP. III. in Concilio Pisis habito.* Concil. Tarracon. ann. 1591. inter Hispan. tom. 4. pag. 535 : *Nallus rector aut vicarius... audeat sub nomine Spolii... sibi vindicare anam ex vestibus, jocalibus vel aliis bonis... illorum quos mori contigerit infra limites sue parochiæ, qui sit ab ipsa parochia alienigena aut peregrinus.* Ubi de jure quod parochi in bona decedentium parochialium sibi vindicabant. Ad jus vero Archidiaconorum præsertim Parisiensium quod spectat, consule Tractatum hac de re editum ann. 1683. et Fra-Paolo de Benef. circa finem. Parisiensium jus assertum fuit Aresto Parlamento ann. 1700. 1. Sept. Vide *Spolum*, 3.

\* Eodem jure potitur monasterium Casinense in bona clericorum ab abbazia dependentium, ut patet ex Charta ann. 1398. in Tabul. ejusd. monast. : *Cum venerabilis vir domnas Ricardus, olim archipresbyter S. Angeli in Theodicio... clausisset extremum diem, et ejus mobilia et immobilia et Spolia, quæ de beneficiorum suorum et ecclesiarum fructibus, redditibus acquisita, de jure et antiqua consuetudine devolata essent cameræ Cassinensi, etc.* [\*\* Vide Walleri Jus. Eccles. Germ. § 147. et ceteros qui de Jur. Eccl. scripserunt.]

\*\* **SPOLIUM**, Pannus funebris, integumentum feretri, dum templo infertur defunctus, quod sumebat sibi curatus et ecclesia. Formula Juramenti Præposit. Cizic. ann. 1468. apud Haultaus. in Glossar. German. voce *Leich-tuch*, col. 1251 : *Se non intronittere de quibuscumque pannis illorum ad ecclesiam cum feretro, sub nomine Spolii, etc.*

\* **SPONCETA**, f. Fibula, Gall. *Boucle*; unde legendum suspensor *Spinceta*. Vadia et jura gentium Comput. Paris. in Reg. ejusd. Cam. sign. *Croix fol. 126. v°* : *Item quilibet magistrorum habet restaurum trium equorum, ... et quilibet primus clericus habet restaurum unius equi : et in svutiferia percipiunt cooperturas dictorum equorum lineas pro æstate et laneas pro hyeme, una cum cingulis, capistris, Sponcetis.*

1. **SPONDA**. Regestum censuum Bigoræ ex Camera Comput. Paris. fol. 17. et Tabularium Palense, apud Marcam lib. 4. Hist. Beneharn. cap. 11 : *Quod bellam (duellum) fiet, non in Ripa Soulensi, sed in Sponda Navarrensi.* Ubi Marca, *la rive de Navarrenx*, vertit. [Eadem notione occurrit in Charta ann. 879. in Append. ad Marcam Hisp. col. 810 : *Terra in elemosyna qui infronat in Sponda et in limite et in prato, et in fines de villare Carunga plus minus modiatas sex ab integre.* Vide *Sponna*.]

† 2. **SPONDA**, Locus mortui, Gall. *Biere*. Translat. SS. Arsacii et Quirinii sæc. 3. Bened. part. 1. pag. 669 :

Erectus in Sponda tamen ponitur exanimis.



*Orciniana Sponda*, apud Mart. lib. 10. Epigr. 5.

† 3. **SPONDA**, Italis, Agger, crepido lapidea, repagulum, Gallice *Digue*, *Quai*, *Garde-fou*. Item, Trabecula seu partes exteriores, quibus res aliqua, puta navis, pons, munitur in lateribus. Vide *Spondalia*. Guido de Vigevano de Modo acquirendi et expugnandi T. S. cap. 5. ex Cod. Colbert. 5080: *Accipiatur una assis subtilis et levis longa brachius 2. et ampla brachio 1. et aliquid plus quæ ponatur pro fundo, et accipiantur assides quatuor pro Spondis ipsius fundi, quæ conjungantur cum ipso fundo, et axis taliter conjunctis, quod una Sponda cadat supra aliam. Ibid. cap. 8: Et post hæc fiant Spondæ navis late ab utraque parte brachio uno et medium.... Et conjungantur Spondæ cum fundo de intus cum axis taliter firmatis, quod Spondæ volvantur et cadant supra fundum. Statuta Mutin. rubr. 90. fol. 16. vº: Pontessellus lapideus qui ibi destructus est refici debeat... de lapidibus et calce, longus per deceum brachia, qui habeat Spondas ab utroque capite, et ab utraque parte longas per quatuor brachia, et altas prout erit strata refecta. Chronic. Parmense ad ann. 1287. apud Murator. tom. 9. col. 812: *Palatium novum Communis versus S. Georgium, scilicet Sponda quæ diruerat, refecta fuit et completa. Hinc Spondæ, ἐπίδαξ, in Gloss. Lat. Gr. dicuntur ligna recta in quæ defiguntur et adicuntur gradus scalæ, vel Paxilli seu clavi qui axi infiguntur ad retinendam rotam, ne exeat. Neque aliam ob causam.**

† **SPONDA**, Fœdus ad mutuam defensionem initum nuncupatur, ibid. col. 860: *Quidam vero de Guidonis et quidam de Boschetis et de Rangonibus cum certis suis sequacibus, dicentes se esse partis Guelfæ, seu Ecclesiæ, sive Aygonorum antiquitus dictæ et vocatæ, Spondam fecerunt contra illos qui dicebantur ab antiquo partis de Grisulfis, seu Imperii sive Ghibellinis.*

\* *Sponde*, eadem acceptio, in Charta ann. 1448. ex Chartul. 23. Corb.: *L'eau qui de plain cours devoit descendre et fluir en ladite ville, alloit fluir et descendre par dehors la fortresche d'icelle, par ce que lesdits religieuz ne retenoient pas les rivieres, cauchies ou Spondes.*

† **SPONDALARIUS**, ut *Spondarius*. Vide ibi.

**SPONDALIA**. Raimundus de Agiles in Hist. Hierosol. pag. 147: *Audivi ego a multis, qui ibi fuerunt, quod 30. Turcos et amplius, de ponte sumptis Spondalibus in fluuine obruissent. Ut Isidoro lib. 20. cap. 11. Sponda dicitur exterior pars lecti; ita spondalia, trabeculas, seu partes exteriores pontis, quibus munitur in lateribus, licet interpretari: [eadem proinde notione qua Sponda 3. et Spondilia 2.]*

**SPONDALIS**, Spondæ lecti instratum. Testamentum Heccardi Comitis Augustodun. apud Perardum in Burgundicis pag. 26: *Et quicquid de geminis habemus, et gangana sirica, cum Spondale, et tapete uno, etc. Aliud est Epondenale, infra: Canones scaras quaternio uno, Gerberto, et Epondenale. libello de arte militari, et pacto Gunbaldo, etc. Forte pro Expositionale.*

† Doctissimi viri conjecturam ap-

prime confirmat le Roman de la Rose MS. ubi occurrunt voces *Espons*, pro *Expositio*, et *Espondre*, pro *Exponere*:

Ele savoit les songes Espondre...  
Et quant par vostre fol respons  
M'avez ainsint mnn snge Espons...  
Ains mès si noble vision  
N'ot si laide Evposition.

Ovide MS:

Or vos veil Espndre briefment  
De ces fables l'entendement.

\* Nostri a Sponda, *Esponde* dixerunt, pro *Chalit*, bois de lit et bord d'un lit. Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120: *Sponda*, Gall. *Esponde*, et derivatur a *Spondeo*. Aliud ann. 1352. in eod. Cod.: *Sponda*, Gall. *eschalis* sive *Esponde*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Sponda*, Prov. *Sponda*, prima pars lecti. Fabul. tom. 2. pag. 119:

L'autre Clers est au lit venuz  
A l'Esponde par de devant.

*Espaude*, eadem notio, in Lit. remiss. ann. 1390. ex Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 163: *Le suppliant lia sa femme à l'Espaude de son lit et la feri d'une congnee.*

\* **SPONDALIS**, Executor testamenti. Testam. ann. 1251. ex Tabul. Auxit.: *Satisfaciatur de redditibus terræ Bigoræ ad arbitrium Spondaliorum, quousque dictæ comitissæ ordinum et debita sint integre persoluta.... Item douina comitissa Bigoræ statuit et ordinat testamentum et Spondalios hujus præsentis testamenti venerabiles patres dominum episcopum Bigoritanum et dominum episcopum Convenorum. Vide in Spondarius. Hinc*

\* **SPONDARATICUM**, Tutela testamentaria, seu illius administratio. Testam. Bern. Jordani ann. 1228. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 273: *Item ego Bernardus Jordanus nupto.... omnes meos infantes, et universos et singulos eorum honores et jura ipsorum in posse, et baillia et sub tutela et procuracione dom. Endiæ uxoris meæ et in ejus Spondaratico.*

† **SPONDARE**, Spondis seu aggeribus munire. Ogerii Panis Annal. Genuens. ad ann. 1215. apud Murator. tom. 6. col. 408: *Ascendere fecit homines de Cazana in podium quod vocatur Rotundum prope Celasum, et inceptit ipsam incastellare et Spondare. Vide Sponda 3.*

**SPONDARIUS**, SPONDERIUS, Tutor, qui pro pupillo *spondet*. Consuetudines Tolosæ parte 1: *Tutor testamentarius, qui vulgariter appellatur Spondarius. Occurrit ibi non semel. Stabilimentum Tolosarum Consulium ann. 1207. apud Catellum: Videlicet, quod aliquis Sponderius hominis vel femine habitantis in hac villa Tolosæ, urbe, vel suburbio, non possit aliquid emere de illis rebus mobilibus vel immobilibus, quæ fuerint illius, ex quo ille erat Sponderius, si ille, qui ipsum statuerat Sponderium, non ordinauerat.*

**SPONDARI AD PIAS CAUSAS**, Executores testamentorum. Testamentum Raimundi Comitis Tolosæ ann. 1249. apud eundem Catellum: *Residuum vero de decem millibus uarchis supradictis, quod restat, distribuendum volumus arbitrio Commissariorum nostrorum infra scriptorum, qui Gadiatores*

*seu Spondarii vulgariter appellantur, ad pias causas, sicut saluti animæ nostræ magis expedire videbunt. Infra: Commissarii autem, gadiatores, seu Spondarii nostri, sicut isti, etc. Charta ann. 1243. in Regesto Tolosano fol. 88: Qui fuerunt Sponderii et testamentarii de computo et testamento Bernardi W. de Brugariis. Occurrit eadem notio in Charta Alfonsi Comitis Pictaviæ et Tolosæ ann. 1263. [Testam. Audæ de Lasserano domina de Bonluco ann. 1351: Item dicta domina testatrix ut suum supradictum testamentum executari valde possit, ordinavit Spondarios seu executores illius, videlicet Remundum Aymerium de Montescuivo consobrinum suum, etc.]*

**SPONDALARIUS**, in Foris Oscæ ann. 1247. fol. 13: *Spondalarii, cabeçalarii, aut testes, etc. Vide in Cabeçalarii. Observantiæ Regni Aragon. lib. 5. tit. de Tutorib. § 8: De Regni consuetudine, tutor, curator, et Spondalarius possunt constituere procuratorem, etiam ante litem contestatam. Michaël del Molino in Repertor. Foror. Aragon.: Testes septem annorum possunt esse Spondalarii in omni testamento nuncupativo, quando testator decedit in hereno. Vide Foros Aragon. edit. 1624. fol. 97. 124. 126.*

**SPONDERAGIUM**, Tutela testamentaria, seu ipsa tutelæ administratio. Consuetud. Tolosæ part. 1. tit. de Jurejur.: *Spondarius creditor cum proprio juramento de administratione Sponderagii.*

† **SPONDEDISSET**, pro Spondisset, in Charta Chlodovæi III. Franc. Reg. ann. 692. apud Felibian. inter Probat. Hist. S. Dionysii pag. 12: *Quod ipso vaddio de mano memorato Chainone abbati nunquam adchramissit, nec hoc ei dare et adimplere Spondedisset.*

† **SPONDERAGIUM**, SPONDERIUS. Vide supra Spondarius.

\* **SPONDERIA**, Eodem intellectu. Charta ann. 1240. in Chartul. Raym. VII. comit. Tolos. pag. 199: *Nos Bernardus Cerdanus et Petrus Cerdanus frater ejus, sponderii Johannis Begonis de Andivilla,.... promittimus.... quod omnes res, quas de predicto pupillo tunc temporis habebimus, in posse donini comitis reducemus, reddendo dom. comiti vel suo bajulo bonum et legale computum de omnibus, quæ occasione dictæ Sponderiæ percepimus. Vide Sponderagium in Spondarius.*

1. **SPONDILIA**, Colli vertebræ, in Miracul. S. Godehardi Episcopi n. 19. [Gall. Spondile. Vide Crupponus.]

† 2. **SPONDILIA**, Anterides, erismata, Gall. *Arboutans*. Gualvaneus Flamma apud Murator. tom. 12. col. 1015: *Et quia Spondilia istius turris et ecclesiæ majoris erant tabernis conjuncta, fecit omnia dirui. Vide Sponda 3. et Spondalia.*

† **SPONDIUS**, Spondens, ut videtur. Formulæ vett. apud Baluz. tom. 6. Miscell. pag. 546: *Vel quod memorare minime possimus judicibus brevis nostras Spondis incolocationis vel alias stromentas, etc. In iisdem Form. pag. 551. Spondo, pro Spondeo, usurarii videtur: Unde ne Spondo vel subter firmavit ut contra præsentem cartola patrociniale neque ego neque de heribus meis ne quislibet ulla opposita persona præ ac die ambulare non debeamus.*



**SPONDORUM.** Vide *Spidromum*.

† **SPONEA** OCCASIO, ἀπομή, in Gloss. Lat. Gr. et Gr. Lat. ubi Sangerm. habent, *Occasio Sponteae*.

\* **SPONGIA**, Macula, Gall. *Maille*; unde vestis ad modum retis contexta, *Spongia* appellatur, in Hist. transl. S. Vandreg. ex Cod. reg. 5506 : *De sancto Johanne præcursore Domini et de Spongia ipsius*. Vide Diaria Trevolt. ann. 1737. mens. Maii pag. 791.

**SPONGIA SACRA**, ἄγιος σπόγγος, in sacris liturgiis à Græcis adhiberi solita, qua sacra mensa et calix dethergebantur. Vocabatur etiam Μῶσυν. Vide Glossar. med. Græcit. in his vocibus col. 1423. et 963.

**SPONGIARE**, SPONGIARE, Spongia detergere, emundare, apud Apicium lib. 1. cap. 26. lib. 7. cap. 16.

\* **SPONGIARIUS**, *Attractivus*, in Gloss. ad Alex. Iatrosoph. MS. lib. 1. Passion. cap. 85 : *Collirion, quod dicitur Spongiarium, bonum satis ad magnos dolores*.

\* **SPONIUM** est Cinis aqua uaceratus, qui in fornacibus substernitur, cum affinitur aurum et argentum, ut in libro antiquissimo de Alkimia reperi. Glossar. medic. MS. Sim. Januens. ex Cod. reg. 6959.

† **SPONNA**, ut *Sponda* 1. Charta ann. 890. in Append. ad Marcum Hisp. col. 825 : *Sicuti ascendit per ipsam puialem de Beders usque ad ipsam Sponnam de super rivo et usque in viam de Boxaza*.

† **SPONSA CHRISTI**, Sanctimonialis, in Lege Bajwar. tit. 1. cap. 12. Capitul. lib. 6. cap. 424. Canon. Isaaci Episc. Lingon. tit. 7. cap. 8. et alibi.

**SPONSA SOLIS**, Glossæ MSS. ad Alexandr. Iatrosoph. : *Intiba, i. cicorea, Sponsam solis intellige*.

**SPONSALIA**, Donatio facta sponsæ, donatio propter nuptias : ἔδωκ, in Gloss. Lat. Gr. *Sponsales tabule*, apud Hieronym. Epist. 10. vel *arræ* a sponso sponsæ datæ, quomodo *sponsalia* usurpantur in tit. Cod. Just. *Si rector provincie, vel ad eum pertinentes Sponsalia dederint* (5. 2.) : quæ pignora dicuntur in leg. 6. Cod. Th. de Sponsalibus (3. 5.). *Arræ sponsaliorum*, apud Papianum lib. Resp. tit. 28. [*Sponsalicia largitas*, in leg. 4. Cod. de sec. nupt. (5. 9.) et in Dotalitio] Job matrimonium inter Guillelmum Montispessulani et Titburgam filiam Raimundi Atonis ann. 1191. apud Acher. tom. 8. Spicil. pag. 208.] Græcis μὴδρα. Acta Episcoporum Cenomanensium pag. 316 : *Ubi dogmatizabat novum dogma, quod femine, quæ minus caste vixerant, coram omnibus vestes suas cum crinibus nude comburerent : nec quilibet amplius aurum, argentum, possessiones, Sponsalia cum uxore sumeret, nec illi dotem conferret*. Tabularium Brivatense ch. 124 : *Similiter de ipsa hereditate illa Sponsalia, quæ dedit uxori mee, dimitto S. Juliano, etc.* Occurrit præterea in Charta 155. *Sponsalitas*, in ch. 423 : *Qui hanc hereditatem mihi tribuit in die Sponsalitäts mee*. [Ubi *Sponsalitas*, non de munere nuptiarum, sed de die quo Sponsalia habita sunt, accipi debere existimo.] Vita SS. Bovæ et Dodæ n. 11 : *Quidquid chartis ante assignatum extiterat Sponsalibus sui patrimonii, etc.* Charta ann. 1036. apud Martínezium in Hist. Pinnatensi lib. 2. cap.

34 : *Ego Ranimirus gratia Dei prolis Sactioni Regis accepi uxorem nomine Gerberga, filiam Comitiss Bernardi Rodegeri, (Bigoirensis) ... et dedi ei Sponsalia pro dote, et arram propter honorem et amorem, pulchritudinemque suam, aliquid de hereditate mea, quam dedit mihi pater meus in territorio Aragonensi, etc.* Thidericus Langenius in Saxonia, de Ernesto Duce Brunwicensi :

Hic scrutabatur terras, populos speculatur,  
Ad terras versus properans venit, inde reversus  
Invenit nuptam tunc sponso sic sociatam,  
Qui mox subrisit, et ei Sponsalia misit.  
Hoc sic invento Dux agnitus estque memento,  
Brunswic ferozem portavit et ipse leonem.

Incertum tamen, quid hoc loco vox *sponsalia* proprie sonet, nisi intelligatur *Annulus promissus*.

Ut varia fuit pro variis locis isthæc donatio, ita diversis nominibus in diversis regionibus est appellata : quæ voces cum suo ordine hoc in Glossario occurrunt expositæ, eas iterum hic attexere superfluum existimamus. Itaque monuisse sufficiat hæc verba *Sponsalia, Arræ sponsalitiæ, Sponsalitia*, et *Munera sponsalitia*, quæ ut plurimum promissæ habentur, interdum distinguenda esse, ut docet Cujacius in tit. 2. lib. 5. Cod. quem consule.

Sponsaliorum per verba de futuro contractorum meminit Charta Amedei Lugdun. Archiep. ann. 1438. ex Bibl. Reg. : *Sponsalia inter se per verba de futuro contraxerunt, carnali copula subsecuta et prole præcreata; cum lapsis aliquibus annis... ad solemnizationem matrimonii in facie Ecclesie procedere vellent, etc.*

† **SPONSALICIA CHARTA**, Qua sponsalia contrahuntur, et quæ inter jura Episcopi Biterrensis recensetur, in Charta Aldefonsi Comitis Tolos. ann. 1131.

† **SPONSALITAS**. Vide in *Sponsalia*.  
1. **SPONSALITIUM**, Idem quod *Sponsalia*, Donatio propter nuptias. Charta Caroli C. apud Joan. a Bosco in Vienna : *Donativum Sponsalitiis nostræ Regiæque Hermentrudis eidem Sancto condonamus, illa donante et consentiente*. Tabularium Conchense in Ruthenis ch. 59 : *Uxor mea, ... quomvis suum esset Sponsalitiū, me, ut darem, impulit, etc.* Tabular. Celsinianense : *Et dimitto vineas duas, quas dedi uxori mee in Sponsalitiō et dotalitiō*. Alibi : *Duas appendarias, quæ fuerunt Sponsalitiū matris mee*. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 99 : *Et si eisdem mulieribus placuerit, separent se a maritis, ita tamen, quod non amittant dotem suam, nec Sponsalitiā*. Pactum nuptiale Guillelmi D. Montispessulani ann. 1109 : *Et dabimus filie tue in donationem propter nuptias, sive in Sponsalitiō suo, omne illud, quod habemus... in terminio de Valle Eranga, etc.* [Charta ann. 1105. inter Probat. tom. 2. Hist. Occitan. col. 368 : *Ego Alfarius et uxor mea Engelrada donamus tibi Arnaldo filio nostro et uxori tue Metilinae filie Bernardi Atonis Vicecomitis et Cæcilie in Sponsalitiū et donationem castellum de S. Nazario*. Contractus matrimonii ann. 1150. ibidem col. 529 : *Ego Ademarus de Muro-veteri in Dei nomine duces te Titburguetam in uxorem, dono tibi in donatione propter nuptias, et in Sponsalitiū mitto, medietatem omnium bonorum meorum,*

etc.] Occurrit præterea in Pacto nuptial, Guillelmi D. Montispessulani cum Mathilde filia Ducis Burg. ann. 1156. Charta Simonis Comitis Leicestriæ et Montisfortis ann. 1211. in 30. Regesto Archivi Regii ch. 44 : *Pro Sponsalitiō tuo, seu donatione propter nuptias, etc.* Jacobus I. Rex Aragon. in Constitutionibus Catalanæ MSS. : *Non obstante, quod bona prædicta sufficiant plenarie ad dotem et Sponsalitiū uxorum suarum*. *Sponsalitiā donatio et largitas*, Aniano ad leg. 3. et 8. Cod. Th. de Sponsal. (3. 5.) et in alio Pacto nuptiali ann. 1191. Adde Gariellum in Episcopis Magalonsibus pag. 92. Formulæ ejusmodi donationum exstant in Spicilegio Acheriano tom. 8. pag. 194. 216. 217. Vide ibid. pag. 166. 207. 225. Huc etiam pertinet Charta Hugonis Episcopi Nivernensis ex Tabulario Ecclesiæ S. Cyrici Nivern. ch. 75 : *Notum sit, ... quod ego Hugo sola Dei gratuita bonitate, non mei recompensatione meriti S. Nivernensis Ecclesiæ Episcopus, licet indignus, testamentum de bonis, quæ mihi de Episcopatu proventura sunt, ad laudem Dei et honorem institui præcipio, et quemadmodum quælibet persona laicalis uxorem sibi legitime junctam iuxta mundanæ legis traditionem dotat de bonis suis terrenis et honorat, ita et ego sponsam mihi spiritualiter junctam, hanc videlicet Ecclesiam, de bonis meis supra dictis bona voluntatē et bono corde doto secundum traditionem canonum, et honoro; tali videlicet modo, ut quandoque mihi, ex Dei voluntate de hac vita caduca migrare contigerit, medietas bonorum meorum de Episcopatu, tam in pane, quam in vino, auro et argento, et bestiis, omnique suppellectili, tamen persoluto prius, si quod fuerit tunc temporis, meo debito, Canonicis, Deo sanctoque Cyrico die noctuque serventibus, ex meo jussu et dono tribuatur; altera vero bonorum medietas rursus per medium dividatur, quarum unam partem peregrinis et viduis in domo Dei infirmantibus, partem vero alteram monachis Monasterii S. Marie, sanctique Proto-Martyris Stephani in suburbio nostræ civitatis serventibus erogari præcipio.... Recitatum est hoc testamentum in civitate Nivernis in Ecclesia S. Cyrici anno Dominicæ Incarnationis 1074. Ind. 12. 3. Kal. Nov. fer. 7. Quando idem Episcopus Hugo in Sede Pontificali inthronizatus est, astantibus et audientibus Goffrido Autisiodorensi Episcopo, Wilhelmo Comite, aliisque primatibus multis una cum clero et populo civitatis. Recitatum est autem secundo in sequenti septimana in plena synodo. Adde ch. 77.*

† **SPONSALITIUM DELIBRUM**, Deliberatum, statutum, in Testam. Raymundi Trencavelli ann. 1154. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 550 : *Mea uxor tantum quantum voluerit stare sine marito cum suis et meis infantibus in omnibus terris meis sit domina et segnitressa, et si volbat discedere ullo modo, habeat suum sponsalitiū delibrum solummodo et totam raubam et expletam de meis cameris*.

**SPONSALITIUM**, pro Dote Ecclesiæ, in Charta ann. 1030. apud Sammarthanos in Archiepiscopis Aquensibus, et apud Columbum in Episcopis Sistaricensibus lib. 2. n. 11. ubi sic clauditur : *Fac'um Spon-*



salitium istud anno, etc. Tabularium Ecclesie Gratianopolitane sub Hugone Episcopo fol. 93 : *Dedit Gumeterius et filii sui... quamdam peciam vinee Ecclesie S. Andree pro Sponsalio, etc.* Tabularium Monasterii S. Andree Viennensis : *Similiter concedimas Sponsalium ipsius Ecclesie duas diuturnas telluris : similiter pasqua bestiis monachorum, etc.* Alibi : *Concedimus corotas dominicas nostras et in Sponsalio consecrationis Ecclesie unum cartillum, etc.* Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 52 : *Fecit donum et relictionem nobis monachis de Domina omne quidquid tenebat a nobis in Ecclesia et in parochia S. Laurentii, et in capella de Castello, scilicet Sponsalium, primitiarum, oblationum, et decimarum.* Fol. 87 : *Breve de censu de Ferrariis, de Sponsalitiis Ecclesie, Walterius debet 12. den. etc.* Fol. 108 : *Andreas Terraci debet 12. den. in Nativitate S. Marie propter Sponsalium Ecclesie, vel 4. caseos ad Cluniacum.* [Charta an. circ. 1063. ex majore Chartul. S. Victoris Massil. fol. 91 : *Dedit in Sponsalium Ecclesie S. Stephani IV. sexteiras de terra.* Vide in *Sponsare.*]

\* 2. SPONSALITIUM, Rerum inter se permistio, vox chimica, apud Arnald. in Rosar. MS. cap. 20.

† SPONSALITIUS, Ad Sponsalium pertinens. Charta ann. 1402. apud Rymer. tom. 8. pag. 266 : *Neon de aris et Sponsalitiis largitibus, etc.* Vide in *Sponsalia.*

\* Consuet. Carcass. in Reg. L. Chartoph. reg. ch. 3 : *Dotes vel donationes propter nuptias, vel hereditates, vel Sponsalitie largitates æquis passibus non ambulant; sed pro libitu conferentium ex utraque parte, vel una sola, et valeant.*

\* SPONSALIMUM, Tempus, quo licitum est Sponsalia seu nuptias contrahere. Contract. matrim. ann. 1462 : *Convenerunt ulterius dicti domini de Altoforti et de Ulmo, patres dactorum sponsi et sponse futurorum, facere sollempnari dictum matrimonium de dictis sponsa et sponsa in primo Sponsalio, post festum nativitatis Domini proxime venturum.*

† SPONSAMENTUM, Sponsalia, nuptiæ, Gall. *Epousailles.* Chron. Modoet. apud Murator. tom. 12. col. 1166 : *Franchuas acceperat uxorem filiam Berardini de Longarolo, ... et magnum invitum amicorum suorum fecit... Erant autem ibi gentes diversarum partium Lombardiæ, quæ venerant pro Sponsamento fiendo.*

\* *Espousaiges*, in Reg. 13. Corb. sign. *Habacuc* ad ann. 1511. fol. 88. vº : *Item du luminaire des Espousaiges, ledit tresorrier n'y prent riens; mais appartient totalement audit Curé.*

SPONSARE, Sponsalia contrahere, in leg. 38. D. de Ritu nuptiar. (23, 2.) [Leg. Liutprandi [\* 12. (2, 6.)] apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 53 : *Si quis puellam ante annos XII. Sponsaverit, etc. Sponsare de solido et denario, supra in Solidas 2.]*

† SPONSARE, In matrimonium collocare, in iisd. Leg. [\* 119. (6, 66.)] ibid. pag. 74 : *Si quis filiam suam aut sororem alii Sponsare voluerit, habeat potestatem cui voluerit, libero tamen homini, sicut anteriori Edicto continetur. Nam postquam eam Sponsaverit,*

*non habeat potestatem alteri homini eam ad maritum dandi ante biennii tempus.*

† SPONSARE ECCLESIAM, Eam dotare, annuos redditus illi attribuere, Gall. *Doter, fonder une Eglise.* Charta ann. 1096. inter Instrum. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 183 : *Mihi Remundo comiti Tolosensi placuit, ut in manu dom. Urbani PP. et in presentia archiepiscoporum et episcoporum, qui cum eo aderant, ecclesiam Nemausensem sicut fidelis Dei filius Sponsarem. Placuit vero, et placet, et ideo eam fideliter Sponso, nam omne quod villa Fontis coepertæ mihi debet, et quidquid habeo ibi in servitiis, in usibus, in hospitiiis, totam B. Mariæ Nemausensis ecclesie, ... in Sponsalio dono. Vide in Sponsalium.*

† SPONSARE ECCLESIAM, Eam sibi in sepulturam eligere. Litteræ Folcaldi apud Stephanot. tom. 7. Fragm. Hist. MSS : *Do vero ex parte matris mee Girbergiæ, quæ pro amore D. N. J. C. et S. M. semper Virginis et S. Petri Apostoli et S. Abundi Mart. et O. SS. Sponsavit predictum locum de sepultura corporis sui, pro redemptione anime sæe et sai senioris Azonis, quantum ipsa dedit in villa quæ vocatur Juer.*

\* SPONSSALITIUM, idem quod *Augmentum dotis.* Contract. matrim. ann. 1290 : *Et quia dos data meretur donationem propter nuptias, damus vobis de Sponsalio seu augmento nuptialis quatuor milia solidorum Turon. nigrorum.* Vide in *Sponsalia.*

† SPONTALIS, Spontaneus, ultroneus. Gloss. Lat. Gr. : *Spontalis, ἀσβίητος.* Utitur Apuleius lib. 4. Metamorph. et lib. 11. circa finem.

\* SPONTO, SPUNTO, Pugio, sica, Ital. *Spuntone.* Stat. Mutin. ann. 1328. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 487 : *Lanceam, scutum, et spatam sive Spontoneu, et cultellum, etc.* Stat. ant. Florent. lib. 3. cap. 143. ex Cod. reg. 4621 : *Nullas qui non sit de universitate fabrorum civitatis Florentiæ audeat facere... aliquas epadas, Spuntones, cultellos, etc.* *Esperoit*, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1391. ex Reg. 142. Chartoph. reg. ch. 131 : *Iceilai Drouet print un grant coustel ou Esperoit que ledit Perrinet le savetier avoit à sa saintare.* Vide *Spontones.*

† SPONTALITER, Sponte, apud Sidonium lib. 8. Epist. 9 : *Id non modo non coactus, verum etiam Spontaliter facio.*

SPONTONES, Pugiones, apud auctorem Mamotr. ad 2. Paralip. cap. 22. Vox Italica, de qua Ferrarius.

† 1. SPONTONUS, Fustis ferro munitus, Ital. *Spontone*, Gall. *Bâton ferré.* Statuta castri Redaldi lib. 2. fol. 39. vº : *Declaramus quod arma vettusta sint infrascripta, videlicet, lancea, spata, cultellus, sive daga, et cultellesia, stochus, Spontonus, massa, etc.*

† 2. SPONTONUS, Scalprum signatorium, Ital. *Pontone*, Gall. *Painçon*, quo in signandis monetis utuntur. Statuta Genuens. lib. 2. cap. 31. de Monetis fol. 61 : *Typos vero ad imprimendum, quos hodie formas vocant, vel quos ad eos formandos vulgariter Spontones dicunt, sive in dominio Genuensi, sive extra, facientibus, bona publicentur, et summo supplicio adficiantur, vel ad id usque plectantur arbitratu Magi-*

*stratus. Eadem totidem verbis habentur in Statutis Saonæ cap. 50. fol. 104.*

† SPONTUALITAS. Arestum Parlamenti ann. 1531. inter Privilegia Ord. S. Johannis Jerosol. pag. 253 : *Dicti vero intimati originale computoriarum de Spontualitate memorati Episcopatus Laudunensis, per eos productorum... penes dictam Curiam nostram... ponerent.* Legend. videtur *Spiritualitas.* Vide ibi.

\* SPONZONUS, Doliaris fistula, Germ. *Spont.* Acta B. Amad. tom. 2. Aug. pag. 585. col. 2 : *Cum uno sero quidam filius dicti domini Antonii foramen Sponzoni obturare oblitus esset in vase, ex quo vemazola ipsa hausta erat, etc.*

\* SPORA. Vide *Spourones.*

\* SPORCA, Retis seu instrumenti piscatorii species. Charta ann. 1353. apud Ludewig. tom. 9. Reliq. MSS. pag. 530 : *Reservantes nobis ad expensas nostri castri Tornov duas parvas naviculas cum parvis retibus atque Sporeis capiendis pisces in eodem stagno.* Legendum fortean *Sportis.*

† SPORCITIA, pro *Spurcitia*, Immunditiæ, Gall. *Ordures*, in Bulla Eugenii IV. PP. ann. 1437. ex Bullar. Carmelit. pag. 194. col. 1.

† SPORLA, Sporta, Gall. *Corbeille.* Statuta Montis Reg. fol. 312 : *Item pro media dozana de Sportis sol. den. sex.* Vide *Sporta 2.*

\* SPORLAGIUM. Videsupra *Sperlagium.*

\* SPORLARE, *Sporlam*, seu id quod propter investituram, aut ratione relevationis domino capitali debetur, præstare. Charta Henr. V. reg. Angl. ex Cod. reg. 8387. 4. fol. 1. vº : *Laudamina et alia servitia, per quoscumque subditos nostros in dicto ducatu nostro Aquitanie nobis debita et debenda, seu in similibus fieri consueta... exigendi et ipsos subditos ac personas hujusmodi ad Sporlandum compellendi et servitium hujusmodi juxta formam... patrie investiendi... ac Sporlas hujusmodi recipiendi... licentiam (Johanni Radelyf) concessimus.* Charta ann. 1287. in Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 283 : *Salvis domino nostro regi cavalcata, exercitu communi, et acceptamento sea Sporla, et aliis deveris, quæ eidem domino nostro regi pro dicto castro de Clarenceio et pertinentiis nomine domini utilis vel directi debentur.* Alia ann. 1309. in Reg. 46. ch. 68 : *Una lancea cum ferro novo deaurato pro Sporla in mutatione domini semper solvenda.* Vide supra *Esporlare* et infra *Sporta 2.*

\*\* SPORLES, in vet. Notit. scripta in cod. Polypt. Irminon. post Breve 12. Guerardo pag. 130. Erasis verbis quæ præcedunt certi nihil affirmare licet, videtur tamen idem esse quod *Sporla*, in *Sporta 2.*

† SPORONES, ut *Spourones.* Vide ibi.

\* SPORONISTÆ, Hæretici. Vide supra *Speronistæ.*

\* SPORONUS, Calcar, Ital. *Sperone.* Inventar. MS. thes. Sedis Apost. ann. 1295 : *Item unam cupam de argento deauratam ad Sporonos cum coperculo.* Vide *Spourones.*

1. SPORLA. Inter alia veterum monachorum officia seu manualia opera, frequens est mentio *Sportarum*, quas vimine, aut junco, sparto, aut alia quavis materia texebant, quo earum pretio victum et alia



necessaria sibi comparant, quod testatur Regula S. Pachomii cap. 74. S. Hieron. Epist. 4. Cassian. lib. 4. de Cœnob. cap. 29. et alibi. Sozom. lib. 6. cap. 29. etc.

**SPORTA PEREGRINATIONIS**, Quæ alias *Pera*. Papias : *Pera, sportella, sacculus pastoralis, mantica*. Tabularium S. Victoris Massiliensis apud Guesnaium ann. 855. n. 3 : *Illucescente vero mane ipsius Dominicæ Resurrectionis, post acceptam Sportam suæ peregrinationis, ob religionem piæ devotionis, venit in medium congregationis, etc.* [Charta Hugonis Ducis Burgundiæ ann. 1171. inter Instr. tom. 4. Gall. Christ. novæ edit. col. 91 : *Sportam meam suscipiens de manu Guichardi Lugdunensis Archiepiscopi.... donavi et concessi ad luminare ipsius altaris S. Nazarii xx. solidos singulis annis.*] Vide *Pera* I.

† **SPORTARUM BENEDICTIO**, inter obventiones presbyterorum recensetur, in Chartul. Bituric. fol. 22. quod scilicet pro benedictione Sportæ seu peræ peregrinantium presbyteris fiebant oblationes. Vide in *Pera* I.

\* **Oblatio Sportæ**, id, quod pro illius benedictione sacerdoti offerebatur, in Charta ann. 1149. ex Chartul. Cluniac. : *Baptisterium, oblatio Sportæ et baculi.... per medium dividitur.*

† **SPORTELLA**, diminut. a *Sporta*, *Pera* minor, Charta Sancii Reg. apud Morett. Antiquit. Navarræ pag. 616 : *Ut omnes undique partibus venirent causa orandi cum Sportella vel ferrone.*

2. **SPORTA**, **SPORLA**, **Id**, quod propter investituram, aut ratione *relevis* conceditur a vassallo domino capitali. In Regesto Constabulariæ Burdegalensis : *Isti sunt, qui debent Sportam in diocesi Burdegalensi. Dominus Bertrandus de Novelliano Miles debet pro Castro de Novelliano unam lanceam de Sporta; et pro his, que habet in parochia de Salas unam austerium, (autour) vel 60. sol. de Sporta*. Ita de cæteris feudatis, quorum alii lanceam, calcaria aurata, aut chirothecas, vel certam numerum summam debent pro *sporta*. Fol. 165. ejusdem Regesti est Charta Helicæ de Capanna Militis ann. 1285. in qua sic loquitur : *Dabimus prefato domino meo Edwardo, hæredibus et successoribus suis, unum austerium sor de Sporta, in qualibet mutatione domini, quotiens mutationem istam ex alterutra parte fieri contigerit*. In Regesto homagiorum nobilium Aquitanicæ fol. 18. ubi agitur de Burgi (urbis ita dictæ) incolis : *Cum secundum nostram consuetudinem non sit feudum, nisi sit ibi Sporle, sive investitura. Esporle, etiam interdum Gallice effertur ibidem fol. 58 : Theobaud Seigneur de Budos bailla pour Esportle et devoir deux lanesses. Mons. Geraud de la Mota bailla pour Esportle 20. sols de la monnoie, etc.* Occurrit vox *Esportle* hac notione in Consuetudine Burdegal. art. 82. 83. 85. 88. 93. 94. Charta Edwardi Regis Angliæ in 84. Regesto Philippi Pulchri Regis Franc. ex Tabulario Regio n. 43 : *Reddendo inde nobis et hæredibus nostris unam lanceam ad Sporlam in mutatione domini, uti Sporlæ de Vasata fiunt.*

† **SPORTULA**, Eadem notione, in Charta ann. 1317. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 166. col. 1.

\* **Sportule**, in Charta paragiis inter reg. et abb. S. Severi ann. 1461. ex Reg. 198. Chartoph. reg. ch. 273 : *Lausimes, præparances, Sportules, tous les fiefz, cens et autres droits*. Vide supra *Sporlare*.

† **SPORLANUM**, Eodem significato. Charta Edwardi I. Reg. Angl. ann. 1289. apud Rymer. tom. 2. pag. 425 : *Reddendo inde... unam lanceam cum ferro deauratam pro Sporla in mutatione domini cujaslibet linc et inde... Ita quod quilibet predictorum... ad solvendum pro rata Sporlani in mutatione domini teneatur.*

† Eodem nomine aliquando significatum quodvis servitium a tenentibus domino debitum, ut colligitur ex Codice censuali Irminonis Abb. Sangerm. fol. 64. vº : *Hic mos est de bobus apud Modiacum et villanorum, quod vulgo dicitur Sporles, quod vinum colligent ministeriales S. Germani tempore vindeniurum, et deliberabunt exceptoribus et conductoribus ejusdem Widonis in eadem villa, et ipsi exceptores conducent vinum ad conductum suum quo dominus eorum voluerit*. Vide *Sporles* suo loco.

Hanc porro vocem a *sportula* Latinorum manasse nemo inficias erit, quibus, maxime paulo inferioris ævi Scriptoribus, ita munuscula, dona, salaria et honoraria, nuncupantur, quod docuere pridem Juretus ad Symmachum lib. 9. Epist. 124. Simondus ad Sidonium lib. 8. Epist. 5. et Alexander Wilthemius ad Diptychon Leodiense, ubi observant *sportulas*, a *sportis* seu canistellis, uti vocantur a Symmacho lib. 2. Epist. 81. appellari, quod in *Sportulis* honoraria vel munera offerrentur, quod præterea ex Corippo colligunt. [Vide Notas Gothofredi ad leg. 1. tit. 9. de Expensis ludor. Cod. Theod.] Atque hac notione posterioribus etiam sæculis *Sportulas* appellari constat. Concilium Vernense ann. 755. cap. 27 : *Ut nec Episcopus nec Abbas, nec ullus Laicus, pro justitia faciendi Sportulas, contradictas accipiat*. Id est, *veritas*. Usatici Regni Majoric. MSS : *Judices ordinarii seu curiæ ordinariæ civitatis nullas expensas, seu Sportulas, nec aliquid pro primis sententiis exigant, habeant seu requirant*. Fori Aragon. lib. 7. de firmis juris : *Non teneantur solvere salarium, expensas, vel Sportulas aliquas Inquisitori, Notario, nec alicui alteri*. [Chartul. Auxit. Eccl. cap. 102 : *Gurpivit ecclesie illi xx. solidos quos nomine Sportulæ de jure petere videbatur in honore illo de Berdala... Et malitiam suam saper hujus Sportulæ exactionem manifeste confessus est*. Diploma Henrici Imper. ann. 1193. inter Instr. tom. 1. Gall. Christ. novæ edit. pag. 79. col. 1 : *Imperiali edicto sancimus ut nulli dominorum in Aptensi civitate constitutorum, de libra accipiant nisi xii. denarios nomine Sportularum, et pro justitia*. Charta ann. 1293. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 37. col. 1 : *Item quod dicitas Raymundus et successores sui expensas et Sportalas latas, nec aliquid aliud pro causis suis solvere minime teneantur*. Litteræ Philippi VI. Reg. Franc. ann. 1340. tom. 3. Ordin. pag. 172 : *Absque aliquarum levatione Sportularum seu salariorum*. Constit. Ludovici Reg. Siciliæ ann. 2351. ex Cod. MS. D. Brunet fol. 100 : *Nullus commissarius... possit Sportulas seu salarium aliquod reci-*

*pere a nostra Camera fisci*.] *Sportules*, in Statutis Leodiensibus art. 70. 71. 90. Hinc *sportulantes fratres*, apud Cyprianum, Epist. 28. 34. 66. dicuntur Clerici, quibus *Sportulæ* pro stipendiis præbebantur, quæ postmodum *Præbendæ* dictæ Gregor. M. lib. 1. Epist. 64.

\* **Sportule** et **Esportule** nostris eadem notione. Charta ann. 1404. ex Cod. reg. 6008. fol. 204. vº : *Fit ne payera ledit comte aucanes Sportules es cours dudit seigneur, et les fera le Roy tenir quite et paisible*. Instr. ann. 1433. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 243. col. 1 : *Salaires, Esportules des commissaires, adjoints, notaires et autres, etc.*

\*\* **SPORTALE**, *Sporta*, ut videtur, quam Isidor. in Origin. lib. 20. cap. 9. sect. 10. ita dictam secundum nonnullos scribit *quia exportat aliquid*. Membran. Meinhard. Abbat. de Jurib. Mauri-monaster. ann. 1144. in Alsat. Diplou. num. 275. tom. 1. pag. 227 : *Duos porcos dabit (abbas advocato) in natali, unum honestiorem, alterum minorem, et unum Sportale, id est replporci, et panes, etc.* Legendum puto *reph, porci*, Clitella qua unus porcorum asportari potuit. Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 4. col. 1154. radice *Href* ubi vet. gloss. : *Ref vel meisa, Sarcina*.

† **SPORTALIA**, διανομή, in Gloss. Lat. Gr. Aliæ Græco-Lat. : *Διανομή, Divisio, distributio, sportulia, Sportalia*.

\* **SPORTATIUM CUBILE**, *Sporta*, in qua quis cubat. Mirac. S. Emmer. tom. 6. Sept. pag. 503. col. 2 : *Quia destituta esset officio membrorum, in quod deportatur ad S. Emmerammum. Cai duno propria manu, altius tamen suffulta, calicem restituisset.... subito reddita sanitati, exiit de Sportatio cubili*.

\* **SPORTELLA**, Sacrarum Reliquiarum capsula. Tralat. S. Taur. tom. 2. Aug. pag. 646. col. 2 : *In medio Sportellarum, quæ pretiosa corpora predictorum duorum confessorum continebant, se dedit*. Vide in *Sporta*, 1.

† **SPORTELLARIUS**, κοπριαίρετος, in Glossis Lat. Gr.

\* **SPORTELLUM**, Ostiolum, Ital. *Sportello*. Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 178 : *Si vis secure destruere portam sive murum castelli aut fortificii, fac quod ante te sit musculus aut vinea fenestram habens aut Sportellum : et quando vis ignem in bombardam mittere, prius elevatur altius Sportellum*.

† **SPORTULA**. Vide in *Sporta* 2.

† **SPORTULARE**, Sportulam accipere, apud S. Cyprianum Epist. 66 : *In honore Sportulantium fratrum*. Vide in *Sporta* 2.

† **SPORTULIA**. Vide *Sportalia*.

**SPOURONES**, Calcaria, Saxon. *spora*, Germanis *Sporen*, Anglis a *Spurle*, [Italis, *Sperone*,] Gallis *Esperons*. Testamentum Everardi Ducis Forojuliensis : *Baltheum unum de auro et gemmis, Spourones duos de auro et gemmis, vestitum unum de auro paratum, etc.* Sermo Synodalis ann. 1009 : *Nullus cum calcariis, quos Spourones rustici vocant, et cultellis extrinsecus dependentibus Missam cantet*. [\*\* Vide Pertuz. Archiv. Histor. Germ. tom. 7. pag. 869.] Philippus



*Moashes* in Historia Francorum MS. in Henrico I :

Si l'a jus à ses piés gietée,  
Et as Espourons deboutée,  
Et de puins et de piés batue,  
Si que poi faut il ne le tue.

Infra :

Maugré ses gardes chevaucha,  
Des Esperons ceval brocha.

Idem in Philippo Aug. :

Uns Esperons ot en ses piés.

Littleton. sect. 159 : *Tenure par petite serjanty est lou houe tient sa terre de nostre Seigneur le Roy de rendre al Roi annuellement un arke, ou un espée, ou un dagger, ou un cattel, ou une paire de gants de ferre, ou un paire de Spoutes doré, etc.*

SPORA, in Testamento Ranimiri Regis Aragonum æræ 1099. Locum vide in *Testinua*. [Testament. Ermengaudi Comit. Urgell. ann. 1010. in Append. ad Marcam Hispan. col. 974 : *Et ipsas meas Sporas meliores ad Vivus sacerdotem. Et alias meas Sporas qui sunt de argento, sicut et alias retro scriptas, remaneant ad Bonifilio et ad Bonucio et ad Maier Sacerdotes de Barchinona.*] [\* Chronic. Casin. cap. 10 : *Vaucus par 1. in geminis et smaragdīs, Spora par 1. Ubi Leo Marsic. lib. 1. cap. 28. habet bocis ac fibulis.*]

† ESPERONNUS, a Gall. *Esperon*, in Computo ann. 1239. ex Bibl. Reg. : *Pro Esperonis XLII. sol. Pro calciamento Regis CXXI. sol.*

† 1. SPRANGA, Subscudis genus ex ligno vel ferro, repagulum, vox Italica. Guido de Vigevano de Modo acquirendi et expugnandi T. S. cap. 6. ex Cod. Colbert. 5080 : *Et saper istis coroginellis ponantur duæ Sprangæ de ligno ante et retro, in quibus fiant duo foranina tam lata, ut perticæ possint intrare.* Ibidem cap. 8 : *Inter illas duas assides subtiles ponantur plures Sprangæ subtiles pro firmitudine fundi.*

† SPRANGHA, Eadem notione. Translatio S. Leonis I. PP. tom. 2. April. pag. 21 : *Tabula marinoeva quæ tumbam claudēbat, imposita erat quatuor ferreis hastis sive Spranghis per transversum positis.* Vide in *Spranga*.

\* Hinc forte Gallicum *Effranche*, non dissimili notione, scilicet pro Pertica in longum posita a latere carri, vulgo *Ridelle*. Lit. remiss. ann. 1419. in Reg. 172. Chartoph. reg. ch. 12 : *Un baston, appellé Effranche oa ridelle de charrette.*

\* 2. SPRANGA, Italis, Lamina; unde *Sprangatus*, Ejusmodi laminis munitus et ornatus. Inventar. MS. thes. Sedis Apost. ann. 1295 : *Item duos alios flascones de argento deaurato,.... cum corrigiis de serico violaceo, Sprangatis de argento deaurato.... Item duos flascones de argento.... stantes super quatuor pedibus,.... cum sex Sprangis in quolibet et cum cooperulis.* Vide *Sprangatus*.

† SPRANGATUS, Vox Italica. Anonymi Annal. Mediol. apud Murator. tom. 16. col. 812 : *Botacii duo argenti deaurati cum esmailtis duobas in bottis, et cum litteris Græcis et corrigiis Sprangatis.* Id est, laminis argenteis munitis et ornatis. Vide *Spranga*, 2.

SPRENO. Gloss. Græc. Lat. : Ἐξουδενῶ, *Adnichilo, Spreno, sperno, respuo.* Ἐξουθενῶ, *Sperno, respuo, adnichilo, Spreuo, ad-sperno.*

\* SPRETUS, Spretio, contemptio. Epist. Pauli I. PP. ad Pippin. reg. ann. 757. tom. 5. Collect. Histor. Franc. pag. 504 : *Spoletinum et Beneventanum, qui se sub vestra a Deo servata potestate contulerunt, ad magnum Spretum regni vestri desolavit.* Utuntur Apuleius et Sidonius lib. 3.

† SPREVIARIUS, SPREVERTUS. Vide *Sparvarius*.

† SPREZIA, f. pro *Spezia*, Nummus. Castellus in Chron. Bergom. ad ann. 1406. apud Murator. tom. 16. col. 968 : *Similiter iuvenierunt uxorem Moroni de Ventraria, quam in capite vulneraverunt et scavezzaverunt unum brachium, et acceperunt unam Sprezian auri, et dimiserunt iæ.*

\*\* SPRIMATUS. Vetus Notit. de panibus distributis apud S. Germanum Pratensem in Nativitate S. Thomæ, post Irminon. pag. 304 : *Ad stabulum 3. ad burriam 1. vevencarius 1. 46. superadditi.... 46. isti accipiunt panem Sprimatium.* Guerrardo idem videtur qui *paximatium*.

† SPRINGALDUS, SPRINGALIS. Vide *Spingarda*.

† SPRIU, *Pevipsema*, in Gloss. Mons. ex Schiltero in Gloss. Teuton.

† SPRIUZA, *Fulera*, in iisd. Gloss. apud eundem, Germ. *Spriessen*.

\* SPROCARIUS Stat. Mantuæ lib. 1. cap. 126. ex Cod. reg. 4620 : *Piscatores in lacu communis Mantuæ et Sprocarii ire possint per lacum communis Mantuæ de nocte et redire; hoc modo videlicet, quod ipsi piscatores et Sprocarii se scribi faciant coram domino potestate, et faciant securitatem de non portando aliquam personam extra civitatem Mantuæ.* Piscatorum genus, qui sic appellantur, quod inter piscandum potissime utuntur instrumentis ex viminibus vel surculis confectis, ab Italico *Sprocco*, germen, surculus; unde etiam fortasse vox Gallica *Esprinier*, eadem, ut videtur, notione, in Lit. remiss. ann. 1395. ex Reg. 148. Chartoph. reg. ch. 34 : *Pour aller jusques au bois queir des Espriniers.*

† SPUDEUM, Academia, a Gr. σπυδῆω, studio. Vita S. Stephani Sabait. tom. 3. Jul. pag. 549 : *Hinc unicas quidam erat cognomeno Basilias; proximum namque ei in Spudeo sanctæ Christi Dei nostri Resurrectionis cellam obtinebat.* Hinc

† SPUDIUS, Studiosus, industrius, a Gr. σπυδῆος. Ratherii Episc. Veron. Præloq. lib. 5. apud Marten. tom. 9. Ampl. Collect. col. 933 : *Ipse te custodire valet paulo erectum, qui voluit erigere penitus dejectum;... ipse perpetim efficere Spudium, qui contra naturam citraque omnem spem colligere voluit etiam infatuatum.*

\* SPULGA. Charta ann. 1272. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 51 : *Item in dicta rippa est Spulga de Ortonaco, cum villis de Bicaco, de Sorssaco.... Item vallis de Astnava in dicta rippa incipit, cum castro de Astnava,.... et Spulga de Solambria.* an Rivulus?

SPULUM. Isidorus Pacensis æræ 788 : *Tunc capita damnatorum ad Abdellum dirigentes, suo Spulo re fuerant bellatores, at-*

*que cunctos pristinos digne pacificantes.* An *Spolio?*

† Hæc male sana sic emendari posse videntur : *Tunc capita damnatorum ad Abdellam dirigentes, suo supplicio redeunt bellatores, etc.* Sed hæc divinando.

SPUMATICUM. Gloss. Saxon. Ælfrici : *Spumaticum* : mete of melde, of ban gesoden. Somnro me te est cibus, esca : me lve, forte, inquit, similago : gesode'n, elixus. Confer *Sprimatus*.

\* SPUMEX, quasi *spuma maris*, Gall. *Pousse*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7679.

\*\* SPUNGIOLARE, Spongia detergere, ut *Spongiare*. Bonifac. Consil. apud Maium in Spicil. tom. 3. pag. 151 : *Vino mareotico manas ejus Spungiolare præcipiunt.*

SPUNLIA. Ordonius Monachus lib. de Miracul. S. Rudesindi Episc. Dumiensis n. 29 : *Cum quædam in ejus navibus infirmas, quæ vulgo Spunlia dicitur, nasceretur.*

\* SPUNTO. Vide supra *Sponto*.

\* SPUPILLARE, Emancipare, vox in Academiis Italicis, qua exprimitur ratio emancipandi, ut ita dicam, *beanos* in Academiis Germanicis; qualis olim descripta est ab Eumop. in Prohæres. et a Gregorio Naz. Orat. in Basilium. Læl. Bisciola tom. 4. lib. 6. cap. 4. Hæc post D. *Falconet*.

† SPURARIUM, Calcar. Gall. *Eperon*. Charta ann. 1292. apud Kennett. Antiq. Ambrosd. pag. 321 : *Et pro hac recognitione, warrantia, acquietantia, fine et concordia idem Johannes dedit prædicto Hugoni unum Spurarium aureum.* Vide *Spourones*.

SPURCALIA in FEBRUARIO, Superstitiosis species et paganæ interdicta in Capitul. Carlomanni ann. 744. cap. 3. [Aldelmus de Virgin. cap. 12 : *Cui paganorum decepta gentilitas, ad sedandam furoris vesaniam, fanaticæ lustrationis Spurcalia thurificabat.*]

SPURCIE GENTILITATIS, et *Gentilium*, Paganicæ superstitiones, in Capitulari 1. ann. 769. cap. 6. 7. lib. 7. Capit. cap. 128. 129. in Epist. Bonifacii Moguntini ad Cuthbertum Archiepisc. Cantii, et in Concilio Cloveshoviensi ann. 747. in Præfat. Hinc percipere licet, quid velit Capitulare 5. ann. 819. cap. 10. et lib. 4. Capit. cap. 53 : *De locis jamudum sacris, et nunc Spurcicia fœdatis, ut juxta possibilitatem in antiquam statum reformatur.* Ubi loca sacra *Spurcicia* fœdata intelliguntur ea, quæ in Gentilium fana conversa fuerant.

† SPURCAMEN, Paganica superstitio. Dudo lib. 1. Histor. Normann. : *Contrita est namque gens ultore Antistiguo Francigena quæ Spurcaminum erat sorde nimium plena.* Pro Spurcicis utitur Prudent. Cathemer. 9. 59 : *Gregis suilli sordida Spurcamina.*

† SPURCIDUS, Spurcus. Vita S. Gerardschæ tom. 7. Maii pag. 175 : *Et cum ei Spurcila verba diceret, etc.*

SPURHUNT. Vide in *Canis*.

† SPURIUS, Incerto patre natus, vox JC. nota. Occurrit præterea apud Apuleium lib. 6. Metamorph. in Hist. Curtusior. lib. 8. et alibi. Sed et adjective sumitur, ut apud Auson. Epist. 2 : *Spurii versus, id est, incerti auctoris.*

\* Varias illius notiones profert Glossar. vetus ex Cod. reg. 7613 : *Spurius, incerto*



patre, matre vidua genitus, quasi tantum spurii filius; quia veteres muliebrem naturam Spurium dicebant. Spurius dicitur, qui de patre ignobili et matre nobili est. Spurius, Javonius dicitur, de nobili matre vel adulterrino semine. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: Spurius, de patre nobili et de matre vile. Hinc Spurius a nostris metaphorice usurpat, ut quid vile et contempnendum significent. Vide supra *Emphyteosis*.

† SPURTIS, f. pro *Curtis*. Charta Edwardi III. Regis Angl. tom. 2. Monast. Anglic. pag. 832: *Usque ad stagnum molendini ipsius Willelmi cum buttorio (battorio) et agardino suo ubique usque ad divisas inter Beresford. et Wasperton, cum Spurte, etc.*

SPUTACULUM, Sputum. Evagrius in Vita S. Antonii: *At ego Sputaculum maximum in os ejus ingenians, etc.* In Græco est: Ἐγὼ δὲ τότε μᾶλλον ἐνεφύσησα κατ' αὐτοῦ.

\* *Racheron*, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120.

† SPUTAMENTUM, ut *Sputaculum*. Conc. Tolet. XVI. inter Hispan. tom. 2. pag. 739: *In carne sua (Christus) flagra pro nobis, colaphos, Sputamenta coronamque spineam sustulit.*

SPUTARIUM, Sputum. Gloss. Isid.

\* SPUVIA, Instrumentum fabrilis; vox haud certo lecta; f. pro *Squiva*, instrumentum ferreum, quo utuntur fabri lignarii, nostris *Gouge*. Vide *Guvia*. Lit. remiss. ann. 1353. in Reg. 8r. Chartoph. reg. ch. 79r: *A quadam Spuvia feuri, qua in ludendo inter se projecti Heuvelus præfatus, dictus Audrietus fuit in capite percussus et læsus, taliter quod mors exinde fuit subsecuta.*

† 1. SQUADRA, Acies, cuneus, copia militares, vox Italica, Gallis *Escadron*. Chron. Tarvisinum apud Murator. tom. 19. col. 862: *Tunc prope Cremonam incipit pugna, et Squadra una adversus alteram bello congregitar, ita ut modo una pars alteri cederet.* Vide *Scara* 3.

† 2. SQUADRA, Caterva, turba, cohors, Gallis *Bande*; item, Plaga, regio, qua etiam notione, in re nautica præsertim, *Bande* usurpamus. Statuta criminalia Riperiæ cap. 16. fol. 7: *Eligatur unus syndicus in consilio communitatis Riperiæ per Squadras; hoc modo videlicet: quolibet Squadra eligat suum: et si Squadra eligere debens, in eligendo fuerit discors, fiat per consiliarios dictæ Squadræ balotatio ad bussolas, et balotas, et habens majorem partem seu numerum balotarum, sit electus pro dicta Squadra; et sic electi per omnes Squadrans, scribantur bulletinis æqualis formæ, et postea ponantur omnes in uno sacco, et misceantur, et quassentur, et subinde sorte unus extrahatur, qui syndicus esse debeat. Statuta ejusd. dataria cap. 5. fol. 12: *Quolibet persona que vendet carnes ad minutum in communitate prædicta, vel ejus districtu, seu in aliquibus Squadrans communitatis prædictæ, non possit, nec debeat vendere de ipsis carnis, nisi in infrascriptis teris.* Chron. Petri Azarii apud Murator. tom. 16. col. 370: *Et sunt Olegium in Squadra Ticini: Burgomaynerium in Squadra Aconie, Calpigninum in Squadra Sitistis, etc.* Vide *Scara* 5.*

† 3. SQUADRA, Norma, gnomon,

Gall. *Equerre*. Guido de Vigevano de Modo expugnandi T. S. cap. 12. ex Cod. Colbert. 5080: *In isto ferro de subtus fuselis ponantur quatuor anuli per Squadras, ut rota jacens possit teneri recta.* Vide *Squaratus*.

\* 4. SQUADRA, Vide mox in *Squaia*.

\* SQUADRARE, vox Italica, Exponere vel ad *Squadram* seu normam notare. Annal. Placent. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 942: *Eodem anno 1472. datum est principium hospitali magno ipsum designando, Squadrando.* Vide *Squadra* 3.

\* SQUAGNA, Mensura agraria, modus agri. Charta ann. 1303. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 308: *Et medium arpentum minus novem Squagnis prati et albaretæ.* Vide *Scaqua*.

\* SQUAIA, Piscis genus. Tract. MS. de Pisc. cap. 40. ex Cod. reg. 6838. C: *Squatina nostri, Massilienses, Galli, Ligures angelum vocant,.... Veneti squaquam vocant, alii Squaiam, alii squadram.* Vide *Squatus*.

SQUALATA, Vide *Scarlatum*.

\* SQUALETUM, Pannus coccineus, Gall. *Escarlate*. Gaufr. de Bello-loco in Vita S. Ludov. tom. 5. Aug. pag. 544. col. 1: *Ex quo prima vice viam arripuit transmarinam, numquam indutus est Squaletto.* Vide *Scarlatum*.

† SQUALLA, Constitut. Lateran. apud Mabillon. tom. 2. Musei Ital. pag. 580: *Beneficiati vero et capellani, qui servire tenentur in choro, indutas deferant cappas nigras cum superpelliceo seu cotta et almucias de Squallis nigris.* Id est, ut videtur, de pellibus nigris.

\* SQUAMATA est lorica ferrea ex laminis ferreis aut æreis concatenata in modum squamæ piscis. Glossar. vctus ex Cod. reg. 7613.

SQUAQUA, Vide supra in *Squaia*.

† SQUAQUARIUM, pro *Scacarium*. Vide in *Scacci* 1. Inquisitio ann. 1247. ex Tabul. Gemmet. : *Præceptum fuit hoc in Squaquario apud Rothomagum quod, etc.* Vide *Scaquarius*.

† SQUARATUS, Quadratus, in quadrum efformatus, Gallis *Equarri*. Statuta Cadubrii fol. 5r. vº: *Item quod nullus homo et persona de terra Cadubrii possit aut debeat recipere lignamen Squaratum, etc.* Eorumd. Statut. reformat. fol. 5r. vº: *Item statumus, quod nullus forensis audeat vel præsumat incidere aut incidere facere, laborare vel laborari facere lignamen Squaratum aut rotundum, etc.* Vide *Squadra* 3.

† SQUARLATUM, ut *Scarlatum*. Vide ibi.

SQUAROSUS, *Asper, vel inæqualis*. Jo. de Janua. Leg. *Scarosus* a *scaro* pisece aspirati.

Alii nihil immutandum censent. Et quidem præterquam quod *Squarosa* rostra dixit Lucilius, facile *Squarosus* deducitur a *Squarus*, piscis asperissimi genus. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. MSS: *Squarus, un poisson qui a la pel aspre de quoy l'en polit le bois.* Vide *Squatus*.

† SQUARTARE, vox Italica, Quadratum dissecare, dilaniare in quadrantes, Gall. *Ecarteler*, supplicii genus. Jac. De Layto Annal. Estens. ad ann. 1396. apud Murator. tom. 18. col. 935: *Fuit enim per civi-*

tatem Ferrariæ super curru tanajatus, postmodum reportatus ad plateam, et alligatus cum funibus ad quatuor equos, ut Squartaretur, per horam magnam ventilatus et excussus est; sed cum per equos eo modo nequiret esse conscissus, solutus ab illo martyrio, fuit per lictorem communis ibidem, videlicet in platea, decapitatus atque Squartatus, et quarteria cum capite et intestinis in calatho uno positus delata fuerunt ad locum homicidii perpetrati. Occurrit rursum col. 990.

† SQUARZARE, ab Italico *Squarciare*, Lacerare, discerpere, frangere, rumpere, Gall. *Déchirer, Briser*. Statuta Cadubrii lib. 3. cap. 56: *Ordinamus quod si quis aliquam honeste viventem osculatus fuerit, vel in terram projecerit causa et animo eam cognoscendi, vel pannos Squarzaverit, vel ellecaverit vel similem injuriam intulerit, in 15. libris Pap. condemnetur.* Ibidem cap. 67: *Et si ramum alicujus arboris fructifera incidit, vel Squarzaverit, pro quolibet ramo inciso vel Squarzato curiæ in 20. solid. Pap. condemnetur.*

\* *Esquatir*, non dissimili notione, in Stat. ex Lib. rub. fol. magno domus publ. Abbavil. : *Se un pot de lot est trouvés qu'il ne soit de bon aloi, il sera Esquatis, et en paiera xij. deniers.*

† SQUASSUS, Succussio, Italis *Squasso*, Gallis *Secousse*. Mirac. B. Simonis Erem. Aug. tom. 2. April. pag. 830: *Ex quodam Squasso crepavit.* Haud scio an eadem notione in Decretis Placent. ad calcem Statut. fol. 108: *Quas penas si non solverint infra x. dies, dent ei v. Squassus sive botte curli vel torture.* Videtur esse supplicii genus.

† SQUATIT, *Ebullit*, in Gloss. Sangerm. n. 50r. Sed leg. *Scatet*.

† SQUATUS, Piscis genus, Plinio *Squatina*, Italis *Squato*, Gall. *Raye*. Gloss. Lat. Gr.: *Squatus, πῖνζ, εἶδος ἰχθύος.* Ubi *Squarus* emendat Cujacius. Ita etiam fortassis legendum est pro *Squatus*, in Actis SS. Ananiae et Petri tom. 3. Febr. pag. 493: *Præses vero jussit sale asperrino cum Squato dorsum ejus fricari.* Vide *Squarossus*.

† SQUAYLINUS, Statuta Vercell. lib. 4. fol. 84: *Item quod aliquis cujuscumque conditionis existat, non audeat vel præsumat ludere.... ad ludum catini sive Squaylini cum taxillis subtus vel alia re.*

† SQUELLA, Corbis, ut videtur. Eadem Statuta lib. 3. fol. 102: *Eo salvo quod vanni, corbelle, situle, ceberi, conche, Squelle, incisoria... duci possint non obstante hoc statuto.*

† SQUERA, an Radius, vel Funiculus ad metiendum, Gall. *Equerre*? Ita Bollandistæ ad Acta sancti Ettonis tom. 3. Julii pag. 49: *Designatus est autem eis in interiori cancello prioris ecclesie lapis unus, qui Squera circumducta, ita loco, cui inserendus quærebatur, inventus est congruus, ac si peritissimi cætoris studio ad id operis esset excisus.* Vide *Squadra* 3.

\* SQUESA, f. *Compedes*. Usatici Barcin. MSS. cap. 7: *Si fuerit captus.... et in Squesa vel ferris, sive in tinnogu missus, vel in quocumque vinculo aut in custodia detentus, per singulos dies et noctes singulos sex solidos accipiat.*



\* **SQUIBALA**, *i.* *Dura egestio*, in Gloss. Iatricis ex Cod. reg. 6881. Alex. Iatrosoph. MS. lib. 2. Passiou. cap. 75 : *De milio et de panico pultes et omnibus plus nutritibiles sunt et impingunt Squibala.* [\* Occurrit apud Richerum lib. 3. cap. 96. Squibula. Unibos vers. 144.] Vide *Squybola*.

† **SQUIERIUS**, Armiger, Eques, Gallice *Ecuyer*. Charta apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 79 : *Et pro hac datione et traditione, dieti Abbas et Monachi dederunt et concesserunt dicto Fulconi in vita sua... per duos dies unum panem Monachi et duos panes Squeriui.*

**SQUIFATUS**, **SQUINATUS**. Vide *Scyphati*.

† **SQUILATUS**, **SQUILLA**. Vide *Skella*.

† **SQUILLA**, Anguilla, alius *Lucius*. Translat. S. Genulfi sæc. 4. Bened. part. 2. pag. 232 : *Piscis non parvæ quantitatis, quem Squillam dicitur, a profundo gurgittis emersus, etc.* Vide alia notione in *Skella*.

\* Eodem nomine appellantur variæ speciei pisces. Tract. Ms. de Pisc. cap. 134. ex Cod. reg. 6838. C : *Squilla lata, Liguribus orcheta nominatur.* Ibid. cap. 137 : *Squilla gibba a nostris caramot, a Santonibus de la santé, quod agris plurimum soleant apponere, a Parisiensibus chevrette, a Rothomagensibus salecoque.* Rursum cap. 138 : *Squilla parva, quam nostri cinade appellant.* Glossar. vetus ex Cod. reg. 7613 : *Squilla, genus piscis delicati : hæc vulgo lota dicitur.*

**SQUILLARIUM**, seu *Latomi*, in Monastico Anglic. tom. 3. parte 2. pag. 8. Forte pro *Scalarii*, seu *Ardeiarum* sectores, paratores. Vide *Scatie*.

\* **SQUILLATUS**, Animalis genus. Dialog. creatur. dial. 110 : *Varius licet sit parvus, propter nobilitatem pellis sue animal excellentissimum est : similiter et Squillatus. Hii duo societatem statuerunt.*

\* **SQUINA**, a Gallico *Eschine*, Ital. *Schieta*, Spina dorsi et renes. Charta ann. 1326. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 727 : *De vulneribus quæ sibi facta fuerant in tibia sua dextra et Squina de retro et in suo capite, etc.* Lit. remiss. ann. 1400. in Reg. 155. ch. 462 : *Dictum Johannem Squatii a parte retro in Squinis sive renibus uno magno ictu de estoque percussit Johannes Vincentii.*

\* **SQUINALIS**. Arest. ann. 1359. 23. Dec. in vol. 4. arestor. f. parlam. Paris. : *Cum Nicolaus Valencionius patronus ejusdam navis religiosorum S. Johannis Jerosolimitani... magnam quantitatem cere, Squinalium, canelæ et aluni emisset, etc.* Ubi legendum videtur *Specialium*. Vide *Species* 6.

† **SQUINANTIA**, Angina, Ital. *Squinanzia*, Gall. *Esquinancie*. Acta S. Benevenuti tom. 5. Jun. pag. 328 : *Liberavit... a Squinantia uuum, etc.* Acta S. Etheldredæ tom. 4. Jun. pag. 579 : *Contigit vicarium adversa valetudine detineri et morbo, qui Squinancia dicitur, in collo, gutture et maxillis cepit vehementer intumescere.*

**SQUINANCIALIS PASSIO**, Eadem notione, apud Longinum in Vita B. Kingæ tom. 5. Jul. pag. 734 : *Nam passiones Squinanciales graves et insolitas in gutture... sentire cepit.*

\* **SQUINANTICUS MORBUS**, Angina, *Squinanticus*, qui eo morbo laborat, Ital. *Squinantico*. Mirac. S. Hyac. tom. 3. Aug.

pag. 349. eol. 1 : *Squinantico morbo percussus, tantum gutturis et faucium passus est inflaturam, ut cibo et potu nequaquam amplius uti posset... Currum parari jubet et suum Squinaticum ad sepulchrum beati Hyacinthi portare.*

† **SQUINANTUM**, pro *Squinanthum*, Juncus odoratus. Gloss. MS. ad Alex. Iatrosophist. lib. 1. Passiou. : *Migma, est Squinanthum, palea camelorum.*

\* Italis, *Squinante* et *Squinanto*.

\* **SQUINATICUS**. V. *Squinanticus*.

\* **SQUINGIBIN**. Vide supra *Scanzibin*.

† **SQUIRELUS**, **SQUIROLUS**, **SCINRUS**, Gallice *Ecureuil*. Vide *Scuriolus*. Charta ann. 1410. apud Rymer. tom. 8. pag. 634 : *De qualibet centena pelliū agnorum, capriolorum, Squirelorum venalium, unum denarium.* Conc. Dertus. ann. 1429. inter Hispan. pag. 663 : *Neque folleterus deferat (Clericus) pelliū de marthis, de fagnes, de vebres, de ludries, de Squirele aut vulpium.* [\* Vide supra *Esquirolos*.]

† **SQUIRIO**, Eadem notione, in Charta ann. 1061. ex Tabul. S. Apri Tullensis apud Mabill. tom. 4. Annal. Bened. pag. 616.

† **SQUIRS**, Veteribus idem quod *Regula*, ut colligitur ex Charta ann. 977. apud Labbeum tom. 2. Bibl. pag. 543 : *Idcirco cum antiquitus idem locus dictus fuerit Squires, modernis temporibus dicitur Regula.* Hodie vulgo la *Reole*. A voce *Squires* nostrum fortasse *Équerre*, norma, gnomon.

\* **SQUITATOR**, Armiger, eques, Gall. *Ecuyer*. Charta ann. 1291. ex Chartoph. reg. Montispecc. : *Domino Anabrico... recipienti pro se suisque hæredibus et pro omnibus et singulari militibus de coredo et domizellis et Squitatoribus, servitiilibus et officialibus suis, quos ipse habuit et tenuit, et habet et tenet ad stipendia et servitia communis Florentie.* Vide *Squierius*.

\* **SQUILZEWINUM**, vulgo *Squinilzewin*, Navigii genus apud Rupellenses. Lit. remiss. ann. 1401. in Reg. 156. Chartoph. reg. ch. 114 : *Lesquelz varlez mariniers se demeuoient de aler besongner à une nef, nommée Squilzewin.*

† **SQUYBOLA**, *Duriora excrementa, quæ medici vocant squabola*. Joachim. Camerar. et in Lexico Phil. Goolenii. [\* Vide supra *Squibala*.]

**SRADUS**. Glossar. Ælfrici : *Sradus, vel surdaster, de a f. Sed leg. Surdus.*

† **SROZWIN**, Vini genus. Charta Henrici III. Imp. ann. 1051. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 428 : *Ansfrido clerico suo XIII. mansos cum mancipiis suis ad Lutzenrode, et vinum quod dicitur Srozwin, in Cloteno Ernestoni fratri suo duos mansos cum mancipiis.* Scozwin legitur in Charta Richisæ Reginae ann. 1050. ibid. col. 424. Quæ sit potior lectio definire non facile est. [\* *Stortzwin*, apud Graff. in Thesaur. Ling. Franc. tom. 1. col. 886.]

† **STA**, pro *Ista*, in Pactu Leg. Salic. edit. Ecardi cap. 42. pag. 130. ut *Ste*, pro *iste*, sæpe occurrit apud Scriptores ævi mediæ, unde *sete* primum, exinde Gallicum *Cet* efformatum observat Cl. Editor.

\* **STABELARIUS**, Apparitor ecclesiasticus, *Bedellus*, a baculo seu virga, Germ.

*Stab*, quam defert, sic dietus. Lib. sal. ecl. S. Thomæ Argent. ex Charta ann. 1404. fol. 65 : *Johannes, dictus Satteleir, de Constantia... bacularius ecclesie S. Thomæ.* Idem paulo ante appellatur *Stabelarius*. [\* *Caduceotores vel Stabellarii cum magna cruce*, in Notit. sæc. XVI. apud Guden: Cod. Diplom. tom. 4. pag. 651. Adde ibid. pag. 656. et 657. *Stebellarii*, in Lib. Sal. S. Thom. Argentor. Vide Scherz. Glossar. German. vocibus *Stabeler* et *Stebeler*.]

**STABELLUM**, Lanionis plutus, mensa, nostris *Establier*, pro *Tablier* : *Tabularium*. Iter Camerarii Scotici cap. 8. de Carnificibus : *Vendunt carnes in coopertura, seu in secreto, clausa fenestra, et non aperte in fenestra et in Stabello.*

\* **STABELLUM PLACITI**, Locus, ubi iudices scdent; unde forte legendum *Scabellum*. Leges Danicæ apud Ludewig. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 176 : *Si aliquis communem pontem vel Stabella placiti fregerit, et illi, qui pontem reparare consueverunt, constituent executores hujus causæ; si vero Stabella placiti fracta fuerint, constituatur executor ex parte communitatis, qui illud placitum visitare (debeat).*

1. **STABILIA**, Bona immobilia, Italis *Stabili*, quibus opponuntur mobilia. [Bulla Bonifacii VIII. PP. ann. 1295. ex Bibl. Regia : *Restitui faciat dicto Regi Majoricarum præfatum regnum Majoricarum et insulas cum ceteris immobilibus sive Stabiliibus occupatis per præfatum Jacobum. Cum... bonis omnibus mobilibus et Stabiliibus, in Tabular. S. Victoris Massil.] Charta Petri Episcopi Carcassonensis ann. 1297 : *Dedit... liberam potestatem restituendi vobis castra et fortalicia, et Stabilia omnia, que idem D. Rex tenet occasione motæ terræ.* Occurrit ibi non semel, apud Petr. Diaconum lib. 4. Chronic. Casin. cap. 20. Ughellum tom. 7. pag. 566. 707. 864. Petr. de Vineis lib. 5. Epist. 32. lib. 6. Epist. 1. 9. etc.*

\* Charta Bern. abb. ann. 1273. ex Tabul. Cassin. : *Damus et concedimus tibi (Petro de Jenetel) omnia bona Stabilia, que fuerunt Joannis de Guidone, clerici de Sancto Elia, proditoris excellentissimi domini nostri regis Caroli et nostri;... que bona sunt ad nos et nostrum monasterium ex cadentia devoluta.*

2. **STABILIA**, seu *BREVE DE STABILIA*, Gall. *Bref d'establie*, quod dari solet ei, cui vir aliquis potens feudum vel tenementum, quod legitime possidere se asserit, calumniat seu repetit : tum enim is recognoscendum, quis majus jus habet, *stabilium Ducis Normannie petit*, hoc est, ut ponatur in manu Regis, donec controversia iudicio decisa fuerit. Vide *Jus Normannicum* cap. 115. [*Heritage qui est demandé par Establie* in Consuetud. Norman. cap. 66. 91. Vide *Stabilimentum* 5. *Stabilita*, 3. et *Establia*.] Huc forte pertinet Charta Henrici Reg. Angl. apud Gul. Prynneum in Libertatib. Angl. tom. 1. pag. 1204 : *Et omnes decimas de omni venatione predictarum forestarum, excepta decima illius venationis, que capta fuerit cum Stabilia in foresta de Windeshora.* [\* Vide *Stabulatum*.]

† **STABILIAM**, Status, conditio, stabilimen. Charta Philippo Pulchri Reg.



Franc. ann. 1309. ex Regesto ejusd. in Chartophyl. Reg. : *Et quæ divini nominis laudem et gloriam ejusque cultus augmentum respiciant ac temporale Stabilimentum, etc.*

\* **STABILICUM**, Tributum, quod pro Stabilimento seu præsidio militari a vassallis exigitur. Charta Joan. dalph. pro incolis Bellivivus ann. 1313. in Reg. 152. Chartoph. reg. ch. 307 : *Ipsi sint immunes ab omnibus tollis, ... præstationibus, Stabilicis castrorum et munitioibus, etc.* Vide infra *Stabulatio*.

¶ **STABILIDÆ**. Vide *Stabilitates in Stabilitas*.

¶ 1. **STABILIMENTUM**, Edictum, statutum, constitutio, Gallice *Ordonnance*, nostris olim *Establisement*, ut ex Joinvilla pag. 122. aliisque passim colligitur. Præceptum S. Ludovici ann. 1228. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1222 : *Statuimus quod Stabilimentum factum de Judæis a claræ memoriæ genitore nostro anno primo regni sui super debitis contractis ante illud Stabilimentum firmiter observetur.* Adde Ordinat. Reg. Franc. tom. 1. pag. 39. Acher. tom. 6. Spicil. pag. 473. Ebrardus contra Valdenses cap. 20 : *A Domino etiam tot juniorum Stabilimenta non habetis.* Nude pro Charta occurrit in Confirm. fundat. Monast. S. M. Alaon. inter Concil. Hisp. tom. 3. pag. 135 : *Nostram maledictionem cum ira Dei relinquimus, si in toto vel in aliquo hoc Stabilimentum frangere tentaverint.* Vide *Stacamentum*.

\* Unde *Establie*, nostratibus. Lit. ann. 1311. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 597 : *Une ordonnance ou Establie du mestier des candeliers de cieu, etc.* Et *Establisneur*, qui ut hujusmodi statuta serventur, invigilat, in Edicto ann. 1350. tom. 2. earumd. Ordinat. pag. 361. art. 130 : *Iceux jurez... seront tenus de retourner et eulx traire par dexers lesdits Establisseurs, et leur presenteront leurdite commission, et lesdits Establisseurs seront tenus de scavoir comment lesdits jurez establis se seront portez en leur dit temps.*

¶ 2. **STABILIMENTUM**, Suasio, jussus, Gallice *Commandement*, Charta ann. 1150. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 535 : *Juro... quod non prendam te, neque occidam, neque hoc fieri faciam, nec homo, nec famina, meo Stabilimento, vel neo consilio, sive ingenio.* Contractus matrimonii inter Raimundum Comit. Paliar. et Valentiam inter Baluzii notas ad Capit. col. 1204 : *Nisi... ipsa cucucia... non sit facta per meum assensum, nec per meum Stabilimentum.*

¶ 3. **STABILIMENTUM**, Institutio, Gallis *Establisement*. Statuta Eccl. Barcinon. ann. 1341. cap. 6. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 623 : *Quod de cetero de contractu Stabilimenti fiant duo instrumenta per alphabetum divisa. Statuimus insuper et perpetuo ordinamus quod de omnibus Stabilimentis rerum ecclesiasticarum infra nostram diocesim deinceps fendis, duo fiant necessario publica instrumenta per alphabetum divisa : quorum unum penes se habeat dominus ecclesiasticus, et alterum episcopus.*

¶ 4. **STABILIMENTUM**, Præsidium militare. Vide infra in *Stabilitas*. De Castro Saphet apud Baluz. tom. 6. Miscell. pag.

365 : *In Stabilimento cotidiano dicti castri sunt necessarij 50. milites et 30. servientes fratres cum equis et armis, etc.*

¶ 5. **STABILIMENTUM**, ut *Stabilia* 2. Leg. Norman. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 372 : *Unde petit Stabilimentum domini Regis, qui majus jus habeat, ipse tenens, qui difforcior, vel exigens, ratione feodi prenotati.*

¶ 1. **STABILIRE**, Votum *Stabilitatis* in Monasterio emittere. Vide *Stabilitas*. Regula reform. Monast. Mellic. in Chron. ejusd. pag. 350 : *Si monachus sive peregrinus sive alius de licentia sui prælati supervenerit petens suscipi ad monasterium sub forma hospitii, fiat secundum cap. 61. Regule. Si autem intendat Stabilire, tunc diligenter conversatio ejus observetur.*

\* 2. **STABILIRE**, Ordinare, constituere, Hisp. *Establecer*, nostris alias *Estaulir*. Usatici Barcin. MSS. cap. 24 : *Si a vicecomitibus usque ad inferiores homines et milites, obierit quis intestatus et sine legali conditione suorum fevorum, erit licitum senioribus suis Stabilire illos fevos cum quibus voluerint de infantibus defuncti.* Charta ann. 1320. ex Chartul. 23. Corb. : *Ont recongnut qu'il ont fait et Estaully, font et Estaulissent leurs procureurs generaux et especiaux, etc.* Alia ann. 1323. ex Chartul. S. Vinc. Laudun. : *Adams Chevrois de Laon garde don seel de la ballie de Vernendois à Laon Estaulit de par le roy.* Hinc *Establi*, qui vices alterius gerit, procurator, vulgo *Commis*, in Ch. ann. 1308. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 302. rº. col. 1 : *En tele condition toutevoies que lidiz Jaques ou son Establi puisse prendre et arrester les blez et les farines des baniers.* Unde *Subestabli* dicitur, cum procurator alterum procuratorem constituit. Lit. procurat. Mariæ Blesens. ducissæ Lothar. ann. 1348. in Chartul. 21. Corb. fol. 192. vº : *Donnons auctorité... de Subestabliir autres procureurs, etc.* Vide mox *Stabilicare* 3.

\* 3. **STABILIRE**, Instituere, redditus assignare ad rem aliquam, Gall. *Etabli*, *fonder*, *Necrol.* MS. Heder. ad viij. Cal. Febr. : *Matildis Deo sacrata, quæ Stabilivit lampadem in officinis.*

\* 4. **STABILIRE**, *Stabilia* seu præsidio militari castrum munire. Comput. ann. 1383. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 51. col. 1 : *Notificando eidem qualiter dominus de Cayslariorum intraverat Clerenciacum, et Stabiliverat ipsum gentibus armorum.* Nostris *Mettre Estable* vel *Establie*, eodem significato. Lit. ann. 1342. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 375 : *Donnons plein pouvoir et auctorité de mettre Estables de gens d'armes, de cheval et de pié en nos chasteaux.* Alia ann. 1374. tom. 6. earumd. Ordinat. pag. 106 : *Nous ne mettrons, ne souffrerons estre mis dedanz la ville aucunes gens en garnison, ne Establie.* Vide *Stabilitate* 1.

1. **STABILITA**, æ, in Statutis Delphinatibus pag. 38. videtur idem jus quod *Reseandisia*; [quo scilicet dominus feudalis vassallum seu tenentem cogere potest, ut intra feudi sui terminos habitet aut mansionem habeat; quod interdum pecunia redimebatur. Comput. Castell. Viennens. ann. 1322 : *Die 27. Aug. computavit Alber-*

*tus de villa de Stabilia quam tenuit apud Vezeron.* Charta ann. 1341. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 435. col. 1 : *Ipsos suos quoscunque subditos... a prædictis omnibus et singulis Stabilitis, focagis, donis, liberavit, etc.* Alia ann. 1349. ibid. pag. 588. col. 1 : *Item quod nec ipsi homines, nec alii quicumque homines, seu subditi Dalphinatus, aut aliarum terrarum dom. Dalphini teneantur ad aliquas Stabilitas.* Comput. Castell. Graisivod. ann. 1348 : *Item solvit et deliberavit pro novem clientibus tenentis ultra numerum suæ Stabilitæ 18. sol.* Vide *Residentia* in *Residentes*.]

¶ 2. **STABILITA**, Præsidium militare, Gall. *Garnison*. Statutum Philippi Pulchri Reg. Fr. ann. 1314. tom. 1. Ordinat. pag. 539 : *Vina, blada et alia victualia quocunque, que per commissos vobis districtus, ad Stabilitas nostras Flandrie, sive ad nostrum Flandrie exercitum... portari... faciatis.* Ubi in Gallico sic legitur : *Et laissez porter et mener bleds, vins et toute autre maniere de vivres, pour ladite guerre, par vos lieus, par vos distroits et par vos païages, à nos Establies et à nos hostes de Flandres.* Litteræ Caroli Regentis ann. 1359. ex Chartophyl. Reg. Regest. 90. Ch. 444 : *Contra inimicos dicti regni pro posse servierunt et maxime in Stabilia et capitania dicti loci et in loco de Creciaco in Bria.* Litteræ Edwardi III. Reg. Angl. ann. 1348. apud Rymer. tom. 5. pag. 605 : *Item, dictus Comes, durante termino antedicto, non recepitit seu recipiet, vel intrare quovis ingenio permittet in villis, castris, et fortalitis suis, aliquam munitioem seu Stabilitam gentium ad arma, sive peditum de parte inimicorum nostrorum.* Stetit in *Stabilia* pro D. Barralo in *camba de Bergebal per 2. menses* in Charta ann. 1268. Vide in *Stabilitas*. Hinc *Stabilitate*, 1.

\* 3. **STABILITA**, Vox fori Normannici, cum scilicet res, de qua est controversia, in manu regis ponitur, donec judicio decisa fuerit. Scacar. apud Cadomum ann. 1234. ex Reg. S. Justi in Cam. Comput. Paris. fol. 29. 1º. col. 2 : *Puer infra atatem non potest petere recordationem assisive, nisi de lege vel terra, puta de duello, vel Stabilia, vel recordatione.* Vide supra *Estabilitas* et *Stabilia* 2.

¶ 1. **STABILITARE**, Præsidia militaria collocare, Gall. *Mettre des Garnisons*. Charta ann. 1342. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 443. col. 1 : *Oportuit nos terram nostram Stabilicare et gentibus munire, ... ob offensionas vestras et injurias nobis et nostris illatas, etc.* Vide *Stabilia*, 2.

¶ 2. **STABILITARE**, Pro certo habere, tenere; *Tabler*, eodem significato, usurpant Galli. Vita S. Guthlaci tom. 2. April pag. 39 : *Clamabat : Stabilitate, quia futura gloria huic mundo natus est homo.*

\* 3. **STABILITARE**, Ordinare, constituere. Lit. remiss. ann. 1361. in Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 143 : *Demum castro prædicto (S. Romani) cum magnis laboribus et expensis recuperato ac Stabilitato decenter bono capitaneo nobili domicello, etc.* Vide supra *Stabilire* 2.

**STABILITAS**, Votum, quod inter cætera emittit Monachus in Capitulo, sese in Congregatione, ut loquitur Petrus Damianus, et in ipso Monasterio in quo profes-



sionem emittit, permansurum, sive in vita cœnobitica quæ statum eremiticum excludit, qui licet Monasticus sit, non est tamen Cœnobialis, inquit Hugo Menardus. Quippe, ut ait Adam, Abbas Perseniæ, Epist. 1. ex Baluzianis: *Per lorum promissæ Stabilitatis, tanquam pia jumenta ad cœleste præsepium religantur*. Sed et id exerte statuitur in Concil. Calchedon. can. 3. *Stabilitatem firmare* dicitur Novitius in Regula Magistri cap. 88. *Stabilitatem suam in Monasterio firmare, vel professionem, in Capitulari* 2. Caroli M. ann. 802. cap. 18. Cæsarius Arelat. serm. 4. ad monachos Lerinenses: *Unde etiam, si diu bene viximus, cursum nostrum in Stabilitate et perseverantia commendare debemus*. S. Anselm. lib. 3. Epist. 130: *Est enim contra professionem tuam, quod promisisti Stabilitatem coram Deo in Monasterio, in quo habitum Monachi accepisti*. Eadmerus lib. de ejusdem S. Anselmi Similitud. cap. 81: *Professionem et enim faciens, ibi Stabilitatem, morumque suorum conversionem promittit*. Charta Ludovici Pii Imp. in Vita Aldrici Episc. Cenoman. n. 49: *Perventum est ad nos, quia monachi ex monasterio S. Carilephi egressi sunt de proprio monasterio, aliena loca quærentes, immemores propriæ promissionis eorum, in quo promiserunt obedientiam, et Stabilitatem propriæ promissionis loci, etc.* Historia MS. Rothomensis Monasterii lib. 2. cap. 6: *Jam deoverat Stabilitatem suam et conversionem morum suorum in eodem Monasterio; sed antiquus hostis, qui semper insidiatur humano generi, immisit et tales cogitationes, ut locum sanctum desereret, et promissiones suas irritaret, etc.* Vita Guillelmi tertii Abbatis Beccensis: *Quidam Monachus venit ad Abbatem Willelmum, petens, ut in Monasterium susciperetur, volens firmare Stabilitatem suam in loco eodem, etc.* S. Bernardus Epist. 7: *Duo præcipua nobis in Monasteriis conversantibus observanda traduntur, subjectio Abbati, et Stabilitas in loco*. Ibidem: *Quid ergo tu de Stabilitate tua facis, quam apud Cisterium firmasti, et nunc alibi habitas?* Cæsarius lib. 1. cap. 5: *In facie Capituli Stabilitatem suam promiserunt*. Lib. 4. cap. 51: *Novitius quidam, cum in Hemmenrode satis tranquille annum peregrisset probationis, et voluntate Stabilitatis expressa in Capitulo radendus esset in Monachum, etc.* Adde eundem S. Anselmum lib. 1. Epist. 6. lib. 2. Ep. 23. Stephanum Tornacensem. Epist. 1. Guigonem in Statutis Ord. Cartusianis cap. 23. Formulam 32. ex Baluzianis, et Haefenium lib. 4. Disquisit. monastic. tract 6. disq. 3.

*Stabilitatem* etiam in locis, ad quos ordinabantur, promittebant Presbyteri. Liber Epistolarum S. Bonifacii Archiepisc. Mogunt. Epist. 107: *Traxerunt me ad altare S. Remedi, et fecerunt me jurare Stabilitatem ad illam Ecclesiam*. Vide Capitula Caroli M. lib. 1. cap. 25. et Capitulare Aquisgran. ann. 789. cap. 23. 24. Capitulum 1. ann. 802. cap. 18. Excerpta Egberti Archiepisc. Eboracensis cap. 13. etc.

† 2. STABILITAS, Confirmatio, Sententia qua quis in re possessa stabilitur. [\* Vel potius idem quod *Stabilia* 2 et supra *Stabilia* 3.] Judicatum ann. 1208. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. 1028:

*Castellanus de Gallon petebat pro domino Rege auxilium exercitus a domino Ricardo de Harecort pro quinque feodis militum. Ricardus dixit, quod non debebat dare auxilium, nec facere servitium in exercitu, sed apud Belmunentem debebat servitium quinque militum per XL. dies ad custodiam castris, ad censum domini de Bellomonte; et super hoc, petiit Stabilitatem: judicatum fuit, quod eam haberet. Haud multum absimili notione occurrit in Cod. Theod. lib. 13. tit. 1. leg. 20. et tit. 10. leg. 7.*

3. STABILITATES, STABILIDÆ, Præsidia militaria in castris et oppidis, in quibus stant et stabiles sunt milites: *Stativa*, Ammiano, Lampridio, Hegesippo et aliis: *Sedes*, in leg. 2. Cod. Th. de Domest. et Protect. (6, 24.) Gallis, *Garnisons*. Concilium Tolosanum ann. 1229. cap. 29: *Circa locum etiam, in quo se receperint (hæretici,) fiant Stabilitates militum et peditum* [Idem videtur esse Concilium quod Acherius tom. 2. Spicil. refert ad ann. 1228. ubi pag. 627. ex cap. 8. hæc leguntur: *Circa locum etiam in quo se receperint (qui pacem fregerint) fiant Stabilitates militum et peditum, ut nec nocere possit aliis, nec alii sibi prodesse. Stabilitates habet Stephanot. tom. 10. Fragm. Hist. MSS. pag. 53. ex Cod. Carcasson.] Prima Curia Generalis Catalanæ Jacobi Regis. Aragon. ann. 1291. MS.: *Nec etiam possimus ipsos mittere in frontieris, vel Stabildis invite*. [Libertat. villæ de Viridifolio ann. 1369. inter Ordinatum Reg. Franc. tom. 5. pag. 278: *Stabilitas gencium armorum in dicto loco non ponatur; nisi quatenus de dicatorum consulum et habitatorum ejusdem ville, processerit voluntate.*] *Establies* olim nostris. Computum Bartholomæi du Drach, Thesaurarii guerrarum Regis anno 1338: *Establies pour la guerre de Gascogne, priemierement celle de pardeça la riviere de Garonne, etc.* Chron. Flandriæ cap. 42: *Si ordonna avec les Barons de faire Establies sur les frontieres de Flandres*. [Vide *Stabilia* 2.]*

AD STABILITATEM VENIRE. Leges Henrici I. Regis Angliæ cap. 17. *de placitis forestarum*: *Placitum quoque forestarum multiplici satis est incommoditate vallatum de essartis, de cæsiõne, de combustione, de venatione, ... si quis ad Stabilitatem non venit. Si quis pecuram suam reclusam diniserit de edificiis in foresta, etc.* i. e. ubi stare debet.

STABILITAS DOMUS. Historia Abbatæ Condomensis pag. 467: *Quæ vinea et terra simul sunt in uno clauso, et Stabilitatem domus, quæ est in eodem loco, ... dederunt*. Occurrit ibidem semel.

Ubi, nisi me fallo, significantur domus rusticæ appenditiæ, puta curtes, horti, etc. quæ nomine *Estraigne*, vel *Estaigne*, aut *Estage* designantur in Consuet. Perticensi art. 158: *La principale maison manables, avec l'issue d'icelle maison, pour y aller par l'Estraigne à pied, à cheval, et par charroy, et un arpent de terre découverte à son choix auprès de ladite maison hors l'Estraigne*. In antiquiori Consuet. legitur *Estaigne* et *Estage*. Vide *Stabuletum*.

\* Id est, Domus ipsa uti stat. Neque etiam domus rusticæ appenditiæ significari videntur voce Gallica *Estraigne*, quam a

*Strata accersendam atque viam publicam designare arbitror*.

\* 4. STABILITAS CARRI, Ipsius compages. Mirac. S. Germ. Autiss. tom. 7. Jul. pag. 285. col. 2: *Non solum enim sex rotæ, sed et tota Stabilitas carri contrita erat*.

\* Nostri *Establété*, pro *Stabilité*, ut et *Estaule*, pro *Stable*, dixerunt. Charta ann. 1296. ex Chartul. 23. Corb.: *Et pour ce que ces choses aient perpétuel force et Establété, etc.* Alia ejusd. an. in Chartul. 21. fol. 5: *Et pour chou que che soit ferme cose et Estaule, etc.* Lit. remiss. ann. 1374. in Reg. 106. Chartoph. reg. ch. 377: *Laquelle exposant comme despourvue et sans Establété de senz se parti de nuit, etc.*

† STABILITIONES, ut *Stabilitates*. Vide *Stabilia*.

STABULO. Pseudo-Ovidius lib. 1. de Vetula:

Nunc volucrum turmis mihi mos erat insidiari,  
Ventilabro modo passim Stabulone ligato  
Fila supertracturus eis, si forsitan illic  
Oblectarentur.

Sed legendum videtur *stabulone*.

† STABIWURTZ, Abrotunum, Gallicæ Aurogne. S. Wilhel. Constit. Hirsaug. lib. 1. cap. 12: *Pro signo abrotani, quod alio nomine Stabiwurtz appellatur, præmisso generali, ligni signum adde*.

† STABLIDUM, et STABLIDUS, Domus, habitatio. Statuta Cadubrii lib. 3. cap. 71: *Voluntus quod si aliquo habitante in domo vel Stablido alieno dono vel ad affectum, ipsa domus vel Stablidium, culpa vel ex negligentia comburratur, quod habitans in dicta domo vel Stablido curiæ in decem libris P. condemnnetur*. Ibidem lib. 2. cap. 94: *Et quod nullus qui laborat terram ad affectum, vel ad partem, postquam licentia factus fuerit per dominum, ... audeat accipere vel exportare seccaturas, nec letamen, nec domos, Stablidos, vel paleam, vel aliud stramen sine licentia domini mansi vel terve*. Vide *Stabuletum*.

† 1. STABULA, pro *Stabulum*. Tabul. Calense ann. 1273: *Recognovit se dedisse... quandam Stabulam cum domo eidem Stabalæ contiguam sitam apud Kalam. Reparatur factæ in Senescalia Carcass. ann. 1435. ex Schedis V. Cl. Lancelot: In uptando et reparando bugetum Stabularum dicti castris, etc.*

\* Nostri alias *Estaule* et *Establete*. Charta ann. 1348. ex Chartul. 21. Corb. fol. 186. vº: *Et pour ce que je dois goir des maisons, granges, Estaules et edifices de ledite cense, etc.* Lit. remiss. ann. 1408. in Reg. 163. Chartoph. reg. ch. 47: *Le suppliant ala toat droit à une Establete, où sa femme avoit nourry un veau de lait*.

† 2. STABULA, f. Navis onus, Gall. *Cargaison*, *facture des marchandises chargées*. Statuta Massil. lib. 4. cap. 26. § 7: *Qui scriptor juret, et teneatur sacramento fideliter scribere in suo cartulario omnia avera quæ in dicta nave mittentur, vel onerabuntur, et nomina et cognomina illorum, quorum erunt dicta avera, ... et denuntiare scriptori Stabulæ dictæ navis ipsa die qua dicta avera fuerint onerata, quæ dies in qua onerabuntur dicta avera scribitur ab ipsis scriptoribus in cartulariis suis*.

\* Leg. *Tabula* ex iisd. Stat. MSS.



**STABULANUS**, *Stabularius*, in Glossis Lat. MSS.

† **STABULARE**, *Stabulum*, in Leg. Bajwar. tit. 1. cap. 14. § 6. Locus est in Granea.

† **STABULARIS CURIA**, Chors, Galliee *Basse-cour*, ubi *Stabula* exstructa. Charta ann. 1073. apud Meichelbec. tom. 1. Hist. Frising. pag. 265 : *In Wibetal Stabularum curiam, etc.* Vide *Curtes stabularie* in *Cortis*.

1. **STABULARIUS**, qui *Stabulorum*, vel equorum et jumentorum curam habet, in Lege Wisigoth. lib. 2. tit. 4. § 4. Carolus M. lib. 2. de Imagin. cap. 25 : *Apostolus denique Paulus, Evangelicus ille Stabularius, ... cui Redemptor duplicis scientiæ, sive duorum testamentorum pecuniam concedit, etc.* Ubi *pecunia*, idem valet quod *pecus*. [Res haud omnino certa : ibi enim respiciere videtur ad *Stabularium* Evangelicum, cui duos denarios protulit Samaritanus ut hominem a latronibus vulneratum curaret : unde *Stabularius* ibi idem qui caupo, Gall. *Hôtelier*, ut et apud Apuleium lib. 1. Metamorph.] Udalricus lib. 3. Consuet. Cluniac. cap. 23 : *Est frater, cui commissa est obedientia, ut de solis curam habeat caballis et mulis, quem et Stabularium appellant.* [\* Vide Guerdard. in Prolegom. Chartul. S. Petri Carnot. pag. 62. not. 13.]

\* 2. **STABULARIUS**, Pastor armentitius. Acta B. Amad. tom. 2. Aug. pag. 577. col. 1 : *Cum in summitate (montis) esset, inveniret quemdam Stabularium seu pastorem cum multis animalibus ad pascendum super ipso monte, etc.*

\* **STABULATA**, pro *Stabularius*, quomodo dicimus *Ecurie*, pro iis qui stabulo seu equili serviunt. Cerem. Rom. MS. ubi de exequiis cardinalis fol. 26 : *Paretur interim feretrum ad portandum corpus, et 50. aut 60. intortita, quæ ante corpus per Stabulatas deferantur.* Infra : *Distribuunt pannum nigrum familiæ, prelati quinque cannas, capellani quatuor, scutiferi tres, Stabularii duas cum dimidia.* Vide *Stabularius* 1.

**STABULATIO**, Præstationis species. Charta ann. 1012. pro fundatione Abbatie S. Ambrosii Bituricensis apud Sammarthanos : *Relinquo quoque omnes consuetudines, videlicet villicationem, Stabulationem, et ita liberum reddo eundem burgum, ... ut nullus deinceps ausus sit accipere pretium unius gallinæ, nec pretium unius ovi.*

\* Idem forte quod supra *Stabilicum*. Charta Phil. Aug. ann. 1181. pro eod. S. Ambr. Bitur. monast. in Reg. 187. Chartoph. reg. ch. 146 : *Omnia quæcumque habet concedimus, ... eo videlicet tenore, quo ipsa tenuit tempore Harpini prædecessoris nostri et Ludovici patris nostri, ... villicationem, Stabulationem, botagium vini et omnes consuetudines burgi.*

**STABULATOR**, *Stabuli* Magister, Comes. Gunther. lib. 7. Ligurini :

Si contingat equum cuiquam reperire vacuotem, Nec dominum norit, non detoodebit, ut illum Ignotum faciat, nec clausum fraude tenebit, Sed Stabulatori nostro denuntiet, ac sic Invento, ut proprio, nullo prohibente, fruatur.

Infra :

... At si quis vim fecerit improbus illi, Id noster digna Stabulator corrigat ira.

In quibus locis *Radevicus Marscalcum* habet.

**STABULATUM**. Will. Malmesbur. lib. 2. de Gestis Regum Angl. cap. 13. de Edw. Confess. : *Dum quadam vice venatum isset, et agrestis quidam Stabulata illa, quibus in casses cervi urgentur, confudisset : Per Deum, inquit, et Matrem ejus, tantundem tibi nocebo, si potero.* Forte *Tabulata*. [Angli *Buck-stal* vocant *Retis* majoris generis.] Vide in *Stabilia*, 2.

† **STABULETUM**, *Domus rustica*, ejus appenditiæ. Charta ann. 1066. apud Calmet. inter Probat. tom. 1. Hist. Lothar. col. 462 : *Confirmamus tibi quicquid nunc jure possessionis habere videtur, seu deinceps habitatura est, videlicet Erisiam cum ecclesia et suis appenditiis, ... Stabuletum cum molendino, etc.* Vide in *Stabilitas* et *Stabildum*.

1. **STACA**. Leges Athelstani, ubi de Ordealio et judicio ferri ardentis : *Ne aliquis in tret Ecclesiam postquam ignis inferitur, unde judicium calcificare debet, præter Presbyterum, et eum, qui ad judicium iturus est : Et sint mensurati 9. pedes a Staca usque ad marcam, ad mensuram pedum ejus, qui ad judicium ire debet.* Infra : *Novem pedes mensurati distinguantur inter terminos ; in primo signo secus Stacam teneat pedem suum dextrum : in secundum sinistrum pedem, in tertium signum quando ferrum projiciet, et sanctum altare festinet, insigilletur manus ejus, etc.* Ubi *Staca* est palus, vel fustis terræ infixus, quomodo olim *Estaches* nostri vocabant, cum de Duellis agunt, a quo novem pedes, quos, qui judicium ferri iuniturus erat, emetiri debebat. *Marca* autem est locus, ubi 9. pedes finiebant. Vide *Ferrum candens*, et infra in *Stallum*. Hinc

† **STACHA**, *Palus*, postis, paxillus, nostris *Estache*, Ital. *Stacca*. Statuta Pallavic. lib. 2. cap. 77. fol. 136 : *Statutum et ordinatum est, quod nullus camparius nemorum præfati domini audeat, nec præsumat incidere, neque incidi facere aliqua bordenalia, Stachas, neque douas in buschis ipsius domini nostri.* Vide *Delicia* et *Estecha*.

\* 2. **STACA**, *STACHA*, Præstatio pro facultate figendi *Stacas* seu palos et ad illos navem aliudve alligandi. *Stache*, palus, in Ch. ann. 1355. tom. 2. Hist. Leod. pag. 421 : *Item que toutesfois que ly voir jurez d'eauve planteront Staches, ... quant ils seront dedens le banlieu, chascun six souz pour sa journée.* Charta ann. 1280 : *Nobilis vir Pontius Bremundi, dominus castri de Caslaro, ... concessit et tradidit seu quasi dicto domino regi... medietatem pro indiviso Stace, seu juris quod habet in Staca et in managio, et generaliter medietatem pro indiviso totius alterius juris, quod ipse Pontius Brenundi habet in Staca et managio et pedagio supradictis... Si contingeret quod aliquod committeretur a transeunte seu transeuntibus nomine vel occasione managii, passagii, et Stace seu pedagii, seu alio modo nomine prædictorum, quod cognitio ipsius commissionis, tam ad dictum dom. regem quam ad dictum Pontium Brenundi debeat pertinere ; ... et quod dictum pedagium, Staca*

et managium sine consensu utriusque partis nullo tempore possit dividi. Alia ann. 1224. ex Chartul. 23. Corb. : *Ego vero dictam præposituram.... quittavi in perpetuum, cum omni jure ad eandem pertinente, videlicet justiciis.... antesolaris, Stachis figendis, etc.* Vide supra *Estecha* et mox

\* **STACAGIUM**, Eadem notione. Charta ann. 1318. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 511 : *In tertia parte messegaria triginta solidos pro Stacagio quatuor molendinorum navium in flumine Garonæ.* Vide mox *Stacasiuum*.

**STACAMENTUM**, [Vadium, seu vadiumonium, pignus quod iudex vel dominus a litigaturis, vel duello decertaturis recipiebat. Charta Petri Regis Arag. ann. 1212. apud Acher. tom. 10. Spicil. pag. 178 : *Alia autem omnia prædicta cum feudis et feodalibus, ... cum stabilimentis et justitiis omnibus, cum Stacamentis, placitis et firmamentis omnium causarum civilium et criminalium, etc.*] Usatici Barcinonenses MSS. cap. 109 : *In Bajulia vel guarda, unde quis habuerit hominaticum, vel censum, si hoc secundum bene posse suam custodierit et deffenderit, habere debet ibi Stacamentum, et moderatum adenpramentum, scilicet de herbis, et de paleis, et de ortis, de fructibus arborum, et nullo ingenio debet ei inde malum exire.* Constitutiones Catalanæ inter Dominos et Vassallos MSS : *Si certæ sunt conventiones inter Dominum et Castlanum, et Dominus sibi retinuerit in instrumento conventionali aliquas dominicaturas, placita, Stacamenta, firmamenta, vel aliqua alia, et tempore procedente Castlanus aliqua de his occupaverit, etc.*

† **ESTACAMENTUM**, **ESTACAMENTUS**, Eodem intellectu. Litteræ Bernardi Archiep. Tarracon. ann. 1151. in Append. ad Marcam Hispan. col. 1313 : *Bajulus vero vester, seu vicarius, vel successorum vestrorum accipiat omnes Estacamentos ipsius civitatis et totius territorii, et judicet placita præsentis Archiepiscopo vel bajulo ejus.* Judicium ann. 1165. ibid. col. 1341 : *Præterea conquestus est prædictas Guillelmus Rainundi quia dominus Comes Estacamentum ei de militibus seu peditibus quos in Dertosa tenebat non concedebat, et sic senioraticum quod ei donaverat aufererat... Judicavit ergo prædicta curia quod si familia Comitiss inter se litem aut aliquam contentionem habet, Estacamentum de hoc Guillelmum Rainundi, vel ejus vicarium non habere, sed eam tantum qui vicem Comitiss inter eos tenet. Hinc*

† **ESTACARE PLACITUM**, *Illud, vadiis receptis, firmare, ligare, ut alii loquuntur.* Vide in *Duellum*, pag. 955. col. 1. Idem Judicium ann. 1165. ibidem : *Diffinuit curia Comitem de hoc placito ei partem suam integram dare debere, pro eo quia Guillelmus Rainundi illud placitum Estacaverat, placitaverat, judicaverat. Vide Estachada Batalia.*

† **STACARE**, *Palis* seu paxillis munire. Vide *Staca* Charta Berardi et Raimundi Cousulum Tolosan. ann. 1192. ex Cod. Consuetud. ejusd. urbis fol. 29. vº. : *Prohibebat ipsis et aliis qui habebant molendinos in capite de Bazacgle ne Stacarent molendinos in rippis nec ibi mitterent plancas... causa ingrediendi et Stacandi naves et molendinos.* Vide *Estachamentum*.



\* Vel potius ad palos ligare, *Hisp. Estucar*. Charta Joan. comit. Arman. ann. 1357. in Reg. 159. Chartoph. reg. ch. 25 : *Concedimus Guillelmo Rolande militi, quod ipse et hæredes... sui... possint... construere, habere et tenere molendina navalia et alia quaecumque in fluminibus Garonæ et Tarni... et ipsa molendina Stacare in rippagiis fluminum predictorum.*

\* **STACASIUM**, idem quod supra *Stacagium*. Charta Joannæ comit. Fland. ann. 1233. in Suppl. ad Miræum pag. 93. col. 1 : *De redditu centum librurum, quas... Ferrandus piæ memoriæ, quondam Flandriæ et Hunnoniæ comes, in testamento suo ad Stacasiurn Furnense unnuumit solvendas de nostro assensu assignavit, etc.* Emendanda ergo alia ejusdem comitissæ Charta ibid. pag. 681. col. 1. ubi legitur *Ad Scacarium Furnense*. Vox eo sensu, quo apud Normannos, Belgis ignota.

† **STACATUS**. Charta Aldegastræ, filii Sylonis Regis Ovetens. ann. 781. apud Sandovallium : *Ad ornamentis ecclesiæ dunnus octo vestimentis, ... et sex sabanus, duus litifatus, et quatuor sine serie, et tres acelexas, et duus Stacutus, etc.* Ubi fortean legendum est *Scucatus*. Vide supra *Scucutus*.

\* Ut et tom. 2. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 82. col. 2.

† **STACHA**, Acicula, Italis *Stacca*, id quo vestis constringitur, Provincialibus allisque *Estaque*. Annal. Mediol. apud Muratorium tom. 16. col. 808 : *Item Stacha una auri pro attachundo muntellum, habens balassos xi. sapphiros xi. et perlas xcii.* Statuta Massil. lib. 5. cap. 12 : *Præsenti statuto ordinamus, ut nulla meretrix publica audeat vel possit portare... mantellum uli- quem nisi de panno virguto sine Stachis, etc.* Hinc

† **STACHA**, pro Capistrum, Gall. *Licou*, in Mirac. MSS. Urbani V. PP. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *Inveniens equos cum gladio seidit Stacham de collo.* Alia notione, vide in *Staea*.

\* Nostris *Stakette*, Cochlea, id omne quo aliquid constringitur. Inventar. jocal. Eduar. I. reg. Angl. ann. 1297 : *Item une coupe d'argent dorée ki s'atake au pié par trois Stakettes d'argent.*

† **STACHARE**, Constringere, alligare, Gallis *Attacher*. Eadem Miracula : *Erat armatus de jupone, de tunica ferrea, et jaque de veluto, et cum bacinetu liguto et Stuchato, ut moris est.* Vide *Estachare*.

† **STACIA**, Vectigalis species. Bulla Clementis VII. PP. ann. 1524. inter Instr. tom. 5. Gall. Christ. novæ edit. col. 538 : *De introducendo et vendendo in dicto oppido Weisseburgo et extra illud vina, grana et omnia alia necessaria præposito, decano, capitulo, canonicis, vicariis, et personis ecclesiæ erectæ hujusmodi in toto vel in parte ad minutum absque dacia, Staciæ, gabellæ seu tributis, que prius abbas et conventus monasterii... habuerunt.*

\* Vide supra *Stuca* 2.

\* 2. **STACIA**, an Mansio, Ital. *Stanza*. Testam. Guill. Monet. ann. 1213. ex Cod. reg. 5255 : *Filio meo Ermengaudo dimitto et dono jure hereditario totum illum mansum meum, ... quem tenet a me per suam Staciam*

*hodie Petrus d'Armiciano.* Id est forte ratione *Stagii*, quod mihi præstare debet. Vide in hac voce.

† **STACIUM**, Statio navium in portu, ut videtur. Charta Lotharii Imper. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *Nec non teloneum de navibus ad Stacia venientibus, quæ ad eandem ecclesiam arripere videntur.* Vide *Sedes navium in Sedes* 4.

\* **STACONARIUS**, perperam pro *Stationarius*, Librorum venditor, librarius. Stat. Universit. Aurel. ex Cod. reg. 4223. A. fol. 6. vº : *Sequitur juramentum Staconariorum, etc.* Rectius infra fol. 60. rº : *Stationarius seu librarius, etc.* Vide *Stationarii* 3.

† **STACUMA**. Charta vetus : *Concedo... et Stacunam, quantum feodo meo pertinet.*

† **STADAL**, **STADALLUS**, Candela major. Mirac. Urbani V. PP. ex Tabular. S. Victoris Massil. : *Offeram tumulo Sancti memorati Stadal de candelis de longitudine mei.* Infra : *Sepulcrum dom. Urbani PP. V. visitaret offerens ibidem candelas suæ longitudinis pro Stadul.* Leges Palat. Jacobi II. Reg. Majoric. inter Acta SS. tom. 3. Jun. pag. LIX : *Verum quando nocturno tempore dormiens, in camera in qua jacebimus, Stadullus factus, candelæ similitudine observata, et unus cereus mediæ libræ, continue accensi teneantur.* Ubi *Stadallus* a stando dici videtur viris doctissimis, qui præterea monent in Italia lampadarum frequentem usum esse, quarum scapus superne oleo fartus, et formam et vicem candelæ præbet candelabro impositæ.

† **STADARIUS**. Charta Arichis Principis Longobard. apud Ughellum in Archiep. Beneventanis : *Nec non et in Hiarino casus de caballariis, cum caballis et Stadariis, hæ sunt, casa, quæ regit per Ursu cum uxore et filis suis, etc.* Videtur legendum *Stotariis*, i. equis admissariis. Vide in hac voce.

† **STADERIA**, Statera, verticulum, Gall. *Peson*, Italis *Stadera* et *Stadiera*. Statuta Placent. lib. 6. fol. 68. vº : *Nullus molinarius teneat vel habeat in molendinis, vel domibus, vel habitationibus Staderias, pondera, starium, minam, vel quartarium in pœna xx. sol. Plac. Vide Studirola.*

\* *Staderia* etiam dicitur id; quod pro ponderandis mercibus ad stateram publicam exsolvitur. Annal. Placent. ad ann. 1447. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. ool. 896 : *Communitas Mediolani ipsam civitatem Placentiam et ejus districtum... fecit immunem et exemptam ab ordinariis (oneribus) per annum præsentem; ... de Staderia vero et officiis notariorum perpetuo.* Infra col. 908 : *Item quod non solvatur Staderia pro rebus, quæ in civitate velepiscopatu nascuntur.* Charta ann. 1230. apud eumd. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 365 : *Pro ponderatione Staderiæ debeant solvere... decem imperiales pro quolibet millitario et non ultra.*

\* **STADES-RECHT**, a Germanico *Stadt-recht*, Jus municipale. Charta ann. 1292. apud Schwart. in Hist. fin. principat. Rugiæ pag. 223 : *Predictos autem terminos cum sylvis, pratis... dicte civitati (Demminensi) apponimus eo jure, quod Stades-recht dicitur in vulgari.*

\* **STADIA**, Domus, mansio, idem quod *Stans* 1. Charta Frider. episc. Lebus. ann. 1466. ex sched. D. Schœpflini : *Super Stadiam et peccam terræ.* Nisi sit Mensuræ agrariæ species. Vide *Stadium* 3.

\* **STADICHUM**, Pignus, ab Italico *Statico*, obses. Charta Conradi II. reg. Sicil. pro Pisan. ann. 1269. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Chron. imper. Leon. Urbev. pag. 270 : *Et quod res et mercibus ipsorum, seu de ipsis rebus et mercibus occupari vel capi non possint ab aliquo, ratione aut occasione Stadichi, vel aliu, sed occupatæ restitui debeant integre.*

† **STADINGI**, **STEDINGI**, Populi in confinio Frisiæ et Saxonie siti, paludibus inuis et fluminibus circumcincti, qui pro suis excessibus et subtractionibus decimarum multis annis excommunicati, contemtores clavium Ecclesiæ sunt inventi. Qui cum essent viri strenui, vicinos populos, imo et Comites et Episcopos pluries sunt aggressi; sæpe victores, raro victi. Ob quam causam auctoritate papali verbum Crucis contra eos fuit per multas dioceses prædicatum. Hæc Godefridus Monachus S. Pantaleonis ann. 1234. cui interdum *Stadingi* dicuntur, *Stedingi*, in Hist. Archiepiscoporum Bremensium ann. 1204. 1211. 1230. 1233. 1234. et in Privilegiis Ecclesiæ Hammaburgensis pag. 196. 197. Vide præterea Joannem de Beka pag. 63. Will. Hedam pag. 339. 1. edit. et Albertum Stadensem ann. 1234.

† **STADIODROMOTUS**, pro *στανιόδρομος*, Qui in stadiis decurrit, apud Julium Firmicum lib. 8. cap. 8 : *Hunc locum si Mars respexerit, Stadiodromotos facit : si vero luna cum Marte, Pictomacharios.*

\* **STADIOTTA**. Steph. de Infestura MS. ubi de Innoc. PP. VIII. : *Stadiottas et eorum officium multis clamoribus motus remissit.* f. pro *Stradiotto*, Acad. Cruse. *Stradiotto*, miles Græcanicus. Vide infra *Stratiote*.

† **STADIROLA**, Bilanx, Italis *Stadera*. *Conductor ducii Stadirolæ*, in Computo Theaurariæ urbis Bononiæ in Italia ann. 1364. ex Biblioth. Regia. [Vide *Staderia*.]

† **STADITIUS**, a vulgari *Estatit*, non recens. Statuta Avenion. MSS. : *Ne aliquis misceat pisces vel fructus recentes cum piscibus vel fructibus non recentibus et Staditiis.*

\* **STADIVA**. Glossæ. Cæs. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 678. col. 1 : *De cyconia vel Stativa dominica, id est, locus ubi stat, quando haurit aquam : quot inas procuraverit, tot solidos quinque per unum exigere debet (præpositus).*

1. **STADIUM**, pro *Stagium*, Certum et definitum tempus pro residentia Canonico- rum, in Statutis Ecclesiæ Leichefeldensis in Monast. Anglic. tom. 3. semel ac iterum. Vide *Aventura* 2.

† 2. **STADIUM**, Pomarium. Tertull. de Corona cap. 4. ubi de Susanna : *Ceterum in Stadio mariti, non patem velatam deambulasse, quæ placuit.* Vulgata Daniel. cap. 13. habet, *Pomarium*.

† 3. **STADIUM**, Mensuræ species; sed ignota prorsus. Litteræ Philippi Pulchri Reg. Franc. ann. 1291. tom. 4. Ordinat. pag. 21 : *Præterea in domo qualibet seu ay-*



rali dicte ville, longa de 15. Stadiis et ampla de quinque, debet habere dominus Rex et Abbas predictus annuatim in festo O. SS. quinque denarios Tholosanos censuales.

4. **STADIUM**, Sedile in eloro, vulgo *Forme*, *Stalle*. Locus est in *Decumani*.

\* Ordo eccl. Ambros. Mediol. an. circ. 1130. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 898: *Archiepiscopus accedit ad altare, et deosculatur altare, et sic pergit in tribunalum ad Stadium suum.*

† **STADIUS**, Eadem notione. Vita ven. Catharinæ de Palantia, tom. 1. April. pag. 653: *Omnes laborantes ad ecclesiam S. Mariæ de monte ad faciendum Stadios chori dicte ecclesie.*

\* 5. **STADIUM EQUI**, an Illud a communi stadio centum et viginti gressuum differt? Vita B. Laur. erem. tom. 3. Aug. pag. 306. col. 2: *Ad cuius jussionem cum ambulasset per Stadium equi, etc.* Infra: *Cumque ambulasset per Stadia circiter duo, etc.*

\* 6. **STADIUM**, pro Spatium quodcumque. Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 85. Chartoph. reg. ch. 95: *Per Stadium ducenarum leucarum vel ultra, in longinquis et diversis locis perquisitos invenire non potuit.*

\* 7. **STADIUM**, Portus, locus ubi naves stare possunt, ripa, litus. Charta Frider. I. imper. ann. 1177. tom. 4. Cod. Ital. diplom. col. 11: *Confirmamus... tam aquas fluentes quam stagna, et tam silvas quam valles, et insulas quam Stadia, et tam piscationes, etc.* Charta ann. 1367. ex Diplom. Bojar. apud Oefhelm tom. 2. Script. rer. Boicar. pag. 188. col. 2: *In Stadio seu littore tali, prout civitas Pazzawe extitit situata, etc.* Vide infra in *Stadium*.

\* 8. **STADIUM**, Pluteus, vel Suggestum. Ordo eccl. Ambros. Mediol. ann. circ. 1130. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 870: *Diaconus legit evangelium a dextra parte altaris super aliquod Stadium.*

\* 9. **STADIUM** significat laborem, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613.

**STADIUM**, Idem quod *Sedes salinaria*, de qua supra. Charta Caroli Regis Franc. apud Doubletum pag. 779: *Et Adaluagella cum patella una et Stadio uno in vico Bodesio, etc.* Occurrunt eadem verba in alia Caroli Simplicis ann. 11. redintegr. 6. in Tabul. S. Dionysii. Vide in *Sedes* 4.

**STADIUM**. Formulæ veteres Pithœi cap. 77: *Propterea cautionem de Stado meo tibi emitto. i. de juri stando.*

† **STAFFA**, ut *Staffa* 2. Vide in hac voce.

† 1. **STAFFA**, Baculus, scipio, German. et Danis *Staf*. Processus de B. Petro Luxemb. tom. 1. Julii pag. 574: *Staffis non poterat ambulare.*

2. **STAFFA**, STAPHA, Stapes, quo quis in equum tollitur, Italis *Staffa*, unde *staffiere*, qui ad *staffam* stat. *Staffier*, apud Jo. Molinetum in Itinere Neapolitano, ex Germanico et Danico *staf*, baculus, cui quis ininitur, quod stapedes, quibus equites suffulciuntur, baculi iis vicem præstant. Ita quidam censent. De vocis etymo, vide præterea Gorop. Bekan. lib. 2. Gallicor. pag. 49. Epistola Alexandri PP. apud Radium de Dico ann. 1177: *Et cum ascenderemus palefridum nostrum, Staffam tenuit. Idem ann. 1170: Cum autem Rex*

*et Archiepiscopus secessissent in partem, bisque descendissent, bis Staffam Rex tenuit Archiepiscopo. Vide ibid. pag. 717. Anonymus Salernitanus parte 4: Sellam, super quam equitabat, Staffamque solitam ponebat. Fridericus II. Imperator lib. 1. de Venat. cap. 71: Deinde ponat pedem suum in Staffa sellæ. [Chron. Parmense ad ann. 1291. apud Murator. tom. 9. col. 821: Dominus Gerardus de Parma Cardinalis... Parmam venit, et valde honorifice receptus fuit... Majores Milites civitatis Parmæ pedestres adstrabant eum per frænum et super Staffas honorifice. Occurrit apud eund. tom. 18. col. 938. tom. 19. col. 816.] In Institutionibus Capitul. Gener. Cisterciensis dist. 13. cap. 11. vetantur Monachi uti sellis equorum curiosis, aut frænis ornatis laninis, aut lunulis stanneatis, neque Staphis ferreis. Staphas, novitum inventum esse, vel certe veteribus incognitum, jam olim pluribus observant viri docti, atque in iis Joannes Tortellius Aretinus, Brodeus lib. 4. Miscellan. cap. 26. Goropius Bekanus lib. 2. Francicor. pag. 48. 49. Vossius lib. 1. de Vitis Serm. mon. pag. 32. 33. Santamantius tom. 3. Comment. Hist. et alii. Auctor est Richardus Stanihurstius lib. 1. de Rebus Hibernicis, Hibernos ferreis scalis, quæ a nonnullis stapedes dicuntur, in equos minime ascendere; sed jubarum setas, quæ frontibus imminere, aut equorum auriculas sinistra apprehendere, atque dum equi obstipis capitibus quiete inclinant, (uau adtalem facilitatem, ut est eorum docilitas, a dormitoribus finguntur) equites, etiam sagis, aut loriceis avictos, mira corporis agilitate se efferre, divaricatisque cruribus, ephippia ciltellis non dissimulata subito occupare.*

Nostris porro staphas *Sautoirs* appellantur, ut a nobis observatum in Dissert. 1. ad Joinvillam, quod ex iis equi insiliantur. *Salitionem equorum, iusilire et desilire, dixit Vegetius lib. 1. c. 18.* Consule etiam Notas ad Cinnamum pag. 470. ubi pluribus auctorum locis adductis docuimus, jam olim in more fuisse Imperatoribus, Regibus atque adeo principibus viris, ut equitantibus summis Pontificibus, Archiepiscopis, et Episcopis, et staphas, et fræna tenerent: cui quidem observationi, ut nihil, aut parum, ad eam firmandam desit, alios aliquot, qui postea occurrerunt, hic proferre placuit. Prædictis addo, quæ habet Vita Gregorii X. PP. de eodem in summum Pontificem electo, et ex Terra sancta Brundisium appulso: *Ubi Carolus Rex Sicilia, ut ipsum prosequeretur honorificentia Regia, sibi festinus occurrit, ei per loca insignia regni sui, per quæ ipsuum contingeat transire, ad dextratoris officium exhibuit.* Infra, ubi de coronatione ejusdem PP: *Ubi, prout moris est, fuit solenne celebratum convivium, in quo idem Rex, sicut ipsum Pontificem ad dextrat per urbem, et more prudentis dapiferi, duxit in mensa primum ferculum apponendum.* Jacobus Stephanescus Cardinal. lib. 2. de Coronat. Bonifacii VIII. c. 9. quod inscribitur: *Qualiter coronatus incedebat, et de Regibus Siciliae et Ungariæ eum ad dextrantibus:*

.... tune lora tenebant

Illustres Gallie Duces, Carolusque secundus Rex Siculus, Carolusque puer prolesque juvena

Florus, Ungariæ materno a stipite nomen Regis habens; dextram pater accipit, atque sinistram Filius, ardentibus habitus quos uvea tinxit Grana rubens, etc.

Continuator Chronici Willelmi Nangii sub ann. 1305. de Philippo Pulchro Rege Franciæ: *Papa Clemente Dominica post festum sancti Martini hiemalis apud Lugdunum in Ecclesia Regalis oppidi, quod dicitur sancti Justi, presentibus Cardinalibus et Prælatibus, multisque Principibus consecrato, dum suam ad domum rediens, gestans, ut noris est, suæ coronationis insignia, per frænum equi, cui insidebat, a Rege Franciæ, qui ob hoc præ humilitate seipsum pedestrem posuerat, seu constituerat, per curiam duntaxat oppidi memorati, deductus maximo cum honore fuisset, illic a fratribus Carolo et Ludovico, nec non Duce Britannicæ Joanne suscipitur adhuc usque ad domum, modo consimili. Sed et idem audiendus Scriptor ad ann. 1316: *Joannes XXII. Papa, vocatus ibidem ante Nativitatem B. Mariæ Virginiis sua suscepit insignia, Carolo Comite Marchiæ, fratre Philippi Regentis regni Franciæ et Navarræ, eorumque avunculo Ludovico Ebroicensi Comite, frænuculo equi, cui insidebat, regentibus, ejusque festum decorantibus.* Huic adjungendus Gobelin. Persona in Cosmodorio ætate 6. c. 77. ad ann. 1383. de Carolo Hungariæ Rege: *Unde Papa (Urbano VI.) civitati Aversanæ appropinquante, Karolus egressus obviam et, oculis inde lætissimam sicutulans, ipsum cum reverentia dolo plenu suscepit. Hinc Karolus equi Papæ manu propria apprehensus habentis, Papam ad ipsius civitatis castrum ducere satagebat, etc.* Joannes Abbas Laudunensis in Speculo Historico MS. lib. 11. c. 66. ad ann. 1342. de Clemente VI. PP: *Si adviuit, que quant le Pape nouvellement créé alloit à son Couronnement, les deux Ducs, (de Normandie et de Bourgoigne,) l'un d'une part, et l'autre d'autre part, tous à piet tenoient le frain, et gouvernoient le cheval du Pape.* De Michaele in notis ad Cinnamum pag. 474. egimus, ad ejus posterum non jam ipsi stratoris vicem erga Patriarcham præstitere, sed id muneris per Comitem peragi curabant. Simeon Thesalonicensis de hæresib. ubi de inauguratione Patriar. Constantinopolit.: *Και ἵππος παραστῆται τισὶ κοσμεῖται, καὶ ἐπ' αὐτοῦ ὁ ὑποψήφιος κἀθίηται, καὶ ὑπὸ πεζοῦ τοῦ κόμης τὸν χαλινὸν τοῦ ἵππου κατέχοντος ἀπὸ τοῦ βασιλέως αὐτοῦ, ὡς ὁ μέγας ἐν βασιλεύσει Κωνσταντῖνος τῷ ἱερῷ πεποιθὲς Σιθέρῳ, προπέμπεται διὰ τὴν τῆς βασιλικῆς αὐλῆς, καὶ τῆς δημοσίας ἰδοῦ ἄρχη, καὶ αὐτοῦ τοῦ Πατριάρχου. Εἰ δὲ ἐστὶ τῷ βασιλεὶ υἱός, ἔπειτα ἐφοίτητος, καὶ ἡ σύγκλητος πᾶσα.* Neque porro hoc dumtaxat vassalorum munus fuit; sed et quorumvis, atque adeo sortis infimæ servorum: quod indicat præsertim Recaredi Gothorum Regis sententia, in quemdam reum Vacrisam, qui ad Ecclesiam confugerat, lata, hisce verbis apud Paulum Emeritensem in S. Masona cap. 15: *Sed quia vultæ miserationis novimus esse Deum, et nullum despicerem, quavis delinquentem, ad se covertentem ambigimus, ob hoc ita decernimus, ut ipse Vacrisa cum uxore et filiis, et omni patrimonio suo perpetim sanctissimæ Virgini Eulaliæ servus deserviat. Nam et hoc præsentem decreto sancimus,**



ut sicut ultimi paeri ante equum dominorum suorum absque aliquo vehiculi iuvamine ambulare soliti sunt, ita ante caballum domini, qui praesi cellae S. Eulaliae, ambulare debeat : et omne servitium, quod infamam consuevit peragere nancipiam, coram eo, deposito coluburno et fastu, cum omni humilitate exhibeat. Accepta igitur Masona auctoritate, eum illico basilicam egredi, et ad saum conspectum venire praecipit : et ut semper pietatis visceribus affluebat, eam blande, ne aliquid deinceps formidaret, admonuit; sed ut jassioni Principis obtemperans, causa obedientiae, de Ecclesia S. Eulaliae usque ad atriam, quod est fundatum iuxta muros civitatis, ante caballum Redempti Diaconi, manibus frenum gestans pervenisset, statim eum Vir sanctus canaxore et filiis, et omnibus praediis absolutis, liberum abire permisit. Adde Bohuslaum Balbinum in Hist. Bohemic. pag. 303.

† STAFIA, Eodem intellectu, in Chron. Siciliæ apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 23 : Nostram omnino volumus potentiam experiri machinalibus Stafis secum pro justitia nostra ludere, et de nostris cum eo viribus in gladiis disputare.

STAPHIUM, Eadem notione, in Gestis Consulum Andegav. c. 3. n. 5.

STAPHA. Leges Adelstani Regis, ubi de examine per ferrum candens : Sed jaceat ferrum super carbones, postea mittatur super Staphas, et non sit illic alia locutio, etc. Ubi Saxon. habet stapelum, quod est fulcrum mensarium ex stiptibus. Atque forteam etiam hinc stapedes Staphas appellarunt, quod pedibus equitantum fulcricum praebuerint. Sed videtur leg. stacas. Vide Staca.

STAFILE, STAPHILE, Italis Staffile, striscia di cuoio, o d'altro alla quale sta appiccata la staffa, Academicis Cruscanis. [Ordo Rom. 13. apud Mabill. tom. 2. Musei Italici pag. 122 : Habere debet caligas de rubeo panno sine pedulibus et cum Stafilibus, etc. Acta S. Margaritæ Scotiæ Reginæ tom. 2. Jun. pag. 336 : Cum aliquando paratus ire venatum, pede in Staffili posito equam vellet ascendere, etc.] Ceremoniale Roman. apud Raynald. ann. 1272. ex MS. Vaticano, de Elect. PP. : Et habere debet caligas de panno rubro, sine pedalibus, et cum Stapilibus. Bulla Benedicti PP. ann. 1033. pro Episcopis Silvæ candidæ, apud Ughellum tom. 1. pag. 124 : In secunda feria Paschæ, quoniam secundum antiquum morem ad Staffilem, ubi de equo descendimus, nos nostrosque successores recipitis, etc. Vide Staphilum.

† STAFFETA, vox Italica, Tabellarius, vulgo Estafète. Vita B. Columbæ Reatinæ tom. 5. Maii pag. 370 \* : Directo illac nuncio velociori, quem Staffetam nominant, etc.

† STAFFILARIS. Vide in Staphilum.

† STAFFILE, ut Staffile, Stapes. Vide ibi.

† STAFFILUM, ut Staphilum. Vide ibi.

\* STAFILIS, idem quod Staphilum. Bulla Lucii III. PP. ann. 1182 : Qui videlicet fues a monte Bibuli de Tonzia decurrunt in Staflem de farca de Cerro... Per Staflem casæ Perocis, per montem Cardonem, etc. Pluries ibi.

STAFOLIUM. Vide Staplus et Constapholarii.

STAFSAKEN, vel STAPESAKEN. Decretum Tassilonis Ducis Bajw. § 7 : De eo, quod Bajorii Stafsaiken (alias Stafpsaken) dicunt, in verbis, quibus ex vetusta consuetudine Paganorum idololatram reperimus, (constituimus) ut deinceps non aliter, nisi sic dicat, qui querit debitum : Hæc mihi injuste abstulisti; Reus vero contradicit : Non hoc abstuli, nec componere debeo. Iterata voce, requisito debito dicat : Extendamus dextras nostras ad justum Judicium Dei : et tunc manus dextras uterque ad colam extendat.

☞ Paganicæ superstitionis reliquias hic agnoscere facile est : atque adeo non male Spelmannus a Saxon. stæf vel sæf, statua; et saca, causa, vocis originem deducere videtur. Et quidem ibi agitur, nisi fallor, de sacramento coram idolo præstito.

\* STAGA. Vide infra Stagia 3.

STAGATUS. Annales Franc. Loiseliani ann. 802 : Lucerna quoque frequenti obsidione Stagata, et ipsa in deditiorem venit. Annales alii habent fatigata.

\* Ab Italico Stancato, Defatigatus, oppressus, defessus.

† STAGERIA, Quicquid ob Stagiam a Canonicis peractum distribuitur. Statuta MSS. Capituli Audomar. ex Tabul. ejusd. Eccl. : Item et consuetudinem secundam quam super fructibus et emolumentis dictæ bursæ communis Canonici residentes, qui saas residentias debitas fecerunt in ecclesia prædicta; Stagerias magnam et parvam ab antiquo percipere consueverunt... Stataimus et ordinamus quod Canonici qui post primam residentiam peractam ab ano festo B. Joannis Bapt. asque ad aliud residentiam de cætero facient per 24. ebdomadas continue vel interpolate ac in Matutinis, Missa vel Vesperis in quatuor ex solemnitatibus sequentibus... interfaerint, in quolibet earum quatuor, quartam partem magnæ Stageriæ Augusti... percipiant : parvam autem Stageriam laudentur modo prædicto qui in eadem ecclesia divinis interfuerint in die Cinerum et Dominica Lætare in dictis diebus mediatim distribuendam. Et idem quod dictum est de magna Stageria volumus in Stageria ceræ et piperis qui per patronatus S. Audomari solvi consueverunt, observari. Vide in Stagiæ.

† STAGERIUS. Vide in Stagiæ.

STAGGON, Cervus, Anglis Stagge. Leges Kanuti Regis Angl. de Forestis cap. 24 : Si regalem ferant, quam Angli Staggon appellant, alterater coegerit anhelare, etc. [Litteræ Edwardi III. Reg. Angl. ann. 1356. apud Rymer. tom. 5. pag. 870 : In eodem dominio, pro deducto suo de licentia nostra, fugaverit, et 16. cervos, 6. bissas, 8. Stagges, 3. vitulos... cepit, etc.]

† STAGI. Vide infra in Stagiæ.

1. STAGIA, [Domus, habitatio.] Charta Occitania ann. 1298. in Regesto Philippi Pulchri Regis Franc. ann. 1299. num. 13. ex Tabulario Regio : Item tres Stagias feudales in Parochia S. Cosmæ prope Vassatum, de quibus pro una Petrus de Fonte debet 6. libras, etc. Unum molendinam in aqua del Bever pro 16. libris rendaalibus : 16. solid. abliarum de Stagia quondam Meinoldi Vaquerii, etc. Infra : Item Stagiæ dictæ domui contiguum, etc. Vide Stagiæ.

\* Form. MSS. ex Cod. reg. 7657. fol.

28. vº : Licet talis delatus moraretur pro boaterio cum ipso domino tali, comedendo panem suum et vinum suam bibendo, ipse, inquam, delatus a dicto domino tali et ejus Stagia aufugit.

† 2. STAGIA, Commoratio assidua, domicilium, Gallice Résidence, domicile. Statuta Massil. lib. 1. c. 8 : Qui omnes (consiliarii) sint... cives civitatis vicecomitalis Massiliæ, et ibidem Stagiæ facientes. Ibid. § 9 : Nullus eligatur vel creetur pro consiliario... nisi Stagiæ fecerit in Massilia tanquam civis stando, et cohabitando ibi per quinque annos ad minus. Cap. 21. § 2 : Illi vero qui domicilium suum, vel Stagiæ suam habebunt vel facient in prædicta civitate, etc. Occurrit rursus lib. 2. cap. 1. § 21. et c. 29. § 3. Capitul. gener. S. Victoris Massil. ann. 1348. ex Tabul. ejusd. Monast. : Si vero monachus per obedientiam ab abbate habuerit Stagian in Sardinia, Pisis, etc. Charta ann. 1400 : Promisit de cetero morari et moram, Stagiæ et habitationem continuam facere in dicto castro cum uxore et aliis gentibus suis. Vide infra in Stagiæ.

3. STAGIA, Palus, seu tigillum, quo retis ad capiendas aves sustentatur, Italis Staggio. Vide Petrum de Crescentiis lib. 10. de Agric. cap. 19. et infra in Stanga.

\* Comput. ann. 1482. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 21. col. 1 : Solverunt magistro Bernardo Famal, fasterio Nemaasi, pro faciendæ Stagiæ pro longum navis et chori dictæ ecclesiæ cathedralis Nemaasi, et etiam per transversam dictoram elori et navis ipsius ecclesiæ, pro reponendo ibidem intorticia. Alius ann. 1498. ibid. pag. 71. col. 1 : Item pro capella ardente et Stagiæ pro intorticiis tenendis, etc.

\* 4. STAGIA, Pluteus, librorum loculamentum, Gall. Tablette. Testam. ann. 1459. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 297. col. 2 : Item inlibeo, veto, et defendo alienari aut transportari alibi tabulariam, scamnum, et Stagiæ librorum et scripturarum, infra meum stadium in domo meæ habitationis existentes.

\* 1. STAGIARIUS, idem qui alibi Commendator. Lit. remiss. ann. 1388. in Reg. 135. Chartoph. reg. ch. 132 : Fraier Guillelmus Blanchi ordinis S. Johannis Jerosolymitani, mansionarius sea Stagiarius S. Eulaliae de Luczaco.

\* 2. STAGIARIUS, Qui Stagiæ seu domum incolit sub annuo censu, idem atque Hospes. Charta ann. 1358. ex Bibl. reg. : Item financias seu rachas burgensium de Foravo, qui burgenses vocantur Stagiarii, qui quolibet anno finant pro suis Stagiis in festo S. Martini. Vide in Stagiæ.

† STAGIATOR. Vide in Stagiæ.

STAGILE, Idem forte quod Stagia, 3. [nisi malis intelligere domum vel præstationem ex Stallis.] Charta Raymundi Comitum Tolosæ ann. 1149. apud Gallandum de Franco alodio pag. 197 : Et de omnibus rendis, et de omnibus, quæ pertinent ad domum Montis-Albani, nunc et in perpetuum, foris meum Stagile, quod ibi retinui, et adhuc retineo, etc. Vide Stare.

\* STAGIMENTUM, Sequestrium, sequestratio, et Stagire, sequestro ponere, Ital. Staggiamento, a verbo Staggiare, eadem no-



tionem. Stat. ant. Florent. lib. 1. cap. 6. ex Cod. reg. 4621. fol. 15. vº : *Et quilibet ipsorum (judicum) possit et teneat facere Stagmenta, et de ipsis et eorum causis cognoscere, et dari et solvi facere ipsa Stagmenta quæ pronunciata fuerint.... Et antequam fiat adjudicatio seu in solutum datio alicujus sequestri vel Stagmenti, etc. Nullus tamen eque consignatus ad stipendium communis Florentiæ possit Stagiri.*

† STAGINGI, ut Stadingi. Vide ibi.

\* STAGIUM, Domus vel Locus domui ædificandus aptus. Acta capit. MSS. eccl. Lugdun. ad ann. 1337. fol. 32. vº. col. 2 : *Confirmaverunt albergamentum factum.... de loco seu Stagio et pasquerius sitis in territorio de Colonreis. Vide supra Stagia 1.*

STAGIUM, Cœnaculum, nostris vulgo *Estage*. *Stagium* vero quasi *στῆγειν* dictum quidam autumant unde *δισταγειν*, binis constans cœnaculis, vel tabulatis. Athanasius in Libello ad Leonem PP. in Concilio Calchedonensi act. 3. ait, ἐν τετραγώνῳ ἑστῆθι mansionem suam fuisse : nos diceremus : *Au quatrième estage*. [Gall. Christ. novæ edit. tom. 4. col. 434 : *Tertio Nonas Octobris an. Dom. 1327. obiit bonæ memoriæ dom. Joannes de S. Valeriano quondam decanus Eduensis, qui construxit et ædificavit de suis propriis tria Stagia contigua granario, etc. Le Roman d' Athis MS :*

A grant plenté y ot fenestres,  
Haultains Estages et beaulx estres.]

STAGIUM, præsertim usurpatur pro ea obligatione, qua vassallus tenetur stare in castro domini sui, sive pro eo tuendo contra hostes, sive ex alio debito. Feoda Campaniæ pag. 72 : *Hæc dedit domina Comitissa pro continuo Stagio faciendū apud sanctam Menoldim, per totum annum Dudoni de Buixiaco, 7. libratas terræ cum carucata terræ, quam dominus Comes ei dederat. Tabularium S. Genovefæ Paris. ann. 1211 : Quod Dominus Castri et Militis feodati, qui tenebantur ratione feudorum suorum facere stagium pro custodia castri, etc.*

\* Hinc *Faire estant, Stagium* facere, in Charta Phil. Pulc. ann. 1300. ex Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 45 : *Thiebaus de Lohereine, sire de Rumillei, ait recognu à tenir de nous à touzjours mais et de nos hoirs en fié receptable, sens faire Estant, etc. Vide supra Estannus.*

ESTAGIUM, Eadem notione. Vetus Inquesta in Probat. Hist. Guinensis pag. 350 : *Et dixit, quod feudum de Firmitate, et feudum Hugonis Malivicini, quod Dominus de Firmitate tenet, est par et dimidium Ribemontis, et debet Estagium per annum, etc. Feoda Campaniæ fol. 25 : Theaubaudus de Cresperi debet Estagium in castello domini de Boilleuci, etc. Charta Petri Episcopi Cabilonensis. apud Sammarthanos : Quia prætendebat Milites suos in Castro Ussello in Estagio existere. [Charta ann. 1244. ex Tabul. Corbeiensi : Ego Ingerannus de Argonia dictus Pilars et uxor mea debeo Estagium Vicedomino Pinconii apud Alliacum quolibet anno per unum mensem sumptibus meis propriis persolvendum.] De Stagiis, vel Estagiis, et qua ex causa tenerentur, et quem in*

finem ad ea peragenda adstringerentur vassalli in castris dominorum, pluribus docuimus in Notis ad Stabilimenta S. Ludovici : quibus addenda videtur, prolixior licet, Charta insidenda, quæ horum usum omnino nobis aperit : *Noverint universi pariter presentes et futuri, quod cum nobilis vir Hugo Comes S. Pauli requireret a Paribus Castellæ S. Pauli, quale Estagium vel residentiam facere debebant in eodem castello : ipsi habito inter se super hoc diligenti consilio et relatu, concorditer responderunt in hunc modum. Videlicet quod si predictus Comes et uxor ejus Estagium sive residentiam faciebant in castello memorato, ipsi et uxores ibidem secum residentiam facerent per dies quadraginta. Et si uxor ipsius Comitissæ ibidem præsens non erat, neque eorum uxores præsentem esse tenerentur. Die vero prima adventus ipsorum, cum ipsi veniunt pro suo Estagio faciendū in castello sapredicto, ipsi et eorum uxores cum familia universa, quam secum adducunt ad Estagium faciendū, debent comedere primum prandium ad Curiam Comitissæ supradicti. Diebus vero sequentibus usque ad supradictos 40. dies, si ibidem tantum moram fecerint, teneretur unusquisque sibi et familiæ suæ necessaria providere. Die vero ultima 40. dierum, sicut et in primo, teneretur eis in uno prandio providere dictus Comes, et postea ipsos licentiare sine causa, nec a die illa in unum annum tenerentur Estagium facere in predicto castello dicti Pares. Si vero totum Estagium non facerent, sed solummodo per tres dies vel quatuor vel amplius, sive minus, nec opus esset, et tamen cum licentia Comitissæ recederent, nihilominus remaneret quieti et liberi de Estagio ibidem faciendū usque ad unum annum. Sciendum est etiam, quod si uxor dicti Comitissæ tempore 40. dierum in castello jamdicto præsens erat, et pro viduitate sua, vel pro casu aliquo a predicto Estagio recederet, et uxores Parium similiter possunt recedere cum causa. Similiter et si dictus Comes recederet sine causa, possent recedere dicti Pares. Si vero dictus Comes alicui Parium injuriam faceret, manente Estagio, et conquereretur de ipso, per judicium Parium incontinenti teneretur emendare ipsi Pari. Notandum etiam, quod omnes Pares communiter per totum annum, quo ibidem presentes erunt pro predicto Estagio faciendū, possunt et debent in foresta sua venari, et in garennis suis similiter, tam ad bestias, quam ad volucres, in predicta foresta possunt mittere summarium suum pro lignis percipiendis ad arduendum per totum annum memoratum. Etiam, quia predictus Comes a predictis paribus requisivit, quale servitium ei deberent pro Comitatu defendendo, ipsi concorditer responderunt, quod si viderint quod Comitatus defensione indigeret, quilibet eorum debet defendere ad expensas proprias per 40. dies, nec a fine 40. dierum in unum annum servitium hujusmodi posset requirere dictus Comes. Et si minus spatium temporis sufficiebat ad defensionem dicti Comitatus, nihilominus quieti et liberi remanent ab hujusmodi servitio usque ad unum annum. Ad hoc dicendum fuerunt et concordaverunt Dom. Joannes de Baliolo, Dom. Rogerus de Dors, Dom. Balduinus de Dunojon, Domina Neditis Buticularia, Dom. Hugo Ploubes, et Dom. de Pas, Dom. Joannes*

*Boulons, Balduinus Dom. de Senesaint Leger, Balduinus de Aria, Balduinus de Heseke, Rogerus de Heseke, Joannes de Mirebeau. Et ut hoc ratum et stabile perseveret, predicti Pares præsens scriptum sigilli sui munimine confirmarunt, protestantes et dicentes, quod si possint inquirere a probis viris et antiquis, quid plus servitii facere deberent Comiti memorato, plus eidem facerent diligenter.*

Varie pro variis infeodationum Chartis exhibitum est a vassallis Stagi servitium, ut efficitur cum ex iis quæ collegit Vir doctissimus in Notis ad cap. 53. Stabilim. S. Ludovici, tum ex iis quæ hic subjicit. Nonnulla iterum addenda duximus, ex quibus observata a Cangio non modo illustrantur, sed et quædam hactenus prætermissa aut neglecta docebimur. Instrumenta ipsa nunc exhibemus ex Tabular. Corbeiensi : otiose enim annotarem quæ cuilibet legenti obvia erunt. Charta ann. 1214 : *Ego Eustachius de la Leutillie notum facio quod ego et heres meus lizanchiam et Stagium unius anni annuatim Vicedomino et heredi suo cum uxore nostris apud Pinconium ut par integer ad custus nostros debeamus. Alia ann. 1223 : Ego Hugo Miles de Beeloy tam presentibus quam futuris notum facio quod ego homo ligus sum dom. Pinconii communitatis et dom. de Sessolio de hoc quod apud Tempus et apud Pinconium cum pertinentiis (habeo) et debeo dom. Pinconii Stagium unum annum apud Pinconium cum uxore mea et ad custum meum hereditarie annuatim ego et heres meus sibi et heredi suo quum citatus ero vel aliquis ex parte mea absque souspressura. Item alia vice ego sum homo ligus communitatis dom. Pinconii et dom. de Sessolio de hoc quod apud Fordinoy habeo cum pertinentiis, et debeo dom. Pinconii Stagium tres menses apud Pinconium cum uxore mea et ad custum meum imperpetuum annuatim ego et heres meus sibi et heredi suo, quum ego vel aliquis ex parte mea citatus fuero absque souspressura. Et si contigerit quod quidam ex eis me citaverit de servitio suo, alter vero de servitio quod ei debeo, quamdiu ero in illo servitio me debet deportare, salvo hoc quod Stagium est dom. Pinconii. Charta ann. 1223 : Ego Radulphus de Boughaineville Miles.... debeo continuam residentiam per unum annum intergrum viro nobili dom. de Pinconio in castro suo Pinconii cum uxore mea, quam placbit ei, et in expensis meis propriis. Alia ejusdem anni : Ego Petrus de Briskemaisnüll... debeo dom. de Pinconio residentiam continuam apud Molanum et in expensis meis. Charta ann. 1244 : Ego Manasserus Miles dom. de Blangiaco... et heredes mei Stagium septem menses Vicedomino in quolibet anno et heredi suo cum uxore nostra apud Pinconium ad custus nostros debeamus, et quod ego sum semipar ejusdem. Charta ann. 1244 : Ego Petrus dictus Canis... debeo Vicedomino Pinconii ego et heredes mihi sibi et heredibus suis de feodo de Alliacum Stagium per plenum annum apud Alliacum cum uxore nostris. Charta ann. 1280 : Henricus Chevalier sires de Pluy salut. Comune noble hom. et mes chiers sires Jehans Vidames d'Amiens sires de Pinkeigny n'eust kemandé que je ad journée certaine qui me fu assignée de par li fusse à Pinkeigny pour faire men Estage si comme*



je li devoie et pour faire certaine moustranche des fiés que je tenoie de li, à lequele journée je fu et li moutrai les tenanches des fiés et des avants-fiés que je tenoie de li, et li cogne tel Estage et tel serviche ke je li devoie le miez et le plus loiaument que je peu et l'en donnuï mes lettres à sa requeste, esquesles lettres je ne mis mie que je le devunt dit Estage deusse à armes, lequele cose ne sire li Vidunes entendoit ke li deusse et le me demandoit pur droit, et disoit ke autrefois l'avoient ne an-chiseur païé as siens et je à li et l'offroit à prouver, si vouloit . . . Sachent tous ke je li connois tout pleinement se demande de l'Estage devant dit faire à urnes toutes les fois ke je en avoie eu kemandement de li ou de sen comunt, et doit etre entendu ke se en bes-passe du tuns ke je sui à men Estage à Pinkeigny, ne sires li Vidunes ou ses kemans ne veut mener à armes avec li hors Pinkeigny, faire le poet et tenus y sui d'aler, et se me sires li Vidunes ou ses kemans me detenoit par quoi je ne peussechu jour revenir à Pinkeigny, je demourroie à sen coust et seroit tenu de mi paier mes wages. Charta ann. 1249 : Je Jehans de Fordinoy Chevaliers fais assavoir . . . que je sui homi le Vidame d'Amiens signor de Pinkigni de la warde de Croy que je tieng de Monsignor Robert de Saveuzes de Monsignor Raoul de Bascoyal et l'en doi un an d'Estage à Pinkigni à men coust je et ma feme et mi oir à lui et à ses oirs quant il ou leurs certains messages nous en seinorra ou ammonestera.

¶ STAGIUM, Feudum stagio obnoxium. Charta Balduini Com. I. Flandr. ann. 1198. apud Miræum tom. 1. pag. 723. col. 1 : Eustacius vero in mea constitutus presentia Montibus in castro, sub testimonio Puriun suorun, quia hæc prænominata de feodo paritatis suæ et Stagiū Montensis a me tenebat, ipsa in manum meam libere reportavit.

¶ STAGIUM, Domus, in qua quis stat, habitat. Consuet. Lemovic. art. 42 : Item consuetudo est quia fullones seu sarturatores pannorum debent custodire in Stagiis seu domibus suis per septem dies pannos euptos in loco ubi videri possunt publice. Vide Stagia, 1.

¶ ESTAGA, Eodem significatu. Charta ann. 1125. inter Probat. tom. 2. novæ Histor. Occitan. col. 429 : Donamus tibi Bernardo de Tresmals ad fevum et propter castellaniam, ipsam Estagam et ipsam mansum qui fuit Bernardi traditoris et fratrum ejus in Carcassona. Alia ejusdem ann. ibid. col. 431 : Damus tibi Nichola ad fevum propter castellaniam ipsam Estagam et ipsam mansum qui fuit Raimundi Cuthalluni in civitate Carcassona. Vide Estagga.

ESTAGIA, Eodem intellectu. Regestum Constabulariæ Burdegali. f. 134 : Arnaldus Bernardi de Moros pro Estagia sua de Puiols, in parochia de Tersat, debet unum barilum vini de sporta. Ita alibi ibidem sæpe.

ESTAGIUM, Eadem notione. Assisia Hierosolymit. MSS. cap. 228 : Et se il n'a manoir estable en la vile, où il doit son Estage tenir, il le doit semondre en l'ostel, où il fu darrainement manant. Vetus Poëta MS. de Vulpe Coronato :

Qu'onques en ordene de Prêcheur,  
De Jacnpiou, frere meneur,  
Renards n'entra, ne fist Estage.

Guill. Guiart in Hist. Francor. MS :

Pour garder le pont de damage,  
Ja sont tuit garni li Estage,  
De ceus, que len y a huchez.

¶ STAGIUM, Mansio, commoratio. Charta Curiae Succession. ann. 1262 : Hubebit Stagiū sive mansionem suam in dicta dono. Guillelmo Tyrii versio Gallica lib. 16. cap. 1 : Avoit luissie l'Estage de la cité : ubi Latine habetur : Illius dimissa habitatio. Le Roman de la guerre de Troyes MS :

N'avoient mie grant curage  
De feire el pais luing Estage.

\* Charta ann. 1339. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 94. art. 6 : Concedimus habitatoribus nunc in dicto loco Simpodii commorantibus, ne qui eorum, ratione vel occasione delictorum commissorum, . . . ad jus trahantur, . . . nisi invenirentur in locis in quibus delinquerunt, . . . sive in Stagiis in quibus prius morabantur, pro quibus erunt homines ligii et questales.

¶ ESTAGNA, Eodem sensu. Statuta Montispessul. ann. 1204 : Si quis extraneus pro quolibet honore homo alterius fuerit et in Monteupessulanum venerit pro Estagna, etc.

\* STAGIUM, Portus, locus ubi naves stare possunt. Charta ann. 1342. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 341 : Cum eas (trabes) ab inde usque ad quoddam Stagiū marinum et quamdam insulam marinam . . . adduci fecisset, etc. Vide supra Stadium 7.

ESTAGIUM habere dominus dicitur, cum hospitium ei debetur. Libertates concessæ Villæ franchæ ab Archembaldo Dom. Borbonii ann. 1217 : Dominus Borbonensis non debet habere apud Villamfrancam domum, nec Estagiū, nec credentiam per vim.

STAGIUM FACERE, et complere, præterea dicuntur Canonici qui faciunt residentiam, quæ ad aliquot dies in anno computatur. Tabularium Ecclesiæ S. Aniani Aurelian. ann. 1254 : Ut quicumque hujus Ecclesiæ Canonici, seu qui in hac Ecclesia non servierit alia vice, seu non Stagiū compleverit, quod quidem Stagiū novies, viginti tres dies continet, et in die S. Petri ud vincula inchoatur, u die obitus sui usque ad revolutionem anni ubicumque et quandocumque expleto illius anni Stagio obierit, grossos præbendæ suæ illius anni fructus ratione peragendi servitii integre habeat, etc. [Obituar. MS. Eccl. Morin. : Canonici vero vere residentibus et qui suum Stagiū compleverunt, cuilibet x. sol. Ibidem : Item dies Civium pro duplici habetur et dantur xxx. libræ amigdalarum cuilibet canonico, dum tamen sint residentes per majorem partem Quadragesimæ, et fecerint totum Stagiū ad plenum. Statutum Renaldi Episc. Paris. ann. 1253. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 38. col. 1 : Quicumque de cætero in ecclesia sanctæ Opportunæ canonice instituetur, juret quod per sex menses annuatim continue vel per partes ibidem residere tenebitur, nisi aliquis canonicorum in nostro servitio extiterit, qui Stagiū suum faciet nostro servitio insistendo, ac si in eadem ecclesia personaliter resideret. Adde Chartam ann. 1260. inter Instrum. tom. 4. Gall. Christ. novæ edit. col. 210.]

¶ ESTAGIUM FACERE, Eadem notione, in Charta Petri Abbat. S. Benigni Divion. ann.

1259. ex Tabul. ejusdem Monast. : Canonici prædictæ capellæ in eadem de cætero facient Estagia personaliter anno quolibet per duos menses et septimanas . . . Capellani qui Missas habent . . . residentiam continuam in eu faciunt.

STAGIUM CONCEDERE, in Tabulario S. Aniani Aurelian. ann. 1269. est absolvere a residentia, verbi gratia, Canonicum, qui pro servitio Ecclesiæ peregre proficiscitur.

¶ STAGIARIUS, STAGIATOR, Canonicus qui in Stagio est, [qui stagiū suum decurrit. Obituar. MS. Eccl. Morin. fol. 43. v° : Canonici vero vere residentibus et qui suum Stagiū compleverunt, cuilibet x. sol. aliis denique Stagiariis et passageriis, cuilibet interessenti ii. sol. Charta Ricardi II. Reg. Angl. ann. 1399. apud Rymer. tom. 8. pag. 74 : Ac vos, præfute Decane, et Stagiarios sive residentarios tunc dictæ ecclesiæ existentes, etc. Regest. Capitul. Autissiodor. ad ann. 1396 : Domini Stephanus de Hamelloet magister Johannes Clementeti qui fuerunt novi Stagiatores, facient pelotam proxima die Lunæ post Pascha. Vide infra Stagi.]

STAGERIUS, Qui debet stagiū, stagio obnoxius vassallus : vel qui domum habet in aliquo loco. Feoda Campaniæ fol. 1 : Vicecomes Feritatis, ligius et Stagerius de Feritate de hominibus Feritatis. Passim ibi. [Charta ann. circ. 1063. ex Schedis Præs. de Mazaugues : Primus fuit Stagerius nomine dictarum ecclesiarum in dicto manso.] Sed et iidem qui Hospites, in Tabular. S. Dionysii de Novigiato Rotroci fol. 105 : Hospites, seu Stagiarii.

¶ ESTAGIUS, Eodem intellectu, in Schedis Lobinelli.

ESTAGIARI, Eadem notione. Estagiers, in Consuetud. Turon. art. 7. 49. 50. Andegav. art. 134. 135. 174. etc. Charta Philippi Regis Franc. ann. 1222. in Tabulario Episcopatus Parisiensis. Thuanus : De albanatis forinsecis concedimus, quod solvant Episcopo in una septimana consuetudines debitas, ac si nunquam fuissent albanati, nec de cætero allanentur, nisi sint Estagiarii Parisienses, etc. Occurrit in Charta alia ann. 1224. apud Perardum in Burgundicis pag. 405. Le Roman de Garin :

Ferez former le Chastel de Belin :  
Et festes dire vntre Prevnst Oudin,  
Les Estagers face ceans venir,  
Trestos semongne et les grans et petits ; etc.

Alibi :

De Gironville font le tours enforcir,  
Les barbacanes reparer et blanchir,  
Les Estagers en la ville venir,  
Et les Serjant por le fié deservir.

ESTAGIEREMENT. Sacramentum exactum a Burgensibus Insulensis oppidi, apud Haræum in Castellanis Insul. : Il vous convient venir manoir en cette ville Estagierement vous, vos femme, et vos mesnie, se vos en y estes requis d'Eschevins. [Id est, ita ut stagiū suum domicilium in ea habeatis.] Arvernus, Estagié, est conductor domus. Vide Stare 2.

¶ STAGIUM. Litteræ Philippi III. Reg. Franc. ann. 1277. tom. 3. Ordin. pag. 61 : Item quod consuetudines et usagia quæ dicta Maria et vir suus ejus nomine, habent in castro seu villu predictis (Lemovic.) . . .



cum omnibus emolumentis inde provenienti-  
bus, necnon foris et pretiis carniam, gali-  
narum et aliarum rerum venalium... pro  
certis pretiis habendarum, ac certis tempo-  
ribus sibi competentibus ad venditionem feni-  
sai seu aliarum rerum, de quibus est con-  
suetum, quæ tempora Stagium usualiter ap-  
pellantur, etc. Hinc Stagium facere dicitur  
qui trimestre servitium Principi exhibent;  
qua etiam notione vox Galliea Soison usur-  
patur in Charta ann. 1404. apud Lobinell.  
tom. 2. Hist. Britan. eol. 817: *Item, que  
tous offices mis, instituez, et confermez par  
Mons. de Bourg. darant son gouvernement au  
Duchie de Bretagne, demourront en leur  
estat, sans ce qu'ils soient aucunement muez  
ou ostez sans lettre et consentement de M.  
de Bourg. excepté Messire Alain de la Hous-  
saye qui sera osté de Soison.*

STAGI, Primarii quidam e Conventu Ca-  
thedralis Ecclesie, qui moderandis statuen-  
disque ejusdem rebus necessario requirun-  
tur, scilicet Decanus, Subdecanus, et 2. vel  
3. majores Canonici; alias Residentiarii.  
Sic in Paulina Ecclesia Londinensi. Ita  
Spelmannus.

† STAGIS, ut Stagium. Vide Stare 1.

† STAGIUS, Obses, Gall. Otage, ab  
Ital. Staggio, eadem notione. Chron. Do-  
min. de Gravinia apud Murator. tom. 12.  
col. 591: *Ordinaverunt... quod acceptis  
primo Stagiis ab eisdem filiis eorum pueris  
ab omnibus de dicta terra, quos nominabant,  
ipsi Stagiis habent in castro, etc.* Ibid.  
col. 642: *Persuaserunt dicto Capitano,  
quod consanguineos omnesque sequaces no-  
strorum sequacium Stagiis asportaret, si  
vellet terram Gravinie firmiter possidere.*

† 1. STAGMEN, Stannum, ni fallor. Vide  
Stagnum 2. et Stamen. Charta Henrici III.  
Reg. Angl. ann. 1255. apud Rymer. tom.  
1. pag. 544: *Ad conventionem emptionis  
Stagminis, quod ab ipso (Comite Cornubiæ)  
enimnis, fideliter observandum, etc.*

\* 2. STAGMEN, pro Stamen, Panni  
species. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg.  
7679: *Stagmen, Estamine.* Vide Staminea.

† STAGNACULUM, STAGNALIS. Vide  
infra Stagnum 1.

† 1. STAGNARE, Stagno seu stanno  
obduere, Gall. Etamer. Vide Stagnum 2.

† 2. STAGNARE, Sanguinem sistere,  
ne fluat, Gall. Etancher. Vox Italiae. Gloss.  
Lat. Gr.: *Stagnat, ῥυαδοῖ, στεροῖ.* Lex Ala-  
man. tit. 65. § 6: *Si autem ferrum calidum  
intraverit ad Stagnandum sanguinem, etc.*  
Ubi Puteanus: *Extagnandum.* Miræ. S.  
Ursmari tom. 2. April. pag. 575: *Non ces-  
savit sanguinis effusio... Cæpit requirere a  
nobis si quid aliquis nostrum ad sanguinem  
Stagnandum nosset.* Vide Ferrarium in Sta-  
gnare.

STAGNARIUM. Charta Henrici III. Regis  
Angl. ann. 1: *Concessimus Domine  
Regine matri nostre cuneam et Stagnarium  
Devon. ad se sustinendum.* Ubi cuneum mon-  
netam, stagnarium, stannariam fodinam  
interpretor. Quomodo etiam Spelmannus  
Stannaria, orum, et Stannarium usurpari  
observat. Vide Stagnum 2. et Stannaria.

† STAGNATOR, STAGNATUS. Vide Sta-  
gnum 2.

\*\* STAGNATORIUM, ut Stagnarium. Vide  
Stagnator, in Stagnum, 2.

† STAGNEUS, Stagnans. Vita S. Dun-  
stani tom. 4. Maii pag. 347: *Erat autem...  
in confinio præfati viri insula latis locorum  
dimensa finibus, piscosis aquis, Stagneisque  
circumducta fluminibus.* Vide alia notione  
in Stagnum 2.

\* STAGNIFABER, Vasorum stanneorum  
opifex, nostris alias Estaymier. Vide supra  
Estagnatum. Libert. Caturc. ann. 1344. in  
Reg. 68. Chartoph. reg. eh. 312: *Item  
creant... curatores seu gardiatores... aurifa-  
brorum et Stagnifabrorum.* Vide Stagnum 2.

\* STAGNIOLUM, diminut. a Stagnum.  
Charta Odon. reg. ann. 888. tom. 9. Col-  
lect. Histor. Frane. pag. 444: *Sicut aqua  
discurrit subtus domum jam dictæ Reparate  
usque ad ipso Stagniole, etc.* Vide Stagno-  
lus.

† STAGNIUM, pro Stagnum, in Charta  
ann. 798. apud Ughellum tom. 1. Ital.  
Sacrae eol. 50. edit. ann. 1717.

† STAGNOLUS, diminut. a Stagnum,  
Fossa. Castellus in Chron. Bergom. apud  
Murator. tom. 16. col. 912: *Dicta brigata  
multos Guelphos interfecerunt... qui erant  
in molendinis, inter quos fuit magister Con-  
trus, qui faciebat Stagnolos propter eccle-  
siam S. Johannis de Hospitali.*

1. STAGNUM, Mare. Tidericus Lange-  
nius in Saxonia:

Sulcatum Stagnum per multa pericula magnum,  
Tertia processit classis, pars indeque cessit.

† STAGNACULUM, diminut. a Stagnum.  
Epist. Petri de Condeto apud Acher. tom.  
2. Spiel. pag. 559: *Iterum sciat, quod  
die Jovis supradicta dou. Rex Siciliae facie-  
bat poni in quodam Stagnaculo, quod pro-  
tenditur usque prope Tunicum, quosdam  
cursores et barellos, qui multum, ut dicunt,  
ad expeditionem negotii faciunt. Et factum  
est dum traherentur a litore versus Stagnum  
illud, congregati sunt Saraceni infiniti, ut  
Stagnum illud defenderent, appositione cur-  
sorum predictorum.*

STAGNALES CIVITATES, Maritimæ, apud  
Erieum Upsaliensem lib. 5. Hist. Suecicæ  
pag. 190: *Et in magna classe circa littora  
civitatum Stagnalium pervagatus, etc.* Hen-  
ricus Aquilonipolensis in Lubeeæ lib. 2.  
cap. 3:

Stagnales inter urbes caput urbs Lubecana,  
Inter et urbs etiam septuaginta duas.

2. STAGNUM, pro Stannum, κασσίτερον.  
Gall. Estain. Gloss. Lat. MS. Reg.: *Sta-  
gnum, lacus, qui non effluit, vel genus me-  
talli.* Gloss. Lat. Græc.: *Stagnum, κασσίτε-  
ρον, λίμνη, ὑδροστάσιον. Stagnea, κασσιτερινή.*  
Glossar. Græco-Lat.: *Stagnum, κασσίτερον.  
Stagnea, κασσιτερινή. Stagno, περιπεταλῶ.*  
Ubi Stagnare, est Stagno, sive stanno in-  
duere, nostris Estamer. Κασσιτερορυγός,  
Stagnator. Gervasius Dorobern. ann. 1182:  
*In signum vero sectæ, vel ordinis habitum,  
lineum habebant capucium, in quo B. Virginis  
imaginem parvulum plumbo impressam vel  
Stagno in pectore gestabant.* Vide Cujacium  
lib. 11. Observ. cap. 1. [Charta ann. 1197.  
inter Instrum. tom. 6. Gall. Christ. novæ  
edit. col. 144: *Carga de Stagno dabit III.  
den. Comput. ann. 1202. apud D. Brussel  
de Usu feud. tom. 2. pag. cliv: Pro 11c.  
lib. Stagni c. sol. Charta ann. 1468. ex Ta-  
bul. S. Victoris Massil.: Dom. Abbas paten-*

tibus litteris dat facultatem aperiendi fodinas  
auri, argenti, cupri, Stagni et plumbi, etc.  
Statuta Massil. lib. 3. cap. 10: *Ordinamus  
firmiter observandum quod Stagnum sea  
merces Stagni vendatur deinceps ad quintale  
Massilie.* Occurrit præterea in Statutis As-  
tens. Montis Regal. fol. 311. Riperie cap.  
12. fol. 4. etc.]

STAGNATUS, nostris Estamé, Stagno fuso  
perlitus. Gesta sub nomine Aceii: *Ut si  
dicamus aliquid ceratum, aut picatum, aut  
Stagnatum, aut quolibet alio genere colora-  
tum.* [Acta Erehanberti Epise. tom. 1. His-  
tor. Frising. pag. 126: *Crucem unam deauratam,  
et aliam calicem et patenam Stagnatas, etc.*  
Vide Stannectus.]

STAGNEUS, pro Stanneus. [Rieobaldi  
Ferrar. Histor. Pontif. Rom. apud Mu-  
rator. tom. 9. eol. 150: *Hic (Zeferinus)  
constituit... quod omnia vasa altaris essent  
vitrea vel Stagnea.*] Occurrit præterea pas-  
sim apud Scribonium Largum cap. 230.  
268. etc. Marcellum Empir. cap. 21.  
Alexandrum Iatrosoph. lib. 1. in Chron.  
Trudonensi lib. 9. pag. 459. Rigordum ann.  
1183. etc. V. Ferrarium in Stagnare.

STAGNUM, Isidoro dicitur, quod metal-  
lum scernit. Stagni etymologia, inquit,  
ἀπεχωρίων, id est separam dicitur et scer-  
nens: mixta enim et adulterata inter se per  
ignem metalla dissociant, et ab auro et argento  
æs plumbumque scernit. Hinc

STAGNARE, in ejusdem Glossis, metalla  
scernere. [Vide Vossii Etymolog. in Stan-  
num.]

† STAGNATOR, Stagni opifex. Liber niger  
Scaccarii pag. 360: *Et Stagnatores ei habere  
facias in ea libertate, quam habere debent et  
solent.* [\*\* Placit. ann. 35. Edw. I. Devon.  
rot. 22. in Abbrev. Placit. pag. 259: *Cus-  
tos stagni venit et clamavit quod omnes Sta-  
gnatores operantes in iisdem stagnatoriis, si  
in aliquo deliquerunt, quod non debent  
spondere nisi coram custode, etc.*]

3. STAGNUM. Charta Joannis Abbatis  
S. Bertini: *Dicimus, quod fossatum semper  
remaneat fossatum, nec Stagna ibi possint  
figi, nisi partes consentiant, ut dicta Stagna  
remaneant ibidem.*

¶ Mendium esse suspicor pro Stagua,  
qua voce pali vel fustes terræ infixi signi-  
ficantur, quos nostri Estaches vocabant, ut  
supra observatum est in Staca: nisi idem  
sit quod infra Stalaria 1.

† 4. STAGNUM, Sedes, sedile. Vide  
supra Scannum 4. et infra Stallum 1.  
Charta ann. 1249. ex Tabul. Casæ Dei:  
*Certo tempore vinum suum vendere in villa,  
sive, sicut vulgariter dicitur, Stagnum te-  
nere, ita quod ipso vendente nemo vendere  
audeat... Homines cimiterii de Jay, vendere  
vinum seu Stagnum debere in dicto cimiterio  
etc.* Reditus Monast. Nobiliae. apud Ste-  
phanot. tom. 3. Antiquit. Bened. Pictav.  
MSS. pag. 531: *Habet anum cubellum vini  
et unum Stagnum ad vinum vendendum.*

\* Stagnum hic idem quod Bannum vini,  
Jus scilicet quod domino feudi competit  
vinum suum certo dierum spatio vendendi,  
aliis a vini proprii venditione cessantibus;  
unde Estanche de vin illud appellabatur,  
ut observavimus supra in Bannum 1. Charta  
Aymer. vicecom. de Rupeeavardi ann. 1296.



in Reg. 77. Chartoph. reg. ch. 311 : *Concedimus quod nos et haeredes nostri non habeamus nec habere possimus in dicto castro et barriis bannum seu Stagnum vini, nisi duntaxat in mense Augusti, in quo venditur tantummodo vinum censuum nostrorum et vinearum nostrarum.* Alia ann. 1357. in Reg. 81. ch. 490 : *Prior S. Marcelli de proprio vino semel in anno Stagnum faciet ad justum pretium, in quocumque tempore voluerit, usque ad quinquaginta duodenas.*

\* An inde repetenda vox *Estantherre*, qua Computatio, significatur, ut opinor, in Lit. remiss. ann. 1427. ex Reg. 174. ch. 143 : *Comme iceulx compaignons de la chastellenie de Lille fessent alez à une Estantherre, qui se faisoit en la maison de Simon Cuignet, etc.*

† 1. **STAGNUS**, pro *Scaquus*, ni fallor. Vide *Scacci* 1. et *Scaqueti*. Statuta Guidonis Abb. Crassensis ann. 1377. apud Stephanot. tom. 10. 1. Fragn. Hist. MSS : *Item Statuimus et ordinamus ut nullas subditorum nostrorum Monachorum infra septa dicti monasterii vel extra ubicunque ad taxillos ludat, sive ille ludus fiat cum solis taxillis vel cum aleis seu Stagnis, vel alio quocumque nomine nuncupentur. Alias in contra facientes sententiam excommunicationis ferimus in his scriptis; quam sententiam contra tales ludentes ad taxillos sic intelligimus et etiam declaramus, quod ludentes ad aleas seu Stagnos, licet cum taxillis, ad comestibilia et potabilia, etc. Vide *Stater*.*

† 2. **STAGNUS**, adject. Strictus, pressus. Guido de Vigevano de Modo expugnandi Terram S. cap. 8. ex Cod. Colbert. 5080 : *Ex istis (assidibus) fiat fundus navis bene cusitus et Stagnus, taliter quod aqua non possit ingredi... Et assides ipsius sponde sint fortiter cusite et Stagne.* Charta ann. 1451. ex Archivo Piscator. Massil. : *Petierunt quod valeant visitare tonairas omnes quotiescumque voluerint ut sint Stagne et natate, ac altitudinis et longitudinis debite.*

† **STAGNUM FERRUM**. Canones Hibern. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 18 : *Si quis ancillam alterius apprehenderit fugientem, et a domino suo potuerit evadere, Stagnum ferrum merito accipiat. Hoc est fortassis, calido ferro signetur. Vide *Scara* 1.*

† **STAGUETA**, Scopus, Gall. *Blanc. But.* Charta ann. 1353. ex Regesto 81. Chartophyl. Reg. n. 727 : *Ludendo de quadam balistu pro jocale quod dari debet illi qui melius traheret ad quadam bonnam seu Staguetam. Estaque, eadem notione, apud Bellomaner. MS. cap. 69 : Aucune fois avient il que 1. hons tret avecques antres aus Estagues, etc.*

\* Leg. *Staqueta*, ut habet laudatum Reg. ch. 732. quod ad palum alligatur, sic appellatus.

† **STAH**. Locus est in *Angræ*. Vide ibi.  
\* **STAJARIA**, Obses, ab Italico *Staggio*, eadem notione. Pactum inter Clem. III. PP. et senat. Rom. apud Cenc. inter Cens. eccl. Rom. : *De capitaneis sit subvum urbi et populo Romano quicquid ab eis conventum est et promissum Romæ per scriptum et juramenta, ac plejarias et Stajarias ac prisiones. Ubi male editum a Baronio ann. 1188 : Plerarias et Stararias ac præcones. Vide *Stararia*.*

**STAINUM**, Stannum, *Estain*. Charta ann. 1248. apud Ughellum tom. 7. pag. 611 : *Calice uno de Staino sive patena.*

\* **STALA**, Mercatorum sedes, forum. Charta ann. 1392. inter dom. de Montecclaro et incolas ejusd. loci : *Item fuit de pacto quod turrim ipsam levabant extra et ultra Stalam. Vide *Stallum* 1.*

† **STALACA**, **STALACHA**, Species furti circa caballos, apud Schilter. in Gloss. Teuton. ex Lege Salica tit. 10. § 2. Sed Eccardus emendat *Malatha*, quod *pinxerit* ait interpretari.

† **STALAGIUM**. Vide infra in *Stallum* 1.

\* **STALANUM**, Eadem, ut videtur, notione atque *Stallum* 1. officina ubi merces venum exponuntur. Charta ann. 1322. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 476. art. 2 : *Nec non etiam præfati consules provideant vias, quarrerias, Stalana, stabularia, et ad statum debitum juste reducant, etc.*

† **STALAREA**, ut mox *Stalaria* 1. Charta ann. 1107. apud Calmet. inter Probat. tom. 1. Histor. Lothar. col. 524 : *Cum terris arabilibus, cultis et incultis, pascuis, sylvis et Stalareis.*

\* Charta ann. 998. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 10 : *Cum servis et ancillis, pratis, pascuis, campis, silvis, Stalareis, terris cultis et incultis, etc. Vide infra *Stalaria*.*

1. **STALARIA**, **STALLARIA**. Vett. Glossæ : *Stallaria, salicetum vel cetratum.* Lex Longob. lib. 1. tit. 19. § 26. [\*\* Liutpr. 45. (5, 16.)] : *Si quis Stalarium (al. Stallarium) capellaverit, componat ei, cujus Stalaria fuerit solid. sex.* (Editio Heroldi pag. 222. habet *Stalaria*) ubi Boherius : *Stalaria, est arborum sive arbutum, ex quo palis inciduntur.* Tabularium Casuariense ann. 14. Lud. Imp. F. Lotharii : *Cum... vineis, silvis, pascuis, Stalariis, cetinis, calortis, etc.* Charta Adelchisi Regis Longob. in Bul-lario Casinensi tom. 2. pag. 17 : *Cum cuncta territoria per singula loca, id est campis, vineis, pratis, pascuis, silvis, Stallariis, rivis, paludibus, etc.* Occurrit non semel in Chartis Longobardicis, apud Ughellum tom. 4. pag. 1291. 1368. etc. [Vide *Stallaria* 2.]

† **STALICIA**, Eadem notione, in Charta ann. 993. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 347.

2. **STALARIA**, pro Vivario piscium usurpare videtur vetus Notitia in Tabulario Fiscamensi f. 69 : *Omnes jurati dixerunt et recognoverunt, quod quædam Stalaria fuit inter Asiacum et Watevillam, ubi Sequana modo reliquit mariscum, et ubi tunc temporis habebat cursum suum et de consuetudine piscium illius Stalaria habebat Comes de Mellent medietatem, etc.*

Rectius intelligitur de palis in fluvio fixis ad sustinendum rete eisdem annexum in piscium capturam : qua notione *Estalliere* occurrit in Chartular. Gemmet. tom. 1 : pag. 16 : *Outre avons droit de prendre franchement en icelle forest (de Brothonne soixante haistreaux pour ficher nostre Estalliere. Vide *Estalarius*, *Stagia* 3. et *Stanga*.*

\* Vide supra *Estalaria*.

\* **STALHATA**, ut *Stalarea*. Stat. Ave-

nion .MSS. ann. 1244. ex Cod. musei mei pag. 49. r<sup>o</sup> : *In stipulis autem deffensis et aliis prædiis incultis, exceptis bladis, vineis et Stalhatis, statuimus pro banno pro yroo vel capra, mutone et ove duos denarios Turon.*

† **STALHER**, Magister equitum. Vide *Marescalcus*.

† **STALIS**, ἀργός, in Gloss. Lat. Gr. Ubi Vulcan. f. Colei, ἀργεία.

† 1. **STALLA**, Mercatorum sedes. Vide *Stallum* 1.

\* Præsertim macellariorum. Stat. ann. 1408. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 357. art. 6 : *Quod de more et observancia predictæ ville Biterris fuit et est et toto dicto tempore incessanter observatum, quod consules... ministerii macellarie Biterris seu Stallæ ejusaem, etc. Vide infra *Stallum*.*

† 2. **STALLA**, Stabulum, Saxon. *stal*, Ital. *Stalla*, eadem notione. Vita S. Bonæ tom. 7. Maii pag. 162 : *Habebat dextrarium... qui subito quadam die in Stalla cecidit extensus in terra.* Johannes Demussis in Chr. Placent. ad ann. 1378. apud Murator. tom. 16. col. 539 : *Hic Papa Urbanus VI. in dicta civitate Januæ, ut dicitur, fecit dictos Cardinales carceratos vivos sepeliri in quadam Stalla eorum.* Adde Chron. Dom. de Gravia apud eumd. tom. 12. col. 607. Vide *Stallarius*.

† 1. **STALLAGIUM**, Quod pro stallando seu stabulando equo solvitur. Constitut. Caroli II. Regis Sicil. Rubr. *de palea non auferenda, et solvendo Stallagio : Item pro Stallagio equi die ac nocte solvatur granum unum.*

† **STALLARE**, Stabulari. *Stallant equi*, apud Goelen. in Lexico Philos.

† 2. **STALLAGIUM**, Cœnaculum, tabulatum, Gall. *Etage*. Vide *Stagium*. Tractat. de expugnat. urbis CP. ann. 1453. apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 790 : *Multas quoque machinas sua adinventionem atque industria fabricari mandavit (Sangambassa) et diversa carpenta sive Stallagia ad repugnandum altitudinis et latitudinis non minime.* Ibidem col. 795 : *Juxta castellum ligneo compactum opere, ... illic procuravit et adesse jussit (Johannes) sedes et ligna atque Stallagia, aliaque instrumenta ad repugnandum necessaria.*

† 3. **STALLAGIUM**, Præstatio pro stallis. Vide in *Stallum*, 1.

\* *Stalaige*, inter Redit. comitat. Namurc. ann. 1289. in Reg. Cam. Comput. Insul. sign. *Le papier uux cysselles* fol. 73. r<sup>o</sup> : *Encor i a li cuens les Stalaiges, les wetaiges et les fenestraiges.* Haud scio an eadem notione *Staloize*, in Charta ann. 1026. ex Suppl. ad Miræum pag. 299. col. 2 : *Wido de Fontenellis dedit eidem ecclesie pro anima avi sui domini Theodorici tertiam partem census, qui vulgo dicitur Stalaize.* Vide supra *Estalagium*.

† **STALLANGIARIUS**, **STALLANGIATOR**. Vide *Stallum* 1.

† **STALLARE**. Vide in *Stallagium* 1. et *Stallum*, 2.

† **STALLARIA**. Vide *Stalaria* 1.

**STALLARIUS**. Simeon Dun. Florentinus Wig. et Hov. ann. 1068 : *Eadnothus, qui fuit Harald Regis Stallarius, occurrit cum exercitu.* Richard. Monach. l. 2. Hist.



Eliensis : *Alfgarus quidam Stallere, eam (villam de Estre) invasit. Infra Constabularius appellatur : unde conjicit Spelmanus Stallere appellari, quasi stal-hera, Præfectum stabuli : cui accedit Janus Dolmerus in Notis ad Jus Ancicum Norvegicum vetus cap. 1. qui auctor est apud Norvegos et Danos Stal, stabulum equorum aut pecorum significare, ubi plura de Stallariis Danicis. [De Suecicis vero egit etiam Johan. Loccenius lib. 2. Antiquit. Sueco-Goth. c. 11. Vide Stalla 2. Stallarius alia notione occurrit infra in Stallum 1.]*

**STALLATI, STALLIATI**, forte pro *tail-liuti*, tallis obnoxii : aut potius qui *stallum*, id est residentiam in loco debent, qui glebæ adscripti sunt, aut qui in aliquo loco morantur. Charta Tancredi Comitis Licii ann. 1182. apud Ughell. tom. 9. pag. 102 : *Ita quidem ut libere, et sine aliqua datione casalia ipsa cum dictis hominibus, tam tributariis, quam Stalliatis, etc. Mox : Homines vero tributarii et Stalliuti, qui morantur in casali Basilii, etc. Vide infra Stellatus.*

† **STALLATIA**, ut supra *Stalaria 2.* Chartul. sancti Vandreg. tom. 1. pag. 972 : *Quæ sunt hæc, videlicet ex venditione Johannis du Noyer supra Stallatiis suis sitis in aqua Secane. Ubi leg. videtur Stallariis. Vide Estalarius.*

† **STALLERE**, ut *Stallarius*. Vide in hac voce.

† **STALLIER**. Reparatur. factæ in Senecallia Carcass. ann. 1435. ex Schedis Cl. V. *Lancelot : Eidem (Bernardo serralherio) pro... preparando secundam portam Narbonesiam ponendo unam serruram in magno Stallier, etc.*

\* **STALLIGIUM**, idem quod *Stallagium* 3. in vet. Reg. parlam. Paris. inter Codd. MSS. Thaumasserii.

\* **STALLIUM**, ut supra *Stalla 1.* Chartul. Neronis-villæ fol. 46 : *Godefridus de Paleio donavit Deo et B. M. et S. Petro Neronis-villæ medietatem furni, quod habebat apud Castrum Nantonis juxta Stalla carnificum, etc. Mettre à Estal, Venum exponere, in Stat. ann. 1371. tom. 5. Ordinatur. reg. Franc. pag. 421. Vide Stallum 1.*

**STALLO**. Charta Caroli C. ann. 18. Ind. 2. in Tabul. Dervensi : *Concedimus etiam eisdem Dei servis in Vico sessum unum in-dominicatum ad accipiendum solum cum proprio, uti vulgo dicitur, Stallone et furca superposita, ut sine aliquo contradictore muriam licenter habeant. Camusatus pag. 85. habet Stalone cum unico l. Ubi forte Stallo est mensura, quæ nostris Estallon dicitur. [Vide Stalo.]*

1. **STALLUM**, Locus, ubi quis habitat, sedet, stat. Præsertim ita appellata in foris et nundinis mercatorum sedes vel apothecæ : vox, ut videtur, contracta ex *Stabulum*. Charta Philippi Aug. Reg. Fr. ann. 1195. pro Communia S. Quirini : *Tule est forum nostrum, quod quisquis in forum venerit, Stallum suam statuere possit, ubi terram vacuum repererit, suumque solvat stallagium, salvis et liberis exitibus domorum et camerarum, in quibus manebunt. Rigordus ann. 1183 : Inter murum exterioro-*

*rem et ipsas Halus, mercatorum Stalla fecit erigi desuper aperta, ne mercatores tempore pluvioso a mercatura cessarent. Charta anni 1195. in Tabul. Vindocinensi fol. 274 : Donavi 40. solid. annuatim habendos in meis Stallis carnificum. Charta Goffredi Episcopi Lingonensis ann. 1164 : Excepto, quod Comes in ea (terra mercati) Stalla concedere solis cambiatoribus potest, tantummodo ad cambiandum, etc. [Adde Acta Episcop. Cenoman. apud Mabillon. tom. 3. Analect. pag. 356. et Miræum tom. 1. pag. 277.]*

† **STALLUS**, Eadem notione, in Charta censuali Leduini Abb. S. Vedasti ann. 1036 : *Stallus cordarum in mense, 1. den. Stallus. cerarii in mense, 1. den. Pluries ibi. Charta ann. 1189. inter Instr. tom. 4. Gall. Christ. novæ edit. col. 193 : Novem quoque Stallos in foro Divionensi, etc. Litteræ Philippi Aug. Reg. Franc. tom. 3. Ordinatur. pag. 260 : Concessimus... duos Stallos ad vendendum carnes. Charta ann. 1276. in Chartul. Domus Dei Pontisar. : Grandis domus de burgo sita ante Stallos panum, etc. In alia vernacula ann. 1278. ibid. de eadem domo : Assise devant les Estaus au pain. Estaux des lingieres. Estaux de bazaniers, in Statuto Caroli V. Reg. Fr. ann. 1367. tom. 5. Ordinatur. pag. 106.*

† **STALLA**, Eodem significato. Regest. Prioratus de Cokesford. apud Th. Blount in Nomolex. Anglic. : *Quod si aliquis portaverit res suas ad forum et posuerit super Stallas, faciet redemptionem pro eis, etc.*

**STALLUM** interdum pro *Stallagio* sumitur, hoc est tributo, quod ex *Stallis* mercatorum eruitur. Ita in aliquot Chartis observare est apud Miræum in Diplom. Belg. lib. 2. cap. 31. et 44.

**STALLIUM**, Præstatio pro *stallis*, seu jure ea habendi in foris, mercatis, et nundinis. Bromptonus : *Stallage, est exactio pro statione in plateis tempore nundinarum. Charta Philippi Aug. ann. 1185. apud Morinum in Hist. Vastinensi lib. 5. pag. 707 : Carnifices reddent Stallagia, quæ debent. Charta Aalis Ducissæ Burgundiæ ann. 1219. in Tabul. S. Dionysii de Vergeio : Centum solidos Divionenses in Stallagiis fori de Nuis, et annuatim persolvendos in Octavis S. Dionysii, etc. Aresta ann. 1276. in Regesto Olim fol. 33 : Viso privilegio S. Ursini Bituric. pronunciatum fuit, quod in Burgo suo Prior et Capitulum retinere non possunt scamborem, nisi habeat stallum ad cambium, et solvat Stallagium, sicut alii scambores de villa Bituric. [Charta ann. 1141. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 293 : Ego igitur suadente matre et consulente dedi in dotem ecclesie partem Stalagiorum quæ ad Comitatum pertinet in urbe Redonensi. Litteræ Philippi Aug. Reg. Fr. ann. 1182. tom. 3. Ordinatur. pag. 259 : Quisque carnificum singulis diebus Dominicis quibus sciderit carnes porcinas sive bovinas, debet preposito nostro obelum de Stallagio. Reditus Stalorum panum et carniarum, in Charta ann. 1269. apud Thomasser. in Biturig. pag. 96. Adde Miræum tom. 1. pag. 300. et Kenneti Antiquit. Ambrosd. pag. 114. et 311.]*

**STALLAGIUM**, Anglis, usurpatum pro Quietum esse de quadam Consuetudine

exacta pro platea capta, vel assignata in nundinis, et mercatis. Ita Rastallus. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 187 : *Cui etiam dedit idem Comes Stallagium per totum hundredum de Halton, et libertatem sibi et hominibus suis de hundredo de Halton libere vendendi et emendi tam in Cestria quam in Comitatu, et Wycis, ubi tunc non fuit lex ulla, omnia sine tol et stud, præter sal et equos. Pag. 191 : Omnes quietantias, quas burgenses mei in ipso burgo habent, emendi et vendendi in foro et extra foram, ut nec tohnetum, nec Stallagium reddant. Adde pag. 71. et 303. [Charta Johannis I. Ducis Brabantie ann. 1263. vel 1264. apud Miræum tom. 1. pag. 438 : Pannarii de Ronsen habebunt Stallagium in halla de Lovanio, et in omnibus mercatibus terra nostræ erunt sine censu et onere.]*

**ESTALLAGIUM**, Idem quod *Stallagium* : ex Gallico *Estallage*. Tabularium Ecclesie Ambian. : *Et in illis villis habet Ecclesia bannum et sanguinem, et Estallagium, et herbagium. Alibi : Estalagium panum totum est Ecclesie. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 26 : Et si quis est hominum de soka sua, qui habeat Estallagium in burgo, et sit in communitate burgi, si non reddat ibi consuetudinem Estallagii sui, quam juste reddere debuerit, etc. Consuetud. MSS. S. Juliani de saltu in Lingon. : Nos volons, que leur Esteleige et les freinchises de leur Esteleige leur soient gardées et tenues, en tele maniere, qu'il ne les puissent vendre ne mettre hors de leur main, se n'est à lors hoirs de leur propre cors engendrez. Perperam *astallagium* pro *Estalagium* habetur in Charta ann. 1219. in Probat. Histor. Vergiac. pag. 156. Usatica MSS. Vicecomitatus aquarum Rotomagi : *Chascun vendeur de poisson en la ville doit le jour 6. d. de son Estallage : et se il vent en un mesmes estal poisson à plusieurs gens, de chascun homme le vendeur paie 6. den. d'Estallage, etc. Establage des marchandises, in Consuet. Comit. S. Pauli art. 29. 59.**

**STALLANGIARIUS, STALLANGIATOR**, Qui habet *stallum* et locum in publica via tempore nundinarum. Iter Camerarii Scotici cap. 39. § 63 : *Si Stallangiarum emunt et vendunt libere in Burgo, etc. Stallangiator, in Legib. Burgor. Scotie. cap. 40. 58.*

**STALLARIUS**, Eadem notione. [Litteræ Johannis Reg. Fr. ann. 1360. tom. 3. Ordinatur. pag. 449 : *Debite implere et exequi volentes magnum numerorum (numerum) dictorum mercatorum foraneorum, venditores piscium, mercatores et Stallarios dicte ville Parisiensis, tam in hallis et supra parvum pontem, etc. Estallier et harengier, in Statuto Caroli V. Reg. Fr. ann. 1370. ibid. tom. 5. pag. 358.] Occurrit præterea in Fleta lib. 4. cap. 28. § 13.*

2. **STALLUM**, aut **STALLUS**, sumitur apud Scriptores pro sede uniuscujusque Monachi, aut Canonici in choro Ecclesie. Humbertus lib. 2. de Mirac. cap. 1 : *Solito more venit in chorum, et ecce invenit Spiritum immundum in Stallo suo, similitantem fratri qui juxta se manebat in choro. Et mox : Innuit ei ut in aliud Stallum sese transferret. Statutum Raimundi Comitis Tolosani et Legati PP. apud Catellum pag. 350 : *Inhibemus, ne aliqui seculares Cano-**



*niei Stallum in choro, vel vocem habeant in Capitulo, nisi forte fuerint in sacris Ordinibus constituti, etc.* Matth. Paris ann. 1256: *Inquisiverunt... quodnam esset Stallum Decani.* Radulfus de Diceto: *Richardo Decano Stallum assignavit in Choro, sedem in Capitulo.* [Statuta Eccl. Traject. ann. 1088. in Batav. sacra pag. 136: *Item abbates de civitate... non stabunt inter canonicos, nec in Stallo canonicorum.* Charta ann. 1201. in Hist. Episcopat. Antverp. pag. 99: *Stallum in choro, vocem in capitulo, cum cæteris solemnitatibus, eidem assignantes.* Charta ann. 1240. tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 142: *Quod nullus loquatur in choro nostro ita alte quod possit intelligi ab uno Stallo in quarto post in eadem serie.* Statuta ann. 1388. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Paris. pag. 339: *Statuimus quod Stallus seu locus erit in choro, ubi hinc inde tam primi capellani quam alii qui ibidem assignantur, assideant.*] Utuntur Charta Charitatis Cisterc. cap. 2. Cælestinus III. PP. Epist. 6. Cæsarius Heist. et alii passim. Atque ea quidem stalla spondis dividuntur ab invicem. Matth. Paris ann. 1250: *Et retroire cogens, ad unam spondam, quæ duos de Stallis dividebat, et pro podio facto fuit: adeo senile corpus pressit, ut ossa cum medullis conquassaret.* Vide Joan. Buschium in Chron. lib. 2. c. 25. 31. 36. 39. 43. etc. et in Forma 13.

† VINUM STALLI. Charta ann. 1180. ex Tabul. Audomar.: *Capellanum Comitiss de Rubecanonicum constituimus et concessimus etiam ipsi onnes obventiones, ... omnes emendationes, testimonia, vina Stalli et præbendarum.* Id est, quod Canonico debetur ex præbenda.

† STALLARE, ut mox Installare. Regest. Capit. Rotomag. tom. 4. Histor. Harcur. pag. 1439: *Juravit et fuit Stallatus per mag. Guidonem Rabacherii hujus Ecclesie canonice tunc in dicto capitulo præsentem in dicto choro in parte sinistra in bassa forma.*

INSTALLARE, In stallum inducere, locum in choro dare, beneficii Ecclesiastici possessionem conferre, Gallis *Installer*. Jo. Brompton. ann. 1088: *Præbendarios Installant, inducunt, visitant.* Passim. In stallos mittere, apud Rogerum Hovedenum pag. 660: *Sed Archiepiscopus Eboracensis noluit eos (Decanum et Thesaurarium Eboracensis Ecclesie) recipere, neque in Stallos mittere, donec electio sua confirmata esset a summo Pontifice.*

\* Quæ actio, Stallatio nuncupatur in Actis MSS. capit. eccl. Lugdun. ad ann. 1340. fol. 67. rº. col. 1: *Constituerunt procuratores suos ad appellandum de Stallatione facta de Tileto de Monte-cauto.* Stat. MSS. eccl. Tull. ann. 1497. fol. 86. rº: *Cantor Stallat non stallatos. Estaller vero in stallis sedere sonat, in Cerem. MS. eccl. Brioc. : Les petitz cureaux ne doivent pas seoir ne Estaller es chaises huultes ne basses; mes ils doivent estre en estant es petitz releiz du cueur en maniere de station.*

\* 3. STALLUM, Fundus, solum. Charta ann. 1224. in Chartul. Buxer. part. 1. ch. 14: *Quitto etiam eisdem omnino et libere totum molendinum et fundum sive Stallum ejus et quicquid ad molendinum vel ad assantian molendini pertinet.* Arest. ann. 1346.

28. Mart. in vol. 3. arestor. parlam. Paris.: *Cum scabini et habitantes banni archiepiscopi Rhemensis dicerent.... se esse in possessione.... veniendi, transeundi.... ante posam de Fedula.... super quadam tabula, sede seu Stallo, stante Rhemis ante et prope seu contigue logiæ præpositi Rhemensis, a parte seu versus viam seu aysamentum publicum.* Vide Stállus.

STALLUS, apud Petrum de Vineis lib. 6. Epist. 9: *Et terras omnes circunquaque jacentes, exceptis C. et P. quas N. N. fideles nostri habere noscentur ad præsens, vel habituri sunt in antea, de Stallis et recompensationibus vassallorum suorum, quos ibidem hactenus habuerunt.* Pro habitatione vel domicilio sumi hic videtur. Vide Historiam Ecclesiasticam Abbatisvillæ pag. 90. 114. Hinc

† STALLUM FACERE, TENERE, Hospitari, manere, habitare. Statuta Astens. collat. 4. c. 1. fol. 16: *Quorum (Credentiariorum) nullus possit esse... aliunde ortus quam de civitate Ast. et posse, nisi ille aliunde ortus fecisset Stallum in civitate Ast.* Acta sancti Austregisili tom. 5. Maii pag. 233\*: *Unus de optimatibus suis, Agnum nomine, in monasterio S. Austregisili jussit Stallum tenere, et ibidem manendi tributum facultatem.* At ille quidquid in ipso cænobio invenire potuit, suis comitibus tradidit expensandum. Vide Stagium.

† STALLUS, Cubiculum, cella, cellula. Castellus in Chron. Bergom. apud Murator. tom. 16. col. 982: *In eo Stallo acceperunt unam gonellam panii blavati cum pomellis argenteis et unam cineturam fulcitant argento, que erat pro usu Benignæ uxoris suæ.* Chron. Estense apud eundem tom. 15. col. 400: *Insinul intraverunt quandam navim magnam, ... et in dicta navi erat quoddam solarium cum camino; ... juxta dictum solarium erat quedam camera ornata multis ornamentis, ... juxta cameram erat quidem Stallus pro valixiis, et aliis necessariis cum quadam robalta, in qua mittebant ligna et alia victualia.* Vide Stallum 1. et 2.

† STALO, Ponderum et mensuram exemplar, modulus, Gall. *Etalon*. Arestum Parlamenti ann. 1282. ex Tabul. Corbeiensi: *Major vero et jurati custodient exemplum seu Stalonem de prædictis ponderibus et mensuris, nec poterunt denegare major et jurati exhibitionem et traditionem Stalonis prædicti cum abbas vel gentes ipsius vel scabini volent adjustare vel justificare mensuras vel pondera supradicta.* Vide Stallo.

\* STALONNUS, Ponderum et mensuram exemplar, modulus, Gall. *Etalon*. Arest. parlam. Paris. ann. 1275. in Reg. 2. Olim fol. 28. vº: *Licet major et pares Medontenses... exercuerint justitias quæ sequuntur, videlicet mensuras, pondera, ... et semper servaverint Stalonnos ad quos adjustantur.* Vide Stalo.

\* Estailon vero, Pars quædam carri, vectis species, in Lit. remiss. ann. 1475. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1524: *Icellui prestre levot ung Estailon d'un charriot pour en frapper le pere du suppliant.* Eslarde, eadem notione, in aliis ann. 1478. ex Reg. 205. ch. 163: *Ung gros baston en façon d'un levier ou Eslarde d'une charrette.*

STALONUS, Equus admissarius, ex Gallico *Estalon*, in Monastico Anglicano tom. 1. pag. 841.

STALPA. Gloss. Gr. Lat. MS. et editum: *Σταλαμῶς, Stilla, hoc stillicidium, hæc Stalpa, [stiria, stilla. Stalpa, σταλαμῶς, in Gloss. Lat. Gr.]*

† STALPICUS, a Gr. στατικός, Contrahens, reprimens, Priscian. lib. 2. cap. 29: *Fovemus calidis mediocriter et Stalticis.* Lib. 3. cap. 7: *Locis usque ad mammillas incurbitas Stalticas imponere.*

\* Constrictivus, in Gloss. ad Alex. Iatrosoph. MS. lib. 2. Passion. cap. 71: *Fit etiam pultis Staltica de pane Alexandrino... Tamen aliqui parvi (piscis) inveniuntur Staltici.* Ibidem: *De frumenti oriza Stalticotera est pultis.* Ubi eadem Glossæ: *i. magis depressiva.*

\* STALUM, Chalybs, Belgis *Staal*, Gall. *Acier*. Charta Phil. comit. ann. 1163. in Chartul. 1. Flandr. ex Cam. Comput. Insul. ch. 325: *De gebenna calibis, id est Stali, iij. denarios.*

† STAM, Tributi species apud Polonos. Locus est infra in voce *Strofa*.

† STANARRIA, perperam pro *Stannaria*, fodina, unde *Stannum* eruitur, in Lib. nigro Scaccarii pag. 360: *Comunitas Willelmo de Wrotham omnes Stannarias dom. Regis in balliva tua, et omnia quæ ipsas Stannarias attingunt.*

† STAMBECHUS, ab Ital. *Stambecco*, Ruplicapræ species, Gall. *Chamois*. Statuta Vercell. lib. 3. fol. 75. vº: *Item quod becharii civitatis Vercellarum non debeant nec possint emere vel vendere aliquas salvaticinas in civitate nec districtu civitatis Vercellarum exceptis capriolis, apris silvestribus, Stambechis, etc.*

\* STAMBOCHINA, Minoris balistæ species, inter arma prohibita recensetur, in Stat. crimin. Cumanæ cap. 138. ex Cod. reg. 4622. fol. 92. vº: *Genera armorum prohibita, Stambochina cum sagittis ferratis.* Acad. Crusc.: *Stambechino, specie di soldato antico, Sagittarius.*

\* STAMBUICINUS, Ad ruplicapram seu ibicem pertinens, ab Ital. *Stambecco*, ibex. Landulph. in Hist. Mediol. apud Murator. tom. 5. Script. Ital. cap. 14: *Ducebat suum asinum oneratum pellibus Stambucinis.* Ubi frustra, ut mihi videtur, idem vir doctus tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 412. suspicatur restituendum *Scambucinis*; quæ vox, ipsomet teste, idem quod *Stambucinis* sonat.

† STAMEGNA, STAMEGNIA, ut infra *Staminea*, Ital. *Stamigna*. Statuta Astens. ubi de intratis portarum: *Stamegne de becariæ et aliunde solvant pro qualibet petia ad estimationem officialium.* Statuta Riperricæ cap. 12. fol. 4: *De qualibet petia bugatorum et Stamegniarum brachiorum duodecim, sol. duo.*

† STAMEN, Stannum, Gall. *Etain*. Vide *Stagnum* 2. Mandatum Philippi Pulchri ann. 1304. tom. 1. Ordinat. pag. 423: *Precipimus quatenus... cuprum, plumbum, Stamen, seu quodecumque metallum, ... de prædicto regno trahi... permittatis.* Comput. ann. 1202. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. ccciii: *Pro xxx. milibus plumbi et uno miliario Staminis, etc.* Et



pag. cccv: *Pro plumbo et Stamine emendo, etc.* Alia notione, vide in *Staminea*.

† **STAMENTUM**, Ordo, Gall. *Etat*, Hisp. *Estamento*. Constitut. Eccl. *Etat*, inter Concil. Hispan. tom. 4. pag. 188: *Attendentes quod ab immemorabili tempore officium syndacatus capituli, non solum totius clerici civitatis et diocesis, sed totius etiam Stamenti et brachii ecclesiastici universi regni Valentini annexum habet syndacatus officium... eligatur etiam alter de gremio ejusdem capituli in syndicum ad negotia dicti brachii seu Stamenti ecclesiastici, extra curias tantum gerenda.* Vide *Esse* 1.

\* **STAMESIRICUS**, Holosericus, ex serico contextus. Censur. eccl. Rom. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 829. bis: *Præstant sub pensione xij. auri solidos Lucanos, una denarios ix. et vestita Stamesirica io. cum quindenis suis.* Confer *Tromoserica*. Hinc forte Gallicum *Gastesamis*, in Poem. Alex. MS. part. 2: 2

En milieu du palais sont li Griois assis  
Desus carriens de pourpre et de Gastesamis,  
Jons y ot et menestre, roses et fleurs de lis.

Vide supra *Samitium*.

† **STAMETA**, Panni species, idem quod *Staminea*, Gallis *Etamine*, Italis *Stametto*. Convent. civitatis Saonæ ann. 1536: *Item pro pannis conductis in Savona den. 4. pro singula libra, exclusis Stametis pro quibus solvuntur den. 6. pro singula libra.*

† **STAMFORTIS**, pro *Stamen forte*, Panni species. Vide in *Staminea*. Comput. ann. 1202. apud D. *Brussel* de Usu feud. tom. 2. pag. clvi: *Pro i. tunica de Stamford, ad Magdal. xv. solidi.* Occurrit ibidem semel et iterum. Vide *Stavium*. [\* et *Stamfortis*.]

\* **STAMIGNOLA**, diminut. ab Italico *Stamigna*, *Staminea*, panni species. Reg. civit. Mutin. ad ann. 1306. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 897: *Qui faciunt et exercent artem pignolorum, toaliarum et Stamignolarum in civitate Mutinæ, etc.* Vide *Stamegna*.

† **STAMINA**, ut *Staminea*. Vide ibi.

**STAMINARIUS**, *νήτης, ὁ τὸν ἑτήμωνα*, .... in Glossar. Lat. Gr. [Ubi *νήτων* excidit, ut monet Martinus.]

**STAMINEA**, **STAMINEUM**, *Lanea* interluna, scu Camisia, qua Monachi quidam vice cilicii utebantur: nam Benedictinis *lineas camisias* interdixit Innocentius III. PP. vulgo *Estamine*: ex voce Latina *Stamen*, *ἑτήμων*. Variè autem hæc vox effertur:

**STAMINEA**, in Regula Solitariorum cap. 49. in Vita S. Guidonis Abbatis Pomposiani ex MS. Spirensi num. 12. apud Ordericum Vital. lib. 8. pag. 711. Willelmum Gemetic. lib. 3. cap. 8. 12. Sigebertum ann. 1107. Leonem Ost. lib. 2. cap. 26. in Chronico Fontanell. cap. 16. pag. 246. in Vita S. Benedicti Anian. n. 40. in Charta ann. 1320. apud Waddingum in Regesto pag. 120. etc.

**STAMINEUM**, Udalricus lib. 3. Consuetud. Cluniac. cap. 5: *Si propter calorem froccum exuerit, in cuculla sedere poterit; sed ita ut nec gunellam, nec pellicium subtus habeat, nec aliud quidquam, quam Stamineum suum.* Cap. 8. de *Novitio*: *Ei*

*non Stamineum; sed pro stamineo canisia linea datur.* [\* Al. *lanea*.]

**STAMINIA**, [Guidonis Discipl. Farf. cap. 47: *Omnibus fratribus det (Camerarius) per singulos duas Staminias, similiter femoralia.* Vita S. Odilonis sæc. 6. Bened. part. 1 pag. 684: *Lanea veste, quam vulgo Staminiam vocant, etc.*] Utuntur Regula Magistri cap. 4. Ordericus Vital. lib. 3. pag. 468. Lanfrancus in Decret. pro Ordine S. Bened. cap. 16. Hugo Flaviniac. in Chron. pag. 236. Statuta Cluniac. Petri Venerab. cap. 63. etc.

**STAMINIUM**, [Dialogus inter Cluniac. et Cisterc. apud Marten. tom. 5. Anecd. col. 1639: *Similiter froccos et Staminia ex regula non habetis.*] Adde Origines Cisterciensis Ordinis cap. 15.

**STAMINA**, in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 26. [Statuta Alberti Abb. Casæ Dei ann. 1272. apud Stephanot. tom. 4. Fragm. Hist. MSS: *Et pro vestibus dentur singulis annis duas stamineas, scilicet XII. ulnas Stamineæ pro eis.* Vide *Estamina*.]

**STAMINIUM**, in eod. Monastico Anglic. tom. 1. pag. 6. 999. Le Roman de *Vacces*:

Du chef de son braier une clef defermerent,  
Et cole et Estamine et un froc en osterent.

Id est, *cucullam, stamineam, et froccum.* Le Roman de Guillaume au Court-nez MS:

Son froc osta, sa gonne a despoillée,  
Li Queens remest en l'Estamine pure.

Usurpatur etiam sæpe hæc vox pro specie panni, quam interdum

**STAMEN** vocabant. Concilium Avenionense ann. 1209. cap. 12. vel 18: *Firmiter inhibemus, ne panno de Stamene forti, aut alio colorato vel sumptuoso, seu aliquo serico in futurum utantur (Religiosi).* Adde Concil. Monspeliense ann. 1214. cap. 17. [Charta Bolkonis Ducis Silesiæ ann. 1337. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 41: *Ita quod omnes ejus incolæ (civitatis Friburgensis) civilia jura habentes, pannos et Stamina non falsificata, ... licite possint vendere.* Inventar. ann. 1419. ex Tabul. Eccl. Noviom.: *Item duee alie curtine de Stamene rigate de rubeo, croceo et asureo.* Vide *Stamfortis* et *Stanium*.]

† **STAMEN**, *Lanea* interluna. Bernardi Mon. Ordo Cluniac. part. 1. cap. 5: *De Stamene et femoralibus, vel si que sunt alia hujusmodi, non est aliud constitutum, nisi cum fuerint inveterata, ... alia tribuantur.*

† **STAMEN**, *Lana* carminata, nostris *Estain*. Litteræ Philippi VI. Reg. Franc. ann. 1335. tom. 2. Ordin. pag. 114: *Et sic quilibet pannus, ad minus de mille sexcentis filis Staminis, ut proinde cognoscatur, si pannus sit bonus et legalis vel insufficientis. Statutum pro pannorum negotiatoribus villæ de Commercy ex Cod. MS. ejusd. loci pag. 18: *Item qui fera drap marchand d'Estain traict sans sain et aussi eschaquetz et royez en XII<sup>e</sup>. filz et soient à trois pieds sur les mains.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Stamen, Estain de toile ou de drap.**

**STAMIO**, *Partus*. Gloss. Isidor. *Stavio*, scribitur in Pitheanis. [Emendat La Cerda: *Statio, portus*; cui assentitur Grævius.]

**STAMMA**. Odo de Diogilo lib. 3. de Prefect. Ludov. VII. in Orientem: *Hic*

*primo (in Græcia) cupream monctam et Stamma offendimus, et pro una earum 5. denarios, et pro 12. solidis marcam tristes dabamus.* Idem lib. 4: *Ante palatium, vel etiam in tentoriis habebamus congruum, si duraret, concambium; minus quam duobus denariis Stamma unam, et earum 24. solidos propter marcam.* Græcis recentioribus *ἑτήμων* est pecunia, moneta, ut pluribus docet Meursius. Unde pro *Stamma* apud Odonem Diogilum *stamina* legendum putem, proclivi librarii lapsu.

† **STAMMELARIUS**, f. a Germanico *Stammer*, Lingua hæsitans, balbus. Necrolog. Laresham. apud Freder. Schannat. in Vindemiis Litter. pag. 36: *III. Kal. Septembris Godefredi Stammelarii qui dedit nobis equum.*

† **STAMMIA**, *ταυτολογία*. Gloss. Lat. Gr. Addunt Sangerm. *Iteratio sermonis.*

**STANNUM**, f. pro *Scannum*, idem quod *Stallum* 1. Charta Thossiac. ann. 1404: *Debet pro suo Stanno in quo solitus est vendere carnes, etc.* Vide *Scannum* 4. et *Stannum* 2.

\* **STANNUM MORTUUM**, in Comput. monast. Clareval. MS. ann. 1364. fol. 43. r<sup>o</sup>: *Pro cvij. lib. Stanni mortui emptis apud Trecas, quinque flor. et dimid. grossum.*

† **STAMPA**, vox Italica, Typus quo moneta signatur, Gallis *Coïn*. Statuta criminalia Riperiæ cap. 129. fol. 20: *Si quis de cætero fecerit monetam falsam Stampe seu cunei illust. Du. do. Venetiarum, capite puniatur, et ejus corpus igne concremetur.* Vide *Stampus*.

† **STAMPÆ**, Scabellula, quibus repentes manibus innituntur. Mirac. S. Bernardini tom. 5. Maii pag. 286: *Andreas Antonii... qui a duobus annis citra invalidus ab inguine infra nullo modo ambulare nitebatur, cum Stampis ligneis cum difficultate maxima sese trahebat.* Vide *Scamellum*.

† **STAMPENSIS MONETA**. Vide in *Moneta Baronum*.

† **STAMPUS**, Nota, impressio, signum, character, exemplar, Gall. *Empreinte, mōdelle*, Angl. *Stamp*, Ital. *Stampa*: unde *Stampillas* vocabant tabulas celatas, quibus, ut nomen suum Chartis apponerent illiterati, utebantur. Vide Præfat. Ludewigi ad tom. 1. Reliq. MSS. Charta ann. 1546. apud Rymer. tom. 15. pag. 101: *Licentiam damus... ad signandum vice et nomine nostro... cum uno Stampo, vocato a Drie Stamp, ad nostrum mandatum signent et impressionem faciant sine atramento... Et post dictam signationem et impressionem cum dicto Stampo, etc.* Statuta Placent. lib. 6. fol. 82. v<sup>o</sup>: *Et predicti quadrelli... sint et esse debeant... ad mensuram et Stampum, ut hactenus consueverunt esse.* Vide *Stampa*, et *Standardum* 2.

\* Unde iisdem *Stampare*, imprimere, quibus etiam perforare sonat ex Acad. Cruscanis: hinc fortassis Gallicum *Stampe*, pro Foramen, perforatio, ut videtur, in Charta ann. 1355. tom. 2. Hist. Leod. pag. 423: *Item s'il est aucuns qui face ouvrir par devant herryne d'autrui par Stampe ou par encombrier de source d'eave, pour telle herryne à empirier, etc.*

**STAMSKUT**, Tributii species, apud Suecos. Charta Suecica ann. 1314. apud



Jo. Schefferum in Notis ad Chronicon Archiepiscop. Upsaliensium pag. 228: *De qualibet nave, quæ vadit Holmis, cum mercinouris, unum denarium, quod in nostra lingua dicitur Stamskut.*

\* **STAMULA**, perperam pro *Scamula*, Squamula. Vide in hac voce. Germ. Cabilon. episc. in vita Phil. III. ducis Burg. apud Ludewig. tom. 11. Reliq. MSS. pag. 36: *Sic inedia et fane consumti, impetigine multa circumcepti, per Stamulas cum scallida cute in terram defluebant, atque in Æthiopicam carnem conversi, suis horridum præbebant aspectum.*

† **STAMULTUM**, Calceamenti species videtur. Epist. Obscur. virorum pag. 57: *Et non staret beue, si unus sartor vellet facere calceos vel Stamula.*

\* **STANUM**, ab Italico *Stame*, Stamen, lana purior a crassiori separata, Gall. *Etaim*. Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 325. ex Cod. reg. 4622. A: *Nulla persona de Taurino vel aliunde audeat..... filari facere per aliquam personam, seu ad filandum tramam seu statutum (leg. Stanum) in uua vel eadem bala seu in uno asse excedens ultra prædictum pondus, videlicet quinque librarum, et unius uncie de Stamo. Estais vero Panni species, Staminea, in Lit. remiss. ann. 1408. ex Reg. 163. Chartoph. reg. ch. 22: Quatre hoppelandes, trois fourrées, les deux d'Estais de royez et l'autre de cuissettes d'aigeanx. Vide in Staminea.*

\* **STAN**, Servitii genus, apud Polonos. Charta Casim. ducis Oppol. ann. 1228. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 480: *Item excipimus sæpe nouitatos homines ipsorum ab omni servitute juris Polonici, ut est Stan, etc.*

**STANCA**. Charta Balduini Comitis Flandriæ ann. 1193. in Tabulario Monasterii S. Bertini: *Stancam, unde aqua exit, poterunt præparare, et aquam in prato super Stancam eodem termino congregare.* [Agger aquis oppositus, vel id quo aqua continetur. Vide *Estachia*, *Staucarium* et *Stanka*.]

**STANCARE**, στεγνόν, Sanguinem sistere ne fluat, pro *Stagnare*. Apud Serenum Sammonicum in veteribus libris, sic lemma capitis 20. legi monet Salmasius: *Ad mendendam rejectionem cibi, et sanguinem Stancandum.* Ubi edit. *Rejectionibus cibi aut sanguinis abstineudis.* Italus *Stancare* est defatigare. Vide *Stagnare*.

\* **STANCARIUM**, Agger aquis oppositus et quo continentur, quod palis, Belgis *Stang* vel *Steng*, fulciatur, sic dictus; unde Gallo-Fland. *Stanche* nuncupatur, idem quod *Stauca*. Charta ann. 1341. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 648: *Marquesia donavit... nemora, aquas, fontes, rivos, stagna, Stancaria, molenidina, etc.* Alia Guid. comit. Fland. ann. 1283. ex Charatul. Namurc. in Cam. Comput. Insul. fol. 24. vº: *Et li devous faire abousner les Stanches de se manoir et de se moulin, etc.* Vide supra *Estanchia*.

\* **STANCHATORIA**, Agger itinerarius. Charta Frider. II. imper. ann. 1226. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 215: *Inde per collinas ad Senecellium, tenendo collinas per medium Stanchutoriam et per podium de Costornio.*

† **STANCIA**, STANCIARE, etc. Vide *Stantia*.

**STANDA**, Vas vel dolium vinarium, ex Teutonico *Stande*, Kiliano, labrum, alveus statarius, orca, cadus: a *Stauden*, stare, ut habet Vita MS. S. Romarici: *Vas, quod a stando Standam nuncupant, plenum reperit, etc.* Infra: *O miraculum magnum, quod fecisti, vir Dei, qui signaculo tuo Standam meam sicera replesti.* [Vide Sæc. 2. Bened. pag. 418. et infra *Standardis*.]

† **STANDALE**, STANDALIS, etc. V. *Standardum* 1.

1. **STANDARDUM**, STANTARUM, STANDARUM, STANDALE: Vexillum præcipuum totius exercitus, vulgo nostris *Estendart*.

**STANDARDUM** Scriptores rerum Hierosolymitanarum Saracenis ac Sultanis vulgo adscribunt. Tudebodus lib. 5. extremo: *Unus autem nostrorum accepit Staudarum Admiravisi, desuper quod erat ponum aureum, hasta vero tota cooperta argento: quod Stantarum apud nos dicitur vexillum.* Albertus Aquensis lib. 6. cap. 50: *Longissima hasta argento operta per totum, quod vocant Standart, et quæ Regis Babylonice exercitui signum præferebatur, et circa quam præcipua virtus densabatur.* Robertus Monachus lib. 9. Hist. Hieros.: *Vexillum Admiravisi, quod Standardum vocant.* Fulcherius Carnotensis lib. 3. cap. 18: *Tria nempe vexilla pretiosissima, quæ Standars nominamus, ab eis excusserunt.* Gauterius de Bellis Antiochen. pag. 447: *Ad montem, quo Standardum, et robur ipsorum conglomeratum fuerat, iter dirigit.* Denique Baldricus Dolensis lib. 4. pag. 137. et ex eo Ordericus Vitalis lib. 9: *Admiravisi Stantarum a longe considerans.* Adde eundem Vitalem pag. 759. et Matthæum Paris pag. 35. Turpinus cap. 18. Carrociom iisdem Saracenis tributum. Tametsi ex prælaudatis Scriptoribus id omnino erui haud possit, constat tamen

**STANDARDUM** pro *Carroccio* usurpari, vel certe ejusdem fuisse formæ. Simeon Dnelmensis ann. 1138: *Qui omnes procedentes secus Alvertum in campo quodam.... Standart, id est, malum navis erexerunt, vexillum S. Petri... in eo suspendentes.* Ricardus Hagustaldensis de Gestis Stephani Regis Angl.: *Mox autem aliqui eorum in medio cujusdam machine, quam illi adduxerant, unius navis malum erexerunt, quod Standard appellaverunt; unde Hugo Sotevagina Eboracensis Archidiaconus:*

Dicitur a stando Standardum, quod stetit illic Militiæ probitas vincere sive mori.

*In summitate vero ipsius arboris... vexilla suspenderunt.* Chronicon Andree ann. 1184. de Comite Flandriæ: *Standardum altissimum, Dragonem desuper præferentem, Comes secum super curram quatuor rotarum duci fecit, quod Rex cum tota Francia indigne tulit.* [\* Pertz. Scriptor. tom. 6. pag. 422. lin. 25. *Standardum*.] [Hæc totidem verbis leguntur in Genealog. Comit. Flandr. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 391.] Willelmus Brito lib. 11. Philippid. Ottonis Imp. vexillum describens:

Standardum ædificat, miroque insiguit honore.

Mox:

Erigit in carro palum, paloque draconem Implicat, etc.

Quæ hisce versibus vernaculis reddidit Guillelmus Guiart in Hist. Francor. MS. ad ann. 1214. vers. 6830:

Othes pour la pais despecier  
Fait lors soo Estendart drecier,  
Fols est qui ou plus riche cerche:  
Uo grant dragon ot sur la perche,  
Qui fu sus un beau char posée,  
Vers France ot la gueule baée,  
Pour le Reaume chalengier,  
Come s'il deust tout mangier,  
Cis dragons sousting la hanniere  
Des connoissance l'Emperiee,  
Qui porte au bel et aloré,  
Dessus ot un aigle doré,  
C'est signe de guerre cuisaoit.

Matth. Paris ann. 1236: *Exeuntes igitur cives in multitudine gravi circiter ad 50. millia armatorum obviam Imperatori, cum Standardo suo, quod Carrocum, vel Carrochium appellant, indubitanter perrexerunt.* Ægidius Aureæ-vallis Monachus in Alexandro Episcopo Leod. cap. 24: *Captoque Dacis vexillo, dicto Gallice Standart, opere plumario, a Regina Angliæ ei misso, quod fastu superbie quadriga boum ferebat. Eadem ferme habet Brustemius. Adde Levoldum Northovium in Chronico Markano ann. 1287. Ita Standart pro Carroccio usurpavit le Roman de Garin:*

Nostre Empereur fist l'Estendart venir,  
Mult l'a bien fet de Chevaliers emplier,  
Et de Serjans, por le fez sostenir.

Infra:

Més les grans gens Fromond le posteif,  
Sor l'Esteadart font les oos resortir.

Alibi:

L'Estendart verse, et li luz est levez.

Jam vero quod *Standardum* signum et vexillum fuerit statorium, a veteri Teutonico *standa*, et *stanta*, quod est *sistere*, deducit Loccenius lib. 3. Antiquit. Suevicar. cap. 2. Hugo vero Eboracensis Archidiaconus a Latino *Stare*.

Apud Anglos præcipuum Regis vexillum *Standardum* etiam dictum fuit. Hinc *Signum regium*, quod vocatur *Standard*, apud Scriptores rerum Anglicarum, Radulfum de Liceto pag. 480. Bromptonum pag. 1026. Henricum Huntindonensem lib. 8. pag. 388. Robertum de Monte ann. 1065. 1138. Matth. Paris pag. 52. etc. Diversum tamen a *Dracone*, de quo supra egimus. Matth. Westmonasteriensis ann. 1016: *Relicto loco, qui ex more erat inter Draconem et Standardum, cucurrit in aciem primam.* Sed an *Standardum* vicem *Carroicii* præbuerit, non omnino exploratum.

**STANDALE**, Rigordus ann. 1190: *Drinde desuper corpora Sanctorum duo Standalia decenter insignita pro memoria SS. Martyrum et tutela contra inimicos crucis Christi pugnaturas propriis manibus accepit.* Eadem voce utuntur Itali: Jo. Villaneus lib. 6. cap. 77. describens *Carrociom* Florentinum: *Era uno carro in su quattro rote, tutto dipinto di vermiglio, et haveavi su due grande antenne vermiglie, in su le quali ventilava il grande Standale dell' arme del Comune di Firenze, bianco et vermiglio. Il quale Carroccio tirava uno grande et forte paio di buoi, tatti coverti di panno vermiglio lano, che*



solamente erano deputati al detto Officio, etc. [Vide Murator. tom. 20. col. 660. in Notis.]

¶ **STANDALIS**, ut *Standardum*. Nicolaus Specialis de Reb. Siculis lib. 5. cap. 14. apud Muratorium tom. 10. col. 1026: *Conradus Auriā constituens in animo se victorem, si posset in primo conflictu vexillum hostium, quod vulgo Standalem vocant, obruere.*

¶ **STANDERIUM**, Eodem intellectu. Adrianus de Veteri-busco de Reb. Leod. apud Marten. tom. 4. Ampliss. Collect. col. 1294: *Item, quod haberent Standardam S. Lamberti, et requireret domicellus de Marka, quod vellet portare... Ecclesie requisitæ de deliberando Standerio, responderunt quod nihil pertineret ad eos.* Ibidem col. 1315: *Rogaverunt etiam consules illos de majori, quod ostenderent Standerium sancti Lamberti, et ponerent super altare.* Occurrit rursus col. 1316. et 1377.

¶ **STANTARIUS**, Eodem significatu. Jac. Auriæ Annal. Genuens. ad ann. 1282. apud Murator. tom. 6. col. 580: *Insuper (ordinatum fuit) quod Stantarius B. Georgii de cetero non portaretur per mure nlicubi ullo modo, nisi essent galææ x.*

¶ **STANDARDUS**, Eadem notione, in Charta ann. 1430. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 64. col. 2: *Et in dicto exercitu de patria Ducis Sabandiæ quinque Capitanei suos Standardos deferre facientes interfuerunt.* Funus Joh. Galeaz. apud Murator. tom. 16. col. 1026: *Et postea ipsi steterunt ibi cum dictis scuderis ad recipiendum et offerendum confavones, bannerias, Standardos, çimerin, etc.*

¶ **STINDARDUM**, Eodem sensu, in Annal. Estens. Jac. De Layto apud eundem Murator. tom. 18. col. 971: *Totum exercitum... in civitatem subito introduxerunt cum vexillis et Stindardis dom. Ducis, etc.*

EXTENDARIUM VEXILLUM, apud Albertinum Mussatum lib. 5. de Gestis Italicor. rubrica 2.

Frequens mentio est vocis *Estendunt* apud Scriptores vernaculos, apud quos fere semper pro præcipuo exercitus vexillo usurpatur, Froissartem 4. vol. cap. 18. Monstrelletum 1. vol. pag. 248. 254. 2. vol. pag. 35. 3. vol. etc. Berrium pag. 108. Meerbekum in Obsequiis Caroli V. Imp. pag. 79. 85. Chronicon Bertrandi Guesclini:

Thiebaud du Pont quant vit des Anglois Perremet Qui faisoient Estendard du penon bel et gent.

\* *Estrainniere* et *Estrannere*, eadem notione, apud Froissart. 3. vol. cap. 36: *On faisoit bannieres, pennons, Estranneres de cendaux, si belles que merveille seroit à penser.* Ibid. cap. 116: *Venteloient sur Estrainnieres trop gentement nrmoyées des armes des seigneurs, qui resplendissoient contre le soleil.*

2. **STANDARDUM**, alia notione, [scilicet pro Ponderum et mensurarum exemplari et modulo, Gall. *Etolon*, Angl. *Standard*,] usurpat Fleta lib. 2. cap. 8: *Committitur alicui Clerico vel Lnico cura et custodia mensurarum regiarum, quæ pro Standardis et exemplaribus mensurarum regni habentur, utrumum videlicet, lagenarum, ponderum, etc.* Joan. Britton in Legib. Anglic. pag. 2: *Et que celui mesmes ovesques autres soient*

*assignés de essayer tous peys et toutes mesures par toute nostre verge, parmi nostre Royaline solonc nos Estandars, etc.* Et pag. 74. cap. 30: *Nous volons que nul ne eyt mesure en nostre realme, fors que nous, mes que chescun pregne ses mesares et ses peys de nos Estandars, si come bussels, gulons, lievres, aunes, et teles autres mesures.* Adde pag. 75. v. 76. Charta Gallica sub Edw. III. apud Varæum in Antiquit. Hibern. : *Que la livre de mailles par poids de l'Estandard de la change contiendra 21. sols par compte.* [Vide supra Stampns.]

¶ 1. **STANDARDUS**, Cognomen cujusdam Guillelmi Militis, quem ita appellatum ob animi ferocitatem innuere videtur Sallas Malaspinae de Reb. Sicul. apud Baluz. tom. 6. Miscell. pag. 314.

¶ 2. **STANDARDUS**, f. Castellum, aquæ receptaculum, Gall. *Regard*. Charta ann. 1443. apud Rymer. tom. 11. pag. 33: *Augeas, suspirales, Standardos, cæternsque machinas sub et supra terraneas, dictis conductibus quovis modo necessarias, etc.* Alia ejusdem ann. ibid. : *Diverso aquæ recentis conductus, cum Standardis cæternsque machinis et pipis plumbeis... construere... proponant.*

¶ **STANDARDIS**, ut supra *Stnda*. Buschius de Reformat. Monast. apud Leibnizium tom. 2. Script. Brunsvic. pag. 889: *Amphorns, flascones et Standares de stanno lmbærunnt ducentas.*

¶ **STANDERIUM**, ut *Standardum* 1. Vide supra in hac voce.

¶ **STANETE**. Charta ann. 944. apud Ughellum tom. 1. Ital. sacræ col. 551. edit. ann. 1717: *Quod sunt ipse Stanete res inter terræ et vinea modiorum ducentorum, etc.* Leg. videtur *Stantes*, posita.

\* **STANFORTIS**, Panni species, qui in burgo *Stenfordia* tenebatur; unde nomen. Charta ann. 1227. apud Murator. tom. 2. Antiq. med. ævi col. 903: *Unum mntelium zendati zani, coopertum de Stanforte brano.* Stat. Ferrar. ann. 1279. ibid. col. 424: *De vestito bixelli, id est, mezalanæ, tutalanæ, Stanfortis, et cujuslibet alii panis, etc.* Vide supra *Estanfordius* et *Stansfortis*.

**STANGA**, Tigillus, pertica, [vectis, vinculum.] Germanis *Stange*, Italis *Stangn*, ut *Stangare*, vecte munire. Mamotrectus ad 23. Jud. : *Sudes est pertica sive Stanga.* Habetur in Vita B. Andreæ de Galcrannis num. 22. et apud Petrum de Crescentiis lib. 10. de Agricult. cap. 33. [Acta S. Cypriani tom. 2. April. pag. 849: *Bene claudantur et implumbentur cum Stangis ferreis pro conservatione tanti thesauri in arca marmorea.* Vide *Staca*.]

**STANGARIA**, Eadem notione usurpari videtur in Lege Longob. edit. Heroldi pag. 193: *Si quis de sepe Stngararium factum unam tulerit, componat sol. 1.* [\*] Roth. 292. ubi Murator. *Stantaria*.] Editio Boherii lib. 1. tit. 25. § 30: *Si quis de sepe Stantaria facta unam tulerit, etc.* Editio Lindembrogii, pro *unam* habet *vimen*. Sed malim *stataria*, ut sit palus defixus stans: Mox enim: si autem *perticas transversarias tulerit, etc.* Glossæ vett.: *Stangrius, ὄρθος ἄστατος*. Vide Oct. Ferrarium in *Staggio*.

\* **STANGARE**, Vox Italica, Vecte mu-

nire. Comput. ann. 1362. Inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 260. col. 1: *Pro duabus lardertis necessariis pontibus Prædicatorum et S. Anthonii pro Stangandis de nocte pontibus, cum levati sunt.* Vide *Stanga*.

¶ **STANGIUM**, Idem videtur quod *Stallagium*, Præstatio quæ fit ob merces venim expositas. Vide in *Stallum* 1. Charta Ludovici Junioris Regis Franc. ann. 1154. ex Tabul. Montis Mart. : *In earum capitulo multis præsentibus Barbaricum villam, Stangium cum justitia et districtis.* Charta ann. 1293. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 35. col. 2: *Sive prædicta castra et feuda consistant in castris, castellis,.... pedagiis, teloneis et gabellis, Stangiis, ripariis, aquarum ductibus, etc.* Vide *Stantin* 3.

\* **STANGNUM**, pro *Stagnum*, Gall. *Etang*, in Lit. ann. 1371. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 439. et alibi passim.

¶ **STANGNUM TERRÆ**, Modus agri esse videtur, etsi pro *Stagnum*, Gall. *Etang*, scriptum esse vult *Madox*. Charta ann. 1281. in Formul. Angl. pag. 137: *Dictus Robertus dinisit dicto Simoni unum Stangnum terræ in clauso suo in Lelle... habendum et tenendum dictum Stangnum terræ dicto Simoni et hæredibus suis... Et dictus Robertus et hæreses sui, dictum Stangnum terræ dicto Simoni et hæredibus suis... warantizabimus.*

\* **STANHATUS**, Stanno fuso perlitus, Gall. *Etamé*. Inventar. ann. 1361. ex Tabul. D. Venciæ: *Item sex brocas sive candelabros ferreos Stanhatos.* *Stagnatus*, ibid. Vide *Stagnum* 2.

¶ **STANHOGIA**, Mons lapidosus. Vide *Hoga*.

**STANIUM**, Panni species. Statuta Raymundi Comitis Tolosæ et Legati Apostolici ann. 1233. apud Catellum: *Canonicis etiam regularibus prohibemus, ne sit eorum habitus notabilis,.... sed secundum Statuta Concilii Avenionensis et Montispessulani, capis, tunicis, pñllis, calgis, de aliqua bruneta etiam vel nigra, vel etiam Stanio forte, vel cameloto, vel aliquo alio colorato panno, seu sumptuoso, vel aliquo serico de cetero non atantur, etc.* Videtur legendum *Staminio*, Vide *Stansfortis*, *Stanfotis*, *Staminea*, et *Stanum*.

¶ **STANKA**, ut supra *Stanca*. Descriptio bonorum dom. de Eska ex Tabul. Aulomar. : *Jacet retro molendinum versus solem sub Stankn vivarii n parte Boisten... tendit istud dominium versus solem directe in fovea sub dicta Stanka d'aval.*

¶ **STANNARIA**, Stanni fodina. Litteræ Henrici III. Reg. Angl. ann. 1220. apud Rymer. tom. 1. pag. 243: *Propter quæ eidem nssignvimus Stannarias nostras de Cornubia et Devoniam, cum omnibus exitibus qui ex eis provenient.* Vide *Stagnarium* et *Stagnum* 2.

¶ **STANNARIA CURIA**, Quæ ad Stanni fodinas spectat. Charta Edwardi III. Reg. Angliæ ann. 1337. apud eundem. tom. 4. pag. 736: *Ac etiam expleciis, proficentis et perquisitis Curie Stannariæ et mineræ in eodem comitatu (Cornubiensi.)*

¶ **STANNEATUS**, Stanno fuso perlitus. Statuta Ord. Cisterc. ann. 1233. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1355: *Caveant de cetero Hispaniæ et Vasconie, et ulii*



omnes abbates ordinis, ne sellis equorum curiosis, aut frænis ornatis laminis, vel lunulis Stanneutis... utantur. Vide in Stagnum 2.

\* STANNIFEX, Vasorum stanneorum opifex, Gall. *Proiter d'etuin*. Comput. ann. 1484. ex Tabul. S. Petri Insul.: *Johanni Lempene Stannifici pro cambio unius disci stannei servientis in cappella B. Johannis Baptistæ, et duorum potorum in capella B. M. pro toto vij. sol.* Vide supra *Stugnifaber*.

1. STANNUM, pro Stagnum. Ugitio: *Stannum, est aqua stans, artificio pisces habens. Piscina est aqua stans artificio non habens, sed carens piscibus.* Charta ann. 1263. in Histor. Monmorenciaca pag. 113: *Quoddam molendinum... cum jardino, prout se comportat ante et retro, et Stannum contiguum illi molendinum, etc.* Alia ann. 1234. in Histor. Castilionensi pag. 244: *Et eis licebit herbas colligere cum faucillis, factis seu colitis in Stannis nostris pacifice.* Ita præterea usurpatur in M. Pastoralis Eccl. Paris. lib. 4. Ch. 35. [Leg. Norman. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 158: *Sciendum est quod nullus fluvium aliquem in Stannis vel confossis suis detinere potest, nisi a sole occidente usque ad eundem orientem.*]

¶ 2. STANNUM, Sedes et apotheca, ubi merces venum exponuntur, idem quod *Stallum* 1. Litteræ Philippi III. Franc. Reg. ann. 1277. tom. 3. Ordin. pag. 61: *Quod Stanna seu stalla ejusdem castri seu ville, ad vendendum panem seu carnes, aut pisces, vel quelibet mercimonia... ad dictam Marium et virum suum pertineant. Stannum draperiæ, in Charta Calomontis ann. 1399. In alia Thossiac. ann. 1404: Churreria tendens a Stanno Perret versus S. Desiderium. Vide Stannum.*

¶ 3. STANNUM, Vas stanneum, quævis supellex ex stanno. Statuta Eccles. Nannet. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 958: *Patellarum vero, Stannorum, mensarum et aliorum sufficientiam utensilium duorum aut trium proximorum rectorum arbitrio committimus æstimandam.* Inventar. ann. 1379. ex Schedis Cl. V. Lancelot: *Item tria parva Stanna modici valoris... Item unum Stannum parvum... Item duo magna Stanna.*

\* 4. STANNUM, f. pro Scannum, Scannum, Gall. *Banc, escabelle*. Lit. remiss. ann. 1449. in Reg. 180. Chartoph. reg. ch. 47: *Ibi (in taberna) prænominati in quodam Stanno et juxta quamdam tabulam sederunt et potarent de vino albo.*

\* 5. STANNUM, Stamen. Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120: *Stannum, Esthamme.* Vide supra *Stannum*.

¶ 1. STANS, Domus, habitatio. Statuta Avenion. MSS.: *Statuimus quod... de Stantibus dirutis lapides non accipiantur sine consensu curiæ.* Vide *Stagia*.

¶ 2. STANS. Non *Stantiu*, Gr. ἀλλόκοτα, Monstrosa, absurda. Vetus Irenæi Interpres lib. 1. cap. 1. n. 2: *Et aliis occasionem dubium... ad evertendum eam (sententiam) non Stantia, neque apta veritati ostendentes ea, quæ ab illis dicuntur.*

STANTAREUM, STANTARIUM, pro Statarium, Candelabrum majus, quod per se stat. Glossæ Lat. Gr.: *Statarius, ὀρθοστάτης.*

Vetus Charta Cornutiana, edita a Suaresio: *Coronas argenteas cum catenulis suis et delphinis 8. cincinnelus argenteas 5. cum catenulis suis, Stanturea argentea, et in Confessione ostrea argentea 2. cum clavi sua.* Infra: *Septem pharos æreos, duos habentes delphinus octonos, et hermoras, cantharos æreos majores sex, minores 12. et lilia æreum 2. et Stantaria ærea 13.* Vita S. Desiderii Episcopi Cadurcensis cap. 9: *Adstant et Statarii cereorum corporibus aptati.* Vide *Cereostata*.

STANTARIA. Vide *Stangu*.

¶ STANTARIUM, STANTARUM, ut *Standardum* 1. Vide in hac voce.

1. STANTES, apud S. Cyprianum dicuntur, qui in fide perstiterunt, uti e contrario *Lapsi*, qui a fide defecerunt, Epist. 14: *Præsente et Stantium plebe, quibus et ipsis pro fide et timore suo honor habendus est.* Epist. 31: *Oremus pro lapsis, ut erigantur: oremus pro Stantibus, ut non ad ruinas usque tententur.* Ita Epist. 27. 30. 37. lib. de Lapsis, etc.

¶ 2. STANTES, Stagna, in Charta ann. 1004. ex majori Chartul. S. Victoris Massil. fol. 22: *De alio vero latus consortes usque ad Stantes qui sunt contra Marigniana.* Forte pro *Stagnantes*.

\* Nequaquam, Petræ, rupes, quæ per se stant, hac voce significantur, ut patet ex Charta ann. 1038. in eod. Chartul. S. Vict. Massil.: *Termini vero istius alodis sunt ex una parte de unu petra, quam vocant Stantem antiquum, in directum usque ad viam publicum.* Germanis *Stein*, lapis, saxum; unde *Joachim Steiu* vocant rupem in medio fere Danubii, qua Pataviense territorium ab Austria dividitur. Vide *Stantivus*.

1. STANTIA, Camera, ex Ital. *Stanzu*. Gualvaneus Flamma in Chron. Mediolan. cap. 284: *Isti Reges, dum viverent, stabant in Palatio magno inter Ecclesiam S. Mariæ, Canoniceum Decumanorum, ubi erant multe Stantiæ. Inter alias erat una sala, que continebat decem millia personarum, etc.*

2. STANTIA, perperam scribitur in Legibus Rachisi Regis Longobard. tit. 4. § 2. [\*\* 1.] pro *Sententiu*, uti præfert Lex Longobard. lib. 2. tit. 21. § 28.

¶ Hæc sunt legis prælaudatæ verba: *Quis si Stantia, quam ante liberos homines tres aliquis fecerit, stare debet; quanto magis ea causa que per quadiam firmatur. Quibus verbis minus consonare videtur Cangii emendatio: quam cum eam ob causam, tum ob consentientes in hanc lectionem Codices editos et MSS. rejicit Muratorius, qui observat Stantiam dixisse Longobardos, quod Itali appellant *Accordo*, hoc est conventionem sive pactionem coram tribus liberis testibus, notario nullo adstante, initam. Vox derivata a *Stat*, addit idem Muratorius, quod significat decretum est, deliberatum est. His addi potest Glossa in l. si quis debitorem. de debitis et gaudiomoniis, ubi *Stantia* intelligitur Pactum obligatorium, in quo omnino stare debetur.*

¶ 3. STANTIA, STANGIA, Statutum pretium, præscripta æstimatio, Gall. *Taux*, ab Ital. *Stanziare*, statuere. Vide *Sessorium*

2. Statuta Saluciar. collat. 2. c. 55: *Statutum est quod Potestas Saluciarum teneatur singulo trimestre eligi facere ad brevia in consilio duos Stantiatores, qui habeant omnimodum potestatem tuxandi ei Stantiandæ carnes, vinum, panem, pisces, oleum, caseum et butyrum... Nec possint dicti Stantiatores dare licentiam alicui personæ vendendi dictas res ultra Stantium sub pænæ floren. 16. Statuta Montis Regal. fol. 48: *Item, statutum est quod homines Rochebaurorum, etc. possint in eorum villis stutare et ordinare quicquid eis placuerit super eorum mensuris et Stanciis, etc.* Ibidem fol. 283: *Item, statutum est quod dom. Vicarius faciat fieri Stanciam, ut infra. Et quod Stanciatores non possint nec debeant vendere carnes plusquam eis vendunt macellaris, antequam fiat Stancia per ipsos, sub pænâ sol. 60. Pluries occurrit. Quo spectat, ni fallor, Charta vernacula ann. 1403. in Chartul. Latiniac. ubi legitur, *Ban ou Estanche de vin*, quo significari videtur jus pretium imponendi vino distrahendo: nisi malis intelligere de jure vinum suum particulatim vendendi, aliis a vini proprii venditione cessantibus, a Gall. *Etanchev*, supprimere.**

\* Quo sensu accipiendum sit *Ban ou Estanche de vin* ex Chartul. Latiniac. diximus supra in *Stagnum* 4.

¶ STANTIARE, Statuere, definire. Chron. Parmense ad ann. 1287. apud Murator. tom. 9. col. 813: *Parlamentum factum fuit in Castro-Franco episcopatus Bononiæ per ambaxatores Communis Bononiæ pro ipso Comuni, et per dom. Capitaneum populi Parmæ... Et quidquid firmaverunt, Stantiatum et factum fuit per utrumque Comune. Ab eodem fonte*

¶ STANCIARE, Mensuras ad exemplar exigere, Gall. *Etallonner*. Statuta Montis Regal. fol. 272: *Syndicus Communis teneatur fieri facere unam pintam de vitro factam in forma unius amolæ, ad quam mensurentur et Stancientur sestarii et minæ.*

¶ STANCIATOR, Qui ex officio mercibus pretium indicit. Eadem Statuta fol. 33: *Item Stanciatores tres, unus pro quolibet tertio super victualibus, etc.* Vide supra.

\* 4. STANTIA, Domicilium, statio, habitatio, hospitium, Ital. *Stanza*. Tract. pacis ann. 1427. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 1090: *Quod dicti domini duces Sabaudia et Mediolani non dabunt transitum, reductum vel receptum, Stantiam neque victualia, aut aditum... aliquibus inimicis alterius. Nostris Estais, pro Cunctabundus, negligens, quasi stans. Mirac. B. M. V. MSS. lib. 1:*

Ombragés iert et Estais  
A Dieu servir et à bien faire:  
Mais à reuber et à mal faire  
Estoit vistes et remuans.

\* STANTIAMENTUM, Statutum, constitutum, sanctio, Ital. *Stanziamiento*, a verbo *Stanziare*, Constituere, sancire. Instr. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Hodæpor. Charit. part. 2. pag. 394: *Visis quibusdam libris statutorum et reformationum communis Ficecchi scriptis 1281. in quibus... facta fuerunt certa Stantiamenta, quod camera Ficecchi de pecunia dicti communis Ficecchi solveret, etc.* Aliud ann.



r318. *ibid.* pag. 425 : *Ordinare, Stantiare et firmare, et ordinari Stantiuri et firmari facere per opportuna consiliu, etc. Infra : Sententiare. Vide in Stantia 3.*

† **STANTIVUS**, Stans, erectus. Chartul. Kemperleg. : *Ab ipsa petra Stantiva, in via que ducit de matre ecclesia ad S. Germanum.... usque dum pervenerit ad petram Stantivam longiorem, quæ est in via ubi cepit divisio, etc. Vide Stantes, 2.*

**STANTOR**. Ordericus Vital. lib. 9. de Balduino, a Principe Edessano adoptato : *Turgidus igitur Princeps, livore perfidiæque cæcatus, Christianis insidias præterdit, et Stantori suo in expeditione eunti imperavit, ut... Balduinum... interficeret. Ubi legendum Stratori, id est Marescallo, seu copiarum duci, quomodo Stratorem vel Prostratorem appellatum observavimus ad Cinnamum pag. 475.*

† **STANUM**, Panni genus, Gall. *Etamine*. Concil. Dertus. ann. 1429. inter Hispan. tom. 3. pag. 663 : *Nallus... clericus... vestiri audeat vestibus alterius panni, quam de lana vel Stani, non rubei vel viridis coloris. Vide Staminea et Stauum.*

† **STAPASLINGUN**, Tormenta, genus machinæ, in Gl. Mons. apud Schilter. in Gloss. Teuton.

† **STAPELLA**, Emporium, forum publicum. Vide *Stapula* 1. Avesbur. in Histor. Edwardi III. Regis Angl. pag. 194 : *In crastino S. Petri, quod dicitur ad Vincula, anno Domini proximo supradicto (1353.) ex præordinatione Domini Regis Angliæ et Consilii sui, Stapella lanarum incipit esse apud Westminster, et locis aliis in Anglia.*

\* **STAPELLUS**, f. Parvus tapes. Comput. ann. 1471. ex Tabul. S. Petri Insul : *Item Johanni du Toit pro uno Stapello de Almarcia posito super Robinetum in purpuro, etc. Vide mox Stapletus.*

**STAPES**, **STAPEDIUM**, **STAPEDA**, *Stapha* aliis, qua quis in equum tollitur. [Vide *Staffa* 2.]

**STAPES**. Miracula S. Quirini Mart. lib. 2. n. 30 : *Consenso equo, dum Stapedi pedem inderet.*

**STAPEDIUM**. Clemens IV. PP. apud Rainaldum anno 1311. n. 13 : *Cum ipse Pontifex equum ascenderit, teneat Stapedium selle ejus, et acepto freno aliquantulum ipsum addecret.*

**STAPEDA**. Iter Camerarii Scotici cap. 27 : *De sellaritis et Ephippiariis... apponunt sellis malu et vitiosa ephippia, fræna falsa, et corruptas Stapedas, unde multi leduntur.*

† **STAPFOLUS**. Vide infra *Stapulus*.

† **STAPFSAKEN**. Vide supra *Stafsaken*.

† **STAPHA**, **STAPHILE**. Vide *Staffa* 2.

\* 1. **STAPHA**, *Gallice Sauges*, inter vasa coquinaria vel mensaria reensetur, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120.

\* 2. **STAPHA**, Fulcimentum, fulcrum ex stipitibus, cui *balista* innitur. Vide supra *Estrif*. Charta ann. 1299. tom. 4. Cod. Ital. diplom. col. 46 : *Consignari facere (velitis) ipsis castellunis balistas grossas et ad Stapham, sagittamentum, pavenes, etc. Vide in Staffa 2.*

**STAPHILUM**. Leo Ost. lib. 1. c. 47 : *Ascendit inde ad ipsum Staphilum de Moella. Capitulare Radelchisi Principis Beneven-*

tani c. 10 : *Inter Beneventum et Consiam sit finis ad ipsam Staphilum. [\*\* Staphilum, in Chron. Salern. cap. 84. apud Pertz. Script. tom. 3. pag. 511.] Charta Cresimiri Regis Croatiae et Dalmat. ann. 1067. apud Joan. Lucium l. 2. de Regno Dalm. cap. 8 : Territorium... a quercu, que stat supra vallem rabiosam, usque ad Staphilum, qui hæc de causa situs est in trivio, quod est contra Sablatam, etc. Charta ann. 1141. apud Ughellum in Episcopis Cumanis : *Et ab alio latere parte septentrionis finiuntur in terra dominica, incipientis a Staphilo, et ut descendat directum. Alia apud eundem in Teatinis Episcopis : Sicut antiquis et justis limitibus terminatur, scilicet a Staphilo inter montes, etc. Ita tom. 5. pag. 848. 876. etc. Vim vocis ignorare sc fatetur Angelus a Nuee, in Notis ad Chronicon Casinense. Quædam de eodem vocabulo commentatus est Holstenius in Dissert. de Pila stuffilari, edita eum notis ad Stephanum, quæ, nescio, an omnibus arrideant.**

**STRAFILUM**, pro *Staphilum*, habetur, ni fallor, in Charta Langobardica in Chronico Beneventano S. Sophiæ pag. 573 : *A fue Venatoris per serra usque in Strafilo inter duo vora, etc. Pag. 383. habetur Strafilium.*

\* **STAPHYLOMA**, Passio uveæ tunicæ, in Gloss. ad Alex. Iatrosoph. MS. lib. 1. Passion. cap. 100 : *Bene fuit collirium cathamaximianum ad Staphylomata et dolores oculorum.... Ad Staphylomata enim et adypapias et mycephala fecit cum ovi liquore albo inunctum.*

**STAPIA**, Stapes, stapha, scala, qua in equos tollitur. Vetus Inscriptio a Wolphgango Lazio, et Hieron. Magio lib. 2. Miscell. c. 14. allata : *Dum virguncula placeve cuperein, pes hasit Stapiæ, et tractus interiit.*

Reens est hæc inscriptio quam uti veterem laudarum nonnulli Scripatores, ut pote quæ parentem agnoscat Franc. Columnam in Somnio Polyph. lib. 1. c. 19. ubi alias ex eadem officina congressit. Vide Menagiana tom. 4. pag. 83.

**STAPIO**. Fortunatus in Vita S. Rade Gundis e. 13 : *Accedens ad cellam S. Jumeris, dic uno, quo se ornabat felix Regina, composito sermone, ut loquar barbaro, Stapionem, camisas, manicas, cofeas, fibulas, cuncta auro ornata... saucto tradit altari.*

Mabillonius ad hunc locum sæc. 1. Bened. pag. 321. *Stapionem* interpretatur pedum ornamenta : nisi quis scribendum malit *Scapionem*, a Germanico *Scapapel* vitta, capitis redimiculum, quo regium diadema designaretur.

\* **STAPLA**, Mensa, ab Anglo-Saxon. *Staple*, fulcrum mensarium, ut videre est in *Stapula* 1. Hinc *Vendere ad Staplam*, est particulatim vendere, vulgo *En détail*. Arest. ann. 1351. 30. Apr. in vol. 2. arestor. parlam. Paris. : *Item præfatus dominus (de Hamo) nisus fuerat et voluerat habere fragium vinorum venditorum ad Staplam et in grosso; licet ipsi major et jurati sint in possessione et suisina vendendi libere vinum ad Staplam et in grosso.*

\* Aliud vero sonat vox Gallica *Staple*, Censum scilicet capitale, qui viritim exigebatur, inter Redit. comit. Namurc. ann.

1289. ex Reg. Cam. Comput. Insul. sign. *Le papier auxaysselles fol. 33. vº : Encor i a li cuens à Vedring rente, k'on apele do Staple de Vedring; si est chievaiges, et vaut par un entour xxv. sols. Vide supra Capitulum 1.*

† **STAPLE**. Vide infra in *Stapula* 1.

\* **STAPLERIUS**, Miles pedestris, ut opinor. Annal. Placent. ad ann. 1483. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 977 : *Manfredus ipse..... ausus est Placentiam intrare cum equis quadraginta, decem scorpionistis equestribus et octo Stapleriis ensibus ambidextis. (sic).*

\* **STAPLETUS**, Tapes. Comput. ann. 1434. ex Tabul. S. Petri Insul. : *Pro uno Stapleto ante sedem domini decani, decem solidos. Vide supra Stapellus.*

\* **STAPLUM**, Emporium, forum publicum, seu quod a mercatoribus domino fori penditur. Charta vetus ex Cod. reg. 10197. 2. 2. fol. 83. vº : *Guillelmus comes Hannoniæ tenet de duce..... thelonium, forum seu Staplum salis, piscium ac animalium. Vide Stapula 1.*

**STAPLUS**, Palatium, domus, ædes, ut quibusdam placet, ex Germanico *Stapel*, locus stabulandarum mercium : sic autem proprie vocabant ædificia tumultuario opere extructa, aliquot stipitibus innixa, quos Anglo-Saxones *staple* dicunt, ut mox docemus. Lcx Salica tit. 57. § 3 : *Si quis aristatonem, hoc est, Staplum super mortuum missum capulaverit, aut manducalium, quod est structura, sive sclave, qui est pouticulus, etc.... super hominem mortuum dejecerit, etc. Lex Ripuarior. tit. 33. § 1. de intertata re : Si autem extra regnum super 80. (noctes) ad Regis Staplum, vel ad eum locum, ubi mallus est, auctorem suum in presente habeat. Tit. 67. § 5 : Et cum 12. ad Staplum Regis... conjurare studeat. Tit. 75 : Si quis caballum, hominem, vel quamlibet rem in via propriserit, aut eum secutus fuerit, per tres marchas ipsum ostendat, et sic postea ad Regis Staplum ducat. Ubi Lindenbrogius et Baluzius monent in aliis Codd. legi *Stapillum, stufolium, stappolum, staffolum, et stapfolum.**

Ex variis hisce lectionibus conjicere licet *Staplum* æque a Germanico *Stapel* et *Staffel* deduci posse : quod postremum erectum, statutum, constitutum, statuum, itidem et gradum, tribunal, solum designat. *Staf, Staffel, gradus*, in Gloss. Teuton. Schilteri, ubi et *Staffalun, passibus*, et *Staph, passum*, ex Gl. Mons. laudatur. *Stuffel* præfert Eccardus, qui Cangiium in vocis *Staplus* interpretatione cum ex Lege Salica, tum ex Lege Ripuariorum errasse contendit : hic siquidem, ipso teste, *Staplus* gradum, tribunal sonat; in Lege vero Salica pro Statua honoraria sepulchro imposita usurpatur. Vide *Aristoto.* [\* Grim. Antiq. Jur. Germ. pag. 804.]

† **STAPRON**, Ventrale erassum. Comput. ann. 1425. apud Kennett. Antiquit. Ambrosd. pag. 576 : *Et in stipendio Katerinæ Colyns facientis mantaliu coquinæ hoc unno xx. den. et in datis eidem pro uno Stapron III. den.*

1. **STAPULA**, Emporium, forum publicum, in civitatibus præsertim maritimis constitutum, ubi merces extraneæ publice



distrahuntur: vulgo *Estaple*, a voce Latina *Stabulum*, ut quidam putant: seu, ut Kilianus et alii volunt, a Germanico *Stapelen*, quod in unum aliquod *concoerere* designat. Salmasius in Observat. ad Jus Atticum et Romanum, scribit *Stapen* exponi in veteri Lexico Saxonico-Latino *forum*: unde *facere stapum* vulgo dicimus, inquit, quod Græcis erat ἀγορὰν παρέχειν, Latine *commercium præbere*. Iisdem Anglo-Saxonibus *staple* et *stapelas*, fulcrum mensarum sonat, et *stapulas*, stipites idem dicunt: unde fortean foris ac nudinis publicis nomen inditum, ab apothecis, seu, ut nostri vocabant, *Stallis*, quæ in locis urbium, aut pagorum publicis tumultuario opere supra stipites erigebantur, quomodo de *Hallis* diximus. Boxhornius in Theatro Holland. pag. 100: *Stapula est jus, in quo potestas conceditur aliunde in vectis mercibus quasi manum inficiendi, ab instituto cursu retrahendi, ac denique ita sistendi, ut non prius, quam publico foro dividite ibi fuerint, alio transferantur. Ita autem dicitur a Stapelen, quod in unum aliquid concoerere designat, etc.* Ægidius de Roia ann. 1324: *Item Brugis Stapulam concessit omnium rerum, quæ apud Slusam applicarentur ex quacunque patria*. Henr. de Knyghton ann. 1352: *Ordinate sunt Stapule esse Londoniis*. Idem ann. 1363: *Ordinavit Stapulas lanarum esse apud Calisiam*. Eadem habet Thomas Walsinghamus. Cambdenus in Britannia, in Coritan. ait, Lincolnensem urbem ab *Edwardo III.* in *Stapulam*, quam vocant, i. in lanarum, coriorum, plumbi, etc. *emporium constitutum fuisse, etc.* [Chron. Angl. Th. Otterbourne pag. 176: *Hoc anno (1388.) fuit parlamentum tentum Cantabrigiæ, in quo multa sunt statuta, ... de Stapula revocanda de Middleburge ad Calisiam. Vide Stapella.*] [\* Mittermaier. Princip. Jur. Germ. § 574. Haltans. Glossar. German. voce *Niederlage*, col. 1417. et voce *Stapel*, col. 1730. sqq.]

† *STAPLE*, apud Elmham in Vita Henrici V. Reg. Angl. c. 108. pag. 295: *Cumque, post paucas et expeditas dietas, appropinquaret Calisiam (Henricus Rex) opidanos et mercatores suos ibidem de la Staple, in solempni festivoque apparatu... obvios habuit. Estappe*, in Consuet. Autiss. art. 148. locus ubi vinum venum exponitur. Vide *Estapula*.

† *STAPULE MAJOR*, Qui collegio *stapule*, seu mercatorum præest. Charta apud *Madox* in Formul. Anglic. pag. 20: *Radulphus Dodmer Miles, Major Stapule Westmonasterii ad recognitiones et debitorum in eadem Stapula accipiendas deputatus.... significo quod.... venerunt coram venerabili viro Thoma Seymer Milite, tunc Majore Stapule predictæ, ac Constabulario ejusdem, etc.*

Manet etiamnum in Picardia nostra oppido, ad Quantii fluvii ostia sito, *Stapularum* nomen, cujus meminit Lupus Ferrariensis Epist. 14. hodie *Estaples*, ex qua ortus Jacobus Faber Stapulensis, cujus elogium contextuere Molinæus in Repetit. Legis 7. D. de liberis et posthumis num. 70. et ad Consuet. Bononiensem, Thuanus lib. 16. et Scævola Sammarthaus in Elo-

giis virorum illust. Neque aliud est oppidum ab eo quod *Wicum*, et *Quentovicum* vocant Scriptores paulo superioris ævi, cui *emporii* perinde ac *portus* nomen tribuunt præ cæteris Annales Francorum Bertiniani ann. 842. et Vita S. Vandregesili pag. 387. tom. 3. Hist. Francor. Papiæ enim et aliis *Emporium* exponitur *locus supra mare, vel locus, ubi negotiatores exercentur*: adeo ut *stapule* et *emporium* idem sonent. Scio, quosdam id nominis Monasterio S. Judoci ad mare adscribere: sed non arridet eorum conjectura, quam alibi discutiendam reservamus.

SCRIPTUM DE STATU STAPULI, J. C. Anglis et Cowello lib. 3. Instit. tit. 22. § 6. est obligatio insinuata sive de recordo, quæ coram Majore stapuli in præsentia alterius duorum Constabulariorum recognita, et per eum sigillata. Cujus obligationis vi, si debitor in solutione defecerit, creditor auctoritate Prætoris corpus, terras, et bona ejus sibi usque ad satisfactionem arripit et detinet, modo infra limites stapuli ipse reperiat, vel bona ejus prehendi possint. Ejusmodi vero scriptum non modo inter mercatores, sed interdum inter omnes Regis subditos locum habet.

† 2. *STAPULA*, Instrumentum quoddam navi instruendæ necessarium: Angli *Staple* vocant quod Galli *Gache* dicunt. Charta Edwardi III. Regis Angl. ann. 1338. apud Rymer. tom. 5. pag. 6: *Tibi præcipimus quod tot pontes, cleias, bordas, ræccos, cordas, canevaciâ, Stupulas, antulos, clavos ferreos, dolia vacua, et alia quæ pro hujusmodi eskippamento equorum necessaria... in navibus poni facias.*

† *STAPULARIUM*, Series, ni fallor, stallorum sen sedium in choro. Obituar. MS. Eccl. Morin. fol. 44. vº: *Missam solemnem commemorattonis ejusdem B. M. Virginis quolibet die Lunæ... 1º. per vicarios presbyterum, diaconum et subdiaconum dextri lateris majoris Stapularii; 2º. per vicarios presbyterum, diaconum et subdiaconum minoris Stapularii dextri lateris; 3º. per vicarios presbyterum, diaconum et subdiaconum majoris Stapularii sinistri lateris, et 4º. per vicarios presbyterum, diaconum et subdiaconum minoris Stapularii ejusdem sinistri lateris vicissim celebrandam fundaris.*

\* *STAQUETA*. Vide supra *Staguetâ*.

*STARA*, *STARIVM*, *Sextarius*, *Sestier*. Charta ann. 1195. apud Ughellum tom. 7. pag. 1321: *Sex cuppas olei, et 4. salmas vini, et sex Staras grani, et sex Staras hordei, etc.* [Chron. Parmense ad ann. 1271. apud Murator. tom. 9. col. 785: *Et per Commune Parmæ solvebatur ducentibus blavam forestarium in Parmu ad vendendum XII. Imperiales de Stara frumentii.*]

*STARIVM*, Eadem notione. Tabularium Casauriense ann. 1159: *Insuper unam petiam de terra, in qua seminari possunt duo Staria frumentii*. Charta Caroli I. Regis Sicil. ann. 1277. apud Ughellum tom. 7. pag. 807: *De decima quoque olei, ... militaria 10. que sunt ad Starium Bari Staria 400. Nomina Potestatum Paduæ ann. 1258: Hoc anno... Starium frumentii valuit solidos 20. et ultra.* [Chron. Farf. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 420: *Casalis de Burro mo-*

*diorum xxxix. et Stariorum VII.* Occurrit præterea apud eumd. tom. 8. col. 277. 375. tom. 12. col. 1130. inter Probat. Hist. fam. de *Gondi* pag. 2. et in Statutis Vercell. lib. 3. fol. 57. *Stier*, in Statutis Lossens. art. 73.] Vide Vitam S. Zita Virginis Lucensis n. 5.

† Pro *Sextario*, mensura liquorum, occurrit in Chron. Astensi apud Murator. tom. 11. col. 163: *Starium unum vini (vendebatur) florenos duos auri*. Chron. Modoei. apud eumd. tom. 12. col. 1085: *In vegete Starium vini remanserat*. Statuta Vercell. lib. 1. fol. 15: *Starium unum boni et puri vini veteris, etc.*

† *STARIVM*, Eodem significatu. Chronic. Mutin. apud Murator. tom. 11. col. 99: *Mutinæ vendebatur Starium frumenti tribus libris Mutinensium*. Chronic. Estense ad ann. 1347. apud eundem tom. 15. col. 433: *Tunc temporis inter cetera Starium frumenti valuit in Ferraria sol. xxviii.* Johan. Demussis in Chron. Placent. ad ann. 1185. tom. 16. col. 456: *Starium frumenti pro denariis XIV, et Starius sicalis pro den. x. et Starius spelte pro den. v.*

*STARANI*. Otto Morena in Hist. Rerum Laudensium pag. 19: *Sequenti igitur festo SS. Gervasii et Protasii... ceperunt Mediolanenses Staranos de Pavia, qui Serechanum depredati fuerant, etc.* Ubi loci *Scaranos*, a *Scara* militari, legendum putat Felix Osius, ex MS. Cod. Mediolanensi. Vide *Scara* 3. et *Scarani*.

*STARARIA*. Vetus Charta apud Baron. ann. 1188: *De Capitaneis sit salvum urbi et populo Romano quid ab eis conventum est et permissum Romæ per scriptum et juramenta et plerarias, et Stararias ac præcones.* [Idem forte quod *Stantia* 2. Vide in hac voce.]

\* Locum integrum emenda ex eadem Charta, quam supra exhibemus in v. *Stalaria*.

*STARCIA*. Vide infra *Sitarchia* et *Starcia*.

† 1. *STARE*, *Esse*, permanere. Canones Hibern. cap. 9. apud Acher. tom. 9. Spicil. pag. 3: *Puer vero ab infantia ecclesiasticis ministeriis deditus usque ad vigesimum ætatis suæ annum lector sive exorcista Stet.* Caffari Annal. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 290: *Et civitas Stetit absque episcopo anuum unum.*

† *STARE* IN ARBITRIO ALICUJUS, recte diceretur deleta particula *in*. Oberti Cancellarii Annal. Genuens. ibid. col. 325: *Denum juraverunt Stare de guerra et pace, et de omnibus litibus in arbitrio predictorum Consulium.*

† *STARE* AD CRUCEM. Vide *Crucis Judicium*, in *Cruz*.

† *STARE PEDES*, ubi superfluum est *Pedes*. Vetus Ceremoniale MS. B. M. Deauratæ Tolos.: *Dominus Prelatus, aut ejus vices gerens accipit stolam preparatam a sacrista et ponit super collum et aquam benedictam in manu, ut moris est, et Stat pedes, et conventum curvatur.*

† *STARE RECTO*, vel *Ad rectum*, pro *Stare juri, Ster en droit*, in Statutis Lossens. ann. 1548. art. 11. Vide in *Rectum*.

\* *STARE AD JUSTITIAM*, *Juri stare*. Charta ann. circ. 1075. inter Probat. Hist. Sabol. pag. 335: *Unde institerunt Roberto,*



ut scilicet eis Staret ad justitiam de his quæ reclamabant.

\* STARE MALE, Dissidere, inimicitias inter se habere, Gall. *Etre mal avec quelqu'un*. Charta ann. 1196. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 169 : *Bernardus comes Convenarum.... Stabat male et guerriabat cum domo. Jordano de Insula, per demandamenta quæ faciebant inter se.*

† 2. STARE, Habitare, domicilium habere. Charta ann. 1405. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *In loco in quo maluerunt Stare sive stagium facere*. Chron. Parmense apud Murator. tom. 9. col. 772 : *Et multi propter famem cum familiis eorum recedebant de civitate, et ibant ad Standum alibi*. Hinc

STARE dicebantur tenentes, qui *resandisiam* debebant dominis suis, seu *stagium* : ex Charta ann. 1162. tom. 13. Spicilegii Acheriani pag. 314 : *Ego Joannes Martini dono corpus meum pro hominem, per me et per omnem meam posteritatem, tibi Girardo Rossilionensi Comiti, et omni tuæ posteritati in perpetuum, et convenio tibi, ut semper stem omnibus diebus vitæ meæ in villa de Malpas per stagem cum infantibus meis, quos ego melius voluero, etc.* [Regest. Campaniæ fol. 30. apud D. Brussel tom. 1. de Usu feud. pag. 125 : *Talis est consuetudo Musterioli, quod si guerra erga illud castellum emerit, omnes milites castellanæ venient illuc Stare.*] Vide *Stagium, Residentes et Remanentia*. Hinc

3. STARE, ESTARE, Domus, ubi quis stat, seu manet. Charta ann. 1095. apud Gariellum in Episcopis Magalonensibus pag. 89 : *Ac pro illa guerpitone dedit Episcopus Dalmatio unum Stare, quod ibi habebat*. Adde pag. 96. 169. Donatio propter nuptias facta a Guillelmo D. Montispessulani Mariæ Burgundæ uxori ann. 1156 : *Hoc autem factum est apud Montepessulanum in domo, seu Stari sancti Firmini*. Tabularium Episcopatus Uticensis ann. 1224 : *Nec etiam census Staris ipsorum de Uccitia persolvebant*. Occurrit ibi passim. Regestum Tolosanum ann. 1229 : *Datum apud Arausicam in Stari domini Episcopi*. *Staria, seu hospitia*, in Charta ann. 1316. apud Fantinum Castruicium in Historia Avenionensi tom. 1. pag. 164. [Charta ann. 1127. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 444 : *Ego Rolandus de Bisano absolvo... ipsam turrem de Biterri cum toto Stare quod pertinet ad ipsam turrem de Biterri, et cum toto Stare Lupeti de Biterri*. Alia ann. 1140. ibid. col. 491 : *Prædictum vero Guillelmus dabit idoneum Stare sacerdoti juxta ipsam ecclesiam*. Tabular. S. Andr. Avenion. ann. 1190 : *Decimam racemorum ipsis reddet et offeret ad Stare eorum de Perthus*. Charta ann. 1215 : *Damus vobis in augmentatum Staris vestri... totum illud spatium quod est inter murum novum et barrium vetus*. Adde *Histor. Dalph.* tom. 2. pag. 62. 63. etc.]

ESTARE. Charta Will. D. Montispessulani ann. 1103 : *Dono tibi Estare Constantii de Alest, ... Estare Augerii, etc.* Infra : *Et retineo omnes homines et feminas stantes in domibus illis ad faciendum, quæcumque voluero*. Charta Guillelmi filii Mathildis Ducissæ D. Montispessulani ann. 1185 :

*Et eorum unum est Estare, cum curia, et puteo, et arboribus*. Alia ejusdem Guillelmi ann. 1191 : *Cum munitionibus, domibus, Estaribus*. [Regest. Olim ann. 1312 : *En faisant, édifiaint, refusaint, ou rapareillaient issues, saillies,.... appentis, Estares, ou manuels aptuis.*] Vide infra *Starrum* 2.

† ESTAGA, Eadem notione. Charta ann. 1125. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 430 : *Donamus tibi Arnaldo Pelapol ad fevum et propter castellaniam, ipsam Estagan et ipsum mansum qui fuit Petri Raymundi Vacheta, in civitate Carcassona*.

† ESTAR, Eodem intellectu, in Charta ann. 1152. ibid. col. 539 : *Et mansus qui fuit de Geraldo de Nemauses, et totus ipse planus usque in via quæ pergit ad puteum, et totus ille planus qui est coram Estar de Raymundi Satgerii*.

4. STARE, pro Sextarius, in Chartis Italicis. Vide *Historiam Placentinam* libro 15. pag. 76. [et supra *Stara*.]

† STARELLUS, Sextarius. Charta ann. 1267. ex Tabular. S. Victoris Massil. : *Receptor hospitalis S. Andree de Pisis inter alia promittit reddere Priori ejusdem Sancti a S. Victore dependente, cupellas apum xl. Starellos grani xx*. Vide *Stara* et *Stare* 4.

STARIA. Charta Bonifilii Fulginatensis Episc. apud Ughellum : *In Staria et campo S. Martini modiola tres*. Vide *Staria*.

\* STARIOLUS, Sextarius, mensura frumentaria. Charta ann. 1249. inter Monum. eccl. Aquilej. cap. 74. col. 746 : *De frumento cec. l. modiales, et quinquaginta Stariolos*. Vide *Starellus*.

† STARIORA, Sextarius, enuntiatione Longobardica, in Charta ann. 1289. inter Probat. Hist. famil. de Gondi pag. 46 : *Quinquaginta duos Stariora et tres panora terræ posite in populo S. Laurentii de Campi*. Vide *Stara*.

\* Modus agri. Charta ann. 1108. apud Lam. in *Delic. erudit.* inter not. ad *Hodæpor.* Charit. part. 3. pag. 116 : *Integra quatuor Stariora terræ posita in monte, qui dicitur Monselleri*. Alia ann. 1120. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 1135 : *Una petia de terra cum vinea in superscripto loco S. Cassiano, quod est Stariora quadraginta, exceptis decem Starioris de eadem vinea*.

† 1. STARIUM, ut *Stare* 3. Charta Ordonii Reg. Navarræ æræ 950. apud Ant. de Yopez tom. 4. Chron. Ord. S. Bened. pag. 435 : *Cum omnibus suis bonis, et cum suo Stario integro, etc.* Vide *Starrum* 2.

2. STARIUM, STARIUS. Vide *Stara*.

† STARLINGUS, ut *Esterlingus*. Vide *ibi*.

\* STARNA, Acad. Crusc. *Uccello noto, la carne del quale è di grato sapore, Avis externa*. Stat. ant. Florent. lib. 3. cap. 177. ex Cod. reg. 4621 : *Nullus capiat cum rete vel laccinolo vel aliquo alio artificio aliquos columbos, vel Starnas, vel quales,.... exceptis Starnis, quales, quæ libere possint capi cum avibus et canibus de rete*.

† STARRE, ut *Starrum* 2. Vide in hac voce.

\* STARRENE vel SCARRENE, ALVUS sive fundus navis, ut videtur; unde fortassis pro *Carena*. Vide in hac voce. Contract. na-

viu. Massil. in Reg. Cam. Comput. ex Bibl. reg. sign. 8406. fol. 201. vº : *Mensura illius navis talis est, quod sit quatuordecim palmorum in Starreni, et octo palmorum et dimidium in cooperta*. Ubi in Reg. ejusd. Cam. sign. Noster fol. 287. rº. legitur *Sterreria*.

1. STARRUM, Chirographum, vel instrumentum, quo Judæi pactiones suas rerumque transactiones conficiebant, apocha, scriptura, charta, ejusmodi multa haberi Hebraice conscripta in arce Londoniensi hoc titulo observant Watsius et Spelmannus. [\* Notit. ann. 12. Edward. I. in Abbrev. Placit. pag. 276 : *Hoc recordum tangit solummodo placita Judeorum pro debitis suis et etiam Starra sua.... Leo filius Jacobi recuperavit Starrum suum, quod quietavit, quietum clamavit et perdonavit, etc.*]

2. STARRUM, Idem quod *Stare*, de quo supra, Domus, ædes, in Charta ann. 1215. apud Salvangium Boissium : *Et quod Starra ipsorum, et hominum suorum destruxerat, et eos inde expulerat*. Infra : *Prædictum Armandum ceperat, et eum de Starri suo expulerat*. [Vide *Starium* 1.]

1. STARTIA, STARCIA. Charta Roberti II. Principis Capnani anni 1156. in Sanctuario Capuano pag. 617 : *Hoc est, integram unam peciam terræ, quæ est Startia nostræ curiæ pertiuent, et appellatur ea Campus seu Startia de Majano, habetque hos fines, etc.* Alia Guillelmi Regis Siciliæ, ann. 1182. apud Ughellum : *Et sine aliquo servitio castrum illud, sicut prædictum est, cum Startia turris palatii teneat et cognoscat*. Apud eundem tom. 8. pag. 47 : *Starzia*. Adde tom. 6. pag. 643. et seqq. Charta Philippî Principis Tarentini anni 1313. post Hist. nostram Gallo-Byzantinam pag. 77 : *Cum civitatibus, villis, castris,.... juribus, territoriis, Starciis, et pertinentiis suis omnibus, etc.* [Vide *Stare* 3.]

\* 2. STARTIA, Beneficii ecclesiastici species, in Formul. MS. Instr. fol. 46. vº : *Ecclesias aut dignitates, et præbendas, beneficia et ferenda ac Startias, quæ in civitate et diocesi prædictis per cessionem, renunciationem vel mortem, vel alio quovis modo vacaverint in posterum, vel hactenus vacaverunt, quorum ad nos collatio, provisto seu electio quocumque spectat, personis ydoneis libere conferre possis*. Beneficia fortasse designantur firma et stabilia, quibus possessores privari non possunt.

\* STASTARITUS, In sequestro vel sub custodia positus. Pactum inter Pisan. et Arelat. ann. 1221. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 397 : *Si vero autem dubitetur utrum ille, cui dampnum illatum fuerit, sit de civitate Pisana,.... et hoc non probaverit, faciemus omnia supradicta infra quadraginta dies, postquam de hoc litteras sigillo Pisanæ civitatis a communi Pisano missas habuerimus, et quominus habeant fraudem non commitemus; et tunc res, quas invenerimus, retinebimus Stastaritos usque ad tres menses*. Vide infra *Stagimentum*.

1. STATARII, Qui alias *Stagiarii*, qui residentiam debent. Charta Aimerici Vicecomitis Castri-Airaldi ex Tabulario S. Dionysii de Valleta : *Circunquaque adjacentes*



homines, Statarios, si: e advenas, sive viatores, etc. [Vide in Stagium.]

2. **STATARI**, Alia notione, vide in Ce-reostata, et Stantareum.

**STATER**, **STATERUM** LUDUS. Vetus Schemda apud Canisium tom. 4. Antiq. Lection.: Qui cum coevo jamdicti Regis filio assidue luderet ludum Staterum, et semper obtineret, exitialis irae fomitem ministravit. Cum vero quadam die huic ludo operam dedisset, et filius Regis multoies victus esset, ira præruptus, Rochum filium Ducis super tempora percussit, ictum mortiferum secuta est mors. Incertum, qui fuerit hic ludus staterum, nisi scacorum, forte, atque ita legendum sit. [Vide Stagnus I.] Apud Will. Malmesburiensem in Vita S. Aldhelmi Episc. cap. 9: *Wintoniæ Prælati Daniel, qui esset ejusdem regionis oriundus, et Staterarum non egenus. i. nummorum, ex* ex Græco στατήρ.

† **STATERA**. Vide supra in Stater.

\* **STATERARE**, Ad stateram expendere. Arest. ann. 1410. 23. Dec. in vol. 11. arestor. parlam. Paris.: *Præceptois facto quatinus panes predictos Staterareni seu ponderarent.*

\* **STATGIA**, Domus, ubi quis stat, habitatio, cœnaculum. Anniv. S. Martialis. Lemovic. ex Cod. reg. 5137: *Ad anniversarium Helie de Magnania debentur decem solidi in Statgio corneira domus Johannis de Monprezet ad quadravium..... Ad anniversarium Rotgerii Malduit, quinque solidi in Statgis, quas sub muro S. Martialis comparavit.* Vide supra Stagia I.

† **STATHE**, Portus, navium statio. Charta ann. 1431. apud Rymer. tom. 10. pag. 488: *De quibuscumque portibus et Stathes Angliæ et Flandriæ, etc.* Pluries occurrit.

**STATICA**, **STATICUM**. Vide Scatz.

\* 1. **STATICA**, Præsidium militare, Gall. Garnison. Usatici Barcin. MSS. cap. 22: *Habeant (vassalli milites) castrum recuperatum, nisi senior habuit guerram, ad quam castrum habeat opus, aut Staticam in ipso castro.* Vide Stabilita 2.

\* 2. **STATICA**, Commoratio, domicilium. Consuet. Perpin. MSS. cap. 70: *Item nullus habetur nec defenditur sicut habitator Perpiniani, licet juraverit Staticam, nisi ibi egerit continuam residentiam.* Vide Stagia 2.

† **STATICULUM**. Vide infra Statunculum.

1. **STATIO**, Jejunium dicitur Scripto-ribus Ecclesiasticis. Isidorus lib. 6. Orig. cap. ult. sect. 66. et Rabanus lib. 2. de Institut. Cler. cap. 18: *Jejunium et Statio dicitur.* Glossæ Arabico-Lat.: *Statio, jejunium.* Atque ita pro quovis jejunio usurpant Cassianus lib. 5. de Cœnob. Instit. cap. 20. 24. Collat. 2. cap. 23. Collat. 21. cap. 29. Acta S. Fructuosi et socior. n. 3. etc. Hermes in Pastoral. lib. 3. cap. 5: *Respondi quoniam, Domine, Stationem habeo. Quid est, inquit, Statio? et dixi: Jejunium; et dixit: Quid est illud jejunium? Sicut solebam, inquam, sic jejunio.*

Alii distinguunt stationem a jejunio: *Jejunium enim, iidem Isidorus et Rabanus aiunt, est indifferenter cujuslibet diei abstinentia, non secundum Legem; sed secundum*

propriam voluntatem. Statio autem est observatio statutorum dierum, vel temporum: dierum, ut quartæ et sextæ feriæ jejunium ex veteri lege præceptum: temporum autem, ut jejunium quarti, quinti, septimi, et decimi mensis, et observatio Quadragesimæ, quæ in universo orbe institutione Apostolica observatur. Tertullianus lib. 2. ad uxorem: *Ut si Statio faciendâ est, maritus de die condicat ad balneas, si jejunia observanda sunt, maritus eadem die convivâ exerceat.* Idem contra Psychicos: *Arguunt nos, quod jejunia propria custodiamus, quod Stationes plerumque in vesperam producamus.* Et cap. 14. ejusdem libri: *Cur Stationibus quartam et sextam Sabbati dicamus, et jejunii Parasceven?* Ubi exerte Tertullianus stationem a jejunio distinguit, ostenditque stationem præscriptam a lege: jejunium ex mero arbitrio et propria devotione observatum. Exstant in Biblioth. Casinensi Auxilii Presbyteri Quæstiones Theologicæ, in quibus quærit: *Quid inter sit inter Stationem et jejunium.*

Cur autem Statio dictum sit jejunium indictum, docet Ambrosius Serm. 25: *Castra nobis sunt nostra jejunia, quæ nos a diabolica infestatione defendunt: denique Stationes vocantur, quod stantes et commorantes in eis inimicos insidiantes repellamus.* Isidorus loco citato: *Statio autem de militari exemplo nomen accepit pro eo, quod nulla lætitia obvientiis castris stationem militum rescindat: nam lætitia libentius, tristitia sollicitius administrat disciplinam. Unde et milites, nunquam innumeris sacramenti, magis stationibus parent.* Vide quæ Allatius observat de Missa Præsantificatorum pag. 1550. et 1570. ex Joan. Phurne et Math. Blastare.

**STATIO**, veteribus dictus Cœtus, sive conventus fidelium in Ecclesia, maxime is, qui dominico fiebat die, apud Tertullianum lib. de Corona militis: ita autem vocantur ejusmodi conventus, metaphora sumta a militibus, qui dum præsidium certo loco collocant, stationem facere dicuntur. Gregorius Nazianzen. orat. habita in Concilio CP: *Χαίρετε Νάζηραιον χοροστασίαι, ψαλμωδῶν ἀρμονίαι, ἤσαστε; πόνυχοι, παρθεῖων σεμνότης, etc.* Alia de voce Στασις vide in Glossar. med. Græcit. col. 1429.

Stationes præterea dicuntur Ecclesiæ, oratoria seu quævis loca, ubi processiones Ecclesiasticæ moram faciunt, in quibus orationes fiunt, aut decantantur Antiphonæ, vel denique sacrum Missæ Ministerium peragitur: ex quo processiones ipsas Stationes passim dictas observare est. Has primum omnium instituisse Cyrillum Patriarcham Alexand. scribit, nescio an ubique, Auctor Chronicæ Orientalis sub ann. 435. Solebant porro Christiani varias sibi deligere Basilicas, vel martyria, et in iis ad ipsa Martyrum sepulchra diebus Dominicis convenire, et sacrosancto Missæ sacrificio, quod celebrabatur, interesse, et Corpus Domini accipere, ut est apud Tertullianum lib. de Orat. Denique cum eo ex variis Basilicis Clerus procedens conveniret, si quid difficultatis proponendum videbatur, in eo conventu definiebatur. Unde interdum, eodem Tertulliano teste lib. de Junio, Stationes usque in vesperam produ-

cebantur. Atque hac notione Stationis vocem accipiendam censent viri docti apud Cyprian. Epist. 41. et 42. Joannes Diacon. lib. 3. Vitæ Gregorii M. cap. 18: *Stationes per Basilicas, vel Beatorum Martyrum cœmeteria, secundum quod hactenus plebs Romana quasi eo vivente certatim discurrat, sollicitè ordinavit: per quas et ipse simul discurrrens, dum adhuc eloqui prævaleret, 20. homilias Evangelii coram Ecclesia diverso tempore declaravit.* Nicolaus I. PP. Epist. 8: *Istius (Latinæ) dictione lingue Constantinopolitana Ecclesia lectionem Apostolicam et Evangelicam in Stationibus fertur primitus recitare.* Anastasius in S. Vitaliano PP: *Item dominico die fuit Statio ad sanctum Petrum, et post Missas celebratas, valescerunt sibi invicem Imperator et Pontifex, etc.* Guibertus lib. 3. de Vita sua cap. 7: *Feria secunda post Pascha procedere mortis est Clericos Stationem facturos apud S. Vincentium.* Anselmus Leod. cap. 69. in Wolbodo Episc.: *Stationes instituit, seu processiones, quæ ab universo communiter Clero civitatis ad majorem Ecclesiam fiunt.* Adde Synodum Pontigon. ann. 876. cap. 7. Hist. Translat. S. Sebastiani n. 53. 54. Vitam S. Joan. Reomagens. cap. 2. Lanfrancum in Decretis pro Ord. S. Bened. cap. 2. Anast. Bibl. in Vita S. Joan. Eleemosyn. n. 30. 79. Ordinem Romanum, Rupertum lib. 8. de Divin. Offic. cap. 2. Casarium lib. 1. Miracul. cap. 7. Durandum lib. 7. cap. 1. n. 20. 21. etc.

In ejusmodi porro stationibus deferebantur publice ministeria sacra, quorum usus erat in sacris Liturgiis. Anastasius in S. Hilario: *In urbe Roma constituit ministeriales, (nempe calices) qui circumiret Stationes.* Scyphum aureum pensant. lib. 8. Alii Codd. habent: *In urbe vero Roma constituit ministeria, quæ circumiret constitutas Stationes, scyphum autem stationum (al. stationarium) pens. lib. 8.* [Leg. Stationalem. Vide infra.] In Leone III. pag. 146: *Fecit vero communicales ex argento purissimo per singulas regiones, qui præcederet per Stationes per manus Acolytorum numero 20.* In Valentino II. pag. 166: *Fecit amas argentæ 6. quæ præcedunt per omnes Stationes.* Præfatio ad Libellum precum Marcellini et Faustini, de Felice PP: *Irrumpit in Urbem, et Stationem in Juli Basilica trans Tiberim dare præcipit.* Infra: *Per cœmeteria Martyrum Stationes sine Clericis celebrabat.*

† **STATIONALIS CRUX**, Quæ ad stationes deferebatur et super altare reponi solebat. Benedictus in Ordine Rom. apud Mabill. tom. 2. Musei Ital. pag. 124: *Principiter cum schola, et subdiaconi regionarii, et acolythi cum Cruce Stationali S. Petri.* Ibid. pag. 132: *Tunc subdiaconus regionarius levat Crucem Stationalem de altari, plane portans eam in manibus usque ad ecclesiam.* Stationales scyphi, qui scilicet per Acolyptos præferebantur in Stationibus, apud Anastasium in Hormisda. Vide supra.

**STATIONARI**, Stationem seu processionem peragere. Eckehardus Junior de Casibus S. Galli cap. 1: *Crastinam autem processionem ad mansionariam suam S. Crucis disponens Ecclesiam, in proximo prato Stationari jussit. Ibi de gradibus ligneis Esdras*



*Domini populum legem novam edocuit, etc.*

¶ 2. **STATIO**, Communio, seu ordo a communionem accepturis servandus. Ordo Rom. II. apud Mabill. tom. 2. Musei Ital. pag. 50 : *Deinde venit archidiaconus cum calice ad cornu altaris, et annunciat Stationem : et refuso parum in calicem de scypho inter manus acolythi, accedunt primum episcopi ad sedem, ut communicent de manu Pontificis secundum ordinem. Sed et presbyteri omnes ascendunt ut communicent ad altare.*

¶ 3. **STATIO**, Locus in Monasteriis educandis pueris destinatus. Vita B. Stephani Obazin. Abbat. apud Baluz. tom. 4. Miscell. pag. 157 : *Ejectus inde (e monasterio feminarum) ad Stationem puerorum in supradictam cellam directus est.*

4. **STATIO**, Idem quod *Stadium*, de qua voce supra. Sugerius lib. de Rebus in Administr. sua gestis cap. 12 : *Feodos vero, quos ex fisco proprio emimus, ad faciendum Stationes singulis annis per duos menses in eodem Castro Tauriaci, subter intitulari curavinus.* [Charta ann. 1223. ex Tabular. Corbeiensi : *Ego Girardus de Hilli debeo dom. Pinconii homagium et servicium ad custum suum et Stationem apud Pinconium per quatuor menses singulis annis cum uxore mea ad custum meum.* Vide *Status* 9.]

5. **STATIO**, Convivium, pastus, præbenda panis et vini. Charta Hugonis Episcopi Gratianopolit. ex Tabul. Eccl. Gratianop. : *In Ecclesiis B. Mariæ de Arvisio, et S. Johannis, et de deserto, retinui Stationem cum sociis sex a festivitatem Apostolorum Petri et Pauli, usque ul Assumptionem B. Mariæ.* Charta Willelmi Episc. Paris. ann. 1229. in M. Pastoralis lib. 20. Ch. 18 : *Ut pro carnibus singularum Stationum, quæ dicuntur Pastus, 12. librarum et 3. solidi a nobis... persolvantur.* Charta Odonis Episc. Parisiens. anno 1205. ibid. lib. 20. ch. 5 : *Concessimus eidem Capitulo in eodem festo Pentecostes Stationem unam de pane et vino, et carnibus porcinis, nobis et successoribus nostris perpetuo percipiendis.* Adde Ch. 102. et Chartam aliam Petri Episcopi ann. 1208. ibid. pag. 423 : *Nota, quod magna Statio panis valet 77. panes, et parva Statio valet 72. panes : item magna Statio pecuniæ valet 72. sol. 9. den. ob. et parva Statio valet 67. sol. 9. den. ob.* Necrologium Ecclesiæ Parisiensis : 6. Idus Januarii, eodem die obiit Theobaldus Parisiens. Episcopus, qui dedit nobis duas Stationes quatuor ferculorum, quarum una redditur ab Episcopo in Nativitate B. Mariæ, altera in die obitus ejus. 3. Id. Julii : *Obiit Odo Parisiensis Episcopus, in præsentem sepultus Ecclesia, qui dedit nobis Stationem panis, vini, et carniuum in festo Pentecostes reddendum.* Passim ibi.

¶ 6. **STATIO**, Minuti quidam Canoniorum reditus hac voce designantur, in Charta Mauricii Episcopi Paris. ex Tabul. S. Clodoaldi : *Postulavimus ut cujusdam purtis predicti beneficii panis et vini videret et quorundam minorum reddituum, quos Stationes vocant, caritatum etiam defunctorum pauperes clericos ejusdem ecclesie participes facerent.*

¶ 7. **STATIO**, Domus, ubi quis stat, habitat. Charta. Rodulfi Episc. Cabilon.

ann. 980. inter Instr. tom. 4. Gall. Christ. novæ edit. col. 226 : *Quam ab una parte claudit Statio mansionaria Oidolonis canonici.* Tabul. Montis Majoris : *Ublis autem unusquisque qui Stationem habet, et per se focum facit, circa Kal. Januarias ex debito persolvere debent.* Vide *Sure* 3. et *Stativa*.

8. **STATIO**, Tabulatum, nostris *Estage*. [Charta Ludovici Crassi Reg. Franc. ann. 1134. ex Tabul. Montis Mart. : *Domum præterea Guericci et Stationis et fenestras ibi constructas, etc.* Tabul. S. Martialis Lemovic. : *Dono et concedo Deo et S. Murtiali, et fratribus in hoc monasterio servientibus ad portam stercoris in domo quæ fuit Chardardi Pictavini quæ quinque Stationibus dividebatur, tres ex ipsis totas ex integro, hoc est inferius et superius, et duos solidos.] Epistola Balduini Imp. CP. de expugnata Constantinopoli : *Turris lignea evigilat super murum Stationibus tribus, aut quatuor, multitudinem continentibus armatorum.* Vide *Stadium* et *Tristega*.*

9. **STATIO**, Idem quod *Mutatio*, in leg. 36. et 65. Cod. Th. de Cursu publ. (8, 5.) et leg. 1. de Curios. (6, 29.) ubi Gothofredus.

**STATIONARIUS**, in Glossis Græco-Lat. dicitur, ἑπίσταθμος, ὁ τοῦ σταθμοῦ ἡγούμενος, ὁ ἡγούμενος τῆς μονῆς, *munceps* : qui scilicet in mansionibus equorum publicorum curam gerit. *Qui cursui publico præest*, in lege 1. Cod. Th. de Cursu publ. (8, 5.) Adde leg. 2. de Cohortal. (8, 4.) leg. 31. de Episc. (16, 2.) eodem Cod. ubi Jacob. Gothofred.

10. **STATIO**, Apotheca, *Boutique*. *Stationarius*, Apothecarius. S. Fulgentius Homil. 66 : *Temporalis medici Statio videtur esse defixa, ubi herbarum redolent medicamina, et in tectis curatioris inclusa revent ferramenta, etc.* Constitutiones Neapolitan. lib. 3. tit. 34. § 3. de Medico : *Non contrahat societatem cum confectionariis, nec recipiat aliquid ad expensas suas pro certa pretii quantitate, nec ipse etiam habeat propriam Stationem....* *Lucrabitur autem Stationarius de confectionibus suis secundum istum modum : de confectionibus et simplicibus medicinis, etc.* Mox : *Nec Stationes ejusmodi erunt ubique, sed in certis civitatibus per regnum.* [Regimina Paduæ ad annum 1272. apud Murator. tom. 8. col. 461 : *Facta fuit hoc anno domus communis Paduæ, quæ est juxta Stationes, ubi venduntur ferramenta.* Chron. Veron. ad ann. 1206. ibid. col. 623 : *Et tunc combusserunt domos illorum de Carcere, Stationes mercatorum, etc.* Statuta Mutin. rubr. 35. fol. 6. vº : *Statutum est pro publica et evidenti utilitate mercatorum communis Mutin. existentium in Stationibus palatii novi, quod dictæ Stationes debeant claudi, scilicet inter unam et aliam viam de muro unius quadrelli.]* Vide *Cujacium* lib. 2. Observat. cap. 40.

\* Pro notarii officina occurrit in Nov. 44 : *Scientibus (tabellionibus) quia si præter hæc aliquid egerint, cadent omnino iis quæ vocantur Stationibus.* Quod de tabellionum munere interpretatur ibi Gothofredus. [\*\* Vide Marin. Diplom. Papyr. ad num. 75. not. 9. et Massmanni *Libellum Aurilium* pag. 11.]

¶ 11. **STATIO**, pro Vivario piscium, in

Charta ann. 1057. apud Michelböc. tom. 2. Hist. Frising. pag. 516 : *Aquis, aquarumve decursibus, piscationibus, Stationibus, id est gistellis piscium, quos hiones dicimus.* Vide *Statua*, 1. *Stele* et *Steyle*.

\* 12. **STATIO**, Locus publicus, ubi mercatores merces suas venum exponunt, idem quod *Hala*. Charta ann. 1375. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 272 : *Quod ad monasterium prædictum (S. Dionysii) pertineret... omnimoda juridictio et justitia alta, media et bassa in campo sive terra, in qua ab antiquo est consuetum teneri et sedere inditum, et specialiter in logia sine Statione draperiorum villæ Paris.* Vide *Logium* 3.

¶ **STATIONALIS**, μόνιμος, in Gloss. Lat. Gr. Alia Græc. Lat. : *Μόνιμος, sedulus, efficius, Stationalis.* Vide in *Statio* 1.

¶ **STATIONARE**, ab Italico, ut videtur, *Stadiera*, *Statera*, verticulum, Gallis *Pesson*, vcl *Stazzonare*, tractare, Gall. *Manner* : dicitur de pane minoris, quam par est, ponderis; vel minus bene tractato et ficto, in Statutis Pallavic. lib. 2. cap. 63. fol. 124 : *Et qui contrafecerit solvat pro banno, ipso facto, pro quolibet pane et qualibet vice, denarios sex Imper. et perdat panem non repertum ad justum pondus et non bene Stationatum, distribuendum inter pauperes Christi.* Vide in *Stantia* 3.

¶ **STATIONARIA**. Vide in *Statio* 1.

\* **STATIONARIA**, Officina libraria. Stat. Univers. Tolos. ann. 1314. in Cod. reg. 422. fol. 49. rº : *Statuantur aliquæ certæ personæ sufficientes et discretæ, quæ videant pecius seu exemplaria, quæ tenentur in Stationariis vel in aliis locis pro libris scribendis vel faciendis.* Vide *mox*

\* **STATIONARIATUS**, Librarii officium. Stat. Univers. Aurel. ann. 1341. ex Cod. reg. 423. A. fol. 60. rº : *Cum secundum statuta et ordinationes nostras et universitatis nostre, quibus stationarius seu librarius ejusdem universitatis, antequam ad exercendum Stationariatus seu librariatus officium admitteretur, juraverit sacrosanctis Evangelis ob hoc tactis, quod ipse obediens rectori.* Vide *Stationarii* 3.

1. **STATIONARIUS**, Milites, apparitores, et officiales Præsidum, qui dispositi per provincias certis locis denunciabant magistratibus, quod ageretur. Horum mentio est in Cod. Th. et Justin. non semel, et in Append. Cod. Th. Constit. 14. Acta Numidarum Martyrum : *Tunc attentantur numerosis durisque cruciatibus per Stationarium justorum piorumque carnifices, adhibitis in auxilium crudelitatis ejus Centurionum et Cirtiensium magistratibus, hoc est diaboli sacerdotibus.* Passio S. Philippi Episcopi : *Hæc adhuc B. Philippo disserente, Aristemarus Stationarius civitatis advenit, ut Præsidis jussu impressis cera signis Ecclesias clauderet Christianis.*

SUPERSTATIONARIUS, apud Optatum lib. 1. extremo, qui *Stationarius* Præsidum præfectus erat.

2. **STATIONARIUS**, Idem, qui *Mansionarii*, seu *manentes*, de quibus suo loco. Tabularium Redonense apud Augustinum *du Pas* in Stemmat. Armoric. pag. 823 : *Dedi etiam eis pedagium et tunleum de omnibus, quæ vendiderint, vel emerint homines illorum Stationarii in mansura sua*



de Chamcriaco, etc. Historia Abbatiae Condomensis pag. 470 : *Construxit Ecclesiam, et 20. Stationarios vel eo amplius simul hereditavit, qui usu annotino 10. sol. in festivitate S. Joannis Bapt. censualiter redderent.* [Andreas Floriac. lib. 4. Mirac. S. Bened. MS : *Coram piissimi patris sistitur mausoleo servusque ei et Stationarius adscribitur perpetuus.*]

3. **STATIONARIUS**, Librorum venditores, Librarii, a stationibus, seu officinis librariis : Anglis a *Stationer*, quomodo appellabant mercium vilissimarum institores, qui in foro *stationes* habebant, ut notatum a Cujacio lib. 2. Obsv. cap. 40. Statutum Universitatis Parisiensis promulgatum ann. 1275 : *De Stationariis, sive Librariis : ut Stationarii, qui vulgo appellantur, sive Librarii... corporale praebant sacramentum, quod libros recipiendo venales, custodiendo, exponendo eosdem et vendendo,... fideliter et legitime se habebunt, etc.* Vide Statutum integrum apud Lambecium lib. 2. Comment. de Biblioth. Caesarea pag. 252. 257. Leges Alfonsinae parte 2. tit. 31. Lege II : *Estacionarios ha menester, que aya en todo estudio general, para ser cumplido, quae tegan en sus estaciones buenos libros e legibles, et verdaderos de testo e de glosa, que los lognen a los escolares para faser par ellos libros de nuevo, o para emendar los que tovierén escritos. Et tal tienda o estacion como esta, non la deve ninguno tener, sin otorgamiento del Rector del Estudio.* Statuta Synodalia Nicolai Gelant Episcopi Andegav. tom. II. Spicil. Acher. pag. 202 : *Ipsi et eorum quilibet infra primi anni Synodum S. Lucae scribi faciant in quaterno statuta eadem, quorum exemplar poni penes Joannem Benchies, vel alium Stationarium faciemus.* Ἐργαστήριον τοῦ καλλιγράφου, stationem librarii, vertit vetus Interpres Concilii VI. Oecumenici Act. 14. Vide Stationaria. [\*\* Consule Savin. Histor. Jur. Roman. med. temp. tom. 3. cap. 25. § 215. sqq.]

**STATIONARIUS**, quisvis Institores. Jo. Carmessonius in Vita S. Petri Thomasia cap. 3 : *Stationarii, clausis rerum venalium apothecis, sua mercimonia relinquentes ipsum audire summo studio affectabant.* [Chronic. Mutin. ad ann. 1329. apud Murator. tom. II. col. 119 : *Reliqui mercatores et Stationarii suas apothecas in ipsa civitate per spatium duorum mensium tenuerunt clausas.* Vita S. Antonii de Padua tom. 2. Jun. pag. 712 : *Sed et Stationarii, clausis rerum venalium apothecis, nihil omnino vendere praesumebant.*]

¶ 1. **STATIONARIUS**, Canonicus qui residentiam facit, aut facere debet. Vide in *Stadium*. Lambertus Ardensis apud Ludewig. tom. 8. Reliq. MSS. pag. 534 : *Cuilibet igitur canonico in villa conversanti et Stationario, circa forum, et circa novam ecclesiam mansum dedit et liberum concessit.* Charta ann. 1175. apud Miræum tom. I. pag. 711 : *Si quis canonicus Stationarius ad scholas perrexit, singularem praebendam quam a ceteris canonicis habet divisam, integram recipiat, nullum commune beneficium cum Stationariis participans.* Alia Stephani Tornac. Episc. ann. 1196. apud eumd. tom. 2. pag. 1197 : *Statuimus ergo, ut qui a*

*modo instituentur in ecclesia nostra canonici, et foranei potius quam mansionarii sive Stationarii esse vulerint, quatuor tantum marchas annuatim pro praebenda sua percipiant ... Si autem aliquis prius foraneus, postmodum vulerit esse Stationarius et assiduus, etc.* Vide in *Statio* 9.

2. **STATIONARIUS**, Subdiaconus dictus in Ecclesia Romana, qui, hebdomada sua in stationibus summo Pontifice Missam celebrante, Epistolam cantabat. Anastasius in Benedicto III. PP : *Apostolorum Epistole, ... quae a Subdiaconibus leguntur per cunctas Ecclesiarum stationes more solito.*

¶ **STATIONARIUS ACOLYTHUS** eadem de causa dicitur in Ord. Rom. 1. apud Mabill. tom. 2. Musei Ital. pag. 4 : *Unus autem ex acolythis Stationarius praecedit pedester equum Pontificis ; gestans sanctum chrisma manu in mappula involuta cum ampulla.*

**STATIONARIUS CANTOR**, in Charta Philippi Aug. ann. 1204. pro Ecclesia S. Aniani Aurelian. id est, qui residentiam facit : *Ut quilibet Ecclesiae Cantor Stationarius sit in claustro et assiduus, et officium Cantoris in Ecclesia exhibeat.*

**STATIOSE**, Diu, cum mora. Anastasius Bibl. in Gregorio IV : *Quamdiu ei placuerit ibidem Statioso immorari.*

¶ **STATIVA**, Domus, ubi quis stat, manet. Charta ann. 1153. inter Probat. tom. 2. novae Histor. Occitan. col. 545 : *Et si mei homines, quos naturales vocamus, de meis honoribus illic intraverint, vel illic mansionem fecerint, vel Stativam habuerint, servitium mihi impendant.* Vide *Statio* 7.

¶ 1. **STATIUM**, Sedile, sedes. Processus de sanct. et doct. S. Catharinae Senens. apud Marten. tom. 6. Ampl. Collect. col. 1321 : *Quandoque vero cum videt me lassam, sedet hic in Statio isto, et ego sedeo de mandato ejus ad pedes ejus.*

\* 2. **STATIUM**. Censur eccl. Reat. MSS : *Sancta Maria de Consanano (debet) medium Statium.... Ecclesia S. Rustici de valle Introducti cum capellis suis debet unum Statium.* Sed leg. *Starium*. Vide in *Stara*.

¶ **STATIUNCULUM**, diminut. a *Statio*, Apotheca, sedes ubi merces venum exponuntur. Charta Gilberti Abbatis S. Pauli Senon. ann. 1236 : *Assignavimus septem solidos dictae monetae (Paris.) in locatione Statiunculi nostri siti in atrio Senonensi in censiva domini Senonensis.*

**STATIVUS EQUUS**, quem alii Refractorium, nostri *Retif*, vocant. Wichbild Magdeb. art. 99 : *Vendat si unus equum alteri... garendare in eo tenetur, quod non sit Stativus, etc.* [\*\* Germ. stetig.]

**STATORES**, Apparitores, officiales Magistratum, vel quivis famuli, sic dicti, quod starent ad jussa parati, vel quod singuli in stationibus, quibus addicti erant, starent. Vetus Inscript. L. MARIO VERNIO. STATORI. PR. ALIA : *FORTUNATO STATORI AUGUSTORUM.* Petronius in Satyrico : *Quaedam foeminae sordibus calent, nec libidinem concitant, nisi aut servos viderint, aut Statores altius cinctos.* Acta S. Cypriani : *Venerunt ad eum Principes duo, unus Stator officii Galerii Maximi Proconsulis, etc.* Monachus Sangal. lib. 2. de Carol. M. cap. 15 : *Cumque prima die vel secunda inter reliquos Statores eum imperator curiosioribus*

*oculis intueretur, dixit ad filium : Cujus est iste puerulus? Quod cum factum fuisset deosculatum Serenissimus Augustus pusio-nem remisit ad stationem pristinam.* Orde-ricus Vital. lib. 12. pag. 356 : *Richardum filium suum cum 200. Militibus Radulpho de Guader suppetias misit, quibus Radulphum Rufum et Ruabodum de Abrincis audaces et industrios Statores constituit.* Vide Ciceronem lib. 2. Epist. famil. ult. Baron. ann. 261. n. 26. et quae de iis antonavimus ad Cinnamum.

¶ **STATORIUM**, pro *Seacarium*, ut videtur, in Indice MS. benefic. Eccles. Constant. fol. 41 : *Supra quibus debatis et litibus obtinuit contra ipsos dictus de Hamas, videlicet in assisiis regis de jure patronatum contra dom. de Leseaux et contra Regem in Statorio Paschali tento Cadomi anno nonagesimo secundo, in quo Statorio procurator Regis procuraverat hujusmodi causam advocari.*

1. **STATUA**. Lex Salica tit. 29. § 32 : *Si quis Statuam aut tremaculum, vel vertuolum de flumine furaverit, etc.* Ita in edit. Heroldi tit. 27. § 14. Ubi Wendelinus ait, *Statuam* hic appellari, quod Teutones *Staffet Stave* dicunt, contum scilicet, sive longurium, quo navicularii per paludes et flumina linternas suos propellunt : a *Stooten*, protrudere. *Stavam* praefere veteres codices quidam observant, [ut Pithæus in Gloss. Leg. Salicæ, ubi *Stavam*, genus majoris retis, nostris *Estave*, interpretatur.] [\*\* Confer *Statio*, II. et infra *Stele*.] Certe quidquid sit de etymo, constat, hanc vocem pro virga longiori usurpari in Speculo Saxonico lib. 3. art. 45. § 10. al. 8. in margine : *Acerus tritici, duodecim habens Statuas, quarum quaelibet per unum passum ab alia distet : et quaelibet Statua clavos contineat duodecim a se invicem distantes, in altitudine unius hominis stature usque ad humeros.* In textu virga habetur pro *Statua*, sic : *Duodecim vero virgarum cumulus tritici, ita ut virga una passuum distet ab alia.* [\*\* Germ. Rude. Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 675.] [Vide Acta SS. tom. I. Jun. pag. 869. col. 1.]

\* In Estensi Codice apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 288 : *Si quis Statuam (id est, retius) aut tremaculum, etc.* Rete ergo ibi significatur, ut interpretatus est Pithæus, quod nostri *Estave* vocant; unde eadem nomenclatura donatur Præstatio pro facultate ejusmodi retia tendendi, in Charta ann. 1343. ex Cod. reg. 8428. 3. fol. 67 : *Les bois, les segrayeries, les herbagés, les pasnages, rabatue la disme, xjc. liv. xvj. soulz. viij. den.... Les Estaves, vij. liv. x. soulz.*

¶ 2. **STATUA**, Columna. Epist. Imp. CP. ad Robertum Comit. Flandr. ann. 1095. apud Marten. tom. I. Anecd. col. 268 : *In ea (Constantinopoli) habentur pretiosissima reliquia Domini, id est Statua ad quam fuit ligatus, flagellum unde fuit flagellatus, etc.* Acta S. Wernheri tom. 2. April. pag. 717 : *Item quod idem venerabilis adolescens ab eisdem Judeis fuerit suspensus ad Statuam deorsum.* Adde tom. 6. Maii pag. 10.

¶ 3. **STATUA**, σταύρα, in Gloss. Lat.



Gr. et Græc. Lat. Emendat Vulcanius, *Statuta*, ἐσταπένα.

**STATUALIS**, Stupidus, instar statuae : hinc adagium : *Statua taciturnior*. Liber de Disciplina Scholarium, falso Boetio adscriptus cap. 6 : *Cum autem magistrantis dilectio ætate infrigidatos, Statualesque planeticos Scholastici introitus habuerit participes, si correctionis lima apud eos uti nequiverit sentio confectis arrendendum est, Statualibus ingemiscendum, planeticisque favoris simulacro est congaudendum.*

† **STATUALIS**, et **STATUARIUS CEREUS**, Qui ad *statuum* seu altitudinem alicujus effectus est. Mirac. S. Simonis Eremit. August. tom. 2. April. pag. 828 : *Et transfigerent arcam prædictam cum uno Statuali cereo*. Ibid. pag. 831 : *Ipsa duceret eum ad arcam dicti Beati, et dictam arcam transfigaret uno Statuario cereo*. Vide Statuarium 4.

† **STATUARE**, Statuere, præscribere. Acta ad Concil. Basil. apud Marten. tom. 8. Ampl. Collect. col. 383 : *Quin inmo ducti Romanorum episcopi quidam, ipsorum animos invadens cupiditas et avaritia inde foras expulsi, quam Christus in ecclesia tertio modo dicta plantaverat et Statuaverat, summani meritoriam paupertatem.*

† **STATUARIUM**, ut infra *Statutarii*, quomodo etiam forte legendum est. Constitut. Frederici Imper. in Litteris Ludovici X. Reg. Franc. tom. 1. Ordin. pag. 611 : *Potestates vero, consules, rectores, Statuarii, et scriptores ditorum statutorum, necnon consiliarii locorum ipsorum, et qui secundum statuta, vel consuetudines memoratas judicaverint, sint ex tunc, ipso jure infames*. Statuta Eccl. Æduensis apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 476 : *Item (excommunicamus) Statuarios, scriptores statutorum ipsorum, etc.* Statuta Eccl. Retinæ cap. 47 : *Excommunicamus... omnes et singulos Statuarios, consiliarios et officiales quoscumque qui condiderunt..... statuta contra ecclesiasticam libertatem*. Vide *Statutarii*.

1. **STATUARIUM**, *Conflatorium*, Papiæ MS. Perperam in edito *Statuarium*. Occurrit hæc vox nude in Gloss. Arabico-Lat. Vide *Statuarium*, 3.

2. **STATUARIUM**, Sepulcrum, monumentum mortuorum statuis adornatum. Ingulfus pag. 853 : *Ac ejus sacro corpore terræ illic inter multa alia Romana Statuaria commendato, spiritus ejus de presentis vitæ labore ad æternam requiem ascendit.*

3. **STATUARIUM**. Zachariæ cap. 11. v. 13 : *Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos : et dixit Dominus ad me : Projice illud ad Statuarium*. Ubi Græcus interpres, καθὲς ἀπόδος εἰς τὸ ἡγνευτήριον, ubi scilicet conflari statuæ solent. Vide *Statuarium*, 1.

4. **STATUARIUM**, *Candela*, *vel qua cingitur statua, et circumdatur vel crux, vel altare*. Ita Ugutio, et ex eo Will. Brito in Vocabulario MS. et Mamotrectus ad 2. Paralip. cap. 3. [Vita S. Stephani Obazin. lib. 3. cap. 25. apud Baluz. tom. 4. Miscell. pag. 200 : *Cum autem quadam die præfatus homo boves illos vacillari conspiceret, timens ne intra domum morerentur, præcepit uxori suæ ut ipsos longe proiceret, ne sua contagione animalia quæ necdum incurrerant*

*vitiarent. Cui illa respondit : Nequaquam, domine, hoc faciamus, sed potius Statuaria eis facientes, ceræque operientes, sancto patri Stephano diriganus. Potest enim, si voluerit, et istos salvare, et alios ab omni periculo immunes servare. Placuit viro prudentis consilium mulieris, ipsosque mox boves a frontibus et a tergo funibus circumducens, ceræque operiens, monasterio destinavit ad sancti sepulcrum arsum. Ubi de cereis ad mensuram seu staturam boum curandorum effectis, atque ad sepulcrum Sancti ejus opem inclamabant arsuris sermo est. Vide *Statualis cereus*.] Glossar. Lat. Gr. : *Statuarium, ὀρθοστάτης*. Gl. Gr. Lat. ὀρθοστάτης, *Statuarium*. Sed legendum videtur utrobique *Statarius*. Vide *Statarii* 2.*

† **STATUARIUS**. Vide *Statuarium* 4.  
† **STATUITIO**, Statutum, Edictum. Continuatio Chron. Andr. Danduli apud Murator. tom. 12. col. 419 : *Item hoc tempore idem dom. Dux monetant mezanitorum de novo fieri jussit, fecitque Statuitions, quod soldini amplius non fabricarentur*. Vide *Statutio*.

**STATUNCULUM**, **STATUNCULUS**, **PARVULA** statua. Gloss. Lat. MS. Reg. cod. 1013 : *Statuncula, idola. Staticulum, Plauto in Persa. Vita S. Concordii Mart. num. 8 : Et venientes satellites ad eum cum Statunculo Jovis, dixerunt :... Vel sacrificia Jovi, aut capitalem sententiam excipies*. Acta S. Sebastiani cap. 18. num. 65 : *Nisi quis Statunculis positus in eo loco... tharis exhibuisset incensum*. Cap. 20 : *Compellitur Martis Statunculo, quod iste stabat, tharis guttas incendere*. Utuntur præterea Tertullianus, Cyprianus, seu Auctor de Aleatoribus, Vita sancti Alexandri Mart. n. 2. Gerohus Reichersperg. in Syntag. de Henric. IV. cap. 9. Fragment. Petronii pag. 33. etc.

**STATUNCULAM** habent Gregor. Turon. lib. 1. Hist. Franc. cap. 5. et Acta S. Thyrsi cap. 6.

† **STATUNCULA**, in Actis S. Urbani PP. tom. 6. Maii pag. 13 : *Et Statunculam Jovis intuens dixit, Destruat te virtus Dei nostri*.

1. **STATURA**, Hominis altitudinis mensura, *la hauteur d'un homme*. Gloss. Lat. Gr. : *Statura, ἀνάστημα, μέγεθος σώματος, μήκος ἄλκίας*. Glossæ aliæ : *Statura, σώματος ἕσασις*. Anastasius in S. Hadriano sub finem, de Tiberi fluvio exundante : *Et per plateas, se extendens usque ad Pontem Antonini, ipsumque evertens murum, egressus in suo se iterum univit alveo, ita ut in via lata amplius quam duas Staturas ejusdem fluminis aqua excrevisset, etc.* Habetur eadem notio paulo ante. [\* Annalista Saxo apud Pertz. Scriptor. tom. 6. pag. 571 : *Ad primam usque cementarii Staturam murus ejusdem surrexit ecclesie*. Vide Glossar. med. Græcit. in Ἑλλάδα, col. 475.]

\* Sed et nude pro *Altitudo*. Constit. MSS. Petri III. reg. Aragon. ex Cod. reg. 4671 : *Habeat facere domunculam ipse Johannes habentem duodecim palmos de longitudine et sex de latitudine et duas cannas de Statura sive de altitudine*.

† 2. **STATURA**, Statua, imago. Testam. Guillelmi Narbon. Vicecom. ann. 1397. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1629 :

*In quibus siquidem tumulis faciendis, videret in nostro, de et super fiat Statua, seu imago lapidea similis corpori nostro, armata armis lapideis, et cum picturis... Rursus vero de et super dicto tumulo dictæ dominæ matris nostræ fiat, et fieri volumus et jubemus, alia Statua, sive imago lapidea similis corpori dictæ dominæ matris nostræ, et ad modum unius dominæ vidualis. In tumulis vero et Staturis prædictis nos testator prædictus fieri et depingi, ac apponi, ac affigi volumus arma et signa Narbonesii.*

† **STATURARIUM**, **STATURIUM**. Vide *Statuarium* 1. et 4.

**STATUROSUS**, Elegantis staturæ. S. Augustin. Ps. 33 : *Forte habes servum formosum, Staturosus, bene compositum*. [Vide *Statutus*.]

1. **STATUS**, *Statura*. Lactantius de Mortibus Persecut. n. 9 : *Erat etiam corpus moribus congruens, Statu celsus, caro ingens, etc.* Gregorius Turon. lib. 4. Hist. cap. 24 : *Celsus Patriciatus honore donavit, virum procerum Statu, in scapulis validum, lacerto robustum, etc.* Fredegarus in Chron. cap. 51 : *Formam stature meæ laudasti*. Alii codd. habent, *Status mei*. Idem cap. 65. de Heraclio Imp. : *Erat Status forma dignæ mensuræ*. Paulinus Natali 6. al. 7 :

Ergo (videte manum Christi) male pendulus ille  
Per tenebras solito funis summissor infra  
Aeris assuetum spatium pendeat, et inde  
E capitis regione pari libramine factus,  
Ut Status ejus erat, etc.

Lex Bajwar. tit. 1. cap. 11. § 1 : *Fiat tunica plumbea secundum Statum ejus, quod ipsa pensaverit, auri tantum donet, qui eum occidit*. Mon. Sangallensis lib. 1. cap. 19. de quodam Ep. : *Qui cum familiaritate illius animari copisset, in tantam progressus est proterviam, ut virgam auream incomparabilis Caroli, quam ad Statum suum fieri jussit, feriatis diebus vice baculi ferendam pro Episcopali ferula improvidus ambiret*. Versus in Althelmum, in libro Epistol. S. Bonifacii Archiep. Mogunt. Epist. 69 :

Statura spectabilis,  
Statu et forma agilis, etc.

2. **STATUS**, Hominis stantis species. S. Cyprianus ad Demetrianum : *Rectum te Deus fecit, et cum cætera animalia prona, et ad terram situ vergente depressa sint, tibi sublimis Status, et ad cælum atque ad Deum sursum vultus erectus est*. Victor in Theodosio : *Sic eminens Status, membra eadem, par caesaries, etc.* Petrus Damianus lib. 3. Ep. 8 : *Plerosque vidimus non modo sacri, sed et secularis ordinis viros, qui sic inter quælibet Ecclesiasticæ synaxis officia Status sui viribus sunt contenti, ut nec podio... dignentur inniti*. Hinc erigere aliquem in *Statum suum*. Aëlredus in Vita S. Edwardi Confess. num. 29 : *In obicem aliquem uno pede immoderatus impingens, pene lapsus incurrit : quem tamen alius recto gressu procedens, iterum in Statum suum, nihil injurie passum exiit*. Gregorius M. lib. 3. Dialog. cap. 25 : *Manumque ejus tenuit, et eam in Statum suum protinus exiit*. Gotselinus lib. de Miracul. S. Benedicti Cant. cap. 2 : *Eum solutis nervorum nexibus in Statum suum erigite*. Mox : *Nec mora in Statum suum erigitur*. [Estage, eadem notio, utitur le Roman d'Athis MS :



Il s'est levé en son Estage  
Pour mieulx veoir son heritage.]

† 3. STATUS, Regnum, imperium, ditto, nostris *Etat*. Litteræ Edwardi III. in Chron. Angl. Th. Otterbourne pag. 123 : *Quid ergo pro suo jure suaque securitate non licuit Regi, sui Status sui que populi periculum jam videnti, dicat qui noverit*. Jac. De Layto in Annal. Estens. ad ann. 1409. apud Murator. tom. 18. col. 1074 : *Nuntiatum amodo filium olim dom. Ottonis et Statum Parmæ ac Regii esse sub recomendis et protectione ipsius ducalis domini*.

4. STATUS, Curia, Comitatus, Aula Regia. Jacobus de Vitriaco lib. 3. pag. 1126. de Sapphadino : *Primo die recipit ipsos (Legatos Christianorum) in prima scala de Cayron, ubi semper est Status ejus*.

† 5. STATUS, Comitia generalia regni, vel provinciarum alicujus, Gall. *les Etats*. Prosper Sanctacrucius de civilibus Galliarum dissentionibus apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 1449 : *In communi totius Galliarum concilio, id Status vocant, quod ante indictum reperiebatur, ea de re transferri voluit tractationem, etc.* Quæ nomenclatura potissimum mansit penes Comitatus septem Provinciarum confederatarum. Charta ann. 1592. apud Rymer. tom. 16. pag. 152 : *Duo nullia peditum... et cæteros milites a Statibus Hollandiæ et Zelandiæ aliarumque Provinciarum unitarum mittendos, etc.* Eodem nomine designatur conventus hominum alicujus Communiæ, apud Kennett. Antiquit. Ambrosd. pag. 456 : *Die Dominica in festo sancti Andree Apostoli ann. 17. Edwardi III. omnis Status de Wrechwike elegerunt Hugonem Kyng ad officium præpositi, et juramentum suscepit*.

† 6. STATUS, Ordo. Charta ann. 1361 : *Per tres Status Concilii generalis Prælatorum, Baronum, Nobilium et Universitatum comitatum Provinciarum, et Forcalquerii nuper, ut dicitur, facti et ordinati, etc.* Charta ann. 1496. apud Rymer. tom. 12. pag. 598 : *Ratificatio pacis per tres Status de Caours*. Pag. 599 : *Ratificatio pacis per tres Status de Agennoys... absque infractione per dictas gentes trium Statuum*.

† 7. STATUS, Apparatus, comitatus, familia. Polyptychus Eccl. Vivar. : *Vidit... Hugonem Meruli qui erat vicarius, tenebat ita magnum Statum sicut unus Episcopus*. Charta ann. 1358. ex Chartul. Domus Dei Pontisar. : *La prieuise, freres et suers de l'ostel Dieu de Pontoise aient ladite Dame, ses gens et tout son Estat et mesnage gracieusement secourue*.

† 8. STATUS, Reditus, proventus, fiscus regius. Charta ann. 4. Henrici V. Regis, apud Madox in Formul. Anglic. pag. 68 : *Noverint universi... Johannem atte Stokke... relaxasse Ricardum Cheddere, hereditibus et assignatis suis imperpetuum, totum Statum suum quem habet... in omnibus clausis, pascuis et pasturis, cum pertinentiis in parochia de Cherchehull*. Charta ann. 1245. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 394 : *Percipiet 2000. marcas ad Statum nostrum*. Galli dicimus *Prendre sur l'Etat*.

\* Pensio quælibet, vel terræ portio alicui assignata. Charta Henr. V. reg. Angl. ex Cod. reg. 8387. 4. fol. 112. vº : *Concessimus præfato consanguineo nostro castrum,*

*villam, manerium et dominium de Lesparre,..... proviso semper quod si aliqua alia personæ ad tunc hubuerint uliquem Statum pro termino vite, vel unorum, seu in feodo talliato ex concessione nostra seu aliquorum progenitorum nostrorum in castro, villa, manerio et dominio predictis seu aliqui parcella eorundem, valent eodem Statu libere et pacifice uti et gaudere*. Hinc *Estat*, pro *Appointement*, in Stat. ann. 1373. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 660. art. 16 : *Nul n'aura Estat, se ce ne sont les capitaines ordonnez audit nombre de cent hommes d'armes, comme dessus, lesquelz auront chascun cent francs pour moys*.

9. STATUS, Sedes : *Statum facere, tenere, Sedere, morari*. Ethelwerdus lib. 4. cap. 3 : *Attamen oppressi lassatu desistunt pugnae barbari, et sterilem obtinent tunc victoriæ Statum*. Infra : *Hi tres Reges eorum cum immenso exercitu... ad cognominatum locum Grantanbrige, Statumque fecere ibi menses 12*. Mox : *Conjecit Statum communem cum occidentali exercitu juxta oppidum, quod Werham nuncupatur*. [Obituar. MS. Eccles. Morin. fol. 8 : *Item quilibet canonico residenti tenenti Statum, duo panes celarii, ponderis quilibet 2. unciarum et 5. estrelingorum*. Vide in *Stagium et Statio* 4.]

\* Idem quod *Stagium*. Charta ann. 1125. in Chartul. S. Dion. pag. 215. col. 1 : *Adam de Vilers de feodo apud Willers; et iste debet omni tempore vite sue Statum apud Villers*. Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 163. rº. col. 2. : *Galeranus... est homo regis ligius et debet exercitum et equitatum ad suum custum, et per annum Statum apud Mellentum*.

10. STATUS, pro *Stallo* Monachorum et Canonicorum in Ecclesia. Galbertus in Vita Caroli Com. Flandr. n. 72 : *Status simul et sedes fratrum dejectæ sunt*. Idem n. 98 : *Inter columnas quippe solarii specula et Status suos ex scriptorum aggeribus et cumulis scannorum prostituerant*. Stephanus Tornacensis Ep. 12 : *Assignetis ei Statum in choro, sicut habere solet, sedem in Capitulo, locum in refectorio*. Statutum de Installatione Canonicorum Bononiensium in Morinis : *Assigneturque sibi Status in choro secundum qualitatem et capacitatem recepti, et locus in Capitulo*.

\* *Stallorum series*, locus etiam ubi quis stat. Cerem. eccl. Carnot. scriptum paulo post annum 1193 : *Ipse incipiet hymnum et in quintum Statum portabit antiphonam ad Benedictus; mox revertetur ad Statum suum*. Rursus : *Duo canonici de majori Statu, etc. Incipitur primum Alleluia in grandi Statu. Duo in quinto Statu. Tertio Alleluia incepto, omnes clerici de primo, secundo, tertio et quarto Statu vadunt et exuunt capas suas*.

† 11. STATUS, Sedes, apotheca, Gall. *Etau*; idem quod *Stallum* 1. Charta Ludovici Crassi Reg. Fr. ann. 1134. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 61 : *Guillelmo Silvanectensi, cujus erat illius terræ vicaria, pro eadem vicaria Statum unum inter veteres Status carnificum... in commutationem dedimus*.

† IN STATU TENERE, Gall. *Tenir en Etat*, Curare, tueri, suis stipendiis servare. Charta Henrici III. Reg. Angl. ann. 1225.

apud Rymer. tom. 1. pag. 280 : *Et vobis mandamus rogantes quatinus illis inmorari non omitteratis, negotia nostra in Statu tenentes*. Index MS. Benefic. Eccles. Constant. fol. 51. vº : *In dicta parochia est quadam capella S. Andree. Rector tenet ipsum in Statu*.

\* 12. STATUS, Dilatio, induciæ; quod res in eo Statu, quo sunt, maneat : nostris *Estat*, eadem notione; unde *Securum Statum*, et nostri unica voce *Seurestat*, dixerunt Securitatem, qua coram iudice, vel etiam amicis, qui inter se inimicitias ob crimem aliquod perpetratum exercent, sibi invicem per certum temporis spatium de nihil faciundo fidejudent, adeo ut de suo Statu sint securi. Lit. remiss. ann. 1396. in Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 269 : *Pour laquelle chose ledit Tassin et ses amis se garderent, et y ot aucuns Estas prins par les amis de l'un de l'autre; et apres iceulx Estas failliz, etc.* Hinc *Tenir en Estat*, pro *En suspens*, in Lit. ann. 1380. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 489 : *Et par ainsi estoient leurs causes tenues en Estat*. Lit. remiss. ann. 1356. in Reg. 84. ch. 554 : *Cum propter quasdam dissensiones et riotas... inter ipsos Securum Status et assicuramentum dati fuissent, etc.* Aliæ ann. 1360. in Reg. 88. ch. 15 : *Après ce fu pris entre main d'amis certain Seurestat entre les parties jusques à certain temps;... quant ledit Seurestat fu finé et ledit temps passé, lesdites parties s'entretindrent et demourerent en guerre comme devant. Certaines treves et Seurestat furent bailliez entre les parties, ibid. in ch. 74. Aliæ ann. 1376. in Reg. 109. ch. 413 : *Pour occasion de plusieurs injures et villenies, qui fuies ont esté audit exposant... pardessus certain Seurestat, qui pris avoit esté entre eulx, etc.**

\* 13. STATUS, Honoris et dignitatis gradus, Gall. *Rang, dignité*. Testam. Joan. Fabri Carnot. episc. ann. 1390 : *Eos (executores) rogo intine, quod papiros, quas Vite soleo appellare, eidem domino Petro Solier, et non alteri, tradant, quod meæ facultates vulgarentur amplius, quod non expedit homini, qui Statum habuit in vita*. Galli dicereis : *Qui a eu un certain rang pendant sa vie*. Hinc viri dignitate insignis, *Homme d'Estat* nuncupatur, in Lit. remiss. ann. 1406. ex Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 111 : *Jehan du Vergier chevalier, homme d'honneur et d'Estat, et qui bien et loyalement a servi nous et nos prédecesseurs en nos guerres, etc.* Dicitur etiam de iis, qui habent domicilium et bona immobilia possident. Charta ann. 1410. in Reg. 165. ch. 80 : *Comme en icelle ville (de Paris) de tout temps ait en confrairie d'arbalétriers de gens d'Estat et mesnagers, etc.* Vide supra *Homo status et Statica* 2.

\* 14. STATUS, Ministerium, artificium. Arest. parlam. Paris. ann. 1416. 8. Aug. ex Bibl. S. Germ. Prat. : *Executores seu causam habentes defunctorum... non focum tenentium et aliarum gentium Status, in aliquo Statu seu artificio causa adiscendi servientium, etc.*

\* 15. STATUS. Comput. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 252. col. 2 : *Solverunt... pro uno tabulario Statorum*



empto... pro solaciando supra platheam, etc. Leg. Scacorum.

**STATUTARIUM**, Magistratus, qui statuta edunt, vel horum observationi invigilant, vel secundum ea judicia sua edunt. [Charta ann. 1208. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 390 : *Statutarii, qui pro tempore fuerint, hoc statutum et supradicta teneantur firmare et scribi facere in volumine statutorum Communis civitatis Ferrarie*. Statuta Genuens. lib. 1. cap. 8. fol. 15 : *Et teneatur dictus notarius sive Statutarius constitui et ordinari facere de predicta pecunia sex sacculos eosdem nobilium et duos eosdem popularium.*] Charta ann. 1322 : *Infra scripta statuta condita sunt per Dominos... jurisperitos electos per Statutarios*. Bulla Innocentii PP. data Lugduni, in M. Pastoralis Eccl. Parisiens. lib. 19. ch. 15 : *Excommunicatos nuncios... Statutarios et scriptores statutorum ipsorum*. Alia Bonifacii IX. PP. ann. 1391. apud Goldastum tom. 2. Constit. Imper. : *Potestates vero, Consules, Statutarii, et scriptores statutorum predictorum, nec non consiliarii locorum ipsorum, qui secundum Statuta et Consuetudines memoratas judicant, etc.* Adde Concilium Turonense anno 1236. can. 3. Biterrense ann. 1246. can. 18. Ravennense ann. 1286. can. 9. etc. [Vide Statuarii et Statutores.] [\* Savin. Histor. Jur. Rom. med. temp. tom. 3. cap. 21. § 68.]

† **STATUTERII**, Eodem significato, in Statutis Vercell. lib. 6. fol. 141 : *Et quod statutum... non possit deleri vel cancellori per credentiam, vel arengum, vel aliquos Statuterios.*

**STATUTARIUM**, Archivum, in quo reponuntur Statuta, seu acta publica. Innocentius IV. PP. in Epistola ad Potestates, etc. sub finem : *Quorum unum (Statutorum volumen) sit in Statutario communis cujuslibet civitatis, etc.*

\* **STATUTARIUS**. LEX STATUTARIA. Vide supra in Lex.

† **I. STATUTIO**, Statutum, Edictum. Charta Olibæ Comit. apud Acher. tom. 8. Spicil. pag. 267 : *Et facio Statutionem, et meos heres similiter faciat per omne tempus, ita quod tu et tuos successores habeatis semper et teneatis justitias de parrochia Pla de Curts*. Vide Statutio.

\* Pro jurisdictione juratorum communie usurpatur, in Charta ann. 1070. ex Chartul. S. Petri Gand. ch. 17 : *Statutiones, que plebeia lingua Keure vocantur, super quoslibet S. Petro adjacentes non agat*. Vide Chora.

\* **2. STATUTIO**, Assignatio, additio. Charta ann. 1238. ex Chartul. Campan. fol. 190. v. col. 1 : *Nos vero predictas assignationem et Statutionem laudavimus, concessimus et approbavimus.*

† **STATUTORES**, ut Statutarii. Statuta Arelat. MSS. art. 110 : *Statuta Arelatensia corrigantur, et fiant... per duodecim Statutores*. Statuta Eccl. Ambian. apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 1233 : *Sane Honorius Papa III. excommunicationis sententiam protulit contra Statutores, scriptores statutorum contra Ecclesie libertatem editorum.*

\* **STATUTUM**, mendose, ut videtur, pro *Stamum*. Vide supra in hac voce.

† **STATUTUM LOCALE**, Institutum, consuetudo recepta in loco, Gallis *Coutume locale*. Charta Bolkonis Ducis Slesie ann. 1336. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 559 : *Renunciantes... omni actioni, exceptioni... suffragio tam canonici, quam imperialis et civilis juris, municipalis, reformationis et Statuti localis seu consuetudinis, optime legum interpretis.*

\*\* **STATUTA MINUTA**. Chart. Senat. Hanover. ann. 1293. apud Grupen. in Histor. Hanover pag. 298 : *Et minuta Statuta civilia, que vulgariter Burkore, cujusmodi sunt mercedes fossorum et vigilum etc.* Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Burg-kaere*.

**STATUTUS**, Magnæ staturæ, apud Plautum in Rudente :

Recalvum ac Silenum senem, Statutum, ventriosum.

Vide *Staturosus*.

† **STATUUNCULA**. Vide *Statunculum*.

**STAVA**. Vide *Statua* 1.

† **STAVARIUS**, ὀρθοστάτης. Gloss. Lat. Græc. Leg. Statarius. Vide *Statuarium* 4.

\* **STAUDELLUM**, Fulcrum mensarium. Stat. synod. eccl. Castrens. ann. 1358. part. 2. ex Cod. reg. 1592. A. fol. 76. r.º : *Item dimittit unam tabulam cum Staudello et duabus mapis et duobus manutergiiis competentibus.*

† **STAVERA**, Qui jurato formulam sacramenti præscribit, vel dictat, a Belgico *Staven den eedt*, sacramentum dictare. Consuet. Furnenses ex Tabul. Audomar. : *Et si venerit et legitimum impedimentum ostenderit petendo sacrosancta et divisoem juramenti, hoc est, Stavera, stabit in placito suo, etc.*

† **1. STAULUS**, *Stallus*, sedes Canonicorum vel monachorum in choro Ecclesie, nostris *Stalle*. Charta ann. 1227. tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 120 : *Canonicorum eorum in choro nostro non habebit Staulum in ordine Personarum, sed habebit primum Staulum in ordine sacerdotum*. Vide *Stallum* 2.

† **STOLUS**, Eadem, ut videtur, notione. Statuta S. Martini Turon. ex Cod. MS. Sangerman. num. 1307 : *Debet autem (Rex) donare thesaurariam vel decanatum vacantem infra annum et canonico non de terra, sed de Stolo.*

**2. STAULUS**, *Stallum*, apotheca, forte ex Anglo-Saxonico, *Staple*, de quo supra in *Stapula* : Gallis, *Estal*. Libertates MSS. villæ S. Desiderii in Campania anno 1228 : *Nemini in villa S. Desiderii Staulos habere vel locare licebit, salvo supradictis Staulis*. Vide *Fenestra*, *Stallum* 1.

\* Charta ann. 1285. ex Tabul. S. Petri Carnot. : *Staulum situm Bruroliis in uero feodo pro anniversario dicti defuncti... concessi.*

† **STAULLUS**, Eodem significato. Gesta Guillelmi Episc. Cenoman. apud Mabillon. tom. 3. Analect. pag. 373 : *Ipse in claustrum Staullum comparavit, unde oleum illud reciperet, et residuum illius reddidit in alias majoris ecclesie necessitates poneretur.*

† **STAUPULUS**. Vide mox *Staupus*.

**STAUPUS**, et **STOUPUS**, Scyphus, crater, poculum, [mensura liquidorum,] Germanis *Stauf*. Kero Mon. in Gloss. : *Stoupus, ciphus certe mensuræ*. Vetus Glossar. Saxon.

apud Somnerum, s t a p u l, batis. Est autem butis vas, vel etiam vas potiorum. [\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 660. voce *Stauf, Stouf*.]

**STAUPUS**, in Charta Abbatis Laurisbam. apud Freherum in Orig. Palatinis : *Undecima vero luba villicationi attinet, quatenus inde 8. parapsides, 8. Staupi, unum mortarium, in Natali Domini, 40. quoque scutelle in Pascha fratris ministrentur*. [Chronicon ejusd. Abbatie pag. 179 : *Mensura potus ænea Staupus*. Charta apud Christianum tom. 2. Rerum Mogunt. pag. 534 : *In signum fraternitatis Staupum vini et panem album eidem exhibebimus, prebendam unius dici vel duorum*. Codex consualis MS. Irminonis Abbatis Sangerm. fol. 34. verso : *Solvit pullos III. ova xv. scindolas c. de sinapi plenum Staupum*. Hist. Novient. Monast. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1143 : *Abbas cellarium ingressus, mensuram potus æream inibi pendentem reperit. Cumque a cellario Staupum justitie fratrum esse cognovisset, statim arreptum lapidi inlisis, ac totum in partes comminuit.*] Tractatus de Conversione Boiorum et Carentanorum : *Servis autem Staupis deauratis propinare jussit*. Hinemarum Remensis Opusc. 50 : *Bibit quasi dimidium Staupum de vino*. Anastasius Bibl. in Nicolao I : *Calices argenteos duos, et Staupos argenteos duos, etc.*

† **STAUPUM**, Eadem notione, in Charta ann. 1222. tom. 2. Rer. Mogunt. pag. 668 : *Item qualibet die anni tocius Staupum vini.*

**STOUPUS**. Ephemerides Monasterii S. Galli. 3. Non. April. : *Ille instituit in S. die Pasche Staupum cum cifo et majori leibunculo*. 8. Id. April. : *In cujus anniversario datur minor Stoupus de Bulnea stupa retro muros*. Occurrit ibi 14. et 13. Kl. Maii, 5. Kl. Jul. 16. prid. Kl. Dec. et 5. Non. Decemb. et in Anniversariis Alamannicæ Ecclesie tom. 2. Alamann. Goldasti pag. 190. 191. 192. et 193.

**STOPIUS**, in Statutis antiquis Canonico-rum S. Quintini in Viromanduis : *Debet habere unusquisque privatus demi esteu de moreto, etc. Stopus vini, et ministri 17. Stopus vini*. [Consuetud. Eccl. Colon. ex Tabular. Atrebat. : *Cuilibet predictorum octo officiorum dantur 38. Stopi vini*. Ibidem : *Quando dyaconi et sacerdotes minuunt sanguinem, tunc unus Stopus vini melioris datur unicuique.*]

† **STOPA**, Eodem significato, apud Ludewig. tom. 1. Reliq. MSS. pag. 354 : *Nos Gevhardus nobilis de Quernuode... donavit et donavit domino abbati et conventui Monasterii in Eylwerstorph tynam musti xviii. Stopas capientem ex vinea, etc.* Busechius lib. 3. de Reformat. Monaster. cap. 44. pag. 945 : *Singuli capsam cum speciebus confectis, et Stopam vini pretiosi ei propinant.*

† **STOPELLUS**, diminut. a *Stopus*. Statuta Placentiæ lib. 6. fol. 67 : *Qualibet villa habeat unum statum ad minus et unum Stopellum ballatos bulla Communis : qui sextarius et Stopellus sint in custodia consulis illius ville.*

**STAUPULUS**, diminutivum a *staupus*, in Miraculis S. Valburgis Virg. lib. 2. cap. 5. apud Canisium et Stewartium usurpatur



pro *Cicindile*, aut lucerna ardente ante corpus S. Valburgis, quod esset in modum *stauipi*, seu crateris efficta : *Suan Stauipulus haud valens ferre injuriam, imo virginis, ad cujus pendebat sigarum memoriam, displicite se, in quo peadebat funiculo, iterum se dimisit iuferus.*

**STIPUS**, apud Papiam, dicitur *calix consecratus*. Sed an ejusdem originis, cujus *stauipus*, non ausim definire. Leg. forte *Scriptus*. [\*\* An pro *Scyphus*?]

† **STAUURACIN**, **STAUURACINUS**, **STAUURACIS**, **STAUURACIUM**. Vide in *Storax*.

† **STAUURAMENTUM**, Quidquid non ad vitæ duntaxat, sed et ad agrorum culturam, et prædii supellectilem, pertinet, idem quod *Iastaurum*. Vide in hac voce. Tabular. Cadomense : *Willelmus motum recepit in Staurameato, iv. boves, et xl. bidentes, etc.* Charta Guillelmi Episc. London. in Hist. Abbatiae S. Audoeni Rotomag. pag. 484 : *Si vero in obitu aostro aliquid de Stauramento predicto, vel de hiis, quæ ad culturam predictæ terræ necessaria erunt, quoniam de predictis abbate et monachis seminatam vel waretatam recepinus, in eisdem terris defuerit, de aliis catalis aostriis perficietur.* Charta ann. 1437. apud Rymer. tom. 10. pag. 678 : *Et specialiter pro vinis, ad numerum centum doliorum per annum, quæ ipse de partibus Aquitaniae pro Stauramento hospitii sui, venire fecit et faciet.* [\* Vide supra *Estoramentua*.] Hinc

† **STAUURARE**, Instruere, adornare, nostris *Estorer*. Anastasius in Hadriano apud Murator. tom. 3. pag. 195 : *Nam et ipse solertissimus præsul per diversos titulos, seu alias ecclesias, atque cunctas diaconias, et moasteria quaatacumque infra murum hujus Romaæ urbis, existat, divina inspiratione ignitus ex palleis idem Stauravit.* Charta ann. 3. Henrici Regis apud *Madox Formul. Anglic. pag. 144* : *Et cum v. quarteriis ordeï, v. quarteriis avearum, v. quarteriis pisarum ad Staurandum manerium predictum.* Charta ann. 1258. ex Cod. Colbert. 2591 : *Je Ams de Ramery... ai donné et otroïé pour une chapelerie Estorer, etc.* Vide *Staurum* et *Instaurare* in *Instaurum*.

**STAURIA**, *Cruce*. *Fratres de Stauria*, Iidem qui *Fratres crucis*. Vide in *Cruce*. Leges Opstalbonicæ cap. 20 : *Fratres ordiais Predicatorum, et Fratres Minores, et Fratres de Stauria, ... admittere* [decrevimus].

† **STAUROFERI**, Iidem qui mox *Staurophori*. Vide *Bajulus* 1.

† **STAUROFORIA**. Vide in *Staurophori*.

**STAUROPHORI**, Qui crucem in processionibus Ecclesiasticis portant, ex Græc. *σταυροφόροι*, nostris *Porte-croix*. Petrus Diaconus lib. 4. Chron. Casin. cap. 39 : *Postero die Pontifex misit in occursum ejus... Bajulus, Cereostatarios, Staurophoros, Aquiliferos, Leoniferos, etc.* [\* Papyrus Raven. apud Maium in Auctor. Classic. tom. 5. pag. 362 : *Domesticos aut commendatos ecclesiæ diverso sexu, Staurophoros, cophreas, stratores vel cunctam familiam S. Rav. ecclesiæ, etc.*] Gislebertus Monachus in Vita sancti Romani Abbat. Autisiod. cap. 7 : *Sicque (corpus S. Romani) inde levatum, et cum Staurophora, cereo-*

*stata, ... ad præfatum cæaobium deportatum est.* Perperam edit. *Staurophona*. [Rectius tom. 5. Maii pag. 156. editum a Bollandistis, *Cum Staurophoria et cereostata*.] Sic porro hoc loco intelligitur *Cruce ipsa delata*. Vide *Meursium*, [et *Gloss. med. Græcit.*]

**STAUROFORIA**, *Portatio Crucis*, in *Gloss. MSS.*

† **STAUROPHYLAX**, Gr. *σταυροφύλαξ*, *Crucis custos*, dignitas, in Ecclesia Jerosolymitana : eo etiam nomine interdum donatur Patriarcha Jerosolymorum. Vide *Custos Crucis*, in *Custos* 4. et *Gloss. med. Græcitas*.

**STAUURUM**, Quidquid ad vitæ necessaria conducit, Anglis *Store*. [Item, Quidquid ad agriculturam, vel ad prædii supellectilem pertinet, ut sunt animalia, pecora, servi, etc. Vide *Stauramentum*. Elmham. in Vita Henrici V. Regis Angl. cap. 68. pag. 195 : *Largifluae Cereis copiosa fertilitas, cuncta sua granaria infra urbem omni Stauuro spoliata perpendeat, etc.* Chron. Joh. Whethamstedii pag. 505 : *A dextra, aut in prædiis, aut ia graagtiis, aut alicubi alibi in Stauuro pro exhibitione vestra, etc.* Vita B. Edmundi Cantuar. Archiep. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1823 : *Ad hæc Archiepiscopus are alieno ad septem millia marcarum obligatus extitit, quem præterea quasi totaliter in Stauuro destitutum, et velut iaanem et vacuum reperit et recepit.*] *Statuta Hospitalis S. Juliani in Anglia* : *Item ad Festum S. Martini habebit leprosus quilibet porcum uaum de Stauuro communi.* Matth. Westmonaster. anno 1259 : *Viginti insuper et 5. libras dedit pro Stauuro ejusdem loci.* Idem ann. 1303. De obsessis, qui ut obsidentes fallerent, frumentum et carnes suas in hostium cuneos projecerant : *En quos sperabamus fame perisse, in ejectione Stauri sui, contrariua experimur.* Henr. de Knyghton ann. 1355 : *Si papa posset dispensare cum eis habere graaaria et cellaria pro Stauuro reservando, etc.* [Adde Kennett. in *Antiq. Ambrosd. pag. 571.* et *Madox* in *Formul. Anglic. pag. 427.*] Vide *Instaurua*, et *Restaurum*.

**STAUURUS**, *Cruce*, ex Græc. *σταυρός*. *Gloss. Ælfrici Anglo-Sax. : Cruce, vel Staurus : rod.*

† **STAUURARE**, f. Proponere, objicere. Charta ann. 1506. apud Ughellum tom. 1. Ital. sacræ col. 1362 : *Habebat in omnibus licentiam et firmissimam potestatem ia omni loco istud munimen osteadere et Stausare, agere, etc.* Leg. fortassis *Staasare*, ab Italico *Stanziare*, decernere, constituere.

\* **STAZONATICUM**, Præstatio pro *Stallo* seu *Statioae*, Ital. *Stazione*, in foris, mercatis et nudinis, idem quod *Stallagium*. Charta ann. 1228. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 32 : *Et de Stazonatico de foro S. Martini nil habeat episcopus et canonici.... Omnis foreastis, qui facit stationem in mercatis Ferrariae, et discarigat suum havere, non solvat ripaticum, sed Stazonaticum.* Vide supra *Statio* 12.

† **STE**. Vide supra *Sta*.

**STEBELARIUS**. Vide *Stabelarius*.

**STECARE**. Charta ann. 1287. in *Miracul. S. Ambrosii Senensis* : *Stando ante altare S. Ambrosii, fuit ita comoressa, et*

*Steccata, quod nullo modo poterat discedere.* Id est *fixa*, ex Italico *Stecca*, baculus, stipes, septum. Vide *Cruscanos*, *Menagium* et *Ferrarium* in *Orig. Ital.*

**STECHEUR**, ex Italico *Steccato*, Palus, repagulum, apud Petrum de Crescentiis lib. 10. cap. 26. Hinc

† **STECCLATA**, Palorum series, vallatio ex palis, locus palis circumseptus, Gallis *Estacade*. *Annal. Cæsenat. ad ann. 1305.* apud Murator. tom. 14. col. 1126 : *Obsedit civitatem Pistoriæ et fecit vallari circa Steccatis, etc.* Joh. Demussis in *Chron. Placent.* ad ann. 1358. apud eumd. tom. 16. col. 504 : *Et dum versus Papiam navigarent, iavenerunt prope Papiam totum navigium Papiæsum cum Pupieasibus armatum ac paratum ad resistendum, ad quæ Steccatam lignorum, quam dicti Papienses dicta occasioe fieri fecerant in dicto flumine Padi, etc.* Vide *Steleagarda*.

† **STECHATA**, **STECHATUM**, Eadem notione. Castellus in *Chron. Bergom.* ad ann. 1404. apud eumd. Murator. tom. 16. col. 948 : *Habeat infinitas Stechatas factas per eos Guelphos... Intraeruat in dictas Stechatas.* *Statuta Palavic. lib. 2. cap. 46. fol. 111* : *Statutum et ordinatum est quod nulla persoaa... præsumat de die vel de nocte, modo aliquo transire muros seu Stechata et fossatas terræ Buxeti, vel alterius castri.* *Chron. Parmense* ad ann. 1243. apud Murator. tom. 9. col. 768 : *Carcerati de Bononia, qui erant Parmæ, quia Commune Bononiæ aoluit observare pacta quæ juraverat de relaxando illos de Parma, quos in carcere tenebat, possit fuerunt in carceribus ia Stechatis lignorum in glarea Communis de Puteo Roseghelli apud murum Parmæ ad caelum serenum.* Vita Nicolai Laurentii : *Puoi fece steccoaiare lo palazzo de Campituglio, et chiuselo de lenname: e communnao, che le Steccata de li renchivostrî de li Baroni de Roma jessero per terra.*

\* **STECCLARIA**, Contextus ac series palorum, idem quod *Steccata*. *Formul. MSS. Senens. ann. 1414.* ex *Cod. reg. 4726. fol. 3. rº* : *Quod ædificium et molendinum... cum fretis, Steccariis, gorjis, etc.* Vide in *Steccare* et mox *Steco*.

† **STECCLIO**, vox Italica, Spina, vel festuca. Vita S. Francisci Fabrian. tom. 3. April. pag. 989 : *In auricula portavit Steccionem cum maxima pœna et dolore, et quod usque ad istud tempus aliquo reavedio et medicamento non potuit liberari, etc.*

† **STECHATA**, **STECHATUM**, **STECHEURUM**. Vide *Steccare*.

**STECHSWEIN**, Porci majores, in *Metropoli Salisburg.* tom. 3. pag. 49.

\* **STECO**, Palus, Ital. *Steccone*. *Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 121* : *Recurratur ad Stecoes sive palos lignorum, et unusquisque eorum sit lungus unius brachii, et ficatur in terra medietas ejus grossa, et alia pars acuta veniat extra terram, etc. et est locus satis fortificatus.* Vide in *Steccare*.

**STEDINGI**. Vide *Stadingi*.

\* **STEDIUM**, f. pro *Stabium*, Domus, mansio. *Bulla Anast. IV. PP. ann. 1153.* apud Murator. tom. 5. *Antiq. Ital. med. ævi col. 1023* : *Stedia, quæ adjucent castris*



*Godi, cum ecclesia Sanctæ Mariæ in Caldune.*  
Vide supra *Stadia*.

**STEMMA**, pro *Stemma*. *Chronicon Novalicense* lib. 5. cap. 8 : *Illustres secundum sanguinem, sed illustriores secundum Stigmata divina.* [Idem Chr. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 704 : *Dicitur autem in hoc monasterio prisco habuisse tempore monachum quemdam olitorem, nomine Waltharius nobili ortum Stemmate ac regali procreatum sanguine.*]

\* **STEHOHEN**, Palus. *Glossæ Cæsar.* Heisterbac. in *Reg. Prum.* tom. 1. *Hist. Trevir.* Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 669. col. 1 : *Curia de Denesbure et Hersmansbande adducunt palos, id est quod vulgariter dictum Stehohen, et peticas, Gerten, ad tunicam furni sepiendam.* [\**Stehen*, *Stare* et *Hoc*, Palus, de qua voce videndus Oberlin. in *Gloss. German.*]

† **STELAGIUM**. Vide mox in *Stele*.

\* **STELAREA**, Salictum, Gall. *Saussaie*. *Charta* ann. 1091. apud Murator. tom. 1. *Antiq. Ital. med. ævi* col. 419 : *Cum terris arabilibus adque gerbibus et buscaleis, sive silvis majoribus ac Stelareis, etc.* Vide supra *Stalarea*.

**STELE**, [f. *Retis* genus, vel *Pali* in fluvio dispositi ad capiendos pisces. Vide *Stellinus*.] *Charta Winemari Gandensis Castellani* in *Probat. Hist. Guinensis* pag. 66 : *Et unum mansum terræ inter Broelant et Gestlant, præter jus ad dicum, nec non et unum sach ad turvos et ad silvan, unum Stele in Falham ad pisces, in spiringa eandem piscandi potestatem quam illius loci dominus habet.* Vide *Statio*, II. Hinc forte

**STELAGUM**, in *Charta Henrici II. Reg. Angl.* pro *Abbatia S. Mariæ de Voto*.

† **STELENGARDA**, Locus palis circumseptus. Vide *Steccare*. *Jacobus De Layto* in *Annalib. Estens.* apud Murator. tom. 18. col. 991 : *Quo concesso et facto claustro sive Stelengarda super palea Ferrariæ inter palatium dom. Marchionis et episcopatum, Petrus primus mane introivit armatus, etc.* Vide *Stellata*.

† **STELGIÆ**, f. pro *Scailgæ*, vel *Scalivæ*, Lapidis scætes, quos *Ardoises* dicimus. Vide in his vocibus. *Hist. Monast. S. Laurentii Leod.* apud Marten. tom. 4. *Ampl. Collect.* col. 1120 : *Item, pro xc. m. Stelgiarum emtarum ad opus claustri, c. scuta antiqua.*

I. **STELLA**. SOCIETAS **STELLÆ**, Ordo Militaris institutus a Joanne Rege Franciæ ann. 1351. *Stellifera Congregatio Militaris*, in *Charta ejusdem Regis* 5. Jun. ann. 1356. Habetur apud *Carolum de Lelis* in *Familiis Neapolitanis* tom. 1. pag. 296. *Epitaphium Jacobi Bozzuti Militis* ann. 1358. ubi dicitur fuisse de *Societate Stelle illustris domini Joannis Regis Francorum, et Collateralis Consiliarius Ludovici Ducis Duracii*.

Descripsit vir doctissimus Lucas Acherius, ex *Schedis Herouvallianis*, tom. 10. *Spicilegii* pag. 215. litteras Joannis Regis hujusce ordinis Militaris primam institutionem continentem, ubi Militum vestes et annuli describuntur : quibus adjungenda videntur ad ubertorem ejusdem Ordinis Historiam, quæ in hanc rem scripta leguntur in *Computo Stephani de la Fontaine*

*Argentarii Regis, incipiente a 1. Julii, et desinente in 4. Febr. seq. :*

*Pour 46. aunes d'escarlate vermeille de Broisselles et de S. Omer, pour faire habits de l'Estoille pour M. le Dauphin et ceux de sa Compagnie, et aussi pour M. Charles d'Artois, etc.* *Pour 2. marbres bruns des Cours de Broisselles, pour faire cotes hardies fourrées d'aigneus et houces à chevaucher en estat d'escuierie pour Nosseigneurs qui furent faits Chevaliers à la Feste de l'Estoille : c'est assavoir, Messeigneurs Jean et Philippe de France, Loys de Bourbon, Philippe, et Loys de Navarre et Charles d'Artois, etc.*

*Pour 3. pieces et demie de fin velluyau en grainne pour faire un sarcot, un mantel à parer et un chapperon fourré d'ermine pour le Roy à la Feste de l'Estoille, etc.*

*Est assavoir que l'Oratoire dessus fait pour cause de la noble Maison, etc.* 2. *draps d'or et demy pour faire les encourtnemens de la noble maison pour cause de ladite Feste de l'Estoille.*

8. *pieces de cendaux azurez pour les semer de Fleurs de lys d'or de Bateure à parer et mettre sur le daiz du Roy en ladite noble Maison pour cause de ladite Feste de l'Estoille.*

*Pour faire et ouvrir les 3. estoilles de Broudeure qui furent mis et assises en la courte pointe, ciel et cheveciel de ladite chambre.*

*Pour faire et ouvrir de bateure 3. grans nues d'argent et dedens chacune nue une estoile pour parer et mettre sur le daiz du Roy le jour de ladite Feste de l'Estoille.*

*Pour faire et forger une estoile d'or sans pierrerie, et un anel d'or à l'estoille que le Roy luy donna (au D. d'Orleans.)*

*Pour faire et forger une estoile d'or sans pierrerie et un anel d'or à l'estoille, ouquel son nom estoit esmaillé (au C. d'Anjou.)*

*Pour faire et forger du commandement du Roy un anelet d'or à l'estoille pour le vieil Dauphin, ouquel anel estoit son nom esmaillé.*

*Pour faire et forger du commandement dudit Seigneur 6. estoilles d'argent dorées pour esdits Grand Maistre d'Hostel, et pour les cinq Chambellans 6. anneaux d'or à l'estoille par commandement dudit Seigneur.*

*Pour faire et forger pour Mons. de S. Venant et pour les 4. Chambellans de M. le Dauphin, et par son commandement pour chacun un anel d'or à l'estoille.*

*Pour une estoile de brodeure faite et ouvrée du commandement de Mons. Robert de Lorris, fait à l'Argentier de la volenté du Roy, pour le vieil Dauphin Patriarche de Iherusalem.*

*Pour faire habits pour l'estat de l'Estoille audit Mons. d'Andresel et à Mess. Jean de Clermont Chambellans du Roy.*

*Pour une coustepointe pour un de nos Seigneurs fils du Roy, qui furent Chevaliers à la noble Feste.*

In *Computo* incipiente 1. Jan. ann. 1352. et finiente in 1. Maii ann. 1353 : *Pour deniers payez aux valets Coustepointiers qui firent et tendirent au commandement du Roy les encourtnemens mis et tendus à S. Ouin en la noble Maison, pour cause de la Feste de l'Estoille, faite illec ou mois de Janvier l'an 351.*

**STELLE FESTUM**, Dies Epiphaniæ, in Co-

dice MS. S. Victoris Paris. Locum vide in *Septuagesima*. Quo quidem die celebratur officium, quod *Officium stelle* appellatur apud Joannem Episcopum Abrinc. de Offic. Eccl. pag. 30. Sic vero describitur in *Ordinario MS. Ecclesiæ Rotomagensis* : ex quo etiam habuit Joan. Prevotius, qui illud edidit post Joannem Abrincensem : *Officium Regum trium, secundum usum Rotomag. Die Epiphaniæ, Tertia cantata, tres de majori sede more Regum induti, et debent esse scripti in tabula. Ex tribus partibus ante altare convenient cum suis famulis portantibus Regum oblationes, induti tunicis et amictis. Et debent esse de secunda sede scripti in tabula ad placitum scriptoris. Ex tribus Regibus medius ab oriente veniens, stellam cum baculo ostendens, dicat alteri, Stella fulgore nimio. Secundus Rex a dextra parte respondeat, Quæ Regem Regum. Tertius Rex a sinistra parte dicat, Quem venturum olim. Tunc Magi ante altare se osculentur, et simul cantent, Eamus ergo, et inquiramus. Hoc finito, Cantor incipiat Responsorium, Magi veniunt. Et moveatur processio, Vers. Cum natus. Sequatur aliud Responsorium, si necesse fuerit, Interrogabat Magos. Processio in navi Ecclesiæ constituta, stationem faciat. Dum autem processio navem Ecclesiæ intrare cæpit, corona ante Crucem pendens in modum stelle accendatur, et Magi stellam ostendentes, ad imaginem S. M. super altare crucis prius positam cantantes pergant, Ecce stella in Oriente. Hoc finito, duo de majori sede cum Dalmaticis ex utraque ataris parte stantes, suaviter respondeant, Nos sumus, quos cernitis. Tunc duo Dalmatici aperientes cortinam, dicant, Ecce puer adest. Tunc procedentes Reges ad terram simul, salutent puerum, ita dicentes, Salve Princeps sæculorum. Tunc unus a suo famulo aurum accipiat, et dicat, Suscipe, Rex, aurum, et offerat. Secundus ita dicat, et offerat, Tolle thus, tu vere. Tertius ita dicat, et offerat, Myrrham, signum sepulchræ. Interim fiant oblationes a clero et populo, et dividatur oblatio predictis Canonicis. Tunc Magis orantibus, et quasi somno sopitis, quidam puer alba indutus, quasi Angelus, illis ante altare dicat, Impleta sunt omnia quæ Prophetiæ, etc. Hoc finito, Cantor incipiat ad introitum Chori Responsorium, Tria sunt munera, Vers. Salutis nostræ auctor. Ad Missam tres Reges Chorum regant, qui Kyrie Fons pietatis, Alleluia, Sanctus, et Agnus festive cantent. Officium, Ecce adventus. Ps. Deus judicium tuum, Kyrie, et Gloria, festive, Oratio, Deus qui hodierna die. Si Archiepiscopus cantaverit, commune pro Dom. Papa, et pro Rege tantum; sin autem, nulla mentio fiat. Epistola, Surge, illumina. Prædicti famuli cantent Responsorium, Omnes de Saba. Vers. Surge illumina, Alleluia. Vers. Vidimus stellam. Sequitur Epiphania Domini, etc. De hac vero stella, quæ nato Domino a Magis visa est, vide Theodorum Tharsensem Episcopum lib. 5. Contra factum cap. 53. et Isidorum Pelusiot. lib. 1. *Epist.* 377. 378.*

\* Pium ejusmodi spectaculum refert Gualv. de la Flamma ann. 1336. apud Murator. tom. 12. *Script. Ital.* : *Fuerunt coronati tres reges in equis magnis, vallati do-*



*micellis, vestiti variis, cum somariis multis et familia magna nimis. Et fuit Stella aurea discurrens per aerem, quæ præcedebat istos tres reges. Et pervenerunt ad columnas S. Laurentii, ubi erat rex Herodes effigiatus cum scribis et sapientibus. Et visi sunt interrogare regem Herodem.... Quo audit isti tres reges coronati aureis coronis, tenentes in manibus scyphos aureos cum auro, thure et myrrha, præcedente Stella per aerem, cum somariis et mirabili famulatu, clangentibus tubis et buccinis præeuntibus, simiis, babyinis et diversis generibus animalium, cum mirabili populorum tumultu, pervenerunt ad ecclesiam S. Eustorgii; ubi in latere altaris majoris erat præsepium cum bove et asino, et in præsepio erat Christus parvulus in brachiis Virginis nutris; et isti reges obtulerunt Christo munera. Deinde visi sunt dormire, et Angelus alatus eis dixit, quod non redirent per contratum S. Laurentii, sed per portum Romanum; quod et factum fuit.*

\* **STELLE SOCIETAS**, Turma equestris, de qua Bouincont. in Annal. ad ann. 1379. apud Murator. tom. 2. Script. Ital. col. 33: *Dum hæc in regno Neapolitano agitantur, Bernabeus... quatuor millia equitum, quos Stelle societatem appellabant, in agrum Genuesem immisserat.*

**STELLE APPARITIO**, Vesper, solis occasus. Fori Oscenses Jacobi I. Regis Aragon. ann. 1247. fol. 12: *Debet venire cum suis testibus valituris ad locum illum assignatum, et debet ibi stare simul cum aliis probis hominibus, donec Stella appareat, etc.*

† **STELLA GROSSA DE SERO**, Eadem notione. Chron. Parmense apud Murator. tom. 9. col. 765: *Et ibi prælium arduum fait inter ipsos partes, incepto summo mane, et duravit usque ad primum somnum, ita quod Stella grossa de sero jam fuerat tramontata.*

**STELLA JUNIOR**, Agrimensuris, est Decussis conduplicatus diductusque: junior vero stella dicta, quasi ab ipsis mensuris condita, adeoque post cæteras stellas nata. Caius et Theodosius: *Stellam juniorem super picatos palos consecravimus, etc.* Idem Caius: *Et signatim ut inveniantur pali ipsi Stellam consecravimus, et ipsa Stella junior nomine vocatur.*

† **2. STELLA**, vulgo *Estelle*, in Ecclesiis quid sit aperte docet Rituale Suevion. apud Marten. de Divinis Officiis pag. 497: *Funiculus insuper a cupite asque ad pedes ecclesie protendatur, in quo circulus quidam ferreus habens 7. cereos super ostium sepulcri in altum dependeat. Circulus autem iste, qui et Stella a nobis nuncupatur, verum tuciferum, qui mane resurrexit, designat. Statuta MSS. Eccl. Anic. ann. 1410: *Matricularius omni die Matutinis, Missæ et Vesperis ad pulsandum campunas chori, Stellam illuminandum... teneatur interesse.* Vide supra in *Stellæ festum*.*

† **3. STELLA**. *Stellæ* dicuntur bacilli quibus alligatur crus post rupturam consolidandum. Mirac. B. Henrici Baucen. tom. 2. Jun. pag. 391: *Dum curreret supra quemdam equum, cecidit equus taliter, quod tibi dextra in ipso casu confracta fuit, et os ipsius tibie ultro confractum fuit. Et dum ligatus esset per quemdam medicum cum Stellis et aliis opportunis, etc.*

\* **4. STELLA**, Machina lignis duobus transversis constans. Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 171: *Navigiam cum Stella habente saxa ligata, incidantur runcula sive fulce, ut ruant super hostium navigia, causa frangendi ea.*

\* **5. STELLA**, Piscis genus. Vide supra *Glaucus*.

† **1. STELLARE**, Stellis micare. Symmachus lib. 3. Epist. 11: *Oratio verborum Stellatur auro. Nostri Esteler, pro ad instar stellæ fulgere dixerunt. Le Roman de la Rose MS:*

Biau fu le char à quatre roes,  
D'or et de pierres Estelés.

† **2. STELLARE**, Alia notione. Memoriale Potestatum Regiens. ad ann. 1247. apud Murator. tom. 8. col. 1115: *Parmenses et omnes milites et populares armata manu exierunt de Parma, et per forciuum cazaverunt Imperatorem de Victorio, et omnes suos milites et pedites; et multi fuerunt ibi mortui et vulnerati, et totum curriculum Cremonensium ibi Stellaverunt et destruxerunt et in Parmam duxerunt. Leg. forte Steccaverunt, id est in frusta conciderunt. Stecca enim Italis frustum ligni sonat: nisi malis Strabucaverant. Vide infra *Strabucare*.*

**1. STELLARIA**, STELLATA, STELLATOR. Ugitio: *A sterno, hæc stellata, i. mare, vel purpura: unde Stellaria, navis marina, vel via in mari, vel via in celo quæ ducit nautas, vel purpura quæ per mare fertur, vel vestis ex purpura: et stellariæ, marinus, vel purpureus, et Stellator, compositor navis marinæ, vel purpureæ vestis, sive regularum stellarum. Vide Papiam in *Silartaria*.*

**2. STELLARIA**, [ut supra *Stalaria*. Vide in hac voce. Charta ann. 1097. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 82: *Has autem massaritias cum omnibus earum pertinentiis, cum... pratis, pascuis, silvis, hac (sic) Stellariis, etc.*] Vetus Charta apud Puricellum in Monumentis Ambrosianæ Basilicæ pag. 360: *Cum... silvis, castaneis, roboreis, ac Stellariis cum areis earum, pascuis, etc.*

**STELLARII**, et *Stelliferi Hospitalarii*, dicti fratres seu Milites Ordinis Teutonici, in veteri Chronico laudato a Bohuslao Balbino in Epitome Rerum Bohemicar. pag. 270. quod ii deferant stellam rubram supra crucem, ex statuto Innocentii IV. Papæ.

† **STELLATA**, Palus, repagulum. Jacobus De Layto in Annal. Estens. apud Murator. tom. 18. col. 1023: *Et fuit refortificatus passus optimis Stellatis, et ponte, atque armatis navigiis. Hinc*

† **STELLATA**, pro Vallatio ex palis, locus palis circumseptus, in Chron. Estensi ad ann. 1332. apud eundem tom. 15. col. 393: *Ferrarienses armata manu et cum navilio iverunt Consandalam, quia cives Argentæ acceperant catenas Stellatæ Consandoli (sic) et combusserunt aliquam partem dictæ Stellatæ et certu molendina. Infra: Tunc gentes legati habuerunt Stellatam cum aliis fortalitiis. Vide *Steccare*, *Stelengarda* et *Stellonata*.*

\* Stat. Mantuæ lib. 1. cap. 41. ex Cod.

reg. 4620: *Quia jam pluries est compertum per officiales et custodes ipsorum carcerum, in damnum et jacturam creditorum, ad quorum postulationem sunt carcerati,.... curce-ratos inter bastas non detineri, nec in Stellatas; sed extra dictam Stellatam, licet intra ostia, sive foris dictorum carcerum: ... ideo statuimus et ordinamus, quod dicti custodes teneantur et debeant dictos carceratos inclasos tenere inter bastas vel Stellatam, et non alibi. Vide mox *Stellum*.*

† **STELLATA CAMERA**, vulgo *Chamber des Estoies*, Jurisdictio apud Westmonasterium, a loco stellis ornato ubi sedebant Judices sic dicta, quæ abolita est ann. 1641. sub Carolo I. Rege Angl. Vide *Blount* in *Nomolog. Anglic.*

\* **STELLATICUS PANNUS**, Segmentis in modum Stellæ positus distinctus. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7679: *Pannarii... vendunt pannos albos,.... virides, Stellaticos, radiatos, estanfordios, etc.*

**STELLATURA**. Vide *Stillatura*.

**STELLATUS**, Qui stallum habet, Mercator qui in stullo, merces suas venum exponit. Bracton. lib. 4. Tract. 1. cap. 46: *Dividatur dietu in tres partes, prima pars matutina detur euntibus versus mercatum, secunda vero detur ad emendum et vendendum, quæ quidem sufficere debet omnibus, nisi forte sint mercatores Stellati, qui merces deposuerint et exposuerint venales, etc.* Vide *Stallati*.

† **STELLIATA**, Sepimentum, clausura, ut videtur, Gall. *Cloison*. Charta Radulfi Abb. de Viconia ann. 1206. ex Tabul. S. Quintini in Insula: *Vaccariam quoque quæ in curte S. Quintini est, duabus Stellatiis ampliari et lateribus tegere debemus. Vide *Stellata*, et *Stellonatu*.*

\* *Malim Intertignium*, Gall. *Travée*; quod ligna transversim et decussatim ponantur.

† **STELLIFERI**. Vide *Stelligeri*.

**STELLIFICARE**, in Divorum numerum referre, stellis et astris inserere. Ericus Upsaliensis lib. 4. Hist. Suevicæ pag. 139: *Cujus imitatione Pellipurii Alenanni in Suecia Stellificati, et inter Divos et Coelites relati etiam magnificabant fibrius in donativis.*

**STELLIGERI**, STELLIFERI, Nomen factionis Basiliæ in Helvetia, cui opposita *Psittacorum* factio. Albertus Argentiniensis ann. 1218: *Erat autem in illis diebus partialitus inter nobiles Basilienses, hodieque durans inter Psittacos et Stelligeros, quæ ex eo sumpsit originem. Cum olim Milites Basilienses ad torneamenta, hastiladia, vel parlamenta alia cum multitidine egredierentur, et dicerentur, Qui sunt isti? tum dicebatur, Scolarii et Monachi Basilienses, qui erant excellentiores. De quo alii commoti, consilio habito, fecerunt vexillum albæ stellæ magne in rubeo campo, quod in torneamentis et alibi efferebant: sub quo signo erant progenies de Eptingen, etc. Alii vero fecerunt viridem psittacum in albo campo, etc. Adde Annales Colmarienses ann. 1271. Historia Landgraviorum Thuringiæ cap. 119. anno D. 1372: *Surrexit una societas, nominantes se Stelligeros, et portaverunt stellas: quorum Capitaneus principalis erat Dux Otto Brunsvicensis, et adhuc tres alii.**



*Illi enim numero quasi duo millia de Rheno, de Hassia, de Westphalia, de Saxonia, de Buchovia, ac Franconia compromiserunt et juraverunt se velle mutuo defendere, et potenter resistere tam principibus, quam aliis nobilibus ubique constitutis, etc.* Vide supra in *Stellarii*.

† **STELLIGUS**, Unciæ pars vigesima, nostris *Estelin*. Comput. ann. 1245. ex Bibl. Reg. : *Pro duabus charneriis ad justas in quibus fuerunt positi, XIII. Stelligi de auro v. s. Testam. Gaudefridi du Plessis ann. 1332. ex Tabul. B. M. de Bono-Nuntio Aurelian. : Tres scyphi argentei immetallati, ponderis quinque marcharum, septem unciarum et duorum Stelligorum.* Vide *Esterlingus*.

**STELLINGA**, Nithardus lib. 4. Hist. de Lothario Imp. : *Hinc etiam in Saxoniam misit Frilingis Lazzibusque, quorum infinita multitudo est, promittens si secum sentirent, ut legem quam antecessores sui tempore quo idolorum cultores erant, habuerant, eandem illis deinceps habendam concederet : qua supra modum cupidum nomen novum sibi, id est, Stellinga imposuerunt, et in unum conglobati, dominis e regno pene pulsus, more antiquo, qua quisque volebat lege vivebant. Infra : Ludovicus etenim seditiosos, qui se uti præfatum est, Stellinga nominaverant, nobiliter, legali tamen cæde persecuit. Rursum : Eodem tempore Stellinga in Saxonia contra dominos suos rebellavit. Vox formata forte ex *Stel*, Kiliano, vetus, vetustus, et *Ling* filius, (uti in *Adalungus* docuimus,) quod *Stellingæ* leges et mores antiquos affectarent. [\* Confer *Stallo* et *Nötgestallo* apud Graff. in Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 674.]*

\* **STELLINGUS**, Monetæ spccics. Charta Radul. episc. Virdun. ex Chartul. Campan. fol. 219. col. 2 : *Debuimus eidem Juvenali mille septingentas et viginti marchas bonorum novorum et legalium Stellingorum, scilicet tredecim solidis et quatuor Stellingis pro qualibet marcha computandis.* Vide supra *Esterlingus*.

† 1. **STELLINUS**, ut *Esterlingus*. Vide in hac voce, et infra *Sterlinus*. Charta Juhelli de Meduana ann. 1189. apud Marten tom. 1. Ampl. Collect. col. 982 : *Et decimam Stellinorum meorum in Anglia (reddo) sicut temporibus antecessorum meorum diu habuerant, etc.*

\* 2. **STELLINUS**, Unciæ pars vigesima, nostris *Estelin*. Necrol. eccl. Paris. MS : *Dedit ipsa domina (Margareta de Rupe-Guidonis) ad usum dictarum missurarum unum calicem cum una patena, duas buretas, unam pacem, totum de argento deaurato, ponderis trium marcarum cum dinidio, et tribus onciis et septem Stellinis.* Vide *Esterlingus* et *Stelligus*.

† **STELLIO**, dicitur qui animo inconstans et varius est verbo vel facto. Vocabul. utriusque juris.

† **STELLIONATOR**, ἐπιθέρης, in Gloss. Lat. Gr. Alia Gr. Lat. : ἐπιθέρης, *Impostor, Stellionator.*

† 1. **STELLIONATUS**. Crimen *Stellionatus* nomen sumsit a quodam animali reptili, quod dicitur *Stellio*, et est quasi simile serpenti, et *Stellionatum* animal dicitur, quod ex diversis coloribus pictum, sicut cœlum stellis.

Joan. Berberius in Vitorio utriusque juris. Ulpianus lib. 3 : *Stellionatum objici posse his, qui dolo aliquid fecerunt, sciendum est, scilicet, si aliud crimen non sit, quod objiciatur : quod enim in privatis iudiciis est de dolo actio, hoc in criminibus Stellionatus persecutio. Ubi cumque igitur titulus criminis deficit, illic Stellionatum objiciemus.*

\* 2. **STELLIONATUS**, Sortilegium. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521 : *Stellionatus, maleficium, Gall. Envoutement.*

† **STELLONATA**, Sepimentum, seu vallatio ex palis. Statuta Montis Regal. fol. 198 : *Et quæcumque persona quæ de Stellonata aliquid acciperet, seu capi faceret per se vel per alium, vel murum seu Stellonatum dictæ civitatis, cum scalis seu scaglione, vel alio modo transiret, solvat bannum de die solidos 60. de nocte vero solidos 100. pro quolibet et qualibet vice.* Vide *Stellata* et *Stelliata*.

\* **STELLUM**, *Palium*, locus palis circumseptus. Stat. Avenion. ann. 1243. cap. 81. ex Cod. reg. 4659 : *Faciant æquari Stellum a portali Pertusii usque ad portale Briancioni, nec postea aliquis reponat ibi ligna, vel audeat locum illum aliter impedire.* Charta ann. 1232. ibid. : *In loco, qui dicitur Stellum, prope portale novum Pertusi.* Epist. ann. 1251. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 497 : *Fovea inter urbem Laude et castrum effecta est totaliter per nostrates, et vallata est Stello et congruis betifredis.* Vide supra *Stellata*.

† **STELLUTIA**, *Stellula*. Sebast. Perusinus in Vita B. Columbæ Reatinæ tom. 5. Maii pag. 325\* : *Stellutias argenteas cum sex acutis radiis capitibus disciplinæ inseruit.* [\* *Italis, Stellazza.*]

† **STELTA**, pro *Idiomate*, lingua vel stilo : si tamen mendose non scribitur, ut monet Spelmanus, in Charta Edgari pro Eccl. Eliensi : *Quæ etiam nostra usitata sermocinatione describi mandavimus, hæc eadem Stelta, quæ possit in auribus vulgi sonare.*

**STELZIA**, *Gralla*, vel baculus cui quis innititur, German. *Stelze*. Capitula ad Legem Alamannor. cap. 27. edit. Baluzii : *Si quis alteri pedem truncaverit, solvat sol. 40. Et si mancat, solvat sol. 20. Et si foris villa ambulare poterit, et in campo suo cum Stelzia ambulare poterit, solvat sol. 25. etc.* [\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 678. vide *Stelza*.]

† 1. **STEMA**, Pœna reis inflictæ, vel jus eam infligendi. Vide *Estemu* 1.

† 2. **STEMA**, pro *Stemma*. Tabular. Landevenc. : *Quædam mulier indolis moribus Stemate regaliu orta, nomine Winurgant. Pluries ibi. Vide Cocteria.*

† 3. **STEMA**, pro *Scema*, ni fallor. Vide in hac voce prima notione. Charta Caroli Calvi in Bibl. Reg. ex Cod. Colbert. 5080 : *Sed etiam nosmetipsos debemus qui nos et prædecessores nostros Imperatores et Reges nullo nostro merito, sed sua benignissima gratia regium in Stema evehere dignatus est.*

1. **STEMMA**, pro *Schema*, scu σχῆμα, non semel usurpat Ordericus Vitalis. *Monachile Stemma*, lib. 4. pag. 543. Vide *Scema*, 1.

† 2. **STEMMA**, α, Generis series. Charta electionis Johannis in Abbatem S. Pontii

ann. 1004. ex Schedis Peiresc. : *Eligimus hunc monachum nomine Joannem, vultu decorum, illustrem sensu, Stemma sublimem, moribus insignem, etc.*

† 3. **STEMMA**. Charta ann. 1156. apud Ludewig. tom. 4. Reliq. MSS. pag. 202 : *Si servus ecclesiæ occiderit conservum suum, Stemma ex integro ecclesiæ restituitur, etc. de subsequenti vero emendatione duæ partes ad ecclesiam, tertia ad advocatum pertinebit. Si de ceteris quispiam servum ecclesiæ occiderit, restitutio (leg. restitutum) itidem Stemmate, subsequentis compositionis duæ partes sunt advocati, tertia ecclesiæ. Id est, ni fallor, restituito alio servo, etc.*

† 4. **STEMMA**, a Gr. στέμμα, Corona, diadema. Translat. S. Sebastiani, etc. sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 406 : *A Stemmate usque subuculam cultu reguli exuti (Ludovicus Pius et ejus uxor) uterque Martyri inibi reposerunt. Occurrit præterea tom. 1. April. pag. 65. tom. 3. Maii pag. 510. et tom. 3. Jun. pag. 697. Utuntur etiam Firmicus Mathes. lib. 3. cap. 8. Prudent. Hymno 1. περὶ τερφάων, et alii.*

† **STEMNEFRECH**. Charta Edwardi III. Regis Angliæ in Monast. Anglic. part. 2. pag. 293 : *Nec non libertate multure suæ in molendino ipsius Roberti ; scilicet quod sint Stemnefreoch et cholfreoch. Saxon. steinne, truncus, stipes ; et freo, liber.*

**STEMPHIACI**, id est, *vinatia*, apud Papiam MS. Perperam in edito, *Stenphiaci*, id est, *umacia* : est enim vox Græca, στέφυλα, unde constat legendum *Stemphytia*.

\* **STENDALLIENSE ARGENTUM**, Ad *Standardum* scilicet examinatum. Charta Frider. Brandeburg. episc. ann. 1308. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 328 : *Quadragesima marcus argenti Stendalliensis, Magdeburgensis ponderis, supradictis præposito, qui pro tempore fuerit, et ecclesiæ Sanctæ Mariæ singulis annis in perpetuum... persolvat. Vide Standardum 2. Stendatus et Stendeliensis. [\* Stendal, Oppidum in Marcha Brandenburgica.]*

† **STENDARDUS**, ut *Standardum* 1. Vide ibi.

† **STENDATUS**. *Marca Stendata*, ad *Standardum* scilicet examinata. Locus est in *Marca Stendata* in *Marca*, 1. Vide *Standardum* 2. Ejusdem originis videtur.

† **STENDELIENSIS**, in Charta Borchardi Magdeburg. Archiep. ann. 1317. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 48 : *Exposuisti nobis, quod a Thyderico milite et Rolekino fratribus dictis de Houelene quinque marcarum argenti et similiter a Johanne Bruninghi quinque murcarum argenti redditus comparaveris pro octoginta marcis argenti Stendeliensis de bonis tuis hereditariis datis prædictis venditoribus et solutis. Vide Stendalliense Argentum.*

† **STENPHIACI**. Vide *Stemphiaci*.

† **STENTARI**, Distineri, occupari, vox Italica. Acta S. Franciscæ Rom. tom. 2. Martii pag. 139 : *Ergo debes ob ipsius anorem Stentari de omnibus quæ sibi placent. Vita vener. Catharinæ de Palantia tom. 1. April. pag. 652 : Accepit de mania forficem, et Stenta fuit ad incidendum alios unguis.*

† **STENTARIUM**, ut *Standardum* 1. Jac. de Varagine in Chron. Januensi apud Murator. tom. 9. col. 16 : *Ideo ad complendum*



et perficiendum armamentum viriliter processerunt, comitarius assignantes, vexilla distribuentes, Stentarium cingentes, etc.

¶ **STENTINE**, ἑστέρη in Gloss. Lat. Gr. Sed leg. *Intestina*, ut patet ex Gloss. Gr. Lat. 1. ἑστέρη, *Intestina, interanea, Stentinae*.

**STEORA**. Vide *Stenra*.

**STEORESMAN**, Navis gubernator, a Sax. steoran, regere et gubernare, et man, homo. Fædus Ethelredi Regis cum Analano, cap. 4 : *Si homo sit de pecunia sua robatus, et sciat in qua navi, reddat Steoresman, i. gubernator, pecuniam illam, etc.*

¶ **STEPA**, **ESTEPA**, **ESTAUT**, Palus, tigillum, fulcrum, Gall. *Etaye*. Reparatur factæ in Senescallia Carcassonæ ann. 1435. ex Schedis Cl. V. *Laucelot* : *Item pro quinque Stepis et quinque cabestris de coral, quilibet ex longitudine duarum cannarum*. Ibidem : *Pro faciendo unum estaut cum uno boqueto pro pizando sine tenendo sommerium dicti molendini...* *Item pro faciendo in dicto aylcagaterio tres trabes et tres Estauts avictis sufficientes et necessarios. Item pro ponendo unam Estepam querci bonam et sufficientem in dicta paxeria dicti molendini cum sex trabis ab utraque parte dicte Estepe longitudinis qualibet trium cannarum...* *Item pro duobus Estauts longitudinis quolibet XII palmorum.*

**STEPHADIIUM**. Historia Episcoporum Antisiodori. cap. 20 : *Dedit et alium misserium similiter anactum pensant. lib. 40. et dimid. qui habet in medio rotam cum Stephadio, et in gyro homines et feras.* An ex Gr. ἑσφάδιον, ut sit coronula; vel quod *Scacarium*, quod *Stephadium* etiam vocabant, eformatum fuerit? Vide *Stipadium*.

\* Pro mensa occurrit in Vita MS. S. Laudi Constant. episc. ex Bibl. Carmelit. discal. Paris. : *Necessaria componentes Stephadium beati viri sub arbore posuerunt.*

¶ **STEPHANIANENSES**, Monetæ Comitum Burgundia. Vide in *Moneta Baronum*.

¶ **STEPHANIZARE**, Coronari, Gr. ἐσφάζω coronō, a ἐσφάγος, corona. Acta S. Ansuveri tom. 4. Jul. pag. 102 : *Nam in tormento vario Ansuverus Stephanizat.*

\* **STEPILLA**, f. pro *Sterpilla*, Ager dumetis purgatus; ab Italico *Sterpare*, extirpare, evellere. Formulæ vet. ex Cod. reg. 4189. fol. 19. v° : *Sunt etiam in dicta medietate Romanæ ecclesiæ pascua, prata, Stepille, etc.* Nisi diminutivum sit a *Stipa*, dumetum. Vide infra in hac voce.

1. **STERA**, Pellicula in qua involvitur puer in ventre matris et moratur. Unde *Macer* : *Steræ sed subditur herba*. Ugutio. Alius : *Obstetrix, femina que Steram tractat*. [A Græco-Barbaris, qui ἑστέρη, pro ἑστέρη, dixerunt, transiit hæc vox ad Latinos. Vide Gloss. med. Græcit. et Lexicon Martinii.]

¶ 2. **STERA**, ut supra *Stara*, sextarius, Ital. *Staro*. Statuta Vercell. lib. 4. fol. 57 : *Ferrarius vero pro suo labore habeat... pro qualibet mensura de ferro, vel arano, Stera, balantia, et similia, denarios sex Pap. et non ultra. Stier*, in Chartulario Episc. Parisiens. fol. 122. ad ann. 1269 : *Philippus de Maci armiger dicit quod ipse tenet de domino Episcopo in feodum ipsius Episcopi 13. Stiers ordei et plenam minam et 17. Stiers avenæ et plenam minam, et 7. Stiers misto-*

*li, quæ percipiuntur in decima de Maci.*

¶ **STERBERE**. Gualterius Hemingford. de Gestis Edwardi II. Reg. Angl. ad ann. 1307. pag. 241 : *Quibus auditis, respondit ille nobilis consiliator, Comes Lincolnensis, qui esse Sterebat capitalis consiliarius Regis mortui. Ubi Cl. Editor Hearnus, f. Sciebatur.*

¶ **STERBRECH**, vel **STREBRECH**, Viæ fractio, aversio, obstructio, diminutio, a Saxon. stret, strata, viâ; et Breca n, frangere, violare. Leges Henrici I. Reg. Angl. cap. 81 : *Strebrech 100. sol. emendet. Cap. 13 : Hæc emendantur sol. 100. grithbrech, Strebrech, forstal, etc.* Ubi MS. Cottonian. habet *Strebrech*. Cap. 11. de his quæ sunt juris Regii : *Assultus, roberia, Strebrech, præsumptio terræ vel pecuniæ Regis, etc.* Vide Spelmannum, et infra *Strebreche*.

**STERCIDIUM**, Κοπριδίου, in Gloss. Lat. Græc.

¶ **STERCIDIUM**, ὄχρως, in iisdem Gloss. at in Gloss. Græc. Lat. : *ὄχρως, Rivus canalium, elabata, rivus, Stercidium.*

¶ **STERCOLA**, Nutrix, quæ cunas purgat. Ita pro *Stercea*, vel *Stercoia* restituit Rigaltius apud Tertull. adv. Valentin. cap. 8 : *Quare non et Stercolæ et syntrophî nominantur?*

**STERCOLINUM**, vel **STERCOLINIUM**, pro *Sterquilinum* : Fimus, quo stercoreantur agri : κόπρος. Gloss. Lat. Gr. : *Sterculinum, κοπροδύειον, κοπρία*. Julianus Antecessor Constit. 58 : *Quod laboraverunt tantum æstimatio fiat, non autem propter emponemata, et Stercolinum aliqua ratio moveatur. Sin autem sine holeribus hortus sit, similiter sine holeribus restituitur, et nulla iterum æstimatio fiat de Stercolino.*

**STERCORACES**, Stercora. Indiculus Superstitium et Paganarum, in Concilio Liptinensi ann. 743 : *De auguriis vel aviun, vel equorum, vel boam Stercoracibus*. [Apud Baluz. tom. 1. Capit. col. 151. legitur, *vel bovum stercore, vel Sternutatione.*]

**STERCORATIUM**, Eadem notione. Gervasius Tilleberiensis part. 1. de Otiis Imperial. : *Quædam sunt inter apothecas Ecclesiæ membra, quædam ad sentinam Stercoraria promenda.*

**STERCORANISTÆ**, Hæretici, qui Eucharistiæ Sacramentum secessni obnoxium esse censebant. Algcrus lib. 2. de Eucharist. cap. 1 : *Non sunt igitur observanda Græcorum Hæreticorum, qui merito Stercoranistæ vocantur, deliramenta, putantes, celestem escam velut terrenam indifferenter accipi, et in sordidum ventris secessum emitti.* Humbertus Cardinalis in Respons. ad Nicetam Pectorat. : *Sed, ô perfide Stercoranista, qui putas fidei participatione corporis et sanguinis Domini quadragesimalia atque Ecclesiastica dissolvi jejunia, omnino credens, celestem escam velut terrenam per aqualiculi fætidam et sordidam egestionem in secessum dimitti, plane sentis cum Ario.*

¶ **STERCORARE**, Alvum exonerare, stercore inquinare, in Canon. Pœnit. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 45 : *Si aves Stercorant in quemcumque liquorem, huiusmodi tollatur stercur, et mundetur cibus aqua benedicta, et sumatur.*

¶ **STERCORISARE**, **STERCORIZARE**, Eadem

notione. Byzynius in Diario belli Hussitici apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 199 : *Vasa autem prædicta continentia confringentes, vel in eo Stercorisantes, etc.* Adde Statuta Collegii S. Bernardi ann. 1493. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 176. et *Breydenbach* in Itin. Jerosol. pag. 254. *Stercorizare* in Gemma occurrit pro Agros fimo stercoreare.

**STERCORARIA SEDES**, Lapidea, seu marmorea, quæ Romæ est ante porticum Basilicæ Salvatoris Patriarchatus Lateranensis, ad quam deducitur electus summus Pontifex, priusquam pergat ad S. Petri adem; sic dicta, quod dum in ea sedet, a Cardinalibus inde elevetur dicentibus hunc versiculum, *Suscitat de pulvere egenum, et de stercore erigit pauperem, ut sedeat cum principibus, et solium gloriæ teneat.* Ita Ceremoniale Cenci Camerarii apud Baron. ann. 1191. et Ceremon. Rom. lib. 1. sect. 2. Jacobus Cardinalis de Coronatione Bonifacii VIII :

. . . . Et sedes capiens de Stercore nomen In platea est circa templum despecta parumper.

¶ Quando hujus sedis usus cœperit, non constat: nihil de eo ante sæculum decimum invenitur, quo tempore illius fit mentio apud laudatum Cencium, uno sæculo ante natam fabulam de pseudopapissa Johanna, ut observat Mabillonius in Itinere Italico cap. 30.

\* **STERCORARIUM**, *Privé*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Vide *Stercatorium*.

¶ **STERCURA**, σβούρα in Gloss. Lat. Gr. : *σβούρα, Stercura, quisquilia*, in Gr. Lat.

¶ **STERCUS**, Narium excrementum. Vita MS. Wenwaloei ex Tabul. Landevenec. : *Nares, inquit, meæ dolore vulnerum plenæ Stercus concremant ab ardore, ut vides, tantæ infirmitatis.*

¶ **STERCUTIUM**, Latrina. Vide *Secesus*.

¶ **STERENATES**. Vide *Stravaces*.

¶ **STERIA**, ἑσπρας, in Gloss. Lat. Gr. Leg. *Seria*. Vide Salmas. ad Inscript. Herod. pag. 15. et ad Plinium pag. 809.

¶ **STERIFIUM**, Stapes, quo in equum quis tollitur. Hist. Novient. Monast. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1127 : *Quo viso equus cui super sedebat perterritus, ac rapidis passibus totus in præceps actus, densissimam silvam expetuit. Cunque puer non valens residere, ad terram decidisset, pes ejus Sterifio sive ascensorio selle inhaesit, ac sic per devia et abrupta tractus, calcibus equi et objecta arborum miserabiliter est protritus.*

**STERILENSIS MONETA**. Vide *Esterlingus*.

\* **STERILES**, *Intestina*, in Gloss. ad Alex. Iatrosoph. MS. lib. 1. Passion. cap. 6 : *Accipiat vero Steriles et pedes de bobus.* Occurrit etiam in aliis Gloss. ex Cod. reg. 6881. Vide *Stentinae*.

\* **STERILLUM**, *Barba Deo apta*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613. Monstra verborum, pro *Barbæ capra*. Vide *Strillum*.

\* **STERIS**, i. *Pellicula, quæ vocatur matrix*, in nota interlineari ad scen. 1. act. 1. Comœdiæ sine nomine ex Cod. reg. 8163 :



*Sterem* cribavit misere morbus. Vide *Stera* 1.  
1. **STERIUM**, *Statio*, *i. solitarii habitatio*. Papias.

\* 2. **STERIUM**, *Æstuarium*. Vide supra *Esterium*.

\* **STERLA**, in Dialogo creatur. dial. 53 : *Avis est similis gruī : magnum enim habet rostrum et periculosum*.

¶ **STERLINGARIS**, ut *Esterlingus*. Vide in hac voce. Litteræ Raymundi Comit. Tolos. ann. 1248. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1040 : *Item (confitemur nos habuisse) ex alia parte centum aureos, et quindecim marchas Sterlingares, quas pro Beetrando Ricardi misit Sycardo Alamanni*.

¶ **STERLENCUS**, Eadem notione, in Compositione inter Gaufridum II. Aptens. Episc. et Rauhaldum de Agouto ann. 1233. ex Schedis Præs. de *Mazaugues* : *Restagnus et Guirannus habuerant castrum S. Martini quod proprium erat Ecclesiæ Aptensis, retento tamen pro censu jure domini Sterlenco uno annuatim*.

**STERLINGUS**. Vide *Esterlingus*.

¶ **STERLINQUUS**, Eodem significatu ac *Esterlingus*, in Charta ann. 1341. apud Rymer. tom. 5. pag. 259.

¶ **STERLINUS**, ut supra *Stellinus*. Vide in hac voce. Vita dom. Hildeburgis apud Acher. tom. 2. Spicil. pag. 690 : *Dedit etiam decimam Sterlinorum suorum de redditibus quos habebat in Anglia omnibus diebus vitæ suæ*.

**STERMENTORIUM**, *Stabulum jumentorum*. Unde Josephus, in 10. *Annalium* : *Josephus hæc audiens posuit idola in Stermentorio Cameli. Et etiam Stermentoria dicuntur, quæ in lectis solent sterni*. Uguio.

¶ **STERNATUS**, pro *Stratus*, Gall. *Jonché*. P. Amelius in Ord. Rom. apud Mabill. tom. 2. Musei Ital. pag. 535 : *Item parata fuit capella circumquaque de pannis, et Sternata de frondibus de verta*. Vide infra *Sternata* 2.

**STERNAX**, *Caballus pavidus, qui homines rejicit de dorso suo*, in Glossis MSS. Aliæ Isidori : *Sternaces, pavidī*. Ita etiam Glossæ Antiquæ MSS. Sueno in Hist. Danica cap. 5 : *Casu inopinato, equi Sternacis præcipitio, arbori illisus interit*.

¶ **STERNAX**, *Humilis, qui se sternit*, apud Sidon. lib. 5. Epist. 14 : *Ad hæc te festa cervicum humiliatarum, et Sternacium civium suspiciosa contubernia, peto*.

¶ 1. **STERNERE**, *Pacificare, præparare, insellare, obruere*. Will. Brito in Vocabul. MS. Gloss. Lat. Gall. Sangermanenses : *Sternere, Pacifier, préparer, enscler, accraventer*.

2. **STERNERE**, pro *Scribere*. Passio S. Maximiliani : *Dion dixit, Sterne nomen ejus. Cumque Stratum fuisset, Dion dixit : quia indevoto animo militiam recusasti, congruentem accipies sententiam, cæterorum exemplum*. Vide Glossarium mediæ Græcitatē in Κεταστωνεύειω.

¶ 3. **STERNERE**, *Subjicere, ultimo gradu et loco collocare*, in Cod. Theod. tit. de Domesticis (6,24.) leg. 5.

\* **STERNICIUM**, *Stramentum, palea quæ equis sternitur*, Gall. *Litière*. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 185. ex Cod. reg. 4624 : *Si aliqua persona nosuerit... balchas seu paleas, vel aliquod Sternicium pro fumo*

*faciendo, etc.* Ibid. cap. 184. habetur *Externicium*. Vide *Stertura*.

\* **STERNITUS**, *Stratus, ad terram dejectus*, Ital. *Sternato*. Stat. civil. Cumanæ cap. 96. ex Cod. reg. 4622. fol. 155. r<sup>o</sup> : *Et quod similiter non possit... exportare... plodas infichatas, nec Sternitas*. Vide *Sternatus*.

¶ **STERNOTEMENTUM**, **STERNOTUM**, **STERNUMEN**, *πταρμός*, in Gloss. Græc. Lat. *Sternutamentum*.

**STERNUM**, *Torus, toral, stratus, στρωμή*, in Gloss. Græc. Lat.

¶ **STERNUTATIO**, *Sternutamentum*, Gallice *Eternuement*, inter auguria recensetur in Indiculo superstitionum et paganarum in Conc. Liptiniensi ann. 743. Vide [\* Grimm. Myth. pag. 647.] supra *Stercoraces*, et mox

¶ 1. **STERNUTUS**, Eadem notione qua *Sternutatio*. Pirminii libellus apud Mabill. tom. 4. Anecd. pag. 586 : *Præcautores et sortilegos, karagios, aruspices, divinos, ariolos, magos, maleficos, Sternutus et auguria per aviculas, vel alia ingenia mala et diabolica nolite facere nec credere*.

2. **STERNUTUS**, pro *Stratus*, in Rythmo de Verona, tom. 1. Analect. Mabillonii, pag. 371. [\* Veron. illust. col. 369.] :

Foro lato spaciioso Sternuto lapidibus,  
Ubi in quatuor cantus magui instant fornice,  
Plata miræ Sternutæ de sectis lapidibus.

¶ **STEROLOGIA**, *Postloquium*, in Gloss. Sangerm. num. 501. a Græco-barbaro *στερολογία*, pro *ύστρολογία* unde efformatum *Sterologia*, pro *hysterologia*. Vide *Stera* 1.

\* **STERPARE**, vox Italica, *Extirpare*, evellere. Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 127. ex Cod. reg. 4622. A : *Item teneatur iudex vel rector excutere pro bampao a quolibet incidente, devastante seu Sterpante plantam alevatam viridem primo anno ejusdem, solidos duos*. Vide mox

\* **STERPERE**, Eadem notione, in Bulla Greg. IV. PP. ann. 828. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 41 : *Terra culta et Sterpeta insimul juges triginta*. Vide infra *Stirpere*.

**STERPIÆ**, *Caudæ serpentis*, in Glossis antiquis MSS.

¶ **STERPUS**, ab Italico *Sterpo*, *Stirps*, truncus, Gall. *Souche*. Acta S. Bertrandi tom. 1. Jun. pag. 796 : *Cum invenisset unam leporem juxta quoddam sepe, seu ad pedem unius Sterpi, etc.*

¶ **STERQUILINIUM**, *Stercorum receptaculum*. Notitia judicati ann. 994. in Append. ad Marcam Hisp. col. 950 : *Et ibi invenerunt infra Sterquilinio juxta ipsam parietem terminum anticum, et descendit per ipso vallo usque in ipso aquali*. Utitur Columella lib. 1. cap. 6.

\* **STERRERIA**. Vide supra *Starrere*.

\* **STERTINA**, *Aratri culter, quo terra Sternitur seu versatur*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Sertina, coue* (leg. f. *coutre*) *de cherue*. [\* F. cauda. Vide Grimm. Gramm. tom. 3. pag. 414.] Nisi idem sit quod *Stiva*. Vide *Stifa*.

¶ **STERTOR**, pro *Strator*, nisi me fallo. Vide in hac voce. Epitaphium Gerbirgæ Abbat. Geisenfeldæ apud Mabill. tom. 4. Analect. pag. 51 :

Hic jacet in tumba Gerbirgis filia Regis  
Græci Stertoris, Eberhardique fuit

Neptis, hujus loci prima fertur Prælata fuisse.

¶ **STERTURA**, *Substramen*, Gall. *Litière*. Charta Majoris de *Doulaincourt* ann. 1244. in Tabular. Compend. : *Abbati et suis providebit idem Major de stramine, tam ad lecta facienda, quam ad sternendum per hospicia, et ad Sterturam equorum faciendam*.

**STERZER**. Reinerus de Valdensesibus : *Item Hypocritarum, qui vulgariter Sterzer vocantur, qui fingunt sibi infirmitates, et fingunt subitam sanitatem*. Infra : *Item falsæ peregrinæ, que vocantur Sterzer*. [\* Errones, homines vagi. Vide Schmelleri Glossar. Bavaricum tom. 3. pag. 660.]

**STEURA**, **STIURA**, *Vectigal, tributum, collatio, etc.* ex Germanico *Steur*. [\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 704. voce *Stiura*. Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 298. Chart. Arnolphi reg. German. ann. 889. confirmata ann. 993. apud Eccard. in Franc. Orient. tom. 1. pag. 392 : *Decima tributū... quæ de partibus orientaliū Francorum ad fiscum dominicū annuatim persolvi solebat, quæ secundum illorum linguam Steora vel Osterstuophæ vocantur*. Plura apud Haltaus. in Glossar. German. col. 1743. voce *Steur*.] [Statuta Ardacens. ann. 1356. apud R. Duellium tom. 1. Miscell. pag. 111 : *Steuræ vel collectæ*. Charta Alberti Ducis Austriæ ann. 1286. apud Ludewig. tom. 4. Reliq. MSS. pag. 267 : *Ad nullas teneantur collectas, contributiones, dacias sive Steuras*.] *Steuira seu precaria*, in aliquot Constitutionibus Adolphi Imper. ann. 1293. et 1299. apud Goldastum tom. 1. Constit. Imper. Sigismundus Monachus in Chronico Augustano ann. 1370 : *Carolus Rex exegit ab Augustensibus 36. millia Florenorum, et a Judæis 10. millia pro Steura, etc.* Helwicus in Rationario Styriæ : *In Pirchwelde habetur annuatim de Steura 40. talenta novorum Wieneustum, etc.* Chronica Salisburgensia ann. 1461 :

*Eodem anno propter impositionem Steuræ per Archiepiscopum tota rusticitas... ad resistendum se erigit*. Adde Constit. Fridrici II. Imp. de privilegiis civitatis Norimbergensis § 11. apud eundem Goldastum, Chronicon Henrici Rebdorff. ann. 1296. 1346. Chronicon Constantiense pag. 626. Pontanum lib. 7. Rerum Danicarum pag. 478. Leonhartum Paulholz in Chron. Bavar. Chronicon Aulæ Regiæ cap. 27. Æneam Silvium in Hist. Bohem. cap. 61. Metropolim Salisburgensem tom. 10. pag. 164. 378. tom. 2. pag. 68. etc.

¶ **STEWRA**, Eadem notione, in Charta Mathiæ Reg. Bohemiæ apud Ludewig. tom. 1. Reliq. MSS. pag. 509. Vide *Berna*.

¶ **STEYRA**, pro *Steuira*, in Charta Alberti Ducis Austr. ann. 1342. apud Steyerer. in Comment. ad Histor. Alberti II. col. 63 : *Ita etiam quod ab omni exactione, Steyra et gravamine, tam vigiliarum quam laborum qualicumque Principum et civium sint exempte*. Infra habetur *Steuira*.

¶ **STURA**, apud Georg. Christianum tom. 1. Rerum Mogunt. pag. 649 : *Omnes ceasus, Staras, sive exactiones precariorum vini, gulgo Halwin nuncupari solitas judicis, etc.*

**STIURA**. Vetus Charta in eadem Metropoli Salisburgensi tom. 2. pag. 30 : *Nec in quoquam fideles nostros tam Clericos quam Laicos, aut in pernocationibus, vel*



in Stiuris, seu regalibus, sive in qualibet re licet minima molestare debent. [Litteræ Rudolphi et Ludovici Comit. Palat. ann. 1306. apud Tolner. inter Instr. Hist. Palat. pag. 83 : *Hanc gratiam fecimus, ut euria dieta Ilmungeshof in tuo officio sita, quæ ipsum monasterium proprietatis titulo respicit, Stiuris, exactionibus, vel aliis servitiis quibuscumque libera esse debeat in futurum.*]

\* **STEYGNATUS**, Monasticum Anglic. tom. 3. part. 2. pag. 80 : *Una fanona de panno serico, præter frontellum, pro Missis ibidem, cum frontello Steygnato... Una fanona de panno serico, cum frontello Steygnato.* [Hoc est fortassis, notis variegato ac distincto, vel punctis interstincto, ita ut legendum sit *Stigmatus*. Vide in hac voce.]

\* **STEYLE**, Septum ad interceptiendos pisces. Glossæ Cæs. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Honthelm* pag. 675. col. 2 : *Venna est instrumentum sumtuosum et satis utile, unde pisces capiuntur, quod appellamus.... Steyle.* Vide *Statio*, 11.

† **STEYRA**, ut *Steura*. Vide in hac voce.  
† **STHANERIUS**, Stammarius, Gall. *Pottier d'étain*, in vet. Catalogo Confraternitatis B. M. Deauratæ Tolos. Vide *Stagnum* 2.

**STHEMA**, pro *Schema*, Habitus, vestitus, ornatus. Johannes Biclariensis in Chron. : *Aramundatus Suracenorum Rex Constantinopolim venit, et eum Sthemate suo, Tiberio Principi cum donis Barbariæ occurrit.* Vide *Seema* 1. et *Stemua* 1.

† **STIBA**, ἐχέτην, in Gloss. Lat. Gr. pro *Stiva*.

† **STIBADIUM**. Vide *Stipudium*.

† **STIBULATIO**, ut infra *Stipulatio*. Charta ann. 23. Ludovici Pii apud Stephanot. tom. 3. Antiquit. Bened. Pictav. MSS. pag. 220 : *Cum adnexa Stibulatione manus nostras subterfirmavimus, et bonis hominibus ad roborandum tradimus.* Alia ibid. pag. 230 : *Ut hæc facta nostra firma perduvet cum Stibulatione subnixâ manus nostras proprias subterfirmavimus, et post nos bonis hominibus ad firmandum tradimus.* Occurrit rursus hæc formula ibid. pag. 272.

1. **STICA**, *Tunica*, in Gloss. Isid. Papias, et Glossæ Lat. MSS. ex Bibl. Reg. Cod. 1013. habent *Stiga*. Alibi : *Strigium, genus vestimenti.* Savaro *strigu* legendum censet. Vide *Striga* 1. [*Stigia, tunica, Strigium, genus vestimenti*, in iisdem Isidori Gloss. Vossio de Vitiis sermonis cap. 50. nimis laxa videtur Isidori interpretatio, *Sticamque pro Sticta, χιτών κατάρκτος*, scriptum suspicatur, et tunicam notis variegatam ac distinctam intelligit. A Græco συχτή accersit Salmasius quem consule in Exercit. Plin. pag. 748. edit. Traject. Italiae Moniales *Stecca* appellant lineam fasciam quam circumligant in fronte.] A *Stica* vero videtur formata vox συχτήριον apud Græcos, quibus perinde est *tunica*.

**STICHARIUM**. Gloss. Græc. Lat. : Συχτήριον, *tunica*. Gloss. Lat. Græc. : *Strictoria, συχτήρια* Palladius in Hist. Lausiaca cap. 135. de S. Athanasio, λαβὼν ἑαυτοῦ τὸν συχτήριον καὶ τὸ βυβήριον. Vita S. Eudociae Martyr. n. 27 : Συχτήριον κλιτικὸν ἐπέδουτο. Chron. Alexand. pag. 766 : Φορέσας συχτήριον ἄστρον,

etc. Anonymus Médonii de Offic. Eccl. CP. ait, M. Oeconomum ferre τὸ συχτήριον Patriarchæ in sacra Liturgia.

† **Sticharium** præterea appellatur, præsertim apud Græcos, vestis strictior ecclesiastica, quæ est antistitum, presbyterorum, diaconorum, et subdiaconorum propria. Vide Gloss. med. Græcit. voce Συχτήριον. Acta S. Leonis III. PP. tom. 2. Jun. pag. 588 : *Acessit his candidum Sticharium et castanei coloris contextum phenolium.*

† **STICCHA**, ut *Stica*, apud Cencium in Ord. Rom. cap. 33. tom. 2. Musei Ital. Mabill. pag. 200 : *Notandum quod coqui et brodari debent habere Sticchas in Pascha et in Nativitate Domini.*

2. **STICA**, ΣΤΙΚΑ, Certus numerus Anguillarum, Anglis *Esticke*. Fleta lib. 2. cap. 12. § 7 : *Lunda anguillarum constat ex 10. Stikis, et quælibet Stika ex 20. [25] anguillis.* Glanvilla lib. 2. cap. 9 : *Unum sextarium mellis, et duas Sticas anguillarum.* Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 148 : *Duodecim Sticæ anguillarum annuatim.* Pag. 363 : *His etenim addidi... unam piscariam, quæ reddit unum millenarium Sticarum anguillarum : unum pesantum anguillarum, 40. valet grossas anguillas.* Tom. 2. pag. 880 : *Quatuor centum anguillarum de redditu piscarii mei de Wiltonæ annuatim, in principio Quadragesimæ, habenda scilicet 9. Esticæ de gurgite qui vocatur Lodweres, etc.* Adde pag. 815.

† 3. **STICA**, pro *Strica*, vel *Striga*, Venefica, in Hist. MS. Monast. Gemmetic. pag. 53.

† **STICARE**. Correctiones statutorum Cadubrii cap. 117 : *Jubemus quod nullus hospes aut tabernarius... in ejus tabernu seu hospitio ludere nec Sticare permittat tam de die quam de nocte sub pena librarum 25. Pap... Qui vero ludent seu Sticabunt in quolibet taberna seu hospitio tam de die quam de nocte cadant ad penam lib. 25. Pap... et hancmet penam incurrere intelligatur quicumque non esset hospes sive tabernarius, qui in ejus domo Sticare seu ludere permitteret.* Pro palis munire occurrit supra in *Batifolium*.

**STICATA**, Dalmatis, Propugnaculum, munimentum, *Bastida* Italis. Historia Obsidionis Jadrensis ann. 1345. lib. 1. cap. 24 : *Quam Italici et Longobardi Bastidam, Dulmatici et Chroati Sticatum appellare consueverunt.* Occurrit pluries ibi. [Germanis et Hungaris *Stechen* est lignum teres et longiusculum, quo clitelæ jumentariæ funibus adstringuntur.] Vide *Steccata* in *Steccare*.

† **STICCARE**, Palis et sudibus munire, Italis *Steccare*. Chron. Domin. de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 714 : *Sed perveniens Sumnam invenit ipsam bene fossatam et Sticcatam, et infinitis armigeris custoditam.* Vide *Steccare*.

\* Haud scio an inde *Stieher*, quod fuste percutere significare videtur, in Charta ann. 1424. tom. 2. Hist. Leod. pag. 444 : *Quiconque ferat fratru, briserat eglise de forche, tuerat, Sticherat, quasserat gens à playe ovierte deserauble, etc.*

† **STICCATELLUS**, diminut. ab Italico *Steccato*, Palus, sudes, assula lignea. Acta

S. Raynerii tom. 3. Junii pag. 448 : *Accepit Sticatellos de terra, et cepit mittere sub bullas acutorum, et statim prosilierunt.*

† **STICCHA**, **STICHARIUM**. Vide *Stica* 1.  
\* **STICGMA**, Donum, munus in grati animi signum alicui datum; unde vocis origo. Stat. facult. utriusque juris art. 5. ex Cod. reg. 7212. A : *Statuimus quod quodocumque de cætero quis promovebitur ad gradum doctoratus in altera facultatum, tenebitur dare Stigmata honorifica, videlicet doctori danti birretum, rotundum mantellum honorabilem usque ad valorem quinquaginta regalium.* Vide *Stigma* 2.

† **STICHATUS**, Contextus ac series palorum. Anonymus de Gestis Friderici II. Imper. : *Quo lignaminibus ipsarum domorum, quæ inde dirumpere potuerunt, facebant Sticlutos sive pallicuta circumcirca civitatem.* Vide *Steccare*.

\* **STICULARIUS**, *Stigularum* seu ligularum artifex. Charta ann. 1280. in Lib. nig. 2. S. Vulfr. Abbavil. fol. 108. 10 : *Juxta managium Balduini ducti Sticularii.* Vide infra *Stigula*.

\* **STIGUS**, Piscis fluviatilis notus, tinca. Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120 : *Sticus, Gall. Tanche.* Vide *Tenca*.

† **STIER**, Sextarius. Vide *Stera* 2.

**STIFA**, pro *Stiva* atrii. Flodoardus lib. 14. Carmine 19 :

Virtutem quoque magnifici probat ille Magistri,  
Ruricolæ insiteus operi, Stifæque medendæ, etc.

**STIGA**. Joan. de Janua : *Stiga, i. aculeus, stimulus, incitatio, molestatio. Inde instigare.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Stigu, aguillon. Stigare, aguillonner.*] Vide *Stica* 1.

\* **STIGARE**, Instigare, incitare. Instr. ann. 1384. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 74. col. 1 : *Qui (proceres Margaritarum) venerunt apud Nemausum Stigantes consules Nemausi ut juvarentur, etc.* Vide *Stiga*.

\* **STIGARIUS**, Secundus inter officiales fodinarum salis; an qui operarios incitat, quomodo nostris *Piqueur*, alia licet ex origine? Stat. de salis fodinis ann. 1451. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 166 : *Statuimus jura officialium. Primo vicezuppario datur media marca quolibet septimana. Item Stigario in Bochnia unus ferto. Item Stigario in Wieliczka septem grossi.* Ibid. pag. 169 : *Statuimus, quod omnes trabarios rebelles quotiescunque crimen commiserint, seu laborare noluerint, extunc idem Stigarius debet eos laboribus destituere.* [\* Germ. *Steiger*.]

† **STIGINA**. Vide infra *Stigna*.

\* **STIGIO**, an Stirpium eradicandarum venditio? Libert. loci de Mirabello in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 564 : *Item quod de permutacione, donatione seu legato et pro Stigione arborum non solventur ventæ, quia sic est usitatum.*

† **STIGIUM**, Genus vestimenti. Vide *Stica* 1.

\* **STIGLUS**, **STILUS**, Ital. *Stile*; Lignum teres et longum. Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 93 : *Notandum est quanto magis rota distat a centro Stigli, magis giratur et frequentius, quia jum cursum suum cepit. Stili* ibid. cap. 94. Vide *Stillus* 2.



† 1. **STIGMA**, pro Stemma, in Chron. Salernit. Anonymi apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 224: *Sed quantum ad genus pertinet, ex illustribus et ex magno Stigmate fuit nimirum natus.*

\* Acta S. Adulphi tom. 7. Sept. pag. 510. col. 2: *Erat Cordubæ matrona quedam Arthemiu nomine, illustrium avorum Stigmate decorata, sed virtutum manipulis egregiis illustrior.*

† 2. **STIGMA**, Signum, character, nota. Andreas Floriac. MS. lib. 3. Mirac. S. Bened.: *Quidam episcopalis scematis Stigma præferens ingreditur, etc.* Guidonis Discipl. Farf. cap. 64:

Hos quibus officium solito damus anoue plenum, Stigma Crucis prodest nomeo, ut ordo refert.

Acta S. Aureæ tom. 4. Jul. pag. 652: *Quantum non solum christianam, verum etiam sacræ devotionis insignitam Stigmate contuentes, confestim de ea iudici referunt questionem.* Ubi de velo virginitatis indicio sermo est. Vide Cod. Theod. de Fabricensibus leg. 4. (10, 22.) ubi Fabricensium brachiis, ad imitationem tironum, Stigmata infligi iubet Arcadius, non in pœnam, sed ut fugitivi internosci possent.

† 3. **STIGMA**, Modus, ratio. Translat. S. Audoeni apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1674: *Talis igitur infantie primordium decuit hunc virum, quem sibi assumpsit in sacerdotem ad multorum expiationem, qui in Melchisedech Stigmate quotidie sub forma panis et vini in altaris offertur libamine.*

4. **STIGMA**. Nicol. Uptonus lib. 1. de Militari officio cap. 3: *Milites qui creantur pro balneum portant de consuetudine in humero sinistro suum Stigma militaris album, quod quidem Stigma dictus Tiro portabit, quousque fecerit aliquod notabile factum, nisi aliqua nobilis domina illud tollat, ut est consuetudo Angliæ.* Quod vero Stigma, hic scriptor vocat, *Ias*, seu lemniscus nodatus dicitur in veteri Ceremoniali MS. ubi de Militari inauguratione. Qui enim Miles cum balnearum ceremonia creatus fuerat a Principe, longiori tunica induebatur, eique lemniscus albus ad sinistram humerum alligabatur, *Et ce blanc las*, (verba sunt Ceremonialis), *il portera sur tous ses habillemens qu'il vestira au long de cette journée, tant qu'il ait gagné honneur et renom d'armes, et qu'il soit recorde de si haut record come de nobles Chevaliers, Ecuyers, et Heraux d'armes, et qu'il soit renommée de ses fais d'armes, comme devant est dit, ou aucun hault Prince, ou tres noble Dame de pouvoir couper le las de l'espaul du Chevalier, en disant, Sire, nous avons ouy tant de vray renom de vostre honneur, que vous avez fait en diverses parties, au tres grant honneur de Chevalerie, à vous mesmes, et à celui qui vous a fait Chevalier, que droit veut que cest las vous soit ostez.*

**STIGMATA**, Præstigiæ, characteres magici. Anonymus in Vita S. Brigidæ cap. 10: *Venit ad S. Brigidam Conaldus, suis satellitibus circumdatus, sub Stigmatibus malignis, et dixit, etc.* Mox Brigida ea stigmata, signa diaboli vocat. Ibidem: *Tunc Conaldus cum suis Stigmata sua deposuit, nec contra Deum et Brigidam venerant.* Et cap. 11. n. 66: *Quadam ilie venerunt ad*

*Brigidam quidam viri otiosi et vani, habentes Stigmata diabolica in capitibus suis, et querentes aliquem jugulare.*

† **STIGMARE**, Notam infligere. Prudentius in Romano:

Quæcumque partem corporis ferveos oota Stigmatit.

† **STIGMATIZARE**, Eadem notione, Gr.  $\sigma\tau\iota\gamma\mu\alpha\tau\iota\zeta\epsilon\upsilon$ . Acta S. Reginswindæ tom. 4. Jul. pag. 95: *Et tanta illum disciplina Stigmatizavit, ut videlicet livide cutis vestigia divinæ visionis cunctabilia omnia succerent credibilia.*

**STIGMATUS**, Punctis interstinctus. Bonifacius Moguntinensis Episc. Epist. 17: *Præterea parva munuscula pro indicio caritatis direximus, id est corporale, pallium album Stigmatum, variatum, et villorum ad tergendos pedes servorum Dei, etc.* [Vetus Interpres Irenæi lib. 1. cap. 15. n. 4: *Cum viderit veritatem idolam a Marco factam, et hoc alphabeti literis Stigmatam.* Ubi Græcus:  $\sigma\tau\iota\gamma\mu\alpha\tau\iota\zeta\epsilon\upsilon$ .]

**STIGNA**, Pallia operosiora. Papias MS. et edit. Gloss. Isid.: *Stigna, ornamenta regia.*

**STIGULA**, Ligula, Gallis *Aiguillette*: *Stigularit, Faiseurs d'aiguillettes.* Habetur in 1. Registro des mestiers de Paris fol. 89. Arestum pro *Stigulariis, seu Aqueletariis urbis Parisiensis an. 1421. 7. Febr.*

\* Arest. ann. 1421: *Actores dicebant quod secundum statuta et ordinationes dicti ministerii Stigulariorum seu aqueletariorum villæ nostræ Parisiensis etc. Stigulas seu aqueletas super suo stallo publice vendebat... Quod dicta Aqueletis in dicto ministerio Stigulariæ seu aqueletariæ aprenticia fuerit.*

\* **STIGH-ROFF**, Latrocinium in via publica, interprete Ludewigo ad Leg. Danic. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 201: *Item spoliantes naufragantes, tanquam pro Stigh-roff convincantur et eodem modo puniuntur.*

† **STILA**, Campanula. Vide *Skella*.

\* **STILARE**, vox Italica, Obtinere, in usu esse, usurpari. Lit. ann. 1429. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 221. col. 1: *Recepta informatione legitima super contentis in illis, nobis consiterit legitime ita fuisse usitatum, Stilatum ac observatum inconcusse a legitimo tempore citra, etc.* Eodem sensu dicimus de consueta cuiuspiam agendi ratione: *C'est son stile.* Vide infra *Stillus* 4.

† **STILBON**, vox Græca, Splendens, splendidus. Fridegodus in S. Willrido sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 722:

Mittitur et summo (dictu mirabile) celo  
Archæus Michael, nitido lampabilis ore,  
Quem pater intendens, non ut fantasma repellens,  
Ceus Stilboota, novum lumen, veneratur amicum.

Pro Stella Mercurii occurrit in Chron. Joh. Whethamstedii pag. 360:

Sic rapidis Stilbon prædoibus udique regnum  
Repleratque nimis sic late sperserat ipsos.

\* **STILIARE**, is, idem quod *Graphium* 1. *Stilus*. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120: *Stiliare, grafere.*

\* **STILICIDIUM**. Vide mox *Stillicidium* 2. † **STILINQUADRUM**, id est, quadrum. Gloss. Isidori. Vide *Stilinquadrum*.

† **STILLA**, Campanula. Vide *Skella*.

\* **STILLÆ**, Glacies, stillæ glaciatae.

Acta S. Sebaldi tom. 3. Aug. pag. 772. col. 1: *Si ligna afferre non vis vel vales, apporta glaciem de platea. Quæ ut se ab immanitate expurgaret, certe glaciem et Stillas portavit oppido.*

**STILLARIÆ**, Aquarum ductus. Charta Conradi Imp. ann. 1023. apud Ughellum in Episcopis Vicentinis: *Cum pratis, vineis, silvis,.... Stillariis, fontibus, piscuis, aquis, aquarumque decursibus, etc.* [Legendum videtur *Stellaris*. Vide *Stellaria* 2.]

† **STILLATUM**, Sorbitiuncula. Acta S. Franciscæ Rom. tom. 2. Martii pag. 100\*: *Cum pateret morbum inflatissimum in gutture, ita quod nec Stillatum nec aliquid aliud poterat sumere, etc.*

**STILLATURA**, Compendium vel lucellum, quod Duces seu Tribuni ex annona singulorum militum quasi sub gratia donationis, licito decerpabant, ut est in leg. 28. 29. et ult. Cod. Th. de Erogat. milit. annonæ. (7, 4.) Quam vocem hac notione usurpant etiam Spartianus in Pescennio, cui *Stellatura* dicitur, et Lampridius in Alexandro Severo. De vocis etymo multa commentatur Jacobus Gotofredus ad d. leg. 28. ubi varias scriptorum sententias expendit.

† **STILLGERICHT**, a Germanico *Still*, placidus, et *Gericht*, iudicium, iurisdictionio. Charta Ruperti Rom. Reg. ann. 1401. apud Tolner. Hist. Palat. pag. 145. inter Instr.: *Concedentes... potestatem... destitutos vel exutos per se vel per alium, seu alios, etiam per iudicium dictum Stillgericht... restituendi.* [\* Vide *Haltaus*. Glossar. German. voce *Still*, col. 1745.]

\* **STILLICIDIARE**, Stillare. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Sgotar, Provinc. Stillicidiare.*

† 1. **STILLICIDIUM**, Momentum, punctum temporis. Vetus Irenæi interpres lib. 2. cap. 32. n. 3: *Et ne quidem Stillicidio temporis perseverantia, non Jesu Domino nostro, sed Simoni mago similes ostenduntur.*

\* 2. **STILLICIDIUM**, *STILICIDIUM*, Ludicra pugna, hastiludium. Charta ann. 1314. in Reg. 50. Chartoph. reg. ch. 77: *Guillelmus de Aqua dicebat et proponebat contra Humbaudum le Borne domicellum, quod ipse Humbaudus in quibusdam Stillicidiis, seu joustes in vulgari, falso modo, malitiose, ex certa scientia occiderat et læserat ad Worten Guillelmetum de Aqua, filium dicti Guillelmi de Aqua; dicto Humbaudo contrarium proponente et dicente se in prædictis Stillicidiis seu joustes cum dicto Guillelmeto, filio dicti Guillelmi de Aqua, fideliter et modo debito joustasse.* [\* An *Stiludiis* pro *Hastiludiis* ?]

\* 3. **STILLICIDIUM**, Morbi genus oculorum, f. *Ægilops*. Vita S. Laur. eremit. tom. 3. Aug. pag. 408. col. 2: *Monachus Stillicidium oculorum sustinens, imposita infula S. Laurentii sanatur.*

\* 4. **STILLICIDIUM**, Aquæ decurrentis murmur. Comæd. sine nomine act. 1. sc. 1. ex Cod. reg. 8163: *Ut tibi etiam sompniculandi paremus causas, fricipedum lenem, parvum ac sonorum Stillicidium, etc.*

\* 5. **STILLICIDIUM**, quod et *Impluvium* dicebatur, Area ante ædem sacra. Status eccl. Constant. ad ann. 1093. inter Instr.



tom. 11. Gall. Christ. col. 224 : *Episcopi et abbates prescripti, una cum clero et populo,.... sepelierunt eum (Gaufridum) honorifice in stillicidio ecclesie, sicut ipse preceperat vivens adhuc in corpore. Vide Atrium 1.*

† 1. **STILLUS**, Stylus, formula, methodus conficiendi acta forensia. Mandatum Caroli IV. Reg. Franc. ann. 1322. tom. 1. Ordinatio pag. 773 : *Cum pridem... ordinatum fuerit, ut Scripturæ, sigilla, scribanie, Stilli, memoralia processuum, etc. quin imo scripturas, scribanias, sigilla, Stillos, memorialia... ad firmam... tradere nostro nomine studeatis.*

\* Vel Scribæ officium. Pro *Regesto* seu libro, in quem acta regeruntur, accipi opinor in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Noster fol. 401. rº : Custos Stilli ibi, per diem octo denarios. Custos placitorii custelleti, per diem octo denarios.*

† 2. **STILLUS**, **STILUS**, Palus, sudes. Miracul. B. Henrici Baucen. tom. 2. Jun. pag. 387 : *Ipsu zuta ducta sine remigio allisa fuit ad Stillos pontis et sissa in duas partes.* Jac. De Layto in Annal. Estens. ad annum 1397. apud Murator. tom. 18. col. 941 : *Qui ambo exercitus, postquam non erat sibi possibile pontem occupare illum, vastissimis bombardis continue contudebant, rumpendo et sternendo diatim Stilos et alia ipsius pontis roborata. Ubi pontis pilæ seu columnæ intelligi possunt, a Græc. στύλος, columna; at pro palo certum est usurpari hanc vocem in Charta Desiderii et Adelgisi Reg. Longob. ann. 772 : in Bullario Casin. tom. 2. pag. 14. col. 2 : *Per pruto in Stilo ficto, et pero teclato, et per runco in furca ficta, et usque in pero similis teclato, deinde in Stilo, et rovere teclata. Stili cæci, apud Hirtium in bello Africano, Pali sunt præacuti ambustique, ac terræ defixi in castrensi munitione. De iisdem Silius :**

Et Stilus occulitur, cæcum in vestigia telum.

\* 3. **STILLUS**, Stilus, graphium, idem quod supra *Stiliare*. Charta Phil. Pulc. ann. 1294. in Chartul. S. Maglor. ch. 106 : *Concessimus taxamentum vini, quod habebamus apud Arcolium,..... tenendum a nobis et hæredibus nostris in feodum ad unum Stillum ferreum de servitio solvendum quolibet anno in compotis nostris ac senatus Parisiensis compotorum nostrorum auditoribus, loco nostri.*

\* 4. **STILLUS**, Consuetudo, mos, Ital. *Stile*. Inquisit. ann. 1288. in Access. ad Hist. Cassin. part. 1. pag. 387. col. 1 : *Ferrarii de S. Germano serviunt monasterio Cassinensi de arte ferrarie singulis annis in festo Paschatis de Stillo, videlicet uno anno de martello, etc. Vide supra *Stilare*.*

† **STILPONES**, στύποι, in Gloss. Lat. Græc. Pusilli, homunciones.

\* **STILUM**, Instrumentum calceandis equis aptum. Charta ann. 1263. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 476 : *Item unum Stilum pro ferrandis equis : item duæ pallæ ferreæ.*

† 1. **STILUS**, Titulus, Gall. *Titre*, Angl. *Style*. Litteræ Caroli V. Reg. Franc. ann. 1370. tom. 5. Ordinatio. pag. 325 : *Nec non omnes consuetudines, libertates, suisinas et Stilos in seu de quibus visi ( usi ) sunt*

*pacifice ab antiquo. Charta Elizabethæ Reg. Angl. ann. 1570 apud Rymer. tom. 15. pag. 679 : Investimus eundem Thomam unum pursvindorum nostrorum ad arma, eique nomen illud vulgariter nuncupatum Rougecrosse imponimus, ac Stilum, titulum, libertates, et præminentias hujusmodi officio convenientia, etc. Pluries occurrit alibi. Vide *Stillus 2. et Stylus*.*

\* *Melius forte, Reditus, emolumentum, salarium.*

\* 2. **STILUS**, Idem quod etiam nunc *Stipes* nuncupatur in Camera Computorum, id scilicet juris quod illius magistris aliusve competit in venditionibus vel locationibus rerum ad dominium pertinentium. Jura gentium Compot. in Reg. ejusd. Cam. sign. *Croix fol. 126. vº : Item percipiunt Stillum consuetum in Campania,.... videlicet de emptoribus prepositurarum, portagiorum et consuetudinum : si summa ascendit ad mille libras, debent solvere pro Stilo xiiij. libras Turon.... Item in Francia, pro Stilo percipiunt magistri xv. solidos Turon. Item in senescallia Pictaviensi, pro Stilo preposituræ Pictaviensis quolibet anno xv. solidos Turon. Vide infra *Vinagium 6.**

\* 3. **STILUS**, Alia notione. Vide supra in *Stiglus*.

† **STIMARE**, **STIMATOR**, **Æstimare**, **Æstimator**. Inquesta ann. 1268. ex Schedis Præs. de *Mazaugues* : *Requisitus quis fecit fieri emendam, dixit quod Stimatores quos ipse testis misit ad Stimandum talam.*

\* **STIMATIO**, **Æstimatio**. Libert. Figiaci ann. 1318. tom. 7. Ordinatio. reg. Franc. pag. 602. art. 8 : *Poterunt dicti consules.... extimare bona mobilia et immobilia dictorum habitatorum collectabilem, et stimatores quos et quot volunt et volent instituere; et si de dicta Stimatione oriatur discordia, etc. Vide *Stimare*.*

† **STIMPLO**, Extemplo. Paschasius in Vita S. Adalhardi sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 342 :

Omnibus una manes sors irrevocabilis horæ,  
Quæ nobis Stimplo rapuisti morte beatum.

† **STIMULATI**. Vide *Schola stimulati*.

† **STIMULATUS**, Ferrvens. Vita B. Joh. Bonvisii tom. 5. Maii pag. 110 : *Hanc igitur regulam servabat, quod si aliquem subditum haberet ultra modum zelantem seu Stimulatam, etc.*

\* **STIMULUS**. Cæsar. de Bello Gallico lib. 7. cap. 67 : *Ante hæc, talæ pedem longæ, ferreis hamis infixis, totæ in terram infodiebantur, mediocribusque intermissis spatiis, omnibus locis diserebantur, quos Stimulos nominabant. Vide in *Retorta 1.**

† **STINARI**, dicuntur amatores. Idem dicitur *carnearii*. Vocabul. utriusque juris.

\* **STINCA**, Carcer apud Florentinos. Acad. Cruscani in *Stinche, Così s'appellano in Firenze le carceri, nelle quali stanno i prigioni per debito, o i condannati a vita*. Stat. antiq. Florent. lib. 1. cap. 24. ex Cod. reg. 4621. fol. 22. rº : *Mense quolibet saltem semel iudex domini executoris ordinamentorum justitie civitatis Florentiæ ire debeat ad Stinca communis Florentiæ, et videre et examinare si qua commissæ contra carceratos ibidem detentos; et si aliquis de-*

*fectus committeretur per superstites vel aliquas personas Stincarum, etc.*

\* **STINCIUS**, *Piscis*, Gall. *Espinoque*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7679. vulgo *Epinoche*. Vide supra *Sticus*.

\* **STINCTUS** 2º. declinat. Extinctus, a verbo *Stinguere*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Stencher, Prov. Stinguere, exstinguere*. Nostris alias *Destaindre*, pro *Eteindre*. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 117. Chartoph. reg. ch. 148 : *Après que le feu de ladite maison fu Destuint, etc.* Charta ann. 1332. in Reg. 66. ch. 968 : *Vendo et titulo pure et perfecte venditionis irrevocabiliter trado.... in dicto incantu et ad dictos Stinctos candellarum.... quoddam hospicium, ... cum omnibus suis patuo et operatoris et pertinentiis, situm in villu seu burgo Curcassona. Vide supra *Extinctus*.*

**STINCUS**. Acta antiqua apud Ughellum tom. 7. Ital. sacræ pag. 1361 : *Et a pede Arpi ferit ad caput Fatzeoli, ubi est copia Stincorum, et vadit usque ad locum, qui vocatur antiqua Ecclesiu, etc.* Infra : *Ubi surgit fons, et tendens ad seram de Stinchis, etc.* Italis *Stinca*, est montis apex.

† **STINDARDUM**, ut *Standardum 1.* Vide ibi.

**STINGIS DINT**. Vide *Leges Burgorum Scotic.* cap. 19. [Skenæo de Verborum significatione pag. 153. est Ictus stimuli vel baculi, Latine *fustigatio*.]

† **STIOPHIUM**, pro *Strophium*, apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 311. linteum ad emungendum nasum. Gall. *Mouchoir*.

**STIOPUS**, *Inflatio oris. Unde,*

Nec Stiope tumidas intendis rumpere buccas,  
Vel braccas.

Ita Jo. de Janua ; [unde Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Stiopus, Enfleure de bouche.*] Sed leg. *stlopo*.

**STIOSUS**, *Quasi mitissimus, non superstitiosus*, in Glossis antiquis MSS.

† 1. **STIPA**, *Quædam parva arbor, ut dicunt copæ, quia ex ea stipeunt tecta*. Joh. de Janua. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Stipa, un petit arbre bon pour balaier. Scopæ.*

\* 2. **STIPA**, Obturamentum, id quod *stipatur* seu *occluditur*. Comput. eccl. Paris. ann. circ. 1381. ex Bibl. S. Germ. Prat. : *Pro una ligatura de teil pro Stipa pressorii, iij. solidos. Vide *Stipare 1.**

† **STIPABILIS**, στεινός in Gloss. Lat. Gr.

**STIPADIUM**, vel **STIPARIUM**, *id est, scaccarium, quia hominibus spectantibus ludum stipetur, vel stipet, si domus fiat. Vel Stipadium, est purus abacus, et hoc Stipadium, genus mense. Ugutio, et ex eo Joannes de Janua. Catholicon parvum : Stipadium, Eschequier. Græci στεβδιον vocantur, vel cubile ex herbis confectum. Papias : Stiphadium, u stipitibus, quasi stipadium, prandium. In MS. Stephadium. [Sidonius lib. 2. Epist. 2 : In hac (dieta) Stibadium, et nitens abacus.] Vide *Stephadium*. [\* Schol. ad Atton. Polypt. num. 49 : *Stephadium signum est in celo, quod rustici præsepe dicunt. Et dicitur Stephadium quasi Stipadium; sic enim præsepe dicebatur**



*a stipitis ex quibus fiebat. Vide Forcellinum in Stibidium.]*

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Scaquier, Prov. Stipadium. Aliud Gall. Lat. ex Cod. 7684 : Stipadium, i. scacarium, Eschequier à jouer aux tables.*

\* **STIPALIA BONA**, vulgo *Biens Stipaux*, appellantur bona, quæ ex stirpe paterna vel materna proveniunt, in Hist. Lossens. Mantel. part. 3. pag. 17. et 51.

1. **STIPARE**. Beda in Vita S. Guthberti Ep. n. 68 : *Sumpto fieno vel argilla vel quidquid hujusmodi materia reperisset, Stipaverat rimulas, ne quodidani imbrium sive ventorum injuriis ab orandi retardaretur instantia. Ubi Stipare, est stupa, vel stipa rimas occludere, nos Estoupper dicimus. [Vide Stuppare.]*

† 2. **STIPARE**, ut infra *Stipare*. Charta ann. 1125. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 438 : *Pro Stipata vinea tantumdem consimilis vineæ, donec illa in priorem reintegretur valorem, etc.*

\* 3. **STIPARE**, Stipitibus claudere, munire. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521 : *Stipare, Clorre de paliz.*

† **STIPARIUM**. Vide *Stipadinum*,

† **STIPARIUS**, **STUPARIUS**, *στυπτικός*, in Gloss. Lat. Gr. Stypticus, astringens.

† **STIPATE**, Contracte. Gesta Tancredi apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 126 : *Quo terra genti opulenti serviret diffusa spatiosa, quum Stipate contracta.*

**STIPATORES**, Præbendarii, vel compositores, dicti a *stipe*, id est, præbenda. Ita Glossæ MSS.

☞ *Stipatores* præterea dicuntur milites qui Inquisitori ad inquirendos et puniendos hæreticos auxilium et comitatum præstant. Hi crucem in extima veste deferunt : unde *Crucesignati* interdum, qui alibi *Familiares*, vel *S. Petri Martyris Scholares*, nuncupantur. Vide Jac. Simancatem Pacensem Episc. de Catholicis Institut. tit. 41. § 15. et Limborch. Hist. Inquisit. lib. 2. cap. 9.

**STIPATUS**. Concil. Londinense ann. 1342. cap. 2. de abusu Clericorum in vestibus : *Et suis digitis annulos indifferenter portare publice, ac zonis Stipatis pretiosis supercingi.*

† **STIPBRICH**, Idem videtur quod *Sterbrech*. Vide ibi. Tabul. Ramesiense Ch. 174 : *Concedo... mundbricht, blodwith, ... Stipbrich, etc.*

† **STIPENDIALIS**, Ad stipendium pertinens. *Fœdus stipendiule*, apud Sidon. lib. 8. Epist. 9.

† **STIPENDIARI**, Sustentari, tueri, Gall. *Entretenir*. Chron. S. Trudonis apud Acher. tom. 7. Spicil. pag. 375 : *Hinc episcopalis terrebat interdicio, quæ sacrilegos illos præconabatur ex oblatione fidelium non debere Stipendiari. Utitur Tertull. adv. Judæos cap. 9. et adv. Marc. lib. 3. cap. 13.*

† **STIPENDIARIE**, In stipendium. Præceptum Theoderici Reg. inter Acta Episc. Cenoman. apud Mabillon. tom. 3. Analect. pag. 206 : *Sanctimonialibus inibi degentibus, et pauperibus, ac peregrinis Stipendiariæ disponente atque ordinante præfate urbis Episcopo, etc.*

† 1. **STIPENDIARIUS**, Qui alicujus stipendiis meret. Chron. Estense ad ann. 1305.

apud Murator. tom. 15. col. 353 : *Intravit civitatem Mutinæ, et accedens plateam, invenit Stipendiarios suos clausos sbarris circa totam plateam.*

\* *Stipendier*, in Lit. Caroli VI. ann. 1384. in Memor. E. Cam. Comput. Paris. fol. 54. vº : *En révérence de Dieu et de sainte Eglise et contemplacion de nostre saint pere, pour son hostel et ses domestiques, familliers ou Stipendiars, etc.*

\* 2. **STIPENDIARIUS**, OEconomus, procurator penus. Mirac. S. Rosæ tom. 2. Sept. pag. 454. col. 1 : *Item cum quidam Uginus Albanensis, Stipendiarus et socius strenui viri Angeli Ronconi, etc.*

† 1. **STIPENDIUM**, Quidquid vitæ sustentandæ est necessarium. Charta ann. 850. in Append. ad Marcam Hisp. col. 785 : *Ut nostris futurisque temporibus ipsæ res ejusdem monasterii rectorumque suorum et monachorum ibidem degentium proficiat utilitatibus Stipendiisque in augmentum.* Charta Hugonis Magni ann. 940. apud Mabill. tom. 3. Annal. pag. 709 : *Concessimus ad præfatum S. Juliani monasterium in victualibus, Stipendiis monachorum, ceterisque eorum utilitatibus, etc.* Vita S. Maximi tom. 1. Jun. pag. 93 : *Eat et ipse vobiscum et accipiat Stipendia corporis necessaria.* Adde Gloss. Barthii apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 18. et 70. [\*\* Carol. M. Capitul. lib. 5. cap. 185. ex Concil. Magunt. ann. 813. cap. 9.]

\* *Stipende*, eadem notione, in Charta ann. 1258. ex Chartul. S. Petri de Monte : *Et sai aquiteit toutes mes Stipendes, que li abbés et li covens me devoient.*

† 2. **STIPENDIUM**, Via, ratio, modus alicujus comparandi. Saxo Grammat. in Histor. Danica : *Unicum salutis Stipendium in æris abjectione repositum, nec fugæ subsidium nisi rerum dunno carpendum.*

† **STIPENDIA PATRIÆ**, Munera curialia, quæ et *Necessitates municipales* dicuntur, in Cod. Theod. de Decurion. leg. 57. (12, 1.)

† 1. **STIPES**, Furca, patibulum. Charta Caroli C. ann. 863. apud Miræum tom. 1. pag. 248 : *Isaac et Sigardus Comites humiliter precati sunt, ut concederemus cuidam Cameracensis Ecclesiæ Præsuli... omnem, quam Regia Majestas habet, potestatem, scilicet legalis justitiæ disciplinam, excepto duntaxat Stipite. Vide Stips, 1.*

† 2. **STIPES**, pro Stips, in Gloss. Lat. Græc. : *Stipes sodalium, ἐπιτροπὴ. Stips, in MSS. Sangerm.*

\* 3. **STIPES ALTARIS**, Ejusdem basis. Pontif. MS. Elnensis eccl. nbi de consecratione altaris : *Præmissa autem observantur, quando foramen seu sepulcrum fit in medio aræ seu altaris in parte superiori, vel etiam in Stipite altaris a parte inferiori (leg. anteriori) vel posteriori : tunc enim ara seu ipsum ultare, priusquam hæc fiant, super Stipitem levatur et collocatur atque firmatur. Infra : Subsequenter inungit cum crismate in modum crucis, et inunctionis mensæ seu tabulæ, et tituli seu Stipitis in quatuor angulis quasi illa conjungens et sigillans, etc.*

**STIPHA**. Theodericus Monachus de Miraculis sancti Celsi Episcopi Trevir. n. 14 : *Cum de lecto surgere cuperet, et nemo sibi*

*ministrantium afforet, nisu quo potuit, Stiphann lectuli apprehendit. [f. Lecti columna, fulcrum.]*

† **STIPHADIUM**. Vide *Stipadium*.

\* **STIPHANIUM**, Idem videtur quod *Stephadium* vel *Stipadium*. Missale est Joannis in valle ann. circ. 400 : *Vox psallat dulcis ac mera cleri canentis camenas clara per Stiphania crucis.*

\* **STIPODIUM**, Stapes, quo quis in equum tollitur, f. pro *Stapedium*, ut legitur in *Stapes*. Instr. ann. 1520. tom. 3. Probat. Hist. Brit. col. 951 : *Prope quam (porticum) eodem R. in Christo patre descendente, idem Carolus procurator præfatus tenuit Stipodium dextrum selle dicti R. in Christo patris, dum descendebat. Vide Staffa 2.*

**STIPPA**. Anastasius in S. Silvestro : *In medio fontis columnas porphyreticas, quæ portant phialam auream, ubi candela est, pensans est ex auro purissimo libras 52. ubi ardet in diebus Paschæ balsamum lib. 200. nixum (1. myxum) ex Stippa amiantis. Id est expapYRO seu stippa immaculata, pura. Alii codd. præferunt stippa.*

\* 1. **STIPS**, pro *Stipes*, Furca, patibulum, superioris justitiæ signum. Charta Dagoberti I. ann. 627. inter Instr. tom. 5. Gall. Christ. col. 451 : *Omne quod ad fiscum nostrum lactenus pertinebat, excepto Stipe et comitatu. Vide Stipes 1.*

\* 2. **STIPS**, Monetæ minutioris species, Romanis etiam nota. Charta ann. 1165. ex Bibl. reg. cot. 19 : *Si tunc ista moneta cambiata vel deteriorata erat, dabimus vobis per os Ugonencos Melgorienses xxiiij. denarios et unam Stipem ad computum eorum.*

\* **STIPTEREA**, *Alumen scissum*, in Glossis ad Alex. Iatrosoph. MS. lib. 1. Passion. cap. 9 : *Gallis asiaticis, acatia, squama ferri, calcanto, Stipterea æqualia pondera accipiens, etc.*

† **STIPTICUS**, pro Stypticus, Gr. *στυπτικός*. Alexander Iatrosophista lib. 2. Passion. cap. 79 : *Cibi... qui Stiptici sunt, bene digestibiles et evanadoti.*

\* Hildeg. epist. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 486 : *Neque manduces aliquid Stipticum, vel plus æquo salsum.*

1. **STIPULA**, pro *Stipulatio*. Traditiones Fuldenses lib. 2. form. 22 : *Vos et successores vestri ad possidendum et ad fruendum in elimosynam meam ulterius perenniter firmissimam habeatis potestatem, Stipula confixum vobis ad roborandum et ad tuendum. Wfaius Monachus post Vitam sancti Amandi a Milone conscriptam :*

Præbit is Stipulam præclarus Episcopus Emmo, Affigens digitis pulchra elementa suis.

**STIPULAS E MANIBUS EJICERE**. Vide *Festuca*. [\*\* *Stipula abrenuntiare*, in chart. ann. 1074. apud Guden. Cod. Diplom. tom. 1. pag. 377. Vide *Abstipulare*.]

\* 2. **STIPULA**, *Impostura*; significat aridos ad fidem. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613. Occurrit etiam in altero ex Cod. 7641.

† **STIPULAGIUM**, Præstatio prostipulis. Polyptyc. Fiscam. ann. 1235 : *Omnes homines de S. Georgio, exceptis vavussoribus,*



debent *Stipulagium et pasnagium porcorum suorum.*

† **STIPULARE**, pro Stipulari. [\* *Vide Abstipulare.*] Charta ann. 968. ex majore Chartul. S. Victoris Massil. fol. 7 : *Recognoscens quia nullum directum habebant de ipsius campis et de ipsius vineis et se gesserunt et Stipulaverunt.* Videmox *Stipulatio.*

**STIPULATIO.** Gloss. Gr. Lat. : *Stipulationes*, ἀπειρωτήσις. *Stipulatio*, ἰκνωδοσία. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Stipulatio, Stipulacion, c'est interrogation petitive adjoustée à responcion promissive.*] Isidor. lib. 4. Orig. cap. 24 : *Stipulatio est quasi promissio vel sponsio ; unde et promissores stipulatores vocantur. Dicta autem stipulatio a stipula, vetres enim quando sibi aliquid promittebant, stipulam tenentes frangebant, quam iterum jungentes, sponsones suas agnoscebant.* [Charta ann. 1240. apud Miræum tom 1. pag. 580. col. 2 : *Nos per Stipulationem solemnem, fide et juramento interpositis, promittimus, etc.* Charta ann. 1278. apud Ludewig. tom. 4. Reliq. MSS. pag. 45 : *Tenore presentium permittimus (promittimus) et per solemnem Stipulationem, fide data vice sacramenti nos ac nostros successores in integrum venerabili in Christo patri Ebroni abbati ac fratribus monasterii Zvetlensis obligavimus, quod etc.*] Hinc formula vulgaris, *Stipulatione subnixâ*, quæ crebro occurrit in donationibus, et aliis actis vel instrumentis, et apud Marculfum. Tabularium Monasterii Bellilocensis in Lemovicensibus : *Et presens instrumentum maneat inconculsum, cum Stipulatione subnixâ. Sed presens testamentum cessio inconculsa permaneat, cum Stipulatione subnixâ.* Hujus clausulæ ea mens est, inquit Bignonius, ut perinde firmum id habeatur, atque si in stipulatum deducta ne fuisset. Stipulatio enim erat commune omnium obligationum astringendarum vinculum, ut ait Paulus lib. 5. Sent. tit. 7.

Verum truncata et mutilata iis locis verba, Notariorum more, constat, qui præcipua et magis solennia adhiberi soliti, cætera quæ subaudiri debent, ultro prætereunt tanquam minus necessaria, cum brevitati nimium quam par est student. Id, inquam, advertere est ex aliquot aliis Chartis, in quibus clausula illa suis verbis legitima concepta, ex jure Romano, et ex Imperatorum legibus petita arguitur. Charta 30. inter Alamannicas Goldasti, sub Ludovico Pio Imper. : *Cartula ista firma permaneat legis Stipulatione subnixâ, qui omnium cartarum accomodat firmitatem.* Quo legis vocabulo, Legem Aquilianam, seu stipulationem et alteram Arcadii intelligi disertim docent Chartæ aliæ plusculæ. Altera inter Goldastinas 35. barbaris vocabulis exarata, sub Dagoberto Rege, quæ etiam refertur a Vadiano lib. 2. de Collegiis et Monast. German. pag. 65 : *Et cartula donationis sua optenia firmitatem, Aquilianis, Arcavianis leges Estibulationis, qui omnium cartarum accomoda firmitatem.* Formulæ veteres secundum Leg. Roman. cap. 17 : *Et he Epistolæ contulitionis cum Stipulatione Aquiliana, nostris vel bonorum hominum manibus roboratæ firmæ permaneat.* In notis Tyronis pag. 110 : *Stipulatione Aquiliana, Stipulatione subnexa.* Testamentum

Berhtichramni Episc. Cenoman. : *Ut Lex edocet septem virorum subscriptionibus et sigillis credidi muniendum, et pro totius rei firmitate atque Stipulatione adnecti præcipi.* Charta ann. 1032. in Chronologia Lerinensi tom. 1. pag. 363 : *Ut teneant et possideant omnes habitantes in ipso cænobio commemorato, cum omni Stipulatione interposita, omni firmitate subnixâ.* Stipulatio porro Aquiliana interponi solita erat acceptationis causâ, cujus vi etiam tenebatur qui chirographum aut testamentum delevisset : Lege vero Arcadii Imper. 17. C. de Testamentis (6, 23.), instrumenta omnia legitime confecta rata esse jubentur. Ita qui chartam ejusmodi infringebat multam ab hisce legibus decretam incurrebat. Stipulatio vero Aquiliana definitur a Cujacio, *Novatio obligationis alio genere quam verbis contracte.* Ex his emendanda vetus Charta in Vita Aldrici Episcopi Cenoman. n. 7. sub finem. [\* *Huc faciunt const. 2. Cod. Theod. de pactis et transactionibus (2, 9.) edit. Hænel. quæ est ann. 381 : Ubi pactum conscriptum est atque Aquilianæ Stipulationis vinculis firmitas juris innexa, etc.* et const. 3. ibid. quæ est Arcadii et Honorii ann. 395. Vide Pardessus. ad Legem Salicam pag. 644. Aliter sentit. Savin. Hist. Jur. Rom. med. temp. tom. 2. cap. 9. § 41. not. o. cap. 12. § 66. cap. 14. § 85. not. K. Quidquid sit, posterioribus temporibus chartarum scriptores formulâ hoc tralaticia nec intellecta indicavisse stipulam vel festucam chartæ adnexam patet ex locis excitatis in voce *Culmus*, 1. Vide etiam *Constipulatio, Aquiliana Stipulatio, Dupla*, 2.]

\* *Stipulatio Aquiliana* quid nostris interdum sonucrit, aperte docet Arest. ann. 1396. in Memor. F. Cam. Comput. Paris. fol. 51. vº : *Compotio facta supradicto in aliam speciem contractus, scilicet transactionem seu Aquilianam Stipulationem transierant.*

**STIPULATIO** sæpe etiam pro *subscriptione* usurpatur. Chronic. Gemblacense pag. 510 : *Omnia quæ B. Wiberti legali testamento delegavit commissæ sibi Ecclesiæ Dei, Imperialis et Apostolicæ manus Adstipulatu fecit perpetually corroborari.* Fuleuinus de Gestis Abbatum Lobiensium cap. 6 : *In cujus traditionis Charta sic subscriptum est : Actum Liptinas villa publica, etc. et in Stipulatione, Signum, inquit, Karlowanni Majoris domus, qui hanc donationem fecit, firmavitque.* Alia apud Baldricum in Chron. Cameracensi lib. 1. cap. 27 : *Præsens donatio a me facta omni tempore firma et inviolata permaneat Stipulatione subnixâ idoneorum testium, Domini videlicet Findiciani Episcopi, etc.* Charta Friderici I. Imp. ann. 1154. pro Guillelmo Episcopo Tricastinensi, apud Sammarthanos : *Verumtamen quia tantæ rei firmitas Imperiali auctoritate uniri desiderat, sancimus et concedimus eidem sancte Dei Ecclesiæ, Stipulatione eadem nostra subscripta, Guillelmo ejusdem Ecclesiæ Episcopo et successoribus ejus, dominium predictæ scilicet civitatis, etc.* Ubi *Stipulatio* nihil aliud est quam *scriptio*. Id præterea adstruit vox *subnexa*, quæ eadem est, qua indicatur *subscriptionem* subdi. In Notis Tyronis pag. 110. habetur *Stipulatione subnexa*, ut in

vetibus Tabulis apud Vadianum pag. 52. 53. et aliis quæ exstant in Chartis Fuldensibus et Alamannicis. Charta ann. 579. apud Perardum pag. 6 : *Stipulatione et sponsonem pro omni firmitate subnexa.* Verum interdum vox *subnixâ*, pro *subnexa* scribitur. *Scripturam veritate subnixam* dixit Lex 4. Cod. Th. de Fide testium : ut Baldricus Noviom. lib. 3. cap. 39 : *Conventionem sacramentum subnixam.*

\* Charta Ruothardi ann. 7. Conr. in Franc. orient. : *Et ut hæc nostræ donationis auctoritas perpetually inviolabilis permaneat, manu propria illam roboravimus et manibus parentum cæterorumque fidelium firmari fecimus Stipulatione subnixâ.*

† **STIPULUM**, καλύμν, in Gloss. Lat. Gr. *Stipulus*, in MS. Sangerm. pro *Stipula*.

† 1. **STIPUS**, *Mendicus*, Joh. de Janua, *Mandiant*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. Qui stipem emendicat. Vide alia notione in *Staupus*.

\* 2. **STIPUS**, *Calix consecratus*, in veteri Glossar. ex Cod. reg. 7613.

\* 3. **STIPUS**, metaphorice, idem quod *Stirps*, principium, causa. Lit. remiss. ann. 1322. in Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 220 : *Quod pater et filii sui prædicti machometum et alios thesauros absconditos invenerunt, ex Stipo, sicut credimus, et in nostris conscientiis affirmavimus, processit maliciæ.*

\* **STIRATURA**, vox Italica, Torsio, tortura. Utitur Card. de Luca pro Cavillatio, sophisma, argumentum longius repetitum et contortum; quo sensu Itali utuntur voce *Stiracchiatura*, a verbo *Stiracchiare*, Cavillari.

\* **STIRICUS**, *Sticilis, Brahaing*. in Cath. Armor.

**STIRILLUM**, *Barba capræ, dicitur a stiria, quia pendet ad modum stiriæ, i. guttæ.* Joh. de Janua. [*Barbe de chevre*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.]

† **STIRKES**, vox Anglica. Testam. Joh. de Nevill ann. 1386. apud Madox Formul. Anglic. pag. 427 : *Item Radulpho filio meo (lego), cc. vacas pro stauo, cc. Stottos et Stirkes, MEL. bidentes, etc.* Anglo-Sax. styc, est *Buculus*.

† **STIRPALIS**, ut infra *Stirpaticum* in *Stirpare*. Charta ann. 1076. apud Calmet. inter Probat. tom. 1. Histor. Lothar. col. 476 : *Dedit et omnes decimas grossas et minutas de castro et oppido, scilicet de omnibus dominicaturis, de censalibus, de arigalibus, de Styrpalibus, etc.* Alia ann. 1137. apud eund. tom. 2. inter Instr. col. 313 : *De Styrpalibus, de censalibus, de arregalibus, et de omnibus dominicaturis et decima mediæ partis sortium, cum omni minuta decima inibi dedit et concessit.*

**STIRPARE**, pro *Extirpare* : *Stirpatus* evellere, quomodo Salsarius ad Histor. Augustam pag. 284. ait se reperisse apud Prudentium in vetustissimo codice. S. Ambrosius lib. 9. in Lucam : *Stirpare agrum solitus, ne sentibus gemma lædatur, ne luxuriet umbra foliorum.* Vita S. Agrippani Episcopi : *Accepto nempe tanto dignitatis officio, toto posse pravitate hæreticam Stirpare satagebat.* Capitulare Aquisgr. ann. 789. cap. 79. et lib. 1. Capitul. cap. 75. de operis rusticorum : *Nec in silvis Stirpare,*



vel arbores cedere, vel in petris laborare, nec domos construere, etc. Capitulare de Villis cap. 36 : *Ut silvæ vel forestes nostre bene sint custoditæ, et ubi locus fuerit ad Stirpandum, Stirpare fiant.* Adde Capitul. 2. ann. 813. cap. 19. Charta Germanica ann. 801. apud Henschenium in Comment. ad Vitam S. Ludgeri Episcopi § 4 : *Tradidit comprehensionem illam, quam ego in propria hereditate comprehendi... excepta illa particula quam Folcbertus in proximo angulo inter Rurum et Widubergum olim Stirpure inchoavit.* Alia ejusdem anni ibidem : *Tradidit... suam comprehensionem illam, quam... proprio labore et adjutorio amicorum suorum legibus comprehendit et Stirpavit, id est, in loco qui dicitur, etc.* Le Roman de Guillaume au Court-nez MS :

Li Quens Estrepe tel grans ramier feuillis.

[Le Roman de Vace MS :

Lor vignes et lor boiz fist li Roiz Estreper,  
Et lor maisons ardoir et lor chasteaux gaster.

Vide *Styrpus*.]

STIRPATOR, pro *Exstirpator*, [Decoctor, Gallice *Dissipateur*.] In Miraculis S. Ludgeri Episc. Mimigard. num. 9. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 11 : *Neque prodigus sit et Stirpator substantie Monasterii.*

STIRPATICUM, Silva *exstirpata*, alias *Essartum*. Charta Friderici I. Imp. ann. 1175. apud Guichenonem in Episcopis Bellicensib. : *Ad hæc quoque omnia civitatis regalia, videlicet monetam, telonium, ... piscua, piscationes, venationes, silvas, Stirpaticum, et omne districtum et jurisdictionem civitatis.* [Vide *Exartus*.]

\* Charta ann. 1198. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 85 : *Pro domo ipsorum marehionum ab eisdem personis pro communi Adriæ petebat nemus Adriani, et mille libras Venetorum pro extirpatione fraudis Stirpaticæ a triginta annis usque nunc sibi factæ; et neminem in ipso nemore debere venari vel ucupari sine eorum licentia vel sui nuntii.* Vide mox *Stirpes* et infra *Styrpus*.

STIRPARIUM, Idem quod *Stirpaticum*. Charta Roberti Comitis Palatini Loretelli ann. 1179 : *Deinde descendit per pedem Nobilis, ... et vadit per viam Esculanam, quæ est in medio Stirparii Termuleti, et deinde uscendit per latum dicti Stirparii recto calle usque ad fontem Nucum, etc.*

STIRPETUM, Eadem notione. Charta Conradi Imper. ann. 1108. tom. 3. Italiæ sacr. pag. 455 : *Cum... silvis, buscaris, Stirpetis, pratis, paludibus, etc.*

\* STIRPERE, ut *Stirpare*, *Stirpatus* evelere. Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 134. ex Cod. reg. 4622. A : *Si quis alienam blavam vel communem, insecto domino, se-caverit vel Stirpuerit postquam notata fuerit, solvat pro bumpno pro faxo seu onere solidos quinque.* Vide supra *Stirpare*.

\* STIRPES, ut supra *Stirpaticum*, Silva *exstirpata*, alias *Essartum*. Charta Rob. reg. ex Chartul. S. Maglor. ch. 3 : *Super hæc etiam omnium concedimus prænominatis sanctis decimas omnium Stirpetum silvæ, quæ dicitur Eulina.*

\* STIRPIGENA, Estirpe genitis. Miræ. S. Emmer. tom. 6. Sept. pag. 495. col. 2 :

*De quodam Stirpigena Lantperti tyranni, qui una hora bina cæcitate prohibitus est ingredi ecclesiam martyris Christi.* Ibid. pag. 501. col. 1 : *Cujus (Lamperti) e stirpe unus die quidam eum, etc.*

† STIRPIX, Qui stirpes effodit, radicem sector. Gloss. Lat. Gr. : *Stirpices, ἰστροπύσι.*

1. STIVA, Stapes, quo in equum quis tollitur. Chronicon Reicherspergense ann. 1160 : *Imperatore frenum equi et Stivam sellæ tenente.* Ubi nescio an non legendum sit *strivam*, ex Gallico *Estrie*. Alias Latinis, *Stiva*, dicitur *manica aratri : stivarius, qui tenet aratrum per Stivam.* Jo. de Janua et alii.

2. STIVA, Instrumentum musicum. Dominico lib. 1. de Vita Mathildis cap. 10 : *Tympana cum cytharis, Stivisque, lyrisque sonant hic.*

\* Nostris *Estive*. Le Roman de Cleomades MS :

Plenté d'instrumens y avoit,  
Vièles et psalterions,  
Harpes et rotes et canons,  
Et Estives de Cornouaille.

Hinc apparet voci *Stiva* minime substituendum esse *Piva*, ut conjicitur in prolusionem ad Musicam Ital. et Franc. quam Academicis Cruseanis idem sit quod tibia utricularis; a qua forsitan non differt *Stiva*.

† 3. STIVA, Neuma, quod post antiphonas cantatur. Bernardus de Musica : *Neumatu inventa sunt singulis subjicienda antiphonis quæ apud quosdam Stivæ vocantur.*

† 4. STIVA, Alia notione, in Charta apud Stephanot. tom. 1. Antiq. Bened. Vascon. MSS. pag. 678 : *Cum quodam abbate Bernardo habuit litem pro Stivas et sylvas, quæ sunt in Caldarez, eo quod ipse diceret quia deberet colligere prædam pro se sine consilio abbatis vel monachorum.* Vide *Stivarium* 2.

† STIVAGIUM. Vide *Sanctivigium*.

† STIVALE, Oerea levior, calceorum species, Italis, *Stivale*, eadem notione, nostris olim *Stivèlè*. Chron. Domin. de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 684 : *Ceperunt ipsum Episcopum habentem tantum juppurellum in dorso et Stivalia in pedibus suis.* Charta ann. 1309. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 1639 : *Et aura pour ses chaimbres Stivelez de plates garnis de teles et de fer.* Vide *Estivalia*.

† STIVALLUS, STIVALUS, Eadem notione. Statuta Saluciar. Collat. 5. cap. 431 : *Statutum est quod quilibet caligarius seu affaitor faciens vel fieri faciens subtulares, Stivallos, etc.* Comput. ab ann. 1333. ad ann. 1336. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 284 : *Item, produobus paribus Stivalorum et 12. paribus solariorum pro domino, 111. flor.*

\* STIVANDARIUS, Occitanis *Estivandié*, Custos pecorum, dum in *stivariis* degunt. Vide *Estiva* et *Stivarium* 2. Charta ann. 1318. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 465 : *Quodque agrimensores, seu Stivandarii conductitii, seu parcionarii in bladis per ipsos colligendis, panem suum decoquentes temporæ messium in dictis bordis, pensionem prædictam seu fornagium pro dicto tempore solvere minime teneantur.*

† 1. STIVARIUM, ut *Stivale*. Chron. Cavense apud Murator. tom. 7. col. 958 : *Ac sine calcariis, vel Stivariis, vel jurgis, portam monasterii nostri intrare non audeant, nec secum in ipso monasterio arma deferre præsumunt sine nostra speciali licentia.*

2. STIVARIUM, [Pecorum stabula æstatis tempore.] Charta Gastonis Vicecom. Beneharn. ann. 1282. in Tabulario Palensi : *Concessi etiam Ecclesiam cum Stivariis et appenditiis, et decimam totam ex integro, etc.* Vide *Estivu*.

STIURA. Vide *Steura*.

STIVUS, *Senita*, *tramis*, *trames*, *σενή* *ἑδός*, in Gloss. Græc. Lat.

† STLACTARIUS, *ἐργόμωρος*. Gloss. Lat. Gr. : *Adulator, ambiciosus, ancillula, Stlactarius, fugo : Stlactarius*, in Gloss. Gr. Lat. Utrobique leg. *Stlactarius*.

† STLATA, Genus navigii latum, a latitudine dictum. Inde *Stlataria purpura dicitur, id est marina, vel navis piratica*. Papias. Vide Festum. Glossæ Lat. Gr. : *Stlatta, πειρατικὴ σκάφος εἶδος*. Hinc emendanda Glossæ Isidori : *Stlataria, vestis piratica : ubi vestis, pro navis. Stlataria purpura*, apud Juvenal. Sat. 7. 134. quæ *Stlata* seu navi advehitur.

† STLINQUADRUUM, *σκληρόν, ἀστέρων*, in Gloss. Lat. Græc. Vide *Stilinquadrum*.

† STLIPES, *δρακίτζαι*, in Gloss. Lat. Gr. Emendat Vulcanius, *Stlites, δίκαι, ἀργείοι*.

STLOPPUM, Genus vasis, rotundum os habens. Glossæ MSS. idem forte quod *staupeus*, et *stopus*. Vide in *Staupeus*. Dictum porro videtur quod effingat eum qui *Stoppum* edit, sen qui buccas inflat. V. *Stolpus*.

† STLUDIO, *χαμουαίον*, in Gloss. Lat. Græc. Leg. *χαμουαίον*, Genus carpenti humilis. Vide supra *Chanuleus*.

\* STOA, Portu. *Stoicus*, *populus morans juxta Stoa*, portam. Glossar. vetus ex Cod. reg. 521.

STOACES, Ruina Collisionum. Papias.

† STOB, Pulmenti species, Gall. *Brouet*. Chronic. Mellic. ad ann. 1451. pag. 426 : *Die parasceves pro relevatione fratrum detur singulis aliquid coctum, videlicet prodium de fursure, vulguroiter Stob, vel de piscis, non tamen nisi sale conditum.* [\*\* Furfur, Germ. hodie *Staubmehl*. Vide Schmeller. Glossar. Bavar. tom. 3. pag. 602.]

† STOBIA, Stipula, Gallice *Chaume, éteule*, Ital. *Stoppio*. Statuta Montis Regal. fol. 226 : *Item statutum est, quod aliqui persona non possit, nec debeat capere, vel capi facere alienas Stobias, nec portari facere.... Et quilibet possit contrafacientes uccensare, tum si viderit dictas Stobias in plateu, quam si reperiret in campis capere dictas Stobias, ... et dom. viarius possit inquirere et comburi facere dictas Stobias.*

STOC ET STOVEL. Charta Conventionum inter W. de Bray et Abbatem et Conventum de Osenay in Anglia, apud Spelmanum : *Præterea si homines de Stanhal dicti Abbatis inventi fuerint in boscis prædicti Willelmi cum forisfacto ad Stoc et ad Stovel, [alias Stovene] et aliquis querens corporaliter in terram per eos scesa fuerit, malefactor pro delicto, qui taliter inventus est, reddet 3. solidos... Similiter concessum est*



quod si aliquis inventus fuerit cum branchiis quercuum, vel cum aliis minutis boscis, cum forisfacto illo ad Stoc et Stovel, malefactor ille reddet 6. denarios. Anglis Stock, est stipex, caudex, Stouer, pabulum, unde forte Forisfactum ad Stoc et Stouer, dictum fuerit, de eo qui ex silva stipites et pabula abstulisse deprehensus fuerit. Liber Anglicus *Justice of peace*, fol. 81: *Unum sufficiens par cipporum vocatorum Stockes, etc.* [Vide *Zuchaus*.] In Computo Domanii de Desvre in Comitatu Bononiensi ann. 1396. titulus habetur, de la recepte d'Estouages escheux à laditte Baillie de Jean Clouame pour l'Estocage de sa maison seans à Desvre à l'encoste du flos que il vendit à Jacques, etc. 4. den. In Computo Domanii Stapularum fol. 41: *Recepte d'Estouages de secs bois versez et estoupomez.* In Computo Domini Comitatus Pontivi ann. 1478: *Recepte de bois secs d'Estouages, et de wastis en ladite forest.* Alibi: *Recepte d'Estouages, qu'on dit Eschielles, ou plusieurs mariniers souloit mettre leurs rets.* Vide Menagium et Ferrarium in *Stocco*.

\* Occitanis *Steu*, nostris alias *Soche*. Lit. remiss. ann. 1463. in Reg. 199. Chartoph. reg. ch. 323: *Icellui Jourdain en fuiant trouva en son chemin une Soche de boys, appellée (en Languedoc) Steu.* Hinc diminutivum *Estouquet*, Palus, paxillus, in Lit. remiss. ann. 1469. ex Reg. 195. ch. 382: *Icellui Paliart avoit mis sur les terres deux Estouquetz, comme il lui sembloit que ilz se devoient rigler et vasser, et qu'il s'en rapportoit à tous les laboureurs.*

† STOCCIUM, Arborum et stipitum exstirpacio, evulsio. Charta ann. 1322. ex Tabul. S. Medardi Suession. : *Dictum fuit per predictos (arbitros) quod pro ista vice Prior faceret secare medietatem in suo nemore de Suigno absque prejudicio ecclesie, et alia medietas ad nemus de Roquant, sed Prior solveret Stocagium.* Vide *Estochagium*.

\* Aliud sonat vox Gallica *Stokaige* inter Redit. Comit. Namur. ann. 1289. ex Reg. Cam. Comput. Insul. sign. *Le papier aux aysselles fol. 24 rº: Encor i a li cuens à Templois de tos les hommes,.... soient lai, cleric ou prestre, deux deniers de Stokaige.* Ibid. fol. 25. vº: *Encor i a li cuens le Stokaige de chascun keruier deux deniers, et de chascun manovrier un denier à Noiel.* Ubi census videtur, qui ex domibus percipitur, idem quod *Estocage* in *Stoc*.

† STOCEA, apud Martinium in Lexico ex Bart. Comm. Rer. Germ. lib. 2. cap. 16. de Suecis: *Norunt ipsi culceos suere, vestem conficere, ex junco Stoccam texere.* Sed leg. *Stoccam*.

† STOCHUS, Ital. *Stocco*, nostris *Estoc* vel *Estocade*, Ensis species. Vide Menagium et Ferrarium in *Stocco*. Statuta castri Redaldi lib. 2. fol. 39. vº: *Declaramus quod arma vetita sint infrascripta, videlicet, lancea, spata, cutellus, sive daga, et cultellussia, Stochus,.... et omne aliud ferrum strictum et acutum simili Stoco.*

STOCIUS, *Stultus*. Glossæ Arabico-Lat.

† STOCKE. Vide supra *Stoc*.

\* STOCKE-NEFFN, Indices adlecti, uti veridici, interprete Ludewigo ad Leges Danic. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 167: *Item conquerens (leg. cum querens) causas*

*aliquas promulgaverit, super quibus denominati, qui dicuntur Stocke-neffn tenentur discernere,.... et nisi juraverit non teneantur discernere Stocke-neffn, et in tercio placito debent per duos fjyllingh moneri ad Stocke-neffend.* Ibid. pag. 177: *In eisdem legibus juramentum, quod dicitur Stocke-neffn continet xij. denominatos, et quidquid plures illorum juraverint, hoc ita ratum sit, quod ipsorum juramentum nunquam possit in irritum revocari.* Vide *Verdictum* et *Veritas* 1.

\* STOCKENETTE, Retis genus. Charta ann. 1312. apud eumd. Ludewig. tom. 9. Reliq. MSS. pag. 586: *Licentiamus etiam iisdem possessoribus in nostra aqua Vipera quatuor piscatores cum minutis retibus, que Stockenette vocantur.*

\* STOCKENISCH vel STOCKEVISCH, vox Germanica, Halex, ut videtur, fumo exsiccatus, aut asellus arefactus. Charta ann. 1450. in Reg. 185. Chartoph. reg. ch. 83: *Item de chascune kappe de Stockenisch amené par les Alenans, ung estrelin d'entrée (au bourg de Bruges).* Vide *Stockfish*.

† STOCKFISH, STOKFISH, Skinnero in Etymol. Asellus arefactus, sic dictus quia durus est instar Stocis, id est trunci seu caudicis. Charta ann. 1338. apud Rymer. tom. 5. pag. 14: *Quadranginta et sex milia et quingenta de Stockfish.* Alia ann. 1339. ibid. pag. 146: *Quingue milia de Stockfish, etc.*

\* STOCNEDUS, Qui virgam defert, qui apparitoribus præest. Charta ann. 1226. apud Ludewig. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 322: *Bodellis, (leg. Bedellis) etiam seu præconibus,.... qui litigantes adjuverint ad detinendum suos adversarios, quos convenire proponunt, et ad capiendum pignora, ubi fuerint capiendi, duo debentur denarii et totidem pro Stocmedo.* [\* Geologium, carcerarium, a *Stock*, Germ. *carcer*, et *Mete* vel *mede*, hodie *Miethe*, merces. Vide *Haltaus*. Glossar. German. voce *Stockmete*, col. 1748.]

\* STOCUM. De Stoco, Punctim, Gall. *d'Estoc*. Lit. remiss. ann. 1362. in Reg. 93. Chartoph. reg. ch. 115: *Præfatus Petrus dictum Guillelmum cum cuspide dictæ guzarmæ de Stoco sive taillio dicitur vulnerasse prope manillum.* Alia ann. 1397. in Reg. 152. ch. 36: *Tunc dictus presbyter commotus tantum fuit cupidus percutiendi de Stoco sive cuspide, quod cecidit ad terram.* Formulæ MSS. ex Cod. reg. 7657. fol. 40. vº: *Ex quibus ictibus dictus talis percussus vulneratus extitit quatuor ictibus, uno videlicet... prope inguinem de Stoco,.... alio modicum alius in ventrem de Stoco.*

\* STOCUM, Eadem notione. Lit. remiss. ann. 1364. in Reg. 96. Chartoph. reg. 184: *Diversis vulneribus letabilibus, tam de taillio quam de Stoco,.... vulnerasse dicuntur.* Vide supra *Estocum*.

† STOCUS, ut *Stochus*. Vide in hac voce.

\* STOFARE, Instruere, ornare, Gall. *Garnir*. Lit. remiss. ann. 1366. in Reg. 99. Chartoph. reg. ch. 1: *Cepit duas zonas de serico, argento Stofatas, etc.* Vide *Stuffare*.

\* STOFFA, Instruetus quisvis, quidquid rei rusticæ necessarium est. Charta ann. 1207. in Chartul. Thenol. ex Cod. reg. 5649. fol.

34. vº: *Conqueretur eadem ecclesia quod ego quinque carrucas et Stoffas domus de Harbes, etiam bladum et avenam ceperam violenter.* Vide supra *Estoffa*.

STOFFATUS, STOFFURA. Vide *Stuffare*.  
† STOFFIA, Pannus, Gall. *Stoffe*, Statuta antiqua Monast. Sangerm. inter Prebat. ejusdem Histor. pag. 174. col. 2: *Et si contingeret quod conveniretur in aliqua summa pecunie, dicta summa converteretur in Stoffias, Gallice Estoffes, ad sustinenda vestimenta et ornamenta dicti monasterii.*

\* STOFFLINGH, Bonorum alterius per vim occupatio, interprete Ludewigo ad Leges Danic. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 177: *Item quicumque per multitudinem populi ad bona dicitur et ibi injurias bondoni intulerit, per modum qui dicitur Stofflingh, etc.*

† STOFFUS, STOFUS, Pila lusoria, vulgo *Estenf*. Advisamenta styli curiæ Eccl. Brioc. : *Johannes permissione divina et S. Sedis apostolicæ gratia Episcopus Briocensis. Licet prohibitum fuerit per statutum synodale ne ludatur ad Stoffum super ecclesiis parochialibus et in terra benedicta, nonnulli tamen pretendentes, dicto statuto non obstante, hoc sibi licere super capellis cultui divino ordinatis et alibi in terra benedicta ad ludendum ad Stoffum et alios ludos se ingerunt, etc.* Regest. 82. Chartophyl. Reg. Charta ann. 1356: *Luderet ad coulam seu pilam, (et cum) pilam seu Stofum portare, etc.* Vide *Strophus* 2.

† STOGARIUS. Vide infra *Stotarius*.  
† 1. STOLA, Custodia. Johannes de Bayonna in Hist. Mediani Monast. cap. 73: *Heinricus in Germaniam reversurus, filium sub Stola Mediolanensis Episcopi reliquit.* [\* Vide *Sub stola* in *Stola*, 2.]

2. STOLA, Una e vestibus Ecclesiasticis, quæ et Orarium dicta. Honorius Augustod. lib. 1. cap. 104: *Deinde circumdat collum suum Stola, quæ et Orarium dicitur, etc.* Stephanus Eduensis Episcop. lib. de Sacram. altar. cap. 10. ubi de vestibus sacerdotalibus: *Stola circumdata collo, ad interiora descendens, significat obedientiam filii Dei, et jugum servitutis, quod pro salute hominum portavit.* Vita metrica sancti Mauri Abbatis MS:

Plorat et exorat, veniam dum fletibus orat,  
Deponendo Stolan, quam toto tempore curam  
Anni portabat, quam sic vehementer amabat,  
Quod sublimatus, quod erat Levita creatus.


Ubi observanda verba, *omni tempore*: nam *sine stola* vel orario *incedere* vetantur Presbyteri apud Hincmarum et Reginonem de Vita et Conversat. Presb. cap. 62. adeo ut mirum sit haud ita pridem cum stola Curiones sibi adesse non debere contenderint Episcopi. Vide Rupertum lib. 1. de Divin. offic. cap. 21. Innocentium III. Durandum lib. 3. Ration. cap. 5. etc.

Stola et Orarium licet promiscue usurpari solent apud Scriptores Ecclesiasticos, interdum tamen distinguuntur, ut in Vita S. Livini sæc. 5. Bened. pag. 455: *Stolan cum orario gemmis pretiosis auroque fulgido pertextam in ipso die ordinationis sue pro federe æternæ caritatis pius magister dilecto suo discipulo devoto amore contraxit.* [\* *Stolan* S. Martini Wormatiæ asservatum scribit Schannat. Histor. Wormat. tom. 1. pag. 136. Vitta est, ait ille, co-



loris subcærulei, continens in latitudine digitos 3. in longitudine palmas 36. cui hinc inde, certis intervallis egregio opere intertexta leguntur verba sequentia litteris Romanis in hunc modum expressa :

IN NOMINE DNI  
ORA PRO ME.]

 *Stolam præ manibus tenebant sacerdotes dum confitebantur ante missam apud Cluniacenses, eamque facta confessione duntaxat collo imponebant. Bernardus in Ord. Cluniac. part. 1. cap. 72. hujus moris testis est : Sacerdos inter manus tenendo Stolam, Confiteor Deo dicit, respondet socius, Misereatur vestri; sed antequam respondeat, Misereatur vestri, socio confitenti, ipsam osculando sibi imponit adjungendo, Indulgentiam, etc.*

\* Ea veste induti sacerdotes jubentur audire confessiones, in Stat. MSS. S. Flori fol. 13 : *Præcipimus etiam, quod illi qui confessiones audierint, in loco patenti ecclesie et non in occulto, et cum Stola in collo audiant confitentes.*

STOLA autem, propria est Diaconorum vestis, ut observat Amalarius lib. 2. de Eccl. offic. cap. 20. unde in Vita S. Altmanni Episcopi Patavienensis legitur eundem Episcopum, cum Diaconus adventitius et sinistrae lamæ lecturus Evangelium benedictionem ab eo peteret, stolam de collo ejus abstulisse, et alteri præcepisse ut legeret.

STOLAS vero Diaconi et Subdiaconi super humerum sinistram ferunt, ut monet Gillebertus Lunicensis Episcopus lib. de Usu Ecclesiastico. Vide Euchologium Græcor. Goari, et quæ observamus in Dissert. de Nummis Imp. Byzantinorum, et in voce *Orurium*. Veneti etiamnum Stola appellant panni segmentum oblongum dodrantali latitudine, quod sinistro humero injiciunt. Vide Oct. Ferrarii Orig. Ital. in *Stola*. Glossar. med. Græcit. in ὀζύριον, col. 1792.

STOLIS et SUPERPELLICIIS induti Synodo adesse jubentur Sacerdotes, in Synodo Bajocensi ann. 1300. cap. 3.

STOLE CUM TINTINNABULIS, in Testamento Riculfi Episcopi Helenensis ann. 915 : *Stolas quatuor cum auro, una ex illis cum tintinnabulis*. Monasticum Anglic. tom. 3. pag. 317 : *Stolu et manipuli cum imaginibus, et in extremitatibus cum campanulis argenteis.*

\* STOLA CUM CHILLIS, id est, Tintinnabulis. Obituar. S. Martial. Lemov. ex Cod. reg. 7887. fol. 3. 1.º : *Fulbertus levita feri jussit... Stolum uream planam cum chillis*. Vide *Chille*.

STOLA et ANNULO privati Abbates, qui deponebantur a sua dignitate. Hugo Flaviniacensis pag. 258 : *Judicio dato, eis frustra Sedem Apostolicam appellantibus, rogabatur Stolam et annulum reddere*. Infra : *Ipse vero quamquam depositus, quamquam a consortio et communione Ecclesie sequestratus, Stolam retinuit et annulum*. [Form. degradationis apud Spelmann. : *Signum Domini per hanc Stolam signatum turpiter abjecisti; ideoque ipsam a te amovemus, etc.*]

SUB STOLA EXCOMMUNICARE, i. stola sumpta, ad majorem excommunicationis ceremoniam. Charta ann. 1214. in Hist.

Guinensi pag. 135 : *Dominus vero Willelmus Abbas cum Conventu suo, sub Stola excommunicaverunt omnes qui hanc elemosynam ab Ecclesia alienaverint*. Chronicon Montis-Sereni ann. 1216 : *Stola sumpta, reos, tacitis nominibus, excommunicationis vinculis innodavit*. Et ann. 1219. pag. 228 : *Reventibus eis, statim intentionem suam facto declarans, manu ad tergum porrecta, Stolam ibi occultatam protulit, et priusquam appellationis clypeo se murerent, excommunicationis eos gladio percussit*. [Lamberti Episc. Atebat. Epist. 134. apud Baluz. tom. 5. Miscell. pag. 365 : *Camque, ne veritas retireetur, causa excommunicationis collo nostro Stolam imponeremus, etc.*] Adde Laurentium Leodiensem in Hist. Episcoporum. Viridunensium pag. 292. et Chartam Egberti Archiep. Trevirensis ann. 981. apud Browerum in Annalib. Trevir. pag. 484. 2. edit. [\* Vide mox *Stolatus* et *Haltaus*. Glossar. Germ. voce *Stole*, col. 1750.]

STOLA et BANNO interdicere. Chronic. Trudonense lib. 2. pag. 366 : *Que enim regula; quis canon, quis ordo, quæ leges hoc auctorizant, ut defuncto suo Abbate Monachi... ire ante datum Abbatem ab Episcopo in exilium compellantur, et nisi assentiant, Stola et banno omnes in Episcopo Christiani ab eorum hospitalitate interdican- tur.*

\*\* STOLULA. Reinard. Vulp. lib. 3. vers. 2323 :

Inter sacrilegas Iyehnis Stolisque gehenna  
Devolvare tuum his caput octo patres.

SUB STOLA JURARE. Otto Morena in Histor. Rerum Laudens. pag. 64 : *Super his capitulis fuerunt testes, et sub Stola tactis sacrosanctis Evangelii juraverunt D. Petrus Christianus Decanus Basilicæ B. Petri, etc.* Vide *Juramentum*.

\* SUB STOLA votum deponere, id est, Stola capiti imposita. Charta Joan. episc. Camerac. pro fundat. hospit. S. Joan. Bapt. Bruxell. ann. 1211. ex Cod. reg. 10197. 2. fol. 15. 1.º : *Statuimus quicumque divina inspiratione tractus in eadem domo se Deo famulaturum obtulerit, non prorsus ad obedientiam recipiatur, nisi quatuor mensibus tanquam novitius inter fratres et sorores conversando probetur.... Tunc demum si... unicorditer placuerit, seculo et propriis ac propriae voluntati renunciet, votum continentie sub Stola in manu sacerdotis deponat*. Alia pro fundat. hospit. S. Gertrudis ann. 1255. in Suppl. ad Miraum pag. 610. col. 1 : *Votum continentie sub Stola in manu sacerdotis deponat, jugum obedientie super se tollat*.

\* SUB STOLA FIRMARE, Sacramenti formula episcopis usitata. Charta Gaufr. episc. Carnot. ann. 1124. ex Tabul. S. Petri Carnot. : *Ne quis autem hanc pacem diabolicam malignitate dissolveret, eam sub Stola mea firmavi*. Vide in *Juramentum*.

STOLA, pro Pallio Archiepiscopali. Eadmerus lib. de Anselmi similitudin. cap. 188. de eodem S. Anselmo Archiepiscopo Cantuariensi : *Et ut Romam ad Papam Urbanum pro Stola sui Archiepiscopatus eundi sibi licentiam daret, humiliter et mansuete petit*. Landulfus de S. Paulo in Chro-

nico Mediolanensi cap. 1 : *Ordinationem quoque Episcopatus ab extraneis Episcopis suscepit : virga quoque pastoralis per munus Comitissæ Mathildæ adhæsit, Stolam vero per Legatum D. Papæ sibi delatam induit*. Cap. 38 : *Unde ipse Papa huic prudenti viro dixit : Frater, meditato et Episcopo venisti, sed si vis frui auctoritate Archiepiscopi in temporibus meis, necesse est ut Stolam suscipias de manibus meis, sicut ego suscepti ad altare S. Petri*. Ita infra cap. 40. Alexander II. PP. Epist. ad Hugonem Arch. Rotomag. : *Stolam ob insigne dilectionis de collo nostro assumptam per dilectos filios nostros R. et G. viros industrios, tibi que devotos, Charitati tue transmittimus, ut videlicet ad honorem Dei et B. Petri reverentiam, nostrique memoriam ea assidue perfruaris*.

\* *Stolam pendentem, non cancellatim positam deferunt Cartusienenses ex Stat. ejusd. ordin. ann. 1261. in Append. ad tom. 6. Annal. Bened. pag. 689. col. 1 : Stola non cancellata, sed uniformiter deponetur.*

\* STOLA, Oblationes, quæ curionibus casu obveniunt, nostris vulgo l'Étole blanche. Charta ann. 1452. apud Pcz. tom. 6. Anecd. part. 3. pag. 271. col. 2 : *Item Stolam, comparationes, oblationes, presentius seu quotidianas distributiones, et alios obventionales accidentales, sub quacumque cadant oppositione, duximus taxandam, etc.* Non eadem prorsus, sed non longe dissimili, notione, in Charta ann. 1327. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 449 : *Oblationes quascumque, quas in dicto oratorio ad truncum, altaria, ad pixidem vel ad Stolam, seu ad alia loca quacumque offerri contigerit, debeant... recolligi... in pixidem cum duabus serrariis*.

\* STOLE inter præstationes ecclesie Romanæ singulis annis persolvendas recensentur in Lib. cens. ejusd. eccl. : *Monasterium SS. Anastasii et Innocentii situm in Guardeseim tenetur ecclesie Romanæ singulis annis in duabus Stolis pretioso serio et aurifrixio contestis, in quibus triginta bissanti aurifrixio contesti debeant esse inserti*.

† STOLATUS, Stola indutus. Gloss. Lat.-Græc. : *Stolatus, ἐστολισμένος*. Chron. Trudon. apud Acher. tom. 7. Spicil. pag. 365 : *Progressus in publicum Episcopus Leodiensis Henricus Stolatus auctoritate Episcopali per bannum omnibus in Episcopo suo præcepti, ut et hospitium eis non indulgerent*. Ibidem pag. 454 : *Coram Stolato Episcopo, Stolati et ipsi ut in consecrationibus suis facere solent, tan Abbates quam Episcopi, etc.* Ekehardus Junior de Casib. S. Galli cap. 11 : *Pergunt in ecclesiam ad dandas abundantibus prospere vice preces, et recipiendus a tot Episcopis benedictiones, data prius confessione, et a Stolatis remissione*. Adde Acta S. Reginswindæ tom. 4. Jul. pag. 94.

\* STOLDUS, Mensura vinaria. Charta ann. circ. 1200. in Tabul. S. Petri Carnot. : *Duos panes et duos Stoldos vini cotidie, quamdiu vixerit, de tali pane et vino in refectorio et coquino, quantum monachus unus, habeat*.

† STOLEUM, ut *Stolus* 2. Vide in hac voce.

† STOLEZARUS, ut *Stolizaz*. Vide ibi.



¶ **STOLICHERI**, **STOLICI**, Ita in Germania appellati aliquando Fratres Ord. Prædicatorum : rationem hujus nomenclaturæ exhibent Gesta Trevir. Archiep. apud Marten. tom. 4. Ampl. Collect. col. 241 : *In diebus illis venerunt in partes istas primæ Prædicatores et postea Nudipedes, et subito impleverunt mundum. Et primo quidem Prædicatores venerunt Coloniam, et datus est eis locus et hospitale quoddam in platea Stolicorum, ut ædificaretur eis ibi habitatio. Unde a loco nomen aliquando habuerunt, ut vocarentur Stolici et Stoliche-ri, putantibus multis, quod a paupertate sic vocarentur.*

¶ **STOLIDITAS**, In agendo tarditas, Gall. *Lenteur*. Chronic. Trivetti apud Acher. tom. 8. Spicil. col. 639 : *Hic (Johannes XXI.) Episcopus Tusculanus erit antequam Papa fuerit in scientiis diversis famosus : sed scientiarum florem pontificalemque dignitatem quadam morum Stoliditate deformavit, adeo ut naturali pro parte carere videretur industria.*

¶ **STOLIUM**. Vide infra in *Stolus* 2.

**STOLIZAZ**, Magistratus, apud Longob. [*Stolizaz* Lindenbrogio dici videtur quod loco Regis in iudicio presideat sacraque vice judicet.] Gloss. : *Stolizat, id est Missus Regis*. Glossæ aliæ : *Ab Stolizaz, ab eo qui pacem ministrat*. Sed videtur legendum *pacem, Paciarus, εἰρηνοποιός*. Lex Longobard. lib. 1. tit. 19. § 5 [\*\* Roth. 150.] : *Si quis molinam alterius scapellaverit, anteclausuram ruperit, ... componat sol. 20. in palatio Regis districtus ab Stolizaz*. Ubi Spelmannus monet in aliquot MSS. codd. legi *abstori-zat, et abautorizat*. Sed nihil mutandum monet Charta Arichis Ducis Longob. in Chronico Beneventano S. Sophiæ : *Concessimus nos Donavin vir gloriosissimus Arrichis, summus Dux gentis Longobardorum, per rogum Griserisci Stolezari (forte Stolezari) nostri, tibi Municulano Gastaldo nostro pueros duos, etc.* [\*\* Chron. Salernit. cap. 38 : *Defuncto ut diximus Grimoalt, Idelrici filius Grimoalt, quem lingua Teodesca, quod olim Langobardi loquebantur, Stoleseyz fuit appellatus, quod nos in nostro loquio, qui ante obtutibus principis et regibus milites hinc inde sedendo perordinat, possumus vocitare, in principale dignitate est elevatus*. Gloss. Cod. Cavens. Leg. Longob. : *Stolesaz, i. qui ordinat conventum*. Aliæ apud Cancian. *Ab infertore regis*. Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 305. voce *Stuolsazo*, et col. 679. voce *Stolze*.]

\* **STOLIUM**, idem videtur quod *Socida*, Concessio ad medietatem fructuum. Formul. MS. Instr. fol. 47. vº : *Concessiones etiam ad firmam, vel ad Stollum, sive ad pensionem de rebus nostris et ecclesiæ predictæ, nomine nostro et ipsius ecclesiæ, ad aliquod breve tempus, juxta consuetudinem ipsius ecclesiæ faciendi (potestatem damus).*

**STOLNA**. Charta de Urbis post Decreta Hungarica : *Ita tamen ut Stolnas hæreditarias, et aqueductus omnes pro conservatione regalium montanorum suis impensis debito intertuerent.*

**STOLPUS**. Marcellus Empir. cap. 27. in carmine ad rosus : *Stolpus a celo cecidit, etc.* Ubi Casaubonus in Comment. ad Per-

sii Sat. 5. reponit *stlopus*, scilicet sonus ille quem buccæ inflatæ et ictu collisæ edunt. Gloss. Gr. Lat. : *Stoppus, πομπυρός*. Vide *Stoppum*.

¶ **1. STOLUS**, Sedes in choro. Vide *Staulus* 1.

2. **STOLUS**, *classis, navis*, Ugutioni, ex Gr. *στόλος*. *Stolus Alexandrinus*, in leg. 7. Cod. Th. de Navicular. (13, 5.) Codex Carolinus Epist. 24 : *Quod sex Patricii, deferentes secum trecenta navigia, simulque et Sicilicensem Stolum, in hanc Romanam urbem absoluti a Regia urbe, ad nos properant*. Joannes VIII. PP. Epist. 7 : *Cum... certa relictione didicerimus Stolum amplissimum in primo ad expugnandum urbem venturum, etc.* [Litteræ Senescalli Provinciæ ad Massil. ann. 1337 : *Intelleximus Stolum galearum Regis Aragonum paratum esse proficere*. Ottoboni Annal. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 365 : *Margaritus cum Stolo Regis Tanclerii, scilicet cum galeis LXXII. et duabus sagitteis et duabus scurlatis apparuit.*] Vetus Inscriptio Pisis, apud Ughellum tom. 3. pag. 411 :

Aono quo Siculus est Stolus factus ad oras.

¶ Quo ultimo loco pro expeditione navali accipitur, ut et pag. 858. ejusdem tomi et in Annalib. Pisanis ad ann. 1138. ibidem.

¶ **STOLIUM**, Eodem significato. Bartholomæi Scribæ Annal. Genuens. ad ann. 1230. apud Murator. tom. 6. col. 467 : *Postquam vero nostræ galcæ et naves applicuerunt apud Aconem, habuerunt totum mare in sua virtute; et Stolum Imperatoris non audebat stare in mari.*

**ESTOL**, apud Raimundum Montanerium in Chron. Catalanico Regum Aragon. cap. 186. et alibi non semel.

**STOLIUM**, Eadem notione. Romualdus Salernitanus in Chronico MS : *Alio quoque tempore predictus Rex Rogerius misit Salernam Animivium suum cum Stolio suo in Romaniam, qui invenit maximum Stolum Imperatoris apud caput Ilalee, etc.* Falcandus pag. 648 : *Stephanum quoque Fratrem suum Stoliæ constituit Admiratum*. Alibi : *Cum enim in partes Hispaniæ misso Stolio, Masmodorum Rex potentissimus Africam obsedisset, etc.* Rigordus ann. 1201 : *Ascito sibi Dux Venetiarum sub juramento, cum suis Venetianis et Stolio*. [Charta ann. 1320. ex Tabul. Massil. : *Ante Januam dum potens Stolum galcarum nostrarum inimicos nostros insequeretur*. Litteræ Caroli Reg. Siciliæ ann. 1224. ex eodem Tabul. : *Tempore isto quo hostes adversarii cum exercitu et Stolio sunt velsificantes maria, etc.* Chr. Siciliæ apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 29 : *Dictus autem Rex Carolus... transiens mare cum suo numeroso Stolio galcarum, navium, et aliorum lignorum, etc.*] Utantur Gesta Innocentii III. PP. pag. 49. 69. 129. ubi perperam *scolium* semper editum, Chronicon Augustense anno 1237. Petrus de Vincis lib. 2. Epist. 31. 32. Epistolæ Bonifacii VIII. aliquot apud Waddingum tom. 3. in Regesto pag. 5. 8. Albertinus Mussatus lib. 16. pag. 91. etc. Interdum **STOLIUM** usurpatur pro Exercitu terrestri, quomodo Itali *Stuolo* dicunt pro quibusvis copiis militaribus. Chronicon

Fossæ-novæ ann. 1185 : *Guillelmus Rex Siciliæ fecit Stolum maximum per mare et terram. Super Stolum maris ordinavit Capitaneum Comitum Tancredum, super Stolum terræ fecit Capitaneos Comitum Alduinum et Comitum Richardum de Cerra, etc.*

¶ **STOLEUM**, ut *Stolus*, in Continuat. Chron. Andr. Danduli apud Murator. tom. 12. col. 436 : *Destinatum fuit u ducali dominio Stoleum galearum ad partes Sclavoniæ.*

**EXTOLEUM**, **EXTOLIUM**, non semel apud Rhabarum de Carolinis in Chron. MS. pro Stolum ann. 1362. 1379. etc. et Andr. Dandulum in Chron. MS. ann. 1312.

**STORIUM**, Eodem perinde significato, Classis. Rogerus Hovedenus pag. 670 : *Eodem die venit illuc Willelmus... cum 30. magnis navibus de navigio Regis Angliæ, et erant pariter in eodem loco de Storio Regis Angliæ centum et sex magnæ naves onustæ viris bellicosiss, etc.* Pag. 692 : *Applicuerunt apud Acon cum mujori parte Storii Regis Angliæ*. Adde Bromptonum pag. 1177. Chronicon Flandr. cap. 82 : *Le Roy d'Angleterre avoit fait appareiller une grande Estorie de nef à un sien port, etc.* [Estoire, apud Villharduinum lib. 1 : *Onques plus belles Estoires ne party de nulle part*. Idem lib. 2 : *Il fu envoyés en Surie en message, en une des nés de l'Estoire.*]

\* **3. STOLUS** est *Pumellus supra domum*, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120.

¶ **STOMA**, a Gr. *στόμα*, Os. Paulus Diacon. lib. 18 : *Erant autem Arabum juxtapositorum quidam, qui accipiebant ab Imperatoribus rogas pauxillas, ad custodiendum Stona eremi*. Id est, deserti ingressus.

\* **STOMACHOSUS**, Ital. *Stomacoso*, Molestus, nausea plenus. Vita S. Claræ tom. 3. Aug. pag. 680. col. 1 : *Si qua monialium mala valetudine, morbis vel ulceribus afflicta retaret, ad illam vehementi charitate ventitare, curare, Stomachosique ministeria exercere, manibus ipsis contractare, nullum concipere nauseam, potius voluptatem.*

¶ **STONDEGARDA**, **STONDEGARDA**, Munimentis genus, Gall. *Redoute*. Gualvaneus Flamma apud Murator. tom. 12. col. 1001 : *Super ripam Ticinellæ fecit construi Stomdegardas magnas et buthefrda XL*. Ibidem col. 1016 : *In circuitu civitatis quinque exercitus ordinavit, fossata fodi jussit, Stondegardas et battifreda crexit, etc.*

¶ **STONNE**, Anglis, Repausatio. Vita S. Ethildritæ sæc. 2. Bened. pag. 752 : *Appellatus est locus ille usque in hodiernum diem Edeldrede Stonne, quod Latine sonat Repausatio Etheldrede.*

¶ **1. STOPA**, Stupa, Gallice *Etoupe*, Ital. *Stoppa*. Statuta Vercellæ lib. 3. fol. 85. vº : *Et de tcla riste, canepc et Stope lini solidum unum et denarios decem Pap. Statuta Montis Regal. fol. 277 : Item statutum est quod quilibet textor seu tatrix capiat tantum pro texitura et orditura, pro qualibet teisu... telæ Stopæ, solidos tres*. Vide *Stopinus*.

¶ **2. STOPA**, ut *Staupus*. Vide in hac voce. **3. STOPA**, Obstructio, seu jus obstructuendi rivos defluentes. Charta ann. 1207. in Tabul. S. Bertini : *Quocumque aqua defluerit, vel ubicumque decursus*



aquarum obstruere fuerint, Philippus de Oya omnes Stopas, quas in feodo Ecclesie S. Bertini supra Rambreehtesgat habet, et antecessores sui habuerunt, libere solus tenebit: si autem Rambreehtesgat obstruas fuerit, et aqua deflaxerit per pontem, etc. Charta Gallica apud Prynneum in Libertatibus Eccl. Anglic. tom. 2. pag. 215: De cheminis Estopez, ewcs trestornez, bundes brisiez, etc. Hinc

† STOPARE, Obstruere, occludere. Statuta Vercell. lib. 3. fol. 93: *Homines Tridini teneantur et debeant et compellantur per Potestatem Vercellarum tenere Stopatum juxta burgum Tridinalveum novum.* Statuta Montis Regal. fol. 214: *Et aliqua persona non debeat Stopare nec Stopari facere aqairolium portæ Vici, etc.* Vide Stupare.

† STOPASSIS, Topazius, vulgo Topase, lapis pretiosus. Inventar. ann. 1379. ex Schedis V. Cl. Lancelot: *Item duo alii anuli auri, videlicet unus cum lapide vocato Stopassi, et alius cum quodam lapide vocato cornalina.*

† STOPELLUS, diminut. a Stopus. Vide Stupus.

STOPHARIUS. Vetus Gloss.: *Tributarius Romanus et Stopharius nominatur, qui censum Regi solvit.* [\* Vide Ostertuopha in Steura.]

\* STOPHUS, Id quo fenestra stopatur seu occluditur, ut opinor. Comput. ann. 1403. ex Tabul. S. Petri Insul.: *Item Jacobo Cornille pro faciendo unam fenestram in thalamo clerici B. Mariæ et pro Stoplus, xij. solidos.*

† STOPINUS, Italis Stoppino, Ellychnium, Gallis Mèche, lumignon. Caffari Annal. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 150: *Unusquisque aspiciens lampades, quæ de foris in circulo ecclesie erant, una post alteram vicissim taliter ardebant, ut funus quidam igneus per aquam et oleum usque ad Stopinum ascendebat, et a tribus facillis Stopino percusso ardere incipiebat.* Statuta Placent. lib. 6. fol. 70: *Ita quod habeant (candelæ) Stopinum de bombasio novo, etc.* Item pro ipsa stupa, unde conficiuntur ellychnia. Statuta Astens. ubi de intratis portarum: *Stopini modis prædictis ponantur et solvant pro qualibet dozana lib. 1.* Guido de Vigevano de Papiæ de Modo acquirendi T. S. ex Cod. Colbert. 5080: *Sed antequam firmetur navis super curvis habeantur Stopini preparati, impesati et inccrati, qui ponantur in illis tribus scissaris et postea fortiter inclaveletur navis super curvis illis et postea calcentur Stopini cum cunis et maciis.* Vide in Stopa 1.

STOPLUM, Gravis sonus. Papias. Leg. Stloppum.

† STOPULA, Stipula. Otto Morena in Hist. Laudens. apud Murator. tom. 6. col. 1607: *Ab eis posito igne in quodam planstro Stopulæ, qui fuerat in campo relictus, etc.*

STOPUS. Vide Staapas.

\* STOQUUM. Vide supra in Stocum.

† STORA, vox Italica, ut infra Storia 1. Statuta dataria Riperia cap. 12. fol. 4. vº: *De qualibet Stora scorzarum a subris pro introitu soldi sex.* Vide alia notione in Veterana.

† STORACINUS, STORACIS. Vide Storax.

† STORARIUS. Vide infra Stotarius.

\* STORATA, STORATICA, Præstatio pro Stora mercibus in foro exponendis necessaria. Pactum inter Mantuan. et Ferrar. ann. 1208. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 873: *Nec aliquid ab eis (draperiis) accipiant de Storata, nisi duos imperiales.* Aliud inter Bonon. et Ferrar. ann. 1193. ibid. col. 893: *In foro vero annuali, novem Ferrariensibus vel Bononiensibus. Et de Storatica et tabula totidem, si fuerit cambitor.* Vide innox

\* STORATIA, Storea. Vita S. Sperand. tom. 3. Sept. pag. 902. col. 1: *Cum Quadragesima jejunaret in cella, quam ex Storratiis sibi fecerat a frigore vehementer afflicta est, etc.* Vide innox Stora 1.

STORAX, Papias, lacryma est. Unde eodem nomine dicitur similis mali cydonii, cujus distillato illa quæ virgis et calamis inhaerit, Storax Calamites dicitur, i. munda. A storace vero dictus color ipse Storacis, vel stauracis, stauracias, storacinus, stauracinus. [\* Vide Isidor. Orig. lib. 17. cap. 8. sect. 5.] Idem

STAUACIUM. Papias: *Stauracium, genus palliorum depictorum ex storace, quæ gutta similis est mali cydonii.* Chronicon Fontanellense cap. 16: *De vestimentis vero Ecclesiasticis largitus est pallia quæ dicuntur fundata tria, Stauracia duo, etc.* Paulus PP. Epist. 15. Codicis Carolini: *Stauracium pallium unum habentem paones.*

STAUACIUS, STAUACINUS. Anastas. in Sergio PP. pag. 61: *Locellum aperuit, in quo interius plumacium ex holoserico superpositum, quod Stauracis dicitur, invenit.* [Idem vero Plumacium videtur quod Opus plumarium. Vide Plumarium 2.] In S. Hadriano pag. 109: *Fecit etiam in eadem ipsa basilica... cortinas miræ magnitudinis de palliis Stauracin, seu quadrapolis.* Infra: *Similiter fecit vestem de Stauracin, seu cortinam majorem ex palliis quadrapolis: sed et per diversos arcus vela syrica numero 57. omnia ex palliis quadrapolis, seu Stauracin.* Occurrit ibi pluries. Hariulfus lib. 2. c. 1: *Casalas de pallio 30. de purpura 10. de Stora 6. de pisce 1. de platta 15. de cendato 5.* Vide Epist. 7. S. Bonif. Moguntini Arch. Ex his apparet perperam Bullengeri, vestes stauracinas, dici auro et serico pampinatas, corimbias, filicatas, quia Græcis recentioribus, ut auctor est Moschopulus l. περί στέδων, σουρῶνα, ἐλακας, corymbi et pampini vocantur.

✎ Non placet doctorum Hagiographorum interpretatio ad Acta SS. Maii tom. 3. pag. 394. et 7. pag. 421. quibus Stauracis Pannus est crucibus intextus, a Gr. σουρός, crux; tametsi iis accedunt Macri fratres in Hierolex. et Torrigius de Cryptis Vaticanis pag. 184. 2. edit.

\* Ita quoque censet Rhodigin. de Liturg. Rom. pontif. lib. 1. cap. 15. num. 6.

STORACIDIUM, ζυμπεριός, in Gloss. MSS. Sangermanensibus.

\* STORCOLL, Investigatio, inquisitio. Constit. MSS. Ferdin. reg. Aragon. ann. 1413: *Cum sæpe contingat quod malefactores se in fortalicis vel castris, sono eos sequente, recipient, et dato scrutinio seu Storcoll, capitanei et alii homines dicti soni, dicto Storcoll non contenti bona malefactorum secum sportare nituntur, etc. Ad recipiendum au-*

tem scrutinium sive Storcoll ultra personas per nostram provisionem alias statutas, nullus intrare audeat.

STORDATUS, Obtusus, obstupefactus, ex Gallico Estourdi, Italico Stordito. Ita porro nostri appellabant, qui a prælio quod Estour vocabant, uti alibi docemus, recens venerant, tanquam qui nondum sui compotes essent præcertaminis horrore et fragore. Scio alias originationes dedisse viros doctissimos, quas probent alii per me licet. Epist. Petri de Condeto Capellani Regis tom. 2. Spicilegii Acheriani pag. 553: *Et qui erant extra naves adeo erant fatigati et Stordati, quod vix poterant se sustinere.*

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Stordit, Prov. attonitus. Sperdit, eadem notione, ibidem.*

\* Stordoier vero et Stordoir appellatur Trapetum seu mola olearia, inter Redit. comitat. Namurc. ann. 1289. ex Reg. Cam. Comput. Insul. sign. *Le papier aux ayselles fol. 7. rº: Encori a li euens deux Stordoiers d'oile, ki rendent cascun an à conte xxxvij. livres d'oile, si ne croist ne n'abaisse, s'on ni fesist plus de Stordoiers... Si doit on pour la tenure tenans à Stordoir par an dix deniers.*

1. STORIA, STORIUM, Idem quod Storea. [Chron. Parmense ad ann. 1282. apud Murator. tom. 9. col. 798: *Propter quod magna quantitas bladi et panis venit Parmam, et mercatores habebant in platea communis domos de Storiis pro blado tenendo.*]

\* Stat. Ferrar. ann. 1288. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 168: *Ad officium prædictorum (æstimatorum) pertineat ne domus aliqua paleata sive de Storiis cooperta sit in civitate Ferrariæ a terraliis infra... Teneant tollere coopertoriam de palea vel de Storiis. Ubi stramen, arundo, similisve materia significatur.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Straria, Prov. Storia, storula.* Vide supra Storatia.

STORIA, Kishiliti, in Glossis Keronis. [\* Pertinet hæc glossa ad Stora, 2. Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 415. voce Gasciht, et col. 711. voce Storia.]

STORIUM Ugutini et Joanni de Janua, dicitur a sterno, eo quod terræ sternatar: *nondam enim laneis stramentis reptis, in his accubabant.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerman.: *Storiam, Natc.*] De Storeis Monachorum, quibus vice strati usi fuerunt, vide Regulam S. Isidori c. 14. 17. et Regulam S. Fructuosi c. 19.

† 2. STORIA, contracte pro Historia, in vet. Inscriptione inter notas Variorum ad Anastas. tom. 3. pag. 198. Idem Anastasius in S. Leone III. apud Murator. tom. 3. pag. 200: *In eodem sacro altare fecit aliam vestem cum Storiis Crucifixi Domini.* Vide Historiare 2. Hinc Storicus.

\* Vox Italica; ita et nostris alias Estoire pro Histoire. Testam. ann. 1392. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 161. col. 1: *Item volo et ordino quod liber meus Chronicarum et Storiarum Franciæ, scriptarum in Gallico, sint et remaneant perpetuo in thesauraria regia Nemausi.* Prolog. ad Chron. Franc. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 152: *Cil qui ceste œuvre com-*



ment, à tous ceux qui ceste Estoire liront, salut en nostre Seigneur.

\* 3. **STORIA**, Certa rei cujusvis quantitas. Contract. navig. Reg. Franc. cum Venetis ann. 1268. in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. Noster fol. 286. v° : *Hæc ponentur in navibus pro quolibet equo quatuor staria ordi et medium ad mensuram Venetorum. Item una Storia de feno, que volvat pedes vij. et medium, et sit alta cum testis pedes v. et medium. Vide Staurum.*

† **STORICUS**, pro Historicus, in Vita S. Landeberti Episc. Traject. sæc. 3. Bened. part. 1. pag. 70 : *A prima fere ætate tradidit eum ad viros sapientes et Stóricos sacris litteris edocendum.* Passio SS. Mart. Cæsaraugust. tom. 2. April. pag. 960 : *Celebritatem quippe nominis eorum tam monumenta Storicorum, quam etiam libri concinnant poetarum. Vide Storia, 2.*

\* **STORINUS**, Color sturni, qui Stornello Italis dicitur, ut notant docti Editores ad Vitam S. Rosæ tom. 2. Sept. pag. 434. col. 2 : *Cum semel a quadam ejus commatre esset sibi furto substracta quedam gallina Storina, et per dictam commatrem id negaretur, summa Dei justitia voluerit, quod in dextera parte vultus sui penne ejusdem coloris substracte gallinæ visibilibus apparerent. Vide Sturninus.*

\* 1. **STORIO**, Asellus, acipenser, Ital. *Storione*, Gall. *Esturgeon*. Charta ann. 943. apud Murator. tom. 6. Antiq. Ital. med. ævi col. 456 : *Excepto si nobis aut filiis et nepotibus nostris Storionem aut adalun in longitudine plusquam quatuor pedum prenderimus, sine scientiâ aut vestra voluntate, vel vestri successoris, nullo modo venundare debeamus. Et si vos vestrique successoribus de Storione aut adalus scire fecerimus, etc.* Alia ann. 1017. apud eund. tom. 4. col. 794 : *Et insuper omnes Marcio mense dare debeatis vos vestrique successores nobis nostrisque successoribus Storiones duos pensione singulis quibuscumque Indictionibus sancte nostre Ravenatis ecclesie inferre debeatis. Vide Sturgio.*

\* 2. **STORIO**, Stultus, ineptus. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Baburrus, bardus, Storio, fol, Prov. Sed leg. Scorio. Vide in hac voce.*

1. **STORIUM**, pro Classe. Vide *Stolus*.

[Occurrit alia notione supra in *Storiu* 1.]  
\* 2. **STORIUM**, Umbraculum ligneum, Gall. *Auvent*. Mirac. S. Jacobi tom. 6. Jul. pag. 67. col. 1 : *Storium namque lignis desuper et acutis firmiter confixum, quod ante apothecam mansionis ejusdem ad arcendum fervorem solis nec non impetus aquarum et imbrum est constructum, a solo terra distat solummodo tribus branchiis (id est ulnis) et dimidio. Porro Storea id præstare non potest; unde Storium hic de Umbraculo ligneo intelligendum opinor.*

† **STORME**, **STORMENUM**. Vide *Stormus*.  
**STORMUS**, ex Ital. *Stormo*, multitudine adunata insieme con arme per combattere. Historia Obsid. Jadrensis ann. 1345. lib. 2. c. 10 : *Note [1. Nolæ] ad Stormum pulsant. Itali dicunt, Sonare la campana a Stormo, e sonare per far correr la gente con arme; nostri Sonner l'alarme. Vide Joan. Villaneum lib. 10. cap. 20. lib. 11. cap. 117.*

† **STORME**, Eodem significatu. Buschius de Reformat. Monast. apud Leibnit. tom. 2. Script. Brunsvic. pag. 852 : *Ecce subito audierunt sonum valde terribilem campanarum in turri, proprie Storme, per certos fratres monasterii, reformari procurantes procuratum. Vide Stremita.*

Ejusdem forte originis est vox *Estourmie*, apud nostros, quibus *Estour* idem fuit quod *Stormo* Italis. [Le Roman d'Arthur MS :

Cassidorus et tout le sien  
Oultre la fraite ou dur Estour  
Se perouverent moult bien le jour.]

Chronicon Bertrandi Guesclini MS :

Et Bertrand commenda e'on cesse l'Estormie.

[Le Roman de Vace MS :

A Roen les tramist en une compaignie  
Por la cité sorprendre, ainz qu'el fust Estormie.

Hoc est, antequam ad arma sonitu campanarum excitaretur. *Estorbage*, pro Conclamatio ad arma usurpari videtur ibidem :

Pour sa serour rescourre l'Estorbage arestat.]

Chronicon Flandriæ cap. 36 : *Là peut on voir testes voler, poings couper, cheveux esbouler, et grande Estourmie de gens. Et vox Estourmir, pro pugnare, vel velitare. Le Roman de Garin MS :*

Je veul aler orendroit Estourmir.

Alibi :

Ceus de Bordele veissiez Estormir.

Guill. Guiart :

Nuit et jour de la dedans issent,  
L'ost au Roy de France Estourmissent.]

Et an. 1284 :

Uns et autres qui s'Estourmissent,  
Du lone de l'ost en fremissant,  
Revont hors des tentes issant.

Idem ann. 1294 :

Com personnes desestourmées  
Commence l'estrif aux espèces.

Vide *Bornis*.

\* *Bellum, pugna.* Chron. S. Dion. tom. 3. Collect. Hist. Franc. pag. 169 : *Quant il furent u champ de la bataille, et les eschielles furent ordenées d'une part et d'autre, li fors rois Clodovces donna signe à sa gent de l'Estour commencier. Ubi Aimoin. lib. 1. cap. 15. ibid. pag. 39 : *Bellum aggredi imperat. Hinc vox Estormir, Pugnare, quæ interdum Convenire tantum sonat, ut in Hist. contin. Guill. Tyrii apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 622 : *Li Sarraïns de l'ost s'Estormissoient plus por veoir son biau contenance (d'icellui Chevalier) que por autre chose. Inde etiam Estormey, pro Escrime, Armorum ars ludicra. Lit. remiss. ann. 1408. in Reg. 163. Chartoph. reg. ch. 6 : *Jehan Courtot maïstre d'Estormey, etc.****

† A poetis Provincialibus qui *Storm* et *Stour* eodem significatu dixerunt, *Stormo* Italos accepisse probabile est. *Blancasset* in Cantilena de Comit. Beatrice apud Crescimb. pag. 239 :

Can le Storm sera méechant (meschatz)  
Cascun devesset ascematz.

Infra :

Escus trancar et desgancir  
Veirem al entrar de le Stor.

**STORMENUM**, Eadem notione. Statuta Patavina Rubr. 45. § 95 : *Hoc tamen Statutum non habeat locum in Stormeno, miscella, aut in prelio.* Vide Oct. Ferrarii Orig. Ital. [\* Murator. Antiq. Ital. tom. 2. col. 1309. voce *Storno*, Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 710. in *Storie* et *Sturm*, Raynouard. Lexic. Roman. tom. 5. pag. 380. voc. *Estorn* et *Estornir*, infra *Strumun*, *Sturma*, *Stramita* et *Stremita*. Apud Acharisium in *Stormisco* legitur *Sonare le campane à la Stormita*.]

† **STORNUM**, Eodem intellectu. Castellus in Chron. Bergom. ad ann. 1404. apud Murator. tom. 16. col. 978 : *Et eo die fuit maximum Stornum in mercata veteri.*

\* Stat. Mantuæ lib. 1. cap. 81. ex Cod. reg. 4620 : *Pulsare teneatur et debeat dictus custos statim cum audierit campanas aliquas in civitate alicujus parrochie pro rumore vel rixa pulsare ad Stornum seu martellum. Infra : ad Stornun.*

\* **STOROPHORUM**. Missale MS. S. Joan. in valle ann. circ. 400 : *Adorata vero cruce, ponatur in Storophorio.* Vide supra *Storiu* 1. [\* F. pro *Staurophorium*, Pyxis in qua crux reconditur.]

\* **STORTA**, Retis species, vox Italica. Jura curiæ ducum Tusciæ ann. 1196. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 92 : *Item dicit quod, a sancta Maria de Martio usque ad sanctam Mariam de Augusto, non debet aliquis in flumine piscare ad guadam nec ad Stortam; et si quis contra faciet dabit tres solidos curiæ.*

\* **STORTISSIUS**, pro *Torticius*, Fax, tæda, Gall. *Torche*. Comput. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 253. col. 1 : *Solvit nominato Martel, qui portavit Stortissium dum magister Bernardus Clareti consul nocte prima usque ad mediam noctem visitavit, etc.* Vide *Torticia*.

\* **STORULA**. Vide supra *Storia* 1.

\* **STORUS**, idem quod *Stolus* 2. Classis. Charta ann. 889. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 755 : *Pro quo ipse Lupus cum Saracenis ambulavit, et pactuetes fuit, quando ipse Storus super hanc prædictam civitatem (Salernum) resedit.* Eadem rursus leguntur ibid. col. 181.

**STOTARIUS**, Qui equorum admissariorum curam gerit, ex Saxon. *stod*, vel *steda*, *equus admissarius*, *stod-hors*; unde *stod-fold*, equorum admissariorum septum, in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 269. *stod-de-of*, equorum admissariorum custos, in Legibus Anglo-Saxon. Alfredi Regis cap. 9. Lex Alamannor. tit. 98. § 3 : *Et quod de berbicario, Stotario, et vaccario fit, quod reliquis servis componi solet, componatur eis in duplo.* Aliqui Codd. habent *Stogario*, *Storario*, vel *Stothario*. Vide *Stadurius* [et *Stuot*.]

† **STOTTUS**, Equus admissarius. Testam. Joh. de Nevill ann. 1386. apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 427 : *Item Radulpho filio meo (lego) cc. vaccas pro stauro, cc. Stottos et stirkas, etc.* Infra : xl. vaccus et xx. Stottos. Vide *Stotarius* et *Stuot*.

† **STOUBLAGIUM**, Præstatio pro facultate pascenti porcos in stipulis, nostris *Estouble* dictis, Gall. *Estoublage*. Poly-



ptychus Fiscam. ann. 1235: *Omnes bordarii de monte Calvarie debent de quolibet porco unum denarium de Stonblagio et unum denarium de pasnagio.* Vide *Estoublagia*.

† **STOVEL**, *STOVENE*. Vide *Stoc.*

† **STOUPUS**, ut *Staupus*. Vide in hac voce.

\* **STOUS** vel **STONS**. Redit. præposit. Vernonis in Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 2. fol. 106. vº. col. 2: *Vinum modiationis ije. modios et pro les Stous xl. solidos.*

† **STOUTHERES**, Saxon. Magnanimi domini. Anglis Orientalibus ita olim dicti sunt qui animi magnitudine cæteris præpolebant. Hos ut a prima ipsa ætate dignoscere, collocare solebant puerulos suos super tecto ædium stramineo, et qui timide illic hærebant, vel ut casuri ejulabant, pusillanimes fore pronuntiabant: qui vero comprehenso stramine, alacre prorepere et se fortiter sustinere deprehendebantur, plausu magno *Stontheres* futuros acclamabant. Hæc Spelmanus.

**STRABA**. Vide *Strava*.

† **STRABUCARE**, Evertère, demoliri, ab Ital. *Strabocare*. Chron. Parmense ad ann. 1229. apud Murator. tom. 9. col. 766: *Carocinum Bononiensium captum fuit et Strabucatum et projectum fuit in quodam fossato et coopertum de frascis.*

\* **STRABULÆ**, Femoralia, vestis species, qua crura teguntur, vox Italica usitata. Chron. Foro-Jul. ad ann. 1290. in Append. ad Monum. eccl. Aquilej. pag. 25. col. 2. ubi de Pœnitentibus publice se flagellantibus: *Quibusdam vero in Strabulis tantum, stentes et Dominum deprecantes incedebant.*

**STRABUS**, qui Latinis *Strabo*. Aldhelm. de Laude Virg.:

Mutos et maneos, surdosque repertos,  
Luscous, ac Strabos, qui torta luce fruuntur.

† **STRACCHUS**, Lassus, Gall. *Las*, *fatigué*, Italica *Stracco*. Joh. Demussis Chron. Placent. apud Murator. tom. 16. col. 518: *Et omnes erant Stracchi, et jejuni, et siati, et ibi non habebant quid comederent, etc.*

\* **STRACCIASFOGLIUM**, Chartæ lacinia, pagula, schedula, vox Italica. Stat. ant. Florent. lib. 3. cap. 8. ex Cod. reg. 4621: *Dictus testis dum deponit, non scribat in bastardello vel Stracciasfoglio, sed illud scribere debeat in dicto libro.* Vide *Stracia*.

† 1. **STRACIA**, ab Ital. *Straccio*, Vilis lacinia, Gall. *Chiffon*. Conventiones civitatis Saonæ: *Pro qualibet balla papiri de Stracia, etc.* Infra: *Stupis factis Straciis, etc.*

† 2. **STRACIA**, Animalis species, ut videtur. Statuta dataria Riperie c. 12. fol. 4: *De qualibet soma pensium duodecim pili bovis, caprarum, Straciarum, petegratarum, pro introitu soldi duo.*

**STRADA**. Vide *Strata*.

\* **STRADATICUM**, idem quod *Straticum*, Teloneum *stratarum*. Charta ann. 942. apud Murator. tom. 6. Antiq. Ital. med. ævi col. 44: *Una cum muris et fossatis, atque theloneo et Stradatico, sen cum servis vel ancillis inibi pertinentibus, omnemque publicam functionem larginur.*

**STRADURA**, pro *Stratura*, quidquid ad internendum equum necessarium est. Charta Alamannica Goldasti 58: *Hoc est, auro et argento solidos 70, et cavallos 5.*

*cum saumas, et rufias, et filtros, cum Stradura sua ad nostrum iter ad Romam ambulandum.* [Vide *Stratorium*.]

† **STRAFILUM**, pro *Staphilum*. Vide ibi.

† **STRAFORATUS**, ab Ital. *Straforare*, Perforare, Gall. *Percer*. Anonymus in Annal. Mediol. apud Murator. tom. 16. col. 813: *Salinus unus deauratus cum soaxe Straftrato.*

† **STRAGICIOSUS**, Perniciosus, exitiosus, a Lat. *Strages*. Chron. Domin. de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 563: *In Stragiciosam prædan, guerram et tristitiam singuli deducuntur.*

\* **STRAGIES**, pro *Strages*. Instr. ann. 1384. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 72. col. 6: *Dicti superius nominati et eorum secasses et complices majorem Stragiem et guerram hostiliter fecerunt in patria. Pluries ibi. [\*\* Stragia, in Annal. Lauriss. ad ann. 788.]*

**STRAGIOLA**, *Stragulum*. Ceremoniale Rom. lib. 2. sect. 1: *Procedit summus Pontifex super equum faleratum, coopertum a parte posteriori Stragiola carmesina, sub baldachino.*

† **STRAGULA**, *Vestis est Monachorum*, in Gloss. MSS. S. Andr. Avenion. Vide *Stragnlum*.

† **STRAGULARE**, pro *Strangulare*, Gall. *Etrangler*. Charta Ottonis III. Imper. ann. 1001. apud Eccardum inter Probat. Hist. Misnens. pag. 296: *Laqueo, quo Judas detentus est per triginta denarios, Straguletur, nisi respiscat.* Alia notione, vide in *Stragulum*.

\* *Nostris Parestrangler*, pro *Estrangler tout-à-fait*. Lit. remiss. ann. 1384. in Reg. 126. Chartoph. reg. ch. 107: *Touz deux le prindrent par la gorge, tellement qu'il fu sur le point d'estre estranglé,.... et à ce qu'ilz ne le Parestranglassent, etc.*

† **STRAGULATURA**, Angustia. Conc. Constant. tom. 1. col. 693: *Contra clericos aleatores, luresos,.... indecentium vestium colore, scissura, Stragulatura (portatores)... necesse est... decreta edere.*

**STRAGULUM**, **STRAGULA**, **STRAGULARE**. Papias: *Stragulum, vestis discolor plumario opere facta; hinc Stragula vestis, stragulare, variare.* Gloss. Arabico-Lat.: *Stragulo, vario.* Hinc Decreta Colomani Regis Hungariæ lib. 1: *Nullus qui Clericus estimatur, vestibus utatur laicalibus, utpote fisso pellicio, vel tunica sparsa, manica rubra, Strangula, vel viridi manica, aut chlanide, caliga, seu joppi, etc.* Ubi legendum *Stragulata*. [Testam. S. Remigii apud Miræum tom. 1. pag. 2. col. 2: *Futuro Episcopo successori meo... relinquo Stragula columbina duo, etc.* *Stragulum Hispanicum unum*, in Vita S. Ansegisi sæc. 4. Benedict. part. 1. pag. 634.]

\* Glossæ Bibl. MSS. anonymi ex Bibl. reg.: *Stragulum, vestis est discolor, que nam artificis diversa varietate distinguitur; dictum autem sic, quia in stratu et in amictu aptum.... Et inde dicitur Stragulare, i. variare: unde Stragulata vestis, i. variata, vel varietate texture distincta.*

† **STRAGULARE**, *Ad modum stragule vestis aliquid texere.* Gemma.

† **STRAGULATUS PANNUS**, Diverso colore variatus. Charta ann. 3. Henrici VI. Reg.

Angl. apud *Madox* in Form. Anglic. pag. 145: *Et prædictus Ricardus habebit de præfato Willelmo Skvene et hæredibus suis quolibet anno durante termino prædicto Pannum Stragulam continentem xx. ruyes, et unam virgam et dimidium panni coloris.* Hinc

**STRAGULATI**, *Radiati*, vel *Birrati*, seu potius *Barrati fratres*, dicti olim Carmelitæ, quod vestibus diverso colore variatis uterentur: donec Martinus PP. ann. 1279. nomen eorum mutavit et habitum, convertens vestes *stragulatas* in capas albas, Carmelitarum indita appellatione. Vide *Walsinghamum* ann. 1282. supra *Birrati*, in *Birus*.

† **STRAIATUS**. *Catalla waviata et Straiata*, Cadueca, derelicta, bona quæ in fiscum ex quavis causa cadunt, in Litteris ann. 1509. apud Rymer. tom. 13. pag. 243. Vide *Estrajeræ* et *Stray*.

† **STRAKES**, ab Anglico *Strake*, Ferrum quo rota munitur. Comput. ann. 1425. apud Kennet. Antiquit. Ambrosd. pag. 573: *In uno pari rotarum vocabatur schozears emptarum ibidem,.... et in vi. Strakys. ferreis iv. sol.*

† 1. **STRAMEN**, metaphorice dicitur de sermone incomposito, in Epist. Hadriani PP. ad Episc. Hisp. contra Elipandum, inter Conc. Hisp. tom. 3. pag. 92: *Perfidorum verborum ibi Stramina in composito calamo legebantur.*

† 2. **STRAMEN**, Quidquid ad interendum lectum necessarium est, in Vitis Patrum Emerit. inter eadem Conc. tom. 2. pag. 647: *Straminibus quoque lectulis itidem præparatis eundem infirmum ibidem superponentes.* Vide *Stramentum* 1. et *Stratilitia*.

☞ A voce *Stramen* nostri *Estrain* pro *Paille*, *chaune* dixerunt. Gesta Erminæ puellæ cujusdam Remis ann. 1396. ex Cod. MS. S. Victoris Paris.: *Elle dormoit en ung petit lit d'Estrain.* Le Roman de la Rose:

Sus ung poy de chaune ou d'Estrain.

† **STRAMENTARE**, Sternere, Gall. *Jorcher*. Bernardus Thesaur. de Acquisit. T. S. apud Murator. tom. 7. col. 703: *Dux Godofridus cum acie sua inter confertissimos hostium cuneos se immittens, tantam egit stragem, ut ex corruptentibus campo Stramentato, reliqui converterentur in fugam.*

† 1. **STRAMENTUM**, **STRAMINUM**, ut supra *Stramen* 2. Capitul. gener. MSS. S. Victoris Massil.: *Statuimus ut in dormitorio sint semper lecti 60. regularibus Straminis vel Stramentis et pannis sufficienter ornati.*

† 2. **STRAMENTUM**, *Insellatura equi*. Mamotrect. cap. 31. Genes.

\* 3. **STRAMENTUM**, Vox generatim sumta, qua strameum, arundo, similisve materia domibus tegendis apta significatur. Charta ann. 1388. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 284. art. 7: *Hospiciorum et parietum, ac fustarum, tegulorum, et aliorum quorumcumque Stramentorum, clausiones, etc.* V. *Storia* 1. et mox *Stranium*.

\* 4. **STRAMENTUM**, Tapes super terram stratus. Pontif. vetus MS: *Deinde incipiat clerus letaniam, et pontifex ante altare super Stramenta cum cæteris sacerdotibus atque levitis se in oratione prosternat.*



† **STRAMITA**, ut supra *Stormus*, et infra *Stremita*. Bartholomæi Scribæ Annal. Genuens. ad ann. 1234. apud Murator. tom. 6. col. 471 : *Cum iudice suo dom. Anselmo et cum ambobus suis militibus et servientibus, et cum aliquibus de nobilibus civibus Januæ, facta pulsatione campanarum in ecclesia B. Laurentii in modum Stramite, viriliter movit, et cævit de Janua, et apud Albinganam exercitum expectavit.*

† **STRAMPÆ**. Gaufredus Grossus in Vita S. Bernardi Abbat. Tiron. n. 31 : *Remigis autem fulminum juxta cadentium factoribus affecti, mortuis similes in transtris prosternuntur Strampisque rumpentibus, remis ferientibus undas, a columbariis extrahuntur.* Ubi amplector virorum doctorum sententiam, qui *strangis* legendum putant, ex Germ. et Anglico *Strange*, funis.

† **STRANACES**, *Cupidi*, in Gloss. Isid. edit. Grævii; malim *Strenaces*. Vide infra *Straneus*.

† **STRAND**, Ripa, ora, littus. Vox Anglo-Saxonica, quæ in antiqui ævi Chartis privilegium quoddam designat, seu privilegii concessi amplitudinem, tum in *Ripsis*, tum in *streame*, i. fluviis, tum in *woode*, i. silvis, tum in *felde*, i. campis, vel *pascuis*. Charta Henrici II. Regis Angliæ in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 4 : *Cum socne et saca, and Strand, and streame, and wood, and felde, tolmes and theumes, and gribraches, and hamsocne, and forstalles, and infangenethives, and flemeneferne super suos homines infra burgos et extra, in tantum, et tam pleniter, sicut proprii ministri mei exquirere deberent, etc.* [Vide *Strand*.]

† **STRANEUS**, pro *Extraneus*, Anglis *Strange*, in Legis Ripuar. Cod. Corbion. tit. 4. haberi, ubi alii *Extraneus* præferunt, monet Steph. Baluzius. Habetur etiam in formulis Andegav. n. 32. 44. Angli etiamnum a *stranger* dicunt.

\* Ital. *Strano*. Constit. MSS. Alf. reg. Aragon. ann. 1419 : *Quod homines Stranei non possint habere in Cathalonia beneficia.*

† **STRANIUS**, Eadem notione. Jac. de Voragine in Chron. Januensi apud Murator. tom. 8. col. 31 : *Ad præsens autem hoc dixisse sufficiat, quod quatuor modis ostenditur, quod ille fuerunt reliquæ, quas Januenses de Strania terra detulerunt, et fuerunt reliquæ S. Joannis Baptistæ.*

† **STRANGEBOWE**. Chron. Nic. Trivetti apud Acher. tom. 8. Spicil. pag. 460 : *Hunc Ricardum (Comitem de Strogil) Anglici ob præcipuum fortitudinem Strangebowe cognominabant, cujus brachia tam producta fuisse dicuntur, ut erectus stans palmas manuum genibus applicaret.*

† **STRANGUILLO**, Morbus equi, Gall. *Estranguilon*. Vide *Jordanum Risum Calabrum* MS. lib. 2. de Medicaminibus equorum.

† **STRANGUIRA**, *στραγγυρία*, [Ciceroni *Stranguria*,] Urinæ difficultas. Ordericus Vitalis lib. 5 :

Stranguiriæ morbo gemuit eruciante molesto.

† **STRANGULA**. Vide *Stragulum*.

† **STRANGULATIO**, *στυγγίς*. Gloss. Lat. Gr. additur in Gr. Lat. *Suffocatio*, in Sangerm. *Suggillatio*.

† **STRANGULUM**, pro *Stragulum*, in Leg. municipal. Mechlin. tit. 16. apud *Bourdot* tom. 1. part. 2. pag. 1226.

\* **STRANIUM**, Domus, tugurium stramine coopertum, vel Horreum straminibus instructum, aut *Acervus stramineus*. Charta ann. 1388. ex Tabul. Massil. : *Solvatis.... pro equibus missis per nos pride ad castrum de Pennis, pro comburendo barraccas et Strania illic sistentes et sistentia, sex florenos auri.* Vide supra *Stramentum* 3.

† **STRANIUS**, ut *Straneus*. Vide in hac voce.

\* **STRANTGARNA**, Retis species. Charta ann. 1312. apud Ludewig. tom. 9. Reliq. MS. pag. 586 : *Retia nihilominus, quæ Strantgarne vocantur, ipsi possessores in littore maris habere poterunt; ita tamen, ne nostri piscatores in nostra piscatura, hoc est, in loco, qui Hake nuncupatur, aliquod impedimenti patiantur.*

† **STRANTUM**, *Jugum*, ζύγωμα κλίσου, in Gloss. Lat. Gr. Leg. *Transtrum*.

† **STRAPA**, Porta tabulati, vulgo nostris *Trappe* : unde vox *Attrapper*. Gesta Consulum Andegav. cap. 11. n. 10 : *Ad portam scale, quæ vulgo Strapa vocatur, remanentibus.* Occurrunt eadem fere verba in Gestis DD. Ambasiæ cap. 5. n. 1.

† **STRAPES**, pro *Stapes*, apud Fr. Marium *Grapaldum* fol. 98. edit. *Parmensis*.

† **STRAPHILUM**. Vide *Staphilum*.

† **STRAPODIUM**, *Straminea calcitra*, Gall. *Paillasse*. Chron. Mellic. ad ann. 1451. pag. 413 : *Pro lectisterniis datur singulis matracium sive filtrum de lana ovina, cui supponitur Strapodium, sive foenum grosso lineo panno obtectum.* Perperam supra pag. 360. legitur *Stropodium*.

† **STRAPONTA**, *STRAPONTINUS*, *Calcitræ species*, Ital. *Strapontino*. Statuta Austens. ubi de intratis portarum : *Straponte de cendallo et de bocarano ponantur et solvant pro qualibet Straponta ad estimationem officialium.* Mirac. S. M. Magdalenæ de Pazzis tom. 6. Maii pag. 344 : *Tres Strapontini pro triremi a tempestate servata donati.*

† **STRASAURA**. Vide *Transitura*.

† **STRASCINARE**, *Trahere, raptare*, Gall. *Trainer*, Ital. *Strascinare*, *Supplicii genus*. Hist. Cortusior. lib. 2. apud Murator. tom. 12. col. 802 : *Ipsos proditores per civitatem et burgos Vicentie Strascinari fecit ad caudam equi et postea in furcis.* Bonincontrus in Chron. Modoet. ibidem col. 1146 : *Judicatus, Strascinatus fuit per totam civitatem Avinionis; in fine suspensus fuit per gulam supra Castellatum, ubi de multis in Avinione fit judicium.* Jac. De Layto in Annal. Estens. apud eund. tom. 18. col. 911 : *Anno 1394. fuerunt Strascinati per civitatem Ferrariæ, et demum ducti extra portam Leonis suspensi fuerunt laqueo, etc.*

† **STRASSINARE**, *STRASSIGNARE*, Eadem notione. Statuta Cadubrii lib. 3. cap. 40 : *Qui ad postam alterius præcio vel mercede homicidium commiserint in personam alicujus in terra Cadubrii vel Caprilis, Strassinentur ad caudam asini, nullæ vel equæ usque ad furcas, et ibi laqueo suspendantur per gullam.* Ibidem cap. 49. legitur *Strassignare*. Statuta criminalia Ripcriæ cap.

182. fol. 25 : *Si in fortiam dom. capitanei pervenerit, Strassinetur et suspendatur per gulam.* Occurrit etiam in Statutis Palavic. lib. 2. cap. 25. fol. 95.

† **STRAXINARE**, Eodem significatu. Joh. Demussis Chron. Placent. ad ann. 1314. apud Murator. tom. 16. col. 491 : *Mediolanenses et eorum stipendiarii projecerunt Reccessorem cum equo dicti Reccessoris in terra, et ipsum Straxinaverunt per totam civitatem Papiæ.* Adde Acta SS. tom. 4. Jun. pag. 766.

† **STRASTURA**. Beatus Rhenanus lib. 2. Rerum Germ. pag. 95 : *Ad Regem vel in bellum proficiscens, aut rediens, a rectigali quod Strasturam vocant immunis esto.* *Strasturam Germani hodie et wegsturam appellant.* [\*\* Vide *Strata* et *Sicura*. Idem quod *Straticum*.]

† **STRAT**, Regionem ad fluminem decursum jacentem appellare solent Scoti. Ita Buchan. Hist. Scot. fol. 6. Vide *Strand*.

† **STRATA**, Via publica lapidibus, seu *silice* munita, ut præter Suetonium et alios, loquitur Procopius, lib. 2. de Bello Persico cap. 1 : *Στρατά γάρ ἡ ἐπιρρωμένη ὁδὸς τῆς Δαρτῖων καλεῖται φωνῆ.* Paulinus Nolanus Carmine ad Cytherium, ubi de *Via Appia* :

Post hæc et ad nos pergere incæptat viam,  
Qua sternit aggerem silicis,  
Cui munitor Appinus nomen dedit.

Vett. Inscriptiones 149. 5. 150. 4. 5 : *Viam silice sternendam curarunt.... Viam que ducit in villam magnam silice sua pecunia straverunt.* Papias : *Strata, dicta quasi pedibus vulgi trita; ipsa et dilapidata, id est lapidibus strata, quam prius Poni, post Romani, per omnem pene orbem disposerunt, propter rectitudinem itinerum, et ne plebs otiosa esset.* Gloss. Græc. Lat. : *Ἀεωφόρος, Strata, iter.* Apud Nicetam Græco-Barb. in Manuele lib. 3. cap. 2 : *Πόμπη, στρατάι*, ubi Codex alius *ἀμφοδαι*. Ebrardus Beun. in Græcismo cap. 12 :

Est stratum proprie lectus : via regia, *Strata* : Stratum quoadque via regia dicitur esse.

*Strata viarum* dixere Lucretius et Virgilius. *Pontium Stratarumque opera*, in leg. 4. C. de Privil. dom. Aug. (11, 75.) Alcuinus Poem. :

Sed bene securus poteris percurrere Stratain.

Joannes Sarisber. lib. 1. Metalogici cap. 18. : *Ars itaque est quasi Strata publica, qua ire, ambulare, et aggeres, sine calumnia et concussionem omnibus jus est.* Victor Vitensis lib. 1 : *Qui in Strata publica multo tempore nudo jacuit sub aere.* Lib. 3 : *Strata vero vel semite cadaveribus replete, etc.* Juvenecus lib. 2 :

En ego mitto meum Stratas aptare ministrum  
Ante tuos vultus.

Itinerarium Hierosol. : *Super Strata in parte dextra est monumentum, ubi Rachel posita est uxor Jacob.* *Strata publica, quæ appellatur via regia*, apud Harigerum Lobiensem in S. Materno Episcopo Leodiensi cap. 13. Will. Brito lib. 8. Phil. :

Publica nulli  
Strata patet.

Petrus Diac. lib. 4. Hist. Casin. cap. 11 : *Per antiquam Stratam Romanam venit.* Speculum Saxonicum lib. 2. art. 59. § 3 :



*Strata seu via regia tantæ latitudinis esse debet, quod curvis alteri cedere possit.* [\* Germ. *Des Koninges Strate*. Vide Haltungs. Glossar. Germ. voce *Königs-Strasse*, col. 1115.] [Charta Ludovici II. Reg. Franc. ann. 878. apud Baluz. ad calcem Capitul. col. 1503: *Unde ipsa Strata dividit usque ad aliam Stratam que pergit de Gerunda ad Barchinonam. Strate proclamate*, in Correct. Statut. Cadubrii cap. 138.] Charta Henrici VII. Imp. ann. 1313. apud Goldastum tom. 1. Constit. Imp.: *Stratas communes vel Regias vulgariter appellatas*. Vide Paulum Warnefridum lib. 5. cap. 17. Legem Longobard. lib. 3. tit. 1 § 21. [\* Pipin. 5.] Petrum de Vineis lib. 3. Epist. 69. lib. 5. Epist. 1. Bergerium lib. 3. de Itineribus Romanis cap. 54. § 3. 4. [Adde Ma-bill. tom. 3. Analect. pag. 493. Marten. tom. 3. Anecd. col. 1800. tom. 7. Ampl. Collect. col. 68. Lobinell. tom. 2. Histor. Britan. col. 1135. Kennett. in Antiquit. Ambrosd. pag. 325. Acta SS. tom. 2. Mart. pag. 95. tom. 7. Maii pag. 153. Murat. tom. 12. c. 1086. etc.] [\* Vide Guerard. in Chartul. S. Petri Carnot. Proleg. § 8.]

† STRATA, Vicus, via, Gall. *Rue*. Chron. Parmense ad ann. 1300. apud Murator. tom. 9. col. 842: *Omnes domus Strate Claudie in civitate et extra, etc.*

† STRATA, de mari etiam dicitur, in Anal. Genuens. Ogerii Panis ad ann. 1203. apud Murator. tom. 6. col. 403: *Et postmodum alias tres (galeas armaverunt) pro Strata maris assecuranda propter blavam, quæ multo plus solito carior erat.*

STRADA, pro Strata: quomodo Itali dicunt. Charta Dagoberti Regis Franc. apud Doubletum pag. 655: *Vel de ultra mare venientes in illa Strada que vadit ad Parisius in loco qui dicitur Pasellus sancti Martini, etc.* Vetus Charta ex Tabulario S. Benigni, apud Perardum: *Peciola de terra, que terminat de ano latere et ano fronte Strada publica, pergit, etc.* Adde Joffredum in Nicensibus Episcopis ann. 1004. Germani *een Strate*, Angli vero *Stræt* dicunt, unde viæ publicæ Anglicæ, de quibus Leges vernaculæ Guillelmi Nothi cap. 30. et nos alibi, terminationem acceperunt. Nostri olim *Estrée* dixerunt. Le Roman de Garin MS:

Parmi Ardane accueillirent l'Estrée.

\* STRATA GROSSA, Agger itinerarius, Gall. *Chaussée*. Charta Boson. episc. Catalaun. in Chartul. Monast. in Argona fol. 8. vº: *Donavit pascua.... per totam terram banni de Noers ultra fluvium Chel versus Auzeurt, usque ad grossam Stratam de Raameurt*. Infra fol. 11. rº: *Strata levata.*

\* STRATAM FRANGERE, Crimen in ea committere. Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 204. ex Cod. reg. 4622. A: *Si quis Stratam fregerit, propter sit bannitus.... Stratum rumpere intelligatur, si quis deprehendet peregrinos, roneos, mercatores, fardelarios*. Vide in Via 1.

\* STRATAM HABERE, Liberum scilicet transitum pro viam publicam et absque telonei solutione. Charta ann. 1324. apud Oefelium tom. 1. Script. rer. Boicar. pag. 749. col. 1: *Indulsit eisdem civibus, ut Stratum habeant cum sale et aliis mercimoniis per Frisingam.*

\* STRATAM OFFENDERE, ut supra *Stratam frangere*. Bulla Adr. IV. PP. apud Cenc. inter. Cens. eccl. Rom.: *Stratam, ecclesias et hospitales.... se non offendere jarabunt.*

† STRATA, ut infra *Straticum*. Charta Philippi Augusti Reg. Franc. ann. 1211: *Adhuc eisdem scabinis dedimus Stratam, et denarios portæ qui sunt ad calceiam faciendam ad usum et consuetudines civitatis.*

\* Bulla Anast. IV. PP. ann. 1153. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 1022: *Jura quoque vestra, quæ in Brixelensi porta habetis, atque Stratam Teatonicam, et theloneum et usum, qui de ea exire solet.*

STRATA. Papias: *Galathea, lactea quædam cæli zona, alba hoc nomine dicitur, quæ vulgo Strata nominatur.*

† STRATATECTA, *στρατακτα*, in Gloss. Lat. Gr. melius in Sangerm. *Sartatecta*.

STRATATICUM, Teloneum *stratarum*, seu *plateaticum*. Charta Ottonis M. ann. 964. apud Ughellum tom. 5. pag. 1582: *Terram ipsius Comitatus, et publicam fornicationem (f. functionem) a Stratico, et muris in circuitu, et fossato, et alveum aquæ a 4. milliariis rationatum secas et extrinsecus, etc.* Gregor. VII. PP. apud Ughell. in Archiep. Bonon. n. 52: *Donamus Fraternitati tuæ portam in civitate Bononiæ cum omni reditu, quem antiquis persolvere solent ipsi homines, qui per prænominate Stratas ire vel redire soliti sunt.* Eadem Charta descripta a Ghirardaccio lib. 2. Hist. Bonon. pag. 54. hæc præfert: *Et stratam, quæ nominatur salariæ, cum Stratico, et cum omni reditu, etc.* [Straticum ex eadem Charta editum apud Ughell. edit. ann. 1717. tom. 2. col. 16.] Charta Conradi Imp. ann. 1149. apud Columbum pag. 210: *Ecclesiæ tuæ... nostra regalia concedimus, monetam, pedagium, utraque Strata telluris et Rhodani fluminis.* [Vide Strata.]

STRATEGUS, STRATICUS, STRATIGUS, STRATICOTUS, etc. Præfectus seu Rector civitatis alicujus, vel provincie, ex Gr. *στρατηγός*. [Hæc vox ita varie effertur, ut non asum cum Brenemanno in Dissertat. 1. de Rep. Amalphit. pag. 26. pronuntiare corruptis vocabulis *Straticogus* et *Stratigotos* a Freccia appellari, maxime cum ultimo non semel occurrit.]

STRATEGI. Schola *strategorum*, apud Guill. Bibliothecar. in Hadriano II. PP. pag. 228. *στρατηγός*, pro urbium rectoribus, apud Harmenopulum lib. 5. tit. 11. § 19.

† STRATICOTUS, in Constitut. Frederici Regis Sicil. cap. 9: *Hac itaque consideratione ducti, providimus ut si coram Straticoto Messanæ et aliis justitiariis aliquam fidelium nostrorum Siciliæ, etc.* Cap. 10: *Capiditas quorundam Straticotorum, justitiariorum et capitaneorum, etc.*

STRATICUS. Charta Dalmatica ann. 1036. apud Joan. Lucium: *Romani Imperii dignitatem gubernante serenissimo Michaële, Gregorio Protospathario et Stratico universæ Dalmatiæ.* Apud Ughellum in Archiepisc. Salernitanis ann. 1337: *Lottus de Admaris de Florentia Miles regius, Straticus Salerni, saique districtus.*

STRATICUS, STRATIGO. Leo Ostiensis lib. 1. cap. 50: *Theophylactus quoque στρατηγός,*

etc. Lib. 2. cap. 2: *Marianus Anthypatus Imperialis Patricius et Stratigos, id est Dux Calabriae ac Longobardiæ.* Georgius Stratigus, in Epist. Ludovici II. Imp. ad Basilium Imp. CP. apud Baron. ann. 871. n. 76. Erchembertus cap. 60: *Stratigo Augustalis.* Crebro ibi. Anonymus Salernitanus part. 4: *Sabbatius Stratigo, etc.* Idem *Straticus* dicitur pag. 268. [\* *Stradico*, apud Boccac. nov. 40. legit Acharisus, ubi vulgo male *Stadico*.] Charta Cresimiri Regis Croatiae ann. 1067. apud Jo. Lucium lib. 2. cap. 8: *Imperialis Patricius ac totius Dalmatiæ Stratigo.* *Stratigon*, in Charta Roberti II. Principis Capuani ann. 1156. in Sanctuario Capuano pag. 646.

STRATEGOTUS, STRATICOTUS. Hugo Falcandus pag. 663: *Rex autem interim Mesenam mittit nuncios ad Strategotam, populunquæ civitatis, etc.* Adde pag. 669. 671. Charta Joannæ Reginae Siciliæ ann. 1343. apud Waddingum, in monumentis Neapolit. pag. 3: *Joanna... Stratigoto civitatis Salerni S. Straticoti Salerni*, in Constit. Siculis lib. 1. tit. 69. § 2. *Straticoti* et *Stratigoti*, in Charta Rogerii, Regis Siciliæ, apud Constantium in Hist. Sicil. pag. 186. *Straticorum Messanæ* catalogum contexit Philibertus Mugnos in Hist. Vesper. Sicul.

STRATICOTIA CIVITATIS, Strategii præfectura, in Charta Friderici III. Regis Siciliæ ann. 1302. apud Roccum Pirrum in Archiep. Messan. *στρατηγός* et *στρατηγίον*, Græcis recentioribus, de qua voce egimus ad Alexiadem Annæam pag. 399.

STRATIGARI, Regi vel judicari per *Stratigos*. Charta Rogerii Regis Siciliæ ann. 1094. apud Ughellum in Episcopis Tropeiensibus: *Ut neque villani Ecclesiæ de quacunque causa accusati, vel rei, nisi in Curia Episcopi judicentur, neque in eisdem villanis neque in quibuslibet rebus Ecclesiæ Stratingentur per ipsos, ut alii ministri manum suam audeant mittere.*

† Ejusdem originis est vox Gallica *Stradiots*, vel *Estraditos*, Militum genus notissimum sub Carolo VIII. Rege Franc. De iis ita Philippus Comines lib. 8. cap. 5: *Estradiots sont gens comme Genetaires, vestus à pied et à cheval, comme Tares, sauf la teste, où ils ne portent cette toile qu'ils appellent Turban, et sont dars gens et couchent dehors tout l'an, et lears chevaux; ils étoient tous Grecs, etc.* [\* Vide Glossar. med. Græcit. in *στρατιώται*, col. 1461.]

\* STRATELLA, diminut. a *Strata*, via. Formul. vett. ex Cod. reg. 4189. fol. 19. vº: *Tendit per ipsam Stratellam juxta greppum, sicut tendit saper ipsa Stratella usque ad caput vallis Cornachie.*

\* STRATICCIOLA, Eadem notione. Charta ann. 1048. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Hodepor. Charit. part. 3. pag. 1033: *Va ab oriente parte a Nespolo de briza usque ad loco Lupo usque ad Straticiola et sicut ipsa Straticiola decurrit usque ad collina.*

† STRATICUM. Vide supra *Straticum*.  
† STRATICUS, STRATIGARI, etc. Vide supra in *Strategus*.

STRATILATES, Exercituum dux, *Dux militiæ*, apud Jo. de Janua. *Militum dax*, in Glossis antiquis MSS. et apud Papiam, ex Græco *στρατιλάτης*. Joannes Diacon. in



Vita S. Nicolai Episc. Myrrhæ: *Tres militiæ Principes, quos Dolopes Stratilates vocant.* Alia, ut videtur, notione Joann. Sarisberiensis lib. 6. Policrat. cap. 1: *Apparitores itaque licenter exigunt, quod eis debetur ex sportulis, et omnium Stratilatum ordines salarium constitutum juste accipiunt.* Ubi *Stratilate*, militares dicuntur. [Vide *Stratopedarcha*.]

† **STRATILATES**, Satellites, in Actis S. Willelmi Archiep. tom. 2. Jun. pag. 144: *Non enim valebant in corpus ecclesie cum sanctis reliquiis præ multitudine hominum descendere, quamvis Regis Stratilates ad præparandum viam pro viribus nitentur.*

**STRATILECTILIA**, Stragula, instrata, instrumenta lecti, *lectualia*, vel *lectaria*, supellex lectuaria. Matth. Paris ann. 1233: *Et illi præcipue, qui equos, et arma, et pecuniam, nec non et Stratilectilia cum viaticis amiserant, etc.* [Vide *Stramentum* I.]

\* **STRATIOTÆ**, Militum genus, nostris *Stradiots*, Philippo de Comines, *Estradiots*, a Græco στρατιώτης. Comment. P. Cynæi de Bello Ferrar. apud Murator. tom. 21. Script. Ital. col. 1201: *Habebat Victor classen validissimam triremium, biremium, naviumque magnarum ferme octoginta, milite, equitibusque, quos Stratiotas vocabulo Græco appellant* (Veneti). Et col. 1207: *Postero die exposuit quadringentos equites Stratiotas, etc.* Vide in *Strategus*.

† **STRATOPEDARCHA**, Præfectus militum, apud Nicephorum lib. 7: *Magno Stratopedarcha cum tribus equitum millibus misso, etc.* Quinque Stratopedarchas in Aula Byzantina recenset Meursius ex Codino, quorum summum, qui *Magnus Stratopedarcha* dicebatur, etiam cognatione sibi adjungere Principes non indignabantur. Vide Glossar. med. Græcit. et supra *Stratilates*.

1. **STRATOR**, Equorum curator, domitor. Gl. MSS. Regiæ: *πολυδάμνης, ὁ ἐράτωρ, ὁ τοῦς πόλους ἀμαζών.* Catholicon parvum: *Stratores, i. compositores. Stratores etiam a sternendo dicuntur, quia custodientes in carcere reos, condemnatos putiebant. Vel Stratores dicuntur isti, qui stabulis vel equis stantibus in eis præsent.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Strator, apaiseur, enseleur, accravanteur.*] Paulus Warnefridus lib. 4. de Gestis Longob. cap. 27: *Equus ejus in porte medio incidens, quamvis calcariis stimulatus, quamvis hinc inde ab Stratore verberibus cæsus, non poterat elevari.* Stratorum munus fuisse, equos Imperatoris curare, auctor est etiam Ammianus lib. 29. sic dicti, quod equum domini sternerent, vel ei sellam et stragulum injicerent. Papias: *Stratores, compositores sellæ regie.* Gloss. Lat. Gr.: *Sterne equum, ἐπισαζόν τὸν ἵππον.* *Sternit, ἐρωνύει ἵππον.* Eorum etiam munus fuit, dominos, equum incensuros, manu erigere et allevare, unde ἀναβόλει dicti. Evagrius lib. 3. cap. 25: *Ἀναβόλει δὲ οὕκ εἰσὼς χρῆσθαι τῷ ἵππῳ προσήλατο.* Sugerius in Ludov. VI. pag. 318: *Barones vero Ecclesie nostræ feudati, et Castellani nobiles, Stratores humillimi pedites eum equitantes freno deducebant.* Sed consule, si lubet, quæ de Stratoribus observavimus ad Cinnamum pag. 475. Vide *Marpahis*,

[et Gloss. med. Græcit. voce Στρατώρ, col. 1463.]

† **STRATOREM** a *Marescalco* distinguit Pactus Leg. Sal. edit. Eccardi tit. 11. § 6. ita ut *Marescalcus* is esse intelligatur, cui omnium equorum cura commissa erat; *Strator* vero qui sternendis tantum equis et domino adducendis præerat: *Si quis Majorem, Infestorem, Scantionem, Marescalcum, Stratorem, etc. furaverit, etc.*

**STRATORES**, præterea appellati in exercitiis, qui castra præbant, ut loca accommodatiora ad exercitum traducendum facerent, et idonea castris præpararent. Vide easdem Notas ad Cinnamum.

**STRATOR**, *Marescalcus*, qui stratoribus seu exercitus vel castrorum metatoribus præest. Ordericus Vitalis lib. 11: *Robertum autem de Monteforti honorifice suscepti, et nesciens qua de causa natale solvum dimiserit, quia Strator Normannici exercitus hæreditario jure fuerat, inter præcipuos sublimavit.* Neque aliter accipiendi videntur *Stratores* apud eundem scriptorem, locis aliis, quam pro copiarum militarium ductoribus præcipuis. Lib. 10. pag. 778: *Interea Ravenninorum Imperatoris Alexii Protospatharius, aliqui Stratores navigio venerunt.* Infra: *Buamundus, ut ea, quæ gesta reulinius audivit, Stratores scilicet Augusti, et omnes Francos cum suis copiis pontum carinis sulcasse comperit, etc.* Lib. 11: *Rex autem exercitum Angliæ convocavit, ... ibique castris constructis, Stratores cum familiaribus suis tribus mensibus dimisit.* Erchembertus in Hist. Longob. cap. 15: *Radelgisus invitatus, et a suis Stratoribus fraude suasus Salernum quasi capturus adventavit.* [Otto Frising. de Gestis Friderici I. Imper. apud Murator. tom. 6. col. 724: *Juxta ecclesiam B. Petri recurrentes, quasdam ex Stratoribus qui remanserant, in ipsa sacrosancta ecclesia necare non timuerunt.*]

† **STRATORES**, Qui ad probandos equos, ex provinciis adducendos, mittebantur, in Cod. Theod. leg. 4. tit. 8 lib. 8.

† **STRATORES**, dicti etiam carcerum Custodes, in eod. Cod. leg. 1. tit. 3. lib. 9. Vide ibi Gothofredum.

**STRATORES LAGUNCULARUM**, apud Hierem. cap. 48. 12. *Paratores craterum*, apud auctorem Mamotrecti, ubi codex editus male præfert *carcerum*. [Stratores laguncularum, i. Compositores, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.]

\* **STRATORES** in familia ecclesie Ravenatis. Locum vide in *Staurophorus* et mox *Stratura*, 2.

\* 2. **STRATOR**, Apparitoris adjutor, ut videtur. Stat. comitat. Venaiss. sub Clem. VII. PP. cap. 55. ex Cod. reg. 466o. A: *Item quia Stratores, apparitores* (leg. apparitores) *et servientes curiarum, vulgariter nuncupantur stipem pauperum et panem esurientium sientes, etc.*

\* 3. **STRATOR**, Grassator, prædo *stratarum*, Gall. *Voleur de grands chemins*. Edictum comit. Tolos. ann. 1233. in Reg. feud. Tolos. fol. 467. vº: *Ruptuarii, faditi, prædones, latrunculi et Stratores de tota terra nostra exeant.*

1. **STRATORIUM**, *Stabulum jumentorum*, Joan. de Janua. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Stratorium, Estable.*]

2. **STRATORIUM**, *Lectisternium*, Will. Britoni in Glossis MSS. Papias: *Stratoria, lectaria, quæ sterni solent in lectis.*

3. **STRATORIUM**, *Stramentum sellæ equestris*, seu stragulum, quo illa insternitur. Vetus Interpres Iosephi lib. 1: *Rachel hoc audiens, posuit idola in Stratorio cameli, i. sub.* Vita S. Benedicti Abb. Anian. cap. 5: *Vidimus sæpe eum sedentem asinum suum flasconem vini in Stratorio deferre.* Vide 2. Reg. 17. 28. Gregorius Turon. in Vita S. Aridii: *Sanctus Dei Sacerdos capsulam, quam cum sacris reliquiis collo suo appensam portabat, circumspiciens comites, superposito Stratorio et palliolo, ubi requiescere debuerat, etc.* [Vide *Stramen* 2.]

**STRATURA**, Eadem notione, apud Fredegarium Scholastic. in Chron. cap. 38: *Equusque ejus cum Stratura regia...* Berthario conceditur. Formula 1. ex Andegavensibus: *Culo tibi caballus cum sanbuca et omnia Stratura sua, boves tantus, etc.* [Gaufridus in Vita S. Bernardi lib. 3. inter ejusd. Opera tom. 2. edit. 1690. col. 1118: *Ceterum cum in reliquis omnibus edificarentur, unum fuit quod prædictum priorem Cartusiensem aliquatenus movit, Stratura videlicet animalis, cui idem vir venerabilis insidebat, etc.*] Cyrillus in Lexico: Σάματα, στρατούριον ἀλόγων.

\* **STRATORIUS**, *Stratus*, ad terram dejectus. Glossæ Caesar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Hontheim pag. 693. col. 1: *Ligna Stratoria carradas duas ad dominicam scarani.* Vide infra *Substratoria*.

† **STRATRA**, ἐπίπτιον, in Gloss. Lat. Græc. Leg. ἐπίπτιον.

**STRATSCONINGHE**, Via regia, Teuton. *Straet*, via, platea, et *Konningh*, Rex. Charta Philippi Comitis Flandriæ in Tabulario S. Bertini: *Judicaverunt etiam prædicti ne Stratsconinghe a prædicto Eustachio, vel ab aliquo alio ulterius fieret in terra S. Bertini, ibi scilicet tantum in terra S. Bertini requiritur.* Vide in *Strata*.

\* **STRATUM**, idem quod *Straticum*, Telonum *stratarum*. Charta Rain. comit. in Chartul. Guill. abb. S. Germ. Prat. fol. 203. vº. col. 2: *Decernimus ita ut nullus... rotaticum, vel pedaticum, seu Stratam, vel pastum venatorum et canum accipiendum... audeat.*

† 1. **STRATURA**, Mulcta, ut videtur, ob delictum in *strata* commissum. Inquesta ann. 1235. ex Tabul. Corb.: *De 55. solidis de Stratura quos ipsi ceperant de Petro Lorguillons de Proaist pro forisfacto suo, fuit recognitum quod dom. Abbas habebat in dictis denariis medietatem, et esset locus resaisitus, et esset ad dictum scabinorum, et ipsi scabini judicarent; quod si esset Stratura dom. Abbas haberet medietatem, et si non esset Stratura fieret ad dictum scabinorum.* Vide alia notione in *Stratorium* 3. et in *Transitura*.

\* 2. **STRATURA**, *Florum*, herbarumve sparsio in ecclesia; quod in majoribus festis fieri solebat. Calendar. eocl. Camer. MS. fol. 51. vº: *Fiet duplum sollempne cum plena assizia, ... Stratura herbarum, hymno et innoteto.*

\* 3. **STRATURA**, perperam pro *Statera*. Vide supra in *Salvator* 3.



† 1. **STRATUS**, Lectus. Gesta Berarii Episc. Cenoman. apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 172 : *Eadem nocte Papam Romanum quidam per visionem ita allocutus est. Cur te, inquit, tam gravis somnus opprimit, ut Stratus deditus curam tue provincie negligas?... His auditis Papa Romanus sine moru a lecto exsiliens, etc.*

\* Chartul. Celsinian. ch. 881 : *Dimitto etiam tres cotos, tres Stratos, tres coxinos novos, ubi tres monachi jaceant.*

† 2. **STRATUS**, Opus, officium, ni fallor. Consuetud. Ord. S. Bened. apud eund. tom. 4. Analect. pag. 460 : *Post cibum autem citius redeunt ad Stratus suos, maxime juvenes vel negligentes, quorum mores notantur.*

**STRAVA**. Jornandes de rebus Geticis cap. 49. de Attila : *Postquam talibus lamentis est defletus, Stravam super tumulum ejus, quam appellant ipsi, ingenti comessatione concelebrant, et contraria invicem sibi copulantes, luctum finereum mixto gaudio explicabant, noctuque secreto cadaver est terre reconditum.* Lactantius ad illud Statii lib. 12. Thebaidos vers. 62 :

..... Sed bellicus agger  
Curribus et clypeis, Graiorumque omnibus armis  
Sternitur. Hostiles super ipse it victor acervos,  
Pacifera lauro erincm, vittisque decorus  
Accubat.

*Acervos, exuviarum hostilium moles. Exuviis enim hostium extruebatur Regibus mortuis pyra : quem ritum sepulturae hodie quoque barbari servare dicuntur, quem Strabes dicit lingua suu. Ita hoc loco Strava erit exuviarum hostilium moles.* At Wormius in Monumentis Danicis lib. 1. cap. 6. pag. 36. per *stravam* convivium, in honorem defuncti celebratum, intelligi contendit : quod indicare videntur verba quae mox sequuntur apud Jornandem : *Cujus ferula, etc. ad stravam referuntur.* Nec dissentit Martinus Schodelius in Disquisit. Histor. de Regno Hung. cap. 181. qui ait, *Stravam* esse purum Scythico-Hunnicum, et sic consequenter Ungaricum vocabulum, quo Hunni Silicernium, quod ingenti comessatione concelebrabant, denotabant. Vide Capitul. Caroli M. lib. 6. cap. 194. ubi de ejusmodi conviviis ad mortuorum sepulcra.

☞ *Sdravam* mallet Carolus de Aquino, utpote qui a *Sdraw*, quod lingua Illyricorum salvum sonat, vocis originem accersit. Hinc *Sdraviza* iisdem salus, et proprie quae nunciari solet inter bibendum. Alii alia divinando proponunt, quibus referendis supersedemus.

**STRAVACES**, *Cupidi*, in Glossis Isid. Pithœanis : *Strenuares, cupidi*, δρωφάροι. Papias edit. *Strenates*, MS. *Strenaces*, alter MS. *Sterenates*. [Vide *Stranaces*.]

**STRAURA**. Charta Isabellæ de Fortibus Comitissæ Albemarlæ in Monast. Anglic. tom. 1. pag. 941 : *Cum eorum servicis... vivariis, alnetis, moris, vastis, brueriis, turbariis, Strauris, et Weif, etc.*

† **STRAUTA**. Leges Norman. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 187 : *Videlicet aurum, argentum tam in vasis massa quam in moneta, Francos, Strautas, lanes, ebur, robullum, lapides pretiosos, etc.* Vide

mox *Stratum*. [\*\* In iisd. consuet. Gall. ant. cap. 17. nov. cap. 602. *Franczchiens et oyseaulx*. Vide *Canes franci in Canis*.]

**STRAUTUM**, θραυ δαρματινν ελωων, in Gloss. Lat. Græc. [Leg. *Stratum*. Vide Salsamium ad Plin. pag. 371.]

† **STRAWSSA**, Mensuræ species. Chron. Misc. Saltzburg. apud R. Duellium tom. 2. Miscell. pag. 132 : *Eodem anno 1415. valebat una Strawssa siliginis v. libras et lx. den. Lanzhuette*. Vide *Strick*.

† **STRAXINARE**, ut *Strascinare*. Vide ibi. **STRAY**. [Th. *Blount* in Nomolex. Anglic. ex Regest. Priorat. Cokesford. : *Stray, i. Si aliquid animal casu erraverit, et infra libertatem Prioris advenerit, et a ballivis ejus captus fuerit, ducetur ad Pynfoldam, et ibi servabitur per unum annum et diem; si nemo illud clamaverit infra illud tempus, erit Priori : si autem venerit quis et legitime probaverit illud esse suum, dabit pro quolibet pede unum denarium, et solvet expensas, quæ factæ fuerant, et rehabebit bestiam suam.*] Monasticum Anglicanum tom. 1. pag. 977 : *Concessimus insuper, quod... habeant wreccum maris, et Stray inventa in villa prædicta ac in terris et Sominiis, etc.* Vide *Ingulfum* pag. 875. 881. *Estrajerie* et *Straiatus*.

† **STRAZANDUS**, Ex laciniis confectus, Italis *Strazzi*, vel *Stracci*, Lacinia. Statuta Astens. ubi de intratis portarum : *Papirus ponitur et solvat pro qualibet risma ut supra, ... et risme due de Strazando pro una de bono lib. 5.* Vide *Stracia* 1.

† **STRAZAROLUS**, Venetis, Vestium interpolator, vel qui laceras resarcit. Statuta crimin. Riperie cap. 126. fol. 19. vº : *Idem intelligatur de quolibet pilipario, seu Strazarolo, vel zaponurio circa predicta delinquente.* Jac. De Layto in *Annal. Estens.* apud Murator. tom. 18. col. 991 : *In angulo claustris versus Strazarolos sub quodam linteo tabernaculo delituit, etc.* Vide *Regratarii*.

† **STRAZZARE**, Lacerare, vox Italica, Gall. *Déchirer*. Statuta Castri Redaldi lib. 2. fol. 37 : *Si quis fraudalenter, vel injuriose dilaceraverit, vel Strazzaverit, vel inciserit pinnum vel pannos alicui personæ, condemnetur in solidis 25. monetæ currentis.*

**STREAME**, Fluvius, vox Anglo-Saxonica, in Itinere Camerarii Scotici cap. 16. Vide *Strand*.

† **STREBA**, Stapes, ut infra *Strepa*. Vide in hac voce. Constitut. Frederici Reg. Siciliae cap. 87 : *Item, quod nemini ipsius regni incolæ liceat portare calcævea deaurata, et in equitatura sua frenum, et sellam, et Strebas deauratas, nisi forsitan sit miles decoratus cingulo militari, sub pœna amissionis eorum.*

† **STREBRECH**. Vide supra *Sterbrech*.  
† **STREBULUS**, Obliquus, inversus, a Gr. στρεβλός. Arnobius lib. 7. pag. 230 : *Caro Strebula, quæ taurorum e coxendicibus demitur.* Vide *Festum*.

† **STRECMAN**, Vir potens, in *Lelandi Collect.* vol. 2. pag. 188.

**STREGUA**, Idem quod *Stapha*, aut *Staffa*, *Strepa*. Acta Hadriani IV : *Decretum quod... Papæ Hadriano exhiberet stratoris officium, et ejus Streguam teneret ad ascendendum in equum.* Infra : *Et Stre-*

*quam fortiter tenuit.* Ita præterea in Actis Alexandri III. PP. apud Baron. ann. 1163. et 1177. Italis *Stregua*, est equus sagmarius.

† **STREIRA**, Stapes, Gall. *Etrier*, in *Annal. Genuens.* Oberti Cancellarii apud Murator. tom. 6. col. 295. ex Cod. MS. a Cl. Editore laudato.

**STRELAGIUM**. Vide *Sextariaticum*.

† **STRELICI**, Pedites Russici, ex *Hornio Orb. Politic.* cum notis *Menckenii* pag. 45.

† **STRELOIQUE DENARIUS**, pro *Strelingus denarius*. Locus est in *Denarius*.

† **STREMITA**, Conclamatio ad arma, Gallice *Alarme*. Vide supra *Stormus* et *Stramita*. Statuta Vercell. lib. 1. fol. 22 : *Et quod communia illorum quatuor locorum proximiorum nemori comburenti teneantur pulsata Stremita currere ad extinguendum ignem.* Ibid. lib. 4. fol. 115. vº : *Item quod omnes homines civitatis et districtus Vercellarum teneantur ire ad cridas et Stremitas, quas audient fieri alicubi in districtu Vercellarum, occasione prædictorum barbariorum et prodonum cum armis et sine armis, secundum quod parati essent.* Hist. Duleini hæresiarchæ apud Murator. tom. 9. col. 432 : *Postea congregati et in se reversi, fecerunt rumorem et pulsaverunt ad Stremitam.* Quidam autem juvenes de *Moxo*, pauci tamen, audita *Stremitu*, cucurrerunt, etc.

† **STRUMITA**, Eodem significato, in *Annal. Genuens.* Bartholomæi Scribæ ad ann. 1241. apud Murator. tom. 6. col. 490 : *In ipsis (galeis) tumquam ad clamorem et Strumitam viri prohi ascenderunt, etc.* Ibidem col. 495 : *Subito velut ad Strumitam universi de civitate arma viriliter assumentes, etc.* Rursus col. 531 : *Campanæ S. Mariæ de Vineis fuerunt ad Strumitam pulsatæ.* Vide *Strunum*.

† **STREMITAS**, pro *Extremitas*. *Concil. Massil.* ann. 1381. ex *Tabul. Massil.* : *Statuit quod nulla mulier aliqua audeat... portare... de serico in fimbriis seu Stremitatibus vestium suarum.*

\* **STREMULA**, Index, ut ex sensu conjiciunt docti Editores ad *Vit. S. Walth.* tom. 1. Aug. pag. 264. col. 1 : *Aspexit stellam radiantem, regum ab Oriente cum magno apparatu venientium cursu prævio præducem, ac virginialis hospitii in Belleem Dominicæ nativitatis conscii Stremulam.*

† **STREMUS**, in *Leg. Rotharis Reg.* tit. 58. § 11. edit. *Boherii*, pro *Threus*. Vide in hac voce.

† **STREMYO**. Charta ann. 1428. apud *Rymer.* tom. 10. pag. 391 : *Fult dom. noster Rex quod dom. Comitissa, ac patria Flandriæ teneantur custodire mare Flandrensiuum, portus ac flaminibus illorum (Stremyo vulgariter nancupatis) salvum, etc.*

1. **STRENA**. Gloss. Gr. Lat. : Εὐαγγελισμός, *Strenu*. *Falcandus* de *Calamit. Siciliae*, de *Maione Amiralio* : *Falsum enim quiddam ipse cædisque factæ socii adversus Admiratum confinxerant, nec illum inventa in thesauris ejus diademata sibi præparasse, sed Regi, ut eadem in Calendis Januarii Strenarum nomine ei transmitteret.* [S. *Maximi Taurin.* *Homil.* 5. de *Kalendis Januarii* : *Illud autem quale est, quod surgentes ma-*



ture ad publicum, cum munusculo, hoc est cum Strenis, unusquisque procedit : et salutaturus amicum, salutat illum præmio, antequam osculo. Vide *Strenua*, et *Strina*.]

† **STRENA**, Munus quodvis. Concil. Mexic. ann. 1585. inter Hispan. tom. 4. pag. 369 : *Ne quisquam ecclesiasticus... pacta, conventionese faciat, aut pecunias promittat, aliave Strenarum nomine, si præbenda obtineatur, aut ad obtinendum favorem quorumcumque aulicorum... qui presentationes hujusmodi conferre debent.* Eo etiam nomine appellatur munuscula quæ Cardinalibus recens electis offeruntur. Vide Notas Godefredi ad Hist. Caroli VIII. Reg. Fr. pag. 713. et infra *Strenure*.

**STRENE DIABOLICÆ**, in Concil. Autisiod. can. 1. Vide *Kalendæ*.

\* 2. **STRENA**, Tractatio, Gall. *Traitement*. Fragm. hist. Fulginat. ad ann. 1312. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 144 : *Dominus Blasius... iens cum suis et Guelfis de Spoleto contra Spoleum, malam Strenam prope Spoleum intulit Spoletonis Gibellinis.* [\* Ital. *Dare cattiva mancia*.]

† **STRENACES**. Vide supra *Stravaces*.

† **STRENAESHALCH**. Bedæ lib. 3. cap. 25 : *In monasterio quod dicitur Strenaeshalch, quod interpretatur sinus fari.* [\* Lege *Streaeshalh*, locus in agro Eboracensi, hodie *Whitby*.]

† **STRENARE**, *Strenam novo anno mutere, et universe munusculum dare*. Gemma. Vide *Strena*. [\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Strenave, Estrener*.]

† **STRENATES**. Vide supra *Stravaces*.

† **STRENSCERE**, Strenuum fieri. Anonymus de Gestis Manfredi et Conradi Reg. apud Murator. tom. 8. col. 594 : *Jam Theutonicorum voluntas Strenescit effrænis, et eorum signa velut ex eventu forent futuro victricia, in partibus Tiburtinis... pompose descensa præfulgent.*

† **STRENICUS**, *Strenis vel Strenarum cupidus*. Joh. de Janua : unde Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Strenicus, strenarum cupidus*.

† **STRENITA**, ut *Strata*, Via lapidibus munita. Statuta Astens. cap. 15. Collat. 19. fol. 66 : *Teneatur Potesius scovari facere omnes cuiusdas sive Strenitas de xx. diebus in xx. diebus, et quilibet faciat portari totam rumentam de ante donum, et quod vie Strenite debeant manuteneri Sterinte (sic) secundum quod Strenite fuerint vel erunt.*

† **STRENUA**, *ἐναργησιν*, in Gloss. Lat. Græc. Leg. *Strena* vel *Strenna*. Vide Casaubon. ad Sueton. in Tiberio pag. 371. et supra *Strena*.

† **STRENUARES**. Vide supra *Stravaces*.

† **STRENUITAS**, Titulus honorarius, quo Radulfus Archiepiscopus Turon. compellatur ab Urbano II. PP. in Epist. ad eundem ex Tabul. Majoris Monasterii : *Veniens post hæc ud nos Beneventum tuu Strenuitas, carissime frater, etc.*

**STRENTA**, *Strepu*, Stapes. Lupus Protospata in Chron. ann. 1046 : *Deinde dictus Imperator venit Beneventum : Beneventani vero ad ejus injuriam abscederunt Strenuitas equi ejus.* Forte *strepas*, aut *streguas*. [\* Vide var. lect. apud Pertz. Scriptor. tom. 5. pag. 59. not. c.]

**STREPA**, Stapes, quo quis in equum tollitur, cui insistent pedes equitantum. Anglis *Stritrop*, est *Strepa* [\* *Stirrup*.] : *Stræp*, corrigia. Acta Hadriani PP. IV : *Decretum est... quod ideum Rex pro Apostolorum Petri et Pauli reverentia prædicto PP. Hadriano exhiberet stratoris officium, et ejus Strepa teneret ad conscendendum equum.* [Ubi *Streuga* semel et iterum edidit Muratorius tom. 3. pag. 443. col. 1. quod et alibi occurrit, ut infra videre est. Epistola scripta ann. 1160. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 451 : *Descendenti (Victori antipapæ) de equo Strepa humiliter tenuit* (Imperator.) Occurrit rursus ibid. col. 1038. et tom. 4. col. 1355. Conc. Tarracon. ann. 1591. inter Hisp. tom. 4. pag. 614 : *Nulli canonici vel clerici, ... cooperturas sellarum in equitaturis longas ultra unum palmum prope lo Strep deferre aliquatenus seu portare præsumant.*] Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 15 : *Hiluri vultu adcurrens ad frenum et ad Strepa illius, etc.* Occurrit præterea apud Helmodum lib. 1. cap. 81. Arnold. Lubec. lib. 6. cap. 5. lib. 7. cap. 21. Metellum in Quirinal. pag. 145. Matthæum Paris pag. 383. 432. Ottonem de S. Blasio cap. 13. Cæsarium lib. 5. cap. 36. lib. 7. cap. 33. Anonymum in Hist. Episc. Bremens. ann. 1155. Joann. Longinum in Actis S. Stanislai n. 162. in Speculo Saxonico. lib. 1. art. 52. in Jure Feudali Saxon. cap. 33. art. 2. in Ceremoniali Rom. lib. 1. sect. 5. apud Thwrocz. in Carolo cap. 99. etc. Galli *Estriefolium* dicebant, hodie *Estrier*. Philippus *Mouskes* in Hist. Francor. MS :

*Estrief, ne siele, ne sosçaingle, etc.*

**STREPES**, dixit Stephanus Tornac. Epist. 230. 2. edit. : *In Strepibus justitia dominatur.* Supra : *Strepas quibus innituntur pedes.*

† **STREPUS**, Eodem intellectu. Homagium ann. 1110. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 376 : *Et cum Abbas ascenderit in equum debeo et ego et heredes mei vicecomites Carcassonenses ac eorum successores ei tenere Strepu ob honorem Domini, et S. Marie Crasse.*

**STREVA**, in Regula Templariorum editionis Labbei cap. 37. [Chloron. Romualdi II. Archiep. Salernit. apud Murator. tom. 7. col. 232 : *Quunque equum suum album de more vellet ascendere, Imperator ex alia parte accedens, Strevam ejus tenuit, etc.* Guido de Vigevano de Modo acquirendi T. S. cap. 9. ex Cod. Colbert. 5080 : *Ista bota habet in medio unum manchum ab una parte bote taliter factum, quod leviter possit teneri intus gamba cum Streva.* Cap. 10 : *Habeat (bota) duas Strevas et super hac bota homo ascendat in nomine Christi.*] Charta ann. 1231. in Regesto Comitatus Tolosæ Camera Comput. Paris. fol. 25 : *Et quod debet inde tale servitium, videlicet quod semel tenebit unicuique Abbati de Monte Albano ascendenti equum, cum ab eo fuerit requisitus le Streub.*

† **STREUGA**, Eadem notione. Sallas Malspinæ de Reb. Sicul. apud Baluz. tom. 6. Miscell. pag. 204 : *Quotiescumque Conradus equitare volebat, Manfredus promptus et agilis currebat ad scansilem seu Streugam,*

*ac modis aliis famulatus fratri tanquam præcellentis adulari didicerat.*

**STREPARE**, Exstirpare. W. Thorn. ann. 1264 : *Nec licebit cuiquam... domum vel arborem... Strepere, vel eradicare.* *Estreper* nostris, de qua voce diximus in Notis ad Stabilimenta S. Ludovici. Vetus interpres Gallicus MS. Codicis Justiniani : *Se aucens est atains, que il ait Estrepé vignes, ou copez arbres, qui portassent fruit, etc.* Vide *Stirpare*.

† **STREPERUS**. Lupus in Epist. ad Sidonium, apud Acher. tom. 5. Spicil. pag. 579 : *Tu honorificus, et inter Streperos plausus (præfecturas) exercuisti.* Id est, ingentes, multiplices, repetitos.

† **STREPES**, ut *Strepa*. Vide in hac voce.

1. **STREPIA**, *Cauda serpentis*. Jo. de Janua. [*Queue de serpent*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.]

† 2. **STREPIA**, ut *Strepa*, Stapes. Comput. ann. 1237. ex Bibliot. Reg. : *Pro cella (sella) Johannis clerici xx. sol. Pro frenis, Strepiis ad Joannem clericum, etc.*

† **STREPITARE**. Gloss. Lat. Gr. : *Strepito, κορυβή* : in Cod. Sangerm. *Crepito*.

† **STREPITUALIS**, Tumultuosus. Prolog. Richardi de Furnellis ad Commentar. in lib. Numer. apud Mabill. tom. 5. Annal. Bened. pag. 436 : *Post sollicitudinem curæ pastoralis, post Strepitualem dispensationem forensium rerum, etc.*

† **STREPITUS**, vox fori Anglici, destructio, prostratio, mutilatio, idem quod *Estrepanentum*. Vide in hac voce. *Strepitum et vustum facere*, in vett. rescriptis forensibus apud Spelman. et Th. Blount in Nomlex. Anglic.

† **STREPPUS**, Eadem notione, in Charta Edwardi Reg. Angl. apud Rymer. tom. 14. pag. 545 : *Annum, diem, Streppum, vustum, et deodanda, ac omnia alia quæ ad nos, hæredes vel successores nostros pertinere possent vel deberent, tani de dictis anno, die, vasto et Streppo, quam de murtheris, etc.* Pluries ibi.

† **STREPITUS JUDICIALIS**, Ambages forenses, formulæ. Charta ann. 1300. apud Kennett. Antiquit. Ambrosd. pag. 344 : *Quod possint eos et eorum successores per omnem censuram ecclesiasticam ad omnium et singulorum premissorum observationem absque articuli seu libelli petitione et quocunque Strepitu judiciali compellere.* *Strepitus iudicii*, in Correct. Statut. Cadubrii cap. 134. Vide supra in *Planum*.

\* *Nostris Strepit*, eadem acceptione. Lit. ann. 1356. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 182. art. 8 : *Nous voulons estre procedé de part nous contre eux le mieux, le plus diligemment et rigoureusement que on le porra faire selon raison, somniairement et de plain, sanz Strepite et figure de jugement.* *Stripit*, in aliis ann. 1374. tom. 6. earumd. Ordin. pag. 517.

† **STREPUS**, *πρωτότης*, in Gloss. Lat. Græc. Leg. *Stropus*, vel *Strupus*. Vide Scalliger. ad Festum in hac voce, et infra *Strupiar*. Occurrit alia notione in *Strepa*.

**STRETBRECHE**, ex Saxon. *stret*, *strata*, *platea*, et *brecan*, frangere, Gallis *Bris de chemin*. Crimen, cujus co-



gnitio ad solum Regem spectat, ut est in Legibus Henrici I. cap. 10. emendatur vero muleta centum sol. cap. 12. et 80. [Vide Sterbrech.]

**STREWARD**, Viarum custodia, seu Jurisdicatio, *variū*, nostris *Voirie*. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 187: *Præterea idem Comes dedit præfato Nigello Constabulario suo le Steward et Marketzeld in omni terra pertinente de Haulton, et omnia animalia fugitiva, Gallice Weythe (f. Weife) in toto Hundredo de Halton. Infra: Et valent per annum le Steward, et le Marketzeld 18. sol et obol. [Placitum apud Cestriam in Nomolex. Anglic. Th. Blount ann. 14. Henrici VII. Reg. Per Steward Johannes Stanley Ar. clamat quod servientes pacis et ministri sui infra feodum de Aldford capere debent de qualibet fuga cutallorum xv. denar.]*

\* **STRETTA**, vox Italica, Via stricta, locus angustus. Hist. Foroju. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 1208: *Senserunt gentes ipsas exeuntes Fannam, et venientes superius prope Strettam campi. Et obviaverunt certis portantibus unum puerum, etc. Ibid. col. 1211: Et fuerunt audacter ad manus unus contra alium in Stretta, post domum Pauli quondam Rainardi. Hinc nostris Strete, quomodo etiam Italis Stretta, pro Oppressio, pressura. Legenda D. Cl. de Guisia tom. 6. Comment. Cond. ult. edit. part. 2. pag. 95. col. 2: D'autant qu'outre les Stretes et dangers que nous deduirons, etc.*

**STREVA**, **STREUGA**. Vide *Strepa*.

\* **STREVA**, Stapes, quo quis in equum tollitur. Vita S. Joan. Laudens. episc. tom. 3. Sept. pag. 163. col. 2: *Si rationabilis eum causa per id temporis equitare quopiam cogeret, nudas ferreae pluntas Strevia superferret. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: Striu, Prov. Scansile. Vide Strepa.*

¶ **STREYSA**, ut supra *Stray*. Charta Henrici IV. Reg. Angl. ann. 1399. apud Rymer. tom. 8. pag. 95: *Una cum regalitiis, regalitatibus, franchisesiis, libertatibus; portubus maris, et omnibus ad portum rationaliter et debite pertinentibus, homagiis, fidelitatibus, wurdis, maritagiiis, releviis, escaetis, forisfacturis, waists, Streysis, curiis Baronum, visibus franciplegii, etc. Vide Estrajeria.*

**STRIA**, Strix, *Striga*, Venefica. Lex Salica tit. 57. § 2: *Si quis mulierem ingenium Strium clamaverit aut meretricem, etc. § 3: Si Stria hominem comederit, etc. Capitula ad Legem Alaman. cap. 22: Si quis alterius ingenium decriminat, seu Stria aut herbarium si sit, et eam priserit etc. Vide Strigu 1. θριξ Græci vocant calculos sortilegos. Vide Callimachum hymno in Apollinem v. 45. et ibi Scholiastem, et Thomam Magistrum in θριάσιον. [Estris magos et veneficos appellat le Roman de la Rose MS:*

Dont maintes gens par leurs folies  
Quident estre par nuit Estries.]

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Estrie, fée, lamiu. Mirac. B. M. V. MSS. lib. 1:*

Tele est hideuse comme Estrie.

**STRIOPORTIUS**, Qui *Strias* ad nocturna sacra deportare creditur. Lex Salica tit. 57.

§ 1: *Si quis alterum hercbergium clamaverit, hoc est Strioportium, aut qui æneum portare dicitur, ubi striæ concinunt, etc. [Vide Strioportas.]* [\* Grimm. Mythol. German. pag. 587. supra *Chervioburgus.*]

¶ **STRIE**, Prominentia, seu sulci columnarum, Vitruvio et aliis. Vide Savaronem ad Sidonium lib. 4. Epist. 8.

¶ **STRIBILICO**, στροικισμός, in Gloss. Lat. Gr. Solæcismus; *Stribigo*, vetustioribus Latinis ex Gellio lib. 5. cap. 20.

¶ 1. **STRICA**, Densa turba, conferta multitudo, Gall. *Presse*. Chron. Parmense ad ann. 1268. apud Murator. tom. 9. col. 783: *Et in sero propter letitiam in separatione consilii super scalis palatii fuit ita maxima Strica, quod multi in ipsa necati et mortui fuerunt.*

¶ 2. **STRICA**, Ostium portus, ni fallor. Vide *Strictum*. Statuta Arelat. MSS. art. 144: *Si aliquod lignum... steterit ad Stricam vel ad moriandum de Passono propter ventum contrarium, etc.*

¶ 3. **STRICA**, ut *Strigu* 1. V. in hac voce.

1. **STRICARE**. Regula Magistri cap. 79. extremo: *Si contenti sunt pannos suos vel indumenta in alieno opere Stricare, id est consumere.*

2. **STRICARE**, Impedire, pro *tricare*. Vide in hac voce. *Capitulare* 1. Caroli M. ann. 802. cap. 8: *Ut nullum bannum vel præceptum domni Imperatoris nullus omnino in nullo marrirc præsumat, neque opus ejus Stricare, vel impedire, etc.*

\* *Estricque* appellatur lignum seu theca species, in qua falcis ferrum inseritur, ne falcem deferendo lædat. Lit. remiss. ann. 1444. in Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 332: *Lequel suppliant mist jus de son col sa faulx et prist en sa main l'Estricque d'icelle.*

**STRICITAS**, Sterilitas, quasi *strictitas*, quomodo un *temps estroit* dicimus. Decretale precum, ann. 779. in Capit. Caroli M. lib. 5. cap. 207. et Addit. 4. cap. 143: *Episcopi Abbates, atque Abbatissæ pauperes famelicos quatuor pro ista Stricitate nutrire debent usque tempore messium.*

\* **STRICHO**, Mensura annonaria, modius, a Germanico *Strick*. Vide in hac voce. Charta ann. 1386. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 3. pag. 75. col. 2: *Quorum (arearum) quælibet quatuor mensuras seu Strichones seminis in se continent. Ibid. pag. 76. col. 1: Eidem plebano satisfacere debemus pro decima ecclesiæ suæ memoratæ, ... videlicet undecim Strichones utriusque grani, sex Strichones siliginis et quinque hordei.*

**STRICK**, **STRICH**, Modius, vox Germanica. Cosmas Pragensis cap. 8: *In pluribus locis mensura siliginis, quæ Strich dicitur, pro uno grosso Pragensi denario vendebatur. Adde cap. 11. sub fin. [\*\* Vide Schmeller. Glossar. German. tom. 3. pag. 680. voce Strich, d.]*

¶ **STRICLATA**, ξυσρωτά, in Gloss. Lat. Gr. Vulcanius emendat *Striata*. Utrumque habent Gloss. Gr. Lat.: *Ευσρωτά, Striata, striclata.*

¶ 1. **STRICTA**, ut infra *Strictum*. Vide in hac voce. Præceptum Ludovici Imper. ann. 817. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 67: *Inde (extenditur) in melana per ipsum rivulum, inde per Melana josum usque*

*ad Strictam. Sallas Malaspina de Rebus Sicul. apud Baluz. tom. 6. Miscell. pag. 28: Et tandem ut eos (captos) de Stricta urbis extraheret, eosque posset liberius servare, apud Sarracinescum, quod est castrum Corrud... jubet exacta custodia in arto carcere detineri. Radulphus de Gestis Friderici I. Imper. apud Murator. tom. 6. col. 1195: Restagus vero dominus illorum in quadam Stricta montium cum infinito exercitu fuit ante Imperatorem, et non sinebut eum transire. Vide Strictura 3.*

\* Lemovicibus *Etrille*, nisi leg. forte sit *Etricte*, licet bis *Etrille* legatur, in Lit. remiss. ann. 1467. ex Reg. 200. Chartoph. reg. ch. 183: *Le suppliant et certains autres du bourg de Coitron, ou diocese de Limoges, menoient paistre devers le nutiu leurs beufs vers les Etrilles et passages d'Antepessa, etc. Infra: Eytrille.*

\* 2. **STRICTA**, Puteus angustus, unde nomen ab Italico *Stretto*. Stat. civil. Cumana cap. 256. ex Cod. reg. 4622. fol. 199. rº: *Nulla Stricta fetida, nec cloacha fetida, nec necessarium debet scolzari nec evacuari, nisi de mensibus Decembris, Januarii, Februarii et Martii. Vide Strictus, 3.*

¶ **STRICTERE**, Radere, strigillare. Gl. Lat. Gr.: *Stricto*, ζῆω: ubi Cod. Sangerm. *Strico*. Gloss. vero; Græc. Lat.: *ἔσω, rado, Stricto, strigillo.*

¶ **STRICINNIRE** dicitur hirundo. Vide *Vehyare*.

¶ 1. **STRICTIO**, Genus avis maximæ. Gloss. vet. Sangerm. num. 501. Sed leg. *Struthio*.

\* 2. **STRICTIO**, *Stricitas, strictura, Estrainture*, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. Hinc *Estrie* dicitur id, quo aliquid stringitur, et firmatur. Reg. 13. Corb. sign. *Habacuc* ad ann. 1511. fol. 92. vº: *A esté fait rapport au buffet de la visitation faicte au cloquoir de l'eglise, là où il est nécessaire de mettre plusieurs Estries et aneres de fer, etc.*

**STRICTOLA**. Charta Roberti II. Principis Capuani ann. 1128. in Sanctuario Capuano pag. 643: *Et finis Strictola communalis aquaria: namque est finis transenda publica, quæ dicitur, etc. Charta ann. 1197. apud Ughellum tom. 7. pag. 1272: Cum horticeello, in quo sunt arbores pomorum juxta eandem curtem a parte meridiei, et cum Strictola a parte Occidentis ejusdem Curtis, etc. Infra: Extra parietem ipsius curtis, et nominatam Strictolam, etc. Forte semita, via stricta. Vide *Strictum*. [Quid si rivum, rivulum, nostris *Rigole*, intelligas?]*

**STRICTORIA**, Στριχρία, in Gloss. Græc. Lat. Tunicæ, quæ ad corpus stringentur, nostris hodie *Justaucors*. Vide *Sticu* 1.

¶ **STRICTORIUM**, σφιγκτήρ, in Gloss. Lat. Græc. Addunt Græco-Lat. *Contractorium*. Fibula. Hinc

¶ **STRICTOSUS**, σφιγκτός, in iisdem Gloss. **STRICTUM**, Via stricta, montium fauces, Gall. *Détroit*. Guillelmus de Podio-Laurentii cap. 52: *Donec... complanaretur viarum asperitas, et Stricta amplificarentur, etc. [Chron. Farf. apud Murator. tom. 2. col. 488: Concessit in territorio Amicrno Clusurule, ubi est substancia Joannis Palumbi et ejus consortium usque Orbecam et Pozellam et Marruce, et usque Strictum vallis de Cucla, etc.]* *Stricta Marrochii*, fretum Gadi-



tanum, quod vulgo *Le détroit de Gibraltar* apud eundem Scriptorem cap. 48. et Guillelmum de Baldenzeel in Hodæporico Terræ Sanctæ, quod *Strictum Sibila*, seu *Sevillie* dicitur Thwrocio in Hist. Hungar. part. 1. cap. 15. Vide *Districtum*, *Stricta* et *Strictus* 1.

1. **STRICURA**, Gloss. Isid. : *Alopecia*, *passio Stricure*. [Ita etiam lib. 4. Orig. cap. 8. Gloss. vet. Sangerm. n. 501 : *Alopecia est capillorum fluor circumscriptus, quem Græci Psilosin vocant. Est autem passio Stricure*. Qua ultima voce significari opinor vehemens capillitii continue pectendi desiderium ex immoderata cutis pruriginis ortum. *Stricturam* videtur dixisse, ut et *Strigilem*, a *Stringendo*. Est autem strigilis, instrumentum quo corpus distringimus, id est, radimus ut equos : atque propter similitudinem usus ad alia transferuntur, ut ad pectines, monente Martinio in Lexico. Strigilibus utebantur veteres ad fricanda et polienda corpora in balneis; de iis passim mentio occurrit apud Scriptores Latinos. Vide D. de Montfaucon in Antiquit. Expl. ubi de balneis et eorum suppellectili. Italis *Strettura* est præsupfocatio, suffocatio.] Alias *Strictura*, dicitur τὸ ἀπὸ τοῦ σιδήρου πίπτου, ὡσπερ σπινθήρες, in Glossar. Latino-Græc.

2. **STRICURA**, στήριξ, φῦσα χαλαρών. Glossar. Lat. Gr. Follis.

3. **STRICURA**, Via stricta, montium fauces, Gall. *Détroit*. Sicardi Episc. Cremon. Chron. apud Murator. tom. 7. col. 609 : *Restanus vero dominus illorum cum magno exercitu in Strictura montium transitum prohibebat, dicens quod non transiret, nisi centum summarios auro et argento oneratos darent*. Vide *Stricta* et *Strictum*.

4. **STRICURA**, Tributum, pensatio. Præceptum Henrici Imp. ann. 1023. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 143 : *Theloneum videlicet juxta antiquas antecessorum nostrorum concessiones, ab eis vel eorum hominibus per omnes regni nostri fines, neque in urbe, neque in via, neque ad pontes, seu aliquæ Stricturæ, nullomodo accipiantur, vel quærantur*. Vide *Districtus*.

\* 5. **STRICURA** est Terra ferri in massam cocta. Glossar. vetus ex Cod. reg. 7613.

**STRICURATOR**. Chartul. S. Vincentii Cenoman. fol. 38 : *Concessi... abbatiæ B. Vincentii... omne jus meum tam in plateam et Stricturatore, quam in tractu et monilibus (mobilibus) rebus aliis*. [\* F. pro *Structuratore*.] An qui mensuras radio exæquat? Certe *Stricher* ea notione occurrit in Statutis Lossensibus art. 73. § 2 : *Item, d'un stier de wassend que le meunier ou son serviteur a veu mesurer et Stricher, etc.*

1. **STRICUS**, ut *Strictum*. Litteræ Henrici VI. ann. 1460. apud Rymer. tom. 11. pag. 438 : *Ad eskippandum et traducendum per Strictus Marrok tot saccos lanæ, etc.* Vide *Stricta* et *Strictura* 3.

2. **STRICUS**, *Astrictus*, Gall. *Astreint*. Capituli S. Jacobi Hospit. Statuta ann. 1388. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 340 : *Præcipimus primis capellanis... ut Missas ad quas tenentur in altaribus suis absque defectu celebrent, prout sunt Stricti per sua juramenta*.

3. **STRICUS**, Aretus, angustus, Gallis *Etroit*. Inventar. ann. 1379. ex Schedis V. Cl. Lancelot : *Item unus alius parvus rebanus Strictus modici valoris. Strictæ manica*, in Const. Monast. S. Petri-Montis tom. 2. Sacræ Antiq. Monum. pag. 427.

**STRICULUS**, pro *Hystriculus*, pilis vestitus. Arnobius lib. 5. pag. 174 : *Facit sumere habitum puriorem et in speciem levigari nondum duri atque Striculi pusionis*. Minus recte Turnebus lib. 7. Advers. cap. 20. dictum vult a stricta quadam corporis soliditate et duritie; nec melius lib. 11. cap. 22. duriusculum et strigosum interpretatur. Vide *Heraldi Animadv.* pag. 215.

**STRIDA**, Clamor, Italis *Strido*. Addit. ad Chron. Estense apud Murator. tom. 15. col. 545 : *Ex hoc factæ et celebratæ fuerunt quolibet mane solemnissimæ processiones cum toto clero Ferrariensi et quolibet dictorum trium dierum falodia et campanarum sona universalis, cum sclopiis et Stridis in signum maxime letitiæ*. Hinc

**STRIDARE**, vox Italica, Per præconem summonere, ciere, nostris *Cricr quelqu'un*. Occurrit in Statutis Venetis ann. 1242. lib. 1. cap. 23. etc. lib. 3. cap. 7. 10 etc.

**STRIDERE**, *Inconditum et horrendum clamorem edere, quod faciunt Turcæ paulo ante prælium*. Gasp. Barthii Gloss. apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 21. ex Anonymi Hist. Palæst. cap. 18 : *Tunc videntes Comitem et Boamundum venientes et conducentes illam gentem, mox cæperunt Stridere et garrire ac clamare vehementissimo clamore, circumcingendo undique nostros*. Cap. 20 : *Omnes vero pariter Stridebant in civitate*.

**STRIDOR**, Clamor bellicus *Turcarum*. Idem Gloss. ibid. pag. 447. ex Guiberti Hist. Palæst.

\* **STRIFFA**, Lacinia, linea, a Germ. *Streif*. Edictum Theodor. Archiep. Mogunt. de Judeis ann. 1457. apud Guden. Cod. Diplom. tom. 4. pag. 325. et 327 : *Ut videlicet circulus in vestibus viri, et mulieres Striffas in peplis ferentes, etc.* In Statut. Colon. ann. 1451. apud Haltaus. voce *Juden-kleidung*, col. 1054 : *Fæminæ deserant duas Rigas blavii coloris*. Vide *Riga* 2. et *Judei*.

1. **STRIGA**, Venefica. Ugutio : *Stricæ quedam monstra dicuntur, quæ magicis cantibus in seras transeunt*. Glossæ Lat. Gr. : *Striga*, λαισχυρών, καὶ γυνή φαρμακίς. Synodus S. Patricii et Auxentii can. 16 : *Christianus, qui crediderit esse lamiam in speculo, quæ interpretatur Striga, excommunicandus, quicumque super animam famam istam imposuerit*. Capitulatio Caroli M. pro partibus Saxonie cap. 5. apud Holstenium : *Si quis a diabolo deceptus crediderit, secundum morem paganorum, virum aliquem aut feminam Strigam esse, et homines comedere, etc.* Lex Longob. lib. 1. tit. 11. § 9. [\* Roth. 379.] : *Nullus præsumat aldiam aut ancillam, quasi Strigam, quæ dicitur Masca, occidere*. Ubi Edictum Rotharis Regis tit. 116 : *Nullus præsumat aldiam aut ancillam alienam quasi Stringam, quam vulgus dicit, aut mascam occidere*. Eadem Lex tit. 16. § 2. [\* Roth. 189.] : *Si quis puellam aut mulierem... fornicariam aut Strigam*

*clamaverit, etc.* [Istrican præfert Codex Mutin. ex Murator. tom. 1. part. 1. pag. 31.] Lib. 2. tit. 11. § 3. [\* Roth. 197.] : *Si quis... enu Strigam, quod est masca, clamaverit*. Cathwlpus in Epistola ad Carolum M. : *Maleficos, veneficos, tempestarios, Strigas, pythonissas, fures, etc.* [Incantationes et sortilegos exquirere, Strigas et fictos lupos credere... Hæc... mala opera sunt diaboli, apud Marten. tom. 9. Ampl. Collect. col. 217.] Adde Decretâ Ladislai Regis Hungar. lib. 2. cap. 31. et Cosmam Pragensem pag. 8. Dantes in Purgat. 19 :

Vedesti, disse, quel antea Strega?

Vide *Stria*.

2. **STRIGA**. *Caper : Striga in turma, ubi equi distringuntur*. Papias : *Striga, Castrense vocabulum, vel intervallum turmarum, in quo equi stringuntur : unde et strigosi dicuntur, corpore macilenti*. Ex Beda lib. de Orthogr. : *Striga, Castrense vocabulum est, intervallum turmarum significans, in quo equi stringuntur : unde equi strigosi dicuntur corpore macilento*. Hinc

**STRIGARIUM**, in quo docentur et exercentur equi. Italis *Maneggio*, quomodo quidam legendum vel accipiendum censent *Trigaria septa*, apud Victorem in 9. regione urbis Romæ.

3. **STRIGA**, vox Agrimensorum, Festo nota. Papias : *Striga, longitudo major latitudine. Strigatus ager est, qui per Strigas crescit a Septentrione in Meridiem*. Ex Aggeno pag. 60. Frontinus de Agrorum qualitate : *Ager per Strigas et per scamna divisus, etc.*

4. **STRIGA**, **STRIGULA**, Genus vestis, in vett. Glossis apud Savaronem ad Sidonium. Glossæ Isidor. *Strigium, genus vestimentis*. *Striges*, Hispanorum vestes, eidem Isidoro lib. 19. cap. 23. et Juvenali. Vide *Stica* 1. \* Nostris *Fstraintes*. Lit. remiss. ann. 1394. in Reg. 146. Chartoph. reg. ch. 323 : *La suppliante prist... la moitié d'une garnison d'une picce de robe garnie de toile, et en fist unes Estraintes à son mary*. Alæ ejusd. ann. ibid. ch. 394 : *En la chambre le suppliant print unes Estraintes à homme*. f. Interius subligaculum, vulgo *Caleçon*. Vide infra *Strula*.

**STRIGARIUM**, **STRIGATUS**. Vide *Striga* 2. et 3.

**STRIGILARIUS**, Qui strigiles facit. Gloss. Lat. Græc. *Strigularius*, in Cod. Sangerm. : *Strigularius*, ξυστροποιός.

**STRIGILECULA**, diminut. a *Strigilis*. Utitur Apuleius lib. 1. Flor. Gloss. Lat. Gr. : *Strigilecula*, ἑστρηγίδου.

**STRIGIO**, *Mimarius, scenicus*, in Gloss. Isid. qui *Strigum* imitatur. [Ubi leg. *Strio* censet Grævius, pro *histrio*.]

**STRIGIUM**, Genus vestis. Vide *Striga* 4.

**STRIGIUS**, Piscis species, Italis *Strigio*. Statuta Placent. lib. 9. fol. 79. vº : *Item Strigos et senetas pro qualibet libra, 1111. den. Item Strigos a vino pro qualibet lib. 11. den. Vide Strionus*.

**STRIGLIA**, *Strigilis*, vox Italica. Acta S. Helerii tom. 4. Jul. pag. 152 : *Deum diu nocturne exorabat taliter, ut contra spatulas et renes illius juxta Strigilam strictam ad terram, sub qua erant quatuor clavi acutissimi*. Vide *Strilla*.



**STRIGNA**, *Pallia operiosiora*. Papias. [*Operiosiora*, in vet. Gloss. Sangerm. n. 501.] Vide *Striga* 4.

† **STRIGULA**, Genus vestis. Vide *Striga* 4.

\* **STRIHAC**. Mirac. S. Germ. Autiss. tom. 7. Jul. pag. 294. col. 2 : *Deiude sub quadam miræ magnitudinis quercu, quæ a patriotis Strihac vocabatur, in regali possessione frondibus et foliis parvulum construxit habitaculum.*

\* **STRILHA**, Piscis species. Tract. MS. de Pisc. cap. 106. ex Cod. reg. 6838. C : *Mullus.... u Nicensibus Strilha... dicitur.*

**STRILIARE**, quasi *Strigiliare*, Strigili defricare, quomodo apud Vopiscum in Aureliano : *Equum suum sagnarium defricet*, ex Gallico *Estriller*. Fleta lib. 2. cap. 76. § 9 : *Affros lavare, desiccatos Striliare non est inutile.* Adde cap. 78. § 2. Jo. de Janno : *Strigilis, instrumentum, quo mundatur equi ; et instrumentum, quo curio mundatur ; et sudor corpori eraditur, quod et Strigil dicitur per apocopen.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Strigilis, Estrille, ou puelle, ou instrument à quoy les enfans emblent les raisins et les figues, ou a quoy la char est netiée, et la suour arrasée.* Vide *Estriliare*.]

† **STRILLA**, Strigilis, Gall. *Etrille*. Statuta Massil. lib. 2. cap. 52 : *De mittendo unam Strillam calibris sive acerii, v. den. Scutiferi de Strilla, quibus equos strigili defricare incumbit, in Constitut. Frederici Reg. Siciliæ cap. 113. Vide Striglia.*

\* *Strelha*, Prov. strigilis, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

\* **STRIMA**, Stapes, quo quis in equum tollitur ; f. pro *Strivia*. Vita S. Walth. tom. 1. Aug. pag. 266. col. 2 : *Vocans illum abbas sciscitabatur ab eo, si prævaleret ipsius descendentes scandile, quod vulgo Strimu dicitur, tenere ; responditque adolescentulus, se velle uttentare. Abbate descendente, puer incumbendo Strinam et equum per lorium tenuit.* Vide supra *Strevia*.

\* **STRIMOLUM**, Scriptum mendose pro *Scrintolum*, diminut. a *Scrinium*, in Arest. ann. 1411. 30. Mart. ex vol. 11. arestor. parlam. Paris. : *Quorum sigillorum ut etiam clavium supradictarum in quodam Strimolo ferreo unica clave firmari solito, cujus clavus custodiam thesaurarius habebat, nec non ejusdem Strimoli.*

† **STRIMULENTUS**, Stridulus. Vita S. Guthlaci tom. 2. April. pag. 43 : *Quoadusque eorum Strimulentas loquelas intelligere valuit.*

**STRINA**, **STRINNA**, Tributi, seu vectigalis species apud Dalmatas et Croatas, quod Venetis vel Hungariæ Regibus, quibus subinde paruere, vice ultroneæ pensationis, ac *trenarum*, (unde vocabuli etymon) pensantur. Nam auctor est Constantinus Porph. lib. de Adm. Imp. cap. 29. Basilium Imperatorem auctorem fuisse Dalmatis, ut quæ Prætori solvebant, ea Slavis darent pacis causa, et Prætori exiguum illud penderent, quo debitam Romano Imperio subjectionem testarentur. Ugutio : *Strena, quod vulgo dicitur Streina, scilicet quod datur alicui in Kalendis Januarii.* Charta ann. 1133 : *Tolta, quæ apud Comune erat pro urbe reparanda, et aliis*

*expensis fiendis et Strina Venetis danda, etc.* Charta Seb. Ziani Ducis Venetor. pro Civibus Tragur. ann. 1147. apud Jo. Lucium lib. 3. de Regno Dalmat. cap. 10 : *Nolunus, ut aliquo modo offendantur neque tollatur eis aliquo inconsueta Strinna, nisi quam ipsi sponte dare voluerint.* Statuta Ragusii lib. 7. cap. 56 : *Volumus, quod si aliquo navis, vel lignum, in quo essent mercatores, durent aliquid alicui pro Strina, vel pro pedochiu, vel aliquid aliud, etc.* Vide *Strena*.

† **STRINARE**, Densare, Gall. *Serrer*. Locus est supra in *Spezzare*.

**STRINCTORIUM**, Σφικτήριον, in Glossis Lat. Græc. MSS. S. Germani Paris. *Fibula*. [In MSS. ut et in editis *Strictorium* legitur. Vide in hac voce.]

† **STRINDERE**, pro *Stringere*, ni fallor. Transactio ann. 1316. ex Schedis Præs. de *Mazaugues* : *Item conveniunt... quod nemo audeat bianchiam Strindere, vel soccus arrubare, etc.*

† **STRINGA**. Vide *Striga* 1.

† **STRINGENTIA**, *Attingentia*, in Gloss. Lat. Gr.

1. **STRINGERE MANUM MULIERIS**. In pacto Legis Salicæ tit. 23. sic inscribitur, *de manu mulierum non Stringenda*. § 1 : *Si homo ingenuus feminæ ingenue digitorum aut manum Instrinxerit, etc.* (Lex Sal. tit. 22. habet *Strinxerit*.) § 2 : *Et ei si brachium De-strinxerit, etc.* (Lex Sal. *Strinxerit*.) § 3 : *Si super cubitum manum Strinxerit, etc.* (Lex Sal. *miserit*.) Denique § 4 : *Si quis mulieri mamillam capulaverit, etc.* (Lex Sal. *Strinxerit*.)

¶ Ibi *Stringere* de lasciva contractatione exponit Lindenbrogius, quem errare auctor est Eccardus in Notis ad hunc titulum Legis Salicæ unde ligare, loro vel reste constringere interpretatur, atque de violenta et illicita manuum mulierum ligatione, quæ fit animo cas violenter stuprandi, vel alias ipsis nocendi intelligit.

† 2. **STRINGERE**, Cogere, Gall. *Contraindre*. Acta S. Franciscæ Rom. tom. 2. Mart. pag. 137 \* : *O unima que in via es missa, amor te Strinxit ut venes ad nuptias celestis mensæ.* Vide *Distringere*.

† 3. **STRINGERE SE AD TERRAM**, Virgilio Æneid. lib. 8. v. 53. *Stringere ripas*, Gall. *Côtoier les bords*. Bartholomæi Scribæ Annales Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 500 : *Et exiit cum galeis usque ad pluziam, semper Stringens se ut terrain.*

† 4. **STRINGERE URBEM**, In angustum concludere, Galli dicunt *Serrer une ville*. Laur. Byzynius in Diario belli Hussit. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 168 : *Ut velut tertio castro Pragum sic Stringeret, quod nullus civitati Pragensi liber pateret victualium accessus.*

\* 5. **STRINGERE IGNEM**, Inhibere incendium, Ital. *Strignere*, eadem notione, Gall. : *Arrêter le feu*. Tract. MS. de Re milit. et mach. bellicæ. cap. 42 : *Notandum est sicut oppidum est focatum et ejus intus donus ardent, statim oportet ipsum oppidum bataliuri, quia totum oppidum est sub armis, et non possunt oppidanæ Stringere ignem et defendere oppidorum mœnia.*

**STRINGES**, Vestes Hispaniæ propriæ, ut *Sarubaræ* Parthis, *Lineæ* Gallis, *Rhenones*

*Germanis*, *Mastrucæ* Sardis. Papias in *Vestimentum*. [Leg. *Striges*. Vide *Striga* 4.]

† **STRINGI**, id est, Perstringi, *alieni criminis infortunio*, in Cod. Theod. Leg. 1. de bonis proscript. 9. tit. 42.

**STRINGINA**, *Restrictio Urinæ*, in Gloss. Isidori : *δυσουρία*. [Leg. *Stranguria* censet Grævius. Vide in *Stranguria*.]

\* **STRINGNA**, *Pallia operiosiora*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613. in aliis *Strigna*. Vide in hac voce.

† **STRINIARI**, Insolescere. Bibl. Patrum Ascet. edit. ann. 1661. tom. 2. pag. 360 : *Abba, quomodo acquiescis tecum habitare pueros istos, et non præcipis eis ne Strinientur ?*

† **STRINNA**, ut *Strina*. Vide in hac voce.

† **STRINNUS**, f. pro *Thainus*, Baro, vir nobilis. Vide in hac voce. Legi etiam potest *Strenus*, atque eadem notione accipi. Charta Johannis IV. PP. ann. 641. apud Mabil. tom. 1. Annal. Bened. pag. 689. col. 1 : *Quod si quidam Episcopus, tam de presentibus quam futuris, per ingenii articulum aut avaritiæ præ cupiditatis instigatione quicquam de prohibitis præsumperit attemptandum, vel contra superius decreta quoquo modo obviandum, ut quicumque persona, sive Strinnu, sive exigua, decreverit resultandum, etc.*

† **STRIONUS**, Piscis species, idem forte qui *Strigius*. Vide in hac voce. Statuta Montis Regal. fol. 280 : *Et teneantur dicti piscatores seu vendentes pisces dare libram botarum, Strionum, et piscium minorum, pro uno solido.*

**STRIOPORTAS**, Qui *strigas* portat, vel deducti ad locum congregationis. Goldast. Vide *Stria*.

† **STRIOPORTIUS**, Eodem intellectu. Vide *Stria*.

\* **STRIPARIUM**, *Ein stegriff, vel Ein schreiff*, in Glossar. MS. anonymi. Præstatio, quæ fit episcopo a plebanis. Vide *Strepa*.

\* **STRIPATICUS**, Pexus, pectinatus. Privil. textor. Berlin. ann. 1295. apud Ludewig. tom. 11. Reliq. MSS. pag. 626 : *Insuper statuimus, quod omne genus filaminis quod semel intinctum est in copra, quod post hæc ad caldarium non debeat deportari, excepto flamine Stripatico.*

† **STRITH**, *Disceptatio, conflictus sermonis*, in Gloss. Mons. pag. 324. et 403. apud Schilter. in Gloss. Teuton.

† **STRITITUM**, Flagellum ex funibus. Chronic. Foroliv. apud Murator. tom. 19. col. 874 : *Et cincti erant cingulis, sicut consueverunt facere Buttuti ; et ibant percutiendo se cum Strititis, clamantes fortissime, quando elevabatur Corpus Christi in altare, Misericordia, Misericordia.*

† **STRITES**, f. Varius, permistus. Veronæ descriptio rhythica, apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 1095 : *Tumulum aureum coopertum circumdat præconibus, color Stritus mulget sensus hominum modo albus, modo niger inter duos purpureos.*

† **STRO**, *Stipula, palea*, in Gl. Mons. pag. 335. et 339. apud Schilter. in Gloss. Teuton.

\* **STROBILUS**, *Conuui*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641.

† **STROBO**, γῶρος ἀπέλου, in Gloss.



Lat. Gr. Addit Codex Reg. *girus, circulus, ambitus* : Sangerm. vero legit *Scrobe*.

1. **STROFA**, Tributi species apud Polonos. Charta Boleslai Cracoviae et Sandomeriae Ducis ann. 1255. apud Odor. Rainaldum n. 6 : *Qui utpote liberi homines Capituli a nostro et nostrorum posterorum et Palatinorum et Castellatorum et quorumlibet iudicium aliorum iudicium in perpetuum sint immunes et prorsus liberi a Strofa, et Stam et Povo, et aliis servitutibus et solutionibus ordinariis et extraordinariis censeantur, Prevod militum excepto, quos volumus dominorum suorum duntaxat utilitatibus et servitiis perpetuo municipari.*

\* *Stroza* editum inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 480. ex simili Charta Casim. ducis Oppol. ann. 1228 : *Item excipimus sæpe nominatos homines ipsorum ab omni servitute juris Polonici, ut est stan, Stroza, povos, przewod, etc.*

\*\* 2. **STROFA**, a Gr. *στροφή*, Versura, revolutio. Vita S. Galli lib. 2. cap. 26 : *Strophu facta per eandem viam reneavit.*

† **STROFARIUS**, **STROFOSUS**. Vide *Strophus*.

\* **STROFUS**, *Torcimen*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641. Vide *Strophus* 1.

† **STROGAU**. Pactus Leg. Salicæ tit. 34. ex Cod. MS. Guelferbit. edit. Eccardi pag. 127 : *Si quis vasum ad ministerium quod est Strogau ... furaverit, etc.* Hic hæret Cl. Editor.

1. **STROMA**, pro Stratagema, in Vita S. Udalrici Episcopi August. cap. 12. num. 41. nisi in MSS. vox abbreviata fuerit. [\* *Libet stilum retrahere ab... vicissitudine Stromat diversorum, ubi superser. stramorum, al. cod. vel tumultuum. Confer Strumum et Sturmus.*]

† 2. **STROMA**, Culcitra, auleum, tapes, Gr. *στροφή*. Capitol. de Vero Imper. cap. 4 : *Ut levatus cum Stromatibus in cubiculum perferretur. Regula consueta Toribii Archiep. Lim. inter Conc. Hispan. tom. 4. pag. 671 : Idem parochi sobbatho sancto et in vigilia Pentecostes Stromutis et ravis ornate vestient pariter sacelli baptismalis (sic) spargendo pavementum herbis refrigerativis. Stroma Babilonicum, in Charta ann. 1653. inter Instrum. tom. 4. Gall. Christ. novæ edit. col. 124. Vide *Struma*, 1.*

† **STROMANARIA**. Vide *Strumanaria*.

\*\* **STROMATEUS**, Varie contextus, a *Stroma*. Siebert. Chronogr. apud Pertz. Scriptor. tom. 6. pag. 272 : *Opere Stromateo tripliciter digessi, ut litteram, allegorice, mythologicè. Joannes Januensis : Stromaticum, cingulum varie contextum cum gemmis.*

**STROMEATREUS**, vox perperam efficta, ni fallor, in Cod. MS. Vitæ Petri Urseoli Ducis Venetiæ n. 15 : *Aufert ab eo huiusmodi sycophantis cogitationes, addens illi Stromeatreas actiones, cogitque in crastinum veniam petere, etc.* forte leg. *Stroplateas*.

† **STROMENTA**, ut infra *Strumentum*, pro Instrumentum, Charta. Veteres formulæ apud Baluz. tom. 6. Miscell. pag. 546 : *Ut qui per ipsas Stromentas et tempora habere noscuntur possessio nostra, ... possimus ... alias Stromentas tam nostris quam et qui nobis commendatas fuerunt, etc.* Vide *Strumenta*.

† **STROND**. Charta Richardi Reg. Angl. apud Th. Blount in Nomolex. Angl. : *Notum fucimus vobis nos concessisse ... omnes terras suas et omnes homines suos cum saccha, soca, over Strond et streme, on wode et felde.* In hæc verba Glossarium laudat idem Blount in quo hæc leguntur : *Voces Anglicæ veteres et in antiquioris ævi Chartis crebro repertæ ; Privilegium sapiunt, seu potius privilegii litudinem sive amplitudinem, et sic latine legantur, in litore, in fluvio, in sylva et campo.* Vide *Strand*.

† **STRONT**, *Stercus, struntus*, ex Franc. Junio in Willeram. pag. 225. apud Schilter. in Gloss. Teuton. Vide *Strundius*.

**STRONUS**, *Sturnus*. Glossarium Ælfrici : *Stronus, starn*.

† **STROP**. Vide infra *Stropus*.

† **STROPATURA**. Vide *Strupatura*.

† **STROPHA**, **STROPHEUM**, **STROPHARIUS**, **STROPHATUS**. Vide *Strophium* et *Strophus* 1.

† 1. **STROPHICUS**, de Christo dicitur, in lib. de musica Theogeri Episc. Metens. apud Pezium tom. 1. Anecd. Præfat. pag. 15.

\* 2. **STROPHICUS**. Vide mox in *Strophus* 3.

† **STROPHIOLUM**, Mantile, linteum, quo manus abstergerunt. Regula consueta Toribii Archiep. Limæ inter Conc. Hispan. tom. 4. pag. 674 : *Ad altare majus bis in septimana eodemque ordine apponent Strophiola seu mappas ad manus terendas.*

**STROPHIUM**, **STROPHEUM**, *Pullium virginale*, Jo. de Janua. [Gloss. vet. Sangerm. n. 501 : *Strophia, palleum virginale.* Zona. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Strophium, Ceinture.*] Ebrardus Betuniensis :

Zonam die Strophium, palmam die esse strophæum.

*Trophæum* scribendum fuit. Theodulfus Aurelian. lib. 1. Carm. :

Huic ferruginea est, apta huic quoque lutea vestis,  
Lacteo lumen Strophium hæc velat, illa rubrum.

Eckehardus Junior de Casib. S. Galli cap. 5 : *Castitatis, inquit, fili mi, tibi cingulum per hoc lineum veium a Deo accipe, continentiaque Strophæo ab hac deinceps die per Wiboradam tuam te præcinctum memento.* [Sallas Malaspinae de Reb. Sicul. apud Baluz. tom. 6. Miscell. pag. 273 : *Pretiosum etiam Strophæum quem cingebat en cum isto sonipede habui de ipsius spolius et portavi.*] Vide Ferrarium in *Stropare*, [\* et Forcell. in *Strophium*.]

1. **STROPHUS**, **STROPHARIUS**, **STROPHOSUS**; voces ex *Stropha*, dolus, fraus, et Gr. *στροφή*, deductæ. Papias : *Strophus, tortus, fraudator. Stropha, nequitia, fraus. Stropharius, impostor, fraudator.* [Gl. Lat. Gall. Sangerm. : *Stropha, fraude, deceptione, male sententia.* Vita vener. Idæ tom. 2. April. pag. 159 : *Ad antiquæ deceptionis Stropham se convertit.* Utitur Seneca Epist. 16. Gloss. Lat. Gr. : *Strofosus, δόλος. Strofarius, strofosus, impostor, fraudator,* in Glossar. Isidori.] Althelmus de Laude Virginum in præf. :

Ne fur Strophosus foveam detrudat in atram.

Qui quidem versus occurrit etiam in Epist. Rabani Mauri ad Ludov. Imp. Idem Althelmus cap. 21 :

Non tulit hanc faustum grassator eernere famam  
Qui genus humanum Strophosis elidere certat.

Et cap. 23 :

Non cunctante gradu cum sanetæ limina valvæ  
Vellet adire ferox, Stropha stimulante malignum.

† **STROPHATUS**, Subtilis. Vita S. Deicoli apud Eccardum in Orig. familiæ Habsburg-Austr. pag. 167 : *Quod si quis mili viventis objiciat oculo, eundem principem tunc temporis Imperatorem non extitisse, facile per Strophatum illum revincam syllogismum.*

† 2. **STROPHUS**, Follis, Gall. *Ballon*. Statuta Synodalia Radulphi Episc. Trecor. ann. 1440. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1151 : *Quidam ludus valde perniciosus et noxius, nuncupatus vulgariter Mellat, cum Stropho rotundo, grosso et eminenti, etc.* Vide *Stoffus*.

\* 3. **STROPHUS**, *Conversio*, perperam pro *Contorsio*, in Gloss. ad Alex. Iatrosoph. MS. lib. 2. Passion. cap. 73 : *Et faciunt Strophum cum burburismo.* Glossar. medic. MS. Simon. Januense ex Cod. reg. 6959 : *Strophos, torsiones ventris. Gerodius : Strophicæ passionis, i. volutions intestinorum gracilium.* Vide *Strufus*.

† **STROPIATUS**, Mancus, Ital. *Stropiato*, Gall. *Estropié*. Vita vener. Catharinae de Palantia tom. 1. April. pag. 653 : *Habebat Stropiatam manum unum usque ad cubitum, adeo quod non poterat quidquam facere.* Mirac. S. Bononis tom. 5. Maii pag. 190 : *Jacobus de Nolo totus Stropiatus ab una parte, ita quod non poterat ambulare sine baculo.*

† **STROPODIUM**, pro *Strapodium*. Vide ibi.

† **STROPOLOT**, *Horror*, in Gloss. Mons. pag. 362. apud Schilter. in Gloss. Teuton.

† **STROPPUS**, a Gr. *σρόπιον*, Insigne quo ornabantur capita sacerdotum, corona. Vide *Festum* in hæc voce.

† **STROPUS**, Certus ovium numerus, ut videtur; Grex, Gallice *Troupeau*, f. ab Ital. *Truppa, turba*, Gall. *Troupe*. Statuta Montis Regal. fol. 222 : *In vineis, ottinis, planteris, bladis, vel leguminibus, quelibet bestia porcini et caprini incurrat pænum solidos duos, et pro qualibet bestia lanuta, solidum unum et totidem pro emenda, usque ad Stropum, et a Stropo supra quantacunque sit quantitas libras duas de die et de nocte duplum, et totidem pro emenda; et intelligatur Stropus u decem bestis supra.* Inquesta ann. 1268. ex Schedis Præsid. de Mazaugues : *Et cæperunt eas (oves) et duxerunt eas usque ad alias, et ibi cæperunt Strop de dictis ovibus, et duxerunt illud Strop ud Buucium et alias ibi pastoribus reliquerunt.*

\* **STROZA**. Vide supra in *Strofa*.

**STRUBLUS**. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 78. ubi de libero, qui in servum transit : *In signum vero transitionis huius billum, vel Strublum, vel deinceps ad lunc modum servitutis armu suscipiunt, in manus Domini mittit, et caput.*

† **STRUCIOS**, Herba. Vide *Lavarcha*.

\* **STRUCIUM**, *Brasica, caulis agrestis*, in Gloss. ad Alex. Iatrosoph. MS. lib. 1. Passion. cap. 11 : *Fluvus facies capillos (si)*



*ciperi folia infundes in succo Strucii, et uteris infusione illa.*

**STRUCTOR**, dicitur, inquit Papias, *incisor carnum, vel infertor.* Gloss. Gr. Lat. : Πρασθέρης, *Structor, infertor.* In Cod. MS S. Germani Paris. *Illator.* Gloss. Gr. MS. Reg. cod. 1673 : Στρούκτωρ, ὁ τὰ ἄτα συνάπτων : uhi videtur leg. ὄπτα. Τραπέζιποιός, apud Synesium de regno, et Hesyehium. Glossæ antiquæ MSS : *Pennu instruere, et propriè instrui convicium dicitur, et qui huic rei præsumt, Instructores dieuntur.* Epistola Valeriani apud Trebell. Polliionem in Claudio : *Structorem, quem refundat unum.* Fragmentum Petronii de Cœna Trimalcionis : *Rotundum enim repositorium 19. habebat signa in orbe disposita, superque proprium convenientemque materiæ Structor imposuerat cibum.* Occurrunt ejusmodi *Structores* non semel in vet. Inscript. 646. 6. 1002. I. III 7. 10. Vide Glossar. med. Græcit. col. 1467.

**STRUCTORES**. in l. 2. Cod. Th. de Excusat. artific. (13, 4) ubi Tribonianus *edificatores* reposituit qui scilicet ædificia construunt. Vide Vegetium lib. 2. c. 11.

**STRUCTUARIUS, STRUCTURIUS**, Cui ædificiorum cura demandata est, idem etiam qui alibi *Cellerarius* dicitur. Excerpta ex Necrolog. sancti Michaelis Hild. apud Leibnit. tom. 2. Script. Brunsvic. pag. 105 : *Feria secunda post octavas Pasche servabitur memoria dom. Henningi Episcopi Hildeneshemensis, ... pro qua Structuarius majoris Ecclesie pro tempore dabit nobis tria talenta.* Charta Johannis Episc. Havelberg. ann. 1396. apud Ludwig. tom. 8. Reliq. MSS. pag. 298 : *Volumus... quod Structuarius, quem pro monasterii nostri structura et aliis pronarratis de consensu præpositi, prioris et capituli nostri elegerimus, etc.* Ibidem pag. 299 : *Ordinavimus ut præpositus, prior et duo de capitulo cum Structuario senioris ac nostri successorumque nostrorum deputati Wilsnach convenient, præventus ipsos trifarie dividendo ... Structuarius pro structuris monasterii, ut præmissum est, tertiam tollet partem... Cum autem Structuarius ad sui officii executionem, secundum nostri nostrorumque successorum ... voluntatem, ut præmissum est, faciendum, pecunias indignerit, pecuniarum juxta sui indigentiam tollet summas, etc.*

¶ **STRUCTURA**, Cancelli, interprete Eccardo, quod non a Lat. *Struere*, sed a Germ. *Stricken*, innectere, implicare, accersit. Lex Salica tit. 57. § 3 : *Si quis aristationem, hoc est, stapplum qui super mortuum missus est, capulaverit, aut manducallem, quod est ea Structura sive selave, etc.*

\* Septim quodvis. Charta ann. 1292. apud Schwart. in Hist. fin. princip. Rugiæ pag. 223 : *Adjacentes ne quæ ab aliquo fiant clausuræ sive Structure in pena sive alibi civitati in præjudicium vel gravamen.* Vide *Strupatura*.

**STRUCTUS, Apparatus.** Ordericus Vitalis lib. 4 : *Dum plebs Dei Paschale festum congrue celebraret, et Rex Structum pretiosarum vestium Rogerio per idoneos satellites in ergastulo mitteret, ille pyram ingentem ante se jussit preparari, et ibidem Regalia ornamenta, chlamydem, sericamque interu-*

*lam et renonem de pretiosis pellibus peregrinorum murium subito comburi.*

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Struch, Prov. Struetare.*

\* **STRUDERE**, Suppletitare, suggerere, Gall. *Fournir.* Pactum inter dom. de Monteclearo et incolas ejusd. loci ann. 1392 : *Item convenerunt quod dictus dominus pastam necessariam ad opus solartorum suis sumptibus Strudi faciet et illam exolvat, videlicet trabes et fustes et alia necessaria.*

**STRUDIS.** Lex Ripuar. tit. 32. § 3 : *Quod si ad septimum mallum non venerit, tunc ille, qui cum manni, ante Comitum cum tribus rachinburgiis in araho conjurare debet, quod cum ad Struden legitimum admallatum habet, et sic iudex fiscalis ad domum illius accedere debet, et legitimum Strudem exinde auferre, et ei tribuere, qui enim interpellavit, hoc est septem rachinburgiis, unicuique 15. solid. et ei, qui causam prosequitur 45. Ibid. § 4 : Quod si ipse Strudem contradicere voluerit, et ad jannam suam cum spatha tracta accesserit, etc. Tit. 51. § 1 : Si quis iudicem fiscalem ad res alienas injuste tollendas, antequam ei fidem fecerit, aut ad Struden admallatum habuerit, invitare præsumperit, etc.*

¶ Vocis originem ab Anglo-Sax. repetendam docet Eccardus in notis ad hunc locum. Bensonius in Vocabul. *Strudam*, spoliare, *Strudend*, direptor; *Struderc*, grassator, lucro, raptor; *Strudunge*, rapina. Unde colligit *Strudem* exponi debere direptionem, rapinam, quæ judicialiter in bonis septem citationes non comparentis rei fiebat. [\* Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 635. et 866. Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 745.]

¶ **STRUDO-CAMELON**, pro *Struthio-camelus*, Gall. *Autruche.* Ratherius Veron. de Contemptu mundi part. 2. apud Acher. tom. 2. Spicil. pag. 195 : *Ne Strudo Camelontis exemplo, quos debuerant ipse fovere, concubantibus iudicet exposuisse.*

\* **STRUDUS**, Sturnus. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Strudus, Estournel.*

\* **STRUES**, Compages lignæ, ratis species, Gall. *Radeau.* Stat. ann. 1504. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 298 : *Factores currum seu navigiorum vel Struum et scapharum, etc.* Alia Sigismundi I. ann. 1511. ibid. pag. 375 : *Per quæ (ostia) naves onustæ, et trabes contextæ, sive Strues, quæ vulgo Traffy vocantur, libere devehî possint.*

**STRUFUS**, id est, *tortio ventris*, apud Plinium lib. 2. de Medicina cap. 22. ex Gr. τρυφός, *tormina.*

\* Vide supra *Strophus* 3.

¶ **STRUGULA**, mendose pro *Stragula*, in Statutis Equitum Teuton. art. 79. apud R. Duellium tom. 2. Miscell. pag. 60. Vide *Stragulum*.

\* **STRULA**, Interius subligaculum, Gall. *Caleçon.* Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120 : *Strula, veste de cul.* Vide supra *Striga* 4.

1. **STRUMA**, Opus varie contextum. Ita Glossæ Arabico-Lat. ubi Vulcanius restituit *Stroma*.... contextum. [Vide *Stroma* 2.]

\* 2. **STRUMA**, Glossar. medic. MS. Sim. Januens. ex Cod. reg. 6959 : *Strumas in aliquibus antiquis libris reperio vocari Scrophulas, quæ in cute capitis vel circa guttur*

*nascuntur.* Theod. Priscianus vocat *Strumam* humorem virulentum a matrice manantem.... Item *Struma* vocabatur antiquitus gilbus, gilbositas. Vide *Strumo*.

\* 3. **STRUMA**, Spota dossuaria. Glossar. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120 : *Struma, Hote.*

¶ **STRUMANARIA, STROMANARIA**, Officium, minus notarii, qui *Strumenta* conficit. Statuta Avenion. MSS : *Statuimus quod nullus in curia, vel occasione curie utatur notariæ vel Stromannariæ officio, nisi in illo vel in illis in quibus rectores hujus civitatis habeant plenam jurisdictionem usque ad sanguinem.... Quod tempore suscepti officii notariæ vel Strummanariæ.*

¶ **STRUMENTA**, ut mox *Strumentum*. Charta Harvichi ann. 804. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 56 : *Quod si aliquas Strumentas de ipsa villa, etc.* Vide *Stromenta*.

¶ **STRUMENTARIUM**, Locus in quo Instrumenta reconduntur et servantur. Charta ann. 1148. apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 177 : *Hi thesauri in ecclesia nostra tam ad decorum domus Dei, quam ad sublevandas necessitates ecclesie, si quando opus esset, in Strumentario repositi fuerant.*

**STRUMENTUM**, Instrumentum, Italis *Strumento*. Regula S. Isidori cap. 19 : *Strumentorum custodia et ferramentorum adunum, quem pater Monachorum elegit, pertinabit.* Avitus Epist. 2. ex Baluzianis lib. 1. Miscellan. : *Et si satis desiderabantur Strumenta cultum, plus tamen formidari oportuit præda raptorum.* [Pro Instrumentis musicis, in Charta ann. 1381. ex Tabul. Massil. : *Item quod nulla persona privata vel extranea audeat vel præsumat in Massilia vel extra de die vel de nocte facere festum cum quibusvis Strumentis; ita quod nullus menestres seu jogulator audeat pinsare vel sonare instrumentum cujuscunque generis.* Nostri *Strument*, pro *Instrument*, etiam dixerunt. Le Roman de *Vacce* MS :

De Constantin lor fist bons Estrumenz baillier,  
Qui bien sourent par mer et sigler et vagier.]

Præsertim pro chartis ac tabulis. Gloss. Græco-Lat. : *Dotale strumentum, περισκελίον.* Perperam reponit Goldastus *Instrumentum*. Testamentum Widradi Comititis et Abbatis ann. 1. Theoderici Regis : *Vel reliquas fabricaturas, seu ministeria Ecclesie, vel vestimenta Ecclesie, etc.* Charta Chlodovei III. Regis edita a Jo. Mabillonio : *Quicquid ipse Ingobertus vel memorata Angrarundis tam de alote parentum, quam de comparato, vel de qualibet adtractum ibidem tenuerint, vel possiderint, per suum Strumentum ipsius Abbatis in integritatem firmassit.* Concilium Duziacense I. part. 4. cap. 5 : *Præcepta et Strumenta Chartarum de rebus Ecclesie seculum asportare est accensatus.* [Charta Ludovici Pii ex Tabular. Major. Monast. : *Unde presentie nostræ Strumentum protulerunt, etc.*] Occurrit in variis Chartis apud Baldricum in Chron. Camerac. lib. 1. cap. 25. 27. Doubletum pag. 692. in Vita Aldrici Episc. Cenoman. pag. 33. 38. [apud Baluz. tom. 2. Capitul. pag. 392. 405. 461. 469. etc. Mabillon. tom. 2. Annal. Bened. pag. 700. sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 743. Mar-



ten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 32. 52. 173. in Charta Alaman. Goldasti 31. etc.]

† **STRUMITA**, ut *Stremita*. Vide ibi.

**STRUMO**. Michaël Scotus de Physiologia cap. 99 : *Gibbus, id est Strumo, significat hominem sagacem, valde ingeniosum, etc.* Vide *Struma*, 2.

† **STRUMPET**, vox Anglica, Meretrix. Placitum ann. 6. Henrici V. apud Th. Blount in Nomolex. Anglic. : *Willielmus le Birchewode de Clyve Knave; cum plurimis aliis, et Agnes Cavas de Medio Wico de comitatu Cestriae Strumpet ... tali die domum Ranulphi Madox vi et armis ... fregerunt.*

† **STRUMPF**, Paralysis, appoplexia, ex Chr. Königshou. cap. 2. § 205. apud Schilter. in Gl. Teut.

† **STRUMUM**, Velitatio, leve prælium, seditio, turba, Gallis *Escurmouche*, Emeute. Chronic. Parmense apud Murator. tom. 9. col. 763 : *Quos Parmenses et Cremonenses sunt insequuti, et cum eis Strumum inæperunt et fecerunt, et circa cc. equites ceperunt et Parmam captivos duxerunt.* Ibidem col. 766 : *In eodem anno (1229.) in civitate Parmæ maxinum Strumum fuit.* Vide in *Stormus*, *Stremita* et *Sterna*.

\* **STRUNCO**, Fasciculus, certa rei alicujus quantitas in unum collecta. Chartul. AB. S. Germ. Prat. fol. 1. 1<sup>o</sup>. col. 1 : *Qui custodiunt pressorium regis apud S. Stephanum habent.... novem panes, quales habent monachi, novem etiam Struncones cundelæ senel in anno, etc.* Vide in *Puginata*.

**STRUNDIUS**, sive *struntus*, στρῦνδός. Ita Gloss. Lat. Gr. Stercus, unde nostris vox eadem notione familiaris, *Estron*, Italis *Stronzo*. [Vulcanius emendat, *Truncus*, ζῆ-λεχος; alii nihil mutantum volunt. Vide *Salmas.* et *Scaliger.* ad *Catalecta* pag. 204.]

† 1. **STRUNUS**, Loculus, feretrum. Chron. Joh. Iperii, apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 604 : *S. Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus, et venerabilis Hugo Cluniacensis abbas ... anno Domini 1109. de hoc seculo nequam cælicas migraverunt ad sedes; quorum obitus ante monstratus est Fulgentio Affligentensi abbati sic: Vidit in somnis duos locellos seu Strunos pro mortuis ab angelis in cælum deferri, etc.*

† 2. **STRUNUS**, **STRUNUS**, ὄρνις, τὸ ὄρνις, in Gloss. Lat. Gr. rectius in Cod. Sangerm. *Sturnus*, nostris *Etourneau*.

† **STRUPATURA**, **STROPATURA**, Septum, Gallis *Cloture*. Statuta Cadubrii lib. 2. cap. 66 : *Teneatur quilibet facere pro dimidia serraturis seu strupaturis inter se et domos, seu hortos, curias et clausuras vicini, seu consortis sui de lignamine, vel de aliis secundum consuetudinem contractæ.* Et lib. 3. cap. 68 : *Si quis de possessione alterius sepe, vel paladum, clausuram aut aliam Stropaturam incidit, vel fregerit, vel extirpaverit, etc.* Vide *Stuppare*.

**STRUPIAR**, **STRUPPUS**. Gloss. Sax. Ælfrici cap. de *Navibus* : *Strupiar*, midla, i. frenum. *Struppus* : *Strop*, vel *Arwiththe*. Ugunio : *Strupi* sunt vincula ex loro, vel lino facta, quibus remi ad scabnos alligantur, de quibus Livius : *Quinque remos jussit alligare Struppi.* [\* Ex Isid. Orig. lib. 19. cap. 4. sect. 9.]

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Strop*, Prov. *Strupus*.

\* **STRUPUM**, pro *Stuprum*, Ital. *Strupo* et *Stupro*. Lit. Joan. dalph. ann. 1312. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 108. art. 6 : *Pro Strupo vero vel incestu, secundum leges et jura puniatur. Stupre*, pro *Concubinage*, Concubinitus, in Lit. remiss. ann. 1378. ex Reg. 114. Chartoph. reg. ch. 161 : *Après ce que ledit Pierre Dustos ot ainsi fortrait ladite jeune damoiselle et l'a tenue en concubinage, ou Stupre, etc.*

† **STRURUS**. Vide supra *Scarmus*.

† **STRUSARE**, Collidere, illidere, conterere, Gall. *Froisser*. Castellus in Chron. Bergom. ad ann. 1406. apud Murator. tom. 16. col. 968 : *Et de Gibellinis decessit Simon de Ceresolis quondam Bonomi, qui curendo cum una equo cecidit, et se Strusavit contra unam arborcm, ex quo statim decessit.*

\* Haud scio an in Gallicum *Estrusser*, eadem, ni fallor, notione. Lit. remiss. ann. 1400. in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 270 : *Un prestre dist ces paroles : N'a il donques ne bois, ne haies près de ladite ville où l'en se puisse Estrusser ?*

\* **STRUTA**, an Domus, habitatio? Charta Phil. I. reg. Franc. ann. 1075. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 205 : *Terra ad unam currucam, cum carruca ipsa Struta apud quoddam castellum, quod dicitur Du Lonz, terra ad dimidium carrucam et ipsam Strutam.*

**STRUTHIO**, Piscis, qui vulgo *Esturgeon*, apud Udalicum leg. 2. Consuet. Clun. cap. 4. Vide *Sturgio*.

† **STRUZA**, *Struthiones*, in Gloss. Mons. pag. 333. apud Schilter. in Gloss. Teuton. Germ. *Strauss*.

\* **STUARE**, Statuere vel Cogitare, pendere. Chartul. S. Joan. Angeriac. fol. 113. v<sup>o</sup> : *Willelmus divina præventus gratia cepit intra se Stuare qualiter mundum relinqueret.... Willelmus.... assumpsit secum Oildardum monachum,.... ad monasterium venit indicans abbati Ansculpho ... voluntatem sui propositi.*

**STUBA**, Vaporarium, hypocaustum : vox Germanica *Stube*, unde nostri *Estuve*. Lex Alamann. tit. 81. § 3 : *Si quis Stubam, ovile, porcaritiam domum alicujus concremaverit, etc.* Ditarus lib. 7 : *Crebro a suis pene desperatus, in Stuba vix recreabatur.* Guill. de Baldenzeel in Hodæporico T. S : *Est in Cayro domus ampla, et ad modum Stubæ devisa, etc.* Christianus de Scala in Vita S. Wenceslai pag. 61 : *Et veniens invenit eum in asso balneo, quod populari lingua Stuba vocatur, recubentem.* Chronicon Aulæ Regiæ part. 2. cap. 18 : *Ad vicinam Stubam, ubi plures affluimus, confugit.* Vita Caroli IV. Imp. : *Nunciavit Regi Joanni, ut ad evitanda multarum personarum pericula, secum sola solus in Stuba clauderetur.* Ericus Upsaliensis lib. 5. Hist. Suecicæ pag. 159 : *Annuum tributum immensus pecunias solvendas imponens, videlicet Rumpestat, et de quolibet fumo unam marcæ, et pro redemptione Gothlandiæ 12. oves de quolibet æstuario vel Stuba regni.* Concilium Viennense ann. 1267. cap. 16. de *Judeis* : *Prohibemus insuper, ne Stubas et balnea, seu tabernas Christianorum frequentent. Stubæ balnearis, in Statuto Guidonis Cardinalis Legati in eodem Concilio. [Stupa balniaris, pro balnearis, tom. 1. Rer. Mogunt. pag.*

649.] *Lindenbrogius laudat Palladium de Architectura in capite, cui titulus est de bulneis et Stufis. At si Palladius non alius est a Palladio, qui de re rustica scripsit, vox stufis non habetur in edito lib. 1. cap. 40. quod inscribitur nude de Balneis. Occurrit præterea apud Abbatem Stadensem ann. 1112. 1245. Andr. Monachum in Vita Ottonis Episcopi Bamberg. lib. 2. cap. 15. 23. Joan. Longinum in Actis S. Stanislai cap. 8. in Miracul. ejusd. Stanislai n. 171. in Gestis Episcoporum. Saltzburgensium pag. 395. in Annalib. Colmariensib. ann. 1297. etc. [Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 615. et mox *Stuffa*.]*

\* Unde *s'Estuver*, Balneo uti, lavare, vulgo *Se baigner*. Lit. remiss. ann. 1374. in Reg. 106. Chartoph. reg. ch. 80 : *Comme les supplians feussent aus estuves de la Chevrete en la ville d'Arraz,.... icellui Noble en attendant son compagnon qui s'Estuover, etc.* Aliæ ann. 1409. in Reg. 163. ch. 289 : *Icelle Marion se transportu en unes estuves.... avecques une sienne voisine, où ilz se Estuverent, et quant laditte Marion fut Estuée, etc.* Hinc *Estuveur*, Balneator et *Estuveresse*, Balneatrix. Lit. remiss. ann. 1405. in Reg. 160. ch. 88 : *Guillaume Quarreau Estuveur demourant à Paris en la rue du Bouribour, etc. Item que aucun Estuveur ou Estuveresse de la ville de Paris ne pourra doresnavant faire chauffer estuves au jour de Dimenche, in Lib. 1. Stat. artif. Paris. fol. 289. v<sup>o</sup>. Vide infra *Stuparius*.*

† **STUBA**, Fornacula, caminus, ut videtur, Gall. *Fourneau*. Correct. Statut. Cadubrii cap. 37 : *Si quis proclamari fecerit, quod facere velit vius, vel Stubas, vel alia ædificia pro laborando in aliquo nemore Cadubrii, non impediatur per alium, etc.*

† **STUBA**, ut *Stuba*, in Statutis Massil. lib. 5. cap. 13 : *Constituimus inviolabiliter observandum ne aliquis a modo tenens Stupas vel balnea, recipiat in dictis Stupis vel balneis, ad balneandum, vel Stupendum Judæam vel Judæum, nisi tantum una die singulis septimanis, scilicet die Veneris.*

† **STUBHA**, in Serm. Menoti fol. 94. v<sup>o</sup> : *Quando ibitis ad nuptias, ud choreas, ad conviviu, ad Stuphas vos balneare, induamini ut placuerit.* Occurrit etiam in Medic. Salernitana pag. 302. edit. 1622. Statuta Eccl. Avenion. ann. 1441. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 585 : *Item, considerantes quod Stuphæ pontis tronati præsentis civitatis sint prostibulose, et in eis meretricia prostibularia publice et manifeste committantur : quorum consideratione per officarios temporales dictæ civitatis statutum fuerit et inhibutum, homines conjugatos ad ipsas Stuphas non audere Stuphari... Ea propter præsentium tenore inhibetur universis et singulis personis ecclesiasticis clericisque conjugatis, ... ne ab inde in antea die vel nocte dictas Stuphas intrare, nec in illis se Stuphare audeant.*

☞ *Stubas*, vel *Stupas* vocant Germani tabernas seu loca ubi potationibus vacant, quod in eis sint æstuararia : unde ipsis nata vox *Trinkastuben*, a *Stuba*, et *Trincken*, bibere. Statuta Eccles. Argentin. ann. 1435. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 550 : *Choreas quoque omnibus dominabus quorumvis monasteriorum nostræ diocesis, et spe-*



*cialiter in publico, scilicet in Stupis virorum quæ dicuntur Trinkustuben, etc.*

**STUBÆ**, dictæ in Monasteriis Camera Capituli, seu, ut vocant, ipsa *Capitula*, quod in iis essent æstuaria ac hypocausta. Idem Ericus Upsaliensis lib. 4. Hist. Suecicæ pag. 145 : *Omnibus oppidanis in Stuba communi S. Gertrudis convenientibus*. Pag. 147 : *Conueniunt igitur ad tractandum de pace in Stuba Conuentus Prædicatorum*. Sic etiam Germani *Caminatas* vocant.

† **STUFFA**, Eodem intellectu. Acta ad Conc. Basil. apud Marten. tom. 8. Ampl. Collect. col. 1 : *In domo fabricæ ecclesiæ Basileensis, sita prope eandem ecclesiam, et super eius atrio, et in Stuffa superiori et majori domus ejusdem*.

**STUPPA**, **STUPA**. Bernardus Monach. in Consuet. Cluniacensib. MSS. cap. 25 : *Quando aliquis eorum vult in balneum, vel in Stuppan intrare, etc.* Histor. Australis ann. 1295 : *Per totam hyemem aura adeo lenis fuit, quod Stupis bene caruissent, si homines voluissent*.

\*\* **STUPULA BALNEARIA**, in Chart. ann. 1306. apud Guden. cod. Dipl. tom. 4. pag. 994.

† **STUBELLA**, diminut. a *Stuba*, Officina, cœnatiuncula. Chron. Mellic. pag. 426. col. 2 : *Laici sartores sint deinceps semper extra monachorum clausuram in Stubella ex opposito sutorum*. Ibidem pag. 439. col. 1 : *In illo monasterio (Formbac.) nostris temporibus fuit quedam Stubella lignea annexa cuidam palatio, in qua quodam tempore sedit abbas illius loci cum sex fratribus, nescio si in aliquo consilio, vel comensatione, et illa Stubella fuit directe supra navigabilem fluvium, qui dicitur Enus, et comparatur Danubio. Subito cecidit Stubella ad fluvium cum prædicto abbate et monachis, et Domino dirigente in casu quilibet manibus apprehendit aliquid, in quo se sustentaret, unus feramentum fenestræ, alter unum scamnum, et sic de aliis, et fundus Stubellæ mersus fuit, Stubella quasi navis descendit versus Pataviam*.

† **STUBICH**, Mensuræ genus, apud Schilterum in Glossar. Teuton.

\* **STUBIERA**. Libert. MSS. Barcinon. ann. 1283 : *De Stubiera. Item concedimus capitulum, quod cesset factum de Stubiera, et quod alterius non sit Stubiera in molendinis*.

† **STUBIRE**, Servare. Inventar. ann. 1419. ex Tabul. Eccl. Noviom. : *Item quoddam vas crystallinum, ubi Stubitur de vestimento B. Marie*.

**STUBULA**, Papiæ *Stupula*, Culmus. Catholicon parvum : *Stipula, Estouble, Chuune, Esteule*, in Consuetud. Ambian. art. 245. Comitatus S. Pauli art. 22. Artesiensis art. 48. 49. 50. Fleta lib. 2. cap. 73. § 9 : *Stubula vero in terra requiescat, nec plus inde tollatur, nisi quod pro reparatione domorum curiæ fuerit necessarium, et residuum per curiam subvertatur*. Adde cap. 76. § 12. Vide *Stupla*.

† **STUCHI**, *Scissura*, fragmen, in Gl. Mons. pag. 328. et 339. apud Schilter. in Gloss. Teuton.

**STUD**, Præstationis species, apud Anglos. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 187 : *Et libertatem sibi et hominibus suis de Hundredo de Halton libere vendendi et*

*emendi tam in Cestriu, quam in Comitatu, et Wicis, ubi tunc non fuit lex ulla, omnia sine tol et Stud, præter sul et equos*. [Vide *Stuth*.]

† **STUDENTER**, Diligenter, libenter. Vita S. Bernardi Menthon. tom. 2. Jun. pag. 1083 : *Tempore sationis instante mediatur unusquisque sementem, cumulumque sextarii Deo Studenter exhibebit*.

**STUDERE**, **STUDIARE**, Curare, Gall. *Penser*. Gregorius Turon. lib. 6. Hist. cap. 32 : *Jussitque Rex, ut Studeretur a medicis quoad usque ab his ictibus sanatus, diuturno supplicio cruciaretur*. S. Audocnus lib. 2. Vitæ S. Eligii cap. 44 : *Episcopus adhibito mulomedico, jussit ei (equo) Studium impendere, quo scilicet sanari potuisset. Et mox : Cuidam illum matronæ... obtulit, quem illa acceptum diligenti cura Studiari fecit*.

\* **STUDIALIS**, Ad studium spectans. Charta Petri card. pro fundat. colleg. S. Cathar. Tolos. ann. 1402. ex Cod. reg. 4223. fol. 158. vº : *Statuimus quod... aliquantulum alicui singulari non permittatur introducere in dicto collegio vinum vel mercatorem publicam pro vendendo, inibi, ne scolaribus detur occasio mercandi, seu tabernandi et se distrahendi ab exercitio Studiali*. Quæ ultima rursus leguntur in Stat. ann. 1391. ibid. fol. 177. vº.

\* **STUDIALITER**, Consulto, de industria. Charta ann. 1072. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 591 : *Næque de præfatis omnibus rebus aliquam intentione aut causatione, vel donnicatas Studialiter vobis exinde faciamus, set adjuutores vobis simus et erimus ad retinendum et defendendum contra omnes homines, qui vobis tolluerint, aut contempserint, unde non poterimus per rectam fidem*.

† **STUDINI**, Vepres, dumeta. Acta S. Disibodi sæc. 3. Bened. part. 2. pag. 496 : *Propter eos frutices, quos vulgo Studinos vocant, locus ille initio dictus est Studernheim*.

† **STUDIOLUM**, Cellula, museum, conclave, ubi studetur, Gall. *Cabinet d'étude* : museolum, scrinia, *Estudiolæ* dicimus. Charta ann. circ. 1500. tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 268 : *Domum ignis vallavit incendium, et Studiolum seu cellulam ejusdem dominæ (Abbatissæ Jotrensis) invasit et consumpsit plures litteras*. Statuta Collegii Bajoc. ann. 1543. apud Lobinell. tom. 5. Hist. Paris. pag. 765 : *Quoniam pro supportandis oneribus primarij assignate sunt illi duæ camere, una cum Studiolo aut Studio eisdem cameris junctis... Procuratori similiter camera assignata et determinata cum Studiolo, aut alio decenti loco, pro reponendis et suis et collegii rebus necessariis*. Vide infra *Studium*.

† **STUDIOSITAS**, Discendi cupiditas. Philippus Eystetens. in *Pater noster*, Bibl. Heilsbr. pag. 16 : *Cum post relictum vobis a nobis huiusmodi scientiæ musicæ pualatin Studiositas vestra magis ac magis inciperet delectari, etc.*

† **STUDIOSUS**, Expetendus, opportunus. Præfatio in Digest. : *Cum itaque nihil tam Studiosum in omnibus rebus invenitur, quam legum auctoritas, etc.*

† **STUDIOSUS**, pro Bonus, probus, aliquoties apud Justinianum legitur, teste

Vossio lib. 1. de Vitiis serm. cap. 33.

**STUDIUM**, Academia publica, Universitas. Capitolinus in Antonino Philos. : *Apud Ægyptios civem se egit et Philosophum in omnibus Studiis, templis, locis*. Ulgerius Scholasticus deinde Episcop. Andegav. in Epitaphio Marbodi Episcopi :

Curans ut fieret virtutem quod redoleret,  
Transtulit huc Studium, transtulit ingenium.

*Studium generale*, in Bulla Urbani V. et VI. pro fundatione Academiae Wiennensis in Austria, apud Lambecium lib. 2. Commentar. de Bibl. Cæsar. cap. 5. *Oxonense Studium*, apud Radulfum in Miracul. S. Richardi Episc. Cicestrensis n. 13. Hist. Cortusiorum lib. 5. cap. 5 : *Civitatem (Bononiæ) cum Studio reformavit in totum*. Lib. 7. cap. 9 : *Bononiæ interdicitur, Studio privatur*. Adde lib. 9. cap. 14. Ita apud Scriptores non semel. [Occurrit tom. 3. Conc. Hispan. pag. 691. tom. 2. Hist. Dalfin. pag. 411. apud Mabill. tom. 5. Annal. Bened. pag. 201. Acher. tom. 6. Spicil. pag. 81. 496. 497. Steyerer. in Comment. ad Histor. Alberti II. Ducis Austr. col. 416. etc.] [\* Vide Savin. Histor. Jur. Roman. med. temp. tom. 3. cap. 21. § 154.]

\* *Nostris, Estude*, eadem acceptance. Lit. remiss. ann. 1399. in Reg. 154. Chartoph. reg. ch. 644 : *Lambert Ondinet cstudiant en l'Estude et université d'Orléans, etc.*

\* **STUDIUM**, Schola, Gall. *Ecole*. Mirac. S. Nicetæ tom. 4. Sept. pag. 7. col. 2 : *Qui adolescens cum ad Studium ire intenderet, aquam usque Rivoaltum transfretando submersus fuit cum libris in sacco ad collum adnexo sub chlamyde*.

† **STUDIUM**, Conclave ubi studetur. Acta B. Petri de Luxemburgo tom. 1. Jul. pag. 513 : *Chorda repertu fuit sub natis Studi sui*. Vide *Sudiolum*.

\* *Nostris etiam Estude*. Charta ann. 1375. in Reg. 107. Chartoph. reg. ch. 35 : *Comme maistre Raoul de Praelles a entention de faire aucunes Estudes spatieuses et secretes pour mettre ses livres, dont il a plusieurs, etc.* Lit. remiss. ann. 1447. in Reg. 176. ch. 566 : *La suppliante print furtivement dans l'Estude de maistre Jehan Hebert chanoine de l'église d'Arras, etc.*

† **AD STUDIUM**, Studiose, diligenter. Bartholomæi Scribæ Annal. Genuens. ad ann. 1247. apud Murator. tom. 6. col. 513 : *Homines Portus-Veneris, qui cum galea una iverant in cursum, ceperunt galeam unam domini Friderici, quæ armata fuerat ad Studiun in regno*.

† **STUDIERN**. Vide *Ferrum 3*. Leg. *Skudsjern*.

\* **STUENA**, f. Fulcimentum, fulcrum, Gall. *Treteau*. Stat. Avenion. MSS. ex museo meo fol. 55. rº : *Statuimus quod in careria... aliquis vel aliqua non teneat nec habeat bancam vel celam, nec castrum, nec cabacium, nec cavillerium, nec Stuenam nec postem, nec aliud impedimentum*.

**STUER**, Seditio. Charta Henrici Imp. ann. 1170. apud Chapeavillum ad Ægidium Aureæ-vallis Monachum : *Excepta Sabulonaria, in qua forensis potestas nullum jus, nisi in latronibus, in falsis mensuris, in seditionibus, quas vulgo Stuer et Burrinne di-*



cius, *judicandis*. Vide *Burina*, [*Strumum* et *Sturma*.]

† **STUFÆ**. Vide mox *Stuffæ*.

† **STUFERUS**, **STUPHERUS**, **Solidus**: Belgis *Stuyver*. Leg. Meehlin. tit. 10. art. 1: *Hæres feodi intra proximas sex hebdomadas a morte defuncti investituram a domino petere debet, eique dñbit pro integro feodo tredecim equites, singulos triginta Stufferis æstimatos*. Tit. 50. art. 14: *Qui ubi per contumaciam non comparuerint, prima citatione damnabuntur in quatuor Stufferos, secunda in duplum, tertia in triplum*. Charta ann. 1303. tom. 2. Gall. Christ. novæ edit. pag. 563: *Ea lege ut... quotannis septem florenos et quatuordecim Stupheros monasterio Gemblacensi persolverent*.

**STUFFÆ**, **STUPÆ**, **Balnea calida**, Saxon. *st ofa*. Gallis *Estuves*: vox ejusdem originis ac *Stuba*, de qua supra. *Miehaël* Scotus de *Physion*. cap. 11: *Valent sibi Stuffæ, quia faciunt cessare dolores, etc.* [Statuta Ecl. Andegav. ann. 1423. apud Marten. tom. 4. Anecd. eol. 527: *Multosque eorumdem (personarum) tabernarum, Stufarum, publicorum locorum et ludorum inonestorum frequentationes exercere cognovimus*. Laudes Papiæ apud Murator. tom. 11. eol. 22: *Propter abundantiam lignorum habentur intra civitatem et extra prope illam, thermæ plures, ubique duplices, seu gemine, propter viros et mulieres et dicuntur Stufæ*.] *Silvester Girald.* lib. 1. Itincr. Cambriæ cap. 5: *Stuphas undique videas, miro artificio concertas, lateralibus quibusdam et præangustis spiraculi vis occulte calorem exhalantibus*. Exstat apud Palladium de Architectura titulus capituli de *Balneis et Stuphis*. Ubi Cod. MS. Pithæanus habet de *fabricis balnearum*. Vide *Ferrarium* in *Stufa*, et supra *Stuba*.

**STUFFARE**, **Instruere**, Gallis *Estoffer*: *Stuffatus, stoffatus, Instruetus, Estoffé*. Prima Statuta Roberti I. Regis Scotiæ cap. 5. § 5: *Et quod quisque dominus veniat Suffatus ad exercitum de cariagis et victualibus*. Henrie. de Knyghton ann. 1338: *Naves de viris armatis ad plenum Suffatatas*. Et ann. 1357: *Cum tribus navibus bene Stoffatis*. [Charta Joannis Lothar. et Brabant. Ducis in Chron. Bonæ-Spei pag. 265: *Servitium unius currus Stoffati per unum diem, pro una corveya reputantes*.] Jac. Hemricurtius lib. de Bellis Leodiensib. cap. 2: *Et estoient li plus poissaus d'amis, et li miez warnis Estoffeis de proïsmes prochains, qui fuissent en tot Husbaing*. Cap. 20: *Il et totes ses parties accordent une journée por chevachier à Wareme bien Stoffeys, et cor sus al Chastelain*. Idem in *Speculo Hasbanico* pag. 280: *Il servoit Stoffeement, et par especial il avoit... ses proïsmes, etc.* Chronicon Flandriæ cap. 110: *En ce temps fut le Comte eschappé hors de Bruges, et fut veu à Lille moult Estoffement: id est, eum magno comitatu, rebus omnibus instructus Brugis venit*. Hinc *Estoffe*, pro instructu. Cap. 39: *Et fit prendre toutes les garnisons qui en la ville estoient, et les feit mener au Chastel, et le fit garnir de pierres (leg. perrieces) et de toutes autres Estoffes*. Quæ quidem vox *Estoffe*, vulgo usurpatur a nostris pro pannis, unde vestes

confeiuntur, quibus homo instruitur. [Vide supra *Estoffatus*.]

**INSTUFFARE**, **Idem** quod *Stuffare*. Thomas de *la Moor* in Edwardo II. Rege Angl. pag. 599: *Ad hinc insulam victualibus universaliter abundantem, tamen abundanti vino, oleo, melle, frumento, brasio, piscibus salsis, carnibus et terrestri carbone Instuffatam, Regem volentem adnavigare, ventus contrarius prohibuit*. Henrie. de Knyghton ann. 1340: *Et nobiliter Instuffavit (naves) de viris armatis et albalistis, etc.*

**STOFFURA**, **Instructus, apparatus**. Henr. de Knyghton ann. 1332: *Venit cum 10. navibus de Flandria omni Stoffura, quæ ad guerram pertinet, bene refertis*.

† **STUFFURA**, **Eadem** notione. Charta Henrici IV. Reg. Angl. ann. 1405. apud Rymer. tom. 8. pag. 384: *Pro Stoffura castri nostri de Hadleg ordinata, videlicet 25. doablettes, 24. jakkes, etc.* Hist. Harcur. tom. 3. pag. 65: *Inveniendū quatuor homines ad equitandum, et sufficienter Stuffuram soldariorum in castro, etc.*

Vocis forte etymon a *Stuffis*, de quibus supra, quod qui pluribus vestibus instructus sit, iis frigus non modo depellat, sed et calorem, qualis in *Stuffis* habetur, sibi conciliet.

☞ Probabilius videtur Vossio lib. 2. de *Vitiis* serm. cap. 5. derivari hanc vocem, ut et *Estoverium*, quod materiam, alimentum, fomentum significat, a Germanico *Stoffe*, quo materies, sive id ex quo aliquid fit, intelligitur. Haud invitus in hanc sententiam descendere.

\* **STUGIUM**, **Locus**, ut videtur, seecetior; nisi scriptum sit pro *Stagium*. Vide in hac voce. Stat. sabat. Careass. ann. 1402. tom. 8. Ordin. reg. Frane. pag. 566. art. 22: *Recusans seu dilatans aperire incontinenti et hostendere dictis suprapositis eorum domos, operatoria, botigias, penora, caxias, armaria, et alia Stugia, etc.*

\* *Suīt* vero idem significare videtur quod vulgare *Bail*, *Locatio pactitia*, in Stat. Lossen. apud Mantel. part. 3. Hist. Lossen. pag. 47: *Si un locataire renonce à son Suīt avant la saint André, il n'est obligé qu'aux canons arierez*. Posset tamen et de *stagio* seu domo locata intelligi.

\* **STUIRA**, **Veetigal, tributum, collatio**, idem quod *Steura*. Vide in hac voce. Charta ann. 1323. apud Oefelium tom. 1. Script. rer. Boiear. pag. 741. eol. 2: *Stuiram suam in Scheyren, que solvit singulis annis xxvj. libras Monacenses, etc.*

**STUKA**. [\* Segmentum.] *Vetus Charta* apud Joan. Scheff. ad Chron. Upsal. pag. 152: *Duas pallas de panno aureo. Item duas Stukas de panno aureo inferius ornatas argento deaurato*. Infra: *Item obtulit... duas pallas, alteram cum altre bruno, duas Stukas de serico intextas, et duo suppellicea*.

† **STULITES**. *Vita S. Willibaldi* Episc. apud Canisium: *Ibi sedebant duo solitarii in Stulite, id est fabricata atque firmata cum muro magno de lapidibus va'de summo*. Ubi *Mabill.* sæc. 3. Bened. part. 2. pag. 373. legit post *Greterum*, in *silice*: at observat in correctionibus reetius forsan a *Canisio* editum in *Stulite*, a Gr. *στύλη*, columna.

† **STULLO**, *Horæ*, in Gloss. Mons. pag. 341. apud Schilter. in Gloss. Teuton.

**STULTATUS**, in Glossis antiquis MSS. *qui deferre nescit*. [Legendum videtur, *qui discere nescit*.]

**STULTICINIA**, *Stulta cantica, amatoria*. Johan. Salisber. lib. 1. Policrat. cap. 6: *Nunc vero laudi ducitur, si videas gravioris amatoria, quæ ab ipsis dicuntur, elegantius Stulticinia, personare*. Lib. 8. eap. 6: *Cythara crinitus lopas non Stulticinia vel bucolica personat amatorum, etc.*

**STULTIENES**, apud eundem Joan. Sarisberiens. lib. 6. cap. 16: *Vanitate nominum delectantur, contempta rerum veritate, et fractu: aleator, auceps, quodque magis inire, Stulticius, et qui virilia unquam tractaverunt*.

**STULTILOGUS**, *Stultus, vel Stulta loquens*. Dudo Decanus S. Quintini in Præfat. ad Acta Norman.:

Stultilogo, stolidoque, hebetæ.

Forte pro *Stultilogo*. Gloss. Gr. Lat.: *Μωρολογία, stultiloquium*. Paulus ad Ephesios: *Turpitudō et Stultiloquium, aut scurrilitas*. Ubi S. Hieronymus: *Stultiloquium esse existimo, non solum eorum, qui aliqua narrat turpia, ut risum moveant, et fatuitate simulata magis illudant eis, quibus placere desiderant: sed etiam eorum, qui sapientes sæculi putantur, et de rebus physicis disputantes, dicunt se arenas littorum, guttas oceanī, et calorum spatium, terræque punctum liquido comprehendisse*. Utitur etiam Plautus.

† **STULTITIA**. *Tabul. S. Vincentii Cenomanens.*: *Vitalis de Doscela prepositus noster dedit nobis medietatem patrimonii sui quod apud Domnolium habebat post obitum suum: aliam vero medietatem, si soror sua, que aliquantulum a consilio suo devinverat, in Stultitia sua, id est, in concubitu non legali, permanere volebat, nihilominus pollicitus est se nobis daturum*.

**STULTIZARE**, *Insanire, in furiam verti*, apud Auetorem Mamotrecti in *Sapient.* cap. 14. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Stultizare, foloier*. Memoriale Potestatum Regiens. ad ann. 1284. apud Murator. tom. 8. eol. 1160: *Parmenses audientes hæc omnia, miserunt Reginis solemnes ombaxatores in civitate Reginorum, qui rogabant Reginos ex parte Communiis Parmæ, ne Stultizarent, sicut Stultizaverunt Mutinenses, et ne vellent civitatem suam destruere*.]

\* *Assotin*, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. Hinc *Estous*, *Insanus*, *furiosus*, et *Estoutie*, *Insania*, *furia*, in *Mirac. Mss. B. M. V. lib. 1*:

Un en i ot qui desor tous  
Estoit erucus, fol et Estous,  
Et maintes fois par l'Estoutie  
Fist honte, anui et felonie  
Au saint prodome.

**STULTO-MALUS**, *Stultus malus*, in Gloss. Isid. Glossæ antiquæ MSS.: *Stulto-malus, qui stultus et malus est*. Glossar. Saxon. *Elfriçi: Stulto malus: yfelgyrig, i. malus stultus*.

† **STULTULUS**, *diminut. a Stultus*, apud Belet. de *Divinis Offic.* cap. 100: *Sed postea interdictum est ne Stultulus quispiam atque rerum imperitus hujus aquæ aspersione se iterum a peccatis mundari patet*.



† **STULTUS**, Jocularis, qui Principi est a jocationibus. Extractum computi ann. 1327. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 216. col. 2 : *Itea, pro sella Rollerii Stulti dom. Humberti Dalphai solvit Thomassiao, xiv. sol.* Idem aliquando præstitisse mulieres docet Computus alter ibid. pag. 277 : *Itea, mulieri fatuæ quæ moratur in domo, gran. x.*

† **STULPORUM FESTUM**. Vide *Kaleadæ*.

† **STUMBLUM**. Leges Henrici I. cap. 80. de via regia : *Tanta vero debet esse, ut inibi duo carri sibi possint obviari, et bubulci de loago Stunbli sui possint assimilare.* [Gloss. Lat. Gr. : *Stumbulum, κέντρον* : in Gloss. vero Gr. Lat. : *Κέντρον, Stimulus, acumen, Stumbulum*. Notum est bubulcos stimulis boves excitare.] Vide *Stumullus*.

† **STUMMIA**, ταυτολογία, in Gloss. Lat. Gr. Ejusdem sermonis repetitio.

† **STUMONES**. Charta Philippi Regis Franciæ ann. 1182. pro Communia Bellovacensi, apud Loiselum : *Ita uo quoque moleadinorum duo tantum Stumoaes erunt. Quod si aliquis plures Stumones, vel alias malas consuetudines imponere voluerit in molendinum, et inde clamor ad Majorem et Pares veerit, illi, qui iade clamaverit, secundum deliberationem ipsorum justitiam facient.* Eadem Charta Gallica pag. 280 : *Adecertes en un chacun des moulins deux Joëanes seront taat seulement; que si aucuns plusieurs Joëanes, ou autres mauvaises costumes veut imposer és moulins, etc.* Obscurum per obscurius.

† **STUMPHIA**, Bases, pedes, in Gloss. Mons. pag. 365. apud Schilterum in Glossario Teutonico.

† **STUMULLUS**, pro Stimulus, Gall. *Aguillon*, quo boves excitantur. Lit. remiss. ann. 1400. in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 86 : *Teantes unus ipsorum lapides et alter quadam pertiquam sive Stumullum, cum quo boves pungatur.* Vide *Stumblum*.

† **STUNULUS**, f. pro Stimulus, Gall. *Pointe*, ut conjunctant doctant Editores ad Acta S. Faustæ tom. 6. Sept. pag. 145. col. 1 : *Evilasius audiens dictum ejus, jussit loculum affervi, et ibi eam mitti, et Stunulis acutis clavori, et secari eam aediam.* Consule notam ad hunc locum.

† **STUNUM**. Charta Heccardi Comitis Augustodunensis, ex Tabulario Prioratus Persiaci in Burgundia apud Perardum pag. 26 : *Uno faoao viridi, cum brusdo uao de gliso, uno de Stuno cuna sirico annistrare, etc.* [Panni species videtur.]

† **STUOT**, Equus admissarius, Germanis, in Conventu Alsatico ann. 1051. apud Glareanum lib. 2. Rer. German. et Goldastum : *Equi autem admissarii, quod vulgariter Stuot vocatur, etc.* [\*\* Vide Graff. Thes. Ling. Franc. tom. 6. col. 652.]

† **1. STUPA**. Mos est Stupas comburere in solemnem Pontificum Romanorum consecratione, cujus ritus ratio exstat in Conc. Pisano ann. 1409. apud Acher. tom. 6. Spicil. pag. 334 : *Die autem Domitica immediate sequente, quæ fuit dies septima Johi, dictus dom. Papa Alexander fuit coronatus in ecclesia cathedrali, ubi fuit*

*celebrata Missa solemais. Et illa die fuerunt multa solemnia, ut puta de Stupis combustis, diceado, Sic transit gloria mundi.* Itiner. Adriani VI. PP. apud Baluz. tom. 3. Miscell. pag. 408 : *In limiæ autea* (Sacelli S. Andrea) *officialis quidam iacendit Stupam, atque proclamavit : Beatissime pater, sic transit gloria mundi hujus, statimque deveaitur ad proprium sacellum B. Petri et Pauli, ubi eorum corpora requiescunt.* Ibid. pag. 444 : *Et cum Papa egrederetur, alta voce et intelligibili acclamavit incendendo Stupam : Pater sancte, sic transit gloria mundi hujus.*

\* Qui usus etiam obtinuit, quoties archiepiscopus vel episcopus solemnia agerent, quasi iis diebus maxime admonendi fuissent infirmitatis humanæ, ne tunc illos, ob reverentiam exhibitam, vanitatis stimulus pungeret, ut discinus ex Ordin. ant. eccl. Bisunt. inter Probat. tom. 1. Hist. Sequan. pag. 40. ubi de die S. Paschæ : *Intreat reverentissime chorum cantantes : Nolite metuere. Tunc archidiaconus ponat ignem in farm, et dum linum succeditur, veait archidiaconus iactans se reverentissime ante domitium archiepiscopum, dicit ad eum : Reverendissime pater, sic transit mundus et concupiscentia ejus.* Quod in Natali aliisque solemnioribus festis ex eodem Ordinario fieri solitum fuisse colligitur : imo id non semel repetitum fuisse, aliis quidem verbis docet idem Ordinarium pag. 21. ubi de Natali Domini : *Surgens a cathedra archipresul, antequam incipiat, Gloria in excelsis, accedat archidiaconus reverenter, et teneas oram planetæ, trahat leatier et dicat : Scito te terram esse; sicque debet fieri quotiescumque archiepiscopus aut sacerdos a sede surgit, ut accedat ad altare post orationem.*

2. **STUPA**, ut *Stuba*. Vide in hac voce. **STUPARE**, Stupa occludere, [et universe pro Obstruere.] Gallis *Estouper*, [Gesta puellæ Erminæ ann. 1396. ex Cod. S. Victoris Paris. : *La femme... Estoupa ses oreilles qu'elle ae l'oiet point (le demon) et s'endormit.*] Lex. Alemann. tit. 59. § 7 : *Si autem ex ipsa plaga cervella exierit, ... ut medicus cum medicamento aut sirico Stupavit, et postea saavit, etc.* Jac. Hemricurtius de Bellis Leodiensib. cap. 26 : *Il fist remplir et Steiper de terre les entrées et les sospiraz, etc.* [Charta ann. 1343. in Cod. MS. Colbert. 2591 : *Pour clorre et pour Estouper ledit puis, et pour macoaer dessus, etc.*] Joan. Villaneus lib. 7. cap. 144 : *Le mura eraao la aotte riparate, e Stoppate con tavolo, o con sacchi di lana.* [Vide *Stopare*.]

\* Unde *Destouper*, Obstructa patefacere, aperire. Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 14 : *Adeact des Portes se transporta nagaires en l'ostel de son pere, y fist ouverture pardevers les courtils et Destonlpo ua hnyys, par lequel il entra en l'estables dudit hostel.*

\* Aliud vero sonat *Estouper*, nempe Illudere, fallere, a voce Gallica *Estoupe*, Fraus, fallacia, jocus, tom. 2. Fabul. pag. 218.

Ha! sire, se Diex me sequeure,  
Fet dans Constant, je n'y ai coupe.  
Dist li provost, ce sont Estoupes,  
Dont vous me volez Estouper.

† **STUPARIUS**. Gloss. Græc. Lat. : *Κζυζβίς, Stuppa, Κζυζβίρις, Stupparius*.

† **STUPACIUM**, Pannus ex stupis confectus. Auctor de Vita Eremitica tom. 1. Operum S. Augustini cap. 20 : *Utroque vero tempore (hyemc et æstate) duas de Stupacio camisias vel staminas... habeat.* [\*\* *Stuppa sagmata*, in Reinard. Vulp. lib. 4. vers. 340.]

\* **STUPARIUS**, Qui *stupam* seu *stubam* tenet, balneario. Liber pitent. S. Germ. Prat. : *Super domo Ade Stuparii ad bellum pulliæ, xx. solidos.* Ibidem : *Super domo Ade l'Estuveur ad bellua pulliæ, quæ fuit Johannis de Renais, xx. solidos.* Vide supra *Stuba*.

\* **STUPATUM**, a *Stupa*, Ital. *Stoppa*, Cannabum. Inquisit. ann. 1371. in Access. ad. Hist. Cassin. part. 1. pag. 430. col. 2 : *Item quando Stupatum seavinatur ad garum, facit dccimam.* Vide *Stupparius* in *Stupare*.

\* **STUPEFACTIVUS**, Stuporem generans, Ital. *Stupefattivo*. Chron. circa tempora Alex. PP. VI. in Diar. Ital. Montisfalc. pag. 157 : *Alii serunt aloe terebintiaa, quæ acutissimum et quodam modo Stupefactivum odorem habebat.*

\* **STUPELLUS**, Crater, scyphus, mensura species. Annal. Placent. ad ann. 1461. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 908 : *Item quod noa teneantur levare salem, nisi quoado voluerint, et pro solidis duobus pro Stupello.* Vide *Stupellus* in *Staupus*.

† **STUPERARE**. Vide *Stupperare*.

† **STUPERE**, *Stupa* uti. Vide in *Stuba*.

† **1. STUPHA**, Stagni obturamentum, id quo stagnum occluditur, Gall. *Bonde, Pale*. Charta Dombensis ann. 1541 : *Usque ad Stupham seu fracturam ac becium ejusdem stagni.*

† **2. STUPHA**, ut *Stuba*, unde **STUPHARE**, *Stupha* uti. Vide in *Stuba*.

† **STUPHERUS**, ut *Stuferus*. Vide ibi.

† **STUPIDARE**, *Frequenter stupere*, ex Glossarii membranis laudat Vossius lib. 4. de Vitiis serm. cap. 26. Utitur Mart. Capella lib. 1. pag. 235 :

Pectore saxificam diemnt horrere Medusam,  
Quod pavidum Stupidet sapiens solertia vulgus.

\*\* **STUPIDUS**, Stupendus. *Stupidum miraculum* in Vita S. Galli apud Pertz. Script. tom. 2. pag. 17. lin. 33.

\*\* **STUPIFEX**, Stupidus, in Chron. Comit. Capuæ apud Pertz. Script. tom. 3. pag. 208 : *Laad, segnis et stupifex.... propter suava desidia et pertinacem improbitatem, etc.*

\* **STUPINUM**, **STUPINUS**, Ital. *Stoppino*, Ellychnium, Gall. *Mèche*. Ordo eccl. Ambros. Mediol. ann. circ. 1130. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 865 : *Tunc cicendelarius ebdomadarius porrigit lampadem accensam subdiacono ebdomadario in secretario, et præcedit cum usque ad phialas, et ille cona lampade accedit, eodem ostendate Stupinus cum virgo.* Ibid. col. 930 : *Cicendelarii dantur quatuor fusalia liai de camera pontificis. De quibus duo minores cicendelarii faciunt lampadam. De reliquo vero sunt Stupina ia cicadelis per totius aaci circumum. Rursum col. 877 : *Præcedente eum (subdiaconum) clerico ipsius ecclesiæ, et ostendente ei cum virga hy-**



chnum, quem accendere debet. Vide *Stopinus*.

† **STUPITUS**, Stupidus. Sebast. Perusinus in Vita B. Columbæ Reatinæ tom. 5. Maii pag. 330 \* : *Frequenter mente ac spiritu rapta, suspensis sensuum exteriorum actibus, ac Stupito corpore quasi lapis reddebatur immobilis.*

**STUPLA**. Edictum Rotharis Regis tit. 108. [\*\* 363.] : *Si caballus iter facientes de Stupla, aut de ipsa pascua... movere præsumperit. Ubi stipula habetur in Lege Longob. lib. 3. tit. 4. § 1. nostris Esteules. Stupula, apud Papiam, et in vet. Kalend. rustico apud Gruter. 139: Messes frumentar. item triticar. Stupule incendunt sacrum spei saluti Deane, etc. Vide Stubula.*

**STUPOR**, pro Tumor, superbia. S. Cyprianus Epist. 40: *Stupore elatus.* Epist. 47. *Stupore superbi tumoris inflatus.* Idem de Unitate Eccles.: *Error fallit, extollit Stupor, livor incendit.*

† **STUPPA**, STUPPARIUS. Vide *Stuba* et *Stupare*.

**STUPPERARE**. Gloss. Græc. Lat. MS.: *Φεγγαζίνω, Stupporo, Stuppero. Φεγγαζίνω, Stupperatio.* Edit. habet *Suppuro*, et *Suppuratio*. Glossæ antiquæ MSS.: *Stuperatus, stupefactus, forte pro stuporatus.*

**STUPULA**. Vide *Stuba* et *Stupla*.

† **STURA**, ut *Steura*. Vide ibi.

\* **STURCO**, Avis species. Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 16 : *Sturcones faciunt equis fugam et irruunt in eos ac pungunt cum aculeis in summitate alarum dictos equos.*

† **STUREMANNUS**, Gubernator navium, Germanis *Sturmann*, Angl. *Steersman*. Liber nig. Scaccarii pag. 369 : *Item constituentur boni et legales homines in portibus... qui capiant sacramenta omnium Sturemanorum et marinellorum navium ibi applicantium.*

**STURGIO**, STURIO, Piscis, qui maximo in mensis honore habetur apud eos, in quorum fluminibus capitur : subit enim e mari flumina. Hunc *silurum* Paulus Jovius Ausonii existimavit, ut et Vossius : *Hermolauus Hiccum* apud Athenæum, alii *Sturionem* Plinii : *Lupum* nonnulli; quidam *Attilum* Padi : denique Rondeletus *Acipenserem* Romanorum literis nobilitatum *Sturjonem* esse volunt. Vide *Salmasium* ad *Plinium* pag. 1315. Anglo-Saxones *styriga*, Anglo-Britanni *Sturgeon* vocant. Alanus de Insulis in *Planctu naturæ* : *Illic Sturgio sui corporis nobilitatem individuali sui corporis benedictione, mensis offerebat regalibus. Gotselinus Monachus lib. de Miracul. S. Augustini Episcopi Cantuar. cap. 17 : Piscis scilicet Rhombus longitudinis pedam 14. capitur, qui vulgo Sturio appellatur. Occurrit etiam apud Alfridum in Vita S. Ludgeri Episc. Mimigard. num. 5. in Vita S. Adalaidis cap. 11. etc.*

Apud Anglos *Sturgio* ad solum Regem pertinet, ut est in *Fleta* lib. 1. cap. 45. et apud *Bractonum* lib. 2. cap. 5. § 7. cap. 24. § 1. lib. 3. tr. 2. cap. 2. § 4. 5. ubi hæc idem *Bracton*. ait : *De Sturgione vero ita observatur, quod Rex illum habebit integrum propter suum privilegium; de Ballena vero, sufficit, secundum quosdam, si Rex inde habuerit caput, et Regina caudam.* Statutum de Prærogativa Regis ann. 17.

Edw. II. cap. 11 : *Item Rex habebit wreccum maris per totum regnum, balenas, et Sturgiones, vel alibi infra regnum, exceptis quibusdam privilegiatis locis per Regem.* Charta Stephani Regis Angl. ann. 1138. in *Monastico Anglic.* tom. 3. pag. 8 : *Et ubicunque e venerit capi piscem Sturjonem in piscariis suis, sit eorum totus et integer.* Andreas Suenonis Archiep. Lundensis lib. 8. *Legum Scanicar.* cap. 1 : *Omnes pisces, sive sint mortui, sive vivi, si casu versus terram appulsi, ut manus hominum non possint effugere, occupantibus conceduntur, præter Stargionem, qui juri Regio, a quocunque reperitus fuerit, cedit. Pariter quoque cetum, etc.* Radulfus de *Diceto* ann. 1150 : *Nunc extrahitur Sturgio regium reservandus in cibum.* *Udalricus* lib. 2. *Consuetud.* *Cluniac.* cap. 4 : *Pro signo salmonis vel Struthionis : signo piscium hoc adde, ut pugnum erecto pollice supponas mento, quo superbia significatur : quia superbi maxime et divites tales pisces solent habere.* [Ubi *Stutio* perperam legitur, apud *Bernard.* *Mon.* in *Ord. Cluniac.* part. 1. cap. 17. S. *Wilhelmi* Constitut. *Hirsaug.* lib. 1. cap. 8 : *Pro signo Sturionis generali signo præmisso, hoc adde, ut summitatem pollicis mento supponas.]* De *sturgione* plura *Bruyerinus* *Champerius* lib. 20. de *Re Civaria* cap. 22. Adde *Joan. Briton* pag. 7. 26. 27.

☞ Eodem jure gaudet Ecclesia vel *Monasteria*, quibus a dominis concessum est. *Charta Roberti Comit. Augiensis* ann. 1059. ex *Tabul. S. Michaelis* de *Ulteriori* portu : *Si homines abbatibus piscem, qui dicitur Sturgio, capiant, totus est sancti Michaelis.* Eadem habent *Litteræ Philippi Pulchri* ann. 1301. in eodem *Tabul.*

† **STURIONUS**, ut *Sturgio*. *Statuta Placent.* lib. 6. fol. 79. vº : *Item Sturionos et conutas, pro qualibet libra, XIII. den.*

† **STURIOANENSIS**, Ad *Sturionem* pertinens. *Charta Stephanie Comit. Provincie* ann. 1063. in *Histor. MS. Montis Majoris* : *Et in Tarasconensi castro in fluvio Rhodani de duobus navigiis Sturioanensi mercimonio hoc totum conferimus.*

† 1. **STURIA**, f. *Canalis*. *Statuta Verceil.* lib. 3. fol. 93 : *Item statutum et ordinatum est quod aqua Sturie que fluit per locum Tridni, fluere debeat recta via per alveum veterem.*

† 2. **STURIA**, *Storea*. *Testam.* ann. 1389. ex *Tabul. S. Antonii Massil.* : *Corpus meum portetur ad sepulturam predictam super una litheria coopertum de una Sturia cum quatuor candelis cere.* Vide *Storia* 1.

† **STURIONUS**, **STURIOANENSIS**. Vide supra *Sturgio*.

† **STURMA**, **STURMUM**, **STURMUS**, *Seditio*, leve prælium, impetus, conclamatio ad arma. Vide *Stornus*, *Stremita* et *Strumum*. *Litteræ Reginaldi Leod. Episc.* ann. 1034. apud *Marten.* tom. 4. *Ampl. Collect.* col. 1172 : *Nunquam nisi ab Abbate et ministris ejus se intromittet (Advocatus) de aliqua justitia ibi facienda, vel de Sturma, sive burna, nisi evocatus pro hoc ipso fuerit.* Rursus occurrit in *Charta Henrici itidem Leodiensis Episc.* ann. 1081. *ibid.* col. 1175. *Litteræ Angeli Pechinoli* ad *Innocent. VIII. PP.* ann. 1489. apud *Il-*

*lustr. Fontanin.* in *Antiquit. Hortæ* pag. 476 : *Premissa celeriter parte copiarum, ipsam civitatem Viennensem, in quam hostes ipsi jam impetum fecerant, primum ab ipso impetu, quem Sturnam vocant, et tandem a tota obsidione liberavit.* *Epist. Joannis Corvini* ad *Ladislauum* in *Chron. Mellic.* pag. 446 : *Ipse Imperator Turcorum post horam vesperum feria quarta incipiens circa ipsam castrum pugnum manuum, vulgo Sturman inceptit, in tantum ut per totam noctem et feria quinta usque ad horam prædii duraverit.*

† **STURMUM**. *Memoriale Potest. Regiens.* ad ann. 1244. apud *Murator.* tom. 8. col. 1112 : *Et fuit ibi unum Sturium et veniendo Reginus Potestas condemnavit eos in d. lib. Rexanorum.* *Annal. vet. Mutin.* ad ann. 1245. apud *eumd.* tom. 11. col. 62 : *Et sequenti die fecerunt etiam magnum Sturium, scilicet illi de Rubertis et illi de Sesso.*

† **STURMUS**. *Ottoboni Annal. Genuens.* ad ann. 1192. apud *eundem Murator.* tom. 6. col. 366 : *Hoc anno etiam multe seditioes fuerunt in civitate, et undique Sturmi et prælia multa.* *Annal. vet. Mutin.* tom. 11. col. 74 : *In vigilia S. Leonardi incepti fuerunt Sturmi et rames in civitate Mutinæ... qui Sturmi duraverunt usque ad horam Completorii.* *Chr. Domin. de Gravina* tom. 12. col. 617 : *Pulsante campana ad Sturium, universus populus ad domos concurrat Angeli supradicti, quid esset exinde faciendum.* Et col. 620 : *Campam pulsari mandarunt ad Sturium.* *Statuta Astens.* collat. 11. cap. 35. fol. 30 : *Si quis major annis 15. in civitate vel in burgis ad Sturium, vel alio loco extra Sturium malo animo de arcu, vel balista... projecit, etc.*

\* **STURMADE**. *Codex MS.* ubi de visione quadam ex *Bibl. Major. monast.* : *Post dorsum quoque meum stat unus immundorum spirituum, qui easdem bestias in me incitat. Nam quando dicit, Sturmade, Sturmade, tunc mihi imminet acutissima pœna. Me autem hoc verbum numquam audiente, interrogavi quid hoc esset. Qui ait : Apud tortores loci hujus dicitur, Perforate. Nam quando hoc dicit, imperat bestiis suis me cornibus perforare.*

† **STURMFAN**. *Albertus Argentin.* ann. 1349 : *Carolus Rex hoc audio statim banerium suum, quod dicitur Sturmfan, super turrim ecclesie Spirensis constituit. [\*\* Vexillum incursionis hostium index, quo proposito ad arma conclamatur.]*

† **STURMINARE**, *Strumento*, ut videtur, projicere. *Statuta Astens.* collat. 11. cap. 126. fol. 73. vº : *Statutum est quod non sit aliqua persona que audeat projicere seu Sturminare lapides de nocte super aliquam domum habitacionis alicujus persone habitantis in civitate nec trahere seu projicere vel Sturminare aliquos lapides ad aliquam fenestram seu barchonum vel hostium alicujus domus habitacionis alicujus civis Astensis.*

† **STURMUM**, **STURMUS**. Vide *Sturma*.  
† **STURNELLUS**, diminut. a *Sturnus*, *Gall. Etourneau*. *Rolandini Patav.* *Chron.* apud *Murator.* tom. 8. col. 328 : *Quasi veloces accipitres cum irruunt in Sturnellos, aut volantes aquilæ cum sæviunt in columbas.*

† **STURNINUS**, *Sturnus*, vel ad *stur-*



num pertinens. S. Hieron. in cap. 66. Isaia: *In martyrio rubri, vel Sturnini in volatu, vel variū in virtutibus, vel candidi in virginitate.* [\* Vide supra Storinus.]

† STURNUS, pro *Sturmus*, in Charta Henrici Imper. ann. 1012. de iuribus Advocati Monast. Florin. ex Schedis D. Mailard: *Si quis de familia vel potestate Advocati Sturnum vel burinam fecerit, etc.* Vide *Sturma*. [\* Vide supra *Stornus*.]

STUROLÆ, vel SCUROLÆ, Pusulæ, Gallis Rougeolle. Michaël Scotus de Physionomia cap. 10: *Oportet de necessitate, quod quilibet homo natus tempestive aut tarde habeat quatuor passiones inevitabiles, scilicet variolas, Strolas, fersas, et scabiem humidam vel siccam.* Infra *scarolæ* scribitur.

\* STUROLLUS, f. Leguminis. species. Comput. ann. 1488. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 48. col. 1: *Item pro decem libris cum dinidia Sturollorum et sanafra-chis, videlicet j. solidi. x. den.*

† STUS, Ictus, Germ. *Stos*, a *Stossen*, tundere, ferire. Pactus Leg. Salicæ tit. 17. ex Cod. Guelpherbyt. edit. Eccardi: *Si quis ingenuus ingenuum de fuste percusserit, ut sanguis non exiat, III. colobus, hoc est semper unusquisque Stus ternus solidus solbat.*

† STUSTARE, Pulsare. Ceremoniale MS. B. M. Deauratæ Tolos.: *Postea Prior Stustat in squallum ter vel quater, ut omnes ad sonum in squallu surgant.* Rectius alibi *Tustare*. Vide in hac voce.

† STUTA, Equile, ut videtur; *Stuot* quippe equum et *Stute* equam vocat Germani. Gloss. MSS. Florent.: *Equaritia, Stuot*. Testam. Telsonis Episcopi Curiensis ann. 766. apud Mabill. tom. 2. Annal. Bened. pag. 708. col. 1: *In primis salam cum solario subter caminata, desuper alias cominatas subter cellarium, coquina, Stuta, circa curtem stabulum, tabulata, etc.* Vide *Stuot*.

† 1. STUTH, Placitum ann. 14. Henrici VII. Reg. apud Th. Blount. in Nomolex. Anglic.: *Per Stuth clamat esse quietum de exactione pecuniæ a singulis villis... per vicecom. comitatus Cestrie.* Vide *Stud*.

\* 2. STUTH, Mulcta, quam cognati homicidæ pendunt consanguineis interfecti. Leges Danic. apud Ludewig. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 204: *Item quicumque aliquem interfecerit, satisfaciat quicumque aliquem interfecit cum ceteris,..... et secundum antiquam terræ consuetudinem recipiunt suum Stuth de cognatis.*

\* STUTH-KORN, Præstatio frumentaria, vel quæ ex frumentis percipitur. Charta Erici reg. Dacie ann. 1282. apud Ludewig. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 206: *Item quod nostrum Stuth-korn in festo S. Andree, secundum consuetudinem provincie cujuslibet exsolvatur.*

\* STUVÆ, ut *Stuffæ*, Balnea calida, Gall. *Estuves*. Charta ann. 1312. in Reg. 48. Chartoph. reg. ch. 81: *Donus Johannis Marcelli super Secanam faciens cunum de Lorberia ante Stuvæs defuncti Johannis Poterii, Stuvæs defunctæ Mariæ de Senonis contigua.* Infra: *Henricus l'Estuveur*. Vide supra *Stuba* et *Stuparius*.

† STYCA, Ærea moneta minutissima Anglo-Saxonum: octo *Sticæ* æquabant

*peningum*. Vide Hiccesium Dissert. pag. 109.

STYE, Hara, suile, porcistetum, Anglis a *wines stie*. Lex Burgorum Scotic. cap. 89: *Non licet Burgensi nec alicui in burgo manenti, porcos tenere, nisi habuerint custodem eos sequentem, vel pascat eos in hara, id est Stye, unde vicini sui et damnum inde non incurrant.*

STYLISONUS, Stylo conscriptus. Paulinus Aquileiensis Episc. in Epist. Synodali: *Domino Carolo... æternas multipliciter supplicii concinnamus Stylisona voce salutes.*

1. STYLUS, vel STILUS. Præfatio Ælfredi, Regis Angl. ad S. Gregorii Pastorem sub finem: *In anglicum sermonem eum converti, et ad unamquamque Episcopi sedem in regno unum misi, superque singulos libros Stilum, qui est 50. manussæ. Et ego præcipio in Dei nomine, ne quis de libris hunc Stilum tollat, neque librum de templo, etc.* Ubi Saxon. *æstel* præfert, id est æstimatio, ex æsto, eadem notione.

† 2. STYLUS, Studium. Acta S. Franciscæ Rom. tom. 2. Mart. pag. 140\*: *Cum caritate divina animatur transformatur in divina majestate, et ibi ponit suum Stylum, quia amat ipsum in veritate.*

† STYRPALIS, ut *Stirpalis*. Vide ibi.

STYRPUS, [Silva *excirpata*, idem quod *Excartus*. Vide in hac voce. Codex censualis MS. Irminonis Abbat. Sangerm. fol. 108: *Habet ibi Styrops II. quos dominus Irmino Styrpavit, quæ possunt seminari de modis frumentis LX.*] Vetus Charta in Vita S. Domitiani: *Et habet in longitudine cum colle et silva supra viam secundum virilem manum, perticas agripedales 112. in latitudine et parte meridiana cum sarpa perticas agripedales 72. ac semissem, infra hunc terminum, et perticationem sub integritate vobis cedimus, similiter et unum campellum subtus viam superiorem, qui ad Styrypum præscriptæ vintæ a sero jungit, etc.* [Vide *Stirpare*.]

1. SUA, æ, *Domus*; in qua Scholastici student, in Glossis MSS. [\*\* Virgil. Grammat. pag. 14: *Nomen Sua est femininum, hoc est domus in qua scholastici viri suabte ac suaviter scripta vel dicta componunt.*]

† 2. SUA, Sus, Gall. *Truie*. Charta ann. 1442. ex Schedis Præs. de Mazaugues: *Et si porcus fuerit, sus vel Sua, etc.* Vide *Sica*.

† SUADELA, Suasio, oratio persuadendi vim habens, Gr. *πειθωνός, πιθανολογία*. Vetus Irenæi Interpres in Præfat. ad lib. 1. n. 3: *Non autem exquires a nobis... ornamenta verborum, neque Suadelam, quam nescimus.* Jac. De Layto in Annal. Estens. apud Murator. tom. 18. col. 998: *Et circa talem Suadelam adhibebat sollicitudinem incessantem.*

SUADENA, σφύρανα, in Gloss. Lat. Græc. Leg. *Sudena*, ut colligitur ex Gloss. Gr. Lat.: *σφύρανα, Sudis, suadena*. Vide Salmas. ad Plin. pag. 231.

† SUADENTER, Ad suadendum appositè, apud vet. Irenæi Interpr. in Præfat. ad lib. 1. num. 1: *Suadenter quidem illi illicuiunt, etc.* Ubi Irenæus habet *πειθωνός*. Arnobius lib. 11: *Ut loquamur Suadenter in litibus.*

\* SUADERIT, pro *Suaserit*; ubi *Suadere*,

idem quod *Corrumpere*, *subornare*, Gall. *Séduire*. Vetus Pœnit. MS: *Si mulier Suaderit alterius mulieris maritum, sit excommunicata a Christianis.*

† SUADIBILIS, Verisimilis, probabilis, apud eundem Interpretem lib. 1. cap. 4. n. 4: *Non est enim Suadibile, cum sint unius qualitatis lacrymæ, alteras quidem salsas, alteras dulces aquas ex iis exisse.*

\* SUADORIUM, pro *Sudarium*, Mappa parva, qua utuntur sacerdotes in sacris ministeriis. Stat. synod. Tornac. ann. 1366. pag. 17. art. 7: *Missale semper involutum camisia linea et munda apponatur altari et habeant Suadorium vel manutergium dependens, quo presbyteri nares, os et faciem detergant.* Vide *Mappula* et *Subdarioium*.

† SUACERE, pro *Suadere*, ut videtur. Camillus Peregrinus in Histor. Longobard. apud Murator. tom. 2. pag. 258: *De fugacibus ita stetit; ut si liberi aut libere fugient a partibus vestris et vobis Suacientibus res alienas secum detulerint, etc.*

† SUALA, Vide supra in *Sàla* 1.

† SUALHA, ut infra *Suelha*. Vide ibi.

† SUALIS, ut *Sualis*. Vide *Porcus*.

† SUANEGEIA, Chartul. Monast. Wimondham. pag. 58. apud Spelm.: *Præterea dedi eis totam turbariam, quam dominus meus Comes Arundel tertius mihi dedit in Suanegeia.* Fortè loci alicujus nomen proprium.

† SUANIMOTUM, Vide *Svanimotum*.

† SUAPTIM, Suapte, sua sponte. Johannes Diac. in Vita S. Greg. M. lib. 4. cap. 75: *Quamvis astuta Græcorum perversitas in commemoratione Spiritus sancti a Patre procedentis, nomen Filii Suaptim radens abstulerit.* Vide *Suatim*.

† SUARE, Abstergere, Gall. *Essuyer*, Ital. *Sciugare*. Statuta Vercell. lib. 2. fol. 27. vº: *Toalliam unam de capite et de manu, scilicet ad Suandum caput et manus.*

\* Nostri *Suer* dixerunt, pro *Payer cher*, Graves pœnas luere. Lit. remiss. ann. 1363. in Reg. 92. Chartoph. reg. ch. 236: *ICellui Gerart respondi qu' il lui feroit Suer les villemes que dites lui avoit.*

† SUARIA, Hara, suile, Plinio *Suarium*; vel, quod probabilis videtur, *Sus*, Gall. *Truie*. Charta ex Tabul. Vosiensi apud Stephanot. tom. 2. Antiq. Bened. Pictav. MSS. pag. 286: *Et domnus Abbas Petrus dedit illi xx. sol. et Suariam, quæ valebat quinque solidos.* Vide *Sua* 2.

† SUARI, Qui ex officio tenebantur præbere populo Romano animalia, porcos, laridum, carnes porcinas, etia. De iis exstat tit. in Cod. Theod. lib. 14. tit. 4. Vide ibi Gothofredum.

SUASORIUM, Συσεολή, in Glossis Lat. Gr. MSS. S. Germani Paris.

† SUASSUS, pro *Suasus*, in Concil. Hisp. tom. 3. pag. 293.

SUATIM, Intra se, apud se, penes se. Nicolaus PP. Epist. 52: *Quorum privilegiorum tenorem si non Suatim frater Hincmarus partim celasset, etc.* Idem Hincmarus Remensis in Opusculo 14. Capitulorum cap. 43: *Nos etiam moderni Glossarios Græcos, quos Suatim Lexicos vocari audivimus, etc.* S. Althelmus Episcop. lib. 1. de Virg. cap. 42: *Venusta inquam, lineamentis corporalibus; sed plus venusta Sua-*



*tim, cycladibus compta spiritualibus.* Anastasius Bibl. in Præfat. ad VIII. Concil. : *Ne ergo Græcorum Suatim astutia, quin potius dolositas, etiam circa præsentem Synodum agat, hæc me admonendi causa dixisse sufficiat.* Idem : *Ne forte procedente tempore us Græcis codicibus reperitur huic sanctæ Synodo a Constantinopolitana Suatim additum vel mutatum.* [Vita S. Ethelwoldi sæc. 5. Bened. pag. 613 : *Lætatusque Rex et jussit ubunde propinare hospitibus hydromellum;... in ebrietate Suatim Nordanhinbris et vesperi cum letitia recedentibus.* Ubi pro *Suapte* scriptum esse censet Mabillonius; quo sensu intelligi etiam possunt laudata a viro doctissimo Cangio. Vide Utitur etiam Joan. Diaconus lib. 4. de Vita S. Gregorii cap. 75. *Suaptim.*] Alias *Sudtim*, est instar suis.

† **SUAUVILUDIUS**, Qui ludis delectatur, vel qui ludum suadet. Tertull. de Spectac. cap. 20 : *Novam proxime defensionem Suaiviludii cujusdam audivi.* Utitur rursus lib. de Corona cap. 6.

\* **SUAUVITARE**, **SUAUVITARI**, **Beser**, (Baiser) in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

† **1. SUAUVITER**. *Postea dom. Archiepiscopus incipit ad Vesperas mediocri voce Calicem, etc.... Et chorus sacerdotum dicit Vesperas, id est, Remissa voce, ad calcem Johannis Abrinc. de Offic. Eccl. pag. 193.*

\* **Acta MSS.** Inquisit. Carcass. ann. 1308. fol. 66. vº : *In principio mensæ dictus Petrus Auterii accepit usque ad dimidiam placentalam, et stans pedes tenendo dictum panem cum manutergis, que posuerat in collo suo, incæpit dicere desuper, Pater noster; et postea loquutus fuit Suaviter inter dentes per unam pausam. Souavet, pro Doucement, Molliter, in Poem. MS. Rob. Diaboli :*

On fait ce que li maistres veut,  
Tout Souavet et billement  
Le mirent jus courtoisement.

\* **2. SUAUVITER**, Placide, sedate, mansuete, Gall. *Doucement, paisiblement.* Lit. remiss. ann. 1409. in Reg. 164. Chartoph. reg. ch. 58 : *Idem exponens iterato dixit : Socie, teneas te Suaviter, quia aliter te castigabo.* Gallicè diceremus : *Tenez-vous tranquille.*

† **SUB**, pro Super, Gall. *Sur.* Chron. Episc. Metens. tom. 6. Spicil. Acher. pag. 648 : *Trabes vetustate dissoluta, subito Sub altare S. Stephani lapsa, etc.*

† **SUB**. *Per sub*, Subter, ni fallor, Gall. *Par-dessous.* Consuet. Monast. S. Germani a Pratis inter Probat. Hist. ejusdem Monast. pag. 145. col. 1 : *Nos transibimus per Sub capsam, et ipsam osculamur, et stabimus ordinatim in navi monasterii, et incipietur Gloria laus.*

\* **SUB** cum ablat. substant. pro adverbio; *Sub brevitate, sub festinatione, sub celeritate*, pro Breviter, festinanter, celeriter, apud Th. Munck. in Præfat. ad Mytholog. edit. 1681. Vita MS. S. Martialis. Lemovic. : *Confestim jussit ut Sub omni celeritate perficeretur oratorium, quod fuerat inchoatum ab ipso et a Stephano duce in possessione beate virginis Fulerie.*

† **SUBABUNDARE**, Supplere, perficere. Acta S. Cassiani apud Illustr. Fontanin. in Antiquit. Hortæ pag. 344 :

Quod factum fuerat, tua gratia nunc Subabundet.

\* **SUBACASARE**, idem quod *Subinfeodare*, in *retrofeudum*, Gall. *Arrière-fief*, concedere. *Suracaser*, eodem significatu, in Consuet. Brageriac. art. 70. et 71. Charta ann. 1275. in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. : *Dictus Willelmus promisit quod ipse non Subacasabit dictam terram vel feudum quocummodo.* Vide supra *Casamentum 1.*

† **SUBACELLARE**. Gloss. Isid. : *Clanculare, occultare, palliare, Subacellare.* Id est, sub axilla condere : unde Vulcanius legit *Subaxillare.* Vide infra *Subascellatus.*

**SUBACTI**. Vide *Molles.*

**SUBACTUM**, **SUBACTIO**, **Dominium, Seignurie.** Charta Romualdi Ducis Longobardorum ex Chronico Beneventani Monasterii S. Sophiæ 3. part. : *Concessimus... tibi Urso vestarario nostro Condomam, nomine Joannis, cum uxore, filiis, et filiabus, vel cum omnibus eorum pertinentibus, quæ fuerunt de Græcis, de Subacto tuo, Urse, quantum ab hodierno die teneas et possideas... jam nominatam Condomam, cum casa, vineis, territorio, etc.* Alia Godescalci Ducis Longob. ibi : *Concessimus... puerum nomine Ursum cum uxore, filiis, et filiabus suis, qui in terra ad habitandum se collocaverunt in loco, qui dicitur Fenilia, qui fuerunt de astu (leg. actu) Sipontino, de Subactione Warnefrid Gastaldi nostri, etc.* Alia Gisolfi Ducis : *Qui habitare videntur in Selice, de Subactione Scauri nostri, qui nominatur Lupualdus, et eam sibi ancillam in conjugem sociavit, qui fuit de subactione Trasarii Gastaldi et Vestararii nostri, etc.* Alii denique Romualdi Ducis : *Qui fuerunt coloni nostri de Subjectione Annunisi Actionarii nostri, etc.*

**SUBADJUVA**, Adjutor Adjutoris, ὁ τοῦ βοηθοῦ βοηθός. Sic autem appellabatur, qui in aliquo officio Magistratus præcipuo Adjutori suberat, ejusque vices agebat. Notitia Imp. Occident. cap. 29 : *Adjutor, Subadjuvæ Adjutoris, Subadjuvæ fabricarum diversarum, etc.* [Collat. Carthagin. cap. 3 : *Peregrino adjutore Subadjuvarum.*] Gesta de nomine Acacii, seu Breviculus Historiæ Eutyebianistarum : *Superveniente Uranto Subadjuva.* Histor. Miscella lib. 17. pag. 528. edit. Canisii : *Qui Subadjuvæ dignitate habebatur insignis.* ὁ Σουβαδουβᾶ τοῦ Μαρτυροῦ, *Subadjuva Magistri*, apud Marcum Diaconum in Vita S. Porphyrii Episcopi Gazensis n. 26. et in Chronico Alexandrino pag. 870. Concilium Calchedon. act. 3 : *Σουβαδουβᾶ τῆς σχολῆς τῶν καθοσιωμένων τῶν Μαρτυριῶν.* Vide Pancirolum ad Notitiam Imp. Orient. cap. 16. et Glossar. med. Græcit. col. 1407. in Σουβαδουβᾶς col. 844. in *Μαρτυριανός* et Gothofr. ad Leg. 3. tit. 27. lib. 6. cod. Theod.

**SUBADVOCATUS**. Vide *Advocatus* et *Postadvocatus.*

\* **SUBÆTAS**, Minor ætas; unde nostris *Souzaagié*, pro *Minor*, Annis minor. Memor. D. Cam. Comput. Paris. fol. 207. vº : *Dominus Ludovicus filius regis Francorum, dux Andegavensis et Turonensis ac comes Cenomanensis, propter Subætatem duorum regis Karoli et Ludovici filiorum dicti domini Karoli regis defuncti, adeptus fuit possessio-*

*nem regiminis ejusdem regni.* Charta Phil. Pulc. ann. 1308. in Lib. rub. ejusd. Cam. fol. 340. col. 2 : *Jehanne dame du Bois-Arnaut et Rogier du Bois-Arnaut, tuteurs, curateurs, meneurs et conduiseurs de Philippot, Jehannot et Nicaysot freres Souzaagié, fuiz jadis et loirs de feu Jehan le Veneur le Juesne, jadis chevalier, etc. Souzagié*, in Lit. Caroli V. ann. 1374. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 74. *Garde des Souzaagez*, recensetur inter jura quæ a Ludovico XI. conceduntur ecclesiæ B. M. de Cleriaco, in Ch. 1477. ex Bibl. reg. Vide *Sub Annis* et *Aagiatus.*

\* **SUBAGASO**, Gall. *Valct d'écurie.* Stat. Casimiri III. ann. 1451. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 164 : *Zupparius tenetur ad quatuor equos servare unum Subagasonem bene valentem.*

† **SUBAGITARE**, Subdubitare. Sebast. Perus. in Vita B. Columbæ Reatinæ tom. 5. Maii pag. 379\* : *Quem statim tota pestilentie conventiuncula sinistra suggestione prævenerat, adeo quod de omnimoda illius sinceritate Subagitaret.*

† **SUBAJULUS**. Vide in *Suballius.*

**SUBALA**. Vide *Subhircus.*

† **SUBALARIS ECCLESIA**, Quæ Gallis *Eglise succursale* dicitur. Vide in *Eccliesia*.  
† **SUBALIGATURE**, Amuleta. Vide *Ligature.*

† **SUBALLIUS**, Qui *Ballio* subest, *Balivi* vices gerens, nostris *Lieutenant-General.* Vide in *Bajulus 4.* Charta ann. 1133. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 471 : *Testes ex parte domini Comitis, ... Malsanguis ballius, Petrus de Gap Suballius.* Vide *Viceballivus.*

† **SUBBALLIVUS**, Eadem notione, in Gestis Guillelmi Majoris Episc. Andegav. apud Ach. tom. 10. Spicil. pag. 314 : *Ragnaldo clerico dicti Subballivi Andegavensis ad hoc misso, ibidem ex parte dicti Subballivi in quolibet dictionum duorum locorum alta voce in præsentia dicti castellani, etc.*

† **SUBAJULUS**, **SUBBajulus**, Eodem significatu. Statuta Massil. lib. 1. cap. 61 : *Statuimus ut nullus possit esse deinceps bajulus, Subajulus, aut vicarius, etc.* Et cap. 65 : *Ut nullus civis Massillie subditus tamen communi Massillie possit vel debeat esse bajulus, vel subvicarius, vel vicarius, vel Subbajulus, sive judex ordinarius in principibus causis.*

† **SUBBALLIVA**, *Subballivi* districtus, jurisdictio. Epist. Mauricii Rotomag. Archiep. apud Acher. tom. 2. Spicil. pag. 522 : *Interdicimus etiam omnes Ballivos et Subballivos domini Regis, qui in diocesi Rothomagensi tenent Ballivas vel Subballivas.*

**SUBALTERNARE**, Alternis superiorem esse ac inferiorem. Pseudo-Ovidius de Vetula lib. 1 :

Seque Subalternant, modo victores, modo victi.

† **SUBALTERNUS**, Ex alio dependens, secundarius, inferior. Charta Innocentii II. PP. in Chartul. Episc. Paris. fol. 35 : *Cum enim jus episcopale seu parrochiale quasi genus quoddam consistat in multis et ejus inferiora sint non solum individua, sed species tam specialissimæ quam etiam Sub-*



*alternæ, quæ et Subalterna generano minantur, non tantum per individua genus probubitur, sed etiam per species suas et genera Subalterna.* Charta Card. Ambas. ann. 1501. apud Lobinell. tom. 5. Hist. Paris. pag. 722 : *Ordinavit dictus Joannes (Stan-donch) quod domus Subalterna, quæ ibidem seu alibi per ipsum Johannem et successores suos.... de novo fundarentur et jam fundute essent, subjicerentur domui seu collegio Montis-acuti.*

† **SUBANCA**, Mensa, Gall. *Comptoir*. Statuta Avenion. MSS : *Panni autem lanei cannentur in huic modum; pannus extendatur super arcum vel Subancam, et non trahatur et superponatur canua, et cannentur.*

\* **SUBANNARE**, Præfinitum tempus prætergredi, vox Cancellariæ; unde *Subannatio*, Gall. *Surannation*, dicitur de Literis, quæ singulis annis renovari debent, ut valeant. Instr. ann. 1506. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 84. col. 2 : *Vobis Anthonio Pinholis, asserto serviente Subannato exequutori nonnullarum litterarum regiærum, etc.* Ibid. pag. 86. col. 2 : *Attenta Subannatione dictarum litterarum vestre commissiouis, etc.* Vide infra *Superannatus*.

**SUB ANNIS**, Minor annis, *Sous-âgé*. Continuatur Nangii ann. 1347 : *Et sic juvenis habet juvenem in uxorem impuberem et Sub annis.* Chronicon Franc. MS. desinens in ann. 1322. ann. 1295 : *En cest an Sansions Rois de Cecille mourut, qui noit deux enfans Sousagez, qu'il noit eu d'une nonnain.* [Ex Raguello in Indice *Sous-âgé*, apud Butillerium, et *Des-âgé*, in Stylo Leod. cap. 5. art. 3. Major annis et senio confectus significatur; apud Normannos vero *Sous-âgé*, ut apud Nangium est minor annis, sub tutore positus.]

\*\* **SUBAQUILINUS**. Itin. Alexandr. ed. Rom. cap. 6 : *Visu arguto naribusque Subaquilinis fuit.*

\* **SUBARARE**, idem quod *Vitiare*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

† **SUBARATUS**, Subscriptus, infra-scriptus. Charta ann. 1246. apud Ludewig. tom. 4. Reliq. MSS. pag. 94 : *Præsentem chartam sigilli mei munimine roboravi, nominibus, sub quorum sunt testimonio hæc facta, Subnrat, quorum nomina sunt hæc : etc.* Vide *Subnrare*, 2.

† **SUBARCHICORUS**, Qui *Archichoro* subest, succentor, in libris antiquis Eccles. Bajocensis. Vide *Archichorus*.

\* **SUBARE** et *Subigere*, *Soer Gallice*, pro *Suer*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521.

† **SUBAREUS**. Vide mox in *Subari*.

**SUBARI**, Calceamenti species, nostris, ut videtur, *Pantoufle*, apud Innocent. III. PP. lib. 1. Ep. Locum vide in *Scafones*. [Forte quod ex Subere compactum erat istud calceamentum.]

**SUBAREUS**, Eadem forte notione. Pseudo-Ovidius lib. 3. de *Vetula* :

... do pellicium, do Subareos, do  
Tres species telæ pro camisia faciendæ.

\* **SUBARITUM**, Locus suberibus consitus. Charta Roffridi abb. ann. 1207. in Access. ad Hist. Cassin. part. 1. pag. 284. col. 1 : *De forestis retinemus ad opus no-*

*strum unediætatem, et mediætatem Subariti, et unediætatem querqueti.* Vide infra *Suber*.

\* **SUBARMALIS**, **SUBARMALE**, Vestis sic dicta, ut quidam putant, quod sub armis gestaretur, ut Turnebus lib. 18. Advers. c. 19. qui existimat fuisse crassum sagulum, quod sub armis indueretur, ut eorum durities corpus minus offenderet, ut fuere *Gambesoues*, quæ sententia aridit Octavio Ferrario, de *Re vestiaria* 2. part. lib. 3. c. 17. Et certe Papias *Subarmales* fuisse ait *tunicas subcinctas, id est curtas*, quomodo fuere etiam *gambesoues*. Præterianus : *Cum Roman Severus venisset, prætorianos cum Subarmalibus inermes sibi jussit occurrere.* Ex Herodiano et aliis, pacificum fuisse habitum, εἰρηναῖον σχῆμα, quidam volunt : alii sic nuncupatam ejusmodi vestem opinantur, quod armis aptaretur, quemadmodum *Armillausau* dictam vult Isidorus, quod ante et retro divisa atque aperta esset, in annos tantum clausa. Utcunque sit, fuisse subarmalem vestem Ducum ac Tribunorum, satis prodit Valerianus Aug. in Epist. ad Zosimionem, qua Claudio etiamnum Tribuno dari jubet inter alia, *ulbam subsericam unam, cum purpura Succubitanâ, Subarmale unum cum purpura Maupa.... Hæc autem omnia idcirco specialiter non quasi Tribuno, sed quasi Duci, detuli, quia vir talis est, ut ei plura etiam deferenda sint.* Nec Ducum duntaxat, sed et Consulium fuisse propriam vestem, innuit idem Valerianus Aug. in Orat. pro Aureliano apud Vopiscum : *Cape turanicam paludatam, togam pictam, Subarmalem profundum, sellam eboratam : nam te Consulium hodie designo, etc.* Vide quæ observamus in *Dissertat. de Nummis Imperatorum Byzantinorum*.

**SUBARMALE**, Alia notione, videtur usurpare Gervasius Tilleberiensis in Otis Imperialibus MSS : *Quinquaginta millia molorum Castrensiū ad Subarmalin et sarcinas militum vehendū.* Ubi *Subarmalia* dicuntur militum arma, sarcinæ, castrorum impedimenta.

† **SUBARMATUS**, Occultis armis munitus. Charta ann. 1316. apud Rymer. tom. 3. pag. 566 : *Alii vero nautæ fraudulenter Subarmati cum trusoriis, cultellis, etc.*

**SUBARRA**, Repagulum, ex Italico *Sbarra*, Gallis *Barre*. Albertinus Mussatus de Gestis Henrici VII. lib. 8. rub. 5 : *In-sultum fecere ad Subarras Laurentiū Joannis Stuti, sole ad tertiam jant horum ascendente.*

1. **SUBARRARE**, Arrhabone uxorem sibi despansare. Auctor Græcismi :

Paras arrabo venit pretii dum res bona vanit,  
Quam sponsus subarrat, prius arrabone Subarrat.

S. Hieronymus in Virginitatis laude : *Humano- rum sponsaliorum pignoribus Subarratur. Annulo Subarrare*, in *Legge Longob.* lib. 2. tit. 37. § 1. [\*\* *Lintpr.* 30. (5, 1.)] Rathodus Episcop. Noviomensis in Vita S. Godeberti n. 3 : *Virginem illum aureo suo annulo Subnrravit.* Alexander III. PP. in Appendice ad Concilium Lateran. III. part. 6. c. 32 : *Cum quidam secreto mulierem viduam Subarrasset, et cognoscens carnaliter cohabitasset cum ea per annum, etc.* Florentinus Wigorniensis ann. 868 : *Alfredus...*

*uxorem de Mercia, nobilem scilicet genere, Subarravit et duxit.* Alexander Necham lib. de Naturis rerum : *O felicia antiquorum tempora in quibus ipsi imperatores nudum Suburrantes, seipsos Philosophiæ dederunt, ut patet de Alexandro, de Julio Cesare, de Tholoueo Rege Ægypti, qui fuerunt sapientiæ studiosi.* Ubi nescio an recte viri docti emendent *Suberrantes*. [\*\* Ekkehard. Chronicon Universale apud Pertz. Script. tom. 6. pag. 228 : *Ego quidem christianis mihi legibus Subarraturum regnum, etc.*] Joanni de Janua, *Subarrare, est quasi intenter arram dare.* Unde, inquit, *beata Agnes dixit : Anulo Subarravit me Dominus Jesus Christus.*

† **SUBARRHARE**, Eadem notione. Chron. Balduini Diac. tom. 2. Monum. sacræ Antiq. pag. 85 : *Si quis desponsaverit uxorem, vel Suburrhaverit, et morte præventus, etc.*

\* 2. **SUBARRARE**, *Subscribere*, subjicere. Charta Petri abb. ann. 1224. in Chartul. S. Dion. pag. 483. col. 1 : *Salva oimmoda justitia beati Dionysii in supradictis terris, domibus et vineis, quæ propriis nominibus dignum duximus presentibus litteris Subarranda.* Vide *Subaratus*.

† **SUBARRATUS**, Irretitus, Gall. *Gagné*. Laur. Byzynius in Diario belli Hussit. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 128 : *Has autem epistolas custodes certi carceris muneribus unicolorum mag. Johannis Hus Subarrati, caute et circumspecte propter Concilii timorem ipsis fautoribus mag. Johannis Hus portabant.*

**SUBASCELLATUS**. Gervasius Abbas Premonstat. Epist. 57 : *Nec si sufficiunt vestra vobis... ideo deberitis vestros negligere, eos maxime, qui nullum a vobis expectunt commodum temporale : quia (ut aliquid pro me loquar,) nec ad vos fortasse veniens, in manus vestras respiciunt, ut a vobis Subascellatus recedam : nec si veneritis Premonstratum, curabo, ut dextera vestra exeniis repleatur.* Ubi *Subascellatus*, idem valet ac *res quisvis sub ascellis positas reportans*. [Vide supra in *Subacellare*.]

† **SUBASI**, Præfecturæ equestriæ genus apud Turcas. Jovius lib. 14. Hist. : *Sanzachis Subusi obediunt, qui centenurias turbas ducunt.*

† **SUBASIDÆ**, Eodem intellectu, in Epistola Lauri Quirini de Turci potentia ad Pium II. PP. ex Biblioth. Reg. : *Flumburum Attaliæ habet Subasidus xv. Capita ordinum xl. equites IIII. cccc. etc.*

† **SUBASTARE**, **SUBASTATIO**. Vide *Subastare*.

† **SUBATUM**. Præceptum Odonis Reg. ann. 889. apud Baluz. Hist. Tutel. pag. 320 : *Ideoq̄ constituimus ut nulli liceat... Bello loco communentibus neque districte nec aliquando redibitionem loco manu nostræ Subatum aliquando inferre præsumat.* Hæc parum sana sunt. Vide *Subnctum*.

† **SUBAUDIRE**, *Aliud audire, aliud intelligere*. Gemma. Vossius l. 4. de *Vitiis* serm. c. 26. monet ante tempora Antoninorum non inveniri hæc notione. Primus usus est Ulpianus l. 1. in fi. ff. de hæred. inst. : *Sed et ipsa valebit, Subnudit jubeo.*

† **SUBAUDITIO**, pro *Superauditio*, *Contumacia*, despectus. Vide *Overhermessn*.

\*\* **SUBAUDITOR**, Auditor, ex Gr. ὑπακούω.



Victor. Comment. ad Philipp. apud Maium Scriptor. Veter. tom. 1. pag. 62.

**SUBAULA**, Ædificium, quod aulae adjacent. Vitæ Abbatum S. Albani pag. 92: *Item unam nobilissimam aulaam ad opus hospitium construxit, cui adjacent thalami plures, una nobilissima picta, cum conclavibus et camino, et atrio, et Subaula, quæ palatium regium, quia duplex est et criptata, dici potest.* Vide *Proaula*.

† **SUBAURICULARE**, In aurem insurrare. Epistola Monachorum S. Aniani Thomer. de electione Guillelmi Abbat. ann. circ. 1120. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 84: *Facta siquidem oratione, oncus de pulvere lacrymantis surreximus, et quasi alter alteri Subauriculas, cum antea mentio ipsius nulla facta fuisset, unum de nostris confratribus, nomen Guillelmum, conclamantes... elegimus.*

† **SUBAUXILIUM** quid sit docent Leges Normann. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 239: *Subtenentes non tenentur auxilium persolvere domino capitali, sed domino intermedio tenentur auxiliari, ad auxilium suum domino capitali persolvendum. Et tale auxilium Subauxilium nuncupatur et debet fieri per dimidium auxilium capitale.* Vide *Auxilium*.

\* **SUBAX**, Gossipium. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Coton, Prov. fisco-cintus, ti, Subax, cis.*

† **SUBAJULUS**, **SUBBALLIVUS**. Vide *Suballius*.

† **SUBBAPATERE**. Vide mox *Subbattere*. **SUBBASILICANI**, *Qui habitant circa basilicam.* Jo. de Janua.

† **SUBBASTARE**, **SUBBASTATIO**. Vide *Subbastare*.

**SUBBATTERE**, *Porcellos in ventre matris occidere*, in vet. Gloss. quasi subter ventrem serofam *battere*, ferire, ut abortum faciat. Lex Salica tit. 2. § 6: *Si quis serofam Subbati in furto, hoc est, porcellos a matre subtrahit, etc.* Recapitulatio ejusdem Legis § 9: *Si quis serofam alterius Subbati, ut porcellos non habeat, etc.* [*Subbapatit* edidit Eccardus; cui *Subbapater* est vellere, prensare, trahere, raperi: unde vet. Glossarum interpretatio illi non placet.].

**SUBBEDELLUS**. Vide *Bedelli*.

\* **SUBBENEFICIARIUS**, *Qui Subbeneficium seu retrofeudum possidet*, Gall. *Arrière-vassal*, apud Chopin. de Leg. Andium part. 1. pag. 632. col. 1.

**SUBBIDERE**, *Gustare*, in Gloss. Arabico-Lat.

**SUBBOSCUS**, *Silva cædua*, Gall. *Bois taillis*: Anglis *Underwood*: *Subbois*, apud Rastallum in verbo *Haybote*: quia quod cæditur in silvis, majoribus arboribus subest. Fleta lib. 1. cap. 24. § 8: *Non sint haye, (in viis regalibus) fossati, Subboscus, aut dameta.* Adde § 9. et lib. 2. cap. 41. § 5. Monasticum Angl. tom. 2. pag. 553: *Quod Prior hospitalis et successores sui in perpetuum, per se et servientes suos de Buckland, percipiant qualibet septimana tres carrectatas Subbosci infra parcum suum, etc.* [Charta Roulandi Convent. Episc. apud Madox Form. Anglic. pag. 71: *Cum Willelmus Knyght... concesserit... prata, pascuas, boscos, Subboscos, pastu-*

*ras, decimas, etc.*] Occurrit præterea in Legibus forestarum Canuti Regis cap. 28. in veteri Charta apud Edoardum Bissæum in Notis ad Nicol. Uptonum pag. 86. et in Chronologia Augustinensi Cantuar. pag. 2294. Vide *Prisæ*.

**SUBNEMUS**, Eadem notione. Rogerus Hovedenus pag. 784: *Qui autem forsfece- rit in foresta... sive per culpationem de Subnemore, sive per essartum, etc.*

† **SUBBOTELLERIUS**, *Qui est loco Botellerii.* Vide *Botellarius* et *Buticarius* in *Butta* 3. Leges Palatinæ Jacobi II. Reg. Majoric. tom. 3. Jun. pag. XVI: *Ipse vel Subbotellerius in botelleria continue jaceant supradicta.*

† **SUBBURGERMEISTER**, Proconsul. Processus canonizat. B. Notkeri tom. 1. April. pag. 597: *Providus Othmarus Blum Subburgermeister oppidi sancti Galli.* Vide *Burginagister*.

\* **SUBBURGUS**, *Locus burgo inferior.* Charta ann. 1214. apud Lam. in *Delic.* erudit. inter not. ad Chron. imper. Leonis Urbevet. pag. 218: *Promiserunt homines civitatis Arretine suorum burgorum et Subburgorum, qui modo sunt, vel in antea erunt, non retractare vel repetere sine mandato potestatis Arctii pro tempore.*

**SUBCAMERARIUS**. Vide *Camerarius*.

**SUBCANCELLARIUS**. Vide *Cancellarius*.

**SUBCAPELLANUS**. Vide *Capellanus*.

† **SUBCASTLANUS**, *Qui vices Castellani agit.* Vide in *Castellum* 1.

† **SUBCAVALERIUS**, *Castrensis miles, vel Apparitor, ni fallor.* Statuta Genuens. lib. 3. cap. 6. pag. 72: *Qui detineri fecerit debitorem suum per unctum, et exinde alia die per Subcavalerium, habeat a detento impensas omnium detentionum, et qui detineri fecerit per cavalerium absque nuntio et Subcavalerio, solvere teneatur de suo mercedem dicti cavalerii.*

**SUBCAUDARE**, *Excudere, subcutere, vel potius equum ad caudam et nates flagello urgere*, ex Gall. *Secoier*, vel *Soucoier*. Leges Henrici I. Reg. Angl. cap. 90: *Si alicujus equus ab aliquo stimulatus, vel Subcaudatus, quemlibet percutiat, etc.*

† **SUBCEDENS**, pro *Succedens*, in Charta pro Aquariatu de Talmundo ann. 1366: *Nonnulla dudum per multa temporum curricula antiquitas observavit quod Subcedente tempore et temporum variatione sagaci studio decet in melius reformari.*

\* **SUBCEDERE**, pro *Succedere*. Charta ann. 995. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 564: *Tunc temporis etiam altera abbatissa præscripto Subcesserat loco, nomine Erenburgis.* Vide *Subcedens*.

\* **SUBCELLATOR**, pro *Subcollector*, ut videtur, Minister secundarius in colligendis pecuniis. Bulla Clem. V. PP. ann. 6. pontif. ejusd. ex Reg. A. Cam. Comput. Paris. fol. 135. vº: *Per vos et singulos vestros et alios Subcellatores vestros ipsa decima ad monetam currentem communiter levetur et exigatur.*

† **SUBCELLATUS**. Statuta Henrici Sistaric. Episc. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1080: *Item clerici beneficiati vel in sacris ordinibus constituti... manibus Subcellatis, vel consutiis, aut rostratis... non utantur.*

¶\* Pro *Subcellatis*, leg. *Subtellaris*, id est, *Sotularibus*, ut videre est supra in *Consueti-*. Nostris *Soascecler*, pro *Cacher sous*, *Celare*, obterege. Vide *Subcellare*. Guignevil. in *Peregr. hum. gen. MS.* ubi de duabus vetulis:

L'une estoit enmuselée  
D'un faus visage et Souscelée.

\*\* **SUBCELLERARIUS**. Vide *Cellerarius*. Occurrit apud Robert. de Monte, Pertz. Script. tom. 6. pag. 526. lin. 40. et alibi.

† **SUBCENDERE**, pro *Succendere*. Gl. Lat. Gr.: *Subcendo*, ὑψάπτω. ὑψάπτει, *Succendit*, in Gloss. Gr. Lat. Hinc pro

† **SUBCENSIA**, *Fomenta*, in Gloss. Isid. emendandum ex *Papia*, *Succendia*, *fomenta*, scilicet ignis, a *Succendere*.

† **SUBCENSUS**, *Census excedens*, Gall. *Surcens*. Charta ann. 1266. ex Tabul. Calensi: *Vendidit... partem suam vinorum et metatorum sive esbonachiorum,.... exceptis censibus suis et Subcensibus.* Vide infra *Supercensus*.

**SUBCERNICULUM**, *Cribrum*. Gloss. Lat. Gr.: *Subcerniculum*, ὑσπινος.

**SUBCICIVIUM**. Petrus Damianus lib. 7. Epist. 18: *Dum præfata Comes in Castrensis valli sederet secunda crepidine,.... repente mox Subcicivio munitionis ager obruitur, etc.* Concilium Osboriense ann. 1062: *Dicatur etiam si placet, quod si cælum rueret, terra Subcicivium pateretur.* Utrobique forte legendum *subsidiium*, a voce *subsidere*, Gall. *Croulement*, *Concussio*.

† **SUBCIDANEUM**, ἀποκρίψιμον, in iisdem Gloss.

† **SUBCINCTA**, **SUBCINCTUM**. Vide *Subcingulum*.

\* **SUBCINCTORIUM** inter vestes pontificales recensetur et explicatur in Pontif. MS. eccl. Elnens.: *Indumenta pontifici celebranti per ordinem necessaria sunt hæc, videlicet caligæ, sandalia, amictus, alba, cingulum cum Subcinctorio, quod habet similitudinem manipuli et dependet a cingulo in latere sinistro.* Consule Card. Bona lib. 1. Rer. Liturg. cap. 24. § 15. ubi tradit neminem hodie in ecclesia Latina *Succinctorio* uti, nisi solum Romanum pontificem, cum solemniter celebrat. Vide *Subcingulum*.

**SUBCINGULUM**, **SUBCINCTORIUM**, quod *Perizoma*, et *subcinctorium* dicitur: et circa pudenda duplex suspenditur, inquit Honorius August. l. 1. cap. 206. Idem cap. 82. de Sacerdote: *Cingulo pro arcu se cingit, Subcingulum pro pharetra sibi appendit.* Adde Hugonem a S. Victore in *Specul.* Eccl. lib. 1. cap. 49. [Gloss. Lat. Græc.: *Subcinctum*, ὑποζωμια; in Græco-Lat. ὑποζωμια, *Subcinctum*, *Succinctum*, *semicinctum*.] Ita *Souçaingle*, in equis usurpat Philippus *Mouskes* in *Hist. Francor. MS*:

Estrief, ne sielle, ne Sosçaingle,  
Ne li frains, ne poitraus, ne çaingle,  
Ni remences à decepier.

Vide *Præcinctorium*, et *Succinctorium*.

**SUBCINCTA**, **SUCCINCTA**, Idem quod *Subcingulum*. Testamentum Heccardi Comit. Augustodun. apud Perardum in *Tabulis Burgundicis* pag. 26: *Albas duas, Subcinctas 2. manipulas 2. etc.* Infra: *Adane ger-*



manæ meæ, Succincta aurea, et sigillo de amatizo, etc. [Testam. Adelaidis ann. 978. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 97 : *Raimundo remaneat catinum unum argenteum, et candelabra duo de argento, unum cum rotis et Subclavari.* Excerpta ex Joanne a Bayono in Hist. Mediani Monast. pag. 243 : *Alba 50. Succincte de serico due tertioque de auro. Baccæ 4. cingula serica 12.*]

\* *Soubzsaïnte, pro Ceinture, Zona, in Lit. ann. 1451. ex Reg. 190. Chartoph. reg. ch. 38 : L'église collégiale de Notre Dame de Loches... en l'honneur de la benoïste et glorieuse Vierge Marie,.... de laquelle la Soubzsaïnte est en icelle église. Sursainte, eadem notione, in Lit. remiss. ann. 1409. ex Reg. 164. ch. 84 : Une Sursainte à femme garnie d'argent, et une petite sainture à homme garnie d'argent. Unde Sursainte largior zona fuisse videtur; quod etiam innuit Poema MS. du Riche homme et du Ladre :*

Largues chaintures et Sourchains,  
Dont il se sont par dessus chains.

Vide Succinatorium.

† **SUBCISIVUS**, *Malus interpret.* Gloss. Isid.

† **SUBCLAMATIO**, Supplicatio, querela, in Cod. Theod. leg. 4. tit. 7. lib. 11. de Exactionibus.

† **SUBCLAVARIUS**, Qui Clavario subest. Statuta Arelat. MSS. art. 72 : *Clavarii eligant Subclavarium, et Subclavarius teneatur reddere rationem clavarii semel singulis septimanis in scriptis de habitis et expensis. Ceperunt Martinum Subclavarium, in Inquesta ann. 1268. ex Schedis Præs. de Mazaugues. Conventio inter Ludovicum Reg. Siciliæ et Arelat. [ann. 1385. ex cod. MS. D. Brunet : *Item fuit actum et per ipsos cives retentum quod a cognitionibus, sententiis, preceptis et ordinationibus Subclavarii paritaderiorum et aliorum officialium, qui per consilium et syndicos dicte urbis Arelatis annuatim eliguntur, possit appellari ad vicarium predictæ curie.* Vide Clavarii.*

\* Nostri *Sourclave* Clavem adulterinam, vulgo *Fausse-clef*, appellasse videntur. Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 115. Chartoph. reg. ch. 285 : *Les coffres dudit Jehan Vivet ont esté ouvers par Sourclaves ou autrement. Souclave, apud Bellomaner. cap. 31. MS : Chauz qui sont prins par nuit en autrui maisons par forche, ou à cri, ou à hu, par Souclaves, ou par esquelles, ou par fosses faire, etc.*

† **SUBCOCHUS**, pro *Subcoquus*, coqui adjutor. Statuta Vercell. lib. 1. fol. 2. vº : *Potestas habeat duos milites et sex domicellos, et scutiferos quatuor et unum cochum et alium Subcochum.*

† **SUBCOLLECTOR**, Minister secundarius in colligendis pecuniis. Litteræ Johannis Reg. Franc. ann. 1351. tom. 2. Ordinat. pag. 482 : *Et singulos receptores, collectores, Subcollectores decimarum, etc.* Charta ann. 1383. ex Bibl. Reg. : *Venerabilis vir dominus Hugo Lupi canonicus Ambianensis in civitate et diocesi Ambianensi Subcollector apostolicus deputatus de pecuniis per ipsum in dictis civitate et diocesi receptis ad Cameram apostolicam pertinentibus, etc.*

**SUBCONFESSIO**, Sacellum subterra-

neum, crypta, quæ sub Confessione seu ædis sacræ altari, extructa est. Ughellus in Acheruntinis Archiepiscopis pag. 10 : *Locus quoque subterraneum, cryptam seu Subconfessionem vocant, in qua tria altaria, etc.*

\* **SUBCONSERVATOR**, Qui jura monasterii post abbatem conservat et tuetur, atque cum abbate judex sedet, idem qui *Advocatus*. Charta ann. 1394. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 3. pag. 97. col. 1 : *In quo quidem termino comparentibus coram eodem domino Wilhelmo abbate (S. Emmerammi) et Subconservatore in dicto suo monasterio ad jura reddenda pro tribunali sedente, etc.* Ibid. col. 2 : *Ex tunc dominus Wilhelmus abbas et Subconservator præfatus citatos non comparentes, nec dicto termino satisfactientes, quoad ad actum et terminum hujusmodi, reputavit, prout erant merito, exigente justitia, contumaces. Pluries ibi.*

**SUBCONSUL**, Proconsul. Inscriptio Brigantii reperta, *Severius Severianus Subcos. Leg. III. Ital. F. Gordian.* Ita Joseph. Scallig. Epist. 66. [\*\* *Subcenturio* legendum videtur Furlanett. apud Forcel.]

\* **SUBCOQUS**, Coquus secundarius, in Chartul. eccl. Carnot. ann. circ. 300. Locus est supra in *Bougia 2. Vide Subcochus.*

**SUBCULTRARE**, Cultello concidere. Apicius lib. 4. cap. 2 : *Pulpas, quas Subcultrasti, in jus mittes.*

**SUBCUMBUS**, Terminus cavus. Vide *Cumba 2.*

† **SUBCURATOR**, Qui sub alio curatore res alterius curat, in Leg. 30. Digest. de Negot. gest. (3, 5.) : *Curator cum Subcuratore experiri possit. Gallice Subroge curateur.*

\* **SUBCURATUS**, Qui curati seu parochi vices agit, vicarius. Stat. synod. Petri episc. Nannet. ann. 1481. tom. 3. Probat. Hist. Brit. col. 401 : *Et quia plerique rectores aut Subcurati eorum et ecclesiarum parochiani, qui nullum jus in dictis ecclesiis et locis sacratis, quæ extra hominum commercium sunt, privatis personis tribuere possunt;... inhihemus dictis rectoribus, Subcuratis, fabricarum procuratoribus, etc.* Formul. Instr. MS. fol. 17 : *Discretis viris capellanis, curatis et Subcuratis civitatis et diocesis Valencie, etc.*

\* **SUBCURSA**, Succussus, Gall. *Secousse*. Lit. remiss. ann. 1399. in Reg. 154. Chartoph. reg. ch. 739 : *Ipse Sancius dedit unam magnam Subcursum, qua mediante a manibus ipsius Petri cvasit.*

† **SUBCUS**, *Subcutaneus, subcirratus; InterCUS, intercutaneus, intercutatus; SubterCUS, subtercutaneus.* Glossæ Isid. Vide *Ignis*.

**SUBCUSSATOR**, *Equus trotator, et Subcussatura, trotatura*, Ugutioni, qui sessorem gradu suo subcutit. Addit Jo. de Janua, *Unde illud : Gradarius, est equus mollis incessus, sine succussatura innitens.* Vide *Trotare*.

\* **SUBCUSTOS**, *Ædituus secundarius*, apud Bolland. tom. 6. Jun. pag. 262. col. 1 : *Tandem post multum populi concursum, Subcustos vel expectatione fatigatus, vel forte ne horam prandii negligeret, non reposuit caput ipsum (S. Ladislai) ad locum seu armarium, pro ejus conservatione depu-*

*tatum, sed dimisit simpliciter in altari sacristie. Vide infra Subsecretarius.*

† **SUBDARIOLUM**, pro *Sudarium*, linteolum quo manus absterguntur. Statuta Eccl. Leod. ann. 1287. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 838 : *Missale semper involutum camisia linea et munda altari inponatur, et habeat Subdarium, vel manutergium dependens, quo presbyteri nares, os et faciem detergant.*

**SUBDECANUS**. Vide *Decanus 4.*

**SUBDEFENSOR**. Vide *Defensor 2.*

† **SUBDEFENSUS**, ut simplum *Defensus*. Dicitur de agro, silva vel prato, ubi quidpiam agere, quod iis noceat, non licet. Sallas Malaspinae de Reb. Sicul. apud Baluz. tom. 6. Miscell. pag. 346 : *Forestas innumeras camposque diversos et nemora Subdefensa, nec non alia infinita hodie rcgium habet dominium.* Vide *Defensa 3.*

† **SUBDELEGARE**, a Gall. *Subdéléguer*, Vicem suam alteri demandare. Charta Henrici IV. Reg. Angl. ann. 1407. apud Rymer. tom. 8. pag. 480 : *Cum potestate etiam cum predictis clausulis Subdelegandi, quatenus ad nos attinet, etc.*

† **SUBDERE SE**, *Se dedere*, Gall. *Se rendre, se soumettre*. Laur. Byzyn. in Diario belli Hussit. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 166 : *Captivus ergo aliquibus veritatis adversariis et his qui ad castrum et turres confugerant se Subdentibus, ipsos de civitate educunt.*

**SUBDESCENDERE**. Leges Luitprandi Regis Longob. tit. 66. § 4 : *Et quicumque de Lege sua Subdescendere voluerit, et pactiones aut convenientias inter se fecerint, etc.* Ubi Lex Longob. lib. 1. tit. 29. § 2. habet *Descendere*. [Hoc est, ni fallor, qui legem suam ejuraverit, vel ea uti noluerit, etc.] [\*\* Liutpr. 90. (6, 37.) ubi Murat. *Descendere*.]

**SUBDIACONALIA**, Vestes, quibus Subdiaconi in sacris Liturgiis utuntur. Ordo Romanus : *Subdiaconis vero sibi congruæ vestes, quæ apud quosdam Subdiaconales nominantur, et mappule in sinistra manu ferende.* Micrologus cap. 46. et 52. has vestes *Subdiaconalia* vocat, ut et Honorius Augustod. lib. 3. cap. 38. et Chron. Abbatum Gemblacensis. Vide *Diaconale*. [\*\* *Tunica Subdiaconalis*, in Vita Folcuini apud Pertz. Script. tom. 4. pag. 57. not. 9.]

**SUBDIACONI**, qui Græcis ὑποδιάκονες, in Concilio Laodic. cap. 22. ὑπηρεταί, uti vocem hanc interpretatur Dionysius Exiguus. Horum Ordo in Ecclesia haud recentis est instituti, cum Subdiaconorum meminerint Canones Apost. cap. 42. et 43. S. Ignatius Epist. ad Antioch. S. Clemens in Constit. Apost. S. Cyprianus Ep. 24. etc. S. Epiphanius in Exposit. fidei Catholicae, etc. Eorum officium sic describit Alcuinus lib. de Divin. Offic. : *Subdiaconus, subminister, eo quod sub Diacono sit, illius ministerium est, ut ministret Diacono, id est, deferat ei lintentem, super quod consecrandum est corpus et Sanguis Domini : deferat ei patenam cum oblati, et calicem in quo vinum et aqua habeatur, quia de latere Domini processit sanguis et aqua. Peracto sacrificio, mysterium corporis et sanguinis Domini, quæ superfuerint, a Diacono colligenda vel deponenda suscipit.* Adde Amalarium lib. 2.



cap. 11. Rhabanum lib. 1. de Instit. Cleric. cap. 8. Ivonem Carnot. serm. de Excellentia Ordinum Eccl. Honorium Augustod. lib. 1. cap. 179. Stephanum Eduensem Episcop. lib. de Sacramentis altaris cap. 5. Canones Hibernic. lib. 10. cap. 13. Gilbertum Lunicensem Episcop. de Usu Ecclesiastico etc.

Quo vero ritu ordinarentur Subdiaconi, [quorum consecratio ad solos Episcopos pertinere dicitur in Capit. Caroli M. tom. 1. col. 329.] tradunt Concilium Carthag. IV. cap. 5. Ordo Romanus, Sacramentarium S. Gregorii, Isidorus lib. 2. de Eccl. Offic. cap. 10. etc. Ita autem Ordo Romanus: *Subdiaconus, cum ordinatur, quia manus impositionem non accipit, patenam de manu Episcopi accipiat vacuum, et calicem vacuum; de manu Archiepiscopi accipiat urceolum cum aquemanili, ac manutergium, etc.* Quærit hoc loco Amalarius, unde sumtus in Ecclesia usus, ut Subdiaconi legant lectionem ad Missam, cum hoc non reperitur ex ministerio sibi dato in consecratione commissum, neque ex litteris Canonice, neque ex nomine suo. Respondetque, Subdiaconum esse subditum Diacono ratione officii: olim vero Diaconum non legisse Evangelium, quod non erat scriptum: sed postquam statutum est a Patribus nostris, ut Diaconus legeret Evangelium, statutum fuisse, ut et Subdiaconus legeret Epistolam sive Lectionem.

Quærent alii, an Subdiaconorum Ordo inter sacros et majores ordines habendus sit. Nam inter minores reponitur in Concilio Laodicensi can. 21. ubi Subdiaconi ὑπηρέται dicuntur, et sacra vasa tangere prohibentur. Deinde cum per manus impositionem non ordinarentur, videntur potius minoribus ordinibus accensendi. Denique etsi Gregorius M. Subdiaconos a minoribus ordinibus distinguit, non tamen sequitur, eorum ordinem sacrum fuisse, idque firmatur auctoritate Petri Cantoris, qui vixit anno 1197. qui de novo institutum esse scribit, ut Subdiaconatus sacer Ordo esset: quod, ut quidam asserunt, decretum demum in Synodo Beneventana sub Urbano II. vel Victore III. id est anno 1087. vel 1091. unde iis interdictæ nuptiæ. Vide Joannem Sarisber. Epist. 68. Interim observare licet in veteri Charta, scripta Ravennæ sub Justiniano, nescio quem Gratianum Subdiaconum, *litteras nescientem, et alia manu subscribentem*, apud Brissonium in Formulari pag. 646. ut *Comitem Palatii*, in Tabulario Casauriensi.

\* Subdiaconorum ordinem inter sacros et majores ordines habitum fuisse ante ann. 1087. colligitur ex Conc. Bitur. ann. 1031. apud Labbeum tom. 2. Bibl. MSS. pag. 786: *Ut episcopi nullum amplius ad Subdiaconatus gradum ordinent, nisi in presentia episcopi, ante altare sedis, Deo promittat nunquam se habiturum uxorem neque concubinam; et si tunc habuerit, mox ei abrenuntiet, quod lingua Francorum gurgire dicimus.*

SUBDIACONI REGIONARIJ, dicti Romæ, qui per regiones urbis diebus stationum Pontifici ministrabant celebranti, qui per manus eorum mutabat vestimenta solemnia, cum sacra facturus esset, ut colligitur ex

Ordine Romano. Amalarius lib. 2. de Eccl. offic. cap. 11: *Subdiaconus regionarius tempore sacrificii stat in facie Pontificis: ideo necesse est, ut subsequentes necessaria a foris ministrent.* Gregorius M. lib. 7. Ind. 1. Epist. 17: *Sicut in Schola Notariorum utque Subdiaconorum per indulgentiam longe retro Pontificum largitatem sunt Regionarii constituti, etc.* Adde lib. 8. Ep. 5. *Subdiaconus Regionarius primæ Regionis; Subdiaconus Regionarius Regionis sextæ*, apud Anastasium in S. Silverio. Primitus tantum 7. fuerunt, postea 7. alii additi, denique 7. alii, eorumque numerus unius et viginti factus, quorum primus vel Prior Subdiaconorum in Ordine Romano nuncupatur. Idem Anastasius in S. Fabiano PP: *Hic Regiones divisit Diaconis, et fecit 7. Subdiaconos, qui 7. Notariis imminerent, ut gesta Martyrum in integro colligerent.*

SUBDIACONI PALATINI. Vetus Codex Vaticanus apud Baronium ann. 1057. num. 22.: *Subdiaconi omnes numero viginti et unus, septem Regionarii, qui Epistolas et lectiones cantant in stationibus; septem Palatini, qui idem munus præstant in Ecclesia Lateranensi: septem alii, qui dicuntur Schola cantorum, qui cantant tantummodo, quando summus Pontifex celebrare consuevit.* [Johannes Diac. de Eccl. Lateran. apud Mabill. tom. 2. Musei Ital. pag. 567: *Debet etiam ibi esse septem Subdiaconi Palatini, et schola cantorum, scilicet alii septem Subdiaconi, qui vocantur Regionarii. Isti debent legere lectiones et epistolas in stationibus ecclesiarum Romæ constitutis. Alii septem, scilicet schola cantorum, debet canere officium, dum dominus Papa celebrat Missam in Basilica Lateranensi, et in aliis. Alii vero septem Palatini epistolam debent legere in palatio ad Missam Apostolicam, et in eadem patriarchali basilica Lateranensi, nec non etiam ad Missas ipsius Apostolici.*]

SUBDIACONI BASILICARII, idem, qui Regionarii, sic nuncupati, quod Pontifici certis officiis assisterent et servirent, ut in camera, in mensa, et in processione crucem ante ipsum deferrent. Eosdem cum Palatinis esse volunt.

† SUBDIACONUS DE ARMARIO, Cui *armarii* seu Bibliothecæ cura demandata erat. Conc. Romanum ann. 904. apud Mabill. tom. 1. Musei Ital. pag. 87: *Johannes Aretinus dixit: Benedicte scripsisti hanc Synodum. Qui dixit: Non ego scribere debui, sed Subdiaconus de Armario.* Vide *Armaria* 3.

SUBDIACONISSA, Uxor subdiaconi, a qua tamen abstinere, in Concilio Turonensi II. can. 19. Castitatem autem observare, perinde ac Diaconi, jussi Subdiaconi, ut est apud Gregorium M. lib. 1. Epist. 42. lib. 3. Ep. 34. Ivonem, Gratianum, et alios.

\* SUBDICTIO, Subjectio, servitus, fides, hominum. Lit. consul. Limosi ad Amalric. dom. Montisf. ann. 1218. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 258: *Vobis et omni vestre progeniei... Subdictionem nostram, nos, natosque nostros, et omnia bona nostra presentia et ventura mittimus.* Vide *Subditio*.

† SUBDICTUS, pro *Subditus*, vassallus, cliens. Terragium Bellijoc. ann. 1529. ex Bibl. Reg. n. 1640: *Petrus et Anthonius Crozier fratres... homines immediate justi-*

*tiabiles et Subdicti nobilis et potentis viri D. Philiberti de Bellijoco, etc.* Ita ibidem passim. Vide *Subditi*.

\* *Sougié*, dicitur de inferiori jurisdictione, quæ alteri subdita est, in Charta ann. 1312. ex Chartul. 21. Corb.: *C'est assavoir que le cours de l'eschevinage de Monchy est Sougié et basse-cours de le Cours de Corbie.*

† SUBDIGA, *secundarius*, ὑποκριτής, in Gloss. Lat. Græc. MSS. Sangerm. In editis Gr. Lat.: ὑποκριτής, *ypocrita*, *secundarius*, *Subdiga*, *ludius*.

SUBDITAS, *Pigneratio*, ἐνεχυρίασις, in Gloss. Græc. Lat. Mox: *Ἐνεχυρίασις, Clurigatio, Subditio, pigneratio.* [In Sangerm. legitur, *Subtas*.] De *indejussore*, qui in alterius locum subditur.

\* SUBDITATUS, idem quod *Capellanius*, vel *Vicaria*, beneficium ecclesiasticum alteri subjectum. Charta ann. 1310. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Hodoepum. Charit. part. 2. pag. 342: *Unum Subditatum perpetuum assignandum uni perpetuo Subdito ipsius ecclesie in ipsa ecclesia ordinavit, cui Subditatus et pro ipso Subdito idem presbiter (rector) Bindus, de consensu ejusdem delegati, unum modium boni frumenti unius singulis perpetuo de bonis ipsius ecclesie assignavit... Ordinans rector... ut dictus Subditus, si comode fieri potest, ad dictum Subditatum semper presbiter assumatur, vel saltem talis clericus, qui possit in anno de jure ad sacerdotium promoveri.*

SUBDITI, Vassalli, clientes, qui alterius juri ac potestati subsunt, quomodo *Sujets* nostri dicunt. *Subjecti*, in Capitulari ann. 807. cap. 4. Flodoardus lib. 4. cap. 23: *Heribertus Anselmum, Bosonis Subditum, qui prædictum custodiebat castrum, cum ipso castello recipit.* Leges Henrici I. Reg. Angl. cap. 6: *Si Episcopus a fide deviarit, et Subditi secreta communiter incorrigibiliter apparuerit, etc.*

Quærit Dionysius Salvagnius in Tract. de Jurib. Domin. et Usu Feudor. cap. 17. an domini feudales jure possint vassallos, vel certe prædiorum suorum incolas, *Subjectos*, aut *Subditos*, appellare, contenditque jam ab olim id in usu fuisse. Certe præter jam allatos locos probari etiam id potest ex Gregorio Turon. lib. 10. cap. 3. ex Capit. Caroli M. lib. 2. cap. 37. ex Capit. Dilecti 4. Extr. de Arbitr. Petro de Fontanis in Consilio cap. 1. § 2. cap. 2. § 2. ex Consuet. Pictavens. art. 132. Butelerio lib. 1. tit. 86. et aliis. Sed et Reges nostros recentiores hocce vocabulo indigitare passim Baronum et nobilium vassallos et subditos in Edictis suis constat.

† SUBDITIO, Subjectio, servitus. S. Greg. M. in Regest. lib. 12. cap. 23: *Si autem manifestissime cognoveris, eos cum Arnulpho de sua Subditiōne locatos fuisse, etc.*

† SUBDIVAL, ut *Subdiule*, pars domus sine tecto. Gloss. Gr. Lat.: ὑπαίθριον, *subdiale*, *Subdival*. Mox: ὑπαίθριον, *area*, *subdivum*, *Subdival*, *impluvium*. *Subdival domus*, apud Tertull. lib. adv. Judæos cap. 11.

\* SUBDIVUM, *Refugium vel certamen sub aura*. Glossar. vetus ex Cod. reg. 7613. Vide *Subdival*.

SUBDOCTOR. Vide *Proscolus*.

\* SUBDOLOSITAS, Astutia, dolus, cal-



liditas. Glaber Rodulph. lib. 4. Hist. cap. 1. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 45 : *Sed insolentia Romanorum hujusmodi adinvenit palliatæ Subdolositate ridiculum, etc.*

† **SUBDOMINIUM**, Secundarium dominium. Conuet. Brageriac. art. 70 : *Si vero postea dictus fundus vendatur, directum dominium proprietatis dicti fuadi ad secundum domium devolvetur, et Subdominium directum super redditibus reacensatis, penes primum dominum directum remanebit.* Ubi in versione Gallica habetur, *La Soubseigneurie directe.*

**SUBDOMNUS**, Vicedominus. Ita indigitatur *Lievinus Cameracensis Vicedominus*, in Charta ann. 1096. in Historia Cameracensi Joan. Carpentarii 4. part. pag. 15. [*Subdompnus* ex eadem Charta legitur apud Miræum tom. 2. pag. 1145. col. 2.]

† **SUBDUCTIO**, Remotio, Gall. *Eloignement*. Sententia ann. 1182. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 89 : *Ad eandem diem cum ambæ partes ad nostram præsentiam Santonas venissetis, pars abbatis S. Severi prædictam Subductionem testium a te, abbas S. Crucis, sibi factam constanter iterato allegavit.*

\* **SUBDUCTURA**, Lacinia extremitati vestis assuta; vel Assutus intrinsecus vesti pannus. Viti Arenpeckii Chron. apud Pez. tom. 1. Script. Austr. col. 1212 : *Anno Christi 1232. Fridericus dux... miles creatus, qui cuuctos commilitones suos scharlato cum albo in medio et Subductura de vario vestivit.*

**SUBDULUS**, pro *Subdolos*, Impostor, fallax, Gall. *Trompeur*. Capitula ad Legem Alamann. cap. 21. edit. Baluzianæ : *Si femina baronem extra rixam Subdulum clumaverit, solvat solid. 12. etc.*

**SUBDUPLUM**. Histor. Translat. SS. Wandregisili, etc. n. 13 : *Et satis forsitan congrue, ut quod desuper datum, est, daretur duplum, quod vero deorsum, Subduplum, id est paulo minus, quam duplum.*

**SUBDUX**, in Hist. Miscella, qui Theophani in Tiberio ὑποστραγγός

† **SUBELEEMOSYNARIUS**, Secundus Eleemosynarius. Charta Caroli V. Reg. Fr. ann. 1376. ex Bibl. Reg. : *Thesaurariam et præbendam S. Capellæ... dilecto Subelemosinario nostro Magistro Hugoui Boileau contulimus.* Charta Geraldii Abbat. Angeriæ. ann. 1385. ex Tabul. ejusd. Monast. : *Hæc subscripta dantur per manum Subelemosynarii, et non per eleemosynarium.* *Soubmosnier du Roy*, in Charta ann. 1406. Vide *Eleemosynarius* 1.

\* **SUBER**, SUBERIES, *Escorche* (pro *Ecorce*).

Est Suber cortex, Suberque levis arbor; Indequè Suberies pro cortice dicitur esse.

Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

† **SUBERIA**. Chartul. Eccl. Auxit. cap. 134 : *Decem et octo solidos de Suberia hujus Ecclesiæ acceperunt.* Contracte fortassis scriptum fuit *Substia* pro *Substantia*. Vide in hac voce num. 5.

\* **SUBERICPIO**, f. pro *Subacceptio*, Susceptio. Bulla Joann. PP. VIII. ann. 879. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 12. col. 2 : *Subericpionem autem fideiium, et religiosorum, ac beneficiorum, quam jubet*

*Apostolus cunctis exhibendam, pro possibilitate loci et facultate, non modo ibidem gratis fieri denegamus, verum etiam ut fiat suademus : sed et modus in numero congregationis adeo conservetur, ut nec pluralitas ad penuriam, vel paucitas inhabitantium ad destitutionem loci accedere valeat.*

**SUBESCAETOR**, Locum tenens ac Vicarius *Escaëtoris*. Vide *Escaëtör*.

† **SUBEX**, Subjectus, Gall. *Soumis*. Inventio S. Celsi tom. 3. Febr. pag. 399 : *Et glebam beati Celsi una cum Subice clero de tumulo proprio levare.* Acta S. Reginiswindi tom. 4. Jul. pag. 93 : *Ita duntaxat, ut eundem locum nostræ fiscalitatis Subicem... manu semper potestativa possideas.* Utiur Ennius ex Festo.

† **SUBEXECUTOR**, Qui ab *Executore* ad vices suas gerendas delegatur. Charta ann. 1345. ex Tabul. Gellon. Decanus S. Guillelmi Abbas assensum præbet ut *Subexecutor litterarum apostolicarum deputatus ab Ademario Juneellensi abbate et executore, etc.* Charta Henrici IV. Regis Angl. ann. 1403. apud Rymer. tom. 8. col. 339 : *Nolescentes quod prædicti doctores, magistri, et baccalarii, procuratores, executores vel Subexecutores, etc.* Vide *Executores*.

\* **SUBEXPECTARE**, ut simplicum Expectare, quomodo nostris *Surattendre*, pro *Attendre*. Lit. remiiss. ann. 1359. in Reg. 90. Chartoph. reg. ch. 318 : *Qui Foletus... cucurrit post prædictum Johannem ante ipsos recedentem, et ipsum attingere non valens Subexpectavit fratrem suum et ejus socios prædictos.* Aliæ ann. 1459. in Reg. 198. ch. 11 : *Le suppliant et autres aloient tout bellement, pour ce que ledit religieux estoit à pié, et ilz le Surattendoient.* Rursum aliæ ann. 1480. in Reg. 205. ch. 272 : *Lesquelz compaignons dirent au suppliant que icellui Colas ne laisseroit à soy en retourner après eulz, et le Seuratendirent.*

† **SUBEXTARE**, Eminere. Canonizat. sancti Petri Cælestini inter Acta SS. tom. 4. Maii pag. 476 :

Parva tamen, quia parvus erat, nam mente Subextans, Ut magis eniteat, jussisque in singula subdi.

\* **SUBFARCINARE**, Occultare, abscondere, Gall. *Cacher*. Glossar. Lat. ex Cod. reg. 7692 : *Subfarcinare, Musser. Subfarcire, idem.*

† **SUBFARRATUS**. Testament. Angeli de Sassen, apud Schannat. in Diœcesi Fuld. pag. 307 : *Præfatus Angelus legavit monasterio vestes suas rubicundas, Subfarratas. Leg. Subfurratas, vel Suffurratas, id est, Pellitas, Gall. Fourrées. Vide Foderatus, Furratus.*

† **SUBFEODARE**, Gall. *Donner en arrière-fief*. Vide in *Feudum*. Hinc

† **SUBFEUDATARIUS**, Gall. *Arrière-feudul*, qui *retrofeudum* possidet; in Charta ann. 1410. ex Schedis Præs. de Mazaugues : et in alia ann. 1475. apud Calmet. inter Probat. tom. 3. Hist. Lothar. col. 279.

**SUBFIBULUM**, vel *Subligaculum*, uñderh-wrædel, in Glossario Saxonico Ælfrici. [*Subfibulum, subligaculum*, in vet. Gloss. Sangerm. n. 501.]

\*\* **SUBFIGURATIO**, apud Virgil. Gramm. pag. 39. 58. et 59. Verbum præpositioni subjunctum.

† **SUBFLAMEN**, τροχών ἀγρόριον, in Gloss. Latino-Gr. *Suffulmea* emendat Salmas. ad Plin. pag. 233. Vide *Sufflamen*.

\* **SUBFORMERIUS**, Clericus inferioris ordinis in ecclesia Lugdunensi, sic dictus quod in stullis inferioribus sedeat. Acta MSS. capit. eccl. Lugd. ad ann. 1342. fol. 82. vº. col. 1 : *Nomiaaverunt et fecerunt et esse voluerunt Subformeros Guillelmum de Franchelens et Petrum de Fontaneys clericos, et dederunt potestatem officium et sedem Subformeriorum tenendi et faciendi.*

† **SUBFORNARIUS**, Minister furni. Charta Ildefonsi Reg. Aragon. ann. 1187. in Regesto Ludov. Hutini Reg. Franc. fol. 7. ubi de Molendinariis : *Non detur de sextario nisi libra piscæ appensa, quæ currit in Montepessulano, quotcumque sint ibi Subfornarii, vel alii nuntii, et propter hoc feratur et referatur pisca et panis ad domum vel hospitium dequoquentis.* Vide *Furnarius*.

† **SUBFRAGAMEN**, *Auxilium*, in Glossar. Gasp. Barthii ex Histor. Palæst Fulcherii Carnot. apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 293.

† **SUBFUGIUM**, Refugium. Eberhardi Abb. Tegerns. Epist. 14. apud Mabill. tom. 4. Analect. pag. 354 : *Quia aliunde non habemus tam firmum Subfugium sicut in vobis, etc.* In Epist. 16. pag. 355. legitur *Suffugium*.

† **SUBFUMARE**, Suffumigare. Gloss. Latino-Gr. : *Subfumo*, ὑποστραγγίω.

**SUBGAMBA**, Pars pedis. Vide *Gamba* 1.

† **SUBGARDA MONETARUM**, Qui sub *Magistro Garda* iis quæ ad monetam spectant invigilat. Charta Humberti II. ann. 1345. Hist. Dalph. pag. 516. col. 1 : *Mandantes Gardis et Subgardis monetarum nostrarum, etc.* Vide *Magister Monetarum*.

† **SUBGILLATUS**, pro *Suggillatus*. Gl. Lat. Gr. : *Subgillatus*, ὑποπιαστῆς

**SUBGLUTIO**, Singultus, Matthæo Silvatico : nostris, *Souglout*.

† **SUBGREGARIUS**. Charta Gerbergæ Reginae ann. 959. apud Mabill. Diplom. lib. 6. Ch. 139 : *Evarardus Subgregarius et Cancellarius scripsit et subscripsit.* Forte Secretarius, vel familiaris, ex familia.

\* **SUBGRUNDA**, Pars tectorum prominens, qua aquæ a muro projiciuntur, vox Varroni eo sensu nota; pro *Tectum* quodvis projectum, Gall. *Auvent*, occurrit in Charta Phil. III. ann. 1271. ex Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 417 : *Volebat facere dirui... Subgrundas domorum, quæ sunt supra viam extra domos in prædicta villa.* Atque ita intelligendum est vox *Subgrundium* ex Stat. Avenion. [\*\* Vide Prudent. Annal. Trecons. ad ann. 857. et Forcell.]

† **SUBGRUNDIUM**, Pars tecti prominens, qua stillicidia a parietibus accentur. Laur. in Amalthea ex Budæo. Statuta Avenion. ann. 1570. rubr. 7. de Magistris viarum art. 1 : *Provideant super viis et itineribus et aliis locis publicis, appensis, Subgrundis, tabularis, etc.* Vide *Subrunnda* et *Subundra*.

† **SUGGRUNDIUM**, Eadem notione, in Leg. municipal. Mechlin. tit. 14. art. 44 : *Quisque aquam ex suis Suggrundis stillicidiisque in suum fundum deducit, etc.* Gloss. Gr. Lat. : ἔκθέρης, *Menianus, sugrunnda, pro-tectum*. Vide *Grunda*.



\* **SUBGUARNIMENTUM**, Quidquid vice et nomine *Guarnimenti*, seu apparatus bellici aut rerum ad muniendam arcem intelligitur. Charta ann. 1231. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Hist. Sicul. Bonincont. part. 3. pag. 152: *Item promiserunt et iuraverunt dare castrum Campanenae et suas fortetias et munitiones omnes cum guarnimentis et Subguarnimentis potestati seu regimini custris S. Miniatis. Vide Garnire.*

\* **SUBGULTIRE**, Singultire, extremos singultus seu morientis anhelitus emittere. Vita S. Ernæi tom. 2. Aug. pag. 426. col. 2: *Jam mutum atque Subgultientem revocavit a funere et pristinae sanitati.... restituit.*

† **SUBHASTARE**, Hastæ subjicere, per auctionem vendere, Gall. *Mettre à l'encan. Subhaster*, in Instrum. ann. 1406. ex Bibl. Reg. : *Faut faire reparations nécessaires, qui après ce qu'elles ont esté criées et Subhastées à rabais, etc. Statuta criminalia Saonæ cap. 40. fol. 82: Subhastentur bona, et plus offerenti addicentur. Statuta Montis Regal. fol. 304: Primo stutum est, quod gabella salis Subhastetur, et ad incantum vendatur, et detur plus offerenti. Adde Statuta Pallavic. lib. 1. cap. 12. fol. 16. et Saluciar. collat. 1. cap. 26. Utitur Solinus de Thracia cap. 10.*

† **SUBASTARE**, **SUBASTARE**, Eadem notione. Statuta Cadubrii f. 52: *Ipsa re in-tromissa semel Subastata et proclamata in platea plebis Cudubrii post tres dies a die Subastationis factæ plus offerenti detur. Obiituar. S. Geraldii Lemovic. fol. 27: Item dicta domus supradicta fuit Subastata, etc. Habemus illam Subastationem in forma.*

\* Charta ann. 1389. in Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 125: *Jeun Luissier avoit esté longtems receveur général des aides, lors aiant cours pour le fait de lu guerre, et pour grande somme d'argent, dont il estoit en reste, tous ses biens avoient esté vendus et Subhustez. Occurrit præterea in Lit. ann. 1373. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 613.*

† **SUBHASTATIO**, Auctio. Charta ann. 961. inter Instr. tom. 2. Gall. Christ. novæ edit. col. 409: *Ipsum vero feudum componitur iuribus quæ sequuntur... Subhastationibus mobilium et immobilium quæ clangore buccinæ et alto clamore buccinatoris fieri solent. Charta ann. 1319. apud Mene-ster. Hist. Lugdun. pag. 104: Ordinavimus quod quando pignora vendentur ad cri-dam facta legitime Subhastatione, pecunia deponatur ubi partes voluerint concordare. Occurrit præterea in Statutis Montis Regal. fol. 59. et Saluciar. Collat. 1. cap. 21.*

† **SUBHASTARIUS**, Sub hasta seu auctione positus. *Subhastaria possessiones*, in Cod. Theod. lib. 13. tit. 6. leg. 9.

† **SUBHASTATOR**, Auctionarius, Gall. *Juré Priseur*. Statuta Avenion. lib. 1. rubr. 14. art. 1. pag. 43: *Statuimus quod Subhastabunt bona quæcumque sibi tradita ad subhastandum.*

**SUBHAUTO**, idem quod *Secundus Huuto* dicitur in Charta ann. 1170. ex Chartul. S. Juliani Camer. ch. 4. Hoc est spicæ non omnino triturratæ aliaque minima stramina, quæ secunda ventilatioue a frumento separantur. Charta ann. 1182. in Chartul. S.

Gauger. Camer. fol. 30: *Major requirebat .... hauton atque Subhauton, totumque stramen sibi arrogare volebat. Vide Hauto.*

† **SUBHEBDOMADA**, Hebdomada altera. Statuta Capituli Senon.: *Omnes Cepeti tenentur facere hebdomadam et Subhebdomadam et dicere primam lectionem. Huc spectant Statuta S. Capellæ Bituric. ann. 1407. ex Bibl. Reg.: Vicarius ebdomadarius et vicarius qui ebdomade præcedenti fuerit ebdomadarius, qui dicitur udjutor, etc.*

**SUBHIRCO**, inquit Papias, *Ascellæ dictæ, quod factorem in quibusdam reddant.* Glossæ Græc. [Lat.: *Μάλη ἀνθράκου, Subbraco, Subala*, ubi legendum *Subhirco*. Mamotretus ab 19. Proverb. *Ascella*, i. *Subala*. Guibertus lib. 3. de Vita cap. 22. de Fulmine: *In quorundam sinus flamma subintroit, et pilos universos adurens, et ascellaram, quæ Subhirco nominant, succrementa conflagrans, pedules ac soleas pertusundo per extrema progreditur.*

\* **SUBHOMAGIUM**, Clientelaris professio, ab eo, qui retrofendum obtinebat, præstita. Charta ann. 1258. in magno Chartul. nig. Corb. fol. 49. rº: *Vendidit .... totam custellaniam de Corbeja; ... cum omnibus pertinentiis ad eandem castellaniam spectantibus, videlicet in homagiis, Subhomagiis, releveis, censibus, etc. Vide supra Hominiun.*

\* **SUBHOSPES**, Qui per medium hospitis a domino superiori tenet, nec propriam possidet hæreditatem; *Soubshoste*, in Charta ann. 1223. ex Tabul. archiep. Camerac.: *Li Soubshostes, qui nus hiritage n'ara, xvij. den. donra au seigneur à le Pasque et en le feste saint Remy enement. Sou-rose*, in alia ann. 1238. ex Chartul. Guillemit. prope *Walincourt*. Libert. villæ de *Piceyo* ann. 1208. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 604. art. 13: *Et si in parte sui tenenti (tenementi) unum, aut duos, aut plures Subhospites censuales constituerit, cujuslibet hujusmodi Subhospes duodecim denarios de censu communie annuatim michi persolvat. Vide Hospes.*

**SUBHOSPITARIUS**, *Hospitarii* adjutor. *Vide Hospitarius*, in *Hospitali* 2.

† **SUBHUMATUS**, *Humatus*, Gall. *Inhumé*. Charta ann. 1358. ex Regesto Johannis Comit. Pictav. in Camera Comput.: *Cum super eo quod de nostri mandato Stephanus Sterlini lathomus... in Ecclesia B. M. Deunratæ caveret.... ante altare B. M. et indagaret Theodorum Imperatorem ibidem, ut dicebatur, Subhumatum, etc. Vide Subterrare.*

† **SUBJACENTIA**, Appendices, accessiones, Gall. *Appartenances, Dépandances*. Charta Caroli Crassi Imp. ann. 881. in Chron. Farf. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 381: *Confirmamus etiam eidem monasterio omnes res quæ pertinent de curte S. Gethulii seu de curte S. Benedicti, ... cum omnibus illarum pertinentiis et Subjacentiis. Charta Henrici III. Imper. ann. 1084. ibid. col. 606: Castellum Buccinianum totum in integrum, castrum Pharphe cum totis Subjacentiis sibi pertinentibus castelli. Vide Subpertinentia.*

† **SUBJACERE**. *Vetus S. Irenæi* Interpres lib. 2. cap. 28: *Subjacet ergo hæc re-*

*sponsio Deo. Id est, penes Deum est, soli Deo nota.*

**SUBICINIUM**. *Chronicon Gemblacense: Fecit... stolas, tapetia, et alia, quamvis numerentur inter Subicinia, ejus tamen industria et studio sunt comparata. Ubi editor emendat Subcisiva.*

† **SUBICULA**, *κοιλίαιον*, in Gloss. Lat. Græc.

† **SUBJECTANEUS**, Qui alteri subest, subjectus. *Guidonis Discipl. Farf. cap. 43: Ipse præfusus frater (portarius) suis Subjectaneis panem et vinum quotidie deferat.*

\* **SUBJECTARE**, *Dominium alicujus agnoscere, subjectiorem profiteri. Charta ann. circ. 1288. in Access. ad Hist. Cassin. part. 1. pag. 381. col. 1: Venientes extranei ad habitandum in castro et villis Pedemontis, constituuntur et constitui debent sub dominio Cassinensis ubbatis, et non possunt Subjectare dominiun singularis personæ vel ecclesiæ. Sougiter, pro Soumettre, Subjugare tom. 1. Fabul. pag. 158:*

Li bons rois de Gresse et d'Egite,  
Avoit desouz ses piez Sougite  
De novel Ynde la major.

† **SUBJECTI**, *Vassalli. Vide Subditi.*

† 1. **SUBJECTIO**, Dicitur de eo quod alicui conceditur et subjicitur. *Vita MS. S. Winwaloei ex Tabular. Kemperleg.: Et iterum hæc memoria retinet quod quidam vir nobilis nomine Cunianus tradidit Subjectiorem atque elemosinam de sua propria hereditate. Id est tria vicariu, etc. Vide Subactum et Subjugatio 1.*

† 2. **SUBJECTIO CANONICA**, Quæ erga Episcopum a canonibus præscribitur, in obedientia et reverentia, in ordinationibus sacris et consecrationibus ecclesiarum, aliisque similibus posita. *Fulbertus Carnot. in Ep. 41. ad Fulcon. Aurel. Episc.: Si Abbas S. Benedicti (Floriac.) de vestro contemptu culpam suam recogoverit, et illam deinceps Subjectiorem promiserit, quæ vobis canonice debetur; hortor et suadeo ut recipiatis... At si abbas in tantam superbiam intumuerit, ut ipsam quoque Subjectiorem canonicum vobis derogare contendat, etc. Charta Johannis Episc. Aurel. ann. 1091. apud Stephanot. in Antiquit. Bened. Aurel. MSS. pag. 434: Hæc supradicta concedimus, salvis cæteris consuetis et Subjectiione quam debet eadem ecclesia matri suæ sanctæ ecclesiæ et nobis, videlicet refectiione in vigilia S. Laurentii et synodo et ramis palmarum, etc.*

† 3. **SUBJECTIO**, **SUBJECTIO**, pro *Suggestio*, Quæstio, postulatio. *Tabul. Elnon.: Ad cujus (Præpositi) petitionem seu Subjectiorem tradidi B. Anando et ejus monachis in pago Brabantinse, in villa Anvino dicta, ecclesiam unam, etc. Charta Johannis XXII. PP. apud La Fuille inter Probat. tom. 1. Annal. Tolos. pag. 45: Præfatum Aymericum occasione vulnerum predictorum, a quibus prorsus immunis asseritur extitisse, quamquam vi tormentorum et dolosis Subjectiionibus sibi factis illa confessus fuisse dicatur, ... inhumaniter condemnastis.*

† **SUBJECTOR**, Minister imponendis, et colligendis tributis destinatus. *Charta*



Humberti Dalphini ann. 1299. apud Stephanot. tom. 7. Fragm. Histor. MSS. pag. 270 : *Sint immunes et franchi ab omnium pedagiorum gabella et tributorum præstatione, ... angariis et parangariis que fierent sive imponerentur...* a Castellano de Fierieu seu Præposito de Balma et eorum Subjectoribus aliqua causa, etc.

† **SUBJECTUS**, Obtemperatio, Gall. *Obeissance*. Offensionum condonatio rebellibus Carcassonæ incolis a Rege Carolo indulta ann. 1383. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1591 : *Asserentes velle et opture deinceps persistere in nostra et nostrorum vera obedientia et Subjectu.*

† **SUBJECTIO**. Vide *Subjectio* 3.

† **SUBIGITARE**, Subigere. Gloss. Lat. Græc. : *Subigito*, *προβάλλω ἄνωγα*. Ubi Cod. Sangerm. habet *Subigo*.

† **SUBIMAGINATIO**, Sigillum imaginem alicujus exhibens. Charta Liethardi Episc. Camerac. ann. 1132. apud Miræum tom. 1. pag. 97. col. 2 : *Excommunicationis sententiam proferimus, atque canonica subsignatione, nostraque Subimaginatione hujus nostri decreti paginam confirmamus.*

\* Charta Burch. episc. Camer. : *Data igitur in prævaricatores excommunicatione, facta etiam canonica subsignatione, nostra quoque Subymaginatione hujus nostri decreti paginam authenticamus.*

**SUBINDIUS**. Papias : *Subinde, frequenter, sæpius, ingemitanter. Subindius, frequentius.* [\*\* Occurrit in Atton. Polyptych. pag. 53. cum glossa *sæpius*.]

\*\* **SUBINDUCTUS**, Subintroductus. Victorin. Comm. ad Galen. pag. 13 : *Per Subinductos falsos fratres.*

† **SUBINTHRONIZARE**, In throno locare, in thronum inducere. Charta S. Aldhelmi ann. 705. inter Acta SS. tom. 6. Maii. pag. 78 : *Ego Aldhelmus, postquam me inmeritum... in pontificatus officii sedem divini gratia Subintronizasset.* Vide in *Inthronisare* et *Thronus*.

\* **SUBINTRARE**, Possessionem adipisci. *IV. Jd. Septembris Cuonradus regnum Subintravit*, ex Chron. Hildensh. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 223.

\* **SUBINTRARE**, pro *Intrare*, nude. Charta ann. 1215. in Chartul. S. Joan. Laudun. ch. 129 : *Sicut ipsum alnetum protenditur, possideat in perpetuum, salvo dominio meo; ita quod nec mihi nec ulli ex parte mea liceat Subintrare idem alnetum, quandiu fuerit alnetum, pro aliqua astantia lubenda.*

**SUBINTRODUCTÆ**, *Συνεισακτοι* in Concilio Nicæno I. can. 3. quas *Extraneas* vocant Synodus Carthag. I. can. 3. Ilerdensis can. 15. Hispalensis I. can. 3. Braccarensis III. can. 5. et Lex 19. Cod. de Episc. et Cleric. (1, 3.) quarum commercium et habitationem vitare jubentur Clerici. Concilium Romanum sub Zacharia PP. cap. 2 : *Presbyteri vel Diaconi Subintroductas mulieres nullo modo secum audeant habitare, nisi forsitan matrem suam, aut proximitatem generis sui habentes.* Ita et in Concilio Foro-Jul. cap. 4. et Romano ann. 1059. cap. 3. Rotomagensi ann. 1072. cap. 15. Ita perinde Dionysius Exiguus in Codice canonum Ecclesie Romanæ et Nicolaus et Alexander PP. cap. 5. 6. dist. 32. Consule, quæ de ejusmodi *Extraneis* et *Subintroductis* mulieribus passim

annotarunt qui concilia exenderunt, Justellus, Binius, etc. [Iis adde Muratorium in *Disquisit. de Synisactis* et *Agapetis* inter Anecd. Græca pag. 218. Vide etiam infra *Superinducta*.] Glossar. med. Græcit. col. 1483.

† **SUBINVITATORIANUS**. Vide *Invitatorianus*.

† **SUBINVOLANS**, Dolosus, fallax, Gr. *ἐπίκλοπος*, apud vet. S. Irenæi Interpretum lib. 2. cap. 21. ult. edit.

† **SUBJORNARE**. Vide *Subjornare*.

† **SUBJORNATUS**, Commoratio, Gallice *Séjour*. Charta Massil. ann. 1481 : *Placeat regie majestati vestræ præservare vestram civitatem ab justantiis (ustantiis) loqueantibus, Subjornatis et stationibus armigerorum peditum et equitum.* Vide *Sejournum*.

† **SUBIRI**, Extolli. Charta S. Annemundi apud Stephanot. tom. 5. Fragm. Hist. MSS : *Villicus autem aut subvillicus super extollentiam oculorum contra abbatissam si Subiri cœperunt aut aliquid indecens violententer egerunt, etc.*

1. **SUBITARE**, Re quapiam insolita et subitanea percelli, expavescere. S. Cyprianus Epist. 57 : *Steterunt fortes, et ipso dolore penitentia facti ad prælium fortiores, ut apparat nuper Subitatos esse, et novæ atque insuetæ rei pavore trepidasse.* [Guillelmus Forestier de Guill. Vastel Abbate Montis S. Catharinæ apud Mabill. tom. 5. Annal. Bened. pag. 632 :

Morte repentina cecidit mox ille cathedra,  
Ante enbule sum mors Subitavit eum.]

\* *Nostris Avoir Soulte*, eodem sensu, dixerunt. Lit. remiss. ann. 1471. in Reg. 197. Chartoph. reg. ch. 148 : *Le suppliant veist icellui Raoult assis sur du bois, daquel il eut paour et Soulte.* *Soubiter*, pro *Sorbiter*, ut puto, a Lat. *Sorbere*, in *Bestiar. MS.* ubi de Hyæna :

Car elle mangue les mors,  
Et en leur sequeurs habite,  
Trestous ehiaus devore et Soubite.

\* *Subitare* verò hic allatum ex tom. 5. Annal. Bened. Præoccupare, ex improvise aggredi sonat. *Supis*, pro *Souduin*, *tout-à-coup*, Subito, in Lit. remiss. ann. 1373. ex Reg. 105. ch. 37 : *Jehan de Vaux failli Sups de son souper et courut Sups à sadite femme.*

2. **SUBITARE**, Subito venire ac insperato. Pontius Diacon. in Vita S. Cypriani : *Cum ecce Proconsulis jussu ad hortos ejus... cum militibus suis Princeps repente Subitavit : immo, ut verius dicam, Subitasse se credit, unde enim posset tanquam improvise impetu mens semper parata Subitari.* S. Eulogius lib. 2. Memorial. Sanct. cap. 10 : *Gaudensque multipliciter in Subitatione insperate salutis, etc.* Vide *Desubitare*.

† **SUBITILLUS**, *ἔθωρος*, in Gloss. Lat. Gr.

† **SUBITUS**, pro *Sopitus*, in Chartis Childeberti ann. 697. et 703. apud Mabillonum *Diplomat.* pag. 480.

† **SUBJUDEX**, Judex inferior. Conc. Pictav. ann. 1030. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 80 : *Tunc quidam ex Subjudicibus testatus est patrem suum judicem fuisse plisquam Lxx. annos.* Vide *Subjustitiare*.

**SUBJUGA**, *Ζεύγαν*, in Gloss. Gr. Lat.

Lignum propendens a jugo boum, seu pars ima jugi, in quam boves vel jumenta colla immittunt.

\*\* **SUBJUGABILIS**, ut *Subjugalis*, Gloss. MS. ad *Æneid.* lib. 1. vers. 448. apud Maium in *Glossar. novo* : *Quod animal quia Subjugabile est.*

**SUBJUGALE**, Equus, jumentum. Auctor Mamotrecti ad 1. Esdræ cap. 5 : *Subjugalia; asini, vel animaliu jugo apta.* Ordericus Vitalis lib. 9. pag. 731 : *Subjugalia, mulos et equos, boves et camelos, etc.* Infra : *Multi ibi homines defecerunt et Subjugales.* [\*\* *Equis et Subjugalibus universis*, apud Guill. Tyr. lib. 3. cap. 21.] Matthæus Paris ann. 1249 : *Ad caudam Subjugalis traxerunt imaginem Crucifixi, et B. Mariæ, etc.* Occurrit non semel in sacris Literis. Gr. *ὑποζύγιον*.

† **SUBJUGALIS**, Subjectus. Præceptum Caroli M. ann. 789. tom. 1. Capit. col. 246 : *Ipsi (Deo) tributarios et Subjugales devote addiximus.* Vide *Subjugale*.

**SUBJUGARE**, verbum nec antiquum, nec novum, aiunt viri docti. Claudianus :

... Nulla est victoria major,  
Quam quæ confessos animo quoque Subjugat hostes.

Rolandinus lib. 6. cap. 6 : *Voluit Ecelinus areem seu rocham Estensem, et alia collateralia castra suo dominio Subjugare.* Occurrit deinceps passim. Item pro *concedere, tradere.* Acta Episcoporum Cenomanensium pag. 98 : *Eorum hereditates ad prædictam Ecclesiam... legaliter Subjugaverunt.* Pag. 160 : *Ecclesiastico ordine Subjugavit.*

† **SUBJUGATUS**, Ad rem aliquam astrictus, Gall. *Obligé*. Cærenoniale vetus B. M. Deauratæ Tolos. : *In istis processionibus nichil possunt petere nec debent recipere, sed gratis et sponte debent venire, quia ad hoc sunt Subjugati.* Vide *Subjugatio*, 2.

† 1. **SUBJUGATIO**, ut supra *Subjectio* 1. Charta ann. circiter 1039. ex Tabular. S. Victoris Massil. : *Donut in Subjugatione monasterii Massiliensis, etc.*

2. **SUBJUGATIO**, Servitium, exactio, *Malatoia*. Charta Petri Episcopi Salernitani apud Ughellum tom. 7. pag. 501 : *Qualemcumque Subjugationem aut angariam imponere voluerimus.*

**SUBJUGIUM**, Jumentum, *ὑποζύγιον*, in Gloss. Græco-Lat.

\*\* **SUBJUGULO**, *as, i. e. Subnervo*. Opusc. vet. MS. ad Josue apud Maium in *Glossar. novo*.

\* **SUBJUGUS**, Subjectus. Joan. ab Insula de Gestis Franc. apud Lam. tom. 3. Delic. erudit. pag. 24 : *Quam ob causum rex Philippus Deodatus, sua strenuitate Conquirens nominatus, e vestigio suum eduxit exercitum, et Normannos, Andegavos, ... Leuovicosque absque mora Subjugos sibi fecit.* Vide *Subjugalis*.

† **SUBJUNCTA**. Vide infra *Subvincta*.

**SUBJUNCTORIUM**, Vehiculum, in leg. 10. Cod. Th. de Cursu publico (8, 5.) : quod scilicet ab *ὑποζύγιον* trahitur : *Nulli de cætero Subjunctorio privato animalia publica præbeantur.* [S. Ambrosius de Interpellat. Job tom. 1. col. 660 : *Et cum pastore diriperint gregem, Subjunctorium pupilli abducerint, etc.*]

\* **SUBJUNGERE**, male, pro *Submergere*



re, in Charta ann. 1236. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 117 : *Item dispositio cattallorum illorum, qui Subjungantur in gravia, ad abbatis dispositionem pertinebit.*

**SUBJURNARE**, Morari, diem ducere, Gallis *Sejournare*. Glossæ MSS. : *Perendinare, Sabjornare*. Charta Edw. I. Regis Angl. tom. 2. Monastici Anglic. pag. 1045 : *Absque omni servitio et exactione... et absque... canes Subjurnare, homines vel equos ire vel mittere in exercitum, etc.* Ubi canes *sabjurnare*, est eos per diem excipere, vel nutrire. Philippus *Moaskes* in Hist. Franc. MS :

Et li Cevalier qui manoiest  
En la cité, et Soujournoiest.

Sic alibi non semel. Vide *Sejornare* et *Sejournum*.

† **SUBIUS**, Subulæ species, qua utuntur pannorum textores, Italis *Sabio*. Statuta Montis Regal. fol. 277 : *Nec possit aliquis emens vel vendens pannum tenere vel habere Sabium vel rotam ad tirandum pannos, sab pœna et banno solidoram 60.*

† **SUBJUSTIARIARE**, Justitiam exercere sub alio superiore iudice : unde *Subjustitarius* dicitur iudex inferior. Leges Norman. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 154 : *Dicitur et justitia ballivus vel quilibet Subjustitarius alias qui Subjustitiant homines habeat potestatem.* Vide *Justitiare* et *Justitarius*.

\* *Subjustitarii officium Soazjurgerie* nuncupatur. in Reg. A. 2. Cam. Comput. Paris. ad ann. 1321. fol. 40. r<sup>o</sup> : *A Adenet de Riviere demoiselle est renovellé l'office de la claverie et Soazjurgerie de Biauc.*

† **SUBLA**, ut *Subula*. Vide in hac voce.

\* **SUBLAMIA**, vel **SUBLANNA**, non enim mihi asserta est lectio. Reg. S. Ludov. ex Chartoph. reg. ad ann. 1316. fol. 5. r<sup>o</sup> : *Item concessit Henrico dicto Godement officiam Sublauræ (sic) de Lodano ad voluntatem et ad vadia consueta.*

**SUBLARDATUS**, [Nimio pinguedine, quasi larido fartus.] Joannes Monachus Bertinianus in Vita S. Bernardi Pœnitentis num. 35 : *Morbum illum Græco nomine Sarcoma, id est vitiosam carnis superabundantiam vocant. Quod si vulgariter juxta Theatonicæ lingue idioma interpretari volueris, mulierem illam Sublardatam fuisse dicere poteris.*

**SUBLATERALIS**, Subditus. Charta Cresimiri Regis Dalmatiæ ann. 1059. apud Jo. Lucium lib. 2. pag. 97 : *Quin et cella, quæ in ea est... hæc Sublateralis obice sine allo efficiatur.* [Vide *Sublatus*.]

† **SUBLATUR**, pro Tollitur, aufertur. Capitula ad Augiam directa cap. 8 : *Et si quis præsens ad dicendum post benedictionem Amen non fuerit, Sublatur ei portio sua de pota.*

\* **SUBLATURUS**, Tollendus. Glaber Rodolph. lib. 3. Hist. cap. 1 : *Misit Græcorum classem ad res Italicas Sablaturas.* Vide *Sublatur*.

† **SUBLATUS**, Subditus. Charta Benedicti III. PP. ann. circ. 855. tom. 6. Spicil. Acher. pag. 406 : *Omnis Sublatus prælati sui debet inaginem sequendo imitari.* Vide *Sublateralis*.

† **SUBLECTILE**, pro Supellectile, in

Charta apud Meichelbec. tom. 2. Hist. Frising. pag. 33 : *Donavi... pratias, pascuæ, Sablectilia, vel quicquid insultiis possidere videbar.*

**SUBLEGEREUS**, in Fœdere Alfredi et Godrini Regum cap. 5. qui fœdo se polluit incestu : ex Sax. *sybleger*, quippe *syble*, est cognatus et consanguineus, et *leger*, concubitus, seu *accubitor*, ut vult Spelmanus : unde, inquit, Legatos residentes *Legers* vocamus.

† **SUBLEMENTUM**, pro Supplementum, in Charta Ottonis Imper. ann. 1000. apud Calmet. inter Probat. tom. 1. Histor. Lothar. col. 398 : *Si locis divino cultui mancipatis alicujus honoris et augmentationis Sublementam præbuerimas, divinitas nos remunerari procal dabo credimas.*

**SUBLESTIA**, *Infirmitas, tristitia*, in Gloss. Isidori. Ibid. : *Sablestis, infirmus, tristis.* [Ubi pro *tristitia* et *tristis* Grævio scribendum videtur *tenuitas*, et *tenuis*.] Henricus Rosla in Herlinsberga :

Per loea pax fruges, pestem Sublestia sparget.

Vide Festum et Latinos scriptores.

† **SUBLESTUS**, Subditus, in Catalogo Episc. apud Mabill. tom. 4. Analect. pag. 530 :

Advena sim licet, exilis, vilissimus, exors ;  
Sublestus vestris sum tamen obsequiis.

† **SUBLEVARE**, Exigere, Gall. *Lever* : de tributis dicitur. Tabul. B. M. de Bononuntio Rotomag. : *Aat aliquam aliam exactionem ab ipso, rebas et judicis Sublevando et capiendo, etc.* Vide *Levare* 3.

\* Aliud sonat vox Gallica *Soabslever*, scilicet Rapere, abducere, vulgo *Enlever*, in Lit. remiss. ann. 1400. ex Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 112 : *Comme icellui Jehan east Souslevée une jeune femme, appelée Mahaut ; ... et telement l'indaisy qu'elle se parti et s'en ala avec ledit Jehan.... Ledit Jehan avoit ainsi induitte, amenée et Soubzlevée ycelle Mahaut.*

\* **SUBLEVAUTOR**, Qui sublevat, tuetur. Vita Burch. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 351 : *Rex ..... ejus providentiæ commisit, ut Sublevator fidelis atque defensor ipsius ecclesiæ adversus hostes malignos terrarumque invasores existeret.*

† **SUBLEVITA**, Subdiaconus, apud Hæmereum in August. Viromand. pag. 161. ex Charta ann. 1146. et apud Miræum t. 2. p. 1196. col. 2. ex Charta ann. 1195.

† **SUBLIGAMENTUM**. Vide *Suffibulatorium*.

**SUBLIGAR**, Cingulum, quo equus subligatur, vel ligula caligæ. Glossarium Saxon. Ælfrici : *Sabligar*, re armgyrd. Joannes de Garlandia in Synonymis :

Subligar est ligula, caligas quia subligat alte.

† **SUBLIGATORIUM**. Vide *Suffibulatorium*.

\*\* **SUBLIGO**. Abbo de Bell. Par. lib. 1. vers. 627 :

... hominum quot equum pœudumque boumque  
Sublegere mihi natos natasque, suumque.

Ubi Glossa : *Farati sant.*

1. **SUBLIMARE**, Coctione vel igne perurgare, *Sublimer*. Petrus Crescentius lib. 1. de Agricolt. cap. 3 : *Sablmatio quidem est distillatio aquas rectificat malas.*

† 2. **SUBLIMARE**, In sublime ferre, extollere, sublimem facere. *Quos magistri equitanc pedittum pompa Sublimat*, in Cod. Theod. lib. 8. tit. 5. de Cursu leg. 44. Capitul. lib. 7. cap. 143 : *Sed quia, Deo auxiliante, per merita et intercessionem sanctorum servorumque Dei, quos Sublimare et honorare curavimus, etc.* Chron. Pisanum apud Murator. tom. 6. col. 105 : *Urbem Pisanam in tantum honorem non esse Sublimandam, et ei satis sufficere, si patrum suorum honore contenti fuerint.* Charta ann. 1038. ex Schedis Præs. de *Mazaugues* : *Ego Hago vocitatus in sancta sede Dignensi officio præsulatus gratia Dei Sublimatus.* Instr. ann. 1523. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 322 : *Ut omnimodo regia sua dignitas fidelem nostram animum, personam suam regiam atque nomen Sublimandi, etc.*

† 1. **SUBLIMATIO**, Amplitudo. Chron. Farf. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 628 : *Hujus negotii mendacissimos auctores absque penitudine vidimus interire... post illius honoris Sublimationem.* Vide supra *Sublimare* 1.

† **SUBLIMATIO**, In Regem inauguratio, Gall. *Couronnement*. Charta ann. 1132. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 282 : *Anno ab Incarnatione Domini MCCCXXII. Kal. Dec. anno secundo Sublimationis Philippi filii Ludovici Regis Francorum, etc.*

\* 2. **SUBLIMATIO**, Amplificatio, incrementum. *Pro stata hujus regni et Christianitatis Sublimatione*, in Diplom. Ludov. Transm. ann. 936. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 585.

\* 3. **SUBLIMATIO**, Excoctio, percoctio, vox Chimica. Arnald. de Villanova in Rosar. MS. cap. 4 : *Per successivum vero illius (argenti vivi) reiterata vice Sublimationem figurat scilicet, et non vertitur in terram, imo fasionem dat metallicam.* Vide *Sablmare* 1.

† **SUBLIMATOR**, Qui alium sublimem facit, alterius protector. Salvianus lib. 1. de Gubernat. Dei cap. 8 : *Sublimator (Deus) quia potentiorum (Abrahamum) omnibus fecit.* Capitul. lib. 7. cap. 142 : *Adjutores et defensores, atque Sublimatores Ecclesiarum et cunctorum servorum Dei pro viribus existant, etc.*

† **SUBLIMIS**, *Sublimes potestates* dicuntur Præfecti Prætorio, in Cod. Theod. tit. 28. lib. 11. de Indulg. debit. leg. 6. Iisdem titulus *Sublimitatis* tribuitur ibidem leg. 18. de Agent. (6, 27.) Vide Præfat. in Digest.

† **SUBLIMES SCHOLÆ**, Theologicæ, in Chronic. Maurinac. : *Habens secum velut auxiliatorem magnum Willelmum Catalaunensem Episcopum, qui Sublimes scholas rexerat.*

**SUBLIMITAS**, Titulus honorarius Regum, apud Nicolaum I. PP. Epist. 36. 50. [in Charta Caroli Simplicis Reg. Fr. ann. 918. inter Probat. Hist. Sangerm. pag. 21. apud S. Bernardum Ep. 255.] etc. Episcoporum, apud Facundum Hermianensem libro contra Mocianum, initio, *Nurcium* lib. 2. Ep. 11. 40. 52. 62. Joannem VIII. PP. Epist. 30. etc. [Vide *Sublimis*.]

\* Eo etiam donatur Campaniæ comitissa in Charta ann. 1206. ex Chartul. Campan. fol. 270. v<sup>o</sup> : *Venerabili et karissimæ dominæ,*



*suae Blanchæ comitissæ Trecensî palatiuæ H. decanus totumque Cathalaunensis ecclesiæ capitulum, ..... rogamus. .... Sublimitatem vestram, quatinus, etc. Sed et hunc sibimet tribuit abbas Angeriacensis in Chartul. ejusd. monast. fol. 169. r<sup>o</sup>: Alduinus abbas divinn annuente misericordia S. Joannis Angeriaci monasterii, .... accessit ad nostram Sublimitatem quidam vir, etc.*

† **SUBLINGIUM**, **SUBLINGUA**. Vide *Sublinguium*.

**SUBLINGUIUM**, Papiæ, Operculum gurgulionis, quasi purva lingua, quæ foramen lingue recludit, vulgo *Livitila* dicitur. *Sublinguium, sonitus qui sub lingua sonat, quasi non bonus aut rectus sonitus, aut submurnur*. Addit Ugutio, vel folium, vel ullud quod sub lingua ponit et cantat, ut decipiat. Gloss. Gr. Lat.: ὑπογλώσσιον, *sublingua*. Idem Ugutio: *Sublinguium, locus subtus linguam. Sublinguium* nude habent Glossæ Arabico-Lat.

† **SUBLIPPUS**, ὑπεπίπλος, in Gloss. Lat. Gr.

† **SUBLOCUMTENENS**, Locumtenentis vices agens, Gall. *Souslieutenant*, in Litteris ann. 1558. apud Rymer. tom. 15. p. 485.

**SUBLONES**, ὄρυγες, θήλιζ ἐργαλίτζα, in Gloss. Lat. Gr. emendat Casaubonus, θεία, ἐργαλεία τε. Sunt autem eidem *Sublones*, hinnuli, cum primum cornua iis prorumpunt.

† **SUBLUCARE**, Sublucere. Gloss. Lat. Græcæ: *Subluco*, ὑποκθαίρω.

**SUBLUCULUS**, *Obscurus*, ὑπόμυρος, ὑποκόστεινος, in Gloss. Gr. Lat.

\* **SUBMAGISTER**, Secundus magister, Gall. *Sous-maitre*. Stat. colleg. Navar. ann. 1315. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 515. r<sup>o</sup>: *In dicta domo ponatur quidam ydoneus grmaticus bone vite, qui Submagister vocabitur, ad instruendum juniores in primitivis scientiæ grmaticæ.*

\* **SUBMAGISTRATUS**, Prioratus *submagistro* attributus, in Bulla Pauli III. PP. ann. 1535. apud Stephanot. part. 1. Antiq. Bened. Lemovic. MSS. pag. 474: *Unus Submagistratus etiam novitiorum.*

† **SUBMAJOR**, Urbis Subpræfectus, cuius dignitas *Submajora* dicitur. Charta ann. 1288. apud Rymer. tom. 2. pag. 402: *Novierint universi quod... Submajor, Jurati ac Communitas hominum civitatis Baïonensis, etc. Vide Majora in Major, col. 349.*

**SUBMANENTES**. Vide *Manentes*.

**SUBMANICATUS**, Ligatus maniciis, sive vinculis. Glossarium Ælfrici Saxonicum: *Submanicatus*, Beslifan, gebunden, i. ligatus, vincetus maniciis. Lex Longob. lib. 1. tit. 16. § 7. [\* 146. (6, 93.)]: *Si ipsam comprehendere præsumperit, et ud casum suum ligatam, aut Submanicatum adduxerit, componat sol. 100.* Ubi Boërii Glossæ exponunt: *ligatum maniciis propriis*. Editio Heroldi pag. 151. habet hoc loco *summatum*; sed perperam.

**SUBMANSOR**. Vide *Manentes*.

**SUBMANUM FULGUR**, κεραυνοβόλιον ἀπὸ πρῶι νυκτερινον, in Gloss. Gr. Lat.

**SUBMEIES**, in Gloss. Isid. *Qui in lectulo mingit*. in Gloss. Lat. Gr. habetur *Submejus* hac notione: locus non succurrit.

☞ Rem resarcit Grævius in notis ad Glossas Isidori, ubi *Submeles* legit, ex Marcello Empirico lib. de medicamentis cap.

26: *Leporis testiculi torrefacti, et ex vino poti par remedium Submejus præstat*. Ibidem: *Ungues aprugni exusti tritique in potiore sumti efficaciter Submejus prosunt*. Rursum: *Urinæ propriæ quantumcumque ignorant Sabmejulo efficaciter offertur*.

† **SUBMEN**. Vide *Subventrile*.

† **SUBMENTUM**. Vide *Submentum*.

**SUBMERGIUM**, Pœna submersionis, olim satis in usu. Florarium SS. apud Bollandum 3. Jan.: *Tandem Submergio adjudicatus, ... in mare præcipitatus, illustre martyrium consumnavit*. Ejusmodi pœnæ *submergi* mentionem agunt non semel scriptores. Agobardus lib. de Grandine cap. 16: *Propter quam causam multos comprehensos audivimus... plerosque autem affixos tabulis in flumen projectos atque necatos*. Charta ann. 1290. in Tabulario Inculsmensi Camera Comput. Parisiens.: *Si suspendi debeat condemnatus, videlicet ad furcas proximiori loco ubi fiet condemnatio per eosdem, vel si comburi vel Submergi debeat, in loco viciniore fiat*. Willel. Armoricus lib. 1. Philipp. de blasphematoribus pag. 102:

Sic ut qui legem fuerit transgressus eandem  
Quinque quater solidos teneatur solvere Christi  
Pauperibus, aut fluminea jaciatur in undas.

Annales Colmarienses ann. 1302: *Vitriman frater Scutariorum in sacco Submergitur*. Charta Sigismundi Imp. ann. 1312. in Probat. Hist. Sabaud. pag. 130: *Concedentes tibi nihilominus auctoritatem plenam... assnssinos et robatores stratarum loqueandi, judicandi, ac piratas maris Submergendi, juxta sacrorum legum Canonum et jurium communium sacratissimas sanctiones*. Vita Innocentii VI. PP: *De quibus idem Papa justitiam satis rigidam fieri mandavit, sic quod multi ex eis, etiam qui se nobiles aestimabant, erantque apparenter satis magni status, Submersi fuerunt, aut alias trucidati, etc.* Adde Lactantium de Mortibus persecutor. n. 23. Albertum Argentini. pag. 155. Albertum Stadensem ann. 1163. Abulfragium in Histor. Dynastiarum pag. 262. etc. Octavianus de S. Gelais in Viridario honoris, de Carolo VIII. Rege Franc.:

Et pour en Rome son pouvoit luiuiter,  
En champ de Flour en fist decapiter,  
Pareillement jetter en la riviere  
Fist cinq ou six, par quoi on peut noter  
Que sa puissance estoit fort singuliere.

Vide Radulfum de Hengham in Summa parva cap. 3. Jo. Fortescutum de Laudibus legum Angliæ cap. 35. Monstrelletum 1. vol. cap. 265. et alibi, Meurissium in Præfat. ad Hist. Episc. Metens. pag. 17. et supra in Fossa.

\* Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 439: *Jehan de Champin jadis escuier ravi et prist à force Jehanne de la Broce, pour lequel fait il a esté noyé.*

\* **SUBMERINUS**, Qui merini seu majoris vices agit. Ordinat. pro regno Navar. ann. 1322. in Reg. Cam. Comput. Paris. nuuc in Bibl. Broc. sign. 8406. fol. 304. r<sup>o</sup>: *Item cum nullus possit extrahere vinum de regno, sine regis licentia vel gubernatoris; et dato quod gubernator det licentiam, nichilominus merini, Submerini, vel aliorum gentes accipiunt ab illis, qui extrahunt vinum, quandoque de*

*pondere xij. denarios et quandoque duos solidos, etc.* Vide *Majorinus*.

† **SUBMERSUS**, ὑπερβύζεις. Gloss. Lat. Gr. In Sang. legitur *Summers impessum*.

**SUBMILITONES**, Vassalli. Tabularium Abbat. Conchensis in Ruthenis ch. 15: *Consenserunt etiam ud dictum ejus et factum principes umborum Castrorum, sive Submilitones, pauperes, divites, nobiles, ignobiles, etc.*

\*\* **SUBMINISTER**, Qui ministerialis locum tenet. Chart. Frider. II. Imper. ann. 1223. apud Pertz. Leg. tom. 2. pag. 250: *Postulavit edici super eo, si officium aliquis principis cujuscumque, dapifer scilicet, marscalcus, camerarius vel pincerna, posset principi domino suo, ratione sui officii quemquam ponere Subministrum... Saper quo sententiam hanc imperialis curia nostra promulgavit, quod nisi de assensu principis fuerit et ejus libera voluntate, nullus talium officiatorum Subofficiatum quemquam talem domino suo dare potest, etc.*

\*\* **SUBMINISTERIALES REGNI** et *communcipes*, in Berthold. Annal. ann. 1079. apud Pertz. Script. tom. 5. pag. 322. Regno subjectus, regni civis.

† **SUBMINISTRATIO**, Auxilium, subsidium, apud vet. S. Irenæi Interpretem in Præfat. ad lib. 1. num. 3. ubi Irenæus habet, ἐπὶδον, quod proprie viaticum auxiliumque via sonat.

**SUBMINOR**, Minoris pretii. Vide supra *Plumaciium, Galnabis*.

† **SUBMINOR**, Parum minor. Charta Rudesindi Episc. inter Conc. Hispan. tom. 3. pag. 180: *Calices argenteos exaratos tres, ex quibus unum Franciscum et eorum patris; et quatuor auratos Subminores.*

† **SUBMISSARE**. Gloss. Lat. Gr. *Submisso*, ὑπεροργίζω. In Sangerman. *Summisso*. Leg. *Submisso*, vel *Summisso*.

† 1. **SUBMISSIO**. *Submissionum Curia*, quæ olim *Curia Cnmeræ* dicebatur, ex Statutis Provinc. lib. 2. cap. 3. pag. 122. cedit. 1658. Jurisdictionis species quæ etiam hodie obtinet in Senescallii Provinciæ, non absimilis ab ea quæ apud Montempessulanum *Parvi sigilli* nuncupatur; a verbo *Submitto*, quod idem atque *Obligo* sonat, ducta, ut videtur, vocis origine. Vide Margaletum et Mourgum in eadem Statuta.

\* 2. **SUBMISSIO**, Inductio fraudulenta. Stat. Mantuæ lib. 1. cap. 6. ex Cod. reg. 4620: *Quæ (portæ) clundi debeant donec monstra seu rasigna fieret, ne Submissio aliqui fieri possit de uliquo ex familia dicti dom. potestatis, neque fraus.*

† **SUBMISSUS**, Statutus, definitus. Charta ann. 1357. apud Rymer. tom. 6. pag. 44: *Quæ per concilium dicti domini Regis Angliæ et præfatos Prælatos et Nobiles dicti regni Scotiæ, ac procuratores nostros supradictos, vel eorum quinque, vel quatuor tractata, ordinata, concordata, Submissa, jurata, renunciata et facta fuerint, etc.*

† **SUBMITTENTES PERSONÆ**. Vide *Submittantes*.

† **SUBMOLINARIUS**, Minister molenidini. Tabul. Brivat. fol. 198: *Molinarii et tres Submolinari, et tres gartiones, etc.* Vide in *Molnu*.

**SUBMONERE**, **SUMMONERE**, Citare, vocare, Gallis *Semoner*. Leges Edwardi Con-



fess. et Guillelmi Nothi cap. 1 : *Rex Anglie Guillelmus... fecit Summoniri per universos Anglie Consulatus universos Anglos nobiles, sapientes, et sua lege eruditos, etc.* Adde cap. 10. 35.

SUBMONERE ad exercitum, in Constit. Sicul. lib. 2. tit. 20. Bromptonus ann. 1178 : *Et postea Summonere fecit Comites et Barones Normannie per literas suas, quod essent ad eum apud Argentonum in Festo S. Dionysii equis et armis parati, secum in suo servitio remanendi.* Matth. Paris ann. 1242 : *Fecit etiam militare subsidium per provincias sibi subditas, quale solet Francia fundere, edicto regali communiter convocari, et civitum communitarum legiones ad Submonitionem regiam alacriter animari.* [Tabul. Vindoc. ann. 1048 : *Ipsas consuetudines donat Gaufridus Comes, ... excepta Submonitione pro prælio in adversarios, vel castro faciende in marchia.*] Le Roman de Garin MS :

Mandez nos homes sans prendre nul respit,  
Qu'il n'i remagne qui armes puist soffrir,  
Ses Semonnez qu'il vos viengent servir  
Cil qui de vos vodra terre tenir.

#### Alibi :

Vet s'en Fromond, Semoine son barnage.

Formula Submonitionum militarium antiqua habetur apud Frotharium Tullensem Episcopum Epist. 25. recentior in Regesto 10. 12. et 36. Philippi Pulchri Regis France. Chartophylacii Regii, quam hic damus :

*Philippe, etc. Pour cause certaine et necessaire, qui touche l'Etat de nous et de tout nostre Royaume, nous vous mandons et commandons, que vous veniez sans nul deffaut suffisamment appareillez en armes et en chevaux selon votre estat, et selon ce, que nous devez, et en outre si suffisamment, que vous uous en devons tenir pour bien payez, soiez à Arraz à cest premier jour de Juing prochain venant, pour faire et accomplir diligemment, ce que vous sera commandé et enjoint de par nous. Donné à Paris le Lundi enprès l'Invention sainte-Croiz l'an de grace 1302.*

*Philippes par la grace de Dieu Roys de France, au Baillif de Constantin, Salut. Come nous parnos lettres pendans t'avons autrefois mandé, que tu, les Prelaz, Evesques, Abbez, Chapitres et autres personnes d'Eglise de ta Baillie, qui ost, chevaucie, et quelque autre maniere de service nous doivent, priassiez et requissiez de par nous, et avec ce les Semonsisiez, que il as octaves de la Nativité saint Jehan Baptiste nouvellement passée fussent à Arraz en armes et en chevaux si suffisamment come il devoient, et come à chascun d'eux appartiendroit, pour nous servir, et aler avant avec nous en la besoigne de nostre guerre de Flandres, si comme le fait le requiert; nous veans que à ladite Octave ne povions avoir la gent que cuidions et entendions à avoir, et qui pour aucunes causes appareassans de novel, avons ferme propos de estre audit lieu à la quinzaine de la dite Feste saint Jehan, et encore plustost, se nous onques povons; car dès le jour dui nous sommes à la voie de nous traire cele part pour suivre le fait de nostre dite guerre le plustost et le plus hastivement, que pourons à l'aide Dieu : et mandons que tu hastivement, et*

*sans point de delai les requieres derechief, et priez de par nous, et à ce les Semons si estroitement come tu pourras, que il à ladite quinzaine sans nulle faute soient avec nous si come il devront audit lieu en armes et en chevaux, et autrement appareillié come à eus appartient, en maniere que nous soions tenus à eus à tousiours niais, et cestui mandement et Semonce fait à leur subgiez esquiez nous avons haute Justice, et à ceuz esquiez il ont haute Justice fai faire cette Semonce, et cest mandement par les Prelaz dessusdits. Donné à Paris le Mercredi après la Feste saint Pere et saint Pol l'an de grace 1304.*

*Au prevost de Paris salut. Nous te mandons et commandons, que tous les non nobles de ta Prevosté, qui ont la value de cent livres parisis en meubles, ou de deus cens livres de tournois en meubles et en heritages tout ensemble, Semon et contraing, si comme tu pourra plus, que sans nulle dilation soient à la quinzaine de la Magdelaine prochaine venant à Arraz, garni et appareillié pour faire nostre service, si que nous nous en doions tenir pour bien païé.*

*Au Baillif de Senlis, salut. Comme nous t'avons mandé par nos autres lettres, que tous ceus de ta baillie, qui de toi tiennent en fié, qui ont la value de 200. l. de rentes à tournois, de quelque Seigneur que il tiennent; Semonsisiez que chier come il nous ont, et sus quanque il se pevent meffaire vers nous, soient à Arraz à la quinzaine de la Magdelaine en armes et en chevaux appareilliez; de nous servir en nostre besoigne de Flandres, et si garni et arrée que nous en doions tenir pour bien païé, et que nous en sachions gré; encore te mandons-nous et comandons, que tu ledit mandement faces et accomplisses bien et diligemment, et tous Chapitres, Abbez, Prieurs, et Convens, Eglises, et Commun de ta Baillie, qui aucun service nous doivent faire, et à toute autre maniere de gens, quelque ils soient, et content que il soit encore contenu esdites lettres, que tu seisses generalement crier par toute ta Baillie qua toute autre maniere de gens, soit Gentilshommes ou autres, soient garnis et appareilliée en armes et en chevaux selon l'estat de chascun, en tele maniere, que ils soient prest et garni de faire nostre service toutefois, que nous leur feron savoir. Le devant cri et commandement general fait bien et diligemment faire et accomplir, selon, que il est contenu en nosdites lettres. Complures alie ejusdem fere tenoris habentur nobilium submonitiones in hisce binis Regestis, de quibus præterea in vocibus Hostis, Herebannum. Tantum observo, Barones in Francia per proprias Principis litteras submoneri solitos, quod attigimus in Elogio Joannis D. Joinvillæ pag. 19. Vide Statuta Delphinalia pag. 39.*

† SUBMONERE pro festo faciende vassallos suos poterant itidem Domini capitales, ut colligitur ex Charta ann. 1210. ex Tabul. Corbeiensi : *Si dictus Ficedominus (de Pinchonio) me pro festo faciende Submonuerit, ego cum uxore mea per octo dies secum ad custum meum debeo remanere.* Eadem habentur in Charta ann. 1240. ex eodem Tabulario.

SUBMONERE, In jus vocare per apparitionem, implacitare, citare. Quoniam Atta-

chamenta cap. 2 : *Est autem Summonitio, certi diei et loci exhibitio, partibus facta ad diem legalem.* Leges Henrici I. Regis Angli. cap. 41 : *Qui residens est, ad domum suam Submoneri debet de quolibet placito cum testibus.* Ad rectum Summoniri, cap. 42. 55. Sugerius in Ludovico VI. cap. 2 : *Nec mora, qui præfatum Burchardum ante Patrem Castro Pinciaci Submonitum coegerit.* [Charta Philippi Aug. ann. 1194. pro Atrebat. : *Nullus intra pacem civitatis manens Submoneri debet, nisi per scabinos, et scabini non possunt contradicere quin eant cum justitia nostra, quandocumque eos Submonuerit, sed justitia debet eis dicere causam Submonitionis, an sit rationabilis, nec ire debent, nisi sit rationabilis.* Asemoncer, in Privileg. habitatorum de Communes ann. 1364. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 4. pag. 523. sic enim legendum videtur pro Asemouré, uti editum est.] Passim, de iis submonitionibus multa habent Bracton. lib. 5. tract. 1. cap. 6. Flet lib. 6. cap. 6. Regiam Majestatem lib. 1. cap. 6. Quoniam Attachamenta cap. 2. 3. Bellomanerius MS. cap. 2. Butelerius in Summa Rurali lib. 1. cap. 3. Vetus Consuetudo Normannie cap. 61. [Gallandus de Franco alodio pag. 247. 248. Altaserra de Ducibus pag. 318. 320. Choppin. in Consuet. Andegav. cap. 46. pag. 450. etc. Vetus Poeta MS. ex Bibl. Coislin. nunc Sangerm. :

Li juges dit qu'il a meffait,  
Celui a fait Semondre à plait.  
A juor que eil estoit Semons  
Qui devoit faire son respons.]

#### Vide Placitum.

In controversiis, quæ inter ipsos Pares enascebantur, reum Dominus evocabat per pares ipsos, seu vassallos, qui judicio interesse debebant. Assisicæ Hierosolymitanæ MSS. cap. 223 : *Comment, et où le Seigneur peut et doit faire Semondre ses hommes du service, qu'il lui doivent. Se sont les manieres, selon ce que à moy semble, et sovient ores, come les Signors peuvent et doivent faire Semondre leurs homes dou service que ils li doivent, et que il les en peuvent faire Semondre, mats que il aie court là où il les Semont. Ce est assavoir deus de ses hommes, ou plus, et le peuvent faire Semondre par trois de ses hommes un en son leue, et deux come court ou bien par son banier.* Et cap. 225 : *Le Seigneur peut encore Semondre lui-même son vassal, et en cas il le doit faire devant deux de ses hommes, ou plus, pour ce que il à recort de Court, se mestier li est.* Le Roman du Renard MS :

Sire, pour ce devant l'esgart  
Deussiez Semondre renard  
Par un de vos Pers, et mander :  
Ne deussiez pas commander,  
Faire Semondre par garçon  
Tel Chevalier, ne tel Baron.

Exstant complura hujuse moris exempla in Tabulis et Historiis Francicis, ex quibus insigne est illud, quod refert auctor Chronici Flandrici cap. 33. ubi ait, Regem Angliæ Eduardum submonitum fuisse a duobus Paribus Franciæ, Episcopis Bellovacensi et Noviomensi : *Quand le Roy de France oit les nouvelles et complainte qui de tous lez venoient des gens le Roy d'Angleterre, moult en fu iré. Si manda tan-*



tot les Pers de France, et leur montra les injures, que le Roy d'Angleterre luy faisoit, et les conjura que drois luy en dissent. Et les Pers jurerent qu'on envoia deux des Pers au Roy d'Angleterre. Tantost on y envoia l'Evesque de Beauvais et l'Evesque de Noyon : et ne finirent, si vindrent en Angleterre, et trouverent le Roy en un sien Chastel, qu'on appelle Windesore. Là lui baillerent leurs lettres, et lui dirent, Sire, les Pers de France ont jugé, qu'on vous adjourne sur les demandes, que le Roy de France vous fait, et nous, qui sommes Pers de France, vous y adjournons, et que dedans 40. jours venez respondre à cette chose. Aliud exemplum antiquius submonitionis per Pares hic damus ex Tabulario Campaniæ, quod in Bibliotheca Regia asservatur fol. 139. et 112. ex quo eujusmodi etiam fuerit Parium Franciæ judiciorum ratio, cuius colligere liceat : Guillelmus D. G. Cothalounensis Episcopus universis, ad quos presens scriptum pervenerit, in Domino salutem. Noverit universitas vestra, quod cum dilecta et fidelis nostra Blanca Comitissa Campaniæ citata esset per Ducem Burgundiæ, M. de Montemaurentiaci, et Willelmum de Barris, ut iret in Curiam Domini Regis juri paritura super querela quam Erardus et Philippa, quæ dicitur uxor ejus contra eandem Comitissam et Th. ejus filium proponebant : et super eo, quod idem Erardus et eadem Philippa petebant a domino Rege, ut ipse Rex reciperet homagium ejusdem Erardi de Comitatu Campaniæ, sicut inde tenens fuerat quondam Comes Henricus, quem ipsa Philippa patrem suum esse dicebat : tandem apud Meledunum in presentia D. Regis constituti prædicta Comitissa Campaniæ et Th. filius ejus ex una parte, et prædicti Erardus de Brena et Philippa ex altera, requirentes super hoc sibi fieri judicium, judicatum est ibidem a Paribus Regni Franciæ, videlicet a venerabili patre nostro A. Remense Archiep. et dilectis fratribus nostris Willelmo Lingonensi, Ph. Belvacensi, St. Noviomensi Episcopis, a nobis etiam et ab Odone Duce Burgundiæ et o multis Episcopis et Baronibus Regni Franciæ, videlicet Atisiodorensi, R. Carnotensi, G. Silvanectensi, et J. Lexoviensi Episcopis, et Willelmo Comite Pontivi, R. Comite Drocarum, P. Comite Britannicæ, G. Comite S. Pauli, Willelmo de Rupibus, Senescallo Andegavensi, Willelmo Comite Joigniæ, J. Comite Bellimontis, R. Comite de Alençon, audiente Domino Rege et judicium approbante, quod homagium Erardi de Brena vel Philippæ supradictæ de Comitatu Campaniæ nullatenus recipere debeat, quamdiu Bl. Comitissa et Th. filius ejus vellent jus facere in Curia Domini Regis et prosequi, quia usus et consuetudo Franciæ talis est, quod ex quo aliquis saisitus est de aliquo feodo per Dominum feodi, Dominus feodi non debet alium recipere in hominem de eodem feodo, quamdiu ille, qui saisitus est de feodo per dominum feodi, velit et paratus sit jus facere in Curia Domini Regis, et prosequi. Et quia Comitem Th. patrem istius Th. per assensum Baronum regni Franciæ nullo contradicente recepit Dominus Rex in hominem de Comitatu Campaniæ et Briæ, sicut pater ejusdem Comes Henricus inde tenens fuerat, et post decessum dicti

Comitis Th. recepit Blancham Comitissam de eodem Comitatu in feminam suam sicut de baillio, et postea Th. filium ejus, salvo baillio matris suæ, de eodem Comitatu in hominem recepit nullo contradicente, de jure non debebat Dominus Rex dissaisire B. Comitissam vel Th. filium ejus de Comitatu Campaniæ et Briæ, quamdiu parati essent jus facere in Curia ipsius Regis, et prosequi. Et ipsa Comitissa coram Domino Rege, coram nobis et coram Baronibus regni id semper obtulit. Hoc autem judicium prædictum concesserunt prædicti Erardus et Ph. et ea die, qua istud judicium factum fuit, nihil amplius quæsierunt a prædicta Comitissa Campaniæ et ejus filio, et sic sine die recesserunt. In cuius rei testimonium præsentis Litteras fieri præcepimus sigilli nostri munimine roboratas. Actum Meleduni ann. Dom. MCCCXVI. mense Julio. [Vide in Par, pag. 71.]

Interdum etiam ad ejusmodi submonitiones adhibebantur Milites, non Pares, quod ex Aresto dato Parisiis ann. 1224. docemur, in quo hæc habentur : Cum esset contentio inter Johannam Comitissam Flandriæ ex una parte, et Johannem de Nigella ex altera, idem Joannes appellavit Comitissam de defectu ad Curiam Regis. Dominus Rex fecit Comitissam citari coram se per duos Milites. Comitissa ad diem comparens, proposuit se non sufficienter fuisse citatam per duos Milites, quia per Pares suos citari debebat : partibus oppodiantibus se super hoc, judicatum est in Curia Domini Regis, quod Comitissa fuerat sufficienter et competenter citata per duos Milites, et quod tenebat et valebat Submonitio per eos facta de Comitissa. Edwardus I. Rex Angliæ et Dux Aquitanicæ submonitus fuit a Senescallo Petricorensi et duobus aliis Militibus ad Parlamentum Regium 20. post Natalem Domini die ann. 1293. tenendum, responsurus de aliquot excessibus ac forisfactis. In Transactione inita inter Carolum V. Regem Franc. et Philippum Ducem Aurelianensem pro ejusdem Ducis anapagio, mense Januario ann. 1366. exaratum legitur, Ducem submonitum fuisse per Comitum Bononiæ et Comestabulum Franciæ : in Regesto Olim, fol. 57.

Id olim juris sibi arrogarunt Prælati Normanni, ut quoties per Regem ab apparitore regio citarentur ac submonerentur, is quatuor Militibus comitatus esse deberet : Quod quoties citantur Episcopi, cum serviente Regis intersunt quatuor Milites, ut possint ferre recordationem de citatione facta ; aliter nec ad citationem venire, nec, si venerint, respondere coguntur. Inhonestissimum enim esset, ut dicebant, quod asserente serviente Regis se citasse Episcopum, compelleretur Episcopus vel emendam præstare tanquam deficiens, vel jurare, sicut faciunt alii, se non fuisse citatum. Quapropter Regem rogarunt, ut hæc consuetudo deinceps servaretur : quod statutum a Rege fuit in rebus, quæ Baroniam tangerent solummodo : Intererunt quatuor Milites, quando citantur Episcopi super rebus pertinentibus ad Baroniam. Inter inquestas terminatas Parisiis in Parlamento B. Martini hyemal. an. D. 1258. Atque id relatum in veter. Consuetud. Normann. cap. 61 :

Les Barons doivent estre Semons par le Bailli, ou par le Vicomte, ou par le maistre Sergeant, pardevant quatre Chevaliers au noins, qui puissent porter tesmoignage de la semonce.

Quod vero dicebant Episcopi inhonestissimum fore, ut servienti Regio fides adhiberetur, submonitionem a se factam asserenti, hoc vero Episcopis denegantibus, Assisiæ Hierosolymitanæ cap. 225. id statuit, si Bancrus, (Le Banier) seu apparitor, Baronem aliquem de servitio suo submonuerit, et is defecerit, Banerio submonitionem factam a se asserenti fidem habendam : Le Banier en doit estre creu, se il dit, que il l'a Semons : et se lui dit par la foi, que il doit au Seigneur, que le Banier ne le Semonist de cette semonce, si com il dit et attaint en est quite, ou se non il pert son sic. Hinc forte natum apud nos proverbium : Sergeant à Roy est Pers à Comte.

Cæteri etiam Barones Franciæ simile sibi jus asserere conati sunt, ut non nisi a militibus submonerentur : Super eo quod quidam Barones Dom. Regi supplicabant, quod homines et subditi sui non adjournarentur coram D. Rege per gentes Regis ; sed potius per ipsos : responsum fuit quod dominus Rex hoc non faceret, nec hoc tenebatur facere, nisi vellet. Inter Judicia, Consilia et Arresta expedita in Parlamento Condlosæ ann. 1276.

Eadem ratione Episcopi, qui sibi invicem Pares dicuntur, locis in v. Par laudatis, non nisi a paribus Episcopis judicari atque adeo submoneri poterant. Nota sunt, quæ de Nestorio Patriarcha CP. et Dioscoro Patriarcha Alexandrino habent Acta Conciliorum Ephesini et Calchedonensis, quos ab Episcopis ad ea Concilia citatos et submonitos narrant. Vide Liberatum Diac. cap. 13. et Joannem VIII. PP. Epist. 275. Libellus proclamationis Rothadi Episcopi Suessionensis ann. 863 : Tunc tres Hincmarus Archiepiscopus Episcopos ad me misit, mandans ad Synodum ipsam ut sine mora venirent.

Id denique juris sibi olim asseruere Francici Prælati, Regem Ecclesiarum vassallos per suos officiales submonere non debere, sed per Ecclesiasticorum officiales. Inter articulos Regi Philippo Pulchro oblatis sub exitum ann. 1296. a Franciæ Prælati pro auxilio pecuniario pro bello Aquitanico et Flandrensi, hæc habentur : Ferum cum temporibus vestris in hominibus Ecclesiarum quedam novitas sit inducta, videlicet quod ad exercitus vestros Flandriæ ac Wasconicæ ire, vel nittere vel se redimere per vestros Curiales dicti homines sunt compulsi, faciendo nomine vestro banna et præconizationes in terris Prælatorum ipsorum sine voluntate, imo etiam contra voluntatem eorum, quod nunquam alias antea in temporibus factum fuit, supplicant supradicti Prælati eis concedi Litteras regias, quod per præmissa vestro tempore innovata Ecclesiis, vel earum hominibus præjudicium nullum fiat, et quod o similibus cessabit in futurum. Charta Radulphi de Balgentiaco ann. 1085. in Tabulario Vindocinensi fol. 193 : Nullum faciet ire in banuum, vel corveam, sive equitatum, (præterquam in aliquot casibus ibi expressis,) et tunc qui-



dem non per Præpositum suum aut vicarium suum submonebantur homines monachorum; sed monachis tantum dicitur, ut ipsi unum de servientibus suis homines faciant submonere.

† SUBMONTIO, In jus citatio, vocatio. Charta Ludovici VI. Reg. Franc. ann. 1123. in Hist. Blesens. pag. 95 : *Annuimus quod illi Submiontioncu, vel falsum clamorem non emendent.* Litteræ Caroli V. Reg. ann. 1367. tom. 5. Ordinatio. pag. 73 : *Quodque dictus Major habeat omnes Submiontionnes hominum baillie sue ad rectam, etc.*

\* SUBMONTIO IN ARMIS, Id est, Ad exercitum. Charta ann. 1210. in Chartul. S. Vinc. Laudun. ch. 159 : *In villa de Villari positionem majoris, gallinas, Submiontionem in armis, etc.*

† SUBMONTIO, in Charta apud Madox Formul. Anglic. pag. 12.

† SUMMONCIO, Eadem notione, in Charta Richardi Reg. Angl. Locus est in Superassissæ.

RESUMMONIARE, Iterum summonere, in Fleta lib. 1. cap. 1. § 20.

† RESUMMONITIO, Iterata submiontio. Vide Blount in Nomolex. Anglic.

SUMMOSA, pro Submiontione, in Charta Roberti Guiscardi, apud Baron. ann. 1093. n. 20 : *Et in Curia ipsius monasterii per ejus Summosani veniunt ad justitiam faciendam.*

SUMMONITOR, Gallis *Semoneur*. Κλητήρ, apud Harpocratonem, κλητήρες οἱ ἀνδρες δὲ ὄντες εἰς τὰς δίκας προσκαλοῦνται οἱ διαδικαζόμενοι τῷ. *Legalis Summonitor, in Regiam Majestat. lib. 1. cap. 6. § 2. Tabularium Vindocinense : Per ordinarium Submonitorem in curiam vocatus. Breve Judicium apud Littletonem sect. 234 : Et quod summoneat eos per bonos Summonitores, quod sint eorum justitiaris, etc.* [Summonitores ordinarii, legales, boni : Summonitores scaccarii, apud Kennet. in Gloss. ad calcem Antiquit. Ambrosden.] *Li Sumenour, in Legibus Normann. Will. Nothi cap. 45. Assisæ Hierosol. MSS. cap 78 : Les 3. Semonneirs doivent querre celui de quoy l'on s'est clamé. Infra : Si requiert et commande à sa Cour, que elle li connoisse, se il est uttain du murtre, et se les Semonneirs ont recordé en la cour, que ils avoient fait la semonce. Adde cap. 215. et seqq. et 223. Apud Bellomanerium in Consuetudine Belvacensî caput 2. inscribitur, des semonces et des Semonneurs et de ceus, qui n'obéissent as semonccs, et comme on doit semondre. De officio Summonitorum, agit præterea Radulfus de Hengham in Summa magna cap. 5.*

\* *Cemoneur, Apparitor curiæ ecclesiasticæ, in Lit. remiss. ann. 1405. ex Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 231 : Jcellui Souchu, qui estoit Cemoneurs et porteurs de cemonces sur poures gens, etc.*

SUMMONITORÆ, Epistolæ, quibus Episcopi ad Concilium submonentur, et evocantur. Radulfus de Diceto : *Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, de convocandis ad Concilium generale Submiontorias patentes ostendit.*

\* SUBMONERE ALICUI REM, Illam nunciare, declarare, vel offerre, proponere. Charta ann. 1188. in Chartul. Cluniac. : *Si homo de vulle terram suam vendere voluerit,*

*prius eam Submonebit priori : si prior enere voluerit, levius emet.*

SUBMONTIO, f. Suppeditatio. Necrolog. Eccl. Carnot. : *Acquisivit etiam apud Memesin generuliter quiquid Major habebat in granica capituli, ... præter unam minam avenæ, quam habet propter Submiontionem saccorum. Vide alia notione in Submonere.*

† SUBMONITOR, Idem qui Proscholus. Vide in hac voce. Hujus erat admonere pueros officii sui antequam ad Magistrum accederent, eorum lectiones excipere, priusquam ii in scholam venirent : unde Submiontoridictus. Statuta Scholarum Paris. ann. 1357. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 447 : *Nullus tradet scholas suas ad firmam, nec habebit socium, sed habere poterit Submiontorem. Nullus tenebit Submiontorem qui cum alio magistrorum fuerit, nisi tribus scholis, etc. Nullus Submiontor tenebit scholas juxta magistrum suum, nisi tribus scholis intermediis... Si contingat vos capere Vicemagistrum, presentabitis eum domino Cantori. Vide alia notione in Submonere.*

\* Charta circ. ann. 1373. inter Instr. tom. 10. Gall. Christ. col. 276 : *Fundavit et dotavit unum collegium perpetuum duodecim scholarium, cum uno magno Submiontore et uno procuratore, que persone faciunt quindecim numerum. Ubi aut quatuordecim legendum est; aut, quod malim, cum uno magistro, submiontore et uno procuratore, qui error ex voce magistro contracte scripta ortus videtur.*

† SUBMONTORIUS. Vide in Submonere.

\* SUBMONTES, Montes, loca montana. Hist. belli Foroju. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 1202 : *Johannes, nutione Utinensis, contestabilis sociorum xxv.... vadens per Submontes, quum applicuit ipse Johannes cum ejus comitiva Avianum, reperit Sacillum fore datum parti adversæ..... Qui statim venientes per Submontes, ob timorem inducti, videntes ipsas gentes talia loca fortissima verbo tantum vincere, veniunt in ipso constanti et fortissimo castro Maniaci.*

\* SUBMOTIO, Vide infra Summotio.

† SUBMONTORIA BRACHIORUM, Axillæ, Gall. *Aisselles*, f. pro Submotoria. Sebast. Perusinus in Vita B. Columbæ Reatinæ tom. 5. Maii pag. 392 : *Eorum filius domum rediit cum magnis feltribus et glandulis in Submuntoriis brachiorum.*

\* Leg. videtur Submuntoria.

† SUBMURMUR. Vide Sublinguum.

† SUBMURUM, vel SUBMURUS, Prædium, quod est ad urbis muros. Chron. Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 482 : *Item in Submuro civitatis Reatinæ et ad sanctum Georgium, terram et vineam, et medietatem molini majoris, etc. Vide infra Suburbanum.*

SUBNEMUS. Vide Subboscus.

SUBNERVARE, Willelmo Britoni in Vocab. MS. est nervos poplitum succidere. Tunc equus Subnervatur, cum nervi poplitum præciduntur. Ferodos truncare, in Anonymo Valesiano de Constantino M. pag. 471. Gloss. Gr. Lat. : *Subnervare, νευρῶσαι.* Ignotus Casinensis cap. 9 : *Post dies aliquot suos Subnervantes equos, navigare cœperunt.*

Occurrit in Josue cap. 11. 2. Regum cap. 8. et 1. Paralipom. cap. 18. [apud Tertull. adv. Judæos cap. 10. et Apuleium in Apologet.] Vide *Expeditare*, et *Sgarretare*.

† SUBNOTARE. Charta Caroli III. ann. 903. inter Probat. Hist. Sangerm. pag. 21 : *Ernstus Notarius ad vicem Askerici Episcopi Subnotavit. Quæ formula huic longe usitatiori respondet : ud vicem N. recognovit.*

\* SUBNOTATIO, Subscriptio. Charta Balduini comit. Hann. ann. 1147. in Chartul. Clarifont. ch. 16 : *Præsents scripti paginam sigilli nostri impressione firmanus et liberalium virorum Subnotatione roboramus.*

† SUBOBSITUS, Tectus, opertus. Vita S. Mariæ Ægypt. tom. 1. April. pag. 85 :

*Ille gradum fixit, manibusque Subobsita dixit.*

\*\* SUBOCCULTE, Occulte, in Chron. Palatin. apud Maium Spicil. tom. 9. pag. 125.

SUBOCULARE, Pars, quæ subest oculis, Græcis ὑπόπιον. Joannes Diaconus in Vita Gregorii M. lib. 4. cap. 84. ubi describit vultum ejusdem Gregorii : *Fronte speciosa, elatis et longis, sed exilibus supercilis, oculis pupilla fulvis, non quidem magnis, sed patulis, Subocularibus plenis, etc. Suboculares venæ, apud Vegetium lib. 4. Artis veterin. cap. 4.*

† SUBOFFICIALIS, Officialis vicarius. Honorii IV. PP. Statuta pro regni Neapolit. incolis ann. 1285. apud Raynaldum num. 45 : *Subofficiales non capiunt unimalia deputata ad centimulos.*

\*\* SUBOFFICIATUS. Vide Subminister.

† SUBOLA, Vasconibus, Regio sylvestris, ex Valesio in Notit. Gall. pag. 535. col. 2.

\* SUBOLERE, Crescere. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Subolere, Croistre.*

† SUBOPERARIUS, Qui operibus publicis sub Magistro operarum vacat. Constitut. Eccles. Valent. inter Conc. Hispan. tom. 4. pag. 191 : *Suboperarius ecclesiæ non possit recuperare aliquam annatam ex beneficiis vacantibus, nisi in præsentia domini operarii canonici. Vide Operarius.*

\* SUBORDINATIO, pro Subornatio, testium corruptela. Instr. ann. 1385. tom. 5. Cod. diplom. Polon. pag. 81. col. 2 : *Quod prædicti testes, non intuitu justitiæ, sed magis ad inductionem et Subordinationem ac favorem ipsius Heydeckii... singula dicerent, etc.*

\* 1. SUBORNARE SIGILLO, Illud apponere, sigillo munire. Chartul. Buxer. part. 2. ch. 18 : *Hunc laudationem plurimi uiderunt... Haymo dominus Marrignioci, cujus sigillo cartam istam ad rem certiore facendum Subornare curavimus.*

\* 2. SUBORNARE, f. pro Subrogare, saltem eo sensu usurpatur in Actis S. Gauger. tom. 2. Aug. pag. 686. col. 1 : *Cum ad beati Fronti ecclesiam oraturus accederet, ac ministris sequentibus baculum retro tenendum porrigeret, divina contigit voluntate, præsto neminem suorum affuisse, quorum intererat ipsum sacrum baculum de manu S. patris excipere. Ejus autem animus fide non fallitur; quia cælestis bacularius ei subito*



per Dei providentiam Subornatur. Nostri *Soubourner*, pro *Attirer*, Allicere, invitare, dixerunt. Stat. ann. 1390. tom. 7. Ordinatus. reg. Franc. pag. 358. art. 15 : *Quiconque dudat mestier vendra son euvre à son estal, ou à son hostel, et il y vient marchans, ils ne les doivent Soubourner ne appeller, s'ilz ne sont à leur estal ou maison, ou passans pardevant, sur peine de cinq sols d'annende.*

† **SUBORTIARI**. Concil. Rotomag. ann. 1231. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 181 : *Nec procurabit (Advocatus) quod falsitates vel Subortuari, seu falsa instrumenta in causa sua producantur. Ubi legendum puto, quod falsi testes vel subornati.*

† **SUBPEDIRE**, Baculis subnixus gradi. Miracula S. Roberti tom. 3. April. pag. 332 : *Juvenis quidam... crus ac pedem igno morbo ardente amisit, os vero cruris manu ferens, Subpediendo baculis Casæ Dei venit.*

† **SUBPEDITARE**, Vincere, superare, quasi sub pedes ponere. Will. Wyrcester. Anecd. ad calcem lib. nigri Scacarii pag. 530 : *Magnus Ethelstannus Wallenses Subpeditavit. Litteræ Henrici VII. Reg. Angl. ann. 1502. apud Rymer. tom. 13. pag. 39 : Eosque capiendi, Subpeditandi, et incarcerationandi, etc. Vide Suppeditare.*

† **SUBPEDITATIO**, Contentio, despectus, Gall. *Mépris*. Depositio Guillelmi Catalani ex Bibl. Reg. : *Credo quod vos sciatis quod a Gallicis multa tedia, vituperia et Subpeditationes sustinuitis.*

† **SUBPELLICIUM**, ut infra *Superpellitium*. Consuetud. Canon. Regular. Monast. S. Jacobi de Monteforti apud Marten. part. 1. Collect. novæ pag. 307 : *Qui cum venerint, inchoetur Missa. Et notandum quod in Subpellitiis privatis diebus ministri serviunt.*

† **SUBPERTINENTIA**, Appendices, Gall. *Appartenances*. Charta Ludovici Germanici, apud Eccardum in Orig. Habsburg-Austr. col. 109 : *Cum omnibus sibi Subpertinentibus, tam muncipiis, quam prædiis. Vide Pertinentiæ et Subjacentiæ.*

† **SUBPHRAGIUM**. Vide in *Suffragium* 6.

\* **SUBPISCIONARIUS**, Officium monasticum, cui piscium ministrandum, aut etiam vivarium piscium cura, post *Piscionarium*, incumbit. Charta ann. 1349. ex Tabul. S. Crucis Burdegal. : *Constitutis in presentia mei notarii... Jounne Thoma priore claustrali et refectuario, Helia subpriore et Subpiscionario, etc. Ubi leg. Subpiscionario. Vide supra Piscionarius.*

† **SUBPLACITARE**. Vide *Placitum* col. 531.

\*\* **SUBPIGNUS**, Pignus, a Germ. *Unterpfand*. Chart. ann. 1311. in Guden. cod. Dipl. tom. 2. pag. 452 : *Universa bona sua immobilia... pro warrandia ipsi D. Conrado faciendi pro Subpignore ipsi obligavit. Vide ibid. pag. 1025. aliam chart. ann. 1324. et Haltaus. Glossar. German. col. 1957. voce Unterpfand, ubi scribit in Glossar. Lat.-Germ. MS. etiam legi Subtervadium.*

† **SUBPORTULANI**, Tributorum exactores. Constitut. Frederici Reg. Siciliæ cap. 32 : *Jubemus quod ipsi crederentii, notarii, et particulures Subportulani exerceant officia ipsu per se personaliter, non per substitutos eorum. Vide Portulani.*

**SUBPOSITORIUM**. Glossæ Græc. Lat. : ὑποπόδιον, *Scabellum, subsellium, scamillum, Subpositorium*. Sed legendum videtur *Suppeditorium*, [vel *Suppositorium*. Vide in hac voce.]

† **SUBPOSTURIUM**. Vide *Suppositorium*.

† **SUBPRESTES**, pro *Superstes*, in Conc. Hispan. tom. 4. pag. 390. 479. Vide *Superstes*.

\* **SUBPRIMATES**, Optimates secundi ordinis. Resp. Bosonis reg. ad synod. Mantal. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 306 : *Igitur, domini mei, sacrosancti pontifices, Ecclesie summi Dei nostri præules, et vos omnes nostri fideles, primates et Subprimates, etc. Quæ ultima de proceribus laicis intelligo, tum quod ecclesiastici jam satis designati sint, tum ex inscriptione epistolæ synodalis ad eundem regem ibid. pag. 305 : Sacra Synodus Mantalensis territorii Viennensis, in nomine Domini nostri congregata, simul cum Primoribus, etc. Vide Primas.*

† **SUBPRIMUS**, Secundus, inferior, apud Pezium in Præfatione ad tom. 1. Anecd. ex Theogeri Episc. Metens. lib. de Musica. Vide *Supprimus*.

† **SUBPRIOR**, Qui absente Priore cœtui Monastico præest. Oderic. Vital. lib. 5 : *Subprioris curam duntius gessit, vicesque Abbatis in divine legis prolatione sapius explevit. Vide Subpiscionarius.*

† **SUBPRISIA**, Usurpatio, injusta occupatio. Testam. ann. 1262. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 400 : *Volo et præcipio quod omnes Subprisie terrarum et reddituum quas feci, ubicunque sint, reddantur penitus, si legitime possint probari. Vide Supprisia.*

\* Invent. Chart. reg. ann. 1482. fol. 118. v° : *Littera Karoli Regis Francie et Navarre data apud S. Germanum in Laya anno 1324. .... continens inter cætera quod dux Johannes scripto dederat plures articulos interpreturum et Subprisiarum factarum contra sua jura per ballivos, gentes et officiuos regis in suo ducatu Britaniæ.*

† **SUBPULMENTARIUS**. Quid ejusmodi voce veteres significare voluerint, haud certo scio, inquit Panvinius, nisi is *Subpulmentarius* fuerit, qui pauperibus ea elemosynarum genera et Palatio Pontificis distribuebat, quæ vel mensæ superfucrant, vel ad cibum pertinebant : quod innuere videtur Bibliothecarius in Hadriano. Mox addit eundem esse cum Paracellario. Meminit Benno Cardinalis in Histor. Gregor. VII. *Subpulmentarii*, Officialis Ecclesiæ Rom. ut et Luithprandus lib. 6. cap. 6.

\*\* **SUBPUTRENS**. Galen. lat. MS. ad Glauc. lib. 2. cap. 9 : *Nisi forte cacœthes erit vulnus et Subputrens. Maius in Gloss. novo. Suppurans.*

† **SUBRACO**. Vide supra *Subhircus*.

\* **SUBRECAP**, vox vulgaris, Operculum, Gall. *Couvercle*. Invent. ann. 1294. ex Tabul. Montisil. : *Octo cifi argentei cum pedibus deauratis, quorum tres erant cum cohortorio argenteo, sive Subrecap. Vide infra Supracapa.*

† **SUBRECITARE**, Submissa voce recitare, legere. Gloss. Lat. Gr. : ὑποκινῶσθαι, *Subrecito*. In Gr. Lat. additur, *Sublego*.

† **SUBRECTUS**, Congelatus. Vita B. Notkeri tom. 1. April. pag. 588 : *Vus in latus jacuit, vinunque velut si Subrectum esset, solide continuit.*

† **SUBREFECTORIUS**, Qui *Refectorio* subest, in Monasteriis. Vide in *Refectorium*.

† **SUBREGNARUS**, Qui officiales hebdomadarios in tabula annotabat, ex Ordinario Eccl. Laudun. apud Marten. de Ant. Eccl. Ritibus lib. 1. cap. 3. art. 8. n. 4 : *Deinde Subregnarus denuntiat in tabula hebdomadarios canonicos, videlicet hebdomadariarum missæ, evungeli, epistolæ, et chori unumquemque in suo ordine.*

† **SUBREGULUS**, Princeps Regali ferme potestate. Ammianus lib. 17. de Zizai Regali Pannonum : *Duxerat potior cum cæteris Sarmutis etiam Rumoneum, et Zinafrum, et Fragiledum Subregulos, plurimosque optimates, etc. Adde pag. 107. Witkindus lib. 2. de Gestis Saxonum : Timensque sibi vicinum Subregulum, eoquod paruisset imperiis Saxonum, indixit ei bellum.*

† **SUBREGULI** præterea appellabantur Majores-domus sub prima Regum Francorum stirpe, quod rerum summa penes eos esset. Vita S. Arnulfi Episcopi Metensis cap. 4. de Gundulfo Majore Palatii : *Gundulfo Subregulo, seu etiam Rectori Palatii, vel Consiliario Regis exercitandus in bonis artibus traditur. Ursinus in Vita S. Leodegarii cap. 8. de Ebriano : Et cum Major-domus effectus esset, cogitare cepit de ultione inimicorum, qui eum noluerant habere Subregulum. Gesta Francorum cap. 11 : Wiomadum amicum Childerici Subregulum ab Egidio iterum Franci instituerunt. Fridegodus in Vita S. Audœni Rotomag. Archiep. : Res Palatii administrante Warutone Subregulo. Sic Carolum Martellum Majorem-domus Regiæ Francorum compellat Gregorius III. PP. in Epist. 5. et 6 : Domino excellentissimo filio Carolo Subregulo, Gregorius Papa. In 7. Principem Francorum, vocat : Gregorius II. Duces, Epist. 2. *Patricium*, Epist. 8. in Tabular. S. Cornelii Compend. in Charta Ludovici Regis, Filii Caroli Simplicis de Hugone Duce Francorum, qui est in omnibus regni nostri Secundus a nobis. Ita apud Anglos Æthelstanus Dux Oriens-talium Anglorum, propter summam, quam sub Æthelstano Rege potentiam obtinuit, *Half-king*, id est *Semirex*, appellatus fuit. Vetus Schedæ ex Lelandi Collectaneis, apud Will. Dugdalem in Antiquitatib. Warwicensib. pag. 514 : *Cum maxime florerent in diebus Æthelredi Regis Merciorum, capi eum benigne precari, ut mihi concedere dignaretur antiquum Cænobiun, quod Flundenburg nuncupatur, quod sibi event ex hereditate sue uxoris, quæ fuit Ostrithis vocata : sutis ille libenti animo, quod posebam, concessit. Hoc Cænobiun postea dedit Æthelardo Subregulo, qui erat Rex illius provincie, quæ Wicce dicitur, pro alio Cænobio, quod Straetforde nominatur. Vide Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 231. et supra in Regales, Regulus.**

† **SUBREGULI** apud Anglos etiam nuncupantur Duces, Comites, et Barones. Th. Walsinghamus pag. 103 : *Cum Edgarus Rex Angliæ, Regem Scotorum et alios Subregulos subjugasset, etc. Eadem habet Chron. Th.*



*Otterbourne* pag. 84 : *Qui (Edgurus) Regem Scottorum Kynadum et Regem Cumborum Malcolmum, et Machum Regem insularum cum aliis quinque Subregulis ad curiam suam coactos sacramento perpetuo obligavit. Analecta Ecceles. Wigorn. fol. 25 : Rex Merciorum, cum Comite suo Subregulo, etc. Florent. Wigorn. ad ann. 1066 : Quo tumultu Subregulus Haraldus Godwidi Ducis filius, etc. Consul dicitur apud Huntington. pag. 366 : Algaro vero filio Leofrici Consulis dedit Consulatum Huraldi. [\*Vide Phillips. de Jur. Anglosax. not. 98. et 229.]*

**SUBRELICTORUM LIBER**, qui vulgo *Paralipomenon*, apud Luciferum Calaritanum de non conveniendo cum Hæretic. pag. 197. 1. edit.

† **SUBREPTIVE**, Dolose, subrepta ratione, Gall. *Subrépticement*. Charta Urbani II. PP. ann. 1089. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *Porro cœnobium vestrum hac libertate donamus, ut te obeunte vel tuorum quolibet successorum nullus ibi quacunque Subreptive substituatur.*

**SUBRICULA**, Σουβρικιον, in Gloss. Gr. Lat.

\* Nostris *Soubrai*, Retis genus, instrumentum piscandi. Lit. remiss. ann. 1386. in Reg. 129. Chartoph. reg. ch. 75 : *Certains engins à prendre poisson, appelez Soubraiz*. Nisi idem sit quod supra *Braga*, gurgis, locus in fluvio coarctatus piscium capiendorum gratia.

† **SUBRIPINUS**, Locus ad ripam positus, ripæ vicinus. Acta B. Ceslai Odrovantii tom. 4. Julii pag. 192 : *Ecclesiam S. Clementis in Subripinis Vulturæ ... a Rege obtinuit.*

† **SUBROGARI**, Reddi, restitui, in Cod. Theod. tit. 1. lib. 12. de Decurion. leg. 120 : *Ordinibus propriis atque officiis jussimus Subrogari*. Occurrit rursum ibid. in leg. 134. ejusd. tit.

† **SUBROGATIO**, est rei litigiosæ in alium translatio, quam a Bonifacio VIII. rejectam Gallicis forensis usus recepit. Compendiosa benef. Expositio, quæ consuli potest.

† **SUBRUCCIONES**, ὑπορραφαί, in Gloss. Lat. Gr. *Subrucciones*, ut in Cod. Theod. tit. 1. lib. 15. de oper. publ. leg. 19. Vide Salmas. ad Hist. Aug. pag. 378.

† **SUBRUGARE**, f. pro *Subruncare*. Gloss. Lat. Gr. : *Subrugo*, ὑπορρῶσα, in Gr. Lat. : ὑπορρῶσα, *Effodio, subruo, Subrugo.*

† **SUBRUNDA**, pro *Subgrunda*. Vide *Subgrundium*, Gloss. Lat. Gr. : *Subrunda*, ὑπορρῶσα. Alia Gr. Lat. ὑπορρῶσα, *Grunda, Suggrunda, Subrunda*. Vide infra *Subundra*.

† **SUBRUS**, Suber, ni fallor, Ital. *Sobero*. Statuta dataria Riperiæ cap. 12. fol. 4. vº : *De qualibet stora scorzarum a Subris pro introitu solidi sex.*

† **SUBSADINA**, **SUBSADIRE**. Vide *Sol satire*.

† **SUBSANNUM**. Vide infra *Subsannium*.

† **SUBSANNATIO**, ut mox *Subsannium*. Gloss. Lat. Græc. : *Subsunnatio*, μωκτικισμός. Occurrit in Psal. 34. 16. 43. 14. etc. ut *Subsannare*, irridere, 4. Reg. 19. 21. 2. Paralip. 30. 10. etc. et *Subsannator*, irrisor, Eccl. 33. 6. *Subsannare*, rechiner, moquer, *escharnir*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.

\* *Subsannans alios, ipse deridendus, in*

*Chron. Ditmari episc. Mersburg. apud Leibnit. tom. 1. Script. Brunsvic. pag. 364. Sorner nostris, eodem significatu. Lit. remiss. ann. 1420. in Reg. 171. Chartoph. reg. ch. 277 : Lequel Colart print à noiser aveeques icellui Bertran et le Sorner et moquer de ce qu'il l'avoit batu. Unde *Sournette*, Jocus, irrisio, in aliis ann. 1452. ex Reg. 181. ch. 163 : *Ung nommé Chapponay ..... tira à part le suppliant, et lui dist à secret que s'il vouloit venir devers le soir, .... qu'il verroit une bonne Sournette ou esbatement*. Ibid. ch. 172. de eadem re : *Jouer une finesse.**

† **SUBSANNATIVE**, Irridendo, in Excerptis ex Gestis Ottonis Tarentini apud Leibnit. tom. 2. Script. Brunsvic. pag. 58.

**SUBSANNIUM**, Derisio, *subsannatio*. Indiculus Luminosus : *Christi Domini gregem non uniformi Subsannio; sed milleno contumeliarum infamio impetivit. Idem: Aliqua super ejus meretricationis Subsannium ... habita confictuione verborum. S. Eulogius lib. 3. Memor. Sanctor. cap. 16 : Accusatur coram iudice de Subsannio vatis sui. [Vide *Subsannum*.]*

**SUBSANNUM**. Acta passionis S. Felicis Tubyzacensis Episcopi : *Tunc Felix Episcopus navem conscendit, catenarum duris nexibus colligatus, et fuit in Subsanno navis quatuor diebus et quatuor noctibus, jacens sub pedibus equorum, etc.* Ubi quidam ita hæc interpretantur, tanquam is fuerit in *subsannio* eorum, qui in navi erant.

† *Subsannium* edidit Baluzius tom. 2. Miseell. pag. 80. ex tribus vet. exemplaribus : alter Codex habet *Subsannium*. Ut ut est hac voce significari videtur ima pars navis, Gall. *le fond de cale*, unde apud Surrum legitur : *Et fuit in capsula navis diebus quatuor.*

\* **SUBSCALPERE**, Titillare. Dudo de morib. Norman. apud Chesn. Hist. corumd. pag. 152 : *Subscalpenti voluptuose humanitatis fragilituti subactus (Richardus) genuit duos filios, totidem et filias ex concubinis. [\*\* Occurrit apud Martian. Capell. lib. 1. cap. 4. et apud Thietmar. lib. 8. cap. 2.]*

† **SUBSCITATUS**, pro *Suscitatus*, in Litteris Johannis Reg. Franc. ann. 1355. tom. 4. Ordin. pag. 167 : *Discordie et debata Subscitate fuerant et mote inter dictos Consules, etc.*

**SUBSCRIBENDARIUS**, unus in Notitia Imperii, omnibus per Orientem Comitibus et Ducibus rei militaris tribuitur. Hujus etiam mentio fit in leg. 1. Cod. Th. de Erogat. militar. annonæ, (7,4.) et in leg. 8. de Cohortilib. (8,4.) eod. Cod. *Subscrubendarii* vero proprium munus haud omnino certum : vide conjecturas Jacobi Gothofredi ad d. leg. 1.

**SUBSCRIBERE**, Infra scribere, subjicere. Epistola Abbatis de Eboræ : *Quod prepositus de Trief dudum scripsit fidem suam se nobis exposuisse, novicris non aliter, quam scripsimus, fuisse.*

† **SUBSCRIBERE SE**, Nomen suum apponere. Instrum. ann. 1381. apud Acher. tom. 6. Spicil. pag. 48 : *Et ego Antonius Bassavega... publicus... notarius ... hoc Instrumentum publicum confeci, tradidi et publicavi, et in hanc publicam formam redegi et scripsi et me Subscripsi, signoque meo*

*consueto apposito in testimonium et fidem pleniorum premissorum roboravi. Eadem fere formula utuntur Notarii in Testam. Jacobi Reg. Aragon. ann. 1262. apud eundem tom. 9. pag. 206.*

**SUBSCRIPTI**, dicebantur Baptismi candidati, quia qui baptismum postulabant, scripto nomen edere tenebantur, ut liquet ex Concilio IV. Carthag. can. 25. Cyrillo in Prologo Catecheseon, etc. Exstat Epigramma Einodii cum hac Inscriptione : *Epigramma in Subscripto :*

Quod tibi naturæ dederit lex germen, amice,  
Hos mihi fons tradat vivificantis aquæ.

Vide *Competentes*.

† **SUBSCRIPTIONUM** varias formulas exhibet Mabillonius lib. 2. Diplom. quas pluribus capitibus expendit. Hunc consule : nihil quippe addendum succurrit.

† **SUBSCRIVATOR**, Scriba, notarius. Gualvaneus Flamma apud Murator. tom. 12. col. 1046 : *Habuit in familia dc. viros et xxxvii. inter capellanos, milites, domnicellos, licitores, cancellarios et Subscrivatores.*

\* **SUBSECIVI AGR**, quos in pertica divisos recusant, quasi steriles vel palustres. Item obsecivi, qui in divisione agrorum efficiuntur centuriæ, i. jugera ducenta. Glossar. vetus ex Cod. reg. 7613. [\* Isidor. Origin. lib. 15. cap. 13. sect. 15.]

\* **SUBSECRETARIUS**, idem qui supra *Subcustos*, sacrista seu æditus secundarius. Mirac. S. Germ. Autiss. tom. 7. Jul. pag. 291. col. 1 : *Fuit in Autissiodorensi canobio... frater quidam, qui etiam inibi Subsecretarii fungebatur officio, etc.* Vide *Secretarius 1.*

† **SUBSEDERE**, Supersedere, omittere. Gocelinus in Translat. S. August. Cantuar. tom. 6. Maii pag. 420 : *De ceteris vero, id est Regibus, Præsulibus, .. nunc est Subsedendum, de quibus jam alibi dictum est vel suo tempore dicendum.*

\* Gall. *Surseoir*. Ordin. ann. 1286. in Reg. Olin parlam. Paris. : *Item absolutum et condemnatum, in casu in quo erit Subsedendum executioni, poterit senescallus recedere suo periculo.*

**SUBSELLIÆ**, Clitellæ, quæ *sub sella* equi aut asini ponuntur. Fori Bigorritani art. 33 : *Pagesius, qui in consuetudine non habet sonatus deferre, si inventus fuerit a Milite, vel a Militis aut Comitibus serviente, qui inveniit, vinum et Subsellias accipit, asinum vero Comitibus mittat. [Vide *Subtussellia*.]*

\*\* **SUBSELLARIA PELLIS**, in Vita Johannis Gorziens cap. 108.

**SUBSELLIO**, [Subsidium, firmamentum, tutor, ut videtur.] Passio S. Leopardini MS : *Tuli nuntio perterritu, Blitildis, Subselliones sue evocat fautionis, non procrastinata hora, etc.*

† **1. SUBSELLIUM**, Equussessilis. *Cheval de selle*. Vita S. Hugonis Cluniac. tom. 3. April. pag. 644 : *Sinistra sui habenas Subsellii tenebat, .... multique sancti bajula, etc.*

2. **SUBSELLIUM**, ornamentum equi *sub sella positum*, Ugutioni. Statuta Ordinis S. Gilberti de Sempringham pag. 748 : *Providentur etiam... et ceteri ad quorum curam spectat de Subsellis, ut talia fiunt, que sufficient tueri lesuram equorum, etc.* [Vide infra *Subtussellia*.]



\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Subsellium, Culiere de cheval.*

3. **SUBSELLIUM**, Charta Hugonis Episcopi Suesionensis ex Tabul. Prioratus S. Sulpitii de Petrafonte : *Ut eam (terram) quantum voluerit, colat, et de ea quantum voluerit, et quibus voluerit, colendam tradat, ita tamen ut terragium et Subsella accipiat, et jus omne sibi vendicat, etc.* [Forte *Subsella*.]

† **SUBSENECALLUS**. Vide in *Senescallus*.

† **SUBSEQUENTER**, Deinde, postea. Jac. Aurii Annal. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 589 : *Subsequenter vero die ultima dicti mensis invenit, etc.*

**SUBSEQUIUM**, *Servitium*, Ugutioni, et in Catholico parvo. [ *Subsequium, services*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. ]

**SUBSEQUIVUS**, *Subsequens*. *Subsequiva secula*, apud Julianum Toletanum in Histor. Vambæ Regis pag. 821.

\* **SUBSERGENTERIA**, *Servientis* seu apparitoris secundarii officium. Lit. Phil. Pulc. ann. 1280. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 56. rº. col. 1 : *Si vero in Subsergenteriam ejusdem loci, quæ ad præfatam serjantiam noscitur pertinere, sit aliquis quoquo modo per nostras litteras institutus, etc.* Vide in *Serviens*.

† 1. **SUBSES**, *Qui subtus sedet*. Gloss. Isid. Vide *Susses*.

\* 2. **SUBSES**, *Subsidiarius*, vices alterius gerens. Charta Steph. reg. Angl. ann. 1142. in Suppl. ad Miræum pag. 333. col. 1 : *Et ut suum nutriant et Subsides unum super ripam manentem, ut eos et res eorum per annum vehat et revehat, et cætera quæ mihi debent juste servitia eis persolvat.*

**SUBSESSÆ**, *Insidiæ*. Gloss. MSS. ex Servio : *Subsessores, qui occisuri aliquem delitescunt. Hinc Subsessa, doli inimicorum.* [Gloss. Lat. Græc. : *Subsessa, ἐνεδραία*.] Vegetius lib. 3. cap. 6 : *Adversarii in his locis, quæ sibi opportuna intelligunt, Subsessas occultius collocant. Mox : Deprehensa vero Subsessa, si circumveniantur utiliter, plus periculi sustinet, quam parabat inferre.* Vide cap. 22. eodem lib. Ita *subsiderè* apud Ammian. lib. 14. usurpatur pro ἐπεδρεύειν, insidias struere. Fragmentum Petronii pag. 17 : *In quibus retia erant picta Subsessoresque cum venabulis, et totus venationis apparatus.* Vide Turnebum lib. 5. Adv. cap. 8.

† **SUBSESSOR**, *SUBSIDERE*. Vide *Subsessa*.

\*\* **SUBSICUUS**, *Subsequens*. Jul. Valer. de rebus Alex. M. ed. Rom. lib. 2. cap. 18 : *Subsicui metus vos formidine solverent. Occurrit item in Opusc. vet. Mss. ad Decr. Innoc. I. PP. Maius in Glossar. novo.*

**SUBSIDES**, *Subsidium, auxilium*. Friedegodus in S. Wilfrido cap. 55 :

*Subsidibus patris ex omni regione coactis.*

☞ Haud scio an melius hic intelligantur Clientes, vassalli, vel etiam villici, quo significato occurrit hæc vox in Charta Nicolai Episc. Misn. ann. 1379. apud Ludewig. tom. 1. Reliq. MSS. pag. 398 : *Quorum stiquidem... tyrannidis importunitate dicti abbas et conventus, ipsorumque Subsides usque adeo opprimuntur gementes,*

*ut, etc.* [\*\* Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Untersassen*, col. 1958.]

**SUBSIDIALIS**, *Subsidium, auxilium*, vel potius præstatio auxilii nomine. Charta Ludovici Pii Imperat. pro Ecclesia Mutinensi, apud Ughellum : *Confirmationem, quam Canibertus Rex fecit ad Ecclesiam S. Geminiani, de villa Purceli, sive tributum, vel Subsiliales, atque angarias, quas servi ejusdem sancti Geminiani ad ipsum casalem laborandum et excolendum habuerunt.*

\* *Ubi Succidiales* ex autographo edidit Muratorius tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 771.

† **SUBSIDIALIS**, *Subsidiarius*, apud Ammian. lib. 14 : *Post jaculatores, ultimasque Subsiliales acies.*

† **SUBSIDIARE**, *Milites subsidiarios conscribere*. Oratio Legatorum Reg. Franc. habita coram Pio II. PP. ann. 1459. apud Acher. tom. 9. Spicil. pag. 320 : *Et ad objectum nobis factum de illustrissimo domino Duce Burgundie, qui armatam sex millium hominum promisit pro succursu fidei... Promissum illustr. dom. Ducis Burgundie sub incerto est et cum conditione : videlicet tam pro subsidio jam levato in regno et extra regnum, quam pro subsidio levando in prædictis terris. Et etiam hoc promittit tam pro terris suis et dominiis existentibus in regno quam extra regnum, nulla facta divisione aut partitione hominum Subsidiandum et levandum pro terris regnicolis et forensibus.*

† **SUBSIDIARI**, *Subsidio esse, succurrere*, apud Hirtium lib. 8. Bell. Gallic. Vide Gloss. Barthii apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 196.

† **SUBSIDICTUS**, *Subditus*. Litteræ Joannis Reg. Franc. ann. 1361. tom. 3. Ordin. pag. 536 : *Regalis providentia et si cuuctos sæ ditoni Subsidiectos prosequi decreverit favoribus gratiosis, etc.*

**SUBSIDIO**, *Obsidio*. Vita S. Antidii Archiepisc. Bisonticensis cap. 6 : *Universas posthæc Galliarum urbes pervagans, alias Subsidiõne delevit, alias incendio cremavit.*

† **SUBSIDIOSE**, *Insidiosè, dolose*. Anonymus de Gestis Manfredi et Conradi Reg. apud Murator. tom. 8. col. 612 : *Et ei posse suum ac Romanorum potentiam Subsidiõse spondens, etc.* Vide *Subsessa*.

† **SUBSIDIUM**, *Præstatio auxilii nomine*, Gallis *Subside*. Privilegia villæ de Viridi-folio ann. 1369. tom. 5. Ordin. Reg. Fr. pag. 277 : *Ut ipsi quitti sint, liberi et immunes ab omni præstatione fogacgii, Subsidiij, gabelle et impositionis cujuscumque. Subsidiium gratiosum, in Statutis S. Claudii ann. 1448. pag. 89. Constitut. Eccl. Valent. inter Conc. Hisp. tom. 4. pag. 199 : Quoties continget auctoritate Apostolica imponi decimam sive Subsidiium super fructibus ecclesiasticis, ... constituentur duo collectores ejusmodi Subsidiij, etc. Soustenue, eadem notione, in Charta ann. 1471. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 1326 : *Ils ne donnent conseil, confort, Soustenue, ne aide de corps, ne de biens.* Apud Anglos *Subsidium* dicitur Tributum quod ob graviora regni negotia auctoritate Parliamentaria Regi erogatur, ex integra æstimatione cuiuslibet subditi, vel secundum annum prædiorum ejus valorem. Vide *Subsidualis*.*

\* **SUBSIDIUM CARITATIVUM**, *Præstatio,*

*quæ Caritatis nomine fit episcopo a plebanis et clericis*. Lit. ann. 1411. tom. 9. Ordin. reg. Franc. pag. 619 : *Ab omni præstatione decimæ, mediæ decimæ, Subsidiõrum caritativorum et aliorum quorumcumque impostorum et imponendorum ratione beneficiorum ecclesiasticorum quæ obtinent, quitti sunt ac liberi et immunes.* Anonymus in Epist. de Miseria curatorum : *Episcopum nulla penuria cogit, et semper ad alterum annum Subsidiium capit.* Vide *Caritas* 4.

\* **SUBSIDIUM QUINQUAGINALE**. Vide supra *Quinquaginale*.

\* **SUBSIDIUM TOLERABILE**, *Illud dicitur quod ad belli sumtus ferendos conceditur*, in Charta Rudolphi imper. ann. 1277. apud Oeselum tom. 1. Script. rer. Boicar. pag. 717. col. 2. [\*\* Pertz. Leg. tom. 2. pag. 417. lin. 13.]

\*\* **SUBSIDIUM, Sequela**, quæ debetur clamore violentiæ vel huestio levato. Chart. comit. Waldeck. ann. 1306. apud Haltaus. in Glossar. German. voce *Land-folge*, col. 1162 : *Donamus domum... absolutam et exemptam ab omni onere quarumlibet arrestationum, exactionum, vigiliarum, insecutionem ad pulsum campanæ, vel ad invocationem armorum vel Subsidiij, quæ vulgo Folgunge dicuntur.*

† **SUBSIGILLUM**. Vide in *Sigillum* 1.

† **SUBSIGNARE**, *Idem interdum quod Subscribere*, aliquando quod *Obsignare*. Vide Salmas. de Modo usur. pag. 397. 436. 437. 438. et 441. Adde Mabill. Diplom. lib. 2. cap. 22. n. 17.

† **SUBSILIS**, *perperam pro Subtilis*. Vide in hac voce. Ordin. Eccl. apud Marten. de Ant. Eccl. Discipl. in div. Offic. pag. 208 : *Sacerdos cappa indutus super albam cum ministris, dalmaticis et Subsilibus indutis etc.*

**SUBSILLES**. Lambertus Ardensis pag. 152. lib. 4. cap. 115 : *Altaria quoque de Hondescoto, et Subsilles circa ejusdem villæ atrium et morum sive mariscum.* [Festo, *Subsilles sunt, quas aliter ipsiles vocant, lamellæ necessariæ sacris, quæ ad rem divinam conferre dicuntur, maxime specie virum et mulierum.*]

† 1. **SUBSISTENTIA**, *Stabilitas, firmitas*. Bulla Eugenii IV. PP. ann. 1431. in Bullar. Carmelit. pag. 184. col. 1 : *Nobis fuit humiliter supplicatum, ut dictis statuto et ordinationi pro illorum Subsistentia firmiori robur Apostolicæ confirmationis adjici mandare de benignitate Apostolica dignemur.*

† 2. **SUBSISTENTIA**, *Existentia, constitutio*. S. Irenæi vetus Interpres lib. 1. cap. 5. n. 4 : *De timore quidem, et de conversione (dicunt) animalia Subsistentiam accepisse* Occurrit alibi non semel. [\*\* ἰπὲρ ζωῆς. Vide Furlanett. in Append. ad Forcell. Lexit. et Maii Glossar. novum in hac voce.]

† **SUBSISTERE**, *Existere, esse, sustentari*. Charta ann. 1336. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 523 : *Quas et quæ (litteras et instrumenta) etiam ex nunc cascas et irritas esse volumus ac deinceps nullius Subsistere firmitatis.* Alia ann. 1337. ibid. tom. 6. pag. 10 : *Ferum etiam pro damnis quæ sustinuerimus, nobis respondere tenebuntur et pro servitiis nostris etiam, quæ*



contentari aut Subsistere possumus, facere recompensam.

† **SUBSOLANEUS**, Qui infirmum solum colit, apud Festum.

† **SUBSOLANUS**, ἀφηνιώτης, in Gloss. Lat. Græc. Occurrit apud S. Hieronym. in Jerem. 25.

\* **SUBSONUS**, vox musicorum, an Hemitonium? Odo in Tract. de Musica MS. ex Cod. Colbert. 2415. nunc reg. ubi de uno Subsono Guidonis, de duobus Subsonis Guidonis.

† **SUBSTANS**, Præsens, in Cod. Theod. tit. 4. lib. 7. de erog. milit. annon. leg. 28: Nulli omnino in nulli specie præbeatat annona, nisi quem Substantem, atque in præsentii constitutum postulare constitit.

\* **SUBSTANTARE**, pro Sustentare, nutrire, alere, Gall. *Sustenter*. Lit. remiss. ann. 1456. in Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 51: *Causa vitan lucrandi et Substantandi emendo et vendendo, etc.* Vide *Sustentare*.

1. **SUBSTANTIA**, Alimentum. Lex Wisigoth. lib. 8. tit. 5. § 7: *Quantum in Substantiu ipsius caballi expendisse iuraverit.* [Victualis Substantia, in Cod. Theod. l. 9. tit. 3. leg. ult. de custod. reorum, et l. 11. tit. 27. leg. 2. de alim. Substantialis victus, in Form. 1. Marculf. lib. 2. *Soutenance*, in Charta Philippi VI. Reg. Franc. ann. 1348. tom. 2. *Ordinat.* pag. 300: *Pour ce que les gens d'Eglise, Religieux, ... puissent et diligemment desservir leurs benefices, avoir leurs Soutenances, etc.* Bellomaner. cap. 57: *Aucune fois sont venues les femmes à nous pour requerre que on leur delivre de leur biens communs pour leur vivre et pour leur Soutenunches.*] [\* Tradit. Sangall. ann. 744. apud Neugart. in Cod. dipl. Alem. tom. 1. pag. 12. num. 10: *Propter meam Substantiam, quod ad ipsam ecclesiam, mihi vivente, habere cupio, ubi mihi plenius commendo.... omnia... trado.*]

† 2. **SUBSTANTIA**, Gr. ὑπόστασις, Cogamentatio, apud vet. S. Irenæi Interpr. lib. 1. cap. 14. n. 2. Pro Persona, in Cod. Theod. l. 13. tit. 10. de Censu l. 7. Hinc pro Servis usurpatur in Chronico Farfensi apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 428: *In Carolongo Substantie duæ, Jordanus, Aldo. In Marruce Substantie xl. Taxo, Traso, etc.* Istæ omnes servi S. Mariæ et Substantiæ cv. *De Interunnia Autepertus Substantia una, Severus Substantia una, etc.*

† 3. **SUBSTANTIA**, Materia, massa, apud eumd. Interpr. lib. 1. cap. 8. n. 3. lib. 2. cap. 10. n. 3. *Fabricandi Substantia*, in Cod. Th. l. 9. tit. 17. de Sepulcr. violat. leg. 3. *Panificii Substantia*, l. 14. tit. 3. de pistor. eod. Cod. leg. 4. Pro forma occurrit apud laudatum Interpr. lib. 2. cap. 14. n. 6.

† 4. **SUBSTANTIA**, Fœcunditas, opimitas, in Cod. Theod. lib. 11. tit. 1. de ann. leg. 4: *Si quis ab emphyteuticariis, seu patrimoniali possessore, privati juris quippiam comparaverit, cujus Substantia alias possessiones sustentare consuaverat, etc.*

5. **SUBSTANTIA**, Bona, Gallis *Substance*. Vetus Testamentum apud Scævolum lib. 17. D. de Dolo malo et metu (44, 4.): *Hostes qui mihi fere omnem Substantiam abstulerunt.* Lex Longob. lib. 1. tit. 25. § 69. [\* Liutpr. 152. (6, 99.): *Dissipavit Substantiam suam.*

Gregorius M. lib. 9. Epist. 31: *Sigillum in Substantia alicujus imponere.* [Damnatorum Substantia, in Cod. Theod. lib. 9. tit. 42. de bonis proscript. leg. 6. et alibi. Eddius in Vita sancti Wilfridi Episc. Eborac. cap. 23: *Interrogans quid causæ esset, ut sine aliquo delicti peccato suis Substantiis a Regibus pro Deo donatis prædonum more defraudarent.* Occurrit rursus cap. 53. et in Actis Murens. apud Eccardum in Orig. familiæ Habsburgo-Austr. col. 214. Bonis immobilibus opponi videtur in Charta ann. 1088. ex Chartul. Eccles. Apt. fol. 74: *Reddant puero omnem fraternitatem suam tam in Substantiis, quam in terra.*] [\* Omnem Substantiam suam ducerent in forestem, apud Robertum de Monte ad ann. 1173.] Utitur etiam non semel Senator. Vide Lex. Jur.

**SUBSTANTIOLA**, apud Hieronym. Epist. 25. cap. 5. [Testam. Bertichramni apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 115: *De substantiola mea heredem ipsam constituo.* Adde Chartam Godefredi Ambian. Episc. apud eumd. Mabill. tom. 5. Annal. Bened. pag. 692. Capitul. lib. 2. cap. 44. etc.]

† 6. **SUBSTANTIA**, Prædium, unde bona percipiuntur. Charta ann. 983. apud Ughellum tom. 1. Ital. Sacra col. 443. edit. 1717: *Concedimus ibidem Substantiam unam, quæ regitur per Joannem filium Luponis, et concedimus ibidem oblationem quantum ad ipsam ecclesiam venerit.*

† 7. **SUBSTANTIA**, Vestis linea, Superpellicium. Buschius de Reform. Monast. cap. 31. lib. 2: *Sub cappa illa linea nigra colorata subtile album, more Subtilium Monialium nostrarum formatum portant, quod Substantiam vocant.* Vide *Subtile*.

\* Mendum esse suspicor pro *Substaneu* vel *Substanea*.

† **SUBSTANTIALIS**, Primus, principalis, potissimus, Gallis *Essentiel*. Litteræ Bonifacii VIII. PP. ann. 1295. ex Bibl. Reg.: *Sub illius tamen conditionis adjectu, si conventa et promissa... in principalibus et Substantialibus ad effectum debitum ducerentur.* Charta ann. 1310. ex Schedis Præs. de Mazaugues: *Et fide facta de testamento... lecto, seu majore parte ejus circa Substantialia etc.* Conc. Dertus. ann. 1429. inter Hisp. tom. 3. pag. 664: *Cum inter alia Substantialia regule, ossibus religiosorum annexu sit custodia castitatis.* Adde Lyndwood. in Provinc. pag. 213 et Rymer. tom. 14. pag. 440. Utuntur præterea Ammianus lib. 14. cap. 11. lib. 21. cap. 1. et Tertull. de Resurrect. carnis cap. 45.

† **SUBSTANTIALITER**, Potissimum. Capitul. Caroli C. ann. 859. tit. 30. § 2: *Quam divisionem inter me et fratres meos de cetero a me Substantialiter tenendam... juravit.* Occurrit apud Tertull. adv. Valent. cap. 7. adv. Marc. lib. 4. cap. 35. et S. August. de Vera Relig. lib. extr.

† **SUBSTANTIALITER**, Summatim, Gall. *En Substance*. Ordinat. Humberti II. Dalphini ann. 1348. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 3. pag. 272: *Que sub forma quorundam titulorum nobis redditorum et traditorum præsentialiter per eosdem Substantialiter inferius describuntur.*

† **SUBSTANTIFICARE**, Substantiam dare, creare. Arnoldus in Vita B. Angelæ de Fulgino tom. 1. Jan. pag. 233: *O divi-*

na persona quæ dignasti nos Substantificare in medio substantiæ tuæ!

† **SUBSTANTIOLA**. Vide *Substantia* 5. † **SUBSTANTIVALIS**, *Substantivus*, Substantiam habens, apud Tertull. adv. Valent. cap. 27. adv. Prax. cap. 26. Gloss. Lat. Gr.: *Substantivus*, ὑπαρκτικός.

\* **SUBSTEMNIUM**, pro *Substernium*, proprie Stramen, quod equis substernitur; hic vero pro lecto sumitur, ut monent docti Editores ad Vitam S. Joan. Laudens. episc. tom. 3. Sept. pag. 162. col. 1: *Cuidam enim ex nostris quidam juxta parvulam basilicam et locum monstravit et stratum; Hoc, inquit, Substemnio Laudensis ille Joannes solebat decumbere.*

† **SUBSTENTAMEN**, Sustentaculum, subsidium. Rolandini Patav. Chron. apud Murator. tom. 8. col. 287: *Quod nisi hoc fecerint, in carceris profunditate mittentur, ubi non cibus, non potus, non eis dabitur uliquid Sustentamen.*

† **SUBSTENTARE**, pro Sustentare, Gall. *Entretenir*. Charta Henrici Reg. Angl. ann. circ. 1155. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. 11: *Custos autem quamdiu custodiam habuerit, Sustentet domos, pratu, vivaria, stagnu, molendina, etc.*

† **SUBSTENTATIO**, pro Sustentatio, Alimentum. Charta Adami Episc. Meld. ann. 1297. ex Tabul. ejusd. Eccles.: *Ut eidem responderent de statu dictæ domus, Substantiatione pauperum, etc.* Vide *Substantia* 1.

† **SUBSTENTUS**, pro Sustentus, in Charta ann. 1487. tom. 2. Macer. insule Barbaræ pag. 279. Ita *Substinens*, pro *Sustinens*, occurrit in Chron. Roland. Patav. apud Murator. tom. 8. col. 250.

1. **SUBSTERNIUM**, Stramentum equi, *Litiere*. Gervasius Tilleberiensis MS. in Otii Imperialibus Decis. 3. cap. 94. de quodam equo: *Solo pane triticeo in concha vescebatur argentea, et culcitra de pluma pro Substernio utebatur.*

\* 2. **SUBSTERNIUM**, tropice pro Animi demissio, submissio, ex doctis Editoribus in notis ad Acta S. Gauger. pag. 680. col. 1: *Acquievit idololatra, neque sui depudescens erroris, dejecit se ad poenitentiam et confessionis Substernia.*

† **SUBSTILLARE**, *Substillatio*. Vide *Culbare*.

1. **SUBSTILLUM**, Δυσπυρίζ, in Gloss. Gr. Lat.

† 2. **SUBSTILLUM**, *Tempus ante pluviam jam pene viduum, et post pluviam non persicum, quod jam stillaret, aut nondum desisset.* Festus. Gl. Lat. Gr.: *Substillum*, ὑπορέον. Tertull. de Pallio cap. 2: *Dehinc Substillum, et denuo sudum.* Vide *Salmas.* in hunc locum.

† **SUBSTINCTIO**, ὑποστιγμαί, in Gloss. Lat. Gr.

† **SUBSTINCTUS**, f. pro *Subexstinctus*, suppressus. Acta S. Franciscæ Rom. tom. 2. Mart. pag. 105\*: *Nisi quod divinæ placeat voluntati, cui penitus se debet unire, et in qua se debet stabilire, dimissis et omnimode Substinctis, sic et non, hoc est, nolle et velle.*

† **SUBSTIO**, ὑποκλάμα, in Gloss. Lat. Gr. Infra: *Sublumen, Substitutio*, ὑποκλάμα,



ὑποραφή, ἀνακλαφή. Salmasius emendat, *Substructio*. Vide supra *Subrucciones*.

¶ 1. **SUBSTITUTIO**, Materia. Vetus S. Irenæi Interpretis lib. 2. cap. 14. num. 6 : *Et altera quidem Substitutionis initia esse, altera autem sensationis et substantiæ; ex quibus primis omnia perfecta dicunt, quemadmodum statuum de aramento et de formatione.*

¶ **SUBSTITUTIO PERSONARUM**, Præstatio quæ Episcopo fit in mutatione Personarum, altarium redemptio dicta. Vide in *Persona*, pag. 215. col. 3. Charta Burchardi Camerac. Episc. ann. 1124. apud Miræum tom. 1. pag. 86. col. 2 : *Personarum quonque Substitutiones, et qualibet exactiones, ... excluso certo pontificali debito, interdiciuntur.*

\* 2. **SUBSTITUTIO**, ea conditione instituta, ut nomen et arma substituentis assumantur. Charta ann. 1368. in Reg. 99. Chartoph. reg. ch. 303 : *Petro de Salornayo milite asserente Johannem Raymondum militem quondam in sua ultima voluntate curam et administrationem Catherinæ filie suæ impuberis et bonorum suorum dicto Petro commisisse, ordinasseque quod in casu, quo dicta Catherina veniret ad ætatem nubendi, quod hoc de voluntatibus dicti Petri et ejus uxoris, amitte dictæ Catherinæ facere teneretur; et si ipsa Catherina decederet sine liberis de suo proprio corpore et legitimo matrimonio procreatis, ejus bona venirent ad unum de liberis dictorum conjugum, qui nomen ipsius defuncti et arma portaret.*

1. **SUBSTRATORIUM**, Mappa altaris, cui Corporale insternitur. Ordo Romanus : *Pallæ vero quæ sunt in Substratorio, in alio vase debent lavari, in alio corporales pallæ. Eadem habet Gregor. M. in libro Sacram. in Ordinatio. Subdiac. pag. 235. et Missale Francorum vetus pag. 400. Stephanus Eduensis Episc. de Sacram. Altaris c. 5. de Diaconis : Horum est ministerium Epistolam legere, Levitis ministrare, altaria componere, Substratoria, pallas, corporalia, lavare, etc. Vita S. Theonitii Canon. Regul. c. 1 : Vasa corporis et sanguinis Christi Diaconibus ad altare deferrebat, et iterum referebat, corporales pallas, et Substratoria lavabat. Ex his forte emendandus Anastasius in S. Hormisda PP. ex cod. Mazariño : *Chlamydem Imperialem, i. stolam et Substratorium super confessionem B. Petri Apostoli. Alii codd. habent suffitorium, et succinctorium. Ubi legendum videtur Substratorium. Durando lib. 1. Ration. c. 3. num. 23. Substratoria, sunt tapeta, quæ pedibus substernuntur, et præcipue Episcoporum, quasi stratio pedum. [Gloss. Lat. Gr. : Substratorium, ὑποστρωμα.] Vide Palla 2.**

\* 2. **SUBSTRATORIUM**, Stratus, Ictica. Miræ. S. Audocni tom. 4. Aug. pag. 830. col. 1 : *Ægym usque ad locum presbyterii jussit deferri. Ibi languidus de Substratorio solotenus excussus, discatenatis nervis, carne revulsa, arctius caput angustiari. Vide Stratus 1.*

\* **SUBSTRATORIUS**, Stratus, ad teram dejectus. Glossæ Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Hontheim pag. 693. col. 1 : *Sub-*

*stratoria lignorum, carradan unam ad dominicum scaram. Vide supra Stratorius. [\*\* Vide Substratum.]*

**SUBSTRATUM**, Idem quod *Substernium*, Stramentum equi. Tabularium S. Remigii Remensis : *Dat annis singulis in hostelitia factam 1. cum agno... lignum ad mon. car. 1. in villa car. 2. ad Substratum car. 5. ad vineam de materiamine car. 5. Infra : Ad Substratum, et materiam car. 10. Vide Substratorius.*

\* **SUBSTUS**, Idem videtur quod supra *Substernium*. Chron. Hartm. Schedelii ad ann. 1459. apud Oeselum tom. 1. Script. rer. Boicar. pag. 397. col. 1 : *Receipt ergo pulveres bombardarum et pixidarum spargens hinc inde in castro ad scamna et Substus, similiter ad lectos ac alia loca exiens de nocte. Si a lectis distinguere velis, de quavis suppellectili in qua quis substat potes intelligere.*

\* **SUBSUTIM**, Uno saltu, Gall. *De plain saut*. Hist. Ludov. XII. in Hist. Caroli VIII. pag. 256 : *Ea sane in eo corporis et virium dexteritas erat, ut aliquando fossan pedum quindecim longitudinis Subsutum superaverit.*

¶ **SUBSUMEN**. Vide in *Substio*.

**SUBSUMMATIM**, Statim. Vita S. Wunnebaldi cap. 7 : *Et Subsummatim investigare cepit, quales reperire possit, ut illis Evangelici sermonis consortium commendasset. Habetur etiam in Itinerario S. Willibaldi num. 27.*

¶ **SUBSUTIO**. Vide supra *Substio*.

**SUBSTRATORIUM**. Vide *Substratorium*.

¶ **SUBSYNDICUS**. Vide *Syndicus*.

¶ **SUBTA**. Caffari Annal. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 290 : *Illico Saraceni de civitate, uti promiserant, exiverunt, et vexilla Januensis et Comitum in Subta posuerunt et se reddiderunt. Ubi leg. Sudr, ut habet alter Codex MS. Vide in hac voce.*

¶ **SUBTAL**, Cavum pedis, perperam pro *Subtel*. Vide Vossium de Vit. Scrm. lib. 1. c. 14. et infra *Subtalares*.

**SUBTALARES**, Calcei, nostris *Souliers*, [Pedulium genus, quibus maxime Monachi per noctem utebantur in æstate. Ita etiam passim nuncupantur calcamenta Episcoporum sacra peragentium.] Papias : *Subtalares, genus calciamenti, quasi sub talo proprie. Glossæ Latino-Barbaricæ Rabani Mauri : Tali, id est ancli, de quibus caligæ nocturnales Subtalares vocantur, quia sub talis sunt. Glossæ MSS : Calopodes, lignei subtalares. Gloss. Sax. Ælfrics : Subtalares : swifte lea rer. [Capitul. Aquigr. ann. 817. cap. 22 : Calcamenta diurna paria duo, Subtalares per noctem in æstate duas, in hyeme vero soccos, etc.] Odilo in Vita S. Odonis Clun. lib. 2 : *Cum vidisset predictum fratrem nostrum, nostra consuetudine suos abluere Subtalares, etc. Vita S. Gudulæ Virg. c. 2 : Talibus, etc. ut ita dicam, dimidiis utebatur Subtalavibus ut superior pars pedum videretur tecta. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 18 : Subtalares non nimis stricti sint, sed competenter ampli, et ante grossi sint; de super vero alti sufficienter, ut plene caligas contineant deorsum et apprehendant. Vide Addit. 1. Lud. Imp. cap. 22. Acta Episco-**

por. Cenomanens. pag. 78. 105. 163. [\*\* Murat. Antiq. Ital. mcd. ævi tom. 2. col. 427.]

**SUBTELARES**, apud Joannem de Janua, quasi *subtalaris, i. calcaneus, vel dicitur Subtularis, quasi Subtalaris, quia sub talo est.* [Chron. Domini. de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 677 : *Novæ militiæ Subtelares induit pedes suos.*] Salmasius ad Tertull. de Pallio *Subtelares* dictos contendit, a *subtel*, quæ vox Prisciano l. 5. imam partem pedis significat. Papias : *Subtel, ima pars pedis, vel medietas. Jo. de Janua : Subtel, ima pars, scilicet pedis medietas. Idem : Subtilis, alibi, Subtelis, a subtel, quod est ima pars pedis.* Saxo Grammat. lib. 7 : *Trancois luporum ungues Subtellibus annectentes, etc.* Et infra :

Quid miri tenerum nobis durescere Subtel.

**SUBTELARIA**, in Regula Solitiorum c. 49.

**SUBTELLARIUS**. Michael Scotus lib. de Physion. c. 12 : *Fumus candele extinctæ et lucernæ, Subtellarium, sulphuris et argenti vivi interficiunt embrionem.* Adde Vitam B. Berardi Episcopi Marsorum apud Ughellum tom. 1. Italiæ sacræ.

¶ **SUTTELLARIUS**, in Bulla Honorii III. PP. apud Ughell. tom. 1. Ital. sacræ pag. 823. Vide *Calsolarius*.

**SUBTILARES**, in Bulla Innocentii IV. PP. ann. 1243. apud Waddingum : *Scapularia et mantellum cum pellibus, ac Subtilares cum pedulibus, etc.*

¶ **SUBTILLARES**. Chron. Modoet. apud Murator. tom. 12. col. 1120 : *Rubeus de Serginio, qui veteres Subtillares aptabat.*

**SUBTOLARES**, apud Ordericum Vital. lib. 8. pag. 683. lib. 11. pag. 815. Isidorus lib. 19. c. 34 : *Subtolares, quod sub talo sunt, quasi subtalares.* Ita MSS. codd. ut monet Salmasius.

**SUBTOLARIA**, apud Baldricum Noviom. lib. 3. cap. 20 : *De toto corpore nullum vestigium præter unum Subtolarium reperitur.*

**SUBTOLARES**, apud Galbertum in Vita Caroli Boni Comitum Flandr. cap. 1. Joannem Monachum Bertinianum in Vita S. Bernardi Pœnitentis n. 26. [in Charta Caroli Simplicis Reg. Franc. ann. 889. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 253. in Ord. Rom. tom. 2. Musei Ital. pag. 65. in Statutis Vercell. lib. 3. fol. 101. v.º. et Saluciar. Collat. 4. cap. 146. etc.]

¶ **SUTELLARES**, in Memor. Potestat. Regiens. ad ann. 1282. apud Murator. tom. 8. col. 1153 : *Erat in civitate Parmensi quidam pauper homo operans de opere cordonico : faciebat enim Sutellares.*

¶ **SUTILARES**. Acta S. Bertrandi tom. 1. Jun. pag. 801 : *Dum in sua statione, ut mos cordonicæ artis est, Sutilaris scapino infingeret acum suendi causa.*

**SUTILARES**, apud Guibertum lib. 1. de Vita sua cap. 13.

¶ **SOTILARIA**, in Charta ann. 1318. apud Madox Form. Angl. pag. 316 : *Item omni anno duo paria novorum Sotilarium bassorum, et unum par caligarum, etc.*

¶ **SOTTILARES**. Miræ. S. Eutropii tom. 3. April. pag. 740 : *Cum verò se vellet de illis Sottularibus calcare.*

**SOTULARES**. Joan. de Janua et Brevisoq. :



*Sotularis a solea. Item dicitur per apocopen solar, unde in Doctrinali :*

His sotular sociis, specular breviabit origo.

*Et est sotular genus calcamentorum. Ugu- tio : Solea, solum, planta pedis \* solere tangat, vel quod terræ adhæreat, unde Sotular. Idem alibi : A suo, Sotularis, quasi sutularis. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : Sotularis vel sotular, solers, chuucemens.] Jo. de Garlandia in Synonymis :*

Calceus, et pero, simul Sotular, et aluta.

Joannes Monachus lib. 1. Histor. Gaufredi Ducis Norman. : *Pedes ejus Sotularibus in superficie leunculos uureos habentibus muniuntur. Ebrardus Bethun. contra Valdenses cap. 25 : Sotulures cruciunt, cum membra potius debeant cruciari. Calceamenta coronant, caput autem non coronant. Utuntur passim Scriptores, Rodericus Toletan. lib. 5. de Reb. Hispan. c. 22. Vita B. Rogerii Abbat. Ellantii n. 12. Vita sancti Egwini Episc. Wigorn. num. 19. Hist. Translat. S. Stephani Fundator. Ord. Grandimont. num. 4. Jo. Buschius in Chron. lib. 1. cap. 42. lib. 6. c. 6. Chartæ aliquot in Histor. S. Martini de Campis, pag. 33. 368. etc.*

\* *Souliers à trois noyaux, in Lit. remiss. ann. 1394. ex Reg. 146. Chartoph. reg. ch. 394 : Quant le suppliant fut resveillé vint dedens l'ostel,.... et sans clarté trouva en sa voye uns Souliers à trois noyaux qu'il chaussa, et laissa les siens qui n'estoient pas si bons. Souliers carreez, in aliis ann. 1409. ex Reg. 164. ch. 118. Soullé, in Ch. ann. 1504. ex Chartul. Latiniac. fol. 60. vº.*

† **SOTULARES CONSUTITII**, Certa ratione consuti, ut in Synodo Rotomag. ann. 1399 : *Sotulares consuti laquets. [ \* vel Ornatiores, elegantiores.] Sotulares calgis consuti, in Statutis S. Capellæ Bituric. ann. 1407. ex Bibl. Reg. Conc. Terracon. ann. 1282. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 279 : Nec portant Sotulares consutitios, nec vota tractos. Ubi leg. rostratos. Vide Consutitii.*

† **SOTULARES CORDELATI**, Certis suturis ornati. Statuta Eccl. Cadurc. etc. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 726 : *Sotularibus rostratis, seu Cordelutis non utantur. Vide Cordulatio.*

\* *Idem mihi videntur qui Laqueati, laqueis nodati. Stat. colleg. Fluxens. Tolos. ann. 1457. ex Cod. reg. 4223. fol. 231. rº : Sotulares etiam cordulatos in parte exteriori, ita apertos quod carnem ostendant, etc.*

**SOTULARES CORDUANI**, Ex pelle de Corduba, apud Olericum Vital. lib. 5. pag. 591. 596. [*Sotulares de Courdouan, in Cod. censuali Episcopat. Autissiod. Vide Cordebisus.*]

**SOTULARES CORRIGIATI**, quorum usus erat in equitando, in Statutis Cluniac. Hugonis V. Abb. ann. 1467. [Occurrunt etiam in Statutis Cisterc. ann. 1437. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1590.]

† **SOTULARES EXCOLATI**, Collari ornati, in Statutis MSS. Cardin. Trivultii Abbat. S. Victoris Massil. ann. 1531 : *Statuerunt ut omnes Monachi... deferunt... Sotulures honestos et clausos et altos usque ad cavillum, nec incisos, nec Excolatos.*

\* Minus recte; nam Sotulares indicantur

circa collum exquisite incisi, ut colligitur ex Lit. remiss. ann. 1387. in Reg. 130. Chartoph. reg. ch. 212 : *Troiz puïres de souliers de corduan Escolletez. Quæ calceorum forma optimatum et divitum propria erat, ex Poem. MS. du Riche homme et du Ladre :*

Et si ont les longues cornetes,  
Et leurs Solers fais à blouquetes;  
Pardevant les font detrenchier,  
Mais il vauissent mius entier.  
J'ai veu que nuls ne le feist,  
Se moult grant terre ne tenist :  
Or le font li poure valet,  
Si c'on ne seet qui riches est.

† **SOTILARES FOCILARES**, f. Lignei. Laudes Papiæ apud Murator. tom. 11. col. 43 : *Certis diebus venduntur Sotilures focilares novi in plateu.*

† **SOTULARES INTALIATI**, Incisi, in Concl. Complut. ann. 1325. Vide *Intalia.*

† **SOTULARES LAQUEATI**, Laqueis, nostris *Lassets*, exornati, in Statutis Cisterc. ann. 1439. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1600. Vide supra *Laqueate vestes.*

\* **SOTULARES ORDINATI**, Ordinarii, ni fallor, communis usus. Stat. MSS. pro Bened. provincie Remensis ann. 1299 : *Nec calciamentis utantur... laqueatis sive nodatis; sed solummodo Sotularibus ordinatis.*

† **SOTULARES ROSTRATI**. Vide *Rostra calceorum.*

\* **SOTULARES RUBEI**. Charta ann. 1220. ex Bibl. reg. cot. 19 : *Pro hac autem concessione dederunt mihi sepedicti monachi quinque solidos Turonenses et quosdam rubeos Sotulures. Occurrit rursus in Charta ann. 1198.*

† **SOTULARES SCOTATI**. Vide *Scotatus.*

† **SUBTANA**, ut mox *Subtaneum*. Bulla Urbani VIII. PP. ann. 1624 : *Omnes (clerici) gerant vestes talares, sive, ut vocant, Subtanas, a collo usque ad talos demissas, et desuper præcinctas. Vide Sutana.*

**SUBTANEUM**, Togæ seu tunicæ species, quam ctiamnum *Soutane* vocamus, quod forte *Sultanorum* seu *Turcorum* vestis propria fuerit. [Vide Menag. in Etymolog. Gall. et *Sotanum.*] Chron. Nonantulanum MS. de institutis et ritibus sub Friderico I. Imper. : *Virgines in pareuntum domibus tunica de pignotato, quæ appellatur Subtaneum, et paludamento lineo, quod Xocam dicebant, erant contentæ.*

\* Vide quæ commentatur circa vocis hujus etymon Muratorius tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 423.

† **SUBTANUS**, Inferior; ut *Supranus*, Superior. Caffari Annal. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 288 : *Tale illico consilium infra se habuerunt, ut medietas belatorum Januensium cum parte militum Comitibus ad Subtanam partem civitatis juxta flumen staret. Jac. Aurizæ iidem Annal. ibid. col. 598 : Sanctus Stephanus v. Petra lata Suprana et Subtana x.... Carodanum Supranum et Subtanum v. Vide Subterior; et Subtrunus.*

† **SUBTEGMEN**, Indusium, interula, Gall. *Chemise*, apud Mabillon. tom. 5. Annal. Bened. pag. 103. ubi de Gilduino qui Carnutas se decebi curavit ut B. M. ecclesiam orationis causa adiret, ubi capsam, in qua ejusdem Domine nostræ Subtegmem

contineri creditur, etc. Vide *Subtile*. [\*\* Occurrit. Genes. 14. 23. Vide Forcellin. in *Sabtemen.*]

**SUBTEL**. Vide *Subtalares*.

**SUBTELA**, in Catholico parvo, *Culiere de cheval*. Catholicon Armoricum : *Cropier, Gall. Cropiere. Lat. Subtela. Glossæ Isid. : Suteia, corrigia, quæ tenditur sub cauda equi. Vide Antela.*

† **SUBTELARES**, **SUBTELARIA**, **SUBTELARIUS**, ut *Subtalares*. Vide in hac voce.

**SUBTELLA**, Calliditas, astutia. Missale MS. S. Joan. in valle ann. circ. 400 : *Ex tirput callidas gerronis Subtellas. Vide infra Subtilitas 1.*

\*\* **SUBTEMEN**. Vide *Subtegmem*.

† **SUBTENENTES**, ut infra *Subvassores*. Leg. Norman. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 239 : *Subtenentes non tenentur auxilium persolvere domino capitali, sed domino intermedio tenentur auxiliari ad auxilium suum domino capitali persolvendum.*

\* **SUBTERALES**, pro *Subtelares*, Calcei. Vide in *Subtalares*. Bulla Eugen. III. PP. ann. 1147. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 275 : *Dedit septem mensas, tan panes quam Subterales vendentium.*

† **SUBTERCUTANEUS**. Vide *Subcus*.

† **SUBTERFIRMARE**, Subscribere, signo suo, vel sigillo infra apposito Chartam firmare. Charta Innocentis Episc. Cenom. apud Mabillon. tom. 3. Analect. pag. 85 : *Manus nostras proprias Subterfirmavimus. Occurrit rursus ibid. pag. 93. Charta Lotharii Reg. Franc. ann. 13. ejusd. apud Stephanot. in Antiq. Bened. Aurelian. MSS. pag. 341 : Et ut firmius nancet annulo nostri palatii Subterfirmari jussimus et insigniri. Vide Firmare 2.*

† **SUBTERFUGIUM**, Effugium, Gall. *Subterfuge*. Gloss. Lat. Gr. : *Subterfugium, καταφυγή*. Gloss. Latino-Gall. : *Subterfugium, Refus. Subterfugere, Refuser. Joh. Sarisber. Epist. 118 : Alicujus Subterfugiis obviare. Charta ann. 1329. ex Tabul. Eduensi : Renuntiantes etiam in hoc facto... allegationibus, Subterfugiis, cavillationibus et dilationibus atque barris tam juris quam facti.*

**SUBTERIOR**, inferior. Vetus Charta apud Perardum : *In superiori fronte perticus 8. in Subteriore vero perticas 8. [\*\* In subteriori urbis parte, Annal. Sax. ad ann. 1042.] [Vide Subtanus.]*

\* **Subterraneus**. Glaber Rodul. lib. 5. Hist. cap. 1 : *Dum in Subterioribus cryptis, ubi multa sanctorum requiescunt corpora, obdormiret, etc. Vide Subterius 2.*

† 1. **SUBTERIUS**, Infra. Charta ann. 855. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 143 : *Signum Folkeri qui hanc traditionem coram testibus Subterius nominatis manu propria perfecit.*

† 2. **SUBTERIUS**, Subterraneus, Gallis *Souterrain*. Martyrol. Eccl. Autiss. apud eumd. Marten. tom. 6. Ampl. Collect. col. 705 : *Autissiodero in Basilica S. Germani dedicatio Subteriarum cryptarum.*

† **SUBTERIUS**, Inferior. Neerolog. S. Petri de Casis : xiv. *Aprilis obiit dom. Ysabel de Andruelis quæ dimisit nam cameram Subternam et supernam conventui de Casis. Vide Subtanus, et Subtrunus.*



**SUBTERRARE**, Humo mandare, Sepelire, Gall. *Enterrer*. Jo. de Janua: *Subterrare, sub terra ponere, sepelire, terræ infodere*. [Gloss. Lat. Gall. Sangerman.: *Subterrare, mettre soubz terre, ensevelir*.] Adam Brem. c. 102: *Corpus ejus Bremam reventum Subterratum est in medio chori*. Occurrit in Vita sancti Deicoli Abbat. n. 37. apud Theoderic. Mon. in Translat. S. Celsi Episc. Trevir. n. 17. Humbertum Silvæ candidæ contra Nicetam Pectoratum, Baldricum Nov. lib. 2. c. 21. lib. 3. c. 22. Cantipratatum, in Concilio Biterrensi ann. 1233. c. 14. in Metropoli Salisburgensi tom. 1. pag. 168. etc. Historia bellorum Hierosol. MS.: *Si trouva ke Reniers, li freres à la Dame estoit mors et Sousterrés*. Infra: *Lendennain l'entierement au Moustier dou Sepulcre, la droît à li autre Roi avoient esté Sousterré*.

\* **SUBTERRATIO**, Supplicium apud nostros aliosque usitatum olim, quo feminæ capitalis criminis reæ humo vivæ mandabantur. Annal. Victor. MSS. ad ann. 1308: *Circa hoc tempus captus est dominus de Ulmeto prope Corbolum, miles satis nobilis et dives, et ductus est Parisius in castelto districtoque carceri mancipatus.... Causa fuit quia uxorem suam nobilem dominam, moribus gratiosam, filiam domini Matthæi de Tria senioris,.... ob amorem inordinatum suæ concubinæ, procuraverat veneficiis vel nateficiis..... occidi ut extingui, secundum judicium medicorum. Ob hoc igitur dicta concubina et quedam aliæ criminis hujus fuerit et reæ Parisius ductæ vitam turpiter amiserunt ignis combustionem vel Subterratione, prout digne erant*. Vide supra *Fossa 1. Humari et Infoditus*. [\*\* *Haltaus*. Glossar. Germ. col. 117.]

† **SUBTHESAURARIUS**. Vide *Thesaurarius*.

\* **SUBTICERE**, Silere, tacere. Bulla Clem. V. PP. ann. 1308. contra Templar. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 169. col. 2: *Sunt etiam quidam ex eis quedam alia orribilia et inhonesta confessi, que, ut eorum ad præsens parcimus verecundæ, Subticemus*. Charta Phil. Pulc. in Reg. A. Cam. Comput. Paris. fol. 47. vº: *Audivimus.... nonnullos.... quorum nationem et nomina Subticemus, etc.*

† **SUBTILARES**, ut *Subtalares*. Vide ibi. **SUBTILE**, SUBTILIS, Vestis Subdiaconorum, quæ et stricta tunica dicitur, inquit Honorius Augustod. lib. 1. cap. 229. lib. 3. cap. 1. et 85. Durandus lib. 3. Ration. cap. 10: *Tunica que alibi Subtile, in lege vero ποδάρης*. Idem cap. 11. n. 3: *Dalmatica Diaconi ampliores habet manicas, quam tunicella Subdiaconi, quæ alibi Sabtile vocatur*. Adde lib. 6. cap. 2. n. 6. Ekehardus Junior de Casib. S. Galli cap. 10: *Præter quæ Dalmaticam et Subtile pene aurea... acutia sua versipelli resumpserat*. Adam Bremensis cap. 161: *Casulas 35. cappas 30. dalmaticas et Subtiles 14*. Burchard. de Casib. S. Galli cap. 1: *Stolas similiter denuratas, capsas dalmaticas, Subtilia, cætera quoque Ecclesiastica ornamenta*. Conradus Moguntinus in Chronico Moguntino: *Ejusdem operis duæ dalmaticæ, et duo Subtilia latis aurifrigiis ornata*. Infra: *Duæ casule de viridi samitto, et tot*

*dalmaticæ, et Subtilia aurifrigiata valde bona*. Joan. Buschius in Chron. lib. 1. cap. 23: *Habitas Canonicorum regularium est vestis linea, sive toga linea, quam Romani Roketum Romanum, Germani Subtile, Sarracianum, sive Scorcium appellat*. Adde cap. 42. lib. 2. cap. 6. Krantzius in Metropoli cap. 8. ex veteribus Actis: *Casulam et dalmaticam cum Subtilli de serico lasurio*. Habetur in Missa, ab Illyrico edita, hæc Oratio ad Subtile, cum scilicet Episcopus sacra facturus illud induit: *Indue me, Domine, vestimento salutis, et circumda me lorica fortitudinis*. Vide Canones Saxon. Edgari cap. 33. Will. Hedam in Conrado Episcopo Traject. [Miræum tom. 1. pag. 71. col. 2. Marten. tom. 4. Ampliss. Collect. col. 352. supra *Substantia 7.*] et infra in *Saperpellicium*. Occurrit etiam vox *Subtile* apud Esaiam cap. 19. v. 9. et Ezechiel. cap. 16. v. 10. ubi LXX. τῶν βύσσων verterunt.

1. **SUBTILIARE**, Tenuem facere, Uguitioni. Auctor Mamotrecti ad 1. Esdræ cap. 5: *Attenuatus, i. Subtiliatus*. Lex Angliorum et Werinorum tit. 5. § 19: *Si quis alium in brachio vel in crure percusserit, ut ipsa membra decrescant, et ita fuerit Subtiliatum, ut duos digitos minuatur, 4. sol. componat*. Constantinus African. lib. 1. de Morb. curat. cap. 4: *Confectio ad capillos Subtilindos, etc.* Occurrit passim apud Alex. Iatrosoph. veterem Interpretem in libris Passionum, Jo. Sarisberniensem Epist. 85. Mich. Scotum lib. 1. Mensæ Philosophicæ, cap. 7. etc.

2. **SUBTILIARE**, et SUBTILIARI, Argutari, subtiliter agere, Gallis *Subtilizer*. Petrus Cellensis lib. 9. epist. 2: *Qui vero calcatis grossioribus carnis seculentiis, cubilia spiritas ingressi, subtiliari in spiritualibus consaeverunt, in amicis querunt gratiam, non pecaniam: fidem, non extrinsecam possessionem, etc.* Knyghtonus ann. 1335: *Rex Franciæ Subtiliavit viis et modis quibus potuit, qualiter deturbaret Regem Angliæ, etc.*

† **SUBTILIZARE**, Eadem notione. Roland. Patav. Chron. apud Murator. tom. 8. col. 326: *Jam enim verum erat Eccelinum Subtilizare qualiter adhærere posset Imperatori futuro, ut faceret sicut olim sub unbra imperii suos inimicos cum Frederico Imperatore confiderat, cui fraudalenter applicat et adhesit*. Vide infra *Subtiliter*.

\* *Nostris Subtiller, Subtillier et Soustillier dixerunt, pro Imaginer, inventer, s'étudier, Invenire, excogitare, meditari*. Lit. remiss. ann. 1393. in Reg. 144. Chartoph. reg. ch. 473: *Le suppliant se soit Subtillé que ès fermaux que il a fait,.... afin que iceulx pesassent plus,.... ait mis dessoubz la terrasse de chacun un grain de plont*. Aliæ ann. 1408. in Reg. 163. ch. 258: *Aucuns fermiers de l'imposition da foing et de l'avoine en nostre ville de Paris se sont Soustilliez de trouver voyes et manieres estranges pour contraindre les hostellers à paier imposition du foing et de l'avoine*. Aliæ ann. 1457. in Reg. 189. ch. 164: *Les supplians ont advisé par plusieurs fois à trouver la maniere de snoir ou Julien Malet,.... mettait,.... ladite finncé; et tant ont Subtillé et mis garde sur ledit Julien Malet qu'ilz ont sceu, etc.* Froissart. 1. vol. cap. 330: *Messire Guillaume des Bordes Subtillait jour et nuict*

*comment et en qu'elle maniere il leur peust porter dommage*. Hinc *Subtif* et *Souptin*, Ingeniosus, solers. Lit. remiss. ann. 1417. in Reg. 169. ch. 526: *Lequel de Genes ne fu oncques de mestier: mais estoit tant Subtif et imaginatif, etc.* Le Roman de Cleomades MS:

Moult ot en Vregille saige homme  
Et Souptin; car il fist à Rome  
Une chose moult engigneuse,  
Moult Souptieue et moult merveilleuse.

Unde *Soutiment*, Subtiliter, solerter, in Chron. S. Dion. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 151: *Aus quatre chiés de cele croix sont séelees et encloses Soutiment précieuses reliques de cors sains*. *Sautif* vero, pro sanus, bene valens, in Lit. remiss. ann. 1377. ex Reg. 111. ch. 296: *Icellui Gilet..... repaira ès tavernes, ès noces et ès esbatemens, comme homme Sautif et bien haitié, par l'espace de dix à douze jours*.

† **SUBTILITAS**, Calliditas, astutia, ibid. col. 253: *Sed machinata est Eccelini Subtilitas cum probissimo quodam viro de terra illa,.... et concordavit etiam cum capitaneo dicti castri*. Nostris olim *Soustiveté*. Charta Caroli primogeniti Johannis Reg. Fr. ann. 1358. tom. 3. Ordinat. pag. 222: *Icelles (lettres) ne seuffrent changier, muer, hausstier, ou affoibloier par quelconques Soastiveté ou maniere, etc.* Le Roman de la Rose MS:

Car tiex gens veulent grosse chose,  
Sans grant Soustiveté de glose.

*Soutiffart* et *Soutive pratique*, in Hist. Johannis IV. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 717:

Les gens du Roy de l'autre part  
Si iceitoient par Soutiffart  
Les Bretons de soy rebeller.  
Contre leur Due.

Ibidem col. 729:

Et pour ce que nulli n'osoit  
Defendre le Due, ne son droit,  
L'en pensa Soutive pratique, etc.

\* *Soutiveté*, apud Petrum de Font. in Cons. cap. 23. art. 4: *Nous ne requérons mie, ne ne faisons si grans Soutiveté en no demandes faire, come fant li cleric*. Unde *Soutievesment*, Subtiliter, apud eumd. cap. 13. art. 23.

† **SUBTILILLOQUIUM**, Subtilis sermo, argutiæ. Vetus S. Irenæi Interpres lib. 3. cap. 14. num. 4. ult. cedit: *Ex hoc enim multas ocasiones Subtililoqui sui acceperunt, interpretari audentes male, quæ ab hoc bene sunt dicta*.

† **SUBTILIS**, Subtiles merces, Aromaticæ dicuntur in Statutis Genuæ lib. 4. cap. 16. pag. 120: *Non liceat patrono... onerare in dicto viagio... nisi tantummodo victualia pro usu et necessitate navigii, merces Subtiles et capsas passagiorum*. Nostris *Soutil* et *Soutif*, pro Subtilis, tenuis. Statutum Johannis Reg. Fr. ann. 1350. tom. 2. Ordinat. pag. 397: *Proposioit entre leurs autres raisons que leur mestier d'œuvre rayée estoit plus Soutif que mestier de lanure plaine*. Le Roman d'Athis MS:

Une chemise de chainsil  
De fil et d'œuvre moult Soutil.

Vide *Subtile*.



† **SUBTILITAS**. Vide in *Subtiliare* 2.

\* **SUBTILITAS**, Similitudo. Stat. Tornac. eccl. ann. 1366. cap. 4. art. 10. pag. 18 : *Vinum rubrum potius quam album nistretur in calice, si haberi possit, propter Subtilitatem alibi cum aqua.*

† **SUBTILITER**, Occulte, apud Anonymum Hist. Palæst. cap. 34. tom. 3. Reliq. MSS. Ludewig. pag. 33 : *Consiliati in unum abibant per montaneas, Subtiliter in-quirentes et ementes frumentum.*

† **SUBTILIZARE**, ut *Subtiliare* 2. Vide ibi.

† **SUBTILLARES**, ut *Subtalares*. Vide in hac voce.

**SUBTILLUM**. Gloss. Gr. Lat. : Ἐπος, *Car- men, Subtillum*. Ita MSS. In edito vox *Subtillum* abest.

† **SUBTITULARE**, Subtus scribere, infra referre. Charta Ottonis Imper. ann. 965. inter Instr. tom. 3. Gall. Christ. novæ edit. col. 15 : *Itaque præcepimus Subtitulare rerum ad eandem locum pertinentium possessiones.* Charta Philippi I. Reg. Fr. ann. 1082. tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 15 : *Presentibus de palatio nostro, quorum nomina Subtitulata sunt, etc.* Occurrit præterea apud Calmet. inter Probat. tom. 2. Hist. Lothar. col. 290. Marten. tom. 1. Anecd. col. 402. Camusat. in Episc. Tri-cass. fol. 176. etc.

† **SUBTOLARES**, **SUBTOLARIA**. Vide *Subtalares*.

† **SUBTOLLERE**, Auferre, tollere. Leges Liutprandi [\* 84. (6, 31.)] apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 68. col. 1 : *Tunc habeat ipse iudex potestatem foris provinciam eos vendendi, et pretium Substulendi atque habendi.* [\* Al. sibi tollendi.] Guidonis Discipul. Farf. cap. 7 : *Ante Primam Subtollantur pallia ecclesie, et alia ornamenta, quæ usum est auferri.*

\* **SUBTONIA**, f. pro *Subtanea*, Togæ seu tunicæ species. Charta official. Belvac. ann. 1341. in Reg. 77. Chartoph. reg. ch. 159 : *Ad lectum, in quo jacebat et dormiebat dicta Clementia, accessit dictus reus, ipsamque.... indutam solummodo pellicio ac quadam Subtonia de telu accepit, rapuit, etc.* Vide *Subtaneum*.

\* **SUBTRABES**, Feni meta, acervus. Reg. S. Justi in Cam. Comput. Paris. fol. 199. 1<sup>o</sup> : *Ecce partes firmæ, videlicet medietas Subtrabum prærie vallis Rodolii, Humini, Beriacia et de Boviners, cum medietate logiæ.* Vide *Trabes* 2.

† **SUBTRAGI**, **SUPTRAGI**, pro *Subtrahi*, in Chartis ann. 1002. et 1011. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 195. et 200. Locus est in *Retollere*.

† **SUBTRAHERE**, Protrahere. Regula S. Benedicti cap. 13 : *Sexagesimus sextus psalmus dicitur sine antiphona Subtrahendo modice, sicut in Dominica, ut omnes occurrant.*

\* *Soutvere* dicitur de doliis viniariis, quæ a *cellario* in cellam viniariam et vicissim transvehuntur, in Ordinat. ann. 1415. ex Reg. 170. Chartoph. reg. ch. 1 : *Item pour Soutverre vin, que on appelle mettre vin de celier en cave et de cave en celier, etc.* *Souttiré* vulgo dicitur de vino elutriato, quod *Soutain* nuncupari videtur, in Pedag. Divion. MS : *Li coue de vin, qui est suz une*

*charette qui vient de fors, se elle est Souttainne, elle doit six deniers de péage.*

\* *Soubztraire* vero, idem quod *Trahere* 1. Insidiose decipere, dolose fallere, in Lit. remiss. ann. 1398. ex Reg. 153. ch. 367 : *Comme paroles chaleureuses feussent esmeues entre laditte exposant et Marguerite femme de Estienne de Lugi, . . . . pour ce que icelle exposant disoit que laditte Marguerite avoit Soubztrait son mary, comme de avoir geu charnellement avecques elle.* Idem significat *Surduire*, in Lit. remiss. ann. 1376. ex Reg. 110 ch. 202 : *Lesquelz eussent Surduite, fortraite et emmenée sa femme où il leur pleust. Surtraire, eadem acceptione, in aliis Lit. ann. 1389. ex Reg. 138. ch. 98 : Lequel Colin le Conte Surtrahy la femme de Jean Bondier fauconier.* Hinc *Sourditte* et *Surdite* appellata mulier libidinosa, concubina. Charta ann. 1424. tom. 2. Hist. Leod. pag. 451 : *On faisoit d'une proude femme, une femme Souditte; et d'une femme Sourditte, une proude femme.* Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 110. ch. 46 : *Une femme, appelée Marion de Saint Just, qui estoit femme Sur-dite et amye d'un des moines de laditte église de Chezi.* Vide *Superinducta*.

\* Aliud autem sonat vox *Soubztraît*, Hospitem videlicet, vulgo *Hote*, quod sub tecto recipiatur, in aliis Lit. ann. 1369. ex Reg. 100. ch. 323 : *Jeellui Pierre respondi que en leur maison avoit mauvais Soubztraît ou convive.* Vide infra *Tegorianum*.

† **SUBTRANUS**, Inferior, ut *Subterior*. Statuta Montis Regal. fol. 268 : *Item statutum est quod nullus ferrarius... præsumat ferripedare aliquam vel aliquas bestias... in via tendente a platea versus portam Vici, videlicet a parte Subtrana dictæ viæ, hoc est, deversus domos Subtranas.* Vide *Subtanus* et *Subternus*.

\* **SUBTRINO**, *Locus, ubi conduntur aliqua species*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641.

† **SUBTULARES**, ut *Subtalares*. Vide ibi.

**SUBTULUM**. Charta ann. 1316. apud Fantinum Castruceum in Hist. Avenion. tom. 1. pag. 166 : *Subtulum cum solarío ejusdem.* Infra : *Subtulum pro tribus equis domus Petri Guillermi.* Occurrit ibi pluries. *Cum staribus, hospitiiis, stabulis, etc.* Rursum : *Item unum Subtulum domus D. Rainundi de Aramont, item Subtulum domus Guillermi Ruffi.* [Locus inferior, idem quod *Sottulum*. Vide in hac voce. Vetus Poeta MS. ex Bibl. Coisl. nunc Sangerm. :

Trestot guerpi, si s'en ala  
En un Soutil leu habita.]

\*\* **SUBTUMIDUS**. Galen. lat. MS. ad Glauco. lib. 1. cap. 41. apud Maium in Glossar. novo : *Quartanarii habent vultum et oculos Subtumidiore.*

† **SUBTUMULARE**, *Humo condere*, in Glossar. Gasp. Barthii ex Baldrici Histor. Palæst. apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 173. Vide *Subterrare*.

\* **SUBTUNICALE**, Vestis, quæ sub tunica defertur, idem quod *Cota* 1. Acta dissolut. matrim. Ludov. XII. fol. 145. v<sup>o</sup>. ex Bibl. reg. : *Dominam Annam sibi monstravit vestitam suo Subtunicali, Gallice de sa petite cotte.*

\* **SUBTUS**, pro Super, Gall. *Dessus*. Lit. remiss. ann. 1355. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 395 : *Dictus miles cum suo pagio Subtus suum curserium duntaxat existente, Roberto de Hanonia.... obviavit.*

† **SUBTUS MANUM**, Secretum, clam, Gall. *Sous-main*. Chron. Domin. de Gravinia apud Murator. tom. 12. col. 610 : *Hæc mulier in tantum scivit tractare dulcibus verbis cum dicto capitano, quod soluta sibi aliquanti pecunia Subtus manum, ipsam et bona sua occasione exterioris filii non ulterius molestavit.*

\* **SUBTUSCHERA**, Nomen loci, vulgo *Sousquiere*. Charta ann. 1030. in Chartul. magno S. Vict. Massil. fol. 62. v<sup>o</sup> : *Dant locellum aptum officinis monasterialibus ad construendam cellam propter abundantiam aquæ, juxta ecclesiam S. Mariæ, in loco Subtuschera.*

† **SUBTUSSELLIA**, ut *Sabsellium* 2. Chartul. majus S. Victoris Massil. fol. 140 : *Ego Tasilis dono cavallum unum cum capistro, et freno, et sella, et Subtussellias ad monasterium S. Victoris.* Vide *Subsellia*.

**SUBTUTUS**. Commedianus Instruct. 30 :

. . . . . Subtutus in prosperis esto.

Id est, subtristis, Rigaltio : malim *Subtutum esse*, hoc loco esse cavere sibi.

**SUBVASSORES**, Armigeri, qui tenent de Militibus. Leges Malcolmii II. Regis Scotiæ cap. 8. § 8 : *Et illi, qui tenent de Militibus, qui vocantur Subvassores, leges tenebunt, et observabunt in omnibus curtis suis, etc.* [Vide *Subnentes*.]

**SUBUBERES**, Infantes, qui adhuc sunt sub ubere, in Glossis Isidori. Gr. ὑποπύθιζ, ut apud LXX. Osee cap. 14. v. 1. quæ Joeli cap. 2. v. 16. νῆπιζ ὑπὸ γαστρὸς μητρὸς.

\* **SUBUCA**, f. Fabrica ferraria. Charta ann. 1217. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 336 : *Item dimidiarum insulam Oluæ fluminis, et Subucam Roberti fabri et tres acras terræ in campo Failli.*

**SUBUCULARES**, Calcei, pro *Subtalares*, in Vita S. Heldredi Abbat. Novalicensis num 14.

**SUBVECTARE**, Subministrare, [adjuvare, auxiliari.] *Auxilium Subvectare*, apud Galfridum Monemuthensem lib. 2. cap. 4 : *Nisi ingenium artem Subvectaret.* Adde. lib. 6. cap. 6. lib. 7. cap. 1. 6.

\* *Souvaudrer*, pro *Attiser*, ut videtur, ignem adjuvare, in Lit. remiss. ann. 1376. ex Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 322 : *Print une grande broche de fer, de laquelle il Souvandroit le feu à sa forge.*

\* **SUBVECTOR**, Qui subvehit, lator, Gall. *Porteur*. Chron. Ademari Caban. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 158 : *Canonici etiam S. Petri Egolesimensis procedentibus cum Reliquiis, cum Subvectores earum, induti sacris tunicis, etc.*

† **SUBVECTORIUM**. Vide mox *Subvectus*.

**SUBVECTUS**, Vectura. Leges Liutprandi Regis Longob. tit. 107. § 1. de jumento : *Qui eam ad Subvectum acceperat.* [\* 137. (6, 84.) ubi Murat. ad suam veteram.] *Subvectorium*, eadem notione, apud Stephanum Tornacensem Epist. 27 : *Jam maturassem ceditum, sed Subvectoria non*



*habebam. Galli dicerent, je n'avois pas de voiture.*

**SUBVELLAMEN.** Gloss. Gr. Lat. : ὑποκάλιον τοῦ πρεσβύτου, *Subvellamen.* In MS : *Subvellanem* habetur. Vide *Subventrile.*

† **SUBVELLERE.** Gloss. Latino-Græc. : *Subvello, ὑποσπῶ.*

† **SUBVENDA.** Præstatio minor *venda*, quæ domino feudali exsolvitur pro distractionis seu venditionis prædii facultate. Charta S. Andree Clarom. ann. 1440 : *Ad census et servitutes unius quartonis frumenti censuales et reddituales cum dominio, vendis, Subvendis et laudimiis consuetis.* Vide *Venda* 2.

\* Charta ann. 1305. in Reg. 37. Chartoph. reg. ch. 75 : *Cum vendis, Subvendis, mutatis, etc.* Alia ann. 1343. in Reg. 74. ch. 514 : *Cum..... proventibus, vendis, Subvendis, capisolidis, laudimiis, questis, etc.*

\* **SUBVENIENS.** Succedens. Charta Loth. reg. ann. 965. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 105 : *Præcipientes regia potestate, ut nemo successorum nostrorum regum,.... neque qui in sancta Rotomagensi ecclesia præsul per Subvenientia temporu successerit, etc.*

**SUBVENIMEN,** pro *Subventio*, auxilium, apud Gunzonem in *Miraculis B. Gungulfi* n. 18.

† **SUBVENIRE** in casibus consuetis domino capitali, hoc est, Auxilia quæ a lege et Consuetudine inducta erant, pollicentur vassalli in hominiis, maxime in Delphinatu. Homagiann. ann. 1309. ex Schedis D. de *Flamarens* : *Quod debemus eidem dare et Subvenire super quatuor casibus generalibus.* Aliud ann. 1371. ex Schedis Præsid. de *Mozaugues* : *Et Subvenire vobis in casibus consuetis, videlicet de militu per vos aut filios vestros assumendu. Item, pro filia seu filiabus maritandis per vos et successores vestros. Item, si contingat vos aut heredes vestros, quod absit, capi seu captivari. Item, pro emendo terram per vos aut successores. Item, et fidejuber pro vobis ad vestram requisitionem in omni contractu et omni causa, Subvenire de placito et de guerra.* Hæc fusius exponuntur in voce *Auxilium.*

1. **SUBVENTIO,** Præstatio extraordinaria pro subsidio Principis in necessitatibus suis; vulgo nostris *Subvention*, ut fuit illa, quæ ann. 1303. sub Philippo Pulchro pro bello contra Flamingos ab nobilibus perinde ac ignobilibus exacta est, de qua consulendum 36. Regestum, Chartophylacii regii Charta 56. 140. et alibi. In Charta 145. mentio fit *Superintendentium negotio Subventionis novissimæ.* In Charta vero 245 : *Superintendentium negotii decimulium Subventionum an. 1305.*

**SUBVENTIONEM** appellari aiunt festum Relationis corporis S. Martini Turones, quod occultaverant Monachi propter Danorum incursus. Odo Cluniacensis in præfatione ad Tractatum de Reversione B. Martini a Burgundia : *Solennitas autem illa, non Translatio, seu Ordinatio, non Transitus, non Exceptio dicitur; sed Subventio ab iis, quibus rei gestæ veritas melius innovat, nominatur.* Et cap. 2 : *Subventionis hujus festum 4. Idus Maii solenniter cele-*

*bretur, quæ nullo alio nomine rectius, quam Subventio censetur.* Eadem verba extrema habent *Gesta Consulium Andegav. cap. 2. n. 6. Adde cap. 3. n. 11.*

\* 2. **SUBVENTIO,** Impensa, Gall. *Frais.* Charta ann. 1223. ex Chartul. Campan. fol. 190 : *Item dicit (comes) quod homines nostri (episcopi) ad Subventionem suam gaintent villani.*

† **SUBVENTOR,** Auxiliator, in Inscript. Gruter. 459. 1 : *Populi Subventori.* Et 1095. 7 : *Subventori civium necessitatis.*

**SUBVENTRILE,** **SUBVENTRILIS.** Gloss. Græc. Lat. ὑποκάλιον, *subnien, Subventrile.* Marcellus Empiricus cap. 28 : *Ad intestina rupta, leporinum stercus, atque etiam pili, vel lana ejus de Subventrili cum melle decocta, etc.* Alexander Iatrosoph. lib. 2. Passionum : *Oportet autem non solum Subventrilem et lumbos ungi, etc.* Hesychius : Δέρτρον, δέρμα, ὑμήν, λαπάρα, ἥτρον, ὑπογάστρον.

† **SUBVERTERE JUDICIUM,** Uctionibus sancti chrisimatis aliisve adversus ignis sensum roborantibus manum alicujus iudicium seu purgationem ferri candentis subitari munire, ne igne lædatur. Capitulum 2. Caroli M. ann. 809. cap. 10 : *Ut presbyter qui sanctum chrisma donaverit ad iudicium Subvertendum, postquam de gradu suo fuerit expoliatus, manum amittat.* Vide *Judicium* 3.

**SUBVIARIUS.** Vide *Varius.*

**SUBVICARIUS.** Vide *Vicarius.*

**SUBVICECOMES.** Vide *Viecomes.*

**SUBVICEDOMINUS.** Vide *Vicedominus.*

† **SUBVICULA,** ὑποδύτης, in Gloss. Lat. Gr. Leg. *Subucula*, ut in Gl. Gr. Lat. : ὑποδύτης, *Subucula, Subvicula, subula.*

\* **SUBVIGERIUS,** Qui *vigerii*, eo absente, vices agit. Lit. remiss. ann. 1363. in Reg. 93. Chartoph. reg. ch. 300 : *Cum circa oceanum solis ipse exponens Subvigerium dictæ villæ usque ad domum suam associasset, etc.* Vide *Vigerius.*

† **SUBVILLICUS.** Vide *Villicus.*

† **SUBVINCTA,** Appenditiæ, pertinentiæ, ut videtur. Placitum Pippini Reg. ann. 752. apud Mabill. lib. 6. Diplom. pag. 491 : *Una cum terris,.... vincitis vel Subvincitis, farinariis, gregibus cum pastoribus utriusque generis et sexus, etc. Saltibus atque Subvincitis, terris cultis et incultis etc.* in alio ejusdem Reg. Placito ann. 754. ibid. pag. 493. *Subjuncta* dicuntur in Charta ann. 791. ibid. pag. 503. Ubi etiam intelligi possunt comparata et acquisita, si tamen voce *Vinctum* proprium, *alodis* significetur. Vide *Comparare* 2.

\* Quæ interpretatio dubitanter proposita, non idcirco repudianda videtur, quod voci *Subvincta* additur vox *Appenditiæ*; notum quippe est omnibus synonymas voces sæpius adhiheri in veteribus Instrumentis. Sed et alia ibi subjicitur explicatio, quam nescio cur præmittant Auctores novi Tract. diplom. tom. 4. pag. 583. *Subvincere* nostris alias, ut simplum *Vaincre*, vincere, superare. Lit. remiss. ann. 1423. in Reg. 172. Chartoph. reg. ch. 324 : *Le suppliant se deffendi tellement que il Subvinciqui icellui assaillant.*

**SUBULA,** et **SUBLA,** Veru, vel ferrum longius ac præacutum, cujusmodi est cer-

donum *subula.* Gl. Lat. Gr. : *Subla, ὀπίτιον, περόνη. Subula, ὀπίτιον, περόνη.* Leg. ὀπίτιον. Adrevaldus lib. 1. de *Miraculis S. Benedicti* cap. 16 : *Requisiti autem, quomodo tantum scelus nudis patrent manibus, præsertim cum neque Subulas majores, neque malleos, margulos, nec aliquid officinæ fabrilis secum haberent, etc.* Nicephorus Constantinopolitanus scribit Justinianum Rhinotmetum Imp. aliquot ex primoribus Chersonensium, ἐν ξυλίνους ὀρέλαις immissos, ad ignem torruisse. Quo loco Theophanes habet εἰς σούβλας ξυλίνους. Moschopolus : Περῆσαι, τὸ σουβλίεσθαι. Utuntur porro voce hæc Græco-barbara, σούβλα, Græcorum Synaxaria, cum *Subulis* Martyrum carnes dilaniatas scribunt, 12. Octob. 18. et 23. Januar. 22. Mart. 12. et 27. Junii, Menologium Basilii 10. April. etc.

**SUBULÆ,** etiam inter arma recensentur, quibus scilicet loricarum defectus scrutantur. Will. Brito lib. 11. Philipp. pag. 234 :

Hic sudibus, telis hic dimicat, ille bipenni,  
Hic veribus, cultris alter Subularibus aretas  
Scrutat thorace vias, galæque fenestris,  
Qua ferro queat immisso terebrare cerebrum.

Infra :

In cerebrum casu ferrum Subulare recepit.

Ejusmodi forte fuerunt σούβλια illa, de quibus Leo Imp. in *Tacticis* cap. 5. § 4. et c. 6. § 2.

\* **SUBULCITAS,** Subulcorum rustica et impura locutio. Stat. colleg. Fuxens. Tolos. ann. 1457. ex Cod. reg. 4223. fol. 216. 1° : *Indignum censum ut scientiæ operam datur, et in loco omni exercitationi apto et ordinato manentes, maternis linguis, ut bubulci, subulci et ruri viventes, loquantur.* Huic igitur *Subuleitati, ruditati et vitio linguæ vernuclæ mederi cupientes, etc.* Vide *Subulcus stilus.*

† **SUBULCUS STILUS,** Impurus, exilis. Paschasius in *Epist. ad Carolum Calvum* apud Mabillon. tom. 2. *Annal. Bened.* pag. 537 : *Sed libellum... quem dudum Placidio... consecrans, ideo sic communius volui stilo temperare Subulco, etc.* *Subulcus,* porcorum custos, apud S. Valer. de gen. Monach. § 7.

† **SUBULTANEUS,** ἠθικὸς, in Gloss. Lat. Gr. Aliæ Gr. Lat. : ἠθικὸς, *Moralis, Subultaneus, morutus.*

\* **SUBUMBRACULUM,** *Suburbium* vel *Territorium* urbi adjacens. Chartul. S. Ursini Bitur. ch. 87 : *Ego Aënor tacta divina inspiratione, pro amore Dei et veneratione S. Ursini, cedo ad ecclesiam suam vel sancti hujus loci, qui est in Subumbraculo Bituricæ civitatis pro remedio animæ meæ, etc.* Vide *Suburbanum* et mox *Suburbium.*

† **SUBUMBRARI,** *Obumbrari.* Albert. Mussatus apud Murator. tom. 10. col. 597 : *Luna ante luciferum pallens fuscae crucis operata signaculo veluti eclipsabunda Subumbrata est.*

\* **SUBUMLA,** Vox, ut videtur, mendose scripta, pro *Subtana* vel *Subtilis*, in Conc. Britan. tom. 1. pag. 447. et 452. Vide *Subtile.*

**SUBUNCULA,** *Papiæ, Pannus additius, a subjuciendo, vel subsuendo dictus.* Joan. Buschius in *Chronic.* lib. 2. cap. 6 : *Vesti-*



menta et calceamentu sine petiis et Subunculis minime reddiderunt.

**SUBUNCULARE**, Resarcire, segmenta locis vestium vel calceorum attritis apponere. Idem Buschius lib. 1. cap. 6 : *Calceamenta eorum et sotularia vidimus infra et supra a lateribus hinc inde in locis plurimis Subunculata*. Lib. 2. cap. 39 : *Calceosque Subunculando*. Thomas a Kempis in Vita Gerardi Magni cap. 11 : *Antiquum et Subunculum pellicium*.

**SUBUNDRA**, Glossæ antiquæ MSS : *Subgrunda, inter tectum et parietes subgrunda dicitur, vulgo vero Subundra*. [Vide *Subgrundium*.]

† **SUBVOCATUS**, pro *Subadvocatus*. Vide *Advocatus*. Charta ann. circ. 1060. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 189 : *Super torturus Subvocatorum, quibus quotidie affligebuntur, graviter conquesti*. Charta ann. 1156. apud Ludewig. tom. 4. Reliq. MSS. pag. 203 : *De adiutoribus vel vicariis, quos Subvocos dicunt, in æternum non cogitet*.

**SUBURBANI**, Charta Henrici V. Regis Angl. pro Abbata de Exaquo in Normannia Ducatu tom. 2. Monastici Anglic. pag. 969 : *Et terram duorum berciarum, quam pastores tenent, et sex Suburbanos cum alodiis suis, etc. lidem videntur, qui nostris manentes, et submanentes*. Vide in *Manentes*.

† **SUBURBANI**, nude dicuntur *Presbyteri ex Suburbanis*, ut habet Ordo Romanus c. 6. in Ceremon. Eccl. Vienn. apud Marten. de Ant. Eccl. discipl. in div. Offic. pag. 504 : *Ad majorem Missam debent esse sex Suburbani, diaconi septem, etc.*

**SUBURBANUM**, Prædium, quod ad urbem est, προαστικον, in Gloss. Auctor Marnotrecti ad c. 30. Numeror. : *Suburbanus, a, uni, quasi sub urbe, sicut sunt burgi. Suburbanum prædium*, apud Varroem et Columellam lib. 1. cap. 1. [Utitur etiam Cicero non semel.] Senator lib. 3. Ep. 53 : *Quamvis Romana civitas aquis abundet irriguis, sitque fontibus gaudens, reperiuntur tamen plurima Suburbana, quæ hunc videntur desiderare peritiam*. Synodus Romana in causa Formosi PP. cap. 8 : *Ut patrimoniam, seu Suburbana utque massæ et coloniam, etc.* Acta SS. Martyrum Numidarum 30. April. n. 2 : *Venerunt in locam, qui appellatur Magnus, cui est Cirthenis Colonia Suburbana vicinitas*. Utitur passim Willelmus Tyrius. Adde Gregor. Turon. lib. 2. de Mirac. cap. 32. de Gloria Confess. cap. 58. Vide *Proastium*. S. Hieronym. Epist. 16 : *Suburbanus ager vobis pro Monasterio fuit, et rus electum pro solitudine*.

† **SUBURBANUM**, Urbis territorium, tractus urbi subjectus. Jonas in Vita S. Eustasii Luxov. sæc. 2. Bened. pag. 122 : *Itemque in Suburbano Bituricensis urbis vir venerabilis Theodulfus... nonasteria ex regula Columbani omni religione pollentia construxit, primum in insula supra fluvium Milmandran, etc.* Vita sancti Ebrulfi sæc. 1. pag. 367 : *Hunc (Ebrulfum) Dei famulum monachis patre suo destitutis abbatem præficere decreverunt in Suburbanis Ambianensium, ubi Fascianus et Victorius glorioso certaverunt martyrio. Quod monasterium duabus leucis ab Ambiano distat*.

† **SUBURBIUM**, Pari similiter notione. Vita S. Salabergæ sæc. 2. Bened. pag. 426 : *Cænobium puellurum in Suburbio Lingonica urbis in hæreditate vel successione paterni conatur extruere*. Occurrit in Charta S. Eligii ibid. pag. 1091. Mirac. S. Marculfi sæc. 4. part. 2. pag. 525 : *Inde ergo in crastino egressi, per Ribodimontem et munitiorem, quæ Francorum-curtis dicitur, in Suburbium Laudunense in villam quæ Vallis vocatur, venerunt*. Adde sæc. 5. pag. 768.

\* *Nostris Suburbe olim, nunc Faubourg*. Règ. B. Cam. Comput. Paris. fol. 152. v<sup>o</sup> : *L'an de grace 1302. fu ordenée une suvention en la ville de Paris et ès Suburbes... de toutes gens, qui avoient 500. livres Tour. de meuble, 25. livres Tour. et dou plus, plus*. Occurrit præterea in Ordinat. reg. Franc. tom. 2. pag. 533. tom. 5. pag. 535. et 536. et tom. 6. pag. 296.

† **SUBURBANUS**, Qui *Suburbanum* habitat, rusticus. Translat. S. Sebast. etc. sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 405 : *Hanc letiferam vocem qui tunc antequam discederet vigilare poterant, horribiliter innotantem, non solum in ipsa urbe civiles, verum Suburbani quaquaversum degentes audivere*.

**SUBURBICARIÆ**, Regiones ac Provinciæ sic dictæ in Italia, quod *Urbis Vicarii* jurisdictioni subdictæ essent, ut *Urbicariæ*, quæ a Præfecto urbis administrabantur. Vide quæ in hanc rem congesserunt Baronius ann. 325. num. 134. 135. Jacob. Gothofredus, Alexander Junior, Salmasius, Sirmondus, Morinus lib. 1. Exercit. 30. et alii, qui famosam hanc, et inter eruditos agitatam diu controversiam scriptis suis illustrarunt. [Vide infra *Urbicariæ*.]

† **SUBURBII**, pro *Suburbia*. Charta ann. 1125. inter Probat. tom. 2. Hist. Occitanicæ col. 429 : *Juro vobis Cassaniam et forciat ipsius atque Suburbios sine vestro ingunno*.

**SUBURGIUM**, pro *Suburbium*. [\*\* *Subburgium*.] Tabularium Monasterii S. Andree Viennensis : ... *Vineam nostram quam Dominus noster Rex Chunrudus territorium de murum civitatis Viennam mihi dedit propter murum, quem ego feci in Suburgio Viennæ civitatis juris mei, etc.* Vide *Suburbanum*.

\* *Formula* MSS. ex Cod. reg. 7657 : *Non verens... in usus suos proprios convertere quamdam viam... transeantem subtus terram, per quædam casalia,..... sita in Suburgii civitatis ejusdem*.

**SUBURIA**, *Sonus quilibet*, Papias.

† **SUBUSTIO**, Calefactio, in Cod. Theod. tit. 1. lib. 15. de Oper. publ. leg. 32. ubi Codices nonnulli haud male habent *Substructio*.

**SUBUSTIVUS**, Alexander Iatrosophista l. 1. Passion. : *Eis, quos Subustivos contingit habere oculos*. Ubi Gloss. MSS. rubeos.

\* **SUBYMGINATIO**. Vide supra *Subimaginationo*.

† **SUBZEMBLERIUS**, Qui subest *Zemblersio*, seu curatori jumentorum sarcinarius. Vide locum in *Embla*.

\* **SUCA**, idem fortassis quod *Soca* 3. Stipes, truncus. Charta ann. 1313. in Reg. 52. Chartoph. reg. ch. 207 : *Protendebatur per serratum usque ad Sucam de la Nuit bona, ubi modo est la peyriera*.

\* **SUCARIUM**, Saccharum, Gall. *Sucre*. Comput. ann. 1482. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 23. col. 1 : *Item pro media libra Sucarii pro ponendo super tartas, iij. sol. ix. den.* Vide *Succarum*. Hinc *Suchier*, metaphorice, pro *Dulcem efficere ac si saccharo condiretur*, in Mirac. B. M. V. MSS. lib. 1 :

Bien doit ses nons cuer adouchier,  
Bouche enmieler, lange Suchier.

**SUCCA**, Vestis species. Bulla Nicolai III. PP. pro Canonicis Basilicæ S. Petri Romæ, apud Bzovium ann. 1280. n. 5 : *Nunquam appurent in eadem (Ecclesia) quin salten Succus habeant, et super eas chlamydes antepectus, vel post collum annicæ, etc.* Infra : *Succis et capparum apertura exceptis*. Concilium Palentinum ann. 1322. cap. 6 : *Statuimus, ut Episcopi et superiores Prælati Succas lineas in publico, et cum eos equitare contigerit, nullatenus tabardos, sed cappas et capellas suæ dignitati deferant congruentes, etc.* [Vide *Soscania*.]

\* Vide supra *Socca* 1.

† **SUCCAMA**, ut *Succa*. Statuta vetera Domus Dei Paris. MSS : *Sorores habebunt singule 3. camiseas, et 3. Succamus talaris, etc.*

\* *Leg. Succania*, ut recte monet Menagius in Diction. v. *Souquenie*.

\* **SUCCAMERARIUS**, pro *Subcamerarius*, qui, camerario absente, ipsius vices agit, dignitas apud Polonos. Mirac. B. Kingæ tom. 5. Jul. pag. 770. col. 1 : *Nobili Andrew-Stano Succamerario Sanocensis, etc.*

† **SUCCARE**, Sugere, Gall. *Sucer*, Ital. *Succhiare*. Sebast. Perusin. in Vita B. Columbæ Reatinæ tom. 5. Maii pag. 340\* : *Quatenus possint abstrusa mella ruminando Succare*.

† **SUCCARUM**, **SUCCHARUM**, Saccharum, Gall. *Sucre*. Iter Indic. Balth. Spingeri, apud Marten. Itiner. 2. pag. 362 : *Succarum quoque inde abundanter evellitur*. Chronic. Corn. Zantfiet apud eund. tom. 5. Ampl. Collect. col. 365 : *In primordio quidem languoris per annos circiter 19. usa est (Lidwina) parvissima portunculula Suchari*. Hinc emendanda Charta ann. 1380. apud Rymer. tom. 7. pag. 233 : *Unam caseum Succuri candidi*. Leg. enim *Succari*. Vide *Zucara*.

† **SUCCEDANEUS**, *Successor*, in Gloss. MS. Sangerman. n. 501 : *Succedaneus, ἀνταπόρος*, in Gloss. Lat. Gr. *Succedaneæ vices*, in Cod. Theod. tit. 5. lib. 13. de navicul. leg. 14.

† **SUCCEDENTIA**, *Successio*, sericus, in Charta Caroli Simplicis ann. 912. apud Calmet. inter Probat. tom. 1. Histor. Lothar. col. 334 : *Quod ut per Succedentiam temporum verius credatur et diligenter observetur, manu propria subtus firmavimus*.

† 1. **SUCCEDERE**, *Accedere*. Ut *nulus audeat ad loca tutiora, etiam aceritate temporis cogente, Succedere*, in Cod. Theod. tit. 29. lib. 6. de curios. leg. ult.

† 2. **SUCCEDERE**, *Cedere*, *abire*. Vetus S. Irenæi Interpret. lib. 2. cap. 29. n. 1 : *Animas jam non propter substantiam in medietatem ad similia dicentes Succedere, sed propter operationem; justorum quidem*



*dicentes illac Succedere, impiorum autem remanere ignem.*

**SUCCENTOR**, Joanni de Janua, qui in Ecclesia post Præcentorem, sive principalem Cantorem subsequenter canendo respondet, vel qui facit officium principaliter in choro sinistro. Durandus lib. 2. Ration. cap. 2. n. 1 : *Cantorum duo sunt in arte musica genera, Præcentor scilicet et Succentor. Præcentor vocem præmittit in cantu; Succentor canendo subsequenter respondet; Concertor vero, qui consonat.* Alia de ejus officio habent Statuta Ecclesiæ Leichfeldensis in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 243. et Ecclesiæ Londinensis ibid. pag. 339. et vetus Charta apud Jacob. Petium post Pœnitentiale Theodori pag. 678. Vide Glossar. med. Græcit. voce Ἰπποκωντήρ, col. 1649.

**SUCCENTORIA**, Succentoris dignitas, in Hist. Episcoporum Autissiodorensium c. 59 : *Liberaliter contulit Lectoriam et Succentoriam, per quas totum in legendo cantandove servitium dispensatur.* [Adde Bullam Pauli III. PP. ann. 1538. pro secularizat. Eccl. S. Ægidii.]

**SUCCENTRIO**. Messianus Presbyter de Vita S. Cæsarii Arelat. Episcopi pag. 254 : *Devolutio itaque tempore, venit ad agrum Ecclesiæ nostræ, ubi diœceses sunt, qui Succentiones vocantur : balnearia ibidem grandibus fastigiis constructa sunt, etc.* Nomen, ut opinor, regionis.

† **SUCCENTURIA**, Alia aliam subsequens caterva, in Gl. Gasp. Barthii ex Baldrici Hist. Palest. apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 170. Gesta Consulium Andegav. apud Acher. tom. 10. Spicil. pag. 447 : *Et cominus utraque Danorum et Hlandrenisium instabant legiones, et ipsorum supervenere Succenturie quæ graviter primos cæperunt repellere.*

† **SUCCENTURIATUS**, In subsidium coactus, ex eod. Gloss. ibid. pag. 195.

† **SUCCESATRIX**, Quæ alteri in aliquo munere succedit. Charta Paschalis II. PP. ann. 1107. in Bullar. Casin. tom. 2. pag. 124 : *Ermingardæ Abbatisse monasterii Domini Salvadoris;... tibi tuisque Succesatricibus, etc.*

\* Charta ann. 1052. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 561 : *Domna Otta abbatissa, tuisque Succesatriees, seu pars prædicto monasterio, etc.*

\* **SUCCESATURA**, Eodem significatu. Placit. ann. 1043. ibid. col. 521 : *Ut nullus quislibet omo eandem donna Eleni abbatissa, ejusque Succesaturæ, vel partem ipsius monasterii disvestire vel molestare deudeat de prædictis omnibus.* Occurrit rursus infra.

† 1. **SUCCESSIO**, pro Filiis seu successoribus, in Cod. Theod. tit. 7. de div. offic. leg. 19. et tit. 7. de Collegiatis leg. 1.

\* 2. **SUCCESSIO**. Bona, quæ jure Successionis ad monachos deveniebant, monasterio suo, feudis exceptis, largiri poterant, ex Bulla Nicolai PP. ann. 1185. in Chartul. S. Maglor. ch. 25 : *Indulgemus ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia, quæ personas liberas fratrum vestrorum ad monasterium, mundi vanitate relicta, convalantium et professionem facientium in eodem, si remansissent in sæculo, jure Successionis vel quocumque alio justo titulo con-*

*tigissent, et ipsi potuissent libere aliis elargiri, feudatibus dumtaxat exceptis, petere, recipere ac retinere libere valeatis, sine juris præjudicio alieni.* Jus succedendi in possessione parentum monialibus de Insulis concedit Innocentius IV. Bulla ann. 1247. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 162 : *Ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia, exceptis feudatibus, quæ personas sororum ad monasterium vestrum, mundi relicta vanitate, votantium et professionem facientium in eodem, tanquam si remansissent in sæculo, ratione successionis, seu quocumque alio justo titulo contigissent, petere, recipere ac retinere libere valeatis, auctoritate vobis presentium indulgemus.*

† **SUCCESSIVE**, Postea, Gall. *Ensuite*. Litteræ Pii II. ann. 1459. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 61 : *Venerunt ad nos oratores Georgii, quem in dominum vestrum recognoscitis, et Successive oratores partium Silesiæ.* Pro progressu temporis sæpius usurpat Philosophi.

\* **SUCCESSORIE**, Jure successionis. Charta ann. 1283. ex Bibl. reg. : *Decem solidi Turonenses siti super unam vergetam terve in prato, quam tenebat de mc Successorie. Soussalous, successor, in Ch. ann. 1284. ex Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 118 : Et nos devantdist nommez Engnes et Michel du Busc et nos héritiers sonnes tenus au devantdit abbé et au convent de S. Vandrille et à leurs Soussalous la devantdite acre..... contre tous à garantir.*

† **SUCCESSORIUS**, Hæreditarius. Litteræ Edwardi III. Reg. Angl. ann. 1337. apud Rymer. tom. 4. pag. 818 : *Attendentes inelutum regnum Franciæ ad nos fore jure Successorio legitime devolutum, etc.* Passim occurrit.

\* **SUCCESTRIX**, ut supra *Successatrix*. Dipl. Loth. imper. ann. 846. tom. 8. Collect. Histor. Franc. pag. 383 : *Sed ut præfata nepta Ruadruda abbatissa, ejusque in eodem loco Succestrices, etc.*

\* **SUCCIDIALIS**. Vide supra *Subsidualis*.

† **SUCCIDIMENTUM**, Quod ab alio dependet, ejus appendices, Gall. *Appartenances*. Testam. Almeradi ann. 1052. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 219 : *Dono ad filium meum Petrum quantum habeo in castro Andusiæ et in Succidimentum ejus, et in alio loco totum castrum Barræ et omne Succidimentum ejus, et in suprascripto castro de Petra-mala et in Succidimentum ejus, etc.* Vide *Subpertinentia*.

† **SUCCIDIRE**, pro Succedere, in Charta Theodorici Reg. ann. 690. apud Felibian. inter Probat. Hist. Sandion. pag. 9.

1. **SUCCIDIUM**. Vita S. Rigoberti Archiepisc. Remensis, cap. 1 : *Statuit ligna cædere, aquisque comportare ad faciendum eis balneum : insuper et ad Succidium occurrere, et si quid lujusmodi necesse sit in eorum culina, quod factu opus sit.* Perperam edium succidium. Vide *Subsidium*, nisi ita legendum sit. Alia notione utitur Petr. Damianus lib. 4. Ep. 3 : *Vos estis damnorum victimæ, ad æternæ mortis Succidium destinatæ.* A voce forte *Succidius*.

\* 2. **SUCCIDIUM**, Excidium, ruina, eversio. Charta Caroli Simpl. tom. 9. Col-

lect. Histor. Franc. pag. 510 : *Subsequente continuo paganorum excidio, eadem res perpetuum prope susceperere Succidium.*

**SUCCIDIUS**, pro *Succedatqqs*, Succiduus. Marculfus lib. 1. form. 2 : *Nulla judiciaria potestas, nec præsens, nec Succidia, aut ad causas audiendum, aut aliquid exactandum ibidem non præsumat ingredi, etc.*

† **SUCCIDUM**, ἐνδύζων. Gloss. Lat. Gr. Ubi Vulcanius ἐντυπαρόν, vel ἐριον εἰσπηρόν legendum suspicatur. Hæc vox de potitionibus usurpatur.

† **SUCCINCTA**, ut *Subcingulum*. Vide ibi. † **SUCCINCTIM**, Breviter, *succincta ratione*, ex Gemina, apud Vossium de Vitiis serm. I. 4. c. 35.

\* Aimoin. in Vita S. Abbon. cap. 19. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 338 : *Horum itaque locorum situm a sancto viro laudatum, Succinctim literis mandare oportuunt fore credimus.*

**SUCCINCTORIUM**. Papias : *Succinctorium vestimentum, quo tantum genitalia teguntur.* Alibi : *Subcinctorium, dictum quod sub brachiis dictum alarum sinum ambit, atque hinc inde subcingit.* Glossæ MSS : *Succinctorium, braciæ : Catholicon parvum : Succinctorium, surceint.* [Charta ann. 1205. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 455 : *Item ailleurs... unc Surceinte de fil blanc, une boursette de soye o reliques de S. Clere.* Charta Petri Episc. Parisiens. ann. 1210. ex Chartul. ejusd. Episc. fol. 57 : *Præterea capicerii debent exhibere sanctum Succinctorium super altare B. Mariæ in Pascha per tres dies tantum, scilicet die Lunæ, die Martis et die Mercurii.*] *Necrologium Ecclesiæ Parisiensis 3. Id. Julii : Dedit præterea imaginem B. Virginis octo marcharum argenti ad repouendum sacrum Succinctorium.* Ab Innocentio III. lib. 1. Myster. Missæ c. 10. 52. inter novem specialia Pontificum ornamenta recensetur. Durandus lib. 3. Ration. cap. 4 : *Pontificis cingulo duplex dependet Succinctorium.* Infra : *Succinctorium, quod alias περιζωνυζ, vel succingulum vocatur.* Cassianus ait *reticulas duplices lineo plexas subtegmine, quas Græci ἠσάδελον; vocant, Latinos sui ævi Succinctoria seu redimicula, vel proprie rebrachiatoria appellasse.* Vide *Rebrachiatorium* et *Subcingulum*.

\* Vide supra *Subcinctorium*.

† **SUCCINCTUS**, Diligens, strenuus, in Lib. de Castro Ambasiæ apud Acher. tom. 10. Spicil. pag. 567 : *Sane morum probitas mentionem veneranda matronæ Succinctæque persone ejus contulit.*

† **SUCCISUS**, figurate pro *Attritus, debilitatus*, in Cod. Theod. tit. ult. lib. 13. de Censor. leg. 8.

**SUCCLAMATIO**, Submonitio, citatio in jus. Diploma Zuenteboldi Regis ann. 898. in Monum. Paderbornensis. pag. 45 : *Advocatus eorum super eis justitias agut, nec ad publicum mallum quisquam Succlamationem faciat, priusquam Advocatum eorum interpellaverit pro justitia facienda.*

\* **SUCCOLARE**, Plinio *Succollare*, Collo seu humeris portare. Mirac. S. Mauril. tom. 4. Sept. pag. 77. col. 1 : *Dum ergo in locum pristinum, ubi ab antiquioribus collocatum fuerat, a ministris decernerentur,*



*Succolantes invicem tanto oneris pondere repente sunctissima corporis gleba aggravata est, etc.*

\* **SUCCURIO**, idem quod supra *Soucrio*, Hordei species. Charta ann. 1266. ex Chartul. S. Juliani Cameri : *Quod in cartilibus non amasati, predictis, cum de blado, vicia, pisis, fabis... ordeo, Succurione... seminabuntur, etc.* Vide infra *Sucurio*.

\* **SUCCURIS**, Saccharum, Gall. *Sucre*. Comput. ann. 935g. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 113. col. 1 : *Pro Succure, ij. grossos.* Vide supra *Succarium* et *Succarum*.

† **SUCCULCARE**, *Sub se calcare*, ex Gemma, apud Vossium lib. 4. de Vitiis serm. cap. 26.

† **SUCCUMBENTIA**, dicitur de eo qui causa cadit, *Qui succumbit*. Statuta criminalia Saonæ cap. 14. fol. 15 : *De restituendo omne id, et totum, quod ab eis exactum fuerit ex causa dictarum condemnationum in casu Succumbentiae in causa dictæ appellationis.*

**SUCCUMBUM**. Vide *Cumba*.

**SUCCURRERE**. Vide *Monachi ad Succurrendum*, in *Monachi*.

† **SUCCURSIVUS**, Subsidium, auxilium, suppetiæ, Gallis *Secours*. Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. cap. 117. pag. 309 : *Hostis tamen commoti principis impetum expectare formidans, uox, Regis applicatione in partes illas cognita, recordis fugæ Succursivum cum suis elegit.*

† **1. SUCCURSUS**, ut *Succursivus*. Charta ann. 1257. ex Schedis Pras. de *Mazaugues* : *In tantum quod dictus dominus Comes Ildelfonsus congregatis multis militibus ad Succursum eorum, etc.* Literæ Senescalli Provinciae ad Massil. ann. 1337. ex Tabul. Massil. : *Et jam indiximus, si hoc continget, cavalcatas, ut subito possit udhiberi Succursus.* Occurrit passim, maxime vero apud Matthæum Paris in *Addit.* in *Epist.* *FridERICI II. Imper.* apud Marten. tom. 2. *Ampl. Collect.* col. 1199. Rymer. tom. 2. pag. 322. 944. tom. 3. pag. 140. in *Maceriis Insulæ Barbaræ* tom. 1. pag. 151. apud Murator. tom. 8. col. 249. tom. 11. col. 278. *Madox* Formul. Anglic. pag. 423. etc. Hinc

† **2. Succursus** dicitur Ecclesia quæ alteri potiori auxilio est in administrandis plebi Christianæ sacramentis, nostris *Secours*, *Eglise Succursale*. Charta Galteri Episc. Lingon. ann. 1170. inter Instr. tom. 4. Gall. *Christ. novæ edit.* col. 84 : *Decedentibus vero quoquo modo presbyteris jam dictæ parochiæ administrationem, quam Succursum consuevimus appellare, itidem et beneficium cum integritate vobis donando conferimus.*

\* Perperam hic *Succursus* de ecclesia *succursali* exponitur; idem quippe est quod alibi dicitur *Deportus*; quo sensu rursus occurrit in Charta Gaufr. Silvanect. episc. ann. 1186. inter Instr. tom. 10. Gall. *Christ.* col. 442 : *Nos... quæcumque predecessor noster... confirmavit, ratum habemus : inter quæ hæc propriis volumus declarare notitiis, Succursum videlicet ecclesiarum suarum, quod eundem libere habeant.* Alia Guidonis archiep. Senon. ann. 1187. *ibid.* tom. 12. col. 363 : *Concedimus etiam*

*illis omnibus præfatis ecclesiis et in illis, quæ in posterum conferentur, Succursum, quotiescumque contigerit ecclesias vacare.*

\* *Secours* nostratibus, Pera, sacculus vel pannus vesti assutus, ut videtur, Gall. *Poche* vel *Doubleure*. Lit. remiss. ann. 1425. in Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 160 : *Le suppliant advisa que l'une d'icelles femmes avoit de l'argent ou Secours de sa robe, etc.*

† **SUCCURUM**, pro *Succarum*. Vide *ibi*.

† **SUGCUS**, Mons, collis. Ferrarium Apehoni in Arvernia : *Juxta Succum de las Chabroles*. *Ibidem* : *Juxta Sucum vocatum le Suc Roaze*. Charta domin. Lurici in Foresio ann. 1417 : *Quandam terram sitam in Succo, id est super montem et in altitudine montis.* Exstat etiam hodie domus in parochia S. Stephani in pago Dombensi; quæ *le Suc* dicitur, quod sit in proclivio montis. *Suque, Soumet de la tête*, vertex, apud Borellum.

† **SUCCUSATIO**, Succussio, Gallis *Secousse*. Gervasius Tilber. in Otis Imper. apud Leibnit. tom. 1. *Script. Brunsvic.* pag. 1004 : *Facto leni alarum Succussatione, quasi puerperio consummato in mare decidunt.*

\* Nostris alias *Sequeuer*, pro *Secouer*, *Commoever*, exagitare. Lit. remiss. ann. 1387. in Reg. 131. Chartoph. reg. ch. 63 : *En eulx ainsi Sequeuent et joant courtoisement, etc.* *Sacouhade* vero, pro *Copiosa sanguinis detractio*, ut opinor, in aliis Lit. ann. 1467. ex Reg. 200. ch. 64 : *Lequel médecin dist que la femme, qui estoit malade de la mere, il la failloit seigner;.... le suppliant parla à ung barbier,.... et lui demanda si vouloit seigner une Sacouhade des veines de la mere;..... ledit barbier saigna icelle Kutherine es quatre parties de son corps, c'est assavoir en chacun pié et en chacun bras,.... des veines de la mere.*

**SUCCUSSATOR**, *Succussaturus*. Vide *Subcussator* et *Trotare*.

**SUCERDA**, Χοιρεία κίτρος, in Gloss. Lat. Gr. [Stercus porcinum, aliis *Succardu*.]

† **SUCH**, *Momentum*, i. quantum cito *statera declinatur*. Gloss. Mons. pag. 335. apud Schilter. in Gloss. Teuton.

† **SUCHERES**. *Juxta les Sucheres domini de Chanis*, in Charta feudorum nobilium Castillonis Dombarum ann. 1463. Haud scio an legendum sit *les Jacheres*. Vide *Jaceria* et *Gascaria*.

\* Agri fortean in colle positi, a *Succus*, mons, collis. Vide in hac voce.

† **SUCHILES**, f. Qui colligendis tributis invigilat, exactor, ab Hispan. *Escuchar*, vigilare. Conc. Mexican. ann. 1585. inter *Hisp.* tom. 4. pag. 349 : *Nec occupare possit, exigere aut petere quascumque exactiones, Indi Suchiles aut Tamalialtli, etc.*

\* f. Thuris species, Hispanis *Suchicopal*, eadem notione.

**SUCHORNA**, Vestis species. Vide in *Surcotium*.

† **SUCKING**. Placitum in Itin. apud Cestrian ann. 14. Henrici VII. in *Nomolex.* Angl. Th. *Blount* : *Per Sucking, hoc est fore quietum de illis amerciamenis, quando le Burliman, id est supervisor del Ringyord, id est clausura quæ vocatur le Chinimfildes vel comun Meadows, et præmoniti fuerint ad imparcandum et faciendum clausuras illas*

*simul cum vicinis suis, ille qui non venit ad talem præmonitionem amerciatius erit ad pretium unius vomeris, Anglice a Suck, pretii quatuor denariorum et hoc quotiescumque præmonitus non venerit.* Vide in *Parcus*.

\* **SUCRIO**, Hordei species, vulgo *Sucrion*. Comput. ann. 1469. ex Tabul. S. Petri Insul. : *Item pro blado, Sucrione, lino et navetis, etc.* Vide supra *Soucrio*.

\* **SUCRUM**, a Gallico *Sucre*, Saccharum. Comput. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 244. col. 1 : *Item pro media libra Sucri pro dictis flansonibus, ij. grossos et medium.* Vide supra *Sucurium*.

† **SUCTIM**, Sugendo. Acta S. Bonifacii tom. 1. Jun. pag. 464 : *Ad instar videlicet prudentissimæ apis, quæ Suctim camporum circumvolat arva.*

\*\* **SUCULUS**, *Vitulus*. Ita Glossa ad Abbon. de bell. Paris. lib. 1. vers. 637. Latinis Porcellus.

† **SUCUS**, Stercus, lutum, cœnum. *Litteræ* ann. 1345. inter *Ordin. Reg. Franc.* tom. 3. pag. 158 : *Item. Quod possint et valeant dictum castrum S. Genesii, videlicet plateas et carretrias et pontes facere mundare et auferre femoria, Sucos et alias orduras prout indigeant.* Ubi *Cl.* Editor legendum suspicatur *Sutos*, qua voce stabulum porcorum intelligeretur, quod Occitani etiam *Soute* appellant : at nihil immutandum arbitror; neque enim de Stabulis porcorum, sed de quovis stercore vel luto hic sermo fit. Vide *Succus* et *Sucerdæ*.

**SUDA**, Fossa, seu potius vallum, vel sudes, quibus vallum ipsum et castra muniuntur, ut apud Ammianum lib. 15 : *Fallo Sudibus fossaque firmato.* Ethelwerdus lib. 1. ann. 449 : *Tum astuta gens Scottorum gnava quid faceret pro invinente muro, ac Sudæ profundo saltu, ferros in mensura arte mechanica struunt aculeos; superstantesque muro deorsum trahentes avidè interimunt.* Lib. 4. cap. 2. ann. 867 : *Centurias congregant non parvas, visitant hostes jam morantes in Suda, alternatim concitant iras, etc.* Cap. 3 : *In eodem anno (894.) Danaa Suda in Beamfsteote loco experto nutu ab incolis ruit, annilem in se dividunt thesaurum.*

Sic Græci recentiores vocem, σῦδα, usurpant interdum pro fossa, interdum pro vallo et sudibus fossam munientibus. *Chronic.* Alexandrinum pag. 906 : *Καὶ ἤγαγεν τὰ μαχητικὰ ἀπὸ τοῦ τείχους ἃ ἦν παρασίτσας, καὶ τὴν σῦδαν ἣν ἐποίησεν, καὶ ἤρξατο καταλύειν τοὺς πυργωκαστέλλους οὓς ἐποίησαν, καὶ τῇ νικτὶ ἔκαυσεν τὸ σῦδάτον αὐτοῦ, καὶ τοὺς πυργωκαστέλλους, etc.* Ubi *σῦδάτον* idem est quod recentior Latinitas *Vallatum* vel *Palatum* vocavit, seu *Palicium*. *Scylitzes* pag. 660 : *Καὶ γενόμενος ἄγχι τῆς λεγομένης μεγάλης σῦδας : alii Codd. habent τάρρου.* *Joannes Cananus* pag. 189 : *Ἐστῆσαν περιέργως εἰς τόπον, ἐν ᾧ σῦδαν οὐκ εἶχεν οὐκ οὐδὲν ἐστέρων, ἀλλὰ κεχαλασμένη ὑπῆρχεν, καὶ ἐκ πάλαι γέμουσαν χώμαν, etc.* Occurrit in *Tacticis Leonis Imper.* non semel, apud *Constant. de Administr. Imp.* cap. 42. pag. 132. et in *Tacticis Nicetani*, etc. Hinc forte *Σουδί* appellatum *Orontis fluvii ostium*, de quo egimus ad *Alexiadem Anneam* pag. 368. ubi editio *Hoescheliana* habet *σῦδῆ*, quasi profundioris fossæ spe-



ciem prætulit. Vide Glossar. med. Græcit. voce Σουδα, col. 1409.

SUDA. Chronica Pisana Ughellana ann. 1115 : *Quarta vero civitacula, quæ circa regiam Sudam, quæ Cassaron dicitur, erat constructa.* [\*\* Annal. Baren. ad ann. 1042 : *Coadunavit omnem exercitum Græcorum et fecit Suda in loco, qui dicitur Tara.*] [Castrum sudibus, seu vallo et fossa munitionem intellige. Pro Stabulo porcorum occurrat infra in *Sudis*. Vide in hac voce.]

\*\* SUDA pro *Sudes*. *Acutissima Suda transjecta*, in Vita S. Idæ cap. 11.

† SUDATUS, *Sudibus armatus vel ornatus*, Johanni de Janua, unde Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Sudutus, Garniz de pelz, i. sudibus.*

SUDARE, *ris*, Sadium compago, vel contactus. Acta S. Thyrsi Mart. n. 38 : *In hujus circuitu turris in modum Sudurium configite tabulas ibique omnes feras relaxate, etc.*

SUDARIA, Stragulum, quo equus insternitur, ne ejus sudor equitem inficiat. Stephanus Episc. Redonensis in Vita S. Guillelmi Firmati num. 26 : *Jocellinus suam, qua suus sternebatur equus, amisit Sudariam.*

SUDARIUM, apud Firmicum lib. 3. cap. 7. dicuntur, qui ex palæstra venerea sudant : *Faciet infumes, libidinosos, et puerorum amatores, et ex coitu Sudarios.* Ita enim legi in scripto codice monet Salmasius.

SUDARIUM, Vestis sacerdotalis, quæ alias *Mappula*. Vide Amalarium lib. 2. de Eccl. Offic. cap. 24.

Est etiam *Sudarium*, veli, quo caput tegitur, species, quod σουδαροκέφαλον appellatur in Nomocanone edito tom. 1. Monument. Eccl. Græcæ, cap. 251. Lexic. Gr. MS. Reg. sign. 2062 : *Σουδαρίον, λεπτόν τι σκέπασμα ἐκ λίνου συνυφασμένον.* Alius Cod. 930 : *Σουδαρίον, λεπτόν τι σκέπας.*

\* Ceremon. MS. S. M. Crassens. ubi de vestimentis, quibus monachi mortui induuntur : *Abluto vero corpore, induatur cilicio et cuculla usque ad talos;... anictum, id est, Sudarium, super cucullam ponatur.* Vide *Lavador*.

† SUDATORIUM, Vaporarium, hypocaustum. Gloss. Lat. Græc. : *Suduorium, ἰδρωτήριον.* Nicol. de Jamsilla de Friderico Imp. apud Murator. tom. 8. col. 504 : *Est antrum vetusta murorum compage fabricatum, in quod ingredientiæ nihil quidem aquæ inveniunt, sed sudare præ calore invit, quasi in fornace compelluntur, unde et Sudatorium vulgo appellatur.* Utitur Seneca Epist. 51. et cap. 7. de Vita beata. Vide *Stuba*.

† SUDATUS, pro *Sutus*, ut videtur. [\*\* Nequaquam : legendum enim puto *Sudarium*. Vide supra.] Consuetud. Fontanell. MSS. pag. 424 : *Capellum cucullæ desuper Sudatum et faciem ex utraque parte consuitur.* Vide alia notione in *Suda*.

SUDES, *tis*, qui facit *sudes*, Joan. de Janua.

SUDIS, Porcorum stabulum, Germ. *Suten*, Gall. *Sou*, vel *seu à pourceaux*. Locis sudibus conceptus, unde forte nomen : nisi a Teutonico *seu*, sus, quasi *suarium*. Lex Salica tit. 2. § 3 : *Si quis porcellum de Sude furaverit, etc.* Editio Heroldi habet *de suten*. Tit. 18. § 3 : *Si quis Sudem cum por-*

*cis... incenderit, etc.* Edit. Heroldi, *Sudenn* præfert. Liber Proportionum Arithmetici qui Gerberto tribuitur : *Puterfunilias stabilivit curtem novam quadrangulam, in qua posuit scrofam, quæ peperit porcellos 7. in media Suda.* Vide *Sodis*, et *Sucus*.

† SUDORARE, *Sudure, sudorem emittere*, ex Gemma, apud Vossium de Vitiiis serm. lib. 4. cap. 26.

\* SUDRIALIS. Vide infra *Sundriulis*.

† SUDUS. *Seta suda*, nondum abluta, nondum tincta, Gall. *Cruê*, ni fallor. Constituit. Catalanix MSS : *Item statuimus quod nos, nec aliquis subditus noster non portet... setam Sudam, nec senbellinum, nec erminium, etc.*

† SUEGALUM, *Fistula*, in Gloss. Rhabani Mauri Gloss. Florentinæ : *Suegelo, sistrum; Suegila, fistula, calamus.*

† SUEIGA, *Buccula*. Gloss. Mons. 412. *Sueichrind, Pascualia*, ibidem, apud Schilter. in Gl. Teuton.

† SUEILHA, *SUELHA*, Fimetum, sterquilinum, fossa ubi fimus congeritur, Massiliensis *Sueilles*. Statuta Massil. lib. 6. cap. 80. quod inscribitur de *Sueillis* : *Ordinum quod facientes Sueilhus sive femorata, teneantur easdem facere subtus terram per quatuor palmos.* Charta ann. 1204. ex parvo Chartul. S. Victoris Massil. fol. 66 : *In plateis sive locis areas et Suelhas facere.* Infra *Sualhas*.

† SUEKE. Vide infra *Suparum*.

† SUELLIUM, *Area*, Gall. *Aire*, ubi frumentum teritur. Terrarium Humberti de Villars domini du *Chatelard* ann. 1391 : *Tenet res tachiabiles ad deciman, trachiam levandam per cellarium dou Chatelard in Suello ipsius confitentis ad bichetum.* Haud scio an hoc spectet le Roman de Robert le Diable MSS :

Et passe de joste la bruelle,  
Oa li agais est sous la Suelle.

\* Alias *Suel*. Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 110. Chartoph. reg. ch. 159 : *Saltari ipsum fecerat malitiose ad terram de itinere del Bu in quadam area seu Suel, et ipsum verberaverat.* Pro *suelle* vero ex Poemate Rob. Diaboli legendum suspicor *fuelle*, folium.

† SUEOR, *Sutor*, Gallice *Cordonnier*, olim *Sueur*, Charta Ludovici Junioris Reg. Franc. ann. 1160. apud D. Brussel tom. 1. de Usu feud. pag. 536 : *Concessimus ex nunc in posterum Theci uxori Yvoni la-Choe et ejus heredibus magisterium canatorum, baudreorum, Sueorum, mesgeycorum et burseriorum in villa nostra Parisiensis.* In lemmate Gallico *Sueurs* appellantur, ut videre est in voce *Creonatores*, ubi eandem Chartam in nonnullis diversam laudat Cangius, v. g. pro *Sueorum* edidit *Sutorum*. *Le mestier des Suers et de la tannerie de Chartres*, in Litteris ann. 1311. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 5. pag. 272.

† SUERIUS, Eadem notione, in Charta Philippi Reg. Franc. ann. 1345. laudata in voce *Creonatores*. Vide ibi.

\* *Suerius*, in Stat. ann. 1345. ex lib. 2. Ordinat. pro artif. Paris. fol. 1. rº : *Tennatores corii, creonatores, baudrarii, cordubanerii et Suerii in villa Paris.* Titulus vero habet : *Ordonnance des... cordouenniers*

et *Sueurs de Paris*. *Suere*, in Stat. ann. 1373. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 682. art. 17. Hinc fortean *Suicherie* vox, quæ Forum, ubi calcei venduntur, significare videtur, in Lib. rub. fol. mag. domus publ. Abbavil. : *Que on vende les vieses cauches en le Suicherie.*

† SUER. f. Juxta, nisi mendum sit librarii. Charta ann. 1242. tom. 2. Chartul. S. Vandreg. pag. 1841 : *Ego Gaufridus de Ponte de Condé Suer Vire dimisi... viris Religiosis R. Dei gratia abbati S. Vandregisilli et ejusdem loci conventui totam illam terram quam reclamabam apud Livre.*

† SUERGEN, *Vaccaritia*, Stabulum vaccarum, ex Gloss. Leg. Aleman. cap. 75.

† SUERIUS, ut *Sueor*. Vide in hac voce.

† SUERT, *SUERTH*, *Pugio*, *micro*, in Gloss. Mons. pag. 327. 338. et 359. apud Schilter. in Glossario Teutonico.

† SUESSI, pro *Suessiones*, Gall. *Soissonois*. Hugo *Suessorum Episcopus*, apud Baluz. tom. 5. Miscell. pag. 297. et 302.

† SUESSIONENSIS MONETA. Vide *Moneta Bavonum*.

† SUESTRI, an Qui more suum vivunt? Concil. Constant. tom. 1. col. 717 : *Beggardis, Begutis, quæ Suestri omnes dicuntur de heresi vulde suspectis, se eis conversando ingerunt.*

† SUETENSES, *SUITENSES*, Gall. *Suis-ses*, Helvetii. *Helvetii sive Suetenses*, apud Rymer. tom. 13. pag. 464. et 482. Adde Gothofredi Observat. in Carolum VIII. pag. 633. Franc. Carpesani Comment. apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 1232 : *Helvetii, ... a nonnullis etiam Suitenses, piscico verbo, nostra ætate Fæderati nuncupati, etc.*

† SUETQUA, f. Quæ ad *sues* pertinent. Charta Alamau. Goldasti 39 : *Et in Reutinchnona, terras et silvas, Suetqua, vel alias acentias, quicquid ibi habere videor.* De jure pasendi porcos ibi agi opinor. Vide *Succus*.

† SUETTA, a Gall. *Suite*, ut *Secta* 3. Charta ann. 1263. apud Kennet. Antiquit. Amdrosd. pag. 262 : *Pro omnibus servitiis, demandis, auxiliis, curiæ sectis, Suettis, releviis, etc.*

† SUFFA. Vide supra in *Bigera*.

SUFFACIATUS, pro *Suffasciatus*, Fascionustus : apud Ordericum Vital. lib. 3. pag. 499.

\* *Souffée*, Lini fasciculus, in agro Calletensi. Lit. remiss. ann. 1470. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 491 : *Le suppliant print huit livres de chanvre et sept Souffées de lin (a Caudebec).*

† SUFFARCINATUS, *Instructus*, Gall. *Fourré*. *Montica Suffarcinate*, apud S. Benardum tom. 1. col. 538. edit. ann. 1690. *Suffarcinatus calliditate*, hoc est, refertus, Gall. *Farci de malice*, in Histor. Liutprandi apud Murator. tom. 2. pag. 458.

† SUFFECTIO, *εὐθροία*, in Gloss. Lat. Gr. Addunt Gr. Lat. *Aninadversio*.

† SUFFECTIVUS, *Sufficiens*, Gall. *Suffisunt*. Gocelinus in Translat. S. August. Cantuar. tom. 6. Maii. pag. 429 : *Ille relicta domo et cognatione, cum Suffectiva possessione ad suum sanatore Augustinum commigravit.*

1. SUFFECTUS, Latinis, qui pro alio



substituatur. Novella Valentiniani de Episcopali iudicio: *li autem, qui intra decennium transactum a die lata hujus legis Diaconi ordinati sunt, Sufferctos pro se dare debebunt, etc.* Vide Brisson. de verbor. signific. Lex Wisigoth. lib. 5. tit. 7. § 20: *Unde quia necesse est, ut illi præbeant ex ratione Sufferctum, unde memisse letantur absolutiois statum.* Ubi Fori Hispanici habent al servitio.

† 2. **SUFFERCTUS**, us, Perfectio, executio. Felix in Append. ad libr. S. Isidori de Viris illustr. tom. 3. Conc. Hisp. pag. 82: *Elemosynis nimium deditus, in Sufferctu operum devotus, in releatione miserorum promptissimus, etc.*

1. **SUFFERENTIA**, Patientia, tolerantia. Evagrius Monach. in Sententiis: *Sufferentia viri generat spem.* Acta S. Thyrsi Mart. cap. 6: *Thyrsus dixit: per Christum, qui Sufferentiam tribuit mihi, ut tanta patiatur propter nomen ejus.* Acta SS. Saturnini et Socior. n. 7: *Domine, pro nomine tuo da mihi Sufferentiam.* Occurrit præterea n. 13. 15. 20. in Vita S. Euphrosynæ Virg. n. 15. in Vita S. Frontonis, in Vita S. Luperci Mart. in Epistola Lotharii Regis ad Hadrianum II. PP. in Chronico Reichersperg. pag. 234. in Passione SS. Perpetuæ et Felicitatis pag. 7. apud Huchaldum in Vita S. Rictrudis cap. 15. in Actis S. Theclæ, etc.

\* *Souffrance*, eadem acceptioe, in Charta ann. 1320. ex Reg. A. Cam. Comput. Paris. fol. 125. rº: *Nous Pierres par la Souffrance de Dieu archevêques de Lyon, etc.* Nostris vero *Se souffrir*, pro *Se contemner*, Cohibere se, sibi imperare. Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. III. Chartoph. reg. ch. 4: *A esté exposé de par Jehan de Montgru, dit Gilet, comme environ un an, il fust en la ville de Donchery sur Muese, dont il est nez, et en allant par la ville oy debat de paroles entre Bon Wathier de Donchery son cousin d'une part et Baudesson le conreur d'autre part; et pour bien de paix da dire à sondit cousin qu'il se Souffrist; mais yecluy cousin, qui paravant estoit esmu et eschauffé contre ledit Bandesson, etc.* Aliæ ann. 1389. in Reg. 138. ch. 53: *Laquelle femme dist à icellui Sagardeau qu'il se Souffrit de dire lesdites paroles de ladite femme, mesmement en la présence de son mary. Souffrir*, eodem sensu, in Charta ann. 1269. inter Probat. tom. 2. Hist. Burgund. pag. 33. col. 1: *Il s'en doit Souffrir, se nos et li sires de Grancé regardons por droit que li s'en doige Souffrir.*

† 2. **SUFFERENTIA**, Voluntas, arbitrium, consensus. Charta ann. 1136. apud Calmet. inter Probat. tom. 2. Hist. Lothar. col. 311: *Si servitia Sufferentia canonicorum antedicta, et eo modo quo sunt determinata, per manus ministerialium non susceperit, hospitia quæ non ex debito aut justitia, sed per Sufferentiam fratrum accipiebat, prorsus amittat.* Tabul. Sangerm. ann. 1219: *Recognoscimus quod nos dictam domum et ejus pertinentias ex Sufferentia et speciali gratia dicti Abbatis non in manu mortua, sed in vilenagium possidemus.* Litteræ Guidonis Nivern. Comit. ann. 1231. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 3. pag. 116: *Exceptis redditibus nostris quos nunc*

*habemus ibidem vel sumus in posterum habituri, vel quos aliqui de nobis ad vitam suam, vel ad Sufferentiam nostram modo tenent.* Vide Sufferctia 1.

† 3. **SUFFERENTIA**, Mora, prorogatio diei, Gall. *Délai*, *répit*. Item, Induciæ, Gall. *Suspension d'armes*. Litteræ Edw. I. Reg. Angl. ann. 1295. apud Rymer. tom. 2. pag. 689: *Adolpho Regi Romanorum, Eduardus, etc. Vestros solempnes nuncios cum plenaria potestate dandi Regi Franciæ Sufferentiam, vel respectum et tractandi super ineundis treugis.. mitteretis.* Litteræ aliæ ejusd. Reg. ann. 1296. ibid. pag. 715: *Ut ante omnia alicqualem Sufferentiam a bellicis actibus, donec plenius tractatus haberi posset, sibi concedere dignaremur... Concessimus ut præfati Cardinales prædictam Sufferentiam nomine nostro possint facere et firmare.* Quæ Gallice sic redduntur ibidem: *E qe, avant totes autres choses, vousissons otriër aukune Suffrance de setz de gere... Avons graunté... q'il... peussent fere la dite Suffrance.* Pluries occurrit apud eund. Rymer. ibid. pag. 723. 733. 795. 799. 812. tom. 3. pag. 541 et tom. 5. pag. 56. Bulla Clementis VI. PP. ann. 1346. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 537. col. 1: *Assumptis interim Sufferentis aliquibus usque ad tempus de quo tuæ discretioni videbitur duraturis, etc.* Charta ann. 1377. ex Bibl. Reg.: *Faceremus posse nostrum quod darentur Sufferentia sen abstinentia usque ad festum S. Michaelis proxime venturi.*

☞ Sed maxime hæc vox usurpatur a Jurisperitis ubi de re feudali, aut rei ærariæ rationibus agitur: hinc Suspensæ rationes in *sufferentia* positæ dicuntur; quod et de cliente beneficiario itidem dicunt, cui dicendi sacramenti prolata est dies, ne scilicet ob clientelam nondum professam in subdita prædia domini feudalis injiciantur manus. Utriusque notiois exempla præsto sunt. Litteræ Philippi IV. Reg. Franc. ann. 1300. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1407: *Ab aliis subditis Prælatorum et Baronum et Terrariorum nihil exigentes, donec aliud a nobis super hæc habueritis in mandatis. Ipsos enim posuimus in Sufferentia usque ad Magdalenam... Item, ipsos posuimus in Sufferentia usque ad Parlamentum proximum B. Martini lyenalii.* Aliæ Philippi VI. ann. 1333. tom. 2. Ordinat. pag. 91: *Gabellam tamen prædictam, ac inhibitiones et ordinationes prædictas, in personis et rebus dictorum Prælatorum, personarum Ecclesiasticarum, Baronum et Nobilium, qui, ut præmittitur, in Sufferentia positi, sunt in suspensio, in statu volumus remanere.* Charta apud Menester. Hist. Lugdun. pag. 12: *Et adhuc in Sufferentia Lugduni occupati detinentur.* Charta ann. 1366. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 526: *Ecce Dux Britannie qui ad vos tanquam ad dominum suum supremum accessit, ad se in propria persona excusandum super eo quod ad vos citius non venit pro homagio suo vobis faciendo, et ad regratiandua vobis de Sufferentia, in qua eum pluries posuistis, etc... et ad supplicandum vobis quatenus ipsum poneretis, teneretis et haberetis in Sufferentia sui homagii.* Charta ann. 1391. tom. 3. Hist. Harcur. pag. 389: *Tenebat quod Rex servaret sua jura et bonos*

*usus et infra dictum terminum non reciperet aliqua honnragia, sed daret Sufferentiam vassallis, quia ea indigerent.* Adde tom. 4. ejusd. Hist. pag. 1715. et Gloss. Juris Gallici v. *Souffrance*. Vide *Respectus* 4.

\* *Suspensio ad tempus*. Charta ann. 1222. ex Chartul. Campan. fol. 432. col. 1: *Comes Campaniæ..... dictam elemosinam posuit in Sufferentiam, et præcepit eam reddi ad tempus presbytero prænotato, ita quod propter prædicta nullum posset fieri præjudicium ipsi comiti Campaniæ supra-dicto.* Hinc emendanda alia ejusdem anni Charta ibid. pag. 435. col. 2. ubi legitur, *in sufficientiam*. Vide infra in hac voce num. 2.

\* Eo etiam spectat vox Gallica *Trempance*, qua designatur Prorogatio, quam vassallo dominus concedit ad præstandum hominum vel laudimia exsolvenda. Charta ann. 1326. in Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 277: *Nous fèismes contraindre religieuz hommes l'abbé et le convent de Nostre Dame de Montebour en dyocese de Costances pour nous apporter les acquisitions faites par eux, depuis le temps contenu esdites lettres de la Trempance dessusdites.*

† **SUFFERENTIA**, ut *Sufferentia*, in Charta ann. 1187. apud Spon. tom. 2. Hist. Genev. pag. 46: *Quandam Sufferentiam facit Gebennensis ecclesia ad tempus, etc.*

† **SUFFERENTIA**, Eodem significatu, Induciæ. Charta Johannis Reg. Castellæ ann. 1410. apud Rymer. tom. 8. pag. 618: *Tam per terram quam per mare, bonas, firmas, legales et legitimas treugas, Sufferentiam et guerra abstinentiam... Durantibusque treugis, Sufferentia et abstinentia guerra, etc.*

† **SUFFERARE**, *Ferreas equo soleas subdere vel suppingere*, ex Gemma, apud Vossium lib. 4. de Vitiis serm. cap. 26. Occurrit apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 838. et alibi. Vide supra in *Ferum* 1.

**SUFFERATURA**. Statuta Facultatis Juris Civilis Academiæ Viennensis in Austria tit. 11. § 5: *Item quod nullus doctoris doctori ipsu presentanti varium, vel aliquas Sufferraturas solvere teneatur.* Sed legendum *sufforraturas*, vel nude *foraturas*. Quod satis vox *varium* arguit. Vide *Foderatus*.

† **SUFFERRE**, Sufficere. Gloss. Lat. Gr.: *Suffero*, ἀντιτάσσομαι. Ubi MSS. habent, *Suffecto*, *sufficio*: quibus consonant Gloss. Gr. Lat.: ἀντιτάσσομαι, *Suffero*, *sufficio*.

† 1. **SUFFERTA**, Voluntas, consensus. Statuta Massil. lib. 1. cap. 63. § 1: *Nisi hoc faceret consilio et Sufferta Rectoris vel Consulium Massiliæ, et Consiliariorum vel majoris partis eorum.* Nostris olim *Souffreté* et *Souffraite*, pro *Disette*, *paupreté*, *Penuria*, *paupertas*, *egestas*. Le Roman d'Attilis MS:

De Souffreté et de poureté  
M'avez en honneur monté.

Ibidem:

De poureté et de Souffraite, etc.

Vide *Sufferentia* 1. et 2.

\* Hinc *Estre de la Soufferte de quelqu'un*, Esse sub alicujus dominio et voluntate, Lit. remiss. ann. 1446. in Reg. 178. Chartoph. reg. ch. 20: *Lesquelz habitans te-*



noient le parti de nostre cousin de la Marche et estoient de sa Soufferte et subjection. Unde Souffis et Souffisant, pro Subditus, cliens, vassallus. Charta Joan. comit. Catalaun. ann. 1232. in Reg. comitat. Clarimont. : *Est assavoir que je ay les choses devant nommées tant seulement, qui à moi appartiennent, si comme desseure est dit, et sui Souffis d'ichelles es lius devant dis.* Charta ann. 1326. in Reg. 72. ch. 43 : *Item le marehié de Chasteau Renart, la seignorie d'ieclui, le prouffit et les émoluenens, sauve la franchise des Souffisans.... Les personnes demourans es lieux de l'assiete dessusdiete, qui se pueent et pourroient advoer et faire Souffisans, etc.*

¶ 2. **SUFFERTA**, ut *Sufferentia* 3. Vide in hac voce. Epist. Henrici de Villariis ann. 1347. tom. 2. Hist. Daph. pag. 558. col. 2 : *Item, dominos Vinayci et Castrinovi, qui unus contra alterum dissensiones parabant, posui in statu et Sufferta usque ad festum B. Johannis.... Item, eodem modo posui in Sufferta factum dom. Johannis de Grolea et Aynardi de Anjove.*

¶ Utuntur etiam hac voce in re feodali, eodem significato quo supra *Sufferentia*. Terrarium feudorum Castillonis ann. 1463 : *Item debet sex den. Viennenses bonos pro Sufferta homagii ad quod dietæ res priefato dom. Militi adstringuntur, donec et quousque dietæ res devenierint ad manus quæ possint deservire homagium ad quod ipsæ res astringuntur.* Consule Revel quæst. 17. pag. 78. et observat. 51. pag. 163. novæ edit.

¶ **SUFFERTUS**, Toleratus, Gall. *Supporté*. Vita B. Humilianæ tom. 4. Maii pag. 391 : *Iloc pluribus diebus patienter Sufferta, non ferens damnum orationis.*

**SUFFIBULATORIUM**, Joanni de Janua, *Subligatorium, Subfibulum, i. subligaculum.* Papias : *Subfibulum, subligamentum.*

\* **SUFFIBULUM**, *Vestimentum album pretextum, quadrangulum oblongum, quod in capite Vestales virgines sacrificantes habebant, idque fibula comprehendebatur.* Festus. Vide Th. Hyde de Relig. Persar. pag. 143. et *Suffibulatorium*.

**SUFFICERE**, Posse. Anastasius Bibl. in Historia de exilio S. Martini PP : *Cras, quod est dominica dies, obvii ei erimus, et salutabimus eum, quia hodie non Suffecimus.* Id est, non possumus.

\* **SUFFICIENS**, Natalitii et dignitate insignis. Lit. remiss. ann. 1353. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 8 : *Johannes de Courciaco miles eidem Sode dixerat,.... quia non sunt hereditagia pro tali rustico, quemadmodum tu es, sed pro quodam nobili homine et Sufficienti, ut ego sum.* *Sufficientissimus militum*, qui plurimos habet milites, ex Dudone lib. 3. apud Chesn. Hist. Norman. pag. 137 : *Quidam Satrapa nomine Tetboldus, dives opum, militumque Sufficientissimus, etc.*

\* **SUFFICIENS**, Opposito sensu, pro eo nempe quod non est satis. Charta ann. 1222. ex Chartul. AD. S. Germ. Prat. fol. 60. vº : *Considerans dictus Odo, quod in hac ecclesia cum unius Sufficienti, id est, cum unius tantummodo cerei luminari diebus privatis celebraretur major Missa,....*

*sufficientem redditum assignavit. Forte omisa est particula non ante sufficienti.*

¶ **SUFFICIENS ABIQUA RE**, Contentus, cui res ipsa satis est. S. Irenæi vetus Interpretis lib. 2. cap. 1. num. 5 : *Et unaquæque conditio suam fabricatorem glorificabit, et ipso Sufficiens erit, et alterum non cognoscet.*

\* *Nostris Souffire, pro Contenter, plaire, Facere satis, placere.* Lit. remiss. ann. 1385. in Reg. 127. Chartoph. reg. ch. 140 : *Une cotele ou piece de robe,.... laquelle ne Souffisoit point audit Thibaut, pour ce qu'elle lui sembloit mal faite.* Hinc *A Souffere*, prout placuerit, *A volonté*, in Ch. ann. 1309. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 1222.

¶ 1. **SUFFICIENTER**. Anonymus in Vita Edwardi III. Angl. pag. 395 : *Cui ecclesie Papa providit de Roberto de Wyveley, qui scripsit speciales litteras Regine matris, (matri) viro utique Sufficiente (ut dicebatur) literato.* Id est, Mediocriter, interprete Cl. Editore Hearnio. Pro Satis, Gall. *Suffisamment*, occurrit apud Ulpian. et alios.

\* 2. **SUFFICIENTER**. Charta ann. 1170. ex Chartul. A. eccl. Camerac. ch. 88 : *Carritones.... eligat (major) per quos nichil aliud facientes, donec perfeerint, decimam nostram Sufficiente colligat.* Id est, totam, integram.

¶ 1. **SUFFICIENTIA**, Facultas, excellentia. Chron. Angl. Th. Otterbourne pag. 4 : *Libet paulisper de ejus (Anglie) situ et Sufficientia,.... pauca de plurimis epilogando perstringere.* Infra : *Ejus vero Sufficientia, sive excellens prærogativa, etc.*

¶ **SUFFICIENTIA**, Quod satis est. Oratio habita ann. 1378. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1504 : *Ivit ad Mendegurriam,.... quam cepit mora postposita, et in ipsa dimisit Sufficientiam gentium armatorum, quæ custodiunt et defensarent illam.* Mag. Boncompagnus de Obsid. Anconæ apud Murator. tom. 6. col. 930 : *Quoniam civitates quæ sunt in portibus constitutæ, non possunt de labore proprio fruentum et annonam habere ad Sufficientiam.* Occurrit rursus apud cumd. Murator. tom. 12. col. 448. 588. et *Madox* Forn. Angl. pag. 128. Adde Tertull. lib. 1. ad Uxor. cap. 4. et Sidon. lib. 6. Epist. 12.

\* 2. **SUFFICIENTIA**, f. pro *Sufferentia*, eodem certe intellectu, induciæ. Annal. Victor. MSS. ad ann. 1372 : *Fuit facta quedam Sufficientia seu treuga inter dietum papam et ipsos; quæ licet a principio reputata fuerit utilis et expeditis pro Ecclesia, etc.* Vide supra *Sufferentia* 3.

\* 3. **SUFFICIENTIA**, Suppeditatio rei alicujus, quantum ea utenti satis est. Charta pro eccl. Corisopit. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 377 : *Habet etiam in portu dominus episcopus salagium et Sufficientiam salis de thelonariis.* Unde *Assouvir*, Quantum satis est suppeditare interpretor, in Charta ann. 1317. ex Tabul. eccl. Camerac. : *Se dedans quinsaine après chou que le maîtres de ladiete monnoye leur avoyent monstré et fait seavoir lediete default (d'ouvriers) il ne mectoyent ouvriers ne monnoyers pour nos dietes monnoyes Assouvir, ledict maître y pourriert faire venir et ouvrer aultres ouvriers et monnoyers avecque yaulx, parquoy*

*no diete monnoye fut bien Assouvie et delivré.* Vide novam Diction. Menng. edit. in hac voce. Hanc nostram interpretationem egregie probat vox *Assouffir*, quæ pro *Assouvir*, legitur in Charta Luic simili ann. 1366. ex Lib. archid. cap. 57. in eod. Tabul.

\* 4. **SUFFICIENTIA**, Doctrina, intelligentia, ingenii facultas, Gall. *Suffisance, eapacité*. Comput. ann. 1403. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 177. col. 2 : *Attenta ejus sollempnitate, et etiam propter affectionem, quam universus populus Ne-mausi erga ipsam habet propter ejus Sufficientiam, etc.* Stat. colleg. Navar. ann. 1315. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 516. vº : *Item (jurabunt) quod fidele testimonium perhibebunt de conditionibus bonis vel malis suorum scoliarum, et eorum Sufficientia vel insufficientia ad audiendum logicam.*

¶ **SUFFINGILARE**. Gloss. Lat. Gr. MS. Reg. : *Suffingilo, ὑπὸ πλῆγῳ.*

**SUFFIRMATUS**, *Suffultus, munitus.* Papias MS.

**SUFFITORIUM**. Anastasius in Hormisda PP : *Pallia olobera blatea enim tabulis auro teetis, de chlamyde vel de stola Imperiali, Suffitorium super confessionem B. Petri Apostoli. Hec omnia a Justino Augusto orthodoxo votorum gratia oblata sunt.* Quidam Cod. habent *succinctorium*. Alii *chlamydem Imperialem, i. stolum et substorium*. Sed legendum forte *suffusorium*. Vide in hac voce. [Rectius supra, tametsi ex conjectura, legendum monet *Substorium*. Vide ibi.]

¶ 1. **SUFFLAMEN**, Adminiculum, sustentaculum, Gall. *Appuy*. Papias in Prefat. ex Cod. MS. Bituric. : *Pars titubat nullo firmo suffulta Sufflamine.* Vide *Substamen* et mox *Sufflare*.

2. **SUFFLAMEN**, dicitur illud quod rotæ opponitur ne currat, oppositio. Glossar. vetus ex Cod. reg. 7613.

1. **SUFFLARE**. Ugitio : *Sufflare, i. appodiare, fulcire, appodiamentum supponere, vel hoc Sufflamen, appodiamentum, quod cui innititur, ut sustentetur.* [Gloss. Lat. Gr. Sangerm. : *Sufflare, appoier, attaiar.*] Vide *Exsufflare*.

\* 2. **SUFFLARE**, Jactare, laudibus efferre. S. Aug. epist. 56. ad Dioscor. : *Nomen Anaxagoræ, quod propter litteratam vetustatem omnes, ut militarily loquar, litterationes libenter Sufflant. Souver, pro Souffler, Inspirare, in Bestiar. MS :*

Li sains Esperis Souverra,  
En toi, dist-il, s'aombera  
La vertu dou très-haut Seigneur,  
De toi naistra li Sauveour.

**SUFFLATOR**, Officium in coquina Regia, in Ordinat. Hospitii S. Ludovici Regis Fr. ann. 1261. vulgo *Souffleur*.

\* Ordinat. hospiti. reg. ann. 1317. in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. Croix fol. 77. 1º : *Cuisine. Item il y aura un hateur et un Souffleur toujours sans partir de court et mengeront à court.* Lit. remiss. ann. 1425. in Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 344 : *Le suppliant.... fut retenu en serviteur de celui qui se dit douphin en office de Souffleur de sa cuisine et depuis hateur.*

**SUFFLATORIUM**, in Catholico parvo, *Soufflet à souffler*.

\* Cujus artifex *Souffletier* nuncupatur, in Stat. ann. 1350. tom. 2. Ordinat. reg.



Franc. pag. 378. art. 238. *Mettre sa teste en un soufflet* dicitur de Stolido, qui cum loquitur, nihil præter ventum profert. Lit. remiss. ann. 1400. in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 129 : *Tay toy, tu n'yez pas digne de parler, mets ta teste en un Soufflet.*

Nostri alias *Soufflace*, pro *Soufflet*, Egreus in malam ictus, dixerunt. Lit. remiss. ann. 1396. in Reg. 151. ch. 195 : *Icellui Perrin lui alast donner une belle Soufflace ou buffe.* Aliæ ann. 1398. in Reg. 153. ch. 393 : *Elles se sont plaintes sans cause, se en aaron chacune deux Soufflaces.*

† **SUFFLATORIUM**, Fornax. Litteræ encyclicæ de obitu Oduini Abbat. Cellensis inter Instr. tom. 3. Gall. Christ. novæ edit. col. 18 : *Sed quia probandus erat velut in Sufflatorio, etc.*

**SUFFLETUS**, **SUFFLUS**, Flatus ventris. Vide in *Boubus*.

☞ Nec flatus ventris, nec buccarum inflatio, ut vult Camdenus, eo loci significatur; sed Sibilus, Gall. *Sifflet* : quod maxime colligitur ex similibus hominiis quæ etiamnum obtinent in Normannia : unum referre sufficiat. Usus est quotannis ut aliquis ex vassallis Dom. de *Belhomme de Graulay* prope Sagium ad vesperam vigiliæ Natalis Domini stipitem ad ejus coquinae focum deferat; statimque tenetur saltare, crepitum edere et sibilum, quod vulgo dicitur *un sault, un pet et un Sifflet*, vel, ut Normanni efferunt, *un soufflet*.

\* 1. **SUFFOCARE**, Infodere, humo mandare. Leg. Norman. cap. 23. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 196 : *Triplictier autem dampnantur homines, prout vitæ merita hoc requirunt; aut per corporis destructionem, ut de suspensis, incensis, Suffocatis, etc.* Ubi Gallicum ex Cod. reg. 4651. habet : *Comme de ceux qui sont pendus, ou ars, ou Enfouiz, etc.* Vide supra *Subterratio*.

\* 2. **SUFFOCARE**, Exstinguere. Stat. ann. 1348. ex Tabul. S. Viet. Massil. : *Ordinamus quod sacristæ non Suffocent per se vel per alium intortita, quæ cum funeribus portabuntur, antequam corpora ecclesiasticæ tradita fuerint sepulture.* Vide infra *Suffrare*.

\* 3. **SUFFOCARE**, metaphorice, ut *Suffogare* Italis, pro Opprimere, vim inferre. Form. promiss. hominum patrim. S. Petri in Tuscia ex Cod. reg. 4189. fol. 6. vº : *Item promitto jura, possessiones et bona Romanæ ecclesie existentia in patrimonio beati Petri, per me vel per alium non superapprehendere et occupare et non Suffocare.* Eadem rursus occurrunt ibid. fol. 38. rº.

**SUFFOSSOR**, vel *suffusus equus*, Ugutioni. Alibi : *Affusus equus, qui vulgo infusus est.*

† **SUFFOSSORIUM**, Ligo quo terra suffoditur. Lethaldus in Mirac. S. Maximini Abbat. Miciac. num. 34 : *Operante eo, Suffossoriuni, quod bessaw dicunt, sumit.*

\* Vide supra *Fossorium*.

\* **SUFFRA**, Via lustrandis vigiliis comparata, Gall. *Galerie, corridor, chemin des rondes*. Instr. ann. 1358. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 213. col. 2 : *Turres, frachie murorum, barbacauæ, Suffre motarum et fossatorum, et alia fortalitia ordinentur.* Et pag. 217. col. 1 : *Proceda-*

*tur ad alatas sive Suffras faciendas incontinenti, etc.* Vide supra *Alata*.

**SUFFRAGANEI**, Episcopi Metropolitanæ subjecti, in Capitul. ann. 779. cap. 1. in Capit. Aquisgran. ann. 789. cap. 8. lib. 1. Capit. cap. 7. etc. Acta Conciliabuli Romani ann. 963. super depositione Joannis XII : *Tunc Romani Pontifices, Episcopi scilicet Suffraganei, et Cardinales Presbyteri... dixerunt, etc.* Sub finem : *Romani Pontifices Suffraganei scilicet Episcopi, etc.* Sic porro intelliguntur Episcopi diocesis Romanæ, quique *Suburbicariis* Ecclesiis præerant. *Urbes et Ecclesie Suffraganeæ*, apud Will. Tyrium in Notitia Episcopatum Patriarchatum Antiochiæ et Hierosol. Sed et ibidem scribit Hierosolymitanum Patriarchatum erectum fuisse sub Justiniano in Synodo Constantinopolitana, eique attribuitur metropolitanos quatuor ex Antiochena et Alexandrina Ecclesiis : *Et quoniam*, subdit ille, *iterum eundem Patriarcham oportebat habere præter supradictos Metropolitanos familiares suffraganeos, quos Græci Syncellos vocant, subtraxerunt prædictis Metropolitanis quosdam Episcopos, et quosdam de novo creaverunt usque ad viginti quinque.*

*Suffraganeos* porro dictos putant Gretzerus et alii, quod a Metropolitanæ ad Synodum vocati, suffragii jus habeant : vel quia absque Metropolitanæ suffragio consecrari non poterant. Malim ego sic appellatos, quasi Metropolitanorum *adjutores*, quomodo vocantur apud Lupum Ferrariensem Epist. 81. maxime in consecrandis Episcopis, quod soli facere non possunt Metropolitanæ. Id firmat præ cæteris Anonymus in Vita S. Remberti Archiepiscopi Hamburg. n. 13 : *Cum lujus ergo ad ordinandum eum tenoris insinuatione venerabilem Rembertum gloriosus Rex direxit ad Luitbertum Archiepiscopum Moguntiensem, a quo jussu ejus est consecratus : ut proinde actum sit, quatenus in adjutorium consecrationis non unius Metropolitanæ, sed duarum convenirent Suffraganei, etc.* Arnulfus Lexoviensis in Epist. ad Thomam Cantuar. Archiep. : *Quod sane contemplant, quorum ope niti, quorum muniri consilio, quorum fulciri suffragio debuistis, a vobis velut agmine facto discesseerunt, quando maxime nominis sui rationem deberent agnoscere, et se vobis Suffraganeos non refraganeos exhibere.* Dicuntur præterea Suffraganei Metropolitanorum, quod, ut inquit Joannes de Janua, *Episcopi nihil possunt statuere vel disponere de his, quæ spectant ad communem statum Provinciæ absque Metropolitanæ : ita nec e contrario Metropolitanus absque consilio Episcoporum.* Græci ὑποφραγῆτος Suffraganeos vocabant, qui ὑποφραγῆτες, ut loquitur Pachymeres lib. 8. cap. 13. seu Cleri suffragii electi, nondum consecrati erant. Ita ὑποφραγοί dicuntur Socrati lib. 5. cap. 5. et Sozomeno lib. 2. cap. 20. qui populi vel clerici suffragiis in Episcopos eligebantur, nondum consecrati.

**SUFFRAGANEI**, Quilibet Vicarii Prælatorum in re aliqua exsequenda, apud Udalricum in Consuet. Cluniac. lib. 1. cap. 27. lib. 2. cap. 30. lib. 3. cap. 5. 6. 18. Bernardum in Consuet. ejusdem Monasterii MSS. cap. 3. et alibi sæpe : in Statut. Ord. Præmonstr. Dist. 2. cap. 8. et in Consuetu-

dinib. Floriacensib. editis a Joanne a Bosco pag. 397. In Concilio Rotomagensi ann. 1072. cap. 15. vetantur Sacerdotes, Ecclesias suas regere per *Suffraganeos*. In Concilio Islebonensi ann. 1080. cap. 6 : *Archidiaconi per Archidiaconatus suos semel in anno Presbyterorum Suffraganeorum suorum vestimenta et calices et libros videre jubentur.* Inter Opera Alcuini pag. 1160. hæc habentur : *Dixistis, Serenissime Imperator, velle vos scire, qualiter nos et Suffraganei nostri doceremus populum Dei et de Baptismi Sacramento. Hæc prout potuimus prælibavimus. Suffraganeus est nomen mediæ significationis : ideo nescimus, quale fixum ei apponere debeamus, ut Presbyterorum, aut Abbatum, aut Diaconorum aut cæterorum graduum inferiorum, si forte Episcoporum nomen, qui aliquando vestre civitati subjecti erant, addere debemus, etc.*

**SUFFRAGANEI PAPE**, dicti præterea Episcopi aliarum Dioceseon Apostolicæ Sedi immediate subjecti, ut est in Gallia Aniciensis, etc. Charta ann. 1233 : *Nos Stephanus Dei gratia Aniciensis Episcopus, D. Papæ Suffraganeus specialis.* In hac fit mentio Matrimonii initi inter Pontium Vicecomit. Podempniaci et Aliciæ de Triangulo. Vide *Suffragium* 5.

**SUFFRAGNEI**, dicti præterea Episcoporum *adjutores*, titulares scilicet Episcopi, et in Episcopalibus functionibus cooperatores, seu Vicarii. Jo. de Janua : *Suffraganeus, auxiliarius, et proprie in verbis. Unde Episcopi Suffraganei aliorum Episcoporum, quod debent eos juvare non solum opere, vel etiam verbis : vel si non possunt opere, saltem verbis.* Lateranense Concilium gravibus utique de causis indulsit, ut ubi publica negotia, valetudo, incursiones hostiles, litterarum ac doctrinæ inopia, obstarent, hic Episcopis *adjutores* in partem curarum adsciscere fas esset, can. 10. cap. Inter cætera. De Offic. Jud. Ord. Concil. Trident. sess. 5. cap. 2. Vide Stephanum Tornacensem Epist. 129. et Altaserram lib. 1. et 2. de *Adjutoribus Episcoporum*.

\* *Suffragant*, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1451. ex Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 102 : *Icellui Jehan Ducamp estoit banni de la ville de Bailleul, pour avoir batu le clerc du Suffragant de Therouenne.*

† **CONSUFFRAGANEUS**, apud Ivonem Carnot. Epist. 59 : *Me et Consuffraganeos meos sic litteris vestris instruat.* Ubi Hugonem Lugdun. Archiepisc. alloquitur.

† **SUFFRAGANEA ECCLESIA**, Oratorium, ut videtur, minor Ecclesia. Vita S. Alferii sæc. 6. Bened. part. 1. pag. 734 : *Ecclesiam sanctæ Trinitatis, quam Suffraganeam vocant, in signum liberationis suæ propriis manibus depinxit.* Ibid. pag. 735 : *Cumque ille trahendo festinaret, hic autem tardius sequeretur, quod ante altare ejusdem Suffraganeæ ecclesie veniret, ei visum est.*

**SUFFRAGANTIA**. Vide *Suffragium* 4.

† **SUFFRAGATIO**. Vide mox *Suffragator* 1.

† **SUFFRAGATOR**, Intercessor, qui honorem aucupanti suffragatur. Codex Theod. lib. 2. tit. 29. leg. 1 : *Qui itaque repetere nititur vel repetisse convincitur, et quod dedit apud Suffragatorem ejus manebit, vel extortum restituet.* Eo spectat Am-



mian. lib. 22 : *Iex est promulgata, qua cavetur nullum interpellari Suffragatorem super his quæ eum recte constiterit accepisse.* Sueton. in Vespasiano cap. 23 : *Exactaque pecunia, quantum is cum Suffragatore suo pepigerat.*

† SUFFRAGATIO, Suffragatoris officium. Meriti Suffragatio, in leg. 10. de Prætor. lib. 6. tit. 4. Cod. Theod.

2. SUFFRAGATOR, Idem qui Suffraganeus, in Epist. 9. Pelagii II. PP.

SUFFRAGILATIO, Est aliquid fides suscipere, qui sunt fidei iussores. Papias. [Andreas Floriac. MS. lib. 2. Mirac. S. Benedicti : *Tunc a multitudine totius plebis ad patibulum ruptus, ubi Aymone filii jussorū legis Suffragillatione redimitur.*]

† SUFFRAGINARE, Flectere genua, Johanni de Janua, et in Gemma. Gloss. Lat. Gr. : *Suffragino, ἀγκυλοκράτωπος, nervos incidō.*

\* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Suffraginavi, Agenoller.*

† SUFFRACINATIO, Incurvatio genuum. Vide *Fragus*.

† SUFFRAGINE UNCA, id est, Flexo poplite, apud Fridegodum in Vita S. Wilfridi sæc. 3. Bened. part. 1. pag. 195 :

Qui tellure cubans uoca Suffragioe suda.

1. SUFFRAGIUM, Pecuniæ, quæ suffragii titulo ab Imperatoribus accipiebantur, cum honores deferebant, quæ δεσποτικά vocantur in formula jurisjurandi Novellæ Justiniani 8. cujus titulus est, *ut iudices sine Suffragio fiant*, quem Julianus Antecessor vertit, ut *Mugistratus sine pecunia fiant*. Ubi Græca habent, *χωρίς δόσεως*. Glossæ Lat. Gr. *Suffragium, ψήφοφορία, δόγμα, δόσις*, ubi f. δωρεά pro δόγμα. Ita præterea usurpatur in Nov. 6. qua cavetur, ut qui emerit Præsulatum *per Suffragium*, non modo Episcopatu, sed et ordine Ecclesiastico, quem prius habebat, excidat. Adde leg. 4. § 2. lib. 2. Cod. tit. 2.

Falso hic appellatur lex 4. Cod. lib. 2. Ad leg. unic. Cod. Just. de Suffrag. fortean respexit Vir doctissimus : sed et vox *Suffragium* eo significato latius patet; neque enim pecuniæ duntaxat, sed res etiam immobiles et fundi interdum assignabatur cum Imperatoribus, tum iis quorum suffragia anbiebantur rei enjusvis obtinendæ causa. *Præsidium* dicitur Lampridio in Alex. Severo. Vide *Præsidium* 4. *Suffragii* nomine Patronorum stipendia intelligit Butillierius in Summa rurali : *Action Suffragant, si come la peine et labour*, fol. 44. vº. Plura vide in hanc rem apud Jac. Gothofredum tit. 29. Cod. Theod. lib. 2. Adde Pancirolum lib. 1. Thes. var. lect. cap. 77.

2. SUFFRAGIUM, pro Quavis præstatione. Leo III. PP. Epist. 5 : *Quia omnia secundum quod solebat Dux, qui a nobis erat constitutus per distractionem (leg. distractionem) causarum tollere, et nobis more solito annue tribuere, ipsi eorum homines peregerunt, et multam collectionem fecerunt de ipso populo ; unde ipsi duces minime possunt Suffragium nobis plenissime præsentare.* Charta Conradi Imp. ann. 1029. apud Ughellum in Episcopis Amonensibus : *Cum placitis, et districtibus, collectis et an-*

*gariis, foro, Suffragio, herbatice, eschatico, cæterisque publicis fructuationibus, etc.* Occurrit infra rursus.

3. SUFFRAGIUM, pro Alimonia, Sustentatione. Concilium Toletanum III. can. 3 : *Si quid vero quod utilitatem non gravet Ecclesiæ pro Suffragio Monachorum, vel Ecclesiarum ad suam parochiam pertinere dederint, firimum permaneat.* Regula cujusdam Patris cap. 12 : *Operandum namque est omni tempore præter dies festos, ut habeatur vel propriæ necessitatis usus, vel egenis, unde detur Suffragium.* [Litteræ Caroli V. Reg. Franc. ann. 1365. tom. 4. Ordinat. pag. 555 : *Si... compellitur suam egestatem, vel familiarem paupertatem procuratoribus collegii detegere, et collegii petere Suffragium, ... quamdiu idem secretarius vel notarius dictum auxilium exiget, quilibet secretarius et notarius tenebitur sibi, ad proprii victus et status sustentationem, ... viginti solidos Paris. anno quolibet mutare.*]

4. SUFFRAGIUM, Auxilium. Synodus apud Vermeriam : *Statuimus illi Oeconomum persuadere, qui ei Suffragium, et Ecclesiæ sibi commissæ custodiam debitum et canonicam exhiberet.* Dudo lib. 3. de Actis Norman. pag. 98 :

Quin prece rex humili supplex pronusque requirit  
Suffragia semet virtute tuaque tueri.

Sugerius in Ludovico VI : *Obsessis Suffragia accelerat.* Will. Tyrus lib. 20. cap. 24 : *Decretum est etiam, ut Domino quoque Imperatori Constantinopolitano, quia nobis vicinior et cæteris longe opulentior, facilius optata nobis posset ministrare Suffragia.* Thwrocizius 1. part. cap. 11 : *Cum eos omnino navium carere scirent Suffragio, etc.* [Chron. Angl. Th. Otterbourne pag. 165 : *Gandavenses leves et varii, non expectato Suffragio, quod Rex Angliæ, non sine magnis sumptibus, illis præparaverat, Regi Franciæ manus deleverunt. Pro abundantioris cautelæ Suffragio, in Charta ann. 1319. Galli diceremus, Pour plus grande sureté.*] Hinc *Suffraganeus*, adjutor, de qua voce supra.

\* Annal. Victor. MSS. ad ann. 1378 : *Tunc non aderat Suffragium seu auxilium sufficiens, quo mediante contra dictum intrusum prævalere posset.* Vide mox *Suffrator*.

SUFFRAGANTIA, et SUFFRAGIUM, in Capitalari 1. Caroli M. ann. 802. cap. 30. pro alimonia, vel auxilio.

5. SUFFRAGIUM, Districtus Metropolitanus, seu Ecclesiæ suffraganeæ. Præceptum Caroli Simplicis pro Ecclesia Narbonensi : *Venerabilis sanctæ Narbonensis Ecclesiæ Archiepiscopus Arnustus nostram adit serenitatem, innotescens auribus Clementiæ nostræ, quod in sua parochia, seu in cunctis Episcopis qui in Suffragio ipsius positi sunt, gravissima quedam contra iura Canonum atque instituta Legum increverit consuetudo, etc.* [Vide *Suffraganea Ecclesia*.]

† 6. SUFFRAGIUM, Privilegium, in Cod. Theod. lib. 14. tit. 2. de Privil. Corpor. leg. 3 : *In honorem æternæ Urbis, Corporatis indulta Suffragia valere præcipimus.*

\* 7. SUFFRAGIUM, Perfugium. Will. Gemetic. monach. Hist. Norman. lib. 5. cap. 10 : *Odo vero atque Walerannus quærentes Suffragium vitæ, occulerunt se Dorcasini castris munitione.*

† SUFFRAGIA EXTREMA, Sacramenta quæ in extremopositis concedebantur, in eodem Cod. lib. 15. tit. 7. de Scænicis leg. 1 : *Sedula exploratione quærat, an indulgeri his (Scænicis) necessitas poscat extrema Suffragia.*

SUFFRAGIA, Orationes, quibus Dei Sanctorum Suffragia, seu auxilia imploramus. Ugnio : *Suffragia proprie sunt orationes Sanctorum, quas pro nobis fundunt ad Dominum, et rogationes pro Christianis, quas eis fundimus.* Evervinus Steinfeldensis de Hæreticis sui temporis pag. 457 : *In Suffragiis Sanctorum non confidunt, etc. Suffragia precum, in Epist. 73. inter Francicas tom. 1. Hist. Franc. Suffragia Sanctorum, apud Honorium Augustod. lib. 2. cap. 41. Fortunatus de Vita S. Martini lib. 1 :*

Suffragiisque tuis cæli fremit arduus axis.

Will. Brito lib. 1. Philipp. de S. Thoma Cantuar. :

Ecce tuis redeunt meritis ad propria saoi  
Omnes infirmi, tua qui Suffragia poscunt.

Floardus lib. 14. Carm. 18 :

Inde Carautocus secretis visibus Abbas

Admonitus Saeto Suffragia ferre laboris etc.

*Orationis Suffragium*, apud Fulbertum Epist. 51. et Cæsarium lib. 6. cap. 5. [Depositio super Vita et mirac. dom. Caroli ann. 1371. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 550 : *Itemque tot Suffragia et orationes dicebat, etc.*] Henricus Rosla in Herlingsberga :

Ad cooseta precum conversus moia, fundit  
Vota precesque pias, et te Suffragia poscit  
Utile perfugium, Mater Christi, miserorum.

Infra :

Eripiunt morti multos Suffragia Missæ.

Ita Siliptianus in Descript. S. Sophiæ part. 2. vers. 565. *ψηφία* usurpavit. Vide Concilium Moguntinum ann. 847. cap. 25. Vitam S. Rictrudis Abb. cap. 4. Miracula S. Rictarii lib. 2. cap. 5. Alcuin Epist. 32. etc.

† SUBPHRAGIA, Eadem notione, in vet. Cæremon. MS. B. M. Deauratæ Tolos. : *Non dicuntur Subphragia sanctorum, etc.*

† SUFFRAGIA, Orationes Monachorum, aliaque eorumdem pia opera, in quorum participationem admittebantur laici. Charta ann. circ. 1063. ex Schedis Præs. *de Mazaugues* : *Volentes participem facere benefactorum seu Suffragiorum dicti Ordinis, statuerunt, etc.* Charta ann. 1171. apud Kennett. Antiquit. Ambrosd. pag. 127 : *Salvis tantummodo mihi et hæredibus meis ejusdem Ecclesiæ orationibus et eleemosynæ Suffragiis.* Alia ann. 1219. ibid. pag. 189 : *Dicti vero Canonici recipiunt ne et dominam matrem meam specialiter in orationibus suis et Suffragiis domus sue in perpetuum.* Vide *Benefactum* 2. et *Fraternitas* 5.

SUFFRAGIA, appellantur etiam Orationes, quæ pro defunctis dicuntur, quod pro iis Sanctorum suffragia invocentur. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 55 : *Inclinunt ad chorum, donec Suffragia finiantur, solus Sacerdos inter Suffragia erectus stabit contra altare, etc.* Vide Statuta antiqua Ord. Cartusienis 1. parte cap. 43. § 76. [Charta Henrici Reg. Angl. ann. 1457. in Chron. Joh. Whethamstedii pag. 422 : *Donentur... 45. libræ annuæ pro Missis, Suf-*



fragiis et obitibus habendis, et elemosina danda, pro animabus dactorum Ducis Comitibus et domini sic occisorum.]

\* **SUFFRANTIA**, Induciæ, Gall. *Suspension d'armes*. Charta ann. 1356. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 236: *In casu quo treuzze seu Suffrantie inirentur, etc.* Vide *Sufferentia* 3.

\* **SUFFRATOR**, Adjutor, protector, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7646. Vide supra *Suffragium* 4.

\* **SUFFREARE**, pro Sufflare, Gall. *Souffler*, flatu candelam extinguere. Lit. remiss. ann. 1452. in Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 267: *Ipsi supplicantes Suffreaverunt* (sic) *candelam quam ipsa mulier portabat et eam in terram cadere fecerunt.* Vide supra *Suffocare* 2.

**SUFFERENATUS**. Acta MSS. passionis S. Eulalie Mart.: *Tunc pro cano capillis Suffrenata ad passionem ducitur, id est quasi frano tracta.*

† **SUFFERENTIA**, ut *Sufferentia* 3. Vide ibi.

**SUFFUGARE**. Concilium Foro-Julienne ann. 791: *Ac per hoc pullulantia dominici ruris triticeæ messis virentia sata, adhuc, ut ita dixerim, infra stipulæ thecan spiritualium fructum turgentibus spicis, necdum in flaventes culbos aureas erumpentes aristas, necdum sterilium zizaniorum manipulis in uno fascie ignitis fimbis colligatis traditis in pabulum flammis, umbrosis nihilominus Suffugare Jussitatum rhamnuculis noliuntur.* Videtur vox usurpata pro *suffundere*, vel certe pro *offuscare*.

**CONSUFFUGARE**. Acta S. Thyrsi n. 25: *Cumbricius feve ardens reddidit animam, et omnes, qui videbant corpus ejus, dicebant, quod ab igne Consuffugatum erat.* Bollandus emendat ex conjectura, *consuffocatum*

**SUFFUGIUM**. Gariopontus lib. 2. cap. 13: (δύσπνοια) *autem Suffugium nominatur, semper interius ad se trahens anhelitum.* Infra: *Aliquoties Suffugium sequitur suffocatio faucium cum anhelitu.* Gloss. Gr. Lat. δύσπνοια, *suspirium, δύσπνοιάς, suspiriosus. Asthmatici et suspiriosi*, apud eundem Gariopont. lib. 2. cap. 12. [Suffugium, alia notione, vide supra in *Subjugium*.]

\* **SUFFULTARE**, Suffulcire. Epist. Floriani abb. Rom. monast. tom. 4. Collect. Histor. Franc. pag. 67: *Quiu igitur tanta sancimonie vestre prerogativa Suffultat, etc.*

† **SUFFUMARE**, Redolere, Gall. *Sentir*. Epistola apud Acher. tom. 2. Spicil. pag. 408: *Magistris etenim hujus temporis multa et amiranda canunt, sed scripta vestra aliter dicunt, et dulcius sonant. Et scieudum est, quia nihil de Magistrorum hujus temporis jure Suffumant.*

† **SUFFUMIGIUM**, Suffumigatio, fumi diffusio. Vita S. Synectice tom. 1. Januar. pag. 252: *Et divino Suffumigio orationis intimos recessus obire.* Johan. Wier lib. 2. de Præstig. Dæmon. cap. 5: *Consecratione quoque et benedictione circuli ac Suffumigiorum, exorcismis ignis, cui superponuntur fumigia, etc.*

† **SUFFURATURA**, Pellitium, quo vestis ornatur, Gall. *Fourrure*. Concil. I. Salisburg.: *In pileis Suffuraturas non habeant,*

nisi forte de nigro centato, etc. Vide *Fodratu*, et *Sufultura*.

† **SUFFUSA**. Vide infra *Suffusum*.

**SUFFUSORIUM**, Vas, in quo est oleum, quod ponitur in lucernis, idem est infusorium. Item *Suffusorium dicitur, per quod projicitur ablutio calicis. Idem infusorium, et fursorium.* Ita Ugutius, et Joan. de Janua, et Catholicum parvum: *Suffusorium, Vaisseau à huile, ou autre liqueur.* Gloss. Lat. Gr.: *Suffusorium, ἐπίχυσις.* [Græc. Lat.: *Ἐπίχυσις, infusio, Suffusorium, infundibulum.*] Vide *Suffitorium*.

**SUFFUSUM**. Formula 35. ex Lindenbr. 11. ex Marculfo lib. 1: *Itemque victum ad caballos eorum, feno carra tanta, Suffuso modios tantos.* Vetus Charta Aldrici Episc. Cenoman n. 56: *Et debentur inde de pastione inter frumentum et sigale modii 34. et sextaria novem Suffuso de avena modii 444.* [Annonæ species videtur.]

**SUFFUSA**, Eadem, ut videtur, notione, tametsi incerta: neque enim putem huc pertinere vocem *superfusum*, in leg. 4. Cod. Th. de Censoribus (13, 11.), pro eo, quod supra quam æquum est, imponitur. Charta ann. 950. apud Meurissium in Episcopis Mevensibus pag. 137: *Foretam nihilominus, quæ dicitur Heis, cum integro bauuo eidem loco concedimus, in omnes eius vreditibus suis, id est croadu et Suffusa, quas debent solvere, quicumque de adjacentibus exiude voluerit foecariam de mortua silva habere, et plaustram ad aratra sua, stabula etiam facere.* Alia Leonis IX. PP. ibid. pag. 356: *Cum silva, quæ vocatur Heis, et cum omni utilitate vel Suffusa ejusdem silvæ.* [Aliud a Suffuso videtur esse: nec absurde de jure suffundendi vel cædendi ligna intelligeretur.]

\* *Mallet de Opera*, quam subditi ac rustici terram ligone suffodiendo dominis suis præstant, intelligere.

† **SUFFUSUS**. Vide supra *Suffossor*.

† **SUFIVS**, Follis, Gall. *Soufflet*. Statuta Astens. Collat. 7. cap. 50. fol. 23: *Nec in eam (bestiam) sufflabunt aliquo modo seu Sufio vel aura.*

**SUFURACEMATUS**. Statuta vetera Chirurgorum Parisiensium art. 26. apud Steph. Paschasium in Disquisitionib. Franc. lib. 9. cap. 30: *Chirothecæ etiam purpureo colore coloratas, sericeis puriterque et mixtum aureis, ut moris est, munitas, subsarcitas, Sufracematas pendulis, ut exinde eorum liberalitas appareat, largiri tebuntur.* Legendum puto *suprasematas*, ex Gallico *Sursemées*.

† **SUFRENTIA**, ut *Sufferentia* 3. Vide ibi.

† **SUFULA**, Calceus, Gallice *Soulier*. Charta ann. 1316. ex Schedis Præc. de Mazaugues: *Item... convenerunt... quod omnes sabbaterii accipiant de solundo uno pari Sufularum... III. obolos.*

† **SUFULTRA**, ut supra *Suffuratura*. Statuta dataria Riperie fol. 4: *De qualibet fodra, seu mantello lardellorum, zibellinorum, foinorum, et aliarum Sufultrarum æquivalentium a sex ducatis supra, den. sex.*

† **SUFUSUM**. Vide supra *Suffusum*.

† **SUGA**, βδέλλα, in Gloss. Lat. Gr. βδέλλα, *Suga, hirudo, sanguisuga*, in Gloss. Gr. Lat.

† **SUGGECTIO**, ut *Subjectio* 1. Vide in hac voce. Codex censualis MS. Irminonis Abbat. fol. 126. col. 2: *Pertinet autem eadem terra per Suggestionem ad fiscum Spicarias.*

† **SUGGELLA**, ὑπόπιον. **SUGGELLATIO**, ὑποπιωγράφος. Gloss. Lat. Gr. Codex Sangerm. *Suggilla, Suggillatio*; Regius: *Sugilla, suggillatio.* Vide *Suggillare*.

**SUGGERA**. Lex 3. Cod. Th. de Calcis coctor. (14, 6.): *Hoc autem excepto a Tarracinenensis præstationis Caune Suggera, quæ vetusto præberi Fari ac Portus usibus more consuevit.* Monstrum vocis, inquit Jacobus Gothofredus, cujus vide incertas admodum conjecturas.

† **SUGGERENDA**, Libellus duplex, Bollandistis, Victor Vitensis in Vita S. Eugenii tom. 3. Julii pag. 500: *Si cor barbarum mollioretur, Suggestenda daretur tali textu conscripta.* Vide *Suggestio*.

1. **SUGGERERE**, Fundere. Missale Francor. vetus pag. 398: *Accipiat et orciolum ad Suggestendum vinum Eucharistiæ corporis Christi.* Ordo Romanus de Ordinatione Acolythi: *Dicente sibi Episcopo, Accipite ureolum ad Suggestendum vinum et aquam in Eucharistian Corporis Christi.* Ita etiam legi in aliquot Codd. libri Sacramentorum monet Mainardus: ubi alii ad fundendum præferunt. Cui convenit illud Isidori Junioris] ad Licitfredum vel Laudefredum: *Ipse Suggesta pro Eucharistia Subministrat.* Qua voce vinum et aquam ad Sacramentum designari ait etiam Spelmannus. [Vide *Suggestum*.]

\* 2. **SUGGERERE**, Designare, nominare, in vet. Cerem. eccl. Carnot.: *Custos chori incipiat ad vespervas antiphonas et hymnum, ... Suggester de O quis incipiet.*

**SUGGESSIO**, in veteribus Codicibus Conciliorum Gallicanorum legi monet Sirmondus ad Concil. Parisiense IV. pro *suggestio*. [Vide Baluzii Notas ad Capitul. col. 985.]

† 1. **SUGGESTIO**, Libellus duplex, *litteræ rogatorie*, relatio, consultatio ad Principem in Cod. Theod. lib. 8. tit. 1. leg. 9. et lib. 11. tit. 29. leg. ult. de relation. Gloss. Lat. Gr. MSS. Sangerm.: *Suggestio, ὑποβολή, ἢ πρὸς ἀρχόντα, ἢ βασιλέα γινόμενη ἀναφορά, ἢτοι διδασκαλία.* Charta 4. Append. ad Capitul.: *Dum a civitate et loco Episcopus fuerit defunctus, a populo civitatis eligitur alius, et fit a sacerdotibus, clero et populo decretum: et veniunt ad Archiepiscopum, adducentes secum et Suggestionem, hoc est, rogatorias litteras, ut eis Episcopus consecratur, quem secum deportatisunt.* Vide Baluzii Notas ad Capitul. col. 985: *Rogatorie litteræ, et Suggestenda.*

\* 2. **SUGGESTIO**, Consilium. Epist. Conc. Mogunt. ann. 847. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 581: *Ut per nullius Suggestiones iniquas vestram concessionem, quam in elemosynam vestram Ecclesiis Christi contulistis, sinatis permutari.* Vide *Suggestor*.

\* **SUGGESTIONES**, Scripta quævis, argumenta. Epist. Nicolai I. PP. ann. 863. ibid. pag. 396: *Ignorare autem fraternitatem vestram non patimur, animam nostrum mediocriter læsum, eo quod secundum gestorum tenorem, et vestrarum Suggestionum,*



quas ad sedem Apostolicam direxistis, cognitionem, appellantes eundem Rothadum Apostolicam sedem deposueritis.

† **SUGGESTOR**, Qui suggerit, impulsor. Oratio pro electione Abbatis in Constit. Hirsaug. S. Wilhelmi lib. 2. cap. 1: *Esto, Domine, salas et Suggestor et effector iudiciorum nostrorum.* Charta Philippi Pulchri Reg. Franc. ann. 1307. apud Menerster. Hist. Lugdun. pag. 49. col. 2: *Quod etiam tales consultores hoc faciebant ad turbandam pacem dictae ecclesiae, patriae et regni, et quod tales Suggestores non erant fideles ipsi Archiepiscopo, Ecclesiae suae et regno, imo infideles erant censendi.*

† **SUGGESTUM**, Isidorus Junior in Epist. ad Laedefredum Episc. inter Conc. Hisp. tom. 2. pag. 554: *Ad acolythum pertinet preparatio luminariorum in succario; ipse cereum portat, ipse Suggesta pro Eucharistiae calice preparat.* Ubi nescio an intelligi debeat tabula seu mensa, in qua vasa altaris reponuntur, vulgo *Credence*; an *Suggestenda*, id est, infundenda in calicem, vinum scilicet et aqua. Vide *Suggestere*, 1.

† **SUGGESTUS**, *Suggesta urbs*, in qua sunt *Suggestus*, seu publica scholae, ni fallor. Vita Hugolini JC. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 283: *Leges ibidem didicit et decreta moralesque disciplinas, ceterasque liberales doctrinas, et sic didicit, ut quocumque ad Suggestus studiorum urbes proficiscitur, ita ejus celebratur adventus, ut famam ingenii quam habet maximam, ipsiusque expectationem praesentia superaret.*

† **SUGGILLARE**, Suffocare, strangulare. Gloss. Gr. Lat.: *Ἀγγίζε, Suggillatio, suffocatio.* Glossae Biblicae MSS: *Suggillo, tractum est a gala, quasi suggullo: unde Suggillare proprie est strangulare.* Papias: *Strangulat, suffocat, gulam manu premit, Suggillat. Suggillare, gulam stringere, gulae manum injicere.* Gregorius Turon. lib. 4. Hist. cap. 28: *Ad extremum eam Suggillari jussit a paero, mortuamque reperit in strato.* Lib. 3. cap. 2: *Cui dormienti orarium sub collo positum, ac sub mento ligatum, trahentibus ad se invicem duobus pueris, Suggillatus est.* Quidam Codd. habent *suffocatus est.* Utitur praeterea lib. 7. cap. 7. lib. 9. cap. 34. lib. 10. cap. 8. Adde Gesta Regum Francorum cap. 28. [Vide *Suggella*.]

1. **SUGGILLATIO**, Exactio, *Malatolta*. Charta Sanctii Regis Navarrae aerae 1045. apud Sandovallium in Episcopis Pampilon.: *Villam de Pampilona ab omni prorsus servitio liberam, omnibusque modis ab omni Suggillatione regali ingenuam, etc.* [Vide *Suggillatio*.]

\* 2. **SUGGILLATIO**, Infamia, dedecus. Epist. Hincm. Rem. ann. 875. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 548: *Quae non pro infidelitate principum nostrorum ad Suggillationem eorum, sed pro periculo eorum cum dolore ac gemitu dicimus.*

† **SUGGEMIARE**, Sarsum gremium faciendo pannos elevare, et succingere. Ugutio.

† **SUGGRUNDIUM**, ut *Subgrundium*. Vide ibi.

† **SUGILATIO**, Charta Roberti Archiep. Rotomag. tom. 3. Hist. Harcur. pag. 30: *Hanc autem Sugilationem, vel ut ita dicam, sigillationem singulis singulorum nominibus*

*coepiscoporum subscribi decernimus.* Sic Chartam vocat Robertus qua ecclesiam ab exactionibus Episcopi et Archidiaconi immunem esse jubet. Vide *Suggillatio*.

† **SUGIUS**, Vide *Canis segasius*.

† **SUGMA**, **SUGMARIUS**, pro *Sagma* et *Sagmarius*. Vide in *Sagma*.

† **SUGRUNDIA**, **SUGRUNDARIA**. Gloss. Isid.: *Sugrundia, fandanenta. Sugrundaria, sepulchra.*

† Hæc emendat Grævius: neque enim *Sugrundia* sunt fundamenta, sed partes tecti prominentes. Vide *Subgrundium*. *Sugrundaria* vero sunt sepulera infantum, ut post Fulgentium docet Papias: *Sugrundarium dicebatur sepulchrum infantium nondum 40. dies impletum, quod nondum bustum, vel tumulus poterat dici.* Vide Vossii *Etymolog.* in utraque vocem.

\* **SUIANCIA**, Nostris alias *Suiance*, Præstationis species, quæ interdum pecunia redimebatur. Charta permut. inter Phil. Pulchr. et Hugon. de Bovilla ann. 1303. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 223. vº. col. 2: *Item census et sequentias seu Suiancias cum quinque bichetis avenæ. Quæ vernacule sic leguntur ibid. fol. 227. 1º. col. 1: Item les cens et les Suiances avecques cinq bichez d'avaîne, viij. liv. iiij. solz.* Vide supra *Sequela* 7. et 11. et *Sequentia* 3.

† **SUJATARIUS**, Subditus, Gallice *Sujet*. Notitia judicati ann. 850. in Append. ad Marcum Hisp. col. 783: *Quod pater meus quondam Stavills de eremo traxisset Sujatarii Yspani.*

\* **SUICHETUS** vel **SINCHETUS**, Monetæ species, f. pro *Sanchetus*. Charta Phil. V. ann. 1317. in Reg. 53. Chartoph. reg. ch. 259: *Solvendo centum libras Turonensium seu Suichetorum anno quolibet, ab omni petita, talia seu tributo quietus esset.* Videsupra *Sancetti*.

† **SUICIDIUM**, Vide *Succidiam*.

† **SUILLINUS**, Suillus, ad suem pertinet. Greg. Turon. lib. 10. Hist. cap. 24: *Pice tergoribusque Suillis immixtis, superpositis ardentibus facibus, succendere (basilicam) visi sunt.*

† **SUILLUS**, Sus, porcus. Charta Rudesindi inter Conc. Hisp. tom. 3. pag. 181: *Et per omnia loca quæ in hoc testamento resonant, greges ovium, caprarum et Saillarum, etc.*

† **SUITA**, Vide *Secta* 3.

\* **SUITA**, Vide supra in *Secta* 12.

† **SUITAS**, vox JC. frequentissima quæ extraneitati opponitur. *Heredes in jure alii Sui, alii extranei*, Johanni Raynaudo in Tractatu *Suitatis et extraneitatis*. Vide Lexic. Calvini et comment. Johanns Schneidewin in Institut. lib. 2. tit. 19. pag. 592. edit. Argent. ann. 1652.

\* Adde ex animadv. D. Falconet: Angel. Perillus Perusinus JC. qui obiit anno 1446. scripsit librum de *Suitate* et alium de *Societate*. Pancirol.

† **SUITENSES**, Vide *Suetenses*.

\* **SUIVISNUS**, Suillus, suinus. Libert. loci de Insula concessæ a Phil. Pulc. ann. 1309. ex Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 365: *Si quis carnes leprosas, Satvisnas, ovinas, caprinas vel hircinas.... in loco communi,*

*ubi sanæ carnes vendi consueverunt, vendiderit, in quinque solidis Turon. puniatur.*

† **SULANDRIA**, Navis species. Vide *Cheilandium*.

\* **SULATURA**, Fons, scaturigo. Charta Caroli IV. imper. ann. 1354. apud Ludewig. tom. 10. Reliq. MSS. pag. 179: *Et ut simili modo possit extrahere seu extrahi facere de quolibet alio fluvio seu torrente, necnon de quolibet fonte, sortimine seu Sulatura vel sita infra scriptos confines, de nostra imperiali clemencia liberaliter dedimus.* Vide infra *Sursa*.

\* **SULCANUS**, si nomen proprium non est, forsitan pro Rusticus, agricola, a sulcis in agro ducendis, ut notant docti Editores ad Acta S. Sebaldi tom. 3. Aug. pag. 772. col. 1: *Nam finita oratione, qua interm specificatus Sulcanus breve tempus æstimavit, etc.* Paulo ante *Villanus* dicitur.

† **SULCARE**, Sulcos in pergamento ducere, *Regler le parchemin*. Chronicon Trudonense lib. 8. pag. 441: *Graduale unum propria manu formavit, purgavit, punxit, Sulcavit, scripsit, illuminavit, musiceque notavit syllabam, etc.* Vide *Punctare*.

† **SULCELLUS**, diminut. a Sulcus. Vita S. Trudperti tom. 3. April. n. 13: *Messurus in gaudio, vallis seu Sulcellos in lacrymis seminabat.*

† **SULCEUS**, Certum pondus, ut videtur, in Charta Leduini Abbat. S. Vedasti Atrebat. ann. 1036. ex Tabul. ejusdem Monast.: *De pensa alarum, 2. den. Centam de aosis, 4. den. Sulceus balenæ, 1. den.*

† **SULCI** CIRCA VILLAS, Superstitionis species, in Indiculo Superstitionum et Paganiarum cap. 23. [Vide *Urbanus*.]

† **SULCIA**, Capitulare de Villis cap. 34: *Lardum, siccum, Sulcia, niusultas, vinum, acetum, etc.* [\*\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 220. voce *Sulza*.] Helmodus lib. 1. cap. 77: *Item conqueruntur ii, qui sunt Luneburg, quod Sulcia nostra deteriorata sit propter Sulciam, quam capistis habere Thodesi.* Ad marginem editor: *Salina Luneburgensis.* Ab eo hausit Hermanus de Lerbeke in Chronico Comitum Schawenburgensium pag. 18. Est ergo *sulcia salina*, et *sal* in laudato Capitulari: *Salts Germanis dicitur.* Vide *Sulsas* et *Sulzica*.

† **SULCITA**, Albertinus Mussatus lib. 5. de Gestis Italicor. rubr. 2: *Cum armorum virorumque Sulcitis, e Principatu galeis 40. e Provincia galeis 7. etc.* Legendum forte *scaritis*. Vide *Scara* 3.

† 1. **SULCUS**, Rivulus. Charta ann. 1399. apud Kennett. Antiq. Ambrosd. pag. 531: *In fine inferiore ipsius mere descendit quidam Sulcus fluens inter medium de Stanfordmore, ... et predicta mera et Sulcus dividunt campos de Burecester, etc.*

\* 2. **SULCUS**, Linea, quæ instar sulci ducitur. Vita S. Gobert. tom. 4. Aug. pag. 381. col. 2: *Hæc, et alia multa opera exercuit Deus per manum servi sui Goberti; cuius vitam, si velimus in omnibus perscrutari, ante scribenti penna deficiet, quam Sulcorum finis hæcæt, ante studentis deficerent tempora, quam Sulcis tota percurratur historia.*

† **SULDUNIS**, Exolidunum, Exoldunum, Gall. *Issoadun*, in Charta ann. 1028. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 272: *Præterea addidit super hac re Sancto-*



nas, Redonis, Suldunis suos monachos clu-  
morem fecisse.

† **SULFREAL**, Homo ingenuus et liber,  
in leg. si mulier libera. de furtis, et leg.  
si quis liber de adulterio. [\* Roth. 262.  
Liutpr. 140. (6, 87.) Vide *Fulfreal.*]

\* **SULFURACHA** vel **SUFURACHA**, a *quibusdam* vocatur dens equinus. Paulus cap.  
de Pleuris: Vehementis vero dolores post  
evacuationem purgorisandum lanæ succidæ  
aut Sulfuracæ suppositione. Glossar. medie.  
MS. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

† **SULFUTARE**, f. pro *Sulfurare*, Sulfure  
fumigare, ut color immutetur, Ital. *Solfora-  
rare*. Statuta Cadubrii lib. 3. cap. 83: *Et  
si totoderit, vel incidit auriculas, vel  
caudam alicui prædictorum cunum, aut  
eum Sulfutaverit, vel alium colorem sibi  
dederit, quominus cognoscatur, curiæ in  
centum solidos Papienses condemnatur.*

† **SULINGA**, ut *Swollynga*. Vide ibi.  
\* **SULIRE**, Furere. Glossar. vct. ex Cod.  
reg. 7641: *Suliant, furent iracundi.*

**SULIVA**, Trabs, tignum, nostris, *Solive*:  
ex Saxon. sul, vel syll, eolumna. Ernul-  
fus Episeopus Roffensis de Ecclesia Rof-  
fensi: *Debet et 3. Sulivas, id est tres nu-  
gnas trubas supponere.* Ibid.: *Sciendum est, quod  
omnes Sulivæ, quæ in ponte illo ponuntur,  
tante grossitudinis debent esse, quæ bene  
possint sustinere omnia gravia pondera super-  
jacentium planearum, et omnium desuper  
trunseuntium rerum.* Monet Spelmanus  
Saxonieum exemplar habere sylla, ubi  
Latinum habet *Sulivas*.

\* **STALLAREUS**, perperam, ni fallor,  
pro *STALLAREUS*, Salictarius. Vide *Stalareo*  
et *Stalariu* 1. Charta ann. 1007. apud Mu-  
rator. tom 4. Antiq. Ital. med. ævi eol.  
937: *De sylvis castaneis juges tres: de syl-  
vis Sullareis et roboreis, seu zerbis juges  
decem.*

† **SULLIMIS**, pro *Sublimis*, apud Gualte-  
rum Hcmingford. de Gestis Edwardi I.  
Regis Angl. pag. 13. et alibi.

**SULLYNGATA**. Vide *Swollynga*.  
\* **SULPHUREITAS**, Vox elimica. Ar-  
naldus in Rosar. MS. lib. 1. eap. 3: *Sul-  
phureitas adustibilis cum calcinatione ignis  
deletur a corporibus; Sulphureitas vero rudi-  
calis minime.*

**SULPHURIUM**, Θέσφας, *Sulphurium*, Θεά-  
φου, in Gl. Gr. Lat. MS. In edito est *Sul-  
phurium*.

† **SULPHURIVOMUS**, Qui Sulphur evo-  
mit, in Miracul. S. Servatii tom. 3. Maii  
pag. 225.

† **SULPÜR** *VIVUR*, θείον ἄπορον, in Gloss.  
Lat. Gr. Leg. *Sulfur*, vel *Sulfur*.

† **SULPURIUM**. Vide *Sulphurium*.

**SULSUS**. Michaël Scotus de Physiono-  
mia cap. 12: *Et hic similiter acetum nocet et  
Sulsus, id est, nervi pedum boum, et lac  
et cucumer, etc.* Vide *Sulcia*.

\* **SULTA**, Item quod supra *Solta* 2. ut  
videtur. Charta ann. 1249. apud Schwart.  
in Hist. fin. princepat. Rugiæ pag. 222:  
*Propter quod et frutres prædicti monasterii  
in Sulta eorum, censum de tribus acris,  
quas eligimus, tantum ad vitum nostram no-  
bis concesserunt, ita tamen ut si acre ipsæ,  
quas elegerimus, in tantum deteriorarentur,  
ut easolvere non possint, etc.* Hoc quo-  
que inter cætera cautum est ut, si Sulta no-

stra juxta *Cristow* infra terminos eorum ve-  
nerit, nobis et hæredibus nostris libera rema-  
nebit.

**SULTANUS**, **SOLDANUS**, apud Tureos est  
supremus Princeps: unde Nicephorus  
Briennius lib. 1. n. 9. et ex eo Seylitzes,  
ut et Leunclavius in Pandecte Thureio n.  
235. et Vaterius in Præfat. ad El-Macium,  
vocem Turcicam esse opinati sunt, signifi-  
careque aiunt, παντοκράτορα, καὶ βασιλέα  
βασιλέων, et hunc titulum primum sibi ar-  
rogasse Tangrolipeem, post fugatos Sara-  
cenos, eorumque Principem Masgudum  
ann. 1055. At longe ante hæc tempora  
Sultanorum mentio fit, nempe sub Basilio  
Porphyrogenito, apud Constantin. lib. 2.  
de Themat. eap. 11. Seylitzem et Zonaram.  
Quin et vocem esse Persicam probat vetus  
numisma Chosrois, Cabadæ filii, Regis  
Persarum, a Santamantio et a nobis in  
Dissertat. 16. ad Joinvillam descriptum, in  
quo *Assoltan* inscribitur, id est, *Rex Re-  
gum*; quem titulum sibi arrogat in Epist.  
ad Justinianum Imper. apud Menandrum  
Protectorem Ecl. 1. ut et alter Chosroës  
apud Theophylactum Simocottam lib. 4.  
eap. 8. lib. 5. eap. 13. Aythonus eap. 25:  
*Agareni Imperatorei sibi elegerunt quem-  
dam de progenie Mahometi, ipsum vocave-  
runt Caliph, et ordinaverunt, quod sedem  
haberet in Baldach opulentissima civitate:  
in quolibet vero aliorum regnorum, quæ  
subjugaverunt Agareni, constituerunt unum  
dominum, quem vocaverunt Soldan. Auctor  
Historiæ Hierosol.: Sicut Principes vestri,  
vel Imperatores dicuntur, vel Reges; sic  
apud illos qui præeminent, Soldani, quasi  
soli dominantes vocantur.* Ita apud Orderi-  
eum lib. 11. pag. 828: *Soldanus dicitur  
quasi solus dominus, quia cunctis præest  
Orientis Principibus.* Sed de Sultanis plura  
eogessimus ad Joinvillam, quo lectorem  
remittimus.

† **SODANNUS**, apud Jae. de Vitriaco lib.  
3. Histor. Orient. tom. 3. Aneed. Marten.  
pag. 274: *Est autem in medio Nili ante  
Daniatam firmissima turris erecta, a cujus  
pede duæ maximæ catenæ ferri usque ad  
muros civitatis contra turrim Sodanni pro-  
tenduntur, ne pateat navigio intrantibus vel  
egredientibus Ægyptum, nisi de licentia  
Sodanni.*

**SOLDANUS**, Moneta Sultanorum. Willel-  
mus de Nangiaco in S. Lud. Vita ann.  
1249: *Promisit quod viginti duo millia  
Soldanorum Soldano daret.* Oecurrit hæc no-  
tione apud Vincent. Bellovae. lib. 31. cap.  
140. 143. 144. 150. lib. 32. eap. 54. [et  
in Chr. Corn. *Zantstet* apud Marten. tom.  
5. Ampl. Collect. col. 77.]

**SOLDANATUS**, Soldani dignitas, apud  
Will. Tyrinum lib. 4. eap. 11. lib. 18.  
cap. 9.

**SOLDANARIA**, Eadem notione. Chronicon  
Nangii ann. 1290: *Filium suum... fecit loco  
sui principatus Soldanariæ gubernaculo sub-  
limari.*

† **SOLDANIA**, Eodem significatu. Jac.  
Auriæ Annal. Genuens. ad ann. 1289. apud  
Murator. tom. 6. col. 597: *Alfis Soldanus  
Ægypti a suis plus anicissimis et privatis  
tossicatus fuit, et obiit. Et filius ejus in  
Soldania et dominio Ægypti successit.*

**SOLDANUS CURIE ROMANÆ**, [Præfectus

palatii, Magistratus eui carcerum eustodia  
commissa, meretricium et quarundam  
rerum criminalium judex.] Ceremoniale  
Romanum lib. 1. sect. 3: *Circa Pontificem  
aliquando ante, aliquando post, equitabit  
Marescallus, sive Soldanus curiæ, cum duobus  
sacculis pecuniarum ante sellam, et  
projiciet super populum ad pressuram dimo-  
vendam.* Vide sect. 5. Promotiones Concilii  
Pisani: *Si præsentare se, aut ad Monasteria  
reverti contempserint: de mandato prædi-  
ctorum superiorum suorum per Soldanum  
carceri mancipentur.* Ita habent omnes edi-  
tiones. Vide Octavium Vestrium lib. 2. de  
Judic. Aulæ Romanæ cap. cujus titulus est:  
*De judice Marescalli urbis, quem hodie  
Turris novæ Judicem vocamus.*

† **SOLDANUS**, Idem qui *Syndicus*. Vide  
ibi.

† **SULTOR**, *Cultor*. Glossæ Isidori.  
† **SULZA**, *Murium*. Gloss. Mons. pag.  
400.

† **SULZGER**, *Eminulus*, Kero: apparito-  
ribus junguntur in Statutis Augustinis, ex  
Schiltero in Gl. Teuton.

**SULZICA**, apud Papiam, vel ut codex  
MS. præfert, *Sulzita*, inter vasa escaria  
recensetur, in v. *Vasa*. Alibi: *Sulzica, a  
salibus dicta, quasi salzica, i. salinum.*

† **SUMA**, ut *Sagma*. Vide in hæc voce.  
† **SUMACH**, Arbusculæ species, apud  
Bern. de Breydenbach in Itin. Jerosol. et  
in Statutis Astens. ubi de *Intrutis* porta-  
rum.

† **SUMAG**. Vide supra in *Carno*.

† **SUMAGIUM**. Vide in *Sagma*.

† **SUMANE**, *Somona*, Gall. *la Somme*.  
Charta Henrici V. Reg. Angl. ann. 1413.  
apud Rymer. tom. 9. pag. 58: *In et per  
totam patriam et marchiam Picardiam, a fluvio  
Sumane usque ad mare protensas.*

† **SUMBERINUS**, **SUMBRINUS**, Mensuræ  
species. Consuet. Ecel. Colon. MSS: *Qua-  
tuor qui vocantur nunci, quorum quilibet  
recipit tres Sumberinus avenæ... Sumberinus  
albæ pysæ, etc.* Charta Friderici Rom. Reg.  
ann. 1152. ex Tabul. S. Remigii Rem.:  
*Duodecim avenæ muldra duobus Sumbrinis  
minus.* Annal. Novesiens. apud Marten.  
tom. 4. Ampl. Collect. eol. 625: *Anno  
1485. maxima caritas salis erat Coloniae  
alisque in civitatibus et regionibus. Senatus  
Coloniensis apertis nonnullis turribus sal  
civibus dividit, Sumbrinum, ut vocant, pro  
12. alb.*

\* Germ. *Simmer*, nostris *Sombrin*. Vide  
*Simmera*. Gloss. Cæs. Heisterbae. in Reg.  
Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab  
*Honthain* pag. 685. col. 1: *Solvit etiam  
Sumbrinum avenæ et pullum.* Charta Joan.  
ducis Lothar. ann. 1283. in Supplement. ad  
Miræum pag. 139. eol. 1: *Trois muis d'a-  
vaine à la mesure de Liege et neuf Sombrins  
de regon, que ils nous paient chacun au  
pour cens, pour pieches, pour tailles de terre.*  
Vide supra *Sombum* 1. et infra *Summeri-  
nus*. [\* Graff. Thesaur. Ling. Frane. tom.  
6. eol. 224. voce *Sunbir*.]

† **SUMELARIUS COQUINÆ**. Vide in *Sa-  
gma*.

\* **SUMELLA**, *Caleeisolea*, Gall. *Semelle*.  
Charta ann. 1245. in Chartul. Cluniac.:  
*Ministret omnibus monachis vestimenta,....  
culigas unas et duo paria calciorum, unum*



par sotulurium cum Sumellis. Vide supra Semellator.

\* *Sumial* vero, si tamen bene lego, est Mensura vinaria, in Libert. d' *Aigue-perse* ann. 1374. ex Reg. 198. Chartoph. reg. ch. 360: *Les mesures de vin, c'est assavoir le Sumial et les autres petites mesures du vin à vendre à détail, etc* Vide supra *Simasia*.

† **SUMERIUS**, Junentum Sarcinale. Vide *Sugma*.

† **SUMILUS**. Litteræ ann. 1358. tom. 4. Ordin. Reg. Franc. pag. 189: *Quod dicta pecunia non (cum) fuerit levata seu exacta, apportetur per Sumilas communitates cujuslibet Senescallie*. Mendum esse pro *Singulas* vidit Cl. Editor.

† **SUMINATA**, Scrofa. Lampridius in Alex. Severo cap. 22: *Jussit ne quis Suminatam occideret*. Adjective usurpat apud Arnobium lib. 2. *Suminatu* caro, id est, suilla.

\*\* **SUMINUS**, ut *Sunberinus*. Charta ann. 1270. apud Guden. Cod. Diplom. tom. 3. pag. 685: *Seminacionem duorum Suminorum lini*.

† **SUMIS**, in Pacto Leg. salicæ edit. Eccardi tit. 1. § 1. pro *Sunnis*. Vide in hac voce.

† **SUMITAS**, pro *Summitas*, Gall. *Sommet*, in Statutis criminal. Saonæ cap. 42. fol. 93.

† **SUMITTANTES PERSONÆ**, pro *Submissæ*, ni fallor, delegatæ. Charta Henrici I. Imp. ann. 1014. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 112: *Ut si unquam in tempore ipsi suoruntque heredes ac proceredes, aut eorum Sumittantes personas adversus eandem Eufrazia abbatissa, etc. Sumissu persona*, in Charta ann. 1001. ibid. pag. 126. *Submittentes personæ*, ibid. pag. 132. ex Charta Ottonis III. Imp. ann. 998.

\* **SUMLUI**, Vox doctis Editoribus plane ignota, nisi forsitan sit nomen loci. Vita S. Steph. reg. Hungar. tom. 1: *Cum ergo pro elevando corpore frustra conarentur, quædam inclusa juxta ecclesium sancti Salvatoris Sumlui, nomine Charitus, etc.*

1. **SUMMA**, Sors pecuniæ creditæ. *Summa crediti*, in leg. 1. Cod. Th. de Usuris (4, 10.). *Capitis summa*, apud Paulum in Collect. Sentent. [Adde Ordin. Humberti II. ann. 1340. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 407. et Lexic. Calvinii.]

† 2. **SUMMA**, Summarium, breviarium, Gallice *Somme*. Testam. Henrici Archiep. Ebredun. Cardin. Ostiens. ann. 1271. inter Instr. tom. 3. Gall. Christ. novæ edit. col. 180: *Summam meum ligatam lego vicecancellariæ Romanæ, et aliam solutam Studio Parisiensi*. Vita Alexandri III. PP. apud Murator. tom. 3. pag. 447: *Et cum fecisset sibi conscribi Evangelia et aliquos libros Bibliæ in vulgari et nonnullas auctoritates Sanctorum quas Summas appellavit, etc.* Inter ejusmodi opera celebris est *Summa sancti Thomæ Aquinatis*, in rebus Theologicis; *Placentini*, *Azonis*, *Aurea* nuncupata *Summa Hostiensis*, in utroque jure; *Angeli de Clarassio*, quæ *Angelica* dicitur, in rebus ad conscientiam seu mores pertinentibus; et aliæ quas hic appellare superfluum est. Vide *Summistæ*. [\*\* Savin. Histor. Jur. Roman. med. temp. tom. 2. cap. 8. § 20. et tom. 3. cap. 24. § 209.]

† **SUMMA**, Epitome, synopsis, compendium, Gall. *Sommaire*. *Libros quoque plurimos inter quos præcipuum librum Decretorum cum Summis ejus a Magistris compositis scribere fecit* Gofridus Comes, apud Acher. tom. 5. Spicil. pag. 529. in Chron. Casaur.

\* Inter varios hujus nomenclaturæ libros celeberrima est *Summa artis notariæ*, quam Rolandino Passagerii civi Bononiensi tribuendam esse, non Patavino, ut Cangius censuit, probat Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 667. Idem tom. 3. col. 930. meminit cujusdam operis Medicochirurgici ann. 1275. cui titulus: *Summa conservationis et curationis, quæ Guliehnina dicitur*. *Summa Bernardina* memoratur in Instr. ann. 1392. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 165. col. 1. Obituar. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5191. fol. 56. vº: *Qui Synon de Bosancuria dedit ecclesiæ Lingonensi libros juris civilis et canonici, videlicet.... Somnam Monardi, Somnam Jofredi*. Charta ann. 1348. in Lib. annivers. S. Germ. Prat fol. 51. rº: *Comme.... frere Guillaume de Paris, à présent prieur de nosre église, de su bonne pourveance et du bien de lui, nous ait loiaument ocheté et acquis un livre ou volume, appellé Somme des confesseurs, en deux volumes, translaté de Latin en François par nuistre Gieffroy des Néesfs, etc.*

\* **SUMMA**, Deliberatio summatis redacta. Stat. Universit. Aurel. ann. 1341. ex Cod. reg. 4223. A fol. 60. vº: *Item quod litteras seu Summas facultatum prædictarum per se ipsius non emet, nec retinebit* (librarius).

† 3. **SUMMA MONTIS**, Vertex, Gallice *Sommet*. Chronic. Farf. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 539: *Et pro solidis l. concessit in Bucciniuno cum ecclesia sancti Andree, Summam montis S. Cosmæ*. Vide *Summam*.

† 4. **SUMMA**, **SUMMAGIUM**, **ONUS**, Vide *Sagma*.

1. **SUMMARE**, Submonere, adhortari, ex Gall. *Sommer*. Gerardus Machetus Episcopus Castrensis Epist. 352: *Monuit patrem ipsius Summando et recomendando, ut filium suum hortaretur intrare collegium*. [Conc. Narbon. ann. 1430. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 358: *Requirimus, et rogamus, et exhortamur, et Summamus ut predictos abusus superius declaratos reformare.... velitis*. Occurrit præterea apud eumd. tom. 7. Ampl. Collect. col. 617. tom. 3. Hist. Harcur. pag. 755. tom. 3. Hist. Paris. Lobinelli pag. 107. etc.]

† **SUMMATIO**, Submonitio, admonitio, denuntiatio, Gall. *Sommatation*. Regest. Magui. Dierum Trecons. fol. 90. vº: *Nec poterat quin eidem nobili fieret præjudicium sine sufficienti Summatione, gentes, seu suam justitiam capere, nec etiam impedire*. Per litteras *Summationis* aut *requisitionis*, in Charta ann. 1546. apud Rymer. tom. 15. pag. 95.

† 2. **SUMMARE**, Pecuniæ summas exigere, Gall. dicimus *Lever des sommes d'argent*. Berntenius in Chron. Marienrod. apud Leibnit. tom. 2. Script. Brunsvic. pag. 444: *Fuit quippe* (Hermannus Abbas) *homo agricola ac multa sevit et messuit,*

*multaque pecora nutrit, unde pecuniam copiosam multoties Summavit*. Germani dicunt *Summāven*.

† 3. **SUMMARE**, *Summa rerum capita annotare, summam dicere*, in Gemma. Conc. Pisan. ann. 1409. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 1095: *Fuit Summatum et in brevi recitatus effectus singulorum articulorum contra duos contendentes productorum*. Bulla Alexandri VI. PP. tom. 1. Bull. pag. 351: *Cum itaque officium recipiendi, videndi, Summandi, et referendi litteras apostolicas, etc.* Hinc

† **SUMMATOR**, Qui in epistolis observat præcipua capita, eaque Papæ suggerit, ibidem: *Officium Summatoris litterarum per Cameram predictam expediendarum hujusmodi, ad instar aliorum dictæ curiæ officiorum perpetuorum, auctoritate Apostolica, tenore præsentium erigimus et institimus*.

† 4. **SUMMARE**, Onerare. Vide in *Sagma*.

\* 5. **SUMMARE**, Summam conflare, colligere, Gall. *Sommer*. Stat. collect. mag. Gervasii cap. 9. ex Cod. reg. 4354. A. fol. 26. rº: *Officium autem dispensatoris.... de missis et receptis cum eodem clerico scribere, computare et Summare*. Lit. remiss. ann. 1407. in Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 285: *Deux petits getoiers à compter et Sommer, etc.* Vide supra *Assummare*.

† **SUMMARIÆ**, *Summatim*, in Correct. Statut. Cadubrii cap. 134.

\* *Parensonmet* vero, quasi *Par-en-somme*, pro *Insuper*, Gall. *En outre, par-dessus*, in Testam. ann. 1382. apud Menag. inter Probat. Hist. Sabol. pag. 392: *Ge vuil, commande et ordonne que en outre et Parensonmet tout ce que j'ay divisé dessus et déclaré, cent messes soient dites, etc.*

† **SUMMARIETAS**, Brevitas. Bulla Clementis VII. PP. tom. 2. Bullar. pag. 496: *Commissarius mittendus, Episcopus vel vicarius... rationem administrationis hujusmodi, cum omni Summarietate, integritate et severitate audiant*. *Justice Sommiere*, apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 584.

**SUMMARI**, Qui faciendæ rationis summarum quarumque periti sunt. Jul. Antecessor Constit. 58: *Æstinationem autem desinare constituto jubet non solum ab ipsis hortulanis, sed etiam ab his, quos Summarios consuetudo appellat*. Vide Novell. 30. et 44. et ibi Cujacium.

† 1. **SUMMARIUM**, **SUMMARIUS**, **SUMMATA**, **SUMMATARIUS**. Vide supra in *Sagma*.

\* 2. **SUMMARIUM**, a Gallico *Sommer*, Tignum minus. Comput. ann. 1486. ex Tabul. S. Petri Insul.: *Item sectoribus pro sectione unius Summarii in quatuor partes ad serviendum summatis sive tecto capelle S. Katerine, xx. solidos*. Vide *Sommerium*.

**SUMMATES** *Classis Alexandrinæ*, Præfecti, in leg. 32. Cod. Th. de Navicular. (13, 5.)

† **SUMMATICA**, Censns Episcopo pendi solitus a Clericis ipsi subditis; unde forteam *Summatira* dicitur. Vide *Synodus*. Charta ann. 1074. tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 9: *Ita ut... ad synodum quotannis veniat, et Summaticam ceterorum more persolvat*. Charta Manassis Archiep. Rem. ann. 1076: *Dedi et subjeci canobio S. Basoli ultaria duo*



*Atteæ videlicet et Caprissæ, ut ea fratres perpetuo sine personatu teneant, tantum Summaticus persolvant.*

† **SUMMATICUM.** Vide in *Sagna*.

† **SUMMATIM,** Statim. Charta ann. 1243. ex Bibliot. Reg. : *Quandocumque vero dictum nemus vendi contigerit dictum monasterium totam pecuniam sine contradictione percipiet et Summatim.*

† **SUMMATIO.** Vide in *Summare* 1.

**SUMMATITÆ,** ex Gr. *συμμάθηται*, condiscipuli, apud Oudericum Vitalem in Præfat. Glossæ MSS. : *Simatides, condiscipulus.*

† **SUMMATOR.** Vide in *Summare* 3.

† **SUMMATUS,** Summa, rei caput. Gesta Tancredi apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 175 : *Hæc Boamundus et cum eo qui Summatum subtilius discernabant Normannus et Flandrensis Comites.*

† **SUMMEARE,** Carro vehere, onerare. Vide in *Sagoua*. Chartul. SS. Trinit. Cadom. fol. 48. vº : *Debet... super hæc... Summeare quaque hebdomada et facere brasiium.*

† **SUMMEIOLUS,** ἐνομητής, in Gloss. Lat. Gr. Sangerm. MSS.

† **SUMMENTUM,** ἀνθεράων, in Gloss. Lat. Gr. Alia Gr. Lat. : ἀνθεράων, mentum, *Submentum, Sammentum.*

\* **SUMMERE,** Implere, bibere. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641.

\* **SUMMERINUS,** Idem quod supra *Summerinus*. Charta ann. 1389. tom. 2. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Honthelm* pag. 895 : *In siligine lxxxvij. maldra, septem cum dimidio Summerinis,.... in avena cxxlv. maldra unum Summerinum.* Hist. Ratispon. ad ann. 1492. apud Oefelinum tom. 2. Script. rer. Boicar. pag. 519. col. 2 : *Eodem anno magna fuit caritas in partibus Alemannie et præsertim in Bavaria. Vendebatur enim unum Summer tritici pro medio floreno.* [\*\* *Sumerinus*, in charta ann. 1259. apud Guden. Cod. Diplom. tom. 3. pag. 684.]

† **SUMMERIUS.** Vide in *Sagma*.

† **SUMMIPOTENS,** Omnipotens, in Charta dotalitii ann. circiter 1000. apud Marten. part. 2. Collect. novæ velt. Script. pag. 12 : *Ego Salpitius in nomine Summipotentis Dei, ipsiusque gratia, voluntate, et permissione ipsius omnipotentis Dei, etc.*

† **SUMMISSARIUM,** Presbyteri in Ecclesia Argentinensi inferioris ordinis, quibus ex officio competit majus sacrum seu *Summam Missam*, ut vocant, celebrare; unde vocis origo : id quippe inter eorum officia præcipuum est, etsi alia ipsi committantur, ut ex subjiendis videre est. Ordinar. Eccl. Argent. apud Martenium de Divin. Offic. pag. 209 : *Quo finito, cantor vadat ad cameram exuendo se, quia in reliquo officio Summissarius potest supplere vices ejus.* Ibid. pag. 449. exeodem Ordin. : *Postea legantur lectiones a Summissariis, a majore incipientes, etc.* Statuta ejusd. Eccl. Argent. ann. 1400. ibid. pag. 615 : *Item, quod Summissarii chori ecclesiæ prædicte intitulati ad Missas ipsorum, debitis temporibus in choro pro horis canonicis et divinis officiis incipientes et finiendis... representent se.* Denique pag. 617 : *Item, tam majores quam minores levitæ chori sæpèdicti Summissarios et annunsiarios descendendo de camera, et ascendendo eandem, ante et post Missam eorumdem præcedant et associant,.... quod-*

*que majores levitæ prædicti sequantur et associant Summissarium, post Missam usque ad gradus dormitorii. Protestatio Canonico- rum Eccl. S. Thomæ, S. Petri Junioris et S. Petri Senioris ann. 1525. apud Lud. La Guille inter Instr. Hist. Alsat. pag. 111 : Theobaldus Balthener, Jacobus Sculteti Summissarii, etc.*

\* Vel quod iis solis liceret in summo sive majori altari sacram liturgiam peragere, ut discimus ex Statutis MSS. eccl. S. Thomæ ejusdem urbis fol. 22 : *Cum præter Summissarium in ecclesia nostra in summo altari ad officium chori nulli celebrare licet, etc.* Cum autem sex tantum essent *Summissarii* in ea ecclesia ipsisque hoc officium nimis grave visum fuisset, instituti sunt in eorum subsidium *Vicarii summissarii*, quos *Assiduos* vocarunt, quique interdum in laudatis Statutis *Semisummissarii* nuncupantur, quod dimidia tantum parte reditu- tum, quos *Summissarii* percipiebant, fruere- rentur. Nolim tamen prætere vocis hujus originem aut a *Summa missa* aut a *Summo altari* esse deducendam ; sic quippe forsân appellati sunt, quod canonicis *submissi* et eorum vicarii proprie essent. Vide *Sammissus*.

† **SUMMISSUS,** **SUMMITTENS,** pro *Submissus* et *Submittens*, in Charta ann. 1176. inter Probat. Hist. famil. de *Gondi* tom. 1. pag. 54.

**SUMMISTA,** *συμβύτης*, apud Oudericum Vitalem lib. 1. pag. 330. 333. Vide Hieronymum in Ruffin. lib. 3. cap. 9. Epist. 13. sub fin. et Epist. 25. cap. 2. [\*\* *Intimius Summista regius*, in Translat. S. Hymerii apud Periz. Scriptor. tom. 3. pag. 266. not. 23.]

**SUMMISTÆ.** Cæsar Egassius Bulæus in Hist. Academiæ Paris. ad ann. 1120. scribit, Hugonem de S. Victore librum edidisse, quem *Summam Sententiarum* appellavit, hincque *Summas* et *summarum Theologicarum libros* dici et appellari ceptos, eique *Summistas Theologos* suam originem et appellationem debere. [Vide *Summa* 2.]

\* 1. **SUMMITAS,** Culmen, fastigium, Gall. *Comble, fulte*. Locus est supra in *Summariu* 2. Vide ibi.

\* 3. **SUMMITAS,** Immoderatio, Gall. *Excès*. Annal. Placent. ad ann. 1470. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 927 : *Fœnum eo anno fuit in Summitate pretii, ita ut plaustrum ascenderit ad libras sexdecim denariorum.* Galli diceremus, à *un si haut pri*.

**SUMMITTERE,** pro *Submittere*, apud Baldricum Noviom. lib. 1. cap. 33.

† **SUMMIVIRGIUS,** ἀρχιῤαδούχος, in Gloss. Lat. Gr. MSS. Sangerm. in editis, *Summus licitor*. Vide *Virgarius*.

† **SUMMONERE,** **SUMMONITIO,** **SUMMONITOR,** **SUMMOSA.** Vide in *Submonere*.

† **SUMMOSANCTUS,** pro Sanctissimus, crebro occurrit in Tabul. Vierzonensi.

\* **SUMMOTIO,** pro *Summonitio*, Citatio, vocatio. Charta Henr. comit. Trec. ann. 1179. inter Inst. tom. 12. Gall. Christ. col. 56 : *Liberos et emancipatos esse concessi a custodia carceris et ab exercitu Summonitione.* Infra : *Submotio*. Vide in *Submonere*.

† **SUMMULA,** dimin. a *Summa*, compendium. Vide infra *Summulistæ*.

\* **SUMMULAGIUM.** Vide supra *Somilagam* in *Sagna*.

\* **SUMMULARIUS.** Vide supra *Somarii* in *Sagna*.

† **SUMMULISTÆ,** Scholares, quibus *Summule* seu compendia philosophica traduntur. Statuta Collegii S. Bernardi Paris. ann. 1493. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 174 : *Scholaribus minoribus, videlicet Summulistis, Logicis, Philosophis deputentur de sufficientioribus collegii, qui certis horis et locis per provisorum deputandis, eosdem securum librorum et lectionum facultatem reparent, interrogent et ædificent. ... Nulli Summulas audire permittatur nisi qui in grammaticis sufficienter fundutus et habituat per eos fuerit judicatus.*

† **SUMMUM,** Castrum, quia sæpius in *Summo* seu vertice montis constructum. Rolandini Pataviens. Chron. apud Murator. tom. 8. col. 324 : *Capitaneus ille qui pretio numerato Summum seu castrum Montissilicis reddiderat Marchioni, etc.*

† **SUMMUS,** Superior, Prælat. Statuta Canon. Regul. apud R. Duellium tom. 1. Miscell. pag. 88. ubi de processionibus :

Summus solus eat retro, reliquos quasi minet.

Infra pag. 93 :

... ni solus Summus qui cætera præbet.

[\*\* *Summus pontifex*, pro Archiepiscopo, in Vita S. Bonifac. cap. 1. num. 3.] Ita *Souverain*, pro *Judex superior*, occurrit in Edicto Caroli V. Reg. Franc. ann. 1367. tom. 5. Ordinat. pag. 21 : *Voulons et ordenons, que se... le Bailli ou autre leur Souverain, treuve que il les aient fait appeler à tort, il facent rendre les despens à la partie travaillée oultre raison.*

† **SUMMI HOMINUM,** Qui aliis præsumt, *Summates*. Henr. Huntingdon. in Epist. ann. 1153. apud Acher. tom. 8. Spicil. pag. 187 : *Quinto tractabitur de Summis hominum, qui sic sunt in rebus humanis ut generalissima in prædicamentis.*

**SUMNIS.** Vide *Sunnis*.

**SUMPNIATA.** Vide *Soniare*.

† **SUMPTARE,** Scripto excipere. Acta B. Guillelmi Eremit. tom. 1. April. pag. 393 : *Et ego Vincentius Coxia... notarius... præmissis omnibus et singulis, dum sic, ut præmittitur, agerentur et fierent, interfui, et ea rogatus Sumptavi.* Vide *Sumptum*.

† **SUMPTICULUS,** Sumtus medicus, exiguus. S. August. de Morib. Clericor. apud Acher. tom. 6. Spicil. pag. 11 : *Sed quod verum hoc est, usque ad hoc tempus curam pro illis ita gerat, ut Sumpticulos, quibus sustentabantur, apud se haberet, et ipse, ut videbatur, impenderet.*

\* **SUMPTICUS.** MORBUS **SUMPTICUS,** pro *Sonticus*, Gall. *Epilepsie*. Constit. W. episc. Tornac. ann. 1254. inter Stat. ejusd. eccl. pag. cvij : *Hanc tunc gratiam infirmis facimus, ut eis liceat beneficia per socios suos facere deserviri, quamdiu infirmi fuerint, dummodo Sumptico morbo sive ægritudine chronica non inveniantur laborare.*

**SUMPTOR.** Synodus Soderensis in Man- nia, ann. 1229 : *Sumptor de jure antiquo, et statutis veteribus, ab omnibus Iconomis garbam de trium ligarum longitudine, scilicet frumenti, ordei, et avenæ annuatim per-*



*cipere debet, et ad omnem caseorum decimationem et collectionem unum agnum electum habere debet, etc. Neque proclivius est dicere, qui dicantur*

**SUMPTORES**, in Vita S. Fructuosi n. 2 : *Provenit, ut quodam die possessionem Ecclesie ingressi, ipsius praeiuntes puericelluli, cum ei ad manendum hospitium praeprarsent, quidam de Sumptoribus Scholae ipsius adveniens interrogavit, dicens : Quis hoc occupavit habitaculum? Ubi viri docti, nescio an vere, Sumptores esse arbitrantur, quos Pensionarios dicitur. [Vide Sumptare et Sumptum.]*

**SUMPTORIUM**, Flodoardus lib. 3. Hist. Remensis cap. 5 : *Calicem majorem cum putenu, Sumptorioque fecit ex auro lapidumque pretiosorum illustravit nitore : qui calix postea pro redemptione ac salute patriae Normannis datus est, patena adhuc reservatur ibidem. Ubi Colvenerius Sumptorium interpretatur cochlear, ut Gallice vertitur, quod nimirum utitur in Calice sacro. Atqui Graeci quidem cochleari sanguinem Christi hauriebant : Latini vero fistula. Ita Sumptorium pro fistula hic sumi potest, tametsi cochlearia inter ministeria sacra vulgo etiam reponuntur.*

\* **SUMPTUARE**, Cibum praebere. Mirac. S. Audoeni tom. 4. Aug. pag. 833. col. 1 : *Quartana solummodo die, duro et parco victu Sumptuatus, durum captivitatis exsilium deplorabat. Vide Sumptuaria.*

† **SUMPTUARIA**, Cibaria. Translat. S. Venantii tom. 1. April. pag. 7 : *Et quia per ostium introivit, dispositu intus fideliter domo, et Sumptuariis familiae consignatis, per ostium exivit, dum pro eadem (ecclesia) animam posuit. Vide Sumptus 1.*

**SUMPTUARIUS**, Qui erogat sumptus. Glossæ Antiquæ MSS. et Papias. Vide Inscript. vett. 331. 2. 333. 5.

† **SUMPTUM**, Exemplum, descriptio, Gallis *Copie* : hinc fortassis Sumptor et Sumptores, de quibus supra, Librarii, exscriptores, Gall. *Copistes*. Rollandinus in Summa Notarii : *Exemplum, quod etiam vocatur Intextum, vel Sumptum, est scriptura exemplata generata, vel sumpta ex priori sive originali scriptura.* Charta ann. 1305. apud Rymer. tom. 2. pag. 959 : *Predictum transcriptum, exemplum, seu Sumptum per me a suo originali transumptum.* Ibid. : *Predictum exemplum seu Sumptum cum suo originali reperi concordare.* Charta apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. pag. 56 : *Nunc quere tuum Sumptum, et fac quod tua hereditas sit secundum legem et veritatem et rationem.... Tunc respondit Ratfred se ibi non habere Sumptum, quia non erant ibi sui pagenses. Deinde Salomon dixit : do tibi spatium x. dierum ut congreges tuum Sumptum et tuos testes in aulam Penhart. Tunc confessus est Ratfred se non habere testes vel Sumptum, unde posset facere quod haberet hereditatem in Bain. Vide supra Sumptare.*

† 1. **SUMPTUOSITAS**, Luxus, Sumptuosa magnificentia. Sidon. lib. 9. Epist. 6 : *Ut primum intelligere cepit et retractare, quantum de bonusculis avitis paternisque Sumptuositas domesticæ charybdidis abligurisset, etc.*

\* 2. **SUMPTUOSITAS**, Sumptus. Lit.

ann. 1355. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 457 : *Quæ omnia, tam propter nimiam Sumptuositatem, quam propter plurimos habitatores dictæ villæ, qui ad præmissa conturbare recusant et recusant indebite, perficere nequirent. A Latino Sumptuosus, vulgo Dispendieux, qui coudet beaucoup, nostri alias Sumptueux, eodem sensu, dixerunt. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Sumptuosus, dispendieux, Sumptueux.* Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 98 : *Ils sont à présent et pourroient estre longuement pendans en nostre court de parlement, qui lui seroit moult Sumptueuse chose et grévable. Occurrit præterea in Charta ann. 1429. ex Chartul. Latinæ. fol. 45. v<sup>o</sup>**

**SUMPTUOSUS**, Propino, ambro, in Glossis antiquis MSS.

† 1. **SUMPTUS**, ut supra *Sumptuaria*. Continuatio de Gestis Abbat. Lobiens. apud Acher. tom. 6. Spicil. pag. 629 : *Et quod magnæ castitatis magnum est signum, inter feminas Monasterii S. Johannis, unde Sumptus accipiebat, juvenculus (Franco) intrans et exiens, ne suspicionis nomen contraxit.*

† 2. **SUMPTUS**, inter jura quæ a vassallis domino debentur recenset Charta ann. 1317. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 166. col. 1 : *Cum... laudimiis, trezenis, lesdis, latis, sportulis, Sumptibus, pedugiis, etc.*

\* Idem videtur quod *Sportu* 2. Vide in hac voce.

† **SUMTURA**, Bona, facultates. Acta S. Bonifacii Archiep. tom. 1. Jun. pag. 463 : *Hic etiam dum spirituali confortatus armatura et seculari sablimatus Sumtura, utriusque vitæ stipendiis minime careret.*

\* **SUMURARIUM**, an Locus muris circumseptus? Charta admort. Caroli VII. in Reg. Cam. Comput. Paris. alias Bitur. fol. 152. v<sup>o</sup> : *Item super Sumurario scito ante ecclesiam, unam gallinam.*

† **SUNA**, Fœdus, pactum, ut *Sona* 2. quomodo etiam forte legendum est. Diploma Ludovici Ducis Brandenburg. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 86 : *Etiam si nove structure, munitiones, vel prædificationes, nostri nomine dicto castro fierent, ex tunc Sunam vel concordiam cum emulis et adversariis nostris ipsum castrum obsidentibus inire non debemus. Vide Svonbouch.*

† **SUNAG**. Vide supra in *Carno*.

\* **SUNALHA**, f. Ramulus. Charta ann. 1332. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 1098 : *Usus in tota foresta habere consueverunt, videlicet in Sunulis mortuis ad terram prostratis.*

† **SUND**, Gothice et Saxonice fretum seu mare angustum est; hinc maris Baltici angustie hodiæ the *Sound* vocantur, a Scythiis, *Syndis*, ita dictæ, qui a Cimmerico Bosphoro illuc migraverunt. Hæc Sheringham. de Orig. Anglor. pag. 211. Vide Glossar. Teuton. Schilteri.

**SUNDERNOTA**, vox Saxonica, *sunder* note, Officium, munus, vel ministerium distinctum vel peculiare. Capitula de Weregildis post Concilium Grateleanum ann. 928 : *Et si villanus excrevisset, ut haberet plenarie quinque hidas terre suæ propriæ, Ecclesiam et coquinam, tympanarium,*

*et januam et sedem, et Sundernotam in Aula Regis, deinceps erit Taini lege dignus.*

\* **SUNDRIALIS**, Idem quod *Dominicatus*, ni fallor, ad domanium pertinens; et quidem massaricio opponi videtur *Sundrialis*, ut et *Dominicatus*. Vide *Massariticum*. Charta ann. 782. apud Murator. tom. 6. Antiq. Ital. med. ævi col. 238 : *Id est, sala unam Sundrialem, seu et unam casa massaricia;... et in omnibus ad prædicta sala vel casa massaricia pertinet.... Pro quibus recepi.... in cambium casella Sudriale,.... et duas casus massaricie.... Ipsa suprascripta casella Sundriale, etc.* Alia ann. 794. apud eumd. tom. 5. col. 620 : *Quantum ad ipse suprascripte case et pertinentes, vel in jam dicte casas abere videor, tam Sundrialibus casis et rebus, quam et massariciis.* Vide supra *Sondrium*.

† **SUNDRIUM**. Vide supra *Sandrium*.

\* **SUNESTA**, Grex. Vide supra *Sonesti*.

**SUNGELONES**. Vide *Sakones*.

**SUNGEDA**. Charta ann. 1147. in Tabulario S. Bertini : *Qui denarii annuatim per manum Presbyteri de Werkin in Nativitate S. Mariæ ad census Episcopalem, quem Sungeda vocant, diriguntur, forte pro suntgelda, pensatio ad fretum [Vide *Sund*.]*

\*\* **SUNGIA**, Adeps porcina, *axungia*. Adalhardi Statut. Corb. lib. 2. cap. 11. post Irminon. pag. 329 : *Ad portam dentur 60. porci cum omni integritate, excepto Sungias.*

\* **SUNGIA**, Idem quod supra *Sognia*. Charta ann. 1196. in Chartul. S. Joan. Laudun. : *Mansus Ohardi apud Troissi debet.... quatuor denarios bonæ monetæ de Sungia.*

† **SUNNIA**. Vide mox in *Sunnis*.

**SUNNIS**, in vett. Glossis, *Impeditio, impedimentum*. Sumitur porro hæc vox pro Excusatione, quam affert quispiam, quo minus juri stare possit. Lex Salica tit. 1. § 1 : *Si quis ad mallum legibus dominicus munitus fuerit, si eum Sunnis non detinuerit, 600. denarii, qui faciunt solidos 15. culpabilis judicetur.* Adde § seq. tit. 49. tit. 51. § 2. tit. 52. § 4. Legem Ripuar. tit. 32. § 1. et Capit. Caroli M. lib. 3. cap. 45. ubi eadem occurrit formula. Placitum Childeberti et Chlotarii § 5 : *Si placitum Sunnis non detinuerit.* Vetus placitum in Vita Aldrici Epise. Cenoman. pag. 110 : *Ne infirmitas aut legitima Somnis eum detinuerit, etc.* Ita perperam *Somnis* habetur in Lege Longob. lib. 2. tit. 43. § 1. et *Sunnis* lib. 3. tit. 13. § 3. [\*\* Carol. M. 27. Guido 4.] nisi spectetur vox Germanica *Saunnius*, cunctatio, mora. Wendelinus vero vocem *Sunnis* a Teutonico *Sun*, vel *Son* deducit, i. separatus, segregatus, quia, qui *sunnim* proponunt, ut plurimum abesse a iudicio propter negotia coguntur. Salmasius ad Spartianum pag. 20. a *Sontico* morbo, etymon accessit, quem non pro caduco duntaxat, sed pro quavis etiam graviore aegritudine in duodecim Tabulis accipi observat, ita ut *sunnia*, vel *sonnia* dicta sit quasi *soniare*. Sed aliud nos etymon attigimus in *Soniare*. [\*\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 241. Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 847. sqq.]

† **SONNA**, in Vita Gregorii VII. PP. sæc. 6. Bened. part. 2. pag. 449 : *Venient infra*



*terminum Ascensionis Domini, exceptis legitimis Sonnis, id est morte, vel gravi infirmitate, vel captione, etc.*

SUNNIA. Marculfus lib. 1. form. 37: *Ipse nec venisset ad placitum, nec ulla Sunnia nuntiasset.* Vetus Placitum apud Mabilion. tom. 4. Vitar. SS. Ordinis S. Bened. pag. 619: *Nec nulla Sunnia nuntiasset affirmat.* Editio *sannia* præfert, [pejus apud Felibian. Hist. Sandion. pag. xiv. legitur, *Sannia.*]

SONIA. Vetus Placitum sub Chlodoveo III. Rege, apud eundem Mabilionem: *Nec misso in vice sua dixerisset, nec nulla Sonia nuntiasset.* Formulæ vett. incerti auctoris cap. 22. et 38: *Nec ipse ille ad id placitum venit, nec missum in vicem suam direxit, qui nullam Soniam nuntiaret.* Baldricus lib. 3. Chron. Camerac. cap. 42: *Et si Sonia eos tenuerit, probetur ipsa, et infra aliam quadragesimam placitum expectabitur.*

† SONIUM, in Tabul. S. Florentii ann. 1198: *Et similiter quitoverunt Oliverius de Dinan et fratres ejus Priori Pontis de Dinan Sonium curie quod repetebant.*

SOINUS, SONIUS, ESSOINUS, etc. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 29: *Nisi competens Soinus eum detineat.* Alii codd. habent *Essoinus.* *Soinus* et *sonius*, cap. 41. *Nisi competens Soinus intercedat*, cap. 50. *Nisi Soinus legalis eum detineat*, cap. 51. *Nisi Soinus intercedat*, cap. 61. Atque hinc liquido apparet, unde vox *Soin*, pro *cura, animi anxietate, occupatio*, apud nos originem ducat; cum qui ejusmodi excusationibus utuntur, quo minus juri stent, negotiis distentos sese profiteantur. Vide *Soniare*.

ESSONIA, EXONIA, EXONIUM, Idem quod *Sunnis*, a quo profecta hæc vocabula, nostris *Exoine*, *Essoigne*. Assisii Hieros. MSS. cap. 8: *Venir par Essoigne, c'est alleguer excuse.* Vetus Consuetudo Norman. MS. 1. part. sect. 4. cap. 1. ait, *exoniam esse un delaiement, qui monstre cause par quoi cil, qui est seonns, ne vient pas à court.* *Exoine* ou *excusation*, in Consuetud. Montfortensi art. 43. *Essoigne* et *Exonnie*, in Consuet. Hannoniensi art. 14. 68. [*Essoigne leel*, in Litteris Philippi VI. Reg. Franc. ann. 1330. tom. 2. Ordin. pag. 53. *Essoyne loyal*, in Litteris Johannis Reg. Franc. ann. 1354. ibid. tom. 4. pag. 152. *Essoine*, apud Bellomaner. cap. 2. et 3.] [\* *Essoiniement* apud Bellomaner. MS. cap. 2. pag. 8. ro. col. 1.] Hincmarus Remens. in Quaternionib. a Cellotio cditis, et Opuscul. 29: *Qui mittens ad Dominationem vestram, excusationem impossibilitatis suæ illuc veniendi mandavit, requisita est, quam patriotica lingua nominamus Exonia, quia venire nequiverit.* Hincmarus Laudun. in Schedula Episcopis et Regi porrecta pag. 434: *Seculare iudicium non adit, et Exoniam, scilicet personam, quæ firmaret, quod illic venire nequirem, non transmisit.* [Charta ann. 1167. ex Tabul. B. M. de Bononuntio Aurel.: *Ad mandatum Prioris sine Exonio fenatores submonebit.* Litteræ M. Comit. Atrebat. ann. 1306. inter Ordin. Reg. Franc. tom. 4. pag. 338: *Cum ex relatione Majorum, Scabinorum et Communitatis villæ S. Audonari intellexerimus, quod quedam consuetudo vulgariter dicta Essoine, quæ potius abusus et corruptela meruit*

*appellari.... Tale stutum importans, ut videlicet si aliquis quantumcumque parus, ignocens, inimicus in remotis partibus, peregrinationis, mercationum aliave necessaria et honesta causa consistens, super aliquo crinine, vel questione in Halla villæ prædictæ, in iudicio vocaretur, nisi in eodem instanti responderetur publice pro eodem, Non est in villa, reus et convictus super sibi inpositis, per iudicium habebatur.* Charta conventionis inter Henricum Regis Angl. et Robertum Comit. Flandr. in Libro nigro Scaccarii pag. 9: *In auxilium Regis veniet, nisi per aliquam harum quatuor Essoniarum remanserit, etc.* In alia ibid. pag. 18. legitur, *Exoniarum.* *Essoine*, pro impedimento, seu negotium quo aliquis distrahitur occurrit in Litteris Caroli V. Reg. Franc. ann. 1369. tom. 5. Ordin. pag. 202: *Avec grant Essoine et destourbier d'eulx et de leurs gens.*

ESSONIUM, apud Rogerum Hoveden. pag. 549. in Regiam Majest. lib. 1. c. 7. § 1. etc.

EXONIUM, Eadem notione. Gauterius Cancellar. de Bellis Antiochen. pag. 446: *Præcepitque suis omnibus absque omni dilatione et Exonio illic tendere.* Charta ann. 1223. in Probat. Hist. Vergiac.: *Quoniam audivimus excusationem vestram, quod ad nos pro Esonio corporis vestri personaliter accedere non potestis, etc.*

\* *Essoine*, in Lit. ann. 1369. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 202. Charta Hugon. de Castell. ann. 1219. in Chartul. Campan. fol. 50. vº: *Notum facio.... me jurasse super sanctos Blanche illustri comitissæ Trecentis Theobaldo comiti nato ejus, quod fortericias meas.... reddam eis.... Ipsi autem mihi fecerunt jurare in animas suas, quod infra xl. dies postquam fuerint extra Exonium suum, michi reddent eas ita munitas, sicut eis tradite fuerint bona fide.* Alia ann. 1209. ibid. fol. 53. vº: *Postquam ab Exonio suo fuerint expediti. Postquam de Negotio suo liberati essent, in alia ann. 1220. ibid. fol. 55. Quarente jours après ce que ses Essoines lui seront failliz, in Lit. ann. 1262. ibid. Essoinuum passim, eodem sensu, in laudato Chartulario. Vide supra in hac voce.*

\* ESSOIGNIA, pro *Essonia*, ut *Essoignare*, pro *Essoniare*, Excusationem proponere. Scacar. S. Mich. apud Rotomag. ann. 1232. ex Reg. S. Justi Cam. Comput. Paris. fol. 24. rº. col. 1: *Judicatum est quod dominus Zacharias de Reniers non potest Essoignare se de recordatione scaccarii petita, sicut breve de nova dessaisina, si prius fuerit Essoignia et defectus.*

Frustra porro viri docti aliunde, quam a *sunnis*, vocis istius etymon accersunt, quam Budæus, Perionius, et H. Stephanus a Græco ἐξουσιάζω effectam putant, quod est, *excusare jurejurando absentiae causam ejus, qui vadimonio obstrictus est.* Jacobus Bourgoing lib. de Orig. et usu vulgarium Linguarum pag. 14. ab *exonerare* deducit. Cujacius in tractatu 7. ad Africanum ad leg. 23. de Oblig. et act. a Latino barbaro *exidoneare*, id est non esse se idoneum affirmare, priorem improbandum sententiam: cui favent codices MSS. Legis Alamannor. c. 44. § 1. qui *exoniare* se habent, ubi editi

*idoneare.* Sed Cujacii quoque nec aliis placet, Pithæo, Bignonio, Spelmano, Vossio, etc. qui probabilius censent a voce *sunnis* et *sonnia* hauriendum etymon. Vide *Sonare*, 3.

☞ *Sunnis* vero originem repetit Hickestius in Dissert. Epist. pag. 8. a veteri Mæso-Gothico *Sunia*, veritas: quod impedimentum, quo quis ne ad curiam se sisteret prohibebatur, verum et legitimum esse probare tenebatur. Hinc *Essoniare*, pergit ille, optime respondet verbo *Suntan*, quod probare verum, verificare, verjuvando confirmare sonat. Sed curiosius exquisita mihi videtur isthæc originatio; sincerior est illa magisque nativa quam proponit Vir doctissimus in *Soniare*. Vide in hac voce.

Varias autem *Essonias*, seu excusationes, (*Essonia rationabilia* apud Hoveden. pag. 549. et in Regiam Majest. lib. 1. c. 8.) quæ in jure proponi solent, recentest libri forenses, L. 2. D. si quis cau. in Jud. sist. Lex Wisigoth. lib. 2. tit. 1. § 18. 33. Speculum Saxonicum lib. 2. art. 7. Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. cap. 118. Petrus de Fontanis in Consilio cap. 4. vetus Consuetudo Normannica MS. 1. part. sect. 4. c. 1. et seqq. Edita cap. 39. Assisii Hierosol. MSS. cap. 215. et seqq. Regiam Majest. lib. 1. c. 8. Glanvilla lib. 1. cap. 10. et seqq. Britton. c. 122. Bracton. lib. 5. tract. 2. cap. 2. 4. et Fleta lib. 6. cap. 7. 8. 9. 10. 13. ex quibus aliquot ex ejusmodi *Essoniis* delibabimus. Fortescutus de Laudib. Legum Angliæ c. 52: *Crebro in deliberationibus judicia maturescunt; sed in accelerato processu, nunquam. Quare Leges Angliæ Essonium admittunt, qualia non faciunt Leges aliæ mundi universi.*

ESSONIUM DE MALO LECTI, Cum quis morbo ita detinetur in lecto, ut ad iudicium venire non possit. Qui quidem morbus dicitur *Infirmitas de resseantia*. Prima Statuta Roberti I. Regis Scotiæ cap. 6: *Pro Essonio, quod Gallice vocatur Mal de lit, hoc est malum de lecto, Anglice Bed evill. Essoine de maladie residente, in Consuet. MS. Normann. Vide Statutum 2. Westmon. cap. 19. Regiam Majest. lib. 1. cap. 8. § 3. Glanvillam lib. 1. c. 18. 19. Statuta Roberti I. Regis Scotiæ c. 6. § 1. 2. Radulphum de Hengham in Summa magna cap. 3. 4. 9. in Parva c. 1. Bractonum lib. 5. tr. 2. c. 4. § 1. 2. 3. cap. 7. § 1. cap. 8. 9. 10. 11. 12. et seqq. Fletam lib. 6. c. 10. Consuet. Cenoman. art. 95. etc. Adde præterea Speculum Saxon. lib. 2. art. 7.*

\* ESSONIUM DE MALADIA RESIDENTE, Cum quis morbo ita detinetur domi, ut ad iudicium venire non possit. Scacar. apud Cadom. ann. 1234. in eod. Reg. fol. 29. rº col. 2: *In Essonia de maladie residente, necessarius est garentus.* Assis. Bajoc. ann. 1236. ex Cod. Reg. 4651: *Judicatum fuit quod Essonia de maladie residente non erat recipienda ex parte ejus, qui in placito debuit, quod debebatur ab eo, illam Essoniam fecerat. Exone de maladie, in Lit. ann. 1377. tom. 6. Ordin. reg. Frauc. pag. 274. Vide *Essonium de malo lecti.**

ESSONIUM DE MALO VENIENDI, Cum quis infirmitate ita est detentus et impedi-



tus, ut venire non possit. De eo agunt l. 2. § 1. D. si quis cau. in jud. sist. Regiam Majest. lib. 1. cap. 8. § 3. Bracton. l. 5. tr. 2. c. 4. §. 1. 4. 5. 6. 7. 9. Fleta lib. 6. c. 9. Radulfus de Hengham in Summa magna cap. 3. 4. 9. in Parva c. 1. Britton. c. 125. *Essoine de son corps*, apud Petrum de Fontaines c. 4. n. 18. 24. *Essoine par enfermeté qui vient d'aventure*, in Consuetud. Norman. MS.

¶ **EXONIUM PROPRII CORPORIS**, Eadem notione. Charta Philippi Aug. Reg. Fr. anni. 1267. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 804: *Archiepiscopus, vel Episcopus, non posset se exoniare super his, nisi haberet Exonium proprii corporis; et si Exonium proprii corporis haberet, tunc loco suo mitteret bona fide fidelioem et legaliorem quam posset invenire ad id faciendum.*

\* Homag. Radul. dom. de Baugency ann. 1244. ex Chartul. archiep. Bitur. fol. 170. r°: *Pur plusieurs feis vous aie requis par mes lettres pendans et par mes homes liges le mien que vos tenes por l'Essoine de non cors, où je aie esté longuement et su encores.*

**ESSONIUM DE MALO VILLÆ**, Cum quis primo die in curia comparuerit, et se obtulerit, et sine responso eodem die recesserit, si propter aliquam infirmitatem supervenientem a loco, ubi hospitatus fuerit, et receptus, se transferre non possit, nec ad curiam venire, mittit duos Essoniatore, aut excusatores, qui in Curia publice protestantur, quod tali infirmitate detentus est in eadem villa, vel in alia, ubi pernoctavit, quod ad curiam venire non possit pro lucrari et pro perdere. Ita Regiam Majest. lib. 1. cap. 8. § 9. Bracton. l. 5. tr. 2. c. 7. Fleta l. 6. c. 13. etc.

**ESSONIUM DE ULTRA MARE**, vel ultra aquam, etc. Cum quis in passagio generali ad terram Hierosolymitanam transiit, Regiam Majest. l. 1. c. 8. § 12. 24. 25. 26. Glanvilla lib. 1. c. 25. Radulfus de Hengham in Summa magna c. 4. 9. in Parva c. 1. Fleta lib. 6. c. 8. Britton. c. 123. Petrus de Fontaines in Consil. cap. 4. § 4. *Essoine de Croisez*, in Consuetud. Norman. MS.

**ESSONIUM PER SERVITIUM domini Regis**. Statutum Gloucestre ann. 6. Edw. I. cap. 8. Regiam Majest. lib. 1. c. 8. § 14. et seqq. Statuta I. Roberti I. Regis Scot. c. 6. § 1. 2. Radulfus de Hengham in Summa magna cap. 4. II. in Parva cap. 1. Britton. cap. 124. etc.

**ESSONIUM DE ESSE AD NUNDINAS**, in Regiam Majest. lib. 1. cap. 8. § 30.

**ESSONIUM PARTICIPUM**, Quod a participibus seu sociis proponitur, in Fleta lib. 6. c. 12.

\* **ESSONIUM DE VIA CONSILII**, Cum quis quocumque consilii capiendi gratia profectus, ad iudicium venire non potest. Assis. Abrinc. ann. 1236. in Reg. S. Justi Cam. Comput. Paris, fol. 30. r°. col. 1: *Bene potest quis facere se Essoniari de via consilii, postquam fuit in assista et respondit.*

\* **ESSONIA DE VIA CURIÆ**, Cum quis in itinere ad curiam, infirmitate aliqua detinetur. Scacar. apud Cadom. ann. 1234. in eod. Reg. fol. 29. r°. col. 2: *In Essoni de via curiæ, sufficit quod essoniari dicat sine*

*garanto, quod paratus est deresnare ad esgardum curiæ.*

**ESSONIARE**, *Essoniam*, seu excusationem proponere, in Regiam Majest. lib. 1. c. 7. 8. 21. 25. et in Fleta lib. 5. c. 2. § 2. [*Essoigner*, in Statuto Philippi VI. Reg. Fr. tom. 2. Ordin. pag. 68. *Essoinier*, apud Bellomaner. cap. 3.] *Exonier*, vel *Exoiner*, in Consuet. Cenoman. art. 95.

\* *Essoiner et Essonner*, nostris. Lit remiss. ann. 1391. in Reg. 141. Chartoph. reg. ch. 155: *Pour excuser et Essonner le dit doyen, maistre Pierre Wuutier vint pour lui en jugement devant icellui prévost, en disant qu'il estoit si malade, que les piés ne pourroient porter le corps.* Aliæ ann. 1410. in Reg. 165. ch. 72: *Jehan Courtois en Essoinant icellui Gilet par devant le bailli, ... proposa une faulser Essoine. Essoinier, Soingnier et Soinnier*, apud Petr. de Font. in Consil. pag. 121. art. 19. et 20.

¶ **EXONIARE**, Eodem significato. Leg. Normann. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 245: *Quod ibi accesserit pro A. quem in crastino Exoniabit, etc. Ensoigné*, impeditus, Gall. *Embarassé*, in vulgari carmine de prælio Azincurt. ann. 1415. apud Monstrelet. tom. 1. c. 149. ubi de Carolo VI:

Chief Ensoigné par pitense aventure, etc.

\* **EXONIARE CORPORE**, Graviter vulnerare, in discrimen vite adducere, nostris alias *Exoiner*, vel *Mettre en Essoine de corps, aut de mort*. Lit. remiss. ann. 1453. in Reg. 182. Chartoph. reg. ch. 136: *Le suppliant voyant et douttant qu'elle ne le mehaignast ou Exoinast du corps, etc.* Aliæ ann. 1397. in Reg. 153. ch. 55: *Icellui Avril eust tué ledit exposant ou mis en Essoine de mort, se n'eussent esté le muire de la ville d'Arville et autres.* Aliæ ann. 1455. in Reg. 187. ch. 148: *Douttant que icellui Bromon ne tuast le suppliant ou mist en Exoin de son corps, etc. Essoine*, nude, pro Periculum, discrimen. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 117. ch. 2: *Icellui Hennache couru sus ausdiz supplians, et les mist en telle Essoine et nécessité, faisant semblant de les tous tuer, qu'il se metissent à défense.*

\* **EXONIARI**, Ære alieno impedi, opprimi, nostris alias *Estre ensonnié*. Charta scabin. Malbodii ann. 1311. ex Cod. reg. 10196. 2. 2. fol. 4. r°: *Comme veomes et connoissomes que nos devandis sires li cuens Guillaume est grundement Ensonniés de plusieurs debtes et de plusieurs grans frais et fais de wieres et de chevauchies, etc. Ensonné*, pro Occupatus, cui rei alicujus cura commissa est, in Charta ann. 1287. tom. 2. Hist. Leod. pag. 403: *Tant qu'ils seront Ensonné pour le corps S. Lambert warder, etc.*

**ESSONIATOR**, qui Joanni Sarisberiensis Ep. 7. *Excusator*, qui excusationem pro alio in jure proponit. *Exoiner, Exoniatur*, in Consuetud. Norman. cap. 39. 40. 66. [*Essoinierre*, apud Bellomaner. cap. 3.] Fleta lib. 6. c. 7. § 11: *Mittat excusatorem, qui dicitur Essoniator, qui præterdat excusationem summoniti esse talem, quod venire non possit. Soli vero illius fidei creditur, nec oneratur cautione fidejussoria, scilicet plegiorum; sed domino probatio*

incumbit, utrum essonium sit verum. Bracton. lib. 5. tract. 2. c. 2. § 3. Vide prima Statuta Roberti I. Regis Scotiæ cap. 6. § 2.

¶ **EXONIATOR**, Eadem notione, in Leg. Norman. supra laudatis: *Ipse exoniatus tenetur emendare vel salvare exonium suum per suum juramentum, in omnibus verbis in exonio expositis, vel per juramentum Exoniatoris.*

¶ **SUNTONATOR**, in vet. Inscript. quæ Genuæ visitur: *Tustactus Suntonator Regis Tholomæi, etc.* Sponio in Itiner. part. 3. pag. 35. et 36. Musicus est seu Symphoniæ Præfectus, a Græc. σύν, cum, et τόνος, tonus, concentus.

¶ **SUNTRIGUN**, *Seorsum*, in Gloss. x. circ. sæculi ad calcem Collect. Canon. MS. ex Biblioth. DD. *Chauvelin* Sigillorum Reg. Custodis.

\* **SUOL**. Vide supra *Sol* 3.

**SUONBOUCH**, Charta pacationis priscis Germanis, ex *Suon*, pax, pactum et *Buch*, liber, libellus. Charta Alaman. Goldasti 28. et apud Vadianum de Colleg. et Monast. pag. 87: *Placuit inter nos Chartam pacationis ex utraque parte allevari, quod Tuitius Suonbouch nominamus, etc.* Ubi Vadianus: *Alemannis Suonen*, crat, pacificare, reconciliare, transigere: unde *Suonbouch*, Charta, id genus conventiones complexa. [Vide Gloss. Teuton. Schilteri in *Suona* et *Sona* 2. supra.]

**SUO SCIENTE**, *Dedita opera*, nostris à *son scient*. Charta ann. 1062. ex Tabulario Conchensi in Ruthenis: *Et hoc juraverunt, ut in jamdicto Monasterio, nec in ipso burgo, ... hominem illic non assaliant, nec feminam per iram, nec per mortem, nec per captionem, nec suam substantiam illis tollant, nec faciant injuriam ad homines egressientes et regressientes a mercato, nec feminas Suo sciente.*

¶ **SUPALTA**, κεκασσωμένα, in Gloss. Lat. Græc. Sed legendum *Suppacta*, ut in Gloss. Græc. Lat. Vide Casaubon. ad Theophr. Character. pag. 147.

\* **SUPANIA**, Præfectura, jurisdictionio *Supani*. Vide in *Zupu*. Charta Leopoldi ducis Austr. et Styr. ann. 1207. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 2. pag. 65. col. 1: *Præterea, ne præfatus ordo, in prædicto loco situs, aliquem defectum sustineat, de rebus nostris superaddere curavimus, ante Petovium scilicet, villam unam majorem, nomine Brizlaudorf, que tempore Rudolphi de Rusia in duas Supantias divisa est; alium minorem, nomine Predansdorf.*

**SUPANUS**, etc. Vide *Zupa*.

\* **SUPARARE**, *Rugare*, *crispare*, contrahere. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120: *Supurare, Rideir*. Vide mox *Supera* 2.

¶ **SUPARUM**, *Lineum brachiale puellarum*. Papias. Hermanii Lerbeckii Chron. Episc. Mindens. apud Leibnit. tom. 2. Script. Brunsvic. pag. 167: *Velamina enim usque ad primam pestilentiam et alba Supara in brachiis secundum morem Monasterii ad sanctam Muriam ad altare, seu in Capitolio, in Colonia, de quo sunt fundatæ, portabant. Est autem Supara, monile, quod moniales in signum religionis portare in brachiis consueverunt, quod vulgariter Sueke*



*nominatur.* Vide Festum in *Supparum*, et ibi Scaligerum.

† **SUPPARUM**, **SUPPARUS**, Eadem notatione. Gl. Gaspar. Barthii apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 250. ex Afranio: *Puella non sum, Supparo si induta sum.* Odo in Carm. de varia fortuna Ernesti Ducis Bavar. apud Marten. t. 3. Anecd. c. 345:

... fluitantque per imos Suppara talos.

Vide *Brachiale* et *Camisa*.

\* **SUPATUS**, *Falcula*. Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. Reg. 4120: *Supatus, dicitur Gallice Fauchon.*

† **SUPEDIUM**. Vide *Suppedium*.

† **SUPPELLECTICARIUS**, qui et a *Supellectile* dicitur, Ministerii genus apud Romanos tum urbani, tum militaris, qui supellectilem curabat, apud Ulpian. Augusti libertus quidam in vet. Inscriptione memoratur a *supellectile castrensi*. Vide Salmas. ad Lamprid. in Alexandro, et Vossii Lex. Etymol.

† **SUPELLICIAM**. Vide *Superpellicium*.

† **1. SUPER**, Ad, contra, adversus. Charta ann. 1087. ex Tabul. S. Albini Andegav.: *Exceptio quod chastellum (sic) ejus custodiant, quando Super hostes suos perget.* Charta conventionis inter Henricum Reg. Angliæ et Robertum Comit. Flandr. in Lib. nigro Scaccarii pag. 12: *Et si illo tempore Rex Philippus Super Regem Henricum in Normanniam intraverit. Oberti Cancellarii Annal. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 308: Ut irent cum eis Super Pisanos.* Lex Salica tit. 47. §. 1: *Si quis Super alterum in villam migrare voluerit, etc.* Id est, alio nolente et invito. Vide *Sequela* 4.

\* *Sur*, eodem sensu, in Lit. ann. 1370. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 378. art. 28: *Et s'aucuns Sur la paix de la ville criée par sergent... villenoit ou feroit personne, etc.* Eadem præpositio interdum apud nostros *Chez* sonat. Lit. remiss. ann. 1400. in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 249: *Jehan Fauquet et sa femme, qu'il avoit espousée le Dimanche devant, vindrent Sur Robin Thinel, pere de laditte femme, afin que eulx et leurs prouchains amis s'entrefeissent compaignie et s'assemblent pour disner et boire ensemble en l'ostel dudit Thinel.*

† **SUPER**, pro *Sub*. Charta Ricardi I. Reg. Angliæ inter Ordin. Reg. Franc. tom. 5. pag. 317: *Prohibemus ne aliquis eos inde disturbet Super forsaituram decem librarum Turonensium.* Galli dicimus *Sur peine de*, etc.

\* **2. SUPER**, pro *Subter*, Gall. *Au dessous*. Charta Bern. Aton. vicecom. Nem. ann. 1177. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 141: *Trado tibi B. præposito Nemausensis ecclesie et cæteris canonicis duos solidos censuales, quos dabatis mihi pro tabula, quæ sunt vel fieri possunt ex utraque parte viæ, ab acua qua est Super cloquarium S. Eulaliæ, usque ad viam, qua discurrit ad pratium.* Chartul. S. Sulpit. Bitur. fol. 78. vº: *Damus terræ unam parvulam, quæ sita est Super murum civitatis Biturige.*

\* **3. SUPER**, *Prope*, juxta. Charta fundat. abbat. Aquilar. ann. 832. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 104: *Invenit unam porcã cum suis filios litantem Super unam ecclesiam subtus unum arborem.*

\* **4. SUPER**, *Erga*. Barel. serm. 2. in Domin. 1. Quadr.: *Incompassio, vel crudelitas et duritia Super pauperes, etc.*

\* *Nostris* alias *Sur-bout*, pro *Debout*, Stans. Lit. remiss. ann. 1459. in Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 363: *Après que icellui Drouet ot mengié ung mors de pain et beut une fois Sur-bout à la table où souppoit le suppliant.*

† **1. SUPERA**, *Navis*. Gloss. Isidor. Leg. *Suppara, navis vela.*

† **2. SUPERA**, *Rugaturæ dicuntur panni*. Papias.

\* Hinc in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Supera, manche de sourpels, vel chemise.* Vide *Suparum*.

† **SUPERABREPTIO**, *Occupatio violenta et injusta*. Capit. Caroli C. tit. 39: *Absque dolositate aut deceptione, vel Superabreptione illi sincerus auxiliator et cooperator reo.*

**SUPERABSTINERE**, [Excommunicare.] Concilium Toletanum I. can. 13: *De his, qui intrant Ecclesiam, et deprehenduntur nunquam communicare, admoneantur, et si non communicant, ad pœnitentiam accedant: si communicant, non Superabstineantur: si non fecerint, abstineantur.* Vide *Abstinere*.

**SUPERABUNDUS**, *Superbus*, ὑπερήφανος, ὑπερήφανος, in Gloss. Gr. ubi significandum pulo, pro *supervacundus*. Infra: ὑπερπλεονάζω, *Superabundo*.

**SUPERACUTÆ**, *Tonus in musica sibli-mior, acutior*, κρηρὰ ἀρμονία, Maximo Tyrio serm. 3. Hugo a S. Victore in Speculo lib. 1. c. 3: *Voces autem graves, et acutæ, et Superacutæ, innum tribus modis prædicandum esse tribus ordinibus Ecclesie, etc.* Chronicon S. Trudonis lib. 8. pag. 441: *Multa autem propter negligentiam suam perficiendi operis velocitatem, quæ per graviores literas notari debuerant, per acutas, sive Superacutas notavit, et quæ per acutas, sive per Superacutas, per graviores: quod incorrectum reliquit, alia sollicitudine intercurrente.* [Guido Abbas Cisterc. de Musica: *Quæ enim Superacuturum lineam tenet, in acutis est in spatio, et e converso.*]

† **SUPERAFFEODARE**, *Fundum*, qui ab alio tenetur, in feudum alteri concedere. Consuet. Brageriac. art. 70: *Item, si quis fundum emphyteota teneat a quodam domino directo, et feudatarius velit ipsum fundum Superaffeodare, etc.* Art. 71. legitur, *Superfeodare*. Utrobique versio Gallica habet, *Suracaser*. Vide *Casare* 1. et *Feudum*.

\* **SUPERAGERE**, *Subtrahere*, rem concessam repetere. Charta ann. 1097. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Hodæpor. Charit. part. 3. pag. 1081: *Unde promittimus nos Hugo et Raineri et Lotterius atque Bulgari germani comiti una cum nostris credibiles... (si) aliquanto tempore in aliquo exinde intentionaverimus, aut retolli vel Superagi quæsierimus, etc.* Ubi *Subtrahi* habet Charta ann. 1104. ibid. pag. 1093: *Et si aliquando ego prænomînatus Ugo comes, vel meus heres contra prædictum ospitale suosque rectores in aliquo exinde intentionaverimus, aut retolli, aut Subtrahi quæsierimus, etc.*

**SUPERAGIUS**, vox ibrida, ex *super* et

ἀγιος, sanctus. Itinerarium Gregorii XI. PP: *Electa fuit a Deo et gloriosa Virgine Maria ab initio in monte Superagio.* Infra: *Templum S. Mariæ in Superagio.*

† **SUPERALE**, *Vestis quæ aliis superinduitur*. Acta S. Etheldredæ tom. 4. Jun. pag. 530: *Hinc insignia ornamenta ecclesie suæ contulit, videlicet albam præclaram cum amicto et Superale cum stola et manipulo.* Vide *Superaria*.

**SUPERALIA**, Ἐπεσθύτης, in Gl. S. Benedicti cap. de Vestimentis. Sed leg. *Superaria*. Vide infra.

**SUPERALTARE**, bifariam sumi videtur, nempe pro *Ciborio*, quod altari imminet, et Altari portatili.

**SUPERALTARE**, priori notione, usurpat Joannes Beka in Egilbodo Episc. Traject. 13: *Obtulit eidem Ecclesie de liberali munificentia Superaltare totum aureum, cum multimodis gemmis incomparabilis pretii valde fulgidum, de cuius cacumine lapis, ut fertur, Hostularius furtive sublatus fuit, qui nocturnis temporibus totum sacrarium radis emicantibus illustrabat.* Vitæ Abbatum S. Albani pag. 71: *Ipsius enim fratris Guillelmi manu tabula picta ante altare B. Virginis, cum Superaltari cælato, et Cruce superposita, etc.*

**SUPERALTARE**, Altera notione. Synodus Exoniensis ann. 1287. cap. 4: *Nec Missæ nisi in altaribus et Superaltaribus consecratis aequaliter celebrantur.* Inquisitiones Archidiaconorum diocesis Lincolnensis ann. 1233. cap. 40: *An Superaltaria sint honesta, et non molentur super ea colores, et quæ Ecclesie sint dedicandæ? Concilium Sarisberienense ann. 1217. cap. 40: Superaltaria nimis stricta non habeant, super quæ periculose celebratur; sed competenter ampla.* Inventarium Ecclesie Eboracensis in Monastico Angl. tom. 3. pag. 174: *Item unum Superaltare pretiosum de jaspide, ornatum in circumferentiis cum argento et auro, ac lapidibus pretiosis subtilis. Item unum Superaltare de rubeo jaspide ornata in circumferentiis cum cupro deaurato. Idem duo Superaltaria de rubeo marmore, ornata cum argento, quorum unum stat super 4. pedes argenti, et alterum sine pedibus, super quem S. Joannes celebravit, quando sibi apparuit Spiritus sanctus, ut in sua legenda patet.* Inventarium Eccl. S. Pauli Londinensis ibid. pag. 313: *Superaltare de jaspide ornatum capsâ argentea deaurata, et dedicata in honore B. Mariæ et omnium Virginum.* Pag. 331: *Tria Superaltaria benedicta, 7. osculatoria, etc.* Pag. 333: *Unum Superaltare de jaspide, incluso platis argenteis deauratis, in quo continentur reliquie Sanctorum, etc.* Ibidem part. 2. pag. 84: *Item sex Superaltaria, videlicet unum de jaspide lapide argenteo ligato, et deaurato; et unum de alabastro, et alia 4. de marmore.* Ex quibus omnibus confici videtur *superaltare* idem esse, quod *tabula itineraria*, seu altare portatile, quod altari non dedicato superponatur.

† **SUPERANEUS**, *Superior*. V. *Superaria*.

**SUPERANNATUS**, *Qui annum ætatis excessit*, Gall. *Suranné*. Monasticum Anglic. tom. 3. pag. 153: *Et si in tempore pannagii 20. porcos Superannatos habuerit, etc.* [Chartul. SS. Trinit. Cadom. fol. 45.



v° : *Inter gerces et hogastres, medietatem gerces et medietatem hogastres Superannatos et 40. agnos, etc.]*

\* Charta Will. comit. Lincoln. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmoult. col. 211. *Pasturam septingentis ovibus et totidem agnis, usque Superannati fuerint, concessit. Italis, Soprano, nostris Seurauné. Lit. ann. 1371. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 476. art. 7 : De toutes autres amailles, comme vaches et veaux Seuraunéz, et aussi de touz pousseaux Seuraunéz, etc.*

\* **SUPERANNUALE**, Quod ex redivit annuo residuum est, reliqua. Charta Theob. comit. ann. 1222. in Chartul. Campan. fol. 316. r° : *Domum magistri Andree.... franchisi, tali videlicet conditione, quod de theloneo et consuetudine, que inde provenient, habebit dictus Andreas vel hæredes, et prius recipient, quadragesima solidos, et residuum inter me et præfatum Andreani vel hæredes ejus equaliter dividetur, excepto Superannuali, et erit dicti Andree et hæredum suorum.*

\* **SUPERANNUM**, Eodem ut videtur, intellectu. Hinc *Dare in Superanno*, est dare ea conditione, ut quis reliqua colligat et habeat. Charta ejusd. comit. ann. 1222. ibid. fol. 316. v° : *Anselmo Silatico de Cremonia dedi et assignavi in feodo et homagio ligio quicquid habebam in redditibus mercati de Superanno apud Pruvinum; qui redditus consistunt in theloneo vini, etc. Rursum alia ibid. fol. 356. v° : Cum donassem theloneum pistorum et alluetarum et pelliparum de Pruvino in Superanno, tandem dictus magister illud theloneum mihi quitavit.*

† **SUPERANUS**, Ex optimatum ordine, princeps. Vetustæ Membranæ apud Ludewig. tom. 8. Reliq. MSS. pag. 221 : *Ladislau... improvisis hostibus supervenire moliebatur. Unus vero eorum, qui Superani dicuntur, vehementer ei cepit obsistere, mox ne tempus pugne statutum perveniret, etc. Ille etiam Superanus viriliter pugnans cum multis aliis interfectus est. Vide Summus et Subtanus.*

\* **SUPERAPPREHENDERE**, Improviso poprimere, circumvenire, Ital. *Sopraprendere*, Gall. *Surprendre*. Formul. promiss. hominum patrum. S. Petri in Tuscia ex Cod. reg. 4189. fol. 6. v° : *Item promitto jura, possessiones et bona Romanæ ecclesiæ existantia in patrimonio beati Petri per me, vel per alium non Superapprehendere et occupare.*

**SUPERARE**, pro *Superesse*, usurpat Lucifer Calaritanus lib. 1. pro S. Athanasio : *Ego Superavi solus prophetarum.*

† **SUPERARGENTARE**, Argento operire. Charta Ludovici VI. Reg. Franc. ann. 1117. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 345 : *Henricus Lotharingus... ad capsam, in qua corpus beati Maglorii requiescit, Superargentandam, ... duodecim marchas argenti... condonavit.*

**SUPERARIA**, *Vestis, quæ superinduitur*, in Glossis Isid. et apud Papiam. [*Suppararia*, ex Glossis Isid. apud Grævium.] Glossæ Gr. Lat. habent ἐπεδύτης, *instata*, (l. *instita*) *Superaria*. Glossæ Lat. Gr. habent ἐπεδύτης. *Cotta vel camisia superanna*, in Charta Octaviani Cardinalis apud Ughell.

tom. 3. pag. 634. [Vide *Superales* et *Superficium* 2.]

**SUPERASSISÆ**, quæ Latinis *Superindicta*. Vide in hac voce. Charta Edwardi III. Reg. Angliæ tom. 2. Monast. Anglic. pag. 71 : *Quicta de omnibus placitis, ... et de assisis, et de Superassis, et de omnibus forisfactis, etc.* [Alia Richardi Reg. Angl. ann. 7. regni ejusd. tom. 4. Hist. Hæcur. pag. 1281 : *Prædicti monachi... sint quieti de theloneo, ... de summoncionibus assisæ et de assisis et Superassis et aquagiis, etc.*]

\* **SUPERAT**, Residuum, quod summam aliquam *superat* seu excedit. Comput. MS. monast. Clareval. ann. 1364. fol. 5. r° : *Pro eodem soluto domino abbatu in quodam Superat de pecunia sibi tradita per manum domini Cisterciensis. Vide Superplus.*

\* **SUPERATIO**, Victoria. Epist. synodi Aquisgr. ad Pipp. Aquit. reg. ann. 836. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 354 : *Vestram excellentiam flagitamus ut hoc opusculum, quod... in longinquum felicem ejus (regni) protationem, vestrorumque hostium Superationem digessimus, etc.*

\* *Surmontement* dicitur Impulsio, qua quis vincitur et *superatur*. Lit. remiss. ann. 1450. in Reg. 180. Chartoph. reg. ch. 102 : *Icellui prestre considérât sa faulte, et honteux de sou orgueil ou Surmontement de temptacion de l'ennemy, saqua ung constel qu'il avait et en frappa le suppliant.*

1. **SUPERAUDIRE**. Leges Kanuti Regis Angliæ part. 2. cap. 43 : *Et inverit hoc ipsi testes in fide Dei et domini sui, quod ei in vero testimonio sint, sicut oculis superviderunt, et auribus Superaudierunt, quod recte hoc acquisivit.* Phrasid Saxonica, inquit Somnerus : Saxonibus enim offerhyran, ut Anglis *overheare*, est auribus accipere, vel audire. Alias

2. **SUPERAUDIRE**, est Negligere, insuper habere. Vide *Overhernessa*.

\* **SUPERAUGMENTARE**, Accrescere, adjuicare. Acta S. Peregr. tom. 1. Aug. pag. 79. col. 2 : *Cum prædicta tribulatio Superaugmentaret, maligni spiritus clamare cæperunt : Projicite in mare illum Peregrinum, et cessabit tempestas.* Charta Phil. Pulc. ann. 1299. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 445. r°. col. 2 : *Superaugmentativinus vadia sua assueta, quæ a nobis percipit per diem, ratione custodiæ garennæ nostræ prædictæ, de sex denariis Paris. per diem, cum restauro egorum. Surplier, eodem sensu, in Testam. Caroli reg. Navar. ann. 1376. ex Cod. reg. 8428. 3. fol. 110. v° : Laquelle chappelle nous entendons et voulons estre Surpliee et eslargie en édifices.* Nostris præterea *Sourhaucher* et *Sourhaucher*, pro Augere. Guill. Guiart. :

Pour Chrestienté essaucier,  
Et pour la loi Dieu Sourhaucier, etc.

Vita J. C. MS :

L'enfés thei et amenda,  
Et son lignage Sourhaucha.

**SUPERAUGURIARE**, Auguria consulere. Halitigarius Episcop. Cameracensis in Pœnitentiali cap. 6 : *Si quis sacrilegium fecerit, id est, quos Aruspices vocant, qui auguria colunt, Superauguraverit, aut quocumque malo ingenio, 3. annos in pane et aqua.*

\* **SUPERAURARE**, Gall. *Surdorer*,

Deaurare. *Surorer*, in Lit. remiss. ann. 1381. ex Reg. 120. Chartoph. reg. ch. 135 : *Quatre verges d'argent Surorées, etc.* Wilhel. Brito Philippid. lib. 2 :

Quem Superaurata volucer Jovis imminet ala.

Quæ Rigord. ad ann. 1215. sic reddit : *Pro vexillo exererat aquillam Deauratam super draconem.*

**SUPERAVUS**, nude in Gloss. Arabico-Lat. Atavus. *Suselle*, seu *Susayeul*, in veteri Ceremoniali a nobis laudato ad Joinvillam pag. 201.

**SUPERAZEMULARIUS**, Qui mulionibus præest. Vide *Azemblarius*.

1. **SUPERBIA**, Dolus. Pactus Legis Sallicæ tit. 35. § 5 : *Si quis ligatum per Superbiam, aut per virtutem a Gravione tulerit, etc.* Est enim hoc loco *Superbia*, dolus, nostris *Supercherie*, ita ut opponatur *virtuti*, seu *vi*, uti redditur in Edit. Pith. tit. 34. Eadem Lex tit. 41. § 16 : *Si quis per Superbiam aut per inuicicium, caballos aut jumenta aliena tribatterit. Capitulare Pipini Regis Italiæ cap. 36 : Et si fuerit aliquis, qui per ingreum fugitando de Comitatu ad alium Comitatum se propter istum sacramentum distulerit, aut per Superbiam jurare noluerit semoti, etc.* Lex Longob. lib. 1. tit. 16. § 5. [\*\* Liutpr. 125. (6, 72.)] : *Si quis dolose (edit. Heroldimalitiose) aut per Superbiam... mulierem percutere præsumperit, etc.* Adde lib. 2. tit. 36. § 3. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 43 : *Qui igitur faciat dvocatum contra dominum suum per Superbiam, perdat quod de eo tenet.*

† 2. **SUPERBIA**, Bona, facultates. Statuta Montispeless. MSS. ann. 1204. ex Cod. Colbert. 4936 : *Puella quæ nunquam habuit virum non possit nubere sine consilio parentum suorum, vel cognatorum, vel gadiatorum, et ille qui eam duceret sine consilio jam dictorum, incidat in manus domini persona ejus et tota sua Superbia.* Legendum forte *Substantia*. Vide *Superbus*.

\* 3. **SUPERBIA**, Ornamenti muliebris genus. Reg. visitat. Odon. archiep. Rotomag. ex Cod. reg. 1245. fol. 18. r° : *Præcipimus quod de cætero non apponatis crocum in peplis, nec habeatis Superbias crispatas, nec zonas argenteas aut scaetas.*

\* **SUPERBIOSE**, Superbe, arroganter, Ital. *Superbiosoamente*. Lit. remiss. ann. 1355. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 167 : *Robertus Superbiose et rigorose eidem Johanni dixit et respondit, quod pro ipso nichil, nisi pejus, faceret.*

† **SUPERBITUDO**, *Superbia*. Acta S. Bartholomæi Eremitæ tom. 4. Jun. pag. 835 : *Si tamen sui juris metas Superbitudo non excesserit.*

**SUPERBRACHIUM**, Ornamentum brachiorum. Vide *Brachiale*.

† **SUPERBUS**, *Virilis*, ἀγνός, in Gloss. Lat. Græc. Addit Codex Reg. : *Superbia, virilitas, ἀγνοβία.*

† **SUPERCÆLUM**, Supremum tegmen, baldachinum, umbella, Gallis *Ciel*, eadem notione. Acta S. Elizabethæ tom. 2. Jul. pag. 212 : *Et in angulis pilaria ferrea super quibus est fabricatum Supercælum.* Leges Palatinæ Jacobi II. Reg. Majoric. inter Acta SS. tom. 3. Jun. pag. LXXIX : *In processione vero corporis Christi, portetur corpus*



*ipsius in quadam custodia valde pulchra, ... super quod honorifice Supercælum apportetur, una cum octo vel decem intortitiis supradictis. Vide Supracellum.*

\* **SUPERCALIX**, Velum, quo calix tegitur. Instr. ann. circ. 1220. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 805 : *In unaquaque statione, quando dominus papa vadit ad S. Petrum..... debet habere..... camisos, amitos, stolas, manipulos, corporalia, Supercalices, manutergia de Alemannia, etc.*

† **SUPERCAPELLITIUM**, Lineum capitatis tegmen, *Amictus*. Statuta MSS. Augerii Episc. Conser. ann. 1280 : *Sub pœna suspensionis ab officio prohibenus ne capuclle baptizatorum ponantur in aliis quam in ecclesiasticis usibus; videlicet inde faciant Supercapellitia, etc.*

† **SUPERCAPITARE**, Præcellere, proprie Toto capite supereminere. Ascanius in Epist. ad Humbertum : *Quid Hunuorum rabiem commemorem, aut Nortmannorum fortitudinem, cum hi sanguinabiles canes non tantum Hunnos rabie, sed et robore Nortmannos longe Supercapiteut.*

**SUPERCAPITULUM**, Index capitis, seu capituli. Claudius Taurinensis in Apologetico adversus Theodemirum Abbatem : *Epistolam tuam, cum nŕiunctis Supercapitulis plenam garrulitate atque stoliditate per quemdm accipi rusticum partitorem.*

**SUPERCAPTIO**. Vide *Superprisia*.

\* **SUPERCAPUT**, Capitis tegmen et ornamentum. Testam. reginæ Mafaldæ ann. 1256. tom. 1. Probat. Hist. general. domus reg. Portug. pag. 33 : *Uuam Supercaput ad filiam suam barrado cum auro.*

† 1. **SUPERCEDERE**, Succedere : unde *Supercessio*, Successio. Quæst. ac monita vett. Jurisperit. apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 163. col. 1 : *Supercessio Lege Romana. Si homo decesserit et reliquerit filium, vel filiam, et neptum filium de suo filio, vel filie, æqualiter succedant. Similiter omnes Supercedant illi, qui de inferiori linea venerint. Pluries ibi.*

† 2. **SUPERCEDERE**, Suspensum tenere, Gall. *Suspendre*. Charta Caroli V. Reg. Fr. ann. 1366. tom. 4. Ordin. pag. 678 : *De gracia speciali eisdem concedimus, quod hujusmodi Consulatus non possit eis interdici, auferri, Supercedi vel arrestari, vel aliter ad manum nostram poni, etc.*

\* *Superceder*, eadem notione, in Comment. Cond. ad ann. 1561. tom. 1. ult. edit. pag. 74 : *M. de Guise.... leur manda.... qu'il les prioit de surceoir et Superceder leur assemblée.*

\*\* **SUPERCCELLENS**, Excellens. Litter. ad Carol. IV. Imperat. ann. 1359. apud Guden. Cod. Diplom. tom. 3. pag. 425 : *Vestra Supercellens dominatio.*

† **SUPERCCELLIO**. Vide *Spersellium*.

\* **SUPERCENSIVA**, Incrementum census, Gall. *Surcens*. Charta ann. 1211. ex Tabul. capit. Carnot. : *Ego Gnufridus de Galardone miles.... vendidi capitulo Carnotensi pro centum quadraginta libris quidquid censivæ vel Supercessivæ habebam intra bennileugum Carnoteusem. Vide Supercessus.*

**SUPERCENSUS**, Gallis *Surcens*. [Tabul. S. Albini Andegav. ann. 1269 : *Fulco de*

*Torallo minor Miles... vendidit et concessit... omnes fructus quos habere poterat... in censibus, Supercensibus, hominibus, etc.] Charta Philippi Reg. Fr. ann. 1308. ex 2. Regesto ejusd. Reg. n. 9 : *Item 8. lib. et 10. sol. annui Supercensibus super plures domos in villa de Ponte S. Maxentii, etc.* [Vide Gloss. Jur. Gall. voce *Surcens*.]*

† **SUPRACENSUS**, Eodem intellectu. Charta ann. 1332. ex Archivo D. de Flammarens : *Convenit dictus Guillelmus quod ipse non avoabit dictam fasendam ab alio domino, nec in dicta fasenda ponet aliquem Supracensum, nisi de voluntate heredis supradicti.*

† **SUPRACESSIO**. Vide *Supercedere* 1.

† **SUPRACHORI**, Sedes superiores in choro; pluries occurrit hæc vox in MSS. Eccl. Lugdun.

† **SUPRACILICIUM**. Vide in *Superpellicium*.

\* **SUPRACILIOSE**, Superbe, arroganter. Annal. Bertin. ad ann. 870. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 108 : *Carolus Aquis egrediens, uno itinere Compendium venit : ubi et duodecim missos fratris sui Hludovici pro divisione regni accepit, qui Supraciliose, tam de sanitate corporis Hludovici, quam de prosperitate,.... elati, etc.* Hinc *Supracilium rebellious*, in Chron. Alber. tom. 10. ejusd. Collect. pag. 289. Nostrates *Sorcil et Sursilli* dixerunt, pro *Sorcil*, supercilium. Le Roman de Robert le Diabie MS :

Mais l'emperere le regarde,....  
Voit les Sorcieux enflés et gros.

Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 115. Charthoph. reg. ch. 336 : *Hervé de Mauny seigneur de Thorigny feri icellui sergent de sa main par le visage, et telement que d'un anel qu'il avoit en ses doiz, eu fist snillir le sanc environ la Sursilliere de l'ueil. Sursielle et Sursille, pari sensu, usurparunt. Lit. remiss. ann. 1422. in Reg. 172. ch. 181 : *Le suppliaunt frappa icellui Pierre,.... et l'attaint ung seul cop dn plat de son espée sur la Sursielle. Au dessus de l'œil sur la Sursille, in aliis ann. 1425. ex Reg. 173. ch. 230.**

\* **SUPRACILIUM**, pro *Superpellicium*, Vestis ecclesiastica, in Ordinar. MS. S. Petri Aureæ-vallis. Vide *Superpellicium*.

**SUPRACILIUM FLUVII**, non semel apud Ammianum. Vide Lindenbrog. ad eundem pag. 9. 1. edit.

\* **SUPRACÆLUM**, Cortina quadrata, quæ ciborii vice altari imminet, quam vulgo *Ciel* appellamus, Ital. *Sopracciolo*. Matyrol. MS. eccl. Narbon. : *Anno nativitatibus Christi 1482. Reginaldus de Borbonio Narbone archiepiscopus dedit capitulo presentis ecclesiæ... Supracælum, quod est de taffatan (sic) livido supra altare majus dictæ ecclesiæ. Vide Supracælum et Supracellum.*

† **SUPRACOLORARE**, Colorem superlinire. S. Bernardus Tract. de Cantu tom. 1. pag. 695 : *Quorundam vero litteram ut sauctiani et Evangelicam retinentes, honestate et pulchritudine cantus Supracoloravimus, etc.*

\* **SUPRACONSILIARIUM**, Qui ad consilium præter consuetudinem vocantur. Libert. Figiaci ann. 1318. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 660. art. 3 : *Possint (consules) et poterunt eligere Supraconsiliarios, etc.*

**SUPRACOPA**, Operculum cupæ, seu poculi, apud Brandaon. tom. 4. Monarch. Lusitan. pag. 304.

† **SUPRACOQUUS**, Magister coquorum. Cencius in Ord. Rom. cap. 26 : *Ferrarii de columna debent facere circulos caldarie, quotiens a Supracoquis domini Papæ fuerint requisiti.*

\* **SUPRACRESCENTIA**, Redundantia, superfluentia. Charta ann. 1214. in Chartul. Campan. fol. 289. col. 1 : *Novum fossatum per quod aqua decurrit, implebitur tali modo, si Supracescentia aquæ venerit, aqua liberum habeat transitum per fossatum illud.*

\* **SUPRACUBITUS**, Armus, Gall. *Epaule*. Jura vicecomit. Biter. in civit. Albizæ ann. 1252. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 494 : *De omnibus porcis, qui ibi occiduntur, tibiam dextram anteriorem Supracubitum. Leg. forte distinctis vocibus supercubitum, hoc est, supra juncturam tibie.*

† **SUPRACUNNUM**, ἐπιθήσιον, ἐπιπυρσίς, in Gl. Lat. Græc. Additur, *Puberale*, in Græc. Lat.

**SUPRACEMANDA**, vox forensis, cum Actor in processu litis plus petit quam continet libellus actionis, ut est apud Bractonem lib. 4. tract. 1. cap. 16. § 5. vel cum dominus feudi majorem censum, quam ei debetur, a vassallo exigit : quo sensu accipitur vox *Surdemande* in veteri Consuetud. Normann. cap. 114. in nova art. 3. 52. 53.

Atqui cum dominus aliquid præter debitum postulabat a vassallo; hic judicem adibat, a quo ab exactione domini eximebatur per breve, quod de *Supracedmanda* vocabant : neque aliter intelligenda hæc vox in locis Consuetud. Normann. laudatis, ut ex Glossa ipsa manifestum est : *Bref de Sourdemande est ainsi nppellé, pource qu' il est fait pour soy deffendre des reutes et des services que les seigneurs des fiefs demandoient de leurs tenans, etc.* Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 1183 : *Eu l'assise de Roën qui fu l'an de grace mil 11. chens quatre vins et quinze le Joesdi apres la S. Vincent, Guillaume des Mons fu mis en amende pour un brief delessié : lequel brief il portoit d'une Sordemande d'un servisse de Chevalier vers l'Abbé et le Convent de S. Vandrille, apres laquelle amande les dis Abbé et Convent ourent ntaint la saisine des namps qui avoent esté delivrez par la vertu dudic brief donné comme dessus. Vide Argentæum in Consuet. Britan. art. 30. Basnag. in Consuet. Norman. art. 51. et Gl. Jur. Gall. v. *Surdemande*.*

**SUPRACIDICERE**, Accusare; criminari, insimulare : Saxon. *forsecan* : quomodo Galli dicunt, *Dire quelque chose sur quelqu'un*. Leges Edgari Reg. Angliæ cap. 9 : *Et qui aliquem injuste Supradicere præsumat, unde vita vel cominodo pejor sit, lingue suæ idoneus erit, si accusatus de hoc non idoneaverit, etc.*

\* Non alia, ut videtur, notione, aut pro Audacter exprobrare, accipienda vox *Sorfrongner*, in Poem. Alex. MS. part. 1 :



Cil de Gadres n'oot mie conneu la besooigne,  
Si come Embenidus de Gadres lor Sorfrongoe.

**SUPERDICTIONES**, Superscriptiones deletis imponi solita. Marculfus lib. 2. form. 17: *Et ut hæc pagina hujus testamenti in disceptatione venire non possit si quæ lituræ, caraxaturæ, adjectiones, Superdictionesque factæ sunt, nos eas fecimus, velfacere jussimus, dum testamentum nostrum sæpius recurrimus, vel emendavimus.* De hæc formula vide in Charaxare.

\* **SUPERDIURNARE**, Morari, diem ducere, Gall. *Séjourner*. Annal. Bertin. ad ann. 869. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 104: *{Lotharius..... usque Placentiam vij. Idus Augusti pervenit. Ibiq.ue Dominica die Superdiurnans, etc.* Vide *Subjurnare*.

\* **SUPERDOMINATIO**, Suprema jurisdictio. Charta ann. 1263. in Reg. S. Ludov. ex Chartoph. reg. fol. 62. v°: *Item tenet (comes Fuxi) ubi eodem (rege) nemora et Superdominationem domus Bolbonæ.... Item Superdominationem hospitalis S. Johannis del Tor.* Pluries ibi. Vide *Superioratus* 1.

**SUPERDUCERE**, Jus denegare, Gall. *Surmener*. Nam *mener par court*, pro *ius facere* aliqui dicebant. Assisib. Hierosolymitanæ MSS. cap. 208: *Nous vous prions come nostre Seigneur, que vous, nostre Per tel, tenès à droit, et menès par vostre court, et li faites faire l'esgart, que il vous a requis.* Cap. 213: *Que il li facent avoir l'esgart premier requis, et que il le maint raisonablement par sa court come son home et per.* Hinc vox *Surmener*, pro *ius denegare*, eodem cap.: *Por que je vous prie, et requiers come mes Pers, que vous ne me souffrès enci à Surmener, tant come je euffre droit à faire.* Et infra: *Et bien sachès, que tant comme il vodra faire droit en vostre court par ses Pers, nous ne souffrirons que vous le Surmenès, ains le maintindrons à droit si come nous devons.* Le Roman de Garin:

Par ceus enforce et la noise et li cris,  
Moult Surmenoient Loheraos, ce m'est vis.

Alibi:

Or vos Sormoient li Hoogre et li Daoois.

[Ubi *Surmener* est Male habere, *Malmener*.]

\* **SUPERDULIA**, pro Græco *Hyperdulia*, Cultus, qui a Catholicis sanctis exhibetur, vel, ut rectius loquar, Deiparæ; nam *Dulia* ad sanctos quoscumque pertinet, *Hyperdulia* ad Beatissimam Virginem, ut *Latria* ad Deum, uti moment docti Editores ad Acta S. Sebaldi tom. 3. Aug. pag. 772. col. 2: *Cephas et monarcha supremus nilitantis Ecclesiæ ipsum instituit reverenti mente devota, et Superdulie cultum, ut decet sanctum, præcepit exhiberi.*

† **SUPEREGANEUM**, f. Fœnum autumnale alterum, Gall. *Second regain*. Locus est in *Reganeum*.

† **SUPEREGLANGELIARE**, f. *Superevangeliare*. Testam. S. Gennadii sæc. 5. Bened. pag. 35: *In thesauro ecclesiæ (offero) calicem, coronam, et Superevangeliare argenteum, lucernam, et signum cereum.* Paulo ante legitur, *Evangeliarium*: hic vero libri Evangeliorum integumentum intelligit.

† **SUPEREROGARE**, Ultra præscriptum facere. Bulla Honorii III. PP. ann. 1226.

in Bullar. Carmelit. pag. 4: *Hæc breviter scripsimus vobis, conversationis vestræ formulam statuentes, secundum quam vivere debeatis. Si quis autem Supererogaverit, ipse Dominus cum redierit, reddet ei.* Hinc

† **SUPEREROGATIO**, Gallice *Surerogation*, Quod sponte fit et præter debitum. Charta ann. 1250. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 111: *Cum non haberemus mobilia per quorum distractionem tale periculum evadere valeremus, nec per precarias, nec per emphiteusin, nec etiam per Supererogationem subtractionis usum quotidianarum necessitatum nostrarum prænotata debita solvi possent, etc.*

† **SUPERESSE**, Instare, imminere. Marrianus in Vita B. Joannis Bonvisii tom. 5. Maii pag. 109: *Ideo quando hori comedendi Supererat, et dolore flere incipiens, infirmario dicebat: Oportet ut omnino hæc sunam?*

**SUPEREXCEPTUS**, Spretus, contemptus, in Legibus Adelstani Regis apud Brompton. fol. 850.

\* **SUPEREXCREMENTUM**, Quod excedit, Gall. *L'excédant*. Charta ann. 1232. in magno Chartul. nig. Corb. fol. 130. v°: *Et si plus valeret prædicta decima quam duodecim modios, Superexcrementum esset nostrum.* *Sourmontant*, eodem sensu, in Pedag. Divion. ex Cod. reg. 4653. fol. 24. r°: *Li Sourmontant ne doit ne paage ne vante.* Vide *Superplus*.

† **SUPEREXCRESCENTIA**, Accretio, incrementum. Testam. Roberti I. Comit. Claromont. ann. 1262. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 269: *Item remitto illam Superexcrecentiam et quitto pro me et meis in perpetuum, quam posuit et fecit Astorgius Salvages.*

\* **SUPEREXIRE**, Licitari, auctioni addere; unde *Superexita*, Auctionis incrementum, accretio. Mandat. senesc. Bellic. ann. 1496. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 66. col. 2: *Pro cridando et publicando seu cridari et publicari faciendo, ut qui ad emolumenta revæ.... exire et Superexire voluissent, venissent coram nobis et aliis officariis regii.... facturi et audituri eorum exitas et Superexitas super dictis firmis.* Vide supra *Exire* 2.

\* **SUPERFACERE**, Benefacto adjicere. Chron. Bohem. apud Ludewig. tom. II. Reliq. MSS. pag. 246: *Deinde anno Domini 1108. uxor ejusdem Swatopluck peperit filium, quem post quinque hebdomades Henricus Romanus rex de sacro fonte levavit, et Superfaciens videlicet tria nullia marcarum argenti compatri suo Swatopluck omnino remisit, rogans eum ut adversus Hungaros secum, pro tunc imperio rebellantes, armata potentia procederet.*

† **SUPERFARI**, Insuper effari, addere, Gr. ἐπιδῆσθαι. Vetus S. Irenæi Interpres lib. 1. cap. 21. num. 3: *Alii autem et Hebraica nomine Superfantur, ut stupori sint, etc.*

† **SUPERFEODARE**. Vide *Superaffeadare*.

\* **SUPERFEUDARE**, In retrofeudum, Gall. *Arrière-fief*, quod et *Superfeudum* appellabant, concedere. Charta ann. 1318. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 229: *Dictum feudum in toto seu in parte nequeat Superfeudari, vendi, dari, impignorari, biscambiari, nec aliter alienari.* Charta ann.

1247. in Chartul. Rain. VII. comit. Tolos. pag. 142: *Arnaldus de Pinu et Poncius de Pinu vendiderunt.... Raymundo comiti Tolosæ.... omnes illas oblias et dominationes illis pertinentes, quas ipsi habebant ratione Superfeudi in curia, quæ fuit quondam Bertrandi de Gavarrero;.... quæ oblie et dominationes ratione Superfeudi eis reddi et persolvi debebant.* Alia ann. 1326: *Convenit dictum feudum non dare ad Superfeudum, ..... nec aliter a se alienare, cur dom. Raimundus Ysalguerii, nec ejus ordinum possit inde perdere.... aliquid suarum dominationum. Vide in Feudum.*

† 1. **SUPERFICIALITER**, Leviter, tenuiter, Gallice *Superficiellement*. Summa Mag. Pauli apud R. Duellum tom. 1. Miscell. pag. 62: *Ut cum mora et non Superficialiter consteatur.* Balth. Spingeri Iter Indic. apud Marten. in Itiner. Litter. pag. 365: *Superius succincti et Superficialiter viam peregrinationis nostræ proposuimus, etc.*

\* 2. **SUPERFICIALITER**, Superficie tenuis. Bulla Honorii IV. PP. in Chartul. Cluniac.: *Qui (episcopi) privilegia Sedis Apostolicæ vel irreverenter impugnant, vel Superficialiter eorum verba tenentes contra ipsorum gestiunt intellectum.*

† 1. **SUPERFICIARIUS**, Qui terræ vel prædii alicujus fructibus utitur sub pensione annua illi exsolvendæ qui fundi dominus est. Statuta Genovæ lib. 1. cap. 34. fol. 61. v°: *Non tamen audiatur in pensione petenda qui steterit ultra annos quinque, quod ipsam pensionem, libellum, ccensum, vel terraticum non peterit, si pensionarius, livellarius, vel Superficiarius juraverit ipsam pensionem, canoneum, terraticum vel censum aut livellum se solvisse.*

† 2. **SUPERFICIARIUS**, Exterior. Passio S. Thomæ apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1739: *Nunc exteriorem (hominem) iudumento Superficiario sub birro secretius muniuit, etc.* Vide *Superficium* 2.

† **SUPERFICIES**, Domus fastigiis, culmen, Gall. *Faite, charpente*. Charta Johannis de Castellione Comit. Blesens. ann. 1265. ex Schedis Cl. V. Lancelot: *Si contigerit casus per quem debet secundum iudicium ditorum abbas et conventus fieri ravale seu destructio vel rei alterius existentis in aliquo ditorum locorum innumium et quitorum, ut dictum est supra, mandatum ditorum abbas et conventus Superficiem ligneam domus destruendæ, et Superficiem rei alterius de quibus fieri ravale offereret, tradent preposito Carnotensi et terram ditorum abbas et conventus ad comburendum, et statim dictus prepositus vel ballivus dictam Superficiem comburent, etc.* Vide mox *Superficium* 1.

\* **SUPERFICIES NEMORIS**, Silvæ sectio, cæsura, Gall. *Taillis*, alias *Seurefait, Surefait*. Dicitur promiscue in Pandect. de vitibus, arboribus, plantis, segetibus, quæ superficiem terræ occupant. Vide Glossar. juris Gal. v. *Surpoids*. Charta Theob. comit. ann. 1233. in Chartul. Campan.: *Notum facio,.... quod cum dilecta et fidelis mea Maria de Nuelliaco mihi vendiderit Superficiem nemorum suorum de Nuelliaco pro xlv. libris Pruvini. ego concedo et volo, quod eidem Mariæ vel hæredibus suis in venditione ditorum nemorum non*



possit fieri præjudicium in futurum, si contigerit quod ipsa vel hæredes sui Superficiem vendere voluerint nemorum prædictorum. Alia Aalid. dominæ S. Sepulcri ann. 1247. ibid. fol. 448. vº. col. 2: *Je ai vendu toute la part que je avoie et devoie avoir par droit au bois de Semont;... c'est assavoir le Surfeait et le treffons de la terre de chascun arparant por xlv. solz de Provensiens forz.* Charta abb. et convent. de Yaucourt ann. 1260. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 272: *Avons escangie à monseigneur Guillaume chevalier, seigneur de Longueval et de Framerville,.... le terre de no menair que nous aviens à Longueval, si comme il se comporte, à tout le Seurfait, sanz le burc et le grant maison qui nous demeurent. Baillons la despoille et le Seurfet de plusieurs pieces de bois, in alia ann. 1317. ex Reg. 56. ch. 42. Sorpois, eadem acceptioe, in Charta ann. 1280. ex Chartul. S. Petri de Monte: *Kant je morrai, li terre revenrait, ansi com elle seroit, quel bleif k'il i ait, à la maison de S. Pierre sole et quite, et hoir ke je aie ne puent ne ne doivent niant reclamer, ne en treffons, ne en Sorpois, in Consuet. Sedan. art. 215. et Vitriac. art. 93. Vide Superpositum, i.**

1. **SUPERFICIUM**, ἑπιτοιδόμημα, in Gloss. Græc. Lat. [Alia Lat. Gr.: *Superficium*, ἑπιτοιδόμημα, δις γὰρ ἕλκεται, in Cod. Reg. *Superædificium*.] Vide vett. Inscript. 138. et 608. 8.

† 2. **SUPERFICIUM**, Vestis quædam exterior, quæ aliis superinduitur. Vetus S. Irenæi Interpres lib. 2. cap. 14. n. 2: *Quasi centonem ex multis et pessimis panniculis consorcientes, sanctum Superficium subtili eloquio sibi ipsis præparaverunt. Vide Superaria et Superficiarius 2.*

\* **SUPERFINITAS**, Dicitur de re cultus et ornatus nimium exquisiti, Ital. *Soprafine*, optimus. Bulla Innoc. IV. PP. pro Præmonstr. : *Abbatibus... frenis, sellis, pectoralibus et calcaribus deargentatis, aut alia Superfinitatem habentibus, sed simplicibus solummodo et absque fimbriis, non utantur.*

≡ **SUPERFLUITAS**, Excessus in exactionibus, malotula. Tabularium Dervensis Monasterii : *Monachi sancti Petri et beati Bercharii proclamationem fecerunt ad magnanimum Comitem Teobaldum de Superfluitate quam Comes Breonensis faciebat eis, etc. Vide Mensura 2. et Superimposita.*

**SUPERFLUOSA**, Radulfus de Hengham in Parva cap. 7. ait disseisinam fieri, cum manu opus alicujus impeditur per *Superfluousam*, et hoc in tenemento diu ante approvato, etc. Ubi ad marginem editor apposuit; nonnullis, vel per *superfluousam*, aliis *Superstitionisan*.

\*\* **SUPERFLUUM**, Terrarum pertinentiæ infra mensuram mansorum non contentæ, ut est in chart. ann. 1309. apud Haultaus. Glossar. German. col. 1437. voce *Oberland*, quem videas. Charta ann. 1363. in Sagittar. Hist. Gothan. pag. 409: *Unum quartale mansi proprii terre arabilis, cum Superfluo, quod vulgariter Obirlende dicitur. Adde Schmeller. Glossar. Bavar. tom. 2. pag. 477.*

**SUPERFLUUS**, in Glossis antiquis MSS: *Incongruus, importunus, inquietus.* [Pro injustus, non semel occurrit in Cod.

Theod. lib. 10. tit. 13. leg. unic. de petit. et desistent. et lib. 11. tit. 30. leg. 39. 42.]

**SUPERFODERE**, pro *Superfidere*, quomodo Saxonice *Ofertruwan*, nimium, et plus justo fidere. Leges editæ sub Adelstano Rege Angl. cap. 13. apud Bromptonum: *Præcipimus hremannis nostris, ut omnis homo sciatur, quando pecus suum habeat, et quando non habeat, in testimonio vicinorum suorum, et nobis monstret vestigium, si non possit invenire infra tres noctes, quia credimus plures idiotæ nesciant quomodo peculum suum agere, et Superfodiunt in pace nostra: unde præcipimus, ut ipse infra tres noctes vicinis suis judicet, si per solutionem velit habere, etc.*

**SUPERFORANEUM**, Supervacuum, de qua voce vide Savaronem ad Sidonium lib. 1. Epist. 7.

**SUPERFRONTALIS**. Vide *Frontale*.

† **SUPERFUGIUM**, ὑπεφυγή, in Gloss. Lat. Gr.

**SUPERFUNDERE**. In Lege Burgund. tit. 53. mater superstes esse filio dicitur, *rebus Superjustis humanis*, id est ut infra habentur, cum contraria factorum decreta vertuntur.

\* *Nostri a Lat. Superfundere, Gall. Verser dessus, Sorfondre dixerunt. Vita SS. MSS. ex Cod. 28. S. Victor. Paris. fol. 6. vº. col. 1. ubi de S. Eulalia: *Après li prévôs li fist les maneles Sorfondre de oyle ardent.**

† **SUPERFUNDERE**, Ornare. Quos certa privilegia *Superfundunt*, in Cod. Theod. lib. 6. tit. 35. leg. ult.

**SUPERFUSI**, dicti, quibus ob morbum, vel periculum mortis, baptismus conferebatur superflusa salutari aqua, non vero immersione, uti observatum in voce *Clinicus*. Vetus Pœnitentiale MS: *Parens, cujus filius non baptizatus obiit, uno anno pœniteat: si Sacerdos, ad quem pertinebat, vocatus venire neglexerit, ipse propter damnationem animæ, judicio sui Episcopi castigetur. Sed et omnibus licet fidelibus, ubi forte morituros invenerint non baptizatos, inno præceptum est, animas eripere a diabolo per baptismum, id est benedicta simpliciter aqua in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, intinctos aut Superflusos aqua. Synodus Nemausensis ann. 1284. cap. de Baptismo: *Si tamen tanta copia aquæ haberi non possit, ut infans in ea totaliter mergi possit: cum scutella vel scypho vel alio vase aliqua quantitas aquæ super infantem effundatur a baptizante, et effundendo dicat baptizans, etc. Vide Synodum Celichyensem ann. 816. cap. 11. Perfusum, eadem notione, dixit Rufinus, ubi Eusebius lib. 6. Histor. cap. 43. περιχυθείς habet.**

**SUPERFUSIO**, PROFUSIO, PERFUSIO, cum [vinum et] aqua post communionem Sacerdotis calici a ministro infunduntur. Synodus Bajocensis ann. 1300. de Presbytero, qui duas Missas eodem die celebrat: *Celebraturas quoque secundam Missam, vinum Superfusionis non sumat; sed ministro habenti bonam conscientiam conferat. Alii verbis Synodus Coloniensis ann. 1280. cap. 6: *Et tunc in prima Missa post perceptionem Sanguinis, non utatur ablutione vini et aquæ; sed reservet in tuto ac honesto loco, et eam accipiat in secunda Missa, vel det**

*honestæ personæ jejunæ, quam noverit ad hoc esse paratam. Synodus Nemausensis ann. 1284. cap. de Eucharistia: *Præcipimus etiam, quod in Calice magis de vino quam de aqua ponatur, et quod Sacerdos, postquam totum acceperit Corporis et Sanguinis Christi Sacramentum, duas receptiones faciat juxta consuetudinem Ecclesiæ Nemausensis, videlicet primam de vino puro tantum, secundam de vino et aqua, et cum ista secunda simul Perfundat digitos super calicem, et postea recipiat: nisi cum eodem die aliam Missam debuerit celebrare, quia tunc non debet recipere nisi sanguinem: quod si fecerit, secundam celebrationem impedit. Cap. de celebrat. Missarum: *Tamen si in prima Missa post receptionem corporis Christi et sanguinis, Profusionem acceperit, non debet secundam Missam in prædictis casibus celebrare.***

† **PROFUSIO**. Concil. Tarracon. ann. 1329. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 287: *Quandocumque vero duas Missas celebrari contigerit, sacerdos caveat, ne post sumptionem sanguinis in prima Missa, vinum Profusionis accipiat. Ita*

**CALICEM PROFUNDERE**, in veteri Pœnitentiale MS. de Presbytero: *Qui non Profuderit calicem in fine solennitatis, 30. dies pœniteat. Ubi*

**CALICEM PERFUNDERE** dixit Petrus Damianus lib. 5. Epist. 18: *De celebrandis vero Missarum solenniis nos hanc regulam in disciplinatis Ecclesiis et didicimus, et tenemus, ut calicem differamus in Missarum fine Perfundere, si nosmetipsos eodem die sacrificium denuo speramus offerre: alioquin quandocumque sacras hostias immolamus, in fine calicem semper Perfundimus. Porro sive jejunamus, sive reficimur, hanc Perfundendit regulam non mutamus. Quod autem perhibes quosdam dicere, quia postquam Perfundit calicem, non est dicendum jejunus, etc. Capitula Theodori Archiep. Cantuar. cap. 55: *Qui perfundit calicem, dum solennitas Missæ celebratur 50. dies pœniteat.**

† **SUPERFUSUM**, Quod in censu, vel peræquatione alicujus tributi inique alicui impositum et adscriptum est, in Cod. Theod. lib. 13. tit. 11. de Censitor. leg. 4.

† **SUPERGREDI**, Gr. ὑπερβαίνειν, Transilire, despiciere, nihil curare, efferre se super aliquem. Capitul. lib. 7. cap. 175: *Ut nullus Episcopus alterius Episcopi plebes usurpet, aut alium conculcet Episcopum vel Supergrediatur. Vetus S. Irenæi interpres lib. 1. cap. 8. n. 1: *Ordinem quidem et textum Scripturarum Supergredientes, etc. Idem lib. 4. cap. 19. n. 1: *Supra enim Deum factæ sunt cogitationes ipsorum, Supergressi cordibus suis ipsam magistrum, suspicione quidem superelati et Supergressi, veritate autem declinantes a vero Deo. Supergredi leges, eas transgredi, violare, apud eundem lib. 5. cap. 26. num. 2.***

\* *Surmarcher*, eadem notione, in Lit. remiss. ann. 1451. ex Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 104: *Icellui Gerard respondi que ledit Olivier voloit tousjours Surmarcher chacun.*

\* **SUPERGUARDARE**, Ital. *Sopraguardare*, Diligenter custodire. Stat. Pistor. ann. 1107. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 548: *Item habeo curam et*



*studium die noctuque faciendi custodiri et Superguardari castrum Serravalle, et ejus munitiones ad honorem et salvamentum civitatis Pistorii per bonam fidem sine fraude. Sargarde Custodum præcipuus, in Charta ann. 1321. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 1317: Item doit le veneour doudit monsour Hervé dire de bouche au Sargarde doudit monsour Rolland, se il le puet trouver, le jour quand ils devront coure.*

† **SUPERGULA**, pro *Superregula*, ni fallor, *Regulæ transgressio, violatio*. Charta Curie Arelat. ann. 1253. ex Cod. MS. D. Brunet fol. 88: *Si aliqui alii cives eligerentur ad cognoscendum mulfachas et omnes Supergulas.*

**SUPERHABERE**, pro *Insuper habere*, Despicere, negligere, in Legibus Anglicis non semel.

\* **SUPERHABUNDANTIA**, Affluentia, maxima copia, Ital. *Soprabbondanza*. Charta vendit. comitat. Montispenc. ann. 1385. in Reg. sub Joan. ducis Bitur. ex Cam. Comput. Paris. fol. 111. rº: *Verum quia omnia supradicta capi seu comprehendere non poterant in pelle unica pergameni propter facti substantiam verborumque Superhabundantiam, etc.*

\* **SUPERHAUTO**, Secundus hauto seu spicæ non omnino trituratæ minoraque stramina, quæ secundo colliguntur. Charta ann. 1234. in Chartul. C. eccl. Camerac. ch. 82: *In stramine, palea, Superhautone et tredecimo vase fructuum ex ipsa decima provenientium. Vide Hauto.*

**SUPERHUMERALE**, Vestis Pontificum in veteri Lege. Exod. 28. 6: *Et fecerunt Superhumerales de auro et hyacintho et purpura, et cocco, etc.* Passim ibi. Sic vero describitur ab Eucherio: *Ephod, vestis sacerdotalis, quæ Superindumentum, vel Superhumerales appellatur. Est autem velut in caracalle modum, sed sine cuculo, cujus vestimenti duo sunt genera, unum lineum et simplex, quod Sacerdotes habebant; aliud diversis coloribus, et auro gemmisque contextum, quo soli Pontifices utebantur.* Vide Honorium Augustod. lib. 1. cap. 226. Ivonem Carnot. Serm. 2. de Rebus Ecclesiast. Innocent. III. lib. 1. de Myster. Missæ cap. 18. 53. etc.

**SUPERHUMERALE**, appellatur etiam nostri, *Pallium Archiepiscopale*, de quo suo loco egimus. Gregorius M. lib. 1. Epist. 24: *In utroque humero Sacerdos velamine Superhumeralis astringitur, ut contra adversa et prospera virtutum semper ornaumento maneat.* Maximus Monachus in Collat. cum Principibus apud Anastasium in Collectaneis, de Imperatore: *Neque indicia Sacerdotii fert, Superhumerales scilicet et Evangelium.* Superhumerales pallium vocat Joan. de Beka in Hist. Episcoporum. Ultraject. in S. Willebrordo: *Eundem in Ecclesia S. Petri cum Superhumerali pallio solenniter Archiepiscopum ordinavit.* Et in S. Bonifacio: *Tradens eidem Archiepiscopalem benedictionem cum Superhumerali pallio, etc.* Ὁμοφύριον Græcis dicitur, quod in Concilio VIII. act. 22. g. *Superhumerales* vertit Anastasius Bibliothec. et apud Theophanem Auctor Hist. Miscellæ lib. 22. pag. 707. edit. Canisii. Glossæ MSS. Regiæ col. 2062: Ὁμόφυρον, τὸ ἐπὶ τῶν ὁμων ὁμοφύριον.

Vide *Magnum Chronicon Belgicum* pag. 111. Baronium ann. 869. num. 19. etc.

☞ **Pallio** simillimum est *Superhumerales* quo utitur Episcopus Tullensis, ut ex Ceremoniali ejusdem Eccl. colligitur apud R. P. Benoit Hist. Tull. pag. 168: *Cum Episcopus utitur Superhumerali, et de hoc privilegium existit ab antiquo.... dicitur Superhumerales, ab humero, quia super humeros ponitur post casulam. Est stola larga, fimbriata, circueiens humeros desuper, cum duobus manipulis dimissis ante et retro, circa scapulas, ex utraque parte, in modum scuti rotundi.* Rursum: *Cum Episcopus celebrat utitur Superhumerali ratione decanatus quem gerit, quia decanus aliorum Episcoporum existit, id est, Metensis et Viridunensis.*

**SUPERHUMERALE**, Idem interdum quod *Amictus*. Udalricus lib. 3. Consuet. Cluniac. cap. 13: *Et alligat Superhumerales, id est amictum.* [Eadem habentur apud Bernardum Mon. in Ord. Cluniac. part. 1. cap. 53. Expositio Offic. divin. ad calcem Joh. Abrinc. pag. 414: *Sequitur Superhumerales, quod fit ex lino purissimo.*] Gilbertus Lunicensis Episcopus de Usu Ecclesiastico ait, Ostiarios, Exorcistas, et Acolythos, in officiis suis solere indui Superhumerales, alba, et cingulo, et tamen posse perfrui conjugio.

† **SUPERI**, Homines superstites, vivi. Jonas in Vita S. Columbani sæc. 2. Bened. pag. 6: *Et si me quempiam laudare repererint qui adhuc Superis junctus sit, etc.* Idem in Vita S. Eustasii ibid. pag. 117: *Febrium igne ita succensa est, ut vix jam Superis reddi crederetur.* Utitur rursus idem Jonas in Vita S. Burgundofaræ ibid. pag. 443. *Qui reversus ad Superos, in Vita S. Waningi ibid. pag. 974. Quem Superi non recipiunt, inferi Deum esse cognoscunt, ex Fausti Episc. Serm. apud Marten. tom. 9. Ampl. Collect. col. 153.*

**SUPERJACTARI MALEFICUM**. Lex Salica tit. 21. § 3: *Si quis alteri aliquid maleficium Superjactatus fuerit, etc.* Nos dicimus, *Jetter le sort sur quelqu'un.*

† **SUPERICONICE LITTERÆ**, vox ibrida ex *Super* et ἰκόν, imago: ita vocantur Litteræ in imagine alicujus Sancti appositæ, quales visuntur in libris ecclesiasticis. Greg. Turon. in Vitis Patrum cap. 6: *Videns autem in oratorio litteras Supericonicas Apostolorum, reliquorumque Sanctorum, explevit eas in codice.*

**SUPERJEJUNARE**. Vide *Superpositio* 3. **SUPERILLUSTRES**. Speculum Saxonium lib. 1. art. 3: *Ad hunc modum clypeus seu cingulum militare in septimis terminatur: primum quippe habet Rex Rouanorum, secundum Episcopi, Abbates, et Abbatissæ, qui et Superillustres dicuntur: tertium Laici principes, ex quo facti sunt Episcoporum subditi et vassalli, qui Illustres nuncupantur; quartum Nobiles et Liberi Domini, etc.*

\* **SUPERILLUSTRES**, Illustrissimus. Titulus honorarius regum nostrorum. Charta ann. 1308. in Reg. 40. Chartoph. reg. ch. 143: *Johannes Britonis legum doctor clericus Superillustres domini nostri Fraucorum regis, etc.* Vide *Illustres*.

**SUPERIMPOSITA**, SUPERIMPOSITIO, [EX-

cessus in exactionibus, *malatolta*.] Charta Ludovici Pii Imp. apud Puricellum in Monumentis Basilicæ Ambrosianæ pag. 215: *Nullasque præstationes, vel annuas donationes seu quaslibet angarias, et Superimpositas exactiones.... superimponere et exigere audeat. Infra: Si quis autem ex his, qui sub imperio nostro degunt aliquam subtractionem, injustamque exactionem, vel angariam, aut Superimpositionem... sponte ingesserit, etc.* [Charta ann. 1079. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 48: *Alia Superimposita eis non fiat.* Vide *Superfluitas*, *Superindictum*, et *Superponere* 1.] [\*\* Chart. Longob. ann. 765. apud Brunet. in Cod. diplom. tusc. tom. 1. pag. 590: *Reconfirmavi ad 12. operas, quod sunt dies 12. manualis, et nihil tibi vel ad hereditibus tuis superponere prouitit, in ea vero ratione, ut si ego vel hhd. meis.... amplius Superimponere festinaverimus nisi ipsi 12. dies, etc.*]

† **SUPERIMPOSITIO**, Subscriptio. Charta Arnulphi Chiniac. Comit. ann. 1097. apud Miræum tom. 1. pag. 670. col. 2: *Quem devotionis meæ traditionem, ne quis ei scrupulus, vel calumniator invidus post dies obviet, utrorumque florum ueorum Ottonis et Ludovici, iurus etiam mee Adeleid manuum Superimpositione confirmari volui.* Vide *Superimposita*.

† **SUPERIMPOSITUM**. Vide *Superponere* 1.

† **SUPERINDE**, Propterea. Litteræ Henrici VII. Reg. Angl. ann. 1492. apud Rymer. tom. 12. pag. 482: *Nos rata, grata, et firma habituros et observaturos, et Superinde literas patentes novas aut confirmatorias.... daturus, etc.*

**SUPERINDICTUM**, SUPERINDICTIO, Quidquid præter *indictionem* provincialibus imponitur. Nam ut notat Asconius in 3. Verrinam, tria sunt genera pensitationum, *canonis, oblationis, et indictionis.* Canon, seu Canonici tituli, sunt ordinariæ præstationes: *Indictio*, quod præter canonem indicitur: *Superindictio*, quod præter *indictionem* pro aliqua imminente necessitate imponitur. Vide *Codicein Justin.* et *Theodos. tit. de Superindictio*. [Charta Frederici II. Imp. ann. 1223. ex Schedis Præs. de *Mazaugues*: *Prohibemus ne qui Cones aut Marchio... presument inquietare, vel quibuslibet collectis aut exactionibus aut Superindictis gravare.* Conventio ann. 1251. inter Carolum I. Andegav. et Provinc. Comit. et Arelat. art. 9: *Item dominus Cones vel ejus vicarius... non poterit... eos (Arelatenses) compellere ad mutuum faciendum, nec aliquam exactionem novam, seu Superindictionem, vel pedagium novum facere.* Vide *Superimposita* et *Superponere* 1.]

† **SUPERINDITIO**, pro *Superindictio*, Eadem notione. Locus est in *Inditio*.

† **SUPERINDUCTA**, Mulier extranea, concubina. Willelmus Armor. de Gestis Philippi Aug. apud Duchesn. tom. 5. Hist. Franc. pag. 81: *Octavianus Apostolicæ Sedis legatus mittitur in Francium; ad ejus suggestionem Rex a se Superinductam abjecit superficie tenus, et uxorem suam recepit in suam gratiam semiplenam, carnis debitum ei non reddens... Philippus puer et Maria soror ejus quos Philippus Rex ex*



*Superinducta generat, a Papa Innocentio legitimum.* Vide *Subintroducta*.

\* Annal. Victor. MSS. ad ann. 1215 : *Hoc anno rex Philippus dedit Philippo filio suo juniore, quem Philippum ex Maria Superinducta, filia ducis Boemie generat, comitatum Boloniae, quem tenuerat Reginaldus. Quod repudiata Ingeburga, Mariam in matrimonium duxerat, sic appellatur.* Vide supra *Subtrahere*.

† **SUPERINDUCTUM**, ut *Superinductum*, apud Senator. lib. 1. Variar. cap. 14.

**SUPERINSIGNE**, Sagum militare, quod armorum insignibus distinctum gestant in bello Milites. Vide *Jupellum*, in *Jupa*.

**SUPERINSPECTOR**, Episcopus. Senator in Psal. 108 : *Episcopus dictus Superinspector, eo quod Domini gregem ipsius gratia suffragante, quasi pastor cautissimus, alta sede custodiat, etc.* Hinc *Superinspicere* dicuntur Episcopi apud Sidonium lib. 6. Epist. 1. lib. 9. Epist. 3. Vide *Episcopus*, et *Superintendens*.

† **SUPERINTENDENS**, Episcopus eadem ratione dicitur qua *Superinspector*. S. Hieron. Epist. ad Evagrium : *Hoc quidem Graece significantius dicitur ἐπισκοπῶντες, id est, Superintendentes. Unde et nomen Episcopi tractum est.* Hinc *Superintendere* quibus praeficiuntur, Episcopi dicuntur in Epist. Liciniani ex S. August. lib. 29. de Civ. Dei cap. 19. apud Baluz. tom. 7. Miscell. pag. 3. et tom. 2. Conc. Hispan. pag. 427. Hinc

† **SUPERINTENDENS** appellatur Praepositus templi in civitate London. pro Germanis, in Charta ann. 1550. apud Rymer. tom. 15. pag. 243.

† **SUPERINTENDENS**, Cui incumbit summa cura rationum negotiorumque, Gallice *Surintendant*. Instr. domus Slesitarum Viennae apud Raimund. Duellum tom. 1. Miscell. pag. 225 : *Item si contingeret rationem fieri de regimine domus per aliquem Superintendentem, etc.*

† **SUPERINTENDENTIA**, *Superintendentis* munus, *Surintendance*, ibid. pag. 224 : *Primo, quod Facultas habeat Superintendentiam nomine domini Abbatis. Occurrit etiam in Compositione Cardinalis Turnonii cum Monachis Sangerm. ann. 1543.*

\* **SUPERINTENTOR**, Episcopus. S. August. in Exposit. ad Psal. 116 : *Graece quod dicitur Episcopus, hoc Latine Superintendor, quia superintendit, quia desuper videt.* Vide *Superintendens*.

† 1. **SUPERIORATUS**, Praestantia, excellentia, suprema jurisdictio. Charta Henrici IV. Regis Angl. ann. 1400. apud Rymer. tom. 8. pag. 121 : *Dictique Prior et Monachi eisdem Abbati et Conventui dimidiam marcliam argenti, nomine pensionis sive redditus, in signum domini sui Superioratus, singulis annis solvere tenentur.* Vide *Superioritas*.

† 2. **SUPERIORATUS**, adject. Major, ad *Superioratum* seu supremam jurisdictionem pertinens. Charta ann. 1338. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 356. col. 1 : *Item, quod nedum appellationes ad regiam curiam pertinentes et pertinere debent tollere nituntur, quin imo jurisdictionem superiorem regium invertere et omnino tollere conantur;... quin imo nuncios regios cum per curiam regiam*

*in causis et casibus Superioratis contingit illuc mitti, afficiunt contumelias, verberibus et opprobriis.*

† 3. **SUPERIORATUS**, Praetextus, Gall. *Brodé*. Statuta Eccl. Ambian. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 1226 : *Mantellum, houcian vel epitogium non portent, seu vestimentu quaecumque virgata, partita, vel disceissa aut Superiorata de fustana, pannisque sericis vel aureis, seu aliis quibuscumque, sed lanificio duntaxat.*

† 1. **SUPERIORITAS**, ut *Superioratus* 1. Chronic. Angl. Th. Otterbourne pag. 62 : *Bonifacius Papa querelam posuit contra Regem Edwardum, quod injuste usurpasset Superioritatem in regno Scotiae.* Charta ann. 1400. apud Rymer. tom. 8. pag. 122 : *Ab omni jurisdictione, Superioritate, potestate, etc.* Charta qua Renatus Rex concedit Baroniam Grimaldi Johanni Cossa ann. 1456. ex Schedis Praes. de Mazaugues : *Sola duntaxat Superioritate et homagio... nobis et nostrae curiae reservatis.* Statuta criminalia Saonae fol. 117 : *Decernentes prout in eis respective continetur, et hoc salva tamen semper Superioritate, auctoritate et jurisdictione M. D. Potestatis dictae civitatis Saonae.* Occurrit etiam apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 316. *Superioritas*, in Litteris ann. 1358. tom. 3. Ordinat. Reg. Franc. pag. 297.

\* 2. **SUPERIORITAS**, Locus vel pars superior. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. : *Et in magno orreo sive granerio, quod est in Superioritate sive capite ejusdem castri, etc. Et in quadam cameru, quae est in Superioritate praedicti castri, prope vicem, per quam ascenditur et descenditur in eodem castro.*

**SUPERISTA**, Aedituus, ex Graeco ὑπερίστης. Glossae Biblicae MSS. : *Νεοκρίτος, κερήτωρ γαδύ, ὑπερίστης.* Annales Francorum Lambeciani ann. 882. lib. 2. Comment. de Caesar. Bibl. pag. 353 : *Quidam Gregorius nomine, quem Romani Superistam vocant, dives valde, in paradiso S. Petri a suo collega occisus est.* Anastasius in S. Hadriano pag. 100 : *Missi Stephanus Sacellarius et Paulus Superista ad praenominatum pergerunt Regem.* Alii Codd. habent *Super ista*, disjunctis vocibus, sed perperam. In Leone IV. pag. 199 : *Gratianus Magister militum, et Romani Palatii egregius Superista ac Consiliarius.* In Benedicto III. idem Gratianus sacri Superistu Patriarchii dicitur. In Hist. Translat. S. Sebastiani cap. 4 : *Erant... et dignitati Apostolicae sedulo assistentes Quirinus Superista, Theophylactus Nomenclator, etc.* Apud Luithprandum lib. 6. cap. 6. sub finem, inter primates Romanae civitatis recensetur *Stephanus filius Joannis Superista*. Ex his emendanda vetus inscriptio Mediolan. apud Puccinellum in Zodiaco Mediolan. part. 3. pag. 378 : † *Guillelmus de Poino Superstes hujus Ecclesiae, hoc opus multaque alia fieri fecit.* Legendum enim *Superistes*.

**SUPERJUDEX**, Magistratus dignitas, apud Lusitanos. Vide *Brandaon*. lib. 15. Monarch. Lusitan. cap. 41.

† **SUPERJUMENTARIUS**, Qui *Jumentarius* praest. Sueton. in Claud. cap. 4 : *Superjumentarium ex industria sibi appositum.*

Vide *Casaubon*. in hunc locum, et supra *Jumentum*.

† **SUPERJURAMENTUM**. Vide mox *Superjurare*.

**SUPERJURARE**, [Juramento testari.] Capitula Theodori Archiep. Cantuar. cap. 47 : *Si quilibet ingenuus gravi infamia publicetur, ut eum populus Superjuraverit, crimosum haberi, si se excusare voluerit, ferro se eximet.*

**SUPERJURARE**, Juramentum, a paucioribus praestitum, juramento plurium ponderatum superare, vincere, evertere, atque adversarium falsi convincere. Ita Somnerus. Lex Ripuar. tit. 79 : *Si quis homo propter furtum comprehensus fuerit, et legitime Superjuratus, et judicio Principis pendutus, vel in quolibet patibulo vitam finierit, omnes res ejus haeredes possideant, exceptis capituli et dilatura, quae in locum restituant.* Ubi *Superjuratus*, dicitur reus, qui plurium testimonio criminis convictus est, quam ipse innocentiam suam probavit. Concilium Triburiense ann. 895. cap. 22 : *Si quis fidelis libertate notabilis, aliquo crimine aut infamia deputatur, utur jure, juramento se excusare : si vero tanto talique crimine publicetur, ut crimosus a populo suspicetur, et propterea Superjuret, aut confiteatur et poeniteat, aut Episcopo vel suo misso discutiente per ignem candenti ferro examinetur.* Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 74 : *Et qui culpam exigit de fure occiso, eat se tertio, ut duo sint de cognatione patris, tertius de cognatione matris, et juret, quod in cognato suo nullum factum erat, pro quo de vita forisfactus esset, et eant alii cum duodecim, et Superjurent ei inmundicium, quae ante dicitur.* Eadem ferme habentur in Legibus Athelstani Regis cap. 16. ubi rectius : *Et eant alii cum 12. et Superjurent eum in contaminationem, sicut ante dicebatur.* Capitula de Weregildis post Concilium Grateleanum ann. 928 : *Et qui sic promotum hominem non habet, ipse causam suam Superjuret, vel amittat.* Burchardus Wormaciensis Episcopus in Lege familiae cap. 22 : *Sinulliter erit ex parte matris, nisi se cum judicio Scabitorum aut proximorum testimonio superari possit.* Adde cap. 17.

**SUPERJURAMENTUM**, in Legibus Adelstani Regis cap. 5. apud Bromptonum pag. 850. pro *prejuramento* accipi observat Somnerus.

**SUPERLABIUM**, Labium superius. Leges Kanuti Regis cap. 51. apud Bromptonum : *Eruantur ei oculi, et truncetur ei nasus, et aures, et Superlabium, etc.* Philippus Mouskes in Ludovico VIII :

Mais trançoit on piés, et puis oreilles, Nés, Baulevres, et crevoit jous.

\* Voce *Baulevre* vel *Banlevre* totum oris circuitum significari diximus supra in *Banlauca*. Vide ibi.

† **SUPERLATIVUS**, Optimus, praestantissimus, Gall. *Excellent*. Gesta Consulium Andegav. apud Acher. tom. 10. Spicil. pag. 424 : *In Autissiodorensi etiam urbe aulam propriam et vineas vini Superlativi bajulas, et praedia suburbanu possidebat* (Ingelgerius Gastinensis Comes.) Hinc

† **SUPERLATIVE**, Excellent. Henr. Huntingdon. in Epist. ann. 1153. apud eundem



tom. 8. Spicil. pag. 182 : *Oxinfordiae quidem præpositus Alveredum, cui successit Walterus Superlative rhetoricas.*

† 1. **SUPERLECTILE**, Stragulum, quod lecto insternitur, vel etiam id omne quo lectus instruitur. Bulla Benedicti XII. PP. apud Stephanot. tom. 10. Fragm. MSS. pag. 115 : *Sic oculos avaritiæ cæcitas excæcavit, quod necdum lectos et aliâ Superlectilia eorumdem hospitalium et leprosiarum per eos ibidem reperta conservare ac adaugere, ut tenebantur, damnabiliter obniserunt, etc.* Charta ann. 1343. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 201. col. 1 : *Quod dicti monachi et capellani habeant et habere debeant segregate ad partem domus, suam coquinam, cellarium, granerium, aysimenta, cubilia et Superlectilia aliaque sibi necessaria.*

\* 2. **SUPERLECTILE**, pro *Supellectile*, supellex quævis. Lit. Petri comit. Autiss. ann. 1229. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 718. art. 35 : *Constitutum et concessum, ut dictis hominibus (Mailliaci) ad aysimenta sua, videlicet dolia, cupas, cistas, et omnia alia Superlectilia, de quocumque nemore sint, sive (l. sine) omni occasione vendere liceat.* Libert. Villæ-franchæ ann. 1369. ibid. pag. 700. art. 6 : *Concessimus... quod senescalli... aut alii officarii regii aliqua de causa non capient vel arrestabunt... equitaturas, carnalagia sive Superlectilia aut alia eorum bona consulum aut habitatorum dictæ villæ, etc.* Vide infra *Spaltele*.

**SUPERLICENTIA**, Licentia extraordinaria. Statuta pro Monasterio S. Andreae Avenionensis ann. 1253 : *Et quia nihil Monacho commune cum uribus, tam Abbati quam Priori firmiter inhibemus, ne Monachis Avinionem intrare volentibus dent passim licentiam, vel frequentem; sed si cui Superlicentiam dederint senel in hebdomada, non dent iterum in eadem, nisi causa subsit rationabilis et expressa, de qua causa licentiae non dubitent quin sit vera.* [Apud Acher. tom. 8. Spicil. pag. 238.]

† **SUPERLICIUM**, ut *Superpellicium*. Vide ibi.

**SUPERLIMINARE**, in Hist. Miscella, *ὑπερβολον*, apud Theophanem ann. 6. Justiniani. *Ἀνοφλιον*, apud Anonymum de Locis Sanct. cap. 7. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Superliminare, Entrée de maison, dessus.*]

\* **SUPERMAGNAS**. Vide supra *Magnas*.

† **SUPERMAGNUS**, Maximus. Vita Clementis V. PP. apud Murator. tom. 3. pag. 679. col. 1 : *Postquam Supermagnus effectus fuerat, post similem fortunæ gloriam, ignominiam est perpeusus.*

\* **SUPERMANENS**, Inquilinus, colonus. Charta Will. comit. Vienn. ann. 1222. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 186 : *Quitavi in perpetuum ecclesiam Treorchiensis.... quicquid juris habet apud Villamnovam, quæ Silviniacus nominatur, secundum quod a Supermanentibus patrie divisum est et testificatum.* Vide *Manentes*.

**SUPERMISSA**, Epistola, quæ canitur in Missa. Glossæ MSS. S. Germani Paris. ad Prisciani Græcæ vocabula : *ἐπιστολή, et ἐπιστολιον idem est, i. Supermissa.* Alcuinus lib. de Divin. Offic. : *Epistola dicitur Supermissa, eo quod super vetus Testamentum et Evangelium Missa sit, non causa dignitatis;*

*sed ut quisque, qui Evangelium fuerit ingressus, ibi inveniat medicinam salutis.* Eadem verba habet Remigius Autisiod. lib. de Celebratione Missæ. Honorius Augustod. cap. 96 : *Lectio dicitur a legendo. Epistola dicitur Supermissa Episcopi super stola dicitur Missa, quia sicut Prophetiæ super legem, ita Epistolæ Missæ sunt super Evangelium.* Summa Magistri Pontii Provincialis MS. ex Bibl. Thuana Cod. 525 : *Epistola est Supermissa c.... sitis presentibus, non inertæ \* composita quæ... in recipientis affectum, et indicat elegantias.*

**SUPERNAS**, natis, *Superna colens*. Joan. de Janua. [Souverain, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. MSS.]

\* **SUPERNATURALITER**. Charta ann. 1337. tom. 2. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Hontheim pag. 129. col. 1 : *Est sciendum quod eadem capella et curia ibidem... spectant totaliter, sine aliquo intermedio et immediate, Supernaturaliter et temporaliter, ad cameram domini archiepiscopi Trevirensis.* Id est, quoad res spirituales et temporales. Vide *Spiritualitas*.

† **SUPERNAVIGARE**, De nave dicitur quæ alteram præcurrit. Chron. Angl. Th. Otterbourne pag. 253 : *Quarum una (navis) ventis pro voto fruens, disposuit Supernavigasse navem, in qua filius regis erat, sed providentia probitateque naucleris, obliquantis dracenam subito navemque girantis, navis regiæ vastæ ratis declinavit impetum.* Gloss. Lat. Græc. : *Supernavigo, ἐπιπλέω.*

† **SUPERNIS**, *Desuper, ἐνωθεν*, in Gloss. Lat. Gr. *Superius*, in MSS.

† **SUPERNOMEN**, Cognomen, Gall. *Surnom*. Judicatum ann. 969. in Addit. ad Chr. Casaur. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 958 : *Et querelati sunt super Walteri, qui Supernomen vocatur Aezo.* Placitum ann. 1014. ex Chartul. Farf. apud Mabill. tom. 4. Annal. Bened. pag. 706. col. 1 : *Benedictus qui Supernomen Bocca-pecu vocatur.* Vide *Supranomen*.

\* *Seurnomuier*, Non consueto cognomine aliquem appellare. Lit. remiss. ann. 1404. in Reg. 159. [Chartoph. reg. ch. 105 : *Icellui Robault dist au suppliant qu'il amenderoit ce qu'il avoit Seurnommé son filz, en l'appellant Jaquemin Morart, et on le appelloit Jaquemin Robault.*]

† **SUPERNUMERARIUS**, Qui supra numerum usitatum accidit, Gall. *Surnumeraire*. Veget. lib. 2. cap. 19 : *Deputabantur milites, qui vocantur Accensi, hoc est postea additi, quam fuisset legio completa, quos nunc Supernumerarios vocant.* Eisdem *Super-numerum*, vel *Supra-numerum* vocat Sueton. in Claudio.

† **SUPER-OBLATA**, Offertorium seu Oratio quæ fit super *Oblata*. Acta SS. tom. 4. Jun. pag. 698. de Festis S. Joannis Bapt. : *Et Super-oblata, eadem quæ prædicto in Romano est secreta festi.*

\*\* **SUPERONERARE COMMUNEM PASTURAM**, Immodice abuti jure compascendi. Placit. ann. 43. Henric. III. Reg. Angl. Suth. rot. 10. in dorso in Abbrev. Placit. pag. 147 : *Quare injuste superoneraverit communem pasturam suam in la Ragge, ita quod in ea plura habet animalia et pecora, quam habere debet et ad ipsum pertinet habendum, secundum liberum tenementum suum,*

*quod habet in eadem villa.... Consideratum est, quod prædictus Hugo de cetero non habeat in prædicta pastura nisi tantummodo 8. boves, vaccas vel juvenecas, 6. porcos et 20. oves ad plus, et sit in misericordia, quia prius eandem pasturam Superoneravit, etc.* Vide ibid. pag. 123. rot. 7. Aliud ann. 17. Edward. I. ibid. pag. 217. Coron. Buck. rot. 13 : *Gilbertus... et Augustus frater ejus Superoneraverunt communem pasturæ de Wotton de 260. bidentibus post mensurationem factam ibidem.* Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 106. 523. Leisleri Jus Georgic. lib. 2. cap. 14. sect. 37.

† **SUPERORDINARE**, Aliquem loco alterius ordinare, subrogare. Epist. Sigeberti Mon. ad Leod. ann. 1102. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 592 : *Taceo Guacherum, qui Apostolici assensu approbatus et prior ordinatus fuit, subito exordinatum, excommunicatum, et alium ei Superordinatum.*

† **SUPER-OS**, Callus ossi adnascens. Vita S. Raynerii tom. 3. Jun. pag. 464 : *Quæ habebat Super-os durissimum ut lapidem, juxta juncturam manus et brachii dextri, magnitudinis fere ovi gallinæ. Vide mox Superossum, et Supprossum.*

† 1. **SUPEROSSUM**, Callus ad equigenum, vulgo *Suros*. Durandus in Speculo juris lib. 4. part. 3. de empt. et vend. tit. 43 : *Vendidit unum equum.... cum uno Superosso in tali crure, etc.*

\* 2. **SUPEROSSUM**, Tumor super ossum, hominum morbi genus, Gall. *Suros*, Ital. *Soprosso*, Hisp. *Sobrehuesso*. Codex MS. eccl. Vesunt. apud Chifflet. in Vesunt. part. 2. pag. 136 : *Quidam morbus super alteram manum inerevit, quem vulgus Superossum solet vocitare.* Vide *Super-os*.

† **SUPERPALLIUM**, Umbella, baldachinum. Vita Eugenii IV. PP. apud Baluz. tom. 7. Miscell. pag. 509 : *Intravit (Imperator CP.) Ferrariam, ubi erat Eugenius Papa et Concilium congregatum, die quarta Martii cum solemnitate, sicut solet Romanus recipi Imperator, Superpallio super caput, Cardinalibus et tota curia comitantibus.* Vide in *Pallium* 2.

\* **SUPER-PEDES**, Idem quod practicus nostris *Sans deport*, sine mora. Instr. ann. 1390. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 104. col. 2 : *Mandaturum per servientes et alios, nos et dictos nobiles piguorari et exequari in bonis nostris et dictorum nobilium rigorose et indebite, et contra formam juris et Super-pedes, pro certis pecuniarum summis, etc.* Nisi ad iudices referatur, qui stantes et non pro tribunali, ut moris est, sedentes, hanc sententiam tulerant.

† **SUPERPELLICEATUS**, **SUPERPLICIATUS**. Vide mox in *Superpellicium*.

**SUPERPELLICIUM**, Vestis linea, manicata, sic appellata, inquit Durandus in Ration. lib. 3. cap. 1. n. 10. 11 : *Eo quod antiquitus super tunicas pellicias de pelibus mortuorum animalium factas induebatur, quod adhuc in quibusdam Ecclesiis observatur. Superpelliciale indumentum, in Actis Archiepiscop. Rotomagens. pag. 453. Gauderius de Bellis Antiochen. pag. 461 : Archiepiscopus sacerdotali Superpellicio indutus, etc.* Casarius lib. 8. cap. 97 : *Quosdam viros candidos in Superpellicis et tonsura*



*Clericorum adesse vidit.* Will. Malmesburiensis lib. 1. de Gest. Pontif. pag. 215: *Plus 40. Canonicos cappis et superpelliciiis ornaverat.* Regula Ordinis Sempringhamensis pag. 725: *Ministris altaris sint Superpellicia cum capucis, quæ caput et collum nudum protegant, cum Sacerdotibus vestimentis induendi fuerint, etc.* [Concil. Avenion. ann. 1509. apud Marten, tom. 4. Anecd. col. 387: *Ferant continue et deportent Superpellicium cum longis manicis decens et honestum. Illi quæ manicus non habeant, olim per aliquos ferri consuevit, ab eis et eorum quolibet sub excommunicationis pœna dimissa penitus est rejecta.*] Occurrit præterea hæc vox in Legibus Edwardi Confess. cap. 36. apud Michaëlem Scotum lib. 4. Mensæ Philosophicæ cap. 9. Mattheum Paris ann. 1237. 1247. pag. 302. 493. Will. Thorn in Chron. Cruceum in Episcopis Cadurcensibus n. 114. Catellum lib. 5. Rerum Occitanar. pag. 901. Barralem in Chronolog. Lerinensi tom. 2. pag. 167. Sammarthanos in Episcopis Magalonsibus ann. 1339. etc.

\* Constit. ant. S. Petrimont. ord. S. Aug. tom. 2. Monum. sacr. Antiq. pag. 435: *Post completorium fratres ad lectos venientes, cum gravitate in lectis suis assideant, et extractis postea ante lectum sotularibus, crura sua cum honestate ad se contrahant, deinde operimento, quo se debent tegere, usque ad asselas adducto, tunc demum Superpellicia exnant, et ita provide juxta se reponant, ut illa resurrexerint mox in promptu habeant.* Ubi tamen indusium significari videtur, vulgo *Chemise*. Vide mox infra.

\* SUPERPELLICUM, Eadem notione. Charta ann. 1239. ex Chartul. S. Petri Insul. sign. Decanus fol. 185. vº: *Quandiu manebunt in hospitali, usus hospitalis observabunt, ferentes exterius Superpellicia sive nigras capas.*

¶ SUPERPELLICUM CONCEDERE, Clericum facere, aliquem inter clericos et canonicos admittere. Statuta Clementis IV. PP. pro Eccles. Aniciensis apud Marten. tom. 2. Anecd. col. 483: *Quod nulli in ipsa ecclesia superpellicium concedatur, nisi de legitimo matrimonio, bonæ famæ, etc. Quod quilibet clericus cui a modo Superpellicium concedatur, juret capitulo ipsius ecclesiæ fidelitatem servare, etc.*

¶ SUPERPELLICUM una cum capucio in processionibus portare inhibent Statuta Arnaldi Episc. Magalonsens. ann. 1339. inter Instrum. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 383.

*Superpellicium* porro vestis fuit propria Canonicorum regularium, quam nunquam deponunt: adeo ut eo ipso, quod Ecclesiæ Cadurensis Canonici *superpellicio* uterentur, Regulares fuisse ab initio quidam contenderint, et de hac re ad Innocentium IV. PP. rescripserint, quo illos ad Regulam revocaret, ut est apud Cruceum n. 110. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 18: *Superpellicium et tunica lanæ, quantum fieri potest, unius longitudinis esse debent, ad minus pleno palmo a terra distantia... Et ut manica Superpelliciorum non plus duobus palmis ultra digitos prominent.* Hanc *superpelliciorum* longitudi-

nem attingit etiam Stephanus Tornacensis Epist. 123. ubi de Canonicis regularibus: *Regularem habitum sic præferitis exterius, at interius conservetis. Hujus habitus indicium principale vobis mitto, Superpellicium novum, candidum et talare, quod repræsentet vobis vitæ novitatem, munditiæ candorem, perseverantiæ finem.* Et in Concilio Basileensi ann. 1431. statutum est, ut Canonici Ecclesiarum Cathedralium, *Horas Canonicas dicturi, cum tunica talari, ac Superpellicis mundis ultra medias tibias longis, vel cappis, juxta temporum ac regionum diversitatem, Ecclesias ingrederentur: non capucia, sed almucias, vel bireta tenentes in capite.* [\* Annalista Saxo ann. 1044: *Hactenus Hildenesheimensis clerus tam districta religione obsequio dei se mancipaverat, ut in professione canonica restrictione gauderet monachica... Delicioris etiam vestitus tunc nulla eis erant cura, ut gulas, quibus nunc ardet clerus, nescirent, linguas pellicias ac manicas non pallio, sed nigro panno ornarent, linguas autem claustraliū Superpelliciarum non minus quam tunicarum equestrum fibalarent.*]

*Superpelliciorum* Canonicorum Regularium forma varia fuit. Quippe ex Constitutione Benedicti XII. PP. *superpellicium*, quo in Choro utuntur, longiores manicas habet. Cui non amplæ, sed strictæ manicæ sunt, *Rochetum*, seu *Romana camisia* dicitur, quod eo utantur potissimum Itali. Quod undique pro circuitum clauditur, *Cotta* vocatur. *Sarrocia*, ad latus aperta sunt, et nonnisi ad 4. digitos inferne clausa, sine manicis, colobium referentia. Cum foras prodeunt, *præva sarrocia* accipiunt, undique aperta, qualia dantur Novitiis. Latitudo non excedit 4. digitos, et ut scapulare Monachorum, hinc inde dependet, non tamen sine plicis. Auctores *fasciam* appellant et *hastam*. Incommoditas in obmundis muneribus hanc variationem intulit. Verba sunt Nebridii a *Mundelheim* in Antiquario Mon. In eandem ferme sententiam hæc scripsit Joan. Buschius lib. 1. cap. 23: *Habitus Canonice Regularium est vestis linen, sive tota linea, quam Romani Roketum Romanum, Germani Subtile, Sarracium, sive Scorlicium appellant. Habitum iste in diversis mundi climatibus diversimode formatur. Quidam enim Roketum Romanum, sive subtile deferunt, in lateribus integrum usque ad calceos pene porrectum, cum manicis integris usque ad manus, sive ad cubitum extensis. Alii hanc lineam portant in forma longi latique scapularis, sine manicis in lateribus apertam, aut circa tibias ad latitudinem palmæ manus, more Cartusiensium consutam, aliquando cum rugis, aliquando sine rugis et plicis, quam Sarranicum vocant. Tertii hanc lineam vestem deferunt in forma parvi et brevis scapularis de collo dependentis, quam Scorlicium nuncupant.* Vide Claudium Molinetum de Habitibus Canonic. Regul. [\* Glossæ antiq. apud Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 2. col. 431: *Sarroch, Paludamentum.* Vide ibid. tom. 6. col. 267.]

¶ *Superpellicium* etiam vocatur apud Moniales Cuculla major, ut colligitur ex Statuto ann. 1209. pro Monasterio Jotrensi ex Cod. 10. Bibl. Pitheœanæ: *Habeat quæ-*

*libet monialis quolibet anno duo Supplicia (f. Superpellicia) alba et duo nigra, quæ terram tangant.* Idem docet Tabul. Calense pag. 412: *L'an de grnce 1438. le Samedi jour de S. Cecile 22. de Novembre fu Madame de Cheles sainte Baupteur par devers M. de Paris pour lui faire aucune requestes, entre lesquelles il luy donna et octroïrn congé et licence de porter cottes noires par desous le Surpells noirs pour elle et pour toutes ses Religieuses, touzfois que bon leur semblera tant dehors comme à l'eglise pour supporter leurs necessitez.*

SUPERPELLICIA mulieribus quibusvis tribuunt etiam Galbertus Flandr. in Vita Caroli Comitis num. 51. et liber Miraculor. S. Ludgeri Episcopi Mimigard. num. 44.

\* Quod de indusio, Gall. *Chemise*, aut de linea veste tunc intelligendum esse puto. Lit. remis. ann. 1350. in Reg. 80. Charthoph. reg. ch. 57: *Mulierem ipsius pictoris in suo peliçone, cum quodam Superpellicio desuper, existentem percussit dictus Dionysius;... et dicto suo ense prædictum Superpellicium perforavit, ostendens quod eam vellet interficere. Surpeliz, eodem intellectu, in aliis Lit. ann. 1388. ex Reg. 135. ch. 48: *Une cotte simple à femme... en un peliçon de peaulx de contus, avec le Surpeliz dont il estoit envelopez.* Quod pelli superinduat, sic videtur appellatum, vel forte a plicaturis.*

SUPPELLICUM, pro *Superpellicium*, in Statutis Juhelli Archiepiscopi Turon. ann. 1233.

¶ SUPPELLICUM, Eadem notione. Translat. S. Greg. Nazianz. tom. 2. Maii pag. 457: *Canonici rochetto et Suppellicio indui.* Statuta Eccl. Meldens. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 893: *Nulli clerico permittatur servire altari, nisi in Suppellicio vel cappa clausa.* Occurrit præterea in Statutis Eccl. Aurelian. apud eund. tom. 7. Ampl. Collect. col. 1274.

¶ SUPPELLICUM, Eodem significato, in Computo ab ann. 1333. ad ann. 1336. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 277: *Item, pro fructura Suppelliciarum septem pro capella domini, taren. 12.*

¶ SUPERPLICUM, Pari intellectu. Synodus Trecor. ann. 1329. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 1604: *Præcipimus quod sacerdotes et beneficiati jejuni intrent synodum in Superplicis.* Statuta Eccles. Constant. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 801: *Jejuni stantim post pulsationem campanæ grossæ intrent synodum, et Superplicis cum stolis presbyteri et Superlicis beneficiati, etc.* Nullus legat epistolam sine *Superplicio, vel cappa clausa*, ex iisdem Statutis ibidem col. 810. Occurrit rursum col. 956. et 1075. tom. 1. Gall. Christ. novæ edit. inter Instr. pag. 70. col. 2. in Fragm. ex Ordinar. Eccl. Rotomag. ad calcem Joh. Abrinc. pag. 200. 201. et alibi.

¶ SUPERPLICIUM, perperam pro *Superlicium*, in Statutis Caroli VI. ann. 1401. pro reformat. S. Capellæ Paris. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris pag. 138: *Dictum cnpapan, si voluerit, liceat ei dimittere, et in Superplicio remanere.*

¶ SUPERPELLICATUS, SUPERPELLICATUS, Superpellicio indutus. Charta ann. 1258. tom. 2. Rer. Mogunt. pag. 710: *Ut*



canonicis in Annunciatione B. M. V. qua captati hucusque fuerant, perpetuo Superpellicati incedant. Hugonis Metelli Epist. 41. tom. 2. Monument. sacrae Antiq. pag. 386: *Ecce isti sunt Superpellicati, isti sunt tunicati, quia si regnum Dei obtineatur vestibus... Tunicati exordium sumpserunt a Norberto, Superpellicati a B. Augustino. Statuta Collegii Ardac. apud R. Duellium tom. 1. Miscell. pag. 126: Voluntas quoque ne ullus canonicorum aut vicariorum tempore divini officii chorum vel ecclesiam intrare debeat, nisi fuerit Superpellicatus.*

† SUPERPLICIATUS, Eadem notione, in Litteris Henrici VII. Abb. Fuld. ann. 1565. apud Schannat. Dioceses. Fuld. pag. 315: *Præcipimus quod universi et singuli capellani... dictis decano et canonicis in habitu et religione, videlicet Superplicati et pilati (pileati) in perpetuum se conforment.*

SUPERPLUS, Residuum, quod summam aliquam excedit, Gallis *Le surplus*: Ἰσπ-πλσν, Zonaræ in Alexio Conn. pag. 237. et Glycæ. Leges Adelstani Regis apud Greateleyam cap. 1: *Excipiatur inprimis capitale repetentis de Pecunia ipsius, et dividatur postea Superplus in duas partes, unam partem habeat uxor ejus, etc.* [Liber niger Seaccarii pag. 334: *Et Superplus jacet super dominium inuam.* Et pag. 339: *Superplus quatuor uilites, quos domino Regi debet, jacet super dominium suum.*]

† SUPERPLUSAGIUM, Eodem significatu. Charta ann. 1341. apud Rymer. tom. 5. pag. 287: *Idem Bernardus de Superplusagio nobis respondeat.* Alia ann. 1405. apud eund. tom. 8. pag. 404: *Item quod de Superplusagio inde, si quod fuerit, nobis ad scaccarium nostrum singulis unis fideliter respondeatur.*

SURPLUSAGIUM, Eadem notione, ex Anglico *Surplusage*. Charta Edwardi III. Regis Angl.: *Et de Surplusagio exituum eorum, si quod fuerit, etc.* Ordinationes de Marisco Romeneiensis: *Satisfaciant in omnibus quod conjunctum fuerit per prædictum computum inter eos de Surplusagio recepto de averiis venditis, etc.* *Surplusage*, apud Will. Stanford. in Placitis Coronæ lib. 2. cap. 13.

\* *Suerplus*, in Testam. Helvid. uxor. Joan. dom. de Insula ann. 1274. ex Chartul. Vallis N. D.: *Et se ainsi estoit que Suerplus east en nos muebles et en nos catieux, etc.* Vide supra *Superat*.

\* SUPERPLUVIUS, Pluvius abundanter. Hist. monast. S. Florent. Salmur. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 266: *Campana quoque argento permista, sonora atque dulcissima... Superpluvius tractu super arcuatau turren cadens, minutata, etc.*

† SUPERPONDIIUM, Auctarium ponderis, ut mox *Superpondus*. Gloss. Lat. Gr.: *Superpondium*, ὑπερμετρον. Apuleius lib. 6. Metamorph.: *Exiguam scilicet et illud tantæ molis Superpondium.*

SUPERPONDUS, Quod pondus excedit, Gallice *Surpots*, Occitanis *Subrepès*. Fori Morlanenses act. 18: *Si aliquis cambiat in hac villa, et Superpondus unius sterlini accipiat in marcam, si probari possit, 6. solid. dabit pro danno.* [Vide *Superpondium*.]

1. SUPERPONERE, Ultra debitum exigere. *Censum superponere*, in Præcepto

Caroli M. pro Hispanis ann. 812. et in Capitulari Wormaciensi ann. 829. cap. 15. Vide *Superimposita*.

SUPERPOSITIO, Exaectio extraordinaria. Judicium Aganonis Episcopi Augustodunensis: *Oppressiones injustæ et Superpositiones illicitæ, quæ ita infra exprimuntur: Quando ex unoquoque mauso ab habitatore possessio porcus et agnus, gallina et pullus, fœnum et annova, denarii, nec non et ea, quæ necessaria erant, solebant extorqueri.* Ita

SUPERPOSITUM, est Pensitatio extraordinaria, quæ præter consuetam imponitur. Synodus Romana sub Eugenio II. cap. 26. ex edit. Holstenii: *Nulli liceat Episcoporum a subjecto Sacerdote, vel aliquolibet Clerico, et piis locis donationes ultra Statuta patrum exigere, aut Superposita in angustiis inferre.* Honorius III. PP. in V. Collect. tit. 16. cap. 2. ad Decan. et Capitul. Compostell.: *Sic denarii, tollitur de vigesimandis illis dubitatio quos Superpositum appellatis.* Ubi *vigesimatio denariorum* est id, quod vulgo dicimus *le sol pour livre*: neque enim placet Cironi interpretatio.

SUPERPOSITIO, Eadem notione, in Charta ann. 1039. apud Ughell. tom. 3. pag. 301.

SUPERIMPOSITUM, in Charta Caroli Crassi ann. 882. apud eundem tom. 5. pag. 1572.

2. SUPERPONERE, Præferre, antepone. Capitulare Pipini Regis ann. 793. cap. 10: *Placuit, ut ubi lex erit, præcellat consuetudini, et ut nulla consuetudo Superponatur legi.*

\* SUPERPORTORIUM, SUPERPORTUS, Tributum, quod in portibus, sive pro appulsu ad portum exsolvitur. Pact. inter Raim. V. comit. Tolos. et abbat. S. Egid. ann. 1160. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 36. col. 2: *Recedeudo a lite et controversia, quæ erat inter nos et monasterium S. Egidii desuper portu sive de portorio S. Egidii, ... ut de cetero monasterium S. Egidii, ... liberè habeat et quiete possideat ipsum Superportum sive Superportorium, etc.* Vide *Portus* 8.

SUPERPOSITA, Morbus seu læsio equina inter carnem et ungulam, faciens rupturam carnis ibidem, etc. Petrus de Crescentiis lib. 9. cap. 51. ejus vetus Gallicus interpret vertit *supposte*.

† SUPERPOSITI PSALMI. Vide *Superpositio* 3.

† 1. SUPERPOSITIO, Exaectio extraordinaria. Vide in *Superponere* 1.

† 2. SUPERPOSITIO, Accessio, incrementum. Charta Hererici ann. 868. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 190: *Post meum obitum res ipsæ cum omni melioratione ac Superpositione ad ipsius sanctum recipiantur locum.* Vide *Superpositum* 1.

3. SUPERPOSITIO, et SUPERPOSITIO JEJUNIUM, dicitur jejunium strictius, et quod majori abstinentia observatur, quam cætera jejunia, quæ ex regula, aut ab Ecclesia indicuntur: ita ut si quis semel in die edat, in ipso, ut vocabant, *superposito* die a cibo vel etiam a potu penitus absterneret; quod Pœnitentialis MS. *Superjejunare* dixit: *In quarto Superjejunet ad No-*

num, et a carne et vino abstineat se. Concilium Eliberitanum can. 26: *Erroneum placuit corrigi, ut ovari Sabbati die jejuniorum Superpositionem celebrenus.* In eodem Concilio cap. 23: *Jejuniorum Superpositiones per singulos menses placuit celebrari.* Regula Magistri cap. 53: *Qui vero voluerint Fratres jejunium superponere, in ipso superposito die in labore cum Fratribus non spectentur, solummodo laborantibus Fratribus legant, ut otiosi non sint, et pro pane, verbo Dei reficiantur.* Ubi diserte indicatur in superpositis jejunii a pane abstinuisse jejunantes, proinde superpositionem fuisse strictius jejunium: nos dicimus *Redoublement de jeune*.

JEJUNIUM DUPLEX, appellatur apud S. Hieron. in Epitaphio Paulæ cap. 1: *Quoties autem infirmitate corpasculi, quam incredibili abstinentia et duplicatis contraxerat jejunii, vexabatur, etc.* Cap. 10: *Lascivientem adolescentularum carum crebris et duplicatis frungebat jejunii, malens stomachum dolere, quam mentem.* Et apud Anonymum Sussion. in Vita S. Vodali eognomento Benedicti, n. 4: *Jejunio duplici reliquorum charismatum diadema coronavit.* Quo loco jejunium duplex dicitur, quomodo gemina Superpositio in Actis Martyrum Numidarum n. 8: *Continuatis in carcere gemina Superpositione jejunii, et orationibus sæpe repetitis, etc.* In quibus scilicet a pane et potu abstinebatur. Cujusmodi forte fuit jejunium SS. Patrum, de quibus Nilus Narrat. 3. pag. 34. qui alternis diebus, *παρὰ μίαν ἡμέραν*, reficiebantur, cum alios *ἄσπιτο* transigerent. Duplicis jejunii meminit etiam Faustus Regiensis Epist. 2: *Si trepida parum amplius rudimenta permittunt, alternis hyemales dies jejunii transiguntur: quæ sicut moderari convenit, ita necesse est duplicari: duplicari, inquam, duo cum sunt abstinentiæ genera: unum est incontinentiæ appetitum a cibo et potu, et a diversis carnalium suavitatum illecebris coercere; et vomere crucis terrum subjecti exterioris domare, et necessitati potius quam voluptati temperata moderatione servire paulum, si permittat infruittus, vel ultervis diebus, donec vis longæ consuetudinis dissuescatur, accipere.* Ubi quod Faustus alterna jejunia, Beletus cap. 11. *jejuia alternitatis* vocat. Quod porro *contnuare jejunia* dicitur Acta Numidarum Martyrum, id per *συνάπτειν τὴν νηστείαν* dixit Sozomenus lib. 1. cap. 11. ut et Vita S. Paphnutii num. 53.

*Superpositio* igitur in jejunio erat strictius cæteris jejunium, ut fuit illud quod Monachi Ægyptii Quadragesimali tempore observabant. S. Hieron. Epist. 22: *Jejunium totius anni æquale est, excepta Quadragesima, in qua sola conceditur districtius vivere.* Vita S. Samsonis Episc. Dolensis lib. 1. cap. 10: *Jejunii ac vigiliis prolixioribus plus omnibus Fratris ibidem habitantibus sese exercebat, ita ut Superpositiones interdum autem et triduanas facere contendeat.* Lib. 2. cap. 12: *Superpositiones frequentissimas, nec uon et biduanas, interdum autem et totas hebdomadas, id est 7. dies totos perageus, septimo demum die reficiebatur.* Rabanus Maurus lib. 2. de Institut. Cleric. cap. 25: *Qui constituta atque*



demandata jejunia servare neglexerit, peccat : Qui autem expletis legitimis, privata superexponderit, propriam mercedem habebit. Nam leguntur aliqui Sanctorum per biduanas, sive per triduanas, sive etiam per totam hebdomadam jejunium extendere : plerique quod nec vinum, nec siceram biberint, nec aliquid manducaverint, prater panem siccum et olera : alii quod ab omni carne se abstinerint, etc. Ita Epiphanius in Exposit. fidei Catholicae n. 22 : Οἱ δὲ σπουδαῖοι διπλάς, καὶ τριπλάς, καὶ τετραπλάς ὑπερτίθενται, καὶ ἄλλην τὴν ἐβδομάδα (Πάσχατος,) τινὲς ἄχρι τῶν ἀλεκτρούων κλαγγῆς τῆς κυριακῆς ἐπιφωσκούσης. Gregorius Turon. de Vitis Patrum cap. 15 : Exiguosque cibos et tenues potiones sumens : diebus autem Quadragesimæ sanctæ, addebatur augmentum ubstinentiæ ciborum diminutione : nam usus illi panis tantum hordeaceus erat et aqua. Ejusmodi fuere jejunia, de quibus Apophthegmata Patrum in Agathone n. 20. Palladius in Hist. Lausiaca cap. 20. et Chronicon Montis-Sereni ann. 1157.

Atque ea strictiora jejunia Monachis, quibus crebra ac stata erant jejunia, in pœnam et mulectam pro erroribus commissis imponi solebant, quæ Superpositiones simpliciter appellantur. [Canones Hibern. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 7 : Presbyter aut diaconus faciens fornicationem naturalem... Superpositionem faciat in unaquaque hebdomada, exceptis 1. diebus post passionem. Infra : Si monachus exundante ventre evomuerit sacrificium in die; cœnam suam non præsumat. Et si non infirmitatis causa, VII. Superpositionibus : si infirmitatis et non voracitatis causa, IIII. Superpositionibus delet culpam. Si autem non sacrificium, diei Superpositione et multa increpatione plectatur.] Regula incerti : Si quilibet occasione a justo deviatum fuerit, Superpositione damnetur. S. Columbanus : Qui vituperat aliquem fratrem obsequium dantem, tribus Superpositionibus pœniteat. Pœnitentiale MS. Thuanum, seu Capitula Theodori Cantuar. cap. 52 : Si in die, quando communicaverit, sacrificium evomuerit, si ante mediam noctem, tres Superpositiones faciat, si post mediam noctem, duas, etc. Ita passim in aliis Pœnitentialibus, ejusdem scilicet Columbani (ubi perperam sūppositiones, pro superpositiones editum proclivi mendo etiam in MSS. Codd.) et Halitgarrii Episcopi Cameracensis cap. 9. 10. in Regula S. Donati cap. 29. etc.

Eadem notione ὑπερτίθεσθαι, et ὑπέρθεσθαι usurpant Græci Patres. Dionysius Alexandrin. in Epist. ad Basilidem can. 1. de Christianis dies Hebdomadæ sanctæ in strictiori jejunio transmittentibus : Ἄλλ' οἱ μὲν καὶ πάσας ὑπερτίθεσθαι ἀνοίτοι διατελοῦντες, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ τρεῖς, οἱ δὲ τέσσαρας, οἱ δὲ οὐδέμιαν καὶ τοῖς μὲν πάνυ διαπονηθεῖσιν ἐν ταῖς ὑπέρθεσθαι, εἴτα ἀποκαμοῖσι, καὶ μόνον οὐκ ἐκλείπουσι, συγγνώμη τῆς ταχυτέρας γεύσεως, etc. Ubi observare est superponentes, ἀσίτους jejunasse. Ὑπέρθεσις τῆς νηστείας, apud Cyrillum Hieros. Catech. 18. Ὑπέρθεσθαι ἡμέρας, quibus jejunia superponuntur, apud Evagrium lib. 1. cap. ult. : Οἱ πολλάκις μὲν καὶ τὰς καλοῦμένας ὑπέρθεσίμους (ἡμέρας) πράττουσι, δὲ τῆμεροι καὶ τριήμεροι τὰς νηστείας ἐκτελοῦντες. Ita etiam

Superpositionem usurpant Medici veteres, nempe pro morbi augmento, Redoublement de fièvre, ou de maladie, cui lenimentum opponitur. Cælius Aurelianus lib. 3. Tardarum passion. cap. 1 : Non solum lenimenti tempore, sed etiam in augmento, sive Superpositione passionis. Idem in Præfat. : Præscriptis celerum passionum libris, tardarum placet curationes ordinare, quæ solo Superpositionis tempore superioribus similes, in lenimento vero varia recorporatione formuntur. Et lib. 1. Acutor. cap. 5 : In Superpositione quam Græci ὑπέρθεσθαι vocant. Lib. 2. cap. 12 : Si in Superpositionem veniant, quam Græce Epithesin vocant. Occurrit passim apud hunc Scriptorem. Alexander Iatrosophista lib. 1. Passion. capit. De signis futuræ freneticæ : Quod si passio Superposuerit, ita ut jam proxima sit frenesis, etc. Neque aliter accipi debet

SUPERPOSITIO SILENTII, apud Columbanum, in Pœnitentiali cap. 5. 6. et in lib. de Pœnitent. mensura cap. 9. quæ imponebatur in pœnam, ita ut cui indicta erat, silere prorsus, ac ne vocem quidem emittere juberetur. Petrus Cluniac. lib. 1. Epist. 27. pag. 673 : Videant discreti, utrum superflue locutioni utile silentium imponi, an Superponi debeat. Perperam editum supponi. Ita

SUPERPOSITIO PSALMORUM et officii, apud Stephanum Paris. in Regulam S. Benedicti, est officii et cursus Ecclesiastici augmentum, additio ad consuetum officium : Monasteria quædam quadam utuntur psalmodum et officiorum Superpositione. Pœnitentiale S. Columbani non semel meminit pœnitentiæ Psalmorum cap. 9 : Pœnitentes fratres et indigentes pœnitentiæ psalmodum, hoc est, cui necesse fuerit, ut psalmodum adhuc pro visione nocturna decantet, etc. Cap. 10 : Si quis fratri suo venienti (detraxerit) quatuor psalmodum. Si quis oblitiscitur aliquid foras, si minus, 12. psalmodum, si majus, 30. psalmodum. Ita alibi non semel. Alio porro sensu

SUPERPOSITIO dici videntur Psalmi in Regula Magistri cap. 50 : Alii literas discant et doceant, alii psalmodum, quos habent Superpositos, meditentur. Cap. 57 : Aliquantulum legat, si fuerit psalteratus. Si vero non fuerit, tabulas a Majore Superpositas Psalmis secum portet, ut ad refectionem prandii, aut ad mansionem cum applicaverit, aliquantulum, quantum occurrerit, tamen meditetur, ut quotidie regule reddat, quod suum est. Ita et Frater, qui adhuc literas discit, tabulas Superpositas a Majore a Monasterio secum portet, ut si cum literato vadit, ipse, cum ad refectionem vel mansionem applicaverit, cum eo tamen, aut solus aliquantulum, quantum occurrerit, meditetur. Quibus locis Psalmi super tabulas peregrinantium illiteratorum positi videntur indicari, quorum scilicet loco aliquid de iis meditari liceat. Utcumque sit de horum verborum sensu, constat, genuinam vocis, superpositio, significationem Salmasium ad Solini cap. 27. pag. 324. et 1342. ut et plerosque et doctioribus non esse assecutos. Vide Petavium in Miscellan. exercit. post Julianum cap. 5. et infra Tabula Peregrinantium.

SUPERPOSITIO. Glossæ MSS. : Episcopia,

superpositio. Concilium Erfordense ann. 362. cap. 5 : Ut nemo nisi consentiente proprio Episcopo, aut ejus Misso, sub obtentu religionis jejunium sibi imponat, unum diem præ aliis excipiendo, omnino interdicimus :... quia plus causa ariolandi esse cognoscitur, quam supplementum legis Catholicae.

1. SUPERPOSITUM, Superficies, quiddam agro inædificatum est, aut in eo satum vel plantatum. Testamentum Widradi Abbatis Flaviniac. ann. 1. Theoderici Regis : Quidquid ad ipsum colonicam aspiceret videtur, cum omne Superposito. Infra : Ut, dum advivunt, hoc teneant, et post ipsum discessum cum omne Superposito ad junctam casam S. Prejecti... revertere faciant. Synodus Belvacensis ann. 845. cap. 3. vel Capitulum Caroli Cal. tit. 4. cap. 3 : Quod res ad Ecclesiam mihi commissas pertinentes, et tempore principatus vestri ablutas, ita præsentialiter restituitis,.... excepto Superposito, quod in usus possidentium, vel ex ædificiis ubsumptum est. Adde Ch. 144. in Appendice ad Capitularia Reg. Franc. [Charta ann. 1015. in Tabular. S. Victoris Massil. : In civitate Arelate dono mansiones duas optimas cum omni Superposito, quæ sunt non longe a porta S. Stephani. Cum solaribus et Superpositis, et cum curtis, cusalibus, etc. in] Charta ann. 1043. ex eod. Tabul.]

¶ SUPRAPOSITUM, Eadem notione, in Formula 25. inter Lindenbrog. : Cum omni addita melioratione, vel omnibus Suprapositis, etc. Charta ann. 1008. ex majori Chartul. S. Victoris Massiliensis : In civitate Arelate dono mansiones quas ego construxi juxta S. Lucianum cum omni Supraposito et structura quæ ibi pertinet.

¶ SUPPOSITUM, Eodem significatu; nisi etiam contracte scriptum fuerit pro Superpositum, vel Suprapositum. Charta Jonæ Episcopi Eduens. ann. 865. apud Acher. tom. 8. Spicil. pag. 147 : Dono etiam in supra dicta villa Lanoscra mansum vestitum unum cum omni Supposito, et terris et pratis ad ipsum aspicientibus.

SUPERPOSITUM NEMORIS, Arbores, virgulta, cædua. Charta ann. 1182. ex Tabulario Fossatensi fol. 25 : Hoc solum ab eis obtinui, quod Superpositum nemoris illius mihi ab ipsi venditum succidisse, et inde tulisse licuisse a Natali Domini unni illius usque ad 5. annos. Ubi superscribitur i. le sorpost. Infra, fol. 237. dicitur superficies nemoris, Superficiem quod extunc possint dicti Religiosi dictam nemoris vendere, sive scindi facere, etc. Vide Superficies Nemoris.

☞ Eadem notione vox Surpoids occurrit in Consuetud. Sedan. art. 215. et Vitriac. art. 93 : Quand aucune femme tient par droit de douaire aucuns bois ou forests qui jamais ne furent vendus de memoire d'homme, telle douairiere ne les peut vendre, si ce n'étoit par le consentement de l'heritier ou propriétaire; mais des bois ou forests dont on a vendu le Surpoids par autres fois, elle les peut vendre, pourvu qu'ils soient en coupe, etc. Ubi in vett. Consuet. Campaniæ habetur Suerfais, pro Surfais, quod legitur in Charta ann. 1348.

2. SUPERPOSITUM, Exactio extraordinaria. Vide Superponere 1.



1. **SUPERPOSTULATIO**, **MONASTERII**, Abbas, ἡγούμενος, in Diplomate Muncimiri Croatiae Ducis ann. 992. apud Joan. Lucium de Regno Dalmat. lib. 2. cap. 2. Ita in veteri Inscriptione *Superpositus medicorum*, qui alias ἀρχίατρος. S. Hieron.: *In toto orbe decretum est, ut unus de Presbyteris electus Superponeretur cæteris. Superponi Ecclesiæ, i. præfici, in Concilio Valentino III. can. 7.*

¶ 2. **SUPERPOSITUS**, Propugnaculum, munimentum, quo aliud defenditur. Præceptum Borelli Comit. ann. 986. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 338: *Et faciatis ipsa opera ad ipso castro, id est turrem et muros, et Superpositos, et valles, etc.*

\* 3. **SUPERPOSITUS**, Dicitur de arboribus, plantis, segetibus, quæ superficiem terræ occupant. Vide supra *Superficies*. Charta Caroli Simpl. an. circ. 906. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 503: *Petit etiam ut illas cellulas... cum terris... et cum omni Superposito illorum, etc.* Vide *Superpositum* 1.

**SUPERPOSTULATIO**, Quod præter debitum exigitur, in leg. 28. Cod. Th. de Eroga. milit. annonæ (7,4). [Vide *Superdemanda*.]

**SUPERPRENDERE**, Capere ultra quam fas est, aut licet. Lex Ripuar. cap. 60. § 2: *Si quis consortem suum, quantumcunque Superpserit, cum 15. sol. restituat. Ubi Superprindere consortem suum, est prendere super consortem. Gallis, Prendre sur son compaignon.* Hincmarus Episcopus Laudun. pag. 609: *Dixit quidem Rex, dum de receptione ejusdem villæ ageretur, quod alia, sicut Normannus dicebat, Superprendissem, quæ in meo non continebantur præcepto.* [Vide *Supprindere* in *Supprisu*.]

**SUPERPRISIA**, Tributi stati ac ordinarii species, sic appellata, quod domini ultra consueta tributa tenentibus suis id olim imposerint. Notitia ann. 1114. in Tabulario Ecclesiæ Heduenis: *Si quidem Simon quærebat in terra S. Nazarii, quam duo fratres tenebant... salvamentum et Superprisiam. Unde statutum est in eadem terra annuatium pro salvamento in vindemis modium vini, denarium pro pauca unum, alterum pro vino, tertium pro caso prædictus Simon accipiet. Infra: In omnibus istis terris nihil omnino sæpeditus Simon retinuit, præter illa tantummodo de salvamento, quæ superius annotata sunt, neque Superprisiam, neque aliquam penitus exactionem.* Charta Odonis Ducis Burgund. ann. 1102: *Relaxant Monachis Divionensibus... arbergarias, cautiones, et Superprisias.* Charta Philippi Pulchri Regis Franc. ann. 1311: *Novitas vel Surprisæ, quod idem est, etc.* [Vide *Scurprisæ* et *Supprisæ*.]

**SUPERCAPTIO**, Eadem notione. [Charta ann. circ. 1100. ex Chartul. Matiscon: *Guichardus de Maniaco injuste accipiebat Supercaptionem in colonica de Poirols. Verpiverunt illam Supercaptionem et injurias Berardo Episcopo Matisconensi.*] Vetus Notitia ann. 1122. in eodem Tabulario Heduenis Ecclesiæ: *Theodericum vero de Vaura cum tenore ejus ad mansum pertinentem... Canonici dedit, excepto quod quamdiu Hugo vixerit, in Theoderico Supercaptionem retinuit.*

\* **SUPERPUNCTUM**, Vestis species lana spissiori perpuncta et coactili facta, Gall. *Pourpoint*. Lit. remiss. ann. 1374. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 601: *Gullebertus de Boura de cubili surgens tunicam seu Superpunctum suum laqueando et nodando, nudus capite et pedibus, perrexit cum dicto domino de Morebeque locutus. Surseliere, pro veste militari eodem modo perpuncta, in Stat. pro Torneam. apud Cangium in Dissert. 7. ad Joinvil: *Une Surseliere sur les pis davant. Vide Perpunctum.**

\* **SUPERQUÆSTA**. Peusitatio extraordinaria, quæ præter consuetam imponitur. Charta ann. 1339. in Reg. 73. Chartoph. reg. ch. 201: *Ipse Johannes de Pontibus, ... nomine scambii seu permutatiouis perpetuæ, tradidit... Helie de Ruppe militi... scoda, homagia, quæstas, Superquæstas, etc.* Vide *Quæsta*.

¶ **SUPERREDDERE**, Reddere, remittere, Angl. *Surrender*. Chron. Angl. Th. Otterbourne pag. 218: *Hujusmodi depositionis sententiam in eundem Regem protulerunt incontinenti, ac homagia, fidelitates et servitia eidem Superreddiderunt. Vide Surrenum reddere.*

**SUPERSALIENTES**. Leges Alfonsinæ part. 2. tit. 34. lege 6: *Sobresalientes llaman otros a los omes que son puestas alemas en los navios, assi como ballesteros, e otros omes de armas, e estos non han de fazer otro ofseio, si non defender a los que fueren en sus navios, lidiando con los enemigos.* Conventiones Michaelis Palæologi Imp. et Genuensium ann. 1261. post Villharduinum nostrum editæ: *Videlicet quilibet nocherius Yperpera 3. et Kar. 6. Supersalientes unuscujusque galeæ PP. 10. etc.* Eadem Charta Gallica vertit, *Seursailians*. [Barthol. Scribæ Annal. Genuens. ad ann. 1242. apud Murator. tom. 6. col. 495: *Facta fuit electio potens et dispensatio Supersalientium, et bellatorum, et balistariorum in civitate per compagnias, et remigum per potestatis.* Ibidem col. 498: *Decretum fuit quod... licentia daretur universis vogheriis et Supersalientibus et eis injungeretur, quod semper parati essent cum armis redire et ascendere in galeis.* Rursum ad ann. 1244. col. 509: *Et continuo paratæ fuerunt in Janua galeæ omnes, et electi in ipsis Supersalientes, et vogherii quicumque deberent ascendere in eis.* Italis *Suprassagliente*, vox maritima, Lat. vector, Gr. ἐπιβάτης. Vide *Cruscanos*.] [\* Jal. Archæol. Naval. tom. 2. pag. 328.]

**SUPERSALLICIO**. Exstat Formula 5. inter Andegavenses, hoc titulo: *Incipit securitas de Supersallicione hic est.* Ubi agitur de eo, qui injuste alium in jus vocavit tanquam rei suæ usurpatorem. [Gallis *Assailir*, invadere, adsultum, impetum facere.]

\* Nostri *Sorsailir* dixerunt, pro Transgredi, violare, a convento resiliere. Charta Jacobi dom. de Saus ann. 1246. in Reg. 93. Chartoph. reg. ch. 291: *Et se ge Sorsailloie de ces choses dessus nonmées, ... ge pri et requier lou doian de Saus, qui que il soit, que il cessoit en la ville de Saus jusqu'à tant que li sires eust adreçie lou tort que il feroit à ceulz de la franchise.*

**SUPERSCRIBERE**, Pignori capere, titu-

lum prædio adscribere: *Saisir*. Gregorius M. lib. 10. Epist. 27: *Nam si quis eorum exinde, quod non credimus, exire præsumperit, certum illi sit, quia noster consensus nunquam illi aderit, ut foris de massa, in qua nati sunt, aut habitare, aut debeant sociari; sed et Superscribi terram earum.* Editio ann. 1508. habet, *sed et Suprascriptam terram eorum sciatis, etc.* Vide in *Titulare*.

\*\* **SUPERSCRIPTIO**, Nomina testium, quæ prope sigillum, in externa testamenti parte adscribebantur. Chart. Ravenn. de aper. testam. apud Marinum Diplom. Papyr. num. 74. col. 5. lin. 1: *In hoc testamento et me certum est interfuisse, in quo agnosco anuli meisignaculum, Superscriptionem meam et infra subscripsi.* Vide Savin. Histor. Jur. Roman. med. temp. tom. 2. cap. 12. § 67.

¶ **SUPERSEDENS**. Vide *Suprastans*.

¶ **SUPERSEDENTIA**, Dilatio, induciæ, Gallice *Surseance*. Litteræ ann. 1473. apud Rymcr. tom. II. pag. 780: *Exhibitæ fuerunt certæ littere suspensionis et Superseidentie guerrurum, etc.* Vide mox *Supersecede*.

**SUPERSEDERE**, Differre: *Supersisa*, dilatio. Proprie *Supersecede*, est negligere, contemnere. Leges Adelstani Regis cap. 25: *Si quis gemotum, id est publicum Comitatum, adive Superseadeat, ter emendat overhinessan, etc.* Leges Kanuti Regis 2. part. cap. 26: *Si quis audito clamore (de fure agitur) Superseaderit, reddat overhynnessan Regis, aut plene se adlegit.* Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 50. cui titulus, *de Supersisionibus placiti: Si quis a domino vel Prælato suo de nominatis placitis secundum legem placitatus ad diem dictum non venerit, omnium placitorum, de quibus nominatim implacitabatur, incurrit emendationes, nisi competens aliquid respectaverit.* *Summonitiones Superseesse*, cap. 17. Et cap. 53: *Qui secundum legem submonitus a justitia Regis ad Comitatum venire Supersederit... 20. marcarum reus fit.* Lex familiæ Burchardi Episcopi Wormaciensis: *Si quis in civitate hereditalem arcam habuerit, ad manus Episcopi dijudicari non poterit, nisi tres annos censum et aliam suam justitiam inde Supersederit. Et post hos tres annos ad tria legitima placita invitetur: et si Supersecessum jus pleniter emendare voluerit, ipse sicut eam antea possideat.* [\* cap. 26. conf. cap. 2. Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Versitzen*, col. 1892.]

\* *Sussoir*, eodem sensu, in Stat. an. circ. 1370. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 369. art. 10: *Ledit bailli Sussevera d'autre nouvelleté faire en ladite duchie de Touraine.* Pro *Sursoir* ex frequenti mutatione *r* in *s*.

**SUPERSISA**, perinde dicitur de iis, qui juri stare ac parere recusant, vel negligunt. Bracton. lib. 5. tract. 2. cap. 1. § 1: *Si autem post primam captionem ad alium diem non venerit, amittet seisinam suam per secundam captionem per parvum Cape, nisi tunc veniat et defudat per legem, ut supra de summonitionibus et Supersisis.*

**SURSISA**, Eadem notione, apud eundem Bracton. cod. lib. tract. 1. cap. 4. § 1. et alibi. [\* Apud Glanvill. lib. 1. cap. 17. in rubrica pro *sursisa tnenitis*, ubi in textu pro defectu.] Leges Willelmi Nothi cap. 48: *E ki le cri orat, e sursera, lu Sursise li rei amend,*



û s'en espurget. Ubi leges Saxonicae Kanuti Regis 2. part. cap. 26. habet cýnynges oferhyrnysse, id est Regia overhyrnessa. Vide in postrema hac voce.

**SUPERSSIO.** Legum Henrici I. cap. 50. De *Superssionibus placitis*, inscribitur: sed legendum videtur *placiti*, cum scilicet quis a domino vel prelato suo denominatis placitis secundum legem ad diem conductum non venit omnium placitorum, etc. [\*Thorp. De *Superssibus placitis*.] Ita

**SUPERSSIO COMITATUS**, de eo, qui ad Comitatum non venit, cap. 53.

**SUPERSSIO**, vox medicorum, ἐγχεθίζουα, sessio in aqua medicata ab imis pedibus usque ad umbilicum, ita ut superuæ partes non madescant. Ita Gorræus. Gloss. Medicum MS. Reg. cod. 1486: *Encatisma, i. Superssio*.

† **SUPERSEDES**, ut mox *Supersediun*. Liber Ordinis S. Victoris Paris. MS. cap. 12: *Sed et matas, Supersedes, et muscatoria, ... quoties opus est emundare*.

\* **SUPERSEDIMENTUM**, Dilatio, induciæ, Hisp. *Sobreseimiento*. Constit. MSS. Petri III. reg. Aragon. ann. 1350: *Statuimus quod in negotiis seu casibus, quibus per nos ex aliqua justa causa nequeat Judæis fieri elongamentum, non concedamus ipsis Judæis aliquod Supersedimentum aut provisionem aliquam, quocumque censetur nomine, per quam creditori debitum deferatur*. Procs. MS. ann. 1351. sub eodem rege: *Nequeant... concedere aliquod guidaticum, Supersedimentum, elongamentum, aut subscriptæ contumaciæ remissionem vel dilationem præsentis iudicii*. Vide *Supersedentia*.

**SUPERSEDIUM**, Sedis Stragulum. Hugo Flaviniac. in Chron. pag. 246: *Supersedium unum*.

**SUPERSELLIUM**, Stragulum, quod sellæ insternitur. Messianus Presbyter in Vita S. Cæsarii Archiepisc. Arclat. pag. 254. lib. 2: *Sed regressa ab eo ad sellam ipsius appropinquare se permitti rogavit, quæ de Sapersellio, qui sella tegebatur, locum debilitate fideliter tangens, statim pristinam sanitatem recepit*. Vett. Schedæ apud Mabilionium: *Anteuanciæ paria 1. Sapersellio vellono 1. etc.* Constitutiones Synodales Episcopi anonymi ann. 1237. in Conciliis Anglic. tom. 2: *Et cum equitant (Monachi) decentibus sellis utantur, ac frenis, ac Sapersellis*. Vide *Baucus*.

\* *Surselle*, eadem notione, in Lit. remiss. ann. 1393. ex Reg. 145. Chartoph. reg. ch. 261: *Icelluï Estienne print et cmbla une vielle Surselle, qui povoit valoir quatre solz Parisis*.

† **SUPERSENIORATUS**, Superius dominium, Gall. *Suzeraineté*. Charta Caroli Imper. ann. 1122. [\* Leg. Henrici V. si tamen mendum non est in ann. 1122.] ex Chartul. Eccl. Aptensis fol. 16: *Et quod in isto castro non uitamus Superseñioratum præter S. Mariam et S. Castorem, et Episcopum Aptensis Ecclesiæ*.] Vide in *Senior*.

† **SUPERSESSIO**. Vide in *Supersedere*. **SUPERSIGNUM**, Vexillum navis. Sauutus lib. 2. part. 4. cap. 34: *Quelibet galearum vel vasculum ex prædictis ferat aliquod Versignum, quale sibi a dicto Capiteano impendetur, ut si qua galea extranea*

vel vasculum ligneum, dictum introiret exercitum, ab aliis cognoscatur

. [Jac. de Varagine in Chronico Januensi apud Murator. tom. 9. col. 16: *Ad complendum et perficiendum armamentum viriliter processerunt, comitatus assignantes, vexilla distribuentes, stentarium cingentes, et Supersigna fieri facientes, ita quod vccc. Supersigna tam serica quam deaurata fuisse dicant multum brevi tempore præparata*.] Vide *Saperinsigne*.

**SUPERSSA**, **SUPERSSIO**. Vide *Supersedere*.

\* **SUPERSSPECIALIS**, Magis peculiaris. B. de Amoris in Speculo sacerdot. MS. cap. 6. de Offic. sacerdot. curati:

Officium quale tibi sit divi generale; Sed tibi nunc eadem Superspecialia quædam.

† **SUPERSSPECULATOR**, Episcopus: id enim sonat Græcum ἐπισκοπος. Willibaldus in Vita sancti Bonifacii sæc. 3. Bened. part. 2. pag. 19: *Quatuorque his partibus presidere fecit Episcopos, ... secundus Evenbercht, qui Frisingensis Ecclesiæ Superspeculatoris tenuit principatum*. Vide *Superinspector*.

† **SUPERSTANS**, Præfectus, præpositus, ut infra *Suprastans*. Statuta Narniens. inter Acta SS. tom. 1. Maii pag. 397: *Alius (liber) sit penes Superstantem dicti operis, et alius penes aliquem probum virum*. Anonymus in Chron. Cremon. apud Murator. tom. 7. col. 646: *Guido de Casa nova, Manfredus de Pignole Superstantes Communis ad bona*. Memoriale Potest. Regiens. apud eund. tom. 8. col. 1154: *Et Superstantes dicti laborerij fuerunt dominus Albertus de Finea et frater Gerardus*. Occurrit etiam in Statutis Vercell. lib. 1. fol. 13. vº. A

† **SUPERSTARE**, Præesse. Memoriale Potest. Regiens. ad ann. 1233. apud Murator. tom. 8. col. 1108: *Et tunc frater Jacobinus Superstabat ad laboreria prædicta faciendâ*.

**SUPERSTATIONARIUS**. Vide *Stationarius*.

**SUPERSTATUTUM**, Quod præter Statutum exigitur, in leg. 12. Cod. Th. de Erocat. milit. (7,4): *Aquibus Superstatutum grave atque inusitatum quoddam nomen Cenaticorum fuerit introductum*. Vide infra *Superstitio*.

† **SUPERSTES**, Præfectus, ut *Superstans*. Translat. S. Petri Parentii tom. 5. Maii pag. 99: *Habito colloquio cum illustr. D. Cancrario et dominis Superstitibus fabricæ S. Mariæ*. Acta S. Michelinae tom. 3. Jun. pag. 936: *Quelibet ars unum faciat capitaneum seu Superstitem, qui possit et debeat omnes de sua arte scribere*. Correct. Statutorum Cadubrii cap. 135: *Pro conservatione jurium locorum sive nemorum communitalis quotannis eligantur duo aut plures Superstites et deputati, etc.* Vide *Superista*.

† **SUPERSTEX**, in iisdem Statutis cap. 116: *Massarius Communis sive Superstex operi illi deputatus vinculo sacramenti teneat in quaterno computum distinctum omnium dierum et operarum cujuscumque artificis et operarii separatum*.

† **SUPERSTES SPATIUM**, Reliquum, quod

superest, in Cod. Theod. lib. 2. tit. 7. leg. 2.

**SUPERSTITIA**, **SUPERSTITIUM**, Idem quod *Superstitio*. Gl. Gr. Lat.: Δεισιδαιμονία, *Superstitia, superstitionum, superstitionis, religio*. Alibi Θεωλαλία, *superstitio, superstitionum, religiositas*. MS. habet *Religio, Ritus*. Glossæ MSS. ad Prudentium: *Superstitio, paganitas*. Ita apud S. Valerianum lib. de Bono disciplinæ, *Antiquo superstitionis errore, Ethnicismo, Gentilitate*, interpretatur Goldastus.

**SUPERSTITIO**, Vexatio, quidquid super stas et ordinarias præstationes exigitur. Charta Caroli Crassi Imp. ann. 882. pro Ecclesia Veronensi apud Ughellum: *Pervenit ad nostram notitiam maxima venerabilium Episcoporum et populi proclamatio de plurimis sibi illatis Superstitionibus et injunctis oppressionibus a seculari et publica potestate, etc.* Occurrit ibi rursus, et in alio ejusdem Imp. Diplomate tom. 4. pag. 1366: *Omnes has Superstitiones, et inopportunas funditas violentas ab hoc hodierno die deinceps abolendas... decernimus*. Vide *Superponere*, 1. et *Superstitiosus*, 2. [Chartul. Gemuet. tom. 1. pag. 304: *Taliter legis mundanæ succrescente superfluo usu, illa cepit fatigari diversi census ritu, ad votum advocatorum usque ad tempus meum. Quapropter vir bonæ memoriæ Theodericus tunc temporis abbas supradicti monasterii factus, miseræ incolarum condolens, ... studuit ejus obtinere meritum et precibus, ut Superstitio tanta vel talis abdicaretur penitus. Inde igitur Rothomagensis monetæ lxxii. libras mihi obtulit, nec non et sex equos permagni pretii præsentavit, etc.*] Paulo diversa notione dicitur, *Supervacua et Deo odillis vestimentorum Superstitio*, in Epist. S. Bonifacii Moguntini ad Cuthbertum Archiep. Cantii præfixa Concilio Cloveshoviensi. In Capitulari Aquisgranensi l. ann. 803. cap. 3. et lib. 7. Capitul. cap. 260. agitur de *Chorepiscoporum Superstitione atque damnatione*. In Glossis antiquis MSS. *Superstitio*, exponitur *Superfluitas religionis, superflua institutio vel observatio, Superstitiosus, falsus religiosus, aut idolorum cultor*. Vide *Superstitia*.

† **SUPERSTITIOSITAS**, Superstitio. Sallas Malaspinae de Rebus Sicul. apud Baluz. tom. 6. Miscell. pag. 201: *Ambulantem sub tenebris et umbra mortis Superstitiositas hujusmodi nequitiam de fendeabant*.

† 1. **SUPERSTITIOSUS**, Ambiguus. [\* An *Ambitiosus*?] Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. cap. 15. pag. 30: *Episcopus... tam personam regalem quam regnum suum Angliæ modo devoriorum parvipendens, Supersticiosius sermonibus ostenderat manifeste, compertoque quod consueta fraude et irrisione solita fuerentur Gallici, etc.* Vide supra *Superstitio*.

\* 2. **SUPERSTITIOSUS**, Extraordinarius. *Superstitiosa exactio*, quæ præter consuetam imponitur. Charta Henr. imper. II. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 15: *Nostri imperiali auctoritate omnes Superstitiosas exactiones et importunas violentias funditis deinceps illis abolendas et radicibus extirpandas modis omnibus decernimus et confirmamus*. Eadem leguntur in Diplom. Henr. IV. ann. 1116. ibid. col. 25. Vide *Superstitio*.



† **SUPERSTITIUM**. Vide *Superstitia*.

† **SUPERSTOLARE**, pro *Supertollere*, auferre, apud Guidonem in *Discipl. Farf.* cap. 5: *Philacteria Superstolantur et tapetia ex formis auferantur*. Vide *Subtollere*.

**SUPERSUADERE**, *Dissuadere*, *Papiae*.

\* **SUPERTALLIA**, *Tallia* seu *præstatio*, quæ ordinariæ additur. *Charta ann. 1339.* in *Reg. 73. Chartoph. reg. ch. 201: Ipse Johannes de Pontibus,.... nomine scambii seu permutationis perpetuæ, tradidit.... Heliae de Ruppe militi.... tallias, Supertallias et omnia quæcumque alia jura*. Vide *Tallia* 8.

**SUPERTENERE**, **SUPRATENERE**, *Detinere*, possidere per vim, aut contra jus: debitum quid ultra tempus sive terminum solutionis præfinitum detinere, *Saxon. oferhealdan, ab ofer, ultra, et healdan, tenere*. *Leges Alfvredi cap. 9. apud Brompton: Si quis Rumsfeith Superteneat, reddat Lashlite, etc. Theloneum Superteneri, in Legibus Ethelredi cap. 24. Decimam Superteneri, in Legibus Henrici I. cap. 11. Infra: Romsfeith in festo S. Petri ad vincula debet reddi, qui Supratenebit, reddat Episcopo denarium illum, et 30. den. addat Regi.*

† **SUPERTILE**, pro *Superlectile*. Vide in hac voce. *Tabul. Compend.: Duo parva pannorum de lecto domini Abbatis et tria Supertilia nova et quatuor parva.*

**SUPERTITULUS**. *Firminus* de mutatione aeris cap. 1: *Hæc particula non est nisi Supertitulus tabule præcedentis.*

**SUPERTOTUS**, *Vestis* species, quam itinerantes supra omnia consueta vestimenta superinjiciebant. *Statuta Ordinis S. Benedicti in Provincia Narbonensi ann. 1226. cap. 16. [apud Acher. tom. 6. Spicil. pag. 36:] Illas quidem vestes, quæ vulgo Balandrava, et Supertoti vocantur, et sellas rubeas, et fræna et calcaria deargentata penitus amputamus*. Sed videtur legendum *Supereoti*, *Gall. Sarcots*, de quibus in *Sarcotium*.

✍ Nihil est cur *Supertoti* in *Supercoti* corrigas: ut enim *Sarcots*, quia *colis* addebantur, *Surtots* perinde *Gallis* appellata ejusmodi vestes, quod aliis superinduerentur. Occurrit præterea hæc vox in *Statutis Arelat. MSS. art. 53: Et si dominus voluerit bastari facere Supertotum, habeat sartor ix. den.*

**SUPERTUNICA**, **SUPERTUNICALE**, *Vestis*, quæ *unicæ* injicitur, *ἐπεδύνη*.

**SUPERTUNICA**. *Statuta Hospitalis S. Juliani in Anglia: Sit Supertunicas clausa et talaris manicas habens tegentes cubitos circumquaque*. *Monasticum Anglicanum tom. 1. pag. 420. de leprosis: Supertunicas autem stamineas de sargio, et fenoralia linea accipiunt, etc. Tom. 2. pag. 464: Tunicam, Supertunicam, longum tabardum et capucium, cum furrura ad Supertunicam et capucium*. Adde *Concilium Exoniense ann. 1287. cap. 17. [Tunicam, Supertunicam, diacono de S. Jacobo,.... et Supertunicam de bifte domine Lucie reclusæ dedit, in Testam. Barthol. de Lega, apud Madox Formul. Anglic. pag. 423.]*

**SUPERTUNICALE**. *M. Robertus de Sorbona in Serm. de Conscientia: Vidi quendam, qui cum erat coram magnis Beguinis,*

*habebat magnum Supertunicale rotundum cum magnis et latis manicis de camelino, et coram mundanis habebat de bruneta scissum ante et retro, strictum sine manicis, de vario foderant. [Comput. ann. 1202. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. clvi: Pro una furura unius Supertunicalis domini Barth. LVII. sol. Et pag. clvii: Regina, pro tunica, et pallio, et Supertunicali quam domina Margareta habuit ad medium Augustum, VIII. lb. III. sol. minus. Comput. ann. 1239. ex Bibl. Reg.: Abbatissa S. Antonii pro VI. Supertunicalibus emptis apud Pontisaran.] Rogerus Hoveden. pag. 619: In eum miserunt sagittas, ita ut etiam Supertunicale suum crudeliter perforarent*. *Chronic. Ecclesie S. Pauli Narbonensis ann. 1242: Dominus Raimundus Comes Tolosæ, et Dominus Anatrius Vicecomes Narbonensis, pedibus et sine Supertunicalibus duxerunt Dom. Archiepiscopum, qui equitabat supra suum equum, per habenas, etc. Vetus Rotulus ann. 1267: Pro capa, Supertunicali, corseto et houcia, 172. l. 19. s. Alius ann. 1234: Pro Supertunicali D. Joannis de Bellomonte, etc. Occurrit præterea in Concilio apud Campinacum ann. 1238. can. 25. Turonensi ann. 1239. can. 3. Budensi ann. 1279. can. 4. Toletano ann. 1324. can. 2. Andegavensi ann. 1365. can. 12. apud Radulphum in Vita S. Richardi Episcopi Cicestrensis num. 49. in Gestis Guillelmi Majoris Episcopi Andegav. cap. 15. et alibi in Historia Majorum Abavillensium pag. 205. in Præceptis Synodalibus. Petri de Collemedio Arch. Rotomag. [in Concil. Hisp. tom. 4. pag. 613. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 956. 898. tom. 7. Ampl. Collect. col. 100. 1226.] in Probat. Histor. Blesensis pag. 10. etc. Vide *Mensale*.*

† **SUPERVACUNDUS**. Vide *Superabundus*.

† **SUPERVALERE**, *Superesse*, *excedere*. *Chronic. Farf. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 598: Et vendiderunt huic monasterio et donno Berardo abbati res suas et castellum in Ophiano, quod dicitur montalianum,.... et inde receperunt pretium libras centum. Medietatem autem supradicti monasterii, et quod Superualet ipsa supradicta res.... in hoc monasterio contulerunt.*

**SUPERVANNUM**, *Pars navis*. *Contractus* inquit inter S. Ludovicum Regem Franc. et Venetos ann. 1268: *Et habet duos parados, et unum vanum et Supervanuum coopertum, et duos pontes, et unum suprapontem, etc. [\*\* Vide Jal. Antiq. Naval. tom. 2. pag. 364.]*

† **SUPERVENDA**, *Quod præter jus dominicum ballivo vel majori vendus pro domino exigenti competeat*. *Charta Bernardi de Turre ann. 1308. apud Baluz. tom. 2. Histor. Arvern. pag. 783: Item volumus et concedimus quod bajulus S. Amantii.... possit vestire et deinvestire, dare pedas, recipere vendas et Supervendas in absentia domini*. Vide *Retroventa* et *Venda*.

**SUPERVIRE**, *Superare*, *antistare*, apud *Sidonium* lib. 3. *Epist. 4. 12. lib. 7. Ep. 14. et post Carmen 23. Lougo itinere fatigatos hostes Supervenire, apud Vegetium lib. 3. cap. 10. i. in eos Superventum aut incursum facere.*

**SUPERVENTA**. *Hincmarus de divortio Lotharii: Ad hæc omnia pertinent et ligaturæ execrabiliun remediorum,.... et quas Superventas femine in suis lanificiis, vel textilibus operibus nominant*. *Huc spectat Canon 11. Concilii Bracarenensis: Non liceat mulieres Christianas vanitatem in suis lanificiis observare, etc. Cujusmodi vero fuerint hæc superstitiones, vide in *Venda*.*

† **SUPERVENTIO**. Vide in *Superventus*.

**SUPERVENTOR**, *Qui pro alio intervenit, et spondet*. In *Concilio Arausicano I. subscibit post Episcopos, anonymus, hoc verborum tenore: Ego Superventor pro patre meo et Episcopo Claudio subscripsi et recognovi.*

**SUPERVENTORES**, *Latrones, adgressores*, ut interpretatur *Papianus JC. lib. Responsor. Titulus 39. Legis Burgund. incipitur de Superventoribus et Effraetoribus.*

**SUPERVENTORES JUNTORES**, sub dispositione *Magistri peditum Præsentialis: Milites Superventores*, sub *Duce Seythiæ*, in *Notitia Imperii*, qui hostem prius aggredebantur. *Superventorum* meminuit *Aminianus* lib. 19.

1. **SUPERVENTUS**, *Verbum militare*, quo pro *incursione* utuntur *Vegetius* lib. 1. cap. 27. lib. 3. cap. 1. 3. 6. 7. 8. 10. 19. 22. 26. *S. Hilarius* in *Fragments* pag. 11. *Sidonius* lib. 3. cap. 3. etc. Est *præterita*.

**SUPERVENTUS**, *Latrocinium*. Idem *Sidonius* lib. 6. *Epist. 4. Vargorum, latrociniorum* sive *dictorum, Superventum, latrocinium* postea appellat. *Lex Burgund. tit. 39. § 1: Si quis Superventum aut latrocinium scelere negotiatorem aut aliquem occiderit, etc. Addit. 2. § 10: Qui violentiam fortasse, Superventum, vel quodlibet crimen admiserint, etc. Papianus tit. 20: Si quis Superventu sive diurno sive nocturno quemque fuerit aggressus, etc. Ubi Superventus, pro violentia, sumitur. Dicitur etiam*

**SUPERVENTUM**. *Glossæ Philoxeni: ἔπιβλή, Superventum. Aliæ Glossæ: Superventum, ἐπιβλάσται, ἐπιβλή. Gloss. Grec. Lat.: ἔπιβλάσταις, insurrectio, Superventum; ἐπιβλήπω, Superventum facio*. *Pragmatica Sanctio Justiniani cap. 7: A Theodorici Regis temporibus, usque ad nefandissimi Totilæ Superventum*. *Gregorius Turon. lib. 8. Histor. cap. 40: Furta, Superventa, pervasiones*. Vide eundem lib. 3. cap. 16. *Lex Salica tit. 15: Si quis hominem ingenuum in Superventu expoliaverit.*

**SUPERVENTIO**, *Eadem notione*. *Flodoardus* lib. 3. *Hist. Rem. cap. 13: De Superventionepaganorum*. [Adde *Capitula Caroli C. tit. 25. cap. 2.*]

\* 2. **SUPERVENTUS**, *Advena, adventicius*. *Charta ann. 1351. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 710: Per dietam informationem non apparebat procuratorem nostrum habere causam sustinendi quod aubani et Superventi, ac exeuntes ab eisdem... ad nos pertineant, quamdiu dicti aubani et Superventi et illi qui ab eis exeunt in sua advocatione perseverant*. Vide *Adventor*.

† **SUPERVERSARE**, *Mensuram excedere*. *Statuta Massil. lib. 1. cap. 56: Quod non permittant superfindere seu Superversare poiezale seu quamlibet mensuram*. *Hinc*

† **SUPERVERSUM**, *Quod mensuram*



excedit. Statuta Avenion. MSS : Qui vendiderit vinum minutim teneatur habere ad minus mediam cociam, quartonem et pegasiale, quibus teneatur mensurare sine Supervorso.

\* **SUPERVESTIMENTUM**, Tunicæ species aliis vestibus superinjecta. Stat. confrat. S. Affrod. ann. 1393. in Reg. 145. Chartoph. reg. ch. 313 : *Item quod post mortem alicujus confratris vel confratrisse, mandator dicte confratrie hospitalerius hospitalis S. Affrodisii possit ire per villam, eques vel pedes, indutus quodam Supervestimento insignito imagine beati Affrodisii, portans quantum campanam ad denuntiandum confratribus et confratrisis, ut intersint in exequiis dicti mortui.* Vide *Supertunica*.

**SUPERVICTUS**, Victus, Saxon. ofercymene, *Supervictus*. Leges Ethelredi Regis apud Wenctyngum editæ cap. 16 : *Et judicium stet ubi Thayni consenserint, si dissideant, stet quod ipsi 8. dicent, et qui Supervicti erunt ex eis, reddet unusquisque 6. dimid. marcartum.*

**SUPERVIDERE**, Inspicere : *Supervisor*, inspector : *Supervisio*, inspectio, apud W. Thorn. ann. 1363. 1365. Habetur in Charta feodi, seu libro Anglico inscripto *Justice of peace* pag. 182. v. formula constituendi receptorem et *Supervisorem omnium et singulorum dominiorum et maneriorum et tenementorum, etc.* Vide *Superaudire*.

† **SUPERVIDERE**, Curiose et attente considerare. Th. Walsingh. pag. 262 : *Præceperunt eis ut diligenti scrutatione Superviderent obligationes et Chartas.*

† **SUPERVIDERE**, Speculari, Gallice *Reconnoitre*. Chron. Roland. Patav. apud Murator. tom. 8. col. 291 : *Feltrinos omnes qui secum erant in civitate retinuit, præter quosdam quos misit, ut quasi Supervideant gentem illam, quam ipse esse dicebat plebeculam venientem.* Vide *Supravidere*.

† **SUPERVISUS**, ut *Supervisio*, in Charta ann. 1408. apud Rymer. tom. 8. pag. 535 : *Per Supervisum Viridariorum ibidem prosterendum et venditioni exponi faciendum.* Alia apud *Madox* in Formul. Anglic. pag. 148 : *Per Supervisum et deliberacionem Seneschalli.*

† **SUPERVISOR**, Anglis *Surveyor*, apud eund. *Madox* pag. 337 : *Concedimus eidem Duci (Eboracensi) officia magistri deductus, .. ac Supervisoris sive Supervisionis regalæ et manerii nostri de Extildesham.*

† **SUPERVIGILIA**, a Gall. *Sarveille*. Comput. ann. 1202. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. CLXXXIV : *Renaudas de Cornillon, vic. lib. in Supervigilia Omnium Sanctorum.* Chartul. Maurigniac. ann. 1224 : *Dies est assignata coram nobis Senonis ad Supervigiliam B. Stephani proximo venturam, etc.*

\* **SUPERVITA**, Donum, quod superstiti conjugii ab altero post mortem suam conceditur. Contract. matrim. ann. 1431. ex meis schedis : *Dicta Domengiu dedit eidem Johanni (Crispini) ejas viro pro Supervita et de dote sua propria, videlicet quatuor florenos.* Vide *Supravita*.

† **SUPERVIVENTIA**, Gall. *Sarviance*, Designata successio. Acta Capituli Paris. : *Superviventia domorum extinctæ, et statu-*

*tum ne domus claustrales aliis quam Canonicis præbendatis a cætero vendantur.*

**SUPERVIVERE** dicitur, qui alteri superstes est, Gallis, *Sarvivre*, in Legibus Edmundi Regis Angliæ. [Charta ann. 1150. inter Probat. tom. 2. novæ Histor. Occit. col. 529 : *Et si infantem vel infantes communes non habuerimus qui te Supervivant, dono tibi in sponsalium totam medietatem totius castri de Muroveri.*] Alias *Supervivere*, est salvum evadere. Vide *Supravita*.

† **SUPERUNDARE**. Vide mox *Superundatio*.

**SUPERUNDATIO**, Pœnæ species; cum quis scilicet in mare demergitur, seu aquis ac undis operitur, rursumque sanus inde extrahitur. Radulfus de Hengham in Summa cap. 3 : *In omnibus brevibus prædictis potest obijci ei, quum vir suus commisit feloniam, ob quam fuit suspensus, utlagatus vel alio modo morte damnatus, vel demembratus; vel apud Douere infalstatus, vel apud Suthampton submersus, vel apud Winton demembratus, vel decapitatus, vel apud Northampton in mari Superundatus, sicut in aliis partibus portuum.*

Ejusdem forte originis vox *Seuronde* in veteri Consuetudine MS. Ambianensi, pro *Stillicidio* : *Por longue tenure, que nus ait fait de geter yaue en autre tere vuide ou herbegie, soit de Seuronde ou de goutiere, ne demeure, se cil en quel tere ele kiet veut quele soit ostée, qu'il ne conviegne que cil qui le goutiere est ne l'oste.*

\* Hinc, ut videtur, accersenda vox Gallica *Seuronder*, pro *Déborder*, *Exundare*, et *Soronder*, pro *Abonder*, *regorger*, *Abundare*, *reundare*. Guill. Guiart. ad ann. 1249 :

Car Nilus qui là abondoit,  
Par tout le pais Seurondoit.

Mirac. MSS. B. M. V. lib. 1 :

Il parest tant sades et dons,  
Que de douchor Soronde tous.

Fabul. tom. 1. pag. 127 :

Et cil qui en pechié Soronde.

Le Roman d'Alexandre MS. part. 1 :

Si voit la gent de Gadres dont tout le val Soronde, ...  
Ne pour paour de mort n'a talent que s'esconde.

Inde etiam vox *Seuronde* et *Seuronde*, pro *Stillicidium*, vel pars tecti prominens. Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 152. Chartoph. reg. ch. 290 : *Un swarat d'estrain, qui estoit emprez ou dedens une fenche, joignant à la Seuronde derriere de la maison de Jehan Pelart.* Alia ann. 1400. in Reg. 155. ch. 188 : *Quant icellui Loys fu là, il se assist au plus près d'une Seuronde des estables dudit bailli.* Alia ann. 1473. in Reg. 195. ch. 936 : *Le suppliant se mist pour la pluye dessoubz la Seuronde ou esgout de la maison de Jehan Willot.* *Souronde*, eodem significato, in Lit. remiss. ann. 1441. ex Reg. 176. ch. 76 : *Gadifer de Bacquerot estant souz le Souronde de la maison Jehan le Waast.*

† **SUPERVOLTA**, Fornix, concameratio, Italis *Volta*. Memoriale Potech. Regiens. ad ann. 1285. apud Murator. tom. 8. col. 1155 : *Et cooperta fuit et facta Supervolta quæ est inter palatium novum communis et palatium capitanei populi Reginoro.* Vide *Volutio*.

† **SUPES**, *Supumpis*, hoc est, *supinis pedibus*. Glossar. Isid. Fortassis, ut monet Grævius, *Sappus*, *supinus*. Vide *Festum in Sappus*. Aut. *Suppis*, *supinis pedibus*, ut notet rem turpiculum. Vide *Suppedire*.

\* A *Supinus* nostri *Souvin*, ut videtur, pro *Couché sur le dos*, dixerunt. Fabul. tom. 1. pag. 58 :

Fait li vilains, qui gist Sourvine,  
Vous n'i estes pas bone devine.

\* **SUPLETALE**, mendose pro *Superlectile* seu *Supellectile*, *Supellex* quævis. Charta ann. 1341. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 368 : *Item fustes, trabes, ... et alia necessaria ad ædificandum domos et cabanas, vasa vinaria, arguas, esclops, et aliorum quorumcumque fusturum Supletalia necessaria, de dictis memoribus et forestis acceperant, fecerant, etc.* Vide supra *Superlectile* 2.

\* **SUPLODERE**, *Descombler*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Vide *Supplora*.

\* **SUPPORTABILIS**, *Tolerabilis*, Gall. *Supportable*. Transact. ann. 1501. ex sched. Pr. de *Mazaugues* : *Omnes et singulas erras ... ad novum accipitum et in emphyteosim perpetuum sub canone, censu et servitio honesto, concedenti et Supportabili ipsi domino ... præstando donare, cedere, etc.*

† **SUPPALLIARE**, *Sub pallio abdere*, occultare, ex vett. membranis apud Vosium lib. 4. de *Vitis* serm. cap. 26.

† **SUPPANUS**. Vide in *Zupa*.

† 1. **SUPPAR**, *Socius*, *comes*, Gallice *Compagnon*, apud Jos. Moret. in *Antiquit. Navarræ* pag. 645 : *Bertran de Larbasa cum Suppare Gonçalvo cognato suo.* Quæ Hispanice ibidem sic redduntur : *Con su compañero.* Vide in *Par*.

2. **SUPPAR**, *Interula*, *syrc*, in Gloss. Saxonico Ælfrici, pro *Supparum*. [Vide *Suparum*.]

† **SUPPARARE**, *Accommodare*, *Supplere*. *Supparant*, *supplent*, in Gloss. Isid. Gloss. Lat. Græc. : *Supparat*, ὑποπυγῆ. Tertull. de *Cultu feminar.* lib. 2. cap. 7 : *Ne exaviis alieni capitis forsanimundi, forsannocentis et gehennæ distincti, sancto et Christiano capiti Suparetis.* Idem adv. Valent. cap. 4 : *Quantum lupæ femine formam quotidie Supparare solenne est.* Adde cap. 14. et lib. de *Anima* cap. 25.

† **SUPPARARIA**. Vide *Superaria*.

\* **SUPPARATA**, *Rugaturæ dicuntur panni, camista, manicæ mulierum usque ad humeros*. Glossar. vetus ex Cod. reg. 7613. Vide *Suparare*, *Supera* 2. et *Superligrature*.

† **SUPPARATURA**, *Restitutio*, *restauratio*, *supplementum*. Tertull. de *Resurrect. carnis* cap. 61 : *Sublata enim morte, neque victus fulcimenta ad præsidia vite, neque generis Supparatura gravis erit membris.*

† **SUPPARATUS**, *Supparo* indutus. Conc. Constant. tom. 1. col. 693 : *Sacra Synodus omnes et singulos prælatos et ecclesiasticas personas, qui ad modum militum in vestibus accurtatatis et alias indecentibus per campos equitant, Supparati et loricati, interdumque sertis plumatis velut laici incedunt in publico, etc.*



† SUPPARUM, SUPPARUS. Vide *Supparum*.

† SUPPEDAMENTUM, ut mox *Suppedaneum*, in Inscript. apud Gruter. pag. 1076.

SUPPEDANEUM. Joan. de Janua : *Scammum quod altioribus lectulis apponitur, seu scabellum, quod parvulis lectulis apponitur. Idem dicitur Suppedaneus, et hypodeon a Græcis. Legendum hypopodion.* [Gl. Lat. Gall. Sangerm. : *Suppedaneum, vel hic Suppedaneus, Banc à mettre souz les piez.* Jul. Firmicus de Error. profan. Relig. : *Quoad usque ponam inimicos tuos Suppedaneum pedum tuorum.* Ubi Psal. 109. 2. respicit.] S. Augustinus in Psal. 98 : *Suppedaneum dicitur Scabellum : quod dicunt Græci ὑποπόδιον, Latini Scabellum, et alii dixerunt Suppedaneum. Scabellum Suppedaneum,* Gregorio M. lib. 1. Dialog. cap. 2. et Paulo Diacono lib. 2. de Gest. Longob. cap. 28. Liberatus Diacon. cap. 12 : *Surgens Diocæorus, et stans in Suppedaneo sedis suæ, dicebat Consilio, etc.* Vita S. Adalberti Episcopi Pragensis apud Surium : *Suppedaneum reddas, quisquis es, qui tanta audes.* Supra *Scabellum* dixit. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 37 : *Lecti de dormitorio ita sint demissi, ut nullus unquam ante lectum Suppedaneum habeat.* Statuta Ordinis de Sempringham : *In dormitorio non sedeant, exceptis intervalis, ... et quando se calciant et disalciant, vel quando mutant tunicas : et tunc in lectis suis vel in subpedaneis, exuentes et induentes se, honeste et cuite faciant, ne nudi appareant.* Helgaudus in Roberto Rege Franc. : *Inter colloquium unumquemque aspiciens, vidit quendam eorum mole carnis gravatum, pedes suos dependere ab alto. Pietate ductus, u longe querens Suppedaneum reperit unum, ... et sub pedibus ejus ponere non est dignatus.* Hugo Flaviniac. pag. 163 : *Surgens namque a latere Principis, et Suppedaneum suum ipse ferens, Abbatem suum petiit, et posito ad pedes ejus Suppedaneo, in eo ipse resedit, etc.* Vide Meursium in Συναπτικῶν.

SUPPEDANEUM, pro *Stapha*, accipitur in Gestis Consulium Andegav. cap. 3. n. 5.

† SUPPEDARE, Subjicere, in Onomastico ad calcem tom. 5. Jun. Act. SS. Vide *Suppeditare*.

\* SUPPEDIDE, *Juxta pedes deæ*, in Glossar. veter. ex Cod. Reg. 7613.

1. SUPPEDIRE, *Suppedile*, apud Papiam, *juxta pedes esse.* Emendat Barthius, *suppes, dis, sedile, malim, suppedire.* [Vide *Supes* et *Suppedile*.]

† 2. SUPPEDIRE, Sufficere, Suppetere. Charta ann. 1064. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 464 : *Sacras tantorum oblationes fidelium... contulerunt, ut 300. victui monachorum quotidie pro se precantium... abunde sufficerent... ita moderno tempore profanatas direptasque vidimus, ut non ibi Suppediat victus uni soli monacho.*

† SUPPEDITARE, Subjicere, evertere, pedibus concutere, sub pedes ponere. Vetus Inscriptio : *Mors omnia calcat, Suppeditat, rapit.* Rigordus ann. 1180 : *Rex Philippus, Domino miraculose operante, principes rebellantes omnes sibi Suppeditavit, et ad omnem voluntatem ejus faciendam potentissime coegit.* Willelmus Brito lib. 8. Philipp. :

Omnes Suppeditat victos victoria nostra.

Memoriale Potest. Regiens. ad ann. 1218. apud Murator. tom. 8. col. 1085 : *Statuerunt cum omni Christianorum exercitu, qui in auxilio Terræ sanctæ profesticebantur, in terram Ægypti intrare, gentem quoque paganorum et Saracenorum subjugare et Suppeditare.* Acta S. Franciscæ Rom. tom. 2. Mart. pag. 157 \* : *Illi vero demones ipsam sic Suppeditando et percutiendo dicebant, etc.* Chronic. Cornelii Zantfliet apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 361 : *Cives in maximam servitutem redigere proponebat, francias ac libertates eorum per fas et nefas Suppeditare.* Adde Durandum Ration. lib. 1. cap. 3. num. 8. Acta SS. tom. 3. Jun. pag. 593. Chron. Episc. Hildeshem. apud Leibnit. tom. 1. Script. Brunsvic. Imitat. Christi lib. 1. cap. 18. etc. Hist. Johannis IV. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 691 :

Le monde veut Suppediter,  
Car le cœur en est gros et fier.

Vide *Subpeditare*.

\* Nostris *Suppediter*, eadem notione. Lit. remiss. ann. 1383. in Reg. 123. Chartoph. reg. ch. 257 : *Il a desja battu et villenè senz cause Perrin Boullart mon cousin, et tousjours nous veult Suppediter et villener.* Aliæ ann. 1398. in Reg. 153. ch. 467 : *Le suppliant dist audit Raoulin, tousjours ceulx de Condé et de Erpy veulent Suppediter ceulx de Chastel en Porcien; et ledit Raoulin disoit le contraire, et que ceulx de Chastel vouloient Suppediter ceulx de Condé et de Erpy.* Occurrit præterea in Lit. ann. 1406. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 109.

† SUPPEDITATIO, Submissio, in Charta ann. 1512. apud Rymer. tom. 13. pag. 340 : *In resistendum, Suppeditationem, et debilitationem Scotorum et aliorum, etc.* Vide *Subpeditatio*.

SUPPEDIUM, SUPEDIUM, *Refugium*, in Glossis Isidori, et apud Papiam, ubi idem Barthius reponit *hypopodium*.

\* SUPPELLICIATUS, *Suppellicio* indutus. Mirac. S. Auctoris tom. 4. Aug. pag. 53. col. 2 : *Quondam seum honorabilem, cunum et Suppellicium sub turri ejusdem ecclesiæ introrsum etc.* Vide in *Superpellicium*.

† SUPPELLICIUM, ut *Superpellicium*. Vide ibi.

† SUPPENDICULARIS LINEA, Gall. *Ligne perpendiculaire*, Quæ recta imminet. Epistola Gunzouis ad Augienses ann. 969. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 309 : *Quondam etiam stantibus Suppendiculares (lineæ) copulantur.*

† SUPERIORITAS. Vide *Superioritas*. SUPPETERE, Petere per subreptionem, contra jus. Synodus Tricassina ann. 878. cap. 2 : *Ecclesiarum sanctorum possessiones, id est Monasteria, mansa, cortes, villas, nullus Suppetere a Romano seu reliquis Pontificibus præsumat, nisi personæ, quæ Canonice sancti auctoritas.*

† SUPPETIARI, Suppetias ferre, auxiliari. Vita S. Leonis IX. PP. tom. 2. April. pag. 653 : *Cui etiam mox cuncta sua de integro salvu resituit, Suppetiente ejus cognata.* Utitur Apuleius non semel.

† SUPPETIO, Ratio, modus, quantum

quis ferre potest. Hist. Excidii civitatis Acon. lib. 1. cap. 6 : *Et ut quilibet civium juxta suarum Suppetionem facultatum ad sui tuitionem et defensionem civitatis de familia et armis sufficienter habeat.*

† SUPPINCERNA, Pincerna secundus, qui vices primi supplet; ejus officium *Suppinceratus* dicitur, in Charta ann. 1312. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 32 : *Omnibus juribus et actionibus quæ nobis in officio Suppinceræ... competunt, ... exceptis literis dicti domini nostri Regis Boemæ quas de novo super bonis ad dictum Suppinceratum pertinentibus... recipimus.*

SUPPLANTANEUS, *Supplantator*, qui alium supplantat. Utitur Michaël Scotus de Physionomia cap. 72. 75. 100. 101.

† 1. SUPPLANTARE, Evertere, Gall. *Renverser*. De futuro dicitur in Actis S. Mammarii tom. 4. Analect. Mabill. pag. 97 : *Nos non hæc fecimus, sed Dominus uoster Jesus Christus, qui te Supplantavit cum patre tuo diabolo et angelis ejus in igne devotionis, ubi est fletus et stridor dentium.* Anulinus proconsul dixit : *Ergo nobis est ista pœna preparata?*

\* Dejicere. Capitul. Caroli C. ann. 859. cap. 3 : *A qua consecratione vel regni sublimitate Supplantari vel projici a nullo debueram.*

\* 2. SUPPLANTARE, Auferre. Annal. Bertin. ad ann. 863. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 81 : *Hunfridus Gothiæ marchio sine conscientia Caroli regis, factione solito more Tolosanorum, qui comitibus suis eandem civitatem Supplantare sunt soliti, Tolosam Reimundo subripit et sibi usurpat.*

\* SUPPLANTARIUM, Assutum vesti resarcitæ segmentum; unde *Supplantarius*, qui vestes detritas resarcit. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Tacon, Supplantarium, sartacoptium. Supplantarius, sartacoptius, Taconnier.* Vide *Tacones*.

† SUPPLANTATOR, Proditor. Capitula Caroli C. tit. 30. cap. 5 : *Ad cujus colloquium sine mea voluntate atque licentia Wenilo venit, quem Supplantatorem meum esse cognovi.*

† SUPPLASSARIUS. Vide *Seplasiarius*.

\* SUPPLEMENTA appellabantur Milites adscripti, ut in locum militum amissorum subrogarentur, nostris *Recrues*. Vide in *Adscuentes*.

SUPPLEMENTARIUS. Ordo Romanus : *Ad denuntiata diebus festis stationem primo mane præcedit omnis Clerus Apostolicus, ad Ecclesiam... exceptis his, qui in obsequio illius comitantur, ut supra diximus : et expectantes Pontificem in Ecclesia cum Supplementario et Bajulis et reliquis, qui Cruces portant, sedentes in Presbyterio.* Forte legendum *Subpulmentario*. Vide in hac voce.

Ejusdem nominis officium obtinuit in Ecclesia Coloniensi, ut colligitur ex Consuetudinibus MSS. ejusdem Eccl. in Bibliot. Atrabat. quodnam vero fuerit ex his non percipitur : id unum effici potest nihil temere emendandum esse in hac voce.

SUPPLEMENTUM, Viaticum, quod ad iter conficiendum suppedatur. Jonas Bobiensis Monach. in Vita S. Bertulfi Abb. cap. 5 : *Poscunt ut Supplemento publico,*



qualiter Romæ ad Sedem Apostolicam venire queant, fulciantur.

† SUPPLEMENTUM, Subsidiū ad vitæ necessaria. Monast. Anglic. tom. 1. pag. 12 : Anno gratiæ 681. Baldredus Rex Cantie dedit Hengisel abbati (Glastoniensi) ad Supplementum honorabilis ecclie B. Mariæ et S. Patricii monerium de Pennard. Charta Ludovici Pii sæc. 4. Bened. part. 2. pag. 122 : Delegavit etiam eidem presbytero quandam cellam, Hrodnauce vocatam, quatenus eidem loco periculis undique circumdato feret Supplementum. Ad Supplementum servorum Dei ipsi prenominato loco serventium, etc. in Charta Richardi II. Ducis Norman. Vide *Supplere*.

† SUPPLERE, Suppeditare, Gall. *Four-nir*. Fragn. Hist. Andegav. apud Acher. tom. 10. Spicil. pag. 395 : *Goffridus... deponens omnem curam militiæ rerumque secularium monachus factus est in Monasterio S. Nicolai, quod pater ejus et ipse multa devotione construxerant et rebus suis Suppleverant*. Vide in *Supplementum*.

\* SUPPLETARIUS, in ecclesia Turo-nensi, Qui vices alterius supplet, vulgo *Soupletier* et corrupte *Soupelletier*, teste *Le Beuf* in ejus *Adversariis*.

1. SUPPLETIO. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 56 : *Si inter aliquem et firmarium suum, qui non etiam sit homo suus, de iis præsertim, que ad firmam pertinent, controversia oriatur, si de taleis agatur, si de Suppleccione in ipso manerio sit, etc.* Legendum *Suppletionibus*. Et mox : *De Suppletionibus in hominibus, in pecunia, etc.* [Idem videtur quod *Superpositum*. Videsis *Superponere* 1.]

† 2. SUPPLETIO DIABOLICA, Obsessio a dæmone, apud Cassianum Collat. 7. cap. 31. 32. Vide ibi notas pag. 868. edit. Rom.

† SUPPLETIVUS, παραπληρωματικός, in Gloss. Latino-Græc.

† SUPPLETOR, Qui vices alterius supplet, apud Marten. de Divin. Offic. pag. 222 : *Succentor vel Suppletor incipit Magnificat secundi toni*.

\* Nudè pro eo, qui supplet. Charta ann. 994. apud Mabill. Dipl. pag. 578 : *Verum virtutis auctor, Suppletor, fautor, benignissimi Jesu magnificentie non expers erit, cum pro se quæ Dei voto sunt, joverit*.

† SUPPLETUS, Expletus, finitus. Acta purgat. Felcici Episc. Aptung. apud Baluz. tom. 2. Miscell. pag. 82 : *Magistratus Suppleto anno omnes actus suos domum suam tulit*.

† SUPPLICAMENTUM, Supplicatio. Acta S. Hucberti tom. 7. Maii pag. 277 : *Compluribus aliis id genus precum Supplicamentis deposcens, etc.* Utitur Apuleius lib. 11. Metamorph. semel et iterum.

\* SUPPLICANDA, Libellus supplex, Gall. *Supplique*, *requeste*, in Invent. ann. 1476. ex Tabul. Flamar.

1. SUPPLICARE dicuntur Monachi, cum ante Abbatem in Capitulo, aut alibi, se inclinant, seu cum eum salutant. Usus antiqui Cisterciensis cap. 70 : *Ille qui juxta Abbatem sessurus est (in Capitulo) humiliet se profunde de loco suo versus Abbatem, nec tamen super genua vel articulos, et sic re-sideat. Et ita faciat in omnibus locis, qui*

*juxta eum sedere voluerit, excepto in Ecclesia. Nam nec fratres in Ecclesia sibi Suppliciant, neque ad mensas, neque nocturno tempore. Et cap. 71 : Dum vero ambulant, humiliter incedant, et discooperto capite Supplicantes invicem obviando. Quod si Abbati obvaverint, divertant se in partem Supplicantes ei. Adde cap. 83. Vide Regul. S. Benedicti cap. 63. Guigonom in Statutis Ord. Cartusienis cap. 43. § 5. Statuta Ordin. Præmonstrat. dist. 1. cap. 9. etc.*

\* SUPPLICARE SEMET, Inclinare se aliquem salutando. Glaber Rodulph. lib. 1. Hist. cap. 1 : *Deinde cum ejus (Heriberti) filium osculatus fuisset (rex) stansque juvenis..... regi minime semet Supplicaret; pater cernens, qui propter adstabat, valenter alapan collo juvenis intulit, seniore, inquires, et regem erecto corpore osculaturum non debere suscipere, quandoque scito*.

\* 2. SUPPLICARE, Supplici libello agere, practicis nostris *Se pouvoir par requeste*. Catalog. MS. episc. Carnot. ann. circ. 400 : *Nomine capituli quilibet præbendarius in suo tempore regens præbendam suo nomine et consociorum suorum jurisdictionem illam exercet, et a talibus præbendariis exercentibus Supplicatur ad capitulum et non appellatur*. Vide *Supplicatio*.

† SUPPLICATIO, Libellus supplex. *Supplicatio ad Regem*, titulus est formulæ 8. novæ Collect. apud Baluz. tom. 2. Capitul. cot. 562.

\* Nostris *Supplication* olim dicta est *Oblatæ*, Gall. *Oublie*, seu panis tenuissimi species, quam nunc *Gauffre* appellamus. Stat. ann. 1406. in Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 135 : *Que nul ne puisse... estre ouvrier en la ville de Paris, ne ès fauxbourgs d'icelle, se il ne sct faire en un jour au moins cinq cens de grans oubliées, trois cens de Supplications et deux cens d'estrées dudit mestier*.

† SUPPLICATURIO, Litteræ commendatiæ Abbati factæ, ut in cænobio aliquem, qui monachus fieri cupit, recipiat. *Supplicaturio pro eo qui in monasterio concersare desiderat*. Ita inscribitur Form. 48. apud Marculfum lib. 2.

\* SUPPLICATUS, Deprecatio, Gall. *Supplication*. Joan. ab Insula de Gest. Franc. apud Lam. tom. 3. Delic. erudit. pag. 25 : *Londinenses..... magnis cum Supplicatibus, pluresque aliæ civitates se se dedunt*.

SUPPLICIA, Quæstiones, torturæ, in Lege Salica tit. 42. § 5. 7. 8. 9. 10. 11.

† SUPPLICIAMENTUM, Supplicium, pœna. Tertull. de Fuga in persecut. cap. 9 : *Perfecta dilectio foras mittit timorem; quia timor Supplicamentum habet*. Legitur pœnam in Epist. 1. Johannis cap. 4. 18. unde hæc desumpta sunt.

\* SUPPLICIATUS, *Supplicio* seu *Suppeliicio* indutus, ut supra *Suppeliiciatus*. Charta Mariæ de Brabantia ann. 1398. in Supplem. ad Miræum pag. 439. col. 1 : *Rector omnibus diebus Dominicis et celebribus ad utrasque vespas, nativitas et missam, cum scholaribus suis Suppliciatu chorum frequentare tenebitur*. Vide in *Suppeliicium* et *Supplicium* 1.

\* SUPPLICISSIME, Perquam supplici-

ter. Chron. Joan. Vitodur. in Thes. hist. Helvet. pag. 4 : *Nam cæteri cives perterriti res et corpora sibi Supplicissime subjecerunt. Ad te Supplicissimus venio*, in Gest. Franc. Joan. ab Insula apud Lam. tom. 3. Delic. erudit. pag. 28.

† 1. SUPPLICIUM TERSORIUM, Linteum ad abstergendum. Joh. Legatius in Chron. Monast. S. Godehardi apud Leibnit. tom. 2. Script. Brunsvic. pag. 423 : *Infusa aqua capit semicinctium, portansque collo tersoria Supplicia, inflectit genua, ac prehenso lavandisque pedes lavat, tergit, osculatur*. Ægre crediderim contracte scriptum fuisse pro *Suppeliicium*, ut supra observavimus in *Suppeliicium*.

\* 2. SUPPLICIUM, Factio, seditio. Lit. remiss. ann. 1358. in Reg. 86. Chartoph. reg. ch. 606 : *Invalescent et durante horrido et detestabili Supplicio et debato, quod quamplurimi imobiles... anno novissime præterrito contra universos et singulos nobiles, nequiter et temere fuerunt machinati*.

† SUPPLICIUS, pro Sulpitiis, quomodo *Supplice*, pro *Sulpice*, quibusdam dicitur, in Litteris Johannis Reg. Franc. tom. 3. Ordinat. pag. 493.

† SUPPLOSIA. Papias MS. Bituric. : *Excelsa, Supplosa, alta*.

SUPPLUMBARE, Immergere, *Plonger dans l'eau, a plumbo*, quod aquarum altitudinis explorandæ gratia in mare immititur. Guibertus de Vita sua lib. 3. cap. 8 : *Et cum eos rebus omnibus spoliasset, ... ejectos in flumine Supplumbabat*.

SUPPODIARE, Sustinere. Vide *Podium* 2.

† 1. SUPPONERE, pro Superponere, apponere. Charta ann. 1253. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 30. col. 1 : *Et ipse Comes dicta castra et domos fortes, sive turres, debet tenere pro suo dominio per unam diem et unam noctem, et in singulis Supponere banneriam sive vexillum suum*. Vide *Superpositio silentii* in *Superpositio* 3.

\* 2. SUPPONERE, Deponere, demittere, Gall. *Mettre bas*. Lit. remiss. ann. 1355. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 476 : *Detecto culo suo, brachiis Suppositis seu avallatis clamabat, etc.* *Supposer*, obscæne dicitur, in aliis Lit. ann. 1382. ex Reg. 121. ch. 68 : *Gilot le Maistre..... tampta tant ladite Dame, que un jour entre les autres ledit Raoul d'aventure les trouva ensemble et en recoy en une estable à vaches, où ledit Gilot la Supposoit et cognoissoit charnelement*. *Supposier* vero est *Pondus* rei cuiusvis expendere, vulgo *Soupeser*. Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 155. ch. 148 : *Lequel aperçut un petit coffret, qui estoit à mettre joyaulx, ... lequel il ala Supposier, et senti qu'il y avoit de l'argent*.

† SUPPONTATIO, Vide *Supportare* 2.

1. SUPPORTARE, Curare, similiter et ferre onus aliquod, et alii parcere, in Jure Hungarico. Sambucus. Nos etiam *Supporter* dicimus, pro *tolerare*.

† SUPPORTARE ALIQUEM, Protegere, favere, Galli dicimus eadem notione *Supporter* quelqu'un. Litteræ Joannis Comit. Armaniac. ann. 1356. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 3. pag. 105 : *Quod in loco patenti et eminentiori ville seu loci recipiantur dicte monstre, faciant venire palam et publice et*



de die clara, nulli deferendo, nec aliquem Supportando, vel odio, vel mala voluntate, aliquem agravando. Excerpta e Joanne a Bayono in Hist. Mediani Monast. pag. 289: *Instat pars adversa. Papa autem Maherum Supportans, eum venientem dicebat.*

† SUPPORTATIO, Defensio, tuitio, protectio, Gallice *Support*. Charta ann. 1499. apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 337: *Concedimus eidem Duci (Eboracensi) defensionem et Supportationem libertatum, et franchiesiarum, curiarum, jurium, etc.* Chronic. Joh. Whethamstedii pag. 382: *Dignatur eadem vestra celsitudo, in Supportationem primo vestri honoris regii, etc.*

† SUPPORTARE, Perferre, sustinere, nostris *Supporter*. Charta ann. 1369. inter Ordin. Reg. Fr. tom. 5. pag. 284: *Attentis etiam gravaminibus et molestiis, quas ipsi Consules et habitatores loci et honoris prædictorum, tam propter guerras Regum Francorum, quam aliter, diversimode sustinere et Supportare habuerunt, etc.*

† SUPPORTATIO, Subsidiarum impositio, suppeditatio. Charta Henrici IV. Reg. Angliæ ann. 1400. apud *Rymer*. tom. 8. pag. 122: *Tam pro sustentatione dictorum prioris et monachorum, quam pro Supportatione aliorum onerum sibi incumbendum congrue, etc.* Charta ann. 1428. apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 101: *Deductis sumptibus in Supportationem onerum, expensarum ministracionum in divinis, etc.* Occurrit præterea in Bulla Pauli III. PP. ann. 1549. pro secularisat. Monast. Insulæ Barbaræ tom. 1. Macer. ejusd. pag. 264. Vide *Supportus*.

2. SUPPORTARE, Transferre, cedere, resignare: vox Feudistarum. Charta ann. 1304. apud *Fredericum Sandium* in Consuet. feudales Gelriæ pag. 46: *Quod nos ex libero arbitrio et spontanea voluntate villas nostras de Vronenbrouck.... Supportamus pro presentes ipsi domino nostro Comiti et suis hæredibus libere et solute, recognoscentes ipsas villas a prædicto domino nostro Comite jure feudali recepisse, etc.* Exstant alia ejusdem ferme tenoris apud eundem pag. 37. 38. 47. 48. 50.

\* Charta ann. 1345. tom. 2. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Honthelm* pag. 157. col. 1: *Quas domos..... resignavimus et Supportavimus, resignamus et Supportamus man, ore et calamo, cum solemnitatibus debitis et consuetis, ad habendum, tenendum et in perpetuum possidendum.* [\*\* German. *Auftragen*. Vide *Homeier*. Jus feud. Spec. Sax. tom. 2. pag. 315. *Supporare*, in chart. ann. 1327. apud *Guden*. Cod. Diplom. tom. 2. pag. 1035. Adde *Haltaus*. Glossar. German. voce *Ubertragen*, col. 1824.]

† SUPPORTATIO, Cessio, translatio. Testam. ann. 1307. apud *Ludewig*. tom. 2. Reliq. MSS. pag. 257: *Et hanc meam ultimam voluntatem, quoad dotationem dicte vicarie et altaris, resignationem, effestnationem et Supportationem bonorum mobilium et immobilium, etc.* Ubi perperam editum *Supportationem*.

\* 3. SUPPORTARE, Adjuvare, commodare operam. Memor. F. Cam. Comput. Paris. fol. 25. v. ad ann. 1396: *Petrus de Canteleu ordinatus per Cameram ad Support-*

*tandum clericos computorum, loco magistri Nicolai de Pratis.*

SUPPORTARI, Eximi, immunem esse ab aliquo onere. Statuta Ord. Præmonstrat. dist. 2. cap. 1: *Nec non a communi frequentatione et cursu Missarum hebdomadam celebrandarum Supportati penitus existant.*

\* Charta ann. 1282. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonstr. col. 434: *Nostrum monasterium ab omnibus subsidiorum et contributionum oneribus perpetuo Supportatum esse debeat et exemptum.* [\*\* Chart. Ludov. Imper. ann. 1320. in *Guden*. Syll. pag. 493: *Ab onni onere exactioinum... absolvendos duximus... Sic, quod dicta quatuor opida, si ea nostro celsitudo habere Supportata non poterit, nobis et imperio quolibet anno in festo B. Martini, pro omnibus Supradictis oneribus præstandis, 1600. marcas ministrabunt.* *Suprapoctari*, in chart. sec. XIV. apud *Guden*. Cod. Diplom. tom. 2. pag. 1110. Vide *Haltaus*. Glossar. German. voce *Ubertragen*, col. 1824. et *Vertragen*, col. 1905.] Stat. MSS. S. Viet. Paris. part. 2. cap. 15: *Qui quadraginta annis ab investitionis sue tempore in religione conversati sunt, debent a lectura mense Supportari, dummodo id in conventu ab abbate humiliter petierint.* *Supporter*, eodem intellectu, in Ch. Caroli VI reg. Franc. ann. 1416. ex Chartul. episc. Carnot.: *Par le fait des guerres et mortalités, qui se sont survenues en ladite ville, ils n'ont peu paier icelle, rentre à nostre amé et feal conseiller l'evesque de Chartres;..... le quel nous consideracion desdites fortunes et mortalités, ayant pitié et compassion de leur pauvrete et nécessité, les ait Supportés et départico de paier ladite rente.*

† SUPPORTATIO, Vide *Supportare* 1. et 2.

† SUPPORTUS, Subsidium, auxilium, Gall. *Support*. Charta ann. 1407. apud *Rymer*. tom. 8. pag. 466: *Plenus avisati cum cujusmodi et quali auxilio et Supporto, ac cum quoto et quanto numero hominum defensabilium, nobis in præmissis voluerint et poterunt deservire.* Vide *Supportatio* in *Supportare* 1.

SUPPOSITIO, Glossæ antiquæ MSS.: *Suppositioem, Propitiatorium.* [Vide in *Superpositio* 3.]

† SUPPOSITITIUS, *Subditiuus*; ὑποβουλιουτικός, in Gloss. Lat. Gr. Addunt *Sangerm*. *Subditiuus*.

1. SUPPOSITORIUM, Medica balanus. *Petrus Blesensis* Epist. 43: *Contra inobediencia ventris fiat Suppositorium, aut clyster.*

SUPPOSITURA, Idem quod *Suppositorium*, apud Constantinum African. de Morbor. curat. lib. 1. cap. 17. lib. 6. cap. 18. lib. 7. cap. 3 etc.

2. SUPPOSITORIUM, Gloss. Græco Lat.: ὑποβουλιου, *Suppositorium*. Idem: ὑποπόδιον, *Scabellum, subsellium, scamillum, Subpositorium*. Aliud Gloss. cap. de Vasis argenteis: *Subposturium*, ὑποβουλιου καὶ ὑποθητιου. Ejusmodi forte illud est *Suppositorium*, quod inter ministeria sacra reponit Gregorius M. lib. 1. Epist. 42: *Suppositorium aliquid argenteum pro uno solido dicitur esse optimum, et calix pro 6. solidis esse oppositus.* Alii codd. habent *Suppostorium*, uti monet *Jamesius*. Et *Historia Episcopo-*

*rum Autisiodor.* cap. 20: *Item salariolam parvam cruciculam habentem pens. uncias 9. Item Suppositorium anactum pens. lib. unam et semis.*

† Quo ultimo loco, ut et apud Gregorium M. intelligenda videtur patera quæ poculo inter bibendum supponitur, uti innuit *Petrus Abbas Cluniac.* lib. 1. cap. 5: *Cum vino, quod susceperat, frusta omnia cominuti Corporis Christi in vas, quod ori ejus suppositum fuerat, refundere coactus est.*

† 1. SUPPOSITUM, ut *Superpositum* 1. Vide ibi.

† 2. SUPPOSITUM, Subditus, subordinatus, Gall. *Suppôt*. Charta ann. 1426. apud *Marten*. tom. 1. Anecd. col. 1770: *In quantum laicos seculares præsentis et futuros, seu dicte universitatis, aut eorum Suppositorum laicos familiares concernit, etc.* Bulla Eugenii IV. PP. ann. 1443. apud *Miræum* tom. 2. pag. 896: *Plurimum numero Suppositorum pollet Universitas Lovaniensis.* Litteræ Caroli VII. Reg. Fr. ann. 1452. tom. 6. Spicil. Acher. pag. 501: *Qui (Baillivus) regentes, scholares et Supposita ejusdem (Universitatis Cadomensis) ut a litterarum studijs nullatenus distraherentur, etc.* Adde *Compend. jurium Universit. Paris.* per *Robert. Goulet* fol. 5.

\* Canonici ecclesiæ Augustensis eadem voce designari opinantur docti Editores ad *Vit. S. Bern. de Monte Jovis* tom. 2. Jun. pag. 1075. col. 1: *Bernardus tunc Suppositus ecclesiæ per archidiaconum præsentatus, etc.*

† SUPPOSITURA, Vide *Suppositorium* 1.

\* SUPPOSTORIUM, Vide *Suppositorium* 2. et *Georg. Rhodig.* in *Liturg. Rom. Pontif.* cap. 23.

\* SUPPRESSIONARE, Opprimere, obruere. Chron. Bohem. apud *Ludewig*. tom. 11. pag. 204: *Et nihilominus ad observantiam hujusmodi statuti perpetuam, magnates et nobiles principatus Boemie in sacramento adstringit, ne pluralitate ducum tam insignis ducatus Suppressionetur; aut ex dissenione fratrum, super ejusdem principatus regimine, dispendium pateretur.*

† SUPPRENDERE, Vide *Supprisa*.

SUPPRESSUM, Morbus equinus, vel cum mordetur, in calce percitur, vel ipso de crure percitit rem aliquam duram, etc. *Petrus de Crescentiis* lib. 9. de *Agricult.* cap. 39. ubi vetus ejus interpret. Gallic. *Suros* vertit. [Leg. *Supprossum*. Vide in hac voce.]

† SUPPRESTIS, pro *Superstes*, passim apud *Marenllum* et alibi. Vide *Suprestes*. [SUPPRIMUS, Inferioris conditionis. Acta SS. Neræi, Achillei, etc. n. 21: *Quid faceretis, si rellet vos ab amore eorum alique ignobiles revocare, Supprimæque persone, ut ipsi vos maritas acciperent.* [Vide supra *Subprimus*.]

† 1. SUPPRIOR, ut *Subprior*, passim occurrit in recentioribus Instrumentis.

\* *Surpriex*, eadem notione, in *Lit. remiss.* ann. 1393. ex *Reg. 144.* *Chartoph.* reg. ch. 245: *Anbin de la Porte varlet du Surpriex de l'eglise de saint Remi de Reins.*

\* 2. SUPPRIOR, Inferior, secundi ordinis. *Invent. MS.* ann. 1366: *Littera..... per dominum Bonifacium VIII. super dandis*



*coadjutoribus episcopis et Supprioribus prelati, senio vel dementia, seu alia infirmitate corporali ad eorum officium exequendum perpetuo impeditis. Vide Supprioribus.*

† **SUPPRISA**, **SUPPRISA**, Exactio extraordinaria, quæ præter consuetam exigitur, violenta occupatio. Vide *Subprisia* et *Superponere* 1. Charta ann. 1265. apud Lobinell. tom. 4. Hist. Paris. pag. 514: *Conqueriebantur burgenses Parisienses de terra S. Opportune Parisius, quod Episcopus Paris. de novo levabat ab eis in dicta terra S. Opportune telonium unum seu costumam unam de rebus ibidem emptis et venditis in sua fertia septimana, licet ipsi nunquam solverint dictum teloneum seu costumam... Canonici etiam dictæ ecclesiæ super hoc conquerebantur, petentes hujusmodi Supprisiâ ab Episcopo factam penitus amoveri.* Litteræ Edwardi II. Reg. Angl. ann. 1308. apud Rymer. tom. 3. pag. 119: *Serenitatem vestram Regiam affectuose requirimus et rogamus, quatenus negotium interprisarum et Supprisarum... differre velitis.* Aliæ ejusd. Reg. ann. 1310. ibid. pag. 237: *Ut de usurpationibus et Supprisâ ante guerram, etc. Super terrarum et Jurisdictionum Supprisâ, excessibus, et aliis delictis quibuscumque, etc.* in Charta ann. 1334. apud eund. tom. 4. pag. 630. Vide *Superprisâ*, et *Supprisâ*.

\* Usurpatio, quod præter jus sibi quis attribuit. Charta Phil. Pulc. ann. 1312. in Reg. 48. Chartoph. reg. ch. 159: *Johannes de Villaribus multas Supprisiâ fecerat in foresta nostra Andeliaci, abutendo usagiis dictæ forestæ.*

† **SUPPRENDERE**, Capere ultra quam fas est aut licet, violenter occupare. Charta ann. 1252. ex Tabular. castr. Blein.: *Diximus de articulo de partis equorum, ex parte domini de Chesia nihil esse Supprisum, quia ita invenimus usum fuisse dominum Eudonem filium Comitum.* Charta Edwardi III. Reg. Angl. ann. 1340. apud Rymer. tom. 5. pag. 162: *Nulla fiet nobis restitutio Supprisorum durantibus primis treugis.* Vide *Supprendere*.

† **SUPPRESSUM**, Callus, ut *super-os*. Acta S. Lanfranci tom. 4. Jun. pag. 627: *Si te presul Lanfrancus de Suppresso quod habes in manu liberaverit, tunc eum credam esse snctum.* Vide *Suppressum*.

† **SUPPULLATUS**, perperam pro *Supputatus*, apud Ludewig. tom. 8. Reliq. MSS. pag. 69.

† **SUPPURARE**, In pus solvi, Gallis *Suppurer*. Gl. Lat. Græc.: *Suppuro*, φλεγμαίνω; in Sangerm.: *Stuppero*, *stuppero*, φλεγμονή, tumor, *Stupperatio*; in Regiis: φλεγμαίνω, *stupore* *linguæ*, tumesco ex languore. Utitur Columella.

\* Glossar. medic. MS. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959: *Suppurare, sanieum seu pus facere.*

† **SUPPUS**. Vide supra *Supes*.

† **SUPPUSTORIUM**, ερισπια, in Gloss. Lat. Gr. [*\*\* Ερισπια*. Vide *Suppositorium*.]

\* **SUPRA OCCASIONE**, Data occasione, Gall. *A l'occasion*. Lit. Phil. V. ann. 1317. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 25. col. 1: *Supra occasione quod a domino germano nostro, quandam rege Francorum, prædicta obtinuisse dicitur.*

\*\* **SUPRABANNUM**. *Bannum et supra-bannum*, Germ. *Acht und Aberacht*, in chart. ann. 1442. apud Haultaus. Glossar. German. col. 1. Vide in *Bannum*.

† **SUPRACAPITANEUS**, Præfectus civitatis, vel exercitus. Anonymus apud Murator. tom. 8. col. 112: *Et tunc DD. Tiso de Campo S. Petri et Jacobus de Carraria venerunt pro communi Paduæ pro Supracapitanis in civitate Vicentiæ.* Vide *Capitaneus*.

† **SUPRACARIUS**, Qui exonerandis navibus onerariis præest, ut videtur. Statuta civilia Genevens. lib. 4. cap. 16. pag. 121: *Possit etiam idem patronus seu præfectus exonerare in quocunque loco ad requisitionem Supracarici, seu mercatoris, aut alterius cui res spectent.* Vide *Carrica*.

**SUPRACELLUM**. Historia Abbatæ Condomensis pag. 510: *Fecit fieri cortinas de tela, et Supracellum altaris B. Petri.* Ubi *Supracelum* legendum: intelligitur enim cortina quadrata, quæ Ciborii vice altari imminet, quam vulgo *Ciel* appellamus. [Vide *Supercælum*.]

\* **SUPRACELUM**, Baldachinum, umbella, Gall. *Ciel*, *dais*. Comput. ann. 1356. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 172. col. 2: *Solvit clavarius quatuor hominibus, qui fuerunt ad portandum tres magnos pannos, ..... necessarios ad faciendum Supracelum in plano thesaurariæ in die Eucharistiæ.* Vide *Supercælum*.

† **SUPRACENSUS**, ut *Supercensus*. Vide ibi.

† **SUPRACOMITUS**, Italis *Sopraconito*, Præfectus eorum qui turmis ac copiis militaribus in navigiis præstant. Vide in *Comes* 2. Continuat. Chron. Andr. Dan-duli apud Murator. tom. 12. col. 450: *Galeæ omnes Sopracomitibus, consiliaris, armigeris, probissimis balistrariis, remisque subito cernuntur armatæ... Assignatis igitur cuilibet Sopracomitum cedulis de modo et ordine belli, etc.*

\* **SUPRACOPA**, Operculum cupæ seu poculi, Gall. *Covercle*. Inquisit. contra Templar. ann. 1311. ex Cod. reg. 5376. fol. 17. vº: *Unam cupam de cristallo, ornatum de argento deaurato in pede et Supracopa.* Vide supra *Subrecap*.

† **SUPRÆ**, γαστροκνημια, κνήμια, in Gloss. Lat. Gr. Sed legendum *Sura*, ut patet ex Gloss. Græc. Lat.: *Γαστροκνημια*, *Sura*, ventriculi. Eadem: *Κνήμια*, *crura*, *Supræ κνήμια*, *sura*, *tibia*.

\* **SUPRAFATUS**, Supradictus, apud Wibert. in Vita S. Leon. IX. PP. inter Acta SS. ord. S. Bend. sæc. 6. part. 2. pag. 54.

† **SUPRAGAMBA**, Crus, pars pedis cui *gamba* subjacet. Veget. lib. 3. cap. 20: *Si quod jumentum coxam fregerit, aut Supragambam, scias non posse curari.* Vide *Gamba* 1.

**SUPRAJUNCTARIUM**, qui Aragonensibus *Sobrejuncteros*, suntque executores de las sententias, e *encalçadores de los malfeytores, e de los encarçados, e aquellos malfeytores, que sean jndgados por los justicias de las Ciudades et de las villas, e de los otros lugares de Aragon*, ut est in Foris Aragon. lib. 1. pag. 7. v. edit. 1624. Atque ii primo *Vicarii* et *Pactarii* appellati: sed postmodum *Suprajunctarios* vocari statuit

Jacobus II. in Curia Cæsaraugustæ inita ann. 1300. ut est in iisdem Foris Aragonens. pag. 13. De eorum munere sic idem Jacobus II.: *Suprajunctarii exequantur sententias Justitiæ Aragonum, et mandata, quæ eis fecerit ex parte Domini Regis, et mandata, quæ eis fecerit Governator Aragonum, et sententias aliorum judicum exequantur, cum per eos fuerint requisiti, et in his non sint nliqueteus negligentes. Et non citent et non pignorent aliquem sine mandato Dom. Regis, vel Governatoris, vel Justitiæ Aragonum, vel aliorum judicum, cum non habeant cognitionem causarum. Tamen possint et teneantur persequi, requisiti vel non requisiti, Intrones, homicidas, et alios malfeytores ex suo officio, et capiant illos, et faciant eos et furta et deprædata fieri demanifesto, et faciant eos judicari per justitias locorum magis convenientium, et restituant furta et deprædata sine aliquo pretio dominis suis. Teneantur etiam et possint facere eos assecrari qui requisierint ipsos: et non accipiant de villis, quæ habent mercatum, nisi 10. solid. et de aliis villis nisi 5. sol. de illis villis scilicet, quæ erunt de Junctn, etc. Multa de ejusmodi Suprajunctariis, quorum idem munus est, quod *Præpositorum Marescallorum* apud nos, habent Fori Aragonenses fol. 15. 33. 34. 35. 142. Observantia Regni Aragon. fol. 23. 36. 40. et alibi passim. Vide *Juncta*.*

\* **SUPRALECTUM**, Lecti supernum tegmen. Inventar. MS. thes. Sedis Apostol. ann. 1295: *Item unum Supralectum de panno de Romnia ad bestias ad aurum, brodatum de ramito viridi, cum scutis nd arma comitis Casertarum.*

**SUPRALIGATURÆ**, dicuntur panni, canisia, manicæ mulierum usque ad humeros. Papias.

\* Vide supra *Supparatn*.

**SUPRAMITTERE**, Mittere supra, Accusare, Gallis *Mettre sus*. Tabul. S. Albini Andegav.: *Et mittit ei suprn, quod olim vel sanguinem ejus fudit, et furtum fecit.* Infra: *Destinat se probare per sacramentum, quicquid ei Vicarius Supramittit, non fecit.*

\* *Surmettre*, eadem notione, in Lit. remiss. ann. 1370. ex Reg. 100. Chartoph. reg. ch. 897: *Lesquelz compaignons firent arrestet le supplicat, ..... en lui Surmettant qu'il leur devoit cent frans.* Hinc *Surmise*, pro Accusatio, in Lit. ann. 1317. tom. 1. Ordin. reg. Franc. pag. 646. art. 9.

**SUPRANOMEN**, Quod nomini *συριον*, seu proprio additur, ad similitudinem nominum discrimen, Gallis *Surnom*. [Vide *Supranomen*.] Charta ann. 1049. in Tabulario Casauriensi: *Ideo constat, ut Octoberto, qui Supranomen Fratello vocatur.* Alia apud Ughellum tom. 8. pag. 47: *Jonnnes, qui Supranomine Walterii vocatur.* Alia ann. 954. tom. 5. pag. 1539: *Petro viro magnifico, qui et Supranomen vocatur Pazzii, seu Gregorii, et Rotæ.* Sic porro dictum *Supranomen*, quod in actis præsertim publicis, quæ a testibus subscriberentur, seu ad discrimen similitum, ut dixi, nominum, seu ad pleniorum personarum designationem, supra singulorum nomina, locorum et prædiorum, quæ ii incolerent, aut quorum domini erant, nomenclaturas adderent



Notarii, cujusmodi complures chartas vidimus ex Tabulariis Arelatensi, Massiliensi, Paredensi, et aliis : quod quidem supranomen idem videtur, quod *epinomen*, voce ibrida, vocant Notæ Tyronis pag. 35. ubi perperam scriptum *Ephinomen*. In hujus autem rei exemplum proferam veterem Notitiam MS. de querela inter Archembaldum de Borbonio et Petrum de Blot, pro Castello Montis acuti sub Henrico Rege Angl. quæ sic clauditur : *Factu sunt hæc videntibus et audientibus ex parte Arch. Francon.*

de Agonis. de Bosco. Corallo. de Mon-Rupe. Willelmo. Jordano. Amotinic. Dartborsa.

ne. Teclaudo.

etc. Quæ quidem superscriptiones nomina designant prædiorum, quorum singuli domini erant. Similia habentur in Tabulario S. Eparchii Inculismens. fol. 28. 3a. 33. 84. vº. 125. vº. 230.

Jampridem observatum a viris doctis, atque in primis a Duchesnio in Hist. Monorenciaca lib. 2. cap. 1. *Supranomina* vix cognita ante tertiam Regum nostrorum stirpem : qua tum tempestate agnoscere cœpere viri nobiles a prædiorum suorum nominibus, quæ propriis suis appellationibus addiderunt : incerta licet ratione, nec apud omnes rata et constanti : cum ex iis quidam varia sibi supranomina adscriberent, secundum varia, quæ possidebant, prædia, et prout in horum singulis acta sua conficiant, quod potissimum in familia Bovensi accidisse colligere est cum ex veteribus tabulis, tum ex Scriptoris cœvis, apud quos Drogo, qui sub Roberto et Henrico Regibus vixit interdum *Bovensis*, interdum de *Papyriaco* : Ingelrannus Drogonis filius, promiscue *Bothuensis*, *Codicicænsis*, et de *Fara* : Thomas denique Ingelranni filius, de *Fara*, vel de *Feria*, *Codicicænsis*, de *Marna*, seu de *Marla*, cognominantur, quod horum prædiorum domini fuerint. Quod et observatum a secundogenitis, cum eo ipso ævo, prædiorum, quæ in hæredii sortem a parentibus acceperant, nomina vice cognominum sibi usurparent, ac in posteris transferrent : unde postmodum enatæ in familiarum enucleandis stemmatibus conjecturæ admodum incertæ : quod qui in hac Historiæ parte sedulo versantur, satis advertunt.

Longe vero diversus est cognominum inductus usus ex nominibus, quæ *jocularia* vocat Ausonius, quibus discernentur a se invicem ejusdem nominis viri nobiles, et inferioris etiam conditionis, cum ea singulis propria fuerint, nec ad posteros et familiam traderentur, iis a cutis colore interdum deductis, ut fuere ii, qui *Albi*, *Nigri*, et *Rubei* dicti sunt, interdum ab ipso comæ colore, aut barbæ prolixitate, unde enatæ appellationes *Barbatus*, *Honestæ burbæ*, *Filans stupam*; interdum a vestitu, ut sunt eæ, *Capetus*, *Grisa gonella*, *Pellis lupi*, etc. denique a moribus ac indole propria, ut *Tricator*, *Hutinus*, etc. [Vide Mabilionium lib. 2. Diplom. cap. 7.] [\* Murator. Dissert. 41. in Antiq. Ital. med. ævi.]

¶ **SUPRANUS**, Superior. Vide *Subtunus*. Supremus, præfectus, præpositus, Italis, *Soprano*; quibus notionibus nostrates

*Souverain* dixerunt. Charta ann. 1261. ex Chartul. Campan. fol. 375. col. 2 : *Et porce vos priens nos por Dieu et por ce que faire le devez, comme sires Sovrains, que vos anvoiez tex genz de vostre conseil, qui vostre heritage et vostre raison puissent attendre et retenir. Le Souverain de la chambre, pro Président, in Ordinat. pro parlam. ann. 1320. tom. 1. Ordinat. reg. Franc. pag. 728. art. 2. Pro superiore generali alicujus ordinis. Stat. ann. 1376. tom. 6. earumd. Ordinat. pag. 188. art. 23 : Sera tenu le prier de ladicté eglise (de S. Catherine du val des ecoliers)..... quant il yra au chapistre du Souverain de la religion, etc. Souverain, in Charta ann. 1282. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1190. Charta ann. 1409. ex Chartul. S. Petri Insul. sign. *Decanus* fol. 200. rº : *Nous freres Mathieu ubbé de Clerevaux de l'ordre de Cistiaux, en la dyocese de Leingres, Souverain et pere abbé sans moyen de l'eglise de Marquette.* Ita quoque appellabatur ludorum præses. Lit. remiss. ann. 1391. in Reg. 142. Charthoph. reg. ch. 54 : *Michel Pollet, qui estoit ainsi que ordeneur ou Souverain de la besongne, donna le pris à Philippe de Recourt.* Reverentiæ nomen videtur esse in Charta Joannæ Carnot. comit. ann. 1285. ex Tabul. epis. Carnot. : *Nous eussions requis... à très saintisme pere et seigneur Martin par la grâce de Dieu judis Souverein évesque etc.* Alia ann. 1324. ibid. : *Souverain prélat... l'évesque de Churtres, etc.* De superiori regione dicitur in Chron. S. Dion. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 128 : *Lothuire s'en retourna en la Souveraine France, qui est li royaume d'Austrasie. In superiore Franciam Revertitur, in Chron. Adon. ibid. pag. 54. Souveraineté, pro Souveraineté, suprema potestas et jurisdictio, in Lit. ann. 1370. tom. 5. Ordinat. pag. 368.**

¶ **SUPRAPONS**, Pars navis, [Pons tertius.] Contractus Navigii D. Regis S. Ludovici cum Venetis ann. 1268. tom. 5. Hist. Francor. : *Et habet unum puradism, et duo vanna, unum supra aliud, et duos pontes, et unum Suprapontem, etc.*

\* **SUPRAPORTARE**. Vide in *Supporture*, 2. et *Supportari*.

\* **SUPRAPOSITA**, Exactio extraordinaria. Pactum inter Ursum Venet. duceum et Vulpert. Aquil. patriar. ann. 880. tom. 2. Cod. Ital. dipl. col. 1945 : *Populus noster, qui ibi advenit, nullum gravamen aut Suprapositam vel forcius patiatur.* Vide in *Superponere* 1.

¶ **SUPRAPOSITIO**. Vide in *Superponere* 1.

¶ **SUPRAPOSITUM**. Vide *Superpositum* 1.

\* **SUPRAPOSITURA**, Officium *Suprapositi* in collegiis artificum. Stat. sabat. Carcass. ann. 1402. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 558. art. 3 : *Quod dicti quatuor moderni suprapositi sic electi, presentabuntur quolibet anno, antequam dicto utantur Suprapositure officio,..... curiæ regiæ burgi Carcassonæ; in qua curiu..... jurabunt dicti moderni suprapositi ad sancta Dei quatuor Evangelia de se bene et fideliter habendo in officio Supraposituræ antedicto, utilia domini nostri regis et dicti ministerii procurando, etc.* Vide *Suprapositus*.

¶ **SUPRAPOSITUS**, Qui in collegiis artificum invigilat, ut statuta quæ totius corporis utilitatem spectant, diligenter observentur, Nostris, *Garde juré*. Litteræ Philippi VI. Reg. Franc. ann. 1335. tom. 2. Ordinat. pag. 114 : *Visu per Consilium nostrum quoddam oblutio facta seneschallo nostro Carcassonensi,.... per Arnaldum Raperie paratorem et Suprapositum paratorie Carcassonensis, et Guillelmum Marsedi procuratorem, ut dicebat, et procuratorio nomine aliorum Suprapositorum, etc.* Pluries ibi.

¶ **SUPRAPOSTES**, *Superius limen*, ὑπερσυνος, in Gloss. Lat. Græc. Sangerm. MSS.

¶ **SUPRA-PRÆPOSITUS**. Vide in *Præpositi*.

¶ **SUPRAREGULA**, dictus Willelmus Divionensis Abbas a rigore ferventioris propositi, ut scribit Hugo Flaviniacensis ann. 1013.

¶ **SUPRASEDERE**, pro *Supersedere*. *Suprasedente adversario*, in l. 5. Cod. Th. de Pactis. (8.9.)

¶ **SUPRASTANS**, Præfectus, Italis *Soprustante*. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 21. ubi de apparatus classis nauticæ : *Tertio 4. masarii, qui præsent victui vel scribanis : quarto duo Suprastantes vel suprasedentes armis.* Rollandinus in Chron. lib. 5. cap. 15 : *Fecit fieri unum zironem in Anole, et tres zirones in Mestre, ubi Suprastantibus et custodibus constitutis, et licentiatu exercitu, etc.* Adde c. 17. Utitur et alibi. [Chron. Parmense apud Murator. tom. 9. col. 823 : *Suprastantes tam in civitate quam extra ad doanum salis, etc.* Vide *Suprastans*.]

\*\* **SUPRATACTUS**, Supra dictus, in chart. ann. 1245. apud Schœnemann. in Cod. Dipl. tom. 1. pag. 179.

¶ **SUPRATENERE**, In maleficio excipere, deprehendere, Gallice *Supprendre*. Leg. Rotharis [\* cap. 296.] apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 40. col. 2 : *Et si qualemcumque rem mediocrem furatus fuerit, unde vi. solidi, aut minus in hoc Edicto judicantur, si fur ipse Supratentus fuerit, etc.* [\* Al. *supra furtum tentus fuerit.*] Vide *Supertenerere*.

¶ **SUPRATENTUS**, Supradictus, in Chartulario S. Vandreg. tom. 1. pag. 946.

¶ **SUPRAVESTIS**, Sagulum, *Cotte d'armes*. Statuta Ord. Hospital. S. Joannis Hieros. tit. 2. § 4 : *In armorum autem exercitio statuisimus, quod sagula sive Supravestes rubeas cum cruce alba recta deferant.* Eadem Gallica MSS : *Tous les freres doivent porter en fait d'armes juppel vermeil à la croix blanche, c'est à sçavoir Soubreveste.* [Jac. De Layto in Annal. Estens. apud Murator. tom. 18. col. 938 : *Quibus intrantibus portam Leonis hastiluros de societate Notariorum Supravestes suas, et deinde equorum suorum, in signum gaudii propriis manibus dilacerare ceperunt.*] Occurrit præterea apud Andream a S. Cruce in Collationibus Concilii Florentini pag. mihi 906.

¶ **SUPRAVIDERE**, Speculari, Gall. *Reconuoitre*. Barth. Scriba in Annal. Genuens. ad ann. 1224. apud Murator. tom. 6. col. 437 : *Demum vero ad Supraviden-*



*dum exercitum inimicorum ad castrum Montisalti pervexit.*

**SUPRAVITA**, Dotalitium, quod uxori cedit post mortem mariti, ex Gallico *Survivance*, vel *Survie*. Charta Guidonis Comitis Forciae ann. 1247: *Concedit... quicquid ad eam pertinet de... successione dicti Simonis nomine dotalitii aut Supravite, seu alia qualibet ratione.* Infra: *Dat et concedit dictæ Elizabeth nomine dotalitii aut Supravite medietatem totius terræ suæ, etc.* Vide *Supervivere*.

**SUPREMA**, Quando sol supprimitur, in Gloss. Isid. Solis occasus.

† **SUPREMITAS**, Suprema potestas, Gall. *Souveraineté*. Homagium ann. 1450. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 1133: *Nec intelligebat admisisse seu recepisse, aut admittere seu recipere verba per D. Ducem... neque eisdem consentire, in tantum quod iuribus corone et Suprematatis sue preiudicare possent, etc.*

† **SUPREMITAS**, Gall. *Suprematie*, vox usurpata apud Anglos, qua Regis suprema iurisdicatio in Ecclesiâ Anglicanâ significatur. Litteræ Edwardi VI. Reg. Angl. ann. 1552. apud Rymer. tom. 15. pag. 306: *In maiorem augmentationem et maintenancem Regalis status corone sue imperialis, et dignitatis Suprematatis Ecclesiæ Anglicanæ, etc.*

† **SUPREMUS**. *Suprema actio*, Accusatio, actio criminalis, quam premit suprema pœna, in Cod. Theod. lib. 9. tit. 1. leg. 5. *Supremum nomen, Suprema scriptura*, Testamentum, in eod. Cod. lib. 16. tit. 5. leg. 40. et tit. 7. leg. 3.

**SUPRESTES**, et **SUBPRESTES**, pro *Suprestes*. Glossæ Antiquæ MSS.: *Suprestes, supervivens, vivus, filius in rebus humanis constitutus.* Ita legi in Concilio Toletano V. et apud Marculfum lib. 2. form. 5. ut *Suprestitiosus*, pro *Supertitiosus*, in can. 4. ejusdem Concilii Tolet. V. in vett. codd. monuit Baluzius in Notis ad Antonium Augustinum pag. 522. [Vide *Supprestis*.]

† **SUPRESTITIOSUS**. Vide supra *Suprestes*.

**SUPRINUS**, pro *Sobrinus*, apud Pelagium Ovetensem Episcop. in Sebastiani Salmanticensis Episcopi Historiæ Addit. in Veremundo Rege, æra 827: *Mauregato defuncto, Fernundus Suprinus Adefonsi majoris, filius videlicet Froilani fratris sui, tres annos regnavit.* Utitur ibi rursus.

† **SUPSITÆ**, *Θυμιάσις*, in Gloss. Lat. Gr. Leg. videtur *Suffitus* ex Gloss. Gr. Lat.: *Θυμιάσις, Suffitus.*

† **SUPTRAGI**. Vide supra *Subtragi*.

† **SUPUMPIS**. Vide in *Supes*.

**SUPURATUS**, *Purulentus*. Papias.

**SURGARIA**. Vide *Surtaria*.

† **SURCETUR**, *Irascitur*. Gloss. Isidori. La Cerda emendat, *Succenset*.

† **SURCHOTUS**. Vide mox in *Surcotium*.

**SURCLARE**, apud Apicium lib. 4. et 5. pro *Surculis connectere et ligare*, dici observat Gabriel Humelbergius pag. 93. 104.

**SURCOTIUM**, Vestis species, Gallicis Scriptoribus *Surcot*, forte quod *Cotis* adderetur, vel super indueretur. Catholicum Armoricum: *Sourcot*, Gall. *Robe à femme*, *superhumeralis*, item *superlectile*. [Gesta Er-

minæ cujusdam puellæ Remis ann. 1396. ex Cod. MS. Bibl. S. Victoris Paris.: *Il me vint deux femmes qui portoient Seurcos plus longs qu'elles n'estoient environ une aulne, et falloit qu'elles portassent en leurs bras ce qui étoit bas, ou il trainast à terre, et avoient aussi poingnés en leurs Seurcos pendans aus coudes et leurs tetins trossés en hault.*] Statuta Conradi Archiepisc. Coloniensis ann. 1260. cap. 5: *Statuimus inhibendo ne aliquis Monachorum Surcotiis, caligis coloratis, calceis nolatis, cingulis irregularibus, aut massubis sericis utatur.* Perperam *Surgotum* scribitur in Annalibus Colmariensibus ann. 1298: *Feceat hoc anno ante festum S. Michaëlis Milites, quos omnes vestivit ad minus triplici vestimento, scilicet tunica pretiosa, Surgotum... nobili vario, suchornam cum vario pretioso.* Vide *Supertotus*.

† **SURCHOTUS**, Eadem notione. Concil. Trevir. ann. 1227. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 121: *Præcipimus districte, ut abbates et monachi, abbatissæ et moniales, nec mantella, nec Surchotos portent de cetero.*

† **SYRCOTUM**, Eodem intellectu, in Constitut. Frederici Reg. Siciliae c. 96: *Voluimus insuper quod liceat eisdem militibus habere ultra prædicta tria guaruimenta, Syrcotum unum sine manicis, cum quo comedant et morentur in domibus, quando ibi steterint: sed eo extra domos aliquatenus non utantur sub pœna amissionis ejusdem Syrcoti.*

\* *Seurcot* et *Seurcors*. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 118. Chartoph. reg. ch. 233: *Un Surcot lonc de mabre fourré de gros ver, un Seurcot de mabre fourré de gros ver, à manches fourrées de leasses.* Phil. Mouskes in Carolo M.:

A toujours en ivier si ot  
A manees uo nouviel Surcot,  
Fourré de vair et de goupis,  
Pour garder son cors et son pis.

Vitæ Patrum MSS. ubi de vestibus mulierum:

Lor Seurcors at lor cortes botes,  
Et foot faire les longes cotes;  
Ou a sept auoes et demie.

*Cercus*, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1367. ex Reg. 99. ch. 45: *Le suppliant print en l'hostel de Agnes une pele, un viez Cercus, etc.*

**SURCULAMEN**, Surculus. Gildas de Excid. Britann.: *Amarissima enim quoddam de vite Sodomorum in cordis sui infructuosam bona semini gleba Surculamen incredulitatis et insipientiæ plantaverat.*

\* **SURCUM**, Frugis genus, targus, Indicum frumentum. Chron. Forojul. in Append. ad Monum. eccl. Aquilej. pag. 22. col. 1: *Anno Domini 1276. vendebatur frumentum xxxvj. denariis, et tantum siligo, et plus Surcum.* Pluribus ibi. Vide infra *Surcum* et *Survicum*.

† **SURDARE**, Surdum facere. Gloss. Lat. Gr.: *Surdo*, *αυροσω*. Lex Bajwar. tit. 5. § 17: *Si cum Surdaverit, vel sic eum plagaverit ut claudus permaneat, etc.*

† **SURDIGO**, Surditas. Marcell. Empi-

ric. c. 9: *Surdiginis molestiam pati.* Rursum: *Surdiginem remediare.*

\*\* **SURDITIUSUS**, *Surdus*. Berthold. Annal. ad ann. 1077: *Rex autem Heinricus aure Surditiosa obmutescens, nullum ei responsum dedit.*

† **SURDUS**. *Ictus surdus*, Qui non apparet, qui sanguini effuso opponitur, idem qui *Ictus orbis*. Vide *Ictus* 2. Consuet. civit. Lugdun. ann. 1206. in Hist. ejusdem pag. 97: *De ictu Surdo debent vii. sol. de clamore iii. sol. vi. den.*

\* *Sourdois*, Qui in aurem dicit, susurrat, Gall. *Qui parle à l'oreille*, in Fabul. tom. 2. pag. 114:

Quaot je vous eqouis Sourdois  
Tout ce que dis par moo gabois.

† **SUREX**, Porcellus. Vita S. Kierani tom. 1. Martii pag. 397: *Crastina autem die visa est scropha præclara et duodecim Surices cum ea... et de semine ejus multi greges porcorum creverunt ibi.*

\* *Soure*, Porcorum gregis, in Lit. remiss. ann. 1424. ex Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 68: *Lesquelx gens d'armes prindrent une Soure de pores, de laquelle s'en adira un porc.* Vide *Summ*.

\* **SURFUR**, pro Sulphur. Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 335. ex Cod. reg. 4622. A: *Pro dicto salario teneantur et cogi possunt textores et textrices predicta facere absque Surfure seu sepo.*

1. **SURGERE**, Emergere. Gall. *Sourdre*, βρῦεν, πρηγάζειν, ἀναβλύζειν. Vetus Notitia apud Ughellum tom. 7. Ital. Sacr. pag. 1361: *Maxima petia est ficta in loco, ubi Surgit fons, etc.* Infra: *Ubi Surgit aqua.* Charta Germanica ann. 799. apud Henschenium in Commentario prævio ad Vitam S. Ludgeri Episcopi Mimigard. § 4. n. 24: *Id est inter duos rivulos, qui Surgunt in monte, et in flumen Ruran vadunt.* Christophorus Bondelmontius in Descript. CP: *Cum muro et antenaturali munitissimo, et vallo aquarum Surgentium.* Gobelinus Persona in Cosmodromio pag. 189. de fluvio Pader, qui urbi Paderbornensi nomen dedit: *Statim in loco, in quo Surgit, ad stadia quasi 15. duobus rivulis commiscetur.*

† **SURSERE**, Eodem intellectu, in Charta Ludovici Imper. ann. 820. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 70: *Deinde (rivulus) venit in Winbach usque in Horon, exinde in Moltshart usque in Boucha rivulo, et per ipsum sursum usque ubi ipse Sursit.* Hinc

**SURSA**, Fons, scaturigo: ex Gallico *Source*. Charta Rogerii Comitis Herefordiæ, tom. 1. Monastici Anglic. pag. 321: *Et inde sicut Glendi descendit in moram desuptus per medium cacumen montis usque ad Sarsam alterius rivi, qui est in latere montis, etc.*

**SURSUS**, Eadem notione. Anonymus in Vita sancti Guthberti Episc. lib. 3. n. 3: *Et orante eo, statim aquæ vivæ Sursum in obviam ejus manantem de saxosa terra erumpere invenerunt.*

**SURTUMEN**, Eodem perinde significato, in Charta ann. 1180. apud Petrum Mariam in Hist. Eccles. Placentin. in Regesto 2. part. c. 29: *Item de omnibus scolaturis, et pluvianis, et Surtuminibus, quæ decurrunt,*



*seu decurrere possunt, etc. Occurrit ibi pluries.*

\* Nostris alias *Sorgons* et *Surgeon*. Froisart. in Prol. ad vol. 1 : *Toutes grosses rivieres sont faictes et rassemblées de plusieurs Surgeons*. Vitæ Patrum MSS. :

Deseur destre en une crevace  
Naissoit un Sorgons de fontaine.

† 2. **SURGERE**, Erigere, Gall. *Lever*. Mirac. B. Simonis tom. 2. April. pag. 827 : *Et cepit filium suum et Surrexit eum.*

† **SURGERE**, Altius tollere, Gall. *Exhausser*. Charta ann. 1178. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 348 : *Nec ipse Fulcivinus eam turrem de cetero Surgat, nec arnet.*

† **SURGERE**, De loco tollere, amovere, Gall. *Oter*. Hist. Translat. brachii S. Clementis, apud Stephanot. tom. 4. Fragm. Hist. MSS : *Accessit ad altare principale quod erat consecratum in honore B. Clementis Papæ et Martyris, et Surrexit aram altaris et cepit fodere donec pervenit ad locum in quo positæ erant sacræ reliquiæ.*

\* Ita et nostris alias *Sourdre*, Sublevare, sustollere. Lit. remiss. ann. 1375. in Reg. 106. Chartoph. reg. ch. 403 : *Quant l'exposant, qui se sentit ainsi par deux foiz feru et navré, se pot un pou Sourdre de terre en soy relevant, etc.* Aliæ ann. 1386. in Reg. 129. ch. 195 : *Pour ce que l'exposant ne put Sourdre touz seutz laditte charrete, appella à son aide un varlet,..... et en la Sourdant et levant etc.* Aliæ ann. 1394. in Reg. 147. ch. 31 : *Jehan de Pierres Sourdi la robe du lit, et fist semblant de se couchier.* Aliæ ann. 1462. in Reg. 198. ch. 532 : *Le suppliant doubtant que icellui Rogier fust bleié à mort,..... le print par les mains et le Sourdit en son seant.* Denique aliæ ann. 1471. in Reg. 195. ch. 591 : *Le suppliant se Sourdy de la table, et en soy Sourdant mist la main au devant de la dague.* Vide infra *Surgigere* 2.

\* Haud scio an inde accersenda sit vox Gallica *Sourgeter* vel *Sourgieter*, pro Hospitio excipere, alimenta præbere. Stat. pro Bono publico ex Lib. rub. fol. magn. domus publ. Abhavil. art. 4 : *Item des houlhers, des houlheres, des banis, des banies; que nulz soit si hardis qui les herbert, ne Sourgiet en leur maison.* Alter fol. parvo fol. 95. 1<sup>o</sup>. ad ann. 1288 : *Andriex Lesquos et Leurenche sa femme ont forjuré le ville.... pour larrons qu'il Sourgetoient et herbregoient en leur maison.*

† **SURGERE**, Suscitare, Gall. *Ressusciter*. Libellus de Remed. peccat. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 27 : *Christus autem cum Surrexerit puellam, sibi jussit manducare, etc.*

† **SURPERTUNICALE AD SURGENDUM**, Quo quis utitur cum e lecto surgit. *Pro furura varia magni Supertunicalis ad Surgendum*, c. sol. IIII. sol. minus, in Computo ann. 1202. apud D. Brussel de Usu feud. tom. 2. pag. cci.

\* **SURGIA**, Chirurgia. Stat. synod. ecel. Castr. ann. 1358. part. 2. cap. 1. ex Cod. reg. 1592. A : *Nullus clericus in sacro ordine constitutus aliquam Surgiæ artem exerceat.* Occurrit præterea in Stat. MSS. S. Flori fol. 2. Vide supra *Cisio*. Hinc

† **SURGICUS**, Chirurgus. Charta ann. 1261. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *Quod abbas omnibus infirmis quocunqve genere infirmitatis afflictis, de medico vel Surgico teneatur.* Arcstum Parlam. Paris. ann. 1335. apud la Faïlle inter Instr. tom. 1. Annal. Tolos. pag. 88 : *Et demum habita ratione sex Surgicorum juratorum civitatis Tolosæ, etc.* Vide *Sururgicus*.

\* Nostris etiam *Surgien* et *Surgier*, pro *Chirurgien*, unde *Surgienne*, Mulier quæ chirurgiam exercet. *Surgien*, in Ordinat. hospit. reg. ann. 1285. ex Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Noster* fol. 58. 1<sup>o</sup>. Lit. remiss. ann. 1412. in Reg. 166. Chartoph. reg. ch. 185 : *Bertran Botarel barbier et Surgier demourant à Carcassonne, etc.* Aliæ ann. 1402. in Reg. 157. ch. 356 : *Le suppliant ala en l'ostel de Ysabel Cornue Surgienne..... pour avoir sa plaie remuée.*

\* **SURGIRE**. Vide supra *Baulare*.  
† **SURGIVUS**, Lana *Surgiva*, Succida, Gall. *Grasse*. *De quolibet quintale lanæ Surgivæ, etc.* in Litteris ann. 1413. ex Tabular. Archiep. Auxit.

\* Invent. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. : *Item plus unum quintale lanæ Surgivæ et ultra.*

† **SURGOTUM**. Vide *Surcotium*.  
\* **SURGUN**, ut *Surgus*, Targus, Indicum frumentum, Ital. *Surgo*. Lib. regim. civit. Paduæ apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 1122. ad ann. 1191 : *Fuit valida fames, ita quod Surgum valuit solidos quadraginta parvorum.* Vide supra *Surcum*.

† **SURGUS**. Mirac. B. Henrici Bauen. tom. 2. Jun. pag. 380 : *Cecidit plaustrum oneratum Surgis super anchau dexteram, et denodavit eam taliter, quod non poterat se adjuvare ad laborandum.* Italis *Surgo*, vel *Sorgo* est Targus, Indicum frumentum, Gall. *Blé de Turquie*. Vide *Suricum*.

\* **SURGUSTIUM**, mendose pro *Gurgustium*, in Charta ann. 1304. tom. 5. Cod. diplom. Polon. pag. 111. col. 1 : *Ordinamus quod Surgustum in flumine, dicto Semigalera, sit commune in fructu piscium et expensis.* Vide supra *Gurgustium* 3.

† **SURIA**, pro Syria, ni fallor. Charta ann. 1228. cx Schedis Pras. de Mazaugues : *Anno 1228. Kal. Febr. 3. libre Massilienses faciebant unam unciam auri, et 3. Bezuncii et medium de Suria faciebant duas libras Massiliae.*

\* Ita et nostris *Sulie*, pro *Surie* vel *Syrie*, et *Sulient*, pro *Syrien* vel *Syrien*. Le Roman d'Alexandre MS. part. 1 :

A la porte gardes remest nu Sulient,  
Sire fu de Salerne, de Nubie ensement.

Ibidem infra :

Et chevauchent ensemble les mules de Sulie.

**SURIANI**, ita dicti in Terra Sancta quidam servi ac tributarii, et ad usus agriculturæ, et ad alias inferiores necessitates dominis suis reservati, de quibus multa habet Jacobus de Vitriaco in Hist. Hieros. cap. 74.

\* **SURICA**. *Suricamque sericam ac silfori*, in Chron. Casin. apud Pertz. cap. 10. ubi al. edit. *sericam* et Leo Ostieus. *Saricam*. Vide *Sarica*.

**SURICUM**. RATHERIUS Veronensis post.

Apologetic. pag. 237 : *Inter frumentum et segallum modia 10. inter legumina et nilium modia 10. de Surico modia 10. de vino modia 12.* [Charta Bernardi Abb. Casin. in Diario Ital. D. de Montfaucon pag. 324 : *De ordeo, spelta, aveno et Surico, de vino etiam et hortis, nihil monasterio Cusinensi persolvant.* Idem videtur quod *Surgus*. Vide in hac voce.]

\* **SURIRCICUS**, Chirurgus, ut supra *Surgicus*. Form. MSS. ex Cod. reg. 7657. fol. 24. v<sup>o</sup> : *Cadaver dicti P. de Ventivadia (supra de Ventimilia) in barrio S. Ludovici, licet non pvesticatum sive palpatum per Surircicos, ut est moris,..... portaverunt ad donum dicti dom. vicarii.* Vide *Sururgicus*.

† **SURIRE**, In venerem rapi. Gloss. Lat. Gr. : *Καταρῆ, Surit*. Utitur Apulcius in Apologia.

**SURISCUA**, Vasis species. Pelagius libello 4. n. 671 : *Lavabat Surisculam, et implebat eam aqua.* Lib. 18. n. 7 : *Puerulus stetit ante eum habens panem et Surisculam aquæ.* Utitur alibi non semel. Vide Conjecturas Roswiedi.

\* Nostris *Sourolle* et *Surgoire* pariter Vasis genus est; prima voce lampadis species, altera Hypopatæra, vulgo *Soucoupe*, fortean significatur. Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 114. Chartoph. reg. ch. 270 : *Laquelle suppliant prist sur le comptoir dudit chanoine un henap et une Surgoire d'argent.* Aliæ ann. 1451. in Reg. 181. ch. 69 : *Lesquelz prindrent debat ensemble..... à l'occasion de certaine Sourolle alunée, dont l'un d'enlx avoit frappé l'autre.*

**SURPLUSAGIUM**. Vide *Superplus*.

† 1. **SURPRENDERE**, ut supra *Supprenderere* in *Supprisa*. Litteræ Edwardi I. Reg. Angl. ann. 1279. apud Rymer. tom. 2. pag. 141 : *Nec non ad petendum et requirendum deliberari Surprisâ, sasita, vel alias amparata per vos, genitorem vestrum, gentesve vestros.* Aliæ Edwardi II. ann. 1310. apud eund. tom. 3. pag. 238 : *Licet intentionis nostræ extiterit et existat, quod hujusmodi usurpata hinc inde et Surprisâ, tam per vestros quam per nostros, ad hoc deputatos, corrigantur et reformentur.* Infra : *Processum super usurpatis et Surprisâ hinc inde factis ante motam guerram predictam, etc.*

\* 2. **SURPRENDERE**, a Gallico *Surprendre*, Decipere, circumvenire. Charta ann. 1239. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 913 : *Post illos vero quinque annos, si predictus Radulphus se Surprisum vel deceptum perciperit, etc.* *Seurprendre* vero, idem quod *Serpere*, vulgo *Gagner*, se glisser, in Gest. Ludov. Pii tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 152 : *Li empereres..... sot certainement que la traïson et la conspiration, que il bastissoient, contremontoit et Seurprenoit ausi comme chancres.*

† **SURPRISIA** ut *Supprisa*. Charta ann. 1237. ex Tabul. Castri Vitreii : *De residuo vero damnorum et Surpristarum facturum a nobis, nos fuciemus legitimum excumbium dicto Andræ.* Litteræ Edwardi I. Regis Angl. ann. 1275. apud Rymer. tom. 2. pag. 51 : *Ex transgressionibus, Surprisâ et dampnis aliis, etc.* Arestum Parlam. Paris. ann. 1286. tom. 1. Corp. Diplom. pag. 263 : *De omnibus aliis Surprisâ quæ*



dicuntur factæ per gentes domini Regis Franciæ supra Regem Angliæ scietur veritas. nibertates Joinville ann. 1354. inter Ordil. Lat. Reg. Franc. tom. 4. pag. 301: *Sanz poier à nous ne à noz successeurs Seigneurs de Joinville, tailles, prises, Surprises, courvées, ne autres debites quelconques.*

\* **SURPRISIO**, Substructio, Gall. *Reprise en sous-œuvre*. Arest. parlam. Paris. ann. 1275. in Reg. 2. *Olini fol. 28. vº: Licet maior et pares Medontenses, a tempore a quo non extat memoria, in villa Medontensi exercuerint justitias quæ sequuntur, videlicet.... domorum clausuras, pendentes parietes et periculosos Surprisiones parietum, etc.*

† **SURRECTARE**, vel **SURRECTERE**, Excitare, suscitare. *Surrecto*, διεγείρω, in Gloss. Lat. Græc. Vide in *Surgere* 2.

\* *Surquerit*, eodem significatu, in Lit. remiss. ann. 1409. ex Reg. 164. Chartoph. reg. ch. 39: *Pour ce que icellui prestre Surquerit debas, noises et riotes, etc.*

† **SURRECTIO**, ἐγερσις, in iisdem Gloss. *Resurrectio* in Sangerm. MSS.

† **SURRECTUS**. Vide mox in *Surrigere*.

† **SURREPTUS**, vox Subreptitius, in Litteris ann. 1365. inter Ordinatio. Reg. Franc. tom. 5. pag. 210: *Litteris Surreptis in contrarium impetratis vel impetrandis, nonobstantibus quibuscumque.*

\* **SURRIAGIUM**. Charta ann. 1309. in Reg. 45. Chartoph. reg. ch. 31: *Juridictio alta et bassa cum emolumento Surriagii*. Forte pro *Furnagii*; nisi legendum est *Firmugii*. Vide supra *Firmagium* 2.

1. **SURRIGERE**, Adversa aqua natate, navigare. Lex Wisigoth. lib. 8. tit. 4. § 29: *Flumina majora, id est, per quæ esoces aut alii pisces maritimi Subriguntur*. Proprie autem Latinis *Surrigere*, quasi suberigere, in altum tollere. Gloss. Gr. Lat.: ὑπερῆγει, υπερῆγει, subrigit, ἀναβιβάλλω, ἀνερῶ, subri-go. Vopiscus in Aureliano: *Surrectus ad stipitem bestiis objectus est*. Ita qui adversa aqua natat vel navigat, in altum fluminis suberigitur.

**SURRECTUS**, Adversa aqua, cui opponitur *descensus*. Charta Caroli M. pro Monasterio S. Dionysii: *Tam de navibus, qui per universa flumina ad Surrectum, seu ad descensum, etc.* Alia Caroli C. pro eodem Monasterio: *Vel reliquas exactiones de omnibus navibus, quæ per universa flumina tam per aquam ultra Ligerim, tam ad Surrectum, quam et ad descensum navigare videbantur, etc.* Mox: *De navibus ejus, quæ per diversa flumina imperii nostri tam ad Surrectum, quam et ad descensum discurrunt.*

\* 2. **SURRIGERE**, Levare, tollere, levar, Prov. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. Vide supra *Surgere* 2.

† **SURROGARE**, ut Subrogare, in Correct. Statutor. Cadubrii cap. 59.

\* Vox Italica, *Surroguer*, pro *Subroger*, in Lit. Eduardi reg. Angl. ann. 1361. ex Memor. D. Cam. Comput. Paris. fol. 45. vº.

**SURSA**, **SURSERE**. Vide *Surgere* 1.

**SURSISA**. Vide *Supersedere*.

**SURSUM REDDERE**, vox Practicorum Angliæ, ex Anglico *Surrender*, quæ potissimum usurpatur, cum quis dominium suum vel prædium in manus Domini superioris resignat, alteri reddendum. Vetus Inquesta apud Dugdalem in Antiq. Warwici pag.

665: *Et si aliqui hujusmodi customariorum fecerint alienationem bondagii tenuræ suæ alicui, solebant Sursum reddere in curia coram Senescallo illam tenuram, et levare, et fieri facere ad voluntatem domini*. Monasticum Anglican. tom. 3. pag. 3: *Et in manerio.... aliquandiu Lanfrancus tenuit in manibus suis, utens in eis omnimoda lege Episcopali et post ita Sursum reddidit ita libere, sicut et ipse tenuit per cartam suam, etc.* Vetus Formula juridica apud Littletonem sect. 74: *Ad hanc curiam venit A. de B. et Sursum reddidit in eadem curia unum mesuagium.... in munus Domini ad usum C. de D. hæredum suorum, etc.* Fiebat porro traditione virgæ. Idem Littleton sect. 78: *Tenants per la verge sont en tuel nature, come tenants per la copy de court roll. Mes la cause pourquoi ils sont appellés Tenants per la verge, est pur ceo que quunt ils voient Surrender leur tenement en la main leur seignior, al use d'un auter, ils averont un petite verge (per le custom) en leur main, lequel il baillera al Seneschal, ou al Baillife, selonque le custome et use del manoir, et celui que avera la terre, prendra mesme lu terre en le court, et son prisel serra enter en le roll, et le Seneschal, ou le Baillife, selonque le custome delivra à celui, qui prist la terre, mesme la verge, ou un auter verge en nosme del seisin: et pur celle cause ils sont appellés Tenants per la verge*. Christophorus de S. Germano in Dialogo de legib. Angl. cap. 9: *In aliquibus dominis liberi tenentes possunt terras suas in Curia domini sui Sursum reddere per virgam, vel aliter secundum usum Curie illius, et in tali casu per illam Sursum redditionem liberum tenementum inde transitit ad illum, cui fit illa Sursum redditio, absque aliqua liberatione saisine inde fienda*. Vide lib. Anglicum *Justice of peace* pag. 132. et seqq. ubi modi *Sursum reddendi* exponuntur. [Vide *Superreddere*. et *Supraportare*]

**SURSUM**, Aliud sonat in veteri Consuetud. Bituricensi edita a Thomasserio cap. 160. 164. ubi ita appellatur, quod pecuniæ summæ deest, quod quis exsolvere tenetur, quasi *Supersumma*.

† **SURSUM TOLLERE**, pro *Auferre*. Gall. *Enlever*. Laur. Byzyn. in Diario belli Husit. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 164: *Machinam etiam unam, ab inimicis derelictam, altera destructa, Sursum tulerunt*.

† **SURSURIUM**, Seditio, ut videtur. Statuta Montis Regal. fol. 174: *Quonium sæpe contingit, quod plures de Berxanis Sursurium et proditiones fecerunt, etc.*

**SURSUS**. Vide *Surgere* 1.

† **SURTA**, **SURTERIUS**. Constitut. Jacobi Reg. Siciliae cap. 56: *Statuimus insuper et mandamus quod nemini justitiariorum et aliorum officialium nostræ curiæ liceat.... de predictorum armorum portationibus, ad relationem bajulorum, seu magistrorum Surte, ad quorum spectat officium scire, videre, etc.* Alia Frederici itidem Reg. Siciliae cap. 17: *Frequens clamor universitatum et locorum Siciliae... aures regis circumstrepit quod occasione Surte per justitiariorum, capitaneos, bajulos,.... universitates ipsæ convertebantur ad prædam, unde.... sancimus, ut anno quolibet in principio mensis Septembris*

*universitates locorum ipsorum nostri demanii, Surterios in competenti numero, prout eis videbitur ad nocturnam custodiam, si voluerint statuunt, exclusis ab inde Straticoto. justitiariis, capitaneis, bajulis, magistris juratis aliisque singularibus personis, per quas in locis ipsis Surta et nocturnæ vigiliæ consueverant ordinari....* Panæ vero unius augustalis ab iis, qui post tertiam pulsationem campanæ, sine lumine per Surterios intercepti fuerint,.... nostræ curiæ reservata. *Vigiles autem nocturni prædicti, qui uno anno vigilaverint, sequenti anno, nisi necessitas imminet, conquescant*. Ubi obscurum non est per *Surtam* et *Surterios* significari Excubias excurrentes et nocturnas ipsosque vigiles, nostris *Guet*, *Patrouille*: at unde ducta sit vocis origo, minus scio.

\* *Surguet*, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1424. ex Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 96: *Comme Colin Picardel ait esté commis.... à faire le Surguet pour la nuit sur les murs de la ville de Bruieres*.

**SURTARIA**. Gregorius Magn. PP. lib. 7. Ind. 2. Epist. 54: *Diraximus tibi Surtarias duas imaginem Dei Salvatoris et sanctæ Dei Genitricis Mariæ continentes*. Stephanus II. PP. Epist. ad Hilduinum Abb.: *Et vidi ante altare Dominum Petrum et Doninum Paulum, et nota mente illos recognovi de illorum Surtariis*. Regino ann. 753. habet *surtariis*, ut et MS. codex Ecclesiæ Senonensis: alter vero S. Evodii de Brana *surgariis*. Baronius ann. 754. 4. *Surtariam*, idem esse, quod *scutum*, ubi sunt pictæ imagines, scribit ex prædicto S. Gregorii loco. Recte, nam utrobique legendum *Scutaria*. Id colligere licet ex Walafrido Strabone lib. de Rebus Eccles. cap. 8. ubi quod Stephanus *Surtaria*, is *Thoracidas* appellat: *In gestis Silvestri PP. legitur Constantinum Imperatorem per Thoracidas Apostolorum, quos ipse in visione viderat, cognovisse*. Nam *Thoracidas* seu imagines pectorales in *scutis* et clypeis depingi solitas docuimus in voce *Scutum*. Glossæ Gr. Lat.: Σκουτάριον, *Citra*. Suidas: Θυράριος, ἐπιλον, τὸ παρ' ἡμῶν σκουτάριον. Vide Vitam S. Silvestri a Combesio editam pag. 278. et Doubletum pag. 665. Sed et *Stethariis* legi potest. Vide in *Thoracida*.

† Haud scio an huc spectet vox *Surtuil* in Computo Stephani de la Fontaine Argentarii Regis ann. 1350: *Pour le Roy à la feste du sacre une chambre de Surtail armoyée de France toute plaine, le champ et les fleurs de lys dyaprées, en laquelle chambre a grant coutepointe, cheveciel et ciel garny de 3. courtines et de goutieres, qui sont armoyées à 2. endroits et 6. carreaux et une courtine azurée pour le travers de la chambre, esuelles choses est entré 27. pieces de cendaux azures de larges, et 10. pieces de cendaux jaunes pour le Surtail, etc.*

† **SURTERIUS**. Vide in *Surta*.

\* **SURVIVERE**, a Gallico *Survivre*, dicitur, qui alteri superstes est. Arest. ann. 1355. 12. Mart. in vol. 4. arestor. parlam. Paris.: *Sexaginta librata terræ ad dictam filiam.... debebant, si matri Survivoret, pervenire*. Vide *Survivere* et *Survivens*.

† **SURTUMEN**. Vide in *Surgere* 1.

† **SURVIVENS**, Superstes, Gallice *Survivant*, in Leg. Lotharii apud Murator.



tom. 1. part. 2. pag. 140. col. 1. Vide *Su-  
pervivere*.

† **SURURGICUS**, Chirurgus. Charta  
Henrici V. Reg. Angl. ann. 1416. apud  
Rymer. tom. 9. pag. 363 : *De Sururgicis  
providendis pro viagio Regis. Rex Sururgi-  
cis nostris salutem, etc. Vide Surgicus.*

\* Ita *Sururgie*, pro *Chirurgie*, in Lit.  
ann. 1364. tom. 4. Ordin. reg. Franc.  
pag. 609.

† **SURUS**, *Surculus*, in Gloss. Isid. et  
Excerptis. Vide *Festum* in hac voce et ibi  
Scaligerum.

\* Nostris *Sursel*, Sarmentum. Lit. rem-  
miss. ann. 1405. in Reg. 160. Chartoph.  
reg. ch. 168 : *Lesquelz seps le suppliant  
eust emporté des vignes qu'il provignoît, et  
mussiez entre les Surseaux qu'il emportoit au  
soir.*

**SUS**, Machina bellica, quæ et *Scropha*,  
Gallis *Truie*. Willelmus Malmesbur. lib.  
4. Hist. : *Unum fuit machinamentum, quod  
nostri Suem, veteres Vineam vocant, quod  
machina levibus lignis colligata, tecto, tabu-  
lis, cratibusque contexto, lateribus crudis  
coriis communitis, protegit in se subsidentes,  
qui quasi more suis, ad murorum suffodienda  
penetrant fundamenta.* [Elmh. in Vita  
Henrici V. Reg. Angl. cap. 59. pag. 153 :  
*Dum quidam nobiles, ligneis obumbrati ma-  
chinis, quæ, quia verere videbuntur in an-  
tra, Sues appellari non videtur inconsonum.*  
Ibidem cap. 122. pag. 317 : *Quandam mu-  
chinam, quæ Sus appellatur, per quam et  
plures armati defendi, et fossata tellure re-  
pleri possent, fabricari fecit.*] Galbertus in  
Vita Caroli Comitis Flandr. num. 96 : *Ope-  
rantes machinas, sicut sunt arietes, Sues,  
jactatoria, scalæ, etc.* Rigordus ann. 1202 :  
*Erectis petraris, et manganellis, et turre  
ambulatoria, Sueque lignea, acerrime ca-  
strum impugnari cepit.* Chronicon Leo-  
diense, laudatum ab Isaaco Pontano in  
Orig. Francic. : *Misit Leodium mangonalia,  
vel arietes, aut Sues, vineas, biblias, etc.*  
Utitur etiam Henricus Rosla in Herlings-  
berga. Locum habes in *Hirundo*. Vide *Scro-  
pha*, *Troja*, *Asellus*.

\* **SUS FERA**, Apri femina, Gall. *Laye*.  
Charta fundat. S. Mariæ Xanton. ann.  
1047. in Reg. 123. Chartoph. reg. ch. 234 :  
*Statuimus ut quotannis abbatissa, misso ve-  
natore suo quoquo modo poterit, habeat de  
præfatu silva ad recreandam femineum im-  
becillitatem, aprum cum Sue fera, cervum  
cum cervæ, etc.*

**SUS URUS**, Aper, *Sanglier*, in Tabulario  
Vindocinensi Charta 309.

\* Gallicum vero *Sus*, Vasis seu dolii spe-  
cies videtur, in Lit. remiss. ann. 1416. ex  
Reg. 160. ch. 471 : *Le suppliant vendi icelle  
serrure deux queux ou Sus de widange et  
quatre blans.*

† **SUSALICA TERRA**, A *salica*, ut vide-  
tur, dependens. Vide in *Lex et Terra*. Hist.  
Novient. Monast. apud Marten. tom.  
3. Anecd. col. 1132 : *In Falva curtis do-  
minica, cum Susalica terra, et pratis ad ip-  
sam pertinentibus.... In Northus curtis do-  
minica cum consequentiis suis, salica terra  
in agris et pratis, etc.* Haud scio an eadem  
notione dicitur

**SUSANA TERRA**, apud Willel. Thorn,  
de terra maneriorum mensurata : *Summa*

*terre arabilis 567. acræ dimidia; summa  
totius cum terra Susana 2149. acræ, etc.*  
Ibidem : *In marisco cum aqua 318. acræ,....  
et de terra Susana 400. acræ, etc.* Mox :  
*Item de feodo vesturæ de terra Susana et  
bosco 42. acr. Rursum : Item apud Stod-  
mersch, de terra Susana, prati et marisci  
480. acræ, etc.* Ubi Somnerus ait, terram  
*susanam esse terram defrugatam, vel cujus  
status ninia et diutina culturæ prorsus ex-  
cedit, etc.* a Gallico *Suruini* quod annum  
excedit. Sed ut verum fatear, vim vocis  
non assequor omnino.

**SUSSEINA TERRA**, Eadem notione, in  
Domesday, in Monast. Angl. tom. 3. pag.  
306 : *Item centum acræ de marisco, et va-  
let acra communiter per annum 3. den. et  
pascunt in marisco et terris Susseinis.*

† **SUSCAVARE**, Suffodere, in Charta  
ann. 1263. ex Schedis Præs. de *Mazaugues* :  
*Quod non audeant seu præsumant dictam  
degam vallatorum, seu ripas illorum fran-  
gere, cavare et Suscavare.*

**SUSCENATÆ CARNES**, ex Gallico *Sur-  
semicis*. Fleta lib. 2. cap. 12. § 27 : *De car-  
nicibus et coquis carnes vendentibus Susce-  
matas, vel de morina, vel semicocta, vel  
non virtuosa cibariu calefacientes, et insana  
pro sanis ad vitium hominum periculun.*  
Id est, quibus putredinis notæ inspergun-  
tur. *Chars sursanes*, Brittoni pag. 33.

\* *Char Soursemæe*, in Stat. carnif. art. 4.  
ex Lib. rub. fol. magn. domus publ. Abbavil.

† **SUSCEPTARE**, Susplicere. Vita B.  
Lidwinæ tom. 2. April. pag. 341 : *Per mo-  
dum stillidicii calitus rorantis Susceptando.*

\* **SUSCEPTATIO**, Idem quod *Procuratio*,  
cum quis aliquem hospitio et convivio ex-  
cipit. Charta ann. 969. apud Murator.  
tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 194 :  
*Vestros missos cum honore et obedientia sus-  
cipere debeamus, et Susceptiones facere  
debemus, etc.*

**SUSCEPTORES**, ὑποδέκται S. Athanasio,  
Qui annonis et tributis utriusque ærarii  
recipiendis præpositi sub dispositione Ra-  
tionalium erant : de quibus multa in utro-  
que Cod. tit. de Susceptor. præpos. etc.  
ubi Cujacius, Jac. Gothofredus, et alii.  
Adde Edictum Theoderici Regis. cap. 126.  
144. [Vide *Susceptus* et *Suscipere*.]

**SUSCEPTORES**, Qui Principem iter agen-  
tem, aut ejus comitatum in ædibus suis  
*suscipiunt*, velexcipiunt, apud Hincmarum  
de Ordine Palatii cap. 23.

**SUSCIPERE**, Tributum exigere. Vide  
Scholiasten Julian. Antecess. cap. 72. 78.

† **SUSCEPTORIUM**, Gr. ἐκδέχαιον, Rece-  
ptaculum, apud vet. S. Irenæi Interpr. lib.  
1. cap. 14. n. 1.

† **SUSCEPTULUS**. Vide in *Susceptus*.

**SUSCEPTUS**, Clien, cui adest Advoca-  
tus in judicio. Palæmon. Gram. in Glossis :  
*Assecula, cliens sive Susceptus*. Gloss. Lat.  
MS. Regium Cod. 1013. *Cliens, domesticus,  
vel Susceptus*. Gloss. Græc. Lat. : ἄνδραππῶρ,  
*Susceptor, adjutor*. Alibi, *Susceptus*, εἰς  
τὸ συνγορησθαι βορθεύμενος. S. Augustinus  
Epist. 54 : *Quis tandem advocatus, aut ex  
advocato ita vir optimus facile reperitur,  
qui Suscepto suo dicat : Recipe, quod nihil,  
cum tibi male udessem, dedisti*. Paulinus  
Epist. ad Alethium : *Igitur priusquam in  
aliquam tantarum ægritudinum labem in-*

*curras, festina medico Susceptus et carus  
feri*. Salvianus lib. 5. de Gubernat. Dei :  
*Ecce quæ sunt auxilia ac patrocinia majorum,  
nihil Susceptis tribuunt, sed sibi hoc etiam  
pacto aliquid a parentibus temporarie attri-  
buitur ut in futuro totum filiis aufertur.*  
Cæsarius Arelat. serm. 5 : *Ibi nullum fructum  
officiositas ipsa consequitur; sed hoc  
solum profectus est, si mereatur Susceptus  
vocari*. Carolus Calvus Imp. Epist. ad Ni-  
colaum PP. de Ebone Archiepiscopo Re-  
mensi : *Ipse igitur Ebo regii fisci familia  
oriundo progressus, regia pietate pii ac glo-  
riosi avi nostri Caroli Susceptus, Palatinis  
negotii non mediocriter adnutritus, libertate  
donatus, etc.* *Susceptulus*, eadem notione  
apud Auctorem antiquum Vitæ S. Lupicini  
Abbat. Jurenensis n. 10. Adde leg. 4. Cod.  
Theodos. de Principib. agent. (6, 28.) Gre-  
gorium M. lib. 4. Epist. 40. Ruricius lib. 1.  
Epist. 5. et quæ commentatur Petrus Pi-  
thæus ad Collationem Legis Mosaicæ tit. 9.  
pag. 90.

**SUSCEPTI**, dicuntur, qui habitu Monachi,  
vel Canonici Regularis, donantur in morte,  
et inter Monachos *Suscipiuntur*. [Charta  
Childeberti Reg. ann. 536. apud Marten.  
tom. 1. Ampl. Collect. col. 5 : *Et ipsum  
monasterium una cum omnibus rebus vel  
hominibus suis, gasindis, amicis, Susceptis,  
vel qui per ipsum monasterium sperare vi-  
dentur.*] Statuta Ordinis S. Gilberti de *Sem-  
pringham* pag. 781 : *Susceptus quilibet in  
morte, in habitu Canonici, vel fratris, per  
Priorem et Conventum alicujus domus,....  
in illa domo, in qua Susceptus est, fiat pro  
eo sicut pro Canonico vel fratre, excepto ci-  
bo 30. dierum, et mittetur obitus ejus cum  
obitu primi defuncti domus illius post mortem  
illius. Et sic fiet pro eo in aliis domibus,  
sicut pro familiari, et in brevibus mortuo-  
rum scribetur ad succurrendum, si habitum  
habuerit.* Adde pag. 783. Vide *Frater ad  
succurrendum*.

† **SUSCINTUM**, ut *Succinctorium*. Char-  
ta ann. 855. in Append. ad Marcam Hisp.  
col. 788 : *Suscinta parata una, et canisus  
III. etc.*

**SUSCIPERE**, dicuntur Patrini, qui bap-  
tizandum ad fontem deducunt, et bapti-  
zatum de fonte excipiunt, et inde *Suscep-  
tores* appellati, Græcis ὑποδέχται. [Jesse Am-  
bian. in libello de ordine baptismi cap. 1 :  
*Signent ipsos infantes in fontibus eorum  
Susceptores viri vel femine, id est, patrini  
vel matrinæ.*] Gregorius M. lib. 4. Dialog.  
cap. 32 : *Quidam Curialis illic sacratissimo  
Paschali Sabbato juvenculam cujusdam  
filiam in bupstimate Suscepit, etc.* Pœnitentia  
Theodori c. 4 : *Viro licet feminam  
Suscipere in baptismo, similiter et femine  
virum Suscipere*. Acta S. Sebastiani Mart.  
num. 62 : *Quem cum baptizasset S. Poly-  
carpus, ipse pater Susceptionis ejus est  
factus.* Vide Concilium Calchutense can. 11.  
Concilium Parisiense VI. can. 7. et Disser-  
tationem 22. ad Joinvillam pag. 275. [Vide  
*Susceptores*.]

† **SUSCIPENS**, Accusatus, reus, in Cod.  
Theod. lib. 11. tit. 39. leg. 12.

\* **SUSCIPIMUS**, Vox usitata in Literis  
*salvæguardiæ*, quibus reges nostri aliquem  
in suam fidem et tutelam *suscipiebant*. Li-  
bert. Petræ-assis. ann. 1341. in Reg. 74.



Chartoph. reg. ch. 647 : *Item quod dicti consules dicte bustide, juruti et habitatores dicte bastide,..... cum eorum scindicis et procuratoribus, messegariis, sint et perpetuo remaneunt in salvagardia domini regis speciali, cum verbo, Suscipimus.*

† **SUSCITATIVUS**, Ad suscitandum apus. Charta ann. 1425. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1765 : *Proscribendo doctrinam, tanquam errorum unicam et hæresum Suscitativam.*

**SUSKINS**, Monetæ Anglicæ species. Vide *Galthalpens*.

† **SUSO**, **SUSOVORUM**. Vide *Susum*.

1. **SUSPECTIO**, in Legibus Luithprandi Regis Longob. tit. 49. § 1. [\*70. (6.17.) ubi *Suspicio* legitur in Lege Longob. lib. 2. tit. 55. § 15.

† 2. **SUSPECTIO**, Spes. Acta S. Austregisili tom. 5. Maii pag. 233 \* : *Succurrite mihi velociter, Austregisilus me percussit in capite, et nullu est mihi vivendi Suspectio.* Vide *Suspicio*.

**SUSPECTO**, adverbialiter, in leg. 21. D. de His quæ ut indign. (34. 9.)

† 1. **SUSPECTUS**, Suspicio. Vita S. Wihoradæ tom. 1. Maii pag. 306 : *Non est ita ut tu suspicaris; nam inventio thesauri tollet tibi Injuriæ Suspectum.*

\* *Souspete*, eodem sensu, in Stat. ann. 1630. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 254. art. 9 : *Les bouchiers d'Angiers si out de constunc, que se il y a nul qui ait beste souspeconnée de morinc, et nul des autres bouchiers li ait fait assavoir que il a Souspete de ce, etc.*

† 2. **SUSPECTUS**, Suspicius, suspiciosus. Tertull. de Cultu fem. lib. 2. cap. 4 : *Quid gestis aut Suspecto, aut non desiderant placere?* Utitur etiam lib. 1. ad Uxor. cap. 1.

† **SUSPENDERE**, Separare, summovere. Laurentium et Petrii a conunione Papæ se Suspendisse replicatis, apud Ennodium in Apoget. *Suspendere*, eadem notione, dicimus. Vide *Suspensatio*.

† **SUSPENDICULUM**, Funiculus cui aliquid appenditur. Translat. S. Cuthberti tom. 3. Mart. pag. 142 : *Quidam ex officialibus Episcopi, filium de Suspendiculo furatus, inter caligas et calceamenta sibi apposuit.*

† 1. **SUSPENDIUM**, Patibulum, furcæ. Tabul. Kemperleg : *Mauentes infra Leprosariam et Suspendiui dicte ville.*

\* 2. **SUSPENDIUM**. Hymni cum Glossis : *Qui ductus hora tertia ad passionis hostiam, Crucis ferens Suspendia oventi reduxit perditam.* Ubi Glossa : *Suspendia, id est, Tormenta crucis.*

† **SUSPENSATIO**, Interdictum, muneris vel beneficii ad tempus privatio, Gall. *Suspension*. Arnoldus Lubec. in Chron. Slavorum lib. 4. cap. 14 : *Qui timens officii Suspensionem, celari rem voluit.* Vide *Suspendere*.

† 1. **SUSPENSIO**, ut *Suspensio*, apud Lindwood. Provinc. pag. 11. et in Bulla Bonifacii VIII. PP. ann. 1298. in Bullar. Carmelit. pag. 50. col. 2. etc.

2. **SUSPENSIO**, corporis per. pedes, Pœnæ species apud Anglos, de qua Fleta lib. 1. cap. 26. § 4.

✎ Varios suspensionis modos deli-

neavit Gallonius in libro de Martyrum cruciatibus pag. 11. quem consule.

† **SUSPENSIVE**, Non definite. S. Bernardus Epist. 8 : *Hæc interim a me ad id quod queritis, Suspensive responsa sufficiant.*

**SUSPENSORIUM**, Uncus, cui appenduntur carnes in culina. Cæsarius Heisterbach. lib. 6. cap. 5 : *Quotiens neminem sensit esse in coquina, ipsani latenter intraus, ... scala Suspensorium ascendit, et ex ea parte pernas, qua muro conjungebantur, omnes pene usque ad uedictatiu incidit, etc.* [Malium cum Vossio lib. 3. de Vitiis serm. cap. 51. intelligere camini locum, ubi ad esum suspenduntur pernae, carnesque aliæ fumo indurantur : vel etiam superioris contignationis locum, ubi, postquam sunt fumo induratae, aere ventilantur.]

**SUSPENSURA**, vox Architectorum. Anonymus de Re Architectonica cap. 16. de fabrica balnearum : *Suspensura calidarum cellarum ita sunt faciendæ, ut primum area sesquipedalibus tegulis consternatur, inclinata ad foracem, ut pila missa intro, resistere non possit, sed redeat ad præfurnium.* Ubi Vitruvius lib. 5. cap. 10. habet, *Suspensuræ caldiorum, etc.*

**SUSPENSURÆ**. Glossar. scriptum literis Longobard. ex Bibl. S. Germani Paris. ex Glossis : *Suspensuræ, inaltationes sunt, sicut in Psalmo dicit, Inabiles Suspensuræ maris, quia quando tempestas \* tria re suspenduntur atque exaltantur fluctus.* Vulgata hodierna habet, *elationes.*

† **SUSPENSUS**. *Esse vel Teneri in Suspensio*, Gallice *Etre en Suspens*, *Suspensum* hæerere. Charta Caroli Hungar. Reg. ann. 1327. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 479 : *Contractus ipsius matrimonii teneri debet ad triennium in Suspensio. Qui in sufferentia positi, sunt in Suspensio, in Litteris Philippo VI. Reg. Franc. ann. 1333. tom. 2. Ordin. pag. 91.*

\* **SUSPICABILIS**, Suspectus. Translat. S. Genulfi tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 145 : *Cernentes eos nihil insistere præde (quod illi callide fecere) jam paullo minus mali Suspicabiles habebantur.* Vide mox *Suspiciosus*.

† **SUSPICARI**, Existimare, Gr. ὑπολαμβάνειν. S. Irenæi vetus Interpres lib. 1. cap. 4. n. 4 : *Unde etiam secundum argumentationem ipsorum Suspicari oportet, fontes et flumina.... generationem habuisse a sudoribus ejus.* Hinc

† **SUSPICIO**, pro *Opinio*, *sententia*, Gr. ὑποψία, apud eumd. lib. 3. cap. 5. n. 1 : *Responsiones secundum interrogantium Suspicionem.* Infra : *Neque secundum Suspicionem interrogantium respondebat eis, etc.*

† **SUSPICERE**, *Suspiciari*, Gall. *Soupponner*. Vita S. Dunstani tom. 4. Maii pag. 370 : *Rex eos qui muneribus pontificis corrupti fuerant nihil Suspicans, et ob hoc simplici eos animo exaudiens, etc.*

\* *Alias Suspensionetouer*. Lit. ann. 1348. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 5 : *Lesquelles personnes ont esté ou estoient Suspensiones d'avoir meffait ou mepris, etc.*

† **SUSPICIO**, Expectatio, spes, Gr. προσδοκία. Vetus S. Irenæi Interpres lib. 1. cap. 13. num. 3 : *Illa autem seducta et elata ab iis quæ prædicta sunt, conculefaciens*

*animam a Suspicionem quod incipiat propertare.* Vide *Suspensio* 2. Alia notione, vide in *Suspiciari*.

**SUSPICIOSUS**, Suspectus. Gloss. Gr. Lat. ὑπονοητής, *Suspiciosus*. Alibi : ὑποπτος, *suspectus, Suspiciosus*. Fabianus PP. Epist. 3 : *Hi, qui in aliquibus criminibus irvetiti sunt, vel qui sunt Suspiciosi, vocem adversum majores natu non habeant accusandi.* Utuntur S. Hieronym. Epist. 22. cap. 6. Capitul. Aquisgran. ann. 803. cap. 7. Capitularia Caroli M. lib. 5. cap. 34. (al. 36.) Herardus Arch. Turonensis in Capitulis cap. 101. Hadrianus I. PP. in Canonibus cap. 15. Hincmarus Rem. in Capitulis de Reb. Magistri et Decani etc. cap. 15. *Soupeçonnes*, in Stabilimentis S. Ludovic. lib. 1. cap. 34. [Vide *Soupechon*.]

\* *Soupeçonnes*, in Charta ann. 1240. ex Chartul. S. Joan. Laudun. : *Et se il avient que aucuns serjans, qui soit mis pour garder ce bos, soit Soupeçonnes par crit de prudonnes de mal faire, je ou mi hoir..... auverons ce serjant. Suspiz*, eodem significato, in Vitis SS. MSS. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 27. vº. col. 2 : *Por ce qu'il (Genebaut) ne just Suspiz, il fist venir su feme à lui aucunefoiz, eusi con devant.*

\* **SUSPICIOSUM**, *Præsidium*, *refugium*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613.

† **SUSPINARE**. Gloss. Lat. Gr. : *Suspino*, χειρουργώ. Aliæ Gr. Lat. : Χειρουργώ, *opifício, Suspino*.

† **SUSPIRIOSUS**, **SUSPIRITARE**. Vide *Susprium*.

**SUSPIRIUM**, Spiritus, et anhelitus difficultas, apud Apuleium de Virtutib. herbar. cap. 41. [Gl. Lat. Gr. : *Susprium*, ὄσπριον. Sangerm. addunt, *Susprio*.]

**SUSPIRIOSUS**, Anhelus, ægre spirans, qui spiritus angustia et difficultate laborat, apud Anton. Musam de Herba Vettonica cap. 8.

**SUSPIRO**, *Suspuro*. Vetus Glossarium Longobardic. S. Germani Paris. ex Glossis.

† **SUSPRESSURA**. Vide *Souspressura*.

\* **SUSSACA**, **SUSSARA**. Vide supra in *Scicia*.

**SUSSALTIRE**. Ugutio : *Digerere, evacuare, ebrietatem deponere, vel vulgariter dicitur Sussaltire, quod fit cum cibaria et potus in stonacho dividuntur, et quedam pars purior transmittitur per membra ad alimenta vite, quedam grossiora ad secesum.*

† **SUSSEINA TERRA**. Vide *Susana*.

**SUSSES**, *Qui habilis ad substendum*. Gloss. Isid. Idem quod *Subses*. Vide in hac voce.

† **SUSTAMENTUM**, in Leg. Norman. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 322. pro *Sustentamentum*. Vide *Sustentamentum*.

† **SUSTANTIA**, pro *Substantiu*, *Alimentum*, in Statutis Arelat. MSS. art. 192. Vide infra *Sustentaculum* 1.

\* Ita quoque nostris *Sustance*, pro *Substantie*. Vita J. C. MS :

Mais tout avoir en lui creance,  
Et il vos donrast la Sustance  
A chiaus qui bien le serviront.

\* **SUSTANTIALIS**, *Pernecessarius*, Ital. *Sustanziale*, Gall. *Essentiel*. Bulla Pii V.



PP. ann. 1572. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Hodæpor. Charit. part. 1. pag. 212 : *Omnes et singulos, tam juris quam facti et solemnitate Sustantialium defectus, si qui forsitan intervenerint, in eisdem supplementis.*

\* **SUSTARE**, Sarta tecta tueri, Gall. *Entretenir*. Charta Oliver. abb. S. Remig. Senon. ann. 1311. in Reg. 47. Chartoph. reg. ch. 127 : *Dictas domos dictis annis durantibus tenebimur Sustare, et in bono statu et laudabili tenere.* Vide infra *Sustinentia* 2.

† **SUSTELLA**, f. Axilla. Acta B. Joagnoli tom. 2. April. pag. 955 : *Dum Christophorus pateretur febrem maximam et unum anguinem subtus Sustellam dexteram, etc.*

† **SUSTELLOSE**, πικρόχρως, in Gloss. Lat. Gr. Alia Gr. Lat. : πικρόχρως, fraudulenter, Sustellose, nequiter. Emendant viri docti *Sutlose*.

† **SUSTENTACULUM**, Alimentum. Capit. Caroli M. ann. 789 : *Ad Sustentacula sive stipendia Dei servorum inibi militantium Deo minime sufficere posse.* Vide *Sustentamen*.

† **SUSTENTACULUM**, Fulcrum, baculus quo quis sustentatur. Acta MSS. S. Victuri in Biblioth. S. Petri Carnot. : *Beatus Martinus dedit illi Sustentaculum super quod solent sacerdotes fuis orationibus sustentari.* Eadem, sed simpliciori stylo, referunt Acta Episcop. Cenoman. apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 68. ubi de eodem Victuro : *Beatus Martinus dedit illi baculam suam, quo sustentari solebat, et deduxit eam secum usque ad urbem.* Vide *Sustentariunum*.

† **SUSTENTAMEN**, Alimentum, ut *Sustentantia* 1. Laur. Byzyn. in Diario belli Hussit. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 182 : *Prædas quoque vaccarum et scroplarum et aliarum rerum in civitatem sine offensa pro Sustentamine inducunt.*

† **SUSTENTAMENTUM**, Eadem notione. Charta ann. 1164. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 307 : *Ad prædicti conventus Sustentamentum redditus sufficere non posse dicebant.* Qua voce non modo victualia intelliguntur, sed arma et cætera, quæ ad oppidi vel castri defensionem necessaria sunt, ut apud Matth. Paris ann. 1250 : *Significavit Soldanus Regi Francorum, ut sedatis omnibus civitatem Damiatæ cum Sustentamentis, quæ garnesturas vulgares appellant, consultius resignaret.* Vide *Sustentaculum* 1. et *Sustentatio*.

† **SUSTENTARIUM**, Fulcrum. Acta S. Gudwali tom. 1. Jun. pag. 748 : *Sustentaria scrinii, quas seragas dicunt, tenens, sensimque in sarsum repebat.* Vide *Sustentaculum* 2.

† **SUSTENTATIO**, Alimentum, Gall. *Entretien*. Anastasius in Gregorio III. apud Murator. tom. 3. pag. 159 : *In quo monasterio pro Sustentatione ibidem ideam sanctissimus vir (Gregorius) prædica et dona atque familiam largitus est.* Monast. Anglic. tom. 1. pag. 18 : *Pensionem 50. solidorum... ad Sustentationem unius cerei jugiter ardentis... assignavit.* Vide *Sustentamen*.

† **SUSTENTATIO**, Subsidiium, auxilium, Gallice *Secours, soutien*. Capit. Caroli Calvi ann. 876. tit. 48. § 15 : *Ut nemo fidelium nostrorum quodammodo aliquem celet quem nostrum scierit infidelem esse, neque ei*

*Sustentationem quancumque præstare percentet.*

\* **Hinc Soutenteur, Adjutor, fautor**, in Ordinat. ann. 1363. tom. 3. Ordinat. reg. Franc. pag. 648. art. 8 : *Et touz leurs biens et des Soutenteurs pris et mis en nostre main par noz receveurs des leux, sanz en faire déliance ne recréance, jusques à tant qu'il avont esté à droit.*

\* **SUSTENTATIVUM**, Alimentum, quidquid vitæ sustentandæ necessarium est, nostris alias *Soustenance*. Dipl. Lothar. ann. circ. 980. inter Instr. tom. 7. Gall. Christ. col. 20 : *Hanc ergo predictam potestatem Spedonam et has nominatas villas, cum omnibus appenditiis et redditibus suis, ut diximus, ad omnes ejusdem congregationis necessitates et Sustentativa mortalis vitæ ministranda... concedimus.* Stat. ann. 1373. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 616 : *Parquoy nos bons subgez n'ont à painnes dont ils puissent vivre ne avoir leurs Soustenances.* Vide *Sustentamen*.

\* **SUSTICIO**, pro *Sustitucio*, ab Italico *Sustitucione*, Substitutio. Consuet. Carcass. ex Reg. L. Chartoph. reg. ch. 3 : *In Susticionibus voluntas defuncti servari debet de cætero omni loco et tempore, sine beneficio legis Falcidiæ, et in publicibus vel in factis majoribus.*

† **SUSTINATIO**, ut *Sustentatio*. Charta Philippi Reg. Franc. ann. 1308. tom. 4. Hist. Hæcur. pag. 1197 : *Ad Sustinationem duorum capellanorum, qui in eis, ut permittitur (leg. præmittitur) residebunt et deservient, 40. libras annui redditus... assignare valeat.*

1. **SUSTINENTIA**, Patientia. Vita S. Firmiani Mart. : *Mihi Deus noster Sustinentiæ dabit virtutem.* Epist. 129. inter Epist. Fulberti : *In literis amici tui C. Conitis multam deprehendere potes erga te benignitatem, familiaritatem, amicitiam, Sustinentiam, etc.* Vide *Sufferentia* 1.

\* 2. **SUSTINENTIA**, Sumptus ad sartam tectam domum tuendam necessarij, Gall. *Entretien*, alias *Soustenance* et *Soustenage*. Charta Phil. Pulc. ann. 1315. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 416. vº. col. 1 : *Præposito nostro Parisiensi per nostras dedimus litteras in mandatis, ut domum prædictam cum omnibus suis pertinentiis legitime appetiari et æstinari faceret, quantum redditus per annum valere possent, deductis censibus et Sustinentiis ac reparationibus earundem... Domum prædictam... deductis censibus pro eis debitis et refectionum ac Sustinentiarum custibus, æstinarunt... usque ad summam 280. lib. Paris. Stat. ann. 1306. in Reg. ejusd. Cam. sign. Pater fol. 166. rº : *Li bailli ne feront nulles nouvelles evres;... et des evres que il feront pour soustenance ou pour necessité, il les varront avant ou feront vouair.* Charta ann. 1339. in Reg. 73. Chartoph. reg. ch. 155 : *Une maison prisee huit livres de rente chascun an, rabatus cens, rentes et Soustenage. Soustena, eodem intellectu, in alia ann. 1353. ex Reg. 82. ch. 256 : *Item le molin d'Ault, deuduit le Soustenn du molin de rente annuelle pour onze nuis de blé l'an. Sustance vero, pro Manu, Conservatio, integritas, in Lit. ann. 1526. ex Tabul. episc. Carnot. : *Pour l'honneur de Dieu, Sustance de la rei-****

*gle et reformation etc.* Vide mox *Sustinere*, 2.

1. **SUSTINERE**, Expectare. S. Hieronymus Epist. 17 : *Mensuram charitas non habet, et impatientia nescit modum, et desiderium non Sustinet*, i. e. non expectat. Passio SS. Perpetuæ et Felicitatis : *Perpetua, Sustine te, i. expecto te*, ὑπομένω σε. Acta Passionis S. Cypriani : *Cum se dalmatica expoliasset, in linea stetit, et cepit spiculatorem Sustinere.* Ita Tertullianus Apolog. cap. 35. lib. de Pœnit. cap. 6. Adversus Judæos cap. 6. ad Martyres cap. 2. Tob. cap. 5. v. g. Matthæus cap. 26. v. 5. Ferrandus Diac. in Breviario Canon. cap. 7. Vetus Interpres Concilii Constantinopolit. sub Flaviano Act. 5. etc.

\* 2. **SUSTINERE**, Sarta tectatueri, Ital. *Sostenere*, Gall. *Entretenir*. Charta S. Ludov. ann. 1263. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 297 : *Mercerii, correarii et gentes hujusmodi ministerii debent Sustinere et recooperare stalla sua.* Vide supra *Sustare*.

† **SUSTINERI**, Pertinere, spectare. Cod. Theod. lib. 12. tit. 1. de Decur. leg. 6 : *Fundus cum mancipiis et pecoribus ceterisque rebus, quæ cultui rustico Sustinentur, etc. Nisi sit pro destinantur, uti ibi monet Gothofredus.*

† **SUSTINEUM**, Objectaculum quo aqua sustinetur. Statuta Mutin. cap. 38. fol. 53 : *Molinarii molendinorum novorum teneantur et omnino debeant tenere Sustinea, quæ sunt ad dicta molendina in canale navigij aperta penitus, ita ut libere aqua fluere possit per dicta Sustinea, nisi pro transitu navium.*

\* Italisch *Sostegno*.

† **SUSTIVUS EQUUS**. Diploma Leonis IX. PP. in Continuat. Bullarii Rom. pag. 1. col. 2 : *Confirmamus tibi (Hermanno Colon. Archiep.) omnia, quæ admodum in privilegiis patrum nostrorum apostolicorum virorum sunt inscripta, crucem videlicet, et pallium suo tempore suoque loco ferendum, insigne quoque Sustivi equi.* Melius apud Miræum tom. 2. pag. 1132. col. 1 : *Festivi equi.* Vide *Equus* et *Nactum*.

† **SUSTRADO**. Codex censualis MS. Irminonis Abbat. Sangerm. fol. 60. vº : *Et adducunt de lignea duo carra ad Sustrado, etc.* Nescio an huc spectent voces *Sostrale* et *Sostri*. Vide supra in his vocibus. [\* Nomen loci, hodie *Suré*. Vide Guerrard. pag. 119.]

**SUSUM**, pro *Sursum*. Glossæ vett. : *Susu, ἄνω. Rursum, ἄνω, Suso, supra, super. ἄνω ἄνω, Susum deorsum. Πρὸς τὴν ἄνω, Susum versum. Τῆς ἄνω, Susum versum. Susovorsum, in vett. Inscript. pag. 204. Gloss. Lat. Gr. : *Susu, ἄνω. Susum, ἐπιάνω* Papias : *Susum, in superiori parte, in loco signato. Sursum, adlocum.* Commodianus :*

Integrate locum vestrum, per omnia docti, Susum intendentes, semper Deo summo devoti.

Et alibi :

Terruit sane Dominus domum orationis, Sacerdos Domini cum Susum corda præcepit.

Lactantius lib. de Mortibus Persecut. p. 19 : *Constantinus astabat Susum.* Hist. Episcopor. Antisiod. cap. 20 : *Susum habet in se historiam salis cum arbore et serpentibus.* Ita veteres *rusum*, pro *rursum* dicebant, ut observat Scaliger ad Catullum pag. 58. Vide *Jusum*. Hinc Itali Poetæ ea-



dem notione *su* et *suso* dicunt, uti observatum ab Acarisio.

† **SUSURRARE**, Maledicere, clanculum carpere. Hadrianus PP. in Epist. ad Episc. Hispan. contra Elipandum tom. 3. Conc. Hispan. pag. 93 : *Liberatore nostrum non pertimescitis venenosam fauce Susurrare.*

**SUSURRATOR**, **SUSURRIOSUS**. Gloss. Gr. Lat. :  $\Psi\upsilon\upsilon\rho\rho\epsilon\tau\eta\varsigma$ , *Susurriosus*, *susurrator*. Occurrit vox posterior in Hist. Translationis S. Landoaldi n. 18. *Susurro*, apud Sidonium lib. 5. Epist. 7. Petrum Chrysologum serm. 55. et alios. Glossæ Isidor. : *Susurrio*, *senillosus*, *biliguus*. Pithœanæ habent *Sevillosus*. [Legendum, *Susurro*, *sententiosus*, *biliguus*. Papias : *Susurro*, *detractor*, *biliguus*, *rixator*, *qui murmurat*, *sententiosus*.] Vide *Caulcatores* et *Sententiosus*.

† **SUSURRATORIE**, *Susurronum* more, murmurando et clam machinando. Charta Henrici IV. Reg. Angl. ann. 1405. apud Rymer. tom. 8. pag. 425 : *Diminuere cupientes et denigrare ad aures quarundam nobilium personarum, tanquam invidiæ facibus succensi, Susurratorie deduxerunt, quod præfatus magister, etc.*

**SUSURRIUM**, Joanni de Janua, *Murmur latens, locutio*. [*Susurrium*, *murmurement*, in Glossar. Lat. Gall. Sangerm. Vita Vener. Idæ tom. 2. April. pag. 174 : *Pius Dominus in corde dilectricis suæ tale Susurrium intulit, etc.*] *Juge susurrium*, apud S. Hieronymum in S. Malcho cap. 6. S. Bernardus in Exhort. ad Milites Templi cap. 4 : *Murmur vel tenue, sive Susurrium nequam ibi deprehenditur inemendatum*. Et cap. 78 : *Solumque in personam tuam, non etiam in Abbatiam fratrum Susurrium immurmurabat*. Utuntur etiam Cæsarius Heisterb. l. 5. c. 29. Guigo Cartusian. de Quadripertito exercitio cellæ c. 25. et alii.

† **SUTANA**, Togæ seu tunicæ species, ut *Subtana*. Acta S. Bertæ tom. 5. Jun. pag. 153 : *Tunicam sive Sutanam unum ex panno Capucinorum confectam, hoc est cordato, hancque talurem ferent*. Vide *Subtaneum*.

\* **SUTATORIUM**, *Bracæ*, *Brayas*, *Prov. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657*.

† **SUTELA**, *Asutia*. Papias. Gloss. Lat. Gr. : *Sutela*, ἐνέδρα, ἐξάπτησις, δόλος, κακοῦράφια. Vide *Festum* et *Subtela*.

\* Præfat. ad Lib. Agani ex Tabul. S. Petri Carnot. : *Unde patientia comite, virtus probitatis pressa iniquorum Sutelis, opinione vulgi videtur jacere*.

\* **SUTELA**, Assutum vesti resarcitæ segmentum. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521 : *Sutela*, *Gallice Tacon*. Vide *Sutellare* et *Tacones*.

† **SUTELLARE**, *Suere*. Eædem Glossæ : *Sutello*, ῥάπτω. Infra : *Suto*, συνράπτω, δέρματτα ῥάπτω. Hinc

† **SUTELLOSUS**, παραματοράφος, in iisdem Glossis.

† **SUTELLARES**, ut *Subtalares*. Vide ibi. **SUTHDURE**, Porta australis, ex Saxon. *suð*, *Auster*, et *dure*, ostium. Gervasius Dorobernensis Libro de Reparatione Cantuariensis Ecclesiæ : *Deinde sub medio longitudinis aulæ ipsius duæ turres evant prominentes ultra Ecclesiæ alas : quarum una, quæ in austro erat, sub honore B. Gregorii PP. alture in medio sui dedicatum habebat ;*

*et in latere principale hostium Ecclesiæ, quod antiquitus ab Anglis, et nunc usque Suthdure dicitur. Quod hostium antiquorum Legibus Regum suo nomine sæpe exprimitur. In quibus etiam omnes querelas totius regni, quæ in Hundredis vel Comitatus, uno vel pluribus, vel certe in Curia Regis non possent legaliter diffiniri, finem inibi, sicut in Curia Regis summi, sortiri debere discernitur. Quæ quidem postrema verba satis docent hocce loco facta iudicia Dei, uti vocabant, cum scilicet lites iudicio ordinario dirimi non poterant.*

† **SUTIARE**. Charta ann. circit. 800. ex Chartul. Matiscon. fol. 167. vº : *Debent rustici de Romanaco duas condaminas elaborare, una od frumentum et segala, alia ad uenam arando, seminando, colligendo, carricundo, Sutiando et usque ad granarium perducendo*. Haud scio an idem sit quod *Excudere*, Gall. *Battre le blé*.

† **SUTILARES**, ut *Subtalares*. Vide ibi.

† **SUTITIUS**, *Sutis*. Statuta Eccl. Valent. inter Conc. Hisp. tom. 3. pag. 511 : *Præcipimus quod clerici pannos listatos non portent, nec manicas Sutitias, etc.* Vide *Consutitii*.

† **SUTOR** **VACCÆ**, Sutor qui utitur corio vaccæ, Gall. *Corlonnier*. Charta Leduini Abbat. S. Vedasti Atrebat. ann. 1036. ex Chartul. V. ejusd. Monast. pag. 243 : *Stullus Sutoris vaccæ, in mense i. den. Stallus tacones vendentis, 1. den.* Vide *Vacurius*.

**SUTORIUM**, *Locus*, ubi sutores vel sartores merces suas venum exponunt. Comput. præposit. Paris. ann. 1321. in Reg. Cam. Comput. sign. *Noster* fol. 246. vº : *De Sutorio, pro xxxvij. lib. viij. sol. per annum. Suyrin*, eadem, ut videtur, notione, in altero Comput. ibid. : *Le Suyrin et les six deniers, soixante livres*. Vide *Sutrium* et *nox*

† **SUTORIUS**, Sutor. Charta ann. 1348. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 578. col. 2 : *Item, statuit quod in dicto monasterio sint tres aut quatuor Conversi, quorum unus sit pelliparius, et alius Sutorius pro pellizonis et sotularibus dictarum Moniulium familie dicti monasterii faciendis*.

**SUTRIBALLUM**, **SUTRIBALLUS**. Gloss. Græc. Lat. MS. : Παλαιοράφιον, *Sutriballum*. Infra : Παλαιοράφος, *veteramentarius, Sutriballus*. Edit. habet *veterivallus*. Vetus Interpres Juvenalis Sat. 3. *Consuto vulnere : a Sutriballo sutus*.

† **SUTRIUM**, *Locus*, ubi suuntur species aliquæ. Gl. Isid. Utitur Plautus. Gloss. Lat. Græc. : *Sutrinum*, σάτριον. *Sutrinum, suerrie, lieu ou l'en coust*, in Gl. Lat. Gall. Sangerm. MSS.

\* **SUTRIUS**, Sutor, recensetur inter artifices feudatos archiepiscopi Mediolanensis, in Charta ann. 1221. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 637.

\* **SUTRIX**, *Sartrix*, *sarcinatrix*, Gall. *Couturiere*. Comput. ann. 1429. ex Tabul. S. Petri Insul. : *Sutrici ecclesiæ pro reparando ornamenta ecclesiæ per totum annum, sexagintu solidos*.

**SUTRUM**. Charta ann. 1115. apud Ughellum in Episcopis Cannensis : *Concedimus iterum, ut eadem matrix Ecclesia Cannarum plenum possideat omnium rerum suorum, et*

*suorum hominum vendentium et ementium, tam in Cannis quam deforis, et in casalibus ubicunque possideat etiam suorum hominum artium Sutrum omnium terrarum, calnarum venientium ad laborandum cum sua adfidatura : ita tamen si non laboraverint, de terris nostris, et de suis laboraverint, eidem Cannensi matri Ecclesiæ affidaturæ detur mediætas, et mediætas reliqua nobis tribut, possideat etiam Sutrum petitionum sulvarium sua maria piscantiæ volu. Quæ quidem mendis non carent. [In voce *Artagium* monet Cangius pro *Sutrum* forte legendum esse *suorum*. Haud scio an bene. Gloss. Lat. Græc. : *Sutrum*, ζυτρίω.]*

† **SUTTELLARIUS**, **SUTULARES**. Vide *Subtalares*.

\* **SUTULUM** et **SUTULUS**, *Solum*, *pars domus inferior*, Gall. *Rez de chaussée*. Pactum inter Phil. IV. et Amalr. viccom. Narbon. ann. 1309. ex Chartoph. reg. : *Item domos liberorum Salomonis de Melgoria, in quibus sunt tres Sutuli et tres solerii*. Charta ann. 1311. in Reg. 46. ch. 111. : *Idem procurator consulum..... donavit domum, scilicet domum macelli, tam Sutulum quam solerium, ..... ita videlicet quod..... fiant inferius, videlicet in Sutulo, dictus macellus sive bocharia, et superius in solerio, loco ibi deputato, vendantur, nundinarum temporibus, panni supradicti*. Vide supra *Sotulum*.

† **SUTULUS**, *Porcellus*. Tabul. S. Martini Pontisar. : *Minutu decima ognorum, Sutulorum, vitulorum, edulorum, equulorum, excepta*.

\* **SUTUS**, *SETA SUTA*, *Ornatus* quidam sericus. Curia 2. gener. Tarracon. sub Jacobo I. rege : *Statuimus quod nos nec uliquis nobis subditus non portet in vestibus aurum vel argentum, nec aurifrigium, nec auripellum, nec setam Sutam, nec sembellinum, etc.* Vide *Seta* 1. et *Sudus*.

\* **SUTYE**, vox Bohema, *Evictio*. Charta ann. 1378. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 3. pag. 65. col. 2 : *Nos omnes prænominati in solidum promittimus sapefata bona, cum omnibus et singulis eorum pertinentiis, ab excussione, quæ dicitur in vulgari Suty, etiam libertate*.

\* **SUASUS**. Charta ann. 1330. in Reg. 4. Armor. gener. pag. 9 : *Isnardus de Rastello, dominus Kupisblavæ, nomine suo proprio et curatorio nomine Raymundi de Rastello fratris sui, ut asserit, Suasi..... recognovit*. Hanc lectionem pluribus discutit D. de Serigny in notis ibidem et legitimam esse probare tentat, atque adeo repudiandam vocem *Furtosi*, quæ hujusce loco legitur in alia ejusdem anni Charta pag. 10. Quid autem sibi velit *Suasi* vel *Sunasi*? A *Sumis*, inquit ille, hoc est, Excusati, deducenda videtur, significaturque Raymundi de Rastello legitime impediti atque excusati nomine professionem clientelarem præstari. Hæc non male divinando. Verum ego mendum subesse suspicor in hac voce, qua desperata quædam infirmitas significari videtur, ita ut curatorem infirmo assignari necessum fuerit; quod ex ipsa Charta colligere est.

**SUUM**, *Porcorum cætus*, in Glossis MSS. Regiis.

† **SUUS**, pro *Ejus*, non semel apud Scriptores medii ævi. Gregor. Turon. Hi-



stor. Franc. col. 562: *Ragnacharium Regem atque suam parentem Chlodoveus dolis interfecit manu propria, et fratrem suum* (Ragnacharii scilicet) *Richarium similiter manu propria jugulavit.*

† **SUUS**, pro Tuus. Litteræ Bonifacii VIII. PP. ad Edwardum I. Reg. Angl. in Chron. Th. Otterbourne pag. 95: *Et tandem ad id exercens potentia sue vires, etc.* Ubi Regem alloquitur.

**SUXTA**, **SUXTILIS**. Chronicon Abbat. S. Trudonis lib. 1. apud Acher. tom. 7. Spicil. pag. 350: *Candelabra argentea septem, Suxtas argenteas duas ad ferendum incensum...* [cyphos argenteos quatuor, et duos ex cupro: *Suxtilem unum argenteum.*] Vasa ejusmodi incenso ferendo *Acerras* et *Naviculas* vulgo vocant: de hac vero voce nihil sani occurrit, nisi legendum sit *buxtas*, i. pixides. Vide in hac voce.

\* **SUYSSI**. Vide supra *Soyssi*.

\* **SUZARIUM**, Idem forte quod Sudarium, ab Italico *Suzzare*, paulatim tergere. Charta ann. 1374. ex Chartul. Caunensi: *Convenerunt ipsæ partes, quod operarii diciturum ecclesiarum onnes cereos et omnia tortitia, candelas, imagines, Suzaria, et alias res quascunque, que ad dictam ecclesiam de Crosa darentur seu offerrentur, ad utilitatem fabricæ sea operis..... converterentur* Vide supra *Sudarium*,

\* **SUZZENS**, pro *Sugens*, Hauriens. Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 82: *Si vis quod aqua de pelago sive fonte ascendat super montem, .... oportet quod murentur canones terræ coctæ, sive canna plumbæ, et sit canna versans longior canna Suzzente quarta parte plus.*

**SWAIGA**. Testamentum Frederici Palatini in Metropoli Salisburgensi tom. 3. pag. 446: *Vineam in Kelhaim, quam emi a Lisungo de Westeten, delegavi in manus Perchtoldi, et duas Swaigas delegavi in manus Wernhardi de Sillegen, etc.*

\* Idem quod *Steura*, Vectigal, tributum, collatio, ut colligitur ex Charta ann. 1325. apud Oefelium tom. 1. Script. rer. Boicar. pag. 750. col. 2: *Obligavit..... Swaigan suam in Steinsperch pro xxx. libris Monacensibus. Swages, in Tradit. Diessensis eccl. apud eumd. tom. 2. pag. 686. col. 1. [\*\* Certa prædia in Bavaria quæ maxima ex parte usum pastionis præbent, ut recte exponitur supra voce *Schwaichen*. Vide Schmeller. Glossar. Bavar. tom. 3. col. 53r.]*

† **SWALLINGA**, ut *Swollynga*. Vide *Corn-gavel*.

**SWANIMOTUM**, **SUANIMOTUM**, Curia libera tenentium in foresta, quæ de delictis in foresta accidentibus ter in anno cognoscit: vox a Saxonico swan, Anglis *Swain*, operarius, minister, et gemote, *Conventus*. Mainvodo et Watsio *Swain* est libere tenens. Charta libertatum forestæ Joannis Regis Angl. ann. 1215. apud Matth. Paris, et in Pupilla oculi: *Nullum Swanimotum de cætero teneatur in regno nostro, nisi ter in anno... et ad ista duo Swanimota convenient Forestarii, Viridarii et Agistatores, etc.* *Swanmoode*, in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 976: *Et sint quieti de... scheinwyne, et miskennung, Swanmoode, et de thesauro dudendo, etc.* Vide Guill. Pryn-

neum in Libertatib. Angl. tom. 3. pag. 1142.

† **SWANEMOTUM**, Eadem notione. Inquesta ann. 1364. apud Kennett. Antiquit. Ambrosd. pag. 499: *Item dicunt quod forestarii ut in jure dom. Regis dicte forestæ habere debent una vice per annum ad Swanemota sua cum tenta fuerint, ac etiam cum fecerint scrutiniū per forestam, repasta sua in aliquibus maneris. Liber niger Scaccarii pag. 374: *Quieti sumus de secta Swanemoti, et de omnibus aliis sectis illius bosci.**

**SWARMUM** **APUM**, in Modo tenendi hundredum pag. 128. Examen apum, ex Anglico *Swarm*.

**SWARTZ-WILD**, Bestiæ nigræ, ex German. *Schwartz*, niger, *Wild*, fera: Gallis *Bestes noires*. Lex Bajwar. tit. 19. § 7: *De his canibus ursos vel bubalos, id est majores feras, quod Swart-wild dicimus, persequuntur.* [Baluzio *Swarzwuld*.]

† **SWATHE**, Quantum unus sector per diem secare potest de prato, idem quod *Falcata prati*: ab Anglo-Sax. swa ðe, scissio rasura. Kennettus in Antiquit. Ambrosd. ad ann. 1325. pag. 399: *Due Swathes dicti prati jacent ut sequitur, etc.* Rursus pag. 400: *Dimidia rola et dimidia Swathe apud Shortedolemede... et due Swathes apud Mathames.* Charta apud Madox in Formul. Anglic. pag. 202: *Dedimus illustrissimo principi Edwardo Regi et dom. Simoni de Sidburg Archiep. Cantuariensi septem mesuagia, unam schopam, 40. acras terræ et novem Swathes prati.* Vide *Sectora prati in Secare 2.*

**SWEIZCHOLI**. Lex Bajwar. tit. 13. cap. 11. § 1: *Et si unum eorum (equum) contra legem minaverit, quod Sweizcholi dicunt, etc.* [Baluzius edidit, *Swezcholi*.]

**SWERP**, Jactura maris, vulgo *Wrce*, et *Warec*. Charta Willelmi Comitis Flandriæ pro confirmatione Consuetudinum urbis S. Audomari ann. 1127: *Si cum Boloniensi Comite Stephano concordiam habuero, in illa reconciliatione eos a theloneo et Swerp apud Vuitsant, et per totam terram ejus liberos faciam.* Ibidem: *Liberos omnes a theloneo facto ad portum Dixmude et Graveninghes et per totam terram Flandriæ eos liberos a Swerp facto.* Tabular. Ramesiense ch. 174: *Concedo... nundbrich, blodwith,.. stipbrich, Seupwurpe, sake sokre, etc.* [Vide *Seupwerpe*.]

**SWINHEY**, Clausura circa blada, seu *haia*, quæ ab his arceat porcos: ex swin, porcus, et hey, sepes. Vetus Charta Anglica, apud Somnerum in Tractatu de *Gavelkind* pag. 190: *Item pro clausura circa blada, quæ dicitur Swinhey, 2. sol. 10. den. et quadr.*

**SWIRO**, **SWRO**. Lex Bajwar. tit. 15. cap. 11. § 2: *Si firmare promiserit emptori, id est, Swro. Ubi Lindembrog. Sweren, Juramento confirmare, sic et Angli to swar.* Alii codd. habent *Swiron*.

\* **SWODE**, vox Bohema, Servitutis species. Charta Wencesl. reg. Bohem. ann. 1249. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 521: *Ecclesie sanctæ Mariæ in Doxan..... talem concessimus libertatem, videlicet quod homines jam dicte ecclesie.... sint liberi et exempti ab omni jugo servitutis sine exactionis et gravaminis, tam ab his que*

*vulgariter dicuntur narok seu Swode, quam ab his que vocantur varez.*

**SWOLLYNGA**, **SWULINGA**, vox Cantianis familiaris, quibus idem quod Anglis *hyda*, seu ut est in Domesday, *Carucata*, nuncupatur: vulgo inquit *Somnerus, a ploughland*: a Saxonico sulh, aratum. [Charta vetus Eccl. Cantuar. apud Th. Blount in Nomolex. Anglic.: *Terram trium aratorum, quam Cantiani Anglice dicunt three Swollyngs.*] Liber de situ Ecclesiæ Belli in Anglia: *Dedit idem inclitus rex Willelmus eidem Ecclesie de Bello, in Cantia regale manerium quod vocatur Wy, cum omnibus appendiciis suis septem Swulingarum, id est hidarum, ex sua dominica corona, cum omnibus libertatibus et regalibus consuetudinibus.* W. Thorn ann. 1364: *Et debet quelibet Swollynga habere ducentas acras, que debent per annum 8. gallinas, unum multonem, et 200. ova de redditu, et sic secundum quantitatem cujuslibet S. (i. Swollinge) et debet quelibet Swollinga arare 6. acras de Telwork, etc.* Vide *Corn-gavel*.

**SULINGA**. Codex MS. Archiepisc. Cantuar.: *Sulingæ maneriorum Archiepiscopatus Cantuar. in Cantia: et scito, quod due Sulingæ faciunt unum feodum Militis.*

**SULLYNGATA TERRE**. Will. Thorn, pag. 1931: *Et nunc defendebatur illud manerium pro una Sullyngata terræ versus regem apud Middleton.*

**SWOLLINGLAND**, Terra *Swollingatim*, sive per *Swollyngam*, i. quantitatem unius aratri culturæ deputata, et fructuariis elocata. Idem Thorn pag. 2140: *Acquisierunt... 309. acras, 3. rodas dimidiam de terra vocata Swollingland.*

**SWOLLYNGMAN**. Idem Thorn: *Quæ servitia et consuetudines ipsi tenentes annuatim faciunt, et solummodo, præter corporale servitium, quod vocatur Swollyngman, quod facere oninino recusant ad magnum gravamen et præjudicium Abbatis.*

**SWYLLINGMANNUS**, Tenens ad redditus infra limites suæ *swollingæ* colligendos electus. Vetus Scheda apud Somnerum: *Singuli tenentes omnium et singularum prædictarum Swyllingarum, et 38. acrarum terræ de Swyllingland ad Curiam dictor. Abbatis et Conventus de Menstre proxime post festum S. Michaëlis Archangeli annuatim tentam seu tenendam, eligent et eligere debent de qualibet Swyllinga unum de seipsis, qui nominetur Swyllingmannus... qui quidem Swillingmannus coram eodem Senescallo corporale prestabit sacramentum ad levandum et colligendum ratam portionis tan denariorum, quam granorum, porcorum, aucarum, et gallinarum in forma prædicta levandarum,.... denarios ibidem per ipsum Swyllingmannum sic collectos præfato bedello (Abbatis) singulis annis persolvendum, etc.* Idem Thorn: *Et ad quamlibet Swollyngam dominus eligit in Curia sua per tenentes suos, 2. homines, et inde onerabit unum, qui colliget redditum in dicta Swollinga, etc.*

† **SYATICA**, Ischias, Gallis *Sciaticque*. Acta S. Richardi Episc. tom. 2. Jun. pag. 251: *Qui quidem per multum tempus, malum quod Syatica dictum est, patiebatur.* Vide *Scia*.

† **SYCAMINA**, **Sycomor**. Vita S. Concedi sec. 2. Bened. pag. 865: *Qui armentarium*



caprarumque Amos Sycamina vellicantem elegit in Prophetam, etc. Sycomoros habet Amos cap. 7. 14. Acta S. Onuphrii tom. 2. Jun. pag. 526: Erant autem fructus illarum arborum multe palmæ, citri, punica, Sycamina, zizipha et vites. Ficus interpretantur viri docti.

† SYCARIA, ut Sicaria 2. Vide ibi.

\* SYDINARIUS. Annal. Placent. ad ann. 1453. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 903: Interea miranda quedam mechanica composuisse, scalas, balistras, catapultas, testudines, caveas tres et decem; habuisse enim affirmabatur artifices ex scriba argenti Sydinarios, et teneros eri Sydinarios: sed his similibus machinamentis nihil urbi nocuisse.

\* SYDONALITER errore typographi, pro Synodaliter. Vide infra in hac voce.

† SYDRACIA. Alex. Iatrasoph. MS. lib. 2. Passion. cap. 129: Quod si ex his (humoribus) vesicæ fieri contingerit parvas vel Sydracia, non oportet turbari. Ubi Glossæ: Sunt parvi tuberculi, qui in carne nascuntur.

† SYEMELINGA, Mensura annonaria. Consuet. MSS. Eccl. Colon.: De prædicto etiam tritico dantur... xx. Syemelingæ singulis diebus de eo quod dicitur grecz. Vide Swolynga.

\* Eadem quæ Simmra, Germ. Simmer. Vide supra Sunberinus.

SYLLABÆ, Litteræ. Epistola. Glossæ Lat. Græc.: Alfatibus, συλλαβῶν, ἡραμαζτων. Synodus Rom. ann. 745: Ante hos dies Syllabas reverendissimi atque sanctissimi fratris nostri Bonifacii Archiepiscopi nobis retulisti. Zacharias PP. Epist. 9. ad Bonifacium: Dum vero et series Syllabarum tuarum nobis panderetur per singula, etc. Codex Carolinus Epist. 72: Sagacissimas Syllabas suscipientes, etc. Occurrit ibi non semel, apud Scriptores ævi ceterioris. Βασίλικαι συλλαβῆαι, apud Cyrillum in Epist. ad Acacium Melitenæ Episcopum, et alios.

SYLLABARIUS. Vide Abecedarius.

\* SYLLABATIM, Per literas. Notitia Judic. ann. 863. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 297: Metropolitens Herardus legens scriptum pro præfata altercatione sibi ab eodem papa directum, invenit ceteros eum Syllabatim rogasse antistes, ut ipsi Roberto ad ipsum monasterium adpiscendum unanimiter opem ferrent. Vide Syllabæ et

† SYLLABICARE, ut mox Syllabizare. Vita S. Catharinæ Senensis tom. 3. April. pag. 881: Si jubebatur Syllabicare, in nullo sciebat aliquid dicere: imo vix litteras cognoscebat.

\* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: Syllabicare, Espeller. Nostris vero Syllabifier et Syllaber, Scribere, literas exarare sonat. Lit. remiss. ann. 1479. in Reg. 206. Chartoph. reg. ch. 355: Laquelle somme de vingt trois livres Tournois..... n'etoit point Syllabifiée, ne escripte au long. Mirac. MSS. B. M. V. lib. 2:

Li lais ne fait mie à gaber,  
Pour ce s'il ne set Syllaber.

SYLLABIZARE, Elementa sigillatim appellare, quomodo faciunt, qui primas litteras ediscunt, nostris Epeller. Joannes Sarisber. lib. 5. Polycr. cap. 16: Leges ipsæ et Consuetudines, quibus vivitur, in-

sidia sunt et laqui calumniantium. Verborum tendiculae proponuntur, acceptiones syllabarum, vel simplici, qui Syllabizare non novit.

† SYLLATERIUM, perperam pro Filaterium. Vide in hac voce.

SYLLOGIZARE. Concludere, decernere, Arrestar. Ericus Upsaliensis lib. 6. Hist. Suecicæ pag. 205: Cæperunt de ejus assumptione tractare, et de facili concludendo inferre, quod Syllogizaverunt in occulto. Vita MS. Caroli M. jussu Friderici Imp. scripta, in prologo: Quia vero intentione præcordiali in laudem præfati Cæsaris tota nostra suspirat intentio, ut manifestis rationibus ipsius gloriose Syllogizetur canonizatio a sanctis et magnis viris prædecessoribus nostris diu multumque affectata, etc. [Elmham in Vita Henrici V. Reg. Angl. cap. 84. pag. 237: Omnium virtutum verum hospitem reperiunt et demonstrationibus certissimis Syllogizant.]

SYLLOGIZARE, Eadem notione. Ermanricus in Vita S. Alberti Abb. Gambronen. num. 1: Quorum piæ initium elegantissime finis Syllogismavit. Id est conclusit, absolvit, ut syllogismus argumentum concludit.

† SYLLOGIZATIO, Argumentatio, ratiocinatio. Origo Monast. Montis S. Mariæ apud Leibnit. tom. 2. Script. Brunsvic. pag. 427: Nescis infelix quia simplicitas devotionis ducit ad cælum et damnosa Syllogizatio in abyssum.

† SYLPHORI, ut Silfori. Vide in hac voce.

SYLVA. Sanutus lib. 3. part. 11. c. 13: Transeunt montes Riphæos, quos Ungari Sylvas vocant.

† SYLVA, Lignum, materia, in Gloss. Gasp. Barthii ex Hist. Palæst. Fulcherii Carnot. apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 357.

\* SYLVA, Londe, Gallice. Silvaticus, Boscatin, Gallice, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521. Nostris alias Selve, pro Forest, Silva; unde etiam nunc Selve appellatur Locus in Laudunensi pago, haud procul Fara oppido. Fabul. tom. 2. pag. 255:

Il erent si tres près voisin,  
Entre aus deux n'avoit c'une Selve.

\* SYLVA CARBONARIA, sic nuncupatur pagus Hannoniensis ab Oliv. Vredio in Epist. dedicat. Hist. comit. Fland. Vide Carbonaria, in Carbo, 3.

SYLVA COMMUNIS, forte quæ Communis est, seu ubi Communie, vel loci incolæ jus fruendi habent. Polyptychus S. Remigii Remensis: Silvam communem, ubi possunt saginari porci 20. Tabular. Eduensis Ecclesiæ: Silvæ 3. ad impinguandos porcos 2000. excepto communi Silva.

\* SYLVA INCRETA, Alta, ardua, vulgo Bois de haute futaye. Vide supra Incretus 2.

SYLVA MINUTA, Cædua, Bois taillis. Polyptychus S. Remigii Remensis: Sunt ibi arabiles campi 22. continentes mapp. 104. vineæ 19. Sylva minuta mapp. 11. pasturæ cum spinoris mapp. 30. [Silva nude, eadem notione, in Charta ann. 1287. apud Acher. tom. 8. Spicil. pag. 257: Nemora vendere non poterit, nisi esset Silva.]

SYLVA NUTRITA, [ut Pastilis mox.] Idem

Polyptychus S. Remigii Remensis: Silvam noviter nutritam, ubi supra 5. annos valebunt saginari porci 50. Mox: Wandefridus tenet mansum servilem 1. et pro omni aratura et servitio providet Silvam, et nutrit.

† SYLVA PALARIS, Ex qua poli (1. pali) et podimenti (1. pedamenti) sumuntur. Vocabul. utriusque juris. [\*\* Occurrit fr. 9. § 7. de usufr. (Dig. 7, 1.)]

SYLVA PASTILIS, i. Pastui animalium idonea, in Domesdei, in Monastico Anglic. tom. 3. part. 3. pag. 10: Silvæ pastilis duarum leucarum longitudine, et unius latitudine. Occurrit ibidem rursus.

† SYLVA PASCUA, Eadem notione, in Vocabul. utriusque juris.

† SYLVA PASTIONALIS, Eodem intellectu. Codex Censualis MS. Irminonis Abbat. Sangerm. fol. 45. col. 1: Habet ibi de Silva pastionali inter totas decanias bunaria lxx. in quibus possunt porci saginari c. Hinc

† SYLVA SAGINACTA, Saginandis porcis idonea. Vide Saginacia.

† SILVALIS, Ad silvam pertinens. Leg. Lotharii cap. 27. apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 139. col. 2: Ut in testimonium non recipiantur de his capitulis, id est de libertate, et de hereditate, vel de proprietate in mancipiis et terris, sive de homicidio, et de incendio, excepto Silvali, etc. [\*\* Reinhard. Vulp. lib. 4. vers. 61:

Rus habito, numquid Sylvaem deo censum?]

\* SILVAGIA, Præstatio pro jure utendi silva. Chartul. S. Joan. Laudun. ch. 122: Habent in ea (terra) pasturas et boscum ad omnes usus necessarios in ædificationem, in combustionem, in venditionem, absque omni exactione Silvagiæ.

SYLVAGIUM, Jus utendi silva, vel præstatio pro jure utendi silva, ut forestagium, de quo supra. Charta Bartholomæi Episcopi Laudunensis ann. 1130: Sed et Silvagiium, et paisnagiium, et alias consuetudines, quas dominis suis debent persolvere. Tabularium Abbatie S. Joannis Ambian. ann. 1161: Licebat etiam fratribus de nemore ligna cedere, et redas suas onerare, et per subscriptum Silvagiium ligna extra territorium ducere, dare, vendere, prout ipsi placuerit. Pro Silvagio autem unius equi unum denarium persolvere.

\* Charta Petri episc. Camerac. ex Chartul. Mont. S. Mart. part. 3. ch. 17: Quod si nemus vendi vel incidere contigerit, Silvagiium inde habeat ecclesia, ad quadrangulum denarium, ad bigam obolum. Vide Scartio.

SYLVATICUM, Eadem notione. Jo. de Janna: Lucar, pecunia vel pretium ex luco collecto, quod vulgo dicitur Sylvaticum, et Forestage. Charta Friderici II. Imp. ann. 1214. pro Ecclesia Viennensi: Non teloneum, sive pedagiium in aquis vel terris, vel redhibitionem de pasturis, non Sylvaticum, non summaticum, non pulveraticum exigere audeat.

† SILVITATICUM, Eodem significato. Charta Karolomanni Reg. Fr. ann. 880. pro Monast. S. Cæcilie in diocesi Urgell. in Append. ad Marcam Hispan. col. 812: Nullus iudex publicus audeat a famulis tam liberis quam colonis ipsius loci hospitaticum,



*montaticum, rotaticum, Silvaticum, aut inferanda aliqua exigere.*

**SYLVARIUS**, Qui silvam custodit, providet. Polyptychus S. Remigii Remensis: *Hrodo Silvarius et messarius tenet propter hoc de terra dominica contra divid. mansum.* Vide supra *Silva nutrita.*

\* **SILVANUS**, ut *Silvarius*, Qui silvam custodit, providet. Charta Rachiis Langob. Reg. ann. 747. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 517: *Ideo accedentes inibi missi nostri..... cum Gisilpert Waldeman inquirentes per Silvanos nostros, id est Otonem et Rachi..... veritatem, et renovantes signa et cruces cum clivos ferreos adfigentes simul, etc.* Pluries ibi. Vide *Sulturius.*

\*\* **SILVITUS**, Idem. Reinard. Vulpes lib. 4. vers. 17:

Quisquis es, hic liques dolabram, nisi cædere cesses,  
Si sum Silvitus regis, ut esse puto.]

**SYLVATICUS**, Agrestis, incultus, aspero ingenio, *Sauvage*, Italis *Salvatico*. Oedericus Vital. lib. 4. pag. 506: *Edricus quoque cognomento Guilda, id est Silvaticus.* Infra pag. 511: *Plures in tabernaculis morabantur, in domibus ne mollescerent, requiescere dedignabantur: unde quidam eorum a Normannis Silvatici cognominabantur.* Vide *Comes silvester*, in *Comes.*

\* Le Roman de Robert le Diable MS:

Sire, se vos fustes Sauvages  
Viers moy, je n'i pris mic garde.

† **SILVATICA INDUMENTA**, Pellibus ferarum silvestrium munita, apud Mabillon. tom. 5. Annal. Benedict. pag. 584. Constitut. MSS. Cluniac.: *Nec quisquam in quovis loco tunicis et coopertoriis de bruneto aut pellibus Silvaticis... ut præsumat.*

† **SILVATICUM OPUS**, Eadem notione, ut videtur. Consuet. antiquæ Canonic. Regular. apud Marten. part. 1. novæ Collect. pag. 323: *Sed ne quisquam fratrum Silvaticum opus cujuslibet emat.*

**SALVATICUS**, pro *Silvaticus*, quomodo Galli *Sauvage* dicunt. *Aves salvaticæ*, in Lege Bajwar. tit. 20. § 6: *nostris Oiseaux sauvages*, quibus opponuntur domesticæ, *domipastæ*. [Joh. Demussis in Chr. Placent. apud Murator. tom. 16. col. 580: *Similiter juvenes homines portant cabanos, barillotos, et pellardas longos et largos, longas et largas per totum usque in terram, et cum pulchris foraturis peltarum domesticarum et Salvaticarum, etc.*] In Charta Edw. III. Regis Angl. tom. 2. Monastic. pag. 768. *Sauvagine*, dicuntur feræ silvestres: *De tuta sauvagina, et omnibus bestiis silvestribus cujuscunque generis forent... quæ inventæ forent in clauso de Kitt, ad bersandum, venandum, capiendum, etc.* Itali *Salvaggine* dicunt. Philippus *Mouskes* in Henrico I:

Ciers i mit, et bisses, et dains,  
Puis couins, lievres, et ferains,  
Et maniere de Sauvagine.

Charta ann. 1279: *Et contrata est Salvatica, deserta et inhabitata.* Alia apud Ughellum tom. 7. pag. 397: *Cultum vel incultum domesticum et Salvaticum, etc.*

**SALVAGIUS**, Eadem notione. *Bestiæ Salvagiæ*, apud Gervasium Dorobernensem ann. 1168.

† **SALVAGNIA**, Fera silvestris. Charta ann. 1335. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 304: *Quod nemo cujuscumque status, sive sit nobilis sive innobilis, sit ausus vel præsumat venari cum retibus, vel canibus, seu alio modo, aliquas Salvagnias pulam, publice vel occulte.*

† **SILVAYSINA**, Pari significato. Charta ann. 1399. ex Tabul. Massil.: *Tibi licentiam damus et concedimus per præsentem libertatem venandi et occidendi porcos senglares, cerves et capreolos et alias Silvaysinas seu animalia fera cupiendi per totum territorium Massiliense.*

\* **SILVAISUNA**, Fera silvestris, in Charta Senesc. Provinc. xv. sæculi.

\* **SILVATUS**, Nemorosus, silvosus. Acta MSS. notar. Senens. ad ann. 1285. ex Cod. reg. 4725. fol. 55. rº: *Item unius peciæ terræ Silvate pro indiviso, in loco qui dicitur Poggioli. Stat. Vallis-Ser. rubr. 188. ex Cod. reg. 4619: Si vero ierit in aliquam peciam terræ..... buschivam seu Silvatam, etc. Sauvechine, Ager incultus, vepribus et dumetis horridus, in Vitis Patrum. MSS:*

N'a cinq lieues de toutes pars,  
Fors Sauvechines et essars.

Hinc *Sylvescere*, et nostris *Assauvagir*, dicitur de agro, in quo vepres et dumii, deficiente cultu, crescunt. Charta ann. 985. apud Oefelium tom. 1. Script. rer. Boicar. pag. 708. col. 1: *Absque habitatore terra episcopii Sylvescut, etc.* [\* Berthold. Annal. ad ann. 1075: *Agrum dominicum, quamvis multo jam ex tempore incuriosa prædecessorum suorum pigritia dumosis nimium usurpationum abusionibus asperissime satis fruticantem, nec non veterosa fructus ecclesiastici ejulabili obsoletia luxurianter prorsus Sylvescem.... attemptavit expurgare.*] Charta ann. 1406. ex Bibl. reg.: *Laquelle ferme est assise en bois et bruyeres, qui ont gagnè et Assauvagir grant parties des terres labourables..... Les terre sont toutes Assauvagiées et environnées de bois.* Sed et *Assauvagir* dixerunt nostri, pro aliquem de domo vel societate expellere, fugare. Lit. remiss. ann. 1459. in Reg. 188. Charthoph. reg. ch. 201: *Icelluï Touthoy dist au suppliant qu'il donneroit audit homme deux souffletz bien assiz pour le Assauvalgir de plus n'aler à sa maison.*

\* Ejusdem originis *Sauvargon*, pro *Sauvegeon*, Insiticia silvestris arbor, in Lit. remiss. ann. 1396. ex Reg. 150. ch. 100: *Avec ce a esté compaignon de prendre quatre Sauvargon aus champs, entre lallite Villevesque et Paris, lesquelz li planta ou jardin de l'ostel là où il demourant.*

**SYLVICOLA**, pro *Silvicula*, Silvula, in Charta Alamannica Goldasti 28: *Et in Synnaha curtilleni unam simul cum adjacentem prato, et quicquid habuissent in Silvicola, que dicitur Tegeramos inter Synnaha et Gloton.* [\* *Silbulu*, eodem sensu, in chart. Longob. ann. 760. apud Brunett. Cod. Dipl. Tusc. tom. 1. pag. 570. Vide *Silvula*.]

† **SYMAISIA**, Mensura vinaria, vulgo *Sinaise*, sex mensuras continens, seu octo sextarios Parisienses. Tabul. Eccl. Anticiensis: *Heres teneatur offerre perpetuo unum panem et unam Symaisiam vini cum*

*candela accensa.* [\* Vide supra *Sinasia*.]

† **SYMBOLA**, Ciborium, seu pyxis in qua Corpus Christi asservatur. Ordinar. vetus Ambian.: *In majoribus duplicibus... ad utrasque Vesperas, Matutinum, et Missam accenduntur quatuor cerei super majus altare et duo superius prope Symbolum.* Vide *Symbolum 2.*

**SYMBOLÆ**, Convivia publica, ex singulorum *Symbolis*, ἀράται. Vox Græcis et Latinis Scriptoribus usitatissima, quod pluribus notavit Henricus Stephanus de Abusu linguæ Græcæ cap. 1. Concilium Auscense ann. 1068: *Archidiacono autem interdicimus convivium more Symbolarum in ejus Ecclesiis peragi, aut in honore ejus aliquid usurpari contra consuetudinem veterem.* [Vide *Symbolum*.]

† Probabilius Concilium Auscense intellexeris de expensis quæ in Archidiaconorum vel Episcoporum susceptionibus a presbyteris ecclesiarum ruralium fiunt, quæ *Parate* alibi dicuntur, ut non obscure innuit Epistola Urbani II. PP. ann. 1099. apud Baluz. tom. 2. Miscell. pag. 180: *Universas præterea paratas sive Symbolas, quas synodos vocunt, tum ecclesiarum jam dictarum quam ex ceteris ecclesiis... in sumptus vestium concesserunt.*

† **SYMBOLISATIONES**, in Ordine Prædicatorum appellantur Convivia, seu commensationes quæ inter fratres fiunt data ab unoquoque sua Symbola. Capitul. ann. 1314. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1946: *Inhibemus ne de cetero Symbolisationes et festa singularia fiunt sine licentia specialia.*

**SYMBOLOGIZARE**, Symbolam conferre. Galvaneus Flamma in Chronico: *Ipsi Episcopi suam redimentes vexationem, Symbologizantes alia beneficia emerunt, etc.*

1. **SYMBOLUM** Christiani appellant summam fidei Catholicæ, quasi, ut quidam censent, Collationem, quod, ut aiunt, Apostoli simul convenientes, quod quisque sentiret ac crederet, in illud contulerint. S. August. Serm. 115. de Tempore: *Quod Græce Symbolum dicitur, Latine collatio nominatur. Collatio ideo, quia in unum collata Catholicæ legis fides... Petrus dixit: Credo in Deum Patrem, etc. Joannes dixit: Creatorem cæli et terræ, Jacobus dixit, etc. Leo I. PP. in Epist. ad Pulcheriam Aug.: Ipsa Catholici Symboli brevis et perfecta Confessio, quæ duodecim Apostolorum totidem est signata sententiis. RATHERIUS Veron. in Itinerario: Ipsam fidem, id est, credulitatem Dei, trifarie præparare memoriter festinetis, hoc est secundum Symbolum, id est Collationem Apostolorum, sicut in Psalteriis correctis invenitur.* Excerpta Chronologica edita a Scaligero post Eusebium: *Eodem anno congregata Synodus in Nicæa 318. Episcoporum sub Alexandro Archiepiscopo Alexandriæ, in qua Symbolum S. Trinitatis est manifestatum, etc. Liber Faceti:*


Articuli fidei sunt his sex corde tenendi,  
Quos Christi socii docuerunt pneumatici pleni.  
Credo Deum, Petrus inquit, cuncta creantem.  
Andreas dixit, Ego Credo Jesum fore Christum.  
Conceptum natum Jacobus, passumque Johannes,  
Infernas Philippus fregit, Thomasque revixit;  
Scandit Bartholomæus, venit censere Mathæus.  
Pneuma minor Jacobus, Symon peccata rexit,  
Restituit Judas carnem, vitamque Mathias.




Vide Ruffinum Aquileiensem in Symbolo, Isidorum lib. 2. de Ecclesiast. Offic. c. 24. Leidradum Lugdun. Archiepisc. de Sacramento Baptismi cap. 4. Beletum cap. 40. Durandum lib. 4. c. 25. n. 7. et seqq. Honorius August. lib. 1. c. 88 : *Credo in Deum Constantinopolitana Synodus composuit; sed Damasus Papa ad Missam cantari instituit.* Adde Bernonem lib. de Missa cap. 2. Durandum de Ritib. Ecclesie lib. 2. cap. 24. præterea Jo. Gerardum Vossium, et Usserium Armachanum in Syntagmatib. de Symbolo.

**SYMBOLUM VIOLARE**, Peccare. S. Laurentius Novariensis Episc. Homil. 1 : *Violavi Symbolum meum, corrupti pactum in ipso vestibulo Fontis conscriptum.*

**SYMBOLUM ACCIPERE et reddere** dicebantur baptizandi, qui, antequam tingerentur, Symbolum memoriter proferebant, apud S. Augustin. Epist. 67. Homil. 42. c. 1. Serm. 135. de Temp. cap. 1. Ferrandus Diaconus Carthagin. in Epistola ad S. Fulgentium Episcopum Ruspensem : *Hic ergo dominorum fidelium diligentia Sacramentis Ecclesiasticis imbuendus ad Ecclesiam traditur : fit de more Catechumenus : post aliquantum nihilominus temporis propinquante solemnitate Paschali inter Competentes offertur, scribitur, eruditur. Universa quoque Religionis Catholicæ vneranda mysteria cognoscens atque percipiens, celebrato solenniter scrutinio, per exorcismum contra diabolum vindicator, cui se renunciare constanter, sicut hic consuetudo posebat, auditurus Symbolum profitetur. Ipsa insuper sancti Symboli verba incuoriter in conspectu fidelis populi clara voce pronuncians, piam regulam Diminix orationis accepit, simulque jam et quid crederet, et quid oraret intelligens, futuro Baptismati parabatur, etc.* Συμβολον ἀπαγγελῆεν, in Concilio Laodic. can. 46. et Synodo Trullana can. 78. ubi dicitur, baptizandos oportere fidei Symbolum discere, et quinta Feria ultimæ septimanæ, vel Episcopo, vel Presbytero reddere. Gloss. Græc. Lat. : Ἀπαγγέλλω ἐπὶ μὲθρηάτων, reddo, memoro. Ordo Romanus ait, reddi in Sabbato Paschatis, aut Pentecostes, ut et Amalarius lib. 1. de Eccl. Offic. c. 8. Habetur Homilia S. Maximi Taurinensis Episcopi in Traditione Symboli, ubi *Mysterium Symboli tradere* : et alia S. Fulgentii, quæ est 78. *ad Competentes post traditum Symbolum.* Vide Canones S. Patricii cap. 7. Illud autem addiscendum dabatur Competentibus in die Palmarum, ut habent Isidorus lib. 1. de Eccles. Offic. c. 27. lib. 2. cap. 21. 22. Alcuinus lib. de Divin. Offic. Rabanus lib. 1. de Instit. Cleric. cap. 26. Atto Episc. in Capitulari c. 16. etc. [Conc. Agathense can. 13 : *Symbolum ante octo dies Paschæ Competentibus prædicetur.*] Vide Glossar. med. Græcit. voc. Μῆτρα, col. 851. et Συμβολον, col. 1477.

 Peculiaris est missæ Mozarabicæ ritus a Concilio Toletano III. ann. 589. can. 2. præscriptus ut symbolum post Canonem a sacerdote hostiam consecratam super calicem tenente ante Orationem Dominicam recitetur. Vide Mabill. de Liturg. Gallic. lib. 1. cap. 1. et 4.

 Symbolum, quod sub nomine S.

Athanasii circumfertur, ad Primam recitari cœpit ann. 922. in Ecclesia S. Martini Turon. ut discimus ex Statuto Capituli ejusd. Ecclesie apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 62 : *Anno Domini DCCCXXII. Calendis videlicet Junii hortatu et suasionem atque servitio cujusdam fidelis fratris gregis inclyti confessoris Christi B. Martini, Adam sacerdotis, et grunicarii, necnon et pseudoforensis villæ præpositi, staterunt ejusdem gregis generaliter fratres, et statuentes confirmaverunt ut ex illo tempore, quandiusculum stetit, cantarent fratres generaliter ad horam primam tam festis diebus quam et quotidianis catholicam fidem quam S. Athanasius Spiritu sancto dictante composuit, id est, Quicumque vult salvus esse.*

**SYMBOLUM LUMINIS**, seu potius *Symbola*, Censuræ pro luminaribus Ecclesie. Leges Kanuti Regis Angl. cap. 14 : *Et fiat in anno Symbolum luminis, primum in vigilia Paschæ obolus cereæ de omni hida, in Festo omnium SS. tautudem, tertio tantundem in Festo sancte Mariæ Candelarum.*

**SYMBOLUM ANIMÆ**. Concilium Enhamsense ann. 1009. cap. 12 : *Luminarium census ter quotannis penditur. Sed æquissimum est, ut animæ Symbolum, (quam pecuniam sepulchralem vocant) semper dependatur, cum sepulchrum sit effosum. Ubi Decreta Synodalia ejusdem Concilii can. 13. habent : Munera nec non defunctorum animabus congruentia puteo impendantur aperto.*

**SYMBOLUM**, Convivium, comessatio. Hist. Liutprandi apud Murator. tom. 2. pag. 431 : *In his namque (ecclesiis) Symbola faciebant, gestus turpes, etc.*

**SYMBOLUM**, Campana. Vide *Simbalum*.

**SYMBOLUM**, in scholis dicitur Tessera quæ Gallice loquentibus dabatur Magistro exhibenda ut punirentur. Vide Hist. Paris. Lobinelli tom. 5. pag. 128.

\* 2. **SYMBOLUM**, Ciborium seu sacra pyxis, in qua Corpus Christi asservatur. Arest. parlam. Paris. ann. 1354. in [Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 251 : *Ymaginem beatæ Mariæ Virginis seu Symbolum, in quo Corpus Christi reponatur instinctu diabolico perforant.* Ordinar. MS. S. Vulfr. Abbavil. xiv. sæc. : *Thesaurarius juxta medium responsorium surgit et vadit cum duabus torsibus quæsitum vas de Symbolo, in quo Corpus Christi reponi et conservari consuevit.* Vide *Symbola*.

\*\* 3. **SYMBOLUM**, Signum, vexillum. Richer. lib. 3. cap. 69 : *Collectus exercitus... ibat ergo per cuneos Simbolo distinctos.*

**SYMBOLUS**, a Gr. σύμβουλος, Consiliarius, Præfectus nrbis. Vita S. Stephani Sabaitæ tom. 3. Jul. pag. 545 : *Ob negotia quedam necessaria cum politica, tum ecclesiastica, ad Symbolum Damasci atque ad judicem frequenter itans, domi nostræ hospitium sibi delegerat.*

\* **SYMERINUM**, Mensuræ species, Germ. *Simmer*. Annal. cœnob. Bebenhus, ad ann. 1281. apud Ludewig. tom. 10. Reliq. MSS. pag. 418 : *Item donaverunt nobis..... in Grossen Heppach duo Symerina salis.* Vide supra *Syemelinga*.

**SYMMIACHUS**. Liberatus Diaconus cap. 23 : *Per portitores literarum velocissimos, quos Ægyptii Symmachos vocant.*

† **SYMMELLUS**, pro *Simenellus*. Vide ibi.

† **SYMMISTA**, a Gr. συμμίστης, Sacrorum eorumdem particeps et collega. Utuntur S. Hieronymus, Sidonius, Apuleius, et alii. [\* *Decano et Symisti suis, apud Ekkehard. IV. de Cas. S. Galli cap. 16. Augustensis episcopus, summus Symmista imperatoris, in Herimann. Aug. Chron. ad ann. 1029. Vide Summista.*] Nude pro Pontifex occurrit in Vita S. Romani Archiep. Rotom. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1659 :

Ut sit revera Domini Symmisti sacerdos.

A *Symmista* priori notione sine dubio, voce corrupta, ut recte observat P. de Colonia in Hist. Litteraria Lugdun. tom. 2. pag. 68. sex Presbyteri qui in festis solemnioribus Archiep. Lugdunensi sacra peraganti assistunt, *Six muses* vulgo appellantur.

**SYMMISTA**, pro *Symmysta*, συμμύστης, socius, consors. Utitur semel ac iterum HRabanus Maurus Poem. 41. 54. Vide *Summista*. [\* *Ruodlieb. fragm. 3. vers 195 :*

Regis Symmistis, alisque fidelibus ejus, Ejus servitio qui sunt in cottidiano.]

† **SYMPLECTÆ**. Vide *Sempectæ*.

**SYMPHONIA**, Instrumentum Musicum, de quo sic Isidorus lib. 2. Orig. cap. 21 : *Symphonia vulgo appellatur lignum cavum ex utraque parte, pelle extensa, quam virgulis hinc et inde Musici feriunt. Fitque ex ea concordia gravis et acuti suavissimum cantus. Ugutio : Tympanum quoddam instrumentum musicum, vel pellis, vel corium, vel ligno ex una parte contentum vel contextum, et dicitur sic quod tinniat, vel dicitur sic a tinton, quod est medium, quia est medium. Est enim media pars Symphonie in similitudinem cribri, et virgula percutitur ut Symphonia. Glossæ antiquæ MSS : Tibia, Symphonia. Glossæ Isonis Magistri : Sistrum, tuba, genus Symphonie. Alibi : Symphonia, tuba, ad istud Prudentii lib. 2. in Symm. :*

Fluctibus Actiacis signum Symphonia belli Ægypto dederat, clangebat buccina contra.

Mamotrectus ad 1. Paralipom. cap. 12 : *Liris, id est Symphonie. Daniel cap. 3 : In hora, qua audieritis sonitum tubæ et fistulæ, et cytharæ, et sambucæ, et psalterii, et Symphonie, etc.* S. Augustinus in Psal. 41 : *Festa cum hic homines celebrant suæ luxuriæ, consuetudinem habent constituere organa ante domos suas aut ponere Symphoniam, vel quæcumque musica ad luxuriam servientia et illicientia.* Fortunatus lib. 4. de Vita S. Martini :

Donec plena suo cecinit Symphonia flatu.

Galfridus de Vino salvo in Poetria MS. seu de Coloribus Rhetoricis :

Cymbala præcara, concors Symphonia, dulcis Fistula, somniferæ citharæ, vitulæque jocosa.

Nicolaus de Braya in Ludovico VIII :

... Non sistrum deficit illic, Tympana, psalterium, cithara, Symphonia dulcis.

Occurrit præterea apud S. Hieronymum in Epist. ad Damasum. [\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Symphonia, Prov. sambuca. Chyphonie, in Mirac. MSS. B. M. V. lib. 1 :*



Car lues c'à court vient symonie  
Et ele trait sa Chyphonie, etc.]

Vetus Poeta Gallicus MS. in Poemate,  
cui titulus, *le Lusidaire* :

Psalteres, harpes et vieles,  
Giges, et Chifonies beles.

Chron. MS. Bertrandi *du Guesclm* :

Et s'avoit chascun d'eux après luy un Sertent  
Qui une Chiffonie va à son col portant,  
Et li deus Menestrers se vont appareillant,  
Tous deus devant le Roy se vont Chiphnniant,  
Et Mahieu de Gournay les va appercevant,  
Et les Chifonieux aloy priser tant,  
Et en son cœur alloit moult durement gabant;  
Et li Rois lui a dit après le geu laissaunt;  
Et que vous samble, dit-il, sont-il bien souffisant?  
Dist Mahieu de Gournay : Ne vous iray celant,  
Ens ou pays de France, et ou pays Normant,  
Ne vont tels instrumens fors aveugles portant,  
Ainsi vont li avugles et li poures truant,  
De si fais instrumens li bourgeois esbatant,  
En l'appella de la un instrument truant,  
Car il vont d'huis en huis leur instrument portant,  
Et demandent leur pain, rien ne vont refusant, etc.

Joannes Molinetus in Throno honoris :

Tubes, tabours, tympanes et trompettes,  
Lucs et orguettes, harpes, psalterions,  
Bedous, clarons, cloquettes, et sonnettes,  
Cors et musetes, Symphonies doucettes,  
Clansonnettes de manieurditions, etc.

† SYMPHONIARIUS, Symphoniacus, in  
Charta ann. 1602. apud Calmetum tom. 3.  
Histor. Lothar. inter Probat. col. 465.

† SYMPHONIZARE, Symphoniam edere,  
canere, in Actis S. Ansuri tom. 4. Jul.  
pag. 102. [\*\* Gerhardi Vita S. Oudabrici  
cap. 4 : *Symphoniaci venerunt, quorum tum  
copiosa multitudo fuit, ut pæne intercapedi-  
nem aulae secundum ordinem stando imple-  
vissent, et tres modos Symphonizando perfe-  
cerunt.*]

\*\* SYMPHONIARE, Idem. Ruodlieb. fragm.  
8. vers. 30 :

Est, ait, hic harpa, melior qua non erit ulla,  
In qua, dum vivit, meus heros Symphonaviit.

† SYMPLEGAS, vox Græca, Comple-  
xio. Tertull. adv. Marc. lib. 1. cap. 2 : *Duos  
Ponticus deos adfert, tanquam duas Sym-  
plegadas naufragii sui.* Ubi respicit ad duos  
scopulos Bosphori *Symplegades* dictos,  
quod inter se aliquando concurrisse tradunt  
fabulæ. Vita S. Jacobi Erem. sæc. 4. Benedic.  
part. 2. pag. 153 : *Et inter has  
verborum Symplegades (id est, ambages) re-  
spicit vas, ubi reconditus erat sextarius : et  
ecce mensura integra conspicitur.*

\* SYMPOLONÆ, id est, *Convivæ*, in  
Exposit. serm. antiq. ad Grammat. Calcid.  
ex Bibl. reg.

SYMPONES, ex Græc. σύμπνονος, συνεργά-  
της, apud Anastasium in Epist. ad Con-  
stantinum Imp.

SYMPALMA, *Consonantia psalmi, vel  
vocis copulatio in cantando.* Joan. de Ja-  
nuæ. [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Simp-  
salma, consonance de pseaulmes, ou couple  
de voix.*] Vide *Diapsalma*.

† SYMPTOMA, Græc. σύμπτωμα, Casus  
quilibet : sæpius de iis quæ in morbis acci-  
dunt, Gall. *Symptome*. Vita S. Guillelmi  
Archiep. Bituric. tom. 1. Jan. pag. 639 :  
*Hæsitabant medici quid de morbo dicerent,  
quia causam ejus penitus ignorantes, vide-  
bant Symptomata sibi ad invicem adversari.*

Godefridus Viterb. in Panth. apud Mura-  
tor. tom. 7. col. 434 :

Miles ut exponit quæ sit modo causa furoris,  
Mitigat Othonis Symptomata vi rationis.

Ibidem col. 473 :

Merlus ait : Ventura magis, si noscere glisces,  
Jam regni metuenda tui Symptomata disces.

† SYNANTICUS MORBUS, Angina, Ital.  
*Sinanca*, Gall. *Esquinancie*. Acta S. Canio-  
nis tom. 6. Maii pag. 28 : *Ut Synantico  
morbo laborantes ipsius precibus curarentur.*  
Vide *Squinantia*.

† SYNAPIUM, Sinapi, in Statutis S.  
Claudii ann. 1448. pag. 81.

SYNASPISMUS. Vide *Sinaspismus*.

SYNASTRIA, Constellatio, in Querolo  
pag. 40.

† SYNAXARIA, Vitæ Sanctorum in com-  
pendium redactæ in Menæis aliisque Ec-  
clesiasticis libris insertæ. Vide Glossar.  
med. Græcit. in hac voce col. 1481.

SYNAXIS, Σύναξις, Latinis, *Collecta* :  
Conventus seu Congregatio Monachorum,  
ad orationem et psalmodiam coeuntium,  
apud Cassianum lib. 2. de Instit. Cœnob.  
cap. 10. Vide *Collecta* 6. et Glossar. med.  
Græcit. col. 1480.

SYNAXIS maxime pro *Cursu*, seu officio  
*Ecclesiastico*. Glossæ MSS. : *Synaxis decan-  
tatio horarum, vel illa hora, qua sol ab axe  
descendit, et dicitur quasi sine axe.* Regula  
S. Benedicti cap. 17 : *Vespertina autem  
Synaxis 4. psalmis cum antiphonis terminetur.*  
Regula S. Columbanii cap. 7 : *De Syn-  
axi vero, id est, de cursu Psalmorum et  
orationum modo canonico, quedam sunt di-  
stinguendo.* Regula S. Donati cap. 26 : *Simi-  
liter peniteat, quæ humiliationem in Synaxi,  
id est in cursu oblita fuerit.* Et cap. 75 : *De  
synaxi, id est de cursu Psalmorum, etc.*  
[Translat. S. Sebastiani etc. sæc. 4. Bened.  
part. 1. pag. 399 : *Sequenti nocte opportu-  
num tempus Synaxis matutinalis advenerat,  
etc. Ad nonæ Synaxim*, sæc. 5. pag. 15.  
*Jam Synaxi matutinarum instante*, in Lib.  
Mirac. S. Eadmundi apud Marten. tom. 6.  
Ampl. Collect. col. 834. *Synaxis matutinalis*  
et *Synaxis vespertinalis*, apud Andream  
Floriac. Mon. lib. 4. Miracul. S. Benedicti  
ex Cod. MS. Vaticano. *Synaxis vespertinalis*,  
apud Mabill. in Liturg. Gallic. pag.  
109. Adde eumdem tom. 3. Analect. pag.  
489. Hist. Mediani Monast. pag. 212. Joh.  
Abrinc. pag. 35. et alios.] Domnizo lib. 1.  
de Vita Mathildis cap. 21 :

More suo sanctis surgens cantare Synaxim  
Nocturnam, magnus licet algor stingeret artus,  
Devote græciffis surgit tamen ipsa Mathildis.

[\*\* Ruodlieb. fragm. 3. vers. 10 :

Qua (ara) missæ regi solet officium celebrari,  
Matutinalis et vespertina Synaxis,  
Cursibus inmixtis aliis de more diurnis.]

Apud Græcos Patres, σύναξις sumitur pro  
participatione divinæ Eucharistiæ, ut pas-  
sim apud Dionys. Areopag. lib. de Sa-  
cram. ubi Pachymeres ad cap. 3 : *Σύνα-  
ξιν νοητέον ὡς τὴν τοῦ λαοῦ, καθὼς τὴν λέξιν σί-  
μερον ἐλάμβανονται, ἀλλὰ τὴν πρὸς Θεὸν συνα-  
γωγὴν καὶ κοινωνίαν.* Et cap. 4 : *Σημείωσαι, ὅτι  
σύναξιν μόνῃ τὴν λειτουργίαν φασί, καθ' ἣν τῶν  
θεῶν μυστηρίων κοινωνοῦσιν εἰ ἄξιτοι, ἐπὶ τούτῳ γὰρ  
καὶ τὸ ὄνομα λαμβάνει, ὡς διὰ τὸ συνάγεσθαι τῶν*

λαὸν, καθὼς οἰθεῖται τις, ἀλλὰ διὰ τὴν πρὸς τὸ ἐν  
κοινωνίαν, καθ' ἣν τῷ Σωτῆρι Χριστῷ ὡς μέλη τῆ  
κνραλῆ συναγόμεθα.

† SYNAXIS, in Hist. Liutprandi apud Mu-  
rator. tom. 2. pag. 448 : *Siquidem, post  
unius anni Synaxin, quum amplioris jam  
potentiæ esset, talibus aggreditur eosdem  
Principes sermonibus, etc.* Id est, expleto  
unius anni cursu.

† SYNCCELLATUS. Vide in *Syncellus*.  
SYNCELLITA, qui alias *Concellaneus* :  
Monachus scilicet, qui in eadem cella, i.  
Monasterio habitat, moratur. Veteres Glos-  
sæ MSS. : *Συνακλήθες, γείτονες.* Cassianus Col-  
lat. 20. cap. 2 : *Ut nos, tanquam pristinos  
Syncellitas, etiam cellulæ suæ, quam in ex-  
trema horti porte construxerat, honoraret  
hospitio.* Idem de Instit. Cœnob. lib. 2.  
cap. 12 : *Unusquisque ad suam recurrens  
cellulam, quam aut solus, aut cum alio  
tantum habitare permittitur; quem scilicet  
societas operationis, vel discipulatus, et di-  
sciplinæ imbutio copulavit, vel certe quem si-  
militudo virtutum comparare fecit.* Et lib. 4.  
cap. 16 : *Cellulæ suæ cohaborator.*

SYNCELLITAS, latiori significatione, Mo-  
nachos omnes interdum vocabant. Versus  
antiqui de laudibus Lirinensis insulæ, apud  
Vincent. Barralem :

Primus Honoratus te Syncellita beatus  
Corpore sacravit, fugiens retinacla mundi.

Epistola cujusdam Monachi ad Ælfricum  
N. Cuncorum peripsema *Syncellitatum*, i.  
Monachorum.

SYNCELLUS, Dignitas Ecclesiastica e  
præcipuis et honoratioribus, qua qui co-  
honestatus erat, in eadem, qua Summus  
Pontifex, vel Patriarcha, cella habitabat,  
unde nominis etymon. Habuit enim suos  
Syncellos non Græcæ duntaxat Eccle-  
sia, quod notissimum est Scriptoribus By-  
zantinis, sed etiam Romana. Siquidem Leo  
Papa in Epistola ad Kenulphum Mercio-  
rum Regem apud Willelmum Malmesbur-  
riens. lib. 1. de Gestis Reg. Angl. cap. 4. S.  
Augustino primo Anglorum Apostolo hanc  
appellationem adseribit : *Nos per omnia  
enucleatius trutinantes, in sacro serinio ver-  
perimus sanctum Gregorium prædecessorem  
nostrum in integro ipsam parochiam numero  
XII. B. Augustino Syncello suo Archiepi-  
scopo tradidisse et confirmasse Episcopos  
consecrandi.* Unde colligitur, Augustinum  
ex iis fuisse Clericis, vel Monachis, quos  
idem Gregorius in Synodo Romana ann.  
595. statuit, ministerio cubiculi Pontificalis  
obsequi debere : *ut is, qui in loco est regi-  
mini habeat testes tales, qui vitam ejus in  
secreta conversatione videant, et ex visione  
sedula, exemplum profectus sumant.*

Neque istius moris primus auctor fuit  
Gregorius Magnus, cum id primum in Ec-  
clesia inductum a Lucio I. PP. tradat Liber  
Pontifical. Damasi PP. in Lucio : *Hic præ-  
cepit, ut duo Presbyteri et tres Diacones in  
omni loco Episcopum non desererent, propter  
testimonium Ecclesiasticum.* Idem Lucius in  
Epist. ad Gallie Episcopos : *Hortamur vos,  
sicut et in hac sancta Ecclesia constitutum  
habemus, ut semper testes vobiscum Sacer-  
dotes et Diaconos habeatis, etc.* Cui consti-  
tutioni subscripsere postmodum varii Syn-  
odi præter Romanam, scilicet Truronensis



II. can. 12. Parisiensis VI. can. 20. Aquigran. II. ann. 836. can. 1. Ticinensis ann. 850. can. 1. Capitula Caroli M. lib. 5. cap. 174. Canones Hibern. lib. 1. cap. 8. etc. Vide præterea Gregorium Turon. lib. 6. cap. 36. Bennonem de Vita Hildebrandi pag. 41. etc. Atque hinc plures simul eodemque tempore fuisse legimus. Nam Heraclianus et Laurentius Syncelli Epiphaniæ Patriarchæ Constantinopolitani recensentur in Collatione Catholicorum cum Severianis habita Constantinopoli ann. 532. Basili Monachi Supplicatio in Concilio Ephesino part. 1. can. 30. de Nestorio Patr. CP: Οὐ μόνον δὲ τοὺς αὐτοῦ κληρικῶδες ἢ συγκλητικούς, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἐξωθεν παροικῶν προσελεύθετό τινες, etc. Vide Glossar. med. Græcit. col. 1470.

Habuit igitur olim Summus Pontifex suos *Syncellos*, tametsi postmodum, vel appellationem saltem, si non officium, desiisse par sit credere, cum de iis fere sileant cæteri ex nostris Scriptores. In Ecclesia vero Constantinopolitana præcipuum locum obtinuisse *Syncellos*, statim ab instaurata urbe, testantur Cedrenus et Zonaras ad ann. 24. Theodosii Junioris, et Victor Tunnensis in Anastasio. Cæteros etiam Patriarchas *Syncellos* habuisse colligimus ex Synodo Nicæna II. συγκλήτων γενομένων τῶν ἐκείως Πατριάρχων, præterea ex VII. Syn. act. 1. pag. 474. 481. 530. Edit. 1617. Synodo Calchedon. act. 1. pag. 184. et 188. Synodo VIII. act. 1. pag. 713. 734. ex Niceta Paphl. in Vita Ignatii Patr. CP. pag. 713.

*Syncellorum*, igitur in Ecclesia Constantinopolitana quod fuerit prinitus munus, frustra quaerunt viri docti. Quidam enim sic appellatum opinantur *Syncellum*, qui morituro Patriarchæ successor designabatur, quique, eo adhuc in vivis, in Patriarchio cum illo habitabat, proindeque erat ejusdem cellæ cohabitator et consors. Idque eruunt ex Cedreno et Zonara, tradentibus *Seryphum* apud Saracenos eundem obtinuisse locum, quem *Syncellus* apud Patriarcham. Nam quemadmodum, inquit hi Scriptores, ὁ Σύγκλητος τοῦ Πατριάρχου θανόντος εἰς τὸν ἐκείνου τόπον ἀντικαθίστατο, sic *Seryphus* Chalyphe defuncto substituebatur. Certe non negaverim, interdum *Syncellos* Patriarchis extinctis successisse in eam dignitatem. Ecce apud Victor Tunnensem loco citato : *Timotheus Constantinopolitanus Episcopus.... 5. die mensis Aprilis occubuit, et Joanni Cappadoci Syncello proprio atque Presbytero Episcopatum tradidit*. Suggestio Dioseori Diaconi ad Hormisdam PP. tom. 1. Epist. Roman. Pontif. de Joanne Patr. CP : *In cuius locum Epiphanius quidam Presbyter Syncellus ejus ordinatus est*. In Epistola Synodi Constantinopolitanæ sub eodem Epiphanio, Heraclianus Presbyter sanctæ majoris Ecclesiæ dicitur *Cohabitator prædicti sanctissimi Archiepiscopi*, id est *Syncellus*, uti appellatur in Collatione, quæ sub Justiniano facta est Constantinopoli. Quosdam alios e Patriarchis Byzantinis, dignitate antea *Syncellos* recenset S. Nicephorus in Chronol. præter Joannem Capadocem, cui primo hanc dignitatem adscribit, Theodorum videlicet et Geor-

gium ejus successorem, Anastasium et Joannem. Aliquot alios sequiori ætate habent etiam Cedrenus et Zonaras, quos adnotavit Gretzerus ad Codinum. Sed quid hæc inter tantos, quibus nusquam fuit *Syncellorum* munus ante adeptum Pontificatum?

Goarus ad Eucholog. et Cedrenum, *Syncellum* putat fuisse patrem spiritualem, πνευματικόν, et a *Confessionibus* Patriarchæ: at unde id eliciat, non plane video. Consiliorum fuisse participem et socium, bene quidem probat ex Evagrio lib. 6. c. 2. et Socrate lib. 7. cap. 32. ut qui una cum ipso Patriarcha maneret.

Constat igitur viros doctissimos longe a vero aberrare, dum in has abeunt sententias, cum longe probabilius sit, *Syncellos* prium datos Patriarchis, ut et cæteris Episcopis, qui essent vitæ eorum testes, *cubiculo et secretioribus quibuslibet obsequiis assisterent, vigilantes, orantes, sacra eloquia scrutantes jugiter attendentes*, ut est in Synodo Romana laudata, et Ticinensi ann. 850. cap. 1. *Cellulaneos* vocarunt Latini ejusmodi assessores. Ignatius Episcopus in Vita S. Tarasii Patriarchæ CP. num. 36. tradit Tarasio adhibitos ab Imperatore custodes, qui sub *Syncellorum* nomine et dignitate, eum diligenter observarent, viderentque ne iis inconsultis quidpiam ageret. Unde recte *Oculus Patriarchæ* appellatur *Syncellus*, in Epistola Theodosii Patriarchæ Hierosolymitani ad Synodum VIII. Constantinopolitanam, ex versione Anastasii : quia nempe vitæ Patriarchæ invigilabat.

Invaluit postmodum, ut qui *Syncelli* Episcoporum aut Patriarcharum erant, et dicebantur, *Syncelli* Ecclesiarum appellarentur. Ita apud Theodorum Abucaram Epist. 4. Michael Presbyter dicitur *σύγκλητος ἀποστολικῶ ἁγίου*, seu Ecclesiæ Hierosolymitanæ, *Syncellorum* munus in dignitatem Ecclesiasticam postea transiit apud Græcos, quorum numerum ad binos auxit Heraclius, ad plures cæteri deinceps Imperatores, qui iis denique *Proto-Syncellum* præfecerunt.

*SYNCELLI* præterea dignitas ab Imperatoribus CP. Episcopis et Archiepiscopis titulo tenus attributa legitur : præsertim Archiepiscopis Tranensibus Joanni et Byzantio, qui *Pontificales et Augustales Syncelli* appellantur apud Anonymum in Vita sancti Lucii Episcopi Brundusini, in Præfat. apud Bollandum tom. 1. Jan. et ab Adelferio in Vita S. Nicolai Peregrini, apud Ughellum tom. 7. Ital. Sacræ pag. 1210. quæ dignitas

*SYNCELLATUS*, ab iisdem appellatur. Vide *Custodire*, et Altaserram lib. 1. Dissertat. Juris Canon. cap. 2. lib. 2. c. 13.

† *SYNCELLATUS*, Eodem intellectu, in Vita sancti Leucii tom. 1. Jan. pag. 669 : *Ut nuper in Archiepiscopatus atque Synkellatus sui tempore, beatissimi Leucii confessoris gesta clarescant*. Adde Acta S. Nicolai Peregrini tom. 1. Jun. pag. 244.

† *SYNCHRONUS*, a Gr. σύγχρονος, Coævus, æqualis, Gall. *Contemporain*. Vita S. Anselmi tom. 5. Jun. pag. 239 : *Quorum alii S. Anselmo posthumarunt, alii Synchroni fuerunt*. Hist. Cortusior. lib. 2.

apud Murator. tom. 12. col. 792 : *Habes auctorem Synchironum rerumque gestarum bene peritum*. Utuntur alii bene multi.

† *SYNCLETUS*, a Græc. σύγκλητος, Senatus. Vita S. Agathonis PP. tom. 1. Jan. pag. 625 : *Intra oraculum S. Petri, intra palatium astante Synclero simulque et Patriarcha, etc.*

† *SYNCOPA*, *SYNCOPARE*. Est autem *Syn-copare*, scindere, seu potius intersecare, Gallis *Entreconper*. Alanus de Insulis in Planetu naturæ : *Inter has circulus elucens ad Zodiacæ obliquitatis similitudinem, pretiosorum lapidum stellatus monilibus, sideræo contiguitatis oscula Syncopabat*. Ibidem :

Sique per ascensum male Syncopat illa mariti  
Corpus, furtivo dum metit ense caput.

Rursum :

Qui minas Ponti sepelis et auge  
Syncopans cursum pelagi furiosæ.

Adde eundem pag. 314. præterea Briton. lib. 9. Philip. v. 449. et Archithrenium lib. 1. cap. 17. extremo.

† *SYNCPATIO*, Eadem notione. Statuta Eccles. Valent. inter Conc. Hisp. tom. 3. pag. 507 : *Ista verba semper proferre debet sacerdos sine aliqua Syncpatione*.

*SYNCPARE*, Verba non omnino pronuntiare; sed ea quasi secare, quomodo *Couper les mots* dicimus. *Verba dimidia, non integra transientes*, ut ait S. Bernardus serm. 40. super Cantica Cantic. Synodus Ciestrensis ann. 1289. cap. 15 : *Quæ autem tractant vel legunt, (in Ecclesia) distincte proferant et aperte, non transiendendo, neque transcurrendo, vel Synycopando, etc.* Bulla Nicolai III. PP. apud Bzovium ann. 1280. n. 5 : *Missæ quoque et omnia divina officia... in ipsa decantanda Ecclesia, non dicantur per Synycopam, vel transcursum; sed... studiose celebrentur pariter et devote*. Ita in Concilio Rotomagensi ann. 1335. c. 1. Admonitio Guillelmi Episcopi Magalonsensis ad Clerum de Modo dicendi Horas :

Qui bene non dicit Horas, Deus hunc maledicit :  
Synepa vitetur, versus non anticipetur,  
Dooee foitus omnino sit bene primus.

Concilium Lateranense sub Innocentio III. c. 17 : *Et somno residuum relinquentes, vix ad diurnum concentum avium excitantur, transcurrendo undique continuata Syn-copa matutinum*. Concilium Sarisberienne ann. 1217. cap. 36 : *Ita quod ex festinatione nimia verba non præcédantur, vel Syn-copentur*. Adde Synodum Wigornieus ann. 1240. cap. 10. Constitutiones Synodales Episcopi Anonymi ann. 1237. cap. de Sac. altaris, in tom. 2. Concil. Angl. Synodum Rotomagensis ann. 1335. c. 1. etc. [Vide *Syncopizare* 1.]

\* Hinc *Sincoper les paroles*, Verba interrumpere, ut eorum sensus pervertatur. Lit. remiss. ann. 1385. in vol. 7. arestor. parlam. Paris. : *Aucuns haineux du suppliant l'ont fait emprisonner pour cause des dites paroles, voulans par haine aggraver ou Sincoper les dites paroles et l'entendement d'icelles*.

† *SYNCPATI ANHELITUS*, Interrupti, Galli *Entrecoupés*. Elmham. in Vita Henrici V. Regis Angl. cap. 25. pag. 57 : *Et vix, inter Sincopatos anelitus, sermonem*



*proferens, festinanter, inquit, sitis parati ad prelium, etc.*

\* **SYNCOPATIM**, Interrupte, distinctis intervallis. Stat. eccl. Tull. MSS. ann. 1497. fol. 6. v<sup>o</sup>: *Campana simul Syncopatim ac pluries pulsantur*. Ibid. fol. 8. r<sup>o</sup>: *Capitulum vero semper pulsatur cum prima campana Syncopatim cum modicis intervallis, et in fine cum multiplicatione cliquetorum, ut omnes festinent venire, qui in eo vocem habent*.

† **SYNCOPARE**, pro *Syncopare*, apud eund. Elmham. cap. 48. pag. 119: *Segnicies in agendis adeo infructifera noscitur, ut... per eam nisus lentescere, et inepta negotia Cincopari inutiliter videantur*.

\* 2. **SYNCOPA** Particula. Stat. eccl. Tull. laudata fol. 29. v<sup>o</sup>: *Tunc succentor post inchoat hymnum, Veni Creator Spiritus.... Interim ex alto testudinum navis projectis floribus et Sincopis hostiarum, ad instar mannae, descendit ignis flamma volvens se tanquam distributus ad omnes partes et vehementer ardet a versu, Accende lumen, usque in finem hymni*.

† **SYNCOPATIO**. Vide *Syncopa* et *Syncope*.

† **SYNCOPE**, Deliquium, defectus cordis. Acta S. Gerardi tom. 1. Jun. pag. 769: *Percussi omnes de una infirmitate, quae Syncope vocatur, sic quod nec unus ejusdem loci poterat alteri servire*. In Chronic. Mo. doet. apud Murator. tom. 12. col. 1086. ubi de eadem re, legitur, *Syncoposis*. Adde Vitam S. Joh. Galberti tom. 3. Jul. pag. 369.

† **SYNCOPATIO**, Eodem significatu. Vita vener. Idae tom. 2. April. pag. 185: *Necnon de Syncopatione vitalium et virium... nihil illo die gustando*.

\* **SYNCOPHA**, ut *Syncopa* 1. Stat. synod. eccl. Carcass. ann. 1270. cap. 11. ex Cod. reg. 1613: *Omnibus (presbyteris et capellanis) precipimus, quod matutinum officium dicant in hyeme ante lucem, non continua Sincopha transcurrendo*.

1. **SYNCOPIZARE**, Syncozem seu deliquium pati. Vita B. Torelli Puppiensis num. 11: *Gravi casu Syncopizavit*. Occurrit etiam in Miraculis B. Ambrosii Senensis.

**SYNCOPARE**, Eadem notione dixit Radulfus in Miraculis S. Richardi Episc. Cestrënsis n. 11: *Terre Syncopando similis morienti prosternitur*.

2. **SYNCOPIZARE**, Idem quod *Syncopare*. Charta Joannis Episcopi Ambian. ann. 1345. in Tabul. Episcoporum. Ambian.: *Capitula, preces, et orationes non Syncopizando, sed intelligibiliter et distincte, pro ut melius, proferat*.

† **SYNCOPOSIS**. Vide *Syncope*.

\* **SYNDACATUS**, ab Italico *Sindacato*, Rationum redditio, lex repetundarum. Annal. Placent. ad ann. 1470. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 929: *D. Gaspar de Vologno.... vicarius.... Placentiae potestatis, positus fuit ad Syndacatum.... Cujus Syndacatus pluribus duravit mensibus. Vide in *Syndicare**.

\*\* **SYNDACUM**, ut *Cendaluu*, Tela subserica, Gall. olim *Cendax*. Testam. ann. 1333. apud Gud. Cod. Diplom. tom. 2. pag. 344: *Tunicaco de Syndaco*. Aliud ann. 1356. ibid. tom. 3. pag. 404: *Vestimenta*

*sua cum Syndaco sufferrata, cum capucio et caligis*. Scindacum in alio Testam. ann. 1317. ibid. tom. 2. pag. 786.

† **SYNDETUS**, Coniunctus, a Gr. συνδέω, eadem notione. Acta S. Sebastiani tom. 2. Jan. pag. 274: *Aut annus tuus ex diametro susceptus est, aut clinactérica tibi in centro sunt nata, aut Syndetus fuit cum malo*.

**SYNDICARE**, Examinare, in alicujus mores vel acta inquirere, notare, acri censura carpere, nostris *Syndiquer* *quelqu'un*, quod agunt *Syndici* seu rerum curatores, qui cuncta diligenter examinant. Bulla Innoc. IV. ann. 1254. apud Waddingum num. 12: *Teneatur sane Potestas seu Rector, infra 10. dies sui regimini Syndicare procedentem proximo Potestatem vel Rectorem, et ejus etiam Assessores per tres viros Catholicos et fideles electos ad hoc per Diocesanum, etc.*

† **SYNDICARI**, Judicio *Syndicatorum* damnari. Acta SS. tom. 4. Jun. de Cineribus S. Joh. Bapt. pag. 787: *Alioquin vicarius et quilibet magistrus Januae contrafacientes possunt et debeant Syndicari in libris 200. Januae*. Constitut. Frederici Reg. Siciliae c. 3: *Ubi officiales eosdem, de cunctis eorum peccatis mandabimus, quos expedit, et sicut expedit, Syndicari, etc.* Statuta Genuens. lib. 1. cap. 30. fol. 37: *Et qui contrafecerint, sive contrafecisse reperiantur, Syndicentur et Syndicari debeant a libris v. usque in xxv. inclusive Januae pro qualibet vice, arbitrio *Syndicatorum**.

† **SYNDICAMENTUM**, Notatio, acris censura, mulcta a *Syndicatoribus* imposita. Statuta Genuens. lib. 4. cap. 27. fol. 96: *Qui officiales et magistratus Januenses in diversis mundi partibus constituti statim teneantur dictas literas executioni mandare sub pena *Sindicamenti**. Statuta crimin. Saonae cap. 9. fol. 11: *Et notarius ad maleficia deputatus Praetori et iudici, quando-cunque fuerit requisitus, praesto sit semper sub pena *Sindicamenti**. Adde cap. 40. fol. 86.

† **SYNDICATIO**, Examen, in alicujus mores vel acta inquisitio. Statuta civit. Astens. fol. 4. v<sup>o</sup>: *Non obstante si per aliquam licentiam consilii vel alterius cujuslibet a *Sindicatione* fuerint absoluti: jurabunt autem praedicti tres viri *sindicare* praefatos de omnibus supradictis*. Synodus Limensis ann. 1602. inter Concil. Hisp. tom. 4. pag. 758: *Quod visitatoribus constituatur *Syndicatio* officiorum et munerum quae gerunt, ubi expedire videbitur*.

† **SYNDICATUS**. Eodem intellectu. Barthol. Scribae Annal. Genuens. ad ann. 1230. apud Murator. tom. 6. col. 465: *Qui dom. Ugolinus Rubeus tempore finito sui regiminis, perfecto *Syndicatu* stetit in Janua laudabiliter, honorifice et decenter per dies xv. Statuta Verceil. lib. 1. fol. 3: *Quod teneatur (Potestas) stare ad *Sindicatum* per tres dies cum tota sua familia post exitum sui regiminis in civitate Vercellarum*. Adde Statuta Cadubrii lib. 1. cap. 9.*

† **SYNDICATOR**, Qui inquit, examinat. Barthol. Scribae Annal. Genuens. ad ann. 1234. apud Murator. tom. 6. col. 470: *Condemnatus per Ugonem Ferrarium, Andream de Carmandino, Obertum Auriae et Rubaldum Anguinum *Syndicatos* Communis, in quadam pecuniae quantitate. Nic.*

Smeregi Chronic. apud eundem tom. 8. col. 106: *D. Gulielmus de Malaslanma iudex et Zoppilio de Vello laicus fuerunt *Sindicatores* Locentiae*. Statuta Verceil. fol. 3. v<sup>o</sup>: *Item quod Potestas sive Rector per tres dies ante exitum sui regiminis debeat eligi facere in credentia tres *Sindicatores* et unum notarium ad breviam; inter quos *Sindicatores* sint duo iudices de collegio iudicum Vercellarum, ita quod illi qui habuerint breviam eligant illos quatuor cives Vercellarum. Qui *Sindicatores* inquirere debeant et cognoscere si Potestas sive Rector qui exierit de regimine, vel aliquis ejus iudex, vel miles, vel de societate ipsius aliquid habuerit vel receperit a communi vel singulari persona ultra vel aliter quam debuerit, vel tortum vel injustitiam alicui fecerit, etc.* In Statutis Genuens. l. 1. c. 2. inscribitur de supremis *Syndicatoribus*, et c. 3. de *Syndicatoribus ordinariis*.

† **SYNDICUS**, Eadem notione. Correct. Statut. Cadubrii cap. 3: *Hoc praesenti decernimus statuto quod finito officio dom. Vicarii per octo vel decem dies ante completum officium, eligantur in generali consilio Cadubrii tres *Sindici*, qui sic electi delato eis sacramento de bene et legaliter exercendo eorum officio facere debeant proclamari per centenariam Cadubrii voce praenonia, quod si quis vel qua praetendit se laesum, vel aliquo alio modo voluerit se gravare de dom. Vicario, et officialibus Cadubrii comparere debeat finito officio dicti dom. Vicarii coram dictis *Sindicis*, et ejus querelam deponat infra dies quinque. Et si dictus Vicarius, vel aliquis officialis repertus fuerit aliquid fraudulenter commisisse in eorum officio, per dictos *Sindicos* puniantur secundum formam statutorum communi Cadubrii*.

† **SYNDICARIA**. Vide in *Syndicus*.

\* **SYNDICARIUS**, Ad *Syndicum*, hoc est, actorem seu procuratorem pertinens. Pactum inter Carol. I. comit. Prov. et abbat. Insulae Barb. ann. 1262: *Praedicti, inquam, procuratores, syndici et zeononi, et quilibet eorum, unanimiter et concorditer, procurator et *Syndicario* nomine praedictorum dominorum abbatis et conventus*. Inventar. MS. art. 1366: *Dictus episcopus nuncius Apostolicus et Nicholaus Baulini de Saliceto civis Bononiensis et *syndicus*, etc. Idem Nicholaus nomine *Syndicario* communis et civitatis Bononiensis tradidit realiter et restituit dicto nuncio Apostolico... possessionem et quasi cassarii et turris et totius castri praedictorum*. Vide in *Syndicus*.

† **SYNDICATIO**, **SYNDICATUS**. Vide in *Syndicare* et *Syndicus*.

**SYNDICUS**, Defensor, patronus, advocatus. Glossae Gr. Lat.: *Συνδικος*, Defensor. Hermogenianus JC. in leg. ult. D. de Muner. et honor. (50, 4): *Defensio civitatis, id est, ut *Syndicus* fiat, munus est personale*. Arcadius Imp. leg. 2. C. de Defens. civitat.: *Defensores, quos Graeci *Syndicos* appellant, pro republica agebant et conveniebant*. Fridericus II. Imp. apud Matth. Paris ann. 1241: *Reges orbis et Principes, quorum etiam causam, eorum factus *Syndicus*, foveo, etc.* Idem Matth. ann. 1245: *Illuc advenit de Terra sancta Episcopus Berytensis, totius Syriae Nuntius generalis, et *Syndicus* omnium Christianorum Terrae sanctae*. Rursum ann.



1255 : *Qui si de communi assensu communem Syndicum et prolocutorem ad Romanam Curiam destinassent, etc.* Est autem Prolocutor, idem quod *Advocatus*. [Vide in *Syndicare*.]

\* Charta ann. 1404. in Reg. 158. Chartoph. reg. ch. 460 : *Spectabilis et strenuus miles dom. Johannes, dom. Castrimorandi, Syndicus, ambasator et procurator illustris et magnifici D. D. Johannis le Meingre, dicti Bouciquaut, etc.*

¶ *Syndici* maxime appellantur Actores universitatum, collegiorum, societatum et aliorum corporum, per quos, tanquam in republica quod communiter agi sive oportet, agitur et fit. Hinc *Syndici* interdum nuncupati urbis consilarii seu *Scabini* : quæ nomenclatura obtinuit apud Aquenses ad tempora Caroli VIII. qui Consules vocari statuit Litteris patentibus ann. 1496. Vide Pitton. Hist. Aquens. lib. 2. pag. 130. et *Bouche* Histor. Provinc. tom. 2. pag. 499 : *In communi totius corporis causa Syndico ordinato, in Cod. Theod. de Episc. lib. 16. tit. 2. leg. 42. Statuta Massil. lib. 1. cap. 11 : Eligantur ... octores sive Syndici duo probi homines providi et discreti ac legales, cives civitatis vicecomitalis Massiliæ, ... et pro ea jura et rationes, et res, et possessiones communis seu universitatis Massiliæ adversus quascumque personas perinde agendo, vel defendendo seu exigendo quæcumque sint.* Charta ann. 1288. apud Rymer. tom. 2. pag. 400 : *Jurati totumque consilium ejusdem civitatis unanimiter constituerunt ... procuratores suos, seu Syndicos speciales, etc.* Charta ann. 1292. ex Schedis Præs. de *Mazougues* : *Et Syndici, actores, et procuratores dicti capituli.* Charta Philippi V. Reg. Franc. ann. 1318. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 130 : *Volumus ... quod ipsi (Canonici S. Capellæ) procuratorem, acononum, Syndicum seu actornatum sub sigillo suo constituere valeant.* Adde Chron. Andr. Danduli apud Murator. tom. 12. col. 448. 465. Conc. Hispan. tom. 4. pag. 133. 188. etc. *Syndicus, qui petit stipem*, apud Vossium in Append. pag. 822.

¶ *SYNDICI DE GUERRA*, in Charta ann. 1370. ex Tabul. Massil. Sex apud Massilienses quotannis eligebantur viri, qui sub eo nomine res bellicas procurabant.

¶ *SUBSYNDICUS*, Qui *Syndici* vices agit. Constitut. Ecel. Valent. inter Conc. Hispan. tom. 4. pag. 147 : *Capitulum congregatur, in quo tam... canonici administratores, quam Syndicus una cum aliis syndicis et Subsyndicis ecclesie teneantur assistere, ibique rationem reddere de omnibus ecclesie negotiis... quæ gerunt.*

*SYNDICUS*, Dignitatis nomen apud Burdegalenses Aquitanos, apud quos occurrunt Nobiles quidam *Soudics* appellatione donati, cum adjectione Castri nominis : quos Arnoldus Ferronus in Consuet. Burdeg. lib. 2. pag. 225. auctor est in veterib. Tabulis *Syndicos* appellari. Hos jus municipale Burdegalensium Ordini Comitum, Vicecomitum, et Baronum accenset. Hujusce vero nomenclaturæ bini tantum occurrunt proceres. *Soldicus* scilicet de *Estrade*, et *Soldicus* de *la Trau*, qui hanc forte iis in Castris primitus *Syndicorum*, seu *Defensorum* dignitatem obtinere : quam sibi

posterisque hæreditariam asseruerunt, ut Comites in urbibus, et Duces in provinciis, quibus præerant. Defensorum enim et *Syndicorum* civitatis amplam fuisse auctoritatem et jurisdictionem, docet plurimus Guido Pancirolus lib. de Magistratib. municipilib. cap. 9. Vide Raimundum Montanerium in Chron. Reg. Aragon. cap. 185.

*Soldicorum* de *Estrade* frequens occurrit mentio apud Scriptores, Froissartem 1. vol. c. 161. 2. vol. cap. 81. 90. 4. vol. cap. 18. etc. Orronvilleum in Histor. Ludovici Ducis Borbon. cap. 72. Monstrelletum 3. vol. pag. 35. Tillium, etc. His vetus armorum Liber pro insignibus adsignat *Leonem miniatum in area aurea.*

*Soldici* de *la Trau*, de *Trabe* dicuntur in Bulla Bonifacii IX. PP. apud Waddingum ann. 1391. n. 8. Tabularia Cameræ Computor. Paris. sub ann. 1453. recensent Petrum de Monteferrando *Soudic* de *la Trau*. In Computo Auxiliorum pro liberatione Joannis Regis Franciæ ann. 1366. vocatur *le Soudich de LaTrau*.

¶ Idem Petrus de Monteferrando *Soldanus de la Trau* nuncupatur in Litteris Henrici VI. Reg. Angliæ ann. 1450. 1453. apud Rymer. tom. 11. pag. 275. et 341 : *Concessimus Petro de Montferant Soldano de Trau baroniam de Morene in et de ducatu nostro Aquitanniæ, etc.* Sciat is quod pro parte dilecti nostri Petri de Montferant *Armigeri Soldani de la Trau*, etc. Unde manifestum fit *Soldanum* idem esse quod *Syndicum*. Sed hæc *Soldani* nomenclatura jam in usu erat sæculo præcedenti, ut patet ex Testam. domini de *la Trau* ann. 1394. 8. Julii, in quo sic inscribitur : *Noble et pretios signor Baron, Monsior lo Soudan de la Trau, etc.*

\* *SOLDANUS*, *SOUDANUS*, Eadem acceptio. Charta Joan. reg. Franc. ann. 1350. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 69 : *Attendentes quod ipse Fulco de Matas miles contra Soudanum Latrani (sic) dominum quondam castrî et castellaniæ de Didona, hostem nostrum... guerram habebat.* Inventar. Chart. reg. ann. 1482. fol. 268 : *Littera Soldani de Lastrau, per quam facit homagium regi de quingentis libris annui redditus et de castro de Bellocisu, cum pertinentiis sitis in senescalia Tholosæ.... De anno 1364.* Ibid. fol. 318. vº ex Ch. ann. 1365 : *Sodanus de Lastrau.* Lit. Caroli V. ann. 1376. in Reg. 109. ch. 280 : *Le Soudic de Lastrau chevalier s'est vendu publiquement et notoirement ennemi de nous et de nostre royaume, en adhérent.... à nostre ennemi d'Angleterre.* Lit. remiss. ann. 1453. in Reg. 182. ch. 139 : *Pierre de Montferant Soudic de la Trau, etc.*

¶ *SYNDICATUS*, pro *Syndicus*, in Charta ann. 1374. apud Rymer. tom. 7. pag. 44 : *Quod supradictum instrumentum ambaxiatoribus, Syndicatis et procuratoribus factum, etc.*

¶ *SYNDICATUS*, Conventus communis cui præsent *Syndici*. Memorabilia Humberti Pilati tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 622. col. 2 : *Et est sciendum, quod de hominibus Avisani non fuerunt in Syndicatu nisi circa quatercenti, et illi compulsi et coacti pœnis et terroribus dom. nostri Dalphini, et dom. Guillelmi Roche Castellani,*

*Syndici etiam perterriti et coacti in Domo Papali pro dando consensum transactioni.* Charta ann. 1288. apud Rymer. tom. 2. pag. 388 : *Dictus Princeps (Salernit.) promisit et juravit fideliter facere posse suum infra tres menses, a die suæ liberationis, optinere et habere Syndicatum Massiliæ.* Quid hæc voce intelligendum sit docent sequentia pag. 391 : *Item quod præfatus Princeps faciet quod Syndici civitatum et villarum nomine suo et communitatum earundem... præstabant ad SS. Dei Evangelia juramenta et obligabunt se cum pupplices instrumentis juxta formam in tractatibus super liberatione dicti Principis comprehensam.* Occurrit rursum ibid. pag. 415.

¶ *SYNDICATUS*, Instrumentum quo *Syndicus* quis constituitur. Chron. Parmense ad ann. 1298. apud Murator. tom. 9. col. 839 : *Dictus dominus Potestas de mense Januarii factus fuit Syndicus et compromissarius ex parte communis Parmæ ad compromittendum in dominos supradictos Maphæum et Albertum cum illis de parte episcopi, quem Syndicatum fecit Aliotus notarius etiam et compromissum.*

\* Inventar. MS. ann. 1366 : *Syndicatus civitatis Vercellensis ad confitendum, quod dicta civitas erat supposita interdicto, eo quia adhæserant Bavaræ et aliis causis hic expressis.... Syndicatus communis Albing. ad parendum domino papæ et se submittendum, quia rebellaverunt et adhæserunt Ludovico de Bavaria.* Vide in *Syndicus*.

¶ *SYNDICATUS*, *Syndici* munus, officium. Charta ann. 1292. ex Schedis Præs. de *Mazougues* : *Ut de eorum Syndicatu, procuratione et actoria constat per publicum Instrumentum.*

¶ *SYNDICARIA*, Eadem notio. Constitut. FF. Prædicat. col. 20 : *Item volumus et ordinamus quod nullus prior sive præstendens Syndicariæ, barsariæ vel procurariæ cujuscumque conventus officium exerceat.*

¶ *SYNDICTUS*, pro *Syndicus*, in Charta ann. 1490. apud Rymer. tom. 12. pag. 492 : *Habeantque unum vel plures magistrum vel magistrus, Sindictum vel Sindoctos, actorem vel actores.*

¶ *SCINDICUS*, *SCYNDICUS*. Charta ann. 1263 : *Confirmamus vobis dom. Mariæ de Montilio abbatisse S. Pontii et fratri Podiouchio Scindico monasterii prædicti recipientibus nomine dicti monasterii conventus ejusdem illam emptionem quam fecistis.* Charta ann. 1278. ex Schedis Præs. de *Mazougues* : *Raymundus de Tollono clericus ecclesie S. Salvatoris Aquensis et Scindicus seu procurator capituli, etc.* Charta ann. 1243. ex Schedis Peirese. : *Bertrandus Brunus Scindicus communis et universitatis Massiliæ.*

¶ *SYNDON*, *SYNDONUS*. Vide *Sindones*. ¶ *SYNEDRUS*, Confessarius, qui dirigit mores, a Gr. συνέδρος, Consiliarius. Acta S. Corporei tom. 1. Mart. pag. 468 : *Miserum est... si non haberit aliquem Syndrum sive spirituales directorem, ejusque ad arbitrium bona opera non fuerit operatus.*

*SYNERGIUM*, Monasterium, in quo scilicet opus Dei exercetur. Gloss. Gr. Lat. : συνέργιον. Officina. Ita etiam in Excerpt. ex variis Lexic. pag. 247. Fortunatus in Vita S. Ragedundis cap. 13 : *Æquiter S. Gun-*



*dulphi... non minore laboratu nobilitavit Synergium.*

**SYNERGUS**, Cooperator, ex Gr. συνεργός. Epistola Monachorum S. Remigii Remensis ad Casinenses, de S. Benedicti Epistola: *Quam ille sancti Paracliti familiarissimus Synergus composuit.*

† **SYNGRAPHUS**, Scriptor, historicus. Idatii Chron. inter Conc. Hisp. tom. 2. pag. 170: *Post hunc successor Syngraphus perfectus universis factorum dictionumque monumentis, Hieronymus presbyter, etc.*

† **SYNGRAPHIS**, Gr. συγγραφή, Diploma. Fridegodus in Vita S. Wilfridi sæc. 3. Bened. part. 1. pag. 185:

Syngraphidem sculpsit, munus venale notavit... Rex vero phronymus scindens ferale volumen, etc.

\* **SYNGRAPHUM**, Diploma, Charta regia. Dipl. Loth. reg. ann. 973. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 634: *Quicumque autem diaboli instinctu errore, ausuque temerario provocatus, huic nostræ auctoritatis Syngrapho refragationis obicem protervium ingerere nisus fuerit, etc.* Vide *Syngraphis*.

† **SYNKELLATUS**. Vide in *Synellus*.

† **SYNOCHUS**, a Gr. συνεχής, Continuus. Mirac. S. Bennonis tom. 3. Jun. pag. 224: *Qui (morbus) paulo post sanguinis missione in febris ejusdem genus (Synochum medici vocant) mutatus, adhuc magis excluso sopore invaluit.* Vide *Febris*.

\* Tract. Petri de Alaman. de Febrisbus ann. 1454. ex Cod. reg. 6983. fol. 116. vº: *Febris sanguinea sive de sanguine, dicitur febris ebullitionis et ferrea, sive ignea, propter multitudinem sui calor. Dicitur etiam Synoca sive Synocus a σύν, quod est Cum, et ὄργος, quod est Labor.*

† **SYNOALE**. Vide in *Synodica*.

1. **SYNODALIS LIBER**, Libris Ecclesiasticis accensetur a Gilleberto Lunicensi Episcopo lib. de Usu Ecclesiastico: in quo forte ea, quæ ad Synodales Convectus spectabant, continbantur, vel in quem Synodi Episcopales referebantur. [Placidus Diac. in Supplem. viror. illustr. Casin. apud Murator. tom. 6. col. 76: *Thomas ab Ebulo Casinensis Monachus... scripsit Librum Synodalem, etc.* Vide infra in *Synodus*.]

SYNODALES TESTES. Vide *Testis*.

\* 2. **SYNODALIS**, Serviens, apparitor, ut videtur, qui ad *Synodum* seu conventum publicum vocat. Dipl. Frider. II. imper. ann. 1232. apud Heinecc. de Sigil. antiq. pag. 219: *Item ad centas nemo Synodalis vocetur.* Aliud Phil. Rom. reg. ann. 1208. tom. 2. Hist. Leod. pag. 389: *Si quis civium terram extra civitatem alicubi in episcopatu tenet, non potest cogi, ut fiat ibi villicus, sive forestarius, sive Synodalis, aut scabinus.* Vide *Synodare*. [\*\* Vide Haltaus. Glossar. German. col. 1679. voce *Sendbar-leute*.]

\* **SYNODALITER**, In Synodo. Capitul. Caroli C. ann. 853. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 610: *In nomine ejusdem Domini nostri Jesu Christi Synodaliter congregati.* Epist. Hincm. Rem. ann. 860. ibid. pag. 524: *Unde licet talis accusatio non mereatur Synodaliter obtinere responsum.* Hinc emendandum Museum Ital. Mabill. pag. 151: *Hanc etiam eandem vel similem professionem faciebant alii novi quatuor pa-*

*triarchæ Synodaliter.* Ubi leg. *Synodaliter*.

**SYNODARE**, Castigare, punire, emendare; [proprie in Synodum vocare.] RATHERIUS Veronensis in Itinerario apud Acher. tom. 2. Spicil. pag. 270: *De synodo a nobis quid agendum nuperime acto. Scitis enim, scitis, ne semper hoc agere ideo distulisse, cum bis in anno idem præceptum sit facere, quod dicerem me unde Synodare deberem, omnino nescire. Solet enim in Synodis, si quid contra Canones actum est, emendari.* Charta Paschalis I. PP. in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 22: *Nullus autem Episcopus audeat Synodare vel excommunicare Monachum vel Clericum ipsius Monasterii, quos prædicto suo Abbati suisque successoribus concedimus monendos et constringendos, etc.* Bulla Benedicti VIII. PP. ann. 1028. pag. 80: *Ut nullus Episcopus præsumat in jaudicto Monasterio, vel in Ecclesiis sibi subjectis, Sacerdotem excommunicare, vel ad Synodum provocare, etc.* Correctionis scilicet gratia.

**SYNODATICUM**. Vide *Synodus*.

**SYNODICA**, Epistola ab ipsa, Episcoporum Synodo scripta ad summum Pontificem, vel ad Patriarchas aut Metropolitanos, quæ eorum, quæ statuta ac decreta sunt in Synodo, ratio exponitur. *Συνεδικά, et συνεδικὰ γράμματα*, in Concilio Calchedon. act. 5. et 10. pag. 244. 300. edit. 1618. *Synodica litteræ*, in Synodo Tullensi apud Saponarias cap. 7. *Synodales Epistolæ*, apud Ordericum Vitalem lib. 9: *Odo Episcopus Bajocensis, Gislebertus Ebroicensis, et Serlo Sagiensis, Legati quoque aliorum de Normannia Præsulum cum excusatoriis apicibus Arvernensi Concilio interfuerunt et inde cum benedictione Apostolica regressi, Synodales Epistolæ Coëpiscopis suis detulerunt.* S. Hieronymus Epist. 11: *Cum in Chartis Ecclesiasticis juvarem Damasum, Romanæ urbis Episcopum, et Orientis atque Occidentis Synodis consultationibus responderem, etc.* Ejusmodi Synodica habentur complures in Conciliorum Collectione de quibus etiam copiose egit Bernardinus Ferrarius lib. 2. de Epistol. Ecclesiast. cap. 6.

**SYNODICA**, præterea dicta Epistola, quam Pontifices recens electi ad alios Pontifices exponebant, quod quidem maxime obtinuit in summis Pontificibus et Patriarchis. De summis quidem Pontificibus testantur Gelasius I. Epist. 2. Liberatus Diac. cap. 17. Gregorius M. lib. 1. Epist. 4. Joannes Diac. in Gregorii Vita lib. 2. cap. 3. Anastasius Biblioth. in Zacharia PP. etc. Vide *Tractatus*.

Vicissim Episcopi recens creati, præsertim Patriarchæ ac Metropolitanæ per Synodicas pariter apud summum Pontificem fidei suæ doctrinam profitebantur, de quo more Gregorius M. lib. 5. Epist. 64. Gesta de nomine Acacii. Liberatus Diac. cap. 18. Anastasius Biblioth. in Eugenio PP. ut in Gregorio II. præter alios a Ferrario laudatos Scriptoribus.

Hæc Synodicis respondebant summus Pontifex, alique Patriarchæ, aliis literis, quibus aut recens electorum fidem amplecti, si sauum, vel respere, si hæreticam saperet doctrinam, testabantur. Anastasius in Gregorio II: *Joannes Constantinopolita-*

*nus Antistes Synodicam ei misit, atque ad eum rescriptis idem usus est Pontifex.* Gregorius M. loco laudato: *Sed quia consuetudo non est, ut prius quam ad nos ejus (Patriarchæ) Synodica deferatur, debeamus scribere, illiccirco distulimus, etc.* Adde Liberatum Diac. cap. 18. pag. 127. Postremæ edit. et S. Hieronymum lib. 3. in Rufinum cap. 5. et Epist. 71. Theophilum Alexandrinum Epist. 67. inter Epist. Hieron. etc. Quin etiam ea rescripta Synodica pariter nomenclatura donantur ab eodem Liberato cap. 18: *Ubi ergo ad plenum detectus est Acacius hæreticus, Papa Felix in literis suis Synodicalis Acacium sic posuit: Peccasti, ne adicias, etc.* Unde conjicere licet, Synodicas ejusmodi litteras appellatas, non quod in Synodo, in qua creati erant Pontifices, exarata essent, quod voluit viri doctissimi; sed quod ita Epistolas de fide appellari usus obtinisset, cujusmodi erant eæ, quæ ab ipsis Synodicis mitti solebant. Vide virum eruditiss. Joan. Garnerium in Notis ad Liberati caput 18.

**SYNODALE**, Epistola a Summo Pontifice vel Metropolitano missa ad Clerum et plebem alicujus Ecclesiæ, enarrans, quid in mandatis a Synodo habuerit recens ordinatus Episcopus, de iis nempe, quæ ad Episcopale munus spectant. Vide Diurnum Romanum cap. 3. tit. 9. Est etiam quævis Epistola a Synodo missa, cap. 11.

**SYNODICA** denique dicitur Epistola Episcopi de fide, vel rebus Ecclesiasticis, ad Presbyteros suæ dioceseos scripta. RATHERIUS Veronensis in Itinerario: *Unde igitur Synodus ageretur, nil amplius, quod emendaretur, invento? Sciscitatus itaque de fide illorum, inveni plurimos neque ipsum sapere Symbolum, qui fuisse creditur Apostolorum.* Hac occasione Synodicam scribere omnibus Presbyteris ita compulsus, in qua continetur primitus sua suam.

† **SYNODICUS**, pro *Synodocus*. *Synodici pauperes*, ex Testam. Fulradi Abb. S. Dionysii apud Mabill. tom. 2. Annal. Bened. pag. 240. Qui in *Synodo* chio alebantur. Vide *Synodochium* et *Sinodoxus*.

**SYNODICE**, Cœnobia, οἱ ἐν κοινοβίοις ἢ συνοδικαῖς μοναχίαι, apud Socratem lib. 4. Hist. Eccl. cap. 23. Lex 57. Cod. Th. de Appellationib. (11, 30.): *Addictos supplicio, et pro criminum inumanitate damnatos, nulli Clericorum vel Monachorum, eorum etiam, quos Synoditas vocant, per vim atque usurpationem vindicare liceat ac tenere, etc.* Gennadius de Scriptoribus Eccl. ait, Evagrium Monachum composuisse Cœnobitis ac Synoditis doctrinam aptam vitæ communis.

† **SYNODOCHICE**. Guillelmus Autissiodor. in Summa de div. Off. de Cœna Domini: *Quia et alii de discipulis Domini recesserunt a fide et silent campanæ tribus diebus Synodochice.* Id est, Simul, pariter, ni fallor.

**SYNODOCHIUM**. Vide *Sinodochium*.

**SYNODOCLICA**. Charta Theodorici Episcopi Teatini ann. 840. apud Ughellum in Episcopis Teatinis: *Idcirco prompto animo illis consentientibus Canoniam reconciliamus, (i. instituiamus, ut supra) in Ecclesia B. Justini, cum ipsa Ecclesia S. Salvatoris, cum terris et vineis, cum colonibus et omni pertinentia sua, et in Ecclesia S. Agathæ,*



quod est Synodoclica ibi constituta, cum servis et ancillis, cum terris et vineis, etc. Ubi Ughellus *Xenodochium* interpretatur. Vide *Sinodochium*.

**SYNODUS**, Conventus publicus, συνέδος. *Annales Francor. ann. 773: Tunc Synodum supradictus Rex gloriosus tenuit generaliter cum Francis apud Januam civitatem, ibique exercitum dividens, etc. An. 776: Coniunxit Synodum ad eandem civitatem, et ibi placitum publicum tenens, etc. Annales Francor. Bertiniani ann. 767: Ibi Synodum fecit cum omnibus Francis solito more in campo. [Capitul. Aquisgr. ann. 817. cap. 59: Ut Abates monachos secum in itinere, nisi ad generalem Synodum, non ducant. Synodum masculino genere sæpius occurrere in vet. Tabulis auctor est Baluzius: quem consule tom. 2. Capitul. col. 1006. 1030. 1263. 1402.]*

**SYNODUS**, vox generica est Scriptoribus Christianis, quibus fere semper quodvis Concilium Episcoporum dicitur. Propria vero significatione Synodus apud nos appellatur, quæ ab Episcopo fit, convocatis quotannis parocciæ suæ Presbyteris.

Ejusmodi autem Synodorum aliæ tempore Quadragesimæ fiebant, in quibus vicarii Presbyteri, qui in urbem commeabant, ab Episcopo Theologicis doctrinis imbuebantur. De his est Canon 3. Concilii Liptinensis sub Childerico ann. 743. Sed has Synodos, ut quæ Presbyteros a gregis sui cura, tempore pietati et religioni dicato, avocabant, sustulit Ludovicus Pius in Capitul. Aquisgranensi an Imperii 3. Constituit quippe, ut discendi gratia alio quam Quadragesimæ tempore Presbyteri ad civitates vocentur.

Aliæ Synodi Episcopales celebrabantur ad coërendos Presbyteros ac Clericos, si qua in parte in Canones percessant: tunc enim communi Presbyterorum consensu ad emendationem redigebantur, penitentia imposita. Atque has bis in anno exactas, medio scilicet Maio, et Kalendis Novembris docet Concilium Antisiod. can. 7. Vide Agobardum lib. de Dispensat. cap. 20. [et supra *Synodare*.]

\* *Sane*, eodem intellectu, in Chron. S. Dion. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 142. et in Mirac. MSS. B. M. V. lib. 2:

Not en cest an proviro au Sane  
Del raconter ne fust tous las.

Usus frequentioris est vox *Senne* nostratibus. Lit. remiss. ann. 1384. in Reg. 125. Chartoph. reg. ch. 174: *Iceilui Piolet dist à l'exposant que sa femme avoit esté pour adultere rapportée au Senne*. Reg. Corb. 13. sign. *Habacuc* ad ann. 1509. fol. 1: *Is aueroient esté citez et évocqués à comparoir ce présent jourd'hui à huit heures du matin en la salle de l'official dudit Corbye, pour illec tenir Senne, veoir et oyr les statuts synodaulx, etc. Concile ou Sesne*, in Lit. remiss. ann. 1384. ex Reg. 126. ch. 33. Hinc emendandum Statutum ann. 1353. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 397. ubi perperam editum *Senie*, pro *Senne*.

**SYNODUS**, Censura, qui Episcopo a Clericis venientibus ad annuas Synodos, quibus interesse tenentur, pendi solebat, unde vetus Poëta MS. du Renard:

Mais à enuis, ou volontiers,  
Convient au Sesne aler le Prestre.

Boncompagnus in Arte Dictaminis MS. lib. 2: *Nota, quod hujusmodi denarii in quibusdam partibus appellantur Synodales, in quibusdam denarii visitationis, in quibusdam collectæ, in quibusdam procuraciones, in quibusdam testiales, in quibusdam denarii de circa, in quibusdam denarii obedientiæ, et Cathedralis, aut Denarii de Cathedralico, et in illis partibus vocantur annuales, in quibus annualiter solvantur. Richardus Hagustaldensis lib. 2. de Episcopo. Hagustald. cap. 3: Hæc igitur Hagustaldensis Ecclesia, ex illa antiqui honoris prærogativa, hæc libertatem et auctoritatem obtinet, quod nec propter Synodum, nec propter Chrisma, nec propter aliquam Ecclesiasticam causam Episcopo Dunelmensi, vel ejus Archidiacono, vel illorum ministris aliquod debitum, sive aliquam consuetudinem debet. Charta Guidonis Episcopi Belvacensis apud Loisellum: Et sicut Sacerdotes, qui sunt in villa, suos requirunt parochianos, sic et iste plebis illius administrationem habet: nequaquam tamen ad Synodum vadat, nunquam censum illum, qui Circata nuncupatur, persolvat. Concilium Tolosanum sub Victore II. PP: Statuimus, ut Ecclesie solum tertium, aut paratam, vel Synodum, solito more persolvant Episcopo, vel Clericis. [Charta Teuderici Episcopi ann. 991. in Chartul. Eccl. Apt. fol. 6: Addimus etiam in communia de Synodo cum ipsa parata, et de penitentes, quæ nobis pertinent, in omnibus tertiam partem concedimus ad ipsos chonicos. Tabul. S. Albini Andegav. ann. 1098: Quoddam monasterium... in honore S. Audoeni Cenomannis fundatum absolutum et liberum ab omnibus consuetudinibus, exceptis Synodo, et, ut ita dicam, circatione in perpetuum largitus est Fulchois.]*

**SYNODATICUM** dicitur in Cap. Conquerente, de Offic. Judic. ordin. et in Cap. Olim, de Censib. Regestum Parlamenti B. fol. 87: *Synodaticum, Cathedralicum, sive id, quod in Synodo solvitur. Vetus Charta apud Joan. Columbium lib. 4. de Episc. Sistaric. n. 36: Concessit tertiam partem juris seu servitii Synodatici, quod solvi consuevit in Synodo, quæ tenetur ad Sistaricum de Ecclesiis constitutis infra limites prædestinatos, etc. Vide Monumenta Paderbornensia pag. 133. [et Selecta juris Canonici Mauricii et Fabroti pag. 33. edit. 1659.]*

*Synodaticum* a *Synodo* distinguere videtur Index MS. beneficiorum Eccles. Codstant. fol. 67. vº: *Archidiaconi habebunt coheritionem extra visitationem pro deportationibus et pensionibus sibi debitis, ac ratione circatæ quæ debetur in Synodis, et ratione tertie partis quæ debetur in Synodatico.*

**SYNODALIS CENSUS**, in Charta Lisiardi Episcopi Sussionensis in Chronico Abbatia S. Joannis de Vineis pag. 94. et in alia Ingelranni Episcopi Ambian. apud Robert. Quatremarium de Concilio Remensi pag. 56: *Episcopalis et Synodalis censura. Charta Hugonis Episc. Noviom. ann. 1039. apud Buzelinum lib. 2. Gallo-Fland. cap. 26: Dnos tantummodo solidos singulis annis solvat ad Synodum Episcopalis censure. Charta alia apud Joan. Columbium lib. 2.*

de Episcopo. Sistaricens. n. 44: *Ripertus, qui Revestem condidit, pro Synodali censura, Episcopo Sistaricensi unum hominem dedit in eodem Revesto, pro cunctis Ecclesiis, quæ in cuncto suo mandamento fundandæ erant. Synodalis parata, hoc est 2. denarii, in Charta ann. 847. apud Baluzium in Append. ad Capital. n. 69. [Synodus reddenda, in Charta ann. 1144. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 344.] Synodalis redditio, in Charta Isemberti Episcopi Pictavenensis apud Besium in Episcop. Pictav. pag. 62. Synodales redditus, in Concilio Narbonensi ann. 1054. cap. 13. Synodalis consuetudo, in Rescripto Philippi Episc. Trecentis apud Casumatum pag. 352. Denarii de Synodo, in Tabulario Concbensi in Ruthenis ch. 85. Denarii Synodales, apud Roggerum Hovedenum pag. 542. in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 163. et in Monum. Paderbornensibus pag. 106. 108. Synodale debitum, apud Hugonem Flaviniacensem in Chron. pag. 271. Jus Synodale, in Charta Bartholomæi Episc. Laudunensis apud Hemerum in Augusta Viromand. pag. 140. [Synodalis justitia, in Charta Isoardi Episc. Vapinc. tom. 1. Gall. Christ. novæ edit. inter Instrum. pag. 86. col. 2. Synodales nummi, in Charta ann. 1224. ex Schedis Peiresc. Synodales eulogies, in Charta ann. 929. inter Instr. tom. 4. Gall. Christ. novæ edit. col. 274. Synodale servitium, ibidem. Synodalis nude in Statutis. Eccles. Avenion. ann. 1366. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 575.] Synodalia, in Epist. 4. Joan. Sarisberiensis. Statuta Ægidii Episcopi Sarisberiensis ann. 1256: *Capellani, Persone, vel Vicarii Ecclesiarum debent Synodalia, scilicet 15. denarios. Tabularium Ecclesie Carnotensis n. 28: Nos vero [Synodalia persolveamus Archidiacono et Episcopo, qui pro tempore erunt. Vide Monasticum Anglic. tom. 3. pag. 153. [Kennet. in Antiquit. Ambrosd. pag. 483.] et supra in Denarii Paschales.**

Hæc porro præstatio non omnibus æque Episcopis probata, imo a plerisque improbata. Petrus Damianus lib. 1. Epist. 9. de Rodulpho Episcopo Eugubino: *Congregans annualiter Synodum, nullum assuetæ oblationis vel exeniorum canonem a Clericis exigi permittit: sed ne a lapsis commodum aliquod præter solam penitentiam requirebat: Absit, inquit, ut Synodum vendam, lapsos etiam potius erigam, quam ex eorum cada-veribus corvino more pinguescam. Vide Cathedralicum.*

† **SYNONETUM**, a Gr. Συώνητον, Publica specierum comparatio, quæ in commune fit, in Cod. Theod. leg. 1. de publ. comparat. (11, 15.)

† **SYNOPISSARE**, Turpiter facere, lascivire, a famosa meretrice quæ degebat in urbe Synope. Vide Lupum ad Canones Concil. tom. 1. pag. 584.

1. **SYNTHEMA**, Evectio, seu diploma quod datur cursu publico utentibus. Gloss. Gr. Lat.: *Συνθεμα, insigne, sigillum, evectio*. Aliæ Glossæ: *Evectio, Συνθεμα*. [Vide Gloss. med. Græcit. in hac voce.] Hieronymus in Epist. 34. ad Julianum: *Jam dimisso Synthemate equus publicus sternebatur. Ubi alii esse volunt*

2. **SYNTHEMA**, Idem quod *Synthesis*,



Vestis species. Fridegodus in S. Wilfrido cap. 6 :

.... Nec tardat grata cupidino,  
Oculuit quod tecta pio Synthemate virtus,  
Prodere.

† SYNTOCHIUM. Vide *Sinodochium*.

† SYNTOMA, pro *Symptoma*, in Hist. Canonizat. S. Edmundi apud Martenium tom. 3. Anecdot. col. 1844.

† SYNTROPHUS, Gr. *Σύντροφος*, Simul educatus, apud Tertull. adv. Valent. cap. 8 : *Quare non et stercolæ et Syntrophii nominantur?*

† SYNTYCHIA, a Gr. *Συντυχία*. Glossulæ MSS. ex Bibl. Cluniac. inter Opera posthuma Mabill. tom. 2. pag. 23 : *Syntychia, Missa, vel Officium ecclesiasticum, vel Ecclesia*. Vita S. Gregorii PP. tom. 2. Mart. pag. 146 : *Quorum Syntychiæ spathæ sunt, et gratia pœna*. Ubi *Syntychia* est Societas.

\* Consortium. Mirac. S. Emmer. tom. 6. Sept. pag. 505. col. 1 : *Quorum Syntychias venenosas qui non observaverit, procul dabo vitæ periculum incurrit*. Vide *Sinthicia*.

SYNVETERANUS, vox ibrida, *Συναπιστρατεύης*, in leg. 8. D. de Veteranis. (49, 18.)

† SYNUSIASTÆ, Gr. *Συνουσιασταί*, Apollinaristæ Hæretici, contra quos scripsere Theodorus Episcopus Antiochenus, et S. Cyrillus Alexandrinus.

† SYON, Vasis species. Vide *Sium*.

\* SYPEN. Sacram. Archiep. Bitur. apud Thaumass. hist. Bitur. pag. 346 : *Juro ministrari facere.... ad opus campanarum cordas Sypinis pro unctura et corrigias pro battilliis*. Mendum hic suspicor; sebum tamen vel axungiam indicari certum est. Vide supra *Seupum*.

† SYPHAC. Vide supra *Siphac*.

† SYPHATI, ut *Scyphati*. Vide in hac voce.

\* SYPHERIUS, Scyphorum artifex et mercator. Libert. Montifer. ann. 1291. in Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 154 : *Item coltellarius, forcerius, Sypherius, cutellarius, qui vendunt, duos denarios quolibet anno*.

SYRABRACHA. Fortunatus lib. 4. de Vita S. Martini, de oleo benedicto ab eodem Sancto :

Sed quem non genuit radix oleagina succum,  
Nec Syrabracha dedit merito virtutis adultu.

Ubi quidam codd. *Syrobara* habent. Sed videtur legendum *Syra bacca*, i. arboris Syriæ fructus.

† SYRAFIN, pro Seraphim, in Missali Franc. apud Mabill. Liturg. Gall. pag. 326.

† SYRCOTUM. Vide in *Sarcotium*.

† SYRE, ut *Scyra*. Vide in hac voce.

SYRI, Negotiatores, qui ex Syria in Occidente mercaturam exercebant. Sidonius lib. 1. Epist. 8 : *Fenerantur Clerici, Syri psallunt*. Hieronymus in Ezechiel. lib. 8. cap. 26 : *Usque autem permanet in Syris ingenitus negotiationis ardor, etc.* Salvianus lib. 4. de Provident. : *Consideremus solas negotiatorum et Syricorum omnium turbas, quæ majorem ferue civitatum universarum partem occuparunt*. Vide Savaronem ad Sidon. Gravius ad Epist. 8. D. Hieronymi, Nicolaum Fullerum lib. 1. Miscellan. Saceror. cap. 11. et Altaseram ad lib. 3. Gregor. M. Epist. 43.

SYRIARCHÆ, Sacerdotes provinciæ Syriacæ, de quibus copiose Jacobus Gothofredus ad leg. 1. Cod. Th. de Prædiis Senator. (6, 3.) Vide Glossar. med. Græcit. col. 1491.

SYRICUS. Vide *Siricus*.

† SYRINGATUS AGNUS, Qui adhuc lac sugit. Vide supra *Mauimocestis*.

† SYRMA, a Gr. *Σύρμα*, Genus vestis tragicorum, vel cauda seu tractus vestis feminarum. Utuntur Juvenalis Sat. 8. 229. 15. 30. Tertull. de Pallio cap. 3. et alii. Hinc

† SYRMA, pro Charta, cui in modum caudæ appensus est sigillum. Chron. Mosom. apud Acher. tom. 7. Spicil. pag. 642 : *Textus qui sequitur describit qualiter ipse præsul Adalbero per Romani Syrmata Papæ, consiliique sui decretum, constituit ut, etc.* [\* Blanditii Syрма, dixit Dudo de reb. Normann. pag. 135.]

† SYROBARA. Vide *Syrubracha*.

† SYROCOSUS. Vita B. Angelæ de Fulgino tom. 1. Jan. pag. 200 : *Ungo te uno unguento Syrocoso, (quo unctus fuit unus Sanctus qui fuit vocatus S. Cyricus*. Melius, ut videtur, MS. Codex habet, *Siricoso*, id est delicatiori. Vide *Siricus*.

SYROCUS, Ventus qui Latinis *Euronothus*, Italis *Siroco*, vulgo *Sudest*, apud Sanutum lib. 2. part. 4. cap. 25. [Vide *Siroccus*.]

† SYROPARIUS, Qui *Syrupos* seu juscula præparat, ut videtur. Comput. ab ann. 1333. ad ann. 1336. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 273 : *Mag. Goffrido de Uneco Syropario regio pro claredinibus receptis ad opus domini, etc. taren. xv.*

SYRUPUS, Jusculum medicum, quod *Serapium* Actuario, aliis *δρροσάτον*, ut Myrepto sect. 1. cap. 12. 97. et sect. 8. ex Græc. *ὕδρροσάτον*, ut censet Fuchsius, nostris *Syrop*, in Constitutionibus Siculis lib. 3. tit. 34. § 4. [Gloss. Lat. Gr.: *Syrupus, σύριον*. Vide *Sirrupus*.]

† SYRUS, pro *Scyra*, in Charta apud Madox Formul. Anglic. pag. 162. Vide in hac voce.

\* SYSEL, Judicium inferius, interprete Ludewigo ad Leges Danicas tom. 12. Reliq. MSS. pag. 182.

† SYSSITUS, a Gr. *Σύσσιτος*, Simul cibum capiens, convictor : item Sodalis, qui ejusdem collegii est. Vide leg. ult. ff. de Colleg. et corp. (47, 22.)

† SYSTALTICUS, Vim habens contrahendi, Gr. *Συστατικός*. *Tropi ut in melopœia et in rhythmopœia tres sunt, quos Systalticos dicimus*, apud Mart. Capellam lib. 9. pag. 335.

† SYSTATICÆ LITTERÆ, Commendatitiæ, Gr. *Συστατικά*. Novella Justiniani 6. cap. 3 : *Ne Episcopi ad principis comitatum accedant sine Systaticis litteris*. Vide Smicerum in Thesaur. Eccl. v. *Σύστασις*, et supra *Commendatitiæ Litteræ*.

† SYSTEMA, Gr. *Σύστημα*, proprie Compages, collectio, apud Mart. Capellam lib. 9. pag. 320. et seq. Hinc Astronomis pro mundi constitutione et forma usurpatur : Theologis vero pro complexu articulorum fidei. Vide *Diaistema*.

† SYULI, Σύς, *χίρρος*, in Gloss. Lat. Gr.

† SYXHINDI. Vide supra *Sixhindi*.

† SYZYGIA, Conjugatio, a Gr. *Σύζυγία*, apud vet. S. Irenæi Interpr. lib. 1. cap. 6. n. 4.

\* SZARWEK, Polonica vox. Pax Brestensis ann. 1436. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 122 : *Servitia vero per famulos navigii prædicti, quæ Szarwek appellantur, fieri consuetam partibus prædictis similiter, alternatis septimanis et paribus vicibus, impendantur*.

\* SZLACHCIC, Miles primi ordinis apud Polonos. Locus est supra in *Scartabellus* 2.

† SZUTA. Charta Rudesindi Episc. Dumiciensis æræ 930. apud Ant. de Yopez tom. 5. Chron. Ordin. S. Benedicti pag. 424 : *Arrodomas sicacryalis 9. et orabecela, vicach, Szutas de mensa taudem xx*. Vasis species videtur, cujus usus in ministeriis sacris.





TAB



Litera numeralis, quæ 160. designat. Unde versus :

T quoque centenos et sexaginta tenebit  
Seu, ut habet Ugutio :  
T centumque colit, eum sexaginta bicornis.

Eidem literæ si recta linea superaddatur, 160. millia significat.

T in superscriptione cantilenæ, trahere vel tenere debetur. Notkerus Balbulus Opusc. Quid singulæ literæ significant in superscript. cantil. Vide A.

T Nomini militis appositum, ipsum in bello superstitem esse signabat. Paulus Diacon. de Notis literar.

T cum duobus punctis suprapositis interduum pro millesimo numero, interduum pro nongentesimo sumi in Instrumentis Aragonicis et Navarricis, observat Hieronym. Blanca in Comment. Rerum Aragon. pag. 617. 647. Vide Historiam Pinnatensem pag. 269. et Ambrosium Moralem in Corduba pag. 130.

T, pro D scribi, aut vicissim, jam dictum est in D, ut et D pro Th passim apud Germanos. Septentrionalibus populis familiares sunt mutationes literarum T, Z, et C, ut annotat Schilterus in Glossario Teutonico. Notissima quoque est T et C mutatio, etiam apud Latinos.

T TAAGIUM, male pro Kaagium seu Caagium, Tributum profluviorum portibus quos nostri Quais vocant, exsolvendum. Litteræ Philippi Pulchri Fr. Regis ann. 1309. tom. 2. Ordinatio. pag. 159 : *Essarum* (malim *Escarum*) nostrum dictæ villæ parabitur et ponetur in tali statu, quod dicti mercatores absque solutione Taagii poterunt suas denariatas et mercaturas bono modo onerare et exonerare de die et de nocte. Vide *Caagium* in *Caya*, et *Kaagium* suo loco.

\* *Caagii* legitur in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 176. unde exscriptæ sunt eæ Literæ.

T 1. TABÆ, Mutiæ, in Glossis Isid. Legendum est : *Tabani, muscæ*. Papias : *Tabanus, animal modicum armentis aculeo permolestum; idem œstrus, asylum vulgo dicitur*. Melius in MS. : *Asilus, quem Græci œstrum, Rustici Tabanum dicunt*. Plinius lib. 11. cap. 18. *Quibusdam aculeus in ore, ut Asilo, sive Tabano dici placet*. Adde Virgilium Georg. lib. 3. v. 147. *Italus Tafano et Tavano*, Gall. *Taon*. Gloss. Lat.

TAB

Gall. Sangerman. : *Tabanus, Taon, une mousche*.

T 2. TABÆ, Pelles Libycæ, quibus *thoracomachios* tegebant, ne lana pluvias paulatim combiberet, ut scribit Laurentius lib. 4. Polymathia § 11. n. 5.

T TABALDUS. Vide mox in *Tabardum*.

T TABANUM, Βαζιζα, in Glossis Lat. Gr. Alia Gr. Lat. : Βαζιζα, *Tebanum*.

T TABANUS, Gallice *Taon*. Vide *Tabæ* 1.

T TABARDATA TUNICA. Vide *Tabardum*.

T TABARDILII, Pustulæ pestilentes apud Hispanos. Acta S. Ferdinandi Regis Castellæ, tom. 7. Maii pag. 375 : *Conflictatus cum pestilenti ac maculosa febrî, quam Petecias Itali, Tabardillos autem vocant Hispani*.

\* *Tabardillo*, Acad. Hisp. in Diction. Morbus vel febris tabifica, a Latino *Tabes*.

TABARDUM, TABARDUS, Tunica, seu Sagum militare, Anglis *Tabard*. Boxhornius in Lexico Cambro-Britannico : *Tabar, tunica longa, chlamys, toga*. Hispani *Tabardo* dicunt, Itali *Tabarro*. Candidus Monachus in Vita Eigili Abb. Fuldens. apud Browerum : *Marquardus Abbas per Decanum ceterosque Prælatos saepe monitus, ut in ipsorum maxime presentia, non nisi in cuculla, vel cappa appareret, respondebat,.... suum esse Tabarda, seu toga, et, qua libeat, veste uti*. Concilium Budense ann. 1279. cap. 2 : *Permittimus autem (Prælati) quod possint habere mantellos rotundos, sive Tabarda, longitudinis moderata*. Charta Fundationis Hospitalis London. de *Elsingspittel* ann. 1331 : *Quilibet de 4. Presbyteris dicti Hospitalis habeat unam robam integram, videlicet tunicam, super tunicam, longam Tabardum, et capucium*. Statuta Hospitalis S. Juliani, in Additament. ad Matth. Paris pag. 164 : *Fratres Sacerdotes dicti Hospitalis tunica, super tunicam, Tabardo et capucio nigri coloris.... utantur*. Occurrit præterea in Statutis Synodalibus Siffredi Archiep. Coloniensis ann. 1280. cap. 3. Joannis Episcopi Leodiensis et Nicolai Episcopi Andegav. ann. 1264. et 1269. in Concilio Ravennensi ann. 1314. cap. 10. in alio Ravennensi ann. 1317. cap. 4. Toletano ann. 1324. cap. 2. [Adde Statuta Massil. lib. 2. cap. 30. § 2. Anecdota Marten. tom. 4. col. 250. 485. 727. 794. 855. Statuta Eccl. Sussion. ann. 1404. apud eumd. Marten. tom. 8. Ampl. Collect. col. 1546. etc.]

TAB

\* Pallium, penula, nostris *Tabart* et *Tabarde*; diversæ pro variis locis formæ. Acad. Hisp. in Diction : *Tabardo, casacon ancho y largo, con las mangas bobas*. Acad. Crusc. : *Tabarro, mantello*. Nostris interdum brevioris pallii genus, quod ad renes tantum descendebat. Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120 : *Renones a renibus dicuntur, Gallice Tabart, quia usque ad renes contingunt*. Unde *Midlag*, quod medio cruri tenus, Anglis dicitur. Lit. remiss. ann. 1382. in Reg. 121. Chartoph. reg. ch. 238 : *Lequel s'efforça de ferir de son constel ledit Aymeri parmi le corps, et de fait l'en feri parmi une Tabarde qu'il avoit vestue*. Alia. ann. 1389. in Reg. 136. ch. 139 : *Icellui Chabace osta et devesti son Tabart ou mantel;.... et après ce qu'il ot laissié sondit Tabart ou mantel sur une fenestre, etc. Tribart*, in Lit. remiss. ann. 1445. ex Reg. 176. ch. 54 : *Icellui Nicaise tira son constel hors de sa gaigne, qu'il avoit mis dessus son Tribart, etc.* Hinc *Tabbardarii* vocantur Aggregati collegio Reginae Oxoniæ, quod *Tabardum* pro veste habeant, in Glossar. ad calcem Operum Chaucerii ad v. *Jacket*. Ejusdem originis, sed alterius notionis, videtur vox *Tabardiaus*, in Mirac. MSS. B. M. V. lib. 1 :

Ces pullentes qui si se fardent,  
Et qui affublent les hardiaus,  
Font les plus sages, Tabardiaus.

Id est, ex sapientibus imprudentes.

T TABARRUS, Eadem notione. Statuta Placentiæ fol. 81 : *Item de aliquo mantello sive Tabarro sive gamervo drapi integri, etc.* Ibidem : *Et si de cendali fuerit infortatus ipse mantellus sive Tabarrus, etc.* [Bocaccius : *Andatasene al soppidiano, ne trasse il Tabarro, e diello al chero*].

T TABARTUM. Statuta Eccl. Reatinae apud Marten. tom. 8. Ampl. Collect. col. 1497 : *Indulgemus tamen quod tempore pluvie incidentes (Clerici) possint uti Tabartus decentis coloris et formæ*. [Henr. de Knyghton ann. 1295 : *Dederantque signum inter se ut sic suos mutuo cognoscerent in congressu cum Anglicis, ut Scotus diceret Anglice Tabart, alter responderet Surcote, et e converso*. Balduinus de Condato MS :

Et boin Tabart, si que ne mente,  
Bons dras, linges et chaucement.

Vetus Poëma de Vulpe Rege coronato MS :

Ne escrins estoit mie buche,  
Ne Tabars, houché d'autre part.



Ita ταμπρίον hac notione usurparunt Nicetas in Cod. Barbaro-Græco, in Manuele lib. 4. num. 2. ubi Codex alius ταμπρίον præfert, et Codinus de Offic. cap. 3. n. 4.

**TABALDUS.** Statuta Collegii Navarrei Paris. apud Launoium in Historia ejusdem Collegii: *Omnes habeant habitus, videlicet Tabaldos, seu housias longas de bruneta nigra.* Occurrit ibi semel ac iterum.

† **TAPARDUM.** *Tapardo vel togu, vel qua libeat veste uti, in Actis S. Bonifacii Arch.* tom. 1. Jun. pag. 459. V. sup. in *Taburdum.*

† **TAUBARDUM.** Inquisitio MS. pro Canonisatione S. Yvonis: *Palafredus erat in una navi, coopertus ante vulvum de uno Taubarbo propter aquæ periculum.*

\* **TABARUM.** Eadem notione. Vita B. Gomberti tom. 4. Aug. pag. 383. col. 1: *Assumens ergo sibi ornamenta aurigæ, nobilitati militiæ dissona, videlicet Tabarum dilaniatum, etc.*

\* **TABBARDUM.** Eodem intellectu. Constit. Carmelit. MSS. part. 1. rubr. 14: *Habeant (scinifratres) habitum distinctum ab aliis fratribus, tunicas scilicet griseas usque ad mediam tybiam, et Tabbardum griseum sive album, et capucia nigra, vel ejusdem panni separata.*

† **TABARDATA TUNICA.** Statuta Guidonis Abb. Crassensis ann. 1377. apud Stephanotium tom. 10. Fragm. MSS. pag. 205: *Item statuimus et ordinamus, quod monachi nostri de cætero cucullas fieri faciant regulares et honestas, quibus utantur, prout decet, non manticatas seu etiam Tabardatas, hoc est, instar Tabardorum laicorum concinnatas. Alium locum vide in *Rodundellus.**

† **TABAYLHO.** Mappa longior, eadem quæ *Longeria.* Inventarium Eccl. Auscensis ann. 1360: *Uno chalone, una mappa, uno Tabaylhone sive longeria.*

\* Idem quod *Tobalia.* Vide in *Toacula.*

\* **TABBARDUM, TABBARDARI.** Vide supra in *Tabardum.*

† **TABELERIUS,** Tympanista. Leges Palatinæ Jacobi II. Regis Majoric. in Actis SS. Junii tom. 3. pag. xxvii: *Ordinamus quod in nostru curia nunti debeant esse quinque, quorum duo sint tubicinatores et tertius sit Tabelelius; ad quorum spectet officium, quod semper nobis publice concedentibus, in principio tubicinent et Tabelelius suum officium simul cum eis exerceat. Melius Tabularius, vel potius Tabularius diceretur a Tabur: quod vide.*

† **TABELETIUM,** Pugillares, Gall. *Tablettes.* Obituarium MS. Ecclesiæ Morin. fol. 35: *Decantabitur... collecta, quæ habetur in Tubeleto, in quo sunt conscriptæ collectæ.*

† **TABELLA PASCHALIS,** Notæ chronologicæ cereo Paschali affixæ. Vide *Cereus Paschalis.*

**TABELLA PYTAGORICA.** Vide *Sortes Sanctorum in Sors 2.*

**TABELLARIUM,** *Sedes, vel acervus tabularum, vel locus, ubi tabulæ servantur.* Ugutio [et Joan. de Janua. Pro pluteo seu loculamentis librorum, nostris vulgo *Tablettes* accipiuntur in Tabulario S. Victoris Massil.: *Tenantur reparari et sustineri quatuor Tabellaria in Capitulo dicti monasterii ad tenendum libros necessaria, et tabulæ et gravia ad scribendum necessaria.]*

† **TABELLARIUS,** Latinis Nuncius, perferens tabulas seu literas, ut notum est; *Publicus scriba,* Johanni de Janua; qui rationes conficit, data et accepta referens in tabulas, Sidonio lib. 4. Epist. 11: *Habens eum consiliarium in judiciis, vicarium in Ecclesiis, Tabellarium in tributis, etc.* Quidam præferunt *Tabulorum.* Vide *Tabuln 9.*

**TABELLIO,** Qui contractum et testamentorum instrumenta conscribent, in lege 1. Cod. Th. de Crimine falsi (9, 19), et alibi passim in utroque Cod. [*Tabellio, qui talia instrumenta conscripserit, in Additione 3. ad Capitularia cap. 56. Ἀγγραῖος, μονικό, in Gl. Lat. Gr. et Gr. Lat.]* Tabellionum etiam meminit Firmicus Matthes. lib. 6. cap. 2. lib. 8. cap. 28. [Matth. Paris in Henrico III: *Quoniam Tabellionum usus in regno Angliæ non habetur, propter quod magis ad sigilla authentica credi est necesse; ut eorum copia facilius habeatur, statutum est, ut sigillum habeant non solum Archiepiscopi et Episcopi, sed etiam Officiales, item Abbates, Priores, etc.* Frequens mentio est Tabellionum in Edictis Regum nostrorum, in Consuetudinibus municipalibus laudatis in Glossario Juris Gallici v. *Tabellions* et alibi. *Tabellio* vocatur, eo quod sit portator *tabellarum,* inquit Isidorus lib. 9. Orig. cap. 4. ubi *Tabellionem* minus bene confundit cum *Tabellario.*] [\* Vide Glossar. med. Græcit. voce *Ταβελλίον,* col. 1517. et Savin. Histor. Jur. Roman. med. temp. tom. 1. cap. 2. § 16. et cap. 6. § 140.]

\* *Tabellio* minor est *Tabulario,* in Novel. 44. Consule ibi notas Gothofredi. Distinguitur sæpius a notario, qui pro scriba, vulgo *Greffier,* haud infrequenter usurpatur, ut observat Hevinus in Aresta parlam. Brit. Fayni tom. 2. pag. 50. inter Addit.

† **TABELLIONALE SIGNUM,** Subscriptio Tabellionis, quæ juridice fidem facit. *Copie signis Tabellionibus munitæ,* in Processu de B. Petro de Luxemburgo tom. 1. Julii pag. 606.

† **TABELLIONARE,** Tabulas rite et juxta formam præscriptam describere, *Tabellioner,* in Consuet. Senon. art. 248. Statuta Monasterii S. Claudii ann. 1448. pag. 87: *Litteræ per Notarios publicos collationentur, et post collationem Tabellionentur. Tabellionnta cedula,* in Scripto ann. 1395. apud Acherium tom. 6. Spicil. pag. 131.

† **TABELLIONATUS,** Officium Tabellionis, in Edicto Philippi Pulchri Regis Franc. ann. 1304. tom. 1. Ordinat. Reg. pag. 418. et 419. in Edicto Caroli Regentis ann. 1357. tom. 3. pag. 180. in Synodo Pergami ann. 1311. apud Murator. tom. 9. col. 547. in Schicdula ann. 1587. apud Ludewig. tom. 4. Reliq. MSS. pag. 328. etc. *Tabellionage,* in Edicto Gallico ejusd. Caroli Regentis ann. 1356. ibid. pag. 129. et 136. Edicto Joannis Franc. Reg. ann. 1360. ibid. pag. 439. etc. Alias *Tabellionage* dicitur Jus *Tabellionem* instituendi, ut in Consuet. Castrinovi art. 11. Blesensi art. 17. et 20.

† **TABELLULA,** Tabula, axis. Elmhamus in Vita Henrici V. Regis Angl. cap. 100. pag. 183: *Aderat mox dictus Capitaneus, aperta que porticum, et Tabellula ultra fossata protensa, cepit ultra porticum super*

*Tabellulam ipsam cum præfato milite habere colloquium; tres vero viri, quos secum miles adduxerat, finem Tabellulæ, ne de facili levaretur, conservabant.*

† **TABELLUM,** vel **TABELLUS,** Idem quod infra *Tabula 5.* Ferricus de Cluniaco Tornac. Episc. in Confirmatione Capituli Canonicorum Middelburg. ann. 1480. apud Miræum tom. 2. pag. 1343. n. 17: *Item provideant dicti Cantor et Canonici de Tabello in choro, quo singuli Canonici, Capellani et Habituati ecclesiæ sciant suum turnum in ministerio divino, tam pro Missis, Horis, Lectionibus, Gradualibus et Responsoriis legendis et cantundis, ne multiplex indistinctio confusionem faciat.*

† **TABELLUS,** **TABELLUS,** Tabula minor. Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1363. ex Bibl. Reg.: *Item duo Tabelli conjuncti ad iuicem ornati gemmis.* Aliud incerti anni: *Item quidam Tabelli in quibus sunt plures reliquæ ornati gemmis: ..... et sunt dicti Tabelli a longis temporibus dissipati.* Vide *Tabula 14.* et *Tabuletus.*

**TABENTUM,** *Lapis cabernatus,* (sic) in Glossario Longobardico S. Germani Paris. ex Glossis. An ex caverna erutus?

\* *Tabernatus,* haud scio an melius, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613.

\* **TABERENA TRICHARIA,** pro *Taberna,* Locus, ubi alea luditur. Stat. Avenion. ann. 1243. cap. 64. ex Cod. reg. 4659: *Addentes huic statuto, quod nec pater vel mater pro ludo filii vel Taberena tricharia, nec ipse filius, nec res ipsorum passive obligari.* Vide in *Tricare.*

**T. TABERNA,** Jus, seu facultas habendi tabernam in villa. Orig. Murensis Monast. pag. 41: *Dux Tabernæ debent hic esse, una vini, altera cerevisiæ.* [Privilegia civitatis Friburg. ann. 1337. apud Ludewig. tom. 6. pag. 42: *Quod in eisdem villis et etiam aliis a dictu civitate infra milliare circumferentuliter situatis non debet haberi Taberna aliqua, nec aliquis operarius nocivus civitati, sicut pistores, etc.]*

**TABERNA BANNALIS,** Ad quam venire tenentur, qui intra *bannum,* seu feudum domini manent, si quidem iis ad eam divertere sit animus. Charta Adalberonis Episcopi Metensis apud Meurissium pag. 309: *Nec non ad victualia quotidiana fratribus comparanda, eis per totum annum bannalem Tabernam in ipsa villa, officialium nostrorum omni prorsus remota molestia.* Charta Stephani Episcopi ejusdem Ecclesiæ, ibid. pag. 416: *Relatum est, quod bannum totius villæ, et Tabernæ, et forum, et furni, specialiter et indominate ad Ecclesiam vestram pertinerent.* Pro ejusmodi vero tabernis pensitabatur nescio quid a tenentibus. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu ch. 210: *Mansus de la Capella.... per messiones medietatem tasche ad 1. annuum, 1. sextarium de frumento ad alterum, 2. de Taverna, 12. sextarios de frumento, etc.* Infra: *De Cabunaria de Pestriis 6. den. de multone, 8. den. de agno, pro Taverna 6. sextarios de frumento, etc.* [Chartularium SS. Trinitatis Cadom. fol. 59: *Si domina fecerit Tavernam, virgata debet emere unummatam cerevisiæ, etc.]* Vide Chartam Stephani Episcopi Metensis



laudatam, et Foros Bigorrenses art. 13. 21. 29.

† **TABERNA**, Cella vinaria. Consuetudo Lemovic. art. 37 : *Item nemo facere debet foveam seu Tabernam, nisi in terram suam, et amplius ante terram usque ad medium carteræ. Ubi versio Gallica: Aucun ne peut creuser Cave que en son fond en terre, etc.*

\* **TABERNA ORBA**, vulgo Cabaret borgne. Vide supra *Orbus*.

\* **TABERNA VENALIS**, Ubi vinum distrahitur. Charta ann. 1054. ex Chartul. S. Benigni Divioni : *Robertus inferioris Burgundie dux concedo unam venulem Tabernam, secundum antiquam consuetudinem, a patre meo rege Roberto et ab antecessoribus ejus Francorum regibus concessam. Taberna ad vinum vendendum dicitur in Ch. ann. 1123. ibid.*

† 2. **TABERNA**, Arca seu capsula e tabulis ligneis compacta. Vide *Zaberna*.

\* 3. **TABERNA**, Domus, habitatio. An. nal. Placent. ad ann. 1444. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 886 : *Societas Antonii Sicci... debellavit et deprædatus fuit Tabernam seu hospitium Domus de Rocho.*

† **TABERNACULARIUS**, Qui tabernacula conficit : *Quo est colleg. Tabernaculariorum, in Veteri Inscript. apud Gruterum pag. 642. n. 8. et Fabretum pag. 42.*

† **TABERNACULARE**, Habitare. Concilium Armenorum ann. 1342. art. 2. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 316 : *Verbum caro factum est et Tabernaculavit in nobis.*

**TABERNACULARII**, Qui Tabernacula curant in castris, Gallis *Fourriers*. Petrus Blesensis Epist. 14 : *Curritur ad meretrices et Tabernacularios curiales, ut inquiratur ab eis, quo Princeps profecturus sit.*

1. **TABERNACULUM**, pro *Taberna*, usurpat Lex 10. Cod. Theod. de Episcop. (16. 2.) : *Quæstus, quos ex Tabernaculis et ergasteriis colligunt.*

2. **TABERNACULUM**, Ciborium, seu pars altaris, ubi reponitur Pyxis in qua sacra Eucharistia asservatur, [Gall. *Tabernacle*.] Statuta Synodalia Odonis Episcopi Parisiensis, de Presbyteris : *Ita sunt negligentes, quod nondum habent pyxidem eburneam, nec tabernaculum, ubi reservetur cum honore Corpus Domini.* Charta Joannis Archiepiscopi Capuani ann. 1301 : *Item vas unum, quod dicitur Tabernaculum de argenteo, cum cascua sua.* [Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1376. ex Bibl. Reg. : *Quædam cupa auri, ubi reconditum est sauctum sacramentum, una cum Tabernaculo argenti leaurato suspensum tribus cathenis argenteis.* Aliud vernaculum : *La coupe d'or et le Tabernacle d'argent doré à III. chaesues d'argent.*] Vide Provinciale Eccl. Cantuar. lib. 3. tit. 26. Durandum lib. 1. Ration. cap. 2. et 3. etc.

† 3. **TABERNACULUM**, Fretum, capulus, *Cercueil*. Computus ann. 1333. et seqq. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 284 : *Item, octo magistris, qui fecerunt Tabernaculum quondam domini Andree, xvii. sol. Vienn. Item magistris, qui fecerunt sepulcrum ipsius, x. sol.*

\* 4. **TABERNACULUM**, Theca reponendis sacris Reliquiis apta. Inventar. ann. 1497. tom. 2. Hist. Cassin. pag. 598. col. 1 : *Item Tabernaculum argenteum, ubi est*

*digitus S. Benedicti. Item Tabernaculum argenteum, etc.* Vide *Taberna* 2.

\* 5. **TABERNACULUM**, Sedes abbatis in choro. Charta ann. 1349. tom. 2. Hist. Cassin. pag. 545. col. 2 : *Promiserunt..... facere inde Tabernaculum pro sedia domini abbatis pulcherrimum, ut convenit. Vide Thronus.*

\* 6. **TABERNACULUM**, Vectigal, quod pro vino in urbem inducendo penditur; f. pro *Tabernaticum*. Consuet. Perpin. MSS. cap. 35 : *Item nullus de Peypiniano, qui aportet vinum ibi vel faciat aportari, det Tabernaculum, nisi fuerit tabernarius, qui vendat illud. Vide mox Tabernagium, 2.*

1. **TABERNAGIUM**, Mulcta, qua tenentur tabernarii et caupones, qui Statuta Principis de Tabernis transgrediuntur : maxime in pretio potus, quod a Principe imponi quotannis solet, nec et ii graventur, et emtores carius, quam par est, vinum emant. Vetus Consuetudo municipalis Normanniæ MS. 1. part. : *L'amende de cette manière de action est appellé Tavernage, et est pour refrener et pour oster la convoitise des Taverniers. L'amende del Tavernage fut établie par l'outrage de leur vente, afin que le commun peuple ne fust grevé.* Paulo aliter in edita cap. 16. Editio vero Latina : *Hujusmodi satisfactionis emenda Tabernagium nuncupatur, quæ ad refrænationem cupiditatis tabernariorum, ne excessu venditionis eorum populus gravaretur, fuit a principibus instituta.* Charta Fulconis Comitis Andegavensis ann. 1010. pro fundatione Abbatii Bellilocensis juxta Lochas : *Consuetudinarios autem suos, ubicunque vina sua possuerint, sequentur, et Tabernagium habebunt, et non solum infra alodium, sed etiam extra per circuitum, et vendas de omnibus, quæ ad mercatum pertinent. Tabularium Fiscense ann. 1260. fol. 51 : Et quod homines mei de feodo lorice meæ debent reddere Abbatii Tabernagium, etc.* Hujus etiam mentio habetur in Charta Gerardi Comitis Ruscionensis ann. 1162. et apud Brittonum pag. 36. vº. [Extenta jurium Comitis Sabaudie ann. 1309. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 86. col. 2 : *Item habet ibidem Dominus Tabernagium et gridagium, que valent ad firmam per annum, ut nunc, quatuor libras; et domini debet tradere et administrare exemplar mensurarum et etiam mensuras.* Ubi *Tabernagium* non est mulcta pro fraude, sed tributum pro facultate vini distrahendi domino solutum. Vide ibid. pag. 77. Vide *Tabernaticum*.]

\* 2. **TABERNAGIUM**, Tributum, quod pro facultate vini distrahendi a quocumque, etiam non tabernario, domino solvitur. Charta Hugon. episc. Autiss. ann. 1202. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 146 : *A quibusdam etiam burgensibus, a nobis vel prædecessoribus nostris non emancipatis, habebamus jus exigendi singulos sextarios pro singulis modis vini ab eis venditis, quæ consuetudo Tabernagium vocabatur.* Charta ann. 1330. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. vj : *Item cum prædicti Rostangus et Poncius tenerentur solvere Tabernagium dicto nobili domino Girardo de vino, quod vendebant in temporibus banni.* Alia ann. 1332. inter Probat. tom. 1. Hist. Burg. pag. 531 : *Prior S. Johannis de Sinemuris*

*in Auxeto dicitur habere certum Tabernagium in villa et castro de Sinemuris, super vino per burgenses dicti loci venditioni exposito.* Vide infra *Tabernaria* 2.

† **TABERNALIS**, Pertinens ad tabernam. *Tabernales potationes*, in Diario Belli Hussitici, apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 183.

\* **TABERNARE**, Tabernam tenere, vinum singulatim distrahere, nostris *Ataverner*. Charta arrendat. gabellæ vini Avenion. ann. 1367. ex Cod. reg. 5956. A. fol. 70. vº : *Debeat solvere præfatus conductoribus seu firmariis..... octavum pretii totius vini, quod tempore præsentis arrendationis Tabernaverit seu ad minutum vel ad tabernam vendiderit, seu vendi et Tabernari quis fecerit.* Charta Petri cardin. ann. 1402. pro fundat. colleg. S. Cathar. Tolos. ex Cod. reg. 4223. fol. 158. vº : *Statuimus quod... aliquid alicui singulari non permittatur introducere in dicto collegio vinum vel mercatum publicum pro vendendo inibi, nè scolaribus detur occasio mercandi seu Tabernandi et se distrahendi ab exercitio studii.* Consuet. Castel. ad Sequanam ex Cod. reg. 9898. 2 : *Se aucun de la ville de Chastillon veult vendre vin à ban,.... il peut Ataverner son vin sans amendes. Taverner vero est Tabernas frequentare, in Lit. remis. ann. 1407. ex Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 260 : Jehan le Picart, qui ne servoit (leg. scavoit) d'autre bien que de hazurder, Taverner et bordeler. etc.*

1. **TABERNARIA**, Præpositura, seu *bulia* in Monasteriis, monacho addicta, cui incumbit tabernarum Monasterii cura, seu *tabernagio* exigendi, apud Innocentium III. PP. lib. 13. Epist. 55. [In Glossario Lat. Gall. Sangerm. MS. *Tabernaria, Tavernerie* redditur.]

\* 2. **TABERNARIA**, Tributum, quod a tabernariis pro facultate vini distrahendi domino pensatur, nostris etiam *Tavernerie*. Chartul. Latiniae. fol. 187 : *Abbas Joscelinus infirmis dedit.... viginti solidos de Tabernaria Chissiaci.* Charta ann. 1471. ex eod. Chartul. fol. 97 : *Les religieux ont certain droit seigneurial en ladite ville de Laigny, appellé droit d'ufforage ou Tavernerie, et à cause dudit droit d'ufforage ou Tavernerie avoient iceulx demandeurs droit de prendre et percevoir par chacun an sur les taverniers vendans vin a destail, taverne ou feuillée en icelle ville de Laigny cinq solz Tournots.* Vide supra *Tabernagium* 2.

† **TABERNATOR**, Tabernarius, caupo, in Miraculis B. Stanislai Canon. Regul. tom. 1. Maii pag. 782. *Tabernator*, in Charta ann. 1318. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MS. pag. 481.

\* *Tavernier*, eadem acceptione, in Stabul. S. Ludov. tom. 1. Ordin. reg. Franc. pag. 224.

† **TABERNA**, pro *Taberna*, in Testamento Bertichramni Episc. Cenoman. apud Mabillon. tom. 3. Analect. pag. 122.

**TABERNATICUM**, Idem videtur quod *Καταλατικόν*, in Diplomate Andronici Jun. apud Phranzem lib. 3. cap. 24. [et *Tabernagium* supra dicitur. Vide in hac voce et Gloss. med. Græc. in *Καταλατικόν*.]

**TABERNIO**, Qui frequentat tabernas,



vel qui ibi vendit necessaria. Ugutio. Occurrit in Gloss. Isid. et apud Papiam, [ necnon Joh. de Janua; Tavernier, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. MSS. ]

† **TABESCERE**, Notione activa, Tabificare, seducere, corrumpere. Obitus Angelicæ Fontebrald. apud Marten, tom. 3. Anecd. col. 1705 : *Jacente illa in lectulo suo, hora sexta apparuit ei in avis specie hostis, qui cum ea diu pugnaveat, tentans si forte in aliquo eam possit Tabescere.*

**TABETUM**. Vetus Glossarium Saxonicum Cottonianum : *Æ cin, Tabetum : Ubi Somnerus, forte Tabes.*

† **TABIDITAS**, *Porriture*, Glossis Lat. Gall. Sangerm. MSS. *Tabes.*

† **TABITUDO**, et **TABITAS**, Eadem notione, apud Joannem de Janua. Occurrit *Tabitudo* apud Bedam.

† **TABLARIUS CULTELLUS**, sive mensalis, Gall. *Couteau de table*, in Charta ann. 1256. e Tabulario nostro Sangermanensi.

† **TABLEMENTUM**, f. Apparatus tabulæ altaris, Gallis *Devant d'autel*. Testamentum ann. 1415. apud Rymer. tom. 9. pag. 273. col. 1 : *Item lego dicto altari S. Stephani duo Tablementa et unum frontellum de rubeo veste de Cipro, cum duabus cortinis de rubeo Tateryn, cum una casula, etc.* Pluries occurrit ibidem. Vide *Tabula* 1.

† **TABLENA**, Mappula, mantile, Gall. *Touaille*. Charta ann. 1296. e Tabulario S. Germani Autissiod. : *Item assignat idem Guido Abbas pro Tablenis, tersoriis et vitris in refectorio, etc.* Vide *Toacula* et *Tablerium*.

\* **TABLERIUM**, Mappula, mantile. Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 85. Chartoph. reg. ch. 86 : *In ea archa cepit dictus Saracenus duo Tableria, duas mappas et quatuor lintamina.* Unde *Tableriis* legendum opinor in *Tablena*.

† **TABLETTUS**, **TABETUM**, Parva tabula, in qua quid scribitur aut pingitur. Inventarium Eccl. Noviom. ann. 1419 : *Item duo Tabletti, in quibus scriptum est et notatum Ave verum. Item quoddam parvum Tabletum in quo depictus est Crucifixus.*

\* *Tablel*, eadem notione, in Lit. remiss. ann. 1363. ex Reg. 101. Chartoph. reg. ch. 12 : *Laquelle ordonnance ne fu onques criée ne publiée; mais seulement est escripte en un Tablel pour icelle veoir à ceulz qui affaire en out. Tabliou, in Chron. S. Dion. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 246. Tablel, pro Parva mensa, in Lit. remiss. ann. 1406. ex Reg. 160. ch. 325 : *Le suppliant appuyé contre le mur près de la cheminée regarda une tasse d'argent,..... qui estoit sur un Tablel joignant de lui, etc.* Arculam significare videtur, in Invent. MS. eccl. Camerac. ann. 1371 : *Item autres fringes blanches de fil d'espinnart en un Tablel.**

\* **TABLETUM**, Theca reponendis sacris Reliquiis apta, nostris quoque *Tablet*. Charta ann. 1328 : *Item unum vas et unum Tabletum de argento pro Reliquiis.* Lit. remiss. ann. 1416. in Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 324 : *Le suppliant,.... prinst et osta d'un Tablet, qui estoit sur l'ostel (l. autel) où l'on chantoit la messe, un anelet d'argent.* Vide supra *Tabernaculum* 4.

† **TABLISTA**, **TABLIZARE**. Vide *Tabula* 9.

† **TABOLATIUS**, Majus scutum e ligno, Ital. *Tavolaccio*. Statuta civitatis Astæ de intratis portarum : *Targie, brazerie, Tabolatii et borocolerii solvant pro qualibet dozana... ad estimationem officialium.*

† **TABOLERIUM**, Scruporum alvocolus, Gallice *Tablier, Danier*, Ital. *Tavoliere*. Annales Mediol. ann. 1389. apud Murator. tom. 16. col. 809 : *Tabolerium unum laboratum ad gnora et de jaspide cum schacchis et merellis.*

\* **TABOLLARE**, Strepitum facere, nostris alias *Taboller, Tabourder* et *Tabouer*. Reg. MSS. capitul. eccl. Bitur. ab ann. 1524. ad ann. 1529 : *Dominus Enoch Audras vicarius ecclesiæ, propter scandalum per eum commissum die eterna Tabollando in choro, directe veniendo contra statuta ecclesiæ publicata, incarcerationibus in pillari, et in eo stabit duas noctes et unum diem.* Lit. remiss. ann. 1451. in Reg. 685. Chartoph. reg. ch. 196 : *Et aloient les dessus diz faisanz luditte conuotion et insult parmi la ville en hurtant et Taboulant aux huis et portes des hostels de laditte ville de Mirande.* Rursum occurrit in aliis ann. 1472. ex Reg. 195. ch. 678. Aliæ ann. 1465. in Reg. 194. ch. 134 : *Auguel huys il s'efforçoit fort d'entree en Tabourant audit huys.* Aliæ ann. 1410. in Reg. 165. ch. 31 : *Icelui Hennequin recommença à Tabouer et à ferir contre l'huys d'icellui hostel.* Vide infra *Tabussare*.

**TABORELLUS**, [Tympanium, Gall. *Tabourin*,] cujus alias frequens usus erat in saltationibus rusticanis. ] Vide *Baudosa*.

\* Ital. *Tamburello*, Hisp. *Tamborillo*. Eo etiam utebantur in processionibus ecclesiasticis. Comput. ann. 1391. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 124. col. 1 : *Que quidem processio facta in dicta villa cum omnibus mimis, tom cordarum grossorini instrumentorum, tromparum et Taborellorum.*

\* Ejusdem appellationis *Tabourin* extitit monetæ minutoris species, cujus mentio fit in Lit. remiss. ann. 1483. ex Reg. 207. Chartoph. reg. ch. 299 : *Le suppliant, Jehan Chaluel et Simonet prendrent une bille pour jouer aux quilles, et ilz jouerent chacun ung Tabourin; et après qu'ilz eurent joué, demanda ledit Jehan Chaluel au suppliant ledit Tabourin (sic) ou ung hardi; le quel Tabourin on appelle communément (en Querci) deux deniers.*

\* *A Taborelli* forma, *Tabouret* nuncupatum videtur quoddam muliebre ornamentum. Lit. remiss. ann. 1442. in Reg. 176. ch. 239 : *La suppliante avoit prius en ung coffre trois bourses et ung bouton ou Tabouret à usage de feuue, estoffez de sonnettes et de boullons d'argent.*

† **TABORINUS**, Tympanista, tympanotriba, nostris *Tabourin* et *Tabourineur*. Sententia arbitraris inter Dominos et incolas Calliani ann. 1497 : *Dicti domini in festis Maii proxime futuri solvere habeant carnes unius vaccæ et carnes prætereæ debitas in uno prandio, et dicti homines panem et vinum, Taborinos et mulieres ad festeandum et coriandum.* Vide *Tabur*.

\* *Taboureur*, in Lit. remiss. ann. 1404. ex Reg. 159. Chartoph. reg. ch. 202 : *Un*

*compaignon joueur de tabour et de fleutes,.... le quel Taboureur, etc.*

† **TABORNUM**, Tympanum, Gallice *Tambour*. Processus de Vita S. Yvonis tom. 4. Maii pag. 553 : *Quod si essent hic quatuor garciæ cum Taborno diaboli, etc.* Vide *Tabur*.

1. **TABULA**. *Tabula altaris*, quæ *Mensa sancta* vulgo dicitur : de qua nos in Descripto S. Sophiæ n. 53. Concilium Moguntiacense ann. 888. cap. 9 : *In itinere vero positus, si Ecclesia defuerit, sub divo, seu in tentoriis, si Tabula altaris consecrata, cætera ministeria sacra ad id officium pertinentia adsunt, Missarum solennia celebrari permittimus.* Formulæ Baluzianæ cap. 37 : *Cum fuerit opportunum Ecclesiam dedicare, aut sacros ordines benedici, vel Tabulas consecrare, etc.* Gillebertus Lunicensis Episcopus de usu Ecclesiastico : *Dedicat etiam Pontifex atrium, templum, altare, Tabulam altaris.* [Chartularium S. Vandregesili tom. 2. pag. 2098 : *Ogerus Apuliensis... hanc donationem posuit super altare S. Vandregisili... qui Ogerus, de hac donatione, quam fecit, habuit de pecunia Sancti xx. libras, et hæc pecunia de Tabula Sancti fuit sumpta.*]

*Tabula prætereæ* dicta tabella, non quæ altari superponitur, sed ea, quæ solida, et figuris exornata ipsi altari præceditur, cujusmodi in Ecclesiis Cathedralibus, atque adeo in Sangermanensis monasterii aede sacra etiamnum conspicitur. Laurentius Leodiensis in Episcopis Viridunensibus : *Tabulam argenteam ante majus altare decenter fieri fecit.* Catalogus Episcoporum Frisingensium in Metropoli Salisburgensi tom. 4. pag. 141 : *Tabulam ex auro purissimo, que in diebus festis ante altare ponitur, fabrilis opere compegit.* Helgaudus in Roberto Rege : *Tabulam ad altare S. Petri... auro bono totam cooperuit.* Vitæ Abbatus S. Albani : *Tabulam quoque unam ex auro et argento et gemmis electis artificiose constructam ad longitudinem et latitudinem altaris S. Albani, etc.* Alibi pag. 71 : *Facta est magna Tabula, cujus pars est de metallo, pars de ligno artificiosissime perfecta, que est ante majus altare in Ecclesia nostra.... Tabula picta ante altare B. Virginis cum superaltari cælato, et cruce superposita, et pictura desuper, et a latere in maceria artificiose nimis... est perfecta.* Omnes quoque *Tabulæ* ante altaria nostræ Ecclesiæ, scilicet B. Joannis, B. Stephani, etc. Necrologium Ecclesiæ Parisiensis exaratum ann. 1316. 3. Id. Sept. : *Dedit insuper nobis 20. marchas auri ad faciendam Tabulam auream ante majus altare.* Petrus Diac. lib. 4. cap. 13 : *Item pro Tabula S. Martini libras 24.... obtulit.*

**TABULA ITINERARIA**, vulgo altare portatile, in Ordine Romano, in quo *Præfatio* et *Consecratio* ejusdem *Tabulæ* describuntur. De ea etiam Hincmarus Remens. in Capitulis anni 12. Episcopatus cap. 3.

2. **TABULA**, quam *Pacis* dicimus. Statuta ann. 1368. pro Ord. Cartusiensi part. 1. cap. 5. § 14 : *In Missis, quæ conventualiter celebrantur, cum dominicali Kyrie Ison, sicut sumimus cum Tabula, in qua depicta sit imago Crucifixi, etc.* Vide *Pax*, *Lapis pacis*, *Marmor* 2.



† **TABULETA**, Tabellula, eadem notione. Invenitur. S. Capellæ Paris. ann. 1376. ex Biblioth. Reg. : *Item quædam pulcherrima Tabuleta auri pro pace danda, ornata lapidibus preciosis, in qua est unus lapis de Camaheu in forma Crucifixi.* Inventar. aliud Gallicum : *Item deux Tableaux d'ivoir à porter la pais.*

\* Inde accersenda est vox Gallica **Tableau**, effigies, imago. Lit. remiss. ann. 1384. in Reg. 125. ch. 162 : *Un tableau d'or, là où estoit pourtrait Nostre Seigneur Jhesus Crist.* Nostratibus **Tablette** et **Tablette**, pro Mercium fascis, vulgo **Balle**. Lit. remiss. ann. 1461. in Reg. 192. Chartoph. reg. ch. 32 : *Le suppliant se print à porter la balle ou Tablette de mercerie.* Item ungz **merchiers à Tablette** doit j. ob. in Pedag. Peronæ ex Chartul. 21. Corb. Unde **Tabletiet** vocatur ejusmodi mercator, in Stat. ann. 1355. tom. 3. Ordin. reg. Franc. pag. 132 art. 24. et **Porteur à Tablute**, in Lit. remiss. ann. 1359. ex Reg. 90. ch. 219.

3. **TABULA**, Orbiculus, clavus, in vestibus. Anastasius Biblioth. in Leone III : *Et præclarus Pontifex fecit in circuitu altaris B. Petri Apostoli, nutritoris sui tetravola rubea holoserica aethina, habentia Tabulas seu orbiculos de chrysoclavo, depictos historiarum, cum stelis de Chrysoclavo.* Ita passim aliis locis. Τζβλίξ dicuntur in Chronico Alexandrino pag. 274. in Numa. [Vide Glossar. med. Græcit. v. Τζβλίξ col. 1520.]

4. **TABULA** lignea, cujus percussione excitantur Monachi, malleolo scilicet tabulam tundente : Συρρίον ἐφορτιστικόν Palladio dicitur in Hist. Lausiaca cap. 104. vel ad sacram Synaxim evocabantur. Liber Revelationum, editus cum Joanne de S. Victore de utilitate tribulationis, cap. 2 : *Cum ex more illius temporis pro convocandis ad Matutinas fratribus Tabula percuteretur, etc.* Matthæus Paris ann. 1196 : *Cum ad Matutinas Tabula convocarentur.*

**Tabula** præterea in Monasteriis pulsari solet, cum Monachus est in extremis, quo Monachi in **Infrimitorium** ad fundendas pro eo preces cogantur. Udalricus lib. 3. Consuet. Clun. cap. 29 : *Ab uno eorum percutitur Tabula contra ostium claustrum crebra et quasi continua percussione. Quod cum signum sit... obituri, illico ut auditum est, Fratres omnes accurrunt.* [Vita B. Stephani Abb. Obazin. apud Baluz. tom. 4. Miscell. pag. 177 : *Cumque jam morti evidentius propinquaret... pulsata Tabula, omnes undique convenerunt, et Letanias cum magno streitu agere coram eo coperunt.*] **Tabula morientium** dicitur Herberto lib. 1. Miracul. cap. 2. quo sensu tabulam hanc non semel memorat eod. lib. cap. 8. 14. lib. 2. cap. 6. 37. ut et Gaufridus Grossus in Vita S. Bernardi Abbat. Tiron. cap. 43. Auctor Vitæ S. Hugonis Abbat. Bonevallis n. 7. Cæsarius Heisterb. lib. 1. cap. 35. 40. lib. 11. cap. 4. 8. etc. Abælardus pag. 156. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 69. Vita S. Hildegundis num. 34. Herimannus de Restaurat. S. Martini Tornacensis cap. 75. etc.

**Tabula** eadem pulsabatur etiam, eum **Breve**, uti vocabant, **Defunctorum** advenerat. Charta R. Otheniensis in Anglia Epi-

scopi : *Mox ut breve defuncti venerit, Tabula pulsabitur, vigilia cantabitur, sonabunt classicum.* [Conventio inter Evrardum Priorem S. Martini de Campis et Julianam Abbatissam Faremonasterii ann. 1241. ex Archivo hujus Parthenonis : *Quandocumque aliqua de monialibus Faremonasterii mori contigerit, obitu dicte monialis nunciato vel cognito apud S. Martinum, Tabula pulsabitur, et officium seu vigilia statim fiet; in crastino Missa celebrabitur in conventu pro defuncta.*] Herbertus lib. 1. de Mirac. cap. 1. propterea **Tabulam defunctorum** vocat : *Repente pulsata est in auribus ejus Tabula defunctorum duobus ictibus tantum. Tabula defunctoria dicitur lib. 1. cap. 19. Vide Hist. Monast. S. Nicolai Andeg. pag. 12.*

† **Tabula** ad Capitulum congregandum pulsata. Epistola Wibaldi Abb. Stabulensis ann. 1149. apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 350 : *Nos capto cum prioribus nostris consilio, facto Tabulæ sonitu... Capitulum intravimus.*

† **Tabulam** percutiunt Franciscani ut fratrum extraneorum adventus aliis nunciatur. Vide in **Foresta**.

**Tabula** ad mandatum, seu ad pedilavium, pulsata. Vita S. Fravenoldi Abb. lib. 1. num. 32 : *Hora, qua sonitu Tabulæ ad mandatum fratres more solito convocantur.*

**Tabulam ad laborem pulsare**, in libro Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 5 :

*Tabulam percutere ad licentiam loquendi Udalricus lib. 3. Consuet. Cluniac. cap. 8. pag. 181 : Tabula, quam Prior major, vel Claustralis quinque percutit ad licentiam loquendi, per Priorem illorum (puerorum) est porrigenda. Idem lib. 1. cap. 12. pag. 54 : Tabula percussa, fratres loquuntur in claustris.*

**Tabula** lignea utitur etiam Ecclesia in tribus diebus majoris Hebdomadæ, cum campanarum cessat usus. Udalricus lib. 1. Consuet. Clun. cap. 12. de Cæna Domini : *Pro cymbalo percutitur Tabula, et in refectorio pro scilla.* Vide Joan. Abrinc. de Offic. Eccl. pag. 43. [vel 56. in edit. ann. 1679.]

† **Tabulas** hujusmodi ligneas apud Tartaros in usu fuisse sæculo XIII. discimus ex Epistola Constabularii Armeniæ inserta Epistolæ Odonis Episc. Tusculani ad Innocentium IV. PP. ann. 1249. tom. 7. Spicil. Acher. pag. 218. ubi legere est : *Et ante portas habent Ecclesias suas, pulsant campanas suas et percutiunt Tabulas; ita quod euntes ut dominum suum Chan, oportet primo ire ad Ecclesiam, et salutare Dominum Jesum Christum, et post ire et salutare dominum eorum Chan, sive sit Saracenus, sive Christianus, velint nolint, quibus ista non placent.*

\* **Table** dictum quoque Crepitaevi genus, cujus usus erat in Oriente ad fideles ad sacram synaxim evocandos. Annal. regni S. Ludov. edit. reg. pag. 200 : *Nous voulons que les églises soient réedifiées, et que l'en sonne les cloches et les Tables.* Rursus pag. 202 : *Devant leur portes sont les églises, là où on sonne les cloches selonc les Latins, et Tables selonc la maniere des Griens.*

**TABULÆ OFFICIALES**, apud Leonem Ostiensem lib. 3. cap. 22. dicuntur tabulæ

in Monasteriis, continentes seriem ministrorum et **Officiorum**, qui per hebdomadam publicis functionibus deputantur, quæ in Capitulo seu exedra ad communem omnium notitiam exponuntur : quarum cui cura incumbit, **Tabularius** dicitur eidem Leoni. Harum meminit S. Gertrudis lib. 4. Insinuat. divinæ pietat. cap. 2 : *Cum vero legeretur Tabula, in qua prænuntiabantur nomina earum, quæ ad Matutinas erant cantaturæ vel lecturæ, etc.* Statuta Ord. Præmonstr. dist. 2. cap. 5. de Cantore : *Servitium et processiones in festis ordinare, et singula officia in Tabulis scribere.* Legi autem solet hæc tabula in Capitulo, antequam pronuntietur commemoratio defunctorum, ut observat Hæftenus lib. 8. Tract. 1. disq. 5. qui ad hanc rem consulendus omnino. Statuta pro Monasterio S. Leonardi Eboracensis : *Et dicta Prima, ingrediantur Capitulum, puero thuribulario cum Tabula præeunte, qui ibidem legat lectionem Martirologii, qua lecta, legat Tabulam, postea hebdomadarius dicat : Pretiosa est, etc.* Vide Præceptor tabularum. Ordinarius MS. Ecclesiæ Rotomagensis : *Sunt etiam hebdomadarii in Tabula scripti.* Charta Everardi Episcopi Ambian. ann. 1218. pro erectione Præcentoriarum in eadem Ecclesia : *Cantoris erit scribere Tabulam cantorum.* Concilium Coloniense ann. 1260. cap. 7 : *Item quod in quibusdam Ecclesiis est conpertum, raro vel nunquam per anni totius spatium lectiones et cantum divini officii in Capitulari Tabula annotari.* Vide Udalricum lib. 3. Consuet. Cluniac. cap. 10. extremo, Statuta Ord. Præmonstrat. distinct. 1. cap. 5. Monasticum Anglic. tom. 3. pag. 244. 247. [Synodum Mexicanam ann. 1585. tom. 4. Coneil. Hispan. pag. 406. et supra **Tabellum**.]

**INTABULARI**, In tabulas officiales referri. Statuta Hospitalis S. Juliani in Anglia : *Ut labor inter fratres absque murmure facilius supportetur, statuimus ac etiam ordinamus, ut fratres Sacerdotes secundum cursum suum, ad matutinas et alias horas Canonicas et Missas diversas, ut præmittitur, celebrandas per aliquem, qui per Magistrum ad hoc fuerit deputatus, qui cum Intabulati fuerint, officia, ad quæ fuerint Intabulati, obedienter et humiliter exequantur.*

\* **TABULA MORTUORUM**, Mortualis liber, in quo nomina defunctorum describuntur. Invent. ann. 1420. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 591 : *Unum textum argenteum et deauratum, cum... Tabula mortuorum in eodem infixa.*

6. **TABULA**, Lamina. Flodoardus lib. 3. Histor. Rem. cap. 5 : *Tecta templi plumbeis cooperuit Tabulis. Tabulæ ceræ, in Charta ann. 1061. apud Jacobum Petitem post Pœnitentia Theodori pag. 664. [Vide post **Tabularium** 6.]*

7. **TABULA**, Genus instrumenti musici, quod tenebat in manibus Cantor in Ecclesia. Amalarius lib. 3. de Divin. Offic. cap. 16 : *Eorum (organorum) vice Cantor sine aliqua necessitate legendi tenet Tabulas in manibus, ut figuret illud Psalmistæ : Laudent nomen ejus in choro, in tympano, et psalterio psallant ei. Infra : Tabulæ, quas Cantor in manu tenet, solent fieri de osse. [Tabulæ*



ossee, quas cantores tenent in manibus. Joan. Abrinc. pag. 17. *Tabulæ ad canendum auro et argento paratæ*, in Testam. ann. 837. apud Miræum tom. 1. pag. 21. col. 1.] Vide Joannem Abrincens. de Offic. Eccl. pag. 13. [vel 17. edit. ann. 1679.] Describuntur eæ Tabulæ a Gaufrido de Vinosalvo in Poëtria MS. quæ exstat in Bibl. Thuana.

8. **TABULA**, Mensuræ agrariæ species, sic forte dicta, quod tabulæ expansæ formam referat, vel quod scriptis tabulis agrorum fines designarentur. Vetus Agrimensor : *Habet Tabula una quadratas perticas 72.* [\* *Viginti quatuor Tabulæ perticam componunt*, apud Mabill. in Museo Ital. pag. 177.] Chronicon Novalicense de Luithprando Rege Longobard. : *Qui tantæ longitudinis fertur pelles habitasse, ut ad cubitum humanum metirentur. Horum vero pedum mensura pro consuetudine inter Longobardos tenebatur in metiendis arvis usque in præsentem diem, ita ut pedes ejus in pertica finire 12. fiat Tabula.* Charta ann. 893. apud Puricellum in Basilica Ambrosiana pag. 258 : *Est autem mensura ipsius terræ secundum hujus temporis Geometras, perticus jugiales 7. et Tabulas 16.* Charta Lotharii Reg. Ital. ann. 946 : *Est autem ipsa terra per justam mensuram Tabulæ tres cum ingressu et omni integritate, etc.* Charta ann. 908. in Hist. Pergamensi tom. 3. pag. 183 : *Et est per mensuram Tabulas legitima 76. etc.* Vetus Charta Mediolanensis apud Puccinellum in Vita S. Simpliciani pag. 110. et Ughellum tom. 4. pag. 169 : *Cui obtulit intra civitatem donum suam, mensuram 22. Tabularum et dimidie, in loco, qui Theatrum dicitur, aliam in terra mala Tabularum quatuor, etc.* Vetus Notitia apud Ughellum tom. 5. pag. 1538. *De vinea Tabula una.* Adde eundem tom. 4. pag. 212. 608. 612. 1457. et in Appendice pag. 7. Occurrit etiam in Tabulario Capellæ in Biturigibus, in Tabulario S. Theofredi in Velavis, [in Chronico Farfensi apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 450. et 623. in Memoriali Potestatum Regensium apud eumd. Murator. tom. 8. col. 1175. etc.]

9. **TABULA**, seu *Tabularum ludus*, vel *aleam*, *alveolus*, in quem tesserae jaciuntur : vox veteribus nota. Jo. de Janua, ex Isidoro lib. 18. cap. 60 : *Tabula, i. alea in qua luditur pigris, calculis et tessaris.* *Tabula lusoria*, Martiali lib. 14. Epigram. 17. *Tabula alearis*, apud Tertullianum lib. de Carne Christi. *Tabella alearis*, Cælio Aureliano lib. 2. Chronicon cap. 1. *Tabulæ lusus*, Prospero de gloria Sanctor. *Tabula*, nude, Sidonio lib. 1. Epist. 2. lib. 5. Epist. 17. lib. 8. Ep. 12. Julius Africanus lib. 5. Hist. Apostol. : *Dum ludere Tabulis et spectaculis non perhorrescunt, etc.* Concilium Eliberitanum can. 79 : *Si quis fidelis alea, id est Tabula luserit nummos, placuit eum abstinere.* Metellus in Quirinalibus :

Huic ludo Tabulæ Regis erat filius obvius.

Charta ann. 1345 : *Non possit, nec debeat ludere... ad aliquod ludum taxillorum, excepto ad scachos et ad Tabulas.* Jo. Sarisberiensis lib. 1. Policratic. cap. 5 : *Hinc tesseri, calculus, Tabula, urio, etc.* [Adde Statuta Massil. lib. 5. cap. 10. Pistoriensis

lib. 5. rubr. 71. Vercellensis lib. 3. fol. 83. vº. Le Roman de *Vacce* MS :

D'eschez sout et des Tables son compaignon mater.]

Le Roman de *Parise la Duchesse* :

Puis aprist il as Tables et eschas joier.

Vide Turnebum lib. 27. Adversar. cap. 3.

[et Lobin. in Gloss. tom. 3. Hist. Paris.]

**TABLIZARE**, *Tabula ludere*. Julianus Antecessor Constitut. 115. cap. 439 : *Neque Episcopus, neque Presbyter, neque alius cujuscunque religiosi consortii vel habitus constitutus Tablizare audeat, vel socius ludentium fieri, vel spectator, etc.* Græca habent *Ταβλιζειν*, Gloss. Græc. Lat. : *Ταβλιζειν Tablizare. Τάβλα, Tabula. Ταβλιζής, Ταβλιζάρχος.* Glossæ MSS. Reg. *Πεσοί, και πεσοί, τὰ βδύλια εν οίς ταβλιζουσι.* Aliæ : *Πέσσοσιν, ταβλιζουσιν.* Thomas Magister pag. 59. edit. Rom. : *Κύβοι λέγονται τὰ ἐργυμένα δεσά οίς χρωόνται οί ταβλιζοντες.* Sic non erat, cur emendaret Meursius. Vide Cujacium ad Novell. Justin. 123. Gloss. Fabrioti ad Cedrenum, et Favorinum in *πεπτεύειν*, et *πεπτός*. Habentur Pauli Silentiarii duo Epigrammata εις *τάβλας*, seu ludum tabulæ lib. 4. Anthol. cap. 32. Epigr. 4. et 5. Vide aliud Agathiae lib. 1. cap. 61. Epigram. 1. quod multis explicat Salmasius ad *Histor. Aug.* pag. 468.

**TABLISTA**, Qui *Tabulis* ludit. Luxurius Poëta, nescio quis, in Epigrammate quodam, cujus lemma est, de *Tablista furioso*, quasi *tesseris imperante* :

Consilibus sceptrum, mensis decus, arma Tablistis.

**TABELLARIUS**, *Qui frequenter ludit cum tabulis*. Jo. de Janua.

¶ 10. **TABULA**, Lex apud Neapolitanos, sic forte primum dicta, quod descripta esset in tabula instar Legis Romanorum in duodecim, vel Legis Mosaicae in duabus tabulis exaratae. Marinus Freccia de Feudis cap. de offic. Admirati maris : *In regno (Neapolitano) non lege Rhodia maritima decernuntur, sed Tabula, quam Amalphitanam vocant, omnes controversiæ, omnes lites, et omnia maris discriminia, ea lege, ea sanctione usque ad hæc tempora (an. circit. 1570.) finiuntur.* [\* *Tabula Prothontina maris*, dicitur in Præfat. Chronic. Amalph. apud Pellicia, *Raccolta di varie croniche, etc.* tom. 5. pag. 143. *Prothontinus*, Dignitas in re navali. major *Conitis*, minor *Viceammirati*, non semel occurrit in Statut. Neapol. ann. 1282. apud Pardessus. Leg. Maritim. tom. 5. pag. 254. *Tabula Amalphitana* edita est nuper in Append. Archiv. *Histor. Ital. num. 8. pag. 259. ann. 1844.*]

¶ 11. **TABULA**, *Mensa*, Ital. *Tavola*, nostris *Table*. Albertinus Mussatus lib. 5. de Gestis Henrici Imp. rubr. 8. apud Murator. tom. 10. col. 408 : *Tabulæque argentea magni ponderis aliisque exentiis donavit.* Occurrit alibi non semel.

¶ 12. **TABULA**, *Mensa*, in qua prostant res venales, *stallam*, *apotheca*. Bulla Adriani IV. PP. ann. 1156. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 198 : *Tertiam partem sextarii, corde, et quintal, tertiam partem omnium Tabularum, salvo in hoc jure canonicorum.* Pactum inter Jacobum Aragoniæ Regem et Berengarium Magalonæ Episc. ann. 1278 : *Cam per compositionem inittam inter prædictum dominum Regem et Episcopum septem Tabulæ macelli*

*fuerint adjudicatae in parte episcopali, etc.* Jura Conitis Biterr. in Civitate Albiensi ann. 1252 : *Habebant in dicto festo (Natalis Domini) in singulis Tabulis mercetiorum unam libram piperis pro pedagio, et in singulis Tabulis sutorum XII. denarios Raimond. et in singulis Tabulis canbiatorum II. solidos Raimond. et in singulis Tabulis carnisficum omnes linguas vuccarum.* Litteræ ann. 1369. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 5. pag. 312 : *Concedimus... in ipsi halis facere Tabulas et antetabulas quatuor brassarum amplitudinis, easque Tabulas et antetabulas locare et arrendare ad tempus aut tempora; prout eis placuerit. Ubi Tabula locum in quo merces servantur; Antetabula mensam, in qua venum exponuntur, designare existimus. Haud satis scio an eadem notione Testamentum Guillelmi Montis-pessulani ann. 1202. male 1211. tom. 9. Spicil. Acher. pag. 162 : *Illud vero quod statui de flocharia et Tabula, et molendino et tincturis, pacato debito R. Carison et Boneti, omnino deleatur in perpetuum.**

¶ 13. **TABULA**, Idem quod alii *Mensa*, *Gallice Mense*, Quicquid ex bouis alicujus est, et ad *Tabulam*, seu *mensam*, ejus instruendam, id est, ad vescendum, et ad cætera vitæ commoda conducit. Chartarium Ecclesiæ Auxitanæ cap. 34 : *Dono Deo et B. Genetrici pagenses, quos dedit mihi et fratribus meis Astanova... ut sint perpetua-liter de mensa clericulorum.* Et cap. 38 : *Post mortem autem Arnaldi Hugonis filii revertatur ad Tabulam B. Mariæ honor seu possessio, de qua ibi. Sic aliquando Tabula dicta est in rebus feodalibus feodum ipsum, seu quicquid ad illud pertinet. Vide *Mensa*.*

¶ Huc spectare videtur Charta ann. 1448. ex Chartul. 23. Corb. : *Le droit de tonnelieu et forage des vins vendus et délivrez en ladite ville se diversifioit selon la qualité de ceulx qui estoient appelés ou réputés estre de la Table de Ganelis, ou de ceulx qui n'estoient pas de ladite Table... Pour ceulx qui ne sont pas de ladite Table du Ganelis que ung sestier de vin de tonnelieu, et ung sestier de vin de forage. Qui de alicujus familia est, de mensa illius esse dicitur. Vide in *Mensa*.*

\* *Dominium*, Gall. *Domaine*, alias *Table*. Libert. Villæ-novæ in Ruthen. ann. 1368. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 396. art. 10 : *Que ladicte ville et toutes ses appartenances demoura perpetuellement au roy et à sa Table.* Reg. 13. Corb. sign. *Habacuc* ad ann. 1509. fol. 4. rº : *Nous ayons par auctorité de seigneurie retenu en nos mains et mis à la Table et domaine de nostre dite église et monastere de Corbye, une maison, lieu et pourpris seunt uudit Corbye.*

¶ 14. **TABULA**, inter vasa ecclesiastica, Sanctorum Reliquiis sæpius ornata. Vita S. Benedicti Anian. num. 37. sæc. 4. Benedict. part. 1. pag. 206 : *Frater Tabulam sacratam, in qua B. Dionysii erant reliquiæ aliorumque Sanctorum plantatæ, missus est ab alia cella ad aliam de ferre; isque secum pergens catulos detulit, Tabulam vero sacratam post aliquos dies non lotis vestibus incautus descre nititur. Ingressus navio prope-rat... sed ut mox terram attingit, equumque ascendens, in quo catulos pertulerat, Tabulam portaturus suscepit, divina hunc ultio*



perculit. Equus quidem eadem hora se in circulo rotando conversus, quousque in terram rueret, Tabula quoque manibus ejus elapsa inuenta suscipitur. Vide Tabellus, Tabulamentum I. et Tabuletus.

¶ 15. **TABULA**, Calculus, Gallice *Balote*. Statuta Montis-regalis Collat. I. cap. 48: *Fabæ seu Tabule cum quibus seu de quibus fient partita, ponantur super uno discho, qui sit coram discho D. Vicarij; et numerentur per syndicum vel judicem seu militem, et quod Tabulæ seu fabæ non habeant vocem nisi sint integræ. Pluries occurrit ibi.*

\* 16. **TABULA**, Societas camporum. Charta Theob. comit. ann. 1229. in Chartul. Campan. fol. 348. vº: *Accipio in conductu meo et protectione mea Matheum et Bernardum de Fuer, Durannum juvenem... campores cives Lugdunenses et omnem Tabulam Duranni de Fuer de Lugduno, cum omnibus illis, qui de dicta Tabula nundinas meas Campaniæ frequentant.*

¶ **TABULA CAMBII**, Mensa argentaria, Gallice *Banque*; *Tabula cambiatoris*, in Charta jam laudata in *Tnbula* 12. *Tabula camparia*, in Litteris Philippi III. Franc. Regis ann. 1277. apud D. Secousse tom. 4. Ordin. pag. 671. art. 8. *Tabula camporis*, in Charta Massil. ann. 1344. ex Schedis D. le Fournier. *Tabulæ nummulariorum*, in Charta Agnetis Comitissæ de Consuetudinibus villæ S. Joannis Angeriæ. ann. circiter 1050. tom. 2. Gall. Christ. novæ edit. col. 468. Hinc

**TABULAM TENERE CAMBII**, dicuntur *Mensarii*, seu *Nummularij*, vel *Campores*: qui inde Græcis τραπεζίται. Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oscæ ann. 1247. fol. 26: *Rex potest monetam, quantamcumque voluerit et sibi placuerit, fabricare, et Tabulam statuere per singulas civitates, ad quam cambiare venire teneantur omnes populi terræ suæ, etc.* Curia generalis Catalanæ, celebrata Hierdæ a Jacobo II. Rege Aragon. ann. 1301. MS: *Item quod aliquis non teneat Tabulam cambii in aliquo loco Catalanæ, nisi prius eam assecuraverit... pro mille marchis argenti... Et qui dictam securitatem sub dicta forma non præstiterint, non audeant tenere in sua Tabula tapits, vel alios pannos, seu storta, immo fustis dictæ Tabulæ sit et esse debeat sine aliqua coopertn, et ille, qui contra fecerit, tanquam falsariæ puniatur. Adde Curiam actam Cervariæ sub Petro III. Rege ann. 1359. Charta Philippi Regis Franc. ann. 1305. in 12. Regesto Chartophylacii Regij. c. 231: *Pour le profit de tout nostre Roiaume et de nos monnoies, nous avons ordené à faire une Table qui sera tenue en 12. ou 14. lieux solempniex en nostre demaine et de nostre Royaume, et que il soit crié que se ce n'est à nos monnoies ou es Changeurs, qui des ores ayent nostre auctorité et nostre consentement de changer et tenir change, nus ne soit si hardis, que or ne argent, qui ne soit monnoiez de nostre coing, qui soit dedans nostre Royaume et en nostre terre, il vende ne achate jusques à tant qu'il ait esté porté à nostre dite Table et mis en escrit par devers nous, etc.* Adde Chartam sequentem, et vide *Salmasium* lib. de Usuris pag. 510. 511. 512.*

\* 17. **TABULA**, Certa panni quantitas,

Gall. *Piece d'étoffe*. Arest. ann. 1359. 23. Dec. in vol. 4. arestor. parlam. Paris.: *Cum Johannes Odonis viginti duas balas pannorum de Louveris, unam Tabulam de camelotis, viginti duos saccos lini de Alexandria ac plures alias merces in et super quodam pauphilo... onerasset, etc.*

\* 18. **TABULA**, Immunitas, privilegium. Charta ann. 1116. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 59: *Insuper statuit, ut nulla injuria vel violencia a se, vel a suis successoribus, vel a suis hominibus inferatur alicui Warstallensium, nec in castro nec in burgo, non in ripa, non in villa. Et Warstallenses de Tabula castelli annualiter solvant unum Ranucinum, pro Tabula burgi denarium unum currentis monetæ. Porro hac Charta conceditur Warstallensibus facultas eligendi consules, qui rempublicam regant.*

\* 19. **TABULA**, Sacrarum Reliquiarum expositio, quæ fit super tabulam. Stat. et Obiit. MSS. eccl. Paris.: *Item in die S. Firmini fit statio in capella S. Martini post Ave Regina. Et in magna missa fit Tabula. Infra: Item in primis vesperis et missa fit Tabula pro toto festo, de fundatione domini Guillelmi Grelier, cancellarii Parisiensis.*

**TABULÆ DICTALES**. Vita S. Wolfgangi Episcopi Ratisb. cap. 18: *Ut autem adulescentes in capiendis scientiæ liberalis votitiis forent agiliores, frequenter voluit Tabulas eorum cernere dictales. Id est, in quibus dictabant, seu componebant.*

**TABULÆ AD EVANGELIA**. Udalricus lib. 1. Consuetud. Cluniac. cap. 12. de Cœna Domini: *Interea vero reconditur dominicum Corpus a Sacerdote retro altare. Ponitur patena aurea, et patena inter scutellas aureas, et adhuc scutellæ inter Tabulas argenteas, quæ factæ sunt ad Textum Evangelij. Id est quibus liber Evangeliorum tegitur. Vide Tabulare, 2.*

¶ **TABULA HORARIA**, Qua horæ pulsantur. Regula Toribij Archiep. Limæ, tom. 4. Concil. Hisp. pag. 677. col. 1: *Præsentis cura erit horarum Tabulam prescribere, juxta quæ præbendarij, sacellani et reliqui Ecclesiæ ministri et alij clerici civitatis assistent, comitabuntur et custodient sanctissimum Sacramentum (feria v. in Cœna Domini.)*

**TABULÆ**, seu **TABELLÆ LEPROSORUM**, quas illi quatiunt, ne ab aliquo tangantur. Vincentius Belvac. lib. 23. cap. 165: *Ante cuius curiam cum Tabellis more talium infirmorum tangeret, etc.*

¶ **TABULA MARIS**. Vide *Tabula portus*.

¶ **TABULA MARMOREA**, Practicis nostris *Table de marbre*, quo nomine donatur triplex jurisdictio: Prima Comitum seu Præfecti stabuli, altera Amiralli seu summi Præfecti rei maritimæ, tertia Protoforesarii seu supremi Præfecti rei saltuariæ et aquariæ. Jure summæ et ultimæ cognitionis judicant in hac triplici jurisdictione, cum judiciis interest unus e Præsidibus supremi Senatus cum certo Senatorum numero. Nomen *Tabulæ marmoreæ* sortitæ sunt hæ jurisdictiones, quod olim ibi lites dirimerent, ubi tabula seu mensa erat marmorea. Vide Notas D. Secousse ad Litteras Caroli Regentis ann. 1359. tom. 3. Ordin. Reg. pag. 347. ubi probat duas

olim in Palatio positas fuisse tabulas marmoreas; unam in area, alteram in aula majori. Vide *Mensa*.

¶ **TABULÆ NUMMULARIORUM**, Mensa, argentaria. Vide supra *Tabulæ Cambii*.

¶ **TABULÆ OSSEÆ**. Vide *Tabula 7*. **TABULA PATRONATUS**. Vetus Interpres Juvenalis Sat. 10. v. 57: *Honorum pagina. Ænea pagina, ante imaginem eorum stans, eorum omnes gradus honorum inscriptos continet: quam nunc dicunt Tabulam patronatus*. Forte quod ejusmodi imagines seu statuæ fere semper a clientibus fierent ac dedicarentur, qui in tabulis æneis subditis patronorum honores ac Magistratus gestos describere solebant, quod docent Inscriptiones veteres.

**TABULA PEREGRINANTIUM**. Vita S. Judoci c. 3. apud Mabillonium: *Quos cum interrogaret quod tenderent cursum, respondentes dixerunt se Romam pergere velle. Quo audito Judocus adhuc Laicus absque ulla dilatione baculum tantum et Tabulam manu arripuens, secutus est eos. Cur autem Tabulam peregrinari secum deferrent, indicat Regula Magistris cap. 57: *Si vero in viam longiorem dirigatur, codiculum modicum cum aliquibus lectionibus de Monasterio secum portet, ut quavis hora in via repauserit, aliquantulum tamen legat: ita tamen si fuerit psalteratus. Si vero non fuerit, Tabulas a Majore superpositas psalmis secum portet, ut ad refectonem prændū, aut ad mansionem cum applicaverit, aliquantulum quantum occurrerit, tamen meditetur, ut quotidie regulæ reddat quod suum est. Ita et frater, qui adhuc literas discit, Tabulas superpositas a Majore de Monasterio secum portet, ut si cum literato vadit, ipse cum se ad refectonem vel mansionem applicaverit, aliquantulum tamen meditetur, ut videatur cotidie consuetam regulam adimplere.**

¶ **TABULA PORTUS**, Mensa publicani seu exactoris vectigalium in portibus maris. Inquesta ann. 1268. ex Archivo Eccl. Massil.: *Episcopus et Ecclesie Massiliensis, ambo, simul ratione jurisdictionis habebant et tenebant ad Tabulam portus, in villa inferiori, duos homines vel unum ad libitum, qui colligerent cum hominibus villæ inferioris, tunc vicecomitalis Massiliæ, redditus sive intratas portus dictæ civitatis. Tabula maris atque portus, in alia Charta Massil. ann. 1379. Rursum in alia ann. 1509. *Tabula maris et rippagij* dicitur.*

**TABULA**, seu **MENSA ROTUNDA**, Decursionis, aut hastiludii species, a certo et definito Militum numero obiri solita, qui, priusquam in arenam descenderent, vel etiam præliis et velitationibus decursis, ad mensam figura orbicularem una cibum capiebant, ne quod discrimen inter nobiles ex sedis prærogativa oriretur, indeque jurgia aut dissidia emergerent. Vetus sane Gallorum institutum: mensis enim circularibus circumsedis, amigerisque, eorum scuta ferentes, a tergo adstitisse ex Athenæo lib. 4. Dipnosoph. recte advertit Camdenus; renovatum vero ab Arthuro Britannicæ Rege prædicant passim scriptores, ita ut *Arturi Tabula rotunda* in ore omnium versetur, eamque esse, quæ muro veteris Castris Vintoniæ, seu Vincestræ, in Anglia, appensa conspicitur, vulgus hominum



existimet, quod jure in dubium vocat idem Camdenus, cum longe recentioris videatur ætatis. Vetus Ceremoniale MS : *Le Roy Arthur d'Angleterre et le Duc de Leucastre ordonnerent et firent la Table Ronde, et les behours, tournois, et joustes, et moultes d'autres choses nobles, et jugemens d'armes, dont ils ordonnerent pour juger Dames et Damoiselles, Roys d'armes et Heraux.* Albericus ann. 1235 : *Multi Flandriæ Barones apud Hesdinum, ubi se exercebant ad Tabulam rotundam, cruce signantur.* Matthæus Paris ann. 1252 : *Milites exercitio militari peritiam suam et strenuitatem experirentur, constituerunt unanimiter, non ut in hastiludii illo, quod communiter et vulgariter Torneamentum dicitur, sed potius in illo ludo militari, qui Mensa Rotunda dicitur, vires suas attentarent.* Vide reliqua in Jocari. Th. Walsingh. in Edw. I. ann. 1280. et Nic. Trivetius ann. 1279 : *Illustris miles Rogerus de Mortuomari apud Kelingworthe ludum militare, quem vocant Rotundum Tabulam, 100. Militum, ac tot Dominarum constituit, ad quam pro armorum exercitio de diversis regnis confluit Militia multa nimis.* Historia Prioratus de Wigmore in Anglia, de eodem Rogero : *Iste Rogerus... primo insignis Militibus sublimatus, centum Milites et tot Dominas ad hastiludia de Kenillworth, expensis suis sumptuosas, per tres dies solemniter ordinata et tenta, qualia in Anglia tam solemnia prius visa non fuerant, secum adduxit et Rotundum Tabulam ibi incæpit, et quarta die Leonem aureum, triumphii signum sibi adjudicatum, dictam comitivam suisque expensis ad Warvik adduxit.* Idem Walsingham. ann. 1344 : *Rex Eduardus fecit convocari artifices ad castrum de Windesore, et cœpit ædificare domum, quæ Rotunda Tabula vocaretur. Habuit autem ejus area a centro ad circumferentiam, per semidiametrum centum pedes, et sic diametrum 200. pedum erat.* Chronica Aulæ Regiæ cap. 7 : *Accesserunt ad Regem quidam juvenes Baronum filii plus levitate quam strenuitate moti dicentes : Domine Rex, per torneamenta et hastiludia... vestra diffundetur gloria... edicite itaque Tabulam Rotundam, Regis Artusii curiam, et gloriam ex hac reportabitis perpetuis temporibus memorandam.* Jo. de Condato MS :

S'en faisoient grands esbanois  
Tables rondes, et tournois.

*Cridar Taula redonda,* apud Raimundum Montanerium in Chron. Reg. Aragon. cap. 179. *Taules redones,* apud eundem cap. 166. et in Chronico Petri Regis Aragon. lib. 2. cap. 10. lib. 3. cap. 23.

Quemadmodum Torneamenta variis Pontificum et Principum Sanctionibus interdicta constat, ita et Mensas Rotundas, seu Monomachias ludieras, quas Justas vocabant, prohibuit Clemens V. PP. quod ex iis nonnunquam cædens, et pericula non mediocria emergerent, quod satis superque testatur Matth. Paris. loco citato, ubi Hernaldum Montaniacum, strenuissimum Militem, a Rogero Lemburio, non sine veteris odii suspitione, in illa Mensa Rotunda, cæsum narrat. Sic autem Clemens in Bulla sua, cujus in voce Torneamentum meminimus : *Quinetiam in faciendis justis prædictis, quæ*

*Tabulæ Rotundæ in aliquibus partibus vulgariter nuncupantur, eadem damna et pericula imminent, quæ in Torneamentis prædictis, idcirco certa causa idem jus statuendum existit.* [\* Complura opuscula de Tabula rotunda, partim edita, partim inedita, recenset Bibliotheca des Romans pag. 174.]

\* TABULA SICCA, Ludus aleatorius, Gall. Breland. Arest. ann. 1371. 29. Nov. in vol. 6. arestor. parlam. Paris. : *Emolumentum ex sicca Tabula seu ludo ad belencum proveniens, ordinavimus converti in solutionem reddituum ad vitam... præfatis rentariis seu reddituariis... debitorum.* Lit. remiss. ann. 1382. in Reg. 121. Chartoph. reg. ch. 309. bis : *Pierre Damaulx excentur de justice, qui avoit pris à cense la secque Table, brellengh et jeu de dces de la ville de Tournay, etc.* Vide Tabula 9.

TABULAM TENERE dicebatur apud Catalanos, Vicarius, seu Judex, qui post exactum officium, eo in loco, ubi illud exercuerat, statis diebus morabatur, quo de se conquerentibus coram alio iudice a Principe delegato responderet. Curia generalis Alphonsi II. Regis Aragon. in Montisone celebrata ann. 1293. MS : *Statuimus, quod officialis scilicet unusquisque teneat Tabulam per 30. dies de anno in annum, et ad introitum assecuret, quod faciat jus conquerentibus, et eo teneat Tabulam, sit suspensus de officio.* Prima curia generalis Barcinonensis Jacobi II. Regis Arag. ann. 1291. MS : *Et ad introitum officialis quod assecuret ipse facere jus conquerentibus, et in fine cum exierit de officio, teneat Tabulam per 30. dies.* Secunda Curia ejusdem Jacobi ann. 1299 : *Quem ad hoc ordinavimus tenere Tabulam per 30. dies, qui incipiat prima die Januarii quolibet anno, secundum quod in Ordinationibus hujus Curie continetur.* Cap. seq. : *Et omnes officiales ditorum officialium... exeant quolibet anno prima die Januarii, et teneant Tabulam per 30. dies, juxta ordinationes curiarum. Et quod nos eligamus de præsentibus et postea quolibet anno prima die Januarii quendam jurisperitum idoneum et sine suspitione in capite cujuslibet Vicariorum vel Bajulariorum, qui faciat inquisitionem contra officiales ipsius Vicarie vel Bajulie. Et procedente inquisitione, aliquis officialis non possit redire, vel uti officio, quousque inquisitio ipsa sit terminata, sine placito et solennitate placiti, et absque figura iudicii, et facta satisfactioe super damnis datis, antequam nos, vel aliquis pro nobis inde aliquid habeamus.* Adde Curiam generalem Ilerdæ celebratam ab eodem Rege ann. 1301. cap. 1. et 2. Curiam celebratam in villa Montisalbi ab Alonso Rege ann. 1333. in qua idem præcipitur pro Notariis, scribanis tenentibus, etc. et Curiam celebratam Cervariæ sub Petro Rege ann. 1359. in qua pro 30. diebus, 50. statuuntur.

\* AD TABELLULAM COMEDERE, Pœnitentiæ genus in monasteriis. Stat. MSS. monial. Congregat. Casalis Bened. cap. 25 : *Pour fautes qui concernent le service divin, ... elles satisfèront par prostrations au cheur devant la communauté, ou mangeront à terre en refectoir au pain et à l'eau, ou seront à la miséricorde, qui est que quant elles seront ainsi à la Tablette au meilleu du refectoir,*

*elles n'auront sinon ce que la supérieure leur envoyera de miséricorde en pitance, oultre le pain et le vin.*

\* TABULACCIUM, Ital. Tavolaccio, Scuti species, parma, clypeus. Stat. antiq. Florent. lib. 3. cap. 156. ex Cod. reg. 4621 : *Quilibet in civitate, burgis et suburgis Florentiæ debeat in suo propria vel conducta apoteca, pro trahendo et capiendo tales malefactores (habere) unam targiam, scutum vel Tabulacium pictum.* Vide Targa.

\* TABULAGIUM, Præstatio pro Tabula, seu jure habendi mensam in foris et nundinis, in qua prostent res venales, idem quod Stallium. Charta ann. 1318. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 441 : *Nundinantes... pro qualibet tabula quam tenebunt, dent pro Tabulago quatuor denarios Turonenses.* Vide Tabula 12. et infra Taulagium.

¶ 1. TABULAMENTUM, Stylobata, Gallis *Pic-d'estal*, olim *Entablement*. Inventarium Ecclesiæ Noviom. MS. ann. 1419 : *Item quædam tabula argentea deaurata, sedens super Tabulamentum esmailatum, in qua tabula sunt plures reliquiæ, clauditurque et aperitur.* Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1376. ex Bibl. Reg. : *Item caput S. Symeonis argenti deaurati in factione hominis antiqui, situatum desuper numm. Entablement Gallice.* Vide supra Tabula 14.

2. TABULAMENTUM, Sepimentum, cancellus, δρῦρακτος. Scholiastes Aristophanis ad equites : *Τὸς δρῦρακτος, τὰ νῦν καλοῦνται καλοῦμεν.* Idem ad Vespas : *Τὰ καλοῦνται τοῦ διακρηρίου. Ταῦλωτον,* seu *Tabularium*, eadem notione dici observat Suidas, in δρῦρακτοι.

1. TABULARE, Tabulas præparare, prosternere, Ugutioni. [*Tabulas parare, prosternere,* Johanni de Janua; *Tabler*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. nostris hodie *Plancheier*, Contabulare, tabulis compingere. Bernenii Chronicon Marienrod. apud Leibnitium tom. 2. Scriptor. Brunsvic. pag. 447 : *Ambitum nostrum superius Tabulavit.* Hac notione *Tabulatus* dixit Plinius lib. 2. Epist. 17. Vide Vossium de Vitiis serm. lib. 4. cap. 27.]

\* 2. TABULARE, Libros tabulis seu asseribus compingere. Stat. synod. eccl. Castr. ann. 1358. part. 2. cap. 2. ex Cod. reg. 1592. A : *Rectores ecclesiarum faciant ligari libros ecclesiarum suarum et Tabulari, qui ligatura indigerint.*

TABULARIA. Charta Rogerii Regis Siciliae ann. M. 6652. pro Ecclesia Panormitana apud Rocchum Pirrum tom. 1. pag. 112. et 147 : *Donamus prædictæ Ecclesiæ .. Tabulariam felcits mris Panormi, eis potestatem concedentes, ut ipse venerabilis Archiepiscopus et successores ejus aunc et in perpetuum habeant licentiam et perpetuum dominationem concedendi eam Clericis prædictæ Ecclesiæ, etc.* Ubi Pirrus *Tabulariam*, facultatem tabellionis instituenti interpretatur. Vide *Tabularii*, 2.

\* *Tabulaire* appellatur apud moniales illa, quæ seriem officialium, per hebdomadam publicis functionibus deputatarum, in tabula describit. Stat. MSS. monial. Congregat. Casalis Bened. cap. 16. quod inscribitur *De la Tabulaire* : *Ordonnons qu'il y aura une sœur députée pour toute l'année pour faire la table du chapitre, en*



laquelle table elle marquera les sœurs qui devront dire les leçons à matines, les versets, les respons, les Alleluia.... Il faudra que la maîtresse des novices lui baille par mémoire les noms des filles qu'elles voudra faire chanter versets, respons ou autre chose à l'église, afin qu'il n'y ait confusion; car la maîtresse en pouvoir instruire aucunes, et la Tabulaire en marquoit d'autres en ladite table. Vide *Tabule officiales*.

**TABULARIA LEX**, Conditio, quæ adhibetur in manumissione per *Tabulas*, seu libertorum *Tabulariorum*. Tradit. Fuldenses lib. 2. trad. 143. ann. 825: *Decernens, ut lege Tabularia unaqueque de vobis per singulos annos duos denarios argenti solvat.*

1. **TABULARII**, Servi per *tabulas*, seu per *instrumenta chartarum* manumissi. Quomodo vero, et quo ritu per *tabulas* manumitterentur servi, refert *Lex Ripuar.* tit. 58. § 1: *Hoc etiam jubemus, ut qualiscumque Francas, Ripuarius, seu Tabularius servum suum pro animæ suæ remedio, seu pro pretio secundum legem Romanam libertate voluerit, et in Ecclesia eorum Presbyteris, Diaconibus, seu cuncto Clero et plebe in manu Episcopi servum cum tabulis tradat, et Episcopus Archidiaconum jubeat, ut ei tabulas secundum Legem Romanam, qua Ecclesia vivit, scribere faciat, et tam ipse, quam omnis procreatio ejus liberi permaneant, et sub tuitione Ecclesiæ consistent, vel omnem reditum status, aut servitium Tabularii eorum Ecclesiæ reddant.* In Capit. Caroli M. lib. 5. cap. 128. [\*\* 199.] et in *Legge Longob.* lib. 3. tit. 5. § 1. [\*\* Carol. M. 12.] ponuntur inter *tributarios Ecclesiarum*, id est, qui censum Ecclesiis debebant, hac conditione manumissi in Ecclesia, et sub onere alicujus servitii. Sed et si absque liberis decederent, *nullum alium nisi Ecclesiam relinquebant heredem*, ut est in eadem *Legge Ripuar.* § 4. § 4. V. *Manumissio*.

2. **TABULARII**, Qui *tabulas publicas* civitatum, et rei vectigalis rationes tractant, ita appellati ex *Legge Valentis Imp.* cum antea *Numerarii* dicerentur, leg. 9. Cod. Th. de Numerar. (8, 1.) Nec multo post *Tabularii* duo in singulis provinciis a Theodosio statuti quorum alter fiscalis arcæ ratiocinia, alter largitionales titulos curaret, leg. 12. eod. tit. et leg. 30. de Susceptorib. (12, 6.) De ejusmodi *Tabulariis* est præterea tit. in Cod. Theod. ubi multa *Jacobus Gothofredus*, et alii. De iis etiam agitur in *Edicto Theoderici Regis* § 126: *Nullus post hæc curialium, sive Tabulariorum, aut susceptorum, in Ecclesia residens picticia delegationis emittat; sed si quem fisco debitorem novit, exponat eum extra Ecclesiam constitutum, etc.* [*Tabularius in tributis*, apud *Sidonium* lib. 4. Epist. 11.]

Eodem *Tabularii* nomine designatus qui res Ecclesiarum administrabat, apud *Gregorium M.* lib. 11. Epist. 49. ad *Joh. Episc. Panorm.*: *Tabularium autem una cum consensu seniorum et cleri memineris ordinandam, qui annis singulis ad amputandam fraudis suspicionem solemniter suas debeat rationes exponere.*

1. **TABULARIUM**, Officina. Concilium *Palentinum* ann. 1388. cap. 5: *Permittimus (Judæis) habere operatoria, tentoria, Tabularia seu boticas, etc.*

\* *Idem quod Schoppa*, Gall. *Echoppe*, alias *Tablier*. *Libert. Petræassis*. ann. 1341. in *Reg.* 74. *Chartoph. reg. ch.* 647: *Item quod omnes habitantes hospitia seu ayria in garlanda seu circuitu plateæ dictæ bastitæ, possint ædificare cohoptas impune et facere Tabularia, et ea conducere cuicumque ad eorum libitum voluntatem.* Occurrit præterea in *Lit.* ann. 1388. tom. 8. *Ordinat. reg. Franc.* pag. 284. art. 6. *Charta* ann. 1474. inter *Probat.* tom. 3. *Hist. Nem.* pag. 325. col. 1: *Certaine cense montant xvij. deniers Tournois, ou environ, à nous deue sur ladite loge ou aucuns petiz Tabliers estans à l'entour d'icelle, esquelz se vendoint aux, oignons et autres herbages; lesquelz petiz Tabliers appartenoient à aucans particuliers de ladite ville.* *Ung Tablier assis en la place de Nismes*, in *Chron. ejusd. urbis ibid.* pag. 3. col. 2. *Lit. remiss.* ann. 1460. ex *Reg.* 190. ch. 57: *Iceilai Peyroton s'en ala à la porte de la maison du suppliant, ... et illeques demoura aucunement en soy sustentant à ung Tablier.* Vide infra *Tabularius* 2.

¶ 2. **TABULARIUM**, f. Ambo, suggestum, tabulatum, vel exedra. *Statutum Capituli B. M. Podiensis* ann. 1386: *Statuimus quod nullus descendat Tabularium, donec presbyter dixerit totam orationem seu complendam Missæ.*

¶ 3. **TABULARIUM**, Locus ubi sedet *Notarius*, et acta ab ipso scripta servantur, *Gallice Etude de Notaire*. *Consuetudines Tolosane MSS.* fol. 34: *Notarii nostri domus communis Tholosæ in suis personaliter non sedent Tabulariis, nec suo officio personaliter deserviunt.* *Vulgare* est hodie eo significatu. *Tablier*, in *Litteris Caroli V.* *Reg. Fr.* ann. 1370. tom. 5. *Ordinat.* pag. 352: *Aucuns de noz genz ou officiers ont tenus et encores tiennent certains Tabliers en la ville de Thoulouse, qui oncques ne furent nis en recette, ne aucune mention n'en est faite ès comptes de la recepte de Thoulouse; lesquelz Tabliers ils ont baillé à ferme, et en ont receut et receivoient tres grans émolumens.*

\* *Tablier*, eadem acceptione, in *Lit. remiss.* ann. 1454. ex *Reg.* 187. *Chartoph. reg. ch.* 222: *Les supplians commencerent à s'en partir d'illec pour eulx en aler en ung Tablier ou ouvrour d'escription, ... où avoient acoustumé écrire et exercer fait de pratique.* Pro officio *notarii*, ut et vox *Gallica Tablier*, usurpatur. *Charta* ann. 1316. in *Reg.* 54. fol. 23. rº: *Item Stephano de Cossaco clerico concessit Tabularium seu officium tabellionatus.* *Lit. Phil. VI.* ann. 1331. tom. 2. *Ordinat. reg. Franc.* pag. 66: *Comme nous..... aions voulu et ordéné que touz les seaus, escriptures et Tabliers de nostre royaume, tant de faiz de contraus, comme d'esploitz de justice, ... soient mis en nostre main et retenuz à nostre demaine, etc.*

¶ 4. **TABULARIUM**, Numerus redituum in *tabula scriptus*, in *Glossulis* apud *Maillon.* tom. 2. *Operum posthum.* pag. 23.

¶ 5. **TABULARIUM**, λογιστήριον, in *Glossis Latino-Gr.* Locus vel schola ratiocinatorum.

¶ 6. **TABULARIUM**, *Tablier*, in *Glossis Lat.* *Gall. Sangerm. Tabularium ad ludum tabularum*, in *Constitut. Frederici Regis*

*Siciliæ* cap. 81. *Tabularium de ebore*, in *Computo* ann. 1333. et seqq. tom. 2. *Hist. Dalphin.* pag. 277. vel *Tabulerium*, ut habetur in *MS. Cl. V. Lancelot.* Haud scio an eadem notione legitur in *Inventario* ann. 1379. inter *Schedas ejusd.*: *Item tres alie tabule de sape cum quatuor Tabulariis.* *Tabulæ fulcrum* intelligi potest; nisi idem sit quod mox *Tabularius*. Vide *Tabulatum* 2.

\* 7. **TABULARIUM**, *Conventus*, ut videtur; forte a loco ubi habebatur, *Tabulario* scilicet forensi, sic nuncupatus. Vidimus parig. de villa *Montisfalc.* in *Vallavia* ann. 1405. ex *Reg.* 161. *Chartoph. reg. ch.* 104: *Apud Montenfalconem in Tabulario extraordinario curiæ regiæ ipsius loci, et coram venerabili et discreto viro magistro Johanne Alierii de Tensano, clerico honoris domini nostri regis, etc.*

\* 8. **TABULARIUM**, *Stabulum*, *Gall. Etable.* *Libert. de Gleolla* ann. 1350. in *Reg.* 81. *Chartoph. reg. ch.* 124: *Dicti consules..... habeant potestatem cognoscendi de viis publicis, ..... ædificiis et Tabulariis bestaliis.*

¶ **TABULARIUM CERÆ**, *Massa* ut conjecto, *cera*, *Gall. Pain de cire.* *Historia Monast. Beccensis MS.* pag. 572. num. 17: *Sed etiam dimidium Tabularium ceræ, quod monachi Beccenses de Longolio reddebant illi annuatim de recognitione decimæ.* *Supra Tabula ceræ.* Vide *Tabula* 6. et *Talentum* 1.

¶ 1. **TABULARIUS**, *Tabula* qua ferunt cibos in refectoriis monachorum, quibusdam *Taulier*, aliis *Tablette.* *Inventarium* ann. 1341. ex *Archivo S. Victoris Massil.*: *Unam tinam, 2. mensas et 4. Tabularios, item 1. inbucum, etc.* Vide *Tabularii*.

\* 2. **TABULARIUS**, *Idem* quod supra *Tabularium* 1. *Stat.* ann. 1270. inter *Probat.* tom. 1. *Hist. Nem.* pag. 93. col. 2: *Constituti per curiam domini regis ad taxandum et reformandum tabulas minus ampliatas et Tabularios hominum hujus civitatis existentes in frontieris ipsorum hominum; ... voluerunt quod quilibet possit habere et tenere in frontieria sua.... Tabularium fustem trium palmorum in latitudine, et in altitudine palmorum duorum et dimidii.* *Pluries ibi.*

\* 3. **TABULARIUS**, *Inscript.* vet. *Joan. Vignol.* pag. 302: *DIIS MANIB. M. TREBELLIO ARGOLICO TABULARIO VIATORUM QUESTORIORUM AB ÆRARIO, etc.* Ubi *Vignolius*: *Qui tabulas expensarum conficiebat, dum Quæstores iter facerent.* Vide *Tabularii* 2.

\* 4. **TABULARIUS**, *Notarius*, *scriba.* Vide supra *Tabellio*.

¶ **TABULATA**, f. *Ædicula tabulis* compacta, vel in qua plures sunt tabulæ usibus rusticæ domus destinatæ. *Testamentum* ann. 15. *Pippini Regis*, tom. 2. *Annal. Benedict.* pag. 708: *Circa curtem stabulum, Tabulata, torbaces vel alia hospitalia, vel cellaria, et quidquid ad ipsam curtem pertinet.... Item ad Vicum curtem meam cum Tabulata, cum bareca, cum omnibus quæ ad ipsam curtem pertinent.* *Pluries* occurrit *ibi.*

\* *Idem* potius quod supra *Tabularium* 8. 1. **TABULATUM**, *Quævis tabula.* *Valerianus Cemeliensis Homil.* 20: *Requiramus, cujus sit vitium, quod tenui Tabulato*



hominis vita committitur, et dubiis casibus incerta tentantur, [Codex Theod. lib. 11. tit. 16. leg. 15 : *Materiam, lignum atque Tabulata exceptorum virorum patrimonia non prebeant. Et leg. 18. eod. tit. : Non conferendis Tabulatis obnoxia, non lignis, indultam quoque materiem sub eadem exceptione numerabit. Materiam trabes, Lignum, unde hastilia fiunt et sagittæ, Tabulata, tabulas seu asseres interpretatur Gothofredus.]*

2. **TABULATUM**, Abacus, alveolus, seu tabula lusoria. Saxo Grammaticus lib. 14 : *Calculator ludum poposcit, gloriatus se ejus apprimere peritum.... sed cum Tabulata non suppetent, ne lusui quidem vacatum est.* [Vide *Tabularium* 6.]

\* 3. **TABULATUM**, Idem fortassis quod *Tabula* 3. Orbiculus, clavus, in vestibus; nisi sit pro Effigies, imago. Acta S. Etheld. tom. 4. Jun. pag. 529. col. 2 : *Insignem quoque purpuram, aurifriso undique circum, fecit; et per partes, auro et gemmis pretiosis mirifico opere, velut Tabulatis, adornavit.*

**TABULATUM MURORUM**, nostris *Entablement*. Charta Philippi Pulchri Regis Franc. ann. 1299. pro Pariagio oppidi Sarlatensis in Regesto ejusdem Regis ex *Tabulario* Regio n. 6 : *Poterunt.... juxta muros ville predictæ domos ipsas jam factas, vel inchoptas, vel faciendos extollere, et altas facere usque ad Tabulatum dictorum murorum, et non ultra.* Vide in *Materia*.

\* Alias *Entablissement*. Charta ann. 1334. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 1461 : *Jehan Cornu abati les Entablissements des murs le roy, et en pava ses viviers et fossés. Parietis corona, supercilium, muri fastigium, vulgo Chaperon.*

1. **TABULATUS**, Instar tabulæ planus. Vita S. Aidoni Episc. Fern. in Hibernia num. 15 : *Vir quidam in Britannia Tabulatam habens faciem, id est, sine oculis et naribus ex utero natus, etc.* [Eadem fere occurrunt in Vita S. Chartaci Episc. tom. 3. Maii pag. 381. num. 16.]

† 2. **TABULATUS LAPIDEUS**, Pavimentum. Andreas Floriac. in Vita MS. S. Gauzlini Archiep. Bituric. lib. 1 : *Novum vicum etiam lapideo Tabulatu fabricavit ecclesiam. Hinc*

† **TABULATUS**, pro Pavimento stratus. Chronicon Romualdi II. Archiep. Salern. tom. 7. Murator. col. 194 : *Panormi palatium satis pulchrum jussit edificari, in quo fecit capellam miro lapide Tabulatam. Italis Tavolato proprie est tabulis seu axibus structus, nostris Plancheié.*

† **TABULERIA**, f. Linearis adumbratio rei alicujus faciendæ in tabulis descripta, Gallis *Dessein*. Statuta Montis-regalis pag. 251 : *Item statutum est, quod eligantur sex homines, qui faciant Tabulerias ad divisionem dictæ aquæ et secundum quod divisa fuerit, valeant et teneat.*

† 1. **TABULERIUM**, Speculum, ut videtur, Gall. *Miroir*. Chronicon Estense ad ann. 1345. apud Murator. tom. 15. col. 424 : *Præsentari fecit Delphino tres destreros coopertos scarlato et uxori ejus unum Tabulerium argenti aurati et crystalli.*

† 2. **TABULERIUM**, Umbella, seu Um-

braculum, ni fallor, Gall. *Ecran*. Computus ann. 1333. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 282 : *Item pro tabulis ad faciendum unum duacatorium pro domina Dalphina et duo Tabulera ad opponendum igni cum pedibus et clavis necessariis ibidem, XLVIII. sol.*

† **TABULETA**. Vide *Tabula* 2.

† **TABULETUS**, Tabellula, eadem notione qua *Tabula* 14. Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1376. ex Bibl. Reg. : *Item quidam Tabuleti argenti deaurati claudentes et firmantes cum cherneris ornati de minuta perrieria et de perlis.* Inventar. aliud Gallicum : *Item uns Tableaux d'argent doré fermans à charnières, ou il y a plusieurs reliques, aornée de menue prierrerie et de pelles.*

**TABULINUM**. Vide Hyginum de Castrametatione pag. 3. 11. [et Apuleium in Floridis cap. 22]

† **TABULLERIUS**, Tabula lusoria, Ital. *Tavoliere*, Gall. *Tablier, Echiquier*. Statuta Civitatis Astæ cap. 1. de ludo taxillorum : *Qui dictos taxillos vel raianetas vel Tabullerios præstant, etc.* Vide supra in *Tabularium* 6.

† **TABULUM**, ἱξπίον, in Glossis Lat. Gr. *Tabula, Tabulatium*. Glossæ Græc. Lat. : ἱξπίον, *Tabulum, Tignus*. Statuta Vercell. lib. 3. fol. 55. verso : *Et quod totam pecuniam quam recipiet pro Communi sibi dari faciet ad dictum Tabulum, et totum id, quod solvet, solvere debeat super ipsum Tabulum in eadem pecunia, quam recipiet.* Hic mensam intelligit, seu abacum nummulariorum; mensam vero sarcinatoris in Statutis Astens. Collat. 7. cap. 5 : *Et hoc faciant (sartores) antequam incidant (pannum) ad Tabulum suum vel alibi.* [\* *Hæc ultima notione nostris alias Taulier et Estaulie, nunc Etabli. Lit. remiss. ann. 1415. in Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 54 : Le suppliant consturrier du lieu de Meset.... qui estoit sur son Taulier ou Estaulie, etc.*]

\* 1. **TABULUS**, Stylobata, Gall. *Pié-d'estal*. Testam. Guill. de Meled. archiep. Senon. ann. 1376. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 338 : *Item corpus Tabulorum, super quos dicta crux infixæ existit, et plures reliquæ plurimorum sanctorum in eisdem, et sunt armatizati circumquaque ad arma nostra.* Vide *Tabulamentum* 1.

\* 2. **TABULUS**, Mensa nummulariorum, Ital. *Tavola*. Stat. Ast. collat. 2. cap. 3. pag. 12. vº : *Potestas Asten. pro se et iudicibus, militibusque et aliis de familia sua teneator ponere ad unum Tabulum boni camporis de suo feudo libras cc. Asten.... quæ... remaneant in deposito penes dictum cambiatorum seu Tabulum pro satisfaciendo communi.* Vide *Tabulum*.

**TABUR**, **THABUR**, Tympanum bellicum notissimum, vulgo *Tambour*, olim *Tabour*, vel *Tabur*, aut *Tabor*, ex Arabico *Al-Tambur* : nam Saracenorum primitus fuit, uti pluribus docuimus ad *Joinvillam* pag. 61. Vide præterea Leonem in *Tactic.* cap. 18. § 110. 142. cap. 20. § 76. [\* *Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4129 : Tympanum, Tabur.*] Radulfus de Diceto ann. 1191 : *Juxta sonum illius instrumenti, quod Ripatoribus vocatur Tabur, subito cercella quaedam alarum remigio perniciter evolavit.* Ubi Matthæus Paris habet *Thabur*.

[*Mittinus vobis unum Tabur*, in *Chronico Danduli* apud Muratorum tom. 12. col. 513.]

**TAMBURES**. Epistola Arnoldi Archiep. Narbon. de Victoria relata contra Mauros Hisp. ann. 1212. apud Ughellum tom. 1. part. 1. pag. 190 : *Personantibus igitur valide instrumentis Maurorum, que Hispani appellant Tambures, figurat gressus Saraceni, etc.*

**TABURCIUM**, **TABURCIUM**. Henricus Huntindon. lib. 7. *Histor.* : *Equi nanque insolitum non ferentes clamorem, et buccinarum clangorem, et ictus Taburcorum, calcariibus non obtemperabant.* Ubi Matth. Paris ann. 1097. habet *Taburciurum*.

† **TAMBORINUM**. *Annales Mediolan.* ad ann. 1381. apud Murator. tom. 16. col. 795 : *Conduci fecit publice quemdam fratrem Ordinis Minorum per civitatem Mediolani cum Tamborino præcedente.*

† **TAMBURIUM**. Memoriale Potestatum Regiens. ad ann. 1218. apud Murator. tom. 8. col. 1098 : *Saraceni in civitate cum cimbalis, tubis, Tamburis et vocibus exultantes laudabant Deum eorum.* Vide *Glossar. med. Græcit. Append. col. 81. voce Θαυρούριον.*

† **TAMBURRUM**. Castelli Chronicon Bergom. ad ann. 1399. apud Murator. tom. 16. col. 917 : *Conducta fuit ad lupanar seu ad bordellum cum Tamburris et barteris dicti domini Potestatis.*

**TAMBURLUM**. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 22 : *Qui sciunt nacharas pulsare, tympana, et Tamburla.* Le Roman du Renurd MS :

Li avoit pendu un bacio,  
Dont on fait aux annes paor  
Nul parestoit les li Tabor.

[Le Roman de *chastie Musart* MS :

Qui velt en la marie  
Faire Tabor soner, etc.]

[Le Roman d'*Aubery* MS :

Sonnent cil cor, et mains Tabour noisa.

Le Roman de *Kanor* MS :

Oist eors et araines sonner,  
Taburs et timbres tentir et freseler.

Le Roman d'*Alixandres* MS :

Ces meouiaus sooner, et ces Tabours tentir.

Qua vero ratione pulsarentur aut percute-rentur ejusmodi a Saracenis *Tamburla*, docet Anctor MS. *Hist. Excidii Acconis* ann. 1291. ubi de Saracenis : *Voces emittent terribiles, ut moris est eorum, maximeque percutientes tympana cum baculis retortis ad terrendum inimicos.*

\* **TABUSSARE**, ut supra *Tabollare*, Strepitum facere crebris ictibus aliquid percutiendo, nostris alias *Tabuster*. Lit. remiss. ann. 1383. in Reg. 124. Chartoph. reg. ch. 124 : *Pervenit quod Ymbertus de Bliez archidiaconus Belsie in ecclesia Aurelianensi.... ludendo ad pilam in suburbis civitatis Aurelianensis in vico S. Aniani, ad portam domus Margote la Fromentine venit et ad eam fortiter Tabussavit, fortiter proclamando et ipsam domum intravit.* Aliæ ann. 1410. in Reg. 165. ch. 126 : *Celui qui ainsi Tabustoit laditte cloche, etc.* Occurrit apud Rabelais. tom. 1. pag. 35.



Hinc *Tabuter* a *Tabust*, Rixa, jurgium. Lit. remiss. ann. 1478. in Reg. 205. ch. 17 : *Lesquelz compaignons se Tabutoient fort ensemble, à l'occasion duquel Tabust, etc.* Alia ann. 1457. in Reg. 187. ch. 174 : *Le suppliant dit à son nepveu, je vous prie qu'il n'y ait point de noise ne de Tabust.* De quo vis strepitu *Tabut* dixerunt nostri. Lit. remiss. ann. 1400. in Reg. 155. ch. 169 : *Sans qu'icellui Simon veist cheoir ledit Jehau, ne le oy crier, pour ce que ladite charrete estoit couverte et pour le grant Tabut d'icelle.* Vide *Tabustellus*.

† **TABUSTELLUS**, Certa campanæ pulsatio, ac fortassis illa qua altero duntaxat latere pulsatur, Gall. *Tintement*. Statuta MSS. Ecel. Lngdun. : *Clerici de terra ad Matutinas sive ad omnes alias Horas diei conveniant simul in unum locum eisdem preparatum, scilicet in capella B. Photini, dum Tabustellus sonat, vel retornus cujuscumque Horæ, vel classus in festivis diebus.*

† 1. **TAC**, Idem, ut puto, quod *Taxa*, Impositio, Angl. *Tax*, Gall. *Taxe*. Formulæ Anglican. Th. *Madox* pag. 188 : *Ego Willelmus Patric. dedi... Ormo filio Willelmi, pro humagio et servitio suo.... masuagium... liberum et quietum de Tac et de tol et de stallagio.* Vide *Tacus* et *Theam*.

† 2. **TAC**, Morbi genus seu febris pestifera qua ceu repentino ictu (unde nomen) Parisienses percutiebantur sub ann. 1411. vel 1414. Miracula MSS. Urbani V. PP. ex *Tabul. S. Victoris* Massil. : *Graviter patienti infirmitatem pestilentialem et habens per totum corpus suum lo Tac, quod signum dicebatur esse mortale.* Pluries occurrit ibidem. Chron. vet. Gallicum : *En Mars audit an (1414.) commença à Paris une maladie populaire qu'on nomoit le Tac ou le Horion, qui dura trois semaines ou plus, et plus de cent mille personnes en furent atteinte, mais nul n'en mourit.*

\* Lit. remiss. ann. 1415. in Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 324 : *Dictus Jacobus vulneratus, bocio carbunculo et quodam alio morbo, le Tac nuncupato, tactus fuit.*

† **TACCA**, Patera, Gall. *Tasse*, Ital. *Tazza*. Litteræ ann. 1429 : *Vasa aurea et argentea, sicut sunt Taccæ, etc.* Forte legendum est ut mox *Tacea*.

\* **TACCULINUM**, Ital. *Taccolino*, Acad. Crusc. : *Spezie di panno rosso, e grossolano.* *Coperte Taccolini*, in Invent. ann. 1230. apud Cl. V. Garamp. in Dissert. 7. ad Hist. B. Chiara pag. 231. Vide *Tacolinum*.

**TACCUNATUS**. Cæsarius Heisterbachensis lib. 2. cap. 20 : *Calceos sibi novos, et bene Taccunatos fieri petivit.* Alii codd. habent *Taccinatos*. [Ital. *Taccinare* est Calceos reficere, resarcire. Vide *Tacones*.]

**TACEA**, Patera, crater, nostris *Tasse*. Occurrit in Consultatione post Observantias Regni Aragon. pag. 43. v. [in Instrumentis Gall. Christ. novæ edit. tom. 1. pag. 70. col. 2. in Libro nigro Scaccarii pag. 673. etc.]

† **TACELLUS**, Idem quod infra *Tasellus*. Testamentum Guigonis Episc. Casin. ann. 1345. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1458 : *Insuper volo et mando, dispo et ordino cappam cum historiis et imaginibus et Tacello argenti munitam et completam.*

† **TACETA**, Crater, patera, Gall. *Tasse*, Hispan. *Taca*. Leges Palatinæ Jacobi II. Regis Majoric. tom. 3. SS. Junii pag. LIX : *In Tacetis non tamen deauratis bibant.* Vide *Tacea*.

† 1. **TACHA**, Agri limes, signum finium, forte a Germanico *Teeken*, Signum, ut habet Vossius lib. 2. de Vitiis serm. cap. 18.

† 2. **TACHA**, Macula, labes, Gall. *Tache*. Statuta Massil. lib. 1. cap. 36. § 1 : *Tachæ et malefacturæ et alia vitia et corruptiones ipsorum pannorum, etc.*

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Taca, Prov. macula.*

† **TACHA CORIORUM** uni bolo census obnoxia dicitur in Privilegio Leduini Abb. ann. 1036. e Chartulario V. S. Vedasti Atrebat. pag. 243. Vide *Tachia coriorum* et *Tacra*.

\* 3. **TACHA**, idem quod *Tasca* 2. Præstatio agraria. Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 287 : *Anno Domini 1360. die 26. Sept. acquisivit dictum capitulum (Narbonense) a Petro Conilhi omnia jura sibi competentia in et super quodam cavalherio, sito in termino de Laurano, necnon Tachas bladi et vini, et alia jura, quæ habebat ratione dicti cavalherii.*

\* 4. **TACHA**, Instrumentum piscationi aptum, Gall. *Tache*, nisi forte legendum sit *Cache*. Charta Phil. Pulc. ann. 1289. inter Consuet. Genovef. MSS. fol. 35. v<sup>o</sup> : *La berroiche, nasse pelée, nasson espés, la Tache, de quibus piscari imperpetuum prohibemus.*

\* 5. **TACHA**, Incerta mihi notione, nisi forsitan sit pro *Corium*. Vide infra *Tachia*, 3. Charta ann. 1345. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 201 : *Ramundus Arquerii, athilator Tolosæ domini nostri Franciæ regis, recognoscere habuisse... pro iij. umis de Tachis, xij. pavesis, etc.*

† **TACHARENTIA TERRA**, Ager obnoxius *tascæ* seu præstationi, quam vulgo *Champart* appellamus. Codex censuialis Humberti de Villars domini de Chatelard in agro Dombensi ann. 1391 : *Tenet terram Tacharentiam ad decimam tachiam.* Vide in *Tasca* 2.

\* **TACHARIA**, Ludus aleatorius, locus ubi alea vacatur, Gall. *Académie de jeu*. Avenion. ann. 1243. cap. 77. ex Cod. reg. 4659 : *Statuimus ne aliquis in tabernariis, vel Tachariis, vel lupanaribus,.... postquam campana nocte pulsata fuerit, ludum audeat exercere* [\* F. *Tricharia*. Vide in *Tricare* et *Taberena*.]

\* **TACHETUS**, Clavi species, Hisp. *Tachon*. Comput. ann. 1356. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 172. col. 2 : *Solvit à na Stivana, pro quingentis Tachetis emptis ab eadem, necessariis lectis factis, etc.*

† 1. **TACHIA**, Præstatio agraria, vulgo *Champart*. Vide in *Tasca* 2.

† 2. **TACHIA**, f. pro *Cachia*, Ambitus, septum : nam solebant mœnia eratibus munire, ne ab arietibus, vel missilibus lapidibus læderentur; atqui de turre *hurdanda* hic agitur. Vide *Hurdicium*. Computus ann. 1202. apud D. Brussel tom. 2. de Feudorum usu pag. CLXXVIII : *Pro Tachia turris hardenda et plumbanda, et pro alijs Tachiis, quas fecit apud Dunum, III<sup>o</sup>. l. Ibid. pag. CCVII : Pro Tachiis Gor-*

*naci, quas Rex tradidit, quando Rex fuit ibi, XLV. libr.*

† 3. **TACHIA**, Idem quod paulo post *Tacra*, Coria decem. Tabularium Compendii de foragijs et ripagijs : *Infra predictos terminos... de millenario alexium et makerellorum et plumbi, et de Tachia coriorum... redduntur II. denarii.* Vide *Tacha coriorum*.

\* Nostris *Tache* et Picardis *Taque*, eadem notione. Stat. ann. 1372. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 121. art. 16 : *Que nulz tanneurs ne puisse acheter aucunes Taches de cuirs, ne de peaulx, etc.* Pedag. de Cippi ex Chartul. 21. Corb. fol. 345. v<sup>o</sup> : *Chacune Taque de cuirs, dix cuirs pour le Taque, iij. den.* Vide mox *Tachra*.

† **TACHIABILIS**, **TACHIBILIS**, Obnoxius *tascæ* seu præstationi agrariae. Vide *Tasca* 2.

\* Nostris etiam *Tachible*. Charta admort. ann. 1412. in Reg. 166. Chartoph. reg. ch. 272 : *Item tient plus ledit tenement... une terre Tachible, ou à quart, contenant six metres de terre ou environ.* Infra pluries *Tachible*. Vide supra *Tacha* 3.

\* **TACHRA**, ut supra *Tachia* 3. Consuet. antiq. Bitur. ex Chartul. S. Sulpit. fol. 61. v<sup>o</sup>. *Si burgenses cordoennum, capinus et Tachras a foris ad vendendum attulerint reddere debent... de Tachra duos denarios.* Redit. comitat. Hannon. ann. 1265. ex Cam. Comput. Insul. : *Tacre de quir mise en nef doit deux deniers.* Vide *Tacra*.

† **TACIA**, Idem quod *Tacea*, Patera, crater, Gall. *Tasse*, Ital. *Tazza*. Joh. Demussis Chronicon Placent. apud Murator. tom. 16. col. 583 : *Utuntur Taciis, cugiariis et forcellis argenti, et utuntur scudellis et scudellinis de petra, et curtellis magnis a tabula et bronzinis, etc.*

\* **TACIDA**, Exactionis species. Charta ann. 1331. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 527 : *Quod exactiones, quæ vulgariter appellantur in eadem (villa Montispessulani) las meliors, las Tacidas e las beassas, amodo cessare deberent.*

† **TACITURIRE**, *Silentium appetere*, Laurentio in Amalthea. Sidonius lib. 8. Epist. 16 : *Unde cognosce, quod etsi tacere necdum capimus, certe Taciturire jam delibavimus.*

\* *Taiser* alias in usu pro hodierno *Taire*. Lit. remiss. ann. 1473. in Reg. 194. Chartoph. reg. ch. 365 : *Icellui Dumont ne se voulat à tant Taiser.* Unde *Taisible*, pro *Tacitus*, non expressus, et *Taisiblement*. *Tacite*, vulgo *Tacitement*. Charta ann. 1302. in Lib. rub. Can. Comput. Paris. fol. 194. r<sup>o</sup>. col. 2 : *Et toute l'action réelle et personnelle, mixte, directe, Taisible, expresse et toute autre.* Alia ann. 1341. in Reg. 73. ch. 176 : *Taisiblement ou expressement.* Occurrit præterea in Lit. ann. 1337. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 65. *Teument*, eodem sensu, in Lit. ann. 1374. tom. 6. earnmd. Ordinat. pag. 48.

\* **TACITURNITAS**, pro eo quod taceri debet, nec nominari quidem, in Versione 70. Cantici Cantico. cap. 4. v. 1 : *Extra Taciturnitatem tuam, ἐκτός τῆς σιωπῆσεώς σου.* S. Hier. in Isaiam cap. 47. v. 2. refert Symmachi interpretationem, qui veritit κατὰ πλῆρη hujus loci σιωπήσῃ σου, Hiero-



nimo *Taciturnitatem tuam*, quod taceri debeat præ verecundia. Hæc ex animadv. D. Falconet.

† **TACITUS**, Cui ita factum est satis, ut nihil sit de quo loquatur aut queratur. Charta ann. 1343. ex Archivo S. Victoris Massil. : *Pro qua Capitulum et Conventus dicti monasterii se habuerunt pro Tacitis et bene contentis*. Alibi : *pro pacatis et contentis*.

\* **TACLA**, Gall. *Tacle*, Sagitta, telum, Colgravio, Borello, aliisque : verum inter arma ad tegendum, ut clypeus, recensenda videtur ex Guill. Guiart. ad ann. 1298 :

Mes hauberjons et cervelieres,  
Gantelés, Tacles et gorgieres,  
Qui entre les cops retentissent,  
Les armes de mort garantissent.

Idem ad ann. 1301 :

Tacles, hauberjons et cointises.

Rursus ad ann. 1302 :

Targes feadent, Tacles resonnent.

Vide *Talavacium*.

**TACOLINUM**, Italicum *Tacolino*, Genus densioris panni, diversicolori filo contexti. Occurrit in Vita B. Margaritæ de Cortona n. 207 : *Una duntaxat de Tacolino induta tunica*.

† **TACONES**. Privilegium Leduini Abb. ann. 1036. e Chartulario V. S. Vedasti Atrebat. pag. 243 : *Stallus sutoris vacæe in mense i. den. Stallus Tacones vendentis i. den. Tacon*, teste Nicotto, *Gallis est minor salmo*; sed nihil ad hunc locum, ubi *Tacones* vestes interpolas intelligo, præsertim ex sequenti *Taconatus*. Etiamnum in quibusdam Gallo-Flandriæ locis *Tacon* dicitur assutum vesti resarcitæ segmentum.

\* Vide supra *Supplantarium*.

† **TACONATUS**, de vestibus resarcitis dicitur in Charta Præpositi S. Audomari ann. 1227. e Tabulario ejusdem Ecclesiæ : *Incedant autem Canonici honeste, tonsura rotunda, gestu et habitu honesto, videlicet superpellicio et cappa honesta, non Taconata seu petiata, sed integra, ut in superpellicio honesto similiter, non Taconato seu repetiato, sed integro*. Vide *Tacconatus*.

\* **TACOUIN**, Arabice, Productio, a verbo *Cavana*, Producere, in Animadv. D. Falconet.

**TACRA**, [Coria decem,] Idem quod *Dacra*, de qua voce, supra. Regestum Castrî Lidi in Andib. fol. 31. ubi de Pedagiis et Consuetudinibus : *Tacra coriorum 2. den. Millenarius de harenc. i. denar. Centum ob. etc.* Occurrit ibidem alio loco.

☞ Hinc emendare licet Privilegia Pontis-Ursonis tom. 4. Ordinat. Reg. Fr. pag. 641. num. 42 : *De unaquaque Tacra coriorum duos denarios, tanquam de transitu; et de Tarra tanata, quatuor denarios*. Pro *Cacra* et *Tarra* legendum indubie est *Tacra*. Sic etiam forte legendum in Charta ann. 1409. tom. 8. Rymeri pag. 576. col. 2 : *Quinque albos (vectigales) pro quacumque Tarqua coriorum*. Statuta Scabinorum Maceriarum ad Mosam MSS : *Le coussin doit 11. den. le Tacre de cuir doit 11. d. le plisson de vaires doit 11. den.* Vide *Tachia coriorum*.

† **TACSUS**, Melis, Gall. *Taisson*, species felis silvestris, cuius pelles sunt in usu. Vide supra *Melota* et *Taxus*.

**TACTARE**, Confirmare, in Fleta lib. 2. cap. 61. § 22. [Vide *Tangere chartam*.]

† **TACTE**, Πάχος, in Glossis Lat. Gr. et Græc. Lat. Vulcanius suspicatur legendum esse, *Tecte*, πάχος, Omnino male.

\* **TACTITUS**, pro Tacitus. Charta Petri Adriens. episc. ann. 1016. tom. 2. Cod. Ital. diplom. col. 1949 : *Cunctam transactæ prædæ querimoniam definivimus, et inde Tacitus cunctis diebus vitæ esse promitto*. Alia ann. 1116. ibid. tom. 4. col. 1538 : *Et inde Tacitus cunctis diebus vitæ mee esse promitto*.

**TACTUM**, *Pavidum, vel nigrum*, in Glossario Longobard. S. Germani Paris. ex Glossis.

\* **TACUNUM**, inscribitur Opus quoddam medicum, quod commentarius illustravit Magister Dudo, in Bibl. Sorbonæ sign. 781. Acad. Crusc. *Taccuino, Nome di Libro simile all' almanacco, o lunario*.

† **TACULA**, Species cornicis, Ital. *Taccola*. Chronicon Modoetiæ apud Murator. tom. 12. col. 1135 : *Visa est in aere supra dictum pratam maxima multitudo et innumerabilis avium, quæ dicuntur Tacule*.

† **TACUS**, Idem, ut puto, quod *Taxa*, Impositio, Gallicæ *Taxe*. Charta Caroli Simplifici ann. 916. apud Baluz. tom. 2. Capitul. col. 1529 : *Nolumus præterea, ut ab ipsis vel ab eorum hominibus aliquid telonei, neque pascuaticum, nec manstones, Tacos aut aliquas redibitiones exigatur*.

† **TÆDIABILITER**, Molestè. *Tædiabiliter urgeri a creditoribus*, in Chronico Senon. apud D. Calmet. in Probat. Hist. Lotharing. tom. 2. col. 42.

**TÆDIARE**, Tædio affici. Glossæ antiquæ MSS : *Tædet, tædiatur. Tædiatur, tædio afficitur*. Glossæ MSS. Salsasii : *Tædio, ἀθυμῶ*. [Glossæ Lat. Gall. Sangerman. MSS : *Tædiari, Ennuyer on estre ennuyez*.] Lampridius in Alexand. Severo : *Neque unquam Tædiavit, aut morosus aut iratus resedit, fronte semper pari, et lætus ad omnia*. Vegetius de Re veterin. lib. 3. cap. 2 : *Inter exordia igitur Tædiant bovi adversus omnes morbos potio ista succurrerit* [Epistola 2. Synodi Arlat. ad Silvestrum PP : *Tædians (Constantinus) jussit omnes ad suas sedes redire. Tædiare ad vincula*, apud S. Ambrosium tom. 2. col. 1099. num. 10. Vide *Tædiuum*.]

† **TÆDIOLUM**, *Parvum tædium*, Johanni de Janua; *Petit ennuy*, in Glossis Lat. Gall. Sangerm.

\* **TÆDIOSUS**, Tædium afferens, molestus. Translat. S. Genulfii tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 378 : *De quo quamvis ob prolixitatem viæ Tædiosum sibi valde videretur, etc.* Dicitur etiam de equo, in Charta ann. 1341. ex Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 363 : *Petrus dictus Choart... sciens... quemdam equum ipsius Petri fuisse et esse cacitrosum, Tædiosum et naturæ ferocis, etc.*

**TÆDITUDO**, Tædium. Gloss. Gr. Lat. : *Συχρῶς, Tedium, Teditudo, Fatidia*.

**TÆDIUM**, Ægritudo. In Concilio Epao-nensi can. 1. statuitur, *ut nisi causa Tædii evidenter extiterit, nullus excusetur Episcopus, quo minus veniat ad Synodum*. Concil. Aurelian. II. can. 1. *Ut nullus Episcopo-*

*rum, nisi certa Tædii causa detentus, ad Concilium venire penitus ulla excusatione detrectet. Infirmus dicitur in Concilio Turon. II. cap. 1. Acerbus corporeæ infirmitatis*, apud Avitum Vienn. Epist. 80.

† **TÆDIARE**, Ægrotare. Vita S. Rusticulæ Abb. Arlat. sæc. 2. Benedict. pag. 146. num. 31 : *Cum nimia ægritudine febrium teneretur... die Dominica gravius Tædiare cepit*.

† **TÆDIUM FACERE**, Molestiam exhibere, Gall. *Inquieter*. Inquisitio ann. 1268. ex Schedis Præs. de Mazaugues : *Et quod vidit avere prædictorum in territorio de Moreris, et non vidit quod aliquis Arlatis faceret ei Tædium*.

† **TÆDULA**, *Parva tæda*, Johanni de Janua; *Petit brandon*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman.

† **TÆLLIA OLIVA**. Legitur in Annalibus Benedict. tom. 2. pag. 154. ad ann. 751. Rotharius incerti loci Abbatem concessisse Monasterio S. Georgii Reatino *Olivas Tællias quindecim in loco, qui dicitur Musinus*. Emendandum forte est *Tallias*. Vide in Talea 1.

† **TÆLLIED**, vox Aremorica, idem sonans quod infra *Tallia* 6. Exactio, Gallis *Taille*. *Incisura quæ dicitur Tællied cum foris factis et furtis et aliis exactionibus*, in veteri Charta Kemperleg. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 125.

† **TAFATANUS, TAFETANUM**, etc. Vide *Taffata*.

**TAFFATA, TAFETIN**, Pannus serieus, quem vulgo *Taffetas* dicimus, [Armorici *Taftas*, unde nomen.] Monasticum Anglic. tom. 3. part. 2. pag. 86 : *Unum mantellum... de camoca duplici, cum alba Taffatin*. Infra : *Unum mantellum Comitum Cantie, de banno blodio lanceo, duplicationem cum viridi Taffata*. Pag. 95 : *Capis nigris cum capucis de sindone vel Taffata linatis utentur*. Charta scripta circa ann. 1320. pro Infante Majorica, in Camera Comput. Paris. : *Pannis aureis et sericeis, et laneis, et pannis de samit, et de camelot, et de Tafafatas, et multis tapetis, etc.*

† **TAFETANUM**, Eadem notione, in Conc. Mexic. ann. 1585. tom. 4. Conc. Hispan. pag. 339. ubi et *Tafetaneum opus* legitur.

† **TAFETTA**. *Linteamen de Taffetta*, in Actis S. Davini, tom. 1. Junii pag. 332.

† **TAFETTANUS**, E panno *taffeta* dicto. Synodus Limensis ann. 1582. tom. 4. Concil. Hispan. pag. 275 : *Clericis sacris ordinibus initiatis præcipimus, ne quisquam ipsorum utatur veste holoserica, villosa, damascena, rasa, Taffetana, etc.*

† **TAFATANUS NIGER**, in Concilio Tarcon. ann. 1591. tom. 4. eorumd. Conc. Hispan. pag. 612.

† **TAFETALIS RUBEUS**, in Annalibus Mediolan. ann. 1389. apud Muratorium tom. 16. col. 809.

† **TAFURANEA**, Aleatorium. Concilium Terracon. ann. 1317. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 307. cap. 7 : *Abstineant (Clerici) a negotiationibus et aliis actibus inhonestis, et specialiter carnificum seu macellorum... nec Tafuraneas teneant, nec in eis etiam conversentur*. Vide mox *Tafuria*.



\* *Melins Tafuraria* in Cod. MS. ejusd. Conc.: *Moncantur* (clerici) *quod nec Tafurarias exercent*. Hispan. *Tahureria*.

\* Gallicum vero *Taffurier*, Aptare, apponere sonat, ut opinor, in Comput. Rob. de Seris ab ann. 1332. ad ann. 1344. ex Reg. 5. Chartoph. reg. fol. 4. r<sup>o</sup>: *Une selle de guerre, les arçonnières devant et derrière de cordouan vermeil, Taffurié sur orprise*.

**TAFURIA**, **TAFURARIA**, Species tributii, aut pensationis, apud Catalanos. Petrus II. Rex Aragon. in Charta ann. 1283. pro Libertatibus Catalanæ: *Statuimus, quod Tafuraria tollatur perpetuo, et eam revoemus*. In titulo Capituli scribitur *Tafuria*. Fori Arag. lib. 1. tit. Privilegium generale Regni Arag.: *Aquello mesmo de las Tafurarias, que sian defeytas a todos tiempos*. Exstat aliud Statutum Ferdinandi I. Regis, quo eadem *Tafuraria* exstingitur et auferitur. Sebastianus Cobarruias: *Tahur, el que continua mucho el juego; que si se repite Tahur, Tahur, dize hurtar, porque muchos de Tahures dan en ladrones, quando non tienen que jugar. La Ley 6. tit. 14. part. 7. dize assien confirmacion desto: E a todo home deve asmar, que los Tahures, e los bellacos usando lo trahirfreria, por fuerça, conviene que sean ladrones, e homes de mala vita. La Ley 8. tit. 16. part. 3. llama a estos Tafures, y los cuenta entre los infames y sera bien que se vea. La Ley final tit. 5. part. 2. donde se ofea mucho el juego que passa de conversacion y entretenimiento, y como particularmente deven luyr deste vicio los Principes y grandes Señores*. Lusitanis *Tafularia*, est alea: quomodo etiam *Tafureria* apud Raymondum Montanerium cap. 237. et in Foris Aragonensibus, apud Michaëlem del Molino in Repertorio Fororum Aragon. V. *Ludus*. Rursum Hispanis *Tafuria*, vel *Tafurea*, est navis hippegus, [p<sup>ra</sup> passat los cavallos, ut habet Antonius Nebrissensis.]

\*\* **TAFUS**, a Græco τάφος, Sepulcrum, monumentum. Gerhardi Vita S. Oudalrici cap. 13: *In ecclesia S. Mariæ ante altare S. Walburgæ virginis in sede unius Tafi ambos fideliter spelivit*. Vide *Taphus*.

**TAGARA**, Vasis species, apud Lusitanos. Vet. Charta apud Brandonem tom. 5. Monarch. Lusitan. pag. 304. v<sup>o</sup>: *Item recepit 5. Tagaras, quæ ponderaverunt 6. uncias. Item unam Tagaram, quæ ponderavit, etc. Ubi Tagara inter vasa recensetur*.

\* **TAGARNICUS**, Idem qui *Tavarnicus*. Vide infra in *Tavernica*.

**TAGAX**, *Furunculus*. Vett. Glossæ in Glossario Longobard. S. Germani Paris. [Festus addit, *a tangendo dictus; cujus vocabuli Lucilius meminit*; imo et Tullius lib. 6. Epist. 3. ad Atticum: *Quæstor levis, libidinosus, Tagax*, ut emendavit Cujacius ex MS.]

† **TAGDIENST**, Servitium diurnum, a Germanico *Tag*, Dies, et *Dienst*, Servitium, officium. *Servitia quæ Tagdiensit vulgariter nuncupantur*, in Litteris ann. 1269. apud Tolnerum in Probat. Hist. Palatinæ pag. c. Vide mox *Tagewane*.

† **TAGEWANE**, Idem quod *Tagdiensit*, Servitium diurnum, seu operum manuarum certis diebus exhibendarum. Charta Argentorat. ann. 1318. apud Schillerum in *Dugewane*: *Cum agris, pascuis, servituti-*

*bus, quæ vulgariter* (sic) *dicuntur Tagewane, ac juribus, etc.* Docet ibidem laudatus Glossator, vocem *Wan* Celticam esse, reliquam in Suecica lingua, in qua *Wanda* est sollicita et cum cura aliquid elaborare et efficere; *Vandad*, sollicita factum; *Vandliga*, sollicita, etc. Hinc efficit *Tagewane* seu *Dagewane* esse diurnam curam, operam; quod etiam dicitur de operis conductis, ut ex allato ibidem testimonio patet.

† **TAGIA**. Necrologium MS. S. Martialis Lemovic. : *V. Id. Jun. P. Andreas monachus x. sol. Helemosinario debet solvere in duabus Tagiis prope cloacium B. Martialis*. Idem videtur, vocis tamen origine incomperta, quod Galli diceremus *En deux paquets*.

\* Legendum puto *Cagia*, Arcula. Vide supra *Cacia* 1. et *Cagia* 2.

† **TAGLIA**, Italis, Impositio, tributum, nostris *Taille*. Gesta Manfredi et Conradi Regum apud Murator. tom. 8. col. 609: *Omnes angariæ, perangariæ, collectæ, Tagliæ, dativæ, contributiones exercituum, etc.* Vide *Tallia*.

† **TAGLIARE**, Italis, Incidere, Gall. *Tailler*. Additiones ad Statuta Mutin. cap. 27. fol. 49: *Nullus audeat tempore æstivo vel hyemali Tagliare, rumpere vel incidere ripam seu ripas alicujus fluminis publici vel privati*.

\* **TAGLIATA**, vox Italica, Silva cædua, Gall. *Taillis*. Stat. Mutin. ann. 1360. cap. 158. ex Cod. reg. 4622. A: *Nullus ducat vel intrare permittat aliquas bestias ad pacendum in aliqua Tagliata;... et intelligatur Tagliata infra duos annos*. Vide *Tailla*.

**TAGMA**. Gloss. Gr. Lat. : *Τάγης πολεμική, Cuneum, Tagma, Cuneus, Exercitus*, ex Gr. τάγμα.

\* **TAGNARE**, pro *Tannare*, Coria subigere, et *Tagnator*, pro *Tannator*, qui coria subigit. Arest. ann. 1354. 9. Aug. in vol. 4. arestor. parlam. Paris.: *Quod dicti Taguatores pilosa per eos empta, de cetero modo predicto nullatenus acquæstabant.... Quod dicti Tagnatores coria per alios empta.... Tagnare pro justo pretio tenebantur, coriaque bene et utiliter Tagnata et pnevata vendere tenebantur*. Vide *Tannare*. Hinc

\* **TAGNERIA**, Officina ubi coria subiguntur et præparantur. Charta ann. 1258. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 234. v<sup>o</sup>: *Fauvez uxor Clemencet Vaudri tres denarios de sua Tagneria*. Vide *Taneria*.

† **TAGULA**, Cumulus, strues, Gall. *Tas*. Consuetudines Marchiæ Dumbarum art. 30: *Si aliquis furctur de die nemus scissum existens insimul vel in maia, quod in illo casu furator 15. sol. Vien. bonos solvere teneatur, et si de nocte furctur dictum nemus scissum in Tagula 30. sol. Vien. teneatur solvere domino, de cujus dominio nemus existit, si furctur ad collum*. Vide infra *Tassus*.

\* **TAHONA**, vox originis Arabicæ, Hisp. *Atahona*, Moletrina, pistrinum, cujus mola aliquo animalis versatur. Stat. pro reformat. regni Navar. ann. 1322. in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Noster* fol. 440. r<sup>o</sup>: *Fuit ordinatum quod Tahona et molendina de Arquedis, quæ sunt in Ybero et terminis de Arquedis confiscantur*.

\* **TAHUTIS**, **TAHUTUM**, Feretrum, tumulus honorarius, Gall. *Cercueil, Catafalque*; unde *Tahut*, pro *Tahuc*, legendum videtur apud Godefr. in Observat. ad Hist. Caroli VIII. pag. 751: *Et quand le corps sera arrivé à Nostre Dame des Champs, sur le Tahuc, où est le corps, sera faite une plate-forme, sur laquelle sera un lit de parade, où sera mise la statue dudit seigneur en son habit royal*. Comput. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 255. col. 1: *Solvit... domino sacristæ Nemausi pro panno aureo habito ab eodem, posito supra Tahutem Rostagni de Blandiaco, olim scutiferi, dum corpus suum fuit præsentatum ecclesie sepulturandum*. Consuet. S. Crucis Burdegal. MSS. ann. 1305: *Si parrochiani non habent pannos aureos, sircos, vel laneos, vel lineos, debent conducere a sacrista, et sacrista tenetur eis locare, ad ponendum super Tahutum cadaveris... Quod si parrochiani S. Crucis faciunt Tahutum novum, quando unus parrochianus est mortuus, ad portandum cadaver mortui, etc.* Charta obit. Franciscæ de Lebretto comit. Petragor. ann. 1483. ex Cod. reg. 4223. fol. 128. v<sup>o</sup>: *Firmaverunt in dicta capella dicti collegii... celebrandum (anniversarium) de una magna missa alta cum diacono et subdiacono, Tahuto parato*.

† **TAJAMENTUM**, Italis *Tagliamento*, Incisura proprie; hinc pro Canalis, aquæductus, terra incisa, ut illac aqua fluat. Chronicon Estense ad ann. 1351. apud Murator. tom. 15. col. 466: *Insidias posuerunt juxta Caffam in introitu oris Algoren, quod fuit Tajamentum, quo ducitur mare in partibus istis*.

† **TAJATA**, Italis *Tagliata*, Incisio, fossa, vallum in terra cavatum. Regimina Paduæ ad ann. 1320. apud Murator. tom. 8. col. 433: *Motam magnam... faciebat facere dominus Canis cum multis fossis et Tajatis ad claudendum Paduanos, ne exirent per illam partem*. Annales Mutin. apud eund. Murator. tom. 11. col. 60: *Eodem anno (1235.) facta fuit Tajata apud Savignanum per Mutinenses*. Vide *Taleata* 2.

† **TAILEA**, Silva cædua. Charta Guillelmi Comitis Pontivi ann. 1221. Histor. Comitum Pertic. pag. 224: *In nemore nostro de Claretis, præterquam in nostris Tailis*. Vide *Tailla*.

† **TAILHA**, **TAILHIUM**. Vide *Tallia* 8.

† **TAILHARE**, Disponere, statuere, *Tailler* eadem notione Galli dicimus. Charta ann. 1351. ex Schedis Præs. de *Mazaugues*: *Promittentes... ratos, gratos in perpetuum habituros.... quidquid per dictos levatorios actum, dictum, pollicitatum, pactum, Tailharem et obligatum fuerit*.

† **TAILHATOR**, f. Cui silvarum cæduarum cura commissa est. Sententia arbitraris ann. 1292. inter Abbatem et Consules de Gimonte: *In his omnibus consentiunt R. D. Pater Abbas... frater Geraldus de Bralio Tailhator, frater Dominicus de Pompiniaco grangiarius, etc.* Vide *Taillator*.

\* **TAILHEA**, Præstatio, quæ dominis fit a tenentibus seu vassallis. Charta ann. 1045. in Reg. feud. comitat. Pictav. ex Cam. Comput. Paris. fol. 87. v<sup>o</sup>: *Johnnes Rabaudi valletus.... me habere et tenere confiteor.... duodecim solidos Tailhæ cum sex*



denariis et duas gallinas, decimam et terragium bladorum, etc. Vide Tallia 8.

\* **TALHIA**, Servitii genus, quo vassalli tenentur excindere ligna dominis necessaria. Pariag. inter reg. et prioriss. de Paulhaquet ann. 1316. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 273 : *Retinemus.... nobis priorissis Tallhias et manobras et alias servitutes nobis et prioratui nostro debitas et compulsiones pro predictis*. Vide Tailhum.

¶ **TALHIA**. Vide Tallia 5. et Tallia 8.

¶ **TALHUM**, Jus, ut videtur, excindendi lignum in silva cædua. Charta Richardi de Nova-villa ann. 1231 : *Vendidit et donavit azeptium de Tailho et pailho super omni iure suo, quæ habebat et (f. in) decimario S. Bausilii d'Anhas*. Vide mox Tallia.

**TALLA**, Silva cædua, Gallis *le Taillis*. Domesdei apud Spelmannum : *In Hund. Bitham habet Edward. 7. car. terr.... et fabric. ferri 40. sol. et 7. acr. prati, et 300. acr. silvæ pastilis per loca T. R. E. (i. tempore Regis Edw.) et modo val. 6. lib. Tallia 40. sol.* [Vide *Taillea* et *Talterium*.]

¶ **TALLABILIS**, TALLADA, TALLAGIUM. Vide Tallia 8.

\* **TALLADA**, Silva cædua, Gall. *Taillis*. Libert. Navarier. ann. 1324. in Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 266 : *De ecclesia sancti Tirsii usque ad Tailladam ante callam, quæ vocatur vicus de paradiso*. Vide alia notione in Tallia 8.

\* *Tailade* vero, Gladii genus est, quo cæsim percutitur, in Lit. remiss. ann. 1420. ex Reg. 171. ch. 226 : *Guillaume des Jardins, qui tenoit une Tailade toute nue en ses mains, frappa Denisot Thalance un seul coup sur la teste. Espée à haut Taillier*, in Testam. Thomæ de Faily ann. 1473. ex Bibl. reg.

\* **TALLADUS**, Orbiculus mensarius, super quo edendi cibi discinduntur, nostris olim *Tailloir*. Inventar. ann. 1218. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 67. col. 2 : *Novem scutellas, tres dobles, duos Tallados, etc.* Vide *Talhadorum* et infra *Talliatorium*.

\* **TALLAGIUM**, Exactio quævis. Seacar. Paschæ apud Rotomag. ann. 1200. in Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 22. vº. col. 2 : *Judicatum est quod septem servientes abbatis Cadomi sint quieti de equitatu et exercitu et omni Tallagio*. Vide Tallia 8.

\* **TALLAIGIUM MENSURARUM**. Præstatio pro adæquatione mensurarum. Charta ann. 1323. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 199. vº : *Dictus Guillelmus (tradidit) præposituram sive sergentiam perpetuam de dicto Montigneio, de Vila-nova et de Champis, cum omnibus juribus et pertinentiis ejusdem præposituræ, videlicet laudibus venditionum, Tallagio mensurarum, quarto denario in emendis, etc.* Vide in Talliare.

\* **TALLANDERIUS**, TALLIENDARIUS, TALLENDARIUS, Sartor, Gall. *Tailleur*, alias *Taillandier*, cujus artem *Taillanderie* et *Taillerie* vocabant. Testam. Caroli comit. Prov. ann. 1481 : *Item dominus rex testator ordinavit exsolvi Guillelmo Chauveti ejus Taillanderio sive sartori id quod sibi juste debetur,..... et prætere eadem legavit mille*

*libras Turon. Occurrit rursus in primo codicillo ejusdem. Lit. remiss. ann. 1351. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 465 : Guillelmus Menuel Taillendarius, etc. Libert. Figiaci ann. 1318. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 666. art. 33 : Si vero textor, parator, tonsor, tinctor, Tallendarius, robarius, etc. Lit. remiss. ann. 1455. in Reg. 183. ch. 18 : Giroit Hallot party de son hostel et s'en ala querir ung Taillandier pour soy vestir, le quel Taillandier il trouva, etc. Stat. sartr. Pictav. ann. 1461. in Reg. 198. ch. 290 : L'office et mestier de Taillenderie, pourpoincterie et autres garnimens et habits.... Le Taillandier du roy ou les Taillendiers des seigneurs de son sang. Lit. remiss. ann. 1470. in Reg. 195. ch. 494 : Jehan Therasse simple homme, du mestier de Taillanderie,.... avoit laissé plusieurs varletz cousans robes, etc. Alia ann. 1460. in Reg. 192. ch. 76 : Denis Sapience Taillandier suivant nostre court a de coutume de avoir et tenir plusieurs varletz ou serviteurs pour sa Taillerie.... Le suppliant print de mal aventure ung siseaulx, qui estoit sur le Taillier, etc. Alia ann. 1389. in Reg. 136. ch. 200 : Guillemin Carrouge varlet cousturier de la Taillerie de nostre tres chiere et tres anée compaignie la royne, etc. Pro sartoris officina legitur, in Charta ann. 1349. ex Reg. 68. ch. 406 : *Lequel Jehan confessa qu'il avoit esté en une Taillerie, où il avoit aucune fois en aucunes petites pieces.**

¶ **TALLARE**, Cædere, Gall. *Tailler*. Transactio ann. 1316. ex Schedis Præs. de Mazaugues : *Quicumque Taillaverit, arraboverit, seu fregert, vel alias distrinxerit arboris fructiferas, etc.* Vide alia notione in Tallia 8.

¶ **TALLATA**, Impositio. Vide Tallia 8.

¶ **TALLATOR**, Scalptor monetarius, Gall. *Taillur*. Litteræ Joannis Reg. Franc. ann. 1353. tom. 2. Ordin. pag. 519 : *In vestris senescalliis cotidie supervenit et concurrat pluralitas diffusa servientum et comestorum, Taillatorum seu scisorum monetarum.*

¶ **TALLIATOR**, Eodem significato, in Ordin. ann. 1340. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 416 : *Pro expensis eorumdem magistrorum ac Tailliatorum monetarum et operatorum.*

\* **TAILLETA**, Silva cædua, Gall. *Taillis*; *Tayeul*, in Primord. Calmosiac. monast. ad ann. 1222. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1198. Charta Phil. Pulc. ann. 1308. in Chartul. Regal. loci part. 1. ch. 13 : *Quoddam nemus, dictum le Hasoy, cum parva Tailleta, prout se comportat in longum et latum..... Pro dictis nemore et Tailleta, etc. Le Hasoy et la Tailleta*, ibid. in ch. 46. Vide supra *Taillada*.

¶ **TALLIA**, TALLIABILIS. Vide Tallia 8.

\* **TALLIA**. PETRA TALLIÆ, a Gallico *Pierre de taille*, Lapis scissilis. Vide supra in Petra.

\* **TALLIA VIOLENTA**, Tributum, quod per vim exigitur. Libert. Vienn. ann. 1361. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 430. art. 3 : *Non habemus Viennæ toltam vel Talliam violentam*. Vide in Tallia 8.

\* **TALLIAGIUM**, Exactionis vel servitutis species. Libert. Montisfalc. ann. 1369.

in Reg. 149. Chartoph. reg. ch. 296 : *Habitatores omnes et singuli loci de Montefalcone..... ab omnibus jurisdictione, Tailliagiis, gnetis et vigilationibus et a quibuscumque aliis servitutibus..... exempti sint*. Vide supra *Tailhia*.

¶ **TALLIARE**, Secare, cædere, Gall. *Tailler*. Acta S. Moduennæ tom. 2. Julii pag. 311 : *Arborem.... omnibus ramis et radicibus Tailliatam*. Occurrit alia notione in Tallia 8.

\* **TALLIARIUS**, Præstationi quæ Tallia dicitur, obnoxius. Arest. ann. 1258. in Reg. Olim parlam. Paris. : *Vicecomes Lemovicensis dicebat, quod quando aliquis Tailliarius suus recedit a castro suo de Creignac (vel Treignac) sub alio domino bona sua mobilia et immobilia, in dicto castro suo existentia, non potest neque debet ille recedens expletare, sed debent ipsi vicecomiti remanere*. Pro exactore talliarum, vide in Tallia 8. unde *Taillaire*, eadem notione, in Lit. remiss. ann. 1448. ex Reg. 179. Chartoph. reg. ch. 195 : *Plusieurs des manans et habitans des villes et lieux du pais de Languedoc,..... qui ont esté..... receveurs, Taillaires, tresoriers, clavaires et autres officiers, etc.*

¶ **TALLIARIUS**, TALLIATA, etc. Vide infra Tallia 8.

\* **TALLIATIO**, *Taillie* impositio ad exsolvenda civitatis debita communia. Charta Inger. Camerac. episc. ann. 1284 : *Cum debita civitatis Cameracensis, quæ notorium est et manifestum fuisse et esse magna, absque Taillatione dictæ civitatis sive tallia facienda solvi non possunt, etc.* Vide in Tallia 8.

¶ 1. **TALLIATOR**, Sarcinator, ut puto, Gall. *Taillur*. Charta ann. 1320. apud Lobinell. tom. 4. Hist. Paris. pag. 525 : *Lite nota coram Præposito Paris. inter procuratorem fratrum et sororum Domus Dei Paris. ex una parte, et Sedilium dictam la Dame relictam Davidis Tailliatoris ex alia, super eo quod dictus procurator dicebat, quod dicta Sedilia... adquisierat quandam domum, etc.* Lobinellus in Glossario scribit *Talliator*, reddique *Celui qui leve la taille*, Exactor tributorum, *Tailles* dictorum; sed nullo satis idoneo fundamento, ut ex ipso contextu paulo fusius relato satis patet. Vide *Taillator*, et *Talliator*.

\* Charta. Phil. Pulc. ann. 1297. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 447. rº. col. 1 : *Notum facimus quod nos obtentu grati servitii, quod Johannes Victoris de S. Germano in Laya Taillator noster et vailletus cameræ nostræ nobis impendit, etc.*

\* 2. **TALLIATOR**, Scalptor monetarius. Lit. ann. 1371. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 638 : *Quod in eadem moneta sint magistri, gardiæ, Taillatores, operadores et alii officarii, etc.* Vide *Taillator*.

\* 3. **TALLIATOR**, *Talliarum* partitor vel exactor. Lit. ann. 1378. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 395 : *Cum in civitate et burgo predictis esse numerum excessivum (l. numerus excessivus) Tailliatorum;.... ordinamus serie præsentium, quod de cetero sint, et esse debeant in civitate et burgo predictis viginti quatuor Tailliatores, et non ultra, qui.... talliam et extimacionem bonorum consulum et habitatorum dictorum*



*civitatibus et burgi facere possint et debeant.*

¶ **TAILLIATUS LAPIS**, Malleo politus, Gallice *Pierre taillée*. Charta Officialis Paris. ann. 1319. tom. 3. Hist. Paris. pag. 220. col. 1: *Poterunt (Carmelite) ab ipsa domo suisque pertinentiis levare et habere, ac quocumque sibi placuerit duci facere et deferri lapides omnes Tailliatos et non Tailliatos, omnes tumbas et corpora seu cadavera defunctorum, etc.* Lobinellus in Glossario legit *Tailliatos*.

\* **TAILLIENDARIUS**, Sartor. Vide supra *Taillanderius*.

\* **TAILLINATUM**, pro *Tailliatum*, Silva cædua, Gall. *Taillis*. Charta Phil. Pulc. ann. 1309. inter Instr. tom. 10. Gall. Christ. col. 271: *Usagium quoque et pasturam..... in foresta nostra de Hallata et de Cuisia,.... extra Taillinata nova et defensa, ubi nocere possent hujusmodi animalia, concedimus et donamus. Taillata rectius habet eadem Charta in Lib. rub. Can. Comput. Paris. fol. 437. vº. Vide supra Taillata.*

¶ **TAILLIVI**. Vide infra *Tallivi*.

\* **TAILLIUM**. DE **TAILLIO**, Gall. *de Taille*, Casim. Lit. remiss. ann. 1362. in Reg. 93. Chartoph. reg. ch. 115: *Præfatus Petrus dictum Guillelmum cum cuspide dicte Guizarmæ de stoce sive Taillio dicitur vulnerasse prope mamillam. Vide infra Talium 2.*

\* **TAILPOTGE**. Charta ann. 1222. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 2. pag. 74. col. 1: *Ut omnes decime, quæ solventur de cultura vinearum, quas ipsi comites nunc habent, aut in perpetuum habebunt, in dolium communitatis, que Tailpotge dicuntur, immittantur. Vide mox Talagium.*

\* **TAINERIA**. Charta ann. 1162. in Chartul. Thenol. ex Cod. reg. 5649. fol. 25. vº: *Et a meta usque ad Tainerias juxta fractum fossatum, et de Taineriis usque ad fontem, etc.*

¶ **TAINTURARIUS**, Gall. *Teinturier*, Tinctor, infector. Charta Caroli Regentis et Regesto 86. fol. 174. Chartophylacii Regii: *Audita supplicatione Petri Radulphi et Stephane uxoris, Tainturariorum et mercatorum, continente, etc.*

\* Cujus officina *Taincture* dicitur, in Lit. remiss. ann. 1454. ex Reg. 182. Chartoph. reg. ch. 130: *Le suppliant et Raymond Jouguet se transporterent en la Taincture de Guillaume Temeque, posée et assise lez le lieu de Reaumont.*

**TAIOLA**, Pedica, qua capiuntur vulpes et lupi, ex Italico *Tagliola*, apud Petrum de Crescentiis lib. 10. de Agricult. cap. 32. [Vide *Taiola*.]

¶ **TAJOLUS**, Idem quod infra *Talea 1*. Statuta Mutin. ruhr. 45. fol. 9: *Inter quæ communia dictum laborerium dividatur ad modum Tajolorum colte proxime præcedentis pro medietate, et quod alia medietas ad numerum et secundum numerum focorum fumantium cujuslibet dictarum villarum.*

¶ **TAJORE**, Escalis, orbis et ligno, Ital. *Tagliere*, Gall. *Tranehoir*. Johan. Demussis Chron. Placent. apud Murator. tom. 16. col. 581: *Et pro prima imbanditione dant duos cappones, vel unum capponem, et unam magnam petiam carnis pro quolibet Tajore.* Et col. 582: *Et duo comedunt super uno Tajore.* Hispanis *Tajo* est brevior ligni truncus, nostris *Bloc*, *Billot*; *Tajo* de car-

*nico*, Truncus in quo carnis secatur. Vide *Talhadorium* et *Talterium*.

¶ **TAISIA**, Gall. *Toise*. Vide *Teisia*.

¶ **TAISSARE**, Veneno *tais*, vel *tays* nuncupato inficere. Charta Massil. ann. 1300: *Unde dominus locumtenens et dictum consilium statuit ad cognoscendum dictos pisces Taissatos, lothoselatos et empoysosatos. Vide Lothosela.*

¶ **1. TALA**, Vastatio, damnum, præsertim frugibus illatum, Hispanis *Tala*, Provincialibus *Talle*, Gall. *Domnaga*, *dégat*. Charta ann. 1167. Marcæ Hisp. col. 1346: *Dono prædicto hospitali (Perpinianensi) ut bestiae ejus habeant pascuam in omnem terram nostram, ita ut non faciant Talam, et si faciant Talam, emendent illum consilio bonorum hominum. Rursus occurrit ibid. col. 1395. in Constit. Petri Regis Aragon. supra laudatis in v. *Malesciuu*; ubi legitur *Calá*, male, ut jam ibi notatum est. Charta Raymundi Comitiss Tolos. ann. 1177. pro S. Ægidio Arelat.: *Dono per totam terram nostro dominio subditum plenissimum et liberrimum jus pascendi sua pecora et armenta, eorum tamen pastores et armentarios cautos et pervigiles esse volo, ne Talam faciant, id est, segetes alienas non depascant. Talas et vastationes bonorum, in Charta ann. 1270. ex Archivo S. Victoris Massil.: *Talam facientes vel damnum aliquod dantes in vineis, ortis, bladis et aliis defensis, in Sententia arbitrari MS. ann. 1292. inter Abbatem et Consules de Gimonte. Adde Statuta Massil. lib. 2. cap. 32. lib. 5. cap. 19. § 13. cap. 20. § 2. Statuta Montis-Olivii diocesis Carcasson. ann. 1231. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 968. Statuta MSS. Augerii II. Episc. Conseran. ann. 1280. rubr. de restitutione, Chartamann. 1342. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 442. col. 2. etc. Simili, ni fallor, notione Consuetudines Furnenses MSS. ex Archivo Audomarensi: *Quicumque fur cum pronuntia captus fuerit, debet in vierscara adduci et ibi debet audire allegationes, id est Tala et Weidala per manum ipsius, qui cum cepit, et quatuor bonorum virorum.* [\*\* *Tala* et *Wedertula*, apud Warnkenig. Hist. Flandr. tom. 2. Probat. pag. 74. art. 10. Accusatio et defensio. Vide ibi et mox *Talemanni*.] Sed haud satis scio an huc revocari possint veteres Formulæ Andegav. art. 33: *Cum per cæca cupiditate per loca orbana semper hostis antiquus bella consurget, et solent homines perferri et pessimi pro malis intolerabilia mala subire, tam ab hostibus, quam latrunculus, per Talas et fortes, per captos et rapacis commovere et commutare damnos ægravis tatis. Ubi per Talas intelligi possent vastatores seu damna inferentes. Vide mox *Talare*.****

¶ **TALLA**, Eadem notione. Transactio ann. 1317. e Schedis Præs. de Mazaugues: *Si contingeret quod Talla seu damnum, etc.* Sententia arbitraris inter Dominos et incolas Calliani ann. 1497: *Item cum prædictis hominibus de Caliano contingat aliquando damna eisdem inferri in eorum eysartis et possessionibus, et Tallas tam per homines privatos quam externos, quam animalia seu averia.... pro prædictis damnis et Tallis aestimandis, etc.*

¶ **TALLIA**, Eodem significato. Transactio ann. 1295. ex Schedis Præsidis de Mazau-

*gues: Quod si familia laica... Talliam faceret vel damnum daret... in bladibus, pratis et aliis consimilibus.*

¶ **TALA**, Mulcta ipsa quæ pro *Tala* seu damno exigitur. Charta ann. 1323. ex Tabul. Massil.: *Salvo quod si bannum commiserint in vineis, bladibus, ortis et pratis, quod pro ipsa animalia bannum et Talam solvant.*

¶ **2. TALA**, Idem quod *Tailla*, ni fallor, Silva cædua, Gall. *Taillis*. Charta ann. 1218. apud Stephanotium tom. 4. Antiq. Pictav. MSS. pag. 764: *Concessi dilectis in Christo monachis B. Martini Majoris-monasterii... caltagium in foresta nostra de Rocha in Tala et branchia ad usum donus suæ, quantum eis opus fuerit in perpetuum.*

\* **3. TALA**, *Cunabula nuptiarum*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641.

¶ **TALAGA**, f. pro *Tigris*. Vide *Togala*.  
\* **TALAGIUM**, Præstationis species, nostris etiam *Talaige*. Charta ann. 1202. ex Tabul. archiep. Camerac.: *Recognitum est et concessum quod villa, quæ vocatur Solemium,..... pertinet ad jus et dominium beati Dionysii, in terris cultis et incultis, aquis, pascuis, pratis, nemoribus, molendinis, furnis, Talagiis, introitibus, exitibus, mortuis manibus, theloneo, censu, etc.* Charta ann. 1319. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 316: *Item valet Talagium et focagium xvij. libras Turon. annui redditus.* Alia ann. 1321. in Reg. 61. ch. 290: *Li Talaige, les coutumes, li tonliu et li forage que li cuens avoit, etc.* Vide in *Tallia 8*.

¶ **TALAHIA**, f. Id quod *Tajata*, Incisura, fossa, vallum cavatum. Vide *Muragium*.

**TALAMASCA**. Vetus Gloss. MS.: *Πετρα, Delusio imaginaria, Talamasca*. Theodulfus Aurel. in Epigrammate de *Talamasca*:

Pusio personæ cum vultum obducit inanem,  
Quod tremat hinc terret; quod fugit inde fugat.  
Credo et prostratus jacuit, palmasque teteodit,  
Ante Redemptorem parvula membra movens.

Hincmarus in Capitul. ad Presbyt. diocesis suæ cap. 14. Regino lib. 1. cap. 213. et Burchard. lib. 2. cap. 161: *Nec larvas Dæmonum, quas vulgo Talamasca dicunt, ibi ante se ferri consentiat.* Apud Kilianum *Talmasche*, est larva, ut *Talmaschen*, larvam induere. Vide *Masca*.

**TALAMASCÆ LITTERÆ**, pro occultis, et quæ *talamascis* ac sortilegis solis notæ sunt, [et iis quibuscum de earum literarum significatione conventum est.] Fragmentum Odonis Ariberti de cæde Bernardi Comitiss Barcinonensis: *Cætera, que pandere periculosum est, literis Talamascis inscribam.* [Vide supra *Cifræ*.]

¶ **TALAMATIUM**. Chronicon Parmense ad annum 1308. apud Murator. tom. 9. col. 873: *Qui fecerant per ipsas communitates multa Talamatia et insignia eorum, quæ ibi habebant, suis aciebus ordinatis, iverunt contra dictum dominum Ghibertum.*

¶ **TALAMELLARII**, **TALAMERARII**, Pannifices. Vide *Talemarii*.

**1. TALARE**, Vastare, rem invadere, per vim auferre. A Sax. *tal on*, Carpere, detrahere, uti vult Spelmann. [Malim ab antiquo *Taliare*, ut et Gallicum *Tailler*, Italicum *Tagliare*; unde *Talare* proprie sit Scindendo vastare.] Lex Alamann. tit. 34: *Si quis præsumpsit infra provinciam hostiliter res Ducis invadere, et ipsas Talare,*



et post hæc convictus fuerit, quicquid ibi tollum fuerit, mancipia, pecuniam, omnia tripliciter restituit. Rex Ripuar. tit. 64: Et quantumcumque post auctorem sanguinis effusores, vel post tres priores fuerint, unusquisque 15. sol. malctetur, et, quidquid ibi Talaverint, restituant. Eadem, ni fallor, notione

TALARE dicebantur milites, flagrantibus Albigenensium bellis, qui vineas et arbores in agris evelebant et excindebant; fortean a Gallica voce *Tailler*, quam nostri de consuetu vinearum putatione usurpant, quasi ï, cum vastationem hanc aggrederentur, id operis peragere se per ludibrium dictarent, vitibus ipsis radicibus excisis et putatis. [Ut ut est de primæva vocis origine, *Talare* dictum est a *Tala*, vastatio, damnnum, ut superius observavimus.] Will. de Podio-Laurentii in Chronico cap. 38: *Mement, quod dicebat pius Episcopus, dum Talando quasi fugientes redirent, Miro modo fugiendo adversarios nostros superamus. Supradixit vineas demoliri.* Cap. seq.: *Peracto igitur Talare hujus negotio, etc.* [Inquisitio ann. 1268. ex Schedis Pr. de Mazaugues: *Pro quodam blado quod Talaverat cum ovibus suis, emendavit quatuor sextarios annone ei cujus erat bladum talatum.* Tabularium B. Mariæ Piperac.: *Pastores dicti Comitum cum dicto bestiarum Talaverunt blada dictæ parochiæ.* Et alibi: *Pratum Talaverant et destraxerunt.* Charta ann. 1302. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 98: *Talaverunt vineas et prata et animalia prædaverunt.* Alia ann. 1339. ibid. pag. 276: *Ne quisquam... nemora scindere, accipere vel Talare... audeat.* Alia ann. 1342. ibid. pag. 441: *Mandamenta Talavistis, multas arbores... tam furtive et clandestine, quam palam scindistis.* Stabilimentum Communis Tolosæ ann. 1181. apud Catellum in Comitibus Tolosanis lib. 2: *Qui inveniet Talatorem in vinea, sive saa, sive alterius, vel in prato deveas (i. vetito) vel in viridario, vel in horto, vel in arbore, vel in segetibus hominum urbis Tolosæ, vel suburbii, capiat eum, et retineat, si potest: et ille Talator factum talem emendet illi, cajus est honor, etc.* Concilium Biterrense ann. 1246. cap. 18: *Et illi (excommunicantur) qui vineis, bladis, arboribus Talam faciunt, et aliis bonis, quæ ad Ecclesiam pertinent, etc.* Synodus Nemausensis ann. 1284. cap. de Pœnitentia: *De Talis et incendiis, etc.* Charta ann. 1383. apud Guesnaium in Annalibus Massil. pag. 437: *Quingentos balistarios, quingentos pavesiatores, Talatores, vastatores et bombardas in magno numero pro faciendo vastum ante civitatem Aquensem, etc.* Hispani etiamnum *Talar*, dicunt, pro agros depopulari, et *Tala*, pro depopulatio. Sed et

2. TALARE, est Putare, scindere. Charta Garciae Fernandi Comitiss, æræ 1010. apud Anton. de Yopez in Chron. Ord. S. Benedicti tom. 1: *Et per omnes terminos plantare et arrumpere licentiam habeant fratres de Ecclesia S. Petri, ubi voluerint ligna Talare, aut herbare garda, aut vinis per cofinus, aut carro pro qualecunque ambulare, etc.* In alia Charta æræ 1018. ibidem: *Nullusque sit ausus aliqua terra laborare, neque pascua aliqua ibi defendere, neque vinea plantare, vel aliqua ligna abscindere, etc.* Vide Observantias Regni Aragon. pag. 26.

36. edit. 1624. et Repertorium Michaëlis del Molino in *Alcaydus, Dissidamentum, et Talator.*

\* Charta ann. 1217. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 55. col. 2: *Posit iterum P. Bonitus, quod Petrus Altrannus Talavit quendam clausum suum, etc.* Stat. Avenion. ann. 1243. cap. 105. ex Cod. reg. 4659: *Statuimus quod si quis Talaverit vel erradicaverit, vel Talari seu erradicari fecerit, pro singulis corgonibus Talatis vel erradicatis solvat communi nomine pœnæ tres solidos.*

TALARE, Alias Latinis est Talo percutere, *κονδύλιον*.

\* *Taler* vero, Atterere, frangere, vulgo *Froisser*, sonat in Lit. remiss. ann. 1417. ex Reg. 170. Chartoph. reg. ch. 113: *Les cyrurgiens qui firent le rapport que icelle femme estoit Talée et froissée de ses membres, tout ainsi que s'elle feust cheue d'un arbre a terre.*

\* 3. TALARE, Continere. Testan. Isaac medici Carcass. Judæi ann. 1305. ex Chartoph. reg. Montispe. : *Item Vitali Astrach..... duo vasa vinaria, quolibet unius modii, et unam tinam quam ego emi, que tina Talat unum modium et dimidii vini.*

TALARIA, TALARES. Glossæ Gr. Lat.: *Ἰσοδύματα, Talaria.* Glossæ Lat. Gr.: *Talaria, πέδιλα. Talare, περισπορον.* Isidorus lib. 19. cap. 34: *Talares calcei, socci, sicut, qui inde nominati videntur, quod ea figura sint, vel contingant talum; sicut subtalares, quod sub talo sunt, quasi subtalares.* Fortunatus lib. 8. Poëmate 23:

Cui das unde sibi Talaria missa ligentur;  
Pellibus et niveis sint sola teeta pedis.

Vide *Subtalares*.

\* Unde Gallicum *Talaire*. Comput. MS. monast. Clareval. ann. 1364. fol. 11. vº: *Pro duodecim Talaires pro rectoribus, j. flor.*

\*\* TUNICA TALARIA. Schol. MSS. ad Juven. Sat. 6. vers. 444. apud Maium in Glossar. novo: *Ante Ciceronem ita mulieres et viri succingebant suas tunicas, quas subarmales vocant; sed Cicero prius instituit, ut seminarum tunicæ ad talos usque dependerent, propter varices operiendas, quæ tunicæ Talaricæ dicuntur.*

TALARES, Tali ipsi. Baldricus Noviom. lib. 1. cap. 56: *Marcentibus nervis, Talares eruribus adhererant, ac nullo conamine se jungi valent.* [Glossæ Lat. Gr.: *Talares, κόνδυλοι χειρών. Talari, κόνδυλοι ποδών.* Adde Glossas Gr. Lat. Vide *Talatum*.]

\* TALASSUS. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Peda Prov. peda, vestigium, Talassus.*

TALASTRUS, Colaphus in talos. Papias. [Vide *Talitus*.]

† TALATA, Exactio, Taille. Vide *Talia* 8.

\* TALATIUM, pro *Matalatium*, Culcitra, Gall. *Matelas*. Inventar. ann. 1449. ex Tabul. D. Venciæ: *Quædam lichiera garnita Talatio et plumari pleno lanæ.*

† TALATOR, Qui vastat, scindit. Vide supra *Talare*.

† TALATRUM, Κόνδυλος ποδός ἢ χειρός, in Glossis Lat. Gr. Aliæ Gr. Lat.: *Κόνδυλος ποδός ἢ χειρός, hoc Talatrum, Pugnus.* Vide *Talaria*.

TALAVACIUS, Majoris ac spissioris clypei species, Gallis olim *Talvas*. Lexic. Cambro-Britannicum: *Talbos, clypeus; Talvas, clypeus.* Ordericus Vitalis lib. 8. pag. 707. de Roberto Belimensi: *Robertus autem, qui pro dicitura jure Talavacius vocabatur, etc.* [Rolandinus Patavinus in Chronico Tarvis. lib. 8. cap. 10. apud Murator. tom. 8. col. 292: *Circa cl. pedites... cum Talavacii statuit super turrim et portam, etc.* Le Roman de *Vacce* MS.

As Talevaz se sout et couvrir et moller. ]

Joan. de la Gogue in Hist. MS. Principum de Deols in Biturigibus: *Et communia par tous les loigis de son host, que chascune chambre heust le jour ensuivent un homme d'armes et deux Talevassiers pour assaillir le Chastel.* Rursum: *Envoia deux des plus esprouvez de sa compagnie pour viser le chastel, accompagnez de Talvassiers et archiers pour les garder.* Vocem Gallicam alibi usurpatam vix reperias. [Vide infra *Tavolacium*.]

\* Hinc, ut opinor, accersenda vox Gallica *Taillevacier*, qua prædator, grassator significatur. Lit. remiss. ann. 1383. in Reg. 124. Chartoph. reg. ch. 166: *Un homme qui sembloit estre pillart, Tellevacier ou fourragier, et palloit estrange languaige. Pillart, Taillevacier ou fourragier, in Lit. seq. Vide Talare 1. Inde etiam fortassis *Talebot*, quæ vox injuriæ loco usurpatur, in Lit. remiss. ann. 1470. ex Reg. 195. ch. 428: *L'un d'iceux compaignons..... par maniere d'injure appella le suppliant Talebot. Parquoy ledit suppliant soy voyant injurié, etc.**

\* TALAUCHA, Clypei species, nostris olim *Taloche*. Monstra ann. 1339. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 184: *Monstra servientium peditum cum lanceis, Talauchis, telis, ensibus et gladiis, etc.* Male editum *Talanchis*. *Talebart*, codem intellectu. Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 152. Chartoph. reg. ch. 19: *Jeellui de Fortit armé de badelaire et de Taloche ou Talebart, etc.* Aliæ ann. 1408. in Reg. 165. ch. 364: *Arnault Dader issy hors de l'ostel portant son espée et son Talebart ou Taloche.* Vide infra *Talochia* et *Taulachia*.

† TALAX, *Scurus*, in Glossis Isid. Cui sunt exstantes tali. Hinc emendanda sunt Excerpta Pithœi, ubi perperam, *Telax, Stamus*.

\* TALAYE, Excubiæ excurrentes et exploratoriæ, Gall. *Patrouilles*. Charta ann. 1322. ex Bibl. reg.: *Excubias, gardias sive Talayas teneri faciat ad illum finem, ut si quid contrarium regno Franciæ seu alicui patere eis appareret, per signa ignis vel alias ostenderent.*

† TALCUS, Lapis pellucidus, Gallis *Talc*, Germanis *Talck*, unde nomen. Occurrit in Actis S. Juvenalis Episc. Narviensis, tom. 1. Maii pag. 400. col. 2.

† TALE QUID, Vox generica qua verecunde significatur Involuntaria pollutio nocturna. Bernardus in Ordine Clunia. part. 1. cap. 18: *Si Tale quid ei contigit in nocte, quod nos verecunde Fragilitatem appellamus, etc.* Et cap. 35: *Qui dum per chorum transit (is, qui textum Evangelii defert osculandum) omnes altias inclinat illi, et si alicui Tale quid contigit, signum*



*sibi cum manu facit, ut eat in antea et inclinat.* Rursum occurrit eodem cap. et alibi non semel. Vide *Fragilitas*.

I. **TALEA**, **FALIA**, **TALLIA**, **TALLIUM**, Voces unius ejusdemque originis, quæ nostris Tessera lignea significant, in duas partes fissam, in quarum utraque debitum continetur, transversaria quadam cæsura detotatam, altera penes emtorem vel debitorem remanente: nostris vulgo *Taille*. Quæ reidem voces a Latina *Talea* et *Talia* deducuntur. Est enim *Talea*, *ranus incisus*, in Glossis MSS. Glossæ Lat. Gr.: *Talia*, *κορμός, σχίζα, στυάλη*. *Talia*, *κορμός, σχίζα*. *Taliæ*, *στυάλης*. *Taleæ oleagineæ*, apud Catonem et Varrorem de Rustica. *Taliæ ferrææ*, apud Cæsarem lib. 5. de Bello Gall. *Taleæ fraxineæ*, apud Serenum Sammonicum cap. 12. *Intercisi ex arboribus cylindri, quos Taleas vocant*, apud Vegetium lib. 4. cap. 8. Nonius: *Taleas, scissionses lignorum, vel præsegrina*. Vetus Agrimensor: *Terminus, si aliquam scissuram, hoc est, Taliaturam habuerit, montem scissum, id est, Taliatum ostendit, limes ille finem transit*. Vide Acta SS. Valeriani, Tiburtii, etc. num. 11. Hinc igitur

**TALEA**, pro ejusmodi Tessera lignea, Gallis, *Taille*, Anglis *Taley*, al. *Talley*. Leges Henrici I. cap. 56: *Si... de his, quæ ad firmam pertinent, controversia oriatur, si de Taleis agatur, etc.* Gervasius Dobroverniensis in Hist. Angl.: *Fidelicet ut Conventus Monachos tres vel quatuor ad custodiendas villas ordinaret, qui redditibus omnibus Thesaurariis, a Conventu constitutis, per Taleas responderent*. Matth. Paris ann. 1247: *Fecit etiam per ballivos perscrutari, quod si aliquis institor, vel injuriam passus quicunque alius, in aliqua accommodatione coacta, vel extorsione pecuniæ, vel victualium ut solet per regios exactores, proferret scriptum, vel Taliam, vel testimonium*. 4. tit. 22. § 8. [Glossarium Lobinelli tom. 3. Hist. Paris.] etc.

¶ **TALLIUM**, Eadem notione. Tabularium Ecclesiæ Ambianensis: *Majores vero in his, quæ ad grenidam veniunt, nihil juris habent, excepto quod quando annona mensuratur, si præsentis fuerint ad servitium Ecclesiæ, et Tallium sua fecerint, ut de summa annonæ rationem possint reddere officialibus Ecclesiæ, et saccos et vehicula ad defendendam annonam submoverint, uterque sex nummos pro sua procuracione habebit*.

**CORULINA TALLIA**, Laterculus ex corylo arbore. Henr. de Knyghton pag. 2570: *In æstate sequenti Rex cepit lanas de tota terra Angliæ, per Tallias corulinas, et parvula breviter scripta, inposito pretio 9. marcarum ad saccum, etc.* Gloss. Lat. Gr.: *Corulus*, *πυρρὸς*. Vide *Tallia*.

2. **TALEA**, [Idem videtur quod *Talia*]. Vastatio, depopulatio, seu muleta quæ ob damnum illatum exsolvitur. Charta Roberti Regis Francor. ann. 1028. ex Tabulario Columbensi: *Cum terris cultis et incultis, cum vineis et pratis, cum tota*

*vicaria, et bannis, et incendiis, Taleis, et omnibus legibus cæteris, pascuis, etc.*

¶ 3. **TALEA**, Societas fœdere confirmata, Italis *Taglia*. Vide *Talia* 4.

¶ 4. **TALEA**, Pretium quod exsolvitur ei, qui rebellem aut perfidum capit vel occidit, Ital. *Taglia*. Chronicon Danduli apud Murator. tom. 12. col. 470: *Inter cætera statutur Talea de perperis viginti millibus de Constantinopoli dantibus cum vivum, et de perperis decem millibus dantibus cum interfectum*.

¶ **TALEARE**, Idem quod supra *Talare*, Scindendo vastare. Petrus Azarius de Bello Canepiciano apud Murator. tom. 16. col. 433: *Ruscando arbores infinitas... et Taleando vineas fecerunt vasta apud Castrum Montis, etc.*

I. **TALEATA**. Vetus Charta ex Tabulario Abbatæ S. Stephani de Vallibus [edita inter Instr. tom. 2. Gall. Christ. novæ edit. col. 474. et seq.]: *Gamo Ecclesiæ detrahere conabatur pulvis partem non modicam, et Taleatas in palude ædificatas, et prata, et saltuum necessaria. Mox: Partem vero paludis ejusdem, quam P. Benedicti sub censu duorum solidorum possidet, A. prædictus uxori suæ in dotem dederat, dum obtineret: hoc etiam Abbas et Ecclesia domine reliquit, dum vixerit, obtinendum: qua defuncta, ministri Ecclesiæ, vel palus, vel census sine querela reddatur. Quod si præfatus A. Taleatam ibi facere voluerit, victui domus sue necessariam, per manum Abbatis sumat, et ædificet, et, dum vixerit, obtineat: eo vero defuncto, ad Ecclesiam, ut fuerit ædificata, sine querela reddatur. Infra: De præfatis vers Taleatis, dum predictus A. et uxor ejus vixerint, sex nummos censuales Ecclesiæ reddent, quibus defunctis ad Ecclesiam sine querela reddantur omnes census Taleatarum in palude, ab Abbate sibi demonstrata, ædificatarum. Ubi Taleata videtur fuisse certus ac definitus locus in palude, Taleis, seu palis defixis septus, in quo pisces asservabantur: [vel fortassis idem quod]*

¶ 2. **TALEATA**, Fossa, locus cavatus, canalis. Memoriale Potestatum Regiens. ad ann. 1220. apud Murator. tom. 8. col. 1104: *Eodem anno Taleata fuit incepta cavari, et fuit missus Paudus per dictam Taleatam. Et ad ann. 1243. col. 1112: Potestas fecit cc. brachia ex muro civitatis juxta alium, et fecit murari Resetum de Razolo, et fecit fieri pontem super Taleatam. Vide *Tajata* et *Talgiata*.*

**TALEMANNI** apud Groninganos, dicuntur triumviri, velut Collegii Præsides ac Rectores, eo quod nomine reliquorum verba faciunt in senatu, ut habet Ubbo Emmius in Groninga pag. 61. Kiliano, *Taelman*, est Orator, Causidicus, Advocatus, ex *Taele*, oratio, sermo, et *Man*, homo.

**TALEMARI**, **TALEMETARI**, seu **TALMELARI**, Gallis, *Talemeliers*, Panifices, qui panem conficiunt ac venum exponunt. Ita in Statutis MSS. Talemelliariorum Parisiensis, in quibus hæc habentur: *Nul Talemelier ne peut faire plus grant pain de 2. deniers, se ne sont gasteaux à presenter, ne plus petit de obole, se ne sont eschandez, etc.* Regestum feodorum Comitatus Carnotensis fol. 17: *Item la Coustume du pain: chascun Talemelier, qui vent pain an Jaudi*

*devant la Tour, doit obole.* Regestum peagiorum Parisiens. : *Ne puet nul vendre pain à Paris, ce se ne sont Talemeliers ou regratiers.* [Adde Præceptum Philippi Pulchri Franc. Regis ann. 1305. apud de Lauriere tom. 1. Ordinat. pag. 427 *Tulamellarii* dicuntur in Literis ejusd. Regis ann. 1313. ibidem pag. 532. *Herveus Talamerunus* memoratur in Charta 23. Chartularii Dunensis.] Charta ann. 1231. in Hist. Castilionensi pag. 53: *Burgenses vero ejusdem villæ coquent ad eadem furna ad viceissimum panem: Talemarii vero coquent sextarium pro tribus denariis panis tales, quales furnerius voluerit accipere.* Regestum Magorum Dierum Trecent. ann. 1228. fol. 84: *Probatum... esse in possessione recipiendi in primis 7. diebus nundinarum 7. denarios a quolibet Talemeltario Falls S. Aigulsi.* Vide Brolium lib. 2. Hist. Parisiensis pag. 307. 2. edit. [et D. Secousse tom. 3. Ordinat. Reg. Franc. pag. 356. et 659.]

¶ **TALMELARI**, Eadem notione, in Charta ann. 1176. e Tabulario B. M. de Charitate, ubi Stephanus Sacri-Cæsaris Comes eidem Monasterio donat molendina ea conditione ut *Talemeltarii* de castro Sacri-Cæsaris molant in iis molendinis. Rursum occurrit in Charta Capellæ Castri Provinensis sac. XIII. *Talameltiers*, in Literis vernaculis ann. 1269. tom. 4. Ordinat. Reg. Franc. pag. 533. at ibid. pag. seq. scribitur *Talemeliers*.

\* **Talemeliers**, in Stat. ann. 1358. tom. 3. Ordinat. reg. Franc. pag. 659. et tom. 5. pag. 392. ex Lit. ann. 1371. Quorum artificium *Talemesterie* et *Taillemellerie* nostratibus olim nuncupatum. Charta admodiat. major. Castel. ann. 1380. in Reg. 116. Chartoph. reg. ch. 243: *Tout le droit des commendes, Talemesteries, gasteleries, messeries, etc.* Alia ann. 1443. in Reg. 179. ch. 147: *Les maîtres du mestier et artifice de boulengerie et Taillemellerie de nostre ville de Bourges, etc.*

\* **TALEMERARI**, Eadem notione, in Reg. 34. bis part. 2. fol. 143. vº: *Talemeltarii Montis-Leherici conqueruntur quod... hæredes ejusdem Guidonis compellunt ipsos Talemeltarios ad fornitiã quærendam.* [\*\* Occurrit non semel in Chartul. S. Petri Carnot. Vide Guerdard. Prolegom. pag. 57.]

¶ Vocem *Talemense*, vel *Talmouse*, quam pro pane dulciori et caseo et ovis confecto usurpamus, ex *Talemelier*, derivari, haud sine probabilitate, docet de Lauriere tom. 1. Ordinat. Reg. pag. 427. nota b. sed unde dicti ipsi *Talemarii*? An a voce Gallica *Tamis*, vel potius Æmerica *Tamonis*, Farinarium cribrum, ita ut *Talemeltiers* dicti fuerint Pistores, quasi nunc diceremus *Tamisiens*, Qui cribro farinam discernunt?

\* Haud sine probabilitate inde deducitur vox Gallica *Talemouse* vel *Talmouse*, a cuius forma triangulari forsitan modus agri *Tallemouze* appellatur in Chartul. Latinic. fol. 260. vº: *Item sept quartiers en façon de Tallemouze audit lieu, aboutissant etc.*

¶ **TALMASCA**. Vide *Talamascu*.  
¶ **TALEMETARIUS**. Vide in *Talemarii*.  
¶ **TALEMIS**, **TALEMUS**. Vide *Talmud*.  
¶ **TALEMAGIUM**, id est, Jus exigendi singulos sextarios pro singulis modis vini



*venditis*, in Charta Hugonis de Noeriis Episc. Autissiod. de manumissione hominum Varziaci ann. 1202.

1. **TALENTUM**, pro Centum libris. Glossar. Lat. MSS. Regiæ: *Talentum*, centum pondus auri; idem 82. pondo. [\* Cod. reg. 7644. certum. Vide Isidor. Orig. lib. 16. cap. 25. sect. 2. ex Eucherio.] Ita Theophanes ann. 9. Nicephori General. τάλαντον, pro centum libris usurpat. Vide Agrimensores pag. 333. Budæum lib. 4. de Asse, Agricolam de Ponderibus lib. 2. et 5. Covarruviam de veteribus Numismat. Hispan. cap. 4. n. 5. et alios.

**TALENTUM**, pro 50. libris. Osbernus in Vita S. Elphegi Archiep. Cantuar. n. 28: *Ut si vita ac libertate velit potiri, sexaginta auri Talenta persolvat, singulis Talentis quinquaginta librarum pondere appensis.*

**TALENTUM**, interdum pro *Libra* et *Marea* sumitur, ut apud Annam Comnenam in Alexiade pag. 414. Neque aliter accipi apud Gregor. Turon. lib. 7. cap. 40. videtur: *Ferunt autem ducenta et quinquaginta Talenta argenti fuisse: auri vero amplius quam triginta.* Speculum Saxonicum lib. 3. art. 51. § 2: *Equus, eum quo quis dominum suum sequendo eidem inservit, Talento, id est 20. solidis coæquatur.* [\* Germ. punt.] Quot scilicet *marca* dicitur *ponderare*, eodem lib. art. 45. § 3. *Talenta seu libræ*, tit. 64. § 2. *Marea vel Talentum*, in jure Saxonicum cap. 26. § 1. Witikindus, et ex eo Conradus Usperg.: *Pro qua præsumptione condemnavit eum centum Talentis, omnesque Principes, qui ad hoc eum jubabant, dedecore canoni, quos portabant usque ad urbem regiam, que dicitur Magdeburg.* Vetus Charta apud Hubertum Leod. in Monumentis antiq. pag. 38: *Pro præsumptione autem delicti, imperando dijudicamus, ut si liber est, 10. Talenta; si ministerialis, 5. Talenta... persolvat.* Adde Matth. Paris pag. 547. et 567. Chronicon Montis-Sereni ann. 1171. et alibi non semel, Leges Opstalbomias cap. 34. etc. Præterea que observamus ad Annam Comnenam pag. 400. At in Chronico Laurishamensi, *Talenta* 18. et dimidium *marcas* 15. *confreisse* dicuntur, [et in Statuto Abbatii Pegav. ann. 1308. apud Ludewig. Reliq. MSS. tom. 2. pag. 263: *Pro septem marcis recipi debent sex Talenta denariorum usualium.* Charta Pilgrini de Swarzenowe Ministerialis Austriæ ann. 1271. apud eundem Ludewig. tom. 4. pag. 81: *Unius Talenti redditus in Stranaïs libere tradidi, sex videlicet solidorum redditus et lx. denariorum redditus.* Charta Stephani Waiwodæ Transsilv. ann. 1346. ibid. pag. 277: *Promittimus... condonare mille marcas puri argenti ponderis Wiennensis aut dno milia Talenta latorum denariorum Wiennensium, et pro quoque Talento sex pens. latorum den. Wienn. computando.* Adde pag. 79. 80. 82. 100. 109. 119. 162. Dissertationem Christiani Schlegelii de nummis antiquis Gothanis, etc. editam Francofurti ann. 1717. p. 7. et 8. Chronicon Mellicense pag. 379. col. 2. ubi Schrambius *Talentum* vertit per *Florenum*, Vindemias Liter. Schannatti pag. 3. etc.] Sumitur etiam interdum pro *Aureo*. [Unum *Talentum auri* vulens septem solidos Turon. in Indice MS. Beneficiorum Ecclesiæ Constant. fol. 54.]

\* Pro *Libra*, pondus, in Charta ann. 1389. tom. 2. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Honthelm* pag. 895: *In oleo lxxvij. Talenta, in cera vij. cum dimidio Talenta, etc. Talentum magnum humuli..... Talentum magnum canabis*, in Charta ann. 1522. tom. 5. Cod. diplom. Polon. pag. 184. col. 2.

† **TALENTUM CERÆ**, in Charta ann. 1315. apud Christianum Schlegelium in Dissertatione jam laudata pag. 11: *Talentum cimini, Talentum piperis*, in Consuet. MSS. Eccl. Colon. Vide *Tabularium* 6. [\* *Talentum ceræ et talentum piperis*, in chart. ann. 1244. apud Guden. Cod. Diplom. tom. 2. pag. 83.]

\* **TALENTUM**, Interdum idem quod nostris *Besant*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7679.: *Talentum, Besant*. Stat. colleg. de Marchia fol. 128: *Domus onerata in octo denariis Paris. pro fundo terræ erga priorem S. Eligii, et erga dom. nostrum regem in duobus Talentis, Gallie besans. Talentum septem solidis æstimatur* in Charta Guich. prior. S. Salvii ann. 1202. ex Tabul. S. Gauger. Camerac.: *Memoratum hospitale singulis annis die Natalis Domini Talentum unum septem solidorum Valleneensis monetæ censualiter nobis persolvat.*

\* **TALENTUM MAJUS**, ut res rara observatur a Muratorio, in Charta ann. 1037. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 348: *Si quis igitur præsumtor temerarius, diabolico avaritiæ stimulo perennis, huic nostræ auctoritatis præcepto resistere, aut eum aliquatenus infringere temptaverit noverit se compositurum auri purissimi libras centum Talenta majora.*

2. **TALENTUM**, Animi decretum, voluntas, desiderium, cupiditas, Florentinis et Hispanis *Talento*, nostris olim *Talent*. Testamentum Stephaniæ, Regiæ Navarræ, Garsie Regis uxoris, æræ 1098. apud Sandovallium in Episcopis Pampilonensibus pag. 61: *Igitur si venerit ad aliquam de meas filias in Talentum Deo servire, et habuerit habitum, Deo devota permaneat, etc.* [Le Roman de la guerre de Troyes MS:

Et dou eombatre sai-je bien,  
Que ceus de là n'en feront rien...  
Ce poez bien savoir sans faille  
Qu'il n'ent ont ore nul Tallant.]

Hinc formata vox apud nostros *Entalented*, qui aliquid agere cupit, vult, decrevit, etc. Le Roman de Garin:

Entalented fu de Buegue vengier,  
Par maualant a broelié le destrier.

L'Ordene de Chevalerie:

Aprez deux esperous li mit  
En ses deux piez, et puis li dit,  
Sire, tout autres i es maus,  
Que vos volez, que vos chevaus,  
Soit de bien eorre Entalentez,  
Quant vos des esperons ferez.

Alanus Charterius au debat des deux fortunes d'Amour:

Si recorde sa leçons en son lit  
Très eulentiz  
Et d'en seavoir du tout Entalentez.

Huicce voci opponitur alia *Maltalent*, mala voluntas. Guillelmus Guart:

A grans flos de la ville saillent  
Mautalents, et presque à guerre  
Vont les fouriers S. Loys guerre.

Alibi:

Courrouciez et Mautalents.

Matth. Villancus lib. 10. c. 9: *Pieno di Maltalento. Detalenté de voler*, de falcone qui volare renuit, in lib. de Falconaria, Jani de Franchieres c. 7. Ab ἐθελωτός, vocis etymon accersit Budæus, quod video probari viris doctis. Mihi vero origines linguarum vulgarium, a Græca lingua petita, minus arident.

¶ *Atalenter* non semel etiam usurparunt nostri pro *Gratum* habere, placere, velle, etc. Le Roman de Ron MS:

Ruu oi la parole, mout lui Atalenta,  
Par conseil de ses homs les trieuves assurea.

Le Roman d'Athis MS:

Mesgnié out belle et riche et gente,  
Qui à bien faire s'Atalente.

Et infra:

Moult m'Atalente et plaist leur estre.

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Talent*, Prov. desideratio. Hinc *Ratalenter*, *Gratum* se exhibere, apud Guignevil. in Peregr. hum. gener. MS. ubi de Concupiscentia:

Quant je vuel, je fai le plaisant,  
Gracieuse et Ratalentant.

[\* Vide Raynouard. Glossar. Provinc. tom. 5. pag. 296. voce *Talen*.]

† **TALERUS**, **TALLERUS**, **Monetæ** species apud Germanos, de qua jam dictum est in *Daleris*. Melchioris de Rederu Epistola ad Archiducem Austriæ de Obsidione Varadii. ann. 1589. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 328: *His virtutis et meritæ laudis ergo centum Taleris donavi.* Rursus occurrit pag. 329. *Ungarici Talleri*, apud Carolum Carafam in Commentariis de Germania sacra restaurata.

† **TALETA**, **Exactio**, Gall. *Taille*. Vide *Tallia* 8.

† **TALGATUS**. *Talgata braca*, Cui assuta peræ, ni fallor. Charta ann. 855. in Append. Marcæ Hisp. col. 788: *Dono... bracas Talgatas xxxiii. et satulares parilia xv.*

\* Acad. Hisp. in Diction. *Talega*, *Mantica*, *manticæ* repositum, et *Talego*, *Saccus*.

**TALGIATA**. Sanutus lib. 1. part. 1. c. 1: *Tempore vero mensis Octobris et circa, flumen illud abundat in tantum, quod ipsæ speciarie et mercimonia a Babylonia per dictum flumen intrant, per quamdam Talgiatam longam, et per ducenta miliaria, que sunt a Babylonia usque in Alexandriam deferuntur.* [Canalem intelligo. Vide *Talciata* 2. *Tajamentum* et *Tajata*.]

† 1. **TALHA**, Idem quod *Tala* 1. *Vastatio*, *dammum*. Statuta Castri de Jeguno ann. 1291. MSS: *Facientes Talham et gast solvant esmandam.*

\* 2. **TALHA**, Idem quod *Pondus* in monetis. Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 145. Chartoph. reg. ch. 32: *Alii duodecim denarii albi ejusdem legis et melioris Talhæ reponebantur.* Ubi in aliis Chartis de re monetaria habetur, *Ponderis*. Vide *Tallia* 5.

† **TALHABILIS**, Gall. *Taillable*. Vide *Tallia* 8.

**TALHADORIUM**, *Orbicularis mensarius*, super quo edendi cibi discinduntur, nostris



olim *Tailloir*. Occurrit apud Brandaonum in Monarch. Lusitana 5. pag. 304. tom. *Ταλιόριον* dicitur in Hist. Conc. Florent. sect. 6. cap. 2. [Vide *Talierium* et *Tajore*.]

\* **TALHARE**, Singulatim distrahere, Gall. *Vendre en détail*. Charta ann. 1307. in Reg. 42. Chartoph. reg. ch. 44: *Concedimus quod si in alio loco dicti castris carnes venderentur ad tallium per dictos macellarios.... Promittimus vendere et Talkare infra dictas domos seu macellum bonas carnes, sanas, vendibiles, et legules*. Occurrit rursus in Charta ann. 1310. ex Reg. 49. ch. 80. Vide infra *Tallium* 4.

**TALHENDARIUS**, [TALHIA, TALHATA.] Vide in *Tallia* 7.

\* **TALHUM**. DE TALHO, Gall. *de Taille*, Cæsim, Ital. *di Taglio*. Formulæ MSS. ex Cod. reg. 7657. fol. 35 vº: *Unum magnum cutellum evaginavit repente, et.... tam de Talho quam de stoco ictus quamplures contra eum lansando.... percussit*. Vide supra *Tallium* et mox *Talum* 2.

¶ 1. **TALIA**, Stria in vestimentis, seu rugæ pars eminens ac protuberans in longum deducta ad instar *talix* seu *talææ*, quæ proprie significat arboris ramum ex utraque parte æqualiter præcisum, seu brevem baculum utrimque pariter crassum, quem etiam Græci *σχιδων*, vel *σχίζων* vocant. Tertullianus de Pallio c. 5: *Nec artificem necesse est, qui pridie rugas (pallii) ab exordio formet, et inde deducat in Talias*. Vide Hofmannum.

¶ 2. **TALIA**, Silva cædua, Gall. *Bois taillis*. Charta ann. 1234. e Chartulario Monasterii Baugesii: *Quod si Talia in dicto nemore fuerit, et animalia Abbatibus et Conventus ibi fuerint inventa, etc.* Vide *Talla*.

¶ 3. **TALIA**, Tessera, etc. Vide *Talea*.

¶ 4. **TALIA**, **TALEA**, **TALLIA**, Italis *Taglia*, Pars illa quæ aliquem spectat; v. g. Certus militum numerus qui a quovis fœderatorum exigitur, Gall. *Contingent*. Chron. Veron. ad ann. 1332. apud Murator. tom. 8. col. 648: *Domini Lombardiæ requisiti sunt ad ligam cum Florentinis et Rege Roberto contra Regem Bohemiæ, quæ liga Fercnæ per syndicos et ambasciatores Regis Roberti et Florentinorum facta est circa suum Martii, posita Talea inter ipsos de tribus millibus equitum et duorum millium peditum*. Memoriale Potestatum Regiens. ad ann. 1279. eod. tom. col. 1145: *Certa quantitas militum et peditum de civitate Reginorum cum tota montanea et cum certa Talia militum et peditum de Bononia et de Parma, et cum balesteris, iverunt circumquaque, obsiderunt Besamantam, etc.* Chronicon Parin. ad ann. 1282. tom. 9. col. 797: *Et inter eos ordinatum fuit, quod Talia militum eorum continuo staret Cremonæ*. Et col. 826: *Item eodem anno (1294.) dictus dominus Potestas cum M. de populo et aliis de Tallia deputatis, armata manu cucurrit, etc.* Vide *Taxa Gentium* in *Taxa* 1.

¶ 5. **TALIA**, Exactio, impositio; *Taliabilis*, Obnoxius tributo. Vide in *Tallia* 8.

¶ **TALIADA**, Præstatio Vide in *Tallia* 8.

**TALIARE**, Scindere, excindere, Gallice *Tailler*, couper. Leges Alvardi cap. 13: *Si quis nemus alicujus sine licentia combu-*

*rat, vel Taliat, persolvat omne grossum lignum cum 5. solidis*. [Charta ann. 1044. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 184: *Ut nullus quilibet homo ipsam silvam... Taliare vel capellare audeat. Taliavit radices*, in Actis S. Francæ n. 32. tom. 3. April. pag. 389. *Taliando et cusendo*, in Statutis Placentiæ fol. 80. vº. ubi de Sartoribus. *Universa extra muros Taliaverunt, prostraverunt et diruerant*, Petro Azario de Bello Caenepiciano ad ann. 1339. tom. 16. Muratorii col. 431.] Vide *Tala* 1. et *Talare*.

¶ Hinc dudenda est vox *Entaillieres*, quam pro Sculptore usurpat le Roman de la Rose MS:

Pymalion uns Entaillieres,  
Portraians en fus et en pierres.

¶ **TALIATA**. Formula vetus apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 83. col. 1: *Si charta manifestat, quod missus vel tutor comparasset vel de infante, fiat Taliata*. Hoc est, si bene opinor, *tale* seu id fiat, quod in Charta faciendum esse declaratur.

¶ **TALIATGIUM**, Idem quod *Tallia* 6. Vide in hac voce. Literæ Johannis Auxitan. Archiepiscopi ann. 1401: *Vinum relictum extra consulatum et Taliatgium*.

¶ **TALIATOR**, Sartor, Gall. *Tailleur*. Epitaphium ann. 1449. tom. 1. SS. Aprilis pag. 806: *Hoc opus fecit fieri ars Taliatorum vestium et juponorum*. Vide in *Taliare*.

\* **TALIATURA**. Vide in *Talea* 1. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Talhatura, Prov. cissura, fissura. Talh, Prov. acies, cisus, cisura. Talhar, Prov. amputare, findere*.

¶ **TALIATUS**, Cæsus, scissus, divisus, Ital. *Tagliato*, Gall. *Taillé, coupé*. Chron. Modoetiense apud Murator. tom. 12. col. 1159: *Fuerunt in civitate saa capti, mortui et Taliati tali modo, quod nefas est dicere*. Rursus occurrit ccl. 1184. Vide *Taliare*.

¶ **TALIBUS**, pro *Talmad*. Vide in hac voce.

¶ **TALIERIUM**, Escalis orbiculus quavis, sed proprie ligneus, Ital. *Tagliere*, Gall. *Tranchoir*. Annales Mediolan. ad ann. 1389. apud Murator. tom. 16. col. 812: *Salinum unum deauratum cum pedibus III. Aliud salinum deauratum. Taliaria xxiv. alba argenti mezanella signata in fundo de capite S. Ambrosii. Taliaria xxiv. quadra deaurata. Taliaria xxiv. rotunda deaurata*. Vide *Talhadorium* et *Taulerius*.

¶ **TALIERUS**, Species artocreatis, Gallicis *Paté*, ni fallor, eadem quæ Italis *Tagliarelli*, vel *Tagliarini*. Chronicon Bergomi. ad ann. 1386. apud Murator. tom. 16. col. 855: *Fecerunt feri plasquam c. tortas ac Talieros artibasalorum seu cazonzellorum; et venerunt ballantes in civitatem Bergomi tres et tres, et dabant cuique volentibus comedere de dictis tortis et cazonzellis*.

¶ **TALINPULUM**, f. Tantillum, aliquantum. Canoncs Hibern. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 7: *Tribus annis peniteat... horti oleribus, ovis paucis, Britannia formelle utatur... tenuela vero vel balthutæ lactis sextario Romano; sitis gratia et aquæ Talimpulo, si operarius est*. Et col. 10: *Solloque pane et aqua et sale et leguminis Talimpulo utatur*.

¶ **TALIMUS**, pro *Talmud*. Vide in hac voce.

**TALIO**, [apud Isidorum lib. 5. Orig. cap. ult. est similitudo vindictæ, ut taliter quis patitur, ut fecit; hoc enim et lege et natura institutum, ut ledentem similis vindicta sequatur; inde et illud Legis: Oculum pro oculo et dentem pro dente. Talio autem non solum ad injuriam referendam, sed etiam pro beneficio reddendo ponitur; est enim communis sermo et injuriæ et beneficentiæ. Donatio Abbatæ S. Egidii v. Id. Febr. regnante Aianrico Rege (ann. 1038.) : *Pro Talione nobis impendentur caelestia*.] *Talio*nis pœna, seu reciproca pœna, in l. 3. Cod. Th. de Exhibit. reis, (9.2.) etc. *Ταυτοπαισια*, apud Psellum in Synopsi legum pag. 55. *Harmoniopolium* lib. 1. tit. 2. § 34. l. 6. tit. 9. § 3. et alios. *Ἀποδοσία ἀποκρίσεως*, apud Dionys. in Eccl. Hierarch. [*Ἀντιπρόσωπος, ἀποδοσία*, in Glossis Græc. Lat. et Lat. Gr.] *Vicarium pœnæ genas*, apud S. Valerianum de Bono disciplina. Indicitur in Lege Wisigoth. lib. 6. tit. 4. § 3. Charta Communis villæ Cerniaci in Laudunensi pago ann. 1184: *Quod si reus inventus fuerit, caput pro capite, membrum pro membro reddat, vel ad arbitrium Majoris et juratorum pro capite aut membri qualitate dignam persolvat redemptionem*. Consuetudines Arkenenses ann. 1231. in Tabulario S. Bertini: *De homicidio voluntario convictus, parentibus vel cognatis occisi tradetur occidendus, et bona ejus domini erant*. Adde Brittonem in Legib. Angl. pag. 16. Statuta Academiæ Viennensis apud Lambecium lib. 2. Commentar. de Bibl. Cæsar. pag. 108. Chartam Communis urbis Faræ ann. 1207. apud Thomasserium in Consuetud. Bituric. pag. 438. Ivonem Carnot. Epist. 51. Observantias Regni Aragon. lib. 8. tit. de Homicidio, § 14. etc. Abrogatur in Consuetudine Hannoniensi cap. 15. In quibus casibus locum habeat apud Aragonenses, docet Michael *del Molino* in Repertorio Fororum Aragon. v. *Pœna talionis*. Vide Jacobum Gothofredum ad l. 7. Cod. Th. de Accusat. [Vide *Tallio*.]

**TALIOLA**, *Ποδὸς ὑπέρονη*, [Tendicula. *Taiola* supra ex Petro de Crescentiis. Vide ibi.] Lex Langob. lib. 1. tit. 22. § 4. [\*\* Roth. 317.] : *Si in pedica aat in Taliola fera tenta fuerit, etc.* Ubi Edictum Rotharis Regis tit. 104. § et 4. habet *Tanola*. Forte a *Tana*, de qua voce infra. Adde lib. 3. tit. 22. § 4. Gratius in Cynegetico vers. 92:

Quid qui dentatas iligno robore clausit  
Venator pedicas, cum dissimulantibus armis  
Sæpe habet imprudens alieni lucra laboris.

**TALIORCHUS**, Ludi vel alæ species. Joannes Sarisber. lib. 1. Polycrat. cap. 5: *Hinc tessera, calculus, urio, vel dardana pugna, tricolus, senio, monarchus, orbiculi, Taliorchus, vulpes, quorum artem melius est deliscere quam docere*.

**TALIPEDARE**, Titubare: verbum prisceum, quasi talis insistere, quod faciunt *πυροβόται*; quorum meminit Hippocrates: contra quam *Atta*, qui primis plantis ambulat. Liber Miraculor. S. Adelardi Abb. Corb. c. 8: *Et ipse cepit vix subsistens quasi ebrius Talipedare*. i. titubare, retro cedere. Vide Savaronem ad Carmina Sido-



nii. [Glossæ Lat. Gr. et Græc. Lat. : *Talipedo*, Παλαίποδα. In Glossario mediæ Græciti. habetur Παλαίποδον hac notione.]

\* **TALIS QUALIS**, Gall. *Tel quel*, Mediocris, medius; titulus, ab episcopo Redonensi assumtus in Actis ejusdem inter Probat. Hist. Brit. tom. 1. col. 672 : *Euprapter ego Stephanus de Filgeriis, Redonensis ecclesie Talis qualis episcopus, et regis Anglicorum capellanus, quæ ad utilitatem ecclesie nostræ et honorem rationabiliter adquisivi, memoria traducere proposui, etc.*

**TALISMANUS**. Ita Sacerdotes suos vocant Turcæ. Vide Wadding. in Annal. Minor. ann. 1342. n. 10.

De *Talismanis* vero, seu *σαγείας*, vel characteribus magicis ita appellatis, consulendi Salmasius in Kerkoetium pag. 75. de Annis climactericis pag. 578. in Histor. August. pag. 360. Gaffarellum de Curiositatibus inauditis, et alii. Glossar. med. Græcit. col. 1540. voce Τάλασμα.

\* **TALITER FACERE**, Gall. *Faire ensorte*, Efficere, dare operam. Comput. ann. 1399. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 50. col. 2 : *Dicti domini consules... eques ivent ad dictum locum de Bolhanicis, pro visitando dictas gentes armorum, et Taliter facere quod se dislogetent a predicto loco.*

† **TALITIUS**, *Colophus in talo*, in Glosis Isid. *Talires*, in Excerptis Pith. Legendum esse *Talirus* vel *Talitrum* censet Martinus. Vide *Talistrus*.

\* 1. **TALIUM**, Silva cædua, Gall. *Tailis*. Charta ann. 1341. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 368 : *Ne animalia infra dicta Talia valeant causa corroding intrare vel aliter dampnificare seu devastare, et quod ipsa Talia defenduntur et relaxentur, prout in forestis de Angulus vel de Narbonesio extitit fieri consuetum.* Vide *Talivum* et mox *Talleicium*.

\* 2. **TALIO**, DE TALIO, Gall. *de Taille*, Ital. *di Taglio*, Cæsim. Lit. remiss. ann. 1400. in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 86 : *Dictum Monentum in humeris collo et capite de pice sive Talio percussit.* Vide supra *Tailium*.

† **TALIVUM**, vel **TALIVUS**, Silva cædua, ni fallor, jus ea utendi, vel etiam præstatio quæ ob id juris exsolvitur. Gall. *Bois talis*. Charta Hospitalis S. Johannis de Ulmis : *Retento tamen dicto Hospitali et suis hominibus paschivo et Talivo in garrigis a cacumine montis usque ad caminum.*

† 1. **TALLA**, Vastatio, damnum. Vide *Tala* 1.

† 2. **TALLA**, Impositio, *Taille*. Vide *Tallia* 8.

† 3. **TALLA**, f. Funis angularius, complicatorius, Nautis nostris *Taille de point*, *Tuille de fond*. Informationes MSS. Massil. de passagio transmarino : *Item Tays de fioneo IX. Item Tallas ad fornimentum arborum svaes et sentiles, LX. Tallas. Item Tallas dostas et de tarrogas de medio et de prora, XII.*

\* 4. **TALLA**, AD TALLAM, Gall. *En détail*, Singulatum, particulatum. Charta ann. 1270. in Access. ad Hist. Cassin. part. 1. pag. 312. col. 1 : *Quicumque de eodem castro occidit ad Tallam porcum seu scrofam, ..... tenetur de porco seu scrofa predictis prestare lumbellum eorumdem animalium.*

Rursum occurrit ibid. pag. 316. col. 1. Vide supra *Talhære*.

† **TALLACA**, pro *Tallata*. Vide in *Tallia* 8.

† **TALLAGIA**, Exactio. Locus exstat in *Tenseria* sub *Tensare* infra.

† **TALLAGIUM**. Vide *Tullia* 8. et *Talliare*.

† **TALLARE**, Exscindere, Gallice *Tailler*, *Couper*. Judicatum ann. 867. apud Perardum in Burgundicis pag. 147 : *Dixit quod... sui servi... Tallassent vel occidissent uno casuo de S. Benigno.* Vide in *Talhære* et *Talhære*.

† **TALLATA**, Exactio, *Taille*. Vide *Tallia* 8.

† **TALLATOR**, Numerator, ratiocinator, a Saxonico *Tællan*, Numerare. Liberniger Scaccarii pag. 352 : *Tallator Regis in domo comedet, homini suo III. obol.* Nisi sit Sarcinator, Gall. *Tailleur*.

\* **TALLAVACIUS**, Clypei species, Gall. *Talevas*. Stat. Ferrar. ann. 1279. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 487 : *Quod quilibet custos deputatus ad aliquam custodiam alicujus castri, vel loci civitatis Ferrarie, vel districtus, teneatur et debeat toto tempore custodiæ habere... sputam, Innceam, Tallavacium, sive bonam targetam.* Consule eund. Murator. ibid. col. 517. Le Roman d'Alexandre MS. part. 2 :

A pié comme serjant a pris le Talevas.

Vide *Tulavacius*.

† **TALLEA**, Species tigni, materiæ, vel Scandula, Gall. *Bardeui*. Statuta Cadubrii cap. 23 : *Mercatores de Cadubrio libere et impune possint et valeant conducere, seu conducti fucere suas Talleas ad quem locum seccarum vellent.* Correctiones eorumdem Statut. cap. 26 : *Si commune alicujus villæ de Cadubrio, vel major pars inciserit, vel fecerit Talleas et alia lignumina causa mercimoniandi, illud nemus non solum vicinis, sed etiam omnibus civibus et habitatoribus Cadubrii intelligitur esse commune, ita quod omnes impune possint in dicto nemore laborare.* Et cap. 99 : *Sancimus, quod quilibet buscherius in Cadubrio per dies octo, postquam signate fuerint Talleas per aliquem mercatorem, tam terrigenam quam forensam, teneatur et debeat eas innquare vel inaquari facere sub pœnu sol. c. pro quolibet buscherio, et nihilominus ipsas Talleas inaquare omnino teneatur.* Rursum cap. 105 : *Si aliquis... ansus fuerit... furari assides, Talleas, vel aliqua ulia lignumina cujuscumque generis nlicujus persone, condemnentur in libris decem pro quoque ligno, Tallea vel asside, ultra alias penas in statutis contentas.* Vide *Talea* et *Tallia*.

† **TALLEICIUM**, Silva cædua, Gall. *Tailis*. Literæ Ludovici IX. Regis Franc. ann. 1236. e Chartulario Parthenonis Montis-Martyrum : *Habent brueriam et genestam in dicto nemore præter Talleicia, quæ se de bestiis defendere non possint.*

\* Charta Phil. Aug. ann. 1220. in Chartul. Barbel. pag. 262 : *Præcipimus quatinus in Talleiciis omnium nemorum dilectorum nostrorum abbatibus et conventibus et fratribus de Barbeel, ubicumque sint, non mutatis aliqua animalia vel nitti sufferatis, quous-*

*que eadem Talleicia habuerint quinque annos completos.* Vide supra *Talum* 1. et infra *Tallicium*.

† **TALLERUS**, Monetæ species. Vide *Talerus*.

† **TALLETA**, Idem quod *Tallia* 8. Exactio, tributum, Gallice *Taille*. Literæ Gregorii IX. PP. pro Monasterio Malleac. apud Stephanotium tom. 4. Antiq. Pictav. MSS. : *Concedo... exactionem pecuniæ, quæ ab hominibus monasterii et prioratum, et aliorum locorum ipsius exigebatur annis singulis pro Talleta.* Rursum occurrit in Literis foundationis Monasterii Bellæ-Noæ inter Iustrum. Gall. Chr. novæ edit. tom. 3. col. 412.

† **TALLHUM**, ut *Tallia* 5. Vide ibi.

† 1. **TALLIA**, Vastatio, damnum. Vide *Tala* 1.

† 2. **TALLIA**, Silva cædua, Gall. *Tailis*. Libertates S. Palladii ann. 1279. e MS. Coislin. : *Si infra quatuor annos et Mnum animalia essent inventa in Talliis solvent emendam, scilicet v. sol. Paris.* Vide in *Taillea*.

† 3. **TALLIA**, Tessera lignea, etc. Vide *Talea*.

† 4. **TALLIA**, Gall. *Contingent*. Vide *Talia* 4.

† 5. **TALLIA**, Bessis aurei vel argentei nummaria partitio, Gall. *Taille*, apud monetarios. Dicitur de certo nummorum numero, qui ex auri vel argenti marca conflatur : v. g. denarius argenteus dicitur ad *Talliam* 10. denariorum, cum ex una argenti marca decem dumtaxat denarii percipiuntur. Rotulus computorum Præposituræ Franciæ ann. 1289. apud D. Brussel tom. 1. de Usu feodorum pag. 472 : *Pro busta VII. lib. VII. sol. III. den. gross. Valent IIII<sup>xx</sup>. VIII. lib. VII. sol. Turon. petiz. Et erat busta bona de pondere et Tallia; sed deficiebant duo grani cum dimidio.* Literæ Humberti Dalphini ann. 1345. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 514. col. 1 : *Magistros, gardas et rectores monetarum nostrarum ac ligam, pondus, remedia, formam et Talliam ac seignoriam eorum in statu in quo sunt manutenendi, mutandi, nugendi seu ninuendi, etc.*

† **TALHIA**, Eadem notione. Computus ann. 1339. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 95 : *Item, quod fierent devorii nlii curribiles pro 12. denariis, sub forma et cuncto nliorum dozenorum, qui fiebant nuper, sub minori Talhia tamen, et quod essent de liga sex denariorum argenti fini, et de pondere decem solidorum dict. dozenorum pro qualibet marchâ, sub remediis et ligæ et ponderis, sub quibus alii dozeni noviter cudebantur.* Vide Lobinelli Glossarium ad calcem Histor. Britan. in vocibus *Tnille* et *Alloyé*.

† **TALLHUM**, Eodem significato. Charta ann. 1417. e Schedis Pr. de *Mnzangues* : *Et in liga sive in Thallo solidi 20. et denarii 4. complebant dictam marcham.*

† 6. **TALLIA**, Gall. *Toille*, Territorium urbis. *Punition* et *correction* des faits perpétrés et *avenus* en ladite ville et *Tnille d'icelle*, in Literis ann. 1363. tom. 4. Ordin. Reg. Fr. pag. 563. ubi de civitate Insulensi. Occurrit rursus in Inscriptione Consuetudinibus ejusd. urbis, ut et art. 44. etc. quod



annotatur in Glossario Juris Gallici tom. 2. pag. 402. Vide *Taliatgium*.

¶ 7. **TALLIA**, Scissura, ni fallor, divisio quæ fit in partes scindendo, distractio, venditio quæ fit minutatim, a Gallico *Taille*, *coupe*, *dissection*, vel Belgico *Tollie*, Cæsiö. Codex MS. Ecclesiæ Audomarensis: *Hæ sunt consuetudines et jura, quæ habent Ecclesiæ SS. Bertini et Audomari in theloneo de castro S. Audomari et in appenditiis ejus, scil. de sturione iv. den. de Tallia ceti iv. den. de merluis ii. den.*

8. **TALLIA**, Piastatio, quæ dominis fit a tenentibus seu vassallis, in certis eorum necessitatibus, nostris vulgo *Taille*: sic dicta a *taleis*, seu *talis*, de quibus supra, hoc est laterculis ligneis, in quibus, *cæsuris* subinde aliquot solutiones exarabantur, parte altera penes dominum, altera penes tenentem, cui vice apochæ erat, remanente. Charta Rainoldi Remens. Episc. ann. 1094: *Et virpivi exactiones, quas Tallias vulgo vocant, quas in villa S. Remigii exercebat.* Charta Roberti Comitis Augi: *Nulla auxilia, nullas Tallias sive collectas, nullas omnino exactiones exigant.* Charta Henrici Comitis Trecentis: *Exactio, quam vulgo Talliam vocant.* Charta Adelæ Comitissæ Carnotensis ann. 1109. in Tabular. Abb. Bonævallis: *Descriptionem pecuniæ, quæ consuetudinariæ Tallia nominatur, in burgo Bonævallensi fieri præceperam.* Rigordus: *Ne principes... Ecclesias, vel Clericos ibidem Domino servientes, aliquibus angariis, Talliis vel aliis exactionibus gravare præsumerent.* *Tallia*, sive *precaria*, in Chartis aliquot in Historia Guinensis pag. 498. 522. Charta ann. 1060. apud Louvet. in Bellovaco: *Quasdam injustas consuetudines, Talliam videlicet et omnes alias oppressiones... dimisi.* Sugerius de Administrat. sua cap. 10: *Possessionem B. Dionysii... a multis retro temporibus tribus Talliis expositam, videlicet Domino Castro Cabroæ, et Domino Castri Nielphæ, et Simoni de Villa Aten, etc.* Infra: *Ne reducat manum ad Talliam, vel terræ oppressionem.* Concilium Lateranense ann. 1176. cap. 4: *Ne subditos suos Talliis et exactionibus Episcopi gravare præsumant.* Adde Appendicem ejusdem Concilii cap. 7. [Chartam ann. 990. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 95. Vide ibid. col. 102. 134. 182. 270. Chartam Communiæ Laudun. tom. 7. Miscell. Baluzii pag. 291. Marten. tom. 1. Anecd. col. 596. 646. 647. 649. tom. 3. col. 439. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1145. de Lauriere tom. 1. Ordin. Reg. Franc. pag. 20. Glossar. Lobinelli tom. 3. Hist. Paris. Calmet. in Hist. Lotharing. tom. 2. col. 36. Hist. Dalph. tom. 1. pag. 127. tom. 2. pag. 54. etc.]

ATALLIA, pro *Tallia*, in Tabular. S. Flori Arvern.: *Ab omni Atallia, collecta, leuda, segoha, et manobra.*

TALLEA, Eadem notione, ex Gall. *Taille*. Tabul. Eceles. Carnot. ch. 72: *Tallea supranominata fiet. Quarto anno submonebo Canonicos ejusdem villæ, et facient Talleam convenientem, de qua habeo medietatem, et ipsi aliam.* Tabular. Absiense fol. 29: *Et dederunt 10. nummos Talleæ.* Passim in hoc Tabul. Charta Ludovici Regis ann. 1133. pro Ecclesia S. Maglorii Paris.: *Consuetu-*

*dinem quamdam, quam Talleam nominant, quæ in eorum villa... ab officialibus Regiis extorquebatur, etc.* Innocentius III. PP. lib. 1. Epist. pag. 52. edit. Venetæ: *Ab omnibus violentiis, Talleis, et exactionibus ducevit absolvendos, etc.* [Literæ Henrici Archiep. Remens. ann. 1163. e Chartulario Compendiensi: *Tallea vero vel generalis exactio ibidem non poterit fieri, nisi Abbas et ipse Hilduinus consenserint.* Adde Chartam ann. 1251. apud Thomasserium in Biturigibus pag. 90.] Charta vernacula ann. 1246. in Hist. des Chastaigners: *Sour ce que je demandoe sur la terre de la Gombaudière, et sur les prés, que il teneit, à avoir ma Taille haute et basse, et mes autres services, etc.* Charta Savarici Vicecomitis Thuarensis ann. 1269. apud Gallandum lih. 1. de Franco alodio: *Et li homes, qui devoient Taillees par raison de rachat ou de mortemain, n'en rendront desormais nulle Taille.*

¶ TALLEIA. Charta ann. 1218. apud Baluz. Hist. Tutel. col. 527: *Illi homines, qui ibi se collocaverint, erunt liberi et immunes ab omni servitio, Talleia, bianno et exactione.* Recurrit ibid. col. 528. et alibi.

¶ TALEA. Synodus Pergami ann. 1311. apud Murator. tom. 9. col. 579: *Ita quod secundum æstimam sive æstimationem prædictam collectarum et Talearum fieri valeat distributio, etc.* Occurrit eadem notione tom. 12. ejusd. Muratorii col. 802. 1041. tom. 16. col. 369. Statuta Vercellarum fol. 12: *Potestas teneatur fodra, mutua et Taleas impositas per Commune Vercellarum... solve et dare illi vel illis, quibus seu quorum occasione fuisset imposita vel taliata.* Adde Statuta Civitatis Astæ Collat. 20. cap. 35. etc.

¶ TALHA, Eodem significatu. Vincentius Cigalt. de Bello Italico: *Domini habentes credit in curiis Regum, qui in odium litium et Tailharum des quatre cas faciunt vastare subditos per armigeros et destruere.* Quæ vero sint hæ *Talhe* des quatre cas dictæ, videre mox potes in *Talliæ franciles*.

¶ TALLHIA, in Charta ann. 1362. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 436.

¶ TALHIA. Charta Regiensi ann. 1361: *Ad recolligendum et assignandum pecunias Talhiarum in ipsis comitatibus universaliter, ut dicitur, indictarum.* Occurrit præterea in Charta ann. 1375. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 208.

¶ TALLA, in Charta ann. 1203. ex Regesto 151. Chartophylacii Reg. num. 370: *Non Tenebimini ad gachas, vel ad balas, vel ad Tallas, vel ad opera communia.*

¶ TALLADA. Absolvit... quicquid habebat in dominio in bordaria de Fonte anara, scilicet... *Talladani, et expletum totum quod habebat vel requirere poterat,* in Charta ann. 1085. apud Baluzium Histor. Tutel. col. 428.

¶ TALIADA, in Charta Rainundi de Turana pro Monast. Belliloc. ann. 1190: *Nullas exactiones vel Taliadas debebat habere in villa de Bello loco.*

¶ TALLIA, in Mandato Philippo Pulchri Regis Fr. ann. 1302. apud Menesterium Hist. Lugdun. pag. 87. col. 2. *Talliis, costumis, vendis,* in Literis ann. 1269. ex Archivo S. Albini Andegav. Adde Vossium de Vitiis serm. in Appendice pag. 812.

Lobinelli Glossarium ad calcem Hist. Britan. etc.

¶ TALLIA, in Conventionibus Ludovici Regis Siciliæ cum Arelatensibus ann. 1385. e MS. D. Brunet fol. 7. et 9.

¶ TALLIA, in Literis ann. 1275. inter Ordin. Reg. Franc. tom. 3. pag. 62. et alibi.

¶ TALLA, in Charta Communiæ Balneoli, ex Schedis Cl. V. Lancelot.

TALATA. Tabular. S. Eparchii Inculism. fol. 34: *Pravis exactionibus vexarent, scilicet in mestivis, in Talatis, et aliis serviitiis, etc.*

¶ TALLATA. Statuta Arelatens. MSS. art. 159: *Ex Communis auctoritate possint Tallatam facere super omnibus possessionibus.*

¶ TALLACA, ut *Tallata*, nisi ita legenda est. Literæ S. Ludovici inter Privilegia Ordinis S. Johannis Jerosol. pag. 32: *Sint liberi et quieti de exercitu et equitatu... de omnibus querculis, placiviis auxiliis et de Tallacis, etc.*

¶ TAULLIA. Charta Theobaldi Episc. Ambian. ann. 1177. e Tabulario S. Richarii: *Medietatem ex integro omnium censuum, jurium... possidebit Ecclesia, excepta Taullia, quæ per laicam manum in angaria exigitur, et ad jus ecclesiasticum minus pertinere videtur.*

*Talliæ* porro diversimode imponebantur: quedam enim ex *Consuetudine*, hoc est, usu ita jam olim inducto, certis ac statis anni tempestatibus exigebantur. Charta Communiæ Rotomagensis ann. 1207: *Nec eos cogereimus ad reddendum nobis Talliam per consuetudinem, nisi sponte sua nobis dare voluerint.* Tabularium Ecclesiæ Ambian. ch. 82: *Per duos hospites... confirmari fecerunt, quatenus neutrius viri prædecessores in terra S. Firmini Talliam jure, vel consuetudine habuerunt.* Hinc *Talliæ Consuetudinariæ* dicuntur in Charta Communiæ Belnensis ann. 1196 et in Charta Communiæ Crispiciensis ann. 1184: *Tum pro censibus quam pro Talliis consuetudinariis, quæ 4. terminis sic solvuntur ad mandat nostrum, in Festo omnium SS. 20. in Nativitate Domini 20. in Pascha 20. in Festo B. Joannis 20. etc.* [Charta ann. 1227. e Tabulario S. Jacobi Montis-Gortis: *Radulfus Niel Dominus Mucie dedit Ecclesiæ S. Jacobi de Monte-forti iv. libras in iv. terminos divisas, videlicet xx. solidos in Tallia Augusti, xx. solidos in Tallia OO. SS. et xx. solidos in Tallia Natalis Domini, et xx. solidos in Tallia Paschæ.*] Adde Chartam Communiæ Laudunensis ann. 1128. et Communiæ Cerniacensis ann. 1188.

Interdum ter tantum exigebatur. Charta Nicolai Episcopi Cameracensis, apud Doubletum pag. 449: *Et ab hominibus ter in anno Talliam violenter exigebat.* *Tallia Natalis et Paschæ*, in Regesto Philippo Augusti Herouvalliano pag. 143. Consuetudo Burbonensis art. 202: *Quiconque doit Taille personnelle trois fois l'an, c'est à scavoir en Aoust, à Noel et à Pasques, etc.*

*Tallarum* præterea aliæ sunt *Reales*, aliæ *Personales*. *Reales* dicuntur, quæ ratione tenementorum debentur: *Personales*, quæ ratione capitum, *qui sont sur le chef et la personne*, ut loquitur Consuetudo Burbonen-



sis art. 189. 190. 191. 488. et seqq. De Realibus agit eadem Consuetudo art. 488. et seqq.

TALLIÆ PERSONALES, rursum aliæ sunt *Serviles*, aliæ *Liberæ*, seu *Franciles*: *Serviles*, et *franches*. *Liberæ* dicuntur, quæ a liberis exiguntur: *Serviles*, quæ a servis, in eadem Consuetud. art. 189.

TALLIÆ FRANCILES seu liberæ sunt, verbi gratia, quæ a parvis liberis præstantur in 4. casibus, scilicet pro expeditione Hierosolymitana Domini, in ejus captivitate, in filiæ matrimonio, et in Militia filii, nam ejusmodi præstationes *Talliæ* dicuntur in eadem Consuetud. Burbonensi art. 343. 344. et in Arvernensi cap. 17. art. 9. cap. 25. art. 1. quæ alias *Auxilia*, seu *Aides* vulgo appellantur. [Transactio inter Priorem Carthusiæ Vernensis et Rossolinum de Fossis ann. 1295. e Schedis Pr. de Mazaugues: *Quod propter merum imperium, quod habet dictus Rossolinus in territorio de Verne, non possit ibi acquirere aliquam servitutem super dictum monasterium... nec pro filia maritanda, suo filio uxorando, vel alio quocumque casu Talliis vel quitas facere, etc.*] Ejusmodi etiam sunt *Talliæ*, quæ a liberæ conditionis hominibus exiguntur a dominis in eorum necessitatibus. Regestum Philippi Augusti Herouvallianum pag. 149: *De Conventu S. Aniani Aurelian. dicebant, quod ipsi poterant Talliare homines suos de Tilleio.... pro servitio D. Regis, pro servitio D. Papæ, et pro terra emenda ad opus Ecclesiæ.* Charta Philippi Aug. Regis Franc. ann. 1185. pro Laudensibus: *Pro Talliis super homines illos, quas tribus de causis facere poterat, videlicet pro exercitibus nostri servitio, pro Domino Papa, et pro guerra manifesta Laudensis Ecclesiæ.* Exstat Charta Reginaldi Episcopi Parisiensis ann. 1252. in M. Pastoralis lib. 1. ch. 2. qua agnoscit Capitulum Parisiense, esse in possessione vel quasi homines de Ortiaco Talliandi pro negotiis Parisiensis Ecclesiæ, etiam aliis quam pro exercitu Regis. Alia ann. 1267. lib. 2. ch. 44: *Salva etiam Tallia, quam facere consueverunt, cum Do. Rex Franciæ vadit in exercitum.*

TALLIA PANIS ET VINI. Charta Philippi Aug. ann. 1215. pro Aurelianensibus: *Sciendum, quod duorum annorum collectio sit facta de blado et vino, quæ quidem collectio, vulgo Tallia panis et vini nuncupatur.* Exstat Charta Ludovici Regis Franc. ann. 1225. in M. Pastoralis Eccles. Paris. lib. 19. ch. 58. qua concedit Canonicis ejusdem Ecclesiæ, ut omnibus annis, quibus *Tallia panis et vini de cætero colligi debet Parisiis, colligant eandem Talliam panis et vini pro totam terram suam in Gallandia, et in Claustro S. Benedicti, a principio messium, et a principio vindemiarum, usque ad Festum S. Martini hyemalis.* Charta Philippi Regis ann. 1273. pro Ecclesia S. Mederici Parisiens. : *Habebimus etiam in tota terra prædictæ Ecclesiæ et ipsius hospitibus, bannum, quetum, talliam, exercitum, et cavalcata, Talliam panis et vini, mensuras, justitiam, etc.* Occurrit in alia ejusdem Regis pro Monasterio S. Germani Paris. ann. 1272. apud Brolium lib. 2. Hist. Parisiensis. Consilium pro Monetis circa ann. 1320. ex Camera Comput. Paris. : *Item*

*il nos semble qu'il seroit bons et grans aumones, et tourneroit à grant profit, que li Rois feist toillir par bonnes gens tous les Tournois pelez et les Parisis pelez, et qu'il les fit fonder, etc. Car les monnoyes le Roy en sont mout refusées, et en sont fez mout de malices, et li Rois est tenu à tenir les en bon pain, car il en a la Taille du pain et du vin de sa terre, et sa monnoie en sera mieus amée.*

Ex quo patet idco Regi solutam fuisse *Talliam panis et vini*, ne nonetas immutaret quod tributum genus in Normannia *Foagium* dicebatur, ut suo loco dictum est. Sed quod primum in *blado et vino* solvcbatur, in certam pecuniæ summam commutatum est, ut inter cætera probat Excerptum ex libro 2. antiq. Ordin. de arbitribus, mercibus et politia Paris. part. 2. fol. 31: *Taille du pain et du vin, dicte la ceinture la Reine, qui se lieve de trois ans en trois ans. La Taille du pain et du vin de Grève est vendue de trois ans en trois ans, et commence à estre receue par l'acheteur le jour de la S. Remi, et finit de Quasimodo, etc. L'Abbé de S. Denys doit x. livres parisis pour lui et pour ses hostes, et par ce sont francs, sauf tant seulement se aucun y avoit qui amena vin au port pour vendre, etc. L'Abbé de S. Mor doit c. s. parisis, etc. L'Abbé de S. Germain doit c. s. etc.* Plura vide apud D. Brussel tom. 1. de Feudorum usu lib. 2. cap. 36.

TALLIA DE MORTUA MANU, et de Martiagio, et de Prisone, passim in Tabular. Absiensis.

TALLIA ALTA et BASSA, et *Tallia ad voluntatem*, quæ a dominis minuitur vel augetur supremo jure, pro libito, ita tamen ut facultatum Tenentium ratio habeatur. Charta Petri de Foccio Valeti de Charteria ann. 1233: *Ego dicebam, me habere in eisdem pro tenentis, quæ in dominio meo habebant, Talliam altam et bassam annuatim.* Tabularium Fossatense fol. 61: *Tallia, quæ fit haut et bas, ad placitum.* Charta Philippi Regis Fr. ann. 1304. apud Doubletum pag. 942: *Ndül Ecclesiæ subventionis noviter nobis concessæ levabitur ab hominibus Ecclesiarum de corpore, seu manu mortua, alto et basso ad voluntatem Talliabilibus, etc.*

TALLIA AD VOLUNTATEM. Suger. de Administrat. sua cap. 2: *Cum eadem villa multis angariis a Comite Domni Martini, videlicet exactione Talliæ, frumenti scilicet 5. modiorum, quos ei pro pace concesseram, cum ipsa Talliam pro voluntate sua facere consuevisset, etc.* In M. Pastoralis Eccles. Parisiens. lib. 1. ch. 1. et lib. 2. ch. 4. exstant Chartæ Manumissionum, in quibus Capitulum Paris. retinet *Talliam ad voluntatem, et beneplacitum suum in personis et bonis manumissorum.* [Charta Gnigonis Comitis Forensis ann. 1224. tom. 1. Macer. Insulæ Barbaræ pag. 136: *Tam nos quam progenitores nostri in predictis villis et hominibus, pro nostræ solius voluntatis arbitrio, quandoque Tallias fecimus. Tallia ad voluntatem et misericordiam, in Charta ann. 1320. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 81. col. 2.] Vetus Consuetudinarium Franciæ lib. 3. pag. 93. veteris edit. : *Je suis en sainsine à juste titre de Tailler et exploiter haut et bas et à volente de Seigneur tel homme mon**

*homme de corps de serve condition et de main morte, de faire à la personne de lui, et de ses biens, toutes maniere d'exploits de servage accoustumés à ceux, qui sont de la condition dont il est, etc.* Consuetudo Burbonensis art. 190: *Quiconque doit taille personnelle et sur le chef, soit de taille franche ou de taille serve, ladite Taille est à volonté raisonnable, et la peut le Sergent croistre ou diminuer selon la faculté des biens, de celui qui la doit.* Hoc est sine destructione et exilio faciendum, ut est in Fleta lib. 2. cap. 71. § 15. Vide [Froissart. vol. 3. cap. 50.] Consuetud. Trecensem art. 3. 4. Nivernensem tit. 8. art. 1. et seqq. Ducatus Burgund. art. 97. Comitatus Burgund. art. 101. etc. Huic porro *talliæ* opponitur ea, quam *abonnamam*, id est fixam, ac ratam, vocant Consuetudines aliæ.

\* Charta ann. 1256. in Chartul. Guill. abb. S. Germ. Prat. fol. 180. vº. col. 2: *Cum homines de Emento et de potestate Ementis confiterentur Talliam annuam ad plesir anno quolibet se debere monasterio S. Germani de pratis, etc.*

¶ TALLIA VOLUNTARIA, in Charta Roberti Abbatis Maurigniac. ann. 1218. ex Chartul. ejusdem Monasterii.

VOLUNTAS, nude, pro *Tallia ad voluntatem*. Charta Hugonis de Castronovo in Tabulario Ecclesiæ Cadurcensis: *Habet et Delmas de Boisol quatuor agnos in Festo Paschæ, et Voluntatem suam in rusticis.* Occurrit ibi pluries. Hinc

TALLIA AD PLACITUM, Idem quod *Tallia ad voluntatem*, in Charta ann. 1248. in Tabul. S. Germani Prat.

VOLUNTARIUS, Subditus, qui *talliatur* ad voluntatem. Charta Henrici Comitis Ruthenensis ann. 1282: *Cedimus et concedimus... tibi Guillelmo de Sankinac domicilio... et hæredibus et successoribus, et Voluntariis tuis, etc.*

¶ TALLIA AMOISSONATA, Quæ quotannis solvitur, in certa, de qua conventum est, frumenti quantitate vel etiam pecuniæ summa. Vide suo loco *Amoissinata* et *mox Talliabiles*.

\* TALLIA AUGUSTI, Quæ in Augusto exsolvebatur. Charta Phil. abb. de Cultura ann. 1224. ex Bibl. reg. : *De feodo illo debet abbas equum de servitio, et singulis annis decem solidos Cenomanenses de Tallia Augusti et decem solidos Cenomanenses de aliis talliis, quando contingeret.*

¶ TALLIA COMITALIS in Dalphinatu dicebatur certa quedam et determinata præstatio, quæ Comitibus Vienensibus, id est Dalphinis, quotannis exsolvebatur ab omnibus, ut docetur tom. 1. Hist. Dalph. pag. 70. Rescissa non fuit hæc *Tallia* in locis, in quibus olim exigebatur, ut dicitur ibidem; ubi etiam observatur, partem dotis Monasterio Montis fluriti assignatam, in hujusmodi *talliis* sitam esse. Chartam habes ann. 1342. ibid. pag. 83. et seq. in qua Dalphinus dicitur pro dotatione prædicti Parthenonis concessisse *Primo, Talliam Comitalem de Mura, quæ valet annuatim 100. l. 16. s. bon. m. Item, Talliam Comitalem mandamenti Belli-montis, quæ valet annuatim 61. l. Item, etc.*

¶ TALLIA COMMUNIS et *Tallia Dominica*. Jura et redditus Ecclesiæ Nobiliac. apud



Stephanotium tom. 3. Antiq. Pictav. MSS. pag. 525 : *Habemus apud Nobiliacum cxx. sestaria frumenti de Præposito in Assumptione B. M. de Tallia dominica xl. solidos; eodem die de Tallia communi v. solidos; in Festo OO. SS. de censu ix. solidos.*

\* **TALLIA FEODALIS**, Quævis præstatio, quæ ratione feodi debetur. Charta ann. 1215. ex Bibl. reg. cot. 19 : *Concessi..... culturam de Marleiz et magnum campum, sicut se dissepat, de feodo Esquetot;... de quo dicti fratres dicto Johanni de Feugerolles annuatim reddent.... Tallias feudales. Vide in Talhio.*

¶ **TALLIA JUSTA**, Quæ ex Consuetudine debetur. Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 129 : *Salvis tribus solidis et dimidio de justa Tallia, quando eam contigerit exhiberi debere.*

¶ **TALLIA LEGITIMA**, Eodem significato, ibid. fol. 113 : *Cum domini ejusdem Gaufridi de feodo illo legitimas Tallias fecerint, monachi dominis illis xi. denarios persolvent.*

¶ **TALLIA RECTA**, Pari notione, ibid. f. 78 : *Monachi vero tenentur dicto Gervasio et hæredibus suis... reddere... rectas Tallias sibi et dominis suis, quando evenierint. Et fol. 80 : Reddebant etiam monachi rectas Tallias, quando eveniebant. Adde fol. 114.*

\* **TALLIA MILITUM**, quænam sit intelligitur ex titulo Literarum pro stipendiis militum stratas custodientium, in Cod. reg. 4189. fol. 11. rº : *Debetis affectare ut Tallia militum persolvatur, per quos stratarum custodia diligenter exerceatur. Ubi Tallia idem est quod Stipendium.*

\* **TALLIA REGINÆ**, Præstationis species, quæ alibi *Zona reginæ* appellatur. Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 98 : *Audoyn Chauveron chevalier, prévost de nostre ville de Paris, après ce que fousmes mariez, nist une taille suz en laditte ville de Paris, montant à la somme de xvij. mil frans, laquelle taille l'en appelloit la Taille de la Reine, etc. Vide Zona Reginæ.*

\* **TALLIA SEPTENARIA**, Quæ quolibet septennio pensabatur. Vide supra *Septenarius* 2.

¶ **TALLIA IV. SOLIDORUM**, Humbertus II. Dalphinus Jaqueminum et Perrinum Vauterii nobilitat eosque liberatos et absolutos declarat potissime a Tallia iv. solidorum, quam ipsi et prædecessores eorum inferre consueverant, in Literis ann. 1346. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 538.

\* **TALLIA VACCARIÆ**, Charta ann. 1320. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 404 : *Item Tallie dictæ de la Vacherie super masuris debita, etc. Vide Vaccaria.*

Tallia etiam imponebatur ab ipsis civitatibus seu burgensibus ad exsolvenda debita communia. [Literæ Philippi III. Fr. Regis ann. 1275. tom. 3. Ordinat. pag. 62 : *Consules Castri Lemovic... Tallias una cum Preposito et non alias, ex causa rationabili, et pro evidentibus ville necessitatibus, scilicet pro iuribus et deveriis seu redeventiis Vice-comitis... solvendis atque reddendis... vel edificatione seu reparatione murorum, turrium, portallorum, fossatorum, ... Talliam seu collectum facere poterunt per Tenentem locum Domini et per ipsos, etc. Decretum ejusdem Regis ann. 1282. inter Instrum.*

Gall. Chr. novæ edit. tom. 2. col. 147 : *Item quod homines dictæ villæ fecerunt Tallias aliquando pro necessitatibus dictæ villæ, de voluntate, assensu et auctoritate Capituli Brivatensis, et quod Capitulum compellit eos ad solvendum. Adde Literas Caroli V. Franc. Reg. ann. 1366. tom. 4. Ordinat. Reg. pag. 676. art. 6.] Aresta ann. 1290. in Regesto Parlam. B. fol. 86 : *Quod dicti Major et Jurati S. Quintini possunt Talliare, Tallias levare, vel institutiones facere, quando indigent pecunia pro negotiis dictæ villæ per punctum Charta Regiæ, quam dicunt se habere. Quod intelligendum ut plurimum de licentia, et eam rem a Principe impetrata. Vide Loisell. in Bellovaco pag. 296. 318.**

¶ **TALLIUM, TALLIA**, Eodem significato. Charta ann. 1351. ex Schedis Præs. de Mazaugues : *Tallia ex quibuscunque personis possessiones habentibus in dicto territorio recipiendum et dictas personas pro dictis Talliis pignerandum et pignera vendendum et distrubendum usque ad mensuram Tallii contingentem. Privilegia villæ Figiaci concessa a Carolo V. Rege Franc. ann. 1366. inter Ordinat. tom. 5. pag. 265. Quod cum onera publica ipsius villæ, absque communi auxilio, non valeant commode sustineri, et eisdem consulibus ex antiquis privilegiis, liceat facere collectam aut Talliam pro factis et negotiis ville.*

Talliam assidendi, ut loquuntur nostri, seu imponendi, forma habetur in Charta Gaufridi Episcopi Carnotensis ann. 1166 : *Pro bono igitur pacis utrimque concessum est, et prædictum competens auxilium, quod propter nominatas causas Vicecomes (Castriduni) sibi exigere posse licenter dicebat, omnino dimittit, et propter hoc singulis annis Vicecomes a Burgensibus 10. libras hoc modo haberet. Prior siquidem S. Sepulchri, vel aliquis locojus, sex vel quatuor legitimos Burgenses, in eo Burgo commemorantes, circa festum S. Remigii in eadem Ecclesiam convocabit, et præsentet aliquo de servientibus Vicecomitis, quem ob hoc ipse destinaverit, jurabit prædicti Burgenses, quod bona fide communiter in hominibus in eodem burgo manentibus, juxta cujusque facultatem, aut possessiones ibidem a Monachis habentibus, 10. libras et nihil amplius, legitima estimatione tam facultatis quam possessionis Talliabunt, etc. Serviens vero quem ad audienda juramenta Vicecomes miserit, Talliæ non intererit, etc.*

Habetur præterea in Regesto seu Tabulario Normanniæ fol. 21. verso, Camera Comput. Paris. *Forma, in qua Dominus Rex vult, ut Tallia assideatur in villis suis: Eligantur per Consilium Sacerdotum Parochialium, et aliorum virorum Religiosorum, nec non et Burgensium, et aliorum proborum virorum, de Communi ipsarum usque ad 40. vel 30. bonos viros et fideles, vel plures, aut pauciores, secundum quantitatem ipsarum villarum. Et illi, qui sic electi fuerint, jurabunt super sancta, quod ipsi de ipsis, vel de aliis probis viris earum villarum eligent usque ad 12. de illis, qui meliores erunt, ad illam Talliam assidendam, et illi 12. nominati jurabunt super Sancta, quod bene et fideliter assidebunt dictam Talliam ad libram æqualiter, et valor immobilium appretiabitur ad medietatem nobilium in assista prædictæ*

*Tallie. Eligentur etiam simili modo cum prædictis 12. alii 4. boni viri, et scribentur nomina eorum, secreto tamen, ita quod eorum electio non publicetur aliquibus; sed sub secreto habeatur quo usque illi 12. assidebunt, sicut prædictum est, Talliam prædictam. Quo facto antequam publicetur Tallia, vel aperitur scriptura facta super Tallium prædictam, illi 4. sic electi juramento ab illis posito de illis scilicet 12. Talliandis sub forma prædicta assidebunt Talliam competentem. Eadem habetur in Regesto S. Justi in Camera Comput. vernaculis verbis concepta, [a de Lauriere edita tom. 1. Ordinat. Reg. Franc. pag. 186.] et in Regesto 10. Chartophylacii Regii fol. 48. ubi S. Ludovico hoc Statutum ascribitur, editum nuper in Spicilegio Acheriano tom. 12. Adde Consuetudinem Nivernensem cap. 8. art. 2. et seq. Vide Foagium 1.*

¶ In harumce talliarum distributione, luxus aliquando habitum fuisse rationem, discimus ex Litteris Caroli V. Franc. Regis pro Monspeliensibus ann. 1367 : *Item quod quilibet juxta sui conditionem et facultates habeat moderate statum suum et ejus uxoris et familiæ; nam si quis contrarium fecerit Talliabitur... et in Talliis villæ augmentabitur juxta exigentiam status et pompæ, in quibus quilibet reperietur.*

**TALLIAGIUM, TALLAGIUM**, J.C. Anglis, dicitur Præstatio quævis, verbi gratia decimæ, quindecimæ, subsidia, et alia ejusmodi, quæ a Parlamento regno indicitur, a qua præstatione immunes sunt, qui tenent in antiquo dominio, nisi expresse iis indicatur, quod facere potest Rex ex magna causa, cum lubet. Ita Rastallus. Apud Bromptonum, *Ilidage vel Taillege*, exponitur Tallagium, de hidis terrarum, ut Danegeld, Tallagium datum Danis. Leges Willelmi Nothi Regis Anglor. cap. 5 : *Habeant et teneant terras suas libere ab omni exactione injusta, et ab omni Tallagio, ita quod nihil ab eis exigatur.* [Charta Henrici Regis Angl. ann. 1156. tom. 1. Anecd. Marten. col. 446 : *Dedi etiam, ad servendum iisdem Fratribus (Ordinis Grandimont.) quatuor homines.... liberos et quietos... ab omni servitio et Tallagio, pontagio, teloneo, etc.* Similia leguntur in alia Charta ejusd. Regis ann. 1172. ibid. col. 573. Alias adde Richardi Regis tom. 4. Histor. Hærcur. pag. 1281. Elizabethæ Reginæ Angl. apud Hearnium in notis ad Chronicon Johannis Whethamstedii pag. 386.] Matth. Paris ann. 1241 : *Non sub nomine aut titulo liberi adjutorii, sed Tallagii, etc.* Matth. Westmonast. ann. 1297 : *Accedentes præfati Comites et Barones ad Scacarium Domini Regis apud Westmonasterium, prohibuerunt Baronibus loci illius, ne levare facerent per Vicecomites octonarium denarium a populo Anglicano, dicentes de conscientia suorum non emanasse, sine quorum assensu Tallagium non debet exigi, vel imponi Thomas Walsinghamus ann. 1297 : *Nimis afflicti sunt per diversa Tallagia, auxilia, prisas, etc.* Vocem hanc usurpant passim Scriptores rerum Anglicanarum, Matth. Paris pag. 127. 466. 475. 476. 486. Nicolaus Trivetius ann. 1210. Thomas Walsinghamus pag. 73. 100. Monasticum Anglic. tom. 1. pag.*



193. etc. [Vide *Nomolexicon Thomæ Blount* et *Kennetti Glossarium ad calcem Antiquitatum Ambrosd.* etc.]

TALLIARE, *Talliam* a tenentibus exigere. *Tailler ses hommes et sujets*, in *Consuet. Bourbonensi* art. 343. 344. [Charta *Conani Ducis Britannæ* ann. 1112. apud *Lobinellum* tom. 2. *Hist. Britan.* col. 270 : *Modum autem faciendæ atque capiendæ ejusdem Talliæ sic eis constitui, ut quotiens ego Conannus, vel hi qui in loco vel honore meo Duces Britannæ successerint, suos homines de Guerrandia Talliaverint, totiens Abbas Roton... homines suos juxta quantitatem et numerum eorum pariter Talliabit.* Epistola *A. Monachi ad Odonem Episc.* Paris ann. 1196. apud *Marten.* tom. 1. *Ampl. Collect.* col. 1016 : *Silentio tamen prætereundum non censeo... te videlicet diocesis tuæ Talliassæ presbyteros, quod non modo a perfectione, verum etiam a pietate et justitia videtur esse penitus alienum.*] *Matth.* Paris. ann. 1256 : *Cives Londonienses iterato ad quingentas marcas Talliantur.* *Fleta lib. 2.* cap. 71. § 15. de *Customariis* : *Ad quantum Talliari valeant per annum siue destructione et exilio faciendæ.* Charta ann. 1233 : *Promisit etiam quod nec eos nec successores eorum de cætero Talliaret, nec Talliare posset, nisi ad novam Militiam senioris filii sui, etc.* *Concilium Tolosanum* ann. 1229. cap. 20 : *Clerici quoque non Talliabuntur occasione etiam hæreditatis, etiamsi per successionem eis evenerit, nisi sint mercatores et uxorati.* Et cap. 23 : *Homines autem Ecclesiarum et Ecclesiasticorum virorum Laici Talliare, vel in eos exactiones aliquas facere non præsumant, etc.* Adde *Albertum Argentin.* pag. 150. 517. [Gualterum *Hemingfordium* in *Gestis Edwardi I. Regis Angl.* pag. 105. et *Kennetti Glossarium ad calcem Antiquitatum Ambrosd.* etc.]

¶ TALLIARE, Eadem notione. Charta *Henrici Comitis Trecentis* ann. 1190. apud *D. Brussel* tom. 1. de *Feudorum usu* pag. 192 : *Propter quodcumque incrementum castelli siue castellarie ibidem aliquid amplius nequaquam Talliabo vel Talliare poterò.* Adde *Gesta Guillelmi Majoris Episc.* *Andegav.* ad ann. 1291. tom. 10. *Spicil. Acher.* pag. 281. *Literas* ann. 1358. tom. 4. *Ordinat. Reg.* pag. 189. *Mandatum* ann. 1302. apud *Menesterium Hist.* *Lugdun.* pag. 87. col. 2. *Franchisias* ann. 1320. *ibid.* pag. 95. col. 2. etc.

¶ TALLIARE, Eodem intellectu. Charta *Officialis Autissiod.* ann. 1285. pro *Monasterio S. Mariani* : *Poluit dictus Regnandus, quod... ditior de heredibus suis possit a dictis Religiosis singulis annis Talliari usque ad v. solidos Thron.*

TALLIARE, in re feudali, *Idem est quod ad quamdam certitudinem ponere, vel ad quoddam certum hæreditamentum limitare.* Unde *feodum Talliatum*, est hæreditas in quamdam certitudinem limitata, ex *Littletone* sect. 18. Vide *Feodum talliatum.*

Huc spectat vox *Gallica Tallier* in *Instrum.* ann. 1406. ex *Bibl. Reg.* : *Ladite fiefferme est bien Tallié de valoir moins que ladite somme de x. l. se gueres ou mortaltiez surviennent.* *Ibidem* : *Les gens sont tres pauvres par quoy elle est (la fiefferme) mielx Tallié d'empirer que d'amender.* *Infra* :

*Et si est Tallié d'empirer par la mortalité devreniere.*

TALLIABILIS, *Talliæ* obnoxius, in *Aresto* ann. 1278. apud *Loisellum* in *Bellovaco* pag. 300. *Taillablier*, in *Consuetud. Bourbon.* art. 413. 415. 416. 417. in aliis passim *Taillable*. [Talliabilis terra, in *Tabulario Kemperlegensi.* *Taillabilis alto et basso, de conditione manus mortuæ*, in *Charta Officialis Senon.* ann. 1281. id est. ni fallor, obnoxius *talliæ* ad voluntatem. *Taillabilis de capite et corpore*, in *Charta Virzoniensi* ann. 1269. *Taillabilis ad misericordiam*, tom. 1. *Hist. Dalphin.* pag. 69. et 81.] *Sententia judicis Silvanectensis* ann. 1330. apud eundem *Loisellum* pag. 313 : *Disoient et maintenoient icelui Henri avoir esté et estre leur bourgeois, leur communier, et leur Taillable.* [Tallifs et serfs, in *Charta* ann. 1375. apud *Lobinell.* tom. 2. *Hist. Britan.* col. 1640.]

¶ TALLIATILIS. *Inquisitio* ann. 1262. in *Regesto Probus* fol. 12 : *Interrogati si omnes homines ipsius loci sunt Talliatiles. Resp. quod sic, exceptis allodianis vel nobilibus, seu illis quibus datum est inde libertas.*

TALHENDARIUS, Eadem notione, in *Charta* ann. 1292. apud *Justellum* in *Hist. Turonensi* pag. 65.

Notanda est conditio hominis *Taillabilis pro medietate sui*, cujus mentio fit in *Charta* ann. 1371. 2. *Martii* ex *Schedis D. Aubret* : *Bernardus Mitod de Vanens* recognoscit se esse hominem ligium, quittum, justiciabilem, expectabilem et Taillabilem pro medietate sui et suorum hæredum, sine reclamatione alterius domini Baronis vel superioris, et tenere de directo domino *Antonii de Saxo domino Barbarelli domum...* sub servitio et tallia amoisinata... una cum laudibus, vendis, recognitionibus in loco debito, dimidiam corvatam ad usus et consuetudines *Dumbarum*, et non se reclamare in medietate sui pro alio domino nisi pro dicto *Antonio du Saix*, renunciatis omnibus *franchesiis*, etc.

Haud fortean inutile fuerit hic addere, quod de *judicio francorum hominum et Taillabilium* statutum in *Consuetudine Marchiæ Dumbarum*. Ex articulo 2 : *Si aliquis nobilis juramenti Marchiæ Dumbarum, qui habet suam liberam franchisesiam, velit aliquem hominem alterius nobilis accusare, quod forefecerit et deliquerit infra suam franchisesiam, et dictus homo non sit captus in presenti forefacto dictæ franchisesiæ, si accusatus velit negare dictum forefactum, oportet quod accusans accusatum conveniat et prosequatur coram domino, cujus homo accusatus est homo Taillabilis, et si accusator potest convincere accusatum coram domino suo de forefacto dictæ franchisesiæ, in illo casu dominus dicti accusati debet et tenetur dictum hominem accusatum remittere domino dictæ franchisesiæ in illo forefacto suo merito puniendum.* In articulo vero 12. dicitur, quod omnis francus, cujuscumque homo sit, punietur in dominio, in quo forefecerit, secundum jus et rationem, scilicet illi franci qui non debent manum mortuam. Ex quibus patet, francum hominem in loco, ubi delictum commissum fuerat, judicatum fuisse; taillabilem vero apud dominum proprium, et non in loco deli-

cti, nisi fuisset in ipso delicto deprehensus et in franchisesia libera.

Neque videtur prætermittendum esse, quod art. 3. ejusd. consuetudinis statuitur, scilicet quod domini possunt quitare mortem seu punishmentum corporis hominum suorum Taillabilium homicidarum, dummodo homicida vel dominus ejus concordet cum domino hominis Taillabilis mortui.

TALLIATA, TALLIADA, *Talliæ* impositio, atque adeo idem quod *Anglis Talliagium*. Charta *Willelmi Ducis Aquitanicæ* ann. 1076. [1077. in edito tom. 2. novæ Gall. inter *Instrum.* col. 351.] ex *Tabulario Monasterii Novi Pictavensis* : *Ut nullus meorum non filius, non filia, non uxor, non aliquis propinquus, non Dapifer, non Præpositus, non Mariscalcus, non Serviens, aut in aliquo ministerio positus, aut Monachos jamdicti Monasterii, aut homines eorum, in quocumque loco eorum habitent, cogat sibi præbere arbergariam, aut hospitium, aut quærat ab eis, quod Talliatam vocant.* *Tabularium Eccl. S. Laudi Andegav.* fol. 84 : *Et faciant consuetudines nostras, sicut liberi homines nostri; reddant etiam nobis convenientem Talliatam, quando alii homines de Loslunesto reddent nobis Talliatam.* *Tabularium Vindocinense* fol. 201 : *Feccerant exactionem, id est Talliatam, in terra de Buslo.* *Chronicon Vosiense* ann. 1169 : *Hoc anno Burgenses de Sustrævea ad invicem conjuraverunt, ut nullum omnino Monachis durent expectum, quod vocatur Talliada.* Epistola *Manegaudi Abbatis S. Michaelis in Lotharingia ad Eugenium III. PP.* apud *Richardum Wasseburgium* pag. 302 : *Pecuniarum rapinas, quas vulgo Talliatas vocant.* [Statuta *Arelat.* MSS. art. 87 : *In ceteris levatis tocins districtus volumus; quod omnis (sic) domus religiose subeant et prestent dictum Talliatam.* Occurrit passim.] Vide *Beslium* [in *Comit. Pictav.* pag. 572. 601.

¶ TALLIATIO, Eadem notione. *Kultzingi* narratio de *Monasterio Hilgenthal.* apud *Leibnitium* tom. 2. *Scriptor. Brunsvic.* pag. 386 : *Post hæc dominus Otto accessit Albertum Ducem qui inter Prælatos certam ab eo summam pecunie postulaverat, supplicans ei, ut de tali Talliatione inter Prælatos propter Deum haberet supportatam.*

¶ TALLIARIUS, *Exactor talliarum.* *Litteræ Caroli V. Franc. Regis* ann. 1366. tom. 4. *Ordinat.* pag. 677. art. 8 : *Item, quod dicti Consules (Marologii) cum eorum Consulariis potestatem habeant compota audiendi a quibuscumque personis et Talliariis præteritis et futuris, qui gubernaverint et rexerint bona et jura Universitatis predictæ, ipsosque quittandi et quittanciam dandi de gestis et administratis per eos.*

\* 9. TALLIA, *Secutura*, tantum prati quantum uno die secari potest. Charta *Fulcon. Jnn. comit. Andegav.* in *Chartul. Fontis-Ebraldi* fol. 132 : *Dono Deo et domino Roberto de Arbressello unam Talliam in pratis de Longa istia.* Vide supra *Secutura* 2.

\* TALLIACIUS, ad *Talliam* pertinens. Vide supra *Decima talliacia* in *Decime.*

\* TALLIANUM, *Idem quod Tallia*, tributum, vectigal. Charta ann. 1225. inter



Instr. tom. 10. Gall. Christ. col. 454 : *Diximus quod communia Silvanectensis in perpetuum habeat extra burgum clausum et infra burgum clausum in domibus hospitem beati Reguli.... placita catauli et Talliani, sicut habent in omnibus juratis de communia Silvanectensi.*

† 1. **TALLIARE**, Idem quod supra *Talliare*, Secare, cedere, Gall. *Tailler*. Capitulum generale S. Victoris Massil. MS : *Cuculle regulares more solito Tallientur*. Charta Ramirezii Reg. Aragon. apud Martinezius lib. 3. Hist. Pinnat. cap. 27 : *Et si aliquis Talliaverit in totum terminum S. Johannis in ligno viridi... peitit 60. solidos*. Occurrit alia notione in *Tallia* 8.

† **TALLIARE MENSURAS**, Illas aptare, adaequare. Chartularium S. Vandregesili tom. 2. pag. 1640 : *De mensuris autem vini diximus quod Abbas et conventus... Talliant mensuras suas ad mensuram dominorum Sitobii*. Vide *Adjoustare*.

† **TALLIAGIUM MENSURARUM**, Earum adaequatio, ibid. pag. 1641 : *Super contentione, quae vertebatur inter Abbatem et conventum S. Vandregisilli ex una parte, et dominum Guillelmum Sine-averio avunculum nostrum ex altera, videlicet de magna justitia, de latrone, de resorto, de costuma totius mecurature, de Talliagio mensurarum, etc.*

† **TALLIATIO**, Eadem notione. Literæ ann. 1277. tom. 3. Ordin. Reg. Franc. pag. 61 : *Pondera dicti castris prope portas vel alibi posita vel appensa et cubitorum et alnarum, omniumque ponderum et mensurarum traditio, Talliatio, inspectio et emende, et omnia emolumenta inde provenientia ad Vicecomitissam provenientes pleno jure.*

\* Unde *Tail*, ipsa sectura; in Lit. remiss. ann. 1459. ex Reg. 190. Chartoph. reg. ch. 46 : *Laquelle vignes les suppians avoient lors taillée ou chapoulée, et le bois ou sarmet provenu dudit Tail, etc.* Et *Taille*, *Taillot*, *Taille-busson*, Instrumentum, quo fœnum, vinea, dum secantur. Lit. remiss. ann. 1470. in Reg. 196. ch. 194 : *Une faulx, qu'on appelle Tailhe* (en Albigeois). Aliæ ann. 1473. in Reg. 195. ch. 878 : *Iceulli Levasse frappa le suppliant sur la teste d'un Taillot qu'il tenoit*. Aliæ ann. 1457. in Reg. 187. ch. 297 : *Une andunse, ditte ou pays de Pierregort Taille-busson*. Ab eodem fonte derivatur vox *Tallans*, pro *Ciseaux*, forfices, in aliis Lit. ann. 1415. ex Reg. 169. ch. 54 : *Le suppliant costurier du lieu de Meset getta à sa femme les Tallans, desquelz il avoit accoustumé à copper drap, appelez en François Ciseaux*. Hinc *Mestallier*, Male pannum dissecare, in Stat. ann. 1366. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 550. art. 6 : *Que quiconques sera tailleur de robes à Paris, et il Mestaille robe ou ung garnement par nial ordonner le drap ou tailler, etc.*

\* 2. **TALLIARE**, Dividere, partiri, disponere. Charta ann. 1255. in Reg. 73. Chartoph. reg. ch. 326 : *Ad Talliandum carrerias et plateas et terras et arenulia et loca donorum dividenda et adjudicanda, et discernendum et ordinandum omnia et singula, quae ibidem ad utilitatem dictæ bastide videatis facienda*. Nostri vero *Estre Tallié* dixerunt, pro vulgari *Etre fait pour*, Is esse qui. Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 109.

ch. 213 : *Iceulli Tassart.... dist audit de Piz.... qu'il n'estoit mie Taille de desmentir sondit frere, ne sa femme*. Pro *Etre en état*, Posse, legitur in aliis Lit. ann. 1389. ex Reg. 137. ch. 90 : *Il ne savoit homme ou pays, considéré la poureté qui y estoit, qui fust Taillié de l'acheter* (un fermail d'or). Vide in *Tallia* 8.

† **TALLIATA**, Gall. *Taille*. Vide *Tallia* 8.

† 1. **TALLIATOR**, Sarcinator, Gall. *Taillieur*. *Incisor* et *Tulliator pannorum*, in Miraculis S. Zita tom. 3. Aprilis pag. 526. *Sartor seu Talliator*, in Ordin. ann. 1340. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 395. col. 2. *Talliator pannorum*, in Charta ann. 1247. ex Tabul. Sangerm.

† 2. **TALLIATOR**, Alia notione. Capitulum generale S. Victoris Massil. MS. ann. 1340 : *Talliatores expensarum fectarum pro Capitulo*. Ubi per *Talliatores* intelligo, vel collectores seu exactores *talliarum* seu tributorum ratione expensarum Capituli generalis impositarum, vel eos, qui has expensas in *Tallia* seu ligno scisso notabant. Vide *Talea* et *Tallia* 8.

\* 3. **TALLIATOR LAPIDUM**, Lapidida, Gall. *Taillieur de pierres*, in Charta ann. 1263. ex Chartul. thesaur. S. Germ. Prat. fol. 102. rº.

\* **TALLIATORIUM**, Orbiculus mensarius, super quo edendi cibi discinduntur, nostris alias *Taillieur* et *Taillieur*. Pedagog. castris de Les ann. 1263. ex Cod. reg. 4659 : *In singulis centenariis fusorum, capellorum, Talliatoriorum, pectinarum, cocleariorum, etc.* Aliud prior. S. Gondulfi in dioc. Bitur. ann. 1314 : *Le millier d'escuelles et de Tailloires, cinq deniers*. Charta ann. 1404. in Reg. feud. comitat. Pictav. ex Cam. Comput. Paris. fol. 57. rº : *Item dois* (Jehan de Montfaulcon) *à cause de madicte femme* (Jehanne de Baussay) *audit monseigneur ou à ses gens bailler escuelles de fust et Tailleurs seu trancheurs, moy requis, ès quatre festes annuelz, et les faire laver*. Pelvim, vulgo *Bassin*, sonat, apud Joinvil. edit. reg. pag. 122 : *Un grant Taillouer d'or chargé de jous à pierres précieuses*. Est et Ludi genus ejusdem nomenclaturæ. Lit. remiss. ann. 1457. in Reg. 187. Chartoph. reg. ch. 162 : *Lesquelz compaignons estoient costumiers de jouer au Taillouer et au plus près du consteuu*. Vide supra *Tailladus*.

\* **TALLIATUM**, ut mox *Tallicium*. Locis est supra in *Taillinatum*.

\* **TALLICIUM**, Silva cædua, Gall. *Tailis*. Charta Phil. III. ann. 1271. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 418 : *Mandamus tibi quatinus animalia leprosarum Chaynonis ire permittas ex parte nostra in forestam Chaynonis, causa pascendi seu pasturundi,.... extra tamen Tallicia*. Alia Phil. V. ann. 1318. in Reg. 56. ch. 547 : *Quæ omnia memora sexcentas nonaginta octo acras vel circiter, tam in pleno bosco quam Tallicis,.... continere dicuntur*. Vide supra *Tallicium*.

† **TALLIA**, Exactio, *Taille*. Vide *Tallia* 8.

**TALLIO**, *Tallia* quæ imponitur pro exercitu Regis, nostris *Taillon*, quasi *tallia* minor, vel extraordinaria. Charta Communie S. Richarii in Pontivo ann. 1126 : *Postea Burgenses in sua multitudine confidentes, et jura nostra, scilicet Tallionem*

*de exercitu Regis, et pastum ejusdem, et mensuras, et religia nobis auferre conati sunt*. Infra : *A fossis, ab excubiis, a Tallione liberis*. [Martyrolog. Autiss. 13. sæc. ex Bibl. Colbert. : *Tallionem autem quando in villa canonici voluerint facere, faciunt; ipse vero Stephanus* (cellerarius) *in villa Tallionem nunquam faciet.*] Unde colligitur, vocem hanc non primitus inventam sub Henrico II. Rege; tametsi tanquam extraordinariam talliam a subditis *tallionem* primus exegerit, in militaria stipendia.

† Latius accipitur in Tabulario S. Vincentii Cenoman. ubi legere est : *Concessit omnes illas Talliones, quæ de fevo suo erant*. Ubi quævis præstatio ratione feudi debita significatur.

\* **TALLITIO**, Cæcio, sectura; Gall. *Taille*, *coupe*. Charta ann. 1205. ex Lib. albo episc. Carnot. : *Si ad Tallitionem vendiderit nemus de Gratelou vel de Glastigneio, ab illa parte cæsa tribus unnis et dimidio abstineant*.

**TALLIVI**. Regestum Comitatus Tolosæ ex Camera Comput. Paris. : *Terras cultas et incultas, boscos et bareas, prata et pascuia, Tallivos et expectivos, venationes et forestagia, queros, etc.* [In *Expletivus*, ubi idem locus refertur, habetur *Taillivos*.] Idem valet quod *Tallia* in *Tallia* 8. Vide in hac voce ex Chronico Vosiensi.

\* Dicitur videtur de silva cædua. Vide supra *Expletivus*.

† 1. **TALLIUM**, Idem quod *Tallio*, minor vel extraordinaria *tallia*. Charta ann. 1358. ex Schedis Cl. V. *Lancelot* : *Cum nunc et de novo quoddam Tallium ordinatum fuerit in loco S. Saturnini, etc.* Concilium apud S. Tiberium ann. 1389. tom. 4. Anecd. Marten. col. 344 : *Quod indicatur in tota provincia Narbonensi unum Tallium de mille francis incontinenti levandum, etc.*

\* 2. **TALLIUM**, Territorium urbis, certi limites, intra quos civitatis cujusdam districtus continetur. Charta pro incolis loci de Giniaco ann. 1340. in Reg. 73. Chartoph. reg. ch. 164 : *Non possit portari facere vinum, vindemiam aut racemos;.... nisi dumtaxat hoc facerent de propriis ipsorum prædiis,.... vel nisi hoc facerent de prædiis alienis, scituatis tamen infra Tallium dicti loci*. Vide *Tallia* 6.

\* 3. **TALLIUM**, Incisio, Gall. *Taille*. Charta Phil. Pulc. ann. 1301. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 127. rº. col. 2 : *Cum quæstio verteretur super jure et dominio Tallii eunorum nonetæ nostre Tholosanæ, etc.*

\* 4. **TALLIUM**. **VENDERE AD TALLIUM**, Singulatim distrahere, Gall. *Vendre en détail*. Pactum inter abb. S. Tiber. et consul. Biter. ann. 1243. ex Tabul. ejusd. monast. : *Vendere pannos ad Tallium, etc.* Charta ann. 1307. in Reg. 13. Chartoph. reg. ch. 4 : *Concedimus quod si in alio loco dicti castris (de Naiaco) carnes venderentur ad Tallium per dictos macellarios, etc.* *Vendere ad Tallium*, in alia senesc. Ruthen. ann. 1310. ex Reg. 49. ch. 80. Vide supra *Talliare*.

\* 5. **TALLIUM**, Præstatio, quæ episcopo fit a presbyteris suæ diocesis. Stat. synod. eccl. Castrens. ann. 1358. part. 2. ex Cod. reg. 1592. A. fol. 76. rº : *Archipresbyter*



*solvat anno quolibet in dicto Tallio unum florenum et duas partes floreni.*

\* 6. **TALLIUM**. DE TALLIO, Cæsim, Gall. *de Taille*, Ital. *di Taglio*. Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 152. Chartoph. reg. ch. 224 : *Dictum Vitalem duobus vulneribus de pic, sive de Tallio, uno super capite et alio super altera suarum tibiaram sic defendendo percussit. Hinc Tallure, pro Entaille, Incisio, vulnus cæsim factum, in Constitut. civit. Tullens. ann. 1297. ex Reg. A. Chartoph. reg. ch. 1 : Qui ferit Tallure ou sanc, il paieroit dix pour ladres et autretant à celui, cui li injure seroit faite, c'il la vouloit requerre, et voulderoit la ville deux mois. Vide supra Tallium.*

† **TALLONARIUM**, Vectigal. Vide infra Telon.

\* **TALLONUS**, Clavi species, aut quid simile. Pactum inter Bonon. et Ferrar. ann. 1193. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 894 : *De ceteris aliis mercationibus et rebus debent dare Bononienses pro nave, excepto quod de ferro laborato, scilicet de figlis et de Tallonis, debent dare Bononienses, pro unoquoque satchetto usitato et consueto, Ferrarinum unum.*

\* **TALLOS**, dicuntur vasa offeroria esse juxta modum Tyrium facta, cum quibus in præcipuis festivitibus offerbant, quorum similitudo hactenus in quibusdam locis habetur. Glossæ Biblicæ MSS. anonymi ex Bibl. reg. Machab. lib. 2. cap. 14. legitur *Thallos*. Vide infra Talus 1.

\* **TALLUM**, Exactionis species, quæ explicatur in Charta Henr. comit. Bles. ex Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 2. fol. 62. r° : *Adidit etiam (Ivo Carnot. episc.) petitioni suæ, ut exactio, quam vulgo Tallum vocant, quæ defunctis episcopis vel decedentibus, fieri solet in serventibus episcopi vel rusticis, simili ratione condonaretur.*

† **TALLUS**, Calculus, tabula, in Glossis Isid. Legendum : *Talus, Calculus tabule*. Vide Talus 3.

† **TALMUD**, vel **THALMUD**, Opus doctrinale multiplicem scientiarum omnium doctrinam, ac potissimum jus Canonicum et Civile Judæorum complectens. Duplex est *Jerusalemitanum* et *Babylonicum*. Illud pro Judæis in terra Israel commorantibus, Jerusalemis et lingua Jerusalemitana, h. e. Syro-Chaldaica composuit R. Johanan III. et IV. Ecclesiæ sæculo; Babylonicum vero ad usum Judæorum, qui in Babylonia degebant, inchoarunt V. sæculo ineunte RR. Asche et Avina, perfecit que R. Jose desinente eodem sæculo, vel incipiente VI. Talmudis Babylonici, ad nostram usque ætatem universa Judæorum gens cum in sacris, tum in politicis, legibus obtemperat, relicto Jerusalemitano utpote obscuro, difficili et imperfecto, quippe quod decisiones omnes minime contineat. Hæc cum aliis D. *Guarin* tom. 2. Hebraicæ Gram. pag. 414. et seqq. ubi singulas Talmudis partes et editiones exponit, quas longius foret hic recensere. Innumeris fabulis et erroribus scatet hic liber; quare Judæus quidam Rupellensis, post conversionem ad Religionem Christianam Thomas nomine, linguae Hebraicæ peritissimus, Romam petiit ann. 1238. ut Gregorio IX. Talmudis

errores patefaceret : qua delatione commotus summus Pontifex hos errores 35. articulis comprehensos ad Archiepiscopos Gallicanos misit, simulque varias scripsit Epistolas ad Reges Franciæ, Angliæ, Aragoniæ, Castellæ, Leonis, Navaræ et Portugalliciæ, ut Hebræorum libros, in suo quisque regno, comburendos curarent : quod factum est in Galliis, ubi innumeri pene Judæorum libri flammis traditi sunt. Innocentius IV. Gregorii successor Odoni Castri-rufi suo in Galliis Legato Talmudis cæterorumque librorum Judæorum examinandorum munus injunxit, ut eos solos, qui nihil Christianæ religioni contrarium complecterentur, Judæis uti permitteret; sed accepto Legati responso, quod hæc permissio pro approbatione censere-tur, hos libros solemniter proseripsit 15. Maii ann. 1248. S. Ludovicus in Edicto ann. 1254 : *Judæi cessent ab usuris et blasphemis, sortilegiis, characteribus, et tam Talmutum quam alii libri, in quibus inveniuntur blasphemie comburantur*. Sic legitur in Codice MS. Consuet. Tolos. fol. 52. *De Lauriere* edidit Talibus, adnotato legi *Talemus* in Regesto Chartophylacii, ut etiam habetur in antiqua versione Gallica, Baluzius *Talemis* legit, *Talimus* D. Brussel tom. 1. de Usu feudorum pag. 593.

† **TALMUT PENSIONUM**, Codex censualis in quo describuntur pensiones omnes, quas Abbatia S. Victoris Massil. solvere debent Monasteria et Prioratus ipsi subjecta. Concinnatus est ann. 1337. ab Abbatibus ejusdem S. Victoris et Montis-majoris, quos ad hoc delegarat Benedictus XII. PP. Sic dictum puto a *Talmude* Judæorum, cujus nomenclaturæ non alia forte ratio quærenda est, quam ipsa voluntas Editorum, quibus sæpe placuit peculiare nomen hujuscemodi codicibus imponere.

**TALO**, **TALONUS**, **Talus**, ex Gallico *Talon*, vel Italico *Tallone*. Ugnatio : *Calx, vel caleaneus, et idem quod calx, et quod Talus : nam talus est sub cruribus : idem et Talonus*. Quoniam Attachiamta cap. 13. § 5 : *Nec vertat articulos pedum, ubi Talones steterunt, antequam contradixerit*. Vide Formulam 14. ex Baluzianis, [et Statuta Eccl. Eduensis ann. 1468. tom. 4. Anecd. Marten. col. 508.]

\* **TALOCHIA**, Clypei species, nostris olim *Talochæ*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Talochæ, bouclier, parma*. Lit. official. Suession. ann. 1378. in Reg. 151. Chartoph. reg. ch. 117 : *Viginti solidos Parisienses amoverat eidem et subripuerat cum ense ipsius et Talochia. Un boucler ou Talochæ, in Lit. remiss. ann. 1388. ex Reg. 137. ch. 6. Aliæ ann. 1390. in Reg. 138. ch. 149 : Cavalier tira un grant panart ou badelaire et en voulut frapper le Maçon. Celui cy para en partie le coup de sa Talochæ. Une Talochæ de fer, in aliis Lit. ann. 1397. ex Reg. 151. ch. 345. Vide supra Talaucha.*

† 1. **TALPA**, Operculum, a Vasconico *Tapo*, vel *Talpo*, Operire. Inventarium S. Martialis Lemovic. : *Item concha argentea cum Talpa*.

2. **TALPA**, Machina ad suffodiendos muros, sub qua latent, qui *cuniculos* con-ficiunt. Petrus Tudebodus lib. 3 : *Hoc*

*nostris videntes, statim ordinaverunt, ut facerent maximam Talpam, cum qua potuissent perforare pontem, et fecerunt, etc.* Robertus Monachus lib. 4. Hist. Hieros. : *Balistæ, falces, arictes, Talpæ, tela, sudes, et funde, etc.* Gilo Parisiensis lib. 5. Via Hierosol. :

Fiunt balistæ, plumbata, phalarica, Talpæ.

Godefridus Viterbiensis part. 17. Chron. :

Hinc cibus aretatur, fons tollitur, inde paratur Talpa cavans arces, mangonibus injaculatur.

Ἀσπλάκες, eadem notione, dixit Anna Comnena pag. 382. Vide *Ericius* 2.

† **TALPA**, ni fallor, *Talpen*, vel *Telben* Teutones dixerunt pro *Fodere, Untertalpen*, Suffodere.

**TALPARI**, Cunicularii, qui sub *talpis* latent. Monachus Altisiod. ann. 1188. et Joannes Monachus Majoris Monasterii in Chron. MS. Bibl. Regiæ, eodem anno : *Habebat quippe quosdam artifices, quos Fossores vel Talparios vocant, qui ad modum talpæ subterranea fodientes, qualibet murorum et turrium firmitates ferramentis validissimis perfruebant.* [Fossores, id est Talparios, in Chron. Turon. apud Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 1031.] de iis etiam Guillelmus de Podio Laurentii c. 43 : *Deinde incipientes minare instar talparum, conantur invadere civitatem, etc.* Quo referri possunt hæc ex Senatore lib. 9. Epist. 3 : *Cameris enim ingeniosa præsumptione revolutis, Talpinum animal imitantes, itinera fodiunt, quæ nullis ante patuerunt.*

**TALPÆ**, Maculæ nigræ instar talparum. Carmen de Carolo M. quod Alcuini esse putatur :

Pallia permixtis lucent hyacinthina Talpis.

\* **TALPIS**, pro Talpa. Vita S. Emmer. tom. 6. Sept. pag. 480. col. 2 : *In Talpium obscuram habitationem convertatur, etc.* *Waupæ* alias, pro *Taupe*, in Pedag. Peron. ann. 1295. ex Chartul. 21. Corb. fol. 356. v° : *Item penes de blancs connins et de Waupes, chacune doit deux deniers*. Vide *Talpa*.

**TALTERIUM**, Silva cædua, Gall. *Taillis*, a *Taleis*, forte, seu ramusculis, de qua voce supra egimus; unde etiam vox *Tailler*, pro cædere, scindere, quod ejusmodi *talæ* excindi soleant; nec multum ablu-dit Salmasius ad Tertulliani pallium, qui vocem nostratam *Tailler*, ab ipsis *taleis* ortam vult, quod *talæ*, ut ait, *sint seissionses lignorum*. Charta Philippi Regis Francor. ann. 1220. apud Louvetum in Hist. Bellovacensi : *Si autem alia foresta de Hez vendatur, ubi concedimus Monachis pasturam animalium suorum extra defensa, sicut prædictum est, ipsi non utentur ibidem illa pastura, quousque Talterium in tantum excreverit, quod de animalibus se defendere possit.* [Vide *Tailla* et *Taileu*.]

\* Leg. *Tallecium* vel *Tallicium*. Vide supra in his vocibus.

\* **TALUDARE**, In propedem construere, nostris *Taluder*, vel *Taluter*. Instr. ann. 1381. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 47. col. 2 : *Item ordinavit dictus commissarius quod murus sive locus, ubi est*



*custodia dicti Macelli, sublevetur et ædificetur longitudinis decem palmorum, et quod Taludetur. A voce*

\* **TALUTUM**, Propes, in talum exiens projectio, Gall. *Talut*. Reg. Phil. Aug. in Chartoph. reg. sign. 34. bis part. 1. fol. 98. v<sup>o</sup>. col. 1 : *Murus tenens portæ castelleti habebit octo testas altitudinis inter scutum et krenellum, et sex pedes spissitudinis juxta quarnellum et Talutum, versus pratellum de sex pedes spissitudinis petre scissæ et de duodecim pedes altitudinis, et aliud Talutum ex adversa parte eodem modo. Hinc Talart, Locus editus et acclivus, in Lit. remiss. ann. 1473. ex Reg. 197. ch. 381 : *Le suppliant en soy defendant cheut à terre sur un Talart on haulte place.**

† **TALUERIA**, Modus agri. Charta ann. 1511. ex Terrario Apchonii : *Plus unam Talueriam vocatam la Taluc des Codert. Ibidem : Una Talueria prati, ... et etiam unum ortum juxta dictam Talueriam.*

**TALUREGA**. Vide *Overcoupunga*.

1. **TALUS**, Talea, ramus arboris. Lib. 2. Macchab. c. 14. v. 4 : *Offerens ei coronam auream, et palmam, super hæc et Talus, qui templi esse videbantur. Ubi Gr. edit. : πρὸς δὲ τοῦτοις τῶν νεμλιζομένων θάλλων τοῦ ἱεροῦ. Θάλλος vero Græcis est ramus vitens. Mamotrectus tallos etiam legit, et *vasa offeratoria* interpretatur. Lex Frisonum tit. 14 : *Sortes tales esse debent, duo Tali de virga præcisi, etc.* [Agnellus apud Murator. tom. 2. pag. 162. col. 2 : *Aquinanile desupra ex argento investito Talis.*] Vide *Tenus* [et *Rascia*.]*

\* Hinc *Talos*, in Lit. remiss. ann. 1482. ex Reg. 207. Chartoph. reg. ch. 304 : *Le suppliant print à deux mains le baston ou Talos, où pendoit la clef de son estable, etc.* Vide supra *Tallos*.

2. **TALUS**, Posterior digitus falconis. Fridericus II. Imp. lib. 1. de Arte ven. cap. 34 : *Falcones feriunt cum posteriori digito, quod Falconarii dicunt Talum. Infra : Posterior digitus, quod dicunt Talum.*

3. **TALUS**. Libertates villæ Martelli in Lemovicib. ann. 1219 : *Nemo debet vendere ad Talum res extraneas, nisi per concessum procuratoris particularis in Curia rogationum, et qui fecerit, pro justitia 60. solidos dabit. Idem videtur significare quod *Extalium*. Vide in hac voce.*

\* Vide supra *Tallium* 4.

† **TALLUS**, Eadem notione. Statuta MSS. Montispepul. ann. 1204. ex Cod. Colbert. 4936 : *Nec quis extraneus pannos aliquos in hac villa vendere debet ad Tallum, nisi eos quos ad collum portaverit per villam.*

\* **TAM** et **TAMI**, sæpe in regali dispositione pro bolo Armeno inventur. Glossar. medic. MS. Simon. Jan. ex Cod. reg. 6959.

† **TAMALALIATLI**, vox Indica, Tributi genus. Conac. Mexic. ann. 1585. inter Hisp. tom. 4. pag. 349 : *Ne ullus Indorum nister... possit exigere aut petere quascunque exactiones, Indi suchiles aut Tamalialtli vocant.*

\* **TAMARICES**, Hisp. *Tamaras*, Minuta quisquilia lignea, virgulta. Charta Aldef. reg. Aragon. pro incolis Tutelæ æra 1165. in Reg. 53. Chartoph. reg. ch. 295 : *Inprimis persolto vobis totos illos sotos de illo Mi-*

*ratulo invisio usque ad novellas, quod talietis ibi ligna sicca et Tamarices. Hinc*

\* **TAMARISSA**, Sepes ex virgultis contexta. Instr. ann. 1310. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 221. col. 1 : *Possit dictus dominus abbas.... Tamarissas plantare, ad utilitatem et defensionem bonorum et fructuum peudentium in terris prædictis.*

† **TAMARIXIUS CRISTALLI**, Opus crystallinum, fortassis tamerindos referens, Ital. *Tamarigia*. Chronicon Estense ad ann. 1345. apud Murator. tom. 15. col. 424 : *Quos omnes dominus Marchio Obizo honoravit uultum, et presentari fecit Delphino tres destreros coopertos scarlato, et uxori ejus... duos Tamarixios crystalli fulcitos argento et auro, et alia honorabilia.*

**TAMATA**, Curia, Ugutioni. Vide *Tagna*.

† **TAM BENE**, Gall. *Aussi-bien*, Æque ac. Charta Henrici Regis Angl. ann. 1457. in Chronico Johannis Whethamstedii pag. 423 : *Declaramus Tam bene ipsos, sicut et nostros predictos consanguineos, etc.*

\* **TAMBONIA POMA**, Lugdunensibus *Pomnes taponnes*, apud Carol. Steph. de Nutrim. pag. 62. Italis Poma D. Petri appellantur. Ita D. *Falconet* in suis Animadversionibus.

\* **TAMBOR**, Tympanum bellicum. Charta ann. 1312. ex Bibl. reg. : *Guillelmus de Stapo, bajulus civitatis Albie, ... cum multitudine hominum armatorum, ... cum grallis et tuba sive cornu, ..... et Tambor, etc.* Vide *Tabur*.

\* **TAMBORELLUS**, diminut. a *Tambor*, Ital. *Tamborello*, Hisp. *Tamboril*. Stat. Universit. Tolos. ann. 1328. ex Cod. reg. 4222. fol. 61. v<sup>o</sup> : *Item quod nullus sit ausus in sua licentia habere ultra duo paria tubarum cum uno Tamborello, qui in eundo ad ecclesiam et redeundo ad hospitium tantum possit secum habere. Quibus tubicinatoribus et Tamborello dare pecuniam valeat, et non vestes. Ubi et pro ipso Tympanotriba usurpatur.*

† **TAMBORINUM**, **TAMBUR**, etc. Vide *Tabur*.

**TAMBUCA**, pro *Cambuta*, in Folcuin. Gest. Abbat. Lobiens. cap. 40. apud Pertz. tom. 6. pag. 73.

\* **TAMBURARE**, Italis, Litem intentare, accusare. Stat. antiq. Florent. lib. 5. cap. 5. ex Cod. reg. 4621 : *Magnates possint Tamburari in dicta civitate Florentiæ per quemcunque. Vide supra *Intamburare*.*

\* **TAMBURINUM**, ut supra *Tambor*. Hist. belli Forojul. ad ann. 1385. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 1198 : *Et crant equites et pedites numero sexaginta cum uno Tamburino. Ubi *Tamburlino* legitur in Append. ad Monum. eccl. Aquilej. pag. 47. col. 2. Vide *Tamburlum* in *Tabur*.*

\* **TAMBURUM**, Capsa ab ejus forma sic nuncupata. Vide supra *Intamburare*.

† **TAMEMES**, *Ba uli homines*, in Synodo Mexicana ann. 1585. tom. 4. Concil. Hispan. pag. 368.

† **TAMES**, *Cruor sanguinis*, apud Turnebum lib. 28. c. 5. Glossæ Isidori : *Tames, Cruor, sanguis. In Excerptis additur *Tabes*, sique omnino legendum esse probat Grævius : quem, si tanti est, consule.*

\* **TAMIACA PRÆDIA**, Quæ principis

cellæ penuriaræ vel ærario assignata erant, a Græco *Ταμείον* vel *Ταμειών*, eadem acceptance. Lex Cod. 11. 68 : *De prædiis Tamiacis et de his, qui ex colonis dominicis aliisque liberæ conditionis procreantur.*

† **TAMINARE**, *Adversari*, Johanni de Janua ; *Adverser, contrarier*, in Glossis Lat. Gall. Sangerm. MSS. Metaphora est ducta ab agitatione farinæ in cribro, ut docet D. *de la Monoye* in Glossario Burgundico pag. 222. edit. 1720. Proprie enim *Taminare* est Farinam cribro secernere ; unde laudatus de Janua : *Attamen, inis, Setacium. Attaminare, Purgare farinam cum setacio, vel setario, ut alibi scribit. Voces procul dubio compositæ a fictitiis Tamen, et Taminare, quæ dictæ sunt pro Stamen et Staminare. Hinc nostris Tamis, Cribrum, et Taminiser, Succernere.*

**TAMISIUM**, Cribrum, quo farina purgatur, ex Gall. *Tamis*. Herimannus de Restaurat. S. Martini Tornac. c. 70 : *Nec cribro, nec Tamisio farina purgabatur. [Cribrum inter et tamisium illud inest discriminis, quod tamisii tela sit ex serico, vel equinis jubis, cribrum vero ex pellibus hac illacque artificiose perforatis.]*

\* **TAMISSUM**, Cribrum, Gall. *Tamis*. *Item unum Tamissum*, in Invent. ann. 1361. ex Tabul. D. Venciæ. Vide *Tamissium*.

\* **TAMNEGI**, *Stephano est funus ligni rituus, i. ligni colonfonice*. Glossar. medic. MS. Sim. Januens. ex Cod. reg. 6959.

\* **TAMNUM**, **MOLENDINUM** AD **TAMNUM**, Gall. *Moulin à tan*, quo cortex querceus ad subigenda coria in pulverem redigitur. Charta fundat. eccl. de Guerchia tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 805 : *Dono etiam.... decimam molendini ad Tamnum. Vide in *Molendinum*.*

† **TAMOLA**, Fulcrum subaxillare, Gall. *Bequille*, Hisp. *Muleta*, ex quo forte per metathesin eformatum est *Tamola*. Vita Ven. Catharinæ de Palantia, tom. 1. Aprilis pag. 653 : *Erat mutus et siropiatus una tibia et ibat cum ferulis seu Tamolis.*

† **TAMUSA**, Ammianus lib. 28. c. 1. ubi de crudeli Maximino : *Resticulum de fenestra prætorii quadam remoto dicitur semper habuisse suspensam, cujus summitas quemdam velut Tamusam colligaret, etc. Empusam legendum esse credit Gronovius in notis pag. 562. Vocem compositam ex *Tames*, cruor sanguinis, et *ὄστρα* opinatur Marcellus Donatus. Felicius divinet qui potest. [\* Cod. *Damusa*, al. *clausa*.]*

**TANA**, Caverna, Ital. *Tana*, Gall. *Taniere*. Charta ann. 1235 : *Veuari ad capriolos, perdices, etc. vel capere cum lueis, vel facere lascos, vel stopare, vel stopari facere Tanas, etc.* [Chronicon Modoetiense apud Murator. tom. 12. col. 1151 : *Fulpis vetula non intrat in Tanam novam.*] Vide Gloss. Meursii [et mediæ Græcitat] in *Τάνα*, et infra in voce *Zava*. De vocis origine quædam habent Menagius et Ferrarius.

\* **TANACERIUS**, f. pro *Tannarius*, Corriorum infector. Charta Phil. VI. reg. Franc. ann. 1341 : *Episcopus proponebat quod, licet ipse ratione episcopatus Meldensis ecclesie prædecessoresque sui fuissent soli et in solidum in possessione et saisina habendi et exercendi pacifice omnimodum, altam*



*videlicet et bassam, justitiam in donibus apud Meldis situatis, quæ cameræ de Messi nuncupantur; nichilominus gentes præfati comitis (Campaniæ) in dictis cameris quasdam prisias fecerant, duos videlicet Tanucerios melleyam facientes ibidem. Vide Tanoverius.*

**TANACETUM**, Portio cibaria, ut vocant, Monachica, quæ quinque ovis conficiatur, ut est in Chronico Abb. S. Trudonis lib. 13. pag. 510.

\* **TANAGA**, Compedes vel Cæcus carcer, ut videtur. Usat. Barcin. MSS. cap. 2 : *Requisitus et cæsus vel vulneratus, sive in Tanaga missus pro redemptione districtus, sit per mortem enudatus. Ibid. cap. 7 : Si fuerit captus, .... et in squesu vel ferris, sive in Tanaga missus, vel in quocumque vinculo aut in custodia detentus, per singulos dies et noctes singulos sex solidos occipiat.*

\* **TANALIA**. Charta ann. 1073. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 807 : *Ut presbiteri, qui inibi sunt ordinati, content Primam et Completam ad horam legitimam, et Missam celebrent cum Tanais, una die pro salute vivorum, alia die pro requie defunctorum, omni die, excepta die Dominica et festivis diebus. Ubi legendum esse Litaniis colligitur ex duabus aliis similibus Chartis ibid. col. 804. et 809.*

† **TANAJARE**, Candenti forcipe laniare, Ital. *Tanagliare*, Gall. *Tenailler*. Johannis de Bazano Chronicon Mutin. apud Murator. tom. 15. col. 613 : *Fecerunt dictos comites... justissime Tunajari, et... in quatuor partes dividi et frusta suspendi per partes et diversa loca. Annales Estenses apud eumd. Murat. tom. 18. col. 935 : Fuit enim per civitatem Ferruriæ super curru Tanajatus, etc.*

\* **TANALIA**, Ital. *Tanaglia*, Forceps, Gall. *Tenuille*. Stat. antiq. Florent. lib. 3. cap. 61. ex Cod. reg. 4621 : *Quicumque præsumperit in civitate, comitatu vel districtu Florentiæ... facere... congregationem gentium, conventiculum, conspirationem.... pro violatione vel subversione pacifici status populi, .... debeat ultoribus ferris seu Tanaliis in ejus corpore lacerari. Vide Tanajare.*

**TANARIA**. Charta Adefonsi Regis Hispaniæ, æræ 1198. in Hist. Segoviensi c. 17. § 5 : *In pratris, in sernis, in vineis, in hortis, in moneta, in tendis, in homiciliis, in Tanariis, in carnacariis, in Molendinis, etc.* [Haud scio an idem sit quod nostrum *Tannerie*, Officina in qua coria subiguntur, *Tannarium molendinum*, ut habetur supra in *Molendinum ad than*. Vide *Taneria* et *Tannare*.]

\* Hisp. *Teneria*, Coriaria officina.

\* **TANARIUS**, Coriorum infector, Gall. *Tanneur*, in Charta ann. 1187. ex Chartul. S. Joan. Laudun. ch. 71. Vide infra *Tannerius*.

† **TANATARIA**, **TANATOR**. Vide *Tannare*.

\* **TANATUS**, Panni species fulvi coloris, Gall. *Tanné*, ut infra *Tanneyum*. Stat. pro arte parat. pannor. Carcass. renovata ann. 1466. in Reg. 201. Chartoph. reg. ch. 121 : *Item quod nullus possit.... tingere seu tingi facere aliquos pannos, caput seu signum cotonis habentes, in Tunato seu bu-*

*rello, nec in lana seu flatura cum escorciam nucis. Vide in Tannare.*

\* **TANBUCULUM**, Quod modo huc, modo illuc præfingitur aliquid comitando, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

\* **TANCHELMISTÆ** sic appellati sectatores cujusdam Tanchelmi hæretici, qui et *Tanchelinus*, *Tanquelinus*, *Tauchelinus*, *Tandemus*, *Tanderius* et *Landelinus* pro variis scriptoribus seu librorum socordia dictus est. Hic in Flandria sæculo XII. ineunte errores suos disseminare cepit. Vita S. Norberti tom. 1. Jun. pag. 843. col. 2 : *Contigit ut hæreticus quidam, miræ subtilitatis et versutis seductor, Tanchelinus nomine, ibi adveniens, in eadem gente suæ seductionis locum inveniret. Erat denique omnium hominum sceleratissimus, et Dei et omnium sacramentorum ejus inimicus et totius religionis et Christianæ fidei contrarius, etc.* Vide ibi notam doctorum Editorum et Supplem. ad Miræum pag. 567.

**TANDE**, Reliqua, *Areragia*. Observantiæ Regni Aragon. lib. 9. tit. Quæ sit pœna etc. § 2 : *Dominus Rex dando cavalleris censetur dure Tandam jam lapsas, et per eum aut suos officiales non receptas, licet tempore vacationis de-cursas, etc.*

† **TANDAM**, pro *Tandem*, passim legitur in Tabulario Calensi, præsertim in Chartis sæculi XIII.

† **TANEGLIARE**, Ital. *Tanagliare*, Gall. *Tenailler*, Candenti forcipe laniare. Anonymus apud Murator. tom. 8. col. 113 : *Omnes tres Tanegliati fuerunt usque ad furcas et suspensi. Vide Tanajare.*

† **TANERIA**, Officina, ubi coria subiguntur, in Charta ann. 1237. e Chartulario B. Magdalene de Castroduo, et in alia ann. 1273. apud Lobinellum tom. 3. Hist. Paris. pag. 25. col. 1. *Tanere molendinum*, in Chartulario S. Martini Pontisar. Vide *Molendinum ad than* et *Tannare*.

\* **TANETERIUS**, Ad quercem pulverem, quo coria subiguntur, Gall. *Tan*, pertinens. Charta ann. circ. 1060. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 126 : *Apud Ebroicas duos molendinos, unum annonarium et alterum Taneterium. Vide infra Tuninum.*

**TANGANARE**, Interpellare, *Sommer quelqu'un en justice*. Pactus Legis Salicæ tit. 60. § 1 : *Si qui Rachemburgii legem vulnerint dicere in Mallebergo residentes, cum causam inter duos discusserint, debet eis qui causam requirit dicere : Dicite nobis Legem Salicam. Si illi tunc noluerint dicere, tunc iterum qui causam requirit, dicit : Vos Tangano, ut mihi et isto legem dicatis. Lex Salica hoc loco habet : Ego vos Tangano, usque dum vos inter me et contra causatores meum legem judicetis. Nempe hæc interpellatio iudices spectat. Ita in Lege Ripuar. tit. 55. Rachimbürgios causator interpellat : Ego vos Tangano, ut mihi legem dicatis. Ibid. tit. 58. § 59 : *Hoc etiam constitutus, ut hominem regium Romanum vel tabularium interpellatum in iudicio non Tangaret, etc.**

**TANGANUM**, Ipsa interpellatio judiciaria. Lex Ripuar. tit. 30. qui de interpellatione et incendio servorum inscribitur § 1 : *Dominus ejus in iudicio pro eo (servo) interrogatus respondet, et sine Tangano loquitur,*

*et dicat, etc.* Tit. 58. § 20 : *Servi autem Ecclesiarum, non per actores, sed ipsi pro semetipsis in iudicio respondeant, et sacramenta absque Tangano conjurent.* Et tit. 59. § 8 : *Quia dum interpellatur, respondeat ad interrogationes, et sine Tangano loquatur, et dicat : Non nullo ordine, sed per testamentum hoc teneo. Cujus vocis originem a Tagghen, Teutonico, disceptare, litigare, vitiligare, altercari, arcessit Wendelinus : ita ut absque Tangano loqui, respondere, sit plane, nude, cum nulla altercatione, vel interpellatione : [Eccardus vero ex eo quod Saxones vocem *Tange*, Germanis *Zange*, pro Forcipe vel tenaculo usurpent, conjicit olim fuisse verbum *Tangen*, pro Tenere, detinere; hincque Latinum *Tanganare* esse Tenere, retinere, Gall. *Arrêter*; et substantivum *Tanganum* esse Detentio, captio, captura.]\*\* Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 5. et 843. Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 5. col. 433. et 680.]*

† 1. **TANGERE**. Dicere, de re aliqua sermonem habere, Gall. *Toucher*. Annales Genuenses ad ann. 1238. apud Murator. tom. 6. col. 479 : *Tetigit qualiter dominus Imperator tractaverat et tractabat homines de regno. Occurrit hac notione in Diario Belli Hussitici apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 212. et alibi. *Tangere verbis* dixit Ovidius lib. 1. Fast. v. 184. et *Tangere leviter*, pro Paucis de re aliqua dicere, Tullius pro Roscio Am. cap. 30.*

† 2. **TANGERE**, Statuere, convenire, concordare, ducta notione a manuum tactu, quo scilicet solebant inter se concordata firmare. Et hæc quidem firmandi promissi ratio velut jusjurandum sacra habebatur, habeturque etiam inter plerosque mercatores. Charta Fulconis Episc. Andegav. qua litem componit inter Canonicos Eccl. Andegav. et Monachos S. Albini ann. 1337. ex Archivo ejusdem S. Albini : *Tacto nihilominus inter partes predictas, quod reverendus Pater predictus ordinabit, etc. Tacto etiam inter partes easdem, quod Religiosis, etc. Frequenter occurrit ibi. Vide Palmata 2.*

**TANGERE CHARTAM**, Subscribere. Charta Hugonis Comitis et Marchionis ann. 936. in Hist. Vergiæ pag. 33 : *Et ut hujus nostræ largitionis carta plenior in Dei nomine capiat firmitatem, Tangendo firmavimus, et fidelibus nostris infrascriptis firmare rogavimus. Actum etc. Signum Hugonis Comitis, etc.*

† **TANGERE CHARTAM**, Diplom. cap. 22. n. 14. *Tangere chartam*, non est eam subscribere; sed, ut verbis ejus utar, qui propria manu non subscribebant, neque apponebant signum crucis, chartam manu tangebant, ut subscriptionem nominis sui a Notario factam ratam haberent : id probat ex Charta Theobaldi Comitis ann. 1083. ubi legitur : *Chartam hanc sigillo auctoritatis nostræ impresso, cruce autem facta manu nostra roboravimus, et fidelium nostrorum manibus Tangendo corroborandum dedimus.* Tum observat, in regis literis sub tertia stirpe regni Primores erecta manu eas rati habuisse, quod probat ex Chartario S. Martini a Campis, ut ibi videre potes.

\* Chartul. Major. monast. pro pago Vindoc. ch. 7 : *Infantesque ipsius (Tet-*



baldi) qui prefate non interfaerant conventiæ, Burcardum scilicet, Arenburgem et Johannem, Tangendo eam firmare seu auctorizare fecit, datus pro hoc singulis singulis denariis, testibus istis, etc. Ibidem ch. 106 : Hi posteriores testes de auctoramento axoris Fulcodii et filiorum ejus sant, quod factum est quando omnes pariter contactu manuum cartam hanc firmaverant, approbantes venditionem ipsias. Vide supra Manum mittere in Manus.

\* 4. TANGERE, Pulsare. Tangantur campanæ, in Missali MS. Burdegal. ad vigiliam Pentecostes.

¶ TANGIBILIS, Qui tangi potest, apud Lactantium lib. 7. Instit. cap. 11. et 12. et alios recentiores.

TANGOMENA. Fragmentum Petronii pag. 10 : Quare Tangomenas faciamus, vita vinum est. Et infra pag. 67 : Ita Tangomenas faciamus, et usque in lucem cœnemus.

¶ Nodotius in Petronio restituito scribit Tingomenas, Complotiones, heluaciones, illustratque ex illo Horatii loco lib. 2. Od. 14 :

Absumet hæres Cæcuba dignior  
Servata centum clavibus, et mero  
Tinget pavimentum superbum,  
Pontificum potiore cœnis.

Vide Taqates.

\* TANGUA, f. Piscis fluviatilis notus, Gall. *Tanche*; nisi sit nomen loci. Bulla Urbani III. PP. ann. 1186. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 248 : Totam decimanem de Crienciis, decimanem Tangue et molendini, decimanem molendini de Fulleia.

\* TANIA, Capsa, arca, ut videtur. Arest. ann. 1330. 28. Apr. in Reg. Olim parlam. Paris. : Unam Tantiam pictam, plenam diversis mercibus et jocalibus. Vox, ni fallor, fictitia.

¶ TANISTRY, Lex aut consuetudo olim vigens in Hibernia, qua, nulla natu majoris habita ratione, is inter natos Principum illustriumque familiarum hæres instituebatur, qui cæteris merito præcellerat. Vide Thomam Blount in Nomolexico Anglicano.

\* TANIUM. MOLENDINUM AD TANIUM, Gall. *Moulin à tan*, quo quercus cortex ad subigenda coria in pulverem redigitur. Vide supra *Tanium*. Charta ann. 1225. inter Instr. tom. 8. Gall. Christ. col. 358 : Omnia molendina nostra de Riveroy, tam ad bladum quam ad Tanium. *Tananie*, pro *Tavernier*, caupo, in Lit. ann. 1341. tom. 3. Ordin. reg. Franc. pag. 575. art. 7. *Tanniere*, pro *Taberna*, in aliis Lit. ann. 1354. tom. 2. earumd. Ordin. pag. 565.

¶ TANLAGIUM, Vectigal. Vide in *Telolon*.

TANNARE, Coria subigere, Gall. *Tanner*. Leges Burgorum Scotior. cap. 98 : Nullus sator potest emere coria ad Tanandum majoris pretii, quam quod cornua et aures sunt æqualis longitudinis. [Tanatum, vel *Tannuatum corium*, in Privilegio Liduini Abbatis S. Vedasti Atebat. ann. 1036. e Chartul. V. ejusd. Cœnobii pag. 243. in Statutis Cisterc. ann. 1157. tom. 4. Anecd. Marten. col. 1247. in Computo ann. 1202. apud D. Brussel tom. 2. de Fœdorum usu pag. cxlv. ad calcem, in Edicto ann. 1329. tom. 2. Ordin. Reg. Franc. pag.

33. n. 3. in Privilegiis Pontis-Uronis tom. 4. earumd. Ordin. pag. 641. n. 42. *Tannate pelles*, in Consuetudinibus Ecclesiæ SS. Bertini et Audomari ex Archivo Ecclesiæ Audomarensis.]

\* *Tanner* præterea nostri dixerunt, pro *Vexare*, molestiam creare. Lit. remiss. ann. 1475. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1493 : *Jehannin Joly dist à Jehannin le Clerc que le suppliant les Tannoit et hayoit mont fort*. Vox in quibusdam provinciis necdum obsoleta.

TANNERIA, seu TANNATORIA, Officina, vel ars coria subigendi, Gall. *Tannerie*, in *Fleta* lib. 2. cap. 52. § 35. [ *Tannataria*, in Chartulario S. Vincentii Cenoman. fol. 35. *Tannarium molendinum*, in Chartulario S. Vandregesili tom. 1. pag. 1002. Vide *Molendinum ad than*. ]

¶ TANNATOR, vel *Tanator*, Qui coria subigit præparatque, Gall. *Tannear*, in Chartulariis S. Vincentii Cenoman. fol. 36. S. Vandregesili tom. 2. pag. 1451. in Necrologio Confratriæ Clericorum apud Pontisaram, apud Thomassarium in Biturigibus pag. 87. 112. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 158. in Instrumentis novæ Gall. Christ. tom. 2. col. 352. etc.

\* TANNELLA, Forceps, Gall. *Tenaille*. Judic. ann. 1326. 13. Dec. in Reg. Olim parlam. Paris. : *Predictus miles dictum Galterum... comminari fecerat,..... quod dentes suos de gula extrahi faceret cum Tannellis ferreis, quas eidem ostendi faciebat*. Vide supra *Tanalia*.

\* TANNERIUS, Qui coria subigit præparatque, Gall. *Tanneur*. Invent. Chart. reg. ann. 1482. fol. 93 : *Littera acquisitionis magistræ Tanneriorum, baudreiorum etc. De anno 1405*. Vide in *Tennare*.

\* TANNERYUM, Panni species fulvi coloris, Gall. *Tanné*. Testam. Steph. de Mornaio decani S. Mart. Turon. ann. 1332. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 978 : *Item lego dicto le Borne valletto meo malam tunicam meam de Tanneyo, cum epithogio ejusdem panni*. Vide supra *Tanatas*.

1. TANNUM. Charta Edw. III. Regis Angl. in Monastico Angl. tom. 1. pag. 507 : *Et similiter de toto Tanno de bosco ipsias Roberti usque ad Creyton, scisso per visum Forestariorum nostrorum*. Nostri *Tan*, Itali *Tane* vocant quercum pulverem, unde tinctura fit. Vide *Molendinum ad than*, et Scaligerum in Exercit. 325. in Cardanum n. 12.

¶ 2. TANNUM, Locus vacans et publicus, non semel in libris censualibus Calomontis et in Charta Tossiacensi, teste Cl. Viro D. Aubret.

TANOLA, Tendicula. Vide *Taliola*.

¶ TANOVERIUS, Idem, ut puto, qui *Tannator*, Coriorum infector, Gall. *Tanneur*. Arestum Parlamenti ann. 1469. e Tabulario Corbeiensis : *Dictus appellans proponi fecit, quod licet ipse, qui homo mere laicus et Tanoverius, non existebat secundum asum, etc. Ubi legendum forte est Tannevrius*.

TANQHANUM. Aresta Parlamenti Pentecostes ann. 1285. in Regesto B. fol. 71 : *Cum in villa Atebatensi quidam de plebe dictæ ville contra Scabios villæ et Majorcs Atebat. conspirationem seu Tanghanum*

fecissent, capsam reliquiarum plenam in foro Atebatensi causa devotionis a Capitulo Atebat. ibi missam juxta locum, ubi candela B. Mariæ est reposita, et ubi consuatum est a Deo multa miracula operari, impetuose ac violenter et in scandalum totius populi cepissent et extra locum tulissent, etc. Pronuntiatum fuit per judicium Curie D. Regis dictum Tanghanum et maleficium ad altam justitiam pertinere, ac illad per dictam Comitum vindicare debere, etc.

\* Coitio, conventus illicitus, seditio, turba. Gall. alias *Taquehan*. Charta Phil. V. ann. 1320. in Reg. 58. Chartoph. reg. fol. 59. vº : *Poar eschiver touz perils, conspirations et Taqæhanz, qui en pourroient ensair, etc.* Lit. ejusd. ann. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 139. art. 22 : *Les habitanz des villes dessus dites se pourront assembler poar eulx conseiller et tailler, senz ce que il puis estre dit Taquehan. Taquehan, in Charta ann. 1397. ex Reg. 151. ch. 311. quomodo etiam legendum est, pro Taqueheu, in Stat. ann. 1398. tom. 8. earumd. Ordin. pag. 305. art. 13. Taqueham, in Lit. ann. 1343. ex Reg. 74. ch. 60. Tacaan, eodem intellectu, in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 138. ch. 98 : *Par maniere de Tacaan et venans contre leurs sermens et contre l'utilité publique, etc.* Unde *Tacain*, Seditiosus, rixosus, in aliis Lit. ann. 1411. ex Reg. 165. ch. 219 : *Icellui Pierre appellat le suppliant arlot, Tacain, boure, qui vault autant à dire en langage du pays de par delà, garçon, truant, bastart*. In bonam partem *Takehans* accipi videtur, videlicet pro *Pactum*, conventio, in Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abbavil. fol. 105. rº : *Uns maîtres et uns eskevins de le baniere des tisserans..... firent un acort,..... que il meroient quatre deniers en une boiste;... et dara chis Takehans par l'espasse de sis ans;... et fa li acors tes que etc.**

TAQUEHA, Eadem notione. Aresta ann. 1290. in eod. Reg. fol. 91. verso : *Inhibendo, ne ipsi (Majores Rotoinag.) vel aliqui eorum Taqueham, collectam, sea talliam faciunt, seu congregationem sine nostra auctoritate prius interposita*.

¶ TAQUIHA, Eodem intellectu. Literæ ann. 1286. c. Regesto Domus publicæ Paris. notatum A. fol. 114 : *Cum vecturarii aque quoddam Taquihum seu conspirationem fecissent contra mercatores vinorum*. Interpretatio Gallica habet, ibid. fol. 115 : *un Toquihan et une conspiration*.

TANQUAM, inquit Galbertus in Prologo ad Vitam S. Caroli Comitis Flandr. *non est semper similitivum, sed sæpe confirmativum. Tanquam enim dicitur in Scriptura sancta pro eo, quod vere est, sicut est ibi : Tanquam sponsus, hoc est vere sponsus*.

\* TANSAM. Charta ann. 1281. apud Murator. tom. 2. Antiq. Italic. med. ævi col. 83 : *Ut commune Finalis Matiuensis debeat dare pro eorum (mercatorum) securitate Tansam a Finali usque Bondenum, cum burcello uno et cum hominibus armatis*. Ubi *Tansam* a verbo *Tensare*, defendere, protegere, recte quidem accersit idem Muratorius, interpretaturque Præsidium militum, Ital. *Scorta*, Gall. *Escorte*. Sed nihil pertinet, ut opinor, ad vocem *Tansum*, quidquid dicat Vir doctissimus.



¶ **TANSSAMENTUM**. Vide in *Tensare*.

\* **TANSUM**. Charta Frider. I. imper. ann. 1177. apud Murator. tom. 2. Antiquit. Ital. med. ævi col. 82 : *Hæc igitur superscripta et cetera omnia, quæ in aliquo imperii nostri loco præfata possidet ecclesia in castris, capellis, decimis, placitis, mercatis, teloneis, ripis, rupinis, molendinis, collectis, viis et inviis, vineis etc. Tansis, bannis ac olivetis, univrsisque exhibitionibus, atque cujuslibet functionibus, cum omni honore et districtu, salva tamen imperiali justitia, confirmamus. Eadem repetuntur in alia ann. 1219. ibid. col. 876.*

¶ **TANT**, Vox Arvernensis usitata pro Umbraculum, Gall. *Dais*. Consuetudinarium Monasterii S. Marcellini Cantagilensis : *In die festo Corporis Christi clericus ecclesie debet parare lo Tant tantum quod posset fieri honeste. Et mox : Servitores domini Abbatis... portant lo Tant super Corpus Domini.*

\* **TANTALLUS**, Ardea. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Tantallus, Heron, Hinc Tantalus, libenter comedens, in alio Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684.*

\* **TANTANELLUM**, Gari species, Gall. *Trentanel*. Stat. pro arte parator. pannor. Carcass. renovata ann. 1466. in Reg. 201. Chartoph. reg. ch. 121 : *Item quod nullus possit..... tingere seu tingi facere aliquos pannos, caput seu signum cotonis habentes, cum Tantanello fusco, archica perussa neque sortello, qui sunt tinctus pravi.*

\* **TANTE**, vox vulgaris, Cerei species. Charta ann. 1398. inter Probat. Hist. Autiss. pag. 129. col. 1 : *Thesaurarii tenebuntur.... facere ardere nocte dieque continue singulis diebus tres cereos, Tantes vulgariter nuncupatos, in tribus bacilibus pendentibus et suspensis ante Corpus Christi.*

¶ **TANTI**, pro Tot, ut *Quanti*, pro Quot, passim occurrit apud Scriptores ævi medii.

**TANTILLITAS**, Exiguitas. Anastasius Bibl. in Præfat. ad versionem Vitæ S. Joan. Eleemosyn. : *Non personam Tantillitatis mee intenus, non astutum investigans. Utitur et cap. 1. n. 6. [Epistola Guiberti Abb. Gemblac. ad Sigfridum Mogunt. et Philippum Salzburg. Archiepiscopos apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 942 : *Gaudeo... quod... ad notitiam celsitudinis vestræ exiguitatis mee Tantillitas attigerit. Rursum occurrit in Vita S. Ragenulfæ, tom. 3. Julii pag. 696. Vide Tantitas.]**

¶ **TANTILLULUS**, Tantillus. Miracula S. Austregisili Episc. tom. 5. Maii pag. 237 : *Dubitat si super Tantillulam personam infantis sic despecti dignetur illa cælestis majestas extendere manum suæ benedictionis. Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. cap. 25. pag. 57 : *Nec totidem hostium immensum numerum contra se et Tantillulum exercitum suum prævalere posse... arbitratur.**

**TANTITAS**, Exiguitas. *Tantitas nostra*, Flodoardo in Præfat. ad Histor. Remens. Vide *Tantillitas*.

¶ **TANTO**. In *Tanto*, Interim, idiotismo Italico. Vita S. Zite, tom. 3. April. pag. 507 : *De vestimentis ejus auferre aliquid satagebat, adeo quidem ut pluribus vicibus, quibus in Tanto induta extitit, remansit seminuda.*

¶ **TANTOLOGIA**, *Vitiosa repetitio ejuſdem dictionis, ut egomet ipse; sufficebat enim dicere, Egomet, ut Ego ipse, etc.* Joh. de Janua. Legendum *Tautologia*, a Gr. Ταυτολογία.

\* **TANTIADES**, Cornelio Celso sunt *Tarisilæ indurate*, in Glossar. medic. MS. Sim. Jan. ex Cod. reg. 6959.

\* 1. **TANTUM**, *Ranchiert*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7679. At mihi haud asserta est hæc lectio.

\* 2. **TANTUM QUANTUM**, Dum, interim, tamdiu, Gall. *Taudis que, pendant que, alias Tant comme*. Charta ann. 1334. ex Tabul. D. Venciæ : *Item quod nulla persona bibat in taberna, post quod pulsatum fuerit pro Ave Maria, nec Tantum quantum celebrantur Missæ in diebus devotis et festivis in dicto castro. Instr. ann. 1406. ex Bibl. reg. : *Ilz apperçurent que les lampiers, qui estoient d'argent, en estoient ostez,..... et trouverent par ymagination que ce avoit esté fait Tant comme l'en disnoit en cloistre. Tant-moins, vulgo en déduction, in Lit. remiss. ann. 1427. ex Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 707 : *Fut baillié au suppliant aucun argent Tant-moins de la somme dessusdite. Id est, Tantum de summa detrahendo, quantum pecunie numerabatur. Tantant, pro Autant, tantum ex æquo, in aliis Lit. ann. 1399. ex Reg. 154. ch. 745 : *Icellui Waissy but à plain hanap de vin audit de la Londe, lequel ne vout boire Tantant.****

\* 3. **TANTUM** et **TANTUM**, Duplum, Gall. *Deux fois autant*. Charta ann. 1043. ex Bibl. reg. cot. 17 : *Qui meam donationem infringere voluerit.... componat tibi in vinculo Tantum, et alium Tantum, et inantea quod petit, adquirere non valeat.*

\* 4. **TANTUM**, pro Tam, in Conc. Rem. ann. 991. tom. 10. Collect. Hist. Franc. pag. 528 : *Tantum lividum cænum impudentia negationis volebat obruere.*

\* **TANTUMDEM**, Tantum, Gall. *Seulement*. Vita S. Petri canon. tom. 3. Sept. pag. 465. col. 1 : *Cum præfatus Dci servus... regulari canonicorum jugo colla submitteret, ut divino cultui, tantundem vacaret, etc.*

\* **TANTURERIUS**, a Gallico *Teinturier*, Infector. Invent. Chart. monast. Athanat. fol. 45. rº : *Instrumentum anni 1518. xliij. solidorum de annua pensione debitorum domini de conventu Athanatensi per Johannem Clepoint Tanturerium.*

¶ 1. **TANUS**, Dignitatis nomen. Vide *Thainus*.

\* 2. **TANUS**, Præstationis seu tributii species. Charta ann. 1151. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 318 : *Nec aliud a presbyteris earum exigeret, nisi ut superius legitur..... Tanus vero nullus ab eis exigeretur. Vide supra Tallium 5.*

**TANUTA**, Telonia, jura viarum, in Jure Hungarico. Albert. Molnarus.

\* **TAONI**, Arabice, *Album*, in Glossar. medic. MS. Sim. Jan. ex Cod. reg. 6959.

¶ 1. **TAPA**, Tessera lignea, idem quod *Talea*, ut videtur. Chronicon Petri Azarii apud Murator. tom. 16. col. 393 : *Per latebras nemorum solus vagans, tanquam desperatus, invenit unum rusticum... Tapas pro faciundo novas parasides laborare... et dixit : Ave frater... Respondit rusticus, et*

*semper lignamina picando, etc.* Legendum fortassis *Tala*.

¶ 2. **TAPA**, f. Murus terreus, idem quod Hispanis *Tapia*, Statuta Montis-Regalis pag. 259 : *Item quod a Tapia illorum de S. Blasio usque ad bealcriam Pessii possit capi pars una dictæ aquæ. Vide Tapia et Toppa.*

¶ **TAPARDUM**, Tunica. Vide *Tabardum*.

\* **TAPARE**, ab Hispanico *Tapar*, Occludere, obturare. Charta pro incolis de Staggello ann. 1331. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 174 : *Aquam fluminis de Ayglino, hactenus decurrentem et defluentem per aquæ versum, de loco seu castro vocato de Turre.... avertendo,..... fregit paxeriam seu resclausam dicti fluminis Tapando et claudendo et impediendo lapidum et lignorum interponendo. Tappir, nostris, eadem acceptione. Lit. remiss. ann. 1476. in Reg. 195. ch. 1592 : *Il fist mettre sur le lieu, où il avoit esté frappé.... ung pctit de mousse pour cuider Tappir et faire cesser le sang. Vide infra Tapia.**

\* Haud scio an inde Pons versatilis, *Tapercul* appelleretur, in Lit. remiss. ann. 1474. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1224 : *Lesquelz portiers desja avoient avalé et fermé le Tapecul de la porte (de la ville de Compiègne);... qu'ilz preissent les chaines du dit Tapecul.*

¶ **TAPECIUS**, Tapes, aulæum, in Testamento ann. 1010. Marcæ Hispan. col. 973. Vide *Tapesium* et *Tapetia*.

¶ **TAPEDUS**, Τάπις; ψάδι, in Glossis Lat. Græc. et Græc. Lat. Legendum volunt *Tapetus*, τάπις, ψάδι; si tamen credimus Isidoro lib. 19. Orig. cap. 26. retineri posset *Tapedus*; habet enim ibi : *Tapeta dicta, quod pedibus primum sternerentur, quasi Tapedia. Vide Scaligerum ad Festum.*

**TAPELUS**, Charta Longobardica ann. 1094. apud Ugellum tom. 7. pag. 581 : *Et ille et ejus descendentes dent pro redemptione animæ meæ... centum solidos, quorum quisque habeat auri Tapelos bonos quatuor monete hujus civitatis, (Salerni) etc. Vereor, ne legendum sit, *Tarenos* : nam solidi auri Salernitani quatuor *Tarenos* conficiebant. Vide *Tarenus*.*

¶ **TAPER**, Anglis, Fax, cereus. Testamentum ann. 1386. apud Madox Formul. Angl. pag. 429 : *Item volo, quod xxiiii. torches et v. Tapers, quolibet Taper pondere x. lib. præparentur pro sepultura mea absque alio hercio.*

**TAPESIUM**, Tapes, aulæum, Gallis *Tapisserie*. Vitæ Abbatum S. Albani : *Dossale sive Tapesium, in quo passio S. Albani figuratur.*

¶ **TAPESTRY**, Anglica vox, Tapes, Gall. *Tapisserie*. Vide locum in *Testura*.

¶ **TAPELIE**, Tapetes. Guido lib. 1. Disciplinæ Farfensis cap. 29 : *Super fornus sternant Tapetias ante Vesperam.*

\* **TAPETIARIUS**, Cui tapetium cura commissa est. Comput. ann. 1483. ex Tabul. S. Petri Insul. : *Ab honesto et prudenti viro P. Pourcelet illustrissimi principis ducis Burgondia Tapetiaro, etc.*

\* **TAPETUM**, Pannus sericus aut pretiosioris materiæ, qui feretro insternitur, cum mortui cadaver humandum deferitur. Chartul. Major. monast. pro pago Vindoc



ch. 102 : Quo mortuo, predicti filii ejus Guicherus atque Rodulfus portaverunt eum tumulandum ad Majus monasterium, et in redemptionem unius Tapeti, quod patri mortuo superpositum fuerat, ut est consuetudo nobilium, dederunt ipsi filii monachis unum cunpam alodi apud villam Gunbergenam.

**TAPHUS**, Sepulcrum, ex Græco τάφος. Inventio S. Celsi n. 15 : Beati pignoris Taplum de loco depositionis novere nequaquam præsumpsit. Occurrit etiam in Vita S. Udalrici Episcopi August. cap. 13. Vide *Tafus* [Thafus vero apud Ratherium Veron. lib. 2. Præloq. tom. 9. Ampl. Collect. Marten. col. 850.]

¶ **TAPIA**, Murus terreus, ut videtur, ab Hispanico *Tapia* : quod idem significat. Transactio ann. 1219. ex libro flavo Episcopatus Massil. pag. 25 : *A termino lapideo posito juxta Tapiam, et ipsa Tapia recta linea... usque in unam transversam. Vide Tapia 2. et mox Tapia.*

\* Qua voce etiam significatur quædam parietis terre mensura, ut in Libert. MSS. Barcin. ann. 1283 : *Clausura domorum habet fieri de tribus Tapis, et clausura orti debet fieri de duabus Tapiis in altum. Sed et pro septo cujusvis generis aliquando usurpatum videtur. Charta ann. 1225. ex Bibl. reg. cot. 17 : Dono ad laborandum..... totam illam clausam cum suo solo et planterio vineæ et arborum..... ita quod in hoc præsentis anno claudatis totam ipsam clausam ad Tapiam vel ad nassom. Vide supra Tapare.*

**TAPIALE**. Fori Oscæ Jacobi I. Regis Aragon. ann. 1247. fol. 10 : *Si aliquis homo in aliquo casali veteri aperuerit fundamenta, super quibus tantum postea construxerit in gyrum, donec opus illud sit de tribus Tapialibus in altum, et miserit ipsum casal in arveo, et fecerit ibi portal supra firmaverit postal, etc.*

\* Idem quod *Tapia* seu quædam parietis terre mensura. Acad. Hisp. in Diction. *Tapial*, Asserum forma ad parietes ducendos.

\* **TAPICERIA**, **TAPISSARIA**, Aulæa, peristromata, Hisp. *Tapiceria*, Ital. *Tappezzeria*, Gall. *Tapissérie*. Comput. ann. 1495. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 65. col. 2 : *Domini consules destinaverunt dom. consulem Claudiam de Menonville, ut iret cum uno servitore ad dom. de Calvisione pro habendo ejus Tapiceriam, sicut alia vice villa habuerat..... Tapiceriam obtinuit. Alius ann. 1482. ibid. pag. 22. col. 1 : Fuit præceptum..... ut cum Tapissaria parari et ornari faceret aulam paramenti episcopatus Nemausi. Mox : *Tapissaria*. Occurrit præterea *Tapissaria* in Testam. Caroli comit. Prov. ann. 1481.*

¶ **TAPICERIUS**, Aulæorum opifex, Gall. *Tapissier*, in Charta ann. 1273. apud Lobinellum tom. 3. Hist. Paris. pag. 26. col. 2.

\* **TAPICARIUS**, a Gallico *Tapissier*, Aulæorum opifex, propola vel sartor, Hisp. *Tapicero* Charta ann. 1364. in Reg. 96. Chartoph. reg. ch. 96 : *Supra quodam stallo Tapicariorum in dictis hullis (Paris.) situato. Vide Tapicerius.*

\* **TAPICIUM**. **TAPICIA SARRACENORUM**, Gall. *Tapis de Turquie*. Arest. ann. 1339. 23. Apr. in vol. 3. arestor. parlam Paris. :

*Magistri et operarii Tapicionum Sarracenorum Parisius etc.*

¶ **TAPICUS**, **Tapes**, Ital. *Tapeto*, Gall. *Tapis*. Statuta Civitatis Astæ de intratis portarum : *Tapici banchalis de Francia et aliunde ponuntur et solvant ad estimationem officialium.*

¶ **TAPINA**, Idem quod mox *Tapinatio*, si vera lectio est. Statuta Massil. lib. 2. cap. 21 : *Decernimus, ut si alicui res aliqua vel Tapina ablata fuerit vel furto subtracta, etc. Titulus est, De rebus raptis vel furtive subtractis : unde pro Tapina legendum videtur Rapina.*

\* **TAPINAGIUM**. PER MODUM **TAPINAGE**, Clanculum, secreto, nostris alias *En Tapinage*. Lit. remiss. ann. 1355. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 172 : *Insidians retro quasdam molas existentes ante domum Adæ de Liero, per modum Tapinagii se abscondit. Aliæ ann. 1382. in Reg. 121. ch. 231 : Icellui Guillaume les attendait en Tapinage au bout des pons de Moneco. Vide Tapinatio.*

**TAPINATIO**. Cum *Tapinatione* aliquid agere, [Nostris in *Tapinois*.] furtim, clanculum more *taparum*, quas *Taupes* dicimus, quæ sub terra delitescunt, et quæ latenter terram suffodiunt : nisi a voce Græca *ταπεινός*, humilis, non multum a terra assurgens, quis deducere velit [cum Labbeo, qui hanc in rem hunc affert verum ad Guillelmum Comitem Blesensem ante annos 800. de quodam Monacho directum :

Gozbertus Tapinos, micros, apodemus et exul.

Hoc etymon probat Menagius post aliquot alios.] Charta ann. 1060. apud Louvetum in Historia Belvacensi : *Iste ut rei exitus probavit, nutu et voluntate Dei Jerusalem et sacra loca... adiit, illis videlicet temporibus, quibus nullus Christiani nominis Confessor, nisi furtim, aut, ut ita dicam, (cum) Tapinatione, propter obstentium paganorum timorem illuc pergere ausus erat. Le Roman de Rou MS :*

Li Dus fist son pelerinage,  
Si com l'en dist, en Tapinage.

[Le Roman de la Rose MS :

Qu'il s'en iroit en Tapynage,  
Ainsint comme en pelerinage.

Historia Johannis IV. Ducis Britan. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 695 :

Et failloit que sa mere alast  
Hors du pays, et l'emprntast,  
Com' povres gentz en Tappinage,  
Car ils n'avoient argent ni gage.

Vide Bellomaner. cap. 30.] Joannes Abb. Laudun. in Speculo Historiali MS. lib. 11. cap. 20 : *Le Antipape ne se audsoit pas monstrier manifestement, mais s'en alloit en Tapinage, etc.* Alanus Charterius in Consolatione trium virtutum, pag. 325. in *Tapinage* eadem notione dixit : *Vostre honneur perist, puisque vos vaillances s'estrepreuent à mordre et à abbayer l'un et l'autre en travers, et en Tapinage, comme chiens et chats de chetif courage, et laissez la protection du commun salut. Boccac. Nov. 27 : Audato Tapino por lo mondo. Et Nov. 16 : Passati sono honui quattordici anni, ch'io sono andata Tapinando por lo mondo. Ita*

Nov. 19. et 29. Italis *Tapino*, est infelix ; *Tapinare*, vivere in miseria.

¶ **TAPINOMA**, *Ταπεινομα*, Humilitas, depressio, apud Sidonium lib. 4. Epist. 3. **TAPINOSIS**, **TAPINOSITAS**, Humilitas, *ταπεινωσις* : Stylus depressior, [vel, ut habet Isidorus lib. 1. cap. 3 : *Humilitas, statum magnæ rei dictis infirmans ; ut*

Apparent rari nantes in gurgite vasto.

Hinc Alexander de Villa Dei in Doctrinali :

Cum per verba rei magnæ summissio fiet,  
Tunc Tapinosis erit, si dicas mare gurges.]

Vita S. Eugendi Abb. in Prologo : *Hæc nostra Tapinosis, nequaquam jactantia superborum judicium ventosa superstitiate calcetur. Quidam Codd. Tapinositas præferunt. Theodericus Monachus in Histor. Invention. S. Celsi Episc. Trevir. cap. 1 : Nos autem per Tapinosim præcelsa fenestram propalantes, etc.*

¶ **TAPINUM**. Chartularium Latiniaci : *Mercatores Remenses qui vendunt telas et Tapina debent in nundinis pro qualibet, que fuerit aperta, cotidie unum denarium. Puto legendum esse Tapitia, pro Tapetia, Aulæa, Gall. Tapis.*

\* **TAPISSARE**, Acupingere, Gall. *Broder*. Charta ann. 1479. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. 16 : *Dictus syndicus sive conventus teneat recuperare quoddam cohopertorium Tapissatum et figuratum.*

\* **TAPISSARIA**. Vide supra *Tapiceria*.

¶ **TAPISSERIA**, Gall. *Tapisserie*, Aulæum, tapes. Tabularium Piperaci : *Fecit facere Tapisseriam chori, ubi impressa est gloriosissima passio Christi.*

\* **TAPISSERIUM**, Aulæum, tapes. Memor. H. Cam. Comput. Paris. ad ann. 1421. fol. 146. v<sup>o</sup> : *Johannes Duval retentus in officio custodis camerarum et Tapisserie regis. Ibid. fol. 164. v<sup>o</sup> : Custos camerarum et Tapisseriorum regis. Tapicero mayor, apud Hispanos, Aulæorum præfectus in regia.*

\* **TAPISSIUM**, Eadem notione. Lit. remiss. ann. 1361. in Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 193 : *Idem Laurentius et supplicans acceperunt unum Tapissium lane, etc.*

\* **TAPITUM**, **Tapes**. Pontif. MS. eocl. Elnens. ubi de Benedictione virgin. : *Prosternit se pontifex ante altare super faldistorium et ministri hinc inde, et virgines post ipsum in ordine suo super Tapita.*

\* **TAPITUS**, **TAPPITUS**, Eodem significatu, Ital. *Tappeto*. Item duos *Tapitos*, in Invent. ann. 1361. ex Tabul. D. Venciæ. Charta ann. 790. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 562 : *Abbatissa .... eidem episcopo pro benedictionem dare debeat uno Tapitto bono ; nam amplius et nullum inponatur.*

**TAPPA**, Minutatum, ex Teuton. *Tappen*. *Vendere vinum ad Tappam*, est, *Vendre du vin en détail* : unde iisdem Teutonibus, *Tapper*, tabernarius, caupo : a voce *Tap*, epistomium, de qua mox in *Tappingam*. Statuta Ordinis S. Gilberti de *Sempringham* pag. 746 : *Nec... licet nobis vendere vinum ad tabernam, sive, ut vulgo dicitur, ad broccam ; seu, ut lingua Teutonica dicitur, ad Tappam, in nostris... domibus.* Eadem habetur in Institut. Capituli Generalis Ord. Cisterciensis ann. 1134. cap. 50.



\* **TAPPETARIUS**, Aulæorum opifex. Charta ann. 867. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 514: *Donamus ibidem alios servos nostros manuales ministeriales,.... Tappetarios tres, etc.* Vide supra *Tapiciarius*.

\* **TAPPISSERIA**. Vide supra *Tapissarium*.

\* **TAPPITUS**. Vide supra *Tapitus*.

† **TAPPONNARE**, Cavare, suffodere, a *Talpa*, ni fallor, detorta voce. Chronicon Petri Azarii apud Murator. tom. 16. col. 309: *Dum de præsentibus fundamenta ipsius palatii clam fodisset, et dictos muros lignumque fulcisset, facta cuva, ut est moris, Taponnando, etc.*

\* Aliud sonat Gallicum *Tappigner*, nempe Ruere, vexare, vulgo *Houspiller*. Lit. remiss. ann. 1411. in Reg. 165.. Charthoph. reg. ch. 408: *Jaquet Carbonnier..... respondi que se les levriers du suppliant foulait ou Tappignoient son chien, qu'il les tueroit.*

† **TAPPONATOR**, Cunicularius. Idem Chronicon P. Azarii col. 351: *Et quamvis aliquando per contrariam cavaturam ipsius Taponnatoribus male successisset, nihilominus castrum seu donigzonnum super rondellis posuerunt, frustru contententibus obsessis.* Vide *Talpartii* in *Talpa* 2.

† **TAPPONUM**, Idem quod *Talpa* 2. Machina ad suffodiendos muros. Idem Chronicon col. 345: *Deinde Marchio cepit castrum machinis tormentare, et Taponnum pro ipso castro habendo incepit. Ubi cum Taponnasset pluribus diebus, Castellanus... valde pertimuit. Et col. 351: Aggressores, videntes prædicta non valere, coperunt ponere in civitate Taponnum valde occultum pro ipso castro obtinendo et cavando.*

**TAPPUS**, Epistomium, truncus ligneus, quo foramen dolii, per quod liquor infunditur, obturatur, Gall. *Tanpon*, seu *Tapon*, [Celtis etiam *Tampon*,] Teuton. et Angl. *Tap*; Ital. *Zaffo*. Lambert. Ard.: *Et in medium proclamabat, quod tantus esset bibitor, quod si dominus sponsus ronchinum, vel equum quemlibet ei dare vellet, majus dolium, quod in cellario suo haberet cervisii plenissimum, dolii Tappo extracto, et formini ore semel apposito, et usque evacuationem dolii non retracto, totum ebiberet, et etiam feces exhauriret, parato sibi tantummodo loco exoptato, ubi per virilem virgam effutire, dum biberet, vel emittere posset urinam.* Infra: *Quo exhausto, prostiliens in medium scurra, et in signum jocularitatis, imo ingluvie, Tappum dolii evacuati gestans in ore, quem in pacto et bibendo lucrifererit equum,.... exigere cepit.*

\*\* **TAPSATIO**, ut *Taxa*, Exactio. Charta addit. Polypt. Irmin. Brev. 12. sect. 51. Guerdar pag. 130: *Ut nullam omnino aliam consuetudinem in prædicta villa habeat, neque receptum, neque hospitium, neque Tapsationem, neque rogationem, etc.* Vide *Taxa*, 1. *Taxare* et *Taussamentum*.

† **TAPSERIA**, Idem quod *Tapissaria*, Aulæum, tapes, Gall. *Tapisserie*, Angl. *Tapstry*. Opus *tapsarie*, acu pictum, textum, *Ouvrage de tapisserie*, in Charta ann. 1388. apud Rymer. tom. 7. pag. 590. col. 1: *Duas duodenas de cussyns de opere Tapsarie, etc.*

\* **TAPSIA**. Glossar. medic. MS. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959: *Tapstiam vocat Paulus Rubeam tinctorum cap. de Rubicundis capillis.*

**TAPTROUGHIE**. In Charta Feodi pag. 162. inter utensilia Bracini, seu officinæ cerevisiarie, recensentur *duo plumba, unus cacabus existens in furnice, unum Taptroughie de plumbo, unum mashfatum, decem baretles, etc.* Vide *Tappus*.

† **TAQUEHA**, **TAKUIHA**. Vide *Tanquanum*.

† **TAQUIES**, Indica vox. Synodus Limæ ann. 1585. tom. 4. Concil. Hispan. pag. 432: *Est etiam inter Indos communis abus... instituendi inebriationes et ludos, quos Taquies vocant... si autem ejusmodi computationes fiant cum tripudiis vulgo Taquies, etc.* Vide supra *Tangomena*.

† **1. TARA**, Arvernus *Tare*, Pondus. Inventarium Ecclesiæ Anciensis ann. 1444: *Item duo candelabra argenti, quæ non fuerunt ponderata propter Turam feri (ferri) quod in eis est subitus.*

\* **Rectius**, Superpondium, quod scilicet a mercium pondere distrahitur, ob id quo continentur. Italis et Hispanis, *Tara*, eodem intellecto.

\* **2. TARA**, Vasis species. Charta ann. 1323. ex Tabul. S. Vict. Massil.: *Item ex ulia parte quadraginta libras monetæ prædictæ de pretio cujusdam coronæ argenteæ et duarum Tararum argenti superdeauratarum.*

**TARABER**. Historia Longobardorum Ignoti Casinensis cap. 8: *Obsitis siquidem vestimentis, et calciamentis, saltem nec Tarabere* [\* Pertz. *tura bene*] *succinctis, sed solis arundinibus manu gestantes.* Idem videtur quod *Tabardum*. Vide in hoc verbo.

† **TARABINTA**, Fulcrum axillare. Processus de Vita S. Yvonis, tom. 4. Maii pag. 543: *Vidimus etiam ibidem... multa sudaria, mamillas cereas, Tarabintas sive potentias ligneas, etc.* Miracula Urbani V. PP. MSS: *Ullo modo posset ambulare pedibus suis, et positus est in quadam Tarabinta sive scassa, cum qua se jvaret, etc.* Vide *Scassa*.

**TARABOCCI**, Hæretici Anconitani, de quibus Waddingus in Annalib. Minor. ann. 1331. 4.

\* **TARACIO**, Æstimatio; unde legendum forte est *Taxacio*. Charta ann. 1261. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 982: *Nemine contradicente nec propinquiore ad retinendum præmissa veniente, Taracione et advenantatione curiæ supradictæ perlibita per probos et etiam fide dignos, adjudicavimus iudicio curiæ memoratæ supradicto Guufrido et heredibus suis quidquid juris, domini, proprietatis et sesinæ dicta Adelia habebat.*

† **TARAGA**, Fascia, similis illi, qua uti jubentur Episcopi peregrinantes ex Cæremoniali lib. 1. cap. 3: *Circa collum fasciam sericam coloris nigri latitudine duorum palmorum.* Utuntur *Taraga* Doctores ecclesiastici Siculi et Melitenses supra superpellicem ad modum stolæ in concionando, sive in processionibus; sed in Melita soli Doctores in Theologia ea decorantur. Origo vocis Arabica est. Vide *Macros* in *Hierolico*.

† **TARANTASMUM**. Vide *Sarantasmum*.

\* **TARANUS**, Idem quod *Tarenus*, Moneta aurea, apud Apulos et Siculos. Lib. cens. eocl. Rom. MS: *Guillelmus II. rex Siciliae constituit monasterium B. M. juxta Panormum anno xvij. pontificatus Alexandri PP. III. et subjecit illi Romanæ ecclesiæ sub annua pensione centum Taranorum.* Terrin, apud Bened. abb. Petrobürg. in Gest. Henr. II. reg. Angl. tom. 2. pag. 612. ad ann. 1190: *Cui (regi Angliæ) Tancredus rex Siciliae respondit in his verbis: Ego dedi Johannæ sorori vestræ decies centena milia Terrins pro quietâ clamatione dodarii sui, antequam a me recederet.*

**TARATA**, et **TARETA**, Vestis regia et purpurea, apud Ugutionem.

**TARATANTARA**, **TARATANTARIZARE**. Ugutio et ex eo Job. de Janua: *Taratantara, indecl. nomen fictitium est, i. ex sono, quem facit dictum. Est enim instrumentum, quo farina colatur, et est instrumentum, cujus percussione granum desluit inter molas molendini.* Unde quidam:

Ad festum Thomæ Taratantara filia tange.

*Hinc Taratantarizare, farinam colare, sectariare.* Gloss. Lat. Gall.: *Tartazzare*, (leg. *Tarantarizare*) *Tromper ou nagaiver, c'est joûer de nagaires.* Aliud addit, *ou sasser farine.* [Nostrum Sangerman.: *Taratantarizare, Tromper ou faire son noiseux, ou couler le farine.* Introitus Francisci III. Ducis Britan. Rhedones ann. 1522. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 1602: *Horologiis et tympanis pulsantibus et Taratantariis sonantibus, etc.*] Liber 2. Miraculor. S. Bertini cap. 4. de quodam mendico surdo et muto.... *Cum pulsatibus Turaturantium tabellarum stipem medicaret, i. quæ eundem sonum edebant, quem Taratantara, Taratantara.* Idem Ugut. *Cernida, de, a Cerno, is, lignum, supra quod ducitur Taratantara, et Cernida dicitur Taratantara, discernit furem a polline.* Glossar. Saxon. Ælfrici: *Taratantara, hridder, i. cribrum.* Gl. Lat. Gall.: *Tarantantarum, Clines ou le batol du milieu, [melius du moulin, in Sangerm. MSS.] ou son de trompes.* Aliud Gloss. Gall. MS. ex Bibl. Thuana Cod. 525: *Taratantorium, Saas.* Aliud editum: *Taratantara, ce, Sas à passer ou sasser la farine.* Vocem hanc usurparunt veteres pro tubæ clangore: *Ennius* apud *Priscian.* lib. 8:

At tuba terribili sonitu Taratantara dixit.

[Quæ *Virgilius* sic expressit lib. 9:

At tuba terribilem sonitum procul ære sonoro.]

\* **Reliq.** MSS. pag. 258: *Resonantibus tubis perstrepunt Taratantara.*

† **TARATARA**, Vox nullius sensus, quæ sonum loqui nesci exprimit. Vita S. August. Cantuar. tom. 6. Maii pag. 391: *Cui pestifer morbus vocem ademerat, cui sibilus pro loquela, cui Taratara pro clamore erat.* [\* Vide *Tubella taratarans* in *Taratantara, Tabuleleprosorum in Tubula et Tartavellare.*]

**TARATRUM**, **TARETRUS**, **Terebra**, [Gallice *Turriere*.] Joan. de Janua: *Terebrum, instrumentum perforandi, quod aliter dicitur Turatrum, quasi Teritrum, quod lignum foret terendo.* [Turatrum quasi Teratrum, Isidoro lib. 19. Orig. cap. 19.] Gloss. Gr.



Lat. : Τέρερον, *foraculum, perforaculum.* Adalardus lib. 2. Statutor. Corbeiensium cap. 1 : *Et anusquisque habeat ad hortum excolendum, ..... sive ad alias necessitates explendas, fossorios 6. bessos 2. secures 2. dolatoriam, Taratra 2. majas et minas, scapram 1. etc.* Capitulare 2. ann. 813. cap. 10 : *Dolatoris, secures, Taretros, fundibulas, etc.* [Taretros trabibus affixos, quibus muros perforabant in obsidionibus urbium, descripsit et delineandos curavit R. P. Daniel tom. 2. Milit. Franc. pag. 63.]

\* *Alias Tairelle et Taliere* ex frequenti mutatione *r* in *l*. Lit. remiss. ann. 1378. in Reg. 112. Chartoph. reg. ch. 192 : *Icellui Jehan avoit amblé en l'ouvroir Jehan Joby charon..... une doloeere, quatre Talieres, etc.* Aliæ ann. 1480. in Reg. 206. ch. 601 : *Mocinet Damont tenant en sa main une hache trenchante, ung taignon et ang Tairelle, etc.*

† 1. **TARAVELLA**, ut *Turatrām*, in Inventar. ann. 1379. ex Schedis Cl. Lan- celot : *Item duo martelli ferrei acuti. Item una Taravella magna.*

† 2. **TARAVELLA**, f. pro *Tartavella*. Vide in hac voce. In Statutis Civitatis Astæ collat. 7. cap. 3. inscribitur : *Ne quis cum Taravellis piscari audeat, vel præsumat.* Deinde legitur : *Ingeniam quod appellatur ingeniam de Taravellis sive de astellis, etc.*

**TARCASIUS**, **TARCHASIUS**. Vide *Turcasia*.

**TARCHAN**, apud Tartaros dicitur, qui ab omnibus, quæa Rege imponuntur, immunis est, cuique, quidquid in bello spoliolum reportaverit, totum cedit, nec ulla inde Regi pars desumitur. Abul-Faragius in Historia Dynastiarum pag. 281.

† **TARCHETA**, Minor *Targa*. Vide ibi.

† **TARCIA**, Clypei genus. Vide *Targa*.

**TARDA**, Mora, Gall. *Retardement*. Occurrit in Foris Aragon. lib. 1. pag. 34. vº : *Pro sua negligentia sive Tarda.*

**TARDILOQUENS**, Qui difficulter loquitur, in Concilio Aquisgranensi II. ann. 836. cap. 11 : *Si forte contigerit Episcopum aliquem Tardiloquentem esse, aat infirmitate aliqua impeditum.*

\* **TARDITARE**, Tardare. Comæd. sine nomine act. 6. sc. 3. ex Cod. reg. 8163 : *Quid esse potest quod præter morem (Epiphanius) Tarditat?*

\* **TARDIUS**. Ad **TARDIUS**, Phrasis Gallica *Au plas tard*, Cum tardissime. Charta Galteri Senon. archiep. ann. 1227. in Chartul. Campan. fol. 126 : *Debent autem dicti arbitri dictum suum dixisse ad Tardias infra instans Pascha. A tarti, pro Jamais, Nunquam, apud Joinvil. in S. Ludov. edit. Cang. pag. 129 : Aussi grant deshonneur sera à cealx de son lignaige, qui ne le voudront ensair, et seront monstrez o le doy, en disant que à Tart le bon saint homme east fait telle mauvaistié oa telle villentie.*

† **TARDUS**, Serotinus. *Tarda hora*, a Gallico *Tard*, ad vesperum, in Instrumento ann. 1301. tom. 1. Anecd. Marten. col. 1335.

\* *Heure tarde*, in Lit. remiss. ann. 1450. ex Reg. 180. Chartoph. reg. ch. 151. *Tost et Tart*, Maneetsero, in Lit. ann. 1372. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 559.

† **TARECENA**, Mauris quid sit, discimus ex Actis B. Ferdinandi Principis Lusitaniæ, tom. 1. Junii pag. 572 : *Hic collocavit illos*

*in domibus quibusdam nanitissimis, ubi moneta conficitur, aliaque regia quædam opera fiunt; Tarecenam ipsi vocant.*

\* **TAREA**, *Vestis regia, aat stola purpurea.* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613. Vide *Tarata*.

† **TAREDA**, Navis oneraria. Vide *Tarida*.

† **TARELARES**, Moneta Belgicæ species, ut videtur. Charta ann. 1442. ex Chartul. 21. Corb. fol. 250 : *Ledit feu Guischart lui avoit baillé ou fait bailler plusieurs monnoies tant patars, Tavelares, gros de Brabant, et autres poar plus hault pris qu'elles ne valaient.*

\* Chartul. Corb. sign. Ezechiel fol. 260. vº : *Le Tarelare vaalt viij. estrellins, et font les trois Tarelares viij. gros, et les trois demi Tarelares iij. gros.* Lit. remiss. ann. 1447. in Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 566 : *Six francs de monnoye blanche, tant patars de Flandres comme Talerates, etc.* Mox : *Tant patars de Flandres comme Tarelares.*

\* **TARENTELLA**, Piscis genus. Tract. MS. de Pisc. cap. 26. ex Cod. reg. 6838. C : *Magnus thunnas, is scilicet qui a nostris Ton vocatur, ..... dicitur Italis Tarentella, a Tarentino, unde advehitur, sinu.*

† **TARENTINIDIUM**, *Perspicua vestis*, Laurentio lib. 3. Polymathiæ de Vestimentis.

† **TARENTINUS**. Vide in *Tarenus* sub finem.

**TARENUS**, **TARIS**, Moneta aurea, apud Apulos et Siculos. Matth. Silvaticus : *Tarenus ponderat grana 20.* [Computus ann. 1333. et seqq. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 285 : *Qualibet uncia computata pro quinque florenis, et quolibet floreno pro sex Tarenis, et quolibet Tareno pro duobus Carolenis, et quolibet Caroleno pro decem granis.*] Fulcandus pag. 656 : *Domumque reversas 700. millia Tarenorum hostiaris, qui cum eo missi fuerant, assignavit.* Adde pag. 658. 651. Charta ann. 1431. 18. Febr. : *Illas uncias mille 36. et illos Tarenos 20. et in cortenis argenti gillatis boni et justiponderis 60. eorum pro uncia qualibet, et daobas pro Tareno singulo, juxta modam et cursum regni Siciliæ.* Vide Chronicon Casinense lib. 1. cap. 58. lib. 2. cap. 74. lib. 3. cap. 44. 57. lib. 4. cap. 99. Constitutiones Sicul. lib. 1. tit. 89. § 1. tit. 9. § 2. lib. 3. tit. 34. § 3. [Constitutiones Frederici Regis Siciliæ cap. 91. 106. Jacobi Regis itidem Siciliæ cap. 58.] Raynald. ann. 1283. n. 40. Vitam S. Petri Abbatis Cavensis num. 20. Sanctuarium Capuan. pag. 273. etc. Computus Ballivorum Franciæ de termino Candelosæ ann. 1268 : *Pro 38. nuarchis de Tarins, 18. libr.*

**TARENI SICILIE**, in Charta ann. 1212. apud Ughellum tom. 7. pag. 577. in Actis Innocentii III. PP. pag. 10. etc.

**TARENI AMALPHITANI**, apud Richardum de S. Germano ann. 1221. in veteribus Chartis apud Ughellum tom. 1. part. 1. pag. 784. tom. 6. pag. 298. 497. tom. 7. pag. 274. 401. et apud Camillum Peregrinum lib. 1. Hist. Longob. pag. 253.

**TARENI SALERNITANI**, apud Ughellum tom. 7. pag. 566. 576. in Bullario Casinensi tom. 1. pag. 9. etc.

**TARENI AFRICANI**, apud Leon. Ost. lib. 3. cap. 57. (al. 58.) Ex his emendandus

Jo. Bromptonus pag. 1184 : *Ego dedi Joannæ sorori vestræ Regiæ centies centena milliū Tirrenis pro quieta clamazione doarii sai, antequam a me recessit.* Legendum enim *Tarenis*, aut *Tarenoram*. Vide *Taranas*. *Tarins*, apud Raimundum Montanerium in Chronico Reg. Aragoniæ cap. 196. 199.

† **TARINUS**, Eadem notione. Annales Genuens. ad ann. 1205. apud Murator. tom. 6. col. 391 : *Cum ipsis (galeis) et maxima pecunie quantitate et numero Tarinorum Messanam accessit.* Charta ann. 1306. ex Schedis D. le Foarnier : *Erant obligati in quatuor viginti et tribus uncis et decem Tarinis auri, computatis quinque florinis pro uncia.*

**TARUS**. Charta apud Ughellum tom. 7. Italiæ Sacræ pag. 397 : *Id est auri solidos 310. de Tari boni, ana Tari quatuor per solidam.* Eadem habentur in alia pag. 262. Adde præterea pag. 400. 404. et Chron. Monachi Casin. apud Caracciolum ann. 1192. *Tari*, apud Ammiratum in familiis Neapolit. tom. 1. pag. 153. tom. 2. pag. 51. [in Actis SS. April. tom. 1. pag. 387. et Maii tom. 6. pag. 311.] *Teri*, apud Joannem Villancum lib. 7. cap. 10 : *Trovo il tesoro di Manfredo quasi tutto in oro di Teri spezzato.*

Nominis etymon videtur indicare Bulla MS. Nicolai IV. PP. ann. 3. de Censibus Ecclesiæ Rom. : *Monasterium S. Nicolai de Calusis 1. Michaletum auri, quod valet 5. Tarentinos Regis.* Ibidem : *Monasterium S. Marie de Fundiliano, 10. [Tarent. de Salerno. Alibi : Ecclesia sanctæ Hierusalem anum Tarenam Regale. Ita 'ut Tarenus, moneta fuerit Tarenti primum cusa. Vide Glossar. med. Græcit. in Τάρων, col. 1533.*

† **TARERIUM**, Terebra, Gall. *Terriere*, vel *Terriere*. Enumeratio munitionum Sommeriæ in Occitania ann. 1270 : *Item IIII. Taria; item IIII. limæ, etc.* Vide *Taratrum*.

† **TARERIUS**, Eadem notione. Epistola ann. 1113. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1114 : *Quatuor sextaria salis et XII. bacones, et III. Tarios, et unam goiam, etc.*

\* **TARERONDA**, Piscis genus. Vide supra *Pastinaca*.

† 1. **TARETA**, Vestis genus. V. *Tarata*.

† 2. **TARETA**, Species navis. Vide *Tarida*.

\* **TARETRUM**, Terebra, Gall. *Tariere*, in Mirac. S. Germ. Autiss. tom. 7. Jul. pag. 286. col. 1.

**TARETRUS**, Terebra. Vide in *Taratrum*.

\* **TARETTA**, Sagittæ vel arcus species. Stat. Mantuæ lib. 1. cap. 131. ex Cod. reg. 4620 : *Nulla persona audeat vel præsumat aliquo modo projicere vel sagittare in civitate Mantuæ vel ejas districtu cam Taretta vel alio sagittatione ad aliquem columbum.*

\* **TARFARA** Stephanus et Tarfe scripsit, quod est *Tamariscus*. Glossar. medic. MS. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

**TARGA**, **TARGICA**, **TARGIA**, **Pelta** : ex Arabico *Tarka*, et *Darca*, Clypeus, ex Bocharto; vel Germanico *Tarisch*, Besoldo : vel denique ex Bohemorum *Tarts*, quibus ita dicuntur Scuta prælonga pene totam



corporis inferioris partem tegentia, apud Irenicum lib. 4. German. exeg. cap. 26. Lexicon Cambro-Britannicum : *Tarjan*, clypeus, scutum. [\* Vide Grimm. Gramm. Germ. tom. 3. pag. 445.]

Aliunde vocem hanc post Menagium accessit Carolus de Aquino in Lexico Militari, scilicet a *tergo*, vel potius a *tergore*, quoniam, inquit, e crudis coriis boum præcipue a tergo detractis, conflare solebant; quod probat ex hoc Ammiani loco lib. 34 : *Obtecti scutis vimine firmissimo textis, et crudorum tergorum convestitis*. Tum adducit Virgilium de scuto hujus generis ita loquentem lib. 9 :

..... Quam nec duo taurea Terga,  
Nec duplici squama lorica fidelis et auro  
Sustinuit.

TARGA. Nangius in Vita S. Ludovici pag. 345 : *Trifarie enim procedentes similitudinem exercitus prætendebant. Centum sequidem præbant cum balistis, in equis decensissime phaleratis, et centum cum testudinibus sive Targis in armis lucidis, et in equis loricali tunica cooperitis, sequebantur*. Idem pag. 375 : *Telorum, sagittarum, et lapidum icibus se cum Targis et clypeis opposuentes, etc.* Monasticum Anglic. tom. 3. pag. 316 : *Cum Targis de armis Regum Angliæ et Hispaniæ*. [Enumeratio munitionum Sommeriæ in Occitania ann. 1270 : *Item xx. albergons; item x. Targe, etc.* Chronic. Anonymi Salern. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 233 : *Ille vero tante fortitudinis erat, ut Targa, quam in manu gestabat, amphitheatrum... exsuperaret*. Metaphorice sumitur in Epistola Sanctimonialium Basileensium ad Urbanum II. PP. tom. 5. Annal. Benedict. pag. 654. col. 1 : *Vestra enim Targa nobis arma et scutum inexpugnabile debet esse*. Sic Franciscus Richardus Soc. J. librum edidit Paris. ann. 1658. hoc titulo decoratum : *Τάρχα τῆς πίσεως τῆς Ρωμυλικῆς ἐκκλησίας εἰς τὴν ἀναρπύδουσιν τῆς ὀρθοδοξίας*. Vide Glossar. mediæ Græc. in *Τάρχα*.]

TARGEA. Oliverius Scholasticus de Catione Damiatæ : *Hostes autem, dissimulato metu, tres ordines armorum stationi naviumstrarum contra posuerunt : unam peditum super ripam cum clypeis, quos Targeas appellant, lineariter ordinatam, etc.* [Literæ Edwardi III. Regis Angl. ann. 1328. apud Rymer. tom. 4. pag. 367 : *Centum et viginti Targeas armis nostris depictus, centum arcus balistos ad pedem, etc.*]

TARGIA. Thomas Walsinghamus pag. 105 : *Capti sunt... Scutiferi in numero excessive, de quibus dominus Rogerus de Northburghæ custos Targiæ Domini Regis, quæ ab eodem ibidem per Scotos est ablata, in captivitate ductus*. Matthæus Paris ann. 1219 : *Hostes vero fidei omni metu dissimulato, tres ordines armorum stationi navium Christianorum opposuerunt : unam peditum super ripam fluminis cum Targiis eleganter ordinatam, etc.* Adde pag. 212. [Epistolam ann. 1113. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1114. Computus ann. 1202. apud D. Brussel tom. 2. de Feudor. usu pag. cxlii : *Pro asseribus ad Targias faciendas*. Hinc liquet *Targias* aliquando fuisse ligneas, quales erant *Targiæ* illæ

maiores, quas Itali *Tavolaccios* vocabant. Vide *Tabolatus*. Memoriale Potestatum Regiens. ad ann. 1218. apud Murator. tom. 8. col. 1092 : *Adduxerunt Targias et tabulas et ostia domorum, zapas, palleas et multos oneratos herbarum, quia volebant reimplere fossatum, etc.* Rursum occurrit in Recensione munitionum castris Carcasson. ann. 1294. in Computo ann. 1333. et seqq. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 275. 285. etc.]

¶ TARCIA, Eadem notione. Radulphi Abb. Chr. Terræ S. apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 569 : *Alia vero decem millia vel eo amplius bene armatos usque ad talum constituit sub scutis et Tarcis cum arcibus ad sagittandum, etc.*

¶ TARGATUS, *Targa* munitus, ab Italico *Targare*, *Targa* munire. Chronicon Petri Azarii apud Murator. tom. 16. col. 331 : *Nam infinitos balistas et scaramucis et irruptionibus occiderunt ex Perusinis, quia portant longas Targas; et ad bellandum ut plurimum sunt indiscreti : et vidi Contrum de la Specia, qui lx. et ultra ex Perusinis sic Targatis occidit cum balista.*

\* Hinc nostri id omne, quo quis tegitur et defenditur, *Targe* appellarunt; unde *Targer* iisdem, pro *Tegere*. Lit. remiss. ann. 1373. in Reg. 204. Chartoph. reg. ch. 319 : *Icellui Cuiot qui estoit Targie d'un huis qu'il portoit sur ses espauls, et ledit Perrot chappellain, qui avoit mis audevant de lui une petite fille duduit suppliant de l'aage de huit ans, dont il faisoit Targe, afin qu'il ne les ferist*. Aliæ ann. 1379. in Reg. 116. ch. 127 : *L'exposant sacha son coustel pour soy defendre, dont il se Targa par plusieurs foiz et brisa plusieurs cops de coustel à lui gettez par Garin.*

¶ TARGETA, *Targa* minor, in Inventario ann. 1379. e Schedis Cl. V. Lancelot.

\* Hist. Franc. Sfort. ad ann. 1461. apud Murator. tom. 21. Script. Ital. col. 725 : *Georgius Dalmata, qui a pelta, quam vulgo Targetam dicunt, cognominabatur, etc.* Occurrit præterea in Stat. Ferrar. ann. 1279. apud eumd. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 487.

\* TARGUETA, Eadem notione, in Instr. ann. 1488. ex Tabul. D. Venciæ.

¶ TARGHETTA, vox Italica, pari intellectu. *Equites cum lanceis et Targhettis*, in Chron. Petri Azarii jam laudato, col. 357. Hinc

¶ TARCHETA, Eodem significatu. Ripalta in Annal. Placent. ad ann. 1443. apud eumd. Murator. tom. 20. col. 879 : *Magnæ exequiarum pompæ et funeralia facta fuere cum equis 24. veaxillis 13. Tarchetis 10. ac etiam chimeris et armis.*

¶ TARGONUS, Major *targa*, Ital. *Targone*. *Habebant... multos scutos seu Targonos Gibellinos*, in Chronico Bergomensi, apud Murator. tom. 16. col. 942.

\* TARGO, Major *targa*, Ital. *Targone*, nostris *Tergon*. Tract. MS. de Remilit. et mach. bellic. cap. 115 : *Pedites et equites habent fascinas sive flastea lignorum pro Targonibus et mantellitis*. Le Roman du Chevalier Deliberé MS :

La damoiselle qui seurvint,  
Ce fut Relique de jeunesse,  
Qui reçeut des coups plus de vingt,

Sur un grand Tergon qu'elle tint.

Ibidem :

Et le Tergon pour soi garder,  
S'appelloit Loyaument-amer.

Varie autem vox *Targe* a nostris Scripturibus usurpatur : interdum enim pro quovis clypeo, qui ad collum appendebatur. Le Roman de Garin MS :

A son col pend une Targe florie.

Guillelmus Guiart MS :

Coutiaus, hachettes esmoluës,  
Targes entieres et fendues.

Alibi :

Tante Targe à col pendue,  
Peinte d'or, d'azur, et de sable.

Et ann. 1248 :

Les arbalestes es poins prises,  
Et les Targes au col assises.

Idem tamen majores et longiores clypeos fuisse satis innuit :

Les grants Targes au col assises.

Et ann. 1304 :

Ont leur haie ourdie et tissuë  
De fors Targes longues et lées.

Ita Le Roman de Garin, eorum potissimum fuisse usum, cum copiæ militares ad muros admoventur, quo iis toto corpore tegantur non semel indicat :

Totes les lices fet as serjans coper,  
Les Targes fet as serjans amener.

Rursum :

Sor les fossez font les Tarjes tenir.

Math. Paris ann. 1240 : *Oppositis corporibus suis propriis et amplis clypeis, qui Targiæ appellantur.*

Qui porro ex militibus prælonga ejusmodi scuta prætendebant, *Targer* dicebantur. Idem Guiartus :

Li unt Targent, li autre traient.

Cum igitur *targiæ* validiora atque adeo majora essent, quæ militem totum protegerent, recte *testudines*, appellavit loco citato Nangius, de quarum usu plene Vegetius et alii. Sed et inde *Targer*, vel *Atarger*, dicti, qui diutius morantur, quod qui *targias* deferebant, propter earum gravitatem ac pondus lente procederent. Le Roman de Garin :

Au châstel vont, n'y volent plus Targier.

Alibi :

Cil de Bordele n'out point de l'Atargier.

Idem Poëta :

En sa voie entre, ne se vot Atargier.

[\* Lit. remiss. ann. 1412. in Reg. 166. Chartoph. reg. ch. 296 : *Icellui Rabuissel dist au suppliant que se il Tarjoit guaires, il le ferait pendre*. Ejusdem originis videtur *Tarjement*, Irrisio ex contentu vel superbia, a verbo *Tarjer*, Deridere, ludificari, arroganter se gerere, nunc *Targuer*. Lit. remiss. ann. 1405. in Reg. 160. ch. 253 : *Lesquelx compaignons passerent pardevant iceulx freres par maniere de Tarjement et derision... Hennequin Flayau meu de chaudecole pour l'injure que autrefois lui avoit esté faite, et que encores le venoit Tarjer ledit de la Montagne*. Hisp. *Tartago*, Mo-



lesta ludificatio.] Vox Picardis etiamnum familiaris. Neque aliter

TARGA accipienda, quam pro mora, in Foris Bigorrensibus art. 20 : *Pugiles in Bigorra non nisi indigenæ recipiantur. Qui pugnaverit, 20. solidos accipiet, pro Targa 12. nummos, pro præparatione 6.* Apud Artemidorum lib. 1. cap. 65 : τὸ ἔπλον, τὸ λεγόμενον, παραλάξας σημαίνει; ubi ἔπλον est scutum. Vide Orig. Linguar. Franc. et Ital. Menagii, et Oct. Ferrar.

\* Pro ensis specie Targe legitur apud Monstrel. vol. 3. fol. 59. rº. : *Les autres gens avoient Targes et semitarges, qui sont espées de Turquie.* Lit. remiss. ann. 1451. in Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 1 : *Le suppliant tira une Targe ou dague qu'il avoit, et en frappa icellui Seguin.*

TARGA, seu TARGE, Moneta 2. denarium Ducum Britanniae in quodam Consilio de Monetis, *Avis des monnoyes*, quod in ea scutum insignium effectum esset, uti describitur apud Hautinum in libro de Monetis Francicis pag. 101. [Edictum Francisci Ducis Britan. ann. 1459. pro reformatione monetarum, apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. cap. 1214 : *Grands blancs de la valeur de x. deniers de cours la peice.... tenant au cours.... vi. deniers de loy, et xiii. s. vi. den. de taille; portans en caractere nostre propre nom et nos armes en Targe, et toute autre pareille façon que la monnoye des Targes que feu monseigneur et oncle le Duc Jehan fist ouvrir.*] Ita etiam appellata Moneta quaedam in Vasconia, cujus mentio est in Consuetudine Solensi tit. 36. art. 3. atque in Hispania, quam 4. quadrantum seu Maravedinorum prelii fuisse ait Jo. Mariana l. de Ponder. et mensur. cap. 22. Sebast. Cobarruvias in *Turja : Cierta moneta Castellana, con mezcla de plata, dicha essi por ventura del escudo, a Tarjeta de sus urmos.*

\* Lit. remiss. ann. 1454. in Reg. 191. Chartoph. reg. ch. 91 : *Le suppliant print quatre grans blancs, appellez Targes. Targes, demy targes, in aliis ann. 1474. ex Reg. 195. ch. 1165.*

\* TARGARNICUS, pro *Tararnicus*. Vide infra in *Tavernica*.

1. TARGIA, Navis species. Jacobus de Vitriaco lib. 3. Hist. Orient. : *Sic noster exercitus tentoria et manubria fugientium diripuit, Targias plures, et omnes galeas cum barbute et ulius navibus, quæ infra Casale inveniebantur, cum aliis Hospitalis Fratres victores occupaverunt.* Eadem ferme habet Matthæus Paris ann. 1219. pag. 211. [Vide mox *Tarida*.]

\* Le Roman d'Athis Ms. :

Ne remest ne batel, ne Targe,  
Dromon, galée, ne buissiez,  
Ne esquippe n'y trouvisiez,  
Ne feust chargé à sa maniere.

¶ 2. TARGIA, TARGONUS. Vide *Targa*. \* TARGUETA, Vide supra in *Targa* 1.

¶ TARCHUM, Τάρχως, Salsamentum. Evagrius Interpres Vitæ S. Antonii per S. Anastasium, tom. 2. Januar. pag. 134 : *Asserebant cuncti, piscium salsorum et Tarichorum in navi positorum hunc esse putorem.*

TARIDA, TARIDES, TARETA, etc. Navis onerariæ species, eadem quæ *Tartana* vo-

citata, ut quidam volunt. Pactum initum inter Philippum Imp. CP. et Venet. ann. 1281. descriptum in Hist. nostra Gallo-Byzantina pag. 30 : *Quia Imperator et Rex non proponunt habere nisi vassella pro deferendis gentibus, equis, et victualibus, videlicet naves et Taridas.* Andreas Dandulus in Chron. MS. ann. 1275. [nunc edito apud Murator. tom. 12. col. 391.] : *Dux galeæ Januensium, circa Messanam unam Venetorum Taridam capiunt.* [Et col. 371 : *Taridas Venetorum oneratas pane... ceperunt.* Occurrit in Annalibus Genuens. apud eumd. Murator. tom. 6. col. 395. 399. 485. Adde Sanutum lib. 3. part. 12. cap. 6. Codex Barbaro-Græcus Nicetæ in Alexio lib. 3. n. 9. ταριδων habet, alius codex δρομόνων. Atque ni fallor, ex eo emendanda vita S. Nili junioris pag. 121. ἀπέλευσεν αὐτὸς σὺν τοῖς ταρίαις, legendum enim ταριδος. Quippe loquitur de Monachis captivis, quos Ameras Siciliae in Calabriam remisit. Nisi Τάριον hoc loco pro *tarenio* sumatur.

¶ TARRIDA, in Chronico Danduli ad ann. 1264. col. 505 : *Mercatores... Tarridas et alia ligna reliquerunt.*

TARETA. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 11 : *Cum decem Taretis, quibus Januenses utuntur in Constantinopoli et in Pera, quæ Galata antiquitus vocabatur.* Henricus de Knyghton ann. 1385 : *Dominus Baldwinus de Rodington cepit duas Taretas bene onustas.* Occurrit apud eundem anno 1389.

¶ TAREDA Comitum Venetiarum multis onusta mercibus, in Epistola Clementis IV. PP. ann. 1268. apud Marten. tom. 2. Anecd. col. 573.

TARRITA. Thomas Walsingham ann. 1386 : *Ceperunt 5. naves magnas, et 6. Tarritas, refertas Januensis navibus navigantes, [quas ipsi Taritas vocant.* Possinus in hunc locum *Taritas* existimat fuisse similes *Dromonibus* : non male, mox enim observabatur, pro ταριδων scribi δρομόνων in Codice Barbaro-Græco. Merito addubitat idem Possinus Carolo de Aquino iudice, an ex *Tarritis* manaverit Italica vox *Tartuna*, quæ etiam est navis quoddam genus.]

\* TARRITA, ut *Tarida*, Navis onerariæ species. Tabul. Massil. : *Vendo octavam partem Taritæ, cum toto apparatu et cum omnibus juribus ad me pertinentibus in dicta Tarita, vocata S. Katarina, quæ nunc est in portu Mussiliae.* *Tarlette* vero est vasis ligneæ species, in Lit. remiss. ann. 1455. ex Reg. 183. Chartoph. reg. ch. 71 : *Lequel Gaillard tenoit en sa main un vaisseau de bois, nommé Tarlette, et une miche de pain.*

¶ TARTA. Statuta Massil. lib. 6. cap. 33. de iis, qui advehunt vinum natum extra Massiliam : *Solvant nomine pænæ... 50. libras regales, scilicet dominus vel patronus dicti (sic) navis 50. lib. et dominus vel patronus Tartæ vel galæe 20. lib. et dominus vel patronus ligni vel barclæ duorum thimoronum vel canpola 10. libras, etc.*

TERIDA, TERRIDA. Charta ann. 1281.

descripta in Historia nostra Gallo-Byzantina pag. 32 : *Et volumus, quod idem Dux et Comune Venetorum debeant armare 15. galeas, et ipsi Imperator et Rex 15. et 10. Tervidas, in quibus Terridis habeant ipsi Imperator et Rex circa 300. equos et 300. homines ad arma, etc.* Statutum Honorii IV. PP. pro Regno Neapol. ann. 1285 : *Nullus Comes, Baro, vel alius in regno prædicto compellatur ad Terridas, vel alia quæcunque vassella propriis sumptibus facienda.* [Rates magnas, quas *Teridas* vocant, apud Nicolaum Specialem de Siculis rebus lib. 3. cap. 18. Regestum Oliv. fol. 150 : *Quod cum ipsi quidam Teridam in portu Majoricarum pluribus mercimoniis onerassent, etc.* Adde Chronicon Siciliae apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 30. et 38. Constitutiones Jacobi Regis Siciliae cap. 31. etc.] *Teride*, non semel apud Raimundum Montanerium in Chron. Aragon. cap. 109. 113. 119. et alibi.

TERETES. Albertinus Mussatus lib. 5. de Gestis Italicor. rubr. 2 : *Ac inter eas onerarias naves una Venetorum miræ proceritatis, quam Teretem vocant.* Vide Statuta Venetorum lib. 6. cap. 68. [\* Jal. Antiq. Naval. tom. 2. pag. 224.]

¶ TARIFA, TARIFFA, Index pretii, Gall. *Tarif*, ab Arabico *Tarif*, quod proprie est Series rerum, præsertimque consanguineorum in genealogiis; hinc transit ad quarumlibet rerum indicem seu catalogum, maxime mercedis, Scribis ac Notariis exsolvendæ pro instrumentis ab iisdem confectis. Statuta Genuens. lib. 1. cap. 14 : *Scribæ et Notarii ac subscribæ dictionum Testamentum et jus dicentium non possint accipere pro mercede, nisi illud quod per Tarifam sive Statuta concessum est.* Concilium Hispal. ann. 1512. inter Hispanica tom. 4. pag. 19. col. 2 : *Inserat in libro taxam de his, quæ sunt solvenda (Notario) juxta Tarifam.* Rursus occurrit ibi pag. 22. et alibi.

TARINGÆ, TARINCÆ, Sudes ferreæ, Gallica lingua veteri. Passio S. Quintini : *Jussit vocari fabrum ferrarium, præcipiens ei, ut faceret duas sudes ferreas, quæ Gallica lingua Taringæ vocantur, quibus B. Quintinus a cervice usque ad crura transfigaretur.* Inventio ejusdem S. Quintini : *Venerabilis igitur femina sudes ferreas, quæ Gallica lingua Taringæ vocantur, quibus supra beatus Christi Martyr confixus fuisse dicitur, manentes adhuc in ejus corpore inveniens extraxit aliquas, et pro veneratione reliquiarum sibi assumpsit.* Passio SS. Fusciani et Victorici : *Tunc Rictiovarus... jussit naribus et auribus eorum Tarincas immitti, et cum clavis cudentibus capita eorum transfigi præcepit.*

¶ TARINUS, Monetæ species. Vide *Tarenus*.

TARISUS. Vide *Ordericum Vitalem* lib. 8. pag. 700.

¶ TARITA, Species navis. Vide *Tarida*.

\* TARITATICUM, Tributum ex navibus, quæ *Taritæ* appellabantur; si tamen legitima est lectio : ibi enim *Cointius* tom. 8. An. Eccles. legit *Carvaticum* et D. Bouquet legendum putat *Tranaticum*, tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 492 : *Nemo teloneum, neque, quod vulgo dicitur, ripaticum,*



neque rotaticum, aut pontaticum, vel portaticum, aut Taritaticum, atque cispitaticum..... exactare praesumat.

† **TARLATUS**, Cariosus, ab Italico *Tarlare*, Carie consumi. Ita cognominatum fuisse B. Franciscum Ordinis Servorum B. M. observatur tom. 3. Maii pag. 656.

\* **TARMOSUS**, *Lurt plein de vers*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Vide *Tarmus*.

**TARMUS**, *Vermes in carne*, in Gloss. Isid. in Gloss. Lat. Gall. : *Le ver qui naist du lart*. Italis *Tarma*, est blatta, tineæ, [ut et Latinis *Tarmes* vel *Termes*, a *Terere* dictus, quod terat seu exedat carnem vel lignum.] Vide Orig. Italicæ Ægidii Menagii.

**TARPETUM**. Charta Tancredi Comitis Licii ann. 1185. apud Ughellum tom. 9. pag. 67 : *Damus etiam licentiam construendi Tarpetum pro molendinis suis*. Nescio an huc referri debeat locus Pachymeris lib. 11. Hist. cap. 15 : *Γενωσιπών δὲ ἀντίθεν κατὰ ἰσθμὸς βούτζις, καὶ σάνισιν ἀσφαλισθέντων κύκλω*, etc. [Vide Glossarium mediæ Græc. in *Τάρπη* et mox *Tarponeria*.]

† **TARPONERIA**, Moles aquis opposita, ni fallor, fortean, a Celtico *Tampon*, Obturamentum. Statuta Perusie pag. 64 : *Exceptis tamen locis in quibus commode defendi non potest ipsa aqua, et si intraverit per aliquam Tarponeriam vel tempore inundationis aquarum, quibus casibus nulla incurrat poena*. Vide in *Tuppis*.

† **TARQUA** CORIORUM. Vide *Tacra*.

1. **TARRA**, Locus ad torrendum. Vide *Torra*.

† 2. **TARRA**, pro *Tacra*. Vide in hac voce.

\* **TARRABRUM**, Terebra, Gall. *Tariere*. Charta Erardi dom. de *Chascenai* ann. 1206. in Chartul. Aremar. ch. 9 : *Quod si forte dicti homines fagum vel jarronem succiderint talis grossitudinis, ut Tarrabrum, quod vulgo dicitur locezet, de quo factores rotarum perforant rotas suas, etc.* Vide *Tarratum*.

† **TARRASSARIA**, *TARRASSARIA*, Agger terreus, Gall. *Terrasse*. Reparationes factæ in Senescallia Carcass. ann. 1435. ex Cod. MS. Cl. V. *Lancelot* : *Pro faciendō de novo Tarrassariam dictorum molendinorum, quæ similiter erat totaliter destructa, quia vix dicta molendina poterant habere sufficientem aquam, et plura alia in dictis paxeria, Tarrasseria et molendinis necessariis faciendō et complendō de fustibus, etc.* Et paulo post : *Ad faciendū pontem sine quo ferri non poterunt rasm dictarum paxerie et Tarrassarie*.

\* **TARRATER**, Eodem intellectu. Charta ann. circ. 1260. apud *Pez*. tom. 6. Anecd. part. 1. col. 73 : *Et in carris vestris utensilia diversi generis, id est, cuniada et dolaturia, Tarrates, assias, fossorios, etc.* Hinc emendatur Charta apud *Oefelium* tom. 1. Script. rer. Boicar. pag. 725. col. 1. ubi legitur : *Annada doletaria, Tarratros, ascius fossorias*.

† **TARRIDA**, *TARRITA*. Vide *Taridu*.

† **TARROGES**. Vide in *Talla* 3.

† **TARSENATUS**, *TARSIONATUS*, Armentarium, Gall. *Arsenal*. Litteræ Roberti Regis Jerosol. et Siciliæ Massiliensibus :

*Statuimus Tarsionatum galearum 20. vel 30. facere ex altera parte portus inter monasterium S. Victoris et Sulinas.... nam completo Tarsenatu Neapolitano, quem confidimus in magna parte per presentem hyenem ultimam munium ponere, etc.* Alias Massilienses *Tiercenaux* dicebant pro *Arsenaux*. Vide *Arsena*.

\* Alias *Tarsenal*. Assis. Hierosol. cap. 314 : *La taille soit ordenée pour la gent d'armes et le Tarsenal et hasar de fane de Faniaguste, et qu'il ne puisse estre destorbé en autre place*. Vide supra *Darsena*.

**TARSICUS**, Panni pretiosioris species. Visitatio Thesaurariæ S. Pauli Londinensis ann. 1295 : *Tunica et dalmatica de punno Indico Tarsico Besantato de auro,.... Tunica et dalmatica de quodam panno Tarsici coloris, tegulata, [f. regulata, Gall. Rayée] cum Besantiis et arboribus de aureo filo contextis*. Alibi : *Casula de panno Tarsico, Indici coloris, etc.* Ita autem appellatus, quod ex Regno *Tharsia* adveheretur, quod vicinum fuisse regnis *Cathai* et *Turquestani* testantur *Aithonus* cap. 2. *Sanutus* lib. 3. part. 13. cap. 15. et vetus *Geographia*, quæ habetur in *Gestis Dei per Francos* tom. 2. pag. 285. Scriptores alii inferioris ævi *Tarsico* vulgo cum *Tarturis* confundunt, ut vetus *Chronicon Flandriæ* cap. 98. *Oronvillæus* cap. 76. et *Froissart* 1. vol. cap. 28. 4. vol. cap. 74. *Philippus Mouskes* in sancto Ludovico :

Adont fu la nouvelle esparsé,  
Que tout li Tarsien de Tarse  
Furent isus de leur contrée,  
Et orent Rousie gastée.

\* **TARSIMANNATIKUS**, an ad *Tarsos* pertinens? Vide *Tarsicus*. Charta Otton. III. imper. ann. 998. apud *Murator*. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 9 : *Unum latas in terra casa sancti Zenonis, et in terra Tarsimannatika, aliud latas in via regis, etc.* [\*\* An *Arrimannaticus*?]

† **TAKSIONATUS**. Vide *Tarsenatus*.

1. **TARTA**, Placentæ species, Gallis *Tarte*. Charta Alienoræ Comitissæ S. Quintini ann. 1103. in M. Pastoralis Eccl. Paris. lib. 13. ch. 1 : *Debent etiam mihi unam Tartam sine farina singulis annis*. [Joh. Demussis *Chronicon Placentiæ*. apud *Murator*. tom. 16. col. 581 : *Et aliqui loco Tartarum et zoncarum dant in principio prandii Tartas, quas appellant Tartas, factas de ovibus et caxeo et lacte et zucchero super dictas Tartas in bona quantitate*. Occurrit in Ordinatione *Humberti II.* tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 313. col. 1. et passim in *Instrumentis MSS.*] *Joannes Ruellius* lib. 2. de *Natura stirpium* cap. 15. *Tartum*, quasi mutata priore litera *Fartum* dictum existimat. Vide in *Pastillus* 2.

\* Unde *Tartier* qui eas dividit, in Stat. pro bono publico ex *Lib. rub. fol. magn. domus publ. Abbavil.* art. 9 : *Que nulz Tartiers voist en taverne pour son mestier vendre, se il n'y est appellés*.

† 2. **TARTA**, Species navis. Vide *Tarida*.

**TARTABOISA**. Statuta antiqua Canonorum S. Quintini in *Viromanduis* : *In festo S. Joannis debet Decanus 18. sext. frumentis, et obolos 3.... et 6. humeros salios, verrem, Tartuboisas, venationem, vo-*

*latilia, carpeian cum fresia*. Infra : *Quotiens habemus costam fartam, sunt in costa farta 24. frusta carnis, 24. gallinæ, etc.... In Tarboisa 12. gallinæ, 20. ova*. Occurrit ibi semel adhuc et iterum.

† **TARTALE**, Idem, opinor, quod infra *Tartarum*. Modus exigendi gabellam pedagii ad calcem *Statutorum Saonæ* : *Pro quolibet vegete seu carratello Tartalis, cinerum, et pro quolibet pondo pulveris Tartalis soldum unum*.

\* **TARTANA**, Instrumentum piscandi. Stat. senesc. Bellic. ann. 1337. inter *Probat.* tom. 2. Hist. Nem. pag. 100. col. 2 : *Invenimus..... permaxime esse dampnosum piscari in mari cum rethe, thesura seu instrumento dicto seu nominato vulgariter Tartana, a festo Paschæ usque ad festum Omnium sanctorum*.

\* **TARTAR**. Vide infra *Tartarum*.

† 1. **TARTARA**, Peccata, delicta. *Deus, qui.... Tartara lavare dignasti per crucem*, in *Missali Gothico* apud *Maillon*. de *Liturgia Gallic.* pag. 189. col. 2.

\* 2. **TARTARA**, Species panni ex *Tartaria* advecti, vel operis *Tartarici*, nostris *Tartaire*. Invent. S. Capellæ Paris. ann. 1335. in *Reg. I. Chartoph. reg. ch. 7* : *Item una tunica, una casula et una dalmatica de Tartara plonquata*. Aliud ann. 1340. *ibid.* ch. 8 : *Item una casula, dalmatica et tunica de panno de Tartaire pluncata*. *Comput. Rob. de Seris* ab ann. 1332. ad ann. 1344. in *Reg. 5. fol. 2. vº* : *Item le xxvij. jour de Septembre l'an cccxxvij. pour Mons. une selle de la taille d'Allemagne, devant et derriere de veluel verneil et asure partiz senez de cornes, le siege de Tartaire vert dyappré à oisiaus d'or*. *Lit. official. Senon.* ann. 1336. in *Reg. 82. ch. 22* : *Quatuor gibaceries, Gallice de Tartaire, operate et ornate de brodura*. Vide *Tartarinus*.

\* **TARTAREALIS**, *Tartareus*, ad infernum pertinens. Charta *Hugon. episc. Nivern.* ann. 1054 : *Si quis autem contra aliquid demolitus fuerit,..... accipiat partem cum inimico humani generis, et in perpetuum poenæ subjaceat Tartareali*.

† **TARTARICUS**. Vide *Tartarinus*.

**TARTARINI**, *Tartari*. *Chron. S. Medardi Suesion.* ann. 1240 : *Quædam genera hominum, qui vocantur a quibusdam Tartarini, a quibusdam vero Comani, a quibusdam vero peritis creduntur esse Hismaelita, i. filii Ismaëlis, quem habuit Abraham ex Azar ancilla sua, quos David vocat Agarenos. Prædicti vero comedentes carnes hominum, bestiarum, avium et serpentium, et sugentes et bibentes sanguinem, et parum panis et vini utentes, cum nimia multitudine et incredibili equitum et pedum tam virorum quam mulierum, Regna Bohemie, et Hungariæ, et Ducatum Poloniæ, et quasdam alias terras maximas et optimas, in illis partibus sitas, ferro et igne devastant, maximas et incredibiles caedes utrorumque sexuum tam virorum quam mulierum facientes, nec alicui sexui parentes. Joannes Molinetus Valentianensis :*

Monstres hideux vivans ès Isles  
Des Indois et des Tartarins.

**TARTARINUS**, **TARTARISCUS**, Species



panni ex Tartaria advecti, vel operis Tartarici. Vetus Charta apud Rocchum Pirurum in Episcopo Agrigenti: *Unam cappam de diaspro auri samito, vel Tartarisco aureo de sindone federatam*. Monasticum Anglic. tom. 3. part. 2. pag. 85: *Una penula de Tartarin blodio, pro capis*. Pag. 86: *Unum mantellum de laneo cum Tartarin blodio*. Ibidem: *Duplicatum cum Tartarin planket*. Tartaron, ann. 4. Henrici VIII. cap. 6. apud Steph. Skinnerum in Etymologico Anglico. Arestum Paris. 9. Maii 1320: *Item unam capellam de Tartarico rubeo, videlicet tunican, dalmaticam; etc.* [Literæ ann. 1388. apud Rymer. tom. 7. pag. 577. col. 1: *Unum coopertorium cum celura integra et testerio de eadem secta, ac tribus curtinis de rubeo Tartarino*. Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1363. ex Bibl. Reg.: *Item una casula, una dalmatica, et una tunica de Tartaire*. Aliud ann. 1376: *Tunica de panno de Tartaire plumbeo pro officio Quadragesimali*. Inventar. Gallicum: *Item un chasuble, dalmatique et tunique de Tartaire plumbée pour Caresme*.] Joann. de Mandevilla in Itinerario: *Devant le Soudan nul estrange mesage ne vient, qui ne soit vestu de drap d'or, ou de camocas, ou de Tartaire en la guise que les Sarazins sont vestus*. Vide Tartara, 2.

**TARTARON**, Moneta ænea Græcica, Græcis ipsis τάρταρον dicta, a Nicephoro Phoca Imperatore adinventata, ut auctores sunt Cedrenus pag. 658. 659. et Zonaras pag. 162. Albertus Aq. lib. 8. cap. 26: *Peregrinis vero et humili populo cujusdam generis monetam, quam vocant Tartaron, ad sustentationem vitæ sæpius idem Imperator mittebat*. Fulcherius Carnot. lib. 1. cap. 4: *Jussit Imperator de auro suo et argento atque pullis proceribus nostris dari, et peditibus quoque fecit de nummis suis æneis, quos vocant Tartarones*. Ordericus Vital. lib. 10: *Imperator autem plurimas naves Tartaronibus onustas misit*. Occurrit iterum apud eundem pag. seq. et apud Albertum Aquensem lib. 1. cap. 16. lib. 2. cap. 16. Dicta videtur quasi quadrans assis, aut alterius monetæ. Vide Dissertationem nostram de Imperatorum Constantinopolitanorum nummis [num. 87. ubi ex hoc ejusdem Orderici Vitalis loco, *Tartarones quippe quadratos ex cupro nummos Thracæ vocitant, colligitur τάρταρον, seu quadratos, fuisse Tartarones: quod improbat Sigismundus Liebe in sua Gotha Nummaria Amstelodami edita ann. 1730. pag. 102. ubi delineandum curavit Tartaronem rotundum, non quadratum, cum hac inscriptione TETAPTEPON. Alia notione occurrit in Tartarinus.*]

\* Apud nostrates quoque in usu fuit moneta, quæ *Tarte* nuncupabatur. Lit. ann. 1357. tom. 3. Ordinatio reg. Franc. pag. 165: *Gros Tournoy, viez compaignons, Tartes, exterlins, volans, et toutes monnoyes deffendues*. Ubi pro *Volans*, leg. *Vaillans*, ex Stat. ann. 1358. ibid. pag. 222. art. 2: *Compaignons, Tartes, vaillans, ou autres monnoyes que des nostres*.

**TARTARUM**, Joanni de Garlandia in Synonymis Chymicis, *scoria de dolio vini, aridæ fæcis doliariæ crustula, vini fex indurata, et doliis adhærens, Μυρεπο sect.* 1. cap. 76. τάρταρον, nostris *Tartre*, Italis

*Rasina di botte*, [et *Tartare*.] Vide Bartholomæum Anglic. de Proprietatib. rerum lib. 15. cap. 99. Angelum Paleam in Antidotar. Mesuæ cap. 259. et alios medicos.

\* Ital. et Hisp. *Tartaro*. Glossar. medic. MS. Sim. Jan. ex Cod. reg. 6959: *Tartar, Arabice, Tartarum, quod ex vino in lateribus vegetis generatur*. Arest. ann. 1345. 6. Aug. in vol. 2. arestor. parlam. Paris.: *Seancionarius vero (habet) vina doliorum ad duos digitos vel circa subts barram, Tartaraque seu lieas et dolia vacua*.

† **TARTAVELLA**, vulgo *Tartavelle*, Instrumentum quoddam compluribus ligneis frustis sese invicem collidentibus constans, cujus strepitu piscatores cogunt pisces ad retia. Ita Mabillonius sæc. 6. Benedict. part. 2. pag. 209. *Tartavele*, in Satyris Christianis apud Borellum:

Qui sont ces asnes sans cervelles  
Qui sonnent de leurs Tartaveles  
A nos huis?

Vide *Taravella* 2. Hinc

† **TARTAVELLARE**, Pulsare. Vita S. Roberti Abbat. ibidem: *Videns se tanto articulo adstrictum, quod absque nota non posset declinare, ut parvum frusticulum in ore misit, leproso adjuvam Tartavellanti totum frustum transmisit. Tarteveler in iisdem Satyris ibidem:*

Cuisine ou rien n'est avalé  
Qui n'aït été Tartevelé.

\* *Tartevelle* appellatus vir lepra infectus, quod ejusmodi instrumentum pulsare tenebatur, ut sanos a se removeret. Lit. remiss. ann. 1382. in Reg. 122. Chartoph. reg. ch. 29: *Comme n'agueres Jehan Mauclerc denourant à Senlis eust esté ordonné avec aucuns autres de ladite ville à faire le guet de nuit en icelle, et pour ce faire, il acompaigné de Raoulet Dupuis, dit Maynuge, et d'autres de ladite ville, s'en alerent sur les murs d'icelle ville, et en montant sur la garde, après ce qu'il avoient beu, crierent par maniere d'esbateinent et de moquerie, Tartevelle, par plusieurs fois, en disant à plusieurs personnes qu'ilz trouverent sur lesdiz murs, faites bon guet, veez çà Tartevelle qui vient. Vide *Taratara*.*

† **TARTAZIZARE**. Vide in *Taratantara*.

\* **TARTELETA**, TARTELETA, a Gallico *Tartelette*, Placentula, in Comput. ann. 1488. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 45. col. 2. et pag. 46. col. 1. V. *Tartra*.

† **TARTERIUM**, pro *Carterium*, seu *Quarterium*, Quarta pars, Gall. *Quartier*. Pluries occurrit hac notione. *Tarterium de caseo*, in Consuetudinibus MSS. Monasterii Solemniacensis.

\* **TARTRA**, ut *Tarta* 1. Placentæ species. Comput. ann. 1482. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 22. col. 2: *Item in viginti libris casei grassi pro faciendo Tartras, etc. Item in quinque duodenis ovorum pro faciendo dictas Tartras, etc.*

\* **TARTUGA**, TARTUGUA, Testudo, Ital. *Tartaruga*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Tartugua, Prov. Testudo*. A testudinis forma sic appellatur sera catenaria, vulgo *Cadenat*, in Comput. ann. 1402. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 169. col. 1: *Pro uno catenuto sive Tartuga ferri, iij. solid. ix. den. Turon. Ibid. pag. 174.*

col. 2: *Richardo saralherio, pro una sera, vocata Tartugua, ab eodem habita pro ponendo in studio dicti dom. Gaufridi, in quo libri et alia bona ejusdem erant reposita, ne perderentur, v. solid. Turon.*

\* **TARVISII** appellantur Tarvannenses, in Annal. Bertin. ad ann. 850. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 66: *Ceterorum vero pars Menapios, Tarvisios, aliosque maritimos deprædantur*. Neque fortassis alii sunt qui *Tourviquiaux* appellantur apud Froissart. vol. 1. cap. 127: *Aussi estoient venus avecques lui (Godemar du Fay) ceux d'Abbeville moult etoffement, et furent au dit passage (du Crotoy) audevant des Anglois bien environ 2000. hommes qu'uns qu'autres: dont il y avoit bien 2000. Tourviquiaux.*

**TARUS**, *Clava*, Ugutioni. Vide in *Tarenus*.

**TARUSBULUM**, pro *Thuribulum*, ut videtur. Charta fundat. Vallis-bonæ ann. 1242. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 488: *Item damus..... unum Tarusbulum et duas aras et apparatus trium altarium, scilicet de pannis lineis.*

† **TASA**, Scyphus, cratera, Gall. *Tasse*. Testamentum ann. 1351: *Legavit... Esclarmunde et Beatrici de Montesquivo unicuique duas crateras sive Tusas argenti*. Vide *Tacea*.

1. **TASCA**. Jo. de Janua: *Pera, sacculus, qui Tasca vulgo vocatur*. Italis nemp; [qui vocem hanc deduxerunt a Germanico *Tassche*, ut docet Vossius de Vitiis sermonis pag. 293. et post eum Menagius in Diction. Etym. v. *Tasque*.] [\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 5. col. 460. voce *Tasca*.] Vita S. Catharinæ Senensis n. 128: *In regione illa Tascha parvus saccus vulgarter nominatur*. Dantes in *Infern.* cap. 17:

Che dal collo a ciaseun pendea una Tascia.

Abhavillenses etiamnum vocant *Marsupium*, quod a cingulo *Majoris* pendet, la *Tasse du Majeur*: estque magistratus symbolum.

Nota perinde est ejusdem vocis significatio apud Burgundiones aliosque, quibus *pera*, sacculus, *Tasche* nuncupatur: hinc nonnulli *Tache*, pensum operis, accersunt; quod in peram pecunia ex diurno opere conjicitur. *Tasque* sacculum vocat Rabellaisius lib. 2. cap. 30.

† **TASSA**, Eadem notione, ut *Tasse*, aliquando pro *Tasque*, apud nostrates: quod observat Menagius. *Cepisse in bursa vel Tassa*, in Litteris Caroli Regentis ann. 1357. laudatis tom. 3. Ordinatio. Reg. Franc. pag. 371. Unde merito Cl. Editor conficit voces *Tassetters* et *Boursiers* unum et idem sonare, in Litteris ejusd. Caroli ann. 1359. eos nemp; qui faciunt *Tassas*, vel *Tascas*, seu crumenas.

2. **TASCA**, TASCIA, Præstatio agraria, *Agriarum, Campipars*. Vox in Chartis Occitanis, et Provincialibus præsertim, sat frequens. Scribit Camdenus in Britannia pag. 314. 3. edit. se vidisse nummos antiquos, quos ibi exhibet, cum equo absque fræno currente, et inscriptione *TASCA*: ex altera parte in medio nummo *VER*. et Davidem Povellum, eruditissimum antiquitatis indagatorem, tributum *Ferulamii*, (urbs est Britannicæ) interpretatum: *Tasc* enim



tributum, *Tascia*, denarium tributi, et *Taseyd* præcipuum tributi Collectorem Britannice sonare: alios vero existimare nummos tributarios fuisse, qui in caput et agros impositi quotannis a Romanis exigebantur, quibus haud se refragari profitebatur. Ita *Tascu* vox est Gallica vetus, quam pro præstatione agraria postmodum usurparunt nostri. [Verberibus Septentrionalibus, Hiccesio teste, in Grammatica Theot. pag. 92. *Tacan*; Saxonibus *tæca* n, Cimbris *Taka*, et *Takia* Capere est, levare, accipere, auferre; unde apud veteres Danos *Tekiū*, Captura. Hinc, inquit, *Tasca*, vel *Taschia*, Tributum, quod accipitur, et *Attachüre*, Vincire, ligare; nemo enim *attachitur*, seu vincitur, nisi prius capiatur.] *Thasca*, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 78. [Judicium ann. 34. Caroli M. apud Stephanot. tom. 1. Antiq. Occitan. MSS. pag. 480: *Ut de ipso villare per singulos annos, ibidem vobis exinde Tascas et decimas persolvere debuissimus*. Donatio ann. 901. Marcæ Hispan. col. 837: *Et de ipso viviale ipsi homines de Artedone et de Tregale donare faciunt per singulos annos ipsam decimam et Tascham*. Testamentum Borrelli Comitit Barcin. ann. 993. ibid. col. 946: *Cum villulis et Ecclesiis et decimis et primitiis, et cum ipsas Tascas, etc.* Adde col. 997. et Probationes novæ Hist. Occit. tom. 2. col. 147. 489. 606. Chartularium Prioratus S. Petri de Domina fol. 93: *Munus de la Varx debet unum sextarium vini de Tascha, qualis licuerit, ix. sextarios de frumento*. Occurrit ibi pluries.] Charta ann. 1065: *Petrus Rainoardus dedit unum modiatam de terra culta et inculta Deo et S. Mariæ cum Tasca et decimo*. Charta Bernardi Archiep. Arelat. ann. 1139. in Tabular. Archiepiscopatus ejusdem Ecclesiæ fol. 109: *Istius etiam prænommati honoris decimas atque Tascas sine omni impedimento retinemus*. Alia ann. 1107. in Tabulario Eccles. Gratianop. sub Hugone Ep. fol. 20: *Et Morardus Jovencellus donavit Tuscham Episcopo, et laudavit terram in munu jandicti Episcopi... et Tascham de terra Rosseti similiter donavit*. Fol. 45: *Quædam vero pars (mansi) est de Tascha, et alii pars de decima*. Charta Gerardi Comitit Matiscon. ann. 1180. in Tabulario Cluniacensi: *In nemore dicto Jou Comes et Monachi habent Tascias suas*. Infra: *Apud Domange habet Comes medietatem Tasciæ, et monachi aliam*. Charta Simonis Comitit Montisfortis ann. 1211. pro Pezenacio, ex Regesto Carcassonensi: *Furnum, homines et feminas, et prædia urbana, et suburbana, cum omnibus edificis suis, et rustica sinãliter, et 4. Tascas et usatica, et albergas, etc.* Infra: *Et insulas, et nemora, et venationes, et devozia, et 4. Tascas terrarum, et pascuas, et paludes, etc.* Charta ann. 1214. in 30. Regesto Archivi Regii eb. 58: *Similiter liceat nobis libere emere vineas et alias possessiones, cartones, vel Tascas ad usum mensæ nostræ, vel Canonicoorum, etc.* Alia ann. 1230. apud Perardum pag. 428: *Jure diciturum possessionum et terrarum, tam in Tasciis, seu tertis, quam in decimis dictis Abbati et Conventui... in perpetuum remanente*. Libertates concessæ Aquarum-Sextiarum Incolis a Beatrice Comitissa

Provinciæ, mens. Sept. 1245: *Salvis nobis pensionibus et censibus, et Tascis, quæ et quas percipimus in possessionibus aliquorum*. Alia anni 1211. in Regesto Carcassonensi: *Insulas et nemora, et venationes, et devozia, et 4. Tascas terrarum, et pascuas, et paludes*. Compositio inter Carolum Comitem Provinciæ et Dominos Arearum ann. 1257: *Jura recipiendo, banna et justitias, et pasqueria, Tascas in tenementis*. Charta ann. 1289: *Videlicet jus exsartandi absque præstatione Tasciæ, ac etiam laborandi et justerandi, et lenhairrandi, pasceudi et piscandi*. Charta ann. 1280: *Damus... medietatem totius partis nostræ, quam habemus in podio, qui dicitur, etc. in territorio civitatis Majoricarum, et tenetur per dominum Regem ad decimum et Tascham*. Tabularium Priorat. de Paredo fol. 16: *Nutoli Domini 4. panes, 2. spatulas, duas oscors, pastionem de porcos in silvis, et Tasciam de terra*. Fol. 34: *Et reddit... sextarium vini, et 2. de avena, et Tascium de fructibus*. Fol. 75: *Illam condominam... in qua duplam Tasciam habebant Monachi*. Charta ann. 1304. in 9. Regesto Philippi Pulchri Regis Franc. ch. 86. ex Tabulario Regio: *Illud agrarium sive Tascam, quod et quam dictus Rex percipere consuevit in 9. quartonatis terræ, etc.* Occurrit præterea in Synodo Nemausensi ann. 1284. cap. de Pœnitentia: et in Concilio Avenionensi ann. 1326. c. 11. ubi vir doctus perperam repositus ad marginem *Taxas*: ut apud Dion. Salvaingum Boissium de Usu feudor. pag. 385. *Tascas* etiamnum Hispani dicunt. Andreas Bosch *dels Titols de honor de Cathalunya* lib. 5. pag. 553: *Quant als delmes, primicies, y Tascas, gosal en especial los de Cathalunya*. Vide Appendicem ad Capitul. Reg. Franc. n. 145. et Sammarthanos in Episcopis Masiensib. n. 28. [Hujusce præstationis origo retegitur infra in v. Tertia 3.]

† TACHIA, Eadem notione. Homagium ann. 1272. apud Guichenonem in Probat. Hist. Bressiæ pag. 19: *Humbertus de Tregnay... confitetur tenere a domino Baugiev quiddam hubet apud Avignon et in territorio de Avignon tan in Tachiis, quam in uliis*. Charta ann. 1335. apud Menestierium in Probat. Histor. Lugdun. pag. xxiv. col. 2: *Item grangiam de Rebusello cum omnibus terris, pratis, nemoribus, Tachiis, decimis, servitiis, juribus, etc.* Charta Chassaniæ ann. 1399: *Terra erat ad Tuchiam decimam, quæ remota fuit, et de novo asservisata fuit ad servitium 12. denariorum*. Charta ann. 1465. e Schedis D. Aubret: *Tenet res Tachibiles ad decimam Tachiam levandam pro cellarium etc.* Et infra: *Tenet terram Tacherentiam ad decimam Tachiam*. Ubi decima *Tachia* est decimus manipulus pro *Tachia* solvendus. Regestum 87. Chartophylacii Regii: *Aynardus senior percipit Tachiam dicti dimidii journalis terre predicti... Percipiunt... quinque cartas frumenti et dymidiam cartam frumenti pro Tachiu*. *Tachia* vinee et duorum dimidiorum journalium terre predictorum, ibidem, ubi sæpius recurrit.

\* Tache, eadem notione, in Charta Guidon. comit. Nivern. ann. 1232. ex Reg. comitat. Clarimont.: *Nous avons assigné à nostre amé et loial Fouchier Guerri nostre*

*cambellen... toutes nos Taches de la ville de Bor et des apartenances d'icelle*.

\* THASCHA, Eodem significatu. Charta ann. 1307. in Reg. 44. Chartoph. reg. ch. 82: *Salvo etiam domino nostro regi jure et suis in Thascha scilicet, undecima parte bladum et vini*. Vide *Taschia*, 1.

† TASQUA, Eodem intellectu, in Charta ann. 1052. ex Tabul. S. Victoris Massil. Charta ann. 1216. e parvo Chartulario ejusd. S. Victoris pag. 157: *Exactiones quascumque facere poterant, videlicet cantallas, cavulcates, lesdas, Tasquas, linguus boum, etc.* Venditio Vicecomitatus Rellaniæ ann. 1410. e Schedis Præsidis de Mazaugues: *Cum... albergis, cavalcatis, adempris, Tasquis, cuistis, etc.* Charta ann. 1509. ex iisd. Schedis: *Ad Tusquam sive fucheriam, etc.* Statuta Ecclesiarum Cadurc. Ruthen. et Tutel. tom. 4. Anecd. Marten. col. 737: *Decimæ... debent solvi statim cum fructus percipiunt, et antequam inde segregentur census vel Tasque, id est, quintum et quartam, etc.* Statuta Eccl. Nemausens. ibid. col. 1030: *Circa agricolas interroget de furto, et maxime super decimas et primitias, tributa, census, Tasquas, etc.*

\* Charta ann. 1394. in Reg. 146. Chartoph. reg. ch. 441: *Acquisiverunt Tasquam, sive nonam partem fructuum annualium, cum dominationibus septem peciarum terræ*.

† TAYCHIA, Eadem notione. Tabul. S. Germani a Pratis ann. 1527: *Omnes census, redditus, proventus, obventiones, coroatas, fornagia, Taychias, quurtonos et alii quæcumque servitia*.

TERRÆ TASCALÆ, TASCABILES, *Tascharum* præstationi obnoxia, in Tabulario Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 81. Charta Comitit Provinciæ ann. 1252: *Defensum, quod vocatur de Vesiano, ubi sunt terræ Tascuales et venationes*. Charta laudata ann. 1306: *Item 15. sextariatas terræ Tascabiles pro 5. sextariis bladi communis singulis annis, etc.*

† TACHABILIS TERRA, Eadem notione. Charta Prioratus S. Triverii in Dumbis ann. 1420: *Sub servitio 6. den. fortium et unius cuppe messis ad quodlibet levagium cum Tachia septima talis bladi qualis crescit in dicta terra Tachabili*. In Dumbis et Bressia septimus manipulus vulgo solvitur pro *taschia*, aliter alibi, ut ex relatis jam satis patet.

TACHIBILIS TERRA. Acta Capitularia Ecclesiæ Lugdun. ann. 1347. fol. 126. v. Cod. MS: *Juxta pratam hæredum Stephani Remensis ex una parte, et juxta terram Tachibilem dictorum hæredum*. Occurrit ibi pluries.

TASCHARIA, Ager *tascæ* obnoxius. Vetus Charta tom. 7. Spicilegii Acher. pag. 264: *Dono... illam partem tascæ, quam habeo vel habere deo in prædiis cultis vel incultis, et jus et dominationem, quod vel quam habeo in ipsis prædiis, vel adversus possessores prædiorum ratione tascæ: quæ prædium sunt infra Taschariam, etc.*

† TASCHEREIUM, Tempus quæ *Tascha* colligitur, ni fallor. Polyptychus S. Remigii Remensis: *Mansus ingenuiis 1. habet in TascHEREIO, facit mapp. 1. ad tremsaticam sationem, etc.*

† TASCHA, Liber, ut videtur, in quo



*tascha* impositæ describuntur. Chron. Parmense adann. 1308. apud Murator. tom. 8. col. 870: *Ascenderunt palatia Communis vetus et novum, et domos Potestatis et Capitanei et gabellæ, et iudicis exactoris avertis Communis, et omnes libros bannerum et Tasschas malefactorum et actorum novorum et veterum... dilaceraverunt, et de fenestris in plateam projecerunt ad modum nevolarum, ita quod tota platea erat plena de chartis laceratis. Vide Taxare.*

† **TASQUERIUS**, Collector *tascha*. Inquisitio ann. 1268. ex Schedis Præsid. de Mazaugues: *Requisitus a quibus vidit accipere tascham, a dom. Hugone de Baucio, vel dom. Barralo; dixit quod a nullo: sed vidit ire Tasquerios et portare bladum in saccis; sed nescit ubi accepissent. Infra: Ipse fuit Tasquerius territorii de Græso, et habuit tascham. Tasquerius seu recolligens tasquam, in Sententia arbitrari inter dominos et incolas Calliani ann. 1497.*

A *Tascis* vel *Taschiis* istis agrariis, Hispani vocem *Tacha*, usurpant pro quolibet defectu in quavis re. Lex partida 64. tit. 5. part. 5: *Tache, maldad, aviendo el sierno, que un home vendisse a otro, etc.* ut et Galli nostri vocem *tasche* pro quavis macula aut labe, quod agri, qui huiuscemodi præstationibus gravantur, inquinati et commaculati quodammodo sint: tametsi promiscue sumitur apud Poëtas et Scriptoris vernaculos in utramque, malam scilicet, et crebrius in bonam partem, contra quam hodie. Philippus *Mouskes* in Philippo Augusto:

Quar li Dus i ert de male Teke.

Infra:

Godefrois de Condet fu Vesques,  
Ki plains estoit de boines Teques.

Willelmus *Guiart* in Ludovico VIII:

Cis Marcomires proprement  
Ou lors ot mainte bone Teche,  
Mna le nom de Leuteche.

Idem ann. 1205:

Cil qui sont de hardies Taches  
Embatent le feu és estaches.

Ann. 1214:

Montmoranci, Rethel, Gamaches,  
Et autres à hardies Taches.

Ann. 1304:

Car gens à plains de bonne Teche, etc.

[Le Roman d'*Athis* MS:

Bontez chascun membre toucha,  
De bonnes Tesches l'entecha.]

Historia Franciæ MS. ex Biblioth. Memmiana fol. 223: *Ingebor (uxor Philippi Augusti) belle et bonne sainte Dame et religieuse, et garnie de moult bonnes Taches. Hinc vox Entechié, in libro Inscripto MS. Le lignage de Coucy, ubi de Odone Burcardo Comite Nivernensi: Et fut li plus riches homes, qui en son temps allast aux armées ou Royaulme de France, de plus grand grace, et de plus grand renommée d'estre bien Entechiez, et de bonne vie mener. Assisiæ Hierosolymitanæ MSS. cap. 190: Yrongne, ou Entechié de aucun mauvais et vilain vice. Robertus Bourronus in Hist. fabulosa Merlini et Arthuri: Et si a le plus*

*preude feme et le plus affaitié, et Entechie de toutes les millors Teches qui soint. Vide in Thaschia.*

Quod vero *Tasca* in hisce locis dicitur, *Macula* videtur appellari in Charta ann. 1309. in 2. Regesto Philippi Pulchri Reg. Franc. n. 132. de quibusdam servis: *Super capitatio, manumortua, maritagio, seu super alia quacunque Macula seu redibitione servili non molestabimus in futurum.*

\* 1. **TASCHIA**, Pera, sacculus, marsupium, nostris alias *Tasse*. Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 84: *Dictus exponens cepit in Taschia socii sui quendam floremum ad scutum. Aliæ ann. 1389. in Reg. 138: Il prit sa santure et sa Tasse, en laquelle avoit environ douze Poitevines. Tasse ou bourse, in aliis ejusd. ann. ibid. Hinc Tassetier, marsupiorum artifex, cujus ars Tasseterie nuncupabatur. Lib. 2. Stat. artif. Paris. fol. 56. rº: Des Tassetiers et faiseurs de Tasses à Paris. Nutz dorresenant ne puisse lever mestier de Tasseterie, etc. Taxetier, in Stat. ann. 1350. tom. 2. Ordinat. reg. Franc. pag. 379. art. 245. Stat. ann. 1412. in Reg. 167. ch. 6: Les jurez ou gardes des mestiers de ganterie, bourserie, Tasseterie, etc. Vide in *Tasca* 1. et infra *Tassia* 3.*

\* 2. **TASCHIA**. VENDERE IN TASCHIA, Sub certis præstationibus annuatim exhibendis. Lit. remiss. ann. 1361. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 672: *Petrum Mabille præfatus Johannes requisivit quatenus sibi vendere in Taschia terras suas. Ad Tasquam sive facheriam, in Ch. ann. 1509. ex schedis Pr. de Mazaugues. Vide Tassa 2.*

\* 3. **TASCHIA**, Pensum diurnum, vel opus summatum susceptum, Gall. *Tâche*, Picardis *Tasque*. Charta ann. 1380. in Memor. E. Cam. Comput. Paris. fol. 19. vº: *Item pro denariis per eum a vicecomite Pontis archæ traditis..... pro duabus Taschiis operum, quas quibusdam personis fiendas tradidit. Chartul. Corb. sign. Ezéchiel ad ann. 1421. fol. 115. vº: Marcanda mons. de Corbie..... à Bernard le Clerc de faire une Tasque de carpenterie en la maison et cense de Gentelle. Hinc Frapper en Tasche, pro Incerto ictu ferire. Lit. remiss. ann. 1373. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 219: *Les supplians frapperent sur lui en Tasche, comme ceulx qui pas bien nevoient. Aliæ ann. 1374. in Reg. 106. ch. 363: Il faisoit si obscur, que à grant peine veoyent eulx l'un l'autre, et frappeoient en Taache. Aliæ ann. 1386. in Reg. 130. ch. 120: Par cas de meschief, ainsi qu'il feroit en Tache, et n'y veoit pas bien cler pour l'oscurté du lieu, etc.**

**TASCODROGITÆ**, Hæretici ita appellati a τασχος, quod illis *paxillum* sonabat, et δραγγος, *nasus*, quod inter orandum indicem digitum naso apponerent, ut animi tristitiam, et affectatam quamdam sanctitatem præ se ferrent. De his agunt Philastrius, Epiphanius, Augustinus de Hæresibus, et Lex 10. Cod. Th. de Hæret. (16,5.) ubi Jacobus Gothofredus. [Perperam in Hierolexico Macri dicuntur *Trascodrygitæ*. Vide *Passalorinchitæ*.]

\* **TASIUM**, Mensuræ annonariæ species. Charta ann. 1184. ex Tabul. S. Juliani Turon.: *Prior sponondit se redditurum eis*

*decem solidos Redonensis monetæ et tria Tassia minutæ avenæ.*

† **TASPHORUM**, vox ibrida Strues vel munera deferens, a *Tassus*, strues, et Græce φασφύ, ferens. RATHERIUS VERON. lib. 1. Præloq. apud Martenium tom. 9. Collect. Ampl. col. 821: *Ut in Taspforo illius (camelii) Madian, Ephæ et Saba aurum et thus ad templum Domini deferant, Ismaelitæ quoque negotiatores stactem et thimiama resinamque in Galaad nascentem, etc.*

\* **TASQUA**. Vide supra in *Tasca* 2. et *Taschia* 2.

† **TASQUERIUS**. Vide *Tasca* 2.

1. **TASSA**, Taxa; TASSARE, Taxare. Vide Sanctuarium Capuanum pag. 602.

† 2. **TASSA**, Scyphus, patera, Gall. *Tasse*. Inquisitio ann. 1337. ex Archivo Ecl. Massil.: *Novem Tassis diversarum formarum in aliqua earum parte deauratis, xxii. scutellis, etc.* Occurrit in Consuetudinibus Brageraci art. 16. in Testamento ann. 1440. tom. 2. Rerum Mogunt. pag. 492. et alibi. Vide infra *Tassæa*.

\* *Taison*, Vas cavum ad modum *Tassæ*, legitur in Pedag. Bapalm. ex Chartul. 21. Corb.: *Escuelles, hanas, Taisons pour argent fondre, etc.*

3. **TASSA**, Cumulus, Gall. *Tas*. Vide *Tassus* 1.

† 4. **TASSA**, Marsupium. Vide *Tasca* 1.

† 5. **TASSA**, vel **TASSUS**, Ornamenti genus, Vittarum strues seu nexus, ut videtur, Gallis *Nœud de rubans*, Clericis et Monachis prohibitum, in Concilio Senon. ann. 1346. tom. 5. Spicil. Acher. pag. 133: *Utentes... capucitis, aut capellis super capita, vel Tassis, et corrigiis inhonestis, etc.* Nisi idem sit quod *Tassellus*. Vide in hac voce.

\* **TASSAGIUM**, Servitium, quod domino suo debent subditi in *Tassando* seu aggerando ipsius fœnum; unde *Tasseour*, qui huiusmodi servitium præstat. Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 188. rº: *Item fenagiam et Tassagium ditorum pratorum. Charta ann. 1318. in Reg. 36. Chartoph. reg. ch. 548: Item je peusse mettre à Beusemonchel un Tasseour, qui emportoit pour son salaire sept quartiers de blé. Vide *Tassare* in *Tassus* 1.*

**TASSALE**. Matth. Paris ann. 1239: *Tassale vero S. Severii, quod non erat in totum Abbatis terre Majoris Aconensis, ibi jura habebat, que tenebat in feudum ab ipso Imperatore, per iudicium fuit juste destructum, quia, etc.* Sed legendum *Casale*. Vide in hac voce.

† **TASSAMENTUM**. Vide in *Tensare*.

**TASSARE**, In struem ordinare. Vide *Tassus*.

† **TASSEA**, Idem quod *Tassa* 2. Scyphus, patera, Gall. *Tasse*, in Hist. MS. Abbat. Gemet. pag. 242. in Statutis Monasterii S. Claudii pag. 88. in Glossario Lobinelli tom. 3. Hist. Paris. et alibi. Vide infra *Taxeæa* 2.


**TASSEGIUM**, Italis *Tasseggio*. Statuta Venetor. ann. 1242. lib. 5. cap. 4. 5: *In Chartis illis, quæ in illis Tassegiis tunc factæ fuerint, etc.* Italica versio habet: *In esse carte, che saran fatte in quel mezzo, etc.*

† **TASSELLARE**, Claudere, obstruere, ab Italico *Tassello*, Obturamentum. Sta-



tuta Mutinæ pag. 4 : *Et si per aliam domum vel casamentum fieri fecerit aliquod cavamentum, ab utraque parte dicti cavamenti fieri ficiat et bene Tassellari, cooperiri, ut domum, casamentum de terra, luto et putredine remonduri ac desgombri.*

**TASSELLUS**, Fimbria, ex Anglico Tassel. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 21 : *Dedit Ecclesie... duo dorsalia de pallio, et duas capas de pallio, cum Tasselis auro paratis. Vitæ Abbatum S. Albani : Dedit etiam casulam unam auro, Tasselis ac gemmis decoratam. Mox : Capam unam purpuream morsu et Tasselis carissimis redimitam. Vide Ricordanum Malaspinum cap. 161.*

 Pro humerali pluvialis, seu aureo argenteove aut serico textili, quo trabæ sacræ postica pars adornatur, nostris *Chaperon*, accipiendum esse censeo in locis sequentibus. Inventarium Ecclesiæ Noviom. ann. 1419 : *Item duæ cappæ panni serici viridis... quarum una... habet ad Tasselum duas pecias crystalli... Item una cappa panni aurei, in qua cappa est unus Tasselus argenteus deauratus et esmailletus ad unum coronamentum nostræ Domine et in potu dicti Tasselli non est arbor. Rursum ibi : Tasselus, in quo est Sanson fortis, in quo deest medieta carnerie. Iterum ibidem : Unus Tasselus argenteus et esmailletus Gallicæ ad imaginem S. Christophori pro ponendo in alia capparum Episcopi Egidi. Item unus parvus Tasselus argenteus deauratus esmailletus ad unam Annunciationem pro ponendo in una cappa... Item quidam Tasselus magnus argenteus deauratus desuper, in quo et in medio est ymago B. Mariæ elevatu in campo viridi... Item duæ cappæ de eodem velueto et sic broderatæ de sindalo asureo, quarum una habet nodulum esmailletum cum duabus peciis argenteis ad tenendum Tasselum. Inventarium Ecclesiæ Anciensis ann. 1444 : *Item duò Tasselli argentei pro cappis ponderis duodecim unciarum et dimidie.**

¶ **TACELLUS**, Eadem notione. Testamentum Guigonis Episc. Casin. ann. 1345. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1458 : *Insuper volo et mando, dispono et ordino cappam cum historiis et imaginibus et Tacello argenti munitam et completam... dictæ Anciensis ecclesiæ dari. Vide Taxellus 2.*

\* *Tessella*, nostris *Tassel* et *Tasseau*, Ornamenti species formæ quadratæ. Invent. eccl. Camerac. ann. 1371 : *Item un Tassel doret, quarret à pierres verdes et rouges. Lit. remiss. ann. 1456. in Reg. 183. Chartoph. reg. ch. 214. *Icelle jeune fille se complainoit que icellui Arnould violemment et contre son gré lui avoit osté de son saing et poitrine une petite piece de drap qu'elle y mettoit pour soy parer et estre plus honnestement, laquelle piece de drap on nomme Tasseau ou pays de Henault et environ. Sed et pro re quadrata materiæ eujusvis hæc eadem vox aliquando est usurpata. Lit. remiss. ann. 1400. in Reg. 155. ch. 14 : *Icellui Guillot avoit sept Tasseaulx en sa bourse ;.... il fist entendre que c'estoient sept escus.***

1. **TASSIA**, Scyphi species, nostris *Tasse*, *Tassia vini*, pro vini haustu, in Charta ann. 1274. in Histor. Eccl. Placentinæ.

[*Pro valore quarundum Tassarum, coque-riarum et bassini de argento, in Charta Massil. ann. 1352.] Vide Tassea.*

\* 2. **TASSIA**, Confertus herbarum globus, Gall. *Touffe*. Charta ann. 1221. ex Lib. albo episc. Carnot. : *De pratis dicimus quod major habet herbæ residuum, quod remanet in pratorum marginibus et Tassiis, quas falx non potuit uttingere. Hinc nostris Tasse, pro Arborum congeries, silvula. Lit. remiss. ann. 1398. in Reg. 154. Chartoph. reg. ch. 108 : *Ils alerent tous ensemble jusques à une Tasse de bois, nommé le bois Pattey. Aliæ ann. 1409. in Reg. 164. ch. 149 : *Lesquelx se bouterent et musserent tous ensemble en une Tasse de boys. Vide infra Tousse.***

\* 3. **TASSIA**, Pera, sacculus, marsupium, nostris alias *Tasse*. Stat. capit. Bened. apud Compendium habiti ann. 1379. ex Bibl. S. Germ. Prat. : *Item quod nullus monachus..... Tassias vel corrigias largas vel argenteas, aut aliter curiosas, modo laycorum,..... portare præsumat. Vide supra Tascchia 1.*

¶ **TASSIUM**, Idem quod mox *Tassus* 1. Pro *Johanne Bowdon furcante caret. per unum diem 111. den. et pro victualibus emptis pro factoribus Tassarum Prioris XII. d. apud Kennettum ad ann. 1407. Antiq. Ambrosden. pag. 550.*

1. **TASSUS**, *Tassa*, Cumulus, seu strues aristarum, vel fœni, Gallicæ *Tas*. Leges Malcolmi II. Regis Scotiæ cap. 3. § 4 : *Blada de cumulis et Tassis fractis. Matth. Paris ann. 1248 : *Dum quemdam frumentum consentum aggerem, quem vulgariter Tassum appellamus, venalem æstimans consideraret, agger ille nutans et inordinate compositus, subito corruit super eum. Tabular. Lewensis Prioratus : *Item omnes venient ad fœnum vendendum et colligendum sine corredio ; et ad portandum Tassum in curia cum corredio. [Chartularium SS. Trinitatis Cadom. fol. 28 : *Habemus... duos Tassos garbarum. Polyptychum Fiscam. ann. 1235 : *Et debet folture fena in Tasso. Vide Thomam Maddox in Formulari Anglicano pag. 359. et Nomolexicon Anglicanum Th. Blount in Tassum.] Neque alia notione*****

*Tassa*, in Magno Custumario Monaster. de Bello, apud Spelmannum : *Et debet falcare, spurgere, vertere, cumulare, curiare in manerium domini, et ad Tassam furcare unam acram pruti de prato domini. Id est ad cumulum.*

**TASSARE**, In struem ordinare, messem, vel aristas, aut fœnum aggerere, Gallis *Tasser*, *entasser*, *mettre en un tas*. Fleta lib. 2. cap. 73. § 9 : *Foragium autem Tassari faciat et cooperire. Adde cap. 82. § 1. Custumarium Monast. de Bello : *Et inveniet etiam per totum autumnum unum hominem ad Tassandum blada domini in dicto manerio, dum blada domini ibi Tassanda fuerint. Charta ann. 1206 : *Inveniet etiam predictus Joannes et hæredes sui sex homines de predicto manerio de Preston ad levandum et Tassandum fœnum nostrum, etc. Alia Charta Odonis Archiepisc. Rotomagensis ann. 1266 : *Costuma denarii et oboli, vendæ, servitii quadrigandi et Tassandi, bannum vini, etc. Vetus Charta apud Somnerum in Tractatu de Gavelkind pag. 190 :****

*Item pro opere Tassundi in autumnum 13. den. etc. Charta alia ibidem, pag. 187 : *Relaxaverunt tenentibus suis de Rokinge, videlicet falcationem, levationem, curiagium, et Tassationem prati.**

¶ **THASSARE**, Eodem intellectu. *Qui caretas non habuerunt, venient cum furcis suis ad dictum fœnum levandum et Thassandum, apud Kennettum ad ann. 1292. Antiq. Ambrosd. pag. 320. Adde pag. 550.*

**INTASSARE**, Eadem notione. Monastic. Anglicanum tom. 1. pag. 116 : *Ut ipse et hæredes sui, propriis operariis, et proprio custu, facient metere, et Intassare decimam domini sui de Kynemersordo. [Vide Intassare suo loco.]*

**ATTAASSARE**, Idem quod *Tassare*. Charta Nivelonis Episcopi Sussion. ann. 1190. in Tabulario Monasterii S. Crispini in Cavea : *Illud etiam sciendum est, quod trituratores decimæ partem suam foragii supra mensuram suam ante ostium Monasterii portabunt et Attassabunt : si vero trituratores decimæ foragium prefati Petri ad prædictum mensuram portare et Attassare noluerint, licebit eis flagellu sine forisfacto cupere et tenere, quousque eis satisfecerint.*

¶ 2. **TASSUS**, Animalis genus, Italis *Tasso*. Johannes de Bazano in Chronico Mutin. apud Murator. tom. 15. col. 606 : *Venit Mutinam quidam Franciscus de Castro Montagnæ cum quodam mirabili animali, quod appellabatur Tassi Barbarinum. Quodnam fuerit postea describitur : locum consulat, qui plura voluerit. Vide Taxonus et Taxus.*

\* *Nostris Taisson*, idem qui nunc *Blairreau*. Charta ann. 1247. in Chartul. S. Corn. Compend. fol. 97. vº. col. 2 : *Je devantidiz Robers..... reconnois que li prévöz de Rumigni..... puist penre en ce bos lievre ou couin, leu, renart et Taison. Lit remiss. ann. 1389. in Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 104 : *Lesquelz se assemblerent par esbatement pour aler chucier aus Taissons de nuit.**

\* 1. **TASTA**, vox Italica, Turunda, lemniscus, Gall. *Tente*, apud Velsch. syllog. observat. pag. 74. *Tasta vel tenta*, in Glossar. med. MS. Sim. Jan. Vide supra *Specillum* et *Tastum*.

\* 2. **TASTA**, Locus dumis et vepribus consitus; nisi tamen legendum sit *Tasca*. Vide supra in hac voce num. 2. Charta Petri Card. ann. 1402. pro fundat. colleg. S. Cathar. Tolos. ex Cod. reg. 4223. fol. 151. vº : *Ordinum domum ipsam..... et quæcumque alia loca, fortalita, domos, vineas, prata, hortos,..... terras cultas, et incultas, Tastas, oblias, etc.*

\* **TASTARE**, Tentare, explorare, Ital. *Tastare*, nostris *Taster*. Charta Phil. VI. ann. 1328. in Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 217 : *Ipsi homines et singuli habent talentum modum utendi in memoribus predictis..... ipsas arbores cum ferramento quolibet operandi et Tastandi an suo usu sint utiles, et jam Tastatas et taillatas pro suo usu, si usui suo inveniantur inutiles, dimittendi.*

¶ **TASTART**, Moneta genus, apud Gallos. Instrumentum inter Acta SS. Maii tom. 1. pag. 64 : *Promittuntur pro pretio XXIII. scuta in Saluts, Tostarts et Besonds solvenda. Testones hic significari vix dubium est : quod monetæ genus recentissi-*



mum est; unde Instrumentum, ex quo hæc descripta sunt, recens esse colligitur; quod tamen vetustissimum existimant Bollandistæ.

† **TASTUM**, Linamentum, collyrium, Ital. *Tasta*, Gall. *Charpie*, vel *Tente pour une playe*. Acta sanctæ Franciscæ Rom. tom. 2. Martii pag. 97\*: *Adeo erat profundum vulnus, quod ultra octo uncias Tasti recipiebat in se*. Vide *Taxta*.

**TATA**, Nutritius, Pædagogus. Michael Ducas in Hist. Byzant. cap. 35: *Τῆ εἰσι τὰ τὰ λαλά; (ὡς εἶποι τις) κατὰ τὴν ἡμετέραν γλώτταν, τὰ τὰ, ἥτοι παιδάγωγος*, etc. Thwroczius part. 1. Hist. Hungar. cap. 10: *Cujus quidem Monasterii nomen pro eo Tata appellatur, quia cum beatus Rex Stephanus ipsius (Deodati) nomen ob reverentiam non exprimeret, sed eum Tata appellaret, abolitum est nomen Deodati, et Tata extitit vocatus: unde etiam ipsius Monasterium taliter est vocatum*. Bonfinius vernacula Itatorum, Ritibus Hungarorum lingua, *patrem significare aiunt, [ut et Tat Armororum.] Utuntur Mart. fib. 1. Epigr. 101. et alii. Occurrit etiam in vet. Inscriptione.*

**TATA PALATI**, *Τάτας τῆς αὐλῆς*, Officium Palatinum apud Byzantinos Imperatores: cuiusmodi vero ejus fuerit munus, incertum, ut testatur Codinus de Offic. Hujus mentio est apud Pachymerem lib. 4. cap. 20. lib. 6. cap. 31. *Τὰς τῆς αὐλῆς*, dicitur Matthæo Monacho de Offic. Palatii CP. Anonymo vero ex Bibliotheca Mazarina, *Τὰ τῆς αὐλῆς*, sed utrobique metri causa.

\* Italis et Hispanis *Tato*, vox puerilis; unde fortasse nostris *Tatemon* et *Tatin*, vox contemptus, pusillus animus. Lit. remiss. ann. 1423. in Reg. 172. Chartoph. reg. ch. 309: *Lequel Mahiet dist que ceulx de Cappi se moquoient de ceulx de Susaine, ..... et qu'ils les avoient tenuz pour Tatemons, ou autre tel mot semblable*. Aliæ ann. 1387. in Reg. 132. ch. 52: *Icellui Jehan print en sa main un baston, nommè picque de Flandres, .... et dist ainsi, comme par maniere d'esbatement, veci un baston pour ferir d'un cop deux Tatins*. Hinc ubi de muliere sermo est, *Tatinoire* dicebant. Lit. remiss. ann. 1460. in Reg. 189. ch. 492: *Le suppliant dist à icellui Perceval, pourquoy il appelloit sa femme Tatinoire*.

\* *Tatin* vero Ictum significare videtur, in Hist. Joan. IV. apud Lobinel. tom. 2. Hist. Brit. col. 735:

Contre le roy rien ne pourrez,  
Vous serez tretous détranchez;  
L'on vous donra maint grand Tatin;  
Vous n'estes qu'un voire à matin.

† **TATABOLUM**, pro *Catabolium*, Solutio, præstatio. *Juxta quod ordo Tataboli fuerit*, in Placito ann. 716. apud Mabillonium sæc. 3. Benedict. part. 2. pag. 622. Vide *Catabolium*.

1. **TAU**, et **TAU**, Crux, veteribus Gallis: hinc *Tau Gallicum* apud Virgilium in Priapeis, Quintilianum lib. 8. Inst. Orat. et Ausonium Idyll. 5. Gregorius Turon. lib. 5. Hist. cap. 5: *Tunc etiam in subita contemplatione parietes, et domorum, et Ecclesiarum, signarii videbantur, unde a rusticis hæc scriptio Thau vocabatur*. Exstat in Tabulario Andegav. Charta Capituli Canonicorum S. Laudi, qua teneri se ii aiunt ad exci-

piendum Comitem Andegavensem, uxorem, et liberos, quoties ad dictam Ecclesiam venerint, cum textu, turibulo, et aqua benedicta, tradendo dicto Comiti similiter in dicta receptione Thau eborum, quod Fulco Rex Hierusalem Comes dictæ Ecclesie dedit, quod habuit a Soldano Babylonie, quando Christus in Regem Hierusalem ipsum Fulconem sublimavit. Ego vero Guido de Athenis cum toto Capitulo Ecclesie et Clericis pluries Comitem Andegavensem ita recepi, et ideo dictus Fulco Rex dictum Thau Ecclesie nostræ dedit, ut nos ita Comitem recipemus. Huc pertinet, ut opinor, subscriptio in Charta Edgari Regis Angliæ, apud Seldenum ad Eadmerum pag. 159: *Ego Eadgifa predicti Regis Ava hoc opus egregium crucis Tuunate consolidavi*. Et alia in Charta Ethelredi Regis ann. 988. in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 121: *Ego Oswaldus Eboracensis Ecclesie Archiepiscopus Crucis Tuunate annotavi*. Vide Rosweidum ad Epistolam 2. Paulini Nolani.

\* 2. **TAU**, Vestimenti genus, f. *Scapulare*, ut suspicantur docti Editores ad Vit. S. Joan. Laud. episc. tom. 3. Sept. pag. 166. col. 2: *Adhuc nanque supersunt, qui meminere, eum cum ad agrarias visendum cellas exisset, absque monachico ad eremum colobio remeasse, oblitumque cælestis Tau tegmen obvolvare corpori*.

\* **TAUALCHUS**, pro *Taulachus*. Vide infra in hac voce sub *Taulachia*.

\* **TAVARNICUS**. Vide mox in *Tavernica*.

† **TAUBARDUM**, Tunica. Vide *Tabardam*.

\* **TAUCA**, Idem videtur quod Hispanis *Toca*, Capitis velum, plagula. Testam. reginæ Mafaldæ ann. 1256. tom. 1. Probat. Hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 33: *Item mando domne Orracæ Sancii sorori meæ..... quatuor Taucas..... Item domne Adaræ Petri..... quatuor Taucas serici.... Item sorori meæ Constantiæ mando..... quatuor Taucas serici et tres cabos de auro*.

**TAUDREGIL**, **TAUDRAGIL**, **ATHAUDREGIL**. Lex Bajwar. tit. 3. cap. 12: *Si quis aliquem plagaverit, ut exinde claudus fiat, sic ut pes ejus ros tangat, quod Taudregil vocant, etc.* Edit. Heroldi *Athaudregil* habet. Lex vero Alamannorum tit. 65. § 13. *Taudragil*. [\* Graff. Thes. Ling. Franc. tom. 5. col. 501. Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 94. et 630.]

**TAVEGA**, [Cippi species,] in Usaticis Barcinonensibus. Locum vide in *Escassa*.

† **TAVELLA**, **TAVELLONUS**, Species lateris ad sternendum accommoda; quod maculis sit interstincta sic forte appellatur: certe notis varium et maculosum *Tavelé* dicimus. Statuta Riperiæ fol. 29. vº: *Teneantur fornasarii facere et fieri facere cuppos, quadrellos, pohinas, matonos, Tavellos et Tavelas longas sive magnas et parvas, et alia quæcumque in fornacem coquenda ad infrascriptam mensuram, etc.* Statuta Placentiæ fol. 67. vº: *Vendant fornasarii... cuppos, quadrellos et Tavelas secundum modum consuetum*. Et fol. 82. vº: *Quadrelli, cuppi et Tavelle.... sint... bene cocti et bene sasonati et ad mensuram et stampum, ut hactenus consueverunt esse*.

† **TAVELLARE**, Lapidibus sternere, mungere, Gall. *Paver*. Statuta Mutinæ f. 2. vº.

rubr. 14: *Ita quod si aliquis murus vel fundamentum in porticibus supersit, illud debeat radicibus destrui per eosdem, et de dictis lapidibus tota porticus cum strata debeat Tavellari*. Et fol. 7. recto rubr. 38: *Intra portas usque ad domos, que sunt juxta predictas portas, inglarare... et ibi Tavelle et Tavellari facere et dictum Tavelatum manuteneare*. Pluries occurrit ibid. fol. 3. vº. rubr. 20.

\* Quid vero significet vox *Tavelle* apud Arvernos, discimus ex Lit. remiss. ann. 1416. in Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 353: *Une Tavelle de claye, ainsi nommée au pais (d'Auvergne) que l'en dit un baston long de demi brassée*. Nostris *Tavelé* dictum est id, quod notis varium est et maculosum, vulgo *Tacheté*. Joinvil. edit. reg. pag. 63: *Le cuir de nos jambes devoient Tavelés de noir et de terre*. Le Roman de *Tristan* ibid. in Glossar.: *La royne estoit vestue d'un bliant Tavelé de vert, de jaune et gris et de vermeil*.

\* **TAVELLI**, *Subterranei*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613.

† **TAVERE**, pro *Tabere*. Gloss. Lat. Græc.: *Tavo*, σῆνω. Aliæ Græc. Lat.: *Σῆνω*, *Tavo*, *putro*, *putrefacio*; at in MS. Sangerman. legitur, *Tabeo*, *putreo*. Vide *Tavus*.

† **TAVERNA**, pro *Taberna*, Gall. *Taverne*. Occurrit sæpe. Vide in *Taberna*.

**TAVERNICA**, **TAVERNICALIA**, **TAVERNICA**, Hungaris, judicicia dicuntur de liberarum civitatum controversiis, quæ remitti solent ad personalem Præfectum, qui *Magister Tavernicorum Regalium* dicitur in Charta ann. 1308. apud Odoricum Raynaldum n. 24. et in Decretis Ludov. Regis Hungariæ ann. 1351. et Sigismundi Regis ann. 1435. apud Thomam Archid. in Hist. Salonitana cap. 39. et in Hist. Cortusiorum lib. 11. cap. 12. ubi perperam editum *Chavernicorum*. Idem etiam

**TAVERNICUS** appellatur a Rogerio de Destruct. Hungaria per Tartaros cap. 10: *Qui autem potentiores erant, sicut Tavernicus, qui et Camerarius dicitur, etc.*

**DOMUS TAVERNICALIS**. Thwroczius sub finem Historiæ: *Domus Tavernicalis et mensa Regis hujus, tantis ornatibus et clenodiis, tantis apparatus, tantisque aureis et argenteis nitet vastis et poculis, ut nullus Regum Hungariæ in his rebus tam gloriosus fuisse credatur*.

\* Variæ apud Scriptores mediæ ævi scripta legitur hæc vox. Charta ann. 1308. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 3. pag. 4. col. 1: *Magnifico principi, famoso domino, domino Heinrico magistro Tavarnicorum serenissimi regis Ungariæ, illustri duci Slavoniæ, etc.* Alia Andr. reg. Hungar. ann. 1233. apud Cenc. inter Cens. eccl. Rom.: *Quare post tractus multiplices et diversos per Nicolaum Tavarnicorum, Mauricium dapiferorum.... magistris, etc.* Ibidem in alia Charta: *Magister Targarnicorum*. Rursum in altera: *Magister Tavarnicorum*. [\* *Magister Thawarnicorum*, in chart. ann. 1220. apud Schœnem. Cod. Dipl. tom. 1. pag. 169.]

\* **TAVILLE**, **ARUM**, *Tavelles*, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120. Taniolæ.

**TAVILUS OPERIS**, qui alias *Operarius*



dicitur. Vide tom. 9. Spicilegii Acheriani pag. 141.

† **TAULA**, Latitudo. Reparationes factæ in Senescallia Carcassonæ ann. 1435. ex MS. Cl. V. *Lancelot*: *Item pro quinque stepis et quinque cabestris de coral, quilibet et longitudine duarum cannarum, unius de Taula et trium quatonum de espes, emptis precio VI. l. II. s. VI. d. turon.*

\* **TAULACHIA**, Clypei species, nostris olim *Talochæ*, idem quod supra *Talacha* et *Talochia*. Charta ann. 1345. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 201: *Ramundus Arquerii, athilator Tolosæ dom. nostri Franciæ regis, recognosco habuisse..... pro l. lanceis, c. telis, xiiij. Taulachiis, etc.*

\* **TAULACHO**, Eadem notione. Charta ann. 1328. in Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 261: *Cepit eidem quandam penardum et Taulacho, et reddidit eidem dictum penardum, dictum Taulacho habet adhuc pro expensis.* Lit. remiss. ann. 1354. in Reg. 82. ch. 225: *Hospitium ipsius bajuli debellavit et debellare fecit cum lanceis, Taulachibus et aliis armorum generibus.*

\* **TAULACHUS**, Pari significato. Lit. remiss. ann. 1340. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 169: *Quem quidem Johetum vulneraverunt, et queundam Taulachum, quem deferebat, perforarunt cum quodam telo.* Hinc emendanda Charta ann. 1342. in Reg. 75. ch. 512. ubi *Taulachus*, pro *Taulachus*, legitur: *Dicto Geruldo Bonan armato lancea, Taulacho, ense et aliis armaturis, etc. Taulachus* rursus in alia ann. 1343. ex eod. Reg. ch. 605.

\* **TAULAGIUM**, Idem quod supra *Tabulagium*, a *Taula*, Occitanis, pro *Tabula*, Præstatio pro *Taula* seu jure habendi mensam in foris et nundinis, in qua prostant res venales. Charta ann. 1318. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 356: *Item valent Taulagium et focagium decem octo libras Turon. annui redditus... Item focagium et operatoria valent annuatim sexaginta solidos Turon.* Leudæ min. Carcass. MSS: *Item de homine extraneo, pro Taulagio, j. obol.* Adde Cbartam voce *Taulagium* in *Telon* laudatam, ubi minus recte idem esse quod *Teloneum* dictum est. Vide mox *Taulaticum*.

\* **TAULAGIUS**, Idem quod supra *Taulachus* in *Taulachia*. Lit. ann. 1334. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 236: *Alquerius de Drodota..... armatus perpuncta, lancea, gonjone, bassineto, camberis et Taulagio magno, etc.*

\* **TAULATICUM**, Idem quod paulo ante *Taulagium*. Pactum inter abb. S. Tiberii et consul. Biter. ann. 1243. ex Tabul. ejusd. monast.: *Obolus, qui vocatur Taulaticum, et hunc obolum ad denarium reduxit abbas.*

\* **TAULERIUM**, Officina, idem quod supra *Tabularium* 1. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 118. Chartoph. reg. ch. 413: *Cum exponens ipse quandam barram fusti vellet apponere in quodam Taulerio sui stallo fasti, quod erat fixum ante quandam parietem, etc.*

† **TAULERIUS**, Escalis orbiculus, ni fallor, Gall. *Tailloir, tranchoir*, alias *Talleor*. Inventarium ann. 1379. e Schedis Cl. V. *Lancelot*: *Item xxii. scutelle stagni.... item tres parve cornute; item tres Taulerii modici valoris.* Vide *Talierium*.

\* **TAULETUM**, diminut. a *Taula*, Mensa, in qua prostant res venales. Stat. ann. 1352. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 150. col. 2: *Item quod ortolarie vendentes herbas in plathea Nemausi vel circa, supra earuu Taulatum vendant earuu herbas, et non in carveria.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Taula, Prov. escaria, cilaba, ferculum, gisca, assidella, tabula. Taulissas, Eschaffaux*, inter voces Occitanicas ab Anonymo scriptas circa med. sæc. xiv. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit.

† 1. **TAULLIA**, Tesseræ lignea. Vide *Tallea* 1.

† 2. **TAULLIA**, Impositio, exactio. Vide *Tallia* 8.

\* **TAULONUS**, Pes mensæ. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Toulons, Prov. Tripos, quia tabulam subtus regat.* Inventar. ann. 1361. ex Tabul. D. Venciæ: *Item quatuor Taulonos, etc.*

† **TAUMA**, Johanni de Janua, *Admiratio vel miraculum; Taumantia, Arcus cælestis, ab admiratione et stupore admirantium dictus, vel Taumantias, quia fuit filia Taumantis.* Scribendum esset *Thauma*, a Græco θάυμα: quod idem significat. Vide *Tau* et *Thauma*.

† **TAVOLACIUS**, Scutum ligneum ex tabula, idemque brevius, Latinis priscis *Paivua*. Academici Cruscani: *Tavolaccio, specie di targa di legno.* Vide *Targa*. Statuta Patav. lib. 3: *In qua fuerint decem homines armati Tavolacciis vel scutis, lanciis vel lancionibus.* Boccac. Nov. 43: *Poste giù lor lancia e lor Tavolacci.* Hinc *Tavolaccini* dicuntur Apparitores et ministri magistratum lanceis et brevioribus scutis armati. Bened. Varch. Stor. lib. 11: *V'erano non solo, oltre i ramarrì delle compagnie, i Tavollacini e i uazzieri della Signoria, ma i famigli de Signori Otto. Vide Talavacius.*

\* Nostris *Tavel*. Lit. remiss. ann. 1445. in Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 78: *ICellui Anthoine de Segalar ayant en sa main ung haiz, vulgaument appellé Tavel, etc.*

† **TAVOLERIUM**, Pavimentum, vel tabulatum, ni fallor. Statuta Cadubrii lib. 3. cap. 25: *Meretrices autem, ruffiani et baraterii, seu ribaldi, soliti, se in terrula super Tavolerium spoliare, possint impune percuti et verberari, dummodo ex percussione non suacetur membrum vel debilitetur; et intelligantur baraterii seu ribaldi, qui tribus vicibus, vel abiude supra, super Tavolerium in terrula se spoliaverunt, etc.* Vide *Tavella*.

† **TAUPIA**, Talparius cumulus, Gall. *Taupiniere*. Statuta Arelat. MSS. art. 87: *Roueria levatarum et Taupie et receptacula cyrogrillorum... destruantur.*

\* Nostris *Estauppineur*, Talparum captator vel qui talparios cumulos adæquat, vulgo *Taupier*. Lit. remiss. ann. 1404. in Reg. 159. Chartoph. reg. ch. 130: *Branchart nous veult bien tenir pour Estauppineurs de prez.* Haud scio an huc spectet vox *Taupainé* ex Chartul. Corb. sign. *Daniel* ad ann. 1429. fol. 126. r<sup>o</sup>: *Seront tenuz... de cranner autour de ledite maison, avec les Taupainéz dudit mollin rendre en bon et souffisant estat.*

\* **TAUREA**, Ταυραία, Species tubæ, quæ exercituum tauri quodammodo edebat, quæ exercituum motus significabantur: est

enim ταυραία, Suidæ, τῶν τοῦ ταύρου. Ita vocem usurpant Leo in *Tacticis* cap. 7. § 31. 68. et Mauritius 1. *Strateg.* cap. 19. Meursius perperam, ni fallor, tympanum ex pelle taurina interpretatur. Statius lib. 2. *Thebaid.*:

..... Tunc plurima buxas  
Eraque Taurinos sonitu vicentia pulsus.

\* **TAUREE**, Ταυραία, Athanasio in *Epist.* ad Solitar. pag. 850. βεβαί, Sozomeno lib. 6. cap. 19. lib. 8. cap. 24. Flagella ex boum seu taurorum coriis. Salvianus lib. 8. de *Gubern. Dei*: *Detestantibus ridentium sibilis, quasi tauris cædebantur.* [Sed et Juvenalis *Satyra* 6:

..... Taurea punit  
Continuo flexi crimen facinusque capilli.

Memorantur *Taureæ venatorum*, a Tertuliano ad Martyres cap. ult. et a Valerio in *Vita S. Pontii Mart.* apud Baluzium tom. 2. *Miscell.* pag. 137. metaphoricè vero sumitur a Mamerto Claudiano in *Epistola* ad Sapaudum Rhetorem tom. 6. eorumd. *Miscell.* pag. 538: *Quasdam resonantium sermunculorum Taureas rotant, et oratorum fortitudinem plaudentibus concinnentis evirant.*]

† **THAUREÆ**, Eodem significato. Fr. Arnonis Scutum Canoniconum apud R. Duclium tom. 1. *Miscell.* pag. 3: *A Judæis simul et Gentibus multoties scorpionibus et Thaureis plumbatis et flagris attractatus sum.*

\* **TAURI LEGES**. Vide supra in *Lex*.

\* **TAUROBOLIARE**, Magnæ Deum matri *Taurobolium*, seu boum sacrificium facere, de quo veteres passim Inscriptiones. Lampridius in *Heliogabalo*: *Matris etiam Deum sacra accepit, et Tauroboliatu est, ut typum eriperet.* De *Taurobolio*, vide *Turnebum* lib. 27. *Advers.* cap. 21. *Lud. de la Cerda* in *Advers. Sacr.* cap. 60. n. 4. *Vossium* lib. 2. de *Idololatriæ ortu et progressu* cap. 52. et 53. etc. Cæterum *Julianus Parabata* ab ejusmodi *Taurorum sacrificiis* dictus ab *Gregorio Nazianzeno* *Stel.* 1. *αυροβόλος*, de quo etiam *Ammianus* lib. 15.

\* **TAUROS**, *Paulo* cap. de *Ruptura inguinis et in capitulo de Partibus testinum, est Oscium, scilicet bursa testicularum.* Glossar. medic. MS. *Sim. Jan.* ex *Cod. reg.* 6959.

1. **TAURUS**, Qui gregem regit et nunquam vincitus fuit, in *Pacto Legis Salicæ* tit. 3. § 8. ubi *Lex Salica* habet *junctus*. Idem *Pactus* § 9: *Si quis Taurum furaverit, qui de tribus villis communes vaccas tenuerit, etc.* Vide *Trespellius*. Rursus in eodem *Pacto Legis Salicæ* § 10: *Si quis Taurum Regis furaverit, etc.* Id est, taurum qui cum aliis tauris jungitur curru Regio, uti interpretatur *Wendelinus*. Reges autem nostros boves vel tauros curribus suis junxisse, docet in primis *Eginhardus* in *Vita Caroli M.* initio: *Quocumque eundum erat, carpento ibat, quod bubus junctis, et bubulco rustico more agente, trahebatur.*

† **TAURUS ALBUS**. Charta ann. 1533. apud *Madox* *Formul.* *Angl.* pag. 151: *Robertus Wryght et Johannes Anable, executores et assignati sui, invenient seu inveniri facient unum album Taurum, omni anno eorum termini prædicti, tocians quociens contigerit aliquam mulierem generosam, vel*



*aliquas alias mulieres, ex devocione sive voto per ipsas facto, venire ad feretrum gloriosi Regis et Martyris S. Edmundi, ad oblationes dicti Tauri faciendas. Taurum immolare solebant qui agebant triumphum. Vide supra Tauroboliare.*

**TAURI INGRATES.** Thwroczius in Andrea Rege Hungariæ cap. 43 : *Misit Cæsari 50. corpora immensorum husonum, et duo millia lardorum, mille Tauros ingrates. i. incrasatos, Gallis, en graisse, vel engraissez.*

**TAURI LIBERI LIBERTAS.** Charta Walteri de Gant Comititis, apud Edw. Bisseum in Notis ad Uptonum pag. 86 : *Cum... libertate faldie, liberi Tauri, et liberi apri, et cum duobus molendinis, etc. Ubi liberam taurum, bannale interpretor, vel quomodo accipitur in Foris Bigorrensibus art. 11. 12 : Melior villa Miles verrem habeat, et Monasterium, per pacem securum, non vi inclusum. Sed si in damno fuerit inventus, solute abjiciatur.... Idem dicimus de Militum et Monasteriorum Tauro, et ascensore equarum equo. [Instrumentum ann. 16. Edwardi I. Regis Angl. apud Th. Blount in Nomolexico : Compertum per Jur. quod Will. de Losa fuit seisisus de libero Tauro habendo in Hamstel, etc. Ideo consideratum est, quod predictus W. recuperet damna sua, quæ taxantur per Jur. ad iv. s. pro imparcatione ejusdem Tauri, etc.]*

2. **TAURUS,** Maritus. Leges Henrici I. Reg. Angl. cap. 77 : *Si pater sit liber, et mater ancilla, pro libero reddatur occisus... videtur autem matris ejus cujuscunque Taurus alluserit. Ubi alii Codd. habent, matris est cujuscunque, etc. [\*] Al. vitulus autem matris est etc. Vide ibi Thorpium.] [Lexicon MS. Cyrilli : ἄταυρότης, ἀγνή, ἀμικτός.]*

\* **TAUSSAMENTUM,** Pensitatio, quæ a vassallis aut subditis domino pro protectione exsolvebatur, nostris *Taxement* et *Tensement*. Lib. pitent. monast. S. Germ. Prat. : *Triginta modia vini pro Taussamento et quindecim solidi Paris.* Charta ann. 1312. in Chartul. S. Mart. Pontisar. fol. 29 : *Item trente sis setiers et demi de vin chacuns an de Taxement sur les vignes ci dessous nommées. Tensement, in alia ejusd. ann. ibid. fol. 30. vº. Vide Tensare 1.*

† 1. **TAUTA,** Mentum, maxilla. Processus de Vita S. Yvonis Presb. tom. 4. Maii pag. 575 : *Maxillam et Tautam multum habebat inflatas, et interdum comedere non poterat nec potare.* Ejusdem Vita prolixior pag. 607 : *Statin lapis unus qui erat in ipsa Tauta seu maxilla resiliit in ore.*

\* 2. **TAUTA,** f. pro *Tauca*, Capitis velum. Vide supra in hac voce. Comput. ann. 1405. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 183. col. 2 : *Reclusa suos dies clausit extremos, pro quibus pro ejus exequiis fuerunt factæ expensæ sequentes. Primo pro Tauta, xij. solidi. vj. denar.*

**TAUTO.** Glossæ Isonis Magistri in Prudentium : *Setus vocat cilios, quos nos etiam Tautones proprie vocamus.* Ita etiam in Cod. MS. Bibl. S. Germani Paris. [Glossæ Isidori : *Tautones, palpebræ. Papias : Tautones, pili palpebrarum, vel palpebræ.]*

† **TAVUS,** Σῆψις, in Glossis Lat. Gall. Aliæ Græc. Lat. : Σῆψις, *Tavus, marcor, murcor.* Est pro *Tabes*, nisi ita legendum est. Vide *Tavere*.

† **TAUXILLUM,** occurrit supra in *Fra-ctillus*.

\* **TAWARNICUS.** Vide supra in *Tavernica*.

1. **TAXA,** Exactio, impositio, certum pretium, seu certa pecuniæ quantitas, per vim exacta : nostris *Taxe*, Italis *Tassa*, impositione o composizione di danari da pagarsi. Charta Richardi II. Regis Angl. tom. 1. Monast. Angl. pag. 538 : *Impositiones, contributiones, Taxæ, quotæ, tallagia, vel auxilia, etc.* Thomas Walsinghamus pag. 243 : *Eo quod totiens non tam aporiassent quam dispoliassent patriam diversis Taxis, quas Gabelas appellant, etc. Taxas levare, pag. 248. [Bulla Sixti IV. PP. ann. 1427. in Continuatione Bullarii Rom. pag. 282. col. 2 : Et quia propter assiduas guerras et novitates, quæ continue vigent in dicto regno, pretenditur Ecclesias, dum vacant, gravatas in Taxa etiam reformatam in Concilio Constantiensi, quæ reducta est ad medietatem antique Taxæ, quod gravatus in eadem Taxa Prelatus promovendus solvat communia, etc. Adde Chronicon Angl. Th. Otterbournæ pag. 153. Bullam secularizationis Monasterii Insulæ Barbaræ ann. 1549. tom. 1. Maceriarum ejusdem Cænobii pag. 263. Glossaria Thomæ Bloant in v. Tax et Lobinelli tom. 3. Hist. Paris. etc. Vide *Taxare*.]*

† **TAXATIO,** Eodem intellectu. Charta ann. 1363. ex Tabul. Sangerm. : *Cum dictum monasterium propter pressuram guerrarum, mortalitatum et aliorum onerum importabilium ac excessivam Taxationem, etc. Vide Tapsatio.*

† **TAXA GENTIUM,** Certus militum numerus, quo quis ad commune bellum pro sua parte fungi debet, Gall. *Contingent*. Legatio Sigismundi Rom. Regis ad Eugenium IV. PP. ann. 1432. apud Marten. tom. 8. Ampliss. Collect. col. 87 : *Tam litteris quam nunciis mandavit et disposuit, ut hi qui Taxam gentium sibi impositam in exercitu suo non habuerunt, eandem mox ad frontieras Bohemiæ ad gentes tres menses ibidem moraturas contra hæreticos mitterent, etc. Vide Talia 4.*

\* **TAXA EQUORUM,** Tributum, quod pro equis, quos quis habet, exigitur, vel servitium cum equis. *Annal. Placent. ad ann. 1451. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 902 : Omnes fere nobiles et cives cum familiis suis venerunt Placentiam timore decreti ducalis super hoc emanati, quod aliter cum rusticis describerentur, et onera salis, Taxæ equorum et carrigiæ, quæ profecto sunt maxima, cum illis supportarent.* Ibid. col. 908 : *Item, quod non solvant carrigiæ. Item, quod non solvant Taxas equorum, nisi per sex menses anni.*

† 2. **TAXA,** Pensus, inunctum opus, Gall. *Tache*, Angl. *Task*. Computus apud Kennettum ad ann. 1425. Antiq. Ambrosd. pag. 576 : *Et in Johanne Leseby trituraniti ad Taxam XLV. quarteria frumentum, ut patet per tallium hoc anno capiendi pro quolibet quarterio III. den. ob. IX. sol. IV. den. ob. etc.*

\* 3. **TAXA,** Pera, sacculus, marsupium, nostris alias *Tasse*. Lit. remiss. ann. 1382. in Reg. 120. Chartoph. reg. ch. 346 : *Duos francos de eadem pecunia ceperat et eos in*

*sua Taxa seu bursa asserebat habere. Vide supra Tassia 3.*

**TAXAGIUM.** Charta ann. 1216 : *De garbaggio et Taxagio sic diximus, quod illi, qui colunt terram, cum equis in territorio de Bernevalle, reddent sæpedito Priori unam garbam de meliore blado, quod colligent in terris suis pro quolibet equo pro Taxagio et garbaggio, præterquam de puro frumento. Et si cultor illius terræ non colligeret, nisi frumentum, de frumento redderet unam garbam de Taxagio et garbaggio pro quolibet equo. Quod si terram excolat sine equo, reddet Priori unam garbam, sicut prædictum est. Vide Tassus 1.*

† **TAXALES,** Species ludi cum taxillis, fortassis idem qui Gallis *Trictrac*, *Fritillus*, ludus scrupulorum. Statuta S. Jacobi Hospitalis ann. 1388. apud Lobinellum tom. 3. Hist. Paris. pag. 339. col. 2 : *Inhibemus etiam ne aliquis de dicto loco ad Taxales seu girestum ludat.*

**TAXAMENTUM,** Pensitatio. Vide *Tensare*.

1. **TAXARE, TAXATIO.** Papias : *Taxare dicitur aestimare ; tractum ab emptoribus, qui Taxatione pretii tandem suas voluntates colligunt. Taxat, ponderat, nominat, aestimat, tangit. Taxatio, aestimatio, deliberatio, nominatio. Ugutio : Taxare, numerare, firmare, licitari, imponere pretium rei, quæ venditur, aestinare, addere vel diminuerere pretium rei quæ venditur. Gloss. Lat. Gr. : Taxatio, πώσις. Taxanus, ὀρίζων. [Taxare, Tuacer, prisier, in Gloss. MSS. Lat. Gall. Sangerm.] Pretio Taxare, apud Siculum Flaccum. Secundum bonitatem agrum Taxare, apud eundem. Charta Eadredi Regis Angl. tom. 1. Monast. Anglicani pag. 169 : *Pro damnis et expensis per eos sibi factis vel illatis, Taxandis per juramenta 4. vel 5. hominum fide dignorum, etc.* [Charta ann. 1302. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *Quod illa quæ vendunt sine quibus solutares fieri non possunt, Taxentur, cum alias Taxam servari non possent dicti sabaterii.] Utuntur Plinius lib. 17. cap. 1. Lex 3. D. ad Exhibend. (10,4) lex 9. Cod. de Excusat. muner. (10,48.) etc.**

\* Nostris *Taucer* et *Tausser*, eadem acceptione. Charta ann. 1288. inter Probat. Hist. Sabol. pag. 346 : *Desquelles choses la vallue... jugeons et Taussons... à la somme de trois cent quatre vingt livres de monnoie courante en Anjou... et à cette chose enquerre, faire, Tausser et jugier, etc.* Charta ann. 1454. in Chartul. Latiniac. fol. 78. vº : *Et icelles deux pieces de vin fait Taucer et jaulger par Guillaume Becquet jaulgeur juré de la ville de Paris.*

\* Hinc fortassis *Estasement* appellatur Jus quoddam, quod in bonis burgensis defuncti aut ad extraneum venditis, habita illorum ratione, ad scabinos hujus loci pertinet, in Libert. villæ de *Commynes* ann. 1364. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 523. art. 7 : *Et s'il avenist que aucuns bourgeois ou bourgoise vendist tiere en la franchise de le ville à un forain... ledit eschevin pour ladicte ville en doivent avoir Estasement.* Et art. 8 : *Et se uns bourgeois alast de vie à trespasement, et il eust hoirs non bourgeois, ledit eschevin en aront Estasement.*

**TAXATIO,** Pretium, aestimatio, [Taxation, pris, in Glossis Lat. Gall. Sangerm.]



MSS.] Vita S. Machuti Episcopi cap. 14 : *Eique mox villan quamdam non parvi reditus et Taxationis ad metatum et commendandum ex integro delegavit.* [Diploma ann. 1356. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 516 : *Possessiones et prœdia in regno suo Boemie debeant assignari ad existimationem et Tutationem.... Joannis Olmuticensis Episcopi et... Basconis de Welhardis, etc.* Pro *Tutationem* legendum puto *Taxationem* ex subsequenti ibidem : *Si fortasse saper æstimationem et Taxationem premissorum concordare non possant, etc.* Rursum occurrit in Aresto Parlamenti ann. 1394. apud Menesterium in Probat. Hist. Lugdun. pag. 82. col. 1. in Statutis Massil. lib. 2. cap. 39. § 2.]

1. **TAXATOR**, *Æstimator*, in Glossis MSS. [*Æstimatores et Taxatores bonorum talian daxit similiter eligendos*, in Diplomate ann. 1356. proxime laudato. Vide paulo post alia notione.][\* Savin. Histor. Jur. Rom. med. temp. tom. 3. cap. 21. § 76.]

¶ **TAXARCHUS**, Eadem notione. Glossulæ Cluniac. apud Mabillon. tom. 2. Operum Posthum. pag. 23 : *Taxiarchi sunt qui præsent rebus taxandis, id est æstimandis.* Vide Glossar. med. Græcit. col. 1530. voce *Ταξιάρχης*.

**TAXARE**, Nominare, appellare, dicere. Abbo in Præfat. lib. 1. de Bellis Parisiæ : *Cæterum tam tuæ, quam reliquorum quidem lectorum almæ caritati non istad metricæ complecti volumen quod vates Taxer, notum fore nolior.* Ubi pro Glossa ad marginem habetur, *nominer.* Et initio lib. 1.... *Parisiusque novo Taxaris ab orbe.*

Item pro Scribere. Facundus Hermianensis lib. 4. cap. 1 : *Legens literas a vestra Reverentia missas, cognovi nomen Joannis in sacris diptychis scriptam. Interrogans aatem inde venientes, cognovi non in ordine Laicorum, sed in Episcoporum Taxari.* S. Eulogius lib. 3. Memorial. SS. cap. 6 : *Et alibi Taxatum est, i. scriptum, dictum est.* Alcuinus de Divin. Offic. : *Deinceps vero a custodiibus omni lumine decoretur Ecclesia, et sicut isto die Taxavinus, ita et Feria sexta atque Sabbato.* Carolus M. de Cultu Imaginum lib. 1. cap. 6 : *Antequam discatiendoram testimoniorum, quæ absarde Orientales in sua Synodo Taxaverunt, silvam ingrediamur, etc.* Id est, scripserunt. Eadem notione usurpat cap. 11. initio : *Sed et omnis illa Synodas, quæ et in pluribus somniant ad sensum præbait, quæ non solum dicenti resistit, sed etiam dicta in volumine Taxavit.* Ubi tamen Tilius editor *Taxare*, pro *Texere*, contexere, dictum putat. Floardoardus lib. 1. cap. 21 : *Transferat ad villam ipsius Suprataxatam, nomine Sparnacem.* Ita lib. 3. cap. 11 : *Elegit... Suprataxatos Episcopos, i. supradictos, nominatos.* [Ut *saperius Taxavimas.* Glabro Rudolpho apud Duchesium tom. 4. Hist. Franc. pag. 46.] Vide Regulam Magistri cap. 7. et Chartas Alamannicas Goldasti cap. 39. [\* Gesta Abbat. Fontanell. cap. 13. Pertz. Script. tom. 2. pag. 288. lin. 3.]

¶ **TAXARE SESE**, Pacisci. Vita B. Caroli Boni Comitis Flandriae n. 56. tom. 1. Martii pag. 191 : *Datis dextris et acceptis, fide et sacramento jamenti sese Taxabant, quatenus eadem intentione eisdemque armis et*

*eodem consilio in obsidione cum ipsis jungerentur.*

**TAXARI**, Haberi, censi, quomodo *Taxari inter vicarios*, dicitur lex un. Cod. Theod. de Comitib. et archiatis. (6,16.)

**TAXARE**, *Taxam* imponere. Thomas Walsingh. pag. 244 : *Quapropter scirent procul dubio plebem nullatenus velle vel Taxari, vel Taxationibus acquiescere, etc.* [Constitutiones Jacobi Regis Siciliae cap. 59 : *In Taxatione et solutione ipsius pecunie, non cum eisdem terris, sed semotim per se imponi et Taxari faciunt certam pecunie quantitatem, etc.* Vide supra *Taxa* 1.]

¶ **TAXARE EMENDAM**, Muletam imponere, vel quæ solvenda sit decernere. Mandatum Philippi Pulchri Franc. Regis ann. 1302. apud Menesterium in Probat. Hist. Lugdun. pag. 84. col. 1 : *Inhibentes de cætero, ne Præpositi proposituras ad firmam tenentes Taxare vel judicare præsumant emendas.*

\* *Tauxer l'amende*, in Lit. ann. 1371. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 406. Hinc *Tax* dicitur ejusmodi impositio seu judicium, in Stat. ann. 1366. tom. 4. earund. Ordinat. pag. 629. art. 1 : *Et lui faire amender selon la qualité du meffait, au Tax et contraintes de gardes de nostre monnoye.*

¶ 2. **TAXATOR**, qui *Taxam* imponit pro uniuscujusque facultate. Charta Humberti Dalphini pro franchises Villæ de Pineto ann. 1343. e Schedis Cl. V. Lancelot : *Inchole... possint levare et exigere vintenum Taxandum et ordinandum inter se, prout eorum legalitati videbitur ordinandam, præstito prius juramento in manibus Castellani ipsius loci, vel ejus vices ventis, per Taxatores et exactores ipsias vinteni, quod bene et legaliter prædicta facient et exercebunt.* Constitut. Eccl. Valent. inter Conc. Hisp. tom. 4. pag. 199 : *In eo casu subsidii sint quatuor Taxatores ex antiquioribus canonicis.* Et pag. 200 : *Collectores et Taxatores præfati subsidiorum teneantur ejasmodi officia per seipso exercere.*

\* Haud scio an eadem notione, in Stat. Univers. Tolos. ann. 1313. ex Cod. reg. 4222. fol. 35 rº : *Sciendum est quod creato rectore primo in principio studii, statim Taxatores creantur ab eadem Universitate, qui erunt annales.... Qui jurabunt in mana dicti rectoris se fideliter Taxaturos.* Vide *Taxator*, 1.

**TAXATI**, Milites stipendiarii, qui *taxam*, seu stipendium excipiunt, quomodo *Recevoir taxe* dicimus. Hist. Miscella lib. 20. pag. 616 : *Acie Arabes in Africam nota, hanc obtinuerunt, et ex proprio exercitu Taxatos in ea quosdam constituerunt.* Pag. 634 : *Electus ex proprio stolo velocibus scapulis mist Taxatos ex Themate Obsidiano, etc.* Adde pag. 637. 640. 763. etc. Vita S. Symeonis Mirabilis-montis : *Ὅντων δὲ κατὰ τὸ συνῆδες ἐν τοῖς Γαβόλοις, τὰξάτοι τῶν Ἁγαρῶν κατῆλθον εἰς τὴν παραθαλασσίαν. Theophanes pag. 410 : Ἦσαν γὰρ καὶ τῶν λοιπῶν θεμάτων τὰξάτοι ἀρχοντες οὐκ ὀλίγοι.* Adde eundem in Theodosio, et alibi, et Constantinum in Basilio Macedone cap. 49. Vide Glossar. med. Græcit. voce *Ταξάτοι*, col. 1527. sqq.

**TAXATIO**, Præsidium, sedes *taxatorum*. Hist. Miscella : *Quod formidantes prælium*

*et Taxationem tumultuant.* Theophanes in Constantino : *Καὶ ἐκ τοῦ αἰαίου στρατοῦ ταξάτιωνα ἐν αὐτῇ κατέστησαν.* Cedrenus in Leontio ann. 3 : *Καὶ καταλιπὼν Ταξάτιωνα ἴδιον, τῷ Ἐκαστῷ ταῦτα ἐδῆλωσε. Ταξείδιον vero idemne sit quod ταξάτιων, vide Meursii, et Fabroti ad Cedrenum Glossaria.*

**TAXATUM**, Expeditio bellica, Græcis recentioribus ταξείδιον. Formula 15. ex Andegavensibus : *Unde mihi homo, nomen illi, iuterpellabat eo quod caballo suo furassit, aut in Taxato post me habuissit, etc.* Infra : *Nunquam furavit, nec consciens ad ipso furandam nunquam fuisset, nec post me in Taxata ipso caballo nunquam habui, etc.*

\* 2. **TAXARE**, In struem ordinare, messem vel aristas aut fœnum aggerare, Gall. *Tasser*. Charta ann. 1262. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 278 : *Pertinentiæ de Gaillon, des Noes et de Hamesnil et de Douvrent sunt heæ,.... servicia carneagii et Taxandi, etc.* Vide *Tassare* in *Tassus* 1.

¶ **TAXAROLUS**. Gerardinus Miralpa *Taxarolus*, memorantur in Litteris Frederici Ferrar. Episc. ann. 1295. in Bullario Carmelit. pag. 528. col. 2. An idem qui *Taxator*, *Æstimator*, aut qui imponit vel colligit *taxas*?

¶ **TAXATIO**, **TAXATOR**, etc. Vide in *Taxa* 1. et *Taxare*.

1. **TAXEA**, Gallis, Lardum, seu lardum. Ita Isidorus lib. 20. Orig. cap. 2. et Papias.

¶ 2. **TAXEA**, Scyphus, patera, crater, Gall. *Tasse*. Ordo Rom. apud Mabillon. tom. 2. Musæi Ital. pag. 506 : *Antiquior acolytorum, post ipsum Episcopam bajulat ampullas cam vino et aqua et duabus Taxeis.* Et infra : *Abluit pavvam Taxeam.* Vide *Tassea* et infra *Maxia* 1.

1. **TAXELLUS**, pro *Tessellus*, Tessellatum opus. Anastasius Bibl. in versione Concilii Nicæni II : *Sanctas imagines proponendas tam de coloribus, et Taxellis, quam ex alia materia.*

¶ 2. **TAXELLUS**. Acta S. Raynerii, tom. 3. Junii pag. 450 : *Tunc illa aspiciens frizum, quod erat in Taxellis mantelli sai, recognovit suum esse mantellum.* Adnotant Bollandistæ *Taxellam* ab Academicis Cruceanis indicari partem panni a foris affixam, qui ornatus etiamnum sit in usu rusticorum; Belgis hodieque, sed viris dumtaxat, simile quid in usu esse ad colulum a tergo pendens forma fere quadrata : quod et nomen *Taxilli* indicat. Vide supra *Tassellus*.

**TAXEMA**. Petrus Damianus lib. 6. Epist. 26 : *Quanti sal veneat, utrum annonæ modiam, Taxema carius vendat.* Vide *Taxare*.

**TAXEOTE**, Apparitores Principum, Magistratum, etc. Gloss. Gr. Lat. : *Ταξιώτης, apparitor, officialis.* Papias : *Taxeota, id est officiosus, seu officialis.* Ταξιωτάι, apud Palladium in Histor. Lausiaca cap. 63. 67. Codinum in Origin. CP. Lambeccianis pag. 20. 36. [Additio 3. Capitularium cap. 56 : *Si monachus laicus factus fuerit, honore et cingulo expolietur et res ejas monasterio adiciantur. Quod si monasticam vitam reliquerit, Præses provinciæ eum teneat, et Taxeotas vel curie suæ connumeret.* Desideratur vox *Taxeotas* lib. 5. Capitul. cap. 381. Vide Julianum Antecess. Nov. 123. cap. 63.]



\* **TAXETA**, diminut. a *Taxea*, Scyphus, Ital. *Tazzetta*. Lit. ann. 1375. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 68 : *Item quatuor Taxetas parvas, etc.*

† 1. **TAXIA**, Crater, patera, Gall. *Tasse*. Computus ann. 1333. et seqq. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 273 : *Habebant in pignore duas parascides, unam Taxiam et tria garnimenta robarum Scuscalli*. Vide supra *Taxea* 2.

† 2. **TAXIA**, f. Violenta percussio, a vocula *Tax*, qua usus est Plautus pro percussione sono. Chartularium Prioratus S. Florentini sub Odone Abb. S. German. Autissiod. sæc. XI : *Wallricus... dereliquit in eorum presentia omnes torturas et consuetudines, quas per saam vim immiserat superius memorate potestati... hoc est, sanium, placitum, justitiam, districtum, incendium, homicidium, violentiam, quæ vulgo appellatur rapt, fartam, Taxiam, infractaram, assaltus, et quidquid calparum dici aut æstimari potest.*

† **TAXIARCHA**, Gr. Ταξιάρχης et ταξιάρχης, Ductor ordinum, Centurio vel Decurio. Legitur in Hist. Miscella apud Murator. tom. 1. part. 1. pag. 117. col. 2.

† **TAXIARCHUS**, Æstimator. Vide *Taxa*.  
† **TAXILLATOR**, Tesserarum ludo deditus. Lit. remiss. ann. 1355. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 504 : *Petrus Betrouwe erat lusor sive Taxillator falsoram taxillorum*. Vide mox

**TAXILLI**, Lusoria tesserae, *Dec. Taxillorum lusores*, in Consuet. Siculis lib. 1. tit. 50. [Adde Statuta Genuens. lib. 5. rubr. 71. Vercellensia fol. 83. vº. Pallavicinia lib. 2. cap. 47. Montis-regalis pag. 178. etc. Chronicon Dominici de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 567 : *Et multi quidem artifices de ossibus eorum (hominum occisorum) accipientes, aliqui Taxillos, aliqui manicas cutellorum fecerant ad rei memoriam sempiternam.*]

\* Qui ludus prohibetur, exceptis tribus diebus festi Nalivitatis Domini, in Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 303. ex Cod. reg. 4622. A : *De non ludendo ad Taxillos;... salvo quod in die Nalivitatis Domini et duobus sequentibus, juxta consuetudinem, ludere possint sine poena.*

† **TAXILLUS**, Calx, Gall. *Talon*. *Taxilli ita natibus tenaciter inhaerent, quod nunquam a nativitate gressum incensuum experiri queat*, in Miraculis S. Benedicti, tom. 3. Martii pag. 311. Joh. de Janua : *Taxillas, dimin. de Talas, secundum utramque significationem Tali; ande Taxillus, parvus talus, i. postrema pars pedis, et Taxillus, parvus decius.*

\* **TAXIS**, Indicium, nota, Stat. pro arte parator. pannor. Carcass. renovata ann. 1466. in Reg. 201. Chartoph. reg. ch. 121 : *Item quod quilibet pannus, qui conficietur in dicto burgo cum Taxite seu signo cotonis, antequam possit vendi, examinetur.*

**TAXO**, Charta Ludovici VII. ann. 1058. in Regesto Philippi Augusti Herouvalliano pag. 78 : *Cæterum Regii juris est, et si vacaverit, sedes (Laudunensis) in vindemiis, vinam de Taxone, de tallis, et vinagiam quod per pagam colligitur.*

\* Idem mihi videtur quod supra *Taussamentum*.

Unum idemque sonant de *taxone*, et de *tallis*, Gall. de *taxe* et de *taille*, ut conjectat de *Lauriere* tom. 1. Ordin. Reg. Franc. pag. 14. ubi Chartam hanc edidit. Vide *Taxa* 1.

† **TAXONARIA**, Locus ubi crescunt taxi. Testamentum Bertichramni Episc. Cenoman. tom. 1. SS. Junii pag. 719 : *Cum terris, mancipiis, silvis, pratis et omni jure suo, et cum Taxonaria, quam vindicavi contra Leutherum.*

† **TAXONUS**, Melis, Gall. *Taïsson*, Ital. *Tasso*. Statuta Vercell. lib. 3. fol. 75. vº : *Item quod becharii civitatis Vercellaram non debeant nec possint emere vel vendere aliquas salvaticinas in civitate... exceptis capriolis, apris silvestribus, stambechis, arsis et Taxonis*. Vide *Tassas* 2. et *Taxus*.

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Taysson, Prov. Taxus, melota, melo*. Joan. de Cardalhaco serm. in Annunc. B. M : *Taxas, ne ventas cavernam suam valeat intrare et sibi nocere, claudit cavernæ suæ januam cum cauda*. Vide supra *Tassus* 2.

**TAXTA**, vel **TASTA**, Instrumentum vulnerum profunditati explorandæ inventum, Italis *Tasto*, nostris *Sonde*. Acta S. Herculani Episcopi et Mart. n. 28 : *Quantum plas ei (mamillæ fistulatae) aliquis medicabatur, tanto plas prjorabat, et in tantum succreerat, quod costam pectoris jam Taxta tangebat*. [Vide *Tastum*.]

† 1. **TAXUS**, Quoddam animal est, Johanni de Janua; Gall. *Taïsson*, Melis, Vide *Cilicium*, *Melota*, *Taxonus* et *Tesso*. [\*\* Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 5. col. 123. voce *Dahs*.]

\* 2. **TAXUS**, Pretium, æstimatio, Gall. *Taux*. Diplom. Caroli IV. imper. ann. 1346. tom. 2. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Honthelm* pag. 169. col. 2 : *Concedentes... ut ipsi (archiepiscopi) cum eorum comitiva gaudeant et fruantur illo eodem Taxu seu æstimatione circa victualia comparanda, quo, ratione Romani regni vel imperii, nos utimur et gaudemus*. Vide *Taxatio* in *Taxare* 1.

† **TAYA**, Vox nautica, idem f. significans quod *Talla* 3. Vide ibi.

† **TAYCHIA**, ut *Tasca* 2. Vide in hac voce.

\* **TAYETUM**, Idem quod *Tajamentum* et *Tajata*, Incisio, fossa, canalis. Stat. Mantuæ lib. 1. cap. 97. ex Cod. reg. 4620 : *Stataimus quod nemo audeat, sive sit naata, sive cujusvis alterias conditionis, post tertium sonum campanæ... ire per Tayetum, nec ibi cum aliqua nec in aliqua navi seu barchiliuo arivare.*

\* Nostratibus *Tayon*, pro *Grand-pere*, *Avus*, et *Taye*, pro *Grand'mere*, *Avia*. *Tayon* ou *grant-pere*, in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 137. Chartoph. reg. ch. 20. Aliæ ann. 1393. in Reg. 145. ch. 204 : *Aux sapphians escheurent et advindrent par le trespas d'ane leur Tayon, d'ane leur Taye, et de certains leurs oncles, freres et seurs, plusieurs biens et heritages, etc.*

† **TAYLLIATILIS**, Gall. *Taillable*. Vide *Tallia* 8.

† **TAYOLA**, Species tigni. Statuta Cadubrii lib. 2. cap. cxxviii. de *mensuris Tayolarum* : *Statuimus, quod aliquis de Ca-*

*abrio non faciat, nec sit ausus fieri facere aliquas Tayolas alicujus ligni per Plavin condacendus ultra mensuram decem pedum. Pluries occurrit in iisdem Statutis fol. 51. et 52. Correctiones eorumd. Statut. pag. 51 : Qui Tayolas, morellos, sive mezenas extra districtum Cadubrii trahere... voluerit, teneatur et debeat duas partes ad minas ipsarum Tayolarum dimittere ad seccandani in serris*. Vide *Tallea*.

† **TAYS**, Piscatoribus Massiliensibus, Veneni genus necandis piscibus aptum. *Taysare*, Veneno, *Tays* dicto, aliquid inficere. Vide supra *Lothosela* et *Taisare*.

† **TAYSIA**, Mensura 6. pedum. Vide *Teïsta*.

† **TAZETUM**, Chronicon Bergom. ad ann. 1393 : *Iverunt homines partis Guelphæ in Castegnola, ubi moratur Theudaldus Petri de Pesentibus et certi ejus parentes, et ibidem combusserunt omnes domos, sea Tazetum ipsius Theutaldi*. F. *Casatum*. Vide *Casata* 1.

**TEAM**, **TRAMES**. Vide in *Theam*.

† **TEBANUM**. Vide *Tabanam*.

† **TEBELLUS**, Vocabul. Lat. Germ. Twingeri, *Bellzes zagel, Tebellas*. Vide *Tebennum*.

**TEBENNUM**, Vestis Senatoria; Τηβέννον, Eunapio in Juliano. Hesychius : Τηβέννος, εἶδος περιβολαίου παρὰ Ῥωμαίους. Τηβέννα in Gloss. vett. *Toga*, Τηβέννα, et Themistio orat. 14. pag. 318. Gloss. Lat. Gr. : *Togato, τηβεννηφόρον*. Gloss. Gr. Lat. Τηβέννος, *Toga, trabea*. Julianus Antecessor Constit. 96. de Officio Proconsulis : *Indicatur autem et Tebennam, id est aliquod genus vestimenti, in festis diebus.*

\* **TEBESE**, *Prov. Tepor, caliditas*, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. [\*\* Vide Raynouard. Glossar. Roman. tom. 5. pag. 311. radice *Tebe*.]

1. **TECHA**, Simeon Dunelmensis ann. 1144 : *Cerneret alios eculeis distendi, alios per verenda sursam trahi, alios Techis parvissimis lapidibus substratis includi, et pene quassari. Techis legendum putat Sommerus.*

\* 2. **TECHA**, Tegumen lineum, quod *Taye* appellamus, ni fallor. Stat. S. Viet. Paris. MSS. part. 1. cap. 18 : *Quibus autem ad lectam utimur, hæc sunt : calcitræ sine plumis, coopertoria duo hyeme ex lana alba, cervical, Techa et capitegia linea.*

† **TECIA**, pro *Taxa*, ni fallor, Impositio, exactio. Charta Ludovici Jun. Regis Fr. ann. 1160. apud D. Brussel tom. 1. de Usu feudorum pag. 536 : *Et insuper quictavimus dictam T. et ejus heredes ab omni consuetudine et Tecia et talia.*

**TECLATUM**, Teclatura. Vide *Theclatura*.

\*\* **TECNA**, Artificium, dolus, fraus, a Gr. τέχνη, ut *techna*, apud Terentium. Richer. lib. 4. cap. 43 : *Et cum Tecnas superiores effanderet, etc.* Adde Paneg. Bereng. lib. 3. vers. 225. Vide *Tegna*.

**TECTAMENTUM**, καλυπτήριον. Gloss. Gr. Lat.

† **TECTERE**, Tegere. Glossæ Lat. Græc. : *Tecto*, ἐπικαλύπτω. Glossæ Gr. Lat. : *Ἐπικαλύπτω*, *Cooperto*, *Tecto*. *Ἐπικαλύπτει*, *Tegit*.

\* **TECTIGLACA**, Vox dubie lecta, qua significari videntur Assulæ, quibus tecta compinguntur. Arest. ann. 1346. 28. Mart.



in vol. 3. arestor. parlam. Paris. : *Cum se abini et habitantes banni archiepiscopi Reniensis dicerent.... se esse in possessione... sedendi, requiescendi... super quadam tubula;... que quidem sedes seu tubula erat ad platium, aliter à plat, dictusque archiepiscopus per se seu gentes suas fecerat destrui seu demoliri, et refecti postmodum Tectiglacis vel apparentis (f. appenticis) taliter, quod... non poterant uti saisinis suis, etc. Vide Theclatura.*

† **TECTONATUS**, Coopertus. Vide *Tectora*.

† **TECTONUS**, Faber lignarius, a Græco τέκτων. Papias : *Faber, Tectonus... cum adiectione Faber lignarius, Faber ærarius.*

**TECTOR**, in Glossis, κόνιζης, ut *Tectorium, κόνιζης*. Est autem *Tector*, qui *Tectorium* inducit, dealbator. *Albarius Tector*, apud Tertullianum de Idololatria. Vide *Conjaci* lib. 10. Observat. cap. 9. et ad leg. 1. Cod. de Excusat. artific. tit. 66. lib. 10. et JC.

**TECTORA**, pro *Tectum*, Ædes, enuntiatione Longobardica. Charta Longobardica in Bullario Casincensi tom. 2. pag. 9 : *In primis casam ipsam domocultilem meam, et omnes Tectoras infra ipsam terminationem meam, sclandonicias vel pallearicias, cum stubulo meo seu molino ad ipsum curtem pertinentem, etc. Infra : Cum casas et omnes Tectoras, etc.*

**TECTORATUS**, *Tecto coopertus*, in Glossis antiquis MSS. *Tectoriatus*, apud Papiam : *Tectoratus*, in Gl. Reg. Cod. 1018.

† **TECTORIUM**, f. *Lodix*, stragulum, Gall. *Couverture*. Constructio Castris Saphet apud Baluz. tom. 6. Miscell. pag. 363 : *Mansit utem ibi dictus Episcopus, donec castrum firmatum fuit... et cum repatriavit, dedit dicto castru tanquam filio Synon preelecto omnes equitaturas suas et Tectoria et superlectilia. Vide Tectum 2.*

1. **TECTUM**. Super *Tectum* pro sanitate febris filium ponere, Superstitio damnata in veteri Pœnitent. MS. et apud Cumeanum Abbat. de mensura pœnitentiarum cap. 7. Huc forte spectant hæc ex Papia, et ex Glossis Isidori : *Tegellaria, maleficia, coquod supra tegulus sacrificant.* [Emendatius Jo. de Janua : *Tegelluria a Tegella, quæ et Tegularia dicitur, scilicet Venefica supra tegulus sacrificans.*] [\* Glossa ad Atton. Polypt. pag. 57 : *Veneficia quæ super tegulas sacrificabantur.* Virgil. in Cir. vers. 368 : *Patula testa.*]

**TECTUM ET FOCUM** *hospiti negare*, vetitum in Lege Burgund. tit. 38. § 1. et q. 9. Ita *Tectum præstare*, leg. 1. § 19. D. de Ventre in possess. mitt. *Agro Tectoque suscipere*, leg. 5. Cod. Th. de Desertor. (7. 18.) Germanorum et Celtarum hospitalitatem commendant passim Scriptores apud Cluverium lib. 1. German. antiq. cap. 19. et Lindenbrogium.

† 2. **TECTUM**, f. *Tegumentum*, vestis qua quis tegitur, vel *Stragulum*, Gall. *Couverture*. Vide *Tectorium*, et mox *Tectura*. Leges Luitprandi Regis Langobard. lib. 6. art. 38. apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 69 : *Dare debet medium de omnibus rebus mobilibus, excepto Tecto, quas in ipsa casa habuerit ipse homicida.* In Codice Cathed. Mutin. legitur, excepto *Tectores*.

† **TECTURA**, *Tectorium*, *tegumentum* quodvis, *tectum*, *lodix*, *stragulum*, Gall. *Couverture*. Palladius de Re Rust. 1. 15 : *Parietum Tectura fortis et nitida.* Ebrardus Belhuniensis in Græcismo :

Velum cortina, velum Tectura vocatur.

Præceptum Caroli C. ann. 862. apud Marten. tom. 1. Collect. Ampl. col. 163 : *Tecturam vero monasterii et omnem emendationem, undecunquæ tempore avi et genitoris nostri consueverunt facere, exinde peragant.* Lambertus Ardensis apud Ludewig. tom. 8. pag. 468 : *Itu ut plumbæ Tecturu trabibus et transtris superposita pinnaculis ædificii sederet.* Regula reformat. Mellicensis in Chronico ejusdem Monasterii pag. 360. col. 2 : *Item quilibet monachus pro tegumentis lecti habeat stropodium, matratium, unam Tecturam duplam de panno laneo, subtilem citerius gryseam, etc. Vide Tectorium.*

† 1. **TECTUS**, Tutus, securus. Guillelmus Forestier in Elogio Abbatum Montis S. Catharinæ prope Rotomagum sub ann. 1304. tom. 5. Annal. Bened. pag. 631. col. 2 :

Abbas cœnobio Rogerus septimus isto Exstitit, hoc scripta testificanti fuit.  
Tectum temporibus in pace satis fuit ejus.

Nempe Cœnobium. Forte legi debet *Tutum*.

† 2. **TECTUS**, pro *Tectum*. Hariulfus lib. 2. Chronicon Centul. cap. 7 : *Clastrum vero monachorum triangulum factum est, videlicet a S. Richario usque ad S. Mariam Tectus unus : a S. Maria usque ad S. Benedictum Tectus unus; itemque a S. Benedicto usque ad S. Richarium Tectus unus.*

**TECUARIUM**, **TECURTUM**. Vide *Tegorium*.

1. **TEDA**. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 108 : *Debet... per vindemias 2. circulos plicatos ad tinam, et 5. trainas, et 1. fussum de Teda, etc.*

**TEDAS FORIBUS APPENDERE**. Synodus Coloniensis ann. 1300. cap. 20 : *Quia vero nonnulli, ut intelleximus, Tedas et litteras annexas ante portas et januas aliquorum religiosorum, et grangias eorum suspendere non formidant, in quibus incendia, homicidia et alia damna et maleficia se illuros eis, ante quorum dictas litteras et Tedas suspendunt, inferre publice comminantur, nisi iutra certum terminum eisdem malefactoribus aliqua pecuniæ summa pro ipsorum arbitrio persolvatur, etc.*

\* 2. **TEDA**, Pinus, in Gloss. ad Alex. Iatrosoph. MS. lib. 1. Passion. cap. 133 : *Dolente autem dente, galla Asiatica cum aceto cocta in ore tenta juvat. Similiter quoque et Teda in aceto cocta.*

**TEDIALIS POSSESSIO**, Quæ datur contra minores, mente captos, furiosos, etc. in Statutis Mediolanens. parte 1. cap. 14. 15. [Adde Statuta Massil. lib. 1. cap. 29. § 1. Vercell. fol. 53. Montis-regalis pag. 81.]

\*\* **TEDIFERA**. Vide *Tremaculum*.

**TEDINGPENY**. Vide in *Tethinga*.

\* **TEFESTILIS**, an *Tectus*? Placit. ann. 853. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 167 : *Dum... resedissent in iudicio in sala illi Tefestile cum ipsis et nos Rachimbaldus schabinus Florentinensis urbem, etc. Vide Tegerium.*

**TEGA**. Anastasius in Hormisda PP : *Ga-*

*batu electrina pens. lib. 2. Tegæ cerei aureas 2. pens. sing. libr. 6.* Ita quidam Codd. ubi alii habent *Thecas cyrei*. Forte *Tedas* legendum, ut fuerint cerei fictitii aurei.

\* F. pro *Theca*, ut in Annal. Victor. MSS. ad ann. 1337 : *Fuit positum cadaver in campis, in loco ubi ponitur malifici, inclusum in una Tega lignea inter duas bigas appensa, in timorem aliorum.*

† **TEGELLA**, *Parva tegula*, Job. de Janua : *Teulette*, in Glossario Lat. Gall. Sangerman. MS.

† **TEGELLARIA**, *Venefica*, etc. Vide *Tectum 1.*

† **TEGENARIUS**, Ψαθοποιός, in Glossis Lat. Gr. Glossæ Gr. Lat. : Ψαθοποιός, *Tegitarius*. Ψαθοποιός, *Tegenarius*. Malle *Tegitarius*, Qui *tegetes* seu *mattas* facit, ut habetur in Thesaurio Fabri.

† **TEGES**, *Parva domus quæ et Tugurium, scilicet Casula, quam faciunt sibi eustodes vinearum vel pastores ad tegmen sui; quasi Tegerium vel Tugurium.* Hanc rustici *Capanum* vocant, quod unum tantum capit. Joh. de Janua. Hinc Glossæ Lat. Gall. Sangerm. : *Teges, Maissonette*. Vita S. Hugonis Abb. tom. 3. Aprilis pag. 641 : *Ipse uno tantum comite monacho Tegetem ingreditur. Pro tecto sumitur in Gestis Consulium Andegav. tom. 10. Spicil. Acher. pag. 460 : Repente supervenit a plaga australi vehementissimus turbo, ipsam repellens seculam ac replens eam turbido aere diu multumque concutiens, deinde vero solutis laquearibus, universæ ejusdem Ecclesiæ irabes, simulque tota Teges per pignam templi ejusdem occidentalem in terram concurrentes, eversum irant.*

† **TEGESTAS**, Καλοπήρια, in Glossis Lat. Græc. et Gr. Lat. *Tegumentum*.

† **TEGESTRATORIA**. Gl. Gr. Lat. Sangerm. MSS. Ψαθος, *Teges, Tegestratoria*. Videtur legendum *Teges stratoria*, Quæ humi sternitur. [\* *Tegestræ de caprinis pellis*, in Edict. Dioclet. de pret. rer. sub inscript. de *Tegestribus*.]

† **TEGETARIUS**. Vide *Tegenarius*.

**TEGIA**, *Fides, coopertura*. Papias MS. et editus. [\* Ubi Muratorius recte emendat *Feni coopertura*; ab Italico *Tegia* vel *Teggia*, Locus nempe ubi fenum ac paleæ recondunduntur, fenile. Quod adnotat Vir doctus ad Chartam ann. 869. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 721 : *In omnibus superscriptis rebus et Tegia palliatica meliorentur et non pejoventur usque adventibus continuo annis.*] [\* Cod. reg. Papiæ num. 7609 : *Tegia fides, coopertura*. Leg. f. chorda. Conf. Hor. Od. 17. lib. 1. vers. 18.]

† 1. **TEGILLA**, pro *Togilla*. Vide in *Toacula*.

† 2. **TEGILLA**, pro *Tigillum*, Canterius, Gallice *Chevron*. Chronicon Stederburg. apud Leibnitium tom. 1. Scriptor. Brunsvic. pag. 867 : *Ex ipsa occulta vi (fulguris) sub tecto plumbeo inter murum plumbum et monasterii Tegillæ lignæ incense sunt, etc.*

\* **TEGILLUS**, pro *Tigillum*. Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 30 : *Postea tinæ (ponendæ sunt) lapidibus plenæ in medio earum (vegetum) habentium perticæ sive Tegillos. Vide Tegilla 2.*

† **TEGITARIUS**, *Textor tegetum*. Vide *Tegenarius*.



\* **TEGLA**, ut *Tegillus*, in laudato jam Tract. cap. 165 : *Pontes bareharum compositi Teglis fractis, et postea superpontes ponantur gratices, super quos transire possunt pedites.*

† **TEGMINATIM**, Per tegmina librorum, in Actis SS. Aprilis tom. 1. pag. 104 : *Fita et miracula S. Francisci de Paula... quæ ne forte pereat, per hæc quatuor voluminu S. Hieronymi dispersimus Tegminatim.*

† **TEGNA**, (pro *Techna*) *Dolus, fraus*, Johanni de Janua; *Boraz, fraude, deception*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. MSS. Hinc *Tegnusos*, (pro *Technosus*) *Fraudulentus, deceptorius, dolosus*. *Tegnula* (pro *Technula*) *Parva tegna*, eidem de Janua. Occurrit vox *Tegna* in veteri Epistola apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 496. Vide *Tecna*.

**TEGNIO**, *Malarum artium*, in Glossis antiquis MSS. ex Gr. *τέγνη*, ars, fraus. Vide *Thainus*.

**TEGNON**, ex Gr. *τέγνον*, Filius. Passio SS. Perpetuæ et Felicitatis : *Et dixit mihi : Bene venisti, Tegnion.*

† **TEGNOSUS**, **TEGNULA**. Vide *Tegna*.

**TEGORIUM**, Locus seclusus ac superne tectus, a *tegere*, voce deducta : nisi idem sit quod *Tugurium*. Glossæ Antiquæ MSS. : *Tegurium, casa a tegendo dicta*. Glossæ Isidori et Pithœanæ : *Gamna, Tegurium*. Ubi pro *gamna* forte legendum *caluama*, ex Gr. *κάλυμμα*. Adamnanus lib. 1. de Locis sanctis cap. 2 : *In medio spatio hujus interioris rotundæ domus, rotundum inest in una eademque petra excisum Tegurium, in quo possunt ter terii homines stantes orare*. Al. *Tegurium*. Infra : *Hujus Tegerioli introitus ad Orientem respicit, etc.* Occurrit ibi pluries et cap. 3. 4.

**TEGURIUM**, **TIGURIUM**. Anastasius Biblioth. in S. Symmacho PP : *Hic fecit Basilicam S. Andreae Apostoli apud B. Petrum Apostolum, ubi fecit Tigurium ex argento, et confessionem pens. libr. 120*. Infra : *Ubi et super altare Tigurium argenteum fecit*. [Tigurium, ex Cod. MS. apud Murator. tom. 3. pag. 124.] In Sergio PP. pag. 62. et 245 : *Hic fecit ambonem et Tegurium in basilica SS. Cosmæ et Damiani*. Mox : *Hic Teguriam basilicæ S. Susannæ, quod ante ligneum fuerat, ex marmore fecit*. Ita quidam Codd. ubi editus habet *ciburium* et *ciborium*, quod unum idemque sonat : nam tegimen, et umbraculum *Ciborium* appellat Ordo Romanus, quod altare tegat. Vita Aldrici Episc. Cenoman. n. 17 : *Fecit Tegurium, quod et ciborium nominatur, super altare, etc.* ubi perperam edit. *Tugurium*. Gloss. Lat. Græc. : *Tegimentum, ζέγασμα, κάλυμμα, στέπασμα*. Atque hac notione eadem vox capienda in Capitul. 3. ann. 789. cap. 17 : *Ut super altaria Teguria fiant, vel laquearia*. Ubi quidam Codd. habent *Tecuria* [vel *Tecuria*.] Vide Descriptionem nostram ædis Sophianæ, ubi de Ciborio, [et supra *Ciborium*.] Meisterlinus in Hist. Rer. Noriberg. apud Ludewig. tom. 8. Reliq. MS. pag. 130 : *Mandataque dat omni consulatui, ut foro amplo, ubi erant domuncule gazæ et Tigurie carnicium, pistorum, penaticorum, piscatorum, institutorum et eorum, qui res suas sub hasta vendebant, omnino amoverentur.*

\* Eiusdem originis nostratibus vox *Sou-*

*tecte, pro Toit, tectum*. Lit. remiss. ann. 1468. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 192 : *Le suppliant mist la boeste de feurre toute alunée à la Soutecte de la naisson, qui estoit de petite valeur, couverte de feurre, laquelle par ce moyen fut incontinent arse*. Hinc *Soustectier* et *Soustoiter*, Sub tecto habere, recipere, occultare. Charta Phil. VI. ann. 1348. in Reg. 78. ch. 11 : *Outroions aux religieuses, abbesse et eouvent du Montel lez Pous sainte Maixance... que pour habergier et Soustectier leurs dites bestes et les pasteurs qui les gardent et garderont, elles puissent faire édifier, tenir et avoir perpétuellement en aucun lieu convenable de ladite forest de Halate une loge souffisant et convenable*. Lit. remiss. ann. 1365. in Reg. 98. ch. 285 : *Lequel Martin mist et Soustoita en sa maison plusieurs compaignons pour butre ou villener les dessuz diz. Aliæ ann. 1400. in Reg. 155. ch. 48 : Lequel Jehan avoit leurs diz fardeaux logiez, hebergiez et soustoitez en sa maison*. Unde *Soubstoiteur*, Qui hospitio recipit, in aliis Lit. ann. 1426. ex Reg. 173. ch. 544 : *Recepteurs et Soubstoiteurs de nos ennemis, etc.*

† **TEGULARE**, *Tegulas facere, vel tegulis operire*, Johanni de Janua. Secunda notio legitur in Gemma.

1. **TEGULARIA**, *Malefica, dicta quod super tegulas sacrificet*. Glossæ Antiquæ MSS. et Papias. Vide *Teetum* 1.

\* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. *Tegularia, Sorciere*.

† 2. **TEGULARIA**, **TEGULARIUM**, *Tegularum officina*, Gall. *Tuilerie; Tieuillerie*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. MSS. Occurrit vox *Tegularia* in Literis ann. 1263. apud Lobinellum tom. 3. Hist. Paris. pag. 207. in Charta Thossiacensis ann. 1461. in alia ann. 1447. e MS. Coislin. ubi Gallice redditur *Thuillerye*; in alia ann. 1048. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 596. Liber anniversarium Monasterii Sangerm. fol. 20. vº : *Anniversarium Odeline de xxx. solidis Paris de redditibus Tegulariarum, quos percipimus super Tegulariis in Pascha et in festo S. Remigii*. Ab hisce *Tegulariis*, Palatium quod vulgo *les Tuileries* vocant, nomen habet. *Tegularia lapidea*, in Charta ann. 1202. apud Miræum tom. 1. pag. 731. Joh. de Janua : *Tegularium locus ubi sunt, vel acervus vel multitudo tegularum*. Lex 180. Dig. de Verborum signif. : *Oflius ait, tugurium a tecto, tanquam Tegularium, esse dictum, ut toga quod ea tegamur*.

\* 3. **TEGULARIA**, Terra tegulis conficiendis apta. Charta ann. 1318. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 322 : *Cum ipsi de novo reppererint prope monasterium suum quandam Tegulariam seu terram ad faciendum tegulas, pro coopertura domorum suarum convenientem et bonam, eisdem dignemur concedere ut pro dicta terra in ipsa tegularia decoquenda... libere percipere valeant et habere boscum in foresta predicta*.

† **TEGULARIS** **PETRA**, *Tegula*, apud Thom. Madox Formul. Anglic. pag. 139.

† **TEGULARIUS**, Johanni de Janua, *Qui tegulas facit; Tieuiller, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. MSS. Glossæ Lat. Græc. : Tegularius, Κεραμοποιός, κεραμεύς*. Adde Græc. Lat. Codex MS. reddituum Episcopatus Autisiod. circa ann. 1290 : *Item xx.*

*mille tegularum, quæ debet Tegularius quolibet anno*. Occurrit apud Rymer. tom. 5. pag. 693. col. 2. D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. Reg. Franc. pag. 78. etc.

† **TEGULATOR**, Idem qui *Tegularius*, apud Lindwodum Provinc. pag. 196. Rymer. tom. 2. pag. 664.

† **TEGULATUS**, *Tegulis tectus*. Charta ann. 3. Henrici VI. Angl. Reg. apud Madox Formul. Anglic. pag. 145 : *Omnes domos dieti manerii Tegulatas sustentant et manutenebant cum tegulis*. Vide *Tarsicus*.

† **TEGULITIUS**, *Factus e tegulis*, in veteri Inscriptione apud Gruterum pag. 54.

† **TEGULUM**, pro *Tegula*, non semel in Reparationibus factis in Senescallia Carcassonæ ann. 1435. e MS. Cl. V. *Lancelot*. Vide *Sorda*.

† **TEGURIUM** Vide *Tegorium*.

**TEGUS**, *Ἡμίτερον χείρον*, in Gloss. Gr. Lat. Infra, *Ἡμίτερον, Tegus*. [Glossæ Isidori : *Tegora, Tegus, coria vel posteriora jumentorum*. Quis non videt cum Grævio scribendum esse, *Tergora, Tergus, etc.*] [\* Vide Varron. de L. L. lib. 4. cap. 22. ibique Gothofred.]

† **TEHINGUS**, Decanus. Vide *Tunginus*.

\* **TEIA**, Idem videtur quod *Tela*. Stat. datiar. Riper. cap. 12. fol. 5. vº : *De quolibet pari armaturarum Teia pro faciendis saccos ab oliva et pro piscando, pro introitu denarii duo*.

**TEIGITUR**, Prima pars Canonis, qui in Missa legitur et dicitur post hymnum Anglicum. Auctor Micrologi cap. 23 : *Canon, juxta Romanam auctoritatem est iste : Te igitur clementissime Pater, etc.* [Et cap. 11 : *Angelicus hymnus, id est Sanctus, sanctus, sanctus... Hunc autem hymnum et ipse Sacerdos cum aliis necessario debet dicere, ne seipsum sua prece videatur privasse, qui et suas voces et aliorum angelicis laudibus admitti deprecatus est in Præfatione.*] Capitular. Caroli M. lib. 6. cap. 173 : *Te igitur non inchoent Sacerdotes, nisi post Anglicum hymnum finitum*. [Capitula Herardi Archiep. Turon. cap. 16 : *Et ut Secreta Presbyteri non inchoent antequam Sanctus finiat, sed cum populo Sanctus cantent*.] Quod in aliquot ecclesiis hodie vix obtinet.] Vide Steph. Durandum de Ritibus Eccles. lib. 2. cap. 33. num. 1. 2. [Amalarii Eclogas de officio Missæ.] et supra in *Jurare super Te igitur*.

**TEIGNUS**, **TEIN**, etc. Vide in *Thainus*.

\* **TEILULÆ**, *Arabice, Ferrucæ, quæ etiam buruchæ*. Glossar. medic. MS. Simon. Jan. ex Cod. reg. 6959.

† **TEINTURIARIUS**, *Tinctor, infector*, Gallice *Teinturier*, in Literis Johannis Franc. Regis ann. 1359. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. Reg. Franc. pag. 369.

**TEISIA**, **THAISIA**, etc. *Pertica seu mensura sex pedum apud nos vulgo Toise; de qua Consuetudo Burbon. art. 302. et Marchensis art. 215. Adde Aurelianensem art. 213. et veteres Consuetudines, editas a Thomasserio cap. 112. [Computus ann. 1202. apud D. Brussel tom. 2. de Feudorum usu ad calcem pag. cliv. col. 1 : De III<sup>ix</sup>. Teisis muri levandis xxviii. l. De xl. Teisis de aperticio xxviii. l.] Tabularium Fossatense : *Abbas convenit cum granchiaro de una domo ibidem facienda, quæ habebit 8. Taisias longitudinis, et 3. pignacula**



et solarium per totam, etc. Libertates villæ Gagiacensis in Ducatu Burgundiæ ann. 1266. apud Perardum: Pro qualibet Teysa cujuslibet domus dictæ villæ, nos et successores nostri habere debemus 4. denarios Viennenses censuales, solvendo annuatim in festo B. Michaëlis, ex illa parte videlicet in qua est ingressus principalis, et egressus. Idem ferme habetur in Chartis libertatum villæ Baugiaci ann. 1250. et Jasseronis ann. 1283. apud Guichenonum in Hist. Sebusiana pag. 63. 106. ex quibus constat, non nuperam esse præstationem, quam nostri vocant le Toisé des maisons. Vide Tensa. [Charta Ludovici Regis Franc. ann. 1228. apud Fantonom Hist. Avenion. tom. 1. pag. 140: Donec... de muris Tolosanis dirutum sit usque ad iugentatas Taysias rapinales. Statuta Montis-regalis pag. 275: Quilibet textor et textrix debeant habere Teisam ordinatam orditoriam, ad quam textitur pannus, ita magnam sicuti est illa consueta, duodecim palmorum. Le Roman d'Athis MS:

Lui a le bon fer tranchant mis,  
Et la lance une Tesée  
Lui a parmy le corps passée.]

Non una est Teisæ longitudo variis in locis. Parisiensis est sex pedum, Lugdunensis vero est septem pedum cum dimidio, ut et Bellijocensis; quare emendandum est quod ait Cangius in Peda 2. ex Charta Humberti D. Bellijoci ann. 1233. Teisa qua utuntur fabri lignarii et silvarum mensores quinque pedum est cum dimidio, etc.

**TEITHI.** Menstrua mulierum, vox Wallica, in Legibus Hoëli Boni cap. 13. [Teithi Cambro-Britanni est Pretium, ex Johanne Davies et Boxhornio.]

¶ 1. **TELA**, pro *Telum*, Jaculum, spiculum. Ordo ad Ecclesiam dedicandam ex Missali MS. annorum 900. apud Marten. tom. 3. de Antiq. Eccl. Ritibus pag. 245: Adversus omnem *Telam* et jacalam inimici. Hinc confirmatur Baluzii conjectura in Notis ad Capitularia tom. 2. col. 1015. ubi ait, videri nostros *telam* dixisse pro *telo*, ex eo quod in omnibus exemplaribus Legibus Bajwar. ut et in Editione Basileensi *Telarum* genus legatur tit. 3. cap. 8. § 1. pro *Telorum* genus, ut edidere Tilius et Lindenbrogius.

\* 2. **TELA**, Panni seu telæ latitudo, Gall. *Lé*, alias *Toille*. Invent. ann. 1476. ex Tabul. Flamar.: *Unum lectum... cum duobus linteaminibus duarum Telarum*. Infra: *Unum linteamen novum fili stoparum duarum Telarum*. *Deux paires de draps de trois toilles*, in Testam. Isabellæ Davaagour comit. Thoarcii ann. 1400. ex Bibl. reg.

\* **TELE-PES**, ἰσπρους, in Gloss. Græc. Lat. Vide supra *Pedestella*.

¶ **TELARE**, *Longare, differre; sed non est in usu: inde Protelare, distendere, prolongare, differre*. Ita Jo. de Janua. *Telare* legitur in Gemma; *Protelare* vero in locis suo loco indicatis. Vide *Telarium* 1.

\* **TELARIS**, E tela confectus, Gall. *De toile*. Stat. eccl. Tull. MSS. ann. 1497. fol. 30. r.º: *Magna crux portetur a matriculario presbitero cum velo impendente, in rochetto Telari strictis manicis, discalceato seu nudis pedibus.*

1. **TELARIUM**. Ceremoniale Episc. lib. 1. cap. 2: *Eqæ (pallia) sectis quadratisque lignis manita, quæ Telaria vocant, ne rugosa aut sinuosa... conspiciantur*. Forte *Telaria*.

¶ Lignum esse videtur cui affiguntur telæ, vel pallia seu aulæ altaris, Gall. *Contretable*. *Telare* dicitur in Ceremoniali Monastico Congregat. S. Mauri pag. 591: *Si fieri potest, Telari ligneo affigatur extente (pallium altaris): sed illa cautio adhibeatur in Telaris assereculo superiore, ut ejus angulus inferior cui pallium adhæret, omnino recidatur*.

¶ 2. **TELARIUM**, *Instrumentum texendi*, Johanni de Janua: *Mestier, ou instrument à tixtre*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. MSS. Statuta Vercell. lib. 4. fol. 85. vº: *Item quod aliquis testor non debeat lixare telas, mantilia vel toalias super gladio, garteria seu re aliqua super Telario, etc.* Eadem, ut videtur, notione Concilium Compostell. ann. 1031. cap. 5: *Interdicimus ut nullus Christianus auguria et incantationes faciat, nec lunæ proserina, nec animalia immunda, nec mulierculas ad Telaria suspendere*. Hinc emendandam existimo aliam Synodum Compostell. ann. 1056. cap. 5: *Iterum interdicimus omnes Christianos auguria et incantationes et lunæ proserina, nec ad animalia domanda, nec mulierculas ad telas alia suspendere, quia omnia cuncta idololatria est*. Ubi *Telaria* legendum videtur; tametsi *telas* non male legatur: *tela* quippe non tantum dicitur opus quod textitur, sed etiam instrumentum ipsum, ut apud Virgil. Georg. 1. 285. et Ovid. Met. 6. 576. Superstitionis genus hic subindicatur.

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Telayron, Prov. collum, insubulus. Teliar, Prov. Telarium. Teillier, pro Textoris officina, in Lit. remiss. ann. 1418. ex Reg. 170. Chartoph. reg. ch. 233: Le suppliant ouvrant et faisant son mestier de tisserant en son Teillier ou ouvrour, etc.*

¶ **TELARIUS**, Qui facit aut vendit telam; item et tela confectus: *Toillier ou de toile*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. MSS. *Gillebertus Telarius*, memoratur in vet. Charta apud Th. Madox Formul. Anglic. pag. 115. Nostri *Toiliere* vocant linteariam mercatricem.

\* Nostri *Teliar* et *Tellier*, cujus artificium *Telerie* appellatur, in Lit. remiss. ann. 1409. ex Reg. 163. Chartoph. reg. ch. 378: *Raoul le pareur ouvrier du mestier de Telerie en telles, de la paroisse de S. Germain de Talemende, en la vicomté de Vire, etc.* Aliæ ann. 1377, in Reg. 111. ch. 309: *Icellu Denaing just alez boire en une taverne de cervoise en ladite ville de Valenchiennes avec un Tellier de toiles, pour à lui marchander de toiles tistre. Colin du Certain Tellier de toilles*, in aliis Lit. ann. 1372. ex Reg. 103. ch. 233. *Telerons*, in Chartul. Latiniac. fol. 240. vº: *Ly Telerons, die quo vendit, ob.... Ly ferons, ob.*

**TELARIUS CERVUS**, Domesticus, mansuetus. Vide *Extelarins*.

\* **TELATA**, Suffisio vel cataracta oculi, Gall. *Taye*, ut interpretantur docti Editores ad Mirac. B. Ant. Ripol. tom. 6. Aug. pag. 538. col. 2: *Jam erat (oculus)*

*totus coopertus de tela, et magnam Telatam habebat super eo, nec de eo jam pluribus diebus non poterat videre.*

¶ **TELAX**, pro *Talax*. Vide in hac voce.

¶ **TELEONUM**, pro *Teloneum*. Vide *Telon*.

**TELEOPORPHYRUS**, Totus ex purpura, ex Gr. τελεοπορφυρος. Charta donationis Ecclesiæ Cornutiæ factæ, edita a Suarcio: *Item mafortem e Teleoporphyro tramoserium opus maximum.*

¶ **TELERIA**, f. Officina ubi tela textitur. Constitutiones Cluniac. MSS: *Nullus monachus infra bannos exemptionis nostre comedat aut bibat, aut de die ac nocte jaceat... videlicet in grangia helemosinarii, vacheria, Teleria.*

¶ **TELES**, pro *Talis*. Charta ann. 1143. in Probat. novæ Hist. Occitanæ tom. 2. col. 500: *Ipse Comes debet dare lx. millia solidorum Melgorum ipsi Rogerio, et pro ipsis debet mittere temtores, et debet habere Telem Sicardum, ut juret ipsi Rogerio castellum de Avinione et Castrum-novum, sicut olim factum fuit patri suo Bernardo Atoni Vicecomiti.*

\* **TELHA**, f. *Imbrex*, Gall. *Echinée*. Charta ann. 1316. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 502: *Quarta parte unius Telhæ porci sex denariis*. Vide infra *Tilia* 2.

\* **TELHONUS**, ad *Tiltam* pertinens, funis ex cortice tiliacæ, quam *Tille* vocant. Comput. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 261. col. 1: *Solvit Francisco Dohati peyrerio, qui fecit quoddam perforamen in primo archo portalis Predicatorum, pro affixiando ibidem quoddam crocum ferreum, causa ibidem inligandum funem canapis Tilihonæ, pro juvenine del contrapes pontis levadis dicti portalis*. Comput. eccl. Paris. ann. circ. 1381. ex Bibl. S. Gerin. Prat.: *Pro una ligatura de Teil pro stipa pressorii, quatoor solidos*. Usi fasciculus corticis tiliacæ intelligi videtur.

\* *Tellenan*, Ludi genus apud nostrates. Lit. remiss. ann. 1481. in Reg. 206. Chartoph. reg. ch. 747: *Après qu'ilz orent souppé se mirent à jouer au Telleman.*

**TELIA**, Modus agri, aut vineæ. Tabularium Prioratus de Paredo in Ducatu Burgundiæ fol. 9: *Dedit Deo et huic loco campum unum, quem appellant unam Teliam in villa Deprise al Moncel, etc.* Fol. 13: *Quidam homo nomine Galannus dedit Deo et huic loco in villa Volauro unam Teliam mediam, quæ est subtus Capella S. Sulptitii*. Fol. 25: *Item terræ portionem... quam dicunt Teliam*. Item aliam *Teliam* in mediis combas, semita per medium eunte. Fol. 53: *In eadem villa duas Telias de terra, quæ sitæ sunt juxta 2. vias etc.* Charta Prioratus Bellævallis in Comitatu Vaudanimontis ann. 1566: *Item une Theille de prey au ban dudît Gelaucourt*. Passim ibi. [\*\* Vide Rectitud. singul. person. ed. Leo pag. 57. et supra *Celga*.]

**TELIA** scribitur in Tabulario S. Cyrici Nivernensis ch. 17: *In alio vero loco concedimus illis quinque Tilias de vinea.*

¶ **TELLENEUS**. Vide in *Telon*.

\*\* **TELLEUS**, Terreus, terrester. Virgil. Grammat. pag. 97: *Sapientia biformis est, aerea Telleaque, hoc est humilis et sublimis*. Occurrit alibi apud eundem.



**TELLIGRAPHA** dicuntur, quæ aliis *Documenta*, seu instrumenta chartarum, Anglis *Evidentiæ*, quod rem evidentem reddant. Ex Saxonicis forte tellan, dicere, loqui, narrare. Concilium Cloveshoviense ann. 800 : *Tandem Cenulfus Rex sera ductus penitentia, Telligrapha, id est libellos, quos a supradictis hominibus Vriheh et Osberto injuste perceperat, cum magna pecunia Ecclesie Christi in Dorobernia remisit.* Concilium Celichytense ann. 816. cap. 6 : *Tamen serventur libri primordiales cum aliis Telligrafis, ne in posterum aliquod scrupulum contradictionis immittere conentur.*

\* Felicius, ut videtur, Auctores novi Tract. diplom. tom. 1. pag. 411. vocis originem accersunt a Lat. *Tellus* et Gr. *γράφειν*. Et quidem Th. *Madox* in Formul. Anglic. pag. 11. *Telligraphum*, idem sonat quod *Libellus de terra*, in quo terræ limites describuntur. [\* *Telligraphus* apud eund. *Madox* pag. 174. num. 283. forte a *τέλος*, ἔρος, *Lines*, *fnis*, ut est in Gloss. Gr. Lat.]

† **TELLO**, **TELLONEUS**. Vide *Telon*.

† **TELLUMO**, Deus telluris; apud S. Augustinum lib. 7. de Civitate Dei cap. 23.

† **TELLURUS**, Idem qui *Tellumo*, Martiano Capella lib. 1.

† **TELLUSTRIS**, Terrens, terrenus. Martiano Capella lib. 7 : *Nonnulli Tellustres silvicoleque divi. Quidam legunt Teruristres.*

\* **TELO**, Locus ubi vectigal, quod *Teloneum* appellatur, exigitur, ipsomet tributum. Bulla Alex. III. PP. ann. 1177 : *Apud Pravinum, domus et elemosyna nobilis viri comitis Henrici, in Telones telarum prope burgensium vicium.* Charta Petri de Corbolio archiep. Senon. ann. 1202 : *Super Telones telarum, quæ venduntur Pravinum in parvo alodio, etc.* Vide mox *Telon*.

**TELOCIUM**. S. Audoenus lib. 2. Vita S. Eligii cap. 57 : *Tandem ingenio reperto aptaverunt ex fustibus quoddam Telocium, ea scilicet ratione, ut si ad præcedentem scmittere tentaret, posterior eum retrosum attraheret, etc.* Mox *Telocium* scribitur. Sed videtur legendum *Telonium*. Uguccio : *Telon Græce dicitur longam, unde telo, onis. Telonem hortolani vocant lignum, quo hauriuntur aquæ, Hispani Ciconiam dicunt. Ita etiam Papias. [Isid. lib. ult. Orig. cap. 15. habet : Telonem hortolani vocant lignum longum, quo hauriunt aquas; et dicitur Telon a longitudine; τὸνδ (τῆλε) enim Græce dicitur quicquid longum est. Ubi Vossius lib. 3. de Vitiis serm. cap. 53. legit Tolonem et Tolo ex optima notæ Codice MS.] Vide supra *Ciconia* et *Tollenum*.*

**TELON**, **TELONEUM**, **TOLL**, **TOLNETUM**, etc. : *Tributum de mercibus marinis circa litus acceptum*, Uguccio. Glossæ vet. : *Teloneum, quasi omnium littorum fiscalis conductio.* Ita emendandum [pro *Telonem quasi omnium littorum*] apud Isid. in Gloss. ex Gr. *τέλος*, et *τελώνιον*. Hesychius : *Τέλος, τὸ καταβάλλόμενον τοῖς τελώναις.* Glossæ vet. : *Portorium, τελωνεῖον. Portitor, τελώνης. Nicephorus Xanthopulus in Synaxario Dominice publicani : Τελώνης δὲ ἐστὶν ὁ τὰ τέλη ἀπὸ τῶν ἀρχόντων λαμβάνων, καὶ δι' ἀκραν ἀδικίαν νόσιμος, καὶ παρακροδαίνων ἐντέθεν.*

**TELONEUM**, **TELONIUM**, vox passim obvia.

\* **TELONEUM DE TERRA vel de Plumis**,

in Charta Phil. comit. Fland. ann. 1163. pro incolis Novi-oppidi, nunc Novi-portus, ex Chartul. 1. Fland. in Cam. Comput. Insul. ch. 325 : *Concessi etiam oppidanis meis de Novo oppido, quod quicunque ibi manserit ab omni Theloneo, nisi sit de terra vel de plumis, liber erit.* Thounier, inter Redit. comitat. Namurc. ann. 1289. ex Reg. ejusd. Cam. sign. *Le papier aux ayselles fol. 73. 1<sup>o</sup> : Encor i a li cuens le Thounier de le merchenerie, ki vat par an vj. lib. et x. sols..... Encor i a li cuens le Thounier de le nouvelle scoherie.*

† **TELONEATUS**. Concilium Sanctonense ann. 1095. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 123 : *Si mercatores transierint per istam terram, et non reddiderint pedagium et Teloneatum, etc.*

† **TELONUM**, in Bulla Frederici Imp. ann. 1157. in Instrum. Gall. Christ. novæ edit. tom. 4. col. 17.

† **TALLONARIUM**. Charta Lotharii Imp. tom. 5. SS. Junii pag. 485 : *Cum ritributibus, Tallonariis, quatisoniis, etc.* In Confirmatione ejusd. Chartæ legitur ibidem : *Cam... ripariibus, portubus, ripis, Teloneis, quartisinis, etc.*

† **TAULAGIUM**, Gall. *Tonlieu*. Literæ Philippi Pulchri Franc. Reg. ann. 1291. tom. 4. Ordin. pag. 23 : *Quilibet mercator extraneus habens trossellum vel plures trossellos in dictis nundinis, pro introitu et exitu et Taulagio et pro leuda det quatuor denarios Tolosanos. [\* Vide hanc vocem suo loco.] Atque ita legendum esse omnino videtur pro*

† **TANLAGIUM**, in Statutis Edwardi I. Regis Angliæ apud Rymer. tom. 2. pag. 262 : *Quilibet mercator extraneus, qui habeat trossellos multos et trocellum in dictis nundinis, dabit nobis pro intrago et exitu et Tanlagio et pro leuda 4. denarios.*

† **TELLENEUS**, in Charta ann. 692. apud Felibianum Hist. San-Dionys. pag. xii.

† **TELONEUS**, in Capitulari ann. 779. cap. 18. apud Miræum tom. 1. pag. 241. et alibi.

**TELONEUS** cum aspiratione post T. Capitula ad Leg. Salicam cap. 1. § 18 : *Theloneus aut census non exigitur a quolibet, etc.* Speculum Saxonicum lib. 2. art. 27. § 1 : *Valvarum, pontium, sive aquarum Thelonium. §. 2. Theloneum forense, quod ex foro exsolvitur.*

† **THELONEAGIUM**, in Charta ann. 1233. cujus locus exstat in *Timonagium* post *Temonaticum*. Passim etiam

**THELONEUM**, in Capitulari Caroli M. lib. 2. cap. 19. lib. 3. cap. 12. 54. lib. 4. cap. 31. [et alibi non semel.] Unde nostrum *Tonlieu*.

**TOLLONIUM**, pro *Telonium*, in Monast. Anglic. tom. 2. pag. 190 : *Ut nec Tollonium, nec stallagium reddant.*

**TELON**. Simeon Dunelmensis ann. 884 : *Marinus Papa scholam Saxonum in Roma morantium... ab omni tributo et Telone liberavit.* Vide eumd. ann. 1031.

**THELON**. Papias : *Thelon, Græce et Latine vectigal interpretatur.* Florentius Wigorn. ann. 1041 : *Ut Scholam Anglorum ab omni tributo et Thelone liberaret impetravit.*

**TELLO**, **TELLONEUS**, apud Chrodegan-

gum in Regula Canonicorum Metensium cap. 29.

† **TELONARIUM**. Diploma Caroli M. in Instrum. novæ Gall. Chr. tom. 2. col. 179 : *Ita ut nullus ecclesiasticus... gadium, nec Telonarium, nec aliquam justitiam per vim exsolvet.* Adde Chronicon Danduli apud Murator. tom. 2. col. 190.

† **THELONEUM**, in Chartulario S. Viuentii Cenomanensis fol. 19.

† **THEOLONIA**, fem. gener. in Literis Edwardi I. apud Rymer. tom. 2. pag. 293.

† **THEOLONIUM**, apud eumd. Rymer. tom. 2. pag. 918. tom. 8. pag. 2. tom. 11. pag. 732. et in Actis SS. Aprilis tom. 2. pag. 705. col. 2.

† **THEUNARIUM**, Eadem notione, si tamen lectio sana est. Charta ann. 1242. e Tabulario S. Nicasii Rem. : *Quos xx. solidos dicte capelle annuatim in perpetuum in Theunario fori contuli percipiendos.*

† **TOLENEUM**, in Charta Berengarii Regis ann. 950. apud Ughell. tom. 2. Ital. Sacræ col. 104. edit. 1717.

† **TOLONEUM**, in Chronico Farsensi apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 441. *Toloneum vini*, apud Rolandinum Patavinum lib. 7. cap. 2. tom. 8. ejusd. Murator. col. 272. ubi Codices Estens. et Ambros. habent *Toloneum*.

\*\* **TELONICUM TRANSITUS**. Chart. Carol. IV. Imperat. ann. 1356. apud Haltaus. Glossar. German. col. 246. voce *Durchzoll* : *Sicut... habere et possidere noscuntur [jns] Thelonici transitus, quod vulgariter Durchzoll dicitur.*

**TELONEUM**, Locus, in quo *telonearius* suas ex teloneis coactas pecunias asservat. Liber de Miraculis et transitu S. Nicolai Myrens. : *Erat autem ipse telonearius. Quandam autem die posuit ipsam iconam ante Teloneum suum, ubi erant omnia, quæcumque habeat, aurum et argentum, vel vestes, etc.* Occurrit ibi non semel. Papias : *Teloneum, dicitur ubi merces navium, et nautarum emolumenta redduntur : ibi enim vectigalis exactor sedet, pretium rebus impositurus, et voce a mercatoribus flagitans. [\* Eadem leguntur in Glossis Bibliæ MSS. anonymi ex Bibliotheca regia.] \*\* Ex Isidori Originibus lib. 15. cap. 2. sect. 45.]*

**TELONARIUS**, **TELONEARIUS**, Portitor, τελώνης. W. Brito : *Telonearius dicitur, qui exigit tributum.* Glossarium Lat. Gall. : *Telonarius, Changeur, ou qui recoit truage.*

[Aliud Sangerman. MS : *Telonarius, Changeur, vel qui exigit tributum.*] Lex 3. Cod. Theod. de Indulg. debit (11, 28.) : *Conductores diversorum portuum et vectigalium, publicani etiam ac Telonarii, etc.* Concilium Matiscon. I. cap. 13 : *Ne Judæi Christianis populis judices deputentur, aut Telonarii esse permittantur.* Adrevaldus lib. 1. de Mirac. S. Benedicti cap. 19 : *Ad urbem pervenit Aurelianum, ibique a Telonariis civitatis detenta, (nave) rector navis, vectigalis gratia, quæstioni subjecit.* Matth. Paris. ann. 1247 : *Frates Minores et Prædicatores, quos, ut credimus, invitos jam suos fecit dominus Papa, non sine Ordinis eorum lesione et scandalo, Telonearios et bedellos.* Occurrit præterea in Lege Wisigoth. lib. 11. tit. 3. § 2. in Legibus Ladislai Regis Hungar. lib. 2. cap. 7. [in Epistola



Zosimi PP. in *Temo* 2. laudata, in Charta Chlodovei tom. 1. Maceriar. Insulæ Barbaræ pag. 35. in Capitulari de Villis Caroli M. cap. 10. etc. Statuta pro vendentibus pisces marinos ann. 1320. art. 4. apud de Lauriere tom. 2. Ordin. Reg. pag. 579 : *Li Tonloiers des hules de Paris ne peult, ne doit rien louer hors des couvertures des halles au poisson.* Magnum Tabularium Corbeïense : *Item tous les Tonlius des denrées c'on vent et ucate à Corbie est siens, (à l'Abbé) car il est Tonloiers de ledite ville.* Ubi *Telonarius* dicitur is, ad quem *teloneum* ipsum pertinet, [Toulaiër vero *Telonei* exactor, dicitur in Regesto laudato v. *Oiancia*, ut et *Toulé*, ipsum *Teloneum*.]

**THELONITARIUS**, vel *Thelonarius*, etc. in Legibus Colomani Regis Hungariæ lib. 1. extremo : *Egressuri de Hungaria Thelonariis tam Regis, quam Comitibus, qui exitus tenent, sigillum querant pro Thelonitariis, quod Theolonitariis Regis ab una parte cum sigillo comprimat, ab altera parte Theolonarius figurum Comitibus sui concludat.* In Glossis Græc. Lat. lego τελωνιον, *vectigal, telonatum, mancipatum.* Ita cod. MS. [Rursus memorantur *Thelonarii* in Litteris Sigismundi Regis Rom. apud Marten. tom. 8. Ampl. Collect. col. 12. *Thelonearii*, in Privilegio Leduini Abb. S. Vedasti Atrebat. ann. 1036. e Chartulario V. ejusd. Monasterii pag. 243.]

\* **TOLONEARIUS**, *Thelonei* exactor. Pact. inter Odon. episc. Paris. et Joan. abb. S. Genov. ann. 1202. inter Instr. tom. 7. Gall. Christ. col. 227 : *Extra septa canonicorum sex servitores, scilicet tres ensuerii abbatibus, unus serviens capicerii, unus clausurarius vinearum, unus Tolonearius.* Vita J. C. MS :

Chil Mahieus estoit Tonloiers.

† **THELONIATOR**, in Charta ann. 1565. apud Steycr. in Commentariis pro Historia Alberti II. Ducis Austriæ col. 426.

**TOLONEARIUS**, Dignitas Palatina apud Reges nostros, qui regni omnibus portitoribus præerat, et ab ipsis *Portoria* recipiebat. Hincmarus Remensis Opusc. 35 : *Non solum eorum querela, quorum causa usque ad alium tractatum diffinienda remansit; verum et quæ, ut dixi, in Domini Regis presentia electorum iudicium sententium diffinita fuerunt, sine Metropolitanis conscientia, sineque Canonico et Episcopali iudicio, per iudices seculares Helmigarium scilicet Mercati Palatii Tolonearium, et Flotharium ac Urstonem villarum Regiarum Majores refricarentur contra Canones, etc.* Cellotius in Concilio Dusiensi habet *Telonearium*. Vide Alcuinum Epist. 74.

**TOLL**, vel **TOLN**, **TOLONIUM**, Anglis *Toloneum*, ab eodem fonte, quo *Teloneum*; nostris *Tonlieu*. Proprie vero *Fleta* lib. 1. cap. 47. § 8. *est acquietantia telonii ubique in Regno.* Cowello, *regale privilegium, quo qui fruatur, innumis est a gabellis.* Willelm. Thorn : *Hoc est quod vos et homines vestri de toto homagio et servitio vestro sitis quieti in omnibus mercatis de Tolneto de rebus emptis et venditis.* Leges Edwardi Confess. cap. 24. [\* 22.] : *Thol, quod nos dicimus Tolonium, est scilicet quod habet libertatem vendendi et emendi in terra sua.* Atque hac notione usurpatur in Monastico Anglicano

tom. 1. pag. 15. 16. 156. tom. 2. pag. 190. 191. 300. apud Bractonum pag. 424. [Thomam *Madox* Formul. Anglic. pag. 47. etc. Chartularium Beccense : *Toll, estre quitte de turnus : c'est costume de marché.*] [\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 5. col. 659. voce *Zol*.]

† **TOOL**, **TOOLLUM**. Charta ann. 1165. apud Stephanotium tom. 5. Fragm. MSS : *Item predictæ Rochæ dedit Willelmus Marchio quidquid juris habebat in Tool prænominato Abbati cum hospitali, eo tamen tenore, quod quidquid modo est ibi, vel aliquo tempore, per Marchionem vel per alios ibi injuria Toolii acquisitum fuerit, hospitalis esse debeat, sive Parthenonis B. M. de Roia in Monte-ferrato.*

**THOLNEUM**, Eadem notione tom. 1. Monast. Anglic. pag. 767. [Locus exstat in *Blodwita*.]

† **TOLNEUM**, apud *Madox* Form. Angl. pag. 116.

† **TOLNEIUM**, in Charta Communiæ Compendii ann. 1186. apud Baluz. tom. 7. Miscell. pag. 315. in alia Lorriaci ann. 1187. apud Thomasser. in Biturig. pag. 394. alia ann. 1199. Ibid. pag. 416. alia ann. 1196. tom. 4. Ordin. Reg. Franc. pag. 63. ubi *Touleyum* legitur; in alia ann. 1235. e Chartulario B. Magdal. Castridun. et alibi passim.

\* **TONLEUM**, in Libert. Mailliaci ann. 1229. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 717. art. 26 : *Quicumque in foro Mailliaci sive in feria emerit aliquid vel vendiderit, et per oblivionem Tonleum suum retinuerit, etc.* *Tonneur*, eadem acceptione, vel pro *Tonlei* exactor, in Pacto ann. 1314. inter Guill. de Domnopenetra dom. S. Desid. et monach. de Spinosa valle, ex Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 579 : *Sus nostre Tonneur de saint Dister xxxix. livres de Tournois petiz, nonnoie coursable.*

† **TONLAIUM**, in Charta ann. 1258. apud Thomasserium in Consuetudinib. Bituric. pag. 156.

† **TONLIUM**, in Diplomate Ludovici Reg. Franc. ann. 1159. ex Archivo Floriacensi *Tonliu* vernacule in Tabulario Calensi pag. 171. *Tonnelieu*, in Litteris Caroli V. Reg. Franc. ann. 1370. tom. 5. Ordin. pag. 333. *Tonlin* ejusdem soni gratia usurpat le Roman de la Rose MS :

Cil qui sires est de la foire,  
Doit par tout prendre son Tonlin;  
Et qui ne put à un moulin, etc.

† **TONLERIUM**, in Litteris Philippi I. Franc. Reg. ann. 1106. tom. 4. Ordin. pag. 342.

† **TOLNEUM**, in Litteris Ludovici Jun. ann. 1138. apud D. Brussel tom. 1. de Feudorum usu pag. 507.

**TOLNETUM**, Idem quod *Teloneum*. Lexicon Cambro-Britannicum : *Toll*, telonium exigere. Vox vero *Tolnetum* occurrit non semel in Chartis Anglicis tom. 1. Monastici Anglicani pag. 156. 321. 322. 324. tom. 2. pag. 55. 190. 191. 349. etc. in *Fleta* lib. 1. cap. 38. § 7. etc. [apud Rynierum tom. 12. pag. 704. tom. 15. pag. 661. etc.]

**TOLETUM**, Eadem, ni fallor, notione, pro *Tolnetum*, in Charta Otonis III. Imperat. ann. 985. apud Maximilianum Hen-

ricum in Apologia pro Archiep. Colon. pag. 2 : *Tam in bonis quam Toletis.* Quæ verba pluries ibi occurrunt.

† **TEONNIUM**, Idem quod *Teloneum*, in Fragmento de Rebus Ludovici VII. Fr. Regis apud Duchesnum tom. 4. pag. 437. *Tonneu* et *Tonneu*, in Declaratione Gallica ann. 1383. apud D. Brussel tom. 2. de Feudor. usu pag. 757.

† **THELONEAGIUM**, *portagium, rotagium, minagium*, in Bulla Innocentii II. Papæ, e Tabulario S. Nicasii Remensis.

† **THELONEARIUM**, Eadem significatione, in Charta ann. 1087. inter Instrum. Gall. Chr. novæ edit. tom. 5. col. 325.

† **TUNLEIUM**. Charta ann. 1083. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 173 : *Dedi etiam eis pedagium et Tunleium de omnibus, quæ vendiderint vel emerint homines illorum stationarii in mansura sua de Chameriuco.* Ibid. col. 174 : *Reddiderunt... dimidium pedagium et dimidium Tunleium de hominibus suis manentibus in mansura sua et in pago suo de Chameriuco.* Alium locum vide in *Tinnulus*.

† **TELONUM**, Idem forte quod *Teloneum*. Vide locum supra in *Burjuratus*.

**TELOM** pro eo omni, quod hominum saluti nocere potest. Capitularia Caroli M. lib. 7. cap. 262. [\* 343.] : *Hi, qui ades aliquis villasque expoliaverint, effregerint, expugnaverint, si quidem id turba cum telis coacta fecerint, capite puniantur. Telorum autem appellatione, omnia, ex quibus saluti hominum noceri possit accipiuntur.* Vide Legem Bajwar. tit. 3. cap. 8. § 1. Caius in leg. Calvitur. D. de Verbor. signific. (fr. 233. § 2.) : *Telum vulgo quidem appellatur, quod ab arcu mittitur; sed unum omne significatur quod manu mittitur.*

**TELOM**, Dolor lateris, in Gloss. Saxon. Ælfrici, sticwerc, stic-adl. Papias [ex Isidoro lib. 4. Orig. cap. 6.] : *Telum, lateris dolor, a medicis dictum, quod dolore corpus transverberet veluti gladius.* Sereus Sammonicus de Medicina cap. 21 :

Est et vis morbi, quod telum commemoratur,  
Cum subito dolor insanus fuerit ineitus ictu.

Vide ibi Gabriel. Humelberg. et vocem *Ficta*.

† **TELOM AMICITIÆ**, Gallice *Trait d'amitié*, vel *d'ami*, Amice factum, si vera lectio est. Diploma Henrici Ducis Slesie ann. 1337. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 8 : *Cum magnificus princeps dominus Joannes Boemie Rex ac Lucemburgensis Comes... civitatem suam Glogoviam... motus Telo sinceræ amicitie pro vite nostræ temporibus donaverit, etc.* Sed videtur legendum esse *zelo sinceræ amicitie*.

**TELOWORC**, Opera, inquit Somnerus, ad certum numerum fructuaris imposita, dominorum terram scilicet seminandi, et similia, q. *tale works*, a *tale*, numerus, et *work*, opus. Will. Thorn. ann. 1364 : *Et debet quilibet swellinga arare 6. acras de Telworc, et 2. acras de swodleybon, et prædictas 6. acras seminare, etc.*

† **TEMELICI**, **TEMELLINI**. Vide *Thymele*.

**TEMERA**, pro *Temeraria*, in Libro manuali Dodanæ cap. 1. Vide *Agonizatorium*.

\* **TEMERARE** DONATIONEM, Violare,



infringere. Chartul. Celsinian. ch. 883 : *Si quis Temerare hanc donationem presumpserit, iram Dei omnipotentis incurrat.*

\* **NOSTRIS TEMER**, ut et Provincialibus, a Lat. Timere, pro *Craindre*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Temer, Pro. timere, formidare*. Lit. remiss. ann. 1456. in Reg. 187. Chartoph. reg. ch. 198 : *Jehan Bourdin dist aux autres bergiers : Me Temez vous point? qui estoit à entendre selon le langage du pays (Bourbonnois) s'ilz le craignoient point.*

\* **TEMERARITAS**, *Folie*. *Temeritas*, idem. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Aliud ex Cod. 521 : *Temerarius, Afolé Gallice.*

\* **TEMERATIVE**, Temere. Bulla Joan. VIII. PP. ex Tabul. S. Gauger. Camerac. : *Denique censum ut nullus regum deinceps, abbatum vel aliorum utriusque ordinis vir potestative seu Temerative in præfato monasterio mansiones dare aut accipere præsumat.*

\* **TEMERATUM**, Panis ampli frustum, Gall. *Chanteau*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521 : *Temeratum, ti, Chantel de pain, Gallice.*

† **TEMERIDITAS**, pro *Temeritas*, vitiosa temporum scribendi et loquendi ratione, in Privilegio Agiradi Episc. Carnot. ann. 696. apud Felibianum Hist. San-Dionys. pag. xvii.

**TEMETURA**, *Ebrietas*,  $\mu\epsilon\theta\eta$ , in Glossis Græco-Latinis MSS. ubi editæ *Tremetura* perperam habent, ex *temetum*.

\*\* **TEMETOLENTUS**, Temulentus, apud Luidpr. lib. 1. cap. 41 : *Temetolenti post nonnulla inutilia tragodimata, id est cantiones, somno sese dedere, stertere.*

\* **TEMITA**. Steph. de Infestura MS. de Bello inter Sixtum IV. PP. et reg. Ferdinand. ann. 1482 : *Bona Ecclesie fuerunt divisa inter prænominatos cardinales, de quibus hic non habetur memoria, et abstulerunt unam Temitam Sancti Spiritus, et deederunt eam.*

\* **TEMNICULARE**, Dicitur de eo qui temulentus est. *Temniculas, nutrix*, in Comæd. sine nomine act. 3. sc. 2. ex Cod. reg. 8163. Vide *Temetura*.

† 1. **TEMO**, Italis, Navis gubernaculum, Gall. *Timon*. Annales Genuens. ann. 1195. apud Murator. tom. 6. col. 373 : *Descenderunt in barchis et Temones dimiserunt in mari. Et ad ann. 1207. col. 395 : Projectis antennis Temonibusque fractis vix evaserunt.* Rursum occurrit in Vita S. Raynerii, tom. 3. Junii pag. 465. Hinc

† **TEMONARI**, Qui attendunt ad temones, et dirigunt navem rectam, per quam viam debent, in Glossis Francisci Barberini in suum Poema inscriptum. Documenti d'Amore edit. Ubaldini.

† **THEMONARIA**, Gubernaculum, vel gubernaculi manubrium. Statuta Massil. lib. 4. cap. 15 : *Si forte contingeret, quod arbor navis... vel themo, vel Themonaria, vel antennæ, vel aliud simile rumpetur, etc.*

† **THIMONUS**, Simili notione. Eadem Statuta lib. 6. cap. 33 : *Dominus vel patronus ligni vel barchæ duorum Thimonorum vel capoli, etc. Dominus vel patronus barchæ minoris duorum Thimonorum, etc.*

† **TYMONUS**, Barchia de palla aut de

*Tymono bayonesto*, in Schedis D. Le Fourrier ann. 1368.

2. **TEMO**, **TEMONARI**, voces, quæ non semel occurrunt in Cod. Theodosiano. Sunt autem *Temonarii*, quibus aurum tironum, id est aderatio et pretium tironum solvebatur : qui pretium, pecuniamque vice tironum exigebant, quippe ad præbitionem tironum provinciales tenebantur. *Temonariorum* porro munus inter vilia munerum vulgo reponitur, quod *Temonaria functio*, *Temonis onus*, *Necessitas*, *Injuria*, dicitur in eodem Codice, locis a Jacobo Gothofredo indicatis, ad leg. 7. de Tironibus (7,13.), qui de vocis etymo conjecturam suam profert. Passio S. Maximiliani : *Idem dixit : Fabius Victor Temonarius est constitutus cum Valeriano Quintiano Præposito Cæsarensi, cum bono Timone Maximiliano filio Victoris.* [Zosimus PP. in Epistola ad Episcopos provinciæ Byzacenæ ann. 418. ubi de Episcopo, quem hujuscemodi vectigalium redemptorem fuisse probabilissimum est : *Adde quod teloniarum sive Temonariorum etiam nomen inseritur, et judicium in Episcopum ab hac congregatione (laicorum) collegitur. Sedent publicani homines et auditur Episcopus, et talibus quid fas non est facientibus vobis auditur.* Forte leg. et a talibus, quod fas non est, patientibus vobis auditur. Ita editio Coustantii ; in aliis *Demonariorum* habetur pro *Temonariorum.*]

† **TEMOLUS**, Piscis genus, Italis *Temolo*. Petrus Azarius de Bello Canepiciano apud Murator. tom. 16. col. 427 : *Pisces habent excellentissimos, et in magna copia, et præcipue trutas, et Temolos in quantitate valde grossos.*

† **TEMONARI**. Vide in *Temo* 1. et 2.

**TEMONATICUM**. Vide *Themonaticum*.

1. **TEMPE**, Montium angustiarum, *Clusuræ*, uti docuimus ad *Alexiandum* pag. 328. Basiliius de Exercit. Grammat. Moschopolus lib.  $\pi\epsilon\pi\iota$   $\sigma\chi\epsilon\delta\omega\upsilon$  : *Τέπος, τὸ τοῦ ὄρους κοίλωμα*. Diploma Premilh Marchionis Moraviae ann. 1235. apud Waddingum : *Cum omnibus appenditiis, pratts, pascuis, sylvis, agris, aquis, Tempe, et omnibus hujusmodi pertinentiis. Ubi Tempe sumitur pro pascuis in montium convallibus. Vide Alpes.*

\* 2. **TEMPE**, Pubes. Formul. MSS. ex Cod. reg. 7657. fol. 40. vº : *Ex quibus ictibus dictus talis percussus, vulneratus extitit quatuor ictibus, uno videlicet super Tempe seu pinchilichium prope inguinem de stoco, etc. Neque alia notione accipienda videtur vox Gallica *Temple*, in Lit. remiss. ann. 1395. ex Reg. 148. Chartoph. reg. ch. 319 : *Le suppliant prist un petit coaste et en feri ledit Moricet sur la Temple du ventre un cop tant seulement, dont six jours après mort s'en ensuy. Templé vero, dicitur de Morbo porcino, in Stat. ann. 1424. ex Reg. 173. ch. 118 : Item on ne pourra en la ville d'Evreux vendre chars de porc Templé, ne oint ne porc qui soit nourri de pousson d'uilliers.**

\* **TEMPELLUM**, diminut. a *Templum*, ædicula sacra. Georg. Cruger. tom. 2. Aug. pag. 523. col. 2 : *Circa Giczinium ultra magnam piscinam Tempellum desolatum verterunt in ovile hæretici.*

† **TEMPERACULUM**, Temperamentum. *Potus copiam ad sitis Temperacula mini-*

*strari*, in Actis sancti Procopii, tom. 2. Julii pag. 141.

† **TEMPERACULA FERRI**, apud Apul. in Floridis, Gallis nostris *Trempe*s, quibus nempe mixturis ferrum induratur. Vide *Temperare* 1.

† **TEMPERAMENTUM**, Temperatio, Gall. *Mélange*. Andr. Floriac. in Vita MS. S. Gauzlini Bituric. Archiepisc. lib. 1 : *Induce cementum imperat confici, unde paries totius templi cum Temperamento concrevit.*

\* **TEMPERAMENTUM MENSURARUM**, Illarum adequatio. Charta Guill. episc. Cenoman. ex Tabul. Major. Monast. : *Ita quod ipsi nec vicarii eorum aliquid haberent, ..... nec sanguinem, nec raptum mulieris, nec Temperamentum mensurarum, nec aliud aliquid juris.*

† **TEMPERANTES**, Qui cælibem vitam affectabant, Græcis  $\epsilon\gamma\kappa\alpha\tau\epsilon\upsilon\mu\epsilon\nu\omicron\iota$ , ut adnotat Gothofredus ad legem 20. tit. 2. lib. 16. Codicis Theod. Iidem sunt qui supra *Continentes*.

**TEMPERANTIÆ LIBELLUS**, Idem, qui *Libellus penitentiae*, de quo in voce *Libellus*. Epistola Synodica concilii Tricassini ann. 867 : *Convocavit ad se quosdam Episcopos, et eorum usus consilio, ut et ipse opprobrium vel periculum imminens de impetitis vel impetendis declinaret, et Sacerdotalis dignitas insultationem secularium devitaret, libellum Temperantiæ, juxta decreta Leonis PP. sicut tunc cautius invenire poterunt, dictavit... ac propria manu subscripsit.*

1. **TEMPERARE**, Diluere, Gallice *Tremper*. Lex Longob. lib. 1. tit. 3. § 4. [\*\* Roth. 139.] : *Si quis liber homo aut mulier venenum Temperaverit et alii ad bibendum dare voluerit, etc. Potionem veneficam Temperare, in Synodica Episc. Concilii Dusiacensis II. Concil. Coprinicæ cap. 33. de Clericis : Bene sibi vinum Temperent, nec ad bibendum quempiam excitent.* Synodus Nemaus. ann. 1284 : *Vinum sibi Temperent, et bene ac modeste se habeant.* Regula Trinitariorum cap. 3 : *Vinum sumendum a fratribus taliter Temperetur, ut sobrie sumi valeat.* Glossæ Lat. Gr. : [ *Temporatum*, ]  $\epsilon\upsilon\kappa\alpha\tau\omicron\nu$ ,  $\sigma\upsilon\gamma\kappa\epsilon\alpha\tau\omicron\nu$ ,  $\kappa\epsilon\alpha\tau\omicron\nu$ . [Rursus : *Temperatum*, ]  $\kappa\epsilon\alpha\tau\omicron\nu$ ,  $\kappa\epsilon\alpha\tau\omicron\nu$ . Adde Glossas Græc. Lat.] Vide *Distemperare*, et *Temperaculum*.

\* Alias *Temprer*, pro *Macerare*. Bestiar. MS. ubi de Magnete :

Mais chil qui dépechier la veulent,  
O maus de fer brisier la seulent,  
Quant en sanc de bouc est Temprée,  
En itel guise est esgrunée.

\* Hinc, ut videtur, *Trempoir*, qua voce intelligo *Disculuum*, in quo condimenta reponuntur ad intingendos cibos, Gall. *Tremper*. Froissart. in vol. 4. cap. 2 : *Il y avoit quatre pots d'or, six Trempoirs d'or et six plats d'or.*

2. **TEMPERARE**, Scalpere. *Temperat*,  $\gamma\lambda\acute{o}\phi\epsilon\iota$   $\kappa\alpha\lambda\alpha\mu\omicron\nu$ , in Gloss. Lat. Gr. [et Græc. Lat.]

3. **TEMPERARE**, Mature ire, [rem sapienter disponere.] In Statutis Leprosariæ S. Juliani in Anglia, in Additam. ad Matth. Paris pag. 168. habetur caput, de *Horis Temperandis*. Mox sequitur : *Mane campana pulsata ad horas Canonicas audiendas omnes surgant, etc. Mox : Illud mane sic Temperatur, ut nulli sit onerosum ; sed ad aisia-*



mentum omnium infirmorum, ut nullus possit se excusare, nisi graviore infirmitate fuerit detentus. Nescio an alia notione usurper lib. 1. Sacrament. Eccl. Romanæ cap. 43 : *Et sic Temperet, ut in Trinitatis numero Litaniæ fiant. Vide Horologium et Temperius.*

**TEMPERIUS**, pro Temporiis, cui opponitur *Serius*. Gloss. Gr. Lat. : *Temporius*, ἐπιμαρτυροῦν. *Temporia*, πρόσκαιρος. Ruricius Epist. 23. tom. 5. Antiq. Lect. Canisii : *Moneo ut crastino, quod erit quarta feria, Brive, Temperius tamen, mihi jejuniis occurras.* Flodoardus lib. 1. Hist. Rem. cap. 7 : *Ad cuius celebritatis vigiliis fratres Temporius exurgentes.* Utuntur S. Benedictus in Regula cap. 11. 48. Magister in Regula cap. 36. et 50. Guillelmus in Vita S. Bernardi lib. 1. cap. 5. Historia Translat. S. Sebastiani n. 70. Rupertus de Divin. Offic. lib. 10. cap. 26. Glaber Rodolphus lib. 5. cap. 1. Liber usum Cisterciensis Ord. cap. 68. etc. Apud quos interdum *Temporius* reperitur : qua usus voce Ovidius 14. Metamorph. :

..... Modo surgit eoo  
Temporius celo, modo serius incidit undis.

Columella lib. 9. cap. 4 : *Ante crepusculum gallinæ cibi spe Temporius ad officinam redeant.* Ordo Romanus : *Colligite vos Temporius ud Ecclesiam illum.* Utitur etiam Cæsarius serm. 12. Belgæ nostri *Tempore* dicunt : ita in Consuetud. Hannoniensi cap. 68. *Le Caton en Roman :*

Si le compere à Tempre, à tard.

Vetus Poëta MS. de Vulpe Coronato :

Que nouvelles doivent venir  
Temprement à court, etc.

\* **TEMPES**, Porticus, Gall. *Gallerie*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613 : *Tempes, laubia vulgo dicitur.*

¶ **TEMPESTA**, Italis, Grando. Chronicon Parmense ad ann. 1293. apud Murator. tom. 9. col. 825 : *Maxima tempesta fuit in episcopatu Cremonæ, et ita grossa ut una balla dicte tempeste ponderabat 111. libras.* Contractus Monialium Artacellæ ann. 1403. e Schedis Præsidis de Mazaugues : *Ipsæ dominæ teneantur, videlicet de guerrn, coisone, Tempesta et de omnibus casibus jure concessis.*

\* **Tempesta**, procella, Gall. *Tempête, orage, ouragan; Tempest*, eadem notione, in Charta Margar. comit. ann. 1274. in Chartul. 1. Fland. ex Cam. Comput. Insul. ch. 263 : *Nous leur devons respondre de kemun feu, de kemun fluct, de kemun Tempest, et de kemune wiere.* Contretempeste, in Lit. ann. 1360. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1473 : *Lesquelx mareschal et sire de Poyane furent destourbez sur leur passage de la mer pur Contretempeste de vent. Tempeste vero, pro Temps, saison, a Lat. Tempesta, legitur in Chron. S. Dion. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 132 : En cele Tempeste vindrent li Normant la seconde fois jusques à Paris, etc. Tempoire, eodem sensu, in iisd. Chron. ibid. tom. 3. pag. 157 : En ce Tempoire régnoit li enpereres Theodosies.*

\* **TEMPESTARE**, *Vexare, molestare, molestar, Prov.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. *Tempestare* Italis, et nostris, *Estre tempesté*, Tempestate, gran-

dine et imbre vastari. Charta ann. 1334. in Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 280 : *Pour cause de quatre de leur souffisuns maisons, qui ont esté toutes Tempestées en blez et en tous grainz.* Lit. remiss. ann. 1482. in Reg. 208. ch. 201 : *Les habitans de la parroisse de Bousse furent tellement battuz et Tempestez de ouraige de temps, etc.* Hinc *Tempeste* dicitur is, qui animo perturbatus, sui compos non est, in aliis Lit. ann. 1375. ex Reg. 107. ch. 34 : *Icelluï Jehan just tellement esmeuz, eschauffez et Tempestez, etc.* Italis, *Tempestoso*, eodem significatu.

**TEMPESTARII**, TEMPESTUARI, in Capitulari Aquisgran. ann. 789. cap. 93. in Capitul. 1. incerti anni. cap. 40. lib. 1. Capitul. cap. 62. et apud Cathwolphum in Epistola ad Carolum. *Qui tempestates et alia maleficia faciunt*, in Capitul. 2. ann. 805. cap. 25. qui νεφοδιώται, in Synodo Trullana can. 61. *Emissores tempestatum* in Pœnitentiali Theodori cap. 33. apud Spelm. tom. 1. Conc. Angl. seu immissores, ut habet Cumeanus Abbas lib. de Mensura Pœnitentiarum cap. 7. *Tempestatum immissores, qui quibusdam incantationibus grandines in vineas messesque mittere perhibentur*, in Lege Wisig. lib. 6. tit. 1. § 3. Capitularia Ludovici II. Addit. 2. cap. 18. de Maleficiis : *Ferunt, suis maleficiis aëra posse conturbare, et grandines immittere.* Anianus ad leg. 3. Cod. Th. de Malefic. (9, 16.) : *Malefici, vel incantatores, vel immissores tempestatum, vel qui per invocationem demonum mentes hominum turbant, omni genere pœnæ puniuntur.* Seneca lib. 4. Natur. Quæst. : *Rudis adhuc antiquitas credebat et nitrahi imbres cantibus, et repelli.* Ventis magos imperare, tempestates sedare, grandines et imbres ciere, testantur passim Poëtæ. Tibull. lib. 1 :

Quum libet, hæc tristi depellit nubila celo,  
Quum libet, æstivo convocat orbe nives.

Ovidius lib. 1. Amor. El. 8 :

Cum voluit, toto glomerantur nubila celo,  
Cum voluit, puro fulget in orbe dies.

Lucanus lib. 6 :

.... Legi non paruit æther :

Torpuet et præceps audit carmine mundus.

Mox :

Miratur non ire polum : nunc omnia compleat  
Imbribus, et calido producat nubila Phæbo,  
Et tonat ignaro cælum Jove.

Empedocles apud Laërtium pag. 329 :

Θήσεις δ' ἐξ ὀμβροῦ καλαίνου καίρου ἀγμὸν  
Ἀνθρώποις, θήσεις δ' ἐξ αἰγυμῶν θερέου  
Ρεῦματα δεινροῦρα, τὰ δ' ἐν θερεί ἀνήσαντα.

Agobardus Lugdun. lib. de Grandine et Tonitru, vanam hanc de *Tempestariis* sententiam pluribus suggillat. Vide Herardum Archiepisc. Turon. in Capitul. cap. 3. Burchard. Decret. lib. 10. c. 23. lib. 19. pag. 270. Ivon. Carnot. part. 11. c. 36. 53. Pœnitentiale Roman. tit. 6. c. 3. et 20. Bedam de Remediis Peccator. c. 7. Pirminium Abb. in excerpt. ex libris Canon. Delrium lib. 2. Disquisit. Magic. quæst. 11. Petrum de Valle tom. 2. Epist. 5. pag. 520. edit. Paris. etc. [\* Grimm. Mythol. Germ. pag. 365. et 615.]

\* **TEMPESTAS** EXTREMA appellatur Muleta seu pœna confiscationis, in Charta

ann. 1284. ex Reg. Cam. Comput. Paris. olim Bitur. fol. 99. r<sup>o</sup> : *Quod si aliquis hominum suorum..... tale crimen committeret, propter quod oporteret, de consuetudine vel de jure, extreme Tempestatum discrimini bona subijci condemnati, quod vulgariter incurmentum vel confiscatio appellatur, totum illud incurmentum et confiscatio ad dictum militem et successores suos perpetuo remaneat.*

**TEMPESTATIO**, pro *Temptatio*, seu *Tentatio* male legerunt Lud. de la Cerda, et Vossius apud Gregor. Turon. de Vitis Patrum c. 11. Sic enim præferunt aliæ editiones.

¶ **TEMPESTATUS**, Consersus. Acta S. Philippi Neri, tom. 6. Maii pag. 654 : *Inter alia autem simulacra Divorum argentea... præcipuum censetur S. Philippi, varis gemmis maximi valoris Tempestatum.* Italis *Tempestatto*, eadem notione.

¶ **TEMPESTE**, Aliquando. Miracula S. Vulfranii, tom. 3. Martii pag. 164 : *Sed tale quid natura Tempeste factum uspiam non agnovimus.*

¶ **TEMPESTIALIS FEBRIS**, f. Febris ardens, Gall. *Fievre chaude*, quæ quasi *tempestatum* excitat in laborante, qui sui compos non est cum talem febrem patitur. Miracula MSS. Urbani V. PP. : *Gravissimam infirmitatem et febrem Tempestialem patiebatur, etc.*

\* **TEMPESTIVE**, Impetuose, tempestatum instar, Italis, *Tempestosamente*. Lit. remiss. ann. 1364. in Reg. 96. Chartoph. reg. ch. 247 : *Ad hostium domus uxoritis Simonis Mercherii percussit, et valde inhoneste et Tempestive repercutit.* Aliæ ann. 1386. in Reg. 129. ch. 237 : *Præfatus reus ense evaginato crudeliter et Tempestive ad ipsum defunctum accessit.* Hinc *Tempestatif*, qui omnia commovet et perturbat, in aliis Lit. ann. 1480. ex Reg. 206. ch. 651 : *Pour ce que icellui Chrestien estoit très Tempestatif et faisoit grant bruit, etc.*

¶ **TEMPESTUARI**. Vide *Tempestarii*.

\* **TEMPESTUOSUM** TEMPESTUM, quomodo dicitur *Temps orangeux*, Seditionibus agitatum. Vita dom. Garnerii tom. 10. Collect. Histor. Franc. p. 382 : *Inminente denique hoc volubili et Tempestuoso tempore, etc.*

¶ **TEMPESTUS**, Tempestivus, opportunus, in Actis S. Petri Cælestini PP. tom. 4. Maii pag. 454. et tom. 3. Muratorii pag. 632. col. 2.

¶ **TEMPIERIUM**, Tigni species. Statuta Montis-regalis pag. 312 : *Item pro media dozana postium ligni soli. duos den. Item pro media dozana Tempieriorum soli. den. IIII. Item pro media dozenn gambociarum soli. den. sex.* Vide *Templarius*.

¶ **TEMPLACIUM**, Idem quod *Templum*, spiritali notione. Statuta Equitum Teuton. art. 30. apud Raim. Duellium lib. 2. Miscell. pag. 42 : *Legitur Salomonem templum Domini et omnin, quæ in ipso erant, auro texisse, et scuta aurea fabricasse; militiæ nostræ Templacio deerit decor... si caruerit charitatis auro.*

¶ **TEMPLALES OPES**, pro Temporales, mendose. Radulfus Cadom. de Gestis Tancredi apud Marten. tom. 3. Anecdod. col. 198 : *Quamvis opum adeptione Templalium præ cæteris abundet, etc.*



\* **TEMPLARES**, Templarii vel Templariorum domus. Bulla Adriani IV. PP. apud Cenc. inter Cens. eccl. Rom. : *Facient treugam, stratum, ecclesias, et hospitales, Templares, clericos et monachos se non offendere jurabunt.* Vide infra *Templioleæ*.


**TEMPLARII**. Templariorum Militum Ordo institutus anno 1118. Hierosolymis, ab Hugone de Paganis et Gaufrido de S. Aldemaro : horumque fuit primitus profectio, *ut vias et itinera, maxime ad salutem peregrinorum, contra latronum et incursantium insidias, pro viribus conservarent.* Cum autem novem annis post eorum institutionem in habitu fuissent seculari, in Concilio Trecensi data fuit eis Regula, et habitus assignatus, albus videlicet, de mandato Honorii II. PP. et Stephani Hierosolymitani Patriarchæ. Postmodum vero sub Eugenio PP. cruces de panno rubeo, ut inter cæteros essent notabiliores, assuere cœperunt, tam equites, quam eorum fratres inferiores, qui dicuntur *Servientes*. Atque hi, quoniam juxta Templum Domini in Palatio Regio mansionem habebant, *Fratres Militiæ Templi*, seu *Templarii* appellati. Hæc fere Willel. Tyrius lib. 12. c. 7. et ex eo Jacobus de Vitriaco in Hist. Hierosol. cap. 65. [et lib. 3. u. 10. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 276.] Sanntus lib. 3. part. 6. c. 14. part. 7. c. 3. Matth. Paris ann. 1118. Bromptonus pag. 1008. Hovedenus pag. 479. Henric. de Knyghton pag. 2382. etc. Adde Anselmum Havelbergensem lib. Dialogor. cap. 10. pag. 113.

\* *Qui Fratres militiæ Salomonis nuncupantur*, in Charta ann. 1177. ex Chartul. Campan. fol. 164. r<sup>o</sup>.

Verum hi, qui in institutionis suæ primordiis tanta vitæ sanctitate fulgebant, in superbiam intolerabilem postea delapsi, quam damnant non semel Scriptores, in primis Antistes Tyrius loco citato, Matth. Paris pag. 419. 529. 614. Bromptonus pag. 1279. Gervasius Dorobern. pag. 1365. et alii. Variis etiam subinde criminibus insinulati, Philippo Franciæ Rege procurante, comprehensi 13. Octob. ann. 1307. ac convicti, plerique vivi igne cremati sunt : tandemque in Concilio Viennensi a Clemente PP. V. ann. 1312. 3. April. Templariorum Ordo penitus abrogatus, eorumque bona Hospitalariis concessa. Totam hanc Historiam narrant Scriptores Ecclesiastici et Francici, atque in iis præsertim Puteanus, Bibliothecæ Regiæ Præfectus, peculiari edito in hanc rem Commentario.

In Anglia pariter uno eodemque die, hoc est 4. Idus Jan. ann. 1307. de mandato Clementis PP. ad instantiam Philippi Regis Franciæ comprehensi, deinde variis pœnis addicti, eorumque bona Hospitalariis pariter concessa. Rem recitant Thomas Stubbs in Actis Pontificum Eboracens. pag. 1730. Knyghton ann. 1307. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 512. 559. 560. 943. 944. 945. etc. Will. Brito lib. 4. Philipp. de Richardo Rege Angliæ :

Imperiale solum cultu Templariis intrat,  
Privato ut lectus habitu securior iret.

 Eodem anno idem Papa in virtute sanctæ obedientiæ injunxit Burghardo Archiepiscopo Magdeburgensi, ut omnes

*Templarios, in ejus territorio commorantes, capi faceret et detineri, propter certa crimina ipsiis imposta, uti narratur in Chronico Episcoporum Merseburg. apud Ludewig. tom. 4. Reliq. MSS. pag. 407.*

Templariorum Ordinis Magistorum Magistorum nudum utcumque catalogum, quos *Τεμπλομαστειρας* vocat Cinnamus lib. 4. cx Cartusiæ Villa-novana veteri codice pridem edidit Dion. Salvaingus Boissius. Nos etiam horum historicam seriem olim contexamus, quam ex Familiis nostris Hierosolymitanis, seu Ultramarinis, hic delibabimus, indicatis dumtaxat Scripturum locis, in quibus eorum mentio subinde occurrit, cum horum historiam hactenus nemo, opinor, attigerit.

\* **Magistorum** hujusce ordinis Magistorum catalogo, quem Cangius edidit, pauca adjicimus, cum data opera diligentius illum contexamus nobis per tempus non liceat. Id tantum lectorem monitum velim, provinciarum præfectos etiam *Magistri militiæ templi* titulo insignitos fuisse, provinciis quibus præerant interdum non designatis; quod pluribus errandi occasione præbuit. Sic Petrus de Roveira *Magister militiæ templi* laudatur inter testes Chartæ Raimundi comit. Barcin. ann. 1156. in Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 554. qui rursus *Magister militum templi* nuncupatur in alia ejusd. ann. ibid. col. 556. Eundem titulum potissime sibi attribuebant, qui Templariis cis mare superiores generales constituiebantur. Charta ann. 1184. ex Chartul. Guill. abb. S. Germ. Prat. fol. 210. v<sup>o</sup>. col. 2 : *Amio Dei gratia cis mare domus templi humilis Magister etc.* Sed et *Magister templi* inscribitur Magister ordinis S. Joan. Hierosol. in Charta ann. 1239. ex Bibl. reg. cot. 793 : *Frater B. Dei gratia sanctæ domus hospitalis Hierusalem magister humilis et pauperum Christi custos... Nos prædictus Magister Templi et alii omnes nobiles de regno Siritæ etc.*

Primus igitur Ordinis institutor fuit

**HUGO DE PAGANIS**, seu de *Payens*, patria Trecensis, qui Concilio Trecensi interfuit ann. 1127. et in Syriam et Gallia rediit ann. 1130. de quo agunt Præfatio ad Regul. Templarior. S. Bernardus in Exhortat. ad Milites Templi, Guill. Tyr. lib. 12. c. 7. lib. 13. c. 26. Robertus de Monte ann. 1128. Jacob. de Vitriaco l. 1. c. 65. Sanut. l. 3. part. 6. c. 14. part. 7. c. 3. Roger. Hoved. pag. 479. Henric. Huntindon. lib. 8. pag. 384. Bromptonus pag. 107. Vassorius in Annalib. Noviodun. pag. 877. Mon. Angl. tom. 2. pag. 517. 885. etc. Huic successit

**ROBERTUS**, cognomento *Burgundio*, Magnus Templi Magister, ann. 1140. 1147. de quo agunt Tyrius lib. 15. cap. 6. lib. 17. c. 1. Gesta Ludovici VII. c. 18. Diagus in Comitib. Barcinon. lib. 2. c. 145. 146. natales vero ac ejus familiam, quæ Credonensium dominorum apud Andes fuit, attigerunt Duchesnius in Histor. Burgund. lib. 4. c. 37. Augustin. *du Pas* in Familiis Armoricis pag. 748. Vide præterea S. Anselmum lib. 3. Epist. 66. Ordericum Vital. lib. 8. pag. 674. et Sammarthanos in Abbat. de Rota pag. 796.

**EBRARDUS**, vel **EVERARDUS DE BARRIS**,

eadem dignitate donatur apud Sugerium Epist. 50. S. Bernardum Epist. 362. Petrum Cluniac. lib. 6. Epist. 26. Odonem de Diogilo de Ludovici VII. Profect. in Orientem lib. 3. et 7. pag. 33. 67.

Hugo Magnus Templi Magister sub ann. 1151. nominatur in Privilegiis Ord. Hospitaliorum pag. 10.

**BERNARDUS DE TREMELAY**, Magnus Templi Magister, Ascalonensi obsidioni interfuit ann. 1153. ut narrat Tyrius lib. 17. c. 21. 27. a Saladino in prælio captus, Manuele Imperatore procurante, libertate donatur ann. 1157. ut docet Cinnamus lib. 4. n. 22. Familiæ de *Tremelay*, vel *Tremelley* in Sebusianis, meminit Guichenonus in Bibl. Sebusiana cent. 2. cap. 25.

**BERTRANDUS DE BLANCHEFORT**, Magnus Templi Magister ann. 1160. 1161. cujus complures leguntur Epistolæ ad Ludovicum VII. Regem Franc. in Gestis Dei per Francos pag. 1176. et tom. 4. Hist. Franc. pag. 692. 693. 694. 697. 698. 700. 702. Interfuit Christianorum cladi ad *Harenc* ann. 1165. in Gest. Dei pag. 1179. Vide tom. 4. Hist. Franc. pag. 701. et Tyrium lib. 20. cap. 5. Eadem tempestate vixit Gaufridus Fulcherius Domus Templi Hierosolymitanæ Præceptor, de quo agunt Joan. Sarisber. Epist. 275. tom. 4. Histor. Franc. pag. 695. 699. 701. 702. Ughellus tom. 3. pag. 465. et Vassorius pag. 903.

**ANDREAS**, Bernardi Domini Montisbarri et Hunbergæ filius, S. Bernardi Abbatis Clarevall. avunculus, Magnus Templi Magister ann. 1165. Hujus meminit idem Bernardus Epist. 288. et Gaufrid. lib. 1. de Vita ejusdem S. Bernardi cap. 4. § 11. lib. 3. c. 1. § 1. Vide Petrum Franc. Chiffletium in S. Bernardi genere asserto pag. 641. 644.

**PHILIPPUS** Neapolis in Syria Dominus, Miles Templi factus, ejusdem Ordinis Magnus Magister extitit : quam dignitatem postea dimisit, ante annum 1170. Vide Tyrium lib. 20. c. 24. lib. 22. c. 5. et Ughellum tom. 3. pag. 475. De ejus familia egimus in Familiis Hierosolymitanis. [\*Hic memoratur in Charta ann. 1169. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 908 : *Philippus militiæ templi Magister.*] Huic successit

**ODO** de S. **AMANDO**, primum Marescallus, deinde Buticularius Regni Hierosolymitani, qui abdicata rerum secularium cura, Miles Templi factus, ejusdem Ordinis Magnus Magister creatus est, quam dignitatem obtinebat ann. 1174. et 1175. Interfuit prælio, quo Balduinus IV. Saladinum ad Ramam fudit, in quo acriter pugnavit. Sed haud multo post ab eodem Saladino in Sidoniensi tractu captus, vitam in captivitate finivit. Will. Tyr. lib. 20. cap. 32. lib. 21. c. 22. 29. Radulphus de Diceto pag. 601. Robertus de Monte ann. 1180. Vide Patriarchium Bituric. c. 71.

**ARNOLDUS** de **TOROCIO**, Magnus Templi Magister ann. 1181. obiit ann. 1184. Will. Tyr. lib. 22. c. 7. Rigord. ann. 1184. Hovedenus. pag. 628. Monach. Altisiod. pag. 88. Sanut. lib. 3. part. 9. c. 4.

\* Idem qui *Arnaldus de Turre-rubea* nuncupatur, in Charta Ildelfonsi reg. Aragon. ann. 1177. ex Chartul. Gemundensi.



**THEODORICUS**, seu **THERRICUS**, Magnus Templi Magister post hunc occurrit, cujus crebra est mentio apud Script. Rer. Hierosol. ubi de Guidonis Regis clade ann. 1187. cui interfuit, et a qua evasit: licet captum a Saladino dicant Rad. de Diceto et Nicol. Trivettus sub ann. 1188. Plura de Therrico habentur apud Monachum S. Pantaleonis ann. 1187. Hovedenum pag. 636. Gervasium Dorobern. pag. 1502. Matth. Paris pag. 100. Sanut. lib. 3. part. 9. c. 4. in Chronico Reichersperg. ann. 1187. etc. Adde Ughellum in Archiepiscopis Pisanis eodem anno. Abdicato statim post hanc cladem Magistratu subrogatur

**GIRARDUS**, vel **GERARDUS**, de **RIDESSOR** Bromptono cognominatus: de **Ridesford**, auctori Hist. Hierosolym. pag. 1151. 1153-1156. 1165. de **Bedefort** Radulphi Coggeshallensi MS. et Hovedeno: denique de **Ridesford** auctori vernaculo Historiæ Hierosol. qui Flamingum et Regis Hierosolymitani Senescallum fuisse ait. Hanc porro dignitatem paucis mensibus tenuit, cæsus in prælio, quod initum est inter Guidonem Regem et Saladinum 4. Octob. ann. 1188. Vide præterea Jacob. de Vitriaco lib. 1. c. 98. Girardo

**GUALTERUS** sufficitur, ut est in Catalogo Villanovano. Huic

**ROBERTUS DE SABLEOIL**, ann. 1155. ex familia forte de Sableio apud Andes. [\* Rem evincit Charta Gaufridi de Sableio inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonstr. col. 355: *Ego Goffridus Sabolii dominus, Roberti (abbatis Perrodii-novi fundatoris) filius, qui scilicet Robertus Magister Templi Jerosolymis tunc temporis habebatur.*] Isti successit

**GILBERTUS HORAI**, vel **ERAL**, [*Magister citra marinus*, ut legitur in Charta ann. 1193. Magnus Templariorum Magister postea dictus est, circa] ann. 1196. quem exceperet

**PONTIUS RIGALDUS**, ann. 1198.

**PHILIPPUS DU PLESSIEZ**, ann. 1201. [ut patet ex Transactione hujus anni facta in Syria. Exstat in Archivo Arelat.]

**THEODATUS DE BERSIACO** ann. 12... de quibus, in supra laudato catalogo recensitis, silent Scriptores. Meminit Innocentius III. l. 14. Epist. 64. controversiæ inter Leonem Regem Armeniæ, et Magistrum Templi et Templarios super Castro Gastonis, de qua etiam quædam habent Gesta ejusdem Pontificis pag. 123. 128. 129. hoc est sub ann. 1211. Post Theodatum Thomas de Monteacuto ann. 1210. recensetur in eodem catalogo; sed is post Guillelmum de Carnoto hanc dignitatem obtinuit: deinde

**GUILLELMUS DE MONTEDON** ann. 1216. quem excipit idem

**GUILLELMUS DE CARNOTO**, seu *de Chartres*, ann. 1218. qui obsidioni Damiatæ interfuit ann. 1219. ut est apud Oliverium Scholasticum, a quo ob virtutem bellicam laudatur, ut et universa *Templi Militiæ*, quæ, inquit, *prima solet esse in congressu, et ultima in recessu*, a quo hæc verba mutuati sunt Jacob. de Vitriaco lib. 3. pag. 1134. et Matth. Paris pag. 208. 211. 212. Vide præterea tom. 8. Spicilegii Acheriani pag. 374. Honorium III. lib. 2. Epist. ann. 1217. et

Hieron. Rubeum in Hist. Ravenn. lib. 6. pag. 380. Guillelmo successit

**THOMAS DE MONTEACUTO**, seu *Montaignu*, cujus Epistola legitur apud Matth. Paris ann. 1221. qua in Regno Hierosol. gesta post expugnatam Damiatam enarrat. Sub hoc, ni fallor, Honorius III. PP. Templarios ab Patriarchæ Hieros. et Episcoporum jurisdictione exemit, ut est in Privilegiis Ordin. Hospitaliariorum. [Exstat in Archivo Arelat. Transactione hujus Thomæ cum Guarino de Monteacuto summo Magistro Hospitaliariorum anno 1225.]

A. Magnus Templi Magister occurrit in Tabulario Manoscensi in Charta ann. 1234. qui non alius est, quam qui *Arnandus* appellatur in quadam Epistola scripta Theobaldo Regi Navarræ, Comiti Campaniæ, et Comitibus Nivernensi, Foresii, et Monfortensi, aliisque Franciæ Baronibus ab Episcopo Nicosiensi Patriarchæ Hierosolymitani Vicario, H. Episc. Nazaretensi [*Nazarensis Archiep.* in Chartul. Campaniæ ex Bibl. Reg. fol. 78. ubi eadem Charta legitur] R. Episc. Acconensi, R. Episc. Liddensis, H. Abbate Templi, G. Magno Hospitalis Magistro, Armando Magistro Militiæ Templi, Gauterio Comite Briennensi, Eudone de Montebeliardo Regni Hierosol. Comestabulo, B. Domino Sidonis, et I. Dom. Cæsaræ, super statu Terræ sanctæ, nulla cæteroquin addita anni nota.

**HERMANNUS DE PERIGORD**, Præceptor Domus Templi in Sicilia et Calabria sub anno 1229. ut est apud Rocchum Pirrum tom. 2. pag. 640. Magnus ejusdem Ordinis Magister dictus est: quam dignitatem obtinebat ann. 1239. ut est apud Albericum in Chron. MS. qui forte is est, quem patria Pictavinum fuisse ait sub ann. 1237. Illius Epistolam super Regni Hieros. statu descripsere Matth. Paris et Nicolaus de Trivetto sub ann. 1244. quo ille a Saracenis cæsus interiit, electo statim in Vicemagistrum Guillelmo de *Roquefort*, interim dum alius eligeretur Magister. Vide eundem Paris pag. 416. 419. 421. 427.

**GUILLELMUS SONNAC**, vel *de Senay*, ut nominari videtur in Epistola, quæ describitur apud Matth. Paris in Addit. pag. 110. una cum S. Ludovico obsidioni Damiatæ interfuit ann. 1249. ut est apud Joinvillam, a quo ob fortitudinem laudatur, ut et a Paris ann. 1240. pag. 528. 533.

**RENALDUS DE VICHIER**, in Tabul. Eccl. Autisiodor. *Domorum Militiæ Templi in Francia Magister*, anno 1247. *Marescallus Templi*, apud Joinvillam pag. 35. nostræ edit. *Magister Templi*, cap. 52. edit. Pictavensis, denique *Magnus Templi Magister*: in Archivo Regio, scrinio *Champaigne VI*. De Templariis hac fere tempestate, vide Sanut. lib. 3. part. 12. cap. 5. 6. 7. 9.

\* Guill. Tyrri contin. Hist. apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 736. ad ann. 1256: *Morut frere Renaud de Vichieres, Maistre du Temple. Après lui fu fait Maistre frere Thomas Berait.* Infrâ: *Berard*. Expungendus itaque *Americus*, quem inter illos collocat Cangius.

**Americus** Præceptor domorum Franciæ, in Magnum Magistrum ejusdem Ordinis electus est ann. 1264. ut est apud Odoricum Rainaldum hoc ann. n. 31.

Breve Chronicon Hospitaliariorum tradit, Guillelmum de Castellonovo Arvernum, Magnum Ordinis Magistrum ann. 1260. fratrem fuisse Magni Templi Magistri: unde conjici daretur ex temporum ratione hunc Aimericum innui.

**THOMAS BERART**, vel *Beraud*, eadem gaudebat dignitate, ut docemur ex Epist. vernacula Theobaldo scripta, quam dedimus in Notis ad Joinvillam pag. 64. Ubi *Maistre de la poure Chevalerie du Temple* indigitatur. Quæ quidem Epistola licet nullam anni notam præferat, ex serie tamen colligitur, scriptam sub ann. 1273. triennio scilicet post mortem Joannis Comitis Briennensis, quam in ann. 1270. conjiciunt Scriptores. Huic ascriptum scribit Puteanus in Templariorum Hist. pag. 20. pravum hunc morem, qui cæteris Templariis objectus fuit in eorum condemnatione, Christum abnegandi in professione, quem alii nescio cui Roncelino Magistro attribuant. Utcumque sit, non multo post

**ROBERTUS**, Magnus Templi Magister Concilio Lugdunensi cum M. Hospitaliariorum Magistro interfuit anno 1274. ut est in actis ejusdem Concilii. Vide Sanutum lib. 3. part. 12. cap. 14. 16. 17. Post hunc **GUFFREDUS DE SALVAING**, M. Templi Magister nominatur in Catalogo Villanovano sub ann. 1285. ex familia nobili Delphinatæ, ex qua erat supralaudatus Dionysius Salvaingus Boissius, vir natalium et eruditionis splendore illustris, Primus in Camera Computorum ejusdem Provinciæ Præses, et scriptis clarissimus.

\* Eadem Hist. contin. Guill. Tyrri apud Martenium ibid. col. 746. ad ann. 1273: *Morut frere Thomas Berart, Maistre du temple le jor de la Nostre-Dane de Mars, et fu fait Maistre à xiiij. jors de May frere Guillaume de Biaujen, qui estoit outre mer commendeur du Temple en Puille, et alerent por li querre frere Guillaume de Pouçon, qui avoit tenu lieu de Maistre, et frere Bertran de Fox: et frere Gousier fu fait commendeur grant tenant lieu de Maistre.* Inter ejusmodi locum-tenentes recensendi ergo sunt *Robertus* et *Guiffredus de Salvaing*, siquidem *Thomæ Berart* proxime suffectus est

\* *Guillelmus de Bellojoco*, ut in laudata Historia asseritur. Et certe *Frater Guillelmus de Bellojoco venerabilis Magister domus militiæ Templi* annumeratur inter eos, qui præsentés aderant conventioni initæ inter Jacob. Contr. Venet. duces et Joan. de Monteforti v. Kal. Jul. ann. 1272. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 1577.

**GUILLELMUS DE BELLOJOCO**, uti appellatur in Inquisitionibus contra Templarios, et alibi: perperam *Petrus de Belgion*, seu *Bellivisus*, dictus in laudato Catalogo, qui Magnus Templi Magister exstitit ann. 1286. [Prius, anno scilicet 1278. hanc dignitatem obtinuisse discimus ex Inscriptione quam refert Paulus Lucas in Itin. tom. 2. pag. 31. si tamen huic fides habenda est.] Periit in obsidione Acconensi, viriliter contra Saracenos pugnans, anno 1291. cum omnibus fere Templariis, decem dumtaxat Ordinis Militibus clade elapsis. Vide Sanutum lib. 3. part. 12. cap. 21. Dictamina MSS. Magistri Berardi de Neapoli Epist. 141.



142. Odoricum Rainaldum ann. 1291. 7. Puteanum in Hist. Templariorum pag. 129. Archivum Regium scrinio, *Croisade de Philippe de Valois*, Ch. 27. etc.

MONACHUS GAUDINI, Magnus Templi Magister statim post Aconensem cladem a decem Militibus, qui ex ea superfueraut, electus, in insulam Cyprum cum iis concessit, uti narrat Auctor Historiæ Excidii Aconis MS. in Biblioth. S. Victoris Paris. Postremus denique hujus Ordinis Magnus Magister fuit

JACOBUS DE NOLAY, Burgundio, ex diocesi Bisuntinensi, perperam de *Molay* nominatus in plerisque Historiæ Templariorum locis, pag. 122. 128. 129. 160. et in Catalogo Villanovano. Tortosam una cum Almerico Tyri domino expugnavit, et exinde aliquot annis bella cum Saracenis fortiter gessit, donec a Babylonico Sultano ea pulsus, in Franciam venit, ubi cum aliis Templariis igne consumptus Parisiis interit. Hunc porro nescio unde *Fraterum Gracchi* appellet Brustemius apud Chapeavillum tom. 2. Hist. Leodiensis pag. 347. Vide Rainaldum ann. 1298. 21. et Sanutum lib. 3. part. 13. cap. 10.

De eo Templariorum cruento interitu Poema MS. cui titulus, *Les Aventures arrivées en France*, initio sæculi xv. editum, hæc refert :

L'an mil trois cens et vii, seachiez bien qu'en ee temps  
Furent prins les Templiers, qui moult furent puissans;  
Vilment furent menés auques des plus vaillans,  
Je erois bien que ee fu par l'art des mesereans.  
Je ne seai se Templiers faisoient tels exploits,  
Mais in leurs draps portoient une vermeille erois.

¶ **TEMPLARIUS**, Species tigni, vel assidis. Statuta Vercell. fol. 76. vº: *Item quod nullus rivenditor emat vel emi faciat lignamen aliquod, trabes, canterias, columnas, remas, circulos, assides, Templarios, nec aliquod aliud lignamen laboratum vel non laboratum usque ad horam octave, que pulsatur post nonam. Vide Tempierium.*

\* **TEMPLATURA**, Fornix, concameratio; unde *Templatus*, Concameratus, Gall. *Vouté*. Charta ann. 1349. tom. 2. Hist. Casin. pag. 545. col. 2: *Promiserunt construere tectum totius ecclesiæ Cussinensis secundum formam, secundum quam laboratum est tectum ecclesiæ Lateranensis de Urbe, tam de lignaminibus quam Templatura, et etiam copertura plumbi vel aliarum tegularum, .... et ipsam Templaturam promiserunt depingere seu depinzi facere, juxta modum et formam dictæ Lateranensis ecclesiæ. .... Promiserunt facere chorum ipsius ecclesiæ cum sedis duplicibus, unam videlicet altum et aliam bassam; .... ita quod dictus chorum principalior, sit super capite revolutus et Templatus.*

\* Hinc *Templée* nostris et Italis *Tempione*, Acad. Crusc.: *Colpo dato cou mano nella Tempia, intorno ad essa*. Vitæ SS. MSS. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 40. rº. col. 2. ubi de S. Joan. Eleemosyn.: *Je te donrai tel Templee que toute la citez d'Alexandre si asamblera. Et après li Diables li dona une Templee en semblance de mort* (Maure). Ubi in Actis ejusd. tom. 2. Jan. pag. 512. col. 1. legitur, *Alapa*.

\* **TEMPLICOLÆ**, Iidem qui *Templarii*. Vita B. Goberti tom. 4. Aug. pag. 38c.

col. 2: *Quia Fridericus properabat Templi- colas debellare. Quo peracto, fama hujus rei usque ad Templarios evolavit. .... Revera igitur nunciatum est summo magistro Hospitalis Jerusalem, et Templiolarum summo preceptorii, etc.* Vide supra *Templares*.

**TEMPLUM**. *Templa* appellatas potissimum paganorum aedes sacras docet Cod. Th. tit. de *Puganis, sacrificiis, et templis*, (16.10.) locis a Jacobo Gothofredo indicatis in Paratitlo ejusdem tit. § 3. Interdum tamen ita dictæ Christianorum aedes sacrae, ut leg. 4. de his, qui ad Ecclesias confugiunt (9.45.), d. Cod.

\* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Templum, Temple, i. navis nonasterii.*

**TEMPLUM**, Ordo ipse *Templariorum*. Will. Brito lib. 5. Philipp.:

Suscipiens habitum Templi Syrias aufugit in oras.

Anonymus de Bell. Franc. in Morea:

Μητροπολιτας, Αρχιερεας, το Τεμπλο, το Σπητάλη.  
*Philippus Mouskes* in S. Ludovico ann. 1242:

Dont revint noviele et exemples,  
Que li Ospitaux et li Temples,  
Li saudoier et li Baron  
De toute la tiere environ  
Avoient eutra'ns fait un Roy, etc.

\* Charta delph. Vienn. ann. 1225. inter Probat. tom. 2. Hist. Burgund. pag. 9. col. 1: *Si ducissa Burgundiæ mihi Templum vel Hospitale constituere fecerit principales debitores, .... et cum Templum vel Hospitale sic fecerit mihi, etc.*

**TEMPLUM**, Aedes Templariorum, quomodo Parisiis eorumdem aedes etiamnum appellatur, vulgo *le Temple*. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 549: *Dedit Templariis Templum Outtinge pertinens eidem.*

Porro in *Templo* Parisiensi, reconditus olim fuit *Thesaurus Regius*, [jam a temporibus Philippi Aug. Franc. Regis, uti patet ex ejus Testamento: cujus excerptum hoc refertur tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 75: *Præterea precipimus, quod omnes redditus nostri et servitia et obventiones afferantur Parisius per tria tempora: 1º. ad festum S. Remigii; 2º. ad Purificationem B. Virginis; 3º. ad Ascensionem, et tradatur Burgensibus nostris præd. et P. Marescallo. In receptionibus averi nostri Adam Clericus noster præsens erit et eas scribet, et singuli habeant singulas claves de singulis arcibus, in quibus reponetur averium nostrum in Templo, et Templum unam. Hoc est, Magister Templi clavem quoque unam habeat. Ibidem pag. 74. habentur Literæ ann. 1294. in quibus Philippus Pulcher Franc. Rex Dalphino et filio quingentas libras parvorum Turonensum annui redditus assignat, ab iisdem et successoribus in dicto Dalphinatu percipiendas perpetuo Parisius ad Templum.] Charta ejusdem Regis ann. 1309. in 2. Regesto ejusd. ex Tabul. Regio n. 168: *Concedentes eisdem hæredibus, et suis hæredibus, ut dictum reditum apud Templum in Thesaurio nostro, vel alibi, ubi thesaurus reponetur prædictus, ad festum Candelarum habeant et percipiant annuatim, etc.* Exstat in alio Regesto ejusdem Regis Philippi ann. 1312. compositio, facta a Leonardo de Tybertis sanctæ domus Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani Priore Venetiarum, et Locum*

tenente Magistri Hospitalis prædicti in partibus transmarinis, et ipsius Ordinis Procuratore, et fratre Joanne de Villaribus Præceptore domus de *Pieffes* Prioratus Franciæ, cum gentibus ejusdem Regis, super variis Regnis Franciæ exceptis nomine dicti domini Regis factis et habitis apud Templum, in quo *Thesaurus ejusdem domini Regis servabatur per fratres Ordinis Templi ante reprobationem illius ordinis, ex quo postmodum dictæ gentes prædicti Domini Regis finalem computum minime recepisse dicuntur, etc.* Data Parisiis 21. die Martii ann. 1312. Ubi præterea hæc habentur, quæ docent penes Templarios regii thesauri custodiam fuisse, ac de eo *compota* exegisse: ac *proinde dictus Ordo, cui bonorum Templi, quæ prædicto domino Regi pro regimine et custodia dicti thesauri regii dictis Templariis traditi, sub eorum cura et periculo obligata remanserant, administratio pro Terræ Sanctæ subsidio est commissa, in perpetuum remanebit quitus et penitus absolutus, super rationibus aut comptis exhibendis occasione receptæ cujuslibet a Fratribus ordinis Templi nomine dicti domini Regis factæ in dicto thesauro vel alibi, nec non super omni eo, quod ab Ordine nostro prædicto occasione receptorum aut rationum seu comptorum hujusmodi reddendorum ex ipsis receptis deinceps peti possent.*

Apud Anglos perinde *Thesaurus Regius* reponebatur in *Novo Templo* Londinensi. Matthæus Paris ann. 1232. de Huberto de Burgo Angliæ Justitiario repetundarum postulado: *Exegit rationem. .... de quinta decima et sextadecima, et aliis redditibus, tum ad Sacarium suum, quam ad Novum Templum Londinense, (ubi Spelmannus in voce Justitiæ addit, ubi etiam reponebuntur pecuniæ regie,) et alibi.*

¶ **TEMPLUM DEI**, *Deo fidele, cæleste*, Cœtus Christianorum, Ecclesia, Lactantio lib. 4. Institut. cap. 14. et lib. 2. de Morte persecutorum cap. 2. et 15.

¶ **TEMPLUM DOMINI**, *Templum Militiæ*, Jerosolymis. Jacobus de Viriaco lib. 3. Hist. Orient. n. 12. apud Marten. tom. 3. Anecl. col. 277: *In Templo Domini Abbas est et Canonici regulares. Et sciendum est, quod aliud est Templum Domini, aliud Templum Militiæ. Isti Clerici, illi Milites.*

¶ 1. **TEMPORALIA**, Pulvinus, Gall. *Coussin*; forte quod in eo reclinentur tempora, sic dictus. Rituale Suession. MS. a Martenio nostro laudatum in Tractatu de antiq. Eccl. Discipl. in divinis Officiis pag. 382. ubi de Feria vi. Parasceves: *Dum cantatur (Tractus), Archidiaconus ascendat in pulpitu sic: Clericus cum incenso nudis pedibus eum præcedat: deinde Subdiaconus ferens Temporalia, infula indutus, post illum Archidiaconus ferens Evangelium panno serico rubro involutum; infula sua plicata et in modum stolæ super humerum inposita; finitoque Tractu statim incipiat, Passio Domini, etc.* In Additis recentioribus ad Missale Suession. ad hunc diem legitur: *Subdiacono tunica induto, pulvinar tenente, etc.*

¶ 2. **TEMPORALIA**, Bona clericorum. Gall. *Le Temporel*, in Instrumentis Gall. Christ. novæ edit. col. 159. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 5. Rymer. tom. 3.



pag. 120. col. 1. tom. 8. pag. 393. col. 1. Kennett. Antiq. Ambrosd. pag. 330. et alibi passim. *Tempore dominum*, apud eundem Ludewig. tom. 5. pag. 508. Vide *Regalia 2.* et *Temporalitas 2.* [\* *Haltans.* Glosar. German. col. 2073. voc. *Weltlichkeit.*]

\* 3. **TEMPORALIA**, Jejunium quatuor temporum. Charta ann. 1181. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 264 : *Ecclesia sanctæ Mariæ ad Carceres debeat solvere annuum censum, scilicet solidos centum pro ecclesia sancti Salvatoris nobis et successoribus nostris omni anno in Temporalibus Nativitatis Domini in perpetuum.*

**TEMPORALIS**, *Temporales potestates*, in lege 47. Cod. Th. de Episcop. (16,2.) qui ibidem *seculares iudices* appellantur. [Hac etiam notione Litteræ Caroli V. Regis Franc. ann. 1366. tom. 4. Ordin. pag. 682 : *Cum se... presentare consueverint (Canonici Taron.) coram quibuscunque iudicibus nostris et aliis Temporalibus, et negotia sua tractare et peragere, etc. Temporales domini*, in Declaratione ann. 1335. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 509. et alibi. *Temporales personæ*, Sæculares, laici, apud Rymer. tom. 9. pag. 877. col. 2.]

**TEMPORALIS DIES**, in leg. 63. de Appellat. (11,30.) leg. ult. de Repar. appellat. (11,31.) Cod. Th. et in Cod. Justin. etc. dicitur ultimus spatii et temporis illius, quod ad appellationem exsequendam vel reparandam legibus tribuitur : quo expirante, causa quoque expir. Gloss. Gr. Lat. : *Ὀλιγοχρόνους, Temporalis.* [Et alibi : *Πρόσχαθρον, Tempore.* Adde Latino-Græcas.]

**TEMPORALIS HOSTIS**, Capitulare 2. ann. 813. cap. 9 : *Habeant loricas vel galeas, et Temporalem hostem, id est æstivo tempore, [hoc est, definito, æstate scilicet in hostem seu exercitum pergant, ut jam dictum est in Hostis.]*

**TEMPORALIS, Inconstans**, S. Columbanus Epist. 3 : *Nos scimus, quod cum gaudio et fervore suscepimus verbum domini. Caveamus nunc, ne simus Temporales.*

¶ 1. **TEMPORALITAS**, Tempus, ætas, temporis ratio. Tertullianus de Pallio cap. 1 : *Si quid conditio, vel dignitas, vel Temporalitas vestit.* Et de Resurr. carnis cap. 6 : *Vita transferatur a Temporalitate ad æternitatem.* Utitur etiam Philastrius Hæresi 71.

¶ 2. **TEMPORALITAS**, Idem quod *Temporalia 2.* Bona Ecclesiastica, Gall. *Le Temporel. Temporalité*, in Litteris Philippi VI. Reg. Franc. ann. 1342. tom. 5. Ordin. pag. 271 : *En tant comme il touche la Temporalité, etc.* Epistola Juliani Cæsarini Card. ad Eugenium IV. PP : *Non dico esse negligendam Temporalitatem; sed dico malto plus esse æstimandam animarum salutem.* Occurrit in Charta ann. 1266. in Instrum. Gall. Christ. novæ edit. tom. 6. col. 158. in alio Instrum. ann. 1283. apud Baluz. tom. 4. Miscell. pag. 270. in Litteris ann. 1299. tom. 1. Ordin. Reg. Franc. pag. 331. et 332. in aliis ann. 1356. tom. 3. earumd. Ordin. pag. 102. in aliis ann. 1355. tom. 1. Anecd. Marten. in aliis Alphonsi Regis Arag. tom. 3. Concil. Hispan. pag. 659. Adde Instrumenta Gall. Christ. novæ edit. tom. 1. pagina 34. col. 2. Probabiliter

tiones Hist. Lugdun. pag. 39. col. 1. Chartam Caroli Regis Franc. ann. 1374. apud D. Brussel tom. 2. de Feudorum usu pag. cxxx. Chartam Henrici VI. Regis Angl. ann. 1441. apud Rymer. tom. 10. pag. 844. col. 2. Glossarium Lobinelli tom. 3. Hist. Paris. e.c. Vide *Regalia 2.*

\* Sed et bona quævis, etiam laicorum hac voce nostris significabantur. Lit. ann. 1372. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 535 : *Ilz puissent.... imposer pour les réparacions, fortifications, et garde d'icelle (ville) sur toute maniere de gens lays, qui ont et tiennent aucunes Temporalitez en ladite ville.*

¶ 1. **TEMPORALITER**, Ad tempus, Gall. *Temporellement. Lex Temporaliter observata*, Tertulliano adv. Judæos cap. 2. Quo (*mun-do*) *Temporaliter libere uti potuisset*, S. Gregorio lib. 2. Dialog. in Præfat. *Temporaliter opponit semper* S. Paulinus Epist. 23. n. 15. *spiritualiter* vero Carolus IV. Imper. in Diplome ann. 1347. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 44 : *Incrementum suscepit spiritualiter et Temporaliter*, hoc est, quoad res spirituales et terrenas. Vide *Temporarie*.

\* 2. **TEMPORALITER**, Prospere, feliciter quoad temporalia. Charta Rob. reg. post ann. 1022. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 607 : *Ad instantem vitam Temporaliter transigendam, etc. Ad præsentem vitam cum felicitate transigendam*, in alia ejusd. reg. ibid. pag. 604.

**TEMPORANEE**, Temporius, Gall. *De bonne heare*. Ritus ordinandi Episcopum in Ecclesia Rotomagensi : *Tertia pulsetur Temporaneæ, et interim præparet se Dominus Archiepiscopus, etc.* [Pontificale MS. Eccl. Bisunt. apud Marten. de Antiqua Eccl. discipul. in divinis Offic. pag. 376 : *Ita Temporaneæ vadant, ut hora sexta ad majorem ecclesiam revertantur omnes.*]

¶ **TEMPORANEUS**, Maturus, tempestivus. Jac. 5. 7 : *Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat Temporaneam* (suppl. imbrem, Gr. *ὑετὸν πρόκαιον*) *et serotinam.* Passim occurrit in sacris Scripturis.

\* Gesta comit. Barcin. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 318 : *Pene per omnem ætatem et autumnum siccitas nimia et fervor inmanis fuit, ita ut innumerabiles fruges non pervenirent ad Temporaneam maturitatem propter solis ardorem.*

**TEMPORARE**, *Tempus ducere*, (Gall. *Temporiser*) *vel in tempore vivere. Adtemporare, contemporare, simul temporare.* Joan. de Janua.

**TEMPORARIE**, Ad tempus. Salvianus lib. 5. de Gubernat. Dei : *Nihil susceptis tribuunt, sed sibi hoc etiam pacto aliquod a parentibus Temporarie attribuitur, ut in futuro totum filiis auferatur.* Utitur etiam libro 8. Disputatio Zachæi lib. 3. cap. 3 : *Temporarie abstinentiam et continentiam simulant.* Utuntur etiam Latini Scriptores.

¶ **TEMPORATIM**, pro Variò tempore. Tertullianus de Pallio cap. 2 : *Sic et terram si recenseas Temporatim vestiri amantem, prope sis eandem negare, memor viridem cum conspicias flavam, mox visurus et canam.* Adde eumd. Tertull. lib. de Anima cap. 28.

¶ **TEMPORICARE**, ut infra *Temporizare.* *Dum iret Temporizando*, in Chronico Estensi ad annum 1388. apud Murator. tom. 15. col. 517.

**TEMPORINUS**, Tener, mollis, Gallis *Tendre.* Odo Cluniac. lib. 2. de Vita S. Geraldii cap. 27 : *Dixerat, et de rupe, quæ eidem loco imminet, cervas sese præcipitavit. Quem ministri gaudens pariter et mirantes tulerunt, et inde, sicut tunc cervorum caro Temporina est, delicatum edulium seniori paraverunt.* [\* Idem f. quod *Temporivus.*]

**TEMPORIVE**, Gregorius Tur. lib. 5. Hist. cap. 46 : *Nunquam prandio usus est, nisi tantum cæna, ad quam sic Temporive residerebat, ut sole stante consurgeret.* Ubi forte legendum *Temporius.* Vide *Temperius.*

¶ **TEMPORIUS**, Maturus, citius. Vide *Temperius.*

¶ **TEMPORIVUS FRUCTUS**, apud Faustum lib. 2. de Libero arb. cap. 10. *Medius inter præcocem et serotinum.*

\* **TEMPORIVUS**, ut *Temporaneus*. Dudo de Morib. Norman. lib. 2 : *Da illi aliquod regnum unde conducat sibi cibum et vestitum, donec impleatur terra, quam illi das, opulentiarum congerie, reddatque Temporivos fructus victuum, hominum et animalium.* Haud scio an inde, vel quod temporius secatur, prima pratorum herba *Temporial* appelletur, in Libert. Laudozii ann. 1392. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 192 : *Nulli gentium ecclesiasticarum, nobilium aut aliorum licitum sit facere in dicta villa et pertinentiis ejusdem reviore sive duas herbas, sed unicam tantum, vocatam Temporial.* Eadem rursus occurrit ibid. pag. 204. art. 26.

¶ **TEMPORIZARE**, Gall. *Temporiser*, Ital. *Temporeggiare*, Cunctari. Legitur in Historia Monasterii S. Laurentii Leodiensis apud Marten. tom. 4. Ampl. Collect. col. 1143. Vide *Temporare*.

¶ **TEMPARE**, pro *Tentare*, passim legitur, ut et *Teuptatio*, pro *Tentatio*. Vide in hac voce.

¶ **TEMPTATIVUS**, pro *Tentativus*, Seducens, fallax, in Charta ann. 1377. cujus locus exstat in *Truffaticus*.

**TEMPTATUS**, Capitula ad Legem Alamannor. cap. 22. edit. Baluzianæ : *Si in clida misa non fuerit, et prisu et Teuptata fuerit, etc. i. tenta, seu detenta.*

¶ **TEMPTORIUM**, pro *Tentorium*, in Memoriali Potestatum Regiens. apud Muratorium tom. 8. col. 1096.

\* Annal. Placent. ad ann. 1447. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 893 : *Post venit Carolus marchio Mantuanus cum multis militibus, qui tabernacula sua sive Temporia firmavit a latere dextro.* Rursus legitur ibid. col. 894. et 917. *Tempoir* vero, Crater, patera, scyphus, videtur, in Chron. Fland. cap. 69. pag. 138 : *Elle (la Reine Jeanne) avoit un bôteiller qu'on appelleit Huppin;.... cely Huppin apporta clarey en un pot d'argent, et porta un Tempoir pour la bouche de la reine.*

¶ **TEMPTUS**, pro *Tentus*, detentus, passim.

**TEMPUS**, *Ad tempus*, suo tempore, vel mature, phrasid Gallica, *A temps*, vel *en son temps*. Capitula Caroli M. lib. 2. cap. 67.



18 : *Aut si aliqua re præpediente id facere non potuit, cur nobis ipsam impossibilitatem ad Tempus non annuntiavit.* Et cap. 27 : *Eorum relatu nobis ad Tempus indicetur.*

¶ **TEMPUS**, Aer, cælum, Gallice *Tempus*. *Annales Genuens.* ad ann. 1227. apud Murator. tom. 6. col. 446 : *Ubi per plures dies moram fecit, quia procedere non poterant, noverante maris et Temporis qualitate; exinde vero nondum Tempore tranquillo, etc.* Et col. 509 : *Circa mediam noctem validissima fortuna maris et Temporis fuit in portu Januæ, etc.* *Chronicon Parm.* ad ann. 1296. apud eumd. Murator. tom. 9. col. 836 : *Semper die noctaque cecidit pluvia... nallo modo exire volæerunt propter dictum malum Tempus.* Nostris *Mauvais temps*, Cælum nubilum et pluviosum dicitur.

**LIBER TEMPORUM**, id est *Paralipomenon*, apud S. Hieronymum lib. 2. in *Ruffinum* cap. 8.

¶ **TEMPUS OCTAVIANUM**, Quo Cæsar Augustus imperabat. Charta apud Meichelbec. tom. 2. *Hist. Frising.* pag. 351 : *Magna populorum concordia fiebat, letantes in eo quod Octavianam Tempus se accepisse mirabantur.*

¶ **TEMPUS PINGUEDINIS**, Quo pinguescunt feræ. Charta vetus apud Thomam *Bloant* in *Nomolexico* : *Tempus pinguedinis hic computatur inter festum B. Petri ad Vincula et Exaltationem S. Crucis; et tempus firmationis inter festum S. Martini et Purificationem B. Mariæ.*

\*\* **TEMPUS APERTUM**, Quo in agros demessos animalia immittere licet. *Notit. ann. 21. Edward. I. Glouc. rot. 14.* in *Abbrev. Placit.* pag. 232 : *Habeant communiam pasture per omnes terras saas in Sherington Tempore Aperto et post fena et blada collecta.*

\* **TEMPUS CARNALE**, Quo licet carnes comedere. Charta ann. 1365. ex *Cod. reg. 5187. fol. 16. n.º* : *Cum ad vos venerint in vestris ecclesiis..... quadragesimali vel carnali Tempore, recipiatis.* Vide *Carnale 4.*

\* **TEMPUS FATALE**, Quod a lege præstitutum est ad causas appellationum apud iudices instruendas et terminandas. *Constit. MSS. Jacobi II. reg. Aragon. ann. 1306 : De Tempore fatali.* *Tempus enim triennale et alia tempora super prædictis a jure communi statuta et usu hujus teræ ad dictum tempus anni et mediæ et ad alia tempora prædicta coarctamus.* Vide *Fatalia.*

\* **TEMPUS INFIRMUM**, Morbis opportunum. *Acta S. Vict. III. PP. tom. 5. Sept. pag. 429. col. 1 :* *Quia fervor æstatis nimius erat, propterea tuic Romam ire distulerunt, quousque se et calor æstatis immineret et Tempora infirma transirent.*

\* **TEMPUS MEDIUM**, nostris *Tempus moicus*, *Intermedium*. *Lit. ann. circ. 1360.* apud *Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1474 :* *Si vous prions chèrement, que en le Temps moicus voas veullez conforter et faire de toutes choses et par especial touchant la saave-gardes des chasteux.*

\* **TEMPUS MORTUUM**, vox artificibus nota, *Tempus mort*, Quo scilicet operæ cessant. *Lit. remiss. ann. 1350.* in *Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 250 :* *Dicendo eidem Hugoni quod false ipsum a suo servitio in*

*Tempore mortuo sui operis ejecerat, cum in bono ipsum deservisset.*

¶ **TEMPUSCULUM**, *Tempus*, ætas. *Vita S. Gerardi Abb. Bron. n. 19. sæc. 5. Benedict. pag. 264 :* *Asseverans ejus tutamine revixisse aurca quondam Tempuscula.*

\* **TENTARE**, pro *Tentare*, in *Carm. Adalber. episc. Laudun. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 65.*

¶ **TENTOR**, *Fidejussor*, ut *puto.* Vide *Teles.*

\* **TEN**, *i. Lutum* in *Glossar. medic. MS. Simon. Jan. ex Cod. reg. 6959. Tay* nostris, eadem notione. *Lit. remiss. ann. 1410.* in *Reg. 164. Chartoph. reg. ch. 179 :* *Jehan Schotier gettast une pierre en la boe ou Tay, ... telement que laditte boe ou Tay sorti contre le brauc ou rochet dudit suppliant.* *Bestiar. MS :*

En Tai et en limon se mouille,  
Et illuce se devoitre et souille.

*Thoi*, eadem, ut videtur, notione, in *Serm. 19. ex Cod. MS. S. Vict. Paris. :* *Contue l'auguille, quant ele sent la roiz, si s'anfuît et se respont el Thoi qu'ele ne soit prise.*

1. **TENA**, vel **TENIA**, Joanni de *Janua*, a *teno* dicitur, *estque vittarum extremitas dependens diversorum colorum, vel extrema pars vitte, que dependet coronæ.* [*Glossæ S. Andreae Avenion. MSS. sæc. XIII :* *Tenia seu Tena dicuntur lingule que dependent de mitra pontificis.*] *Gloss. Lat. Gall. :* *Tena, vel Tenia, Bende ou queue de mitre. Provinciale Ecclesiæ Cantuar. lib. 3. tit. 1 :* *Coitra Clericos portantes infulas, aut Tenas eorum Prælati, etc.* *Concilium Lambethense ann. 1281. cap. 22 :* *Et cum corona sit character Christianæ militiæ, et revelati cordis ac patuli radiis cælestibus insigne : ipsi ut veraciter ostendant, se hujus characteris titulum crubescere, Teua coronas abscondunt, quasi cælestes radios repellentes, etc.* *Infra :* *Portantes infulas aut Tenas coram Prælati, aut coram populo publicè deferentes, etc.* *Ubi Concilium Londinense ann. 1268. cap. 5. habet, Infulas, quas vulgo Coifas vocant.* *Ita Tenæ et Coiffe, idem sunt.* [*\*\* Placit. ann. 15. Edward. I. Hereff. rot. 2. in Abbrev. Placit. pag. 279 :* *Jurati dicunt quod Reginus Dingge venit in quadam grangia et voluit lactare cam Roberto de Clynton ipso Roberto invito, ita quod cepit ipsum et prostravit ipsum ad terram, et Tenam suam de capite suo cepit et in luto projecit.*]

\* **TENA**, *Infirmitas capitis.* *Taigne, Gallice. Tenosus, Tegnous, Gallice.* *Glossar. Gall. ex Cod. reg. 521.*

\* **TENABILIS**, a *Gallico Tenable*, Qui defendi potest. *Memor. H. Cam. Comput. Paris. ad ann. 1423. fol. 162. n.º :* *Data est potestas... omnia fortalitia, ecclesiæ et castra, que per bonum consilium inveniet non Tenabilia, nocibilia et prejudicialia reipublicæ dictæ patriæ destruendi et demoliendi.*

¶ **TENABULA**. Idem quod mox *Tenacula*, *Forceps*, *Ital. Tenaglia.* *Historia Dulcini Hæresiarchæ apud Murator. tom. 9. col. 440 :* *Positisque ante eorum conspectum vasibus igne plenis ordinatis ad calefaciendam Tenabalas et comburendum carnes ipsi, adhibitisque carnificibus, qui cum Tenabulis ferri candentis carnes eorum laniabant, et*

*frustatim in ignem ponebant.* Vide *Tenalea.*

¶ **TENABULUM**. Vide mox *Tenaculum*. **TENACES**, *Forceps*, in *Glossis antiquis MSS. Hispanis Tenazas*, nostris *Tenaïlles*, a tenendo, inquit *Philander ad Vitruvinm. Charta Fernandi I. Regis Hispaniæ æræ 1101 :* *Servitium de mensa, id est, salare, inferturia, Tenaces, trullone cum coclearibus 10. etc.* [*Fuscinas hic intelligo, nostris Fourchettes.*]

**TENACIA**, pro *Tenacitas*, usurpatur ab *Jona Aurel. Episc. lib. 3. de Instit. laicali cap. 11.* [et a *Scriptore Vitæ B. Lidwinæ tom. 2. Aprilis pag. 278.*]

**TENACULA**, *Forceps*, in *Mamotrecto ad 2. Paralip. cap. 4.* nostris *Tenaille.* [*Tenaculum*, ea notione legitur in *Vita S. Dunstani, tom. 4. Maii pag. 363 :* *Tenacula, quibus ferra tenebat, etc.*]

\* *Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 :* *Tenalha, Prov. forceps, Tenacula.* Vide mox *Senaglia.*

1. **TENACULUM**, *Venabulum*. *Joanni de Janua.* [Legio in *Editione ann. 1514 :* *Tenabulum, venabulum, quia retinet aprum venientem.*] *Gloss. Lat. Gall. habet :* *Tenabulum, Retenail, espie.* At aliud sonat in *M. Chronico Belgico pag. 172.* ubi de expugnatione *Ascalonitana a Balduino Rege Hieros. :* *Quod inter maxima miranda miracula miraculum esse summum videtur, at urbs 150. turribus prævalidis manita, et Tenaculis domuum in plateis suis quasi crypta laqueariis supersecta, tandem aliquando vineeretur.* *Leg. forte Tectaculis.*

**TENACULUM**, *Fibula, retinaculum, Retenail*, in *Gloss. Lat. Gall. laudato.* *Vetus Charta apud Jo. Schefferum ad Chronic. Upsaliense pag. 152 :* *Item duæ ampulle ponderant 2. markas. Item Tenacala duarum capparum ponderant quinque markas argenti deaurati.* *Usus hac voce Terentianus Maurus in Præfat. sed alia notione.* [*Bern. de Breydenbach Itin. Jerosol. pag. 208 :* *In navibus, que non clavisi aut aliis fferamentis sunt compacte, sed fuisibus quibusdam et lignetis Tenaculis conglutinate, etc.*]

\* 2. **TENACULUM**, *Instrumentum scriptoris*, in *Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521.*

¶ **TENAGIARE**, *Candenti forcipe laniare*, *Ital. Tenagliare, Gall. Tenailler.* *Joh. Demussis Chron. Placent. ad ann. 1326.* apud *Murator. tom. 16. col. 494 :* *Eodem anno Carcagnus proditor et Rodolphus ejus socius, et duo alii socii cum eis Tenagiati fuerunt.* Vide *Tenagliare.*

\* **TENAGLA**, *Forceps*, *Ital. Tenaglia, Gall. Tenaille.* *Instr. ann. 1384. inter Probat. tom. 3. Hist. Neni. pag. 66. col. 1 :* *Cum Tenaglis dentes auferendo etc.*

\* **TENAGULA**, *Eadem notione.* *Steph. de Infestura MS. ubi de Innoc. VIII. PP. :* *Fait igitur (Macrinus) ductus per urbem in curru rectus et nudus, et cuidam stipiti alligatus et passim ferris sea Tenagulis et forcipibus infocatus afflictus.* *Hinc*

\* **TENAGLARE**, *Candenti forcipe laniare*, *Ital. Tenagliare, supplicii genus.* *Chron. Patav. ad ann. 1281.* apud *Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 1149 :* *Mascharonus prædictus et duo alii positi in carrectis vincti, et Tenaglari per civitatem, etc.* Vide *Tenagliare.*



¶ **TENALEA**, Forceps, Gall. *Tenaille*, Ital. *Tenaglia*. Job. de Bazano Chron. Mutin. apud Murator. tom. 15. col. 613 : *Deinde fuit Tenaleis morsicata.... super unum lectum accensorum carbonum, etc. Vide Tenella.*

¶ **TENALES**, Eadem notione. Index utensilium de Ruminaco c Chartulario Compendiensi : *Una securis et quidam tripes, et trois clemines de fer, et uncs Tenales et duo treffus.*

¶ **TENALIA**, Eodem intellectu. Chron. D. de Gravina, tom. 12. Muratorii col. 567 : *Licet in eorum corporibus caro modica superesset morsibus Tenaliarum ignearum, etc. Tenaliis igneis mordere, ibid. col. 641.*

¶ **TENALIMUM**, Eodem significato. Chronicon Bergom. Castellum de Castello ad ann. 1406 : *Quod ipsi ducantur super una carretta ad locum iustitie et cum Tenalio ardente deberent attenajari, etc.*

¶ **TENALLA**, Idem. Enumeratio MS. munitionum Sommerie in Occitania ann. 1260 : *Item VI. martellos. Item IV. Tenallas. Item L. forcipes.* Ubi per forcipes forte minores, per tenallas vero majores forcipes sunt intelligendi.

¶ **TENALLEATUS**, Candenti forcipe laniatus, Gall. *Tenaille*. Annales Estenses ad ann. 1403. apud Murator. tom. 18. col. 990 : *Villanus debito damnatus supplicio fuit, per civitatem super curru Tenalleatus, etc. Vide Tanajare.*

¶ **TENAMENTUM**, Idem quod infra *Tenementum*, post *Tenere*. Ibi vide.

¶ **TENANCIA**. Vide in *Tenere* 1.

\* **TENANCIARIUS**. Vide infra in *Tenere* 1.

¶ **TENANDRIUS**. Statuta Roberti III. Regis Scotie cap. 4. § 3 : *Statutum est et ordinatum, quod licet in posterum dominus Rex de dicto Comitatu aut dominio, cum Tenandriis et libere tenentibus per chartam suam infeodaverit aliquem, etc.* Legendum puto *Tenancensis*, ex Gallico *Tenancier*, *Teneus*.

¶ Nihil est cur certo locum emendes. *Tenendria*, pro villa, infra occurrit : quidni *Tenandrius*, pro villicus? Vide *Tenendria* in *Tenere* 1.

\* Recte quidem, a *Tenandia*, Villa. Charta Jacobi reg. Scot. ann. 1450. in Chartul. Glasguens. eocl. ex Cod. reg. 5540. fol. 96 : *Episcopi Glasguenses teneant de nobis dictas terras in meram, puram et liberam regalitatem seu regaliam... cum Tenandiis, Tenandriis et libere tenentium servitiis.*

¶ **TENANTIA**. Vide *Tenentia*, et *Tenere* 1.

¶ **TENASMUS**, *Egerendi libido continua, sed inanis*, Laurentio in Amalthea. Plinio lib. 28. cap. 14. habet : *Tenesmos, id est, crebra et inanis voluntas desurgendi.* Habet etiam *Tenasmus* eod. cap. Saepius alii *Tenesmus* dicunt, Medicis nostris *Tenesmie*, *Epreinte*.

\* Acta B. Amadei tom. 2. Aug. pag. 588. col. 1 : *Dum ipse dominus Antonius de la Ecclesia.... infirmaretur quadam infirmitate, quam vulgus appellat infirmitatem canalis, medici autem eam appellant infirmitatem Tenasorum quodammodo incurabilem, etc.* Vide infra *Tenasmus*.

¶ **TENATOR**, pro *Tannator*, ut videtur, *Tanneur*. *Constantius de Mongeur Tenator*

*Trecensis*, in Charta ann. 1249. ex Chartul. Campan. fol. 533. col. 1.

\* **TENATOR**, Qui praedium a domino feudali dependens, et in ejus feudo vel dominio tenet et possidet. Charta Jordani de Insula ann. 1171. inter Probat. tom. 1. Annal. Praemonst. col. 365 : *Absolve etiam parentibus meis, Tenatoribus et hominibus meis, quicquid donare voluerint de rebus vel terris suis.* Vide *Tenere* 1.

\* **TENATURA**, Possessio. Charta ann. 1223. in Chartul. eocl. Glasguens. ex Cod. reg. 5540. fol. 42. 1<sup>o</sup> : *Salvo etiam jure et Tenatura rectorum ecclesiarum, qui modo sunt, quousque cesserint vel decesserint. Tenure, eadem acceptione.* Vide infra in *Tenere* 1.

¶ **TENCA**, Piscis fluviatilis notus, Gall. *Tanche*, Ital. *Tenca*, Ausonio in Mosella v. 125. *Tinca*. Dicitur Tenca Petro Azario apud Murator. tom. 16. col. 428. Rumplero lib. 1. Histor. Monasterii Formbac. apud Pezium tom. 1. Anecd. part. 2. col. 433. et aliis. Hinc emendandus alter ejusdem Rumpleri locus col. 468. ubi pro *Tenca* perperam habetur *Tenta*.

¶ **TENCHA**, Eadem notione, in Statutis Astensibus, ubi de *intratis portarum*, et in Statutis Placentiae lib. 6. fol. 79. verso.

¶ **TENCHIA**, Eodem intellectu, in Charta Hugonis Abb. S. Dionysii ann. 1200. ex Archivo B. Mariae de Argentolio.

¶ **TENCHURERIUS**. Sententiae Inquisit. Tolos. pag. 9 : *Matheus Aycardi Tenchurarius de Tolosa, etc.* Forte *Tenthurerius*, pro *Tenturerius*, Gall. *Tenturier*, Tinctor, infector. Vide *Tenturarius*.

\* Nihil emendandum; nam Provinciali idiomate *Tenchuric* dicitur, pro *Tenturier*, quo forsitan utuntur etiam Occitani.

\* **TENCIA**, Induciae, Gall. *Suspension d'armes*. Stat. Petri archiep. Narbon. contra Albigen. ann. 1234. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 370 : *Demandent homines burgi incontinenti Tenciam et amicitiam; sive treugas xx. dierum, quas habent cum O. de Termino et fautoribus suis.* Vide infra *Tenencia*.

1. **TENDA**, Tabernaculum, tentorium, Gallis *Tente*. [Ital. *Tenda*.] Tudebodus lib. 2. Hist. Hierosolymitanae : *Et in nostras laxatis frenis concurrerant Tendas.* Florentinus Monachus de Expugnatione Acco- nensi :

Bachanalis Africus mare perturbabat,  
Evulsa tentoria cuncta laniabat,  
Si confratres mei tunc ibidem fuissent,  
Et tenere dentibus me Tendam vidissent,  
Horum quidam, reputo, super me risissent.

Occurrit praeterea apud Ordericum Vital. lib. 9. pag. 742. 743. [in Annalibus Genuens. ad ann. 1213. apud Murator. tom. 6. col. 405. in Memoriali Potestatum Regiens. ad ann. 1275. apud eumd. Murator. tom. 8. col. 1138. in Chronico Estensi ad ann. 1350. apud eumd. tom. 15. col. 458. in Chronico P. Azarii, tom. 16. ejusd. Murator. col. 331. in Statutis Astens. col. 17. cap. 71. in Statutis datariis Riperae cap. 14. etc.] Raymundus Montanerius in Chron. Aragon. cap. 122 : *Et lo Senior Rey d'Arago feu anar la crida per la sua host, que tot homes plegas les Tendes, etc.* Sic Τένδας et Τέντας, tabernacula vulgo vocant

recentiores Graeci, Leo in Tactic. cap. 5. § 9. cap. 10. § 12. cap. 13. § 3. cap. 18. § 54. Nicetas Graeco-Barb. in Notis Wolphianis pag. 115. edit. Genev. Ducas pag. 37. 188. Joan. Cananus pag. 192. et alii a Rigalio et Meursio laudati, [ut et in Glossario mediae Graecitatis.]

**TENDA**, Hispanis, est Statio seu officina in foro aut locis publicis exponendis et vendendis mercibus. *Tentorium* exponitur in Foris Aragon. lib. 9. pag. 179. Diploma Weremundi Regis Hispan. apud Ambrosium Morealem : *Cum omnibus utensilibus, capis, torcularibus, et Tendis in mercatello, et vineis, quae servierunt ipsi corti, etc.* Charta Aldefonsi VIII. Regis Castellae aerae 1213 : *Et vestras Tendas nullas Alcarit, neque Almusericus, neque Almoçabel violenter intret, etc.* Rodericus Toletanus lib. 6. cap. 24 : *Rece dotavit Ecclesiam Toletanam, et dedit ei... in civitate omnes stationes, quas vulgariter Tendas vocamus.* Idem in Hist. Arabum cap. 40. *Stationes vendentium* vocat. Fori Oscae ann. 1247. sub Jacobo I. Rege Aragon. f. 18 : *Si duo habent domos, Tendas, aut alias hereditates simul, etc.* Charta Lusitanica, apud Brandaon. lib. 15. Monarch. Lusitan. cap. 31 : *Item retineo mihi et successoribus meis omnes Tendas, quas Reges Saraceni solebant tenere tempore Saracenorum.* Adde tom. 5. pag. 308. Praeterea Colmenaregium in Hist. Segoviensi- cap. 17. § 15. cap. 19. § 1.

**TENDARI**, Qui in *Tendis* mercem suas venum exponunt. *Apothecarii* et *Tendarii*. in Foris Aragon. lib. 9. tit. Quod Physi- ci, etc.

**TENDERE**, Tentorium explicare, vel in tentorio subsistere, castra metari, [Ital. *Tendere*, nostris *Tendre*.] Gloss. MSS. Reg. Cod. 1013 : *Tendebat, tentorium habebat.* Palmerius ad Salustium pag. 520. restituit vocem *Tendentes*, pro *Tentoria figentes*, aique vocabulum esse Numidarum. Huc viri docti ista referunt Maronis :  
... hic saevus Tendebat Achilles.

Et Suetonii in Galba cap. 12 : *Cohors Germanorum juxta hortos Tendebat.* Denique Taciti Annal. 13 : *Milites Tendere omnes extra vallum jussit.*

**ADTENDARE**, Eadem notione, [Ital. *Attendere*.] Epist. Tierrici Magistri Templi in Chronico Reicherspergensis ann. 1187 : *Et non potuerunt Adtendere ultra tendas tres.* Joan. Villanese lib. 5. cap. 1 : *Ove il detto Imperadore s'era Attendato a gran danno di Romani.* Adde lib. 7. cap. 147. lib. 9. cap. 46. Hinc nostrum *Attendre* fluxit, [ut et Italicum *Attendere*,] pro *expectare*, quia donec *tendae*, seu tentoria figantur, subsistunt, et expectant.

Tabernacula autem olim ex coriis confecta constat : unde in Epistola Valeriani ad Zozimionem, apud Pollionem in Claudio : *Pellium tentorium decurias triginta.* Zonaras in Constantino M. : *Σκίνη ποτὲ τῷ πατρὶ διακομισθῆ ἐκ βαβυλωνῶν δέρμασιν ἐργασ- ρίσις ποικιλωτέρων εἰργασμένη.*

2. **TENDA**, apud Papiam, quae rusticis *Trabis* dicitur. Cod. alius *Trabea* praefert. Gloss. Saxon. Alfrici : *Tenda, tyld syle, i...* Domus limen.

\* **3. TENDA**, **TENDALIS**, Locus vacuus, in quo aliqua extendi seu expandi possunt,



Hisp. *Tendalero*. Charta admort. Caroli VII. in Reg. Cam. Comput. Paris. alias Bitur. fol. 148. r<sup>o</sup> : *Item super una locata sive Tendali ad Carentenas,..... ij. den. obol. Turon... Item super una locata Tendæ, sita ad Carentenas,..... seni pict. Et fol. 150. r<sup>o</sup> : Item super locata cum Tendu ad Carentenas, quam idem Sparos tenebat, ij. den. Turon. et obol. Rursum fol. 151. v<sup>o</sup> : Item super duabus Tendis cum suis locatis, .... iiii. den. ob. Turon. Tandem et Tende, eadem, ni fallor, notione, in Charta ann. 1270. ex Tabul. S. Mich. in eremo : *Octroions que..... toutefois et quanteffois que (les bestes) auront fait aucun domage.... en aucune ou aucunes de leurs maisons, vignes, terres, salines, près, Tandem ou autres leurs tenences ou appartenances, etc.* Infra : *En leurs maisons, vignes, terres, salines, Tendes, ou autres leurs tenences ou appartenances, etc.* Vide infra *Tenta* 3.*

\* **TENDARE**, pro *Tendere*, explicare, Gall. *Tendre*. Comput. ann. 1399. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 150. col. 1 : *Pro clavellis ad Tendandum dictos pannos, ij. grossos.* *Tenderte*, Facultas plagas tendendi ad capiendas aves, et præstatio, quæ pro ea facultate pensatur, in Comput. reddit. comitat. Pontiv. ann. 1554 : *De le Tenderte aux oiseaulx du conté de Ponthieu ;.... moyennant le prix et somme de douze livres Parisis par an. Tandem vero, Propugnaculum ante se protensum, quo quis defenditur ac protegitur, apud Joinvil. in S. Ludov. edit. Cang. pag. 40 : Les Turcs avoient ja brisé et froissé nos Tandem et gardes.* Ibidem pag. 50 : *Six des chevetaines des Turcs.... vindrent faire ung Tandem de grosses pierres de taille, afin que noz arbalestriers ne les bleccassent du trect.*

† **TENDARIUM**. Vide *Tenda* 1.

† **TENDARIS**, Locus in quo panni explicantur seu extenduntur, ut discimus ex Litteris Philippi VI Reg. Franc. ann. 1335. tom. 2. Ordin. pag. 115 : *Concedimus eisdem quod pro custode Tendaris, seu loci communis in quo panni tirantur seu tenduntur, et in parte adaptantur, possint unum denarium et pro clausura, et aliis reparacionibus dicti tendaris... imponere desuper, seu supra quemlibet pannum in dicto Tendari, et aliis Tendariis dicte villæ tirandum, per illos qui facient pannos ipsos tirari.* Vide in *Tenda* 1. et infra *Tiratorium* 1.

\* **TENDARIUS**, Tinctor, infector, Gall. *Teinturier*, alias *Tandeur*, Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120 : *Tinctores, Gallice Tandeurs, et dicitur ab hoc verbo, Tingo.* Libert. Cature. ann. 1344. in Reg. 68. Chartoph. reg. ch. 312 : *Item creant..... curatores seu gardiatores pannorum, et artificii textorum et paratorum et Tendariorum in pannis faciendis.*

† **TENDEHEVED**, mendose apud Hovedenum in Henrico II. pro *Tenth-heved*, vel potius *Tenheved*. Spelm. Vide *Tenheved*.

† **TENDELLI**, mendose, ut dicitur in *Collatarii*.

† **TENDERE**, Extendere. Codex Theod. lib. 11. tit. 14. leg. 1 : *Ante omnia autem quæ in horreis habentur expendi volumus, ita ut non prius ad id frumentum Tendatur expensio.* Codex Justiniani præfert exten-

datur. Pro tentorium explicare seu castra metari sumitur paulo ante in *Tenda* 1.

† **TENDITAS**, Voluntas, auctoritasve. Bulla Gregorii IX. PP. e Tabulario Corbeiensis : *Ingerannus de Wareignies possessiones, redditus et alia bona ipsius monasterii occupare propria Tenditate præsumens, villas, molendina et grangias monasterii cum non modica quantitate bladi... succendit ausu nephario et destruxit.*

**TENEAMENTUM**, Teneatura. Vide infra *Tenere* 1.

† **TENEBELLÆ**, Parvæ tenebræ. Cl. Mamertus lib. 2. de Statu animæ cap. 9 : *Eruentur nihil atque extrahentur etiam nuncupatim ex abditiis Tenebellarum, qui hæcenus de lituere.*

**TENEBRÆ**, Officium Ecclesiasticum, ita appellatum, quod peragitur feria 4 5. et 6. majoris hebdomadæ. *Hinc enim diebus Ecclesia Tenebras colit, et Matutinas in Tenebras finit, inquit Durandus lib. 6. Ration. cap. 72. n. 2 : Primo quia in luctu et mærore est propter domini Passionem, et propter ejus triduanam mortem exequias celebrat triduanas. Secundo Officium Tenebrarum significat tenebras, quæ fuerunt super faciem terræ, dum pendebat Sol justitiæ in cruce, etc.* Adde Beletum cap. 100. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 20 : *Ad Tenebras in Parasceve per tres dies 13. cerei accenduntur.* Hugo Flaviniac. pag. 170 : *Ubi vero ventum est ad Tenebras, niser ille, dum Kyrie eleyson cum versibus cantaretur, corde punctus genibus patris advolutus est.*

† Ad hunc posteriorem locum non satis attendisse videtur Mabilionis, cum *Tenebras* generatim *Matutinas* interpretatur in Onomastico ad calcem partis 1. sæculi vi. SS. Benedict. Verum quidem est de *Matutinis* hic agi ; sed de *Matutinis* nocte Cœnæ Domini celebratis, unde a Cœna Domini dictæ sunt *Tenebræ*, non a tenebroso noctis tempore, ut intellexisse videtur vir doctissimus.

† **TENEBRARE**, Obscurare, tenebrosum facere, Johanni de Janua. *Tenebrare terras* Martiano Capellæ lib. 6. S. P. Chrysologus Serm. 74 : *O si nebula fumus mulieris Tenebrasset aspectum !* Lactantius lib. 4. cap. 19 : *Tenebrabitur dies lucis.* Guibertus lib. 1. de Pigneribus SS. cap. 1 : *Quid dicam de illis, qui nullis aliorum testimoniis claruerunt, et ex eo quod scripturis qualibuscunque celebrari putantur, potissimum Tenebrantur ?*

\* nostris *Entenebrer*. Vitæ SS. MSS. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 2. r<sup>o</sup>. col. 1 : *Cil qui ont longuement demoré en chartre, ont les œlz Entenebréz et obscurs et ne poent veoir clerelement.*

**TENEBRARIUS**, Vir obscurus, obscuri nominis. Vopiscus in Firmico : *Et illi quidem adversum non contentendi hæc sola ratio fuit, quod dicebat, Aurelianus in edicto suo non scripsisse, quod tyrannum occidisset, sed quod latrunculum quondam a Rep. removisset : perinde quasi digne tanti Princeps unonnis debnerit tyrannum appellare hominem Tenebrarium, aut non semper latrones vocaverint magni Principes eos, quos invadentes purpuram necaverunt.*

† **TENEBRATIO**, Obscuratio, caligatio.

*Tenebratio visus*, Cælio Aurel. lib. 1. Chron. cap. 2.

† **TENEBRESCERE**, Tenebrosum fieri, tenebris obduci. S. Aug. de Genesi ad litt. lib. 1. cap. 10 : *Quo tempore pars ista, in qua sumus, Tenebrescit in noctem.* S. Chrysologus Serm. 74 : *Tenebrescit vesper, non laescit.* Rursum utitur Serm. 77. Homagium ann. 1257. e Schedis Præsidis de Mazaugues : *Quoniam veritatis series plerumque... Tenebrescit.*

† **TENEBRICARI**, Idem quod *Tenebrescere*. *Sol media die Tenebricavit*, apud Tertullianum adv. Judæos cap. 13. Paschasius Radbertus lib. 3. de Fide, Spe et Char. cap. 12. tom. 9. Ampl. Collect. Marten. col. 570 : *Hinc (anima) Tenebricatur peccatorum suorum aspectibus; illinc respundet gratia Dei respersa et virtutum muneribus.*

† **TENEBRICOSITAS**, Obscuritas, caligo. *Tenebricositate vexari*, Cælio Aurel. lib. 1. Chron. cap. 4.

\* **TENEBRICOSITAS**, Obscuritas, caligo, Gall. *Tenebres*, alias *Tenebreur*. Lit. remiss. ann. 1398. in Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 208 : *Lanceam propter Tenebricositatem noctis reperire non poterant.* Aliæ ann. 1373. in Reg. 105. ch. 219 : *Lequel compaignon les supplians ne congnossoient point, comme il ne le peussent choisir ne adviser, pour la Tenebreur et obscurté de la nuit, etc.* Vide *Tenebricositas*.

\* **TENEICIO**, Possessio. Charta ann. 1204. ex Bibl. reg. cot. 17 : *Ego Aladaicis Cornelo... te Bernarde de Turre in Teneicionem mitto ex omni illo dono, quem tibi feci in meo novissimo testamento.* Vide supra *Tenatura*.

† **TENECULA**, Idem quod *Tenacula*, Forceps, Gall. *Tenaille*. Acta SS. Martis, tom. 2. pag. 508 : *Brachium S. Joseph ab Arimathia in argento cum Teneculis in manu de argento.*

† **TENEDO**, **TENEDURA**. Vide *Tenere* 1.

\* **TENEIREA**. Vide infra in *Tenere* 1.

† **TENELLA**, Gall. *Tenaille*, Forceps. Vita B. Lidwinæ, tom. 2. Aprilis pag. 274 : *Tenella solet calciferi ad ignem.* Et pag. 314 : *Quod (pomi fragmentum) etiam inter ferreas Tenellas caudentesque compressum, insipidum omnino reddebatur.* Utitur etiam Cornelius Zantfliet in Chronico apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 365. ubi de eadem B. Lidwina. Vide in *Tenalea*.

1. **TENELLUS**, Obturaculum oris dolii, Jo. Laudensis in Vita S. Petri Damiani Card. num. 22. de dolio, seu tina : *Evolvo Tenello, nihil prorsus vini suscipiunt.*

† 2. **TENELLUS**, Cenaculum aulicorum. Ordinatio Humberti II. super ordine et numero mensurarum tom. 2. Hist Dalphin. pag. 311. col. 1 : *Item, quod aliis Militibus simplicibus in nostro Tenello comedentibus serviat eodem modo inter duos quoslibet, videlicet de una gallina, etc.* Mox : *Item, quod omnibus... in Tenello nostri hospitii comedentibus serviat, etc.* Et pag. 312. col. 2 : *Die Veneris... in hospitio non comedetur, nisi semel in die in Tenello, sicut nec aliis diebus jejuniis.* Ibid. pag. 313. col. 2 : *Potatio de mane in Tenello : Item, volumus et ordinamus, quod qualibet die de mane, quando non est jejuniatum ordinatum ubi Ec-*



*clesia, panaterius hospitii nostri portet seu portari faciat in loco, ubi tenetur Tenellus nappam cum duodecim panibus parvis... et quod botellerii portent pro eisdem ad prædictum Tenellum sex mensuras vini puri de Tenello, et quod coquis de coquina nostra portari faciat ad dictum locum pro eisdem unum rotulum de carnibus, etc. Similia mox repetuntur, ubi de potatione per diem in Tenello. Rursum infra pag. 317. col. 1: Item, volumus quod illi qui debent in Tenello communi conedere, etc. Adde pag. 335. col. 1. et vide *Tinellus*.*

\* 3. **TENELLUS**, Structa in forcipis modum munitio, Gall. *Tenaille*. Charta Galth. comit. Brenæ ann. 1231. ex Tabul. cominend. Treç. : *Non poterunt forteritiam facere; nisi suæ propriis clausurum de fossatis xiv. pedum in latitudine tantum, et polatii vel ovi x. pedum in altitudine super terram, sine tornellis, archeris et Tenellis*. Inquisit. ann. 1371. in Access. ad Hist. Cassin. part. 1. pag. 433. col. 2: *Camera etiam habet..... curtum cum Tenello, casalenum et turrin supra portam. Teniau inter instrumenta piscandi recensetur in Lit. anu. 1367. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 471.*

† **TENEMENTARIUS**, **TENEMENTUM**, **TENENDRIA**, etc. Vide *Tenere*, I.

\* **TENEMIUM**, Vox mendose scripta aut plane barbara, qua designari intellectum suspicantur docti Editores ad Acta S. Hildegard. tom. 5. Sept. pag. 699. col. 2: *Prætere cum magrum Tenemium non habuerit, quadragesimo secundo ætatis suæ anno libros non paucos scribere incepit Spiritus sancti revelatione.*

\* **TENENCIA**, Induciæ, securitas data coram iudice vel domino feudali inter inimicos, idem quod practicus nostris *Asseramentum*. Stat. Jacobi I. reg. Aragon. ann. 1251: *Similiter quicumque habuerit cum aliquo Tenencias ad aliquem certum vel certos dies, infra illas Tenencias, nec ratione pignoracionis, nec aliqua ratione vel occasione, possit malum facere alteri, nec illas Tenencias infringere, et quicumque infra treugas vel Tenencias adratas malum fecerit alicui, cum quo treugas habuerit, vel pignoraciones fecerit vel dampnum aliquod intulerit, dampnum emendet in duplo. Vide supra *Tencia*.*

\* **TENENCIORES**, Idem qui *Tenentes*. Vide infra in *Tenere* I.

**TENENS**, forense vocabulum, pro reo, ut contra, *Petens* pro actore, in Regiam Majestatem lib. 2. cap. 2. Occurrit passim in Legibus Scotticis et Anglicis. Vide *Tenere* I.

† **TENENSA**, Possessio quam quis tenet ab alio. Charta ann. 1210. e Chartulario Lezatensi: *Ego Guill. Abb. Lezat. solvo et derelinquo... Bernardum de Vauro et omnem suam Tenensam, et omnes suas res mobiles et immobiles, quocumque loco prædicta Tenensu sit vel esse debet, et omnem suam progeniem... tali pacto quod prædictus B. de Vauro et qui per eum erunt, reddant et donent duos solidos de bonis Tholosanis annuatim ex parte dominationis per seipsum et per omnem suam Tenensam, scilicet prædicto G. Abbat. Lezatensi, etc. Vide infra *Tenere* I. [\* Vide supra *Tenecio*.]*

\* **TENENSARIUS**, **TENENSOR**, *Tenens*. Vide infra in *Tenere* I.

\* **TENENTA**, **TENENTARIUS**. Vide infra in *Tenere* I.

† I. **TENENTIA**, **TENANTIA**, Securitas standi promissis et conventis. Literæ Willelmi Scotorum Regis ann. 1209. apud Rymer. tom. 1. pag. 155. col. 2: *Pro eisdem terminis fideliter tenendis dedimus eis in Tenentiam obsides nostros, quos habet. Charta Johannis Regis Angl. lib. nig. Scaccarii pag. 379: Tradidit nobis tria castra Wallie sue... in Tenantiam reddendi nobis prædicta debita nostra et satisfaciendi nobis, etc. Vide *Teneteria* et *Tenuantale*. Occurrit alia notione in *Tenere* I.*

\* 2. **TENENTIA**, Proprietas, dominium. Testam. Berni. de Pradis ann. 1312. ex Cod. reg. 8409. fol. 35. rº: *Jubeo et veto ut illa Tenentia domus, quæ est in petra, numquam alienetur, quia vobis semper remuneat penes liberos dictorum hæredum meorum. Charta ann. 1371. in Reg. 103. Chartoph. reg. ch. 37: Item et quedam Tenentia hospitiorum situatorum in carreria argenterie Montispessulani, quæ sunt in numero septem. Nisi malis intelligere ibi collectionem domorum, quæ sibi invicem contigua sunt et coherent.*

\* 3. **TENENTIA**, Reditus, qui ex prædiis percipitur. Charta Drocon. de Melloto ann. 1222. ex Chartul. S. Steph. Autiss.: *Compromisimus in eosdem, videlicet de terris quas homines de Egligny venientes ad S. Mauricium tenent ad costumam vel tertias, .... tali modo quod dicti tres, quantum ad terras prædictas, inquirent bona fide consuetudines, erramenta et Tenentias, quæ tam nos quam capitulum obtinimus.*

† **TENENUM**, Ager, ut videtur, clausus. Charta ann. 1358. apud Corbinell. inter Probat. familiæ de Gondi tom. 1. p. clvii: *Item unum polatium magnum cum columbaria, et cella, et curia, et una domo bassa, et casolare, et Teneno cum vitibus positum in populo S. Martini.*

\* **TENEORICA**, Genus cartæ, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613.

† **TENERARE**, Tenerum efficere, Constantino Africano, cujus locus exstat in *Gastia*.

I. **TENERE**, **TENENS**, **TENEDO**, **TENEMENTUM**, etc. Voces fori feudalis. [\*\* *Li rois ne tient de nuluy fors de Dieu et de luy, in Statut. S. Ludov. reg. Fr. lib. 1. cap. 78. et alibi.*]

**TENERE** dicitur, qui prædium a domino feudali dependens, et in ejus feudo vel dominio possidet: quæ vox hac notione passim occurrit.

**TENERE IN CAPITE** dicitur, qui nullo medio ratione feudi domino subjectus est, apud Anglos specialiter, qui a Rege seu Corona feudum suum tenet. Cowell. [Charta Henrici Regis Angliæ circa ann. 1155. apud D. Brussel tom. 2. de Feudorum usu pag. 1. ad calcem: *Si quis Comes, vel Baro, seu alius tenementum Tenens de nobis in capite per servitium militare, mortuus fuerit, et cum decesserit heres ejus plenæ ætatis fuerit, et relevium debeat, habeat hereditatem suam per relevium antiquum, et alii similiter per antiquam consuetudinem feodorum.*] Radulphus de Diceto ann. 1163: *Nullus scilicet,*

*ut vulgariter loquar, de Rege Tenens in capite castellum, villam, vel prædium, etc. Epistola Monachorum Ecclesiæ Cantuariensis ad Reg. Henricum II: Cum nihil ad eum spectent, sed nos Teneant post Deum in capite de vobis, sicut et ipse. Matth. Paris. ann. 1244: Ad omnes Prælatos, qui de Rege Baronias Tenebant in capite. Et infra: Ut quilibet Baro Tenens ex Rege in capite, habeat prompta et parata regali præcepto omnia servitia militaria, quæ ei debentur.*

\* **TENERE PER ACAPTUM**, Sub accaptorum conditione et onere. Consuet. Catal. MSS. cap. 55: *Si unus vassallus Tenet duo vel tria feuda pro uno domino per acaptum unius temporis vel domini suorum, bene potest ea legare seu dividere inter diversas personas. Vide *Accapture*.*

\* **TENERE PER BARONIAM**, Jurè Baronum, hoc est, supremo dominio. Vide supra in *Buro*.

\* **TENERE AD DUO BLADA**, Per tantum temporis habere agrum, ut *tenens* bis ex eo bladum colligere possit. Charta ann. 1294. in Lib. nig. 2. S. Vulfr. Abbavil. fol. 67. vº: *Honoratus ad Dentes debet Tenere terram prædictam ad duo blada et duas avenas.*

\* **TENERE AD CAPTANIAM**. Vide supra *Captania*.

\* **TENERE AD CATALLUM**, Ad medietatem fructuum. Vide supra in *Catallum*.

\* **TENERE IN COTERIA**, Gall. *Teniren Coterie*, Ad societatem. Vide supra in *Coteria*.

\* **TENERE DALPHINALITER**. Vide supra in *Delphinus*.

\* **TENERE IN FAMULATU**, Servientis feudalis conditione. Reg. feud. Norman. ex Cod. reg. 4653. A fol. 170: *Theobaldus de Faverilles Tenet in famulatu medietatem præposituræ..... unde est famulus ligius.*

\* **TENERE LAICALITER**. Vide supra in *Laicus*.

\* **TENERE AD MANSUM**, Sub certo scilicet censu et annua pensione domino fundi præstanda. Vide supra in *Mansus*.

\* **TENERE IN MARITAGIU**, Ex dote uxoris seu donatione, quæ a parente filia fit propter nuptias. Feoda Norman. in Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 158. vº. col. 2: *Dom. Engerrannus de Hommet Tenet in maritagio ex parte sororis Willelmi de Mombay apud Escoucheium duo feoda in baillivia castri Laive. Ibid. fol. 170. rº. col. 2: Dom. Galterus de Flavacourt... Tenet a dom. Johanne de Monchevel... medietatem matrimonii sororum suarum, quæ sunt a Laicort. Vide in *Maritagio*.*

\* **TENERE IN MILITIA**. Vide supra in *Decima*.

\* **TENERE DE NUDO AD NUDUM**, dicitur, qui nullo medio, ratione feudi, domino subjectus est. Charta Guill. dom. Salionis ann. 1281. in Chartul. ecll. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 18. vº: *Accepi feodum domus et fortherotie et fossatorum et pertinentiarum domus dom. Bartholomæi de Villacomitis, quam donum idem dom. Bartholomeus Tenet de nudo ad nudum a domino Beræ. Alia ann. 1291. ex Chartul. episc. Carnot.: Symon, dictus de Maricorne, de S. Leobino, de Joucheretis armiger et domicella Johanna ejus uxor confessi sunt vendisse reverendo patri dom. G. episcopo Car-*



not. quatuor vavassores, quos habebant et quos dictus Symon jure hereditario Tenebat ab eodem episcopo de nudo ad nudum, ad fidem et homagium. Charta ann. 1289. ex Chartul. S. Carani : Guillaume de Danonville chevalier tieng de moi an sie nu à nu environ sept muïs de terre semeure. Sans moienne Tenue, eodem sensu, in Reg. B. Cam. Comput. Paris. ad ann. 1336. fol. 76. r<sup>o</sup> : Se il tient ucuene chose en sie, ou en vilenage dudit mons. le Duc et souz lui, sans moienne Tenue d'autri, que l'on appelle Tenue de Duchainne.

\* TENERE AD OCTENUM, Ad octavam scilicet fructuum partem. Vide supra Octenus.

† TENERE A SOYTEFE, hoc est, ad societatem, ut satis explicant Litteræ Officialis Moricensis ann. 1271. c Tabulario Corbeïensi : Peterent etiam dicta triginta jorna terra Tenenda ab eadem Ecclesia hereditarie ad soyete, tali modo quod dicti abbas et Conventus deberent invenire tertiam partem seminis dictæ terræ, et prædicti superius nominati deberent ad sumptus suos proprios dictam terram excolere, seminare et ahnare, et habere medietatem fructuum ratione agriculturæ suæ, et prædicti Abbas et Conventus aliam medietatem. Vide Socida.

\* TENERE, Prædium, hæreditas. Stat. Pistor. ann. 1107. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 558 : Item si quis civis de cetero fuerit de suo Tenere inter Pistorii districtum expulsus, et mihi fuerit reclamatum; citius quam potero, expulsus in Tenere suo et potere faciam vestitui.

\* TENENCIORES, TENENSORES, Tenentes, qui diversis titulis terras et prædia tenent. Libert. villæ de Burgo in ducatu Aquit. ann. 1451. ex Reg. 198. Chartoph. reg. ch. 379 : Item dixerunt quod alii feudarii et Tenenciores in palude de Barba et in villa certa deveriã reddunt nobis. Reg. Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 14. v<sup>o</sup> : Item dixerunt quod sunt aliqui feudarii et Tenensores in palude de Barba et in dicta villa, qui certa deveriã reddunt domino regi.

TENENTES IN COMMUNI, sicut illi, qui ex diversis titulis terras ac tementa pro indiviso tenent. Ita Cowellus lib. 2. tit. 2. § 14. II in Foris Aragonensibus unica voce Terrastenentes dicuntur, apud Michaëlem del Molino in Repertorio pag. 75. et alibi : Terretenentes, in Chron. Petri regis Aragon. lib. 1. cap. 43.

TENENTES IN FEUDO SIMPLICE, Littletoni sect. 1. 2. 3. etc. Tenans en fée simple, Vide in Feodum simplex.

TENENTES IN FEUDO TALLIATO. Vide Feodum talliatum.

TENENTES IN TALLIA GENERALI, Littletoni sect. 14. et 15. dicuntur, cum tementa dantur alicui et hæredibus ex proprio corpore procreatis. Tum enim generalis tallia, (general taile) dicitur, quia ex qualibet uxore, si is plures habuerit, procreati liberi ad ejusmodi tenementorum successionem admittuntur.

TENENTES PER TALLIAM SPECIALEM, Cum tementa alicui et uxori, et hæredibus ex utroque procreatis dantur. Tum enim soli ex hoc conjugio nati liberi ad ea tementa admittuntur. Littleton. sect. 16. 19. Vide Talliare in Tallia 8. et Feodum talliatum.

TENENS IN DOTE, dicitur cum uxor marito defuncto, tertiam ejus tenementorum in dote tenet. Idem sect. 36.

TENENS AD VITAM, seu usufructum. Idem sect. 56.

TENENS AD CERTUM annorum numerum. Idem sect. 58. 59. etc.

TENENS AD VOLUNTATEM, Cum tementa alicui conceduntur possidenda ad voluntatem donatoris, apud eundem sect. 68. et seqq. Quæ quidem Tenura, alia videtur ab ea, de qua vetus Consuetudo Normanniæ MS. part. 1. sect. 3. c. 15 : Uns siemens sont apelez fraus Tenemens sans homage et sans parage en sieu lay, et ce est fet par aucune composition, qui est fete entre aucunes personnes. Si comme un homme a 30. s. de rente, et il en donne à un autre les 10. et l'homage e son homme : cil qui tient le sieu ne fet pas homage à l'autre, car il tient le sieu par un seul homage, et tele Tenure est apelée Tenure de volenté, pour c'en que ele est fete de la volenté à celui, qui baille le sieu, et qui le rechoit sans nul homage, et sans nul besoing d'eritage, etc.

TENENS PER CONSUETUDINEM Angliæ, dicitur, qui tenet seu possidet Tenementa, vel terras, quæ ex Consuetudine Angliæ maritis, vel in dotem uxoris permittuntur. Is enim in valuit mos apud Anglos, ut si quis fœminam hæredem ducat, et ex ea prolem gignat, quæ viva prodit in lucem, terras, de quibus uxoris nomine saisitus in ejus vita est, et mortua, integras ad vitæ suæ terminum retineat. Quam legem Henrico I. quidam adscribunt. Vide Littletonem sect. 35. Cowellum lib. 1. Instit. Angl. tit. 2. §. 18. et supra in voce Curialitas Angliæ.

TENENTES LIBERE, Qui liberum tenementum tenent vel possident, in Legibus Malcolmi II. Regis Scotiæ cap. 9. Libere Tenentium alii sunt intrinseci, alii forinseci, in Fleta lib. 2. c. 71. § 13.

† TENENS MEDIUS. Vide in Medius.

TENENS PER COPIAM ROTULI CURIE. Vide in Copia.

TENENS PER VIRGAM. Vide Virga.

TENENS PER HOMAGIUM, in veteri Consuetud. Normanniæ cap. 28. 29.

TENENS PER PARAGIUM. Vide Paragium.

TENENS PER ELEEMOSYNAM. Vide Eleemosyna 2.

TENENS PER BURGAGIUM. Vide Burgagium.

TENENS PER BORDAGIUM. Vide Bordagium, in Borda 5.

† TENEMENTUM, Territorium, districtus alicujus loci. Statuta Arelat. MSS : Si maleficium vel injuria in Arelate vel ejus Tenemento commissa fuerit, etc. Statuta Massil. lib. 2. cap. 32 : Statuimus, quod si aliquo tempore (contigerit) talam fieri in civitate Massiliæ, Tenemento vel ejus districtu, occasione guerræ generalis, etc. Charta Montis-majoris ann. 1212 : Quidquid in tota prædicta villa Pertusii seu in toto ejus Tenemento quacunque ratione justa vel injusta possidet, Donatio Templariis facta ann. 1248 : Dono... villam seu castrum de Geneiraco cum omni suo Tenemento. Charta ann. 1266. ex Archivo Eccl. Massil. : Quatuor pecias terræ sitas in Te-

nemento Alaudi. Charta ann. 1203. inter Instrum. Gall. Chr. novæ edit. tom. 1. pag. 85. col. 1 : Ego Ildelfonsus Dei gratia Comes et Marchio Provinciæ... concedo tibi Raimundo Dei gratia Forjuliensi Episcopo ... omnes justitias hominum qui sunt vel erunt in posterum in Tenemente Forjuliensis Ecclesiæ sive in civitate Forjuli, sive extra, in castris vel villis ad episcopatum vel præposituram pertinentibus, etc. Vide mox Tenimentum.

TENEMENTUM, Prædium urbanum, quod de domino tenetur. Skenæus ait, Tenementum communiter accipi pro hæreditate vel feudo; liberum vero tenementum idem esse cum usufructu, tametsi sæpissime confunduntur, atque hæc differentia minime observatur. Bractono lib. 4. tract. 1. cap. 31. § 1. et lib. 5. tract. 5. c. 28. § 1. Tenementum est prædium, quod in villa est, seu villæ partem conficit. Historia Translat. S. Julianæ Virg. ann. 1207 : Ut casalia et Tenimenta civitatis ab eorum incurribus defensarent. Passim. Le Roman d'Anile et d'Amy MS :

Partiray vous parmi mes Tenemens.

Infra :

Se donna li trestou son Tecement, Et à ses sers donna grant chazement.

LIBERUM porro TENEMENTUM, inquit Bracton. lib. 4. tr. 1. c. 28. § 1. est id, quod quis tenet sibi et hæredibus suis in feodo et hæreditate, vel in feodo tantum sibi et hæredibus suis. Ita autem dicitur ad differentiam ejus, quod est villenagium : quia tenementorum aliud liberum, aliud villenagium. Liberos autem tenementorum aliud tenetur libere pro homagio et servitio militari, aliud in libero sockagio cum fidelitate tantum, vel cum fidelitate et homagio. Vide ibi varias species tenementorum, et cap. 38. § 5. Quoniam Attachiamta cap. 45. 46. 47. et Fletam lib. 5. cap. 9. § 16. Tenementum noble, in nova Consuetud. Atrebatensi art. 194. Alias liberum tenementum accipitur pro usu fructu, ut in Legibus Burgorum Scotiorum cap. 135. § 9. uti vult Skenæus. At Bracton. loco laudato scribit, Liberum tenementum non posse dici alicujus, quo quis tenet ad certum numerum annorum, mensium, vel dierum, licet ad terminum centum annorum, quod excedit vitas hominum. Vide Christophorum de Sancto Gerimano in Dialogo de Fundamentis Legum Angliæ cap. 7. pag. 25.

† TENIMENTUM, in Chronico Farsensi apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 536. in Chronico Siciliæ apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 8. et 26. in Diplomate Henrici VI. Imper. ann. 1193. apud eund. Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1002. in Chronico Dominici de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 552. in Actis B. Joachimi, tom. 7. Maii pag. 92. quibus in locis modo Prædium quod de domino tenetur, significat, modo Territorium seu districtum alicujus loci, ut vox ipsa Tenimentum, quod supra observavimus. ]\* Civitatem sanctam Jerusalem cum suis Tenimentis, in Epist. Magistri don. Theut. ann. 1229. apud Pertz. Leg. tom. 2. pag. 263. ubi infra Tenementis. Occurrit itidem plur. num. in Pact. Matrim. ann. 1234. apud



eumdem Pertz. pag. 308. et 311 : *In dodarium constituit vallem Mazarie cam civitatibus, castris et villis, Tenementis, terris caltis, etc.*]

¶ **TENAMENTUM**, Idem quod *Tenementum*. Charta Nobiliacensis ann. 1270. apud Stephanotium tom. 3. Antiq. Pictav. MSS. pag. 888 : *In terra nostra ac domanio nostro, dictorum Religiosorum, feodis, retrofeodis ac Tenementis, quæ a nobis tenentur in dictis villis de Meriaco, etc.* Rursum occurrit ibid. pag. 890. et 891. Tabularium Monasterii Villæ-novæ : *A. de Thareio Dominus Muchecolli, cum Beatrix uxoris meæ assensu, A. de Porta et hæredibus suis quoddam Tenementum in maresio juxta Væcharepecam dedi in perpetuum possidendum.* Occurrit rursus in Chartulario S. Vincentii Cenoman. fol. 84.

¶ **TENEMENTUM**, Eadem notione. Homagium Arturi Ducis Britan. præstitum Philippo Regi Fr. ann. 1202. apud D. Brussel tom. 1. de Feudorum usu pag. 328 : *Ego feci carissimo domino meo Philippo Regi Franciæ illustri homagium ligiam... de feodo Britannicæ... salvis omnibus Tenementis de quibus ipse dominus Rex et homines sui tenentes erant eo die, quo ipse diffudicavit.*

¶ **TENENTIA, TENANTIA**, Idem quod *Tenementum* et *Tenitura*. *Tenanche*, in Charta ann. 1246. apud Thomasser. pag. 86. Donatio ann. 1125. in Probat. novæ Hist. Occitan. tom. 2. col. 429 : *Donamus tibi totum ipsum honorem, quem ipsi habuerunt... in omnibus locis, sive per alodium, sive per fevum, sive per Tenentiam.* Charta Guidonis Comitis Flandriæ ann. 1237. e Tabulario S. Bartholomæi Bethun. : *Hospites etiam et tenentes dictæ Ecclesiæ cam a dictis Præposito et Capitulo de novo ad dictam Tenentiam admittentur, debent jurare, etc.* Guillelmus Marra Magister Ordinis de Spata ann. 1261. Aurelio Abb. Fuliensi se suumque Ordinem donat et possessiones, et honores, et homines et feminas, cam eorum Tenentiis, et jura ad eas spectantia et pertinentia, scilicet donas, campi, vineæ, etc. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1111. Arestum ann. 1285. ex Chartular. Corb. : *Abbas et Conventus dicebant et proponebant contra dictos Majorem et Jaratos, quod ipsi Major et Jarati in trefonssis et Tenancis ditorum Religiosorum emerant et ratione emptionis tenebant... unam domum, etc.* Charta ann. 1294. ex eod. Chartular. : *Lesquelles Tenances devant devisées sont prisiées bien et jastement à xxvi. livres et onze saadées de terre.* Charta Edwardi primogeniti Henrici III. Regis Angl. apud Th. Blount in Nomolexico v. *Tenancies* : *Sciatis quod dedimus et assignavimus in Tenenciam dilecto et fideli nostro Yvoni Paantun omnes terras... quæ fuerunt Hugonis Bedelli... tenendas ad nostræ beneplacitum voluntatis.* Charta ann. 1344. e Schedis Marchionis de *Flamarens* : *Solvere dictum acceptamentum, ut moris est, in dominorum mutationibus et heredum ratione Tenentiarum, quas tenet ab ipso domicello.* Occurrit passim.

¶ **TENEMENTARIUM**, Idem quod *Tenementum*, in Actis Capitularib. Eccl. Lugdun. ann. 1337. Cameræ Comput. Paris. pag. 23.

¶ In Chartis Lugdunensibus, ut nos amice monuit D. Aubret. *Tenementariam* idem sonat quod Codex agrorum vectigalium, nostris vulgo *Terrier*.

¶ **TENEMENTARIUS**, Idem qui *Tenens*, Manceps, feudatarius; *Tenementier*, in Consuet. Lotharingiæ tit. 12. art. 32. et tit. 16. art. 1. Libertates Belli-visus ann. 1256. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 59. col. 1 : *Si alio modo quam per venditionem tenementum mutari contigerit, debemus habere pro mutagio nos et successores nostri censum a novo Tenementario duplicatum.* Hoc idem intelligimus ad mutationem domini. Occurrit in Regesto *Probus*, cujus locus exstat in *Confraria*, in Tabulario S. Andree Claromont. non semel, in Consuetud. Marchiæ Dumberum art. 7. in Statutis Vercell. fol. 70. vº. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 173. et alibi passim.

\* Pactum inter comit. Sabaud. et nobil. baron. de *Dombes* ann. 1398. ex Cod. reg. 9873. fol. 27. vº : *Item que lesdis nobles soient en coutume de exiger et recouvrer de leurs Tenementiers reconnaissances à mort de seigneur et de Tenementier ou aultrement. Item tient plus ledit Tenementier... une terre tachible, in Lit. admort. ann. 1412. ex Reg. 166. Chartoph. reg. ch. 272.*

¶ **TENEMENTARIUS**, Eadem significatio. Terrarium Apchonii ann. 1512 : *Tam diu quam dia erunt Tenementarii dictaram proprietatum supra consnatarum, etc.* Rursum occurrit infra.

¶ **TENEMENTIUS**, contracte, pro *Tenementarius*, ni fallor, in Terrario Sacristæ S. Illidii Claromont. ann. 1398.

¶ **TENENTIARIUS**, Idem qui *Tenementarius*, Gall. *Tenancier*. *Tenentarii* homines monasterii S. Johannis Angeriæ. in Charta ann. 1285. e Chartulario ejusdem cœnobii. Occurrit alibi non semel.

\* **TENANCIARIUS**, Eadem notione, a Gall. *Tenancier*. Charta ann. 1404. in Reg. feud. comitat. Pictav. ex Cam. Comput. Paris fol. 63. rº : *Cum hominibus meis, mentionariis et aliis Tenanciaris meis, etc.*

\* **TENENSARIUS**, Pari intellectu. Charta senesc. Ruthen. ann. 1313. in Reg. 50. Chartoph. reg. ch. 143 : *Prædictos redditas mandare sibi faciet per homines et Tenensarios qui predicta tenent.*

\* **TENENTARIUS**, Eodem sensu, in Sent. ann. 1329. ex Reg. Car. IV. et Phil. VI. in Cam. Comput. Paris. fol. 62. rº : *Præcipientes hac eadem nostra sententia omnibus Tenentariis vinearum, domorum, pratorum, etc.*

¶ **TENEMENTATOR**, Eadem notione. Charta ann. 1214. e Tabular. S. Barthol. Bethun. : *Ecclesia debet ponere dicto domino, Roberto de Rolt Militi vel ejus hæredi certum Tenementatorem, post cujus decessam Ecclesia debetolvere duplicem redditam anni antus pro relivio. Hic Tenementator, ut et Tenementarius Regesti *Probus*, loco in *Confraria* relato, vices agit caduci clientis, quem Practici vocant *Homme vivant et mourant*, quemque domino præstare debent homines manus mortuæ, seu Congregationes, quæ nunquam moriuntur, ne dominus iis privetur juribus, quibus potiri solet tenementario vita functo.*

¶ **TENETURA**, Forma, qua *Tenementum* de

domino per vassallum *tenetur*, seu possidetur, vel ipsum tenementum. Vetus Consuetudo Normanniæ MS. 1. part. sect. 3. cap. 15 : *Tenure est appellée la maniere, par quoi les tenemens sont tenués des Seigneurs; l'une des tenués est tenuée des Seigneurs par homaige, l'autre par parage, et l'autre par aumosne.* Charta Matthæi de Marliaco ann. 1202 : *Præterea dedimus ei 30. libras Paris. ad emendam aliquam Teneturam, quæ ad ipsum et uxorem saam, quandiu vixerint, ... pertinebit.* Monastic. Anglic. tom. 1. pag. 362 : *Notum... nos dedisse... quandam Teneturam ad sartandum in Tenetura manerii, quod dicitur Chûttebruga.*

\* Charta Rob. ducis Norman. ann. 1035. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 326 : *Imprimis eandem S. Mariæ ecclesiam cum aliis sabsu scriptis ecclesiis ab omni episcopali consuetudine absolutam, immunem et omnino liberam constituimus in omni Tenetura, sicut tenet Fiscannensis ecclesia.*

¶ **TENEDURA**, pag. 526. ibidem. [Chartul. S. Vandregesili tom. 1. pag. 32 : *Sicut inde adhuc plures vestituras et Teneduras ostendunt.*]

¶ **TENATURA**. Charta Communiæ S. Quintini ann. 1195 : *Si quis aliquam Teneturam anno et die in pace tenuerit, etc.* Infra : *Si quis Teneturam aliquam tenuerit, et vitam finierit, etc.* [Eadem occurrit in Charta Communiæ Calniaci ann. 1213. Charta Henrici Regis Angl. ann. 1220. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1144 : *Idem autem Rex Franciæ et homines et imprisii sui erunt in ea Tenetura, in qua sunt modò... et nos et homines et imprisii nostri erimus in ea Tenetura, in qua sumus modo.* Id est, in ea saisina et possessione, etc.]

¶ **TENITURA**. Charta Communiæ Noviom. ann. 1181. tom. 7. Miscell. Baluz. pag. 300 : *Si quis terram vel domam vel quamlibet Tenituram per annum et diem tenuerit, etc.*

¶ **TENATURA**. Charta Guillelmi Cardinalis Archiepiscopi Remensis ann. 1182 : *Decernimus autem, ut quicamque hæreditatem, vel emptionem, vel alias quaslibet possessiones per 7. annos et unum diem in pace possederit et tenuerit, Tenaturam suam deinceps libere et quiete possideat. Ita quod alius reclamare non possit, vel Tenaturam calumniare, nisi possit probare, quod interim absens a terra fuerit, et absentia suæ rationabilem prætenderit occasionem, vel infra spatium illud, talis ætatis extiterit, quod jus suum disrationare non volaerit.* [Similia prorsus habentur in Charta Odonis Ducis Burgund. ann. 1216. apud Perardum pag. 344. hisque mox subditur : *Sciendum etiam, quod gageria non est Tenatura.*] Les Miracles du Chevalier MS :

Et si seras de m'amour toute  
Eu Tenure et en saisine.

¶ **TENGUDA**. Transactio Ludovici Domini de Castro-novo in agro Lemovici. cum incolis ejusdem loci ann. 1461 : *In eodem tractatu comprehenduntur tenentarii de Croslobaret, qui erant antea possessores ipsius Tengudæ.* Charta Comitatus Marchiæ ann. 1406 : *Tradiderunt... quamdam Tengudam*



contingam prædicto manso. Et infra : In dicitis villugio et Tenguda assensutus.

TENEDO, vel TENEZO, Idem quod *Tenitura*, et *Tenementum*. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 68 : *Constituerunt hujusmodi prætaxatam Tenedonem, videlicet honinaticum, potestatem Castri, etc.* Charta Raymundi Comitis Tolosæ ann. 1224 : *Cum hac præsentii charta te investimus, et in tuum jus et proprietatem transferimus, et in Tenedonem et possessionem te inde mittimus, etc.* Alia ejusdem Comitis ann. 1233 : *Et in Tenedonem et plenam juris ac facti possessionem nos inde mittimus.* Alia Petri II, Regis Aragon. ann. 1283, pro Libertatibus Catalanorum : *Item quod nos... non possimus emere infra Tenedones alicujus Castri Baronis, Militis, ... alodium aliquod, etc.* [Charta ann. 942. in Appendice Marcæ Hispan. col. 855 : *Totum vero castrum, vocatum Marræ cum omnibus fructibus et Tenedonibus atque pertinentiis... post obitum nostrum donamus, relinquimus, sive accordamus Domino Deo et domui S. Cæciliæ.* Rursum occurrit in Literis ann. 1137, ibid. col. 1282. et in Charta ann. 1160. col. 1330. Charta ann. 1080. in Probat. novæ Histor. Occitan. tom. 2. col. 310 : *In stagnis atque rivis, que sunt in alodio vel Tenedone S. Pauli (Narbon.) jam dicti.* Occurrit rursum col. 419. 467. 468. 529. etc. In *Tenesonem* et *commendum dare*, in Charta ann. 1394. Cameræ Comput. Provincie.]

¶ TENEDUS, Eadem notione : *Ita ut unusquisque habeat suos Tenedos in pace*, in Conventione ann. 1140. in Probat. novæ Hist. Occitan. col. 491.

¶ TENENDRIA, Villa. Charta Wilhelmi Justitiarum generalis Regis Angliæ apud Johan. Skeneum de verborum significatione pag. 82 : *Mandamus quatenus summoneatis seu summoneri faciatis legitime coram testibus legalibus, de qualibet baronia XII. vel XV. homines ad hoc opus magis sufficientes, et de qualibet Tenendria seu villa IV. vel VI. homines, et de qualibet burgo XII. Vide Tenandrius.*

TENURA, Gall. *Tenure*. Hist. Translat. S. Guthlaci num. 151 : *Qui meta et finis inter utriusque Ecclesiæ agros, certo discrimine Tenuras et extensiones utrimque determinat et certificat.* [Charta ann. 1050. ex Archivo S. Victoris Massil. : *Dono ipsas Tenuras cum predicta Ecclesia... quantum tenent ipsas Tenuras cum mansionibus, cum curtis, cum oglatis, cum cumpis, cum ortis, cum molendinis, cum omnibus appendiciis, cum montibus et vallibus, etc.* Alia ann. circiter 1100. ex eod. Archivo : *Mansiones que in illa Tenura erant.* Charta ann. circiter 1178. inter Instr. tom. 3. Gall. Chr. novæ edit. col. 1074 : *Notum sit omnibus... quod Petrus Ebredun. Archiep. et nepotes sui... dederunt Tenuram totam, quam habebant in fortareza, domni S. Crucis pro duobus solidis et sex denariis, præter terram illam quam tenet Columba Maurella.* Charta Roberti Comitis Castriæ apud Stephanotium tom. 15. Fragm. MSS. pag. 115 : *Sciatis me concessisse (Floriacensi Cœnobio) quicquid habeo in duas Mentigas, excepta Tenura Roberti de Sermentum.* Vita S. Oswaldi Archiep. Eborac. sæc. 5. Bened.

pag. 752 : *Tenura et omnibus catallis Regis misericordie adjudicatis.* Petitio ann. 1292. apud Rymer. tom. 2. pag. 582 : *An de dicto regno Scotiæ sit aliter judicandum, quam de comitatibus, baroniis et aliis Tenuris... scilicet Tenuris impartibilibus, etc.* Leges Balduini Comitis Flandriæ ann. 1200. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 771 : *Bajulus de possessionibus et Tenuris et hereditate D. Comitis placitare non potest... nec... aliquem D. Comitis hominem trahere in causam vel querelam de Tenuris suis, vel hereditate ejus, nisi in presentia D. Comitis.* Regimina Paduæ ad ann. 1292. apud Murator. tom. 8. col. 426 : *Hic accepta fuit Tenura de tota insula Calcinarie pro Commune Paduæ, et alia villæ quamplures.* Quibus in locis Tenura modo nudam possessionem significat, ut in Regiminibus Paduæ, modo prædium, quod a Domino feudali aliquis tenet, ut attento lectori satis ex ipsis locis patebit.]

¶ TENURIA, Eadem notione. Charta ann. 1256. e Tabulario S. Nicasii Rem. : *Vendit totam Tenuriam suam, jardinum.*

\* TENEIREA, Prædium, possessio, hæreditas, quicquid ab aliquo tenetur. Charta ann. 1253. ex Chartul. episc. Carnot. : *Confessi fuerunt Matheum de Bercheriis militem, filium dicti Radulphi, vendidisse reverendo patri M. episcopo Carnotensi omnes Teneireas ubicumque sitas, quas idem Matheus miles ab eodem episcopo in feodum tenebat.*

\* TENENTA, Eodem significato. Charta Henr. I. reg. Angl. ann. circ. 1108. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 157 : *Concedo etiam ut omnes possessiones et Tenentæ, sive ecclesiasticæ, sive seculares, quas etiam habet eadem abbatia, vel futuris temporibus habitura est, in protectione et in manu mea sint liberæ et ab omnium subjectione inermes.* Infra : *Tenuras.*

TENEURA, Possessio, in Charta Libertatum de Graciaco in Biturigib. ann. 1246. [in alia ann. 1192. e Tabulario Monasterii Charitatis, alia Ludovici Comitis Blesensis ann. 1197. pro Credulio, alia ann. 1213. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 303. alia ann. 1223. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1178. alia ejusd. ann. ibid. col. 1179. alia ann. 1273. apud eumd. Lobinellum tom. 3. Historiæ Paris. pag. 28. col. 2. et alibi passim. Le Roman de Vacce MS. :

Dam Hebert de Saint Liz fu de grant Teneure.]

\* Consuet. Norman. part. 1. cap. 29. ex Cod. reg. 4651 : *Notandum etiam est quod quedam sunt Teneure de redditibus, ut quando aliquis tenet redditum sibi assignatum, terra possessori remanente. Quedam Teneura fit de terra, ut quando aliquis tenet de alio fundum terræ alicujus. Quedam autem fit de dignitate, ut quando aliquis tenet aliquam dignitatem, ut de habere garantiantiam vel quietanciam in forestis, vel nundinis, vel aliis locis, vel habere serjantariam vel moutam, etc.* Male editum montan apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 223.

\* TENITURA, Possessio, Gall. *Possession, jouissance*. Charta ann. 1221. ex Lib. albo

episc. Carnot. : *De decima igitur dicimus, quod de jure communi debet eam reddere major,.... nisi major poterit se tueri Tenitura quadraginta annorum. Tenere, eodem sensu, in Charta ann. 1313. ex Tabul. eccl. Camerac. : Par longue Tenure de laquelle il n'est memore du contraire, etc. Tenure, in alia ejusd. ann. ibidem.*

¶ TENURA, ut *Tenitura*. [\* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521 : *Tenura, Tenure Gallice.*] Charta ann. 1087. tom. 3. Hist. Harcur. pag. 13 : *Conquestus est apud ipsum, quod Abbas Fiscannensis tenebat quoddam mauerium, quod debet pertinere ad Regem et ad regulam et ad Tenturam sui castelli.* Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 82 : *Et judicavit ibi omnis curia Cenoman. quod S. Vincentius non debet perdere suas Tenturas, quas tenuerat diu, solide et quiete.* Passim occurrit in hoc Chartulario.

¶ TENUTURA. Charta Philippi Franc. Regis ann. 1190. e Tabulario Corbeiensis : *Noveritis nos concessisse Abbati et monachis Corbeis, quod nullum damnum sustineant de his, que ad proprietatem Abbatis et monachorum pertinent, occasione Tenuturæ, quam Communia Corbeiensis contra eos fecerit.*

¶ TENUTIO, Possessio. Charta ann. 1139. Marcæ Hispan. col. 1269 : *Dono jam dictæ Ecclesiæ (B. M. de Aspirano) omnes meas tracturas et Tenutiones, sicut ego modo teneo et possideo.*

¶ TENULTURA. Charta Hugonis Abb. Corbeiensis ann. 1224. e Tabulario ejusd. loci : *Predicti duo arbitri diligenter... inquirent justum Tenturam dicti advocati... et si ipse advocatus... aliquid injuste tenuerit.. debet illud dimittere, et si... aliquid tenere debeat, quod modo non tenet, debet per dictum illorum reponi in justam Tenturam suam.*

TENUTA, Gallis *Tennë*. Gesta Innocentii III. PP. pag. 148 : *Ecce nunc omnino succumbit, quia et Tentutam terræ contra populi decretum... illi dimittit.* Petrus de Vineis lib. 5. Ep. 92 : *Tenutu seu possessione ipsorum bonorum.* Thwroczius in Ludovico Rege Hungariæ cap. 25 : *Cum enim Rex principatus, Tenutas, et dominia regni sui sacre Coronæ subdita vellet conservare, etc.* Adde cap. 27. [Mandatum ann. circiter 1207. apud Baluz. tom. 2. Miscell. pag. 250. aliud Mandatum ann. 1275. apud de Lauriere tom. 1. Ordin. Reg. Fr. pag. 305. 1. col. 1. Chartam ann. 1277. apud Stephanot. tom. 3. Antiquit. Pictav. pag. 925. et 926. Gall. Christ. novæ edit. tom. 4. col. 149. Chartam Philippi Pulchri apud Menester. in Probat. Hist. Lugdun. pag. 43. col. 2. aliam ejusd. Regis apud D. Brussel tom. 1. de Feudorum usu pag. 668. Chron. Veron. apud Murator. tom. 8. col. 649. Estense tom. 15. col. 413. Annales Cæsarenas apud eumd. Murator. tom. 14. col. 1141. Literas ann. 1360. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 149. Fœdus ann. 1314. tom. 2. ejusd. Histor. pag. 150. Literas Bonifacii IX. PP. ann. 1396. apud Ill. Pontaninum ad calcem Antiq. Hortæ pag. 425. et 427. *Possessio vel Tenuta alicujus possessionis, in Statutis Montis-regalis pag. 197. Tenuta seu inductio in possessionem,*



in Statutis Cadubrii lib. 1. cap. 60. *Mittere in Tenutam et corporalem possessionem, in Correctionibus eorumd. Statut. cap. 14. Hac etiam notione Tenuta dicunt Itali.]*

† TENUTA, Res quævis mobilis, ut videtur, quam quis tenet seu possidet. Statuta Cadubrii lib. 3. cap. 61: *Si quis pignus, vel Tenutam jam captam per aliquem præconem ex commissione D. Vicarii... receperit dicto præconi, vel ei cui pignus seu Tenuta consignata fuerit per dictum præconem, contra voluntatem ipsius curiæ in centum sol. et ad restituendum pignus vel Tenutam... condemnatur.*

\* TENUTA, Forma, qua Tenementum per vassallum tenetur. Charta ann. 1353. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 240: *Quod prædictæ terræ et feoda tenerentur... ad unam solam Tenutam in parria.*

\* TENUTA, Investitura, missio in possessionem. Lit. procurat. in Formul. MS. Instr. fol. 39: *Ad recipiendum ejus nomine et pro ipso Tenutam et possessionem corporalem ipsius præbende ac jurum et pertinentiarum earumdem, si vacat ad præsens, vel quamprimum vacaverit.*

\* TENUTA, Obsignatio, manucaptio, Gall. *Satsie*, in Charta Phil. Pulc. apud Menerster. inter Probat. Hist. Lugdun. pag. 43. col. 2.

2. TENERE. Teneri dicuntur infantes a Patrinis, cum baptizantur, quia revera ab iis in brachiis dextris tenentur, cum Sacerdos orationes baptismales dicit, et cum tinguntur, Gall. : *Tenir sur les Fonts de Baptême*. Ordo Romanus: *Induti vero (vestibus candidis) ordinantur per ordinem, ... et infantes quidem in brachiis dextris Tenentur, majores vero pedem ponunt super pedem patris sui*. Concilium Nicænum Arabicum Pisani cap. 22: *Ut viri non teneant in baptismo puellas, aut mulieres, neque mulieres Teneant masculos*. Conradus Abbas Uspergensis ann. 1123: *Hoc etiam injungit, ... ne filios suos et filias ad baptismum Teneant, sed sibi paternos querant, etc.* Historia Ludovici VII. Regis Franc. ann. 1165: *Hugo etiam Abbas S. Germani Parisiensis patris puerum super fontem baptismatis in ulnis suis tenuit.*

TENERI etiam dicuntur Baptizati in Confirmatione. Honorius Augustod. lib. 3. cap. 115: *Qui autem de Baptismo suscepti, idem etiam ad Confirmationem Tenere poterit. Tenere ad Confirmationem, in Concilio Compendiensi ann. 757. cap. 12. Cabiloniensi II. cap. 31. Wormaciensi ann. 868. cap. 34. lib. 5. Capitulum. cap. 7. in Epistola Nicolai PP. ad Rodulfum Archiep. Bituricensis cap. 5. et Fulberti Carnot. Epist. 13. Florentius Wigorniensis ann. 943: *Idem Rex Anlafum Regem... de lavacro sanctæ regenerationis suscepti, regioque munere donavit, et parvo post tempore Reignoldum Northambimbrorum Regem, dum ab Episcopo confirmaretur, Tenuit, sibi que in filium adoptavit.* Vide Dissertat. 22. ad Joinvillam pag. 275. et in v. *Gestantes*.*

† 3. TENERE, Claudicare, quod ex tento pede fiat claudicatio. Pactus Legis Salicæ tit. 32. § 9: *Si vero pes capolat fuerit, mancus ibidem Tenuerit, etc.* Vide ibi Eccardum.

† 4. TENERE, Obtinere, lib. 12. Cod.

tit. 53. leg. 1. et alibi passim in eod. Codice.

\* Valere, sortiri effectum, Gall. *Tenir, Avoir lieu*. Stat. S. Flori MSS. fol. 37: *Nullus tamen religiosus vel clericus seculari pactum cum aliquo faciat, ... ut in suo ciniterio eligat sepulturam, et si pactum fecerit, non Teneat electio sepulture.*

† 5. TENERE, Habere, existimare, Gall. *Tenir, Reconnoître pour, Reputer, Estimer*. Bartholomæus Scriba lib. 6. Annal. Genuens. ad ann. 1237. apud Murator. tom. 6. col. 476: *Et juraverunt, ut dicebatur, quod non haberent, neque Tenerent dictum Potestatem electum pro Potestate, nisi primitus cognitum esset et definitum per sapientes*. Chronicon Briocense apud Lobinell. tom. 2. Histor. Britan. col. 837: *Anno Dom. mcccclvi. circa festum natale S. J. B. Henricus Rex Castelle fuerat conquestus totum regnum Castelle, quod Rex Petrus solebat antea possidere; unde multi mirabantur de hoc, pro eo quod tempore guerre incepte inter ipsos idem Rex Petrus Tenebatur et erat potencior et dicior Rex omnibus Regibus totius Christianitatis.*

\* Charta ann. 1354. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 324: *Sciatis quod dicta verba dixit quodam caloribus motu, et Tenet dicta verba pro non veris, vosque Tenet et habet pro bono et probato viro, atque ab illis innocente.*

† 6. TENERE, Cogere, congregare, Gall. *Tenir*. Litteræ Henrici IV. Regis Angl. ann. 1403. apud Rymer. tom. 8. pag. 334. col. 2: *Constat nobis per inspectionem rotuli Parliamenti... apud Westmonasterium Tenti, quod, etc. Hustengo Tento, apud Madox Formul. pag. 200. Curia Tenta, ibid. pag. 237.*

† 7. TENERE, Pertingere, Miracula B. Ambrosii Senens. num. 12. tom. 3. Martii pag. 204: *Habuit fistulam in duobus digitis pedis, et tenebat usque ad dorsum pedis.*

† 8. TENERE, Scriptoribus ecclesiasticis, Credere, pro fidei articulo habere, Vide Barthium ad Claudianum Mammerum pag. 245. *Tene pro firmo*, in Vita Henrici V. Regis Angl. cap. 54.

\* 9. TENERE, Tractare, accipere, agere. Charta ann. 1230. in Chartul. Raim. VII. pag. 65: *Nos Raymundus Dei gratia comes Tolosa recipientes donum supradictum a te Geraldo de Gordon supradicto, promittimus tibi quod te tractabimus et Tenebimus honorifice, et providebimus tibi in omnibus necessariis tuis in tota vita tua.*

\* 10. TENERE dicitur Equus admissarius, quando equum init. Constit. MSS. Petri III. reg. Aragon. ann. 1359: *Quod equa, quam ille cuius fuerit, quis Teneri seu calcari fecerit per equum aut roncinum nostrum, nequeat pro debito vel quavis alia causa seu occasione pignorari seu capi, nec etiam interim donec ad habendum apta fuerit.*

\* TENERE IN AMICITIA. Vide supra *Amicitia*.

\* TENERE ARMA, Ludicras pugnas seu hastiludium agere. Constit. Feder. reg. Sicil. cap. 106: *Item quod comites, magnates, barones et milites possint habere pro buchurando seu Tenendo arma, duo guarnimenta, videlicet tunicum in cordatam de scarlato et mantellum.*

† TENERE CAMPUM DUELLI, Duello præesse, præsidere, a Gallico *Tenir*, ut cum dicimus: *Ce Juge tient ses assises*. Vide locum in *Campus* 3.

\* TENERE CAPTIONEM dicebatur fidejussor, qui in loco designato manere debebat, quamdiu is, pro quo sponderat, pacto fecisset satis. Charta ann. 1213. ex Chartul. S. Joan. de Valle: *Fide obligati tenentur, si fratres illi ab hoc recederint, hoc plene facere observari, et ad submitionem partis ulterius tumdiu Tenere captionem apud Sparnonem, donec istud fecissent integre perfici et teneri*. Vide *Hostagium* 3.

† TENERE CHORUM, Gall. *Tenir le Chœur*, Cantantium choro præesse, cantum moderari. Juramentum Cantoris S. Capellæ Paris. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 151. col. 2: *Item, quod in Festis annualibus, videlicet in utrisque Vesperis... Tenebo chorum nisi debilitate corporis aut infirmitate fuero excusatus*. Statuta S. Capellæ Bituric. ann. 1407. ex Bibl. Reg.: *In festis autem novem lectionum duo vicarii Tenebunt chorum, etc.*

\* TENERE CHORUM dicuntur etiam Canonici, cum officio ecclesiastico intersunt. Necrol. eccl. Paris. MS.: *Statuit autem universum capitulum præjati regis (Philippi) anniversarium singulis annis sollempniter celebrari, et Missam ad majus altare celebrari, canonicis in Vesperis et in Missa chorum Tenentibus in capis sericis.*

† TENERE CONTRA, vel TENERE CUM, Gall. *Tenir, contre ou pour quelqu'un*. Cum Rege contra Principem Tenuit in hoc bello, in Chronico Trivetti tom. 8. Spicil. Acher. pag. 646. id est, Regis partes adversus Principem sequitur. Occurrunt hæloquendi formulæ in Chronico Parm. ad ann. 1297. apud Murator. tom. 9. col. 838. in Diar. Belli Hussitici, apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 182. in Chron. Angl. Thomæ Otterbourne pag. 85. et alibi.

\* TENERE CURTUM, Cohibere, coartare, Gall. *Tenir de court*. Vide supra *Curtus*.

\* TENERE DUELLUM, Illud juridici discernere. Vide supra in *Duellum* 3.

\* TENEBE IN GUERRA, Infense agere. Vide supra in *Guerra*.

\* TENERE SE IN MERCATO, Pactionem de re comparanda ratam habere, Gall. *Tenir un marché*. Charta ann. 1054. ex Tabul. S. Vict. Massil.: *Guilelmus Theodosius et Nicæcius suus consanguineus fecerunt fidem in tali tenore, quia si sui fratres de S. Stephano non se Tenent in isto mercato de ista terra, etc.*

\* TENERE ORDINEM, Capitulo monachorum præesse, in capitulo convenire. Item, Observationes monachicas servare. Vide supra in *Ordo* 6.

\* TENERE PAROLAM, Promissa exigere. Vide supra *Parola*.

† TENERE PRISIONEM Corporalem, in Charta ann. 1252. ex Chartular. Maurigniac. Phrasis Gallica, *Tenir prison*.

† TENERE PUNCTUM in cantando dicuntur qui plus æquo protrahunt cantum finiendum. Spicilegium MS. Fontanell. pag. 202: *Punctum nullus Teneat, sed cito dimittat... Nullus ante alios incipere et magis currere præsumat, aut post alios minus currere, trahere vel punctum Tenere.*

\* TENERE QUESTIONEM, Congregationem



habere, in qua proponuntur a magistro questiones a discipulis discutiendæ et solvendæ. Constit. Carmelit. MSS. part. 1. rubr. 15 : *Magister studentium omnes actus scholasticos fieri consuetos intus vel extra infallibiliter exerceat et sequatur, et specialiter quod omni ebdomada, semel ad unius, habeat Tenere questionem.*

† **TENERE AD RAUBAS**, Vide in *Raub*.

\* **TENERE IN REGARDO**, Timorem incurere. Vide supra in *Regardum* 3.

† **TENERE REGNUM**, Illud regere. Charta ann. 1213. ex Chartul. Campaniæ fol. 86 : *Umfredus nichil valet ad regnum Tenendum, et ideo, dicebant, auferamus ei uxorem suam et demus eum Marchioni qui bene reget regnum.*

† **TENERE SE**, Vim vi repellere, defendere, Gall. *Se defendre*. Breviarium Historiæ Pisanæ ad ann. 1171. apud Murator. tom. 6. col. 184 : *Cunque die pugnatum esset, illi se non valentes Tenere, videntes murum a gatto foratum, et a mangonis turrim, iv. Nonas Decembris se reddiderunt Pisanis.*

\* **TENERE SOCIETATEM**, Gall. *Tenir compagnie*, Cum aliquo versari. Arest. ann. 1350. 6. Nov. in vol. 2. arestor. parlam. Paris. : *Audito quod dictus Colardus erat in prisione detentus, Johannes Candelarii ierint ad locum in quo erat detentus,.... et Teneudo sibi societatem, etc.*

† **TENERI** cum infinitivo sequenti pro Debere, vel oportere, ex antiquis nulli notum, præterquam Justiniano in Institutionibus, omnibus hodie ita familiare est, ut scriptorem vix reperias, qui non utatur: quo de vitio videre potes Scioppium de Stylo Hist. pag. 211. 222. et 233. et Vorstium de Latin. merito suspecta cap. 17. pag. 153.

**TENERIA**, Manubria balistarum, seu arcubalistarum, Sanuto lib. 2. part. 4. cap. 22.

\* Ital. *Tenere*, manubrium. Hinc nostri *Tien-main* appellarunt partem scalæ cui ascendens innitit, quamque manibus tenet. Lit. remiss. an. 1457. in Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 131 : *Iceului Jaquemin cheut par entre l'eschelle et le Tien-main de laditte eschelle jusqu'à terre.*

† **TENERINUS**, Tener, Ital. *Tenerino*. Formagium toninum seu Tenerinum, in Statutis Placentiæ fol. 81. vº. Caseus musteus, recens.

**TENERIOR**. Regestum Castri Lidi in Andibus fol. 47 : *Præco habet consuetudinem caprarum,.... et totum criagium vini, de ascensu et de descensu : de nuptiis 1. den. de Teneioribus 4. den. ad Nutule, et 4. den. ad Pascha, et 4. den. ad festum S. Joannis. Et de Judæis 4. den. et de bellis 4. den. et habebit armaturam convieti, et de latrone robam, et quando tolletur de annulis ferreis, etc. [Vide *Teneriaria*.]*

\* **TENERITUDO ANNORUM**, Tenea ætas, Gall. *Jeunesse*, alias *Tendresse*. Gerberti epist. ad Falcon. episc. Ambian. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 411 : *Etsi enim totius metropolis Remorum cura nobis injuncta est, sed vestri potissimum, qui et amorum (l. annorum) Teneritudine et morum levitate pondus sacerdotale necdum ferre didicistis.* Charta ann. 1319. tom. 1. Probat.

Hist. Brit. col. 1286 : *Ouquel temps de nostre Tendresse, homme de clere méuoite nostre très-cher seigneur et pere, monsieur Artur duc de Bretagne nous bailla audit monsieur (Simon de Monbuerchier) en garde pour nous enseigner et doctriner, etc.* Vide *Tenerositas*.

† **TENEROSITAS**, Teneritas. *Tenerositas ætatis*, in Actis S. Godebertæ tom. 2. Aprilis pag. 32. *Tenerositatis anni*, in Vita S. Medardi, tom. 2. Junii pag. 80. *Tenerositas membrorum*, in Consecratione Ecclesiæ S. Leonardi Belesm. præsentate Roberto Rege apud Ægidium Bry de la Clergerie lib. 2. Hist. Pertic. pag. 45. Vide *Teneritudo*.

† **TENERIARIA**, f. Idem quod *Ripa*. Si *Teneriariae sive ripe aquæ fronteviæ... non sicut legitime curatæ, esbuscatæ et reputatæ*, in Statuto Judicis Aquensis ann. 1471. e Regesto Columba Cameræ Comput. Provincie fol. 282. Vide *Tenerior*.

† **TENESO**, Tenementum. Vide in *Tenere* 1.

† **TENERERIA**, f. Idem quod *Tenentia*, Securitas. Charta Guill. Raymundi ann. 1291. e Chartulario S. Johannis Angeriæ. pag. 278 : *Ego dictus Miles obligo corpus meum ad faciendam seu tenendam hostagia seu Tenererias infra muros castri S. Johannis per tantum tempus, donec de præmissis sit eadem Abbati plene et integre satisfactum.* Vide supra *Tenentia* et mox *Tenmantale*.

\* Idem prorsus sonat quod *Mansio*, in qua consistere debet fidejussor, donec is, pro quo spondidit, creditorisatisfierit. Vide supra *Tenere captioneem* in *Tenere* 10.

\* **TENETURA**, Status, conditio. Treuga inita inter Phil. Aug. et Joan. reg. Angl. ann. 1214. in Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 2. fol. 56. vº. col. 2 : *Nos et homines nostri et imprisii erimus in eadem Tenetura, in qua eramus predicta die Jovis, in qua data est ista treuga.*

† **TENETURA**, TENEURA, TENEZO. Vide supra in *Tenere* 1.

\* **TENEURA**. Vide supra in *Tenere* 1.

† **TENGELDUM**, Tributi species, in Monastico Anglic. pag. 372. cujus locus exstat in *Forgeldum*.

† **TENGUDA**, Tenementum. Vide in *Tenere* 1.

† **TENHEVED**, Decanus, Decemvir, caput vel princeps decaniæ sive decuriæ, Sax. *tienheofed*. Spelmannus. [\*\* Leges Edward. Conf. cap. 28 : *Imposuerunt justiciarios super quosque 10. fridborgos, quos decanos possumus dicere, Anglice uenem tience heved vocuti sunt, hoc est capud decem.* Vide *Friborga*.]

† **TENIA**, Extremitas vitæ. Vide *Tena*.

† **TENILIS**, Qui teneri potest, apud Papiam, et in Glossis Arabico-Latinis. Glossæ Isidori et Pithocanæ habent *Tenere*.

† **TENIMENTUM**, TENITURA. Vide *Tenere* 1.

† **TENIUS**, Ἀριστεύς, in Glossis Lat. Gr. et Gr. Lat. Martinus emendat *Tenuis*, Qui raros pilos habet.

**TENMANTALE**, Saxon. *tienmantale*, seu *tienmannatale*, ut est in Legibus Edwardi Confess. cap. 20. decem hominum numerus : ex Saxon. *tien*, decem, *man*, vir, et *tale*, numerus. Sic autem appella-

bant Anglo-Saxones securitatem, quam decem homines, invicem colligati, qui *decaniam* conficiebant, (*Decanie* vero decem *Centuriam* et *Hundredum*.) præstabant Regi de pace ejus observanda : ita ut si quis eorum forisfecisset, de illius forisfactura cæteri tenerentur, nisi ille iudicio stetisset. Res pluribus ibi describitur, ut et in Fødere Alvreði et Godruni Regum : *Omnes in legibus pareant devote, vel exultent, et pro exlegibus habeantur, nisi ei obedientes sint, et in Tienmentale, id est per decemvirale numero et fidejussione libera, quod Angliæ dicitur, in Friborg, sint universi : ita quod si unus ex decem forisfaciat, novem ad rectitudinem eum habeant, aut solvant, et restituant donnum, quod idem fecit.* Meminit etiam istius vocis Rogerus Hovedenus ann. 1194. pag. 377 : *Rex constituit sibi dari de unaqueque carrucata terræ totius Angliæ 2. sol. quod ab antiquis nominatur Tenumentale.* Forte quod universa Decania pro vectigali exsolvendo in solidum teneretur. Vide *Friborga*.

\* **TENNARIUS**, Qui coria subigit, Gall. *Tanneur*, in Arest. ann. 1368. ex lib. 2. Ordin. artif. Paris. fol. 80. rº. ubi et *Tennator*, eadem notione, legitur fol. 79. rº.

† **TENNATOR**, Idem qui supra *Tenator*, Qui coria subigit, Gall. *Tanneur*. Vide locum supra in *Creatores*.

† **TENNATUS CORIUS**, Corium subactum, in Codice MS. reddituum Episcopatus Autissiod. Vide *Tannare*.

\* **TENOLEAGIUM**, perperam pro *Teloneagium*. Vide in *Telon*. Inventar. Chart. reg. ann. 1482. fol. 323. vº : *Littera regis Philippi super centum libris annui redditus datis Guillelmo Turpin percipiendis super Tenoleagio Turonensi. De anno 1214.* Sic et

\* **TENOLIUM**, pro *Telonium*, legitur in Charta Wladislaw ducis Oppol. ann. 1260. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 480 : *Omnia supradicta acceptantes et sigilli nostri munimine roborantes, excepto Tenolio, quod pro nobis in dicta castellaturæ Severo excepimus, pro quo jam dictos decem lapides ceræ domui prænominate contulimus.*

1. **TENOR**. Constantinus Afric. lib. 1. Pantech. cap. 1. ubi de medici officio : *Dignos quoque postmodum et ipse doceat, et hæc sine pecunia, et sine Tenore aliquo, futurique meriti emolumento, et indignos ab hac scientia repellere satagat.* Id est, sine mora aliqua. [Caffarus lib. 1. Annal. Genuens. ad ann. 1162. apud Murator. tom. 6. col. 278 : *Ad pedes domini Imperatoris iuermes venerunt, et personas et civitatem, et mobile et immobile, quæ habebant, sine ullo Tenore in potestate Imperatoris posuerunt.* Chronicon Parm. ad ann. 1302. apud eundem Murator. tom. 9. col. 844 : *Et videns ipse D. Maphæus, quod non poterat resistere dictis adversariis suis, et in instanti sine prælio et sine Tenore deposuit in dicto exercitu dominium civitatis Mediolani et buculum sive natiam sui capitaneatus.*]

† 2. **TENOR**, Practicus nostris *Teneur*, Argumentum instrumenti, quod in scripto continetur. Liga Caroli IV. Imp. cum Johanne Franc. Rege ann. 1355. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 452 : *Sic nunc eadem pronissa et colligantias...*



presentibus innovamus sub Tenoribus infra scriptis. Occurrit alibi passim. In Glossario ad calcem tom. 2. Gall. Chr. novæ edit. Tenor, dicitur, *Possessio, vel media pro tuenda causa in lite et coactione*. Desiderantur loci, quibus hæc definitio fulciatur.

¶ 3. **TENOR**, in Glossis Lat. Græc. τένος, τόνος, τάσις, τύπος, δύναμις. Et mox: *Hic Tenor, ἡ ὄψη, τὰς ἐξ. Tenore, περιχώρης, δύναμειος. Teorem, σχέσιω.* Adde Glossas Græc. Lat. Papias: *Tenor, rectitudo, norma, ordo, lex, conditio posita. Tenor, acceatus, a tenendo, id est, regendo sermonem.* Johannes de Janua: *Tenor, status, pactum, coactio; Tenor, etiam dicitur accentus; quia in prolatione una syllaba magis tenetur quam altera.* Charta ann. 1239. e Chartulario S. Vandregesili tom. 1. pag. 97: *Ego Robertus Morel de Vatevilla vendidi et concessi Petro Ius de Caudebec dimidium arietem redditus et quatuor pumes.... annuatim recipiendum de viris religiosus monachis S. Vandregesili... in die festo S. Vandreg. et B. M. Magdalenæ, sicut alii homines mee Tenoris, id est, ni fallor, mæ conditionis, qui idem mecum jus habent.*

¶ 4. **TENOR**, Nostris *Taille*, dicitur is cui est vox subgravis atque huic contentui, qui *Tenor* nuncupatur, exsequendo apta. Statuta S. Capellæ Bituricæ ann. 1407. ex Bibl. Reg.: *Incipiet Choralis Offertorium, Sanctus et Agnus et Post-communionem in tono sacerdotis Missam celebrantis, nisi sacerdos prædictus sit Tenor, quia tunc altius poterit incipere. Tenour, in Computo ann. 1413. et seqq. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 962: Jehan Tromelin Tenour de la chapelle de Monseigneur, lxx. l. par an. Tenure ipse contentus appellatur in Poemate de la Rose MS:*

Et chante haut à plaine bouche  
Môtés, gaudis et Teueure.

\* *Teneur*, in Lit. remiss. ann. 1457. ex Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 176: *Jehan Ales, que on dit estre corial et Teaur en l'église de Nostre Dame de Chartres, etc.*

\* 5. **TENOR**, Sumptus, conservatio, Gall. *Entretien*. Testam. Beatr. comit. Albon. ann. 1228. ex Cod. reg. 5456. fol. 45. vº: *Ia valle S. Hugonis decem libræ pro Tenore lumiais perpetui unius lampadis.*

\* **TENOSUS**. Vide supra *Tena* 2.

1. **TENSA**, Mensuræ species, eadem forte quæ *Teisia*, de qua supra. Helgaudus Monachus in Vita Roberti Regis Fr.: *Habet namque ipsa domus longitudine Tensas 42. in latitudine 12. in alto 10. fenestras 123. etc.* [Tabularium S. Vincentii Cenoman.: *Robertus de Pontoin VIII. Tensas terræ in latum et XVI. in longum, et Ansegisus VI. Tensas in latum et XVI. similiter in longua.... dederunt S. Vincentio... ad ædificandum octava, aream et domum.* His confirmatur interpretatio Cangiana.]

2. **TENSA**. Historia Cortusior. lib. 7. cap. 20: *Loderisius... per Teasa fugit Somam.* Legendum puto per *densa*, i. silvas.

3. **TENSA**, pro *Tenda*, Tentorium. Otto Morena in Hist. Rer. Laudens. pag. 10: *Quia prædictus Rex, suam Tensam in ipso proprio burgo Placentino posuerat.* Adde pag. 112. [*Tensa, ὀρόνος*, in Glossis Lat.

Gr. Aliæ Gr. Lat. : ὀρόνος, *Tensa, sedilia.*] Vide *Tenda*.

\* 4. **TENSA**, Pensitatio quæ a vassallis aut subditis domino pro protectione exsolvebatur, idem quod *Tensameatum*. Vide in *Tensare* 1. Charta ann. 1188. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 79: *In his autem locis habuit et tenuit dominus imperator.... fodrum, placitum, banna, erbaticum, escaticum, Teasas, etc.* Vide infra *Tensio*.

\* 5. **TENSA CANDELE**, Certa candelarum quantitas, idem quod *Tesa candelæ*. Vide ibi. Charta Ludov. Junior. ann. 1173. ex Chartul. Regalis-loci part. 1. ch. 33: *Quatuor panes singulis diebus, et dimidium sextarium vini,.... et unam Tensam candelæ.*

\* 6. **TENSA**, Rapina, expilatio. Vide mox in *Tensure* 3. *Tensaria* et *Tenseamentum*.

\* **TENSAMENTUM**, Protectio, tutela; unde Pensitatio pro tutela et protectione *Tensamentum* nuncupata. Charta Phil. Aug. ann. 1217. in Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 2. fol. 56. vº. col. 1: *Homiæ de Illies in Tensamentum nostrum et custodiam nostram recipimus.* Vide *Tensare* 1.

1. **TENSARE**, *Defendere, securum facere, protegere*, Ugutioni, et Jo. de Janua. [Unde Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Tensare, defendere, teacer: frequenter Tendere, securum facere, ducere.*] Formulæ vet. Bignonii cap. 1: *Ipse homo sacramentum intra ipsam casam Dei, vel ipsam Abbatis habuisset adhramitum, ad suam ingenuitatem Tensandum in ipso mallo, in basilica sancti illius ob hoc jurare debuisset. Vetus Notitia Nobiliaciensis apud Beslium pag. 149: Et Hermbertus ad præsens notitias ostendit ad relegendum,.... inspecto quo ipso testamento, ipse Gratianus ipsum Jacuicum Tensare non potuerat, et per suos wadios ipsam cellam cum reliquis appenditis suis partibus S. Hilarii reddiderat, etc.* Vetus Charta apud eundem Beslium pag. 176: *Taliter dixerunt quod ipsa charta ad verare non potebant, sed falsa in omnibus aderat, et ipsa conscribere rogaverant, nec per nullo modo ad ingenuitatem se Tensare non potebant.* Nescio, an eadem notione usurpet Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 612: *Claudemus 40. acras terræ ad excolendum, vel ad Tensandum ad libitum nostrum: ita tamen quod Canonici et fratres habebunt liberum iter ad usum pecunie suæ, etc.* [\* Vide *Teasare*, 2.] Sic porro *Teaser*, nostri olim dixerunt. Le Roman de *Vacce* MS:

Ja li ert cest pais livre et vendus,  
Par quoi n'est si par li Tensez et defendus.

Le Roman de *Garin* MS:

Le feu escrient, leans le font houter,  
La vile esprant, nus ne l'en puet Tensier.

Le Roman de *Aubery duc de Bourgogne*:

Diez, con Diex volt Auberi Tenser.

Alibi:

Par vous fust bien cette terre Tensée.

Le Roman de *Roncevaux* MS:

Tains ne blazons ne le pot entrestar,  
Ni li baubers garantir, ne Tenser.

Le Roman de *Gaydon* MS:

Mais se l'eu nst garanti et Tensé.

Le Roman de *Amile* et de *Amy* MS:

Tns l'or del mont ne vns p'urroit Tanser.

Guillelmus *Gwart* ann. 1304:

Chascun d'eus garentit et Tense  
De tout son pouvoir sa defense.

Item ann. 1205:

Ne leur semble pas que le gent  
De leans fust entre eus Tensée.

Chronicon Bertrandi Guesclini:

Et que le Chastelain, quant ne put Tenser,  
Le rendit à Bertaut, etc.

[Consuetudo Leodiensis cap. 7. art. 26: *Le créancier ayant deux titres de diverses dates, estant reusui, ou ayant purgé simplement pour le sien Tenser et garder, conserve le droit du tiers acquis entre ses deux titres.*]

**TENSAMENTUM**, Pensitatio quæ a vassallis aut subditis domino pro protectione exsolvebatur: quæ alias *Commentatio, Salvamentum, et Tutamentum* dicitur. Chronicon Mauriniacense lib. 1: *Tutamentum, quod vulgo dicitur Tensamentum.* Tabularium Vindocinense: *Videlicet ut uauquisque, qui in ea terra bordam vel domum haberet, mensura Blesensi minam avenæ redderet illi ob Tutamentum.* [Chartularium S. Martini Pontisar.: *Singulis annis nomine annui redditus iv. sextarios avenæ, uno prebendario minus, ratione cujus consuetudinis, quæ Tensamentum vulgariter appellatur, etc.* Charta ann. 1232. ex Archiv. Bonevallensi: *Ego Simon dominus Rupisfortis et Pusati et Vicecomes Carnot. etc. Noverint universi, quod ego vendidi et in perpetuum quitavi religiosus viris Abbati et monachis Bonevall. pro quat. mille libris Taron. omnia Tensamenta, quæ ego habebam... in villa Bonevall. et in aliis villis... in quibus Tensamenta percipere consuevi; et unum servientem proprium in villa Castridani de burgensibus ejusdem ville ad colligendum Tensamenta liberum et immunem ob omni tallia et qualibet alia exactione in anno, in quo colligit Tensamenta. Similia leguntur in alia ejusd. rei Charta Galteri Archiep. Senon. eod. ann. et ex eod. Archiv. Adde Chartam ann. 1194. tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 80.] M. Pastoralis Eccl. Parisiensis. lib. 2. ch. 82: *Præterea dedit nobis Tensamentum Civiliaci, quod emit a D. Simone de Pisiaco Milite pro 65. lib. pro quo Tensamento tenentur homines de Civiliaco nobis reddere singulis annis 7. lib. in crastino S. Andreae.* Vide præterea lib. 1. ch. 10. lib. 2. ch. 88. Charta ann. 1168. ex Tabulario Fossatensi fol. 19: *Emit cujusdam Tensamenti partem, continentem in se decem et octo frumentis sextarios, et 5. solidos pro pastu, atque corveias bis in anno, quas Haias vulgus appellat.* Necrologium Ecclesiæ Carnotensis: *Retentis solummodo redditibus Tensamenti, quos pro terra teasanda singulis annis habebit.* Tabularium S. Martini de Campis Paris.: *Consuetudinem unam, quam Teasamentum vocant, scilicet unum sextarium avenæ singulis annis pro grangia sua de Wirmis, etc.* Tabular. Vindocinense ch. 105: *Ad Moncellum omnem consuetudinem habebat, Tensamentum, carregium, vicariam, etc.**



Charta Radulfi Abbatis Fiscannensis ann. 1204. in 31. Regesto Chartophylacii Regii fol. 50 : *Pro Tensamento villæ nostræ de Buxeo, etc.* Alia Odonis Ducis Burgundiæ ann. 1204. in Regesto feodorum Episcopi Lingonensis : *Non habeo, nec habere deo aliquam custodiam, aut aliquod Tensamentum in villa Besuensi. Tensamentum vini,* in Charta Roberti Regis Franc. apud Doubletum pag. 829. Notitia ann. 1159. in Tabul. Monast. S. Bertini : *Dabit... in festo S. Michael. 2. sol. pro verschingis, in festo omnium SS. 5. pro Tessement.* Liber censuum Carnotensium ex Camera Comput. Paris. fol. 2 : *Le Tensement de Neuville : l'avoine des Tensemens.* Occurrit præterea apud Sugarium lib. de Reb. in Administr. sua gest. cap. 2.

† TASSAMENTUM, Eodem intellectu. Necrolog. Eccl. Paris. : *Executores dederunt 4. sextaria avenæ annui redditus ad Tassamentum de Castellione quæ emerunt a Johanne de Yssiaco armigero, etc.*

† TESSAMENTUM, pro Tensamentum, in Computo ann. 1202. apud D. Brussel tom. 2. de Feodorum usu pag. CLVIII. et CCIII. Tensamentum legitur ibidem pag. CL. et CLXXXIV.

† TANSAMENTUM, Eadem notione, in Tabulario Calensi pag. 224. 225. et alibi passim in eodem Tabulario.

TAXAMENTUM, pro Tensamentum, in M. Pastoralis Eccl. Paris. lib. 3. ch. 8. 9. etc. lib. 7. ch. 42. Tabularium Fossatense fol. 62 : *Et de Taxamentis bladi et avenæ, quæ perceptit ab hospitibus de Torciaco.* Vide in voce Iguis.

TENSABILIS, Pratum Tensabile, Idem quod Defensum, de qua voce suo loco egimus. Liber Prioratus Dunstapensis : *Et est pratum illud Tensabile per totum annum : unde Prior post asportationem herbæ, pro denariis locat partem suam.*

TENSURA, Idem videtur quod Tensamentum. Charta Philippi Comitiss Flandriæ ann. 1181. apud Miræum in Diplom. Belg. lib. 2. cap. 44 : *Comitatum etiam, stallum, et totius opidi teloneum.... Tensuram, et credtionem, atque omnem exactionem.... concessi.* [Eadem habentur in Charta Theoderici Flandriæ quoque Comitiss ann. 1130. apud eund. Miræum tom. 1. pag. 277. col. 1. edit. 1723. et apud D. Calmet. inter Probat. tom. 2. Hist. Lothar. col. 290.]

TENSERIA, Concilium Turonense ann. 1163. cap. 10 : *De Cemeteriis et Ecclesiis, sive quibuslibet possessionibus Ecclesiasticis, Tenserias dari prohibemus, ne pro Ecclesiæ vel Cemeterii defensione, fidei suæ Clericis sponsonem interponant, etc.* Vitæ Abbatis S. Albani : *Hæc est summa pecuniæ perditæ, et Tenseriæ datæ tempore guerræ, de maneriis Abbatis Guillelmi, etc.* [Concilium Londin. ann. 1151. cap. 1. apud Baluz. tom. 7. Miscell. pag. 81 : *Sancimus igitur, ut Ecclesiæ et possessiones ecclesiasticæ ab operationibus et exactionibus, quas vulgo Tenserias sive tallagias vocant, omnino libere permaneant, nec super his eas aliqui de cætero inquietare presument.*]

\* 2. TENSARE TERRAM, In pratum defensum redigere. Locus est in Tensare 1. ex Monast. Anglic. tom. 2. pag. 612. ubi vide Tensabilis.

\* 3. TENSARE, Prædari, expilare, grassari; unde Tensa, expilatio, et Tensator, prædator. Lit. official. Morin. ann. 1348. in Reg. 78. Chartoph. reg. ch. 157 : *Quod dictus clericus fuerat deprædator et Tensator.... Proponimus contra vos, ut supra, quod vos publicus et notorius deprædator et robator itinerum et Tensator gentium fuistis et estis; nam plures et diversas personas.... Tensavistis, robavistis, seu robari et Tensari fecistis et sinistis, et ab eislem maximas quantitates pecuniarum subtraxistis, cepistis, anovistis, per modum Tensæ et rapinæ absportavistis.* Vide infra Tensaria et Tenseamentum.

\* Tencerresse vero dicitur de muliere rixosa, contentiosa, in Lit. remiss. ann. 1386. ex Reg. 129. ch. 159 : *Laquelle femme estoit riotouse, Tencerresse, depite et perverse.* Aliæ ann. 1394. in Reg. 147. ch. 9 : *Comme le suppliant eust une femme Tancerresse et plaine de très-mauvaise volonté, etc.* A voce Tençon, rixa, contentio, controversia. Joinvil. edit. rég. pag. 81 : *Lessiés ester la Tençon du seigneur de Joinville et de nostre Commandeur.* Vide Intentio in Intendere 7. [\* Raynouard. Glossar. Roman. tom. 5. pag. 344. sqq. radice Tensio.]

\* TENSARIA, Latrocinium, rapina, expilatio, nostris alias Tenserie. Lit. remiss. ann. 1366. in Reg. 99. Chartoph. reg. ch. 1 : *Commisit in villa Duacensi furta, maleficia, roberias, Tensarias et delicta quæ sequuntur, etc.* Charta ann. 1356. in Reg. 84. ch. 528 : *Rebellions, monopoles, Tenseries et autres malefaçons, etc.* Vide Tensare, 3. et mox Tenseamentum.

\* TENSATIO, Jurisdictio, dominium. Charta Hugon. archiep. Senon. in Chartul. S. Germ. Prat. sign. tribus crucibus fol. 58. v. col. 2 : *Dicebat siquidem prædictus Theobaldus (advocatus) quod tensaret homines a monachis, nec venirent ad eorum submonitionem, sed ipse faceret monachis justitiam de hominibus..... Isti (testes) in veritate sua dixerunt, quod advocatus nullam in hominibus contra monachos habet Tensationem, sed monachi eos submonebant, et ipsi ad justitiam monachorum omnimodis stabunt.* Vide Tentio.

\* TENSATOR, Latro, prædator. Vide supra Tensare 3.

\* TENSEAMENTUM, Idem quod supra Tensaria; a Tenseare, Expilare, grassari; unde Tenseator, Prædator. Lit. remiss. ann. 1369. in Reg. 100. Chartoph. reg. ch. 62 : *Item quod dictus Johannes fuit et est Tenseator sive spoliator, consuetus homines Tenseare..... Item quod ipse Rogerus reus Tenseavit Evarardum de Busco, et ab eodem Evarardo pro Tenseamentum cepit et habuit viginti florenos auri ad mutonem.* Vide supra Tensare 3.

† TENSIBILIS, Tensilis, Joanni de Janna, Qui tendi potest; Tendables, in Glossis Lat. Gall. Sangerm.

\* TENSIO, Pensitationis species, eadem quæ supra Tensa 4. Feoda Norman. in Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 164. r. col. 1 : *Domina Petronilla, de Calvomonte tenet de rege..... in feodum dominium et vicecomitatum et Tensionem avenæ apud Triam.*

† TENSIO APIUM, Alvus vel Examen apum; ut videtur. Charta 61. Tabularii Dunensis : *Concessit nobis.... decimam omnium Tensionum apium, quascunque in omnibus forestibus suis habuerit.*

† 1. TENSURA, Pensitatio, etc. Vide in Tensare.

2. TENSURA, Tensio arcus, Italis Tesu. In Lege Burgund. tit. 46. est de his, qui Tensuras ad occidentum lupos posuerint. In ipso vero contextu, jubentur ii, qui arcus occidendorum luporum studio posuerint, id est certo in loco statuerint, ut id vicinis suis statim indicent, ac tres lineas ad prænosceda positi arcus indicia diligenter extendant, ex quibus duæ superiores sint, ut hosce locos devitare habeant: ne si forte laxarentur arcus, læderentur, mortisque periculum incurrerent. Ita ut si ab homine, per ignorantiam veniente, aut ab animali domestico tacte fuerint, sine periculo sagittas arcus emittat. Quod si hoc modo provisæ res fuerint, ut Tensuræ factæ circumstantibus innotescent, quicumque ingenuus incaute veniens casum mortis aut debilitatis incurrerit, nullam ex hoc calumniam, is qui arcus posuerit, sustinebit, etc. Ex quibus patet, ita arcus seu balistas positas, ut motis hisce lineis, statim sagittas emitterent. A Tensura, nostri forte Tesurer pro arcum tendere, [vel retia ponere,] acceperunt. Consuetudo municipal. Andegavens. art. 25 : *Nul ne peut de jour, ne de nuit tendre ne Tesurer en autrui domaine.* Ita et Cenomanensis art. 39. 162. Charta ann. 1445 : *Item du droit, que j'ay de chasser, tendre, et Tesurer, et prendre bestes à pied rond, rouges, rousses, et noires, etc.* Vide Arcuare et Tensura, 3.

ENTESER, nostri pro Arcum intendere dixerunt. Philippus Mouskes in Hist. Francor. MS :

Et quant li eufés l'entendi,  
L'arc Entesæ, plus n'atendi,  
Le clerf quida traire à desroi,  
Mais son Seignour i traist le Roy.

Chronicon MS. Bertrandi Guesclini :

Chascun tendi son arc, la sayete Entesa.

Alibi :

Les Archiers tout devant chascun l'arc Entesé.

Le Roman de Merlin MS : *Et vint à la meslée son arc Entesé.*

\* 3. TENSURA, Plagæ, rete, Gall. Filet. Lit. remiss. ann. 1347. in Reg. 86. Chartoph. reg. ch. 42 : *Quod præfatus exponens iret cum eisdem et veniret ad venendum,.... oportebat quod haberent tellas sive Tensuras.* Vide in Tensura 2. mox Tensutum et infra Tesura 2.

\* 4. TENSURA, Idem quod Tenementum, Prædium, possessio, hæreditas. Parlam. Pentecost. ann. 1290. in Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 41. r. col. 1 : *Ordinatum fuit et redditum pro arvestum, quod ballivi vel alii justitiarum dom. regis non impediunt ecclesias nec ecclesiasticas personas, quin possint se accrescere in Tensuris et feodis, in quibus omnimodam habent justitiam, altam et bassam; sed in Tensuris et feodis ecclesiarum, in quibus rex et barones vel alii domini laicales altam justitiam vel forefacturas habent, etc.* Vide in Tenere 1.



\* **TENSUTUM**, Rete, Gall. *Filet*. Charta ann. 1377. in Reg. 113. Chartoph. reg. ch. 69 : *Cum quedam naveria ac piscaria, in qua pisces regales et cujuscumque alterius conditionis in ascendendo cum Tensutis (infra, Tessutis) et filatis ad hoc necessariis et condementibus capi possunt, etc.* Vide supra *Tensura* 3.

† **1. TENTA**, Tentorium, Gall. *Tente*. Computus ann. 1324. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 133. col. 1 : *Item... pro adducendis Tentis et pavillonibus, vi. sol.* Alius locus exstat in *Gribellio*. Pro umbella sumitur in Translatione S. Theophili Episc. Brix. tom. 3. Aprilis pag. 495 : *Unumquodque corpus sub serica auroque distincta Tenta deferebatur a diaconibus.* Vide supra *Tenda*.

† **2. TENTA**, pro *Tenca*. Vide in hac voce.

\* **3. TENTA**, Locus in quo panni explicantur seu extenduntur, idem quod *Tendaris*. Stat. pro lanif. et pannif. ann. 1317. in Reg. A. Cam. Comput. Paris. fol. 197. vº : *Item quod tentoria sive Tentæ, in quibus panni, duplices appellati, in posterum tirabuntur, ultra xij. cannas communes cum dimidia in longitudine, aequaliter non excedent. Tentoria vero sive Tente, in quibus panni, qui de sorte vocantur, quorum non est longitudo taxata, sed in textoris voluntate consistit, fieri et esse poterunt longiores; sed in ipsis tiratoris (sic) sive Tentis panni aliqui duplices vel alii communes pauni, qui debent xij. cannas ad minus continere, nullatenus tirabuntur.* Vide supra *Tenda* 3.

\* **4. TENTA**, Gall. *Tente*, Linamentum, quod vulneri apponi solet, quod *Tentare* dicebant. Locus est supra in *Specillam*. Nostris *Tenter*, eodem sensu. Lit. remiss. ann. 1468. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 122 : *Les barbiers avoient mal Tenté la playe d'icellui Simon.* Le Roman de Cleomades MS :

La plaie le roy fu Tantée,  
Et à point remise et bendée.

Hinc *Tantable* dicitur vulnus, cui *Tenta* apponi potest. Lit. remiss. ann. 1456. in Reg. 183. ch. 152 : *Ung cop sur la teste a-dessus du front, et y eut effusion de sang et playe Tantable.*

† **TENTARE**, Attentare, oppugnare. Annales Cæsenates apud Murator. tom. 14. col. 1127 : *Die ultima mensis Octobris anni predicti (1306.) eadem civitate cum manganis et edificiiis Tentata, etc.*

**1. TENTATIO**, Examen, *Essay*. Charta Edwardi I. Regis Angl. apud Gul. Prynneum in Libertatibus Angl. tom. 3. pag. 465 : *Temptatio panis fuit bis in anno, etc.* Mox : *Et quotiescunque debeat fieri temptatio panis et cervisie, etc.*

\* **2. TENTATIO**, Ipsomet crimen, pro fidei desertione utitur S. Cyprianus in Epist. laudata tom. 4. Sept. Actor. SS. pag. 233. col. 1 : *Videtur ergo, fratres, quoniam et vos hoc facere debetis,.... ut si qui in hanc Tentationem inciderunt, cæperint apprehendi infirmitate etc.*

† **TENTATOR**, Examinator, seu iudex doctrinæ candidati gradus academici. Rob. Goulet in Compendio jurium Universitatis Paris. fol. 4. vº : *Et sic sunt quinque exa-*

*minatores, quorum examen die sequenti festum aperitur; et inter illos Tentator pro provincia Paris. est primus non majoritate, sed solum ordine.* Nota est thesis, quam *Tentativam* vocant, quamque ad eruditio- nis experimentum et argumentum propu- gnat is, qui ad Baccalauræi gradum pro- vehi desiderat.

\* **TENT-CLAVIA**, Umbellæ, seu tentorii species. Stat. synod. eccl. Tornac. ann. 1366. pag. 67 : *Manifestos autem usurarios intelligimus proscriptos a synodalibus,.... qui signa habent in hospitibus et fenestris, tabulas scedulas, fenestras velatas, tentas seu Tent-clavias vulgariter appellatas, per quas ab aliis sine declaratione vel scri- ptione alia discernuntur.* Vide *Tenta* 1.

\* **TENTHURARIA**, Tinctoris officina. Formul. MSS. ex Cod. reg. 7657. fol. 30. rº : *Recesserat cum quibusdam extraneis versus operatorium Tenthurariæ suum in suburgiis civitatis.* Vide supra *Tenchare- rius*.

† **TENTHS**, Anglica vox, Decimæ eccle- siasticæ. Vide Thomam Blount in Nomo- lexico et Kennettum in Glossario ad cal- cem Antiq. Ambrosd.

\* **TENTIA**, pro *Tenentia*, continentia. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. : *Item plus duo alia metalla Tentia quodlibet decem parapsides offerat sive potatgii.*

† **TENTIO**, Jurisdictio, ditio, possessio. Chronici Fragmentum apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 100 : *Hinguethenus abbas erat de monasterio S. Jacobi de Ten- tione Archiepiscopi Dolensis.* Diploma March. Misnie et Hassia Landgr. ann. 1376. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 584 : *Volumus et debemus... contra omnes homi- nes... qui vellent dictum dominum nostram Wenceslaum in imperio et ejus Tentione impedire, offendere vel etiam molestare, sibi tota nostra potentia fideliter assistere auxilium et consilium opportunis.* Caput 87. Chronici Siciliæ apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 82. inscribitur : *De colloquio per dictum Regem Fredericum in Panormo et in Tentione regiminis dicti Dom-Petri.* In Gloss. Lat. Gr. *Tentio*, τένσις redditur; in Græco Latinis, τένσις, *Tencio*, *Tentio*, *Tentio*, *Tenc*. Vide *Tenere* 1.

† **TENTPELLIUM**, Φάρμακον πρὸς ῥυτίδα, in Gloss. Lat. Græc. Medicamentum, quo pellis tenditur. [*Tentpellium Artorius putat esse calciamentum ferratum, quo pelles exten- duntur; inde Afranius dixisse in Promo : Pro manibus credo habere ego illos Tentipel- lium. Titinium ait Verrius existimare, id medicamentum esse, quo rugæ extenduntur, cum dicit : Tentipellium inducis, rugæ in ore extenduntur; cum ille τρυπυῶς dixerit.* Ita Festus. Vide *Tentor* 2.]

† **1. TENTOR**, Qui tenet seu possidet. *Tentorum*, *possessorum aut occupatorum*, in Literis ann. 1515. apud Rymer. tom. 13. pag. 479. col. 2.

† **2. TENTOR**, Instrumentum, quo utun- tur ad tentionem pellium pannorumve, apud Thomam Blount in Nomolexico. Vide *Tentipellium*.

† **TENTORES**, ἄφερτι, in Glossis Lat. Gr. et Gr. Lat. Est autem ἄφερτις, Emissor, vel manumissus.

† **1. TENTORIUM**, Machina bellica, eadem

quæ Latinis *Pluteus*. Abbo de Obsidione Parisiensi pag. 505. lib. 1. vers. 217 :

Mille struant etiam celsis Tentoria rebus,  
Tergoribus collo demptis tergoque juvenum,  
Bis binos tressive viros clypeare valebant;  
Quæ Pluteos calamus vocitat eratesque Latinus.

\* **2. TENTORIUM**, Locus in quo panni extenduntur. Vide supra in *Tenta* 3.

† **TENTUM**, Tabernaculum, Gall. *Tente*. Litteræ Edwardi VIII. Regis Angl. ann. 1548. apud Rymer. tom. 15. pag. 175. col. 2 : *De thesauro nostro munitionum, artilla- riorum, Tentorum, pavilionum, etc.* Vide *Tenda* 1. et *Tenta*.

† **1. TENTURA**, Possessio, etc. Vide in *Tenere* 1.

\* **2. TENTURA**, a Gallico *Tenture*, Au- læum, tapes. Cerem. vet. MS. eccl. Carnot. : *Sabbato Septuagesimæ ante Nonam auferuntur cortinæ de Tentura ecclesie.*

**TENTUS IN FURTO**, in Lege Longob. lib. 1. tit. 25. § 2. 3. 7. [\*\* Rothar. 258. 259. 263.] In furto ipso deprehensus.

† **TENUARIUS**. Vide mox *Tenarius*.

**TENUCLA**. Cumeanus Abbas de Mensura Pœnitentiarum cap. 3 : *Cæteris vero diebus proximati panis mensura, et misso parvo impinguata, horreo oleris, ovis paucis, formatco, seminalatis (i. semidalatis) pro fragilitate corporali, Tenucla, vel batuto lactis sextario pro sitis gratia, etc.* Infra : *Sed mensura non gravetur panis, si operarius est, sextario de lacte Romano, et alio Tenucla et aqua, quantum sufficit pro siti- ardore sumat.* [Vox detorta videtur a *Tenuelac*, nostris *Petit lait*, Serum. Vide *Bal- dacta*.]

† **TENUIARIUS**, Qui dat operam rebus tenuioribus. *Tenuarius vestiarius*, Qui tenuia vestimenta conficit, in vet. Inscript. apud Gruterum 650. 8. 1067. 8. *Tenuarius* habetur apud D. de Montfaucon tom. 9. Antiq. exposita pag. 55. [\*\* Vide Forcell.]

† **TENUISSANA**, Scripturæ genus. Vide supra in *Scriptura*.

\* **TENUITAS**, Fames, jejunia, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613. *Tenuité*, pro *Pauvreté, indigence*, in Lit. ann. 1526. ex Tabul. episc. Carnot. : *Pour la Tenuité de la maison, qui est de petit revenu, etc.*

† **TENUITIO**, *TENUITURA*, *TENULURA*, *TENURA*, etc. Vide in *Tenere* 1.

\* **TENURA**, Feudalis dependentia, Gall. *Mouvance*. Chartul. Aldernard. fol. 13. vº. col. 2 : *Omnes Tenuras, quas contra advocatum de Mainswaut et advocatum de Wodeku asque modo libere obtinuit, sub recordatione scabinorum ei deo salvare.* Vide alia notio- nem in *Tenere* 1.

**1. TENUS**, Virgultum, vel ramus de arbo- re decisis, a Sax. tan, vimen, virgultum; unde Teutonibus apud Kilianum, teen, vitile, lentum vimen, teenbosch, virge- tum, salicetum, teenen, viminens. Lex Frision. tit. 14. § 1 : *Tali de virga præcisi, quos Tenos vocant. Infra : Tunc unusquis- que illorum septem faciat suam sortem, id est tenam de virga, et signet signo suo, etc.* Hic autem agitur de βάλδραχτις, seu, de divinatione per tenos, vel per virgas, quam præterea Scythis Herodotus lib. 4. et Scho- liastes Nicandri in Theriacis; Alanis, Ammianus lib. 31. Saxonibus, Adamus Bremensis cap. 6. adscribunt. [\*\* Tacit.



German. cap. 10.] Hanc videtur intellexisse Concilium Autisiodorense ann. 578. cap. 3: *Non licet ad sortilegos vel ad auguria respicere, nec ad sortes, quae Sanctorum vocant, vel quas de ligno aut de pane faciunt aspicere.* Vide Caelium Rhodiginum lib. 1. cap. 29. Delrium lib. 4. Disquisit. magic. quæst. 7. sect. 1. n. 1. [\* G. Grimmium de Litt. Run. German. pag. 296.] Somnerum in Glossario Saxonico v. *Tan*. Lindembrogium ad Ammian. et ad Leges antiq. et alios. [Sicamiam ad laudatam Legem Frision. Teon etiamnum vimem dici, ex quo corbes fiunt, observat.] [\* Adde Richthof. Glossar. Frisic. voce *Ten*.]

\* 2. **TENUS**, Juxta, Gall. *Proche*. Charta ann. 1181. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 151: *Factum est hoc apud S. Egidium in domo hospitalis S. Joannis, quæ donum est Tenus chorum ecclesie.*

**TENUS HOC**, pro *Hactenus*, dixit Auctor Vitæ S. Isidori Hispalensis in Prologo sub finem.

¶ **TENUS VERBO**, vel potius *Verbo Tenus*, Verbo, voce, ore, Gall. *De bouche, verbelement*. Bulla Clementis VI. PP. ann. 1346. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 531. col. 1: *Nuntius prudenter et eleganter nobis explicare curavit verbo Tenus, etc.* V. *Oretenus*.

¶ 1. **TENUTA**, Legitima, si bene coniecto, materiæ nummariæ conflatura, Gall. *Alloy*. Constitut. Jacobi Regis Siciliæ tit. 1. cap. 10: *Semel tantum in vita... faciemus cudi monetam, legalem tamen et Tenute...* com-petentis. Occurrit alia notione supra in *Tenere* 1.

\* Constit. MSS. Caroli reg. Sicil.: *Cudi faciemus monetam bonæ Tenutæ, pretii et valoris, secundum quod statui dictarum partium videbitur expedire.*

\* 2. **TENUTA**, Capacitas; qua etiam notione utuntur Itali. Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 111. Chartoph. reg. ch. 217: *Cum verba surrexissent inter ipsos de Tenuta cujudam mensuræ ad oleum quam tenebant, et ad sciendum quam et qualem Tenutam importabat, etc.* Vide aliis notionibus supra in *Tenere* 1.

¶ **TENUTARIUS**. Miracula B. Kingæ Virg. tom. 5. Julii pag. 771: *Balthazar Poreba Tenutarius Gnoini commendavit se...* D. Canevandi. Cl. Editor *Tenutarius* dici arbitratur eum, cui *tenutarum* seu possessionum cura incumbit vel administratio. Possent etiam intelligi manceps, feudatarius aut villicus, Gall. *Tenancier*, nisi forte legendum sit *Teinturarius*, quæ vox suo loco legitur, tinctor, infector, Gall. *Teinturier*: vel *Tenutarius*: Vide in hac voce.

\* **TENZARIUS**, Tinctor, infector, vel vas ad officinam tinctoris pertinens. Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 155. ex Cod. reg. 4622. A: *Nulla persona aquam alicujus tincturæ seu alicujus Tenzariorum projiciat seu projiciat in viis seu in strata Taurini*. Vide supra *Tendarius*.

¶ **TEODISCA LINGUA**. Vide *Teudisca*.

¶ **TEOLICE**, Tegulæ, tectum, Massiliæ *Taulces*. Donatio Raymundi Comitæ Tolos. Comuni Massil. ann. 1216: *Concedimus vobis quasdam domos optimas apud Bellicadrum cum omnibus edificis et bastimentis, cum duobus pilariis, in quibus Teolice predictarum donorum se sustinent*

\* *Teollerie*, pro *Tuilerie*, tegularum officina, in Comput. redit. comitat. Pontiv. ann. 1554: *Des profficts et revenus de la Teollerie de ludite ville d'Abbeville, etc.*

¶ **TEONNIUM**, Vectigal. Vide in *Telon*.  
¶ **TEOPANTLACA**, vox Indica, Tributorum exactor. Concil. Mexicanum ann. 1585. inter Hispan. tom. 4. pag. 493: *Nec occupare possit, exigere aut petere quascumque exactiones... per se vel per fiscales, aut quos vocant Indi Teopantlacas.*

¶ **TEORAGIUM**. Tabularium Eleemosynariæ Montis Morilonis fol. 52: *Medietatem de Teoragio, et medietatem servientie, etc.* An legendum est *Foragium*? Vide in hac voce. [\* vel *Terragium*.]

\* **TEPESCI**, pro *Tepescere*, in Epist. Car. imper. ad Joan. VIII. PP. ann. 876. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 549: *In diebus autem domini et genitoris nostri piæ memoriæ Hludovici imperatoris, cum ipsa Tepesci cæsecutio aliquatenus cepit, etc.*

¶ **TEPIDITAS**, pro *Tepor*, improbat Vossius de Vitis serm. pag. 622. Occurrit nudè pro *Tepore* animi in Concilio Emeritensi, inter Hispanica tom. 2. pag. 629.

¶ **TEPIDITUS**, Tepefactus. Vita B. Columbæ Reatinæ, tom. 5. Maii pag. 257\*: *Adverto plane, quod a diebus novissimis iniquitatis superabundantiæ ac nimis Tepidite caritatis trahant ad omnem sententiam conscientias.*

¶ **TEPIDUS**, *Dubius animi, medius inter confidentem et desperantem*, Gaspari Barthio in Glossario ex Baldrici Histor. Palæst. apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 168.

**TEPORARI**, pro *Tepescere*, apud Gunzonem in Miraculis S. Gengulfi, num. 33. [Dracontius Hexamerio v. 28. utitur verbo *Teporare*, pro *Tepefacere*:

..... Glaciemque Teporat  
Flammæ ignis aquæ.]

¶ **TEPPA**, Terra inculta et viridi cespice cooperta, in Charta feudorum nobilium Castillonis Dumberum ann. 1463. e Schedis D. *Aubret*.

\* Charta ann. 1489. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 279: *In quibusdam vineis, terris et Teppis scituatis in dicto territorio Trenorchii, loco dicto en Bâ.*

¶ **TEPTIS**, f. Sectio, pars, portio, a τέρπειν, Secare, scindere. Chronicon Novalic. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 751: *In pago Diense Cassies sibi Teptis et portione nostra in Bosedone, quem de Siagria conquistivimus, una cum libertis et servis vel adpendices suas... ut habeas volo ac jubeo.*

¶ **TERA**, pro *Terra*, ni fallor. Ordinarium Eccles. Turon. apud Marten. de antiq. Eccl. Discipl. in div. Off. pag. 584: *Duo pueri secundum R]. duo de secunda Tera tertium R]. duo clerici de tertia Tera quartum R]. duo de quarta Tera quintum R]. duo de basilica sextum R]. duo canonici diaconi septimum R]. etc.* Ubi pueros clericosve de terra dictos puto, quod non in stallis, sed in terra seu in chori solo starent variis in locis dictis de prima Tera, de secunda Tera, etc. Vide *Clerici*.

\* **TERAMERITUM**, Terræ proventus.

Charta ann. 1206. ex Bibl. reg. cot. 19: *Impignoramus.... domos,..... terras, vineas,..... agraria, decima et omnia alia Teramerita.* Vide *Meritum* et infra *Terrameritum*.

\* **TERASCA**, **TERASSIA**, Teoracia, Gall. *Tierache*, pagi nomen. Charta ann. 1143. in Chartul. S. Vinc. Laudun. ch. 126: *Et tamen tenore facta est ista donatio, quod si aliquis de prædicta familia ultra Terassiam redierit, in jus et possessionem ecclesie de Molehen revertatur.* Alia ann. 1218. ex Chartul. S. Corn. Compend. fol. 177. vº. col. 2: *Abbas et prior de Buccellies et prior S. Michaelis in Terasca, etc.* Vide infra *Tereschia*.

\* **TERASUS**, pro *Cerasus*, in Obituar. MS. S. Nic. Corbol. 5. Mart. : *Duos et triginta solidos..... mandavit sumendus ex proventu et redditu cujudam donum, quæ dicitur Area Guillelmi Thonus, scilicet cum orto et geminis plantis Terasorum.*

¶ **TERBENTINA**, pro *Therebinthina*, Gall. *Terebenthine*, Ital. *Terebintina*. Statuta Cadubrii cap. 36: *Non sit licitum alicui forensi colligere largatum, seu Terbentinam in memoribus Cadubrii.*

¶ **TERBICHETUM**, Machina tollenonis instar ad putei marginem erecta, cujus fini alteri cathedram exhibenti spurcas et rixosas feminas imponentes, aqua solent immergere, Angl. *a cokestole*. Spelmannus. Vide *Trabuchus* 2. et *Trebuchetum*.

\* **TERÇARIA**, Præstatio agraria, eadem quæ *Tertia* 4. Charta ann. 1206. ex Bibl. reg. cot. 19: *Impignoramus..... domos,.... terras, vineas, cultum et incultum, migai-rias, Terçarias, quartos, quintos, etc.*

¶ **TERCELLUM**. Chartularium Monasterii Aquicint. fol. 40: *De vinea Theodorici in valle 3. sextaria et dimidium et Tercellum, quod est tertia pars sextarii.* Vide *Tertia* et *Terceyra*.

\* *Mensuræ species liquidorum simul et aridorum, modus agri, arpentis pars tertia, nostris Tercel et Terçelée*. Necrol. eccl. Paris. MS. v. Kal. Jul. : *Unum Tercellum vineæ, situm in territorio de Peruches, contiguum ex una parte vineæ capituli Parisiensis de stationibus.* Charta ann. 1304. in Lib. pitent. S. Germ. Prat. fol. 124. rº: *Deux Terseaux de pré. Un ensange et un Tercel de pré, in alia ejusd. ann. ibid. fol. vº.* Charta Arturi ducis Brit. ann. 1310. ex Bibl. reg. : *Chacune Terçelée de froment, à la mesure d'Aurey, pour six sols chacun an, et chacune Terçelée de sayle, à la mesure d'Aurey, pour cinque sols chacun an.* Vide mox *Terceneria* et *Tercerium* 2.

\* **TERCENARIA**, Vectigalis species. Charta ann. 1216. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 918: *Pisani tenentur donare medietatem passagii, quam solebant dare tempore Boamundi avi mei principis, et medietatem Tercenariæ ejusdem portus et medietatem ancoragii.*

¶ **TERCENARIUM**, Idem quod infra *Tricenarium*. Charta ann. 1381. e Chartulario S. Johannis Angeriac. pag. 467: *Tercenaria quæ facere debet eleemosynarius, etc.*

¶ **TERCENARIUS NUMERUS**, Triginta. Litteræ Caroli VI. Fr. Regis ann. 1385. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1613: *Cardinales moderni in numero Tercenario*



sexto.... omnia regni nostri beneficia pro ipsis et eorum statu non sufficerent.

\* **TERCENERIA**, **TERSENERIA**, **TERSERIA**, Idem quod supra **Tercellum**, Mensura liquidorum. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. : *Item plus unam Terseneriam stagni rotundam.... Item plus unam Terseriam stagai..... Item plus unam pitalpham Terceneriam novam rotundam stagni. Terzino*, Acad. Crusc. : *Vaso da tener liquidi, e tiene la terza parte d'ua fiasco. Tierçain*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1456. ex Reg. 187. Chartoph. reg. ch. 8 : *Ung pot d'estaing ou Tierçain plain de via. Vide Tertia 6.*

\* **TERCEOLAGIUM**, Præstationis species ex vineis. Charta ann. 1229. inter Instr. tom. 8. Gall. Christ. col. 361 : *Donavinus eidem Nicolao et ejus successoribus ia perpetuum octo barillos Terceolagii annui redditus..... in tribus arpentis vinearum..... Quos octo barillos Terceolagii annui redditus dictus Nicolaus tenebat a dictis abbate et conventu S. Petri Carnotensis in feodum. Pluries ibi. Vide Terciolagium.*

**TERCERIA**, Charta Bituricensis ann. 1318 : *Videlicet quinq̄ Tercerias super quadam pecia terræ sita subter vadum molendini. [Exactionis genus est, ut videtur, sic dictum a Tertia. Vide in hac voce.]*

\* Idem quod **Terceolagium**, in Charta ann. 1320. ex Reg. 60. Chartoph. reg. ch. 32 : *Item Terceria, quæ possunt valere per annum tres pipas vini.*

¶ 1. **TERCERIUM**, Tertia pars, ut puto, Gallicæ **Tiers**, Ital. **Terzo**. Statuta Vercell. fol. 137. vº : *D. Ubertus Coarasa et filii... pro se et consortibus eorum pro duobus Terceris habeant præcipuum modios 400. bo-schis meleti. Statuta Montis-regalis pag. 5 : Syndicus Communis.... in principio cujuslibet regiminis, eligi facere teneatur et debeat unum hominem literatum de quolibet Tercerio, qui sint de consilio, qui electi teneantur jurare ia consilio, quod quotiescumque proponeretur in consilio, publico vel privato, aliquod contra formam præsentis capituli, quod denunciabunt, etc. Pag. 33. et 34 : *Ita staaciatores tres, uaus pro quolibet Tercerio super victualibus, qui habeant pro eorum salario solidos 30. pro quolibet. Item duo prudentes homines pro quolibet Tercerio acconciatores discordiarum. Rursum pag. 58 : Dividatur dicta pecunia per syndicum commuais de consilio novem sapientum, qui pro tempore fuerint inter massarios pontium et viarum Terceriorum secundum astinum et registrum Terceriorum. In hisce posterioribus Statutis tertiam partem urbis intelligo, seu regionem, quæ Tercerium dici potest, ut alibi **Quarterium**, Ital. **Quartiere**, nostris **Quartier de ville**.**

\* 2. **TERCERIUM**, Modus agri, idem quod supra **Tercellum**. Charta ann. 1220. ex Chartul. Micicæ : *Pro censiva vero eorum dedit eis in escambium tria arpeata terræ, uao Tercerio miaus, etc. Lit. admort. ann. 1376. in Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 214 : Item supra tria Terceria vineæ in dualibus petiis, prope domum pictavæ xvj. sol. Item supra unum Tercerium vineæ,..... iij. sol. Vide Tertiarium.*

\* 3. **TERCERIUM**, Instrumentum, ut videtur, cujus percussione monachi ad of-

ficium divinum vocabantur, forte quod tribus malleolis constaret, sic dictum. Vide **Tabula 4**. Ordinar. MS. S. Petri Aureæ-val. ad feriam 2. Quadrag. : *Circa nonam horam fiat signum pro Sexta dicenda cum Tercerio, et signo facto convenient fratres in choro et dicatur Sexta solvua.*

\* **Terchois** vero, pro **Carquois**, Pharetra, in Lit. remiss. ann. 1359. ex Reg. 90. Chartoph. reg. 250 : *Un homme armé de chapeau de fer qu'il avoit sur sa teste, ganteles de fer en ses mains, et d'autres choses qu'il avoit, avecques une arbeleste et le Terchois à mettre saicttes, qu'il portoit à son costel.*

\* **TERCEYROLA**, Dolii pars tertia, ut **Carteyrola**, vulgo **Cartaut**, quarta, Hisp. **Tercerola**, doliolum. Comput. ann. 1488. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 46. col. 1 : *Item plus solverunt dicti domini consules.... pro una Terceyrola vini rubei, ad ratioem xij. florenorum pro vase,..... tres libras, quinque solidos Turon. Item ulterius solverunt... pro uaa Terceyrola vini clari etc. Vide mox Terciolus.*

\* **TERCEYROLIUM**, Canistrum, cista vel doliolum ejusdem capacitatis, in eodem Computo ibid. col. 2 : *Item ulterius solverunt dicti domini consules pro uno Terceyrolio pleno serazis, emptis pro collationibus factis ia dicta turri et pariter pro dicta cena, videlicet iij. sol. ij. den.*

¶ **TERCIA**, **TERCIARIA**. Vide **Tertia** et **Tertiaria 4**.

\* **TERCIALE**, Potionis genus videtur, in Stat. ann. 1401. inter Leg. Polon. a Priluisio collect. pag. 160 : *Voleates quod a prædictis scholaribus seu studentibus, qui sibi per seipos, per amicos aut per quascunque personas promisiones (leg. provisiones) facere voluerint in braseo, cervisia, Terciali et quacunque alia,..... nulla penitus telonea et dationes requirantur.*

\* **TERCIARE**, **TERCIATIO**. Vide infra **Tertiare 2**.

¶ **TERCIEYRA JUSTA**, Mensura vinaria capiens monachi portionem tertia parte majorem quotidiana. Vide locum in **Justa 2**. et **Tercellum**.

¶ **TERCIGENITUS**, pro Tertio-genitus, in Literis ann. 1361. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 3. pag. 557.

\* **TERCINALE**, Armamentarium, Gall. **Arsenal**, ab Italico **Darsena**; unde legendum haud dubie **Darcinale**. Vide supra **Darsena**. Stat. ordin. S. Joan. Jerosol. ann. 1584. tom. 2. Cod. Ital. diplom. col. 1878 : *Insuper eligit admiravus unum scribam, et deputabit eum dicto officio Tercinalis, qui teneat registrum ad præceptum admirati omnium rerum, quæ sunt intra dictum Tercinale, pertinentium ad artem marinariam.*

**TERCIOLAGIUM**, Præstationis species ex vineis; verbi gratia pro quadrante vinearum, seu *Pour un quart de vigues, demi baril*. Ita in Regesto Censuum et feudorum Carnot. pag. 8. ubi **Terceuil**, vel **Terceau** appellatur. Charta Hugonis Decani et Capituli Carnotensis ann. 1224. ex Tabulario ejusdem Ecclesiæ n. 248 : *Totius vini medietas nostra erit, et altera medietas dictis cultoribus manebit. Terciolagium siagulis*

*annis de vineis, ex quibus debetur, de comrauni reddetur.*

¶ 1. **TERCIOLUS**, Monetæ species. Vide **Tertiolus**.

\* 2. **TERCIOLUS**, Dolii seu modii pars tertia. Charta Ludov. comit. Blesens. et Clarimont. ann. 1202. in Reg. A. Chartoph. reg. ch. 21 : *Cappellaus habeat annuatim duos modios frumenti in granario meo, et duos modios vini et Terciolium in videntis in ipsa cuppa capiendos. Vide supra Terceyrola.*

¶ **TERCIUM** et **Dangerium**. Vide **Tertium**.

\* **TERCOLIUM**, Modus agri, idem quod supra **Tercellum** et **Tercenum 2**. nostris alias **Tercuel**. Charta ann. 1276. in Chartul. S. Dion. pag. 348. col. 1 : *A Johanne le madelinier sex denarios, tam pro censu quam pro decima unius Torcolii (leg. Tercolii) vineæ de valle Paanoel; a relicta Johannis de Clotet sex denarios, tam pro censu quam pro decima unius Tercolii vineæ de valle Pennoel. Tercuel legitur in Charta Gallica ejusdem argumenti et anni ibid. pag. 349. col. 2.*

\* **Tercoeil** vero, Farina crassior a subtiliori secreta, fursur. Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 151. Chartoph. reg. ch. 306 : *Icellui Estienne, qui long-temp. a servi nostre très chere et très-amée taate la duchesse de Bourgogae en faisant la boulengerie et puticerie pour sa bouche,..... dist à Colin son varlet : Je say certainement que tu as vendu certaine quantité de Tercoeil, appelé bran, sans mon congic. Tercoeil, in Comput. ann. 1638. ex Chartul. S. Vedasti Attrebat. : *Les boulers (sorte de pain) de pure farine, telle qu'elle vient du moulin, sans y mesler aucun Tercoeil ou rebulet.**

¶ **TERCULA**. Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 75 : *Litigantibus.... super quadam noa et quadam Tercula.... dictas Terculam et noam abbatie B. Vincentii Ceacom. dederunt. Legendum videtur Tercula. Vide in hac voce.*

\* **TERCULUM**, diminut. a **Tergum**. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Dors, Prov. dorsum, tergun. Dorsiculum, Terculum.*

¶ **TERCUS**, Vortex aquarum, Bollandistis. **Miracula B. Wernheri Mart.** tom. 2. April. pag. 713 : *Dum pervenissent prope Tercum quendam magnæ abyssi Rheni.*

\* **TERDONINI**, Terdonensis moneta. Comput. decimæ in Italia collectæ ann. 1278. pro subsidio T. S. ex Cod. reg. 5376. fol. 247. vº : *Summa..... pro meis expensis..... ex decima collecta in civitate et diocesi Terdoansi,..... libræ decem Terdoninorum.*

\* **TERDRUM**, ut **Tertrum**, Collis, cli-vus. Charta ann. 1404. in Reg. feud. comitat. Pictav. ex Cam. Comput. Paris. fol. 63. rº : *Item et manerium de Bellofonte, cum sua clausura,..... pasturis, Terdris, hominibus meis, etc.*

\* **Terdre** vero, pro **Essuyer**, a Latino **Tergere** dixerunt nostrates. **Annal. regni S. Ludov.** edit. reg. pag. 237 : *Leur Terdoit les piés et batsoit moult humblement. Vita ejusd. reg. ibid. pag. 352 : Terdoit leur bouches d'une touaille, etc. Vide infra **Tersorium**.*



† **TER DUPLEX**, Major gradus festivitatis in Calendario MS. Canon. Regul. S. Laurentii Diocesis Autiss. XIII. sæc. et in quibusdam aliis. Idem est quod in aliis quibusdam *Festum* seu *festivitas triplex* : de quo dictum est in voce *Festum*.

† **TEREBRA**, Machina bellica muris perforandis, de qua Vitruvius lib. 10. cap. 19. Hanc delincatam fuse explicat P. Daniel lib. 2. Milit. Franc. pag. 63. Fusius quoque de *terebra* disserit Carolus de Aquino in Lexico Militari.

\* **TEREDO**, Vermis species; Ovidio, *Terepo*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Tereolo*, *Vers de bois*.

\* **TEREFORUM**, Terebra. Idem. Glossarium : *Tereforum*, *Turiere*.

† **TERENTIANUS**, pro *Teruntianus*, Monetæ genus apud Romanos. Vide *Folius* 2.

\* **TERESCHIA**, ut supra *Terasca*, Teoracia, vulgo *Tierache*. Charta ann. 1220. in Chartul. Campan. ex Cam. Comput. Paris. fol. 397. r<sup>o</sup>. col. 1 : *Ego Rogerus dominus Roseti in Tereschia, etc.* Vide *Therashiu*.

**TERETES**, Species navis. Vide in *Tarida*.

\* **TERETISSO**. *Anates Teretissant*, S. Aldhelm. de Gramm. apud Maïum Auctor. Classic. tom. 5. pag. 569. qui in Glossar. novo scripsit *Teretizo* et *Teretizo*.

**TERGAFUGA**, dicitur, inquit Papias, quoties milites fugientes a tergo cœduntur.

† **TERGAVERSATOR**, Morator, qui tergiversatur, moratur, impedit. Charta ann. 776. apud D. Calmet. in Probat. Hist. Lothar. tom. 1. col. 287 : *Qui contra presentem epistolam donationis meæ... venire aut aliquid agere voluerit, aut Tergevators steterit, anathema sit.* Vide *Tergiversator*.

† **TERGIA**, f. pro *Cergia*, *Ceria*, portio- nis genus et grauo. Historia Ordinis Prædicat. apud Marten. tom. 5. Collect. Ampl. col. 377 : *Medici dederunt ei quotidie tres et aliquando quatuor ciatos vini nigri potentis, cum tantummodo de aqua et offa panis calefacti et Tergia, volentes subvenire debilitati, et non considerantes estivum tempus et febrem acutam, quam habebat, etc.*

† **TERGIDUCTORES**, Ductores extremi agminis, alio nomine agminis Coactores. Ita Carolus de Aquino in Lexico Militari.

**TERGILLA**, diminutivum a *tergere* : ita pellem et cutem ipsam suis crassam vocat Apicius lib. 4. cap. 3. [Glossæ Lat. Græc. : *Tergilla* sive *Tergillum*, φορβήν, γοίρου δέριον. Adde Græco-Latinas.]

† **TERGIMENTUM**, Σήκωμα, in Glossis Lat. Gr. Aliæ Gr. Lat. : Σήκωμα, *Seama*, *libramentum*, *examen*, *Tergimenta*, *temperamentum*, *æquipondium*.

† **TERGIVERSABILIS**, *Deceptorius*. Jo. de Janua.

† **TERGIVERSABILITER**, Fallaciter, tergiversando. Charta ann. 1302. ex Tabular. Massil. : *Ne fraus committatur per inimicos reginales Tergiversabiliter et dissimulative super rehitura salis.*

\* **TERGIVERSARI**, Gothofredo ad L. 1. § 1 ff, ad SC. Tupill. (48, 16.) Est accusatio terga vertere, ab accusatione desistere. Vide *Tergiversatio*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Tergiversari*, *Essier*. *Tergiversatio*, *Essiance*.

† **TERGIVERSATIO**, *Fuga*, *objectio*

*tergi*, in Glossario Barthii ex Baldrici Hist. Palæst. apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 204. *Sine aliqua Tergiversatione*, in lege 6. Cod. Theod. lib. 9. tit. 4. id est, sine corruptione, ut explicat Gothofredus in Glossario Nomico. Glossæ Lat. Gr. : *Tergiversatio*, περιλάμψις, φοροδία. *Tergiversatio*, μελλέσθω. Adde Græco-Latinas.

† **TERGIVERSATOR**, *Deceptor*, Joh. de Janua; *Deceptor*, in Glossis Lat. Gall. MSS. Sangerm. Vox nota Gellio lib. 11. cap. 7. et Arnobio lib. 7. pro eo qui tergiversatur. Glossæ Lat. Gr. *Tergiversator*, καταστροφεύς, δόλιος, περιλάμπτης, εθελωκακεί, περιλάμπτει. Adde Græco-Latinas.

**TERGIVERSUTUS**, [ut *Tergiversator*.] Anastasius in Conone PP : *Constantinum Diaconum Ecclesiæ Syracusanæ Rectorem in patrimonio Sicilia constituit, hominem perperam et Tergiversutum*. Videtur deducta vox a *Tergiversari*.

† **TERGIUM**. Guido de Vigevano de Modo expugnandi T. S. cap. 9. cujus inscriptio est, *De modo equitandi per aquas*. *Primo accipiantur Tergia quatuor rotunda, lata quatuor digitis et alta brachio medio, et post hæc accipiuntur orli subtiles et leves, et ex illis cooperiantur illa Tergia, et firmentur super illis Tergius cum clavibus, et fiet una bota rotunda.*

† **TERGORIUM**, Εργαγεῖον, in Glossis Lat. Gr. et Gr. Lat. Legendum videtur *Tersorium*.

\* **TERGOVINA**, Tributi seu exactio- nis species. Pactum inter Venet. et comit. Tin- niens. ann. 1343. tom. 4. Cod. Ital. diplom. col. 1643 : *Item quod omnes homines et mercatores Sibenici.... possint ire.... per castrum Finini, sine solutione alicujus datii, Tergovine, telonei seu male ablati.*

\* **TERGUIADES**, Idem atque *Terguisiaeth*, quod de præstatione agraria explicatur suo loco; haud scio utrum bene : nam *Terguisiades*, Pensitatio pecuniaria est, nisi præstatio agraria in pecuniam commutata, quod sæpe fiebat, dicatur, in Charta ann. 1244. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 669 : *Dederunt insuper prædicti Guidomarus, Leonie dominus, et uxor sua et filii sui supradictæ abbatiæ terram Forquilli, ut miles qui eam tenebat et de terra illa homo vicecomitissæ erat, similiter et homo abbatis esset, et terram Forquilli de illo teneret, tam ipse quam hæredes sui, et Terguisiades de terra illa, scilicet undecim solidos annuatim, sicut et prius, in vigilia natalis Domini dictis abbati et canonicis persolveret.*

† **TERGUIAETH**. Vide infra *Terguisiaeth*.

\* **TERGUM MANUS**, Gall. *Le dos de la main*, Pars manus aversa. Lit. remiss. ann. 1361. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 672 : *Dictus Petrus defunctum Johannem super vultum seu in labiis percussit de Tergo manus sue.*

**TERIDA**, Species navis. Vide *Tarida*.

\* **TERIGINUM**. Stat. Mantuæ lib. 1. cap. 139. ex Cod. reg. 4620 : *Orainamus quod.... blada, legumina, bestiamina sive Terigina extrahi non possint de territorio Mantuano.*

† **TERIMENTUM**, *Nutrimendum*, in Glossis Isid. Addunt Excerpta *Intertrimendum*. Legendum ex Festo : *Terimentum*,

*detrimendum*. *Termentum* dixit Plautus Bacchid. 4. 9. scilicet a *Terere*.

\* 2. **TERIMENTUM**, f. pro *Tenimentum*, Prædium. Vide in *Tenere* 1. Charta ann. 961. tom. 1. Cod. Ital. diplom. col. 1517 : *Area una de terra,.... cum silva et buscaliis, seu uno Terimento, etc.*

1. **TERIPES**, Stapes, *Estrier*. Ordericus Vitalis lib. 8. pag. 695 : *Tunc Sacerdos sinistrum pedem in Teripedem misit, manumque arreptis loris clitelæ imposuit.*

† 2. **TERIPES**, Pedes, qui pedibus iter facit, Gall. *Piéton*. Hist. Monasterii S. Florentii Salmur. apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 1088 : *Postera lux tacitas ut primum reppulit umbras, caballum itinere fatigatum in latibulo quodam dimittit, et ut fortis Teripes iter inceptum arripit.*

**TERISTRUM**, **TERISTRATUS**. Vide *Theristrum*.

**TERMEN**, pro *Terminus*, occurrit apud veteres Agrimensores, in Collatione Legum Mosaicarum, in Epist. 47. inter Francicas tom. 2. Hist. Franc. in Concilio Helenensi ann. 1065. in Charta Ranimiri Regis Aragon. æræ 1173. apud Blancam in Comment. Regum Aragon. pag. 646. in Charta ann. 971. in Append. ad Capit. n. 144. etc.

**TERMENTORIUM**, Ἀπέμνημα, in Gloss. Græc. Lat. MS. Editum *Cementorium* habet. Legendum videtur *Tergimentorium*.

† **TERMILLUM**. Odo de varia Ernesti Bavarie Ducis fortuna, tom. 3. Anecd. Marten. col. 354 :

Dicentes : Celi Deus et Rex optime mundi, Qui miranda potens, recutiis manna pluisti Judæis, clausoque lacu panes Danieli Coctos misisti, pascent in monte ministris Eliam corvis, Elisæum mulieris Termillo, viduæ parva crescente farina, Atque olei modico non deficiente lectio.

Intelligo *subcinericium panem*, quo Eliam, non Elisæum, refecit mulier vidua, cujus *lydria farina non defecit, et lecythus olei non est imminutus*, ut narratur 3. Reg. 17. *Termillum* autem mendose fortassis pro *Fertillum*, diminut. a *Fertum*, Genus panis. Vide in hac voce.

\* **TERMINALE**, Prædium, dominium terminis suis et limitibus circumscriptum, districtus, nostris anas *Termenal*. Charta ann. 1266. in Reg. S. Ludov. ex Chartoph. reg. fol. 42. v<sup>o</sup> : *Oliverius de Terminis recognovit quod ipse contulerat.... monasterio Fontisfrigidii.... totum unum Terminale suum et pastorale de Joncarolis, quod Terminale et pastorale sunt in terra Termesii. Alia ann. 1295. ex Bibl. reg. : Ego Bernardus de Aurtaco domicellus.... recognosco a vobis (Aymerico vicecomite et domino Narbonensi) dictum Terminale de Sancto Brancassio tenere ad feudum et me esse vestrum hominem pro prædicto Terminali et vassallum. Pactum ann. 1416. tom. 10. Ordinat. reg. Franc. pag. 400. art. 1 : In eodem loco de Pedenacio, ejusque territorio sive districtu, aut in alio Terminali, sive loco quocumque, etc. Lit. remiss. ann. 1459. in Reg. 188. ch. 184 : *Le suppliant et Raymond Serrat partivent de la ville de Limous pour aler chasser aux grues, et alerent vers un Terminal, appellé Aragaste, près d'un olivier, où ilz trouverent certaine quantité de grues. Vide Terminus 1.**



**TERMINALES.** Gloss. Gr. Lat. MS : ὄρων διακρίσις, *Terminales, singulare non habet.* Editum habet *Terminalia*. [Gloss. Lat. Græc. : *Terminalia, ὄρορθεσία, ἐσρτή ὄριου θεοῦ.* Et mox : *Terminalia, singulare non habet, ὄρων διακρίσις, ἄπρονήσια, pro ὄρορθεσία, ut emendat Cujacius.*] Alibi : ὄριατις λιθός, *Terminalis lapis.* Ita apud Ammianum lib. 18 : *Terminales lapides.* Lib. 30 : *Terminales plagæ.* [*Terminalia fossata, in Charta ann. 1230. ex Chartul. Campaniæ.*]

† **TERMINALIA,** Loca terminis conscripta, seu appendices ad aliquem locum pertinentes, confinia. Transactio inter Abbatem et Monachos Crassenses ann. 1351. e libro viridi fol. 53 : *Et nihilominus prædicta jura Conventus, loca, res, bona, redditus, jurisdictiones et proventus seu Terminalia, de quibus et ubi dicti redditus et jura percipiuntur, hic inserere et nominare in hoc publico instrumento.* Rursus ibidem : *Cooperata tenetur ponere operarius, qui tenet redditus, quos monasterium prædictum percipit in loco et Terminalibus de Capite stagno.*

1. **TERMINARE,** Capitulare 1. Caroli M. ann. 802. cap. 22. de Monachis : *Non per vicos, neque per villas ad Ecclesiam vicini vel Terminantes sine magisterio vel disciplina, qui Sarabaiti dicuntur.* etc. Forte leg. : *Ad Ecclesiam vicinam Itinerantes, etc.*

† 2. **TERMINARE,** Præfigere, determinare. Raimundus de Agiles Hist. Hieros. cap. 41 : *Terminata die pugna incipitur.* Adde cap. 21. et Baldricum lib. 7. cap. 12.

\* Charta Caroli Simpl. ann. 908. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 506 : *Cellam S. Genesii in ipso pago, cum terminis et adjacentiis suis, sicut Terminatum fuit ab Unaldo et ab Adelberto, quod in illorum iudiciis resonant vel Terminant.*

† 3. **TERMINARE,** Acta S. Isidori Agricola, tom. 3. Maii pag. 522 : *Nunius propter nimiam ægritudinem oculorum longo tempore cæcus fuit, et ad B. Patris Isidori catacumbam salubriter Terminavit, id est terminum seu finem imposuit cæcitati, sanatus est.*

\* 4. **TERMINARE,** Mori; qua notione utuntur Itali. Chron. Pontif. Leon. Urbev. apud Lam. in Delic. erudit. pag. 101 : *Hic Vigilus licet male papatum intraverit..... quia tamen de facto penituit, pro fide in exsilio relegatus, ibidem feliciter Terminavit. Estre Terminé dicitur de puero, qui postnatus in partu editus, ab iis continuo cessat, in Lit. remiss. ann. 1402. ex Reg. 157 Chartoph. reg. ch. 356 : *Laquelle Brouguard ot plusieurs maulx et douleurs naturels, tellement que ledit enfant vint et fu en voie de ladite Brougarde hors de sa nurreture, embouchie, vif, sain et fort remuant et faisant devoir avec sa mere pour naistre sur terre naturellement et en temps d'enfans avoir aide pertinente. Parquoy furent esdiz maulx naturelx du Jeudi jusques au Vendredi ensuyant environ Nonne, que ledit enfant fut Termine et ladite Brougarde alée de vie à trespassement; et tantost après sa mort yeelle Brougarde fu ouverte et l'enfant osté,..... lequel ot vie et fu présingniez, ainsi qu'il apparut.**

**TERMINARI,** apud Ordines Mendicantes dicitur, qui habendis per agros cuique conventui addictos concionibus destinan-

tur. Habent enim singuli Ordinum istorum Conventus descriptos circumjecti territorii pagos, intra quos duntaxat eleemosynas colligere liceat, ne cum jactura caritatis et periculo scandali mutuis officiant commodis. [Statutum Ordinis S. Guillelmi ann. 1337. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 242 : *Statutum quod quilibet prior nostræ provinciæ pro sustentatione studentium Parisius solveret quolibet anno unum storem, quilibet conventus unum, quilibet Terminarius sex grossos, quilibet socius Terminarii partietans secum in lucro tres grossos.* Rursus occurrit ibidem pag. 243. Haud satis scio an eadem notione Buschius de Reform. Monast. cap. 17. apud Leibnizium tom. 2. Scriptor. Brunsvic. pag. 818 : *Sequuntur primo scolares in superpelliciis, deinde altariæ capellani, Terminarii et plebanus.*] Vide Joann. Guillimannum in Vita S. Himelini Presb. n. 1. et ibi virum doctissimum Henschenium 10. Mart.

\* Chron. Fratrum Minor. ad ann. 1378. apud Ludewig. tom. 9. Reliq. MSS. pag. 201 : *Obiit frater Botuidus Buttis,.... fidelis Terminarius Phlandensis et quondam guardianus Lyncopensis, etc.* Ibidem pag. 205. ad ann. 1403 : *Obiit frater Johannes de Ner, fidelis Terminarius conventus, qui dedit pro refectione aestivali faciendâ de elemosyna sua xvj. mareas argenteas, et pro organis novis ix. mareas argenteas.*

1. **TERMINARIUS,** Qui aliquod tenementum ad terminum, seu annorum spatium definitum, possidet, apud Radulfum de Hengham in Parva cap. 7. [*Ternor, Tenens ex termino, apud Th. Blount in Nomolexico Anglic.*]

☞ Huc revocari potest vox *Teruoieur,* quam usurpat le Roman de la Rose MS :

Més esgardés que de deniers  
Ont usuriers en leur greniers,  
Faussonniers et Teruoieurs,  
Baillif, beded, prevost, maieurs.

Et infra :

Ou se nus homs outre mesure,  
Vent à Terme ou preste à usure.

Ubi *Teruoieur* idem est cum eo qui vent à terme : quibus ille significatur qui ad terminum quemdam præstitutum res aliquas vendit, ut summam rei pretio majorem tempore statuto percipiat : qui haud male feneratori conjungitur.

\* 2. **TERMINARIUS.** *Terminarii* in ordine Lectorum, quorum primus *Summus Terminarius* nuncupatus, recensentur ultimi in Ordine. Ambros. Mediol. ann. circ. 1130. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 861 : *Deinceps autem prinericius sexdecim lectorum, et magister cum supradictis adscribitur.* Prior tamen numero illorum sexdecim secundicerius, id est, vicarius prinericii, et quatuor post hunc sequentes clavicularii dicuntur. Residui vero undecim Terminarii appellantur. Ibid. col. 899 : *Similiter dat (panem) omnibus subdiaconis, et quatuor claviculariis, et secundicerio, et summo Terminario, et duobus lectoribus, qui portant duas cruceas in capibus arca, etc.* Vide *Terminator* 1.

† **TERMINATIO,** Terminus, limes. [\* Chart. Dagobert. ann. 715. in Gestis Abbat. Fontan. cap. 6 : *Alie vero Terminatio-*

*tionis fines sunt a termino Itcinse, etc.*] Præceptum Ludov. Imp. ann. 820. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 69 : *Silva vero ipsa has habet Terminaciones, etc.* Charta ann. 1030 ex Tabul. S. Victoris Massil. : *De aliis vero duabus partibus erat dubia Terminatio, donec eam fecit certam divina miseratio per iudicium aque et ignis manifestissimis signis a parte orientali ab ipsa ripa fluviali, etc.* Occurrit eadem notione in Chronico Farfensi apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 602. in Charta ann. 930. apud Eccardum in Origin. familiæ Habsburgo-Austriacæ pag. 169. in alia ann. 1027. inter Instrum. Gall. Christ. novæ edit. tom. 6. col. 373. etc. Vide mox *Terminator*.

\* Charta Almar. archiep. Aquens. ann. 1002. ex Tabul. Montis-major. : *Quidquid infra hanc Terminationem est, totum dominium.* Vide *Terminium*.

1. **TERMINATOR, TERMINATIO.** Charta Friderici II. Imp. ann. 1211. pro Ecclesia Panormit. apud Rocchum Pirrum tom. 1. pag. 144 : *Et quatuor beneficia, videlicet Cantoriam, et Thesaurariam, Subcantoriam, et Terminationem, quorum redditus, etc.* Officialis ipse in Ecclesia Panormitana, Agrigentina, et aliis, *Terminator* appellatur, seu Magister Ceremoniarum, qui, ut et ejus collega, utitur veste violacea. Hujus autem est invigilare, ut in celebrandis sacrificiis, officiis recitandis, unanimiter procedant Sacerdotes et Clerus, quale item quotidie sacrum, et officium sit recitandum edicit. Ita idem Pirrus tom. 1. pag. 210. et t. 2. pag. 326. Vide *Terminarius, 2.*

2. **TERMINATOR,** ὀρεβήτης, in Glossis Lat. Gr. et Gr. Lat. [Finitor, qui terminos seu limites statuit. Literæ Caroli V. Regis Fr. ann. 1366. tom. 4. Ordinat. pag. 676 : *Extimatores, Terminatores, carreyrenos, levederios, robinarios, defensores pæuorum, alliatores et inspectores mensurarum predictarum, etc.*]

† **TERMINATURA,** Cœmeterium seu spatium Ecclesiæ vicinum et ad Ecclesiam pertinens, certis terminis contentum atque privilegiis donatum, in Charta ann. circ. 950. e Chartulario Matisconensi fol. 103. Vide *Dextri* et infra *Termonlandes*.

† **TERMINATUS,** substantive, pro Terminus, non semel apud Frontinum de Aquæductibus et in Fragmentis legis Mamilie. Vide Salsasium ad Spartianum in Ælio Vero et Vossium de Vitiis serm. pag. 622.

\* **TERMINENTUM,** Pagus, regio terminis suis et limitibus circumscripta, districtus. Charta Ludov. II. comit. Prov. ann. 1399 : *Cum jurisdictionibus altis et basis,..... regalibus et naufragiis quibuscumque forsitan intervenientibus in littore maritimo Terminentorum et territoriorum diatarum terrarum et locorum.* Vide infra *Terminus* 1.

**TERMINIA, TERMINEA,** Terminus, limes. In Collatione Legis Mosaicæ tit. 13. inscribitur, de *Terminia mota.* Et infra : *Explicit de Terminia mota.*

† **TERMINIUM,** Terminus, limes, passim in veteribus Instrumentis.

† **TERMINUM,** Terminus, limes. Charta ann. 1357. inter Ordinat. Reg. Franc. t. 4.



pag. 448 : *Incedere non audent per Termina, teritoria, itinera, forestas, etc.*

1. **TERMINUS**, Pagus, regio terminis suis et limitibus circumscripta, districtus. Gregorius Turon. lib. 1. de Miracul. cap. 59 : *Ecclesia est vici Iciolorensis sub Termino Turonica urbis, etc.* Cap. 90 : *Apud Terminum vero Pictavum vicus est in Arbasilio nomine Becciaci, etc.* Cap. 101 : *Cum portitores ad locum quemdam Lemociuini Termini pervenissent, etc.* Ita cap. 107. lib. 2. cap. 12. lib. de Gloria Confess. cap. 11. 18. de Vitis Patrum cap. 5. et in Hist. non semel. [Gall. Chr. novæ edit. tom. 3. pag. 935. narratur, Lotharium III. Imp. ann. 1132. decrevisse, assensu Leod. Episc. Alexandri, Ecclesiam parochialem S. Servatii solam in Trajectensi urbe habere decimas et terminum, hoc est, jurisdictionem, qualis competit ecclesiis parochialibus. Litteræ Caroli V. Fr. Regis ann. 1366. pro Arvernens, tom. 4. Ordinatio. pag. 686 : *Mandantes Bailivo nostro... ceterisque Justiciariis et Officiariis regni nostri... quatenus dictam presentem gratiam... in suis Terminis teneant et observent.* Ubi *Terminus* idem omnino est quod districtus, ut et alibi non semel. Lex Bajwar. tit. 1. § 4 : *Si quis servum Ecclesie vel ancillam ad fugiendum suaserit, et eos foras Terminum duxerit, Id est, territorium Ecclesie.* *Terminus sancti Petri ac Pauli*, Ecclesie Romanæ patrimonium, apud Joannem VIII. PP. Epist. 87. 249. [\* Bona hereditaria... infra muros et communitatem dicti oppidi nostri in Eschewege et Terminos decimales ipsius oppidi sita, in chart. ann. 1341. apud Haltaus. voce *Zent*, col. 2150. Vide eundem col. 2051. voce *Weichbild*.]

2. **TERMINUS**, Definitio, ὄρος, quomodo hæc vox Græce sumitur in Actis Conciliorum. Synodicon adversus tragædiam Irenæi cap. 38 : *Excommunicatiosis conculcaverunt Terminum.* Ita cap. 209. extremo. [Epiphanius Scholast. lib. 5. Hist. tripart. cap. 29 : *Quem Terminum salutarem, adorabilemque deliberationem, corrumpere quidam aliis cogitationibus atque temerare voluerunt.* Ex Theodoro lib. 2. Hist. cap. 22. ubi legitur : ὄνειδος σωτηριώδη ὄρος καὶ τὴν περιουσίαν, etc.]

3. **TERMINUS**, Præfinitum tempus, dies præstituta, Gall. *Terme*. *Solvere in Termino*, in Charta ann. 1341. apud Ludewig. tom. 5. pag. 554. *Habere ad Terminum* de rebus ad certum annorum numerum conductis dicitur in Epistola ann. circ. 1180. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 600. Vide supra *Terminarius*, 1.

\* Nostris alias *Termine*. Charta Theob. comit. Barri ann. 1260. in Chartul. Campan. ex Cam. Comput. Paris. fol. 140. r. col. 1 : *Et se li devant nommé signor voloient, il porroient cest Termine aloignier, s'il lor ere mestiers et lor plaisir.*

4. **TERMINUS**, Dies fastus, apud Spelmannum. Quinam vero sint apud Anglos *Termini*, seu anni tempora litibus agendis designata, vide apud eundem Glossatorem.

\* 5. **TERMINUS**, Idem quod *Placitum*, *assisia*, conventus, qui ad præfinitum tempus habetur. Charta Pertoldi Aquil. patr. ann. 1231. inter Monum. ejusd. eccl. cap. 71. col. 707 : *Ipse (Pertoldus) in generali*

*Termino suo apud Camformium habito, cum consensu et voluntate capituli Aquilegensis... concessit civibus Aquilegensibus etc.* *Actum in prato de Camformio feliciter. Terme*, eadem acceptione, in Libert. Engolism. ann. 1373. tom. 5. Ordinatio. reg. Franc. pag. 681. art. 3 : *Et tout cecy fait, tient ses Termes le maire chascun jour, environ heure de tierce devant disner et à relevée après disner.*

\* 6. **TERMINUS**, Ratio, modus, forma. Charta ann. 1345. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 201 : *Ramundus Arquerii, athilator Tolosæ dom. nostri Franciæ regis, recognosco habuisse... pro... una caxia cadrillorum parvi Termini, etc.*

7. **TERMINUS IMPIUS**, Mors, obitus, ut videtur. Cod. Theod. lib. 6. tit. 24. leg. ult. : *Ut fructus domesticis ; impio Termino consequenti, etiam mortalitas intervenerit perire non possint, etc.* *Terminum impium* explicant etiam mortalitas intervenerit, ut videtur Gothofredo.

\* **TERMINUS LANGUORIS**, Dilatio a iudicibus reo concessa ob infirmitatem qua detinetur et juri stare non potest. Vide supra *Jurare languorem in Juramentum*.

8. **TERMINUS PASCHALIS**, Dies quo incidit luna decima quarta Paschalis cujusvis anni. Hæc nota chronologica primus, quem sciam, usus est Rodradus presbyter Ambian. medio sæculo IX. ut jam dictum est in voce *Pascha*. Laudatur apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 237. Charta data anno MXXXII. Ind. X. Epacta I. Concurrentibus V. *Terminus Paschalis II. Non. Apr. Dies ipsius Paschalis diei IV. Id. Lana ipsius diei XX.* Quæ omnes notæ optime coherent, ut sibi quisque persuadere poterit, si tanti faciat, indices chronologicos in voce *Annus* descriptos consulendo. Vide *Claves terminorum*.

\* Charta ann. 1035. inter Instr. tom. 8. Gall. Christ. col. 414 : *Anno ab incarnatione Domini M. XXXV. concurrente II. indictione III. epacta II. nov. Terminus Paschæ sexto Calendas Aprilis, dies Domini Paschæ tertio Calendas Aprilis, luna ipsius diei 17.*

**TERMINI SANCTORUM**, quomodo, *Limina Sanctorum* dicunt alii. Epistola Placidie Augustæ ad Pulcheriam Augustam, apud Hieron. Rubem lib. 2. Hist. Ravennatis : *Ut Romam frequentibus concursibus adæque desideremus inspicere, causa nobis est amplectenda religionis, ut Terminis Sanctorum nostram exhiberemus presentiam, quos certum est pro sua virtute in celestibus constitutos, neque inferiora despiciere.* Vide in *Limena*.

\* **TERMITANUS**, Ad *Terminalia* pertinet. Comæd. sine nomine act. 6. sc. 20. ex Cod. reg. 8163 : *Haud procul hinc Termitana harundine cerno pastorem (sonantem) duabus tibiis puellariam.*

9. **TERMONERS**, Coloni ecclesiastici, lib. Hib. fol. 14. apud Spelmannum. Vide *Termonlandes*.

10. **TERMONLANDES**, apud Hibernos, Terræ ad Ecclesiam pertinentes, a Saxónico *Land*, Terra, et Latino *Terminus*, quasi terra limitibus distincta, puta a prædiis laicorum : quo sensu territorium Ecclesie *Terminus* etiam dicitur, in Lege Bajwar. jam laudata in *Terminus* 1. Cum au-

tem terræ Ecclesie, inquit Spelmannus in voce *Corba*, multorum canonum vigore, liberæ essent et immunes a sæcularium potestate et sanctæ habitæ, dici etiam cœpit *Termon* pro loco sancto, atque inde *Terminus* pro sanctuario, ut ibidem exemplis probat. Quod autem ait quosdam esse, qui *Termon*, Gallicum *Terre-moine*, i. Terram monachorum, sonare volunt, nihili est. Vide *Dextri*.

**TERMOSITAS**. Charta Roberti Episcopi Messanensis ann. 1094. apud Rocchum Pirrum in Episcop. Paetensib. pag. 386 : *Rogerus Calabriae Comes... multas inopias et labores passus, et multo sanguine suo tota Scitilia Saracenorum Termositate, et in Christianos eorum tyrannide... funditus annihilata, etc.* Vox formata ex Græc. θέρμωσις, impotens calor, animi fervor; audacia, θέρμωσις.

**TERMOTIO**, quasi Terræ motio, terræ motus, *Terruoto*, vel *Teruoto*, Joanni Villaneo, et aliis Scriptoribus Italicis. Dittmarus lib. 7. pag. 113 : *Iste annus nove nuncupatione Termotio et magna contritio ex rei veritate appellari potest.*

\* *Terre-mot et Terre-mote*, nostris. Hist. Caroli VII. pag. 294. ad ann. 1456 : *Est allé en ruine par le nesme Terre-mot ou tremble-terre, la moitié du pays de la Pouille.* Vita SS. MSS. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 58. v. col. 1 : *Terre-mote fu faiz très-grans.*

**TERNA**. Vide *Septena* et *Tertia* 3.

1. **TERNALE**, *Funis cum quo vela, cum extenditur, sustinetur, ne cadat in aquam*, Franc. Barberino in Glossis in hos versus *Documenti d'amore* :

Quinal porta, e Ternale,  
Senale, e quadernale.

*Ternalis* legitur hæc notione in Informationibus Civitatis Massil. pro passagio transmarino et codice Sangerm. MS. [\* Vide Jal. Antiq. Naval. tom. 2. pag. 97. et 413.]

2. **TERNALE**, Tertia pars. Charta Jacobi Regis ann. 1272. in magno *Talanus Montispessul. MS. Bibl. Præsidis de Mazaugues* : *Statuimus quod dicta moneta grossa fiat semper de argento fino Montisp. signato signo solito Montisp. vel æquivalente, quod, inquam, argentum etiam grossius non debet tenere in marcha nisi unum Ternale.*

\* 3. **TERNALE**, Minoris ponderis species, *Tarnal* apud Occitanos. Comput. ann. 1356. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. 172. col. 1 : *Pro medio Ternali de ceda empto ab eodem, necessario ad perficiendum dictos penonos, etc.* Alius ann. 1412. ibid. tom. 3. pag. 205. col. 1 : *Pro octo Ternalibus circis rubey coloris et medio, etc.*

\* 4. **TERNALE**, Modus agri, idem quod supra *Tercellum* et *Tercerium* 2. Protoc. S. Marci Argent. ann. 1509. fol. 1 : *Unum Ternale viniferum, etc.*

5. **TERNALIS**, Moneta Dalphinalis pretii trium obolorum vel denariorum, nude *Ternalis* dicta, ut videtur. Ordinatio Humberti II. ann. 1345. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 515 : *Item denarios nigros, videlicet parvos Ternales pro tribus obolis, de liga unius denar. et decem granorum argenti fini, etc.* Et infra : *Item, in Ternalibus currentibus pro tribus denariis, remedium*



duorum granorum in liga, etc. Vide *Ternale* 1.

¶ 1. **TERNARIUS** quid sit in Ecclesia collegiali S. Dionysii Leod. colligitur ex Statutis ejusd. Eccl. ann. 1330. tom. 2. Sacre Antiq. monument. pag. 439 : *Statuimus quod canonici qui primam residentiam fecerunt possint exire pro negotiis suis de licentia decani per 40. dies absque Ternario : post hos vero 40. dies habebit canonicus qui perfecti residentiam tres quindenas per quas pro negotiis suis potest exire, sed tenetur qualibet die qua fuit absens Ternarium restituere, scilicet novem Turonenses, de quibus 16. faciunt grossum antiquum... Si canonicus necesse habuerit exire, decanus debet ei dare licentiam cum Ternario per octo dies. Ibidem pag. 440 : Item statutum est eisdem anno et die quod si quis canonicus post terminum suae licentiae manserit, tenebitur solvere duplicem Ternarium, videlicet 12. denarios Leodienses qualibet die quamdiu sine licentia extra steterit usque ad octo dies. Vide Tertius. 1.*

¶ 2. **TERNARIUS**, Mensurae seu vasis species in Austria. Chronic. Saltzburg. apud R. Duellium lib. 2. Miscell. pag. 166 : *Eodem anno (1485.) tanta sterilitas in Austria, ut ubi prius creverant xxx. Ternarii, vix unus aut duo creverint. Chron. Mellic. pag. 379. col. 2 : Hoc anno (1442.) vasa fuerunt in magna caristia, ita ut Ternarius vacuus daretur pro 14. solidis et pro 2. tulentis.*

\* Idem quod supra *Terceyro*la.

¶ **TERNIA**, pro Ternio, ni fallor, ternus numerus. Vide locum in *Tetra*.

**TERNIO**. Julius Africanus lib. 3. Histor. Apostol. : *Sic Proconsul Septem eum Ternionibus flagellorum caesum crucifigi praecipit.* [Gellius lib. 1. cap. 20 : Numerus Ternio, qui Graece dicitur τρις.]

\* Acta SS. Firmi et Rust. tom. 2. Aug. pag. 420. col. 1 : *His auditis, imperator commotus graviter jussit fustes adferri, et beatos viros nudos extendi, binosque Terniones super eos transire, et dicere eis : Sacrificate Diis, quos imperator adorat. Ubi docti Editores per binos Terniones recte prorsus intelligunt sex carnifices seu flagellatores, ut ex ipso textu manifestum est.*

¶ **TERNO**. Fundatio Collegiate S. Nicolai Pictav. circa ann. 1060. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 187 : *Præterea donavit Agnes Comitissa... vendas salis de mercato Pictavensis de Cairo scilicet duos sextarios salis, et unum denarium de quadriga cum Ternone, unum sextarium, et unum denarium de quadriga sine Ternone tres denarios, si quatuor boves ibi habentur : si duo unum et dimidium, de Berocata cum asinis unum denarium. Quem integrum locum sic lego usque interpunctionibus distinguo ut planior fiat : Donavit... vendas salis de mercato Pictavensi : decaro scilicet duos sextarios salis et unum denarium ; de quadriga cum Ternone unum sextarium et unum denarium ; de quadriga sine Ternone tres denarios, si quatuor boves ibi habentur ; si duo, unum et dimidium : de berocata cum asinis unum denarium. Ex hac emendatione probabili evanescent inexplicabilis vox Terno, et locus ipse totus intellectus facilius evadit.*

**TERO**. Charta Ludovici II. Imp. in

Chron. S. Vincentii de Vulturno pag. 689 : *Cum castris, montibus, collibus, vallibus, Teronibus, Ecclesiis, etc. Forte Teronibus. Vide Toro.*

¶ **TEROANUS**, Nummi genus, ab urbe Teroana sic dicti. Bulla Nicolai IV. PP. ann. 1290. de censibus Ecclesiae Rom. apud Marten. tom. 2. Ampl. Collect. col. 1303 : *In episcopatu Morinensi unum Terounum, Ecclesia S. Bertini unam unciam auri, monasterium S. Wuluarici unum bisantium.*

¶ **TERPENTINUS**, Germ. *Terpentin*, Therebinthina resina, Gall. *Terebenthine*. Vide *Fernisium*.

¶ **TERQUISIAETH**, TERQUISIAETH, Præstationis agrariae species, f. eadem cum *Terragio*, quod colligitur e terris recessus cultis, a Latino, ut videtur *Terra*, et Arc-morico, *Quisiat*, proprie Pellem detrahere, quod ad agros recens cultos translatum fuit, quia quasi pelle exuuntur agri, cum primum proscinduntur. Charta vetus apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britann. col. 104 : *De ipsa autem terra hic redditus est : Terquisiaeth, kevrod, multones, pastus, decinae et caetera jura, quae de propria terra ad dominum pertinent. Alia c. Chartulario Kemperleg. : De ipsa autem terra, quae est septem hanafat mellis, hæc est redditio, videlicet decina et Terguisiaeth.*

**TERRA**, Prædium, ager, dominium, nostris *Terre*. Lex Burgund. tit. 79. § 1 : *Ut si quis in populo nostro barbaræ nationis personam, ut re sua consisteret, invitasset, ac si ei Terram ad habitandum deputasset. Lex Longob. lib. 2. tit. 44. § 4. [\*\* Lothar. I. 82.] : De liberis hominibus, qui super alterius Terram resident, etc. Tit. 51. § 15. [\*\* Lothar. I. 62.] et in Capit. Caroli M. lib. 5. cap. 301 : De liberis hominibus, qui proprium non habent, sed in Terra dominica resident. [Inquisitio ann. 1206. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 329 : Vidit etiam quod homines Comitibus semper solent transire libere ad Terram Episcopi, ad manendum in Terra Episcopi, et homines Episcopi in Terra Comitibus, etc.]*

**TERRA**, Hispanis, quid sonet, vide in *Honor*.

¶ **TERRA**, Regnum. Gualterus Hemingford. in Edwardo I. Rege Angl. pag. 237 : *Cognita itaque malicia novi Regis, misit Rex noster magnatibus Terræ, etc. Et in Edwardo II : Reduxit (Rex) eam (Reginam) in Angliam, et coronatus est cum ea Londoniis... lætantibus et exultantibus populis utriusque Terræ.*

¶ **TERRA**, Italis, Castellum, oppidulum muratum. Vita B. Torelli n. 3. tom. 2. Martii pag. 501 : *Post dies octo ad Terrum Puppi remeans, propinquos adit.*

¶ **TERRA**, Modus agri, forte tantus qui uni pari boum possit sufficere. Charta ann. 1077. in Probat. novæ Hist. Occitan. col. 294 : *Dono etiam extru muros urbis Tolosæ Terras omnes, quas habeo ante portam civitatis.*

¶ **TERRA ALTARIS**, in Chartulario Eccl. Ambian. et alibi, quæ pertinet ad Altare seu ad Ecclesiam. Vide *Altare*.

¶ **TERRA ANIMALIUM** IV. VI. X. XX. vel XXX. etc. in Charta ann. 855. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 142. prædia sunt, in quibus totidem nutriuntur

equi vel boves, aut requiruntur ad colendos agros ex iis prædiis pendentes, ut

¶ **TERRA CARRUCARUM** II. vel IV. pro Terra quæ totidem carrucis aratur. Vide *Carrucata*.

¶ **TERRA ARIVA**, Riparia, quæ est ad rivam seu ripam. Charta ann. 1046. ex Chartul. magno S. Victoris Massil. fol. 59 : *Donamus domi. Deo et ad ecclesiam S. Victoris de Terra ariva modiatam una in conitatu Aquense. Alia ann. 1066. ibid. fol. 54 : Dono de meo alode de Terra ariva ad S. Victorem, etc.*

¶ **TERRA AVIATICA**. Vide *Terra Salicu*. **TERRA CENSITA**, **CENSUARIA**, **CENSALIS**, etc. Obnoxia censui. Vide *Census*.

¶ **TERRA COMITALIS**, Quæ Comitibus est, ejus dominium, in Charta ann. 904. pro Monasterio S. Victoris Massil. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 262.

¶ **TERRA DOMINICA**, Quæ Domini est, lib. 5. Capitul. cap. 301. et in Capitulari Ludovici Pii ann. 829. cap. 6.

\* **TERRA DOTALIS**, **DOTIS**, Quæ ad sarta tecta ecclesie, et clericorum in ea desertivium sustentationem a fundatore confertur. Charta Guar. episc. Ambian. ann. 1139. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 693 : *Donamus quoque vobis ecclesiam de Marcel cum tota decima et Terra dotali et appenditiis. Alia Renaudi episc. Tull. ann. 1211. ex jure parrochioli olim, tum episcopo quum archidiacono, solvebatur, Terram etiam dotis totam, census atri, ipsaque atrium. Vide Dos 4.*

¶ **TERRA ECCLESIASTICA**, Quæ pertinet ad Ecclesiam in Capitul. Caroli M. ex Lege Longobard. cap. 20.

¶ **TERRA EVINDICATA**, in Appendice Marculfi form. 7. Quæ per sententiam iudicis repetitur et recuperatur.

¶ **TERRA EXCULTABILIS**, Arabilis campus, habilis cultura, apud Th. Blount in Nomenclico Anglic. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 426. col. 2 : *Terram excultabilem, quam habuit apud Norvicum in cumpis, videl. xxv. solid. Terræ et prutum ad Terram illam adjacentem.*

¶ **TERRA EXTENDENDA**, Æstimanda, cuius pretium inquiri debet et declarari, apud eund. Blount ibid. Vide *Extendere*.

¶ **TERRA FERMA**, vel potius *Firma*, Continentis, Gall. *Terre ferme*. Insularum Canariæ et Indiaram ac Terræ fermæ maris Oceani, apud Rymer. tom. 13. pag. 752. col. 1. *Terra firma* legitur ibid. pag. 38. col. 2. et alibi sæpe.

¶ **TERRA FISCALIS**, Quæ ad regium fiscum seu Dominium pertinet. Vide *Fiscus*.

¶ **TERRA FRANCA**, vel *Franca*, Immunitas talliarum seu tributorum, quæ domini a suis tenentibus exigebant, non immunitas tamen cuiusvis servitii. Charta feudorum nobilium Castellionis Dombar. ann. 1463 : *Super xiv. bichenatis Terræ franchæ et sine tallia, quæ debent xv. den. de servitio, 11. bichetos siliginis. Vide Francu terra post Franci 1.*

**TERRA FRANCIGENA**, Dragoganti species, quæ ex Gallia affertur, inquit Constantinus Africanus lib. de Gradibus pag. 383.

¶ **TERRA FRISCA**, **FRUSCA**, Ager incultus, Gall. *Terre en friche*. Monasticum Anglic.



tom. 2. pag. 327. col. 2 : *Continens xl. acras Terræ frusca, pasturæ, etc.* Vide *Friscum*.

† TERRA GILIFORATA, Ea est ex qua domino præstari debet flos caryophyllæus, apud Thom. *Blount* in *Nomolexico* Anglic.

TERRA HEREDITARIA, [Cujus possessio scripto firmabatur.] Vide *Liber*.

† TERRA HERMA, Ager incultus, in Charta ann. 4. Rodulphi Regis Provinc. Vide *Eremus*.

† TERRA LABORABILIS, etc. Arabilis, Gallicè *Terre labourable*. Vide in *Labor* 3.

\* TERRA LABORIOSA, LUCROSA, Arabilis, culta, quæ lucrum affert. Charta ann. 1056. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 225 : *Dederunt... silvam de Catis et Terram laboriosam et inlaboriosam;... omnem partem, quam ibi habebant, in ecclesiis, in Terris lucrosis et inlucrosis, etc.*

TERRA LABORIS, Campania felix in Italia. Vide in *Labor* 3.

TERRÆ LEIGIALES, [Quas tenent homines ligii.] Charta S. Bernardi Abb. Clarevall. ann. 1145. in Tabulario Eccl. Autissiodor. : *De Terris leigialibus manifestum est, quod nusquam licet Comitibus, vel homini suo eas, quæ de feudo sunt Episcopi, acquirere, nisi per Episcopum.* [Vide *Ligius*.]

† TERRA LEVATA, Eadem quæ mox nova. Vide *Levare terram*.

† TERRA IN LITTORE MARIS, ubi *salem faciunt*, lib. 4. Capitul. cap. 8.

† TERRA LUCRABILIS, Arabilis, culta, in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 406. col. 1. Vide *Lucrari* et *Gagnagium*.

TERRÆ LIBERÆ, apud Danos, quæ et *Regiæ*, et ab omni censu immunes crant, in Charta Waldemari Regis Daniæ ann. 1240. apud Pontanum lib. 6. *Rerum Daniicar.* Vide *Tenementum liberum* supra in *Tenere* 1.

\* TERRA MANSUALIS, A manso dependens. Vide in *Mansus*.

TERRÆ MORTUÆ, quæ et *Silvaticæ*, in veteri Consuetudine Normanniæ cap. 34 : *Terres sauvages, que l'on appelle en Normandie Terres mortes.*

\* Consuet. Norman. part. 1. cap. 33. ex Cod. reg. 4651 : *De terris autem silvestribus, quæ in Normannia mortuæ Terræ dicuntur, solet per sex denarios in pluribus locis Normanniæ relevari. Terre morte, vero appellatur Stercus putridum, fimus, in Lit. remiss. ann. 1447. ex Reg. 179. Chartoph. reg. ch. 35 : Discension se meut entre le occpion et ung nomme Jehan Ythier, à l'occasion de certaine Terre morte ou fumier.*

† TERRA NORMANNORUM, in Anglia dicebatur terra a nobili Normanno possessa, cum Rex Angliæ illam confiscabat, quod ille Regis Francorum partes sequeretur. Litteræ Henrici III. Reg. Angl. apud Kennetum Antiq. Ambrosd. ad ann. 1224. pag. 197 : *Scias quod commisimus Thomæ Basset manerium de Kirtlington, quæ est Terra Normannorum, ad se sustentandum.*

\* TERRA NOVA, in Chartis feudalibus et in censualibus schedulis, sumitur pro terra vel noviter concessa, vel noviter exsarta. Tabular. Prioratus Lewensis : *Reddit pro nova Terra 2. sol. Jacob. I. Rex Arag. in Foris Oscæ 1247. f. 25 : Pena invasionis Palatii infantionis est ultraserram, 25. solid.*

et citra, quæ dicitur *Terræ nova*, id est noviter acquisita, 60. solid.

† TERRA OCTAVA. Vide *Octava* 4.

\* TERRA PARANA, Quæ jure hæreditario possidetur. Vide supra *Paranus*.

† TERRA PATERNA Vide *Terra Salica*.

\* TERRA PLANA, Ager cultus, cui opponitur *Silvestris*. Charta Gaufr. episc. Carnot. ex Chartul. B. M. de Josaphat : *Hanc (capellam) miles quidam Hugo, Rufus appellatus, seculariter hæreditario jure ante tenuit, et circa capellam eandem, tam silvestris quam planæ Terræ, non parvam vastitatem.* Vide *Platum*.

\* TERRA POENÆ, DE POENÆ, POENOSA, Tributis, angariis et aliis exactionibus obnoxia. Vide supra in *Pœna* 3.

\* TERRA PRÆBENDARIA, Ad præbendam pertinens. Vide supra *Præbendarius* in *Præbenda*.

† TERRA PRÆCONIS, Judicis apud *Majoris villæ*, in Charta ann. 1123. apud Miræum tom. 1. pag. 373. Vide *Præco*.

† TERRA PUTURATA. Vide *Putura*.

\* TERRA QUIETIS, an Quæ in manu mortua, vel ex dimissione habetur? Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5189. fol. 24. vº : *Item duodecim denarios a quocunque volente intrare Terram quietis in finagio d'Ysoine.* Vide *Admortizatio* et *Quietare* 4.

TERRÆ REGALES, dicebantur apud Dalmatas, quæ ratione census, vel præstationis Regi obnoxie erant. Vide Jo. Lucium lib. 2. de Regno Dalmat. cap. 15. pag. 99.

† TERRA REPROMISSIONIS, Abrahæ a Deo promissa, nostris *Terre promise*, Judæa. *Jerusalem* caput *Terræ repromissionis*, in Chronico Farfensi apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 540. *Terra repromissionis* etiam legitur Hebr. 11. 9.

† TERRA SABULOSA, Gall. *Terre sablonneuse*, apud Th. *Blount* in *Nomolexico* Anglic.

† TERRA SACERDOTALIS; in Synodo ad Teudonis villam ann. 845. cap. 4. Quæ Sacerdotum seu Ecclesiæ propria est. Alludunt Patres ad illud Regis *47. 22. Præter terram Sacerdotum, quæ a Rege tradita fuerat eis.* Vide *Terra Sanctuarium*.

\* Idem quod *Feudum presbyterale*. Charta ann. 1035. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 326 : *Ecclesia de Mancire cum Terra sacerdotali.* Pluries ibi.

TERRA SALICA, Portio terræ *Salio* militi, atque adeo Principi seu Regi assignata, ex iis, quas in Galliis virtute bellica acquisierant partitione inter victores facta. Harum enim aliæ ab omni munere ac servitio, præterquam militari, immunes, dictæ *Salicæ*, æque assignatæ *Salis*, seu viris Principibus, vel certe ex *Salica* gente, quæ primas tenuit inter gentes illas Septentrionales, quæ in Gallias irruerunt, easque Romanis abstulerunt : aliæ *Læticiæ*, et *Lidiales*, quæ *Lætorum*, vel *Litorum* erant, hoc est virorum obnoxie conditionis, cujusmodi fuerunt *Lati*, vel quos Romanos appellabant, veteres nempe Gallie incolæ, quibus assignati agri ad culturam, sub certis redhibitionum oneribus. B. Rhenanus in Epist. ad Petrum Hellingum : *Franci igitur victores consuetudinem Romanorum imitati, et ipsi nobilibus et veteranis militibus agros in quibusdam locis, ut istis habi-*

*tare licuisset, assignarunt, immunes penitus et ab omni servitute liberos : ique dicti Terra salica : sic proprie prædia Principum libera et immunia Salicæ terræ nomine solita sunt appellari. Salicæ vero terræ, ca erat prærogativa, ut cum sub militaris obsequii conditione assignata esset, ad mulierem, quæ illius prorsus incapax est, pervenire non posset. Quod exerte habet Lex Salica tit. 62 : De terra vero Salica nulla portio hæreditatis mulieri veniat; sed ad virilem sexum tota terræ hæreditas pervenit. De ejusmodi igitur terris Salicis agunt Traditiones Fuld. lib. 3. trad. 28 : Centum quinquaginta terræ Salicæ, et Ecclesiam cum omni decimatione ad eam pertinentem. Vide Dominicum de Prærogat. alodior. cap. 7. et in Assertore Gallico cap. 8. et quæ attigimus in Dissert. 17. ad Joinvillam.*

† Annotavimus supra ad vocem *Lex Salica*, Eccardum *Terram Salicam* eam intelligere, quæ ad *salam*, hoc est, ad domum *curtis* præcipuum pertinet. Hæc videtur. Eidem Eccardo *Terra Salica*, apud Marculfum *Terra paterna*, et in Lege Ripuariorum *Aviatica*, ita *xxx. iēcyrn* dici videtur, quia principem in patrimoniis locum obtinebat.

\* Idem quod *Proprium*. Hujus ea erat prærogativa ex Lege Salica tit. 62. notante Cangio, ut ad mulierem pervenire non posset. Cui tamen legi aliquando derogatum esse probat Formula 12. Marculfi lib. 2 : *Dinturna, sed impia, inter nos consuetudo tenetur, ut de terra paterna sorores cum fratribus portionem non habeant. Sed ego perpendens hanc impietatem, sicut mihi a Deo æqualiter donati estis filii, ita et a me sitis æqualiter diligendi, et de res meas post meum discessum æqualiter gratuletis. Ideoque per hanc epistolam te, dulcissima filia mea, contra germanos tuos filios meos illos in omni hereditate mea æqualem et legitimam esse constituo heredem, ut tam de alode paterna quam de comparatum, vel mancipia aut præsidium nostrum, vel quodcumque moriens reliquero, æquale lance cum filiis meis germanis tuis dividere vel exæquare debeas.* Vide supra *Alodis*.

TERRÆ SALSÆ, Quas in Pictonibus *Maraïs salans* vocant. Tabular. S. Cypriani Pictavensis fol. 113 : *Airardus concessit Monasterio S. Cypriani aliquid de terra sua in pago Alninsæ, et sunt 50. aræ de Terra salsa in vicaria de terra Alloni de una parte, etc.*

† TERRA SANCTA, Gall. *Terre sainte*, Judæa, sic passim dicta ab undecimo Ecclesiæ sæculo, quod in ea perfecta fuerint Religionis Christianæ sacrosancta mysteria.

† TERRA SANCTUARIA, Quæ ad sanctos, seu ad Ecclesiam pertinet. Chartul. Aptense fol. 21 : *Est inter consortes de uno latu via publica, et de uno fronte vel de alio terra Leufredo ipso, et de alio fronte Terra sanctuarium.* Vide *Sanctuarium*.

† TERRA SENIEURÆ, Quæ domini est, Gallicè *Terre seigneuriale*, in Literis Officialis Carnot. ann. 1236. Vide *Senior*.

\* TERRA SILVESTRI, Inculta. Charta ann. 1127. ex Chartul. Montis S. Mart. fol. 98. vº : *Silvestris autem Terra, quæ sartus vocatur, ab ecclesia eorum perpetim obtine-*



bitur. Vide *Gastina* in *Vastum* 1. et supra *Terra Plana*.

¶ **TERRA TACHABILIS**, *TACHIBILIS*, *TASCABILIS*, *TASCALIS*. Vide in *Tasca* 2.

\* **TERRA TENAX**, *Argilla*, Gall. *Terre glaise*. Comput. ann. 1482. ex Tabul. S. Petri Insul. : *Item pro duobus balneis Terræ tenacis pro predictis parietibus, iiii. sol.*

\* **TERRA TERRAIGIARIA**, *Terragio obnoxia*. Vide infra in *Terragium* 1.

¶ **TERRA TERTIA**, f. *Tertia pars frugum e terra nascentium*, nisi idem sit quod *Tertia* 4. nostris *Champart* Litteræ ann. 1030. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 40 : *Censum quoque tollere de omnibus aréis... et de quolibet tempore messis unum messorum, tertiam Terram, tertiam arborem de foresto, etc.*

¶ **TERRA TERTIALIS**, *Tertiæ seu præstationi agrariæ, vulgo Champart, obnoxia*. Vide *Tertia* 4.

**TERRA TESTAMENTALIS**. Vide *Liber*.

¶ **TERRA TRIBUTARIA**, *Quæ obnoxia est tributo*. Capitulare 4. ann. 819. cap. 2. et lib. 4. Capitul. cap. 37 : *Quicumque Terram tributariam, unde tributum ad partem nostram exire solebat, vel ad Ecclesiam vel cuiuslibet alteri tradiderit, etc.*

¶ **TERRA VACUA**, *Incultæ*. Chartular. S. Vandregesili tom. 1. pag. 818 : *Concessi... partem cuiusdam pechie Terræ vacuæ, quam habebam in vico predicto*. Vide *Vacuus*.

¶ **TERRA VESTITA**, *Culta, fructibus refoerta*. Vide *Vestire*.

¶ **TERRA VICINABILIS**, *Quæ viis vicinalibus obnoxia est*. Tabular. Aptense fol. 139 : *Vendo vobis petiam de vinea : ... in uno fronte Raymundus et hæredes suos, in alio terras sanctuaritas et Terra vicinabilis, etc.* Vide *Via conyincialis* in *Via* 1.

\* **TERRA YMYIA**, *Fossilis, idem quod Cadmia*. Vide infra *Ymyus* 2.

**TERRÆ MERITUM**, [*Terræ fructus, proventus*.] Vide *Meritum*.

¶ **TERRÆ SENSUS**. Vide in *Sensus*.

¶ **TERRAM FACERE**, *Colere*. Charta ann. 1164. tom. 8. Spicil. Acher. pag. 196 : *Deferunt terram illam... quam faciunt Pontius Balzans et Pontius Alon, et terminatur, etc.*

¶ **AULA PER TERRAM**, *Aula inferior, nostris au réz de chaussée, vel au réz de Terre*. Charta ann. 1270. ex Chartul. Epise. Paris. fol. 130 : *Actum Parisius... in domo domini Parisiensis Episcopi in parva aula per terram*.

¶ **TERRACEA**, *Agger terreus, Gall. Terrasse*. Excidium urbis Aeonis apud Marten. tom. 5. Collect. Ampliss. eol. 778 : *De murorum custodiis per vicas et Terraceas ad portas civitatis in subsidium descenderunt etc.* Vide mox *Terracia*.

\* **TERRACEUM**, *Agrarium, idem quod Terragium* 1. Chartul. S. Gauger. Camerac. ch. 31 : *Terram, de Barunval vulgariter vocatam, sub constituta redemptione et Terraceo a nobis tenebant*.

**TERRACIA**, **TERRATIA**, **Solarium**, **Italitis Terracia**, Gall. *Terrass*. Tabularium Monasterii sancti Andree Viennensis : *Dono post discessum meum S. Andree et Symphoriano omnem hereditatem, quam habeo in monte Sparato, donuui, et medietatem Terraciæ, etc.* Vita Clementis VI. PP. pag. 97 :

*Tria sunt tamen, quæ reliqua valde specialiter excedant, videlicet Capella major, Audientia, et Terraciæ superiores*. Processus de Vita S. Thomæ Aquin. : *In quodam solario seu Terratia discooperta*. [Statuta Arlat. MSS. art. 59 : *Quilibet qui furnam habet... teneatur ipsam et domos ipsius furni cohoperire de tegulis vel Terracia, i. Terra seu tecto terreo, ut satis patet*. Simili, ut videtur notione le Roman de Vacce MS :

Fors un seul qui grant mal avoit,  
Qui souz un Terriz se gesoit.]

\* **TERRACIUM**, ut *Terracum*. Charta Ludov. VII. reg. Franc. ann. 1166. in Chartul. Cluniae. ch. 217 : *De silvis autem et de exartis, ubi partem habet, nullus nisi per violetem (leg. voluntatem) illius Terracium accipiat*.

¶ **1. TERRACIUM**, *Terra inutilis, Ital. Terraccia*. Statuta Mutinæ fol. 68. vº. rubr. 350 : *Caricatores Communis teneantur portare eo Terracium, quod est in vastis banitorum*.

\* *Stercus putridum, fimus, Gall. Terræu*. Vide supra *Terræ mortuæ* in *Terra*. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 67. ex Cod. reg. 4624 : *Nulla persona ponat vel ponat faciat in plateis vel viis seu conforzis Avilianis aliquid limum, terram, vel terrucium seu Terracium, etc.* *Terraille*, eodem sensu, nostris. Lit. remiss. ann. 1491. in Reg. 142. Chartoph. reg. ch. 143 : *Icellui Philippo amassoit de la terre ou Terralles à un fessour ou houe en un pannier, etc. Une charrette chargée de fiant ou Terraille, in aliis ann. 1480. ex Reg. 208. ch. 66. Terræc vero pro *Arena, sabulum*, in Comput. ann. 1363. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 257. eol. 2 : *Solvit... pro loqueriis trium tombarellorum, qui portaverunt de Terræc in carzeria domini Petri Scatisse, pro reparanda sua carveria*.*

2. **TERRACIUM**, *Item quod Terratio, de qua voce infra, Terra, ager*. Charta anni 1041. apud *la Chiesa* in Historia Ecclesiast. Pedemont. cap. 19 : *In Suavis autem Ecclesiam in honore S. Stephani cum omni dote, Terracio, et oblationibus ad eandem pertinentibus*.

¶ **TERRACULUM**, *Idem, ut videtur, quod Terracia*. Lobinellus in Collectaneis MSS. ex quodam Chronico : *Terraculum quod Alanus Barbatorta in circuitu Ecclesie Nannetensis fecerat*.

¶ **1. TERRADA**, *Navis genus apud Indos*. Maffei Hist. Ind. lib. 8 : *Lembos, quos vulgo Terradas vocant, ducentos adjunxit*. Vide *Tarida*.

2. **TERRADA**, *Terra, ager*. Charta Lotharii Regis Franc. ann. 998. tom. 8. Spicilegii. Acheriani pag. 358 : *Cum donibus, ... aquis, ... planitiolis sive Terradis, etc.*

\* **TERRÆMAGNENSIS**, *Idem qui Feuderius, vassallus major*. Charta ann. 1224. apud Muralor. tom. 6. Antiq. Ital. med. ævi col. 7 : *Item promitto, quod nullus de novo efficietur iudex vel iudicissa in ipso regno sive iudicatu, quin jurent fidelitatem ipsi ecclesie (Romanæ) et faciant omnes liberos terræ sive Terræ magnenses, habentes feudum ab eis, in principio suæ dignitatis jurare fidelitatem ecclesie memoratæ*.

\* **TERRÆ-MOTUS**. Ordinar. MS. S. Petri

*Auræ-val. : Ad matutinas vero, antequam quid fiat, omnia signa simul pulsantur in principio; quæ quidem pulsatura vocatur Terræ-motus, hoc est quod omnes moveantur ad devotionem propter solemnitatem festivitatis. Ibidem : In hac vigilia (Apostolorum Petri et Pauli) in qua tantummodo fit descensus pro invitatorio dicendo, tertium responsorium non reiteratur, nec per priorem claustralem dicitur; nec in eo fit Terræ-motus : sed inmediate post orationem matutinarum, fit comemoratio solennis de predictis festivitibus; et tunc pulsantur omnia cimbala in claciscum, etc.*

\* **TERRÆSCIDIUM**, *Niger cespes, qui e terra palustri et bituminosa eruitur et scinditur, idem quod Turbu* 1. Stat. Georg. Nevill archiep. Eborac. ann. 1466. apud Labbeum : *Persolvant decimam.... Terræscidorum et carbonum, in locis ubi fabricantur et fodiuntur*.

\* **TERRÆTENUS**, *Ad superficiem terræ*. Gesta synodi Aurel. ann. 1022. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 537 : *Dehinc spinis et rebus superfluis mundatur; ut postmodum Terrætenus truncata sarculo, meliori inseratur ramusculo, quæ postmodum fertiis sit mellifluo pomo*.

**TERRAGENARIUM**, *Idem quod Terragium* 1. Vetus Charta apud Augustinum du Pas in Stemat. Armorie. pag. 245 : *Nec non etiam quartam Terragenarii partem, et quandam domum in Salneriensi villa positam jure quasi hereditatis sine fide possidendam, ubi scilicet decima cum Terragenario supra dicta coudunetur*.

\* **TERRAGERIA**, **TERRAGIA**, Gall. *Terragerie, Agrarium, idem quod Terragium* 1. Charta ann. 1405. in Reg. feud. eomit. Pietav. ex Cam. Comput. Paris. fol. 65. vº : *Item Terragiam terrarum de li Gaudere, quæ quidem Terragii ditorum terragiorum michi vallet seu vallere potest quolibet anno tria prevenderia bladi vel circa; in qua quidem Terragia partem capiunt mecum dicti filii Guardi de Gordon. Et fol. 66. rº : Item unam Terrageriam, appellatam parvam Terrageriam de poteria;... in qua quidem Terrageria... ego dictus Johannes de Foresta cepio tertiam partem grani ditorum terragiorum;... et ego predictus Johannes de Foresta teneor Terragiare*. Charta ann. 1404. ibid. fol. 102. rº : *Sa Terragerie, vulgairment appellée la Terragerie du bois Martin*. Ubi et districtus, in quo exigitur *Terragia*, indicatur, qui *Terragens* appellatur, in Lit. ann. 1293. ex Tahul. Nohiliac. apud Stephanot. part. 3. Antiq. Pietav. MSS. pag. 946 : *Se il devenoit que ce avage deust estre fait en choses Terragens, ou quinteres, ou quarteres, qui fussent audits religieux ens leus dessusdis, ge li dis Joffreis et ni hoir successor, signour de Chastel-Achart, neli porriens faire en préjudice des religieux*.

1. **TERRAGIUM**, **Agrarium**, Gall. *Terrage, champart*. [*Campiparis sive Terragium*, in Charta ann. 1248. ex Chartular. Campan. fol. 514. eol. 1.] *Terrage ou champart, qui est la mesme chose, in Consuetudine Dunensi art. 50. Burbonensi art. 352. Pitavensi art. 62. 64. 84. Angeriensi art. 10. 21. Ambianensi, et aliis. Terrage ou agrier, in Marchensi art. 331. Sic porro definitur in Consuetud. Blesensi art. 130 :*



*Le droit de Terrage est tel, que les heritages, qui sont tenus audit droit, quand ils sont enfruitez en grains, ou autre fruits, il en est deu au Seigneur du Terrage certaine portion, aux aucuns plus, aux autres moins, et ainsi qu'on les a accoustumez de payer selon la diversitè des lieux.* Charta Ottonis Comitis Viromanduo. ann. 1030. apud Hemeræum: *Ut persolvant annis singulis redditum terre cum consuetudinibus suis, id est quartam garbam Terragii, et 5. solidos, et 4. denarios in medio Martio, et 2. solidos, et 4. denar. de hospitibus.* Alexander III. PP. Epist. 48: *Quosdam reditus, qui Terragia dicuntur, etc.* [Charta ann. 1228. tom. 2. Sacræ Antiquit. monument. pag. 550: *Concessi in perpetuum eidem Ecclesiæ Belle-vallis unum rasm frumenti singulis annis in Terragiis de Biauclei.*] Vide Mich. del Molino in Repertorio v. *Terragium*, et Historiam Ecclesiast. Abbavillensem pag. 86. 88. etc. Occurrit passim. [Vide *Terraticum* et *Agrarium*.]

\* Formul. MS. Instr. fol. 30. vº: *Cum quoddam beneficium ecclesiasticum, quod decimæ et Terragium vulgariter nuncupatur, ... vacare noscatur ad præsens per mortem ejus, ... qui ipsas decimas et Terragium in beneficium ab ipsa ecclesia obtinebat, etc.*

\* TERRAGIUM, Eodem sensu, in Charta ann. 1280. ex Chartul. S. Vinc. Laudun. Pro districtu, in quo agrarium percipitur, vide supra in *Terrageria*.

† TERRAGERIUM, Eadem notione. Chartularium S. Vincentii Cenomanensis fol. 138: *Dedit monachis sancti Vincentii... Terragerium, quod de terra monachorum supradictorum unanuam accipiebat.*

† TERRAGEURIA, Eodem intellectu. Charta ann. 1232. apud Stephanotium tom. 3. Antiq. Pictav. MSS. pag. 822: *Serviens percipiet per se consuetudines suas; videlicet Terrageurias, aostagia, nestivam, gallos, caseos, tortellos, et corveiam suam, etc.*

† TERREGIUM, Pari significatu. Chron. Balduini diaconi tom. 2. Sacræ Antiq. monument. pag. 207: *In emptione terrarum, et Terregiorum, et decimarum aliorumque reddituum, etc.*

TERRAGERIA, *Terragerie*, in Consuetudine Pictavensi art. 64. 75. 191. Prædium terragio obnoxium: *Terre à terrage*, in Consuetud. Bituric. tit. 10. art. 26. *Terre terragée*, in aliis.

\* TERRAGIUM, Fructus jure terragii collecti. Charta ante ann. 1200. ex Tabul. S. Petri Carnot.: *Si de eo, quod sine se terragium fuerit, terragiorum illius clamorem fecerit, in granea nostra Terragium adunabitur, triturbabitur et partietur.*

\* TERRAGIARIA TERRA, Quæ terragio obnoxia est. Charta ann. 1242. in Chartul. Arremar. ch. 8: *Vendiderunt.... terras quas habebant Terragiarias in finagio de Luisigniaco. Terre terrageau*, in Lib. cens. terre d'Estilly an. circ. 1430. ex Cod. reg. 9493. fol. 6. vº. et 38. vº.

TERRAGERARE dicitur, qui terragii jus habet. Tabular. Absiensis fol. 170: *Quod de omnibus terris feodi sui, quas fratres de Fauvert excolerent, in campo vel in area, advocato famulo suo Terragerarent.*

† TERRAGIARE, Eadem significacione. Hist. MS. Monasterii S. Cypriani Pictav. pag. 432: *Quandocumque gerbæ in agris*

*dicti territorii decimandæ fuerint et Terragandæ, etc.* Pluries occurrit ibi, ut et pag. seq. in Pancharta MS. titularum S. Stephani apud Xantones Ch. 8. in Charta ann. 1230. apud Stephanotium tom. 3. Antiq. MSS. pag. 797. etc.

† TERRAGIARE, Idem. Chronicon Bonæspei pag. 7: *Balduinus Comes (donavit) duas carrucatas silvæ, ea conditione ut extirpata Terragivetur.*

† TERRAGIALIS, Ager obnoxius terragio. Charta ann. 1285. e Chartulario S. Johannis Angeriæ. pag. 214: *Recompensationem quarumdam terrarum... quæ Terragiales sunt et solvunt terragium.*

TERRAGIATOR, Qui vice domini terragium colligit. Charta ann. 1226. ex Tabular. S. Bertini: *Ita convenit, quod intrante Augusto quando voluerit ponet apud Helchin Terragiatorem suum juratum ad prædicta colligenda, etc.* [Terragiar. Nostris. Charta ann. 1247. ex Chartular. Campan. in Bibl. Reg. fol. 343. vº. col. 1: *Et se il avenoit chose par aventure que li sergens Terragieres et li dismieres ne soient au descharger les gerbes, an croira lou deschargeur par som sairement.*]

† TERRAGTOR, Eodem significatu. Locum exstat supra in *Bipertator*.

† TERRUACTUM, Idem quod *Terragium*. Chartular. Aquicinet. fol. 39: *Terruactum quoque tantum per consuetudinem nobis usque ad Alsiniacum afferat, et decimam in campo relinquat.* Hinc

† TERRUACTARE, TERRUECTARE, *Terruactum* seu *Terragium* colligere. Idem Chartul. fol. 18: *Si monachi prædictæ Ecclesiæ manipulos suos Terruactare voluerint, hoc nequaquam facere præstement, nisi illi prius ab eis ad hoc vocati, venire distulerint.* Bis occurrit *Terruectare* ibid. fol. 39.

2. TERRAGIUM, Agr. prædium. Charta Rogerii Comitis Calabriae ann. 1088. apud Ughellum tom. 5. pag. 1047: *Dedi Abbati B. Ambrosii pro Monasterio S. Bartholomæi Liparensis Terragia infra scripta, ... quæ Terragia sunt prope faciem Castrî Militi limitata cum finibus infrascriptis, etc.* [Charta Johannis Rem. Archiep. et Theobaldi Regis Navarrae ann. 1267. ex Chartul. Campan. fol. 116. vº: *De quibusdam videlicet Terragiis acquisitis de Monachis de Igniaco Cisterciensis Ordinis Rem. dyocesis, quæ nos Archiepiscopus dicimus in banno et jurisdictione nostra esse, et nos Rex dicimus dictorum Terragiorum custodiam ad nos de antiqua consuetudine pertinere.* Vide infra *Terraria*.]

† 3. TERRAGIUM, Præstatio, ut videtur, quæ domino feudi exsolvitur pro facultate acquirendi terram seu prædium. Charta ann. 1207. ex Chartul. Campan. f. 363. col. 1: *Si autem homines ejusdem villæ extra metas ipsius villæ aliquid adquisierint in territorio Prioris Belle-vallis, Prior per se habebit Terragium et consuetudinem inde sibi debitam.* Occurrit rursus infra.

4. TERRAGIUM, [Quod pro inhumatione solvitur Sacerdoti.] Constitutiones provinciales sancti Edmundi Archiep. Cantuariensis ann. 1255. cap. 7: *Et quod a Terragio corpus sepelire non differatur, sed post sepulturam si quid datum fuerit in*

*elemosynam recipiatur.* [Vide *Interragium*.]

\* Privil. civit. Viennæ ann. 1361. in Reg. 101. Chartoph. reg. ch. 118: *Item quod (pro) executis et Terragio mortuorum in civitate et diocesi Viennæ exigi non valeat, nisi quod ponetur in ecclesia circa junus.* Consuet. S. Crucis Burdeg. ante ann. 1305. MSS: *In magno cæmeterio S. Crucis nihil solvitur pro sepultura seu Terragio.*

† TERRAGIUM, Ipsa inhumatio. Vincentius Cigalt. de Bello Italico: *Utrum pro Terragio cadaveris domini Curati, sacristæ vel vicarii possint et debent aliquid percipere? Certe non.*

† 5. TERRAGIUM, Agger terreus, Gallice *Terrasse*, *Rempart*. Radulfus de Rebus Gestis Friderici I. Imp. apud Murator. tom. 6. col. 1196: *Quod castrum fortissimum erat cum fossato magno et murato... et cum altissimo muro merlato juxta Terragium, et cum alio muro intus.* Gualwaneus Flamma apud eund. Murator. tom. 12. col. 1018: *Ex statuto Azi Vicecomitis Terragium, quod erat supra fossatum, cæpit explanari, et omnia luti culmina per civitatem adæquari.* Chronicon Modoe. lib. 3. eod. tom. col. 1137: *Prætereundo fossam veniebant certi de eorum gente usque ad palangatum, qui tunc temporis erat super Terragium fossæ.* Rursus occurrit ibid. col. 1164. ut et vox *Terrage*, pro Gallica *Terrasse*, Aggere representato et insculpto, uti patet ex Computo xv. sæculi apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 921: *Une coupe et une esguerre de bericle garnie d'or à deux Terrages d'argent et pattes esmaillez de vert, etc.* Vide *Terracio*, *Terraius* et *Terrale* 2.

\* 6. TERRAGIUM, Gall. *Terrage*, idem quod *Stallagium*, Præstatio, pro loco, ubi quis mercem suas venum exponit. Consuet. Castell. ad Sequanam ex Cod. reg. 9898. 2: *Marchans ou marchandes qui amenant en foire pour vendre en gros, vin, miel, sel, huile et autre graisses, ne doivent d'estauil ou de Terrage que quatre deniers Tournois.*

† TERRAIUS, Idem, ni fallor, quod *Terragium* 5. Ital. *Terrazzo*. Statuta Mutinæ fol. 4. rubr. 21: *Aperiantur et aperte stent viæ, quæ vadunt circa (circa) Terraios civitatis a parte intrinseca.*

TERRALAGIUM, Tabularium S. Martini de Campis: *In Castro etiam insulæ 10. solid. de Terralagio, et 2. hospites.* [Forte tributum est pro aggere terreo ad castrum munendum.]

† 1. TERRALE, Genus vestis, in Glossis Isid. Suspiscatur Grævius legendum esse *Teristrum*, vel *Theristrum*, de quo nos infra; vel potius scriptum fuisse *Torale*, genus vestis, qua scilicet torus sternebatur. Nam, inquit, et lectorum tegmina vestes esse dictas, quis tam hospes est in litteris, quem hoc fugiat?

† 2. TERRALE, Agger terreus, Gallice *Terrasse*, *Rempart*. Recognitio ann. 1327. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 28. col. 2: *Guigo de Yllino recognovit se tenere de feudo D. Dalphini... Castrum et omnia et singula fossata seu Terralia de Yllino.* Le Roman de *Vacce* MS:

Jouste les archiers se sont mis,  
Le Terrail ont avant porpris.



Et alio in loco :

Ne pount cil dehors lez eous desus soiffrire,  
Du mur et du Terrail les esteut departir.

¶ **TERRALEUM**, Eadem notione. Statuta Mutinæ fol. 45. vº. rubr. 240 : *Vadit recta linea usque ad aggerem sive Terraleum.* Chronicon Parmens. ad ann. 1308. apud Murator. tom. 9. col. 870 : *Venit illuc ad ipsam portam, et quum vidit desuper Terraleo, quod predicti banniti erant pauci, jussit aperiri dictam portam.* Vide Terracia et Terragium 5.

¶ **TERRALIUM**, Eodem intellectu. Idem Chron. ad ann. 1302. col. 845 : *Domus laborerii circumquaque cavatæ fuerunt per se et burgi similiter per se cum Terraliis.* Adde col. 761. Statuta Palavicinia l. 2. cap. 71 : *Nulla persona... præsumat ire super Terraliis castri Busceti.* Rursum occurrit in Statutis Mutinæ fol. 20. vº. rubr. 108. ut et in Charta ann. 1343 : tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 468. col. 2.

\* Melius, Fossa, nostris Terrail et Terræu. Consule Diction. Trevolt. in hac voce. Terral, eodem sensu, in Sent. arbitr. ann. 1313. ex Reg. 53. Chartoph. reg. ch. 53 : *Item li dis religieus sont quittes de deus saus Parisis que li doivent au maieur et au jurés pour la cause des Terraus, qui sont au debout de leur gardin.* Libert. S. Marcel. ann. 1343. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 380. art. 7 : *Quam siquidem villam... dicti burgenses vintenis claudere teneantur et etiam fossatis... et aquam in dictis Terrariis (leg. Terraliis) facere venire; quæ Terralia cum fructibus eorum, seu fossata sint dicti domini dalphini.*

**TERRALIUM**. Charta ann. 1294. apud Dion. Salvaingum Boissium lib. de Usu feudor. c. 37 : *Retinentes nobis perpetuo atque nostris piscationes Terralliorum dictæ villæ, et totius aquæ Galabri, ab esclosa molendini noviter facti, usque ad pontem Galabri super ipsum, etc.* [Fossas hic intelligo, quæ villam circumdabant, sic a labris seu aggeribus, quibus clauduntur, dictas, ut et in Litteris ann. 1324. tom. 1 : Hist. Dalphin. pag. 148 : *Concedimus dicto Aymoni, quod ipse possit ponere pisces in Terraliis nostris de Sablonières et in eis piscare cunctumque voluerit.* Charta Eccl. Lugdun. ann. 1308 : *Dominus Bellijoci habet tres asinatas bladi a Terraliis veteribus Lugduni usque ad S. Sebastianum.*]

\* **TERRALIUM**, Eodem significatu, in Charta ann. 1369. ex Cod. reg. 5187. fol. 81. vº : *Idem Hugo habeat... in ipsa vinea, videlicet illam partem contiguum, prout perdidit in longitudine ab illo Terrallio;... et cum ipso Terrallio usque ad vineam, etc.* Infra : *Terrellium.* Hinc *Terrellier*, Terram fodere, fossam cavare, in Pacto inter comit. Sabaud. et nobiles baron. Dumb. ann. 1398. ex Cod. reg. 6873. fol. 27. rº : *Item que nostrredit sire le conte... ne souffrira estre contrains les hommes desdis nobles à fortiffier, contrebuir et faire gait ou garde, Terrellier, chevauchier, etc.* Indc etiam *Terrailon*, pro *Pionnier*, fossor, qui ligone terram fodit. Lit. remiss. ann. 1416. in Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 182 : *Un Terrailon ou pionnier, homme vacabond et d'estrage pays, etc.*

¶ **TERRAYLLIUM**, Eadem notione. Computus ann. 1336. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 325. col. 1 : *Item, pro fieri faciendò uno Terrayllo per montanæ Bellini usque ad locum ipsorum ædificiorum, pro decursu aquæ venientis per Terrayllium ipsum ad opus dicti operis, VII. s. IV. den.*

¶ **TERRRELLUS**, Eodem significatu. Libertates Thossiæ in agro Dumbensi ann. 1310. art. 2 : *Si quis emerit domum, pedam, pratam, terram, vineam, vel aliud immobile infra villam fossatos et Terrellos ejusdem villæ, etc.* Charta Thossiæ ann. 1404 : *Concessa et Terrello dicti prati intermedio.* Alia ann. 1467. ex Schedis D. Aubret : *Juxta terram Anthonii Guichardeti, quodam Terrello intermedio.* Clausum fossatis seu Terrellis, tom. 2. Maceriarum Insulæ Barbaræ pag. 401.

¶ **TERRAMENTUM**, Idem quod Terragium 1. si vera lectio est. Charta ann. 1. Caroli Regis apud Stephanotium tom. 10. Fragm. MSS. pag. 91 : *Ipsas terras... per beneficium de ipsos abbates S. Johannis vel pro precario teneantur, et ipsas decimas vel Terramenti ad ipsa casa Dei vel ad ipsos abbates donatas habebant.* Vereor ne legendum sit Terræ meriti, vel potius Terræ merita, seu proventus.

\* **TERRANEÆ DOMUS**, Pars inferior domus, solum, Gal. *Rez-de-chausée*, Ital. *Terreno*. Stat. MSS. eccl. S. Laur. Rom. : *Incorporaverunt pro fabrica et utilitatibus ejusdem ecclesie certam domum suis confinibus confinatum, pertinentem ad ipsos canonicos, Terraneam et solaream, etc.*

¶ **TERRANEUS**, E terra, seu oppido, ab Italico *Terra*, Oppidum. Litteræ Cardin. de Farnese ann. 1537. tom. 1. SS. April. pag. 391 : *Castellans, balivis, servientibus, officialibus civilibus, Terraneis, ceterisque officialibus judiciariis, etc.* Vide *Terrarius*.

¶ **TERRARE**, Terra munire, obstruere vel cooperire. Reparationes factæ in Senescallia Carcasson. ann. 1435. e MS. Cl. V. *Lancelot : In reparando, in Terrando et sordando coperturam dicti castri de justibus, tegulis, murterio, etc.* Et infra : *In Terrando, in sordando et recuperiendò bene et sufficienter de terra, justibus, ferraturis, etc.* Vide *Terratus*.

\* *Tarrer*, eadem significatiōe, in Lit. remiss. ann. 1397. ex Reg. 152. Chartoph. reg. ch. 249 : *Lequel tuel estoit abonny de solliveaux desdis guerniers, que encores n'estoient Tarrés ne plastrés, etc.*

¶ **TERRARIA**, **TERRARIUM**, Ager, prædium, possessio, territorium. Charta Guillelmi Episc. Cabilon. ann. 1297. inter Instrum. Gall. Christ. novæ edit. tom. 4. col. 252 : *Episcopi Cabilonenses consueverunt ab antiquo conferre in Terrariis Decani et Capituli præfate Ecclesie Cabil... quædam officia seu potestates quasdam, que vulgariter Vicedominatus nuncupantur, Canonici videlicet Ecclesie Cabilonensis.* Et post pauca : *Dictos vicedominatus seu redditus eorum vendebant laicis et personis extraneis, propter quæ aliquoties homines Capitali gravabantur ab ipsis hominibus, levando emendas nimis juste, extorquentibus etiam ab hominibus Ecclesie Cabil. qui in dictis Terrariis commorabantur, patrimo-*

*nia eorumdem, et eosdem prægravantibus vexationibus infinitis.* Ibid. col. 253 : *Terrarii dictorum locorum in Terrariis et locis predictis poterunt ponere auctoritate propria, ipsis Canonicis predictis predictos redditus percipientibus minime requisitis, unum de Terrariis, vel unum alium fidelem virum, qui dictas terras et justitias vicedominatum predictorum fideliter teneat et gubernet, etc.* Rursus infra : *In refusionibus et pecuniis, quas debent pro suis Terrariis et præbendis.* Charta Roberti Episc. cjusd. Eccles. ann. 1307. de eadem re ibid. col. 256 : *Terrarii (non tenentur) dictam medietatem dictarum pensionum nobis solvere vel tradere vel in partagio dictarum Terrariorum dictæ Ecclesie, quando casus occurreret, nobis aut successoribus nostris aliquod assignare, etc.* Charta ann. 1239. e Chartulario S. Vandregesili tom. 2. pag. 1636 : *In villa autem Alpici vel omni Terrario, si sanguis effusus fuerit, vel facta seditio, vel vagium belli datum, neum est judicare.* Vide *Terrarium* 2.

¶ **TERRARIUM**, Agger terreus, Gallice *Terrasse*. Tabularium S. Sergii Andegav. : *Duo itaque Terraria ex utraque parte burgi sita illis in pace dimisi; monachi igitur prædicta Terraria poterunt in planitiem æquare.* Haud satis scio an eadem notione in Chronico Andreinii tom. 9. Spicil. Acher. pag. 394 : *Hoc autem (instrumentum) factum est in Castro Gisenensi, scilicet inter capellam S. Marie et Terrarium domus Eustachii de Hannes, anno... MCMVI.* Vide *Terragium* 5. Occurrit alia notione in *Terraria*.

\* *Terriers*, pro *Paries terreus*, ni fallor, in Lit. remiss. ann. 1410. ex Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 366 : *Pour ce que l'huis de l'hostel ne fut pas ouvert, ledit Jamet se prist au Terriers dudit hostel, et fist tant qu'il entra dedans.* Vide infra in *Terrata* 2.

¶ *Terriere* Scriptoribus nostris interdu Locus unde terra crucitur. Charta ann. 1403. ex Chartular. 21. Corb. fol. 321. vº : *Promettons de bonne foy que nous ne nos gens ne donrons, ne porrons donner congie de prendre terre ou argille en ledite Terriere ou argilliere.*

**TERRARIUS**, Vassallus, tenens. Charta Philippi de Monteforti Dom. Tyri et Torani pro Communia villæ de Castris in Occitania ann. 1264 : *De consilio et voluntate expressa Domini Guillelmi Peluti, Dom. Joannis, et Dom. Gamberti de Pasonis, ... Militum Terrariorum patris nostri præfati, etc.*

\* Charta ann. 1269. in Reg. S. Ludov. ex Chartoph. reg. fol. 64 : *Predictus senescallus convocavit prælatos, Terrarios, barones, milites, consules et majores comitatum.* Nostris *Terriau* et *Pourterrien*. Poema laudat. a Thamas. in notis ad Assis. Hieros. pag. 251 :

Le chastelein de Coucy  
Moult de feaux a Terriaux.

Lit. remiss. ann. 1374. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 318 : *Comme Gauthier de Boulain escuier tiengne en fié une mairie de condition en la ville de Saumorey, ... de laquelle mairie il aît plusieurs personnes ses Pourterriens, de lui tenans terres par cer-*



*tain cens ou vente, etc.* Vide supra *Terræ-mugnensis*.

**TERRARIJ**, Qui multas *terras* seu prædia possident, *grands terriens*, nostris: *Terrucum domini*, in Synodo Coloniensi ann. 1300. cap. 11. *Barones terrarii*, hoc est multarum terrarum possessores, in Chron. incerti auctoris apud Catellum ann. 1240. Vincentius Belvac. lib. 32. cap. 89: *Rex autem de consilio Baronum suorum, et Baronum ac Terrariorum Cypri, etc.* Annales Waverleiensis ann. 1086: *Rex tenuit curiam suam apud Wintonian, ibique venerunt contra eum omnes Barones sui, et omnes Terrarii hujus regni, qui alicujus pretii erant, cujuscumque feodi fuissent, et omnes homines regis effecti sunt.* Et ann. 1084: *Rex Willelmus accepit hominum omnium Terrariorum Angliæ, cujuscumque feodi essent. Terrarii baillivæ Aucelianensis, in Regesto Parlamenti B. f. 92. vº.* [Terrarii Ecclesiæ Anciensiensis seu pensiones, in Statutis ann. 1267. apud Marten. tom. 2. Anecd. col. 481. *Præsente Senescalco cum curia regali et Terrariis*, apud Bernardum Guidonem in Historia fundationum Conventuum Prædicatorum tom. 6. Ampliss. Collect. ejusd. Marten. col. 478. Adde Chartas ann. 1297. et 1307. jam laudatas in *Terrucia*.] Terrarii etiam Barones Castellorum appellantur, in veteri Notitia apud Rocchum Pirruin in Episcopis Agrigentini. pag. 272. 276. *Guiot de Provins en sa Bible MS*:

Li Quens Philippes qui refu,  
Diex quel Terrier, Dex quel escu.

**TERRARIUS**, in Legibus Inæ Regis cap. 57. apud Bromptonum: *Si homo sithercundus Terrarius expeditionem supersedeat, emendet 120. solid.* Ubi Saxon. habet *landagend*, id est fundum vel prædium possidens.

\* *Terrier* vero territorii seu districtus judicem sonat, in Lit. remiss. ann. 1377. ex Reg. 112. ch. 229: *Le suppliant ala ces choses dénoncier au Terrier de Saint Mars escuier, souz la jurisdiction duquel il est demourant, et li en requist correction et pénitence: liquel Terrier le fist pour ce tantost uener en prison.*

\* **TERRARIUS**, Idem qui *Firmarius*. Charta ann. 1298. ex Cod. reg. 8409. fol. 69. rº: *A dictis hominibus portantibus bladum seu cum blado transeuntibus per dictum locum dicta exactio non petatur,.... potissime cum aliqui Terrarii dom. regis Franc. et gentes eorum sint immunes a dicta exactioe.*

\* **TERRARIUS**, Officium monasticum, cui *terrarium* seu agrorum, hoc est, censuum ex iis percipiendorum cura commissa est. Charta ann. 1313. in Reg. 52. Chartoph. reg. ch. 207: *Petrus Barrani hospitalis et Petrus de Reyssiaco Terrarius, monachi procuratores et syndici monasterii Fontisfrigidi, etc.* Comput. ann. 1326. ex Cod. reg. 9434. fol. 31. vº: *Infirmarius (Silvæ majoris) xx. solid. Petragocic. Terrarius xx. solid. Petragoric.* Lit. remiss. ann. 1350. in Reg. 80. ch. 200: *Frater Bernardus Mauhu Terrarius monasterii de Bonavalle petens cujusdam donum censum, etc.* Vide infra *Terrarius 2.*

† **TERRARIUS LIBER**, In quo *terragia*, census, possessiones describuntur, Nostris *Terrier*. Ferrerius in notis ad Decis. 272. Guid. Pap.: *Porro recognitiones, item Terrarii libri et codices antiqui fidem faciunt ad probandum directum dominium.* Vide infra *Terracium 1.*

† **TERRARIUS**, *Terrastri*, apud veterem Persii interpretationem ad Satyr. 6. v. 24. ut observat Vossius de Vitiis serm. lib. 3. cap. 52.

† **TERRARIUS**, **TERRARIA**, Incola alicujus oppidi, ab Italico *Terra*, Oppidum. Acta B. Girardi, tom. 1. Junii pag. 771: *Nobilis matvona.... Terraria Modoetiæ, etc.* Vide *Terraneus*.

† **TERRASCIS**, Idem quod mox *Terrassia*. Charta ann. 1228. e parvo Chartul. S. Victoris Massil. pag. 128: *Liceat vobis, D. B. Abba, destruere parietem meum, apodiendo tamen prius tigna mea et Terrascen, quod non possit corruiere.*

† **TERRASSIA**, Agger terreus, solarium, Gallice *Terrasse*. Ordinatior Johannis XXII. PP. apud Fantonum Hist. Avenion. pag. 175: *Item cameram cum modica Terrassia donus Rainunde Sainade.* Bulla Benedicti XII. PP. ann. 1337. ex Archivo S. Victoris Massil.: *Terrussia seu pavimenta tam super quam subtus... minuntur ruinam.* Vide *Tarrascia*.

\* **TERRASSONUS**, Agger terreus. Formul. MSS. ex Cod. reg. 7657. fol. 42. rº: *Ipsam domum, per quamdam parvum januam habentem exitum ad quemdam Terrassonum,.... intravit.* Vide *Terrassia*.

**TERRASTENENTES**. Vide *Tenentes in Tenere 1.*

† **1. TERRATA**, Idem quod *Terreata*. Diploma Philippi August. Regis Franc. ann. 1221: *Anselmus de Botterviller quittat Abbatii Floriacensi redectmam, spilones, gaspilones, Terratas, etc.*

\* **2. TERRATA**, Eadem, ut videtur, notione. Charta admort. Caroli VII. in Reg. Cam. Comput. Paris. alias Bitur. fol. 147. rº: *Item pro orto et Terrata molendini ad barriun,.... vij. den. pict.* Forte Agger in quo constructum est molendinum.

\* *Terrée* vero, Ornamentum quoddam sellæ, in Comput. Rob. de Seris ab ann. 1332. ad ann. 1344. ex Reg. 5. Chartoph. reg. fol. 3. rº: *Una Terrée en l'arçon derrière, de veluel vert, etc.*

† **TERRATEA**, Idem quod *Terraticum*. Charta ann. 1124. tom. 5. Annal. Benedict. pag. 668. col. 1: *Dimidiam partem de Terratea terrarum adjacentium inter Basentum et Solandram, et median partem nostræ sulinae.*

\* **1. TERRATIA**, Ager, territorium. Charta Guid. episc. Lingon. ann. 1260. in Chartul. ejusd. eccl. fol. 238. rº: *Unum jornule situm juxta commam, dictum as Damoisiaus, et unum jornale, situm desuper Terratiam de dicto Marigneo.*

\* **2. TERRATIA**, Idem quod *Terrassia*, agger terreus, solarium. Comput. ann. 1450. ex Tabul. S. Vulfr. Abbavil.: *Propter tres viaturas beleni ad defendendum antiquum plumbum Terratiaram grangia, etc.* *Terrasse*, pro Ager, prædium, ni fallor, in Charta admort. ann. 1412. ex Reg. 166. Chartoph. reg. ch. 272: *Item Jehan du Curtil tient une*

*Terresse au xviij. deuiers Viennois. Terrasse vero Lutum paleatum, vulgo Torchis, sonat in Lit. remiss. ann. 1453. ex Reg. 182. ch. 7: Ainsi que le suppliant fut venu de besongner de certaine Terrasse ou Torchis en certain endroit de son hostel, etc.* Vide supra *Terrarium*.

\* **TERRATICARIUS**, Qui *terraticum*, quod a colonis exigitur nomine terræ et agri quem colunt, colligit. Inquisit. ann. 1273. in Access. ad Hist. Cassin. part. 1. pag. 337. col. 1: *Item universi habitatores castri Cerbasii.... non debent uvas pistare et de palmentis extrahere sine Terraticariis vel decimaribus infruarie Cassinensis.* Vide *Terraticum*.

**TERRATICUM**, Idem quod *Terragium 1.* Quod a colonis exigitur nomine terræ et agri, quem colunt. Academicis Crusanis, *Terratico* dicitur, *quel che si paga per fitto di seminar nel altrui terreno.* Argenture ad art. 266. Consuet. Britan.: *Utitur hæc regio certo contruhendi genere, quod Terragium appellant, Latine verbum pro verbo Solarium dixeris: usus est, cum prædia feve inculta colendu certis colonis tribuuntur perpetuo, aut vero temporario jure, lege dicta, ut in annos singulos decima fructuum auctori rependatur.* Chronicon Casinense lib. 3. cap. 63: *Cum quidam stater ad Terraticum a ruricolis accipiendum directus fuisset, rusticus quidam, u quo triticum exigebatur, saccum frumento inplens,.... fugam arripuit.* Charta Ludovici II. Imper. ann. 869. apud Ughellum tom. 2. pag. 559: *Ut nullus habitator terræ pertinentis ad Monasterium supradictum ex illis, qui soliti fuerunt Monasterio reddere Terraticum, etc.* Charta Ludovici IV. Reg. in Bibl. Cluniacensi pag. 266: *De silvis, ubi partem habent, et terris, nullus nisi per ipsorum voluntatem Terraticum accipiat.* Charta Hugonis Archiep. Senonensis, ex Tabular. S. Germani Præsentis: *Si autem terram ad Terraticum monachi dederint, Advocatus nihil habebit.* *Terraticum de terra assa*, in Charta Leotherici Archiep. Senon. ann. 1020. ex Chartul. Crisenon. dioc. Autissiod.] Adde Chartam Rogerii Regis Siciliae ann. 1137. apud Falconem Beneventanum, et Chronicon S. Sophiae Benevent. pag. 740. [Chronicon Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 441. Statuta Genuens. lib. 6. cap. 5. etc.]

\* **TERRATINA**, unica voce vel divisio vocibus, ut edidit Muratorius ex Reg. Mutin. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 897: *Soma Terræ tinæ, de qua fit uiracalchum.* Utrunque male pro *Calumina*, terræ fossilis species, quæ cum cupro mixta auricalchum efficit.

**TERRATIO**. Vetus Charta apud Baldricum in Chron. Camerac. lib. 1. cap. 27: *Hoc est mansos dominicos... et Terrationes, et servos, et ancillas, etc.* Idem videtur quod *terræ*, agri. Vide *Terrada*.

**TERRATORIA**, *Matta*, sic dicta, quia humi sternebatur, ut quidam volunt. Gloss. Gr. Lat.: *Τεγος, Teges, Terratoria, matta.* Sed legendum monuimus, *stratoria*, vel *storea*, in v. *Matta*. [Legitur tamen *Terratoria* etiam in Glossis Lat. Gr. et in aliis tom. 3. SS. Martii p. 843. relatis habetur;



*Psiathos, Teges, Terratoria, matta, territoria.*]

**TERRATORIUM**, pro *Territorium*, in Chartis Italicis passim, et in Charta Caroli M. pro Ecclesia Parisiensi in M. Pastoralibus lib. 19. ch. 56. Testamentum Bertichramni Episc. Cenoman.: *Vineolus, vel pradela, vel Terratorium, quod in dextera parte de strada est, etc.* Vide Acta Episcop. Cenoman. pag. 86. 92. 104. Perperam editum *Terraturis* in Charta ejusdem Caroli tom. 2. Analector. Mabillonii pag. 401.

¶ **TERRATORIUM**, Eadem notione, in Formulis Andegav. art. 21. 36. 39. etc.

¶ **TERRATUS**, Terra clausus, obtinatus vel aggerre terreo munitus. Radulfi Coggeshal. Chronic. apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 821: *Mandaverunt... quomodo omnes portæ civitatis, contra eam Terrate erant, præter portam S. Stephani ad Aquilonem partem urbis, contra quam exercitum suum collocare suadebat.* Vide *Terrare*.

¶ **TERRAYLLIUM**. Vide supra in *Terrale* 2.

\* **TERRAYRONUM**. Vide supra *Careironum*.

**TERREATA**. Charta Odonis Borelli de Curtalano, in Tabulario Ecclesiæ Carnotensis num. 72: *Ponent tamen Canonici si voluerint favulum suum, qui custodiet res suas, quando Major numerabit in agris, et in grangia, et ego meum, et hæredes mei si voluerimus. Feodum Majoris est farrugo de grangia, Terreata annonæ post paleum, et caudæ annonarum bene exquisitarum, hoc est, ni fallor, granum vel frumentum, quod in terram, seu aream, antequam tritum et excussum sit a palea, decedit, et terræ miscetur.* [Vide *Terrata*.]

¶ **TERREATORIUM**. Vide in *Terratorium*.

¶ **TERREGIUM**. Vide in *Terragium* 1.

\* **TERRECTORIUM**, pro *Territorium*, Ager, possessio, prædium. Charta ann. 1091. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 419: *Et est ista sorte masaricia inter sediminis et vineis cum areis suarum seu terris arabilis et pratis, jugies quinque, et omnibus rebus Terrectoris in loco et fundo Campicino..... Et est istis rebus omnibus Terrectoris inter sediminis et vineis cum areis suarum seu terris arabilis et pratis jugies similiter quinque.* Semel et iterum ibidem rursus occurrit.

\* **TERRELLIUM**. Vide supra *Terrallium* in *Terrale* 2.

¶ **TERRELLUS**. Vide supra in *Terrale* 2.

\* **TERREMERITUM**, unica voce, ut supra *Terameritum*, Terræ proventus quilibet. Charta ann. 1263. in Reg. S. Ludov. ex Chartoph. reg. fol. 24. vº: *In taschis sen agrariis, quintis et quartis et in omnibus aliis Termeritis.* Alia ann. 1311. in Reg. 48. ch. 39: *Tenantur solvere et dare census, deveria et Termerita consueta.* Vide *Meritum*.

\* **TERRENA**, Via terrea, agger, Gall. *Chanssée*. Charta admort. ann. 1375. in Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 401: *Cum quadam Terrena publica, qua itur de Montepessulano ad molendinum de Septem-cantibus.* Infra: *Cum itinere, quo itur de Mon-*

*tepessulano ad molendinum de Septem-cantibus.*

¶ **TERRENERIETTUM**, f. Idem quod *Terraticum*. Vide Onomasticum ad calcem tom. 5. Anecd. Marten.

**TERRENTAS DEI**, Humanitas, εἰκονομία, Incarnatio. Occurrit in lib. 1. Miraculorum S. Agili cap. 5.

**TERRENUM**, Ital. *Terreno*, nostris *Terrain*, [Fundus, solum.] Rollandinus in Summa Notariæ: *Domus sita in Terreno Ecclesiæ S. Joannis in Monte.* [Statuta Cadubrii lib. 1. cap. 28: *Si aliquis terriginu posuerit in manu Jurati pignus alicujus sui debitoris pro suis operibus spectantibus ad laborerium Terreni, Juratus sequenti die teneatur et debeat æstimare dictum pignus, et pro suis operibus ipsi creditori ipsum pignus dare in solutum.* Statuta Mutinæ fol. 13. vº. rubr. 66: *Cum in terra Castri veteris, ubi est fornax una, non possint fieri boni coppi, nec quadrelli, propter malum Terrenum, quod est ibi, etc.*]

\* Charta ann. 1347. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Hodepor. Charit. part. 1. pag. 62: *Et quod habentes seu habitari Terrena seu ædificia, quæ predicto laboratorio occuparentur, vel destruerentur, vel alias necessaria forent, etc.*

\* **TERRENUM**, pro *Territorium*, Ital. etiam *Terreno*. Form. MSS. Senens. ann. 1414. ex Cod. reg. 4726. fol. 3. rº: *Item totum Terrenum, quod circum circa res prædictas, quod Terrenum est et consistit infra confines infrascriptos, etc.*

¶ **TERRENUS**, Omne genus vecturæ terrestris, sive carris, sive equis fiat. Charta Ludovici Pii pro Ecclesia Argentinensi, apud Laguille in Probat. Hist. Alsat. pag. 19. col. 1: *Ut ubicunque... homines memoratæ Ecclesiæ navigio aut Terreno, id est, cum carris et saumaris, negotiandi gratia irent et redirent, etc.*

\* **TERRETRIALIS DOMINUS**, Dominus fundi seu feudi. Consuet. Dumbens. MSS. ann. 1325. art. 12: *Nullus homo taillabilis.... non possit nec debeat in alia curia respondere, neque renunciationem facere ulomodo, quæ possit domino suo Terretiali, cuius est homo taillabilis, in aliquo præiudicium generare.*

¶ 1. **TERRETRIAM**, Codex agrorum vegetigalium, Gall. *Terrier*. Charta Humberti II. ann. 1338. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 372. col. 1: *Item, de dictis recognitionibus per vos fiat in singulis castellanis terræ nostræ unum Terretriam in pergamento scribendum et signandum in forma publica per manus unius vel duorum notariorum publicorum in archivio nostro reponendum postea et perpetuo conservandum. Item in eodem Terretio describuntur omnia nomina et cognomina hominum nostrorum, etc.* Rursum occurrit in Charta ann. 1489. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 238. et alibi. Vide *Terrarius liber*.

¶ 2. **TERRETRIAM**, Territorium, districtus. Charta ann. 1247. e Chartulario S. Vandregesili tom. 2. pag. 1667: *Nos viris religiosi Abbati et Conventui S. Vandreg. totam avenam, quam percipiebamus in censivis et Terretis suis apud Montval annuatim... vendidimus, etc.* Vide *Terraria*.

¶ 1. **TERRETRIIUS**, Indigena. Chronicon

Modoetiæ apud Murator. tom. 12. col. 1136: *Tunc fugerunt in ipsa nocte de illis, qui erant in Modoetiæ tam de Terretis quam de forasteris plus de medietate, sic quod terra erat quasi derelicta. Tam forenses quam Terretii, in Chronico Petri Azarii apud eundem Murator. tom. 16. col. 393. Terretii seu de communi illius villæ, in Statutis Mutinæ, fol. 88. rubr. 401. Vide infra *Terrigenæ*.*

\* 2. **TERRETRIIUS**, Officium monasticum, cui census ex terris percipiendorum cura commissa est, Gall. *Terrier*. Charta ann. 1335. in Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 355: *Imponebatur quod fratrem Amalninum de Narcesio, monacum Sarlatensem ac Terretrium dictæ ecclesiæ, interfecissent. Moine et Terrier de Sarlat, in alia vernacule scripta ibid. Vide supra in *Terrarius*.*

¶ **TERRESTRITAS**, *TERRESTRITAS*, Materia terrena, terræ proprietas. Engelbertus de longævitate ante diluvium apud Pezium tom. 1. Anecd. part. 1. col. 446: *Modicum untrit quia Terrestritas vincit in plantis, quæ non est apta digestioni.* Leonardus in Speculo lapidum lib. 1. cap. 1. ex Cod. MS. Bibl. Reg.: *Nullus enim lapis est qui ratione suæ Terrestritatis in aqua non submergatur, dummodo non sit porosus seu plenus aeris.* In edito *Terrestritas*.

\* **TERRESTRIS**, Ad territorium seu districtum pertinens. Charta Joan. reg. Bohem. ann. 1336. inter Probat. tom. 1. Annual. Præmonstr. col. 525: *Quod ipsum monasterium et homines ipsorum, bonorum occasione eorum, non possint nec debeant trahi ad iudiciu, vel zudus, Terrestria seu etiam provincialia quoquo modo.* Stat. Vladisl. Jagel. ann. 1420. inter Leg. Polon. pag. 76: *De Clausura et reservatione actorum judicialium, seu libri Terrestris... Corum quibus (Baronibus) etiam resignationes bonorum magnorum peraguntur, et alie causæ per eosdem definitivæ in speculi libro conscribuntur.... Unde... volumus quod liber prænotatus.... sub clausura trium clavium anodo conservetur, quarum unam iudex, aliam sub iudex, tertium vero notarius Terrestris habeant.*

¶ **TERRIBILIA**. Literæ Henrici IV. Angl. Regis ann. 1408. apud Rymer. tom. 8. pag. 539. col. 2: *Fidebatur honestum... ipsos vel eorum alterum ab ultimo Terribilium custodire, tempore quo quis eorum Johannis et Bertrandi (duello certantium) victoriam habuisset, eis pignæ supersedere mandavimus. Ubi Terribilium ultimum est mors ipsa, quæ probabiliter subsecuta fuisset, nisi auctoritate regia certamen fuisset interruptum.*

\*\* **TERRIBILITAS**, Species quæ terrorem incutit. Jornaud. Get. cap. 24: *Hunni quos bello forsitan minime superabant, nullus sui terrore nuntium pavorem ingerentes, Terribilitate fugabant.* Appon. Comment. in Cantic. Cantic. lib. 8. in Spicil. Roman. tom. 5. pag. 50: *Ornamentum sunt Terribilitatis et potentie.* Et pag. 51: *Propter terribilitatem ponarum.* Occurrit ibid. pag. 66. et 67.

¶ **TERRIBILITER**, *Terriblement*, espouventablement, in Glossis Lat. Gall. Sanguin. MSS. Utuntur Arnobius lib. 2. S.



Augustinus lib. 12. Conf. cap. 25. et alii recentiores.

\*\* **TERRIBOLA**, *Fornidolosa*, apud Papiam ex glossa ad Atton. Polypt. pag. 56 : *Terribola mens hostis aciem spectare non præsumentis.*

**TERRIBULUM**, *Quoddam tormentum, quod terreat reos, et dicitur a terreo.* Joan. de Janua. Occurrit etiam in Gloss. Lat. Gall.

† **TERRIBUNDUS**, *Terribilis*, in Vita B. Lidwinæ, inter Acta SS. tom. 2. April. pag. 339.

**TERRICELLA**, *Campulus, campellus.* Occurrit passim in Chartis Italicis. Vide Ughellum tom. 8. pag. 610. 621. tom. 9. pag. 97. 99. etc. Italis *Terricciuola*, est locus muro cinctus, oppidulum.

**TERRICLÆ**, *γαρακίδες*, in Gloss. Lat. Græc. quasi *Terriculæ*, terræ aggeres.

**TERRICREPUS**, *Terribilis.* Vita S. Guillelmi Abb. Divion. cap. 14 : *Quam lasciva ad omnes pene sermones ore Terricrepo iuramenta.*

**TERRIDA**, *Navis species.* Vide *Tarida*.

**TERRIFINIS**, pro *finis*, *Terminus.* Vetus Charta ann. 1099. apud Ughellum in Episcopis Populoniensibus : *Cum habitantibus, et cultis, et silvis, et omnibus in isto Castello pertinentibus, per Terrifines illorum, etc.*

**TERRIGENÆ**, *Indigenæ.* Gl. Gr. Lat. : *Αὐθιγενής, indígena, Terrigena, indigetum.* Auctor Mamotrecti ad cap. 18. Levitici : *Indigena, id est Terrigena.* Occurrit apud Joannem VIII. PP. Epist. 27. Ordericum Vitalem lib. 4. pag. 105. lib. 11. pag. 814. 818. etc. [in Statutis Cadubrii lib. 1. cap. 48. in Correct. eorumdem Statutor. cap. 104. et 105. in Statutis Montis-regalis pag. 5. etc. Vide supra *Terrivius*.]

† **TERRIGIPONA**, pro *Terripiscina.* Vide *Lacus*.

† **TERRINEUS**, *Terreus.* Vide locum in *Solariatu* post *Solarium*.

\* Hinc *Terrin* nostris dicitur Poculum terreum. Lit. remiss. ann. 1399. in Reg. 154. Chartoph. reg. ch. 595 : *Lequel Bery print un godet de terre ou Terrin à quy ilz buvoient, etc.* Aliæ ann. 1440. in Reg. 176. ch. 5 : *Prunt un plain Terrin de vin, getta Terrin et vin entre lui et ledit Bigot;... print derechief ung outre Terrin et le cassa.*

**TERRIPISCINA**, *Piscina.* Vide *Lacus*.

† **TERRISONUS**, *Terribili sono.* Miracula S. Roberti Abb. 3. Aprilis pag. 325 : *Hæc non tantum Terrisono fremitu... significabat insaniam.*

\* **TERRISTRUM.** Vide infra *Theristrum*.

\* **TERRITAGIUM**, pro *Terragium*, *Agrarium.* Charta ann. 1239. inter Instr. tom. 10. Gall. Christ. col. 268 : *Hæc autem decem bovaria dicta ecclesia et ejus habitantes tenebant in perpetuum libere et absolute, absque Territagio et absque ulla alia consuetudine.*

\* **TERRITIO**, pro *Terridus* aut *Terriculum*, in Opusc. Pithœi apud Loisel. pag. 357. Vide mox *Territorium* 3.

\* **TERRITORIA**, *Ager, possessio, prædium.* Charta ann. 1000. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 337 : *In pertinentibus de civitate Asculo in villam, quæ cognominatur Lanniano, clausuræ, Terri-*

*torie, putea. Et in Locum, qui dicitur Mallesoua, clausuræ, Territorie et putea.* Pluries ibi. *Terreur*, eadem notione, in Lit. remiss. ann. 1481. ex Reg. 209. Chartoph. reg. ch. 105 : *A Pierre Malia suppliant compette et appartient.... ung Terreur ou pastoral assiz au village de Favars (en Auvergne). Terruere, pro Territoire, in Ch. ann. 1286. ex Tabul. S. Mart. Pontisar. et Tieroir, in Lit. ann. 1287. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1228. Vide in Territorium 1.*

\* Notandum vero prorsus est quod legitur in Chartulario abbatie Clarifontis scripto 13. sæculo : *De curtibus,.... de quibus dicitur quod ecclesia Clarifontis eas habeat liberas et absolutas ab omni decimatione in territorio suo, nobis videtur quod Territorium ibi tantum valeat quantum alodium, præsertim propter quedam quæ statim subsequuntur etiam eodem articulo, ubi fit differentia inter proprium territorium et alias parrochias.*

**TERRITORIE RES**, *Prædia, agri, Gallis Biens de terre.* Charta ann. 1046. apud Ughellum in Episcop. Veronensibus : *Id sunt omnes case, et res Territorie ille juris mei, etc.* Occurrit ibi non semel.

1. **TERRITORIUM**, in Gloss. Gr. Lat. *ἐνορία, περίβολος, περίχωρος.* Ugutioni : *Locus modicus, vel districtus alicujus, vel Territorium dicitur, quasi tauritorium, i. tritum bobus.* *Civitas territoria*, in lege un. Cod. Th. de Hirenarch. Vide Sidonium lib. 1. Epist. 8. et ibi Savaronem, Menagios, in Amœnitatib. Juris pag. 940. et alios. [*Territorium Lemovicense*, pro Diocesi, in Breviario MS. Eccl. Lemovic. cujus excerptum refertur sæc. 2. Bened. pag. 1090. Sic *Territorium Pontivense*, in Miraculis S. Angilberti Abb. sæc. 4. part. 1. pag. 131. *Noviomense, Ambianense*, ibid. pag. 132. *Belvacense*, ibid. pag. 137.] [*\*\* Pro pago accipiendum videtur in Gestis Abbat. Fontanel. cap. 2 : Luciniacum in Territorio Vilcasiniensi. Mox : Gamapium in pago Vilcasino.*]

**TERRITORIUM**, *Ager, possessio, prædium.* *Territoria civium*, in leg. 34. Cod. Th. de Operibus publ. Adde leg. 2. de Exactionib. leg. 30. de Annonis, et leg. 186. de Decurion. eod. Cod. Siculus Flaccus : *Bellis gestis victores populi terras omnes, ex quibus victos ejecerunt, publice atque universaliter Territorium dixerunt.* Lex Bajwar. tit. 17. § 2 : *Cur invadere conaris Territorium, quem ego juste jure hæreditario donavi.* Otto de S. Blasio cap. 18 : *Succensisque quibusdam Welfonis Territoriis, ad propria revertuntur.* [Vide *Terragium* 2.]

**TERRITORIUM**, pro *Modo agri usurpatur* in libro de Fundatione Monasterii Gozencensis pag. 211 : *Ex communi patrimonio nostro subjectas possessiones offerimus,.... in Gereustede Territorium unum, in Lochrestide septem mansos : in Zcorrege 4. mansos : in Plaine 15. jugera : in Alforstide 12. mansos : in Belteggelohre Territorium unum.* Vetus Charta apud Egid. Gelenium in Colonia Agrippina pag. 357 : *Et tria Territoria prope claustrum sui monasterii.* [Vide Glossarium ad calcem tom. 3. Gall. Christ. novæ edit.]

† **TERRITORIUM EQUINUM**, f. *Prædium,*

ubi equi nutriuntur. Charta vetus apud Meichelbec. tom. 1. Hist. Frising. pag. 213 : *Territorium in urbe Radaspona, unam hobam cum equino Territorio ad Pulingum, Territorium equinum ad Hutichar.*

2. **TERRITORIUM.** Vita S. Endei Abbat. Aranensis n. 18 : *Septenni annis in Monasterii Territorio fideliter serviens mansit. In his quoque 7. annis sic diligenter exercebat trituratoris officium, ut in paleario Territorii non posset granum, quod cubmen faceret, inveniri.* Sed ibi viri docti legendum censent *Territorium*, ut sit area terendo et excutiendo frumento comparata.

\* 3. **TERRITORIUM** Id quod in agris et hortis ad terrendas aves ponitur. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Territorium, Espoinal.* Pro *Epouventail.* Vide supra *Territio*.

† **TERRITORIUS**, *Humi stratus.* *Territoria matta*, in Glossis laudatis in *Territoria*.

† **TERRITORIUM**, pro *Territorium*, in Gestis Innocentii Episc. Cenoman. apud Mabillon. tom. 3. Analect. pag. 84. in Charta Theodorici Regis Fr. tom. 2. Annal. Bened. pag. 701. col. 1.

† **TERROLA**, *Agellus*, in Testamento S. Vigilii Episc. Antissiod. tom. 1. Annal. Bened. pag. 695. col. 1. Vide *Terrula*.

\* Charta ann. 813. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 520 : *In decania Lupuni modia duo Terrola seminaturæ. In decania Lunper modia treu Terrola seminaturæ.* Plurics ibi.

† **TERROLENTUS**, ut *Terrulentus.* Statuta Verell. fol. 86 : *Nullus vendam blavam grossam vel minutam fraudulenter balneatam vel Terrulentam, vel in qua quid aliud in fraudem ementium miscuerit.*

† **TERRUACTARE**, *TERRUACTUM.* Vide supra *Terragium* 1.

\* **TERRUCIUM**, ut supra *Terracium* 1. Vide in hac voce.

**TERRULA**, *Agellus, exiguum prædium,* apud Gregorium M. lib. 2. Epist. 2. in Synodo Agathensi can. 45. in Charta Caroli C. Imper. apud Puricellum in Basilica Ambrosiana pag. 224. [in Capitularibus ejusd. Caroli tit. 37. cap. 11. in Indice vet. Canonum, tom. 3. Concil. Hispan. pag. 30. col. 1. in Charta ann. 1082. apud D. Calmet. tom. 1. Hist. Lothar. in Probat. col. 479. in Annal. Benedict. tom. 2. pag. 626. in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 28. col. 1. Hist. Harcur. tom. 3. pag. 44. apud Miræum tom. 1. pag. 164. col. 1. In Codice Theod. lib. 15. tit. 1. leg. 51. *Terrule* dicuntur privatorum possessiones, quæ alibi *Terræ* nuncupantur.]

**TERRULENTUS**, *Terreus, ex terrula.* Occurrit apud Prudentium, [ut et *Terrulente*, pro *Terreno modo.* Vide *Terrulentus*.]

† **TERRUNCULA**, *Modica Terræ portio,* in Onomastico ad calcem tom. 9. Ampl. Collect. Marten.

\* **TERSALE FESTUM.** Vide supra in *Festum* 1.

**TERSANA.** Charta Raymundi V. Vicecom. Turenensis ann. 1296. apud Justellum in Hist. Turenensi pag. 155 : *Item concedimus dictæ universitati (Bellilocensi,) quod loco usatici, quod dicitur Tersana,*



quod nobis competit ratione venditionum feudorum, seu in emphyteosim datorum, seu detentorum, quo tenentur et in posterum tenebuntur a nobis in feudum seu in emphyteosim in dicta villa de Bello loco et ejus pertinentiis et districtu, emptores unum denarium tantum pro quolibet solido pretii venditionis solvere teneantur; ipsa feuda seu emphyteoses a dicto usatico, dicta Tersana, in perpetuum afrancantes, et dictum denarium tantum pro quolibet solido pretii nobis et nostris successoribus retinentes. Ubi Tersana, forte est tertia pars pretii venditionis prædiorum feudaliu[m], quomodo Tiers denier vocat Consuetudo Nivernensis tit. 4. art. 58. 70. tit. 24. art. 10. tit. 6. art. 2. 23. et Arvernensis cap. 31. art. 75. tertium denarium pretii prædii venditi, qui domino superiori exsolvitur. [Vide Trezenum et Trezenum.]

\*\* **TERSARATUS, TERSEARATUS.** Chart. ann. 760. apud Brunet. Cod. Dipl. Tusc. tom. 1. pag. 570: *Da pede est Tersaratu unu testuclu, et super illum est alius testuclu Terseratu, et super illo duo testucli sunt duo quercias, et super ipse una cerru Terseratu.* Dictum videtur de incisionibus arborum, quæ vice termini sunt, forte pro Terseratus i. e. quadratam formam præferens. Confer Theclatura.

† **TERSAURIA.** Vide mox Tersoria.

\* **TERSAUROLA,** Dolii pars tertia. Comput. ann. 1479. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 339. col. 1: *Item solverunt Johanni Tizay pro una bota Tersayrola vini clareti etc.* Vide supra Teceyrola.

\* **TERSENERIA, TERSENERIA,** mensuræ species. Vide supra Terccneria.

† **TERSERIUM.** Vita B. Andræ de Galeranis, tom. 3. Martii pag. 56: *Quidam faber fuit in civitate Senensi in Terserio S. Martini.* Raimundus Italice reddit Terzo, quod tertium cujusque rei partem significat, ut adnotant Bollandistæ, qui dubitant an in tot partes Senæ distinguantur, an alia sit vocis propria istic notio. Vide Terccerium.

\* **TERSOLUS,** Trium annorum natus. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar.: *Item plus aliam quandam gasalliam duarum magnarum vaccarum, unius Tersolæ sive vaxæ ætatis trium annorum prægnantis, etc.*

† **I. TERSONUM, TERSONUS.** Inventarium Ecclesiæ Anic.: *Tersonum de lino quasi duarum ulnarum.* Alibi: *Tersonum de lino habens in quolibet capite duas barras de cotone albo.* Rursus alio in loco: *Item duo Tersoni de lino operis Franciæ cum frangiis de cirico diversorum colorum in capitibus, dedicati ad dicendum in Quadragesima:* In spiritu humilitatis, etc. Forsitan ubique legendum est Tersorium. Vide ibi.

\* **Tersenet,** Panni species videtur in Invent. ann. 1449. ex Tabul. D. Vencie: *Item quedam alia raupa de viride foderata tellæ rubæ, cum collecto ranversato foderato de Tersenet, cum monstris manicarum, ipsius quondam domine.*

\* **2. TERSONUM,** Urbis regio, idem quod Terccerium 1. Lit. ann. 1378. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 394: *Et est sciendum pro (quod) prænominati consules anno quolibet, ut est moris, eligentur;.... videlicet*

de civitate, unus de Tersono S. Justi, et alter de Tersono Beatæ Mariæ majoris; et de burgo, unus de Tersono B. Mariæ de monachia, alter de Tersono Migano, et tercius de Tersono Attacis.

† **TESSOR,** Mappula, seu linteum ad tergendos pedes pauperum. Consuetudines S. Augustini Lemovic. MSS.: *Feria v. in Cæna Domini: Sacrista ministret Tersores et Præpositus dividat pauperes, etc.* In Glossis Lat. Græc. et Gr. Lat.: *Tessor, ζατμακρης*, qui tergit.

† **TESSORIA, TERSAURIA,** Locus ubi fiebat lotio pedum apud Monachos in usu. Ritus Luxovienses apud Marquardum Herrgott ad calcem vet. Disciplinæ Monast. pag. 580. et 581: *De mandato hebdomadariorum. Debent isti hebdomadarii reservare vasa in Tersauriam, et facere mundari a famulis coquinæ, et aliis hebdomadariis invantibus reddere et facere mandatum omnino cum eis, et cellarius debet recondere dicta vasa in Tersoria.* Vide Mandatum 9. et mox Tersorium.

**TESSORIUM,** inter vestes Ecclesiasticas. Charta Hugonis Ducis Burgundiæ ann. 1077. tom. 6. Spicilegii Acheriani: *Dorsalia duo, tapetia quatuor, Tersoria tria, bancales tres, etc.* Gloss. Gr. Lat.: *Ἐμαρτυριον, Tergorium.* Rectius, *Tessorium*, in Gloss. S. Benedicti c. de Vestimentis. [Bernardus in Ordine Cluniac. part. 1. cap. 46: *Cum autem percutietur tabula ad mandatum, continuo congregentur ante Capituli introitum, ac succincti de pedum Tersorii, cum viderint præire quos transanctæ hebdomadæ cum aqua, singuli singulos subsequantur tergantque fratrum pedes, sicut illi lavando præcesserint; atque ablutis aliquantulum prius Tersorii in couchis, etc.* Pro linteo quo pedes absterguntur, rursus usurpat idem Bernardus part. 2. cap. 15. Pro linteo autem quo Sacerdos in Sacris manus abstergit part. 1. cap. 55: *Apocrisiaris solerti procurat diligentia, ut duos de junioribus eligat studiosos, et uni quidem coopertoria et linteamina altarium, Tersoria quoque et offertoria consignet custodienda, etc. Tersoria calicium, quibus Calices sacri terguntur, in Concilio incerti loci apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 163.]*

\* **Nostris Tiede,** pro Actio tergendis, in Vita J. C. MS:

Et com saint Anne fu portee  
Qui ains ne fut d'omme engearée  
Mais par le Tierde d'un contiel  
En la quisse saint Fauviel.

Vide supra Tædrum.

\* **TERSTERBANTENSIS PAGUS,** nunc *Teysterbant*, apud Miræum in Diplom. Belgic. pag. 809. Vide Vales. in Notit. Gall. pag. 550. col. 2.

\* **TERSTHIER,** vox Belgica. Charta Rob. de Bethunia ann. circ. 1190. in Suppl. ad Miræum pag. 577. col. 1: *De piscibus vero, qui per instrumenta molendini capiuntur, quæ instrumenta dicuntur Tersthiers,.... decimationem omnium plenariam.... capellanus habebit.*

\* **TERSTRE.** Vide infra Trista.

† **TERTERNUS.** Moretus Antiq. Navarræ pag. 527. refert Chartam offentionis et confirmationis, quæ dicitur facta era-

Terterna, centena, sexdena et XIII. Forte 974.

1. **TERTIA,** Officium Ecclesiasticum diurnum, quod hora tertia canitur. Gregorius Turon. lib. 10. cap. ult. de Injurioso Episcopo Turon.: *Hic instituit Tertium et Sextam in Ecclesia dici, quod modo in Dei nomine perseverat.* Vide Durandum lib. 5. cap. 6. Menardum ad Concordiam Regular. Cardin. Bona de Psalmodia, etc.

\* Acta B. Joan. Firm. tom. 2. Aug. pag. 471. col. 1: *Sic jacuit, quasi exanimis, usque ad Tertiam magnam: erat enim in æstate.* Ubi horam diei intelligo, qua Tertia cani solet, quæ in æstate clarissima est. Hinc Tierce de nuit appellatur hora post solis occasum tertia, in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 216: *Doudry qui est jeune homme et qui veoit.... qu'il avoit temps et lieu, conume il feust Tierce de nuit ou environ, et aussi qu'il avoit oui dire qu'elle (Thevenete) avoit fait courtoisie de son corps à aucuns, etc.*

2. **TERTIA.** Tertie Ecclesiarum, quas antiqui Canones de parochiis suis habendas Episcopi censuerunt, ut in Concilio Toletano XVI. can. 5. quarum ratione Ecclesiarum reparationi tenebantur, ut est in eodem can. et in Concilio Tarracon. ann. 516. cap. 8. Concilium Aurelian. I. ann. 511. cap. 5: *De his, quæ in altario accesserint, Tertia fideliter Episcopi deferatur.* Adde cap. 33. et Toletanum IX. cap. 6. [Acta consecrationis Ecclesiarum S. Stephani et S. Martini in Ravennarum ann. 993. Marcæ Hispan. col. 948.] et Ughellum tom. 1. Italiæ sacræ parte 1. pag. 121. Pecuniæ namque a fidelibus oblatæ in tres partes olim divisæ, quarum una Episcopis, altera Presbyteris et Diaconibus, tertia Subdiaconibus et Clericis cessit, ex Emeritensi Concilio ann. 666. cap. 14. Ex Concilio vero Braccarensi II. cap. 7. oblationum tertia fuit Episcopi, altera Clericorum, tertia in recuperatione Ecclesiæ. Postea oblationes Ecclesiæ in quatuor partes divisæ, quarum una Pontifici, altera Clericis, tertia pauperibus, quarta fabricæ addictæ sunt, ut est apud Gelasium PP. in Epist. ad Episcopos Lucaniæ, Gregorium M. lib. 3. Epist. 11. et in aliquot Conciliis, locis alibi indicatis: cujus quidem partitionis primam fieri mentionem in Concilio Romano sub Sixvestro I. hancque Concilium Agrippinense cap. 6. *ex usu Ecclesiæ esse innuisse alii observarunt.* [Vide Tertiarum 2. et Tertium 2.]

\* Aliam hujusce appellationis rationem discimus ex Charta Hervici episc. Eduedens. ann. 921. inter Probat. tom. 1. Hist. Burg. pag. 17. col. 1: *Nec reticendum judicavimus qualiter sæpe dictus pater et avunculus noster decimam partem ex publico reditu, qui nobis et nostris ministris in ejus successione ab omnibus totius dioceseos nostræ ecclesiis anno tertio reddebantur, in congruis ecclesiæ obsequiis, ubi amplius necessarium fore existimabat, destinare solebat expendendam.*

3. **TERTIA.** Debellata et subjugata a Gothis Italia et a Wisigothis Hispania ita divisi sunt agri, ut victoribus partes duæ, tertia ntiaquis eorum possessoribus cederent. Lex Wisig. lib. 10. tit. 1. § 8: *Divisio inter Gollun et Romanum facta de portione terrarum, sive silvarum, nulla ratione turbe-*



tur... nec de duabus partibus Gothi aliquod sibi Romanus praesumat, aut vindicet : aut de Tertia Romani Gothus sibi aliquod audeat usurpare, aut vindicare. Adde § 16. Quod et firmatur a Senatore lib. 2. Epist. 16. ubi Theodoricus : *Juvat, inquit, nos referre, quemadmodum in Tertiarum deputatione Gothorum Romanorumque possessiones junxerit et animos. Nam cum se homines soleant de vicinitate collidere, istis praediorum communio causam noscitur praestitisse concordiae. Sic enim contigit, ut utraque natio, dum communiter vivit, ad unum velle convenit. Et factum novum et omnino laudabile, gratia dominorum de cepit divisione conjuncta est : amicitiae populis per damna crevere, et ex parte agri defensor acquisitus est, ut substantiae securitas integra servaretur. Necessae est enim, ut inter eos suavis crescat affectus, qui servant jugiter terminos constitutos.*

Id etiam observasse Burgundos in Gallia, postquam eam partem, quam insederant, occuparunt, docet Lex Gundebalda cap. 54. 57. 79. Praeterea in hac agrorum divisione Princeps exactiorem et contributionem aliquam in antiquorum possessorum Tertius reservavit, quae quotannis fisco inferretur. Lex Wisig. lib. 10. tit. 1. § 16 : *Judices singularium civitatum, Villici atque Praepositi, Tertias Romanorum ab illis, qui occupatas tenent, auferant, et Romanis sua exactioe (mauente) sine aliqua dilatione restituant, ut nihil fisco debeat deperire.* Quod quidem vectigal, Tertiarum illationem et exhibitionem appellat idem Senator lib. 1. Epist. 14. lib. 2. Epist. 17. et 37. non quod tertia fructuum pars, in pecuniam postea commutata, pensitaretur; sed potius quod ex Tertius inferretur. Testatur enim idem Scriptor etiam ex binis agrorum partibus, quae in sortem victoribus obvennerant, quoddam pariter tributum aut vectigal in Principis fiscum, perinde ac ex Tertius, illatum, quod utrumque *Exactiorem binorum et terrorum* vocat, et ad Comitibus Sacrarum largitionum officium pertinuisse ait, lib. 3. Epist. 8. et lib. 7. Epist. 20. 21. 22. Vide Paulum Warnefridum de Gestis Langob. lib. 2. cap. 32. At secus egisse Odoacrum scribit Procopius lib. 1. Gothic. cap. 1. ubi ait, Gothorum ope arrepta tyrannide, hoc τριτημόριον τῶν ἀγρῶν, iis concessisse, hoc pacto eorum animos sibi devinxisse. [\* Vide Sors, 4. Savin. Histor. Jur. Rom. med. temp. tom. 1. § 103. 118. et 89.]

4. **TERTIA**, Idem quod *Terragium* : ab ejusmodi enim *Tertiarum* illationibus, de quibus mox egimus, et agrorum parte tertia, quae antiquo possessori relicta est, et Principi fructuum partem pensitare quotannis solebat, agrario, quod *Campipartem*, dicimus, etiamnum in Burgundia et vicinis provinciis mansisse *Tertiarum* nomen admodum vero simile est : non quod tertia fructuum pars domino superiori solveretur : neque enim agrarii quantitas eo accedit; sed quia ex *tertiis*, quae veteribus incolis relictae sunt, pensitabatur, cum duae, quae in victorum sortem cesserant, a graviori illa pensitatione immunes essent, licet censui leviori obnoxiae. *Agri enim vectigales*, ut habet Hygenus de Limitibus

constituend. pag. 206. *multas habent conditiones : in quibusdam provinciis fructus partem constitutam praestant, alii quintas, alii septimas, etc.* Inde enim graviorem us agris pensitationum origo videtur petenda. Charta Sanctii Majoris Regis Navarrae aerae 1068. apud Anton. de Ypez in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 1 : *Manifeste compertimus praeteritis temporibus nullum Episcoporum praedecessorum nostrorum in Ecclesiis vel parochiis, Monasterio S. Emiliani collatis, primitiva vel Tertias requisisse, vel accepisse.* Adde Chartam sequentem ibidem. Alia Didaci Episcopi Compostellani aerae 1153. apud eundem tom. 4 : *Sanctum Georgium de Valeyia cum suis Tertius, et cum omni censu et devito, et censu nostrae Ecclesiae, et cum suo canto, etc.* Infra : *Cum suis bonis et Tertius liberam ab omni censu.* Rursum : *Has Tertias et ista debita alii mei praedecessores vestro Monasterio contulerunt.* [Confirmatio fundationis Monasterii Veteris-pediculi ann. 1202. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. eol. 1040 : *Dederunt... unum modium annonae in Tertis de Aillanto... et si aliqua causa seu aliquo casu aliquid de summa dicti bladi in praedictis Tertis defecerit, requisierunt et praeeperunt, ut residuum repleatur de Tertis et aliis redditibus S. Mauriti.* Charta ann. 1232. pro Ecclesia S. Benigni Divion. : *Tertiae de Mieumeant, quae de jure spectant ad obedientiam de Dineto, etc.* Adde Chronicon Farsense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 748. Gall. Christ. novae edit. tom. 4. Instrum. col. 100. et 161. Chartam ann. 1235. tom. 3. Anecd. Marten. col. 1250.] Tabularium Prioratus de Paredo fol. 94 : *Tam de hospitibus, qui in villa ipsa manent vel laborant, quam de porcis, qui ibidem incrassati fuerint, et pastionati, nec non et de Tertis et taschis, quae exierunt ex eisdem silvis et de raminato.* Vetus Charta apud Perardum in Burgundicis pag. 96 : *Accrevit, quod absque redditione Tertiarum supradicti loci habitatores, quocumque loco vellent, in sua terra seminarent ac meterent.* Alia, pag. 118 : *Et eorum samuli de terra, quam in dominio haberent, excolerent, absque Tertis velut propriatenerent.* Alia ann. 1221. pag. 325 : *Et Tertias debent adducere ad illam villam, et computare ante hostia.* Adde pag. 122. 327. 476. Charta ann. 1240. in Tabul. Campaniae ex Bibl. Reg. fol. 365 : *De terragiis autem, quae vulgo Tertiae (male Terrae) dicuntur, ubicumque homines dictae villae terras nostras excoluerunt, nos dicti fratres de Crista habebimus medietatem.* Alia ann. 1276. apud Chifflet. in S. Bernardo pag. 525 : *Tria sextaria frumenti, in quibus nihil tenebatur de annuo reditu super Tertias suas Aubigneo.* Chr. Besuense pag. 634 : *In praedicta sylva,.... si laboratum fuerit, cujus erit fundus terrae, illius erit et Tertia.* pag. 676 : *Addiderunt et Tertiam partem de Blaniaco, etc.* Adde pag. 622. Tabular. Abb. Reigniacensis Ord. Cisterciensis ann. 1263 : *Sus ce queli Abbés et li Convenis demandoient toutes les Tierces de la ville de Joux, etc.* Hinc *Terrae Tertiales*, in Charta ann. 1313. apud Roverium in Reomaio pag. 396 : *Et singulas Tertias suas, quas habet annuales in terris Tertialibus existentibus in finagio de Rubecomonte.*

Adde pag. 289. *Tertiarum* meminit denique Rhenanus lib. 2. Rerum German. pag. 64. scribens divites interdum colonis locasse agras sub reditu *tertiarum*.

\* Quae *servitus seu redditus pro dominio* deberi dicitur, in Charta ann. 1269. ex Chartul. eccl. Lingon. fol. 182. r° : *Item quamdam servitutum seu redditum, quae vocatur Tertia, quae pro dominio debetur, in terris inferius annotatis.* Alia ann. 1336. ibid. fol. 102. v° : *Dominus utilis dictae villae (de Martilleio) consuevit percipere... quemdam redditum, qui vulgaliter appellatur les Tierces, videlicet de undecim gerbis unam, qui redditus Tertiarum valet etc.* Reg. Cam. Comput. Paris. sign. Bel fol. 123. v° : *Item le quart et le sixieme en une maniere de disme, que on dit les Tierces.* Terce, eodem sensu, in Charta ann. 1411. ex Tabul. episc. Carnot. Ex quibus aliisque pluribus instrumentis patet *Tertiae* nomine, non semper significari tertiam fructuum partem, ut asserit D. Bouquet in Monitu ad tom. 1. Jur. publ. Gall. pag. xvij. ubi et varias ejusdem vocis notiones a Canguio expositas minus attente perpendisse videtur. Hinc *Terchier, Tertiam* seu *terragium* colligere, in Charta ann. 1283. ex magn. Chartul. nig. Corb. fol. 98. v° : *Se li serjans l'abbé estoit en default de venir Terchier, je ou mi loir ou mi successeur porriens mettre d'une part sen terrage etc.*

**TERTIARIUS**, Collector *tertia*. Tabular. Albæ ripae in Diocesi Lingon. : *Neque Tertiarum nostri, neque Tertiarum fratrum sine altero recolligent tertias.*

**TERTIA MANCIPIORUM**. Burgundi pervasa Galliarum parte, ita cum veteribus incolis, quos Romanos vocabant, se gesserunt, ut agrorum parte tertia iis relicta, alias duas sibi assererent : contra, *mancipiorum* duabus partibus veteribus incolis concessis, sibi tertiam tantum reservarent. Vide Legem Burgund tit. 54. § 1. et tit. 57.

**TERTIAS**, seu *Tercias Regales* Hispani vocant, tertiam partem redditum fabricarum Ecclesiarum, quam Gregorius X. PP. Alfonso Sapienti Regi indulsit pro sustinendis bellis contra Mauros.

\* **TERTIA LEGUMINIS**, in Charta Odon. ducis Burg. ann. 1207. ex Chartul. eccl. Lingon. fol. 16. r° : *Lambertus vero tenebit ex episcopo Lingonensi.... salagium Castellionis et Tertias leguminis; pro quo salagio et Tertis exlubere tenetur episcopo in hospitio suo sal et legumina, quotienscumque veniet apud Castellionem.*

**TERTIA CONLABORATIONIS**, id est eorum, quae vir et uxor stante matrimonio simul acquisierunt, quae uxori attribuitur. Capitula Caroli M. lib. 4. cap. 9 : *Volumus, ut uxores defunctorum post obitum maritorum Tertiam partem conlaborationis, quam simul in beneficio conlaboraverunt, accipiant.* Marculfus lib. 2. form. 17 : *Sed dum villas aliquas, quas superius memoravimus, ad loca sanctorum haeredibus nostris deputavimus, quod pariter stante conjugio adquisivimus, praedicta conjux nostra Tertiam inde habere potuerat.* Gesta Dagoberti Regis Franc. cap. 47. et Aimoinus lib. 4. cap. 35 : *Tertiam tamen partem de omnibus, quae Dagobertus Rex adquisierat, postquam Nanthildis Regina regnare coeperat, eidem reservant.*



5. **TERTIA**, Id quod liber homo dat sponsæ suæ ad ostium Ecclesiæ tempore desponsationis: [*Tiers contumier*, in Consuet. Norman. art. 367.] *Dos* scilicet *rationalis*, quæ tertia pars est totius tenementi viri sui, quod habuit tempore desponsationis: ita quod si plus tertia parte tenementi vir daret in dotem, ea ad tertiam partem reduceretur: in Regiam Majestatem lib. 2. cap. 16. § 4. et seqq. Eadem appellatur *rationalis Tertia pars mulierum* lib. 1. cap. 3. § 2. ubi placita de ejusmodi *Tertiis* ad Vicecomites pertinere dicuntur. [Testamentum Humberti II. ann. 1347. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 545: *Item volo, quod de prædictis omnibus dicta Dalphina sit contenta, et prohibeo, quod in hæreditate nihil aliud ratione dotalitii, donationis propter nuptias, quartæ, Tertie, in contri, petere valeat.*] Quoniam attachiamia cap. 45: *Si aliquis liber tenens, cujus tenementum liberum est ab omni servitio per suum infeofamentum, cadat in Tertianu alicujus dominæ, etc.* Adde cap. 85. Littlet. sect. 36. 37. et Radulfum de Hengham in Parva cap. 2. [Vide *Tertiana* 4.]

6. **TERTIA**, Mensuræ liquidorum species, in Itinere Camerarii Scotici cap. 10. § 5. de Brasiatoribus: *Non habent mensuras, videlicet quartam, pintam, Tertiam, etc.*

¶ 7. **TERTIA**, Tributum pro pane solvendum, ut videtur. Codex MS. Episcopatus Autissiod. sæc. XIII: *Tertie circa xv. s. in panibus. Sequentia avenarum IIII. lib. Vide Tertiana 1.*

¶ 8. **TERTIA PRISONARIORUM**, f. Tertia pars pretii, quod pro redemptione solvebat tenebantur *prisonarii* seu captivi. Charta Henrici VI. Regis Angl. ann. 1452. in Chronico Johannis Whethamstedii pag. 321: *Tercias et Terciarum Tertias omnium prisonarium, in guerra captorum, nobis debitas (relaxavimus).*

\* **TERTIABILIS**, Præstationi, quæ Tertia appellatur, obnoxius, nostris *Terciable* et *Tiersauble*; quod de agro pariter et colono dicitur. Charta ann. 1259. in Chartul. eccl. Lingon. fol. 154. vº: *Omnes etiam tertias in finagio de Cohunt, de quibus homines tertias hactenus retinuerunt vel recelaverunt, quæ solebant vel debent esse Tertiables, tenetur dominus episcopus et successores ipsius, qui pro tempore fuerint, reducere ad solutionem tertiarum.* Alia ann. 1272. in Chartul. Buxer. part. 17. ch. 10: *Laquele terre fut Lorant au barbier de Poille, que estoit Terciable messignor lon duc de Borgoigne et as signors de Poille. Terre tiersauble, in Libert. villæ de Grancey ann. 1348. tom. 9. Ordinatio. reg. pag. 161. art. 6.*

**TERTIAGIUM**. Bulla Clementis VI. PP. data Avinionis anno Pontificatus 4: *Super mortuagis seu præstationibus Ecclesiis principalibus Ducatus Britannie, Prælati et Rectoribus Ecclesiarum, videlicet in tertia parte bonorum mobilium, quæ Tertagiium dicitur, de consuetudine laudabili pia devotione fidelium introducta debitis, ut dicti Episcopi et Clerus dicebant, in bonis seu ex bonis defunctorum, seu decedentium parochianorum suorum, nec non super pastu nuptiali a parochianis ipsius nubentibus seu nuptis debite ex consuetudine simili, ut dice-*

*bant, etc. Vide Mortuarium, [Nonagium, et Testatio.] [\* Vide supra Funeralia 2.]*

**TERTIALES**, Tertia agrorum proscissio. Tabularium Fossatense ann. 1276: *Debert de quolibet animali 4. corveias per annum, videlicet 3. in narceschiis, in binalibus, et in Tertialibus, et in vindemiis etc.* Ita *Terzare* dicunt Itali, pro tertio arare, [nostris *Tiercer*. Vide *Tertiare* 2.]

**TERTIANA PLENE VILLE**. Charta Thomæ Regis Mannie et Insularum ann. 1055. in Monastico Anglie. tom. 1. pag. 718: *Et tertianu partem decimarum de omnibus Ecclesiis de Manne, confirmantes eis Tertianam plenæ villæ de Kyrkby, propinquorem Ecclesiam S. Bradani, cum terra sancti Bradani; et Tertianam plenæ villæ de Kyrkmarona, terras de etc.... Tertianam de Balycem, de Knokrokro, etc.*

\*\* **TERTIANARIUS**, Febri tertiana laborans. Galen. Comp. lat. MSS. cap. 2. apud Maium in Glossar. novo: *Sed quia sunt homines imperita mente et curiosi, qui forsitan dicant, quomodo cotidianarius, seu Tertianarius, sive quartanarius faciat, etc. Vide Tertiarium, 5.*

¶ **TERTIANI**, Milites. Vide in *Ritteri*.

¶ 1. **TERTIARE**, Sequestrare, in tertiam manum mittere. Glossæ MSS. ab Eccardo laudatæ in Pactum Legis Salicæ pag. 73: *Tertiare, Drittehanton.* [\*\* Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Drute Hand*, col. 245.]

\* Charta S. Ludov. ann. 1259. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 76: *Hæc autem supradicta omnia dicti fratres in usus conventus superiores memoratos, nec ea teneantur aut valeant Tertiare. Rentiercer, eodem, ut videtur, sensu, in Consuet. Camerac. MSS: *Quant uns hom Rentierce un keval, u autre bieste quelequele onques soit, li eschevin le doivent moult bien eswarder.... et se li doivent moult bien commander que li rentiers ne soit changiés ne replegiés.**

¶ 2. **TERTIARE**, Tertio iterare. Radulfus Cadom. de Gestis Tancredi, apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 174: *Nec mora qui primo, qui secundo venerat, illico Tertiat vicem.* Alibi *Tertiare*, ut et apud Italos *Terzare*, est Tertio arare. Vide *Binare*.

3. **TERTIARE**, Tertiam partem bonorum conferre, vel auferre, Gall. *Tiercer*. Charta Theodouini Episc. Leodiens. apud Ægidium Aureæ vallis Monachum in Gestis Episc. Leod. cap. 1. [et apud Miræum tom. 1. pag. 68.]: *Prænominata vero villa pro libertate sua, ad sumptus Ecclesiæ necessarios, omnia mobilia sua primo mihi Tertavit, qua libertate ut amplius frueretur, postmodum dimidiavit.* Rigordus ann. 1199: *Milites qui olim sua libertate gaudere consueverant, et homines ipsorum Tertavit, id est, tertiam partem omnium bonorum suorum eis violenter abstulit.*

\* 4. **TERTIARE SE**, Dicitur de censu, cum illius pars tertia superadditur; unde *Tertiatio*, ipsa tertiæ partis perceptio, nostris *Tierçoier*, eodem significatu. Charta ann. 1323. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 303: *Cujusmodi minuti census, laudomia, (sic) et vendas important, et dumtaxat se Tertiant;... et sic in redditu annuo pro Tertiatione hujusmodi, viginti duos solidos, octo denarios extimandi valere.* Alia ann. 1318.

in Reg. 56. ch. 233: *Item gros cens et menu,.... dont la moitié Tierçoie, et l'autre moitié quintois.*

\* Aliud sonat hæc eadem vox Gallica, Liceri scilicet, vulgo *Enchérier*, in Lit. remiss ann. 1372. ex Reg. 104. ch. 116: *Comme lesdis Jehan et Colin feussent alez à Gisors.... en entention de Tierçoier ou enchérier aucunes de nos fermes desdis aides, etc.*

1. **TERTIARIA**, Vectigalis aut tributi species. Charta Conradi Imp. pro Pisanis Tyrum incolentibus, apud Ughellum tom. 3. pag. 488: *Ut a Pisanis.... nomine Tertiarie aut alicujus directuræ possit exigi, etc.* Alia Guidonis Regis Hierosolym. ann. 1190. pro Massiliens. apud Guesnaum in Annal. Massil. pag. 336: *Ut per omnia loca liceat vobis libere intrare et exire, commorari et negotiari cum magnis navibus et lignis parvis de riberia, per mare et per terram cum universis rebus vestris sine ulla directura et Tertiarie, vel anchoragia, et absque alia exactione, etc.* In Constitutionibus Siculis lib. 1. tit. 69. § 1. *Tertiaria* dicitur, quod a *Bejulis* recipiebatur in certis tantum questionibus et personis, commodato videlicet, mutuo, et depositis: Hispanis *Tercera*, est arbiter, *Tercera*, arbitrium. [Vide *Tertia* 7.]

¶ 2. **TERTIARIA**, Aremoriciis *Tierçage*, Idem quod *Tertium* 2. Vide in hac voce. Charta H. Turon. Archiep. e Tabulario S. Vincentii Cenom.: *Herbertus Frumengerii, dum Cenomanensi præsesseus Ecclesiæ, aliquando a nobis excommunicatus pro primitiis et pro Tertiarie, quæ Presbyteris pertinet, quæ capiebatur in Ecclesiis... que juris monasterii S. Vincentii sunt, infirmitate coactus, prædicta Ecclesiæ S. Vincentii reddidit, scilicet primitias et Tertiarium. Concilium Tolet. ann. 1323. can. 13. de Decimis: *Ratione autem scriptæ distributionis, quam tradit Tertiarie, cum pro scriptura de acervo satisfaciatur scriptori, vel scripturæ constitutionis tertiarie vel aliquem tertiarium faciat, aut a Tertiarie excuset, nihil penitus recipiat, cum ex primis occasio furandi, ex ultimo non vendit decimas præbeatur.**

¶ 3. **TERTIARIA**, Tertia pars fructuum, quam conductor reddit locatori, prædiumve tali conditione locatum. Statuta Castri Redaldi fol. 21. vº: *Statuimus insuper et ordinamus pro communi et publ. Castri Redaldi et hominum ipsius quod amodo nullus mezdarus, terzarinus, laborator, affectabilis vel molinarinus possit terram, molendinum seu aliam rem contam ad mezdariam seu Tertiarium, seu aliter ad partem vel ad affectum, dimittere vel relinquere, etiam elapso termino... nec ad aliam mezdariam, Terzariam, molendinos vel affectus, in totum vel ad partem transvolare sine licentia dicti domini sui.* Eadem, ni fallor, notione in Charta ann. 1296. tom. 1. Chartul. S. Vandreg. pag. 161: *Je Guillaume... doi et sui tenu à rendre et à paier d'an en an... à hommes religieux... de S. Vendrille dis sols et sept deniers tournois d'annuelle rente pour la raison de la Ciercheverie des frus crosans en une acre et xxix. pieches de terre, que lesdis religieux ont franchi de ladite Ciercheverie à moi.... à tenir et à avoir ladite rente pour ladite Tierchenerie. Vide *Terzaria*.*

¶ 4. **TERTIARIA**, in regno Neapolitano,



ut docet Lucas de Penna, iis qui jure Francorum vivebant, idem quod *Tertia* 5. Ibi vide. Contractus matrimonii ann. 1358. apud Salernum : *Promisit.... domicellæ Johannelle uxori suæ in dotalium et Terciariam, seu pro dotalio et Terciararia unnuus uncias auri 220.*

¶ 5. **TERTIARIA**, Femina Deo sacra ex aliquo Ordine religioso. Concilium Tolet. ann. 1582 : *Constitutioni... Pii V.... de clausura a sanctimonialibus et ab iis fœminis, quæ Terciarie seu de Pœnitentia vocantur, servanda, etc.* Vide *Tertiarius* 1.

**TERTIARIUM**, Modus agri, a *Tertiis*, de quibus supra, nomen sortitus. Charta Jonæ Episc. Eduensis ann. 858. pro Abbacia S. Andoehii, apud Sammarthanos : *In pago quoque Angustodunense... addicimus Terciarium unum, in quo possunt bouum partem fœnicolligere, atque ad monasterium de vectum hœnis tempore animalium suorum inopiam, quam frequenter patiebantur, temperare. Occurrit eadem vox rursum [in Charta Caroli C. ann. 859. inter Instr. Gall. Chr. novæ edit. tom. 4. col. 56. ubi perperam editum est ad folium colligendum, pro ad fœnum etc.]*

\* Charta ann. 1312. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 522. vº : *Une piece de terre, appellée la Terciere, en quoy a lxxvj. arpens et xl. quarreaux etc.* Vide mox *Tertiolum*.

¶ 1. **TERTIARIUS**, Vir e Tertio aliquo Ordine religioso, Gall. *Tierçaire, Tierçaire*, vel *Tiertaire*. Tertius ordo diei solet, Gall. *Tiers ordre*, quod omnes qui alienj Sancti, ordinis religiosi fundatoris, vitæ instituta sequuntur, in tres dividantur classes. Prima virorum est, quos proprie *Religiosos* dicimus; secunda feminarum, seu sanimonialium, quæ eandem regulam, quam viri religiosi profitentur : tertia laicorum utriusque sexus, qui sæcularem quidem vitam vivunt, sed directam ad religiosioris vitæ præcepta, qua tantum accedant ad vitæ monasticæ normam, quantum licet hominibus in sæculo degentibus. Votis quibusdam, sed simplicibus tantum obstringuntur, si nonnullos excipias, qui majoris virtutis studio accensi, vota adjecterunt sollemnia, sique veri facti sunt *religiosi*, retento tamen *Tertiatorum* nomine, quo distinguantur a viris feminisve, primæ institutionis, seu primæ vel secundæ elassis. De *Tertiariis* passim agunt variorum Ordinum Scriptores : inter quos consulere potes Lezanam in Summa quæst. regul. part. 2. cap. 14. et part. 4. verbis *Tertiarii* et *Tertiaria*, sed præsertim Patrem *Helyot* in Historia Ordinum Monast. tom. 3. pag. 64. et seqq. pag. 247. et seqq. tom. 7. pag. 214. etc.

¶ 2. **TERTIARIUS**, Collector *Tertiæ*, in *Tertia* 4.

¶ 3. **TERTIARIUS**, Præstationis agrariæ species, sita, ni fallor, in tertia parte fructuum, quam tenentes domino reddebant ex agris, quos hac conditione colendos susceperant. Charta ann. 1251 : *Damus... Capitulo S. Nazarii Carcassonæ... agerios, tascas, medios, quartos, Tertiarios... et cætera terre merito, bona et jura, etc.* Vide *Quartus*, et *Massus meitaerius* in *Massa* 5. et mox *Tertiator*.

¶ 4. **TERTIARIUS**. Glossæ Græco-Latina : *Ἐπαρτοῦς, Tertiarius, superstes.*

\* 5. **TERTIARIUS**, Tertiana febris laborans, Gall. *Qui a la fièvre tierce. Tierceinne*, apud Joinvil. edit. reg. pag. 2. Mirac. S. Hildegard. tom. 5. Sept. pag. 699. eol. 1 : *Dicit etiam, quod viderit alios dæmoniacos et quaternarios et Tertiarios ibidem liberatos. Vide Tertianus et Tertionarius.*

\* **TERTIATIM**, Tertia vice. Addit. ad Stat. eccl. Conseran. MSS. ann. 1472 : *Rectores debent percipere quantum unus ex præbendariis de fructu. Bordonarii debent recipere unum modium Tertiatim.*

\*\* **TERTIATIO**, Tertia iteratio, apud Arnoldum de S. Emmeram. lib. 2. cap. 53.

**TERTIATOR**, Colonus forte, qui ad *Tertium* tenet, seu qui tertiam fructuum agri domino pensat. Frequens occurrit mentio *Tertiatorum* in Capitulari Sicardi Principis Beneventani ann. 836. ac primum eap. 4 : *Hoc promittimus de Tertiatoribus, ut si a Longobardo venditi fuerint, comparentur, et nullatenus in nave imponatur, aut trans mare venundetur, excepto si homicidium fecerit, aut facere voluerit, habeat sibi licentiam eum vendere. Cap. 14 : De Tertiatoribus vero hoc stetit, ut nulla nova eis a parte Reipublicæ imponatur, excepto antiqua consuetudine, hoc est responsaticum solum, et angarias, et calcarias, etc. Ejusdem præterea Capitularis, quod imperfectum editum est a Camillo Peregrino in Hist. Longob. supersunt eapita aliquot de Tertiatoribus. Cap. 20 : *Ut non presumat aliquis Tertiatorum exercitalem aut militem facere. Cap. 21 : Ut si Tertiator absconce exercitales factus fuerit aut miles. Cap. 22 : Ut si quis homo liber uxorem duxerit Tertiatricem. Cap. 25 : De nefandis criminibus, vel aliis causis si in Tertiatores devenierint. Cap. 26 : Ut si aliquis cum Tertiatore causam habuerit a parte Reip. Cap. 29 : Ut non tollatur a Tertiatoribus excusationem et portos. Cap. 30 : Ut invito non detur pretium a Tertiatore pro tritico aut vino. Denique cap. 32 : *Ut coloni Tertiatores non dent in collata nec in pactum. In Paeto Arievis Princeps Benevent. eum Neapolit. : Firmatum est qualiter inter partes esse debent de terris in libria, de servis, et de ancillis, et de Tertiatoribus, et de omnibus causis, etc.* [Vide *Tezavinus*.]**

\* **TERTIENARIA**, Prædium, quod a colono ad tertiam fructuum partem colitur. Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 219. rº : *Ecce partes (firmæ) videlicet Tertienariæ et modietariæ, cum pertinentiis in firma tractus.*

¶ **TERTIERYRA JUSTA**, Mensura vini tertia parte major solita, quæ majoribus solemnitatibus præbebatur monachis in Monasterio Solemniacensi. Vide in *Justa* 2. et *Tercellum*.

¶ **TERTIOGENITUS**, Tertius filius, in Testamento ann. 1381. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. eol. 1511.

**TERTIOLI MEDIOLANENSES**, Monetæ Mediolanensium species. Charta ann. 1171. apud Puricellum in Ambrosiana Basilica pag. 930 : *Et pro ipso libello accepit iste Gillebertus ab isto domno Abbate argenti denarii boni Tertiolorum Mediolanensium libras 10. Alia ann. 1183. pag. 1014 : De quibus*

*rebus sunt positæ in feudo tantæ, quæ valeant libras centum Tertiolorum, etc.* [Radulfus de Gestis Friderici I. Imp. apud Murator. tom. 6. col. 1181 : *Roncinius quatuor soldis Tertiolorum in civitate (Mediolanensi) vendebatur. Rursum Tertiole memorantur in Chronico Modociensi apud eundem Murator. tom. 12. col. 1138. in Statutis Vercell. fol. 141. vº. et fol. 205. re-eto, etc.]*

\* **TERTIOLUM**, Modus agri, idem quod supra *Tercellum*. Charta ann. 1250. in Chartul. S. Genov. : *Simon presbyter de Antolio recognoscit se tenere et possidere in vilenagis de licentia abbutis et conventus S. Genovesæ terras et vineas sequentes, unum Tertiolum terræ in Grois etc.*

\* *Tiersonnier* vero est mensura frumentaria, in Charta ann. 1391. ex Reg. 142. Chartoph. reg. ch. 156 : *Une rente de deux cens trois quartiers, un boissel, un Tiersonnier.... de froment, mesure de Coustun-ces.*

**TERTIOLUS**, Accipitris species minor, Italis *Terzuolo*, nostris *Tiercelet*. Fridericus II. Imp. lib. 2. de Arte venandi cap. 19 : *Tertiolis et minoribus inter falcones dari debet pro pastu sufficienti minor quantitas carniæ, et minoranda est quantitas secundum proportionem convenientem quantitati sui corporis, etc. Terçonialis, dicitur Anonymo de Falconibus secundum Aquilam, etc.*

**TERTIONARIA**. Charta S. Ludovici Regis Fr. pro Abbacia Persiniensi, mens. Maio 1248 : *Decimam etiam quam habent in tota terra de Gochicon, et Tertionariam de Merula Radulphi, prout dictæ decimæ per metas et limites dividuntur. Vide Tertiarium.*

¶ Non idem videtur *Tertiarium* et *Tertionarium*. Illud est modus agri; hæc vero, ni fallor, eadem notione accipi debet atque *Tertiarium* 2. Vide in hac voce et *Tertium* 2.

¶ **TERTIONARIE**; Ad rationem tertie partis fructuum. Charta ann. 1290. e Chartulario S. Vandregensis tom. 1. pag. 170 : *Concessi eisdem religiosis xv. denarios annui redditus ud mediuum Quadragesimæ... persolvendos, sitos supra duas pechias terræ, quibus mihi Tertionarie quatuor pro supra dicta pechia terræ et pro xv. den. supradictis. Vide Tertiator.*

¶ **TERTIONARIUM BLATUM**, Frumentum, ut videtur, tribus granis mixtum. Histor. Monasterii Becensis MS. pag. 620 : *Recipiet iv. sextarios blati Tertionarii a conventu Becci. Hinc emendanda interpretatio nostra in voce *Blatum Tertionarium*.*

\* *Blé Tiercerain*, in Charta ann. 1386. ex Chartul. Latiniac. fol. 127. vº : *Et fist faicte ceste présente prinze pour et parmy le pris de dix huit muys de grain à la mesure de Senlis. C'est assavoir les deux pars blé sain et sec et Tiercerain, et la tierce partie avoyne, tout bon grain et suffisant. Vide supra *Blatum tertianum*.*

\* **TERTIONARIUS**, ut supra *Tertiarius* 5. Mirac. S. Hildeg. tom. 5. Sept. pag. 697. col. 2 : *Similiter Tertionarii, quaternarii apud sepulcrum ejus ad nominis ejus invocationem sunt liberati. Et pag. 698. col. 1 : Quadam Tertionaria ejus auxilium imple-*



rans, ipsa aquam per calicem suum eidem transmisit : qua gustata, curata est.

1. **TERTIUM**, Tertia pars pretii venditi prædii, quæ ad dominum feudalem datur pro laudimio. [Inquisitio ann. 1220. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 93. lin. 1 : *Capit ibi Tertium de omnibus quæ ibi venduntur de feudo suo.*] Consuetudines Catalaniæ inter dominos et vassallos MSS. cap. 53 : *In isto casu dominus non potest petere Tertium, sive laudemium, vel alias res, sicut de venditione.* Pactum inter Comitem Sabaudia et Abbatem Pinarol. ann. 1246 : *Quod Comes possit emere sapputturaz vinearum, factarum ab earum possessoribus sine Tertio et affaitamento, etc.* Ejusmodi, ni fallor, Tertia habet Plantavitius in Episcopo Lodovensibus pag. 70. 87. 93.

¶ **TERTIUM**, Eodem intellectu. Charta ann. 1230. ex Chartul. Campan. fol. 207. vº. col. 2 : *Decimus etiam ipsi Regi... quicquid Capitulum Lingonense habebat apud Mandres in justitia, hominibus, nemoribus, censibus, Tiertiis et chevagiis, etc.*

\* Non puto : idem enim videtur quod Tertia 4. Agrarium nempe, ut et in Charta ann. 1295. ex Chartul. Pontiniac. pag. 158 : *De Tiertiis portantibus laudas et vendas, sitis in terra de Fossenart et in finagio de Venoussa.*

2. **TERTIUM**, in Concilio Tolosano ann. 1056. Tertia pars decimarum : *Statuimus etiam ut Ecclesiæ ad sedem pertinentes, quæ solvunt Tertium, aut paratam, vel synodum, solito more solvant Episcopis vel Clericis. De iis vero Ecclesiis, quæ non dant Tertium, vel paratam, tertia pars decimarum cum primitiis et oblationibus, quæ de cæmteriis et defunctis consequuntur, Episcopo et Clericis assignetur.* Nescio, an huc pertineat Tabular. S. Albini Andegav. : *Americus Præpositus de Thoarchio et Goscelinus ejus Vicarius clamabant consuetudinem, quam Tertium appellabant, se habere, si suratum eis esset in feno de quodam vacello, etc.* Vide Tertia 2.

¶ 3. **TERTIUM**, Idem quod Tertia 4. Agraria pensitatio, vulgo *Champart*. Charta Guillelmi Episc. Agath. ann. 1173. apud Stephanotium tom. 8. Fragm. MSS. pag. 157 : *Decimas et Tertium de Porcheyranicis... Tertium de Montigniac, quod est XII. solidorum... Tertium de Bessuino, quod est trium modiorum... Tertium de Papyrana, quod est II. modiorum.*

¶ 4. **TERTIUM**, Tertia pars anni, in Computo ann. 1202. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feudorum pag. cxxxix. et seqq. ubi passim occurrit de primo tertio, de secundo tertio, de ultimo tertio, quod annus in tres partes, quarum unaquæque quatuor mensium erat, dividebatur, ut accuratior ordo esset accepti et expensi, cum, quo anni tempore utrumque accidisset, annotaretur.

**TERTIUM** ET **DANGERIUM**, in Charta Ludovici Hutini Regis Franciæ ann. 1315. pro Normannis; nostris *Tiers* et *Danger* : Jus, quod Rex habet in forestis et silvis Normanniæ, in quarum cæsonibus, ac venditionibus pretii tertiam partem percipit, nisi exemptio et immunitas chartis aut longo usu probetur. Additur *Tertio*, *Dangerium*, non quod hæc voces valeant *tertium*

et decimum denarium, quem revera Rex percipit, uti vult Santyonus : sed quod alter iste tertius denarius, sit tertia pars tertiæ partis pretii principalis, qui datur pro facultate cædendi silvam, aut alienandi. Aresta Candelosa ann. 1259. in 1. Regesto Parlam. fol. 100 : *Petebat a Rege, quod permetteret eis vendere boscos suos de Aliasiaco et de Albanacra libere absque solutione Tertii cum prædecessores earum usi fuissent semper itu vendere eosdem boscos.* Adde fol. 14. vº. [Arestum ann. 1267. e Regesto Olim fol. 155. vº : *Conquerebatur Guido de Tournibus Miles, quod cum venderet superficiem bosci sui de Monetot quodam modo vendendi, quod dicitur Ablectare, quod de jure facere poterat sine Tertio et dangero domini Regis, ut dicebat.*] Charta Philippi Regis Franc. ann. 1312. in 48. Regesto Archivi Regii ch. 26 : *Pro eo, quod dicti Religiosi illud (nemus) seu aliquam ejus partem vendiderant absque solutione Tertii et dangeri, nostraque licentia non petita, nec super hoc obtenta, etc.* [Occurrit etiam in Charta Philippi VI. Franc. Regis ann. 1338. tom. 3. Hist. Harcur. pag. 248.] Vide Bretium lib. 3. *De la Souveraineté du Roy*, cap. 3. et in voce *Dangerium*.

\* Reg. Cam. Comput. Paris. in Bibl. reg. sign. 8406. fol. 102. vº : *Tertia boscorum sunt, quando rex debet habere in venda tertium denarium.* Vide Hist. Critic. Monarch. Franc. Dubos tom. 1. 2ª. edit. pag. 106. et supra *Dangerium* 2.

¶ Id juris alii præter Regem habuere, etiam ex concessionem regia, ut ex sequentibus colligitur. Inventar. Chartar. Reg. ann. 1482. fol. 257. in Bibl. Reg. : *Carta don. Philippi Regis concessa dicto Ingeranno de Marigny pro iuribus vulgo dictis Tiers dangers et fouages ad hereditatem perpetuam sibi datis a dicto dom. Rege in omnibus terris quas dictus Ingerannus de Marigny habebat et possidebat in tota patria Normanniæ. De anno 1313. Charta Philippi Comitis Ebroicensis ann. 1320. ex Tabulario Episc. Paris. : *Nous leur baillons en assiete et en pris de vint et cinq livres Tournois petiz de vente par an tout nostre droit de Tiers et de dangier, que nous avions en douze vizuz et quatorze acres de boys.* Vetus inquesta MS. de iuribus Abbatia Beccensis : *Guill. de Tandos Armiger, tenens de dictis religiosis, vendidit boscum suum, licentia non petita ab eisdem, qua de causa dicti religiosi traxerunt dictum Armigerum in curiam et justitiam eorumdem, quo facto dictus Armiger accessit ad dictos religiosos et emendavit factum suum et Tertium dicti bosci radiavit eisdem. Requisitus quomodo scit : dicit quod præsens fuit, quando emendavit et Tertium radiavit.**

¶ **TERTIUM-GENUS**, Chartæ species, qua quis alteri quippiam cedit aut promittit. Chronicon Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 551 : *Fecit illis scriptum, quod Romani dicunt Tertium-genus, de predicto castello Tribuco.* Et col. 552 : *Quapropter ab omnibus legem scientibus non ignoratur, quod nunquam stat Tertium-genus legaliter sine appare. Pluries occurrit ibi, ut et apud Mabill. tom. 4. Annal. Bened. pag. 699. et seqq. ubi eadem edita sunt.*

\* *Tiers*, Ludi genus, cum ludentes tripartito dispositi stant, et explorator an-

dabata illum, quem tetigit, nomine appellare debet, ut ejus loco succedat. Lit. remiss. ann. 1391. in Reg. 141. Chartoph. reg. ch. 155 : *Au soir après souper icellui doyen s'en ala jouer ès près avecques autres gens et plusieurs jeunes femmes de laditte ville (de Vaucouleur) au jeu du Tiers; et là il couru et sailli legièremment et liément.* Alia ann. 1428. in Reg. 174. ch. 190 : *Lesquelz jeunes gens à marier jouerent à un jeu, que l'en nomme communément qu Tiers et en jouant audit jeu du Tiers, Perrotin Renon cheut à terre et plusieurs sur lui.*

¶ 1. **TERTIUS BENEFICII**, Tertia pars reddituum beneficii ecclesiastici, nisi me fallo. Epitome Constitut. Eccl. Valent. tom. 4. Conc. Hispan. pag. 170 : *Quoad absentes volumus constitutiones circa Tertios, ut dici solet, beneficiorum ob absentiam disponentes, inviolabiliter observari.* Vide *Ternarius* 1.

2. **TERTIUS DEFUNCTORUM DIES**, olim sacrificio Missæ celebratus a Christianis. S. Ambrosius Orat. de Theodosii Imp. obitu : *Et quia alii Tertium diem et trigesimum, alii septimum et quadragesimum observare consueverunt, quid doceat lectio, consideremus, etc.* Τρίτα τῶν νεκροημερίων, in Canonib. Apostol. Adde Hist. Lausiacam, ubi de S. Eulogio, Eustratium Presbyt. tract. 3. de Defunctorum animis apud Photium cod. 171. et Novellam Justiniani 133. cap. 3. Vide *Tricenarium*.

¶ 1. **TERTRUM**, Collis, clivus, locus editior, Gall. *Tertre*, ab Aremorico *Tertr*, quod idem significat. Chartularium Divionense pag. 4 : *Universi homines infra villæ Divionis Tertre infra banleucam commorantes, etc.* Charta ann. 1080. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 232 : *Ex dono W. de Gueta, duo jugera ad Tertrum Molt.*

\* *Teltre*, in Poemate de Rou MS :

Li Provoire et li ordenez  
Ensus un Teltre sont montez.

\* 2. **TERTRUM**, Territorium, nostris etiam *Tertre*, eadem acceptione. Charta ann. 1217. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 336 : *Item de donatione ejusdem patris mei in Tertre de Fontaneto quinque acras. Tostrum paulo ante.* Charta Galt. de Risnello ann. 1246. in Chartul. Campan. ex Cam Comput. Paris. fol. 352. vº. col. 1 : *Comme descorde fust... sur ce que je demandoie au Tertre ou finage de Mont-Eclairc, etc.*

\* **TERTULLIANISTÆ**, Hæretici a Tertulliano presbytero Cartaginensis dicti, animam immortalem esse, sed corpoream prædicantes et animam hominum peccatorum post mortem in demones verti. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613. [\*\* ex Isidor. Orig. lib. 8. cap. 5. sect. 60.] A quibus erroribus Tertullianum purgare, facile erit viro theologo.

\* **TERTURATOR**, f. pro *Terruator*, Decimæ seu terragii collector. Vide in *Terragium* 1. Charta fundat. priorat. Landal. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 1141 : *Notandum quod ipsius decimæ tractor et Terturator de communi consensu utriusque partis poetur ab ipsis, fide data corporaliter custodiendi fideliter decimam ipsam.* Nisi sit pro *Triturator*; quo sensu vox Gallica *Tertouez*, accipi videtur in Lit.



remiss. ann. 1462. cx Reg. 198. Chartoph. reg. ch. 279 : *Ainsi que le suppliant battoit du blé,.... survint en ladite aire Guillaume Boutier,.... qui dist tout hault telz motz : Vela un viel Tertonez, que je le batrois bien.*

**TERTUSSUS**, Porcellus domesticus, qui domi nutritur, hoc est, inquit Wendelinus, quasi *Tertusun*, seu tertii gregis; est enim *sun*, grex, ut alibi observatum. Ait porro ille apud Taxandros porcis pro ætatibus varia esse nomina; recens editos ac nesfrendes, *biggen*, mox *baggen*, quamdiu lactent, appellari. Postquam vero in tantum adoleverunt, ut cum matre possint prodire, quod est *terden*, ou *troden*, *Tertussi* sunt, et *Tratsen* vocantur; ii denique facti adulterios, fiunt *cuddens*, hoc est gregales, etc. Pactus Legis Salicæ tit. 2 : *Si quis porcellum Tertussum usque ad annicolatum furaverit, etc.*

☞ *Eccardo Tertussus* compositum videtur ex *Tertia sus*, et significare suem tertio jactu editam; cum enim, inquit, hæ præstantiores cæteris essent, et ad præstandum gregem conservarentur, majori quam cæteræ pretio redimendæ erant.

\* Glossæ ad Pact. Leg. Sal. ex Cod. Estensi apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 286. *Tertussum* aut *Tertustum*, id est *castratum*.

\* **TERXOLUS**, Monetæ Mediolanensium species. Charta ann. 1313. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 214 : *Taliasti clero nostro civitatis et diœccsis Mediolani de decem millibus libris Terxolis vel circa, et ab ipsis renuentibus extorsistis.* Vide *Tertioli* et *Terzulus*.

† **TERZA**, Crines intexti, Gall. *Tresse*, Ital. *Treccia*. Chronicon Placent. ad ann. 1388. apud Murator. tom. 16. col. 580 : *Domine pro majori parte loco Terzarum de auro vel de serico, quas portare solebant contextas sen interzatas in capillis capitibus earum, nunc portant bugulos, etc.* Vide *Trica* et *Terzolla*.

† **TERZANA**, Tertiana, sc. febris, Ital. *Terzana* febre, Gall. *Fievre tierce*. Occurrit in Actis SS. tom. 3. Aprilis pag. 536. tom. 2. Julii pag. 446.

† **TERZANELLA**, Scheda data laborantibus *terzana* seu febrili tertiana. Acta B. Petri a Cruce tom. 2. Julii pag. 446 : *Ob multas gratias illis præstitas per schedulas illas supradictas, quæ vulgo a Viterbiensibus dicuntur Terzanella, eo quod infirmis febre terzana laborantibus maxime juvent.*

**TERZARE**, Italis est Tertio arare. Vide *Tertiales*.

† **TERZARIA**, Tertia pars fructuum, quam tenens domino reddere debet. Donatio ann. 1138. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 489 : *Ego Bernardus Atonis Vicecomes Nemausensis reddo et dono et laudo in feudum tibi Rainundo Cantarelle et successoribus tuis... omnem honorem... quem visus est tenuisse pater tuus... et tu post eum... sive ad mejariam, vel Terzariam, vel cartariam, hoc est octo pectas de terra, etc.* Vide *Tertiaria* 3.

† **TERZARINUS**, Tenens qui tertiam partem fructuum ex agris, quos tenet, nascentium domino reddit. Statuta Castri Redaldi fol. 20 : *Si boves vel vaccas habuerit mezadrus vel Terzarinus seu laborator*

*cum domino suo, et contigerit ipsum velle discedere a mezadria vel laborerio, tencatur et debeat ille talis mezadrus vel Terzarinus vel laborator medietatem totius fœni, quod habuerit et cum bobus conduxerit, domino suo dimittere, quando de mezadria discedit.* Alter locus exstat in *Tertiaria* 3. Vide *Tertiator*.

**TERZAROLUS**, ex Italico *Terzuolo*, Academicis Cruscanis, minus velum, quod navis habeat : *E nelle galee dicono far il Terzuolo, quando si raccoglie un terzo della vela, e s'attacca all' antenna.* Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 5 : *Propter quod expedit, quod totum renigabile navigium pro minori sit dispositum ad Terzarolos.* Occurrit ibi pluries. [Fr. Barberinus in *Documenti d'a more* pag. 259 :

Vele grandi, e veloni,  
Terzaruoli, e parpaglioni.

Ubi in Glossis *Terzarolæ, velæ minores sunt.* Utitur etiam Dantes :

Chi Terzaruolo, chi artimon rintoppa.

Vide *Tessayrolun.*

\* **TERZIATUS**, ab Italico *Terzo*, nitidus, politus, Charta ann. 1375. ex Tabul. Cassin. : *Item promisit dictus magister Joannes facere lectorie in medio chori notabile et pulcherrimum, cum armariis pro libris, Terziatum et ornatum juxta decemiam ecclesie.* Male editum pro *libris tertiarum*, tom. 2. Hist. Cassin. pag. 546. col. 1.

\* **TERZIOLUS**, Accipitris species minor, Ital. *Terzuolo*. Stat. crimin. nova Cuman. cap. 144. ex Cod. reg. 4622 : *Si aliquis homo.... capere vel habere reperiret aves mutatas de buscho, videlicet astorem, vel falconem, vel Terziolum, vel sparaverium, etc.* Vide *Tertiolus*.

† **TERZOLLA**, Ornamentum muliebri, quod explicat Joh. Demussis in Chronico Placent. ad ann. 1388. apud Murator. tom. 16. col. 580 : *Aliquæ (mulieres) portant coronas de argento aureato, vel de auro puro cum perlis et lapidibus pretiosis, valoris a florenis lxx. aur. usque ad c. et aliquæ portant Terzollas de perlis grossis, valoris florenorum c. auri usque in cxxv. quæ Terzollæ vocantur Terzollæ, quia ex coc. perlis grossis sunt factæ, et quia in tribus filzibus sunt constructæ et ordinatæ.* Vide *Terza* et *Trica*.

† **TERZOLUS**, Monetæ species, eadem quæ *Tertiolus*. Decreta Placentiæ ad calcem Statutorum ejusdem fol. 98. vº : *Sub pœna librarum xxv. Terzolorum.* Vide *Tertioli*.

† **TESA**, Gall. *Toise*, Mensura sex pedum. Occurrit in Charta ann. 1270. apud Menester. in Probat. Hist. Lugdun. pag. 13. col. 2. et in voce *Bocheta*.

**TESA CANDELE**, Gall. *Toise de chandelle*. Dabantur nempe candelæ regis officialibus ad mensuram *tesie*. [Fundatio Capellæ B. Mariæ in Palatio Paris. ann. 1154. tom. 3. Hist. Paris. pag. 119 : *Quotiens et quamdiu Rex sive Regina, sive etiam proles regni fuerit Parisius, Capellanus qui in capella B. Mariæ servierit, quatuor panes et dimidium vini sextarium, et Tesam candelæ, et duos denarios quotidie habeat pro coquina.* Charta S. Ludovici ann. 1248. apud *Du Bois* tom. 2. Hist. Eccl. Paris. pag. 400 : *Habebit præterea dictus capellanus in liberationibus per diem,.... quatuor panes, unum sextarium*

*vini, quatuor denarios pro coquina, et duas Tesias candelæ.*] Charta ejusdem Regis ann. 1269. apud Sammarthanos in Archiepiscopis Senonensibus : *Capellanus habeat liberationem suam integram, scilicet 4. panes, et dimidium sextarium vini, et pro coquina 2. denarios, unam Tesam candelæ.* Vide *Teisia*.

☞ Ubi *Tesa candelæ* idem esse videtur quod *Pognée de chandoille* dicitur in Statuto Philippi V. Regis Franc. pro Hospitio suo ann. 1317. Vide *Puginata. Tesam candelæ* interpretatur Lobinellus in Glossario ad Hist. Paris. libram cæræ in sex candelas divisam. Vide *Torchia*.

\* *Ordinat. pro hospit. reg. ann. 1317. Reg. Cam. Comput. Paris. sign. Noster fol. 79. rº : Item la chambre le Roy aura pour chandoille à alumer pour Toise et pour cerge, ce que mestier sera.*

† **TESCEIA**, Latrocinium. Vide *Testeia. TESCUA*, Joan. de Janua, dicuntur *loca*, quibus pecora castrantur. Unde *Tescuare*, castrare, *Tescuatores*, castratores, et *Tescuationes*, castrationes dicuntur. [Eadem fere leguntur in Glossario Langob. Saugerm. MS. n. 501. in quibus Glossator subjungit hæc Isidori lib. 15. cap. 12 : *Tescua quidam putant esse iuguria, quidam loca prærupta et aspera.* Vide *Tesqua*.]\*\* Apud Papiam et in Glo.sar. cod. reg. 7644 : *Thescua, loca quibus pecora castrantur, etc.* ut ex Isidoro.]

† **TESIA**, Idem quod *Teisia*, et *Tesa*, Mensura sex pedum, Gall. *Toise*. Charta ann. 1203. e Chartulario B. M. de Bononuntio Aurelian. : *Concessit monachis unam Tesiam in platea sua, per quam ire possint in vineas suas.* Charta Monasterii de Rupibus ann. 1211 : *Domus conversorum tresdecim Tesias in longum habebat, decem in latum.* Occurrit alibi non semel. *Tesia* ad mensurandum telas, in Statutis Saluciarum collat. 4. cap. 118. Adde cap. 121. Vide *Tesa*.

\* Regest. episc. Nivern. ann. 1287 : *Quilibet cordarius in dictis vigiliis debet unam Tesiam cordæ, nec de grossiori, nec de minori, sed de mediocri. Tesia rapinalis.* Vide supra in *Rapinalis*.

\* **TESIATA**, Pari significato, vel Mensura ad *tesiam*. Charta ann. 1323. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 358 : *Concedimus viginti duas Tesiatas terræ pro faciendis cimiterio ad ponendum corpora defunctorum. Tesatge, ipsa cum tesiu dimensio, vulgo Toisé, in Lit. ann. 1404. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 56. Quid vero significet vox Gallica *Tesier*, ignoro, in Lit. remiss. ann. 1387. ex Reg. 132. Chartoph. reg. ch. 22 : *Adonc ledit Guillaume se retourna et bouta ledit Philippon contre un Tesier.* Nisi forte ex familiari mutatione r in s idem sit quod *Terier* supra in *Terrarium*. Vide ibi.*

† **TESIS**, *Vitium in pulmone*, in Glossis ad Doctrinale Alexandri de Villa Dei. Est pro *Phtisis*, a Græco φθίσις, Gall. *Phthisie*. Miracula Urbani V. PP. MSS : *Patiebatur tussim validam a longo tempore, propter quod dicebatur per multos esse malum de Tesie.* Vide infra *Thescicus*.

**TESQUA**, Ægidius Aureæ-vallis Monach. in Episcopis Leod. cap. 5 : *Jamque illi longo*



zerracum tractu, diversavumque caelo regionum transito, infra incultis quaedam loca, *Tesqua* vulgus illa nominant, praevidetur habuere diversorium. Atqui vox Latinis Scriptoribus notissima, ac proinde non vulgaris aut nupera.

¶ **TESSA**, Idem quod *Tesia*, Mensura sex pedum, Gall. *Toise*. Inquisitio ann. 1220. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 93: *Si alius eorum incipit aliud craterium, debet illud ei manutene de omnibus per quinque Tessas in latere, etc.*

¶ **TESSAMENTUM**, Vide supra in *Tensare*.

¶ **TESSARA**, f. Præstatio agraria, eadem ac *Quarta* 6. dicta a Græco τέρσαρα, quatuor; nisi quis malit *Tessern* vocem esse detortam a *Tasca*, de qua suo loco. Charta Ludovici Franc. Regis ann. circiter 1104. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 603: *Mansuræ hospitem S. Vedasti, si pastus debent, sex denarios solvunt: et Tesseram nunquam dabunt hospites, nec corveias facient.*

\* **TESSARIUS**, Præpositus curvum qui bello nutriunt. (sic). Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641. Vide mox *Tesserarii* 1.

¶ **TESSARESCÆDECITÆ**. Vide *Quarta-decimani* et τερσαρεσκιδεκιται in Glossario mediæ Græcæ. Idem qui

¶ **TESSARESCATITÆ** dicti Papiæ, qui XIII. luna Pascha cum Judæis observandum contendunt, num tessara quatuor, decem decem significat, ex Isidoro l. 8. Orig. c. 5. sect. 61. ubi Græcæ legitur τερσαρεσκιδεκαδιται.

\* **TESSARRANDARIUS**, Textor, Gall. *Tisserand*. Inventar. Chart. reg. ann. 1482. fol. 96. vº: *Littera... per quam apparet Thomam Carpentarium... vendidisse comiti Pictaviæ quandam domum, cum platea eidem adjacenti, sitas Parisii in vico des Poulies, contigua ex una parte domui Harmonis Tessarandarii, etc.* Vide *Texenderius*.

¶ **TESSAURUS**, pro Thesaurus, in Charta Childeberti III. ann. 694. apud Felibian. Hist. Sandionys. pag. xv.

¶ **TESSAYROLUM**, Species veli. Informationes Civitatis Massil. pro passagio transmarino et MS. Sangerm.: *Cum tribus velonibus arboris de prora, videlicet duobus Tessayrolis et uno velono que sunt secundum rationem artimonii, et unum Tessayrolum vult habere XLV. goas pro antenal, et aliud Tessayrol vult habere XL. goas d'antenal, et velonum modicum vult habere XXXV. goas d'antenal.* Vide *Terzarolus*.

¶ **TESELLARE**, Tessellis, Lapillis seu lignis quadratis distinguere. Glossæ Lat. Græc. et Græc. Lat.: *Tessellat*, ψηφοβαται. *Tessello*, ψηφολογω. Aliæ Græc. Lat.: Ψηφολογω, *Tessello*, termino.

¶ **TESELLARIUS**, **TESELLATOR**, ψηφοβατης, in iisdem Glossis. *Deauratores, fusores, blattinrii, Tessellnrii*, in Cod. Theod. lib. 13. tit. 4. leg. 2.

¶ **TESELLATUM**, ψηφοβατημα, in Glossis Lat. Gr. In Græc. Lat. additur, ψηφολογημα, *Pavimentum, Tessellatum*.

¶ **TESELLATUS**, ψηφολογια, *Pavimentum*, in iisd. Glossis. *Tessellata pavimenta*, apud Sueton. et Kennetum in Gloss. ad calcem Antiq. Ambrosden.

1. **TESELLUS**. Messianus Presbyter in

Vita S. Cæsarii Arelatensis: *Cæpit sub obstatione domini multis precibus exproscere a me, ut unum pannum de Tessellis illius (S. Cæsarii) quem nudo corpore habuisset, sibi ferreni. Infra: Ea consuetudo erat, ut, antequam quiesceret, Tesselli adhiberentur cnefacti ad ignem, et aliis detractis apponerentur. Infra, velaris pannus appellatur. [Mabillonius tom. 1. SS. Ordinis S. Benedicti pag. 672. quadratos panniculos fovendo stomacho appositos interpretatur.]* [\* Galen. MSS. ad Glanc. lib. 1. cap. 13 apud Maium in Glossar. novo: *Constitues ægotum in pavimento, aut in Tessello, ut in tegestri, quem aqua frigida vorus et ponis pueros et puellas, ut cum muscaris flabellent.*

\* 2. **TESELLUS**, Cumulus seu strues feni, Gall. *Tas*. Charta ann. 1227. inter Instr. tom. 10. Gall. Christ. col. 178: *Item concessimus... viginti Tessellos fœni in pratis in hunc modum assignatis, videlicet in prato Bosier... Et si dicta prata ad solutionem viginti Tessellorum fœni non sufficerent, nos eisdem residuum in nostris pratis restituere teneremur.* Vide *Tassus* 1.

¶ **TESSERARE**, *Tesseris ludere*. Gemma.

1. **TESSERARI**, Qui *tesseris*, seu præcepta Ducum per contubernia militum nuntiabant, apud Veget. l. 2. c. 7. [Singulis centuriis peculiarem fuisse *Tesserarium* colligere proclive est ex vet. Inscriptione apud Gruterum 550. 2. *Tesserarius* in leg. III. Ital. coh. XI. pr. Adde pag. 753. num. 4.]

\* Vita S. Cypr. tom. 4. Sept. pag. 331. col. 1: *Quidam ex Tesserariis, quondam Christianus, res suas obtulit, etc.*

¶ 2. **TESSERARI**, Qui *tesseris* ludunt. Ammianus lib. 8. c. 4: *Aleatorum vocabulum declinantes, ideoque se cupientes appellari Tesserarios.*

**TESSERINI**, *Agripenni bicurti, quia ad modum sunt tesserrum, quibus ludimus.* Papias et Jo. de Janua.

\* **TESSERISARE**, *Tesseris ludere*. Stat. Casimiri ann. 1347. inter Leg. Polon. pag. 37: *Filius nondum emancipatus,.... si globisando, vel Tesserrisando, nut quemlibet alium ludum damnosum ludendo, aut alia exerceendo aliquid perdidit, etc.* Vide *Tesserare*.

¶ 1. **TESSO**, Meles, Gall. *Taissou*, vel *Tesson*. Charta ann. 1290. e Regesto *Olim* fol. 87: *Venandi quoties sibi placuerit, in bosco suo, ad cuniculos, lepores, vulpes et Tessonnes, etc.* Occitanis *Tessonnes* sunt porcelli, qua notione usurpatur in vet. Cereemoniali MS. B. M. Deauratæ: *In festo B. Luce Evangeliste domnus (Prior) teneretur dare predicto conventu quatuor vincues sive Tessonnes.* Vide *Taxus*.

\* 2. **TESSO**, Porcellus. Testam. ann. 1469. ex Tabul. Flamar.: *Item unam suem sive troyan cum tribus Tessouibus, etc.* Locum alium vide in *Tesso* 1.

¶ **TESSUTIUS**, Textum, vitta, tænia, Gall. *Tissu*, Ital. *Tessuto*. Computus. ann. 1239. MS. e Bibl. Regia: *Pro bouclis et noellis argenti, et pro una ceintura auri, et pro Tessutiis... VIII. lib. XII. s.* Et alio in loco: *Pro quatuor fermatoris ad libros et pro le Tessuz XL. s. Vide Textutus.*

\* **TESSUTUM**. Vide supra *Tensutum*.

\* **TESSUTUS**, Ital. *Tessuto*, Textura,

tænia, nostris alias *Tessu*. Bulla Eugen. IV. PP. ann. 1445. ex Bibl. reg.: *Jocalia, ciphos, tasseus, anulos, coclearia, zonnas, Tessutos, bursas, etc.* Inventar. ann. 1316. in Reg. A. Cam. Comput. Paris. fol. 84. vº: *Item cinq Tessus de soie sanz garnison, v. s. Par. pour chacun xxv. s. Par..... Item quatre Tessus feirez d'argent, xl. s.* Lit. remiss. ann. 1394. in Reg. 146. Chartoph. reg. ch. 394: *En la chambre il print unes estraintes à homme, deux Tessus de soie ferrez d'argent.* Vide *Tessutus* et infra *Testor*.

¶ 1. **TESTA**, perperam ut videtur pro *Tasca*, vel *Tuxa*. Statuta Ecclesiæ Ambian. apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 1233: *Sed nec præmissæ personæ (ecclesiasticæ vel religiosæ) de suis rebus propriis solvere teneantur pedagium sive Testum.*

¶ 2. **TESTA**, Italica vox, Frons, Gall. *Face*, vel *Caput*, Gall. *Teste*. Statuta Massil. l. 3. c. 18: *Statuimus quod in lapidibus vendendis... servetur hac forma, scilicet, quod volssors habeant duos palmos et dimidium de longo et unum palmum de alto et unum palmum de Testa, et lapides angulares habeant duos palmos de longo et unum palmum de Testa, etc.* Testam. ann. 1509. inter Schedas D. Le Fournier: *Item logo quamdam meam bastidam, cum toto suo affari vinearum,.... sitam... per Testam cum vinea uurus Antonii Giraudi.* Vide *Quindena* 3. et *Trabuchus*.

\* *Extremitas cujuscumque rei ea parte qua longa est.* Charta ann. 1457. ubi de agri limitibus: *Per Testam cum terra Petri Emerici, vllato in medio, etc.*

**TESTA**, Calvaria, Gall. *le Test*: unde *la teste*, pro ipso capite. Ausonius Epigr. 71:

Abjecta in trivius inhumati glabra jacebat

Testa hominis, nudum jam cute calvitium.

Lex Aleman. tit. 59. § 6: *Si autem Testa truncapulata fuerit, ita ut cervella appareat, etc.* Lex Bajwar. tit. 3. cap. 1. § 4: *Vel in capite Testa appareat, quod Gebulskini vocant.* Adde tit. 4. § 3.

¶ **DE TESTA ESSE**, *Esse obsequatum*, Ital. *Essere di testin*. Utitur Anonymus hac loquendi formula, apud Murator. tom. 8. col. 109.

\* 3. **TESTA**, Persona, homo, qua notione *Teste* dicimus. Charta pro incolis villarum de Lautreico et Forciarum ann. 1410. in Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 361: *Ordinnt quod si contingeret aliquam fieri indictionem sive talliam, quod talis indictio sive tallia inponatur et dividatur pro capite sive Testa. Testee vero pro Consilium quod in animo versatur, apud Froissart. vol. 3. cap. 77: *Le comte douta que l'escuyer ne fist sn Testee; cur il estoit bien courageux de cela faire.**

\* 4. **TESTA**, Vertex, summitas. Chartar. Norman. ex Cod. reg. 4653. A. fol. 83: *Costumarii (habent) mortuum boscum de costuma, et residua carpentariorum cum Testis expellorum, etc.*

**TESTÆ**, seu *testarum confractarum frumenta*, super quibus tyranni nudos voluntari cogebant Martyres. S. Augustinus Serm. 13. de Sanctis: *Contusa quo jacobat Testa substernitur, ut vis acuminis concisam molem superjecti corporis plus discinderet,*



atque reddita tormentis membra quæ secarent, obvia suscipere fragmenta. Versus de S. Eutychio Martyre in Ecclesia S. Sebastiani ad Cæmeterium Calisti Romæ :

Testarum fragmenta parant, ne somnus adiret.

Acta sanctæ Martinæ Martyris c. 2 : *Præcepit Testas eos levare, et faciem ejus cædere.* Acta sancti Luciani Presb. c. 4 : *Nunc autem in toto dorso graves Testarum aculeos densos et continuos maligno animo substernebant.* Acta S. Vincentii Mart. c. 3 : *Fragmenta Testarum exasperata passim congerite, ut quicquid jacentis corporis male incisa fractura tetigerit, illima'is insigat aculeis, et ipsa conversio laterum innovetur ad penam.* Acta S. Thyrsi Mart. c. 8 : *Et pro minutis motis de lateribus fragmenta Testarum infigite.* Althelmus de Laude Virg. c. 32 :

Tum rogos ardescens, et rubræ fragmina Testæ.

Vide Gregorium, seu Ruffinum in Actis SS. Phileæ, Philoromi et Socior. n. 4. Acta Proconsularia Martyrum apud Baron. ann. 285. num. 5. Acta S. Agathæ n. 12. Acta SS. Tharaci et Socior. apud eundem ann. 290. n. 12. et alia passim SS. Martyrum, præterea Gallonium de SS. Martyrum Cruciatib. cap. 6.

TESTULE, Eadem notione, in Actis SS. Claudii, Asterii et sociorum, apud Baron. ann. 285. n. 5.

TESTAEVANGELIUM. Vide in *Textus.*

TESTAGIUM, Idem quod *Capitagium*, Census pro capite, *Cens qui se leve par teste.* Bonifacius VIII. PP. lib. 4. Epist. 217. ad Regem Cypri : *Quandam collectam, vel talliam annuam, que Testagium dicitur, ordinasti, videlicet duorum Bizantiorum pro capite cujuslibet incolæ dicti regni.*

† TESTALE, Lecti pars superior, ut videtur, idem quod *Testarium*. Annales Mediolan. ad ann. 1389. apud Murator. tom. 16. col. 810 : *Sequuntur paramenta camerarum. Paramentum unum, videlicet Testale et cælum drappi auri in campo viridi, laboratum ad spicas et gradua auri cum certis floretis albis et rubeis.*

\* Gall. *Fond de lit.*

† TESTAMEN, Testimonium. Felix in Appendice ad Isidorum de viris illustr. tom. 3. Concil. Hispan. pag. 82 : *Quinimo ut ex eo tempore clarescere cœperit, per ejus tæxtrium et telam Testamine piæ relationis pandam.* Vide *Testamentum* 2.

\* TESTAMENTALE EDICTUM, idem quod *Testamentum* 1. Charta, quæ in donationis ac largitionis argumentum conscribitur. Hist. transl. S. Glodes. tom. 6. Jul. pag. 220. col. 1 : *Regis Lotharii junioris edicta Testamentalia penes ipsas ancillas Dei usque hodie manent, quæ suasa conjugis suæ Teutbergæ reginæ... eis et de noviter datis et de antiquioribus restituitis, sive etiam de immunitatibus ejusdem monasterii regia auctoritate constant liberalissime attributa.* Vide infra *Testatoria* littera.

† TESTAMENTALES LITTERÆ, Charta, Donatio, idem quod mox *Testamentum* 1. Charta Rainoldi Rem. Archiepisc. a Mabillonio laudata Diplom. pag. 5 : *Ceterum ut hæc nostra largitio rata et inconvulsa perseveret, literis eam Testamentalibus, sigilli quoque nostri impressione... adstipulari*

*præcepimus.* Eadem verba adhibet Manasses II. in Charta pro Remigianis Cœnobitiis, teste eod. Mabillonio ibid.

† TESTAMENTALITER, Per *Testamentum*, seu Chartam donationis. Diploma Bolkonis Ducis Slesæ pro Cœnobio Grisoventi ann. 1367. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 393 : *Dicta bona eximentes Testamentaliter donamus, tradimus, conferimus et testimonio præsentium incorporamus.*

† TESTAMENTARE, Donare testando vel per *Testamentum*, seu chartam. Charta Angueranni Vice-domini Ambian. ann. 1207 : *Ego unum modium frumenti et alterum avenæ, quos Petrus patruus meus fratribus ecclesiæ B. Mariæ de Gardo de reddito suo... Testamentavit capiendos perpetuo, eisdem in elemosinam concessi.*

† TESTAMENTARIE, Testando. *Testamentarie ordinare*, in *Testamento* ann. 1398. e Schedis Pr. de *Mazaugues.*

† TESTAMENTARIUS, Executor testamenti. Leges Alphonsi IX. Regis Castellæ part. 6. tit. 10. : *Testamentarios son llamados aquellos que han de seguir et de cumplir las mandas, e las voluntades de los defunctos, que dexan en sus testamentos.* Occurrit in Charta Joannis Militis Dom. de *Waillancourt* ann. 1242. in Tabulario Abbatie Montis S. Martini Ordinis Præmonstrat. in alia Erici Ketelsonis apud Pontanum lib. 9. Rerum Danicar. pag. 518. [in Testamento ann. 1260. apud Miræum tom. 1. pag. 207. in alio ann. 1440. tom. 2. Rerum Mogunt. pag. 492. apud Bernardum de *Breydenbach* Itin. Jerosol. pag. 15. in Epistola Friderici II. Imp. tom. 2. Ampliss. Collect. Marten. col. 1159.] *Testamentum vernaculum Balduini Comitis Guinensis ann. 1244. apud Duchesnium : Et à cho à parfaire ai-je mis mes Testamentateurs Robert non frere, Andriu de la Mote, etc.* [Aliud Helvidis uxoris Johannis dom. de Lile ann. 1274. ex Chartul. Vallis B. Mariæ : *Je vel que il soit renda par mes eseuquiteurs, lesqueus je establis et doins plain pooir de mes detes paier et de mes torvais amender... et sont à scavoir li Testamenteur li Abès du Val etc.*] Ἐπιτελετῆ τῶν ἐν τῇ διαθήκῃ γεγραμμένων, in Testamentis Theophrasti et Stratonis, apud Diogenem Laertium lib. 5. pag. 185. 187. Ἐπιτροποι, in Testamento Platonis, apud eundem lib. 3. pag. 110. et in Novella Leonis 63. Ἰπουργοί, in Basilicis in l. 17. de Legat. 2. Alias [in Digesto et Codice]

† TESTAMENTARIUS, est Scriptor Testamenti, διαθηκῶν γράφας, in Gloss. Gr. Lat. [In pravum sensum accipit Tullius lib. 3. Offic. c. 18. pro eo qui Testamentum fingit et supponit.]

† TESTAMENTARIUS, Officium Monasticum, penes quem, ut auctor est Browerius lib. 2. Antiq. Fuld. c. 10. fuit dispositio piorum legatorum, seu ab exteris ea, seu a domesticis proficiscerentur, velut hæc in re fidelium testamenta exsequeretur. [Litteræ ann. 1301. apud Schannatum Diœc. Fuld. pag. 102 : *Heroldus Decanus Monasterii in Holzkirchen, Wigandus hospitalerius, Johannes magister cœnæ, Henricus Testamentarius, ac Wolselinus infirmarius.*]

\* TESTAMENTARUS, ut *Testamentarius*, Executor testamenti, vel hæres testamento institutus. Charta ann. 1147. apud Cenc. inter Cens. eccl. Rom. : *Ego vel nostri hæredes, Testamentari vel legitimi solvenus... Sin autem ego vel mei hæredes Testamentari vel legitimi vobis fecerimus etc.*

\* TESTAMENTATOR, Eadem notione, in Charta ann. 1242. laudata in voce *Testamentarius*.

1. TESTAMENTUM, Donatio, seu potius Charta, quæ in donationis ac largitionis argumentum conscribitur. [Diplom. quodvis, præceptum, seu, ut habet Columby de gente Siminiana lib. 1. quævis Charta testium subscriptionibus firmata. Ambrosius Morales in Notis ad Veremundi Regis Diploma : *Solemne his temporibus et multis postea sequentibus fuit, quancumque donationem Rex aut Proceres (atque etiam privati) facerent, Testamentum ipsum vocitare, quasi hoc nomine majori jure solidaretur.* Codex legum vett. form. 101 : *Manumissio sub libertatis Testamento solemniterroboretur.* Restitutio bonorum facta Monialibus S. Cæsarii Arelatens. per Guillelmum Comitem Provincie ann. 992. apud Saxium de Pontific. Arelat. pag. 194 : *Factum hoc Testamentum in ipso monasterio : quam chartam Scriptores plerique le Testament du Comte Guillaume perperam appellarunt.] Testamentum venditionis, in Lege Ripuar. tit. 59. § 1. 3. tit. 67. § 1. Abbo Floriacensis Abbas in Canonibus cap. 7 : *Quoniam Testamentorum alia sunt dotis nomine, alia hereditatis donatione, alia de rebus Ecclesiæ quas abalienari est difficile, et dicuntur Precarie.* Arnulfus Lexov. Episc. Epist. 26 : *Privilegia siquidem Romanorum Pontificum, quasi quædam ipsorum Testamenta credenda sunt, nec a morte testatoris expirant, sed potius ab ipsa contrahunt firmitatem.* Vita S. Agili Abb. c. 7 : *Quin etiam largiens solemniter per titulum Testamenti ex propria ditione nerosam copiam fundi ac familie.* Odo Cluniac. lib. 1. de Vita S. Geraldi c. 19 : *Quandam sui juris Ecclesiam, facto solemniter Testamento, eidem contulit.* Adde lib. 2. cap. 2. Faustus in Vita S. Mauri Abb. num. 50 : *Vocansque ad eum Ansealdum, qui scriptoribus Testamentorum regalium præerat, præcepit ei, etc.* Adde n. 40. Odo Abbas S. Mauri de Miracul. S. Mauri cap. 1 : *Post hæc omnia Testamenta, quorum auctoritate rerum cunctarum eidem loco colatarum constabat delegatio, sollicite perquirens, etc.* Infra : *Cum domorum eversione Testamenta sunt ablata prædiorum. Per testamentum litterarum concedere, in Bullario Cluniac. pag. 6. Utuntur passim Bulla Benedicti VIII. PP. in Scriptores, Gregor. Turon. l. 6. c. ult. Aigradus in Vita S. Ansberti Arch. Rotom. n. 15. Paschasius Radbertus in Epitaphio Vuale Abb. Corbeiensis lib. 1. cap. 26. 27. Adrevaldus de Translat. S. Benedicti c. 3. Anonymus Floriac. de Miracul. S. Benedicti c. 27. Conradus de Fabaria de Casib. S. Galli c. 14. pag. 142. Ado Viennensis ann. 727. Hariulfus l. 4. Chronici Centulensis c. 6. 7. 19. 22. Chartæ veteres apud Doubletum pag. 654. Miræum in Notitia Eccles. Belg. pag. 52. Duchesnium in Hist. Limburg.**



pag. 5. Petrum Joffridum in Episcop. Niciensibus pag. 158. Roverium in Reomao pag. 197. Puricellum in Ambrosiana Basilica pag. 263. 311. etc.

¶ TESTAMENTUM, Decretum Ecclesie. Concilium Ticin. c. 8. apud Labbeum tom. 9. col. 930: *Hoc autem Ecclesie Dei Testamentum contra malignantes... Henrici Augusti lege firmari volumus.*

☞ Testamenta proprie dicta pro supremis testatorum voluntatibus, condita non semel fuisse ab Abbatibus et Abbatisis, etiam pietate insignibus, miratur et exemplis probat Mabillonius Diplom. pag. 8. et 9. quod tamen prohibent Gregorius M. Imperatorie leges, Regulæ S. Benedicti, aliorumque, qui quodvis peculium Monachis interdicit, quod etiam de Abbatibus intelligendum est, uti probat Gregorius ipse, qui Probo Abbati ea tantum ratione testamentum condere permittit, quod ex improvise ad monasterii regimen raptus sit. Verum uniformis et eadem ubique non servabatur ea de re disciplina. Magister in Regula sua adeo non putavit Abbatis testamentum monasticæ professioni repugnare, ut rem quasi receptam agnoscat, cum præscribit cap. 89: *Breves donationum factos a Fratribus tempore mortis suæ Abbas inserat testamento suo.* Plura vide laudatis paginis.

¶ TESTAMENTUM NUNCUPATIVUM a seripto differt, ut vult vulgus Jurisconsultorum: nam *Nuncupare hæredes et scribere opponuntur*, leg. 21. in princip. D. qui testam. fac. (28.1.) Hæc jam monuimus ad vocem *Nuncupamen*. At vero cum *Testamentum nuncupativum* litteris etiam aliquando mandari observare est cum ex locis in v. *Nuncupamen* laudatis, tum ex privilegiis Delphin. ann. 1349. inter Ordinat. Reg. Fr. tom. 5. pag. 40: *Quod deinceps in quacumque curia Delphinatus, vel alibi infra Delphinatum seu terras ipsi Delphinatus, mediate vel immediate subjectas, nulla publicentur vel publicari debeant Testamenta nuncupativa, nec ad id quispian compellatur, nisi dumtaxat in casu quo hæres universalis institutus, ipsam peteret publicari Testamentum nuncupativum, in quo esset scriptus et institutus hæres.* Ex his officio *Testamentum nuncupativum* illud appellari in quo aliquis hæres *nuncupatur* seu palam nominatur a testatore testamentum ex propriis tabulis publice recitante. Cui opinioni illustrandæ aptissimus videtur Isidorus lib. 5. Orig. cap. 24. sect. 12: *Nuncupatio est quam in tabulis cerisque testator recitat dicens: Hæc ut in his tabulis cerisque scripta sunt, ita videtur, ita dico, ita lego: itaque vos cives Romani testimonium mihi perhibete, et hoc dicitur Nuncupatio, Nuncupare enim est in palam nominare et confirmare.*

\* Seu *Per nuncupationem conditum*, ut legitur in Testam. Beatricis comit. Estens. ann. 1165. tom. 1. Cod. Ital. diplom. col. 1541. A seripto differt. Testam. ann. 1236. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 703: *Coram scriniario et subscriptis testibus ad hoc a me rogatis, nuncupativum facio Testamentum, quod sine scriptis dicitur jure civili.* Testam. cardin. Talayrandi de Petragor. ann. 1360. ex Cod. reg. 4223. fol. 110. 1º: *Præsens nuncupativum*

*Testamentum sine scriptis condidit.* Interdum licet scriptum, *Nuncupativum* nihilominus appellatur. Testam. ann. 1342. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 999: *Yolanda de Monteferrato comitissa Sabaudie..... Testamentum suum nuncupativum et sine scriptis dictum, in scriptis tamen reductum, in modum qui sequitur uno contextu fecit.* Aliud Audoyini cardin. Ostiens. ann. 1363. ex Cod. reg. 4223. fol. 135. vº: *Testamentum meum multum nuncupativum, quamvis in scriptis reductum,.... ordino.* Aliud ejusd. cardin. ibid. fol. 139. vº: *Omne aliud testamentum vel codicillum per me hactenus in scriptis vel sine scriptis, aut vocaliter seu verbaliter factum cassans.* Hinc cum *vocaliter* factum aut *sine scriptis* conditum dicitur, de testamento alicui, etiamsi publica manu, exarato, nec a testatore subscripto, sed tantum dictato, videtur intelligendum esse. Solemni vero *nuncupativum* opponitur eandem ob causam. Testam. Herardi de Novo-Castello ann. 1308. ex Cod. reg. 9484. 2. fol. 142. vº: *Pour ceu que je ne estoie en leu ou je peusse faire Testament solennel, je ai fait Noncupatif.* Charta ann. 1354. in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. Vienne fol. 57. 1º: *Testamenta si qua defuncti vel defunctorum reperirentur in scriptis vel sine scriptis, sollempniter vel per nuncupationem condita, ubicumque facta fuerint, legitime observentur.* Testam. Bertr. de Borno milit. dom. de Altoforti ann. 1360: *Et hoc est Testamentum meum ultimum,.... quod.... ego dictus testator valere volo, ordino et præcipio ad perpetuum jure testamenti perfecti vel imperfecti, in scriptis vel sine scriptis, sollempni vel non sollempni aut nuncupativi.* A testamento clauso rursus distinguitur *nuncupativum*, in Charta ann. 1251. ex Bibl. reg. cot. 2: *Nec prohibeat vicecomes (Narbon.) Testamenta personarum jurisdictionis archiepiscopalis in curia archiepiscopi publicari, sive nuncupativa fuerint, sive clausa.*

\* Irritum habebatur Testamentum, quo ecclesiarum fabricæ nihil relinquebatur, ex Stat. MSS. eccl. S. Laurent. Romani: *Statuerunt quod quilibet parrochianus in parrochia dictæ ecclesie, qui et quæ testamentum condiderint, aliquid secundum sui voluntatem dictæ fabricæ legare teneantur: quod si aliquid non legaverint, dictum Testamentum pro infecto habeatur. Sint autem dicti operarii solliciti, quod dum sciverint aliquem parrochianum condere testamentum, meliori modo quo poterint, dictæ ecclesie fabricam reconmittant, et notarios testamentum recipientes avisent.*

\* Id præterea juris sibi olim arrogare tentaverant episcopi, ut executores testamentorum, deficientibus iis quos testator constituerat, nominarent: quod abusive ab iis factum judicavit Arestum ann. 1357. 26. Maii in vol. 4. arestor. parlam. Paris.: *Dicebat etiani (procurator episc. Belvac.) quod dato, quod aliquis fecerit testamentum, et deserint aut esse desiderint executores hujusmodi testamenti, dictus episcopus per se et prædecessores suos fuit et est in dicta possessione ac saisina ponendi et constituendi super hoc executores.... Per arrestum curiæ nostræ dictum fuit,..... ipsum episcopum*

*in prædictis abusum fuisse seu abusisse.*

\* TESTAMENTUM SACRAMENTALE quid sit et qua de causa sic appelletur, docent Libert. MSS. concessæ Barcin. ann. 1283: *Item est consuetudo, quod si aliquis fecerit testamentum, presentibus testibus, in terra vel in mari, ubicumque sit, in scriptis vel sine scriptis,.... quod valeat ipsa ultima voluntas sive testamentum; dum testes, qui interfuerint,.... infra sex menses, ex quo fuerint in Barchinona, jurant in ecclesia S. Justi super altare S. Felicis martyris, præsentem notario qui talia testamenta conficit, et aliis personis, quod ipsi testes ita viderunt et audiverunt scribi seu dici, sicut in illa scriptura continetur, sive ultima voluntate, verbotenus ab ipso testatore dicta; et quod tale Testamentum vocatur Sacramentale.*

¶ TESTAMENTORUM PRINCEPS, Chartarum regiarum custos, in Vita S. Dunstani sæc. 5. Benedict. pag. 672.

2. TESTAMENTUM, Testimonium. Vide Pithæum ad Collat. Leg. Mosaic. tit. 8. [et Testamen.]

\* 3. TESTAMENTUM, pro *Tensamentum*, ut opinor. Feuda Norman. in Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 170. 1º. col. 2: *Quicquid de eo (Galtero de Marinis) tenetur apud Mogueviller et omnes advocatias et Testamenta, quæ tenentur ei ad Marinas.*

\* TESTARDIA, Pertinacia, obstinatio, contumacia; unde *Testardus*, Pertinax, obstinatus, vulgo *Tétu*, *opiniatre*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Testardaria, Prov. Assesfallia.* Lit. remiss. ann. 1333. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 1310: *Dictus Jassequinus erat Testardus et ebriosus et contusionibus utens, sic quod ex culpa sui et propter Testardiam suam evenerat dicta brica. Testart vero Asser quidam appellatur, in Chartul. Corb. sign. Ezéchiél ad ann. 1421. fol. 146. vº: *Lesquelx carpentiers seront tenus de viette et faire en le grange au mars de ledite cense ung Testart et ung patin.**

1. TESTARE, Testari, Testimonium dicere. Lex Bajw. tit. 16. cap. 2: *Nisi super hominem Testare voluerit aliquam causam, etc.* Videtur aliud sonare in Lege Salica tit. 29. § 19: *Si quis arorum in campum alienum intrare prohibuerit, vel arantem foras jactaverit, vel Testaverit, etc.* [\*\* Vide Antestare.] [\* Sensem explicat cod. Est. ejusd. leg. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 288. ubi pro *Testaverit*, legitur, *Restaverit, id est, vetaverit.* Quo sensu Galli Dieimus: *Faire tête.*] Vide Pactum Legis Salicæ, tit. 27. § 20. [Idem Pactus tit. 48. § 1: *Si vero contra interdictionem unius vel duorum in villa ipsa adsedere præsumperit, tunc Testare illi debent, et si noluerit inde exire, ille qui Testat, cum testibus sic ei debet Testare, ut inter decem noctes exinde exeat, etc.* Hujus capituli sensus est, ut illi, qui quæpiam in villa aliena consistentem tolerare nolunt, cum adsumtis testibus admoneant, ut exeat.]

\* 3. TESTARE, pro Testari, testimonio disponere. Lit. Philippi VI. ann. 1340. in Reg. 73. Chartoph. reg. ch. 227: *Audita per nos supplicatione seu requesta juratorum et consulum villæ de Regula, continente quod*



*cum in dicta et in Vasedesio sit expressa consuetudo, ut nullus habitator dictæ villæ de bonis suis immobilibus Testare vel aliter ordinare possit se disponere; ..... nos eorum supplicationi amuentes, attentis meritis et gratis servitiis dom. regi et ejus prædecessoribus per eos impensis, dictis juratis sea consulibus.... potestatem concedimus, ut ipsi de bonis eorum omnibus, mobilibus et immobilibus, ..... in testamento vel aliter disponere et ordinare possint. Stat. synod. eccl. Castr. ann. 1358. part. 2. ex Cod. reg. 1592. A. fol. 76. r°: Sequuntur taxationes lx. florenorum auri annuatim exsolvendorum domino nostro Castrensi episcopo pro beneficiatos infrascriptos, ut possint Testare de bonis suis suorum beneficiorum Castrensis diocesis, nec non et quantitates provisionum, lectorum et aliorum necessariorum successoribus suis dimittendorum.*

\* Testandi in gratiam pii loci facultas concessa etiam iis qui in minori erant ætate, a Luitprando rege Longobardorum lib. 4. cap. 1. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 619: *Ut si cuiquamque ante ipsos decem et octo annos (quibus superatis tantum licebat de rebus suis disponere) evenerit ægritudo, et se viderit ad mortis periculum tendere, habeat licentiam de rebus suis pro anima sua in sanctis locis causa pietatis, vel in xenodochio judicare quod voluerit; et quod iudicaverit, stabile debeat permanere. Cujus legis auctoritate fultos pueros atque impuberes non semel id fecisse probat exemplis Muratorius ex Chartis ann. 794. 1000. et 1018. ibidem prolati.*

† TESTATA, Extremum, finis, apud Italos, Gall. *Bout.* Statuta Mutinæ fol. 70: *Quilibet per suas terras et terrarum suarum Testatas, et Testate bannitorum et viarum juxta dictam foveam debeant cavari.*

\* Vide supra *Testa* 2.

TESTATIO, Jus dicitur quod Episcopi habebant disponendi de quarta, interdum nona parte relictorum de testamentis in pios scilicet usus; quod quidem inde manavit, quod antiquitus statutum fuit, ut rerum, quæ in testamento relinquerentur, auctoritate Ecclesiæ distributio deinceps fieret, et ut Episcopis ac Prælati, in pios, sicuti diximus, usus, certam eorum quantitatem distribuere liceret. Cum autem de decima tantum parte disponendi iis facultas esset data, scribit Matthæus Paris ann. 1190. statutum in Normannia, Ricardo Rege annuente, inter cætera: *Ut distributio rerum que in testamento relinquantur, auctoritate Ecclesiæ fieret, nec decima pars, ut olim subtraheretur.* De rebus porro testamento relictis quartam sibi postmodum arrogarunt, non amplius in pios usus erogandam, sed tanquam sibi propriam, et de qua disponere iis omnino esset liberum, uti de intestatorum bonis, quod supra docuimus. Charta Leonardi Episcopi Casenatensis ann. 1175. apud Ughellum tom. 2: *Insuper largimur vobis vestrisque successoribus in perpetuum alias decimationes, et primitias, et testationes, et Aquam sanctam totius Vicariatus, etc.* Alta ibidem Aimerici Episcopi ejusdem Ecclesiæ ann. 1274: *Insuper largior, do, trado, in perpetuum Canonicam portionem testamentorum et aliarum ultimarum voluntatum de jure spectan-*

*tium mihi meisque successoribus ab hac hora in antea in perpetuum per totum plebatum dictæ plebis S: Mauri, ... ut libere quicquid ad me meosque successores ratione Canonice portionis, id est, quartæ testamentorum, et aliarum ultimarum voluntatum pertinebit amodo, vel pertinere videbitur in perpetuum per totum plebatum utrumque, percipere ac exigere et habere pacifice valeatis, etc.* Vide *Nonagium*, [et *Tertiagium*.]

† TESTATOR, Magis testatus, comperitus, notior. Codex Theod. lib. 10. tit. 1. leg. 14: *Quo facilius sit discussio pecuniæ, cujus nobis fuerit summa Testator.*

TESTATOR, Patronus, intercessor. Liber 2. Miraculor. S. Bertini cap. 7: *Præsertim de Dei auxilio Testatorumque priorum interventu fisi.* Et cap. seq. extremo: *Tam eleventis Dei provisione adjuti... imo de experta patrum intestatorum solita et provida defensione salvati, etc.*

\* TESTATORIA LITTERA, idem quod supra *Testamentale edictum*. Charta Caroli Simpl. ann. 915. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 523: *Et ut hoc nostræ auctoritatis præceptum perpetualliter manens, semper sit inconvulsus, has Testatorias litteras exinde fieri jussimus.*

TESTEA, Tesceia. Capit. Caroli C. tit. 12. cap. 13: *Istud sacramentum jurabunt franci homines. Ego ill. adsalituram, illud malum schach vocant, vel Tesceiam non faciam, nec ut alius faciat, consentiam. Testeia scribitur in tit. 39. cap. 3: De illis hominibus, qui infames vel clamodici sunt de Testeis, vel latrocinii et rapacitatibus, et assalturis, etc.* Infra: *Juret... quod Testeam, vel latrocinium, aut rapinam non fecerit. Occurrit ibi pluries. Vocis origo incerta, tametsi notio ex allatis satis constet. Sane Testeia scribi debere, non Tesceia, evincit Epistola Fulcardi Abbatis Lobiensis ad Imp. Henricum, in Chronico Lobienso: In placitis præter bincinam et Testeam non debet habere Advocatus, nisi tres denarios, et alibi duos; modo si aliquis non placito scabinorum banno fuerit devotus, etc.* Ubi legendum monuimus *burinam*, id est, seditionem, *mesleiam*.

† Tesceiam a *Texaga* deducit Eccardus in Notis ad Pactum Legis Salicæ tit. 9. art. 3. eandemque notionem esse utriusque vocis haud male asserit vir doctus. Vocabulum *Texaga*, inquit, lenius enunciatum mutatum est in *Texegam*, *Tescegam*, sive ut communiter in veteribus monumentis scriptum reperitur, *Tesceiam*: unde fallitur Cangius qui *Tesceiam* scribi debere contendit. Significatio autem vocis agnosci facile potest ex laudato Caroli C. Capitulari tit. 39. cap. 3. ubi *Tesceia* pro *latrocinium* tamquam synonymum explicatur. Est ergo *Tesceia*, ut et *Texaga*, furtum clandestinum et occultum. Vide infra *Texaga*.

† TESTELEMENIARE, pro *Testimoniare*, in vet. Charta apud Doubletum Hist. Sandion. pag. 687.

† 1. TESTERA, Species machinæ bellicæ. Radulfus de Gestis Friderici I. Imp. apud Murator. tom. 6. col. 1178: *Et cum Testeriis et prederis expugnaverunt illud (castellum.)* Vide *Prederia*.

† 2. TESTERA, Frontalia, Gall. *Tétière*, Ital. *Testiera*. Statuta Vercell. lib. 7. f. 170:

*Nullus molinarius audeat vel præsumat ducere vel duci facere per civitatem Vercellarum aliquem asinum vel aliam bestiam quadrupedem per se, nisi ducatur vel teneatur per cordam vel capistrum, vel frenum seu betholam, vel Testeran in pena solidorum x. Pap. Vide Testinia.*

† TESTERIA, Eadem notione. Garnisiones castri Carcasson. ann. 1294: XXIII. *cohopture equorum de tela puncta v. Testerie equorum puncte.*

\* Capitis equorum armatura. Lit. Alfonsi comit. Pictav. ann. 1269. in Reg. II. Charthoph. reg. fol. 81. v°: *Mandamus vobis quatinus..... duas Testerias ad equos... apportari faciatis vobiscum.*

† TESTERIUM, Lecti supernum tegmen, Angl. *Tester*, Gall. *Ciel de lit*, vel *Fond de lit*. Litteræ ann. 1388. apud Rymer. tom. 7. pag. 577. col. 1: *Unum coopertorium cum celura integra et Testerio de eadem secta.* Rursum occurrit pag. 356. col. 1. *Italics Testieru* latus est lecti cervicali proximum. Vide *Testale* et *Testrum*.

† TESTEUS, pro Testaceus. *Testea corpora*, Macrobio lib. 7. Saturni. cap. 15. *Testeum vas*, apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 510.

† TESTICIDIUM, Testis cædes, occisio. Gerohus Reichersperg. in expositione Psalmi 64. apud Baluz. tom. 5. Miscell. pag. 124: *Interficiunt (Joan. Bapt.) cavendo quidem sibi, ut æstimant, a reatu homicidii, sed non effugientes crimen Testicidii, etc.*

\* TESTICULARE, Testiculos abscindere. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Eseolar, Prov. Testiculare, tesquare.* Vide *Tescuo*.

† TESTIFICARE, pro Testificari. Concilium Legion. ann. 1012. can. 19: *Si autem aliquis testium falsum Testificasse probatus fuerit, etc.* Occurrit alibi non semel.

† 1. TESTIFICATIO, Martyrium, passio. S. Paulinus Epist. 31. num. 5: *De loco Testificationis (Christi) confirmato (S. Helena) jussit illico.... in ipsum locum operam fisionis accingi.*

\* 2. TESTIFICATIO, Existimatio, fama. Charta Alani Brit. ducis tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 381: *Quam (potestatem) jam diu memorie genitor noster Gauffredus marchio ejusdem loci rectori, nomine Roberto, pro remedio, tam suæ quam genitoris, avi scilicet nostri magnæ Testificationis viri Conani, ante concesserat.*

\* TESTILIS, Rustica quædam, vel fictilis, rusticum nomen. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613. [\*\* Virgil. Eclog. 2. vers. 10.]

TESTIMONIALES, Diplomata, vel Epistole, quæ a Principibus conceduntur iis qui militiam sub armorum labore exegerunt, quibus in emerita militiæ præmium, in Protectorum, Præpositorum, vel Tribunorum ordinem ii adscribuntur. *Testimonialibus dignitatem adipisci*, in leg. 8. Cod. Th. de Honorariis codicill. (6,22.) Vide eundem Cod. tit. de Testimoniali ex Tribunis et Protectoribus (7,21.), et ibi Gothofr. Gall. *Temoignage de service.*

† TESTIMONIALIS, Scripta testificatio, Gall. *Certificat*. Concilium Tolet. ann. 1323. can. 12: *Qui alieno Parochiano absque alia Testimoniali sacerdotis proprii Missam cele-*



braverit nuptialem, trecentos morapetinos nobis solvere teneatur. Ubi pro absque alia lubens legerem absque littera, vel licentia, aut quid simile.

¶ TESTIMONIALIS CHARTA seu publicum instrumentum, in Charta ann. 1399. apud Menesterium in Probationibus Hist. Lugdun. pag. 127. col. 1.

¶ TESTIMONIALIS DIACONUS, Custos Episcopi concionantis. Consule Panvinum in vocum ecclesiasticarum interpretatione. Vide *Diaconus* et infra *Testimonium*.

¶ TESTIMONIALES LITTERÆ, In alicujus rei testimonium datæ, apud *Madox* Formular. Anglic. pag. 11. Vegetio lib. 2. cap. 3. sunt illæ, quibus milites completis stipendiis dimittuntur. Vide supra *Testimoniales*.

TESTIMONIARE, Testimonium dicere, Gall. *Tesmoigner*, in Capitul. ad Legem Salicam cap. 11: *Optimus quisque in pago vel civitate in testimonium assumatur, et cui is, contra quem Testimoniare debet, nullum crimen possit indicere.* Adde lib. 3. Capitul. cap. 32. [Commemoratorium ann. circiter 780. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 41: *Illi pagenses et ingenui homines sic in omnibus Testimonaverunt, quod ipsi viderant ipsas villas partibus supradictis Ecclesias possidere.* Adde Chartas Chlodovei Reg. Fr. sæc. 3. Bened. part. 2. pag. 617. 618. et Perardum in Burgundicis pag. 14. Le Roman de *Vacce* MS :

Mez ce disoient et juroient,  
Et Franchois le Testemoignoicnt,  
Que onques me de sa veigneur  
N'out eu la terre eu Seigneur.

Le Roman de *Giron le Courtois* MS: *Sire Gauvain, tout le monde vous Tesmoigne à bon chevalier.* Infra: *Pous tient à bon chevalier.* Charta Auberti Abbatis Castrii ann. 1247. ex Chartul. Campan. fol. 343. v<sup>o</sup>. col. 2: *S'aucuns dist lait à l'autre en la vile, et il soit veu d'eschevin, oa Testimoignié par deux autres personnes il paiera por l'amende III. s.* Vide in *Testimonium*.

\* Nostris *Tesmoigner* quelqu'un, pro *Rendre bon temoignage d'une personne*, Alicujus probitate testari, in Lit. ann. 1390. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 370. *Thesmoignier, pro Temoigner, Significare, declarare, in Vita J. C. MS :*

L'Escriture oi Thesmoignier  
Qu'il ne poreut avoircenfant.

TESTIMONIUM, Testis, unde Gallis *Tesmoïn*. Capitulare ann. 779. cap. 19: *De mancipiis quæ venduntur, ut in presentia Episcopi vel Comitum sit, ... aut ante bene nota Testimonia.* Vetus placitum editum a Baluzio in Append. ad Capitul.: *Nuper veniens Arloinus ad summ placitum, quod arvanitum habuit, ibidem sua Testimonia protulit bonos homines idoneos, his nominibus, etc.* Aliud Placitum ann. 869. apud eundem: *Unde sic dedit iste Warlina mandatarium... tale Testimonia qui juraverunt ad seria conditione, etc.* Chronicon Farfensis monasterii pag. 656: *Et sic venit dominus Abbas, et ejus Advocatus, una cum Testimoniis, quorum nomina sunt, Gradolfus, etc.* Tabularium Persiense cap. 19. apud Perardum: *Ante ipsos Missos duodecim Testimonia ibidem presentavit, his nomi-*

bus, ... ipsa Testimonia diligenter discussi fuerunt, etc. Charta 99. ex Alamannicis Goldasti: *Tunc predictus Comes jussit, ut ipsa Testimonia supra irent, et ipsos terminos ostenderent, quod dicebant, etc.* Burchardus Wormaciensis Episcopus in Lege Familiæ: *Ut devitentur perjuria volumus, ut ex utraque parte ostendantur illorum Testimonia, et ita collaudant testes quasi gratum habeant; et ex supradictis duobus Testimoniis, duo eligantur ad pugnam, et cum duello litem decernant, et cujus campio ceciderit, perdat.* [Vetus Constitutum Sylvestro PP. attributum num. 6.: *Non damnabitur Præsul nisi in 72. (Testimonia)... presbyter autem nisi in 44. Testimonia... filios et uxores habentes et omnino Christum prædicantes.*]

\* *Testemonie*, in Charta ann. 1274. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 1033. pro *Testoignage, preuve.*

Pro *Testimonio* aliquid accipere. Vetus Charta apud Ordericum Vital. lib. 5. pag. 590: *Inde habuimus beneficia et societatem fratrum, et pro Testimonio unum equum centum solidorum.* [Ubi pro consensu rei agendæ præstito scriptum esse videtur.]

☞ *Testimonia* etiam dicuntur, ni fallor, mulctæ pecuniariæ quæ domino feudali debebantur ob falsum testimonium: nisi malis intelligere eo nomine designari id quod ipsi domino exsolvebatur ob audita ab ipso testimonia. Ut ut est, memorantur *Testimonia* inter jura dominica in Litteris Gerardi Præpositi Eccl. Audomar. ex Tabular. ejusd. Eccl.: *Capellanum Comitissis de Ruboc Canonicum constituimus et concessimus etiam ipsi omnes obventiones, ... emendationes, Testimonia, vina stalli, et præbendarum, braccellos qui ad talliam non pertinent.*

TESTIMONIUM ECCLESIASTICUM, [Sic vocantur Episcoporum socii, quia erant vitæ eorum testes.] Chronicon Reicherspergense ann. 272: *Lucius PP. præcepit, ut duo Presbyteri, et 3. Diaconi in omni loco Episcopum non deserant propter Testimonium Ecclesiasticum.* S. Hieronymus Ep. 85: *Sed dicis, Quomodo Romæ ad Testimonium Diaconi Presbyteri ordinatur.* Vide *Celulanus, Tyncellus, et Testimonialis Diaconus.*

☞ *Testimonium* Clericorum ac Monachorum olim receptum fuisse in propria causa exemplis et auctoritate probat Mabilonius lib. 3. de Re Diplomat. num. 5. et seqq. licet habeatur lib. 7. Capitul. cap. 152: *Ut nullus in sua causa judicet aut Testimonium dicat.*

☞ *Testimonium* proprie dictum variis vocibus olim expresserunt Galli, quod nos unica nunc voce *Temoignage* enunciamus. Charta ann. 1252. ex Chartul. Campan. fol. 396. col. 1: *An Testimoiance de ceste chose nos avons ces lestres saelées de nostre sael.* Occurrit pluries in eod. Chartul. Litteræ ann. 1255. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 406: *Nos Jehan Dux de Bretagne... li en avon doné cestes lestres pendantes seellées en nostre seel en Testemoine.* E en *Testemoigne* de ces choses, in aliis Henrici Regis Angl. ibid. col. 409. *Donné par Testemoignance à nostre grant seel, in*

aliis Richardi Regis Angl. ann. 1379. ibid. col. 602. Vide *Testimoniare*.

¶ TESTIMONIUM JESU-CHRISTI, Novum Testamentum, Evangelium. Poema de Nomine Jesu in Appendice Operum S. Paulini pag. 25:

Salve, ô Appollo vere, Pæan ioculte,  
Pulsor draconis inferi.  
Dulcis tui pharetra Testimonii,  
Quod quatuor constat vis, etc.

\* TESTIMONIUM, dicitur, ut et Gallis *Tesmoïn*, de caudicibus, quibus continetur lignum forarium, cum illud metiuntur. Charta Caroli IV. ann. 1326. in Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 129: *Cum sorores beati Ludovici de Pissiaco quingentas quadrigatas bosci, quamlibet quatuor modulos continentem.... percipiant;... verum quia moduli antedicti fuerint.... interdum incompetent mensurati, ..... concedimus quod in mensuratione cujuslibet moduli..... tres buschæ, videlicet miam pro plano et duas pro Testimonio dinceps..... tradantur.*

TESTINIA, Armaturæ species. Testamentum Ranimiri Reg. Aragon. æræ 1099. in Hist. Pinnatensi lib. 2. cap. 38: *De neas autem armas qui ad Varones et Cavalleros pertinent, sellas de argento, et frenos, et brunias, et espas, et adarcas, et gelmos, et Testinias, et cinctorias, et sporas, et callos, et mulos et equas, et vaccas, et oves, dimitto ad Sanctium filium meum, etc.* Quid si legatur *testirias?* ut sit capitis armatura, quam *Testiere* nostri vocant. Quam etiam armaturæ speciem equis militaribus adscribunt Assisiæ Hierosolymitanæ MSS. cap. 95. ubi de duello certantibus: *Et le cheval doit estre couvert de couverture de fer, et avoir une Testiere de fer, et emmi la Testiere, une broche de fer, telle comme celle de l'escu.* [Vide *Testera* 2.]

¶ TESTINIUM, *Opportunum*, in Glossis Isid. Grævius emendat *Tempestivum*. [\*\* Ita legitur apud Placidum et ex eo apud Papiam et alios.]

TESTINUM. Lex Familiæ Burchardi Episc. Wormaciensis. cap. 17: *Nilhil juret, sed in Testino Scabinorum sit.* Ubi *Testimonio* legendum nemo non videt.

TESTIPHADIUM. Iso Magister in Glossis: *Fulchra, sustentacula vel lectorum, vel aliarum rerum, quæ Testiphadia nominamus.* Leg. *Stribadia*, ex Græco *στρίβδιον*.

1. TESTIS. Statuta Synodalia Nicolai Episcopi Andegavensis ann. 1263: *Prohibemus singulis Sacerdotibus parochialibus, ne ipsi parochianis suis die Paschatis Testes seu hostias loco panis benedicti ministrent, ne ex ejus ministracione, seu receptione erubescant evitare videntur; sed panem benedictum faciant, sicut aliis diebus dominicis fieri consuevit.* Ubi pro evitare legendum puto irritare: forte enim intelliguntur paniculi, seu oblatae in *testicolorum* figuram formatae, quas in hoc festo Paschali loco panis benedicti dabant.

☞ Haud scio an simplicior veroque similior sit Acherii tom. 11. Spicil. pag. 207. emendatio, qui *tostas* ibi pro *Testes* legendum esse suspicatur.

¶ 2. TESTIS, pro *Textus*. Vide in hac voce.

3. TESTIS. *Teste meipso*, vel *Teste Rege*, Formula Chartis Regum Angliæ [seu potius



Epistolis minoris momenti a temporibus Richardi I.] passim adscripta, cum scilicet a Proceribus non subscriptur, sed a solo Rege; quam suggillavit olim Pius II. PP. in mandato Henrici VI. lib. 3. Commentar. suor. : *Testem autem se dicit (Deus) futurum, quia in iudicio suo non indiget testibus.* [Vide Mabil. lib. 2. Diplom. cap. 21. num. 7. et 8. ubi præter illa quæ spectant Anglos, aliquid simile refert e Litteris Rogerii Calabriae Comitis, Conobio Pactensi concessis ann. 1094. apud Pirrum Sicil. sacræ lib. 3. pag. 386 : *Teste me dante et concedente et conjuge mea Adaloyde Comitissa.* In aliis ibid. pag. 387. habetur : *Teste eodem Comite Rogero, etc.*]

\* Eadem formula alii præter Angliæ reges usi sunt : Theobaldus comes Trecentis in Charta pro monast. Corbiniac. ex Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 16 : *Actum Trevis, Teste me ipso anno Verbi incarnati 1199. mense Novembri.* Rursum in alia ex Chartul. Campan. fol. 65. rº : *Actum apud Choaudon, Teste me ipso anno incarnationis Dominicæ 1200. mense Januario. Datum per manum Galleri cancellarii mei.* Guillelmus de Valle Grignosa in Charta ann. 1224. ex Chartul. AD. S. Germ. Prat. fol. 61. vº : *Datum Parisius apud S. Germanum de pratis, Teste me ipso.*

\* *Liber est, et non doctus, non sperat habere lucrum, nec damnum; et super suam animam juravit.* Hæc formula uniuscujusque testis declarationem excipit, in Inquisit. ann. 1252. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 811. Ubi non doctus idem sonat atque non subornatus.

TESTES EX EODEM COMITATU; in quo res acta, de qua controversia est, sumi debent. Capitula Ludovici Pii Imp. ad Legem Salicam, [et lib. 4. Capitular. cap. 23. *Eligantur in ipso pago, lib. 3. corumd. Capitul. cap. 78.* Adde Chartam reclamatoriam ad Ludovicum Pium inter Epistolas S. Bonifacii num. 115. a Baluzio laudatam in Notis ad Capitularia col. 1187.]

TESTES qui oculis suis viderunt, et auribus suis audierunt; in Lege Alamann. cap. 1. tit. 2. § 1.

TESTES PER AUREM ATTRACTI. Vide *Auris.*

† TESTES CREDITI, Quibus fides habenda est, in Testamento ann. 1121. in Probat. novæ Hist. Occitan. tom. 2. col. 416.

† TESTES REDEMTI, Pretio allecti, corrupti, subornati. Vide *Redimere.*

TESTES ROGATI. Vide *Charta rogata*, pag. 316. col. 2.

TESTES SYNODALES PUBLICI, Qui publice recepti et probati in Synodo; *de quorum fide non dubitatur*, in Concilio Cabilonensi ann. 813. cap. 1. Cap. Præterea, de Testibus cogend. : *Testes publicos, quos civitas nuncupat Synodales.* Censent Cironus et Altaserra lib. 2. Dissertat. Juris Canon. cap. 12. dici hoc loco *Testes Synodales*, qui publice recepti et probati in Synodo, quasi custodes et speculatores eorum, quæ fiunt in Ecclesia, vel contra Synodi decreta decernuntur et geruntur, quos Græci *πρωφύλαξας* vocant, ut notavit Cujacius ad cap. 7. de Testib. cogend. vel potius hos esse, qui in quacumque parœcia vel Episcopatu

eligerentur, adhibito super 4. Evangelia, vel Martyrum reliquiis juramento, ut omnia, quæ contra fidem et religionem fiebant, observarent et inquirerent, ut patet ex Can. *Episcopus*, 35. q. 6. et Concil. Lateran. sub Innoc. III. cap. 6. Concilium Narbon. ann. 1227. can. 14 : *Districte mandamus, ut ab Episcopis Testes Synodales in singulis instituuntur parochiis qui de hæresi et aliis criminibus diligenter inquirant, etc.* Concilium Tolosanum ann. 1229 : *Statuimus itaque ut Archiepiscopi et Episcopi singulis parochiis, tam in civitatibus quam extra, Sacerdotum unum, et duos vel tres bonæ opinionis Laicos vel plures, si opus fuerit, sacramento constringant, qui diligenter, fideliter et frequenter inquirant hæreticos in iisdem parochiis, etc.* Synodus Coloniensis ann. 1300. cap. 10 : *Et illud inventarium fiet per probos viros et idoneos, videlicet per Presbyterum, et duos Scabinos loci, vel Synodales, non suspectos, etc.* Infra : *Facto inventario in præsentia Sacerdotis loci, vel duorum vel trium Scabinorum, vel Synodalium, vel fide dignorum.* Statutum Friderici II. Imp. apud Alber. ann. 1234 : *Statuimus, quod si quis treugas datas violaverit, si cum ipso in cuius manum treugæ fuerant compromissæ, et cum duobus aliis Synodalibus hominibus treugas violatas esse convincere poterit, et testari, violator manum perdat.* Adde Statuta Walteri Episc. Dunelmensis. ann. 1225. sub finem, Concil. Saltzburgense ann. 1420. cap. 16. et Senonense ann. 1485. art. 4. cap. 7.

Ut porro ii deliquerint, docet in primis Concilium Rotomagense apud Reginonem lib. 2. cap. 2. et Burchardum lib. 1. cap. 91 : *De juratoribus Synodi : Episcopus in Synodo residens, post congruam allocutionem, septem ex plebe ipsius parochiæ, vel eo amplius aut minus, prout viderit expedire, maturiores, honestiores, atque veriores viros in medio debet evocare, et allatis Sanctorum pigneribus unumquemque illorum tali Sacramento constringat : Amodo inantea, quicquid nosti vel audisti, aut postmodum inquisiturus es, quod contra Dei voluntatem et rectam Christianitatem in ista parochia factum est aut in futurum erit, si in diebus tuis everit, tantum ut ad tuam cognitionem quocumque modo perveniat, si scis, aut tibi indicatum fuerit Synodalem causam esse, et ad ministerium Episcopi pertinere, quod nec propter amorem, nec propter timorem, nec propter præmium, nec propter parentelam celare debeas Episcopo, aut ejus misso, cui hoc inquirere jusserit, quandocumque te ex hoc interrogaverit. Sic te Deus adjuvet et iste Sanctorum reliquie.* Quo quidem peracto juramento, interrogabantur per ordinem ab Episcopo de delictis, quæ in parœcia sua peracta esse noverant.

† TESTIS TERMINI, Idem, ut videtur, qui veteri Gromatico *Testacius Terminus* dicitur. Nostri *Perdriaux* vel *Temoins de bornes* appellant quatuor silices ad metas apponi solitos qui metam esse ostendunt. Hieronym. de Monte Brixiano de Finibus regundis cap. 18. num. 1 : *Quando terminus respicit alium terminum per rectitudinem, non per transversum, vel si Testis termini, sive Guardia, ut alii appellant, respicit terminum ab uno latere, tunc erit signum esse*

*finem territorii vel prædii.* Vide in *Warda.*

† TESTIS, TESTE, adject. ut *fidelis, fidele.* Liberius Epist. 11. edit. Coustantianæ : *Teste est omne presbyterium Romanæ ecclesie.*

TESTES LEVARE. Usatica MSS. civitatis Ambian. : *Quiconque che soit, qui ne sache nie coment il puist et doie le Tesmoins lever, il le puet demander au Majeur coment il le puist lever, et li Maire li doit certifier, et ensengner coment il le puet et doit lever. Derekief quiconques ce soit qui veulle Tesmoins lever, il le puet lever con fins tesmoins, et le doit lever par le poing, et presenter son gage, et en puet retenir à avoir campion et avoué s'il vent, etc.*

† TESTES oretenus examinandi, in Correctionibus Statutorum Cadubrii cap. 136.

☞ Haud abs re futurum est, si post Mabilionium Diplom. lib. 2. cap. 22. n. 15. observemus, aliquando testes laudari in chartis nonnullis hac similitive formula : *Hujus rei testes sunt*, licet neque subscribant hi testes, neque Notarius pro ipsis. Nimirum quia cum testes non raro post tempus confecti instrumenti subscriberent, fiebat nonnunquam, ut ex incuria partium chartæ subscriptionibus destituta remaneret. Quod testium subscriptiones spectat, fuse refert idem Mabilionius lib. 22. laudato, cap. 20. et seq. Ibi vide.

☞ Probatio per unum testem approbatur Statutis Massil. lib. 2. cap. 12 : *In causa pecuniaria rerum mobilium vel immobilium aut moventium, quæ vel ejus æstimatio c. sol. non excedat... ita tamen si plures testes ad illam causam probandam se non posse habere ille produccens assereret vel affirmaverit suo sacramento.* Excipiuntur questiones injuriarum et furti.

\* In falsos testes eandem, quam in illis qui eos proferunt pœnam decernunt Stat. Avenion. ann. 1243. cap. 73. ex Cod. reg. 4659 : *Si aliquis produxerit falsum testem, vel nisi fuerit, quamvis ad effectum non perduxerit, scienter, amittat nasum cum labro usque ad dentes, et eodem modo puniatur ille testis; nisi istorum uterque centum libras solverit prima vice. Contra preferentes falsos testes ita definiunt Stat. Cadubr. lib. 3. cap. 50 : De inducentibus vel facientibus induci scienter falsum testem. Tunc sic inducens vel induci faciens falsum testem, curia in centum libris P. condemnatur; quam pœnam, si non solverit infra mensem a die publicationis sententiæ, duplum dictæ pœnæ infra alium mensem solvere teneatur. Et si infra dictum terminum dictam pœnam non solverit, amputetur sibi lingua, et de Cadubrio per unum annum banniat.*

\* *Tesmoing*, pro vulgari *Montre*, *échantillon*, vendendæ mercis specimen, in Lit. remiss. ann. 1408. ex Reg. 162. Chartoph. reg. ch. 202 : *Le suppliant ala en la ville de Brou et porta avecques lui un pou de blé pour Tesmoing, en entention d'en vendre jusques à un my du pareil blé.*

† TESTITUDO, *Testimonium*, in Onomastico ad calcem tom. 2. SS. Martii.

TESTON, TESTONES, inquit Spelmanus, nummi genus, quod Gallis r8. denariis valebat. Et sic olim forte apud Anglos: æreum autem et argento delibatum sub Henrico VIII. 12. denariis exponebantur. Sed Ed-



wardi VI. ann. 1. ad 9. denarios contractum est; postea vero, quale hodie permanet, ad sex denarios, sed hoc optimi argenti.

De *Testonibus* Francicis, vide *Syntagma* de *Monetis* argenteis, supra a nobis descriptum.

¶ **TESTONUS, TESTÚTUS**, Eadem notione. *Statuta* Avenion. lib. 1. rubr. 30. art. 4 : *Quid sepe contingit contentiones oriri super solutione monetarum, quæ hic recipi solent, et maxime in scutis et Testutis seu Testonis, etc.* Et mox : *Testutos autem seu Testonos, etc.* Sed rubr. 24. art. 2. legitur *Testones*.

\* *Testart*, in *Lit. remiss.* ann. 1455. ex *Reg.* 183. *Chartoph. reg.* ch. 85 : *Sept rides en or, six sulus, ung escu, ung Testart, ung gros de quatre deniers, etc.* Aliæ ann. 1471. in *Reg.* 195. ch. 620 : *Le suppliant esperant estre bon ami acquis de Grant Jehan, lui offrit prester trois scotes ou Testars pour aider à payer su perte.*

**TESTONES**. Additamentum 1. *Legis Burgundion.* tit. 11 : *Si quis acceptorem alienum involare præsumperit, aut sex uncias carnis acceptor ipse super Testones comedat, aut certe si noluerit, sex solidos illi, cuius acceptor est, cogatur exsolvere.* [\*\* Vide *Grimm. Antiq. Jur. German.* pag. 690. Forte pro *Testiculi*. Confer tit. 10.]

¶ **TESTOR**, pro *Testor*, *Gall. Tisserand*, *Ital. Testore*. Occurrit in *Statutis* *Vercell.* fol. 85. vº.

\* *Charta* ann. circ. 1150. apud *Pez.* tom. 6. *Anecd. part. 1. col. 359* : *Prætereum duos concessi campanarios, ... et duos cubicularios, ... et unum Testorem, etc.* Infra : *Textorem*. Hinc *Testut*, pro *Tissu*, *Textus*, in *Inventar.* ann. 1419. ex *Tabul. Montisol.* : *Cum alba, stola, manipulo, zona sive sinta vermelha, vocata Testut.* Vide *Testus*.

¶ **TESTRATOR**, f. pro *Strator* vel *Protostrator*, de quo supra. *Epitome Chronic.* *Casin.* apud *Murator.* tom. 2. pag. 354. col. 2 : *Mauritius autem Imperator a Phoca Testratore Prisci Pabintii occiditur.*

¶ **1. TESTRUM**, *Lecti tegmen supernum*, *Angl. Tester*. *Testamentum* ann. 1386. apud *Madox Formul. Anglic.* pag. 428 : *Lego dictæ Mesie Deyncourt filie meæ 1. lectum rubeum quiltpoint cum 1. Testro de eadem setta.* Vide *Testarium* et *Testura*

\* **2. TESTRUM**, *Collis, clivus, f.* pro *Tertrum*. Vide in hac voce. *Charta* ann. 1234. in *Chartul. Med. monast.* fol. 146. vº : *Andreas de Sancto Ursino et uxore ejus recognoverant habuisse grantum suum et pecuniam numeratam pro arpeno campi siti, ut dicitur, apud grossum Testrum.*

\* **TESTUDINALIS**, *Testudinatus*, *Gall. Vouté*, in *Charta* ann. 1379. apud *Pez.* tom. 6. *Anecd. part. 3. pag. 63. col. 1.*

¶ **1. TESTUDO**, *Calva, Test de la tête, crane.* *Vita S. Joh. Gualberti* tom. 3. *Julii* pag. 357 : *Tam grave infixerunt vulnus, ut perveniret acies ferri usque ad Testudinem cerebri.* Vide *Testa*.

¶ **2. TESTUDO**, *Testa, Lagena.* *Vita S. Adalberti Episc.* tom. 3. *Aprilis* pag. 193 : *Vinum nescio an aquam portavit, Testudinem cum eo quod intus erat illesam servavit... mirantur omnes vas sanum.*

¶ **3. TESTUDO**, *Scuti genus oblongum aptumque ad testudinem conficiendam,*

*Nangium* in *Vita S. Ludovici* : *Centum cum Testudinibus sive targis in urnis lucidis, et in equis loricali tunica coopertis sequebantur.* De *testudinibus* variis *militaribus*, vide *Carolum* de *Aquino* in *Lexico Militi.*

\* **4. TESTUDO**, *Densitas ranorum*, in *vet. Glossar. ex Cod. reg.* 7613.

**TESTULE**, *Testarum fragmenta.* Vide *Testæ.*

¶ **TESTURA**, *Idem quod Testrum*, vel *Testerium*, de quibus supra. *Testamentum* ann. 1415. apud *Rymer.* tom. 9. pag. 277. col. 2 : *Lectum de Worstede vel tapestry cum Testura, selura et tribus curtinis.*

¶ **TESTUS**, pro *Textus*, *adject.* in *Legibus Rotharis* apud *Murator.* tom. 1. pag. 41. col. 1. *substantive* vero infra in *Testus 1.*

¶ **TESTUTUS**, pro *Textus, Tissu.* *Inventar.* ann. 1476. *MS* : *Toalus factus et Testutas in opere Damasci.* Vide alia notione in *Teston.*

**1. TESURA**, *Clastrum vel cratis, qua ingressus loci defenditur, prohibetur.* *Charta* ann. 1073. ex *Tabular. Monast. S. Quintini* in *insula* pag. 14 : *Tesuris nunc existentibus in dicto vivario, etc.* Infra : *Et si aliquis novas Tesuras in dicto vivario existentibus de cloiis novis.* Rursum : *Tesuras prædictas in dicto vivario existentes de cloiis novis et retibus factas de palis et virgis retinere poterunt, etc.* [Tabular. *S. Michaelis* in *periculo maris* : *Ego Clamarhocus dedi Deo et S. Michaeli unam Tesuram, id est, piscatoriam in mari.*] *Tesure* non semel in *Chartis Gallicis*, *ibid.* pag. 17. et *alibi.* Fateor tamen hanc vocem derivari posse a *tendre* : sic enim in *Ordinat.* ann. 1293. pro *piscationibus*, *ibid.* pag. 23. vº : *Et defendons tendre as archas; et pescher aux gardons freuux, etc.* [Huc spectare videtur *Chron. Bertrandi du Guesclin MS* :

Toutes les garnisons le verront coramment  
Des gens d'armes qui vont gardant maint Tasement.]

\* **2. TESURA, THESURA**, *Plagæ, rete, textus, Gall. Filet*, alias *Tesure*. *Libert. castride Crudio* ann. 1325. in *Reg.* 62. *Chartoph. reg.* ch. 467 : *Cujuscunque conditionis seu generis conseretur (venatio) excepto cum filatis seu rete, et alia Tesura, vocatu saumach.* *Libert. Petræ assis.* ann. 1341. in *Reg.* 74. ch. 647 : *Item quod quicumque capiens extra eorum columbarium columbos cum filatis in xxx. sol. Turon. et cum Thesura v. sol. Charta* ann. 1391. in *Reg.* 148. ch. 59 : *Incolæ dictorum locorum* (de *S. Paulo* etc. in *Occitania*).... *habent usum, ademprium, libertatem, franquesiam et consuetudinem piscandi cum quibuscunque Tesuris, retibus et modis consuetis.... Item habent usum, ademprium capiendi cum quibuscunque modis et Thesuris quæcumque animalium fera et silvestria.* *Alia* ann. 1247. in *Chartul. S. Corn. Compend.* fol. 97. vº. col. 2 : *Je devant diz Robers..... reconnois que li prévot de Runigni.....] puist penre en ce bos lievre ou counin, lon, renart, et taison, sans haie faire et sans Tesure, etc.* *Hiuc Tesurer, Retia* seu *plagas tendere*, in *Charta* ann. 1326. ex *Hist. Sabol.* pag. 249 : *Que lesdiz bourgeois.... ne puissent Tesurer, ne mettre fillé : mais ils pourront chacier, porter arc, trere et chienz mener.* Vide supra *Tensura 3.*

\* **TESUTUS**, *Paratus, cui aliquid deliberratum constitutumque est, Gall. Résolu, déterminé.* *Charta* ann. 755. apud *Murator.* tom. 5. *Antiq. Ital. med. ævi* col. 627 : *Manifestus sum ego nominatus Guiprand V. D. quia in exercito ad Frucia Tesutus sum ambulandum, etc.*

**TETA**. *Servius* ad *Eclogam 1. Virgillii* : *Palumbes quas vulgus Tetus vocat.*

\* **TETANIUM**, *exponitur in antiquis libris vel synonymis, quod est flos calcis, et alibi flos muri : in libro vero de Doctr. Græc. exponitur, quod est calx et gypsum; sed potius calcem puto.* *Glossar. medic. MS.* *Sim. Janus* ns. ex *Cod. reg.* 6959.

\* **TETANUS**, *Paulo est spasma, et ipse fit velut congelatis corporis vel corporibus, et maxime contra spinam musculi a frigido humore interius et exterius exeunte, in eodem Glossario.*

¶ **TETARE**, *Sugere, Gall. Teter.* Occurrit in *Glossis* ad *Doctrinale Alexandri* de *Villa-Dei.*

\* *Italis Tettare.* *Glossar. Provinc. Lat.* ex *Cod. reg.* 7657 : *Tetar, Prov. lactere, lallare, sugere.*

\* **TETERANI, Proni, sive tenebrosi**, in *vet. Glossar.* ex *Cod. reg.* 7641. *Leg. Tetrani, pravi.* Vide *Tetranus.*

¶ **TETHICUS**. *Vita S. Winwaloei MS* : *Muro utrimque circumdatus Tethico.* Vox ducta videtur a *Græco* *θητικός*, *positivus*; quod si verum est, melius legeretur *Theiticus.*

**TETHINGA**, vel **TITHINGA**, pro *Decania* et *Friborgus*, interdum pro *Trithinga*, quæ vide suis locis.

**TETHINGPENY**, *Pecunia, quam subsidii causa Vicecomes olim exigebat ex singulis Tethingis, seu decuriis sui Comitatus. Inter tributa, a quibus immunitas conceditur, recensetur. Charta Henrici II. Regis Angliæ in Monastico Anglic.* tom. 2. pag. 283 : *Sint quieti... de blodwite, et garwite, de ferwite, et de leiwite, de Tedingpeny, de flemenevide, et telonio, etc.* Adde pag. 387. *Thenedingpeny* habetur pag. 827. *Thethingpanye*, pag. 1003. [*Theidinpeni*, in *Tabulario Beccensis* et in *Chartophylacio Reg. Regest.* 92. *Expositio vocabulorum Anglican.* ad *calcem Chartularii Beccensis* ante annos 400 exarata : *Thetenpeny, aveir deniers de vos disaines. Haud scio an idem sit Thengdpeny infra in Weretoff.*]

\* **TETINA**, a *Gallico* *Tetine*, *Mamma.* *Lit. remiss.* ann. 1362. in *Reg.* 93. *Chartoph.* reg. ch. 105 : *Qui Petrus evaginavit gladium, quem deserebat, et dedit dicto Guillelmo unum ictum subtus Tetinam.*

**TETIX**, *Miracula* ult. *S. Joannis Beverlacensis* num. 4. de quodam contracto : *Si quando necesse habuit in matris Tetige mutare locum, manibus et genibus quasi pedibus quatuor innutebatur in modum quadrupedum.* [Cl. Editor putat esse *Tectum* vel *Tugurium* tom. 2. *Maii* pag. 191.]

**TETMALLUM**, pro *Mallum*, *Placitum.* *Pancharta Nigra S. Martini Turon.* an. *Odonis Regis* : *Data est hujus cessionis auctoritas 11. Kalend. Junii Turonis in publico Tetuallo, quod tenuit Aldradus Vicecomes.* Vide *Mullum*. [\*\* *Tet*, *Populus.* Vide *Graff. Thesaur. Ling. Franc.* tom. 5. col. 124. *radice Diot.*]



**TETRA**, ex Græco τέτρα, Quatuor. Althelmus de Laude virginum :

Heliæ vates, quem tetra volumina Regum  
Insignem memorant virtutum ternia fretum.

**TETRACY**, vox Græca τέτρακτυ. Ingo-  
bertus Caroli Magni scriba :

Rex cœli dominus solita pietate redundans  
Hunc Carolum Regem terræ dilexit herilem.  
Tanti ergo officii ut compos valuisse haberi,  
Tetrate implevit virtutum quatuor alma.

Qua voce intelligit virtutum quaternionem,  
Justitiam scilicet, prudentiam, fortitudi-  
nem et temperantiam. Vide Nicolaum Ale-  
mannum in Dissertat. de Lateranensibus  
Parietinis cap. 9. et Notas nostras ad  
Alexiadem.

\* *Tetrasti* legitur apud Mabill. in Museo  
Ital. pag. 72. Incertum porro est utrum  
Ingobertus ille Caroli Magni, an Caroli  
Calvi fuerit scriba.

**TETRADA**, in Pœnitentiâ Halithgarii,  
dicitur quarta feria cujusque septimanæ,  
ex Græc. τετράς, τετράδος: *Omnis itaque  
pœnitens non solum debet jejunare quod  
illi mandatum est a sacerdote, verum etiam  
postquam compleverit ea, quæ illi jussa  
sunt, debet, quantum ipsi visum fuerit,  
jejunare sive Tetradas, sive Parascève.*  
Nempe solebant Christiani, maxime Orien-  
tales, jejunare quarta et sexta feria. Sic  
νῆστέυειν τὰς τετράδας καὶ παρασκευὰς ἡμέρας  
dixit Socrates lib. 7. cap. 21. ubi de Theo-  
dosio juniore, qui plerumque jejunabat, et  
maxime quarta feria et sexta, studio Chri-  
stianitatis, ut Socratis verba vertit Sena-  
tor lib. 11. Hist. Tripartitæ cap. 17. Τε-  
τράδα vero pro quarta feria usurparunt S.  
Ignatius in Epist. ad Antioch. Justinus  
Martyr. in lib. Responsum ad Ortho-  
doxos, Clemens Alexandrinus lib. 7. Strom.  
idem Socrates lib. 5. cap. 22. Balsamon,  
Nicetas Choniates in Manuele lib. 4. n. 6.  
et alii. Sed et τετράδα, Græcis nuperis,  
pro τετράς dicta eadem feria, uti observa-  
tum a Meursio. [Vide Glossar. mediæ  
Græcic.]

† **TETRADUS**, Quartus canendi modus,  
complectens tonos duos, septimum et  
octavum. Tractatus de cantu inter Opera  
S. Bernardi tom. 1. col. 695. edit. 1690 :  
*Quatuor enim sunt diversitates sive maneræ  
cantuum, quibus omnis ipsorum multiplicitas  
includitur. Hæ apud Græcos vocantur, pro-  
tus, deuterus, tritus, Tetradius, etc.* Aure-  
lianus Mon. *Tetrardus* habet in Epistola,  
quam de Musica scripsit ann. 851. apud  
Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 123.

\* **TETRAFOTUS**, Panno, quadruplici  
colore imbuto fartus. Charta ann. 471. apud  
Angel. Calog. in *Raccolta* Venet. edita tom.  
9. pag. 505 : *Palleum molosiricum Tetrafo-  
tum.* Vide *Fotus*.

† **TETRAGRAMMATON**, Quatuor litte-  
ris constans. Sic apud Judæos dicebatur  
Dei nomen יהוה quod exprimere illis erat  
religioni.

**TETRANS**, Groma, ferramentum geo-  
metricum. Incertus Agrimensor : *In quam  
partem verteris, Tetrantem pones.* Vide  
Glossarium Rigaltii ad Gromaticos Scrip-  
tores.

**TETRANSTON**. Hypomnesticum de

Anastasio Apocrisiario, in Anastasii Bibl.  
Collectaneis pag. 257 : *Filius Plutini bea-  
tissimi Imperatorii pistoris, id est, qui super  
omnes pistores publicos est, eorum videlicet,  
qui annonas scholarum omnium solvunt, quod  
appellatur Tetransiton.* Vox videtur for-  
mata ex Gr. τετράσιτος, quadruplex annona.  
[Macri fratres in Hierolexico interpretantur  
annonam pro Scholaribus.]

**TETRANUS**, *Prævus, tenebrosus, a teter.*  
Ugutio et Joannes de Janua.

† **TETRAPLARE**, Quadruplicare, τετρα-  
πλασιάζειν, Martiano Capellæ lib. 9. *Tetra-  
plasis*, Quadruplicatio, τετραπλασις, ibi-  
dem.

† **TETRAPTOTON**, Τετράπτωτον, Nomen  
quatuor casibus seu terminationibus cons-  
tans, apud Isidorum lib. 1. cap. 6. Joh.  
de Janua et alios.

† **TETRARCHA**, Τετράρχης, Qui quar-  
tam partem regni tenet, Lucæ cap. 3. et  
alibi. Item, Qui quatuor cohortibus præest.  
Leoni in Tacticis cap. 4. n. 13 : Τετράρ-  
χης ἐστὶν ὁ καὶ φύλαξ, ὁ λεγόμενος Ὀυραγὸς καὶ  
τελευταῖος ἱστάμενος τῆς ἀκμῆς. Prima notione  
*Tetrarchus* legitur in Gestis Consulium An-  
degav. cap. 2. apud Acherium tom. 2.  
Spicil. pag. 409.

\* Anonymi Gloss. Bibl. MSS. ex Bibl.  
reg. : *Tetrarcha, Princeps super quatuor vel  
super quartam partem regni.*

**TETRADUS**, *Quartanus*, Papiæ MS.  
Editus *Tetredus* habet. Ex Gr. [Vide *Tetra-  
drus*.]

**TETRASSARIUS**, Semuncia, apud Mar-  
cellinum Empiricum : τετράριος, apud Arri-  
anum in Epictetum : τετράσσαρον ἰταλικόν,  
unciam vocari Cleopatra scribit.

**TETRAVELUM**, Velum quadruplex, seu  
vela quatuor, quæ in circuitu ciborii quo  
altare tegitur, expandi solent, uti pluribus  
docuimus in descriptione ædis Sophianæ  
n. 65. Vox ibrida. Anastasius in Sergio PP :  
*Hic fecit in circuitu altaris basilicæ Tetra-  
vila octo, quatuor ex albis, et quatuor ex  
coccino.* In Leone III : *Sed et super altare  
majus fecit Tetravila holoserica quatuor cum  
astillis et rosis chrysolabis.* Ibid. : *Fecit et  
in circuitu altaris, ubi supra, alia vela alba  
holoserica rosata, quæ pendent in arcu de  
ciborio numero quatuor, etc.* Rursus : *Fecit  
Tetravila alithyna ornata in circuitu de qua-  
drapulo.* Mox : *Nec non et Tetravila rubea  
alithyna quatuor, ubi supra fecit.* Occurrit  
præterea in hac Vita semel ac iterum pag.  
142. 144.

† **TETREVANGELIA**, Quatuor Evan-  
gelia. Platina in Marco 1 : *Constantini  
temporibus fuit Juvenus Hispanus Presbyter  
genere nobilis, qui Tetrevangelia hexametris  
versibus fere ad verbum transferens quatuor  
libris composuit.*

**TETRICARE**, Tetricum esse. Alexander  
Necham : *Tetricat, quotiens quis surgendo  
pigrescit.* Alludit ad illud Eccl. : *Et hora sur-  
gendi non Tetrices.* [Ubi tamen vulgo legunt  
distinctis vocibus, non te trices. Vide Johan.  
de Janua. Glossæ Sangerman. Lat. Gall.  
MSS. : *Tetricare, Estre parasseux ou tristes.*  
Vide infra in *Trica*, et *Tricare*.]

**TETRIMENTUM**, *Nutrimtum*, apud  
Papiam.

† **TETRINNIRE** dicuntur anates cla-  
mantes Auctori Philomela versu 22 :

In fluviisque natans forte Tetrionit anas.

\* **TETRISITARE**. Vide supra *Baulare*.

\* **TETTERIA**, Capituli equorum arma-  
tura, Gall. *Tètiere*. Garnis. inventæ in ca-  
stro Carcass. ann. 1294 : *Quinque Tetteriæ  
equorum punctæ.* Vide supra *Testeria*.

\* **TETUS**. Charta ann. 1096. tom. 1.  
Probat. Hist. geneal. domus reg. Portugal.  
pag. 2 : *Si rixam inter se habuerint, et de  
pugno, aut de palma, aut de ligno se per-  
cusserint, aut de capillis Tetis, etc.* [Forte  
leg. *Tractis*.]

† **TEUCRI**, pro *Turcæ* vel *Turci*, pluries  
in Epistola Sigismundi Rom. Regis ann.  
circ. 1412. tom. 1. Anecd. Marten. col.  
1744. *Teucris sive Turchi*, in Epistola ann.  
1448. tom. 7. Spicil. Acher. pag. 256.

\* Mirac. S. Nicetæ tom. 4. Sept. pag. 8.  
col. 2 : *Venerunt Teucris et invaserunt terri-  
torium, etc.*

\* **THEUCRI**, Eadem notione. Annal. Pla-  
cent. ad ann. 1447. apud Murator. tom.  
20. Script. Ital. col. 896 : *Et ita factum  
est, ut eos Christianos non existimares,  
sed infideles potius Theucros, aut barbaros.*

\* **TEUDACHARIUS**, Vectigalis, illius  
forte quod pro navibus transeuntibus ex-  
solvebatur, collector. Charta Caroli II.  
reg. Sicil. ann. 1269. pro Pisanis, apud  
Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Chron.  
imper. Leon. Urbevet. pag. 282 : *Et quod  
officiæ, bajulivi, dohanerii, et Teudacharii,  
et alii omnes qui præstant dirictibus et intro-  
itibus exigendis, etc.* Vide *Teumitum*. [\* F.  
*Leudatarii*.]

† **TEUDISCA LINGUA**. Vide *Theotisci*.

\* **TEULA**, **TEULIS**, Tegula; unde *Teu-  
leria*, Tegularum officina, in Instr. ann.  
1322. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag.  
43. col. 1. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod.  
reg. 7657 : *Teule, Prov. tegula. Teulier, te-  
gularius. Teuliera, tegularium. Tielerie, in  
Charta ann. 1255. ex Chartul. Campan.  
Cam. Comput. Paris. Tielueria a voce Tieu-  
le, tegula; unde etiam Tieu-tier, tegularum  
artifex, in Reg. Corb. 13. sign. Habucac ad  
ann. 1510. fol. 62. vº : Conclusion pour le  
Tieu-lerie de la Noeufville..... A esté conclud  
avec Bernard Doysi Tieu-ler de la Noeufville  
..... sera tenu faire de le Tieu-ler cuitte, etc.*  
Charta ann. 1168. inter Instr. tom. 12.  
Gall. Christ. col. 272 : *Dedi etiam quarre-  
ricam super ripam prædictæ aquæ cum campo,  
et terram figulorum ad faciendâs Teulas.*  
Libert. Cature. ann. 1344. in Reg. 68. Char-  
toph. reg. ch. 312 : *Item habent (consu-  
les)..... mensuras ad mensurandum blada,  
vina, oleum, sal, calcem et lateres sive Teules.*

† **TEULERIUS**, Qui tegulas facit, in ve-  
teri Catalogo MS. Sodalium Confraterni-  
tatis S. Mariæ Deauratæ Tolosanæ. Vide  
*Tegularius*.

† **TEULICIA**, Tectum, sic dictum a  
Tegula, Gall. *Tuille*. Exstat in Archivo S.  
Victoris Massil. Charta divisionis bonorum  
terræ vicecomitalis Massil. ann. 1212. quæ  
facta dicitur *Massilæ in tholoneo in solaro  
superiori Teulicæ*.

† **TEUMA**, pro *Thema*. Vide *Theuma*.

† **TEUMITUM**, Vectigal pro navibus  
transeuntibus exsolutum, ut *Temonaticum*,  
pro carris. Privilegium a Berengario Pro-  
vinciæ Comite Hospitalariis concessum ann.



1114: *Donamus Deo et Hospitali Iherusalem Teutimium Arati hospitalis, qui per alveum fluminis, qui vocatur Durentia, descendit.*

† **TEUTISCA LINGUA.** Vide *Theotisci.*

**TEUTONA.** Gloss. Ælfrici: *Clava, vel cateia, vel Teutona, anes cynnes gesceat.* Vide *Cateia.*

† **TEUTONICA LINGUA.** Vide *Theotisci.*

\* **TEUTONICALIS MONETA,** apud Germanos in usu. Comput. decimæ in Italia collectæ ann. 1278. pro subsidio T. S. ex Cod. reg. 5376. fol. 243. rº: *Marchas quatuor ad pondus diversarum monetarum Teutonicatum argenti.*

† **TEUTONICUS ORDO** Militaris, Germ. *Die Teusche Herren,* Gall. *Ordre Teutonique.* Hujus primus auctor Germanus quidam fuit, si Jacobo de Vitriaco fidem habemus, qui occupata a Christianis Terra S. Hierosolymis cum populares suos, tum alios, linguæ loci ignaros, hospitio excepit. Quod ut commodius faceret, impetravit a Patriarcha veniam xenodochium, cum sacello B. Virgini dicato, exstruendi. Huic dein alii quoque Germani juncti, Bremenses inprimis et Lubecenses nonnulli, opibus affluentibus, novum xenodochium Acræ excitarunt ann. 1191. titulo Equitum Teutonorum sub regula S. Augustini, cum cruce in pallio albo, assumpto: hinc *Crucigeri* quoque dicti. His Bremensibus et Lubecensibus primam Ordinis originem acceptam refert Joh. Dusbarg. in Prussia Chronico, nulla Germani, cujus meminit J. de Vitriaco, facta mentione. Ut ut est hic Ordo a Cælestino III. PP. ann. 1192. confirmatus et a successoribus ejus insignibus privilegiis donatus est. Primus Ordinis Magnus Magister fuit Henricus a Valpot. Capta a Saladino Hierosolyma, Equites Ptolemaidem concesserunt, inde in Germaniam translati, Prussiam occuparunt, per duo sæcula fama viribusque florentissimi. Albertus Brandeburgicus M. Magister ann. 1525. a Sigismundo Poloniae Rege Prussiae Dux creatus hac lege, ut *in Ducatu Kinspergensi, cum posteris suis legitime susceptis, ut et in terra Samnia regnaret, deficiente stirpe, Ducatus feudali jure ad regnum Poloniae devolveretur.* Lutheranismum amplexus Albertus cum equitibus plerisque dignitati nuntium remisit; quare cæteri Equites Catholici in Germaniam secedere coacti sunt, ubi novo Magistro creato, solam fere umbram Ordinis splendidissimi retinuerunt. Vide Jacobum de Vitriaco Histor. Orient. cap. 66. Petrum Dusbarg. in Chronico Prussiae cap. 1. Gaignium et Cromer. Hist. Polon. Joh. Eustachium Sollium Histor. Ordin. Teuton. Thuanum in Historia, Miræum de Orig. Ord. Eq. lib. 1. cap. 3. Philippum Bonanni in Catalago Ordinum Equest. etc.

\* **TEUTONIZARE,** Lingua Teutonum seu Germanica significare. Vita S. Emmer. tom. 6. Sept. pag. 490. col. 2: *Hæc est civitas, quum olim Teutones a Germano sive Germanico Germanisheim vocabant. Hujus vocabulum modernis temporibus lingua nostra Reguniburg Teutonizat, quam antiquitas Romana, ut quidam scriptis testantur, Tiburniam vocabant.* Vide in *Theotisci.*

\* **TEUXUM,** Idem quod supra *Tessutus.*

Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120: *Teuxum, Tessus de soie.*

† **TEXACA,** ut mox *Texaga.* Vide *Tenca.*

† **TEXACHAT,** pro *Septachat,* Septenaria muleta, ut docet Eccardus ad Pactum Legis Salicæ tit. 2. § 10. et 12.

**TEXAGA,** in Glossis veteribus est *intra tecta,* quomodo accipi videtur in Lege Salica tit. 11. § 4: *Si quis homo ingenuus alienum servum in Texaga secum duxerit, aut aliquod cum eo negotiaverit, etc.* Ubi Wendelinus, in *texaga,* in furto tecto, et non manifesto, seu *clan,* significare ait; ut et in Lege Aleman. tit. 99. § 25: *Si quis servum mulinarium involaverit, alium cum ipso reddat, et solvat sol. 6. in Texaga, cujus fuerit.* Editio Heroldi cap. 104. habet *ferrum,* pro *servum,* et in Lege Ripuar. tit. 63: *Si quis hominem in hoste interfecerit, triplici weregeldo culpab. judicatur; de Texaga similiter.* Ubi Editio Heroldi, *de furto similiter,* habet. Monet Baluzius aliquot Codices Legis Ripuar. tit. 18. § 1. tit. 82. cap. 1. et alibi *Texaga* habere, ubi alii *furtum.* Vetus Formula obnoxiationis: *Quod ego caballum ab homine aliquo... in Texaga subduxi; unde de ipso furto victus apparuit.* [Vide *Testeia* et *Thenca.*]

\* Codex Estensis Leg. Sal. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 287. pro *in Texaga,* habet, in *Taxetum, id est, mercatum.*

\* **TEXAMEN,** Textum. Helgaud. Floriac. Epit. vitæ Rob. reg. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 104: *Sunt enim hujusmodi erigentes supercilia, inflato corde, elato pectore, cervicæ resupina, qui solum quidem pedum præstringant vestigiis: toto autem se librant corpore, et inani suspendunt Texamine.*

**TEXAMENTUM,** Pensitatio. Vide *Tensare.*

† **TEXARA,** pro *Texaca,* uti monet Eccardus in Pactum Legis Salicæ tit. 9. § 3.

† **TEXARE,** vel **TEXTARE,** Texere. Codex MS. reddituum Episcopatus Autissiodor. an. circiter 1290: *Costumæ illorum qui Textant pannos.* Et mox: *Misteria ad Texandum pannos, etc.*

\* **TEXELLA,** **TEXELULA,** *Lepusculus,* in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

† **TEXENDERIUS,** Textor, Gallice *Tisserand,* in Tabulario Vosiensi fol. 44.

\* **TEXERIUS,** Texturarum artifex; nam a textore distinguitur in Instr. ann. 1405. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 189. col. 2: *Petrus de Ucharleriis, textor, Johannes de Bordo, Texerius.*

\* **TEXERRANDERIA,** Vicus Parisiis, a textoribus, qui ibi habitabant, dictus, vulgo *Tisseranderie.* Charta ann. 1317. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 116: *Domus in veteri Texerranderia sita etc.*

\* **TEXIMENTUM,** Quidquid a principali domo dependet, idem quod *Tenimentum,* quomodo etiam forte legendum est. Vide in *Tenere* 1. Charta ann. 1196. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 89: *Qui Rolanducius, postquam sic juravit, dixit suo juramento, quod domus Abruni, et totum Teximentum, quod sub Fracta est, est de curia.*

† **TEXTARE,** *Sepe texere,* in Glossis

MSS. quas laudat Vossius de Vitiis serm. pag. 757.

† **TEXTURA,** Textura, actio texendi. Statuta Montis-regalis pag. 277: *Textor seu tatrix capiat tantum pro Textura et orditura, pro qualibet teisa tele subtilis lini, sol. 4.*

\* **TEXO,** idem quod *Tesso,* Melis. Inquisit. pro foresta de Lyons in Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 2. fol. 118. rº. col. 1: *Robertus de Pissiacio habet leporem, vulpem, catam et Texon.*

† **TEXON,** Melis, *Taisson.* Vide *Levrii.*

\* **TEXORIUM,** Machina textoria, texturinum, Gall. *Métier de tisserand.* Stat. pro lanif. et pannif. ann. 1317. in Reg. A. Cam. Comput. Paris. fol. 195. vº: *Fila de stamine, cum pannus scinditur, in Texorio remanentes, etc.*

† **TEXTA,** pro *Testa,* Putamen. *Texta ovi,* Bernardo Monac. in Ordine Cluniac. part. 1. cap. 17. Vide *Carubla.*

† **TEXTARE,** Ornare, operire. Ordinarium S. Firmini Ambian.: *Sabbato 1º. Adventus, ad Vesperas altare Textatur ex candido... Sabbato in Passione altare Textatur de rubeo.* Vide *Texare.*

\* Texturis seu aulais instruere. Ordinar. MS. S. Vulfr. Abbavil.: *In festo S. Nicholai... Textatur altare, ut consuetum est in talibus duplis.*

\* **TEXTATOR,** Textor, nostris alias *Texeur.* Libert. Petre assis. ann. 1341. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 647: *Item quod dicti consules possint instituire et destituere bajulum seu bajulos super quolibet ministerio Textatorum, etc.* Charta admort. ann. 1412. in Reg. 166. ch. 272: *Item Jehan Saigneton Texeur dudit lieu (de S. Symphorien) tiant etc. Textur, in Lit. remiss. ann. 1471. ex Reg. 194. ch. 343.*

\* **TEXTILIA,** *Plumata, species texti,* in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613.

**TEXTILICINIUM,** pro *Textilicium.* Hugo Eterianus in Præfat. in lib. 3. de Hæresib.: *Fidem habens cum integritate sensus, et admirationem cum gloriâ, quibus acute dijudicat, sicuti Textilicinia ignobiliter eminentissima sapientiæ connectantur, etc.*

\* **TEXTIVILICINIUM.** Ita legendum in Glossar. ex Cod. reg. 7613. pro *Textuvilicinium, fila putrida, quæ de telis cadunt, res vilissimæ.* Qua postrema notione legitur in Prol. ad Acta S. Florent. tom. 6. Sept. pag. 428. col. 2: *Nos quoque extreme abjectionis Textivilicium, pro captu insipidi acuminis nostri, egregii confessoris Christi Florentii Glomenensis cænobii digna memoratu opera scriptis colligere decrevimus.* Plauto etiam vox nota. Vide *Textilicinium.*

† **TEXTRICULA,** Parva tatrix. *Textriculas puellas,* dixit Arnobius lib. 5.

† **TEXTRICUM,** *Weppeo,* in Miscellaneis Theodiscis, apud Pezium tom. 1. Anecd. part. 1. col. 409.

\* **TEXTRILIS,** pro *Textilis,* apud Alpert. in Libel. de Diversit. tempor. cap. 2. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 138.

† **TEXTRINALE OFFICIUM,** Ars texendi seu ipsum textoris opus, in Miraculis B. Gerardi Episc. Tull. cap. 1. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1075.

† **TEXTRINIUM,** Textus, textura me-



taphorice, in Conciliis Tolet. XV. et XVI. inter Hispanica tom. 2. pag. 726. et 739.

**TEXTORES**, Hæretici Albigenses, seu Cathari, quos Galli *Tixerans*, vocabant. Vide in *Pisfi*.

**TEXTURUM**, *Locus, ubi naves fabricantur, i. navalia. Est etiam locus, ubi femine textunt telas.* Papias. [\* Prior significatio ex Isidor. lib. 14. cap. 8. sect. 38. qui transcripsit Serv. ad Æn. lib. 11. vers. 326.] [Nota vox secunda notione. Pro ipsa tendendi arte Suetonius de Illustr. Gramm. cap. 23 : *Palamon primo Texturum, deinde literas didicit.*]

¶ **TEXTUM**, Idem quod mox *Textus*. *Texta aurea, Texta argentea*, in veteri Catalogo MS. ornamentorum S. Martialis Lemovic.

1. **TEXTUS**, Liber seu Codex Evangeliorum, qui inter cimelia Ecclesiastica reponi solet, auro gemmisque ut plurimum exornatus, aureis etiam interdum characteribus exaratus. Annales Fr. Anianenses : *Dedit idem Rex serenissimus Augustus quatuor Evangeliorum librum, qui Textus dicitur, cujus postes sunt mirabili schemate compositi, ut unum electri aureolum conformet peripitisma, alterum vero eburis pulchre cælatum distinguit iconisma.* Frîdegodus in Vita S. Wilfridi cap. 15 :

Codex aurato conceptus grammate scriptus,  
Auctus evangelicum servans in corpore Textum.

Bulla Benedicti VIII. PP. ann. 1023. in Bullar. Casin. et Leo Ost. lib. 2. cap. 44 : *Joannes Evangelii deforis quidem ex uno latere adpertura auro purissimo, et gemmis valde pretiosis; ab intus vero uncialibus literis, atque figuris aureis mirifice decoratum.* Histor. Translat. S. Sebastiani n. 88 : *Textum deinceps sacrorum Evangeliorum, aureis characteribus exaratum, laminisque metalli ejusdem absque admixtione cujusquam materiei inclusum.* Rupertus Tuitiensis lib. 2. de Divin. Offic. cap. 23 : *Codices Evangelici auro et argento, lapidibusque pretiosis non immerito decorantur, in quibus rutilat aurum cælestis sapientiæ, nitet argentum fidelis eloquentiæ, fulgent miraculorum pretiosus lapides, etc.* Adde Durandum lib. 3. Ration. cap. 19. n. 14. Orderic. Vital. lib. 6 : *Textum Evangeliorum auro et argento gemmisque decoravit.* Versus scripti in fronte Biblior. Bibl. Regiæ :

Quid de Evangelico Textu replicabo colendo?  
En ipsos apices gemmis circumdat et auro.

Cedrenus ann. 21. Constantini M : *Ἀλλὰ καὶ πύλας Εὐαγγελίων χρυσαῖς, διὰ μαργαρίτων καὶ λίθων κατασκευασίας. ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ προσήγαγε.* Zonaras in Justiniano : *καὶ βιβλίοι τῶν θείων Εὐαγγελίων χρυσοῦ περιλαμπόμενα πύργου καὶ λίθων παντοίους γένεσι περικλυμέναι.* Ducas cap. 42 : *Εὐαγγέλια μετὰ κόσμου παντοῦ.* Habetur apud Joan. Euchaitam pag. 21. Carmen eis λιτὸν εὐαγγέλιον ἐνίστορον, id est picturis adornatum. Hildebertus Episc. Cenomaneus Epist. 15 : *Ex eo quoque traxit hanc Ecclesiam consuetudinem, ut Textum quidem Pontifici apertus, cæteris autem clausus ad osculandum deseratur, etc.* Vide præterea Baldricum Noviom. lib. 1. Chron. Camerac. cap. 90. [Johannem Abrinc. de Offic. Ecel. pag. 66. edit. 1679. Ordinarium Rotomag. ibid. ad calcem pag. 181.]

Sugerium lib. de Administ. sua, cap. 20. in Ludov. VI. pag. 320. Will. Gemeticensem pag. 317. Fulcherium Carnot. lib. 1. cap. 18. Gervasium Dorobern. pag. 1584. Historiam Episc. et Comitum Engolismensium cap. 35. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 15. Bibliothecam Sebusianam pag. 389. etc. Librorum porro sacrorum exterius ornatus ita commendat Senator lib. de Divinis Lectionib. cap. 30 : *His etiam addidimus in Codicibus cooperiendis doctos artifices, ut literarum sacrarum pulchritudinem facies desuper decore vestiret, exemplum illud dominicæ figuræ ex aliqua parte forsitan imitantes, qui eos, quos ad cenam cæstimavit invitandos, in gloria cælestis convivii stolis nuptialibus operuit. Gemmis Codices vestiti, apud S. Hieronym. Epist. 22. cap. 13. Vide Ethelwulfum de Abbatibus Lindisfarnensibus cap. 20. [Charta Willelmi de Altaribus e Tabulario B. M. de Bononuncio Rotomag : *Hanc donationem meam concesserunt mater mea et Simon frater meus, et per unum Textum super altare Ecclesiæ Prati posuimus.* Vide Investitura per Textum Evangelii.]*

**TESTUS**, **TESTUM**. Jo. Berardi in Chronico Casauriensi lib. 3 : *Fecit et calicem aureum, ... fecit et Testum argenteum, quod expanderet vel aperiretur super altare dominicis diebus, et in festis Sanctorum.* [Acherius tom. 5. Spicil. pag. 477. edidit *textum*; sed ibid. lib. 2. pag. 465. habetur : *Nec pepercit Testis aureis et argenteis, quibus texta videbantur verba Salvatoris.*] Joannes Belethus cap. 115 : *Crucibus ordinæ collocatis, capsis, Testibus Evangelicis, phylacteris.* Vide Ughellum tom. 7. pag. 275. Le Roman de Rou Duc de Normandie MS :

A Roem fist mainte malice,  
N'i laissa Tieste, ne galice,  
Ne crnix, ne bon drap en aumaire,  
Que Mauger ne fist hors traire.

¶ **TESTIS**, pro *Textus*. Guidonis Disciplina Farfensis lib. 1. cap. 29 : *Testes Evangeliorum in altare omnes ponant.*

**TESTÆVANGELIUM**, unico verbo, in Charta ann. 1197. apud eundem Ughellum tom. 7. pag. 1274.

2. **TEXTUS**, interdum pro *Regesto* sumitur, maxime apud Will. Thorn. pag. 1765. 1770. et 1864. ubi mentio fit cujusdam *Textus S. Adriani*. Observat præterea Somnerus Regestum Roffensis Ecclesiæ, vulgo *Textum Roffensem* appellari.

¶ 3. **TEXTUS**, Character, nostris *Texte*. Processus de B. Wernhero Mart. tom. 2. Aprilis pag. 715 : *Prodixerunt tres tabulas... quarum una ultra centum annorum antiqua, magni Textus, continet illius S. Wernheri primæva noaginta miracula.*

¶ **TEXTUS ITALICUS**, **ALTUS**, **BIFRACTUS**. Vide in *Scriptura*.

\* 4. **TEXTUS**, Calva, Gall. *Tête de la tête, crâne*. Lit. remiss. ann. 1364. in Reg. 96. Chartoph. reg. ch. 184 : *Cum ense evaginato percussit et vulneravit dictum Guillelmum in capite suo uno magno ictu et letali vulnere, taliter quod aliquas pecias Textus sui capitis opportuit renovari.* Vide *Testudo* 1.

\* **TEXTUVILICINIUM**. Vide supra *Textivilicium*.

¶ **TEXTUALIS**, Qui *textum*, seu litte-

ram explicat, Gall. *Textuaire*. Vita S. Francis Fabrian. tom. 3. Aprilis pag. 985 : *Textualis autem sacræ paginæ optimus fuit.* Mallem *Textualis*.

¶ **TEXUS**, Nostris alias, *Textus* seu texture species acupicta, vel auro argenteove elaborata, qua mulieres capillos certa ratione dispositos decorabant. Computus ann. 1445. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 1112. IV : *Texus et IV. garnitures données à Katherine du Beignon.* Ibid. col. 1114 : *Texus craniois à la Dame de Hacq, etc.... VII. autres Texus de couleurs, longs, o leurs garnitures dorées, etc. XIII. autres courts, etc. Tissu, eadem notione legitur col. 1208. et 1317.*

\* Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Noster* fol. 196. vº : *Item pieces de Texus, ouvrez à perles et à pierretes pour faire estole et fauon.* Non raro pro zona accipitur, ut vox *Tissu*, in Testam. Margar. ducissæ Brit. ann. 1469. ex Bibl. reg. : *Item donnons... à nostre belle seur Marie, dame de Rohan, l'une de nos ferrures d'or pour garniture de Tissu. Lit. remiss. ann. 1375. in Reg. 107. Chartoph. reg. ch. 238 : Deux Tissus ferrez d'argent.* Vide supra *Tessutus*.

¶ **TEXUTUS**, *Textus*, *textura*, Gall. *Tissu*. Lit. ræ ann. 1500. ad Officiale Noviom. : *Zonas, Texutos, vestes, forraturas, mantellos, annulos, virgas, perlas, lapides pretiosos, etc.* Vide *Tessutus* et *Tissutus*.

¶ 1. **TEYSA**, **TEYSIA**, Idem quod *Teisia*, *Mensura sex pedum*, Gall. *Toise*, in Statutis civitatis Astæ Collat. 17. cap. 71. Vide *Ripperia* in *Riperia* et *Rondellum* 2.

\* 2. **TEYSA**, **Strues**, Gall. *Tas*. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 52. ex Cod. reg. 4624 : *Quæ ceperit vel exportaverit aliqua aliena ligna.... de ligneris, vel Teysis, seu alio anasso seu fassinero lignorum, etc.*

\* **TEYSIEYRA**, *Textrix*, in Instr. ann. 1366. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 305. col. 1. *Teyssseyr, Prov. textor*, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

¶ **TEYTYM**, *Tectum*, Vasconibus *le Teit*. Tabularium S. Martialis Lemovic : *Duas marchas argenti ad restaurandum Teytum novum donavit.*

¶ **TEZA**, Idem quod *Teysa*, 2. in Statutis Mutinæ fol. 45. rubr. 237. Vide *Teisia*.

¶ **TEZOLANUS**, f. *Textor lanæ*, seu pannorum e lana, ab Italicis vocibus *Testore* et *Lana*. Statuta Mutinæ fol. 1. rubr. 2 : *Quilibet habitator in dictis villis, locis et castris, et etiam Tezolani teneantur de predictis (viis restaurandis.) Et fol. 2. vº. rubr. 12 : Sdugaria districtus Mutinæ et fossata Potestas fodi et deradi facere teneantur hominibus laborantibus ibi terram tam civibus quam Tezolanis et aliis personis... Tezolani non compellantur nisi in ea terra, in qua faciunt Tezolariam, (vel Tezolaniam, ut legendum videtur, pro *Textura lanæ*.) Ibid. fol. 74. vº. rubr. 370 : *Exceptis scutiferis, servis cartolariis et veris Tezolanis, qui exceptuati sunt, nec compelli possunt ut sint saltarii in aliqua villa.* Rursum fol. 78. rubr. 376 : *Scutifer, Tezolanus, castaldus, bubulcus, gualdemanus sive custos cujuslibet civis Mutinæ, etc.* Pannifici Mutinenses multis gaudent privilegiis, unde nostra interpretatio utcumque confirmatur.*

\* *Textor* quivis, sive serici, sive lanæ.



Consule Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. avi col. 896.

\* **TEZYORA**, *Prov. Forfex*, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. Hinc nostris *Tezoires*, eodem sensu. Lit. remiss. ann. 1461. in Reg. 198. Chartoph. reg. ch. 165 : *Le suppliunt dit à su femme qu'elle lui fist ung pou su barbe avecques ung ciseauz ou Tezoires.*

**TH**, seu Θ, Character Græcus, qui θζ-  
ντων, seu obitum designat, in Necrologiis  
Monasteriorum. Isidorus lib. 1. Orig. cap.  
3. inter quinque mysticas Græcorum literas,  
ait Θ *mortem significare*. Et cap. 23.  
annotat, in breviculis, quibus nomina mili-  
tium continebantur, Θ *ad uniuscujusque*  
*defuncti nomen apponi*. Rufinus lib. 2. In-  
vectiv. in S. Hieronymum : *Quod tale esset,*  
*quale si quis accepto breviculo, in quo mili-*  
*tium nomina continentur, nitatur inspicere,*  
*quanti in bello ceciderint, et requirens, qui*  
*inspicere missus est propriam notam, verbi*  
*causa, ut dici solet Θ ad uniuscujusque*  
*defuncti nomen ascribat, et propria rursus*  
*nota superstitem signet, etc.* Paulus Diaconus  
in Notis : Θ *nomini militis appositum,*  
*ipsum obisse demonstrat*. Velus interpres  
Juvenalis Sat. 4 : *Judices literam Theta ap-*  
*ponunt ad eorum nomina, quos supplicio uf-*  
*ficiunt*. Merito Θ *ἀπὸ τοῦ θανάτου, eo quod*  
*quasi habeat telum suum, ideoque triste in-*  
*telligitur, vel mortis signum. Unde quidam*  
*ait :*

O multum ante alias infelix litera Theta.

In Ecclesia S. Paulini Trevir. exstant monu-  
menta Bertholdi et Ruotgeri Archiepi-  
scoporum, cum his inscriptionibus : Θ. *Ber-*  
*tholfus Trevir. Archiepiscopus IV. Id. Febr.*  
*VI. Kal. Febr. Θ. Ruotgerus Trevir. Archiep.*  
apud Brower. lib. 9. et 10. Annal. Trevir.  
Vide Camillum Peregrin. in Not. ad An-  
onymum Casin. sub ann. 1014. eundem  
Brower. in Antiq. Fuld. pag. 129. 153.  
169. 177. 323. 324. ubi eadem nota in va-  
riis sepulchris exarata legitur. Habetur etiam  
in Inscript. Gruterianis pag. 567. 6.  
[\* Reinard. Vulp. lib. 3. vers. 1219 :

Audi versiculum perlecta pace sequentem,  
Nolentes chartæ credere Theta trahit.]

\* Liber censuum eccl. Rom. : *In loco*  
*proprii nominis, quod vel ex toto, vel ex*  
*parte nullatenus legi potuit, appositum est*  
*Theta.*

† **THABERNATOR**, Caupo. Vide *Tuber-*  
*nator*.

**THABIT**, Pannus sericus undulatus,  
vulgo nostris etiamnum *Tabis*. Vincentius  
Belvacensis lib. 3r. cap. 143 : *Ante pugnam*  
*dedit 16. millia vestimentorum de samito et de*  
*Thabit, sarbois exceptis.*

† **THABUR**, Tympanum. Vide in *Tabur*.

† **THADIO**, Germ. *Thæter*, Qui com-  
misit crimen, convictus de crimine, apud  
Eccardum ad Pactum Legis Salicæ tit. 45.  
§ 4.

† **THAFATA**, Gall. *Taffetas*. Vide *Taf-*  
*fata*.

† **THAFUS**, Τάφος, Sepulcrum. Vide  
*Taphus*.

**THAINUS**, **THAYNUS**, **THANUS**, Nomen  
dignitatis apud Anglo-Saxones, quæ varia  
tamen fuit; duplicem enim Thaynorum ordi-  
nem statuunt Leges Kanuti Regis cap. 97.

[\*\* 45.] et Leges Henrici I. Regis Angl. cap.  
14. *Thainorum scilicet Regis, et Thainorum*  
*mediocrium*. Ubi *Thaini Regis* post Comites  
recensentur, eisque proximi esse dicuntur,  
eorumque *relevatio*, dimidium *relevationis*  
Comitis; ita ut cum *relevatio* Comitis sint  
8. equi, etc. *Thaini Regis* sunt quatuor, etc.

**THAYNORUM REGIS** mentio est in Legibus  
Inæ Regis West-Sax. cap. 49. [\* 45.]

**THAINI MEDIOCRES**, nude *Thaini*, in  
Leg. Henr. I. cap. 64. ubi dicitur *Jusjuran-*  
*dum Thaini contravalere jusjurandum 6.*  
*villanorum. Thaini credibiles*, cap. 65. *Di-*  
*gnitas Thaini*, cap. 68. cui Presbyterorum  
vel Canonicorum æquiparatur. Leges Adel-  
stani Regis post cap. 25 : *Misse Presbyteri*  
*et secularis Thayni jusjurandum in Anglorum*  
*laga reputatur æque earum, et pro 7. ordini-*  
*bis Ecclesiæ, quos Sacerdos per Dei donum*  
*ascendit, ut haberet Thayni rectitudinem di-*  
*gnus est*. Adde Concilium Ænhamense ann.  
1009. cap. 2. In Statutis Alexandri II. Regis  
Scotiæ pag. 15. *Thaini Regis* videntur esse  
*Thaini, qui de Rege tenent, et post Epi-*  
*scopos, Abbates, Barones, et Milites* recen-  
sentur; tametsi *Thani* cum *Militibus* ibi  
interdum confundantur. Sane Somnerus  
existimat *Thainos*, deposita prisca nomen-  
clatura, post Normannorum in Angliam  
ingressum *Milites* appellari cœpisse. Idem  
porro recte observat in editione Saxonica  
Legum Canuti apud Lambertum cap. 67.  
quod est 97. apud Bromptonum, *Thainos*  
regios dici, qui *liberam habent jurisdictionem*;  
adeo ut *Thaini* isti majores *Baronibus*  
*Regis*, ut minores *Baronibus* minoribus,  
hoc est maneriorum dominis æquiparari de-  
beant.

† Omnibus et singulis Comitatus  
*Thainis*, ut conventibus interessent, non  
indultum modo, sed gravissimis pœnis  
cautum erat, ne quis ab iis ter abesset,  
lege 20. Æthelstani Regis, et legibus Hen-  
rici I. cap. 29.

*Thanorum* nomen et dignitas etiam sub  
Normannis obtinuit. Domesdei in Berke-  
shyre : *Thanus vel Miles regis dominicus mo-*  
*riore pro relevamento dimittebat Regi omnia*  
*arma sua, et equum unicum cum sella; quod*  
*si ei essent canes et accipitres, presentaban-*  
*tur Regi, ut si vellet acciperet.*

**THANUS**, in Regiam Majestatem lib. 4.  
cap. 21. § 21. cap. 31. § 3. cap. 36. § 3. in  
Statutis Alexandri II. Regis Scotiæ cap. 15.  
ubi Skenæus observat, ejusmodi *Thanos*  
apud priscos Scotos, seu Hybernos, dictos  
*Thosche*, et *Maktosche* : filius *Thaini*, qui  
hodie est Princeps tribus, seu familiæ *Cat-*  
*anæorum*, (*Claucha Horn*.)

**THEIN**, in Legibus vernaculis Will. No-  
thi cap. 8.

† **THEINUS**, apud Thomam *Madox* For-  
mul. Anglic. pag. 1. 36. et 238.

**TEIN**, apud Simeonem Dunelmensem  
de Obsessione Dunelmi ann. 869 : *Filiam*  
*autem Alduini... quidam Tein in Evervic-*  
*shire Kilvert filius Ligulf accepit uxorem*.  
Ibidem : *Quidam Tein in Coverwicshire,*  
*nominè Orm, filius Gamellonis, accepit ux-*  
*orem unam ex 3. filiabus Alredi Comitis, etc.*

**TEGNIO**, *Thaynus*, a Saxon. *tegen*, Baro,  
vir nobilis. Ricardus Hagustaldensis de  
Bello Standardico : *Rex igitur David duobus*  
*Tegnionibus, id est Baronibus suis cum gente*

*eorum, obsidione Carruni commendata, etc.*

† **TEIGNUS**, apud Hiccesium Dissertat.  
pag. 75. ex Charta Willelmi I. qua suis *Tei-*  
*gnis in Episcopatu Rossensi... præcipit om-*  
*nes consuetudines exsolvere.*

**THEGEN**. Charta Henrici I. Regis Angliæ  
pro Libertatibus Ecclesiæ Cantuariensis,  
apud Somnerum in Tractu de *Gavelkynd*  
pag. 205 : *Notum facio, me concessisse eis*  
*omnes terras, quas tempore Regis Eadwardi*  
*cognati mei, et tempore Willelmi patris mei*  
*habuerunt, et saca, et socne, ... super suos*  
*homines infra burgos et extra in tantum pl-*  
*niter, sicut proprii ministri mei exquirere*  
*debent. Et etiam super tot Thegenes, quot*  
*eis concessit pater meus, etc.* [Vide *Libera-*  
*lis*.]

**THANAGIUM**, in Statutis Alexandri II. Regis  
Scotiæ cap. 5. § 4 : *Si vero in dominiis*  
*vel Thanagiis domini Regis malefactor ille*  
*fuerit, etc.* Monasticum Anglicanum tom. 3.  
pag. 9 : *Et omnes antecessores sui tenuerunt*  
*dictam Baroniam in Thanagio; et reddit do-*  
*mino Regi inde per annum 50. sol. Idem*  
*quod*

**TAIND-LAND**, [*Terra Tani*, apud *Madox*  
Formul. Anglic. pag. 291.] *Terra Thaini*,  
fundus *Thainis* peculiaris, in Domesday :  
*Hæc terra T. R. E.* (id est tempore Regis  
Edwardi) fuit *Tuinland*; sed postea *con-*  
*versa in Reveland*. Alibi : *Willelmus Comes*  
*dedit Duitonæ et Suindone et Chevrel, quæ*  
*erant Thainlande pro terra de insula de Wikt,*  
*etc.* Rursum : *Hic Robertus habuit unam*  
*virgatam, quam tenebat Dodo T. R. E. huic*  
*addita fuit Dolvertone manerium Regis :*  
*modo adjudicata est esse Tuinland*. Charta  
Willelmi Junioris Regis Angliæ ex Tabula-  
rio Ramesiensi, ch. 178 : *Si terra de Isham*  
*reddidit firmam Monachus... sit in dominio*  
*Abbatis; si vero Teinlanda tunc fuisse in-*  
*veniatur, qui eam tenet de Abbate, teneat, et*  
*recognoscat; quod si noluerit, eam Abbas in*  
*downto habeat*. Ubi Splmannus observat  
opponi terram *ad firmam*, seu ad tempus  
elocatam, *Teinlandæ*, id est hæreditariæ.

Jam vero ut de vocis *Thaynus* origine  
aliquid dicamus, Saxonica lingua peritio-  
res hanc ab ea arcessunt, traduntque  
*Thaynos*, ðegn Saxonibus dictos, a  
ðeni an, ministrare : additque Seldenus  
ad Eadmerum, in Domesday promiscue  
*Thaynos et Servientes*, et qui *Thaini Regis*  
aliis dicuntur, hic *Servientes Regis* appel-  
lari : tametsi, ut ait Lambardus, et ex eo  
Somnerus, *Thuinus ei, qui servitum servit,*  
*e regione contrarius sit*. At *Thaini* ex eo no-  
bilibus ordine fuisse videntur, quos *Mini-*  
*stros* vocant Chartæ Angliæ, qui uti in  
hac voce docuimus, præcipui erant inter  
Nobiles aulicos, et Regi ratione tenemen-  
torum immediate subjecti, quos *Barones*  
ætatis postera nominavit. Neque enim alii  
videntur *Ministri* ii, seu *Thaini*, quam  
præcipui e nobilitate Danica, quos Kanutus  
Magnus Danorum Rex ad sui comitatum  
adscivit, *bipennibus, mucronumque capulis*  
*deauratis coruscantes*, ut ait Sueno in Le-  
gibus Castrensibus cap. 2. quorum cater-  
vam ad tria millia militum selectorum  
excurrentem, suo *idomate Thinglith* nun-  
cupavit, ut auctor est idem Scriptor, voce  
nimirum conflata ex *lith*, quæ *ordinem aciei*  
sonat, et *Tein*, *Thein* vel *Theing*, ut tum



efferebant, qua nobilium ordo designabatur. Neque enim placet Stephani Stephani conjectura, qui emendandum censet *tiuglith*, hoc est, cohors, constans viginti ordinibus. Cur autem *Theinorus* istorum catervam conflarit Kanutus, pluribus narrat Sueno dicto cap. 2. et 3. ut et Saxo Grammaticus lib. 10. De Thaynis plura Spelmanus, Lambardus, Seldenus de Titulis honor. part. 2. cap. 5. § 2. 4. et in Notis ad Eadmerum pag. 170. Somnerus in Gloss. Saxon. v. *Theyen*, et alii. [\* Philippi de Jur. Anglos. § 32. De etymo Grimm. Antiq. German. pag. 944. et Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 5. col. 119. voce *Degun*.]

\* **THALAMASHUM**, Grani species. Reddit. Bellæ quercus in Reg. 34. bis Charthoph. reg. part. 1. fol. 91. rº. col. 2 : *De advocattonibus decem modia, videlicet in aors et Thalamasio*. Quæ rursum occurrunt ibid. part. 2. fol. 107. rº. Vide supra *Arao*.

† **1. THALAMUM**. Litteræ Guafriidi Comitiss Andegav. ann. 1135. inter Ordinat. Reg. Fr. tom. 4. pag. 632 : *Insuper stabilivit, quod nemo ab Ingrandis usque Andegavian, nisi solummodo Andegavensis, Thalamum aut navem vino venali onerare queat, aut portum facere presumat*. Nullus dubito, quin legendum sit *Chalanium*, aut *Chalannuin*, Gallice *Chaland*, quod est navis genus in Ligeri notissimum. Vide *Chelandium*.

† **2. THALAMUM**, Idem quod mox *Thalamus*, Cubiculum. Charta ann. 1253. e Chartulario S. Vandregesili tom. 1. pag. 14 : *Ego Richardus Guerson tradidi et concessi Tierrico de Caudebeguet meo fratri dua Thalamia de domo, quæ fuit Roberti le Monnier nostri patris.... tenendu et habenda jure hereditario dicta duu Thalama, etc.*

**1. THALAMUS**, Domus, palatium, vel cubiculum. Vox Græcis et Latinis cognita. Exstant Chartæ duæ in Tabulario Ecclesiæ S. Laudi Andegavensis, prior Fulconis Regis Hierosol. et Comitiss Andeg. quæ sic clauduntur : *Actum est Andeg. in Thalamo meo. Posterior : Actum est Andegavi in Thalamo Episcopi*. Alia ann. 1170. in Tabul. companiæ : *Actum in Thalamo Comitiss apud Treas*. Occurrit hac notione in Gestis Consul. Andegav. cap. 11. n. 8. 9. et alibi non semel. Βεσιλέων θάλαμοι, apud Niceph. Gregorum lib. 10. Hist.

\* **THALAMUS**, Cella, cellula, Gall. *Celule*. Descript. abbat. Fesul. canonic. Regul. S. Aug. apud Lamium tom. 12. Delic. erudit. pag. 128 :

Quinquaginta sint Thalami, quos nomine cellas Dicianus, his totidem stent volo rite patres.

\* **THALAMUS**, Officina. Charta ann. 1222. in Chartul. S. Corn. Compend. fol. 231. vº. col. 2 : *Abbas et conventus Compendiensi concesserunt nobis..... super ij. domos Ph. Gubernatoris x. sol. et ij. capones, et super Thalamos Johannis Burguri v. sol. ij. den. minus*. Alia S. Ludov. ann. 1269. in Chartul. B. M. de Lillio ch. 19. : *Cum.... abbatissa et conventus monasterii de Lillio.... tenerentur..... nobis reddere singulis annis... vj. denarios, sitos super duos Thalamos apud Meledunum*. Liber nig. 2. S. Vulfr. Abbavil. fol. 45. vº : *Robertus Caudron*

*xvij. sol. de domo in qua manet et de Thalamo juxta*.

† **2. THALAMUS**, Veli species, ut videtur, iis similis, quibus thalami decorantur. Synodus Mexic. ann. 1585. tom. 4. Concil. Hispan. pag. 358 : *Ne capellæ et fontes baptismales sericis Thalamis aut auleis aliove profano apparatus ornentur*.

\* **3. THALAMUS**, Tabulatum, Gall. *Estrade*. Ceremon. Rom. MS. ubi de solemnii convivio in die coronationis papæ fol. 14 : *Parabitur igitur aula conviviæ auleis et pannis sericeis aureisque, pro temporis et loci conditione; in capite aule erit suggestum ad quod triplici gradu ascenditur, longum per latitudinem aule, in medio surget quadratus Thalamus palmi altitudine, super quo mensa paratur pontificis*.

**THALAPSICUM** OPUS. Bibliothecarius in Paschali II. apud Baronium ann. 1118. ubi de istius PP. gleba, seu cadavere : *In mausoleo purissimi marmoris Thalapsico opere sculpto collocatus est*. Latini *Thalassicum* colorem ferrugineum dixere. Plautus in Milite glorioso :

Facito ut venias ornatus huc ornatu nauclerico : Causiam habeas ferrugineam.

Mox :

Palliolum habeas ferrugineum, nam is color Thalassicus est.

Infra :

..... nescio quis eecum incedit  
Ornatu quidem Thalassico. P. A. Jam nos volt hic profecto,  
Nauclerus est hic quidem, etc.

Ubi Thalassicus color is est, qualem deferunt Naucleri. Sed nihil vox hæc videtur habere commune cum *Thalapsico opere*.

† **THALAPTA**, Duodecim, ut jam dictum est post Wendelinum in voce *Chunna*. Titulus 78. Pactus Legis Salicæ est, *In quantas causas Thalaptas debeant jurare*, id est, in quot vel quibus causis duodecim jurare debeant. Vide Eccardum in hunc titulum et suo loco *Jurare duodecima manu*.

† **THALEMETARIUS**, Panifex. Vide *Talemarii*.

† **THALERUS**, Idem quod supra *Talerus*, seu nummus trium librarum Francicarum argenteus, Germanis *Thuler*, vel *Reichdule*, Gall. *Richedale*. Occurrit apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 220. 227. 324. et passim apud alios Scriptores Germanicos. Vide *Dalerus*.

† **THALGIA**, Idem quod *Tallia* 8. Gallice *Taille*. Chartular. 1. Monasterii Aquicinet. fol. 60 : *Excepto relevamento et exactione illa, quæ vulgo Thalgia dicitur*.

\* **THALIA**, pro *Tallia*, Exactio, præstatio. Lit. ann. 1372. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 525 : *Concessæ fuerunt immunitates et privilegia eisdem consulibus et habitatoribus dictæ ville (Amiliani) non solvendi aliquas Thalias seu collectus ordinarias seu extraordinarias*.

**THALITARIUM**. Cosmas Pragensis in Chronico Bohem. pag. 5 : *Nunc, si vobis placet, meum accipite Thalitarium et chlamydem, ac mutatoria Duce digna, et pergite, etc.* Ubi *Tolitarium* equum scilicet, quidam legendum censent.

† **THALLHUM**. Vide supra in *Tallia* 5.

† **THALMUD**, **THALMUDIUM**. Vide *Tulmud*.

† **THAMMUS**, vel **THAMMUZ**, Numen a Judæis idololatriæ adoratum. Vide Tertullianum adv. Judæos cap. 11.

**THANAGIUM**, **THANUS**. Vide in *Thainus*.

\* **THANASIA**, Placentæ species. Charta Theob. episc. Ambian. in Cod. reg. 4184. fol. 14. rº : *Ad Puscha debet thelonarius episcopo Thanasiam ducentorum ovorum et lardum ad coquendum et coquo restarium vini, Thanasiæ ejusdem quarta pars deferretur ad domum thelonari; ipse vero prandio interest, quo reliqua coneduntur*.

\* **THANATUS**. Mirac. S. Lamberti tom. 5. Sept. pag. 555. col. 1 : *Tum eandem valvarum foribus gressu propinquans, extemplo ac si Thanata (id est, moribunda, a θάνατος, mors,) solo cecidit palpans*.

**THANYA**, Sinus, piscatura, foetus, in jure Hungarico. Sambucus.

**THARASSIUS**. Mauritius Catanensis Episc. de Corporis S. Agathæ translatus apud Rocchum Pirrum : *Artus vero reliquos, ne quovis indicio possint detegi, quos vulgo Tharassios nominant, attulerunt*. Infra : *Navigio Armentiam usque perveniunt, quo in loco diebus 4. commanentes, et Tharassios ubi sanctas occultaverunt reliquias, aptius componere disponentes, etc.* Rursum : *Deinde reliquias de Tharassio extraxi*. Ubi indubie legendum *Carcassius*, id est, *Cadaver*, ex Gallico *Carcasse*, de qua voce, vide in *Carcasium*.

☞ Felicius veriusque vim vocis vir doctissimus explicat infra in voce *Turcasia*, quam videsis.

\* **THARIDA**, Navis onerariæ species. Charta ann. 1337. ex Bibl. reg. cot. 15 : *In dicto portu ceperant quamdam Tharidam Stephani Rogerii*. Vide *Tarida*.

† **THASCA**, Præstatio agraria. Conventio ann. 1245. e MS. D. Brunet fol. 79. vº : *Barralus.... recipere possit... pedagia, census, Thascus, etc.* Hinc emendanda Charta fundationis Monasterii Francorum vallium ann. 1143. in Instrum. Gall. Christ. novæ edit. tom. 6. col. 192 : *Totum hoc sive in Thastis, sive in quartis cum omni dominio.... donamus, etc.* Lege *Thascis*, et vide *Tasca* 2.

\* **THASCHA**, Præstatio agraria. Vide supra in *Tasca* 2.

**THASCHIA**. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 78 : *Si quis eos occidat, eumque si parentes repentes vera, wyta, manbota, sicut justum accidentia fecerit, persolvantur, vel in Thaschiis, vel hujus suggerendis sicut de blodstodiis est institutum, quod parentes sui divites ac domini multa sinunt in progenies egestate mendicos. Hæc sunt admodum intricata, quæ alius evolvida et explicanda relinquimus*. Scribit Camdenus in Britannia, vocem *Tascia*, apud Britannos *denarium tributi significasse*. Vide *Tasca* 2.

† **THASSARE**, Gall. *Entasser*. Vide *Tassus*.

† **THASSES NAUFRAGIORUM**, in Charta Odonis Regis ann. 888. inter Instrum. tom. 6. Gall. Chr. novæ edit. col. 10. perperam pro *Classes naufragiorum*, ut habetur in *Rafica*.



¶ **THASTA**, pro *Thasca*. Vide in hac voce.

**THAU**, Crux, veteribus Gallis. Vide *Tau*.

**THAVERNICA**, Judicia, etc. Vide *Tavernica*.

**THAUMA**. Freculfus tom. 2. Chron. lib. 5. cap. 10: *Quibus etiam diebus Judæi habitantes in Creta sollicitati sunt a quodam, qui se Mosen legislatorem e cælo ad eos denuo missum testabatur: monens, ut omnes suas relinquere possessiones atque pecunias, quoniam illo ductore per siccum mare ad re-promissionis gaudia pervenirent. At illi hac spe capti omnia contempserunt sua. Cumque venisset dies, quam designaverat seductor ille, deduxit eos ad quandam rupem declivius incumbentem, jussitque ut Thaumorum schemate semetipsos evolverent, etc. Socrates lib. 7. cap. 27. al. 38 unde hausit prædicta Freculfus, nihil habet, quod vocem hanc clariorem reddat.*

Legendum forte est, jussitque ut raubarum schemate semetipsos involverent, ne scilicet a præcipitio deterriti, in mare sese præcipitare, ut jubebat impostor ille, renuerent.

¶ **THAURUS**. Membrana vetus apud Ludewig. tom. 8. Reliq. MSS. pag. 169: *Ipsi etiam habuerunt inter terras eorum montes et paludes, et ideo semper habuerunt rixas ad invicem, rapinas et incendia; ex hoc Francigenæ multum fuerant tristes, nolentes ipsi ab hora in horam Thaurum dare.* Hoc fortean est locum, vel sedem dare, mutare, ducta locutione a *Thorus*, quod proprie stratum, in quo cubatur vel sedetur, significat.

¶ **THAURUSCA**. Charta ann. 1227. e Chartular. S. Vandregesili tom. 2. pag. 1834: *Unde mihi reddebatur... semel in anno servitium quadrigæ... si haberet; sin autem unum servitium Thauruscæ; si Thauruscam non haberet, unum servitium herciæ, si equum vel equam haberet.* Ut quadriga carum, ad quem equi juncti sunt, significat, sic forte *Thaurusca* plaustrum est, cui subjuncti sunt tauri seu boves. [\*] Idem videtur quod *Carruca*, 3.]

¶ **THAYNUS**. Vide *Thainus*.

**THEADA**. Lex Salica tit. 48: *Ista omnia alii tres testes jurati dicere debent, quoniam in mallo legitimo, vel ante Regem, ille qui accepit in laisum suum fortunam in mallo publico, hoc est ante Theada vel tungenum, etc.* Id est coram populo: est enim Saxonibus, þeod, populus, gens, provincia, in plurali þeoda: vel potius *Coram Rege, Principe*; ex Saxon. þeoden, quod idem sonat, de qua postrema voce multa Somnerus in Glossario Saxonico. Proinde ante *Theada*, vel *tungenum*, erit, ante *Regem*, vel ante *Judicem*: quo supra dixit, in mallo legitimo, hoc est ante judicem, vel ante Regem, hoc est ante *theada*. Nam hæc unum idemque sonant.

Eccardus ad Pactum Legis Salicæ tit. 49. ubi eadem fere leguntur, *Teata*, vel *Theada*, Decanum interpretatur, a *Teha* vel *Tia*, decem. Hunc Scriptorem consulte.

**THEAM**, **THEM**, **THEMA**, **THEMUM**, Voces Saxonice:

**THEAM**, vel **THEME**, est Laudare auctorem, advocare, proferre. Joan. Brompton:

*Theam, est laudare autorem, i. revoucher garant* [\* Anglice vouching to warranty.]: *Et quandoque dicitur sequela natorum. Priori notione usurpatur in Legibus Edwardi Confess. cap. 25: Theam, quod si quispiam aliquid interciat super aliquem, et interciatus non poterit warantum suum habere, erit forisfactura sua, et justitia sua similiter de calumniatore, si defecerit.* [\*] Vide Phillips. de Jure Anglos. § 58. et Histor. Jur. Anglic. tom. 2. pag. 152. sqq. infra *Warantum*.] Rursum

**THEAM**, Bromptono, dicitur sequela natorum, id est jus sequendi servos proprios, si a domino domini evaserint, aut fugerint, aut in alienam terram transierint: a Saxon. team, soboles, propagatio, quod a t y m a n, propagare, partum edere, sonat. Cowellus et Rastallus: *Theam est Regale Privilegium, quo qui fruitur, habet villam, et propaginem, id est potestatem habendi nativos, bondos, et villanos in feudo aut manerio suo.* Fletus lib. 1. cap. 47 § 9: *Theam est acquietantia incrementorum sequelle propriorum suorum.* Willcl. Thorn: *Hoc est, ut habeatis totam generationem villanorum vestrorum cum eorum sectis et catallis ubicunque inventa fuerint; excepto quod si aliquis natus quietus per unum annum et diem in aliqua villa privilegiata manserit, ita quod in eorum communiam, vel gildam tanquam unus illorum repertus fuerit, eo ipso a villenagio est exemptus.* Eadem etiam habet Rastallus. [Glossar. ad calcem Chartularii Beccensis: *Theam, avoir la progénie de vos nays.*] Adde Skenæum de Verbor. significatione, et ad Regiam Majestatem lib. 1. cap. 4. § 2. ubi

**THEME** scribitur. Charta Leofrici Comitum pro Fundatione Monasterii B. Mariæ de Coventria in Anglia: *Has autem villas cum medietate prædictæ villæ trado huic monasterio cum saca, et socna, et theloneo, et cum Themo, cum libertate et omnibus consuetudinibus, etc.* Alia ejusdem Comitum: *Has autem terras dedi huic monasterio cum soca, saca, cum telonio, et Theme, etc.* Leges Burgorum Scoticorum cap. 14. § 2: *Nisi fuerit de proditione (appellatus) vel de Theme, unde se debet defendere bello.* Ubi Skenæus: *de de questione status, al. de furto.*

¶ **THEM**, apud *Madox Formul. Anglic. pag. 43: Cum socha et sacha, et tol, et Them, etc.*

¶ **THEM**, apud eumd. *Madox pag. 47: Cum thol et Thien, etc.* ut et in Chartul. SS. Trinit. Cadom. etc.

**THEAME**, in Quoniam attachiamenta cap. 100. *Theam*, tom. 1. Monast. Anglic. pag. 307.

¶ **TEAM**, **TEAME**, eodem tom. pag. 29. **TEAMES**. Charta Edwardi Confessoris, apud Somnerum in Tractatu de *Gavelkind* pag. 207: *Sciatis, me dedisse Deo et S. Augustino et fratribus, ut habeant eorum soca et socna, et pacis fracturam, et pugnam in domo factam, et viæ assalut, et latrones in terra sua captos, latronumque susceptionem, vel pastionem, super illorum proprios homines infra civitatem et extra, teloniunque suum in terra et in aqua, atque consuetudinem, quæ dicitur Teames, et super omnes allodiarios suos, quos eis habeo datos.*

\* **THEATA**. Charta ann. 1356. tom. 8.

Ordinat. reg. Franc. pag. 284: *In ipsorum solis, soleris, parietibus, ... parietum aperturis, aygueris, Theatis, laternis, etc.* Ubi legendum haud dubie *Cloacs, latrinis*.

¶ **THEATO**, Denarius, Eccardo ad Pactum Legis Salicæ tit. 30.

¶ **THEATRALIA**, Ludi theatrales. Vita S. Ildephonsi Episc. tom. 2. Concil. Hispan. pag. 569: *Letati sunt cives, Theatralia docti parabant, et Equites cuncti sua festa fecerunt.*

**THEATRATUS**, Vox corrupta, in S. Martini PP. Donatione Blandiniensi Monasterio facta, [apud Miræum tom. 1. pag. 333.]: *Datum 14. Kal. Febr. per manum Amandi Episcopi Theatri sanctæ sedis Apostolicæ.* Idem Amandus in alia Donatione ejusdem Pontificis Elnonensi Monasterio facta, *Bibliothecarius S. Sedis Apostolicæ* vocatur.

**THEATROQUINEGIUM**, ex Gr. θεατροκωνίγιον. Julianus Antecessor Constit. 98: *Processiones autem ipsius (Consulis) esse volumus septem, omnes in circo, et in harena, et in teatro.* Et prima quidem processio erit Kalendis Januariis; secunda autem ea, quæ *Mappa*, tertia autem, quæ *Theatroquinegium* appellatur, etc. Ubi *Quinegium*, pro *Cynegium*, scribitur, quomodo *Quinegus Cos.* pro *Cynegus*, scriptum in vet. Codd. Capital. Addit. 4. c. 32. monet Baluzius Capitul. tom. 2. col. 1250.

\* **THEATRUM**, Forum, locus publicus, ubi merces venum exponuntur. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Theatrum, quarrrefour, lieu où les gens s'assemblent.* Vita MS. S. Martialis. Lemovic.: *Postea denique perrexit (Martialis) cum discipulis suis ad Theatrum prædicare Evangelium regni Dei.* Charta ann. 1295. apud Ludewig. tom. 11. Reliq. MSS. pag. 626: *Hoc autem principaliter præcipimus observari: ne quisquam de fraternitate plures quam octo pannos Theatrum præsumat inportare.* Alia ann. 1323. apud eumd. tom. 9. pag. 523: *Nulus in districtu seu advocatia Soldwedell de cætero pannum incidere præsumat, seu divisum seu indivisum vendat, nisi tantummodo in antiqua nostra civitate Soldwedell, in communi Theatro pannicidarum.* [\*] Vide *Haltaus*, Glossar. Germ. voce *Haus-mete*, col. 850. et *Spiel-haus*, col. 1703.]

1. **THECA**, Θήκη, Capsa Sanctorum reliquiis instructa. Vita S. Eligii Episc. Noviom.: *Multas Sanctorum ex auro, argento, atque gemmis fabricavit Thecas, sive tumbas.* S. Asterius Orat. in SS. Martyres: *Ἐν θήκαις φιλοκαλῶς ἀποτιθέμεθα, καὶ οἴκους τῆς ἀναπαύσεως ἐγγέρομεν ταῖς κατασκευαῖς μεγάλαις, etc.* Τὼν ἁγίων μαρτύρων θήκαι, apud Chrysostom. Homil. 5. in c. 3. Genes. Θήκη διάχυτος, apud Annam Comn. l. 3. Alex. et Acropolitam c. 11. Vide *Baronium* ann. 811. n. 49. Θήκαι, Græci appellaverunt etiam loculos ligneos, in quibus recondebantur corpora, atque adeo monumenta ipsa hypogæa, qua notione usurpant *Æschylus*, Plato lib. 12. legum, et *Julius Pollux*. Hesychius: *Θήκαι, σαρφί.* Alibi: *Γλωσσόκρυπον, θήκη, σαρφίς ἕλλην, τῶν λειψάνων.*

**THECA**. Charta Henrici Imp. ann. 1107. in Metropoli Salisburgensi tom. 3. pag. 308: *Ut constructo eodem inibi monasterio,*



a Conite scilicet Pericht. partium termini utrorumque infra murorum ambitum clauderentur, et altare quoddam in Orientali Theca positum, et in honore B. Petri consecratum parti Ottonis cederet. [Hoc est, in Orientali parte, a fornice sic dicta].

¶ **THECATUS**, Theca tectus. Arcum gestare Thecatum, Sidonio lib. 1. Epist. 2.  
\* 2. **THECA**, Digitale, Gall. *Dé. Glossar.* Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120: *Theca, Gallice Deis et Deaul, id quod mulier habet in digito.*

\* **THECELLA**, diminut. a *Theca*, Capsa sanctorum Reliquiis instructa. Vita S. Trudp. tom. 3. Apr. pag. 429. col. 2: *Que (Reliquiæ) hactenus in ipsa Thecella, in qua eas Dei famulus asportavit, habentur.*

**THECLATURA**, vel **TECLATURA**, Cæsura, incisio in arbore, quæ vice termini est; ejusmodi vero incisiones in arboribus, *Eclats*, et *Eclatures*, etiamnum vulgo dicimus; vel certe incisionum avulsas particulas, quasi *Teclatures*. Edictum Rotharis Regis tit. 96. § 3. [\* 242.] et Lex Longob. lib. 1. tit. 26. § 3: *Si quis liber homo arborem, ubi Theclatura facta est, inter fines discernendos, incidit, aut deleverit, etc.* Adde § 4. 5. Charta Desiderii Regis in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 14: *Et deinde per ipsa via percurrentes per arbores Teclatos habentes literas Omega, usque in fossa Scaveriola, etc.* Mox: *Et de capite ipso perfossato de homine de vico Bedullio, per prato in stilo ficto, et pero (piro) Teclato, et per runco in furca ficta, usque in pero similis Teclato, deinde in stilo similis Teclata, etc.* *Ceclatura*, perperam, pro *Theclatura*, in Charta Rachisi Regis Longobardorum ann. 742. apud Ughellum tom. 3. pag. 671: *Inde recte ad alia quercia, qui est circa semita, qui venit de Paliano, et vadit recte vico Lordoniano, et habet Ceclaturas, inde vero, etc.* Emendanda etiam Charta alia Friderici I. Imp. ann. 1153. in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 172: *Ac casale Donnino per circuitum per designata loca et Calaturas per circuitum, quos etiam terminos et fines eidem monasterio concedimus. Ubi legendum Teclaturas, ut est editum apud Ughellum tom. 4. pag. 1291. [\* 242.]*

**THECULIOLA**. Albertus Stadensis Abbas pag. 187: *Ante Tyrum lapis marmoreus, super quem sedit Jesus, nunc super se habens Theculiolam.* Forte *Teguliolam*, i. tectum. [Vide *Themilla*.]

¶ **THECUS**, pro *Threus*. Vide in hac voce.

¶ **THEDA**, pro *Tæda*, fax. *Theda accensa ab elevatione SS. Corporis D. N. J. C. usque post-communionem*, in Obituario MS. Eccl. Morin.

¶ **THEDINGPENI**. Vide in *Tethinga*.

\* **THEFANIA**, Ornamenti genus. Inventar. MS. thes. Sedis Apost. ann. 1295: *Item unam Thefaniam ad arcus cum liliis, cum uno esmalto azurino in fundo.* Pluries ibi, ut et aliquando *Thephania*.

**THEFBOTE**, Furti compensatio vel mulcta, a Saxon. *ðeoſte*, Furtum, et *bote*, Emendatio, vel mulcta. Olim dicebatur pretium, quo quis furti reus a vitæ dispendio sese redimebat; postmodum

usurpatum de iis, qui furtiva bona a latrone susceperint, sceleris sui fovendi gratia. Veteres Schedæ a Spelmanno laudatæ: *Thefbote est quant homo prist chattel de larone de lui faveurer et maintener, et ne ny autrement.* Stanfordino lib. 1. de Placitis Coronæ cap. 43. *Thefbote* est, cum quis bona sua aliqua a latrone furata, ab eo, qui eum tutatus est, vi aufert; cujus criminis pœna olim capitalis fuit, sed postmodum pecuniaria et carceralis. Aliud esset, si quis bona sua ab ipso latrone auferret. Addit denique Spelmannus, in privilegiorum Chartis, ubi *Thefbote* conceditur, intelligi alias esse emendam furti sine consideratione Curie Domini Regis, ex Statuto Walliæ ann. 12. Edwardi I. Ita diversimode hæc vox accipitur. Prima Statuta Roberti I. Regis Scotiæ c. 9. § 1: *Nullus capiat racketum, hoc est Thieftbute, de latrocinio.* Id est nemo componat cum fure. Vide Brittonum de Legibus Anglic. pag. 72.

**THEGEN**, **THEINUS**. Vide supra in *Thainus*.

¶ **THEIO**, Duo, vett. Francis. Vide *Chunna*.

¶ **THEIOPHANIA**. Vide *Theophania*.

¶ **THEISA**, Mensura sex pedum, Gallice *Toise*, in Statutis Montis-regalis pag. 198. Vide *Teisa*.

¶ **THELETUS**, Perfectus, a Græco *Τελετός*. Utitur Tertullianus in Scorpice cap. 10.

**THELODIVES**, Qui dives videri vult. Utitur S. Augustinus Epist. 59.

**THELOHUMILIS**, Qui humilis videri vult, *θέλει*, affectat, apud eundem S. Augustinum Epist. 59.

**THELON**, **THELONARI**, etc. Vide *Telon*.  
\* **THELOQUELARIUS**. Vide infra *Theoloquelarius*.

**THELOSAPIENS**, Qui sapiens videri vult, *θέλει*. Utitur pariter S. Augustinus Epist. 59.

¶ **THEM**. Vide supra in *Theam*.

1. **THEMA**. Papiæ: *Vittarum xtremitas dependens diversorum colorum. Thæmæ, infula, ligatura, vittæ sacra.* Sed legendum *themæ*, vel *tenæ*.

2. **THEMA**, seu **THEME**, vox Practicorum Leodiensium, in Magno Recordo Leodiensi pag. 70. [*Thesme*, in Statutis Lossensibus art. 23. et 25.]\* Actoris libellus.]

**THEMANATALE**. Monasticum Anglican. tom. 2. pag. 201: *Et sint quieti... de geldis et danegeldis, et Themanatale, et concelationibus, et scottis, et auxiliis, etc.* Pag. 827. habetur *Tenemennatele*. [Saxon. *tiementalc* est Sermo decem hominum, vel decemvirorum numerus. Vide *Th. Blount* in *Nomolexico* Anglicano.] Vide *Tennantale*.

**THEMATA**, Regiones, provinciæ, ita dictæ a legionibus, quæ in iis præsidio erant. Gloss. S. Benedicti: *Legio, τὰς, θέμα.* Hinc colligitur Salsasium non bene divinasse, cum dixit, numquam legionem *θέμα*, appellatam. Vide Glossar. med. Græc. col. 487. Luitprandus in Legatione cap. 25: *Vis in majus scandalum, quam quod se Imperatorum vocat, Imperii nostri Themata sibi usurpat?* Infra cap. 36: *Duo illa Themata, quæ ultra mare habes, etc.* Ita passim usurpant Byzantini Scriptores. Vide Bo-

navent. Vulcanium, et Federicum Morellum ad libros *Thematum* Constantini Porphyrog. Fabroti Glossar. ad Cedrenum, etc.

¶ **THEME**. Vide in *Thema* 2. et in *Theam*.  
¶ **THEMELA**. Passio SS. Seraphiæ et Sabinae, tom. 2. Miscell. Baluz. pag. 107: *Præses vero post tertium diem paravit lusorium trans pontem super arcum Albini, ubi solebat fieri Themela, et jussit officio ut adduceretur Seraphia, etc.* Ubi *Themela* a Græco est *θυμὴ*, Ara in Theatris, ut interpretatur Suidas, vel Pulpitum in orchestra, ubi musici cænebant in scenis. Vide *Thymele*.

**THEMILICUS**. Vide *Thymele*.

¶ **THEMILLA**, *Θήκη*, *πυρέος*, in Glossis Lat. Græc. et Græc. Lat. Recte Martinus emendat *Thecula*, Parva theca.

¶ **THEMISTA**, Jurisprudens, Legum consultus, in Lexico Goclenii, a *θέμις*, Lex, jus, institutum.

¶ **THEMISTIANI**, Hæretici iidem qui Agnoitæ, de quibus suo loco, sic dicti a Themistio Diacono, qui docebat Christum quædam ignorasse, ut ultimum judicii diem, male intellecto, quod habetur Matth. 13. 32. Baronium consule ad ann. 535. et alios Historicos.

**THEMITLÆ**. In Tabula decimationum legitur, *Decimæ de Themitiis*, idemque exponitur *Trees planted in the field for fencing*, id est, Arborea in agris satæ sepium fovendarum gratia. Spelmannus. Vide *Themerium*.

¶ **THEMO**, **THEMONARIA**. Vide *Temo* 1.

**THEMONATICUM**, **TIMONATICUM**, Tributum seu pensatio pro curru temone. Charta Dagoberti Regis apud Doublet. pag. 656. [et Miræum tom. 1. pag. 241.]: *Portaticos, rivaticos, rotaticos, vultaticos, Themonaticos, cespitaticos, pulveraticos, etc.* Alia Ludovici Pii Imp. apud eundem pag. 732: *Quodcunque acquiri potest, partibus S. Dionysii reddi atque haberi debent, tam de portatico, et pontatico, et ripatico, et rotatico, et Timonatico, et vultatico, et cispitatico, etc.* In Glossario Basilic. videtur appellari *Τέμωνος ἀνάγκη*, ἢ τῆς κοβερνήσεως, ἢ γῆρου ἀναπληρώσεως. [Vide *Timoniæ*.]

¶ **THEMURBEUS**, Gall. *Tambourlan*, Utrumque minus recte pro *Timurbec*, *Temurlan*, vel, ut vulgatus effertur, *Tamerlan*, Mogolis et Tartariæ Imperator celeberrimus. Inventar. Chartar. Reg. ann. 1482. fol. 99. vº: *Quidam rotulus in papiro in lingua Persica nobis incognita, super quem Gallice scriptum est, la lettre du Tambourlan. Alius rotulus in pergamento et lingua Latina continens translationem rotuli predicti translati de Persico in Latinum facientis mentionem de statu dicti Themurbei et filii sui requirentis confederationem et amicitiam dom. Regis Karoli VI. et mercatorum sibi subditorum... In dicto etiam rotulo continentur litteræ Miranxa filii dicti Themurbei. Hæc nescit auctor Historiæ ejusdem Imperatoris editæ ann. 1772.*

**THENAGIUM**. Vide supra in *Thainus*.

\* **THENASMUS**, ut supra *Tenasmus*, Morbi genus. Alex. Iatrosoph. MS. lib. 2. Passion. cap. 80: *Thenasmus est passio intestini apertissimi. Patitur igitur conationes cum assellandi delectatione et ventositate:*



faciunt enim per secessus ventris mucillagine cum pondere. [\* Occurrit apud Richer. Histor. lib. 3. cap. 109.]

**THENCA.** Pactus Legis Salicæ tit. 11. § 8: *In alio pacto dicit, de ipsis Malb. Thenca texata is mala texaca, anba texaca, amba othonia, præcia hæc sol. in summa 85. qui faciunt denar. 3000. culpabilis iudicetur, etc.* Ubi Wendelinus: *Malbergo Thenca texeca, est ipsa contentio, quæ disceptatur ac ventilatur super furto texagæ. Thenca vero proprie est Dinghe, lis, disceptatio, unde Dinghen, litigare, etc.*

☞ Legitur § 1: *Theutha texaca, §. 2. Theu texaca, § 6: Theuca texara.* Hæc emendat Eccardus censetque legendum esse *Theu, maracha, texaca*, quibus redduntur hæc verba legis: *Servum aut ancillam, caballum aut iumentum furaverit. Theu ancillam, maracha equum, texaca furtum significat eodem vade Eccardo: quem, si plura cupis, consule.*

☞ **THENECIUM.** Vide infra *Thenerinn.*

☞ **THENEDING-PENY.** Vide in *Tethinga.*

**THENEMANNETALE.** Vide *Themannatale.*

**THENERIUM.** Provinciale Ecclesiæ Cantuariensis lib. 3. tit. 16: *Decimæ... ovorum, thenerii agrorum, apum, etc.* Ubi Lindwodus, *id est, arborum crescentium circa agros pro clausura eorum.* Spelmannus legit *Theneccium*, [ut et *Blount* in *Nomolexico.*] Confer *Themittæ.*

☞ **THENIA,** pro Tænia. Vide *Postena.*

☞ **THENSA.** Capsa. *Reliquiæ... in Thensa seu capsâ collocatæ fuerunt super majus altare,* in Actis S. Medardi tom. 2. Junii pag. 77. *Moxque coopertus velo serico, delatus est a R. P. Rectore predicto ad Thensan extra altaris septa decore preparatam,* in Actis B. Aloisii Gonzagæ, ubi docti Editores papilionem interpretantur; at forte nihil aliud ea voce intelligendum est, quam quod ipsa apud veteres Grammaticos sonat. Porro iis sunt *sacra vehicula, ζρηα θεών,* in Glossis Lat. Gall. hoc est, Gestatoria seu fercula, in quibus imagines deorum gestabantur, a quibus hæc vox ad Christianos transit ad significanda fercula, quibus vel sacras reliquias portant, vel sanctas imagines, ut videre potes in Translatione Crucifixi miraculosi tom. 3. Julii pag. 454. et alibi. Vide *Theca* et *Tensa*, 3.

☞ **THEO,** Francis vett. Duo. Vide *Chunna.*

☞ **THEOBALIA,** Mappula. Vide *Toacula.*

☞ **THEODISCI,** Teutones. Vide *Theodisci.*

\* **THEODOCTUS,** Scientiæ divinæ peritus. Bulla Innoc. PP. IV. pro Universit. Tolos. ann. 1245. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 454: *Magistri vero et scolares theologie, in facultate quam profitentur, se studeant laudabiliter exercere, nec philosophos se ostendant; sed satagant fieri Theodocti.* Teulagie, pro *Théologie,* in Chron. ad ann. 1674. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 7. col. 1: *Sermon dit par ung bien suffisent mestre en Teulagie dudid ordre* (de S. Dominique).

☞ **THEODORICUS,** Dei contemplator, sive divinarum speculator, exponitur in Vita B. Theodorici Abb. Andag. sæc. 6. SS. Bened. part. 2. pag. 561.

\* **THEODOSION.** Vide infra *Thylus.*

\* **THEOLOGANS,** Ital. *Teologante,* in *Theologia* versatus. Barel. serm. in Domin. Quinquag. : *Trita et vulgata sententia omnium Theologantium etc.*

☞ **THEOLOGARE,** Deum prædicare, annuciare, de Deo loqui, Theologiam edocere. Officiu. S. Wilfranni pag. 7: *Tandem voce angelica mundi relinquens omnia, profectus est incredulam Theologare Frisiam.* Vide *θεολογῆν* in Glossar. med. Græcit. col. 490. voce *Θεολογία.*

☞ **THEOLOGARI,** Johanni de Janua, et *Theologizari, De Theologia tractare vel loqui; Theologizer, c'est parler de Theologie,* in Glossis Lat. Gall. Sangerm. MSS. Habetur *Theologizare* in *v. Pistiens.*

**THEOLOGUS,** in singulis Ecclesiis Cathedralibus, qui *Sacerdotes et alios in sacra pagina doceat, et in his præsertim informet, quæ ad curam animarum spectare noscuntur,* institutus Statuto Concilii Lateranensis sub Innoc. III. cap. 11. Vide cap. 4. et 5. Extr. de Magistris.

☞ **THEOLONEUM,** *THEOLONARIUS,* etc. Vectigal, vectigalis exactor. Vide *Telon.*

\* **THEOLONEUS,** pro *Telonium,* in Charta Caroli C. ex Chartul. S. Dion. pag. 75. col. 2: *Concessissent omnes Theolones vel barganaticos, etc.* Vide in *Telon.*

**THEOLOQUELARIUS,** vox ibrida, Theologus, qui de Deo loquitur. Formula Electionis Episcopi tom. 8. Spicilegii Acheriani pag. 154: *Prisca modernaque Ecclesiarum moderamina Theoloquelarii sanxere canonibus, q' o arripientibus viam universæ terræ quartumlibet sedium præsulibus, etc.*

\* *Theoloquelarius* mendose editum inter Instr. tom. 1. Gall. Christ. pag. 28. col. 2.

**THEOMACHA,** Deum impugnans, venefica, saga, malefica, in Vita S. Samsonis Episc. Dolensis lib. 1. cap. 26. 27.

☞ **THEONOLEUM,** pro *Theoloneum,* in Charta ann. 1295. pro Conventu S. Leodegarii Suession.

**THEOPHANIA,** Dies Christi Natalis, η τῆς Θεῶν Φανέρωσις. Edictum Theophili Patr. Alexandrini: *Quia ergo accidit, ut sanctorum Theophaniorum sit hic (Dies Dominicus) profestus dies, et a jejunando tamen dispensemus, etc.* Loquitur de vigilia Natalitiorum Christi, quæ jejunio caret, quia ob Natalis Christi lætitiā 12. illi dies, qui a Natali Christi usque ad Epiphaniā intercurrunt, olim a jejunio vacabant.

☞ Nihili est ratio quam affert vir doctissimus cur in vigilia Natalitiorum Christi jejunium celebratum non fuerit: neque enim vigilia computari debet inter 12. dies post Natale decurrentes. Jejuniatioque caruit, quod eo anno, quo scriptum est Theophili Edictum, vigilia in Dominicam diem incideret. Præterea Natale Christi ab Epiphaniæ festo distinguit Cælius, quod iis temporibus non obtinebat: nam Theophili ætate, ea etiam quæ ipsum secuta est, uno eodemque die apud Ægyptios celebrabatur festivitatis Nativitatis Christi ejusque baptismatis sub nomine *Ἐπιφάνια* vel *Θεοφάνια.* Cassianus Collat. 10: c. 2: *Intra Ægyptii regionem mos iste antiqua traditione servatur, ut peracto Epiphaniæ die, quem provinciæ illius Sacer-*

*dotes vel Dominici Baptismi, vel secundum carnem Nativitatis esse definiunt, et idcirco utriusque Sacramenti solemnitatem non bifarie, ut in Occiduis provinciis, sed sub una diei hujus festivitate concelebrant.*

☞ Idem mos Natale Christi et Baptismum uno festivitatis die, sexto Januarii, concludendi etiam obtinuit in Græcia primis Ecclesiæ sæculis, nec nisi desinente quarto sæculo consuetudinem Occidentalium, qui duas festivitates, ut nos hodie celebrabant, amplexi sunt Orientales, ut discimus ex Chrysostomo qui ait Homil. 72. nondum decem elapsos fuisse annos, cum primum dies (Natalitiorum Christi) innotuisset Ecclesiæ Orientali: *Ὁσῶ, inquit, δέκατον ἔστιν ἔτος, ἐξ οὗ δὴλῆ καὶ γνώριμος ἦν ἡ ἡμέρα γηγένηται.* Vide Suicri Theaurum in *Ἐπιφάνια,* Bailletum ad Natale et Epiphaniam Domini et vocem *Epiphania* suo loco.

☞ Posterioribus temporibus vox *Theophania* solam Epiphaniarum festivitatem significare solet, hacque notione legitur apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 292. Rymerum tom. 2. pag. 795. et seq. in Hist. Hæcur. tom. 4. pag. 2212. et alibi. Johannes de Janua: *Epiphania... vocatur Theophania a Theos, quod est Deus, et Phanos, apparitio, vel Phanos, Sonus; quod Deus Trinitas tunc (in Baptismo Christi) apparuit; Pater in voce, Filius in carne, Spiritus in columbæ specie.* Gloss. Lat. Gall. Sangerman: *Theophania, Tiphaine, une feste.* Varie effertur hæc vox apud Scriptores Gallicos. Alanus Chartier pag. 140. ad ann. 1441: *Ou mois de Janvier après la Tiphaine. Enprès la Tyephaine,* in Litteris ann. 1290. tom. 2. Ordinat. Reg. Fr. pag. 33. *Tiphagne, in* Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 975: *Che fu faite l'an de grace mil 11. chiens 1111. xx. et quinze le merquesdi devant la Typhagne de Noel.* Ex quo illud etiam efficitur hac ætate utrumque festum, Natalitiorum nempe et Epiphaniarum *Theophaniæ* nomine appellatum fuisse: alias frustra annotaretur la *Typhagne de Noel;* quod ad alterius discrimen factum est. Tabular. Episc. Paris.: *Ces lettres scellées sous le scel de la dite Prevosté, qui furent faites l'an de grace 1312. le Vendredi veulle de la Tiephanie.* Chartular. 21. Corb. fol. 100: *Au terme de la Tiephaigne nostre Seigneur a commenchie a le Tiephaigne, qui sera l'an 1353. Tiephagne,* in alia ann. 1382. ibid. fol. v°. Guillelmus Guiart. sub ann. 1286:

Receu sans ce con le repraigne

A Rains le jour de la Tiphaigne,

Veant mainte bonne personne,

Li hiaus Phelipe la couronne.

☞ **THEIOPHANIA,** Eadem notione. Epitaphium Sugerii Abb. apud Mabillon. tom. 1. Oper. S. Bernardi col. LXXV. ad calcem:

Cui rapuit lucem lux septima Theiophaniæ,

Veram vera viro Theiophania dedit.

Obiit Sugerius Idibus Januarii, ut ibidem dicitur ex Chronico Sandionysiano.

\* Nostris *Tiphaine.* Tabul. Carnot.: *Ce fut fait en l'an de l'incarnation nostre Seigneur M. CCLIX. le samedi avant la Tiphaine ou mois de Janvier. Tiphanie,* in Stat. ann. 1371. tom. 5. Ordinat. reg.



Franc. pag. 441. art. 6. *Tiefane*, in Charta ann. 1281. ex Tabul. eccl. Camerac.

**THEOPROPIA.** S. Augustinus Ep. 158 : *Quod autem scripsit Eximiatia tua, dubitate te, utrum in Theopropia debeas eadem gesta jubere proponi, fiat, si potest illuc frequens confluere multitudo.* Ubi ad oram : *Theopropia, seu Theopropium, Græcis oraculum, videtur sic appellatus locus, ubi solent Cæsarium edicta promulgari.* Nescio an huc referri possit, quod habet Collatio III. Carthagin. cap. 5 : *Quæ vos exceptores superius Proconsularis, tradidistis nobis coram patribus et Coepiscopis nostris die octava Iduum Juniarum hora diei tertia in Ecclesia Theopropia.* Lexicon MS. Cyrilli : Θεοπρόπιον, τὸ ἐκ Θεοῦ μάντευμα, προφήτευμα. Lexic. Gr. MS. Reg. sign. 930 : Θεοπροπεία, ἀμαρτία, καὶ θεοπροπείον, τὸ ἐκ Θεοῦ μάντευμα ἢ προφητεία. Leg. ἡ μαντεία, pro ἀμαρτία. Hesychius : Θεοπρόπιον, μαντεῖον ἐκ Θεοῦ. θεοπροποῖ, προφήται, μάντεϊς, ἐκ Θεοῦ προλέγοντες. Ita usurpant Philo 1. περὶ ὁνείρων, et alii. Vide Clementem Alexandr. lib. 7. Strom. [\* et Henric. Stephan. Thesaur. in his vocibus edit. Didot. tom. 3. col. 304.]

*Theopropia* vel potius *Theoprepia* locis laudatis nomen esse proprium ejusdem ecclesiæ apud Carthaginem tunc ad Donatistas pertinentis non dubitant Editores Benedictini tom. 2. Operum S. Aug. col. 419. ubi etiam monent in melioris notæ MSS. Codd. legi *Theoprepia*, non *Theopropia*.

† **THEORARE**, a *Theos* dicitur, *Videre*, quia *Deus omnia videt*, et *Theorare*, *propria est considerare divina*, Johanni de Janua. Gloss. Lat. Gall. Sangerman. MSS. : *Theorare, contempler, considerer divines choses* : pro Græco θεωρεῖν, spectare, contemplari.

† **THEORETRUM**, Quidquid sponsæ in præmium defloratæ virginitatis a sponso dabatur eo die qua se videndam præbebat et prodibat in publicum. *Virgo propter honorem virginitatis habet Theoretum, vidua non habet*, in Novella 2. Constantini Porphyrog. Vide Θεωρητρὸν in Gloss. mediæ Græcit. col. 494.

\* **THEORIA**, Gr. θεωρία, Meditatio, contemplatio. Vita S. Joan. Laud. episc. tom. 3. Sept. pag. 166. col. 1 : *Sicque ab activa vita in Theoriam tendebat calefactendus, ut a contemplativa in activam rediret calefacturus.* Vita S. Columbæ tom. 5. Sept. pag. 624. col. 1 : *Maximum etiam in obscrationibus stando expendens curriculum, in tantum subito ferebatur Theoriam, etc.* Vide *Theoricus*.

\* **THEORICA**, Theologia. Bern. de Amorbibus in Speculo sacerdotum MS. cap. 5 :

Leges audire non debes, nec medicinam Presbyter, ut scire melius possis Theoricam.

† **THEORICALIS**, Spiritualis, ut videtur. Miracula S. Bertæ, tom. 2. Julii pag. 56 : *Sciatis, vos ipsos non hujus cosmii cum honore esse residuos, nec Theoreticalis amœnitate prosperitatis gaudere, nisi jam dicto omnia restitueritis loco.*

† **THEORICUS**, Contemplativus, qui tantum contemplationi vacat, Joh. de Janua. Græc. θεωρηκός, Gall. *Theortique*. *Theorica vita*, nostris *Vie contemplative*, in Vita S.

Romani Archiep. Rotomag. metrice scripta, tom. 3. Anecd. Marten. col. 1661.

† **THEORISMA**, *Theorema*, Johanni de Janua et in Glossis Lat. Gall. Sangerman. MSS.

† **THEOSOPHICUS**, Theologicus, spectans Theologiam. Epistola Gozechini Scholastici, tom. 4. Analect. Mabillon. pag. 362 : *Quæque vel legendo, vel disputando perplexæ intricatæ, vel in Theosophicis vel in sophisticis occurrissent, etc.* Vide mox *Theosophus*.

**THEOSOPHUS**, ex Græc. Θεοσώφης, Theologus, Theologiæ peritus, vel qui Deum sapit. Vetus Charta apud Beslium pag. 268 : *Data mense Septembri ann. 999. Ind. 12. regnante Rege Roberto Theosopho anno 5. Concilium Lemovicense ann. 1031. sess. 1. doctissimum eundem Robertum vocat.* Hugo Flaviniac. pag. 111 : *Quem Græcia excipiens peregrinum mirata est inter suos Philosophum, extra suos Theosophum.* Et pag. 184 : *Simul ille ad tempus se Philosophum, ut crederent eum, qui non noverant Theosophum.* Epistola Monachorum Remensis Cænobii S. Remigii ad Casinenses : *Occasionem autem ejusdem Epistolæ in primis placuit prælibare, quasi in aliquo, quod absit, tantum authoris thema interrumpatur, quod omnium Theosophorum judicio ipsi Tulliano stylo jure meritoque præfertur.* Henricus Aquilonipolensis in Lubeca lib. 1. cap. 20 :

Transeat egregio doctore Theosophiali, etc.

Ita θεοσώφης epitheton non semel tribuitur Constantino Pogonato in Concil. VI. Oecumenico. Theologiæ doctores nostri appellantur *Maîtres en divinité*. Vide Origines domus Alsatice pag. 151.

**THEOTHECA**, quasi Θεοῦ θήκη, Pyxis, in qua reponitur sacra Eucharistia, ægris deferenda. Epitaphium Joannis de Græcolanis, Mediolani :

Et casulæ, binæque cruces, calicesque gemelli, Thuribulum, Theotheca sed et mortualibus in qua Est ægris portanda salus, mundique Redemptor.

De sacratissima Virgine dicitur in veteri libro ad usum Ecclesiæ Senon. XIII. sæc. ubi de Officio Nativitatis B. Mariæ : *Perfudit te sacra Virgo Theotheca, decrevitque Deus filius esse tuus.* [\* Θεοθήκας.]

† **THEOTHICA**, Eadem notione. *Kyrie Theothica*, in Cod. MS. Chableiæ XIII. sæculi. Prima sunt verba ejusdem additionis quæ cum *Kyrie eleyson* festis solemnioribus in quibusdam ecclesiis decantari solent. Vide *Farsa* 2.

\* **THEOTICA**. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Deytat, Prov. Deitas, Theotica*.

**THEOTISCI**, **THEODISCI**, Teutones, Germani, unde *Theodisca lingua*, apud Servium in 8. Æneid. Otrifridum in libro Evangeliorum et alios, *Theotisca*, in Concilio Turonensi III. ann. 813. cap. 17. Moguntino I. cap. 2. in Synodo Pistensi cap. 4. in Edicto Pistensi cap. 33. *Theudisca*, in Capit. Caroli C. tit. 12. cap. 3. tit. 26. post cap. 12. *Theodisca*, eodem tit. 26.

**TUITISCI**. Vetus Charta apud Vadianum de Colleg. et Monaster. pag. 87 : *Placuit inter nos chartam pacationis ex utraque parte allevari, quod Tuitisce Suonboch no-*

*minamus.* Ubi ille *Tuitisce* dixit, quod vulgo *Theutonice*; nam et Theodiscam linguam illi dicebant, hoc est Germanicam, *Die Tuitsche sprach*. Vide Cluverium lib. 1. German. antiq. cap. 9. ubi multa. *Thiois* dixerunt nostri. Vetus Poeta de Bertain, apud Falcetum :

Longuement tint Sassoigne, qu'ins nus n'i mit defois,  
Mès puis fu reconquire par Frances et par Thiois.

Le Reclus de Moliens MS :

Thiois, Brabant, et Avalois;

Adde Willelmus Guiart ann. 1214. [Le Roman de Cleonades MS :

Quant Grieu sot, pour savoir Tiois  
Vint à Couloigne en Allemaigne...  
En cel pays tant demora  
Qu'il sot Tyois ; lors s'en ala.]

**LINGUA THEOTISCA**, *Theodisca*, *Theudisca*, eadem quæ *Theutonica*, seu Germanica, quæ olim in Gallia etiam aliquandiu obtinuit, a Francis nostris Orientalibus subinde invecata, adeo ut hæc etiam loquutos primæ ac secundæ stirpis Reges haud ægre probari possit, longe tamen diversa ab hodierna, ut pluribus probavit Freherus ad formulam fœderis Ludovici Germaniæ et Caroli Galliæ Regum, Ludovici Pii filiorum, et Browerus in Proparsceve Annalium Trevirensium n. 14. ex Capitulo 19. lib. 4. Capitulum Caroli M. hæc lingua, imperante Ludovico Pio, exarato; quod antea attigerat Trithemius in Catalogo illustrium virorum in Otrifrido : *Otrifridus ex eo volumine, quo Carolus Imperator quondam Magnus barbariam Theutonicæ nostræ linguæ ad regulas inchoavit reducere grammaticales, edoctus, multa et miranda lingua materna secundum easdem regulas composuit metro seu carmine, quæ nemo facile nostra ætate legere et intelligere potest, quantumcunque sermonis nostri peritus: quippe cum sermo ille regulatus a nostro plus differat, quam Etruscus a Latino.* Unde vero vox *Theodiscus* fluxerit, pluribus disserit Cluverius lib. 1. German. antiquit. cap. 9. [\* Vide Rühds. ad Tacit. German. pag. 103. Monium de Pagan. Europ. Boreal. tom. 2. pag. 7. Grimm. Grammat. German. 3æ edit. tom. 1. pag. 12.]

† **THEOTONICUM OPUS**. Testamentum MS. Roberti Canonici Autissiod. ann. 1205 : *Optuli etiam super altare pallam benedictam Theutonico opere decenter operatam.*

† **THEUTONIZARE VOCES**, Alterius linguæ vocabula Teutonice reddere, vel Teutonice facere. *Kathalina...* *Theutonizatum Gweiff sonat*, in Historia de Guelfis apud Leibnizium tom. 1. Scriptor. Brunsvic. pag. 782.

† **THEOTOICHE**, Deipara. Acta S. Ursuari Episc. tom. 2. Aprilis pag. 558 :

Ecclesiam pia Virgo simul Theotoiche tuetur.

Notum est Θεοτόκας B. Virginis epitheton. † **THEOTONIA**, Germania. *Regnum Theotonia*, apud Marten. tom. 2. Anecd. col. 13. ex Epist. Urbani IV. PP. ann. 1263.

† **THEOTONICUS**, Germanus, apud Murator. tom. 3. pag. 490. col. 2. tom. 6. col. 94. 421. et alibi. Vide *Theotisci*.

\* **THEOTONISI**, Iidem qui *Theotisci*, Teutones, Germani. Mirac. S. Patric. tom. 5. Aug. pag. 221. col. 2 : *Cum Theotonisi civitatem Acerrarum possiderent, quidam*



eorum postposito Dei timore, rapinam exercebant per circumstantes villas. Haud scio an inde vox *Theudrier*, qua Extraneus, alienigena significari videtur, in Lit. remiss. ann. 1482. ex Reg. 206. Chartoph. reg. ch. 889: *Icellui Bosquier avoit dit plusieurs parolles injurieuses et diffamatoires de la personne du suppliant, et entre autres qu'il estoit ung villain Theudrier, et que on ne scavoit qui il estoit.*

\* **THEPHANIA.** Vide supra *Thefania*.

† **THERASCHIA,** Teorascia, *Thérache*, *Juvenis canonicus de Roseto in Theraschia*, etc. in Charta ann. 1254. ex Chartul. Campan. fol. 158. *Theraisse*, in Peagio ex Chartul. 21. Corb. fol. 344.

\* *Thieraisse*, in Lit. ann. 1371. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 450. Vide supra *Terasca*.

† **Theria.** Annales Genuenses ad ann. 1242. apud Murator. tom. 6. col. 495: *Pisani galeas et alia ligna de duabus Theriis l. numero muniebant, in quibus Ruscarinus Pisanus præerat admiratus. Ubi ligna de duabus Theriis, forte sunt navigia de duobus tabularis, Gall. de deux ponts.*

**Theristotides,** in Gloss. Saxónico MS. apud Somnerum exponitur *wa de wa n gie sela*, ubi *theristrum* corrigendum putat.

**Theristrum, Teristrum, Genus pallii muliebris,** Eucherio Lugdun. Hieronymus in Esaiam: *Θέρια nos possumus appellare palliolla, quibus obvoluta est Rebbecca, et hodie quoque Arabiæ et Mesopotamiæ operiuntur feminae, eo quod ἐν θέρια, id est in ætate et caumate corpora protegant feminarum.* Ex eo Papias: *Teristrum palliolum est, quod ad usque Arabiæ et Mesopotamiæ mulierum est velamentum, quo tutissimo umbraculo utuntur in æstivo.* Mox: *Teristra, subtilissimæ cortinæ.* [Adde Isidorum lib. 19. Orig. cap. 25. et Tertullian. de Pallio cap. 4.] Glossæ Biblicæ MSS: *Theristrum, æstivum vestimentum, theros enim æstus.* Ugutio: *Teristrum quoddam genus muliebris vestis subtilis et trita, a terendo dictum, vel a tegendo, quia in æstu corpora tegat feminarum.* Gloss. Lat. Gall.: *Teristrum, une maniere de vestement de femme, qu'on dit Chainse.* Salomon Proverb. 27: *Sustulerunt a me Teristrum meum custodes murorum.* Hepidanus de Vita S. Wiboradæ lib. 1. cap. 5: *Teristrum cum omni vittatoria compositione detrahens.* Luitprandus lib. 3. cap. 5. al. 23: *Dum hunc Græcorum more Theristro opertum, habituque insolito viderunt indutum, etc.* Perperam *cheristro* edidit. Idem in Legatione cap. 37: *Mihi mandavit, fas non esse quempiam, ubi Imperator esset, pileatum, sed Teristratum incedere: cui mulieres, inquam, nostre tiaræ, et Teristrate, viri equitant pileati.* [\*\* Adde cap. 40. et 54.]

\* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Teristrum, soucanie. Terristrum, ceinse de fame veuve.*

\* **Therita,** ut *Tarida*, Navis onerariæ species. Constitut. MSS. Caroli reg. Sicil.: *Amiranti vice, prothontini, amiruti in reparatione navium, galearum, Theritarum, et aliorum vassellorum, etc.* Vide supra *Tharida*.

† **Thermopalus,** Θερμαπαλός, *Callidus*

et mollis. *Ova Thermapala, Sorbilia, Th. Prisciano 20. 10.*

**Thermarium,** *Thermæ.* Gloss. Saxon. Ælfrici: *Balnearium vel Thermarium, bæth hus. i. domus thermarum.*

**Thermiphile,** pro *Thermopyle,* Quævis montium angustia, *clusura.* Chronicon Reichersperg. ann. 753: *Haistulphus Rex Thermiphilas, id est clusas Longobardorum petiit.* Regino habet *Thermopylas.*

† **Thesaurare,** *Facere thesaurum, thesaurum congregare,* Joh. de Janua. Vide *Thesaurizare.*

† **1. Thesauraria,** Gall. *Thresorerie, Thesaurarii dignitas, vel locus ubi thesaurus reconditur.* Occurrit posteriori notione apud Rymer. tom. 2. pag. 930. 1046. tom. 4. pag. 648. in Reparationibus factis in Senescallia Carcasson. ann. 1435. e MS. Cl. V. *Lancelot*, etc. Priori vero in Charta Philippi V. Fr. Regis pro S. Capella Paris. ann. 1318. apud Lobmell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 126. col. 2. in Synodo Mexicana ann. 1585. tom. 4. Concil. Hispan. pag. 385.

\* **2. Thesauraria,** Vasa sacra, aliaque pretiosior ecclesiastica suppellex in *thesauro* ecclesiæ asservata. Instr. ann. 1308. tom. 5. Cod. diplom. Polon. pag. 32. col. 2: *Thesaurum ecclesiæ de ipsa ecclesia, confRACTIS SERIS, Thesauraria manibus sacrilegis abstulerunt.*

† **Thesaurariatus,** *Thesaurarii dignitas in Ecclesiis,* apud Rymer. tom. 9. pag. 541. in Historia Mediani Monasterii pag. 410. et in Inventario S. Capellæ Paris. ann. 1363. ex Bibl. Reg.

**Thesaurarium,** pro *Thesaurus,* apud S. Augustin. enarrat. in Psal. 48: *Numquid perdes in Thesaurario Christi ponens?* Ibidem: *Inveniunt nummos, et ponunt in Thesaurario.* Vita Burchardi Episcopi Wormaciensis: *Tunc Principes, qui aderant, intrantes Thesaurarium et cameram, ubi putabant pecuniam reconditam, diligenter angulos omnes perscrutati sunt, etc.*

**Thesaurarius,** *Thesauri Regii custos.* *Desiderius Thesaurarius Dagoberti Regis, in ejusdem Regis præcepto de Episcopali dignitate Cadurcæ urbis eidem Desiderio collata. Rado Thesaurorum regalium summo Procurator,* apud Frigidum in Vita S. Audoeni Episc. Rotom. cap. 4. apud Surium.

† **Thesauris,** Eadem notione, in Mandato Johannis Reg. Fr. ann. 1352. tom. 2. Ordinat. pag. 513: *Præsentibus Thesauribus et Magistris monetarum, etc.*

\* *Nicolas Braique Treasouriers de Normandie,* in Chartul. S. Benigni Divion. ad ann. 1350.

**Thesaurarius,** Dignitas in Ecclesiis Cathedralibus et Capitularibus, cui thesauri Ecclesiæ servandi cura incumbit, quod ipsa docet nomenclatura. [*Thesaurior*, non semel in Chartul. Latinæ.] Isidorus Hispanensis in Epist. ad Leufredum Cordubensem Episcopum: *Ad Thesaurarium pertinet ostiarii basilicarum ordinatio, incensi preparatio, cura Chriasmatis conficiendi, cura Baptisterii ordinandi, præparatio luminariorum in sacrificio.* Rodericus Zamocensis Episc. in Speculo Vita humanæ lib. 2. cap. 16: *Thesaurarius sive custos,*

*præcipua quadam prærogativa, ac honoris præeminentia in sacrosaneta Ecclesia fulget. Illorum enim dignitati et officio, basilicarum primo incumbit custodia et tuitio, ostiariorum institutio, luminarium incensio et præparatio, cura denique baptisterii: vasorum quoque sanctorum, ac sacerdotalium vestium, necnon sacrarum reliquiarum, et tandem totius Ecclesiæ thesauri ad eum pertinent principalis custodia. Sed et inter Ecclesiæ ministros, pro modo obsequii, et personarum differentis, reditus et oblationes dividit. Leges Alfonsi IX. Regis Castellæ part. 1. tit. 6. leg. 6: *Tesoro tanto quier dezir como guardador de Tesoro cu a su oficio conviene de guardar las cruces, e los calices et las vestimentas, e los libros, et todos los otros ornamentos de la santa Iglesia, et el deve componer los altares, et tener la Iglesia limpia et apuesta, e a bonda de encienso, et de candelas, et de las otras luminarias, que son menester. Otrrosi el deve guardar la chrisma, e mandar e ordenar como se faga el Baptismo. E a su oficio pertenesce de fazer tanner las campanas.* [Synodus Mexic. ann. 1585. tom. 4. Conc. Hisp. pag. 385: *Thesaurarium (creamus) ad quam Ecclesiam claudere et aperire, campanas pulsare facere, omnia utensilia Ecclesiæ custodire, lampades et luminaria curare, de incenso, luminibus, pane et vino ac reliquis ad celebrandum necessariis, de redditibus fabricæ Ecclesiæ exponendis ad votum Capituli providere pertinebit.] Joann. de Deo in Pœnitentiaro lib. 5. cap. 12: *Thesaurarius vel Sacrista, quod idem est in officio, licet nomina sint diversa, etc. Thesaurarii officio potissimum munus incumbit luminaria Ecclesiæ providere. Hincmarus Epist. 4. ex Labbeanis: Thesaurarius de luminaribus et de aliis omnibus, que ad Ecclesiæ honestatem, utilitatem, atque salvationem, et ad suum ministerium pertinent, providentiam gerat. Concilium Coloniense ann. 1260. cap. 8: Thesaurarii sui custodes, quorum interest Ecclesiæ luminaria ministrare, ea ita fideliter administrent, et generaliter omnis Ecclesiæ suppellectilis seu thesauri custodiam eorum fidei atque curæ commissam ita conservent fideliter et solerter, etc. Adde Statuta Leichelfeldensis Ecclesiæ in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 241. 250. et Statuta Ecclesiæ Londinensis ibid. pag. 337. [necnon Probationes Hist. Cabilon. pag. 95.]***

\* Charta ann. 1164. in Chartul. S. Corn. Compend. fol. 174. 1<sup>o</sup>. col. 1: *Notum fieri volumus... quod inter Meldensem episcopum et Thesaurarium Compendiensi ecclesiæ, dominum videlicet Philippum fratrem regis, diutina fuerat controversia de quadam annonâ, quam præfata Compendiensi ecclesiæ matricularii in decima Nantolii accipiebant. Si quidem Meldensis episcopus annonam illam saisierat, quia de suo erat feodo, et prænominatus Thesaurarius ei hominum inde facere volebat. Prædicta igitur controversia in hunc modum compositionis est terminata. Abbas Compendii, in cujus manus Thesauraria devenit, quia hominum facere non potest, Meldensi episcopo annuatim persolvat in festo beati Stephani mense Augusto decem solidos. Multa hic habes notata digna.*



SUBTHESAURIUS, Dignitas pariter Ecclesiastica in Ecclesia Remensi, apud Joannem Sarisburiensem Epist. 268.

† THESAURIUS, f. Procurator, Syndicus. Legitur tom. 4. Annal. Benedict. pag. 425. ad ann. 1038. Widonem *Thesaurarium* S. Mauricii Andecavensis, cum consensu uxoris suæ, triumque filiorum fundasse atque dotasse Ecclesiam in honorem S. Martini Vertavensis in villa Legionis ad Oldonem fluvium, ut monachi S. Albini eam monasticæ religioni aptarent. Postmodum Wido ipse apud S. Albinum monachus factus est.

† THESAURIUS, Cellerarius. Consuetud. Fontanell. MSS. pag. 397: *Thesaurarius, qui in aliquibus monasteriis Cellerarius vocatur, recipit debita et redditus totius monasterii.*

\* THESAURIUS, Ædituus, Gall. *Marguilier*. Charta ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 599: *Matricularii seu Thesaurarii et alii parrecciani parrochialis ecclesie B. M. Magdalene civitatis Paris. etc.*

THESAURIUS ANGLIÆ. Hujus officium et dignitas describuntur in Fleta lib. 2. cap. 25. 26. 27. 28.

THESAURIUS SCACARI, apud Anglos, de quo Matth. Westmonaster. ann. 1295.

THESAURIUS GARDEROBÆ, in Anglicana Curia, est is, cui cura expensarum Regis et familiæ suæ commissa est. Ejus officium est pecuniam, jocalia et exenia Regi facta recipere, receptaque Regis secreta custodire, et de receptis expensas facere rationabiles, etc. Vide Fletam lib. 2. cap. 17. § 1.

THESAURENSES, Officiales Comitatus Thesaurorum dicuntur in lege 14. Cod. Th. de Divers. offic. (8.7.) et lege 2. Cod. de Palatinis (6.30.), qui scilicet *Thesaurorum custodiam suscipiebant*, in eadem lege, hoc est titulorum largitionalium exactorum et illatorum in thesauros.

† THESAURIA, Thesaurus, seu locus ubi thesaurus reconditur, gazophylacium. Acta B. Isfridi, tom. 2. Junii pag. 1090: *Monstrant hodie fontem juxta domum Thesaurie in Raceburg.* Charta ann. 1224. apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 29: *Confecta sunt tria instrumenta concepta sub eodem tenore, quorum unum remanebit penes Abbatem et conventum, aliud penes rectorem ecclesie de Brichtwalton... terciū in Thesauria Sarum: quo in posteriori loco Thesauria idem videtur quod Chartophylacium.* Sic Chartophylacium regium vocamus le *Tresor des Chartes*.

† THESAURIS, ut *Thesaurarius*. Vide ibi.

† THESAURIZARE, Idem quod *Thesaurare*, Johanni de Janua, Gall. *Thesauriser*, Gr. *θησαυρίζω*, Divitias congerere. Occurrit passim in Bibliis sacris, et apud Salsianum lib. 5. de Gubernat. Dei et alios Scriptores ecclesiasticos.

† THESAUROPHYLACIUM, *θησαυροφυλάκιον*, Thesaurus, seu locus ubi thesaurus reponitur, apud Martenium et alibi.

THESAURUM, neutro genere usurpant Alcuinus Epist. 49. et Poem. 105. [Folcardus lib. 1. Mirac. S. Bertini cap. 8. et alii Scriptores ævi medii.]

1. THESAURUS, seu Thesauri inventio, inter Jura Regia accensetur in Legibus

Edwardi Confess. cap. 14. in Legibus Henrici I. cap. 10. apud Brittonem in Legib. Angl. cap. 17. in Speculo Saxon. lib. 1. art. 35. et apud Bractonem lib. 2. cap. 24. § 1. Definitur autem ab eodem Bractone lib. 3. tit. de Corona cap. 2. § 4. *quædam vetus depositio pecunie vel aliter metalli, cuius non extat memoria, ut jam dominum non habeat.* Adde Fletam lib. 1. cap. 43. § 2. et Regestum Parlam. B. fol. 116. Æthelredus lib. 1. ann. 418: *In nono etiam anno post eversionem Romæ a Gothis, relictis qui erant in Britannia, Romana ex gente, multiplices non ferentes gentium minas, scrobibus occultant thesaurum, aliquam sibi futuram existimantes fortunam, quod illis post non accidit.* Charta Theobaldi Comitis Carnotensis ann. 1118: *Justitiam quoque nutriti, raptus, incendii, furtivi Thesauri inventi et celati, quia durum erat Monachis de talibus judicare, mihi et hæredibus meis Comitibus Carnotensibus in Bonavalle et in terra sua de banleuga concesserunt habendam.* Charta Guillelmi Castellani S. Audomari ann. 1175. in Tabul. Monasterii S. Bertini: *Ab omni calumnia et consuetudine, quæ de jure Comitatus exigi solet, a banno scilicet, furto, teloneo, occasione inventi Thesauri, liberi sint.* Articuli Cleri contra Dionysium Regem Lusitanie apud Bzovium ann. 1289. n. 9. § 26: *Impingit aliquibus viris Ecclesiasticis, mulieribus religiosis et Abbatissis, quod invenerunt Thesaurum, quorum occasione facit eos capi, et secum taliter captos duci, non parens religioni, aut etiam dignitati intendens, et compellens contra jura, ut totus Thesaurus sibi restitatur, etsi in propria domo, possessione aut villa, aut campo seu alio die ipsius inventus sit, aut dicatur inventus.* Vide Capitulare 3. ann. 789. in Appendice cap. 2. et supra in voce *Inventio* 1.

\* Judicat. ann. 1261. in Reg. *Olim* parlam. Paris.: *Inventa fuit pecunia usque ad xl. m. in muro cujusdam domus apud Lochias, cum ipsa domus reficeretur. Bailivus voluit eandem pecuniam habere pro rege; ille, cujus erat domus, petebat eandem habere. Placuit regi, quod ipsa pecunia redderetur domino domus ipsius, nisi manifesta et certa consuetudo in contrarium inveniatur in ipsa terra.*

\* Quæ vero vasa sic casu inventa fuerant, aqua benedicta et oratione purificabantur, ex antiquissimo Pontificali MS. Bibl. reg. sign. 943: *Oratio super vasa in loco antiquo reperta, quæ primitus aqua lavantur exorcizata. Omnipotens sempiternus Deus, insere te officiis nostris, et hæc vascula arte fabricata Gentilium sublimitatis tuæ potentia ita emundare et benedicere digneris, ut omni immunditia depulsa, sint tuis fidelibus tempore pacis atque tranquillitatis utenda. Per Dominum, etc.*

THESAURI DUCENDI ONUS. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 976: *Sint quieti de... hornegeldo, carucagio... et de Thesauro ducendo etc.* Pag. 922: *De maeremio cariendo, de arnis portandis, de Thesauro portando, etc.*

† 2. THESAURUS, Monile. Chronicon Valciodor. tom. 7. Spicil. Acher. pag. 516: *Comes Eilbertus... sine consilio suæ nobilitatis conjugis... loco obsidis mirabilem The-*

*saorum quem apud se conservabat Clerico tribuit, diem statuens in quo fieret solutio debiti. Thesauri autem iste desiderabilis compositus est in similitudinem insignis monilis, quem S. Eligius... præcepto nutuque incliti Lotharii Regis Franc. manibus propriis operatus est. Lapis si quidem beryllus in medio positus sculptum retinet qualiter in Daniele Susanna a senibus judicibus male criminata sit, qui varietate sui operis diligentiam ostendit artis, et diligentia venustatem locupletis honoris.* Quod *Thesaurus* pluries ibi appellatur, nude dicitur *Monile* in fragmentis ex Chronico Valciod. sæc. 5. Benedict. pag. 597.

† THESAURI ECCLESIASTICI, Vasa sacra, aliæque pretiosior supellex ecclesiastica, gemmæ et alia hujusmodi, in Capitulari 5. ann. 806. cap. 5. ubi prohibet Carolus M. ne vendantur Judæis aliisve negotiatoribus. Ne *Vasa sacra* dentur pignori, pariter prohibet Ludovicus Pius Capitul. ann. 816. cap. 13.

THESEUS MENSIS, in Hepidanni Annalibus ann. 973. pro mense *Desio* dicitur, ut recte conjectat Goldastus. Sic vero appellatur mensis Junius a Macedonibus, Græc. Δέσιος.

† THESIA, Mensura sex pedum, Gall. *Toise*, in Charta Godefridi Episcopi Lingon. inter Instrum. novæ Gall. Chr. tom. 4. col. 179. et in Glossario tom. 3. Hist. Paris. ubi Lobinellus observat *Thesias* etiam aliquando dici tigna canteriosæ ex Charta ann. 1282. ubi legitur, *duas campanas, quantubet ponderis centum librarum in capella domus cæcorum congregationis prædicte ponendas, pendentes duabus Thesis super copertura ipsius capelle.* Vide *Teisia*.

† THESICUS, Phtisi laborans, ni fallor, a ficto *Thesis*, pro Phtisi. Codex MS. D. de Chalvet Senescalli Tolos. de Albigenibus: *Dictus infirmus non permittebat ipsos recedere, eo quod Thesicus erat et volebat heritari in morte.* Vide *Tesis*.

\* THESINDUS, Idem qui *Thainus*, de qua voce supra. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 69: *De Tihindi hominis (occisi) wera, debent reddi secundum legem 30. solidi ad manbotam, idem hodie 5. marcæ. De Thesindo, id est Thaino, 120. sol. qui faciunt 20. marcæ.*

† THESMOPHORUS, Θεσμοφόρος, Legislator, de Moyse dicitur in Gestis Consulum Andegavensium tom. 10. Spicilegii Acheriani pag. 470.

\* THESPETATICUM ex Charta Dagoberti regis apud Grosley in Disquisit. ad Jus Franc. pag. 121. Vox fictitia, ut videre est in *Themonaticum*.

\* THESURA, Plagæ, rete. Vide supra *Tesura* 2.

THETA. Vide *Th*.

THETHINGPANYE. Vide in *Tethinga*.

THEU, Francis veteribus, Duo. Vide *Chünna*.

\* THEUCRI, Turci. Vide supra *Tecri*.

† THEUDISCI. Vide supra *Theotisci*.

† THEUGDPENY. Vide in *Tethinga*.

\* THEULONIUM, idem quod *Telonium*, Exactio, tributum. Charta S. Ludov. ann. 1264. in Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 142. vº. col. 2: *Nullum tenean-*



tur *Theulonium* seu exactiorem quamlibet uult costumam solvere. in *Telon*.

**THEUMA**, **ΤΕΥΜΑ**, pro *Thema*. Willelmus Brito in Prologo ad Philippid. :

Rursus ut aggrediar prolixius edere *Theuma*.

[Et ad calcem editionis Duchesnii pag. 256 :

Nam qui prælibant librorum *Teumata* versus Nolo quidem numeris connumerare meis.]

\* Hinc forte nostris alias *Theutes*, pro *Teneur*, scripti verba. Chron. S. Dion. tom. 5. Collect. Histor. Franc. pag. 270 : *Teux estoit li Theutes de la charité le patriarche Jehan, que li dui Crestien uportoient.*

† **THEUNUARIUM**, Tributum. Vide in *Telon*.

† **THEUROMA**, Aulæum seu tapes, ut videtur. Joh. de Monsteriolo Epist. tom. 2. Ampl. Collect. Marten. col. 1329 : *Mihi Theuromata seu tapeta illa misisti; quæ res etsi rara et singularis sit, etc.* Hæc verba quæ res etc. indicare videntur particulam seu esse nudam explanationem vocis *Theuroma*, cum de re singulari seu unica agi videatur; alioquin crederem *Theuroma* esse pro *Toreuma*, *Τόρευμα*, quod est Opus sculptum aut cælatum ex quacumque materia.

† **THEURORA**, vel ut legere mavult *Eccardus Theurona*, Puella, in Pacto Legis Salicæ tit. 15. § 2. *Eccardum* consule.

**THEUSEBIA**, ex Gr. *θεοσεβεία*, Pietas. *Ordericus Vital.* lib. 8. pag. 708 : *Sed in pace Dei cultores legali Theusebia tripudiare sineverit.*

† **THEUTHA**. Vide in *Thenca*.

† **THEUTHONICI**, **THEUTONICI**, **THEUTONIZARE**. Vide *Theotisci*.

\* **THEUTRAMUS**, Vir eximius ac celebris. *Ermoldi Nigel.* Carmen tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 64 :

*Ecclesiæ custos Theutramus nomine quondam Prælatæ fuerat, nomine dignus eo.*

† **THEW**, **THEWE**, **CAVEA**, vel scabelli genus, quo mulieres rixosas et in lacescendo procaeces in aquam mergunt apud Anglos, a Saxonico *þ eow*, *Servus*, homo vilis. Placitum in Itiner. apud Cestiam ann. 14. *Henrici VII. Georgius Grey Comes Cantii clumat in maner. de Bushton et Ayton punire delinquentes contra assisam panis et cervisie per tres vices per amerciamenta, et quarta vice pistores per pilloriam, braciatores per tumbrellum, et rixatrices per Thewe, hoc est ponere eas super scabellum vocatum a Cucking stoole.* *Monasticum Anglic.* tom. 1. pag. 977 : *Habere possint Thew, pillorium atque tumbrellum pro punishmente malefactorum.* Vide *Blount* in *Nomolexico* Anglicano

**THEYN**, Liber, ut *Thett*, servus, in *Fleta* lib. 1. cap. 47. § 26. idem qui *Thingus*, de qua voce mox. Vide *Thainus*.

† **THEYSIA**, Pertica, seu mensura sex pedum, Gall. *Toise*. *Franchesiæ Villæ* de *Pineto* ann. 1343. e *Schedis D. Lancelot* : *Terminos vero dictæ franchises declaramus... extra meniu dictæ ville per cc. Theysias. Vide Teista et Thesia.*

**THIA**, *Amita*, Gall. *Tante*. Vide *Thius*.

† **THIARA**, Honorarius Cancellarii cudo, Gall. *Mortier*. *Acta Comitum general.* *Thronis* habitorum ann. 1483. ex *Bibl. Sangerm.* : *Doninus vero Cancellarius ad*

*Regem conversus, Thiara deposita et curvato genu, petit si ei placeret nos sermonem inchoare.* Vide *Tiara*.

† **THICINYNUS**, male pro *Hiacynthinus*, apud *Isidorum* lib. 19. Orig. cap. 21. edit. 1602. Vide *Vossium* lib. 3. de *Vitiis* serm. cap. 52.

**THIEFT-BUTE**. Vide *Thefbote*.

† **THIEM**. Vide supra in *Team*.

**THILAC**, pro *Tyhtlan*. Vide in hæc voce.

† **THIMIAMA**. Vide *Thuricremium* et *Thymiana*.

† **THIAMATERIUM**. Vide *Thymiamaterium*.

† **THIMONUS**. Vide in *Teno* 1.

\* **THINA**; Vas grande ex qualibet materia. *Stat. Casimiri III.* ann. 1451. inter *Leg. Polon.* tom. 1. pag. 163 : *Item sal quod datur nobilitibus sive claustralibus per dominum regem in Thinis, etc.* Vide *Tina* 2.

\* **THINDESKATH**, Decimæ exactio, a *Thinde*, Decima, et *Skat*, impositio. *Leges Danicæ* apud *Ludewig.* tom. 12. *Reliq. MSS.* pag. 212 : *Item, nova gravamina noviter inducta, videlicet Thindeskuth, ammodo non petuntur, nec recipiantur per quemcumque.*

**THINGARE**, Donare, vox Longobardica, in *Legē Longob.* lib. 2. tit. 1. § 8. tit. 14. § 4. 5. 12. 13. 25. tit. 15. § 1. 2. tit. 18. § 1. tit. 21. § 9. tit. 34. § 1. 3. 8. 9. lib. 3. tit. 15. etc. [\* *Roth.* 223. 156. 157. 160. 170. 171. *Liutpr.* 76. (6, 23.) *Roth.* 172. 173. 176. 365. 225. 227. *Liutpr.* 9. (2, 3.) 55. (6, 2.) *Aist.* 2. *Roth.* 390.] *Papias* : *Tingatio, mutuū donatio.* *Boerius* ad *Legem Longob.* : *Tingatio dicitur donutio per universitatem.* In præallatis locis crebro vox *Thingare* sumitur pro *libertatem conferre*, quod et manumittere per *Thinx* dicunt. *Leges Luitprandi Regis Longob.* tit. 54. § 1. [\* 76. (6, 23.)] : *Si duo fratres, aut si pater et filii Thingati fuerint, etc.* Tit. 109. § 4. [\* 140. (6, 87.)] : *Vadant liberi et absoluti sulfrealis, tanquam si Thingati fuissent, ubi voluerint.* *Leges Astulphi Regis Longob.* tit. 8. [\* 2.] : *Si quis Longobardus pertinentes suos Thingare voluerit in quarta manu, et chartulas ei fecerit, et sibi reserverit servitium ejus dum advixerit, etc.*

**INTHINGARE**, Eadem notione. *Leges Luitprandi* tit. 36. § 1. [\* 55. (6, 2.)] : *Si quis servum suum sulfreale Intthingaverit, et aamund a se fecerit, etc.* *Lex Longob.* lib. 2. tit. 34. § 8. habet hoc loco nude *Thingaverit*.

**THINX**, Idem quod *Thingatio*, in eadem *Legē Longob.* lib. 2. tit. 8. § 6. tit. 14. § 13. tit. 15. § 2. 3. tit. 20. § 1. lib. 1. tit. 32. § 5. [\* *Liutpr.* 104. (6, 51.) *Roth.* 171. 173. 174. *Liutpr.* 64. (6, 11.) 140. (6, 87.)] *Charta donationis* ann. 1060. in *Tabulario Casauriensi* : *Hæc traditio de memoratis rebis firma permaneat in sempiternum, quia in loca sanctorum nec Thinx, nec launegild impeditur debet, eo quod homo pro anima sua fecit. Dare per libellum de Tinc*, in *Charta Gandulfi Episcopi Regiensi* tom. 5. *Ughelli* pag. 1594. *Manumissio per Thinx*, in *Legib. Luitprandi Reg. Longobard.* tit. 109. § 4. [\* 140. (6, 87.)] et in *Legib. Longob.* non semel.

**THINX** idem sonare quod *Thing* Teuto-

nicum, in *Fœdere Ludovici et Caroli C. Regum*, quod a *Nithardo* lib. 3. refertur, ubi per *plaid*, seu *placitum*, effertur, putat *Marq. Freherus*. Cui astipulatur locus *Adami Bremensis* cap. 229 : *Adeo ut Concilio populorum communi, quod ab ipsis Warph, a nobis Thinc vocatur, Episcopus interesse non renuant.* Sed et in *Capitulari Theotisco Ludovici Pii* apud *Browerum* in *Proparascève* ad *Annales Trevirenses* num. 14. *Thegein*, traditio exponitur. [\* *Thegein* ibi est nulla, vox sequens *thia sala* reddit latinum *traditio*.] *Teutones Dinghe* et *Denghen*, vocant litem, disceptationem : unde *Dinghen*, litigare. Vide *Joan. Stierihookum* de *Jure Sueonum* vetusto cap. 2. pag. 26. [\* *Graff. Thesaur. Ling. Franc.* tom. 5. col. 176. sqq. voce *Ding*; *Grimm. Antiq. Jur. Germ.* pag. 747. De *Thinx* Longobardorum videndus *Beseler. Pact. Hæredit.* tom. 1. pag. 108. sqq.]

\* **THINGFRED**. *Leges Danicæ* apud *Ludewig Rel. MSS.* tom. 12. pag. 182 : *Item sciendum est, quod quicumque ad placitum accesserit, et in via aliquis contra eum deliquerit ad distantiam a loco placiti, quo a placito videri potest; illud delictum, sit Thingfred delictum.* A *Thing*, Placitum, iudicium, et *Fred*, Infractio.

\* **THINGHORINGE**, Testis judicialis, qui audit quod agitur inter partes, interprete *Ludewigo* ad easdem *Leges* ibid. pag. 184 : *Item si aliquis ulterius in placito leges firmaverit, tunc quilibet illorum nominet sibi duos Thinghoringe, et advocatus et alii meliores nominent eis tres Thinghoringe, et quicumque illorum sine occasione legitima se absentando, interfuerit cum leges dantur, solvat conquerenti tres murcus et regi tantum.* *Horinge*, *Auditio*.

**THINGUS**, idem qui *Thainus*, de qua voce supra, a Saxonico *þ e n g*, vel *þ e i n g*, *minister, baro*, homo liber. *Vetus Charta a Cowello* laudata : *Sciatis me concessisse omnibus militibus, et omnibus Thingis, et omnibus libere tenentibus, qui manent in foresta mea de honore de Lancastræ, quod possunt, etc.* Vide *Thainus* et *Theyn*.

\* **THIRANNUS**. Vide infra *Tyrannus*.

† **THIRD-PENY**, *Denarius tertius est, ea pars mulctarum forensiumque molumentum (emolumentorum) que in conitatu olim cedebat Comiti, Rege alias duas percipiente*, in *Nomolexico* Anglic. *Thomæ Blount* : quod consule.

\* **THIRIACA**, **TYRIACA**, pro *Theriaca*, Gall. *Thériaque*, alias *Tiriacle*. Vide infra *Triaculum*. *Inventar. MS. thes. Sedis Apost.* ann. 1295 : *Item duo vasa de stagno, plena Thiriaca.* *Arest.* ann. 1410. 29. Nov. in vol. 11. *arestor. parlam. Paris.* : *Johannes Cognati experimentator et venditor, ex eo quod Tyriacam inutilem et ineptam vendebat, etc.* *Lit. remiss.* ann. 1460. in *Reg.* 189. *Charthoph. reg. ch.* 476 : *Ocelle femme bailla entre deux escailles ou quoquilles de jables, qui croissent en la mer, une chose ressemblant de couleur à Tiriacle ou metridat.* Vide *Tiriaca* et *Tyriaca*.

\* **THIROTINUM**, *Tirocinium*, scientiæ argumentum. *Gesta Gaufr. episc. Constant.* inter *Instr.* tom. 11. *Gall. Christ.* col. 220 : *Si cuilibet et eorum (juniorum clericorum) scriptum vel versus, vel Thirotinum, vel*



aliquid utile videbat, congratulans ei sublimiter illud collaudabat.

† **THIRUS**, *Serpens venenosissimus, de quo fit thiriaca*, in veteri Vocabulario Juris utriusque; a Græco θήρ, θηρίς, fera, bellua.

† **THIASASTERIUM**. Vide *Thysiasasterium*.

**THIUBDA**, Fortum, Germanis *Dieb*, Otrifido lib. 4. cap. 7. et Willeramio, *Thiob*, Saxonibus þef. Ita inscribitur titulus 3. Legis Frisonum.

**THIUPHADUS**, Dignitas in Aula Regum Gothicorum Hispan. sed ex inferioribus prima: scilicet post *Duces, Comites, et Gardingos*. Huic suberant *Millenarii, Quingentarii, Centenarii, Decani, exercitus etiam Compulsores, Annonarii, Defensores, Pacis assertores, Numerarii, Fillici, Sajones. Thiuphadus*, civilem administrationem habuisse colligitur ex Lege Wisigoth. lib. 2. tit. 1. § 23. 26. et lib. 4. tit. 5. § 6. Huic in omni criminalium negotiorum genere iudicandi licentia concessa erat, præterquam in his criminibus, quæ legum sententiæ aperte condemnant, quibus qui obnoxii reperiebantur, eos non iudicare amplius, sed ut jam a lege præiudicatos condemnatosque debitis pœnis subjicere cogebantur. Ita enim accipienda videtur eadem lex lib. 2. tit. 1. § 15: *Cum in cæteris negotiis criminalium causarum Thiuphadus iudicandi licentia concessa fuit, crinosos a legum sententiis iudicare non audeant, sed debitam in eis, ut competet, censuram exerceant.* [\* Al. *Cum cæteris negotiis criminalium etiam... concessa sit... sententiis ipsi vindicare, etc.*] Hi, si quando sive ad bellum, sive alio avocarentur, vices suas in exercendis iudiciis committere poterant, ex eodem §. In bellum porro provinciales suos educebant, et ad *hostem* exire compellebant, quomodo Ballivi ac Senescalli olim apud nos, hoc est Regios subditos, qui ex sua *Thiuphadia* erant: ita enim provincia Thiuphadi appellatur lib. 9. tit. 2. § 1. 3. 4. 5. 6. 9. Suberat autem *Thiuphadus* Comiti, ex d. § 5. Vide Diploma Ervigii Regis post Concilium Toletanum XIII. Quidam vocem hanc a Germanico *Tief*, altus, deducunt, quasi suprema fuerit inter inferiores dignitas.

Arcessendam censet Hiccius Dissert. pag. 153. a Francico articulo *Thiu*, et *Fads*, a *Fadian*, Ordinare, dispensare. [\* Vide Grimm. Gramm. Germ. tom. 2. pag. 493. *Thius*, Gothice est Famulus, ita ut *Thiuphadus* Wisigothis dictus fuerit qui aliis *Siniskalk*.] *Thynphadus* perperam legitur apud Spelmannum; *Tufadus* vero in Charta ann. 1027. in Probat. Hist. Occitan. tom. 2. col. 179.

**THIUS**, ex Græco θεός, Patruus, Italis *Zio*. [Isid. lib. 9. cap. 6: *Tius* Græcum nomen est. *Patruus*, frater fratris est. *Thii*, id est, *putri vel avunculi*, ut exponit *Cocquille* Cent. de Nivern. pag. 418. Occurrit hæc vox pluries in Nov. 118. cap. 3.] Codex Carolinus Epist. 93: *Thius* Regis Persarum, *Princeps et Dux exercitus*. Chronicon Comitum Capuæ § 3: *Projectus* est de eadem civitate a *Pandone Thio suo*. Pactum Gregorii Ducis Neapolitani ann. 911: *Joannes Consul et Dux, Gregorius Thius ejus*. Charta Hispan. æræ 819. apud Sandovallium in Sylone Rege: *Et sic postea*

*conjunctus pariter cum idem prædicto tuo Tio domino Fromistano Abbate fundasti in isto loco jam dicto Oveta Basilicam S. Vincentii Levitæ, etc.* Ita in alia apud Colonnarenum in Historia Segoviensi cap. 13. § 13. Hist. Miscella: *Ubi erat Isbaali Thius Madi*. Theophanes, καὶ ἦν ἐκεῖ ὁ Ἰσβααλὶ ὁ θεός τοῦ Μζαδί.

**THIA**, **TIA**, **Amita**, Ital. *Zia*, in Conc. Bracar. II. ann. 563. cap. 15. et in Concilio Arelatensi II. cap. 3. uti præferunt Codd. Corbeiensis et Lugdunensis. Adde veterem Chartam allatam a Duce Gardiæ in familia Guetana pag. 182. [et Canones Hibern. tom. 4. Anecd. Marten. col. 3.] Apud Gregorium M. lib. 1. Epist. 37: *Volo autem, ut donnæ Paterichie meæ, etc.* Spelmannus emendat *Patherie Thie meæ*, quomodo Codd. bonæ notæ præferre monet vir doctus nuperus operum S. Gregorii editor, quosdam etiam *amitæ*, pro *thiæ*. Charta Rudesindi Dumiensis Episcopi æræ 930. apud *Yepez*: *Et villa ipsa monasterio integra in Faro ex dato Tie meæ doninæ Gunterodis, etc.* Alia æræ 1111. apud eundem tom. 6. pag. 450: *Et de ipsa villa, quæ dedit mihi illa Tia meæ, etc.* Vide Chronicon Petri Reg. Aragon. edit. a Carbonello lib. 1. cap. 2. et Anton. Brandanem tom. 3. Monarch. Lusitanæ fol. 90.

† **THLASIÆ**, **THLIBIÆ**, Castrati, spadonum genus, in leg. 128. D. de verbor. signific. : *Spadonum generalis appellatio est, eoque tam hi qui natura spadones sunt, item Thlibiæ, Thlasie, castrati: sed et si quod aliud genus spadonum est, continentur. Thlibiæ proprie ii sunt, quibus attriti sunt testes; Thlasie vero quibus ejecti sunt; a Græc. θλάω seu θρίζω, frango. Vide Gothofredum ad Cod. Theod. et Calvinii Lexicon.*

† **THLIBOMENUS**, θλιόμενος, Pressus, afflictus. *Thlibomeni* in Ecclesia dicebantur Egentes, qui sustentare se ac victui necessaria suppeditare sibi non valebant. Epistola Cleri Rom. ad S. Cyprianum 8. edit. Oxon. : *Sive viduæ, sive Thlibomeni* (perperam in Editione Pamelii *Clydomeni* et in aliis *Clinomeni*) *qui se exhibere* (i. e. se nutrire sibi que necessaria ad vitam præbere) *non possunt... utique habere debent, ut eis ministrent.* Epistola S. Cornelii PP. ad Fabium Antioch. n. 3. Edit. Coustantii: *Viduus cum Thlibomenis plus mille quingentas, χίρας σὺν θλιβεμένοις*, in Græco. Vide Notam Coustantii.

† **THLIPSIS**, Gr. θλίσις, Afflictio, oppressio, apud Luciferum Calarit. lib. 1. ad Constantium Imperatorem.

**THO**, Celtis, Duo. *Tho-alafiti*, Duo cum dimidio. Vide in *Chunna*.

† **THOBALIA**. Vide in *Toacula*.

† **THOCA**, *Flavus, vel vestis*, in Glossis Isid. Legendum omnino videtur *Toga*, ut pro *Flavus*, Latus clavus, uti jam dictum est in *Flavus*. Vide Grævium.

\* **THOCELLA**. Vide infra *Thosella*.

**THOKEI**, Piscis genus, cujus fit mentio, inquit Cowellus, ann. 22. Edw. IV. cap. 2.

**THOL**, **THOLNEUM**, etc. Vide *Telon*.

**THOLUS**. Glossæ Antiquæ MSS: *Tholum, fastigium templi rotundum, sive cerebrum camerae*. Papiæ: *Proprie est velut scutum breve, qui in medio tecto est in quo*

*trabes coeunt*. Idem: *Tholus, eminens, rotunditas, fastigium templi, culmen tecti*. Gloss. Gr. Lat.: *Θόλος, Testudo*. *Tholi balnearum*, apud Ammianum lib. 28. Sedulius lib. 1. Paschalidis operis:

.... Properemus in urbem  
Libertatis ope, radians ubi regia fulvis  
Emicat aula Tholis.

Vita S. Joannis Eleemos. ex versione Anastasii Biblioth. n. 52: *Pergebat aliquando Beatus ad visitandos pauperes in locum, qui dicitur Cæsarium: illic enim eis fecerat quasi Tholos quosdam prolixos, ligneis tabulis pavimento strato ad requiescendos eos*. Epitaphium Aldeberti Abb. Lerinensis, qui decessit ann. 1101:

Namque sui dextra construxit intus et extra  
Turres, atque Tholos, Ecclesiæque polos.

Liber Miraculor. S. Bertini cap. 3. apud Mabilionem de *Turrili*, seu Campanario: *Cum Tholus pomifer in edito una cum triumphali signo Crucis erigeretur, etc.* Occurrit hac notione apud Palladium cap. 8. et 43. Sed non plane assequor quid sit *Tholus* in Gestis Francor. usque ad Robertum Regem ex Bibl. Loiselliana, ann. 1014: *Fecit quoque 18. Tholos ejusdem metalli*, (cupri Hispanici) *sparsim in choro desuper infixos*. [F. Laminae cupri bracteatae, a Gall. *Tole*, quod de ferro bracteato potissimum dicitur.]

\* Richardus Cluniac. de Origin. monast. de Carit. apud *Le Beuf* tom. 1. Collect. var. script. pag. 415: *In Tholo siquidem turris mediæ quæ usur præminet pulere deaurata etc.* Pro Lamina usurpari videtur, ut et in Gest. Franc. supra laudatis, ibidem ex Hist. Translat. S. Corn. pag. 363: *De hujus scilicet ecclesie fabrica miro lapideo contabulatu constructa, multum nobis quod loqueremur aderat;.... ubi regia fulvis emicans aula Tholis evecta est suprema ad arcem usque culminis, etc.* Haud scio an inde vox Gallica *Thou*, qua Camera, fornix, vulgo *Voute*, significatur, in Chartul. Latinac. fol. 194. vº: *Neantmoins lesdits Bizet et Vincelot... avoyent rompu et desmoly ladite chaussée, et en icelle commançé à faire et édifier ung esvyer, glassouer ou russeau, pour mener agouster et conduire l'eau et agoustz de l'ostel dudit Charles en partye, par dessousz la chaussée du russeau de la fontaine dudit Laigny, en maniere d'un Thou.*

† **THOMATIZARE**, Incredulum esse instar D. Thomæ, qui credere volebat Christum resurrexisse. Vita S. Trudperti Erem. tom. 3. Aprilis pag. 432: *Si Ecclesie toti non credis, et adhuc non post dies octo, sed post annos tot Thomatizas, mitte vel adhuc manum tuam... et noli esse incredulus sed fidelis.*

† **THOMOCHARTA**, Charta, diploma, scriptum. Historia Reliquiarum S. Petri in Abbacia S. Mansueti Tull. tom. 2. Hist. Lotharingiæ inter Probat. col. 277: *Sicut enim veridicis historiographorum probatur sententiis, et prout Romanæ bibliothecæ monstratur Thomochartis, etc.* Vox ibrida est, quæ a Græc. τόμος, Tomus, volumen, et Latino *Charta*, efficta est.

\* Hac notione occurrit apud Mabil. tom. 3. Annual. Bened. pag. 612. ut observant Auctores novi Tract. diplom. tom. 1.



pag. 425. De Chartarum vero regesto seu Chartulario, locum supra laudatum potius intelligendum esse opinantur; quibus haud ære assentior, atque etiam cum iis vocem ibridam esse minus attente dictum fuisse libenter agnosco. Vide mox

\* **THOMUS**, unde diminut. *Thomulus*, *Libellus*, codex, membrana. Cencius in Præfat. ad Lib. cens. eccl. Rom.: *Census ipsos, sicut in Thomis carticiniis et voluminibus regestorum antiquorum..... inveni etc.* Et in ipso Libro: *Item in quodam Thomo carticio, qui est in Cartulario juxta Palladium, legitur etc. Item in alio Thomo ejusdem Cartularii legitur etc. Item in alio Thomulo carticio legitur etc.* Vide *Tomus*.

\* 1. **THONA**, Dolium, vas aquæ, vini, cerevisiæ et alterius liquoris capax. Charta ann. 1310. in Reg. 46. Chartoph. reg. ch. 88: *Item duodecim dolia sive Thonas, et una tina sive cuba.* Vide infra *Tunna*.

\* 2. **THONA**, Retis species ad venandum, idem forte, quo ad capiendos thunnos utuntur. Charta ann. 1341. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 124. col. 1: *Ne ulla persona, cujuscumque conditionis existat, sit ausa venare et capere perdeses cum rethibus sive Thona, seu aliis ingeniis, sub pena sexaginta solidorum, et amittendi ingenia sive retia antedicta.* Vide infra *Thuna* 1.

† **THOPA**, Navigii species. Chronicon Siciliæ apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 90: *In cathena portus dicte urbis volentes eam frangere cum cockis, Thopis, galeis, etc.* Sed emendandum puto *chopis*, pro *copis*; *copa* enim pro navigii specie usurpatur a Nicolao Speciali lib. 7. de Rebus Siculis cap. 17. cujus locus exstat in *Cupa* 2.

\* **THOPASPIUS**, pro *Topasius*, Gall. *Topase*. Acta S. Wencesl. tom. 7. Sept. pag. 806. col. 1: *Item sub manu Christi est magnus Thopasius.* Vide *Topazio*.

† **THOR**, Getarum Deus. Vide *Thur*.

\* **THORA**, Toxicum, venenum. Lit. remiss. ann. 1330. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 494: *Dixit publice quod ipse vellet Thoram vel aliud mortiferum comedisse, ad finem ut brevier expiraret.*

\* *Thore* vero, pro *Génisse*, Juvena, forte quod tauro idonea, in Lit. remiss. ann. 1480. ex Reg. 208. ch. 118: *Deux beufs, trois vaches et une Thore.* Taurus junior, *Thorin* appellatur, in aliis ann. 1414. ex Reg. 168. ch. 88: *Le suppliant trouva que c'estoit une de ses bestes amailles, c'est assavoir un Thorin, que un chien tenoit soubz lui.* *Thoreau*, pro *Taureau*, in Consuet. Andegav. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 253. art. 6.

**THORACIDA**, Imago pectoris tenus: προτομή, [Gall. *Buste*.] Trebellius Pollio in Claudio: *Expressa Thorace vultus imago.* Glossæ MSS: *Toracida, imago sculpta pectoralis, i. usque ad pectus, in auro, vel in quolibet, a thorace quod est pectus.* Adamnanus lib. 3. de Locis sanctis, cap. 4. de statua marmorea S. Georgii divinitus emollita: *Hinc itaque manifeste ostenditur, quantæ et qualis fuerit honorificentia apud Deum Georgius, inter tormenta, cujus Thoracidam, in re natura impenetrabili, penetrabilem potentia fecit.* Et cap. 5: *S. Mariæ matris Domini Thoracidam habet.* Versus

in Althelmum, in libro Epistolarum S. Bonifacii Archiep. Moguntini Epist. 69:

Nec non adhuc munusculum  
Quidam addunt pulcherrimum  
Thoracidos, tuentibus  
Retorquentes luminibus  
Imagines auriferis  
Christi Matris capitibus.

Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccl. cap. 8: *In gestis Silvestri Papæ legitur Constantinum Imperatorem per Thoracidas Apostolorum, quos ipsos in visione viderat, cognovisse.* Durandus lib. 1. Ration. cap. 3. n. 2. ait, Græcos imagines pinxisse solum ab umbilico supra, et non inferius. Vide *Scutum*, *Surtaria*.

Græci recentiores vocem *θηθάριον*, eadem notione usurparunt. Chronicon Alexandr.: *Αὐτῷ τῷ ἔτει ἀφιέρωθησαν θηθάρια γ'. ἐν τῷ συγγλήπτῳ, Ὀνωρίου καὶ Θεοδοσίου Ἀγγούρων, καὶ Πουλχερίας Ἀγούσης ἀπὸ Ἀθηναίου δις ἐπάρχου τῶν ἱερῶν πραιποριῶν. Idem in Justiniano: Ἐγὼν ἀντὶ περὺ φύρου χρυσῶν βασιλικῶν ταβλῶν, ἐν ᾧ ὑπῆρχεν ἐν μέσῳ θηθάριον ἀληθεῖδιν μικρὸν τοῦ βασιλικοῦ χαρακτῆρος Ἰουρίνου.*

† **THORACIUM**, Carchesium proprie, Gall. *Hune*; item *Specula*, inspectorium, contracte a voce integra *Theoracium*; inquit Carolus de Aquino, quod a cernendo vel inspiciendo, ex Græco *θεωρεῖν*, dicitur. Non solum cst summitas, seu loculamentum in suprema parte navis, in quo degunt Speculatores ad remotissima quæque lustranda et exploranda; verum etiam machinula hellica, utilis et accommodata ad explorandum impune statum rerum hostilium in urbium aggressionibus. Appendi vero hujus generis machinulæ vel deligi solebant in scalis, quæ inde speculatiæ appellabantur, in machinis arietariis aliisque organorum generibus, quæ vi potissimum tollentis in sublime sustollebantur. *Thoracii*, pro inspectorio vel specula, meminit Hero de Machinis bellicis, ubi videndus est *Bocacius*. Hæc et Lexico militari.

† **THORACLA**, Idem, ni fallor, quod *Thoracida*. Nevelo Monachus Corbeiensis de Translat. S. Nicolai ex Cod. MS. Sangerm. 394. initio prologi: *Sicut manus scultoris perita est ad dilucidandam suæ indaginis Thoraciam, ita strenua ad propalandam quam in sexu conditionis enuclearet.*

**THORACOMACHUS**. Anonymus de Rebus bellicis Notitiæ Imperii (subjectus: *Inter omnia, quæ adversum bellicum provida posteritatis cogitavit antiquitas, Thoracomachum quoque mira utilitate ad levamen corporis armorum ponderi et asperitati subjecti. Hoc enim vestimenti genus, quod de coactili ad mensuram et tutelam pectoris humani conficitur de mollibus lanis timoris sollicitudo solers magistra composuit, ut hoc inducta primum lorica vel clivanus, aut his similia, fragilitatem corporis, ponderis asperitate non læderent, etc.* Ubi *Thoracomachum* legendum recte censet *Salmasius* ad *Plin.* et ad *Histor. Aug. i. νακτός θώραξ*, ex lana coactili confectus, cujusmodi fuere nostri *Gambesones*, *Νακτά* enim, et *πλητὰ* eadem. Gloss. Græc. Lat.: *Νακτόν, τὸ πεπλομένον, densum, presum.* Vetus Scholiastis Juvenalis Sat. 6. v. 80: *Linum tenuissimis maculis nantunt.* Vide *Cujacium* lib. 5. Observationum cap. 11.

\* **THORAGIUM**, *Ornatus mimicus*, in

vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641. Vide *Toragium* 1.

† **THORAL**, *THORALE*, *Calcutra*. Ebrardus in Græcismo cap. 12:

Estque Thorale lecto quod supra ponitur alto,  
Ornata causa, quod dicunt Calcutra puncta.

Miracula S. Joannis Beverlac. tom. 2. Maii pag. 194: *Ut amoverent Thoralia, transferrent stratoria etc.* Ubi *Thoralia* lectos interpretantur Editores, quod fere eodem redit. Vide *Torale* 1.

\* **THORELAGIUM**, Pensitatio, quæ ex *Torralli* seu edificio, in quo torrentur et exsiccantur frumenta et grana, exsolvitur. Vide in *Torra*. Charta locat. præpositi. Arabian. ann. 1292. in Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 252: *Omne jus nobis competens..... in Thorelagio combariorum seu factorum cervisiæ.*

\* **THORERIA**, Monialis torno seu timpano versatili præposita. Vide infra *Turnus* 4.

**THORGHOREHNGH**. Charta Waldemari Regis Daniæ ann. 1326. apud Pontanum lib. 7. Rerum Danicar. pag. 443: *Si ita contigerit, quod absit, quod alecia non capiantur, nec in Skanor salsentur, quilibet dato suo Thorghorehng authorityatem habeat bona, quæ adduxerit absque teloneo libere deducendi.* Habetur ibi pluries. [\* *Torghortugh*, apud Lappenb. Orig. Feder. Hans. Probat. pag. 314. a *Torg*, Forum.]

† **THORINGI**. Vide infra *Trotingi*.

† **THORUS**, Deus gentilis. Vide *Fret* 2. et *Thur*.

**THOSCA**. Liber Chirographorum Absiæ fol. 86: *Et cætera omnia præter unam Thoscam, et unum pratium.* Ita fol. 189. Vide *Pleisseicium* et *Tosca*.

\* **THOSELLA**, *THOCELLA*, *THOZELLA*, Annona frumento inferioris species, Occitanis aliisque *Touselle*. Bulla secular. eccl. Magalon. ann. 1536. inter Instr. tom. 6. Gall. Chr. col. 395: *Triginta sex sextaria bladi Thocellæ et duo modia vini puri.* Et col. 396: *Quadringenta et quinquaginta novem sextaria bladi Thosellæ, etc.* Charta ann. 1356. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 179. col. 1: *Et primo Thozella, iiii. sestaria, etc.* Vide *Touzella*.

\* **THOUMA**, Caseus recens. Comput. ann. 1482. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 22. col. 2: *Item in septem libris Thouma grassæ, xj. solidos, viij. denarios.*

\* *Thouée* vel *Touée* appellatur *Funis* ductilis, quo navis remulcatur, vulgo *Hansiere*, in Ordinat. ann. 1415. ex Reg. 170. Chartoph. reg. ch. 1: *Lesquelz maistres des pons auront une bonne flecte..... pour porter les filez, appelez la Touée, pour lesdiz labourages faire, tant en montant et avalant lesdiz nefz, basteaux et vaisseaux..... Item lesdiz bateliers auront une petite nacelle ou batellet pescheret, pour porter un fillé, appelle la Thouée, devani le grant batel, pour le fermer à la palée.*

\* **THOZELLA**. Vide supra in *Thosella*.

**THRENARE**, *Plangere*, ex Gr. *θρηνην*. Paschasius Radbertus in Epitaphio Walæ Abb. Corbeiensis lib. 1. cap. 8: *Fortasse tunc ventor præcordiorum contra nefanda futurorum, quasi cythara Threnabat.*

**THRENGUS**, Vassalli genus. Vide *Drench*.



**THRENO.** Vide *Trenus*.

\* **THRENOSUS**, Queribundus, lamentabilis. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521: *Threnosus, nalestrene Gallice*. Vide *Threnare* et infra *Trenus*.

**THRETIUM**, Fragmentum Petronii pag. 70: *Decem partes dicit, librum ab oculo legit, Thretium sibi de diariis facit, artificellum de suo paravit, et duas trullas*. [Pretium emendat Schefferus.]

**THREUS**, Ex filio nepos, quasi *tertius* ab avo; nam *Threus*, in vett. Glossis est *tertius*. Angli *Three*, pro *tres* dicunt, [Germani *Threy*, *drütte*, pro *tertius*.] Edictum Rotharis Regis. tit. 58. § 11. [\* 157.] et Lex Longob. lib. 2. tit. 14. § 5: *Qui de filio naturali generatus fuerit, quod est Threus, etc.* At hoc loco *Threus*, est *libertus*. [Editio Boheriana præfert *Stremus*, et in margine *Thecus*, male. Quidam MSS. præferunt, *qui est Trenus*. Schiltero videtur, quia de nato ex serva sermo est, forte legendum esse *Theus*, servus, famulus. Papias: *Treus, libertus*. Sed *Treus* a *Treu*, fidelis est eidem Papiæ.]

† **THRIMSIA**. Vide *Thrymsa*.

\* **THRINUM**, Pulpitum, ambo, Gall. *Jubé*. Comput. ann. 1518. ex Tabul. S. Petri Insul.: *Pro duobus ostiis veteris Thrini ecclesie venditis in claustrum, lxxj. sol.* Alius ann. 1519: *Henrico pictori, qui deauravit tria diademata posita supra capita Crucifixi, B. Mariæ et S. Joannis.... in Thrino et fecit plurima arma in Thrino et alibi, etc.* Denique alter ann. 1523. ex eod. Tabul.: *Jacobo le Roy carpentario, pro tabernaculo per eum facto, pro die Ascensionis ante Thrinum chori, etc.*

**THRONI**, Angeli ex primo hierarchiæ Angelicæ gradu, cujus appellationis variæ recensentur causæ a S. Dionysio cap. 7. Gregorio M. Hom. 34. in Evang. Isidoro lib. 7. cap. 5. Hugone lib. 7. in cap. 7. Dionysii, Guillelmo Parisiensi part. 11. c. 101. S. Bernardo lib. 5. de Consid. cap. 4. etc.

\*\* **THRONIZARE**, Principis honor *Thronizare*, apud Sedul. de Rector. Christian. cap. 19. tom. 8. Spicil. Roman.

\* **THRNUM**, Statera publica et Vectigal, quod pro *throno* pensatur, vulgo *Trosne*. Charta Joan. comit. ann. 1234. in Chartul. 2. Fland. ex Cam. Comput. Insul. pag. 98: *Cum karissima soror nostra Margareta, domina de Dampetra,..... centum libratas Flandrensis monetæ annui redditus de propria hereditate sua, percipiendus annuatim ad theloneum et Thronum Insulense,..... ad quod theloneum et Thronum terram assedimus, etc.* Redit. comit. Hannon. ann. 1265. ibid.: *Encore a li quens à Valenchienues un grant pois, K'on appieie Trosne, etc. Throsne*, eadem acceptione, in Charta Margar. comit. ann. 1274. ex Chartul. 1. Fland. ch. 263. ex ead. Cam.: *Nous avoas donné à loial cense.... nos mairies, nos changes,..... nos Throsnes, nos cambages, etc.* Vide infra *Trona*.

**THRONUS**, Sedes Episcopalis, θρόνος, passim. Unde

**INTHRONIZARE**, Græc. ἐνθρονίζειν, Episcopum in *thronum* inducere: ἐνθρονισμός, pro Ecclesiæ dedicatione, cuius scilicet *Thronus Episcopi* in ea collocatur, in Synodica

ad Theophilum Imp. apud Balsamonem, et alios. Liberatus Diac. cap. 14: *Ordinatus ergo Proterius, presentibus supra memoratis Episcopis, Inthronizatus*. Utitur cap. 15. 18. 20. etc. ut et Leo Ost. lib. 2. cap. 4. Concilium Ingelheimense ann. 948. cap. 2. Adalbero Laudunensis Episcopus in Carm. ad Robertum Regem Franc. pag. 241. Sigebertus Gemblac. in Vita S. Sigeberti Regis Austrasiæ n. 5.

Neque tantum de Episcopis vox hæc usurpatur, sed etiam de Abbatibus, atque adeo de quibusvis Presbyteris, qui ad titulos, seu Ecclesias quasvis ordinantur. Liber de Fundatione Gozeensis Ecclesiæ: *Post hunc Thimouem... substituerunt Abbatem hujus Inthronizationis anno tertio, etc.* Vide Formatum Dadonis Episcopi Virdun. tom. 2. Concilior. Sirmondi pag. 673. Præterea de quibusvis inaugurationibus. Ditmarus lib. ult. pag. 110: *Ducem Henricum Ratisbonæ Inthronizavit*.

**INTHRONISIMUS**, ex Græco ἐνθρονισμός, apud Liberatum Diacon. cap. 19.

† **THRONI DEI**, Episcopi. Vide *Episcopos*.

**THROTEBOLLA**, Guttur, vox Saxon. Leges Henrici I. Regis cap. 93: *Gurgullio vel Throtébolla*. Ubi alii Codd. præferunt *Wrotebolla*

**THRYMSA**, Genus nummi Anglo-Saxonici. In Legibus Æthelstani, ubi omnium capita æstimantur, hæc habentur: *Archiepiscopus et Satrapa* (qui Cor le dictus est) 15000 *Thrymsis*, *Episcopus et Aldermannus* 8000. *Belli Imperator et summus Præpositus* (hodie *Viccomes*) 4000. *Thrymsis*. Vide Concilium Grateleanum ann. 928. cap. 13. Lambardus *Thrymsan* nummum trium solidorum fuisse ait, a *Treo*, quod *tria* sona: vel ut Spelmanus, a *þrim*, quod *ternos* significat. In Glossario Saxon. exarato sub Edw. III. *Wrynsa*, vel *Wrynsa*, et est solidus denariorum: ubi legendum videtur *Thrymsa*.

☞ *Thrymsa* non est trium solidorum nummus, sed moneta solido minor, scilicet quatuor denariorum: cujus nomen non a *Treo*, ut vult Lambardus, vel a *Trim*, ut ait Spelmanus, deducendum est, sed a *Tremissis*, ut docet Hiccesio Dissert. pag. 110. Est autem *Tremissis* vel *Tremissus* quatuor denariorum, seu tertia pars assis, vel solidi, ut dicitur infra, quod et perspicuum est ex Lege Ripuar. cap. 23: *Tremissem, id est, quatuor denarios componat*. Vide *Tremissis*.

\* Quæ opinio hic ex Hiccesio profertur, hanc ipsemet emendat in Prefat. ad tom. 1. pag. xlj. quem consule. [\* Adde Phillips. de Jure Anglos. not. 186.]

† **THUBATICUM**, Species tributi. Charta Ludovici Pii apud Lagnille in Probat. Histor. Alsatiæ pag. 19. col. 2: *Nullum Telonium... aut ludaticum, aut Thubaticum, aut pulveraticum, aut ullum acursum, vel ullum censum, aut ullam redditionem accipere vel exactare audeat*. Fortasse mendum est pro *salutaticum, rotaticum*, aut quid simile. [\* *Trabaticum*, in Alsat. Diplom. num. 92. tom. 1. pag. 75. ex autographo. Vide in hac voce.]

**THUBDA**, in Lege Frisionum tit. 3. ubi Sicama *Thiaftha* rescribendum censet. Ho-

die enim *thiaeff*, vel *thieff*, furtum, *thiaftha* appellant Frisii. [\* Omnes edit. habent *Thubda*.]

† **THUE**, Duo, vett. Francis. Vide *Chunna*.

\* **THUILA**, a Gallico *Tuile*, Tegula, in Comput. MS. eccl. S. Egid. Abbavil. ann. 1326: *Pro centum Thuilarum, xij. denarios*. Vide supra *Tenlis*.

**THUMELUM**, Leges Inæ Regis cap. 55. apud Bromptonum [\* Anglos. 49.]: *Si pascnagiun captatur de porcis, de tridigitali tertius, de duodigitali quartus, de Thumelo quintus*: Saxonice þymel, a voce þuma, Angli *Thumb*, pro pollice, de porco hic dictum, cujus pinguedo ad pollicis latitudinem exereverit. Ita Somnerus.

† **THUMINUS**, Mensuræ species apud Siculos et Neapolitanos. Nic. Specialis lib. 3. de Rebus Siculis cap. 6. apud Murator. tom. 10. col. 972: *Quilibet equitum ad posteriora equi grani modium mancavit, pedites vero singuli singulos Thuminos assumpserunt*. Sic ergo per amica noctis silentia festinantes roccanæandem victualibus aliisque necessariis muniverunt. Charta Alphonso Arag. Regis ann. 1450. pro Carmelitis Neapol. in Bullario Carmel. pag. 620: *De Thuminis salis 12. ad justum Thuminum et mensuram nostræ curiæ de salc nostræ curiæ sistentes in fundico seu gabella salis civitatis nostræ Neapolis,.... pro usu dicti monasterii... liberaliter elarginur*.

\* Vide *Tuninus* et *Tumminus*.

\* 1. **THUNA**, Retis species ad venandum, idem quod supra *Thona* 2. Charta ann. 1501. ex sched. Pr. de Mazaugues: *Quod nullus particularis dicti castris, moderni et qui pro tempore futuri erunt, non audeant seu præsumant venari ad grossam venationem cum balistis et colobrinis, ac ad cuniculos cum furono, nec ad pedices cum Thuna ac peyrolo, sive de nocte cum lumine, sub pena prædicta, videlicet centum solidorum de die et duplum de nocte pro quolibet et vice quolibet, et perditione sive confiscatione balistarum, furonorum, Thunæ et peyroli*.

\* 2. **THUNA**, Panni species; f. qui Toruno, Gall. *Thorn*, texebatur. Stat. ann. 1451. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 167: *Plebano de Collo cellarii dantur quinque marcæ, cum octo ulnis panni brevis de Thuna*.

† **THUNGREVIUS**, Præpositus villæ. Vide Spelmanum et infra *Tungravius*.

† **THUNITIA**, Ordo Rom. apud Mabilon. tom. 2. Musei Ital. pag. 262: *Potui recepto dictoque Tu autem* (post refectionem Papæ et Cardinalium,) *surgit diaconus, et tenet Thunitiani, dum gratiæ referuntur. An Tunicam?*

**THUR**, Getarum et Gothorum Deus, cui sanguinem mactabant hominum, ut est apud Dudonem lib. 1. de Morib. et Actis Normann. pag. 62. Hunc *Martem* putabant, ut habet Willelmus Gemetic. lib. 2. cap. 4. Adde Ordericum Vitalem lib. 4. pag. 513. *Thor* appellatur in Historia S. Cuthberti.

**THURARI**, Pigmentarii. Vide interpretem Juvenal. Sat. 1. v. 52. [Firmicus lib. 8. cap. 25. *Thurarii, pigmentarii, etc.* Tertullianus de Idololatria cap. 11: *Ec-*



quid majoris operæ et erga dæmonia Thurarius? i. qui thure fumigat.]

**THURARIUM**, Acerra. Vide in *Acernu*.

**THURCIBOLDUS**. Vide supra *Carcinboldus*.

† **THUREUS**. Vide mox in *Tharidas*.

† **THURIBOLORUM**, pro *Thuribulum*. *Lucerna, id est Thuribolorum ex auro cum sui offertaria*, in Donatione S. Rudesindi Episc. tom. 3. Concil. Hisp. pag. 180. col. 2.

\* **THURIBULARE**, Thure adolere, Gall. *Encenser*. Consuet. S. Crucis Burdeg. MSS. ante ann. 1505: *Item dictus sacrista habet supplere incensum ad Thuribulandum, et nota quod consuetum est in dicto monasterio, quod semper in primis et secundis vesperis omnium SS. duplicium,..... ille qui capitulat, debet se induere sacris vestibus et debet incensare omnia ultaria ecclesie. Vide Thurificare.*

† **THURIBULARIUS**, Idem qui mox *Thuriferarius*, qui in ceremoniis ecclesiasticis defert thus vel thuribulum. Breviarium Sarisher. ann. 1556: *Procedunt dynconus cum subdyacono et Thuribulario*. Charta Eccl. Aniciensis ann. 1312: *Thesurarius ecclesie VIII. lib.... Thuribulario x. s. Thuribularius cunctet tractum*, in Ordinar. S. Protadii Vesont. pag. 28.

**THURIBULUM**, Vas, in quo thus reponitur, [*Vaissiau à encens*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. MSS.] inter ministeria sacra vulgo accensetur. Alcuin Poem. 3:

Hic quoque Thuribulum capitellis undique cinctum,  
Pendit de summo fumosa foramina pandens,  
De quibus ambrosia spirabunt thura Sabæa,  
Quando Sacerdotes Missas offerre jubeatur.

Dudo lib. 2. de Morih. Normann. pag. 153: *Thuribulaque inaudite amplitudinis et pretii auro confecta delegavit*. Leo Ostiensis lib. 1. cap. 58: *Thuribulum argenteum inauratum, etc.* Occurrit passim. Sed audiendus interim Joan. de Janua: *Thuribulum, a thus, et bolus, componitur, vel quod ibi thus, mordetur et crematur: vel quod thuris bolus, i. morsellos cremat*. Ita nugantur recentioris ætatis Grammatici. [Audiendus quoque est Amalarius in Eclogis de Officio Missæ, ubi de mystica *Thuribuli* significatione loquitur: *Portatur et Thuribulum, quod Christi corpus significat, sicut scriptum est in eadem Apocalypsi: Alius Angelus venit, et stetit ante altare habens Thuribulum aureum. Quod sic expositum est. In conspectu scilicet apparuit Ecclesie, factus ipse Thuribulum, ex quo Deus odorem suavitatis accepit, et propitius factus est mundo.*] De Thuris seu incensi primævo usu in Ecclesia, vide Durandum lib. 1. de Ritib. Eccles. cap. 9. et Jacob. Pettitum in Notis ad Pœnitentiale Theodori pag. 135. 136.

**TURABULUM** Glossæ antiquæ MSS: *Turibulum, Turabulum, quod Græci Tymarion dicunt*. Mox: *Turibulum, ubi thus incenditur*.

**THURICREMIUM**, Incensurium, quia in eo crematur thus, Ugutioni. Joann. de Janua habet *Thuricremulum*, subditque consuevisse dici: *Pone thymiana in Thuricremulo*. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. MSS.: *Thuricremulum, Encencier*.]

**THURIDUS**, et *Thureus*, de thure exiens, vel ad thus pertinens, vel fumosus. Hieronymus super *Isaian*: *Unusquisque altius querat auxilium faciem Thuridam pallore circumferens*. Joan. de Janua. Leg. *Luridam*. [Glossæ Sangerm. Lat. Gall. MSS: *Thuridus vel Thureus, de encens, ou pertenant à encens*.]

**THURIFERARIUS**, Acolytus, qui incensarium in Ecclesia defert, qui et portator thuribuli dicitur ab Hugone a S. Victore lib. 1. Speculi Eccl. cap. 7: *Per Croferarium et Thuriferarium intelligimus Sanctos, qui processerunt Testamentum*. Vide Durandum lib. 4. c. 5. [et supra *Thuribularius*.]

**THURIFEX**, Sacerdos: *Thurificium, Sacerdotium: Thurificina, locus, ubi thus efficitur, vel spargitur, vel sacrificatur*. Ugutio [et Joh. de Janua. Gloss. Sangerm. MSS. Lat. Gall.: *Thurificina, Lieu à faire encens, ou à sacrifier de encens*.]

**THURIFICARE**, Thura adolere, sacrificare. Acta Marcelli PP: *Deferatur tripodæ, et Thurificent Majestatis*. Lex 12. Cod. Th. de Paganis (16, 10.): *Namque omnia loca, quæ thuris constiterit vapore fumasse, si tamen ea in jure fuisse Thurificantium probabuntur, fisco nostro ad sociandum censemus*. Consuetudines Floriacensis Monasterii: *In die dedicationis Ecclesie post officium debent duo Sacerdotes capati omnes cruces Thurificare, duobus servitoribus comitantibus cum acerris et plurimo incenso*. Occurrit passim in *Vitis SS.*

**THURIFICATI**. Vide *Sacrificati*.

\*\* **THURIFICATIO**. De *Thurificationis ritu coronata*, apud Appon. in Cant. Cant. Spicil. Roman. tom. 5. pag. 9.

† **THURIFICINA**, **THURITICUM**. Vide supra *Thurifex*.

† **THURNUM**, Culcitra. Vide in *Torale* 1.

**THUS** MASCULUM. Ugutio: *Thus, quædam materies apud nos dicitur Masculum, quia sit natura rotundum, in modum testiculorum, reliquum vero planum et pene scabiosum*.

† **THWELFINDUS**. Vide *Sixhindi* et *Thythuti*.

**THWERTNIK**. Charta Regis Angliæ Ricardi II. apud Spelmannum: *Concessimus civium communitati prædictæ (Cestresciæ) ... quod habeat omnes libertates, eidem communitati per Ranulphum dudum Comitum Cestriæ concessas, etc. Concessimus etiam, quod Vicecomes noster, aut hæredum nostrorum, qui pro tempore fuerit in dicto Comitatu, de cetero faciat executiones pro debitis recuperatis et recognitis in Comitatu vel Scaccario Cestriæ, aut in itinere Justiciariorum, qui pro tempore fuerit, absque aliquo capiendo pro executione hujusmodi faciendæ, licet etiam præteritis temporibus usum sit, prout per chartam habet ipsa communitas. Quod si aliquis in curia nostra culpatus fuerit, per Thwertnik se defendere possit, quia hæc defensio est contraria legi communi, nutritrix malorum, pacis æmula, et damuosa populo pacifico. Volimus etiam de consensu et requisitione dictæ communitatis, ordinamus et præcipimus, quod dicta defensio per Thwertnik de cetero non allocetur, sed annulletur totaliter et dumnetur, prædictaque char-*

*tu in eo puncto vacua sit et nullius effectus temporibus duraturus*.

☞ Anglis *to thwart* est impedire, contradicere, adversari, et Anglo-Saxon. *Nic*, particula negans: an inde *Thwertnik*, quasi esset species contradictionis, qua quis negat aut falsi arguit quod obicitur?

\* **THWIGILD**, Dupla solutio vel mulcta, ex *Thwi*, duplex, et *Gild*, solutio, mulcta. Leges Danic. apud Ludewig. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 175: *Item notum sit quod igildh est tantum, quantum fur abstulit bondoni, et Thwigild est in duplo tantum*.

† **THYAPHAD** inter personas Æthiopes numeratur in Lege Wisigoth. lib. 9. tit. 2. § 2. cujus locus exstat in *Compulsores*. Vide *Thyuphadus*.

† **THYELFINDUS**. Vide in *Sixhindi*.

\* **THYLUS**, *Callus*, in Gloss. ad Alex. Iatrosoph. MS. lib. 1. Passion. cap. 97: *Collirium, theodosion magnum ad dolores et passiones antiquas et veteres, ulas enim et Thylos detergit*.

† **THYMALLUS**, Θύμαλλος, Piscis genus. Isid. lib. 12. cap. 6: *Timallus ex flore nomen accepit; Timum quippe flos appellatur: nam dum sic specie gratulæ et sapore jocundus, tamen sicut flos flagrat, et corpore odoris exspirat*. Melius apud Papiam legitur *Thymallus*, a *Thymus*, et *fragrat*, pro *flagrat*. Joann. de Janua præfert *Timulus*, minus recte. Rumpelerus *Histor. Formbac.* lib. 1. apud Pezium tom. 1. Anecd. part. 3. col. 433: *Quantvis Timalli etiam in Æno capiuntur, suut tamen rarissimi*. Vide S. Ambrosium lib. 5. Hexaem. cap. 2.

\* Gesnero de Piscib. pag. 1032. edit. Francof. Umbra, fluvitilis est *Thymallus Æliani*. Vide in *Umbrae*.

† **THYMELE**, **THYMELICI**. Isid. lib. 18. Orig. cap. 47: *Thymelici crant musici scenici, qui in organis et liris et citharis præcinebant; et dicti Thymelici, quod olim in orchestra stantes cantabant super pulpitem, quod Thymele vocabatur. Scenici et Thymelici, apud Vitruvium lib. 5. cap. 8. Thymelcs, meminerunt Martialis lib. 1. Epigr. 5. Juvenalis Sat. 1. Codex Theod. lib. 8. tit. 7. leg. 21. et 22. ubi habetur *Thymela*. *Thymelcorum* vero mentio fit in eodem Cod. Theod. lib. 15. tit. 7. leg. 5. et 12. in Digesto leg. 4. de his qui not. infam. (3, 2.) et leg. 10. de Pollicitat. (50, 12.) et alibi; unde emendandæ Glossæ MSS. ubi perperam *Temelici, Joculatores*; legendum enim *Thymelici*, ut et in aliis, ubi habetur *Temelini*. Salvianus lib. 6. de Gubern. Dei per *Thymelicos* intelligit Joculatores seu mimos, qui scurrilia exhibent in theatris. Vide Suicerum in Thesaur. v. Θυμελικός et alios Scriptores ibi laudatos. [\*\* *Themilici*, apud Thegan. de Vita Lud. P. cap. 19.]*

**THYMIAMA**, dicitur Ugutioni, *quædam confectio diversarum specierum, quam Sacerdos in altari Thymiamatis adolebat*. Exod. 30: *Sume tibi aromata, stacten, et onicen, galbanum et thus lucidissimum, æqualis ponderis erunt omnium, faciesque Thymiamata*. Nude, thus, incensum. Codex Epistolar. S. Bonifacii Archiep. Moguntini Epist. 143: *Sanctitati vestræ direxi snbanum unum, facitergiun unum, et modicum Thymiamata*.

**THYMIAMATERIUM**, *Thuribulum*, vas, in quo *thymiamata* servatur. Ordo Romanus:



*Tenens Thymiamaterium aureum pro foribus ponit incensum, ut pergat ante Pontificem thuribulum.* Helgaudus in Roberto Rege Franc.: *Et Thymiamaterio usquequaque satis mirabili, auro et gemmis bene elevato in sublimi, hunc sanctum devotissime nobilitavit.* Erat enim hoc ad plane conveniens Thymiamaterium, Thuribulo aereo a Gauzino Abbate mirabilium factore patrato, cuius opus splendescit præ omnibus, quæ vidimus. [Anastasius in Silvestro PP: *Thymiamateria duo ex auro purissimo pens. libras xxx.* Ejus peculiarem usum ostendit idem Anastasius in Sergio: *Hic fecit Thymiamaterium aureum majus cum columnis et cooperulo, quod suspendit ante imagines tres aureas B. Petri Apostoli, in quo incensum et odor suavitatis festis diebus, dum Missarum sollempnia celebrantur, omnipotenti Deo opulentius mittitur.* Rursum occurrit apud Guidonem lib. 2. Discipl. Farfensis cap. 23. in Libello de successoribus S. Hidulphi apud Calmet. tom. 2. Hist. Lothar. col. 55. in Vita S. Leonis IX. PP. tom. 2. Aprilis pag. 644.] Thurificationis vero usum in Ecclesia perantiquum esse probat Menardus ad librum Sacramentorum Gregorii Magni pag. 195. 362. 373.

† **THYMAMATHERIUM**, Romualdo II. Archiep. Salern. tom. 7. Muratorii col. 81.

† **THYMIATERIUM**, Eadem notione, Gr. Θυμιατήριον, in Actis SS. Martii tom. 3. pag. 716. et supra in voce *Canulla*. Vide Glossarium mediæ Græcitatæ in Θυμιατήριον.

† **THYMIATERIUM**, apud Murator. tom. 3. pag. 106. col. 2. not. 69. e Codice MS.

† **TYMIAMATERIUM**, eodem tom. 3. pag. 213. col. 1.

† **THYMIATHIZARE**, Thus incendere. Guido lib. 1. Discipl. Farf. cap. 34: *Præcedant duo sacerdotes in cappis, et stent a latere altaris hinc et inde tenentes duo thuribula Thymiatizantes aram desaper.*

**THYMPHANA**, Modiolos rotarum dicere possumus. Gloss. Longob. S. Germani Paris. ex Gloss. antiq.

† **THYMPIADUS**. Vide *Thiuphadus*.

† **THYRSUS**, Cereæ fax, Gall. *Torche*, sic forte dicta, quod filum cera obductum baculo circumvolutum esset, ut hederæ Thyrsæ Bacchi. Vita B. Bernardi Pœnitentis, tom. 2. Aprilis pag. 677: *Ardenti Thyrsæ et infusione liquentis cereæ scissuras illas et lesiones pedum urere consueverat.*

† **THYSIASTERIUM**, Gr. Θυσιαστήριον, Altare. Geso Abbas de Corpore et Sanguine Domini apud Murator. tom. 3. Anecd. pag. 300: *Petrus (Alexandrinus) tempore episcopatus nunquam in cathedra sua sedere voluit... quoniam quoties Thysiasterium (Thysiasterium) ascendebat, splendor igneus de ipsa sede egrediens ei apparebat.* Vide Suiceri Thesaurum in Θυσιαστήριον.

**THYTHUITI**. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 69: *De Thythuiti hominis wera, debent reddi secundum legem 30. solid. ad manbotam, id est hodie 5. mancæ, de Twelshindo, id est Thayno, 120. solid. quæ faciunt 20. mancæ.*

† **THYUPHADUS**, post Duces et Comites et antè Vicarios et Gardingos numeratur. in Lege Wisigoth. lib. 9. tit. 2. §. 8. cuius locus exstat in *Gardingi*. Vide *Thyaphad* et *Thiuphadus*.

† **THYHHINDI**, inter homines liberos primi recensentur in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 76. Vide locum in *Sixhindi*.

**TIA**, Amita, Gall. *Tante*. Vide *Thius*.

† **1. TIARA**, Mitra Abbatis. Gesta Abbatum Lobiens. tom. 6. Spicil. Acher. pag. 738: *Tiaram gessit xviii. mensibus Nicolaus Abbas.* Gloss. Lat. Gall. Sangerman.: *Tiara, mitre: vel pileum sacerdotale, chapiau de feutre.* Occurrit etiam pro mitra episcopali, sed alias; nunc enim solum dicitur de Papali, quam aliter vocant *Regnum*, ut supra observatum est. Vide *Thiara*.

† **TIARATUS**, Qui gestat tiaram. *Tiarati Reges*, apud Sidonium lib. 8. Epist. 3. Vita S. Guidonis Abb. tom. 3. Martii pag. 917: *Vir stola candida indutus ac mirabiliter Tiaratus.* Vide *Neutri*.

\* **2. TIARA**, Ecclesiasticum capitis tegumentum. Stat. MSS. S. Petri Insul. ann. 1388. ex Tabul. ejusd. eccl.: *Statuimus quod canonici in sacris ordinibus non promoti, Tiaras vel almuçias suas supra capud in choro non deferant; sed alibi deportare valeant, sicut placet.* Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120: *Tiars (leg.) Tiara est amictus supra caput, Gall. Amis.*

† **TIARIES**, Portitores signorum, in Glossis Isidori. Post Grævium emendo *Triarii*.

† **TIBIA PETASONIS**, Tibia porci, seu Perna, Gall. *Jambon*. Vide locum in *Petaso*. [\* Charta ann. 1299. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 170. vº. col. 2: *De quolibet porco seu sue vendito seu vendita ad macellum ibidem, unam Tibiam.*]

\* **TIBIA**, Postis, Gall. *Jambage de Porte*. Charta ann. 1339. ex Tabul. colleg. Lombard.: *Pars autem istius domus magnæ, videlicet a conjunctura cujusdam lapidis secti, facientis Tibiam portæ sive hostii dicte domus, etc.*

\* **TIBIS IN PERA COMPOSITIS**, Proverbii genus, quod idem significat atque Gallicum, *La queue entre les jambes*, in Annal. Placent. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 935.

\* **TIBIALE**. Vide supra *Housellus*.

\* **TIBIANEI**. Vide infra *Tabianei*.

\*\* **TIBIARE**. Virgil. Grammat. pag. 14: *Tibio hunc sensum habet citharizo.*

† **TIBIARIUS**, Αἰλοποιός, in Glossis Lat. Græc. et Gr. Lat. Qui facit tibia.

† **TIBIATOR**, Qui canit tibia: Sanutus lib. 2: *Sint quatuor tabatores, tibiares, Tibiatores, et qui sciunt pulsare nacharas.* Quid discriminis sit inter *Tibiares* et *Tibiatores* non percipio.

† **TIBICINARE**, Tibia canere, Tertuliano de Anima cap. 38. et Fulgentio Mytholog. lib. 3. cap. 9.

† **TIBICINATOR**, Αὐλοπότης, in Gloss. Lat. Gr. Aliæ Græc. Lat.: Αὐλοπότης, *Flator, Tibicinator, Tibicen, Subulo, Vagus.*

**TIBICINES**, Fulera bifurca, quibus domus sustentatur, quæ aliter *Destines* dicuntur. Jo. de Janua. [\* Festus: *Tibicines in ædificiis dici existimantur a similitudine tibiæ cantantium, qui ut cantantes sustineant, ita illi ædificiorum tecta.* Occurrit apud Catullum et Juvenalem. Papias: *Tibicines bifurca fuleradicuntur, quibus domus sustentatur, vel imperfecti versus, qui fulciuntur.* Panegyri. Berengarii lib. 2. vers. 47: *Disperiere. Jubet tandem Lamberticus horror.*

*Ubi Glossa: Vacat tandem et est versus de iis qui Tibicines vocantur, quibus datur ali-*

*quid ad solam metri sustentationem. Est autem Tibicen proprie furca apposita, etc.]*

**TIBIN**, Scirpus, vel genus vasculi in modum scrinii, ex virgultis agrestibus contextum. Jo. de Janua.

\* **TIBISSARE**, **TIBZARE**, Aliquem per Tu alloqui. Serotinus in Lex. Germ. vocibus *Euer*, *vester*; et *Du*, tu, dicit *Tibissare*, *Tuissare* et *Tibissatio*. Æneas Silvius epist. 105: *Tibizando poete scribunt etiam principibus.* Hæc ex animadv. D. Falconet. Vide infra *Tuisare*.

\* **TIBLA**, Prov. *Trulla*, *Tibla*, in Glossar. Lat. ex Cod. reg. 7657. *Tiblete*, nostris, *Ludi* genus. Lit. remiss. ann. 1392. in Reg. 142. Chartoph. reg. ch. 289: *Lesquelz issirent hors de la taverne et alerent jouer à un jeu, appellé la Tiblete.*

**TIBRACA**. Ocrea lanea. Vide *Tubrucus*.

**TIBRILLUM**. Charta Ludovici Pii Imp. pro Abbata S. Dionysii, apud Doubletum pag. 740: *De lignis dentur eis mensura quæ nudi [leg. Mudi] appellantur mille centum; de melle secundum consuetudinem; de Tribillo carra duo: de modis sedecim.* [Tribillum non clariori notione ex eadem Charta edidit Mabillonius lib. 5. Diplom. pag. 392. at in alia ibid. pag. 520. habet *Tibrillum*, ubi melius definire non ausim.] Eadem habentur in Charta alia Sandionysii, firmata in Synodo Suessionensi ann. 862. apud eumd. pag. 794.

\* **TICA**, Tela fili densioris, Gall. *Coutis*. Charta Phil. comit. ann. 1163. in Chartul. 1. Fland. ex Cam. Comput. Insul. ch. 325: *Qui extraneus lectum sine plumis, id est, Ticam, vendidit, unum denarium dabit, et qui emerit, unam.*

\* **TICELLUM**. Charta ann. 1259. in parvo Reg. S. Germ. Prat.: *Concesserunt... quamdam archam sicut (f. sitam) in aqua Sequanæ Parisius a parte parvi pontis, in gravasio prope muros domus regis Franciæ, Ticello ipsius gravasii contiguum, pro molendino a dictis Thoma et Saucelina et eorum hæredibus ponendo et habendo.*

**TICHODIFRUS**, ex Gr. τικηδοίφρος, genus machinæ ex rei suæ commoditate Græca appellatione vocabuli sumpsit exordium, eo quod per hunc facilior in murum paretur ascensus, ante baliste semper ducendus, incessum, quo protector eadem balista operetur. Vide reliqua apud Anonymum de Machinis bellicis, subjectum Notitiæ Imperii.

**TICIMIUM** PECORIS, [f. pro *Tintinnum*,] in Legibus Adelstani Regis. Vide *Blanhornum*.

\* **TICIONARI**, *Atizier le feu*, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. Aliud Provinc. Lat. ex Cod. 7657: *Tione*, Prov. *Ticio*, lignum extinctum, vel dum ardet. Vide *Titionari*.

† **TIDAM**, Species navis, si tamen vera lectio est. Chronicon Sicilia apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 8: *Quædam Tidam onerata tribus aliis machinis terræ Trapani applicuit post meridem ad littus maris dicti castri, et ipso die exoneratæ de dicta Tidam in terra aguiniibus et parvis dictarum machi-*



narum. *Supervenerunt die crnstino dicti dieti in aurorn tres galeæ dicti Regis Roberti, quæ ceperunt dietam Tidam cum residuo dictarum machinarum, et combusserunt ea.* Pro *Tidam* legi posse *Tidina* suspicio est ex sequenti voce; quare pro de *dicta Tidam* in terra *aguinibus* et *parvis dictarum machinarum*, lubens restituerem, *di dicti Tidina* in terra *cum aguinibus parvis dictarum machinarum*.

\* *Teridam* legendum esse vix dubito: vox quippe compendiose scripta abbreviationisque notam non præferens, lectores minus attentos fefellit. Vide *Tarida*.

¶ **TIDINA**, Navis Ecclesiæ, si recte divino. Chronicon Januense apud Murator. tom. 9. col. 32: *Qualiter autem Januenses prædictis captivibus interfuerunt, et auxilium præbuerunt, scriptum erat literis aureis in Tidina S. Sepulchri.* Vide *Tidnu*.

**TIENTMENTALE**. Vide *Tennmantale*.

\* **TIERCELLUS**, **TIERCERUS**, Mensura vinaria, eadem que supra *Tercellum*. Charta ann. 1269. ex Chartul. S. Vinc. Laudun.: *Item duos sextarios et dimidium Tiercerium vini vinagii, ventas portantes... Item duos sextarios et dimidium Tiercellum vini vinagii ventas portantes... Item duos Tiercellos vini vinagii.*

\* *Tiercelin* vero et *Thiercelin*, Panni species, forte quod ex tribus diversæ speciei filis contextus sit. Lit. remiss. ann. 1382. in Reg. 121. Chartoph. reg. ch. 100: *Une demie piece de cendal azuré, appellé Tiercelin, contenant trois aunes.* Aliæ ann. 1456. in Reg. 187. ch. 47: *Item sept pièces de petit tafetas. Item trois pièces de Thiercelins.*

\* **TIERTIUM**, Agrarium. Vide supra in *Tertium* 1.

**TIGELLUM**, pro *Tigillum*. Occurrit in Vita SS. Severini et Victorini n. 12. [Vide *Sparro*.]

\* Hinc, ut videtur, *Tigne*, Fustis crassioris species, in Lit. remiss. ann. 1472. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 771: *Embazonnez de dagues, gros bastons, nommez Tignez, et autres grans bastons.*

\* *Tigel* vel *Tigeau* dicitur Pars tibialis longior, vulgo *Tige*, canon. Lit. remiss. ann. 1394. in Reg. 146. ch. 323: *La suppliantie prist... deux Tigeaux d'unes chaussees a homme, dont elle appareilla sa robe.*

¶ **TIGNA**, Tinea, scabies, porrigo, Gall. *Teigne*, vel ut alii efferunt, *Tigne*, Ital. *Tigna*. Vita B. Bartholomæi, tom. 2. Martii pag. 666: *Cum puer quidam... morbo, quem Tigna dicunt Hetrusci, caput infectum gestaret, signans eum signo crucis illico mundatum nspexit.*

¶ **TIGNEA**, Tinea, Gall. *Tigne*, vel potius *Teigne*, vermis notus. Charta Archivi Villæ novæ: *Ne demoliri Tignen vel vermibus actum in tempore... scripturæ debet memorie commendari.*

**TIGNUM**, Genus bestię, sæminini generis, in Glossar. Langobard. S. Germani Paris. ex Glossis antiq. [Forte legendum est *Tinea*, vermis qui corrodit vestes.]

¶ **TIGRAN**, **TEGRANUS**, etc. Ager, ut videtur, terra, territorium. Tabularium Rothern.: *Rivralt dat Tigran Bot... anno xx. imperii Hlodowici.* Ibid.: *Dnt Tigran Fabr, excepto unum campum.* Rursus: *Vendidit*

*villare de suo Tegranno.* Iterum: *Dat totam suam hereditatem in Alarac, excepto medietatem unius Tigran.* Iterum: *Alunoc venit ad Rothern. ut moderaretur tributum suæ Tegrannæ.* Denique apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 74: *Terra ex Tigramo Acun in Landon.*

**TIGRIS**, Ensis, Spatha. Gregorius Turon. de Gloria Confess. cap. 42. de Nunino quodam Tribuno: *Provolutum ad beati sepulchrum, cum diutissime orasset, extracto de vagina Tigre, lapidem qui super venerabile sepulchrum habebatur, nemine vidente, percussit.* Isidorus ait, Persis, Medis, et Græcis *Tigr n*, sagittam appellari.

¶ **TIGRONUS**, pro *Trigonus*, Species patibuli versatilis suspendendis movendisque in foco lebetibus. S. Wilhelmi Constitut. Hirsaug. lib. 1. cap. 98: *Duo quoque Tigroni uterque de tribus lignis licet imparibus angulis sint facti, qui in modum ostiorum huc et illuc versari possint: in his pendet catenæ, quibus caldaria suspenduntur, etc.*

¶ **TIGULI**, Foramina quibus exit fumus, in veteri Vocabulario juris utriusque.

**TIGURIUM**. Vide *Tegorium*.

\* **TIHANUS**, Vas coquinarium, Provincialibus *Tihan*. Inventar. ann. 1361. ex Tabul. D. Venciæ: *Item duos Tihanos de aramo.* *Tihays* vero fustem sonat aut armorum genus, in Lit. remiss. ann. 1467. ex Reg. 200. Chartoph. reg. ch. 124: *Une javeline et ung baston, que on dit Tihays, etc.*

**TIHINDUS**. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 9: *De Tihindi hominis (interfecti) wern debent reddi secundum legem 30. solidi ad manbotam.* þ w y h i n d e n m a n dicitur in Legibus Alvredi Saxonici, apud Lambar- dum, ex Saxonico þ w y, duo, et h y n g, vel hund, centum: ita *Tihindus*, homo est, qui in æstimatione capitis ducentorum solidorum censetur.

**TIHLA**, seu *tihla*, Saxonibus Accusatio, postulatio, compellatio, quasi *titulus accusatorius*. Leges Canuti Regis Angl. cap. 62: *Si quis amicis destitutus, vel alienigena ad tantum laborem veniat, ut plegium non habent in prima Tihla, i. accusatione, ponatur in carcanno.* Leges Henrici I. Angliæ Regis cap. 9: *Differt etiam aliquis cum suo vel alterius homine causam agit, et si quid in actu, vel in sola Tihla consistat.* Cap. 45: *De nenore in operato per Tihlam nemo respondent, nisi sit ibi captus, vel sit homo ejus, cujus est nemus.* Cap. 57: *Inter homines aliorum Comitatum observetur, et de Tihla pariter veniat in cuius, etc.* Adde cap. 59. 64.

¶ **TILANS**, Πέρινης, σκόλιξ, in Glossis Lat. Gr. Forte *πέρινης*, inquit Vulcanius. Desideratur hæc vox in Glossis Græc. Lat. sed habetur Σκόλιξ, *Tilans*, vermiculus, vermis. An *Tinea*?

\* **TILE** dicitur *Snappa*, mustum coctum. Glossar. medic. MS. Sim. Januens. ex Cod. reg. 6959.

¶ **TILEA**, pro *Tilia*, Gall. *Tilleul*, in Descriptione censuum Monasterii de Crisenone.

¶ **TILETUS**, Scheda qua quis in jus vocatur. Statuta Avenion. lib. 2. rubr. 2.

art. 1: *Statuimus quod deinceps... omnes citationes cujuscumque judicis... finnt in scriptis, per Tiletum tabellionatum, cum clara expressione ad quid, ad cujus instantiam, ad quam diem, horam, locum, et locum loci, ac coram quo quis citetur... Volumus etiam, quod primæ citationi judicis delegati, copia commissionis literis ac Tiletu ante subsignationem notarii inseratur, aut dicta copia tabellionata literis ac Tiletu alligetur.* Rursum occurrit eod. lib. rubr. 6. art. 11. Videtur detorta vox a *Titulus*: nisi forte legendum sit *Biletus*. Vide *Billa* 1.

\* *Tillet* Librariis Parisiensibus dicitur Chirographum, quo inter se negotiantur.

¶ **TILHA**, Saxon. Accusatio. Vide *Tihla*. 1. **TILIA**, Modus agri vel vineæ. Vide *Telia*.

\* *Tille*, eodem significatu, in Charta ann. 1480. ex Chartul. Buxer. part. 7. ch. 31: *Item une Tille de terre en toppe, etc.* Vide *Telia*.

2. **TILIA**. Charta Corbeiensis: *Concessimus ipsi et hæredibus suis jure hæreditario singulis diebus panem unum monachorum... in quinque festis singula sextaria vini et in Quadragesima unam Tiliam lardi, quæ omnia solventur de præpositura nonachorum; inde est ligius homo Ecclesiæ.* An *Tibia lardi*, seu perna, Gall. *Jambon*? an *Petia*, frustum, membrum? Vide *Pecia*.

\* Idem quod supra *Telia*; Gall. *Tille*, Imbrex porci, ni fallor, vulgo *Echinée*. Charta ann. 1294. in magno Chartul. nig. Corb. ch. 61. fol. 58. rº: *Le pain et le vin qu'il prenoit en ledite abbeye à chertaines journées et à chertaines festes, le Tille de bnchon, le flique, et le candelle qu'il prenoit et avoit chascun an en ledite abbeye par le raison dudit fief.*

¶ **TILIATUS**, **TILIOSUS**, *rasibilis, flexibilis, vel ad tiliam pertinens*, Johanni de Janua. Glossæ Lat. Gall. Sangerman.: *Tilio- sus, Tilleux.*

\* *Nostris Tilleul*, Virgula tiliacea, cujus usus maxime erat in hastulidiis. Vide supra in *Bohordicum*. Chartul. Corb. sign. *Ezé- chiel* ad ann. 1423. fol. 198. rº: *Pour le faïchon de chunc cent de laine ou de Tilleul, fuit audit bos, douze deniers.* Ubi scandula, qua cooperiuntur tecta, designatur. Vide mox *Tilla*.

¶ **TILIENSIS** CLANGOR. Vide *Titiensis*.

\* **TILIGA**. Testam. Odon. Morini curionis de Jonqueretis diocæ. Ebroicæ. ann. 1381. ex Bibl. reg.: *Item Symoni de Bellon unum capucium et unas Tiligas.* Sed legendum videtur *Caligas*.

\* **TILIUM**, *Tilia*. Charta ann. 1319. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 603: *Nomine bosci mortui accipiuntur salices, marsalices, tremble, arable, charne, Tiliium, etc.* Ordinar. eccl. Camerac. MS. fol. 41. rº. ad Sabbat. Sanct.: *In hac die itur ad S. Sepulchrum per clokemannum propter novum ignem, qui affertur in lucerna, et in medio ecclesiæ necenditur ignis de Tilio.* *Til*, in Lit. remiss. ann. 1377. ex Reg. 112. ch. 106. *Tilloel*, in Stat. ann. 1388. tom. 7. Ordinar. reg. Franc. pag. 777. art. 39.

\* **TILLA**, Scandula cooperiendis tectis apta, Gall. *Tille*; unde *Tilletium*, earumdem præstatio. Assignat. dotal. Joan. reginæ Franc. ann. 1319. in Reg. 60. Char-



toph. reg. ch. 69 : *Item pro Tilletis, vicinti quatuor milia de Tillis, quæ non sunt computatæ, quia sunt necessariæ pro ædificiis sustinendis.* Chartul. Corb. sign. *Ezéchiel* ad ann. 1415. fol. 11. vº : *De toutes les estoffes et couvertures qu'il y fault, tant rosel, herbe, esteulle, latte, clen, Tille, cavels, terre, etc.* Eadem notione accipienda hæc vox in *Tillum*. Vide supra *Tiliatus*.

\* Hinc fortassis vox Gallia *Tyolle*, qua ligni fragmentum significari videtur, in Lit. remiss. ann. 1474. ex Reg. 204. ch. 112 : *Le suppliant dist à icellui Taveau : Pourquoi as-tu rompu mon matras, et le frappa des Tyolles.* Id est, ex hujusmodi sagittæ fragmentis.

\* *Tilletaige* vero, nescio unde, inter Commentaria Condæana tom. 1. ult. edit. pag. 505. appellatur Jus quod regi penditur pro obtinendis officiis : *Le Tilletaige, c'est à-dire, une somme inestimable, qui revient du renouvellement des offices de ce royaume.*

\* **TILLETUM**, a Gallico *Tillet*, Locus tillis consitus. Charta Guid. episc. Lingon. ann. 1260. in Chartul. ejusd. eccl. fol. 238. vº : *Quatuor jornalita, sita in comma Remberti et in Tilleto, dicto de Matseio.*

† **TILLIOLUS**, a Gallico *Tilleul*, *Tilia*, in Chartulario S. Vandregesili tom. 2. pag. 1455.

\* *Subtillatz*, Eadem forsitan notione, in Lit. remiss. ann. 1474. ex Reg. 195. Chartoph. reg. cl. 1392 : *Lesquelz compaignons prendrent ung beuf et le atacherent d'une corde par les cornes à ung petit Subtillatz.*

**TILLUM**. Vita S. Samsonis Episc. Dolens. lib. 1. cap. 16 : *Venenum poculo miscuit, Tillum quoddam fricans, dedit ei bibere.* [Nescio an huc pertineat vox Gallica *Tille*, in Pedagio Bapalm. ex Chartul. 21. Corb. fol. 359. vº : *Carette à roisins, à mortiers, Tille, etc.*]

**TILPTALIUM**, *Linteolum minutissime carminatun, sive carnpia*. Ita Glossæ MSS. ad Alexandrum Iatrosoph. et Græc. τιλτά, linteamenta, apud Æginetam, vel τιλτός, dispersum, unde τιλτός μέτος, linteum carptum. Vide *Carpia*.

† **TIMALLUS**, **TIMALUS**. Vide *Thymallus*.

\* **TIMANIADARIS**, *Thuribulum, vas; in quo thymiana adoletur.* Charta ex Tabul. Cassin. inter schedas Montisfalc. : *Quatuor calices de argentum, e duo Timaniadares de argentum.* Vide *Thymiamaterium*.

† **TIMAR**, seu *Timarium prædium*, apud Turcas, Pensio, vel stipendium, vel reditus bene meritis militibus assignatus in prædiis et possessionibus castrorum, oppidorum, pagorum, agrorum, vel in percipiendis decimis aliisve fructibus, cum præfectura illorum locorum, vulgo *Timarion*, commenda, dynastia, reditus 9000. asprorum et infra. Ita *Meninski*. Simile est apud nos *Feudum*. [\* Vide Glossar. med. Græcit. voce τημάριον, col. 1578.]

† **TIMARATI**, **TIMARATORES**, et vulgati *Timariotæ*, nonnunquam *Timarei*, Gall. *Timariots*. Idem fere qui *Milites limitanei*, Vassallorum genus apud eosdem Turcas, qui prædia possident *Timaria*, ea conditione, ut militent ipsi, si jubentur, cum certo equitum numero, majori vel

minori, habita *Timarii* valoris ratione. Passim memorantur apud Scriptores de rebus Turcicis. Vide Jovium Hist. l. 14. Georg. Hornium Orb. Polit. pag. 33. Gallicam Descriptionem Status Turcici, Diarii Europæi continuationem, Ottonis Menckenii animadversionem, et supra vocem *Flambarum*.

**TIMBERLODE**, Servitutis genus, quo vassallus obligatur materiam sive lignum de silva, ubi prosteratur, ad domini sui domum devehere : a Saxon. *Timber*, Anglis, *Timber*, i. lignum, tignum, et *lade*, Anglis *lond*, onus. Oecurrit apud Willel. Thorn ann. 1364 : *Et debent pro qualibet swolinga 14. den. per annum, pro schipshere, Timberlude, et bordlude, vel cariare extra Waldam per mare, vel per terram, ad manerium prædictum.*

**TIMBRELIUS**, Parvus cœtus. Sic Skenæus de verborum significatione.

† **TIMBRELLUM**, Genus tormenti, eodem Skenæo de verbor. significat. Idem quod *Timbellum*.

**TIMBRIUM**, fasciculus, vel certus numerus pretiosarum pellium, cujusmodi sunt Marturum, Murium Ponticorum, etc. quæ ab exteris regionibus deferuntur : Gallis *Timbre*. In Glossis antiquis MSS. lego : *Timbre, locus propellium*. Sed an huc pertineat, vix putem. Charta Suecica ann. 1314. apud Schefferum ad Chronicon Archiepisc. Upsaliensium pag. 228 : *Unam ulnam tele vel ejus valorem, de quolibet aratro. De quilibet Timbria pellium variorum, unam pellem meliorem.* Fleta lib. 2. c. 12. § 8 : *Lunda pellium continet 32. Timbria*, Skenæo de verbor. significat : *And timmer of skins*. Charta Communie Rotomagensis ann. 1207 : *Unde nos de unaquaque navi habebimus unum Timbr. martinarum, vel 10. libras, si mercatores navis jurare poterunt, quod martinas non invenerint emendas ad portum, in quo chargiaverunt, neque id fecerint pro consuetudine nobis auferenda.* Usatica MSS. Viccomitatus Aquarum Rotomagi : *La nef qui vient de Yllande doit à la Vicomte 20. s. Item au Chastel de Rouen un Timbre de martres, ou 10. livres tournois, premierement receu le serment des marchans que il ne pourront trouver à vendre ledit Timbre es parties d'Yllande où la nef fut carehie, et se elle apporte ledit Timbre, les marchans jurent que il fu acheté es parties d'Yllande, et n'est pas à rechevoir ledit Timbre autrement.*

Computum Stephani de la Fontaine Argentarii Regis ann. 1351 : *Pour 60. Timbres et 31. pel sans courroy, et sans appareil, contenans chacun Timbre 60. peaux, etc.* [Tabular. Latiniac. fol. 241 : *Le Timbre de vair, c'est assavoir quarente peaux basties, 1111. den.*] [\* Vide *Timber*, i. *Timmera*, in chart. ann. 1252. apud Lappenberg. Hist. Orig. Hanseat. Probat. pag. 59. Vide ibi not. 2. et pag. 278. not. 3.]

**TIMBRUM**. Charta Martini Regis Aragonum apud Brizium Martinezum in Hist. Pinnatensis lib. 1. c. 47 : *In quo quidem cnlice aureo supradicto sunt signa sequentia, videlicet in pede tres esmnliti, duo Timbra, et unus cricifixus Jesu-Christi, et in pomo, qui est in medio sex esmalti, duo ad signum Aragon, etc.* Ubi *Timbrum*, pro scuto insi-

gnium seu armorum videtur sumi. Vide *Tymbris*.

\* 1. **TIMERE** IN ALIQUEM, pro Alicui timere, metuere, Gall. *Craindre pour quelqu'un*. Arest. ann. 1355. 12. Mart. in vol. 4. arestor. parlam. Paris. : *Naturaliter parentes magis Timent in liberos, quam Timeant in se ipsos.*

\* 2. **TIMERE**, Cogere, compellere. Charta ann. 1264. ex Chartul. Campan. fol. 369. vº. col. 2 : *Excellentie vestre placeat quod nos et abbatia nostra (Vallisucentis) unius tantum sint ballivæ et unius præpositure vestre, et quod non Timeamur coram tot baillivis et præpositis comparere.* Sed legendum videtur, *Teneamur*.

† **TIMIAMATHERIUM**, etc. Vide supra *Thymiamaterium*.

\* **TIMICAR** vel **TINCAR**, *Arabice, Borax, quod capistrum Avicenna dicit, eo quod cum ipso aurifaber aurum auro consolidat.* Glossar. medic. MS. Sim. Januens. ex Cod. reg. 6959.

† **TIMIDUS**, Horribilis, qui timorem incutit. Miracula B. Ægidii tom. 3. Aprilis pag. 244 : *Subito enim arripuit infirmitas quedam horrenda multum et Tinida non modicum omnibus assistentibus.*

\* **TIMINUS**, Mensuræ species Siculis et Neapolitanis. Charta ann. 1233. apud Cenc. inter Cens. eccl. Rom. : *Pro majoribus vero salibus aquaticis, debemus abbatie de Egris xxvj. marcas pro quolibet Timino.* Vide *Timinus* et *Tunulus*.

**TIMMERA**. Vide *Timbrium*.

\* **TIMMERHOUD**, *Timo* navis, ut videtur, gubernaculum. Telon. S. Bertini : *Navis cum Timmerhoud, j. dennrium.* Vide *Timo*. [\* Materia lignea, ex qua ædificium constat. Kilianus.]

\* **TIMNIPARE**. Carmen de Philomela ad calcem Cod. reg. 6816 :

Garrus enim quamquam per noctem Timnipet omnem, Sed sua vox nulli jure placere potest.

† **TIMO**, pro *Temo*, Gall. *Timon*, Ital. *Timone*. *Timones quadrigæ*, in Literis ann. 1253. tom. 3. Ordin. Reg. Fr. pag. 634. *Timo* navis, gubernaculum, seu gubernaculi manubrium, in lib. 6. Annal. Gennens. apud Murator. tom. 6. col. 394. *Franciæ Timonem obtinere*, Franciæ regnum gubernare, in Charta ann. 1103. tom. 5. Annal. Bened. pag. 461. Phrasis Gallica *Tenir le timon des affaires*. Vide *Temo* 1. et 2.

\* **TIMOA**, *Paulo* cap. *De dolore pendendorum, est species verucrum.* Glossar. medic. MS. Sim. Januens. ex Cod. reg. 6959.

\* **TIMONACHUM**, idem quod *Themonaticum* et *Timonagium*, Tributum seu pensitatio pro curru temone. Charta Odon. abb. in Chartul. S. Dion. pag. 417. col. 2 : *Pro quibusdam injustis exactioibus, quas Hugo, cognomento Lupus, et homines sui in decimis nostris de Villn-picta, quas Timonachum vocant, antiquitus extorquere consueverant, etc.*

**TIMONAGIUM**, [Idem quod *Themonaticum*. Vide in hac voce.] Charta Willelmi Cardinalis Archiep. Remensis ann. 1182 : *Forfactum quoque de Timonagio nobis per 7. solidos et dimidium emendabitur.* [Charta Johannis Comit. Suession. ann. 1230 : *Ecclesie S. Medardi Suession. dedi in elemo-*



*sinam puram et perpetuam Timonagium quod habebam in locis infra scriptis... cum omni jure et dominio quod habebam in Timonagio supradicto, quod tale est, videlicet quod mihi pro qualibet quadriga, quæ vino onerabatur, in dictis locis, tres oboli Snession. monetæ debebantur.] Ch. Radulfi Com. Suession. ann. 1233. pro Communia Nantoliensi : Homines etiam de Nantolio, si opus fuerit, poterunt chimum concedo dictæ Ecclesiæ, etc. [Chartul. S. Vandreg. tom. 2. pag. 1967 : Cum ego haberem quoddam Timonagium in decima dom. Prioris de Brandenestoch, etc.]*

\* **TIMONARIUS**, Gubernaculum, clavus navis. Pedag. castri de Les ann. 1263. ex Cod. reg. 4659 : In singulis antennis et in singulis timonis et Timonariis, quinque solidos Melgorienses.

¶ **TIMONATICUM**. Vide *Themonaticum*.

¶ **TIMONUS**, Gubernaculum navis, seu gubernaculi manubrium, Gall. *Timon*. Informationes civitatis Massil. de passagio transmarino e MS. Sangerman. : Sunt etiam necessarii ad unam navem tres Timoni, scilicet duo in capcia et unus superfluus habentes longitudinis XVI. goas et latitudinis IX. palmos.

\* Ital. *Timone*. Charta ann. 1381. ex Tabul. S. Vict. Massil. : Quelibet barchia duorum Timonorum solvat pro quolibet viagio unum grossum.... Quelibet barchia unius Timoni etc.

¶ **TIMORANTER**, Timide, in Actis B. Christianæ tom. 4. Junii pag. 298.

**TIMORARE**, Timorem incutere, apud Ottonem Morenam in Hist. Rer. Laud. pag. 46. 54.

\* Charta ann. circ. 1401. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 157. col. 1 : Item destinatur commissarii ad reparandum itinera,.... et Timorant gentes, sic et taliter quod loqui non audent.

¶ **TIMORATIUS**, Cum majore reverentia, in Glossario Barthii, tom. 3. Reliq. MSS. Ludewig. pag. 418. ex Guiberti Hist. Palestina.

**TIMORATUS**. Wippo de Vita Chunradi Salici pag. 428 : In Dei servitio Timorata, in orationibus et elemosynis assidua. Gesta Innocentii III. pag. 77 : Devotus et timoratus. Ditmarus lib. 2 : Filiam bene timoratam, etc. Humiliter et timorate, apud eundem lib. 3. Fulbertus Carnot. Epist. 40 : Hærebam timorata suspensus et expectans, etc. Occurrit non semel : [nostris Timoré, Dei timidus et a levibus culpis aversus. Timoratus et totus plenus Deo, in Chronico Novalic. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 735. Adde lib. 2. de Imit. Christi, c. 10. n. 3. etc.]

\* Extat in Bibl. Universit. Argent. Codex MS. cui titulus : *Johannis Nideri Tractatus de Timorata Conscientia*.

¶ **TIMOROSE**, Timide. Murmurabatur latenter et Timorose, Rolandino Patavino in Chron. Tarvisino apud Murator. tom. 8. col. 304. Paulo alia notione Statuta Canonorum Regul. sæc. XIII. apud R. Duellium tom. 1. Miscell. pag. 87 :

..... Servite Deo sapienter Atque Timoroseque decenter ad hæc, et ovaunter.

**TIMOROSUS**, Timidus, Gallis *Peareux*. Constantinus Afric. lib. de Gradibus : Timorosos et cardiacos confortat. Utitur hac voce non semel, ut et Albertus Argentin. in Chronic. pag. 155. [necnon Rolandinus Patav. apud Murator. tom. 8. col. 255. et alii.]

¶ **TIMPA**, f. Limbus. Joh. Buschius de Reformat. Monaster. c. 3 : Tunc dixit Archiepiscopus, accipiens Timpan cappæ Præpositi : Non obest vobis, etc.

¶ **TIMPANI**. Vide *Tinpeni*.

\* **TIMPANUM**, idem quod *Timbrium*, Fasciculus vel certus numerus pretiosarum pellium. Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 192. rº : Quelibet navis de Ybernia, unum Timpanum de martis vel x. lib. perpetuum.

¶ **TIMPORA**, pro Tempora, sæc. 3. SS. Benedict. part. 1. pag. 182. et alibi.

\* **TIMPUS**, Capitis pars, tempus, Gall. *Temple*. Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 657 : Lapis de ipsa fondibula... elapsus super capud dicti Theobaldi in parte Timporis casualiter corruit. *Tin*, eodem sensu, in aliis Lit. ann. 1459. ex Reg. 188. ch. 82 : Jehan Armand arracha ung pal de la clousture d'un affar,.... et donna dudit pal sur le Tin du chief d'icellui Anthoine au droit de l'oreille, etc.

¶ **TIMULUS**, in Glossis Lat. Græc. et Græc. Lat. ἐφωδρις, ἑξάπους ἐπινηχόμενον τῷ νότω. Martinio videtur addendum ἰδῆτων, ita ut *Timulus*, si genuina lectio est, idem sit quod *Tippula*, bestiolæ genus sex pedes habentis, sed tante levitatis, ut super aquam currens non desinat, ut habet Festus : ad quem vide Scaligerum.

¶ **TIMURUS**, Piscis species, eadem forte quæ Italis *Timalo*, in Statutis Placentiæ fol. 79. vº.

1. **TINA**. Lib. 3. Reg. c. 10 : Attulit ex Ophir ligna Tina multa nimis, etc. Ubi editio Gr. ἑὺλα ἀπελέκτα, securi non dolata ligna, inquit Eucherius, et ex eo Papias, de quibus Salomon gradus fecit in Domini domo, incognita etiam peritoribus Judæorum. Glossa : Imputribilia, spinosa, in similitudine albæ spinæ Tina candida sunt et rotunda, et invenitur in Bibliis correctis duplex litera i, scilicet *Tiina*, vel *Tina* per simplex i. Ita etiam Jo. de Janua, et Auctor Mamotrecti. [\* Vulgar. *Thyina*.]

2. **TINA**, seu ΤΥΝΑ, Vas grande ligneum tam lavationibus quam condendis vinis paratum, quod vocabulum usurpatum a Varrone tradidit Nonius. Nostri etiamnum *Tine* dicunt. Apitius lib. 4. de reculin c. 2 : Rutæ suffundes liquamen, quod satis erit, et olei modicum, et commiscebis in Tina cum pulpis. Additio ad Willelmum Gemeticensem pag. 317 : Et aliquando in ipsa solemnitate solebat unam Tinam plenam textis, et thuribus, et candelabris,.... ante altare sanctæ Trinitatis portare, ipsamque pro suis peccatis Deo ibi offerre. [Tina communis, quæ capere potest 20. saunatas racemorum, in Inventario ann. 1294. e Schedis D. le Fournier. Adde Statuta Massil. lib. 2. cap. 1. § 7. Montis-regalis pag. 312. Vercell. fol. 189. vº. etc.] Utuntur etiam Hepidanus de Vita S. Wihoradæ c.

20. Cæsarius lib. 3. c. 47. Acta S. Tyrsi Mart. n. 25. Fortunatus in Vita S. Rade-gund. c. 17. vetus Charta securitatis apud Brisson. de formul. pag. 647. Joannes Laudensis in Vita Petri Damiani n. 22. Jo. de Burnino Archiep. Viennensis de Stephano Diensi Episcopo, in Vita S. Joan. Episcopi Tragar. pag. 4. Johan. Longinus in Actis S. Stanslai n. 18. etc. [\* Gemma Gemmarum : Tina, Germ. ein bytte oder ein grosser zuber, ut in balneis utitur. Inde Argentina civitas amenissima in Alsatia, quasi argentea tina, vel tina argenti. Notit. Decan. eccles. Scafnab. sec. XIV. apud Guden. Cod. Diplom. tom. 2. pag. 349 : Tres tonnas, sex buttas cum quinque Tinis, in vulgari dictis Zuber und Standen. Inde vectis, quo ea vasa deferuntur, dicitur *Tinellus*. Vide *Tinellus*, 2. et *Tineta*.]

**TINUM**, Eadem notione. Notæ Tyronis pag. 149 : Canava, cavea, Tinum, etc. [Acta S. Franciscæ Rom. tom. 2. Martii pag. 166\* : Erat unum magnum Tinum plenum pice liquefacto]

3. **TINA**, Pilei species, in modum forte ac formam Tinæ confecta, cujusmodi fere sunt Clericorum isti pilei, quos *Bonnets carrez* dicimus. Synodus Sodorensis in insula Mannæ c. 7 : Statuimus quod omnes Capellani, Diaconi, et cæteri ministri altaris honeste et devote... non capucius in capitibus, nec Tinis, vel pileis, aut chirotheicis in manibus... ad divinum officium accedant.

\* **TINALE**, Vas grande ligneum vel lapideum, idem quod *Tina* 2. Testam. ann. 1480. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 306. col. 1 : Voluit etiam quod possint se juvare Tinali lapideo, quod est in dicta domo, ad bulliendum earum vinum, tempore vindemiarum, ad earum placitum.

\* **TINARIUM**, Conclave rationarium, Gall. *Bureau de recete*. Charta ann. 1217. ex Bibl. reg. cot. 17 : Liccat tibi et tuis ipsam vineam dare, laxare, vendere.... consilio dominorum canonice S. Pauli, quibus dabitur inde fideliter quartum, quod aportabitur in suo Tinario.

¶ **TINASIUM**, Torcular, vel cella vinaria, ubi sunt tinæ. Charta ann. 1169. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 336 : Et si vellet Tinasium vel vegetem majorem; et Prior elegit terram cum vineis et Tinasium. Vide *Tina* 2.

**TINIC**, Ligo exponitur in glossa interlinari in Grammatica MS. Smaragdi.

**TINCA**, apud Mundinum de Anatomia pag. 172. Italis tinca est piscis, qui Lat. *Merula*, Gallis *Tenche*. Ausonius in Mossella :

Quis non et virides, volgi solatia Tioacas Norit?

[Cardanus de rerum varietate lib. 7. c. 42 : Tincarum decocto maculas omnes tolli existimant; quoniam lentum sit ac viscidum, unde materiam maculæ ad se trahat. Vide Hofmannum.] [\* Tinco, in Ruodlieb. fragm. 13. vers. 14.]

¶ **TINCMAN**, Decanus. Vide in *Tunginus*.

1. **TINCTA**, Tinctura. Lucifer Calaritanus lib. Moriendum esse pro Dei filio : Recordare... quantos per abrupta una Tincta subscriptionis tue dejecerit. Id est, una



subscriptio, quæ *tinctura* vel atramento fit. Hispanis *tinta* etiamnum est atramentum.

2. **TINCTA**. Diploma Friderici II. Imp. ann. 1210. apud Rocchum Pirrum in Archiepiscopis Panormitan. : *Donamus totam Tinctam nostram ipsius civitatis nostræ Panormitanæ, quæ fit et fieri poterit in futuro, cum fundo, et omni jure, et libertate sua. Infra: Omnium juratorum Judæorum, et redditus ipsius Tinctæ. Vide Tintoria.*

¶ 3. **TINCTA**. Charta ann. 1338. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 363 : *Centum duodenas vitrorum formæ Tinctarum. Bene scyphos campanæ formam referentes intelligit Cl. Editor; sed mallet Tinatum, quæ formam hanc sæpius referunt. Vide Tina 2. et 3.*

¶ **TINCTARE**, Joh. de Janua, *frequentur tingere; a quo Tinctitare. Vide in hac voce.*

\* **TINCTENETUM** inter grana tincturæ utilia et necessaria recensetur, in Stat. pro lanif. et pannif. ann. 1317. ex Reg. A. Cam. Comput. Paris. fol. 195. vº : *Grana insuper gauda, gayda, garancia, Tinctenatum, pastellum, cardones domestici sive franchi, clavati cineres atque ligna, et cætera omnia et singula, quæ ad paraturam, tincturam, adaptationis complementum et perfectionem pannorum parandorum.... utilia, necessaria et expedientia fuerint,.... nullatenus extrahantur. Lit. Caroli IV. ann. 1321. in Reg. L. Chartoph. reg. ch. 4 : Grana insuper, gauda, gaydia, garancia, Tintenatum (sic), brisolium et quodcumque pastellum, etc. Quæ rursus occurrunt in Lit. ann. 1332. ex Reg. 69. ch. 324. Unde male editum tom. 2. Ordinatio. reg. Franc. pag. 90 : *Tinctæ, nec non pastellum. Adde præterea Lit. ann. 1333. in Reg. 66. ch. 1251 : Tinctenatum, pastellum, etc.**

¶ **TINCTIO**, Baptismus. Vide *Tingere*.

¶ **TINCTITARE**, vel *Tinctare, Tabouere, ou joer des naquaives, ou souvent taindre, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. MSS. Vide Tinctare.*

¶ **TINCTITULA**, *Parva tinetrix, in iisd. Glossis.*

\* **TINCTOR**, **TINCTUARIUS**, Gall. *Teinturier, Infector. Reg. episcopat. Nivern. ann. 1287 : Johannes Tinctuarius, quinque solidos.... Ysabella filia Johannis Tinctoris etc.*

\* **TINCTORIA**, Officina tinctoria, ubi tinguntur panni. Stat. pro lanif. et pannif. ann. 1317. in Reg. A. Cam. Comput. Paris. fol. 197. vº : *Item quod Tinctoriæ sive loca, in quibus panni tingi hactenus consueverunt, nullatenus invitis paratoribus alibi mutabuntur. Vide Tintoria.*

1. **TINCTORIUM**, Eucherio Lugdunensi et Papæ, *Baptisterium. Vide in hac voce.*

¶ 2. **TINCTORIUM**, *Gladius, in Glossis Isidori. Lege et vide Cinctorium.*

¶ **TINCTRIX**, Johanni de Janua, *Quæ tingit. Teingneresse, in Glossis Lat. Gall. Sangerman.*

¶ **TINCTUARIUS**. Vide supra *Tinctor*.

1. **TINCTUM** vel **TINCTUS**, Panni species. Charta Henr. II. reg. Angl. pro Norm. ex Reg. S. Justi Cam. Comput. Paris. fol. 35. vº. col. 1 : *Sit.... una latitudo pomorum (leg. pannorum) et Tinctorum et*

*russetorum et haubergetorum, scilicet duæ ulnæ infra listas. Libert. castri de Malast ann. 1312. tom. 7. Ordinatio. reg. Franc. pag. 502. art. 16 : Quod quilibet dicti castri seu villæ lanas, filatum, filacia, Tinetum et pannos pariter libere valeat portare.... sine leuda et pedagio. Lit. remiss. ann. 1365. in Reg. 98. Chartoph. reg. ch. 265 : Prædictus Miletus dixit ipsi Guyoto, quod ipse furatus fuerat tincturam seu Tinetum ipsius Mileti. Taint vero de Laminis stanneis, quibus scuta cooperiebantur, intelligendum puto. Poema Alex. MS. part. 1 :*

Qui li treneha l'eseu, le Taint et le vernis  
Et le haubert li a déront et désertis.

Ibidem part. 2 :

Des fors ceseu i ebiet li Tains et li vernis.

\* 2. **TINCTUM**, ut supra *Tintoria, Ital. Tinta, Officina tinctoria. Charta apud Cenc. inter Cens. eccl. Rom. : Plaza de ponte majori, quod habet ecclesia in Benevento, et omnes pluneas cum palatio piscium et foliorum, Tincta Judæorum, plateaticum de ponticello, etc.*

\* 3. **TINCTUM**, Sputum coloratum, tinctum sanguine. Alex. Iatrosoph. MS. lib. 1. Passio. cap. 139 : *Accedente tempore (pleurectici) omnino expuunt Tinctum, quod significat qualis humor flegmonem operatur.*

\* **TINCTURARIA**, Quidquid ad tincturam necessarium est. Charta ann. 1372. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 311 : *Cuilibet sit licitum Tincturariam et lanas, blada, telas, vinum, filum et alias mercaturas.... a regno Franciæ extrahere.*

¶ **TINCTURARIUS**, Ad tincturam pertinens. *Tincturarius cacabus, in Charta ann. 1156. inter Instrum. novæ Galliæ Christ. tom. 6. col. 40.*

\* **TINCTURIA**, Officina tinctoria, ubi tinguntur panni. Stat. pro arte parat. pann. Carcass. renovata ann. 1466. in Reg. 201. ch. 121 : *Item quod casu quo reperitur aliquis pannus cum capite de bombace seu cotone in uliquo molendino seu in aliqua Tinctoria aut alibi, etc. Vide supra Tinctoria.*

**TINEA**, Scabies, ex Gall. *Tigne. Occurrit apud Folcardum in Vita S. Joannis Episc. Eboracensis n. 2.*

¶ **TINEARUM DIES**. Vide in *Dies*, pag. 849. col. 3.

¶ 1. **TINELLUS**, vel **TINELLUM**, Cenaculum aulicorum, Italis *Tinello. Diminut. di Tino, vaso grande di legname, nel quale si piglia l'uva, per fare il vino, ut habent Academici Crusciani, quibus Tinello dicitur nelle corti de' Principi, è il Luogo dove mangiano i cortigiani, Locus ubi comedunt Aulici. Ordinatio Humberti II. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 404. col. 2 : Item, sit in exercitio officii dictæ coquina unus cocus pro persona dictæ Dalphinæ, et cocus unus alter pro Tinello. Ibid. pag. 606. col. 1 : Item ordinamus quod prædictus magister hospitii teneat de gentibus dictæ Dalphinæ Tinellum suum ad partem, etc. Statuta Cisterc. ann. 1390. tom. 4. Anecd. Marten. col. 1520 : In palatio et Tinello domini nostri Papæ et domibus RR. Cardinalium... dum in ordine legitur in ecclesia, capitulo, collatione et refectorio, etc. Adde Museum Italic. Mabil-*

lonii tom. 2. pag. 476. 487. 528. 541. Testamentum Cardinalis Ambian. apud Gothofredum ad Carolum VI. pag. 760. Concilium Dertus. ann. 1429. tom. 3. Concil. Hispan. pag. 655. et 656. Itinerarium Adriani VI. PP. tom. 3. Miscell. Baluz. pag. 399. 438. etc. *Tinel* eadem notione dixerunt etiam nostri. Regnerius Satyra 6.

Le Sommelier en haste est sorti de la cave ;  
Deïa monsieur le maistre et son monde se lave.  
Treve avecque l'honneur, Je m'en vais tout courant,  
Decider au Tinel un autre different.

*Aula magnu vulgaritur vocata lo Tinel, in Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. Vide Historiam Dalphinatus tom. 1. pag. 366.*

¶ Quidam vocem hanc non a *Tino* cum Academicis Cruscianis, sed a *Tin, Tin*, seu *Tinnabuli* sono, quo convocantur ad refectionem, deducunt, unde primum dictum fuerit *Tintinellum*, vel *Tintinellus*, deinde *Tinellum*, vel *Tinellus* per syncopen. Malim a *Tino*; ut enim nos *Vaisseau* de vase dicimus, ac de loco ampliori v. g. aula, ecclesia, etc. sic Italos *Tino*, vel *Tinello* de utroque dixisse probabile est. Pro vase legitur in Statutis Montis-regalis pag. 313 : *Item pro quolibet Tinello, cibrio, et situla magna sol. den. sex. Vide Tina 2. Tenellus, et Menagium in Orig. Ital. et Gall. Tertium hujus vocis etymon indicat Joh. Loccenius, ut mox dicitur in *Tinnulus*.*

\* 2. **TINELLUS**, Vectis species, quo vasa aquaria vel vinaria deferuntur, Gall. *Tinel. Vide mox in Tina. Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 154 : Cum afferrent dicti supplicantes de hujusmodi domo et torculari.... unam calderiam plenam dicti vini cum uno baculo seu Tinello, ut moris est, nec haberent baculum, cutellum, gladium seu queveis arma, nisi solum dictum Tinellum, etc. Aliæ ann. 1351. in Reg. 80. ch. 709 : De quodam baculo, vocato Tinel, super capud taliter et ita horribiliter percusserunt, etc. Aliæ ann. 1374. in Reg. 106. ch. 305 : L'un d'iceulx trois prist un Tinel à porter et raporter seaulx au puis, etc. Baston sans fer, que l'on dit levier ou Tinel, in aliis ann. 1403. ex Reg. 158. ch. 134. Un Tine à porter vin, in aliis ann. 1388. ex Reg. 133. ch. 188. Thygnel, in aliis ann. 1441. ex Reg. 176. ch. 78 : Tynau ou baston de plain poing, de quoy on porte les ances ou temps de vendenges, in Lit. ann. 1465. ex Reg. 202. ch. 32. Tineul, inter arma recensetur, in Poem. de Vacce MS :*

Machues portent et grans peuls,  
Fourches ferrées et Tineuls.

Confer *Tina*, 2.

\* Hinc forte, vel a *Tinello*, ubi comedunt famuli, adeoque idem quod vulgare *Valetaille*, est litte vox contemptus, *Tinardaille*, in Lit. remiss. ann. 1401. ex Reg. 156. ch. 451 : *Lesquelx Galois et Tourbier commencerent à dire : .... N'avez vous oy de l'orde Tinardaille, brénaille, qui nous veulent compter leurs œufs?*

¶ **TINE-MAN**, vel **TREN-MAN**, Custos forestæ apud Anglos. Constitut. Canuti Regis de Foresta art. 4 : *Sub horum (Ealdermen) iterum quolibet sint duo minorum*



hominum, quos *Tine-man* Angli dicunt : hi nocturnam curam et veneris et viridis, tum servilia opera subibunt. Vide *Tenmantale*.

\* **TINERUM**, An idem quod supra *Tine*? Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 154. ex Cod. reg. 4622. A : *De pana illius qui tenet Tinerium ante domum suam. Item statuerunt quod si aliquis habuerit et tenuerit per directum suæ domus furnum seu furnum ultra tres dies, quod ipse sit in bampno solidorum decem.*

\* **TINETA**, diminut. a *Tina* 2. Vas ligneum, quo racemis deferendis utuntur in vindemiis, doliolum, vulgo *Tine*. Vide supra in *Tinellus* 2. Reg. episcopat. Nivern. ann. 1287 : *In vinca Mathæi Brunelli et Morrelli Laudri percipit episcopus cum priore per medium, de undecim Tineta racemorum, unam Tineta de terragio. Ibidem : Item si dominus episcopus... celebraverit Missam in abbacia B. Mariæ, abbatissa debet eidem domino unum pavonem et unam Tineta piminti.* Chartul. Floriac. fol. 103. vº : *Habebimus ratione decinæ, quam habemus super vineas de Castellione, duodecimam Tineta vindemiæ. Hinc Tinée, quantum tineta continetur.* Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 137. Chartoph. reg. ch. 2 : *Tu as dit de moy que je n'ay pas vignes pour croistre deux pieces de vin, et aussi que j'ay mis en deux pieces de vin que j'ay vendues quatre Tinés d'eau.*

¶ **TINEUM**, f. pro *Tannum*, Quernus cortex, Gall. *Tan*. Charta Innocentii III. PP. ann. 1208. apud Murator. tom. 7. col. 888 : *Forestam juxta ecclesiam S. Stephani, et de capite pontis de prato, et de Tineis, molendina, vineas, etc.* Vide *Molendinum ad than*.

¶ **TINGARE**, Donatio. Vide *Thingare*.  
1. **TINGERE**, Baptizare, baptismum impertiri. S. Cyprianus epist. 71 : *Ut putent eos, qui apud hæreticos Tincti sunt, quando ad nos venerint, baptizari non oportere.* In epist. 23. 25. et 62. ubi Matth. 28. *baptizantes eos, habet Tingentes eos. Iterata tinctio,* apud S. Leon. ep. 3. Vide Conc. Hispal. II. cap. 7.

¶ 2. **TINGERE**, f. pro *Tondere* : vox maxime usurpata, ubi de falsa moneta. Vide *Tonsare* et *Tonsores*. Transactio inter Reg. Fr. et Abbatem S. Tiberii ann. 1273. inter Probat. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 339 : *Volentes et concedentes quod dominus Rex et sui successores ibi semper habeant justitias falsæ moneta, si ibi cuderetur, fieret, et Tingeretur.*

¶ **TINGINUS**, Decanus. Vide *Tunginus*.  
¶ **TINGITARE**, Frequenter *tingere*, in Glossis a Vossio laudatis lib. 4. de Vitiis serm. cap. 28. Vide *Tinctitare*.

\* **TINGULA**, Ad equi usum vel ornatum pertinere videtur, ut et Gallica vox *Thierre*. Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 206. rº : *Quædam calcarea argentea, duo pannuli, duo capistra et due Tingula.* Lit. remiss. ann. 1450. in Reg. 180. Chartoph. reg. ch. 121 : *Guillaume Dubois dist que Gervaise mere de la femme du suppliant lui avoit emblé la Thierrre de son cheval.*

\* **TINGULARE**, Regulis ligneis, Gall. *Tringles*, aperturas obstruere. Comput. eccl. Paris. ann. circ. 1381. ex Bibl. S. Germ. Prat. : *Item faciendi..... posticium*

*prope in introitu dicte curie totum de novo ac Tingulandi juncturas aessellarum dictarum portæ et posticii.*

¶ **TINGULUM**, f. *Mappula*. Usus Fuldensis : *Camerarius Abbatis procuret cultellos, coclearia et Tingula.* Vide *Toacula*.

¶ **TINIARA**, Βρῶσις, ἡ σπῆσις, in Glossis Lat. Græc. In Græc. Lat. additur *robico*.

¶ **TINIATUM**, Σηπόκοπον, in iisdem Glossis. In MSS. Sangerm. *Tiniatus*, σηπόκοπος, *Tinea*, corrosus. [\*\* Epist. Jacob. cap. 5. vers. 2 : *Patruerunt et Tiniaverunt vestes vestre.* Apud Baruch. cap. 6. vers. 71. *Tineo*. Hæc Maius in Glossar. novo ex vet. Ital.]

\* **TINIOSUS**, Scabie laborans, Ital. *Tignoso*, Gall. *Teigneux*. Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 654 : *Ipsum Petrum Tiniosum in capite, tumefactumque in ventre.... reperisse etc.* Vide *Tinea*.

¶ 1. **TINNA**, Vasis genus. Vide *Gastrum* et *Tina* 2.

\* 2. **TINNA**. Epist. Joan. Presbyt. ad Emanuel. imper. ann. circ. 1165. apud Pez. tom. 5. Anecd. part. 2. cap. 21 : *Tinna quoque nostrum respice et considera.*

¶ **TINNELIUS**, Extrema pars ejus loci quem alluit fluxus maris, Skenæo de verb. signif. pag. 158.

¶ **TINHATERIA**. Charta ann. 1414. e Schedis Præs. de Mazaugues : *Moinerius percipit illo die quo molit, unam Tinhatariam ultra tertiam partem lucri, quod fit in dicto molendino.* Vox ducta a *Tina* 2. Vas majus. Est autem *Tinhateria*, mensura minor tantum capiens, quantum pugillo contineri potest, ut patet ex alia ejusdem rei Charta, ubi pro *Tinhateria* legitur *Pugnatoria*. Vide *Poinanderia* et *Pugnanderia*.

\*\* **TINNIBILE OPUS**, Campana. Inscriptio Campanæ apud Schannat. Episcop. Wormat. tom. 1. pag. 63 :

Anne milleno tricenteno duodeno  
Hoc per Volmarum fit opus Tinnibile clarum.

Vide *Tintinnabulum*.

**TINNIBULUM**, in Glossis S. Benedicti, κώδιον.

**TINNIOLUM**, *Tintinnabulum*. Vita S. Hilarii Arelatensis : *Videt se sacris interesse mysteriis, intuetur tunica Aaron quondam Pontificis tegmine decoratum,...* *Tinniola etiam commota gressibus incedentis, et intrinsecus malgranatis illisa clarum personabant extrinsecus, salutiferumque tintinnitum.* Infra : *Fulsit logium pietatis, justitiæ byssinum, continentie cingulum, predicationis Tinniolum, malgranata bonæ spei opere et sermone jugiter sonuerunt.*

¶ **TINNISO**, Κοπίδευρος, in Glossis Lat. Græc. An *Tintinnaculus*, qui δέμα κώπται, Qui pellem percudit, verberat, inquit Martinus.

¶ **TINNITARE**, *TINNIPARE*, *Sonare*, *tinnire*, in Glossis laudatis a Vossio lib. 4. de Vit. serm. cap. 28. ubi pro *Tinnipare* legendum censet *Tintinare*, ut est apud Catullum Epigr. 52. Nonius habet *Tintinnare*, ex Nigridio et Afranio. [\*\* *Tinnipare*, habet Aldhelm. de Grammat. tom. 5. Autor. Classic. pag. 570.]

¶ **TINNIVOLENTIA**, et **TINNIVOLUM**,

*Sonoritas*, in Actis SS. Maii tom. 7. pag. 600.

**TINNULUS**, Sonitus ex ære aut ferro percusso. Glossæ Lat. Gr. : ἤχος ἐπὶ χαλκοῦ καὶ σιδήρου, *Tinnulus*. Lat. Gr. : *Tinnulum*, πλῆκτρον, [ἀλλὰ ζῶν. Et mox : *Tinnulus*, ἤχος, etc.] Papiæ, *Tinnulus* est sonus liquidus, lenis, et purus. Hieronymus in Prolog. in Job : *Interdum quoque et vicinus dulci et Tinnulus fertur numeris lege solutis.* [Tinnulus vocis dixit Sulp. Severus in Epistola ad sororem tom. 1. Miscell. Baluz. pag. 353. adjective vero Catullus 62. 13. *Tinnula vox*, Ovid. Met. 4. *Æra Tinnula*; *Tinnula chordæ*, Senecæ in Troade v. 833.]

¶ Huc, ni fallor, revocari debet vox *Tintirece*, qua utitur le Roman de la guerre de Troyes MS :

Là vieissiez lanccs brissier,  
Ja ne se set nus conseillier;  
Là oissiez tiel croisserecc,  
Et sor heaumes tiel Tintirecc.

Ubi *Tintirece* sonitus armorum galeas perceptientium denotat.

A *Tinnulo*, vel *Tinniolo*, dictum volunt Regum Palatium, quod ut in monasteriis fieri solet ad *Tinnulum*, seu *tinnitum* campanæ singuli regii Palatii domestici ad epulas cicerentur : indeque *tenir tinel* nostros dixisse pro *Curiam solennem celebrare. Cola da Benevento* in Tractatu del Governo della Corte d'un signore cap. 19 : *Il Tinello non men corrotto a tempi nostri ne' fatti che nel nome fu così da' maggiori nostri chianato per diminutione (come io mi stino) da Tinno (Tinnio) voce Latina, quasi Tinello, cioè picciol suono che così si dice in quella lingua il suono de' metalli; perciòchè al suono d'una picciola campana (come ognun sa) si corre a Tinello, il quale è un luogo (per chi non lo sapesse) dove in commune si va a mangiare da' cortegiani, come al refetorio de' frati. Et era all'horu di tanto honore il mangiare in Tinello, quanto è hoggi riputato cosa vil et dishorrevole.* At Joan. Loccenius lib. 3. Antiquit. Sueicar. cap. 23. videtur indicare, *tuna* aulam significare, vel certe locum conceptum : unde proverbium Suecicum de agrestibus et illepidis : *Tu non faisti in Tuna*; Galli nostri dicerent, *tu n'a pas esté à la Cour* : proinde ex *Tuna*, formata fuerit vox *Tunella* vel *Tinella*, atque inde Gallic. *Tinel*, pro palatio. Blasius Ortizius in Itinerario Adriani VI. Papæ cap. 19 : *Ibique familia Pontificis in palatio ipso Tinellum, ut ita loquar, Romanum agnoscere cæpit, quo se familiares vescendi gratia conferebant.* Adde cap. 435. Chronic. MS. Bertrandi Guesclini :

Bien sai qu'il est entrez dedens à son comment,  
Avec lui quatre cent de son Tinel plus grant.

Chronicon Flandriæ cap. 57 : *Et alla au palais tenir son Tinel, et y fait office royal.* Chronicon Petri IV. Regis Arag. lib. 2. cap. 22 : *Davant tot lo poble de Barcelona, qui ja per allo era ajustar en lo nostre Tinnell major de nostre palau.* [Literæ ann. 1404. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 815 : *Huit valets de chevaux, chacun xxv. l. par an, hors Tinel. Deux valets pour le queurre, chacun xv. l. hors Tinel. Quatre menestrieux bouche à cour et leur*



*psion.* Ubi *hors Tin* de iis dicitur, qui extra aulam comedebant; *bouche en cour* vero de iis, qui jus mensæ habebant in palatio. Vide *Tinellus* suo loco.] Charta ann. 1209. pro Libertatibus Magduni, apud Thomasserium in Consuetud. Bituric. pag. 426 : *Quicouque au marché de Meun aura acheté aucune chose, ou aura vendu, et par oublience son passage ou Tineil aura retenu, etc.* Ubi Consuetud. Lorriaci, unde hæc desumta sunt : *Et per oblivionem Tunleium suum retinuerit, etc.* [hoc est tributum quod a mercatoribus solvendum est pro loco, in quo merces suas exponunt in foris et nundinis. Vide Glossarium Juris Gallici, et supra *Stallum*.]

**TINPENI**, Tributi species, apud Anglos : forte quod pro fodinis stanneis pendebatur : ex Anglo-Sax. *Peni*, denarius, pensatio, et *tin*, stannum. Charta Henrici II. Regis Angliæ tom. 1. Monastici Angl. pag. 419 : *Non tributa, non xenia, non lastagiū, non... tethinpeni, non Tinpeni... exigat.* Charta alia ejusdem Henrici tom. 2. Monastici Anglic. pag. 1003 : *Nulla persona... exigat... non saumagia, non vectigalia, non navigia, non opera, non tributa, non xenia, non lastagia, non tethingpanie, non Timpeny.* [Alia apud Th. Blount in Nomollexico : *Sint quieti de tributis et lastagiis et stallagiis, et theting-peny et Tympeny, et summotionibus, etc.*]

† **TINSIRETA**, Bestiæ genus mihi ignotum. Epistola Johanni Presbytero seu Regi Abissini. falso adscripta ad calcem MS. Corbeiensis : *In terra nostra oriuntur et nutriuntur elephant... cameleones, Tinsirete, pautere, onagri, etc.*

**TINTA**, Charta ann. 1083. apud Ughellum tom. 4. pag. 1457 : *Sedimonium unum cum Tinta, cum acra, quæ ibi extat, et campo insimul tenenti, etc.* Infra : *Idem sedimentionem cum Tinta, etc.* Vide *Tincta* 2.

\* **TINTENETUM**. Vide supra *Tinctenatum*.

\* **TINTIARE**. Vide supra *Baulare*.

\* **TINTIGNAMENTUM**, Tinnitus, Gall. *Tintement*. Charta ann. 1399. ex Chartul. episc. Carnot. : *Pro sacramento dicte majoris Missæ, una campanularum, super medio chori appensarum, pulsabitur cum Tintignamento usque ad elevationem Corporis Christi, et dum Christi Corpus elevabitur, pulsabitur ad plenum.*

† 1. **TINTILLARE**, proprie pro *Titillare*, metaphoricè Tentare, ad malum quasi titillando inducere. Acta S. Francisæ Rom. tom. 2. Martii pag. 172 \* : *Anima semper vel per unum vel per alium nodum Tintillatur et tangitur ab ipsa turba demonum.*

\* 2. **TINTILLARE**, Iterato tinnitu fores pulsare, *tintinnare*. Mirac. S. Pantal. tom. 6. Jul. pag. 423. col. 1 : *Cum quadam nocte ex more venisset regiūque Tintillare, et fratres, assiduitate illa permoti, aperire sibi diutissime remorurentur, etc.* Vide *Tinnitum*.

† **TINTINABULUM**, Vas aquarium, diminut. a *Tina* 2. unde legendum videtur *Tinabulum*. Usus S. Germani a Pratis in Probat. Hist. ejusd. Abbatie pag. cxxxiv. col. 2 : *Et tunc lavabunt pedes Prioris illi hebdomadarii, habentes aquam calidam in Tintinabulis, et sic lavabunt pedes omnibus in ordine.*

† **TINTINELLUM**, *Tintinnabulum*, campanula. Chronicon Parm. tom. 9. Muratorii col. 769 : *Tintinellum cum chorda uirichalci positum fuit ad turrem Communis. Vide Tinnulus.*

\* **TINTINNABULARIUM**, Campanile, Gall. *Clocher*. Visitat. facta ann. 1488. in Lib. nig. priorat. S. Petri Abbavil. fol. 355. rº : *Tintinnabularium sive locus, ubi reponuntur campanæ, indiget novu copertura.*

**TINTINNABULUM**, Campana, quæ pulsatur in triclinio et in refectorio Monachorum, apud Beletum de Divin. offic. cap. 86. Vide *Capitula Monachorum ad Augiam directorum cap. 8. in Appendice ad Capitularia Regum Fr. edit. Baluziana.*

Privilegium *tintinnabuli*. Bulla Paschalis II. anno 1103. apud Puricellum in Basilica Ambrosiana pag. 109. et Puccinellum in Zodiaco Mediolan. part. 3. pag. 377 : *Concedimus tibi tuisque successoribus, quidquid de usu dalmaticæ, sandaliorum, nec non chirothecarum, et licentiam ferendi Tintinnabulum capelle, ex Apostolica auctoritate antecessorum nostrorum habere meruisti, etc.*

*Tintinnabulis* exornatas interdum fuisse Sacerdotales vestes observamus in vv. *Capa, Stola, Tinniolium et Tunica*. Sed et procerum ita depingit Apuleius lib. 10 : *Et pictilibus baltheis, et Tintinnabulis perargutis exornatum, ipse resiliens amantissime nonnunquam comissimis affatur sermonibus.* [Eccardus in Legem Salicam pag. 151. observat etiam, sæculo præsertim xiv. lautioris conditionis hominum vestibus addita fuisse tintinnabula.] Sed maxime eorum instrata exornasse nostros tintinnabulis legimus. Nicetas in Manuele lib. 6. n. 4. Francos Antiochenos describens torneamentum inituros cum Imperatore : *Καὶ τοὺς ἵππους ἡγεμένους εἶχον, ἄλλοις τε κόσμοις λαμπροτάτοις, ἀλλὰ δὴ καὶ ἀπυρηνίαις ἀγλαίμασι, ἐκ τρυγῶν συγκαμμέναις ἵππειων, ἐξ ἰσχυρῶν καθιεμένων, καὶ περιτροπημένους ἐχρυσῶν ἡχητικῶς κώδωνας.* Arnoldus Lubecensis lib. 2. cap. 16 : *Sedens in equo phalerato, cujus operimento filia Principis inseruerat Tintinnabula plurima, tum pro ostentatione, tum equi alterius fugatione.* Philippus Mouskes in Philippo Aug. :

Es vous atant le Duc Ricart,  
Son fil u venoit d'autre part,  
Aplaoiïés et acsmés,  
Et mult coïntement atornés,  
A Cloketes et as lorains,  
Vennit si tost que ne post ains.

Raimundus Montaneri in Chron. Aragon. cap. 124. de milite Gallo : *E guarda, e vae en lorech que era entre lo seu ort, et un altre, un Cavaller Frances ab son cavall armat, e ab lo pitrall de Campanellas, etc.* Monstrelletus 1. vol. cap. 62. de Rege Ludovico : *Un cheval estoit couvert et paré de Clochettes dorées.* Chronicon, quod Scandalosum vocant, pag. 20 : *Lesquelles hounseures (des chevaux) estoient... chargées de grosses Campanes d'urgent, blanches et dorées.* Et pag. 93 : *Il estoit monté dessus un beau coïrsier à une moult belle housseure, toute converte de tranchoüers d'argent, dessus chactun desquels il y avoit une grosse Cam-*

*pape d'argent dorée, etc.* Octavianus de S. Geluis in Viridario honoris :

Sur leurs chevaux d'or et d'argent Clochettes.

Adde Wilsonem Columberium in Theatro Honoris tom. 1. pag. 60. et Ceremoniale Francicum, ubi de solemnibus Regum ingressibus : præterea Radulphum in Vita S. Richardi Episcopi Cestrensis num. 44. [Vide *Tintinnum*.]

† **TINTINNABULUM CAMPANÆ**, Clava, tudicula, Gall. *Battant*. Obituarium MS. Eccl. Morin. fol. 42 : *Et ut illam Missam populus convocari possit, Tintinnabulum grossæ campanæ ter tungetur.* Vide *Pulsare* 3.

\* **TINTINNARE**, Tinnire. Cum *campanella Tintinnando*, in Conc. Vitzburg. ann. 1287. Vide *Tinnitore*.

**TINTINNUM**, Tintinnabulum armentorum collo appensum. Lex Burgund. tit. 4. § 5 : *Qui Tintinum caballi furto abstulerit, etc.* Lex Salica tit. 29. § 2 : *Si vero de percoribus Tintinum furaverit, etc... Si quis Skellam de caballis furaverit, etc.* Fortunatus lib. 2. Poem. 17 :

Tintinum rapit alter inops magis improbus ille,  
Qui jumentorum colla tenere solet.

Walafridus Strabo :

Mala fidem Tintinna sonant documenta saluto.

*Tintinnubulum de caballo vel de bove furari*, in Lege Wisigoth. lib. 7. tit. 2. § 11. in Lege Bajw. tit. 8. § 11. *Greges Tintinnubulatos dixit Sidonius lib. 2. Epist. 2. ubi sat multa in hanc rem Savaro. In armentis porro tintinnabula collo appenduntur, ne in silvis aberrando amittantur. Aimoinus lib. 3. Hist. Franc. cap. 82 : Nunquid non audis Tintinnabula pascentium equorum collis dependentia? mos quippe antiquis inoleverat Francis, et maxime Austrasiis, ut pascentibus equis Tintinnubula imponerent, quo si forte longius in pascendo uberessent, equorum sonitu dignosci possent.* Ubi Ado Viennensis in Chron. : *Nam tunc temporis Tinnitos equos Austrasi ad pastum emittabant.* Equis vero, sagmariis præsertim ac mulis onerariis, tintinnabula pariter dantur, quod tinnitu mulceantur, et sono laborem leniant. Vide *Vitam S. Frontonis* Abbat. n. 12.

\* **TINTIRCONUS**, Infector, Hisp. *Tintorero*, Gall. *Teinturier*, f. pro *Tinturarius*. Lit. admort. ann. 1375. in Reg. 109. Charthoph. reg. ch. 401 : *Cum vinea Andree Castunhei Tintirconi Montispessulani etc.* Vide supra *Tinctor*.

† **TINTON**. Vide *Symphonia*.

**TINTORIA**, Officina tinctoria, ubi tinguntur panni, in Charta Caroli II. Regis Siciliae apud Ughellum tom. 9. Ital. sacræ pag. 929. Vide *Tincta* 2.

† **TINTULUS**, Promulgatio, quæ fiebat per campanæ tinnitum in parochiis. Inquisitio ann. 1323. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 41 : *Anno et die prædictis ultra generalem Tintulum dicte generalis inquisitæ, pervenit ad audientiam dicte generalis curie, etc.* Vide supra *Tinnulus*.

† **TINTURARE**, Tingere, Gall. *Teindre*. Charta ann. 1525. e Schedis D. le Fournier : *Emptio cacabi sive peirol ad Tinturandum retia.*



¶ **TINTURIA**, Tingentium officina. *Cum platea domus Tinturiae*, in Charta ann. 1494. ex iisd. Schedis.

¶ **TINUM**, Vas magnum. Vide *Tina* 2.

¶ **TIOCIUM**, [f. contracte scriptum pro *Tyrocinium*, Locus ubi juvenes instituuntur et exereuntur.] Charta Longobardica ann. 745. apud Ughellum in Episcopis Aretinis: *Ad hæc respondebat... quod Ecclesie istæ vel Tiocia, unde agnitus, in territorio Senensi positæ sunt.* Infra: *Dum ad tantorum annorum curricula possessionem S. Donati in prædictis baptisteriis et Tiocis esse cognovissemus, etc.* [\* Confer *Tinctorium*, 1.]

¶ **TIORDO**. Charta sæc. XII. ex Archivo S. Victoris Massil.: *Post hæc venit dies, ut acciperent uxores suas, venerunt ad moachos ut facerent eis Tiordinem. Sic mos est.* Haud scio an bene scriptum: ut ut est, Præstatio quædam hic indicatur, quam dominis suis exhibebant vassalli, ut ab iis matrimonium contrahendi facultatem obtinerent.

¶ **TIPETTUM**. Concilium Londinense ann. 1342. cap. 2. ubi de habitus Clericorum abusu: *Ac capitii cum Tipettis miræ longitudinis, etc.* Quo loco *Tipettum*, est quod *Touppet* vulgo dicimus, apex, qui capitulo imminet. Unde nescio an non legendum fuerit *Tuppētis*. Glossarium Ælfrici: *Apex, summitas galææ, helm est op.* Vide *Tufa*.

\* **TIPHONIA**, An idem quod *Typhus* 1. Superbia, elatio mentis? Lit. remiss. ann. 1355. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 236: *Cum dictus supplicans et post eum Johanna filin Gerardi Boucherii transirent coram hospitio Droconis,.... idem Droco verba talia protulit, videlicet Tiphonia ante et Tiphonia post, et alia opprobria.* Nisi legendum sit *Ciphonia*, ab Italico *Ciffone*, garcio, garcicuñculus. Vide *Cifo*.

¶ **TIPPA**, f. Idem quod *Tophus*, Gall. *Tuf*, Ital. *Tufo*. Chronicon Romualdi II. Archiep. Salern. apud Murator. tom. 7. col. 81: *Nixum ex Tippa amianti in labro fontis agnum ex auro purissimo fundentem aquam, etc.* Vide *Tufus*.

\* **TIPPUS**, perperam pro *Cippus*, in Charta Eduardi reg. Angl. ex Cod. reg. 8387. 4. fol. 46. rº: *Prohibemus ne.... ante sententiam latam in ferris, trassis, Tippis aut aliis tormentis ponatis aut ponere præsumatis.*

¶ **TIPSANA**. Vide *Nebula* 2. et *Tisana*.

\* **TIPUS**, Simulatio, causa, prætextus. Libert. Laur. ann. 1273. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 39: *Ne autem Tipo conjunctionis olim factæ a dicta universitate et singulis de eadem, vestra liberalitatis renaneat diminuta, etc.* Vide alia notione in *Typus*.

\* **TIRA**, Tortilis ex virgultis laqueus, vimineum vel ex cortice vinculum. Charta ann. 1332. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 1098: *Usum in tota foresta habere consueverunt,.... videlicet pro suis Tiris seu cordis vel redortis.*

\* *Tire* vero appellatur certus numerus pelliū simul collectarum, in Lit. remiss. ann. 1397. ex Reg. 153. ch. 53: *Item une piece de penne de gris et une Tire de gris.*

Fortè pro *Timbre*, saltem eadem notione. Vide *Timbrum* et alia notione infra in *Tyrn*.

¶ **TIRACES**. Gloss. Isidori: *Bestiones, Tiraces.*

¶ **TIRALLA**. Chron. Ceccanense, seu Fossæ novæ ann. 1196: *Optimam Tirallam frusatam super altare, pulchra sandalia cum caligis.* Sed legendum *Tuallam*. Vide *Toacala*.

¶ **TIRANNI**, Trabes, quibus ædium muri continentur, Gallis *Tiraas*. Historia Vezeliacensis lib. 4. pag. 617: *In crypta, quæ supra B. dilectricis Mariæ Magdalene sepulchrum exstat, tantus ignis casu erupit, ut etiam Tirannos, quos Francigenæ Trabes vocant, qui erant in superiori parte, combusserit.*

\* **TIRANIDES**. Inquisit. contra Templar. ann. 1311. ex Cod. reg. 5376. fol. 18. rº: *Interrogatus si dictus deponens habebat unum librum, vocatum Tiranides, et respondit quod sic.... Interrogatus de qua materia tractabatur in dicto libro, et dixit quod de medicina, herbis, de animalibus et de lapidibus pretiosis.*

\* **TIRANNIA**, **TIRANNIDE**. Vide infra *Tyrannia* et *Tyrannide*.

¶ **TIRANNUS**, **TIRANNIZARE**, etc. Vide infra *Tyrannus*.

¶ 1. **TIRARE**, Projicere, displodere, Gall. *Tirer*, Hispan. *Tivar*. Deliberatio MS. de ingressu Caroli VIII. Regis Franc. Neapolim genialiter agendo ann. 1496: *Quod omnes machinæ sive bombardæ onerentur et Tivent sive projiciant cum lapidibus, occisione, etc.*

¶ 2. **TIRARE**, Trahere, Gall. *Tirer*, Ital. *Tirare*. Miracula S. Zita, tom. 3. Aprilis pag. 523: *Et stetit ipsa Magese cum sartorio in rauna Tirando ipsa Guidam ex una parte, et lupus Tirando ipsam Guidam ex altera.* Petrus Azarius apud Murator. tom. 16. col. 438: *A parte exteriori traxit super turrim longum funem, cum quo taciturnitate aocis unum levent hominem Tiravit, et deinde prædicti duo alios quinque Tiraverunt. Tirare naves, in Chronico Estensi, tom. 15. ejusdem Murator. col. 367. Tirre campanas, in Charta ann. 1339. ex Archivo S. Victoris Massil.*

¶ 3. **TIRARE**, Extendere, explicare, Gall. *Etendre*. Statuta Montis Regal. pag. 277: *Nec possit aliquis emens vel vealens pannum tenere, vel habere subium, vel rotam ad Tirandum pannos.* Occurrit præterea in *Tendaris*. Vide in hac voce.

¶ **TYRATUS**, Extentus. Charta Annæ Dabsaco dom. de Monte-Astruco ann. 1488: *Juraverunt ad et super quatuor Dei Evangelia, eorum manibus dextris Tyratis corporaliter tacta.*

¶ 4. **TIRARE**, Producere, Gall. *Allonger*. Inventar. MS. ann. 1476. ex Tabular. Flamar.: *Unum librum in pergamento scriptum de littera Tirata et in lingua Fraaciæ, etc.*

\* 5. **TIRARE**, Molestè aliquem hinc et illinc trahere, agitare, Gall. *Tirailloir*. Instr. ann. 1217. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 57. col. 2: *Dum ego prohiberem eum et vellem sibi auferre palmam cum qua colligebat finum, et Tirarenum ambo, etc.* Lit. official. Lingon. ann. 1346. in Reg. 76. Chartoph. reg. ch. 323: *Item Stephaus clericus manus apposuit temere violentas in dictum*

*Willelmum ipsumque pluries ultravit, Tiravit et botavit animo irato.*

\* 6. **TIRARE**, nude, Nomen alicujus in schedula scriptum ad aliquod officium sorte educere. Libert. Montisfale. ann. 1369. in Reg. 149. Chartoph. reg. ch. 296: *Illi, qui noviter deserent consulum, sex alios probos viros eligent, quorum quidem sex proborum virorum sic electorum bajulus dicti loci tres sufficientiores accipiet in consules et Tirabit; et si sortem dicta Tiratio recordaretur qualicunq; causa, quod illo casu immediati coasules regant,.... quousque alii fuerint electi noviter et Tirati.*

\* 7. **TIRARE**, Adulteri pœna, cum ad equi caudam vel ad currum alligatus per urbem ducitur. Consuet. Dombens. MSS. ann. 1325. art. 13: *Si aliquis homo seu quæcumque mulier, qui sint capti in adulterio,.... et ipse vir et mulier sint de duobus dominis,.... quilibet dictorum dominorum currat seu Tirt sum.* Vide supra *Currere* 1. et infra *Trotare*.

\* **TIRARIBA**, Retis species. Libert. loci de Portello ann. 1405. in Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 586: *Quando eveniunt inundationes aquarum in flumine Garonæ vel Arigiæ, habitatores de Portello possunt piscari cum retibus, vocatis bagau et Tirariba, siæe aliquibus gabarrotis.* Vide *Tirasse*.

¶ **TIRASSARE**, Trahere, Gall. *Trainer*, Provincialibus *Tirassar*. Inquisitio ann. 1268: *Iteu dixit quod vidit Tirassari, etc.*

\* Unde *Tirassatio*, ipsa trahendi actio. Formulæ MSS. ex Cod. reg. 7657. fol. 25. rº: *De qua quidem ecclesia dictum Johanaem Maleti.... extraxerunt sive Tirassarunt, tenendo eum per tibins.* Ibid. fol. 32. vº: *De ipsa ecclesia extraxerunt et extractum per tibins suas imvaniter Tirassarunt per luttum carerrie;.... ita quod ipsis cnusantibus ac Tirassatione prædicta, idem talis extitit semis aortuus.*

¶ **TIRASSE**. Inventarium ann. 1379. e Schedis Cl. V. Lancelot: *Iteu, unum rete vocatum Tirasse modici valoris.*

\* **TIRATIO**. Vide supra in *Tirare* 6.

\* **TIRATOR**, Trahens. Reg. Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 15. vº: *Ipsi debent habere et parare unum batellum cum octo Tiratortibus et uno gubernatore. Tirement nostris, Ipsa trahendi actio. Lit. remiss. ann. 1369. in Reg. 100. Chartoph. reg. ch. 208: *Lesquels Pierre et Jehannot Baillet prindrent ledit Fremia par la barle et par la poitrine, en lui tirant et sachant;.... et pour le Tivement et.**

1. **TIRATORIUM**. Charta ann. 1263. ex Regesto 31. Chartophylacii Regii fol. 102. qua Renaldus de Glugy et ejus uxor vendunt Regi tres partes quas se habere dicebant in quodam botatorio sito apud Villam novam Regis; ante *Tiratoria ejusdem villæ, etc.* Exstat etiamnum in urbe Parisiensi compitum, quod vocant la *Croix du Tiroir*. Sed de nominis ratione vix placet quæ habent Brolius lib. 1. Antiq. Paris. pag. 4. 2. edit. et vetus Scheda Gallica inedita de Fundatione Parisiorum, ex qua hæc depromptimus: *A la croix du Tiroir se trioient les bestes, et pour ce à proprement parler, elle est appelée la Croix du Tiroir, pour les bestes que l'en là trioit.*

¶ A verbo *Tirare*, extendere, accer-



sendam esse vocem *Tiratorium* cuius, ni fallor, probabile videbitur, adeoque idem esse quod supra *Tendaris*. An vero hinc repetenda sit denominatio compiti de la *Croix du Tiroir*, nondum assecutus sum. Vide *Sauval* in Antiquitatib. Paris. tom. 3. pag. 606. edit. ann. 1724.

\* Locus, ubi panni extenduntur et explicantur, Ital. *Tiratoio*. Stat. pro lanif. et pannif. ann. 1317. in Reg. A. Camput. Paris fol. 197. v° : *In ipsius Tiratoris sive tentis, panni aliqui duplices vel alii communes panni qui debent duodecim cannas ad minus continere, nullatenus tirabuntur*. Vide supra *Tenda* et *Tenta*, 3. Haud scio an inde accersenda sit denominatio compiti de la *Croix du Tiroir* vel *Tirouer*. Lit. ann. 1375. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 201 : *Domus, sita Parisius in vico dicto ad Crucem, Gallice Tirouer*. Ut ut est, a nostris appellatus *Tirouere*, Locus, ubi rei per distributionem membrorum cruciantur, ut ab eis veritatem extorqueant. Lit. remiss. ann. 1456. in Reg. 183. Chartoph. reg. ch. 178 : *Le suppliant fut prins prisonnier et mené devant la Tirouere ou question, où il a confessé ledit cas sans aucune contrainte*. Vocis igitur origo ea notione, repetenda videtur aut a *Tirare*, extendere, aut ab *Extorquere*, quomodo dicimus *Tirer la vérité*. Hinc etiam *Tirouere* vocant doliarum instrumentum, quo circulos extendunt, vulgo *Tiroir* vel *Tirtoir*. Lit. remiss. ann. 1417. in Reg. 169. ch. 484 : *Un certain engin à relier tonneaux, appellé Tirouere*. Infra bis : *Thirouere*. *Tireboute* vero, Baculus ferro munitus, in aliis Lit. ann. 1424. ex Reg. 173. ch. 8 : *Un baston ferré, nommé Tireboute*.

2. **TIRATORIUM**, Fridericus II. lib. 2. de Arte venandi cap. 55 : *Est Tiratorium quodcumque membrum avis, aut alterius animalis dandum falconi ad mordicandum in eo, ne inquietet se falco propter timorem, aut aliam causam. Et est duplex Tiratorium, unum carnosum, quod debet esse recens, et de bonis carnisibus, ... aliud est non carnosum, quod debet esse ossuosum, et nervosum, et munitum plumis aut pennis, quod datur falconi, potius ad impediendum falconem circa ipsum, et ad deplumandum in ipso, potius quam ad gustandum, vel comedendum, etc.*

\* **TIRETANIUS**, Pannorum, qui *Tiretaines* appellantur, textor, nostris *Tiretanier*. Consuet. Genovef. MSS. fol. 12. r° : *Statutum Tiretanicum. Toutes les foiz que aucun Tiretanier venra en ladite ville pour ouvrir du mestier de Tiretaines et de sarges, il doit prendre congé de nous. Tiretanier*, in Consuet. Castell. ad Sequanam ex Cod. reg. 9898. 2. *Thiretier*, eodem sensu, in Charta scabin. Duac. ann. 1366. ex Reg. 97. Chartoph. reg. ch. 154 : *Marchans drapiers, Thiretters ou autres vendeurs desdits draps, pieces et Thiretaines, etc. Un seurcot de Tyreteinne*, apud Joinvil. in S. Ludov. edit. pag. 14.

† **TIRETANUS**, Pannus lana filoque textus, Gall. *Tiretaine*. Pedagogium Peronnæ in Chartul. Corb. 21. fol. 333 : *Iteu ung fardeaulx de Tiretaine vers doit 11. sols ob.* Locus exstat in *Coopertorium*.

† **TIRETUM**, a Gall. *Tiroir*. Ductile scrinium. Item plus unum dressaderium

coralli cum duobus armariis et duobus *Tiretis* sive *leyhas* fusti munitum de suis *sarrallhiis* et *clavibus*, in Inventario ann. 1476. ex Tabular. Flamar.

† **TIRIACA**, pro *Theriaca*, Gall. *Thériaque*, Bernardo de Breydenbach in Itin. Hierosol. pag. 59.

† **TIRO**, **TIROCINARI**, etc. Vide *Tyro*.

**TIROGRILLUM**, perperam legit apud Willelmum Armoricum lib. 1. Philippidos Spelmannus, pro *Cirogrillum*. Vide *Chirogrillum*.

\* **TIROGULA** lib. de Doctr. Græc. *Serum lactis*. Glossar. medic. MS. Sim. Januens. ex Cod. reg. 6959.

**TIRONATUM**, *Rudimen*, νεολεπτοσράτευμα, in Glossis MSS. Regiis Cod. 1013. Tyrocinium. Vide Canon. Eccles. Afric. cap. 90.

† **TIRONICARE**, **TIRONIZARE**. Vide *Tyro*.

† **TIRONIUM**, Genus aciei disponendæ, quod cum cuneo confudit Modestus de Vocab.: *Tertio præcipiendum, ut quædam aciem repente constituent, quo facto in Tironium, quem Cuneum vocant, acies ipsa vertenda est*.

**TIRRENUM**, pro *Tarenus*. Vide in hac voce.

\* **TIRSTA**. Chron. Leob. ad ann. 1328. apud Pez. tom. 1. Rer. Austr. col. 929 : *Populus et clerus Romanus quasi a Tirsta percussus, oculos habens et non videns etc.* Forte a *Thyrso*, ut monet Pezsius.

† **TIRSUS**, pro *Thyrus*, Fragmentum, pars : an quia *Thyrus* est dimidia lancea? Roland. Patav. Chron. lib. 11. cap. 4. apud Murator. tom. 8. col. 328 : *Catonius... inimici clypeo deaurato lanceam fixit viriliter, quæ protinus confracta in stipites et in Tirsos velud arundo confractilis, devolvit ad campum*.

\* **TIRUNCULUS**, Miles, qui *militiæ* cingulo recens decoratus est. Constant. in vita S. Germ. Autiss. tom. 7. Jul. pag. 202. col. 1 : *Cui mos erat, Tirunculorum potius industriis indulgere, quam Christianæ religioni operam dare. Is ergo assidue venatui invigilans, ferarum copiam insidiis atque artis strenuitate frequentissime capiebat*. Vide in *Tyro*.

† **TIRUNLA**. Judicium ann. 1030. Marcæ Hispan. col. 1045 : *Testatus fuit illi partem rerum suarum, id est, ipsum solarium cum trileis et Tirunlis, quæ in circuito sunt et domibus*.

† **TIRUS**, Immanis belluæ species. Epistola Johanni Presbytero seu Regi Abissin. falso adscripta ad calcem MS. Corbeiensis : *Omnes armati sunt prope (l. propter) Tyros et serpentes, qui vocantur Denteses.* [\* Jo. de Janna : *Tyrus, quidam serpens.*]

† **TISANA**, Gall. *Tisane*, alias *Ptisane*, *Ptisana*, a Græco πτισάνη. Glossæ ad Doctrinale Alexandri de Villa Dei : *Tisana, aqua cocta in hordeo*. Occurrit non semel. Vide *Tysana* et *Foriola*.

\* Hanc potionem omnibus, qui Parisiis infirmi erant, subministrare tenebatur Hospitale S. Gervasii ex Lit. ann. 1358. in Reg. 86. Chartoph. reg. ch. 603 : *Cum infirmantibus et ægrotis Parisius degentibus Tisanam largiri teneantur*.

\*\* **TISANA**, Pulmenti species. Jo. de Janna : *Ptisana est sicut succus hordæi, vel*

*pulmentum inde factum*. Glossæ Bibl. laudatæ in *Nebula*, 2 : *Tipsauæ, panes qui dicuntur nebule*. Huc spectat Reinard. Vulpes. lib. 3. vers. 1409 :

Sed quo Tisanas dentato femina ligno  
Inverrit, dentes dentibus ipse modo.

*Elucid. de las Propr.* apud Rainouard. Glossar. Roman. tom. 5. pag. 366. voce *Tizana* : *Tipsana, es ordi sec, pilat, mundat*.

\* **TISICA**, Italis et Hispanis, Phthisis. Mirac. S. Rosæ tom. 2. Sept. pag. 472. col. 2 : *Dominæ Magdalena.... graviter febricitans, in tantum quod in Tisicam devenerat, etc.* Vide *Tisis*.

\* *Tiser*, nescio unde, pro *Dénoncer*, Denuntiare, nostri dixerunt. Lit. remiss. ann. 1456. in Reg. 183. Chartoph. reg. ch. 103 : *Publier et Tiser, ou faire publier et Tiscr laditte monition ou excommuniement.... Ledit curé public et dénonca, ou fist publier et dénoncer laditte monition ou excommuniement*.

† **TISIS**, vel **TYISIS**, pro Phthisis, Gall. *Phthisis*. Joan. de Janua : *Tysis, ulceratio in pulmone et tumor, sic dicta Græcè; quia fit consumptio corporis totius : unde Tysicus, tali infirmitate detentus*. Glossæ Lat. Gall. Sangerm. : *Tisis, une maladie, qui est enflure ou escorcheure de pounon. Tysicus, Tisiques*. Rursum habetur *Tisis* tom. 1. Anecd. Marten. col. 544.

† **TISO**, **TISONUS**, Gall. *Tison*, Titio. *Tiso tractus de incendio*, in Prologo libri de Doctrina novitiorum Ord. Grandimont. tom. 5. Anecd. Marten. col. 1825. *Et non audeat... aliqua persona portare de nocte per civitatem aliquas fascas, Tisonos*, in Statutis criminalibus Saonæ cap. 34.

\* Alia notione *Tison* vel *Tyson* præterea nostri usurparunt, scilicet pro Ligno quodam et navis carina, vulgo *Quille de vaisseau*. Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 3 : *Nostre nef hurta si malement que la terre là où elle hurta, enporta trois toises du Tyson sur quoy nostre nef estoit fondée*. Ibid. pag. 72 : *Bernicles est le plus grief tourment que l'en puisse souffrir; et son deux Tisons ploians, endentés au chief, et entre l'un en l'autre, et sont liés à fors corroies de beuf au chief*.

\* **TISSERANDUS**, a Gallico *Tisserand*, Textor. Lit. remiss. ann. 1372. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 226 : *Ipsæ suplicans cum certis aliis Tisserandis seu textoribus pannorum fuit captus*. Non semel occurrit in Memor. D. Cam. Comput. Paris. fol. 94. r°. *Tixerand*, in Pedag. Divion. xiv. sæculi.

\* **TISSERIUS**, a Gallico *Tisseur*, Eadem notione. Reg. episcop. Nivern. ann. 1287 : *Gener Perronini Tisserii, iij. solidos.... Robinus filius au Tissiers, ij. solidos*. Vide *Tissor*.

\* **TISSIO**, *Tisoir*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Vide *Titionarium*.

† **TISSOR**, Textor, Gall. *Tisserand*. *Tissor pannorum*, in Charta ann. 1317. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 218.

† **TISSUTUS**, Textus, Gall. *Tissu*, ut supra *Testutus*. Capitulum Ludovici Imperat. ann. 817. apud Murator. tom. 4. pag. 609 : *Ut monachi cappas Tissutas præter villosas habeant*. Vide *Texus* et *Textutus*.

† **TISTOL**, Vox abbreviata et corrupta



pro *Epistolarium*, Liber *Epistolarum*, quæ leguntur in sacris Liturgiis. Ordinarium MS. Eccles. Piperac. ann. 1301 : *Subdiaconus indutus sui habitus cum Tistol, et diuconus cum textu Evangelii, etc.*

\* **TITAN**, Sol. Vita S. Petri confess. tom. 6. Aug. pag. 643. col. 2 : *Mulier quædam Dominico die, granum causa siccandi ad Titanem sparserat, etc.*

\*\* **TITANE**. Opuscul. vet. MSS. ad Judith. cap. 16. vers. 8. apud Maium in Glossar. novo: *Titan, sol. Titana, luna. Titune, ordinate.*

\* 1. **TITANUS**, *Theod. Prisciano est Calx*, in Glossar. medic. MS. Sim. Jauuens. ex Cod. reg. 6959.

\* 2. **TITANUS**. Vita fabul. S. Marini tom. 2. Sept. pag. 216. col. 2 : *Ibant ergo sancti viri Marius et Leo cum multitudine incisorum ad cacumina divexi montis, qui lingua rustica vocatur Titanus. Vide supra Titan.*

† **TITIA**, Κρέα (κρέας) νηπίων, ὃ λέγουσι αἰῆται.... in Glossis Lat. Græc. et Græc. Lat. a Græco τῆθος, νήπιος, parvus.

\*\* **TITIARE**: *Passeres Titiant*, Aldhelm. de Gramm. apud Maium Classic. Auctor. tom. 5. pag. 570.

† **TITIENSIS** CLANGOR, *id est, sonitus cum tumultu*, in Glossis Isidori. In Excerptis habetur *Titiensis*, f. pro *Titinniens*, ab antiquo *titinnire*, pro *tinire*.

† **TITILLARE**, *Titubare, vacillare*, in Glossario Barthii apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 170. ex Baldrici Hist. Palæst. [\* Pag. 105. lib. 18. Bongars. Jo. de Janua : *Titillo, Titubare.*]

**TITIONARI**, *Titionibus præparare, eos in ignem mittere*, Ugutioni [et Jo. de Janua.] Nos *Tissoner* dicimus.

**TITIONARIUM**, *Locus ignis, ubi titiones morantur*. Ugutio. [Addit Johan. de Janua, *vel instrumentum mittendi titiones in iguem*. Glossæ Lat. Gall. Sangerman. : *Ticionarium, Tissonier, ou foier.*]

† **TITIUNCULUS**, pro *Pipiunculus*. Vide *Pipiones*.

† **TITTEX**, Μύτζαξ, in Glossis Lat. Gr. Vide conjecturas Martini in Lexico.

† **TITUS**, perperam pro *Littus*, in Glossis Isidori v. *Telonem*. Vide *Telo*.

† **TITUBARE** CAMPANAM, in Obituariio MS. Eccl. Morinensis fol. 39. vº. Gall. *Tinter*, alterum campanæ latus lente pulsare. Vide supra *Tintinabulum*.

\* **TITULA**, *Procuratio sive defensuculum*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641.

1. **TITULARE**, Titulo præsignire, exornare; [*Designare titulo vel titulum apponere*, Joanni de Janua. *Tituler, designer, mettre tiltre*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman, Tertullianus lib. de Anima cap. 13 : *Quis non animæ dabit summam omnem, cujus nomine totius hominis mentio Titulata est?* Idem in Poem. de Judicio Dei :

Quis mihi ruricolas aptabit carmine musas,  
Et verni roseas Titulabit floribus auras?

S. Ambrosius in Epist. ad Coloss. cap. 4 : *Ita enim devota Juisse videtur, ut omnis domus ejus signo Titulata esset Crucis*. Calendarium Philocali : *Furius Dionysius feliciter Titulavit*. Martianus Capella lib. 1. pag. 15 : *Et licet per Zodiacum tractum*

*nonnulli singulas vel binas domos animalibus Titularint, in aliis tamen habitaculis commanebant*. Adde Petrum Chrysologum serm. 155.

† **TITULARE**, Inscribere, Gall. *Intituler*. Johan. Diaconus in Vita S. Gregorii lib. 4. cap. 15. n. 81 : *Et quia inter diversa mala, uliquis etiam sermones scripsit, atque eos ex nostro nomine Titulavit, et suspecti sunus, ne eos alicui transmiserit*. Eadmerus in Prologo ad Vitam S. Anselmi : *Opus igitur ipsum de Vita et conversatione Anselmi Archiep. Titulatum, taliter Deo adjuvante curavi disponere, etc.* Et lib. 2. cap. 4 : *Insigne volumen edidit, quod Cur Deus homo Titulavit*. Vide Vossium de Vitiis serm. lib. 4. cap. 28.

† **TITULARE SE REGEM**, Regium nomen sibi adsciscere, Gall. *Prendre le titre de Roi*. Sallas Malaspinae lib. 6. de Rebus Siculis, apud Baluzium tom. 6. Miscell. pag. 344.

**DETITULARE**, Titulum auferre, delere. Josephus Iscanus lib. 2. de Bello Trojano :  
.... Proprie nam venditor artis  
Detitulat titulos, quos ingerit.

2. **TITULARE**, *Significare*, in Glossis Arab. Lat.

3. **TITULARE**, pro *Titillare*. S. Althelmus de Laude Virginitatis cap. 17 :

Quique Titulantis spernit primordia luxus,

[Simili modo in Gemma gemm. *Titulare* exponitur ad venerem ac luxuriam incitare; unde postea deducit, inquit Vossius, ridiculam vocem *Titillens*, pro eo, qui incitat vel incitatur ad coitum. Vide *Titulatio*.]

† 4. **TITULARE**, Exarare, conscribere. Tabularium S. Vincentii Cenoman. : *Tituletur in pagina, ne labatur a memoria, quia Robertus de Poutorn dedit Abbati Ranulfo, etc.* Privilegium Ferdinandi Gonzalez Comitiss Castellæ ann. 957. tom. 3. Concil. Hispan. pag. 176 : *Veilla Revellez hic testis. Tello Marillez hic testis. Joannes Titulavit*. Vita S. Eusebii Abh. : *Quæ vero occasio fuerit susceptæ fidei vel Regi vel ipsi genti, suis in locis plenissime potest inveniri, cujus hic summam libuit Titulare in indicium vel confirmationem nostræ narrationis*. Vide *Titulatio litteralis*. [\* Proprie Per compendia scribere, notis excipere, abbreviare. Joannes Spencer-Smith, vir clarissimus, Cadomi ann. 1840. litteris scripturæ assimilationis expressit partem codicis MSS. sec. XV. ubi hæc leguntur : *Incipiunt quedam regule de modo Titulandi seu apificandi pro novellis scriptoribus copulate; et iste modus Tytulandi servari potest in libris preciosis, etc.* Vide *Titulatio*.]

† 5. **TITULARE**, Donare titulo, hoc est, scripto, charta. Charta Ludovici Pii et Tabulario Majoris Monasterii : *Si quis ex fidelibus nostris imperii eis ad hujus rei necessitatem aliquid augere vel Titulare placuerit, etc.* Vide *Titulatio*, et aliis notionibus in *Titulus* 1.

\* 6. **TITULARE**, Dicitur de monachis, qui in monasterio recens exstructo, collocantur. Petrus Malleac. monach. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 180 : *Ille Gaubertum monasterii S. Juliani martyris abbatem... ad se accersiens, totius ordinem rei enarrat; seque illic tredecim fratres,*

*quorum unus prior diceretur, Titulare velle, et ex suo eos cenobio præstolari, si ipse votis ejus annueret, prædicat*. Vide in *Titulus* 3.

\* **TITULARIARE**, **TITULARIATUS**, **TITULARIUS**, Voces academiæ Tolosane. Stat. Guill. archiep. Tolos. ex Cod. reg. 4222. fol. 65. rº : *Prohibemus ne aliquis bacallariandus vel Titulariandus, ratione sui novi principii, tituli vel libri in quacumque facultate, audeat convivium majus facere*. Et fol. 65. vº : *Scholares autem tripudiantes seu choreantes occasione præmissorum, publice vel occulte, per biennium sint inhabiles ad bacallariatus seu Titulariatus honorem in dicto studio obtinendum*. Stat. ann. 1314. ibid. fol. 44. rº : *Et hoc statutum teneantur servare omnes supradicti virtute præstiti juramenti exceptis Titulariis et illis, qui legere voluerint decretalem Firmiter credimus, etc.*

† **TITULATIO**, pro *Titillatio*. Vita MS. S. Wenwaloei : *Si ille possessor renium est, quis renium fluctus Titulationem celare poterit ante illum?* Pro titillatione invidia, nisi me fallo, occurrit in Epist. Henrici Clerici Compositiani sæc. XI. apud D. de Montfacon in Diario Ital. pag. 82 : *Quosdam ex fratribus adversos habeo, ob nimiam Titulationem non valentes legere libros a me scriptos*. Vide *Titulure* 3. [\* *Titulationem* hic esse Scripturam per compendia exaratam, recte monuit Blumius Itin. Ital. tom. 2. pag. 216. Vide *Titulure*, 4.] Alia notione legitur in *Titulus* 1.

† **TITULATIO LITTERALIS**, Charta, scriptum, donatio scripto firmata. Charta ann. 1073. ex Archivo Montis-majoris : *Nullam donationem sine litterali Titulatione fieri debere*. Vide *Titulare*. 4. et infra *Titulus* 2.

† **TITULATORIUM ALTARE**. Vide *Titulus* 3.

1. **TITULUS**. *Titulus apponere*, seu Tabulas inscriptas, στίχιδας γραπτὰς, cum velis purpureis, ut est apud Agathiam lib. 5. quo ritu res privatorum, aut reorum fisco addicebantur. Augustinus in Ps. 21 : *Ubi potens aliquis invenerit Titulos suos, nonne jure rem sibi vindicat? et dicit, non poneret Titulos meos, nisi res nea esset*. Gregorius M. lib. 4. Epist. 33 : *In Sicilia autem insula Stephanus quidam marinarum partium Chartularius tanta præjudicia, tantasque oppressiones operari dicitur, invadendo loca singulorum, atque sine dictione causarum per possessiones ad domos Titulos ponendo, etc.* Ado in Martyrol. 29. Aug. : *Omnes facultates ejus publicis Titulis præsignari*. Fadem verba habentur in Vita S. Sergii Mart. n. 3. Anastasius in Nicolao I. PP. pag. 213. ubi idem Pontifex ad Ravennatem Archiep. : *Præcipimus tibi, ut nunquam res cujuscunque persone quacumque ingenio vel chartula acquisitas et possessas, olim modo occupes, aut Titulum superimponas, donec in presentia Apostolica, vel Missi ejus, aut Vestarii Ravennæ legali ordine illas in judicio convincas*. Senator lib. 4. Epist. 14 : *Casas ejus appositis Titulis fisci nostri jurius vindicabis*. Idem lib. 5. Epist. 6 : *Fisci Titulis juri publico applicare*. Adde lib. 9. Epist. 18. *Liberi a fiscalibus Titulis*, in Diurno Romano cap. 5. tit. 4. [*Fundus fiscalis Tituli proscriptio*



signatus, lib. 15. Cod. Th. tit. 2. leg. 4.] Tibullus lib. 2. pag. 112 :

Itē sub imperium, sub Titulumque lares.

Vide titulum utriusque Codicis *de his, qui potentiorum, etc.* et Glossar. med. Græc. voce *Συζιδεζ*, col. 1331. Hinc

TITULARE, Fiscio addicere titulis appositis. *Domus Titulata*, apud Gregor. M. lib. 1. Epist. 63 : cui fiscalis titulus appositus est. Adde lib. 4. Epist. 44.

TITULATIO, Confusio, qua voce *δυσωστiv*, apud Theophanem in Nicephoro Generali ann. 9. vertit Historia Miscella.

TITULI FISCALIS, Tributa, vectigalia publica, fiscalia : passim in utroque codice. Salvianus lib. 5 : *Illud est gravius, quod plurimi proscribuntur a paucis, quibus exactio publica peculnaris præda, qui fiscalis debiti Titulos faciunt esse privatos, et hoc non summi tantum, sed pene infanti.* Anonymus de Rebus bellicis subjunctus Notitiæ Imperii, de exactoribus : *Quæ enim ab his occasio fiscalium Titulorum inlibata peractu est, quæ conventio sine præda discussit? Susceptores fiscalium Titulorum, in Edicto Theoderici Regis cap. 144. Titulus siliquatici, apud Senatorem lib. 4. cap. 25. Titulus Canonice vinarius, in veteri Inscript. 647. 7.*

† TITULUS FUNCTIONIS, Simili notione. Traditio S. Karilei apud Mabillon. tom. 3. Analect. pag. 82 : *Nullas functiones vel exactiones, neque exquisita et lauda convivia, neque gratiora vel insidiosa munuscula, neque etiam caballorum partus, aut paravera, vel angaria, aut quocumque functionis Titulum judiciaria potestate dici postest, de præscripta facultate penitus non requiruntur.* Vide Functio.

2. TITULUS, Limes, meta. Aggenus : *Videmus igitur modo per terminos territoriales, et limitum cursus et Titulos, id est inscriptis lapidibus, plerumque fluminibus, nec non aris lapideis claudere territorium, atque dividi ab alterius territorio civitatis.* Gloss. Gr. Lat. : *ἑρῶν, Cippus, Titulus.* Nam titulus proprie lapis inscriptus, vel ipsa lapidis inscriptio. Hac notione *lapideum titulum* habet vetus inscriptio Salonæ, apud J. Sponium in Itiner. tom. 3. parte 2. pag. 5. Petrus Chrysol. serm. 154 : *Dominium prædiorum limitibus affixi Tituli proloquuntur.* Fortunatus in Vita S. Medardi cap. 5 : *Diebus quoque illis de cuiusdamagri confinio controversia inter propinquos illius exorta est : cumque disceptarent alternatim, et jam furor iraque mentem præcipitaret, ille lapidi pedem superposuit, qui ejusdem agri divisor esse videbatur ; commotam ergo turbam dicto citius ab illa compescens seditione, Titulum hunc, inquit, horum jugerum limitem esse noveritis et confinium. Hinc forte*

*Titulos* vocamus instrumenta Chartarum, quæ prædiorum possessionem firmant, quoque jure teneantur, indicant. Concilium Ticinense sub Benedicto VIII. PP. in Præfat. : *Prædia et possessiones aut tollunt, aut minuunt, aut quibusdam Titulis et scriptis colludio fabricatis, a nomine et jure Ecclesiæ alienant.*

\* Charta ann. 1121. tom. 1. Probat. Hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 3 : *Magnus est Titulus donationis, in quo nemo*

*potest auctum largitatis irrumpere, nemo extra legum jura peripsero.*

3. TITULUS, Ecclesia, cui deservientiæ ordinabantur Presbyteri, ita ut in ea stabilitatis promissionem facere tenerentur, et ab ea recedere iis non liceret, ut est in Capitulari Episcoporum cap. 13. in Capit. Caroli M. lib. 5. cap. 26. 108. lib. 7. cap. 173. in Addit. 3. Ludov. Pii. cap. 39. in Synodica Ratherii Veron. ad Presbyter. etc. Vide Joannem VIII. PP. Epist. 173. Synodus Remensis ann. 813. cap. 20 : *Ut Presbyteris de minore Titulo ad majorem non liceat transmutare.* Addit Turon. III. cap. 14 : *Sed in eo permanet, ad quem ordinatus est.* Concilium Calcutense ann. 787. can. 6 : *Et in illo Titulo perseverent, ad quem consecrati sunt, ita ut nullum de alterius Titulo Presbyterum aut Diaconum suscipere præsumat, etc.* Concilium Londinense ann. 1125 : *Nullus in Presbyterum, nullus in Diaconum nisi ad certum Titulum ordinetur. Qui vero absolute fuerit ordinatus, sumpta careat dignitate.* Id etiam in usu fuisse testatur Lupus Ferrariensis Epist. 29. nisi Episcopi licentia intercedat. Vetitum enim in Concilio Chalcedonensi cap. 6. ne quis Presbyter aut Diaconus ἀπὸ ἀλλοτρίων ordinaretur, absolute, ut habent Concil. Melicense ann. 845. cap. 52. Synodus Romana ann. 853. cap. 39. Crisconius in Breviario cap. 196. Egbertus Archiep. Ebor. in Dialogo cap. 9. Capit. Aquisgran. ann. 789. cap. 24. Capit. Francoford. ann. 794. cap. 26. Capit. 6. ann. 806. cap. 7. Capit. 1. incerti anni cap. 11. lib. 1. Capit. cap. 25. Append. 1. cap. 12. etc. sed *εἰδικῶς, specialiter*, Ecclesiæ civitatis vel pagi adscriberentur, abrogatis ordinationibus absolutis : qua tamen ordinatione Presbyterum se factum in Ecclesia Barcinonensi scribit Paulinus Epist. 6. ad Severum : *Ea conditione in Barcinonensi Ecclesia consecrari adductus sum, ut ipsi Ecclesiæ non alligarer ; in Sacerdotium tantum Domini, non in locum Ecclesiæ dedicatus.* Sed irritæ postmodum factæ ejusmodi ordinationes : et in ipsis Presbyterorum et Diaconorum, aut Subdiaconorum ordinationibus, ab Episcopis ordinatoribus, nominati tituli, quibus ii adscriberentur, ut colligitur ex Sacramentario Gregoriano Menardi pag. 236. Anastasius in Evaristo PP : *Hic Titulos in urbe Roma divisit Presbyteris.* In S. Marcello : 25. *Titulos in urbe Romæ constituit, quasi dioceses, propter baptismum et penitentiam multorum, qui convertebantur ex paganis, et propter sepulturas Martyrum.* In S. Silvestro : *Hic fecit in urbe Roma Ecclesiam in prædio cuiusdam Presbyteri sui, qui cognominabatur Equitius, quem Titulum Romæ constituit, etc.* In S. Damaso : *Hic constituit Titulum in urbe Roma, scilicet basilicam, quam ipse construxit, etc.* In S. Innocentio : *In quo loco... Titulum Romanum constituit, etc.* Ita pag. 110. 116. 117. 238. Alexander III. PP. in Epist. apud Baron. ann. 1148 : *Jus Ecclesiarum a SS. Patribus canonice constitutum necessario ad memoriam copiose credimus revocandum, qualiter scilicet 28. Titulis, eorumque Sacerdotibus tota urbs distributa sit, etc.* Concilium Nannetense cap. 16. et ex eo Hincmarus Remens. in Capitulis ad Presbyteros

parochiæ suæ cap. 17 : *Ecclesiam illam... quæ Titulus per se constans extitit.* Ubi a Capellis distinguitur. *Titulorum vel Diaconorum Ecclesiæ*, in Synodo Romana ann. 853. cap. 39. Titulum pro Ecclesia usurpant passim Scriptores, Pius I. PP. Epist. 3. Concil. Rom. sub Greg. I. cap. 3. Nannet. cap. 16. Diurnus Roman. cap. 7. tit. 21. Hincmarus Rem. in Capit. de Reb. Mag. et Dec. cap. 12. Capit. Guilleberti Epist. de Interdictis cap. 2. Synod. Londin. ann. 1125. Hugo Flaviniac. pag. 261. etc. Adde Ughellum tom. 1. Ital. sacr. part. 1. pag. 110. 122. 123.

Cur porro Ecclesia Tituli nomine a veteribus Christianis donata sit, variæ sunt auctorum sententiæ. Baronius ann. 112. n. 5. 6. a titulis fiscalibus desumptam hanc appellationem putat, quorum appositione rem aliquam sibi fiscus vindicare solebat : *Titulum* antem *Crucis* fuisse, quo appposito, res sacra censebatur, quod pluribus observat in Notis ad Martyrol. Rom. 26. Julii. Alii a *Titulis*, seu sepulchris Martyrum vel Confessorum, in ædibus sacris reconditis. Nam *Titulum sepulchri* dixit Juvenalis lib. 2. Sat. 7. *Titulis decorare sepulchrum*, Silius Italicus lib. 15. *Titulum busto addere*, Auctor Queroli. *Titulum Memorix*, vetus Inscriptio, 519. 5. *Vetus Epitaphium Treverense : Hic quiescet Dardanius, qui vixit annos 35. Apronius frater Titulum posuit in pace*, apud Browerum in Proparsc. ad Annales Trevirenses, ubi ejusmodi alia Christianorum descripta pag. 59. 60. 61. et in ipsi Annalib. 404. 439. 2. edit. [Sighardus in Vita S. Albani apud Canisium tom. 5. et sæc. 4. Bened. part. 2. pag. 58 : *Siquidem in argumentum fidei, intra et circa Ecclesiam, quoquo versum exstant mausolea, singulorum nomen et obitus diem Titulis designantia.* [\* Adde Lambert. Annal. ad ann. 1074. apud Pertz. tom. Script. 5. pag. 209. lin. 50. ] Alii denique, quod ædi sacræ vestibulis Sancti, cui dicata erat, nomen inscriberetur, seu quod eo *titularetur*, titulos dictas Ecclesiæ volunt. Ut in sit, ab his titulis, seu Ecclesiis, quibus attulati erant Clerici,

TITULI nomenclatura vulgo donantur Sacerdotis facultates idoneæ ad vitam, absque quibus ad Sacerdotium non admittitur. Concilium Lateranense III. ann. 1179. cap. 5 : *Episcopus si aliquem sine certo Titulo, de quo necessaria vitæ percipiat, in Diaconum vel Presbyterum ordinaverit, tandem necessarij ei subministret, donec in aliqua ei Ecclesia conventientia stipendia militiæ Clericalis assignet : nisi forte talis qui ordinatur, extiterit, qui de sua vel paterna hereditate subsidium vitæ possit habere.* Synodus Exoniensis ann. 1287. cap. 8 : *Caveant ad sacros ordines promovendi, ut Titulum habent sufficientem, sine quo omnibus ad sacros ordines accedere interdiximus facultatem.* Mox : *Et quoniam quidam promovendi advertentes se non posse absque Titulo ordinari, cum Clericis beneficiatis vel Laicis pnciscuntur, ut eis per chartam nomine Tituli conferant spirituale aliquod vel temporale, eandem chartam ab eisdem post susceptos ordines recepturi, etc.* Titulus *Patrimonialis*, in Concilio Biterrensi ann. 1233. cap. 6 : *de iis qui admittuntur ad sacros*



*ordines : et sine Titulo patrimoniali centum solidorum Turonensium ad minus, (vel) Ecclesiastico beneficio competenti, sicut in iure Canonico cuiusmodi est, ordinandus cetero nullus admittatur.* Adde cap. 8. et Stephanum Tornac. Epist. 12. Habentur in Charta feodi, seu libro Anglico inscripto: *Justice of peace*, pag. 175. formulæ litterarum sacerdotalibus Titulis, et litterarum testimonialium de patrimonio sufficienti.

**TITULI**, Bona, facultates, quæ quovis titulo alicui competunt. Conventus apud Andelaum ann. 586: *Cum omnibus rebus eorum, cum civitatibus, agris, redditibus, vel cunctis Titulis, et omni corpore facultatis, etc.*

**TITULI CARDINALES** in urbibus et suburbis, Ecclesiæ præcipuæ, ac parochiales, in Conc. Meldensi ann. 845. cap. 54. et apud Guillelmum Bibliothecarium in Stephano VI. sub finem. Descripsit Baronius ann. 559. n. 3. Bullam Joannis III. PP. qua Basilicam XII. Apostolorum a Pelagio inchoatam, a se absolutam, *Titulum Cardinalem* constituit, eidemque parochiæ fines definit. Vide *Cardinalis*. [\*\* Thomæ Capuani Dictat. Epist. pag. 286. apud Hahnium.]

**TITULI POPULARES**, Plebes, parochiæ, Ecclesiæ parochiales seu plebales. Decretum Tassilonis Ducis Bajwar. : *Unde ab universis Abbatibus facta professio, ut minime Titulis popularibus se ingerere debeant; sed hæc omnia, cui commissæ sunt plebes sub potestate Episcoporum permanent.*

**TITULI BAPTISMALES**, aliis Ecclesiæ baptismales, in Præcepto Ludovici et Lotharii apud Flodoardum lib. 2. Hist. Remens. cap. 19. Vide *Ecclesia*.

**TITULUS**, Pars ea Ecclesiæ, in qua altare consistit, ἑστία Græcis, Presbyterium, Latinis Ecclesiasticis Scripturis. Leo Ost. lib. 2. cap. 3: *In Ecclesia etiam Titulum cum confessione sua a parte occidentali satis decorum adauxit.* Idem cap. 32: *Ecclesiam S. Angeli... jam vetustam restaurans, Titulo addito amplians, atque depingens, etc.* Cap. 51. (al. 52.): *Titulum quoque (in Ecclesia) ab orientali parte non parvi ambitus cum Confessione construxit.* Lib. 3. cap. 28: *Fenestras quoque in superioribus (ἐν ὑπερώοις) satis amplas, in navi quidem 21. in Titulo vero 6. longas et rotundas 4. ac duas in absida mediana instituit.* Cap. 29. (al. 27.): *Fenestras omnes tum navis quam Tituli plumbo ac simul vitro compactis tabulis, ferroque connexis inclusit.* Ubi percipram Angelus a Nuce, *titulum partem esse transversam Ecclesiæ, quam nostri la Croisée dicunt, existimavit.* Sed et

**TITULUS**, interdum pro Ecclesiarum sacellis, quæ alii *Cubicula* vocant, usurpatur. Sanctus Eulogius lib. 2. Memorial. cap. 1: *In basilica B. Aciseli, in eo Titulo, quo felicitas ejus membra quiescunt, humatur.* Rodericus Toletan. lib. 4. de Reb. Hispan. cap. 8: *Fundavit etiam Ecclesiam Cathedralen, et majus altare in honorem sancti Salvatoris, et altaria 12. Apostolorum cum suis Titulis eleavit.* Eckehardus Junior de Casibus S. Galli cap. 1. pag. 39: *Obiens autem... circa Landaboum Episcopum in Titulo Apostolorum conditum, cognatum et amicum suum, extra parietem tamen, sepe-*

*liri se petiit.* Adde, quæ ibi observat Goldastus pag. 180. [Vita S. Theofredi Abb. sæc. 3. Benedict. pag. 483: *Ipse ante venerandum B. Petri Titulum in oratione est prostratus.* Mabillonius altare interpretatur in Onomastico: quod eodem redit.]

**TITULATORIUM ALTARE**, Idem quod *Titulus*, seu altare, vel capella in majori Ecclesia. [Altare præcipuum, Gall. *Maitre-autel*, intelligo: siquidem ecclesia Deo in honorem B. Mariæ dedicata erat.] Jacobus de Vitriaco in Hist. Orientali pag. 1143. [et Bernardus Thesaur. apud Murator. tom. 7. col. 838.]: *Quatuor in ea (Ecclesia Damiatæ) principalia fundata sunt altaria: Titulatorium B. Virginis primum, Principis Apostolorum Petri secundum, etc.*

**TITULARE**, Ad *titulum* vel Ecclesiam promoveri. Vita S. Constantiani Abbatis: *Ad prædictum nempe vicum Hebron sanctæ Cænonicæ matris Ecclesiæ Titulatus ac Presbyter ordinatus fuit jam dictus Constantianus a memorato Innocente Episcopo, illucque ad prædicandum ab eo directus.* Admonitio Synodalis antiqua: *Res et facultates, quas post diem ordinationis vestræ acquisitis ad Ecclesiam, ad quam Titulati estis, pertinere sciatis.* Ratherii Veronensis Synodica ad Presbyteros: *Nullus Ecclesiam, ad quam Titulatus est, relinquat, et ad aliam quæstus causa migret.* Ita in Capit. Caroli M. lib. 5. cap. 26. Willelmus Neubrigensis lib. 3. cap. 5: *Pro personis spectabilibus, quibus tanquam quibusdam monilibus Fboracensis olim fulsit Ecclesia, Titulavit imberbes, etc.* Decreta Calomani Regis Hungar. lib. 2. cap. 18: *Nullus Presbyter sine titulo ordinetur: de eodem nullus habeatur in Clero, qui non est Titulatus alicui Ecclesiæ.* Adde Concilium Placentinum ann. 1095. cap. 15. Hincmarus in Capitulis anni 12. Episcopat. cap. 3. Puricellum in Basilica Ambrosiana pag. 1146. 1148. 1149. etc.

**INTITULARE**, Eadem notione. Leo IV. PP. de Cura Pastoralis: *Nullus Ecclesiam, ad quam Intitulatus est, dimittat, et ad aliam quæstus gratia sine licentia Episcopi migret.* Petrus Blesensis Epist. 57:

Nepotum turba pullulat,  
Quos variis Ecclesiis Intitulat.

Adde Concilium Auscitanum ann. 1308. cap. 2.

**PRÆTITULARE**. Admonitio Synodalis antiqua: *Volumus autem scire de quolibet Presbytero... si de nostra parochia aut de alia natus est, aut ordinatus, vel ad quem locum Prætitulatus.* Adde Capit. Caroli M. lib. 5. cap. 26.

**ADTITULARE**, **ATTITULARE**, apud S. Anselmum lib. 3. Epist. 2. Tabularium Ecclesiæ Viennensis, sub Sobbone Archiepisc. fol. 44: *Ecclesia S. Nazarii... in qua ipse Uboldus more Ecclesiastico Adtitulatus fuit.* [Charta ann. 1186. ex Tabular. Sangerman. ad: *Dilectum nostrum Odonem presbyterum ad presentationem Abbatis S. Germani de Pratis ecclesiæ de Baneolis Attitulavimus et de cura investimus animarum.*] Stephanus African. Presbyt. in Vita S. Amatoris n. 19: *Crucis signaculo frontem ejus Attitulans, salatis integritatem roganti restituit.*

4. **TITULUS**, Clamor militaris. Ægidius

Monachus Aureævallis in Episcopis Leo- diens. cap. 111: *Comes vero Lossensis impetum belli videns imminere, accessit propius cum sua phalange, et clamans tertio Titulum sui Comitatus, scilicet Loz, audacter hostium cuneos penetravit.*

5. **TITULUS**. Leo Ostiensis lib. 2. cap. 52: *Virgam quoque pastoralem, cum Titulo nihilominus argenti opere pulchro vestivit.* Ubi Angelus a Nuce, *titulum partem recurvam baculi Pastoralis interpretatur, nescio quo vade.*

6. **TITULUS**, Exemplar. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 15: *Qui morum atque verborum disciplina instructus, cunctis quasi exemplum et Titulus totius domus proponatur.*

7. **TITULUS**, Versus lugubres de morte insigniorum personarum, quos scribebant monachi variorum monasteriorum, quibuscum inita erat societas, cum ad eos deferebantur *rotuli*, mortem illarum personarum nunciantes: quo de more jam pluribus dictum est in *Rotulis* et in *Brevi*. Plures hujuscemodi *titulos* de morte Mathildis primæ Parthenonis SS. Trinitatis Cadom. Abbatissæ conscriptos exhibet Mabillonius tom. 5. Annal. Benedict. pag. 690. et seq. Sed quia in hisce Versibus nonnunquam futilia et vana scribebantur, Monachi Majoris-monasterii in sua Epistola encyclica de morte Bernardi Abbatis eod. tom. pag. 668, socios monent, *Patrem suum virum sanctæ severitatis fuisse, et non solum verba peccatrice, sed et vana et scurrilia, et quocumque modo inutilia exosa habuisse, et ab auditu suo, quantum potuit, rejecisse.* Quare *Sanctitatem vestram precamur, inquit, ut versuum vanitatem et derisiones, que potius, quam prosint defuncto, scientibus accumulunt damnationem, ab hac charta submoveatis, tantumque simpliciter locorum vestrorum nomina, et quid pro defuncto patre nostro et pro nobis feceritis, annotetis, ut quid etiam nos pro vobis debeamus facere, cognoscamus.* Vide eundem Mabillon. tom. 3. Analect. pag. 487.

8. **TITULUS CRUCIS**, **CRUX** nude. Concil. Turon. II. can. 3: *Ut Corpus Christi Domini non in imaginario ordine, sed sub Crucis Titulo componatur.* Anonymus de Miraculis S. Bercharii Abb. sæc. 2. Benedict. pag. 856: *In Titulo Crucis, qui stabat ad pedes artificis decubentis, subito visus est illucessere globus æthereus, hoc est, sub cruce, quæ ad pedes fidelium in extremis agentium apponi solet.* Vide Mabill. lib. 1. de Liturg. Gallic. cap. 9. n. 20. et 21.

9. **TITULUS MITRÆ**, Lamina aurea, quæ in gyro mitræ officium ambiat, Bonanno Hierarch. eccl. cap. 64. et Maragono Chronol. pont. pag. 66. Quæ definitio non arridet Cl. V. Garampio in Disquis. de sigill. Garfagn. pag. 83. quod tunc *Titulum* a *Circulo* nihil differret, qui tamen reapse differret inter se, ut perspicuum est ex Cerem. Greg. X. ibid. laudato: *Unam (miram) cum aurifrisio in Titulo sine circulo; et mitram aurifrisiatam in circulo et Titulo.* Et ex Invent. ann. 1295. ibid. pag. 85: *In ipso circulo anteriori, et liliis, et Titulo sunt xx. balasci, etc.* Unde Viro erudito *Titulus* videtur esse *Una lista ofre-*



gio diritto, che tagliasse la faccia della mitra perpendicolarmente dalla punta all' orificio. Nisi, addit ille, Titulus corrupte dicitur, pro Tutulus, id est, acumen mitræ. Quid si hic Titulus spectare existimetur ad *Laminam*, de qua Levit. cap. 8. v. 9: *Cidari quoque textit caput: et super eam, contra frontem, posuit Luminam auream consecratam in sanctificatione.*

† TIUPHADUS. Vide *Thiuphadus*.

TIUS, Patruus. Vide *Thius*.

† TICTISCE, Germanice. Vide supra *Suonbouch* et *Theotisci*.

† TIXATOR, Textor, Gall. *Tisserand*. *Tixier*, in Consuet. Andeg. art. 173. Index MS. Beneficiorum Eccl. Constant. fol. 17: *Rector percipit... decimas Tixutorum, pro quolibet instrumento XII. den.*

\* A verbo *Texere*, *Tixtre*, pro *Fabrique* au métier, in Stat. ann. 1358. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 596. Vide *Tissor*.

TOACULA, TOBALEA, etc. Mappa, mappula, mantile, manutergium, Gall. *Touaille*, [Provincialibus *Touaillo*, Ital. *Tovaglia*, Hisp. *Toalla*.] Kero Monachus: *Mappula*, *Dwahila*. Chronicon Fontanellense pag. 245: *Ad saccos autem faciendos drappos albos 2. de quibus feri possunt stamineæ 10. Toacule 2. Occurrit ibi semel atque iterum.*

† TOAGLA. Statuta Civit. Astæ de intratis portarum: *Toagle, veleri et cogieri de seta Alauanic solvant pro qualibet petia lib. 4.*

† TOAILLIA, in Inventario S. Capellæ Paris. ann. 1363. ex Bibl. Reg.: *Item solbant esse due custodiæ et una Toailia parata ad lilia aurea... Item una alia Toailia parata ad losenginas de armis Franciæ.* Inventarium Gallicum: *Item soloit avoir deux custodes et une Touaille parée à fleurs de lis d'or... Item une autre Touaille parée à losenges des armes de France.* Ubi *Toailiu* est *Tapes*, ornamenti genus, ut et in sequentibus aliquando.

† TOALEA. Ordo Rom. apud Mabilion. tom. 2. Musei Ital. pag. 198: *Quando aliquis consecratur a domino Papa, propter servitium quod eidem consecrato exhibent, debent habere suum pluviale, et baciliu, atque Toaleam; sed de bacilibus atque Toalea fit divisio inter ipsos et Acolythos.* Adde pag. 202. et 205.

† TOALHA. Testamentum G. Comitissæ Montisferrandi ann. 1199. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 257: *Totas meas Toallas et mei uantil præter octo mappas et unum mantile.* Inventar. ann. 1476: *Item plus quinze mappas sive Toulhas factas et testatas in opere Danusci.*

TOALIA. Testamentum Riculfi Episcopi Helennensis ann. 915: *Capas duas, uua purpurea et alia bition. Toalias oliicias, una cuius argento, vel clavellos spaniscos duos, etc.* B. Ordericus Forojuliensis in peregrinat. cap. 2. n. 6: *Et pulchris Toaliis involuta corpora in Indiam... puctavi.* Ubi perperam *Bollandus roaliis*, edidit. Occurrit etiam in Statutis Synodalibus Odonis Parisiensis Episcopi cap. ult. § 42. [ut et in Statutis Vercell. fol. 27. vº. et 85. vº.] *Le Roman de Jordain*:

Quant Ziabell i tendit la Touaille.

[Vetus Poeta MS. e Bibl. Coislin. nunc Sangerm.:

Quant tu auras tes mains lavées,  
Et à la Toaille essuïées.]

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Toalha, Prov. mapa. Toalhola, togilla, facitergium. Toalhon, mauutergium, mantile.* Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 335. ex Cod. reg. 4622. A: *De quolibet ramo de Toaglis de rista, solidos iij. Touaillon, in Lit. remiss. ann. 1411. ex Reg. 167. Chartoph. reg. ch. 417. Hinc Toaillole, Capituli tegumentum, quo utuntur Sarraceni, quod ex liuteo seu mappula componatur, apud Joinvill. in S. Ludov. edit. Cang. pag. 75: *L'un d'iceux admiraulx, qui nous estoit contraire, cuidant qu'on nous deust tous faire mourir, vint sur la rive du fleuve, et commença à crier en Surrazinois à ceulx qui nous conduisoient es gallées; et o la Toaillole, qu'il osta de sa teste, leur faisoit uag sigue, disant qu'ilz nous remeuassent vers Babilonne. Thouelle, pro Toille, Tela, in Chartul. Latiniac. fol. 246. vº.**

† TOALLIA. Computus ann. 1239. e Bibl. Regia: *Pro una paratura Toallie altaris LX. sol.*

\* TOALLIA, Pannus sericus, quo altare vestitur. Lit. ann. 1386. in Reg. Joan. ducis Bitur. ex Com. Comput. Paris. fol. 85. rº: *In qua quidem capella continentur peciæ que secuntur: videlicet dossierum et frontale ac etiam Toallia bordata pro altari magno.*

TOBALEA. Charta Joannis Archiep. Capuani ann. 1301: *Tobaleam unam de seta listutam auro, etc.* Concilium Ravennense ann. 1311. can. 8: *Corporalia, pallæ, Tobaleæ, et cætera Sacerdotum et altarium ornamenta.* Ceremoniale Rom. ex MS. Vaticano, de Consecratione PP: *Et tergit eum cum liuteamine, sive subtili Tobalea.* Occurrit ibi pluries, et in Charta ann. 1280. apud Ughellum tom. 7. Ital. Sacr. pag. 611. in Ceremonialibus Episcop. lib. 1. cap. 29. [in Computo ann. 1333. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 274. Statuta Eccl. Avenion. tom. 4. Anecd. Marten. col. 570: *Mandamus, ut liuteamina altaris, sive Tobaleæ... sæpe abluantur.* Statuta Eccl. Reatinæ apud eundem Marten. tom. 8. Ampliss. Collect. col. 1518: *Non celebretur sine duobus Tobaleis in altari, quarum una superior sit benedicta.* Occurrit alibi.]

† TOBALEOLA. Ordo Rom. apud Mabilion. tom. 2. Musei Ital. pag. 532: *Bacile semper in camera Papæ cum rasoriis et Tobaleolis remanet.*

TOBALIA, TOBALLIA. Mathæus Silvaticus: *Mandile, Tobalia.* Anniversaria Basilicæ Vaticanæ apud Joannem Rubeum in Vita Bonifacii VIII. PP. pag. 345: *Item 20. Tobalias, tam sericeas, quam operis Alemanici.* [Ordo Rom. apud Mabilion. tom. 2. Musei Ital. pag. 162: *Tobalias frisutas et operatas, que totum altare colligant sine frasio.* Item xx. *Tobalie sive mappæ pro altariibus,* in Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1376.] Occurrit præterea apud Durandum lib. 4. Ration. cap. 30. n. 1. in Miracul. S. Angeli Carmelitæ, semel ac iterum, etc.

† THOBALIA. Computus ann. 1333. tom.

2. Hist. Dalphin. pag. 280: *Pro tela ad faciendum copectoria quatuor, cappulis et Thobalis pro capite, canæ 3. gross. xxii.* Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1376: *Duo esnaillia argenti que dicuntur esse de meliori Thobalia altaris majoris. Deux esnaills qui sont de la bonne Toaille, in alio Inventar. ejusd. S. Capellæ.*

† THEOBALIA. Inventarium MS. Eccl. Aniciensis ann. 1444: *Item unam Theobaliam de caupati. Item quedam servieta modici valoris, etc.*

† TOBALIUM, vel TOBALE. Synodus Limæ ann. 1604. tom. 4. Concl. Hispan. pag. 672. col. 2: *Quod, quando Sacerdos celebraturus est Missam, videat an in altari sit ara sacrata, et adsint tria Tobulia linea per missale præscripta.*

† TOELLA. Visitatio Reliquiarum S. Lauenomari ann. 1284. sæc. 4. Benedict. part. 2. pag. 258: *Quæ omnia de altari levantes, cum reverentia, ut decebat, reposuimus ea super Toellam mundissimam, expectantes quid in vasis aliis haberetur.*

† TOILLIA. Inventarium Eccl. Noviom. æd. 1419: *Unu longu Toillia cum quodam mauutergio.*

TOGILLA. Jo. de Janua: *Togilla, parva toga: item dicitur mauutile.* Alibi: *Facitergium, Togilla, gausape.* Balbus in Catholico: *Mapa, Togilla.* Gloss. Lat. Gall.: *Togilla, vel mauutile, vel togula, parva toga, petite robe: vel Togilla, Touuille.* Ugutio: *Mauutile, extergimentarium, Togillu, gausape.* Glossar. Isid.: *Mappa, gausape, Togilla, expiarium.* Perperam *tegilla* edit. Promotus MS. in Grammatica: *Facitergium, Togillu, mappa, mappula, gausapa, orarium, mensale, manutergium, prandeum, manumudium, uanuparium.*

† TOUAILIA. Annales Mediolan. apud Murator. tom. 16. col. 810: *Touaille XII. mantilia II. ab altari. Una de altari Touailia, una planeta de purpura,* in Charta ann. 1266. ex Tabular. S. Victor. Massil.

† TOUAILLIA. Inventarium MS. Eccl. Noviom. ann. 1419: *Item due Touaillic operate de serico ad ponendum super pulpium.* Et alibi: *Item una Touaillic operata de serico ad ponendum super pulpium.* Charta ann. 1387. apud Robinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 189: *Faire laver et tenir net le linge de l'Eglise, les vestemens et Touailles parez.*

† TOUAILLS, TOUALLIA. Ordinarium MS. Eccles. Lexov. sæc. XIII. ad diem Nativitatis Domini: *Ante majus altare pueperium ponitur, scilicet quedam Touallia super coislinum et textus eburneus.* Ibid. ubi de festis duplicibus: *Majus altare duobus palliis et quadam Touailia parata paratur.*

† TOUALUS. Memoriale ann. 1297. ex Archivo S. Victoris. Massil.: *Septem saveanas altaris, et tres Toualos de seda.*

† TOWELLA. Cum tamentis, frontellis et duabus Towellis, apud Rymer. tom. 9. pag. 278. col. 1.

† TUABOLA. Leges Palatinæ Jacobi Regis Majoric. in Actis SS. Junii tom. 3. pag. LXXII: *Tuabolæ et cuzini et frontalium et alia, de quibus in ecclesia copiose haberi nostræ intentionis est.*

† TUALEA. Ordo Rom. apud Mabilion. tom. 2. Musei Ital. pag. 102: *Ministri (die*



Parasceves) unam tantum Tualeau extendant super altare nudatum.

¶ **TUALLA**, in Charta ann. 855. Marce Hispan. col. 788. et in Actis SS. Aprilis pag. 813.

**TUALLA**. Chron. Fossæ novæ ann. 1196: *Unum par baciliuum, duæ Tunlla.* [Vide Kennetti Glossar. ad calcem Antiq. Ambrosden. et voces *Carda* 2. et *Abstersorium*, ubi etiam habetur *Tuallunt.*]

¶ **TUALLIA**, in Chronico Cavensi apud Murator. tom. 7. col. 951. et D. Brussel tom. 2. de Feudorum usu pag. CLXXXIII. in Computo ann. 1202.

**TUELLA**. Chronicon Abb. S. Trudonis lib. 6. pag. 403: *Tres Tuellas, unam sternendam super altare, aliam sub libro, tertiam ad tergendas manus.* Ita etiam in Provinciali Cantuariensi lib. 3. tit. 27. in Synodo Exoniensi ann. 1287. can. 12. in Synodo Mertonensi ann. 1300. Lamethensi ann. 1330. can. 1. etc. ubi inter vestes sacras reponitur.

\* **TOBAILLIA**, ut *Toacula*. Vide infra *Toubailia*.

**TOBANULA**, vel *ornamentum est pancae.* Ita Glossæ MSS. sed videtur leg. *Tobacula*. Vide *Toacula*.

\* **TOBLATUM**. Vide infra *Trabeatum*.

¶ **TOC**, **TOCH**, Decem. Vide in *Chunna*.

1. **TOCA**, **TOCHA**. Glossæ Isidori: *Toca, is calculus dictus est, computo solo pilis quod sibi componunt. Calx enim est lapis, calculus diminutivum.* Locus mendosus. [Legit Grævius, *Tocuis, calculus dictus est, etc.* Vossius lib. 2. de Vitiis serm. cap. 18. *To-cua*, observatque *Tochn* pro calculo etiam esse apud auctores de limitibus agrorum: *Trifinium quæ maxime quando constituitur cum signis, id est cineribus aut carbonibus, et calce ibidem construximus, et super Tochan monticellum constituitur.* Eidem Vossio videtur et ad Græcos mansse, quando Tzetzzi Chil. 12. pro calculo dicitur τζόγη, nisi τζόγη ex *Schæcus* sit, hoc est, calculus. Meursius ibi legit τζόχη. Vide Glossarium mediæ Græcitas in hac voce.]

¶ 2. **TOCA**, Rugatus pileolus, Gall. *Toque.* Menotus Serm. fol. cxx: *Pulchram canisiam rugis plennu supra collum, bombicinum elegans velutium, Tocau Florentinam, crines crispitos, etc.* Utitur rursum infra. Vide *Togua*.

\* **TOCAGIUM**, pro *Estocagium*. Vide supra in *Escoragium*.

¶ **TOCCUS**. Chronicon D. de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 617: *Recuperantes prædam ovium... vidimus quosdam ex illis peditibus... Toccum unum dimissarum ovium transportare.* An vellus, Gall. *Toison*, Ital. *Tosone*?

\* Ab Italico *Tocco*, Frustum, fragmentum.

¶ **TOCH**, **TOCHA**. Vide *Toc*, et *Toca* 1.

\* **TOCHINARE**, *Tochinorum*, hoc est prædatorum seu rebellium more agere; unde *Tochinatus*, eorumdem facinus. Instr. ann. 1384. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 65. col. 2: *Item ponunt..... quod predicti domini, sui complices..... inde manipolia, congregationes illicitas in eorum terra, et de gentibus propriis et subditis terrarum suarum et patrie vicinæ, oriri fecerunt quod-*

*dam genus, vulgariter dictum Tochini.* Et pag. 74. col. 1: *Item negant ipsos de Nemanso cum dictis Tochinis Tochinasse, nec fuisse de eorum secta seu sacramento.* Comput. ann. 1383. ibid. pag. 50. col. 2: *De condemnatione octingentorum milium francorum pro Tochinatu.* Vide *Tuchinatus* et infra *Tuchinus*.

¶ **TOCUA**, **TOCUI**. Vide *Toca* 1.

**TODA**, **TODINUS**, **TODERE**. Ugentio: *Toda est avis, quæ non habet ossa in tibiis, quæve semper est in motu, unde Todius (al. Todinus) dicitur ille qui velociter todet, et uoveat ad modum Todæ, et todere, moveri, et tremere ad modum Todæ.* Festus: *Todi, et Todelli, sunt aves parvæ.* Glossæ Lat. Gr.: *Tuderculus, ἐπιθρακος.* Latinis autem, ἐπιθρακος est Rubecula. [Glossæ Lat. Gall. Sangerman.: *Todn, un oiseau, verdier.* *Todere Trambler.* *Todinus, Trambables, cheables.* *Todonus, idem.* Adde Johannem de Janua.]

¶ **TODDE**, Pondus 28. librarum, Angl. *Tod.* Vide Kennetti Glossarium ad calcem Antiq. Ambrosd.

¶ **TODELLUS**, **TODERE**. Vide in *Toda*.

**TODERICUM**. Lco Ost. lib. 3. cap. 11. ait, Desiderium Abbatem Monasterii Casinensis aedes renovasse, atque in iis domum Abbatis, adjuncto illi Palatio cum absida, quod veteres *Todericum* appellare solebant. An *Theodericum*, a Theoderico Rege Italiæ conditore?

**TODINUS**, Gracilis, quomodo, *Todu*, [*Dodu*] vulgus nostrum usurpat: *Erant et tibiæ et cruscula gracilitate Todina gradiendi usibus inepta penitus et inutilia,* [in Miraculis S. Joannis Beverlac. tom. 2. Maii pag. 189. Vide *Toda*.]

**TODINUS**, Lubricus, qui non firmiter stat. Henricus Rosla in Herlingsberga:

Este viri fortes, ne sitis honoris inermes,  
Tu vero abscede quisquis vis Todinus esse.  
Armato pavido potior est tressis agaso.

**TODONUS**, Gallus, Joanni de Janua. Vide *Toda*.

¶ **TOELLA**, Mappa. Vide in *Toacula*.

¶ **TOERNUM**. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar.: *Unum botgium ferri cum sua cauda sive asta fusti cum suo rosco Toerni cum clavibus claverato.*

¶ **TOFINEUS**, **TOFOSUS**. Vide in *Tufus*.

**TOFTA**, **TOFTUM**. Cowello est locus, ubi stetit ædificium: nostris *Masure*: Reynerio vero, est genus luci parvuli, seu loci consiti arboribus minusculis. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 524: *Duas bovatas terræ... cum Tofto illo, in quo Walterus frater ejus mansit.* Pag. 72: *Dedit illis monialibus 2. Toftas in campis de Duncleley super mare.* Adde pag. 247. 250. 309. 399. 774. Idem Monast. tom. 2. pag. 26: *In Stivedai unam hidam, et 20. acras inter boscum et planum, et unam Toftiau, et virgatum Gunild in eadem villa.* Pag. 37: *De Helia de Boscvilla 3. bovatas terræ, et 6. acras, et unam Toftam quæ fuit Huschar in Barneburgh, etc.* Pag. 94: *Tenant etiam duo Tofta, etc. 30. acras terræ... tenent 2. Tofta, et 2. bovatas terræ, etc... tenent etiam 3. Toftu cum grangia decinali, etc.* Pag. 150: *Ex dono Gregorii de Nenton 22. acras terræ et capitale Toftuu, etcroftuu, quod fuit Walteri patris sui, etc... 3. bovatas terræ, et 5. Tofta cum prato etcrofto.*

Monast. Anglic. tom. 3. pag. 139: *Habet ctiau Vicarius duos Toftos simul junctos pro manso, et unam bovatom terræ.* Ex quibus potior videtur sententia Cowelli, qui *Toftum* fuisse ait, quod nostri *Masuram* vocant. Adde Will. Thorn. ann. 1367. et idem Monasticum tom. 3. pag. 12. 59. [Hist. Harcur. tom. 4. pag. 2199. 2200. Formul. Anglic. Thomæ Maclox pag. 56. 398. Chronicon Joh. Whethamstedii pag. 535. Glossarium Kennetti ad calcem Antiq. Ambros. Nomolexicon Thomæ Blount: ubi *Toftum* exponitur *Messuagium*, vel locum ubi fuit *Messuagium*, seu domum habitationi idoneam.]\*\* Vide Iherii Glossar. Suiogothicum voce *Tomt*, tom. 2. col. 922. et Haldorsen. Lexicon Island. voce *Toft*.]

¶ Ex iis emendo Chartas Anglicanas, unam ann. circiter 1089. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 248: *Dedi... bovatom terræ cum Tosto uno de dominio meo.* Alteram incerti anni apud Madox Formul. Angl. pag. 23: *Similiter de 2. Tostis pertinentibus ad domum suam, quando eas propriis sumptibus et laboribus excolent.* Tertiam denique laudatam in v. *Baiata*, in quibus omnibus *Toftum*, vel *Toftam*, pro *Tosto*, vel *Tosta* restituendum est.

**TOFMAN**, vel *Toftmannus*, *Toftæ* possessor, *hospes*. Tabularium Prioratus Lewensis in Anglia pag. 18: *Toftmanni similiter operabantur a S. Michaelæ usque ad autumnum, et in autumno per sex hebdomadas, unaquaque hebdomada per 2. dies, etc.* Et pag. 21: *Omnis lanceta, omnis Toftman, et omnis Molnan, etc.* Vide *Lancetus*.

**TOFUS**, Species lapidis. Vide *Tufus*.

\* **TOGA MONACHORUM**, Congregatio eorumdem, monasterium, ut moment Auctores novi Tract. diplom. tom. 4. pag. 575. ex pluribus Chartis apud Perez. Dissert. ecclesiast. pag. 58. 59. et 166: *Regente Toga monachorum Sigericus abbas. Ubi regit Toga fratrum Sigericus abba. Ubi est ascisterium et regit ibi Toga fratrum Egilani abba sub gratia Dei omnipotentis et regula S. Benedicti. In quo regit congregatio monachorum Pasqualis abba, etc.*

¶ **TOGALA**, vel **TALAGA**. Vita S. Theodosiæ Mart. apud Monbrithum tom. 2: *Post hæc dimissi sunt ad eam leopardus et Togala, lenitatis suæ signum monstrantes, et nihil eam læserunt.* At in MS: *Sedet pro tribunali Præses, jubet omnes feras adduci, et a venatoribus exaceruari, et rugiebat leo. Vacca feroçissima cornibus cuncta ventilabat, subsequebatur taurus rugiens, et terribilis leopardus, et Talaga levitatis sue signum monstrabat, etc.* Hæc Carolus Macer in Hierolexico, qui merito conjectat *Togala*, vel *Talaga*, vocem esse corruptam, putatque *Tigridem* substituendam, quod levitas Tigridis proprium sit, ut videre est ex Plinio lib. 8. cap. 18.

¶ **TOGARE**, Vestire. Miracula S. Benonis, tom. 3. Junii pag. 199: *Quamvis summa pecuniarum non exigua... in pontificia familia Toganda... soleat consumi.*

\* **TOGATI MORES**, Romani. Theod. reg. Ital. Epist. tom. 4. Collect. Histor. Franc. pag. 5: *Vestimini moribus Togatis, exuite barbariam, abjicite mentium crudelitatem.*

**TOGIFORIUM**, Locus ubi Scholastici disputant. Papias. Jo. de Janua habet *Togi-*



ferium, et subdit, videri componi a toga et serio. Gloss. Lat. Gall. : *Togiferium, lieu à disputer.*

**TOGILLA**, Mappula, mantile. Vide *Toacula*.

† **TOGILLATIM**, *Sigillatim*, in Glossis Isidori. Vide *Tongillatim*.

**TOGINATIO**, *Sutietas nauseatica*, M. Silvatico.

**TOGIPURIUM**, *Toga pura*. Papias et Gloss. MS. Reg. [uecnon Isidori. Credibilis videtur Grævio *Togipurium* esse tempus, quo toga pura sumebatur, quod veteribus diebatur dies tyrocini.]

† **TOGUA**. Capitulum generale S. Victoris Massil. ann. 1506 : *Nec deferant bonetum a retro longum, vulgo dictum Togua.* Vide *Toca 2*.

† **TOGULA**, Mappula, mantile. Vide *Toacula*.

\* **TOILANDALO**, Piscis genus. Vide supra *Libella 2*.

† **TOILL**, Vectigal, Anglis *Toll*. Locus exstat in *Fossa 1*. Vide *Telon*.

† **TOILLIA**, Mappa, mappula. Vide *Toacula*.

† **TOIRULUS**. Oratio apud Bern. Pezium pag. xv. Præfationis Anecd. tom. 1 :

Is (Christus) in ævum sit benedictus...  
Scandicus et Salicus, Climaucus, Toirulus.

\* **TOISA**, *Toista*, Pertica seu mensura sex pedum, Gall. *Toise*. Charta ann. 1267. in Chartul. eccl. Lingon. fol. 147. vº : *Forresterius.... tenetur jurare in ecclesia die Dominico vel festivo, quod non capiet homines,..... nisi in forefaciendo, videlicet scindendo nemus aut ponendo super quadrigan, aut extra nemus cum lignis, dummodo infra spatium sexaginta Toisarum rapenauis, computandarum ab exitu nemoris capiantur.* Alia ann. 1250. in Chartul. S. Corn. Compend. fol. 184. col. 2 : *Tenentur.... quolibet anno facere annuatim viginti Toisias muri lapidei circa porprium domus et manerii.* Vide *Teisia*.

† **1. TOISO**, Canaliculus, in *Sehedis D. Aubret*.

\* **2. TOISO**, a Gallico *Toison*, Vellus Jura eccl. paroch. de Thoisiaco dioc. Eduens. ann. 1383. ex Cod reg. 5579. B : *Percipit curatus..... de quindecim Toisonibus unam;.... illi etiam qui non habent nisi octo Toisones, tenentur solvere.... unam Toisonem.*

**TOL**, Vectigal, tributum. [\* Charta sub Henr. I. reg. Angl. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 232 : *Cum socca et sacca, et Tol et them, et infangenetef, et aliis consuetudinibus et quietudinibus.*] Vide *Tac 1*, et *Telon*.

† **TOLA**, pro *Tolta*. Vide in hac voce.

\* **TOLAGIUM**, Census, præstatio annua, quam quis exigere potest, alias, *Tolozion*. Charta Radul. comit. Clarimont. pro eccl. B. M. de Warvilla ann. 1190. in Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 2. fol. 115. rº : *Item dimidium modium vini, quem nomine Tolagii annuatim in quadam vinea de Lherval.... recipiebant, quietam clamo.* Alia Roberti itidem comit. Clarimont. ann. 1283 : *Dix muis de vin que leditte Oeudeline tenoit de nous et perchevoit en Toloison chascun an ou terouer de Clermont es lieu dedens escrips,*

etc. Vide *Tollagium* et infra *Tolomena, Tolticium*.

**TOLARIUM**. Fragmentum Petronii : *Donec advenerunt ministri, ac Tolaria proposuerunt loris, in quibus retia erant puta, subsessoresque cum venabulis.* An *Toralia*? Vide *Torale 1*.

† **TOLARIA** sunt quæ leguntur in editione Schefferi : *Tolaria proposuerunt toris, in quibus retia erant picta.* Ubi cum Cangio *Toralia* emendat.

† **TOLARIUS**, Πλεονοτρόφος, in Glossis Lat. Gr. Vulcanius emendat, *Pullarius*, πλεονοτρόφος. Martinus præfert, *Tolutarius*, πλεονοτρόφος, qui sæpe inter eundem se scribit.

† **TOLBRE**, Idem quod infra *Tortus 1*. Injustitia, damnus, etc. Charta ann. 1123. in Probat. novæ Hist. Occitan. tom. 2. col. 424 : *Qui de istas causas suprascriptas tollet tibi, aut ten guerram tibi faceret per Toldre, adjutor tuus essem sine inganno.*

\* Neutiquam; verbum est antiquum a Lat. *Tollere*. Vide infra in hac voce.

† **TOLENEUM**, ut *Telon*. Vide in hac voce.

† **TOLENUM**, *Trochlea*, in Hierolexico Maeri.

\* **TOLERABILIS** dicitur de eo quod rei tolerandæ inservit. Vide supra *Subsidium tolerabile*.

\* **TOLERARE**, Fuleire, tueri, approbare. Charta official. Camerac. ann. 1416 : *Et ita ipsæ partes..... recognoverunt præmissa fuisse et esse vera, supplicantes ipsæ partes, et quelibet earum ultra præmissa, ad validandum et Tolerandum hujusmodi ordinationem,.... quamlibet earumdem per nos earum judicem ordinarium, sub pœnis suspensionis et censuris ecclesiasticis moneri, ut præmissa omnia et singula in prædicto appunctuamento seu ordinatione..... contenta et narrata teneant, faciant et adimpleant.* *Toultourer*, pro *Tolérer*, Sufferre, in Charta Ludov. XI. reg. Franc. ann. 1465. ex Chartul. S. Petri Carnot.

**TOLERATIO**, Ususfructus. Charta Christianæ filiae Bermundi II. Regis æræ 1062. apud Anton. de Yopez in Chronico Ord. S. Benedicti : *Sub ea videlicet ratione servetur, ut dum vivimus, Toleracionem exinde habeant, post obitum vero nostrum... sibi vindicent et possideant.*

\*\* **TOLERATOR**. Atto Polyptych. pag. 51 : *Perpetitores in supernum aget.* Ubi glossa : *Toleratores.*

**TOLES**, Tumores in faucibus. Vide *Tusilla*.

**TOLETUM**. Vide in *Telon*.

**TOLFFMYNING**, Mensuræ species apud Danos, de qua sic Andræas Suenonis Archiep. Lundensis lib. 14. Legum Scanicar. cap. 1 : *Quandocunquæ indeterminate agitur de mensura, illa debet intelligi, quæ rotunditatem æqualem amplectens, et orthogonaliter, et more catheti, per senam pollicis latitudinem a fundo consurgens, duplo majorem habet instar hypotenusæ altitudinem transversalem per virgam, quæ habens pollicis duodenum latitudinem in longitudine, ubi-cunquæ superponitur extremitati fundi; qua parte conjungitur cum corona, per mensuræ medium transeundo, summitate sua contingit directe oppositam summitatem coronæ, ob*

quam altitudinem hanc mensuram *Tolffmyning* idioma patrium appellavit; ubi *Cathetus*, Græcis κἀθετος, est perpendicularum, vel altitudo perpendicularis : *hypothenusæ* vero, ὑποτείνουσα, nempe πλυστὰ Euclidi et Geometris vox familiaris, de qua consulendi Grammatici Græci, et Mathematici.

† **TOLIA**, Toles, tonsillæ. Vide *Tusilla*.

**TOLINGPENY**, tom. 2. Monastici Anglic. pag. 286. ubi forte legendum *Tedingpeny*. Vide *Tethinga*.

† **TOLL**, Tributum, vectigal. Vide *Telon*.

† **TOLLA**, Idem quod *Tolta*, si non est ita legendum. Charta ann. 1217. inter Instrum. Gall. Chr. novæ edit. tom. 3. col. 238 : *Nullus abbas vel monachus in eum Tollas, vel servitutum faciat.*

† **TOLLAGIUM**, Idem quod *Tolta*. Charta Elizabethæ Reginae Angl. in notis Hearnii ad Chronicon Joh. Whethamstedii pag. 386 : *Sint quieti pro thelonto, pannagio, passagio, lastagio, tallagium, Tollagio, etc.* Le Roman de Rou MS :

Si vivras de tes reutes, sans proie et sans Tolage.

\* **TOLLEFERU**, Census, præstatio annua, idem quod supra *Tollagium*. Charta Henr. reg. Angl. pro monast. Montisburg. in Reg. 119. Chartoph. reg. ch. 42 : *Apud Vernonem decem modios vini in Longuavilla, ita quod quinque sunt de ñodiatione et quinque de Tolleferu.*

† **TOLLEMENTUM**, Exactio. Donatio ann. 1044. facta S. Victori Massil. in Probat. novæ Hist. Occit. tom. 2. col. 210 : *Aliquam vin inferre in ecclesia, loco aut Burgo S. Pronasti, neque per arbergariam, neque per Tollementum (nemo præsumat.)*

\* Melius, ut videtur, quam *Collementum*, ut ex Tabul. S. Viet. Massil. editum est supra ad hanc vocem.

**TOLLENUM**, pro *Tolleno*, seu Machina, qua hauriuntur aquæ, pondere prægravante alterum ejus finem, apud Festum. Jo. de Janua : *Tollinum, a tollo, lis, lignum puteorum, quo hauritur aqua.* Lex Longob. lib. 1. tit. 9. § 24. [\* Luitpr. 136. (6,83.)] : *Tollenum putei.* Editio Heroldi pag. 247. *Tolenum* præfert. Glossæ Lat. Gr. : *Tolleno, κλώνιον.* [Glossæ Lat. Gall. Sangerman. : *Tolinum, Perche* ou instrument à puisier xæue du puis.]

\* **TOLLEONE**, idem quod *Tollenum*. Locus est supra in *Passarius*. Vide ibi.

† **TOLLERE**, Liberare, redimere. Pactus Legis Salicæ tit. 41. art. 2 : *Quod si etiam non habet, ut legem solvat, et totam legem componat, tunc illum qui homicidium fecit, Tollit, qui eum in fide sua habet, et per quatuor mallos præsentem faciat; et si eum per compositionem aut fidem nullus suorum Tulerit, hoc est, eum redimat aut pro eo persolvit, tunc de vita componat.* [\* *Tollere*, Emere, apud Richer. lib. 1. cap. 5 : *Ovis vero tribus uncis atque vacca iabo Tollebatur; vini nulla coemptio erat, etc.*] Alia notione occurrit in *Tolta*. In Glossis Isidori legitur *Tollerunt, Genuerunt*, pro *Tulerunt*. Vide *Tollutus*. A *tollere*, pro *Auferre Touldre*, vel *Toudre*, nostris alias in usu fuit. Le Roman de Bertrand du Guesclin :

La teste vous Touldrai par dessous le menton,  
Si que jamais n'avez besoin de chapperon.



Bellomanerius in Consuetud. Bellovac. cap. 32 : *Se il arriroit que un lierres eut emble aucune chose, et cil qui la chose seroit, la Toussit au larron sans justiche, et li lierres requerroit à estre resesis, avant tout il le resesiroit.* Adde cap. 34.

\* **TOLLRE**, in Lit. remiss. ann. 1374. ex Reg. 106. Chartoph. reg. ch. 241 : *Je vous Toldrai la vie du corps, ou vous me la Toldrez.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Tolre*, Prov. *Tollere, rapere.* Hinc *Tollerres*, qui rem quamlibet alicui tollere nititur, in Stabil. S. Ludov. tom. 1. Ordinat. reg. Franc. pag. 140. *Teiller*, eodem sensu, in Bestiar. MS :

Pour le Dragons qui les espie,  
En une cue grans replevic,  
Vait faonner pour le dragon  
Qu'il ue li Teille son faon.

\* **TOLLES**, *Gallica lingua dicuntur, quas vulgo per diminutionem tassillas vocant, que in faucibus turgescere solent.* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613. Vide *Tusilla*.

\* **TOLLETUM**, idem quod *Teloneum*, Tributum, vectigal. Pactum inter Raven. et Ferrar. ann. 1221. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 435 : *De toloneis sive maltolettis, quæ ab initio suorum regiminum fuerunt ablata, in dictarum testamentum cognitione esse debet, et cognita veritate ex utraque parte, quid quantumque exigere debeant seu recipere a Ferrariensibus, exigant et accipiant Ravennates et non ultra. Et si aliquid ultra Tolletum commune, quod debent, penitus restituantur Ferrariensibus sine aliqua questione.* Vide in *Telon*.

† **TOLLICIUM**, Charta ann. 1205. apud Stephanotium tom. 2. Antiq. Occitan. MSS. pag. 461 : *Dono Deo et B. M. de Villa longa Tolliticium de Serra mejana sicut habeo.* An idem quod *Teloneum*? Vide in *Telon*.

† **TOLLINUM**, Vide *Tollenum*.

† **TOLLIRE**, pro *Tollere*, nostris alias *Tollir*. *Et si castellum prædictum vos Tollian*, in Charta ann. 1145. inter Probat. novæ Hist. Occit. tom. 2. col. 506.

† **TOLLONIUM**, **TOLLONEUS**. Vide *Telon*.

† **TOLLUTUS**, Ablatus, in Charta Aleman. Goldasti 119. laudata in *Contradrum*. Vide *Tollere*.

† **TOLN**, Tributum, vectigal. Vide *Telon*. Eadem notione *Tolnes* habetur in voce *Strand*.

† **TOLO**, **TOLOCIUM**. Vide *Telocium*.

\* **TOLOMENA**, Census, præstatio annua, quam quis exigere potest. Charta Ludov. Pii pro monast. Anian. ann. 822. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 528 : *Placuit etiam nobis hujus congregationi monasterii, quando Dominus abundanter largiri dignatus fuerit, decem modia de holo dare, id est de Tolomena et solatia, quando vero minus, sex modia.* Vide supra *Tolagium*.

\* **TOLONEARIUS**, *Tolonei* exactor. Vide supra in *Telon*.

† **TOLONEUM**, **TOLONIUM**, etc. Vide *Telon*.

† **TOLOSIPETA**, Qui petit, seu tendit Tolosam, apud Joannem Sarisber. Epist. 60. Vide *Romipeta*.

\* **TOLPA**, Charta ann. 1212. ex Cod. reg. 4659 : *Non habent.... aliquam for-*

*ciam vel Tolpam seu exactionem aliquam.* Haud dubie legendum est *Toltam*.

† **TOLPRI**, f. Idem quod *Polpre*. Vide in hac voce. Privilegia Abbatiæ Elnonens. ann. 1116. apud Miræum tom. 2. pag. 1153 : *Neque exactionem quam vulgo Tolpri vocant, sive herban aut corvedas inconsulto Abbate exigat (Præpositus). Torpri mendose ex Litteris Gerardi Tornac. Episc. ann. 1152. pro eodem Monasterio apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 432. Vide Torn.*

† **TOLSESTER**, Præstatio pro confectione cerevisiæ. Vetus Charta apud Somnerum in Tractatu de *Gavelkind* pag. 24 : *De Tolsester cervisie, hoc est de quolibet bracino per annum unam lagentam de cervisia.* Vide [Th. Blount in *Nomolexico* et] *Gavelsester*, quod idem sonat.

1. **TOLTA**, Exactio, quæ per vim fit, quod contra jus tollitur, quodvis tributum, etc. Charta Radulfi de Balgentiaco ann. 1085. in Tabul. Vindocinensi : *Nullam Toltam faciet eis in mercato suo, neque in tota terra Monachorum, nec questionem cuiuscunque rei nec quispiam suorum, nisi Monachi concesserint.* [Alia Philippi I. Reg. Franc. eod. anno ex Tabul. Maurigniac. : *Auctoritate regie majestatis inhihemus quod nullus præpositus... in ipsa violentiam seu Toltam facere præsumat.*] Alia ann. 1092. apud Beslium pag. 496 : *Et nulla vis alia, vel injuria, vel Tolta inferatur.* Charta Philippi Aug. ann. 1190. apud Rigordum, [et de *Lauriere* tom. 1. Ordinat. Reg. pag. 20.] : *Prohibemus etiam universis Prælatibus Ecclesiarum, et hominibus nostris, ne talliam vel Toltam donent, quamdiu in servitio Dei erimus.* Alia D. de *Termes* ann. 1208. in Regesto Carcassonensi Cameræ Computor. Parisiens. fol. 19 : *Propter oppressiones, Toltas, forcias, violentias, et rapinas, quas faciebamus.* Charta Thomæ Comitis Sabaudii ann. 1226. apud Guichenonum : *Immunitatem exactionum et Toltarum.* Occurrit [rursus in Charta ann. 1128. Marçæ Hispan. col. 1267. in alia ann. 1170. ibid. col. 1352. in alia ann. 1166. inter Probat. novæ Hist. Occitan. col. 607. in Libertatibus Calmæ concessis ann. 1209. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 19. edit. Genev. unde emendanda editio Paris. pag. 21. ubi perperam legitur *Tola*; in Statutis Montis Olivii ann. 1251. tom. 1. Anecd. Marten. col. 967. 968. in Saisimontio Comitatus Tolosæ ann. 1271. et alibi] passim. Vide *Doubletum* pag. 887. Galliam Christianam Sammarthan tom. 4. pag. 128. Castellum in Comitib. Tolosan. pag. 226. Plantavitium in Episcopis Lodozensib. pag. 106. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 763. etc.

TOLTA, Libertates oppidi Jasseronis in Sebusianis ann. 1283 : *Nec dare teneantur nobis vel aliis Toutam, talliam, charreanen, corvatan, etc.* Synodus Nemausens. ann. 1284 : *Usura et indebita extorsio, talliæ, questivæ, vel Touttæ, etc.* [Adde Statuta ejusd. Eccl. tom. 4. Anecd. Marten. col. 1030. Libertates Moirenci ann. 1164. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 16. Litteras ann. 1079. tom. 4. Ordinat. Reg. Franc. pag. 45. Chartam ann. 1194. inter Instrum. Gall. Chr. novæ edit. tom. 6. col. 142. aliam ann. 1224. tom. 1. Mace-

riarum Insule Barbaræ pag. 136. etc.] Charta Catharinæ Comitissæ Blesensis et Clarimontis ann. 1202. in Tabul. Abb. Frigidi montis : *Unum quarterium vini, quod annuatim mihi reddebat de exactione, quæ vulgo appellatur Toute.*

† **TULTA**, Charta ann. 1160. ex Archiv. S. Victoris Massil. : *Malos vero usus, Tultas, tortitudines, distractiones... funditus abrenuntiamus.* Alia ann. circiter 1128. in Probat. Histor. Occitan. tom. 2. col. 445 : *Nec facient ibi Tultam, nec quistam.* Occurrit alibi non semel.

TUTTA, Charta Amedei III. Sabaudia Comitis, apud Guichenonum : *Insuper remitto omnes injurias, et omnes Tuttas et bannos, et cavalcatas, etc.*

\* **TOLTE**, in Lit. Ferrici ducis Lothar. ann. 5126. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 363. art. 1.

TOLLERE, Tributum exigere. Tabularium Majoris Monasterii ch. 129 : *Nobiscum hanc etiam firmavit convenientiam, ut in terris S. Martini nihil amplius Tollat, aut Tollere faciat.*

TOLTA MALA, vel *Malatolta*, *Mautota*, Malum vel indebitum tributum; pecunia a subditis injuste et vi et male ablata sub specie telonei aut vectigalis. Galli enim *Mautolu* dicebant, pro re per vim et contra jus sublata, ut ex Petro de Fontanis liquet c. 12. § 3. Matth. Paris : *Mercatores... erant et vendebant sine Toltis malis.*

MALATOLTA, Charta Philippi Pulchri ann. 1309. pro Burdegalensib. in Regesto Constabulariæ Burdegal. f. 144 : *Assisiam seu costumam, quæ in illo loco et locis circumvicinis Malatolta vulgariter nuncupatur.* Charta Comitis Flandriæ ann. 1230. in Hist. MS. Remensi Joannis Rogerii : *Super assisia quadam apud Duacum, quæ vocatur Malatolta.* Charta Philippi Aug. ann. 1214. in Normannicis Duchesnii : *De Malatolta, quam Joannes Rex Angliæ et sui imposuerunt, sic erit.* Th. Walsinghamus in Ricardo II. pag. 282 : *Postquam mercatores Angliæ concessissent Regi pro subsidio consuetudines lanarum iterum, quas Maltot vulgares appellant.* Charta ann. 1056. apud Chiffletium in Trenorchio : *Remoto omni viatore sive præposito et Mala tola, absque mala consuetudine, etc.* Alia Petri Regis Castiliæ ann. 1366. apud Seldenum de Titulis honorariis pag. 267 : *Sint immunes ab omni pedagio, leuda, costuma, Maletota, seu aliis quibusvis impositionibus.* [Consuetudines MSS. Villæ de Saissano ann. 1288 : *Consules possint levare soquetum sive Malam-toltam, videlicet de 17. cartonibus vini medium cartonum vini sive ejus pretium.* Litteræ ann. 1358. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 3. pag. 255 : *Et quod nichilominus a Malatota veteri quatuor denariorum pro libra, vocata Buta Lombardorum et a duobus denariis, qui solvantur pro clavaria Aquarum-mortuarum pro intuitu (introitu) et exitu regni prædicti, etc.* Alias adde Litteras Johannis Fr. Reg. ibid. pag. 478. Conventiones ann. 1220. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1145. Chronicon Corneliî Zaufliet tom. 5. ejusdem Ampl. Collect. col. 145. 272. 397. 1113. Statuta Vercell. fol. 132. vº. Statuta Montis-reg.



pag. 286. etc.] Guillel. *Guiart* sub ann. 1302 :

Mut à Bruges un mortel contens,  
Entre les grans et menus gens,  
Et fust empris et soustenus,  
Ce dit-il sus qui ge m'acoste,  
Par raison de la Maletoste,  
Con ot illeuc alevée,  
Car la gent s'en mit à grèvee.

Vide Hemeræum in Augusta Virom. in Regesto pag. 58. Hanc vocem agnoverunt etiam Lusitani. Charta Joannis II. Episcopi Portensis in Lusitania era 1364. apud Rogericum *da Cunha* in Hist. Episc. Portens. part. 2. pag. 138 : *Mandovos que metades o nosso Cabido do Porto, ou outrem por el em seu nome em corporal possiçon da terça parte dos dereitos e dos rendas da Maltoستا, e dos almudes, dos pesos que a nossa igreja ha de aver na nossa cidade do Porto.*  
\* *Malatolta* etiam dicta Ordinatio regia, qua tributum aliquod decernitur. Lit. Joan. locumten. senesc. Bellic. ann. 1296. in Cod. reg. 8409. fol. 68. r° : *Cum dominus noster senescallus nobis... dederit in mandatis, ut quandam ordinationem factam a domino nostro rege Francorum,..... quæ ordinatio Malatolta appellatur, publicaremus, etc.*

† *MALATOSTA*. Litteræ Johannis Comitis Carnot. ann. 1222 : *Noverint universi, quod ego volo et concedo, quod Malatosta, que loco talie erat imposita super pannos burgensium Carnotensium de riparia a festo S. Michaelis proximo venturo in antea nullo modo capiat. Rursus occurrit in Charta ann. 1219. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 375. et alibi. Imposition ou Malloste empétrée, in Charta ann. 1340. ex Tabular. Corbeiensis.*

† *MALATOXA*, in Charta Hervei Comitis Nivern. ann. 1200. ex Archivo B. Mariæ de Charitate.

† *MALFOLTA*, Eodem sensu. Charta Philippi VI. Reg. Franc. ann. 1339. ex Chartular. 23. Corb. : *A nobis litteras impetrarunt super concessione dicte impositionis sui maltoста, etc.*

*MALATOLLA*, et *MALATOLIA* habet Henricus Knyghton lib. 3. de Event. Angl. c. 5. II. *Maletorth* lib. 4. ann. 1363. sed ibi legendum *Malatolta* et *Maletot*; nec est, quod Somnerus ad vocem *toll* nos deducat, quæ Anglis vectigal et telonium significat; est enim *Malatolta*, res injuste ablata, seu, ut tunc loquebantur, *tolta*, vel *tolta*. Tabularium Hospitalis Montis-Maurilionis in Pictonibus : *Ego Islebertus de Castillione dono domui pauperam Christi de Mommarione omnem consuetudinem et omnem Mautotam quadrigarum per omne tempus.*

Ejusmodi porro exactiones contra jus inductæ, *informia vectigalia* appellantur a Sidonio in Panegyrico Aviti; *Indebite consuetudines et exactiones*, in Synodo Belvacensi ann. 845. c. 5. *Injustæ calamitiæ, male consuetudines inmissiones pessimæ*, in Charta Roberti Regis Franc. ann. 1055. ex Tabular. S. Germani Pratensis. *Malæ consuetudines*, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 1. apud Gregorium VII. PP. lib. 7. Epist. 19. apud Lucam Tudensem in Chronico pag. 80. Hugo-

nem Flavinacensem pag. 246. *Ordericum Vitalem* lib. 10. in Charta Hugonis VI. D. de Leziniano ex Tabulario S. Maxentii, etc. *Consuetudines injuriosæ*, in Charta ann. 1067. apud Hemeræum in Aug. Viromand. *Perniciosæ et noxiæ consuetudines*, in Tabul. Prioratus de Paredo. *Consuetudinaria gravamina*, in Chronico Mauriniacensi pag. 360. *Falsæ consuetudines*, in Chron. MS. Bertrandi *du Guesclin* :

Toute fausse coustume vous sera abaissée.

In veteri Regesto : *C'est le temps que la fausse coustume commença à Rouen, c'est assavoir depuis l'an 1297. jusques à l'an 1312. Injustæ consuetudines, pravæ invasiones*, in Charta Wilgrini II. Comitis Inculismensis in Tabulario S. Eparchii. *Malæ captiones*, in Charta Willelmi III. Comitis Arvernensis. *Exactiones injustæ*, in Legibus Willelmi Nothi cap. 55. *Mali usus*, in Charta ann. 1103. apud Sammarthanos in Archiepiscopis Aquensibus; *Toltæ et mali usus*, in Charta Mathildis Comitissæ apud Ughellum tom. 2. Italiæ sacræ pag. 217. *Prava usatica*, in veteri Tabula marmorea, characteribus aureis exarata, quæ exstat in publica Montiliensis oppidi Domo, 4. bullis plumbeis munita, quam, ut insigne Ademariorum familiæ antiquitatis monumentum, hic ex Schedis Peirescianis insere placuit : ANNO AB INCARNATIONE DOMINI MXXC. OCTAVO, Ego Gerardus Aemarius, et ego Lambertus, nos duo Domini Montilii, per nos et per nostros bona fide, et sine dolo, ex mera liberalitate, et spontanea voluntate donamus, et titulo perfectæ donationis concedimus omnibus nostris de Montilio præsentibus et futuris libertatem talem, ne de cætero toltam, vel gustam, vel aliquam novam exactionem, vel Prava usaticam in eis faciamus, vel aliquo modo fieri permittamus, nec eis per vim, vel per aliquam forciam, gravamen aliquid, vel jacturam, nisi juris vel justitiæ debito conabimur inferre. Quod si nos vel aliquis successorum nostrorum predictam donationem et libertatem quocunque modo violare tentaverit, jam dictos omnes nostros et res eorum in villa Montilii sub dominio nostro in præsentem, vel in futuro existentes, ab omni jure, fidelitate et omnino absolvimus, et ut omnia, sicut superius scripta sunt, fideliter observemus, et nullo tempore contraveniamus, tactis sacrosanctis Evangeliiis juravimus.

2. *TOLTA*, Practicis Anglis, est Breve, quo lis tollitur et curia Baronis, et fertur ad curiam Vicecomitis, nostris *Evocatio*. *Tolta placiti*, inquit Spelmannus, significat processum, per quem causa a jurisdictione juris temporalis tollitur. In placit. coram rege term. Pasch. 22. Edw. I. rot. 17. Vide Translatio.

\* *TOLTICIUM*, Census, præstatio annua, quam quis exigere potest. Charta ann. 1352. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 101 : *Item quatuor libras,..... quas faciunt.... homines dicti loci de Canonica pro Tolticio sive salvewardi... Item duos denarios Turon. ratione Tolticii, quos facit Johannes Puech ratione unius orti. Item tres obolos Turon. ratione Tolticii, quos facit Johannes Gile,*

*alias Gaufre, ratione unius palheri. Vide supra Tolagium.*

† *TOLTICIUS*. Vide *Vinum Tolticium*.

† *TOLTRAY*. *Venditio salis, quæ debet solvi, i. Bushel et dimid. salis per mensuram 4. den.* apud Thomam Blount in Nomolexico Anglic. e MS. tempore Edwardi I. exarato. [\*\* Abbreviatio Placit. pag. 212. Essex rot. 6. ann. 15. Edward. I. Hillar.]

\* *TOLTS*, Tonsi, Ita legendum pro *Tolis* in Curia gener. celebrata Ilerdæ ann. 1301. Locus est in *Capilli*.

† 1. *TOLTURA*, Injustitia, damnum, violentia, ut *Tolta* 1. Chartularium B. Mariæ de Bono nuncio Aurelian. : *Querimoniam facientes de quibusdam injuriis et Tolturis quas fecerant*. Forte legendum est *Tortura* : quod vide suo loco.

\* 2. *TOLTURA*, Jussumendi a subditis res præsertim ad victum necessarias, absque præsentem solutione pretii earum. Chartul. Pontis Ebraldi fol. 67 : *Concessit etiam ut omnes, qui in eodem furno coxerint, per totum castellum illum panem sine Toltura et sine credentia vendant*. Potest et de tributo intelligi, quod pro pane vendito exsolvebatur.

*TOLTUS*, *TULTUS*, Ablatus. Lex Alaman. tit. 34 : *Quidquid ibi Toltum fuerit, ... omnia tripliciter restituat. [Dicte curtes... per fortia nobis Toltæ sunt, in Placito apud le Blanc in Dissert. Hist. de Monet. pag. 87.] Gloss. MS. Reg. cod. 1197 : Ademptis, Tultis. Marculfus lib. 1. form. 28 : Memorato illo Tultis fidejussoribus Kalendas illas ad nostram eum omnimodis dirigere faciatis præsentiam. Annales Francorum Bertiniani ann. 868 : A filii Ranulfi Tultis honoribus, etc. Confessio fidei edita sub nomine Alcuini : Tulta sæculi amaritudine, etc. Joannes Abbas in præfat. ad Librum precaton. : Hanc autem unius copulæ gloriosam virtutem, ni fallor, observandum pronunciat illa una costa, quæ Tulta est de corpore viri, ex qua formata est mulier. Chronicon Fossæ novæ ann. 1208. : Sora autem Tulta est per Abbatem Cassinensem. Hist. Longob. Ignoti Casinensis c. 6. in Diplomate Ludovici Imp. : Nunc autem certissime scitote, cujuscunque proprietatis Tulta fuerit, vix a nobis promerebitur recuperationem. S. Fructuosus in Regula c. 7 : Tulta murmurationis occasione. Cap. 10 : Tulta laboris et itineris occasione. Adde c. 15. Gregor. M. lib. 3. Moral. lib. 7. Ind. 2. Epist. 58. Hariulfum lib. 3. c. 20. lib. 4. cap. 22. Guibertum lib. 3. de Vita sua c. 14. [Vitam S. Cuthberti Episc. sæc. 2. Benedict. pag. 889. Vitam S. Gervini Abb. sæc. 6. Benedict. part. 2. pag. 325. etc.]*

*ABSTULTUS*, pro Ablatus. Chronicon Fredegarii c. 76 : *Excepto Ducatu Dentelin, qui ab Austrasiis iniquiter Abstultus fuerat. Abstollere, et Abstultus*, non semel apud Anastasium Biblioth. in Vitis PP. pag. 93. 104. 105.

† *TOLUBERNA*, Adsecula, παρῖστος, εὐπράγηνος, in Glossis Lat. Græc. An quasi *tolis verna*, qui toli seu gulæ servit, inquit Martinus, nisi vitiose sit pro *Contubernalis*.



† **TOLUM**, Fastigium, etc. Vide in *Tholus*.

† 1. **TOLUS**, Τραπεζα, in Glossis Lat. Græc. Martinius emendat *Tudes*.

\* 2. **TOLUS**, *Pumellus domus, vel ensis*, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 420. Vide *Tholus*.

**TOLUTIAQUENTIA**, Ἐπίτροπον, in Glossis Lat. Græc.

**TOMA**, **TOMANTULA**. Papias : *Toma, Tomantula, Pantia, vulgo Tomacellus*. Ita MSS. At editus habet *Tomucula*. Italis, *Toma* est formaticum pinguius, *Tomacella* vero hilla, vel lucanicæ species, quomodo Latinis *Tomaculum*. J. de Janua : *Tomacula, intestina propter divisiones et sectiones*, a Gr. τέμνω.

\* Stat. Bereng. comit. ann. 1235. apud *Mourgues* in Stat. Provinc. pag. 369 : *Item statuit et ordinavit, quod nullus castellanus vel miles ab ovibus eantibus et redeuntibus a montanis..... possit exigere vel petere aliquid, sive nullitationem, sive aliquam bestiam, seu Tomam, vel aliquid in pecunia numerata. Touno, apud Pellas in Diction. Provinc.*

† **TOMAIRA**, Obstragulum calcei, corium superius, Italis *Tomaia, Tomaio*, et *Tomara*, Gall. *Empeigne*. Statuta Saluciarum collat. 5. c. 143 : *Statutum est quod quilibet caligarius seu affaitator faciens vel fieri faciens subtilares stivulos, seu borgechinos quos vendiderit, teneatur... facere... Tomairam totam de uno corio, seu de una pelle.*

† **TOMALLA**. Odo de varia Ernesti Ducis Bavaria fortuna tom. 3. Anecd. Marten. col. 362 :

Sunt alii setis hirci, mirabile dicta,  
Non caput est, nec vultus eis, humerisque retrusi  
Ignescunt oculi, parvum pro nare foramen.  
Pectus habet, rictusque loco parvissimus oris,  
Lempnias appellant, crudis de more Tomallis  
Vescuntur, salsaque maris potantur ab unda.

Intestina significari videntur. Vide *Toma*.

† **TOMARIA**. Vide *Tremata*.

† **TOMBA**, Sepulcrum, *Tombe*. Vide *Tumba* 1.

\* **TOMBARE**, Saltare, exsilire more histrionis, nostris alias *Thuner, Tumer* et *Thumber*. Dialog. creatur. dial. 96 : *De quodam jocularo dicitur vel legitur, qui sciebat Tombare, qui postea visus est Tombare in cella sua ad honorem Dei, et visi sunt circa eum quatuor Angeli, cum singulis cereis assistentes ei. Talis est ille histrio, de quo in Mirac. MSS. B. M. V. lib. 1 :*

Je servirai de mon mestier  
La Mere Dieu en son moustier ;  
Li autre servent de canter,  
Et je servirai de Tumer.  
Sa cape oste et si se despoille,  
De les l'autel met sa despoille.....  
Lors li commence a faire un saut,  
Primes deseuere et puis desous ;  
Puis se remet sor les genous,  
Devers l'image se l'encline,  
A! fait-il, très-douce Roine,  
Par vo pitié, par vo franchise,  
Ne despriez pas mon service.  
Lors Tume et saut et fait grant feste,  
Le tour de Més fait a la teste, etc.

Lit. remiss. ann. 1454. in Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 24 : *Les autres commancerent*

*à eulx esbatre, à sailliret Thumer ou Thumber sur une autre tuble. Vide mox Tomelicus.*

\* *Tumber* vero active sumitur pro *Dejicere*, vulgo *Faire tomber*, in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 137. ch. 34 : *Icellui Giraut donna audit Manson un si grant coup sur l'espaule que il le Tumba par trois foiz en la chariere. Tumbée et Tumble, nostris alias, pro Chate, Casus, lapsio. Lit. remiss. ann. 1447. in Reg. 179. ch. 84 : La laisse ou sangle dudit cheval rompy, telement que ledit Walerant ensamble la selle tumba a terre, et print tel coup qu'il fut tout estourdi dudit coup et Tumbée. Aliae ann. 1471. in Reg. 197. ch. 156 : Ainsi que iceux supplians s'entretenoient et jouoient, tumberent,... par le moyen duquel Tumble et choite, etc. Neque aliud sonat vox *Tumberiel* in *Tumbrellum*. *Tombissement*, autem strepitus, in aliis Lit. ann. 1427. ex Reg. 173. ch. 755 : *Quant le suppliant oy et senti le Tombissement et effroy de la venue soubdainc d'iceulx freres, etc.**

† **TOMBARELLUS**, f. Plaustri genus, nostris *Tombereau*. Inventarium ann. 1379. e Schedis Cl. V. Lancelot : *Item una quadriga antiqua garnita. Item unus Tombarellus antiquus garnitus. Item due foladoyre. Vide Tumbrellum.*

\* Comput. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 257. col. 2 : *Solvit..... pro loqueris trium Tombarellorum, qui portaverunt de terrare in carriera dom. Petri Scatisse, thesaurarii Francie, pro reparanda sua carriera. Tumbarellus, in Instr. ann. 1329. ibid. pag. 66. col. 2.*

\* **TOMBELLUM**, Sepulcrum, quod in memoria sepulcri Christi in ecclesiis construi solet. Stat. MSS. eccl. Tull. ann. 1497. fol. 70. rº : *In cujus premium laxata sunt ei et suis successoribus ligna Tombelli Tullensis, secundum portionem ab antiquo eidem thesauraria competentem. Tonbel, Tumulus, lapis sepulchralis, in Ch. ann. 1378. ex Tabul. Cartus. B. M. de Parco.*

\* **TOMELICUS**. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Juglar, Prov. Tomelicus, histrio, mimus. Vide Tombare et Thymele.*

† **TOMELLUS**, Parvus *tomus*, libellus, aut epistola. Exstat apud *Acherium* tom. 2. Spicil. pag. 410. *Tomellus* sive epistola *Ernulf* Episcopi *Roffensis*, et ibid. pag. 411. legitur : *Decens et commodum fore ratum sum ; quod de re Majestati vestre sentio Tomelli clausula explicare. Vide Tomus.*

† **TOMEN**, **TOMINUS**, Monetæ species apud Hispanos Indicos, quæ memoratur in Synodo Mexicana ann. 1585. tom. 4. Concil. Hispan. pag. 315. et pag. 371. quo in posteriori loco pretium 60. *Tomino*rum pro *unaquaque argenti marca æstimatur.*

\* Acad. Madrit. in Diction. Hispan : *Tomin, in argento tertia pars drachmæ. In auro Castellani octava pars.*

**TOMENTARI** SAGI, in Regula Magistri cap. 81. stragula seu *lectalia* ex tomento.

\* **TOMICATA**, Exactionis species. Charta *Alienor. ducissæ Aquit.* ann. 1199. in Reg. A. Chartoph. reg. ch. 33 : *Concedimus eis (monachis S. Joan. Pictav.) Tomicas a stagno usque ad flumen Clenis et turrem, quæ sub stagno est..... Mercatores extranei, si transitum illic habuerint et vendiderint suu,*

*eis debitam consuetudinem reddant. Vide mox Tonagium.*

† **TOMINUS**, Species monetæ. Vide *Tomen*.

**TOMOLA**. Vide *Tumba*.

\* **TOMOS**. Vide supra *Barbarostomus*.

\* **TOMPSOR**, Tonsor pannorum. Lit. remiss. ann. 1353. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 9 : *Johannes de Longues Tompsor pannorum in villa nostra de Arifloto etc.*

1. **TOMUS**, Libellus, codex, membrana, [Epistola, præsertim de fide, Græcis τόμος. *Tomus ad Antiochenses* inscribitur Epistola Synodi Alexandrinæ ann. 362. apud Athanasium. Alias Epistolas synodicas *toni* titulo insigniri, observat *Coustantius* in notis ad Epistolam Concilii CP. ad *Damasum PP.* ut et in Epist. Concilii Carthag. ad *Innocentium*. Indicem consule ad *calcem* tom. 1. Epistolarum Rom. Pontif. et vide Glossar. mediæ Græcit. in Τόμος.]

*Marcellinus Comes* in Chronico : *Leo Imp. pro Tono Chalcedonense per univrsam orbem singulis orthodoxorum Episcopis, singulas consonantesque misit epistolas, quo sibi quid de eodem tomo sentirent, cuncti suis descriptionibus indicarent. Jo. Biclariensis* in Chronico ann. 7. *Mauricii : Gentis Gothicæ confessionem Tomo scriptam manu sua Episcopis porrigen. Vigiliis PP. Epist. 5 : Sed et Epistolam predicti beatæ memoriæ Leonis ad Flavianum Constantinopolitanum Episcopum datam, quæ et Tomus appellatur, per omnia veneratur. Anastasius in S. Leone PP. : Beatus vero Leo direxit Catholicæ fidei Tomum, et exposuit, damnans omnes hæreses. In S. Hilario : Confirmans tres Synodos,.... Tomum sancti Archiepiscopi Leonis. Diurnus Roman. cap. 3. tit. 6 : Sanctæ et beatæ recordationis Leonis Apostolicæ Sedis Antistitis Epistolam ad Flavianum Constantinopolitanum Episcopum datam, quæ et Tomus appellatur. Idem Anastasius in S. Agathone : Suos intrumiserunt libros, et Tomos diversos, et Synodos, quas falsaverant. Infra : Deinde protulit piissimus et serenissimus Princeps Tomum ad relegendum, in quem vanum hereticum dogma *Mucurii* erat conscriptum. Diurnus Romanus pag. 40. de Concilio VI : Cui Apostolicæ recordationis *Agatho Papa* per legatos suos et Responsales præfuit, cujus venerabilem Tomum celebriter assequentes, etc. Gregor. Turon. lib. 10. cap. 19 : *Negavit Episcopus has Epistolas vel misisse suo nomine, vel suscepisse a rescripto Chilperici. Sed puer ejus familiaris adfuit, qui hæc notarum titulis per Tomos chartarum comprehendens tenebat : unde non dubium fuit residentibus hæc ab eo directa. Althelmus de Laude Virg. cap. 41 :**

Tomum præterea comptum sermone polito  
Ad famulam Christi scripsit didascalus idem.

[Adde Præceptum *Ludovici Imp.* ann. 832. apud *Baluz.* tom. 2. Capitul. col. 678. et *Mabillon.* tom. 2. *Annal. Bened.* pag. 550. Epistolam *Alberti Abb. Miciac.* ad *Johannem XVII. PP.* apud eund. *Mabill.* tom. 3. *Analect.* pag. 440. etc.] *Vetus Charta ex Monastico Anglic.* tom. 2. pag. 844 : *Hæc vero vocabulorum (variorum prædiorum) signa Tomi stylo indita sunt, ne forte litium vel contentio, vel jurgium jam eriperit inter*



*tributarios vestros, nostrosque colonos: quod autem crebro solet fieri, ubi evidentiora allusionibus litteraliæ, elementorumque definitione indicia limitum metum non procederint.* Aimoinus lib. 3. Hist. Franc. cap. 32: *Et Tomi universi quos secum ferebat, igne cremati sunt.* Gregorius Turon. lib. 5. cap. 29. habet hoc loco *libri descriptionum.* Vide *Chartarum toni* in *Charta* et *Charticinium*. Neque alia notione vocem

**TOMUS** videtur usurpasse Isidorus Episcopus Pacensis in Chronico æræ 749: *Adiens per Gaditanum fretum Columnas Herculis protendentes, et quasi Tomi indicio porti aditum demonstrantes, vel claves in manus transitum Hispaniæ præagantes, vel reserantes, etc.* Hic enim per *Tomum*, libellum, itinerarium, vel *mappam mundi* in membrana xarata intelligit. [\* *Academ. Matrit. Tomo* est *Corpus*; moles: Provinc. *Tom* idem quod *Tumulus* in *Glossar. Raynouard*, tom. 5. pag. 371. Confer *Tom.*]

\* 2. **TOMUS**, Certa chartarum seu membranarum collectio, quomodo dicimus nunc *Main* vel *Rame de papier*. Diploma Chilper. II. ann. 716. tom. 4. Collect. Hist. Franc. pag. 694: *Carta Tomi quinquaginta*. Nisi codices simul ex chartis vel membranis compactos intelligas. Vide *Tomus* 1. et supra *Carticius*. Nugatur itaque *D. de Foy*, qui tom. 1. Notit. Diplom. ad Hist. Franc. pertinentiæ pag. 109. hæc Gallicè sic reddit: *Cinqnante bouts de cerivelats*. Hinc et ex aliis scite omnino colligit ille suspicari posse Benedictinos Corbeicensis tum a carnibus abstinuisse. Neque feliciori conjectura plerasque hujus diplomatæ voces interpretatur, ut videre est in his suo ordine dispositis.

\* 3. **TOMUS**, Intestinum. Formulæ MSS. ex Cod. reg. 7657. fol. 42. vº: *Dictus talis uno ictu punctum per dictum talem in fianco sinistro percussus extitit, et etiam vulneratus cum magna effusione Tomorum.* Vide *Toma*.

† **TON**, Johanni de Janua, dicitur *altitudo vel totum*, et ex eo Glossatori Lat. Gall. Sangerm. MS. [\* *Glossar. Cod. reg. 7644: Thon, altitudo*, ut ex Placido. Papias legit *Ton.*]

† **TONA**, Dolium, *Tonne*. Vide in *Tunna*.

**TONABULUM**, *Sonus*, vel *tintinnabulum*. Johanni de Janua: [*Son*, in *Glossis Lat. Gall. Sangerman.*]

† **TONACELLA**, *Tunicella*. Translatio S. Antonini, tom. 1. Maii pag. 768: *Demum dictum sanctum corpus... cum... amictu et canice ex byssino ac Tonocella ermisini rubei, etc.* Vide *Tonicella* et *Tunicella*.

\* Nostris *Tonollet*, vestis species, idem quod *Perpunctum*. Lit. remiss. ann. 1391. in Reg. 141. Chartoph. reg. ch. 212: *Un pourpoint, nomme Tonollet.*

\* **TONAGIUM**, idem quod *Teloneum*, Tributum, vectigal. Charta A. Trevir. archiep. ann. 1255. in Chartul. Romaric. ch. 29: *Præfata Katherina et sui apud Bruevias et apud Estate Tonagium imposuerant... In dicto Tonagio et aliis injuriis et exactionibus nichil juris se habere penitus recognovit et juramento corporali spontaneo-*

*que exhibito, dictum Tonagium imperpetuum acquirit. Tonagium*, per Gallicum *Thonneu* redditur in Charta Frider. ducis Lothar. eadem de re ann. 1295. ibid. ch. 34: *Dou Thonneu de Brueires cognossons nous que nous ne avons droit ou panre, ne ou faire panre.* Vide supra *Tolletum*.

\* Alterius generis est Tributum, *Tonaige* nuncupatum, illud nempe quod aliquot privati exigebant ab iis, qui anni bracteolas in fluviis et montibus Occidentia, rege licet jubente, colligebant, apud *Lauriere* in *Glossar. jur. Gall.* ad hanc vocem.

† **TONAIRA**, Rete piscatorium 250. orgyas longum. Litteræ ann. 1451. ex Archivo Piscatorum Massil.: *Valeant visitare Tonairas omnes quotiescumque voluerint, ut sint stagnæ et natatæ ac altitudinis et longitudinis debitor.* Aliæ ann. 1477. ex eod. Archivo: *Item ordinarunt, quod nullus piscator audeat neque possit calare certam artem piscandi, appellatam Tonaira de posta, a loco de Lestaca in mari usque ad Gargatan portus Massiliæ.* Aliæ ann. 1479: *Piscari ad Tonairas dictas vulgariter de Corre... cum dicto ingenio dicto à las Tonairas de Corre. L'art de la Tonaire de Corre, in Ordinatione vernacula Vicarii Massil. eodem anno. [\* Vide *Tunnaria.*]*

\* **TONALE**, Vas vinarium, dolium, Gall. *Tonneau*. Lit. remiss. ann. 1381. in Reg. 119. Chartoph. reg. ch. 290: *Venerunt ad domicilium Johannis Parvi de Villaribus, et in eodem duo Tonalia vini simili modo effuderunt.* Vide *Tunna*.

† **TONALIS PRONUNCIATIO**, Alta et clara, eodem tono quo cantari solet in choro *Dominus vobiscum. Tonali pronunciatione dicit*, apud Bernardum in Ordine Cluniac. part. 1. cap. 45.

† **TONALITER**, Cantando, cum modulatione et notis. Confederatio ann. 1300. in Chronico Mellicensi pag. 187. col. 1: *Missa pro defunctis in choro Tonaliter celebretur.* [\* *Missa Tonaliter decantetur*, in charta ann. 1283. apud Guden. Cod. Diplom. tom. 2. pag. 339.] Instituta Patrum apud Thomasium in Appendice ad Antiph. Rom. pag. 444: *Si Tonaliter finis versuum deponitur, oportet ut sapiens accentus infringatur.*

† **TONARE**, Canendo prædicere. *Adventum Christi mysticis vocibus Tonerunt Patriarchæ*, in Expositione Antiquæ Liturgiæ Gallic. tom. 5. Anecd. Marten. col. 91. *Tonare horrendum*, Horrenda et minaci voce clamare, apud Mabillon. tom. 4. Annal. Benedic. pag. 140.

† **TONARIUS**, Liber de tonis seu cantu. Trithemius narrat Aurelianum scripsisse *Tonarium*. Quintiliano *Tonarium*, vel *Tonariorum* ut quidam legunt, fistula est, qua tonus traditur, ne altior vel remissior sit vox loquentis aut canentis

† **TONATE**, Cum tono, seu modulatione, canendo. *Tonate dicat Diaconus*, Benedicamus Domino, apud Guidonem lib. 1. Discip. Farsensis cap. 1.

\* **TONDEIA**, pro *Tenda*, ut videtur, Præstatio pro jure habendi *Tendam* seu locum in foro ad merces venum exponendas. Vide *Tenda* 1. Charta ann. 1114. ex Tabul. episc. Carnot.: *Concessit... quod ipsi (monachi Tironenses) et sui conversi,*

*donati, servitores et ceteri homines sub ipso monasterio et ejus membris manentes, præsentis et posterit a... tabernagis, mensuragis, stalagis, Tondeis, (al. Tondeis) havagis... in perpetuum liberi sint et immunes.* Ita et *Tende* legendum videtur, pro *Tonde*, in Lit. remiss. ann. 1424. ex Reg. 172. Chartoph. reg. ch. 467: *Sept boisseaulx de froment de rente sur les Tondeis du mariage de la mere de la suppliante.* Quæ nimirum in dotem ei concessæ fuerant. Vide supra in *Tenda* 3.

**TONDERARE**, pro *Tondere*. Utitur Felix Monachus Gyrwensis in Vita S. Guthlaci cap. 21.

† **TONDERE**, Tonsura clericum aut monachum efficere. Leges Ludovici Imp. apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 132. col. 2. et lib. 4. Capitul. cap. 35: *Si quis puerum invitit parentibus Totonderit, aut puellam velaverit, etc.* Additio 3. cap. 121. et Concilium Mogunt. ann. 813. cap. 23: *De Clericis vero hoc statimus, ut hi qui inventi sunt sive in canonico sive in monachico ordine Tonsurati sine eorum voluntate, si liberi sunt, ut ita permaneant. Et dinceps cavendum est, ut nullus Tondeatur, nisi legitima ætate spontaneaque voluntate, vel cum licentia domini sui. Baluzius scribit tondatur: sic tondi, pro tonderi, legitur apud Jonam in Vita S. Eustasii n. 12. ut et apud Bedam lib. 4. Hist. cap. 1. ex MS. ut observat Mabillonius post Onomasticon ad calcem sæculi 2. SS. Benedictinorum. Vide *Tonsorare*.*

**TONDERE ALIUM CONTRA LEGEM**, in Legge Alamann. cap. 65. § 1: *Si quis alicui contra Legem Tonderit caput liberum non volenti, cum 12. sol. componat. § 2: Si autem barbarum alicujus Tonderit nolentis, cum 6. sol. componat.*

**DIMIDIO CAPITTE TONDERI**, Pœna servorum latronum in Capitulari 1. ann. 809. cap. 11. et lib. 1. Capitul. cap. 50.

**TONDERE AD MODUM CRUCIS**. Fori Osceæ ann. 1347. sub Jacobo I. Rege Aragon.: *Testes autem convicti ad modum crucis capite Tonsurentur, et cum batillo campanæ candenti ad modum crucis, in frontibus figurentur, et ita turpissime de illa villa, ubi hoc eveniret, expellantur.* Vide *Tonsurari*.

\* **TONDERE IN CRUCEM**, Pœna latronum et furum. Charta ann. 1273. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 59: *Debetis fures, qui furabuntur in mercato bladi, mittere in costello, Tondere in cruce in modum furis.* Tondebantur etiam adulteræ, ex Lit. remiss. ann. 1387. in Reg. 134. Chartoph. reg. ch. 55: *Quia dicta Gaigona prius adulterium commisisse confessa fuerat, ipsam idem judex per ejus sententiam definitivam Tondi, et Tonsam cum veilles bouum mattando carnem verberari, absque effusione sanguinis,..... pronuntiabit.* [\* Non tondebantur excommunicati. Guillelmi Sedis Apostol. Legati Epist. de Treugis ann. 1102. apud Marcan in Notis ad Concilium Claromontanum: *Excommunicati non saluentur, non Tondeantur capita eis, non abluantur, in mappa non comedant, etc.*]

**TONDERO**, Tonsura altissimarum ovium, Papiæ. In MS. *Tondicium*. [\* *Tonderum*, in Cod. reg.] [\* *Lege* ex Cod. reg. 7644: *Tou-*



*dendarum, tonsuræ abtissimarum ovium.]*

\* *Tondison*, vulgo *Tonte*, tempus tonsionis ovium, in Stat. pannif. ex Lib. rub. fol. magn. domus publ. Abbavil.: *Que nuls ne puist drapper de gratuite, ne de pelich fait depuis Tondisons jusques à le S. Remy. Tondre* vero, Instrumentum, quo tondetur, forceps. Arest. ann. 1279. in Reg. 2. *Olim* parlam. Paris. fol. 48. vº: *Item les tisseurs disoient que li tainturiers ne devoient avoir en leur maisons oustius, que l'en appelle cornebers, Tonnes, lates, etc.*

¶ **TONDITURA**, Tonsura. Vide in *Aezima*.

¶ **TONDURARIUS**, Sarcinator, Gall. *Taillieur, Couturier*, in Processu de Vita S. Yvonis, tom. 4. Maii pag. 553. Male pro *Condurarius*. Vide ibi.

¶ **TONEGARE NAVEM**, f. Sebo vel pice illinire, ab Italico *Tonicare*, Inducere, illinire, Gall. *Enduire*. Vide *Hosta*.

¶ **TONELLA**, **TONELLUS**, etc. Vide *Tunna*.

**TONENEA**. Formula Andegav. 1: *Cido tibi bracele valente solidus tantus, Toneneas tantas, lectario ad lecto vestito valente solidus tantus, etc.* [\* In cod. MSS. est *tonecas* i. e. tunicas.]

\* Idem forte quod *Toacula*. Vide in hac voce.

¶ **TONETUM**. Charta ann. 1251. e Tabulario S. Nicasii Rem.: *Recognovit se legasse unum modium avenæ annuatim percipiendum et assignatum super Toneto suo, quod acquisivit in villa de Pree*. Legendum fortasse *Toreto*, colliculo. Vide in *Toro*.

\* Legendum suspensor *Tolletum*. Vide supra in hac voce.

**TONGILLATIM**, *Singulatim*, Papiæ. [Glossæ Isidori: *Togillatim, sigillatim*. Et mox: *Tongillatim, singillatim. Tongillatim loqui, pravis verbis, a Tongilio parasito, qui in hoc invenerat risus aucupium, ut salutatus convitio responderet, et maledicentem salutaret blandissime*. Contrarium sentit Martinus, qui *Tongillatim loqui*, suspicatur esse clare et scienter loqui, a *Tongo*, quod est nosco, teste Festo, quem adi.]

¶ **TONGINUS**. Decanus iudex. Vide *Tunginus*.

¶ **TONICA**, pro *Tunica*, tom. 3. Muratorii pag. 166.

¶ **TONICELLA**, diminut. a *Tonica*, Parva tunica. *Tonicella* una de purpura viridi, in Charta ann. 1266. ex Tabul. S. Victoris Massil. Vide *Tonacella*.

\* **TONILE**, Jus quoddam dominicum. Pariag. inter reg. Franc. et episc. Tricestr. ann. 1408. tom. 9. Ordinat. pag. 394. art. 26: *Per predicta præfatus dominus episcopus non intendit communicare.... dominia directa, laudimia, trezana, Tonile, parerias, decimas seu alia jura, etc.* Vide supra *Tonnagium*.

¶ **TONIMENTUM**. Charta ann. 1012. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 121: *De areis castro cum Tonimento et fossato circumdato per mensuram justam per tice jugiales tres, etc.* Legendum est *Tenimentum*, ut in Charta ann. 962. ibid. pag. 140. Vide in *Tenere* 1.

¶ **TONINA**, Thunnus salsus, Italus *Tonnina*. Conventiones Saonæ pag. 54: *Compellunt dictos homines ad solvendum denarios*

*sex pro singulo barile Toninarum. Vide Tonina.*

¶ **TONINUM FORMAGIUM**. Vide *Tenerinus*.

¶ **TONIS**. Glossæ Isidori: *Vestis ludiarum, histrionica, Tonis*. La Cerda mallet: *Vestis ludiarum, histrionis tunica. Tonis* Grævio videtur delendum.

**TONITRABILIS**, Βρονταῖος, in Gloss. Græc. Lat. MS. Editum, *Tonitribilis*, habet. Alii reponunt *Tonitruabilis*, [ut est in MS. Regio,] vel *Tonitrualis*. Lucretius lib. 1:

Neve ruant cæli Tonitralia templa superne.

[*Tonitrualis Evangelistarum vox*, apud Marculfum lib. 2. Formula 1.]

**TONITRUA RUMPERE**. In Notis litterarum Petri Diaconi hæc leguntur: *Dies malus sequitur cras, si ruperis Tonitrua, deia inventes carbones*.

¶ **TONITRUARE**, *Tonare*, in Onomastico ad calcem Actorum SS. Junii tom. 4.] Glossæ veteres: Βροντῶ, *Tonitruo*. Commodianus Instruct. 6:

Insipiens ergo Jovem Tonitruare tu credis?

[\*\* Virgil. Grammat. pag. 127: *De tonitruo aiebas... cujus sonus Tonitruit.*]

¶ **TONIUM**. Testamentum ann. 1299. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 522: *Item et Aymericus filius meus possideat et habeat hereditario centum solidos renduales ad vitam suam duntaxat. Item et Margarita filia mea volo quod habeat et possideat hereditario centum solidos renduales ad vitam suam duntaxat. Item lego dicto Guidoni filio meo successorem Tonium et Freyreschiam, exceptis centum solidis quos Agnes primogenita percipiet post mortem Aymerici fratris sui*. Mendum inesse puto in hac voce, ac fortean legendum omnium, adeo ut Guido constituitur hæres omnium reddituum, qui aliis fratribus ad vitam duntaxat conceduntur.

¶ **TONIZARE**, Certo tono, seu modulatione cantare. *Psalmos juxta Antiphonas Tonizare*, apud Beletum cap. 58.

¶ **TONLEIUM**, **TONLIUM**, etc. Vide in *Telon*.

\* **TONLEUM**. Vide supra in *Telon*.

1. **TONNA**, Tributii species. Charta Berengeri Comit. Provinciæ ann. 1235. apud Dion. Salvaingum: *Quod nullus Castellanus vel Miles ab omnibus euntibus et redeuntibus a montaneis possit exigere vel petere aliquid, sive multationem, sive aliquam bestiam, seu Tonnam, vel aliquid in pecunia numerata*.

\* Legendum *Toma*, ut videre est supra in hac voce; et est Casei species.

2. **TONNA**, Dolium; *Tonnagium*. Vide *Tunna*.

¶ **TONNARIA**, Piscaria thunnorum. V. *Tunnaria*.

\* **TONNATOR**, inter pannificos seu pannorum mercatores recensetur in Reg. episcopat. Nivern. ann. 1287: *Item sabbato ante nativitatem Domini, quilibet draperius, Tonnator, coifferius, serperius debet duos denarios.... Item quilibet serperius, draperius, Tonnator in uno sabbato Februarii, debet quilibet obolum*. Ita distincte scriptum est, ut legendum esse *Tannator* dicere non ausim.

**TONNAUS**, **TONNELLA**, **TONNELLUS**, **DOLIUM**. Vide *Tunna*.

\* **TONNELERIA**, **TONNELLARIA**, Vicus Parisiis, ubi habitant doliarum, vulgo *Tonnellerie*. Charta S. Ludov. ann. 1263. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 297: *Notum facimus quod cum nos habevimus quandam halam in mercato nostro Paris. inter duas halas, in quibus draperii Paris. sedent, cum uno appenticio, quod est in Tonnellerie, etc.* Alia Phil. V. ann. 1318. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 577. rº. col. 2: *Super domum Guillelmi de Suceyaco, sitam in Tonnellaria, c. viij. sol. Paris.* Vide in *Tunna*.

**TONNEURS**, Exactionis species apud Metenses, in Charta ann. 1226. apud Meurissium in Episcopis Metensibus pag. 455: *Sane cives Metenses prater alias injurias, quibus Ecclesias diversis modis afficiunt, quadam versuta malitia novam fecerunt consuetudinem, ut quædam fiat exactio in civitate Metensi, quæ Tonneurs appellatur, ad fossatorum suorum munitionem faciendam, etc.*

¶ Nihil aliud videtur, quam *Telonium*, seu tributum e mercibus in foro venditis exactum, ut in Statutis Maceriæ ad Mosam MSS. ubi legitur: *Sur les articles, redevances ou profits, qui pour cause du Tonneux sont deus, etc. Et ne leur loiroit de lever ou exiger le prouffit du Tonneux que pour l'une des marchandises, de laquelle il plairoit au Tonneur*. Et mox: *Item ce sont les redevances du Tonneu de la ville de Maisieres... le cent de cire doit IIII. den. le cent de cieuf doit IIII. den. le cent de sayn doit IIII. den. le cent de poix doit IIII. den. etc.* Vide *Telon*.

\* Hinc emendandæ Literæ ann. 1359. tom. 3. Ordinat. reg. Franc. pag. 364. ubi *Tonnens* legitur, pro *Tonnes*. *Tonny*, eadem acceptione, in Lit. ann. 1377. tom. 6. earum Ordinat. pag. 318.

¶ **TONNINA**, Thunnus salsus, apud Italos. Academici Crusciani: *Tonnina, Salume fatto della schiena del pesce tonno*. Vide *Tonnina* et *Tunnaria*.

¶ **TONNITUS**, pro *Tinnitus*, Campanæ altero latere tantum pulsatæ sonus. *Absque sonitu Tonnitorum*, Guidoni lib. 2. Discipl. Farfensis cap. 39. Vide *Tintinnabulum*.

\* **TONNOLIUM**, Præstatio, quæ ex pane et vino percipitur. Charta ann. 1317. in Chartul. S. Maglor. ch. 59: *Retentis insuper cisdem ac eorum monasterio in dicta domo et ejus pertinentiis Tonnolio seu jure Tonnolii panis et vini, et omni alio jure*. Vide supra *Tollicium*.

\* **TONNUM**, Vox, ut opinor, male scripta aut lecta; qua Compitum significari videtur. Instr. ann. 1406. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 221: *Judex et commissarius per suas litteras præcepit et mandavit.... præconi publico Valenciæ, quatinus publice et alta voce proclamaret et injungeret ex parte dicti domini episcopi, more solito et per loca et Tonna consueta, quod omnes et singuli cives et habitantes et incolæ civitatis predictæ Valenciæ, caput hospicii facientes, se præsentent, conveniant et congregarent, etc.* Vide supra *Connus*.

¶ **TONODERACH**, Qui fures exquirat, apud Scotos, ut habet Spelmannus: quem consule.



† I. **TONSA**, Ovis. Jacobus Cardin. in Vita S. Petri Coelestini lib. 1. cap. 7. § 5 :

Cumque puer deum binumque perageret annum, Huac mulier niveas pascetotem pascua, Tonsas Aspiciet imberbem, etc.

\* 2. **TONSA**, Composita, æqualiter pressa, pulcro. *Tonsæ, i. remi, a tendendis et deutiendis fluctibus dicti.* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

† **TONSARE** MONETAM, Tondere, circumcidere, in Statutis Pallaviciniis lib. 2. cap. 37. Vide infra *Tonsores*.

† **TONSATUS**, apud Acherium tom. 2. Spicil. pag. 218. ex Ratherio, pro *Tonsuratus*, ut supra legitur in *Arsenoquita*.

† **TONSILLA**, Palus dolatus et cuspidè præferratus, qui navis religundæ causa in littore figitur, apud Festum. Utuntur Accius, Bern. de Breydenbach Itin. Jerosol. pag. 240. Scriptor Vitæ S. Probatii, tom. 1. Febr. pag. 554. etc.

\* **TONSONA**, Pellis lanata, nostris alias *Tonseau* vel *Touseau*. *Tonser* quippe et *Touser*, pro *Tondre*, promiscue nostri dixerunt. Arest. ann. 1369. 6. Maii in vol. 5. arestor. parlam. Paris. : *Ducentus oves valoris vij<sup>ss</sup> lib. Ducentas Tonsonas lanæ valoris lx. lib.* Chartul. Corb. sign. Ezechiel ad ann. 1422. fol. 153. r<sup>o</sup> : *Et les peaulx, que on dist Tonsiaulx, viaulx et moutons à laine, etc.* Reg. 13. ejusd. monast. sign. *Habacuc* ad ann. 1516. fol. 302 : *Les peaulx à laine et Tonsseaulx des moutons tuez en le boucherie de l'église.* Pro vellere, vulgo *Toison*, et jure quod ex velleribus percipitur, occurrit in Pacto inter castell. et monach. de Britolio : *Et plus.... que de nos Tonsians de nos laines, .... qui estoient vendues dedens l'abeie, (disoit ledit sire) que à li upurtenait le Tonsiaus (vel) Tonsiaus.*

† **TONSORARE**, Tondere in Clericum vel Monachum, in Capitularibus Pippini Regis ann. 755. cap. 11. apud Marculfum lib. 1. form. 19. in Vita Sigiberti Regis apud Duchesium tom. 1. in Actis SS. Maii tom. 1. pag. 51. in Histor. Novientensis Monast. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1143. 1147. etc. Vide *Tondere*.

\* *Touser*, pro *Tondre*, Capillos tondere, usurpatum, in Mirac. MSS. B. M. V. lib. 2 :

Vous cloistrières, vous damoiseles,  
Vous junes toutes, vous puceles,  
Qui à Dieu estes espousées  
Et qui tondues et Touseés  
Avez por Dieu vos belles tresches.

*Touzer*, in Literis remiss. ann. 1477. ex Reg. 206. Chartoph. reg. ch. 1176 : *Le suppliant atteigny une forsetes pour Touzer les chevenz autour de la playe.*

† **TONSORATIO**, Tonsura. *Tonsoratio* in Clericum, in Bulla Honorii III. PP. e Tabulario S. Richarii. Vide *Tonsura*.

**TONSORES**. Matth. Westmonasteriensis ann. 1247 : *Moneta Esterlingorum... cepit deteriorari et corrumpi per illos falsarios monetarum, quos Tonsores appellamus. Retonsores monetæ, in Fleta lib. 1. cap. 20. § 122. 128. etc. Retonsura cruda, § 126. quæ needum in laminam aut platam reducta est. Moneta retonsa, § 128. Tonsura, § 123. [\* Placit. temp. Joh. reg. Angl. in*

Abbreviat. Placit. pag. 68. Linc. rot. 8 : *Walterus aurifuber de Tudewell malecreditur de Retonsura a 12. de wapentac. Judicium, purget se aqua.*] [Trivetti Chronicon ad ann. 1278 : *Hoc anno Judei pro Tonsura monetæ in magna multitudine ubique per Angliam suspenduntur. Tonsurare uirum vel uionetam, in Statutis Perusiæ pag. 52.] Meminit Procopius lib. 3. de bello Gothico cap. 1. cujusdam Alexandri Logothetæ, quem Byzantii ψαλιδιον, seu Forficulam cognominarunt, quod nummum aureum tam dextere circumcideret, ut eo, quantum vellet, curvato, orbem vel sic servaret, quo erat antea circumscriptus. Mox addit : Ψαλιδιον γαρ τούτο καλοῦσι τὸ ἔργον, ὃ ταῦτα τις ἐργάζεται. [Vide *Tonsare*.]*

† **TONSORIUM**, Linteum, quo teguntur pectus et humeri, cum quis raditur, aut etiam pelvis ad barbam abluendam. Guido lib. 2. Discipl. Farf. cap. 20 : *Debet unus frater vel duo habere injunctum officium rutorum acueudorum, atque colligendorum ad scrinium, ubi reponuntur, et ipse debet procurare Tonsoriam ad illud opus deputata.*

† **TONSURA ADULTERA**. Proclamatio Civitatis Apt. incerti anni : *Nulla persona audeat seu presumat Tonsuram adulteram portare.* Comam substitutum intelligi, qualis tunc temporis gerebatur, et cujus usus recens admodum erat, cum hic prohibeatur : nisi malis hoc statuto vetitum esse ne quis se clericum simulet.

**TONSURA ECCLESIASTICA**. Isidorus lib. 2. de Eccl. Offic. cap. 4. et ex eo Papias : *Tonsuræ Ecclesiasticæ usus a Nazareis exortus est, qui prius crine servato, denuo post magnæ continentie devotionem completam caput radebant, et capillos in ignem sacrificii ponere jubebantur.* Hujus ergo exempli usus ab Apostolis introductus est, ut hi, qui in divinis cultibus mancipati Domino consecrantur, quasi Nazarei, i. Sancti Dei, crine præciso innoventur. Adde Alcuinum lib. de Off. divin. Amalarium lib. 2. cap. 5. lib. 4. cap. 59. Raban. lib. 1. de Instit. Cleric. cap. 3. denique Baronium ann. 58. n. 122. et seqq. usque ad n. 143. Menardum ad librum Sacrament. Gregorii, et ad Concordiam Regular. cap. 68. § 10. [Constantium tom. 1. Epist. Rom. Pontif. col. 73. et seqq. Formulas vet. apud Eccardum ad calcem Legis Salicæ pag. 240.]

**TONSURA PETRI**, in tertia Vita S. Euthberti lib. 2. cap. 2. Gregorius Turon. lib. 1. de Mirac. cap. 28 : *Petrus Apostolus ad humilitatem docendum cupit desuper tonderi instituit.* Quæ quidem *Tonsura Petri*, non alia est ab ea, quam *Coronam Clericalem* appellamus. Vide Germanum Patriarcham in Theoria Eccles.

Monachi Scotici aliter tondebantur : quippe ab aure ad aurem per frontem in Coronæ modum incisus erat capillus, ab aure ad aurem per occipitium capillus intonsus dependebat, ut ex Ceolfridi Abbat. Epistola, quæ exstat in Actis S. Eustasii, colligitur. Atque hujus quidem tonsuræ Scoticæ occasione, multas in Anglia exortas turbas testatur Beda lib. 3. Hist. Eccl. cap. 3. 4. lib. 5. cap. 16. *Hujus autorem in Hibernia Subulcum Regis Loigeri, filii Nil, (Nell) extitisse Patricii sermo testatur,*

*ex quo Hibernienses pene omnes hanc Tonsuram sumpserunt, ut est in Libro Canonum Cottoniano, quem laudat Waræus ad Synodum S. Patricii. At Patricius tonsuram Romanam conatus est revocare, ut patet ex Synodo ejusdem cum Auxilio et aliis celebrata can. 6. Vide Capitula Theodori Cantuar. cap. 80. et quæ de hac tonsura scriptis Mabillonius ad tom. 3. SS. Ordinis S. Benedicti § 1.*

\* Formam tonsuræ clericalis ita definit Conc. Montispes. presidente P. Benevent. cardin. Apost. sedis legato inter schedas Mabill. : *Statuimus insuper ut clericus .... talem Tonsuram ferat, quod gradum non habeat; sed dirigatur in gyrum, ita quod capilli, qui inter superiorem et inferiorem tonsuram remanent, propter suam rotunditatem, merito possint dici mona....* Desunt reliqua.

\* Qui recipiebantur in Oblatorum ordine apud moniales, ab abbatisa coram testibus tondebantur; quam tonsuram dehinc perpetuo deferebant. Charta ann. 1308. tom. 2. Hist. Cassin. pag. 624. col. 1 : *Raynaldus Scarparolus..... et Mariu uxor ipsius Raynaldi, volentes se a seculo ad Dominum convertere, et in dicto monasterio ipsi Deo servire, bona sua et spontanea voluntate obtulerunt se et bona sua dicto monasterio S. Mariæ monialium de Palacziolo, et professionem in manibus olim domnæ Mendulæ, que tunc erat ubbatissa ipsius monasterii, fecerunt, et in signum oblationis et conversionis eorum, Tonsuram, sicut alii oblati dicti monasterii deferunt et deferre consueverunt, de manibus ipsius abbatissæ Mendulæ receperunt, presentibus ibidem bonis hominibus vocatis pro testibus, et sororibus suis monialibus ipsius monasterii.*

† **TONSURA MONETÆ**, Vide *Tonsores*.

† **TONSURA NEMORUM**, Jus excindendi et colligendi ramos in silvis. Conventio ann. 1125. in Probat. novæ Hist. Occitan. tom. 2. col. 437 : *Tonsura vero nemorum ab hominibus Montispessulani nullatenus fiat.* Charta ann. 1364. e Tabulario B. M. de Charitate : *Donavit terram de Miniers cum suis juribus, aisis et pertinentiis salva et reservata Tonsura nemoris d'Artenne.* Inventarium Chartar. Reg. ann. 1482. fol. viiix. ix. v<sup>o</sup> : *Alia compositio facta inter dictos abbatem et conventum S. Dionysii et comitem Bellimontis super venditione Tonsuræ vel scissuræ nemorum Farrilet et de Maffiers.* Charta ann. 1487. ex Chartul. 23. Corb. : *La justice et seigneurie totale en demourra.... ausdits Religieux, abbé et convent (de Corbie).... avec le pourfit, Tonture et despoilles desdits arbres.*

\* Quod et de ligno domibus ædificandis apto interdum intelligitur, ut et vox Gallica *Tondente*, in Charta ann. 1307. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 182 : *Comme nous aions à présent mestier de marrien à maisonner, et à nostre resquestre il plaise..... que nous aiens la Tondente de vij. arpens de bois à penre en la forest dou val de Lis.*

† **TONSURA PANNORUM**, Gall. *Tonture de draps*, in Computo ann. 1333. tom. 2. Histor. Dalphin. pag. 282.

\* **TONSURARE**, Capillos in clericum



tondere. Pontif. MS. Senon. ad usum eccl. Paris. : *Hic tonsurat episcopus puerum, dicendo hunc versum : Dominus pars hæreditatis meæ etc.*

† **TONSURARE MONETAM.** Vide *Tonsoras.*

**TONSURARI,** dicuntur Clerici, qui tonsuram seu Coronam Clericalem accipiunt, in Concilio Meldensi ann. 845. cap. 58. apud Nicolaum I. Epistola 7. etc.

**TONSURARI MORE ROMANORUM,** i. crines detonsos deferre more Romanorum, cum Longobardi solutos habent, apud Anastasium in S. Hadriano PP. pag. 106.

† **TONSURARI AD POENITENTIAM.** Gesta Archiepiscoporum Trevir. apud Marten. tom. 4. Ampliss. Collect. col. 243 : *An. Dom. MCCCXXI. orta est persecutio hæreticorum.... (talis ut) nec defendendi locus daretur.... sed incontinenti oportebat eum (quisquis capiebatur) vel reum se confiteri et in poenitentiam recitari, vel crimen negare et cremari. Insuper qui sic Tonsoratus esset, oportebat eum complices suos prodere, alioquin debebat crenari... Quin etiam in ultimis deprehensus est, quod hæretici aliquos de suis subnaverant, qui se tamquam in poenitentiam Tonsorari permiserunt, et sic catholicos accusaverunt. Vide Tondere, [\*] et Haltungs Glossar. German. voce *Harschar*, col. 824. Grimm. Antiquit. Jur. Germ. pag. 702.]*

**TONSURATORES,** Exactores, quasi *Tonsoras* plebis. Gregorius M. lib. 10. Epist. 47 : *Pervenit ad nos quod Tonsoratores in Sicilia prava sibi præsumptione nomen Defensorum sumerent.*

**TONSURATUS,** Idem qui *Psalmistatus*, Extr. de Reg. Jur. cum inter, id est *Psalmistæ* Ordo minor. Vide Durandum lib. 2. Ration. cap. 3. num. 1.

† **TONSUS,** Clericus, tonsura initiatus. Testamentum S. Remigii apud Flodardum lib. 1. cap. 16. et Miræum tom. 1. pag. 5 : *Et si quis ordine clericali, a Presbytero usque ad Tonsum, contradicere.. præsumpserit, etc.* [\*Papyr. Ravenn. apud Maium Classic. Auctor. tom. 5. pag. 362 : *Sacerdotes, clerum, Tonsos.*]

1. **TONUS.** Joan. Abrinc. de Offic. Eccl. pag. 63 : *Tres Psalmi... in Tono dicantur.* Id est voce altiori, et cantu inflexo, seu Gregoriano. [Contraria notione pro cantu directo absque ulla inflexione in Synodo Limæ ann. 1582. tom. 4. Conc. Hisp. pag. 276 : *Diebus Dominicis et aliis festive colendis cantent Missas et Vesperas, et intra septimanam, ubi cantari non poterunt, recitentur in Tono.* Adde Regulam Toribii eodem tom. pag. 666. col. 1.]

\* Charta Odon. abb. ann. 1241. in Chartul. S. Dion. pag. 172. col. 1 : *Magna missa erit de anniversario ad majus altare, et servitium totum fiet in vigilia in Tono.* Vide *Tonaliter.*

\* 2. **TONUS.** Tradit. eccl. Herbipol. sæc. IX. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 1. col. 86 : *Sex camise cum Tonis.* An idem quod *Albæ paratæ*? Vide supra in Alba 3.

† **TOOL,** TOOLUM. Vide in *Telon.*

† **TOPA,** Destructio, ruina vel alienatio. Juramentum Canonico Belnensium in Burgundia : *Et si qua alienata vel in ruinam seu Topam deducta fuerint, ad debitum*

*statum reducam.* Juramentum Decani ejusd. Ecclesiæ : *Si aliqua sunt alienata aut in Topam posita ad bonam reparationem reponi faciam.* Forte leg. *Tortun.* Vide *Tortus* 1.

\* Neutiquam; idem enim est quod *Vastum* 1. Ager incultus, terra pascendis animalibus destinata, a veteri Gallico *Tope* et *Toppe*, eadem notione. Lit. remiss. ann. 1408. in Reg. 162. Chartoph. reg. ch. 346 : *Martin Freschet et Jaquet Petit eurent nouvelles ensemble, pour ce que les bestes dudit Martin vindrent en une Tope ou pasquier;.... le quel pasquier appartenoit, au moins pour lu plus grant partie, audit Martin.* Charta ann. 1480. in Chartul. Fuxer. part. 7. ch. 31 : *Item une tille de terre en Toppe.... Item.... une Toppe et autres terres contenant environ quatre journaux, tant en Toppe, en boisson, comme en edifices. Item environ ung journal, tant en labour que en Toppes.*

† **TOPACA,** Species panis dulcissimi cum caseo. Consuetudinæ Floriac. MSS : *Pro signo Topacarum, generali panis signo præmisso et etiam casei prinurio hoc adde, ut digitus unius manus facias currere per pollicem ejusdem manus, etc.* Ex similitudine signorum, quæ pro *flatonibus* faciendâ dicit Udalricus supra in voce *Signum*, *Topacas* idem esse conjecto quod *Flatones.* Vide *Flantones.*

† **TOPARCHA,** Τὸπάρχης, Loci præses, dominus, princeps. Occurrit apud Spartianum in Adriano cap. 13. et recentiores passim. Vide Glossarium mediæ Græcitalis.

† **TOPARCHIA.** Glossæ Gr. Lat. Τὸπάρχια, Pagus. Occurrit hac notione 1. Machab. 11. 28. pro ipsa vero pagi seu regionis præfectura dicitur Plinio lib. 5. cap. 14.

**TOPARCHILITER.** Glossæ MSS : *Toparcha, Princeps unius loci. Toparchiliter, Principuliter.*

**TOPAZIO,** Topazius. Alvarus in Vita S. Eulogii : *Ornavi titulum decoris tui unionibus miro candore niventibus, et Topazione fulgenti, etc.* [Topasion habetur apud *Madox* Formul. Angl. pag. 336. alibi *Topasium*, vel *Topasius.*]

**TOPAZIUM,** pro *Typarium*, [f. quod *Topazio* sigillum, seu Principis imago insculpta erat,] habetur apud Matth. Paris ann. 1246. ubi de Friderico II. Imp. : *Et quæ prius promiserat, ... et in scriptis redactu, Topazio suæ Majestatis signaverat, adimplere contempsit.* Epistola Mag. Berardi de Neapoli MS. ad Regem Navarræ : *Me minimum et ignotum dulcedinis benedictione præveniens mihi per litteras Topazio suæ Serenitatis impressas familiaritate suæ Celitudinis obtulit.* Vide *Typarium.*

**TOPHUS,** Τὸφικος, etc. Vide in *Tufus.*

\* **TOPIA,** Italis, *Topaia*, Domus cauduca, semiruta. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 46. ex Cod. reg. 4624 : *Que cepertit vel exportaverit alienas uvas vel alienum agrestium in et de aliena vinea, alieno vel plantato, vel Topia seu arbore de die, solvat.... solidos quinque.*

\* **TOPICUS.** DEI TOPICI, Quorum cultus intra muros suos terminatur, apud Servium ad lib. 7. Æneid. v. 47. quos Minucius initio Octavii vocat *Deos municipes* et Tertullianus lib. 2. ad Nat. cap. 8. *Deos*

*decuriones cujusque municipii.* Vide supra in *Municipes.*

\* **TOPINARIA,** Morbi genus. Acta B. Amad. tom. 2. Aug. pag. 584. col. 1 : *Dum domina Constantia uxor sua in ejus collo haberet quoddam apostema, quod a vulgo natta appellubatur, a medicis vero aliquando appellabatur Topinaria, etc.* Vide ibi notam.

**TOPOTERITI.** Vide *Lociservator.*

† **TOPPUS,** Fascis, manipulus, ut videtur. Charta Henrici Ducis Saxon. 1158. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 237 : *Census autem per omnes terminos horum trium episcopatum.... solidus unus, Toppus lini unus, pullus unus.* Saxoniibus *Top* dicitur fastigium, culmen, jugum; Belgis vero cumulus, et ubi de crinibus agitur, cirrus, nostris *Touffe, Toupet.* Vide *Tufa.*

\* Idem videtur sonare quod *Terreche de lin*, in Chartul. Corb. sign. *Ezechiel* ad ann. 1421. fol. 124. r. Belgis *Top* est Cumulus: unde *Topenne*, ni fallor, pro *Clivus*, in Comput. ann. 1394. ex Tabul. S. Petri Insul. : *Joanni Patin pro reparanda le Topenne ante crucem, v. lib.*

† **TOPUS,** Gr. Τόπος, Locus. Manilius 3. v. penult. :

Octo Topos, per quos stellæ diversa volentes.

\* **TOQUASSEN.** Vide infra *Touquassez.*  
† **TORAGERIUS,** Carceris custos. Vide *Turris.*

1. **TORAGIUM,** *Ornatus vel minutus, et dicitur a torus.* Ita Ugutio, et Joannes de Janua. Papias editus habet, *Ornatus inimicus*, pro *minicus*, quomodo præferunt Glossæ antiquæ MSS.

2. **TORAGIUM.** Charta Philippi Aug. ann. 1185. pro Ferrariensi oppido, apud Morinum in Histor. Vastinensi lib. 5. pag. 707 : *Vinagia sua omnibus diebus reddent, Toragia in crastino S. Martini reddere incipient, eo scilicet tenore, quod pro omni dolio majore vel minore, quod vendetur, 3. denarios Ecclesiæ solvent. Sed legendum Foragia. Vide Foragium 1.*

\* Si quid hic emendandum est, *Tolagium* legendum puto. Vide supra in hac voce.

3. **TORAGIUM,** pro *Geolagium.* Vide *Turris.*

1. **TORALE,** Supellex lectaria : nam *torum* Latini vocant, quidquid lecto instruendo ac insternendo conducit. Gloss. Lat. Gr. : *Torale*, περίκλινον. Sic legendum pro περίπλενον. Glossæ aliæ habent περίκλιτρον. Gloss. Lat. Gall. MS. : *Thurnum, Torale, culcitra picta; an puncta?* [Papias : *Torale, longæ perpetuæque mappæ, a toro dictæ.* Leges municip. Mechliniensium tit. 16. art. 15 : *Optimum ex linteis Torale, optimum ex luna strangulum, cum præstantissimo cervicali.*] *Linteis torales*, apud Ammianum lib. 16. Lampridius in Heliogabalo : *Primus omnium privatorum toros uureis Torulibus textit.* Vide *Cujacium* lib. 10. Observ. cap. 18.

2. **TORALE,** Idem forte quod *Toro*, Collis, monticulus. Tabularium Eleemosynæ S. Pauli Viennensis : *Infra subscriptos terminos, id est a vado aquæ, qui vocatur Secusta, sicut vadit chareria S. Eugendi, et*



per Torale in circuitu montis, usque ad alium vadum presate aquæ, etc.

Species aggeris est inter agros ducti, per quem inceditur, cum opus est, unde et pro via cespitiilia inter agros exstructa sumitur, ut mox *Torallum*. Charta ann. 1370. e Schedis Marchionis de Flamarens: *Necnon Toralia, terras, nemora predicta eidem actori esse hypothecatas et obligatas.*

**TORALLUM**, Eadem, ut videtur, notione, ac *Torale* 2. Charta Communie Bituricensis ann. 1181: *Si quis accusatus fuerit pastorale, vel Torallum, vel viam, vel plateam, vel metam arasse vel fodisse, etc.* Vetus Consuetudo Bituricensis edita a Thomasserio cap. 12: *En demande de heritaige entre privées personnes, et aussi en demande sur action hypothèque, et là où aucun juge suit son sujet que il a fait aucune malfaçon en Toral ou en chemin.* Ubi Vir doctus *Torallum* effossionem denotare ait in veteribus Chartis, nescio quo vade. Nam *Torallum*, viæ species fuit, [ut mox in *Torale* 2. dicebatur. Vide de *Lauriere*, in Gloss. Juris Gallici v. *Toral*, et inferius *Turella* 2.]

**TORALLUS**, **TORALLUM**, Collis, idem quod *Toro*. Charta ann. 1238. in libro 1. Feudorum Borbonensis Domini fol. 37: *Sicut dividit strata publica, que ducit apud Roseres usque ad pratu des Granges, et usque ad Torallum Borbonense.* Charta ann. 1233. ibid. fol. 73: *Et ibi invenitur quidam Torallus, qui se extendit super vineas de Corp. etc.* [Fortean accuratius exponeretur agger seu iter cespitium inter agros, ut in *Torale* 2. dictum est. Idem enim omnino sonare videntur *Torale*, *Torallum*, et *Torallus*.]

† **TORANUS**. Vide *Turo* in *Toro*.

\* **TORATIUM**, Turris, Ital. *Torre*. Annal. Placent. ad ann. 1447. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 895: *Die 25. mensis Julii hora 12. pluit fortiter, ..... cum impetu et vento quammaximo: et tanta fuit vis et violentia, quod tegulas Toratii majoris ecclesie, et plactellas plumbeas ecclesie S. Antonini revolvit.*

† 1. **TORBA**, f. Fascis. Statuta datiarum Riperiæ fol. 5. cap. 12: *De qualibet Torba pro introitu soldi duo. De qualibet libra æstimationis situllarum pro introitu den. 4.*

\* 2. **TORBA**, Niger cespes, qui vicem carbonis præstat. Gall. *Tourbe*. Vide *Turba* 1. Lit. Phil. Pulc. ann. 1298. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 62. rº. col. 1: *Item triginta libras Paris. ad emendos duodecim lectos... legavit pro cubando nocte qualibet viginti quatuor pauperibus in eadem (domo) et ad emendos Torbas ad calefaciendum eos.* Hinc *Tourbourie*, *Torbarum* confectura, in Comput. reddit. comitat. Pontiv. ann. 1554: *Des proffrets et revenus de la teollerie de ladite ville d'Abbeville, ..... neant, pour ce que en l'année de ce compte, ne de long temps n'ont esté fait aucunes Tourbouries.*

\* A Latino autem *Tarba*, *Torbe*, pro *Troupe*, *multitudo*, in Chron. S. Dion. tom. 8. Collect. Histor. Franc. pag. 338. et in Vita J. C. MS:

A grans Torbes et à grand gens.

† **TORBAC**. Testamentum Tellonis Epi-

scopi Curiensis ann. 15. Pippini Regis, tom. 2. Annal. Bened. pag. 708: *Item vilam meam Iliande, salam cum cellario, cum omniibus, que circa ipsam salum haberi videntur ex integro; Torbaces, tabulata, bareca, etc.* Et mox: *Cum tabulata. cum Torbacibus, cum orto.* Rursum: *Item Muriciam salam cum cellario, cum cominatis, cum solario, cum Torbace, cum stabulo, cum barecis, cum tabulata, orto, etc.* Pluries occurrit ibi pro ædificio, ut videtur, seu parte ædificii mihi incomperata. [\*\* Frugum repositoria vel granaria, Rhæti vocant *Torwasch*. Ita Eichhorn. in Episc. Curiens. Cod. Probat. pag. 5. not. L.]

\* **TORCA**, pro *Troca*. Vide infra in hac voce.

† **TORCAMANS**, Manutergium, quasi *Torchemains*. Statuta S. Victoris Massiliens. ann. 1531: *Providere de manutergis sive Torcamans pro tergendis manibus.*

**TORCARE**, Detergere, ex Gallico *Torcher*. Fleta lib. 2. cap. 78. § 2: *Boves striliare, Torcare.*

† **TORCEA**, Idem quod mox *Torchia*. Acta SS. Nerei et Achillei, tom. 3. Maii pag. 14: *Accensis quatuor Torceis cereis albis. Torceys*, apud Kennettum Antiquitatum Ambrosd. pag. 574.

\* **TORCELLARE**, f. *Torceas* seu funalia tortitia ministrare. Charta Frider. imper. ann. 1221. in Access. ad Hist. Cassin. part. 1. pag. 291. col. 1: *Domum ubi debent hospitari, Torcellari in sacro Germano.*

\* **TORCELLUS**, perperam pro *Tortellus*, in Charta ann. 1210. ex Diario Virdun. mens. Dec. ann. 1764. part. 1. pag. 441: *Gervasius et Mabilia uxor ejus, Castellum domini, pro animabus suis dederunt in elemosinam.... leprosis de Castello.... Torcellum factum de uno sextario frumenti, quod debet munus de Sancto-Angelo annuatim ad natalis Domini.* Vide in *Torta* 1.

† 1. **TORCHA**, ut mox *Torchia*. Conventio inter Decanum et Capitulum S. Germani Autissiod. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 100: *Quæstionemque Missam in choro celebrari contingit, quod duæ Torchæ cereæ in perpetuum ad expensas Capituli in elevatione Corporis Christi habeantur et teneantur accense.*

\* Charta ann. 1252: *Cum Torchis seu cereis ardentibus etc.*

† **TORCHETA**, Parva *torcha Torcheta* ad ardentem in levatione Corporis J. C. in Litteris ann. 1420. apud Rymer. tom. 9. pag. 873. col. 1.

† **TORCHETUS**, ut *Torcheta*. In dictis exequiis et Missa sint 24. pauperes, 24. *Torchetos aruros.... tenentes*, apud Rymer. tom. 11. pag. 9. col. 1. in Litteris ann. 1445.

\* 2. **TORCHA**, **TORCHIA**, f. Certus coriorum numerus, idem quod *Tuera*. Arest. ann. 1330. 28. Apr. in Reg. *Olim parlam.* Paris: *Quindecim Torchis de coriis bovinis... Quinque Torchias de coriis bovinis, etc.* Vide supra *Tachia* 3.

\* 3. **TORCHA**, Modus agri, ut videtur. Charta Thebaudi *Chabot* in Tabul. Absiens. ch. 681: *Donamus monachis Absie in territorio feodi nostri de Malrepast duas sextarias terræ et unam Torcham.*

\* A verbo *Torquere* appellari videtur *Torche*, Ornatus quidam in rugas concin-

natus et contortus, in Cerem. MS. eccl. Brioc.: *Item l'en doit porter et vestir honestement le sourpeliz, les bras dedans les manches dudit sourpeliz, n'en plus l'une manche d'avant et l'autre derriere, ne Torche, ne remply au coul, ne en autre maniere deshonneste.* Hinc forsitan diminutivum *Torchete*, in Comput. Rob. de Seris ab ann. 1332. ad ann. 1344. ex Reg. 5. Chartoph. reg. fol. 3. vº: *Item baillié et delivré pour Mons. une Torchete d'Alemagne garnie.* Vide infra *Tornictun*.

\* **TORCHEA**, ut supra *Torcha*. 1. Testam. Guill. de Meleduno archiep. Senon. ann. 1376. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 338: *Sint die obitus mei tresdecim pauperes induti quilibet tribus alnis panni nigri, tenentes quisque ipsorum unam Torchæam ceream ardentem triumdecim librarum ceræ.* Vide *Torchia*.

**TORCHIA**, Funale tortitum, Gall. *Torché*. Knyghton lib. 5: *Quarum una (navis) onusta erat pro magna parte cum fertura equorum, et una alia cum cera facta in Torchis, cereis, et talibus, etc.* Ordinatio Hospitii S. Ludovici Reg. Franc. ann. 1261. edita in Notis ad Joinvillam: *De candela unam Torchiam per 7. etiam per 5. etiam per 4. et 12. pecias candelæ minute.* Infra: *Unam Torchiam per 4. id est quadrilateram.* Occurrit ibi pluries, [ut et apud Lobinell. in Glossario Hist. Paris. tom. 3. *Torchie* quatuor vel quinque librarum ceræ, in Ordinatione Humberti II. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 314. *Torchie... quatuor librarum ceræ illuminantes in elevatione Corporis D. N. J. C. in Testamento ann. 1430. tom. 3. Hist. Lotharingie inter Probat. col. 639. Adde Arrestum Parlamenti ann. 1394. apud Menesterium in Probat. Hist. Lugdun. pag. 76. col. 1. Kennetti Glossarium ad calcem Antiq. Ambrosd. Statuta S. Claudii ann. 1448: *Debetur anno quolibet per dominum de Dortenco una Torchia ceræ, quam Torchiam vedinere potest solvendo semel eidem monasterio summa 20. florenorum.* Vide *Tesa*.]*

† **TORCHES**, **TORCHII**, Eadem notione. Testamentum ann. 1386. apud *Mador* Formul. Anglic. pag. 429: *Item volo quod XIII. Torchis.... preparentur pro sepultura mea... et volo quod dicti XXIII. Torchii teneantur per XXIII. pauperes.*

\* **TORCHO**, Tæda minor, candela cerea. Comput. ann. 1393. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 124. col. 2: *Consules ordinaverunt facere incennium domino Petro de Chabrosia, videlicet unum vas vini, cum vij. intorticiis et vij. libris Torchonun, de quibus torchis idem dominus Petrus noluit recipere, nisi unam torcham cum duabus libris dictorum Torchonun.*

\* **TORCHONNUS**, Contextum stamen pedibus suppositum, Gall. *Paillasson*. Reg. visitat. Odon. archiep. Rotomag. ex Cod. reg. 1245. fol. 454: *Item inhibuimus ne amplius jacerent in choro Torchonnos straminum.* Vide infra in *Quoda*.

† 1. **TORCIA**, Idem quod *Torchia*, Acta S. Juvenalis Episc. tom. 1. Maii pag. 404: *Præcedentibus octo facibus seu Torchis ceræ albæ accensis.* Chronicon Placent. apud Murator. tom. 16. col. 583: *Utuntur... Torchis sive brandonis et candelis de sepo.*



Chron. Bergom. *ibid.* col. 856 : *Torcias sex ceræ albæ. Vide Torsa, Torticia et Tortisius.*

2. **TORCIA**, ΤΟΡΣΙΑ, Agger ad Ligeris ripas, quo hiemales fluminis exundationes comprimantur. Robertus de Monte ann. 1169 : *Rex Henricus fecit fossata alta et lata, inter Franciam et Normanniam, ad prædones arcendos; similiter fecerat in Andegavensi pago super Ligerin, ad aquam ardentem, quæ messes et prata prædabat, quædam retinacula, quæ Torsias vocant, per 30. fere milliaria, faciens ibi ædificare mansiones hominum qui Torsias tenerent : quos citam fecit liberos de exercitu, et multis aliis ad fiscum pertinentibus. Nicolaus Trivetius habet hoc loco *Torcias*. Hos aggeres, *Turcies* vocat Consuetudo Aurelian. art. 256. [*\*\** Confer *Destorset*, apud Raynouard. Glossar. Rom. tom. 5. pag. 384.] Ita Padi accolæ illam terræ aggestionem, qua agros finitimos a fluminis eruptione defendunt, lingua patria *Argines* appellant, ex Latino forte *agger*. Capitula Caroli M. lib. 4. c. 10 : *De aggeribus juxta Ligerim faciendis, ut bonus Missus eidem operi præponatur. Ita aggeres Nili dicuntur in Cod. Theod. tit. de Nili aggeribus (9,32.), apud Sidonium lib. 5. Epist. 5 : Publicarum molium objectus. [Huc referri debet, ut videtur, vox *Torchiez*, quam usurpat le Roman d'Athis MS :**

Les aultres se sont embuchiez.  
Par vallées et par Torchiez.]

† **TORCICIUS**, f. *Tortilis*, a Gallico *Torse*. Computus ann. 1245. e Bibl. Regia : *Pro pede cujusdam cisti Torcicii et redorando xviii. s. Vide Tortisius.*

\* **TORCIMANNUS**, Interpres, Ital. *Torcimanno*; unde *Torcimannia*, Interpretatio, exotici sermonis explicatio. Pacta inter reg. Tunet. et Pisan. ann. 1398. tom. 1. Cod. Ital. diplom. col. 1120 : *Item quod omnes Torcimanni sint et esse debeant æquales in Torcimannia, et in eis non sit aliqua prioritas (l. prioritatis) nec differentia; et solvatur dictis Torcimannis pro eorum Torcimannia, milliarense quinque de auro, de omni centenario bisantiorum tantum, et sine aliqua juncta. Ibid. col. 1124 : Supradicta omnia interpretata et translata per Torcimannos fuerunt de lingua Arabica et Saracena in Latinam. Vide Dragumanus et Turcimanus.*

\* **TORCINIA**, Funale tortitium. Chron. Guill. Bard. ad ann. 1422. ubi de exequiis Caroli VI. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 37 : *Erant illuminati a flamma Torcinarum cereorum alborum. Ubi forte leg. Torticiarum. Vide Torticia.*

† **TORCIO**, Damnus, injustitia, Gall. *Tort*. Chronicon Briocense apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 884 : *Torciones et rebelliones notificare fecit... quatinus ipsum juvarent... ad compellendum Comitissam et suos adherentes ad obediendum et emendam condignam faciendam. Vide Tortus 1.*

\* **TORCITORIUM**, Agger, ni fallor. Vide *Torcia* 2. Formulæ MSS. Senens. ann. 1414. ex Cod. reg. 4726. fol. 3. r<sup>o</sup> : *Quod ædificium et molendinum erant tunc temporis sine ferramentis et naciis et aliis apparatibus et instrumentis opportunis et neces-*

*sariis ad molendum et ferrum cudendum, cum fretis, steccaris, gorjis, Torcitoris et aque ductibus pertinentibus, etc.*

\* **TORCOISUS**, Turcius. Charta Phil. comit. Fland. pro libert. Brug. ex Cam. Comput. Insul. : *De canipulo et clava Torcoisa, sicut cones juravit.*

\* **TORCOLIUM**. Vide supra *Tercolium*.

† **TORÇONNERIE**, Injuria, Gall. *A tort*. Regestum Parlamenti ann. 1379. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 165 : *Avunculum nostrum, aut ejus procuratorem pro ipso... Torçonnerie et ad malam causam se opposuisse diceretur. Charta ann. 1394. ex Chartul. Latiniac. fol. 227 : L'opposition contre icelle donnée estre Torçonnerie, etc. Vide Tortionarie.*

† **TORCULA**, Ἐλαϊτροβείον, Torcular, in Glossis Lat. Græc. Sangerman. MSS. In Editis : *Torcule, ἐλαϊτροβεία.*

† **TORCULARE**, Uvas terere. Fortunatus Epist. ad Syagrium : *Quod iste Torcularet in fletu, ille apothecaret in fluctu. Inventar. ann. 1476 : Item plus in eodem stabulo unum torcular... pro Torculando vindemiam tempore vindemiarum.*

\* Charta Phil. Pulc. ann. 1303. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 239. v<sup>o</sup>. col. 1 : *Qui ad Torculandum ad torcular seu pressorium ejus venire tenentur, etc.*

\* A Latino *Torquere*, nostri *Tordoir* et *Torgoir* appellarunt, Torcular seu molam, quæ aqua versatur vel jumento, ad terendum et calcandum quidquid illi supponitur. Redit. comit. Hannon. ann. 1265. ex Cam. Comput. Insul. : *Et si doit maîtres Willaumes li carpentiers pour sen Tordoir k'il a fait às mollins le conte, ix. lib. par an. Lit. remiss. ann. 1399. in Reg. 154. Chartoph. reg. ch. 385 : Comme François Mucet eust accensé ou aferné et prins certains moulins et Tordoires scituez à Castillon sur Oyse, etc. Aliæ ann. 1403. in Reg. 158. ch. 225 : Lesquelz firent tourner la roue d'un Tordoir ou molin à huile. Charta Galt. d'Estrommel ann. 1308. in Reg. 72. ch. 309 : Je disoie que mes molins de Vendville et mes Torgoirs..... douvoient avoir gouvernance pour maurre en partie de l'yaue du vivier... Disoient encores que sanz cause demandoie yaue pour mondit Torgoir..... Molin et Torgoir pour moure ou pour battre oile. Unde *Torgerrres*, *ibid.* Qui ejusmodi molendinum tenet, et *Torgeur*, in Lit. remiss. ann. 1448. ex Reg. 176. ch. 606 : *Givard de Rieve poure honme, Torgeur ou huillier... icellui Faignet avoit esté batu au Torgoir de la Neufville. Jehan Petas Torgeur ou huillier..... tenoit la Torgerie ou huillerie des chanoines et chapitre de Cambrai, in aliis ann. 1456. ex Reg. 183. ch. 150. Vide infra Troillium 1. Torgoir vero nuncupatur instrumentum quo cera torquetur, in Comput. ann. 1367. ex Tabul. S. Petri Insul. : Item donné à Lotard de Biauvoir pour refaire le Torgoir de la cyre de la fabrique, xxiiij. sol. Tourtre, pro *Tordre*, torquere, in Lit. remiss. ann. 1394. ex Reg. 146. ch. 89 : *Lequel prestre print le suppliant à la gorge en lui Tourtant son chaperon qu'il avoit au col. Teurtre, in aliis ann. 1479. ex Reg. 206. ch. 135. Hinc Corde à Tuortonoir dicitur, Restis torcularia, in Lit. remiss. ann. 1375. ex Reg. 107. ch. 337 : Lesquelz avoient mis***

*les bonnes gens en gelines, les uns de cordes à Tuortonoirs entour la teste, etc.*

\* Ejusdem originis videtur vox Gallica *Torsin*, pro *Dresche*, Corevisiæ sex, in Stat. cambar. ex Lib. rub. fol. magn. domus publ. Abbavil. art. 5 : *Que tous les brasseurs de la ville ne merlent le quief de leur mestier avec leur Torsin : ains qu'il le vendent, et tout leur mestier soit traïs et vendus par le broque.*

† **TORCULATOR**, Ἀπυροβάτης, in Glossis Lat. Gr. Aliæ Gr. Lat. : Ἀπυροβάτης, *Calcator, Torculator.*

\* **TORDERA**, *Prov. Turtur*, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. Italis, *Tordela*, nostris, *Tortre* et *Tourtre*. Codex MS. serm. xiv. sæc. ex Bibl. S. Vict. Paris. serm. in Purificat. B. M. : *Por lui si offri la Virge Marie deux Tortres ou deux colons. Bestiar. MS :*

Or vos diron d'un autre oisel,  
Qui moult parest courtois et bel,....  
C'est là Tourtre, dont nous parlon.

Vide infra *Turturella*.

\* **TORECHT**, male pro *Cherchet*. Vide supra in hac voce.

† **TORELLA**, vel **TORELLUS**. Testamentum ann. 1386. apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 427 : *Lego... Radulfo filio meo... unam aulam bleu cum Torellis cum lecto ejusdem sette. An dimin. a *Torus*, lectulus?*

**TORELAGIUM**, Vide *Torale*.

† **TORELLAGIUM**. Vide *Torrellagium* in *Torra*.

† **TORESTINA**, Panis certi ponderis. Conventio Domini et incolarum Castri-novi ann. 1461 : *Dictus dominus Ludovicus et sui tenebuntur dare culibet dictorum habitatorum, in die qua fenabunt, unam dinidiam Torestinam panis vendibilis.*

† **TORETUS**, Colliculus. Vide in *Toro*. **TOREUMA**, Vas, opus cælatum. Gloss. Gr. Lat. : Τόρευμα, *Toreuma*. Papias : *Toreumata, vasa, quæ sunt a torno facta. Eadem habet Will. Brito. Joan. de Janua : Toreuma, est tornatura, vel tornatum vas, vel quidquid tornatur et dolatur, sine vas sive lectus, sive aliud.... Unde Prudentius, Pulchra mero veterique Toreumata rose riganatur. In Psychom. v. 370. Vide *Tornitalia*. [ *Torneure, ou vaisseau torné, ou tout ce qui est fait à tour, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.] Glossæ : Τορεύω, cælo, torno. Hesychius : Τορεύει, γλύφει. Τορνηταί, γλυπταί. Fortunatus lib. 2. de Vita S. Martini :**

Emblema, gemma, lapis, *Toreumata, thura, falerna.*

Idem lib. 4. Poem. 4 :

Spernit opum laqueos, unguenta, *Toreumata* fluxa.

[\*\* Ruodlieb. fr. 4. vers. 46 :

Mensa sublata propter sustollere vasa,  
Ne mingat catta, catuluse coioquinet illa,  
Sedulius ac lavit, post in Toreuma reponit.]

Vide *Salmasium* ad *Solinum*, ubi multa de arte *Toreutica*. Improprie vero

**TOREUMA**, pro *Toro*, vel torali usurparunt Scriptores ævi inferioris. *Salvian. lib. 4. ad Eccl. Cathol. : Natant trinciniorum redundantium pavimenta; vino nobili lutum faciunt; mensæ eorum ac Toreumata mero jugiter madent. Sidonius lib. 1. Epist. 2 : Toreumatium peripetasmatumque modo con-*



chylata profertur supellex. Lib. 2. Epist. 13: *Sericatum Toreuma*. Petrus Damianus lib. 8. Epist. 14. pro aulæis videtur usurpasse: *Regem sane quis excepturus hospitio, quid prodest, si tota domus atria diversis Toreumatibus instruat, si per laquearia quæque carbasina vela suspendat?*

**TORREUMA**, apud Smaragdum in Grammatica MS. in Glossa interlineari exponitur *carmen nuptiale*.

† **TOREYSIUS CASEUS**, in Statutis Montis-regalis pag. 308. An a loco, ubi fit, sic dictus?

† **TORGIA**, Idem quod *Torchia*, Anglis *Torch*. Testamentum Richardi II. Regis Angl. apud Rymer. tom. 8. pag. 75. col. 2: *Et totum iter 24. Torgiæ circa funus nostrum continue deferantur ardentes, etc.* Pluries recurrit ibi.

\* Acta B. Amad. tom. 2. Aug. pag. 605. col. 2: *Vovit..... de donando unam imaginem ceream et Torgias duas cereas magnas et longas, prout dicta ejus uxor erat.*

**TORIA**, *Panis incisus*, Papiæ: sed videtur legendum *Torta*. Vide in hac voce. Est enim *incisus*, incisionibus notatus et distinctus.

\* Melius *Torta*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613.

† **TORICA**, pro *Lorica*, mendo typographico; nisi sit pro *Thoraca*; quæ vox idem sonat atque lorica. Literæ ann. 1275. tom. 3. Ordin. Reg. Franc. pag. 63. n. 14: *Baliste vero et quarcelli, torni, scuta, Toriace, albergiones, etc.*

† **TORIMA**, *Cochlear quo colla vertitur*. Amalthea.

**TORITUS**, [f. pro Tortus, cujus frons obducta est, nostris *Refrogné, rechiné.*] Vide in *Escotus*.

† **TORMAMENTUM**, **TORMENTUM**, pro *Torneamentum*. Charta Matthæi Abbat. Fusniac. ann. 1237: *Ne videlicet ad submonitionem ipsius Thomæ irent ad exercitum, expeditiones et Tormenta, ad que tenebantur ire per legem, ut dicebat idem Thomas; et ne dicti homines emendas eidem Thomæ facerent, quando citati ab ipso neglexerant ire ad predictos exercitus, expeditiones et Tormamenta* Vide infra *Torneamentum et Tormentum* 2.

† **TORMEN**, *Torment*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. MSS. ex Joanne de Janua, qui *Tormon* habet pro *Tormentum*. Pro dolore intestinorum *Tormina* plur. num. passim occurrit apud Latinos; unde *Tormen* dixit J. de Janua. Vide *Tormentum* 1.

**TORMENTARE**, *Torquere*, [Tormentis excruciare,] Gall. *Tormenter*. Arnoldus Lubéc. lib. 2. cap. 16: *Teutonicum quandam, quem diu carceris inclusione Tormentaverat, fecit muros ascendere*. Goffridus Vindocin. lib. 2. Epist. 32: *Captos et ligatos nuper in unam de obelientis nostris adduxerunt, et ibi eos, quamdiu placuit, Tormentaverunt*. Hist. Pontificum et Comitum Inculismensium cap. 25: *Nec sivit eam Tormentari ulterius, et vitam concessit.* [Rursus occurrit lib. 6. Annal. Genuens. ad ann. 1227. apud Murator. tom. 6. col. 446. in Regiminibus Paduæ ad ann. 1279 tom. 8. ejusd. Murator. col. 424. in Chronicis Danduli tom. 12. col. 491. Dominici de Gravina

eod. tom. col. 564. in Statutis Cadubrii lib. 1. cap. 1. et alibi passim.]

\* **TORMENTINA**, Therebinthina resina. Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 14: *Deficiente vino recurratur ad caratellos unctos Tormentina intus et postea pulverizetur pix bene contrita super Tormentinam in carretello.*

1. **TORMENTUM**, Est omnium intestinorum vexatio. Vide Cælium Aurelian. lib. 3. Acutor. cap. 17. Glossæ Lat. Gr.: *Tornina*, *δυσεντέριον*

2. **TORMENTUM**, pro *Torneamentum*. Epitaphium Rogeri de Mortuomari in Monast. Angl. tom. 2. pag. 229:

*Militiam scivit, semper Tormenta subivit.*

Jo. Britton. in Legib. Anglic. cap. 25. pag. 49: *Car de trespas faits en Tourmentes ne à joutes, ne en tiels faits semblables à guerre, etc.*

\* 3. **TORMENTUM**, *Funis, quo contrahitur prora ad puppim*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613. Aliud Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Tormentum, quo prora ad puppim extenditur.*

\* 4. **TORMENTUM MURALE**, Petraricæ species, quatiendis urbium ac castrorum mœnibus, idem quod *Bombarda*. Annal. Laur. Bonincont. ad ann. 1406. apud Murator. tom. 21. Script. Ital. col. 94: *Florentini mense Aprili Vicum obsidebant; Tormenta muralia plura ad id expugnandum exposita*. Et col. 136: *Tormento murali, quod bombardam dicunt.*

† **TORMENTUOSUS**, *Tormentis plenus*. *Ligatious Tormentuosi organi*, Cælio Aurel. lib. 3. Acut. cap. 6. Occurrit etiam apud Johannem de Janua, ut et *Tormentus* eadem notione.

† **TORMENTURA**, *Tortura*. Processus de B. Wernhero Mart. tom. 2. Aprilis pag. 732: *Statua snæ Tormentaturæ a variis gentibus honoratur.*

† **TORMIN**. In Epistola ann. 1113. Ampl. Collect. col. 1115. memoratur *balista ad Tornin*; sed legendum est, ni fallor, ad *Tornum*. Vide *Tornus* 1.

**TORMOVELE**, Hybernis dicuntur traves transversariæ, ad portas, vel in aditu viæ alicujus, qua arceri equi aut currus solent: vel crates mobiles, aut septa, quibus pratorum claudi ingressus solet. Vita S. Aidani Episc. Fernens. in Hibernia n. 35: *Qui ante nos aperiet Tormovelam vadi.*

1. **TORNA**, *Duellum*, ex formula recepta, quod qui duello rem probaturus esset *tornari* ad duellum diceretur. Charta Alfonsi VI. Imperatoris Hisp. ann. 1086. apud Anton. de Yopez tom. 6: *Homicida cognitus dabit centum solidos, et tertia pars sit condonata pro Rege. Si negaverit, juret, quod non fecit, et ad Torna litiget, et si ceciderit, petet centum solidos, et 60. solidos de campo, et quod ultra expendit in armis et operariis et expensis. Ubi litigare, est pugnare.* Vide in hac voce. Fol. 11: *Quod si probare non poterit, accipiat juram ab adversario, quia taberna publica non habet Tornam ad batallam*. Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oscæ ann. 1247. fol. 11: *Sed dicat: Ecce fidantiam de Torna, et Justitia accipiat ipsam*. Fol. 12: *Torna aut batalla non habet locum inter Christianum et Judæum, aut*

*Saracenum: sed quisque defendit se de alio proprio sacramento in omni causa*. Fol. 14: *Equa furata non habet Tornam ad batallam, etc.* Fol. 20: *Si mutuum quod valeat ultra 10. solidos inficiatur, est ibi Torna, etc.* Fol. 35: *Quoniam non potest eos Tornare ad batallam*. Adde fol. 21. 34. Ita in Observantis Regni Aragon. pag. 25. 30. et alibi.

**TORNARE**, In duellum vocare, lege duelli alicum aggredi. Libertates villæ Franchæ, concessæ ab Archembaldo D. Borboniensi anno. 1217: *Qui alium pugno percusserit, 3. solidos debet, si probatum fuerit; de uno quoque aliorum ictuum quos percussus probaverit, 12. denarios. Sed si probaverit plusquam duos, potest eum Tornare ea lege, qua debet*. Assisiæ Hierosolymitanæ MSS. cap. 21. 27: *Si le requerant noie la paie, la Cour doit esgarder, ou connoistre, que celui li doit prover par deux loiaus garens de la loy de Rome, que il ait paie, et que celui, contre qui il preuve ce par garent en peut lui Torner (alias tourner) par gage de batuille, se la querelle est d'un marc d'argent, ou de plus*. Cap. 65: *Aucune malfaite, et tel que il conviegne à prover par guarens et en qui il ait Tornes de bataille*. Infra: *Vostre avversaire aura celui plait desregné contre vous, et sa querelle gagnée, si ce n'est de querelle de que vous vos voulés Tourner com faus guarens l'un des guarens par gage de batuille, et lever com esparjur, et ce n'est de querelle de que y a Tornes de bataille, etc.* Passim in iis Assisiis.

\* 2. **TORNA**, *Quanti pluris res sit compensatio, in permutationibus, nostris Tornæ, idem quod Turna* 1. Libert. novæ bastidæ de Trya ann. 1325. in Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 54: *Item quod de permutationibus faciendis de possessionibus inextimutis, ..... non dentur vendæ, nisi tradantur extimate, vel essent ibi Tornæ: nam tunc in eo casu de extimatis et Tornis tantum vendæ solvantur*. Lit. remiss. ann. 1479. in Reg. 205. ch. 434: *Le suppliant transporta par maniere d'eschange à Benoist l'Estendu... trois mines de terre avecques ung minot en plusieurs pieces,.... sans aucunes Tournes d'un cousté ne d'autre*. Vide infra *Tornare* 2.

\* 3. **TORNA**, *Turna*, quod in emptio-nibus merci venditæ superadditur in compensationem partis ejusdem vitiosæ. Charta ann. 1342. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 341: *Cum Bernardus duo milia trabium... pretio viginti duorum solidorum et sex denariorum Thronensium fortis monetæ, pro quolibet petia ipsorum duorum millium trabium,.... et Tornis decem petiarum pro quolibet centenario dictarum trabium, ita quod ratione dictarum Turnarum, dictus Bernardus dicto magistro Simoni pro putrefactione, corruptione, vel aliquo alio vitio dictarum trabium non teneretur*. *Torne* vero nuncupatur id quod in compensationem damni a iudice assignatur injuriam passo, in Lit. remiss. ann. 1450. ex Reg. 185. ch. 104: *Lesquelz promisdrent croire Jehan de Percey au ressort de deux saluz d'or et ung saluz de vin, tant pour despens que pour le barbier ou malefaçon, sauf le droit de justice et la Tourné*. Nisi de mulcta domino feudi a percussore solvenda intelligas.

\* 4. **TORNA**, *Cavum recipiendis aquis*



quæ a montibus decurrunt, gurges, vovago, vulgo *Torne*. Tabul. S. Vict. Massil. : *Item quamdam terram situm in territorio de alpbibus à la petita Torna, restante prædicta Torna in præsentì possessione*. Charta ann. 1066. in magno Chartul. ejusd. S. Vict. fol. 37. vº : *Sicut est terminatum superscriptum territorium cum partita territorii de Solerius, Melna, Corios et de illa Torna, ut monachi S. Victoris hubeant et possideant. Tornace*, Vallum, fossa, ut videtur, vulgo *Trenchée*, in Hist. contin. Guill. Tyrrii apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 614 : *Or vous dirai qu'il avint la nuit, la pierre d'une perriere ferri si à l'ordois d'une Tornace, que li hovois chai. Tourniere*, eadem forte notione, in Declarat. ann. 1497. ex Cod. MS. Comm. pag. 207 : *L'une des dites terres est entre Bertrand Chebin d'une part..... et les Tournieres d'autre part; et l'autre est aux Tournieres de cette dite terre, et d'autre part sont les Tournieres d'autres terres*. Vide *Tornafollis*.

**TORNADIZ**, Qui religionem suam ejuravit, et ad aliam se convertit, *qui s'est retourné*, ut vulgo loquimur, [Hispanis *Tornadizo*.] Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oscæ ann. 1247. fol. 30 : *Statuimus... ne alicui, de Judaismo vel paganismo ad fidem nostram Catholicam converso, præsumat aliquis cujuscunque conditionis sit, improperare conversionem suam, dicendo vel vocando eum Renegat, vel Tornadiz, vel consimile verbum*. Vide *Renegatus*, et *Tressalitus*.

\* **TORNAFOLIUM**, Titulus libri in quo varia tractantur, apud Charvet. hist. Vienn. pag. 296.

† **TORNAFOLLIS**, **TORNAFOLLUM**, Propugnaculi genus, ut *Batifolium*. Vide in hac voce. Regestum Computorum Dalphin. tit. Graisivod. ann. 1348. fol. 23 : *Item fecit fieri quinque Tornafolles novos et unum reparari, pro quibus solvit et pro 300. flethonibus carcellorum empennatis emptis pro garnisone castrì, 75. s. 4. d. Statuta Vercell. lib. 5. fol. 126 : Item quod aliquis non accipiat vel exportet lignamina alicujus domus, cassine, molendini, balfredi, Tornafolli, spaldi, pontis, sepium, cupos vel lapides, assides seu alterius edificii, quod sit in civitate vel curia et districtu Vercellarum*.

† **TORNAGLIUM**, Instrumentum quod aquæ vi versatur. Statuta Montis-regalis pag. 248 : *Item statutum quod nulla persona audeat vel præsumat facere vel tenere in dicta bealeria seu bealeriis aliquod molendinum seu Tornaglium, vel aliquid aliud asium sub pœna librarum x. Asten. pro quolibet et quolibet vice, et totidem pro emenda*.

\* *Nostri Tornaille dixerunt Baculum, quo funes carrorum contorquentur*. Lit. remiss. ann. 1372. in Reg. 104. Chartoph. reg. ch. 66 : *Lequel Synon couru tantost après ce à une charrette, ... et print en icelle la Tornaille, qui estoit grosse et pesant*. Vide infra in *Tornus* 1. et *Torris* 2. *Tournée* vero, pro *Houe*, ligo, quo terra versatur, in Lit. remiss. ann. 1395. ex Reg. 147. ch. 331 : *Philippot le Barbier estoit en un champ, tenant en sa main un outil de la façon d'une petite hoe, appelée Tournée. De la Tournée*

*ou pioche que tenoit Jehan Robin, in aliis ann. 1471. ex Reg. 195. ch. 576.*

**TORNALE** OPUS. Lib. 1. Miraculorum S. Richarii cap. 13 : *Servus, quem a Deo dira passio angebat hydroptica, ut inhumilis haberetur ad omne opus, vixque e loco moveri potuisset, positus in Monasterio, ubi Tornale opus exercebatur*. Legendum forte *Torrale*, [nisi quis malit *Tornale opus* esse quod *torno* fiebat.] Vide *Torrale* in *Torra*. [\* *Toriatorium opus*, apud Pertz. Scriptor. tom. 4. in Glossario. Locum non invenio.]

**TORNALERI**. Charta ann. 1273. in Regesto Homagiorum Nobilium Aquitanie fol. 12 : *Tenent unam stugiam ejusdem feudi cum Tornuleris suis; [id est, pertinentiis seu appendicibus, a Gallico *Tour*, vel Hispanico *Torno*, ambitus, ut videtur.] Occurrit ibi pluries*.

\* **TORNALERIUS**, Hæres legitimus, qui in turno seu ordine est ad successionem habendam; vel qui jure agnationis prædium venditum *Tornare* seu redimere potest. Charta ann. 1263. in Reg. feud. Aquit. ex Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 47. rº : *Angerius de Mirononte miles proximus Tornuleris in prædictis domine supra dictæ; qui Angerius quitavit prædicto domino Edwardo et suis hæredibus omne jus et omnem actionem realem et personalem, quam ipse haberet vel habere deberet in affario prædicto de la Guingis et pertinentiis ejus, ratione successionis vel alias quoquo modo*. Hinc legendum videtur *Tornaleris* supra pro *Tornaleri*, atque de cohæredibus, participibusve intelligendum. Vide infra *Tornare* 3. *Tornerus* 2. et in *Turnus* 1.

**TORNAMENTUM**, Prælium hostile. Epist. 73. ex Franciis tom. 4. Duchesni : *Forsitan non præterit cognitionem vestram, Ruinaldum Pomponiensem hominem vestrum Ansericum Montisregalis in hoc Tornamento cepisse*. [Wern. Rolevinkus de antiqua Saxonia, apud Leibnitium tom. 3. Scriptor. Brunsvic. pag. 646 : *Sanguinem non sitiunt, omnia, usurus, Toramenta, ponpas sumptuosas, neque faciunt, neque super cor ascendunt*.] Vide *Torneamentum*.

1. **TORNARE**, Divertere, deflectere : unde in vocibus, quibus Duces inter præliandum utebantur, illa erat : *Torna*, i. deflecte, apud Mauricum in Strategicis. Gloss. Arabico-Lat. : *Torno, reddo, reduco*. Vocem esse Pannonicam, vel certe Avarum, seu Hungarorum propriam docuimus in *Retornare*, 1. Edictum Rotharis Regis Longob. tit. 104 § 2. tit. 105. § 20. [\* 314. 352.] et Lex Longobard. lib. 1. tit. 22. § 6. de Venatore : *Quando eam (feram) postposuerit, et se ab ea Tornaverit, etc.* Tit. 25. § 45 : *Nam si sequi ceperit, et se de via Tornaverit, etc.* id est, se avertent, vel deflectent. *Detournare*, apud Gellium lib. 9. cap. 8. et Ammianum lib. 23. Vetus Charta Hispanica ann. 1063. apud Blancam pag. 635 : *Et statim, quando fuerit Tornatus de cavalgata, et venerit ad Tutela, etc.* Id est, cum reversus fuerit, Gallice, *quand il sera retourné*. [Privilegium Petri II. Regis Valentie pro Ecclesiasticis, tom. 3. Concil. Hispan. pag. 616. col. 1 : *Faciemus quod illud, quod per dictos auditores eis notificatum fuerit, vobis et singulis vestrum pro prædictis debere restitui et Tornari, i. ad vos reverti, ni fallor*. Aliis no-

tionibus occurrit in *Torna* et *Turnus bursæ*.]

† **TORNARE PASTAM**, Farinam subigere, subigendo versare, et in panem efformare, apud Bernardum in Ordine Cluniac. part. 1. cap. 75. *Tornare panem*, in Regula Hierevallis, inter Probat. Hist. Lothar. tom. 2. col. 114. et inter Monumenta sacræ antiq. tom. 1. pag. 138.

**TORNATA VINA**, quæ *Confusa* dicimus, in Charta Ludovici VII. ann. 1141. pro Bituricensib. apud Thomasserium, [nostris *Vin tourné*, Vappa, vinum vapidum : qua notione rursus occurrit in Chartis ann. 1194. et 1279. apud cumd. Thomasser. *Vinum acetosum vel Tornatum*, in alia ann. 1309. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 98. col. 2.]

\* 2. **TORNARE**, Compensare, supplere, rem permutatam *Torna* seu compensatione adæquare, idem quod supra *Retornare* 6. nostris *Tourner*. Libert. villæ de Berco ann. 1290. in Reg. 46. Chartoph. reg. ch. 229 : *Item quod si qui habeant bona immobilia communia et ea dividant, et illa divisio non competat dominis ville novæ, vel ejus fevallis, laudimium nullum detur, vel aliud pro laudimio, nisi una pars Tornet alteri pecuniam, quia ex illis Tornis tantum competit dominis, vel curiæ, vel ejus fevallis laudimium*. Charta ann. 1312. in Reg. 48. ch. 162 : *Fut fait cest eschange but à but, sans Tourner manle ne deniers entre lesdiz religieuz et ledit chevalier*. Lit. remiss. ann. 1386. in Reg. 129. ch. 170 : *Lequel suppliant eschanga ledit cheval à un autre qui estoit d'un Juif, parui ce que icellui Juif lui Tourneroit ou devoit Tourner de soutes treze frans d'or*. Aliæ ann. 1425. in Reg. 173. ch. 195 : *Icelux Guiot et Guillaume furent d'accord de changer leurs chapperons l'un à l'autre, parmi ce que ledit Guiot devoit Tourner et Tourna audit Guillaume six blans. Tourner change, Nummum nummulis commutare, in aliis Lit. ann. 1406. ex Reg. 160. ch. 367 : Laquelle femme pour avoir un pain d'un denier vouldist que l'en lui Tournaist change d'un grant blanc*. Pro locum mutare, in aliis ann. 1434. ex Reg. 175. ch. 317 : *Touteffois que li lune Towne oa se mue, etc. Tourner de place, eodem sensu, in Poem. Rob. Diaboli MS :*

Que les premiers Torne de place,  
Sor un autre Tornoi s'eslaisse.

\* *Tournée*, pro vulgari *Echange*, Permutatio, in Pacto inter domineam de Bello-manerio et Steph. du Chastelet ann. 1376. in Reg. 116. ch. 72 : *De laquelle rente ledit Estienne deschargea lui et les dites terres et en laissa en Tournée et assiete à laditte dame les rentes, dont les parties ensuivent, etc.* Vide supra *Torna* 2.

\* 3. **TORNARE**, Prædium ab agnato venditum redimere, pretio emptori restituito. Libert. Brager. ann. 1334. in Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 330 : *Item si forsan primus emptor vendat alicui dictam rem infra dictum terminum, ... quis de parentela dictam rem venditam Tornare poterit infra annum et mensem*. Vide *Turnus bursæ* in *Turnus* 1.

\* 4. **TORNARE**, In regesta referre. Memor. D. Cam. Comput. Paris. fol. 27. vº :



Die vij. mensis Sept. 1361. Petrus de Chevreuse, thesaurarius regis, .... fecit juramentum de bene exercendo suum officium, .... et quod nunquam faciet Tornare vel scribere per camporem thesauri in suis libris receptæ et expensæ aliquas partes in recepta, nisi pecunia sit recepta realiter et de facto. Quæ Gallice fol. 28. r<sup>o</sup>. sic redduntur: Item qu'il ne fera aucune recepte écrire par devers le changeur du tresor, se l'argent n'est apporté au tresor. Alia notione Tournere cedula dicitur in re æraria, de mandato scilicet usi scheda solvendæ pecuniæ alteri usui destinatæ, vulgo Billet, lettre de change. Stat. ann. 1388. tom. 7. Ordinatio, reg. Franc. pag. 241. art. 20 : *Que sur les tresoriers de nos guerres, ne soient par notredit tresor Tournées aucunes cedulles ou descharges; attendu que le fait d'iceux tresoriers est ordonné pour la guerre, et ne doit estre converti ailleurs: et peustre que par tels Tournemens (leg. Tournemens) que le fait de la guerre est souvent demeuré. Unde Tour d'escript, eodem sensu, in alio Stat. ann. 1407. tom. 9. earumd. Ordinatio, pag. 285. art. 15.*

\* 5. **TORNARE**, Instituire. Constit. MS. Jacobi II. reg. Aragon. ann. 1291 : *Quod non possimus ibi Tornare et eligere officiales, sicut nobis placuerit.*

\* 6. **TORNARE PIGNORA**, Deponere, Gall. Consigner. Constitut. MS. Petri I. reg. Aragon. ann. 1207 : *Si quis de Magnatibus regis, vel aliquis miles, vel alia quelibet persona, convictus a domino rege vel vicario suo super restitutione pacis et treugæ et bovatici, pignora ponere noluerit; si talis persona fuerit, quæ teneat castrum vel castra, vel munitionem aliquam per dominum regem, statim det potestatem inde.... Si vero talis fuerit persona malefactoris, quæ non teneat aliquod pro domino rege, et noluerit pignora Tornare, statim cum exierit de curia regis, teneat se pro suo acurudato. Vide Retornum.*

† **TORNARIA**. Vide Turnus bursæ, in Turnus 1.

\* **TORNARIA**, Prædium permutationis acquisitum. Charta ann. circ. 1119. apud Murator. tom. 6. Antiq. Ital. med. ævi col. 289 : *In campo sancti Benedicti Tornariam unam videlicet casales duos et eo amplius, et medium casalem de Bonitto, et medium casalem Capituli Cavalli, et unam clausuram ante Portum campi. Vide supra in Tornare 2.*

**TORNARIUS**, [Idem qui infra Tornator.] Charta Bizetislai Bohemiæ Ducis circa ann. 1052. apud Bobuslaum Balbinum in Hist. Bohemica pag. 191 : [Aratores ad prædictas villas dedi Mirass, Lascn, Seek... Tornarium scutellarum Bozetham... et alium qui torneumata facit. Alia notione legitur infra in Turnus bursæ.]

† 1. **TORNATILIS**, Torno politus, perfectus, in Canticis Cant. 5. 14. et 7. 2. *Tornatiles manuales*, Wernerio Rolevinko de antiqua Saxonia, apud Leibnium tom. 3. Scriptor. Brusvic. pag. 639. *Tornatilis ventus*, Johanni de Polda, apud eumd. Leibnium. tom. 2. pag. 509. Turbo, nostris *Tourbillon*.

\* 2. **TORNATILIS**, Versatilis. Epist. Gerberti ann. 988. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 400 : *Nam amici qui familiaritate beati patris Adulberonis mecum*

*usi fuerunt, mecumque laborabant, ob Tornatile lignum deferendi erant.*

1. **TORNATIO**, Prælium, conflictus, quomodo Tornamentum usurpari diximus. Galbertus in Vita Caroli Comit. Fland. n. 121 : *Rex et Comes cum gravi exercitu obsedit Ipsam, et facta est Tornatio, et Militie utrimque acriter occursum. Idem n. 181 : In quibus diebus tot militias, tot Tornationes excitabant Milites utriusque exercitus.*

**TORNATIO**, interdum etiam decursio equestris, vel bellica, seu Torneamentum. Idem Galbertus n. 8 : *Pro exercitio Militum... cum ducentis equitibus Tornationes exercuit.*

† 2. **TORNATIO**, **TORNATURA**, Forma, elegantia, Gallis *Tournure* eadem notione. Guido Abbas Cisterciens. lib. de Musica : *Quæ enim superacuturam lineam tenet, in acutis est in spatio, et e converso. A gravibus enim differunt per Tornationem sicut et acutæ... Nilhil fere reliquit intactum, neque nomina linearum, neque paginulas, neque versus, nec etiam Tornaturas ipsarum notularum. Vide Tornatura 1.*

† **TORNATOR**, Τορνευτής, in Glossis Lat. Græc. Alie Gr. Lat. : Τορνευτής, *Celator, Tornator. Tornatores aut simulacrorum sculptores*, Julio Firmico lib. 4. cap. 7. Occurrit hac notione, in Capitulari de Villis Caroli M. cap. 45. et 62. in Chartulario S. Vincentii Cenoman. fol. 54. Historia Beccensis MS. fol. 142 : *Deciderunt Beccensi cænobio unum Tornatorem in foresta de Conchis. An faber lignarius, quem Tournere nominamus, intelligi debeat hocce in posteriori loco, mihi non satis liquet, ut et in alio loco citato in Biguis. Rursus alia notione legitur in Turnus bursæ.*

\* Qui torno operatur. Chartar. Norman. ex Cod. reg. 4653. A. fol. 92 : *Rogerus de Bremecort habet unum Tornatorem in foresta ad scutellas, ... et abbas lyræ unum Tornatorem similiter.*

**TORNATRICES**, Saltatrices, mimæ. Hincmarus in Capitul. ad Presbyteros diocesis suæ cap. 14 : *Nec turpia joca cum urso vel Tornatricibus ante se facere permittat.*

† 1. **TORNATURA**, Opus torno factum, 3. Reg. 6. 18. Miracula S. Mauri tom. 1. Jan. pag. 1058. et sæc. 4. Benedict. part. 2. pag. 178 : *Cum rudentem peripetasmatis, malum navis scandens (naucelus) Tornaturæ, de qua dissilierat, reapture vellet, etc. Hinc ad alias res translata vox, ut apud S. Bernardum Epist. 135. edit. 1690 : Laudatur de bono litere Tornatura manus, non calamus. Vide Tornatio 2.*

2. **TORNATURA**, Modus agri, [jugero respondens, nostris *Arpent*,] apud Bononienses Italos præsertim, ut colligitur ex Rollandino in Tractatu seu Summa de Notaria scripta ann. 1265. Concilium Marzialiæ sub Honesto Archiep. Ravennate ann. 973 : *Ut concederet in duobus locis Tornaturas vinearum 30. videlicet in primo loco juxta Monasterium S. Isaie vineam unam, quæ tribus viis circumdatur, etc. apud Ughellum in Archiepisc. Bonon. n. 47. Charta alia ann. 1175. apud eumd. in Episcop. Casenat. n. 38 : Et quinquaginta Tornaturas terre in Androna etc. ... et 12. Tornaturas terre in Gabanella, etc. Charta ann. 1081. apud Hieron. Rubeum in Hist. Ra-*

*vennate lib. 5 : Nec non et ducentas terre Tornaturas ad Canonicorum opus laborandas, positas in loco, qui dicitur, etc. Alia ann. 1086. apud eumd. : Videlicet quinquaginta Tornaturas terre laboratorias, juxta podismo designatas, quæ posite sunt in loco, qui dicitur Mutafeno. [Codex censualis MS. Irminonis Abbat. Sangerm. fol. 2. col. 2 : Dalbertus colonus S. Germani tenet de terra arabili antsingam 1. inde facit Tornatura.] [\* Guerdard hoc loco idem est quod Scara, Epistolarum, aliarumque rerum minoris ponderis ultro citroque perlatio.]*

† 3. **TORNATURA**, Mensura species, minor *Tornatura* vulgari, quæ jugerum est, Italis etiamnum *Tornatura di terra*. Slatuta Mutin. fol. 126. rubr. 144 : *Qui habent terras juxta dictam stratum et ab utraque parte stratæ, teneantur extirpare terras suam per unam Tornaturam longe a strata.*

\* Charta ann. 1192. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 87 : *Molendina Rolandi Bajamontis et sociorum, quæ sunt superius, Tornatura una inferius sunt. Tournant de l'espaule dicitur Humeri flexus, in Lit. remiss. ann. 1404. ex Reg. 159. Chartoph. reg. ch. 205 : Le suppliant fery d'un coustel ledit hoste un seul coup assez près du Tournant de l'espaule senestre.*

† **TORNATUS**, Idem qui *Attirnatu*s, Procurator, de quo supra. Vide Spelmanum in *Attirnatu*s.

† **TORNE**, Agonis genus et certaminis, unde fortasse Torneo, apud Laurentium in *Amalthea*.

\* **TORNEA**, Turris, propugnaculi species. Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 1. fol. 95. r<sup>o</sup>. col. 2 : *Debet facere tres portas cum duplicibus tornellis et quatuor Torneas alias. Vide Tornafollis.*

**TORNEAMENTUM**, [Gallis alias *Tornoie*mentum, ut in Præcepto Philippi Pulchri ann. 1304. vel *Tournoyment*, ut in alio ejusd. Regis Præcepto ann. 1314. tom. 1. Ordinatio, Reg. pag. 426 \*. 539. et alibi passim; nunc *Tournoi*.] Auctor Breviloqui : *Torneamenta dicuntur quadam nundinæ, vel ferie, in quibus Milites ex edicto convenire solent, et ad ostensionem virium suarum et audacia temere congregari, vel congressi. Decursiones militares, ludicræ equestres pugnæ, Matthæo Paris : hastiludia, ludi equestres, Willelmo Neubrig. : Meditationes militares, armorum exercitia Hovedeno; Militaria exercitia, quæ nullo interveniente odio, sed pro solo exercitio, atque ostentatione virium fiebant, ait idem Neubrig. Ludi militares, Thomæ Walsinghamo; Gladiaturæ, Lamberto Ardensi : [Bellicæ illusiones, eidem.] Joannes Sarisberiensis lib. 3. Metalogici cap. 10 : *Fuit antiquitus hæc jure militari disciplina Romanorum, ut qui armis fuerant exercendi, ab ineunte ætate assuescerent militia imaginariæ, et ludentes in eo jugiter versarentur adolescentes, unde postmodum in necessitatibus Reipublicæ feliciter triumpharent. Chronicon Montis-Sereni ann. 1175 : In exercitio militari, quod vulgo Torneamentum vocant. [Excerptum Historiæ MS. Parliamentum Occitan. apud Baluz. tom. 2. Capitulum. col. 1088 : Anno Domini mccccl. et die xxvii. Januarii cum Rex Joannes comoraretur apud Villam novam juxta Ave-**



nionem... et ibi certamen lancearum sive hastarum, quod nos Torneamentum vocamus, celebrasset, tota curia Papali adstante, etc. Vide Tractatum Georgii Scubarti de ludis equestribus, Caroli de Aquino Lexicon Militare et Dissertat. Cangii ad Joinvillam 6.]

*Torneamentorum* nomen manare multi opinantur ab illa eorum decursione, et sciomachia, seu imaginaria pugna veterum, quam *Trojam* et *Trojanum ludum* vocabant, ab *Aenea* in Sicilia ad Anchisæ patris tumulum primum inventa, deinde ad Romanos traducta, de qua Virgilius, Suetonius, et Xiphilius. Alii probabilis censent, ut a Gallis eorum usum originem acceperit, ita et vocabuli etymon ab iis repetendum, nempe a verbo *turner*, aut *tourner*, i. in orbem circumducere, circumflecti. Qui enim in his militaribus decursionibus decertabant, quos insidebant, flexis in gyrum frænis, equos circumagebant.

Torneamentorum repertorem Gaufridum II. Dominum Pruliaci, (*de Preulli*) in Andibus agnoscit Chronicon Turonense: Anno 1066. *Gaufridus de Pruliaco, qui Torneamenta invenit, apud Andegavum occiditur.* Chron. S. Martini Turon.: *Anno Henrici Imp. 7. et Philippi Regis 6. fuit proditio apud Andegavum, ubi Gaufridus de Pruliaco et alii Barones occisi sunt. Hic Gaufridus de Pruliaco Torneamenta invenit.* Fuit Gaufridus pater alterius Gaufridi, a quo Comitum Viudocinensium series proflixit.

Certe inventas a Francis ludicras istas decertationes, et ab iis primum receptas, et obiri solitas, profitentur passim Scriptores. Matthæus Paris ann. 1179. *Conflictus Gallicos, Torneamenta appellat.* Huic consentit Radulfus Coggeshalensis in Chron. MS: *Dum more Francorum cum hastis vel contis sese cursim equitantes vicissim impetrent.*

A Francis Torneamentorum usum accipere Angli, quibus haud innotuerunt, nisi in diebus Regis Stephani, cum per ejus indecentem molliem nullus esset publicæ vigor disciplinæ, ait Willelmus Neubrigen. lib. 5. cap. 4. Tunc enim et sub Henrico II. qui Stephano successit, Tyrorum exercitum in Anglia prorsus inhibitis, qui forte armorum affectantes gloriam exerceri volebant, transfretantes, in terrarum exercebantur confinis. Id præ cæteris testatur Rogerus Hovedenus, ut et Bromptonus ann. 1177. scribens, Gallridum Comitem Britannicæ, cum a patre Henrico II. Militiæ insignia accepisset, *transfretasse de Anglia in Normanniam, et in confinibus Franciæ et Normanniæ militaribus exercitiis operam præstantem, gavisum esse, se bonis Militibus æquiparari.* Deinde hæc subdit Neubrigen. s: *Considerans igitur illustris Rex Ricardus, tanto esse acriores, quanto exercitiores atque instructiores, sui quoque Regni Milites in propriis finibus exerceri voluit, ut ex bellorum solenni præludio, verorum addicerent artem usumque bellorum, nec insultarent Gulli Anglis militibus, tanquam rudibus et minus gnaris.* In Anglia ergo Torneamenta primum celebrari ceperunt, Rege Ricardo id decernente, et a singulis, qui exerceri vellent, indictæ pecuniæ modulum exigente,

inquit idem Scriptor, a quo hausit, quæ habet in eam rem Joan. Bromptonus. Id ipsum astruit Matth. Paris ann. 1194. pag. 124.

Certum est, etiam e Francia in Germaniam invecta torneamenta. Nam et si Fr. Modius in Pandect. Triumphal. ejusmodi decursionem et concertationem militarium seriem longe ante Gaufr. Pruliacensis tempora ediderit, constat, falsa veris sæpe miscuisse, et multa ab eo inepte inventa, et quæ apud, non dico eruditos, sed eos, qui prima Historiæ elementa degustarunt, ullam fidem merentur.

Præ cæteris vero Byzantini Scriptores ingenue profitentur, ejusmodi decursionum artem et usum didicisse Græcos a Latinis, id est, Gallis, quos earum primos fuisse repertores tradunt; in quibus est Niceph. Gregoras lib. 10. At Jo. Cantacuzenus lib. 1. cap. 42. tempestatem, qua in Græciam transierunt, videtur indicare, cum videlicet Anna Sabauda, Amedei IV. Allobrogum Comitissæ filia, Constantinopolim Audronico Juniori Imper. nuptura venit, hoc est ann. 1326. tunc enim Nobiles Sabaudi et Galli, qui Principem fæminam comitati erant, ejusmodi ludicras decursiones et concertationes celebrarunt, earumque usum Græcos, quibus hactenus incognitæ erant, primum docuerunt: *Ἰούρριαν, καὶ τὰ τερνεύμεντα αὐτοὶ πρῶτοι ἐδίδαξαν Ῥωμαίους, οὗτο πρῶτον περὶ τῶν τοιούτων εἰδότες οὐδέν.* Quæ verba ita capienda sunt, non quod tunc primum Græci in his decursionibus decertarint, sed quod illas deinceps exercuerint. Tradit quippe Nicetas in Manuele lib. 3. cap. 3. cum Imperator iste Antiochiæ moram ageret, solemnem factam decursionem, in qua Græci contra Francos dimicauerunt. Et Cinnamus lib. 3. auctor est Manuelem rerum potitum Græcos docuisse artem novam bellandi, scutis oblongis pro rotundis uti, hastas vibrare longiores, etc.

Ejusmodi autem decursiones, pro solo exercitio, atque ostentatione virium fiebant, ut ait Neubrig. *γυμνασίαις ἐνικα σώματις*, inquit Gregoras, *ut ex solenni bellorum præludio verorum addiceretur ars ususque bellorum*, ut est apud Willelmum Neubrigensem.

Cum igitur nullo interveniente odio, sed solius exercitii causa, ad Torneamenta convenirent, decere eorum inventores, ut armis innocuis, gladiis hebetibus, lanceis absque ferro, seu *ἀειδήτοις δραπακίαις*, ut ait Nicetas, dimicarent, ne, si forte vulnera sibi invicem infligerent, mutilarent artus, ad bella minus idonei procederent. Ejusmodi arma, quæ *lusoria tela* dicuntur Senecæ, nostri *Armes courtoises* appellabant, hoc est, urbana, innocua.

Vetabantur præterea in ipso certamine punctim gladiis adversarium ferire, sed ictus suos sursum aut deorsum dirigere jubebantur; qui contra agebat, non solum proposito victori præmio indignus habebatur, sed etiam tanquam qui male pugnasset, a iudicibus mulcatur, et infamia quadam aspergebatur. Apud Matthæum Paris ann. 1252. cum Rogerus de Lemburne, Hernaldum Montiniacum in torneamento lanceæ mucrone, qui *prout* *debebat, non erat hebetatus*, in gutture

lethaliter vulnerasset, *licet se insontem prætendisset, factus est suspectus, et quod proditiose facinus perpetrasset, acriter reprehensus.* Nam si forte quis adversarium in ipso certamine vulneraverat, aut occiderat, dummodo contra decursionis leges non peccasset, indemnus erat: quod et observatum a Nicephoro Gregora.

Erant autem, ut supra annotatum est, torneamenta imagines bellorum, ut loquitur Scriptor Hist. Hierosol. ann. 1177. *imaginariæ bellorum prolesiones*, vel, ut Neubrigen. et alii, *belli præludia*: diversis enim cohortibus et turmis, una omnes ad prælium accincti properabant, et gladiis in alterum ingeminantes ictus, vires suas exercebant: quod secus erat in *Justis*, quæ monomachiæ speciem præbebant, in quibus singulari certamine alter in alterum ferebatur, lanceisque congredebatur. Nicephorus Gregoras lib. 10. Torneamentum describens: *Μερίζονται κανταύθα κατὰ φύλας, καὶ δῆμος, καὶ στρατίαις, καὶ ὀπλιζονται πάντες ἐμοῦ, καὶ ἀρχιερειαῶν γινόμενων, κλήρω λαγχάνουσι τὴν ἡγεμονίαν, οὗο τινὲς ἐξ αὐτῶν, ἑκατέρου μέρους ἑκάτερος.* Hunc locum illustrant, quæ habet Thomas Walsinghamus sub ann. 1274. ubi Torneamentum Cabilone inter Regem Eduardum cum Anglis et Comitem Cabilonensem cum Burgundis in initum belle exsequitur.

TORNEAMENTUM, Hostile bellum, prælium. Charta ann. 1265. in Tabul. Bonævallis: *Homines commorantes in dicta villa et banleuga Bonævallis cum Comite Carnotensis vel Blesensis, seu successoribus eorum, seu cum mandato eorum, iis ut Torneamenta seu ad aliquam cavalcata nullatenus tenebuntur.* [Charta Blanchæ Comitissæ Trecentis ann. 1212. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 829: *Ad Torneamenta duci non poterunt, nisi aliquis arroganter comminatus fuerit se dominum Campaniæ et suos inclusurum in aliquo municipiorum suorum, aut vastaturum terram suam.*]

\* Charta Phil. Aug. ann. 1200. inter Probat. Hist. Autiss. pag. 34. col. 2: *Comes Petrus Autissiodorensis et Tornodorensis quittavit burgenses suos, qui sunt de censiva Autissiodorensi, qui etiam debebant ei equitationes, Torneamenta et exercitus.*

TORNEAMENTUM ACULEATUM et Hostile, Matthæo Paris pag. 554. et 372. dicitur illud, quod utrimque inter bostes publicos ex condico, infestis animis, armisque et gladiis vel hastis non hebetibus, sed ferro et aculeis instructis iniri solebat, cujusmodi torneamenta et justas, *Armes à outrance* vocabant nostri. De eo pluribus egimus in Dissertatione ad Joinvillam 7. in qua de Torneamentis disseruimus.

Torneamentum vero quasi hostile, appellat idem Matthæus Paris ann. 1241. ejusmodi torneamentum, quod infestis armis contra quosvis, etiam non hostes, inibat, provocacione ad id vulgata, et certis conditionibus descriptis: de qua etiam Torneamenti specie egimus in eadem Dissertatione.

Interdicta subiinde Torneamenta a summis Pontificibus, sub excommunicationis pœna, ob cædes et membrorum mutilationes, quæ in iis crebro accidebant, plu-



ribus in laudata Dissertatione 6. docuimus; quibus addi velim, quæ habent in hanc rem Leges Alfonsi IX. Regis Castellæ 1. part. tit. 13. lege 10. et Chronicon Montis Sereni ann. 1175.

✎ Iisdem Ecclesiæ legibus statutum erat ut iis petentibus pœnitentiæ et viaticum concederentur, tametsi eorum corporibus negabatur ecclesiastica sepultura. Conc. Lateran. ann. 1139. c. 14: *Detestabiles autem illas nundnas, vel ferias, in quibus milites ex conducto convenire solent, et ad ostentationem virium suarum et auidaciæ temerarie congregiuntur, unde mortes hominum et animarum pericula sæpe proveniunt, omnino fieri interdicitur. Quod si quis eorum ibidem mortuus fuerit, quamvis ei poscenti pœnitentiæ et viaticum non negetur, ecclesiastica tamen careat sepultura.* Idem testatur Cæsarius Heisterbach. lib. 7. Mirac. c. 39: *In Torneamentis occisi, extra cœmeteria fidelium sepeliuntur.* Durior est ejusdem Cæsarii sententia lib. 12. c. 16: *De his vero qui in Torneamentis cadunt, nulla questio est, quin vadant ad inferos, si non fuerint adjecti beneficio contritionis.* [\* B. de Amorbis in Speculo sacerdot. MS. cap. 15 :

Quamvis confessi fuerint et sine soluti  
Hii qui decedunt publicis ex Torneamentis,  
Quamvis solvantur ad pœnam, non Tumulantur.]

Aliis de causis interdum prohibita a Principibus torneamenta; has omnes prosequitur Cangius laudata Dissertat. 6. ad Joinvillam. [\* Breve ann. 6. Edward. II. reg. Angl. in Abbrev. Rotul. tom. 1. pag. 196. Berk. rot. 11: *Rex vicecomiti Berk. Cum nuper tibi præcepimus, quod in singulis locis in balliva tua, ubi expedire videres, publice proclamari et ex parte nostra firmiter inhiberi faceres, ne quis comes, baro, miles seu alius quicumque homo ad arma, cujuscumque conditionis aut dignitatis existeret, infra balliviam tuam, seu alibi infra regnum nostrum, Torneare, bardeare, justas facere, aventuras querere seu alia facta armorum exercere præsumeret, sine licentiâ nostra speculi, et quod si quos post inhibitionem etc. tunc eos cum equis et hærnesis suis arestares et in prisona nostra salvo custodiri faceres donec, etc.* Hanc vero legem in Angliâ extitisse a temporibus Richardi I. evincit Notit. in Abbrev. Placit. pag. 3. Lincoln. rot. 11: *Robertus de Mortuomari invenit plegias quod quereret pacem infra festum S. Hilarii versus D. Regem per D. Cancellarium, de eo quod ipse Turniavit sine licentiâ, etc.* Adde Placitum Wigornense ann. 29. Edward. I. Essex. rot. 1. ibid. pag. 243.]

Torneamenta, seu quævis hastiludia certis in locis teneri ac celebrari non posse, vice privilegii, interdum concessum. Vide Gul. Prynneum in Libertatibus Angliæ. tom. 3. pag. 52. 466. 1100. 1152.

TORNEARE, TORNIARE, Hastiludium decertare, Gall. *Tournoier*. Theobaldus Episc. in Vita Guilelmi Eremitæ n. 4: *Circa illius cellam more militari cœperunt Torneare, et ludo duellari vicissim pugillare.* Henr. de Knyghton pag. 1459. de Edw. I. Rege Angl.: *Cumque appropinquaret Franciani, et fama gloriæ ejus divulgaretur in populo,*

*invidabant gloriæ ejus multi, et præcipue Comes ille strenuus de Chalou: misitque et petiit, ut Torniaret cum eo in terra sua, etc.* [Rursum pluries occurrit in Præcepto Philippi Fr. Regis ann. 1305. tom. 1. Ordinat. Reg. pag. 434. in Mandato Edwardi II. Regis Angl. ann. 1319. apud Rymer. tom. 3. pag. 758. et alibi non semel.]

¶ TORNIAMENTARE, Eadem notione. Lambertus Ardens. apud Ludewig. tom. 8. Reliq. MSS. pag. 549: *Quia in Torniamentando aciem perdidit oculorum.*

¶ TORNEIZARE, Pari significatu. Annales Mediolanens. ad annum 1372. apud Murator. tom. 16. col. 745: *Fecit Torneizare et facere multa falodia propter lætitiâ Regi per octo dies continuos.*

¶ TORNIATOR, Qui decertat in torneamentis. Lambertus Ardensis apud Ludewig. tom. 8. pag. 491: *Et omnes Ghisnensis terræ Torniatores ad ipsum, ut ad dominum... confluebant.*

¶ TURNEARE, Idem quod Torneare. Locum vide in Bohordicum.

¶ TURNEIMENTUM, ut Torneamentum. Radevicus Frising. de Gestis Friderici I. Imp. lib. 1. cap. 8: *Placentinorum militia egressa ut certamen provocaverat, quod modo Turneimentum vocant.*

TORNEARE, Velitari, ante acies decurrere, pugnare. Arnaldus Archiepisc. Narbonensis in Epist. de Victoria Christianorum contra Mauros, apud Ughellum in Episcop. Sabinensib.: *In crastino venerunt similiter dluculo Saraceni dispositis eo modo aciebus, quo præcedenti die fuerant ordinatæ: nostri quoque supersederunt bello etiam ipsa die, sagittariis solis et paucis aliis hinc inde discurruntibus: Arabibus etiam ex parte ipsorum Torneantibus cum nostris, non more Francorum, sed secundum aliam suam consuetudinem torneandi cum lanceis sive cannis, etc.*

TORNELLA, Turricula, Gall. *Tournelle*. Rigordus ann. 1190: *Præcepit etiam civibus Parisiensibus, quod civitas Parisii... muro optino cum Tornellis decenter aptatis et portis diligentissime clauderetur.* [Rursum occurrit in Computo ann. 1202. apud D. Brussel pag. ccii. in Literis ann. 1223. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 903. in Charta ann. 1347. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 66. col. 2. apud Bernardum Thesaurar. tom. 7. Muratorii col. 719. Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. in Glossario et alibi passim. Tabularium Episc. Clarom. citatum in Instrum. novæ Gall. Christ. tom. 2. col. 97: *Fidelitatis sacramentum pro temporalitate exhibuit Regi an. 1376. qui Rex percepit censum Tornellarum pro ipso Episcopo, sede vacante.* Suspiciatur Glossator censum esse, qui solvebatur ad *tornellas* in ingressu civitatis a mercatoribus aliisve; vel a vassallis ipsius Episcopi, quorum subjectio indicabatur iis *tornellis*, si tamen non est nomen proprium loci.]

\* Nostris *Tourelle* alias *Tournelle*. Inventar. ann. 1492. ad calcem Necrol. eccl. Paris.: *Ung cressemeau à trois Tournelles, etc.* Passim alibi.

\* TORNENSIS, pro Turonensis, Ital. *Tornese*, Gall. *Tournois*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Tornes, Prov.*

*Turonensis moneta est.* Stat. abb. Cassin. pro reformat. clericor. ann. 1286. ex Tabul. ejusd. monast.: *Qui defecit in Missa solvat Torneensem unum; in cæteris autem horis unum denarium.* Testam. Joan. Chati ann. 1482: *Iem ulterius do..... quinque solidos Tornenses.*

TORNERIUM, Torneamentum, hastiludium, *Tournois*. Historia Cortusiorum lib. 4. c. 6: *Ibi fuerunt dominæ pulcherrimæ, hastiludia, et Torneria, et brevier, ad perfectum gaudium nihil defecit.* Lib. 5. c. 7: *Fuerunt etiani hastiludia, giostræ, Torneria, et omnia solatia cogitata.* [Chronicon Estense ad ann. 1390. apud Murator. tom. 15. col. 519: *Marchio Estensis magnam et nobilem curiam fecit in civitate Ferrariæ celebrari per xv. dies continuos cum tripudiis, giostris et Torneriis, et magnis præmiis pro victoribus.* Vide infra *Torneta*.]

¶ 1. TORNERIUS, Idem qui *Tornator*, in Catalogo Sodalium antiquæ Confraternitatis B. M. in Ecclesia ejusdem B. M. Deauratæ Tolosanæ.

\* Comput. ann. 1412. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 205. col. 1: *Solverunt Johanni Russi, Tornorio, pro faciendo pomellos in bordonibus puvalhoni et asta bandeiræ etc.*

\* 2. TORNERIUS, Particeps, qui prædium vel feudum cum aliis possidet. Reg. feud. Aquit. ex Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 16. 1º: *Parrochia de Lopa quinquaginta solidos, de quibus solvit stagia de Labatut, cum suis Torneriis, qui sunt in parrochia de Camarsaco.* Vide supra *Tornalerius* et infra *Tornarius*.

¶ TORNESIUS GROSSUS, Monetæ species, Gall. *Gros Tournois*. Chronicon Astense ad ann. 1300. apud Murator. tom. 11. col. 192: *Lectus meus et equi mei super feno et avena constabant mihi Tornesium 1. Grossum.* Vide *Turonenses* et *Grossus* 3.

\* Idem quod supra *Tornensis*. Bonicontr. Hist. Sicul. part. 2. apud Lam. in Delic. erudit. pag. 14: *Quod apud Torres, Galliæ oppidum, pecuniam eam argenteam cuderat, Tornesios dictos, quorum singuli unius auri cum ulterius dimidio valorem æquabant.*

TORNETA, Torneamentum. Theodoricus Abbas lib. 1. Vitæ S. Bernardi cap. 11: *Illi omnes fere juvenes dediti militiæ seculari, circumibant, querentes execrabiles illas nundinas, quas vulgo Tornetas vocant.* [Vide *Tornarium*.]

TORNETTUM, vox Falconariorum. Fridericus II. Imp. lib. 2. de Arte venandi cap. 40: *Est autem Tornettum quiddam duobus annulis compositum, gyranibus in se invicem, et hoc modo est factum; sunt duo annuli ferrei, aut ænei, aut argentei, aut de alio metallo facti, magni ad quantitatem annulorum, qui sunt in factis, etc. Quoties igitur timebitur, ne fulco intorqueat se jactis, alligabitur hoc Tornettum annulis jactorum cum quadam corrigiola subtili et forti, etc. Est autem utilitas Tornetti in hoc, quod falco non possit vexari per intortionem jactorum in pedibus suis.*

¶ TORNETUM, Campanæ instructus, Gall. *Monton*. Transactio Abbatem inter et Sacristam Monasterii Crassensis ann. 1381. e Chartulario ejusd. loci: *Consuevit reci-*



*pere de arboribus nemorum dicti monasterii pro aptandis et reparandis cimbalis et campanis dicti monasterii, videlicet fustas pro bassex Tornetis seoffis, quæ solum habet ponere dictus sacrista. Ubi legendum videtur bis sex Tornetis seu noffis : quod scilicet Tornetium nollu seu navis inversæ speciem præ se ferat. Vide Noffus et Tornus 4.*

\* **TORNEURA**, Vox forestariorum, quibus vulgo *Tournan'* dicitur, Arbor, quæ ad flexum forestæ extat. Inquisit. forestæ de Lyons in Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 2. fol. 118. r<sup>o</sup>. col. 1 : *Molendinum Pauche (habet) Torneurum per miuambladi..... Tristre sicut alii et Torneuram molendini sui. Nisi intelligas Jus capiendi arborem versatitem molendini. Tourneure, pro L'actio de tournver, Versatio, in Lit. remiss. ann. 1479. ex Reg. 206. ch. 335 : Guillotin Barbes avoit getté et mis certaiues pierres au no du mouliu à fouler draps;.... en telle maniere que ledit moulin et la Tourneure d'icellui en estoient empeschez. Tourneure præterea nostri dixerunt, pro Tonnerre, a Lat. Tornodorum. Charta ann. 1270. in Chartul. Pontii. ch. 94 : Guiz dou Mes balliz d'Auceurre et de Tourneure, etc.*

† **TORNI**. Charta pro Communia Balneoli ann. 1208 : *Saumata de Torni 1. denar. Vide Tolpri.*

† **TORNIAMENTARE**, **TORNIARE**, **TORNIATOR**. Vide *Torneamentum*.

\* **TORNICULUM**, Vestis species, qua colulum circumcingitur, ad usum puerorum symphonicorum in ecclesia S. Petri Insul. ex Comput. MS. ann. 1400. ejusd. eccl. : *Item Flotardo pro reparacione quatuor Torniclorum puerorum cum filo, vj. sol. Tourniquiau, in alio Comput. ibid. Potest et de tunica seu veste ecclesiastica aut militari, quam nostri vocabant Toruicle et Tournicle, intelligi. Inventar. MS. eccl. Camerac. ann. 1371 : Une casure de vermeil velours, Tournicle et damatice. Chron. Fland. cap. 51. ubi de Henr. Luxemb. imper. : Et fut monté sur un grant destrier, et avoit vestu un Tournicle d'or à aigle noir, etc. Vide infra *Turniclia*.*

**TORNIO**, ex Gall. *Tornoi*. Histor. Cœnobii Viceniensis cap. 13. [apud Marten. tom. 6. Ampl. Collect. col. 289.] : *Ad determinatum congressuum, quem vulgo Tornionem vocant, properans lancea perfossus est. [Vide *Torneamentum*.]*

**TORNITALIA**. Glossæ Isonis Magistri ad Prudentii Psychomach. : *Torneuata; celaturæ, vel Tornitalia. Legendum forte *Tornatilia*.*

† **TORNUM**, Machina ad trahendas naves ascendentes in fluviis, a Gallico *Turner*, quod instar rotæ versatilis esset, sic dicta. Charta Willelmi Episc. Autissiod. ann. 1176. e Tabulario S. Mariani : *Item prædicti Milites concesserunt Canonicis, quatenus de terra sua, quoties necesse esset, exclusam suam gravarent, et Toruum suum, quod ad trahendas naves fecerunt, quo loco eis expediret, super ripam Icaunæ ponerent. Charta Guillelmi alterius ejusdem Civit. Episc. ann. 1208. ex Archivo Episcopatus : Petrus de Chableis... super duas pilas pontis Autiss... ædificavit Tornum ad naves superius trahendas.*

\* Ejusdem originis est *Touret*, Rota scilicet nendo filo accommodata. *Laine ouvrée au Touret*, in Stat. ann. 1366. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 703. art. 5. *Touvoit*, in Lit. remiss. ann. 1394. ex Reg. 146. Chartoph. reg. ch. 291 : *Laquelle femme filloit laine au Touvoit. Tournette*, eodem sensu, in aliis Lit. ann. 1384. ex Reg. 125. ch. 38. vel Instrumentum evolvendo filo aptum, vulgo *Devidoir*.

1. **TORNUS**, Bellicæ machinæ species. Charta Petri Regni Majoricarum Domini ann. 1232 : *Tali quidem conditione, quod ipsam (turrim) bene custodias, et teneas in ea ovari tempore unum Tornum paratum, et unam balistam de Torno ad fidelitatem nostram et defensionem civitatis ejusdem. [Enumeratio munitionum Sommeriæ in Occitania ann. 1260 : Item 1111. machine. Item 11. Torni ad opus balistarum. Item 1. mola fabrica. Balista optima de Torno, in Statutis Arelat. MSS. art. 140. xxxi. Torni balisterii recensentur in Garnisionibus inventis in castro Carcassonæ ann. 1294.] Vide *Balista*.*

† Carolus de Aquino in Lexico Militari, haud sine probabilitate scribit *Tornum* balistæ partem esse, et quidem eam, ubi axis vertitur, dictamque fuisse a vertendo, origine Gallica a voce *Turner*. Quod si vere machina est jaculatoria, perspicuum est, inquit, sic fuisse vocitatum a *Tornetto*, quæ vox apud venatores in re falconaria et accipitrum aucupis familiaris est, ut mox dicebatur in hac voce. Potissimum vero rem ita se habere statuit, quoniam a falconibus et re accipitaria non pauca jaculatoriæ machinæ suam appellationem adeptæ sunt, ut alibi notavit super Italicis vocibus *Falconie, Sagro, Moschetto, Smerigio, Spingarda* : quæ postea voces ad rem tormentariam nostræ militiæ commigrarunt, propter analogiam et similitudinem cum antiquis illis organis et instrumentis. Academici Crusciani *Torno* definiunt *Strumento da strignere, e da caricare balestre, e simili armi da trarre. Vide *Tortirella*.*

\* Ejusdem originis vox Gallica *Tournot*, in Lit. remiss. ann. 1374. ex Reg. 106. Chartoph. reg. ch. 78 : *Lequel Michiel veant que ledit Garnier se approchait ainsi de lui, caurut à un baston, appelle Tournot ou levier. Ubi idem est quod supra *Tornaille* in *Tornagium*.*

2. **TORNUS**, Compensatio, Gall. *Retour*. Charta R. Episcopi Carnotensis ann. 1197. in Tabulario ejusdem Ecclesiæ n. 84 : *Capitulum quoque Carnotense ad ejusdem personatus augmentationem.... centum solidos confert et assignat in computatione, que dicitur Tornus sive Computatio, de Purificatione B. Mariæ annis singulis capiendos. [Vide *Turnus bursæ* in *Turnus 1.*]*

\* Vel potius Census pecuniarius, qui singulis annis solvitur, idem proinde quod infra *Turnus 2*. Et quidem de distributione annua, quam *Lampredam* vocabant, hic agitur. Vide supra in hac voce.

† **TORNUS**, f. *Ambitus*, Hispan. *Torno*. Gall. *Tour*. Donatio ann. 935. tom. 3. Concil. Hispan. pag. 180. col. 2 : *In Torno S. Eulalia cum Sisnandi et Gerasio medio. Conventio ann. circ. 1131. in Pro-*

*bat. novæ Histor. Occitan. tom. 2. col. 461 : Excepto ipsum castrum de Poselserias et ipsum Tornum superiorem.*

† 4. **TORNUS**, Instructus campanæ, Gall. *Mouton*. Ordinatio MS. Officii divini in Ecclesia Lugdun. : *Panetarius tenetur resarcire in trabibus et postibus coclearium, et Tornos campanarum uelliorare, si necesse fuerit, et ligaturas fevri ad firmandum campanas in Tornis, et tradere ligaturas batellorum. Vide supra *Torneum*.*

\* Sacram. archiep. Bitur. apud Thaumass. Hist. Bitur. pag. 346 : *Juro ministrari ficere clavos qui ponuntur in ligaturis ferreis vertilium seu Tornorum lignorum ad opus campanarum.*

† 5. **TORNUS**, Mensuræ species. Statuta Massil. lib. 3. cap. 18 : *Lapides de cara habent duos palmos de longo, et unum palmum de alto, et ad minus unum Tornum de leoto; et lapides de miliario unum palmum de longo, et unum Tornum de alto a Torno usque ad unum palmum de leoto.*

\* 6. **TORNUS**, Versatile timpanum, apud moniales, vulgo *Tour*. Acta S. Domin. tom. 1. Aug. pag. 587. col. 2 : *Ad jussum ergo ejus per fratrem Rogerum cellerarium allatus est scyphus vino plenus usque ad summum. Deinde benedixit, et primo ipse bibit, et postea ceteri fratres..... Tunc vocans sanctus sororem Nubiam, dixit ei : Vade ad Tornum, id est, rotam, tolle scyphum, da potum sororibus universis. Vide infra *Turnus 4*.*

\* 7. **TORNUS EXERCITUS**, Præstatio pro expeditione militari. Reg. feud. Aquit. ex Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 32. r<sup>o</sup> : *Debet idem Bernardus de Lugenac pro prædictis de Torno exercitus seu adjutorio domivo G. de Monte trepidanti, quinque solidos de obsequiis. Vide supra in *Torneamentum*.*

**TORNUTIO**, Vertigo, στρωδωτία. Ardo in Vita S. Buedicti Anianensis cap. 38. edit. Mabillonii : *Sed eas (mulieres) statim digna subsequitur ultio; Tornutionibus vero vexari ceperunt, a quo dolore non sunt ereptæ, quousque, etc.*

\* *Torteau*, eadem, ni fallor, notione in Lit. remiss. ann. 1419. ex Reg. 171. Chartoph. reg. ch. 15 : *Acicellu Coleoson survint chaude maladie de fievers, ou autre maladie uommee le Torteau. Tourniche nostris alias dictum de bestia vertigine correpta. Redit. comit. Hannon. ann. 1265. ex Cam. Comput. Insul. : Le brebis, mais k'ille ne soit rongueuse, ne claverelouse, ne Tourniche.*

**TORO**, **TORONUS**, **TORUS**, **TURO**, **TURONUS**, Collis cacuminatus, et rotundus. [Charta ann. 1200. tom. 1. Macer. Insulæ Barbaræ pag. 129 : *Non ædificent domum fortaliti in Toro Sachmeriæ.*] Charta Cornutiana, edita a Suaresio : *Que sept descendit per regam ante ad viam cavum, sive ad Torum, que redit usque ad arcum supra dictum. Will. Tyrius lib. 11. cap. 5 : Castrum ædificavit, cui quoniam in monte erat excelso admodum et cacuminato, nomen indidit Toronum. Hist. Hierosolymitana : Montem proximum, quem vulgo Turonem vocant. Infra : Supra Turonem vero, qui urbi vicinus incumbit, civitas Ptolemis nomine, olim sita fuerat. Et mox : Collis autem... Turoni propinquus. Matth. Paris ann.*



1188 : *Fecit omnes suos in collem ascendere civitati vicinum, qui eo quod instar turris erectus sit in sublime, et rotundus, Taronus a vulgo nuncupatur.* A Gallico nempe *Tourion*. Jacobus de Vitriaco lib. 1. cap. 98 : *Acconense obsedit civitatem, in Torono aliquantum eminenti tentoria sua collocando.* Charta Hugon. Ibelini ann. 1160. in Tabulario S. Sepulcri : *Dedi... partem Taronii, quæ superjacet Surdis fontibus.* Historia MS. Bellorum sacrorum vernacula : *Et Salehadin cada bien demie lieue descendi sur un haut Thoron.* Infra : *Et se hierberga sour un Thoron de fors à Acre.* [Alia apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 705 : *Li messages trova l'ost an Toron.*]

**TURO.** Charta Rogerii Comitis Siciliæ pro Ecclesia Pactensi apud Rocchum Pirrum pag. 386 : *Sicut via scandit sursum ad Turonem altum, qui est supra mare.* Anastasius in Eccles. pag. 148. ubi hæc Theophanis verba, *πᾶσαν τὴν παραλίαν ἀκτὴν*, vertit, *omnes maritimos Toros*, id est aggeres, vel monticulos ac colles, uti Latini cubitos *Toros* dixerunt. Glossæ Lat. Gr. : *Torus, ὄλενη. Toram, ὄλένην. Toranus, ὄλένος, τρόφος.* Ubi forte legendum *Toronus, ὄλένη, ἄρος.* [Vulcanius retinet *Toranus* et emendat *ὄλενοτρόφος*. Priorius vero legit *Toranius*, vel *Torarius*, *ὄλενοτρόφος*, vel potius *ὄλενοσρόφος*. Vide Salsmasium ad Plinium pag. 40.]

**TORREUS.** Charta ann. 1473. ex Schedis Præs. de *Mazaugues* : *Sextus terminus est situatus juxta quemdam Toretum, etc.* Quæ vox redditur *Côteau*, Collis, monticulus, in Processu vernaculo ann. 1565. ex iisdem Schedis.

Quidam existimant vocem hanc a Gallis manasse, præsertim vero a Provincialibus, qui una cum Raimundo Sanctægidiano Comite in Terram sanctam profecti sunt; ita enim montem ab iis appellari observat Columbus in Manuasca lib. 1. n. 5. quod firmatur ex veteri Charta, quæ habetur in Notitia Ecclesiæ Diniensis P. Gassendi pag. 18 : *Quod possit emere seu acquirere hospitium sive locum ad ædificandum, ubicumque voluerit in civitate Dignensi, dummodo extra Torum, seu montem, vel fortalium, etc.* Sed probabilius est *Toronum*, vocem esse Chaldæorum, quibus *Tor*, mons dicitur, aut clivus, ut auctor est Petrus della Valle tom. 2. Epist. 1.

**TOROC, Gurgulio** : ita in Glossa interlinari in Grammatica MS. Smaragdi.

**TOROSUS**, Ad taurum spectans. *Torosa vox*, apud Andream Floriac. MS. in lib. 2. Miracul. S. Benedicti. *Tors*, pro *Taureaux*, in Charta vernacula pedagii de *Doing* ann. 1348. ex Chartul. 21. Corb. fol. 347 : *Item vacques, beufs, Tors ou geniches, le piece doit 1. den.*

\* **TORQUA**, Tæda cerata, fax, Gall. *Torche*, Picardis *Torque*. Pact. inter abb. et consul. Aureliaci ann. 1350. in Reg. 78. Chartoph. reg. ch. 246 : *Item quod omnes et singule faces sive Torquæ, intorticia, candela..... habeant feri taliter, quod quatuor partes sint de bona et sufficienti cera etc.* *Torquelon* vero diminut. a *Torchon*, Stramentorum, in Lit. remiss. ann. 1392. ex Reg. 144. ch. 166 : *Icelle femme se douloit que son mary l'injurioit et lui disoit qu'il*

*ne savoit qui elle estoit, et qu'elle estoit avolée sur un Torquelon d'estrain.* Vide supra *Torchonnas*.

† **TORQUATUS**, Tortus. Monast. Anglic. tom. 1. pag. 1 : *Tamen locum istum cum XII. hidis terræ ab eo impetrarunt, in quo virgis Torquatis muros perficientes, primam hujus regni construxerunt ecclesiam anno post passionem Domini XXXI.*

\* **TORQUERE**, Molestare, damnum inferre. Bulla Honor. PP. in Chartul. S. Petri Gand. ch. 20 : *Abbas et conventus predicti super terris et rebus aliis injuriabantur eisdem (abañissæ et conventui). Ne..... in abbatis et conventus monasterii præjudicium Torqueri contingat etc.*

† **TORQUERE NAVES**, in Statutis Massil. lib. 4. cap. 6. Eas in latus invertere, ut commodius purgari possunt. Vide locum in *Raspere*.

† **TORQUILLA**, Τροχίλια, in Glossis Lat. Græc. Trochlea. Laurentius in *Amalthea* : *Torquilla, Tortula, Avis ita dicta, quod collum crebro torqueat.*

**TORQUIMENTUM**, Βάσανος. Gloss. Gr. Lat. MS. Editum habet *Tormentum*.

\* **TORQUIS**, pro *Torques*, in Vita S. Lugid. tom. 1. Aug. pag. 343. col. 2 : *Quod puer Lugidius Torquidem aureum circa colulum suum dedisset, etc.*

**TORRA**, TARRA. seu THARRA, Locus vel fornax, in quo torretur avena, quæ olim Alamannis, ut et hodie, Turgaviis maxime, in cibo et pulmento fuit. Ea vero sic conficitur. Torretur primum avena cruda, tum molitori pinsenda seu molenda traditur, non in farinam minutam, sed crassam, ad instar hordei, quod ubivis locorum ad eam formam teritur. Hæc Goldastus ad hunc locum Ekeardi junioris de Casib. S. Galli cap. 1 : *Simile etiam quiddam de lebetæ æneo grandi, et de Tarra avenis centum maltrarum commoda cum projectasset, etc.* [\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 5. col. 200. voce *Darra*.] Ubi malim *Torra*; nam et inde *Torrale* et *Torrelagium* dicta, a torrendo scilicet; horron. de Gloria Confess. cap. 81 : *Quidam de retur priusquam molatur.* Gregorius Tudeum quippe vel avena ad cerevisiam torvicinis annonas diu infectas aqua ac germine producto conflatas, facto igne super vinina contexta Torrere parat ad pocula faciendâ. Et cap. 1 : *Jubet fieri ex anonis aqua infusis atque decoctis, messoribus poculum preparari. Hanc autem coctionem Orosius a coquendo Coctiam vocari narravit. Ovidius de potionem, quam Anus Attica Cereri propinavit :*

..... Lymphanque roganti  
Dulce dedit tosta quod coxerat ante polenta.

Polentam vero Plinius ait ex hordeo prius tosto fieri: Veteres denique tam far quam hordeum prius molebant, deinde torrebant; unde Virgilius lib. 1. Georg. :

Et Torrere parant flammis, et frangere saxo.

**TORRALE**, Ædificium, in quo frumenta et grana torrentur et exsiccantur; a torrendo dictum. Leges Accommodavit Scotiorum cap. 54 : *Si aliquis accommodavit Torrale suum alicui, et fuerit combustum tempore, quo commodatur, etc.* Vide Skeneum de Verborum signif. verbo *Torratum*.

**TORRELAGIUM**, Pensitatio, quæ ex tor-

rali exsolvitur. Charta Episc. Ambian. ann. 1301 : *Torrellagium Ambian. valet 10. modios vel circiter.* Alia Philippj Com. Flandr. pro teloneis urbis Ambian : *Cascunes oechine à cambier de la chité d'Amiens, là où on seke brais à Toralle, se elle n'est en franc lieu, doit cascun an 22. sestiers d'avaines au Vesque, et 22. sestiers d'avaine au Comte. Mais li Quens en rent de sa part du Torrelage 4. muis d'avaine au Vidame cascun an, et c'est à sçavoir que chil qui seke à Toraille, et franc lieu, il ne doit point de Toraille.*

\* **TORRACHA**, Prov. Specula, Glossar. Provinc. Lat. 7657. ex Cod. reg.

† 1. **TORBENS**. S. Audoenus in Vita S. Eligij lib. 1. cap. 14 : *Porro Rex Dagobertus Torrens, pulcher et inclytus, ita ut nullus ei similis fuerit in cunctis retro Francorum Regibus, etc.* An ingenij vis, coloræ oris adustior significatur?

\* 2. **TORRENS**, Fluviolus, rivus, Gall. *Courant d'eau*. Chartul. Major. monast. pro pago Viudoc. ch. 65 : *Terra Viudocincensis pagi, inter Torrentes duos sita, Glandessam. et Gabernessam.* Paulo ante Fluvioli dicuntur. Charta ann. 1319. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 87 : *Item de quodam prato quatuor falcatas continente, sito supra villam predictam de Barro in capite vice pontis monachorum prope Torrentem sive ruissellum.* Vide *Torrentulus*.

**TORRENTULUS**, Parvus torrens, rivulus, fluviolus. Charta Fulconis Comitis Andegav. ann. 1033. in Histor. S. Nicolai Andegav. pag. 6 : *Si vinum cum banno vendidero, bannerius meus Torrentulum de barra non transibit, causa capiendi vasa emumentum monachorum vinum.* Supra : *Trans flumen vero vineas alias, etc.*

\* **TORRES**, dicitur a torrendo, et est magnus truncus, qui ponitur in capite ignis, Gallice *Trefonel à mettre en feu*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7679. Vide *Toriculus*.

\* **TORREXANUS**, Turrus seu campanilis custos. Inventar. MS. ann. 1366 : *Claves palatii veteris Bononiensis et turris palatii certo civi Bononiensi tradiderunt, ipsum constitutendo Torrexanum et campanarium ad pulsandum ad consilium communis Bononiensis, quotiens opus esset.*

† **TORRICULUS**, Parvus torris, Johanni de Janua; *Tisonnet de feu*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman.

† **TORS**. Epistola ann. 1113. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1114 : *Duas archas quarrellorum, unam ad estrif et alteram ad duos pedes, et II. Tors, et II. cros, et II. glomos filii et c. libras ceræ.* Idem videtur quod supra *Tornus* 1.

† **TORSA**, Fax, tæda, nostris alias *Torse*, nunc *Torche*. Obituarium MS. Eccl. Morin. fol. 36. vº : *Ordinavit... duabus Torsis ardentibus decantari antiphona, O salutaris hostia.* Litteræ ann. 1344. e Tabulario S. Audomari : *Recepimus... duas Torsas ponderis XXXIV. librarum ceræ.* Vide *Tortia* 1. et *Tortisius*.

\* *Une poigné de chandelles de cire ou une Torse de chambre*, in Declarat. MS. feud. Camerac.

† **TORSATA**, Torsel, Torsellus, Fascis, fasciculus, Gall. *Trousseau*. Consue-



ludines et jura Eccl. Audomar. e Tabulario ejusdem: *De pensa florum* II. d. si *Torsata fuerit* II. d. *ballæ* IV. d. item de *Torsel* IV. d. ... *Torsellollarum metallinarum* IV. d. *Torsel pannorum* IV. d. *Torsel pannorum cordis ligatus* IV. d. Et mox: *Si aliquis mercator huc venerit et Torsellum post tergum suum cordis ligatum super equum attulerit, dabit II. d. ... Torsellus gludiorum ligatus cordis* IV. d. Annales Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 836: *Furtim lignum unum armaverunt et quemdam bucium Torsellorum Astensium carricatum ceperunt*. Col. 512: *Duæ galeæ Massiliensium oneratæ Torsellis pannis Franciæ*. Emendo *Torsellis et pannis Franciæ*, ut legitur col. 513. Rursus col. 522: *Torsellum ad formam pannorum qui feruntur de Francia*. *Toursée*, in Peagio Peronnæ ex Chartul. 21. Corb. fol. 339: *Item le cheval qui porte Toursée deriere... doit IX. den. Toursel*, in eodem Chartul. fol. 85. vº. Vide *Trossa* et ibid. *Trossellus*.

\* Adjective sumi videtur *Torsata* a verbo *Torsare*, id est in fascem cogere; unde etiam nostris, *Toursey*, fasciculum imponere, portare, in Bestiario MS. ubi de formicis:

Tant qu'il sont le lien veou,  
Ou li autre se soot Toursez.

\* *Torsel* nostris alias *Tourse*. Lit. ann. 1400. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 378. art. 2: *Chevaux qui porte à Tourse, ne doit riens*. Le Roman de Robert le Diabre MS:

Aios ne regardent lor teotes  
Li Turc qui ont autres ententes;  
Ooques par eulx n'y ont Tourse,  
Pavilloo, n'avoit en bourse.

\* *Toussel*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1411. ex Reg. 166. Chartoph. reg. ch. 42: *Icelle femme fist aler la suppliante querir un Tourselet enveloppé, ouquel son argent estoit*. Unde diminutivum *Tourselet*, in aliis ann. 1387. ex Reg. 131. ch. 30: *Laquelle femme avoit noué en un Tourselet huit fruns et quatre florins de Flandres*.

2. **TORSELLUS**, Scalprium signatorium, Gall. *Coin, poinçon*, Acad. Crusc.: *Torsello, Conio, o panzone, con che s'improntan le monete*. Stat. ant. Florent. lib. 3. cap. 129. ex Cod. reg. 4621: *Domini monetæ seu aliquis alius... partiri faciati... quonium, Torsellum, pilam, puntellum, murchium scu pondus monetæ aureæ vel argentæ*.

**TORSATORIUM**. Gl. MS.: *Laceroli, Torsatoria*.

† **TORSERIA**, Idem quod *Torsata*, seu hippopæra, vidulus. Statuta Eccl. Anic. ann. 1267. apud Marten. tom. 2. Anecd. col. 485. n. 50: *Item quod nullus Canonicus vel Clericus quilibet sine cappa vel mantello... audeat equitare, nec manticaem seu Torseriam post se deferre*.

**TORSIA**, Agger, etc. Vide *Torcia* 2.

† **TORSOR**, *Tourmenteur*, in Glossis Lat. Gall. Sangerm. ex J. de Janua, apud quem *Torsores, tortores vel cruciatores*.

† **TORSORUM**, Peniculum, Gall. *Torchon*. *Munda sicut Torsorium culinæ*, Memento in Sermonibus Quadragesim. fol. 121. verso. Vide *Tersorium*.

\* Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120: *Torsorium, Escuvillon de Jour*.

*Toullon*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1471. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 586: *Des Toullons ou essayons à escuelles*.

† **TORT**, Gallica vox, quæ non semel occurrit apud Latino-barbaros. Vide *Tortus* 1.

1. **TORTA**, Placentia, nostris *Tourte*. [*Tourterie*, quodvis placentæ genus dicitur, in Litteris ann. 1355. inter Ordin. Reg. Fr. tom. 5. pag. 509: *Et ne puet nuls ne nulla faire boulengherie, ne Tourterie, etc.*] Guill. Brito in Vocab.: *Torta, unde tortula diminutivum, genus cibi est vel panis, quod vulgo dicitur ita*. Erotianus in Onomastico ait, ἄρτον ἐγκυρσίαν ab Atticis appellatum esse panem ex pinguibus palmulis, farina et aqua confectum, hæcque verba addit, ὃν τοῦρταν καλοῦσιν, quæ addita a recentiori existimat Hieronymus Mercurialis lib. 2. variar. lection. cap. 5. tametsi sacrorum Bibliorum interpretes ἄρτον ἐγκυρσίαν, *Tortam panis* translulerint, Exod. 29. Numer. 6. 1. Reg. 2. 10. 1. Paralip. 26. et Jerem. 37. Rituale Hebræorum, a Baronio laudatum: *Deinde puterfamilias Tortam azymam sub mappa hactenus servatam in frusta frangebatur, in tot particulas illum dividens, quot essent in cœna discumbentes, etc.* Althelmus de Laude Virg. cap. 28:

Punica mala vident granis scitisque referta,  
Botros, et ficos, et plures ordine Tortas.

Vita S. Tilonis Monachi n. 23: *Vilissimam panis Tortam ab eis pro benedictione (eulogia) sibi met vendicabat*. Vita B. Stephani Abbatis Obasinensis lib. 1. cap. 4: *Accessit, deferens eis dimidium Tortam panis et vas lactis, etc.* [\* *Torta panis*, in Ecbasi. vers. 42. et 544.] Guigo II. in Statutis Ord. Cartusiensis cap. 7. § 10: *Post cœnam, singulas Tortas tanquam Christi mendici accipientes, cellas repetunt*. Et cap. 34: *Panis quivis de tritico, Torta est, album enim panem non facimus*. Adde cap. 53. Statuta antiqua ejusd. Ordin. 1. part. cap. 34. § 10. part. 2. cap. 13. § 39. cap. 14. § 16. cap. 31. § 17. Bernardus Mon. in Consuet. Cluniac. MSS. cap. 14. et ex eo Udalicus lib. 3. cap. 24: *Quotidie dantur... et 12. Tortæ, quarum una qualibet 3. libras appendit*. Warnerius MS. in Macrum Poetam Scoticum:

His ita perceptis, divisque ex cœde placatis,  
Tres Tortas ealdas eis humeris religat,  
Ut sibi per populum sic fas foret ire quietam,  
Securamque suam cernere Glycerium.

[*Torta panis siliginis*, in Charta ann. 1322. tom. 1. Maceriarum Insulæ Barbaræ pag. 203.] Adde Volphardum Presb. lib. 3. Miracul. S. Walburgis n. 4. Decreta Hungarica Mathiæ Regis cap. 86. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 106. Labbeum tom. 2. Biblioth. pag. 744. [Chronicon Bergom. ad ann. 1386. apud Murator. tom. 16. col. 855.] etc. Rob. Gaguinus in Poem. vernaculo:

Le poure mangue sa Torte,  
Ses aux, oignons, sans cremeur.

† **TORTA CERÆ**, in Tabulario Compendiensi. [\* *Certa ceræ meta vel massa, nostris Pain de cire.*]

† **TOURTA**. Gerardus in Vita S. Stephani Grandimont. apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 1085: *Attulit ei Tourtam pa-*

*nis... et ait ad eum: Esto securus et vade, ac de isto pane... procura uxorem tuam, prout tibi duraverit*. Chartular. S. Vandregesili tom. 1. pag. 803: *Vendidi unam summam hordei... ratione cuiusdam Tourtæ, quam habere consueveram ibidem annuatim diebus singulis, quam Tourtam... excambiaveram pro summa ordeï supradicta*.

**TURTA**. Liber Ordinis S. Victoris Parisiens. MS. cap. 25: *Panis, qui vulgariter Turta appellatur*. Udalicus lib. 2. Consuet. Cluniac. cap. 4: *Pro signo panis sigali, qui Turta vulgariter appellatur*. [Rursum occurrit apud Murator. tom. 9. col. 772. tom. 12. col. 1084. tom. 16. col. 581. in Statutis Montisregalis pag. 13. et alibi] De vocis etymo multa viri docti congressere, Vossius, Menagius, Ferrarius, et alii.

**TORTULA**, Quoddam genus cibi vel panis, quod vulgo ita dicitur, Ugutioni. Diminutivum a *Torta*. Gregorius Turon. lib. 1. Miraculor. cap. 7: *De qua Tortulæ parvulæ formantur*. Vita S. Lupicini Abbatis Jurenensis n. 11: *Non quadrupedi invictus est equo, sed sufficiebat cuique cum sustentatione baculi crassior fortiorque Monasterii Tortula*. Udalicus lib. 2. Consuet. Clun. cap. 4: *Pro signo Tortulæ, quæ præter solitam libram datur in quatuor principalibus festis, etc.* *Tortula ceræ*, apud Odonem Cluniac. in Vita S. Geraldii lib. 1. cap. 25. Occurrit præterea 1. Numer. 11. [Bernardus Mon. part. 1. Ord. Cluniac. cap. 6: *In quinque principalibus (festis) præter solitum panem dari solet singulis una Tortula de ovis farinaque conspersa.*]

**TORTELLA**. Papias: *Artocrea panis carnem continens, vulgo Tortella*. Adelbertus Abb. Heidenheimens. pag. 328: *De farina domini sui jurabatur, et Tortellam inde, quam comederat, confecit*. [Rolandinus Patavinus lib. Chron. Tarvis. cap. 13. apud Murator. tom. 8. col. 181. *Dactylis et muscatis, Tortellis, pyris et cotanis, rosis, liliis et violis.*]

**TORTELLUS**, ex Gallico *Tourteau*. Papias: *Pastilli, Tortelli pigmentati, vel unguenta*. Ordericus Vitalis lib. 6. pag. 624: *Ad tuululum S. Ebrulfi accessit, laminamque reverenter anovit, sanctæque carnis pulverem instar Tortellorum congressit*. [Charta ann. 1226. apud Stephanotium tom. 3. Antiq. Pictav. MSS. pag. 810: *Petebat unum boisellum (siliginis) ab illo, qui non habebat nec bovem nec asinum, et Tortellum a quolibet sive denarium pro eodem*. Alia ann. 1232. ibid. pag. 822: *Serviens percipit per se consuetudines suas, videlicet terrageurias, aostagia, mestivam, gallos, caseos, Tortellos et corveiam suam, etc.* Alia ann. 1298. e Chartulario S. Vandreg. tom. 1. pag. 850: *Dedimus... unam pechiam terræ... pro IV. sol. Tur. II. garbis, I. Tortello et v. ovis annui redditus.*] Charta Mauricii Episc. Paris. ann. 1189. in Tabular. S. Maglorii: *Consuetudinem Tortellorum ad Natale, et osorum ad Pascha reddent hospites S. Juliani*. Charta Roberti Comitiss Drocensis: *Tenantur et quilibet hospitem Ecclesiæ reddere... singulis annis in crastino Natalis Domini unum Tortellum, vel unum obolum pro Tortello, si maluerit hospes*. De ejusmodi tortellis in crastino Natalis Christi Domino offerendi more, qui etiamnum in



aliquot Galliae provinciis non omnino abrogatus est, agunt Chartæ aliæ in Hist. Monasterii S. Martini de Campis pag. 187. r88. 514. Usatica MSS. Vicecomitatus Aquæ Rothomagi : *A la ferme des estaux appartiennent la porte Cauchoise, et la porte Estoupée, et les Tourteaulx que l'en y paye, et la porte de Bouvereul, et le Barrage, et les Tourteaulx, et la porte Beauvoisine, et les Tourteaulx, et le Barrage, et les escroes des taillies.* Ibidem : *L'Abbé de Fescam doit à la porte Beauvoisine une mine de fourment par an pour aller quere les Tourteaulx à sainte Marie des Fontaines, et doit le Fermier dudit Abbé faire paier les Tourteaulx au barrier à ses cousts et despens.*

\* *Torelli* ad natale Chrsti dominis offerbantur a subditis, quæ præstatio in pecuniam sæpius est commutata, retento nihilominus *Tourteau* nomine. Charta ann. 1309. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 347. rº. col. 1 : *Derechef, les Tourteaux de Noel du forestage, cinc solz Par.* Alia ann. 1318. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 520 : *Rentes que on appelle Tourtiaus, terrages sur plusieurs terres de la ville.*

† *Tourtellus*. Codex MS. reddituum Episcopatus Autissid. : *Quicunque effect unctum in hac villa, solvit de Tourtello 1. ob. Tourtel, pluries in Chartular. Latinic. fol. 159. vº.*

† *Turtellus*. Charta ann. 1112. tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 21 : *Tertia pars Turtellorum monachorum est.* Infra : *Turtellos de Nativitate.* Ita legendum est in Bulla Alexandri III. PP. ann. 1169. ex Chartul. Pontisar. : *Apud Herovillam in Ecclesia duas partes offendere et Turtellorum.* Hæc rursus infra occurrunt.

† *Torth*, Eadem notione, Aremoricis *Tors*. Chartularium S. Crucis Kemperleg. : *Ad Pascha Torth panis cum ovis suis, ad Natale Domini iterum Torth panis cum 11. gallinis.*

2. *TORTA*, Virga torta, qua sepes continentur ac vincuntur. Vide in *Retorta*.

\* *Tortilis* ex virgultis laqueus. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 146. ex Cod. reg. 4624 : *Si aliqui bubulco vel conducenti boves cum plastro, vel laboranti terram alicubi, contingat, quod ruperit aysale vel Tortam, seu aysalia vel Tortas, etc.*

\* *Tourte*, Pars molendinum, in Chartul. Corb. sign. *Ezechiel* ad ann. 1415. fol. 25. vº : *Pour l'arbre, le roeue, le rouet, les Tourtes et tout ce qui tourne, etc.*

† 3. *TORTA*, Fascis, fasciculus. Statuta civitatis Astæ collat. 4. cap. 32 : *Teneatur Potestas eligi facere duos ponderatos lini, qui totum linum pensent, ut sciatur, si quilibet Torta est libr. L. et accipiant dicti pensatores de quilibet Torta denar. 1. et si Torta inveniatur minus de libr. L. Potestas teneatur ei auferre pro pena pro quilibet Torta solid. v. Astens. et qui Tortam vendidit que pensata non sit, auittat pro pena sol. v. et de media pro rata. Legendum forte *Torsa*. Vide *Torsata* et *Trossa*.*

\* *TORTAMENTUM*, Charta ann. 1337. in Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 331 : *Informatione facta de Tortamento, sufficientia et insufficientia eorum (servientum) etc.* Ubi legendum esse *Portamentum* patet ex sequentibus : *De quorum legalitate et Porta-*

*mento inter alios bonum testimonium perhibebatur.* Vide supra *Portamentum*.

† *TORTARI*, Canonici inferioris ordinis in Ecclesia Autissiodorensi, vulgo *Chanoines Tortiers*, sæpius *Semiprebendes*, sic dicti, ut suspicatur D. Le Bœuf, vel quod simplici *torta* panis donarentur in sua prima institutione, vel a possessione quadam *Tortaria*, vernacule *la Torterie* dicta, cujus redditus primum assignari potuerunt a Capitulo ad alendos hosce Canonicos. Gesta Abbatum S. Germani Autiss. in Galtero qui abdicavit ann. 1242. apud Labbeum tom. 1. Bibl. pag. 582 : *Blasius eorum hebdomadarius non erat integre Canonicus, sed tantum Tortarius.* Perperam editum est *Tortarius*. Necrologium Ecclesiæ Antiss. ann. 1250. ad 29. Martii : *Obitus Adriani Canonici Tortarii et Presbyteri xxv. solidi.* Epistola Capitulo ejusd. Eccl. ad Capitulum Nivern. ann. 1286. e MS. Eccl. Nivern. : *Petitistis a nobis, ut vos certos reddere curemuis qualiter et quomodo septem Presbyteri, quos Canonicos Tortarios nuncupamus, consueverunt et debent in nostra Ecclesia deservire.*

\* Horum conditio aperte declaratur in iis quæ sequuntur in eadem Epistola ann. 1286. inter Probat. Hist. Autiss. pag. 149. col. 2 : *Unde discretioni vestræ tenore presentium intimamus, quod postquam prebendas, quas Tortarius vocamus, ad collationem nostram pleno jure spectantes, pacifice sunt adepti, personalem residentiam in ecclesia tenentur facere, et nisi sint sacerdotes, infra annum tenentur se facere promoveri; nec possunt moram trahere extra villam causa peregrinationis, seu alia de causa, nisi prius petita a nobis in capitulo licentia et obtenta : et super præmissis in institutione sua jurant corporaliter. Tenentur etiam celebrare ad majus altare et etiam ad aliud altare, quod aiture Comitissæ vocatur, in suis hebdomadis, chorum regere, horas canonicas, tanquam hobdomadarii, dicere, sicut majores canonici sacerdotes. Nou tamen potest canonicus Tortarius celebrare ad majus altare in majoribus solemnitatibus, si ejus septimana evenierit, sive in festis duplicibus, si commode possit habere majorem canonicum qui pro ipso celebret dicta die. Consueverunt insuper dicti Tortarii supplere defectus majorum canonicorum quotiens est, et cantando et legendo eorum onera supportare. Hæc autem vobis sufficiant, quæ de dictis Tortariis vobis ad presens duximus rescribenda.*

† *TORTELLA*, *TORTH*, etc. Vide in *Torta* 1.

† *TORTIA*, Idem quod *Tortia* 1. Fax, tæda. Computus ann. 1333. et seqq. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 277 : *Item, libavit... Usseus pro Tortiis, quas debnerunt habere, quando dominus Andreas fuit baptizatus, tacen. v. gran. xvi.* Vide *Tortisius*.

† *TORTICA*, ut *Tortia*. Statuta S. Capellæ Bituric. ann. 1407 ex Bibl. Reg. : *Thurificabitur insuper in elevatione Corporis Christi solum per duos clericos, et per alios duos tenebuntur duæ Torticæ accensæ usque post communionem.* Vide *Torticus*.

† *TORTICIA*, *TORTICIUS*, Idem quod *Tortisius*, Fax, tæda. Ordo Rom. apud Mabillon. tom. 2. Musei Ital. pag. 364.

ubi de ritu excommunicationis die Cænæ Domini : *Circa ultimam verborum habens aliquos Torticios accensos in manu, projicit ipsos D. Papa versus populum ad terram. Hoc ideu faciunt singuli Cardinales et Prælati, tenentes tantummodo unam Torticum in manu, nihil dicendo; et cum candelæ projiciuntur, debent campanæ Ecclesiæ inordinate pulsari.* Et pag. 529 : *Torticæ seu brandones, quilibet ad minus vi. lib. ceræ.* Concordia ann. 1322. e Tabulario S. Audomari : *Offerat ad magistrum altare unum Torticum vel unam candelam ceræ ponderis dimidia libræ.* *Torticius cereus*, in Testamento ann. 1392. apud Baluz. tom. 2. Hist. Avern. pag. 180. Aliud adde ejusdem anni tom. 2. Maceriarum Insulæ Barbaræ pag. 664.

† *TORTICIUS*. Histor. Inquisit. Tolos. apud Limborch. pag. 305 : *De dictis ossibus accepit ab eis aliquam partem, et posuit juxta Torticum domus suæ ante ymaginem Crucifixi.* Lutarium parietem intelligo sic dictum ab Occitanico *Tourtis*, Gall. *Torchis*. Vide *Tortissus* et alia notione in *Torticia*.

† *TORTICORDIUS*, *Tortum cor habens*, S. Augustino in Psalm. 146. Locum vide in *Pravicordius*.

† *TORTICUS*, Idem quod *Tortisius*. Charta Philippi Pulchri apud D. Brussel tom. 1. de Feudorum usu pag. 669 : *De... duobus Torticis in elevatione accendendis financia non præstetur.* Litteræ Caroli V. Reg. Franc. ann. 1369. tom. 5. Orinat. pag. 209 : *Candele et Tortici de cera... fient in tarva eorumdem, talis quantitatis et valoris, quod operari et operatices qui candelas ipsas faciunt per se vel per alium, et Torticos, atque vendent, pro toto eorum labore atque lucro, ultra ipsorum puram sortem, vel proprium capitale, de et super qualibet libra cere, in candelis et Torticis, ut predictur, operata, sex denarios Turoenses percipient et habebunt tantummodo.* Vide *Tortica* et *Tortisius*.

† *TORTILITER*, Modo qui torquet, J. de Janua; *Tormentablement*, in Gl. Lat. Gall. Sangerm. MSS.

\* *TORTILOQUIUM*. Gloss. Gr. Lat. : *Διάλεκτος συνεσταμμένη, Tortiloquium.* Alibi : *συνεσταμμένη ὁμιλία, Tortiloquium.* Oratio intorta, apud Plautum in Cistellar. : *Involucra censuum et verborum volumina*, apud Gellium. *Inversa verba*, apud Lucretium l. 5 :

Inversis quæ sub verbis latitantia cernis.

\* *TORTILUS*. Charta vetus apud Gorium inter Inscript. aniq. Denian. pag. 508 : *Tortili paria octo.* Quæ in Indice *Turtures* exponuntur. Vide supra *Tordera*.

† *TORTINA*, Statera species. Statuta Perusiæ fol. 56 : *Si quis mensuraverit ad mensuram vel pondus, scandalum, stateram, seu Tortinam, vel balanciam, etc.* [\* Forte pro *Trutina*.]

\* *TORTINUS*, Cereus certa ratione contortus. Charta ann. 1290. in Lib. 1. nig. S. Vulfr. Abbavil. fol. 29. rº : *Dicebanus simplices cereos foramine carentes et Tortinos foramina habentes ad nos, ratione thesaurarie nostre, pertinere. Tourtis de cere, eadem de causa, appellatur Massa fili ce-*



rati et contorti, vulgo *Pain de bougie*, in Stat. ann. 1358. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 596. art. 32.

¶ **TORTIONARIE**, Injuria, Gall. à *tort*. Arrestum Parliamenti ann. 1531. inter Privilegia Ordinis S. Johan. Jerosol. pag. 251: *Supradictos vero defensores Tortionarie et sine causa supradictæ querimonie opposuisse diceretur etc. Torsonnierement*, in Charta ann. 1369. ex Chartul. 21. Corb. fol. 316. *Torchonnierement*, in Charta ann. 1448. ex altero Chartul. 23. ejusd. Monaster. : *Tont ce qui par eulx ou de leur partie avait été Torchonnierement entrepris, fait et commis*. Vide *Torçonnerie* et *Tortionarius*.

¶ **TORTIONARIUM**, Glossæ MSS. : *Sanna, Tortionarium*. [Haud scio an referri queat ad sequens.]

¶ **TORTIONARIUS**, Injustus, injoriosus. Practicis nostris *Tortionaire*. Arrestum Parliamenti ann. 1494. apud Menesterium in Prob. Lugdun pag. 76. col. 1 : *Impedimenta in contrarium facta Tortionaria et iniqua extiterat judicatum. Torsonnier*, in Charta Caroli VI. Reg. Franc. ann. 1402. ex Bibl. Reg. : *Lequel empeschement qui estoit et est Torsonnier, si come dient nos dis Chappellains*.

¶ **TORTIRELLA**, **TORTORELLA**, Machinæ helicæ species, [a torquendo, seu jaciendo, ut videtur, appellata.] Rolandinus in Chron. lib. 1. cap. 12 : *Comes Paduce Manfredinus... a lapide Tortorellæ intrinsecæ cecidit mortuus*. Idem lib. 1. cap. 1 : *Fovea quoque facta, constructum est ibi spaldum trabem, longo tractu fortissimum, et condensum, et turres quoque lignæ, Tortirellæ, sive prederiæ, certis locis, ut si temerarius inimicus accesserit, redeat cum pudore et damno*. [Chronicon Veron. ad ann. 1237. apud Murator. tom. 8. col. 629 : *Castrum obsiderunt cum novem manganis et pluribus Tortorellis seu manganelis*.] Vide *Prederia*, et *Tornus* 1.

¶ **TORTISIUS**, **TORTIUS**, *Tæda, Torse*, vel *Torche*, nostris. Synodus Exoniensis ann. 1287. cap. 4 : *De parochiarum elemosynis Sacerdotes procurenti duos fieri Tortisios, in Canone Missæ ardentis, prout in Ecclesiis multis hactenus fieri consuevit*. Fleta l. 1. cap. 5. § 6 : *Militi quotidie liberetur a Celario Regis... unus Tortilius cum sex minutis candelis ceræ*. Computum Domani Stapularum in Comitatu Bononiensi ann. 1475. fol. 53 : *Recepte des Torsins de chire deus au terme de Chandeleur*. Vide *Scolar*. [Le Roman de la Rose MS :

Il venist lors en repostaille,  
Ou par nuit devers les cortils  
Sans chaudiere et sans Tortils.]

Vide *Torticia*, *Entortitius* et *Intorticium*.

\* **TORTISSIUS**, *Tæda*, fax, funale intortitium. Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 188 : *Combusta cum uno Tortissio ardenti*. Vide *Tortisius*.

¶ **TORTISSUS**, Lutum paleatum, ab Occitanico *Tourtis*, Gall. *Torchis*. Reparationes factæ in Senescallia Carcassonnæ ann. 1435. e MS. Cl. V. Lancelot : *In aptando et reparando solum aliquarum camerarum ejusdem castri de terris et Tortissis et aliis necessariis*. Vide *Torticius*.

1. **TORTITUDO**, Gibbositatis; apud Constantium Afric. lib. 2. Pantechn. cap. 8.

2. **TORTITUDO**, Idem quod *Tortus* 1. Injustitia, violentia. Chronicon Besuense pag. 602 : *In causa violentiæ et Tortitudinis, etc.* Alibi : *Pro multis Tortitudinibus et sceleribus*. Historia Episcoporum Autisidor. cap. 49 : *Interdixit sub anathemate, ut nullus mortalium præsumere deinceps auderet vim seu calumniam, nec aliquam Tortitudinem inferre pro quavis occasione rebus ejusdem Ecclesiæ*. Tabularium Arremarense : *Terram quoque Osanicurtis... recognita sua Tortitudine abdicavit*. Adde Chartas alias a Beslio descriptas in Comitib. Pictavensib. pag. 468. 485. 506. Occurrit etiam non semel in Tabular. Dernensis Monasterii, [ut et in Epistola Hadrian. II. PP. apud Labbeum tom. 8. Concil. pag. 914. in alia Johannis XIX. ann. 1030. Marcæ Hispan. col. 1044. in Charta ann. 1079. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 498. in Hist. Monasterii S. Laurentii Leod. tom. 4. ejusd. Collect. col. 1127. et alibi passim. Inter malos usus et tultas, *Tortitudines*, hoc est, injustæ exactiones, recensentur in Charta anni. 1062. e Tabulario S. Victoris Massil. *Tortitudo peccati*, apud Lambertum Abb. S. Rufi in Floribus Psalmorum MSS. *Tortitudo morum*, in Actis Ven. Erluini Abb. tom. 7. Maii pag. 845.] *Tortas et confragosas*, dixit Plautus in Menæchmis.

¶ **TORTIUS**, Idem quod *Tortisius*. Charta ann. 1269. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 47 : *Administrabit et dictus capicerius ad Pascha duos Tortios qui accenduntur quotidie in majori Missa, in elevatione Corporis Christi*.

¶ **TORTIVUM VINUM**. Vide in *Vinum*.

¶ **TORTIX CERESUS**, Idem quod *Tortisius*. Testamentum ann. 1300. e Schedis Marchionis de Flamarens : *Dare teneantur... Torticem cereum ad illuminandum Corpus Christi in elevatione ejusdem*.

\* **TORTOLANI**, Hæretici Valdensium sectatores, quod *Tortellum* facerent de quo communicabantur, in Bibl. Dominic. tom. 1. pag. 191. ex Alberto Magno.

¶ 1. **TORTOR**, Jaculator, qui tela torquet, immittit, vibrat. Radulfus Cadom. in Gestis Tancredi tom. 3. Anecd. Marten. col. 167 :

Nec minus adversis, obverso turbine, dextris  
Tela retorquebat, Tortores torta per ipsos.

\* 2. **TORTOR**, Baculus, quo funes carorum contorquentur, nostris alias *Tortoer*, *Tortoir* et *Tortoner*, Charta ann. 1332. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 1098 : *Item non tantum de mortuis, sed etiam de vivis infascripsit, videlicet pro suis... Tortoribus, videlicet modicis baculis, cum quibus corde stringuntur*. Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 111. ch. 213. bis : *Un autre de leur compaignie fery ledit Rousset par la teste d'un Tortoer de charrette ou d'un gros baston*. Aliæ ann. 1380. in Reg. 117. ch. 47 : *Un gros baston, que l'en appelle Tortoir de charrue*. *Iceului Thevenon garry en sa main d'un Tortoner ou baston à charue*, in aliis ann. 1393. ex Reg. 144. ch. 437. *Tuerdoir de cher ou de charette*, in aliis ann. 1397. ex

Reg. 152. ch. 105. Vide supra *Tornaghium* et *Tornus* 1.

¶ **TORTORELLA**, Annales Mediolan. ad ann. 1389. apud Murator. tom. 16. col. 808 : *Fernalium unum auri cum una Tortorella super uno radio auri*. Italis *Tortorella* est Turtur junior. Vide *Tortoreta*. Occurrit alia notione in *Tortirella*.

¶ **TORTORERIE** CORDE. Vide in *Cor-da* 3.

¶ **TORTORETA**, dimin. ex *Tortora*, ni fallor. Italis Turtur. Funus Johannis Galeaz Ducis Mediol. ann. 1402. apud Murator. tom. 16. col. 1035 : *Erant enim prima duo scuta cum sola aquila nigra... alia duocum radiosolis cum Tortoreta*. Vide *Tortorella*.

¶ **TORTORIUM**, Carcer, custodia. Miracula MSS. S. Angilberti n. 56. e Tabulario S. Richarii : *Quin etiam uxorem suam in vadem sibi subrogare curavit; at illa mente robusta ingreditur mariti Tortorium*.

\* **TORTOSUS**, Intortus, nostris *Tortillé*, alias *Torticié*. Inventar. MS. thes. Sedis Apost. ann. 2295 : *Item stolam et manipulum de serico violaceo, laboratos ad Tortosum ad nodos ad aurum*. Comput. Rob. de Seris ab ann. 1332. ad ann. 1344. in Reg. 5. Chartoph. reg. : *Le fonz d'or soudeiz fait d'or trait, Torticié en maniere de veilles*.

\* **TORTOYRIEYRA**, Funis. Comput. ann. 1334. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 85. col. 1 : *Item pro uno peytrali et una Tortoyrieira, etc.* Ubi de equi instructu sermo est.

¶ **TORTUA**, Testudo, ex Gallico *Tortue*, apud Silvestrum Girald. in Topogr. Hibern. Dist. 1. cap. 7.

¶ **TORTUCA**, Matthæo Silvatico, *Testudo enuda*.

¶ 1. **TORTULA**, Τροχίλιξ, in Glossis Lat. Græc. Trochlea. Aliæ Gr. Lat. : Τροχίλια, *Tortula, Trogala*.

2. **TORTULA**, Placentæ species. Vide *Torta* 1.

\* **TORTULUS**, Placentæ vel panis species, idem quod *Tortellus* in *Torta* 1. Censur. eccl. Reat. MSS : *Sancius Johannes Evangelista (debet) vj. spatulas et xij. Tortulos*.

¶ **TORTUM**, Damnum, injustitia. Vide *Tortus* 1.

¶ **TORTUOSA**, nude, Gladii species, eadem quæ *Machua tortuosa*. Leges Furnenses MSS. ex Archivo S. Audomari : *Qui bannitum fugat vel interficit cum defensis armis, nisi cum canipulo vel Tortuosa, liber erit in forefacto... Qui de nocte ad helperocys cum armis venerit, excepto canipulo et Tortuosa, nihil emendabit*. [\*\* Apud Warnkœnig. Hist. Flandr. tom. 2. part. 2. Probat. pag. 79. in Statut. Furnens. ann. 1240. art. 61. et 63. legitur *Torcoisa*. Pro *Helperocys* ibidem *Helperop*.]

¶ **TORTUOSITAS**, Pravitas, dolus. Tertullianus de Carne Christi cap. 20 : *Qualis est autem Tortuositas vestra, ut etc.* Adde lib. 4. contra Marcionem, cap. ult.

¶ **TORTUOSUS**, *Injustus, falsus*, in Glossario Barthii, apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 117. *Tortuosissima nodositas*, S. Augustino. lib. 2. Confess. extrem.



1. **TORTURA**, *Torturæ*, Cruciatu, Tormenta, seu supplicia, quibus ad erucendam a reis confessionem iudices uti solent: Gallis *Tortures*. Quod quidem *torturarum* genus Anglis inauditum, Francis nostris ut inhumana passim ii obijciunt. Joan. Fortescutus de laudibus legum Angliæ cap. 22: *Non igitur contenta est lex Franciæ in criminalibus, ubi mors imminet, reum testibus convincere, ne falsidicorum testimonio sanguis innocens condemnatur; sed mavult lex illa reos tales Torturis cruciari, quousque ipsi eorum reatum confiteantur, quam testium depositione, qui sæpe passionibus iniquis, et quandoque subornatione malorum ud perjurii stimulantur. Quali cautione et astutia criminosis etiam et de criminibus suspecti, tot Torturarum in regno illo generibus affligunt, quod fastidium calamus ea literis designare... Leges etiam ipsæ civiles, deficiente testium copia, in criminalibus veritatem consummiter extorquent tormentis; qualiter et faciunt etiam quamplurimu regna. Sed quis tam duri animi est, qui semel ab atroci tanto torculari laxatus, non potius innocens ille, omnia fateretur scelerum genera, quam acerbitatem sic experti iterum subire tormenti, et non semel mori mullet, dum mors sit ultimum terribilium, quam toties occidi et totidem gehennales furias morte umariore sustinere? Nec multis post, gravius invehitur in iudices ipsos, qui hisce tormentis adsunt ipsi: O iudex, quibus in scholis didicisti, te præsentem exhibere, dum pœnas luit reus? Executiones quippe iudiciorum in criminosos per ignobiles fieri convenit, etc. Sed hoc non novum. Auctor ad Herennium: *Majores nostros dicemus, veri inveniendi causa cruciatibus ac tormentis voluisse queri, et summo dolore homines cogi, ut quequid sciant, dicant.* Vide Leges Alfonsoinas parte 7. tit. 30. Michælem del Molino in Repertorio Foror. Aragon, v. *Tortura*, [Correctiones Statutorum Cadubrii cap. 61 Chronicon D. de Graviua apud Murator. tom. 12. col. 680. Annal. Genuens. apud eundem tom. 17. col. 1163. etc.]*

\* Ita quoque appellatur Locus ubi *Tortura* exercetur, vel *Torturæ* instrumentum, in Computo ann. 1536. ex Tabul. S. Petri Insul.: *Pro repuratione Torturæ in carcere, lvj. solidos.*

2. **TORTURA**, Idem quod *Tortus*, *Tortitudo*. Charta Petri Episcopi Albanensis Cardin. ann. 1078. in Bibl. Cluniac.: *Nullam lesionem vel Torturam inferre præsumant.* Alia ann. 1103. in Biblioth. Sebustiana pag. 265: *Donavit et omnino finivit Deo et B. Petro ad locum Cluniacum unum receptum, quem in Luvaticum exigebat, omnesque malas consuetudines ac deprædationes, seu Torturos, quas ibi per se vel per suos exercebat, funditus verpavit et absolvit.* Tabularium S. Albini Andegav. ubi Fulco Junior Comes condonat *Torturas, quas fecit in terris S. Albini*, ann. 1087. [Occurrit rursus in Charta ann. 1103. et Tabulario S. Benigni Divion. in alia sæculi xi. et Chartulario S. Florentini, et alibi.] Vide *Tortus*, 1.

¶ 3. **TORTURA**, Circuitus, iter obliquum, flexuosum, Gall. *Tour*, *Détour*. Epistola ann. 1204. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 786: *Vudum profundum... non potuimus*

*truismearre, nisi trium leugarum faceremus Torturam.*

¶ 4. **TORTURA**, Compressio tortilis. Bernardus, part. 1. Ord. Cluniac. cap. 46: *Ablutis. tersoriis... et coccis... Tortura quadam aquam experimentibus, etc.*

**TORTURA CAPILLORUM.** [Vita MS. Geraudi de Sala apud Stephanotium tom. 2. Antiq. Pictav. MSS. pag. 576: *Contigit eum ad Moniales Fontis Ebraldi prædicationis gratia declinare, ingressusque Capitulum vidit in mulieribus illis Deo et Angelis abominabile monstrum; nam crinium suorum Tortura et circumdatura more meretricio, etc.*] Vide *Capillus*.

1. **TORTUS**, **TORTUM**, Damnum, iniustitia, vis, violentia alicui illata. Jo. de Janua: *Tortus a torqueo dicitur. Hic tortus, tus, i.\* corrisio, vel injuria.* Gloss. Lat. Gall.: *Tortus, ta, tum, Tort, injurieux. Tortus, tus, torsiou, ou injure.* Edictum Pistense Caroli Calvi cap. 20: *Sic iniustitiam istam exsolvant, sicut illi, qui in suo ministerio Tortum faciunt.* Cap. 23: *Sicut ille, qui Tortum in suo Comitatu, vel ministerio fecerit.* Adde cap. 26. Vetus Notitia in Tabulario Vindocini. n. 6: *In perverso et uperto Torto nobis posteu abstulit.* Charta Ludivici II. Imp. pro monasterio Casauriensi: *Pro nulla denique mallatura quispiam a Monachis præfati monasterii, vel ab Advocato eorum Tortum quærere audeat, quia... eidem monasterio concessimus.* Tabularium S. Joannis Angeriæ. *Thebaldus fecit eis multa Torta.* Prima Statuta Rob. I. Regis Scotiæ cap. 17: *Quandiu defendens aut suus prælocutor defendet Tort, et non reason, etc.* Ubi Skenæus: *Quandiu teneus defendit se nihil fecisse contra jus vel legem.* Testamentum Sancia I. Reg. Portugall. æræ 1217. apud Brandæonem tom. 4. pag. 261: *De quibus faciant pacari, quantum invenerint, quod accepi cum Torto.* [Charta Monasterii S. Albini Andegav. ann. circiter 1090: *Recognoscens Tortum suum et rectum monachorum, etc.* Tabularium S. Florentii: *Belium conquerentium, quo Tortum superavit rectum.* Proverbium apud Arcenricos natum occasione prælii apud Conquireticum ann. 992. ubi Conano Britonum Duce interfecto, Fulco Comes Andegav. victoria potitus est. Adde formulam vet. apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 91. col. 1. Chartam ann. 1112. in Probat. novæ Hist. Occitan. tom. 2. col. 381. aliam ann. 1138. apud D. Brussel tom. 1. de Feudorum usu p. 507. Chronicon Parm. ann. 1243. apud eumd. Murator. tom. 9. col. 768. Statuta Pallavicinia lib. 2. cap. 20. Vercell. fol. 3. vº. etc. *Torfait* et *Torfez*, nostris. Testam. ann. 1274. ex Chartul. Vallis N. D: *Et s'ainsi estait que mis venist avant de qui j'eusse riens eu par mauvaïse raison... je vel que il soit rendu par mes eseuquteurs, lesqueius je establis et dois plein poir de mes detes paier et de mes Torfais amender.* Aliud ann. 1275. ibidem: *Je veil e establis e comant que totes nes doites soient payées et tos mes Torfez adreciez e amendez.*]

\* Lit. remiss. ann. 1375. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 123: *Iceului deffunct avoit fait paravant audit sire de Disquenue plusieurs griefs, Torfaiz, dommages et villemies.*

IN **TORTUM MITTERE.** Diploma Pipini Regis Aquitanicæ ann. 835. tom. 12. Spicilegii Acheriani: *Ipsunqve Advocatum nemo præsumat temerario ausu distringere, vel in Tortum mittere, etc.* Tabularium Brivatense ch. 446: *Ipsunqve Advocatum nemo præsumat distringere, vel in Tortum mittere.* Fori. Oscæ ann. 1247. fol. 3: *Debet mittere suum nuntium ad portam de illo, qui facit ei Tortum, etc.* Fol. 6: *Et si testatus fuerit Infantio ad Villanum cum justitia, et sint anbo, qui tenent Tortum, etc.* Mox: *Et si ille, qui se clamat, est de una villa, et qui facit Tortum de ulia, etc.* Rursum: *Emendet ipsum Tortum.*

**TORTUM ELEVARE.** Vetus Placitum in Tabulario Viennens. Eocl. fol. 70: *Archiepiscopus Viennensis B. misit in placitum Duranni Chewrii de Torto, quod elevaverat in terra sua, et in cuius Ecclesiæ S. Mauriti. Et cum ipse Durannus noluit ire Jerusalem, dimisit in manu Archiepiscopi Tortum, quod ipse elevaverat, et ejus ministri in terra illa, etc.*

Latini porro *tortum*, seu *tortuosum* dicunt, quidquid obliquum est, vel non rectum; unde damnum, vel iniustitia aliqua, seu violentia recto opponitur. Glossæ Lat. Gr.: *Tortus, τὸ στρεβλόν.* Glossæ Gr. Lat.: *Μτρωζ, Tortile, circulus tortus.* Papias: *Linea dicitur, qua lignarii utuntur, ne Tortum aliquid construant.* Prudentius in Apotheosi hymno 1:

Tam multa surgunt perfidorum compita  
Tortis polita erroribus.

Constantinus African. lib. 2. Pantechn. cap. 8: *Os coxæ majus est totius corporis ossibus Tortum in extranea parte a superiori, in familiari ab inferiori.* Infra: *Ne corpus Tortum et non rectum fieret.* [Iter obliquum et Tortum, lib. 3. Annal. Genuens. ad ann. 1196. apud Murator. tom. 6. col. 378.]

2. **TORTUS**, Torques. Eustochius in Vita S. Pelagiæ meretricis cap. 11. in Vitis Patrum: *Illam vero convocavit omnes pueros et puellas suas, et liberavit omnes, donavitque Tortos aureos eis de manu sua, etc.*

¶ 3. **TORTUS**, Idem, ni fallor, quod *Tortisius*, Fax, tæda. Joh. Blakman. de Virtutibus Henrici VI. Regis Angl. pag. 298: *Consueverat etiam ex pernixima humilitate et devotione, nocte et Dominicæ Resurrectionis tempore propria manu gerere magnam Tortum, ob reverentiam Dominicæ Resurrectionis et fidem.*

¶ **TORTUUS**, Distortus, curvus, Gall. *Tortu*. Miracula S. Thomæ Aquin. tom. 1. Martii pag. 377: *Puer quidam de Alto gradu recens Tortuus, et quinque diebus toto corpore impotens effectus etc.*

\* Nostris *Se Torfaire*, pro se *Détourner*, *s'égarer*, Divertere, itinere deerrare. Lit. remiss. ann. 1476. in Reg. 204. Chartoph. reg. ch. 186: *Lesquelx prindrent ung autre chemin et se Torfirent de bien deux lieues.*

¶ **TORTZA**, Fax, in Amalthea. Vide *Tortisius*.

¶ **TORVA**, Cespes. Polyptych. Fiscam. ann. 1235: *In predictis tribus acris herbægii capiuntur Torve ad exclusas molendini.* Bullarium Fontanell. fol. 116: *Ipsi fodere et capere feudalter possint in prato meo de*



*Tornolin Torvam sufficienter ad necessaria molendini. Vide Turba 1.*

\* **TORVIDUS**, Torvus. Vita S. Lifardi tom. 1. Jun. pag. 301. col. 1 : *Ne timeas et baculum hunc ante Torvidi draconis aspectus in solum figere ne dubites.*

† **TORULUS**, in re munitoria, fascia est, ut exponit Carolus de Aquino in Lexico Milit. v. *Arx*, quæ propugnaculi partem inferiorem, quæ declivis est, discriminat a superiori, quæ plana est et recta; quid vero sit in Galea apud Ammianum lib. 16. *Cujus verticis flammæ Torulus aptatur*, est divinandum; etsi eidem Glossatori videtur indicari pars editor cassidis, aut ornamentum æneum rubri coloris.

\* Apud Ammianum lib. 16. idem videtur esse quod *Bourrelet* appellamus, Spira farta, quæ galeæ superimponetur, etiam nunc in arte heraldica *Tocque* et *Tottil* nuncupata.

**TORUM**. Charta Longobardica ann. 774. apud Ughellum tom. 8. pag. 34 : *A fine Venatoris usque in strafium inter duo Tora*. Charta Cornutiana vetus edita a Suaresio : *Que sepis descendit per regam ante ad viam cavam, sive ad Torum, quæ redit usque ad arcum supradictum, etc.* Vide *Toro*, *Torale*, et *Torallum*.

\* **TORZIZIUM**, Fax, tæda, funale intortitum. Testam. ann. 1409. tom. 2. Hist. Cassin. pag. 591. col. 2 : *De qua cera fieri mandavit et voluit Torzizia octo librarum duarum.*

**TOSCA**. Charta Theobaudi *Chobot*, ex Tabulario Absiensis fol. 219 : *Donamus siquidem libere Deo et S. Mariæ et habitatoribus Absie... in præmisso feodo 2. sextariatas terræ, et unam Toscam, quæ ab antiquis Gambuerca a nobis vocatur: tali conventionem ut in illa domum et capellam in honore gloriosæ Dei genitricis Mariæ et nostro adiutorio construant... Donamus etiam illis aliam Toscam, quæ vocatur Firmitas, et 10. sextariatas de nostra propria terra, quocumque ipsi eam prædicto feodo meliorem invenerint, ipsasque duabus præfatis sextariatis et duabus Tosis concedimus illis ab omni calumnia, præceet pretio funditus liberare et expedire. Idem Tabular. fol. 222 : *Ructuram ruinatæ terræ juxta Toscam Boni-repasti, quæ antea Cambiceria vocabatur. Tabular. Dalonensis Abbatie fol. 61 : In terra que est juxta domum et superiorem Toscham et landas. [Tabularium majoris Monasterii : Rollandas Prior et fratres Capituli Lebon. in hanc formam pacis convenerunt coram nobis super Toscha Mabon, de qua contendebant cum Joanne albo et Alano fratre ejus. Prior et monachi quitaverunt prædictis Militibus illam Toscam Mabon.] Vide *Thosca*, *Tuscha* et *Pleisicium*.**

☞ *Tosca* in laudatis Chartulariis videtur intelligi Locus ad ædificandum aptus : nisi idem sit quo Gallicum *Tousche* in Charta ann. 1406. ex Bibl. Reg : *Ladite fiefferme est bien taillié de valoir moins que ladite somme de x. lib. se guerres ou mortalez surviennent; car il est vrai que a cette fiefferme ne appartient fors seulement une Tousche de bois et une piece de terre. Ubi Tousche, ut et in Consuetud. Blesensi art. 78. et *Touschaige*, in Andegav. art.*

117. Lucus est seu arbores ad ornatum consitæ. Provincialibus *Tuesco* rubum, nostris *Buisson*, significat. Vide *Tofta*.

\* Vide infra *Touchia* et *Tusca*.

\* **TOSCABILIS**, perperam, ni fallor, pro *Toscabilis*, Præstationi agrariæ, *Tusca* dictæ, obnoxius. Charta ann. 1307. in Reg. 44. Chartoph. reg. ch. 171 : *Item quasdam terras Toscabiles, quæ ibi habet dominus rex in dicto tenemento. Vide *Tasca* 2.*

**TOSCHEDERACH**. Regiam Majestatem lib. 1. cap. 6. § 7 : *Si fuerit Marus domini Regis, vel Toschederach ipsius, vel aliquod nomen officii, pertinentis ad submonitionem faciendam. Ubi Skenæus barbarum nomen esse observat, priscei Scotis et Hibernis usitatum pro *Serjando*, vel *Serviente curiæ*, qui literas citatorias mandat executioni; subditque Davidem II. Regem Scotiæ dedisse et concessisse Joanni *Fallace* Armigero suo et fideli officium *Serjandiæ* Comitatus de *Carrik*, quod officium *Toschaderech* dicitur, vulgo *ane mair offée*.*

\* **TOSCHUS**, Nemus, silvula, idem quod *Tosca*. Charta ann. 1297. apud Lam. in *Delic. erudit.* inter not. ad *Hodoepor*. *Charit. part. 1.* pag. 124 : *Disternendo ipsam partem silvæ et Toschi de Camporena, pertinentem ad dictum commune castri Florentini. Paulo ante : Silvam seu boscham de Camporena. Vide infra *Touchia*.*

† **TOSONDI**, Francis vett. Mille. Vide *Chunna*.

† **TOSPRI**, pro *Tolpri*. Vide in hac voce.

† **TOSSICARE**, Toxico seu veneno inficere apud Italos. Legitur in Chronico Parm. ad ann. 1249. apud Murator. tom. 9. col. 776. et alibi. Vide *Toxicare*.

† **TOSSICATOR**, Qui inficit toxico, in Annalibus Genuens. ad ann. 1289. apud eumd. Murator. tom. 6. col. 598. Vide *Toxicator*.

† **TOSSICUM**, pro *Toxicum*, Venenum, Ital. *Toxico* apud Murator. tom. 12. col. 559. etc.

† **TOSTA**, Panis tostus, Gall. alias *Tostée*. Menotus Sermon. fol. 126. vº : *Bene video quod tempore præterito modicum gustatis de ista Tosta. De ceste Tostée des serviteurs, ut ibid. Gallic. redditur. Vide *Tofta*. [\* *Tosta* hic idem quod mox *Tostée* in *Tostea*.]*

\* **TOSTA**, Panis tenuissimus ex farina et aqua confectus atque ad ignem ferreis prælis tostus; unde nomen. Synod. Andegav. ann. 1263 : *Prohibemus sacerdotibus parochialibus, ne parochianis suis die Paschatis Tostas seu hostias, loco panis benedicti, ministrent. Hinc Tostée rem minutissimam designat in Mirac. B. M. V. MSS. lib. 1 :*

Car je ne prise une Tosté,  
Parole, qui n'est esecoutée.

† **TOSTACIO**, Οπτησις, in Glossis Lat. Græc. In Græc. Lat. additur *Coctura*.

\*\* **TOSTARE**. Pro *Torrere* occurrit apud Plin. Valer. De re med. lib. 2. cap. 28. Vide *Forcellium*. *Papias* : *Tostant*, *Siccant*. *Tostatus*, *Siccatus*. Inassare significat in Ecbasis vers. 696 :

Dum Tostat verua seutellæ balnea potet.

Adde ibidem vers. 271.

\* **TOSTEA**, Pulmenti species ex pisis tostis : nostris *Tostée* proprie dicitur de tosto pane, vino, butyro, oleove imbuto, vulgo *Rotie*. Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 222 : *Dicta Jaqueminna supervenit in quodam loco dictæ villæ Monsterlii supra mare, in quo quædam Tostea pisorum fiebat, quæ ibidem Tostée de pois Gallicæ nuncupatur, in qua cum ceteris compatriotis et vicinis de pisis Tostatis comedebat. Alia ann. 1426. in Reg. 173. ch. 432 : *Le suppliant ala querir du vin et de l'eau en un gobelet de voirre, et fist une Tostée à icellui enfant. Alia ann. 1458. in Reg. 188. ch. 41 : *Icelle chambertere mist dessus la table du pain, du beurre et du lait en une esuelle, et lors le suppliant fist une Tostée de pain. Toustées à l'ypocas blanc, in Hist. Joan. de Saintré pag. mihi 561. *Toster*, Luculenter calefacere se, in Lit. remiss. ann. 1379. ex Reg. 116. ch. 54 : *Un varlet..... vint en la cuisine dudit hostel, et là se despoilla pour soy Toster ou rostir, etc. Tostée lardée, Egrejus in faciem ictus, vulgo *Soufflet*, in aliis ann. 1411. ex Reg. 165. ch. 283 : *Icellui Galchaut dist tout haut, j'ay ja donné une Tostée lardée ou buffe; mais j'en donray encor ennuit des autres.*****

\* **TOSTRUM**, Territorium. Vide supra *Tertrum* 2.

† **TOSTUM**, vel *TOSTA*. Vide in *Tofta*.

1. **TOTA**, Idem quod *Tolta*. Meminit Salvaingus in Tract. de Jurib. dominic. cap. 40. prædiorum concessorum in emphyteusim ad *Totam* et *talliam*, et *misericordiam domini*. Vide *Tolta*.

**TOTA**. Charta ann. 1155. apud Gariellum in Episcopis Magalon. pag. 127 : *Justitias, albergas, Totas, questas, sive aliquas alias injustas exactiones, etc.* Charta ann. 1232. in Regesto Comitum Tolosæ Cameræ Comput. Paris. f. 103 : *Terras cultas et incultas, nemora et bartas, prata et pasena, census, usus, quarta, quinta, decima, et agrarias et primicias, oblias, et dominationes, Totas, tollas, escaducas, et successiones, etc.* Alia ann. 1234. f. 102 : *Oblias et dominationes, Totas, questas, et albergas, et tollas, adempriva et successiones, etc.* Ubi nescio an *Tota* aliud sit a *Tolta*, quod ibidem apponitur; nam et *Tote* pro exactione dicitur. Charta Libertatum villæ Perusiensis ann. 1260. apud Thomasserium : *Li Sires ne la Dame de la Perose... ne haut en la vitæ herbergage, ne Tote, ne taille, ne queste, etc.*

† 2. **TOTA**, Vestis species qua totum corpus involvitur. Gallia Chr. novæ edit. tom. 4. col. 1151 : *Dedit Conventui Celsiniac capucia forrata atque Totas, quibus tunc temporis valde indigebant. Nisi forte legendum sit *Tocas* vel *Toxas*. Vide *Toca* 2. *Togua* et *Toxa*.*

† 1. **TOTAGIUM**, Idem quod *Tota* 1. vel *Tolta*. Charta ann. 1231. e Tabulario sancti Clodoaldi : *Majoria ab omni Totagio erit libera et quitta.*

\* *Reditus*, proventus, *Liba*. visitat. leprosar. diocæ. Paris. ann. 1351. ubi de Leprosar. juxta Eleemosyn. prope Pontisar. : *Exceptis novem denariis restantibus ad computandum de residuo censuum, Totagiorum dictæ domus. Si tamen legendum non sit*



*Terragiorum.* Huc etiam pertinet locus ex Tabul. episc. Autiss. laudatus in *Totuzium* 2. Nostri *Totage*, pro *Total*, summa, dixerunt. Arest. ann. 1402. 19. April. in vol. 9. arestor. parlam. Paris: *Est ordonné que sur le Totage desdites oblations se prendra..... le luminaire de l'autel.*

2. **TOTAGIUM**, Solidum. *Totage*, pro *total*, in Consuetud. Arvernensi cap. 21. art. 8. Tabularium Episcopatus Autisiod.: *Totagiun, quod est totum Comitatus quitum draperiorum. Quilibet drapperius, qui tenuerit mulierem annum et diem, debet 4. ulnas de buriau Comitatus... et in hoc Totagio habet Miles de villa Ferreoli et soror ejus 11. ulnas, janitor castelli 5. ulnas, etc.*

† **TOTALIS**, Totus, integer. Epistola Calixti III. PP. ann. 1456. ad Carolum VII. Regem Franc. e Bibl. Regia: *Nobiscum concinas qui ad Totalem Machometice gentis eradicationem auhelamus. Correctiones Statutorum Cadubrii cap. 93: Quousque fecerint integram et Totalem executionem, etc. Totalis exercitus*, in Diario Belli Hussitici apud Ludewig. t. 6. Reliq. MSS. pag. 182.

\* **TOTALITAS**, Abundantia. Charta Girardi abb. ann. 1278. ex Chartul. AD. S. Germ. Prat. fol. 81. r°: *Nos abbas tanti voloris et amplitudinis fecimus aut statui-mus anniversarium nostrum, et tantam Totalitatem vel largitatem cenæ conventus fecimus etc.*

† **TOTALITER**, Prorsus, omnino, penitus. Passim occurrit apud Scriptores medii et infimi ævi: quod improbat Vossius lib. 1. de Vitiis serm. cap. 25. et lib. 4. cap. 35. *Tousdis*, eodem sensu, Scriptori-bus Gallicis. Charta ann. 1339. ex Chartul. 21. Corb. fol. 141: *Volons et accordons que les lettres mesire Willaume de Prayuns... tiegnent en leur vertu à Tousdis.*

\* Minus recte; *Toudis* enim Semper, vulgo *Toujours*, sonat, ut *Toudits*, in Lit. ann. 1253. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1053. et *Toudiz*, in aliis ann. 1355. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 332.

† **TOTANUS**, *Avis genus, et piscis marini*, in Amalthea. Italis *Totano*, species est gallinæ silvaticæ.

\* **TOTATIM**. Charta ann. 1360. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 541: *Super domo Johannis le Charpentier.... viginti solidos Paris. censuales Totatim.* Ter ibi occurrit. Id est, in una summa solventis, vel pro unica præstatione. Vide *Toutena*.

† **TOTENNIS**, Tot annorum, in Vita B. Columbæ Reatina, tom. 5. SS. Maii. pag. 352\*.

† **TOTFARIAM**, *Tot modis fando: et tot modis in genere.* Martinius in Lexico.

† **TOTHLANDA**, Modus agri apud Anglos. Antiquit. Ambrosd. ad ann. 1380: *Cum una virgata terræ, et cum unu Tothlanda, et octo acris, etc.* Veram *Tothlande* dimensionem assequi se non posse fatetur Kennettus in Glossario ad calcem. Quid si cum una *Tothlanda* idem sit quod cum una alia terra, Ab Anglico *Tother*, alter, et *Land*, terra?

**TOTO**, adverb. *Omnino, ὅλος*, in Gloss. Græc. Lat. [*Alcuius esse in Toto*, ad aliquem omnino pertinere, in Diplomate ann. 1341. apud Ludewig. Reliq. MSS. tom. 5. pag. 530.]

**TOTTONARIUS** Equus. Vegetius lib. 1. de Arte veterin. cap. 56: *Equos, quos vulgo Trepidarios, militari vocabulo Tottonarios vocant.* Idem lib. 4. cap. 6: *Inter Colatorios enim, et eos (equos,) quos Totonarios vulgus appellat, ambulatura eorum media est.* Legendum puto utrobique *Trottonarios*, vulgo *Trotteniers*, de qua voce agimus in *Trotare*; nam *trepidarios* equos ita appellari observat Vegetius. At Salmasius ad Capitolinum *Guttonarios* emendat. Hunc consule, si lubet, pag. 247.

\* **TOUBAILLIA**, Mappa, mappula, mantle, manutergium. Charta ann. 1473. in Obituar. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5191. fol. 265. v°: *Decanus et capitulum videntes quod in die prædicta Jovis sancta, nulli erant, qui pelvim et manutergia sive Toubaillias pro ablutione altarium ac etiam pedum desferrent, pro augmentatione divini servitii..... quatuor deputaverunt et ordina-verunt, quorum duo de pelvi serviebant, et alii duo de Tobaillia sive manutergio. Vide Toacula.*

\* **TOUCHIA**, ut supra *Toschus*, Nemus, silvula, nostris alias *Touche*. Lit. remiss. ann. 1354. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 414: *Qui eidem Stephano fuerunt obviam juxta unam Touchiam memoris.* Charta ann. 1404. in Reg. 158. ch. 455: *Une petite Touche de bois, en laquelle au temps passé souloit avoir garenne.* Alia ann. 1405. in Reg. feud. comitat. Pictav. fol. 23. r°: *Item une Touche de chaisnes, ... pour raison de laquelle Touche feu Robert et Pailloux souloient paier... une geline.* Recoguit. feud. MS. dom. de Veteri-ponte ann. 1366: *La Tousse de la Poiche et en la Tousse de Molins etc.* *Touche* vero Calcar, quo equus stimulator, sonat, in Instr. ann. 1386. tom. 2. Probat. Hist. Brit. col. 504: *Messire Pierre avoit defailli en sa choaisie et eslite de y mettre et avoir esperons ou Touches pour mener et conduire le cheval.*

† **TOUCHUS**, Lapis lydius, Gall. *Pierre de touche*, Angl. *Touch-stone*. Litteræ ann. 1369. apud Rymer. tom. 6. pag. 611. col. 1: *Eustachio de la Tour custodi de la Touche dictarum monetarum... per Touchum nostrum et alios vias et modos... assaiari faciatis.*

\* Hinc *Toucheau* in re monetaria nuncupatur frustum auri ad hunc lapidem probatum. Lit. remiss. ann. 1399. in Reg. 154. Chartoph. reg. ch. 703: *Le suppliant nousdiz l'uis de la chambre de nos monnoies, .... et prist nos Touchcaux et les Touchcaux dudit Jehan le Mareschal, et une touche estant en ycelui,..... bailla à un prestre nousdiz Touchcaux d'or par lui pris.*

\* **TOUERBUS**, Maleficii muleta, a *Thower*, maleficius, et *Bus* vel *Busse*, emendatio, auctore Eccardo in notis ad Leg. Sallie. ex Cod. Guelferbyt. tit. 18: *Si quis alteri maleficiis fecerit, aut dederit hiberni ut moriatur, et ei fuerit adprobatum (Malb. Touerbus) sunt dinar. viiim.*

† **TOUGH**, Lignum aratri per quod trahitur, apud Kennettum in Glossario Antiq. Ambrosden.

† **TOULEYUM**, Vide *Touleium* in *Telon*.

\* **TOUQUASSEN**, *Toquassen*, Tumultus ad sonum campanæ, vulgo *Tocsin*, concitatus. Lit. remiss. ann. 1372. in Reg. 103.

Chartoph. reg. ch. 185: *Cum dicti servientes cum dictis animalibus recederent, per aliquos in dicto loco de Purinio hoc videntes, fuit in ipso loco factam magnum Toquassen. Touquesain, in aliis ann. 1379. ex Reg. 117. ch. 37: Armati diversorum armorum generibus, feri faciendo Gallicæ Touquesain etc. Touquesaint, pro Tocsin, ipse creber et subitus campanæ pulsus. Lit. remiss. ann. 1383. in Reg. 123. ch. 179: Bientost en oyrent nouvelles par le Touquesaint de ladite ville, qui est accoustumé de sonner par la guette d'icelle ville, quant noz anneis y survainnent.*

\* Ab Italico *Toccare*, Occitanis *Tocadoire* nuncupatur *Aculeus*, quo boves punguntur et stimulantur. Lit. remiss. ann. 1463. in Reg. 199. Chartoph. reg. ch. 354: *Ung baston que on appelle communement (en Languedoc) Tocadoire; (infra Tocadoiere) car d'icelui baston on touche ou conduit les buetz à la charrue.*

\* **TOURAGIUM**, Idem quod *Geolagium*, quod carcerum custodi ab *incarcerato* exsolvitur, nostris etiam *Tourage*. Stat. eccl. S. Petri Insul. ann. 1545. ex Reg. M. ejusd. eccl. fol. 136: *Intellecto per dominos meos decanum et capitulum..... de custodia et Touragio Jodoci Begnin, juvenis capellani, qui fuerit in prisonis spatio triam hebdomadarum,..... quod dictus custos haberet pro illo Touragio unum putardum qualibet die, unum dumtaxat grossum taxaverunt, injungentes dicto custodi, ob id coram eis vocato, quatenus deinceps non petat a vicariis prisonariis pro hujusmodi Touragio ultra unum grossum pro qualibet die. Reg. feud. comitat. Clarimont. ex Cam. Comput. Paris. fol. 109. r°: Guillaume de Souwegny..... tient du chastel de Clermont..... le Tourage en cas civil de tous les prisonniers, qui sont mis au chastel de Clermont. Vide *Toragium* in *Turris*.*

† **TOURMENTUM**, pro *Tormentum*, a Gallico *Tourment*, in Litteris. ann. 1292. tom. 4. Ordin. Reg. Franc. pag. 611.

† **TOURTA**, *TURTELLUS*. Vide in *Torta* 1.

\* **TOURTELAGIUM**, Gall. *Tourtelage*, Vectigalis species, quod a præstatione *tor-tellorum* distinguendum videtur, in Charta ann. 1362. ex Reg. 92. Chartoph. reg. ch. 81: *Sans paier aucune coustume ou acquit de tous travers, passages, paages, pontages, punages, Tourtelages, barrages et autres nouvelles.*

\* **TOUSQUATA**, ut supra *Touchia*, Nemus, silvula. Lit. remiss. ann. 1349. in Reg. 78. Chartoph. reg. ch. 45: *Dictus Aycardus associatis sibi superius nominatis,..... quandoque in memoribus sive Tousquatis, ab itineribus deviantes more prædonum etc.*

\* *Touquesches* vero, pro *Triquoise*, Instrumentum, quo calcantur equi, in Lit. remiss. ann. 1400. ex Reg. 155. ch. 137: *Et prinst ledit Jehauin (mareschal) une Touquesches et ledit Attrape un bourdou ferré. Triquoise, in aliis ann. 1399. ex Reg. 154. ch. 646. Hinc emendandæ aliæ Lit. ann. 1408. ex Reg. 162. ch. 232. ubi legitur *Truquaise, Pince ou Turquoises*, in Lit. remiss. ann. 1404. ex Reg. 159. ch. 90.*

\* **TOUSSA**, Arborum congeries, silvula. Assignat. dotalit. Joan. reginæ Franc. ann.



1319. in Reg. 60. Chartoph. reg. ch. 69 : *Et non continetur in dictis vendis una Toussa bosci, quæ vocatur Montarsis. Une Tasse de bois, in Ch. ann. 1320. ibid. Vide supra Tassia 2. Touchia et infra Tusca.*

† **TOUTA**, Exactionis species. Vide *Tolta*.

† **TOUTENA**, Species piscis, Loligo, Ital. *Totena*, Gall. *Casseron*. Statuta Massil. lib. 6. cap. 17 : *Pisces nauti, scil. Sardine Jurreti, Sercreti, Bogue, Aurioli, Toutedna, etc. Vide Totanus.*

† **TOUZELLA**, Annonæ species, Occitanis *Touzelle* vel *Missole*, de qua pluribus in Respons. ad Quæst. Provinc. tom. 1. cap. 61. pag. 553.

**TOWAGIUM**, Navis subductio in tutio-rem stationis partem, seu navis ductio per naviculas alligatas; sive ejusdem aliterius navis puppim alligata, [remulcatio,] Gall. *Touage*, Angl. *Towage*, [a voce marina *Touer*, remulcar, alicubi *Remorguer*.] Will. Thorn ann. 1286 : *Et etiam temporibus retroactis habere debent in prato adjacenti et in eodem loco, ubi predictæ domus et caya sita fuerunt, Towagium, quod im- peditum est per levationem predictam.* [Vide *Blount* in Nomolexico v. *Towage*]

† **TOWELLA**, Mappa. Vide in *Toacuta*.

**TOXA**, Stragulum et grosso panno. Papias : *Stragulum, vestis, quæ Toxa dicitur.* Grimlaicus in Regula Solitaria. cap. 50 : *Sufficiant autem eis stramenta lectorum, martu et cilicium, sagum, vel Toxa et cap- tula.* [Vide *Tota 2*]

\*\* **TOXICA**, Fenestricula oblongior, a Gr. *Τεξικῆ*. Vide Glossar. med. Græcit. in hac voce col. 1583. et supra *Archeria*, 1. Opusc. vet. MSS. ad Ezech. cap. 41. v. 16. apud Maium in Glossar. novo : *Fenestras obliquas, LXX. absconditas, Symmachus Toxicus. Obliquæ sive Toxicæ a sagittis vocabulum acceperunt, quod instar sagittarum unguatum in ades lumen immittunt, et intrinsecus dilatentur.*

† **TOXICARE**, Veneno inficere, necare, apud Joh. Sarisber. lib. 1. cap. 6. lib. 3 cap. 9. Petrum Bles. Epist. 20. Petrum Cellensem lib. 7. Epist. 3. Baluz. tom. 6. Miscell. pag. 205. Marten. tom. 4. Anecd. col. 194. Murator. tom. 16. col. 647. 923. et alios recentiores passim. Vide *Tossicare*.

**ΤΟΧΕΑΤΟΡ**, Venerarius, qui venenum propinat, apud Lambertum Schafnaburgensem ann. 1054. [et in Gemma, ubi etiam *Toxicutrix, Vencfica.*]

† **TOXICUM**, *Τεξικόν*, Venenum : vox nota. Hinc nostris alias *Tosiche*. Le Roman de *Vacce* MS. :

Illeuc su mort par un Tosische  
Que li donna par felonnie  
Un pautonnier. Dex le maudie.

† **TOXICUS**, Toxicus infectus, venenatus. *Toxicum telum*, in Actis SS. Aprilis tom. 2. pag. 41 : *Toxicum pectus*, ibid. pag. 43. *Toxicum potio*, ibid. pag. 586. Fortunatus in Vita S. Hilarii Pictav. lib. 1. cap. 1. n. 6 : *Cum Ariana hæresis venenata de radice flore Toxicico pullularet, etc.* [\* Sedulius Scot. Explan. in Præf. Hieron. pag. 31. tom. 9. Spicileg. Rom. : *Quantum ad Toxicam æmolorum invidian.*]

\* **TOXICATIO**, Toxici seu veneni præbi-

tio, veneficium. Chron. ducum Bavar. apud Oefel. tom. 1. Script. rer. Boicar. pag. 42. col. 2 : *Ludwicus imperator habens et sentiens in corpore suo debilitatem vel, ut multi asserunt, Toxicationem, etc. Vide Toxicare.*

† **TOXUS**, Arcus, a Græco *Τόξον*. Agnclus lib. Pontif. part. 2. cap. 3 : *Toxos adhibete in armis.*

† **TOYA**, Pulvinaris tegumen, Gall. *Taye*. Inventar. Eccl. Noviom. ann. 1419. de pannis : *Item una Toya operata de serico ad faciendum unum coussinum.*

† **TOYCUM**, vox corrupta pro *Ptochium*, *πρωχίον*, Locus ubi pauperes degunt et aluntur. Index vet. Canonum tom. 3. Concil. Hispan. pag. 19. col. 1 : *De clericis, monachis vel laicis, qui sunt in Toycis, monasteriis atque martyriis, in potestate sint uniuscujusque Episcopi civitatis.* Quæ verba translata sunt ex can. 8. Concilii Calched. *Οἱ κληρικοί τῶν πρωχίων καὶ μοναζηρίων, etc.*

\* **TOYSA**, Fascis, fasciculus. Lit. remiss. ann. 1353. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 83 : *Furata fuit in domo dicti Reginaldi unam Toysam sericeum..... et unum lommellum fili, de mensura et poudere consuetis.* Vide supra *Torsellus 1.*

\* **TOZELLA**, Annonæ species, Occitanis aliisque *Touzelle*. Comput. ann. 1488. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 45. col. 1 : *Solverunt dicti domini consules..... pro quatuordecim salmatis bladi Tozelle, euptis pro elemosina sive caritate, quæ fit singulis annis dicti die Assensionis Domini, pretio duarum librarum, decem solidorum Turon. pro salmata, sumnam triginta quinque librarum Turon. Vide Tozellæ.*

\* **TOZOLUS**, Tozzus, ab Italico *Tozzo*, Frustum; unde diminut. *Tozzetto*, frustulum in Pacto inter Mutin. et Lucens. ann. 1281. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 900. et 902.

\* **TPARIUS**, pro *Triparius*, Extaris propola, non attenta abbreviationis nota. Stat. synod. eccl. Tornac. ann. 1366. pag. 49 : *Hæc sunt officia clericis interdicta, quæ volumus omnino scire, puta..... telonarii, vinotarii, Tparii, molendinarii, furnarii et hujusmodi.* Vide *Triparius*.

**TRAAL**, Servus cuiuscumque conditionis, in Jure Sueonum, apud Joan. Stiernhookum p. 207.

† **TRABACA**, Ital. *Trabacca*, Tentorium, *Spezie di padiglion da guerra, tenda*, Academicis Cruscanis, nostris *Tente*. Chronic. Estense ad ann. 1317. apud Murator. tom. 15. col. 381 : *Reliquit campum, dimittens omnia sua ibi, scilicet Trabacas, victualia, et alia in maxima quantitate.*

**TRABALE**, Lignum, quod transit per rotas. Joannes de Garlandia in *Synonymis* :

Temo, longale, Trabale, furcale, forale.

**TRABALE JUDICIUM**, Concilium Tolctan. XIII. can. 2 : *Vidimus multos et flevimus, ex Palatini ordinis officio cecidisse, et Trabale judicium aut morti, aut ignominie perpetuæ subjugavit.* Quo loco *Trabale* judicium dici videtur firmum, ratum, et supremum; solemne enim est veteribus Scriptoribus *Trabale* appellare, quiddam ingens et firmum est, eodem sensu, quo

*Trabalis jussio* dicitur in Nov. Theodosii de Judæis, quæ cum summa severitate exercetur : *Trabali jussione decernimus, ut quicumque, etc.* Ita *clavo trabali* figere dixit Cicero 5. in Verr. Paulinus Nat. 9. Felic. :

Corpora transixis Trabalibus inclvta clavis.

Vita SS. Ferreoli et Ferratii : *Capitibus beatorum Martyrum Trabales clavi... inalleis ferreis affixi.* Gloss. Gr. Lat. : *Δεσώδης, Trabalis.* Est igitur *judicium trabale* adeo firmum et validum, ut quemadmodum valida trabs flecti aut dirumpi non potest, ita et illud nulla ratione convellatur.

† **TRABALE FERRUM**, pro Gladio, poetice dixit Odo de varia fortuna Ernesti Bavarie Ducis, tom. 3. Anecd. Marten. col. 370.

**TRABARIE**, *Naviculæ in fluminibus, quæ e singulis trabibus cuvantur, unde et dicuntur. Hæc et littorariæ vel caudicæ.* Papias [ex Isidoro lib. 19. Orig. cap. 1. quem vide.] Gloss. Sax. Ælfrici : *Trabaria*, Anbyme scip [\*\* *Beam*, trabs.] Florentinus Wigorniensis pag. 618 : *Deinde uterque Rex in insulam... Trabariis advehitur.* Vox *trabs*, pro *navi*, usurpata ab Ennio, Virgilio, Catullo, Horatio, etc.

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Trabarie, breves naviculæ, quibus in fluminibus et paludibus utuntur.*

**TRABATICUM**, Tributi species, forte pro *Trabibus* ad publica opera devehendis, vel prestandis. Charta Hlotarii Imp. ann. 840. apud Chiffletium in Tornutio : *Nullus thelonium, aut ripaticum, .... aut cenaticum, aut pastionem, aut Trabaticum, aut ullum occursum, vel ullum censum... exactare presumat.* Eadem pene habentur in Charta Caroli Calvi apud Beslium in Episcop. Pictaviensibus pag. 28. ex qua Chiffletianam emendare licet. [Aliam adde Ottonis I. Imp. ann. 949. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 291. Hinc emendandum est Privilegium ann. 831. inter Instrum. Gall. Christ. novæ edit. tom. 5. col. 463. ubi perperam legitur *Trabaticum*. Eadem omnino notione *Travaticum* habetur in Diplomate Ludovici Pii ann. 821. tom. 1. Ampl. Collect. jam laudato col. 77. *Travaticum* vero in alio ejusd. Imp. Diplomate ann. 814. tom. 2. ejusd. Ampl. Collect. col. 22. *Trabaticum*, in alio Ottonis III. Imp. ann. 983. ibid. tom. 1. col. 335.] Innocent. III. lib. 13. Ep. 115 : *Tarciates* (sunt ii Ravennatibus Custodes sylvarum seu parcorum) *per monasterium certum numerum Trabiun in feudum percipiebant de sylvâ.* Vide Senatorem lib. 4. Epist. 8.

**TRABATTERE**, Pactus Legis Salicæ tit. 28. § 4 : *Si quis feminam ingenuam gravidam Trabattit, et ipsa femina fuerit mortua, etc.* Ubi Lex Salicæ tit. 26. § 4. nude habet : *Si quis feminam gravidam occiderit, etc.* Wendelinus *trabattere*, ex *trans*, et *battere*, effectum pntat, quod est perquam sæviter percutere. Vide *Trabattere*.

Wendelini sententiæ favet Italicum *Trabattere*, quod etiamnum significat Verberare, percutere. Attamen non arri-det Eccardo, qui *Trabattere*, seu *Transbattere* interpretatur Ire super aliquem, sive aliquem pedibus conculcare, indigne tractare, notione deducta a *trans* Latino, et



Germanico *batten*, Ire; unde, inquit, *batte*, *patte*, *pote*, *pfote*, pes; inde etiam restat *batschen* vel *pattschen*, ire. Hinc, si eidem credimus, Itali *passare*, Galli *passer*, transire desumserunt.

† **TRABBA**, *Trabs*. *Perspererunt tectum... quod coopertum est cum tabulis et Trabbis*, in Actis SS. Maii tom. 2. pag. 841.

1. **TRABEA**, *Porticus tecta dicitur*. Ita Glossæ antiquæ MSS. Addit Joan. de Janua, *Trabibus*. Nos *Travée* dicimus seriem trabium, vel spatium inter duas trabes. Papias : *Tenda, quæ rustice Trabea dicitur*.

\* 2. **TRABEA**, *Genus est vestis imperialis, qua soli imperatores utebantur, unde Trabæatus, trabea indutus, unde legitur quod Dominus noster fuit indutus trabea carnis, id est, veste regia, carnis trabea*. Glossæ Bibl. MSS. anonymi ex Bibl. reg. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Trabæ, vesteure. Trabæatus, vestu vel ennobli*. Quod donabatur *trabea*, vel eam induere poterat, qui nobilitati ordini adscribebatur.

**TRABEATIO**, Crucifixio, passio Christi. Charta continens Electionem Froterii Episcopi Cadurcensis, ann. 990, sic clauditur : *Schedula hujus indaginis a corpore Trabæatione Verbi divina anno 990. Ind. 3. Alia in Tabulario Conchensis Abbat. in Ruthenis n. 83 : Facta Charta wirpitionis, vel excauationis, sive securitatis, anno Trabæationis Dominicæ 1013. Adde Chartam 145. in Appendice ad Capitul. Regum Franc. et aliam apud Diagam in Comitibus Barcinonensib. lib. 2. cap. 31.*

☞ *Trabæationem* minus recte Cangius nosque ipsi in voce *Aunus* pag. 269. ejus auctoitate ducti, Crucifixionem seu Passionem Christi sumus interpretati : nam Incarnatio seu Nativitas hac voce significatur; quod aperte demonstrari potest Chartis bene multis. Decretum Electionis Borelli Episcopi Rotensis apud Baluzium tom. 2. Capitul. col. 630. datum dicitur *anno Trabæationis D. N. J. C. MVII. æra MLV. Indictione xv. Concurrente i. Epacta xx.* Notum est æram Hispanicam epocha Nativitatis Christi antiquiorem esse annos 38. Totidem annis æra Decreti laudati superat annum *trabæationis*. Præterea cæteræ omnes notæ chronologicae anno Nativitatis conveniunt, non Passionis, ut et *annus XXI. regnante Roberto Rege* sub finem hujus Decreti notatus. Idem probant Charta 145. Appendicis Capitul. quam laudat ipse Cangius, alia ann. 947. Marcæ Hispan. col. 860. alia ann. 957. ibid. col. 874. alia ann. 972. ibid. col. 900. alia ann. 986. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 336. alia ann. 1013. in Probat. novæ Hist. Occitan. tom. 2. col. 168. alia ann. 1035. tom. 6. Spicil. Acher. pag. 435. in quibus omnibus adjunctæ sunt aliæ temporis notæ Nativitatem constanter indicantes, non Crucifixionem. *Trabæatio* autem, non a *trabe*, qua Crux intelligi posset, sed a *trabea*, togæ species, deducitur, atque ex hoc, nisi me fallo, S. Fulgentii Sermone de S. Stephano, ubi ait : *Heri enim Rex noster Trabea carnis indutus, id est, Incarnatus, seu natus; ex quo loco Trabæationem, pro Incarnatione, seu Nativitate Notarios finisse probabilissimum est. Vide Trabea, 2.*

\* **TRABEATUM**, Locus ubi fenum recon-

ditur, Gall. *Grange*. Hist. belli ForoJul. apud Marator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 1200 : *Videntes nostri de Maniaco sic fecisse buffas de nobis et quod quotidie procedebat plus ad damna nostra, quam primo, uno sero, dum ipse Thias venisset ad domum patris, certi nostri socii ipsum stantem in Trabæato patris super fœnum invaserunt et percusserunt fortissime. Ubi codex alter MS. habet, *Toblato, pro Trabæato, ut notatur in Append. ad Monumen. eccl. Aquilej. pag. 48. col. 2.**

\* **TRABEATUM**, Ortus, natus. Vita B. Goberti tom. 4. Aug. pag. 379. col. 1 : *Gobertus..... parentibus et cognatis, avisque et proavis, ex vetustissimo tempore nobilissimis, Trabæatus. Vide supra Trabea 2. et Trabæatio.*

† **TRABELIANICA**, **TRABELLIANICA**, pro *Trebellianica*, in Statutis Genuæ lib. 4. cap. 6. lib. 5. cap. 16. et in Testamento ann. 1272. apud Marten tom. 1. Anecd. col. 1139. Vide *Trebellianica*.

1. **TRABES** in Ecclesiis. Harum ut crebra fit mentio, ita diversus fuit usus. Leo Ost. lib. 3. cap. 31. (al. 33.) : *Trabem quæ nihilominus fusilem ex ære cum caudalabris numero 50. in quibus utique totidem cerei per festivitates præcipuis ponerentur, lampadibus subter in æreis uncis ex eadem trabe 36. dependentibus, quæ videlicet ærea trabes æreis æque brachiis ac manibus sustentata, trabi lignæ, quam pulcherrime scalpi, et auro, colorumque facis interim fecerat Desiderius exornari, commissa est, etc. Vide lib. 4. cap. 73. Brompton. : De curia Ecclesiæ una Trabe 5000. marcas argenti corrosit, unde Regis manuum impleret, etc. Chronicon Atinense ann. 1061 : *Fecit et duas Trabes ferreas, unam in choro, et aliam extra chorum ad apponendas candelas. [Trabium S. Petri mentio est in Charta apud Cencium inter Cens. Eccl. Rom.]**

**TRABES** cum arcibus, non semel memorat Harinlfus lib. 2. cap. 9 : *Cæterorum Sanctorum reliquias... per alias 12. capsas minores auro argentoque vel gemmis pretiosis honestissime paratas, ... dividere, atque super Trabem, quam in arcu coram altare B. Richarii statuimus, ponere curavimus. Cap. sequenti : Trabes minores cum arcibus suis argento paratæ. Lib. 3. cap. 3 : *Ante altare ejusdem Sancti stant columnæ sex magnæ ex cupro, argento, et auro paratæ, sustentantes Trabem unam similiter cupream argento auroque paratam. Sunt et aliæ Trabes minores tres ex cupro, argento auroque paratæ in circuitu altaris vel chori, sustentantes arcus 17. ex cupro, argento, auroque fabricatos; inter quos stant imagines bestiarum, avium, hominumque. Vitæ Abbatum S. Albani : *Transpositam veterem Trabem, quæ supra majus altare ponebatur, ... in qua etiam Trabe series 12. Patriarcharum et 12. Apostolorum, et in medio Majestas cum Ecclesia et Synagoga figuratur.***

2. **TRABES**, Frugum meta, continens 24. garbas Anglis, a *thrave* containing 24. sheaves. Domesday de Burgesibus Derbiæ : *Hi autem ad festum S. Martini reddebant Regi duodecim Trabes annone.*

† **TRABETUS**, Trabecula, tigillum,

Provincialibus *Travete; Trabatel* in Doujati Dictionario, nostris *Solive, soliveau*. Vide *Eschlamentus*.

† **TRABIS**. Vide *Tenda 2.*

\* **TRABOCHARE**, Idem quod *Trabucare* 1. Monetæ pondere minuere. Stat. antiq. Florent. lib. 3. cap. 130. ex Cod. Reg. 4621 : *Nullus audeat falsare, linare, tondere, minuere, incidere, Trabochare, vel deteriorare, vel magnagnare aliquam monetam.*

† **TRABUCA**, **TRABUCARE** *Castrum vel arcem, Evertere, diruere. Vide in Trebuchetum.*

\* Nostris *Trabucher* et *Trebucher*, eadem acceptione. Charta ann. 1358. in Reg. 86. Chartoph. reg. ch. 458 : *Comme poar le prouffit de la nécessité de la ville de Mealeun, la maison de Gillet Grenant de Meuleun ait esté Trabuchée, etc. Chron. S. Dion. tom. 8. Collect. Histor. Franc. pag. 351 : *Les chastiaus et les fortereces Trebuchoient (les Normans).**

† **TRABUCARE** **MONETAM**, De justo ejus pondere detrudere, nostris alias *Trebucher, trebuchier*. Statuta Civitatis Astæ Collat. 4. cap. 6 : *De pena Trabucanzium et ronzantium monetæ : Statutum est quod, si aliquis ronzaverit vel tonderit monetam... amittat pro penu libras 200. Statuta Perusiæ pag. 52 : *Si quis incidere vel tonsuraverit aurum vel monetam, solvat pro banno solidos 60. si vero implicaverit aut Trabucaverit, solvat pro banno sol. 100. Statuta Massil. lib. 5. cap. 41. de moneta Trabucanda : *Nulla persona audeat Trabucare vel Trabucari facere ullam monetam, quæ currat in Massilia. Hinc emendo Præceptum Philippi VI. Fr. Regis ann. 1329. tom. 2. Ordinat. pag. 36 : *Nallus campsor, nec alia persona sit aasa Trabutare (corrigo Trabucare) nec recourre aliquas monetæ, quæ habeant cursum. Præceptum Philippi Pulcri ann. 1310. tom. 1. earumdem Ordin. pag. 475 : *Que nul ne rechace, ne face rechacier, ne Trebucher, ne requeure nulle monnoye, etc. Recurrit ibi vox Trebucher, ut et in alio Præcepto ann. 1329. tom. 2. pag. 39. in alio ejusd. ann. ibid. pag. 46. Trebuchier vero in alio ann. 1332. ibid. pag. 87. in alio ann. 1343. ibid. pag. 185. etc. Vide Trebuchetum.*****

† **TRIBACHARE**, Idem. Vide *Recurrere 3.*

† **TRBUCHATIO**, Detractio de legitimo pondere. Charta Lud. Hutini Reg. Fr. ann. 1315. apud Lafaille in Probat. Annal. Tolos. tom. 1. pag. 63 : *Cum propter ordinationes monetarum non servatas peterent aliquem non puniri, imo hujusmodi pœnam cui libet a nobis gratiose remitti; concessimus quod ob transgressionem præteritam dictarum ordinationum monetarum solo usu seu cursu, vel Trebuchatione, quæ quidem Trebuchatio nobis non fuerit immoderate damnosa, nullus alicui pœnæ subjaceat.*

**TRABUCCA**, *Trabuchetum*, etc. Vide *Trebuchetum*.

\* **TRABUCCUS**, Mensura agraria, apud Mabill in Museo Ital. pag. 177 : *Apud Mediolanenses sex pedes Trabuccum efficiunt; duo Trabucci jucatam, quæ in se multiplicata tabulam constituit, et viginti quator tabule perticam componant. Vide mox Trabuchus.*



† **TRABUCHETTUS**. Vide infra *Trabucus*, 2. et *Trebuchetum*.

\* **TRABUCHETUM**. Vide infra *Trebuchetum*.

\* **TRABUCHIO**, Ponderis monetarum minutio. Charta ann. 1327. in Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 80: *Berengario Lamberti de Utecia imponerebut, quod ipse monetus regis trabueherut,..... et multa alia..... super Trabuchione et fusione monetarum nostrarum*. Vide infra *Trebucatio*.

† **TRABUCHUS**, **TRABUCUS**, Species mensuræ, si bene coniecto. Statuta Civitatis Astæ Collat. 3. cap. 47: *Revenditores, qui hubent discos in mercato teneantur et debeant tenere expeditus quatuor vias latas per duos Trabuehos*. Statuta Placentiæ fol. 60. vº: *Cum quidam hubentes testam juxta rivos, quæ testa est terra glareæ vel gerbida, quæ non consuevit laborari vel colligi, ventantur habere quindenam juxta numerum Trabuchorum ipsius teste terrarum glarearum et gerbidarum*. Statuta Montis-regalis pag. 60: *Quod illa venditio seu acquisitio... fieri non possit, et facta non valeat, nisi facta fuerit ad mensuram, nominando jortnatas sive Trabucos in instrumento talis venditionis*. Vide alia notione in *Trebuchetum*.

\* Eadem quæ supra *Trabuceus*. Annal. Placent. ad ann. 1451. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 902: *Flumen Trebbiæ supra modum, et ultra hominum memoriam, inundavit, et faciem terræ cooperuit... per Trabuchos, sive mensuras duas*. Acad. Hisp. *Trabuco* edit Novempedralis mensura.

† 1. **TRABUCUS**, f. Genus calceamentum. Charta Petri Abb. Cluniac. apud Baluz. tom. 5. Miscell. pag. 452: *Trabucos vero et pedules fratrum primo custodi operis novæ Ecclesiæ imposui, cum redditis... propter novas emergentes guerras deficientibus, eamenario... injunxi, ut Trabucos et pedules fratribus provideret*. Occurrit alia notione in *Trabuchus* et in *Trebuchetum*.

† 2. **TRABUCUS**, **TRABUCHETTUS**, Metalis statera, Gall. *Trebuchet*. Constitutiones Jacobi Regis Siciliæ cap. 58: *Habebant in eorum domibus Trabuchettos non justos, seu majoris ponderis, cum quibus Turonenses grossos argenteos et alias pecunias argenteas, si essent integri, et statuti ponderis videri et eligi faciebant, etiam, dum occasione majoritatis Trabucorum ipsorum, prædicta moneta argenti minoris ponderis videretur*. Pluries ibi.

\* **TRABUGARE**, ut *Trabueure* 1. Monetæ pondere minuere. Stat. ann. 1313. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 13. col. 2: *Quod omnes monetæ..... portant ad monetæ propinquiores regias, ut dictum est, absque hoc quod eas recassent et Trabugent*.

† **TRABULA**, Chronicon Lobienense ad ann. 1340. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1429: *Eduardus Rex Angliæ... semur Trabulu trajectum habuit, sed victor universam classem Francorum, quæ cccc. navibus constabat, delevit*. An species jaculi? Aliud sonat, si vera lectio est, in Chronico Trudon. tom. 7. Spicileg. Acher. pag. 375: *Erat tunc temporis totum oppidum nostrum vallo fortissimo munitum, atque desuper postibus fortissimis magnisque Trabulis coronatum*. Sed forte leg. *Trabibus*.

\* **TRABUNCULA**, Trabecla. Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 135: *Ista machina (testudo) est composita lignariibus Trabunculis et modellis, et aliquando tegitur corio bubalino*.

† **TRABUS**, pro *Trabs*. Vide *Fileria* 1.

† **TRABUTARE**, Dissipare, disperdere. profundere, Ital. *Trabutare*. Nicolai Smerigi Chronicon apud Murator. tom. 8. col. 106: *Condemnaverunt ipsum D. Senesium in maxima quantitate denariorum, propterea quod et se (f. sibi) retinuerat datiam vini conducti extra Vincentinum districtum, et quia Tributaverat*. Statuta Vercell. fol. 117: *Quicumque dederit, obtulerit vel Tributaverit aliquid alicui officium domini Potestatis vel Communis Verecellarum contra suum officium, etc.* Vide alio significatu in *Trabucare*.

\* Molestare, vexare. Stat. crimin. nova Cumanæ cap. 2. ex cod. reg. 4622. fol. 59. vº: *Robatores, schachatores, fures fumosos,..... Tributantes injuste uliquos officiales, etc.* Vide supra *Trabucare* 2.

† **TRABUTICUM**. Vide *Trabaticum*.

**TRACA**. Consuetudines Ecclesiæ de Regula, apud Labbeum tom. 2. Bibl. pag. 747: *De equo Hispaniæ 4. denar. de Traca coriorum boum, ovium, vel caprarum, 4. den.* [Traca videtur scriptum esse pro *Tacra*, de quo supra, Decem coria; saltem eadem notio est; an vero idem significet in Charta ann. 1197. inter Instrum. Gall. Christ. novæ edit. tom. 6. col. 144. haud satis scio: *Curga de Tracas III. den. saumuda asino II. mezaillas, honus I. den.*]

\* *Nostris Trac*, pro *Bagages, équipages*, Impedimenta, sarcinæ. Lit. remiss. ann. 1441. in Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 32: *Lesquelz varlez de guerre demeurèrent darriere par le commandement de leur cuppitaine, pour prendre garde et faire guet sur le Trac ou trayn, de ladite compaignie (de la garnison de Ste. Suzanne)*.

† **TRACADA**, *Strues lignorum*, in *Amalthea*.

\* **TRACCITIUS**. Vide infra *Tractitius*. **TRACEA**, Perquisitio, per quamcumque viam, quam *Trace* dicimus, unde Gallo-Belgæ nostri *Tracer* dicunt, pro perquirere. Chronicon Flandriæ cap. 9: *Voûa que jamais ne finiroit de Tracer, qu'il ne l'eust trouvé*. Vide Skenæum ad Regiam Majestatem lib. 4. cap. 32. Bracton. lib. 3. tit. de Corona cap. 1. § 1: *Si homo per infortunium oppressus... statim levetur hutesium... et postea Truceam conducant per terram suam, etc.* Joan. Molinetus pag. 123:

Perchant, Trachant, cherchant, courant, querant. Pag. 27. v:

Musant, Trassant à grant travail de corps.

Vide *Trassare*, præterea *Menagium* et *Ferrarium* in Originibus Italic. in voce *Traccia*.

**TRACHALA**. Aurelius Victor in Epit. de Constantino M.: *Irisor potius quam blandus; unde proverbio vulgari, Trachala decem annis præstantissimus, duodecim sequentibus latro, decem novissimis pupillus, ob profusiones immodicas nominatus*. Scurrillis istius Constantini M. appellacionis rationem prodit Cedrenus pag. 268: *Εβρύπερος τούς*

*ώμους, και παχὺς τὸν αὐχένα, ὅθεν και τραχίλᾶν αὐτὸν ἐπωνόμαζον*: a *τράχλος* igitur deducta vox. [Vide *Τράχλος*, in Gl. med. Gr.]

† **TRACHIDII**, *Τραχιδεῖ*, in Glossis Lat. Græc.

† **TRACHINA**, Genus piscis. Acta S. Francisci de Paula, tom. 1. Aprilis pag. 139: *Cum semel vellet capere piseem quemdam, dictum in partibus illis Trachina, punxit digitum, etc.*

\* **TRACINARE**, *Trahere*, Gall. *Truiner*. Lit. remiss. ann. 1355. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 212: *Dicta vaca projecit eum ad terram et aliquandiu Tracinavit eundem per terram*. Vide *Truseinare*.

† **TRACIO**. Litteræ ann. 1137. tom. 5. Ordin. Reg. Franc. pag. 23: *Eandem villam in nostra Trucione et deffensione suscipimus*. Sed omnino legendum est *tuitione*, quod vidit Cl. Editor.

**TRACONES**, Meatus subterranci, cavernæ, speluncæ. Gloss. Lat. Gall.: *Tracon, onis, allée sous terre*. Anonymus Poëta, nescio quis, laudatus a Joanne de Janua:

Terrarum Tracones, animalia dico dracones.

Will. Tyrius lib. 16. cap. 9. de regione Traconitide in Syria: *Videtur autem nobis a Traconibus diæta: Tracones enim dicuntur occulti et subterranei meatus, quibus illa regio ubundat; nam pene universus illius regionis populus in speluncis et cavernis habitat, et in Traconibus habet domicilia*. Lib. 19. cap. 26. de Nilo: *Sed tamen quibusdam meatibus tempore soliti incrementi, fluvii purs urbem influit; quam aquarum inflationem cisternis amplissimis, ad hoc specialiter deputatis, ad usus proprios toto anno diligenter servant; sed et pomeria, quæ sunt extra urbem procuranda, oculis Traconibus portionem ex eadrigunt necessariam*. Matth. Paris ann. 1247: *Cavernis terrestribus, et profundis Traconibus, etc.* Vitæ Abbatum S. Albani: *Tracones vero et vias cum meatibus subterraneis, et solide per artificeum arcuatis... obturavit*. [Vide *Vossium* lib. 3. de Vitiis serm. cap. 53.]

\* Glossæ Bibl. MSS. anonymi ex Bibl. reg.: *Traco, idem est quod Via subterranea aut via solis nobis (l. radiis) ignota, vel ubi habitant dracones fantastici; et ideo debemus dicere: Laudate Dominum de terra Tracones, et non dracones, ut dicunt quidam errantes; qui sermones inquirendi sunt penes muerium, ut sequitur, Et omnes abici (l. abyssi) id est, profunditates*. Hinc *Crypta Traconariu* sub Miseni promontorio, teste Mabillonio in Museo Ital. pag. 108.

† 1. **TRACTA**, *Vectio*, vectigal, quod exigitur pro mercium extra regnum vel provinciam exportatione seu evectioe, nostris *Traite*, *Traitte foraine*. Inquisitio ann. 1377. e Camera Comput. Provinciæ: *Una cum juribus virgæ ponderis et Tractæ bladi et leydurum*. Charta ann. 1389. ex Archivo S. Victoris Massil.: *Maria Regina Jerusalem et Siciliæ... Officialibus regis... gabellæ... Tractæ et impositionis, etc.* Litteræ Clementis VII. PP. ann. 1382. tom. 10. Spicil. Acher. pag. 240: *Poterunt... bluda, vina, carnes... portare et portari facere libere et sine impedimento, per terram vel per mare... sine solutione Tractæ, pedagi, leudæ, etc.* Litteræ ann. 1409. apud Rymer.



tom. 8. pag. 580 : *Et de qualibet Tracta corti* (leg. *Tacra*) *quinque ardcicos*. Eadem habentur in aliis ann. 1413. tom. 9. pag. 30. Aliæ ann. 1514. tom. 13. pag. 460 : *Tracta bladorum et vinorum, etc.* Adde Bullam Pauli III. PP. ann. 1539. inter Privilegia Equitum S. Johannis Jerosol. pag. 100.

¶ 2. **TRACTA**, Pecuniæ exportatio, *Traite*, eadem notione, dicunt Nummularii. Statuta Genuens. lib. 4. cap. 14 : *Qui voluerit cambia, seu Tractas sibi factas solvere supra protestum, ad hoc ut retineat obligatum eum, qui traxit seu qui mandavit pecuniæ, seu cambium solvi, teneatur in illis locis, in quibus solutiones cambiorum habent sua tempora præfixa, facere declarationem in actis notarii coram testibus infra horas 24. post præsentationem litterarum cambii, sicuti acceptat talem Tractam supra protestum.*

\* Seu Syngraphæ pecuniariæ solutio. Vide infra *Trajectitius*.

¶ 3. **TRACTA**, Extractio pecuniæ ex arca communi, si bene coniecto. Charta Eccl. Anic. ann. 1312 : *Secundur illa quæ solvuntur in Tracta. 1º. Thesaurario Ecclesiæ VIII. l.... pistori II. s. regi xxxvi. s. etc.* Hodie apud Arvernos *la traite* dicitur extractio pecuniæ ex arculis in æde sacra ad recipiendas oblationes collocatis.

\* *Traicte*, eadem notione, in Arest. ann. 1402. ex vol. 9. arestor. parlam. Paris. : *Laquelle somme dient devoir estre recue en la Traicte qui s'en fait le lendemain de la feste du saint Sacrement.*

\* 4. **TRACTA**, Administratio, procuratio, Gall. *Régie*; vel Conductio, Gall. *Bail*. Lit. ann. 1411. tom. 9. Ordin. reg. Franc. pag. 628. art. 10 : *Quod de quibuscumque causis factum et gubernationem dicti salis et eas tangentibus, dependentibus et connexis, et de quibuscumque excessibus, delictis seu criminibus per officarios dicti salis qualitercumque commissis et committendis, civiliter aut criminaliter, durante Tracta et gubernatione salis supradicti etc.*

\* 5. **TRACTA**, Ital. *Tratta*, Poenæ genus. Stat. antiq. Florent. lib. 1. cap. 40. ex Cod. reg. fol. 25. rº : *Quod non possint dicti berrouarii stare vel habitare in civitate Florentiæ intra unum annum numerandum a die finiti sindicatus illius rectoris, cum quo fuerit in officio, sub poena decem Tractarum colle suæ seu finis.*

\* **TRACTÆ**, in lanificio, *κατάγματα έρίου*, Productiones lanæ. In pannificio *Tractas* vocant Pastillos in longum productos, et *Offas* in rotundum glomeratos; Græcis *τρακταί*, Latinis *Tracta*. Joseph. Scaliger Epistol. pag. 107.

¶ 1. **TRACTAMENTUM**, Agendi ratio, Gallice *Traitement*. Charta Balduini Episc. Noviom. ann. 1049 : *Videns ergo memorati viri devotionem erga loca Sanctorum, concite compungitur cor meum, et non audeo ejus petioni surdæ auris dare Tractamentum.*

\* 2. **TRACTAMENTUM**, Pactum, compositio, Gall. *Arrangement, convention*. Charta prior. S. Jacobi de Pontida Pergam. dioc. in Chartul. Cluniac. : *Hic quasi publice sonat et fertur, quod super hoc in hiis partibus facta sunt et fiunt cotidie per aliquos Tractamenta, ut non per prudentiam et virtutes dicti monasterii prioratum, sed*

*interventu pecuniæ per pravitatem Simoniacam habeant.* Vide mox *Tractare* 8.

\*\* 3. **TRACTAMENTUM**. Schol. Remig. ad Marc. Capell. lib. 7. apud Maium in Glosar. novo : *Commenta, id est Tractamenta, argumenta.* Vide *Tractor*, 2.

¶ 1. **TRACTARE**, Consulere, sententiam in commune proferre, una proponere. Pactus Legis Salicæ in titulo : *Hi autem sunt qui Legem Salicam Tractaverunt, Wisogast, Arogast, Salegast, etc.* Vide infra *Tractor* 4.

2. **TRACTARE**, Lac mulgere, Gall. *Traire*. Fleta lib. 2. cap. 79. § 7 : *Omnes oves ultra festum Nativitatis B. Mariæ matricis Tractari per ubera, seu lactari non permittantur.*

3. **TRACTARE**, Disserere. Servius : *Xenocrates primus Philosophiæ scholam aperuit, cum antea in porticibus Philosophi Tractarent.* Vide 2. leg. Cod. Th. de his, qui super religione contendunt (16,4.), et infra in *Tractor* 2. [et *Tractatus* 3. Vita S. Eugenii Episc. tom. 3. Julii pag. 496 : *Liberum arbitrium habeant in Ecclesiis suis, quibus voluerint linguis, populo Tractare*, id est, Concionari, exponere, explicare disse- rendo; qua etiam notione Prudentius in Agone Cypriani :

Disserit, eloquitur, Tractat, docet, instruit, etc.]

¶ 4. **TRACTARE**, Controversari, litigare. Cod. Theod. lib. 6. tit. 23. leg. 19 : *Ita nec de ejus unquam successione Tractabitur, qui nobis mediis et toto jure, quod in nostris est scriniis constitutum, teste succedit.*

¶ 5. **TRACTARE**, Convivio accipere, nostris *Traiter*. Gesta Abbatum Lobiens. tom. 6. Spicil. Acher. pag. 636 : *Abbatem suum cum comitatu Tractare tenebantur. Benignius se Tractare, pro Lautius se curare, seu pascere, legitur apud Horatium lib. 1. Ep. 17.*

¶ 6. **TRACTARE**, Abolere, tollere. Conventio ann. 1111. in Probat. novæ Hist. Occitan. tom. 2. col. 379 : *Mali namque usagii non sunt recitandi, (s. retinendi,) sed potius Tractandi et dissipandi.*

\* 7. **TRACTARE**, Differre, in longum trahere, ut recte interpretari videntur docti Editores ad Mirac. S. Germ. Autiss. tom. 7. Jul. pag. 283. col. 1 : *Si quid Deo vocitis, incunctanter absolvite, memores ruinam esse homini post vota Tractare.* Ubi Labbeus legit, *Retractare*.

\* 8. **TRACTARE**, Pacisci, transigere, Gall. *Convenir*. Annal. Placent. ad ann. 1481. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 964 : *Postmodum Tractato accordio, equos et arma restituit.* Vide supra *Tractamentum* 2.

\* 9. **TRACTARE AD MORTEM**, Occidere, mortem inferre. Lit. remiss. ann. 1378. in Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 191 : *Cum dictus interfectus jurefecisset, ..... et prænominati, ..... niterentur eum capere et in prisonem dicti domini adducere, ipse in defensione et rebellione se posuit contra eos, et ob hoc ne evaderet, de necessitate, quia vivum capere nequiverunt, Tractaverunt ad mortem.*

\* 10. **TRACTARE SE**, Gerere se, Gall. *Se porter pour*. Lit. Caroli VI. ann. 1415. in Memor. H. Cam. Comput. Paris. fol.

71. vº : *Ita quod omnes et singuli Januenses cives, districtuales, incolæ, convencionati, et qui pro Januensibus se Tractant, possunt et valeant..... ire, stare, morari, mercari ..... per omnes et singulas civitates..... regni Franciæ.* Ibid. fol. 72. vº : *A donné (le Roy) trève..... aux Jennevoys bourgeois, habitans et à ceulz de leurs destroits et à convenancez et alliez et qui pour Jennevois se tiennent. Se Traiter pardevers un juge ou arbitre, Ad judicem vel arbitrum recurrere, vulgo *Se pourvoir*, in Charta ad calcem Chartul. S. Joan. Laudun. : *Droars sires de Marle à tous présens et advent, salut. Ly abbés et convent de saint Jean de Laon s'estant Traités pardevers nous, etc.**

**TRACTAREA**. Anonymus Barenis in Chronico anno 1042 : *Argiro perrexit in Trane, per mare et terra obsedit eam, fecit ibi turrem excelsam ligneam, et Tractareas manculas, et herbices, ut comprehenderet eam.* Forte legendum *petrarias*, nisi per *tractareas* intellexerit quasvis machinas jaculatorias; trahere enim pro jaculari dixerunt inferioris ævi Scriptores, ita ut leg. *tractareas machinas*.

\* **TRACTAROLIUM**, Machinæ bellicæ jaculatoriæ species. Stat. Vergell. lib. 3. pag. 102. rº : *Tractarolia tarcia, scuta, brazorolia, coffini, cassiæ, sellæ et lanciæ duci possint, nonobstante hoc statuto.* Vide *Tractarea*.

¶ **TRACTAROLIUS**, Publicanus, Gall. *Traitant*, in fallor. Statuta Vergell. lib. 4. fol. 71. v : *Item victurales tempore vindemiarum portem super folis butallorum Tractarolios, qui vinum colligant, et qui contrafecerit, solvat vice qualibet solidos x. Pap.* \* Nequaquam; Instrumentum videtur esse, quo vinum ex dolio in aliud trahitur seu infunditur, vulgo *Siphon*.

¶ **TRACTATE**, De industria, data opera. Statuta Cadubrii lib. 3. cap. 38 : *Dummodo hoc factum fuerit Tractate, ordinate et pensate... si vero aliter acciderit, non Tractate et non pensate, tunc similiter relinquatur arbitrio vicarii et consulum.*

¶ **TRACTATIM**, Lente, graviter. Vide *Tractim*.

\* **TRACTATIO**, Exportatio, evectio, Gall. *Traite*. Arest. ann. 1342. in vol. 3. arestor. parlam. Paris. : *Commissarii deputati super tracta seu Tractatione lanarum etc.* Vide *Tracta* 1. et infra *Tractus* 13.

1. **TRACTATOR**, Chartularius, qui tractat vel retractat largitionales titulos. Scholiastes Juliani Antecess. ad cap. 82 : *Tracteuræ, quos dicimus apud Latinos, Tractatores, maxime in Africa sic dicuntur, id est Scriniarii, qui annonas publicas computant et tractant.* Eustathius in Vita S. Eutychiei Patriarch. CP. n. 68 : *Συβέση πρὸς τὴν ἐπαρχίαν τοῦ Πόντου δικαιοῦντας, τρακτεῦρας ἐπιμὶ καὶ ἀγυτὰς τῶν δημοσίων, etc.* Ita *Chartularios* et *Tractatores* pro iisdem dici in leg. 3. Cod. de Canonelargit. titulor. (10,23.) in leg. 10. de Numerariis, lib. ult. (12,50.) eod. Cod. et Nov. 28. 30. 128. 129. 147. observat Cujacius ad d. leg. 3. Vide Nicolaum Alemanum ad Procopii Anecdota pag. 100. 1. edit. et Nov. 1. Theod. sub finem. [\*\* Lydum de Magistrat. lib. 3. sect. 21. et 68.]

2. **TRACTATOR**, Qui de rebus seriis docte et erudite tractat, scribit, loquitur,



disputat. Gloss. Gr. Lat. : Ὠμλία, *Loquela, sermo, locutio.* Ὠμλιτικός, *Tractor.* S. Cyprianus in Præfat. ad libr. de Cardinal. operib. Chr. : *Sublimes materiæ subtilium ingeniorum exigunt Tractatores.* Infra : *Aditum ad se temerariis Tractoribus vel scriptoribus interdicit.* S. Hieronymus adversus Helvidium : *Quæ non solum pene omnes Græciæ Tractatores in suis voluminibus reliquerunt.* Spartianus in Geta : *Fuit adolescens moribus asperis, a natura decorus, Tractor, gulosus, etc.* Monachus Sangall. lib. 1. de Carolo M. cap. 4 : *De pauperibus supradictis quemdam optimum Tractorem et scriptorem in Capellam suam assumpsit.* Horatius, *Ethicus Tractor* dicitur Ivoni Carnotensi Epist. 7.

☞ Huc, ut videtur, revocari possunt *Tractatores*, de quibus hæc habentur in Privilegiis Ecclesiæ Rom. apud Marten. tom. 2. Ampl. Collect. col. 1232 : *Pacta et conventiones, concordata inter Regem ipsum (Siciliæ Tancredum) et Ecclesiam Romanam, mediantibus Cardinalibus missis ad Regem et certis aliis Tractoribus deputatis per Regem super appellationibus libere faciendis in toto regno ad Ecclesiam Romanam.* Oratores intelligi vel viros doctos, qui de negotiis prudenter et erudite tractare poterant.

**TRACTATORES** dicti præsertim Librorum sacrorum Interpretes, qui de rebus sacris tractant. S. August. de Doctrina Christ. : *Debet divinarum Scripturarum Tractor et dictor, defensor rectæ fidei, ac debellator errorum, et bona docere, et mala dedocere.* Vincentius Lirin. Commonit. 1. : *Doctores, qui Tractatores nunc appellantur, quos hinc idem Apostolus etiam Prophetas interdum vocat, eo quod per eos Prophetarum mysteria populis aperiuntur.* Ruffin. de adulteratione Librorum Origenis : *Quoscunque veterum nobilitum Tractorum invenerunt de his, quæ ad gloriam Dei pertinent, plene et fideliter disputasse, etc.* Facundus Hermiensis lib. 4. cap. 2 : *Hieronymus quoque noster, vir admodum doctus, qui etiam tanta fuerat lectionis, ut omnes, aut pene omnes, sive in Græco, sive in Latino eloquio divinarum Scripturarum Tractatores legeret, etc.* Idem lib. 9. cap. 5 : *Proinde melius facimus, si quemadmodum divinam Scripturam, sic etiam ejusdem Scripturæ Tractatores locutos contra hæreticos fuisse credamus.* Arnobius Junior in Psal. 67 : *Cleros enim hoc loco dictos et Judei dicunt, et nostri plurimi Tractatores.* Senator lib. de Divin. Instit. cap. 17 : *Habent etiam post Tractatores, (SS. Patres) diversos relatores temporum studia Christiana, etc.* Nicolaus I. PP. Epist. 42 : *Si enim ipsorum decreto cæterorum opuscula Tractorum approbantur, etc.* Didymus apud S. Hieronymum in Epist. 51. ad Dominionem, *Scientia Scripturarum omnes sui temporis Tractatores vincere dicitur;* adde Epist. 52. 61. 62. 64. etc. Idem Hieronymus Claudiano Mamerto lib. 2. de Statu animæ cap. 9. *Potissimus Tractorum appellatur : Lupo Servato de Trib. quæst. Alterum lumen Tractorum.* Beda, Monacho Sangallensi lib. 1. de Carolo M. cap. 2. *Peritissimus post sanctum Gregorium Tractor : S. Eulogius, Alvaro Cordubensi in ejus Vita n. 10. Tractor peritissimus et dictor.* Origenes, Sidonio lib. 2. Epist.

9. *Scævus cavendusque Tractor,* Sulpitio Severo Dial. 1. cap. 3. *Tractor sacrarum Literarum peritissimus.* Ecclesiastici *Tractatores*, apud Vigilium Tapsensem lib. 5. contra Eutychem. Adde Auctorem Prædestinati pag. 36. 82. etc. Mitto, quæ alii de hac voce observant, Juretus, Savaro, Sirmondus, Jacobus Gothofredus, Joan. Filesacus, Baluzius, et alii.

3. **TRACTATOR**, Concionator, qui tractatus, seu homilias habet ad populum. Petrus Chrysologus serm. 91 : *Vacat humanus sermo, silet prædicatio Tractoris, quando angelico præconio Joannis (Baptistæ) profertur gloria, virtus insonat, laus collaudatur.* [Vide *Tractare* 3.]

4. **TRACTATOR**, Consiliarius. Senatori lib. 8. Epist. 12 : *Decet enim Tractoros habere doctissimos, quibus summa potestas committitur, etc.* Ita alibi *Tractatum*, pro Consilio, usurpat. [Vide *Tractare* 1. et *Tractatus* 2.]

☞ 5. **TRACTATOR**, Arbitrator, conciliator : idem etiam forte qui *Conservator*. Vide in hac voce. Litteræ Johannis Fr. Regis ann. 1356. tom. 4. Ordinat. pag. 178 : *Nec tamen nostre intencionis existit, quod per hoc antique consuetudini, per quam dicti Decanus et Capitulum asserunt se habere debere in dicta nostra curia Tractoros, etc.* Quæ sic Gallicæ utcumque redduntur in Litteris Caroli V. ann. 1367. tom. 5. earum. Ordin. pag. 26 : *Et toute-voies n'est pas nostre entente, que pour cause de noz presens don, grace et octroy, aucun prejudice soit fait, ou puisse estre mis de present, ne pour le temps à venir, aux autres privileges unciens de ladicte Eglise, par lesquelz lez ditz Doien et Chapitre ne sont tenuz de plaider audit Parlement, fors comme pardevant Traicteurs de leurs causes. Traicteurs esteuz, in aliis ejusd. Reg. Litteris ann. 1372. ibid. pag. 516. Traiteur moyen apertius dicitur in Litteris Egidii Episc. Tuscul. Cardin. ann. 1376. e Bibl. Reg. : Puisque je estoye Traiteur moyen, il me convenoit essayer de mouvoir plusieurs voyes, afin de procurer l'accort d'une partie et d'autres.*

\* Interdum et Judex delegatus a rege, vulgo *Commissaire*. Chartul. eccl. Carnot. : *De querelis episcopi et capituli contra comitem consuevit rex committere Tractatores, qui ex parte sua querelas inter eos et discordias amicabiliter pacificarent.* Ibidem : *Clausuram claustrum quam faciebant canonici, comes impedire voluit : sed post inquestam per Commissarios ex parte regis propter hoc Carnotium destinatos factam, fuerunt fundamenta reperta et clausura facta, contradictione dicti comitis non obstante.* Rursum : *Omniem justitiam in omnibus exercuerunt episcopi et capitulum in terris suis, absque eo quod ad comites vel ballivos regios appellaretur ab eis ; sed si fuisset controversa, rex per se vel per nuntios et speciales Commissarios negotium matura deliberatione in se suscipiens adlocabat.* Nostris *Traicteur*. Charta ann. 1312. ex Tabul. episc. Carnot. : *Erart de Tyenges,..... Pierre Honnoure,..... Geffroy de Foucheis,..... et Renaut de la Broce, Traicteurs des contens meus entre les gens de noble prince et puissant monseigneur Challes, fils de roy de France, conte de Chartres d'une part, et R. P. en J. C. l'eves-*

*que de Chartres d'autre. Traiteur, Qui negotia principum tractat, apud Froissart. 1. vol. cap. 64 : Si se devoient assembler ces appointeurs en une chappelle..... Le jour ordonné, après la messe et après boire, ces Traiteurs vindrent ensemble etc.*

☞ **TRACTATOR PACIS**, Ædilis, scabinus, qui pacem inter cives tuetur, idem qui *Paciarius*. Vide in *Pax*. Transactio inter Dominum et incolas de Masalguis ann. 1501. e Schedis Præs. de *Mazaugues : Licetum sit... annis singulis creare unum vel duos Tractatores pacis.*

☞ **TRACTATOR VENDITIONIS**, Cui cura erat vendendi res ad dominum pertinentes. Charta Ludovici Regis Fr. ann. 1484. apud Baluz. tom. 1. Hist. Arvern. pag. 231 : *Ac dicti ipsius Comitibus servitores ac dictarum venditionum Tractatores ad requestam dicti Morinoti in vino rubeo ipsius Comitibus vinum album loco aquæ pluries posuerant sui miscuerant.*

**TRACTATORIA**, Epistola Synodalis, Synodica, quæ a Synodo, quam *Tractatum* appellari mox docemus, ad Episcopos scribitur, vel de quavis re ad *tractatum*, seu Synodum spectante. Ea enim est vera vocabuli origo, quam non adverterunt Baronius ann. 142. et Bernardinus Ferrarius lib. 1. de Epist. Ecclesiasticis. cap. 2. nisi locis mox laudandis legendum sit *tractoria*, uti contendit Philippus Priorius. Meminit S. Augustinus *Tractoriæ* Sermon. 2. in Psalm. 36. quæ Episcopi declarabant hunc vel illum esse excommunicatum : *Atque ideo non inmemores puritatis Ecclesiæ conducibile existimavimus, omnes sanctos Consecratos et omnes Clericos, et omnes populos, qui se Christianos meminerint, huc nostra Tractoriæ communionem, ut omnes ejus (Primiani) communionem, utpote damnati, diligenti cura horreant.* Eodem sensu *Tractorium* usurpat Epist. 162 : *Quod si non fecerint, ibi etiam eorum pravitas et perversitas innotescet, missaque Tractoriæ super eorum nomine per totum orbem terrarum, quacunque jam Christi Ecclesia dilatata est, ab omnibus Ecclesiis eorum communio præcidetur.* *Tractoriæ* denique mentio est in Concilio Teletensi. In Concilio Carthaginensi V. can. 10. et Africano sub Bonifacio et Cælestino cap. 43. jubentur Episcopi ad Concilium evocati, *si non potuerint occurrere, excusationes suas in Tractoria conscribere.* Quo loco Capitula Car. M. lib. 7. cap. 20. [\* 34.] habent *Tractoria*.

**TRACTATORIUM**, Locus, in quo *tractatus* seu consilia agitantur, Senatus. Sidonius lib. 1. Epist. 7 : *It in Tractorium frequens Senatus.* Vide *Secretarium*.

1. **TRACTATUS**, Ὠμλία, Collatio, præsertim de rebus sacris, præterea concio Episcopi vel Sacerdotis ad populum. Acta Numidarum Martyr. apud Surium 1. Maii, et Baron. ann. 262. n. 39 : *Horum tanta charitas fuit, et tanta dilectio, ut licet taciti possent jam devotæ et obsequate virtutis exemplis fidem fraternitatis extruere ; tamen ad stabilitatem perseverantiæ latius consulentes, pectoribus nostris rorem Tractatus salutaris infunderent ; neque enim tacere poterant, qui Dei sermonem videbant. Nec mirum si paucis illis diebus tam large nostrum omnium mentes eorum Tractatus salubris animavit*



in quibus jam Christus, micante gratia de proxima passione fulgebat. S. Cyprian. de Opere et Eleem. : *Quales nunc in Ecclesia quosdam videmus quorum præclusæ aures, et corda cæca nullum de spiritualibus monitis lumen admittunt, de quibus mirari non oportet, quod contemnant in Tractatibus servum, quando a talibus Dominum videamus esse contemptum.* Adde eundem Epist. 78. et Optatum lib. 4. et 5. Ambrosius in Ep. 14. Gaudentium Brixianensem, etc. *Tractatus populares, quos Græci Homilias vocant, inquit S. Augustinus in Epist. 4. ad Quodvultdeum, præfixa lib. de Hæresib. et Victorem Vit. lib. 1. Populares sermones Ecclesiastici, eidem Augustino lib. 1. Retract. cap. 22. et serm. 20. de Diversis cap. 7. Chronic. Reichersperg. ann. 436. de eodem S. Augustino : Usque ad illud tempus 232. consecerat libros, exceptis innumerabilibus Epistolis, et homeliis, et aliis Tractatibus popularibus.* Vide Petrum Chrysologum serm. 36. initio. In Concilio Laodicensi can. 19. *ὁμιλίαι ἐπισκόπων, Tractatus Episcoporum, vertit Isidorus Mercator. In Capit. Caroli M. lib. 1. cap. 73. al. 78. Soli Canonici libri, et Catholici Tractatus, et Sanctorum auctoritates et dicta legi et tradi jubentur.* Ita Tractare, pro Scripturas sacras exponere, usurpat, lib. 1. Sacrament. Eccles. Roman. cap. 33. semel ac iterum. [Vide Tractator 2.]

2. **TRACTATUS**, Consilium. Senator lib. 8. Epist. 10 : *Defensorem omnium suis Tractatibus adjuvat, et ministrando consilium, regebat ipse Rectorem.* Vide Tractator 4. [et Tractare 1.]

3. **TRACTATUS**, Concilia Episcoporum, in quibus de rebus Ecclesiasticis tractatur, disceptatur. *Tractatus Nicænus, non semel apud S. Hilarium in Præsentis. S. Ambrosius Ep. 13 : Hoc scriptum est in Ariminensi Synodo; meritoque Concilium illud exhorreo, sequens Tractatum Concilii Nicæni, a quo me nec mors nec gladius poterit separare.* Infra : *Si Tractandum est, Tractare in Ecclesia didici, quod fecerunt patres mei.* Ita etiam Tractatum Concilii Nicæni dixit Vigilium Tapsensis lib. 1. contra Palladium pag. 498. et Tractatum plenum, quem ibidem Concilium plenum vocat. Codex Canonum Ecclesiæ Africanæ cap. 47 : *Περὶ τῆς πίστεως γὰρ τοῦ ἐν Νικαίᾳ τρακτῆτος ἠκούσαμεν.* Epistola Clericorum Italiæ directæ Legatis Gallor. ann. 552 : *Usque ad universalis Concilii Tractatum.* Epistola Synodalis Concilii Aurelian. I : *Quia tanta ad religionis Catholicæ cultum gloriosæ fidei cura vos excitat, ut sacerdotalis mentis affectu Sacerdotis de rebus necessariis Tractaturos in unum colligi jusseritis, etc. Tractatus, ac deliberatio Synodi, apud Facundum Hermianensem lib. 1. cap. 5. Synodalis Tractatus, in Epist. Leonis I. PP. ad Flavian. CP. et apud Marbodum Diac. in Vita S. Licinii Episc. Anod. Tractatus Ecclesiasticus, in Epist. 9. Gelasii I. PP. Lex 15. Cod. Th. de Episcop. etc. (16.2.) : In Ariminensi Synodo super Ecclesiæ et Clericorum privilegiis Tractatu habito, etc. Hlotharii Imp. Epistola ad Leonem IV. PP. : *Observantes, ut si ipse ratum esse decerneret, ex suo latere viros idoneos destinaret, quia una cum Episcoporum ipsius provincie Tractatu, causam utriusque inquirere, et canonice definire va-**

lerent. Præfatio Concilii Wormaciensis ann. 868 : *Dum... apud Wormaciam... convenissemus, ut de quibusdam Ecclesiasticis utilitatibus communis a nobis Tractatus ageretur, etc.* Concilium Romanum ann. 904. cap. 2 : *Quatenus cum ad Synodum convenierint, libere eis Tractare et statuere liceat, quæ sanctorum Patrum canonica censura decrevit.* Concilium Trosleianum ann. 909. in Præf. : *De statu sanctæ Ecclesiæ ac totius regni utilitate Tractaturi.* Adde Conc. Confluent. ann. 922. cap. 1.

¶ **TRACTATUS**, Congregatio, Conventus Monachorum in capitulo congregatorum. Charta ann. 1232. ex Chartul. Campaniæ fol. 194. col. 2 : *Conventus Latiniaci post cessionem Gaufridi quondam Abbatis Latiniaci Tractatum habuerat de electione Abbatis... Conventus Latiniaci vacante monasterio antequam Tractatum habeat de eligendo Abbatem, etc.*

4. **TRACTATUS**, Epistola, quam Pontifex recens electus ad alios Pontifices mittebat, fidei suæ testis, quam Synodicam appellabant, ut in hac voce docemus. Auctor Prædestinati lib. 1. hæresi 89 : *Consuetudo est namque, ut unum Tractatum suum Episcopus Alexandrinus mittat ad Constantinopolim, qui recitetur in Pascha, et Tractatum suum Constantinopolites, qui Alexandria recitetur. In Tractatu suo Constantinopolites Nestorius scripsit, Marianon esse Theotocon, sed Christotocon, etc.*

5. **TRACTATUS**, Charta Petri Abbatis S. Benigni et Menardi Abbatis S. Sequani pro societate monastica, apud Perardum pag. 265 : *Post brevis recitationem statim fiet officium, et ea die si talis fuerit hora, vel in crastino Missa matutinalis, cum signorum pulsatione et Tractatu celebrabitur.* An Tractu?

¶ 6. **TRACTATUS**, Pactum, compositio, Gall. *Traité*. Charta S. Benigni Divion. ann. 1282 : *Rogavimus dictos Abbatem et Conventum... ut ipsi dicto Tractatu consentirent. Tractatus pacis, in Litteris ann. 1225. apud Rymers. tom. 1. pag. 280. Occurrit passim hac notione.*

¶ 7. **TRACTATUS**, Examen. Canonizatio S. Edmundi Cantuar. Archiep. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1843 : *Habito diligenti Tractatu, licet nihil invenisset omisum, quod diligens inquisitor facere debuisset, tamen, etc.*

¶ 8. **TRACTATUS**, Convulsio, spasmus. Miracula B. Ambrosii Senens. tom. 3. Martii pag. 204 : *Malum quod vocatur in majoribus morbus caducus, et habebat Tractatus, quos habet ille quem arripuit malum prædictum.* Vide Tractus 5.

¶ 9. **TRACTATUS**, Jactus. Lit. remiss. ann. 1395. in Reg. 148. Chartoph. reg. ch. 99 : *Petrus Laurentii, filius Bartholomei ludendo jecit rotam uno Tractatu; quo facto Bartholomeus prædictus cepit et levavit de facto rotam ipsam a dicto ludo, et illam longe extra dictum ludum projecit.* Forte pro Tractus.

¶ **TRACTE**. Charta an. circiter 940. apud Baluz. Hist. Tutel. col. 329 : *Excepto Cologas cum locu, cum Tracte ad scavas, cum bosco, etc.* An idem quod Tractus 2.

**TRACTEUTE**. Vide Tractator 1.

\* **TRACTIGER**, Sagittarius, idem qui

*Archifer, nostris alias Homme de trait.* Vide Tractus 4. Charta Ludov. XI. ann. 1474. ex Cod. reg. 8428. 3. fol. 250. vº : *Dantes in mandatis universis nostris locatenentibus, connestabulario, marescallis, admiraldo, viceadmiraldo, armorum et Tractigerarum gentium capitaneis et conductoribus etc.*

**TRACTIM**, in Glossis veteribus, *juziter, continuatim.* Tractim vero canere, lenta et morosa modulatione. Honorius Augustodun. lib. 1. cap. 36 : *Tractus, a trahendo dicitur, quia trahendo, id est Tractim canitur.* Id est lente, morose, quomodo Tractim exponitur in Glossario Longobardico S. Germani Paris. [Nonius : *Tractim, ut sensim, id est, diutine, longo tractu.*] Usus antiqui Ordinis Cisterciensis cap. 68 : *Dicto itaque Deus in adiutorium meum intende, morose et trahendo a Sacerdote, etc.* Cap. 119 : *Et cum paratum fuerit, tubulam in claustrum Tractim percutere... debet.* Romualdus Salern. Archiep. in Chronico MS. [nunc edito tom. 7. Muratorii] ann. 1166 : *Clericos in ea multos et præbendas instituit, et divinum in illa officium reverenter, et Tractim, [edit. Tractatim] et cum Dei reverentia et timore celebrari disposuit.* Chronicon Trudonense lib. 8 : *Assidue erat omnibus horis in choro, et de Psalmis Tractim cantandis, et cantu dulce æque modulando indefessa illi sollicitudo.* Charta Caroli Regis Siciliæ ann. 1304. apud Ughellum tom. 7. Ital. sacræ pag. 897 : *Volumus, quod ipsa deinceps Ecclesia secundum ordinem Parisiorum Ecclesiæ per libros, quos eidem Ecclesiæ dedimus, divinum officium celebretur, punctatim videlicet atque Tractim.* Statuta antiqua Ord. Cartus. 2. part. cap. 13. § 5 : *Historiam legat rotundius, sermones et homilias attractus, aperte tamen et distincte legat omnia, ut possit intelligi, etc.*

¶ **TRACTIO**, Tractus, *ἄκσις, σύρις*, in Glossis Lat. Græc. Inter pœnas in læsæ majestatis reos numeratur in voce Exentratio.

\* **TRACTITIUS**, AURUM TRACTITIUM, Gall. *Or trait*, Aurum textile. Inventar. MS. thes. Sedis Apost. ann. 1295 : *Item tres nitræ ad circulum, cum frixio ad aurum Tractitium (sic buli)... In duobus capitibus est laborerium ad aurum Tractitium.*

1. **TRACTOR**, Concilium Avenionense ann. 1281. cap. 8 : *Denuntientur auctores, fautores, Tractores, defensores, et fidei jutores pro his observandis excommunicati, etc.* Forte Tractatores, ex Gallico, *Traiteurs*, Contrahentes.

¶ **TRACTOR DECIMARUM**, Cui cura est decimas colligendi, trahendi sui vehendi in horrenum decimatoris. Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 43 : *Per dominam et heredes suos attrahetur decima ad domum monachorum, et eodem anno quo domina et heredes sui tractum habebunt, ipsi habebunt clavem domus et monachi paleas, Tractor interposito per fidem singulis annis, quod erga monachos et dominam... legitime se habeat.* Fol. 81 : *Hanc potestatem in decimis eligendi Tractorem suum et excusorem... Paçanus habebit.* Vide Tractus 3.

\* 2. **TRACTOR**, Qui pannos trahit seu extendit et explicat. Vide supra Tiratorium 1. Lit. Phil. V. ann. 1318. in Reg. A. Cam. Comput. Paris fol. 207. rº : *Suprapositis*



et paratoribus, textoribus, fullonibus, Tractoribus, alludariis et omnibus..... in et sub arte pareriarum pannorum..... constitutis etc. Occurrunt eadem Litera in Reg. L. Chartoph. reg. ch. 2. ubi legitur *Tractoribus*; unde vix putem mendum esse pro *Tinctoribus*.

1. **TRACTORIA**, Idem quod *Traga*, vel *Traha*, de qua voce infra. Erchempertus in Hist. Longobard. cap. 68 : *In quamdam Tractoriam plastro vehementi intromissus, Capuanam urbem ingressus est.* [\* In Chron. Salernit. cap. 140.]

2. **TRACTORIA**, Diploma, seu instrumentum evectiois, cursusque publici, hoc est, quo jus et facultas dabatur equos, vehicula, et viaticum petendi de publico. De *Tractoriis* passim tituli de *Cursu publico*, et de *Tractoriis et stativis*, lib. 12. Cod. Justin. et lib. 8. Cod. Th. ubi multa Cujacius, Jacobus Gothofredus, et alii doctiores interpretes, quos non exscribo.

**TRACTORIA**, Interdum est Epistola citatoria et evocatoria, qua jubetur quispiam certo loco et tempore praesentem se sistere; qua scilicet trahitur et evocatur quispiam. S. Augustinus Epist. 217 : *Tractoria ad me 5. Id. Nov. venit, jam finito die, et me valde indispositum invenit, ut occurrere omnino non possem, etc.* Vide Formulas antiquas promotionum Episcopaliom tom. 2. Concil. Gall. Sirmondi pag. 65r. 65b. 656. Johannem VIII. PP. Epist. 177. 181. 228. 229. Bernardinum Ferrarium de Epistol. Eccles. lib. 2. cap. 1. et Garnerium ad Mariam Mercatorem in Commonitorio cap. 3.

Alias eodem intellectu sumitur, quo *Tractoria*, ut apud Mariam Mercatorem in Commonitorio pag. 138. ed. Baluz. ubi *Tractoriam* appellat Zosimi Epistolam de Pelagii et Caelstii damnatione omnibus Ecclesiis inscriptam.

*Tractoriarum* etiam sub *Regibus* nostris usus innotuit, quem a Romanis mutuati sunt; quibus scilicet Missis suis commeatum et hospitium in itinere praeribi jubebant. Exstat harum formula apud Marculfum lib. 1. form. 11. cujus titulus : *Tractoria Legatorum, etc.* Initium autem sic concipitur : *Ille Rex omnibus agentibus. Dum et nos in Dei nomine Apostolicum virum illum partibus illis legationis causa direximus, ideo jubemus, ut locis convenientibus cisdem a vobis evectio simul et humanitas ministretur, hoc est, veredos seu paraveredos tantos, panis nitidi modios tantos, vini modios tantos, etc.* Ex quibus patet expressum in *Tractoriis* quid Missis singulis, secundum eorum qualitatem praebendum esset; unde *Tractoriae stipendiales* appellantur Agobardo lib. de Insolent. Judaeor. Ita porro *Tractorias* usurpant Capitulum Caroli M. lib. 4. cap. 30. 69. Lex Longob. lib. 3. tit. 1. § 38. tit. 7. § 1. [\* Lud. P. 24. 54.] Capitulum Ludovici Pii ann. 818. cap. 30. et ann. 819. cap. 26. et Capitulum Caroli C. tit. 32. cap. 16. Vide Diurn. Roman. cap. 6. tit. 9. 10.

**TRACTORIA**, interdum sumitur pro quovis Diplomate Principis. Carolus M. in Charta seu Praecepto, quo Monasterium S. Dionysii ab omni teloneo eximit, apud Doubletum pag. 709 : *Ideoque per hanc Tractoriam expresse praecipimus atque commendamus, ut ipsum mercatum cum omnes*

*suos teloneos, sicut anteriores Reges ac Principes partibus S. Dionysii contulerunt, ita in omnibus sint concessi atque indulti. Mox : Et ut haec Tractoria nostris et futuris temporibus firmior habeatur, etc.* Quibus postremis verbis concipitur pariter Praeceptum aliud Ludovici Pii pro eadem immunitate teloneorum, pag. 733. Nec scio an aliter intelligendum sit Concilium Meldense can. 71. in quo Galliae Episcopi a Carolo Rege postulant, ut auctoritate sigillo regio roborata more *Tractoriae Christianissimus Princeps singulis donet Episcopis, quam quisque Episcoporum penes se habeat, ut quando ei necesse fuerit, per eandem auctoritatem reipublicae ministros conveniat, ut ipsi in quibuscumque civili indigerint auxilio, reipublicae ministris concurrentibus, suum, imo divinum, possint rite peragere ministerium.* Quo loco auctoritas sigillo regio more *tractoriae roborata*, nihil aliud, opinor, sonat, quam Diploma authenticum Principis, ejusque firmatum sigillo, quomodo *tractoriae* firmari solent, hoc est, *praecipua regia*, (cujusmodi sunt Caroli M. quorum meminimus) quibus scilicet *tractoriis* ac diplomatibus facultas daretur Episcopis ministris reipublicae conveniendi, iisque nomine regio praecipienda, ut quotiescunque res exegisset, praesto essent ad eorum auxilium. Scio Bignonium et Bernardinum Ferrarium *Jus tractoriae*, seu evocandi ministris regios per *tractoriam*, a Rege expositum censuisse, quorum sententiam si quis amplecti malit, non magnopere repugnabo. Binæ denique habentur formulae *Tractoriae* nomine, in formulis incerti auctoris cap. 10. et in Chartis Pansensilib. form. 15. Prior quæ est Episcopi, inscribitur *Tractoria pro itinere peragendo*; altera quæ est majoris domus, inscribitur *Charta Tractoria*; utraque porro precibus concipitur, ut peregrino religiosi vel penitentiae causa ad Sanctorum limina pergenti, mansionem, locum, panem et aquam praestare velint ii, per quos iter facturus est; quæ quidem *tractoriae* non multum differunt ab iis quas *Commendatitias* appellabant; adeo ut liceat opinari *tractoriae* vocem latius postea sumtam pro quovis Diplomate. Vide *Tractoria*.

¶ 3. **TRACTORIA**, Vas grande. Acta S. Urcini Mart. tom. 3. Junii pag. 811 : *Habuit idem presbyter Tractoriam vini juxta parietem oratori ejusdem Martyris ad usum egenorum et pauperum vino plenam.*

¶ **TRACTUATIM**, Idem quod *Tractim*, in Cantu ecclesiastico, Lente, morose. Statuta S. Jacobi Hospitalis Paris. ann. 1388. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 339. n. vii : *Praecipimus quod omnes psalmodiantes in dicta Ecclesia psalmodient Tractuatum, facientes pausam in medio versiculi, etc.*

¶ **TRACTULARE**, *Versare*, in Gemma, ut in tritico et feno obtinet. Est a *tractum* ea forma, qua *ustulo*, ab *ustum*; *postulo*, ab *instituto postum*, non pro *positum*, sed pro *posciturum*, ut habet Vossius lib. 4. de Vitif. serm. cap. 28.

¶ **TRACTULUS**, Parvus *tractus*, seu species lineolæ inclinatae, quam inter signa cantus recenset Johannes de Muris apud D. le Clerc in libro cui titulus : *La Science*

et la Pratique du Plain-chant pag. 272.

¶ **TRACTURA**, Possessio, fructus qui ex aliqua re trahuntur, seu percipiuntur. Charta ann. 1130. Marcae Hispan. col. 1269 : *Ego Petrus Bernardi Capellanus istius Ecclesiae dono jam dictae Ecclesiae omnes meas Tracturas et tenuitiones, sicut ego modo teneo et possideo... exceptus vinea una et decimum, quod milites possident... praedictas Tracturas et tenuitiones, ita laudamus, ut sit franchum praedictae Ecclesiae.* Concil. Arand. ann. 1473. cap. 21 : *Sed etiam bladi annonae... et aliorum fructuum, tam decimarum quam primitiarum, Tracturas, exitus, redditus necnon transitus de loco ad locum vetant et interdunt.* Vide *Tractus* 3.

1. **TRACTUS**, Cantus Ecclesiastici species. Honorius Augustod. lib. 1. cap. 96 : *Tractus a trahendo dicitur, quia trahendo, id est tractim canitur.* Hugo a S. Victore in Spec. Eccl. lib. 1. cap. 7 : *Tractus autem quia gemitum et cantum lachrymabilem exprimit, lachrymas Sanctorum... repraesentat.* Unde *Tractus dicitur, quia Sancti suspirantes ab imo pectoris gemitum trahunt.* Adde lib. 2. cap. 19. Alcuinus lib. de Offic. divin. : *Tractus semper in causa humilitatis ponitur.* Joannes Abrincensis Episc. de Offic. Eccl. : *Per Tractum qui nullo respondente cantatur, et in melodis suis similitudinem fert gemitus, etc.* In eo vero quod nullo respondente canitur, differt a responsorio. Amalarius lib. 4. de Divin. Offic. cap. 12 : *Hoc differt inter responsorium, cui Chorus respondet, et Tractum, cui nemo.* Inde igitur *Tractus* cantatur, cum cessat Alleluia. Ordo Romanus : *Si fuerit tempus, ut dicatur Alleluia, bene; sin autem, Tractus.* Alibi : *Quapropter Alleluia illo tempore non cantatur apud nos, sed Tractus, id est luctus.* Necrologium S. Leonorii Bellimontis in Bellovacis : *Kal. Jan. obiit Mathæus Comes.... officium plenum fiat, cappa in Choro, Responsoria et Tractus in cappis, tres pauperes reficiantur, Generale facit Prior de piscibus abundanter. Tractus et hymnos composuit Gelasius PP. ut auctor est Rupertus lib. 2. de Div. Offic. cap. 21. et ex eo Auctor Chronici Reicherspergensis sub ann. 494. [Ricobaldus Ferrar. apud Murator. tom. 9. col. 114 : Gradualia, Tractus et Alleluia Ambrosius, Gelasius et Gregorius ad Missam cantari instituerunt.]* Vide praeterea librum usum Ordinis. Cisterc. cap. 12. Stephanum Eduensem Episc. lib. de Sacram. altar. cap. 12. et Durandum lib. 4. cap. 21.

\* Hinc *Traitif* dicitur Suspirium ex imo corde tractum, in Mirac. MSS. B. M. V. lib. 1 :

Moult se dolouse, moult se plaint,  
Maint souspirs fait lonc et Traitif.

\* *Traite de messes* vero, nuncupatur Missarum series, in Testam. Thomae de Failly ann. 1473. ex Bibl. reg. : *Item a voulu et ordonné quatre Traités de messes estre célébrées pour le remede et salut de son ame.*

2. **TRACTUS**, Piscatio, jus piscationis, quod alias *Jactus* dicitur; pisces, qui ex fluvio vel vivariis extrahuntur. Tabular. Belliloc. ch. 159 : *Cum terris cultis et incultis, domibus, sylvis, adjacentiis, et in*



*Dordonia Tractis, sive jetis.* Ch. 176 : *Et juxta fluvium Dordonæ piscatoriis et ripariis, jectis sive Tractis.* Charta ann. 1266. in Probat. Hist. Sabaud. : *Ripariis, piscationibus, Tractis, venationibus, laudemis.* Charta Ricardi II. Ducis Norm. ann. 1027. pro Monast. Fiscan. : *Et in eodem fluvio Tractus piscatorios... item in fluvio qui dicitur Authura, in loco dicto Hasdams, Tractus piscatorios cum aliquibus hospitiis.* Fleta lib. 5. cap. 9. § 24 : *Sunt etiam alie res hereditariæ, quæ veniunt in partitionem, quæ cum commode dividi non possunt, ani conceduntur, ita quod utriusque coheredes alibi de communi hereditate habeant ad valorem : sicut sunt vivaria, piscariæ, parci, et hujusmodi; vel saltem quod partem habeant, sicut secundum, tertium, vel quartum, vel secundum Tractum, tertium, vel quartum, secundum numerum coheredum; et ita de parciis, secundam, tertiam, vel quartam bestiam.* Charta Ludovici Regis Franc. ann. 946. in Biblioth. Cluniacensi pag. 275 : *Excepto tertio Tractu de Hosa, quod pertinet ad S. Vincentium.* Alia Rodulphi Regis ann. 997. ibid. pag. 410 : *Et tertiam partem piscinæ, quæ vocatur Osa, cum mancipiis, vel reliquis rebus ad eandem piscinam pertinentibus, ut semper eandem Monachi medium Tractum habeant.* Orig. Murensis Monasterii pag. 50 : *In lacu autem habentur duos Tractus et dimidium, etc.* Tabularium Vindocinense fol. 54 : *Donavit eis Tractum sagenæ unius, in universis aquis suis, ubicunque piscaturas habere dinoscitur.* Vide Radulphum in Vita S. Richardi Episcopi Cicerstrensis n. 78.

\* Vivarium etiam seu locus, ubi retia trahi possunt. Charta Henr. reg. Angl. ann. 1268. in Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 150 : *Cum piscaria et duobus Tractibus, qui ibi sunt, ad trahendum cum retibus.* Charta ann. 1242. in Pomer. diplom. pag. 195 : *Medietatem piscaturæ principalis et Tractus stagni pro centum marcis argenti vendidimus.*

3. **TRACTUS**, vel *Tractus decimæ*, in agris ac culturarum, alius prorsus a *Tractu piscatorio*. [Charta Petri Leucorum Episc. ann. 1179 : *Hauvidis Ducissa fondatrix Ecclesiæ Casteniensis dedit in præfata villa Tractum et decimas Ecclesiæ, et quidquid alodii ibidem possidebat.*] Charta Alexandri III. PP. anno 1180. in Historia Vastinensi : *Decimam de la Narville, et Tractum per singulos annos... apud Chaloeeth quartam partem decimæ de Frateville, et duos Tractus; quartam partem decimæ de Varenis, et quartum Tractum; Decimam in terra Burchardi Gononis,.... et ipsius decimæ Tractum.* Charta Hugonis Decani Paris. ann. 1213. in M. Pastoralis lib. 7. ch. 33 : *Ipsi autem Monachi nobis quitaverunt medietatem totius decimæ in proventibus, videlicet in dominio, in justitia, in Tractu.* Alia ann. 1248. lib. 8. ch. 22 : *Medietatem in quadam decima, ... videlicet in grano, palea, Tractu, stramine, et in omnibus aliis quibuscunque proventibus ratione decimæ supradictæ.* Charta ann. 1239. apud Roverium in Reomao pag. 263 : *Cum Abbas et Conventus Reomaensis, Laurentium de Crie piscatorem coram nobis auctoritate Domini Lingonensis, super terris tertialibus sitiis in finagio de Crie, in quibus*

*dictus Laurentius dicebat se Tractum habere, et super sergenteria ad Prioratum de Asiaco spectantibus traxissent in causam, etc.* Quæ hic commentatur idem Roverius pag. 640. nihili sunt. [Index MS. Beneficiorum Ecclesiæ Constant. fol. 46. vº : *In qua parochia sunt tres Tractus decimarum, de quibus rector ejusdem Ecclesiæ percipit unum Tractum feodi de Colonc, et in aliis duobus non percipit nisi tertiam partem.* Chartularium S. Vincentii Genoman. fol. 43 : *De Tractu vero fuit constitutum, quod utraque pars tam monachi quam domina et sui hæredes de anno ad annum alternatim Tractum decimæ possidebit, et eodem anno quo monachi Tractum habebunt, per ipsos attrahetur decima ad domum dominæ et hæredum suorum; et eodem anno habebunt clavem domas, ad quam decima attrahetur; domina vero et sui hæredes habebunt paleas.] Vide *Granchiagium in Granea*.*

His omnibus in locis, si bene connecto, *Tractus decimæ* idem est quod alibi, *Cario, Decima decimæ, Redecima*, seu pars decimarum, quam percipiebat is qui eas colligebat, *trahere* seu *vehere* in horreum decimatoris. Hoc jus, ut in *Cario* dictum est, ad varios pertinuit, modo ad Majorem loci, modo ad Dominum, modo ad Ecclesiam aliosve, qui nullam forte ponebant operam in decimis sive colligendis, sive advehendis : sed collectio sui vectura decimarum prima fuit hujusce juris causa, quod deinceps ad varios transierit, ut in aliis similibus juribus factum est sæpissime. Interpretationi nostræ non parum fasset locus et Chartulario S. Vincentii laudatus : cum enim monachi *tractum habent, per ipsos attrahi*, seu advehi debet *decima ad domum dominæ et hæredum suorum*. Annis vero quibus *domina et hæredes sui tractum habebant*, ab ipsis *attrahi*, seu advehi, debebat *decima ad domum nonuclorum*, ut dicitur in alio ejusdem Chartularii loco, supra relato in voce *Tractor*. Præterea nullus alius est locus, sive a Cangio, sive a nobis citatus, qui hæc nostra explicatio nequeat accommodari : qua de re tamen penes attentum lectorem esto judicium. Vide *Trahere* 8.

\* Quam interpretationem rursus firmare licet ex Charta Barthol. episc. Laudun. ann. 1116. in Chartul. S. Vinc. Laudun. ch. 32 : *Notificamus præterea tam presentibus quam futuris, quod inter eundem ecclesiam et memoratum Odonem ingens querela extitit super quinque modis frumenti, quos ecclesia extra partem in decima singulis annis percipiebat, prædicto Odone dicente, quod ecclesia propter illos quinque modios propriis vecturis decimam trahere debebat, aut ex illis trahentes conducere, absque ulla aliqua redecimatione. Super Tracta decimæ etiam idem Odo asserebat, quod sicut tertiam partem in decima habebat, ita tertio anno decimam trahere debebat. Sæpedita vero beati Vincentii ecclesia Tractam decimæ omnino liberam, et præscriptos quinque frumenti modios se extra partem antiquitus, absque ulla culumnia possedis, legitimis testibus in curia nostra comprobans obtinuit. Tractus ergo decimæ pretium erat, quod pro duenda decima exsolvebatur.*

¶ 4. **TRACTUS**, *Telum*, sagitta, Gall.

*Trait*. Charta ann. 1430. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 64. col. 2 : *Magna quantitate victualium, artilleriæ et Tractus ibidem dimissa, quæ erat sufficiens ad custodiam dicti castris. Monstræ factæ apud Chassagniam ann. 1511. e Schedis D. Aubret : Franciscus Carbonelli habet balistam calibus fulcitam sub ingenio et una trossa Tractuum... unam daodenam Tractuum.* Pluries occurrit ibi. *Genus de Trait*, Sagittarii, in Præcepto ann. 1428. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 1013. *Genus d'armes et de Trait*, in Charta Caroli VII. Reg. Fr. ann. 1431. ex Chartul. Latiniac. fol. 31.

\* *Traict*, in Lit. remiss. ann. 1450. ex Reg. 186. Chartoph. reg. ch. 7 : *Le suppliant..... dist à ung sien nepeveu..... qu'il prinist une crennequin et du Traict, afin d'eulz deffendre.* Aliud sonat *Trait*, Ovi scilicet albumen, in aliis Lit. ann. 1478. ex Reg. 205. ch. 54 : *Le suppliant visita sa playe et lai mist du Trait d'eufz avecques des estoupes.*

¶ **TRACTUS BALISTÆ**, Spatium extensum ad teli jactum, *Trait d'arc*, in Consuetud. Burbon. art. 524. et in Charta ann. 1449. ex Tabul. Latiniac. Epistola Petri de Condeto tom. 2. Spicil. Acher. pag. 553 : *Extendebat se in longum quasi per leucam et plus, et in latum per tres Tractus balistarum.* Simili notione *Tractus* nude dicitur in Conventione ann. 1292. e Schedis Pr. de Mazaugues : *Et a dicto burgo per magnum Tractum et sputum distat.* Nostris etiam dicitur *Trait*, hoc intellectu.

¶ 5. **TRACTUS**, *Mors*, obitus. Vetus Charta apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 222 : *Et illam terrulam ab omni culumnia dimisit liberam, quam in Tractu, id est, in exitu sui antecessoris reclamabat suam.* Hinc

¶ **TRACTUM FACERE**, Extremum spiritum agere. *Miracula B. Angeli Clarenii*, tom. 2. Junii pag. 1101 : *Infirmabatur ad mortem, et desperatus erat ab omnibus, et etiam Tractum facere incipiebat.* *Miracula MSS. Urbani V. PP. : Nec pulsum, neque anhelitum habebat per os suum, et quod oculos subverterat, et Tractum sive badalli fecerat.*

\* *Au Traict de la mort*, pro vulgari *A l'article de la mort*, In extremo spiritu, in Vita S. Isabel. soror. S. Ludov. apud Cang. pag. 175 : *L'on trouva que la sainte Dame estoit trespassée, ou estoit au Traict de la mort.* Vide *Tractatus*, 8. et *Tractus*, 1.

¶ 6. **TRACTUS**, Pars, portio. Charta ann. 1260. ex Tabul. S. Richarii : *Venderunt... septem et decem jornalita terræ cum dimidio in duobus Tractibus.* Gallice dicere, *En deux pieces*.

¶ 7. **TRACTUS**. Quis sit hujusce vocis intellectus, quæ vis, in Notitia Imperii, in Vita S. Germani lib. 2. cap. 5. auctore Constantio, in Panegyri. Aviti v. 369. apud Sidonium aliosque Scriptores hujus et subsequentis ætatis, erudite docet Vir doctissimus *Du Bos* tom. 1. Histor. Monarch. Franc. pag. 70. quem consuluisse haud pigebit.

¶ 8. **TRACTUS**, Consensus, consensio. Testamentum P. Archiep. Narbon. ann. 1238. inter Instr. Gall. Christ. novæ edit. tom. 6. col. 52 : *Ordinamus, quod unus de clericis beneficiatis ejusdem Ecclesiæ, non*



tamen canonicis, pro tempore in eadem Ecclesia constituatur Tractu communi et consensu Archiepiscopi et Capituli ejusdem Ecclesie.

¶ 9. **TRACTUS**, Lorum tractorium, Gall. *Trait*, Pro una cartsadel, uno colero, cum uno pari Tractu, emptis xlv. d. apud Kennettum in Glossario ad calcem Antiq. Ambrosd.

\* Lit. remiss. ann. 1361. in Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 40 : *Dictus Nicolaus suum castellum evaginavit, et Tractus equorum cidit, quos Tractus prædictus quadrigarius statim renodavit, et iterum equos suos astellavit.*

¶ 10. **TRACTUS**, Contractus. Vita S. Petri Cælestini lib. 3. cap. 13. tom. 3. Muratorii pag. 665. col. 2 :

At brachiis gemina, noctis phantasmate, Tractæ Perdiderant dextrumque latus, etc.

¶ 11. **TRACTUS**, Præteritus, clapsus. De hoc (tempore) sunt Tracti xvii. anni, in Placito ann. 1158. inter Probat. novæ Hist. Occitan. tom. 2. col. 571.

\* 12. **TRACTUS**, Gall. *Trait*, vox heraldica, Tessellarum ductus. Lit. Caroli VI. ann. 1386. in Reg. 135. Chartoph. reg. ch. 91 : *Cum carissimus dominus ac genitor noster... concessisset dilecto et fideli nostro armorum servienti Bernardo Chini et suæ posteritati perhenniter armorum insignia sive arma, scilicet scutum coloris sereni cali sive azaris, cum benda ejusdem coloris liliorum flosculis auri rutilantibus seminata, cum duobus filiis sive Tractis argenti etc.*

\* 13. **TRACTUS**, Exportatio, evectio, commercium. Libert. castr. de Malast ann. 1312. tom. 7. Ordinatio reg. Franc. pag. 508. art. 62 : *Quod omnia ad Tractum pertinentia, pro quolibet animali onerato illis, quatuor denarios pro pondere et leuda, si vendantur dicta onera, solve teneatur.* Vide supra *Tractatio*.

\* 14. **TRACTUS**, Vectura, quæ equis carrum trahentibus fit. Liber privil. eccl. Carnot. ch. 257 : *Unum Tractum ad unum equum, etc.* Alia notione vide in *Trahere*, 18.

**TRACTUS EXTRA ROTULOS**. Leges Malcolm II. Regis Scotiæ cap. 3. n. 2 : *Item ordinaverunt pro sustentatione justitiarum quolibet die itineris sui centum solidos. Item Clericis suis, pro quolibet homine amerciato, vel vendito duos solidos; et pro quolibet homine mundato per assisam, pro Tractu extra rotulos, quatuor denarios.* Galli dicent : *Pour estre tiré du rôle des accusations ou des amendes.*

¶ **TRACTUS FERARUM**, Venatio, in Charta ann. 1317. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 166. et in alia ann. 1344. ibid. pag. 495.

¶ **TRACTUS QUADRIGÆ**, Opera cum curru domino debita. *Tractus quadrigæ tempore Augusti*, in Chartulario S. Vandregesili tom. 1. pag. 85.

**TRADAVIUM**. Charta Alamannica 99. Goldastina : *Proclamavit, eo quod in contraditum suum mansum ei tollatum fuisset, quod ei advenit a parte uxoris suæ simul et Flavino, et proprium fuisset, et legibus suum esse deberet, quia jam de Tradavio uxoris suæ fuisset, ideo suum esse deberet.* Legendum forte *tritavio*, ita quod

*prædium a tritavo uxoris possessum fuisset, nisi potius tradavium accipiatur pro proprietate, vel dote.* [Vide *Threus*.]

\* **TRADELLUS**, f. pro *Tratellus*, Fulcrum mensarium, tripodis species, nostris *Treteau*, alias *Traitel*, Chartul. B. M. Medii monast. fol. 25. v.º : *Johannes vicarius habet quandam alam, quam locat octo solidos Turonenses, ... unam mensam parvam et duos Tradellos.* Lit. remiss. ann. 1390. in Reg. 139. Chartoph. reg. ch. 172 : *Mengin Briet avoit marchandé au suppliant son oncle de enfancier et faire certain ouvrage de tonnelerie.... Ledit neveu prist en sa main un Traitel, duquel il feri le suppliant son oncle et l'en cuida tuer.* Vide *Trestellus*.

¶ 1. **TRADERE**, Prodere, Gall. *Trahir*. Passim usurpat vetus Interpres Evangeliorum, ubi de Juda proditore, pro Græco παραδοῦναι. Hinc Sedulius Acrost. Christi v. 74 : *Tunc ille Judas carnifex, Ausus magistrum Tradere, etc.* Vita S. Hugonis Abbat. Bonæ-vallis, tom. 1. Aprilis pag. 47 : *Miles unus perfidus et dolosus, qui eodem anno duo castella Tradiderat et destruxerat.*

¶ **TRADIMENTUM**, Proditio, in Charta ann. 1190. in v. *Raptus* laudata. Vetus membrana apud Ludewig. tom. 8. Reliq. MSS. pag. 244 : *Tradimentum cum civibus Fribergensibus fecit, ita quod promissis privilegiis et libertatibus imperialibus cives Fribergenses dolo circumvenit.... Quod cum cives tunc Traditores Regi promississent, etc.* Regimina Paduæ ad ann. 1279. apud Murator. tom. 8. col. 424 : *Fuit factum Tradimentum, quando Bartholomeus et Ansedisus fratres de Schinellis fuerunt de Padua forbanniti.* Adde col. 429. Chronicon Parm. ad ann. 1284. tom. 9. ejusdem Muratorii col. 805. Epistolam cujusdam Cartusiani apud Marten. tom. 2. Anecd. col. 1635. Statuta Pallavicinia lib. 2. cap. 25.

**TRADITIO**, Proditio, Gall. *Trahison*, apud Simeonem Dunelm. ann. 1088. 1096. Radulphum de Diceto ann. 1190. et alios non semel. Leges Alfonsinæ part. 6. tit. 2. lege 1 : *Læx Majestatis crimen, tanto quiere dezir en Romance come yerro de Traycion, que faze omo contra la persona del Rey.*

**TRADITOR**, Proditor, Gall. *Traître*. Tacitus lib. 1 : *Quin potius interfecto Traditore, fortunam virtutemque suam malo onine exolverent.* Hugo Flaviniacensis in Chron. pag. 163 : *Regebat tunc Ecclesiam (Remensem) Arnulfus Lotharii Regis, qui quintus a Karolo Calvo fuit, filius, qui Traditor cognominatus est ob id, quia civitatem patruo suo Karolo reddidit, cum doleret regnum alienæ stirpi datum, et suæ præreptum.* Ita etiam usurpant Leges Edwardi Confess. cap. 19. Thwroczius non uno loco, et alii passim. [Le Roman de Partonopex MS. :

Nus ne m'osoit du Trahitor  
Riens nule dire for amor.]

¶ **TRADITOSUS**, Proditorius, in Vita B. Caroli Boni n. 91. tom. 1. Martii pag. 200.

\* 2. **TRADERE** ET **DARE**, non ejusdem significationis esse, alias fuisse disputatum, discimus ex Charta ann. 1203. in Chartul. S. Joan. de Valle : *Cum... fuisset disputatum*

*super verbi hujus dubietate, Tradiderunt; nos illud dabium, ducti rationis spiritu et sententiis sapientum, resecantes, volumus interpretari Tradiderunt, scilicet dederunt.*

1. **TRADITIO**, Cessio, concessio, alienatio, vel dispositio per testamentum, in Capitul. 2. ann. 813. cap. 6. in Concilio Turonensi III. ann. 813. cap. 51. in Capitul. Caroli C. tit. 32. cap. 5. etc. Vide *Investitura*. [Habetur alio significatu in *Tradere*.]

¶ **TRADITIO S. BENEDICTI**, pro ejusdem S. Patris Regula, in Epistola quam laudat Mabillonius tom. 4. Annal. Bened. pag. 110. *Traditio super Regulam S. Benedicti*, pro Explanatio, tom. 2. eorumdem Annal. pag. 619.

**TRADITIONES EVANGELII**. Testamentum Riculfi Episc. Helenensis ann. 915 : *Alium vero missale cum antiphonario in uno volumine, Smaragdum unum, Traditiones Evangelii, et Epistolas libros duos, etc.* [Explanaciones Evangeliorum intelligo, ut mox *Traditio super Regulam S. Benedicti*.]

¶ **TRADITIO PONDERUM ET MENSURARUM**, Jus domino competens ponderum et mensurarum exemplaria proponendi, ad quæ subditi teneantur sua pondera et mensuras exigere, in Litteris ann. 1275. tom. 3. Ordinatio Reg. Franc. pag. 61.

\* 2. **TRADITIO**, Dolus, fraus, perfidia. Epist. Soldani ad Pisan. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Hist. Sicul. Bonincont. part. 1. pag. 216 : *Quando nos audivimus illam magnam Traditionem, quam mercatores vestri fecerunt nostris, quoniam essent nostri mercatores secum in una nave Alexandriam, quomodo eos omnes ingenio occiderunt, et census illorum sumpserunt, etc.* Vide in *Tradere*.

¶ **TRADITIONALIS NOTITIA**. Vide *Traditoria*.

¶ **TRADITOSUS**, Proditorius. Vide *Tradere*.

1. **TRADITOR**, Donator. Orig. Murensis Monasterii pag. 49 : *In Virhenlos sex diurnales habemus, quorum Traditores fuerunt Rustein, Lutprand, etc.* [Alia notione occurrit in *Tradere*.]

2. **TRADITORES**, dicti ex Christianis, qui atrocitate pœnarum perterriti, quos apud se haberent codices sacros, tradebant Tyrannis. Horum ingens numerus fuit, sed prope infinitus illorum, quorum constantia nulla esse concussa formidine, qui, ne sacros libros traderent, lubentissimo animo mortem oppetierunt. Horum memoriam præsertim agit 2. Jan. Martyrologium Romanum. S. Augustinus lib. 7. de Baptismo contra Donatist. cap. 2 : *Post Cypriani mortem 40. et quod excurrit annis peractis, Traditio codicun facta est, unde cœperunt appellari Traditores.* Sub Diocletiano nempe. Acta SS. Saturnini et Socior. Mart. Carthag. cap. 1. n. 2. 11. Febr. : *Qui pleni Deo, devicto atque prostrato diabolo, victoriæ palmam in Traditores et eorum consortes ferentes, qua illos ab Ecclesiæ communione rejecerant, cuncti Martyres proprio sanguine consignabant. Fas enim non fuerat, ut in Ecclesia Dei simul essent Martyres et Traditores.* Adde cap. 3. n. 16. De iis etiam idem Augustinus Epist. 50. 162. 164. 171. de Verb. Dom. serm. 18. cap. 19. lib. 3. contra Crescon. cap. 27. 30. in Collat. 3.



cap. 13. lib. 7. de Baptismo contra Donatist. cap. 2. Concilium Arelatense I. can. 13. etc.

\* *Tracher*, eadem notione, in Instr. ann. 1217. inter Probab. tom. 1. Hist. Nem. pag. 56. col. 1. *Traiteur*, unde *Traitement*, proditorie, apud Bellom. in Consuet. Bellovac. MSS. cap. 53. pag. 80. vº. col. 1. *Trahites*, in Poem. MS. de *Cleomades* :

Sachiés que chilz est uns gillere,  
Mauvais et Trahites et lere.

*Trahidose* de muliere perfida dicitur, in Lit. remis. ann. 1447. ex Reg. 178. Char-toph. reg. ch. 257. *Tredoux* vel *Treidoux*, apud Lemovices, ex aliis Lit. ann. 1452. in Reg. 181. ch. 105. *Tridor*, Bigerronibus, ex aliis ann. 1416. in Reg. 169. ch. 348.

**TRADITORIA**, Instrumentum seu Charta traditionis, vel *investitura*, qua quis agrum seu quamvis rem aliam alteri tradit, et in ejus dominium tranfert, per festucam, vel ramum, etc. Hujus formulæ habentur in formulis veteribus Bignonii 19. et 57. ubi et *Notitia traditionalis* dicitur.

† **TRADUCARE**, *Traducere*, in Glossis MSS. a Vossio laudatis lib. 4. de Vitiis serm. cap. 28.

† **TRADUCERE UXOREM**, Uxorem ducere. Chron. *Zantfliet* apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 261 : *Wincelaud Dux, qui dominum Johannam Traduxerat, ducatum Brabantie ex integro sibi voluerat vindicare*. Vide *Traducta*.

† **TRADUCIANI**. Vide mox in *Tradux*.

† **TRADUCTA**, **TRANSDUCTA MULIER**, Quæ matrimonio juncta est. Consuetud. Tolos. rubr. de dotibus art. 1 : *Mulieres Transductæ per maritos suos ipsis viris mortuis lucrantur, et debent recuperare de bonis ipsorum maritorum dotes et donationes propter nuptias*. Art. 2 : *Uxor... Traducta præmoriatur, dictus maritus lucratur dotem et donationem propter nuptias*. Art. 3 : *Maritus uxore sua præmorta cognita per eum carnaliter vel Transducta lucratur dotem, et e converso uxor viro suo præmortuo lucratur donationem propter nuptias*. Vide *Traducere*.

\* **TRADUCTUS**, Trajectus seu locus, quo fluvius navigio trajicitur. Charta ann. 1285. apud Schwart. in Hist. fin. principat. Rugiæ pag. 224 : *Vendidimus civitati Tribuses hæreditatem Traductus nostri juxta Tribuses... Adjectum est etiam quod infra vel supra nullus Traductus debet fieri, qui dicto Traductui impedimento sit*.

**TRADUX**, Stirps, progenies. Glossæ antiquæ MSS. et ex iis Papias : *Tradux, ex altero ducta propago, radix vel origo*. Glossæ Lat. MSS. Reg. Cod. 1013 : *Tradux, Propago*. Aliæ : *Tradux, origo*. Eulogius lib. 3. Memorial. Sanctorum cap. 17. de Aurea S. : *Grandique fastu Arabica Traducis exornabatur*. Alvarus in Vita ejusdem S. Eulogii : *Patritia Senatorum Traduce natus*. Isidorus Pacensis æra 728 : *Julianus Episcopus ex Traduce Judæorum, ut flores rosarum de inter vepres spinarum, profluxus, etc*

**TRADUX**, invenitur etiam, inquit Joannes de Janua, pro originali peccato, quod Adam commisit, et ab ipso in posteros fuit trans-

latum, sicut de patribus filii propagantur. Hinc

**TRADUCIANI**, appellati vulgo a Pelagianis Catholici omnes, qui, contra quam ii, mortem in omne genus humanum per transitum seu Traducem, et per peccatum et per semina transire, currere, ut loquitur Marius Mercator lib. Subnotat. cap. 9. §. 7. 14. hoc est per peccatum originale, existimant. Idem Mercator lib. laudato cap. 6. §. 5 : *Quomodo non et tu Traducianus es, ut tibi libet, et adhuc licet, nomen imponere Catholicis Christianis?* Annianus in Præfat. ad homilias Chrysostomi : *Quantum nobis consolationis exoritur, cum cernimus tam erudito, tamque illustri Orientis Magistro, eam, quam in nobis Traducianus oppugnat, adstrui veritatem?* Infra : *Solvendo omnes illas quæstiones, quibus Traducianus os innitens beatum Paulum vitiorum obfuscatione commaculat, ut scilicet fidelibus suis Apostolico exemplo peccata conciliet*. Prudentius in Apotheosi v. 977 :

Hæc prima est natura animæ : sic coodita simplex  
Decidit in vitium per sordida fœdera carois.  
Exio tincta malo peccamine Priocipis Adæ  
Iofecit geous omne hominum, quod pullulat inde  
Et teot uigentitas animarum infœtiosa io ortu  
Primi hominis maculas, nec quisquam oascitur iosoos.

Vide Auctorem Prædestinati lib. 1. hæ. 88. et Cæsarium quæst. 78. etc.

**TRADUX** denique vox usurpata ab iis hæreticis, qui animas a parentibus in filios traduci existimabant. Aiebant enim, animas rationales esse ex traduce, id est ex propagatione ductas, vel origine, ex altero, ita ut anima filii ex anima patris originem haberet. Quam hæresin carpit loco laudato Prudentius :

Vitandus tamen error erit, ne Traduce carnis  
Transfundi in sobolem credatur fons animarum  
Sanguinis exemplo, cui tenta propague vea est.

Eusebius Pamphili in Apologia Origenis ex versione Ruffini : *De anima vero, utrum ex semine Traducis ducatur, ita ut ratio ipsius vel substantia inserta ipsis seminibus habeatur, an vero aliud habeat initium, etc*. Ejusmodi Traducianorum hæresin exagitant Hieronymus Epist. 61. ad Pammachium cap. 6. Epist. 82. lib. 2. in Rufinum cap. 1. 2. 5. Cæsarius S. Gregorii Nazianzeni frater quæst. 78. etc. Vide Auctorem Prædestinati, hæresi 26. 86.

\* **TRAFEGATOR**. Vide infra *Transfegator*.

\* **TRAFFEU**, vox vulgaris, Repaguli genus ante ignem positum, nunc *Garde-feu*. Reg. episc. Nivern. ann. 1287 : *Unum Trafjeucum craticula*. Vide *Repofocillum*, *Retrofocillum* et *Treffus*.

\* **TRAFFICUM**, commercium, negotium, Ital. *Traffico*, Gall. *Trafic*. Formulæ MSS. Senens. ex Cod. reg. 4726. fol. 29. vº : *Societatem habebant et retinebant de mercantiis et Trafficis quampluribus in eorum societate existentibus... Erat socius dicti Pauli pro uno tertio dictæ societatis et ejus Traffici, ... et ipse institor sui factor eorum dictam societatem cum suo toto Traffico exercebat*. Hinc

\* **TRAFFIGARE**, Negotiari, Ital. *Traffigare*. Fœdus inter Joan. Galeat. vicecom. Mediol. et Venetos ann. 1380. tom. 3.

Cod. Ital. diplom. col. 313 : *Item quod statim post factam diffidantiam teneatur comes Virtutum claudere et claudi facere... omnes ejus passus, ita et taliter quod nullus possit Traffigare seu negociari de terris seu per terras et territoria ipsius dom. comitis etc.* Vide *Trafficare*.

\* **TRAFFTY**, Polonica vox. Vide supra *Strues*.

† **TRAFICA**, commercium, mercatura proprie, Gall. *Trafic*. Pro dolo et fraude, apud Menotum in Sermon. fol. 30. vº : *Si oportet hodie invenire unam Traficam vel deceptionem, etc*. Fol. 128 : *Si vultis facere de rencheriata et per longum tempus mihi uti istis Trafficis*. Hæc vox ducta est ab Ital. *Traffico*; Itali vero ab Arabico desumerunt, ut vult Menagius in Origin. Gall. et Ital. Vide *Transfegator*.

† **TRAFICARE**, Negotiari, Gall. *Traffiquer*. Statuta Pallavicinia lib. 1. cap. 12 : *Teneatur... pupilli... pecuniam impendere vel Traficare, per modum quod ipsius pupilli bona augeantur et bonificentur*. Litteræ ann. 1559. e Schedis Præs. de *Mazaugues* : *Pro conservatione dicti instrumenti, ne Traficando illud per varia locorum discrimina amittatur seu laceretur*. Ubi *traficando* idem videtur quod deportando, ut solent merces a negotiatoribus deportari. Sic etiam in Litteris ann. 1564. e Tabulario Eccl. Massil. : *Ne Traficando in diversis provinciis littere ipsæ originales deperdantur seu alias lanientur*.

**TRAGA**, Plaustris species. Glossar. Lat. Gall. MS. Thuanum : *Hæc Tragua, Havet*. Charta Simonis Comitis Northampton. in Monastico Anglie. tom. 1. pag. 851 : *Qui cum quadriga, vel Traga, aut onere per licentiam forestarii de bosco fuerit cgressus*. Occurrit iterum pag. 853. Nescio an aliud *traca* sonet in Consuet. Monast. de Regula : *De Truca coriorum boum, ovium, vel caprarum, 4. den.* [Hujus vocis sensus supra suo ordine exponitur.]

† **TRAGUA**, Eodem significato. Charta ann. 1165. Marcæ Hispan. col. 1344 : *Quantam novos usaticos et novas consuetudines misisset in civitate Dertosa, videlicet jovas Traguis, etc*. Vide *Tragina*.

**TRAGULA**. Papias : *Trahe, quæ rustici Tragulam vocant*. Idem rursum : *Traha, genus vehiculi, a trahendo dictum, nam non habet rotas*. Addit Brito : *Sic etiam appellatur instrumentum dentatum, quod equus trahit super terram de novo seminatam pro semine recendendo et glebulis conterendis*. Gloss. Latino-Gall. : *Traha, Herce*. Gloss. Gr. Lat. MS. Χαμῶλλος, *Trahea*. Edit. *Trahe*. Sed leg. *Traha*. Gloss. Lat. Gr. : *Trahea, τρυχάνη τὰς βάλους ἀφανίζουσα*. Eadem Glossæ : *Traduco, κερρός, ἔχημα δίχα τρυχῶν*. Ubi puto legendum *Tragula*. Ælfrici Gloss. *Traha*, cive. Unde nostrum *Civiere*. Gloss. Lat. Gall. : *Traha* : *Civiere, ou broüette*. [Sangerm. : *Traha, civiere, ou berohete, ou herche*.] Virgil. lib. 1. Georg. :

Tribulaque, Trahæque, et iniquo podere rastri.

Paralipom. lib. 1. cap. 20 : *Fecit super eos tribulas et Trahas*. Matth. Paris ann. 1259 : *Ligones, tridentes, Trahas, vomeres, aratra, etc*. Thwroczius pag. 50 : *Rex Andreas post hæc cito incidit in paralyisin, et tam*



*hiemali quam æstivali tempore super Traha ferebatur.* Josephus Barbarus in Itinerario ad Tanaim : *Trahis secum vehunt omnia, quæ volunt, et quidem in eo celerrime sese expediunt. Trahæ apud eos in eo usu sunt, quo apud nos fortasse carri; et hi a latere et parte dextra Travali vocantur.*

**TRAGAL.** Vetus Charta apud Will. Hedam pag. 246. 1. edit. : *In Untecomeri laxatio retium, quod Tragala dicitur, omnis et dimidium piscationis ad S. Martinum pertinet.* Vide *Tragum.*

\* **TRAGARIUS,** Qui *Tragam*, quæ est plaustrum genus, ducit. Stat. Casimiri III. ann. 1451. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 163 : *Tragariis et notariis cum sectoribus inclusis.* Ubi de salis fodinis agitur. Vide *Traga.*

\* **TRAGELAPHUS,** *Tragelaphe*, apud Cotgravium. Dialog. creatur. dial. 101 : *Tragelaphus, id est, Hircocervus, dicit Brito, nomen est compositum a Tragos, quod est hircus, et Laphos, quod est cervus; qui licet sit ejusdem speciei cum cervo, villosos tamen habet arnos ut hirci, et mentum barbatum, cornubus ramosis.*

**TRAGEMATA,** *Трагемата*, Bellaria. Papias : *Collibia sunt apud Hebræos, quæ nos vocamus Tragemata, vel alia munuscula, ut cicer frizum, una passa, poma diversi generis.* Regula S. Pachomii cap. 37 : *Qui ante fores convivii erogat fratribus Tragemata, in tribuendo meditetur aliquid de Scripturis.* Cap. 52 : *Si vero sint Tragemata, vel poma, dabit ei janitor ex his comedere, quæ poterit, etc.* Vita B. Veronicæ de Binasio cap. 9 : *Vasa quedam afferri vident lignea præclare elaborata, quibus ex saccharo delicatiora quedam composita servabantur, quæ Tragemata vocamus.*

† **TRAGERIA,** Pyxidis species, alias multum in usu, in qua anisum, amygdalum aliaque hujuscemodi saccharo circumducta, nostris *Dragées*, Itali *Traggea*, servabantur. Inventarium vassellæ de argento ann. 1347. om. 2. Hist. Dalphin. pag. 555 : *Ostendit... tnam Trageriam argenteam, cum pede argenteo, esmaltatam in medio pedis, etc.* Testamentum ann. 1367. tom. 1. Anecd. Marten. col. 1523 : *Legamus... nostrum vas argenti deauratum vocatum Tragier.* Hodie vocamus *Dragier.* Vide *Dragerium.*

† **TRAGINA,** Vectura, opera cum curru, Hispan. *Tragin.* Bulla Benedicti VIII. PP. ann. 1017. Marcæ Hispan. col. 1002 : *Nulli liceat ex jam dicto monasterio accipere paucarios, vel exigere Traginas, aut distringere placitos, etc.* Eadem recurrit ibid. col. 1004. Charta ann. 1078. ibid. col. 1168 : *Insuper omnes malas consuetudines, boticos, albergas, Traqmas et omnes toruras... dimitto.* Emendo *Traginas.* Vide *Traga.*

\* 2. **TRAGINA,** Via, per quam currus potest duci seu *Traginari*, Hisp. *Traginar.* Charta ann. 981. in Append. ad Marcam Hispan. col. 926 : *Et incipit finis ipsius ecclesiæ per Portellas, et descendit cum ipso ninario per Traginam,.... et inde pergit per eandem viam vel ipsas vineas ad comam vel ad ipsam Traginam, quæ descendit de cacumine montis, etc.* Vide infra *Treginerius.*

**TRAGINARE,** vel **TRAGMARE,** Trahere, ex Gallico *Trainer*, vel *Traigner*, ut vulgo

Picardi efferunt. Charta Communie Atebat. ann. 1211. art. 24 : *Qui alium per capillos ad terram Traginaverit, etc.* *Tragina*, etc. ibid.

**TRAGIPITINUM,** in Notis Tyronis pag. 161. intercalceamenta. [\* Kopp. *Tragiti-pinum*, quod scriptum censet pro *Trechdipnon.*]

\* **TRAGNIARE,** Trahere, a Gallico *Trainer.* Charta Phil. Aug. pro Atebat. ann. 1194. in Reg. 76. Chartoph. reg. ch. 249 : *Qui alium per capillos ad terram Tragniaverit, vel pedibus desollaverit, undecim libras et dimidiam perdet; unde nos decem libras habebimus, castellanum decem solidos, Tragniatum quindecim.* Lit. official. Belvac. ann. 1341. in Reg. 77. ch. 159 : *Ad lectum, in quo jacebat et dormiebat dicta Clementia, accessit dictus reus, ipsanque indutam solummodo pellicio.... rapuit, portavit, Tragniavit et eduxit extra domum prædictam usque ad curticulos.* Vide *Traginare.*

\* **TRAGO,** Opera cum plaustro seu curru, vectura, idem quod *Traga.* Vide in hac voce. Charta ann. 1150. ex Cod. reg. 5132. fol. 106. vº : *Habet comes (Barchinonensis) in omni isto honore stachamenta, et placita, et justitias, et cussuras totas, et Tragnes, et operas.* Vide *Tragina*, 1.

\* **TRAGEDIA,** Ironia, laus facta de vilibus et fetidis; unde *Tragædisare*, dictare, in Gloss. Bibl. MSS. anonymi ex Ugutione in Bibl. reg.

**TRAGUA,** **TRAGULA.** Vide *Traga.*

**TRAGULI.** Matth. Paris ann. 1253 : *De viris quoque sanctis et literatis, qui seculum ordine irregressibili pro Deo imitando reliquerunt, suos facit Papa telonarios ad pecuniam argumentose extorquendam, quod et ipsi onus vitii suscipiunt, ne inobedientes esse videantur. Et sic de secularibus sunt seculariores, et mentitur in eis Tragulorum vilitas, dum sub habitu paupertatis spiritus habitat elationis.* Forte leg. *Stragulorum.*

**TRAGUM,** Instrumentum piscatorium, rete : *Tragula*, Plinio lib. 16. cap. 8. Glossæ Isidori : *Tragum, genus piscatorie.* [Idem Isid. lib. 19. cap. 5 : *Tragum, genus rete ad eo quod trahatur nuncupatum, ipsum et Verriculum; verrere enim trahere est.]* Gloss. Lat. Gall. : *Tragum, Rais à pescher, Trouble.* Charta Edgari Regis Angl. pro Monasterio Ramesiensi : *Cui sanctus in somnis apparuit sic fando Benedictus : Aurora spargente polum, tuum ejiciens Tragum, multitudini copiosæ voti compos obviabis piscium. Mox : Prædictus igitur piscatorum didascalus is auditus evigilans,.... in aquam, sicut sibi jussum fuerat, Tragum suum laxare cepit, et sicut sanctus Pater prædixerat, copiosam multitudinem piscium conclusit.* Vide *Tragal.*

\* Idem quod *Tryans* appellatur, in Stat. baillivi Senon. ann. 1327. ex Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 69 : *Item Tryans couranz (defendons) en toutes saisons.* Ejusdem est originis vox Gallica *Trayneau*, retis species, quod trahendo ducitur ad capiendas perdes. Lit. remiss. ann. 1472. in Reg. 195. ch. 745 : *Lesquelz compaignons traynoient certain filé à prendre perdrix et autres oyseauz.... Le suppliant print icellui Trayneau, etc.* Vide *Tirasse.*

† **TRAHA,** Vehiculum sine rotis, a tra-

hendo dictum, apud Columellam lib. 2. cap. 21. nostris *Traineau.* Pro occa sumi videtur in Litteris ann. 1326. tom. 4. Ordin. Reg. Franc. pag. 452. ubi legitur *ad Traham sive ad hercam;* ut et in Chartulario Gemetic. ubi memorantur *precatones aratri et Trahæ.* Vide supra *Traga.*

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Traha, herce ou broucte.*

† **TRAHARIUS,** Qui *traha* vehit, Sidonio lib. 6. Epist. 1. ubi *extimos Trahariorum* cum calonibus et lixis conjungit; unde liquet eos exercitum secutos et in impedimentis fuisse.

\* **TRAHALE,** Vehiculum sine rotis, idem quod *Traga* et *Traha*, Gall. *Traineau.* Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120 : *Trahale, Gallice, haple, et dicitur a Traho.* Aliud ann. 1352. ex cod. Cod. *Trahale, trainel.* *Trainel* vero appellatur, qui ejusmodi vehiculum ducit, in Lit. ann. 1397. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 187 : *Les deshergeurs auront douze deniers, et le Trainel huit deniers.*

\* **TRAHANDERIUS,** Gall. *Trahandier*, Artifex qui setam *trahit.* Lit. Phil. VI. ann. 1340. in Reg. B. 2. Cam. Comput. Paris. fol. 125. rº : *Lesquelz Trahandiers refusoient à enteriner et à accomplir lesdites convenances, selon ce que promis li avoient et à ce s'estoient obligiez, et avecques ce avoient commis et commectoient plusieurs inconveniens et mauvaistiez audit mestier de traire ladite soie;.... pour ce eussiez fait crier et deffendre de par nous.... que nulle personne, quele que elle fust, ne baillast ne fist bailler follains à traire auzdiz Trahandiers de ladite soie.*

\* *Trahant* vero nostri appellarunt, Instrumentum, quo finus ex stabulo trahitur. Lit. remiss. ann. 1479. in Reg. 205. Chartoph. reg. ch. 302 : *Certain baston, appelé Trahant, à quoy on tire le fumier hors des estables.* Ejusdem usum apertius unica voce declaratur in aliis Lit. ann. 1409. ex Reg. 164. ch. 107 : *Un crochet à fiens, appelé au pays (Nivernois) un Trafiens.* *Tranc* nuncupatur idem instrumentum, in aliis Lit. ann. 1483. ex Reg. 209. ch. 274 : *Ung petit Tranc duquel on a acoustumé oster le fiens des bestes (en Poitou).* *Tréchant* vel *Tréchant*, in aliis ann. 1399. ex Reg. 154. ch. 711 : *Un instrument à carer estables, nommé Tréchant.* Melius infra, *Trechant.*

\* **TRAHARE,** Traha seu occa terram occare. Charta Phil. Pulc. pro monast. Pissiac. ann. 1310. ex Cod. reg. 9607. 3. ch. 84 : *Item corveias de seminare et Trahare, debitas annuatim cum sex corveis de uno homine.* Vide *Traha.*

\* **TRAHATICUM,** Vectigal, quod pro mereibus, quæ *traha* ducuntur, pendi solet. Charta Caroli C. ann. 7. regni ejus in parvo Reg. S. Germ. Prat. : *Nec ullus thelonarius... aut laudaticum, aut Trahaticum, aut pulveraticum, aut ullum occursum... accipere aut exigere audeat.* Vide *Tranaticum.*

1. **TRAHERE,** Rapere. Lex Salica tit. 14 : *Si puer Regis vel litus ingenuum feminam Traxerit, de vita componat.* Marculf. lib. 2. form. 16 : *Si aliquis puellam invitam Traxerit, etc.* Form. 29 : *Si servus ingenuam Trahit.* Libertates urbis Vasatensis :



*Quicumque alium percusserit, vel Traxerit, pugno vel palma, vel pede, irato animo, sanguine non interveniente, etc.*

✎ **Eccardo Trahere** his in locis idem est quod *Insidiose decipere, turpiter fallere, dolose seducere*, quo sensu Galli suum *Trahir* usurpant, a *Trahere* formatum, metaphora, ut credit, ab *acupibus* desumta, a quibus aves allectæ improviso retribus attractis capiuntur. Tum addit, *Betregen, Sax. Betregen, et Betrecken* apud Germanos, a *Trecken*, *Trahere*, derivata, de fraudulenta actione adhiberi.

\* **Nostris Fortraire**, eadem notione. *Privil. Judæor. ann. 1360. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 494. art. 20 : Lesquelles choses pourroient estre dictes emblées ou Fortraitres par lesdis Juis etc.* Maxime vero *Fortraire et Fourtraire* dixerunt nostrates eodem sensu, quo *Trahere* ex *Lege Salica* exponit *Eccardus*, nimirum pro *Insidiose decipere, turpiter fallere, dolose seducere; præsertim ubi de uxore seducenda atque a viro suo detrahenda agitur; quod verbi Fortraire vis propria est, quasi Foras trahere.* Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 111. Chartoph. reg. ch. 192 : *Jehan Rochié... par ses fausses inductions, illusions et fraudes eust Fourtraire et osté audit Vincent Garnier sa femme espousée.* Aliæ ann. 1398. in Reg. 153. ch. 566 : *Le suppliant se feust trait par devers ledit curé en lui démontrant que il n'avoit pas fait comme personne de bien d'avoir Fortraire saditte femme d'avec lui, elle qui estoit sa comuere, en lui depriant que de ors en avant se voulsist deporter de plus aler ne fréquenter avecques elle.* Stat. ann. 1384. tom. 7. earumd. Ordin. pag. 100. art. 5 : *Que nul maistre dudit mestier ne Fortraie ou puist Fortraire l'apprentiz d'un autre maistre.*

2. **TRAHERE**, Alia notione, in eadem *Lege Salica* tit. 29. § 38 : *Si quis casam alienam sine permissu possessoris Traxerit, etc.* Ubi edit. *Heroldi* tit. 27. § 31. *Si quis per casam, etc.* habet. Quo loco *Wendel. Traxerit* positum pro *Iter fecerit*, censet, quomodo dicimus : *Tirer vers quelque lieu.*

✎ **Eccardus** vero, probata prima lectione c duobus MSS. *Guelpherbytanis*, ubi omittitur *per*, *Trahere* probabilius interpretatur *Destruere, disrumpere, disjicere*, qua notione *Barbaris* usitatum fuit. *S. Hieronymus* Epist. 3. ad *Heliodorum* : *Marco-manni Trahunt, vastant, rapiunt.* *Consuet. Marchiæ Dumbarum* ann. 1325. art. 24 : *Si aliquis homo scindit vel Trahit, (i. evellit, extirpat) aliquam arborem... tenetur domino. de lx. sol. Vienn.*

3. **TRAHERE**, *Jaculari*, nostris *Tirer, traire*. *Otto Morena* pag. 51 : *Ac super ipsum castellum fortiter diu noctuque Trahere non cessaverunt.* *Galbert. in Vita Caroli Com. Flandr. cap. 7 : Non cessabant Trahere sagittis.* *Adde cap. 13. n. 96. Robertus Monac. lib. 3. Hist. Hieros. : Turcorum nempe consuetudo est, ut retro confugiant Tractis sagittis, etc.* [*Guido de Vigevano de Modo expugnandi T. S. cap. 13 : Et super ipso carro poterit fieri manganela que Trahet ubique lapides et rothecas.*] *Adde Hist. Cortus. lib. 7. cap. 20. [et Annal. Genuens. ad ann. 1244. tom. 6. Murator. col. 509.]*

\* **Unde Estre trait**, *Sagitta vulnerari*, in *Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 140 : Daunye se retournant fut Trait d'une flesche parmi le corps et son cheval aussi, dont il tomba à terre.*

\* **TRAHERE LAPIDEM**, *Jactare*, *Gall. Jetter.* *Lit. remiss. ann. 1454. in Reg. 191. Chartoph. reg. ch. 70 : Dictus Latapia Traxit unum magnum lapidem adversus supplicentem.*

4. **TRAHERE**, *Moras agere*, quomodo *Tirer de long* vulgo dicimus. *Vide Tractin.*

† 5. **TRAHERE**, *Mulgere, Tirer*, eadem notione *Gallis*. *Chartular. SS. Trinit. Cadom. fol. 55. et 60 : Femine eorum Trahent bidentes.* Et mox : *Usque ad tempus quo incipiet Trahere oves.*

\* **Hinc Traians et Triant**, pro *Mamma seu mammæ papilla*. *Bestiar. MS. ubi de Hyerna :*

On dit que vous la trouverez  
Une fois malle, autre femelle,  
Et o Traians et o mamelle.

*Le Roman de Rou MS :*

Li quens Berenger out une fille mout bele,  
Pope l'apelent l'en, mout et gente pucele,  
N'avoit encore en sein ne Triant ne manele.

**Hinc Tirpendiere** dici videtur de muliere, cui *mammæ* pendent, in *Lit. remiss. ann. 1383. ex Reg. 123. Chartoph. reg. ch. 20 : Lequel Mahieu... dist à la nere desdiz freres : Taisiez vous, vieille Tirpendiere, ou autres paroles sentant villenie.* Nisi idem sit quod *Trupendiere*, qua voce *scortum* significatur, in aliis *Lit. ann. 1392. ex Reg. 143. ch. 142 : Auquel mary sa femme dist mout despiteusement, vostre Trupendiere est venue et vous a demandé.* *Truperie* vero *Præstigium*, vulgo *Tour de passe-passe*, sonat, in *Mirac. B. M. V. MSS. lib. 2 :*

Aiment mais miex Antruperies,  
Risées, gieux et baleries, etc.

**Infra :**

Tant atrupés de Truperies,  
Que vos ames erent peries.

**Vide Trufa.**

† 6. **TRAHERE**, *nude, vel Trahere per equos*, *Reum* quadratim discindere, *dilaniare*, *Gall. Tirer à quatre chevaux.* *Processus Comitum Lancast. ann. 1322. apud Rymer. tom. 3. pag. 939 : Thomas Comes non Trahatur neque suspendatur; sed quod executio tantummodo fiat super ipsum Thomam Comitem, quod decipitur.* *Litteræ ann. 1323. tom. 4. pag. 20 : Cum... per equos Tracti et... suspensi fuissent.*

† 7. **TRAHERE**, *Prodere*, *Gall. Trahir. Judas qui Dominum Traxit*, in *Charta ann. 1090. ex Archivo S. Victoris Massil. Vide Tradere.*

† 8. **TRAHERE**, *Equo vel curru ducere*. *Charta ann. 1220. ex Chartul. S. Aviti Aurel. : Rambaldus dicebat se debere Trahere decimam B. Aviti de Trugniaco et pro tractu percipere decimam decimæ et habere farragina et jarbam avenæ pro equo suo trahenté decimam.* *Vide Tractus 3.*

† 9. **TRAHERE**, *Introducere, intromitere*, *Gall. Introduire.* *Ripalta in Annal. Placent. ad annum 1443. apud Murator. tom. 20. col. 878 : Die 6. dicti mensis*

*(Junii) ipse Annibal in Bononiam Tractus Juit hora prima noctis, hora vero quinta dictæ noctis Bononiam cepit, et captivum fecit magnificum Franciscum Pizzininum.*

† 10. **TRAHERE**, *Aliquo contendere*, *Galli dicunt Tirer vers un lieu, vers quelque endroit.* *Miracula S. Zitiæ, tom. 3. Aprilis pag. 525 : Ad ramorem ipsius lupi Traxerunt et cucurrerunt multæ gentes.* *Albertus Mussatus apud Murator. tom. 10. col. 361 : Dubii ad portas Traxere, pauci muros conscendentes nonnullam repugnantiam ostendere.* *Pisani se Traxerunt ad terram*, in *Annal. Geuëns. tom. 8. ejusd. Muratorii col. 373. Vide Trahere 2.* *Hinc*

† **TRAHERE AD ARMA**, *Ad arma ire, arma capere*, *Gall. Courir aux armes.* *Chron. Veron. ad ann. 1325. apud Murator. tom. 8. col. 644 : Stipendiarii domini Camis ad arma Traxerant, etc.* Et ad ann. 1334. col. 649 : *Bononienses ad arma Traxerunt contra D. Belframum Legatum Eccl. Rom... et ipsum D. Legatum in castro Bononiæ incluserunt, etc.* *Chron. Parm. ad ann. 1308. tom. 9. ejusd. Muratorii col. 871 : Populus Parmæ Traxit ad arma ad plateam Communis cridando, Vivat, vivat populus, etc.*

† **TRAHERE IN CAUSAM**, *in Curiam*, *In jus vocare, ad tribunal adducere*, in *Capitali Normannico* apud *D. Brussel* tom. 1. de *Usu feud. pag. 280. Traire en cause*, in *Litteris Caroli V. Reg. Franc. ann. 1370. tom. 5. Ordin. pag. 377. art. 19. Traïter*, eadem notione, in *Litteris ejusd. Regis ann. 1370. ibid. pag. 368 : Et sont lesdis marchans Traïtez pardevant nostre dit Chastelain et Officiers à Crecy. Traïtier à amende*, pro *multam imponere*, in *Litteris ann. 1324. ibid. pag. 380.*

† **TRAHERE IN CONSEQUENTIAM**, *Tirer à conséquence*, *Ad exemplum pertinere.* *Charta ann. 1224. ex Chartul. Campan. fol. 430. vº. col. 2 : Nos vero ne hujusmodi quitatio possit Trahi in consequentiam præsentis litteras fieri fecimus et sigilli nostri nunquam roborari.*

† **TRAHERE IN PARTEM**. *Vide Pars*, pag. 107. col. 3.

**TRAHERE SPATHAM**. *Vide in Spatha.*

\* 11. **TRAHERE**, *nude*, pro *Pulsare campanam*. *Consuet. MSS. monast. S. Crucis Burdeg. ante ann. 1305 : Monachi debent facere Trahi Primum, et Trahantur campanæ usque ad finem talis officii.* *Stat. colleg. S. Cathar. Tolos. ann. 1394. ex Cod. reg. 4223. fol. 180. vº : Ordinamus quod presbyteri et studentes, quando campanella pro prandio vel cena Trahetur, statim ad prandium et cœnam convenient.* *Occurrit præterea inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 10. col. 2.*

\* 12. **TRAHERE**, *De dolio haurire*, *Gall. Tirer d'un tonneau.* *Lit. remiss. ann. 1356. in Reg. 85. Chartoph. reg. ch. 183 : Filius dicti Jacobi, qui cervesian Trahebat de quodam vase sive tonello, etc.* *Necrol. eccl. Paris. MS. ad calcem : Servienti de vino dantur due candelæ ad servandum et Trahendum vinaria.*

\* 13. **TRAHERE**, *Proferre, exhibere*, *Gall. Produire*. *Charta ann. circ. 1130. ex Chartul. Stirp. : Unde cepimus cum eo pugnam. Sed ipse die constituto non Traxit nichil hominem suum; sed secundum velle*



uum posuit respectum huic pugnae usque ad futurum festum S. Michaelis.

\* 14. **TRAHERE**, Promulgare, publicare, edere. Steph. de Infestura MS. ubi de Innoc. VIII. PP : *Innocentius Traxit unam bullam contra quosdam Hispanos Judaeos vel hereticos, vulgariter dictos Marani lingua Hispana.*

\* 15. **TRAHERE**, Dicitur de pannis qui accedunt ad colorem aliquem, Galli dicimus, *Tirer sur une couleur.* Leges palat. Jacobi II. reg. Majoric. tom. 3. Jun. pag. xxij. col. 1 : *De pannis sericis albis cum historiis et de aureis ad albedinem Trahentes; et de pannis aureis ad lividum vel viridem seu violatum colores Trahentes.*

\* 16. **TRAHERE SE ANTE**, Progredi, procedere, Gall. *s'Avancer.* Steph. de Infestura MS. ubi de Innoc. VIII. PP : *Dictus Abulii cardinalis Traxit se ante, dixitque eidem cardinali (legato) quod prepararet initorio suo multa bariglia vini, etc.*

\* 17. **TRAHERE DE HEREMO**, Agrum in culturam redigere. Dipl. ann. 886. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 357 : *Vineas veteres quas Castellanus presbyter et parentes sui et alii ceteri homines Traxere de heremo.* Aliud ann. 916. ibid. pag. 527 : *Cum omnibus cellis, ... quas moderno tempore, tam ex aprisione quam ex heremo habent Tractas, etc. Traire paine, pro Pati, vulgo Souffrir, in Bestiar. MS :*

Espira un nouvel Adam,  
Qui pour nous Trait paine et ahan.

\* 18. **TRAHERE**, Calculum movere. Ruodlieb fr. 2. vers. 206 :

.... Ludas volo cum me,  
Nam quos ignotos facies volo discere tractus.  
Statim rex et ego studiose Traximus ambo.

**TRAHINA**, Fridericus II. Imp. lib. 2. de Arte venandi in Prologo : *Quaedam (instrumenta) in docendo ipsa ut sciant capere aves, quas vult artifex, quomodo vult, id quod dicitur Trahina, sive fiat de grue, sive de ayronne, sive de alia ave, sive de pelle leporia impleta paleis, et sunt multa, quae spectant ad Trahinan.*

† **TRAHINARE**, Trahere, Trainer, in Inquisitione ann. 1268. inter Schedas Praesid. de Mazaugues. Vide infra Trainare.

† **TRAIAIRE**, Seligere, Gall. Trier. Exstant apud Rymer. tom. 4. pag. 136. Litterae vernaculae, quibus praemittitur vice summarii : *De assignando ad Walleases Traiandos et arraiandos; in corpore vero : Vous assignons jointement et severalement de surveer lesdiz galeys... et de les Trier et arraiar, et de les sauveement coaveer et mesner... jesques à Portesmith... et les avantditz galeys biea Triez et arraiiez, etc. Assignavimus vos ad ducentos homines.... de melioribus, validioribus et fortioribus eligendum et Traiandum, apud eundem Rymer. tom. 5. pag. 308. Vide Arraiare et Triare.*

\* **TRAJECTITIUS**, TRAJECTITIA PECUNIA, Syngrapha, apud Salmas. de Modo usurar. Ind. Lat. Vide supra Tracta 2.

\* **TRAJECTOR**, Transactor, ut interpretantur docti Editores ad Vit. S. Ysarni tom. 6. Sept. pag. 738. col. 1 : *Gausceliaus per unicos snos, potentes civitatis, acris monachum repeti; et illi a fratribus clanculo persuasi, verbis multa agentes, ut inter hu-*

jusmodi Trajectores assolet fieri, tandem precario rem componunt. Vide supra Tractor 5.

**TRAJECTORIUM**, Fundibulum. Gloss. MS. Regium Cod. 1013. [Le Roman de Vacce MS :

Saillir devers senestre, et Treget tost geter,  
C'est un coup domageux qui ne s'en sait garder.]

**TRAJECTUM**, lingua Gallica, Oppidum sonat. Sigebertus ann. 697 : *In loco Wltaburg, qui nunc Wltarjectum dicitur, a nominiae gentis Wltarum, et Trajecto compositum, quasi Wltarum oppidum; nam Trajectum lingua Gallica oppidum dicitur.* Hausit a Beda lib. 5. Hist. cap. 12.

**TRAJECTUS**, vox Latius haud incognita, ea notione, qua utitur Monachus Sangall. lib. 1. de Carolo M. cap. 32 : *Fuit consuetudo in illis temporibus, ut ubicunque aliquid opus ex imperiali praeepto facendum esset, siquidem pontes, vel naves, aut Trajecti, sive purgatio, seu stramentum, vel impleto caenosorum iterum, ea Comites per Vicarios et officiales suos exegerentur, etc.* Adde cap. 33. [Charta Lotharii Imp. ann. 840. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 390 : *Fundum Fornicatam cum Trajecto suo, seu quiddam unum, in quo est ecclesia S. Gethulii, etc.*]

† **TRAILLA**, TRAILLIARE. Vide Trela.

**TRAINA**, Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 107 : *Cabannaria in villa Perdita, servitium per Kalendas duo membra de carne, et 2. panes, et 2. Trainas, et unum fassum de teda.* Adde fol. 108. 113. Rursum fol. 114 : *Et 1. cartalum de fabis, et 3. Trainas de lignis, et 10. saxos de majoria.* [Vide Trana 1.]

\* Tigillum, ut videtur, trabecula; certe Trayne, eo sensu, occurrit in Lit. remiss. ann. 1475. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1437 : *Cellui Mathelia print une courge et la haulsa pour ramener son coup sur le suppliant, et l'eust tue, au moins l'cut bien fort blecie, se n'eust este une Trayne de ladite maison, laquelle ainsi qu'il cuidoit frapper, detenist ledit coup.* Neque aliud sonat Traina, apud Rabelais. lib. 1. cap. 12. Pro ligno quo rotae praepediuntur, legitur in Lit. remiss. ann. 1449. ex Reg. 180. ch. 69 : *En laquelle charrette par simplesse ou ignorance, iceulx charretiers n'eussent point mis de Trayne à decaller en la coste du bois, etc.*

† **TRAINARE**, verbum Ital. nostris Trainer, Trahere. Regimina Paduae ad ann. 1322. apud Murator. tom. 8. col. 464 : *Inter quos xvi. ex eis reperti mortui, et ducti fuerunt in civitatem et Traiati ad catenam Communis.* Annales Mediol. tom. 16. ejusdem Muratorii col. 795 : *Fecit Trainari unum per civitatem Mediolani ligatum ad caudam unius equi.*

\* Unde Trayne et Trayne nostris, Vehiculum. Lit. remiss. ann. 1457. in Reg. 187. Chartoph. reg. ch. 291 : *Quant il fu près, il appareu les bucz de Pierre Caurin hatellés aux Trahynes chargées dudit bois.* Aliæ ann. 1467. in Reg. 200. ch. 71 : *Deux bestes chevalines et une Trayne pour aler querir ledit bois.* Vide infra Trenare.

**TRAINELLUM**. Catholicon Armoricum :

*Trainell, Gal. c'est Trainel à aider à chauceer, chaucepié, Lat. hic parcopollex, item hoc Trainellum. Vide Parcopollex.*

† **TRAINUM**. Statuta Pallavicinia lib. 2. cap. 73 : *Item pro quolibet plastro ducente ad Trainum sol. 10. Italis Traino dicitur quantum a dubus animalibus trahi potest.*

**TRAITA**. Charta Guigonis Comitis Forensis ann. 1253. pro Libertatibus Villarezii : *Remittimus hominibus antedictae libertatis bannum, quod habebamus in dicta villa de vinis nostris vendendis in mense Augusti, excepta Trayta, quam ad manus nostras expresse retinemus.* Hinc forte nostris vectigal, *Traite foraine*, seu ea praestatio pro mercibus, quae in Regnum inferuntur, vel ex eo offeruntur.

† **TRALESIO**. Radulfus apud Murator. tom. 6. col. 1179 : *Milites, qui ierant societate Tralesio.* Locus, ut videtur, corruptus.

**TRALIA**. Vide Trelia.

\* **TRALICIUM**, Textile rarius, minus densum, Gall. *Trellis.* Laudar. MS. episc. Carcass. : *Item pro duodena de lucuis et Traliciis, obolum.* Hinc *Trellicie* dicitur de tela ejusmodi texturae, in Lit. remiss. ann. 1374. ex Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 367 : *Un drap de lit, une toy de lit Trellicie, etc.* Vide infra Translicium.

\* **TRAMA**, Minutioris ponderis species. Stat. Mutin. ann. 1283. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. aevi col. 822 : *Panis venalis bene coctus, qui fiet de sextario frumenti, qui valuit xx. solidos Mutinenses, vel ultra, fieri debet tribus denariis Mutinensibus xiv. unciarum et trium Tramarum, minus quarta parte unius Tramae.* Vide alia notione infra in Transmisum. Trayne, pro Trame, Subtegam, trama, in Stat. ann. 1378. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 365.

\* **TRAMADAS**, Vox vulgaris textorum Tolosanorum. Charta ann. 1316. in Reg. 53. Chartoph. reg. ch. 334 : *Plures panni lanei fiebant in villa Tholosae per nonnullos textores, in quibus pannis texendo immiscebantur filaturae, vocatae Tramadas, sive filaturae falsi laagii; propter quod dicti panni fiebant et erant viciosi.... Nam tales filaturae, vocatae Tramadas, seu falsi laagii, colores tincturarum capere non poterant commode.*

† **TRAMAIOLUS**, Baculus collo canis appensus, ne per ea currat loca, quibus nocere posset. Statuta Placentiae l. 5. fol. 65. vº : *Quilibet habitans in villis tenens canes teneatur eo tempore, quo sunt usæ super vineis, teare ipsis canibus ad collum unum Tramaiolum longitudinis unius brachii cum dimidio, ut impediatur canes intrare vineas.... possint tamen dicti Tramaioli amoveri a canibus tempore venationis.* Vox est ejusdem originis, cujus est sequens : sic nos *Travail* vocamus non solum rete, sed etiam quovis pedicæ genus.

**TRAMALLUM**, TRAMELA, Species retis ad capiendos pisces, Gallis *Tremail*, Italis *Trauaglio*, sic dicta, quod tribus maculis, vel triplice macularum ordine, quas *Mailles* nostri dicunt, confecta sit. Catholicon Armoricum : *Tremail, c'est une rets à pescher. Lat. hoc tragram, Tabularium Vindocinense*



ch. 240 : *Quatuor tractus retis, quod vulgariter vocant Tramallum ad capiendos pisces.* Sehedæ MSS. Corbeienses de Mensa Abbatis : *Et sciatur, quod talis debet esse Tramele, dont on prent retes (pisciculos); quod de facili per foramina Tramele possint transire tres medii digiti de manu dextra.* Vide *Tremaclum*, et Menagii ac Ferrarii Origines Italicas.

Hinc, ut videtur, emendandum est *Tromalium*, in Charta ann. 1087. apud Baluz. *Histor. Tutel. col. 428 : Clavos non mittent saper molendinum ad capiendos lucios, nec Tromalium in ullo loco, nisi quinque diebus tantum per annum.* Et mox : *Mittent Tromalium et clavos, ubi visum fuerit cis.*

\* *Tramaire* nuncupatur in Invent. ann. 1511. ex Reg. 13. Corb. sign. *Habacuc fol. 39. vº.* Hinc *Tramaillé*, Locus, ubi cum *tramaillo* piscare licitum est, in Charta ann. 1353. ex Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 256 : *Item pour les exploits du haulle, lagans et Tramailliez de mer pour trente deux livres.* Eo utebantur, quoque ad capiendos aves, quod *Tramel* appellatur, in Lit. remiss. ann. 1357. ex Reg. 85. ch. 32 : *Ilz s'estoient apperceuz que en leur avoit couppe un Tramel a prendre oyseaux.* Nisi legendum sit *Trainel*. Vide supra *Tragum*.

¶ **TRAMARCUS.** Hugonis Magni Diploma pro S. Juliani Monasterio Turon. tom. 3. *Annal. Benedict. pag. 710.* datum dicitur in *villa Fontanas, ubi residebat dominus Hago venerabilis Comes et Tramarcus cum suis fidelibus;* hujus vero Diplomatis initio *Hugo Dux Francorum* appellatur necnon *Demarcus* : unde colligere est *Tramarcum* et *Demarcum* unum et eundem esse; est autem *Demarcus* juxta vim vocis δῆμαρχος, Princeps populi, quod de Duce vel Comite dici potest. Vide *Demarchus*.

¶ **TRAMARICIA,** *Quædam arbutula,* Johan. de Janua. *Una petite arbre comme ronce,* in Glossis Lat. Gall. Sangerman.

¶ **TRAMASERICUM.** Vide *Tramoserica*.

\* **TRAMBLUS,** a Gallico *Tremble,* Populus tremula. Charta ann. 1206. in Chartul. Arremar. ch. 111 : *Unam quadrigatam in nemore de Trohoule de salice, vel de Tramblo, sive de lignis jacentibus in ebdomada accipiet. Tramtiocaut,* eadem, ut videtur, acceptione, in Chartul. Corb. sign. *Cæsar. fol. 58. vº : A esté donné.... aux compaignons de S. Lienart en Corbie cinq petiz chennoeaux et trois pctiz Tramtiocaux pour faire le hourt de ladite feste.* Vide infra *Tremblins*.

¶ **TRAMELA,** Species retis. Vide *Tramallum*.

¶ **TRAMELLUM,** pro *Trainellum.* Vide *Parcopoller*.

**TRAMEN** de arboribus, in Gloss. Saxon. veteri, spæc. In Cottoniano, *Framen*, ubi Somnerus : *Neutrum intelligi. Fortasse Termes, quod Belg. Speckmaede.* [Vide *Tremen.*]

\* **TRAMENTARIUM,** pro *Atramentarium.* Vide supra in hac voce.

¶ **TRAMESAGIUM.** Vide in *Tremesium*.

\* **TRAMETUM,** Immutatio in consueto ordine, et ratione excolendi agros. Charta ann. 1276. in Lib. Abg. 2. S. Vulfr. Ab-bavil. fol. 70. rº : *Dictus etiam Bernardus*

*tenetur dicta viginti jornalra terre mallare propriis custibus et expensis infra festum Omnium sanctorum proximo venturum; et in compositis dictionum viginti jornalium terre, quando acciderint, dictus Bernardus faciet talia Traneta, qualia sibi placuerint.*

¶ **TRAMIS,** *Extrema pars vestimenti,* Johanni de Janua. *Horletet de vestement,* in Glossis Lat. Gall. Sangerman.

¶ **TRAMISIA.** Vide in *Tremissis*.

**TRAMISIS,** **TRAMISIUM,** etc. Vide *Tremesium*.

¶ **TRAMONTANA,** vox Italica, nostris *Tramontane,* Aquilo, Boreas, sic dictus in mari Mediterraneo quod flet a partibus transmontanis, Romanorum habita ratione. Frequenter occurrit vox *Tramontana* in Archivio S. Victoris Massil. et apud Scriptores Italicos. Vide *Prodenscus*.

\* *Trémontain,* eadem ratione, pro *Ultramontain,* in Stat. Aurifab. Paris. ann. 1355. tom. 3. *Ordinat. reg. Franc. pag. 14. art. 28 : Que nuls Trémontains ne puissent ouvrir, ne faire ouvrir secrettement, ne en appert en leurs hostiex, se il n'est orfevre.*

¶ **TRAMONTARE,** verbum Ital. quod de astris occidentibus dicitur, ac præsertim de Sole. *Stella grossa de sero jam fuerat Tramontata,* in Chronico Parm. tom. 9. Muratorii. col. 765.

**TRAMOSERICA,** *Vestis, quæ stamina ex lino, tramam- vero ex serico habet.* Papias et Ugotio [ex Isidoro lib. 19. Orig. cap. 22. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Tramosericus, bordés de soie.*] Gloss. Saxon. Ælfrici : *Tramosericus, se o l e c n a b.* Ibidem se o l e c n, est sericus, bombycinus. [\* ob vel ab, Trama.] Charta Cornutiana, edita a Suaresio : *Mofortem Tramosericum, rhodomelinum, aquilatum.* Ibidem : *Vela Tramoserica prasinopurpura.* Chartula plenariæ securitatis exarata Justiniano imperatore, apud Brissonium lib. 6. Formul. : *Camisia Tramoserica in cocco et prasino valente solidos tres semis.* Vide *Stamesiricus*.

\* **TRAMPESIUS,** vulgo *Trempis,* Aqua in qua salsamentum maceratur et diluitur. Arest. ann. 1384. ex Memor. E. Cam. Comput. Paris. fol. 83. vº : *Et licet in dictis parvis stallis nullum Trapesium vendi deberet etc. Trampoïs, ibid. fol. 84. rº : Ordené est que en nul temps le Trampoïs ne se vende point en ladite place.* Ubi vol. 7. arestor. parlam. Paris. habet *Trempis*.

¶ **1. TRANA,** Idem quod *Traina,* nisi sit ita legendum. Chartul. S. Petri de Domina fol. 26 : *Monachi habebant apud Muram 12. den. et 2. sextar. avenæ et unum fascem de fæno et aliam de palea, et unam Tranam et unum caponem.* Vide *Trava*.

2. **TRANA,** Lydio, et Goldasto, *Evectio, tractoria.* At *Evectio tranæ* dicitur conjunctim, in Charta Caroli M. apud Will. Hædam in Rixrida Episcopo Trajectensi : *Prætereâ præsentî precepto decernimus... ut non per ullos portus, neque per civitates, ubicunque in nostro regno aut pagis, aut territorijs, teloneus exigatur, nec de navali vel carrali, neque de saumis, scu Tranæ evectioe, vel rotaticum, vel pontaticum,.... requiratis vel exigatis, etc.* Quid sit *Trana* hoc loco, non facile est assequi. Papias MS : *Tranas quidam putant esse, quibus mare*

*colligitur; Donatus vero vehicula esse sine rotis.* Donatus habet *Traha,* non *Trana,* ad 1. *Georgic.* unde conficitur perperam Papiam apud eundem *Tranas* legisse. Recte tamen dixit, *tranas* esse locum, ubi mare colligitur, sunt enim *piscatoriæ,* seu *piscariæ,* quæ ad ædium vestibula conficiebantur in mari, quas Leo Imp. Nov. 57. et 104. ἐπιγάς, vocat, quasi *aquarum maris remoras,* nos *Retennés d'eaux* dicimus, posteriores vero Græci τράντας, ut auctor est Michaël Attaliata in Synopsi tit. 95. *Eæ* autem ἐπιγάς, non tam fuere *retia in mare extensa confixis palis,* quod vult Cujacius lib. 14. *Observat. cap. 1.* quam maritimæ piscinæ, seu ex aqua maris exundantis in ipso littore confectæ. Proinde *tranæ evectio,* nihil aliud fuerit, quam quod pro piscium maris evectioe pensitabatur : quod et

**TRANATICUM** dicitur in Charta Ludovici Pii, et Caroli C. ex Tabulario Flaviniacensi :... *Nec salutaticum, nec laudaticum, nec Tranaticum, nec de hoc, quod homines ad eorum dorsa portant, exigere aut exactare prasumat.* Adde Appendicem ad Capitularia Baluzii n. 67. [et 26. in quo posteriori privilegio male legitur *Tranaticum,* pro *Tranaticum* : quod rursus legitur in *Hist. Lotharing. tom. 1. col. 555.*] [\* In *Hist. tom. S. Michael. cap. 3.* apud Pertz. *Script. tom. 4. pag. 80. lin. 32.*]

Evectioe, quæ fit traha interpretatur Vossius lib. 2. de Vitiis serm. cap. 18. ex alio ejusdem Caroli M. Privilegio apud Aimoinum lib. 5. cap. 1 : *Teloneus exigatur nec de navale, nec de carale, neque de saumis, neque de Tranæ evectioe, nec rotatico, nec pontatico.* Legit Baronius tom. 9. *Annal. ad ann. 779.* ubi idem Privilegium habet : *Nec de navali, nec de carrali, neque de saumi, sive de Tranæ evectioe vel rotaticum, vel pontaticum.* In quibus verbis multiplicem distinguit evectioem laudatus Vossius, aliam quæ navi fit, aliam quæ curru, aliam quæ traha, vehiculi genere sic dicto, quod non volvatur rotis, sed trahatur : quod postremum evectioe genus *tranam* dici putat, quæ idcirco evectioe navali et carrali opponatur.

¶ **TRANATARE,** *Tranare.* *Tranatare navicula,* Elmhamo in Vita Henrici V. *Regis Angl. cap. 82.*

¶ **TRANATICUM.** Vide in *Trana 2.*

**TRANATORIUM,** ab eodem fonte, quo *Trana 2.* Florentius Wigorniensis ann. 465 : *Hengiscus et Esca cum Britonibus prope Wipepes fleote, id est Wippedi Tranatorium pugnaverunt.* Anglo-Saxonibus fleat, *æstuarium, gurgis, annis.*

¶ **1. TRANCHEIA,** **TRANCHIA,** Fossa, Gallice *Trenchée,* Ital. *Trincea.* *Histor. Beccensis MS. pag. 361 : Statuit ne cogantur ire ad operationem castellanorum, sive pontium, vel fossatorum reparandorum, vel Trancheiarum.* *Transactio ann. 1295.* ex Archivio Castellionis Paludis in Bressia : *Castrum de Castellione cum fossatis contigujs et Tranchia sive sissura. A cineterio usque ad Tranchiam Domus-Dei de Meriaco,* in Charta ann. 1209. apud Thomasserium in Biturig. pag. 714. Rursus occurrit in *Epistola ann. 1212.* tom. 1. *Anecd. Marten. col. 821.* Vide infra *Trenchea*.

\* Hinc *Tranche,* Instrumentem ferreum,



quo terra proscinditur, ligo, vulgo *Beche*. Lit. remiss. ann. 1472. in Reg. 197. Chartoph. reg. ch. 278 : *Le suppliant print une Tranche, et se mist à becher*. Vide infra *Trenchia*.

\* 2. **TRANCHEIA**, **TRANCHIA**, Jus scindendi lignum mortuum seu aridum. Charta Ludov. VII. reg. Franc. ann. 1146. ex Tabul. Monast. novi Pictav. : *In nemore etiam nostro, quod Molleria appellatur, sibi concedimus Tranchetas illas, quæ ab antiquo dono ducis Aquitanorum habuit, perpetuo possidendas*. *Trencheta*, ex eadem Ch. in Reg. A Chartoph. reg. ch. 33. In Charta vero hic memorata Guill. Aquit. ducis legitur : *Dono mortuani silvam de Moleria, quam acquisivi*. Charta ann. 1407. in Reg. feud. comitat. Pictav. cx Cam. Comput. Paris. fol. 129. rº : *Ego Guillelmus Coaigne..... recognosco me tenere..... ad homagium ligium..... expectum meum seu usagium vel Tranchiam mean, quod et quam habeo in nemore, publice appellato Chavaigne*.

\* **TRANCHETUS**, Cultri species, nostris *Trenchet* et *Tranche*; *Tranchet* nunc dicitur scalprum sutorium. Lit. remiss. ann. 1364. in Reg. 96. Chartoph. reg. ch. 148 : *Tenens in altera manu quemdam cutellum, nuncupatum vulgariter Tranchet,..... in calido motu dictam concubinam de dicto Trancheto percussit. Un certain coustel appelle Tranche, in aliis ann. 1416. ex Reg. 169. ch. 483. Aliæ ann. 1407. in Reg. 161. ch. 252 : *Un petit coustel à pain, autrement Tranchet*. Ab usu, cui cultri inserviunt, sæpius nomen habent. Hinc scalpellum pennis acuendis appellatur *Trenchepume*, in Lit. remiss. ann. 1463. ex Reg. 199. ch. 351 : *Certaines rasures faites d'un gaminet ou Trenchepume*. Et *Tranchelart*, culter coquinarius, in aliis Lit. ejusd. ann. ibid. ch. 359 : *Ung grant cousteau de cuisine, nommè Tranchelart*.*

\* **TRANCHIA**. Vide supra *Trancheia* 1.

¶ **TRANCUS**, pro *Truncus*, ni fallor. Vide locum in *Eschmalmentus*.

**TRANEX**, vel **TRANIX**. Edictum Rotharis Regis tit. 101. § 61. [\* 300.] et Lex Longob. lib. 1. tit. 19. § 7 : *Si quis Tranicem de vite aliena incidit, componat medium sol*. Ita tres editiones. Quidam codices MSS. habent *Travices*, et in lemmate, *de radice vitis*. Sed legendum puto de *tracuce vitis*, ut in ipsa lege *tracuce*, id est vitis surculum, quem ita appellant Varro lib. 1. de Re rustica, Columella lib. 4. cap. 29. lib. 5. cap. 6. et alii. Nisi titulus de *radice vitis*, sit vice Glossematis. Itali *Tralcio* [palmitem] dicunt.

¶ **Palmitem** aut flagellum interpretantur Vossius lib. 2. de Vitiis serm. cap. 18. et Martinus in Lexico, sic dictum a Saxonico, vel Germanico *Rancke* : quod idem significat. Hinc pro *Tranicem* puto legendum *Tracucem*, ut habet unus MS. Estens. alter præfert *Trance*, ut annotat Muratorius tom. 1. part. 2. pag. 40.

¶ **TRANICTICUM**. Vide *Tranicicum* in *Trana* 2.

¶ **TRANQUILLACIO**, pro *Tranquillitas*, in Chronico Joh. Whethamstedii pag. 335.

**TRANQUILLITAS**, Titulus honorarius

Imperatorum, apud Vegetium lib. 2. in Prologo et alios. In Diurno Romano cap. 2. tit. 4 : *Tranquillissimi ac Christianissimi Domini nostri*. Vide *Serenitas*.

**TRANSACTARE**, Transferre, possessionem aut rem in alium transferre, in Statutis Venetis ann. 1242. lib. 3. cap. 39. et Consulo 16.

**TRANSACTUM**. Lex Longobard. lib. 1. tit. 25. § 59. [\* Luitpr. 247. (6, 94.)] : *Si cujuscunque servus aut aldius, ancilla aut aldia in furto comprehensi fuerint, et dominus eorum neglexerit eos liberare, et usque ad dies 30. eos dimiserit, sint fefangi, et habeat eos in Transactum, cui furum fecerint, et componat postea ipsum furum, sicut Lex et Edictum continet*. Hoc est, sibi habeat ipso servos quasi per modum *transactionis*, seu pacti.

¶ **TRANSAGIUM**, in Litteris ann. 1369. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 5. pag. 388. Mendum esse videtur pro *Caufagium*, quod præferunt aliæ Litteræ eadem de re ann. 1371. ibid. pag. 400.

**TRANSALPINARE**, *Trans Alpes* proficisci, Romam vel in Italiam contendere. Johan. de Janua : *Transalpinare, ultra Alpes ire*. Robertus Monachus lib. 2. Hist. Hieros. : *Sed natale solum transeunt diverso tempore et itinere Transalpinaverunt*. Utuntur Gregorius VII. PP. lib. 2. Epist. 9. Hildebertus Cenoman. Epist. 9. ex iis, quæ editæ sunt tom. 13. Spicileg. Acher. S. Bernardus Epist. 164. 244. 245. Petrus Blesens. Epist. 59. Otto de S. Blasio cap. 16. 24. 28. Nangius in Chron. ann. 1156. Richardus de S. Germano in Chron. ann. 1236. Rogerus Hovedenus pag. 528. Matthæus Westmonaster. ann. 1133. 1217. Matthæus Paris. ann. 1257. Godefridus Monachus S. Pantaleon. ann. 1166. etc.

¶ **TRANSARTAT**, Vexilli genus. Gesta Guidonis Episc. Cenoman. tom. 3. Analect. Mabill. pag. 335 : *Willus de Buris, qui jam dudum causa pœnitentiæ Jerosolymam profectus fuerat... obtulit B. Juliano Dominicæ crucis reliquias, cum pretioso pallio et vaxillo, quod Transartat dicitur, in cujus hasta laminæ ductiles erant, viiii. marcas argenti continentes*.

¶ **TRANSCAMBATA**, Saltus, insultatio, Gall. *Gambade*, ab Occitano *Cambata*, Spatium inter pedes divaricatos interjectum, Gall. *Enjambée*. Sentent. Inquisit. Tolos. apud Limborch. pag. 170 : *Affirmans quod ex quo ipse Rex Carcassonnensis et Albiensis super factis inquisitorum deficiente in justitia, ipsi poterant licite alium Dominum sibi assumere; et ex quo Rex ipse unam eis fecerat Transcambatan (quia scilicet non providerat eis circa dicta negotia, ut volebant) aliam sibi per eos fieri justum erat*.

\* **TRANSCAPITARE**, In caput præcipitem agere, Gall. *Jetter quelqu'un la tête la première*. Acta S. Calm. tom. 7. Jul. pag. 174. col. 2 : *Cum adhuc seminecis ante illorum pedes jacens, spirare extremum moriturus habitum (halitum) cerneret, in adjacentis putei profundum, inversis immersum pedibus, Transcapitaverunt*. Vide *Transcapitatus*.

¶ **TRANSCAPITATUS**, Actus præceps in caput. Acta S. Torpetis, tom. 4 Maii pag.

7 : *Quadrigam in fluvio mergi fecit, et Transcapitatus est auriga et nusquam comparuit*.

**TRANSCAPOLARE**, **TRANSCAPULARE**, Truncare, etc. Vide in *Capularc* et *Cervella*.

**TRANSCENDERE**, Præceptum transgredi. Conventus apud Andelaum, apud Gregor. Turones. lib. 9. cap. 20 : *Si qua pars presentia statuta sub quacunque calliditate tempore quoque Transcenderit*. [Vitæ Patrum Emerit. tom. 2. Concil. Hispan. pag. 646. col. 2 : *Ite et implete præceptum Domini : quod senel datum est, nequaquam Transcendi potest*. Etiam legitur in Cod. Theod. lib. 6. tit. 4. leg. 22.]

\* **TRANSCENSUS**, idem quod *Trecensus*, Census ex terra seu prædio, quasi *Terræ census*, Gall. *Trécens*. Charta Math. I. ducis Lothar. ann. 1138. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 134 : *Confirmo.... nominatiu vallem, in qua sita est abbatia tua, quam per Transcensum duodecim numerorum de abbatisa S. Petri... habetis*. Rursus in Ch. Henr. Tull. episc. ibid. col. 135 : *Transcensum unius denarii*.

¶ **TRANSCHEIA**, Idem quod *Trancheia*, Fossa, Gall. *Trenchéc*. De operationibus castellorum, et pontium, et vivariorum, et fossatorum, et *Tranchiarum*, in Litteris Henrici Regis Angl. ann. 1285. e Chartophylacio Regio.

\* **TRANSCITARE**, Transmittere. [Stat. synod. eccl. Tornac. ann. 1366. pag. 77 : *Quapropter constitutiones editas contra tales vobis duximus sub sigillo sedis nostræ curiæ Tornacensis Transcitas et (ut) eas in ecclesiis vestris publicetis*.

¶ **TRANSCOPIARE**, Exscribere, Transscribere, Gall. *Copier, Transcrire*. Chronic. Whethamstedii pag. 406 : *Abbas Transcopiari eas (litteras) fecerat, et post Transcopiationem inseri ulterius in Registro*. Rursum occurrit apud Ludewig. tom. 8. Reliq. MSS. pag. 28.

**TRANSCORNATI**, Chronicon Novalicense lib. 3. cap. 14. de quodam *joculatore*, qui dux viæ fuerat Carolo M. pergenti in Italiam contra Langobardos : *Tunc accendens jam dictus jocularis ad Regem petiit, ut sibi promissum daretur, quod ante illi pollicitus fuerat. Tunc ait illi Rex : Postula, quod vis. Cui ille : Ego ascendam in unum ex his montium, et tubam fortiter personabo corneam, et quantum longe audiri potuerit, dabis mihi in merito et munere cum viris et feminis. Et Rex : Fiat tibi juxta verba tua. Qui protinus adoras Regem abiit. Ascendensque in uno monticulo, fecit, sicut dixerat. Descendensque ibat per viculos et arvam, et interrogans quos inveniebat : *Andisti, inquit, sonitum tubæ? Cui si dixisset : Etiam audiui, dabat illi mox colophum dicens : Tu inquit, es meus servus. Ita ergo dedit illi Carolus quantum sonitum tubæ audiri potuit, atque ita, dum vixit, tenuit, sui que filii post eum, qui usque in præsentem diem servi ipsi Transcornati vocantur*.*

¶ **TRANSCORPORATIO**, Animæ in aliud atque aliud corpus migratio, Gr. μετασφύρασις et μεταψύφωσις, apud veterem Interpretem Origenis in Matth. tractatu 27.



† **TRANSCORPORATUS**, Qui de uno corpore migrat in aliud, veteri Interpreti S. Irenæi lib. 1. cap. 25. ult. edit.

† **TRANSCRIPTI MILITES** *vocuntur, cum de aliu in aliam regionem transcut, et inde Transcripti, quod nomina dant ut transcribantur.* Isid. lib. 9. cap. 3.

† **TRANSCRIPTUM**, Exemplum, Gall. *Copie. Vidimus ou Transcript, in Litteris Caroli V. Reg. Franc. ann. 1371. tom. 5. Ordin. pag. 403. Inventar. Chartar. Reg. ann. 1482. fol. 281. v°: Rotulus in pergamento super quem scriptum est verbis Gallicis, Ce sont les Transcriptz des Lettres que les Grecs envoyèrent à Monseigneur et à Madame. Et in dicto rotulo sunt incluse duæ litteræ missivæ in papiro et idiomate Greco scriptæ. Tancris, eadem notione in Chartul. Campan. fol. 291. eol. 2. ex inscriptione Chartæ ann. 1242: C'est li Tuncris de la Chartre de la Commune de Provins. Charta ann. 1260. ibid. fol. 390. col. 1: Quant cele taille sera faite, ele sera gittée, et somme faite par devant les hommes devant diz et pur devant nos Sergens, et en porteront li homme devant dit le Tuncrit de la taille, et la somme de tout et de chacune vile.*

† **1. TRANSCURSUS**, Præteritus, neglectus. Codex Theod. lib. 12. tit. 1. leg. 182: *Nemo posthuc munerum ordine Transcurso ad altioris curiæ honores audeat pervenire.* Vide *Transilure*.

\* **2. TRANSCURSUS**, Vectigal, quod præstatur a transeuntibus per terras alicujus domini. Arest. ann. 1339. 14. Apr. in vol. 3. arestor. parlam. Paris.: *Quod ipsi mercatores vel extranei de dictis averiis seu mercuturis solvent pedagium seu Transcursum apud Bapalnas.* Vide *Transitorium*.

\* **TRANSCURTIS**, Curtis seu prædium hospitio adjacens. Charta ann. 1308. in Reg. 44. Chartoph. reg. ch. 123: *Item hospitium cum Transcurte, quod fuit Mosse Bonufos.* Vide infra *Trescurtis*.

\* **TRANSDORSA**, Post equitem sedens, Gall. *Portée en croupe.* Stat. Avenion. ann. 1243. cap. 35. ex Cod. reg. 4659: *Si aliquis locaverit bestias ad equitandum, et contra conventionem alium hominem vel aliam Transdorsam portaverit, duplicem mercedem solvat.*

† **TRANSDUCTA MULIER**. Vide *Traducta*.

\* **TRANSDUCTUS**, Canalis quo aqua transluit. Libert. de Stagello ann. 1331. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 174: *Posint reficere et mutare et remutare semel et pluries paxeriam et paxerias,.... besulia, meatus, recos, aqueductus et Transductus.*

\* **TRANSEGANTIA**, in Dipl. Caroli Simpl. ann. circ. 906. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 504. Ana Latino Transigere? Nihil quippe certi ex Charta mutila erui potest.

**TRANSENDA**, Via, platea, qua transitur: sed proprie via strictior, *Passage*, unde Italis *Transandare*, transcurrere, prætergredi. Anastasius in Stephano IV. PP. pag. 94: *Eumque projectens in terra juxta Transendam campi Lateranensis, ejus effoderunt oculos.* Charta Landolphi et Atenolphi Ducum Longobard. : *Secus Transendam, quæ pergit ad portam Rufini.*

Alia Pandolfi et Landolphi Ducum Longob. in Chronico Beneventano S. Sophiæ: *Concedimus in nominato monasterio S. Sophiæ ipsam Transendam, quæ vadit retro ipsam Ecclesiam, et quæ in parietibus ejusdem Ecclesiæ conjuncta est.* Alia eorumdem Ducum ibid.: *Juxta plateam majorem illam publicam quæ ascendit de porta Summa, et juxta Transendam publicam, quæ olim pergere videbatur erga ipsum prædictum monasterium, etc.* Diploma Roberti Regis Neapol. ann. 1321. apud Wadding.: *Item domus seu apothecæ... sitæ in civitate Neapolis in platea portus, intus auditus seu Transendam communcin, et sunt conjuncte cum prædicto auditu seu Transenda communi, sicuti paries exfiniat.* Adde Sanctuarium Capuanum pag. 643. Vide *Andare*.

**TRANSENNA**, Cancellus, *αρχαίς*, in Onomastico Lat. Gr. Anastasius in Sixto III. PP.: *Item fecit Sixtus Episcopus Confessionem B. Laurentii Martyris cum columnis porphyreticis, et ornavit Transennam et altare, et Confessionem S. Martyris Laurentii de argento purissimo.* [Eundem adde in Stephano IV.]

**TRANSENNA**, Fenestra. Gl. Gr. Lat.: *Κέραμος φωταγωγός, Transenna.* Quomodo scilicet est gypsum, vel vitrum pellucidum, per quod lumen intus admittitur. Glosse Lat. Gr.: *Ἰσπλιξ, παγγυγύ, μαπαριίου σαρμίου.* Legendum *παράλλαξι*. Paulinus Epist. 12. ad Severum: *Latissimo vero conspectu tota simul hæc basilica, in basilica memorati Confessoris aperitur trinis arcubus paribus perlucens Transenna, per quam vicissim sibi tecta ac spatia basilicæ utriusque junguntur.*

† **TRANSEUNTER**, Obiter, in Libro de Singularitate Clericorum S. Cypriano perperam attributo, et apud Ammianum lib. 28. cap. 4.

† **TRANSEFEGARE**, f. Transfretare. Chron. Bergom. ad ann. 1406. apud Murator. tom. 16. col. 991: *Licium sit ipsi partibus... libere et impune Transfegare, ire, stare, et redire, mercari, etc.*

\* **TRANSEFEGATOR**, Explorator, investigator. Stat. Avenion. ann. 1243. cap. 112. ex Cod. reg. 4659: *Stutuimus quod tempore pacis Transfegatores seu espia aut explorantes vel exploratores maleficiorum vel guerra, non veniant neque habitent in civitate Avinionis. Trafegatores, in Cod. MS. musei mei. [\* Vide Raynouard. Glossar. Roman. tom. 5. pag. 396. radice Trafec.]*

† **TRANSFERISCERE**, Transferre, tradere. *Trado, confero, largior, et irrevocabiliter offero atque Transferisco, in veteri Charta apud Ughellum tom. 1. Ital. Sacræ col. 528. edit. 1717.*

\* **TRANSFERITOR**, Donator, qui transfert rem quampiam alicui. Charta ann. 992. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Hist. Sicul. Boniucunt. part. 2. pag. 316: *Dominus Wido comes filius ejus donatori et Transferitori in ecclesiæ monasterio in perpetuum præsens præsentē salute sacrarum scripturarum hæc actio permaneat, etc.*

\* **TRANSFERIUS**, Armorum genus ad transligendum. Stat. Ferrar. ann. 1268. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 515: *Arma vetita in civitate Fer-*

*rarie et districtu, intelligimus bordonem, lunzonem, Transferium..... Si quis inventus fuerit portare de nocte... bordonem, lanzonem, Transferium, etc.*

† **TRANSFERSIO**, Translatio, transcriptio, cessio. Charta ann. 1072. apud Murator. delle Antie. Estensi pag. 192: *Per anc cartulam judicati et offerisionis et perpetualis Transfersionis proprietario nomine donamus, indicamus et offerimus et tradimus, etc.* [\* Vide infra *Transpersio*.]

**TRANSFIGURARE FACIEM**, in Lege Longob. lib. 1. tit. 15. § 5. [\* Roth. 31.]: *Walapuuz est, dum quis alienum furtivum vestimentum induit, aut si caput latrocinandi animo, aut faciem Transfiguraverit.* Gall. *Se defigurer le visage.*

† **TRANSFIGURATUS IN VESTIMENTIS**, Aliena veste indutus, nostris *Deguisé*, apud Rolandinum Patav. in Chronico lib. 7. cap. 4. ubi etiam habetur *Transfiguratio*, pro *Consuetæ vestis mutatio*.

† **TRANSFIRMARE**, Transcribere, tradere. Charta ann. 32. Caroli Regis ex Archivo S. Bertini: *Ad integrum vobis per venditionis titulum accepto pretio Ecclesiæ vestre a die præsentis Transfirmo.*

**TRANSFLUVIARE**, Fluvium pertransire. Commodianus Instr. 50:

*Transfluviat hostis, tu sub latebra conde.*

\* **TRANSFORATIO**, Perforatio, diruptio. Charta Ansoldi abb. in Chartul. S. Corn. Compend. fol. 127. v°. col. 2: *Carucas ecclesiæ pro Transforatione pyrgii vel alio forefacto non poterit capere.*

\* **TRANSFORATUS**, Dicitur de ligno quavis perforatione vitiatum, in Stat. ann. 1313. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 15. col. 1: *Si residuum memoris erat Transforatum vel deterioratum, et aliqua partium super hoc se dolebat, etc. Treffore ou empiré, vernacule redditur, in Lit. ejusd. ann. tom. 1. Ordin. reg. Franc. pag. 526. art. 5.*

**TRANSFOSSORIUM**. Papias: *Veru, i. Transfossorium, quo carnes assantur.*

**TRANSFRANCIARE**, Ex Anglia per Franciam transire Romam. Matth. Paris ann. 1257: *Pro negotiis Regis transalpinantes et Transfranciantes.*

\* **TRANSFRETATIO**, Pnsitatio, quæ exsolvitur a navibus secundo vel adverso flumine aliqua transeuntibus. Chartul. Guill. abb. S. Germ. Prat. fol. 203. r°. col. 2: *Ego Odo, comes quarundam provinciarum Galliarum scilicet et Franciarum,.... concedo monachis servientibus S. Germano Parisiacæ urbis episcopo quasdam consuetudines in quodam castro nostro, quod vocatur Musterialium, hactenus habitas in Transfretatione navium, in eundo superius sive redeundo inferius.* Vide *Traversum* 1.

† **TRANSFUNCTORIUS**, Levis, inutilis, haud satis accuratus et sedulus. *Transfunctoria expugnatio*, apud Tertull. adv. Valent. *Transfunctorium præceptum*, apud eundem lib. 1. adv. Marc. cap. 27.

† **TRANSGLADIATUS**, Gladio transfusus, in Vita S. Elisabethæ Schonaug. tom. 3. Junii pag. 621.

\* **TRANSGLUTIRE**, Sorbere, deglutire. Stat. synod. eccl. Carcass. ann. 1270. cap. 6. ex Cod. reg. 1613: *Quociens sacerdos*



*communicat infirmum, faciat in sua praesentia Eucharistiam Transglutire, et propinet postmodum sibi vinum. Vide Transglutare 1.*

† **TRANSGREDERE**, pro Transgredi. *Si quis hoc Transgredere praesumpserit, in Capitulari 1. ann. 802. cap. 30. Transgredere praecipitur, ibid. cap. 34.*

\* **Transigier**, eadem notione, pro **Transgresser**, in Lit. ann. 1374. tom. 6. *Ordinat reg. Franc. pag. 25 : Pour yceux faire auender la transgression de noz dictes ordonnances et status qu'ils ont Transigiez.*

† **TRANSGRESSIBILES COSTUMÆ**, Præstationis species. Charta ann. 1187. ex Archivo Majoris monasterii : *Reclamabant monachis petrinus vocarum, lumbos porcorum, botellagium, costumus Transgressibiles, decem solidos annuatim. Vide Consuetudo 4.*

**TRANSGRESSIO SUPER CASU**, J. C. Anglis et Cowello liv. 4. Institut. tit. 3. § 1. est, cum quis alterius statum vel conditionem suo delicto deteriore facit.

† **TRANSGRESSIONES DE VIRIDI IN FORESTIS**, Damnum silvis viridibus et frondosis illatum, apud Rymer. tom. 5. pag. 692.

1. **TRANSGULARE**, Ugutio et Joannes de Janua : *Transgulare, ultra gulam deorsum immittere, scilicet, transglutire. Gloss. Lat. Gall. : Transgulare, Transgloutir outre, devouer. Goffridus Vindocinensis lib. 4. Epist. 22 : Habuerunt itaque escas ; sed in escis illis retia, quibus capti, et hanium quo sunt Transgulati, invenerunt. Alia forte notione vocem hanc videtur usurpare Gilbertus Porretanus Episc. Pictavi. in proœmio ad Commentar. in Boëtii librum de S. Trinitate : Et ne vel timiditatis angustia nos ad silentium penitus Transgulare, vel temeritatis audacia ad garrendum laxare putetur, etc. [Id est, cogere.]*

† 2. **TRANSGULARE**, pro Strangulare, vitiosa, ut videtur, pronuntiatione. Chron. Andegav. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1379 : *Johanne Papa (X.) Transgulato, alter Johannes succedit mensibus III. Charta ann. 1413. ex Chartul. 23. Corb. : Super hoc quod in anno predicto fuit quidam vir vitæ honeste et conversationis (quæ) instinctu diabolico in domo sua propria... se Transgulasset, etc. Metaphorice pro Exstinguere, Gall. Etouffer, in Charta ann. 1168. tom. 1. Maceriarum Insulæ Barbaræ pag. 109 : *Damnosa inter utramque domum controversiam... fructus pacis lætus exurgens Transgulavit. Hinc**

**TRANSGULATIO**, pro Strangulatio. Papias : *Suspensio, Transgulatio, laqueus.*

† **TRANSGULATUS PANNU**, Variis coloribus distinctus. *Pannis de serico Transgulatis seu reatis a modo non untantur, in Statutis Ecclesiæ Anie. ann. 1267. tom. 2. Anecd. Marten. col. 483. Sed legendum videtur Stragulatus. Vide Stragulum.*

\*\* **TRANSIBILIS**. Sedul. Scot. de Rect. Christ. cap. 16 : *Rerum Transibilitium inconstantia.*

† **TRANSIBILIS MESURA**, Mediocris mensura, quæ neque minor sit, neque major, in Chartulario S. Vandregesili tom. 1. pag. 163. Gall. *Mesure passable.*

† **TRANSIGERE**, Transire. *Longo iti-*

*nere confecto, mutis montibus Transactis, tom. 2. SS. Martii pag. 48.*

**TRANSIGIA**. Libertates Villæ de Moneto anno 1269. apud Thomasserium in Consuetud. localibus Bituricensib. cap. 65 : *Nullus de franchisia faciat mihi biennium aut corvatam extra Moneto, nisi tantummodo Transigias... usque ad domum leprosorum, quas habent facere, etc. [Vide Transvectura.]*

† **TRANSILIRE SACROS ORDINES**, *Per saltum*, ut aiunt, sacris Ordinibus initiari, i. e. suscipere superiorem omissis inferiori, v. g. Presbyteratum non suscepto Diaconatu. Concil. Belvac. ann. 1114. tom. 2. Spicil. Acher. pag. 595. hæc statuit post Gregorium VII. PP. : *Qui sacros Ordines Transiliunt, suspendantur ab officio, et si meruerit vita eorum indulgentiam consequantur, et intersint ordinibus, quos amiserunt.*

† 1. **TRANSIRE**, Tolerare, dissimulare. Epistola Friderici II. Imp. tom. 2. Spicil. Acher pag. 572 : *Ita nos graviter provocavit, ut Transire non possumus ulterius incorrectos suæ levitatis excessus. Injurias inultas Transire, in Codice Theod. lib. 8. tit. 10. leg. 2.*

† 2. **TRANSIRE**, Traducere. Charta ann. 1468. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 1299 : *Liberabit naves... ad Transeundum et transfretandum dictos 1500. sagittarios. Acta S. Benedicti Avenion. tom. 2. Aprilis pag. 257 : Benedictus iterum rogavit, ut amore Dei et B. Mariæ Transiret illum ultra.*

† 3. **TRANSIRE ACTUM**, Practicis nostris, *Passeracte*, Chartam seu testimonium rei gestæ scribere. Synodus Trecon. ann. 1372. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 1608 : *Notarii curiarum nostrarum jurent fideliter acta coram eis facta Transire.*

† **TRANSIRE ACCORDA**, LITERAS, dicitur Parlamentum, cum illa publica auctoritate confirmat : qua notione vox *Passer* non semel occurrit in vet. Edictis Regum nostrorum ; hodie *Homologuer*. Litteræ ann. 1358. tom. 4. Ordinat. Reg. Fr. pag. 725 : *Necnon litteras et accorda quascunque per predictum Parlamentum alias fieri et Transiri solitas ac solita, fieri faciatis et etiam Transeat.*

† 4. **TRANSIRE**, Peragere. Ordo Concilii celebrandi, tom. 1. Concil. Hispan. pag. 230 : *Nec aliud aliquid ante Transibitur, quam ista omnia explicentur.*

† 5. **TRANSIRE**. Leges Palatinæ Jacobi II. Regis Majoric. in Actis SS. Junii tom. 3. pag. cxxix : *Cum autem nos iter facere alicubi contingeret, debet aquam, ornamenta, paramentave, et argentea vasa portare, cum quibus Transire possimus, ad usum nostrum. Hoc est, quæ nobis satis sint, aut quibus simus contenti, cum iter agimus.*

6. **TRANSIRE**, Defungi, obire. *Transitus, obitus, mors.* Voces Christianis Scriptoribus usitatores. Beletus cap. 4. et ex eo Durandus lib. 7. Ration. cap. 1. n. 18 : *Transitus dicitur festum de morte Sanctorum, quoniam antea illorum a corporibus exeuntes, per ignota sibi et diversa loca transeunt, ut per caelum aëreum et æthereum, et crystallinum, ut tandem perveniant ad Empyreum. Vita MS. S. Mauri Abb. :*

*Non mors dicenda, sed vero nomine vita Est, obit ut justus, cujus sit Transitus ortus.*

Vetus inscriptio Viennæ : **TRANSIT SUB DIE... ORBIS FAUSTO VIRO. C... COSS. PROSTERNUNT MILITE COELI.** Commodianus Instr. 42 :

*Transr. jubentur ad Dominum partibus dextris.*

Gregorius Turon. lib. 5. Hist. cap. 8 : *Eodem anno et B. Germanus Parisiorum Episcopus Transiit.* Florentius Wigorn. ann. 862 : *Sanctus Transivit Swithunus, et astra petivit. Vitam transire, pro transigere, quomodo dicimus, Passer la vie, in Epist. Silonis Regis Hisp. ad Cixilanem.*

**TRANSITUS**, Mors. Vetus inscriptio Christiana in S. Crucis Monasterio Burdegalensi : *Hic requiescet bone recordationis famulus xpi. Mummolenus, qui vixit annus cc. septuaginta, apud quem nullus fuit dolus malus, qui fuit sene ira jocondus, hoc est, accepit transitum sub die vi. Idus Augustas, ubi fecit Augustus dies septem anno v. Regnum Domini nost. Chlodovei Reg. Testamentum Hadoindi Episc. Cenoman. apud Brisson. lib. 7. Formul. : *Ut hanc (villam) ministri ejusdem post meum Transiitum teneant, possideant, etc.* Gregorius Turon. de Vitis Patr. cap. 10 : *Die Dominica Transiitum accipio, etc. Transitus S. Martini, apud eundem Gregorium non semel, Chrodegangum in Regula Canonicor. Metensium cap. 20. etc. Adde Senatorem lib. 8. Epist. 8. Leg. Burgund. tit. 42. § 1. tit. 53. Capit. Walterii Aurelian. Episc. cap. 18. Form. 37. ex Baluz. etc.**

\* 7. **TRANSIRE**, Superare, Gall. *Surpasser*. Bened. abb. Petroburg. de Gest. Henr. II. reg. Angl. tom. 2. pag. 387 : *Ejusmodi scelus filii domini regis, Henricus scilicet et Gaufridus Transierunt multum.*

\* **TRANSIRI**. Charta ann. 1108. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 139 : *Paucis siquidem diebus transactis post obitum D. Petri Trenorchensis abbatis, cujus pene totum tempus sub hac concertatione Transiebatur, etc. Id est, Effluerat.*

\* **TRANSITA**, Possessionis alicujus alteri cessio, translatio. Charta ann. 952. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 133 : *Donamus atque offerimus per hanc præsentem paginam offerentis nostræ a die præsentis et ora ad jure ipsius scole proprietatis nostræ... Talem exinde habeant potestatem de ipsas res atque Transitam, sicut supra legitur, ad regendum et gubernandum seu disponendum. Vide infra Transpersio.*

1. **TRANSITORIUM**, **TRANSITURA**, **TRANSITUS**, Quod præstatum a transeuntibus per terras alicujus domini, Gall. *Droit de passage. Transitorium tributum*, in lege Longob. lib. 1. tit. 14. §. 16. [\* Ludov. P. 43.] *Transitorie consuetudines*, apud Guibertum lib. 3. de Vita sua cap. 8. Ch. Phil. I. Reg. Franc. pro Abbat. Becci in 20. vol. [Bulla Innoe. II. PP. ann. 1135. ex Arch. Resbac. : *Insulis quoque et uolendinis, necnon et piscatoriis cum pontibus etiam cunctisque aquæ Transitoriiis.*] Chart. Regum Angl. in Camera Comput. Paris. pag. 17 : *Quæ sive teloneum, sive Transitus nominatur, sive alio nomine dicitur, quod solet exigi pro*



consuetudine fisci a vendentibus, vel ementibus, vel Transeuntibus. [Diploma Lotharii II. Imp. ann. 1137. tom. 2. Ampliss. Collect. Marten. col. 99: *Nullum teloneum, nullum pontaticum, nullum Transitam vel exitum, nullum denique publicum terra aquave vectigal, aut pensionem monachi... in nullo regni nostri loco persolvant.* Donatio ann. 20. Ludovici Regis: *Donavi Ecclesie Chuniacensi... omnes consuetudines, amneum quoque subter currentem cum Transitu.*]

\* *Transaige*, in Charta ann. 1387. inter Probat. tom. 3. Hist. Burg. pag. 109. col. 2: *A nous seul et pour le tout appartenoit esdits termes... le peage, le passage, Transaige, les ventes, etc.* Vide *Transmissum*.

TRANSITURA, in Capit. Caroli M. lib. 4. cap. 59: *Ut nullus ad Palatium, vel in hostem pergens, vel de Palatio, vel de hoste rediens, tributum quod Transitus vocatur, solvere cogatur.* Lex Longob. habet hoc loco *Transitorium*. *Trastura*, eadem notione in Chartis Italicis apud Ughellum tom. 4. pag. 787. 789. 795. Capitulare 5. Lud. Pii ann. 819. cap. 16. *Trasturas* etiam habet, ubi Codd. alii *straturas, tricturas, tristuras*, uti monet Baluzius. Rhenaus lib. 2. Rerum German. pag. 93. videtur legisse *straturas*. *Tresturas* vero habet Charta Caroli C. ann. 18. Ind. 2. in Tabul. Dervensi: *Silvas etiam quas ex omni parte in circuitu monasterii concessimus, et mercatum in predicta villa Glouua, et Tresturas ad salem emendum, quas de pontanatico, S. Petro et B. Berchario in usus Monachorum tradidimus.*

¶ Charta Liutpr. Langob. reg. ann. 715. vel 730. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 24: *Item in Campo Marcio Transitura debeat dare binos tremises pro singulas naves.* Vide supra *Transfretatio*.

\* 2. TRANSITORIUM, Pars liturgiæ sacræ, in Ordine eccl. Ambros. Mediol. ann. circ. 1130. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 893. ubi de Feria v. hebdom. S.: *Missa vero ordine suo agatur, usque dum diaconus dicit: Offerte vobis pacem, et tamen non dicat et archiepiscopus non det pacem ministris.* *Transitorium*: *Tristis est anima mea usque ad mortem: Tunc archiepiscopus communicet cum clero et populo. Sic missa compleatur secundum morem.* Ibid. col. 899. ubi de die Paschæ: *In ultimo vero officii Paschæ cantitur Alleluia. Transitorium vero canit chorus, magistro lectorum incipientem, reiterando cum Gloria. Occurrit rursum ibid. col. 905. Vide Transitus 2.*

\* TRANSITUDU, Consuetudo, Gall. *Habitude*. Stat. Universit. Aurel. ann. 1337. ex Cod. reg. 4223. A. fol. 51. vº: *Hoc enim nimia Transutudo delictorum facere nos compellit, ut ceteri præteriti (l. perterriti) punitorum exemplo, ad talia de cetero procedere non presument.*

1. TRANSITUS, dicitur de Præfectis aut Judicibus Provinciarum, qui in regiones vel urbes aut vicus sui districtus *discurrunt*, juris discendi, vel de criminibus inquirendi gratia, in leg. 4. Cod. Th. de Off. Rector. prov. (1.7.) et leg. 6. Ne quis in Palatio, (7.10.) etc.

¶ 2. TRANSITUS (cum scilicet Missale refertur a cornu Evangelii ad cornu Epi-

stolæ) Communio dicitur: *Nazareus vocabitur.* Ita in Actis SS. Junii tom. 4. pag. 699. ubi de festis S. Joh. Baptistæ. Vide alia notione in *Transire 6. et Transitorium*.

TRANSITUS VIÆ PUBLICÆ. Hugo Flaviniac. in Chron. pag. 132: *Corruptionem omnium mensurarum, exceptis alodiis, que homines tenent ad placitum generale respicientes et publicæ viæ Transitus.* Id est justitiam criminum, quæ in itineribus publicis committuntur: *La Justice des grans chemins.*

\* 3. TRANSITUS, Ultimæ morientis angustia. Ceremon. MS. B. M. Crassens.: *Si autem diu (moriens) in Transitu duraverit, hæc sæpius repetantur, nec sine psalmis aut divinis lectionibus relinquatur.* Vide in *Transire 6.*

¶ TRANSILA, f. Tela crassior, vulgo *Trellis*. Statutum Gellonense ann. circiter 1150. apud Stephanotium tom. 8. Fragm. MSS. pag. 175: *Debet... habere pro lecto suo pallassam novam et duas flessatas et duo linteamina, unam culectram novam de Transilis, cum plum.* \* et unum pulvinaire. Vide *Transletum*.

1. TRANSLATARE, Transferre, in aliam linguam vertere. Anastasius in Hadriano PP: *Quam Synodum... in Latinam linguam Translatari jussit.*

2. TRANSLATARE, Alio transferre. Anastasius in S. Hadriano PP. pag. 115: *Translatavit atque introduxit in eam corpora sanctorum Martyrum, etc.* [Chronic. M. doet. apud Murator. tom. 12. col. 1080: *Plurimi Imperatores Translataverunt sedem suam a Roma in Mediolano. Translatavit se dicta Domina usque in Swaneton et ibi obiit,* apud Kennettum in Glossar. ad calcem Antiq. Ambrosd. Adde Flodoardum lib. 2. Hist. Rem. cap. 17.]

¶ 3. TRANSLATARE, Exscribere, Gall. *Copier*. Charta ann. 1142. inter Instr. Gall. Chr. novæ edit. tom. 6. col. 322: *Hanc chartam Translatavit Bernardus de Caucionolo publicus notarius de Biterri ex originali.* Testam. ann. 1154. in Probat. novæ Hist. Occit. tom. 2. col. 549: *Subdictam litteraturam et rationem de altera charta Translatavit in istam.* Chartul. Brivat. laudatum a Baluzio tom. 2. Hist. Arvern. pag. 272: *Nomen cujus non potuit Translatari, quia cartula disrupta erat.*

¶ 4. TRANSLATARE, Transcribere, rem ab aliquo possessam in alium transferre. Statuta Vercell. fol. 92: *Non possint in posterum per commune Vercellarum alienari, obligari, Translatari, vendi, etc.* Charta ann. 1035. ex Tabul. S. Victoris Massil.: *Ego pro hoc non me Translatabo, neque vtabo, etc.*

1. TRANSLATIO, in legibus 15. et 40. Cod. Th. de Episcop. Eccles. et Cleric. (16.2.) pro angariarum, parangiarum vel naviculariæ etiam translationis onere, sumitur, cum scilicet res fiscales transchende erant, vel annona militaris. Vide Jacob. Gothofredum ad leg. 40.

2. TRANSLATIO, Idem quod *Transitus*, seu teloneum, quod pro transferendis et transportandis mercibus exsolvitur. Appendix Codicis Theod. Constit. 11: *Nulla pontium restauratio, nulla Translationum sollicitudo gignatur.*

TRANSLATIO CAUSÆ, Gallis Practicis, *Evocation*: cum ab inferiori curia ad superiorem evocatur. Vide Reg. Majest. lib. 2. cap. 16. § 24. lib. 3. cap. 20. et 21. et Quoniam attachiamenta cap. 14. § 3.

TRANSLATIONES EPISCOPORUM, de Ecclesia scilicet in aliam Ecclesiam, interdicuntur in Canonibus Apost. can. 14. in Concil. Sardic. can. 1. 2. et alibi non semel, nisi id aliarum Ecclesiarum necessitas exigat, ut est in [supposititia] Antheri PP. Epist. Decret. et, ut aiebat Gregorius VII. PP. apud Conradum Uspersensem, translationes Episcoporum duobus modis fieri possunt, necessitate vel utilitate. Sed de translatione et mutatione Episcoporum præclare egit omnino Bernaldus Presbyter Constantiensis lib. de reconciliatione lapsorum pag. 277. et seqq. Gregorius IX. in Decretal. lib. 1. tit. 7. Francisc. Bivarus ad Pseudochronicon Maximi p. 616. et seqq. Thomassinus de Disciplina Eccles. part. 1. lib. 2. cap. 24. 25. part. 2. lib. 2. cap. 44. et alii plerique. Vide Glossar. med. Græcit. voce Μεταθεσις, col. 500.

TRANSLATITIE, pro *Defunctorie*, Jurisconsultis. [\* L. 1. § 6. ff ad S. C. Turpil. (48.16.): *Prævaricatorem eum esse ostendimus, qui colludit cum reo, et Translatitie munere accusandi defungitur, eo quod propitiis quidem probationibus dissimularet, falsas vero rei excusationes admitteret.*]

¶ TRASLATOR, Interpret, qui vertit in aliam linguam. Epistola Concilii Francoford. ad Episcopos Hisp. tom. 3. Concil. Hisp. pag. 107: *Quamvis multi codices per Translatorum simplicem intelligentiam in hoc loco pro proprio filio, suo filio conscriptum habeant, Græcitas tamen, qua lingua Apostolus est locutus, proprium nunc magis quam suum nuncupavit.*

\* Inter ejusmodi interpretes celebris memoratur *Magister Johannes Golain sacrosanctæ theologiæ professor, ordinis Beate Mariæ de Carmelo, plurium variorumque librorum et actorum Translationibus editis*, in Lit. Caroli V. ann. 1378. ex Reg. 113. Chartoph. reg. ch. 366.

¶ TRANSLATUM, Exemplum ex alio descriptum, Gallice, *Copie*. Statuta Arelatens. MSS. artic. 7: *Transcripta sive Translata testamentorum... eandem (sim) habeant, ac si essent instrumenta originalia.*

\* Nostris alias *Translat*. Ordin. ann. 1315. tom. 1. Ordin. reg. Franc. pag. 597. art. 18: *Leurs privileges, se il sont trouvés, leur seront vendus, et se il ne peuvent estre trouvés, et l'en treve les Translas, et leur seront renouvelés.*

\* TRANSLATUS, Defunctus, mortuus. *Translatus sanctus Dominicus*, in Annal. Dominic. Colmar. ad ann. 1233. Vide *Transire 6.*

¶ 1. TRANSLEGARE, Delegare. Litteræ Bohemorum ad Concilium Basileense ann. 1432. tom. 8. Ampliss. Collect. Marten. col. 178: *Spectabiles viros... de intentione nostra et voto plenius eraditos, P. P. duximus Translegendos.*

\*\* 2. TRANSLEGARE, Legare, donare. Chart. ann. 1335. apud Haltaus. in Glossar. Germ. voce *Fernachen*, col. 1872: *Quos mansos cum censu 10. solidorum... ecclesiæ et conventui... in anime suæ remedium et*



salutem pia donatione iuste et proprie post sui obitum Translegavit.

¶ **TRANSLETUM**, Culcitra, ni fallor, e tela crassiori, quam Treillis vocant. Inventarium ann. 1342. ex Archivo S. Victoris Massil. : 1. *matalacium*, 1. *culcitrām*, 1. *flasstatam*, 1. *Transletum*, 1. *pulvinarium*, etc. Vide *Transla* et *Translicium*.

\* **TRANSLICIUM**, ut supra *Tralicium*, Textile rarius, minus densum, Gall. *Treillis*, vel culcita ex huiusmodi tela. Arest. ann. 1380. 16. Jun. in vol. 7. arestor. parlam. Paris. : *Unum coopertorium panni brunī, ..... unum Translicium etc.* Vide *Tralicium*.

\* **TRANSLIGERENSIS**, Cujus jurisdictio est trans Ligerim. Inter testes Chartæ ann. 1116. in Hist. Sabol. pag. 52. occurrit *Guillelmus decanus et archidiaconus Transligerensis*.

**TRANSLUCIDUM**, Διαφανές, διαυγές, in Glossis Lat. Græc. Nos dicimus *Transluisant*.

**TRANSMARINARE**, Trans mare proficisci, proprie iter Hierosolymitanum agredi, in Chronico Montis Serenian. 1131. *Peregrinatio transmarina*, ibidem ann. 1146. et 1175. [Adde Testam. Ottonis IV. Imp. ann. 1218. apud Tolnerum in Probat. Hist. Palat. pag. 63. Chronicon Cornelli *Zantfliet* ad ann. 1454. tom. 5. Ampliss. Collet. Marten. col. 483.]

¶ **TRANSMENTATIO**, Mutatio mentis, μετανοια, Reditus ad sanam mentem, pœnitentia. Goclenius in Lexico Phil.

**TRANSMIGRARE**, Transferre rem aliquam in alium, in Legibus Rotheris Regis Longobard. tit. 62. § 3. [\* 174. ubi Murator. *Transmittere*.] Vetus Charta Longobard. apud Ughellum tom. 1. part. 1. pag. 390 : *Non in vendendum vel donandum, neque per nullum ingenium in nullius potestatem ad proprietatem dandum, aut Transmigrandum, etc.*

\*\* **TRANSMIGRATOR**, Qui in alium locum migrat. Occurrit apud Anastas. de Miracul. SS. Cyri et Johan. cap. 40. in Spicil. Roman. tom. 3. pag. 446.

\*\* **TRANSMINARE**, Transducere. Lothar. III. Imper. charta pro Mercat. Quitelieb. ann. 1134. apud Erath. Cod. Diplom. Quedliub. num. 3. pag. 80 : *Ut pro Transminandis pecoribus pontem ipsis præparet, et cum opus fuerit reparat.* Vide *Minare*, 1.

\* **TRANSMISSUM**, Pensitatio, quæ exsolvitur ab iis, qui trans locum aliquem merces vehunt. Judic. ann. 1328. 26. Nov. in Reg. *Olim* parlam. Paris. : *Absque solutione pedagii, Transmissi vel exactionis eujuscumque.* Vide *Traversum* 1.

**TRANSMISSUS**, Intermedius, Italis *Trasnesso*. *Aliquid per rogadium vel Transmissum alteri dandum recipere*, in Statutis Venetor. ann. 1242. lib. 1. cap. 4. 48. lib. 6. cap. 13. [*Tranis* missum vocat le roman d'Athis MS :

Messagers sui à lui Tramis  
De meilleur de tous ses amis.]

\* Itali *Trasmettere* et nostri *Tramette* dixerunt, pro *Mittere*, delegare. Pactum inter Margar. de Bellojoco et Eduard. dom. Bellij. ann. 1375. 22. Jul. in vol. 7. are-

stor. parlam. Paris. : *Item obligè ledit seigneur son corps et ses biens... de Tramette dedans dix jours après le défaut, deux chevaliers, à Paris à huit chevaux en ostages sans partir hors des portes de Paris, jusque à tant que lesdites choses promises soient accomplies.* Occurrit præterea in Chron. S. Dion. tom. 3. Collect. Hist. Franc. pag. 168. et in Vita metrica J. C. MS.

\* **TRANSMISUM**, Tempus, ut videtur, quo *tremesium* seritur vel colligitur. Glossæ Cæs. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Honthein* pag. 677. col. 1 : *Facit unusquisque in waym, wanno, pertigatas integras : in tramis, Transmisio, similiter.* Vide infra *Tremesium*.

\* **TRANSNADARE**, Transnatate, transnare, Gall. *Passer à la nage*, alias *Tresnoer*. Mirac. S. Jac. Major. tom. 6. Jul. pag. 60. col. 2 : *Melius est nobis flumen Transnadare, quam vobis tantum pretii dare.* Chron. S. Dion. tom. 3. Collect. Hist. Franc. pag. 275 : *Tant corut, comme il pot, par montaignes, par valées, par bois et par landes, et Tresnoa rivieres et fleuves, se il li furent audevant, etc.*

**TRANSNAVARE**, Navi trajicere. Thwroczius 1. part. Hist. Hung. cap. 12 : *Brachio maris, quod strictum Sibille dicitur, Transnavato.* Et in Uladislao Reg. cap. 42 : *Circa castrum Orsove Danubio Transnavato, hostilem in terram seingesserunt.*

**TRANSNOCERARE**, Noctem transigere, vel rem ultra noctem unam detinere. Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Osceæ ann. 1247. fol. 4 : *Qui pignorat alium, et Transnocet, vel reuaneat ipsa pignora apud eum seu fidantiam de directo, est colonia pignorantis* 60. sol. Fol. 9 : *Transnocetare pignus.*

¶ **TRANSOLVERE**. Vide infra *Transsolvere*.

¶ **TRANSPARERE**, *Pellucere. Transparentia, Pellucida*, in Gemma. Pelluciditas, nostris, *Transparence*.

**TRANSPASSARE**, Ultra progredi, Gall. *Trépasser*. Thwroczius part. 1. cap. 24 : *Abunde Rheno Transpassato, Lotharingensem Ducatum igne et gladio vastaverunt.* [*Canis jugum Transpassans*, supra in *Canis* vide ibi.]

\* **TRANSPERSIO**, Possessionis alicujus ad alterum translatio, cessio. Charta vetus apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Chron. pontif. Leon. Urbevet. pag. 165 : *Profiteutes profiteor quidem in Dei nomine Bonifacius gloriosus marchio per hujus pagine nostræ vocis, professionis, sponstonis, donationis seu Transpersionis, atque perpetuæ transactionis, etc.* Vide *Transfersto*.

¶ **TRANSPLENDIFER**, Perlucidus, Gall. *Transparent*, in Vita B. Lidwinæ tom. 2. Aprilis pag. 345.

1. **TRANSPONERE**, *Servum transponere*, Avertere, Gall. *Detourner*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 25. § 14. 15. 16. 17. [\* Roth. 270. sqq. Vide *Forcellinum*.]

2. **TRANSPONERE**, pro *Transcribere*. Gellius lib. 6. cap. 9 : *Locum istum totum huc ex Pisonis annali Transposuimus.*

**TRANSPORTANEORUM PASSIO**, Lepra, *Elephantia*, Celso lib. 3. cap. 25. Ελεφαντιαις, Græcis sic dicta, quod cutem reddat

Elephanti corio similem. Senator de Elephantel. 10. Epist. 30 : *Cutis hujus ulcerosis vallibus exaratur, a qua Transportaneorum passio nomen accepit.* Sic autem appellatur a Senatore, quod cum hæc passio, ut ait Cælius Aurelianus Siccensis lib. 4. χροϊσίων, cap. 1. *corruptione quadam, vel laxatione extremæ cutis in corporibus generetur*, humor ab interioribus, seu, ut idem scribit, *altioribus*, ad superficiem transmittitur, seu *transportatur*.

¶ **TRANSPORTARE**, Cedere, transcribere, transferre, Practicis nostris *Transporter*, in Litteris ann. 1369. inter Ordinat. Reg. Fr. tom. 5. pag. 325. Pactio nuptialis inter Carolum VIII. Regem Fr. et Annam Britan. ann. 1491. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 1541 : *Domina Anna... domino nostro Regi donavit, cessit, quitavit et dimisit, presentisque instrumenti serie donat, cedit, quitat, dimittit et Transportat* (Ducatum Britannicæ.) Adde Statuta Collegii Cenoman. ann. 1526. apud eumd. Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 587. col. 1.

\* **TRANSPORTATIO**, Idem quod *Transportus*, Cessio, transcriptio. Charta ann. 1409. ex sched. Pr. a S. Vincent. : *In dictis laudimtis seu trezeni receptis de alienationibus et Transportationibus dictarum possessionum et proprietatum.*

¶ **TRANSPORTUS**, Cessio, transcriptio, Gall. *Transport*. Charta Ecclesiæ Æduensis, qua Præpositura ejusd. Eccl. annectitur mensæ Episcopali : *Rogantes dictum nostrum Capitulum prædictum Transportum, annexam et appropriationem ratificari... promittens per fidem nostram contra præsens Transportum seu aliquid præmissorum non venire.* Charta ann. 1377. e Bibl. Regia : *Mirabatur quomodo dictus Dux cessionem et Transportum receperat.* Rursum occurrit in Litteris Johannis Franc. Regis ann. 1360. tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 453. Arresto Parlamenti ann. 1394. apud Menesterium in Probat. Hist. Lugdun. pag. 79. col. 2. Regesto ann. 1450. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 388. apud Rym. tom. 9. pag. 763. col. 2. Marteu. tom. 1. Anecd. col. 1518. et passim in Chartis recentioribus.

¶ **TRANSPPOSITIO SUBITANEA**, Mors, obitus. Marculfus lib. 2. form. 2 : *Quatenus fragilitatem naturæ, quod omnes generaliter patiuntur, priusquam subitanea Transpositio eveniat, etc.* Adde form. 4. et inter Sirmondicas form. 36. [\* Eberhard. Comit. Alsat. super. Charta ann. 731. in Alsatia Diplom. tom. 1. num. 12. pag. 14 : *Dum fragilitas humani generis pertimescit ultimum vitæ et temporis subitanea Transpositione ventura, oportet christian.* etc.]

¶ **TRANSPOSITUM**. Litteræ ann. 1359. tom. 4. Ordinat. Reg. Franc. pag. 198 : *Per paragium, partagium, scambium, terrarum assietamver* (vel) *Transpositum, etc.* Editori Cl. legendum videtur *Transportum*. Vide *Transportus*.

**TRANSPUNGERE**, Perforare, ita ut sanguis exeat. Lex. Aleman. tit. 64. § 3 : *Si autem collus Transpunctus fuerit.* Tit. 65. § 3 : *Si quis alicui brachium super cubitum Transpuxerit, etc.* § 5 : *Si manum Transpuxerit, ita ut focus non intret ad coquendum venas, vel sanguinem stagnandum, etc.*



§ 24 : *Si autem in latus punctus fuerit.* Adde § 26. 30. 31. *Lex Anglor.* tit. 5 : *Corpus Transpunctum, coxa vel brachium Transpunctam, et sanguinis effusio.* Ibid. § 13 : *Si ipse stomachus perforatus fuerit, et infra non semel.* Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 93 : *Si Transpunctus sit ad utrumque os, etc. Lumbi truncati... intus puncti, ... Transpuncti, etc.*

\* **TRANSPUNGERE NOTICIAM**, Chartam falsi arguere. Charta ann. 876. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 11. col. 1 : *Præfatus Bernardus in omnibus hoc denegavit, et dixit quod nequaquam ipsum villam per suos wadios prædicto episcopo, nec partibus S. Mariæ rediderit : et in manu Heralii viciscomiti et ipsius Bernarii ipsam noticiam Transpuxit. Tunc iudices et personæ interrogaverunt prædicto episcopo et Bernario ejus advocato super ipsam noticiam veram ulprobare poterunt, an non? Sed præsentia liter dixerunt, quia sic poterant.*

† **TRANSMIGRARE**, Navigare. Elmhamus in Vita Henrici V. Regis Angl. cap. 59 : *Nulla Neptuni tumida comparente tyrannide, regiones Transmigrantur aquaticæ.*

† **TRANSRIPARIA**, Ripa quæ est ultra fluvium. Testam. ann. 1509. inter Schedas D. *Le Fournier* : *Item lego quandam meam bastidam... cum Transriparia Sareti, etc.* Vide Riparia.

† **TRANSSARTANUS**, Qui trans Sartham, agri Cenomanensis fluvium, habitat. Pluries occurrit in Chartul. S. Vincentii Cenom. ut fol. 28. 33. etc.

**TRANSOLVERE**, Idem quod *Solvere*. Formulæ vet. Pithœi MSS. cap. 28 : *In festivitæ Sancti illius in luminariis ipsius loci solidos tantos vobis et actoribus vestris dare et Transolvere faciam.* Cap. 30 : *In festivitæ Sancti illius loci triante uno dare et Transolvere facias.* Cap. 75 : *Minime habui, unde Tansolvere debeam, etc.* [Marculfus lib. 2. form. 18 : *Ita ut pro ipsa causa solidos tantos in pagaliu mihi dare deberes, quos et in præsentem per wadio tuo visus es Transolsisse.* Perperam *Transselsisse*, pro *Transolsisse*, legitur in Charta ann. 716. apud Felibian. Hist. San-Dionys. pag. cxxi].

† **TRANSSUMERE**, **TRANSSUMPTARE**, Transcribere, Gall. *Copier*; **TRANSSUMPTUM**, *Copie*. Acta S. Juvenalis Episc. Narn. n. 27. tom. 1. Maii pag. 405 : *Ad effectum exemplandi et Transsumptandi... quandam inscriptionem, etc.* Statuta Genuæ lib. 4. cap. 12 : *Si libri vel scripturæ essent in loco, quo extrahi non possunt, debeant Transsumptari et exemplari, quod Transsumptum et exemplatio legitime facta faciat fidem sicut originale.* Epistola ann. 1259. in Instrum. Gall. Chr. novæ edit. tom. 6. col. 158 : *Præsentis pagina inseri fecimus et Transsumi ab originali nihil addito vel remoto.* Charta ann. 1399. apud Menest. in Probat. Hist. Lugdun. pag. 126 : *Exhibuerunt Transsumptum revocationis impetrationis prædictæ.* Exstat hujusmodi *Transsumptum* ann. 1432. apud Marten. tom. 8. Ampliss. Collect. col. 153. in cujus præcio declarant Notarii duo se ab Imperatore Sigismundo requisitos fuisse, *litteras apostolicas et cedulam per se Transsumi et exemplari, quodque exinde copias authenticas et Transsumata (f. Transsumpta vel Transsumptata) facere deberent. Ex-*

*tracta et Transumptata*, in Vita S. Ubaldi tom. 3. Maii pag. 628. Adde Concil. Hisp. tom. 4. pag. 314. Rymer. tom. 14. pag. 391. etc. Vide *Transcriptum*.

† **TRANSTOLLERE**, Transferre. Vita S. Guthlaci, tom. 2. Aprilis pag. 48 : *Decursis hujus vitæ terminis, ad infinita gaudia Spiritus Transtolli malit.*

\*\* **TRANSTOLLERE SE**, Oblectari, ludere, Italis *Trastullare*. Bonifac. Cons. Mirac. SS. Cyri et Johan. sect. 11. tom. 3. Spicil. Roman. pag. 162 : *Ludentem et se Transtollentem inveniunt.* Vide Murat. Antiq. Ital. tom. 2. col. 1321.

**TRANSTOLLEUS**. Gloss. Arabico-Lat. *Fidicina, Transtolleus, vel Cantatrix.*

**TRANSVADARE**. Willel. Brito in Vocab. MS : *Transvadare dicitur ultravadare, transvadum ire, vel transvadum ducere.* [Transvadato Rheno, apud Calmet, in Probat. Hist. Lotharing. tom. 2. col. 2. *Transvadato fluvio*, apud Murator. tom. 12. col. 1022. Occurrit etiam in sacris Bibliis.]

† 1. **TRANSVASARE**, *Vasa transferre, sedem mutare*, in Lexico Goelenii.

† 2. **TRANSVASARE**, Transfundere, Gall. *Transvaser*. Epistola Petri Delphini ann. 1477. tom. 3. Ampliss. Collect. Marten. col. 1015 : *Vinum quod Flanni emeris, hodie tandem huc applicuit, Transvasaturque modo in cellam vinariam reponendum.* Vide *Travasare*.

† **TRANSUBSTANTIARE**, Unam substantiam in aliam convertere; *Transsubstantiatio*, hujusmodi conversio. Voces Theologiæ familiares, ubi de sacrosancto Eucharistiæ Sacramento. Alio transferunt in Actis S. Godelevæ, tom. 2. Junii pag. 373 : *Terra Transsubstantiatur, in gemmas effigatur.*

\* **TRANSVECTORIUS**, Portatu facilis, interprete D. Bouquet ad Vit. Ludov. Pii tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 93 : *Naves Transvectorias fabricantes, unamquamque earum in quaternis partitentur partes, quatenus pars quaterna cujusque duobus equis vel mulis vehi posset.*

**TRANSVECTURA**, Oneris vel præstationis species, pro transvehendis forte domini rebus, in Charta Waldemari Regis Daniæ ann. 1180. Vide in *Parute*.

\* **TRANSVERGIA**, Via transversaria. Stat. ann. 1352. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 150. col. 2 : *Item quod nulla persona sit ausa aliquos laysanas facere seu prolicere juxta portalia et in doguis, Transvergeis, vallatis protendentibus de portale B. M. Magdalenes, usque ad januam sororum S. Claræ, nec ultra, nec juxta portalia, nec etiam in dogua et Transvergeis protendentibus a portale Carmelitarum usque ad ecclesium Carmelitarum, nec in aliis Transvergeis, seu muris dictæ civitatis.* Vide *Transversia* 1.

† **TRANSVERSA**, Pars obliqua, latus, Gall. *Travers*. Lex Bajwar. tit. 12. cap. 6 : *Si quis messem vel pratium alterius araverit usque ad tres sulces in longitudine jugeris, vel in Transversa sex sulces, cum tribus solidis componat.*

† **TRANSVERSALIS**, Vitruvio *Transversarius*. In singulis vicis civitatis ejusdem ponendo catenas ferreas *Transversales*, in Charta ann. 1269. apud Menester. in Pro-

bat. Hist. Lugdun. pag. 16. col. 1. Vide *Transumalis*.

† 1. **TRANSVERSARE**, Transire, trajicere, Gall. *Traverser*. Charta Thossiaci ann. 1452 : *Pro licentia capiendi et pro Transversando iter publicum.* Miracula MSS. Urbani V. PP : *Vidit dictum Matheum Transversantem aquam cum equo suo ac si traheretur per gentes.* Statuta Eccl. Pictav. tom. 4. Anecd. Marten. col. 1073 : *Intrans quoque et exiens... reverentiam deo faciat.* *Chorum Transversari caveat.*

† 2. **TRANSVERSARE**. Statuta Eccles. Ambian. cap. 1. art. 10. apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 1230 : *Clerici vero in sacris ordinibus constituti, vel beneficium ecclesiasticum habentes, qui in plebe vel in loco publico publice cum taxillis ludere præsumpserint, ipso facto ab executione sui ordinis sint suspensi; ludere in præmissis casibus intelligimus illum qui Transversat, vel qui ludi est particeps vel lucrum exinde consequitur, sive damnus.* Conc. Trevirensis ann. 1310. apud eumd. Marten. tom. 4. Anecd. col. 252 : *Ludere in præmissis casibus intelligimus ad puncta, ut sic dicamus, ponendo eum qui Transverserat (sic) vel qui ludi est particeps, vel lucrum exinde consequitur sive damnus.* *Transversantem* hic intelligo eum qui pigrore contendit cum alio ratione ludi, licet ipse non ludat, a Gallico *Traverser*, quod aliquando idem sonat quod *Adversari*. Eodem intellectu *Traversare* legitur in Statutis Bertrandi de Turre Episc. Tull. ann. 1359. supra laudatis in *Punctare*.

\* *Traverser*, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1393. ex Reg. 145. Chartoph. reg. ch. 107 : *Ouquel lieu le suppliant eust trouvé compaignons jouans aux grosses boules; et là lai estant abuvré de vin se feust mis à Traverser pour un petit blanc contre un autre. Triper, eodem, ut videtur, sensu, in aliis Lit. ann. 1454. ex Reg. 184. ch. 492 : Pierre Fecondeman et le suppliant commencerent à jouer au jeu de boules, et mettre gaige et Triper l'un à l'autre.* Vide *Transvertare*.

**TRANSVERSARIA**, Trabes, quæ reorum in *cippo*, seu ἐν τῷ ἔϋλω positorum, pedes constringebant. S. Cyprian. Epist. 77 : *O pedes compeditibus et Transversariis cunctabundi; sed celeriter ad Christum glorioso itinere cursuri.* Gregorius Turon. de Vitis Patr. cap. 7 : *Trabes illa, qua vincitorum pedes coarctantur.* Vide dissertationem 19. ad Joinvillam pag. 254.

In Consuetudine Turon. art. 63. *Traversier*, est species dolii vinarii.

1. **TRANSVERSARIUM**, Species retis quo pisces in fluminibus capiuntur; describitur a Petro de Crescentiis lib. 12. de Agricult. cap. 37.

† 2. **TRANSVERSARIUM**, Lignum, ut puto, transversum, quo cætera ratis ligna colligantur. Charta ann. 1164. in Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 603 : *In omnibus consuetudinibus, quas de ratibus, quæ per aquam veniunt, accipere solent, quæ sunt decimæ et gubernacula et Transversaria et in remo, quem de unoquoque navigio descendente per aquam, antiquitus habent, etc.* In Instrum. Gall. Chr. novæ edit. tom. 6. col. 300. habetur *Traversaria*.



† **TRANSVERSARIUS.** Vide in *Traversum*.

† **TRANSVERSERIS.** Statuta Massil. lib. 2. cap. 39. de Sartoribus § 2: *Item, de capsâ Transverseris drapi de colore cun penna... XII. dea.* Genus est panni, si genuina lectio est: sed potior videtur lectio MS: *Item, de capsâ Transversoria (vel Transversaria) drapi.* In statutis Arelat. MSS. habetur *capsâ transversariæ*, quod de veste transversa, Gall. *qui croise*, intelligi potest.

† **TRANSVERSIA,** f. Apothecæ clathri, ut videtur, cancelli, transenna, Gallice *Treillis.* Statuta Massil. lib. 2. cap. 40. § 4: *Quandiu panni unius operatorii inspiciuntur... in carriera extra operatorium vel Transversiam, alii panni alterius operatorii non afferentur ab aliquo... donec illi panni, primo ibi apportati causa emendi, fuerint reportati infra operatorium de quo sunt.*

† **TRANSVERSORIA CAPA.** Vide *Transverseris*.

**TRANSVERSUM.** Vide in *Traversum*.

\* **TRANSVERSUM FLUVII,** Ponsitatio, quæ ab iis exsolvitur, qui trans flumen eunt vel merces portant, in Charta ann. 936. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 585. Vide *Traversum* 1.

† **TRANSVERSUS.** *Transversa linea,* Transversus cognitionis gradus, Gallice *Ligne collaterale,* in Lege 6. Cod. Theod. lib. 8. tit. 18. de maternis bonis.

\* **TRANSVERTARE,** perperam pro *Transversare*, in Stat. MSS. S. Flori fol. 56: *Ludere in præmissis casibus intelligimus illum, qui Transvertat, vel qui ludi est particeps, vel lucrum exinde consequitur, sive damnus.* Vide supra *Transversare* 2.

† **TRANSVERTERE,** Commutare, apud Apuleium in Apolog.: *Ut quæ defensio fuerat, eadem, manentibus iisdem litteris, in accusationem Transverteretur.*

† **TRANSVIARE RIANAM,** sive *aquam*, Rivulum avertere, in alium cursum detorquere, in Statutis Montis-regalis pag. 214.

† **TRANSUMALIS.** Litteræ de nullitate matrimonii ann. 1530. apud Rymer. tom. 14. pag. 391. col. 1: *Item in linea Transumali in primo gradu prohibetur consanguinitas et affinitas jure divino et naturali, nec Papa potest dispensare.* Patet legendum esse *Transversali.* Vide *Transversus*.

† **TRANSUMERE,** **TRANSUMPTAR,** **TRANSUMPTUM.** Vide in *Transumere*.

† **TRANSUNDARE FLUVIUM,** Illum trajicere, in Epitome Chron. Casin. apud Murator. tom. 2. pag. 369. col. 1. Quamvis analogice satis *transundare* dici queat, vereor tamen ne legendum sit *Transvadare*. Vide in hac voce.

† **TRANSVOLUTIO,** Fornix. Vide *Volutio*.

† **TRANSVORARE,** Devorare, deglutire, apud Apuleium in Apolog.: *Jam universas opes Transvoraram, etc.* Vide *Transgulare* 1.

† **TRANTORIUM,** f. pro *Tranatorium, Piscaria.* Charta ann. 1058. ex Archivo S. Victoris Massil.: *Ab occidente sicut est Tranatorium de la Faga et costa plena.* Vide *Trana* 2.

† **TRANSVERSIA.** Ita lego in Computo ann. 1202. apud D. Brussel tom. 2 de Feudorum usu pag. CLII. col. 2: *Pro Transviis*

*et servientibus XIX<sup>xx</sup> lib.* sed quid significet hæc vox non occurrit, nisi sit pro *Vectura, Gall. Voiture, Transport.* Vide *Transvectura*.

**TRAOILIUM,** [Instrumentum ad filum in spiram convolvendum, Gall. *Devidoir.* Armoricis *Traouil* et *Troil.*] Miracula S. Bertæ Blangiac. Abbat. n. 8: *Filum in Traoilium de fuso extrahere cepit.*

**TRAPA.** Fundi domestici species, [Locus secretior et remotior.] Consuetudines seu Libertates Prioratus S. Dionysii de Capella in Biturigibus, a Richardo et Aymone Archiepiscopis confirmatæ: *Quin etiam si aliquis infra determinatas 4. cruces moretur ad alium furum, nisi ad S. Dionysii panem coxerit, et certum erit, imprimis reddito furnacio, legem suam emendabit. Si quis etiam Trapam habuerit, et sub ea pavem consuetudinaliter coxerit, si convictus fuerit, Trapa frangetur, et ipse legem solvet.* Vide *Trappa*.

† **TRAPACETA,** Idem, ut videtur, qui mox *Trapezeta.* Analecta de VII. Martyribus tom. 3. Julii p. 24: *Qui Hludari Imperatoris jussu obsecatus, eo quod artem Trapaccetarum exercebat.*

\* **TRAPASSUS,** Deceptor, impostor, ut videtur, ab antico *Trappola*, decipula, dolus. Stat. antiq. Florent. lib. 3. cap. 115. ex Cod. reg. 4621: *Nullus tabernarius seu coqus..... audeat in domo propria seu taberna propria vel conducta receptare latrones, malaudrinos seu Trapassos, vel aliquem puerum cum eisdem.*

\* **TRAPENTUM,** Tabula, f. quæ *Trapis* conficiendis est idonea. Comput. MS. monast. Clareval. ann. 1364. fol. 3. rº: *Pro secatura mille iijº l. Trapentorum, xij. flor.* Ibid. fol. 45. rº: *Pro secatoribus Trapentorum, j. flor. vij. gros.* Vide mox *Trappa*.

† **TRAPERARIUS,** **TRAPERIUS.** Vide *Trapus*.

† **TRAPETUM,** Mola olearia, Latinis; Italis vero ac præcipue Siculis Mola, qua cannæ melleæ conteruntur ad constituendum saccharum. Vide Hierolexicon Macri. Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Trapeta et hoc Trapetum, meule à broyer herbes ou enclume à monnoiers.*

\* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613: *Trapeta, molæ olivariæ. Trapetum, conca olivaria.*

† **TRAPITUM,** Eodem significato, in Charta ann. 1219. apud Ughellum tom. 1. Ital. Sacræ col. 1123. edit. 1717: *Item concedimus monasterio sæpe dicto et fratribus ejusdem facere, et in perpetuum habere, ac libere et franche possidere Trapitum unum profaciendo oleo in domanio Comitatus Laureti.*

**TRAPEZETA,** Monetarius. Jo. de Janua: *Trapezeta, vel Trapezita, nummularius, vel mensarius, qui pecuniam super mensam dinumerat.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Trapezeta, changeur de monnoye.*] Gloss. Saxon. Wlfrici: *Trapezita, vel monetarius, Myneter.* Gloss. Lat. MS. Reg.: *Trapezeta, Nummularius, Mensularius.* Gloss. Gr. MS. Reg. cod. 1673: *Κολλοβιστής, τραπεζίτης.* Diploma Caroli Simpl. ann. 915. pro Abbat. Treuorchiensis: *Concedimus quoque, ut Trapezetas locus prædictus habeat, qui nostri*

*nominis signum singulis imprimant nummis, ne metallorum mixtura adesse valeat.* Eadem habentur in Chartis Rodulfi Reg. ann. 924. et Henrici I. Reg. ann. 1059. pro eodem Monasterio. Historia Translationis S. Sebastiani n. 43: *Mouetam etiam publicam incudibus, et Trapezetam perpetuo famulatu sacris ipsius desertivam subdidit.* Arnoldus Lubecensis lib. 2. cap. 40: *Comiti Adolfo medietatem tributorum totius civitatis de teloniis, de molendinis, de Trapezitis, in beneficio dedit.* Notitia Viennensis monetæ, in Tabulario ejusdem Ecclesiæ fol. 25. de monetario, qui falsam monetam cuderat: *Tamen et omnibus notum fiat, Trapezeta a domno Leone IX. PP. excommunicatus, paralyti percussus, membris omnibus dissolutus, impiam vitam digna morte finivit.* Vide lib. Miraculorum S. Vulfrani Episc. n. 13. [et Rolandinum Patav. lib. 12. cap. 2. apud Muratorium tom. 8. col. 345.] [\* Guerard. in Proleg. Chartul. S. Petri Carnot. pag. 63.]

† **TRAPEZETUM,** Mensa *Trapezeta.* Vide in *Cambiare*, pag. 45. col. 1.

† **TRAPHAX,** Tabula, qua panis ad furnum fertur, apud Martinium.

† **TRAPITUM,** ut *Trapetum.* Vide ibi.

\* **TRAPOGNERE,** Reficere. Lit. remiss. ann. 1405. in Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 14: *Solan calciamenti cum certa cordula et una aleyna, more agricolæ, perforabat ipse exponens, et secundum morem patriæ (Dalphinatus) Trapognebat.*

† **TRAPOLA,** Idem quod mox *Trappa.* Statuta Montis-regalis pag. 283: *Nulla persona... audeat capere columbas ad filatum seu ad Trapolas sub pœna sol. 60.*

**TRAPPA,** Muscipula, transenna, decipula avibus capiendis, Gallis *Trappe*, Italis *Trappola*, unde Teutonib. *Trappeu*, eapere, irretire; nostris *Attraper*. Pactus Legis Salicæ tit. 7. § 9: *Si quis turturem de Trappa furaverit, etc.* Ubi Lex Salica tit. 7. § 7. habet *turturem de reti.* Formula 14. ex Baluzianis: *Non est homo hic, miser talis latrat, sed non ut canis, psallat de Trappa ut linguaribus dilator major, etc.* Miracula S. Ludgeri Episc. Mimigard. n. 49: *Pauper quidam in diverticulis Episcopalis domus monasterii repertus a servis, quasi reus furti pugnis multabatur, et certatim crinibus ad aquam trahebatur.* Deinde infra: *Erat enim ei valde contritum (crus) quando crinibus de Trappa Episcopalis domus trahebatur.* Ubi quidam codd. habent *Trappia*. [\* *Trappa* ex Miraculis S. Ludgeri episc. Mimigard. Locus secretior et remotior designari videtur, ut ex voce *Diverticulum* paulo ante colligere est. Vide *Trapa*.] [\* F. Scalæ, gradus, German. *Trepp*.] [Si credimus Eccardo in Notis ad Pactum Legis Salicæ, *Trappa*, idem est quod *Tensum*, a veteri Germanico *Drepen*, aut *Treffen*, quod *Tendere* olim significavit.] Vide Origines linguæ Italicæ Menagii et Ferrarii.

† **TRAPPULA,** diminut. a *Trappa*, Eadem notione. Inquisitio ann. 1196. apud Cencium inter Census Eccl. Rom: *Item si quis paret laqueum vel Trappulas in silva vel campis, III. sol. dabit curiæ.*

\* Hinc nostris *Destrapper*, pro *Dégager*, débarrasser, Expedire. Lit. remiss. ann. 1393. in Reg. 144. Chartoph. reg. ch. 252:



*Lequel de Saint Symon embrussé le suppliant, lequel comme il se cuidoit destrapper dudit de Saint Symon, etc.* Unde *Destraper des chevaux*, pro *Dépéter*, in aliis ann. 1375. ex Reg. 107. ch. 278. *Trupant* et *Trapen*, pro *Trape*, porta vel fenestra seu tabula ductilis, nostri dixerunt. Lit. remiss. ann. 1391. in Reg. 141. ch. 139: *Le suppliant... dudit plancher desterru et osta un Trapen pour y cuidier avaler et entrer et prendre de la finance.* Aliæ ann. 1404. in Reg. 158. ch. 389: *Par nuit le suppliant leva un aiz ou Trapant, qui estoit couchiez en la maniere de plancher etc.* *Trepaut*, in aliis ann. 1369. ex Reg. 100. ch. 405. Haud scio an eadem notione *Truppan*, in aliis Lit. ann. 1398. ex Reg. 154. ch. 50: *Sur lequel siege avoit an' Trappan de bois.* Ubi *Muscipula* significari videtur. *Trappe* vero, *Vasis* genus, in Lit. remiss. ann. 1459. ex Reg. 188. ch. 127: *Ung vessel, qui se nomme Trappe, à mettre lect.*

† **TRAPPATURA**, Ornatus e *trapo* seu panno, amplum equi stratum undique defluens. *Elmhamus* in *Vita Henrici V. Regis Angl.* cap. 26: *Equos etiam habens securaces, ditissimis Trappaturis modo rego decoratos.* Et cap. 111: *Equi nobiles ditissimis Trappaturis aurici.* Rursum cap. 129: *Manni nobiles ejusdem sectæ nigerrimæ Trappaturis induti.*

† **TRAPPULA**. Vide in *Trappa*.

**TRAPUS**, Pannus, panniculus, Hispanis *Trapo*, Gallis *Drap*. Vetus Charta apud *Martinezium* in *Hist. Pinnatensi* lib. 1. cap. 54: *Et quia negaverat, quod sancto Joanni servire non debebat, judicavit Rex, ut tollerent ei, quicquid habebat in Lecueta, domos, et terras, et vineas, et panem et vinum, et Trapos, et sic fecerant, et abstulerunt ei totum, et duos horreos plenos de tritico.* Vide *Drappus*.

**TRAPERIUS**, [ **TRAPERARIUS**, et **TREPERARIUS**, apud R. Duellium tom. 2. Miscell. pag. 53. et 59. ] in Statutis Ordinis Teutonicæ, qui in Hospitaliariorum Statutis *Draperius* vocitatur, qui scilicet curam habet vestimentorum fratrum. Vide *Christophorum Hartknochium* in *Dissertationibus Prussicis* cap. 19. pag. 419.

† **TRASCINARE**, Italis, *Trahere*, Gall. *Truiner*. Chron. Parm. ad. ann. 1294. apud *Murator.* tom. 9. col. 828: *Capti fuerunt et ducti Parmam, et Trascinati ad caudas nutorum.* Vide *Trasinare*.

† **TRASCODRYGITÆ**. Vide *Tascodrygitæ*.

1. **TRASELLUM**, [ f. *Transitus*. ] Charta *Willel. Comitis Matiscon.* ann. 1214. apud *Perardum*: *Notum fucio... me assignasse D. Odoni Duci Burgundie 4. denarios in unoquoque Trasello pedagiorum meorum, ubicamque recipiantur, etc.*

† 2. **TRASELLUM**, Numerosus et modulatus sonitus, *Carillon*, a *Burgundico Trecler*, campanas argute et numerose pulsare, *Carillonner*. Vide *Glossariolum ad calcem Canticorum natali.* *Burgund. Statuta Capituli Tull.* ann. 1497: *Pulsantur Mututine in annualibus majoribus solemnitatibus... cum magnis campanis et Trasello per omnes campanas vicissim et successive.* Vide *Trinion*.

\* *Trisellum* semel in *laudatis Stat.* fol.

5. rº: *In dictis autem solemnitatibus pulsatur cum glusiaci et Trisello per majores campanas.*

\* **TRASENS**, pro *Trahens*. Charta *Simon. dom. Bellifort.* ann. 1152. inter *Probat. tom. 1. Annal. Præmonst.* col. 356: *Cuncta animalia Trasentia, sive non Trasentia ad arurum liberæ etc.*

† **TRASIA**, *Acervis ficorum, vel ex calamis contexta tabula, in qua refrigerantur fici*, in *Vocabulario Sussannæi* et in *Amalthæa*, a Græco Τρασιά,

† **TRASINARE**, Idem quod *Trascinare*, *Trahere*. *Miracula S. Zitæ*, tom. 3. *Aprilis* pag. 523: *Ipse lupus ipsam cedit ad collum, et ultiquantulum Trasinavit per terram.* *Annales Estenses* ad. ann. 1404. apud *Murator.* tom. 18. col. 1000: *Trasinatus usque illuc a palatio communis, etc.*

† **TRASLICCIUM**, f. *Culcita* et *tela crasiori*, vulgo dicta *Trellis*. *Inventarium* ann. 1379. et *Schedis Cl. V. Lancelot*: *Item unu flassuda alba et alia listata; item una vanoa alba: item unum Trasliccium quasi nullius valoris.* Vide *Transla* et *Transletum*.

† **TRASPOL**, Species cooperatorii. *Inventio S. Luciferi Calarit.* n. 69. tom. 5. *Maii* pag. 210: *De sero fuit detectum vulgo dictum un' Traspol, per modam tecti seu co-operturæ sepulchri.*

1. **TRASSA**, *Pensitationis species, quæstæ*: est enim *Tracer*, perquirere. Vide *Tracea*. *Consuetudines Monspelenses MSS.* art. 102: *Monopodium, vel Trassa, vel rassu nultatenus fiat in Montepessulano.* Eadem vernaculæ: *Monopols con rassa ni Trassa en nulla guisa non sia fucha in Monpesler.* Charta *MS. Mali Gaulini Comitis Impurium* ann. 1319: *Et directa et utilia dominia, laudimia, foriscapia, jovas, Trassas, et alias omnes servitutes, etc.* [\*\* Vide *Raynouard. Glossar. Roman.* tom. 5. pag. 401. voce *Truissa*.]

\* 2. **TRASSA**, *Fossa*, imus carcer; vel *Compedes*, nostris alias *Trasse* et *Tresce*. Charta *Edwardi reg. Angl.* ex *Cod. reg.* 837. 4. fol. 46. rº: *Prohibemus ne... ante sententiam latam in ferris, Trassis, cippis uat aliis tormentis ponatis aut ponere præsumatis.* Lit. remiss. ann. 1472. in *Reg.* 197. *Chartoph. reg.* ch. 345: *Icellui de la Tare disoit que Jehun Madone avoit joné son argent d'une gabarre de bois; et qu'il le feroit mettre ès Trasses, qu'il n'en sailliroit de deux ans.* Aliæ ann. 1369. in *Reg.* 100. ch. 279: *Icellui sergent fist mettre Jehan de May par les mains et par les piés ès ceps, autrement appelez Tresces, etc.* Aliæ ann. 1478. in *Reg.* 206. ch. 46: *Lesquelz prindrent le suppliant, le getterent par terre près d'une Trasse etc.* Hinc *Trasser*, *Alicui infensum esse, molestare.* Lit. remiss. ann. 1472. in *Reg.* 195. ch. 809: *Le suppliant dist: Contremaistre, l'en m'a dit que vous me Trassez; je ne scuy la cause pourquoy; et ledit Quot lui respondi felonnesement, oy, Augerot, je vous Trasse. Trasser*, pro *Leviter attingere*, in *Lit. remiss.* ann. 1380. ex *Reg.* 118. ch. 9: *Icellui seigneur d'Auxeville lui dist qu'il mentoit, et lui Trassa le doy parni la bouche.* *Delere* vero aut *eradere sonat*, in aliis ann. 1454. ex *Reg.* 184. ch. 479: *Icellui Pierre Mau-trasse ratissa et Trassa le nom de Jehan*

*Erard qui estoit escript en icelle commissio; afin qu'il n'apparust.*

**TRASSARE**, *Perquirere*. Vide *Canis Trassans*.

\* **TRASTAMI**, *Ratis Polonicæ species*. *Mirac. S. Stanisl.* tom. 2. *Maii* pag. 279. col. 2: *Joannes Osowski, dum e gravi periculo liberatur, vectus rate, alias Trastami, Vistula versus Crocovician, etc.*

† **TRASTRUM**, f. pro *Transtrum*. *Instrum.* ann. 1500. et *Tahulario S. Victoris Massil.*: *Cum... staret in monasterio de Pesano in porticu super Trastrum, etc.*

\* **Trabs**, nostris alias *Truste*. *Lit. remiss.* ann. 1480. in *Reg.* 206. *Chartoph. reg.* ch. 561: *Il cheut par cas fortuit une tuille de la couverture de la maison sur une des poutres ou Traste d'icelle maison.*

**TRASTURA**. Vide in *Transitorium*.

\* **TRASVERSUM**, *Pensitatio*, quæ exsolvitur ab iis, qui *trans* locum aliquem, aut *villam*, vel *urbem* merces velunt. Charta *Phil. V. ann.* 1317. in *Chartul. abbat. Regalis-loci* part. 1. ch. 46: *Item Trasversum seu pedagium dictæ villæ.* Vide *Traversum* 1.

† **TRATEGA**, f. *Lignum atrati*. Vide *locum supra in Mejanus*.

† **TRATTAMENTUM**, *Ital. Trattamento*, *Tractatus*, *tractum*. *Sub spe concordie et Trattamenti concordie*, in *Chronico Paris.* ad. ann. 1290. apud *Murator.* tom. 9. c. 818.

**TRAVA**. Videtur sic dicta, nescio quæ præstatio in *hlado*, *avena*, etc. ex agris domino pensitari solita, incerta mihi vocis origine: tametsi *Trava* videatur fuisse mensuræ species. *Miracula S. Joannis Beverlacensis* n. 7: *Et quidem coloni illius provincie hesterada, id est, quod exigebatur ad pabulum equorum Regis singulis annis solebant Regis præfectis reddere, videlicet de unaquoque caruca, id est, ad cultrum et vomerem, quatuor Travas de suis frugibus, et talis redditus inter vectigalia Regia computabatur et exigebatur u regione illa, etc.* *Monasticum Anglic.* tom. 1. pag. 175: *In Foresthill, duas acras de dominicatu, et de singulis virgatis unam Travam. In una Horspeda 3. acras, et de singulis virgatis unam Travam, etc.* de *Dentona* 4. *Travas de omni blado.* *Adde* pag. 985. *Hist. Fundationis Monast. S. Leonardi Ebor.*: *Concessit... de qualibet caruca arante in Episcopatu Eboraci unam Travam bladi, anno 936. que usque in præsentem diem dicitur Petercorne, cujusmodi et Travas Reges tunc temporis potuerunt sacris locis ex sua regalitate concedere et assignare. Et nihilominus ex consensu incolarum Episcopatus Eboraci Rex habuit Travas predictas sibi et successoribus suis, sic quod exterminaret lupos patrum devastantes.* *Idem Monastic.* tom. 2. pag. 380: *Dictum hospitale dotatum fuit... ad percipiendum de qualibet carucata terræ urabilis in Kipschire unam Travam de quolibet genere bladorum, et valet per annum 20. sol.* Tom. 3. pag. 93: *Unam Travam bladi de singulis carucis villæ meæ, etc.* Parte 2. pag. 3: *Travæ garbarum.* Charta *Joannis Regis Angl.* apud *Gul. Pryneum* in *Libertat. Eccles. Angl.* tom. 3. pag. 8: *Firmiter præcipientes, quod sine contradictione et difficultate reddant de carrucis suis ad ostia granngiarum suarum Travas S. Joannis Beverlaci per manum propriam, vel ser-*



vientium suorum, sicut facere solebant, antequam *Trava* ille date essent adfirmant, etc.

☞ Nisi tot locis occurreret *Trava*, legendum esse *Trana* suspicarer: ut ut est, eadem notione accipiendam utramque vocem existimo. Vide *Traina*.

**TRAVACHA.** Otto Morena in Hist. Rer. Laudensium pag. 53: *Cremenses vero cognoscentes, se non posse defendere murum castris, quin destrueretur, Travacham magnam ex lignis et terra insiuual compositam ibi intus in ea parte, in qua ipsum murum destrui videbant, juxta eum construxere.* Et pag. 54: *Quandam machinam, quam fecerant super Travacham, quam ipsi ex lignis et terra intus juxta murum castris composuerant, etc.* Ubi vox *travacha* videtur poni pro *travaglio*, quomodo Galli dicimus un *travail*, pro quolibet munimento ad propulsandos hostes instructo.

☞ Pro *Travacha* Muratorius tom. 6. col. 1041. et 1043. e Codice Ambrosiano legit *Travata*, ut infra videre est; quod magis placet; est enim *Travatu*, Academicis Cruscans *Riparo fatto con travi*, Propugnaculum trabibus constructum: quæ notio belle congruit locis citatis.

☞ *Travacha* vero Tentorium est, Italis *Trabacca*, Academicis Cruscans *Spezie di padiglion da guerra, tenda*. Statuta Vercell. fol. 3: *Habendo... tentoria et Travachas in exercitu ad usum suum, etc.* Et fol. 280. vº: *Ego Massarius Communis juro ad sancta Dei Evangelia bona fide et sine fraude salvare, custodire et gubernare balistas, tentoria sive Travachas, ferramenta, etc.* Rolandinus Patav. lib. 10. cap. 4. apud Murator. tom. 8. col. 313: *Cum tentoriis, Travachis et tendis*. Memoriale Potestatum Regiens. ad annum 1218. ibid. col. 1090: *Invenerunt Christiani in dicto campo papiliones, Travachas rarissimas et cultras optimas, etc.* Emendo *Travachas*. Chronic. Parm. ad ann. 1279. tom. 9. ejusdem Murator. col. 791: *Travachæ et pavioni erant in platea Communis, ubi jacebant infirmi*. Vide Lexicon Milit. Caroli de Aquino et mox *Travata*.

☞ **TRAVAGLIARE**, Italis, Laborare, affligi. Miracula S. Zite, tom. 3. Aprilis pag. 515: *Fuit ultra modum... gravata et de ejus stratu extracta et Travagliata. Être travaillé, eodem sensu dicimus.*

\* **TRAVAILLIUM**, TRAVALLIUM, a Gallico *Travail*, Castata, ubi calcantur et eurantur equi. Charta ann. 1302. ex Tabul. Carnot.: *In qua viaria positum erat et situm quoddam Travaillium ad fabri officium deputatum ad constringendum equos, quod dictum Travaillium positum et situm erat et fuerat ex mandato nostro*. Vide *Travallium*.

☞ **TRAVALLUM**, Castata ubi calcantur et eurantur equi, Gall. *Travail*, quod a *Trefs*, *Trabs* deducit Borellus. Regestum Olm ad ann. 1267: *Inquesta facta... ad sciendum utrum... spectat ad dom. Regem, Travalla equorum et stalla terræ defixa, quæ sustentur super columnas solo adherentes, quæ chemiis et viis præstant impedimentum, propter hoc tollere. Probata est hæc consuetudo, videlicet quod potest tollere stalla aut scalla et Travalla terræ noviter defixa, præstantia viis impedimentum*. Notum *Travail* hæc notioæ, vel a *Trepa-*

lium, de qua vocc infra, vel ab Ital. *Travaglio* accersendam putat Menagius; sed probabilius a voce *Trabs* prima origo deducitur.

☞ **TRAVALLUS.** Computus ann. 1202. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. cxlii: *Expensa. Pro Travallis et pro circulis et pro vectura duorum ferratorum lx. s.* Et pag. clv: *Pro merveno ad tres Travallos ferratorum et uno ferrati et pro duvis, xlviij. s.* Conjecto trabeculas esse, unde asseres fiunt ad dolia, quæ ferratos vocabantur, fabricanda.

\* Quodvis instrumentum ad moletrinam pertinens, ad aliamve artem, significare videtur.

☞ Aliud sonat vox *Traveillan* in Charta ann. 1498. ex Chartul. Latinac. fol. 76: *Ung moulin de moudre blé... que tient à present à tiltre de loyer ledit Dange-reulx, avec toutes les tournelles et Traveillans d'icelluy moulin*. Vide *Travata* et *Travayso*.

☞ **TRAVASARE**, Italis, Transfundere, in Statutis Placentiæ lib. 6. fol. 81. vº. Vide *Transvasare* 2.

☞ **TRAVASATOR**, Qui *travasat*, seu transfundit, in Statutis Astæ collat. 9. cap. 12.

☞ **TRAVATA**, vox Italica, nostris *Travée*, Intertignium, Otto Morena apud Murator. tom. 6. col. 1043: *Venerunt Cremenses supra quamdam machinam, quam fecerant supra Travatam illam, quam ipsi ex lignis et terra intus juxta murum castris composuerant*. Annales Casenates ad ann. 1314. tom. 14. ejusdem Murator. col. 1135: *Et tunc pars utraque in suo latere pontis et aliis locis necessariis serraglios fecerunt plurimos et Travatas*. Vocem *Travée* a *Transversum* vulgo deducunt, malim a *Trabs*, unde *Trabata* primo dicta est, dein *Travata*. Vide mox *Travayso* et supra *Travacha*.

☞ **TRAVATICUM**. Vide in *Trabaticum*.

☞ **TRAVAYSO**, Contignatio, a Gallico *Travaison*, vel *Travée*, Intertignium. Computus ann. 1324. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 132. col. 1: *Petrus perfecit dictam garitam usque ad primam Travaysonem, in quo opere sunt xxxviii. teysis muri*. Alter ann. 1336. tom. 2. pag. 325. col. 2: *Item in ipsa turre sunt tres Travaysons*. Vide *Travata* et *Travacha*.

☞ **TRACUCIS**, Palmes. Vide *Tranex*.

**TRAYER.** Glossæ Gr. Lat. ξρόν, *Novacula*. ξρόν κοπέως, *Traver*. [An quia *Travorat*, seu transorat pilos? inquit Martinus.] Codex S. Germani *craver* præfert.

☞ **TRAVERISUM**. Vide in *Traversum* 1.

☞ **TRAVERSA**, Via transversaria, Gall. *Traverse*. Transactio ann. 1219. e libro flavo Episcopatus Massil. pag. 25: *Recta linea... usque in unam Traversam... usque in viam publicam*. Vide *Traversena*.

☞ **TRAVERSALIUM**, Pulvinar, Gall. *Traversin*. *Matalacium cum Traversalio seu pulvinari*, in Statutis Monialium S. Salvatoris Massil. ann. 1400. Vide *Traverserium*.

☞ **TRAVERSANS**, Transversus. *Cum appositione tabulæ Traversantis dicta villata*, in Transactione ann. 1515. e Schedis Præs. de *Mazaugues*.

☞ **TRAVERSARIUM**. Vide in *Transversarium* 2.

☞ **TRAVERSARIUS**, pro *Transversarius*, Transversus. Vide *Transverseris*.

\* *Trossellus traversarius*, qui equo transverse imponitur, in Charta ann. 1250. in Reg. S. Ludov. ex Chartoph. reg. fol. 100. vº.

☞ **TRAVERSENA** VIA, Traversa, transversaria, in Chartulario S. Vandregesii tom. 2. pag. 1567. Vide *Traversa* et mox *Traversia*.

\* **TRAVERSENUM**. Dolii vinarii species, forte pars illius dimidia, nostratibus *Traversain*, *Traversin* et *Traversier*. Charta ann. 1210. in Diario Virdun. mens. Dec. ann. 1764. part. 1. pag. 440: *Gervasius et Mabilia uxor ejus, Castellî domini, pro animabus suis dederunt in elemosinam...: leprosis de Castello, scilicet de dolio unum sextarium vini, de Traverseno semi-sextarium*. Lit. remiss. ann. 1367. in Reg. 97. Chartoph. reg. ch. 385: *Icellui mettoier avoit fait charger une queue ou Traversain de vin sur une charrette*. Aliæ ann. 1408. in Reg. 162. ch. 265: *Comme le suppliant eust acheté deux Traversins de vin d'un marchand, qui reserva à lui les sus vuides desdiz Traversins*. Stat. doliarior. Ebroie. ann. 1471. in Reg. 197: *Item que nul ne face feust de queue sans merque, et qu'il soit de moison selon la mesure d'Arques, ne aucunes denrées queues, rondelles ou Traversins que à l'equipolent*. Lit. remiss. ann. 1467. in Reg. 194. ch. 262: *Le suppliant cuidant avoir ung peloton de fil, qui estoit au fond d'une busse ou Traversier, qui estoit sur bout, se blessa*. Vide in *Transversaria*.

☞ **TRAVERSERIUM**, Pulvinar, transversum lecti cervical, Gall. *Traversin*. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar.: *Et primo unum lectum incortinatum, bonum et sufficientem, munitum unius culcitæ, unius pulvinaris sive Traverserii cum pluma intus*. Vide *Traversalium* et *Traversinum*.

\* *Traversier*, in Stat. MSS. monialium congregat. Casalis Bened. cap. 8.

\* **TRAVERSERIUS**, Transversarius. Comput. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 259. col. 2: *Petro Stoci fabro, pro iij. libris ferri... habendas ad selelandum barras Traverseris positas in dictis portibus, etc.*

☞ **I. TRAVERSA**, Vicus transversarius. Statuta Massil. lib. 6. cap. 12. *de tabulis non faciendis in Traversiis nisi ad certam mensuram: Nullus a modo in viis rectis audeat facere tabulas habentes ultra quatuor palmos, et quod nullum obstaculum ante dictas ab aliquibus apponatur, nec in Traversiis ultra tres palmos*. Statuta Arelat. MSS. art. 47: *Nullus audeat portare finum... a portali usque ad Traversiam S. Eulalie*. Testamentum Anglici Episc. Alban. et Cardin. ann. 1388. apud Stephanotium tom. 10. Fragm. MSS. pag. 339: *Lego... unam magnam domum... quæ confrontatur ab interiori et posteriori partibus cum carrieriis publicis... et ab alia parte cum quadam modica Traversia*. Testament. ann. 1509. ex Schedis D. Le Fournier: *Confrontata cum vinea Georgii, cæca quadam Traversia in medio*. Quadam plateæ *Traversines* Parisiis dicuntur, quod sint transversariæ.

\* Pro Angiportu, Gall. *Cul-de sac*, occurrit in Charta ann. 1371. ex Reg. 103.



Chartoph. reg. ch. 37 : *Item quoddam aliud hospitium, ... situm in quadam Traversia, quæ non transit.* Quod transverse in alium vicum incidat, sic dicta videtur. *Par le Treal des champs*, pro vulgari *A travers les champs*, Per campos, in Charta ann. 1344. ex Reg. 72. ch. 424 : *Lors icellui Guillaume s'avança par le Treal des champs, et se vœussa en une fosse.* Infra : *Au travers les champs.*

† 2. TRAVERSIA, Favonius, Occidens, in agris Lugdun. et Bellijoc. Terragium Bellijocense : *Juxta terram dicti Cochard ex Traversia.* Alterum locum vide in *Alvernina*.

† TRAVERSINUM, ut *Traverserium*, Gall. *Traversin*. Testam. ann. 1367. tom. 1. Anecd. Marten. col. 1527 : *Lego... Traversinum de auro et cirico et mathalassium deauratum.*

1. TRAVERSUM, TRAVERSUS, Pensitatio, quæ exsolvitur ab iis, qui trans locum aliquem, aut villam, vel urbem merces vehunt. *Droit de travers*, jus nempe, quod competit domino Castellano, seu majori Justitiaro, in Consuetud. Silvanect. art. 93. 105. Turonensi art. 59. etc. et in viis majoribus tantum exigi potest, ut est in Claromontensi art. 229. *Διαζήτησις*, in Diplomate Andronici Palæologi Imper. apud Phranzem lib. 3. Chron. cap. 24. Charta Rotroci Comitis Perticensis ann. 1136. apud Souchetum ad Vitam S. Bernardi Tiron. pag. 273 : *A pedagiis, Traversibus, depreibus, et quibusvis consuetudinibus... liberi sint.* [Eadem habentur in Charta Guillelmi Episc. Catalaun. ann. 1228. pro Monasterio Tiron.] Charta Richardi Ducis Norman. ann. 1024. tom. 2. Monastici Angl. pag. 1005 : *Liberum quoque transitum battoorum eorum, sive navium per Sequanam ascendentium aut descendentium... ab omni consuetudine pontagii, vel Traversi, etc.* [Charta Radulphi Comitis Suesion. ann. 1186 : *Ecclesie de Falcellis... liberum et quietum transitum per totam terram nostram dedimus et concessimus, absque omni exactione Traversi vel pedagii... nullas consuetudines Traversi vel pedagii solvente de omnibus illorum, quæ ad usum fratrum predicte Ecclesie pertinent.* Charta ann. 1224. ex Chartul. 21. Corb. : *In elemosinam contuli ecclesie Corbeiensis ut omnes res ejusdem ecclesie per loca ubicunque Traversum habeo, libere sine Traverso et exactione aliqua... possint secure pertransire.* Adde Chartam ann. 1179. tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 65. Litteras Johannis Franc. Regis ann. 1360. tom. 3. Ordinat. pag. 431. alias incerti ann. tom. 4. earumd. Ordinat. pag. 420. et tom. 5. Hist. Paris. pag. 248. ex quibus omnibus emendo Litteras ann. 1345. apud Rymer. tom. 5. pag. 441 : *Absque solutione, exactione Traversi, pedagii, etc.* Lego *Traversi*. Charta ann. 1358. et Chartulario Domus Dei Pontisar. : *Accorda que tous les biens quelconque estans et appartenans audit Hostel (Dieu) soient frans et quittes au Travers de l'Isle Adant, soit en montant et avalant, par dessus ou par dessous le pont de ladite ville.* Ex hac aliqua superius laudata Ricardi Ducis Norman. Charta discimus id juris exactum a navigiis, quæ secundo vel adverso flumine navigabant : quod ex aliis perinde est in-

telligendum, nisi aliud constet ex opposito usu. Charta ann. 1177. tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 64 : *Dix sols à prendre chascun an sur le Travers de S. Pothus.* Adde tom. 3. Ordinat. Reg. Franc. pag. 42. n. 3.]

TRANSVERSUM. Charta Reginaldi Comitis Bononiæ in Tabulario Fiscanensi fol. 11 : *Relaxavimus Abbati et Monachis... consuetudinem illam, quæ cognominatur Transversum, vel passagium, apud Harebbou, etc.* Alia Stephani Episcopi Paris. ann. 1124 : *Dedit etiam... omnibus annis 40. solidos de Transverso suo inter S. Dionysium et Pontisaran, etc.* Alia Rainaldi de Claromonte : *Et concedo pedagiis, quod dicitur Transversum de Lusarchis, etc.* Radulfus de Diceto ann. 1027. et Jo. Brompton. : *Thelonea et Transversa... diminuit.* Vide Hemeræum in Aug. Virom. pag. 169. et in Regesto pag. 74. 48. Chron. Nangii ann. 1025. etc.

TRANSVERSARIUS, Exactor *transversi*, vulgo *Traversier*, in Charta Matthæi Comitis Bellimontis ann. 1160. [Litteræ ann. 1370. inter Ordinat. reg. Franc. tom. 5. pag. 356. art. 6 : *Pour ce que les Traversiers ou peagiers, ou aucuns d'eux, sont costumiers d'aumenter et accroistre les travers et peages qu'ils tiennent des seigneurs.* Chartul. 21. Corbeiens. fol. 196. v. : *Sans paier travers ne passage aucun as seigneurs de Bone, ne à leurs gens, ne à leurs Traversiers.* Infra : *Traversiers.*]

† 2. TRAVERSUM, Gall. *Travers*, Transversum. Inquisitio ann. 1371. pro Canonizatione Caroli Blesensis, apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 550 : *Fecit... magnam pulpitum fieri ex Traverso dicte Ecclesie, id est ex uno latere ad aliud.*

\* TRAVERTINUS, Tiburtinus, Ital. *Travertino*. Acta S. Juvenal. tom. 1. Maii pag. 404. col. 2 : *Idem tumulum clausit primo lapide Tiburtino, vulgo dicto Travertino.* Occurrit præterea tom. 5. Jun. pag. 377. col. 2.

\* TRAVES, pro Trabes. Libert. MSS. Barcin. ann. 1283. sub Petro II. reg. Aragon. cap. 58. : *Item quod quilibet potest habere atans perlarchi pro Traves in pariete vicino, etc.* [\* Leg. per larc e per traves, per transversum.]

\* TRAVESTITUM. In TRAVESTITO, Vestem mutata, ab Italico *Travestire*, vestem mentiri vel mutare, Gall. *Se Travestir*. Hist. belli Forojul. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 1209 : *Dum nostri in nentore in Travestito contra predictos posuissent, et illi de Fanna, sed non omnes feno equos et personas onerassent, nostri ex nimia ardoris voluntate impetum contra predictos facientes, et insultum nimis subitum et ante debitum horum, quadraginta tres ex ipsis ceperunt.*

† TRAVESA, Idem ni fallor, quod Hispanis *Travesia*, Via transversa, nostris *Traverse*. Vetus Chartat. tom. 3. Concil. Hisp. pag. 168. col. 1 : *Et perveniat ad illas Travesas inter Lore et Chayroga.* Vide *Traversia* 1.

\* TRAUCA, pro *Treuga*. Vide in *Treva*.  
† TRAVEYA, Intertignium, Gall. *Travée*, idem quod *Travata*. Charta ann. 1381. in Reg. 119. Chartoph. reg. ch. 232 : *Insuper quandam grangiam ad decem trabes seu Traveyas tegulis cooperatam, etc.* *Traveure*, nautis vulgatus *Traversin*, Trans-

trum juxta gubernaculum, in Lit. remiss. ann. 1382. ex Reg. 120. ch. 189 : *En la Traveure de laquelle nef il avoit une jeune femme, que ledit Estiennot avoit prise à Paris, pour mener audit Rouen.*

TRAUGUM, Foramen, Picardis *Treu*, vel *Trau*, nostris *Trou*. Lex Ripuar. tit. 43 : *Si quis... in clausura aliena Traugum ad transeundum fecerit, 15. sol. mulctetur.*

† TRAVICES. Vide in *Tranex*.

† TRAVICTICUM. Charta Ludovici Imp. apud Stephanotium in Antiq. Aurelian. MSS. pag. 311 : *Ullun theloneum, aut ripaticum, aut pontaticum, aut portaticum, aut salutaticum, aut cespaticum, aut cenaticum, aut laudaticum, aut Travicticum.* Emendo *Tranaticum*. Vide *Trana* 2.

\* TRAUULUS dicitur, qui deficit in profereudo, j. elementum; et est Græcum. Sed Oribasius in Commento Affor. exponit *blesum*; et Papias *blesum* dicit *balbum*, verba scilicet *frangentem*. Glossar. medic. MS. Simon. Janucus. ex Cod. reg. 6959. Benzo episc. Albens. in Henr. III. imper. apud Ludewig. tom. 9. Reliq. MSS. pag. 323 : *Hinc est, quod ad comparationem vestri omnes nos sine albedine, sine lingua, sine sale couprobatis, hoc est, Ethiopes, Traulos et rancidos judicatis.*

† TRAVOLTUS, Inversus, contortus, Ital. *Travolto*. Gall. *Renversé*. Miracula S. Zita, tom. 3. Aprilis pag. 513 : *Pedem habebat Travoltum et attractum, et brachium non poterat elevare.*

\* Hinc fortean nostrum *Travulse*, pro *Trouble, désordre, Perturbatio*. Lit. Joan. reg. Franc. ann. 1351. in vol. 12. arestor. parlam. Paris. : *Pour cause de harelles, esmeutes, seditions, Travulses, etc.*

† TRAUVATICUM. Vide in *Trabaticum*.

† TRAXATIO, Supplicium quo reus quadratum discinditur. Chron. Angl. Th. Otterbourne pag. 228 : *Qui traxatione atque suspensione capitique truncatione vitam finirent.* Vide *Trahere* 6.

TRAYLEBASTON, a Gall. *Tray le baston*, hoc est *Truhe*, vel *Educ baculum*; vox vulgaris apud Anglos, qua ita ii vocarunt superiores inquisitiones primitus factas a Justitiariis sub Edw. I. in omnes conjunctumque generis malefactores. Nic. Trivetius in Chronico ann. 1304 : *Hoc anno ordinati sunt Justitiiarii, qui de malefactoribus inquirerent... et juxta demerita punirent inventos.* *Hi Justitiiarii ab hominibus popularibus vocati sunt de Tray le baston, quod sonat : Trahe baculum.* Matthæus Westmonast. ann. 1305 : *Circa eadem vero tempora processit in publicum novum inquisitionis breve, quod Anglice dicitur Tray le baston, contra invasores alienarum terrarum, qui propter timorem conquerentium, ipsas terras vel prædia in manus potentiorum alienarunt, et contra conductitios hominum vapulatores, etc.* Historia Roffensis eod. ann. apud Spelmanum : *Circa hæc tempora processit in publicum novæ inquisitionis breve, quod Anglice dicitur Tray le baston, contra intrusores, conductitios hominum vapulatores, conductitios seisinæ captos, pacis infractores, raptos, incendiarios, murtheratores, pugnatores. Multi hoc pereperit, multi redempti, multi noxii, pauci innoxii sunt inventi,*



*adeo quidem rigido processit hujus coercitio-  
nis justitia, quod pater proprio filio non par-  
ceret, etc.* Adde Thomam Walsinghamum  
eodem ann. 1305. Monasticum Anglic.  
tom. 2. pag. 77 : *Dominus Robertus filius  
Walteri cum aliis super Tray le baston apud  
Chelmisford, inquirendo de malefactoribus,  
etc.* Apud Spelmannum Justitiariorum In-  
quisitio sub Edw. III. Rege sic inscribitur :  
*Tray le baston coram Rogero de Grex et  
sociis suis Justic. apud S. Albanum, an.  
regni Regis Edwardi III. post conquestum,  
quinto.*

† **TRAYNARE**, Trahere, Gall. *Traîner*,  
Ital. *Trainare*. *Traynatus* pro civitate *crude-  
litér est peremptus*, Rolandino Patav. lib.  
7. cap. 9. apud Murator. tom. 8. col. 278.  
*Traynatus et decollatus*, in Regiminibus  
Paduæ eod. tom. col. 430. Vide *Trainare*.

† **TRAYTURARIUS**, Proditor, Angl.  
*Traytor*, Gall. *Traître*. Gualterus Heming-  
ford. de Gestis Edwardi I. Regis Angl.  
pag. 130 : *Vocaveruntque eum non Thesaur-  
arium, sed Trayturarium Regis, et verius  
hoc quam credabant; multos enim seduxit in  
die hac, sed et ipse seductus est, etc.*

† **TRAZEA**. Joh. Demussis Chron. Plac.  
cent. apud Murator. tom. 16. col. 581 :  
*Tostea dont turtas et zoncatas cum Trazea  
zuchari desupra; id est, cum saccharo  
consperso, deducta voce, ni fallor, ab Ital.  
Traccia, vestigium vel delinatio, Gall.  
Trace.*

\* **TREAGA**. Homag. Joan. comit. Brit.  
ann. 1239. ex Cod. reg. 8542. 3 : *Nec ali-  
cui inimicorum ejus adhærebo, qui guerram  
cum ipso habeat vel cum hæredibus ejus, ni  
Treaga sit erga ipsum vel hæredes ejus.* An  
proditor, Gall. *Traître*?

**TREANS**, pro *Triens*, in Form. 48. ex  
Andegavensibus, [plurisque in Actis Epi-  
scoporum Cenoman. tom. 3. Analect. Ma-  
billonii pag. 57. et 58. *Triens sive Treas*,  
iv. *uncie*, apud Rabanum lib. de Computo,  
tom. 1. Miscell. Baluz. pag. 13.]

\* Apud Daphinates *Tréant* appellatur,  
Ligo seu instrumentum ferreum, quo terra  
versatur, vulgo *Houe*. Lit. remiss. ann.  
1409. in Reg. 164. Chartoph. reg. ch. 109 :  
*Un fesseur, appelé au pays* (Dauphiné)  
*Tréant.*

† **TREB**, **TREU**, **TREP**, Aremoricis  
*Treve*, Ecclesia succursalis. Hæ voces pas-  
sim occurrunt apud Lobinell. tom. 2. Hist.  
Britan. locis in Glossario indicatis.

**TREBAX**. *Trebacissimus senex*, apud  
Sidonium lib. 1. Epist. 11. ubi Savaro et  
Sirmondus dici pro *Tribacissimus*, vocem  
composuisse esse Græcæ originis, nempe a τριβᾶξ,  
vel τριβᾶκος, *usu tritus, versatus*, observant.  
*Tribaces viri*, apud Plautum in Mostell. In  
Glossis Gr. Lat. τριβᾶκος, exponitur *Pan-  
nosus*. Alibi τριβᾶκα, *trita*, cap. de Vesti-  
mentis.

**TREBACITER**, adverbialiter idem Sido-  
nius usurpat. lib. 9. Epist. 11 : *Malui fa-  
ctum confiteri simpliciter, quam Trebaciter  
diffiteri*, hoc est, callide, astute.

† **TREBBIARE**, verbum Ital. Triturare.  
*Trebbiare millium*, in Miraculis S. Zita,  
tom. 3. Apr. pag. 525.

† **TREBELLIANICA**, Vox fori Romani,  
Quarta pars successione fideicommissariæ  
et alteri restituendæ, quæ remanet instituto

hæredi, ne prorsus vacua sit et inutilis  
hæredis qualitas. Passim occurrit in Testa-  
mentis vox *Trebellianica*, inde ducta quod  
in Digesto titulus sit *ad Senatusconsultum  
Trebellianum*. Sed de his Jurisconsulti.

\* **TREBES**, Pilum, instrumentum quo  
tritatur, Italis, *Trebbia*. Stat. synod.  
eccl. Castr. ann. 1358. part. 2. ex Cod.  
reg. 1592. A. fol. 76. 1<sup>o</sup> : *Item unum Tre-  
bes ferreum, unum mortier, etc.*

† **TREBIUM**, Trivium, ab Italico *Treb-  
bio*. Memorale Potestatum Regiens. ad ann.  
1272. apud Murator. tom. 8. col. 1135 :  
*Inceptum fuit palatium novum Communis  
Regii saper Trebium illorum de Sesso... et  
aliorum casamentorum cohærentium eidem  
Trebio.*

\* *Treyve*, eadem notione, in Lit. remiss.  
ann. 1447. ex Reg. 178. Chartoph. reg. ch.  
215 : *Et ainsi s'en alerent ensemble jusques  
au Treyve on carrefour, estant entre la croix  
et l'église de Beligny. Truy*, in Charta pro  
eccl. Vivar. ann. 1445. ex Reg. 177. ch.  
151 : *En la rue droite au Truy ou carre-  
four de S. Laurens.* Hinc forte Gallicum  
*Treble*, nunc *Triple*, *Triplex*. Stat. ann.  
1382. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag.  
742. art. 1 : *Festes solempnieux, Trebles et  
jeunables, etc.* Consil. Petri de Font. pag.  
133. art. 18 : *Soit contrains..... de ren-  
dre le Treble de le cose ki li a esté donnée,  
et le double de che ki li a esté promis.* Mirac.  
B. M. V. lib. 1 :

Voir vous dirai des prélas d'ore,  
Ki les mains lor argente et dore,  
Provedes a doubles et Trebles,  
Qui puet donner, moult seit de werbles.

\* *Treble* præterea, pro *Trompette*, tuba,  
in Annal. regni S. Ludov. edit. reg. pag.  
223 : *Comme devotement il fit chanter la  
messe, et tout le service à chant et à dechant,  
à ogre et à Treble.* Versio Bibliæ ibid. in  
Glossar. : *A onre que vous orrez le son des  
Trebles, de frestel, etc.* Ubi hæc Danielis  
verba cap. 3. v. 5. redduntur : *In hora,  
qua audieritis sonitum tubæ et fistule, etc.*

\* **TREBNICA**, f. *Moneta* vel servitii spe-  
cies. Charta Boleslai ducis Polon. ann.  
1149. inter Probat. tom. 2. Annal. Præ-  
monst. col. 691 : *Contuli... tabernam in  
Polsnica, cum villis Grabsfin, Sobolnice, et  
Chenesa et Sabocisce quam dedit dux Ula-  
dislaus pro dimidia Trebnica.*

\* **TREBOLUS**, Turbidus, turbulentus,  
Gall. *Trouble*. Pact. inter Arn. de Villa-  
nova dom. de Transio et incolas ejusd. loci  
ann. 1303. ex Tabul. D. Venciæ : *Quando  
aqua venit Trebola, possint piscare cum co-  
pis, etc.*

† **TREBORG**, Anglica vox de qua in  
*Tennantale*.

\* **TREBUCATIO**, Ponderis monetarum  
minutio, idem quod supra *Trabuchio*.  
Charta Ludov. XI. ann. 1463. inter Pro-  
bat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 316. col. 1 :  
*Concessimus quod ob transgressionem præ-  
teritam dictarum ordinationum monetarum,  
solo usu seu cursu, vel Trebucatione, quæ  
quidem Trebucatio nobis non fuit immode-  
rate damnosa, nullus alicui pænæ subjaceat  
seu etiam puniatur.* Legitur præterea in  
Reg. 13. Chartoph. reg. ch. 209. in Reg.  
52. ch. 28. et in Reg. 165. ch. 207. Vide  
mox.

\* 1. **TREBUCHARE**, Pondus moneta-  
rum minuere, de eo detrahere. Lit. rem-  
miss. ann. 1353. in Reg. 82. Chartoph. reg.  
ch. 13 : *Nonnullas anri et argenti billonum  
quantitates per se et ejus familiares Trebu-  
chaverat,..... seu Trebuchari..... fece-  
rat.* Vide *Trabucare* 1.

† 2. **TREBUCHARE**, Evertere, dejicere,  
disturbare. Computus ann. 1202. apud D.  
Brussel tom. 2. de Feudorum usu pag.  
ccvii : *Pro hordamenta Feritatis, quod ven-  
tus Trebuchavit, et pro granchia reparanda  
c. et xiii. s. Nostri Trebucher dicunt neutra  
notione pro titubare, vacillare, procidere,  
prolabi.*

\* *Hinc Faire le Trabuchet vel le Trebuchet*,  
Crus cruce implicare ad aliquem dejicien-  
dum seu prosternendum, vulgo *Donner le  
croc en jambe*. Lit. remiss. ann. 1413. in  
Reg. 167. Chartoph. reg. ch. 149 : *Icellu  
Symon fist le Trabachet de son pié parmi  
les jambes de Jehannet, dont icellui feust  
chu à terre.* Aliæ ann. 1418. in Reg. 170.  
ch. 227 : *Pour ce que Colart Milon avoit fait  
le Trebuchet par esbatement à icellui Perres-  
son.* Vide supra *Gamba* 1. et *Trabucare* 2.

† **TREBUCHATIO MONETE**. Vide *Trabu-  
chare*.

**TREBUCHETUM**, **TRABUCHETUM**, etc.  
Catapultæ species, seu machina grandior  
ad projiciendos lapides, et concutendos  
urbium obsessarum muros. Monachus  
Vallis Sarnaii cap. 86 : *Jaciebant siquidem  
hostes super nostros creberrimos lapides cum  
duobus Trabuchetis, mangonello, et pluribus  
matafundis.* Matth. Paris ann. 1246 : *Per  
septem Trebuchetta ordinata, quæ tam de  
die, quam de nocte, in castrum Capacii pro-  
jicere non cessabant.* Gesta Ludov. VIII.  
Reg. Franc. ann. 1226 : *Machinae eriguntur,  
Trabucheta, petrarie, mangonelli parum  
proficiunt.* Richardus de S. Germano in  
Chronico : *Combusta machina, quæ vulgo  
dicitur Trebuchetum.* Ita enim leg. pro *Tre-  
bucetium*. [Rursus memorantur *Trabu-  
chetti*, vel *Trabucheti* in enumeratione mu-  
nitionum Castrî Sommerie in Occitania,  
apud Baluz. tom. 6. Miscell. pag. 259. Mu-  
rator. tom. 6. col. 440. tom. 12. col. 587.  
644. etc.] Philippus *Mouskes* in Phil. Au-  
gusto :

Grans perieres et mangoniaus,  
Arbalestres et Trebukiaus,  
Atravé sont droit a la moe.

Infra :

D'un Trebukiet fit trebukier  
Mult grant partie de lors murs.

*Trebus*, in Chron. Flandriæ cap. 110 : *Et  
avoient avec eux plusieurs chariots, qui  
mencient Trebus et espringals.* Cap. 11 :  
*Et ebuhirent plusieurs François de lenr Tre-  
bus.* Germani *Trebock* dicunt. Fragmentum  
Hist. post Albert. Argentini. ann. 1212 :  
*Otto Imp. ab Apulia et Italia reversus obs-  
edit oppidum Visense, quod similiter expu-  
gnavit usque ad arcem.... Ibi tunc primum  
cæpit haberi usus instrumenti bellici, quod  
vulgo Triboc appellari solet.* Apud Petrum  
de Vineis lib. 2. Epist. 57. scribitur etiam  
*Tribocchus*.

\* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7679 :  
*Trebuchetum est quædam machina grandis*



et materialis, Gallice *Trebuchet*. Aliud ann. 1348. ex Cod. 4120 : *Trabucheta, Gallice Trabuchet*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. 7657 : *Trabuc, Prov. fundibolus, tormentum. Trabucar, Prov. irruere, præcipitare*. Guil. Tyrrii contin. Hist. belli sacri apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 706 : *Mistrent la main à assieger le chastel et faire engins, et faire un grant Trebuchet, qui gettoit le pesant d'un quintax.*

*TRABUCHUS*, apud Auctorem Histor. Obsid. Jadrensis lib. 1. cap. 29. 36. 38. lib. 2. cap. 10. 11. Rollandinum in Chr. lib. 4. cap. 2. 4. 14. lib. 10. cap. 4. [Murator. tom. 6. col. 425. 446. tom. 10. col. 68. tom. 11. col. 67. 262. tom. 12. col. 786. tom. 17. col. 1032. etc. Vide Lexic. Milit. Caroli de Aquino.]

† *TRABUCCUS, TRABUCUS*, apud eundem Murator. tom. 6. col. 411. 436. tom. 12. col. 551. 589. tom. 16. col. 463. tom. 17. col. 1033. etc.

† *TRABUCUS*, in Chronico Siciliæ apud Martenium tom. 3. Anecd. col. 79.

*TRABUCHA*, apud Monachum Paduan. lib. 2. et Petrum de Vineis lib. 2. Epist. 1. Raimundus Montanerius in Chron. Aragon. cap. 165 : *E su arbora 4. Trabuchs, qui tot jorns treien deins la ciutat*. Ita non semel in Chronico Petri Regis Aragon. edito a Mich. Carbonello, lib. 1. cap. 22. 17. 30. lib. 4. cap. 4. lib. 6. cap. 4. *Trabuquet*, in Historia bellorum Albigensium lingua vernacula scripta MS. in Bibliotheca Regia pag. 277. Petrus Gerardus Patavinus lib. 7. de Gestis Ezelini pag. 78 : *Gatti, mangoni, Trabuchi, ponti, et ogni sorte di munitioni*. Occurrit præterea pag. 80. et in Historia Cortusior. lib. 1. cap. 21. lib. 8. cap. 16. lib. 9. cap. 6. lib. 11. cap. 10. *Ædificia Trabucantin*, apud Rollandinum in Chr. lib. 6. cap. 6.

† *TRABUCARE*, Evertere, diruere, Ital. *Traboccare*. Chron. Parm. ad ann. 1285. apud Murator. tom. 9. col. 808 : *Pars de Boschettis intrinsecorum Mutinæ equitavit ad guastandum et Trabucandum castrum de Livizano*.

*TRABUCHELLUS*, in Epist. scripta circa ann. 1220. in lib. 2. Miscell. Baluzii pag. 259 : *Super unam quamque turrem unus Trabuchellus fuit erectus*.

† *TRIBUCCUM*. Bern. de Breydenbach Itin. Jerosol. pag. 268 : *Machinam versilem, quod Tyibuccum vocant, ingentia saxa in munitiones et hostium fossas torquens erigere statuunt*.

† *TRIBUCETUM*. Jac. de Vitriaco lib. 3. Histor. Orient. tom. 3. Anecd. Marten. col. 298 : *Nos interim petrarias, Tribuceta, scalas et alia bellicæ præparantes instrumenta, etc. Alter locus exstat in Biblia 1.*

† *TRIBUCH*, in Charta Johannis Regis Angl. apud Thomam Blount in Nomolexico.

† *TRIBUCHETUM*. Jac. de Vitriaco lib. 3. jam laudato, col. 291 : *In expugnatione turris cujusdam miræ magnitudinis, quæ nec petriaris nec instrumentis, quæ Tribucheta dicuntur, poterat superari*.

*TRIBUCULUS*, Eadem notione, apud eund. Jac. de Vitriaco lib. 3. Hist. Orient. : *Quæ omnes (testitudines) remanserunt integre, præter unam quæ crebris Tribuculis Templariorum icibus concussa fuit aliquan-*

*tum*. Infra : *Inventi sunt in Damiatâ Tribuculi quatuor, cum petrariis et mangonel- lis*.

*TRIBUNCULUS*, apud Matthæum Paris ann. 1099 : *Petrarias, Tribunculos et arietes*.

*TRIBUCULUS*, apud eundem ann. 1218 : *Neque insultu petrariarum, aut Trebucolorum icibus, parum vel nihil profecerunt*. An. 1219 : *Cum diutius usu petrariarum et Trebucolorum aliorumque machinarum muros civitatis subvertere laborasset*.

*TRABUCULUS*, lib. 2. Hist. Obsid. Jadrens. cap. 14. [et apud Muratorium tom. 7. col. 839.]

*TREPGET*, pro *Trebuchet*, apud Henricum de Knyghton ann. 1382 : *Posuerat etiam unam machinam magnam, et unum Trepget, cum una magna gunna, etc. Hinc appellatio mansit apud nos instrumentis, aut machinulis suspensis et lapsilibus, ad captandas aviculas. Has enim etiamnum Trebuchets appellamus. Vide Tribuculus, et Mensuriam in Τριπυτουζέτον, ex Gallico Trebuchet*.

\* *TRIBUCUS*, Calceamenti genus, pedum indumentum. Ceremon. MS. B. M. Crassens. : *Ablato vero corpore induatur cilicio et cuculla usque ad talos, Tribucis autem et caligis calcietur. Vide Trabucus 1. et Tabrucus*.

\* *TREBULA*, Instrumentum piscatorium; Gall. *Truble*. Charta ann. 1287. in Chartul. Guill. abb. S. Germ. Prat. fol. 218. v°. col. 2 : *Dicti homines de cetero piscare poterunt in ripariadictæ villæ ud panerium, Trebulam, lineam et nassas tantummodo. Vide Trubla*.

\* *TREBULETUM*. Charta ann. circ. 1133. ex Tabul. S. Petri Carnot. : *Adjecit etiam donohuicunam ibidem terræ carrucatam,..... cum una hospitatura in Trebuleto, et cum una area juxta ecclesiam, in qua monachi sufficienter possent hospitari. An nomen loci?*

† *TREBUNA*, pro *Tribuna*. Vide in hac voce.

*TRECA*, Crines intexti. Vide *Trica*.

† *TRECANUM*. Expositio Liturgiæ Gallic. tom. 5. Anecd. Marten. col. 96 : *Tre-canum vero quod psalletur (tempore sacræ communionis) signum est catholicæ fidei de Trinitatis credulitate procedere. Sic (sicut) enim prima in secunda, secunda in tertia et rursum tertia in secunda, et secunda rotatur in prima; ita Pater in filio, etc. Intellego versus, qui tempore sacræ communionis in Missa canebantur, quique ita nuncupantur a ternario eorum numero et ratione cantus. Vide R. P. le Brun in Expositione Missæ tom. 2. pag. 263. et 330.*

\* *TRECCAMENTUM*, Fraus, deceptio, ab Italico *Treccare*, Decipere. Sacram. mercat. qui ad nundinas S. Mart. Lucens. confluebant, apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 881 : *Juraverunt omnes cambiatores et speciarii, quod ab illa hora inantea non furtum faciant, nec Treccamentum, aut falsitatem infra curtem S. Martini. Vide in *Tricare**.

\* *Trèceau*, Uvæ species, in Lit. remiss. ann. 1394. ex Reg. 146. Chartoph. reg. ch. 400 : *Le suppliant dist à iceulx vendeurs que ilz meissent les pinoz à part, sans*

*mettre autres raisins : mais ce nonobstant ledit Jehannin mettoit des Trèceaux et autres raisins avec les pinoz*.

† *TRECCIA*, *TRECCIS*. Vide *Trica*.

† *TRECCENARIUM*. Vide *Tricenarium*.

† *TRECCENSARIUS*, Qui de prædio, quod tenet, solvit *treccensum*. Statuta S. Dionysii Leodiensis ann. 1330. inter Monumenta sacræ antiq. tom. 2. pag. 445 : *Nec poterit canonicus sub eadem piena aliquid a Treccensario dictæ ecclesiæ recipere vel levare.... nec etiam poterit pro se, ejus societate vel equis avenam vel alias expensas a Treccensario ecclesiæ recipere, quin solvat in promptu. Treccensarius habetur in Appendice ad Hist. S. Laurentii Leod. tom. 4. Ampliss. Collect. Marten. col. 1190.*

\* Vel Qui prædium nomine locationis sub annuo reditu fundi possidet, vulgo *Fermier; Treccenseur*, in Pacto inter cle- rum et cives Leod. ann. 1287. tom. 2. Hist. Leod. pag. 403 : *Nous les anglises dususdits porons recevoir nos bleiz à telle mesure que nous volrons de nos Treccenseurs*.

† *TRECCENSIVM*, ut mox *Treccensus*. Charta ann. 1248. ex Chartular. Campan. fol. 442. col. 1 : *Recognoscens se in feodum dicti Regis possuisse quadraginta sextarios bladi de terragiis et Treccensii de Verzenaio, videlicet medietatem silligini et aliam medietatem avenæ et medietatem nemoris de Verzenaio*.

\* *TRECCENSUALIS TERRA*, Quæ *treccensui* est obnoxia. Charta ann. 1210. in Chartul. S. Joan. Laudun. ch. 108 : *Sciendum quod de illa Treccensuali duas modiatas terræ pro remedio animæ mee, cuicumque voluero in elemosinam potero conferre : totam vero aliam terram Treccensualem ego et hæredes mei nemini vendere..... poterimus. Vide Treccensus*.

*TRECCENSUS*, Censu ex terra seu prædio, quasi *Terræ census*, Gall. *Treccens*. Vetus Charta in Auctario Flodoardi apud Labbeum : *Ad Treccensum eam (terram) dederunt pro 3. libris nummorum Firmandensium, quas singulis annis acciperent de censu apud Nonincum in festo S. Dionysii. Egidius Auræ vallis Monachus cap. 98 : Ortu est contentio inter Ducem Lovaniensem et Comitē Lossensem propter Treccensum sancti Trudonis ad Episcopum Metensem pertinentem. Charta Guarini Episc. Ambian. ann. 1144. in Tabul. Abb. S. Joan. Ambian. fol. 19 : *Et clausuram piscium, quam Gilo de Sens dedit inter Pontem et Sommam fluvium sub Treccensu trium solidorum et tercentum anguillarum. Infra : Concesserunt Ecclesiæ S. Joannis sub Treccensu 40. sextariorum frumenti. Charta ann. 1189. in Hist. Drocensi pag. 239 : *Omne terram quam juxta Cortiant tenebant de Monasterio S. Theobaldi ad Treccensum 10. solid. fratribus Ecclesiæ B. Mariæ smectice Evodii de Brana vendidi et contuli in elemosinam sub eodem Treccensu perpetuo possidendam. [Charta Bartholomæi Laudun. Episc. ann. 1139. tom. 2. Monument. sacræ antiq. pag. 16 : *Item aliud quadrum acceperunt in elemosinam a Monachis S. Martini de Campis sub Treccensu xxx. solid. Paris. monete ... dividimus quoque predicti territorii acceperunt a monachis Majoris monasterii...****



sub *Trecensu* xx. sextar. frumenti. Rursum occurrit supra in *Primericiatus* et in *Historia Mediani monasterii* pag. 273. ubi etiam *Trecensu*, pag. 323. *Tressensus*, in Charta ann. 1252. *ibid.* pag. 322. Adde *Marten.* tom. 3. *Anecd.* col. 1184. 1192. tom. 4. *Ampl. Collect.* col. 1090. et *Consuet. Leodic.* cap. 6. art. 3: *L'on ne peut arrester fruits creus sur terre à Trescent, quand ils sont coupez, bien peut-on arrester fruits croissans pour vieux et nouveau Trescent.* Adde *Statuta Lossensia* apud *Mantelinum* part. 3. *Hist. Lossens.* pag. 51.]

\* **TRECENTIS** cæcis a S. Ludovico institutis jus defendendi in veste florem lili, quo ab aliis scernantur, concedit *Philippus Pulcher* Lit. ann. 1312. ex *Reg.* 48. *Chartoph. reg. ch.* 69: *Notum facimus..... quod nos fratribus et sororibus congregationis domorum cæcorum Paris. quam B. Ludovicus, quondam avus noster, pia devotione fundate, decrevit ut ab aliorum congregatione cæcorum ab aliis fundata, priusquam a prædicto avo quondam nostro, debeant et possint agnosci, ne sub eorum velamine elemosinas erogantium ceteri valeant usurpare, sicut interdum dicitur contigisse; de speciali gratia duximus tenore præsentium concedendum, quod dicti fratres et sorores..... qui nunc sunt et qui erunt pro tempore, signum unius floris lili infixum in eorum veste superioriori ante pectus cujuslibet deferre valeant de cetero imperpetuum, ad differentiam aliorum, quibus signum hujusmodi deferri districtius prohibemus. Vide supra *Ordo Trecientorum* in *Ordo* 6.*

¶ 1. **TRECIA**, **TRECOUER**. Vide *Trica*.  
\* 2. **TRECIA**, Ornamenti architectonici genus. **TRECIA CUM COLUMNIS**, in vet. *Inschrift. templi Veneri vel Dianæ dicati*, ex *Museo Genovef.*

\* **TRECITINI**, pro *Treceni*, ut videtur, in *Annal. Bertin.* ad ann. 842. tom. 7. *Collect. Histor. Franc.* pag. 61: *Tandem inventum est ut missi Trecitini per universum suæ ditionis regnum deligerent, quorum industria diligentius descriptio fieret.*

\* **TRECOLLUM**, Mons, collis, *Provincialibus Trecola*. *Recognit.* ann. circ. 1460. ex *Tabul. S. Vict. Massil.*: *Dederunt ad capitum..... quamdam boscam sive affore abosquitum in territorio de Alpibus, loco dicto la Brasqua, confrontantem cum Trecollo de Bretagna.*

\* **TRECONNUM**, idem quod *Tressorium*, *Instrumentum plectendis et intertextendis crinibus aptum*. *Lit. official.* *Senon.* ann. 1336. in *Reg.* 82. *Chartoph. reg. ch.* 21: *Item quatuor parva Treconnum seu galbonnum ad pellas, chastannos et Gallice esmauz. Vide in Trica.*

\* **TREDECIMUM**, Tertia decima pars, præstationis species, Gall. *Le treizieme*. *Charta Phil. V.* ann. 1317. in *Reg.* 56. *Chartoph. reg. ch.* 132: *Assignamus in villa de Villechien, tam..... in vendis, reveleis, Tredecimis, regardis, curia et usagio xvij. libras.* *Libert. Rupel.* ann. 1372. tom. 5. *Ordinat. reg. Franc.* pag. 573. art. 7: *Concedimus per presentes, quod anodo a futuris temporibus quamcumque impositionem, gabellam, decimum, Tredecimum..... in dicta villa nostra de Tuppella..... non imponemus. Vide Trezenum.*

¶ **TREDECIMUS**, Decimus tertius, in *Actis SS. Aprilis* pag. 714. [\*\* *Anno tredecimo post domni nostri Dacopirti, dieni tertium kalendas Setenb.* in charta ann. 745. apud *Neugart. Cod. Diplom. Alem. tom. 1.* pag. 20. num. 14. In charta ibi sequenti, ab eodem notario exarata, iisdemque fere testibus signata, legitur: *Facta cartola donationis anno 30. pos regnu Domni nostri Dacopirti reies, die tertii Calandas Setenbris.*]

¶ **TREDEMUM**, Tricesimum. In *Computo Vienn.* ann. 1318: *Petrus Petri Castellanus de Avisano computat de receptis guidagis, de laudimisi et Tredenis, de condempnationibus 1<sup>re</sup>. 2<sup>ae</sup>. assisie etc.* Vide *Tricesimalis consuetudo*.

¶ **TREFFA**, Trifolium, Gall. *Treffle*. *Acta S. Francisci de Paula*, tom. 1. *Apr.* pag. 137: *Accepit quandam herbam, quæ erat ante ipsum vocata Treffa, etc.* *Nostrum* tragem et velum olim vocabant *Tref*. *Chartularium Gemmetic.* tom. 1. pag. 19: *Pour un Tref de nef nous est deu pour chascun cornet quatre deniers.* Eodem præterea nomine donabant tabernaculum, tentorium. *Le Roman de la guerre de Troyes MS*:

Tant ont alé et chevauchié,  
Qu'à l'ost de Gruéi sont repairie,  
Au Tref Agamenon alerent.

*Le Roman d'Athlis MS*:

Dedans un gracieux vergier  
Se fist le Roy Villas lugier,  
La ot maint riche Tref tendu  
De muscaber et de boufu...  
Dedans son Tref dont la faiture  
Racompte à paines l'escripture.

Et alibi:

Les autres Trefs sont herbergié,  
Mais nul n'y entre sans congie...  
A chascun Tref a Despensiers,  
Et eschansons et houtilliers.

*Trés*, eod. significatu occurrit. *Le Roman d'Artus*:

Et ceus qui n'avniert hastes  
Faire loger et tendre Trés.

*Vide Borellum*. Quid autem *Tref* *Armorici* sonet, vide in *Treb*.

\* *Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684*: *Tref de maison, laquear, trabs.* *Charta ann. 1311.* in *Chartul. Pontin.* pag. 209: *Se sont consenti..... que li Tref, qui sont boté et enclavé dedenz ledit mur..... tant comme il en piert par dehors, soient sée et rasé reiz-à-reiz doudit mur.* *Lit. remiss.* ann. 1394. in *Reg.* 146. *Chartoph. reg. ch.* 246: *Laquelle Jehanne pour aucune frenesie ou division, qui lui estoit venue, ou autrement..... se pendit à un Tref de la cheminée de son hostel.* *Trez*, eodem intellectu, in *Vit. SS. MSS.* ex *Cod. 28. S. Vict. Paris.* fol. 322. r<sup>o</sup>. col. 2: *Pose en ton cuer que ti pechié sont ausi com cis Trez, et li pechié de lui ausi com li festus.* Pro velo legitur in *Stat. ann. 1398.* tom. 8. *Ordinat. reg. Franc.* pag. 304. art. 4: *Tellenent que l'en puisse convenablement et profitablement et sans inconvenient tendre le Tref, se mestier en est, et le vent est bon.* *Trés*, eadem notione, in *Hist. contin. Guill. Tyrii* apud *Marten.* tom. 5. *Ampl. Collect.* col. 621.

**TREFFUNDUS**, **TREPUNDUS**, quasi *Terre fundus*, *Ager, solum, Tresfond*, in

*Consuetudine Turon.* art. 1. et in *Bapalmensi. Charta Radulphi Comitis Suession.* anno 1233. in *Historia Monasterii Suessionensis* pag. 449: *In toto territorio, sive Treffondo, nec non in dominio vel justitia Ecclesiæ, etc.* [*Charta ann. 1193.* e *Tabulario Monasterii S. Urbani: Salvis custumis domini cujus est Trefundus.* *Inventar. Chartar. Reg. ann. 1482.* fol. 304. v<sup>o</sup>: *Quicquantia... per quam Johannes de Marchain quiccat dom. Regi Treffundum seu solum lxx. arpentorum.* *In anno 1236.* *Chartular. 2. S. Quinctini in Insula* pag. 284: *Acquisierunt... unam sententiam terre arabilis sitan... in Trefundo domini de Moy.* *Alia ann. 1293.* apud *Baluz.* tom. 2. *Hist. Arvern.* pag. 297: *Totum commodum, Trefundum et hereditagium... erunt quiete, libere et in perpetuum dictæ priorissæ.* Adde tom. 4. *Collect. Ampl. Marten.* col. 1119. *Charta ann. 1309.* e *Chartul. S. Vandreg.* tom. 1. pag. 1125: *Lesdis religieuz avoent en tout le Treffons par raison de lor seigneurie.*] *Usatici urbis Ambianensis MSS*: *Et à savoir que cil qui ara suer l'iretage le premier cens, c'on appelle le Treffons, ou s'il i avoit suer le lien 2. Treffonciers, ou plus, aussi bien à un come à plusieurs, l'iretage leur sera delivrés, ne ne seront tenu à rendre nul chens à chiaus qui les i ont, se n'est du Treffons: et se cil qui les i ont autrement que de Treffons voelent rendre à Treffonciers leurs cens, l'iretage sera delivrés à celi qui le premier cens i ara apres le Treffoncier, etc.* Ita etiam hæc vox *Treffonciers*, qui terræ fundum possident in *Charta Philippi Regis Franc.* ann. 1335: *Et oye la relation desdits asseours furent trouvées aucunes choses douteuses, et obscures si comme sursais de bois, tiers et dangiers de bois, d'autres Tresfonciers et autres choses, lesquels par coustume de pays ne par advisement de comptes, ou d'escripts, ne porroient estre bonnement justement prisez ne estimez à vallue de terre, ne à pris ancien, etc.* [*Consuetudo Leodic.* cap. 15. art. 17: *Trefonciers et lansagers peuvent deminer pour faute de relief.* In *Stylo Curiarum sæcularium ejusdem urbis* cap. 5. art. 8. cap. 13. art. 20. et alibi *Seigneurs Trefonciers* dicuntur ii, quorum propria sunt decimæ, redditus, census, justitia, prædium, licet alii sint usufructuarii.] *Vide Origines Alsatienses Vignerii* pag. 140. 141. *Petrus de Guigneris* in *Biblioth. Patr.*: *Item capiunt per suos servientes Clericos, in quocumque Trifundo, absque hoc quod justitiam loci faciam appellari.*

¶ **TREPONSUS**, Eadem notione. *Arestum* ann. 1285. ex *Chartul. Corb.* 23: *Abbas et conventus dicebant et proponebant contra dictos majorem et juratos quod ipsi major et jurati in Trefonssis et tenancis dictorum religiosorum emerant et ratione emptionis tenebant... unam domum, etc.*

¶ **TREPUNDARI** **PATRIÆ**, vulgo *Trefonciers*, singulari quadam nomenclatura et prærogativa nuncupantur insignis Ecclesiæ Leodic. Canonici. *Chron. Zantstiet* apud *Marten.* tom. 5. *Collect. Ampliss.* col. 457: *Requisiti sunt, ut Dominis Capituli Leodien-sis, tamquam Trefundariis patriæ, juramentum fidelitatis, sicut cæterorum castrorum Castellani facere consueverunt, publice præstarent.*



† TREFFUNDALIS JUSTITIA, Jurisdictio minor, quæ de censibus, redditibus, et aliis quæ ad terræ fundum spectant, iudicat, Gall. *Justice fonciere*. Arrestum ann. 1306. ex Chartul. 23. Corb. : *Cum ipsi (Religiosi) habeant in dicta villa et ejus banleuca cognitionem treffundorum.... Dictum fuit quod dicti major et jurati de dicto pallicio locum prædictum et justitiam Treffundalem dictorum Religiosorum resaisent.*

† TREFFUNDIALIS DOMINUS seu etiam feodalis, in Charta Curia Suesion. ann. 1220.

† TREFFUS, f. Tripus seu craticula tripes. Vide *Tenales* et *Trepartum*.

\* Vel Sedile tripes. Vide *Trifocalium*. Hinc nostris *Treffouel* et *Treffeu*. Lit. remiss. ann. 1399. in Reg. 154. Chartoph. reg. ch. 616 : *Pour l'eschoison d'un Treffouel qu'il trouva, où il eschopa, il chey à terre*. Alia ann. 1441. in Reg. 176. ch. 10 : *Le suppliant tira son espée, et icellui de Logie print ung Treffeu pour courir sus l'un contre l'autre*. Vide supra *Treffeu*.

\* *Treffoul* vero, Vestis species videtur, feminalia, vulgo *Culote*, in Lit. remiss. ann. 1460. ex Reg. 190. ch. 86 : *Ung meschant gibacier de soye, ouquel rien n'avoit,..... deux paires de Treffons, une bourse de cuir, etc. Treffoud*, pro *Tirefonds*, Instrumentum doliarii, in aliis ann. 1416. ex Reg. 169. ch. 391.

\* TREFOAGIUM, Locus, ut videtur, cespitibus fodiendis idoneus. Charta Phil. V. ann. 1320. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 520 : *Item turbagium, nec non sex Trefoagia, ultra tria Trefoagia,..... in augmentationem feodorum,..... ad opus et usagium albergementi seu manerii sui. Roberto de Perchi militi concedimus*. Vide in *Turba* I.

† TREFONSUS, TREPUNDARIUS, TREPUNDUS. Vide *Treffundus*.

† TREGESTA, *Donus triangularis*, in Glossis ad Doctrinale Alexandri de Villa Dei. Male pro *Trestega*, vel *Tristega*. Vide in hac voce.

† TREGINERIUS, pro *Terreginerius*, per abbreviationem, ni fallor, Incola, in terra genitus. Translatio SS. Abdon et Sennen ad calcem Marcæ Hispan. col. 1452 : *Deinde apropinquans (Abbas) ad dictum locum de Artilis, ne videretur discrepare dignitati et officio quoungebatur si dictum barrile in humeris portaret, conduxit unum hominem cum uno animali, qui dictum barrile ad sepepeditum monasterium portaret. Sed cum per loca transirent, campanæ per seipsus pulsabant, nullo humano auxilio suffragante. Sed cum dictus Treginerius hoc comperisset, cum fuisset prope cœnobium de Artilis prædictum, et campanæ omnes per seipsas, ut dictum est, pulsarent, dixit dictus Treginerius : Per Deum ego videbo, si porto diabolos vel quid porto, etc.*

\* Rectius ad hunc locum tom. 7. Jul. pag. 141. col. 2. docti Hagiographi monent hanc vocem acersendam esse ab Hispanico *Traginerio*, convector, mulio, a verbo *Traginar*, trahere, convector, comportare, uti docent Acad. Madrid. in Diction. Hispan. Unde *Tregenier*, vector, nostris *Voi-turier*, apud Rebelais. tom. 2. pag. mihi 22. Vide *Tragina* et *Traginare*.

TREGUA, Induciæ, *Treve*. Vide *Treva*.

\* TREGULATA, Trabecula, ut videtur; nisi sit Clathrus ad modum tragulæ seu retis formatus. Rubric. antiq. MS. eccl. Belvac. : *Duo pallia suspenduntur ad Tregulaton juxta altare a dextris et a sinistris*. Vide supra *Alæ* 2.

\* TREGUNA, pro Tribuna, ex vet. Necrol. laudato a Cl. V. Garampio in Disquis. de sigil. Garfagn. pag. 83. in notis.

\* TREHENUS, Haud dubie pro *Trezenus*, Pretii venditionis pars decima tertia. Charta Mich. archiep. Arelat. ann. 1214. ex Cod. reg. 6407. 2. 2. fol. 57. r<sup>o</sup> : *Instititias, firmancias, Trehenos, medios Trehenos, laudunia, monetam, etc.* Vide *Trezenum*.

† TREJECTUS, pro *Trajectus*, qua trahitur. Capitulare 2. ann. 809. cap. 9; et lib. 3. Capitul. cap. 54 : *Similiter in plano campo, ubi nec pons nec Trejectus est, ibi omnimodis præcipimus, et non teloneum exigatur*.

\* TREILLIARE, Cancellare, clathris obducere, Gall. *Treilliser*, alias *Trestliser*. Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 322 : *Petrus Perrotel per alterum foraminum cujusdam hostii ferrei perforati sive Treilliati exivit. Une fenestre qui estoit Trestlissée de fer, in aliis ann. 1464. ex Reg. 199. ch. 579. Vide mox *Trelea*.*

† TREILLEA. Vide mox in *Trelia*.

† TREIS, f. pro *Lathrud*. Ibi vide.

† TREIT. Vide *Paris de Treit*.

† TRELA, Cancelli, clathri, transenna, Gallice *Treillis*. Excerptum et Regesto Parlamenti ann. 1231 : *In dicta domo erat figura leonis de petra elevata et interclusa Trellis de ferro*.

† TRAILLARE FERRO FENESTRAM, Cancellis munire, ornare, in Statutis Monasterii S. Claudii pag. 110.

TRELIA, Tabularium Bellilocense in Lemovic. Ch. 151 : *Mausum, ubi Raynaldus manet, cum ipsa Trelia*. Et Ch. 155. in Charta Lothario regnante scripta : *Campansionem nostrum indomincatum cum ipso orto, et cum ipsis vineis, et cum ipsis Triliis indomincatis*. Tabular. Brivatense Ch. 188 : *Et Treliam cum curte, et orto, et ex eo : et Treliam unam, quam ipse excolit, etc.* [Fundatio Capellæ S. Nicolai in Palatio Paris. inter Acta et Statuta S. Capellæ Paris. : *Constitimus capellano... Parisius in Trelia nostra retro Palatium sex modios vini. Vineæ est trichilis suffulta, Gall. Treille, vel clathris inclusa ut mox in *Trilia*.]*

\* TRELIA, Cancelli, clathri, transenna. Gall. *Treillis*, grille, alias *Traille*. Artic. reform. pro monast. S. Elig. Noviom. ann. 1370. ex Bibl. S. Germ. Prat. : *Item in dormitorio habent cameras clausas..... Quantum poterit, tolerabit; dum tamen hostia camararum, saltem pro tertia parte, de Treleis existant, ita quod infra cameram videri possit, nulla cortina seu alio obstaculo repugnante*. Chartul. Corb. sign. Cæsar fol. 58. v<sup>o</sup> : *Fut donné congie... à Pierre de Bonez de mettre è assir une Traille à boitte à se maison à la chambre de haut*. Vide *Trelia* et infra *Trilliatus*.

† TREILLEA. Charta Archidiaconi Sues-

sion. ann. 1216 : *Restituit... quamdam vineam sitam ad Treleam de puteo*.

† TRÆSLIA. Charta Curia Suesion. ann. 1274 : *Cum Trestlia et appendiciis dicte domus*. In Summario huic Chartæ præfixo habetur *Trællia*.

TRALIA. Vetus Charta ex Tabulario S. Benigni apud Perardum pag. 96 : *Quod... Præpositus Divionensis homines S. Stephani... placitabat propter Tralia... quæ ipsi in quibusdam locis destruxerant*. Occurrit ibi pluries.

† TRELLA CHORI, Cancelli, clathri, in Statutis Capituli Tull. ann. 1497. *Trella vineæ*, Trichila, in Tabulario Vosiensi fol. 6.

† TREILLIA. Charta ann. 1285. e Tabulario Verzeleiaci : *Concessimus... duo sextaria frumenti et duos Cenomanenses annui redditus, que et quos nobis debebat Guillelmus Morin.... pro quadam Treillia cum rocha... inter Treillias nostras et Treillias à la Pussegnee, etc.*

TRILLEA. Jacobus I. Rex Aragonum in Constitutionibus Catalniæ MSS : *Domus, campi, vineæ, et omnes arbores cujuscumque generis sint, Trilleæ, orti, ortales, etc.* Nos *Treilles* dicimus trichilas, seu pergulas in cratis modum confectas, quibus vites sustentantur, quasi forte *trilices*. Vide *Trolium*.

† TRILLEA. Vide locum in *Tirunla*.

† TRILIA, TRILLIA. Charta ann. 1037. Marcæ Hispan. col. 970 : *Terras et vineas, cultum et eremum, et Trilias et arbores diversi generis, etc.* Alia ann. 1019. ibid. col. 1019 : *Cum palatio et cum Triliis, etc.* Alia ann. 1234. apud Stephanot. tom. 3. Antiq. Pictav. MSS. pag. 817 : *Super jure parochiali et quadam grangia, Trillia et platea adjacenti*. Alia Philippi Pictav. Episc. ibid. pag. 836 : *Trilliam parvam, quæ est contigua ipsi arbergamento*. Donatio incerti anni in Instrum. tom. 2. Gall. Christ. novæ edit. col. 338 : *Concessimus Fratribus de Ordine Prædicator. S. Jacobi Paris. ipsam Ecclesiam S. Christophori cum Trilia et platea, et tota illius loci amplitudine ad ipsam Ecclesiam pertinente*. Locum interpretor clathris cancellive ligneis aut etiam sepibus conclusum, in quo vineæ coluntur. Vide supra *Trelia*.

† TRILA, TRILLA. Charta ann. 1027. Marcæ Hispan. col. 1041 : *Cum ipsas Trillas, quæ Miro Altemir ædificavit, et ipsas vineas et terras, quod nos habemus*. Alia ann. 1149. in Probat. novæ Histor. Occitan. tom. 2. col. 526 : *Consentio tibi ortum et Trillam, et medietatem insule, quæ est ultra flumen Aregie*. Chartarium Eccl. Auxitanæ cap. 86 : *Dedi Trilam, quæ circa vallum castrum habetur*.

† TRILLETUS, Locus cancellis clausus, qualis etiamnum in ecclesiis conspicitur. Inventarium Eccl. Noviom. ann. 1419 : *Breviarium quod ponitur in uno Trilleto in quodam pillari in navi Ecclesiæ*.

\* TRELLIA, Vitis. Charta ann. 1385. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. xxv : *Permutavit..... partem suam cujusdam hospicii,..... cum omnibus Trelliis, terris suis cultis et incultis*. Vide in *Trelia* et infra *Trilhata vinea*.

TREMA. Gloss. Græc. Lat. MS : Τρεμα, ἴ



ὄδης, *Semita, Trema*. Editum habet *Trema*.

**TREMACULUM**. Lex Salica tit. 29. § 32 : *Si quis statuum, aut Tremaculum aut vertuolum [vertivolium Baluzio] de flumine furaverit etc.* Ubi *tremaculum* Goldastus Germanicum *Tremmel* interpretatur, quod gyretur, inquit, ad aquam aliquo transferendam : Bignonio vero et Wendelino, est rete bene contextum maculis, quod Normanni, *Tremail*, Burgundiones *Tremailler* vocant, forte quod ternis maculis constet, quomodo *Trilices* dicunt Latini. At § 28. de furto *retis ad anguillas capiendas de flumine*, jam egit. Deinde *statuum*, hoc loco, pro conto accipi supra observatum : unde *Tremmel* Goldasti, seu sparum, conto accedit. [Patet Legis Salicæ præfert *Tremagolum*.] Vide *Tramallum*.

\* *Tremaculum*, in Codice Estensi apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 288 : *Si quis statuum (id est, retias) aut Tremaculum etc.* Ubi notat vir doctus : Retis genus, nunc Tuscis *Tremaglio*, Lombardis *Tramacchio*. Vide supra *Tramallum*.

\*\* **TREMACULUM**. Testament. ann. 1361. apud Guden. Codic. Diplom. tom. 2. pag. 349 : *Unum mortarium cum suo tondario. Tediferam cum Tremaculo. Unum feru cum tribus craticulis, etc.* Lamina denticulata suspendendis lychnis. Vide *Cremasclus*.

**TREMATA**, *Romaria*, Papiæ. MS. habet *Tomaria*.

\* *Tremater*, Ordinem mutare, prævertere, nautis nostris. Ordin. ann. 1415. in Reg. 170. Chartoph. reg. ch. 1 : *Les bateliers (ordonnez pour passer la riviere) garderont run l'un envers l'autre sans entreprendre en Tremater le run l'un de l'autre, sur peine de paier cinq solz Parisis d'amende, et de rendre à celui qui aura esté Trématé l'argent qui aura esté receu.*

\* **TREMBLEIA**, Populctum album, locus *Trembliis* consitus, vulgo *Tremblaye*, masculini generis *Tremblay*, in Lit. remiss. ann. 1443. ex Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 609 : *Lequel Bertault mena icelle femme traversant en ung Tremblay, etc.* Inquisit. forestæ Britolii in Reg. 34. bis part. 2. fol. 129. vº. col. 1 : *Cathenæ et Tremblie de la Bigneurie recta via ad S. Eglen sunt defensa.* Vide mox

\* **TREMBLIUS**, a Gallico *Tremble*, Populus tremula. Charta Thomæ comit. Pertic. ann. 1217. in Reg. forest. comitat. Alenc. fol. 50. rº. ex Cam. Comput. Paris : *Confirmamus quod prior et monachi (de Bellismo) in prædicta foresta nostra percipiunt..... omne genus mortui nemoris, præter charmenum et Tremblum et fraxinum.* Vide supra *Tramblus*, et infra *Tremulus*.

\* **TREMECIATUM**, Bladi species, a *Tremesagio* seu trimensi tritico distinctum; unde *Miscellum frumentum* interpretor, ab Italico *Tramesare*, miscere. Bulla Clem. PP. III. ann. 1188. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 194 : *Quattuor sextarios bladi, duos Tremeciati et duos tremesagii, quos Guido dominus de Cytripeio dedit ecclesie vestre* (de Monceillis).

† **TREMEBUNDITAS**, *Tremor*. Excidium Aconis lib. 1. cap. 6 : *Licet nos... Soldani furentis sæviens sævitia, juxta quorundam*

*Tremebunditatem, possit nos reddere tremebundos.*

† **TREMEIS**, Trimense triticum. Vide *Tremesium*.

\* **TREMELAGIUM**, Trimense triticum, forte pro *Tremesagium*. Vide in *Tremesium*. Charta Guid. de Garlanda ann. 1211. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 478 : *Concessi unum modium bladi, medietatem frumenti et medietatem Tremelagii.*

- **TREMESELLUM**, [Infundibulum molendini, Gall. *Tremie*, Germ. *Trimellen*, Belg. *Tremellen*.] Monast. Anglie. tom. 1. pag. 470 : *Sciendum tamen est, quod prædicti monachi facient sectam molendini mei tan de blado suo, quam hominum suorum. Ita quod ipsi habeant primam molituram post bladum, quod invenerint in Tremello; brasium autem proprium in curia sua molent.* Vide *Tremia* [et *Tremæa*.]

† **TREMEN**, Ρεδζην, in Glossis Lat. Gr. Alie Gr. Lat. : Ρεδζην, *Trama, Tramen, Tremem, Subtemem*.

† **TREMENSE**, **TREMENSTRUUM**, Triticum trimense. Vide in *Tremesium*.

† **TREMENTINA**, vox Italica, Gall. *Terebenthine*, Terebenthina resina. Legitur in Conventionibus Saonæ, ubi de modo exigendi gabellam ponderis.

† **TREMENTURA**. Vide in *Temetura*.

† **TREMERE**, Notione activa, Movere, agitare. Miracula S. Walarici, tom. 1. Aprilis pag. 29 : *Tremens manum pariter cum baculo, hoc, inquit, ibidem baculo graviter vapulabit.*

**TREMERELLUM**, Charta Communiæ Atrebat. ann. 1211. art. 37 : *Banni vini et banni venalium a 60. solidis et infra, et banni de Tremereello remanebunt hominibus civitatibus.* Charta Communiæ Hamensis : *Habent insuper Major et Jurati mandatum super ludos, quos vulgo vocant Tremereel, et super potationes in tabernis.* Eadem Gallice exarata : *Sur les jeux c'on appelle Tremereel, et sur buveries en tavernes.* [Le Roman de Courtois d'Artois MS :

Bien a son teus et son merel,  
Qui boit et jue au Tremereel.]

☞ Hinc, ut videtur, *Tremelere* dicitur ejusmodi ludi studiosus. Philippus *Mouskes* de Roberto *Guischard* :

Cil Robert estnuit un bevere,  
Uns Cevaliers fort Tremelere.

\* *Tremreal*, in Charta ann. 1331. tom. 2. Hist. Leod. pag. 415 : *Item avons ordi-neit qu'il ne soit nulz que de ce jours en avant qui joue..... aux deis..... ou aux autres jeuz, que ons appelle Tremrealz.*

\* **TREMESATUM**, Eodem significatu, quo mox *Tremesium*. Charta Hugon. Senon. archiep. in Chartul. Barbel. pag. 363 : *Tres sextarios, medietatem scilicet ivernagii et medietatem Tremesati.*

**TREMESIUM**, etc. Idem quod *Trimense triticum*. Isidorus lib. 17. cap. 3 : *Trimense triticum ideo nuncupatum, quia satum post tres menses colligitur.* Τριμηνιος τριτος, Dioscoridi lib. 2. cap. 107. In Gloss. Lat. Gall. *Trimense, une maniere de blé, secourgon* : nostris *Tremés*, aut *Tremois*, quod alii *les Mars*, vel *Marsés*. Illud, quod Itali *Martiolinum*, vel *Martiolium* vocant, ex eo, quod Martio mense seritur, ut ait Angelus

Palea in Antidotar. Mesuæ cap. 111. Usatici urbis Ambianensis MSS : *Nus ne doit mesurer pour vendre et pour acater blé ne Tramois fors à la mesure de Vidame.* [Chartul. 21. Corb. fol. 85. vº : *Le carette... de Tremois, doit ix. den.* Le Roman du Guesclin :

Failli nous est le vin, le bled et Tremois;  
Il nous convient manger chevaux et pallefrois.]

Vide Consuet. Comitatus S. Pauli cap. 22. [Charta S. Martini Pontisar. : *Medietas est de blado et alia medietas de Tremense.* Testamentum ann. circiter 1170. e Tabulario S. Remigii Rem. : xi. sextaria siliginis, et xi. Tremenstrui... iii. minas siliguinis et iii. Tremenstrui. Charta ann. 1190. tom. 2. Monum. sacræ Antiq. pag. 545 : *Ubi autem eodem anno frumentum fuerit, sequenti anno eadem Ecclesia Tremense possidebit.* Charta Alani Episc. Autiss. ann. circiter 1160 : xii. bicheti *Tramisti*.] Tabular. Abbat. Hederæ fol. 107 : *Pro sex sextariis annonæ per singulos annos, tribus scilicet de ivernagio, et tribus de Tramoisio.* Tabularium S. Benigni apud Perardum ann. 1206 : *Istorum autem 3. jornalium unus erit in frumento, alius in Tremesio, tertius in veisatura.* Sed ibi legendum *versatura*, Gallis *Jachere*. Tabularium Prioratus Neronis-villæ fol. 12 : *Medietatem ivernagii, et medietatem Tremesii, etc.* [Index MS. Beneficiorum Ecclesie Constantiensis fol. 21 : *Medietatem straminis et de yvernagio et medietatem de Tremesio.*]

† **TREMESAGIUM**, Eadem notione. Charta ann. 1203. e Tabulario Parthenonis de Crisenone : *Medietatem yvernagii, et aliam Tremesagii.* In alia ann. 1215. ibidem legitur *Tramesagii*. Charta ann. 1253. e Tabul. S. Mariani Autissiod. : v. bich. frumenti, v. siliginis et x. *Tremesagii super decimam de Chertiaco.*

**TREMATICATA SATIO**, seu *Satio trimensis tritici*. Polyptychus S. Remigii Remensis : *Mansi ingenuiles 34. arat unusquisque ad hibernaticam sationem mapp. 1. habentem in longum perticas 60. in transversum perticas 6. ad Trematican sationem similiter, faciat corvadas 4.* Infra : *Mansus ingenuilis 1. habet in taschereio, facit mapp. 1. ad Trematicam sationem, et donat decimam de annona.* Polyptychus Floriacensis : *Arant ad hibernaticum unusquisque (mansus) perticas 4. ad Tramisium 2.* Occurrunt eadem verba ibi non semel, [ut et apud Baluzium tom. 2. Capitul. col. 1387. et seqq. ex Polyptycho Fossatensi. Codex Irmino-nis Abb. Sangerman. : *Arat ad hibernaticum perticas 14. ad Tramisem perticas 11.* Alibi legitur *Tramistum, Tremis, Tremissum et Tremissa*. Polyptyc. Fiscann. ad ann. 1235 : *Debet dimidium acram aratare ad hiemalia, et dimidium acram ad Tremis.*]

† **TRIMENSILE SEMEN**. Libertates Galme ann. 1209. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 19 : *Per tres dies in anno mihi serviant, scilicet ad movendum garachia per unum diem, ad semina hiemalia per alium, ad semina Trimensilia per alium.*

† **TRIMENSE** dicitur quoddam genus ordei, quia satum post tres menses colligitur, etc. Joh. de Janua. Gloss. Lat. Gall. San-



germ. : *Trimense, une maniere de blé, sejour.*

† **TRIMESIUM**, Charta Guillelmi Episc. Autissiod. ann. 1171: *Monachi Regniacenses tria sextaria annonæ Canonici S. Petri persolvent, videlicet unum sextarium frumenti, aliud siliginis, tertium vero Trimesii.*

\* *Trenis*, in Annual. Trenorch. ad ann. 1573. inter Probat. ult. Hist. ejusd. abbat. pag. 293: *Les Tremis furent aussi très-édominagés par les chenilles, que l'on excommunia du côté de Brancion.*

\* **TREMESSALIS**, Qui valet *Tremisse*. Charta ann. 777. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 723: *Uno porco Tremessale et uno berbice similiter valente uno Tremisse, etc. Tremissalis, in Frisinga.*

**TREMIA**. Breviloquus: *Item antica dicitur pars Ecclesie, quæ dicitur Tremia.*

\* **TREMIDUS**, a verbo *Trenere* pro *Trepidus*. Chron. Andr. presbyt. ad ann. 840. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 681: *Sed dum has angustias contemplantur, refulsit sol, et quasi Tremidus umbraculam fugere cepit.*

\* **TREMISIUM**, Tempus, quo trimense triticum seritur, nostris *Tramois* et *Tremois*, eodem intellectu. Charta ann. 1336. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 103. rº: *Quilibet habitator dictæ ville habens aratrum seu carucam, debet domino ville ter in quolibet anno corvatum de bestiis suis trahentibus, videlicet... semel in Tremisio. Charta ann. 1308. in Reg. 40. Chartoph. reg. ch. 64: Item clascane desdites quatre villes doit à la maison de Espailli..... une journée en Tremois. Alia ann. 1320. in Reg. 59. ch. 459: Les corvées des bestes traïans ..... et des hommes, c'est assevoir des bestes trois fois en l'an, une fois en vayn, une en Traimois, et une en sombre. Occurrit præterea in Lit. ann. 1331. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 335. art. 4. et in aliis ann. 1357. tom. 6. earumd. pag. 630. art. 2. Vide in *Tremesium*.*

† **TREMISALIS**, Qui valet *treinisse*. Vide *Tremessalis* et *Frisinga*.

**TREMISIA**, pro *Tressi*, seu tertia parte assis, vocem esse inferioris ætatis pridem observatum a viris doctis. Capitolinus in Alexandro Severo: *Tremisses aureorum formati sunt*. Utuntur passim Lex Wisigoth. lib. 7. tit. 2. § 11. tit. 4. § 4. tit. 6. § 5. leg. 8. tit. 3. § 10. 12. 15. tit. 4. § 11. 26. 31. lib. 9. tit. 1. § 9. 14. Lex Burg. in Præf. et tit. 4. § 3. tit. 5. § 3. tit. 6. § 1. tit. 27. § 1. Add. 1. tit. 2. § 3. Lex Bajwar. tit. 1. cap. 3. § 1. tit. 8. cap. 2. § 4. Lex Frision. tit. 1. § 9. Lex Aleman. tit. 75. 77. etc. præterea Julianus Antecessor, Concil. Bracarense ann. 572. cap. 4. Paulus Warnefridus lib. 5. cap. 39. Leo Ostiens. lib. 2. cap. 8. etc. [\*\* Chart. ann. 765. apud Brunnett. Cod. Dipl. Etrur. tom. 1. pag. 584: *Vindedit ad pretium plucitum et finitum, quod inter nos bono animo conbenet, auro Trimissi septe fenitum et adinpletum pretium, etc. Ita quatuor Trenisses, in Chron. Farf. loco excerpto mox in Tremissus, et in alia ann. 759. apud Brunnett. pag. 566: *Vindedit tibi qui supra Joviano petia una de terram aridipsina... hoc est in Trimissi quatuor id**

*est in uno sol. centum pedis in longa et centum in luto et in illo uno Trimisse trigintu pedis per triginta, et recipi ego qui supra vinditor ad te emtore pro supra scripta vinditione in auro Trimissi quatuor, finitum pretium, etc. Ubi primo Tremissis pro parte fundi usurpatum videtur, pro parte vero pedis tertia, in charta ann. 765. modo laudata ubi hæc leguntur: *Terrula... mensurata est de una parte perticas 14. et de ali parte est perticas undeci et pedi sex et Tremisse unu, et de tertiam pars perticas septe et pedes sex et Tremisse uno, de quartum pars perticas tres, et ipsa perticas de pedes deodeci ad pedes justus.**

¶ Minus attente *Tremissis*, pro *Tressi* dictum ait vir doctissimus: *Tressis* enim est trium assium; *Tremissis* vero tertia tantum pars assis: quæ duo plurimum distant. Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Tremissis, la tierce part du sols. Tressis, le pris de 111. mailles.*

\* Varro lib. 4. de Ling. Lat. : *A tribus assibus, tressis. Tricessis, a tribus decussibus, id est, trecentis assibus.* Laur. in Amalth: *Tremisses, nummi valentes tertiam partem solidorum seu aureorum. Tressis, trium assium. Persius: Vilis et minimi pretii.*

**TREMISUS**, Eadem notione. Pactum Childeberti et Chlotarii § 6: *Si servus minus Tremisso involaverit, etc.* Lex Alamannor. tit. 1. cap. 6. § 3: *Saiga autem est quarta pars Tremissis, hoc est, denarius anus, ... Tremissus est tertia pars solidi, et sunt denarii quatuor.* Vetus Charta in Actis Episcoporum. Cenoman. pag. 226: *Et ego Adelbertus sol. 21. et Tremisso sicut diximus.* [Chron. Farf. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 404: *Vineam de Tremissis iv. emit pretio bovis unius. Tremissus pro eo qui valet Tremisse legitur in Frisinga. Tremissa pars, pro tertia, ni fallor, apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 66.]*

† **TREMISIA**. Liber niger Scaccarii pag. 56: *Octo solidos dabunt ultra Tramisiam.*

**TREMISIVM**. Anastasius Bibl. in Silvestro: *Domum quæ præstat solidos 58. et Trimisium. Idem in Exilio S. Martini: Nec semel de regione ista usque ad unum Trimisiam, frumentum potui comparare.*

\* **TREMIDIUM**, Infundibulum, Gall. *Tremie; Tramneur*, in Lit. ann. 1354. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 298. art. 27. *Le just granier* appellatur in Recognit. feud. MS. pro castro de *Buri* ann. 1366. Charta episc. Laudun. in Chartul. S. Joan. Laudun. ch. 54: *Si vero quis de aliorum veniens ingranuisset, solum id quod in Tremodio erut, molere sinebant. Vide Tremœa.*

\* **TREMIDIUS**, Mensura frumentaria, modius. Charta ann. 1312. apud Ludewig. tom. 9. Reliq. MSS. pag. 586: *Annis singulis de qualibet rotu decem Tremidios frumentum molendini, cum modio Lubecensis civitatis mensurandos expedite nostræ familie præsentabatur. Occurrit rursus. infra.*

† **TREMCEA**, Idem quod *Tremellum*, Gall. *Tremie*, Infundibulum. Charta ann. 1217. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 197: *Sine moustura post bludum quod erit in Tremœa. Vide Tremuia et Treunia.*

\* **TREMORIZE**, Piscis species. Tract.

MS. de Pisc. cap. 47. ex Cod. reg. 6838. C: *Torpedinem Ligures a tremore Tremorize appellant.*

\* **TREMIPA**, Vinum aqua mixtum, dilutum in usus domesticorum, *Trempe*, apud Cotgravium. Stat. Massil. MSS. ex mnsco meo fol. 111. rº: *Item quod nec in dicta civitate Massiliæ, nec in ejus districta, aliqua persona privata vel extranea, si modo faciat vel fieri faciat vinum lyæ vel Trempan, quæ fuit cum aqua, etc.*

\* *Trempoire* vero dicitur, Pondus pistrinarium, vulgo *Trempure*, in Lit. remiss. ann. 1459. ex Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 356: *Iceului masnier se frappa au front contre la Trempoire du moulin.*

† **TREMATICATA SATIO**. Vide *Tremesium*.

† **TREMUCIA**, **TREMULA**, Idem quod *Tremaea*. Charta ann. 1238. tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 140: *Ad prædictum molendinum ad Tremuam molentem sine contradictione locum molendi habebunt.* Charta ann. 1268. ex Chartul. Vallis B. Mariæ diœc. Paris.: *Ita tamen quod nos et hæredes mei debemus molere in perpetuum prope bladum quod invenimus in Tremuia dicti molendini.* Charta ann. 1448. ex Chartul. Corb.: *Quant lesdits habitants avoient mis leurs blé uu corbellon pour le mettre en le Tremuye et à mouture, etc.* Charta ann. 1194. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 658: *Post bladum quod invenerint in Tremula inceptum molere. Vide Tremellum, Tremuta, et Treunia.*

**TREMULARE**, *Dubitare*, in Glossis Arab. Lat. [*Trepidare, timere*, in aliis Glossis MSS. a Vossio laudatis lib. 4. de Vitiis serm. cap. 28. Flodoardus lib. 3. cap. 3: *Nimio frigore horribiliter cum fletu ac stridore dentium tremulantes.* Acta S. Moduennæ, tom. 2. Julii pag. 309: *Timore concussus, et omnibus Trenulatis membris, etc.*]

† **TREMULUS**, *Populus tremula*, Gall. *Tremble. Ad Tremulum et ad charmum*, in Charta ann. 1213. e Tabulario Crisenonis.

\* Occurrit præterea in Lit. ann. 1229. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 718. art. 34. Vide supra *Trenblius*.

**TREMUM**, Pars brachii inter cubitum et pugnum. Lex Longob. lib. 1. tit. 6. § 6. [\*\* Roth. 387.]: *Si homini libero bruchium... subtile cubitum, hoc est, Tremum, .... rupe-rit. Ubi Edictum Rotharis Regis tit. 121. § 6. habet, quod est apud Threno. [MS. unus Treuo; alter Reno, ut est apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 48. col. 1.]*

† **TREMUS**, Species monetæ. Vocabul. Lat. Sarrac. ad calem Itinerarii Bern. de *Breydenbaech* pag. 250: *Dacatus, Ducat, Denarius, Denar, Medinus, Medin. Tremus, Terem. Forte leg. Turenus. Vide supra.*

† **TREMUTA**, Infundibulum molendini, Gall. *Tremie*. Vetus Charta apud Kennettum Antiquit. Ambrosd. ad ann. 1164. pag. 120: *Concesserunt mihi Fratres unam libertatem ad suum molendinum, scilicet molendi segetem pro multura reddenda pro segete, quæ est in Trenuta. Vide Tremellum, Tremuia et Treunia.*

\* **TRENARE**, *Trahere*, Gall. *Trainer*. Arest. parlam. Paris. ann. 1399. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 257: *Dictum Boumelle per suos servitores usque ad portam*



dictæ villæ Trenorchii Trenari fecerat. Vide supra Trainare.

**TRENCA.** Gratianus Lucius in Cambrensi everso pag. 306: *Accuratiorem Hiberniæ divisionem priseus quidam scriptor Fiutanus, Orfear dictus, carnine complexus est, e quo que huc faciëntia desumpserim, hic subijcio. Hiberniam universam in Trinchehead, quod voce Latinu Trenca, nescio unde hausta Osullevanus exprimit, dispescuit. Trencam autem 30. pagis constare Fintunus ait, additque singulos pagos pascua 4. boum armentis sic dissitis, ut se inuito non pertingant, abunde suppeditare. Ultoniam vero 35. Trencas: Mediam 18: Connacium 30. etc. complecti affirmat.*

\* **TRENCARE,** Cædere, scindere, Gall. *Trencher, couper.* Charta ann. 1328. in Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 261: *Item idem Raimundus..... scindit sive Trencavit.... omnes arbores domesticas et silvestres, que erant domini nostri regis.*

**TRENCATE,** Ventris tormina. Gervasius Tilliberiensis in Otiis Imper. MSS: *Tortiones ventris, quas vulgo Trencatas nominant.* Galli etiamnum *Tranchées* dicunt, quod præ dolore contorsionum veluti rumpantur intestina, et discinduntur; quæ enim scindere, secare dicimus: quod ea tormina sulcos et *Trencatas* in ventre efficiant.

\* *Alias Tranchoissons.* Lit. remiss. ann. 1472. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 705: *Icelle defunte se plainit fort de Tranchoissons et autres froydures.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Trencada, Prov. tortio.*

\* **TRENCATOR,** Arbitr. qui rem aliquam definit; sic *Trencher* dicimus, pro Statuere, definire. Charta ann. 1267. in Reg. 4. Armor. gener. pag. III: *Tunden dicit arbitri cum tercio Treneore, auditis utriusque partis rationibus..... dictum suum seu arbitrium in scriptis pronunciauerunt. Trenquor, eadem notione, in Sent. ann. 1447. ex Cod. reg. 8387. 4. fol. 115. rº: Item nous voulons, ordonnons et decretions que ou cas que lesdiz quatre hommes ne se puissent acorder de tout, ou de partie de les choses qui sont en debat, seront ordonnés Trenquadors; lesquels Trenquadors ordonneront de tout ce que lesdiz quatre hommes ne se pourroat acorder dedens deux mois après. Eiusdem originis est adverbium vetus Gallicum *Trainchiément* vel *Trenchément* et *Trenchiement*, pro *Décisivement*, *absolument*, *sans retour*, *Definite*, *plane*, *omnino*. Testam. Hugon. V. ducis Burg. ann. 1314. inter Probat. tom. 2. Hist. Burg. pag. 155. col. 1: *Volons que nosres hoirs ou nostre hoir soient controit Trainchiément à teuir, à accomplir.... toutes les choses dessus dites. Pactum inter comit. Fland. et scabin. Gand. in Reg. 2. Olim parlam. Paris. fol. 9. vº: La ù li troi des chiunc s'assentiroient précisément Trenchiément et en chertain, ce seroit tenu. Stat. ann. 1341. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 548. art. 12: *Se nulz, ne nulle dudit mestier baille coustes à vendre à personne dudit mestier, s'il ne les vent Trenchiément sans reprendre etc.***

**TRENCATUM,** Vallum, fossa, ex Gallico *Trenchée*. Monasticum Anglic. tom. 2.

pag. 211: *Locum suum in marisco de Dunston, ubi batha sua sita est, cum Trencato suo et aliis fossatis suis.* [Trenque, pro *Trenchée*, ni fallor, in Charta ann. 1434. ex Chartul. 23. Corb.: *Par lequel fossé ou Trenques l'eau dudit fossé alloit oudit gardin, etc.*]

\* Stat. ann. 1409. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 199. col. 2: *Dicta aqua proveniens ex dicto fonte fluit, vadit et recedit per dietum fossatum seu vallatum, et per Trencatum dicti fossati seu vallati noviter facti, etc.* *Trankis, Trenchiz et Trenquis*, nostratibus, eodem intellectu. Charta Galt. d'Estrommel ann. 1308. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 309: *Puis avoir, toutesfois qu'il me plaira, yaue qui venra dudit filet par un Trankis (infra Tranquis) de le largeur d'un piet tant seulement.* Sent. arbitr. in Reg. 53. ch. 53: *Nous volons que lesdiz Trenquis ou ouvertures ou fosses que ti tiegnent si clos et si estrainne par quoy poyssons u'i peust venir, ni aler.* Monstrel. vol. 3. fol. 44. rº: *Les Gantois uoient malement fortifié (ce village) de Trenchiz et boullevers etc.*

† **TRENCHATOR,** **TRENCHIATOR,** Scissor, scindendi obsonii magister, Gall. *Ecuyer trenchant, Johannes de Courteville Scutefer, Tranchiator Marescallus hospitiorum ejusdem Archiducis, in Tractatu ann. 1497. apud Rymer. tom. 12. pag. 655. col. 1. Exstant tom. 15. pag. 327. Litteræ ann. 1553. pro capitali Trenchiatore Regis, in quibus Tranchiator et Trenchator legitur.*

\* Eiusdem originis est vox Gallica *Tranchouoir*, Orbiculus mensorius, in quo dapes scinduntur. Lit. remiss. ann. 1393. in Reg. 145. Chartoph. reg. ch. 428. bis: *Rogier Percepot, sonnellerie de nos napes,..... en venant querre lu nef et les Trunchouoirs d'argent que l'en met à table devant nous, etc.* *Trancheur*, in Ch. ann. 1543. Hinc Orbiculus lusorius, vulgo *Palet*, appellatur *Transchouer*, in Lit. remiss. ann. 1455. ex Reg. 191. ch. 123: *Plusieurs marchans et uutres gens de Luçon commancerent à jouer pour le vin aux Transchouers pour les mettre et getter au plus près d'une merche qui estoit sur uue table.* *Alie* ann. 1467. in Reg. 194. ch. 253: *Lesquels compaignons se prindrent à jouer au jeu du Trancheur. Lesquelz compaignons se mirent à jouer pour le vin à ung jeu, appelé le jeu du Tranchoeur, in aliis ann. 1443. ex Reg. 184. ch. 604.*

1. **TRENCHIA,** Idem quod *Treucatum*, tom. 3. Monast. Angl. pag. 3. [Charta Henrici II. Reg. Angl. ex Archivo Beccensi: *De operationibus castellorum et pontium et vivariorum et fossatorum et Trenchiarum.*] Vide *Trancheia* et *Trenkeia*.

\* 2. **TRENCHIA,** Jus scindendi lignum mortuum seu aridum in silvis. Vide supra *Trancheia* 2.

\* **TRENCHIA,** Instrumentum ferreum, quo terra proscinditur, ligo, Gall. *Beche*, alias *Trenche. Tres Trenchias*, in Chartul. archiep. Bitur. fol. 165. vº. Lit. remiss. ann. 1473. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 971: *Icellui Anthoine portant une Trenche ou beche de fer en sa main etc.* *Truble* appellatur, haud scio ann mendose, in aliis Lit. ann. 1453. ex Reg. 185. ch. 291:

*Icellui le Broddeur leva le Truble ou palle, duquel il faisait le fossé, et en ferit le suppliant. Hinc qui ligone muros suffodit, vulgo Sappeur, Trecheor dicitur apud Vilehard. paragr. 42: Et lor si mistrent lors Trancheors à une tour, et eil commencierent à trenchier le mur.* Vide supra *Trancheia* 1. Ligni fragmentum *Trenche* sonat, in Arest. parlam. Paris. ann. 1394. ex Cod. reg. 5190. fol. 110. rº: *Plusieurs Trenches faites sur yeelles appointées etc.* Unde *Trenches* legendum puto pro *Trouches*, in Lit. ann. 1376. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 230. art. 28. *Trenchoir de pain*, pro *Trenche*, morceau, Panis frustum, olla, in Lit. remiss. ann. 1388. ex Reg. 132. ch. 236: *Lesquelz upporterent par maniere de derision une plume de coq entichée sur un Trenchoir de pain.*

† **TRENCHIS,** Vox vernacula, Cæsiø, a Gallico *Trencher*, Cædere, scindere. Charta ann. 1307. e Chartulario S. Johannis Angeriac. pag. 231: *Tenentur defendere... eamden petiam nemoris... ab omni pasturagio, durante scissione predicta seu le Trenchis secundum consuetudinem dictæ Forestæ.*

† **TRENCOLUS,** Ital. *Treccolo*, Qui res emit viliori pretio, ut carius vendat. Chron. Parm. ad ann. 1294. apud Murator. tom. 9. col. 827: *Elevati fuerunt clamores et percussiones lapidum, bancorum et tabularum a pueris et Trencolis, et ubi aliis hominibus stuntibus in platea, etc.*

† **TRENKEIA,** Fossa, Gall. *Trenchée*. Charta Johannis Comitiss Pontivi ann. 1184. pro Communia Abbatis-villæ: *Concessietiam iisdem Burgensibus banlivam quietam et liberam habendam usque ad arborem de Mablott, usque ad Trenkeiam de monte Calberti, usque ad Trenkeiam novorum molendinorum, usque ad quatuor quercus.* Vide supra *Trancheia, Trencheia*, et *Trencutum*.

**TRENO.** Vide *Trenum*.

† **TRENTA,** Triginta, Gall. *Trente*. Formula vetus apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 72. col. 2: *Et quid ego quod meus pater et quod iste per Trenta annos possessam.*

**TRENTALE.** Charta ann. 1152. Clementis Decan. Ecll. Paris. in Magno Pastoralis, lib. 3. ch. 32: *Si vero aliquis Capellano vel Parochiali Sacerdoti nunmos, vinum, annonam, vel etiam illud quod vulgo Trentale appellat, reliquerit, commune habeatur.* Id est pecuniam, quæ pro *Trentenario* adimplendo Sacerdoti exsolvitur. [Et quidem *Trentel*, pro Officio 30. Missarum dixerunt nostri. Testam. ann. 1448. ex Chartul. 21. Corb. fol. 277: *Item je voel et ordonne ung Trentel de Messes estre dictes et celebrées pour l'ame de my le plus brief que faire se porra.*] [\* *Trentuale*, in Charta Langobard. ann. 988. apud de Blasio Series Princ. Salern. Probat. pag. 124. num. 64: *Et facimus pro vestre salutis hanime septima et Trentuale, etc.* Vide *Trentena*, 2. et *Tricenarium*.]

\* **TRENTANEA,** Grex tricenarius ovium, caprarum, etc. Testam. Beatr. dncis. Burg. ann. 1228. ex Cod. reg. 9484. 2. fol. 112. rº: *Folo quod ecclesia sanctinonialis de las Ayes, ubi elegi sepulturum, detur condamina de Motolun, in qua ipsæ habebant*



medietatem, cum decem Trentaneis ovium communium, et cum decem equibus. *Trantis*, eadem notione in Chartul. S. Vinc. Cenoman. : *Comme aussi avoue droit de deux parts de dixmes en trois Trantiz de la paraisse de Place.*

\* **TRENTANERIUM**, Eodem significatu. Testam. Guill. de Pratoconit. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. iv : *Item lego domine Juliane moniali Boniloci nepti mee dimidium Trentanerium ovium tenendum pro ipsam, quandiu ipsa vixerit. Vide Trentanarium.*

1. **TRENTENA**, Vectigalis species. Charta Joan. Militis Dom. de Andesello ann. 1229. ex Tabular. Abbat. Barbellensis : *Quod eo tempore quo tenebam et percipiebam apud Meledum... quandam reditum, qui dicitur Trentena, super naves per archetiam de ponte Meleduni ligna deferentes a Monachis de Barbeel, etc.*

\* 2. **TRENTENA**, Triginta Missæ pro defuncto celebratæ. Charta ann. 1319. in Chartul. S. Maglor. ch. 58 : *Quando celebrabitur in dicta ecclesia, pro defunctis ibidem sepultis, missa, anniversarium, annua, Trentenæ, totum emolumentum..... erit commune. Trentenarium missarum in Testam. Colæ de Castellon ann. 1461. 2. Aug. Vide Trentale et Tricenarium.*

† **TRENTENARIUM**, **TRENTENARIUS**, vulgo *Trentenier*, Grex tricenarius ovium, caprarum, etc. Charta ann. 1293. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 72. col. 1 : *Item, quod monasterium S. Crucis predictum non possit tenere in montancis ipsius, nisi septem Trentenaria ovium cum lacte et vaceno, arietibus et agnis, quantum necesse fuerit secundum numerum ovium predictum, ita quod ad totum numerum undecim Trentenariorum non transcendunt.* Charta ann. circ. 1062. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *Perdonarunt Rostagnus et fratres ejus quatuor Trentenarios ovium. Sententia arbitralis ann. 1303 : Uno quintali caseorum pro quolibet Trentenario animalium, etc. Trentenarium averis lanuti, in Transactione ann. 1490. ex Schedis Præs. de Mazaugues. Hinc emendanda Statuta Verecell. lib. 3. fol. 56. vº : Item si petatur scriptum ducenti oves, capras, moltones, seu alias pecudes extra districtum Vercellarum, non possit Notarius accipere pro scripto ultra den. xii. pro quolibet Trentenario. Leg. Trentenarium. Vide alia notione in Tricenarium.*

\* **TRENTENUM**, ut *Trentena*, 2. Libert. Vienn. ann. 1361. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 434. art. 50 : *Triginta denarios monetæ usualis pro Trenteno, etc.*

**TRENTUALE**. Vide *Trentale*.

† **TRENUIS**. Vide in *Threus*.

\* **TRENUM**, f. pro *Terrenum*, Agger terreus, ommissa abbreviationis nota, Gall. *Rempart*. Reg. feud. Aquit. in Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 33. rº : *Item habet quod habitatores Lingonii tenentur claudere ipsam villan palo, Treno et barreris congrue. Vide Terrale 2.*

\* **TRENUUS**, pro *Threnuus*, Lamentabilis, queribundus. Comæd. sine nomine act. 3. sc. 5. ex Cod. reg. 8163 : *Nunc opus est consumato consilio se illius illudere turpiter satagentem, Trenis dolere faciamus angustis.* Vide supra *Threnosus*.

† **TREOGA**, pro *Treuga*. Vide in *Treva*. **TREPALIUM**. Concilium Autisiod. cap. 33 : *Non licet Presbytero, nec Diacono, ad Trepalium, ubi rei torquentur, stare.* Concilium Matiscon. II. cap. 19 : *Definientes, ut ad locum examinationis eorum nullus Clericorum accedat; neque intersit atrio saucio, ubi pro reatus sui qualitate quispiam interficiendus est. Trepel videtur appellare vetus Poeta Gallicus MS. du chevalier au Barisel :*

Vous m'avez mis en mal Trepel,  
Pour chel diable de bareil.

Le Roman de Rou MS :

Toute iert Bretagne en grant Trepel.

In Gloss. Lat. Gall. *Trepallus*, πριζπυς bis legitur. Est autem *Priopus* machina bellica; sed apud Scriptores longe recentioris ævi; verum *Trepallus*, pro *Triphallus*, hic legi observat Salmasius.

† **TREPANUM**, a Græco τρέπανον, *Terebra*, qua utuntur Chirurgi ad cranium caute perforandum, apud Vossium de Vitiis serm. pag. 628.

† **TREPARE**, verbum Ital. *Jocari, saltare, tripudiare*, Gall. *Danser*. Charta Tolosana ann. 1192 : *Ipsum pratum et gravaria erant publica... causa spaciandi et Trepandi.* Le Roman de Robert le Diable MS :

L'Emperere est enmy la sale  
U il ne Trepe, ne ne bale.

Vide *Tripare*.

\* Alias *Treper* et *Trepper*. Vitæ SS. MSS. ex Cod. 28. S. Viet. Paris. fol. 137. vº. col. 1. ubi de Nativit. S. Joan. B. : *Sainz Jehanz senti le fil de Dieu venir à soy, et par grand joie il commenca à Treper on ventre sa mere. Exultavit infans in utero ejus*, apud S. Lue. cap. 1. v. 41. Guignevil. in Peregr. hum. gener. MS. ubi de Juventute :

Je espringue et si carole,  
Je Treppe et queur et danse et bale,  
Eu allant à le witefale.

† **TREPASSUS**, Idem quod *Transitus*, Pensitatio quæ exsolvitur a transeuntibus per terras alicujus domini. Litteræ ann. 1343. inter Ordin. reg. Franc. tom. 5. pag. 318 : *Inforant les diz Religieux (de la Luzerne) et leurs tenans de payer coustumes, Trespas, panages et plusieurs choses, etc. Vide Consuet. Pietav. art. 99.*

\* *Nostris Trespas*. Charta ann. 1295. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris fol. 242. vº. col. 2 : *Item pour le Trespas de Geolet pour quatre livres, dix sols.* Occurrit præterea in Lit. ann. 1381. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 639. Aliud sonat hæc eadem vox in Comput. Rob. de Seris ex Reg. 5. Chartoph. reg. fol. 7. rº : *Une çainture d'argent sur cuir blanc, ferrée au lonc à rondeaux esmaillez et à cuers et lettres, boncle, mordant, Trespas, reons touz dorez.* Ubi significari videtur Fibulæ clavieulus, vulgo *Ardillon*.

\* *Trespas* vero dicitur de tempore jam diu præterito, in Charta ann. 1268. apud Lobinel. tom. 2. Hist. Brit. col. 408. Hinc *Trespessuales* nuncupantur bona hujus vitæ caduca et instabilia, in Serm. S. Bern. tom. 17. Comment. Acad. Inscript. pag. 181 : *Lic haïtif fil d'Adam... çaièrent icil*

les choses défaillans et Trespessuales. *Trescooper*, pro *Passer devant*, Antecedere, nune nude *Couper*, in Lit. remiss. ann. 1443. ex Reg. 176. ch. 299 : *Jehan de Meureville tira ses chevaulx pour faire passer son char et Trescooper les autres.*

† **TREPATE VESTES**, Quasi *Terebratæ*, perforatæ, in Constitut. Jacobi I. Reg. Aragon. ann. 1234. Marcæ Hispan. col. 1430. Vide *Frepate vestes*.

**TREPEDIA**, Scabellum tripes. Vide *Tripedia*.

† **TREPEDICA**. Vide *Tripedica*.

\* **TREPELLIUS**. Vide infra *Trespellius*.

**TREPELLUM**. Auctor Mamotrecti ad 4. Regum cap. 9. vers. 17 : *Globum, i. Trepellum. Globus est rotundus acervus, aut volumen, aut augmentum.* [\* Vox Italica, Globus, manipulus, multitudo hominum. Vide Barbarin. Docum. d' Amore voce *Trepello* et Raynouard. Glossar. Roman. tom. 5. col. 432. voce *Tropel, Trepell* etc. infra *Troppus*.]

† **TREPERARIUS**. Vide *Traperius* in *Trapas*.

† **TREPGET**. Vide *Trebuchetum*.

**TREPIDARE**, Idem quod *Torneare*, Hastiludio se exercere, vel decertare; a *trepidare*, quod de equis dicitur, qui citato gradu incedunt, Gallis *Galoper*; unde *trepidarii* equi, de quibus mox. Concilium Albiense cap. 15 : *Trepidare quoque, quod vulgariter biordare dicitur, cum scuto et lancea aliquis Clericus publice non attentet.*

**TREPIDARII EQUI**. Vegetius lib. 1. de arte veterin. cap. 56 : *Quod nihilominus inventum constat a Parthis, quibus consuetudo est equorum gressus ad delicias dominorum hac arte molire. Non enim circulis atque ponderibus prægravant, ut soliti ambulare condiscant; sed ipsos equos, quos vulgo Trepidarios, militari vocabulo Tottonarios vocant, ita edomant ad lenitate et quadam blandimenta vecturæ, ut asturconibus similes videantur. Ubi legendum forte Trottonarios vel Trotarios. Leo Imp. in Tacticis cap. 7 : Μετὰ τῶν σκουτερῶν ἐπελαύνει εὐτακτος τριπόδι μόνῳ, ἄρουν κινύματι συμμετρωτῶ λεγόμενῳ καὶ πα, καὶ μὴ βιαζίως τρέχει. Ubi a voce Κάλπα, quæ eadem notione occurrit præterea apud Pelagonium lib. 1. Hippiatr. cap. 24. orta vox nostra le *Calop*, seu le *Galop*, uti pronuntiamus. Vide *Trotare* et *Tripedare*, et Salmasium ad Historiam Augustam pag. 244. 245. [Le Roman de la guerre de Troyes MS :*

La terre croille sur les piés  
De la fierté dou Trepeis  
Que font les destriers Arabis.]

† **TREPIDICA**. Vide *Tripedica*.

† **TRERONES**, *Pavidæ colombar*, in *Amalthea*.

† **TRES**, vox Gallica, *Pone*. *Pratum situm Tres la Comba*, in Charta ann. 1424. e Schedis D. *Aabret*.

\* *Dès, depuis* præterea significat. Lit. remiss. ann. 1420. in Reg. 171. Chartoph. reg. ch. 260 : *Comme le suppliant ait esté nourry Très s'enfance avec feu nostre amé et féal chevalier Amé de Landres, etc.* Id est, ab infantia. *Tresci-que* pro *Jusque*, *Usque*, apud Villehard. paragr. 28 : *Et chevauçherent Tresci-que à Parvie en Lombardie. Tresque*, infra paragr. 32.



\* **TRESANTIA**, Pars claustrī, in qua lectioni vacabatur, forte a mensis seu scabellī tripēdibus sic dictæ. Pactum inter episc. et archidiacon. Paris. circa initium XII. sæc. tom. 2. Hist. Paris. pag. 31: *Concessum ut neque scholares extranei in domibus claustrī ulterius hospitarentur, neque in ista parte claustrī, quæ vulgo Tresantiæ nominantur, deinceps legerent.* Vide *Trisantia*.

† **TREBELLIO**. Vide *Trespellius*.

† **TRESCENSUS**. Vide *Trecensus*.

\* **TRESCIA**, Crines intexti, implicati, Gall. *Tresse*. Charta ann. 1313. in Reg. 49. Chartoph. reg. ch. 49: *Post multa verba contentiosa, enormia et contumeliosa, quæ idem clericus..... eidem dixerat nullieri, ipsam per capillos et Trecius accipiens et.... extrahens, prostravisset ad terram, etc.* Hinc *Treque*, Rugatus pileolus, apud Math. de Couciaco in Hist. Caroli VII. pag. 672: *Ayant sur la teste une Treque à la guise de Sarasin de Grenade, etc.* Vide infra *Tricatrix*.

\* *Tresque* vero, cujusdam monetæ Flandrensensis nomen, in Lit. remiss. ann. 1392. ex Reg. 143. ch. 281: *Une pièce de monnoye, appelée Tresque, de huit deniers.* Aliæ ann. 1401. in Reg. 156. ch. 330: *En laquelle bourse avoit trois solz, quatre deniers Parisiens en blanche monnoye, avec une Tresque de la nonnoie de Flandres.*

\* **TRESCURTIS**, Prædium rusticum, idem quod *Cortis* 1. Charta ann. 1362. in Reg. 93. Chartoph. reg. ch. 241: *Item una Trescurtis Bernardi Martini, sita extra castrum ad portale inferius, ad censum unius poheria ordet.* Vide supra *Transcurtis*.

† **TRESCUM**. Charta ann. 1475. apud Calmet. in Probat. Hist. Lothar. tom. 3. col. 279: *Reddubus, censibus, serviitiis, venationibus, piscationibus, casquis, bustis, bandinis, forescapis, Tresciis et juribus, etc.* Lego *Tresenis*. Vide *Tresenum* et *Trezenum*.

\* **TRESDCECIUM**, Pretii venditionis pars decima tertia, idem quod *Trezenum*. Charta Phil. Pulc. ann. 1310. in Reg. 47. Chartoph. reg. ch. 12: *Una cum simplici justitia, relevis et Tresdecimis.* Vide supra *Tredeccimum*.

**TRESELLUS**, Dolii vinarii species. Tabularium Fossatense: *Valenton, ubi habet dicta Abbacia unam Tressellum boni vini in vindeniis super quibusdam vineis.* Usatica Vicecomitatus Aquarum Rotomagi MSS. ubi de præstationibus pro vino: *De tonneaux qui sont sur le bout 5. sols, pour chacun doublier 3. sol. 6. den. pour le Tressel 4. sols, pour le tunnel de la Rochelle, etc.* Infra: *S'il en a ou batel, ou en la nef 19. tonneaux, et il y a doublier, Treseaux, ou charretée qui facent moeson, le tunnel ne doit pas être prins, més la moeson de 19. tonneaux, etc.*

\* Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 192. rº: *Tressellum vini, quatuor solidos; si costumarius, xvj. denarios.* Vide infra *Trezellus*.

† *Tresel* præterea dictum nostis fascienlus telarum, pannorum, etc. ut colligitur ex Chartular. 21. Corb. fol. 85. vº: *C'est, assavoir ly Trestiax de toiles, de dras, de camelos, de sarges, etc.*

† **TRESENUM**, Decima tertia pars pretii venditionis domino persolvenda. Testamentum Anglici Episc. Alban. Card. ann. 1388. apud Stephanotium tom. 10. Frag. MSS. pag. 335: *Lego pro ipsa capellania fundanda omnes census, serviitiis, deveria... laudimia, Tresaena, avantagia et prælationes, et quæcumque usatica, etc.* Vide *Trezenum*.

\* **TRESFONSARIUS**, Qui terræ fundum possidet, Gall. *Tréfoncier*. Arest. ann. 1282. in Reg. 2. Olim parlam. Paris. fol. 62. rº: *Tresfonsarii Resti utentur in dominio suo, sine livreta forestariorum.* Vide *Tresfundus*.

† **TRESEONELLUS**, Qui tres habet vestes gonellas olim dictas. Sic cognominatus est *Triscannus Episcopus*, apud Lobinell. tom. 2. Histor. Britan. col. 251.

**TRESIDIA**, Charta Walteri de Gant, Comitit apud Edw. Byseum in Notis ad Uptonum pag. 86: *Cum suis pertinentiis sibi congruentibus, boscis, subboscis, aquis, stagnis, gurgitibus, piscariis, vastis, moris, mariscis, turbariis, Tresidiis, petariis, gardinis, etc.*

\* **TRESORARIUS**, a Gall. *Trésorier*, pro Thesaurarius, in Lib. pitent. S. Germ. Prat.

**TREPELLIUS**, vel *Trespellio*, [sive *Tresbellio*, ut legit Eccardus in Pacto Legis Salicæ tit. 3. § 9.] Trium villarum, quasi *Tresvillio, trivillanus; bell* enim Germanis est villa. [Id negat Eccardus; unde *Tresbellio* deducit a *Tres*, et *Bulle*: quo nomine, inquit, taurum indigitamus; hac enim ratione trium sc. villarum taurus accurate exprimitur.] Alii scribunt *belle* dici campanulam, unde *belluys* campanarium dicitur, *tresbellio, dryschel*. Ita *tresbellio*, erit *deois tauris clochers*. Lex Salica tit. 3. § 7: *Si quis taurum gregem regentem furaverit, qui de tribus villis communes vaccas tenuerit, hoc est Trespellius, 700. den... culpab. judicetur.* Quibus verbis, ut quidam putant, non tam taurus, quem *Bannalem* dicimus, intelligi debet, quam is de quo Consuetudo Britannica art. 420: *En trois villages peut avoir un taureau, qui ne peut estre empêché d'aller à jeu: et pour icelui quelque part qu'il soit trouvé, ne doit estre payé antende, desdommage, ou assise.* Ex lege igitur Salica docemur, jam olim taurum admissarium communem fuisse tribus villis seu pagis. [\* Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 592. et Graff. Thesaur. Ling. Franc. col. 332. tom. 6. voce *Spilon*.]

\* *Trepellius*, in Cod. Estensi apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 287. ubi Glossa: *id est, qui bene trepat.* Porro Germanis, ut notat vir eruditus, *Treppe* idem sonat, quod Italis *Salita, montata*; quod tauro admissario recte convenit.

\* **TRESPES**, Tripes, Ital. *Treppiede*; ad lectum pertinet in Act. notar. Senens. ad ann. 1284. ex Cod. reg. 4725. fol. 25. rº: *Unum par linteaminum et Trespides de lecto, et unum serineum magnum.*

\* *Trespou* vero, Ornatus species videtur, in Lit. remiss. ann. 1395. ex Reg. 147. Chartoph. reg. ch. 288: *Deux patrons à faire bourse de soye, un Trespou de feuille d'or, et un trezel de soye vermeille.*

**TRESSALITUS**, Usatici Barcinonenses MSS. cap. 67: *Si quis Judæo, vel Saraceno baptizatis retraxerit illorum legem, vel ap-*

*pellaverit eos Tressalits, vel Renegats, etc.* [Vide *Tornadiz. Tressalé* de eo dicitur quod ex vetustate periiit, Gall. *Qui est passé*, in Præcepto Johannis Reg. Franc. ann. 1353. tom. 2. Ordinat. pag. 533. ubi de Apothecariis: *Et quand ils l'auront confite, ils écriront dessus le mois qu'elle fut faite, si que quand elle sera Tressalée, l'en la jettera.* Aliud sonat vox: *Tressault*, in Consuet. Britan. art. 258. 551. Vide Gloss. Jur. Gall.]

\* *Tressaillir*, pro *Sauter par dessus*, *passer*, Omisso medio transire, prætermittere, in Lib. Pedag. Paris. ex Cam. Comput. fol. 5. rº: *Le jour de la feste de S. Vincent a li prévost de Paris et li peagiers à S. Germain des prez ung muys de vin, si redoivent essayer le vin du conveny tout avant, et puis après de deux tonneaux sans Tressaillir.*

\* **TRESSATORIUM**, Crinium intertextorum muliebris ornatus. Charta ann. 1357. ex Tabul. Massil.: *Attentis importunitatibus dominorum hujus civitatis Massiliæ diu gravantium civitatem importabilibus sumptibus, in arnesis pomposts, Deo et honestati displicibilibus, ut pote in coronis, Tressatoriis et aliis ornamentis perlarum, auri et argenti, in caputis perlis, auro vel argento ornatis.* Vide *Tressorium* in *Trica*.

† **TRESSENIUS ARRO**. Vide in *Arro*.

† **TRESSENSUS**, pro *Tresensus*. Vide *Treccensus*.

\* **TRESSEPARARE**, f. Perforare, vel perfringere. Libert. Montisfer. ann. 1291. in Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 154: *Item quotiescumque acciderit, quod aliquis inventus fuerit de nocte seu die.... incendium ponendo, rapiendo, Tresseparando, aut aliud crimen seu maleficium committendo, etc.*

† **TRESSETUS**, Fulmentum focarium, Gall. *Chenet*. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar.: *Item plus in camino ignis ejusdem aulæ duos canes sive Tresseti ferri ponderis viginti librarum ferri ad comuinem extimationem.*

\* **TRESSIS**. Vide supra *Tremissis*.

**TRESSORIUM**, Gall. *Tressoir*. Vide in *Trica*.

**TRESTELLUS**, [TRETELLUS,] Fulcrum mensarium, tripedis species, Gallis, *Tresteau*. Fleta lib. 2. cap. 16. § 1: *Mensus et Trestella providere et reparare.* Apud Will. Thorn ann. 1309: *In tabulis, Trestellis, dressoriis faciendis, etc.* [Aula munita tabulis, sedibus, banchis et Trestellis, in Ordinatione ann. 1340. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 396. col. 1. *Item, procuret tabulas et Tretellos, ibid. pag. 395. col. 1. Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1376. ex Bibl. Reg.: Duæ tabule sive mensæ cum quatuor Tretellis super quas cerei et luminare fiunt et ordinantur.*]

\* *Tréteau* fortassis mendose, pro *Terrceau*, vulgo *Tiercelet*, Tertiarius falco, in Assis. Hieros. cap. 310. apud Thaumasser.: *Pour l'estoir ou faucon formé, cent besans, et pour le Tréteau, cinquante besans.*

\* *Trestourner*, pro *Versare*, Gall. *Faire tourner*, in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 35: *Montet piqua son cheval et passa par derrière Guyenot, que le cheval hurta et Trestourna, tellement que à bien po qu'il ne chent.*

**TRESTORNATUS**, Deflexus, *Destourné*. *Trestornate* aquæ et obstructæ, apud Bra-



cton. lib. 3. tit. de Act. cap. 12. § 6. et in Fleta lib. 2. cap. 52. § 18. *Evnes Tresturnées*, apud Brittonum pag. 32. v. 71. v. Le Roman de Carin :

La veissies Trestouraer et gueuchir.

[Le Roman d' *Athis* MS :

Moult le fist bien, moult y joust,  
Moult y gueuchi, moult Trestourna...  
Et approuchier et préa tenir,  
Et Trestourner, et d'eulx partir.

Le Roman de *Vacce* MS :

Qui chastel out bien le ferma,  
Qui avoir out s'il Trestourna.]

*Trestour*, pro Dolus, fraus, Gall. *Détour*, *sinesse*, in Bestiario MS :

Mais il i a oisiaus pluisours  
Qui les gueiches et les Trestours  
Dou goupil aperchoivent bien.

† TRESTURA. Vide *Transitura* in *Transitorium*.

† TRESUM. Charta ann. 1252. e Tabulario S. Nicasii Rem. : *Inter vineam Pouletii preparari ex una parte, et quoddam Trestum ex altera*. Leg. sorte *Trellium*. Vide in *Trela*.

† TRETELLUS, Gall. *Tréteau*. Vide *Trestellus*.

† TRETEUS. Vide *Typica febris* in *Typus*.

† TRETHING, pro *Tething*, Decania. Locus exstat in *Lech*. Vide *Tethinga*.

† TRETIA, Volumen funium. Acta S. Rainerii tom. 3. Junii pag. 456 : *Jactaverunt anchoram in mare ad retinendam navem... nec extrahere eam valuerunt, imo in trahendo Tretiam, cum qua ligata erat, rupebant*. Vide *Trica*.

† 1. TREU, *Edicula sacra*. Vide *Treb*.

\* 2. TREU, vox Gallica, Cribrum pollinarium, vulgo *Bluteau*, a forma cylindracea sic nuncupatum. Lit. remiss. ann. 1398. in Reg. 153. Chartoph. reg. 298 : *Guillaume le Foulon failli avant,.... et eust abatu à terre le suppliant, se n'eust esté un Treu à buleter la farine, à quoy il estait appuyé*. Hinc etiam *Trenle*, pro *Treuil*, *Sucula*, in aliis Lit. ann. 1389. ex Reg. 135. ch. 287 : *Icellui Enguerran prist la menevelle ou manche de Treulle d'un puis, etc.*

TREVA, TREUGA, etc. Ugotio : *Treuca*, vel *Treuga*, scriptio regalis vel securitas : unde *Trengare*, *sedare*, *pacificare*, *Treugam facere*, et *Treugarius*, qui *Treugas* inter aliquos facit. Gloss. Lat. Gall. : *Treuga*, *Treves*, *seureté*. *Trengarius*, qui fait *treves*. *Trengare*, *faire treves*, *appaïser*, [assurer, in Sangerman.] A. Gellio lib. 1. cap. 25. *induciæ dicuntur Pactitia armorum cessatio*. Baldo in leg. 1. D. de Pactis : *Trenga*, *securitas præstita rebus et personis, discordia nondum fuita. Pax vero est finis discordiæ, vel plena discordiarum sedatio*. Philippus de Bellomanerio in Consuet. Bellovacensi MS. cap. 60 : *Treuve est une chose, qui donne seureté de le guerre, el tans que elle dure*. Vetus Consuetudo Normanniæ MS. part. 2. cap. 10 : *L'en doit savoir que Treve, si come l'en la prent en laie court, est un assegurement qui est fait par la foie baillie du cors, que celui qui la donne ne fera mesty mal, ne ne fera fere, ne par lui, ne par autre à celui à qui il la donne*. Leges Alfonsinæ part. 7. tit. 12. lege 1 : *Tregua es un assegurement, que se dan los fijos dalgo entre si unos a otros,*

*despues que son desafiados, que non se fagan mal en los cuerpos, ni en los averes, en quanto la tregua durare, etc.* Adde part. 7. tit. 12. Vox porro *Treva*, vel *Treuga*, a Saxon. *treow*, vel Germanico *Trew*, aut *Truewe*, fides, pax, fidelis, verus, vulgo deducitur. Will. Tyrus lib. 1. cap. 15 : *Pax que verbo vulgari Treuga dicitur*. Guill. Neubrigensis lib. 5. cap. 3 : *Induciæ quas Trengas vocant*. Fulbertus Epist. 93 : *Quin Episcopo tuo Treugam des*. Occurrit in Lege Longob. [in Bulla Benedicti VII. PP. ann. 977. Marçæ Hispan. col. 1006.] apud Willelmum Armoricum, Joan. Sarisburiensis Ep. 159. et alios passim.

TREVA, ex Gallico *Treue*, apud Hugonem Flaviniac. ann. 1041. Gregorium VII. PP. lib. 5. Epist. 16. [in Charta æræ 1050. Marçæ Hispan. col. 1011. in alia ann. 1187. apud Sponium tom. 2. Hist. Genev. pag. 48. etc.]

\* Lit. remiss. ann. 1406. in Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 39 : *Comme Jehan Sirebon eust requis avoir Trèves de Guillaume Dumesnil, selon la constume du pais, par devant le vicomte d'Orbec;... lesquelles Trèves ledit Dumesnil eust données et fiancées audit Sirebon; et après ce ledit vicomte eust donné et assigné jour aux parties certain après ensuivant de comparoïr par devant le bailli d'Évreux ou son lieutenant à son siège d'Orbec pour renfoncier lesdits Trèves, etc.* Travers, pro *Trèves*, in Lit. ann. 1371. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 719.

TREVA, Guillelmus Pictavensis in Gestis Guillelmi Nothi Reg. Angl. pag. 193 : *Sanctissime in Noruannia observabatur Sacramentum pacis, quam Treviam vocant*. Fulcherius Carnot. lib. 1. Hist. Hierosol. cap. 1 : *Jurisjurandi firmitudine pacem, quam dicunt Treviam, invicem tenendam constituerunt*. [Adde Johannem Carnot. Epist. 90. Sugerium Epist. ad Gaufridum Com. Andegav. Chartam ann. 1144. in Probat. tom. 2. novæ Histor. Occitan. col. 505. etc.]

TRIVIA, in Legibus Luithprandi Regis Longob. tit. 27. [\*\* 42. (5, 13.)] *Trîza*, apud Pachymerem lib. 13. cap. 34.

TREVIJA, apud Albericum in Chron. MS. ann. 1095. Philippus *Mouskes* in Hist. Francor. MS :

Quar il n'ot triuwe ne respit.

TREGUA, ex Italico *Triegua*, vel Hispanico *Tregua*. Acta Alexandri III. PP. apud Baron. ann. 1177 : *Et Treguan Lombardorum... bona fide servabit*. Habetur ibi non semel. Rodericus Tolet. lib. 3. de Reb. Hisp. cap. 24 : *Interposito federe Treguarum. Mox : De datis Treguis doluerunt*. Ita lib. 7. cap. 30. 34. in Historia Cortusiorum passim, et in Consuetudinibus Teneræmundanis art. 90. apud Lindanum pag. 94. [et Muratorium tom. 6. col. 172. tom. 11. col. 59. 60. tom. 12. col. 348. 359. 367. 480. 615. 1158. Adde Statuta Montis-regalis pag. 174. Antiquitates Hortæ pag. 475. 486. Append. etc.]

† TREUGUA, in Annal. Genuens. ad ann. 1237. apud Murator. tom. 6. col. 477. Rolandinum lib. 1. cap. 12. tom. 8. ejusd. Murator. col. 180. in Regiminibus Paduæ ibid. col. 432.

† TREUGA, in Epistola ann. 1276. apud Hansizium tom. 1. Germaniæ sacræ pag. 417.

† TRAUGA, in Litteris ann. 1309. apud de *Lauriere* tom. 2. Ordinat. Reg. Franc. pag. 159.

† TREUGA, in Aresto Parlam. ann. 1331. ex Archivo Bonæ-vallis.

† TREUVA, in Charta Alberici Archiepisc. Bituric. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 59.

† TREUGUA, Charta seu Instrumentum in quo condiciones *treugue* descriptæ sunt. Charta Honorii III. PP. ex Chartul. Campan. fol. 23. vº : *Procuratore vero Comitissæ predictæ relaxari hujusmodi sententias juxta formam in Treugis expressam et in litteris alterius partis contentam cum instantia postulante, etc.*

\* TREUGA ADRATA. Vide supra *Adrare*.

*Treugæ* dabantur, vel in curia Principis, vel in curia domini superioris seu vassalli Principis, altero ex iis, qui in bello erat, petente, ita tamen ut eas domino auferre non liceret, ut est in Consuetudine Andegav. art. 78. 82. 83. 152. et Cenoman. art. 49. 89. 93. 94. 167. Domini quippe superioris officium erat in bellis vassallorum partes suas interponere, *treugamque* iis indicere, renuentes multare. Consuetudines Teneræmundæ artic. 15. apud Lindanum : *Si vero Scabini ab aliquo Treugas petierint, pro quocunque discordia fuerit, et ille responderit, quod propinquorem habeat parentem, ille debet ducere Scabinos ad propinquorem parentem, et ab illo Treugas requirere Scabini. Et si ille negaverit, et dare Treugas noluerit, 20. libras persolvat. Et si de cætero ab ipsis Treugas petierint, et ille iterum dare negaverit, toties 20. librarum reus erit. Si vero propinquior parens inventus non fuerit, ille, quem primo Scabini tenuerint, Treugas debet dare, donec Scabinus propinquorem monstraverit parentem, et eodem Scabinis ostenso, debet quitus morari. Si autem Treugas dare renuerit, 20. libras dabit, sicut superius dictum est. Secus erat de Asseramento, quod dominus indicere non poterat, nisi altera partium id petente. Vide Dissert. 29. ad Joinvillam,*

IN TREVIS POSITUS, dicitur, cui induciæ concessæ sunt, vel qui per inducias datas securus esse debet. Baldricus Noviom. lib. 3. cap. 39. [\*\* *Le Glay* 34.] : *Eum... in Trevis positum etiam die Dominica interfecit*. Sic enim legendum, non tribuit.

\*\* TREUGAS SUMERE. Robert. de Monte ann. 1167 : *Treugæ sumptæ et juratæ sunt inter reges. Treviæ Capte*, apud eund. ann. 1159.

TREUGÆ REDDI dicuntur, cum expletæ sunt. Rigordus ann. 1195 : *Sequenti mense Novembri, termino transacto, reddite sunt Treugæ, et guerra inter duos Reges iterum incepta*. [\*\* Adde Robert. de Monte ad ann. 1152. Pertz. Script. tom. 5. pag. 501. lin. 48.]

TREUGARUM INFRACTIO, *Triuwe tulue et ruptæ*, in legibus Luithprandi Regis Longobard. tit. 27. [\*\* 42. (5, 13.)] *Treves enfrainctes*, in Consuetud. Norman. art. 45. 46. 47. Andegavensi art. 386. et Cenomanensi art. 396. *Treves trencades*, in libello Catalanico MS. de Batallia facienda, ubi dicitur actio-



nem de Treugarum infractione intra annum finire. Gualterus Terran. in Vita Caroli Comitis Flandr. cap. 15 : *Accidit autem, ut quidam miles nobilis adversus alium nobilem in curia comitis de Treugarum infractione placitaret, etc.* Statutum Friderici II. Imper. ann. 1234. apud Albericum in Chron. MS : *Statuimus, quod si quis Treugas datas violaverit, si cum ipso in cujus manu Treugæ fuerant compromissæ, et cum duobus aliis synodalibus hominibus Treugas violatas esse convincere potuerit, et testari, violator manum perdat.* De ejusmodi treugarum violatione agit præterea Lex Longob. lib. 1. tit. 9. § 28. lib. 2. tit. 24. [\* Pippin. II. Liutpr. 42. (5, 13.)] et et Consuetudo Andegavensis art. 78. 152. Vetus Consuetudo Normanniæ cap. 76. etc. Adde, quæ notavimus in Dissertat. 29. ad Joinvillam pag. 340.

**TREVA, TREUGA, seu TREVIA DEI:** Id nominis primum auditum in Gallia, ubi cum bella flagrant domestica, seu ea, quæ vulgo *consuetudinaria* appellata docuimus ad Joinvillam dissert. 29. et unicuique injurias sibi illatas armis ulciscendi facultas esset, in Aquitania, in Arelatensi et Lugdunensi Provinciis, atque adeo in Burgundia, cæterisque Franciæ partibus, per universos Episcopatus indictum est, qualiter certis in locis a Præsulibus Magnatibusque totius patriæ de reformanda pace et sacræ fidei institutione celebrarentur Concilia : quod avide exceptum est ab omnibus majoribus ac infimis, quos terrebant clades præteriti temporis. In his porro Conciliis illud potissimum statutum fuit, ut inviolabilispax servaretur : ut scilicet viri utriusque conditionis, cujuscumque antea fuissent rei obnoxii, absque formidine procederent armis vacui. Quod, inquam, adeo lubentes omnes sunt amplexi, ut palmis ad Deum extensis, *Pax, pax, pax*, unanimiter clamarent, ut esset videlicet signum perpetui pacti de hoc, quod sponderant inter se et Deum. In hac tamen ratione, ut evoluta quinquennio confirmandæ pacis gratia idipsum ab universis in orbe fieret mirum in modum. Hæc feræ Glaber lib. 4. cap. 5. qui hæc ad ann. 1034. refert, quo scilicet celebrata sunt Concilia Bituricis, Bellovacis, et Lemovicis, in quibus *pax* universis indicta, *ita ut nemo seditionem ageret, nullus per viam (al. vim) raperet, nullus, ut solebat, quasi propter justas querelas pugnam inire constitueret, etc.*

Eandem rem sic narrat Siebertus ad ann. 1032. [\* ex Baldrico lib. 3. cap. 52.] : *Istiusmodi decretum a Franciæ Episcopis datum est servari subjectis sibi populis. Unus eorum (cujus nomen ignoratur) dicit cælitus sibi delatas esse literas, quæ pacem monerent renovandam in terra, quam reit mandavit cæteris. Et hæc tradenda dedit populis, ut arma quisque non ferret, dirempta non repeteret, sui sanguinis, vel cujuslibet proximi, ultor minime existeret, percussoribus cogeretur indulgere. Jejunium in pane et aqua sexta feria servarent, et in sabbato a carne et liquamine abstinere; soloque hoc contenti jejunio, in omnium peccatorum remissionem nullam sibi scirent adiciendum penitentiam, et hoc ser-*

*vare sacramento firmarent : quod qui nollet christianitate privaretur, et exeuntem de saculo nullus visitaret, nec sepulture traderet.*

Neque tamen ab omnibus æque probatum Episcopis : Gerardus quippe Episcopus Cameracensis, ut habet Baldricus lib. 3. cap. 27. et ex eo Siebertus, hoc non tam impossibile quam incongruum videri respondebat, si quod regalis juris est, sibi vendicari præsumerent, Hoc etiam modo sanctæ Ecclesiæ statum confundi, quæ geminis personis, Regali videlicet ac Sacerdotali administrari præcipitur. Huic enim orare, illi vero pugnare præcipitur. Igitur Regum esse, seditiones virtute compescere, bella sedare, pacis commercia dilatare : Episcoporum vero, Reges, ut viriliter pro salute patriæ pugnent, anone, ut vincant orare : hoc ergo decretum periculosum esse omnibus, omnes videlicet aut jurare, aut anathemati subjacere, omnes enim peccato communi involvi, si commento hujusmodi uterentur. Cessit nihilominus Gerardus Episcoporum et aliorum adhortationibus, invitus : ita tamen ut quod ante reclamabat, postea eventus probaverit, cum paucissimi perjurii crimina evaserint. Quas Gerardi querelas pluribus rursum refert idem Baldricus eodem lib. cap. 52. [\* Ed. le Glay cap. 22. et 47.]

Atque hæc quidem de pace ab omnibus servanda generatim sancita : at anno 1041. contigit, inspirante divina gratia, inquit idem Glaber lib. 5. cap. 1. *primitus in partibus Aquitanicis, deinde paulatim per universum Galliarum territorium firmari pactum propter timorem Dei pariter et amorem, taliter ut nemo mortalium a feria quartæ vespere, usque ad secundam feriam incipiente luce, ausu temerario præsumeret quippiam alicui hominum per vinum auferre, neque ultionis vindictam a quocunque iniuncto exigere, nec etiam a fidejussore vadimonium sumere. Quod si ab aliquo fieri contigisset contra hoc decretum publicum, aut de vita compoveret, aut a Christianorum consortio expulsus patria pelleretur. Hoc insuper placuit universis, veluti vulgo dicitur, ut Treuga domini vocaretur.*

Treuga istam Domini omnes licet per Galliam amplexati essent, hanc tamen recipere abnuit Neustria, ut testatur ibidem Glaber, flagrantibus tum Regem inter Angliæ Henricum, et Odonis Campaniensis filios dissidiis ac bellis : quod etiam attigit Hugo Flaviniacensis : Anno ipso (1041.) Treva Dei prius statuta est, et firmata, et pax ipsa Treva Dei appellata : quæ non solum humanis præsidiiis, sed et divinis confirmata est terroribus. Quam cum nolisset recipere gens Neustriæ, viro Dei Richardo predicante, et ut eam susciperent, quia voluntas Domini erat, et a Deo, non ab homine decretum hoc processerat, ammonente, divino iudicio cæpit in eos deservire ignis, qui eos torquebat, et eo anno fere totus orbis penuriam passus est pro raritate vini et tritici. Paucis interjectis : *Superest adhuc domnus Eduensis Episcopus, vir vite longævitate grandævus, qui et referre solitus est, quia cum a S. Odilone et cæteris ipsa pax divinis revelationibus instituta, Treva Dei appellata, et ab Austrasiis suscepta fuisset, et voluntas omnium in hoc esset una, et ubique serva-*

*retur, negotium hoc strenuitati hujus Patri nostri Gratia Dei ab omnibus impositum est, ut ejus studio et industria pax eadem in Neustria servaretur, eo quod certi essent de eo, quod tanta esset ejus erga omnes, et omnium erga eum gratia, ut quicquid servandum doceret, servaretur a cunctis; quidquid vitandum monstraret, id cuncti vitarent. Quamobrem satagit Pater venerabilis, ut tantum bonum gratanter ab omnibus susciperetur : sed perversa quorundam voluntas, et mens indomita quasi inaudium hoc respuit, quasi qui nollet instituta paterna violare, et nova atque inaudita suscipere. Unde et subsequuta est divina ultio, ignis scilicet in rebelles et contumaces desævians a Domino, quo torquebantur, qui viro Dei resistere, et mandata ejus contemnere non verrebantur. Pacem hanc videlicet Normanni Procères recipere abnuebant, quod belli indicendi jus, atque adeo regiam quodammodo, quam a primis Monarchiæ Franciæ incunabulis, et ab ipsis Danicis, a quibus processerant, gentibus, prærogativam hauserant, si non omnino abrogaret, saltem enervaret. Treugam hanc pariter sub Leone IX. Pontifice excepisse Procères Alsatienses testatur Diploma descriptum a Glareano lib. 3. Rerum German. pag. 101. [\* Vide Haltaus. Glossar. German. col. 740. voce Gottesfried.]*

Hanc excepit tamen postmodum Neustria ipsa, maxime postquam Angliæ regnum, in quo obtinebat, adeptus est Willelmus Nothus. Quippe S. Edwardus, Anglorum Rex, qui regnare cæpit anno 1042. quo scilicet est instituta, in legibus suis, ab ipso Willelmo confirmatis, cap. 3. in hunc modum, *Pacem Dei* ab omnibus observandam statuit : *Ab adventu Domini usque ad octabis Epiphaniæ pax Dei et sanctæ Ecclesiæ per omne regnum. Similiter a Septuagesimæ usque ad octabis Paschæ. Item ab Ascensione Domini usque ad octabis Pentecostes. Item omnibus diebus quatuor Temporum. Item omnibus Sabbatis ab hora nona, et tota die sequenti usque ad diem Lunæ. Item vigiliis sanctæ Mariæ, S. Michaëlis, sancti Joannis Baptiste, Apostolorum omnium, et Sanctorum, quorum solennitates a Sacerdotibus dominicis annuntiantur diebus, et omnium Sanctorum in Kl. Novemb. semper ab hora nona vigiliam, et subsequente solennitate. Item in parochiis, in quibus dedicationis dies observatur. Item in parochiis Ecclesiarum, ubi propria festivitas Sancti celebratur. Et si quis devote ad celebrationem Sancti adveniat, pacem habeat eundo, et subsistendo, et redeundo, etc.* Quod quidem Edwardi et Willelmi Regum Angliæ statutum de *Pace Dei* servanda firmatum est postea in Concilio apud Illebornam ann. 1080. sub Willelmo II. apud Ordericum Vitalem lib. 5. pag. 552 : *Pax Dei, quæ vulgo Trevia dicitur, sicut ipse princeps Willelmus eam in initio constituerat, firmiter teneatur, etc.* Huic autem Synodo subjungitur Synodale decretum de eadem Trevia, in nupera Conciliorum editione. Ex quibus dubium oritur, an Edwardus ipse hanc sanxerit, an vero Nothus in Edwardi leges, a se emendatas, retulerit.

Utumque sit, vel hinc patet, non eosdem statutos Treugæ Dei deinceps fuisse



dies. Nam primitus obtinuit illa a feria quarta vespere, usque ad secundam feriam incipiente luce, ut habet Glaber; lege vero Edwardi seu Willelmi, omnibus diebus Sabbati usque ad diem Lunæ: præterea aliis temporibus et festis ibidem designatis indicitur, atque in iis, in die dedicationis Ecclesiarum, quod Leo IX. PP. obtineri statuit in dedicatione ecclesiæ S. Stephani Bisuntinæ a se facta 5. Non. Octob. ann. 1050. uti habet vetus scheda apud Chiffleium in Trenorchio pag. 557: *Statuit item, ut vigilia et dies dedicitionis in Treuga Dei in perpetuum haberetur, et omnes illi, qui ad eandem dedicitionem vel ad nundinas ibidem institutas convenirent, et omnis substantia eorum ubique quousque domum reversi essent. Vacces au Roman de Rou MS:*

Quant li Clergié et li eors saint,  
Et li Barons, dont i out maint,  
A Caem furent assemblé  
Au jour qui lour out commandé  
[Sour les cors saintz leur fist jurer  
Paix à tenir et à garder,  
Dés Mercredi soleil couchant,  
Tresqu'à Lundi soleil levant,  
Trieves l'appellent, ce m'est vis,  
Qui n'est celee en nul pais,  
Qui autri batroit entretant  
Ou mal eust appareasant,  
Et qui riens de l'autrui prendroit,  
Escumiegé estre devoit,  
Et de noef livres en merchi  
Vers l'Evesque, een establi.  
Et jura li Dus hautement,  
Et tuit li Barons ensemeut,  
C'en jurerent que paix tendroient,  
Et eelle Trieves garderoient,  
Pour la paix tout temps rembrer,  
Qui tout temps devoit més durer.

Atque ut temporum ordinem sequamur, Raimundus Berengarii et Almodis uxor Comites Barcinonenses in Usaticis Barcinonensibus MSS. editis anno 1066. Pacem et Treugam Domini in suis dominiis observari præceperunt, cap. 86. et 97: *Denique supradicti Principes, apud Barcinonem commorantes, in ecclesia sanctæ Crucis sanctæque Martyris Eulaliæ una cum consilio et auxilia Episcoporum suorum, assensione etiam et acclamatione illorum tercie Magnatum, cæterorumque Christianorum confirmaverunt pacem et Treugam Domini, et statuerunt illam tenere in illorum patria omni tempore: et si allo modo fracta fuerit, sit redirecta et emendata, ita quemadmodum scriptum habebatur illo tempore, in unaquaque sede, vel in unoquoque Episcopatu.*

\* Qualis fuerit in regno Aragoniæ, docet Const. MS. Petri I. reg.: *Treugam etenim firmaverunt fortiter prædicti episcopi, videlicet ut omni tempore teneretur ab omnibus Christianis ab occasu solis quartæ feriæ Mercuris die, usque ad ortum solis secundæ feriæ et hunc diem. Item continuatim teneatur prima die Adventus Domini, usque ad octavas Epiphaniæ Domini, quando festività S. Ylarii agit. Item similiter continuatim teneatur a die Lunæ, quæ antecedit caput jejunii, usque ad diem Lunæ, qui est primus post diem Dominicam octavarum Pentecostes. Item vigiliæ et festività Inventiois Dominicæ crucis, et in tribus vigiliis totidemque festività B. M. vigiliæ et festività omnium Apostolorum, vigilia S. Laurentii, festività insuper, cum eorum vigiliis, po-*

*suerunt in hac religionis observatione, scilicet S. Felicis Gerundæ et S. Johannis Baptistæ et S. Genesii ac S. Archangelis Michaelis, S. Martini confessoris. Item et vigilia et festum omnium Sanctorum, similiter et Quatuor Tempora posuerunt in tali observantia. Prædictos autem dies, qui sunt in Treuga Domini, confirmaverunt prædicti episcopi, cum omnibus præcedentibus et subsequentibus noctis (sic) videlicet, ab occasu solis, quando ipsa Treuga Domini ingreditur, usque ad ortum solis diei ipsius qua egreditur. Si quis autem intra hanc Treugam prædictam Domini aliquid malum alicui fecerit, in duplum ei componat, et postea pro iudicium aquæ frigidæ Treugam Domini in sede S. Petri emendet. Si quis autem intra hanc Treugam voluntarie homines occiderit, ex consensu omnium Christianorum diffinitum est, ut ab omnibus diebus vitæ suæ exilio damnetur, et si fecerit hoc sine aliquo casu. Si autem cum casu hoc fecerit, egrediatur tamen a terra, usque ad terminum, quem episcopus et canonici existimaverint esse imponendum. Si quis vero intra hanc Treugam se miserit in agayt, vel ipsam agayt stabilierit pro morte alicujus hominis, vel post apprehensionem alicujus castelli, et tamen si hoc agere non potuerit, similiter entendet ad iudicium episcopi et canonicorum ejus, ipsam Treugam Domini si certi facere, si fecisset quod agere ceptavit. Item prohibuerunt ne intrantibus continuatis Treugis, videlicet tempore Adventus Domini seu Quadragesimæ nullum castrum vel munitionem hædificare præsumat, nisi xv. diebus ante prædictas continuatas Treugas hoc inchoaverit. De prædicta autem pace vel descripta Treugæ querela ad episcopum vel ad ejus canonicos, seu fatigatio omni tempore fiat, sicut superius scriptum est in pace de ecclesiis: et ipsi in quibus episcopi vel canonici prædictæ sedis se fatigaverint de redirectione præfate pacis et Treugæ Domini, sive fidejussores vel hostatici pro pace et Treuga Domini malam fidem portantes episcopo vel canonicis ejusdem sedis, cum protectoribus et adiutoribus se, quantum contenderint, sicut infractores pacis et Treugæ Domini et ipsi et res eorum non habeantur in pace et Treuga Domini.*

Edwardi vel Willelmi Regum Legibus consentanea quodammodo statuit Henricus Episcopus Leodiensis ann. 1071. 6. Kal. April. *Nam cum nimis fierent strages hominum, verba sunt magni Chronici Belgici, et incendia multa, et prædæ et rapinæ, eo usque ut idcirco multi ad inopiam devenirent, Henricus Episcopus dolens, consilio Alberti Comitis Namurcensis, de consensu omnium Primatum, Baronum, qui Ducatus, Marchias, Comitatus, feuda judicialia tenent in Leodiensi Diocesi ab Imperio descendencia, pacem cum prædicto conposuit, omnibus pauperibus et divitibus, nobilibus et ignobilibus in dicto Episcopatu profuturam. Cujusmodi autem illa fuerit, sic enucleatius prosequitur Ægidius Monachus Aureavallis cap. 12: *Horum omnium petitione, consilio et voluntate decretum est, ut a primo die Adventus Domini usque ad exactum diem Epiphaniæ, et ab intrante Septuagesima usque ad octavas Pentecostes infra Episcopatum Leodiensem nemo arma**

*ferat, nisi forte inde exiens ad alia loca, aut aliunde domum revertens. Incendia, prædas, assultus, nemo faciat, nemo fuste aut gladio, aut aliquo armorum genere, usque ad collisionem membrorum aut interfectionem in quempiam deserviat: quod si hoc fecerit homo liber, hæreditatem perdat, beneficio privetur, ab Episcopatu pellatur: servus autem amittat omne quod habet, et dexteram perdat. Quod si culpatus fuerit contra pactionem hanc, liber juret cum duodecim; qui vero liber non est, iudicio se purget, si tamen signa fuerint inanimata, alioqui cum septem se immunem esse probet. Incipiet autem observatio hujus pacis sexta feria, statim illucescente aurora, et durabit usque ad exordium diei, qui vocatur dies Lunæ, et observabitur per omnes festivitàs, quæ proprie in hoc Episcopatu celebres habentur, et similiter per omnes illas, quas ubique universalis celebrat ecclesia, et maxime in festività S. Lamberti, et in dedicitione, et duobus diebus ante, et duobus post in utraque festività, propter adventum et reditum cæteraque impedimenta. Denique etiam in jejuniis quatuor Temporum, et in vigiliis prædictarum festivitàtum eadem lex et pactio tenebitur, excepto quod in illis arma licebit ferre, ea tamen conditione, ne alicui noceatur. Hanc pactionem si quis violaverit, noverit se excommunicationi subjacere.*

Enimvero quod singuli Metropolitanii vel Episcopi in suis diocesisibus subinde sanciverant, tum primum firmatum ab Urbano II. PP. in Concilio Claromontano anno 1095. can. 10. apud Ordericum Vitalium lib. 9. pag. 721: *Suncta Synodus statuit, ut Treuga Dei firmiter custodiretur a Dominica die ante caput jejunii, usque ad secundam feriam oriente sole post octavas Pentecostes, et a quarta feria ante Adventum Domini occidente sole, usque ad octavas Epiphaniæ; et per omnes hebdomadas anni a quarta feria occidente sole usque ad secundam feriam oriente sole, et in omnibus festis S. Mariæ, et vigiliis eorum, et in omnibus festis Apostolorum et vigiliis eorum, ut nullus homo alium adsalat, aut vulneret, aut occidat, nullus numinum vel prædam capiat. Statuit etiam, ut omnes Ecclesiæ et atria earum, et Monachi et Clerici, et sanctimoniales et feminæ, et peregrini et mercatores et fanulli eorum, et boves, et equi arantes, et homines carrucas ducentes, et herceatores, et equi, de quibus herceant, et homines ad carrucas fugientes, et omnes terræ Sanctorum, et pecuniæ Clericorum, perpetua sint in pace: ut in nulla die aliquis audeat assalire, vel capere, vel prædari, vel aliquo modo impedire. Statuit etiam, ut omnes homines a 12. annis et supra jurent hanc constitutionem Treviæ Dei, sicut hic determinata est, ex integro se servaturos tali juramento: Hoc audiat vos, etc. Adde Fulcherium Carnot. lib. 1. Hist. Hieros. cap. 1. Will. Tyrium lib. 1. cap. 15. Alberic. in Chron. MS. ann. 1095. etc.*

Cujusmodi vero fuerint ista Episcopalia de pace Statuta, accipe ex Tabulario Celsiniacensis Monasterii in Arvernus, cujus apographum legitimus sat male descriptum: *In nomine divinæ, summæ et individue Trinitatis, Wido Dei gratia Aniciensis*



Præsul, supernæ pietatis misericordiam expectantibus Salutem et Pacem. Notum esse volumus omnibus Dei fidelibus, quoniam videntes maleficia, que in populo quotidie accrescunt, congregavimus quosque Episcopos, Dominum P. Vivariensem, Wigonem Valentinensem, Bergonem Arvernensem, Ruimundum Tolosensem, Deusdet Rutenensem, Fredelonem Eluensem, et Dominum Fulcrunnum Ludenensem, et Wigonem Glundensem, et alios quamplures Episcopos, et quosque principes et nobiles, quorum numerus non est inventus. Et quia scimus, quia sine pace nemo videbit Dominum, ammonemus, propter nomen Domini, (et) ut sint filii pacis, ut in istis Episcopatibus, quos isti Episcopi regunt, neque in istis Comitibus, de ista hora, et in antea Ecclesiam homo non frangat, extra Ecclesiam, quam in firmamento Castellæ se sciente, nisi Episcopi præter eorum censum, consensum, prædam in istis comitatibus, neque in istis Episcopatibus homo non faciat de equis, pullis, de bobus, de vaccis, et asinis et asinibus, et de fascibus, quos ipsi portant, neque de ovibus et de capris, neque de porcis, neque ea occidat, nisi per conductum suum, et suorum intime positorum, accipiat victum, sic ut ad suam domum nihil portet, et ad castellum bastire aut obsidere, nisi unusquisque de sua terra, aut de suo alode, et de suo beneficio, de sua communda, Clerici non portent secularia arma. Monachis injuriam nullus homo aliquando faciat, neque his, qui cum eo perrexerint, qui arma non portaverint, nisi Episcopi aut Archidiaconi præter eorum consensum, villanum aut villanum præter redemptionem non nisi per suum forisfactum, et nisi eundem villanum, qui alterius terram araverit, et laboraverit, quæ est in contentione, nisi unusquisque de sua terra, aut de suo beneficio terras Ecclesiasticas Episcopales, Canonicas, Monachales nullus præsumere uideat, neque aliqua mala consuetudine dishonorare, nisi de munu Episcopi, ut fratrum voluntate per procurarios acquisierit de ista hora et inanteu. Negotiatores etiam nullus apprehendere, ut rebus suis spoliare presumat, se sciente, interdiximus etiam, ut nullus laicorum se immittat de sepulturis Ecclesie et offerendis : et nullus Presbyterorum pretium de baptisterio accipiat, quia donum Spiritus S. est. Si vero aliquis raptor fuerit, aut maledictus, qui hanc institutionem infregerit, et tenere noluerit, sit ipse excommunicatus, et anathematizatus, et a liminibus sanctæ matris Ecclesie segregatus, usquequo ad satisfactionem veniat : quod si non fecerit, Presbyter ei missam non canet, divinum ei officium non faciat, et, si mortuus fuerit, Presbyter eum non sepeliat, neque ad ecclesiam sit sepultus, communionem ei non donet, se sciente, et, si aliquis Presbyter hoc infregerit, se sciente, ab ordine deponatur, dicimus et ammonemus, ut in isto tempore, scilicet mediante Octobri mense, ad istum Dei placitum cum bono animo et bona voluntate veniat in Dei nomine, ut in remissionem peccatorum vestrorum consequi valeatis, procurante D. N. J. C. qui cum P. et S. S. vivit et regnat. Confirmat hoc Archiepiscopus Dagobertus Bituricensis sedis, et Dom. Theobaldus

Viennensis Archipræsul. Vixere porro hic nominati Episcopi sub anno 993. unde liquet ante annum 1034. peractas hasce de pace servanda Constitutiones.

Exinde decretum Concilii Narbonensis ann. 1054. cap. 2. 3. 4. 5. etc. et Claramontani Concilii, de Trevia Dei in diocesisibus publicatum : quod colligitur potissimum ex Epist. 44. Ivonis Carnotensis Episcopi, qui eidem Concilio interfuerat, ex Concilio Narbonensi et Helenensi, ann. 1027. et 1065. Trojano ann. 1093. cap. 12. Rotomagensi ann. 1096. cap. 1. et Synodo Northusuncensi ann. 1105. de qua Conradus Abbas Urspergensis : firmatum deinde in Concilio Remensi ann. 1119. in Statuto Calixti PP. II. Remensi ann. 1136. cap. 11. Romano ann. 1136. sub Innocentio II. PP. can. 12. Lateran. III. ann. 1179. can. 21. Mompeliensi ann. 1195. etc. Ab Episcopis et Principibus in suis diocesisibus et dominiis deinceps publicatum, quod præ cæteris testatur Charta Guillelmi Auscitani Archiepiscopi et Apostolicæ sedis Legati, qui anno 1103. juxta statuta generalis Concilii nuper statuti, Pacem et Treugam Dei in provincia sua iudixit. Unde conficit Marca in Hist. Beneharnensi lib. 5. cap. 14. num. 12. idem Statutum perinde confirmatum in Concilio Lateranensi sub Paschali II. firmatum etiam a Nunone Sancii Domino Rossilionis ann. 1217. et Jacobo Rege Aragonum ann. 1228. in Chartis, quæ habentur tom. 8. Spicilegii Acheriani pag. 368. et 383. In posteriori ita describuntur dies Treugarii: Præterea constituendum esse et firmiter observandum censuimus sub eadem pace et Treuga dies Dominicos, et festivitates omnium Apostolorum, et etiam Adventum Domini usque ad octabas Epiphaniæ, et Kadragesimam usque ad octabas Pasche, diem Ascensionis Domini, nec non festum Pentecostes cum octabis suis, et tres festivitates S. Mariæ, et festivitatem S. Joannis Baptistæ, et S. Michaelis, et omnium Sanctorum, et festivitates S. Eulaliæ, et S. Felicis Gerundensis, et S. Martini. Mox additur, pacem istam jurari debere a militibus, civibus, et hominibus villarum a 14. annis et supra; ubi Concilium Claramontanum habet, a 12. annis. Unde planum fit, verum esse, quod ait Ivo Carnotensis Epist. 90 : Trevia Dei non fuisse communi lege sancitum; pro communi tamen utilitate hominum ex placito et pacto civitatis ac patriæ, Episcoporum et Ecclesiarum auctoritate firmatum. Unde, subdit ille, iudicia violatæ pacis modificari oportet secundum pacta et definitiones, quas unaqueque Ecclesia consensu parochianorum instituit, et per scripturam vel testimonium bonorum hominum memorie commendavit.

Jam vero quod Ivo ait de Pacis seu Treviæ Dei violatoribus, exigit, ut cujusmodi horum pœna fuerit, paucis attingamus. Quod olim Gerardus Episc. Camerac. tam obstinato animo Treviæ institutioni obstiterit, causa illa præsertim fuit, quod cum omnes eidem sacramento interposito adstringi juberentur, decretum hoc periculosum esse omnibus judicaret : omnes enim communi peccato involvendos, si commento hujusmodi uterentur, quod sane probavit eventus : Vix enim, ut ait

Baldricus lib. 3. cap. 27. paucissimi crimen perjurii evaserunt. Id præterea attigere ceteri Scriptores, atque imprimis Glaber : Plerique, inquit, vesani audaci temeritate præscriptum pactum non timere transgredi, in quibus protinus aut divina vindex ira seu humanus gladius ultor extitit. Hugo Flaviniacensis ann. 1098 : Hic Flaviniacum veniens, honeste a nobis susceptus est, et in eadem nocte dominicæ diei cum ei honeste servissent, in Treva Dei bannos et scarriones mercati homines ejus fregerunt et tulerunt, etc. Et Conradus Usperg. ann. 1116 : Neque pax Dei, cæteraque sacramentis firmata pacta custodiuntur, sed unusquisque conditionis et ætatis, præter solos ecclesiasticæ possessionis homines, quibus jam pene nihil præter miseram restat animam, cæteri, inquam, hoc tempore beluino furore bacchantur. Adde Chartam Jacobi I. Regis Aragon. in Curia Oscensi ann. 1247. quæ habetur in Foris Aragon. lib. 9. pag. 182.

Pœna vero violatæ Pacis Dei primitus fuit vitæ compositio, aut excommunicatio, ut est apud Glabrum. Concilium Claramontense fractionis pacis reum, prout iudicatum fuerit, puniendum statuit can. 1. Synodus Illebonensis ann. 1080. cap. 1. et 26. et Synodus Romana anno 1179. et aliæ ejusmodi reos excommunicandos statuunt, ut perinde Rainoldus Archiepisc. Remensis in Epistola scripta circa ann. 1095. quæ habetur tom. 5. Spicil. Acher. pag. 559. [Nicolaus II. PP. Treugæ Domini infractores anathemate feriri, decernit apud Baluz. tom. 7. Miscell. pag. 67.] Adde Ivonem Carnot. Epist. 90. Concilia Rotomagensia pag. 145. 185. [et Tolosanum ann. 1228. tom. 2. Spicil. jam laudati pag. 628. et 627.] Ad Treugæ Dri fractionem pertinent præterea hæc ex Charta Richardi Archiep. Bituric. ann. 1065. ex Tabul. S. Dionysii de Capella Ch. 20 : Si alicui res sua furata fuerit, vel ablata in Treuga Dei, et forisfactor in nundinis inventus fuerit, et forisfactor sit salvus, qui in nundinis inventus fuit : si autem res vendita fuerit, et emptor legitime probaverit, se nescire illum esse latronem, de quo enerat, nec illam rem fuisse oblatam in Treuga Dei, habeat rem suam, et reddet emptori tantum, quantum dedit. Præterea sequentia ex Concilio MS. apud Illebonam, quando Philippus Rex Franciæ subjugavit Normanniam : Item diximus de Treuga, quod si aliquis vulneraverit alium, unde debet perdere membrum vel vitam, placitum remanebit in Curia D. Regis, si consequens velit persequi causam, et Ecclesia habeat emendam suam usque ad 9. libras. Si accusatus fuerit convictus, dominus Rex habeat residuum. Treuga vero durat a die Mercurii sero usque ad diem Lunæ mane. Vide Marcam ad Can. 1. Concilii Claramontensis.

Sed hæ Trevæ quamlibet firmatæ variis in Conciliis, cum male servarentur, non impediunt, quin identidem civilia bella et intestinæ prædationes pluribus in provinciis grassarentur. Adeo invaluerant in Occitania præsertim et Aquitania circa annum 1182. ut iis malis novum adhibere remedium conati sint sodales confratriæ Dei, eo quo diximus modo



in *Agnus Dei*. Qua vero ratione subsequen-  
tibus sæculis odia privata compescuerint  
Reges nostri, dictum est in *Quarentena* 4.  
Vide etiam de *Lauriere* in Præfatione ad  
tom. 1. Ordin. Reg. Franc. num. 153.  
et seqq.

**TREVIA**, Iumunitas, seu pax data, quam-  
diu nundinæ durant. Vetus Charta apud  
Puricellum in Ambrosiana Basilica pag.  
519: Quo etiam die ad frequentationem hu-  
jus solennitatis statutum est annuile mercat-  
um, et omnibus venientibus ad hanc sole-  
nntatem, vel causa orationis, vel causa mer-  
candi, et redeuntibus stabilita est ab omni  
civitate firma et inviolabilis Trevia octo ante  
festum, et octo dies post festum, etc. Vide  
*Pax Regis*.

\* **TREVANUS**, f. Feccialis nuntius. Chron.  
Sublac. apud Murator, tom. 4. Antiq. Ital.  
med. ævi col. 1050: Apostolicus autem hæc  
multum egre ferens, tum quia per treugam  
factum erat, tum quia abbatem diligebat,  
misit Trevanum suum, Cetulum nomine,  
qui supradicto Bertrahimo ex Apostolica  
auctoritate præcipere, ut sine mora castrum  
S. Benedicto redderet. Vide *Treugarius*.

\* **TREVARIVM**, f. Acquisitum. Præcept.  
Theoder. III. ann. 676. tom. 4. Collect.  
Histor. Franc. pag. 657: Cognoscat... quod  
res nominatas, ... cum *Trevario*,  
et quicquid supradictus Adalricus de quolibet  
adtracto ibidem tenuit, etc.

**TREUDIS**. Lex Aleman. tit. 99. § 2:  
Et si cervus ille, (furto subreptus aut oc-  
cisus) *Treudis* non habet, medium sol. con-  
ponat. § 3: Si *Treudis* habet, et cum ipso  
nihil sagittatum est, solvat sol. unum. § 7. 8:  
Si cervus indomita fuerit occisa, tremisso  
solvat: si *Treudem* habuit, medium solidum.  
Ita cervus, qui *Treudem* habet, majoris  
compositionis et pretii censetur. Quod vero  
*Treudis* hic dicitur, *Triuta* appellatur in  
Lege Ripuar. tit. 42. § 2: Si quis cervum  
domitum, vel cum *Triutis* occiderit, aut fu-  
ratus fuerit, etc. Ubi *triutas* hinnulos qui-  
dam interpretantur, [pulos cervinos Ec-  
cardus, quem consule in hanc legem.]  
[\* Vide Graff. Thes. Ling. Franc. tom. 5.  
col. 524.]

**TREUGANUS**. Vide *Treugarius*.

† **TREUGARE**, *Treugus* seu inducias fa-  
cere, Gall. *Faire treve*. Elmham. in Vita  
Henrici V. Regis Angl. cap. 50: Nobilitas  
regia quibuscumque mediis allecta cum præ-  
fido Duce *Treugare*, sædus inivit. Vide  
*Treva*.

† **INTREUGARE**, Eodem intellectu. Charta  
ann. 1239. e Bibl. Reg.: *Pinta guerra vel  
Intreugata* debetis mihi restituere vel meis  
ipsum castrum in eodem statu, quo accepistis.

\* Alias *Atréver* et *Atréver*. Froissart. vol.  
2. cap. 150: Quand les chevaliers et escuyers  
du royaume de France... virent que les  
royaumes d'Escoce et d'Angletere s'estoient  
*Atréver* ensemble, etc. Lit. remiss. ann.  
1359. in Reg. 87. Chartoph. reg. ch. 233:  
Enguerran fist preudre Florinout de Brimeu  
chevalier... pour avoir trièves et assurement  
dudit chevalier et de ses amis; lequel cheva-  
lier *Atréva* et asseura ledit Enguerran. Aliæ  
ann. 1365. in Reg. 98. ch. 290: Duquel  
Ancler le suppliant fu approchiez de *Atréver*  
ou asseurer, et finalement tant fu mené que  
*Trièves* ou assurement il donna.

\* **TREUGARIUS**, *Treugæ* procurator et  
arbiter. Charta ann. 1177. apud Murator.  
tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 284: Si  
contigerit quod aliqua prædictarum civitatum  
vel locorum vel personarum, quæ sunt ex  
parte societatis offenderit aliquam civitatem,  
locum vel personam, quæ sunt ex parte im-  
peratoris, et non fuerit emendatum per  
*Treugarios*, qui ad hoc electi sunt, impera-  
tor vel alii, qui sunt ex parte sua, non pro-  
pterea frangant *treugam*, sed civitates societa-  
tis et alii de societate ponant ea sub banno  
juxta arbitrium *Treugariorum*. [\* *Treugan-  
os* et *Treuganorum*, apud Pertz. Leg.  
tom. 2. pag. 156. *Treugani* pro *Treugrani*  
vel *Treugrani* restituit Savinius Hist. Jur.  
Rom. med. temp. tom. 3. cap. 19. § 49.  
not. d. apud Pillium Summa in Tres lib.  
Cod. de irenarchis (10, 75.): *Officium irenar-  
chæ* consistit in sedandis rixis atque discor-  
diis... in latronibus et aliis malefactoribus  
comprehendis et similibus... forsant tales  
sunt homines, qui apud nos justitiæ consules  
vel *Treugani* hodie nuncupantur.] Vide in  
*Treva* et *Trevanus*.

† **TREVIA**, Induciæ, Gall. *Treve*. Vide  
*Treva*.

\* **TREVIANUS**, Societate vel fœdere  
conjunctus, ut videtur, Gall. *Associé*. Stat.  
MSS. eccl. Corisopit. ann. circ. 1540: Or-  
dinamus quod nullus de futuro ad sacros  
ordines promovendus, recipiatur aut admit-  
tatur ad titulum alicujus nobilis, quamvis  
potens fuerit, aut aliquorum parrochiano-  
rum, seu communitatum aut *Trevianorum*.

† **TREVISINI SOLIDI** de flore. Vide *Flo-  
reni*.

\* Perperam pro *Prebisini*. Vide supra in  
*Floreni*.

**TREUMIA**. Charta Foundationis Collegii  
Canonicorum in Ecclesia Parochiali Escoia-  
rum diœcesis Rotomag. ab Ingeranno de  
Marigniac, mense Jan. 1310. ex 47. Re-  
gesto Tabularii Regii n. 64: Do etiam et  
concedo tam ipsis quam aliis personis Col-  
legii liberum molere pro eisdem et familia  
sua tota in molendino meo de Becco, ita  
quod immediate post bladum existens in  
*Treumia*, quod vulgariter dicitur *Ingrana-  
tum*, eorum bladum moletur, et id facere abs-  
que damgerio vel exactione qualibet ten-  
bitur in futurum molendinarius molendini,  
etc. Vide *Tremellum*, [ *Tremæa*, *Treumia*,  
et *Tremuta*. ]

**TREUS**, Libertus fidelis. Vide *Threus*.

† **TREUSA**, Tributi species dominis feu-  
dalibus exsoluta, sic dicta, ni fallor, a ve-  
teri Gallico *Treu*, *Treus*, vel *Treulus*, Tri-  
butum, illud maxime quod portorii nomine  
de mercibus, vel sale ab una in alteram  
regionem transvectis persolvitur. Liberra-  
tes Bellomontis e MS. Coislin.: Absolventes  
prædictos homines ab omni... exactione,  
extorsione, gallina, *Treusa*, etc. Butelerius  
in Summa lib. 2. pag. 865: Item est à sca-  
voir qu'au pays où le *Treu* du sel a lieu, nul  
ne doit acheter sel fors au grenier du seigneur.  
Vide Glossarium Juris Gall. v. *Treu* et  
infra *Truagium* et *Trutanizare* in *Truta-  
nus*.

† **TREUVA**, **TREUVIA**. Vide in *Treva*.

\* **TREWILLUM**, Torcular, idem quod  
*Trolium*. Epit. in eccl. Vienn. apud Char-  
vet. hist. ejusd. pag. 771: xxx. libras que

positæ fuerunt in emptione *Trewilli Ascherici*  
apud costas d' *Arey*, onno incarnati Verbi mil  
ccxxiiiij.

\* **TREYRA**, Modus agri seu vineæ.  
Charta admort. ann. 1415. in. Reg. 168.  
Chartoph. reg. ch. 328: Item pro decem  
*Treyris vineæ*, ... median *Pictavinam*.  
Nisi legendum sit *Treyra*. Vide supra  
*Trelhia*.

† **TREZA**, Crines intexti. Vide in *Trica*.

\* **TREZEBIA**, Crinium intertextorum  
muliebris ornatus. Stat. ann. 1342. inter  
Monum. eccl. Aquilej. cap. 90. col. 903: Item  
quod nulla mulierum vel dominarum... au-  
deat portare in ornamento capitis perlas,  
velos aureos et argenteos, nec alia ornamenta,  
excepta *Trezebia* vel *curdella* valoris unius  
marchæ, et non ultra. Vide supra *Trescia*  
et *Tressatorium*.

\* **TREZELLUS**, Dolii vinarii species.  
Arest. ann. 1414. 12. Maii in vol. 11. are-  
stor. parlam. Paris.: Pro quolibet tonnello  
quinque solidos, pro *Trezello* quatuor soli-  
dos, etc. Vide supra *Tresellus*.

† **TREZENA**. Litteræ Humberti II.  
Dalph. ann. 1345. tom. 2. Hist. Dalph.  
pag. 519. col. 1: Summa dictarum perso-  
narum in numero, inclusa *Domina*, xxx.  
Extimantes esse necessaria pro dicta *domina*  
matre nostra cum personis prædictis et *Tre-  
zena* quolibet anno, videlicet de frumento  
cccc. sest. etc. Adnotat Cl. Editor nostris  
volgo dici *Trezain* id, quod a venditore  
supra justum numerum datur emtori, qui  
res emit per numerum duodecim, seu  
quarteronum vendi solitas; atque, per ana-  
logiam ad hunc usum *Trezena* hic dici de  
personis, quas D. Dalphina secum habere  
poterat ultra numerum 30. personarum  
sibi de more assignatarum. Quid si *Trezena*  
eo loci sit, pro *Terdena*, triginta, Gall.  
*Trentaine*. Nihil certe absurdi sequeretur.

† **TREZENARE**. Vide mox in *Trezenum*.

**TREZENUM**, Pretii venditionis pars de-  
cima tertia, quæ domino exsolvitur pro  
laudimio, seu vendendi facultate vassallo  
vel tenenti indulta: nostris, le *Trez'esme*  
*denier*: nude *Trezième*, in Consuet. Nor-  
man. art. 114. 171. 174. [ *Trezain* Provin-  
cialibus: qua de re consulendi Bonus in  
Observat. ad Statuta et Consuetud. Pro-  
vinciæ cap. 16. pag. 24. et *Mourgues* in Sta-  
tut. pag. 153. ] Charta Provincialis ann.  
1236. in Regesto Tolosano Cameræ Com-  
put. Parisiens.: Dantes prædictis Dominis  
*Cadarossæ* et eorum hæredibus et successo-  
ribus licentiam et plenariam potestatem, quod  
ipsi inter se nobis irrequiritis et inconsultis  
sine *Trezeno*, accepto (leg. *accapto*), et  
laudimio possint vendere, permutare, etc.  
Donatio facta Templariis Tolonensibus a  
Gaufrido et Rostagno de Aguto: Reddito  
tamen *Trezeno* vel *seignoria*, quam habent  
ibi *Domni*. Charta Michaëlis Archiepiscopi  
Arelatensis ann. 1214. qua Castrum de Bel-  
liquadro cedit Simoni Comiti Montisfortis,  
in 30. Regesto Archivi Regii Ch. 59: *Pe-  
dagia* sive in aqua, sive in terra, lesdus,  
quintale, cordam, furnos, sextairale, juris-  
dictionem, justitias, firmantias, *Trezenos*,  
medios *trezenos*, laudimia, monetam, etc.  
Adde Conc. Avenion. ann. 1279. cap. 1.  
et ann. 1326. cap. 11. [ Instrum. Gall.  
Christ. novæ edit. tom. 3. col. 217. 248.



Statuta Massil. lib. 2. cap. 1. § 37. cap. 29. § 3. lib. 3. cap. 30. § 12. cap. 5. § 3. 5. cap. 36. Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 98. col. 2. tom. 2. pag. 74. col. 1. pag. 110. col. 1. *Trezenum in omni casu alienationis, in Homagio ann. 1371. e Schedis Præs. de de Mazaugues. Occurrit passim in Chartis MSS. in quibus aliquando scriptum legitur Trezenum.*

¶ **TREZENUM**, Quævis decima tertia pars e qualibet re percepta. Transactio ann. 1212. ex Hist. Montis-Majoris MS : *Testes probaverant monasterium habuisse pificæ ab omnibus ibi piscantibus... de avibus craneis Trezenum pro pulmento, et de venatione cupita uprorum, etc.* Transactio ann. 1223. e Schedis Pr. de Mazaugues : *Licitum erat dictis hominibus in dicta sylva piscari et aucupari, duto domino sylvæ Trezeno avium et piscium. Velus Recognitio MS : Item quartum partem Trizeni pecunie, quam et quod percipit... Item etiam quartam partem Trezeni seu Trezene partis pecunie, quam accipit in quolibet navigio.*

**TREZENARE**, dicitur, qui habet jus exigendi Trezenum. Charta Tarasconensis de venditione cujusdam feudi Franci, sub majori dominio, alta et bassa jurisdictione, baneria, et jure laudandi et Trezenandi nungifici et egregii viri Ludovici le Maingre, dicti Bossicault, Domini loci Burbonis et condomini Insularum de Mussaguata. [Charta clientelaris domini de Tritis ann. 1533 : *Item census et servitia, tam pecuniaria quam bladi, cum jure laudandi, Trezenandi, jureque prælationis retinendi, etc.*]

**TREDECIMA** recensetur etiam inter auxilia, imposita sub Joanne Rege pro bellicis necessitatibus, in Charta Caroli V. 16. Nov. 1380. quæ habetur in Regesto Andegavensi Cameræ Comput. Paris. fol. 49 : *Par ces presentes quittions et remettons et annullons, et mettons du tout au neant tous aydes et subsides quelconques, qui pour le fait des dites guerres ont esté imposées, cueillies et levez depuis nostre predecesseur le Roy Philippe que Dieu absolle jusques aujourd'hui, soient fouages, impositions, gabelles, Treziennes, quatrièmes, et autres quelconques ils soient, et comment qu'ils soient dis ou nommez, etc.*

¶ **TRI**, Francis vet. Tres. Vide *Chunna*.

\* **TRIA**, Columbarii species, nostris alias *Trie*. Charta ann. 1347. in Reg. 79. Chartoph. reg. ch. 13 : *Comme Robert Videt nostre bourgeois de Calreuten... tiegne une voulée ou Trie de coulons par dessus une estable.*

¶ **TRIACHA**, in Statutis Astæ, ubi de intratis portarum, et Statutis Montis-regalis pag. 288. pro Italico *Triaca*, Gall. *Theriaque*, Theriaca, confectio nota. Vide *Triaculum*.

¶ **TRIACONTAS**, Tricenarius numerus, Tertulliano de Præscept. cap. 49. a Græc. τριάκοντα, triginta.

**TRIACONTASIMUS**, ex Gr. τριακοντάσημος, Pannus, qui triginta clavibus exornatur. Græci enim σήμα et σημεῖον, Clavum auri et purpuræ, qui vestibus ad sui solet, vocant, ut observatum a Salsasio, et aliis. Petrus Diac. lib. 4. Hist. Casin. cap. 17 : *Misit... pallium Triacotasimum pro altari nostræ Ecclesiæ. Et cap. 46. al. 48 : Pallium Triacotasimum B. Benedicto direxit.* Epistola

Alexii Comneni Imp. in Regesto ejusdem Petri n. 148 : *Missa sunt vobis causa memorie ab Imperio neo libræ 8. solidorum Michalatorum, et pallium Triacotasimum super altare vestræ Ecclesiæ. Alia editio habet Triacotas.*

\* **TRIAACULUM**, a veteri Gallico *Triacle*, pro *Theriaque*, Theriaca; unde *Triacleur*, et *Triaclier*, ejusdem propola. Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 110. Chartoph. reg. ch. 300 : *Fuit tamen materin, in dicta piscide existens, illicito in judicio per expertos in talibus examinata et exprobatâ; et repertum quod hoc erut bonum et finum Triaculum, absque macula pravitatis;... confitens etiam ipse Doreulot quod dictam piscidum et materiam quæ in ea erat, emerat tanquam bonum Triaculum a magistro Martino Triacii (sic) venditore. Aliæ ann. 1381. in Reg. 119. ch. 44 : Jehan Merlin circurgien de rompture et de taille,.... s'estant accompagniez d'un Triaclier, nommé Adam le Lievre, pour aler par pais pour leur pain gagner de leurs sciences ou mestiers, etc.* Rursus aliæ ann. 1394. in Reg. 147. ch. 87 : *Comme le suppliant eust esté acheter une petite bouteille de Triacle d'un, qui estoit appelé maistre Martin le Triacleur, etc.* Vide supra *Theriaca*.

¶ **TRIAACUMINIS CULTELLUS**, Cui tria sunt acumina, seu latera secantia. Vide in *Cutellus* et *Trialemellum*.

¶ **TRIADES**, Trinitas, a Græco Τριάς, ἄδός. Fortunatus in Carmine ad Martinum Episc. Gallicie :

Lumen apostolicum cum spargeret una Triades.

**TRIAEN**. Lex Salica tit. 40. § 13 : *Triacn componat, quod est tertia pars solidi, id est 12. denarii, et tertia pars unius denarii.* Editio Tili habet *Triente uno componat, quod est tertia pars solidi, id est denarii, et tertia pars denarii.* Ubi deest vox *duodecim*, quæ habetur in Heroldina tit. 41. § 15. et Pithœana. Supra tit. 37. § 4 : *40 den. qui faciunt solid. 1. et Trianti uno, quod est tertia pars solidi, culpabilis judicetur.* Edit. aliæ habent, *Triente*. Vide *Wendelinum*.

**TRIALEMELLUM**. Albericus in Chron. MS. ann. 1214. [\*\* pag. 481. ed. Leibn.] : *Ante oculos ipsius Regis occidit Stephanus de Longo campo, in capite percussus longo, gracili, Trialemello, quem Falsarium nominant.* Id est, pugione, vel cultro longiori, triplicem lamellam, seu laminam ferream habente : nam *alcemelle*, et *alumelle*, cultri laminam etiamnum dicimus. Philippus Mouskes in Hist. Franc. MS. in Philippo Aug. :

Un eontiel ot moult rice à pointe,  
D'acier iert l'Alémelle jointe.

[Le Roman d'Athis MS :

Selou le corps lez la mamelle  
Lui a conduit l'Alémelle.

Vide *Triacuminis cutellus* et *Falsarius*, 1.]

**TRIALLUM**. Vide *Triare*.

¶ **TRIALOGUS**, Mutuum inter tres colloquium. Hoc titulo donavit J. Wiclefus præcipuum e suis, quæ Latine scripsit, operibus : in quo *Veritatem*, *Prudentium* et *Mendacium* inducit una sermocinantes.

**TRIANFACTA**. S. Cyprianus Epist. 21 : *Pro se dona numeravit, ne sacrificaret; sed tantum ascendisse videtur usque ad Trianfacta, et inde descendisse.* Ubi Pamelius

locum fuisse opinatur, ubi sacrificabatur. Alii volunt locum esse, qui Romæ *Triafatu* dicebatur, de quo Procopius lib. 1. de Bello Goth. cap. 25. Anastasius pag. 116. etc. Vide Rosweidum ad Paulini Epistolam 38. [et Baluzii notas ad hunc locum.]

¶ **TRIANGULARE**, *Facere aliquid triangulum; vel triangulare*, in Gemma gemmarum. [\*\* Hæc ex Vossio de Vit. Ser. lib. 4. cap. 28. Gemma habet *Triangulare est triangulos facere.*] Nicolaus de Jamsilla de gestis Frederici II. Imp. apud Murator. tom. 8. col. 565 : *Facta sunt de ingenio Marchionis Bertholdi quædam lignea instrumenta Triangulata sic artificiose composita, quod de loco ad locum leviter ducebantur.*

¶ **TRIANNUM**, Triennium, Gall. *Triennial*. Inquisitio ann. 1268 : *Ipse stetit... per tres annos pro pastore, et dixit quod vidit quolibet anno ditorum Triannorum, etc.*

¶ **TRIANIUS**, f. pro *Striutus*. Vide *Castriatus*.

\* **TRIARCHES**, Sic vocantur tres filii Ludovici Pii, qui regnum Francorum in tres partes dividerunt, ut notat D. Bouquet ad Mirac. S. Maxim. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 372 : *Ludovico piissimo augusto, ut credimus, regia cælestia petente, imperium Francorum armis diu quæsitum, atque a Carolo ejus patre multipliciter propagatum, a nobili illius corporis compage multis nationibus coacta trifariam dividitur, Triarchesque filii constituti, id regendum sortiuntur.*

\* **TRIARCHUS**, *Navigans, præpositus in exercitu*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641. Aliud ex Cod. 7613 : *Trias, præpositus navigantium (secunda manu, navigans) in exercitu.*

¶ **1. TRIARE**, Ex multis eligere, Gall. *Trier*, Provincialibus *Triar*. Inquisitio ann. 1268 : *Et ipse venit ad dictas oves,.... et elegit sive Triavit oves pastorem.* Infra : *Triaverunt per sacramentum dicti pastores avere eorum.* Litteræ ann. 1237. apud Rymer. tom. 4. pag. 803 : *Ad eligendum et Triandum mille homines Wallenses ad lanceas, etc.* Aliæ ann. 1338. tom. 5. pag. 7 : *Centum homines Wallenses... de melioribus, validioribus et fortioribus... eligatis, Trietis et arraietis, vel eligi, Triari et arraiari faciatis.* Vide *Assidere*. 3.

\* Charta ann. 1342. in Reg. 72. chartoph. reg. ch. 341 : *Offero vobis restituere et Triare justam, quæ vestra fuit, juxta pacta prædicta, aliter protestor de dampno,.... si dicta justa deterioraretur.* Hinc

¶ *Triage*, Separatio, selectio : quo nescio an spectet vox *Triage* in Chartul. Latiniac. fol. 267. v. : *Sauf et réservé certain dixme que l'Abbé de S. Mor des fossez et les hoirs Tiersault preignent certain Triage oudit terrouer d'Ongnes.* Ubi fortassis legendum est *Terrage* vel *Tierçage*.

\* *Triège* vero, Territorium sonat, in Chartul. Gemmet. tom. 1. pag. 53 : *Nous prénons toutes les grosses et mennes dixmes du Triège, appelé la rue des Aiguillons;... et au Triège enclos dedans la rue du Sauve prenons comme dessus et toutes les dixmes des vins.*

**2. TRIARE**, vox Fori Anglici, *Causam agere, rem probare, actione experiri, examen litis subire*, denotans a Saxon. tri-



wian, uti vult Somnerus, *i. probationibus innocenciam suam ostendere, vel fidem suam injuste in dubium vocatam probare, sequē dignum, cui fides adhibeatur.* Spelmannus: *Triatio, Triatores, Anglis Tryaours, vocabula forensia quibus nulla, quod sciam, Latine respondeant satis apposite. Est autem Triatio, exactissima litis contestatio coram Judice per duodecimvirale sacramentum exagatio, quod et Triave dicitur: et ipsi Sacramentales inde Triatores, eorumque sacramentosa comprobata, Triatagappellatur.* Fleta lib. 4. cap. 10. § 4: *Si parentes producantur, qui querentem suum sub potestate domini constitutum probaverint, Triantur per hoc tam causa status, quam assisa, et talis liberabitur domino suo, ut vislanus suus.* Adde § 5. [et Chronicon Wethamstedii pag. 425.] Will. Thorn ann. 1335: *Qui vero Salomon, hujus seculi prudens fabricavit sibi stateram, Abbatii et Conventui postea dolosam et nbominabilem, ... et cum illa Triavit 20. sol. in denariis antiquis ponderis maximi, cum quibus aequa lance recipiebat denarios quorumcunque.* Hæc verba non plane percipio, nec video, quomodo vocis notioni a Somnero et ab aliis allatæ conveniant. [\* Vide Triare, 3.] Littleton. sect. 193: *Ceo sera Triè en le countie lou le plainif avoit conceis en son action, et nenny en le county lou le manor est, etc. Infra: Si ascun villeine voylloit suer ascun maner de action à son use demesne en ascun countie, où il est fort à Trier envers son Seigneur, etc. Jo. Britto de Legib. Angl. cap. 29: A quel jour le Visconte face Trier 12. des plus sages et plus leals, et plus souffisans de tout le hundred, et ceux faire jurer, etc.* Hinc forte vox Gallica *Triar*, pro seligere, eligere.

**TRIALUM**, Ipsa triandi actio. Willelm. Stanfordius lib. 2. de Placitis Coronæ cap. 49: *Le Triel est per verdit de 12. hommes; le confession est per la partie mesme, quand il ceo confesse devant le Coroner, ou devant les Justices.* Triplex autem Trialium recenset idem Stanfordius: *Trial par bataille*, lib. 3. cap. 1. 13. 14. cum quis se a crimine defendit per duellum: *Trial par les Pers du Royaume*, eodem cap. 1. cum quis reus nobilis a Paribus suis judicatur: et *Trial par le pays*, cap. 2. et seqq. Vide *Patria*. In quo vero differat Trialium ab indictmento, vide eundem Stanford. lib. 2. cap. 26. pag. 90.

\* 3. **TRIARE**, f. Aurum vel argentum ab aliis metallis, quæ in monetis permiscerisolent, separare, idem quod supra *Rechassare*. Charta pacis Petri cardin. sub Jacobo I. reg. Aragon. : *Item statuimus quod si quis monetam Barchinonensem falsaverit, vel Triaverit, vel ad fundendum alicubi portaverit, ... tamquam monetæ falsarius puniatur.*

\* **TRIARIUS**. Qui tertio loco constituitur, portitor signorum, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613. [\* Super tres constitutus, addit Joh. de Janua.]

† 1. **TRIAS**, SS. Trinitas, a Gr. τριάς, Ternio. Sigebertus Levita in Vita Theodorici Episc. Metensis, apud Leibnit. tom. 1. Scriptor. Brunsvic. pag. 294:

Adsis una Trias, animæ trinæ monas.

\* 2. **TRIAS**. Vide supra in *Triarchus*.

\* **TRIATEL**, Vox vulgaris, nomen for-

tasse cujusdam prælii rustici. Charta ann. 1126. ex Chartul. S. Eparch. : *Dono S. Eparcho illud ædificium, quod vulgo appellatur Triatel, in parochia de Narciaco..... Iterum cum isto dono de Triatel illum censum, quem pater noster Hugo præpositus habebat in ista vñlle.*

† **TRIAATIO**, TRIATOR. Vide *Triare* 2.

† **TRIATRUS**, Tertius dies, in Amalthea. [\* Tertius dies post Idus, apud Festum Pauli.]

**TRIAVERDINI**, cum Brebantionibus et Ruptariis junguntur in Concilio Lateranensi III. ann. 1079. can. 2. 27: *De Brebantionibus et Arragonensibus et Navarris, Basculis et Coterellis, Triaverdinis, qui tantam in Christianos inamantatem exercent, etc.* Vide an non legendum sit *Trialemellinis*, qui scilicet *Trialemellis sicis*, de quibus supra, utebantur.

\* **TRIBA**, pro Turba. Charta ann. 1260. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 543: *Dictus episcopus Albiensis, cum magnis et multis Tribis militum et peditem armatorum, cum vexillis et tubis, etc.* Pluries ibi. *Uue grant Trouble de gens*, apud Bellomaner. MS. ex museo meo pag. 97. v°. col. 2.

**TRIBATTERE**. Lex Salica tit. 40. § 9: *Si quis jumenta aliena Tribatterit, et evaserint, etc.* § 14: *Caballos aut jumenta aliena Tribatterit, aut debilitaverit, etc.* Spelmanus *tribattere* ait, esse sine sanguinis effusione verberare, vel cædere, Anglis *Dribeat*, a Saxon. drife. Angl. Dry, i. aridus, et beate, *percutio*. [Melius forte Vossius lib. 4. de Vitis serm. cap. 2. *Tribattere* interpretatur ter sive sæpius *battere* seu *percutere*.] Vide *Trabattere*.

**TRIBIANA**, Vitis species, de qua Petrus de Crescentiis lib. 4. cap. 4.

† **TRIBILIUM**, a Gr. τριβλιον, Catinus, paropsis, vas in quo cibi proponuntur. Agnellus in Vita Georgii Episc. Ravenn. apud Murator. tom. 2. pag. 185. col. 2: *Judith vero Caroli mater dedit eisdem sacerdotibus Tribilium (vel Tribilion) argenteum modicum unum, asserens se non plus habere, dicens: Tollite hunc ferculum, refocillate penuriam vestram.*

† **TRIBILLUM**. Vide supra *Tibrillum*.

\* **TRIBLA**, Instrumentum piscatorium, Gall. *Truble*, alias *Troubleur*. Charta ann. 1243. ex Tabul. priorat. S. Mart. de Lavard.: *Homines de Lavardino piscabuntur ibidem, prout piscantur in aliis aquis nostris de Lavardino, videlicet cum Tribilis seu banastis, etc.* Lit. remiss. ann. 1409. in Reg. 164. Chartoph. reg. ch. 57: *Ilz trouverent un petit Troubleur, duquel ilz prindrent des enguilles oudit chalan.* Vide *Trubla*.

**TRIBLAGIUM**, Species tributi vel præstationis, in Tabulario S. Vandregisili, [scilicet in Charta ann. 1214. tom. 2. pag. 1718: *Ego Hugo Mandeguerre dedi... monachis ibidem Deo servientibus... totum tementum... apud Avesnes, cum omnibus pertinentiis, tam in serviciis quam in redditibus, releviis, auxiliis... fenagis, Triblagiis, et omnibus aliis, quæ ad manum meam... debent devenire.* Servitium intelligo quo vassalli debent terere frumentum dominorum suorum; nisi forte legendum censeas *Criblagium*. Vide *Tribulagium*.]

\* Servitium, quo vassalli tenentur poma

conterere, ut ex iis succus exprimatur, a verbo *Triblare*, terere, contundere. Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 208. r°: *Item omnes homines feodi debent fenagium, Triblagium, etc.* Ibid. fol. 194. r°: *Item homines feodi, qui debent claudere jardinum, colligere poma et Triblare, portare finum ad campos et spargere.* Et fol. 207. r°: *Item sunt ibi tresdecim homines, qui debent colligere poma et Triblare.* Arest. Scacar. apud Rotomag. ann. 1296. ex Cod. reg. 4651: *Si avaiēt letre que l'arl audit Raoul les avait quitiés de service de cheval et de pommes piler, etc.* Hinc *Atribler*, pro *Accabler, écraser, obterere, opprimere*. Chron. S. Dion. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 257: *En celle meisme année li olz le roi Childebert se combati contre les Auvergnaz, qui reveler se voloient; si les Atriblerent, si que il les menerent aussi comme à souveraine desconfiture.*

**TRIBLATTON**, Trini coloris pallium, vel in blatta aut cocco ter tinctum. Petrus Damian. lib. 4. Epist. 7: *Mihi pallium reverenter obtulit, quod Triblatton juxta sui generis speciem nuucupatur. Trium quippe colorum est, et blathon pallium dicitur, unde Triblatton pallium vocatur, quod trium cernitur esse colorum.* Leo Ost. lib. 3. cap. 20: *Viginti paunos sericos, quos Triblatton vocant, coënit.* Infra: *De Triblattonis vero omnibus pluciales fieri jussit.*

**TRIBOK**, TRIBOICHUS. Vide *Trebuchetum*.

† **TRIBOLLETUS PANIS**. Vide in *Panis*.

† **TRIBON**, Græc. τριβων, Pallium tritum; sordidum. Vide *Tribunarium*. Ausonius Epigr. 53. 1:

Pera, polenta, Tribon, baculus, scyphus, arca [supellex.

† **TRIBONA**, Idem quod *Tribuna*, si non est ita legendum, Ambo, pulpitem Ecclesiæ. Chron. Siciliæ apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 10: *Consecrata fuit Ecclesia S. Spiritus de Panormo, videl. ann. Dom. MCLXXX. ut scriptum est in Tribona magna Ecclesiæ ipsius.*

† **TRIBUCCUS**. Vide supra *Trebuchetum*.

† **TRIBUCES**, Ocrea lanæ. Vide *Tubricus*.

† **TRIBUCH**, Machinæ genus. Vide *Trebuchetum*.

† **TRIBUCHARE MONETAM**. Vide *Trubuchare*.

† **TRIBUCHETUM**, TRIBUCULUS. Vide *Trebuchetum*.

† **TRIBUERE**, Præstare. Cod. Theod. lib. 13. tit. 3. leg. 10: *Medicis et magistris urbis Rome sciant omnes immunitatem esse concessam; ita ut etiam uxores eorum ab omni inquietudine Tribuantur inunnes.*

† **SIBI TRIBUERE**, Sibi vindicare, in eodem Codice lib. 9. tit. 42. de Præscript. leg. 14.

1. **TRIBULA**, Charta Mariæ Reginæ ann. 1293. pro fundatione domus Dei Tornodor. : *Item redditum illum in quo piscatores ad Tribulan et ad junchias nobis singulis annis tenentur pro piscando in riparia Tornodorcni. Machina forte piscatoria, in modum tribuli bellici, de quo mox.*



☞ Idem haud dubie est quod infra *Trubla*, nostris *Truble* vel *Trouble*, ut rursum colligitur ex Charta ann. 1279. ex Tabular. Sangerni. : *Inter eos est accordatum quod dicti homines de caetero piscare poterunt in ripparia dictæ villæ ad pannerium, Tribulam, lineam, nassas, etc.*

\* 2. **TRIBULA**, *Herche*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7679. Aliud ex Cod. 7692: *Tribula, esmotouer, vel herse, vel pele.*

\* 3. **TRIBULA**, *Genus vehiculi spinarum; machina qua teruntur frumenta*, Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613. [\* Vide Forcellin. in *Tribuln* et *Tribulus*.]

† **TRIBULAGIUM**, Tributi species. Literæ Henrici VIII. Regis Angl. ann. 1537. apud Rymer. tom. 14. pag. 581: *Concedimus eisdem Johanni Greyusfeld (servienti ad arma) Tribulagium nostrum, sive consuetudinem vocatam le Tribulage infra hundreda nostra de Penwyth et Kerr. Et infra stannariam nostram de Penwyth et Kerr. prædictis in comitatu nostro Cornubiæ provenientem, de omnibus et singulis hominibus operantibus cum eorum tribulis infra dictam stannariam et limites ejusdem, videlicet de quotlibet tribulo duos denarios. Tribulam vel Tribulum Latini dicebant vehiculi genus, quo frumentum in area terebatur. Vide *Triblagium*.*

\*\* **TRIBULAMEN**, Tritura. Ruodl. fr. 3. vers. 390:

Has jubet obduci rex glutine valde tenaci  
Polline commixto multo Tribulamine....  
Ut non abradi nec aqua queat hoc aboleri.

Confer Plin. Hist. Nat. lib. 13. cap. 12. al. 26.

**TRIBULANTES**, pro *Tribulati*, Vexati, Energumeni, Dæmoniacy, qui *χρηάζονται* in Conciliis, [*πασχοί*, in Vita S. Eupraxiæ n. 26. et 28.] dicuntur. Epistola 8. inter Francicas tom. 1. Hist. Franc.: *Ubi Tribulantes, id est dæmonia habentes, in aëra suspensi torquentur.* [\* Vita S. Anskarii cap. 19: *Intelligite quod vinum sit a dæmonibus auxiliium petere, qui non possunt Tribulantibus subvenire.*] Vide Glossar. med. Græcit. in *Πασχοί*.

† 1. **TRIBULARE** proprie Tribulis tundere, comminere, ut Cato in de Re R. cap. 23. metaphorice vero Affligere, vexare, in Bibliis sacris passim ut et apud Scriptores ecclesiasticos: quod improbat Vossius lib. 1. de Vitiliis serm. cap. 34.

\* Hinc nostris *Tribouler*, eodem intellectu. Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 115. Chartoph. reg. ch. 169: *Reguault de Villiers renomné d'estre usurier, et de grever, Tribouler et dommager le menu peuple, etc.* Unde *Tribouleur* et *Triboulerres*, qui ita agit. Lit. remiss. ann. 1382. in Reg. 122. ch. 177: *Iceulli Conte, qui estoit homme très-rioteux, emputeur de gens et Tribouleur, eust fait adjourner à ce jour le suppliant, etc.* Mirac. MSS. B. M. V. lib. 1:

Se vous fuissies uns Triboulerres,  
Uns usieriers, uns amasserres, etc.

Inde etiam substantivum *Tribol* et *Tribou*, Afflictio, animi dolor, in Comment. ad Psal. ex Glossar. ad calcem Joinvil. edit. reg.: *Dex delivre Israel... de toz leur Tribous.* Ubi Psal. 24. v. 22: *Libera Deus Isnel ex*

*omnibus tribulationibus suis.* Et Psal. 80. v. 8: *In tribulatione invocasti me, et liberavi te.* Quæsic Gallicæ redduntur ibid.: *En ton Tribol m'apelas, et je te delivre.*

† 2. **TRIBULARE**, Turbare, turbulentum facere, Gall. *Trouble*. Statuta Massil. lib. 2. cap. 41. de operatoris Blancario: *Ne perturbent, vel misceant, vel Tribulent suos calquerias vel torcularia, quando eas vel en curbant ... Imo aquam pausatam et claram, quanto plus poterunt inde ejeciant, ne cum aqua prædicta finus seu lutum in dictis calqueriis seu torcularibus contentum ad portum possit decurrere.*

**TRIBULATIO**, in Glossis antiquis MSS. *Contritio, amaritudo*, [ærumna, calamitas, afflictio, in Scripturis sacris et apud Scriptores ecclesiasticos sapissime.]

\* *Tribouler*, pro multa agere, maximam dare operam; quod in malam partem accipitur, in Lit. remiss. ann. 1410. ex Reg. 164. Chartoph. reg. ch. 248: *Iceulli defunct Tribouln et fist tant par son malice, qu'il fist excommenier le suppliant.* Tribuler vero, Turbate agere, movere sonat, in aliis ann. 1402. ex Reg. 157. ch. 305: *Ainsi comme le suppliant Tribulait et démenait ses mains parvi ledit coffre, etc.* Hinc *Troubleur*, Perturbator; in Lit. Caroli VI. ann. 1413. ex Memor. H. Cam. Comput. Paris. fol. 18. vº: *Toutes lesquelles choses ont esté faites à l'instigation, impression, violence, importunité et pourchas d'aucuns séditieux, Troubleurs de paix, malveillans, etc.* Eo etiam pertinere videtur vox *Tribert*, in Lit. remiss. ann. 1414. ex Reg. 167. ch. 331: *Iceulli prestre appella l'exposant Tribert et malotru,.... à quoy icellui exposant eust respondu qu'il n'estait Tribert ne malotru: mais estoit homme paisible.* Nisi tamen disolutum et libidinosum hominem significet, quo sensu vox *Trubert* intelligenda videtur, in aliis Lit. ann. 1359. ex Reg. 90. ch. 180: *Quant icellui Jehan ot oy que icellui Vincent l'ot appellé Trubert, etc.* Aliæ ann. 1399. in Reg. 154. ch. 727: *Lequel Colart respondu qu'il n'estait pas paillart ne Trubert.* *Trubart*, in aliis ann. 1377. ex Reg. 111. ch. 197. Unde *Tribouil*, pro *Trouble*, tumulte, Rixa, contentio, tumultus, perturbatio. Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 141: *Il ot à un prelement, qui fu à Paris, grant Tribouil de moy et de l'évesque Pierre de Flandres.* Lit. remiss. ann. 1390. in Reg. 139. ch. 41: *Tandis qu'ilz se debataient eu ce confict et Tribouil, icellui suppliant soy sentant ainsi feu, etc.* Et *Tribou*, Commotio, succussio, vulgo *Agitation*, secousse, in aliis ann. 1448. ex Reg. 179. ch. 204: *Iceulli Bertran fut mis en une charrete à beufs, pour estre porté au cizurgien ou medecin;... nais avant qu'ilz peussent estre là, pour le Tribou de ln charrete, etc.*

**TRIBULOSUS**, Tribulis plenus, senticosus, asperrimus, apud Sidonium lib. 1. Epist. 7. lib. 4. Ep. 3.

\* **TRIBULUM**, Pistillum, instrumentum quo triblatur seu teritur, Gall. *Pilon*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 521: *Tribulum, pestel.* Vide supra *Triblagium*.

**TRIBULUS**, *TRIBUCULUS*, Machina bellica, eadem, ni fallor, quæ *Trebuchetum*, de quo supra. Jac. de Vitriaco lib. 3. Hist.

Orient. pag. 1133: *Nos vero considerantes turrim capi non posse petraciarum vel Tribulorum icibus, etc.* Infra pag. 1143. *Tribuculos* vocat: *Inventi sunt in Damiatu Tribuculi 4. eum petariis et mangonellis plurimis, etc.* Matth. Paris ann. 1099: *Petrarias, Tribuculos, et arietes cum scrophis ad aurum suffodiendum construxerant.* Infra: *Alii vero infra machinas et castella constituti cum petariis et Tribunculis molares maximos, et lapides damnosos ad moenia dirigentes, etc.* Supra ann. 1097. habet *tribuculos: Petrarias, Tribuculos et mangonellos.* Auctor incertus post Theophanem in Leone Armenio pag. 434: *Πρὸς δὲ τοῦτοις παρασκευάζει διαφόρων ἐπιπέλων ὄργανά τε καὶ μηχανήματα, καὶ μαγγανικά παμμεγέστατα, τριβόλους τε καὶ τετραβόλους, καὶ χελώνας, etc.* Ubi lego *τετραβόλους*. Aliud enim hoc loco *τριβόλους* est a murice, seu a *Tribulo* Romanorum, eo scilicet propugnaculo, uti habet Vegetius lib. 3. cap. 24. *quatruor palis confixo, quod quoinodo abjeceris, tribus radiis stat, et erecto quarto infestum est: uti vocem τριβόλους usurpat Leo in Tactic. cap. 11. § 28. 46. cap. 14. § 45. cap. 19. § 56.* de quo etiam Salvianus lib. 6: *Sicut enim exercitus pugnatuus ea loca, per que venturas hostium turms sciunt, aut foveis intercludere, aut subdibus præfigere, aut Tribulis infestare dicuntur, scilicet ut si non in omnin ea quispiam incidat, nullus tamen penitus evadat, etc.* De ejusmodi tribulis videndus Budæus in Annot. ad Pandect. [et Car. de Aquino in Lex. Milit.]

**TRIBUNA**, Ambo, pulpitem Ecclesiæ, quod *Tribunal* quidam e Patribus vocant. Vulgo nos *Tribune*. Alii *Tribunam* interpretantur opus rotundum et testudinatum. Ugutio: *Absida est Græcæum, et interpretatur lucida, i. latus ædificii, vel Trebuna, etc.* Epitaphium Wifredi Comitiss Barcinensis apud *Fra Ding* lib. 2. Hist. Comitum Barcinou. cap. 15. et Anton. de Yopez tom. 4. Chron. Ord. S. Benedicti pag. 362: *Sub hac Tribuna jacet corpus quondam Wifredi Comitiss, etc.* ann. 914. [Acta S. Bertrandi, tom. 2. Junii pag. 802: *Apud Tribunam majoris ane et penes monumentam, in quo præfati corpus Præsidis in pace quiescit, etc.* Jac. de Varagine Chron. Januense apud Murator. tom. 9. col. 36: *Cum vero in Tribuna imago pulcherrima deberet destrui taliter sunt ingeniati, quod illam trofinam (cidfunnam in Cod. Ambros.) salvam et integram cum illn imagine per brachia xxv. traxerunt, et eam in fundamento, ubi modo est, stabiliter collocarunt.* Concil. Lugdun. ann. 1527: *Evangelium alta voce in Tribuna et capella crucis more solito... dixit et evangelizavit.* *Tribuna*, Græcanis Academicis dicitur, la parte principale di edificei sacri, o di altre fabbriche insigni; Macris vero fratribus *Tribuna* dicitur Hemicyclus muralis, qui in fine Presbyterii solet terminari, quasi *Tribunal*, quia ibi Tribunal sive pontificalis cathedra collocabatur, ut in Templo S. Cecilie Transtiberinæ regionis ex lapide adhuc exstat, etc.]

1. **TRIBUNAL**, inquit Amalarius, lib. de Divin. Offic. cap. 18. vocat Cyprianus gradum, super quem ascendit Diaconus ad legendum, scribens ad clerum et ple-



hem de Celerino Confessore, lib. 4. Epist. 5 : *Hunc ad nos venientem... quid uliud quam super pulpitem id est super Tribunal Ecclesie oportebat imponi, ut loci altioris celsitate subnixus, et plebi universæ pro honoris sui claritate conspicuus legat præcepta et Evangelium Domini.*

2. **TRIBUNAL**, Gr. ἔργα, in Vitis Patrum, [Locus in templo ubi Sacerdotes consistunt, laicis interdictus, nostris *Sanctuaire*. Ordo Rom. apud Mabillon. tom. 2. Musei Ital. pag. 56 : *In hoc honorabili ministerio debet Pontifex venire in Tribunal Ecclesie et inclinare caput contra altare.* Vita S. Dionysii Mediol. n. 14. tom. 6. Maii pag. 46 : *Et cæperunt se Ariani intra Ecclesiam cum Catholicis miscere, ita ut Episcopi illorum Tribunal conscenderent.* Neque aliter accipienda hæc vox videtur in Translat. S. Hunegundis sac. 5. Bened. pag. 224. tametsi de capitulo Monachorum intelligit Mabillonius : *Feruntur beati pignora in cryptam sanctæ et individuæ Trinitatis in honore dedicatam, retro ejusdem ipsius monasterii Tribunal fabricatam atque contiguam.* Ibid. pag. 226 : *Sacras reliquias.... in sacro peribolo retro altare sanctæ virginis Hunegundis intra pyramidem, quod nos oraculum dicimus, digno cum obsequio componunt.*]

3. **TRIBUNAL**. *Tribunalia* inter ministeria sacra videntur reponi in Testamento S. Aredii : *Item cooperitorium lineum valentem solid. 4. pullas corporales 4. minores 5. et Tribunalia valentia solidos 12. et alia cotidiana valentia sol. 6. et alia cotidiana, quæ sunt ante altare valentia sol. 5. et multa alia pretiosa ornamenta.* Infra : *Simul et de Sisciaco oratorio Tribunalia duo valentia solid. 4. velu ad ostia 3. valentia solidos 6. turres, calices, pallos, etc.*

Mabillonius lib. 1. de Liturgia Gall. cap. 7. n. 7. suspicatur intelligenda esse sedilia ministrorum, aut pulpita mobilia, seu quamvis aliam suppellectilem mobilem ad ornatum altaris ; quod hic mobilia dumtaxat ornamenta recenseantur. Vide *Sedes Majestatis* in *Sedes* 2.

† 4. **TRIBUNAL**, Agger. Josephus de Excidio Judaico : *Aliud in eo suggestum et tanquam Tribunal exstructum est e lapidibus magnis apte junctis, et in eo turris imposita sexaginta cubitorum.*

**TRIBUNAL** novemdecim accubituum. De eo multa nos in Constantinopoli Christiana. [Vide *Accubitor*.]

† **TRIBUNALIA** SIDEREA, Cælestes Beatorum sedes, in Actis SS. Saturnini et aliorum. Martyrum Africanorum, tom. 2. Miscell. Baluz. pag. 66.

\* 5. **TRIBUNAL**, Hemicyclus testudinatus, ut videtur, in Translat. SS. XII. Fratrum mart. tom. 1. Sept. pag. 143. col. 2 : *In honorem sanctæ et individuæ Trinitatis (ecclesiam) Tribunalibus adornaverat tribus, sub magno altari, ad hoc ipsum in medio Tribunali parato, bissena pretiosissima corpora honorifice collocavit.* Vide *Tribuna*.

\* **TRIBUNALIA**, Genus est feræ in mari. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

**TRIBUNARIUM**, Vestis sordida, a voce Græca τριβών, seu τριβώνιον, quæ proprie erat vestis seu indumentum Philosophorum, ut est apud Moschopolnm et alios : unde τριβώνιον μεταμφιέσασθαι, apud Eunapium in

Ædesio pag. 54. pro *Philosophum agere*. Interpres Hist. Apollonii Tyrri pag. 10 : *Apollonius, exiens se Tribunarium, ingreditur lavacrum.* Lexic. Gr. MS. Reg. cod. 2062 : τριβώνιον, ἑθνημα φιλοσόφου, ἔργον σαμασία, ὡς γράμματα. Aliud, cod. 930 : τριβώνα, φοισμὸν, τριβώνιον, ἱμάτιον παλαιόν. τριβώνιον etiam Monachus tribuit Psellus de Operatione dæmonum pag. 133. quod alii *pullium* vocant. Vide *Pallium* 1.

† **TRIBUNATUS**. Vide in *Tribunus*.  
† **TRIBUNULUS**. Vide *Trebuchetum* et *Tributus*.

† **TRIBUNITIARIUS**. Vide in *Tribunus*.  
**TRIBUNUS**, Vox Latinis Scriptoribus nota.

**TRIBUNI** FABRICARUM, Qui fabricis armorum præerant, de quibus Ammianus lib. 14. 15.

**TRIBUNI** MARITIMORUM, de quibus est formula Senatoris 24. lib. 12. His cura potissimum incumbat in oris maritimis navigia preparandi pro re publica, atque adeo etiam in fluviis, quorum oras continebant. Præterea salinas curabant.

**TRIBUNI** ET **NOTARII** SINUL, quibus utebantur Principes ad mandata perferenda. De iis multa habent Jacobus Gothofredus ad. Leg. un Cod. Th. de Mandatis Princip. et Henricus Valesius ad lib. 17. Ammiani pag. 140. quos non exscribo. Iidem

**TRIBUNI** NOTARIORUM dicti, apud Marcellinum Comitem et Zozimum lib. 5. atque ii fuere proprie Notarii Principis, quorum summa erat dignitas. Vide Conc. Chalcedon. act. 1. Collat. Carthag. I. can. 3. S. Augustinum Ep. 159. 160. Ambrosium Ep. 32. Senatorem lib. 1. Ep. 4. lib. 6. Ep. 2. etc.

**TRIBUNUS** ORDINIS PRIMI, apud Lactantium lib. de Mortibus Persecutor. n. 18.

**TRIBUNUS** VOLUPTATUM, in lege 13. Cod. Th. de Scenicis, apud Senatorem lib. 5. Ep. 25. lib. 6. Ep. 19. lib. 7. Ep. 10. Julium Firmicum lib. 3. Math. cap. 7. qui *Voluptatis* urbicæ, seu ludorum curam gerebat. Vide *Passionem* S. Savini num. 1. Idem, qui τριβώνος τῆς θυμῆδος, in Actis S. Maximi Confess. num. 12.

Erant præterea complures aliæ dignitates hæc *Tribuni* appellatione, de quibus in utroque Codice, apud Ammianum, in Notitia Imperii, in Veterib. Inscript. apud Gruterum in Indice cap. 5. etc.

† Hæbræis quoque noti fuerunt *Tribuni*, de quibus passim mentio est in Scripturis sacris. Horum institutio refertur Exod. cap. 18. Mille viris præerant, jusque dicebant populo.

**TRIBUNI** vero dignitas quæ fuerit in Francia sub primis Regibus, non omnino constat : tametsi militibus præfuisse satis innuit Walafridus Strabo de Reb. Eccl. cap. 31 : *Sicut Tribuni militibus præerant, ita Abbates Monachis athleticis spiritalibus præesse noscuntur.* [Si tamen hic intelligendi non sint *Tribuni* Romanorum, ut interpretatur P. Daniel lib. 1. Milit. Franc. cap. 2.] Comitibus postponuntur *Tribuni* in Lege Wisigoth. lib. 11. tit. 1. § 2. Gradum vero fuisse ad Comitibus dignitatem indicat Fortunatus lib. 7. Poëm. 16 :

Theodoricus ovans oravit honore Tribuui,  
Surgendi auspiciam jam fuit inde tuom.

Theudebertus enim Comitivæ præmia cessit,  
Auxit et obsequiis cingula digna tuis.

*Vir tribuniciæ potestatis*, apud Gregorium Turon. lib. 10. cap. 21. Penes Tribunos fuisse castrorum et carcerum custodiam observare est ex eodem Fortunato in Vita S. Germani Episc. Paris. cap. 62. 68. et in Vita S. Radegundis cap. 38. Tribunorum meminit etiam idem Gregor. Turon. lib. 7. cap. 23. Desiderius Episcop. Cadurcensis Epist. 16. et Monachus Sangall. lib. 2. de Carolo M. cap. 41. sub quo, et successoribus, *Tribuni*, Comitum Vicarii fuisse videntur. [\*\* Vide *Vitam* S. Galli apud Pertz. Script. tom. 2. pag. 12. lin. 1. et pag. 18. lin. 43.] Hinc *Tribuni seu Vicarii*, in Concilio Moguntino cap. 50. et in Lege Longob. lib. 2. tit. 47. § 5. [\*\* Ludov. P. 56.] Sed in Charta ann. 1077. ex Tabulario Corbeiensis apud Duchesium in Hist. Guinensi pag. 318. Gualterus Comes Ambianensis dicitur invasisse Vicecomitatum et omnem *Tribunitiarum Corbeie potestatem. Tribunum illustrem* quemdam vocat Ordericus Vitalis lib. 6. pag. 606. Vide eundem pag. 674. [et mox *Tribunatus*.] Tributa præterea videtur exegisse : nam

**TRIBUNUS** dicitur, qui tributa recipit, apud Ebrardum in Græcismo cap. 9 :

Qui solet accipere sub Rege tributa, Tribunus.

Infra :

Quique tributa legit, ille Tribunus erit.

Cap. 19 :

Præbeo præbedas, tribuoque tributa Tribuno.

Gloss. Lat. Gall. : *Tribunus, Tribunes, qui a sous lui 30. hommes, ou qui reçoit truage.*

**TRIBUNI** apud Wisigothos, post Comitibus erant, ex Lege Wisigoth. lib. 11. tit. 1. § 2. ut supra attigimus.

\* **TRIBUNUS**, Qui populo jus dicebat. Charta Ottonis comit. Ravenberg. ann. 1166. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 699 : *Tribunos et jurisperitos in marclia conversantes secretis advocasi, qui unanimiter in idipsun consentiebant.*

**TRIBUNUS**. Scribit Joannes Lucius lib. 2. Hist. Dalmat. cap. 16. Magistratum, quo Belgradensis in Croatia civitas olim regebatur, *Tribuni* appellationem habuisse, qui ut plurimum *Trun*, vel *Trum*, per abbreviationem scriptus reperitur.

† **TRIBUNUS**, Syndicus, seu Procurator civitatis. Synodus Oriolana ann. 1600. tom. 4. Conc. Hispan. pag. 725. col. 1 : *Absque consensu et approbatione Episcopi, justitiæ, juratorum, magistri rationum, Tribuni sive Syndici, et advocatorum civitatis Oriolanae.*

\* **TRIBUNUS** SACRI CUBICULI et magnus camerarius Franciæ appellatur Claudius, princeps Lotharingiæ, in Procurat. reg. Angl. ann. 1625. apud Bassompierre tom. 1. Ambass. pag. 55. Vide infra *Triscamerarius*.

† **TRIBUNATUS**, **TRIBUTIANA** POTESTAS, Præfectura. Charta ann. 1078. ex Chartul. 23. Corb. : *Quia acturi sumus de Tribunatu Corbeie, primum de libertate loci pariter libuit intimare... Omnem Tributianam potestatem invasit.* Vide paulo ante ubi laudatur Charta ex eodem Tabular. quæ meminit *Tribunitiaræ potestatis Corbeie*.

**TRIBUS**. Regula S. Pachonii cap. 16 :



*Vocatur autem una Tribus, habens tres vel quatuor domos, pro numero et frequentia monasterii, quas nos Familias vel Populos unius gentis possumus appellare. Adde cap. 15.*

**TRIBUS**, Pagus, villa. Felix Monachus Girvensis in Vita S. Guthlaci n. 8. apud Mabillonium : *Cum ad salutaris lavacri sacratas undulas propinquasset, ex appellatione illius Tribus, quam dicunt Guthlacinas, proprietatis vocabulum velut ex caelesti consilio Guthlacus percepit, etc.* [Vide *Tribunatus* in *Tribunus*.]

† **TRIBUS**, Regio, tractus, Gall. *Canton*. Charta Gradloni Regis Britonum apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 17 : *Volo illi dare... Tribum Carnam XIII. villas... Tribum Petran xxx. villas in dicumbitione aeterna; Tribum Clecher III. villas. Tabularium Landevenec. : Comes Cuenus dedit S. Wingualoco Tribum quamdam, cuius divisio est usque ad fluvium Elorn, etc.*

† **TRIBUS**, Ecclesia succursalis, vernacule *Treue*. Tabular. Kemperleg. : *Addit... ad procurationem fratrum augendam duas Tribus, quae suat in plebe Banaduc, quorum nomina sunt haec, Treutballac et Treugnennon. Vide Treb.*

**TRIBUTALES**, Coloni liberi, obnoxiae licet conditionis, ut qui ad tributa et serviles operas tenerentur. Donationes factae Eccl. Salisburgensi cap. 1 : *Dedit... idem Theodo Dux, de Romaais Tributales homines 80. cum coloniis suis in diversis locis.* Cap. 3 : *Tradidit... villam cum Tributibus suis.* Ibid. : *Tradiditque Tributales Romanos ad eundem locum in diversis locis colonos centum sedecim.* Eod. cap. : *Cum omnibus appenditiis suis et manuis 60. inter servos et Tributales. Tributales manentes, cap. 5.* [Vetus donatio apud Meichelbec. tom. 1. Hist. Frising. pag. 52 : *Dono casas, curtes, mancipias, servos, liberos, Tributales, etc.* Et infra : *Haec sunt nomina famulorum servientium seu liberorum Tributarium, etc.*]

**TRIBUTARIUM**, Eadem notione. Gloss. Lat. Graec. : *ἰσφορες, ὑποσελης, Tributarius.* Salvianus lib. 5. de Gubernat. Dei : *Tributarii omnino pauperes non putantur, nisi cum his tributi cumulus imponitur.* Testamentum S. Aredii : *Addimus etiam mancipia, quae Colonaria appellantur, et nobis Tributaria esse perhibentur.* Gregorius Turon. l. de Gloria Confessor. cap. 103 : *Testisque est ipse populus hodieque, qui cum sanitate recipiat, statim se Tributarios loco illi faciunt, ac recurrente circulo anni, pro redditu sanitatis gratia, tributa dissolvunt.* *Tributarius Romanus*, in Lege Salica tit. 43. § 8. et in Recapitulat. ejusdem Legis § 14. dicitur vetus Galliae incola, respectu Francorum, qui ab omni tributo immunes erant, contra quam alii, ut docet Gregorius Turon. lib. 7. Hist. cap. 15. Charta ann. 744. tom. 2. Monastici Angl. pag. 844 : *Haec vero vocabulorum signa tomis stylo indita sunt, ne forte litium vel coactione, seu jurgium, jam erepserit inter Tributarios vestros, nostrosque colonos, etc.* Vide tom. 3. pag. 115. 116. Theodoros Campendonensis, de S. Magno cap. 25 : *Inquisi vit... quomodo in vicina loca potuisset Tributarios invenire de eodem pago, qui vectigalia aannuatim redditibus regis inferre de-*

*bebant.* Traimundus Clavallensis Epist. 2 : *In tantum, quod aliqui ex vobis prima institutionis oblitii penitus, vel ignari, contra ordinis vestri gloriam et decorem, villas, molendina, ecclesias, et altaria possident, fidelitates et hominia suscipiunt, rusticos et Tributarios tenent.* Adde Stephan. Eddium in Vita S. Wilfridi cap. 8. Egbertum de Ecclesiastica institutione pag. 92. Walafridum Strabum de Miraculis S. Galli cap. 11. etc. Observat Cujacius ad tit. Cod. de Agricolis, censitis et colonis, lib. 11. ascriptiis tributarios esse, id est, capitibus censum sive capitacionem praestare : colonos vero non esse tributarios, licet reditus certos et pensiones domino terrae praestent in pecunia, vel in speciebus, pro solo.

**TRIBUTARIA TERRA**, unde tributum ad partem regiam, vel ad Ecclesiam, exigi solet, in Lege Longob. lib. 3. tit. 8. § 2. [\*\* Ludov. P. 31.] in Capit. Caroli M. lib. 4. cap. 37. et in Capitul. 4. ann. 819. cap. 2.

\*\* **TRIBUTARIA CASA**, in Leg. Longob. Roth. cap. 257. et Luitpr. 59. (6, 6.)

**TRIBUTARIUM**, Modus agri a tributariis seu colonis possessus et cultus, *Colonia*. Charta Offae Regis Anglor. in Evidentiis Ecclesiae Cantuariensis ann. 990 : *Dedi enim illi 90. Tributaria terre bipartita in duobus locis, 60. in loco, qui dicitur, etc.*

† **TRIBUTARE**, Italus, Tributum exigere. Chron. Placent. Joh. Demussis ad ann. 1376. apud Murator. tom. 16. col. 527 : *Erant in dicto Episcopatu plusquam 1. cives, qui tenebant banntinos et faciebant Tributare districtuales, et etiam cives et forenses, qui transibant per dictum Episcopatum. Statuta criminalia Riperiae cap. 116 : Si quis Tributaverit alicum, et qui tributum acceperit, in havere puniatur.*

**TRIBUTATIO**, Exactio. Historia Cortusiorum lib. 8. cap. 2 : *Decapitatur Pregadius de Caradesio Judex, et socius Potestatis, propter Tributaciones, quas commiserat in officio.*

† **TRIBUTIANUS**. Vide in *Tribunus*.

\* **TRIBUUM**, Tributum, vectigal. Charta ann. 1317. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 534. 1.º : *Item concessit (Philippus rex) Ezmelo de Albatris Judaeo et ejus heredibus, quod solvendo quotlibet anno centum libras Turonensium vel Sanctetorum, sint quilibet ab omni petta, tallia seu Tribuo.*

**TRICA**, *TRICIA*, etc. Crines intexti, implicati, a Gr. θριξ, ut quidam volunt, vel ex Latino *Trica*, quae Nonio sunt *impedimenta et implicationes*, uti rursus infra docemus. Nostri *Treces*, Itali *Treccie* dicunt. Σεραζι, Naumachio Poetae (uti observatum a Villiomaro, seu Josepho Scalligero ad Titium) et 70. Interpretibus. Ubi enim S. Ambrosius Epist. 24. ad Vigilium nude crinem habet : *Si dissoluti essent crines septem capitibus sui, et quasi in cubitum intexti, discederet ab eo virtus sua, iidem texti εἰρηά σεραζι τῆς κεφαλῆς, etc.* dixerunt. Ita Festus sensus tantum crinibus ornari licuisse Vestalibus scribit, id est *trecciis*.

† **TRICIA ASINI**, f. Clitella e crinibus seu pilis facta. Charta ann. circ. 1080. e Tabul. S. Albini Andegav. : *De bulzono, de balteo, de Tricia asini, de talibus et his similibus minutis rebus, si furate fuerint, furto non deputari praecipimus.*

**TRICA**, **TRICARE**. Joannes de Janua : *Trico, as, a Trica capillorum dicitur, i. decipere; vel impedire, vel demorari... Item Tricare, i. Tricas capillorum facere, et est verbum pertinens ad mulieres, quae Tricant crines suos, quos in tres partes divisos subtiliter complacent et involvat : et hujusmodi involutio Trica dicitur, quasi capiens, id est tres partes crinium : et inde detrico, as, unde Eccles. 32 : *Et hora surgendi non te Trices, i. non sis piger, vel non facias moram in componendo capillos, sicut mulieres faciunt : vel non sis mollis et effeminatus, quando debes strenue operari, etc.* [Gl. Lat. Gall. Sangerman. : *Tricare, Treccer, ou devoyer, ou empescher.*] Matthaeus Westmonaster. ann. 1057 : *Tunc Godiva Comitissa Deo dilecta die quadam, ut praedictum est, una equum ascendens crines capitibus et Tricas dissolvens, corpus suum totum praeter crura candidissima inde relavit, etc.**

† **TRICIA**. Sermo S. Humilitatis Abbatissae in Actis SS. Maii tom. 7. pag. 835 : *Triciae suae sunt annullatae.*

**TRECA**. Vincentius Belvac. lib. 30. Speculi Hist. cap. 71. de Tartaris : *Raduntur a parte posteriori, et longos habent capillos ac Treccas retro juxta aures.* Eadem habet Sannutus lib. 3. part. 12. cap. 9.

† **TRECCIA**. Acta S. Franciscæ Rom. tom. 2. Martii pag. 152 \* : *Ipsa Dei famula sibi mutilari fecit Trecciam.*

† **TRECCES de cepis**, Ceparum implexarum fasciculi, in Tabulario Portus Regii.

† **TRECCIA**. Joh. Demussis Chron. Placent. ad ann. 1314. tom. 16. Muratorii col. 485 : *Et tunc pluribus mulieribus incisi fuerunt digiti et Trecciae per certos crudeles de Placentia, causa accipiendi annulos de digitis et in Trezoriis de Trecciis ipsarum mulierum.* Adde Acta SS. Maii tom. 7. pag. 154.

† **TREZA**. Memoriale Potestatum Regiens. ad ann. 1219. apud Murator. tom. 8. col. 1103 : *Soldanus... arripuit ferrum, quo cinctus erat, sibi barbam et Trezas et caudam et comam sui equi truncavit.*

**TRESSORIUM**. Fleta lib. 2. cap. 5. § 4. de Meretricibus : *Si tertio inventa fuerint hospicii secutrices, considerabitur quod amputentur eis Tressoria, et quod tondentur.*

☞ **Alias Tressorium**, Gallis vulgo *Tressoir*, non sunt ipsi crines intexti, sed vel instrumentum plectendis et intertextendis crinibus, vel crinium intertextorum muliebris ornatus. Le Roman de la Rose MS :

En sa main tint un mirooir,  
Si out d'un riche Trechooir  
Son chef trechié moult richement.

Computus ann. 1239. e Bibl. Reg. : *Pro una cintura argenti et duobus Trecovers.* Litteræ Johannæ Reginae Navarrae ann. 1349. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 223. col. 1 : *Item, nos Tressons d'orfaverie, qui sont de rubis d'alixaadre, d'esmeraudes et de perles.*

**TRICALIUM**, Trivium, triplex callis, aut via. Tabularium Casauriense ann. 968. [apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 958 : *Et sine Tricalio de Caserese, et Tricalio de Meneliano.* Col. 959.] *Et sunt infra fines sine Tricalio de Galisiano, et sine via, quae*



pergit, etc. Ubi vocabulo *tricalio* suprascriptum legitur minusculis litteris, sed antiquis, i. *trivio*. Idem videtur quod *Trifinium*, de quo Isidorus Orig. 15. lib. cap. 14 : *dictum eo quod trium possessionum fines adstringit, vel forte attingit. Vide Callis.*

† **TRICAMERATUS**, Constans triplici camera. Vide locum in *Bicameratus*.

† **TRICAPITINUS**, Triceps, tria habens capita. Gloss. Lat. Græc. *Tricapitinus*, Τριπύης, τρικέφαλος, ibidem.

† **TRICAPITUS**, Idem, tom. 1. SS. Julii pag. 439.

**TRICARE**, **TRIGARE**. Lex Salica edit. Heroldi tit. 38. § 4 : *Si quis alienum servum battiderit, et ei insuper 40. noctes Trigaverit opera sua, etc.* Edit. Pith. : *Ut in 40. noctibus operare non poterit. Ubi Trigare, pro Tricare habetur : est quippe Tricare, morari, differe, cessare : quomodo Triga, dicunt Occitani. Regula Magistri cap. 19 : Si ad sextam horam refectonem Tricatam hebdomadarum offenderint, i. non expeditam, aut paratam. Nam Tricæ, inquit Nonius, sunt impedimenta et implicationes : unde intricare, impedire, morari. Lex Alaman. tit. 97 : Si carrucam involat, aut rumpit rotas in priori parte, ut die illa opera Tricetur.* Epistola Eadburgis Virgin. ad S. Bonifac. Mogunt. Episc. : *Malui mori, si sic Deo auspici, cui arcana non latent, placuisset, vel tarda mors non Tricaverit.* Reinerus Mon. de Mirac. S. Gisleni cap. 5 : *Dixitque ei : Non te Trices adire Malbodium, dictum Prælate, etc.* [Miracula S. Bertini lib. 2. cap. 8 : *Vigilandum potius... quam segnitia Tricandum. Senio morboque Tricatus, in Vita V. Eigilis Abb. Fuldens. sec. 4. Benedicti. part. 1. pag. 239. Fridogodus in Vita S. Wilfridi Episc. eod. sæc. part. 2. pag. 724 :*

Quid Tricor dicitis? dabitur nunc his quoque finis Credo quidem scriptis, etc.

Vide *Trica*.]

**TRICARE**, Implicare, innectere. Vita S. Deicoli Abbat. Lutrens. n. 34 : *Quo facto, sacramento iurjurandi super tanti Patris sepulchrum se unanimiter Tricaverunt, quatenus eorum nullus se subtraheret, quin in proximo seculo abrenuntiaret.* [Le Roman d'Atthis MS :

Ne pucelle n'a nul mestier,  
Qu'on la doive d'amour Treschier,  
Ne lui dire faulse parole.]

Alia notione, sed haud omnino certa usurpat Ethelwlfus de Abbatib. Lindisfarnensib. cap. 10.

\* *Tressir* pro *Texere*, vulgo *Faire un tissu*, in Lit. Phil. VI. ann. 1334. ex Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 1.

† **TRICARE**, Conqueri. Will. Malmesbur. in Ethelwoldo Wintoniensi Episcopo : *Cum monachi miraculorum frequentia defessi essent, et sese inopes somni Tricarent, etc.*

**DETRICARE**, Idem quod *Tricare*, Morari, vel remorari. Pactum Childeberti et Chlotarii Regum § 5. post Legem Salicam : *Quod si placitum sunnis non Detricaverit.* Id est, si causa aliqua vel excusatio iudicium non remorata fuit. Magnum Recordum Leodiense pag. 59 : *Et que en ce il n'i ait nul*

*Detriunce ne excusance : et s'il advenoit que aucun de ceaux, qui venent pardevant les Eschevins fussent Detriez ou prolongiez outre le terme convenu, etc.*

**TRICHA**, *Deceptio*, Johanni de Janua.

**TRICHARIA**, Gallis *Tricherie*, *Deceptio*. Ita autem appellabant Massilienses [aliique] ludos alex. Statuta MSS. Massiliensis urbis lib. 5 : *Ordinamus, quod nemo deinceps in Massilia possit vel audeat tenere domum Trichoriæ, in qua publice lusores alearum, sive deiorum, vel taxillorum, sive Trichatores alii indifferenter ad ludendum conveniunt, hoc excepto, quod quilibet possit ludere ad seacos, et ad tabulas, et ad regentam.* [Melius in editis cap. 10. regentam. Adde cap. 9. de Trichatoribus. Statuta Arelat. MSS. art. 51 : *Tricharia non fiat, nec teneatur Arelate de nocte. Statuta Eccles. Biterr. ann. 1342. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 651 : Excommunicamus omnes... qui Tricharias publice tenent, ubi nomen Christi et B. M. et SS. O. blasphematur.*]

† **TRICHERIA**, Eadem notione. Charta Communis Balneoli ann. 1208 : *Si qua vilis persona, ut sunt tabernam frequentantes et Tricheriam, vel publicæ meretrices, etc.* Alia ann. 1300 : *Nullus postquam nox fuerit audeat ludere in tabernis ad taxillos, nec in aliis locis suspectis, nec in quibus teneatur Tricheria.* Vide *Tricharia* suo loco.

**TRICATOR**, Idem qui *Trichator*. Id porro cognominis inditum Theobaldo Carnotensi Comiti. Hugo Flaviniacensis pag. 185 : *Odo filius Odonis, filii Thetaldi Carnotensis, cuius cognomen fuit Trichator. Deceptores, et fraudum architectos etiamnum Tricheurs dicimus : qui res impediunt, vel implicant, ut est in loco citato Nonii.*

\* Hinc *Tricheur*, pro *Chicaneur*, Versutus ac fraudulentus litigator, Lit. remiss. ann. 1410. in Reg. 164. Chartoph. reg. ch. 223 : *Le suppliant dist à Bertran Ogier, Tu n'est que un Tricheur et un plaideur. Trickeur vero, Deceptor, in Consil. Petri de Font. pag. 106. art. 1. Tricherras, apud Bellomaner. MS. pag. 80. v°. col. 1. Unde Tricherressement, Dolose, fraudulenter, apud eund. pag. 80. r°. col. 2. et in Pœnis Aurel. ad calcem Assis. Hierosol. pag. 467. Trichot vero, unde *Trichotoier*, vox contumeliæ, gravis injuriæ loco habetur apud Bigerrones. Lit. remiss. ann. 1414. in Reg. 168. ch. 362 : *Lequel Audet dist à ieellui Arnault ces paroles : Comment ne veulx-tu faire arrester, Trichot que tu es, ne me vas pas Trichotoiant, en l'appellant Trichot, qui est la plus grant injure et blasme que l'en puisse dire en ieellui pays de Bigorre.**

**TRICATORES**, Florentinis dicti Inquisitores a iudicibus delegati, ut Auctor est Petrus de Vineis lib. 5. Epist. 89.

\* **TRICATRICA**, Idem quod Academicis Cruscanis *Trecciera*, Ornamento per le trecee, in Stat. Eugub. ubi de ornamentis capitum muliebrum, apud Cl. V. Garamp. in notis ad Leg. B. Chiaræ pag. 62. Vide supra *Trescia* et *Tressorium*.

† **TRICENARIA LEX**. Vide in *Lex*.

**TRICENARIUM**, **TRICENARIUS**, Officium 30. Missarum, quod totidem diebus peragitur pro defunctis : vel obventiones quæ obveniunt Sacerdotibus ratione ejusdem

officii. Martyrol. Corb. MS. de Societate Eccl. S. Medardi Sussion. et S. Bertini cum Corbeiensi : *Et si brevis de defuncto eorum ad nos venerit, vel noster ad eos, statim percussa tabula... agetur officium pro eo, deinde Tricenarius cum septenario, et ab unoquoque Sacerdote Missa pro eis dicitur.* Lanfrancus in Decretis pro Ord. S. Benedicti cap. 5. de Cantore : *Cura brevium, qui foras mitti solent pro defunctis fratribus, et cura numerandi Tricenaria et septenaria ad eum pertinent.* Historia de Fratrib. conscriptis, ann. 800. apud Goldastum : *Instituerunt, ut quocumque frater aliquis obierit, et loco, vel senioribus annuntiatum fuerit, eo die Presbyteri 3. Missas et cæteri fratres pro eo psalterium ac celebrationem Vigiliæ decantent, communis-que oblatio ab omnibus fiat. Item in die septimo 30. psalmos : Tricesimo autem Presbyteri omnes pro eo unam Missam, et cæteri 50. Psalmos impleant, etc.* Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 150 : *Pro fratribus vero defunctis hoc utrinque servabitur. Anniversarium in Martyrologio scribetur : cibus 30. diebus pro fratribus dabitur. Pro pastoribus autem locorum integro anno 30. officia plenaria in Conventu cantabuntur : singuli fratrum 30. Missas, vel decem psalteria persolvent. Tricennarius Missarum, in Metropoli Remensi lib. 3. pag. 354. [Bernardus in Ord. Cluniac. part. 1. cap. 24 : Si autem duo aut plures insimul sepulti fuerint, Tricenarius quoque Missarum et Psalmorum et septenarius pluraliter pro ambobus celebrabitur. Conventio ann. 1200. apud Fleureau Hist. Bles. pag. 521 : Omnes Tricenarii, annualia, septenaria in communem ambobus, Prioris scilicet et Sacerdotis venient partitionem. Litteræ Radulphi Prioris de Caritate ad Canonicos S. Martini Turon. ann. 1171. tom. 1. Anecd. Marten. col. 557 : *Præterea statuimus, ut omni anno post Dominicam primam Quadragesimæ feria secunda... anniversarium vestrum fiat, pro defunctis videbitur Canonici in communi conventu solemniter, et ipso die incipit Tricenarium, quod annuatim persolvetur, sicuti solenus facere pro fratribus nostris, scilicet Missas dicendo et pauperes reficiendo.* Regula S. Stephani Grandimont. cap. 5 : *Tricenarium, septenarium, annuale vel quodlibet pretium pro Missa nominatim vobis oblatum nullatenus accipiatis.* Adde Radulfum Mon. in Vita Petri Ven. Abb. Cluniac. apud eund. Marten. tom. 6. Ampl. Collect. col. 1198. etc.]*

† **TRICENARIUM**. Charta ann. 1385. e Chartulario S. Joh. Angeriac. pag. 458 : *Istæ pauperum procuraciones vel Treccenaria debent fieri in auditorio diebus superius annotatis.*

**TRENTENARIUM**. Gaufridus Vosiensis in Chronico 1. part. cap. 55 : *Instituit, ut ubiqueque obiret Monachus S. Martialis, fieret pro eo Trentenarium Lemovicie per duas Missas. Infra : Fiebat plenarie Trentenarium Lemovicæ, etc.* [Rursus occurrit in Charta Capituli S. Martini Turon. ann. 1171. tom. 1. Anecd. Marten. col. 556. et alibi. *Trentain* Galli dicunt eadem notione, olim *Trentier*, ut refert Borellus.]

† **TRIGENARIUM**. Charta ann. 1243. ex Archivis S. Victoris Massil. : *Post vestrum*



*bitum Trigenarium faciemus.* Chartul. S. Sulpitii Bituric. fol. 22 : *Concedit omne fecerunt presbiterale, hoc est offerendam... confessiones, vigilias, Trigenaria, decimas, etc.* Tabular. S. Florentii : VI. *Non. Muii incipiens Trigenarium pro fratribus S. Melanii Redon.* Plerics occurrit ibi, ut et tom. 4. Concil. Hispan. pag. 10. et 32.

† TRIGESIMALE. Charta ann. 1200. tom. 1. Ampliss. Collect. Marten. col. 1097 : *Celebrabunt anniversarium ejus cum classico... et facient annuatim unum Trigesimale pro eo.*

† TRIGESIMALIS. Concordia inter Canonicos S. Juliani et Monachos S. Vincentii Cenoman. ann. circiter 1100. eod. tom. col. 580 : *Promissimus quoque illis pro defuncto illorum abbate unum Trigesimalem, et pro singulis defunctis monachis VII. Missas, et VII. vigilias nos esse facturos.*

TRIGINTALE. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 414 : *Et domus faciat celebrare Trigintale pro anima ejus et pro animabus omnium benefactorum, etc.* Occurrit præterea in Provinciali Cantuar. lib. 3. tit. 23. apud Will. Thorn. in Chr. cap. 25. § 1. etc.

† TRIGINTALIMUM. Notitia ann. 1097. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 566 : *Nos autem pro anima ipsius Juliana, in primo obitus sui anno, quinque Trigintalia fecimus, et unusquisque nostrorum sacerdotum septem missas.*

† TRIGINTANARIUM. Testament. ann. 1517. ex Schedis D. Aubret : *Vult unum Trigintanarium Missarum fieri absque interruptione, et in qualibet Missa offerri panem, vinum et candelam, ut moris est, et illo Trigintanario finito alium fiat.*

TRIGINTARIUS. Concilium Narbon. ann. 1054. cap. 14 : *Moneus, ut nullus Laicorum in opus suum retineat primitias, neque oblationes, neque Trigintarios, qui recte debentur a Clericis recipi pro fidelium defunctorum orationibus; sed Clericis, qui eisdem Ecclesiis presunt, utendos relinquat.*

TRICENNALE. Eadem notione, in Provinciali Cantuar. lib. 2. tit. 6. lib. 5. tit. 2. in Synodo Londinensi ann. 1391. apud Willelmum Thorn. in Chr. cap. 20. § 5. cap. 21. § 10. in Statutis Ordinis de Sempringham pag. 780. [in veteri Charta apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 225.] Atque ita legendum in Synodo Exoniensi ann. 1287. cap. 21. pro Triennale : *Statuimus insuper, quod parochiales Presbyteri annualia vel Triennialia non recipiant, per quæ parochiales Ecclesiæ careant officiis debitis et quotidianis.* Charta Adalaidis Comitissæ Bellimontis et dominæ de Gornaio : *Postquam supradicta Comitissa de hoc mundo migraverit, et certi fuerint Monachi de morte ejus, in crastino Triennale incipient, et sic singulis annis redeunte tempore anniversarii ejus Triennale facient.*

† TRICESIMALE. Societas Abbatiarum Sangerm. Paris. et Fiscam. ann. 1116. in Probat. Histor. Sangerm. pag. xxxv : *Ideoque decrevimus, ut pro fratribus nostris semel per annum Tricesimale faciatis, dando pro eis per xxx. dies panem et vinum, et quidquid illud est.*

† TRIDECENNALE. Charta ann. 1245. e Tabulario S. Martini Pontisar. : *Odoni cæpellano v. sol. Paris. pro uno Tridecennali.*

TRITENNALE scribitur in Monastico Anglicano tom. 1. pag. 149. nisi legendum sit *Tricennale*, ut *Tricennarium*, pro

TRITENNARIUM, apud Ælredum Ricvalensem in Vita S. Edw. Confess. lib. 2. cap. 2 : *Adhuc de more Tritennarium pro Rege celebrabatur officium.*

TRICESIMA DIES defuncti. *Septimus, vel etiam Tricesimus, vel annualis dies depositionis defuncti*, in lib. 3. Sacramentor. Eccl. Rom. cap. 105. Hincmarus Remensis in Capitul. ad Presbyteros cap. 14. ex Nannetensi Concilio : *Ut nullus Presbyterorum ad anniversariam diem, vel Tricesimam tertiam, vel septimam alicujus Defuncti, aut quancunque convocatione ad collectam Presbyteri convenerint, se inebriare præsumat, etc.* Charta Petri Archiep. Viennensis ann. 1125. in Tabul. ejusdem Ecclesiæ : *De obitu Canonico nostrorum et Archiepiscoporum... præcipimus, ut Tricesimus Canonice, et annule obsequium Archiepiscopis persolvatur.* Ita apud Gregorium lib. 3. Decretal. tit. 26. cap. 20. lib. 5. tit. 40. cap. 29. Reinerum contra Valdenses cap. 5. extremo, etc. Vide Capitula Theodori Cantuar. cap. 19. 37. 90. edit. Acherianæ, ejusdem Pœnitentiale cap. 5. Capitula Herardi Turovens. cap. 58. Abælardum Epist. 24. etc.

† TRICESIMUS, vel TRICESIMUS nude. Statuta Cadubrii fol. LIII. v° : *Decernimus, quod vos plebani, archidiaconi, Vicarii et aliarum Ecclesiarum rectores, pro salutari pœnitentia IV. sol.... pro oleo saucto sol. XX. p. pro sepultura totidem, pro septuagesimo sol. XII. pro Trigesimo XII. habere et percipere debeatis.*

✍ Insigne est hac de re Statutum Capituli S. Martini Turon. editum tom. 1. Anecd. Marten. col. 62 : *Au. Dom. DCCCXXII. Kal Junii hortatu et suasionem atque servitio cujusdam fidelis fratris incliti Confessoris Christi B. Martini, Adam sacerdotis et granicarii.... statuerunt ejusdem gregis generaliter fratres... ut ex illo tempore... quancumque aliquis fratrum ex eodem cœnobio obisset, cantarent pro eo quotidie per xxx. dies post Horæ privæ expletum Capitulum, super altare dominicum propriam Missam, ad quam offerrent fratres generaliter, tam majores quam et minores, in Eucharistiam Christi, ut mos est, panem et vinum, et nihilominus jejunarent pro ipsius remissione peccaminum, aliorumque defunctorum fratrum, per eosdem xxx. duo vel tres fratres in pane et aqua usque ad vespem, et si eadem die vinum biberent, idipsum redimerent, ipsiusque redemptionem pauperibus erogarent. Impetravit... iisdem præfatus frater, uti pro infirmante, vel infirmato fratre et ad exitum properante essent duo vel tres fratres... qui pro delictis deficientis fratris ante gloriosi B. Martini sepulchrum ad VII. Horas canonicas, ad unamquaque, usque ad expletum mortui fratris Tricesimum præscriptum diem, quotidie septies genua flecterent, suasque culpas ipsius vice ad Dominum proclamarent.*

Tricenarium autem a B. Gregorio M. PP. institutum ferunt, ex iis, quæ tradit lib. 4. Dialog. cap. 55. Vide, quæ de eo habent Alcuinus de Divin. Offic. cap. de Exequiis mortuor. Amalarium lib. 3. de Ecclesiast. Offic. cap. 44. Durandus lib. 7.

Ration. cap. 35. n. 8. Haestenus lib. 8. Disq. Monast. Tract. 1. disq. 4. etc. Quomodo vero tricenaria a Monachis exsolventur, vide in Antiquis Statutis Cartusien-sib. 1. part. cap. 48. § 1.

Sed et ejusmodi tertios, septimos, trigesimos, et anniversarios defunctorum dies apud Melchitas, Maronitas, Cophitas, et Jacobitas obtinere, docent Proœcialia Conciliorum, laudata ab Abrahamo Echelensi ad lib. Ebed-Jesu cap. 60 : *Facito tertia die commemorationem pro iis, qui obdormierunt, in Psalmis et precibus, quia Christus mortuus est, et resurrexit a mortuis. Fiat quoque (commemoratio) pro illis nona die in memoriam vivorum et defunctorum. Facito etiam pro iis Trigesimum (diem), juxta antiquæ legis ritum, quoniam filii Israel luxerunt super Mose 30. diebus. Item fiat pro illis anniversarium, et erogetur de illorum bonis elemosyna pauperibus, etc.* Videatur Petrus Comestor in Hist. Scholast. cap. 114. Genes. Cumeanus Abbas de mensura pœnitentiarum cap. 14.

† TRICENNALIS, Tricenarius. Charta ann. 1131. tom. 8. Spicil. Acher. pag. 174 : *Cunqve fratres loci illius possessionem illam Tricennali tempore aut eo amplius quiete habuissent, etc.* Hoc est per annos triginta. De Tricennali possessione, sui præscriptione consule præceptum Caroli M. pro Hispanis et vide supra *Lex tricennaria*.

† TRICEOLUS. Tabernarii, spicarii et Triceoli, in Statutis Pisaur. inter Acta SS. tom. 3. Junii pag. 936. Forte ab Italico Trecone, esculentorum propola, caupo, Gall. *Aubergiste*. Alio significato accipiunt Bollahdistæ, quos consule.

† TRICESIMA, Thesaurus Regis Angliæ, ut patet ex Præcepto Henrici III. ann. 1238. dato Fratri Hugoni de Storton et Ricardo Renger et sociis suis, custodibus Tricesimæ suæ in Turri London. apud Rymer. tom. 1. pag. 380. ubi legitur : *Præcipimus vobis quod de denariis, quos habetis in custodia vestra de eadem Tricesima, sine dilatione faciatis habere Imperatori CP. vel Clementi Aviliti suo. presentatori lateri, 500. libras, de dono nostro.* Porro notum est ex superius dictis in voce *Templarii* Thesaurum regium apud Anglos Templariis commissum fuisse : qua vero ex causa ita appelletur doceant nos Angli.

† TRICESIMALE. Vide *Tricenarium*. TRICESIMALIS CONSUETUDO, seu *Tricesimæ*, Præstatio Tricesimæ redditum, quam Episcopi suffraganei solvere quotannis tenebantur Ecclesiæ Ravennati. Anastasius in Nicolao I. pag. 213. ubi Ravennatem Archiepiscopum ita alloquitur idem Pontifex : *Præcipimus etiam, ut ipsos Episcopos illam malam consuetudinem, quæ a quibusdam Tricesimalis dicitur, nullo modo Ravennati exhibere, aut exercere compellas Ecclesiæ, nec illum morem, qui contra Episcopos, privilegium sit, ab eis exigere quomodo tentes.*

TRICESIMUS, et *Annalis nuptiarum dies*, olim cultus a Christianis in Ecclesia per Missæ sacrificium, in cujus Canone addebatur peculiaris oratio, quam describit liber 3. Sacramentor. Eccles. Roman. cap. 52. etc. Menardus in libro Sacrament. ex Codice Remensi pag. 286 : *Hanc igitur*



oblationem, Domine, famulorum tuorum, quam tibi offerunt ob diem Tricesimum conjunctionis suæ, vel annalem, quo die eos jugali vinculo sociare dignatus es, placatus suscipias, deprecamur, etc.

\* **TRICESIS.** Vide supra *Tremissis*.

**TRICHA**, **TRICHARIA**, etc. Vide *Tricare*.

\* **TRICHARIA**, Aleatorium, Charta ann. 1337. in reg. 74. Chartoph. reg. ch. 125 : *Consules et universitas loci de Portello nobis significaverant quod multo frequenter perpetrabantur omicidia, depredationes, et alia enormia crimina et delicta in Tricharia, que est extra villam predictam,.... abi nisi duo vel tria existunt hospitia.* Vide in *Tricare*.

† **TRICHILA**, Stragula vestis prætenusibus. Vide Rhodig. lib. 18. cap. 11.

† **TRICHORACHATUS**, Cristatus. Hist. Miscella lib. 22. apud Murator. tom. 1. part. 1. pag. 155. col. 1 : *Dicebantur sane (Longobardi) ex genere illo descendere Cristati, quod interpretatur Trichorachati, pilos enim habebant natos in spina veluti porci.*

**TRICHORUS**, **TRICORUM**, etc. Ædificium appellabant, tribus concaemationibus constans. Τρίκωρον quippe Græcis proprie dicitur, quod tribus *loculis*, distinctum ac divisum est. Inde *Trichora apsis*, apud Paulinum, seu Τρίκωρος ἄψις est, quæ Τρισὴ ἐνθία κελῶν habet, uti loquitur Paulus Silentiarius in Descriptione ædis Sophianæ, vel ut idem Paulinus, *Trinos recessus*; *Triformem* dixit Fortunatus lib. 3. Poëmat. 5 :

Vertice sublimi patet aulæ forma Triformis,  
Nomine Apostolice significata Deo.

Atque ita videtur hanc vocem interpretari Papias, dum ait, *Tricora esse tres absidas, sive cameras.* Qua notione apud Spartianum in Pescennio *Trichorum* usurpari constat, et in veteri Inscriptione Christiana apud Ughellum in Episcopis Tolentinis, et Ferrarum : *Septima Severina C. E. marito dulcissimo ac sibi sarcophagum et Panteum cum Tricoro disposuit et perfectit.*

At quod idem Lexicographus subdit, *Tricorium esse locum juxta ignem et rapem altam*, fateor, me non plane assequi. Scio quidem, *Tricorium*, pro *Refectorio* Monachorum, seu *Triclinio*, ubi Monachi reficiuntur, et cibos capiunt, interdum usurpari. Ita Glossar. Ælfrici : *Tricorium, vel Triclinium gereord-hus*, i. domus refectorionis. Qua sane notione vocem hanc usurpat Ordericus Vitalis lib. 3 : *Mahlildis Regina pretiosam infulam dedit, et cappam, ad Dei servitium, et centum libras Rodomensium ad agendum Tricorium.* Et lib. 6 : *Eisque datis sumptibus lapideum Tricorium, ubi una reficerent, construi fecit.* Ex quibus evidens est, *Trichorum* vel *Tricorum*, aut *Tricorium* esse cubiculum aliquod, vel cameram, quæ ἀριστήριον vicem, seu *pransorii*, aut cœnaculi præberit : illudque esse, quod *triclinium* Latini appellabant, quia forte cameræ istæ, quæ tot convivantes admittebant, spatiosiores erant, et in tres partes, seu totidem concaemationes, bino columnarum ordine divisæ. [Chartarium Farfense in Descriptione palatii, quam laudat Mabillon. tom. 2. Annal. Benedict. pag. 410 : *Trichorum, id est domus convivii*

*deputata, in qua sunt tres ordines mensarum; et dictum est Trichorum a tribus choris, id est tribus ordinibus comessantium.]* Joannes de Janna : *Tricorium, domus trina sessione convivantium ordinata. Solebant enim antiqui in clinis comedere, et tres lectos, vel tres ordines lectorum disponere : in unoquoque comedebant dominus et domina : in secundo familia : in tertio hospites, et talis domus dicebatur Triclinium.* Vide Casauhon. ad Spartianum, Descriptionem nostram ædis Sophianæ num. 50. [et Notam cl. in Epistolas S. Paulini edit. 1685.]

\* Hinc *Trichart* nuncupatus carcer capituli Tulleusis, ut discimus ex Stat. MSS. ann. 1497. ejusd. eccl. fol. 97. r<sup>o</sup> : *Pristo seu carcer capituli,.... que nominatur Trichart, quia continet tres carceres, unam in fundo, aliam in medio et tertiam in superiori.* Haud scio an in veteri Inscriptione hic laudata melius apud Mabill. in Museo Ital. pag. 224. legatur *Sarcophagum*, quam *Sarcosagum* apud Ughellum. [\* Vide Furlan. apud Forcell. in *Trichorus*.]

**TRICIA**, Crines intertexti. Vide *Trica*.

† **TRICIDIUM**. Vide *Labilicidium*.

**TRICINA**. Evagrius in vers. Vitæ S. Antonii, ab Athanasio scriptæ n. 70 : *Traxit quidam sportellæ, quam texebat, Tricinam, sive funiculum.* Græca sunt, σερζάν τῶ ἐργου. Est autem Græcis σερζάν, quod nostri *Trece* dicunt, seu crinium intextorum series, uti monitum in voce *Trica*. Unde pro *Tricinam*, forte quis legat *Triciam*. *Tricina tunica*, pro *trichina*, quæ fuit Monachorum, in Vita S. Pelagie meretricis cap. 12. de qua vide Notas nostras ad Cinnam pag. 456. 457. Vide Glossar. mediæ Græcitat. in Τρίκινον.

† **TRICINARE**, *Tricare*, in Amalthea ex Salmasio.

† **TRICINARI** Equi, Qui gressibus intricatis, crebra genuum inflexione, gradum minutim fractum expediunt. Occurrunt apud Vegetium. Vide Hofmanni Lexicon et Salmasium ad Capitolinum in Maximinis cap. 3.

\* Nostris *Traqenard*. Vox ficta a Salmasio, quam, ipso vade, apud Vegetium legi crediderunt Laurentius et Hofmannus. Hæc post D. Falconet.

**TRICINCTUM**, Trinus fossarum vel murorum ambitus, *castrum triplici fossato, totidemque manibus vestitum*, Matthæo Paris. pag. 134. Willelm. Britto lib. 1. Philipp. :

..... Puer impiger i

Tempore Tricinctum castrum, qui continet in se Jugera multa soli, signis obcinxit et armis.

**TRICINIUM**, quasi triplex cantus. Symmach. lib. 1. Epist. 41 : *Tricinium senivolucrum puellarum*, id est, Syrenum. Vide ibi Juretum.

**TRICLINIUM**, Tres ordines sedium, in Glossis Bibliis MSS. Vide *Trichorus*.

**TRICLINUS**. Regula Magistri. cap. 18 : *De calceamentis vero oportet fratres caligas habere ferratas, Triclinas non ad luxum, sed ad usum.* Legendum forte *trichinas*, ex Gr. τριχινός, cilicinus, ex pilis.

**TRICO**. Gloss. Lat. Gr. : *Trico*, ἀγροῖος ἐκλυθός, λαγγών, [*Tricones*, θυσέριδες.] Gloss. Gr. Lat. : *Λαγγών, Reses, Trico*. Capi-

tolinus in Vero : *Ut vagaretur nocte per tabernas ac lupanaria, obiecto capite cucullione vulgari viatorio, et commiseretur cum Triconibus, et committeret rixas, dissimulans, quis esset, etc.* [Nonius : *Tricones, morosi et ad reddendum duri.* Adducit locum Lucilii. Italis etiamnum *Tricone* dicitur morosus, qui est obducto vultu, nostris *Rechigné, difficile, tracassier.*]

**TRICOCINARE**, Scribare, seu cribrare, in Glossario Iatrico Reg. cod. 1486.

† **TRICODATUM**, **TRICODADUM**, τριτομῶν, Trifariam, seu in tres tomos divisum, in Glossis Lat. Gr. et Gr. Lat. *Tricodato*, tres habens caudas, Italis appellatur.

† **TRICODONUM**, Modulatus campanarum sonitus, Gall. *Carillon*. Bulla Innocentii VIII. PP. ann. 1484 : *Cum duplicibus campanis ad longum tractum et debitum intervallum pulsentur, (Horarum officia) tintinnabulum seu Tricodonum bene ordinatum melodiosum cum debita mensura faciend.* Vide *Trasellan* 2. et *Trinion*.

**TRICOLUS**, Ludi, vel alæ species, ex Græco forte τριζωλος, a tribus membris, [vel potius ab Italico *Tricolone*, eodem significato,] apud Sarisber. lib. 1. Policrat. cap. 5 : *Hinc Tessera Calculus, Tabula, Urio, vel Dardana pugna, Tricolus, Senio, Monarchus, etc.*

\* *Tricote*, Clavæ lusoriæ species, in Lit. remiss. ann. 1457. ex Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 138 : *Lequel Sauestre print une Tricote ou billart,.... et en donna au suppliant sur le front.*

† **TRICORIUM**, Instrumentum coquinarium tricorne, ut videtur. Regest. Episcopat. Nivern. ann. 1287 : *Duo tripodes. Quatuor Tricoria. Quadraginta tres culcitra.* Vide alia notione in *Trichorus*.

**TRICORUM**. Vide *Trichorus*.

\* **TRICTARE**, Terere. Vide *Calotricatorium*.

† **TRICTURA**, pro *Drictura*, ni fallor, Jus quod quis habet in re aliqua. Testamentum ann. 1173. tom. 1. Anecd. Marten. col. 575 : *Donavit et reliquit eidem Berengario nepoti suo... medietatem totius honoris vel Tricturæ, quam ipse habebat in prioratu vel honore S. Pauli.* Alia notione legitur in *Transitura*.

**TRICULA**, Παρὰ τὸ τρίξ, in Gloss. Græc. Lat. Ibidem : Παρὰ τὸ δὲ λω, depilo, vellico.

\* **TRICULUS**, Esculentorum propola, Ital. *Trecone*, Gall. *Aubergiste*. Stat. synod. eccl. Carcass. ann. 1297. ex Cod. reg. 1613 : *Propter humanam necessitatem et cotidianum vescendi usum pistricibus panes et carnificibus carnes, merceris sive Triculis res comestibiles vendendi ipsis diebus festivis licentiam non negamus.* Hinc Gallicum *Trigalle*, pro Taberna seu locus, ubi comessationibus, potationibus vacatur. Lit. remiss. ann. 1401. in Reg. 156. Chartoph. reg. 300 : *Une ville ou port, nommé Vateville, sur Seine, ouquel lieu avait une taverne ou Trigalle, etc.* Vide *Triceolus*.

**TRICURIUM**, Triplex cura, in Glossis MSS.

† **TRIDECENALE**. Vide in *Tricenarium*.

\* **TRIDENA**, Trium mensium spatium. Comput. ann. 1450. ex Tabul. S. Vulfr. Abbavil. : *Prorevestiariis dominorum canonicorum et cappellanorum majoris altaris, in*



prima Tridena incœpta xxvij. Septembris anno Domini 1449. et finienti xxvij. die Decembris ejusdem anni,.... cij. sol.

**TRIDENARIUS** NUMERUS, pro *Tricennarius*, in Regula Ordinis de *Sempringham*, pag. 77.

¶ **TRIDIE**, *Par trois jours*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. MSS. ex Johanne de Janua.

¶ **TRIDIGITALIS**, *Trium digitorum*. Vide supra *Thumelum*.

**TRIDINGA**. Vide *Trithinga*.

¶ **TRIDINIUM**, pro *Tricinium*. Vide *Bicellum*.

**TRIDUANA**, *Tridui jejuniun*. S. Hieron. Epist. 10. ad *Furium*: *Parcus cibis et venter esuriens Triduanis jejuniis profertur*. Epist. 15. ad *Marcellam*: *Cunq̄ue per omnem annum jugi jejunio pasceretur; biduo Triduoque sic permanens, tum vero in quadragesima navigii sui vela tendebat, omnes pene hebdomadas vultu lætante conjungens*. Epist. 22. ad *Eustochium*: *Nihil prodest biduo Triduoque transmissio vacuum portare ventrem, si poriter obruatur, si compensetur saturitate jejuniun*. Quibus verbis *biduanas* et *triduanas* Christianorum innuit, de quibus egimus in *Biduana*.

\* *Notit.* de exordiis monast. S. Trinit. in Apenn. ex *Tabul. Vall. Umbr.*: *Deinde fecimus Triduannu, ut Deus ostenderet nobis quid vellet de nobis facere, et ostendit nobis judicium suum*.

\*\* **TRIDYMUS**, *Trigeiminus*, a Gr. Τριδύμος. *Anastas. Mirac.* SS. *Cyri* et *Joh. sect.* 44. apud *Maium Spicil. Roman.* tom. 3. pag. 481: *Onus illud Tridymum*.

¶ **TRIEN**, *Tertia pars solidi*, in *Leg. Salica tit.* 40. § 13. edit. *Baluzii*. Notus est *Triens Romanus*.

**TRIENNALE**. Vide *Tricennarium*.

**TRIENNALIS**. *Monasticum Anglic.* tom. 1. pag. 149: *Qui ad superiore mensam ut Custos ordinis sederit, duplum (panem percipiet.) Qui Missam majorem celebraverit, duos, lector vero et servitores unum admixtum, Eleemosynarius autem sex de decima, et tres ad mandatum et duos ad Triennales currentes.* [An pro *Tricennales* ?]

¶ **TRIENNALITAS**, *Administratio per triennium, Triennialité*. *Charta ann.* 1517. tom. 2. *Hist. Eccl. Meld.* pag. 273: *Experimento hactenus probatum sit inter cætera, nil tam officere quam presidentum in monasteriis reformatis perpetuitatem, Triennialitatemque nitrum in modum profuisse et prodesse*.

\* **TRIENNUM**, pro *Triennium*. *Epist. Bern. scholast. ad Fulb. episc. Carnot.* tom. 10. *Collect. Histor. Franc.* pag. 493: *Inter ea causa existit, qua ad urbem Andegavensem..... transmigrarem, ubi fere per Triennum per inanes nugas, ut verum confitear, tempus studii conterens, etc.*

\* **TRIENS**, *Furca trisulca*. *Consuet. Dombens.* MSS. ann. 1325. art. 25: *Nullus homo dictorum nobilium non potest nec debet pigriorare alium hominem de bobus ligatis nec de ligone, neque de Triente, etc.*

¶ **TRIERIS**, pro *Triremis* a Gr. Τριήρης. *Rostagnus Mon. de Translatione. S. Clementis Martyris*: *Miserunt quandam Trirem obviam eis, ut exploraret quemnam gens esset. Ounstæ mercimoniis Trieres, in Actis*

S. Athanasii *Episc.* tom. 4. *Julii* pag. 78. Etiam usi sunt *Th. Walsingh.* loco in *Carica* relato, vulgatus *Interpres Bibliorum* non semel. *Glossæ Lat. Gal. Sangerm.*: *Trieris, grans nefz.* Adde *Joan. de Janua. Vide Trigeris.*

**TRIERIUM**. *Monachus Sangall.* lib. 2. de *Carolo M.* cap. 19: *In Trierio rusticano sedentem cum invenimus, et tridentem arcolum olerum novellantem, etc. Forte atrio.* [Idem videtur quod *Tripetia* dicitur *Severo Sulpitio* in *Vita S. Martini*. Vide infra in hac voce.]

¶ **TRIFACIARE** *Missas contra canonicas sanctiones* vetat *Concil. Paris.* ann. 1212. art. 10. tom. 7. *Ampliss. Collect. Marten.* col. 98. hoc est, *Missas tres diversi argumenti usque ad Offertorium inceptas sub uno Canone concludere. Vide Missæ bifaciæ in Missa 4.*

\* **TRIFERON**. *Alex. Iatrosoph. MS.* lib. 1. *Passion.* cap. 95: *Collirium mitigativum Triferon ad eos, qui nullam mordicationem sufferre possunt. Ubi Glossæ: Delicatum.*

¶ **TRIFFOLETUM**, f. *Trifolium*, *Gall. Trefste*. *Inventar. Eccl. Anic.* ann. 1444: *Item pannus aureus in campo seminatus cum magnis compas.... cum quadam pluma de paon circumdata Triffoletis.*

**TRIFILUM**. *Gloss. Gr. Lat. MS.*: Τριφύλον, κόσμος τις γυναικός, *Trifilum gemmarum*. Editum habet *gemmarium*, nostris un *collier de trois rangs de perles*. S. Hieron. in *Vita Pauli Eremitæ*: *Qui domos marmoribus vestiunt, qui uno filo villarum insuunt prædio. Anastasius in Greg. III.* pag. 165: *Item marenum Trifilem auream, quæ habet gemmas albas numero 73.* In *Regesto 1.* de *Artificib. Paris.* occurrunt *Triffiliers de fer, d'archal*, fol. 110. *Trifilium confectores.* [\* Ubi lego fol. 109. vº: *Treffliers de fer*, et fol. 110. rº: *Trefflier d'archal*; qua voce significatur *Artifex*, qui annulos catenarum innectit, et præsertim qui contexti loricaum maculas, ut in *Stat. an.* 1416. ex *Reg.* 169. *Chartoph. reg. ch.* 432: *Item nul n'aura que une forge et un Tressillier (sic) sur paine de cent solz d'amende.... Item nul dudit mestrier (de aymetrie) ne pourra riens donner d'avantage ne prester à ses Triffiliers (sic), sinon douze deniers jusques à tant qu'il soit venu à son service. Vide Trilices lorice.] *Regestum Castri Lidi in Andibus* fol. 54: *Li Sire de Priullé a son usage au sié au Forestier,.... et à une fosse a dous cognées, et n un porteur il Trefliers, et de ce li Sire de Priullé doit un haubert au Seigneur de la forest, totes les faiz que le Sire mué.**

**TRIFINIUM**, *Ager, qui tres fines spectat.* [Isid. lib. 15. cap. 14: *Trifinium dictum eo quod triam possessionum fines astringit.*] *Lexicon Cambro-Britannicum*, *Tersfyn*, terminus, limes. *Innocentius Agri-mensor*: *Ipsum terminum et ipsum locum directura Trifinium facit. Circa Musileum in pedes 70. amplius ped. minus invenies. Trifinium subter rivum significat. Aggenus: Locos frequenter in Trifinio et quadrifinio invenimus, sicut in suburbanis, et circa publica itinera constitutum esse perspicimus. Vide Salsasium ad Inscriptionem Herodis* pag. 59.

**TRIFINITIUM**. *Testamentum S. Cæsarii*

*Arelatensis: Et pascua in campo lapideo vel si qua sunt alia, vel campum in Trifinitio super viam munitam, vel reliqua alia quæcunque sunt. Vide an Trifinitium nomen sit loci.*

¶ **TRIFOCALIUM**, *Genus sedilis. Vide Istonid.*

\* **TRIFLORILIUM**, in *Codice MS. Celestin.* *Ambian.* sign. 104: *Oratio devotissimum, quæ Tristorilium vocatur, ad Beatam Virginem.*

**TRIFOLIUM**, *Calceamenti genus, in Disputat. Archelai Episcopi Mesopotamiae cum Manete* pag. 200.

**TRIFORIUM**, Τριφύριον, *Macario, Homil.* 27. pag. 384. *Porticus, seu potius Porticuli in modum claustrii species, quæ totum ædis sacræ ædificium ambit, eo fine ducta, ut transitum præbeat locum circuire vel lustrare volentibus, in ipso ædis muro, supra inferiorem columnarum et arcuum ordinem: ex cujus Triforii superiori parte emergunt majores ædis fenestræ, in ipsum fornixem elatæ. Triforium autem dicitur, quod ejusmodi strictioris ambulationis apertura intra ipsam ædem, duabus columnulis distinctæ, trinas foras, seu aperturas, quodammodo præferant. Id maxime inspicere est in majori et Cathedrali æde sacra Deiparæ Ambianensi, atque adeo in prospectu interiori ædis Cathedralis B. Mariæ Lincolnensis in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 257. ut de cæteris sileam. Gervasius Dorobernensis in Descriptione Ecclesiæ Cantuariensis: Hic murus chorum circiens in circinatione illa pilariorum in capite Ecclesiæ in unum conveniebat. Supra quem murum via erat, quæ Triforium appellatur, et fenestræ superiores, in quibus appositis clavibus et fornice facta, a turre majore usque ad pilarios prædictos, id est usque ad Crucem, Triforium inferius multis intexit columnis marmoreis. Mox: Supra hos decem (pilarios) arcus et fornices posuit. Peractis autem utrisque Triforiis, et superioribus fenestris, cum machinas ad fornixem magnum volendum præparasset, etc. Rursus: Ibi cælum ligneum egrègin pictura decoratum, hic fornix ex lapide et tofo levi decenter composita est. Ibi Triforium unum, hic duo in choro, et in ala Ecclesiæ tertium. Rursus: Super pilarios vero inferius Triforium et superius, cum fenestris et fornice majori.*

**TRIFORIUM**, *Limbus, vel ornamentum ad oram rei alicujus adtextum, in Triforii, de quo supra, speciem et formam. Inventarium Ecclesiæ S. Pauli Londinensis, in Monastico Anglic. pag. 309: Morsus Wilhelmi de Ely argenteus, cresta ejus argentea cum Triphorio exterius aureo et lapillis insitis, etc. Infra: Et 15. noduli cum Triphorio, etc. Ibid.: Cresta ejusdem argentea exterius denurata, cum exteriori Triphorio aurato, etc. Hinc Triforiatus, ibidem: Morsus Alardi Decani Triforintus de auro puro, cum Kamnhatis, et aliis lapidibus multis, etc. Passim ibid. Pag. 326: Item unus pannus, cujus campus purpureus, cum 14. listis in longitudine panni, ad modum Triforie contextis, cum multis leonibus intertextis, etc.*

\* Unde *Trifoire* vel *Triphoire* appellatur *Ars gemmas pala includendi, vulgo l'Art*



de mettre en œuvre, in Chron. S. Dion. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 183 : *Il estoit de fin or esmeré et aourné de très-riches pierres précieuses d'œuvre Triphoire.* Alias de oevre Triphoire. Ubi Aimoin. lib. 2. cap. 8. *ibid.* pag. 49. habet : *Opere inclusorio.* Vide *Inclusor*.

\*\* **TRIFORMITER**, Trifariam. Argum. vetus in Matth. apud Maium Scriptor. Vet. tom. 9. pag. 161 : *Quaternario denario numero Triformiter posito.* Tatuinus Grammat. MS. cap. de verbo : *Præteritum tempus in declinationibus Triformiter dividitur, plus quam perfectum, perfectum, imperfectum.* Adde Sedul. Scot. Explan. Evang. Script. Vet. tom. 9. pag. 164. Hæc Maius in Glossario novo.

† **TRIFUNDUS**, Terræ fundus. Vide *Treffundus*.

**TRIFURCULO**. Vide *Furcula*.

1. **TRIGA**, Currus a tribus equis tractus, ut *biga*, a duobus. Gloss. Gr. Lat. : *Τρίππων, Triga.* Papias : *Triga, currus est, quem pagani aiunt currere in inferis, eo quod per 3. ætates homines ad se rapiat, i. infantiam, juventutem, et senectutem;* [ex Isidoro lib. 17. *Orig.* cap. 36. Joh. de Janua : *Triga, Currus Plutonis, quia rapit homines de tribus ætatibus.*] Stephanus Tornac. Epist. 228 : *Bigam autem seu birotum mittere nolimus, etc. Nam quod de Triga tibi jocando diximus, scias, quod sicut Trigam abominamur in vehiculo, ita etiam abhorremus in opere et verbo.* Ubi observandæ voces in opere : videtur enim alludere ad *Trigas*, seu *tricas*, id est vacationem ab opere : vel moras aut impedimenta; nam *trigare* dixisse Scriptores ævi medi, supra docuimus.

☞ Eadem vox *Trigæ* pro moris aut impedimentis accipitur in Diplomate ann. 1339. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 346 : *Promittentes etiam, quod si dominus noster Rex, vel sui hæredes, super prædicta civitate et terra Lubin, per Ducem Joannem Stinavæ.... aliquas Trigas, impetitiones seu questiones sustinere quolibet modo contingeret, etc.*

\* 2. **TRIGA**, **TRIGLA**, Piscis genus, Ital. *Triglia*, Hispan. *Trigla* et *Trilla*. Tract. MS. de Pisc. cap. 106. ex Cod. reg. 6838. C : *Mullus, Græce τριγλιν, a Romanis Trigla, a Massiliensibus Triga, etc.*

† **TRIGAMIA**, *Τριγαμία*, Tertium matrimonium. Constitut. Apost. lib. 3. cap. 2 : *Monogamia quidem naturæ atque legi consentanea est. Digamia vero post promissionem illegitima; non ob conjunctionem, verum propter mendaciam. Trigamia intemperantiæ indicium; quæ autem Trigamiæ additur, aperta fornicatio est et indubia incontinentia.* Concessam fuisse *Trigamiam* iis, qui quadragesimum ingressi fuerant annum, et liberis ex prioribus conjugis caruerant, ex Nicephoro Chartophylace probat Suicerus in Thesaurio; secus vero iis qui ex prioribus matrimoniis liberos habuerant.

**TRIGARE**, Morari, differre. Vide *Tricare*.

† **TRIGARIUM**, *Τόπος ἔπου ἵπποι γυμνάζονται*, in Glossis Lat. Gr. Locus ubi equi exercentur. Scaliger in lib. 4. Prop. vult *Striga*; sed et *trigis* exercitium eorum esse potest, ut observat Martinus. Vide *Triga*.

† **TRIGENARIUM**. Vide *Tricenarium*.

† **TRIGENARIUS**, *Tricesimus*, Johanni de Janua; *Trentismus*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. MSS.

**TRIGERIS**, pro *Trieris*, *τριήρης, triremis*. Hariulfus de Miraculis S. Richardi cap. 3 : *Fuit quædam Trigeris magna et fortis, quæ plena hominibus armatis, cursu veloci tendebat properare in Hierusalem, etc. Mox : Erant autem in ipsa maxima navi, etc.* [Libellus de Sanguine Christi Augiæ assertivo, apud Mabillon. tom. 3. Annal. Benedict. pag. 700. col. 1 : *Acceptis enim vero dontis legati mirificis, Trigerim gratulabundi conscendentes, et... prosperrimo navigantes remigio, etc.* Vide *Trieris*.]

**TRIGESIMA**, Pars trigesima, vel quantitas, rei petiæ in iudicio, quæ a damnatis *Bajulo* seu *Judici* exsolvebatur. Quod locum habebat in causis omnibus tam mobilium, quam immobilium, præterquam in questionibus de commodato, mutuo, et debito, in quibus *Tertiaria* dabatur. Vide *Constitut.* Siculas lib. 1. tit. 69. 70. 71.

\* **TRIGERE**, Deradere, exculpere. Stat. synod. eccl. Corisopit. MSS : *Si sanguis Christi fundatur vel cadat super terram, lignum vellapidem, radendum vel Trigeridus est locus iste, et pulvis in sacrario reponendus.* Vide *mox Trigma*.

† **TRIGESIMALE**, **TRIGESIMALIS**, **TRIGESIMUM**. Vide *Tricenarium*.

† **TRIGIES**, *Triginta vicibus*, Joan. de Janua. Varro dixit *Trigesies*, *Tricies* Tullius et alii.

\* **TRIGILA**, *Trichila*, pergula, Gall. *Treille*. Necrol. vetust. eccl. Carnot. : *vij. Id. Febr. Obiit Aimericus frater Gelduini, et reliquit canonicis S. Marie.... vineam cum Trigila super ripam Auduræ.* Vide in *Trela* et infra *Trilhuta vinea*.

† **TRIGILDUM**, *Tripla compositio*, *Twigield*, in *Legibus Juticis* lib. 2. cap. 97. 99. etc. Ex voce *geldum*, quam vide, compositio, mulcta. Lex Burgund. tit. 63. § 1 : *Qui messem in granariis furatus fuerit, si ingenuus est, Trigildum solvat.* Vide *Trinumgeldum*.

**TRIGINGE**. Vide *Trithinga*.

\* **TRIGINTA**. Charta Gaufr. de Meduana episc. Andegav. ann. 1097 : *Querela erat inter canonicos (S. Mauriti) de parvo numero canonicorum vel monachorum, et quod numerus iste odibilis erat et refutandus, et in nulla ecclesia erat præter istam, et quod etiam laici per hunc numerum neque emere vel vendere aliquid audeant, quoniam sanctissimum Domini corpus Triginta, ut legitur, argenteis a Judo traditore venditum fuit, etc.* Mirandum certe argumentum, ut expungatur numerus *Triginta*.

**TRIGINTALE**, **TRIGENTARIUM**, **TRIGENTARIUM**, etc. Vide *Tricenarium*.

\* **TRIGLA**, Piscis. Vide supra *Triga* 2.

\* **TRIGMA**, *Excoriatio*, in Gloss. ad Alex. Iatrosoph. MS. lib. 2. *Passion*. cap. 100 : *Facit autem et ad spasmatum et Trignata et ventositates et mulierum passiones.*

† **TRIGODÆMONES**, *Poetæ, qui scæcibus faciem collinere consueti, in viis curribus insidentes, ne cognoscibiles fierent, poemata concinebant, cavillis probrisque lacescentes, qui præterirent, in Vocabulario Sussannæi.* [\*\* *Τριγυδῶδες.*]

† **TRIGONUS**, *Τριγωνος*, Quævis figura

triangularis Vitruvio; quid vero sit Bernardo Monacho, satis ipse docet part. 1. Ord. Cluniac. cap. 47. *de suppellectibus coquinae* : *Duo Trigoni, uterque de tribus lignis factus, licet imparibus angulis sint facti, qui in modum ostiorum huc et illuc versari possint; in his pendent catenæ, quibus caddaræ suspenduntur, quæ implentur aqua prope aqueductum, et postmodum suspensæ deducuntur absque magno labore usque super ignem.*

\* **TRIGUM**, *Triticum*, Hispan. *Trigo*. Charta fundat. abbat. Aquilar. ann. 832. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 105 : *Pro unos quisque suos dominus pariet duos (modios) de Trigo; et pro ovibus et capris et porcis, quoad melior inter eos invenerit, occidatur.* Vide infra *Triscium*.  
\* *Trigo* vero, pro *Trico*, *Fustis*, in Lit. remiss. ann. 1460. ex Reg. 192. Chartoph. reg. ch. 65 : *Ung gros bastin ou Trigot de plain poing.* Vide infra in *Triquetum*.

† **TRIHÉR**, *Τριήρης*, in Glossis Lat. Gr. *Alia Gr. Lat. Τριήρης, Tribula, Triher.* MSS. *Taher*. Forte *Traha* vel *Trahea*, inquit Jungermanus ad Longi Pœmenica pag. 231. et 232.

**TRIHORIUM**, *Spatium trium horarum*, apud Auson. *Eidyll.* 3. de *Capitone* :

Nec duraturus post bina Trihoria mensis.

Utitur et *Eidyllio* 24.

† **TRILA**, **TRILEA**. Vide *Trela*.

† **TRILEX**, *Τριπλιτος*, in Glossis Lat. Gr. Et infra : *Triplex, τριπλιτος*, etc. Vide *Trilices*.

\* **TRILHATA VINEA**, **TRILHATUM**, *Vinea trichilis suffulta*. Charta ann. 1402. ex Tabul. Moissiac. : *Abbas Exiensis tradat.... unam pipam vini communis... de vineis Trilhatis.... Abbas divisim monachis tradere (habeat) unam pipam vini, et pro singulis annis aliis subsequentibus xj. barillos, et hoc de fructibus excretescentibus in Trilhatis.* Vide supra *Trelhia*.

\* **TRILHIA**, *Concameratio, cancellatio*, Gall. *Trellage*. Lit. remiss. ann. 1371. in Reg. 102. Chartoph. reg. ch. 266 : *Dicta mulier.... credens saltare in quoddam viridarium, de subus gradarium existens, supra quandam Trilham dicti viridarii cecidit.* Vide in *Trela*.

**TRILIA**. Vide *Trela*.

**TRILICES** *Loricæ*, notæ apud Virgilium 5. et 7. *Æneid.* et alios. Sed et Dudo de Morib. et Act. Norman. lib. 2 : *Alii ferro auroque Trilices loricas, thoracas scilicet faciunt.* Infra : *Trilicique lorica indutus.* Will. Britto lib. 3. *Philippid.* :

... thoraca Trilicem

Disilit.

Glossarium Latinum MS. Reg. *Trilice, triplice*. Le Roman de *Guillaume au Courtois* MS :

Vestent haubers, et les broignes Trelices.

Le Roman d'Anberri MS :

Voit par la salle ces haubers Treilles.

*Ibidem* :

U est un haubert, qui estoit Treilles.

Le Roman de *Garin* MS :

En son dos vest une broigne Treslice.

Atque hinc patet, unde deducta vox nostra,



*Trellis*, pro fenestra cancellata. Vide Isidorum lib. 19. cap. 22. Turnebum lib. 29. Advers. cap. 25. [et supra *Trilex*.]

\* **TRILIS**, f. Curvus a tribus equis tractus. Glossæ Caesar: Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 672. col. 1: *Humfridus ad caradas duas et Triles tres*. Vide *Triga* et **TRILLA**, **TRILLIA**, etc. Vide *Trelia*.

\* **TRILLIA**, Cancelli, clathri, Gall. *Grille*. Comput. ann. 1412. ex Tabul. S. Petri Insul.: *Item pro pictura quatuor Trillarum ferri circa pheretrum, una cum baculis suis sive lanchiis, xvij. sol.* Vide alia notione in *Trela*.

\* **TRILLIATUS**, Transenna, Gall. *Jalousies*. Instr. ann. 1438. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 261. col. 1: *Et etiam ligna, que pro tempore futuro orientur, proderunt pro aptando Trilliatos domus consultatus*. Vide supra *Trelca*.

† **TRILORIS VESTIS**, apud Vopiscum in Aureliano cap. 46. Quæ triplici loro, i. instita, limbo seu fascia erat prætenta et ornata. Vide Hofmannum in Lexico et Salmasium ad Vopiscum.

† **TRILUMINARE**, *Candelabrum trium luminum*, apud Laurentium in Amalthea.

† **TRIMA**, Chartularium Matiscon. fol. 167. ubi de *caricariis* debitis summatis habetur: *Omnes simul Trimas duas caricarias*. An legendum *triginta*? Vide *Trinna*.

† **TRIMEGISTUS**, *Ter maximus*, Johanni de Janua: *Tres grand ou trois manieres*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. Alii melius *Trismegistus*, a Gr. τριμεγιστος, quod est cognomen Mercurii ob incomparabilem, quam ei Gentiles tribuebant, scientiam. Vide Lactantium lib. 1. cap. 6. et 9.

† **TRIMENSALE**, **TRIMENSE**. Vide *Tremesium*.

† **TRIMENSIS**, *Trium mensium*, aliter *Trimestris*, Job. de Janua; *De trois mois*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerman.

\* **TRIMENSTRUUM**, Trimense triticum, nostris *Trenois*. Bulla Alex. III. PP. ann. 1163. in Chartul. Monast. in Argona fol. 4. vº: *Sub annuo censu duorum sextariorum frumenti et dimidium et totidem Trimenstrui*. Charta Boson. episc. Catalaun. ex eod. Chartul: *Pro annuo censu trium minarum frumenti et trium Trimenstrui*. Vide *Tremesium*.

\* *Trimesse* vero, Pellium genus, in Lit. remiss. ann. 1391. ex Reg. 140. Chartoph. reg. ch. 238: *Deux milliers de belle-œuvre, trois milliers de Trimesse*.

† **TRIMESIUM**. Vide supra in *Tremesium*.

**TRIMILCHI**, Maius mensis apud Anglo-Saxones, sic dictus, quod tribus vicibus in eo per diem pecora mulgebantur. Talis enim erat quondam ubertas Britannicæ, vel Germanicæ, et qua in Britanniam natio intravit Anglorum. Beda de Ratione temp. cap. 19.

**TRINISIUM**, Tertia pars assis. Vide *Tremissis*.

† **TRIMITAT**, *Post urna*, in Glossis Isid. Grævis delet *post urna*, voces nullius rei; et scribit, ut apud Papiam: *Trepidat, tremiscit, horret*.

† **TRIMITUM**, Pannus ternis liciis tex-

tus, trillix, Gr. τριλιτες. Vide *Dimitum*.

\*\* **TRIMIXTUM** **TRITICUM**, Idem forte quod *Tremesium*. Dynamidia lib. 1. cap. 6. apud Maium Auctor. Classic. tom. 7. pag. 406: *Triticum Trimixtum levius furfuribus, magis tamen egeritur utque saginat et humectat*.

**TRIMMA**. Anastasius in S. Silvestro: *Cameram basilicæ ex auro Trimme in longum*. Ubi Bullingerus *Trimmam* esse ait, *aurum in tenuissimas bracteas tritum*, ex Gr. τριμμα, nostris, *Or batu*.

☞ Sed non una est hujus loci lectio. Unus optima notæ codex a Muratorio laudatus præfert, *ex auro Trimita in longum*. Duo alii, *ex auro Crinitam in longum*. Romualdus II. Archiep. Salern. in Chron. apud eumd. Murator. tom. 7. col. 81: *Ex auro Trinitam in longum*. Ut variae sint lectiones, retinendum tamen esse putem *ex auro Trimme* vel *Trimme*, quod hanc vocem paulo post rursus usurpet Anastasius in eod. Silvestro: *Fecit autem et cameram basilicæ ex Trimma auri fulgentem*. Verum quidem est etiam hic codices cum edito non omnes consentire, atque in tribus MSS. a Muratorio citatis legi, *cameram basilicæ extremam ex auro fulgentem*; sed ex duobus locis simul collatis conjicio veram esse editorum lectionem, atque Anastasium, seu Vitæ Silvestri scriptorem, quisquis ille sit, ex Græco τριμμα neutrius gen. finxisse Latinum *Trimma* feminini, ut alii dixerunt *schemiam* a τὸ σχημα, et *sacoman* a τὸ σάωμα. Vide Vossium lib. 3. de Vitiis serm. cap. 53.

† **TRINIUNGELDUM**. Vide *Triniumgeldum*.

\* **TREMODIA**, Infundibulum, Gall. *Tremie*. Charta ann. 1197. in Chartul. prior. Lehun. ch. 20: *Johannes miles de Hopelincurte habet in molendinis de Lebons apud Pontem degranum, cujuscumque sit frumentum, post illud quod inveniet in Tremodia*. Vide *Trimucium*, et *Trinodium*.

† **TRIMODUS**, Triplex. Wibertus in Vita S. Leonis IX. PP. cap. 9: *Trimodan (venalitate) compererat dictis B. Gregorii, scilicet a manu, ab obsequio, a favore*. [\* Remig. ad Mart. Cap. lib. 4. apud Maium in Glossar. novo: *Trimodum enim genus est, primum generalissimum etc.*]

† **TRIMORMA**, **TRIMORMUS**, τριμορφος, in Glossis Lat. Gr. Melius in MSS.: *Trimorma, Triformis*.

\* **TRIMUCIUM** ut *Trimodia*. Chartul. S. Nigasi Mellet. *Quotiens annona antedictæ ecclesie ad molendinos occurrerit, remota omni consuetudine, post illum bladium, qui in Trimucio est, semper molere debet*. Vide supra *Tremodium*.

† **TRINA**, Piscis genus. Ang. Rumphlerus Histor. Formbac. lib. 1. apud Pezium tom. 1. Anecd. part. 3. col. 433: *At timallos, salinones, Trinas, murenas, accipiteres et alios delicatiores Athesi dimittimus*.

\*\* **TRINA ILLATIO**, Idem quod *Illatio tertia*, apud Cassiodor. lib. 11. ep. 7. et lib. 12. ep. 2. Vide *Tertia*, 3. et Savin. Histor. Jur. Roman. med. temp. tom. 1. cap. 5. § 103.

† **TRINCHETUS**, Rectus anterior malus, Ital. *Trinchetto*, Gall. *Trinquet*. Bern. de Breydenbach Itiner. Jerosol. pag. 243:

*Neque enim applicuimus civitatem (Ragusium), propter festum tamen et reverentiam Dominicæ Nativitatis cum Trincheto duntaxat navigavimus*.

\*\* **TRINE**, Trifariam, tribus modis. Virgil. Gramm. pag. 22: *Hoc pronomen Trine videri declinandum*.

**TRINIATIM**. Edgarus Rex in Legibus Monasterii Hydensis cap. 4. de Adamo: *Qui prole ad numerum patrata, superbitium Angelorum universa comitante prospapia, sine loto gustato ligni vetiti fructu, æthereos æternæ beatitudinis suggestus Triniatim cum Domino regnans conscendere Macrobius confidebat*. Alia Charta ejusdem Regis iisdem Legibus subdita: *Annuente altithroni Moderatoris imperio totius Albionis Triniatim potus regimine, etc.*

† **TRINICUM SACRAMENTUM**. Vide in *Juramentum*.

† **TRINION**, Modulatus et numerosus æris campani sonitus, nostris *Carillon*. Sententia Officialis Matiscon. ann. 1495: *In diebus sollempnibus debent pulsari cymbala seu campanæ ad modum et instar du Trinion, secundum vulgarem et communem usum loquendi... Non debent pulsari campanæ ad modum et instar du Trinion sine congedio et licentia Prioris*. Vide *Trasellum* 2. et *Tricodonum*.

\* **TRINISSIMUS**, Maxime trinus. In catalogo operum B. Raymundi tom. 5. Jun. pag. 705. col. 1. recensetur: *Liber de Trinitate Trinissima*.

**TRINITAS SANCTA** adoranda publice tradita Catechumenis per 40. dies. S. Hieronymus Epist. 61. ad Pamnadium cap. 5: *Consuetudo apud nos istiusmodi est, ut iis, qui baptizandi sunt, per quadraginta dies publice tradamus sanctam et adorandam Trinitatem*. Id est, ut per 40. dies in mysteriis fidei instruerentur. Vide Cyrillum Hierosol. et alios.

† **TRINIFAS**, Imago SS. Trinitatis. Andreas Floriac. Mon. in Vita MS. S. Gauzlini Bituric. Archiepisc. lib. 1: *Fecit et argenteam miræ magnitudinis coronam, aureis circulis interstructam ante ipsam præcelsæ Trinitatis præsentiam*.

**TRINIUNGELDUM**, Compositio delicti majoris ac atrocioris, per ter novem *gelda*, seu muletas: a Saxon. tri-nigon-geld, id est *ter nona solutio*: proinde diversa a *trigildo*, seu triplici compositione, vel mulcta. Lex Bajwar. tit. 2. art. 13. § 1: *Si quis infra cartem Ducis aliquid involaverit, quia domus Ducis domus publica est, Triniungeldum componat, hoc est, ter novem donet liber homo: servus vero niungeldo solvat, aut manus perdat*. [Rursus occurrit tit. 1. art. 3. § 3. utrobique Baluzis legit *Triniungeldo*, et *Terniungeldum* tit. 8. artic. 2. § 2.] *Triplum novigeldum* dicitur in Lege Burgund. tit. 76. § 2.

† **TRINKASTUBEN**, Taberna, a Germanico *Trincken*, Bibere, potare, et *Stuben*, Hypocaustum. In stupis virorum, quæ dicuntur *Trinkastuben*, in Statutis Eccles. Argent. ann. 1435. tom. 4. Anecd. Marten. col. 550.

† **TRINNA**, τρινη, in Glossis Lat. Gr. *Triennium*. In Glossario Sangerman. MS. legitur *Trina*.

† **TRINNUS**, pro *Trimus*, τρινης, in



iisdem Glossis. In Supplemento Antiquarii habetur *Trinnuus*.

† **TRINODA** NECESSITAS, Triplex servitium, scilicet Expositio militaris, Pontis et Arcis extractio, cui obnoxia erant apud Saxones omnia prædia, etiam *alodialia*, quæ alioquin ab omnibus præstationibus erant libera. Vide Hiccesium Dissert. pag. 60. et Kennetti Glossarium ad calcem Antiq. Ambrosden.

† **TRINODIUM**, Infundibulum molendini, Gall. *Trentie*. Charta Hugonis Episc. Autiss. ann. 1141. pro Monasterio Crisenonis : *Molita primum annona sua, quæ fuerit in Trinodis*. Vereor ne mendum sit in hac voce. Vide *Tremellum*, *Tremæa*, *Trinodia*, et *Tremuia*.

**TRINGOFORENSE JUDICIUM**, in Jure Hungarico, Rigida citatio per nundinas ter facta. Sambucus.

† **TRINQUETUM**, Scrupulorum ludus, Gallice *Trictrac*, vel, ut alii scribunt *Triquetrac*. Statuta Eccl. Lingon. ann. 1404 : *Prohibemus clericis... ne omnino ludant ad taxillos, ad aleas, ud Trinquetum, quod aliter nominatur ad punctum scacurii, neque ad cartas*. Vide *Trinquetum*.

\* Neque alius forte est ludus, qui nostris *Tringlet* et *Trinquet* nuncupabatur, inter aleatorios annumeratus. Lit. remiss. ann. 1385. in Reg. 127. Chartoph. reg. ch. 66 : *Icellui Michau, dist à Jehan de la Noë, qu'il alast jouer un Tringlet douze deniers, que il lui bailla, pour savoir s'il les pouvoient multiplier. Les suppliant et Guillo Forget jouerent au Tringlet*, in aliis ann. 1396. ex Reg. 151. ch. 43. *Tringuel*, in aliis ann. 1408. ex Reg. 162. ch. 302 : *Soubz ombre de ce que le suppliant joue aucunes foiz au jeu de dez, aux tables, aux merelles et au Tringuel*. Alia ann. 1409. in Reg. 164. ch. 76 : *Lesqulz compaignons jouerent tous ensemble à un jeu, appelé le Trinquet*. Stat. pro civit. Trecensi ann. 1452. ex Cod. reg. 9287. 4. 4. fol. 105. vº : *Item que l'en deffend à tous les hosteliers et taverniers... que aux ils ne souffrent en leurs hostels... jouer aux jeux des dez, des cartes, d'un Trinquet, ..... ne à autres jeux de fortune*. *Trinblet*, eadem notione, in Litt. remiss. ann. 1402. ex Reg. 157. ch. 298 : *Couume ladite Lorette eust adiré ou perdu un petit blanc de cinq deniers Tournois, dont elle se jouait au Trimblet en la chambre de sondit naistre, etc. Tungle*, pro *Tringlet*, in aliis Lit. ann. 1399. ex reg. 154. ch. 300. Vide infra *Trinquetum*.

\*\* **TRINSARE**, **TRINSIRE**. In Cœmine Philom. pro *Trissat hirundo*, alii legunt *Trinsat*, quod de ursis se ad numerum moventibus dicitur in Ruodlieb fragm. 3. vers. 96 :

Erecti calcant pedetemptim murmure Trinsant.

Confer *Drensare*. Aldhelm. de re Gramm. apud Maium Class. Auct. tom. 5. pag. 569 : *Anseres Trinsunt*.

\*\* **TRINSECUM**, Intrinsecus. Charta Longob. ann. 860. apud de Blasio Sries Princip. Salern. Append. pag. 162. num. 95 : *Morgincapu, id est quarta pars ex omnibus rebus substantie mee, hoc sunt de case, Trinsecum case, curtis, territorie, etc.*

† **TRINUA**, Τρίυα, in Glossis Lat. Græc.

Τρίυα, *Trinua, pulex, pulix*, in Græc. Lat. **TRINUNDINÆ**, *Trium dierum mercatum*. Papias.

\* **TRINUNITAS**, unica voce, pro Trina unitas, dicitur de SS. Trinitate. Benzo episc. Albens. in Henr. III. imper. apud Ludewig. tom. 9. Reliq. MSS. pag. 278 : *Ad ecclesiam B. Petri pergit omnis populus, referens Trinunitati gloriam, qui per Apostolos suos pro libertate imperii pugnantis concessit victoriam*.

† **TRIOBULARIS MILES**, Minimi pretii, *Trioboli* Plauto, nostris vulgo de *trois deniers*, in Annalibus Novesiens. apud Marten. tom. 4. Collect. Ampliss. col. 525.

† **TRIODIUM**, Τριόδιον, Liber ecclesiasticus, in quo officium in Ecclesiis Græcorum recitari solitum a Septuagesima, qua sua incipiunt jejunia, ad Sabbatum S. continetur. Sic dicitur, quod cum canones et hymni in solemnitates D. N. J. C. B. Virginis et aliorum SS. novem habeant strophas, ὁδᾶς nuncupatas, canones libro hoc comprehensi tenas ὁδᾶς et plurimum, non excedant. Hinc Dominica Septuagesimæ interdum nude dicitur etiam Τριόδιον. Vide Allatium Dissert. 1. de Libris Eccl. Græc. Gangium in Glossario med. Græcit. et Suicerum in Thesaur.

† **TRIONES**, in Charta Thossiaci ann. 1404. vox est vernacula, qua significant arbores certa ratione decaminatas, quibus agri, prata, præsertimque silvæ disterminantur in pago Dombensi.

**TRIPA**, Interanea, intestina, Gall. *Tripic*. Job. de Janna : *Omasus, i. Tripa, vel ventriculus, qui continet alia viscera*. Pseudo-Ovidius lib. 1. de Vetula :

..... tune mo violenter adire  
Ut vel se reddat Tripæ canibus lacerandum, etc.

[Ordinatio Humberti II. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 511. col. 2 : *Item, quod serviat nobis.... de uno intromeyso de Tripis bonis, bene paratis, coctis in aqua, et in bona quantitate, etc.*]

**TRIPARE**. Pactus Legis Salicæ tit. 27. § 5 : *Si quis in messe aliena in furtum metere præsumperit, uut repascere inventus fuerit, etc.* Ubi Heroldus ad marginem ex alio cod. : *Si quis messem ulienam Tripaverit, aut mederit, etc.* Lex vero Salica cap. 29. § 6 : *Si quis messem alienam per furtum metere aut Reffare præsumperit, etc.* Ita *tripare* et *reffare*, pro *depuscere* usurpantur, cum scilicet animalia in messem alienam immittuntur. Vide Wendelinum.

☞ Suspicatur Eccardus *tripare* corruptum esse ex *repare*, quod pro *reffare* legitur in MS. Guelferlytano; *reffare* vero vel *repare* intelligenda esse de vulsione vel deceptioe, a Saxonico *repeim*, vellere. Vide *Reffare*.

☞ Olim nostri dicebant *Triper*, *Treper*, et *Tripeter*, pro *Saltare*, a Latino, ut videtur, *Tripudiare*, *Trepigner*, vel f. barbaro *Tripedare*, de quo infra. Le Roman de la Rose MS :

S'il en patience travaillent,  
Qu'il balent et Tripent et saillent.

Et alibi :

Quant de ma biauté me souvient,  
Qui ces valés faisait Triper,  
Tous les faisoie defriper.

Et paulo post :

Et tous après moi les feisse  
Par vive rage Tripeter.

Le Roman de Vaces MS :

Mout le voissiez demener,  
Trepere et saillir et chanter.

Vide *Trepare* et *Triscare*.

**TRIPARIUM**, Supellectilis genus, forte *Tripus*. Anglis a *Trewet*, quasi *Threeseet*, Gall. *Trepie*, seu *trepier*. Tabularium Prioratus Lcwensis in Angl. pag. 24 : *Unam arcum, unum greil, 1. patellam, et 1. Triparium, et 3. barillos, et 10. discos, etc.*

\* *Trenet*, in Lit. remis. ann. 1471. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 621 : *Icellui Gremont print par la gorge icelle femme, .... disant qu'il lui couperoit la gorge, et mettroit le Trenet ou trepier sur le feu et l'asserroit dessus, s'elle ne leur bailloit son argent*.

† **TRIPARIUS**, f. Extaris propola, Gall. *Trippier*. Statuta Eccl. Leod. ann. 1287. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 853 : *Item prohibemus, ne clerici exercent... officium cambitoris, curnificis, tubernarii... nec sint histriones, jocolatores, ballivi, forestarii seculares, goliardi, thelonearii, unguentarii, Triparii, molendinarii*. Possent etiam intelligi Saltatores a veteri Gallico *Triper*, *Saltare*. Vide *Tripa*, *Tripure* et *Triperius*.

\* *Triepié*, *Personutus* seu dignitatis appellatio in ecclesia Abrincensi, ignota mihi vocis origine: nisi præcentor hic designetur, a sede sua tripede sic dictus. Charta ann. 1452. in Reg. 188. Chartoph. reg. ch. 54 : *Maistre Jehan Basset tenant et possillant de présent le personage de Triepié (dans l'église cathédrale d'Avanches) etc.*

† **TRIPASSALUM**, Τριπάσσλον, Tres habens clavos, juxta vim vocis : quam *Trifurcatam perticam*, vel *Palum tricipitem*, aut simile aliquid tormenti genus Syris proprium interpretatur Vossius, in Vita S. Ephræm Syri tom. 1. Februarii pag. 57 : *Postridie autem iudice pro tribunali sedente, constituerunt coram illo Tripassalum, et quæcumque alia tormentorum genera*.

**TRIPEDARE**, Τριπεδίσειν, in Glossis Gr. Lat. de equis, qui incesso moderato vadunt. Vide Salmasium ad Hist. August. pag. 244. [et *Tripare*.]

† **TRIPEDIA**. Vide mox in *Tripetia*.

**TRIPEDICA**. Gregorius M. lib. 2. Dialog. cap. 30 : *Dum ad B. Joannis oratorium pergeret, antiquus hostis in mulomedici specie obviam factus est, cornu et Tripedicam ferens*. Ubi Zacharius PP. Τριπέδικον. Quidam codd. *Trepedicam*, [alii *Trepedicam*] præferunt. Vide conjecturas Hæfteni ad hanc vocem pag. 152.

☞ *Tripedicam* hic aiunt esse triplicem *pedicam* seu laqueum, quo tres equorum pedes impediuntur; τριπέδικον vero *Marrubium* est apud Interpol. Dioscor. cap. 525. *Marrubium* secum ferre potuit *mulomedicus*; nihil tamen definitio. Verum ut ut est de notione vocis *tripedica* loco citato, alibi idem sonat quod *Tripetiu*, Sella tripes. Vita S. Ramuoldi Abb. tom. 3. Junii pag. 416 : *Velut servulus vilissimus in humilitate Tripedica coram eo sedit*. [\* Arnold. de S. Emeranno lib. 2. cap. 33.] Charta Narrioti



domini de Tuciaco ann. 1110. qua dimittit Abbati Floriac. omnes malas consuetudines... *vaccam de karro, Tripedicam, patellam et cacabum*. Gloss. Lat. Theodisc. apud Pezium tom. 1. Anecd. part. 1. col. 383: *Tripedicam, Chuhbmun*.

† **TRIPERIA**, Locus ubi venduntur *tripæ* seu intestina, Gall. *Triperie*. Litteræ Caroli V. Regis Fr. ann. 1366. tom. 4. Ordin. pag. 676. art. 7: *Inspectores et regardatores marcelli (macelli), Triperie, piscarie, murorum, fustarum, etc.* Vide *Tripa*.

† **TRIPERIUS**, *Triparum* propola, Gall. *Triper*, in Catalogo MS. Sodalium B. M. Deaurata.

† **TRIPES**. De suo *Tripede* pignorarè, in Charta ann. 1380. relata in voce *Ribaldi*, pag. 767. col. 1.

\* Id juris pertinebat ad Regem ribaldorum in seorta publica; sed et eadem pœna mulctabatur uxor, quæ manus in maritum suum iniiciebat, ut discimus ex Advoca. loci du Breuil ann. 1398. apud Thaumass. inter not. ad Consuet. Bellovac. ad calcem Assis. Hierosol. pag. 407: *Item in et super qualibet uxore maritum suum verberante, unum Tripodem*.

**TRIPETIA**, **TRIPEDIA**, etc. Glossæ MSS. Salmasii: *Trepodia, Tripedia, id est scabellum, quod tres pedes habet, vel mensa in sacris Apollinis, vel nunus consecratus*. Glossæ Lat. MSS. Reg. Cod. 1013: *Trepedia, mensa*. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Tripos, trefel, ou table, ou instrument qui a trois piéz.*] Severus Sulpitius Dial. 2. de Vita S. Martini: *Sedebat autem S. Martinus in sellula rusticana, ut est in usibus servulorum, quas nos rustici Galli Tripettias, vos Scholastici, aut certe tu, qui de Græcia venis, Tripodas nuncupatis*. Wolphardus Presbyter libr. 1. Vitæ S. Walburgis Virg. n. 13: *Cum ecce Tripediæ, quibus sua usus est in vita, divinitus e manibus... projectæ sunt*. Supra *scabella* appellavit, [intelligitque fulcra tres pedes habentia, quibus contracti homines reptant potius quam ambulant. Janssonius in Auctario Glossarum Isid. *Tripoda, Tripedia, scabillum habens tres pedes*. Vita S. Guidonis Abbat. sæc. 6. Benedict. part. 1. pag. 513: *Custos Ecclesie assenderat Tripodam, ut lampades... aptaret, etc.*] Vide Isaacum Pontanum in Glossario Prisco-Gallico pag. 271. [Usus Sangerman. in Prob. Hist. ejusd. Monasterii pag. cxlvi. et supra *Scamellum*.]

\*\* **TRIPHONUS**, Tribus mensuris constans. Virgil. Gramm. pag. 110: *Sunt qui dicunt Triphonos aut quadriphonos versus*.

† **TRIPHORIUM**. Vide *Triforium*.

† **TRIPHUNT**. Vide in *Canis*.

**TRIPICUS**, *Triplaciter conscriptus*, in Glossis MSS. ad Prudentium.

\* **TRIPIDIARE**, **TRIPIDIARE**, *Tripidiare*, saltare, a *Tripidium*, *Tripudium*, Gall. *Danse*. Lit. remiss. ann. 1378. in Reg. 113. Chartoph. reg. ch. 236: *Cum Petrus Hardici et quidam alii per villam Aquarum mortuarum, quodam die Dominico spatiando Tripidantes, Coletan.... surgere fecerant pro Tripidando,.... ipsam Coletam aliquantulum contradicentem.... extra Tripidium posuerunt*. Comput. ann. 1393. inter Prob. tom. 3. Hist. Nem. pag. 124. col. 2:

*Fecerunt (joelatores) festum in processione, et post per villam faciendo Tripidiare gentes*. Vide in *Tripare* et mox *Tripidiare*.

\*\* **TRIPLABILIS**, *Triplabile* pro *Tripicabile*, habet Aldhelm. de re gramm. apud Maium Auctor. Classic. tom. 5. pag. 571. ex Sedulio. Locus est in *Simplare*.

† **TRIPLARE**, *In triplum augere*, Joh. de Janua.

† **TRIPLARIS**, Ternus, Macrobio in *Somnium Scipionis* lib. 1. cap. 6. 19. lib. 2. cap. 1.

† **TRIPLACIUS**, Ternus, Martiano Capellæ l. 9.

† **TRIPLICABILIS**, Qui *triplari* potest. Vide *Simplare*.

\* **TRIPLICARE PLANETAM**, Illam ter in se replicare. Vide supra *Duplicare*.

† **TRIPLICATIO**, Tertia defensio, refutatio. Inventar. Chartar. Reg. ann. 1482. fol. 213: *Duo quaterni... in quibus continentur petitiones et requestæ gentium Regis Angliæ et responsiones et rationes gentium dom. Regis Franciæ cum pluribus replicationibus et Triplicationibus hinc inde factis*.

\* Hinc *Tripliquier*, Tertio respondere, in Lit. procurat. ann. 1309. ex Chartul. Arremar. ch. 52: *Donnonns pooir.... de repliquier, dupliquier, Tripliquier, etc.*

\*\* **TRIPLICITAS**. Versus in Natal. Christi apud Mainum in Inscript. Christ. Script. Veter. tom. 5. pag. 22:

Spiritus huic genitorque suus sine fine coherent,  
Triplacitas simplex, simplicitasque triplex.

\* **TRIPLO DECANTARE**, Modus cantandi. Vide supra in *Quadruplo*.

† **TRIPODA**, **TRIPODIA**. Vide *Tripetia*.

† **TRIPODARE**, Gradus baculo veluti tertio pede firmare. Chron. Watin. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 821: *Si quando autem ad modicum remissa (paralysis) passione ad ecclesiam aut alicubi eundem erat, baculo sustollente, vivum cadaver segniter ac fatigabiliter Tripodabat, etc.* Et col. 825: *Suscipe ergo grabbato decumbentem, et resigna nobis non, ut solet, miserabiliter Tripodantem, etc.* Vide *Tripetia*.

\* **TRIPODIARE**, ut supra *Tripidare*. Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 404: *Ipsò, qui tunc apud Lugdunum moram trahebat, Tripodiante post prandium cum certis aliis juvenibus filiis, etc.*

1. **TRIPODIUM**. Leges Henrici I. cap. 64: *In quibus vero causis triplicem ladam haberet, ferat iudicium Tripodii, i. 60. solid.* Quæ verba Spelmannus in voce *Lada*, intelligenda censet de triplici *ordatio*, scilicet de ferro pensante 60. solidos, id est, tres libras. Vide, quæ observamus in v. *Lada*. Sed puto, *Tripodium* esse mensuram trium pedum, ex Gr. τριπέδιον, infra quam brachium in cacabum immittere tenebantur, qui aquæ ferventis iudicium subibant, si triplicis *ladæ* delictum esset. Vide *Ferrum candens*.

\* 2. **TRIPODIUM**, de quo plura apud Marten. de Ant. Eccl. Rit. tom. 1. pp. 568. et 569. idem omnino videtur, quod nuncupatur Gallorum vulgari sermone *Legile*, in quo Epistola et Evangelium cantantur; licet Bonannius Eccl. Hierarch. cap. 72. pag. 299. Faldistorium significare vult. Ita Georg. Rhodig. lib. 1. de Liturg. Rom.

Pontif. cap. 8. num. 4. Hinc *Tripodium* appellatur Pannus, quo *legile* operitur, teste D. Le Beuf in schedis suis.

**TRIPONDIS**. S. Zeno Veron. Episc. Serm. 6. ad Nophyotos: *Singulos ponderrate, inveniatis nullum habere ninus. Tripondes sunt homines numismati sacri una libra signati, qui mensæ deserviunt*. Vide *Filesacum* lib. 1. Selector. pag. 241.

\* **TRIPONTIUM**, Pagi Arelatensis nomen, a tribus, ut videtur, pontibus. Charta ann. 1055. in magno Chartul. S. Vict. Massil. fol. 41: *Donamus Deo et S. Victori.... de alode nostro duas pecias de terris Arelate in Tripontio*.

**TRIPORTICUS**, Atrium, vel area constans tribus porticibus: eujusmodi fuere ante aedes sacras. Papias: *Atrium, magna domus, dictum, quod ei addantur tres porticus*. Anastasius in S. Hilario PP: *Fecit... Nymphæum et Triporticum ante oratorium S. Crucis, ubi sunt columnæ miræ magnitudinis, quæ dicuntur Hecatonpenta*. Sidonius lib. 2. Epist. 10:

Huic est porticus applicata triplex, etc.

Paulinus Epist. 12:

Alma domus triplici patet ingredientibus arcu.

Infra:

Ter geminis geminæ patuerunt arcibus aulae.

[Joh. Diaconus de Eccl. Lateran. apud Mabillon. tom. 2. Musei Ital. pag. 572: *Nymphæum et Triporticum ante oratorium S. Crucis*.] Vide Descriptionem nostram aedis Sophianæ n. 20.

\* Inde fortean *Tripot*, pro *Halle*, porticus nundinaria, in Confirm. privil. Cadom. ann. 1466. ex Reg. 202. Chartoph. reg. ch. 51: *Item peuent lesdiz bourgeois.... mettre jurez et gardes.... au Tripot ou hale à blé, etc.*

† **TRIPS**, *Vermiculus lignis innascens materiasque vitians*, in Vocabulario Susannæ.

† 1. **TRIPTES**, Τρίπτεις, Frictor, unctor, cubicularius, apud Martianum Capellam lib. 2.

\* 2. **TRIPTES**, *Dæmones illusores, dicti a Tripto verbo, i. deludo, vel quia triplicem habeant potestatem in corpore, umbris, spiritibus*. Glossar. vetus ex Cod. Reg. 7613. Vide *Triptire*.

**TRIPTIRE**, vel **TRIPTIRI**, In tres partes dispertiri, *Partir en trois*, in Glossis Lat. Gall.

\*\* **TRIPTITUS**. Aldhelm. de re gramm. Class. Auct. Maii tom. 5. pag. 517: *Triptitanque syllabarum differentiam*. F. pro *tripertitus*.

† **TRIPTOTUS**, *Nomen habens tres casus, a tris et ptotos, casus, ut Jesus, Jesum, Jesu*, Johanni de Janua; *qui a trois cases dessamblaus*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. MSS. Isid. lib. 1. cap. 6: *Quod tantum in tribus (casibus variatur), ut Templum*. Adde Martian. Capellam lib. 3.

† **TRIPUDIALIS**, *Lætus, jucundus*. *Fonte Baptismatis Tripudiali solemnitate renatus*, in Litteris ann. 1237. apud Rymer. tom. 1. pag. 374. col. 1.

\* **TRIPUDIUM**, *Gaudium, lætitia*. Charta Loth. reg. ann. 984. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 655: *Est enim egregium de-*



cus, eritque Christo favente in sæculorum progenies ipsius monasterii celsitudo semper in Tripudio, etc.

† **TRIPUS**, i, pro *Tripus*, odis, si non est mendum. Fulgentius lib. 1. Mythol. *His Tripum quoque Apollinis adiciunt.* Vide Vossium de *Vitiis* serm. pag. 87.

\* Bened. abbas Petroburg. de Gest. Hen. II. tom. 2. pag. 612. ad ann. 1190 : *Rex Angliæ exigebat a Tancredo rege Siciliae.... mensam auream de longitudine duodecim pedum et de latitudine pedis et dimidii,.... et duos Tripodes aureos sub mensa aurea.* Ubi scabella interpretatur Hearnius : malim ego intelligere vasa, in quibus ignis ponebatur sub mensa, quæ tribus pedibus constabant.

† **TRIQUADRA**, *Tripartitum*, apud Vossium lib. 3. de *Vitiis* sermonis cap. 53.

\* **TRIQUADRUS**, In tres partes divisus. Homil. de S. Helena tom. 3. Aug. p. 590. col. 2 : *Jure enim illi Triquadrum orbem obnoxium asserimus.* Ermold. Nigell. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 32 :

Hic per Triquadrum regnabat (proh dolor) orbem,  
Et gens humanum in sua regna dabat.

† **TRIQUETUM**, *Scrupulorum ludus*, Gall. *Tricrac.* Statuta Eccl. Audomar. ex Archivo ejusdem : *Item statuimus etiam expresse, ne aliquis canonicorum.... causa lucri ad taxillos, Triquetum seu scaquerium cum denario ludere præsumat.* Vide *Trinquetum*.

\* *Triquet*, eadem notione, ni fallor, in Lit. remiss. ann. 1384. ex Reg. 125. Chartoph. reg. ch. 38 : *Iceilli expositant jovoit au Triquet à Regnault Recher, etc.* Vide supra *Trinquetum*.

\* *Trique* vero pro *Statio navium*, si tamen non est nomen loci, occurrit in Privil. Hareflori ann. 1398. ex Reg. 153. ch. 243 : *Octroyons que dorresnavant aucuns marchans estrangiers ou habitans de la ditte ville, ou autres personnes quelconques, ne leurs marchandises estans en laditte ville et es lieux de la Trique et de la fosse de l'Eure où se repose le navile venant au havre de laditte de Harfleur, ne puissent ou doivent estre pris, arrestez.* *Triquotonet* autem *Palmulæ* vel *cyllindri* species videtur, in Lit. remiss. ann. 1456. ex reg. 189. ch. 122 : *Le suppliant print le petit Triquotonet duquel il faisoit su fouasse, etc.* Vide supra *Trigum*.

† **TRISAGIUM**, Hymnus sic dictus a ter repetita voce ἄγιος, nempe Ἄγιος ὁ Θεός, Ἄγιος Ἰσχυρός, Ἄγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς, Hymnus sacer apud Græcos frequentissimus. Vide Glossarium mædiæ Græciti. et Suicerum in Thesaur. v. *Τρισάγιον*.

**TRISANTIA**, Bernardus Mon. in Consuetud. Cluniac. MSS. cap. 28. [31. part. 1. in editis :] *Qui autem rasi fuerunt, finita psalmodia debent in illam Trisantiam ire, in qua locutio solet esse, et libros accipere, unglasque, si fuerit opus, incidere.* Cap. 70. [74. n. XI. ed. :] *Omnes, qui remanent de completorio, finita collatione, egressi de Capitulo, ad sinistram partem introitus, debent in Trisantia [ed. Trisantiis] remanere, donec toto conventu egresso, etc.* Cap. 77. [ed. 17. part. 2.] *Qui ex unu parte Trisantiæ sedent, unum versum, qui autem ex altera, alium dicunt.* Cap. 78. [ed. 75 :] *Donec in-*

*fantibus ingressis Capitulum cæterisque extra Capitulum in Trisantiis stando ordinatis, Prior veniat.* Ibid. : *Pueri in Capitulo, et alii sic veniunt in Trisantiis stantes.* *Trisantiæ* igitur *Capitulo* proximæ fuerunt, [quæ idem fuisse videntur atque latera seu alæ claustrum, forte sic dictæ a tribus, quibus constabat claustrum porticum. Vide Marq. Herrgottum in Indice Onomast. ad calcem vet. *Disciplinæ Monast.* et in notis ad locos citatos, in quibus aliquando *Trisantiæ* interpretatur puerorum aut monachorum turmam, sic forte dictam a Gallico *Trezain*, *Tredecim*, quod essent duodecim monachi, quibus decimus tertius præerat decanus. Malim ubique claustrum alas intelligere.] [\* Vide supra *Tresantiæ*.]

**TRISCABINA CHARTA**, inscribitur formula 88. ex *Lindenbrogianis* : in textuvero, *nunc igitur complacuit nobis, atque convenit, ut talem chartulam Triscabinum seu ingenuitatis ipsi servo nostro nomine illo fieri et firmari rogaremus, etc.*

**TRISCAMERARIUS**, Dignitas Palatina, Camerarii dignitate inferior. Chartam *Friderici I. Imp.* ann. 1162. apud *Diagum* lib. 2. de Comitib. *Barcinon.* cap. 174. subscribunt præ cæteris Principibus, *Rodulfus Dapifer, Hermannus Camerarius, Bertolfus Triscamerarius, etc.* Alia *Friderici II. Imp.* ann. 1244. apud *Goldastum* tom. 2. Constitut. *Imp.* pag. 6. et *Joan. Noppium* in *Chron. Aquisgran.* lib. 3. n. 1 : *Willelmus Advocatus Aquensis, Henricus frater ejus Triscamerarius noster, et fideles nostri, etc.* Scribunt *Sammarthani, Jacobum Serenum Archiepiscopum Ebreduensem*, adiiisse anno 1276. *Rodulfum Imp.* et ab eo impetrasse confirmationem privilegiorum *Eclesiæ suæ, et dignitate Triscamerarii perpetui Camere Imperialis adauctum.* [Quod fusius descriptum videre potes in *Bulla* hujus Imperatoris edita tom. 2. *Hist. Dalphin.* pag. 13. et 14.] [\* Præter *Jacobum Serenum* eadem dignitate, sæculo elapso, insignitus legitur *Michæl Dei gratia archiepiscopus Ebreduensis et princeps ac Triscamerarius imperialis*, in *Charta* ann. 1385. ex *Tabul. S. Viet. Massil.*] [\* Vide *Haltaus. Glossar.* col. 1800. voce *Trese-kænmerer*, et *Graff. Thesaur. Ling. Franc.* tom. 5. col. 544. voce *Treso, Triso.*]

**TRISCARE**, Mamotrectus ad lib. *Esther* cap. 8 : *Tripudiare quasi cum tribus pedibus saltare, vel chorizare, sive Triscare.* [ *Tresche*, Saltatio, tripudium. *Le Roman de la Rose* MS :

Il vit, ce dit, sor l'herbe fresche  
Deduit qui demenoit la Tresche,  
Et ses gens o lui karolans  
Sur les floireites bien olans.

Ibidem :

Oiseaux privez, bestes domesches,  
Karoles et dances et Tresches.

Vide *Trepere* et *Tripere*.]

\* Hispan. *Triscar*, Ital. *Trescare*, *Tripudiare*, choreas agere, a *Tresca*, tripudium; unde nostratibus *Trescher* et *Tresche*, eadem acceptione. Lit. remiss. ann. 1388. in *Reg. 132.* Chartoph. reg. ch. 231 : *Iceilli Michaut ala vers la feste où s'esbatoient, dansoient et Treschoient les jeunes gens; et incontinent que iceilli Michaut y aperçut*

et vit ledit Erart dansant et menant une Tresche, etc. Alia. ann. 1394. in Reg. 147. ch. 127 : *Un compaignon qui vout mener une dance, que l'en dit Tresche etc.* Alia. ann. 1400. in Reg. 155. ch. 380 : *Quand la feste au rondel fu finée, on commença à danser à la Tresche. Trequé, eadem notione, in Lit. remiss. ann. 1381. ex Reg. 160. ch. 21 : A saint Amand en Peule es noces Jehan Gamet, certain débat se prist et esmeu..... pour cause de ce que lesdites parties menoient chascun une Trequé ou dance.*

† **TRISCELES**. Vide mox in *Trisiles*.

† **TRISCHISMA**, Tertium vel triplex schisma. Vide locum in *Quartischisma*.

**TRISCURRIUM**, *Papiae Multiplex scurrilitas*. *Guibertus* lib. 1. de *Vita sua* cap. 11 : *Quam miserabiliter extunc ad nostra sæcula pudor et honestos paulatim in virginea professione ruit, et res et species custodia maritalis extabuit, ut in omni earum habitudine sola possint notari Triscorria, ubi nil nisi jocularia sonant, et oculorum nutus et lingua. Idem in Præfat. ad Hist. Hierosolymit. : In id quod pie affectaveram fortasse a cunctis videndus, inessi, cachinnos ac Triscorria prætergrediens aliquorum, etc.* [Legitur apud *Juvenalem* Sat. 8. nisi cum *Scaligero* legatur *Transcurria* a *currendo*. Vide *Vossium* in *Etymol. v. Scurra*, et *Hofmannum* in *Triscuria*.]

\* **TRISELLUM**. Vide supra *Trasellum*.

† **TRISESINA**. Vide mox *Trissesiva*.

\* **TRISIARCHIS** est *Capillus in vesica, qui fit ex nervorum frigore, vel humoris infusione*. *Glossar. vetus* ex *Cod. reg.* 7613. [\* *Trichiasis*, in *cod. reg.* 7644.]

\* **TRISICUM**, *Annonæ species*, nisi sit pro *Triticum*. *Charta* ann. 1106. apud *Murator.* tom. 2. *Antiq. Ital. med. ævi* col. 353 : *De Trisico, mileo et panico, atque legumine in area modium sextum etc.* Vide supra *Trigum*.

**TRISILES**. *Papias*, ex *Isidoro* lib. 20. cap. 4 : *Trisiles, Græce tripodes. Trisilis, a tribus licitis. Isidorus* habet *Trissiles*. *Gloss. Anglo-Sax. Ælfriici* : *Trisilis* : *dri-fotad fæd*. Ubi *Sommerus* emendat *Trisceles*, ex *Gr. τρισκελής*. *Sax. Dri, tres, fot, pedeni* significat. [Vide *Salmasium* ad *Lamprium* in *Commodo* cap. 10. et *Hofmanni Lexicon* in *Trisciles*.]

† **TRISIPPIUM**, *Rotula seu nota impressa malis equorum emeritorum*, in *Amalthea*.

\* **TRISLICIUM**, *Culcita ex tela crassiori, dicta vulgo Treillis*. *Inventar.* ann. 1320. ex *Tabul. S. Viet. Massil.* : *Item unum copertorium de pelibus dorseri cuniculorum. Item unum bonum Trislicium, etc.* Vide supra *Translicium*.

**TRISOMUM**, *Sepulcrum trium corporum capax*. In *Cœmeterio Cyriacæ, via Tyberina, Romæ* :

SE. BIBA. EMET. DOMINA.

LOCUM. A. SUCCESSUM.

TRISOMUM. UBI. POSITI.

Vide *Bisonum* et *Glossar. med. Græcitat.* in *Τρισωμον*.

† **TRISORIUM**, f. pro *Drisorium*, mutato *d* in *t*, ut sæpe fit, *Abacus*, ubi vasa reponuntur ad ministerium mensæ, ut supra *Dressorium*. Vide ibi. *Magnum Chron. Belgic.* pag. 402. edit. *Pistor.* : *Principes in-*



traverunt refectorium S. Maximini, quod sic erat ornatum : primo Trisorium decem scabellorum per modam graduum, etc. Vide mox Trissadorium.

¶ **TRISPEDIUM**, Vas tribus pedibus constans. Inventarium ann. 1347. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 556. col. 1 : *Item, unum alium gobelium argenteum.... cum uno Trispedio argenteo, etc.*

¶ **TRISSADORIUM**, ut supra Trisorium. Ordo Rom. apud Mabilion. tom. 2. Musei Ital. pag. 487 : *Sedet aatem ipse Papa in una mensa eminenti solus, diversis et magnis aureis vasis et argenteis super mensam positus, vel in Trissadorio seu teloneo sitis propter mensam, a latere sinistro Papae.*

¶ **TRISSARE**, De sono hirundinis dicitur Auctori Philomela v. 26. *Trissat hirundo vaga.*

**TRISSESIVA**, apud Papiam MS. *Crassitudo*. Editus habet *Trisesina*.

¶ **TRISSONUM**, Pilum, Gall. *Pilon*. Charta ann. 1329. ex Archivo S. Victoris Massil. : *Item, anum morterium cum suo Trissono.*

\* Provincialibus vulgo *Trissoan*, quibus *Trissar* terere sonat.

**TRISTA**, **TRISTRA**. Cokus part. 4. Inst. pag. 306 : *De tristis, ancientes written traistis, andis derived of traist, i. trust, and signifieth, Ubi alii homines manentes in eadem foresta tempore quo Dominus chaceaverit, in eadem venire debent, et confisi sunt, Anglice, are trusted, ad tenendum leporarios certis locis assignatos pro feris ibidem expectandis et capiendis. Ethelredus Rievallensis Abbas in Geneal. Regum Angl. cap. ult. : *Rex cum caeteris superior constitisset, secundum legem venandi, quam vulgus Tristam vocat, singulis proceribus cum suis canibus singula loca delegat, etc.* Inquisitiones de forefacturis diversis super foresta Dom. Regis art. 13. in Additamentis ad Matth. Paris. : *Inquiratur... si aliqua antiqua Tristra D. Regis, villa, vel domo, levatis, vel clauso impediatur : per quae deductus Domini Regis impediatur.**

Præterea Cowello dicitur immunitas ab illa servitute forestæ incolis imposita, qua quisque obligatur canem venaticum alere, et paratum in manu sua tenere, dominoque suo præsentare, quodcumque illi placuerit in foresta sua venari. Charta Edw. III. Regis Ang. tom. 2. Monast. Anglic. pag. 827 : *Et sint quieti de... Henedpeny, et bucthall, et Tristris.* Vide Steph. Skinnerum in Etymologico Anglo [et Th. Blount in Nomenclologico.]

\* Inquisit. forest. de Lyons in Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 2. fol. 118. 1.º col. 1 : *Robertas de Pissaco habet leporem, valpem,..... et Tristre inter boscum et forestam. Terstre pro Tristre, in Cod. reg. 4653. A. fol. 79.*

¶ **TRISTABILIS**, Tristis, molestus. *Tristabilis eventus*, in Litteris ann. 1341. apud Rymer. tom. 5. pag. 227. *Tristabilis tumaltus*, in Vita B. Coletæ tom. 1. Martii pag. 573.

¶ **TRISTAMEN**, Tristitia, animi dolor, in Actis S. Urbici, tom. 1. Aprilis pag. 252.

**TRISTARE**, Tristem facere, contristare, Gall. *Attrister*. Onomasticon : *Tristo*, λυπέω. Will. Britto lib. 10. Philipp. :

Indigno Tristavit funere campos.

Et lib. 11 :

Et tristi Tristassent funere mundum.

[Joh. de Janua : *Tristare, tristem facere, turbare; Tristari, dolere, tristem esse.* Gl. Lat. Gall. Sangerman. : *Tristare, Courecier; Tristari, Soy courecier.* Libellus Episcoporum Ital. contra Elipandum : *Per animam caro esurit, sinit, Tristatur. Tristati sunt et conterriti, Rolandino Patav. lib. 5. cap. 10. Acerbo mærore Tristati, Elmhamo in Vita Henrici V. Regis Angl. cap. 3. Tristantes gaudentibus opponuntur in Chronico Whet-hamstedii pag. 364. Verum Tristari, pro Tristem esse usus etiam Seneca lib. 2. de Ira cap. 7. et de Provid. cap. 2.]*

\* **TRISTARI**, Ægre ferre, Gall. *Etre fâché*. Charta Roberti reg. ann. 1007. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 589 : *Retulit se Tristari admodum, non esse in pago Turonico cænobium, ubi sactinonales femine Christo possent suæ devotionis impendere officium, sicut in plerisque habebant partibus terræ.*

**TRISTATÆ**. Hieronymus in cap. 23. Ezechielis : *Tristatæ apud Græcos nomen est secundi gradus post regiam dignitatem, quos nos Magistratus utriusque militiæ et Præfectos annonarii tituli vocamus.* Exod. 14 : *Καὶ ἔλαβεν ἑξακόσια ἄρματα, καὶ Τριστάτης ἐπὶ πάντων.* Et accepit sexcentos currus electos, et Ducēs super omnes. Et 4. Regum 7 : *Καὶ ἀπεκρίθη ὁ Τριστάτης, et respondens unus de Ducibus.* [Theodorum Studita in S. Platonem n. 17. Coononymum τῆς εὐκονομαχικῆς αἰρέσεως Τριστάτην vocat. Vide Glossar. med. Græc. col. 1611. d.] Fridegodus in Vita S. Wilfridi cap. 15 :

Convenero Ducēs, nec non basilica pubes, Tristatæ, Comites, vulgi promiseua strages.

Et cap. 47 :

Non Reges, non Tristatas, Regumve clientes.

\* **TRISTATIO**, Tristitia, mæror. Scrimo de B. Petro Acol. tom. 6. Sept. pag. 654. col. 2 : *Quidam plebanus ecclesiæ S. Basilii.... jussit fieri... quandam profundam foveam, in qua ipse fecit sepulcrum beati Petri sepelire, non sine grandi Tristatione totius contrate. Tristeur, pro Tristesse, chagrin, mélancolie, Ægritudo, mœstitia, in Lit. remiss. ann. 1383. ex Reg. 145. Chartoph. reg. ch. 153 : *Par le courroux et Tristeur qu'il avoit au cuer, tempté de l'ennemi, le suppliant frapa d'un petit coustel trenchepain ledit Huguet par le bras, etc.* Vide *Tristificatio et Tristis.**

**TRISTEGA**, **TRISTEGUM**, Ædificium constans tribus tabulatis, (quæ τριπύματα vocat Cantacuzenus lib. 1. Histor. cap. 36.) contignationibus, vel cænaculis, ut habet Hieronymus in Ezechielis cap. 41. Jo. de Janua et Will. Britto in Vocab. et Auctor Manotrecti : *Tristegum dicitur locus tricameratus. Papias Tristega, tricamerata, a trino tegmine, vel tribus tectis.* Gloss. Lat. Gall. : *Tristegum, Maison à trois ordres de sièges.* [Aliud Sangerman. : *Tristegum, Maison oa lieax à trois chambres.*] Vetus Interpres Juvenalis Sat. 3 : *Tabulata, superiora tecta et Tristega.* Τρίγειον, [in Actibus Apost. 20. g. et] in Vita S. Eupraxiæ Virg. cap. 42. [Τρίγειος οίκος, apud Theophanem ann.

39. Theodosii Jun.] Hieronymus in cap. 41. Ezechiel. Τρίγερα, *tertia cænacula* interpretatur. Ita *Tristega*, proprie est cubiculum superius, tametsi sæpe pro quovis usurpetur. Abdias Babylon. lib. 3. Hist. Apostol. pag. 26 : *Sauctus quoque Apostolus descendens de Tristega, prædicabat eis verbum Domini.* Infra : *Et adhibentes scalas, volebant ascendere in Tristega, ut eos interficerent.* Gregorius Turon. lib. 8. cap. 42 : *Num epularetur cum diversis in Tristega, subito effracto pulpito domus, vix semivivus evasit.* Matthæus Paris ann. 1247 : *Habebat namque in ipsa navi, sicut de arca Noë legitur, diverticula, et Tristegas, cameras, et conclavia, etc.* Idem in Historia minori MS : *Clam concepit ab Stephano, qui eam duxerat ad Conitem Andegaviæ marandam in nave, scilicet in quodam Tristego navis ipsi pro thalamo præparato.* [Gen. 6. 16 : *Fenestram in arca factes, et... cænacula et Tristega facies in ea.* Alcimus Avitus :

Tristegæque hic facies, simul et cænacula in illis]

**TRISTEGA**, Officina mercatorum. Charta Guarini Episcopi Ambian. ann. 1145. in Chartul. Ecclesiæ Ambian. : *Si aatem cellarium, vel Tristega ad merces negotiatorum reponendas construere voluerint.*

**TRISTEGA**, Latrina. Vide *Privata*.

**TRISTEGA**, Machina bellica, turris, tribus constans tabulatis. Sugerius de Consecr. Eccl. S. Dionys. pag. 353 : *Ad Tristegas et propugnacula faciendâ.* Epistola Balduini Imp. CP. apud Arnoldum Lubicensem lib. 7. cap. 20 : *Turribus autem supereriguntur lignee turres altissime stationum sex, etc.*

**BRISTEGA**, perperam pro *Tristega*, non uno loco apud Will. Brittonem in Philippide lib. 4. pag. 138 :

..... Nec minus alte

Per loca Bristegæ, castellaque lignea surgunt.

Idem lib. 7. pag. 174 :

Haud secus assumit Bristegas, valla, domosque.

Ubi frustra Gaspar Barthius vocem a Germanico accessit. Vide *Belfredus*.

**TRISTEGUM**, Machina lignea in campanariis, in quibus pendent campanæ, vulgo *Beffroy*. Liber Miraculor. S. Bertini cap. 3. apud Mabilionium : *Sed et Turte ipsias (Ecclesiæ) licet noviter esset superpositum, quia antiquo more erat factum, deposuerunt. et aliud miræ magnitudinis mirabilisque fabricæ studuerunt ædificare, cufus longitudo consistentis in terra æquabat altitudinem culminis Ecclesiæ, cui superponendum erat. Nec mirum, Tristegum enim, ut vulgariter loquamur, trium tripodum ordinibus factam fuerat, excepta summa claxendice. Vide Belfredus.* Sugerius de Administr. sua : *Lapideas turres, et ligneas Tristegas concussit.*

**TRISTEGUM** occurrit alia, sed incerta mihi notione, apud Knyghton. lib. 1. de Eventib. Angl. cap. 2 : *Et post primum cum intraret cameram, vidit unum Tristegum cum imagine ad similitudinem unius sagittarii, tenentis arcum cum sagitta.* [Tabulatum interpretor.]

**TRISTEGON**, nescio qua perinde notione usurpet Petrus Subdiaconus Neapolit. Ecclesiæ de Miracul. S. Agnelli Abbatiss :

Tristegon uberius, decurrat sancta profando Agnelli sancti miracula sancta canendo.

¶ **TRISTELLUM**, Idem quod *Trestellum*,



Tripedis species, Gall. *Tresteau*. Unum lectrum, duo desques et tria paria Tristellorum, in Litteris ann. 1405. apud Rymer. tom. 8. pag. 384.

† **TRISTIFICATIO**, Tristitia. Vita S. Columbæ Abb. tom. 2. Junii pag. 233: *Hæc talis mihi mœsta retardatio hodiernæ Tristificationis non immerito causa fuit.*

**TRISTIMONIUM**, Tristitia, ut *ægrimonium*, in Fragmento Petronii de Cœna Trimalcionis pag. 51.

**TRISTIS**, Severus. Vulcatius de Cassio: *Hæc Epistola ejus indicat, quam severus et quam Tristis futurus fuerit Imperator*. Capitulinus in Maximo: *Fuit cibi avidus, vini parcissimus, ad rem veneream nimis rarus, domi forisque semper severus, ita ut et Tristis cognomen acciperet*. Idem in Pio, ex editione Mediolanensi: *Homo Tristis et integer*, i. severus. Italis *Tristo*, est improbus, scelestus. Vide Ferrarium.

\* **TRISTITER**, Dolenter, triste, Gall. *avec douleur*. Lit. remiss. ann. 1359. in Reg. 90. Chartoph. reg. ch. 318: *Ex parte Petri le Brun nobis fuit expositum Tristiter lamentando etc.*

**TRISTITUDO**, Tristitia, Apuleio in Apologia.

**TRISTRA**, Idem ac *Trista*, quod vide.

† **TRISTURA**. Vide *Transitura* in *Transitorium*.

† **TRISTUS**, Improbus, pravus, Ital. *Tristo*. Vita B. Columbæ Reatinæ, tom. 5. Maii pag. 367\*: *Trista, Trista, semper vis protervere.*

\*\* **TRISYLLABATUS**, Trisyllabus, tribus constans syllabis, apud Virgil. Gramm. pag. 67.

† **TRISYRTICUM**, quod tripliciter possumus interpretari, sive quod trifarium sumitur, seu *trahi* potest, a τρις, ter, et σῦρτεν, trahere. Vide Vossium lib. 4. de Vitiis serm. cap. 53.

† **TRITA**, Pulmentum ex rebus tritis. Statuta S. Claudii pag. 81: *Die Nativitatis Domini.... debet pittantiarius ministrare.... generalia Tritarum*. Supra in voce *Carno*, *Trita* male editum pro *Trista*.

**TRITÆ**, Tritarum societas, seu Tritorum, vel Trituratorum, Germanis *der flegeler*, id est *Flagellatorum*, sic dicta quædam militaris turma, seu societas, forte quod armorum vice *flagella rustica* deferret, vel quod *blada* seu triticeas messes passim detereret: nam alii fuere a *Flagellatoribus*, de quibus supra egimus. Historia Landgraviorum Thuringiæ cap. 155: *Eodem an. (1411.) incepti societas Tritarum, id est, der flegelern, quorum capitaneus fuit ille, etc.* Cap. 157: *Ex illa liga Tritarum, videlicet der flegelern, etc.*

† **TRITARE**, *Frequenter terere*, Joh. de Janua.

\* Vox Italica, dissecare, comminuere, in pulverem redigere, Acad. Crusc. Fragm. hist. Fulgin. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi cod. 146. ad ann. 1321: *Duravit tempus pluviosum per mensem et ultra, ita quod multæ segetes in metis remanserunt ad Tritandum in mense Septembris.*

\* **TRITAVUS**, Haud scio an vulgari notione accipi debeat, in Homag. Amalr. vicecomit. Narbon. ann. 1337. ex Bibl. reg. cot. 2: *Dominum Aymericum patrem et*

*predecessorem nostrum et Tritavum nostrum, etc.* Judicent genealogiarum periti.

**TRITENNALE**, *Tritennariam*. Vide *Tricenarium*.

† **TRITEUS**. Vide *Typica febris* in *Typus*.

† **TRITHEITÆ**, Τριθεΐται, Hæretici sic dicti, quod tres in SS. Trinitate substantias et naturas per omnia similes esse dicebant, quamvis tres Deos dicere omnino refugerent. De his Biblioth. Photii cod. 24. pag. 16. Tritheitarum ducem Joh. Philoponum, Philosophum Alexandrinum, tempore Phocæ Imp. fuisse scribit Nicephorus Callisti lib. 18. cap. 46. et 48. Vide Leontium de Sectis, act. 5. pag. 476.

**TRITHINGA**, Saxonice þri h i n g, apud Anglos, dicitur tertia pars Comitatus, seu provinciæ, continens tria vel quatuor Hundreda, seu centurias, cui præerat, *Trithingerefas* dicebatur, ad quem deferebantur causæ, quæ defini non poterant in Wapentachiis, seu Hundredis. Quod autem in *Trithingis* defini non poterat, ferebatur in *Scyran*. Ita Leges Edwardi Confess. c. 34. [\*\* 31.] et ex iis Fleta lib. 2. cap. 61. § 23. [\*\* Vide *Leda*, 2. Alia plane est teoðing vel *decania*, Decem hominum societas, de qua agitur in voce *Friborga*. Ad hanc partitionem Ælfrido Regi adscribunt Scriptores Angli. Annales Wintoniensis Ecclesiæ de Elvredo Rege: *Iste instituit Hundredos et Tithingas ad latrones investigandos*. Id ipsum tradunt Ingulfus pag. 870. et Matthæus Westmonasteriensis ann. 892. qui hoc loco *tithingas* pariter habet: *Centurias, quas Hundredos, et decimas, quas Tithingas appellant, instituit, etc.*

**TETHINGA**, in Charta Joannis Regis Angliæ ann. 1215. pro Libertatibus Angliæ ann. 1215: *Fiat autem visus de franco plegio, sic ut pax nostra teneatur, et quod Tethinga integra sit, sicut esse consuevit, etc.* *Trithingarum* mentio est præterea in Statuto Mertonensi cap. 10. et in Fleta lib. 1. cap. 20. § 48. 49. 107. Quem vero *Trithingerefas* vocant Leges Edwardi, alii *Tethingum*, vel *Tethingman* nuncupant. Hodie, inquit Watsius, res cum Lege antiqua prorsus evanuit, nomine tantum (*Tethingman*) remanente, et in Constabulario parochiano alicubi residente.

**TRITHINGA**, sumitur etiam crebro in veteribus Chartis Anglicis, pro *quietum esse de sectis curiæ Trithingarum*, apud Ingulfum pag. 875. et in Monastico Angl. tom. 1. pag. 372. 387. 390. hoc est, obligatione eundi ad placita *Trithingarum*. Adde idem Monasticum tom. 1. pag. 310. tom. 2. pag. 812. 827. ubi nude habetur *quietum esse de Trithingis*.

† **TRITICERUM BLADUM**, Triticum, in Tabulario Calensi pag. 175.

† **TRITILE**, *Quod teri potest*, in Glossis Isid. et de Janua; *Combrissables*, in Gl. Lat. Gall. Sangerm.

† **TRITIO**, *Actio terendi, contritio*, Johanni de Janua; *Combrisemens*, in Glossis Lat. Gall. Sangerm.

**TRITISCIUM MOLENDINUM**, pro *Triticum*, in Charta Waltheri de Gant Comitum, apud Edw. Bisseum in Notis ad Uptonum pag. 86.

† **TRITOC**, Triginta. Vide in *Chunna*.

\* **TRITOLITÆ**, Hæretici dicti quod sicut tres personas, ita quoque tres astruunt Deos esse. Glossar. vetus ex Cod. reg. 7613. Vide *Tritheite*. [\*\* Isidor. Orig. lib. 8. cap. 5. sect. 68.]

† **TRITONUS**, Sonus inconcinnus, Gall. *Triton*. Guido Abb. Ord. Cister. MS. de Arte Musica: *B. rotundum inventum est propter auferentiam asperitatis Tritoni*.

† **TRITOR**, Τρορευτής, in Glossis Lat. Gr. et Gr. Lat. Melius in MS. Sangerman. τρορευτής, Viator, qui terit iter.

**TRITORIUM**, apud Ælfricum fers cel. [ *Tritorium*, θριζέζ, in Glossis Lat. Gr. et Gr. Lat. Regestum vetus a Pitone laudatum in Annalibus Eccl. Aq. pag. 164: *Quedam magna ædificia... cum pradellis, viridariis, Tritoriis, claustris, etc.* Locum intelligo ubi frumentum, vel racemos terebant.]

\* Pistillum, instrumentum quo teritur, Gall. *Pilon*. Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 36: *Ipsum servientem de quodam Tritorio seu pestello percutere nisus fuit*. Vide supra *Tritare*.

† **TRITTERI**, Milites. Vide *Ritteri*.

† **TRITULARE**, pro *Triturare*, in Bulla Gregorii IX. PP. apud Cencium inter Censuræ Eccl. Rom.

\* Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 43. ex Cod. reg. 4624: *Debeant ostendere dictum earum anasum bladi campariæ dictis sindicis et consilibus, antequam illud Tritulent vel Tritulari faciant*.

† **TRITURA**, Clava, ni fallor, a terendo sic dicta. Diarium belli Hussitici apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 168: *Multitudinem armatorum fugabant, Triturantes bene feratis, optimis armis armatos invadentes, et usque ad mortem sæpe prosterendo, etc.*

† **TRITURARE**, Excudere frumenti granam terendo, apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 359. et in Charta ann. 1252. tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 158. Metaphorice Sidonius lib. 7. Ep. 6. dixit *Triturari variis passionum flagellis*.

\* **TRITURATIO**, Obligatio, qua subditus tenetur nuces suas ad oleum conficiendum terere ad torcular domini, simul et præstatio quæ illi debetur. Charta ann. 1268. in Chartul. S. Maglor. ch. 138: *Cum.... orta esset materia questionis super duobus noeris,.... super eo videlicet quod.... volebant eradicare vel eradicari facere dicta duo noeria, et super eo quod dicti religiosi proponebant dictos dominum et ejus filium hoc non posse facere nec debere, quia Trituratio dictorum noeriorum, tempore ad hoc apto, et medietatem fructuum ex eis provenientium annuatim ad ipsos religiosos, ut dicitur, pertinebat.*

**TRITURATORES**. Necrologium Ecclesiæ Carnotensis: *Acquisivit etiam apud Meneus generaliter quicquid Major habebat in granica Capituli, scilicet duos Trituratores, vechiat, pesait, lentilat, favat, præterenam minam avenæ, quam habet propter submonitionem saccorum*. Alibi, 2. Id. Mart.: *Pro cujus anniversario habentus quatuor Trituratores in granchia de Clauso villari*. Rursum: *Acquisivit huic Ecclesiæ quicquid Major de Nongento fisci habebat in granica de Gaesvilla, videlicet unum Tritu-*



ratores, et stramina, et foragia, et paleas, et pilonem, et veciacum, et pesat, et favat, et duos Trituratores, quos Major de Joy habebat in granica de Joy. [Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 7 : *Litigantibus coram nobis... super tertia parte decimæ parochiæ de Lovigne cum uno Trituratore.* Usus est hac voce Columella pro eo, qui frumenti grana flagellis excutit : quæ notio locis allatis potest accommodari.]

† **TRITUS**, Τρίτος, Tertius. S. Bern. de cantu suo correctione Antiphonarii n. 3 : *Quatuor enim sunt diversitates seu maneræ cantuum... Hæ apud Græcos vocantur Protus, Deuterus, Tritus et Tetradius.* Iisdem vocibus ad varios musicæ modos significandos utitur Aurelianus Mon. Reom. in Epist. ann. 851. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 123. Statuta Canonice Regular. apud R. Duellium lib. 1. Miscell. pag. 104 :

Horam post Tritam tuæ Tertia perficiatur.

\* **TRIVALLUS**, Fasciculus, ut videtur. Jura advoc. eccl. Aquilej. ann. 1202. inter Monum. ejusd. cap. 66. col. 648 : *Cum erat (advocatus) in Aquilegia, riparius dabat ei sal ad cibum suum,..... et per singulos annos centum Trivallos caparum.* Vide *Treces de cepis in Trica.*

† **TRIVARIA PHILOSOPHIA.** Vide *Trivium.*

**TRIVARIUS.** Acta Martyrii SS. Maximiani et Isaaci : *Venerant ergo ad carcerem militum cunei et Trivarii justibus onerati, etc.* Ubi forte leg. *Triarii.*

\*\* **TRIVENTER**, Valde edax, gulosus. Reinard. Vulp. lib. 3. vers. 742 :

Ante alios omnes Gripo Triventer adest.

† **TRIVERBERO**, Καρτεριώδης ἐν πληγαῖς, in Glossis Lat. Græc. Qui fortiter verbera sustinet.

\* **TRIVIALE VOLUMEN.** In tres partes divisum, cujusmodi est Liber de Cultu vineæ domini : unde Joan. Chappuis qui illum edendum curavit ann. 1514. ita scribit :

Quodlibet extallas, ut vis, Triviale volumen,

Nil isto melius, uti hinc seies.

Codice tam sancto prætextam quisque sacerdos Oblongam metet, si earet ære brevi.

† **TRIVALIS.** Vide mox in *Trivium.*

\* **TRIVALITER**, *Vulgatiter.* *Triviatim*, vulgo, *passim.* Glossar. vetus ex Cod. reg. 7613.

† **TRIVISIO**, In tres partes divisio. Acta prævia ad Concil. Pisanum ann. 1409. tom. 7. Ampliss. Collect. Marten. col. 1007 : *Manifestum est ibi non esse utramque obedientiam, sed unam quæ ex duabus facta est, et ab illis divisa non unionem, sed Trivisionem facit.*

**TRIVIVUM**, Grammatica, Rhetorica, et Dialectica; ut quatuor aliæ liberales artes, *Quadrivium*; nempe, Astrologia, Geometria, Arithmetica, et Musica. Uguccio : *Nota, quod Grammatica, Rhetorica, et Dialectica dicuntur Trivium, quædam similitudine, quasi triplex via ad eloquentiam.* Balbus in Catholico, et Joannes de Janua : *Grammatica, Dialectica, et Rhetorica dicuntur Trivium, quædam similitudine quasi triplex via ad idem, id est ad eloquentiam. Arithmetica vero, Musica, Geometria, et Astronomia dicuntur Quadri-*

*vium, quasi quatuor viæ ad idem, id est ad sapientiam tendentes. Unde et Triviales dicuntur, qui docent, vel qui student in Trivio, sicut Quadriviales, qui in Quadrivio.* Perperam igitur Valla per *Trivium*, solam Grammaticam intelligi, sicque nuncupatam, quod in trivii et compitis doceatur, scripsit. Prologus in Vitam S. Maximini Martyris MS : *Sed inter omnes illi iudicati sunt, summam sapientiæ attigisse, qui Trivium illud terere conati sunt, in quo requiritur divinarum humanarumque peritia rerum; quod constat in Physica, Ethica, et Logica, etc.* Braulio Cæsaraugust. in S. Isidori Vita : *In Trivii eruditione conspicuus, in quadrivii investigatione perfectus.* Adde ejusdem Isidori Vitam aliam a Luca Tudensi, ut quidam volunt, conscriptam n. 5. 8. Conradus de Fabaria de Casib. S. Galli cap. 5 : *Qui in Trivio Grammaticæ, Logicæ, Rhetoricæ, et Philosophiæ mediocriter eruditus, etc.* Rigordus ann. 1209 : *Cum itaque in eadem nobilissima civitate non modo de Trivio et quadrivio, verum etiam de quæstionibus Juris Civilis et Canonici... plena et perfecta inveniretur doctrina, etc.* Hugo Metellus de Eucharistia : *Gerlando scientia Trivii quadriviiq; onerato et honorato, Hugo Metellus, etc.* Matth. Paris ann. 1252 : *Vir quidem in Trivio et quadrivio excellentissimus. Et mox : Omne Trivii et quadrivii noverat difficultatem.* Wibertus in Leone IX. PP : *Nempe ut primum competit rudibus, de curso artium Trivio, non solum claruerunt prosa et metro.* Laurentius Veronensis lib. 1. de Bello Balearico :

Ordine Levita, Trivii ratione peritus.

Vita Lietberti Episc. Camerac. cap. 3 : *Ducitur sitibundo pectore curvens ad fontem Philosophiæ, et saporis Tripertiti septem rivos ebibens, modo studet Logicæ, nunc insudat Physicæ, sic intendens vacat Ethicæ.* *Trivaria*, seu potius *Trivaria Philosophia*, in Epistola Christiani ad Honorium Solitarii, seu Augustodunensem, de Imagine mundi. Vide Petrum Damian. lib. 6. Ep. 3. Lib. de Disciplina Scholarum cap. 2. 6. Chronicon Augustan. 2. part. cap. 2. etc. et supra in *Quadrivium.*

† **TRIMPHALIS.** Vide *Carticellæ triumphales.*

† **TRIMPHALITER**, Triumphando, in Epistolis Frederici II. Imp. apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 1150. et apud Rymer. tom. 1. pag. 394. *Triumphaliter regnare*, i. gloriose, in Chartis ann. 1456. et 1490. e Schedis Pr. de Mazaugues. *Triumphaliter antiphonam explicare, vel cauere*, Guidoni lib. 1. Discipl. Farf. cap. 18. 23. et 41. dicitur, cum antiphona quæ ad *Magnificat* cantari solet ter repetebatur, ut mox dicitur in *Triumphare.*

\* Glab. Rødolph. Hist. lib. 1. cap. 1 : *Quorum videlicet (regum Francorum) ditioni Triumphaliter per plures annos applicatum est totum imperii culmen.*

1. **TRIMPHARE**, Vincere, hostem superare, apud Othonem de S. Blasio cap. 7. Albertus Argentin. pag. 138 : *Triumphaverant enim Veneti cum domino Mediolanensi, ita quod potentes fuerunt.* Adde pag. 157. Sic *Triumphare*, est causam vincere, in Jure Hungarico, ut auctor est Sambucus.

[Gloss. Lat. Græc. : *Triumphare*, πομπεύω, παραδειγματίζω, τριαμβεύω, ἐπιβία ἀγω. Lactantius lib. 6. cap. 23 : *Triumphabit terram.* Et lib. 7. cap. 24 : *Gentes non extinguuntur omnino, sed quædam relinquuntur in victoriam Dei, ut Triumphentur a justis, ac subjunguntur perpetuæ servituti.* Tullius aliique dixerunt de vel ex aliquo triumphare.]

† **TRIMPHARE ANTIPHONAM** dicebant Scriptores Liturgici, cum Antiphona ad *Benedictus*, vel *Magnificat* decantari solita ter repetebatur, 1<sup>o</sup>. ante *Gloria Patri*, 2<sup>o</sup>. ante *Sicut erat*, 3<sup>o</sup>. integro versu finito. Vide Martenium de antiq. Eccl. Disciplina in divinis Officiis pag. 28. et *Triumphaliter.*

\* Ordinar. S. Martial. Lemovic. ex Cod. reg. 1138. fol. 31. v<sup>o</sup> ubi de Sabbato S. : *Inchoat cantor Magnificat, quo completo et antiphona Triumphata, dicitur Oratio.*

† **TRIMPHARE INTROITUM**, Simili notione. Capitulum gen. S. Victoris Massil. ann. 1312 : *Statuimus, quod diebus Dominicis et Festis, in quibus Missæ Introitus Triumphatur, ipse Introitus non reciteretur post versum, sed alta voce incipiatur Gloria Patri.*

† **TRIMPHARE KYRIE ELEYSON**, Gaurido Vosiensi in Chronico cap. 59. dicitur, cum inter *Kyrie* et *Eleyson* verba quædam inserebant, eo quo jam dictum est modo in *Farsa* 2. ibi vide.

† **TRIMPHATIO**, Triumphatus, seu ipsa triumphus palma. Exstat apud Mabillon. de Liturg. Gallic. pag. 458. Epistola S. Augustini inscripta *Domino vere sancto, palmæ triumphatiõe decorato et pontificali officio coronato, Bibiano orthodoxo*, Santiconæ civitatis antistiti.

† **TRIMPHATOR**, Qui triumphum agit, apud Apuleium in Apologia et lib. de Mundo, S. Cyprianum Epist. 34. cap. 2. Interpretem Bibliorum et alios recentiores.

† **TRIMPHATORIVS**, Pertinens ad triumphum. *Verbum Triumphatorium et insultatorium*, Tertulliano lib. 5. adversus Marcionem cap. 10.

\* 2. **TRIMPHARE**, Illudere. Vita B. Henr. Baucen. tom. 2. Jun. pag. 372. col. 2 : *Cum diutius in oratione permaneret, supradictis existentibus sub dicto ponticali, videntibus et ridentibus seu Triumphantibus de ipso, cum crederent ipsum fore totum aquam ex dicta pluvia respersum et madefactum, etc.*

\* **TRIMPHOSUS**, Triumpho seu celebratione dignus. Gabr. Barelet. serm. in Epiphani. : *Quam digna sit laude et commendanda et honoranda et Triumphosa apud oculos mortales hodierna solemnitas clare ostenditur.* Nostris *Tropheux*, idem qui superbus, arrogans. Lit. remiss. ann. 1432. in Reg. 174. Chartoph. reg. ch. 185 : *Cellui Goussart, qui estoit un Tropheux homs et plain de haultaines et injurieuses paroles, etc.*

† 1. **TRIMPHUS**, Ludi genus chartis pictis, Gall. *La Triomphe*. Memoratur in Statutis Pistoriensibus.

\* *Triuple*, in Lit. remiss. ann. 1482. ex Reg. 206. Chartoph. reg. ch. 828 : *Lesquelz se esbatirent à jouer aux quartes au jeu du Triuple.*

\* 2. **TRIMPHUS**, privilegium, immu-



uitas. Charta ann. 1362. in Reg. 93. Chartoph. reg. ch. 241: *Narbonensis ecclesia antiquissima, Triumphorumque titulis insignita etc.*

\* 3. **TRIUMPHUS**, Lætitia, gaudium; quo sensu Itali dicunt *Triumfare*, Gaudere, festum agere, Gall. *Faire des rejoissances*. Gabr. Barel. serm. de Choreis: *Qui (pater prodigi) fecit in adventu filii feri magnos Triumphos.*

**TRIUNDALES**, *Pelagi vortices*, apud S. Columbanum, Epist. 4.

**TRIUTA**, Pullus cervinus. Vide *Treudis*.

† **TRIUVA**, Securitas, *Treue*. Vide *Treva*.

**TRIVULGI**. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 8: *Nono eget dictum navigium ollulis calce plenis, et etiam multis visis molli sapone plenis, inter quas ollulus atque vasa sint aliqua instrumenta ferrea, quæ Trivulgi vulgariter appellantur, et etiam alia parumta ad accendendum ignem, et etiam sugittandum loco et tempore opportuno, etc.* Videntur esse tribuli, Italici Trivoli, Gallis *Chaussetrapes*.

**TRIZA**. Fridericus II. Imp. lib. 1. de Venat. cap. 23. de bistardis, quæ habentur in desertis: *Habent pennas elevatas in medio capitis per longum usque ad dorsum, ad modum Trinium seu Trizurum.* Qua postrema voce expressit nostram *Tresse*. Vide *Trica*.

† **TRIZOLICUS**, **TRIZOLINUS**, **TRIZOLUS**, (sic varie scribitur) inter accipitres recensetur adjungiturque *falconis, austuribus et sparveriiis*, in Statutis Cadubrii lib. 3. cap. 82. et 83.

† **TROA**, Species ligni seu trunci ad instar mensæ, Gall. *Billot*. Statuta Vercell. fol. 94. recto: *Quod ipse mensure debeant esse firmate cum cuthenis ad Troam sive lignum super quo mensurabitur ipsum vinum, ita quod abinde renoveri non possint ullo modo.* Eodem fol. vº: *Quis (mensuras) teneatur habere et tenere ad catheras firmatas in Troa vel disco.*

\* **TROAS**, *Prov. Trossus, cuulis*, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

\* **TROBA**, *Prov. Figmentum*, in eod. Glossar. Hinc *Troubadours* appellati Poetæ Provinciales.

† **TROBATICUM**. Vide in *Trabaticum*.

\* **TROCA**, Pannifici nostratibus *Troque*, *Catella*, vulgo *Chaine*. Stat. pro arte parat. pannor. Carcass. renovata ann. 1466. in Reg. 201. Chartoph. reg. ch. 121: *Item quod quælibet Troca, quæ fiet seu ordiretur in dicta villa Carcassone setezena, aut alterius majoris numeri, erit longitudinis..... decem et septem cannarum; et si reperiatur minoris longitudinis esse aliqua Troca, illa confiscabitur..... Item quod nullus parutor..... possit..... texere aliquem pannum ex filatura tincta, seu qui fuerit tinctus in Troca seu lana filata.*

\* **TROCARE**, Permutare, Gall. *Troquers* alias *Trocher*. Charta ann. 1257. ex Tabul. S. Florent. Salmur.: *Si vero contingat meos homines equos vel aliud hujusmodi vendere vel Trocare in feode prioris, etc.* Lit. remiss. ann. 1434. in Reg. 175. ch. 296: *Laquelle vache le suppliant Trochu ou eschangu à un beuf, et ot un salut d'or de retour.* Aliæ ann. 1453. in Reg. 184. ch. 317: *Lezquelz*

*compaignons parlerent de Trocher ou changer leur bonnez l'un à l'autre, par laquelle Torche (leg. Troche) ou eschange etc.*

† **TROCCA**, Species vestis superioris Ecclesiæ prælati in usu, pro *Roccus*, ni fallor. Vide in hac voce. Protocollum de reformatione tom. 1. Concil. Constant. col. 644: *Sub habitum clericali intelligitur quoad Prælatos, quod portent rochetum et cappam, vel Troccam, vel mantellum, et quoad regulares, quod portent habitum suæ religioni convenientem.* Ubi fortassis scriptum fuit *Hroccum*.

† **TROCCUS**, Calo, Gall. *Goujat*. Chron. Halberstad. ad ann. 1199: *Tam inordinate autem soluta fuit hæc expeditio et confuse, quod nec Troccis, id est colonibus, portiones dederant, etc.*

**TROCELLUS**, Fasciculus, Gall. *Trouseuu*. Charta Conventionum inter Carolum I. Comitum Conventionæ et Arelatenses ann. 1251. art. 22: *Rapinas factas tam in Trocellis, quam in rebus aliis in stratis publicis terræ vel aque, etc.* [Charta ann. 1257. ex Archiv. Episc. Massil.: *Episcopus possit... recipere naulum vel passagium specialiter de Trocellis.* Alia ann. 1307. ex Archiv. Civit. Massil.: *Pretextu arresti trium Trocellorum pannorum.* Alia ann. 1320. ex eod. Archivo: *Draperii Massil. venientes... cum pluribus Trocellis pannorum, etc.* Adde Statuta Edwardi I. Regis Angl. apud Rymer. tom. 2. pag. 262.] Vide *Trossellus* in *Trossa*.

\* 1. **TROCHA**, Florum vel gemmarum fasciculus, nostris alias *Troche* et *Troiche*. Testam. Guill. de Meleduno archiep. Senon. ann. 1376. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 338: *Item in pede dicti calicis sunt tres grossi saffiri quadrati Orientales, et sunt in pata dicti calicis novem Trochæ, et in qualibet Trochu tres pelle Orientales et unus baleus in medio cujuslibet Trochæ.... Item unam aliam peciam dictæ crucis.... et sunt in dicta pecia sex Trochæ pellarum, videlicet quælibet Trocha de octo pellis. Duas Trochas cristalli, in Invent. ann. 1218. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 66. col. 1. Aliud ann. 1393. inter Probat. tom. 3. Hist. Burg. pag. 170. col. 1: *Cinq Troches de perles, chascune de trois, et au milieu de chascune Troiche a un diamant.* Lit. remiss. ann. 1409. in Reg. 164. ch. 71: *Une branche ou Troche de marjolaine, qui estoit moult belle, et estoit bien de deux piez de largeur pardessus.* *Troche* vero, Turmam, catervam sonat, apud Guill. Guiart. ad ann. 1187:*

Li rois Henris est tout devant,  
L'escu au col, basse la chiere,  
Et son fils Richard va derrière;  
Francois n'entrent mie en leur Troche,  
Car le jour faut, la nuit approche.

Idem ad ann. 1207:

Li rois et des gens bele Troche.

*Trose*, eadem notione, in Poem. Garini:

La veisiez tante Trose guerpir.

Quod male ad *Trossam*, fasciculus, refertur in *Trossa*, 2. Hinc etiam emendanda Mirac. MSS. B. M. V. lib. 1. ubi *Torche*, pro *Troche*:

Cis prestres ot une grant torche  
De fox vilains en sa paroche.

\* *Touse* idem significare videtur, in Poem. Rob. Diaboli MS:

La Touse de petit jouvent  
Va à la feiestre souvent,  
Pour déporter et pour déduire.

Vide mox *Trobus*.

\* 2. **TROCHA**, Piscis fluviaticus, Gall. *Truite*. Acta MSS. Inquisit. Carcass. ann. 1308. fol. 66. vº: *Prunsi fuimus simul de Trochis recentibus, quis ipsi portaverant de Ax.* Vide *Trocta* 1.

† **TROCHETUS**, *Trutina publica*, ut videtur. Regest. Episcopat. Nivern. ann. 1287: *Item illi qui emunt lanas et agniculos et ponderant ad Trochetum, debent in festo predicto duos denarios quilibet.* Vide *Trona* et *Turnus* 3.

† **TROCHLEA**, Supplicii genus apud Veteres, in Martyrum cruciatibus adhibitum. Proprie rota est, ut habet Baronius ad diem 7. Septembris, et post eum Baluzius tom. 2. Miscell. pag. 496. rotam continens volubilem, per quam funis tractorius immisus ligatum brachiis revinctum reum sursum trahit, vel remissus deorsum relaxat. Hic cruciatus memoratur in Passione S. Pontii n. 19. apud eundem Baluz. tom. citato pag. 137. *Trochleæ tormentum*, pag. 326. Vide *Altaserram* ad lib. 5. Greg. Tur. cap. 49. et *Gallonium* de Martyrum cruciatu.

\* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7679: *Trochlea, bindas.* Aliud ex Cod. 4120: *Trocla, est rota textoris.*

**TROCHUS**. Acta S. Quirini Mart. lib. 1. n. 5: *Erat huic in aula Pipini filius tenerimus, qui cum coetaneum sibi principem natum dicti Regis ludo scachorum sapius superaret, exorta in lusu rixa, Trocho per tempora a Regis filio fuit trajectus.* Forte *Rocho*, ex Gallico *Roc* in scaccis.

☞ Notus fuit Latinis *Trochus*, vel pro turbine, qui flagello percutitur et in vertiginem rotatur, vel pro rota, quam currendo pueri virga regunt, ut habet vetus Scholiastes Horatii. Prima notio potest accommodari loco laudato; cum enim cuspidatus sit turbo, fieri potest ut quis alterius tempora trocho seu turbine trajiciat. Scio veterem Horatii Scholiasten a viris doctis, Salmasio ad Martialem lib. 14. Epigr. 168. Vossio lib. 1. de Vitiis serm. cap. 26. reprehendi, quod *Trochum* cum turbine perperam confuderit; id tamen ab aliis postea Scriptoribus rursus factum est; unde nihil mirum si et in Actis S. Quirini pro turbine, *Trochus* usurpetur. Ut ut est haud male excogitata videtur Cangii conjectura: de eo quippe quod ad manum præsto erat sermo sit.

\* **TROCIERYA**, Pars instructus equini, f. Postilena, Gall. *Croupiere*. Comput. ann. 1334. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 89. col. 1: *Item pro tribus Trocieyris, quas habuit a Rocello cellario (sellario) solvi eidem, emptis pro dicto magistro Raymundo (qui assendit Parisius pro facto mundinuro) tres solidos Turonenses.*

\* **TROCISCUS**, Trochiscus, pastillus. Alex. Iatrosoph. MS. lib. 1. Passione. cap. 23: *Teres diligenter sicut collyrium, et facies Trociscos.*

† **TROCINUS**, *Sectæ genus arduum*, in



Glossis Isidori. Pithœus in Excerptis habet *Trotinus*.

**TROCIUM**, Modus agri apud Majoricenses. Charta Majoricensis ann. 1316: *Vendimus D. Sancio Regi Majoric. unum Trocium terræ, in quo sunt et esse debent 20. quarteriatæ terræ. Alia: Vendimus quoddam Trocium terræ tan laboratum quam eremum.*

\* **TROCLEA**, pro *Trochlea*. Vide supra in hac voce.

1. **TROCTA**, Piscis fluviaticus notissimus, nostris *Trute*, vel, ut alii efferunt, *Troite*, Italis *Truta*. Ceremoniale Ambrosianum apud Puricell. in Monument. Basilicæ Ambrosianæ pag. 98: *Et ibi Pontifex tribuit Abbati magnum ramum palmarum, et honorabilem Troctam.* De trocta vide etiam Vinetum in Ausonii Idyllia pag. 250. [et infra *Troita*.]

Aliud est genus *Troctæ*, de quo S. Ambr. lib. 3. Hex. cap. 3: *Alii ova generant, ut ii quos Troctas vocant, et aquis fovenda committunt.* Hinc emendandus est Papias, qui scribit: *Tructa piscis est varius, qui albo generat, et aquis committit fovendo.* Eliano *τροκτῆς* est Amia, piscis marinus. Vide *Trutta*, Martinium in *Trocta*, et Hofmannum in *Trutta*.

\* 2. **TROCTA**. Glossæ Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 679. col. 2: *Quid sit Troctas et porcellos ignoramus: scio tamen bene, quod Troctæ non sunt pisces. An non sus femina? Vide mox Troga.*

† **TROCTINGI**. Vide infra *Trotingi*.

† **TROCTUS**, Citatus equi gradus, Gall. *Trot*, Ital. *Trotto*. Dom. de Gravinia Chron. apud Murator. tom. 12. col. 710: *Rex primus fuit eques, et totus exercitus post eumdem, et continuato cursu et passu celeriter, etc.* Leg. forte *Trotto*.

\* **TROCUS**, pro *Trochus*, turbo. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. *Trocus, Toupin, vel Troupe*. Vide supra in *Trocha* 1. et *Trochus*.

\* **TROEF**, vox vulgaris, Jus quoddam dominicum, forte in res casu repertas, seu thesaurum inventum; nisi idem sit quod mox *Troof*. Charta baill. castell. Moritan. ann. 1385. in Reg. 144. Chartoph. reg. ch. 303: *Willaumes de Forest, dit Malprivet, disoit avoir..... en sa terre et seigneurie de Forest..... le Troef, le cose espave et les biens et remanans demourez et remez par mort et trespasement de bastart et de bastardes. Trüef, eodem sensu, inter Redit. comit. Hannon. ann. 1265. ex Cam. Comput. Insul.: Si a li quens à Jennappes le Truef et le estrajer. Trèveure, Repertum, in Assis. Hieros. cap. 310: Si donra por la Trèveure d'estoir ou de faucon deux besans. Ibid. cap. 311: *Troveure. Troveures ou choses adirées, in Lit. ann. 1358. tom. 3. Ordinat. reg. Franc. pag. 412. Dicitur de apum examinibus, quæ in silvis reperiuntur, in Libert. villæ de Poilly ann. 1341. ex Reg. 74. ch. 68: Se il avenoit que lesdits habitans..... trouvasent une mouchette ou plusieurs ou finage de Poilly,..... les trouveurs auront la moitié de ladite Trouveure pour leur part. Trouvaige, eadem notione, in Consuet. de Caumont in pago Atrebat. ann. 1229. ex Reg. 198. ch. 441: Les Trouvaiges de mes terres sont miens, ainsi com-**

*me elles seuent, si comune de vaisseaux de es. Espaves et Trouvemens de mer, Jus in res ad littus ejectas, in Charta ann. 1353. ex Reg. 82. ch. 256.*

† **TROF**, *Troof*, Raptus, rapina, Belgis *Roof*. Charta Caroli Com. Flandr. ann. 1112: *Comitatus vero totius terræ S. Silvini ad abbatem pertinet, scilicet ban, latro, Trof.* Consuetudines Furnenses MSS: *Dominus Comes... retinet sibi rapinam mortui, id est Troof.*

**TROFA**. Tabularium Casauriense: *Recepta te in cambio terram tuam in viario, cum una Trofa de fica super se habente. [Ædificium quoddam, domus, ut videtur.]*

† **TROFFA** FOENI, pro *Trossa*, nisi me fallo, *Falcululus*, Gall. *Trousse*. Vide locum in *Buhors*.

† **TROFIMA**, *Trofina*. Chronicon Parm. ad ann. 1278. apud Murator. tom. 6. col. 791: *Fecerunt depingi figuram ejus ad Trofinam Ecclesiæ S. Petri... ad quam figuram magna miracula dicta sunt fieri ad curandum infirmos. Trofima legitur in Tribuna, idemque esse omnino videtur. Vide ibi.*

† **TROGA**, Sus femina, Gall. *Truie*. Tabular. Vosiense fol. 33: *Adferat... 1. popadam et explectum et suem. Mox habetur explectum et Trogam.* Passim occurrit ibi. Consuetudines Brageriaci art. 93: *Boves, vaccas, oves, porcos, sues sive Trogas, mutones, etc.* Vide *Troia* 1.

\* Hinc *Troige*, *Stabulum porcorum*, in Lit. remiss. ann. 1375. ex Reg. 107. Chartoph. reg. ch. 283: *Jehannette de la Sale avoit son Troige et certaines atsances assises près du nur, contre lequel ledit Guiot ornoit.*

† **TROGALA**, *τρογᾶλία*, (*τρογαλία*) *χάλις*, in Glossis Lat. Græc. *Tolleno*.

**TROGALUM**, *Cicer frictum*, Ægyptiis, apud Cassianum Collat. 8. cap. 1.

\* **TROGALUS**, *Aqualiculus*, Ital. *Trogolo* et *Truogolo*. Stat. Saluc. collat. 5. cap. 144: *Teneantur prædicti vacuare de affairaria ruscatum, et calcinatum, et Troglis affaitare in bedeli prædicto. Vide Troglum.*

† **TROGLUM**, Rivus, canalis vel aqueductus. Statuta Montis regalis pag. 274: *Statutum est, quod quilibet habens rotam seu tenens in flumine Elleris, vel aliorum fluminum... debeat continue tenere et habere in principio canali seu Troglunum rastellum, qui rustellus habeat graviglonos unum prope alium per unum semisse, sub pœna sol. xx. Vide Trolum.*

**TROGULUS**, *Cuculla, vestis monachalis*, Papiæ. Vita S. Egwini Episc. Wigorn. n. 16: *A primævo juventutis flore semper usus fuit cilicio... ad carnem nudam indutus erat Trogulo, ipsam debilitatem et infirmitatem carnis suæ corporali maceratione et jejuniis devincens.* Vita S. Mauri Abb. cap. 1: *Sub Monachali tunica semper asperrimo a scapulis usque ad renes induebatur Trogulo.* Vita S. Genulfi l. 1. n. 10: *Asperrimo ex pilis reinduebatur Trogulo.* Lib. 2. n. 2: *Sed asperrimo cilicii Trogulo nuditatem corporeæ fragilitatis velarent.* [Ex his facile colligitur Trogulum genus cilicii fuisse, atque adeo a cuculla maxime distinctum.]

\* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. *Trogulus, Froc vel chaperon à moigne.*

\* **TROILLATORIUM**, ut mox *Troillum* 1. Locus est infra in *Truellium*.

1. **TROIA**, Machina bellica, Gallis *Truie*, seu *Troye*, uti suum vocat Consuetudo Solensis tit. 15. art. 8. tit. 16. art. 5. ita dicta, quod humum, ut sus, subvertat. Turpinus cap. 9: *Septimo mense aptatis juxta murum petraris, et mangonellis, et Trois.* Quo loco Meursius perperam *stotis* reponit; est enim *Troia*, nostrum *Truie*. Chronicon Bertr. Guesclini:

... C'était pour convoier  
Un engin con nommait Truie en cest heritier.

Frøissart. 2. vol. cap. 2: *Ils envoyèrent querir à la Riolle un grant engin, qu'on appelle Truie, lequel engin étoit de telle ordonnance, que il jettoit pierre de faix: et se pouvoient bien cent hommes d'armes ordonner dedans, et en approchant assaillir la ville.* Meminit præterea ejusmodi machinæ cap. 102. ejusd. vol. Sed vix crediderim ex genere *balistarum* fuisse, uti vult Froissartes, cum probabilis sit, inventam ad suffodiendos muros, eademque esse, quæ ab aliis Scriptoribus, vocabulo Latino, *Sus* appellatur. Vide in hac voce. *Troiam* autem veteribus Latinis pro sue accipi docet Pomponius Sabinus ad 1. *Æneid. Arnaque fixit Troia: Troia*, inquit, nomine in *Latio scrofi* appellatur, etc. Sed et in Regesto Castris Lidi in Andibus fol. 47. occurrit: *Venatur etiam in longo alneto per singulos annos 5. cervos, totidemque cervas, 5. porcos, totidemque Troias.* [Chartul. S. Vincentii Cenoman. f. 169: *Accepit a monachis S. Vincentii pro concessione ipsa quandam Troiam.* Statuta Montis-regalis pag. 207: *Item statutum est, quod aliqua persona non possit nec debeat tenere, nutrire facere, in donibus plateæ dictæ civitatis, aliquas bestias porcinas, videlicet ultra tres porcos masculos, seu tres Troias castratas.* Rursum occurrit pag. 267. et alibi non semel. Itali *Troja* dicunt ead. notione. Vide *Bestemiæ*.]

† 2. **TROIA**, Idem quod *Treva*, si non est ita legendum, Gall. *Treve*, Induciæ. Chron. Episcoporum Merseburg. apud Ludewig. tom. 4. Reliq. MSS. pag. 410: *Tandem factis Troiis et placitis servatis... tali pacto adjecto, etc.*

† **TROIÆ PONDUS**, apud Anglos dicitur quod 12. uncias in libra numerat. Spelmanus.

\* 1. **TROILLIUM**, Molendinum, quo olivæ aliave grana ad oleum conficiendum premuntur. Pact. inter Joan. dalph. et Petr. Barral. ann. 1315: *Concedentes... omnibus habitantibus,..... quod in ripperiis et rippagiis fluentibus pro villam et vallem de Alavardo possint facere, construere, seu fieri et construi facere molendinum vel molendina, batorium vel batoria, gauchatorium vel gauchatoria, Troillum vel Troillum in proprietatibus suis pro libito voluntatis.* Recognit. feud. MS. ann. 1343: *Item unum gauchorium, unum batistorium et unum Troillum, cum suis donibus, fundis, rippagiis, etc.* Vide supra in *Torcular* et infra *Trollietum* et *Truellium*.

\* 2. **TROILLIUM**, Campanæ instructus; a Gallico *Treuil*, suctula. Sent. arbitr. ann. 1282. ad calcem Necrol. eccl. Paris. MS: *Item de campanis ecclesiæ Paris. ordinamus pro bono pacis, quod episcopus Paris.*



suis sumtibus et expensis ministret cordas, Troilliu, ferraturau..... et alia nunimenta et necessaria ad usum liberum et expeditum officium pulsandi; wateriam tamen uovam, excepta materia Troilliorum, quam episcopus tenebitur querere, fabrica Paris. ecclesie ministrabit.

\* **TROINCHEA**, pro *Trenchea*, Vallum, fossa, Gall. *Trenchée*. Charta Joan. domicelli dom. de Conflento ann. 1298. in Chartul. eccl. Lingon. fol. 53. r° : *Idem dongio ab anteriori parte de uiris, turribus et de Troincheis clauditur circumuaque*. Vide supra *Trencatum*.

† **TROITA**, Idem quod *Trocta*, Piscis notus, Gall. *Tuite*, quibusdam *Troite*. Statuta Cisterciens. ann. 1199 : *Prohibetur ne quis de ordine nostro Troitas comparet in lacu Lausanna, etc.*

† **TROITARE**. Gloss. Lat. Græc. : *Troito*, χειρῖς, ψηλασθῶ. Legendum *Tracto*, ut emendat Vulcanius.

\* **TROLHALTORIUS**, Ad *trolium* seu torcular pertinens. Lit. ann. 1375. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 68 : *Retulerunt..... se inuenisse bona et res mobiles quæ securantur..... unan tinan..... Trolhatorium etc.*

**TROLIARE**. Tabularium S. Theofredi in Velavis : *Dedit in eadem villa Marniaco, vineam cum Troliare*. Idem quod sequens

**TROLIUM**, Torcular, Lemovicensibus, *Treuil*. [Vide *Trullum* 1.] Tabular. Brivastense fol. 95 : *Et iuxta Trolium de Valeira*. Tabular. Dalonense fol. 27 : *Factum est hoc apud Excidolium in domo Trolii Dolon*. Tabul. Celsinianense : *Hoc est mansio una cum curte, et horto, et Trolium et viridarium*. Tabularium Conchense Ruthenis cap. 106 : *Cum vineas, cum vernas, cum pratos, cum mansione, cum hortos, cum Trolio, cum terras cultas et incultas, etc.* Ita in Chartis 117. 139. 156. 237. 252. 355. etc. In Ch. vero 198. pro *Trolio*, habetur *Brolio* : *Cum vineas, cum Brolio, cum terras, cum pratos, etc.* Infra : *Et sunt ipsi Brolii vel ipsas terras in pago Ruthenico, etc.* Ita etiam in Ch. 199 : *Cum vineas, et campis, et pratis, et Brolis, etc.* Adde pag. 261.

☞ Nihil est, nisi me fallo, cur iis locis *Brolium* pro *Trolium* scriptum putes : illud quippe, ut pluribus suo ordine dictum est a Viro doctissimo, silvam significat eamque maxime quæ muris circumsepitur : quæ notio locis allatis minime repugnat.

\* *Nostris Troil, Treuil et Trueil*. Provincialibus *Trualh*, ex Glossar. Provinc. Lat. Cod. reg. 7657. Charta ann. 1320. in Reg. 60. Chartoph. reg. ch. 22 : *Pro arbergamento et Trolio, una cum cuppis..... et alitis utensilibus rebusque ad trolium pertinentibus*. Quæ vernacule sic redduntur ibid. ch. 30 : *Du Troil, cubes..... Et autres pertenances à garnison de Troil*. Lit. remiss. ann. 1393. in Reg. 145. ch. 146 : *Le suppliant chevauchant sur un cheval..... auprès du Troil ou herbergement du seigneur d'Aigrefeuille etc.* Aliæ ann. 1384. in Reg. 125. ch. 211 : *Guillaume et Jehan freres apporterent leur vendange au pressouer ou Treuil de Michelet Tyurt bourgeois de S. Gengoul. Treuil ou pressouer* in aliis ann. 1465. ex Reg. 694. ch. 75. *Truel ou pressouer*, in aliis ann. 1453. ex Reg. 185. ch. 305. Hinc *Truller*, uvas premere, *Truillaige*,

et *Treullour*, torcularis custos. Vide in *Trullare*.

† **TROLL**. *Arcus balisti ad Troll*, in Litteris ann. 1328. apud Rymer. tom. 4. pag. 367. col. 1. Sed legendum videtur *ad torn*. Saltem eadem notio est. Vide *Tornus* 1. et *Balista*.

† **TROLLERIUS**, Olearius a *trolio* sic dictus. Processus ann. 1339. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 128. col. 2 : *Et a singulis Trolleris stugulis annis recipere unum lumpada olei*.

\* **TROLIETUM**, Idem quod supra *Troilliu* 1. Charta ann. 1390 : *Item ductum et decursum aquæ seu bialerian molendinorum, Trolleti et battitorii et aliarum aysiarum ipsius Johannis etc.* Aliæ ann. 1507 : *Decursum aquæ bialeriæ molendinorum, Troillici, battitorii et aliarum eysiarum ipsius recognoscentis etc.* Vide infra *Treulliu*.

† **TROLUM**, Cloaca, canaliculus, per quem effluant aquæ pluviales. Statuta Mutinæ rubr. 20 : *Qualibet persona civitatis habere Trolum teneatur tempore pluviarum, et de canaletis expellere putredinem debeat*. Vox f. ejusdem originis, cuius est Gallica *Trou*, Foramen. Vide *Troglu*.

\* Vel *Trolus*, Aqualiculus. Vide supra *Troglus*.

† **TROMALIUM**, Retis species. Vide *Tramallum*.

† **TROMBA**, Ital. [\* et Provincial.] Tuba, buccina, Gall. *Trompette*. Utitur Joh. Demussis in Chronico Placent. ad ann. 1259. apud Murator. tom. 16. col. 470. [\*\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. voce *Trumba*, tom. 5. col. 532.]

† **TROMBARE**, Verbum Ital. Buccinare, tuba canere, Gall. *Trompeter*. Chron. Parm. ad annum 1295. apud Murator. tom. 9. col. 829 : *Mediolanenses cum suis venerunt Laudium.... Trombando et clamando, etc.*

† **TROMBATOR**, Buccinator, Tubicen, Ital. *Trombatore*, Gall. *Trompette*. Computus ann. 1349. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 585. col. 1 : *Item, solvit et deliberavit pro xxx. hominibus in aruis.... et 11. Trombatoribus.... xi. lib.* Rursum occurrit in Statutis Astæ collat. 3. cap. 49.

\* Provincialibus *Trombador, buccinator*, ex Glossar. Prov. Lat. Cod. reg. 7657.

† **TROMBETA**, Buccina, vel Buccinator, Ital. *Trombeta* et nostris *Trompette* utraque notione. Statuta Montis-regalis pag. 21 : *Teneatur.... cridari facere per Trombetam in civitate et aliis locis consuetis*. Vide *Trompeta*.

\* **TROMBETTA**, Tubicen, buccinator. *Quidam Trombetta tubam sonavit*, in Hist. belli Forojul. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 1201.

† **TROMPATOR**, Idem qui *Trombator*. Cod. MS. Consuetud. Tolos. etc. fol. 33 : *Trompatores hujus ville Tholosane tubicinati fuerunt, etc.*

\* **TROMBUS**, Sanguis vel globus, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613.

\* **TROMPA**, vox Hispanica, tuba, cornu, buccina, Gall. *Trompette*, alias *Trompe*. Comput. ann. 1380. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem pag. 32. col. 2 : *Solvi Petro Sabaterii et suo socio, qui cum Trompis asso-*

ciaverant dictam prosessionem, pro vino quatuor blancas, j. grossum, j. blancam. Occurrit rursus in alio ann. 1393. ibid. pag. 124. col. 1. Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 152. Chartoph. reg. ch. 262 : *Le suppliant prist dans le pennier dudit mercier uve Trompe qu'il donna à Jehannot Garinot, et quatre autres Trompes de deux Tournois la piece, qu'il depeca*. Instrumentum esse videtur, quod *Guimbarde* dicimus.

\* **TROMPARE**, *Trompa* seu tuba canere, buccinare, Gall. *Trompeter*, alias *Tromper*. Stat. comitat. Venais. ann. 1443. cap. 79. ex Cod. reg. 4660. A : *Trompetur et postea præconizetur quod talis est, et nominetur, qui bonis cessit*. Le Roman d'Alexandre MS. part. 2 :

La fist le paon hautement atachier, Et à les lever fist à la feste reforcier, Tromper et orguener et après vieler.

\* Hinc *Trompeur*, Buccinator, in Invent. jocal. Eduardi I. reg. Angl. ann. 1297 : *Item un pot lavoir d'argent à ymaginettes, s'a dessus le couvercle deux Trompeurs*. Pro tubarum artificie, in Stat. artif. Paris. lib. 1. fol. 278. r° : *Ordonnance des forcetiers et Trompeurs de la ville de Paris*.

\* **TROMPATIO**, Promulgatio quæ *trompa* fit, in iisd. Stat : *Trompatio fiat, præsentem illo qui bonis cessit, in locis publicis*.

\* **TROMPATOR**, Irrisor, Gall. *Moqueur, railleur*; a verbo *se Tromper*, quod nostri dixerunt, pro *se moquer*, irridere, ludificari. Lit. remiss. ann. 1356. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 552 : *Idem Johannes erat Trompator, injuriator et verberator iniquus, ac comestor gentium*. Aliæ ann. 1388. in Reg. 135. ch. 135 : *Lors icellui Robert en disant : Tu te Trompes de moy, je n'y bevray mais lui de ton vin*. Aliæ ann. 1390. in Reg. 138. ch. 265 : *Icellui suppliant veant que laditte femme se Trounoit et moquoit de lui, etc. Icellui Perrot dist au suppliant : Tu te Trompes de moy ; à quoy le suppliant respondi : Je ne me Trompes point de toy, in aliis Lit. ann. 1432. ex Reg. 175. ch. 220.*

† **TROMPERIA**, Fraus, dolus, Gall. *Tromperie*, in Arresto Parlamentari ann. 1394. apud Menersterium Hist. Lugdun. pag. 78. col. 2. in Instrumento ann. 1407. apud Marten. tom. 2. Anecd. col. 1356. Utitur etiam Vincentius Cigaltius in Tractatu de Bello Italico.

† **TROMPETA**, Tubicen, Gall. *Trompette*. Computus ann. 1334. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 245. col. 1 : *Trompeta misso dicta die in Provinciam... iv. flor. auri*. Vide *Trombeta* in *Tromba*.

\* **TROMPHERIUM**, Aquæ receptaculum, vel Aquæ ductus. Terrear. Bellijoc. ann. 1529. fol. 386. r° et 411. v° : *Pro et super quodam Trompherio coficiendo in curtibus.... ad capiendam uquam seu de aqua fontis dictorum confitentium, appellatam Perret, pro ipsam aquam reddendo infra dictum Trompherium ad facilius servendum dictis de Sancto Jacobo*.

\* **TROMPILLATOR**, Tubicen, buccinator, præco, nostris *Trompille*, eodem sensu, et pro ipsa tuba. Comput. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 260. col. 1 : *Clavarius, Trompillator,*



*Bertrandus Godeti..... iverunt per suburbia fieri proclumando, ut unusquisque intraret villam cum suis victualibus infra triduam.* Lit. remiss. ann. 1411. in Reg. 166. Chartoph. reg. ch. 110. bis : *Colin Fouquet Trompille d'Evreux ala à Caen, et porta su Trompille.*

**TRONA**, Statera publica, seu *trutina*, apud Scotos et Anglos, unde forte corrupta vox, uti censet Somnerus, qui eandem putat cum ea, quam Angli *Troyweight* vocant. Statuta Davidis II. Regis Scotiæ cap. 39 : *Ordinatum sit, quod sit Trona ad lanas ponderandas in burgis regiis, per singulos portus regni, .... et sit in quolibet loco Tronarius, qui percipiat de Rege unum denarium de sacco.* Iter Camerarii Scotici cap. 1 : *Custunarii Trone.* Cap. 30 : *Et faciat, quod examinentur pondere Tronarum.* Adde Fletam lib. 2. cap. 12. § 15.

**TRONATORES**, Qui ad *tronam* lanas appendunt. Idem Iter Camerarii cap. 15 : *Tronatores calumniabuntur, quod non custodiunt officium suum in tentando (al. Tronando) lanas; sed quibusdam personis lanas tentant, etc.*

**TRONAGIUM**, Vectigal, quod pro *trona* pensatur, in Fleta lib. 4. cap. 1. § 16. Monastic. Anglic. tom. 1. pag. 976 : *Sint quieti de omnimodo pavagio, ... eariagio, picagio, terragio, Tronngio, pontagio, etc.* Vide Seldenum de Titul. Honorar. cedit. 1. part. 2. pag. 199. et Steph. Skinnerum in Etymologico Anglico. [Privilegium Lednini Abbat. S. Vedasti Atrebat. ann. 1036. e Chartulario ejusd. Abbatiae : *Majus pensum lanæ, fileti, uneti, casei Anglici III. den. pro thelon. et I. den. pro Tronagio... pensum casei Flamingi II. den. pro theloneo et pro Tronagio I. obol.*] Vide *Pesagiun.*

Ex iis emendo Litteras ann. 1353. apud Rymer. tom. 5. pag. 762. col. 2 : *Cum eadem lanæ, coria, pelles et plumbum debite Trovata et cokettata... fuerint.* Leg. *Tronata*, i. ad *tronam* appensa. Sic et in aliis ann. 1356. ibid. pag. 875. col. 1 : *Licentiam dedimus præfato Thomæ, quod ipse dietos centum saccos lanæ usque dictam villam Berewie dneere, et eos ibidem per Trovum (leg. Tronam) pro lanis ponderandis in portu villæ Novi castri deputatum (deputatam) in præsentia collectorum custumarum nostrarum in dicto portu Novi castri, per Trovatorem (leg. Tronatorem) nostrum in eodem portu Novi castri ponderare, etc.*

\* Nostris *Troneau* et *Tronel*, Stateræ species, verticillum, harpax, vulgo *Peson*. Lit. remiss. ann. 1386. in Reg. 130. Chartoph. reg. ch. 78 : *Lequel exposant prist un Troneau, nppellé plumes au pays (Meun-sur-Loire) duquel il pesoit à la main son chanvre, ses cordes, et denrées, etc.* Un *crochet* ou *Troneau* à quoy on poise fil, in aliis ann. 1401. ex Reg. 156. ch. 257. Aliæ ann. 1408. in Reg. 163. ch. 76 : *Cum Guillelmus Voleius..... caseos suos in plnten loci de Laurano venderet et cum pondere romanæ, Gallice Tronneau, ponderaret, etc.* Denique aliæ ann. 1393 in Reg. 145. ch. 231 : *Jehan des Champs d'un Tronel, dont l'en poise laine, run audit Jourdain pour le cuidier ferir.* Vide supra *Thronum*.

\* **TRONARE**, Concomerare; unde *Tronatura*, Concomeratio, fornix. Codex reg.

7887. fol. 3. vº : *Hæc sunt ornamenta quæ A. de Brucia subprior dedit Deo et beato Martiali..... Claustrum infirmariæ fecit Tronare, et tum Tronaturam quam parietes pingere.*

**TRONARIUM**. Charta Caroli M ann. 795. apud Ughellum in Episcopis Aretinis, inscribitur *omnibus Episcopis, Abbatibus, Ducibus, comitibus, Guastaldis, seu reliquis Tronariis, et cunctis fidelibus, etc.* [Suspecta vox, quam frustra quaesieris in aliis ejusdem Caroli Diplomatum. Hujus loco non semel occurrit *Centenariis*. An ita restituendum est? an legendum *Officiariis?*]

\* Jure suspecta vox; cum Charta ipsa, unde eruitur, commentis signa patentia præferat, ut notat Muratorius tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 123.

\* **TRONCHA**, **TRONCHIA**, **TRUNCUS**, stirps, Gall. *Tronc d'arbre*. Comput. ann. 1402. ex Tabul. S. Petri Insul. : *Pro duabus Tronchis pro dicto aisselin, xxxvj. sol.* Ibidem : *Pro tribus Tronehis d'orme ad faciendum aisselin etc.* Id est, tabulas, Gall. *Planches*. Pactum inter Humbert. dalph. episc. Gratianopol. ann. 1343. in Reg. 134. Chartoph. reg. ch. 34 : *Usque ad rivum de Barbello in pede ejusdam tronei seu Tronchie ejusdam arboris, nunc vocatæ Nux saneti Petri.*

\* **TRONCHETUS**, Sedile ligneum, ut videtur, in Charta ann. 1303. ex Chartul. parvo episc. Paris. fol. 165 : *Ratione unius auventi duorum Tronchetorum et unius fenestree, etc.* Un *Tronchet de bois*, in Lit. remiss. ann. 1415. ex Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 332. Vide *Truneus* 7.

\* **TRONCHIA**. Vide supra *Troncha*.

\* **TRONCHONUS**, Globus, Gall. *Bille*. Stat. crimin. nova Cumanæ cap. 80. ex Cod. reg. 4622. fol. 84. 1º : *Nullus homo nec puer, habens n decem annis supra, ludnt nec ludere debent..... in plateis publicis..... ad Tronchonum, nec ad boletam.*

† **TRONCIRE**. In frusta diffringere, Gall. *Troneonner*. Fori Alcaçonenses : *Et qui feriret de lancea aut de spada polaciada, peite 10. sol. et si Tronciret ad altera parte, peite 20. sol. ad quereloso.* Le Roman de Cleomades MS :

Maint escu pierché et troé,  
Iorent, quant furent ajousté,...  
Et mainte lanche Tronchonée.

*Tronchonneur*, pro jurgator, vel censor austerus, in Bestiario MS :

Chi mondes est si desloiaus,  
Et si traitres et si faus,  
Si cuvert et de male part,  
Si tronchonneus, et si guernart, etc.

\* *Tronsonner*, in Poem. du Chevalier Deliberé MS :

Ma lance si fut Tronsonnée  
Par forec de moy defendre.

*Destroncener*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1399. ex Reg. 154. Chartoph. reg. ch. 443 : *Icellui Guillaume deoppa et Destroncena par grant despit à Jehan de Cyrot arçonneur, la corde de son arçon. Tronçonner*, pro Obtruncare, vulgo *Couper le col*, in Chron. S. Dion. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 265 : *Jasoit ce que si anemi Tronçonassent ses gens comme berbis.* Ubi Aimoin. lib. 3. cap. 67. ibid. pag. 115 :

*Quamvis exercitus ejus more pecorum obtruncaretur. Tronsonner* vero et *Troncere*, pro *Truncare*, amputare, cædere, Hispan. *Troncar* et Ital. *Troncare*. Lit. remiss. ann. 1394. in Reg. 146. ch. 256 : *Icellui Guillot senty le ponce de Jehan son frere, qui le cuidoit par ce estrangler, le prist à ses dens, en tele maniere l'estraigny, que à pou qu'il ne lui Tronsonna.* Aliæ ann. 1468. in Reg. 195. ch. 160 : *Icellui Perrenet se print à copper et Troncerc lesdiz ornes.*

\* **TRONCONNUS**, *Fragmen*, Gall. *Tronçon*, Ital. *Troncoue*. Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 494 : *Sumpta ab eo quadam doua dolii seu Tronçonno unius latæ, etc.* Huc fortasse pertinet vox *Tronnsille*, in aliis Lit. ann. 1450. ex Reg. 185. ch. 34 : *Icellui Terrin embastonné d'une Tronnsaille etc.* Vide mox *Tronso*.

\* **TRONCUDUS**, Hispan. *Troncudo*, *Truncatus*, *discerptus*. Leg. Lusitan. sub Alph. reg. tom. 1. Probat. hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 11 : *Homo qui fecerit roxum cum ferro moludo, vel sine illo, vel dederit cum lapide, vel ligno Troncudo, faciat illum alvazir componere damnum.*

† **TRONCUS**, Arcula stipis recipiendæ in ædibus sacris, Gall. *Tronc*. Obituarium MS. Eccl. Morin. : *Die Dominica ad processionem ponuntur in Tronco per Canonicos in regressu processions 16. denarii.* Vide infra *Truneus* 3.

\* *Tronquet*, in Lit. remiss. ann. 1431. ex Reg. 174. Chartoph. reg. ch. 73 : *Le suppliant dist à icellui Drouet qu'il avoit enblé et emporté l'argent du Tronquet de l'église de Neufbourg.*

† **TRONOLIARE CAMPANAS**, in antiquo Consuetudinario Monasterii S. Marcellini Cantagilensis, Æra campana numerose modulategue pulsare, Gall. *Carillonner*. Vide *Trinion*.

\* *Tron*, Hispanis, *Sonitus*, *boatus*, *fragor*; unde Provincialibus *Tron*, *tonitruum*, ex Glossar. Provinc. Lat. Cod. reg. 7657.

\* **TRONSO**, a Gallico *Tronçon*, *Frustum*, *fragmentum*. Charta ann. 1407. in Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 311 : *Cum tribus pectis seu Tronsonibus piseis.* Vide supra *Tronçonus*.

† **TRONUS**, *Ligustrum Germanicum*, Gall. *Troëne*, *Species arbusculæ*. Charta Sangerm. ann. 1221 : *Dicti homines in prædicto nemore capient... Tronum, retortam, etc.*

\* *Tronne*, *Arboris species* vel *Dumus* videtur, in Lit. remiss. ann. 1374. ex Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 372 : *Jehan Denoiers son haigneux et malveilluns, accompaignié d'un appellé Rogier Quesnot, garnis d'espee et d'autres diverses armes, estoient de lez son chemin à l'ornille d'un boys et un val, appellé le vauchiel Simonin, en droit une Tronne.* Nisi idem sit quod vox *Troyne*, quæ *Viridarium sepimento clausum* sonat, ni fallor, in aliis Lit. ann. 1472. ex Reg. 195. ch. 702 : *A l'occasion de ce que Guillaume Reignet.... prenoit des paulx et cloisson en une Troyne ou propriété appartenant au suppliant et aux siens, etc.*

† **TROOF**, *Rapina*, *raptus*. Vide *Trof*. **TROPARIUM**, **TROPARIUS**, **TROPERIUS**, etc. Vide *Tropus*.



\* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7679: *Troparius, a Tropus, quia Troparii ornatos habent sermones, Gall. Sequencier. Lib. nig. eccl. S. Vulfr. Abbavil. fol. 29. vº: Unum collectarium, unum Troparium;..... un Tropier. Vide in Tropus, 1.*

\* **TROPELUS**, Grex, pecudum caterva, Gall. *Troupeau*. Charta Phil. VI. ann. 1328. in Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 217: *Ipsi pro quolibet grosso animali quatuor denarios Turon. et pro quolibet Tropello minorum animalium duos solidos Turon. solvere tenebuntur.* Charta ann. 1341. in Reg. 72. ch. 368: *Nisi tota custodia unimalium sive Tropellus infra dicta talia scienter vel aliter fraudulenter immitteretur vel custodiretur, ad uliquam pœnam minime teneantur.* Occurrit præterea in Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 72. ex Cod. reg. 4622. A. Vide *Tropus*.

\*\* **TROPHICUS**, Triumphalis. Atton. Polypt. apud Maium Vet. Script. tom. 6. pag. 53: *Heleus filium Constantinum Trophicus strenuum armis pancratiari christicolis.*

† **TROPHIUM**. Agnellus in Vita S. Ursicini Episcopi Ravenn. apud Murator. tom. 2. pag. 101. col. 1: *Edificatum est monasterium S. Petri, quod vocatur Orphanum Trophium.* Legendum unica voce *Orphanotrophium*, locus ubi nutriuntur orphani. Vide *Orphanotrophium*.

\* **TROPHONARIUM**, Idem quod supra *Troparium*. Ordinar. MS. S. Petri Aureval.: *Quæ responsoria et quæ antiphonæ debeant dici (in processione diebus Dominicis) non est opus at de ipsis mentionem faciamus, quia in parvis Trophonariis satis invenitur signatum.* Nisi sit pro *Antiphonarium*. Vide in *Tropus, 1.*

\* **TROPIA**, Imago, signum. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

**TROPPUS**, Grex, Gall. *Troupeau*. Lex Alamann. tit. 72. § 1: *Si enim in Troppo de jumentis illam dextricem aliquis involverit, etc. § seq. grexim vocat: Alia autem jumenta de grege, quæ lactantia sunt, etc.* Charta 15. inter Alamannicas Goldasti: *Trudo ad Monasterium S. Galli quidquid in die exitus mei de hac luce in pecuniâ causa non datum, et non usitatum, id est caballis domalibus, cum cætero Troppo, caballis cunctis, auro, argentoque, etc.* [\* Confer Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 5. col. 252. voce *Drupo*, et col. 488. voce *Troppus*.]

1. **TROPUS**, est quidam versiculus, qui præcipuis festivitibus cantatur immediate ante Introitum, quasi quoddam præambulum et continuatio ipsius Introitus, ut verbi gratia, in festo Nativitatis, ante Introitum illum *Puer natus est, etc.* præcedit tropus iste: *Ecce adest, de quo propheta cecinerunt, dicentes: Puer natus est, etc.* Continet autem tria Tropus, videlicet *Antiphonam, Versum, et Gloriam*. Ita Durandus lib. 4. Ration. cap. 5. n. 6. qui hæc subdit lib. 6. cap. 114. n. 3: *Hi autem versus Tropi vocantur, quasi laudes ad antiphonas convertibiles: Τρόπος enim Græce, conversio dicitur Latine.* Concilium Lemovicense ann. 1031. sess. 1: *Inter laudes autem, quæ τρόποι Græco nomine dicuntur, a conversione vulgaris modulationis, dum*

*versus sanctæ Trinitutis a cantoribus exclamaretur, etc.* Infra: *Angelico interea hymno cum Tropis, id est, festivis laudibus, ornatissime expleto, etc.* [\* Ademar. Hist. lib. 3. cap. 56: *Canonicis S. Stephani cum monachis S. Marcialis alternatim Tropos ac laudes cecurunt.*] Jam vero an Ecclesiæ Græcicæ τρόποι aliquid commune habeant cum Tropis Latinorum, vide quæ de iis commentati sunt Leo Allatius in Dissertat. 1. de Libris Eccles. Gr. pag. 62. 63. 64. Goarus ad Euchologium pag. 32. 434. 435. et Meursius in Glossar. [Adde Glossar. mediæ Græcic. col. 1617. a. 72. c. 507. a. 606. a. 610. d.] Regula SS. Pauli et Stephani Abbatum cap. 14: *Ne, quæ cantanda sunt in modum prosæ, eu quasi in lectionem uitemus; aut quæ ita scripta sunt in ordine lectionum utamur, in Tropis et cantilenæ arte nostra præsumptione vertamus.* Eckehardus Minimus de Vita B. Notkeri Balbuli cap. 16: *Et non solum ea, quæ beatus vir Notkerus dictaverat, verum etiam ea, quæ socii et fratres ejus in eodem monasterio S. Galli composuerant, omnia canonizavit, videlicet hymnos, sequentias, Tropos, litanias, etc.* [Adde Job. Abrinc. de Offic. Eccl. pag. 70. 139. et 145. edit. 1679. Chr. Trudon. tom. 7. Spicil. Acher. pag. 446. etc.]

**TROPI LUGUBRES**, apud Rupertum lib. 5. de Divin. Offic. cap. 27: *Qui extinctis luminaribus in ipsis Tenebris, præcipientibus cantutoribus, et choro respondente, flebili modulatione decuntantur, incipientibus a Kyrie eleison.*

**TROPONARIUS**, Liber continens τρόπους, id est, cantus, qui cum Introitu Missæ dicuntur, præsertim a Monachis.... Quidam etiam hunc librum Prosarum, a prosis appellant. Ita Beletus cap. 59. c. tex eo Durandus lib. 9. Ration. cap. 1. num. 26.

**TROPARIUM**, Eadem notione, in Vitis Abbatum S. Albani: *Missalibus, Tropariis, Collectariis, etc.* [Inventarium S. Martini Pontisar. ann. 1241: *Duo hynuarii grossati, octo Troparia, duo omiliarii.* Adde Gesta Episc. Cenoman. tom. 3. Analect. Mabillonii pag. 391. Catalogum Eccl. Syrac. apud R. Pirrum Siciliæ sacrag. pag. 137.]

**TROPARIUS**, pro *Troparium*. Liber continens tropus. Ordericus Vitalis lib. 3. pag. 485: *Plures dulcisonos cantus in Trophario et Antiphonario edidit.* Adde Synod. Exon. ann. 1287. cap. 12. Vide *Troparius*.

**TROPERIUM**, in lib. 3. Provincialis Ecclesiæ Cantuariensis. cap. 27. Lindwoodus, librum sequentiarum interpretatur, ut et Watsius. Necrologium Ecclesiæ Parisiensis 10. Kal. Aug: *Dedit nobis Missale, Lectionarium, Antiphonarium, Gradale, Psalterium cum hymnis, duos Troperios, duos Versarios, etc.* Adde Id. Aug. Ita etiam in Synodo Wigorniensis ann. 1240. cap. 1. et in Monast. Angl. tom. 3. pag. 323.

\* 2. **TROPUS**, f. Malus. Acta S. Prisci tom. 1. Sept. pag. 214. col. 1: *In qua (nave) nec aliqua pars solaminis invenitur, abjectis Tropis et antennis, omni solatio viduata clavorum, etc.*

\* Nostri *Trop*, ut et Itali *Troppo*, dixerunt, pro *Beaucoup*, fort, extrêmement, Admodum, valde, multum. Chron. S. Dion. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag.

183: *Soixante calices d'or Trop riche et Trop précieux.* Ubi Aimoin. lib. 2. cap. 8. ibid. pag. 49: *Pretiosissimi calices.* Hinc *Trop plus*, Multo plus, in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 47: *Icellui compaignon dist que en sa tasse avoit Trop plus que l'en ne lui avoit restitué.* Alviæ ann. 1405. in Reg. 160. ch. 102: *Pour ce qu'il estoit un grant bateau de gens, Trop plus fort et jenne que le suppliant.*

\* **TROQUERE**, pro Torquere. Lit. remiss. ann. 1351. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 97: *Ipsium per caputium cepit, illam Troquendo circa collum et de eo ejus faciem velando.*

† **TROSCELLUS**, Fasciculus. Vide in *Trossa 3.*

† **TROSISCUS**, pro *Trochiscus*, τροχίσκος, Medicamenti genus in orbiculos et pastillos fictum, Gall. *Trochisque*. Statuta Avenion. lib. 1. rubr. 21. art. 11: *In syrappis, cum servis (conservis) electuariis, oppiatis, pilulis, Trosiscis, pulveribus, etc.*

1. **TROSSA**, Troussa, Tributum, nescio quod. Gesta Abbatum S. Germani Autisiod. cap. 15: *Medietatem villæ de S. Gregorio a Joanne de Barris comparavit, gistum, costumus, Trossas, denarios, remanentiam hominum, etc.* Charta ann. 1304. in Tabulario Autisiodor. fol. 427: *Super hoc, quod dicti homines dicebant, posse ibidem sub nomine burgesie se transferre in posterum, et tallias dictorum Decani et Capituli, festagis, costumatis, et Trossas, et alias redevantias prædiules et reales propter hoc evitare.* [Trossæ porcorum, vel forte porcorum, aliis præstationibus adduntur, in Charta Guillelmi Abb. Floriac. ann. 1296. Codex MS. reddituum Episcopatus Autisiod. Charbuiaei: *Trossæ ad festum B. M. Magdal. 1. s. Trossæ de Wssello xxii. s. Touciaei: Trossæ et torchæ circa xx. s.*] Consuetudo loci de Troy in Biturigib. art. 4. apud Thomasserium: *Ladite Seigneurie a droit de prendre par chascun an le jour feste de S. Barnabé sur chascun des habitans de Troy ayant bestes à laine, un agneau, pourveu qu'ils aient 3. agnaux, lequel droit s'appelle la Trossæ.* Ejusdem fere nomenclaturæ ac originis videtur esse id genus præstationis, de quo ita Charta ann. 1553. pro Prædio et Baronia de Linieres, in eodem pag.: *Item ledit Seigneur a en ladite terre et Baronie de Linieres, et lui compete et appartient un autre droit appelle l'Estrousse et Malestrousse, qui est tel, qu'un chascun homme ou femme serf et de serve condition audit Seigneur, ou autres manans et demeurans au terroir de Biscoutau, qui ont recueilli soïn en l'année en leur prez ou autres heritages, doivent audit Seigneur par chascun an à chacune feste de Noël, 15. den. tournois rendus, conduits come dessus; et tous les habitans demeurans au terroir de Beaupuis, et chascun d'eux, qui ont bœufs, 12. deniers tournois; et ceux qui n'ont bœufs, et chascun d'eux doivent pour ledit droit de l'Estrousse et Malestrousse 6. deniers tournois à ladite feste de Noël, rendus, conduits come dessus.* Vide veteres Consuetud. Bituricensis apud Thomasserium pag. 332.

\* Charta Milonis de Marchais ann. 1210. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 122: *Agnum*



in die Maii, et curtes ad Natale, et la Trosse et vetturas omnimodas et corveas... quittum clamavimus. Ubi servitium videtur, quo subditi fenum in fasciculos tenentur colligare. *Trouvée de fourche* appellatur ejusmodi opera, in Charta ann. 1331. ex eod. Reg. ch. 570 : *Item chascuns bourgeois ou bourgeois..... paieroit en fenisons..... une journée, que on dit Trouvée de fourche ou de retel.* Sed legendum forte est *Courvée*, pro *Corvée*.

¶ 2. **TROSSA**, Polyspastos, Nautis nostris *Trosse* et *Trisse*. Occurrit semel et iterum in Informationibus Civitatis Massil. de passagio transmarino, e Codice MS. Sangerman. [\*\* Vide Jal. Antiq. Naval. tom. 2. pag. 399.]

\* Parum accurate, ut me monuit D. Falconet; *Trosse* quippe, et non *Trisse*, aliter *Chappellet*, est Orbicularium lignorum congeries, Isidoro *Maleoli*. Polyspastos autem multis trochleis constat. Lit. remiss. ann. 1407. in Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 345 : *Le suppliant s'en ala parler à un charpentier, qui lui promist de venir tailler ses Trosses.*

3. **TROSSA**, Fasciculus, Gallis *Trousse*, *Trousseau*. Charta Willelmi Comitis Nivern. in Tabulario Augustodun. Ecclesiae : *Si quis anodo in potestate hospitatus fuerit, pro 12. nunnis, et garba, et feni Trossa annutum salvus erit.* [Alia ann. 1165 : *Trossam feni habet dominus Bucardus in hominibus S. Germani, aut in prato aut in domo; si in domofenium non invenierit, Trossam palea accipiet.*] M. Pastorale Eccl. Paris. lib. 16. ch. 29 : *Excepta Trossa una straminis de unaquaque domo.* Charta Joannis Comitis Forensis ann. 1292 : *Remittimus charreium, et quandam Trossam fens (sic vel feirs) in quibus nobis tenebatur tum ratione tenementi sui, etc.* Tabular. Maurigniacense ch. 69 : *Tres Trossas straminis annui reditus.* [Pratum in quo fit una *Trossa feni*, in Indiculo censuali ann. 1391. In pago Bellijoci *Trossa feni* continet 300. libras, estque tertia pars *quadrigatae*, quæ 900. vel 1000. libras complectitur; in Forensi provincia *Trossa feni* æquivalat tribus *quintilibus*. Ordinatio ann. 1340. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 392. col. 2 : *Habeant duos hōnos equos et portet eorum quilibet malum Trossam cum lecto nostro et aliis opportunis.* *Trosse tractum*, Pharetra, corytus, in Monstris prope Chassagniam factis ann. 1511. nostris etiam *Trousse*, *carquois*. Litteræ Johannis Ducis Britan. ann. 1425. apud Lobinell. tom. 2. Histor. Britan. col. 999 : *Ceux qui sauront tirer de l'arc, qu'ils aient Tarc, Trousse, cappeline, coustille, etc.*

¶ **TROSSA**, **TROUSA**, Eodem uotione. Chartarium Maurigniac. : *De tribus modis vini, sex glanis alliorum et tribus Trossis straminis annui redditus nobis venditis, etc.* Tabularium Portus Regii : *Guill. de Chaponval debet v. sext. hybernagii et v. avenæ et 1. Trossam straminis.* Le Roman de Garin :

La veissiez toute Trose guepir.

¶ **TROSSUS**. Charta Bellijocensis ann. 1382 : *Sub servitio duorum Trossorum feni.*

¶ **TROSSIA**, in Libertatibus de Ponte Ursonis, inter Ordinatio. Reg. Franc. tom. 4. pag. 64r.

**TROSSULA**, dimin. a *Trossa*. Vide in *Redorsare*, [et in *Implagium* 2.]\* [Vide *Trossis*.]

**TROSSELLUS**, Idem quod *Trossula*, *Troussel* et *Trousseau*, in Consuet. Comitatus Burgund. art. 87. Britanniae art. 463. Trecensiar. 143. Meledunensiar. 277. Senonensiar. 268. Antisiodor. art. 253. et Catalaunensiar. art. 104. in quibus tamen locis [ut et in Testamento ann. 1457. apud Lobinell. tom. 5. Histor. Britan. col. 1478.] vox hæc sumitur pro ea suppellectile, quæ in augmentum dotis novæ nuptæ a parentibus datur. [*Troussellet* dicitur in Computo ann. 1459. eod. tom. 2. Histor. Britan. col. 1258.] Charta Odonis Ducis Burgundiae ann. 1199 : *Notum... me disse... unum denarium in unoquoque Trossello transeunte sive per Vergeium, sive per Vooget, ad emendum cereum luminarium, etc.* Hominia Nobilium Bressens. ann. 1272. apud Guichenonum : *Et quidquid tenet in pedagio de Loysa, videlicet in unoquoque Trossello unum obulum Parisiensem.* [Diploma Frederici II. Imp. ann. 1238. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 88 : *De quolibet Trossello vel soma transeunte plenam habent potestatem accipiendi XII. den. Vienn. Trosselli et fardelli, in Statutis MSS. Montispessul. ann. 1204. Adde Consuetud. Lugdun. ann. 1206. apud Menester. in Probat. Hist. ejusdem Civit. pag. 96. col. 2. Trossellus et Trossellus, in Litteris ann. 1291. tom. 4. Ordinatio. Reg. Franc. pag. 23. n. 39.]*

\* Eodem quoque nomine interdum appellata sponsi supellex. Lit. remiss. ann. 1407. in Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 342 : *Pour estre auxquelles noces et y corner, icelui de Baileul eust esté loué; et pour ce qu'il ne vint pas assez à heure pour aler querir les Trouceaux des fiancés, ainsi qu'il est acoustumé ou pais (Evreux), les affiés d'icelles noces ou leurs amis prièrent audit Jehan... qu'il alast corner pour querir les Trouceaux des fiancés.* *Troussouere* vero, Zona, cingulum, quo vestes succinguntur, in Lit. remiss. ann. 1469. ex Reg. 197. ch. 72 : *Une Troussouere d'argent sur ung tissu gris.* Alia ann. 1474. in Reg. 195. ch. 1026 : *Deux tissus, deux Troussoueres;... les deux Troussoueres, l'une ferrée d'argent et l'autre ferrée de boucles d'or ou au moins dorées.*

¶ **TROSSELLUS**, in Concessione ann. 1241. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 189 : *Unum denarium in quolibet Trossello transeunte.*

¶ **TROSSELLUS**, in Epistola Eugenii II. PP. tom. 3. Spicil. Acher. pag. 482. in Charta ann. 1301. e Regesto Olin, in Chronico Astensii apud Murator. tom. 61. col. 160. in Statutis Montis-regalis pag. 317. etc.

¶ **TROSSELLUS**, in Libertatibus Pontis-Ursonis, tom. 4. Ordinatio. Reg. Fr. pag. 64t. n. 42. in Codice MS. redditum Episcopatus Autissiod. *Trossellus* et *Trossallus*, in Charta ann. 1357. tom. 4. earumd. Ordinatio. pag. 208.

¶ **TROSSELLUS**. Charta ann. 1173. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 68 : *Concessimus Aicensi ecclesie... ut nomine pedagii XIII. denarii Podiensis monete de unoquoque Trossello... infra civitatem Aui-*

*cii accipiantur.* Alia ann. 1219. ibid. pag. 86 : *De qualibet grossa bestia, quæ portabit Trossellum vel mercaturam, levabuntur xv. Claromoutenses.*

**TROSSELLARIUS**, Qui *trossellum*, seu fasciculum deferret. Libertates MSS. Villæ-franchæ concessæ ab Archembaldo D. Borbonensi ann. 1217 : *Quisque Trossellarius semel in anno 4. denarios.*

**TROSSARE**, seu *Trossare*, Convasare, suppellectilem in sarcinas, seu *Trossillos* cogere, vulgo *Trosser bagage*. Knyghtonus ann. 1347 : *Sed franci nocte ante diem Jovis Trossaverunt quæcumque sua, que cariare voluerunt, et retraxerunt se loco suo, etc.* Le Roman de Garin MS. :

Trosser somiers, les charettes garnir.

Alibi :

D'or et d'argent fist charger quatre murs,  
Et autretant de bons pailles bofus,  
Cent palfrois et cent murs à feutrer,  
Quatre somiers d'or et d'argent Trosser.

[Le Roman de la guerre de Troyes MS :

Les Troiens ont encontrez  
De prissions et d'avoir Trossesz.

Et alibi :

Ses chiers avois fist enmler,  
Ses draps, ses robes fist Entorser.]

Itinerarium MS. Comitis Pontivi : *Et fai vostre maisnie lever, et Trouser, et aler leur voie, et tu renuins, et Torseras nostre lit.* Speculum Historiale MS. Joannis Abbat. Laudunensis, scriptum ann. 1488. lib. 11. cap. 54 : *Lors fist Monsieur Rober d'Artois deloger son ost, et Trousser ses tentes.* ¶ **TROSSARIUS**. Idem, ut puto, quod *Trossellus*, fasciculus. *Troussaire*, in Pedagio Bapalmarum ex Chartul. Corb. 21. fol. 359. vº : *De la Troussaire de toile XII. den. ob.* Vide locum in *Perfinelli*.

¶ **TROSSATUS**, Divisus, intercisus, interruptus. Statuta Arelat. MSS : *In omnibus robinis de Camargiis, per quas transeunt viae publicæ, quæ sunt Trossate per dictas robinas, illi quorum sunt dictæ robinæ, teneantur facere pontes.*

\* **TROSSERIA**, ut *Trossa* 3. Fasciculus, supellex quælibet in fascem collecta. Capit. pacis ad calcem Stat. MSS. Massil. ex museo meo fol. 104. rº. col. 2 : *Concessit dictus dominus comes..... frauguesiam..... de omnibus bonetis seu Trosseriis, seu de pedagio, quod solvebatur seu consuetum erat solvi, occasione bonetarum seu Trosseriarum ipsi vel dominæ comitissæ seu alii eorum nomine; ita quod ratione bonetarum seu Trosseriarum seu eorum, quæ in bonetis seu Trosseriis portabuntur nec (nil) solvere teneantur.* Charta ann. 1354. in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Viennæ* fol. 56. vº : *Sint de cetero liberi et immunes..... a bastis, cellis et malis seu Trosseriis.*

\* **TROSSIS**, Vasis genus; unde diminut. *Trossillus*, eodem sensu. Invent. MS. ann. 1356 : *Item tres Trosses baucallorum, etc.* Charta ann. 1248. in Chartul. Guill. abb. S. Germ. Prat. fol. 113. vº. col. 1 : *Item licebit nobis et ecclesie nostræ habere bannum singulis annis in dicta villa de Antogniaco de duabus tonis, quæ ibi sunt, vel aliis tantumdem tenentibus, cum duobus Trossillis pro implagio.* Ubi male editum *Trossulis* in *Implagium* 2.



¶ **TROSSO CEREBI**, Fragmen seu pars cerei, ni fallor, forte sic dicta a Gallico *Tronçon*, Fragmen. Tractatus Nazarii Thesaurarii cum Capitulo Autissiod. ann. 1398: *Item tenetur singulis diebus ministrare unum parvum Trossonem Cerei per longum Matutinarum super gradus in medio ardentem, in quo quilibet qui vult lumen recipit, vocatum Reggipant*. Proprie vero Gallica vox *Tronçon* de lancearum assulis accipitur, pro qua *Trons* usurpat le Roman d'*Athis* MS :

La lance au Duc en *Trons* vola.

\* Idem quod mox *Trossus*. In loco autem ibi laudato, pro *Reggipant*, legitur *Regppant* inter Probat. Hist. Autiss. pag. 131. col. 2.

\* **TROSSUS**, Thyrus. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Trossus, id est, Caulis*.

¶ **TROTANUS**, Idem qui *Trutanus*, Erro, hariolus, mendax. Otto Frising. in Prologo de Gestis Frederici I. Imp. apud Murator. tom. 6. col. 637: *Sed quisquis fuit ille propheta seu Trotanus, qui hoc promulgavit, videat si in futuro adhuc aliqua expeditione implendum expectetur*. Vide *Trutani*.

**TROTARE**, **TROTTARE**. Ugutio: *Succusso, frequenter succutio, et succussare, dicitur Trotare, et Succussatura dicitur Trotatura, et Succussator, Trotator equus dicitur, unde illud: Gradarius equus mollis incessus, sine succussatura innitens. Equi Trotatores, apud eundem Ugutionem. Vincentius Belvac. lib. 32. cap. 21: Itaque iter arripimus,.... et equitando, quantum equi Trotare poterant,.... omni die properabamus. Cap. 25. sub finem: Mutatisque frequentias equis, nullatenas parcebatur eis, sed equitabamus velociter ac sine intermissione, quantum poterant equi Trotare. Vide *Tottonarius*. Petrus de Crescentiis lib. 9. de Agricult. cap. 6: *Equitator faciat ipsam (equum) per agros aratos summo mane Trotare, etc.* [Trotare legitur apud Murator. tom. 12. col. 809. Ludewig. tom. 8. Reliq. MSS. pag. 67. *Trottans*, pro *Equus*, apud Martenijum tom. 6. Amplissimæ Collect. col. 3.]*

Salmasius ad Hist. Aug. vocem a *Tolutare* deducit: *Tolatate*, inquit, *Tlotare, et inde nostrum, Troter*. Nam totulum incedere equus etiam dicebatur, qui *trepidabat*. Hinc *tolutarii* et *tolutares equi*, qui et *trepidarii*; [a *torquere* vero, quod *trotator* equus sessorem torqueat, Carolo de Aquino in Lexico Milit. quod, si lubet, consule.] Sed longe potius videtur vox orta a pedum equorum ita ambulantium sonitu.

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Trotar, Prov. succussare. Trotiar, succussarius. Trossel, succussatura, involticium*. Hinc *Trotier* appellatur equus, qui totulum graditur. Lit. remiss. ann. 1369. in Reg. 100. Chartoph. reg. ch. 287: *Un bon et bel coursier et deux gros rousins Trotiers*. Unde *Troturer*, Citato gradu ambulare, in aliis ann. 1410. ex Reg. 164. ch. 376: *Le suppliant entré dedens la chambre, ..... commença à Troturer ou aler par icelle chambre*.

**TROTARI** dicebantur adulteri, qui per

urbem nudi tradebantur. Ea enim fuit apud Francos nostros recepta in adulteros et adulteras pœna; quemadmodum olim apud Pisidas, ut auctor est Nicolaus Damascenus apud Stobæum serm. 42. pag. 292. [\*\* Adde Tacit. German. cap. 25.] Charta Aymonis de Sabaudia D. Baugiaci pro villa de Sagiaco, ann. 1266. apud Perardum: *Pro adultero 6. sol. tam in adultero, quam in adultera nobis... retinemus, aut Trotabantur nudi per villam, si dictam pœnam pecuniariam voluerint evitare*. Consuetudo Valentia in Aginnensi provincia ab Edwardo I. Rege Angliæ indulta, quæ habetur in Regesto Constabulariæ Burdegal. fol. 142: *Adulter et adultera, si in adulterio reperiuntur, et clamor factus fuerit, vel videbitur per homines fide dignos, vel in iudicio ostensum fuerit, in 100. sol. quilibet pro iustitia puniatur, vel nudi Currant villam, et sit optio eorumdem*. Libertates Salvæterræ in Ruthenis ann. 1284, et Novæ Bastidæ in Occitania ann. 1298: *Si quis in adulterio deprehensus fuerit, Currat per villam, ut in aliis villis nostris fieri consuevit, aut solvat nobis 300. solidos, et quod voluerit, habeat optionem eligendi*. Libertates Aquarum-Mortuarum: *Adulter sine justificatione Currat nudus. Fori Morlanensis cap. 26: Si aliquis vel aliqua cum alterius uxore vel marito captus vel capta fuerit, totam villam Currant uterque nudus*. Similia habentur in Charta Libertatum Bellævillæ ann. 1233. in Consuet. Saligniaci et Riomagii in Arverniana ann. 1270. Libertates Villæ Martelli in Lemovicibus ann. 1219: *Quicumque habitator villæ Martelli cum aliqua uxore in eadem villa captus esset, et probatus adulter, Trahetur per genitalia nudus, et adultera nuda*. Charta Ildefonsi Regis Aragonum ann. 1187. pro libertatibus villæ Amiliani, (Milhau) in Regesto Lud. Hutini Reg. Franc. fol. 7: *Item constituimus, ut captus vel capta in adulterio non Currant de nocte, sed de die, et ne redimatur crimen illius pecunia, et ne pro reatu mariti uxor non rea damnum sequatur, nec pro uxore sua maritus non reus aliquod damnum incurrat*. His addenda sunt, quæ narrat Otho Frisingens. lib. 2. de Gestis Frederici I. et Joinvilla noster pag. 95. Vide præterea *Lurbeum* in Chronico Burdegalensi ann. 1317. Marcam in Hist. Beneharn. lib. 4. cap. 17. n. 8. [Franchisias Bauciaci apud Guichenonum in Probat. Hist. Bressiæ pag. 63. Libertates Moirenci ann. 1164. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 16. col. 1. Inquisitionem Vienn. ann. 1276. ibidem pag. 25. col. 1. ubi videre est *trotationi* aliquando adjuncta fuisse verbera. Adde Libertates S. Georgii de Esperanchia ann. 1291. ibid. pag. 28. et 29. ubi statuitur, ut *unus sine alio Trotari non debeat*, i. adultera simul cum adultero Trotari debeant.]

\* Libert. Petræ-assis. ann. 1341. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 647: *Item quod si aliqua persona in adulterio deprehendantur, currant per villam, aut ambo solvant sex libras Turonenses, et habeant deprehensi electionem de predictis; sic tamen quod non teneantur solvere nec currere, nisi nudus cum nuda vel vestitus cum vestita, brachis seu femoralibus baissatis seu depositis*.

**TROTARIUS**, **TROTERTIUS**, Cursor, vel pe-

dissequus. Petr. II. Rex Aragon. in Charta MS. confirmationis Liber'atum Catalanæ: *Mittantur nuncii per vicarios et alios officiales nostros pro citationibus faciendis, qui nominentur Correus, (curritores, cursores) vel Trotarii, et credatur eis pro sola oblatione citationis*. Charta civium Biterrens. in Regesto Carcassonensi fol. 17: *Facit se vocari G. de Lodeva, quia fuit Troterius sive garcifer D. G. de Lodeva quondam*. [Capitulum gener. MS. S. Victoris Massiliens. ann. 1218: *Prohibemus ne scutarii vel Trotarii eorum (Visitorum) deferant vestes frepatas*. Rursum ibi: *Quilibet uno equo et Trotario sit contentus*. Concessionis Episcopi Telon. Canonici ejusd. Eccl. ann. 1223: *Canonici qui tenebunt equitaturas, possint tenere Trotarium et scutiferum, qui comedant in canonicis*.] Adde 30. Regestum Archivi Regii Ch. 57. Le Roman d'*Aubery* MS :

Ou son garçon, ou son serjant Trotier.

Le Roman de Girard de Vienne :

N'y a ribaut, ne fol garçon Trotier,  
Qui ne demaint avaine à un somer.

Statuta Gallica MSS. Ordinis S. Joannis Hierosol.: *Et quant il chevauchoit, il avoit 4. chevaucheurs avec soi, et un frere sergent, et 2. chevaux, un tricoplier, un escripvain, un Trotier ou deux quand il vouloit, etc.* [Vide *Tripaire*.]

\* *Trote-à-pié*, in Mirac. B. M. V. MSS. lib. 2 :

Qui parleront plus bel c'uns pages,  
C'uns Trote-à-pié, ne c'uns corlieus.

**TROTTONARE**, pro *Trotare*. Andreas Aulæ regiæ Capellanus in Amatoriis: *Præterea turpes nimis et indecentes decenter equitabant caballos, scilicet macilentos valde, et graviter Trottonantes, et neque fræna habentes, etc.*

**TROTINGI**, *Joculatores*, Papiæ. Lex Longob. lib. 1. tit. 16. §8. [\*\* Aistulph. 6.]: *Dum quidam ad suscipiendam sponsam cujusdam sponsi cum paranympis aut Trotingis ambularent, perversi homines aquam sordidam et stercoratum super ipsam jactassent, etc.* Editio Heroldi pag. 257. *aut Trotingi ambularent*. [Codex Estens. : *cum paranympa et Thoringis*, teste Muratorio tom. 1. part. 2. pag. 91. col. 1. ubi per *Trotingos* lubentius intelligeret Comites sponsæ sive paranympas, quam joculatores. Ejusdem opinionis est Vossius lib. 2. de Vitiis serm. cap. 18. Vide *Druchte* et *Trutanus*.] [\* Vide supra *Trossellus*.] [\*\* Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 5. col. 519. voce *Truhtinc*.]

¶ **TROTTA** apud Italos, Piscis notus, Gall. *Truite*. Acta S. Francisci de Paula tom. 1. Aprilis pag. 145: *Non potuerunt capere anguillam, sed ceperunt Trottam*. Vide *Trocta*.

**TROTTARE**, **TROTTONARE**. Vide *Trotare*.

¶ **TROVA**, **TROVATOR**, etc. Vide *Trona*.

¶ **TROUCADA**, Morbus equinus. Miracula MSS. Urbani V. PP: *Quidam mulus suus casu fortuito cadit in terra seminortaus, credens quod malum fuisset de vivis sive Trocadis, quod vulgariter Goutes appellatur*.

**TROUSSA**, Gall. *Trousse*. Vide *Trossa* 1. et 3.



† **TROWENTUS**, Aremoricis *Trowent*, Moletrina, cujus molæ ventorum vi versantur, Gall. *Moulin à vent*. Necrologium Abbatie de *Daoulas* diœc. Kimperl. : *Habemus medietatem in duobus Trowent cum pertinentiis suis apud Lanhurnel in parochia Hansvec*. Pluries occurrit ibi.

† **TROXES**, vox Hispanica. Vide *Pomera* 2.

† **TROYA**, Sus femina, Gall. *Truie*, Ital. *Troja*. Legitur in Statutis Astæ collat. 7. cap. 1. et collat. 11. cap. 64. *Troya saubage*, i. silvestris, in Consuet. Beneharn. Vide *Truia*.

\* **TROYLLIUM**, Molendinum. Vide supra *Troillum* 1.

\* **TRUA**, Instrumentum, quo lanam seu pilos pannorum extrahi prohibetur, in Stat. pro arte parat. pannor. Carcass. renovat. ann. 1466. ex Reg. 201. Chartoph. reg. ch. 121 : *Item quod nullus poterit nec debet cardare aliquem pannum..... cum Trua, sub pœna confiscationis panni*. Latinis *Trua* dicitur vas, quo aqua e coquina in lavatrinam fundi solet; quæ notio huc non pertinet.

\* **TRUAGIUM**, Vectigal, tributum, *teloneum*; quæ vox a nostratibus varie effertur. Arest. ann. 1401. 14. Jan. in vol. 9. arestor. parlam. Paris. : *Neque cuiquam licet vectigal aut Truagium seu pedagium inducere*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Trunge que l'en paye aux mariniers, teloneum*. Charta Margar. comit. Fland. ann. 1271. in Reg. 38. Chartoph. reg. ch. 84 : *Li église de Foisni est quitte de wienage, de Treuage et de toutes autres exactions en nostre tiere de Flandres*. Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 109. ch. 189 : *Jehan Potier qui menoit ou faisoit mener par-dessus le pont de Sée certaines denrées, pour lesquelles il estoit tenu de paier certain Treuage ou reddevance, à cause du passage d'icellu pont*. Vitæ SS. MSS. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. ubi de S. Math. fol. 246. rº. col. 1 : *Saint Mathe laissa les raisons de la paie des Treuages non parfaite, etc.* Charta ann. 1331. in Reg. 72. ch. 28 : *Chascun tonneau de vin, qui sera chargez audit port, paie-ront deux soulz de petits Tournois..... pour tout Treutage et pour toute cousture de vin... A recevoir ledit treu et costume sera établi un homme etc.* Sed et *Truage* dicitur id, quod a recens advenientibus, potationis causa, exigitur, in Lit. remiss. ann. 1409. ex Reg. 164. ch. 29 : *Lesquelx jeunes compaignons dirent que icelle femme, qui estoit venue d'estrange pays si près d'eulx, paieroit son Truage, ninsi que jeunes gens ont acoustumé de faire*. *Truiette*, Præstationis annuæ species, inter Redit. comit. Campan. ex Cod. reg. 8312. 5. fol. 90. rº : *Item le sres a..... en la ville de Fenges une rente, appelée la Truiette*. Quæ omnia a voce *Treu*, pro tributo, originem habent. *Trehu*, apud Joinvil. in S. Ludov. edit. Cang. pag. 86. *Subside ou Trehuz*, in Ch. ann. 1270. ex Tabul. S. Mich. in Eremo. *Trahu*, eadem notione, in Consolat. Boetii MS. lib. 1 :

Champaigne avoit lonc temps heu,  
Par un prevost qui gouvernoit,  
Maletoite et grant Trahu,  
Qui le Peuple grevé avoit.

Hinc *Sergent de la commune True*, Tribu-

torum seu *talliarum* collector et exactor, in Charta Rudolphi ducis Lothar. ann. 1345. ex Chartul. Romaric. : *De toutes bestes et aultres meubles pris ou parrochage de Brueires et ès appendances de la prevostei de celui lieu de nostre commandement par les sergens de la commune True de Lothorainne, et par les nostres..... Elles n'entendent point queteir telle action qu'elles puent et doivent avoir contre les signours et gouverncours de ladite commune True et contre nous*.

\* *Trehu* præterea sumitur pro quavis præstatione domino exsolvenda. Consuet. Castell. ad Sequanam ex Cod. reg. 9898. 2 : *Mondit seigneur de Lengres a ung droit et Trehu, appellé tierces de ble's en plusieurs terres estant ou finaige dudit Chastillon, qui est tel, que de tous les blefs et grains, qui croissent en icelles terres, y prend de unze gerbes une gerbe..... Item..... a ung droit et Trehu, qui est tel..... que quiconque..... labouré à charue, doit chacun an à mondit seigneur de Lengres trois courvées de la charue.... Item que mondit seigneur de Lengres avec mondit seigneur de Bourgoingne a droit de prendre..... de toutes personnes foraines, qui viennent demeurer audit Chastillon ung Trehu, qui s'appelle franc uarchieff et estel-laige... Item que audit Martigny sont plusieurs mex et maisons qui doivent chacun an ung Trehu, appellé messaiges, etc.* Lit. remiss. ann. 1481. in Reg. 207. Chartoph. reg. ch. 369 : *Morice de Curel fermier de certain Treheu, qu'on lieve sur les blez et farines, etc.* Vide in *Trutanus*.

† **TRUANUS**, Mendicus, *Truand*. Vide *Trutanus*.

† **TRUBIA**, Rete piscatorium. Charta ann. 1424. in Statutis Perusiæ pag. 31 : *Eis licitum sit.... piscari.... ad rettes, (retia) navissim, Trubiam, etc.* Vide mox *Trubla*.

**TRUBLA**, Compotus Præpositura Parisiensis ann. 1333 : *De Præpositura Montislerici, de hllagio, ... de Trubla d. 100. de pondere et costuma bestiarum, etc.* Nostris *Truble* est instrumentum piscatorium, cujus mentio est in aquarum et silvarum constitutionibus apud Mallavillæum cap. 90. Charta Philippi Ebroicensis ann. 1320. pro incolis Mellenti in Tabulario Prioratus S. Nicasii fol. 72 : *Lesdiz habitans pourront pescher en nos rus de Meulent et des Muriaux à la Truble et au panier tant seulement*. Vide *Trullia*.

† **TRUBLATOR**, Qui *Trubla* piscatur. Charta Floriac. ann. 1250 : *Item debet habere unum anserem de quolibet novo Trublatores*. Frequentes sunt qui *Trubla* piscantur in Ligeri : iis *Trubla* dicitur circulus ferreus cum retiolo perticæ annexus, capiendus piscibus in piscinis et ripis accomodatus. *Troubleau*, in Consuet. Aurelian. art. 169.

\* **TRUBLIA**, idem quo *Trubla*, Instrumentum piscatorium. Lit. remiss. ann. 1387. in Reg. 131. Chartoph. reg. ch. 39 : *Et inde altero ipsorum accedente quæstium quamdam Trubliam fili,.... de dicta piscatura sive serva cum dicta Trublia quatervinti pecias piscium..... furtive ceperunt*. Vide supra *Trebula*.

**TRUBLIUM**, *Parapsis*, Papiæ; perperam *trubuum*, in MS. ex Gr. τρῦβλιον, quod idem sonat.

**TRUBUCULUS**, Machina bellica. Vide *Tribus*.

**TRUCA**, Cista, locellus, German. *Truhe*, Gallis *Luseau*. Eberhardus Altahensis ann. 1296. de Henrico Ratisp. Episcopo : *Se-pulchrum similiter sibi longe ad... fabricavit et prævidit juxta altare B. Virginis in majori veteri Ecclesia Ratisponensi : similiter Trucam etiam, in qua sepeliri debuit, cum vestibus funeralibus ibidem impositis, in memoriam continuam mortis suæ per eosdem annos habuit locatam a latere lecti sui*. [\*\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 5. col. 511. voce *Truh*.] Scribit Petrus Resenius in Notis ad Jus aulicum Canuti II. Regis Daniæ pag. 629. Danis *Trug*, et *Tru*, alveolum, vas concavum, vel lintrem significare; ut Islandis, *Trog* et *Trua*, lintrem.

† **TRUCANUS**, pro *Trutanus* : quod videsis.

\* **TRUCHA**, Piscis fluviaticus notissimus, Gall. *Truite*, Hisp. *Trucha*. Charta ann. 1303. ex Tabul. D. Venciæ : *Quod nulla persona castri ipsius.... sit ausa..... piscari turtures sive Truchas in aqua Nar-tubiæ..... Et ne turtures sive Truchas destrui et dissipari valeant tempore quo gravant etc.* Vide *Trocta* et mox *Truta*.

\* **TRUCHETUS**, f. Vallum, fossa, aquæ receptaculum. Charta Joan. dalph. ann. 1316. in Reg. 87. Chartoph. reg. ch. 84 : *Sicut labitur rivus Raimberz usque ad Truchetum de Mollis, et a dicto Trucheto, sic ut protenditur via publica a dicto Trucheto versus fontem Geneveysii*. Vide supra *Tromperium*.

\* **TRUCIDUM**, *Boudin*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Vide *Tucetum*.

† **TRUCILARE**. Vide mox in *Truculare*.

**TRUCINA**, Temeritas, insultatio, pertinacia. Decreta Calomani Reg. Hung. lib. 1 : *Si quis ad conventum Episcoporum et Comitum venire neglexerit... Trucinam compenset*.

**TRUCINARE**. Rigordus in Philippo Aug. ann. 1185. de Jocularibus : *Et cætera ineptias Trucinantibus buccis in medium eructare non erubescunt*. Vide *Trutanus*.

\* *Inflare*, tumefacere, ut videtur; unde Gallicum *Trouser*, eodem intellectu. *Besti-ar*. MS :

Volentiers fait Trouser ses joes ;  
Li goupils en toutes saisons  
De gelines et de capons.

**TRUCLUDE**, *Alea*, in Glossis Arabico-Latinis.

† **TRUCTA**, Piscis notus, aliis *Trutta*, Gall. *Truite*. Vide *Crassomtus*, *Dursus*, *Trocta*, et consule Gesneri expositionem de *Truttis*.

† **TRUCTE**, Paranympus. Vide *Druchte*.  
† **TRUCULARE**, *Trucidare*, Johanni de Janua; *Tormentis*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. Auctori Philomelæ v. 17. *Truculare* vel *Trutilare* est Turdorum voce clamare : pro quo in *Baulare* legitur *Truculare*.

\* **TRUDA**, *Trudes*, idem quod *Trudio*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Truda, trocte*.

**TRUDANUS**, *TRUDENNIS*. Vide *Trutanus*.



\* **TRUDERE**, *Bouder*, in eod. Glossar. f. pro *Bouter*.

**TRUDIO**, Gregor. Turon. de Vitis Patr. cap. 4: *Senuit autem sacerdos Dei, et in tantum etate proventus est, ut sputum oris in terram projicere non valeret, sed adhibito labiis Trudione, in eam salivas oris exponeret. Videtur diminutivum Trudis, qui Isidoro lib. 18. cap. 6. in Gloss. Arabico-Lat. et Joanni de Janua, dicitur Contus et fustus ferratus, quo naves trudentur. [Vide *Truca*, *Trullio* et *Trullio*.]*

**TRUEGA**, Sus, ex Gallico *Truie*. Charta ann. 1342: *Item 25. inter porcos et Truegas.*

\* **TRUEIA**, Sus femina. Gall. *Truie*. Stat. Avenion. ann. 1243. cap. 106. ex Cod. reg. 4659: *Pro porco vel Trueia..... quatuor denarios. Vide Truega.*

1. **TRUELLA**, Trulla, *Ferrunlatum*, quo parietes linuntur, Papiæ, ex Gall. *Truelle*, Charta ann. 1163. apud Brolium in Hist. Parisiensi lib. 2. [et Lobinell. tom. 3. pag. 64:] *Domini autem Papa reliquias inter altare posuit, et accepto instrumento, quod vulgo Truella dicitur, easdem cemento intro sigillavit. Vox forte formata a Latinorum Trua, de qua voce Varro lib. 4. de L. L. cap. 25. et Nonius cap. 1. num. 68. [Vide *Sagoma*.]*

\* 2. **TRUELLA**, a Gallico *Truau*, Sequimodium continens in quibusdam locis, mensura annonaria. Charta Phil. abb. de Cultura ann. 1224: *Reddet dictus abbas.... quatuor sextarios avenæ de forragio ad legale mensuram minori adequati, ad Truellam cumulatam et semel pulsatam. Vide Trugga.*

\* **TRUELLIUM**, ut supra *Troillum* 1. Molendinum, quo olivæ aliave grana ad oleum conficiendum premuntur. Charta Henr. regent. Dalf. ann. 1322. in Reg. 101. Chartoph. reg. ch. 105: *Concedentes eidem Soffredo quod ipse ac hæredes et successores ipsius soli et in solidum possint molendina, butistoria, gauchatoria, Truella, seu alia asiamenta sanchia, que aqua mediantia operantur, in dicto loco et ejus mandamento..... construere..... Quod dicti Soffredus, hæredes ac successores ipsius..... possint compellere omnes habitantes in dicto castro et ejus mandamento molere, bannire, gauchire et Trulliare ad molendina, bauchoria, Troillatoria prædicta.*

† **TRUERERE**. Vita S. Cæsarii Arelat. Episc. lib. 1. n. 26: *At ille publica voce, elevatis oculis et manibus in cælum, dixit: Domine Jesu Christe, ne in loco ultra apri accessum habeant. Et eadem hora usque in præsentem diem nunquam ibi Truerunt, etc. Quidam habent nutrierunt; sed truerunt præfert Mabillonius, cui truerere idem videtur ac destruere, quod apris optime convenit. Malim a Gallico veteri Truir, pro Truover, inveniri, vocem deducere: ita ut sensus sit, ex eadem hora usque in præsentem diem nunquam ibi inventi sunt.*

\* Fortassis male scriptum vel lectum Truerunt, pro Fuerunt. [\* vel Ruerunt.]

**TRUFA**, TRUFFA, TRUPHA, Frans, nequitia, jocus. Guill. Britto in Vocab. 1. *Nuga dicitur Trufa, unde Nugor, aris, nugas [f. Trufas] facere. Gloss. Lat. Gall.: Nuga, Truffe. Jo. Brompton. in Ricardo I: Minæ sunt, et quasi Truffæ, quas loqueris.*

Cæsarius lib. 2. Mirac. cap. 25: *Ille cogitans qualiter liberaret puellam, hujusmodi Trupham invenit. [Trusam male editum apud Ludewig. tom. 2. Reliq. MSS pag. 108.] Alberic. in Chron. MS. ann. 1239: Heu me, inquit, quamdiu durabit Truffa ista. Raymundus in Summula:*

Sed quis sortilegas compescet ab hac mulieres,  
Sectas et Trufas harum qui scribere vellet.

Vide Will. Thorn. pag. 2064. Vita B. Angelæ de Fulgino cap. 6. Indicem error. Valdensium § 15. Synodum Colonensem ann. 1280. can. 4. Michaëlem Scotum lib. 4. Mensæ Philosophicæ cap. 43. [Gesta Archiep. Trevir. apud Marten. tom. 4. Ampliss. Collect. col. 277. Synodum Avenion. ann. 1340. apud eund. tom. 4. Anecd. col. 564. Trecorensem ann. 1435. ibid. col. 1140. Chronicon Petri Azarii apud Murator. tom. 16. col. 331.] etc. W. Guiart:

Et ne euit pas emplir mes pages  
De Trufes, ne de faufelues,  
Dont les histoires sont velues.

[Le Roman de la Rose MS:]

Certes je tendroie à grant Truffe,  
Qui droît que tu fusses hom.

Neque alio sensu Trulle apud Philippum Mouskes in Henrico I:

Et l'Abbé qui sot mult de Trulle,  
S'en ala droit en Palle.

Huc etiam, ni fallor, revocandum est *Trut*, quod pro fallacia, dolo vel fraude usurpat Poeta vetus in Historia Johannis IV. Ducis Britan. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 730:

Francois prenoit trop divers noms  
Pour faire paour aux Bretons;  
Mais ils savoient plus de vieil Trut  
Que vuelle truie qui est en rut.

Alias *Tracth* veteribus Aremoricis idem est quod nostris *Flaterie*, Blanditiæ, teste Lobinello.] Vide Christianum Pisanam 1. part. du *Tresor de la Cité des Dames* cap. 4. 24. H. Stephanus *Trufer* a Græco τρυφῶν, subannare, deducit: Ferrarius a *trophæ*, alii a Germanico, etc.

¶ Ex iis emendo Litteras ann. 1342. apud Rymer tom. 5. pag. 305: *Et quanvis per diversos tractatus, per Trussas et ambages, nos diu protraxit sine fructu etc. Lego Truffas.*

\* *Truffe* inter ornatus muliebres recensetur in Diario regni Caroli VII. pag. 511. ad ann. 1429: *Les hommes ardoient tables et tabliers..... et les femmes les atours de leurs testes, come bouveaux, Truffe, etc. Haud scio an huc spectet vox Trufflet, in Lit. remiss. ann. 1385. ex Reg. 127. Chartoph. reg. ch. 41: En laquelle bourssette laditte femme avoit pris..... un Trufflet, qui estoit à clochettes de plon.*

**TRUPARE**, TRUFFARE, vel TRUFFARI, Illudere, fallere, apud eundem Cæsarium, lib. 5. cap. 29. et in Vita B. Angelæ de Fulgino cap. 23. Mamotrectus ad 28. Isaïæ: *Illudere, i. Trufari et deridere.* [Rursum occurrit in Actis SS. tom. 2. Apriis pag. 825. tom. 4. Maii pag. 538. tom. 1. Junii pag. 791. tom. 2. pag. 733. apud Marten. tom. 2. Anecd. col. 1454. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 833. Rober-

tum Avesbur. in Hist. Eduardi III. Regis Angl. pag. 209. 241. Murator. tom. 12. col. 950. tom. 16. col. 394. tom. 19. col. 388. etc.] *Le Roman du Chevalier au Barisel:*

Mais que gi vois pour aus Trufer.

\* *Truffler*, pro *s'Amuser*, se divertir, Nugari, jocari, apud Christ. Pisan. in Carolo V. part. 1. cap. 16: *Avec ses serviteurs par bonne familiarité se Truffloit de paroles joyeuses et honnestes. Unde additur Se Truffler en raille ou moquerie, in Lit. remiss. ann. 1453. ex Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 317. cum in malam partem accipitur.*

\* Aliud sonat vox Gallica *Trufflet*, Ictum nempe in faciem, ni fallor, in Lit. remiss. ann. 1397. ex Reg. 152. Chartoph. reg. ch. 184: *Icellui Riviere respondit qu'il esconvenoit que le suppliant eust un Trufflet, qui est à dire un cop.*

**TRUFATOR**, apud eundem Cæsarium, et in Cont. Nangii ann. 1351. *Trufandie* Occitanis. [Barator et Trufator, in Memoriali Potestatum Regiens. ad ann. 1284. apud Murator. tom. 8. col. 1163. *Abusores sive Truffatores*, in Synodo Trecor. ann. 1435. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1140. et Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 1609. *Truffatores et terrarum exploratores*, in Synodo Salisburg. ann. 1456. apud Hansizium tom. 2. German. sacre pag. 505.] Matth. Silvaticus: *Ambagus*, id est *Trufarum, vel vagum*. Will. Guiart:

Si vraiment come en ce livre  
Ne veuil les Trufecurs ensivre  
Qui pour estre delitables,  
Ont leurs Romans emplis de fables.

† **TRUFATORIUS**, Dolosus, fraudulentus. Processus ann. 1306. in Probat. Libertatum Gallic. cap. 39. n. 20: *Archidiaconus... comparavit, proponendo multas exceptiones Trufatorias, etc.*

\* **TRUFATORIUS**, Jocosus, facctus. Lit. remiss. ann. 1385. in Reg. 127. Chartoph. reg. ch. 16: *Verba Truffatoria seu jocosa et ociosa ad tempus eludendum inter se profervendo, etc. Vide supra Trufare.*

† **TRUFFATICUS**, Eadem notione. Charta ann. 1377. e Bihl. Regia: *Incepimus eis dicere, quod ista erat oblatio temptativa et videbatur Truffatica.*

† **TRUFATICE**, Jocose. Vita S. Contardi, tom. 2. Aprilis. pag. 449: *Arbitratus aliquos insolentes et juvenes in campanilis vertice fore, qui sonitum hunc Trufatice causarent.*

† **TRUFABUFA** et TRUFEBUFA. Sic in Ecclesia Lugdunensi nuncupatur Solemnis nominatio, quæ publice 23. Decembris fit, eorum qui in officiis divinis festivitatis Natalitii Christi deservire debent, voce, ut videtur, composita ex *Bifarum* et *Trifarum*, uti appellantur ii, qui ad bifaria vel trifaria officia designantur. Ordinar. MS. Offic. divin. Eccl. Lugdun.: *Item panitarius debet facere candelas Trufebufe. Huc spectat Monachus Sangall. lib. 1. de Carolo M. cap. 5: Fuit autem consuetudo ut magister Scholarum designaret pridie singulis quod responsorium cantare deberent in nocte Nativitatis Christi.*

† **TRUGGA**, Mensura frumentaria, de qua hæc habet Th. Blount in Nomolexic. e Codice MS: *Tres Trugge frumenti vel avenæ*



*faciunt 2. bushels. Anglis Trugg proprie alveus est atque ferculum humerale, quo utuntur cæmentarii, Saxon. Trog.*

† **TRUIA**, Sus, Gall. *Truie*. *Duas Truias et octo porcellas*, in Archivo S. Victoris Massil. Vide *Troya*.

\* **TRUIGA**, Sus femina, Gall. *Truie*. Consuet. Carcass. in Reg. L. Chartoph. reg. ch. 3: *Nec quis vendit... carnem de Truiga pro carne porci*. Vide *Truia*.

\* **TRUITA**, a Gallico *Truite*, Piscis fluviatilis notus. Charta ann. 1220. inter Instr. tom. 12: Gall. Christ. col. 389: *Moriente comite Gebennensi, successor ejus hominum faciet et fidelitatem jurabit domino Tarentaisei archiepiscopo, et nomine recognitionis duas magnas Truitas (dabit)*. Vide infra *Truta*.

\* **TRULA**, **TRULLA**, Instrumentum piscatorum, vulgo *Truble*. Charta ann. 1267. in Chartul. Buxer. part. 12. ch. 11: *Ego Guido dominus de Choun..... confiteor religiosos Buxerie habere in dictis aquis usuium plenum piscarie seu piscationis..... ad Trulam, si necesse fuerit et voluerit*. Alia Boson. episc. Catalaun. ex Chartul. Monast. in Argona fol. 9. r<sup>o</sup>: *Concessit... piscationem cum Trulla in aqua sua pro infirmis*. Vide *Trubla* et *Trullia*.

† **TRULIO**. Scriptura ann. 780. tom. 3. Concil. Hispan. pag. 90: *Domus... tres vasos Salomoniegos, et XII. culiaves argenteos, et I. argenteam Trulionem*. Vide *Truca* et *Trullio*.

1. **TRULLA**, Joanni de Janua, *Bombus vel sibilus anæ, quia trudendo emittitur*. Florentinis, *Trullare*, est pedere, sonitum ventris emittere. [Vide *Trullus*.]

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 *Trulla, vesse ou pet*. Occurrit etiam in Glossar. Prov. Lat. ex Cod. 7657. Ital. *Trullo*.

\* 2. **TRULLA**, Astutia, dolus, fraus. Mirac. S. Gundech. tom. 1. Aug. pag. 185. col. 1: *O qualem Trullam adveniunt Eichstettenses clerici pro pecunia obtinenda! Trulle, nostratibus, eadem acceptance, ut videre est in Trufa*.

† **TRULLARE**, Uvas prælo premere, Gall. *Pressurer*, alias *Truiller*. Transactio inter Abbates et Monachos Crassenses ann. 1351. e libro viridi fol. 53: *Quod Ortolanus prædictus recipiat... finium totum stabulorum omnium... et totam vindemiam Trullatam tempore vindemiarum*. Litteræ ann. 1354. tom. 4. Ordin. Reg. Franc. pag. 296. n. 15: *Lidit habitant ne moorront, cuirront, Truilleront à autres molins, fours et Treuls, que aux nostres; se n'estait par le deffaut desdiz molins, des meuniers; desdiz fours, des fournisseurs; desdiz Treuls, des Treullours: et se autrement le faisaient, cils qui autrement le ferait, paierait cinq sols d'amende avec le profit, c'est assavoir la mousture, le fournaige et Truillaige*. Vide *Trolium* et *Trullum* 1.

† **TRULLARIA**, *Ζωμύροτρον*, in Gl. Lat. Gr. Vide Casaub. ad Theophr. Charact. pag. 221.

**TRULLIA**, Instrumentum piscatorum. Charta Otton. Comitum Burgund. ann. 1281. apud Perardum: *Eis concedimus et donamus perpetuo piscariam liberam in ripariis de Lupa et de Clovia alte et basse pro voluntate sua, ad vernale, ad Trulliam, et ad*

*alia omnia genera ingeniorum, absque nave et sagena, et magno rete*. Sed videtur legendum *Trubliam*. Vide *Trubla*.

\* **TRULLIARE**, *Truellio* premere. Vide supra *Truellium*.

**TRULLIO**, Olla vel trulleum, apud Octavium Horatianum lib. 4. Rer. medicarum pag. 94. [Vide *Trullio* et *Inferturia*, ubi legitur *Trullo*.]

1. **TRULLUM**, Torcular, *Pressoir*. Charta Hugonis Ducis Burgundie ann. 1253. apud Perardum pag. 476: *Banuunt Trullorum, furnorum, vinorum, nemorum, vinulemiarum, etc.* Infra: *Et in furno de 12. paubus grossis et parvis, et de placentis, et de pitancis, unam præstare (tenentur) et in Trullis pro pressura suarum uvarum de singulis mortis vini sextarium dimidium.... reddere debent*. [Vide *Trolium* et *Trullare*.]

† 2. **TRULLUM**, Vas vinarium. Frodoardus lib. 14. Carm. cap. 18. de S. Columbano:

Et quondam liquor emissus famulante cliente,  
Nec tamen effusus pervadeus claustra coronæ  
Spargit humum, quin insuetu petit agnoscere cælum,  
Tollitur in vacuum, duplicatque cacumine Trullum.

Vide alia notione mox in *Trullus*.

**TRULLUS**, Ædificium rotundum, *σφαιροειδές*, concameratum in formam ovi, unde *ὠοειδὸν* etiam quibusdam appellatum: quo quidem nomine dicta præ cæteris ædes in Palatio Constantinopolitano, in quo habita Synodus, quæ inde *Trullana*, vel in Trullo dicitur, uti pluribus a nobis observatum in Descriptione ædis Sophianæ n. 32. ubi etiam id nominis Byzantinos Scriptores tribuere potissimum docuimus excelso et sublimi hæmisphærio, quod toti ejusdem ædis structuræ incumbit, *σφαιρικὸν* et *τρούλλον* promiscue appellantes. Anastasius in Sergio PP: *Trullum vero ejusdem Ecclesie fustis chartis plumbeis cooperuit atque munit*. A forma concamerationis rotundæ, *Trullum*, *Ciburium*, interpretatur Papias; nam ea fuit Ciborium, uti alibi docuimus. Vide Glossar. med. Græcit. col. 1618. et in voce *ἄστρις*, col. 1787.

**TRULLUM**, vel **TRULLUS**, Quævis ædes, a forma scilicet tecti in rotundam concamerationem confecti. Gesta Innocenti III. PP. pag. 146: *Pene omnes capi fecerunt, et in Trullo Joannis de Stacio violenter includi*. Infra *Domus Joannis de Stacio* dicitur.

\* **TRULUS**, Machinæ bellicæ jaculatoriæ species, vel *Jaculum*. Stat. Mutin. ann. 1306. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 484: *Eligantur unus dominus et unus notarius pro qualibet porta, qui faciat parari trabucos, sive manganos, balistas grossas, sagittamenta, Trulos, et alia necessaria*.

\* **TRUMA**, Plaga, contusio, Gall. *Meurtrissure*. Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 110. Chartoph. reg. ch. 159: *Johannes de la Treille.... venit quadam die Jovis... ad dictum Michaellem clamando alta voce, Michael amice, ecce ventrem meum, qualiter et quomodo Johannes del Bume vulneravit, et michi fecit Trumas, quæ apparent in ventre meo*.

† **TRUMÆ**, *Πζρωτίδες*, in Gl. Lat. Gr. *Strumæ*.

† **TRUMBA**, Buccina, Ital. *Tronba*.

Godefridi Viterb. Pantheon tom. 7. Muratorii col. 420:

Veuit et imperii gestivit in urbe cornam,  
Organa cum cithara, fistula, Trumba sonant

Vide *Tromba* et *Trumpa*.

† **TRUMBA**, Fistula seu pars cava tormenti bellici, in qua lapis ejiendus ponitur. Chronicon Tarvisin. apud Murator. tom. 19. col. 754: *Est enim bombardia instrumentum ferreum fortissimum cum Trumba anteriore lata, in qua lapis rotundus ad formam Trumbe imponitur, habens canoniem a parte posteriori secum conjungentem, longum bis tanto quanto Trumba, sed exiliorem, in quo inponitur pulvis niger artificiatum cum salnitrio et sulphure, etc.*

† **TRUMBARE**, *Trumba* canere, buccinare, Ital. *Trombare*, Gall. *Trompeter*. Chron. Parm. ad ann. 1282. apud Murator. tom. 9. col. 800: *Equitaverunt... et iverunt prope Cremonam... et ibi diu steterunt et Trumbaverunt, et nemo exivit ad eos*.

† **TRUMBATOR**, Qui canit *trumba*, Ital. *Trombatore*, Gall. *Trompette*. Legitur in Computo ann. 1333. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 279.

\* **TRUMELATOR**, a veteri Gallico *Trumelleur*, f. *Scortator*, libidinosus, a voce *Trunel*, femur. Vide mox *Trumlières*. Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 34: *Prædictus Fromage dixit et reprobat præfato des Poulies, quod ipse non erat nisi quidam assidator scotorum et etiam Trumelator, publicusque lusor tallorum*. Quæ Gallice sic habentur in Reg. 90. ch. 119: *Lequel Fromage reprocha et dist audit des Poulies que il n'estoit que un asseur d'escoz, Trumelleur publique et joueur de dez*.

† **TRUMEN**, *Τρύμνος τρυμνώσων*, in Glossis Lat. Græc. Vulcanicus suspicatur emendandum, *τρύμνος τρυμνώων*. Martinus mallet, *Turben*, *τρύμνος*, *τρύμνόν τι*. Hunc consule.

**TRUMMETA**, Tuba, *Trompette*. Thwroczius in Ludov. Rege Hungar. cap. 22: *Cui Tribunus cum Romanis potioribus per quatuor milliaria Gallicana, vestibus seu pannis purpureis ad hoc specialiter sub uniformitate aptatis, solenniter in Trummetis, et diversi generis musicorum apparatus, circa centum personas de una vestitura bene induti obvium venientes, etc.* [Vossius lib. 2. de Vitiis serm. cap. 18. legit in recto *Trummetum*, a Germanico *Trumme*, vel *Trummen*, Belgis *Trommel*.]

**TRUMPA**, Buccinæ species, *Trompe*, *Trompette*, Italis *Tromba* et *Trombetta*. Gloss. Theoticæ. Lipsii: *Drumbon, tuba*. Alibi: *Triumbon, tube*. Lexicon Cambro-Britannicæ. *Trwmpis, tuba*. Vitæ Abbatum S. Albani: *Tuba, quam vulgus Trumpam vocat*. [Vossius lib. 2. de Vitiis serm. cap. 18. vocem hanc deducit a veteri Germanico *Trompe*; unde, inquit, et Gallicum *Trompe* et Ital. *Tromba*, et Hispan. *Trompa*: Belgæ usitatus *Trompet*: Angli et *Trump* et *Trompet* dicunt.]

† **TRUMPETIS**. Litteræ ann. 1482. apud Rymer. tom. 12. pag. 160: *Assignavimus... marinarios, magistros navium, soldarios... alios artifices pro hujusmodi navibus necessarios quoscunque, et homines vocatos Trompettis*. Non alios puto quam



Tubicines, Angl. *Trumpeters*, nostris *Trompettes*.

\* Qui ignem, dictum *Trompe*, in naves hostium projicit, nostris etiam *Trompette*. Lit. remiss. ann. 1405. in Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 131: *Un appellé Gabriel le Peschcur Trompette de ladite barge, etc.*

† **TRUMULIERES**. Locus best in *Armatura*. Vide *Trilices Loriceæ*.

\* *Trumelieres*, apud Joan. de Meun, *Oceræ* seu femorum armatura, vulgo *Cuissarts*. *Trumiau*, pro *Jambe*, Crus, tom. 2. Fabul. pag. 226:

Cela a escoriè ses Trumiaux,  
Qui sont gros devers les talons.

*Trumcl*, Vervecis femur vulgo *Gigot*, in Lit. remiss. ann. 1423. ex Reg. 172. Chartoph. reg. ch. 414: *Un Trumcl de mouton, qui avoit esté mengié par les compaignons. Le Roman de Garin:*

Un pauvre gars tot le Trumiaux rostis.

Ibidem:

Quatre ribanz toz les Trumiaux rostis.

\*\* **TRUNCAGIUM**. Commissiones ann. 5. Edward. II. reg. Angl. Northunbr. rot. 11. in Abbreviat. Rotul. tom. 1. pag. 186: *Rex commisit Henrico de Percy custodiam castri regis de Baimburgh cum Truncagio regis ibidem et redditu in villa de Wacnemuth habendam quamdiu regi placuerit, reddendo inde per annum 110. libr.* Ibidem pag. 193. ann. 6. ejusd. Linc. Dors. rot. 3: *Rex concessit Isabellæ de Bello Monte dominæ de Vescy... in recompensacionem pro castro de Baimburgh cum Truncagio regis ibidem et redditu, etc.* Ita etiam pag. 220. 224. etc. Pag. vero 156. ann. 1. ejusd. regis scribitur *custodiam castri regis de Baimburgh cum Truncagio regis ibidem et redditu* etc. Et pag. 145. ann. 33. Edward. I. cum turn. regis.

**TRUNCARIUS**, *Papia*, *Devorator*.

† **TRUNCATA**. Charta Willelmi Ducis Aquitan. ann. 1087. apud Beslium pag. 404: *Dederam in civitate de levagio salis duas partes. Dono etiam eis Truncatas a stagno usque ad fluvium Clennis.* Vide *Truncus salis* post *Truncus*. 7.

† **TRUNCATIO**, Obtruncatio, amputatio. *Truncatio digitorum*, in Cod. Theod. lib. 7. tit. 13. leg. 5. *Truncatio capitis*, in Chronico Dom. de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 583.

**TRUNCATUM**, pro *Trunco*, apud Adamnanum lib. 1. de Locis SS. cap. 11.

\* **TRUNCATURA**, Mutilatio, amputatio. Lit. remiss. ann. 1334. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 236: *Item probare intendit dictus Algerius... quod (Petrus) in fine suo et post finem corpus suum seu cadaver erat et fuit et apparuit omnibus qui viderunt, palpaverunt et tenuerunt absque aliquo vulnere et absque aliquo ictu, Truncatura, vel macatura, vel lesura.* Vide *Truncatio*.

† **TRUNCATUS**, Amputatus, vox haud prorsus ignota. *Truncatus caligas in modum penitentis habere dicuntur* Canonici Regularis, in Epistola Odonis ejusd. Ord. tom. 2. Spicil. Acher. pag. 535.

† **TRUNCHETUS**, Pœnitentiæ genus apud Monachos. Vide *Truncus* 7. Statuta Sangerman. in Probat. Hist. ejusd. Abbatiae

pag. CLXXI: *Item si aliquis fuerit in sententia Truncheti, non debet radi, donec fuerit absolutus.*

† 1. **TRUNCHUS**, Decretus, statutus, definitus, ut *Trancher* dicimus pro præcise decernere. Statuta Vercell. fol. 74: *Prædicta omnia et singula sint Truncha, præcisa et jurata, et inviolabiliter serventur, etc.*

\* Vide supra *Trencator*.

\* 2. **TRUNCHUS**, Arcula in ecclesiis ad recipiendas fidelium eleemosynas, Gall. *Tronc*. Charta ann. 1286. in Suppl. ad Miræum pag. 142. col. 1: *Retinentes nobis... medicatam oblationum,..... quæ fiend in denariis,..... sive projiciantur vel ponantur in Truncho infra ecclesiam civicam, vel extra.* Vide *Truncus* 3.

\* **TRUNCIA**, Cæsiō, putatio; dicitur de ramis arborum truncatis. Inquisit. forestæ Britolii in Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 2. fol. 137. v<sup>o</sup>. col. 2: *Unam quadrigam (habent) ad fagotos de residuis asinorum; et post primam Trunciam, residuus, quicumque secet arborem.*

1. **TRUNCUS**, *aut Lapis cavus, ubi aqua, unde sacra lavantur, effunditur*, in ædibus sacris, apud Gillebertum Lunicensem Episcopum de usu Ecclesiastico.

2. **TRUNCUS**, Vas apum, in *truncis* arborum. Vetus Charta apud Augustinum du Pas in Stemmat. Armoric. pag. 823. [et Lobinell. tom. 2. Hist. Brit. col. 173:] *De panagio et de herbagio, atque de omnibus vasis apum, quæ vasa Truncos vocant vel Eroisa.*

\* Charta Petri episc. Tull. ann. 1179. inter Probat. tom. 1. Annual. Præmonstr. col. 553: *Dedit etiam prædictus Odo prædictis fratribus Truncos mustarum (leg. muscarum) de nemoribus in banno de Baigneval, ubicumque inventi fuerint.*

2. **TRUNCUS**, Arcella, cujusmodi in Ecclesiis nostris prostant ad recipiendas fidelium eleemosynas, sic dicta, quod trunci arboris speciem referat; vel quod cæ arcellæ ex truncis arborum cavatis fieri solerent. Radulfus de Dico to ann. 1166: *Collectam Jerosolymitanorum usibus destinadam Truncis in singulis Ecclesiis adacta sera conclusit.* Gervasius Episc. Sagiensis Epist. 3: *Pecunia Truncorum, qui fuerunt in singulis Ecclesiis institui.* Innocentius III. PP. in Epist. quæ habetur in Gestis ejusdem Pontificis pag. 74: *Ad hæc in singulis Ecclesiis Truncum concavum poni præcipimus... ut et in eo fidelis quilibet, juxta quod Dominus eorum mentibus inspiraverit, suas elemosynas firmitate statuta deponere in remissionem eorum peccaminum moneantur.* Occurrit præterea in Charta Henrici II. Regis Angl. apud Gervasinum Dorobern. ann. 1166. in Synodo Exon. ann. 1287. can. 12. Cicestr. ann. 1292. can. 5. [in Anecdotis Marten. tom. 4. col. 376. 640. 1300. in Charta ann. 1178. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 348. in alia ann. 1291. tom. 10. Spicil. Acher. pag. 277. in alia ann. 1313. tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 201. in Statutis S. Capellæ Paris. apud eumd. Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 157. in Concilio Hispal. ann. 1512. tom. 5. Concil. Hispan. pag. 9. Vide *Truncus* et] Joseph. lib. 9. Antiq. Judaic. cap. 8. etc.

4. **TRUNCUS**. Adalardus lib. 2. Statutor. Corbeiensium cap. 1: *Et unusquisque habeat ad hortum excolendum, sive ad alias necessitates explendus, fussorios 6. (fossoria) bessos 2. securas 2. dolotociam, taratra 2... falculia 2. falcem 1. Truncos 2. cultrum 1. seeram 1. etc.* [\* Genus ferramenti quod truncat, Guinaldo. Idem forte quod *Fractorium* apud Notker Psalm. 73. verso 6: *Mit partam unde mit Stichele brachen sie sia, In dolabro et fractorio dejecerunt ea.* Ubi *Vulgata in securi et ascia dejecerunt eam.* Vide Schmeller. Glossar. Bavar. tom. 3. pag. 609.]

5. **TRUNCUS**, Stipes, ad quem alligantur rei. Andreas Suenonis lib. 7. Legum Scanicar. cap. 1: *Ac sic capto, nec licet ei Trunco pedes infingere, nec manus vinculis colligare.* Charta Rudolphi Imp. ann. 1277. in Metropoli Salisburg. tom. 1. pag. 390. et 394: *Furcas seu patibula, Truncos, et alia tormenta, quibus reorum crimina puniuntur, publice erigenda, concessio ipsis etiam quod Bannum vulgariter appellatur.* Vide *Cippus, Lignum*. [\* *Haltaus*. Glossar. German. voce *Stock*. col. 1747.]

† 6. **TRUNCUS**, Truncati seu mutilati membri extremitas, Gall. *Moignon*. Passio S. Savini Episc. tom. 2. Miscell. Baluz. pag. 52: *Tunc Savinus Episc. [cui manus abscissæ fuerant] posuit Truncos suos super oculos cæci, etc.*

† 7. **TRUNCUS**, Sedile ligneum et humile. Guido lib. 2. Discipl. Farf. cap. 16: *Nullus libat in refectorio sedens in sedilium suppedaneis aut puerorum Truncis.* Vide *Trunchetus*.

**TRUNCUS SALIS**. Charta Alexandri PP. III. in Tabulario S. Nicasii Mellentensis fol. 10: *In theloneo aque 10. libras, et decimum Truncorum salis, etc.* Alia Philippi Regis Franc. ann. 1195. fol. 14: *Totam decimam de redditu salis Truncorum per aquam transentium, etc.* [Vide *Truncata* et *Truninus*.]

† **TRUNGULUS**, Κολοῦζός, ἐγκώλεζός, in Glossis Lat. Græc. Mutilus. Adde Græc. Lat.

† **TRUNINA**. Acta consecrationis Ecclesiæ Parthenonis de Epeia dioc. Veron.: *Urbanus (III. PP.) consecravit et confirmavit propriis manibus altare S. Mariæ, quod est intus subtus Truninam.* Ubi legendum videtur *Tribunau*. Vide in hac voce.

† **TRUNUS**, Thronus. Charta ann. 1480. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 1617: *Et festum inque Dom. Episcopus, (Corisopit.) equum suum ascendens... versus dictam ejus civitatem ad introitum suum gressus suos direxit; et ipso applicato in Truno juxta lapidem consuetum sessionis ac delationis suarum subtus arborei quercus in eodem Truno infra dictum burgum de loco Mariæ, dominis Archidiacono, Thesaurario, Canonicis... processionaliter cum cruce eidem R. in Christo Patri... obviam accedentibus, etc.*

**TRUPHA**, Fraus, nequitia, jocus. Vide *Trufa*.

† **TRUSA**, pro *Trufa*. Vide in hac voce. \* **TRUSALE**, Pugio. Chart. ann. 1329. in Lappenb. Origin. Hanseat. Probat. pag. 322: *Item si aliquis sociorum sociis omnibus considentibus introierit in societatem cum Trusali, vel armis aliis, etc.* Vide ibi



Glossarium in hac voce et mox *Trusorium*.

† **TRUSIO**, Trudendiactio, ejectio. Vita S. Leodegarii apud Duchesium tom. 1. pag. 601: *Camque alter pro perpetrato scelere datus fuisset in exsilii Trusionem.*

**TRUSORIUM**, Instrumentum ferreum, quo aliquid trucidat. Ericus Upsaliensis lib. 3. Hist. Suecor. ann. 1287: *Intraverunt cum parva lucerna 7. viri armati, quorum unus Regis caput cum manu supposita, grosso Trusorio perforavit. Vide Trusale.*

† **TRUSSA**, pro *Truffa*. Vide in *Trufa*.

**TRUSSARE**, **TRUSSILLUS**. Vide *Trossa*.

**TRUSTIS**, Fides, fiducia, ex Germ.

*Trost*, vel *Trust*, aut Teutonico *Tröost*, quod idem sonat, præterea solamen, solatium, levamen, etc. Marculfus lib. 1. form. 18: *In manu nostra Trustem et fidelitatem visus est conjurasse, id est, fidelitatem sacramento firmasse. Capitulare ann. 779. cap. 14. et Lex Longob. lib. 3. tit. 4. § 2. [\*\* Carol. M. 11.]: De Truste facienda, ut nemo præsumat ad nos venient mansionem vetare, et quæ necessaria sunt, sicut vicino suo ei vendat. Ubi Boherius: Exponit de Truste facienda, i. regali servitio faciend.* Glossæ aliæ *Caballicatam*, hoc loco *Trustem* interpretantur, sed perperam: est enim *Trustem* facere, fidem, seu, ut posteriores locuti sunt, *hominum Regi præstare*. Lex Salica tit. 43. § 4 *Si quis eum occiderit, qui in Truste dominica, est, etc.* Ita tit. 44. § 2. et in Recapitul. ejusdem Leg. § 31. Lex Rip. tit. 11. § 1: *Si quis eum interfecerit, qui in Truste Regis est, etc.* Homo ex Truste regali, in eadem Lege Sal. tit. 66. § 2. Quibus locis *In truste dominica, In truste Regis*, vel *Ex truste regali* esse dicuntur qui Regi ipsi fidem jurarunt quod Procerum præsertim fuit, quos inde *Antrustiones* vocarunt, *Fideles* ii postmodum dicti. Vetus Codex MS. Pacti Salici ex Bibl. Regia, pro eo, quod habetur in edito: *Si quis eum occiderit, qui in Truste Dominica est, etc.* hæc præfert: *Si quis Antrustionem Dominicam occiderit, Malb. Malcha, 24. denariis, qui faciunt solidos 600. culpabilis judicetur.* Id præterea omnino declarat Marculfus formula laudata, cujus titulus est, *De Regis Antrustione* [vel *Antrustione*, ut est apud Lindenbrogium form. 47:] *Rectum est, ut qui nobis fidem pollicentur in læsam, nostro tueantur auxilio. Et quia ille fidelis, Deo propitio, noster, veniens ibi, in palatio nostro, una cum armania sua in manu nostra Trustem et fidelitatem nobis visus est conjurasse, præterea per præsertim præceptum decernimus ac jubemus, ut deinceps memoratus ille in numero Antrustionum computetur. Et si quis fortasse eum interficere præsumperit, noverit se virgildo suo sol. 600. esse culpabilem \* judicetur.* Ubi *Antrustio*, seu *Fidelis* fidem Regis proficitur, et vicissim Rex tuitionem ac patrocinium ob juratam fidelitatem *Antrustioni* pollicetur. Fiebat autem ejusmodi *Trustis*, seu fidelitatis sacramentum, a fidelibus, more *Francico*, in manus Regis in *vassaticum* manibus commendatis, Sacramento interdum ad sanctas Reliquias præstito ut est apud Continuatores Aimoini lib. 4. cap. 64. Quam quidem fidelitatem *Hominium* postmodum appellarunt. Vide *Commendatus, Fidelitas, Hominium, Vas-*

*saticus, etc.* Fuisse autem *Antrustionum* summam dignitatem ex eadem Lege Salica tit. 32. § 20. edit. Heroldi, colligitur, ubi, *si quis Salecus Salecum castraverit, 600. solidis culpabilis judicetur; si quis vero Antrustionem castraverit, 1800. solidis culpabilis \* judicetur.* Et tit. 74. ejusdem edit. hominis ingenui *Chreodiba* luitur solidis 600. *Antrustionis* 1800. id est triplo. Unde cum viri Salici et ingenui inter nobiles haberentur, consequens est, *Antrustiones* viros fuisse in aula Regis primarios. Adde tit. 76. ejusdem edit. ubi locis citatis *Antrustio* editum habetur.

**TRUSTIS** pro eo, qui in *Truste Regia* est. Ita videntur vocem hanc usurpare *Capitula Caroli C. apud Carisiacum ann. 877. cap. 20: Nullus homines nostros sive alios deprædare audeat, ... quod si aliquis præsumperit, in triplo componat, sicut ille, qui in Truste dominico committit.* Ubi observanda triplex compositio in eo, qui *trustem* occiderit, seu qui in *truste Regis* est, quod et habent *Leges Salicæ* et *Ripuariæ*, ut et *Marculfus* locis laudatis.

**TRUSTIS**, non omnino eadem notione, occurrit in *Decretione Chlotarii Regis* post *Legem Salicam*, apud *Bignonium* pag. 182: *De fiscalibus, ut contra dominum censuimus, pro tenore pacis jubemus, ut in Truste electi Centenarii ponantur, pro quorum fide atque sollicitudine pax prædicta servetur. Et quia propitiant Domino inter nos germanitatis charitas indisrupto vinculo custodiatur, Centenarii inter communes provincias licentiam habeant latrones persequi, vel vestigia assignata minare, et in Truste, qua defecerit, sicut dictum est, causa remaneat. Ita ut continuo capitale ei qui perdidit, reformare festinet, et latronem perquirat; quem si in Truste perinvenerit, medietatem sibi vindicet, vel delaturam.* Supra § 3. de latrone: *Qui si in Truste invenitur, medietatem compositionis Trustis adquirit, et capitale exigat latrone.* Ubi *trustis* non est, qui in *truste regis* est, sed provincia ipsa suo quæque Principi subdita, et *fide* obstricta. Ejusmodi igitur verborum sensus est, ni fallor, in hac *Childeberti* *Decretione*, quæ pars est pacti ejusdem Regis cum *Chlotario Rege*, ut verba ipsa satis ostendunt, et recte observatum a *Bignonio*. Injungitur ergo *Centenariis*, ut in qualibet *truste*, i. in utriusque Regis provinciis *fide* sibi obstrictis, eligantur *Centenarii*, qui latrones persequantur, ita ut si defecerint, i. si eos comprehenderit in *truste*, seu in provincia alterius Regis, in ea latronis causa peragatur, ipsaque *trustis*, seu dominium Regis ipsius, ubi captus fuit, medietatem compositionis habeat, ut perinde *trustis alia*, e qua profecti sunt *Centenarii*, alteram.

Posteriorem locum de latrone paulo aliter ex MS. refert *Eccardus* pag. 138. *Trustemque* ibi interpretatur eum, qui jussu Regis excubat et vigiliis fungitur. Sed *Schilterus* in *Glossario Teuton. V. Drost, Trustem* *Decretionis Chlotarii*, eodem quo *Cangius*, sensu explicat per *fines provincie scilicet sive territorium fide Regi obstrictum.* [\* Vide *Grimm. Antiq. Jur. Germ.* pag. 269. 275. et 943.]

\* **TRUSULA**, **TRUSULLA**, **Strigilis**. *Glos-*

*sar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7679: Trusulla, estrilles.* Aliud ann. 1352. ex Cod. 4120: *Trusula, instrumentum clientium.* (sic)

† **TRUSULUS**, ὁ ἐν μὲν πύργῳ, in *Glossis Lat. Græc. pro Turusulus* vel *Torosulus*. Th. Marsil. ad *Persium* pag. 33. *Italis Trusulo*, *Nanus*, nostris *Nain*.

† **TRUTA**, *Quidam piscis, quia vim habet trudendi, vel quia semper moretur obstusa*, *Johanni de Janua, Truite, un poisson*, in *Glossis Lat. Gall. Sangerm.* Occurrit in *Statutis Montis-regalis* pag. 280. et apud *Mabillon.* in *Onomastico ad calcem sæculi 5. SS. Benedict.* ex *miraculis S. Rudesindi Episc. p. 540.* ubi tamen habetur *Turta* pro *Truta*. Vide *Trocta* et *Trutta*.

\* *Dialog. creatur. dial. 46: Interea Truta, piscis est quidam semper motus ad trudendum, etc. Troute, in Lit. ann. 1403. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 614.* Vide supra *Trucha* et *Truita*.

\* **TRUTANNARE**, *Decipere, illudere.* In *Cod. MS. Bibl. Univ. Argent. f. 4.* legitur:

Nullum *Trutannes*, sic præcipit esse *Johannes*.

Cui voci superscriptum est, id est, *Decipias*. Hinc

\* **TRUTTANUM**, *Ludificatio, simulatio.* *Lit. remiss. ann. 1350.* in *Reg. 80. Char. toph. reg. ch. 150: Dicitur Guillelmus dicebat quod dictus Johannes faciebat Truttannum, et quod non erat mortuus.* Galli diceremus, *Faisoit semblant. Truenderie* vero, pro *Fallacia*, *mendacium*, in aliis *Lit. ann. 1409. ex Reg. 164. ch. 112: Adone icellui Jameton dist audit Coyrier ce ne sont que Truenderics que tu me dis.* Vide in *Trutanus*.

**TRUTANUS**, **TRUDANUS**, etc. *Trutani*, dicuntur *Errones*, *plani*, *mendici*, *Normannis* etiamnum et cæteris *Gallis*, *Truans*. *Gloss. Lat. Gall.: Truttania, Truandise; Trutanicus, Truanti; Trutanus, idem; Trutanisare, Truander.* Hac appellatione donantur vulgo ignavi illi, qui per provincias passim vagantur, et mendacis ac strophis suis omnibus illudunt, dum alios se fingunt, quam revera sint; unde passim vox hæc usurpatur pro mendaciorum confectoribus. *Ugutio: Trutanus, planus, levis.* *Gaufridus Vosiensis* cap. 68: *De urbe pelititur quasi Trudanus, qui super Christi discipulum pridie Missam celebraverat ut Pontifex Magnus.* *Ebrardus Bethuniens.* contra *Valdenses* cap. 25: *Novum genus Trutanorum, qui locorum varietates aliter videre non poterant, nisi se fingerent esse Christos.* *Cæsius* lib. 1. *Mirac. cap. 3: Asserebat.... quemdam Clericum actu Trutanum, quales per diversas vagari solent provincias, venisse ad Clarum vallem.* *Lib. 8. cap. 59: Sæpe ab hujusmodi Trutanis illusis estis.* *Lambertus Ardensis* pag. 175. 176: *Istum autem Balduinum, qui apud ipsos nuper emergerat, Trutanum esse, et populi seductorem, et pseudoconversum non ambigere.* *Infra: Et ipsum vere Trutanum fuisse audivimus.* *Boncompagnus de Arte Dictaminis* lib. 2. *MS: Velut scurra totam Italiam regiravit cum cantatoribus, et tanquam eximius Trutanorum se fingit esse medicum doctrinaturn, ut fornicandi et adulterandi opportunitatem valeat invenire.* *Poëta MS. infimi ævi* in *Biblioth. Thuana:*



Dat Trutanus in ir, paterem tenet, et sedet ad Pyr,  
Regem Cappaducum computat esse cocum.

Occurrit præterea apud Ægidium de Roya  
ann. 1419. in Vita Caroli Abbat. Villariensis  
n. 18. in Chronico Andrensi pag. 555.  
[in Gestis Gaufridi Lodun. Episc. tom. 3.  
Analect. Mabillon. pag. 386. in Tractatu  
de expugnatione CP. tom. 5. Ampliss.  
Collect. Marten. col. 787. in Concilio Tre-  
vir. ann. 1227. tom. 7. ejusdem Collect.  
col. 117. *Truttanus*, in Lugdun. ann. 1274.  
ibid. col. 196. ] et apud Albertum Staden-  
sem ann. 1224. apud quem bis perperam  
editum *Trucanus*, pro *Trutanus*. Nos etiam  
num id generis errorem et mendicorum  
*Truans* appellamus. Le Roman de *Garin* :

Entre les poures fu li Truans assis.

[Historia Johannis IV. Ducis Britannie  
apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan.  
col. 709 :

Lors mit ses gens tous en arroy ;  
Bien sembloit avoir eueur de Roy,  
Non pas de garz ne de Truant,  
Mais d'homme plein de hardement.]

*Truhanes* Hispani vocant. Vide Leges Al-  
fonsinas part. 7. tit. 13. Leg. 1.

¶ *TRUANNUS*. Processus de Vita S. Yvo-  
nis tom. 4. Maii pag. 545 : *Et ex hoc dic-  
tus juvenis dicebat verba opprobriosa D.  
Yvoni, vocundo ipsum coquinum sive Truan-  
num.*

*TRUDENNES*, Eadem notione, usurpat  
Guibertus lib. 7. Hist. Hieros. cap. 20 :  
*Thafur autem apud gentiles dicuntur, quos  
nos, ut nimis literaliter loquar, Trudennes  
vocamus, qui ex eo sic appellantur, quia  
trudunt, id est leviter transigunt quaquaver-  
sum perurgantes agros.*

*TRUTANIA*, in Gloss. Gall. *Truendie*. Le  
Roman d'*Auberi* MS :

Et dist Lambers, bien savez le mestiers,  
De Truandise, n'avez snin de laisser.

Guillelmus *Guiart* ad annum 1302 :

Entour dis mil largement  
D'autres gens que de Truandailles.

[Bible des Noëls :

Vous n'estes rien que Truandaille,  
Vous ne logerez puint ceant.]

¶ *TRUTANUS*. Ordinatio Humberti II.  
Dalphini ann. 1340. tom. 2. Hist. Dalphin.  
pag. 406. col. 1 : *Præcipimus, ut semper  
pauperes magis indigentes, et minime Tru-  
tania et baraterii, ad ipsam eleemosynam ad-  
mittuntur.*

*TRUTANICUS*. Jo. de Janua : *Trutania,  
Trutanulus, Trutanicus*. Gloss. Lat. Gall. :  
*Trutanicus, Truant*. Silvester Giraldus in  
Descript. Cambria cap. 3 : *Tam remotis-  
sima generis enarratio multis Trutanica po-  
tius quam historica videtur*. Charta ann.  
1346. in Tabular. Episcopatus Ambian.  
fol. 179 : *Hæc verba vel similia proferentis :*  
*Exite, exite, per sanguinem Dei, Trutanica  
familia, vos moriemini in hac domo.* [Vita S.  
Columba Reatina, tom. 5. Maii pag. 328\* :  
*Cum tamen offines consanguinei mugitibus  
Trutannisque verbis, una cum procacibus  
minis, eam sæpius retunderent, etc.]*

*TRUTANIZARE*, vitare et mores *trutanorum*  
gerere, Joanni de Janua : mendicare,  
*Truander*, Gallis. Le Roman du Chevalier  
au Barizel MS :

Or li convint par forehe aprendre  
A Truander s'il veut mangier.

Le Pelerinage de l'ame :

Chestc main emprunte souveot  
Pour Trubander le gentil gent.

Infra :

Et bien la scevent enganter,  
Quant il en veulent Truander.

Le Songe-cieux :

Ou a porter à son col la bezasse,  
Pour Truander faisant poure grimace.

Vocis etymon quidam a Theotisco *Thur-  
thic*, Egenus, accersunt, ut est in Gloss.  
Theot. Lipsii; alii a Cambro-Britannico,  
*Truan*, miser, ærumnosus, ut est apud  
Boxhornium. Guibertus loco citato a *Trudo*;  
a quo idem etymon accepisse videtur Joa-  
nes de Janua : *Trutanus, a trudo, tradis,  
eo quod verbis suis tradat ad hoc quod de-  
cipiat; facit enim credi, quod verum non  
est. Neque etiam placet Caroli Bovilli ety-  
mon, qui truant, a trua, vase ita appellato  
deducit, quo scilicet aqua e coquina in la-  
vatrinam fundi solet. Hi autem, inquit,  
quos *Truans* vulgus vocat, amatores sunt  
culinæ, et liguriores catinarum ac vaso-  
rum. Neque porro aliorum etiam magis ar-  
ridet, qui a *trufa*, fraus, accersunt. Vide  
*Trotungi*. Sed longe probabilius videtur a  
Gallico *treu* vocem confictam, id est, tri-  
butum, ex quo efficta vox *treuans*, qua  
indigitabantur Tributorum collectores et  
exactores, qui ostiatim a tributariis, seu tri-  
butum obnoxii, tributa exigere solebant, ac  
præsertim ejusmodi census, qui inde *Cens  
truans* dicuntur in Consuetudine Soesmensi  
art. 3. et *Cens à queste*, in Blesensi art. 113.  
qui a domino requiri et peti debent. Ita  
*quæstores a quærendo*, dictos ait Varro lib.  
4. de Lingua Lat. *quod conquirerent publicas  
pecunias; ut et Pomponius leg. 2. § 22.*  
D. de Orig. Juris. Charta Henrici Imp.  
ann. 1107. apud Chappeauvillam : *Item in  
domibus ad claustrales sedes pertinentibus  
forensis potestas jus nullum spolandi, aut  
ostium obserandi, vel vigiles, vel ostiatim  
denarios exigendi habebit, etc.* Qui porro  
quærent, inveniunt. Hinc illud Matthæi  
7. *Αἰτῆτε, καὶ δέδοσται ὑμῖν.* Proinde vocis  
*Treuer*, seu, ut hodie efferimus *Trouer*,  
ut Itali *Trovare*, etymon petendum ab eju-  
smodi tributorum Collectoribus, qui dice-  
bantur *avoir treuvé*, cum tributum, seu le  
*treu* exegissent, quam vocem postmodum  
pro *inventire* usurpavimus. Le Roman de  
*Merlin* MS : *Et chevauche tant k'en la forest  
se met, et Trueve les esclous, si point tant  
uprès le Chevalier, etc.* Sic alii passim. De  
voce vero *Tru*, pro tributo, ita præcæ-  
teris Guill. *Guiartus* in Hist. Francorum  
MS. ubi de Francis nostris :*

Cil du Royaume par nature,  
Resont hardis nutre mesnre,  
Et de droite aocienneté :  
Car selonc la certainté  
De l'Histoire, qui puint ne ment,  
Par leur outrageux hardement,  
Dont jadis furent esmeu,  
S'aquiterent-il du Treu,  
Que li Romain entr'aus levoient,  
Et que l'Empiereie devoient,  
Onques puis n'en furent pelés,  
Parquoi ils sont Frances appelés

De raisonnable accoutumance,  
C'est a dire sans redevance.

[Le Bestiaire MS :

Li Apostres nous ammoneste  
Que servage et Treu rendon  
A chel à qui nous le devon.]

Occurrit vox ista passim. Hinc *Treuage*.  
Idem *Guiartus* ad annum 1270 :

Et reudrait toutes les années  
Comment qu'il i cust domage  
Au roy Charles son Truage,  
Duquel il dut estre rentiers,  
Ainsi comme son devanciers.

Le Roman de *Garin* :

Et de Gironde trestant le Treuage.

[Le Roman d'*Athis* MS :

Diex or pourray de dueil mourir,  
S'estrage homme convient tenir  
Ce que mien est par heritage,  
Car l'aultres y elamaient Treuage, etc.

Le Bestiaire MS :

Quand il li a ce Treuage  
Rendu, comme chou qui sien est, etc.

*Treuage* et *Treulages*, in Litt. Johannis  
Reg. Franc. ann. 1360. tom. 5. Ordinat.  
pag. 494 : *Les aides et subsides ordonnez et  
à ordonner pour le fuit de notre délivrance et  
les Treuages devant dis. Item. Ne paieront  
aucuns païages, travers, chuucies ou Treu-  
lages. Judicium ann. 1395. apud Lobinell.  
tom. 2. Hist. Britan. col. 775 : Neantmoins  
de son uitorité il avoit levé ezdits ports et  
havres certains Truages, nommez traites,  
entrées et yssues, dont il avoit grand finance.*  
*Inquisitio* ann. 1461. ex Chartul. Monast.  
Baugesii : *Ladite piece de bois... n'est sub-  
jecte à segreage, pesson, herbage, ne aultre  
quelconque Truaige et lestet. Trueve*, in  
Chartul. Latiniac. fol. 246. v<sup>o</sup> : *Autre me-  
nues Trueves, lxx. lib. Le Treu de sel,  
apud Butillerium in Summa rurali lib. 2.  
tit. 40.]*

Neque mirum, si Oct. Ferrarius vir  
doctissimus vocis *Trouare* etymon igno-  
rare se profitetur, cum a veteri idiomate  
vocalorum plerumque origines sint pen-  
tenda.

\* Hinc *Trutin*, pro Mendax, calumniator,  
in Lit. remiss. ann. 1410. ex Reg. 164.  
Chartoph. reg. ch. 356 : *Lequel Hardelet  
dist au suppliunt qu'il uoit menti comme  
mauvais Trutin, filz de putain, Navarrois.*  
*Truand*, idem qui Malus, improbus, ne-  
quam; sic *Truand garçon* usurpatur, in  
alii Lit. ann. 1388. ex Reg. 137. ch. 6.  
Quoad vocis etymon spectat, probabilior  
censenda mihi videtur illa originatio, quæ  
variis hujusce vocis acceptionibus facilius  
potest aptari; quod in voce *Treu* reperire  
est. Reprobanda ergo quæ deducenda a  
duabus linguis, Etrusca nimirum *Tru*,  
aruspex, et Hispana *And*, circumire, pro-  
ponitur in Mercur. Franc. mens. Dec. ann.  
1760. pag. 120.

¶ *TRUTILARE*, Turdorum est. Vide  
*Truculare*.

¶ *TRUTINA* MONASTICA, Regula, norma.  
*Vitam sub monastica castigare Trutina*, in  
Epistola Henrici Clerici apud Mabillon.  
tom. 5. Annal. Benedict. pag. 322. ad ann.  
1093.

¶ *TRUTINARE*, *Trutina* examinare,



ponderare. Gloss. Lat. Gr. : *Trutino*, τρυτινω. Joh. de Janua : *Trutinure*, librare. Nic. Specialis lib. 4. de Rebus Siculis cap. 1 : *Gloriosus judex, qui desuper Trutinat lites hominum in statera. Trutinans animo*, in Glossario Barthii ex Guiberti Hist. Palæst. *Trutinans in questum*, in Hist. Mediani Monasterii pag. 266. Notkerus Balbulus de Interpr. Scripturæ cap. 6. apud Pezium tom. 1. Anecd. part. 1. col. 8 : *Ex hoc ergo Trutinari debes et examinari*. Sidonius lib. 7. Epist. 9 : *Statu satis superque Trutinato*. Conventiones Saonæ ann. 1526. pag. 28 : *Omnibus sic expositis et maturo examine Truttinatis*. Sensu verbi deponentis usus est Persius Sat. 3. v. 82 :

Atque exporrecto Trutinantur verba labello.

† **TRUTINGUS**. Vide in *Trotingi*.

† **TRUTTA**, Piscis fluviatilis notus, Gall. *Truite*. Passim occurrit. Vide *Truta* et *Trocta*.

† **TRUTANUS**, Erro, *Truant*. Vide *Trutanus*.

\* **TRUTTANUM**. Vide supra in *Truttannare*.

† **TRUTTINARE**. Vide *Trutinare*.

\* **TRUTTURIUS**, Errante oculo lectum est in Stat. ann. 1378. ex Reg. 115. Chartoph. reg. ch. 203. et editum tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 395. pro *Tincturarius*, infector, Gall. *Teinturier*.

† **TRUTZELMANNUS**, **TRUTZSCHELMANNUS**, Bernardo de *Breydenbach* Itin. Jerosol. pag. 37. et 195. Interpres, nostris *Trucheman*. De vocis etymo consule Menagium et Dictionarium universale Trevoltianum.

† **TRUYA**, Porca, sus, Gall. *Truye*. Regest. Episcopat. Nivern. ann. 1287 : *Bos venditus in foro debet 11. den...* *Truya ob. Capra ob.* Vide *Truia*.

† **TRUYNA**, Chron. Estense ad ann. 1341. apud Murator. tom. 15. col. 404 : *His diebus completa fuit Truyna Episcopatus S. Georgii de Ferrara et laborerum Historie S. Petri. An Struina, ædificium, domus, ab Ital. Struire, construere?*

**TRYGEED**. Leges Scaniæ Andree Sueononis lib. 5. cap. 4 : *Statim exhibitam emendationis tertiam, exhiberi debet pariter et tertia juratoria cautionis, quam lingua propria Trygeed appellat, in qua tantum quatuor nominati de consanguineis interfecti jurant de iis, qui satisfecerunt, vindictam de cætero cessaturam. Ex tryg, et eed, id est, tertium juramentum.*

† **TRYGSIERN**. Vide in *Sfersiern*.

**TRYTULA**, Piscis, qui aliis *Tructa*, vulgo *Truite*. Alanus de Insulis in Planctu naturæ : *Trytula sinus marinos ingrediens in æquore baptisata, Salmonis nomine censebatur*. Vide *Trutta*.

† **TRZEDNIKO**, Justitiarius, magistratus, apud Bohemos. Vide locum in *Czudarus*.

**TRZNE**, Mensura regalis, in Charta ann. 1258. in Bohemia sacra. pag. 61.

† **TUABOLA**, **TUALEA**, **TUALIA**, etc. Mappa, mappula. Vide in *Toacula*.

\* **TUAGNA**, *Tuaingne* vernacule apud Andegavos, Vitis silvestris species, f. labrusca. Lit. remiss. ann. 1415. in Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 327 : *Lesquelz Pelletier et Prieur prindrent icellui pillart et lui mistrent chacun un Tuaingne au col : lequell*

*Tuaingne est une maniere de vigne montan contramont les arbres et porte petiz raisins ; et le pendirent desdiz Tuaingnes.*

† **TUAZA**, Mensura sex pedum, Gall. *Toise*. Charta ann. 1356. tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 232 : *Per spatium duarum Tuazarum quadratarum terræ dicti fratres facient.... cæmeterium*. Vide *Teisia*.

1. **TUBA**, Morbus equinus, *subtus caput garecti in magno posteriori nervo aliquam putrefactionem faciens per ipsam longitudinem nervi, etc.* Petrus de Crescentiis lib. 9. de Agricolt. cap. 37. At quis Interpres Gallicus vetus habet, *la couruë, ou la courbe*.

\* 2. **TUBA**, Præco, qui tuba aliquid promulgat. Stat. comitat. Venais. ann. 1443. cap. 72. ex Cod. reg. 4660 A : *Tubam concedet curia temporalis, curia spiritali requirente*. Quod sine notatu prætermittendum non est.

† **TUBÆ IGNEÆ**, Organum ad usum pugnæ navalis inventum et ad pilarum emissionem instructum, quod post Bosium lib. 27. in obsidione Melitensi fusius describit Carolus de Aquino in Lexico militari : quod, si opus est, consule.

\* **TUBALITER**, Instar tubæ. Acta S. Domin. tom. 1. Aug. pag. 598. col. 2 : *Manus longas (Dominicus) habebat et pulcras : vocem magnam et pulcram, et Tubaliter resonantem*.

**TUBARE**, tubam inflare, tuba canere. Vita S. Parduli n. 19 : *Illam tubam, quam... ad significandam prælium Tubari consuevi, etc.* Concilium Ravennense ann. 1317. cap. 18 : *Tubis præcedentibus et Tubantibus*. [Gloss. Lat. Gr. : *Tubo*, τρυτινω. Rursum occurrit in Statutis criminalibus Saonæ cap. 26. et inter varios Germaniæ populos *Tubantes* numerat Isidorus lib. 9. Orig. cap. 2.]

† **TUBARIUS**, Qui tubas facit, lib. 50. Dig. tit. 6. lég. 6. pro quo tamen Turnebus *Tribularius* inallet lib. 9. Advers. cap. 16. licet *Tubarii* vocem pro tubarum opifice non improbet.

† **TUBATOR**, Ital. *Tubatore*, Qui tuba canit, in Chronico Parin. ad ann. 1287. apud Murator. tom. 9. col. 811. in Chronico Estensi ad ann. 1348. apud eundem Murator. tom. 5. col. 451. in Statutis Placentiæ fol. 4. Vercellarum fol. 2. vº in Diplomate ann. 1415. apud Ill. Pontannum ad calcem Antiq. Hortæ pag. 457. Vide *Nacara*.

\*\* **TUBBA**, Vas, dolium. Chart. Comit. Flandr. ann. 1252. apud Lappenb. Origin. Hanseat. pag. 60 : *Tubbu de slip* (i. e. ærgo ferri) *duos denarios*. Anglis a *tub*.

† **TUBECTA**, Tuba, Gall. *Trompette*. Chronic. D. de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 60 : *Pulsantes nostra buccina seu Tubecta, nos ipsi applicuimus, etc.*

\* **TUBEL**, Arabice, *Squama seu batitura cujuscumque metalli, quæ cadit ab incude, quando malleatur*. Glossar. MS. medic. Simon. Januens. ex Cod. rez. 6959.

† **TUBERNIUM**, *Contubernium*, apud Laurentium in Amalthea ex Aldhelmo.

† **TUBEROSUS**, *Tuberibus plenus, inflatus, superbus*, Joh. de Janua; *Enflex ou orgueilleux*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. Non semel occurrit nativa notione pro *tuberibus pleno*; metaphoricè pro inflato seu

superbo, apud Guibertum lib. 3. de Vita sua cap. 4 : *Multiplices Regi paciscitur numerum copias, spes et promissa divitiarum Tuberosus amplectitur, etc.*

† **TUBEX**, pro *Tumex*. Vide in hac voce.

\* **TUBIANEI** dicebantur Judæi illi, qui ex alienigenis convocati in auxilium inde venierant, et dicebantur *Tibiani* (sic) quia *tubis conducti*. Anonymus in Glossis MSS. Biblicis ex Bibl. reg. Vide Diction. Trevolt. v. *Tubianéen*.

\* **TUBICENA**, Qui tuba canit. Testam. Caroli comit. Provinc. ann. 1481. 10. Dec. : *Item legavit dominus noster rex suis Tubicenis, sive Trompettes, summas sequentes etc.* Vide *Tubicinator* in *Tubicinare*.

† **TUBICINARE**, Tuba canere. Gloss. Lat. Græc. : *Tubicino*, τρυτινω. *Tubicinare ad cornu vel ad sonum cornu*, in Requisitione incerti anni tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 128. Vide *Cornuare*.

**TUBICINARE ALIQUEM**, Per præconem citare : Gall. *Citer quelqu'un à son de trompe. Tubiciuum*, [ *Tubicinatio*, ] ipsa citatio, non semel in Consuetudinibus Tolosæ.

† **TUBICINATOR**, Qui tuba canit, in Charta ann. 1326. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 57. in Consuet. Tolos. et alibi. Vide *Salpista*.

† **TUBITA**, Eadem notione. *Tubita et præco publicus*, in Charta ann. 1459. c. Regesto Columba Camera Computorum Provincie.

\* **TUBICINIUM**, Proclamatio, quæ tubæ sonitu fit. Charta ann. 1330. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 576 : *Quod pro venditionibus seu Tubiciniis factis per præconem de Granata, non recipiatur nisi quantum recipere consueverunt consules de Gymonte*. Vide in *Tubicinare*.

**TUBLIUM**, Mensuræ frumentariæ species, apud Italos. Gesta Innocentii III. PP. pag. 149 : *Cam famis invalisset inedia, ita ut Tublium frumenti a 20. usque ad 30. solidos venderetur*. [ Muratorius edidit *Rubium*, tom. 3. p. 567. col. 1. Vide *Rubus* 2. ]

**TUBRUCUS**, **TYBRUCUS**, etc. Lanca ocrea, ocreis aut calceis coriaceis superimponi solita, quam vulgo *Ganache* appellant. Isidorus lib. 19. cap. 22. et ex eo Papias : *Tubrucos vocutos dicunt, quod tibias, braccasque tegant. Tubraci quod a braccis ad tibias usque veniant*. Gloss. Ælefrici Saxonici : *Tubroces, vel bracce, s tr apulas*. Paulus Warnefridus lib. 4. de Gestis Longob. cap. 33 : *Calcei vero eis erant usque ad summum pollicem pene aperti, postea vero cæperunt osis uti, super quas equitantes Tybrugos birreos mittebant*. [ *Tubragos* collidere Martinius et Macri fratres. Vide Vossium lib. 2. de Vitiis sermonis cap. 18. ]

**TIBRACA**, Eadem notione. Beda in Vita S. Cuthberti Episc. n. 31 : *In tantum a cultu sui corporis animum substulerat, ut semel calceatus Tibracis, quas pelliceas habere solebat, sic menses perduraret integros*.

† **TRIBUCES**, pro *Tubrucus*. Statutum Cœnobii Gellon. ann. 150. apud Stephanot. tom. 8. Fragm. MSS. pag. 175 : *Duo paria femoralium, et duo paria Tribucum,*



et duo paria calsonum et totidem caligarum.  
 † TRIBUCUS, pro Tubrucus. Visitatio Monasterii Castrensis ann. 1261. ex Archiv. S. Victoris Massil. : Duo quoque paria staminearum et femoralium, Tribucorum et sotularium, etc.

† TUBULARIUS. Ammianus lib. 28. cap. 1 : Obscurissima natus est pater Tubulario, id est, Tubulorum seu tuborum opifex, si vera lectio est; quibusdam enim legendum videtur Tabulario.

TUBULI, Tibialia, quæ Græci recentiores τωβίξ vocant. Auctor Queroli : *Æstum vestitiis genibus, brumam nudis cruribus, in soccis hyeme, caneros in Tubulis uge.* Idem : *Occurrat non ventientibus, utaturque in æstu Tubulis angustis, et novis.*

TUCARIUM, Καζύρη, in Glossario Lat. Gr. MS. S. Germani Paris. At in Gloss. Gr. Lat. Henrici Steph. Καζύρη, Casa, Tugurium, pergula.

\* TUCETUM, pro Tucetum, Delicatus cibus. Vita S. Caii episc. Mediol. tom. 7. Sept. pag. 396. col. 1 : *Ambrosio redolentibus favore Tucetis etc.* Consule ibi notam doctorem Editorum. Vide Tucetum.

\* TUCEPTUM, idem quod Tucetum. Vide in hac voce. Consuet. MSS. monast. S. Crucis Burdeg. ante ann. 1305 : *Abbas cum familiaribus suis recipit solum de coquina conventus sex scutellus Tuceptorum, quando cellerarius dat.*

† TUCETARIUS, Qui facit tuceta. Johan. de Janua. *Qui fait viande de char déchachée,* in Glossar. Lat. Gall. Sangerman.

† TUCETOSUS, Optimus, fertilis. Papias. Ex seq. Tucetum. [\*\* Tucerosus, in vet. Gloss. ad Juven. sat. 7. vers. 175. apud Maium in Glossar. novo.]

TUCETUM, Τωβύς πτωβύς, in Gloss. Lat. Gr. [Jus crassum, quo bubula caro conditur. Scholiastes Persii : *Tucetum, bubula condita apud Gallos Cisalpinos condimentis crassis oblita et maceratu, et ideo toto anno durans.* Hinc emendanda Isidori Glossæ, ubi : *Tucetum, bula condita apud Gallos Albinos.* Fulgentio Tuceta dicuntur exere regie; salcicia vulgo, ut addit Papias. Laudes Berengarii lib. 4. vers. 160. apud Murator. tom. 2. pag. 411 :

Ac decet ut Regem, variant Tuceta ministri.

Joh. de Janua ; *Tucetum, Cibus qui fit ex carniū contusione, sicut salcicia est, Viunde de char déchachée, si comme saucice,* in Gloss. Lat. Gall. Sangerman. Menotus Serm. fol. lxxvii : *De illis et visceribus (porci) fiunt bona Tuceta.* Vide Lexicon Martini.

TUCHINATUS, Rebello. Charta Caroli VI. Regis Franc. 11. Sept. ann. 1383. pro Carassonensibus : *Correctionem et punitiōnem omnium criminum commissorum et perpetratorum per medium Tuchinatus, inobedientiæ vel rebellionis.* Ita legendum apud Beslium in Caroli VI. tabulis, pro Turcinatus satis declarant [Condonatio ejusd. Caroli iisd. rebellibus indulta eod. ann. 8. Martii apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1590 : *Capitaneorum, Tuchivorum (Tuchinorum) et aliorum rebellium ordinationes, armationes, etc.* ac] Placitum ann. 1387. 21. Jan. in quo hæc habentur : *La*

*ville de Nismes est bonne vile et la plus noble de la Seneschaucée de Beaucaire; les habitans ont toujours esté bons sujets, vrais, et obeissans au Roy, et ils ne furent oncques Tuchins, mais ont toujours eu les fleurs de lys sur les portes de la ville, etc.* Occurrit ibi non semel. Joan. De la Gogue in Hist. MS. Principum Dolensium in Biturigibus : *Et icelui saint Mor accompagné de Touchins, que l'en appelle aujourd'hui brigans, etc.* Vide mox

\* TUCHINUS, Prædo, grassator; unde ad rebelles translata vox, nostris Touchin et Tuchin : a voce Gallica Touche, silva, quod in silvis lateret ejusmodi prædones. Vide supra Touchia. Idem proinde qui alibi Feuillards vel Godins appellantur. Vide supra in Poilliata et Gualdus. Lit. remiss. ann. 1364. in Reg. 98. Chartoph. reg. ch. 138 : *Illi de comitiva Seguin de Badefol suspenderant ad unum arborem, ante dictam villam de Brivata, quemdam hominem, quem dicebant esse Tuchinum, qui eis dixerat quod in veteri Brivata morabantur Tuchini.* Aliæ ann. 1389. in Reg. 137. ch. 67 : *Dudum durante secta pessima Tuchinorum rebelli in partibus Occitanis, etc.* Aliæ ann. 1277. in Reg. 112. ch. 177 : *Une compagnie de robeurs et pilleurs, lesquelz se appelloient communement, entre les bonnes gens dudit pays, Touchis; lesquelz Touchis es bois et dehors guettoient, desroboient, destroyoient et murdrissoient les bonnes gens, etc.* Brigant et Touchin de bois, in aliis ejusd. ann. ex Reg. 111. ch. 63. Aliæ ann. 1389. in Reg. 137. ch. 107 : *Provensal l'appella Touchin, jasoit que oncques ne l'eust esté, ne de leur secte..... Benat considerant que utant valoit dire Touchin, comme rebelle et traitre, etc. Ou temps de la rebellion, qui fu ou pays de Languedoc, environ 1380. aucuns Tuchins issus de la ville de Mende, in aliis Lit. ann. 1390. ex Reg. 138. ch. 277. Aliud significare videtur vox Touchien, quæ injuriæ vim habet, in Lit. remiss. ann. 1417. ex Reg. 170. ch. 85 : *Laquelle femme dist teles paroles ou semblables à son mari : Orde, vil, villain, Touchien, etc.* Id est, Totus canis. Hinc*

\* TUCHINARE, Rebellare, Tuchinum gerere se, nostris Touchiner; unde Touchinage et Tuchinerie, Rebello, seditio. Lit. Joan. ducis Bitur. ann. 1386. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 89. col. 2 : *Cam tempore adventus nostri ad partes Occitanas, tamquam domini mei locumtenens, quo rebellionis et Tuchinatus contra dictum dominum meum et nos fiebant,..... quidam vulgariter vocatus Vachon, qui tunc pro parte Tuchinorum senescallici Bellicadri unus de capitaneis existebat, contra gentes in servitio dicti domini mei in illis partibus tunc existentes, guerram publicam nisis fuerit facere,..... cum aliis sequacibus suis,..... Tuchinando et more hostili contra dictas gentes..... irruerunt.* Lit. remiss. ann. 1393. in Reg. 145. Chartoph. reg. ch. 429. bis : *Comme au temps du Touchinage aucuns de noz gens et officiers du baillage de Vivarois eussent envoié le suppliant devers les Touchins,..... en dissimulant que le suppliant vouloit estre deslitz Touchins et Touchiner avec eulx.* Aliæ ann. 1385. in

Reg. 126. ch. 227 : *Les grans rebellions, desobeissances, Tuchineries, crimes de leze majesté et autres malefices, que les universitez, gens et habitans des villes de Thoulouse, Carcassonne, Narbonne, Nymes, ont commis etc. Comme ou pays de Languedoc et duchié de Guyenne..... plusieurs rebellions, desobeissances et Touchineries eussent esté faites, in aliis ann. 1392. ex Reg. 144. ch. 430. Vide supra Tochinare et Tuchinatus.*

† TUCIA, vox Italica, Cadmia fossilis, Gall. Tuthie, in Statutis Astæ, ubi de intratis portarum.

† TUCLERA. Sub Tuclera mittere, in Fundatione Monasterii Vallis-Clusæ ann. 979. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 331. Forte pro sub tutela : adeo lacrum est istud Instrumentum, ut nihil certi ex eo colligere liceat.

\* TUCUFA, perperam pro Cucufa, Tegmen capitis, in Stat. ann. 1310. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Hontheim pag. 82. col. 2 : *Mitras seu Tucufas etc.* Vide Cuphia.

TUCUS, Quem Spani Cuculum vocant, a voce propria nominatus. Ita Isidorus lib. 12. cap. 7. et Glossarium Arabico-Lat. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Tucus, un oysel, Cocul.*]

\* Vir cujus uxor mœchatur, forte pro Cucus vel Cugus. Vide in hac voce.

† TUDATUS. Joh. de Janua : *Tudes vel Tudatus, nullus; unde Tudatos appellamus illos, qui habent capita grossuta ad modum mallei grossi.* Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Tudutus, Grosse teste, testurt.*

\* Hinc Tacon et Tecon nostris, Ludus tudicularis, vel globulus ipsaque tudicula, qua ille propellitur, Gall. Mail. Lit. remiss. ann. 1461. in Reg. 198. Chartoph. reg. ch. 317 : *Ainsi que le suppliant et plusieurs autres se esbatoient à ung jeu, appelé du Tacon, etc.* Aliæ ann. 1446. in Reg. 178. ch. 16 : *Le suppliant jouoit... au jeu, appelé le jeu du Tecon,..... lequel suppliant print le mail et le Tecon pour commencer de jouer, et failli..... à passer par dedans les passes.* Aliæ ann. 1447. in Reg. 179. ch. 30 : *Le suppliant jouoit avecques Pierre le Sort au jeu de Tecon, autrement dit bole. Tojuon et Toujuon, eodem sensu. Lit. remiss. ann. 1455. in Reg. 187. ch. 147 : *Lesquelz compaignons se admonesterent l'un l'autre de jouer au jeu, appelé le Toujuon;..... lequel Gaillart qui tenoit en sa main ung petit maillet de bois, dequoy il frappoit la bille etc.* Aliæ ann. 1463. in Reg. 199. ch. 311 : *En jouant les ungs à ungs jeu, que on appelle au Tequon,.... Guillaume de Caumont..... vult frapper Bernard Estobier d'un Tequon sur la teste.* Thencon vero, Malleus vel clavæ species, in aliis ann. 1474. ex Reg. 195. ch. 1312 : *Le suppliant va prendre ungs Thencon,..... abatit l'uy et entra dedans.**

† TUDECLUS, Species aviculæ. Vide Tudus.

\* TUDELA, f. Arx, castrum, nisi sit nomen loci, aliter Tutela, urbs Navarra. Reg. feud. Aquit. in Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 4. rº : *Petrus de Burdegala domicellus juratus dixit et recognovit se tenere in feudum a domino rege Anglie et*



duce Aquitaniæ Tudelam cum placea, quæ est ante eam, et cum omnibus fodatoriis suis, qui circa prædictam Tudelam morantur. Le Roman de Robert le Diable MS :

Il n'a homme dusqu'à Tudielle,  
S'il avoit espousé la bielle,  
Qui ne s'en deust moult liés faire.

† **TUDIATORES**, χαλκοτόποι, in Glossis Lat. Gr. Qui æs tundunt. Martinius mavult *Tuditatores*, a *Tudes*, *tuditis*.

† **TUDITES**, **TUDES**, Cognomen Caroli Martelli, a *Tudes*, malleus. Vide *Martus*.

† **TUDUS**, Species aviculæ, *Rubecula*. Gloss. Lat. Gr. : *Tudos*, *Tudeculus*, ἐρίθικος. Vide *Martinium*.

† **TUELLA**, Triticum præstantius. Charta ann. 1467. ex Archivio S. Victoris Massil. : *Monachi conqueruntur... quod cellerarius non ministraret ipsis bonum panem de farina Tuellæ sive annonæ*. Alia notione occurrit in *Toacula*.

\* Idem quod supra *Tozella*. Vide ibi.

1. **TUELLUS**, Radix unguis equi, *Italis Tuello*, apud Petrum de Crescentiis lib. 9. cap. 50. 54. 55. etc. ubi versus ejus interpres Gallicus *Tuyau* vertit, ex Lat. *Tubulus*.

\* 2. **TUELLUS**, Canalis, tubus, camini alveus, Gall. *Tuyau*, [alias *Tuel*. Charta ann. 1301. in Chartul. Guill. abb. S. Germ. Prat. fol. 122. v° : *Itaque amodo non poterimus diminueri seu impedire Tuellos vel conductus, sic quod ipse fons et cursus ejusdem etc.* Alia ann. 1253. in Chartul. S. Austreg. Bitur. fol. 47. r° : *Decanus et capitulum ecclesiæ Austregesili Graciacensis accensaverunt Stephano quendam domum, sitam in burgo Graciacensi, et tenebitur prædictus Stephanus facere caminos cum Tuello*. Proce. Egid. de Rays ann. 1440. in Bibl. reg. fol. 151. v° : *Misit idem Franciscus eidem reo quendam rem ad modum unguenti in quodam Tuello sive canali argenteo*. Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 152. Chartoph. reg. ch. 249 : *Ainsi que icelle Jehanne reculoit, par cas d'aventure et fortune bouta son pié dedens le Tuel de la cheminée de la cuisine dudit hostel,.... et parmi icellui Tuel passa ladite Jehanne et chey jusques en bas en l'atre d'icelle cheminée*. Pro seræ tubo legitur in aliis Lit. ann. 1420. ex Reg. 171. ch. 275 : *Ouquel patron de cire n'y avoit que l'esprante et enseigne du Tuel de la serrure..... En maniere d'une clef à Tuel*. Vide *Tuppa*.

\* **TUERE**. Virgil. *Grammat.* pag. 13 : *Est autem hoc verbum Tuo, tuis, tuit; et est sensus, clare aspicio. At si de tutela dixeris, tuor, tueris*.

† 1. **TUERI**, Defendi, protegi, passiva notione. Index veterum Canonum, tom. 3. Concil. Hispan. pag. 19. col. 2 : *Ut monasteria virginum a monachis Tuantur*. Adde *Capitul.* lib. 1. cap. 96. Concil. II. Hispal. can. 11. et *Epistolam Cleri Moguntini ad Ludovicum Pium a Baluzio laudatam* tom. 2. *Capitul.* col. 1152.

\* 2. **TUERI**, Administrare, regere. Charta ann. 1264. inter *Probat.* tom. 1. *Annal. Præmonst.* col. 354 : *Cum adhuc hæreditario jure et successive post dilectum fratrem nostrum Florentium terram Hollan-*

*diæ et Zelandiæ Tueremur, et ecclesiastica beneficia vacantia, ad nostram in eadem terra spectarent donationem sive presentationem, etc.* Vide infra *Tutor* 2.

\* **TUERIA**, Fenestræ species in muris castrorum, qua in hostes tela aliqua id genus emittebantur, Gall. *Meurriere*. Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 1. fol. 96. r°. col. 1 : *Tornella habebit..... portam colarinn ante et Tueriam*.

**TUERNAY**. Leges Burgorum cap. 34 : *Si axor alicujus fuerit columniata de aliquo, in placitis Burgorum utitur Tuernay*. Et cap. 28 : *Si quis fuerit implacitatus coram Justituario domini Regis, vel alio Ballivo, si Dominus ejus vel Ballivus venerit, et allegaverit pro ipso in debita hora, potest recuperare curiam Domini sui. Et si per negligentiam suam responderit et dixerit Tuentinay, de omnibus sibi oppositis plane respondebit, et sic amittit curiam Domini sui*. Ubi Skenæus de Verbor. signif. ex quo supradicta desumimus, scribit, in quibusdam libris legi *Tuentinay*, sed quid hoc sit, valde ambigere, et hic aliorum avide expectare judicium. Conjicit tamen esse antiquum verbum forense, quo reus utens intelligitur approbasse judicem, adeo ut eum postea declinare non possit.

**TUFA**, Genus vexilli apud Romanos, ex confertis plumarum globis. Vegetius lib. 3. cap. 5 : *Muta signa sunt, aquilæ, dvacones, vexilla, flammule, Tuffæ, pinnæ*. Beda lib. 2. *Hist. Angl.* cap. 16. et ex eo Henricus Huntindon. lib. 2. pag. 316 : *Ubique autem ante Regem (Edwinum) vexilla gestabantur, nec non per plateas illud genus vexilli, quod Romani Tufam (al. Tuffam) vocant, Angli Tuf appellant, ante eum ubilibet ferri solebat*. Byzantini etiam Scriptores τούφρα appellarunt apicem, qui galeæ imminet, ut Zonaræ in Basilio, et Leo Grammaticus in Theophilo Imp. cum de Justiniani statua in Augustæo verba faciunt. Ita nostri vocem hanc usurparunt. Charta vernacula sub Ricardo II. Rege Angliæ, descripta ab Edw. Bysseo : ... *Que Jeo Gervais de Clifton Chevalier aye donnée, grantée, et par ceste ma présente charte confirmée à mon bien aymé Richard de Bevercotes, un heaume, c'est assavoir une Tuffe de plume, la moitié, c'est-à-dire par amont de plume noire, et l'autre moitié, c'est-à-dire par aval de plume blanche, à avoir et tenir ladite heaume, etc.* Vide a nobis observata ad *Joinvillam* Dissert. 24. pag. 292. [Glossar. mediæ Græcit. v. Τούφα col. 1592. d. et *Lexicon Milit. Caroli de Aquino*.]

\* Nostris *Toffel* alias, pro *Touffe*, Congeries herbarum, aliarumve rerum. Lit. remiss. ann. 1420. in Reg. 171. Chartoph. reg. ch. 197 : *Le suppliant s'approchun desdiz enfans pour les octier, et en prist un qu'il getta en un Toffel d'ortyes*.

† **TUFELLUS**. Vide mox in *Tufus*.

† 1. **TUFFA**. Acta B. *Michelinæ* tom. 3. Junii pag. 929 : *Michelina ad hæc verba respondit : Omnia ista videntur Tuffæ et canciæ. Puto legendum Tuffæ; saltem eadem notio est. Vide Trufa*.

† 2. **TUFFA**. Acta S. *Francisci de Paula*, tom. 1. Aprilis pag. 129 : *Accipias parum*

*herbæ... vocante Tuffa. An legendum Tressa, Trifolium, Gall. Tresse?*

\* **TUFFOSUS**, *Tophicius*, *tophinus*, Gall. *de Tuf*. Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 97 : *Rubertus habebat recursum ad fossatores, qui fodant (sic) dictum montnum aut montem, si ipsa est cretosa, sive Tuffosa aut petrillosa, quæ fodi possit*. Hinc nostris *Tuffier*, *Lapicidina tophina*, Gall. *Carriere de tuf*. Lit. remiss. ann. 1407. in Reg. 162. Chartoph. reg. ch. 113 : *Le suppliant a fait ouvrir ès mettes de sa ditte ferme un Tuffier ou carriere de pierres de tuf, et d'icellui Tuffier a pris environ xij. ou xvj. charrettes*. Vide *Tafus*.

**TUFUS**, pro *Tophus*. Glossæ Lat. Gr. : *Tofi*, πῶποι λίθου. Est autem *Tophus* lapis friabilis, minimum ponderis in structuris habens, de quo Vitruvius lib. 2. cap. 6. 7. et alii; nostris *Tuf*. Papias : *Tofus, lapis cavernosus et mollis*. Ejusdem Vitruvii *Abbreviator* cap. 4 : *Primo ut arena aspera poreret, et cæmentum de silice, vel lapide Tuficio, etc.* Joan. de Janua : *Tofus, a todere dicitur, lapis asper et cavernosus, quia ambulantes super se todere facit*. Anastasius in S. Hadriano PP. pag. 115 : *Plusquam 12. millia Tufos in litore alvi fluminis in fundamentis ponens a solo usque ad summum tectum vitæ magnitudinis porticum reparavit*. Infra : *Maximum monumentum de Tiburtino Tuso.... demolitum est. Sarcophagus de Tufello*, in Gestis Guillelmi Majoris Episc. Andegav. cap. 5 : [ *Sarcophagus Tuveum, arca Tuvea*, in *Annalibus Genuens.* apud *Murator.* tom. 6. col. 361. ]

**TOFUS**. Gloss. Græc. Lat. : ἄσβεσθῶδες, *Tofus*. Matth. Silvaticus : *Tofus, lapis est levis, spongiosus, satis abstersivus*. [ *Tofus arenosus atque jejunos*, Palladio 1. 5. ] *Lapis Tofosus*, in *Chronico Fontanell.* cap. 13. pag. 238. et 240.

**TOPHUS**. Glossæ Gr. Lat. : Πῶπος ὁ λίθος, *Tofus, Tofum*. Joan. Archid. *Barenensis* in *Translat. S. Sabini Episc. Canusini* n. 4 : *Hujusmodi etiam scriptura inventa est in tabula una marmorea, quæ ibidem tunc repecta est, simul et in uno Topho*. Charta ann. 1227. in *Hist. Monast. S. Nicolai Andeg.* pag. 97 : *Quidquid vero remanet a sinistra parte tancræ a Topho eundo versus portale, etc.* [ Utuntur etiam *Virgilius* lib. 2. Georg. *Ovidius* lib. 3. *Metam. Columella* lib. 3. cap. 11. et alii. ] *Tophici lapides*, apud *Capitolinum* in *Maximianis. Tosinei termini*, apud *Agrienses*.

**TUGELLARIA**. Vide *Tectum*.

† **TUGURIUM**, Calamus quo sanguis Christi hauriebatur e calice, Gallice *Tuyau, chaldameau*. Usus *Sangerman.* in *Probat.* *Hist.* ejusd. *Abbatæ* pag. cxxix. col. 1 : *Quando diaconus communicaverit, ipse accipiet calicem, et feret supra altare unatunale, et conventus ibit illac potum cum Tugurio argenteo secundum quod ipsi communicaverint. Vide *Fistula* 1. et *Trogurium*.*

† **TUGURIUNCULUM**, *Tuguriolum*, in *Vita B. Lidwinæ Virg.* tom. 2. Aprilis pag. 134.

† **TUIFADUS**. Vide supra in *Thinpladus*.

\* **TUIFICARE**, *Tueri*, confirmare, sta-



bilire. Chartul. Miciaic. : *Quantum pertinet ad Tuificandam etiam munificentiam meam largitatem, do quoque illis a lodum meum, qui est iuxta Maternum silvam.*

\* **TUILHERIUS**, a Gallico *Tuilier*, Tegularum artifex, in Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. Vide supra *Teutis*.

† **TUISARE**, *Vocare aliquem Tu per despectum*, Laurentius in Amalthea, Gallis *Tutoyer*.

\* Quod injuriæ loco habebatur, maxime ab iis qui matrimonio juncti erant, ut discimus ex Lit. remiss. ann. 1394. in Reg. 147. Chartoph. reg. ch. 69 : *Et après ce Jehan Maras charron eust dit à Phelipot de Bretis escuier très-arrogamment, ne tutoiestu, j'ai une preude-femme espousée.* Aliæ ann. 1422. in Reg. 172. ch. 213 : *Le suppliant dist à icellui commandeur qu'il ne faisoit pas son honneur de le Tutoyer, attendu qu'il estoit marié.* Pro *Tutoier*, nostris alias *Atuiser* et *Atuteer*. Lit. remiss. ann. 1452. in Reg. 181. ch. 194 : *Icellui Dauvergne parlant rigoureusement et fierement au suppliant, le Atutea et le desmentit.* Aliæ ann. 1467. in Reg. 195. ch. 116 : *Icellui maistre Baude dist au suppliant, en le Atuisant, que non feroit.* Vide supra *Tibissare*.

\* **TUISSIMUS**, Totus tuus. Eckius scribens Carolostadio se dicit *Tuissimum* : quam vocem reddidit illi Carolostadius epist. 19. in Collect. G. Olearii edit. ann. 1698. Sic Annibal Caro finxit vocem *Vostrissimo*. Hæc post D. Falconet.

† **TUITIALIS**, Tutus, ut puto. Schisma *Avention*. ad ann. 1378. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 429 : *Urbanus VI. PP. captus fuit a Carolo Rege Siciliae et in carcerem Tuitialeum positus.*

1. **TUITIO**, Immunitas, tutela, defensio, quam Rex fidelibus suis, vel Ecclesiis indulget, quæ et *Mundeburdium* dicitur. Vide *Mundiburdus*.

† 2. **TUITIO**, Administratio rerum et honorum pupilli, Gall. *Tutele*. Chartul. Episc. Paris. ad ann. 1269. fol. 122 : *Ysabella de Bourgaignemont... fecit homagium ligium dom. Episcopo Stephano... ratione liberorum suorum quos habet in Tuitione sua sive in baill. Tuition, Tution, Practicis nostris.* Charta ann. 1485. ex Chartul. Latinac. fol. 251 : *Raulin Sebent en nom et comme tuteur, et curateur de Jehan Gillet... suffisanment fondé par lettres de Tution et curation, etc.* Infra : *Tuition. Tution*, in Consuet. Medunt. art. 184.

\* *Tuicion, garde et defense*, in Instr. ann. 1370. apud Lobinel. tom. 2. Hist. Brit. col. 538. Legitur præterea in Lit. ann. 1371. tom. 5. Ordinac. reg. Franc. pag. 444. et alibi.

† **TUITISCI**. Vide supra *Theotisci*.

\* **TULCO**, Munimenti genus. Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. fol. 1 : *Castella sive oppida..... de istis sint fulcito.... putes, Tulconibus, turribus ambulatoriis.* Vide *Tuldum*.

**TULDUM** vocarunt nuperi, in militia, quod Latini vasa, impedimenta, Græci ἀποσκευήν. Lexicon Gr. MS. Reg. Cod. 2062 : *Ἀποσκευή, τὸ λεγόμενον παρ' ἡμῶν τοῦλδον, τὰ σαχηάρια.* Vox sane nuperis *Tacticis* Græcis familiaris, qui hanc a nostris hau-

serunt, tametsi apud Scriptores Latinos inferioris ævi haud reperiantur, quod sciam, sed in vernaculis nostratibus crebrius, *Toudis* et *Tauldis*, vel *Taudis*, qui has voces vulgo usurpant pro incomposita rerum quarumpiam congerie, vel impedimentis, quæ nullo ordine in castris jacent; ut *Monstrelletus* 1. vól. cap. 238. 2. vól. pag. 38. 58. Gruellus in Hist. Arthuri Ducis Brit. pag. 92. 94. Philippus Ravestanus in *Tacticis*, et alii. Octavianus Sangelianus in *Viridario honoris* :

Sur eschauffaulx, fenestres et Tauldis.

Vide Notas nostras ad Nicophorum Bryennium lib. 4. num. 6. [et Glossar. mediæ Græcitatatis in *Τουλδον*.]

\* Hinc *Taudisser*, dicitur de munitione festinanter et incomposite facta, in Lit. remiss. ann. 1479. ex Reg. 205. Chartoph. reg. ch. 369 : *Le suppliant ne voulut souffrir que l'on print de ses tonneaux pour fortifier et Taudisser les murailles de ladite ville de Pouence.*

† **TULERE**, pro *Tollere*, Auferre. Acta S. Vitaliani Episc. tom. 4. Julii pag. 169 : *Vestimenta cum calcamentis, quibus sanctus vir indui solebat Tulentes, etc.*

\* **TULERIA**, Tegularum officina; unde *Tulerius*, earumdem artifex. Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 361 : *Dum dictus Colaudus Tulerius nuper quodam sero de quadam Tuleria, in qua operatus fuerat, veniret, etc.* Vide supra *Teudis*.

\* *Tulieu* vero inter supellectilem domesticam recensetur, in Convent. inter abbat. S. Richar. et incolas ejusd. villæ ann. 1318. ex Reg. 61. ch. 453 : *Li maires et eskevins se douloient que nostre viscouens avoit prius un sant, une lampe, un Tulieu et un coustel, etc.* an Pistillum? Vide supra *Tritorium*.

† **TULES**, Πηρίδουλα, in Glossis Lat. Græc. An a *τύλος*, callus? Vide *Martinium* et infra *Tussillæ*.

**TULI**, Papiæ, *Aquarum projectus*. Forte *Tubi*.

† **TULIBOSUS**. Rolandinus Patav. lib. 11. cap. 7. apud Murator. tom. 8. col. 330 : *Elevato tumultu clypei contra clypeos crepuerunt, fragor strepuit lancearum, ensium tintitus insonuit, et clavis nodosis et ferreis ferientibus ad galeas Tulibosas, igneæ resultatunt scintille.* Melius, ut videtur, *calibosas* legitur in MS. Estensi.

**TULICATUS**, *Carptus, i. acceptus*, in Glossis MSS. [Gloss. Isid. : *Tuligatum, Carptum.* An *Tulptalium*? de quo supra.]

† **TULIPA**, Pileus seu amiculum capitis Turcis in usu, et inde Flos notus, nostris *Tulippe*, quod inversus hujus pilei speciem referat. Hunc florem describunt *Pomey* et alii recentiores. Vide *Vossium* de *Vitiis* serm. Hofmannum et *Menagium*.

† **TULIPANTUS**, Pileus Turcicus, Gall. *Turban*, in Miraculis S. Georgii Mart. tom. 3. Apr. pag. 153.

**TULIT ANNOS**, pro *Vixit*. Vetus Inscripcio apud *Gruterum* pag. 881. I. D. M. NICE CONJUGI BENEMERENTI. FECIT. TULIT. ANNOS. QUOD. POTUIT. ALIA 947. 9. CUM. QUA. VIXIT. ANNIS. XXXII. TULIT. ANNOS. LII.

† **TULLIA**, *Media vel regia*, in Glossis Isid. *Martinius* corrigit : *Trulla, media aula regia*. Vide *Trollus*.

† **TULTA**, *TULTUS*. Vide *Tolta* et *Toltus*.

† **TULUTANUS**, Βυδύτης, in Glossis Lat. Gr. Leg. *Tulutarius*, pro *Tolutarius*, *Gradarius*.

\* **TUMACULUM**, **TUMACULARIUS**, pro *Tumaculum* et *Tumacularius*, *Venter porci*, inter notas *Tironis* ex Cod. reg. 170. Vide *Toma*.

1. **TUMBA**, **TUMBUS**, sepulcrum, ex Gr. τύμβος, quod cadaveri terra ingesta *tumulam* faciat. Gloss. Lat. Gr. : *Tumuli, βουνοί, λόφοι, τύμβοι, σωροί γῆς*. Ita emendat *Salmasius* ad Hist. August. pag. 439. *Ebrardus* Betun. in Græcismo cap. 12 :

A tomulo tomulum; a moneo, monumentum, etc. Hoc nomen *Tumba* comprehendit omnia dicta.

*Prudentius* in *Passione* S. Hippolyti :

Sunt et mnta tamen tacitas claudencia *Tumbas* Marmora, quæ solum significant numerum.

S. Hieronym. in cap. 39. *Ezechielis* : *Et in Tumba sepulture illius retrudantur*. S. *Althelmus* de laude *Virginis* :

Clauæ per campos et *Tumbæ* sponte pateſcunt.

*Alcuinus* Poëm. 9 :

Omnia de prisicis exurgunt corpora *Tumbis*.

*Rathbertus* de *Casibus* S. Galli cap. 9 : *Tumbaque argento et auro sibi parata honorifice in eam sancti viri exuvie sunt perlatae*. Hist. Apparitionis S. *Michaëlis* in Monte *Tumba* cap. 1 : *Hic igitur locus Tumba vocatur ab incolis, ideo quod in morem tumuli, quasi ab arenis emergens in altum, etc.* [Vide *Valesium* in *Notitia* Gall. pag. 338. col. 1. et *Mabill.* tom. 2. *Annal.* Bened. pag. 19.] *Antrum tumbae* sepulchrum *Christi* vocat auctor *Panegyrici Berengarii* Imp. Utuntur præterea *Beda* lib. 3. Hist. cap. 12. Poeta Saxonice, in *Annalibus* *Caroli* M. ann. 800. *Auxilius* de *Ordinat.* *Formosi* lib. 2. cap. 4. extr. *Adrevaldus* lib. 1. de *Miracul.* S. *Benedicti* cap. 26. *Aimoius* lib. 2. de *Translatione* S. *Vincentii* cap. 3. *Anastasius* in *Vit. PP.* pag. 131. *Harigerus* in *Vita* S. *Landoaldi* n. 8. *Eckebarus* de *Vita* *Notkeri Balbuli* cap. 35. *Ermanricus* in *Prologo* ad *Vitam* S. *Soli*, *Alcuinus* Poem. 164. *Walafridus* *Strabus* de *Vita* S. Galli cap. 25. *Hepidanus* de *Miracul.* S. *Wiboradæ* cap. 1. 7. *Epitaphium* *Alcuini* apud *Browerum* in *Annal.* *Fuldensib.* pag. 41. *Petrus Abbas* *Cellensis* lib. 6. *Epist.* 12. *Versus* relati a *Serario* in *Moguntia* pag. 722. *Historia* *Invent. corporis* S. *Mastidiæ* pag. 52. *Thiofridus* in *Florib.* lib. 1. cap. 6. *Synodus* *Atrebat.* ann. 1125. tom. 13. *Spicileg.* pag. 49. etc. *Opertorium* vocat *Sidonius* lib. 3. *Epist.* 13. ubi *Savaro*, vide in hac voce. [Le *Roman de Robert le Diable* MS :

De saint Robiert enquist la vie,  
Si en la Toube ravie,  
L'oissement qu'il y trova  
Plus d'avoir rouver n'en porta.

Le *Roman de la guerre de Troyes* MS :

Tiel sepulture et tiel Tombel,  
Ne tant precieus, ne si bel, etc.]

**TUMBULA**, *Parvula tumba*. S. *Althelmus* de laude *Virginitatis* cap. 30 :



Saxea quadratis quos condit Tumbula fossis.

Vetus Epitaphium apud Gualter. in Tabular. Sicul. pag. 33 :

Virginis exemplo majorem Tumbula templo  
Claudit, Gualterii dum fovet ossa pii.

TUMBA. Pactus Legis Salicæ tit. 58. § 5 :  
*Si quis Tombam sepulchrum mortuum hominem  
expoliaverit, etc.* Codd. alii, *Tomolam*;  
Lex vero Salicæ tit. 57. § 2. *Tumulum*  
habet.

Exteriorem sepulcri partem, sive  
cooperculum hic intelligit Eccardus, quod  
olim sepulchra pretiose quandoque exorna-  
rentur. Jornandes de rebus Geticis : *No-  
ctuque secreto cuclaver est terra reconditum,  
cujus coopercula primum auro, secundo ar-  
gento, tertio ferri rigore communiunt.*

Proprie autem *tumbam* hodie dicimus  
sepulchrum lapideum. Chronicon S. Beni-  
gni Divion. pag. 438 : *Sepulchrum vero  
sancti et gloriosi Martyris ita est constru-  
ctum; est Tumba ex quadris ædificata lapi-  
dibus, quæ 8. cubitis in longum, quinque  
autem tenet in latum, etc.* [Chron. Senon.  
ad ann. 1215 : *Sepultusque est in ecclesia S.  
Apri in Tumba elevata lapidea satis decen-  
ter sculpta. Lapides tumbales in Statutis  
Ecl. Trecor. ann. 1455. apud Marten.  
tom. 4. Anecd. col. 1155. et 1156.]*

\* Sed et pro sacrarum Reliquiarum  
capsa apud *La Mure* Hist. Lugdun. pag.  
285 : *Anniversarium Agnetis de Curesia,  
quæ jacet subtus Tumbum B. Albrici.* Hinc  
nostris *Tombe*, eodem sensu. Stat. ann.  
1355. tom. 3. Ordin. reg. Franc. pag.  
11. art. 2 : *Si celuy eprouvé, est tel qu'il  
doive estre orfevre,..... il le sera; mais il  
n'ouvrera, ne fera ouvrer jamais d'autre  
métal que de bon or et de bon argent, si ce  
n'est en joyaux d'église, comme Tombes,  
chasses, croix, etc.* Unde *Tombier*, earum  
artifex, in alia Stat. ann. 1350. tom. 2.  
earumd. Ordin. pag. 379. art. 245.

TUMBUS, Eadem notione. Inscriptio  
Christiana apud Gruterum 1170. 4 :

Exornans rutilum pretioso marmore Tumbum,  
In quo poseentes mira superua vident.

Epitaph. S. Cumiani, Episcopi Hiberni,  
Bobii in Italia :

Pretioso lapide Tumbum decoravit devotus.

TUMBA, in alia inscriptione, apud eum-  
dem, 1173. 6. Vide *Tymbus*. Cæterum a  
*tomba*, vox nata nostris *Tomber*, pro *Jucere*,  
vel *cadere*; qui enim *tombatus* est, seu in  
*tomba* jacet, is prostratus est.

\* TUMBA, Tumulus honorarius. Charta  
ann. 1457. apud Ludewig. tom. 11. Reliq.  
MSS. pag. 521 : *In prænaratis autem  
vigiliis et missis custodes præfatæ ecclesiæ  
pulsabant solemniter ac Tumbam unum  
ministrabant panno coopertam funerali,  
circa quam præmemorati quatuor altaristæ  
ordinabant ac ponent quatuor candelas ar-  
dentes, prout in diebus funerum seu exequia-  
rum fieri est consuetum.*

† TUMBATUS, Sepultus. Obitus S. Hath-  
modæ vers. 255. apud Pezium tom. 1.  
Anecd. part. 3. pag. 515.

Membra Aaron Vatis mons Or Tumbata retentat.  
Rursus habetur in Epitaphio ann. 1371.

apud Georg. Christianum tom. 1. *Rer. Mo-  
gunt.* pag. 680.

2. TUMBA, Arca. Otto Morena in Hi-  
stor. Rerum Laudensium pag. 73 : *Tandem  
privatim per fossatum, et per aliquam Tumbam  
egredientes, et post tergu ipsius Placentini  
irruentes, etc.* Petrus Crescentius lib. 1.  
de Agricult. cap. 6 : *Curia sive Tumbæ faci-  
endæ in rure occasione habitationis domini  
et rusticorum.... quadruplex est consideratio,  
etc.* Lib. 11. cap. 6 : *Domus et Tumbæ, seu  
aræ, et curia magnitudo fieri debet in rure  
secundum domini facultatem, etc.* Mox :  
*In Tumbarum munitionibus fructiferæ arbor-  
es non plantentur.* Ubi versio Gallica jussu  
Caroli V. Regis Fr. exarata, semper *Combe*  
præfert.

† Agrum fossa seu terra in tumuli  
modum elevata munitum *Combe* alicubi  
vocant.

\* 3. TUMBA, Villa, casa; *Tomba*, Acad.  
Crusc. eadem acceptione. Charta ann.  
1198. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital.  
med. ævi col. 87 : *De policinis vero, Tumbis  
Saventinsium, xamplis, fluminibus navi-  
galibus, et de uliis, quæ ad publicaria spec-  
tant, etc.*

\* TUMBALUM, pro *Tubel*, *Stephanus  
scripsit*, in Glossar. med. MS. Simon. Ja-  
nuens. ex Cod. reg. 6959. Vide supra  
*Tubel*.

\* TUMBARELLUS, Plaustrum. Vide  
supra *Tomburellus*.

† TUMBATOR, Tubicen, Gall. *Trom-  
pette*. Computus ann. 1333. tom. 2. Hist.  
Dalphin. pag. 281 : *Item, duobus Tumbato-  
ribus de Subaudia, 11. flor.* Vide *Trum-  
bator* et *Tumbetta*.

† TUMBATUS, Sepultus. Vide *Tumba* 1.

† TUMBELLUM, Catalogus reliquiarum  
et ornamentorum Ecclesiæ S. Quintini  
ann. 1300. apud Hemeræum in Augusta  
Virômand. pag. 264 : *Casula dom. Regis  
cum dalmatico et Tumbello. Casula alba cum  
dalmatico et Tumbello ejusdem coloris. Ca-  
sula rubea cum dal. et Tumb. ejusd. color.  
Casula virgulata de auro cum dal. et Tumb.  
ejusd. color. Casula domini Bartholomæi de  
Roya cum dal. et Tumb. deauratis.* Idem  
omnino videtur quod *Tunicella*, adeo ut  
*casula vestis sit presbyteri, dalmaticum  
diaconi, tumbellum subdiaconi; sed f. leg.  
tunicellum.*

† TUMBARELLUM. Vide mox in *Tum-  
brellum*.

† TUMBETTA, Tuba et Tubicen, Gall.  
*Trompette*. Computus ann. 1333. tom. 2.  
Hist. Dalphin. pag. 279 : *Pro equo thesau-  
rarii, taren. xv. Pro equo Tumbettæ, taren.  
xvii. Ibid. pag. 281 : Tumbettæ Ducis  
Duratii pro emptiore unius roncini, xvii.  
flor.* Ordinatio Humberti II. ibid. pag. 313 :  
*Quando pulsabitur campana vel Tumbetta  
seu tubu, etc.* Vide *Trumba*.

TUMBARELLUM, Gall. *Tombereau*, In-  
strumentum fuisse volunt inventum ad ca-  
stigandas mulieres rixosas, quo in aquam  
dejiçuntur, immerguntur, et inde madidæ  
et potæ extrahuntur. Cowellus ait esse  
plaustrum, in quo fornicationis aut adul-  
terii rei contumeliæ causa per civitatem aut  
burgum circumferuntur. A Gallico *Tomber*,  
quod est cadere, volvi, volutari, deducta  
vox. Ejusmodi vero supplicii infligendi

just, quemadmodum *furca* et *pilorium*, al-  
tam seu superiorem justitiam spectabat.  
*Pœna Tymboralis* dicitur apud Bractonum  
lib. 3. Tract. 1. cap. 6. § 1. et Tract. 2.  
cap. 3. § 6. *Pœna Tumberelli*, in Fleta lib. 2.  
cap. 1. § 8. cap. 12. § 19. Leges Burgor.  
Scoticorum cap. 21 : *Si aliquis vel aliqui  
sit in forisfacto de pane vel cervisia.... pisto-  
ponatur super collistrigium, quod dicitur  
Pillorie, brasiatrix super Tumbrellum, quod  
dicitur Castigatorium.* Charta Edwardi I.  
Reg. Angl. apud Prynneum in Libertat.  
Angl. tom. 3. pag. 465 : *In tertio trans-  
gressu habeant judicium de pillorie vel Tum-  
berello.* Fleta lib. 2. cap. 12. § 29 : *Si pillo-  
rium, Tumborale, vel castigatorium de novo le-  
vari fecerit.* Henricus V. Rex Angliæ in  
Charta Fundat. Sheenensis Conobii in agro  
Surregiensi : *In hujusmodi terris, dominis ac  
feodis habeve possunt pillorium atque Tum-  
brellum pro punitione malefactorum.* Wil-  
helm. Thorn. : *Similiter clamat habere fur-  
cas, pilorium, Tumbrellum, etc.* Joan. Brit-  
ton. in Legib. Angl. pag. 24 : *Et aussi soit  
de tous ceux que jaise de Tomberel ou perte  
de membre averont suffert par jugement.*  
Pag. 30 : *Ou jaise de pillori ou de Tomberel,  
ou de uver, vreck de mer, etc.* Adde pag. 31.  
v. 76. et 135. [et Nomolox. Angl. Th.  
Blount in hac vocc.] Hinc nostris, *Faire  
le Tomberel*, in faciem cadere de aliquo su-  
periori loco. Joan. de Condato MS :

Car emmi le plus lait ehei,  
Et fist un si lait Tumberiel,  
Qu'il se rompi le hasterel.

Sed et *tombereau* nostri etiamnum vocant  
birotum plaustrum quoddam, quod cum  
deoneratur, omnino resupinum sternitur.  
Chronicon Flandriæ cap. 8 : *Henri de Mal-  
truit fut mené par les quarefours de Paris  
en un venel ou Tombereau, et après rendu à  
l'Evêque, et illec mourut en la chambre que  
l'on dit Oubliete.*

\* Alias *Tumerel* et *Tumereau*. Lit. re-  
miss. ann. 1346. in Reg. 75. Chartoph.  
reg. ch. 532 : *Iceitui Philippon estant en la  
compaignie d'un sien charreton,..... qui  
menoit un Tumerel à un sien cheval; l'iquez  
Tumerius versa etc.* Aliæ ann. 1419. in  
Reg. 171. ch. 15 : *D'iceulx eschasselessons  
iceitui Colleson fist un trouseau lié de corde  
pour gieter sur son Tumerieu, et mener à  
l'ostel de son maistre.*

TUMBARELLUM præterea appellata nescio  
quæ machinæ bellicæ species. Philippus  
*Mouskes* in Ludovico VIII :

Qu'il orent assez mangoniaus,  
Et trebukes et Tumeriaus.

Infra :

Sour quatre rues fit engiens,  
Et de cloies et de merriens,  
Et pons torneis, et castiaus,  
Et Tumeriaus, et trebukes.

TUMBARELLUM, [f. Typus quo nummi  
percutiuntur et signantur.] Fleta lib. 1.  
cap. 22. § 12 : *Ut de pondere cujuslibet de-  
narii sciatur legitimum pondus, concessum  
est, quod licebit cuilibet pecuniam recipere,  
et liberare particulatim per pondus 5. soli-  
dorum ad hoc provisum, et quod fuerit in-  
ferius per Tumbrellum per custodem cambii  
Regis signatum.* Vide Skenæum de Verbor.  
significat. voce *Timbrellum*.



† **TUMBULA**, Parva *Tumba*. Vide *Tumba* 1.

**TUMBURGT**, Major *Advocatus*, in Privilegiis Ratisbonensibus ann. 1230. [\* An *Tumbvogt* ?]

† **TUMBUS**, Sepulcrum, *Tombe*. Vide *Tumba* 1.

† **TUMENTUM**, a *Tumere*, quia in filo vel tela tuncat, nec subtilitatem habeat, unde *Tumentuosus*, tumento plenus, Joh. de Janua, male pro *Toumentum*, ut videtur. Gloss. Lat. Gall. Sangerman. *Tumentum*, *Enflement*, *Tumor*.

\* **TUMERELLUS**, Mensuræ seu dolii species. Charta Odardi de Alneto olim ann. 1254. in Chartul. Thenol. ex Cod. reg. 5649. fol. 53. vº: *Concessimus ecclesie Tenoliensi medietatem quatuor moliorum vinagiorum et quinque sextariorum et dimidii Tumerelli et medietatem censuum.*

† **TUMEX**, Συδίδις, αματώδης τόπος, in Glossis Lat. Gr. et Græc. Lat. *Livor*, *vibex*. Perperam in Supplemento Antiquarii *Tubex*. Pro τόπος Martinus vellet τόπος.

† **TUMIDARE**, Inflare, tumefacere. Acta SS. Valeriani et Soc. Mart. tom. 2. Aprilis pag. 206: *Vitu est quam humores Tumidant, ardores exsiccant.* Gloss. Gr. Lat.: Οιδάζω, *Tumesco*, *Turgesco*, *Tumido*.

† **TUMINUS**, Species mensuræ Siculis et Neapolitanis. Charta ann. 1504. pro Carmelitis Neapol. in Bullario Carmel. pag. 624: *Eleentosaliter dare providerint Taminis salis duodecim singulis annis pro usu fratrum et Deo famulantium in eodem monasterio, etc.* Occurrit pluries. Vide *Truncus salis* post *Truncus* 7. *Tuminius*, et *Tumulus*.

**TUMIX**, Τύμπανον, in Gloss. Gr. Lat. MS. et edito.

† **TUMINUS**, Idem quod *Tuminus*. Constituit Frederici Regis Siciliae cap. 20: *Considerantes itaque quanta nostri Siculi sustinuerint incommodu propter diversitatem Tumminorum, ad quorum mensuram victualium constitit commercium, etc.* Pluries occurrit ibi. Rursus cap. 42: *Statuimus, quod Burones et Donini terrarum recipient.... eorum terragia, non ad grossum Tumminum Baronis vel Domini, sed ad generale et iustam mensuram.*

\* **TUMNA**, Campanæ clava ferrea, Gall. *Battant*. Charta ann. 1402. ex Tabul. Moissiac. inter schedas Mabill.: *Item super querela reparacionis campanarum quoad Tumnam ipsis campanis et cymbalis necessariam, dictus dominus abbas Exiensis obtulit fore promptum pro nuic dictam Tumnam fieri facere, et quod dictus sacrista ipsam habeat poni facere in dictis cymbalis et campanis.*

† **TUMO**, Temo, Gall. *Timon*. Guido de Vigevano de modo expugnandi T. S. cap. 12: *Et aliae duæ rote cum Tumone remaneant extra domum.*

\* **TUMOR BOECII**, Morbi genus. Mirac. S. Th. Aquinat. tom. 1. Mart. pag. 684. col. 1: *Jacobus Marcellucius de Piperno, patiens in gutture Tumorem Boecii, etc.*

† **TUMORATUS**, Tumens, tumidus. Processus de ven. Maria de Malliaeo, tom. 3. Martii pag. 751: *Habebat unum maxillum infirmam et Tumoratam.*

**TUMPLEBANUS**, in Metropoli Salisbur-

gensis tom. 3. pag. 30. qui pag. 4. *Major plebanus.* [\* Vide *Tuomun.*]

† **TUMPLETURA**, f. Ars extruendum munitionum, a Saxonico *Tun*, *Sepes*, *septum*, *sepimentum*, et Latino-barbaro *Pleitura*, seu *Pleidura*, locus septus. Epitaphium ann. 1585. in Ecclesia de *Fouquequourt* diocesis Ambianens.: *Florentius Morandus filius Mathæi, pietatis studiosus, æquitate florens, agriculturæ, geometriæ, Tumpleturæ artibus peritus, claris probisque viris virtute laude comparandus, plucida morte solutus, etc.*

\* Mendum est, pro *tum pictura*; quod etiam vidit D. Graverol de *Flogrhevar* in Disquisit. ad legem *Papia Poppæa* edita tom. 2. Jan. ann. 1765. *Diar. Trevolt.* pag. 335.

† **TUMULARIUS**, *Tumularia sepultura*, *Tumba*, Sepulcrum. Andr. Floriac. Monac. in Vita MS. S. Gauzlini Bituric. Archiepisc. lib. 1: *Olosericam pallam S. Benedicto dereliquit moriens, in quo loco Tumulariam est adeptu sepulturam.* Vide *Tumba* 1. et *Tumululus*.

\* Vita MS. S. Martial. Lemov.: *In quo (oratorio) ad Occidentem Tumulariani sibi statuit sepulturam.*

\* **TUMULATIO S. BENEDICTI**, Quæ hodie *Illatio* appellatur; cum scilicet corpus S. Benedicti ab Aurelia reductum, in ædem S. Mariæ restauratam solemniter illatum est; quod festum celebratur 4. Dec. Cerem. MS. S. Mariæ Crass.: *Fidelium tuorum quæsumus, Domine, vota serenus intendere et interventu beati confessoris tui Benedicti, cujus Tumulationis celebramus diem, a cunctis nos reatibus absolutos, festis interesse concede perpetuis. Per Dominum etc.*

† **TUMULATOR**. In Necrologio Eccles. Carnut. ad diem v. Idus Julii: *Sigo levita.... ammirandi præsulis Fulberti... dicitur Tumulator liberalis, quippe qui celebrandis ejus exsequiis, ornandoque tumulo opes et operam contulerit, ut habet Mabillonius tom. 4. Annal. Benedict. pag. 80.*

† **TUMULULUS**, *Parvus tumulus*, Johan. de Janua: *Petit sepulcre ou petit Tombliau*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. Vide *Tumularius*.

\* **TUMULTARE**, *Tumultuari*. Charta ann. 1379. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 24. col. 1: *Dictus dominus dux publice proponi fecit... contra populum supradictam, quod pluries et frequenter, indebite et enormiter se congregaverant Tumultando et seditiones committendo, etc.* A Latino *Tumululus*, nostri *Tesmoute* dixerunt. Occurrit in Chron. S. Dion. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 282. et 284. *Temoute*, in Gest. Ludov. Pii ibid. tom. 6. pag. 148. *Le Roman de Robert le Diable* MS:

Par fu si tres grant la Temoute,  
Que l'emperere les escoute.

\* **TUMULTUARE**, *Tumultuose clamare*. Lit. remiss. ann. 1386. in Reg. 129. Charthoph. reg. ch. 41: *Cum ipse Johannes.... audisset Tumultuare, quod in planatio dicti loci Guiniuci Deodatus Vassalli, ejus consobrini germanus, a quibusdam interficiebatur; etc.*

\* **TUMULTUARIUM MILITES**, f. Recens collecti. Hist. Franc. Sfort. ad ann. 1428.

apud Murator. tom. 21. Script. Ital. col. 214: *Tumultuarii item milites, qui ad spectaculum venerant, eo concurrunt. Verum et pauci et inermes.*

† **TUMULUS**, Mensura frumentaria, Siculis et Melitensibus, *Tomolo*. Miracula B. Joachimi Abbat. tom. 7. Maii pag. 124: *In loco quodam arboribus nudique septo, cujusdam vineæ Mauri genitoris sui, in agro Calicensi positæ capacitatis in semine Tumulorum trium cum dividio.* Vide *Tumulus* et *Malbergium*.

\* Charta Joan. regin. Sicil. tom. 5. 2. Hist. Cassin. pag. 594. col. 1: *Mandamus quatenus eisdem monachis,.... pro eorum victu.... de grano Tumulos mille quingentos assignare debeatis.*

† **TUNC**. *Ad Tunc*, *Tunc*, *tunc*, Gall. *Alors*, apud Thomam *Mudox* Formul. Anglic. pag. 273. *Ex nunc pro ut ex tunc, et ex tunc pro ut ex nunc*, formula in Litteris Caroli V. Reg. Franc. ann. 1369. tom. 5. Ordin. pag. 269. et alibi, qua aliquid firmo ac statuto consilio factum esse significatur.

\* **TUNC TEMPORIS**, Dicitur de iis, qui Chartis testes aderant iisque subscribebant; qui usus obtinuit XI. sæculo et sequentibus. Charta ann. 1093. tom. 5. Annal. Bened. pag. 309. num. 55: *Ego Hugo episcopus Tunc temporis et cancellarius scripsi et subscripsi.* Consule novum Tract. diplom. tom. 4. pag. 573.

† **TUNCHINIUM**, Decania vel cætes judicialis cui præerat *Tunginus*, si vera lectio est. Pactus Legis Salicæ tit. 63: *Si quis de parentilla tollere se voluerit, in nullum aut in Tunchinium admallare debet, etc.* Aliter Lex Salica tit. 63. § 1. ut videre est mox in *Tunginus*.

† **TUNGEREFAFA**, *TUNGEREFA*, *Præpositus curiæ urbane*, Hiccesio Dissert. Epist. pag. 57. a Saxonico *tun*, villa, prædium, vicus, et *ger efa*: de quo supra. Vide *Tungrwio*.

**TUNGINUS**, *Judex, qui post Comitum est*, in veteri Glossario: *Tungi*, seu villæ Præfectus, *Judex*; a *tun*, Saxon. villa, vicus, prædium, territorium; quod malim, quam quod vult Wendelinus, a Teutonico *Tong*, i. lingua, deductum vocabulum, quod *Tunginus* lingua sit centenarii. Alii a *tegn*, Saxonico, *Minister*, de qua voce egimus in *Thayno*, profectum volunt. Lex Salica tit. 46. § 1: *Tunginus vult Centenarius mallum indicent, etc.* Tit. 48: *Debent testes jurati dicere, quod ibi fuissent in mallo, ubi Tunginus et Centenarius indixerunt.* Tit. 69. § 1: *Si quis de parentilla tollere se voluerit, in mallo ante Tunginum aut Centenarium ambulet, etc.* [\* Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 534. et supra *Centenarius*.]

☞ Eccardus in notis ad Pactum Legis Salicæ tit. 47. § 1. asserit nomen *Tingini*, *Tungini*, vel *Tunzini*, formatum esse ex *Tincan*, et proprie significare *Decanum*, quod inveniit in Glossario MS. Florentino *Centenarium*, *hunno*, *Decanum* vero *Tincan* vocari. Origo vocis, inquit, *Tehun*, vel *Tia*, quæ pro *Decem* leguntur in Pacto Legis Salicæ tit. 2. § 5. et hinc *Tehing*, *Ting*, *Tinginus*, *Tincan* verbotenus est *Decanus*. Aliunde accessit Vossius lib. 2. de Vitiis serm. cap. 18. ubi etiam ha-



bet *Tonginus*. Vide *Decanus* et *Tunchinium*.

**TUNGRAVIO**, **TUNGRAVIUS**, **TUNGREVIUS**, *Tungi* Præpositus, id est, villæ; nam tun, ut mox diximus, Saxonibus est villa, vicus, prædium, territorium : et geref, Præfectus, Præpositus; quasi tun-geref. Leges Ethelredi Regis Angl. apud Wene-tyngum editæ cap. 24 : *Si Pörtireva, vel Tungravio, vel alius Præpositus compellat aliquem, quod theloneum super teneuerit, etc. Tungravius*, in ejusdem Ethelredi Legibus apud Habam cap. 2. *Tungrevii*, in Legib. Henr. I. cap. 7 : *Intersint autem* (generalibus placitis) *Præpositi, Barones, Vasavores, Tungrevii, et ceteri terrarum domini diligenter intendentes, etc.*

1. **TUNICA**, Vestis Sacerdotalis, quam duplicem induunt Episcopi subter casulam, ut est apud Amalarium lib. 2. de Eccl. Offic. cap. 22. Rupertum lib. 1. de Divin. Offic. cap. 23. Durandum lib. 3. Ration. cap. 10. etc. Eadem *Tunica poderis* dicitur apud Innocentium III. lib. 1. Mysterior. Missæ cap. 10. 55.

**TUNICA CUM TINTINNABULIS**. Missa velus ex codice Ratoldi Abbatis Corbeiensis : *Super hæc itaque ministretur ei* (Episcopo) *Tunica gyris in tintinnabilis mirifice referata, etc.* [Vide *Tintinnabulum*.]

**TUNICA**, est etiam Clericorum vestis propria, apud Honorium August. lib. 1. cap. 233.

**TUNICA PLUMBEA**. Lex Bajwar. tit. 1. cap. 11. § 1 : *Si quis Episcopum, quem constituit Rex, vel populus sibi elegit Pontificem, occiderit, solvat eum Regi vel plebi, aut parentibus secundum hoc edictum. Fiat Tunica plumbea secundum statum ejus, et quod ipsa pensaverit, auri tantum donet, qui eum occidit, etc.*

**TUNICA CHRISTI**, de qua Gregorius Turon. lib. 1. Miracul. cap. 8. Chron. Fredegarii cap. 11. Aimoinus lib. 3. cap. 78. Matth. Paris ann. 1156. etc.

**TUNICA B. MARIE**, quæ in Carnotensi Ecclesia religiose asservatur et colitur. De hæc agit Dudo de Morib. Normann. lih. 2. pag. 80.

**TUNICA MONACHORUM**, in Regula S. Benedicti, quæ et *Caputiata* fuisse dicitur apud Lanfrancum in Statut. cap. 18. Vide Hæftenum lib. 5. Disquisit. Monast. tract. 3. disq. 7.

**TUNICA AGILIS**. Joan. Mon. in Vita S. Odonis Abbat. lib. 2. cap. 8 : *Cumque ejus membra tabescere cernerem, fieri ei agilem Tunicam jussi, quæ ejus posset tueri et calefacere penetrata*. Ita editio Mabillonii; at Duchesniana habet *agiliter*.

¶ **TUNICA FEMORALIS**, Quæ ad femoralia descendebat. Canones Hibern. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 5 : *Quicumque clericus ab hostiario usque ad sacerdotem sine Tunica femorali visus fuerit, quæ turpitudinem ventris non tegat et nuditatem, etc.*

2. **TUNICA**, Sagum militare, quod armatura ferreæ, vel thoraci superinduebatur, *Cotte d'armes*. Ita fere semper Scriptores nostri hac appellatione donant, varie vocabulo elato. Chronicon Flandriæ cap. 51. de Henrico Luxemburgico Imper. : *Et avoit vestu un Tournicle d'or à aigle noir, etc.* Vestus Poeta MS :

Armez fut d'un haubert clavez de double maille, Un Tournicle dessus aussi come d'eschaille.

Chronicon Bertrandi Gueselini :

Là n'y avoit Seigneur de haute renommée, Qui sa Tunicle n'eust en son dos endossée.

**Inventarium bonorum mobilium Ludovici Regis Franc. ann. 1316** : *Deux houces, et deux Tunicles, des armes de France, et le chapeau de meismes. Item deux Tunicles et un gambouison de bordures des armes de France. Item deux Tunicles bastuës des armes de France. Computum Stephani de la Fontaine Argentarii Regis incipiens a 4. Febr. ann. 1351. cap. de Harnois* : *Pour 2. aunes de veluyau jaune pour faire une Tunicle. Et infra* : *Pour 2. aunes 3. quarts de veluyau ynde à faire la garnison d'un chamfrain, et l'escartcleure de la Tunicle 16. excus, etc. 2. onces 15. estellins de perles à pourfiller les fleurs de lys de la Tunicle. Rursum* : *Pour 6. piéces de camocas blancs à faire 2. harnois de cheval; c'est assavier colliere, crupiere, bannière, panonceaux, et Tunicle. Rursum* : *Pour 2. onces et demye d'or trait pour faire l'armoire des Tunicles. Statuta MSS. des Armoiers et coustepontiers de Paris* : *Tout homme, qui fera Tornicles quelles quelles soient, que elles soient armoïées de surtal, et que le surtal soit aussi bon comme le champ et que il soit cuevlie de poins, et pourfitez de chiefs, et cousus de soye bien nettement, et s'il y a cotton, que il y en ait autrendroit du cendal, ou cas que elle ne seroit drappée, et que elle seroient de poins enfermez et brochiez, si l'en a loisir de la poindre.*

¶ **TUNICA AD ARMARE**, Eadem notione. Comput. ann. 1202. apud B. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. ccc : *Pro 11. Tunicis de Esteinfort ad armare, xxxiiii. sol. ... Pro vi. cendalis ad capam, ... etc. pro 1. Tunica ad armare, ... et pro duabus Tunicis cendalis viridis ad armare, viii. l.*

\* Testam. Rich. de Bisunt. archiep. Rem. ann. 1389. inter Instr. tom. 10. Gall. Christ. col. 70 : *Item dedit et legavit magistro Johanni Fetute, olim ballivo suo Remensi, suam Tunicam, Gallice Cote à armer, ferratam argento.*

\* **TUNICA AUDAX**, Sagi vel tunicæ species, viris perinde et feminis familiaris, idem quod *Cotardia*. Guagia et robæ familiæ Rob. comit. Clarim. ann. 1295. apud Ludewig. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 13. col. 2 : *Pro xiiij. alnis marbreti pro quatuor Tunicis audacibus pro quatuor pagis, lvij. sol. vj. den. Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 55* : *Quidam nuncius, dicens se esse ad dominum Montismorenciaci, ..... quandam suam Tunicam audacem novam cum capucio, quod etiam novum habebat, ..... eidem supplicanti amoverunt. Testam. Odon. Morini curionis de Jonqueretis dioc. Ebroic. ann. 1381. ex Bibl. reg. : Item (do) domino Gaufrido le Grain unum mantellum et unam Tunicam audacem.*

\* **TUNICA HARDIATA**, **HARDITA**, Eodem intellectu. Vide supra in *Hardiata* et *Hardiata tunica*.

¶ **TUNICA**. Chronic. Brioc. ad ann. 1394. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 864 : *Aderant autem in illo exercitu... ii. millia et D. milites et armigeri arma sua*

*in suis Tunicis super se differentes, etc.*

¶ **TUNICATIM**, Ad instar tunicæ. Pseudo-Ovidius de Vetula :

Inque novem caelos extrinseca dividitur pars, Quorum forma quasi Tunicatim continet se.

**TUNICELLA**, Vestis Subdiaconorum propria, quæ et *subtile*. Vide Durandum lib. 3. Ration. cap. 11. num 3.

¶ **TUNICELLA** pontificali occurrit in Synodo Valentina ann. 1590. tom. 3. Concil. Hispan. pag. 469 : *In officio Missæ celebrans semper utitur planeta super albam; si autem sit Episcopus et solemniter celebrat, super dalmaticam et Tunicellam*. De usu *Tunicellæ* plura videsis apud Macros fratres in Hierolexico.

**TUNICELLA MONACHORUM**. Vide Hæftenum lib. 5. Disquisit. Monast. tract. 3. cap. 7. extremo.

¶ **TUNICELLA** Sanctimonialium, in Vita B. Coletæ, tom. 1. Sanctorum Martii pag. 552.

\* **TUNICALE**. Charta ann. 1121. apud Guden. Cod. Dipl. tom. 1. pag. 50 : *In festo S. Mariæ... duo Tunicalia, quæ inter fratres circumeant, quorum utrumque valeat 3. solidos.*

\* **3. TUNICA FURNI**, Ambitus ejusdem, ni fallor. Glossæ Caesar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Hontheim pag. 669. col. 1 : *Curia de Denesbure et Hermansbanide adducunt pallos, .... et perticas Gerden ad Tunicam furni sepiciendam. Vide Tunium.*

\* **TUNICELLUS**, dimin. a *Tunica*, tunicella. Acta B. Joan. Firm. tom. 2. Ang. pag. 461. col. 1 : *Nihil aliud ad usum habere voluit, nisi solam tunicam habitudalem, chordam et femoralia, ... excepto quod circa finem (vitæ) habuit parvum Tunicellum, quem infra habitum portabat.*

¶ **TUNICIUM**, Tunetum, Tunetanum regnum. *Tunis*, in Inventar. Chartar. Reg. ann. 1482 fol. 100 : *Littera Regis Tunicii de treuga inita inter Francie et Sicilie Reges et ipsum.*

¶ **TUNINA**, Thunnus salsus, Ital. *Tonnina*. Annales Genuens. ad ann. 1285. apud Murator. tom. 6. col. 590 : *Invenit in mari Tolarie navem unam Venetorum onustam caseo et Tunina. Vide Tonnina et Tannaria.*

\* Stat. Mont. reg. pag. 318 : *Item pro qualibet barrile Tunicæ, solvat octo denarios.*

**TUNINUM**. [\* vel **TUNINUS**, **TUNIMUS**.] Lex Bajwar. tit. 1. cap. 14. § 5 : *Ad casas dominicas, stabulare, fenile, granicam, vel Tuninum recuperandum, peditaras rationabiles accipiant*. Editio Tiliiana habet *stabilire*, et *recuperando*; Heroldina, *stabulum*. Quidam putant, *tuninum* hoc loco esse adificium *tunnis* recondeendis idoneum. Vossius vero vocem formatam putat ex Germanico *tuyn*, quod universim locum septum sonat, ac particulatim hortum.

¶ Huic interpretationi favet Codex Irminonis Ahb. Sangerm. fol. 65. vº. Brev. 13. sect. 1 : *Claudunt de Tunini periticam unam in curte dominica*. Et fol. 70. ibid. sect. 64 : *Autlemarus servus.... facit caropera, claudit in curte dominica de Tunino parietem unum, etc.* [\* Breve 11. sect. 2 : *Claudunt in curte dominica de*



*Tunino perticas 4. in prato perticas 4. de sepe.* Fiscor. describend. Formul. apud Pertz. Leg. tom. 1. pag. 179 : *Curten Tunino circumdatam, desuperque spinis munitam, cum porta lignea. Habet desuper solnrium. Curticulam similiter Tunino interclusam.* His locis *Tuninus* vel *Tunimus* videtur sepietum structile, quo circumdatur chors; ita ut *sepes in prato* sit sepis vivæ naturalis sepietum. Glossa antiq. apud Graff. Thesaur. Ling. Fr. tom. 5. col. 678 : *Tunino, Hovazân.* Pro chorte vero ipsa in qua altilles aves custodiuntur, usurpatur apud Adalhard. Statut. Corb. lib. 2. cap. 13 : *Aucas autem et pulli, quæ in Tunninis dominicis nutriti fuerint, semper decimus portatio detur.* Vide Guerardi Glossar. ad Polypt. Irminon. et supra *Tunica Furni* ]

¶ **TUNLEIUM**, Tributum. Vide in *Telon*  
**TUNNA**, **TONNA**, Vas aquæ, vini, cerevisiæ, et alterius liquoris capax, Gallis, Germ. Belg. *Tonne*. Gloss. Anglo-Sax. Ælfrici : *Cupa, tunne*. [\* Vide Graff. Thes. Ling. Franc. tom. 5. col. 431.] Lexicon Cambro Britannicum, *Tunnel*, dolium. Alcuinus Poëm 221 :

Et Nemias Græco infundat sua pocula Baceho,  
Qui secum Tunnam semper portare suescit.

Quibus verbis innuit Pincernam regium S. Audoënis in Vita S. Eligii lib. 2. cap. 38 : *Camque vasa sua sigillatim sollicite consideravit, reperit fortuito Tunnam, ubi paucillum habuerat antea, usque ad os tunc vino exundante repletam.* Vita S. Philiberti cap. 18 : *Rogans eum cellarium ingredi, et vas vinarium, quod Tunna dicitur benedicere.* Epistola 73. inter Francicas, quæ habentur tom. 1. Historiæ Francor. : *Superexcevit quidem et superabavit benedictio largitatis vestræ adeo ut dum nos unam salerni amphoram deposcimus, vos eminentia vasa, et, ut usitatius dicam, Tunnas decem elegantissimi salerni tanti habuistis dirigere.* [\* Vide Lappenb. Orig. Hanseat. Probat. pag. 62. not. 9.]

\* Glossæ Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Hontheim pag. 671. col. 1 : *Solvit Tunnam unam. Tunnæ, de quibus hic mentio fit, non puto esse Tunnas, per quas deducitur vinum; quædam autem vasa magis ad vindeminn valde necessaria, quæ appellantur Buden.* Vide supra *Thona* 1.

\* *Tune* vero, Pars quædam aratri, in Lit. remiss. ann. 1386. ex Reg. 129. Charthoph. reg. ch. 183 : *Desquelles charues l'exposent arracha, print et eupertta les ceps, la jauge, deux chevilles de fer et la Tune.*

**TONNA**. Vita S. Tillonis Mon. n. 29 : *Erat etinn... in cellario fratrum positum vas, quod vulgo Tonna vocatur, habens modicum salerni.* Vita S. Sori Eremitæ n. 4 : *Tres illas apothecas, quas rustici Tonnas vocant. Heribertus Monachus de Hæreticis Petragoricensibus : Simbi ferreis catenis vel compedibus vincti missi fuerint in Tonnani vinariam, etc.* Vita MS. S. Agerici Episcopi : *Qui præter vas medium, quod Tonna vulgariter dicitur, nihil habemus.* [Charta ann. 804. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 81 : *Nunciatum est.. quoddam vas mire magnitudinis vini meri*

*plenum esse inventum, quod vulgo Tonna nuncupatur.*] Adde Aimoin. lib. 2. Miraculor. SS. Georgii et Aurelii cap. 21. Vitam S. Herlindis n. 13. Ordericum Vitalib. 13. pag. 898. Sugerium de Admin. sua cap. 16. Historiam S. Martini de Campis pag. 441. etc.

¶ **TONA**, in Miraculis S. Angilberti Abbat. sæc. 4. Benedict. part. 1. pag. 134 in veteri Charta apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 238. et alibi non semel.

¶ **TONNAUS**, Eodem significatu. Charta ann. 855. in Append. Marceæ Hisp. col. 788 : *Et vinum qui exinde exhibit quinqvales ccc. et sunt Tonnai VIII. et de annona modii xxx.*

**TUNNARE**, ex Gall. *Entonner*, in *tunnam* seu dolium infundere, doliis vina aut simile quid indere. Iter Camerarii Scotici cap. 6. de Gustatoribus cerevisiæ : *Quod non sunt parati ad gustandum, quotiescunque brasiatrix Tunnaverit.* Cap. 10 : *Quod non faciunt gustari cerevisiam, seu Tunnari, antequam illam vendant.*

**TONNELLUS**, Parva *tonna*, apud Petrum Cellensem lib. 9. Epist. 5. [Tonellus, in Privilegio Leduini Abb. ann. 1036. e Chartulario S. Vedasti Atrebat. in Computis ann. 1202. apud D. Brussel tom. 1. de Feudorum usu pag. 515. et tom. 2. pag. cxli. et alibi sæpe. *Tonnel*, in Charta ann. 1448. et *Tonnelet*, in alia ann. 1295. ex Tabul. Corb.]

\* *Un Tonnellet de huit loz ou environ*, in Lit. remiss. ann. 1408. ex Reg. 163. Charthoph. reg. ch. 208. *Toullon* et *Toulon*, eadem notione. Lit. remiss. ann. 1425 in Reg. 173. ch. 375 : *Ouquel celier les suppliantes trouverent ung grant Toulon, ouquel avoit de la terre et cinq cent vingt pieces d'or. Ung Toullon d'uille tenant huit pintes*, in aliis ann. 1452. ex Reg. 181. ch. 166.

**TONNELLA**, apud Bandoviniam in Vita S. Radegundis cap. 10. et Guibertum lib. 3. de Vitasua cap. 8. [Tonelle in nave Ecclesiæ cereorum multitudinæ circumornatæ, in Gestis Gaufredi de Ludono Epist. apud Mabilion. tom. 3. Analect. pag. 378. V. Redda.]

**TUNNELLA**, apud Thwrocium in Hist. Hungar. anno 1335.

**TONNAGIUM**, in Statuto 2 Westmonasteriensis cap. 29. Vectigal ex vino et mercibus quibusdam, tam evectis quam advectis, juxta tonnarum pondera impositum. Spelmanus. [Recensio reddituum Castell. Petrelontis ann. 1300. e Bibl. Regia : *Tonnage de vin que lan lieve ou terrouir de S. Jacques, de S. Supplis et de Pierrefons, pour chascun tonel II. den. ob.* Vide Th. Blount in Nomolexico.]

¶ **TONELARIUS** *Tonarum* artifex, viator, Gall. *Tonnelier*. Conventio ann. 1202. apud Lobinell. tom. 5. Hist. Paris. pag. 600. col. 1 : *Unus clausarius vinearum, unus Tonelarius, etc.* [\* *Tunelarius* in Chartul. S. Petri Carnot. num. 185. pag. 397. ed. Guerard.]

¶ **TONNELLARIA**, Doliaria officina, Gall. *Tonneleterie*, in Charta ann. 1306. apud eundem Lobinell. tom. 3. pag. 131.

**TUNNARIA**, **TUNNINA**, **TONNARIA**, Vivarium, seu piscaria tynhorum. Charta Caroli I. Regis Siciliæ ann. 1277. apud Ughellum tom. 7. pag. 807 : *In Tunnaria vero Palermi annis singulis 50. barilla de mansée de Zurra, et totidem de alia Tun-*

*nina deferenda per mare expensis nostris, etc.* *Tunnariæ* Panormitanæ mentio fit etiam in Charta Friderici II. Imp. ann. 1211. apud Rocchum Pirrum tom. 1. pag. 144 : *Confirmamus vobis... decimam omnium piscium Tunnariarum nostrarum Panormi, etc.* Vide eundem pag. 314. 402. 418. tom. 2. pag. 25. Bullarium Casinense tom. 2. pag. 191. [Chronicon Siciliæ apud Marten. tom. 3. Anecl. col. 82. et 95. et Constitutiones Friderici Regis Siciliæ cap. 32.] Charta Caroli Regis Sicil. ann. 1275. apud eundem Ughellum tom. 1. pag. 337 : *Et certa quantitate Tonnine de Tonnaria curiæ Siciliæ, etc.* Charta Willelmi Regis Siciliæ ann. 1176. apud Rocchum Pirrum in Arch. Montis Regal. : *Tonnariam quoque, quæ est in insula, quæ dicitur Fini... libere habendam concedimus, ut omni tempore liceat eidem Monasterio ad utilitatem suam officium piscationis Tunnorum... exercere.* Alia ann. 1289 : *Asserens dictam Ecclesiam nullam habere Tonnariam in dicta martima, nisi Tonum tantum unum, impedit constructionem Tonnariæ in præjudicium Ecclesiæ memoratæ, etc.*

¶ **TYNNINA**, Eodem intellectu. Notitia Eccl. Cephalædit. apud Rocchum Pirrum in Sicil. sacr. pag. 485 : *Anno Salvatoris 1347. N. abbas ejusdem B. M. de Pedali Ordinis S. Benedicti a Rege Friderico III. obtinuit pro suo monasterio quasdam butticellas Tynninæ singulis annis.*

**TUNNARIA PISCATIO**, in leg. venditor. D. Commun. præd. De Tynnorum piscatione circa Bosphorum agit Oppianus lib. 3. et 4. Halieut. Adde Plinium lib. 9. cap. 15.

¶ **TUNNINA**, **Thunnus** salsus, Ital. *Tonnina*. Chronicon Richardi de S. Germano apud Murator. tom. 7. col. 1030 : *Pro porco gr. 3. pro ariete gr. 2. pro agno gr. 2. de Tunninis et sardellis servabitur forma.* Vide *Tunina* et *Tonnina*.

¶ **TUNNINUM**, *Locus tunnæ reponendis destinatus*, in Amalthea e Cod. Leg. antiq. Vide *Tuninum*.

\* **TUNSILLÆ**, *Male*, in Glossis ad Alex. Iatrosoph. MS. lib. 1. Passion. cap. 136 : *Furfurum et caricarum zoniam dabis nd gargarizandum, et maxime quibus Tunsillæ habent ab initio flegmonem.*

¶ **TUNSIM**, *Minutum, concisim vel percussim*, Jo. de Janua 7. *Menuent*, in Glossis Lat. Gall. Sangerm.

\* **TUNES**, pro *Thunus*, pluries in Lit. Renati reg. comit. Provinc. ann. 1477. Vide *Tunnaria*.

¶ **TUNZINUS**, Decanus, Judex. Vide *Tunginus*.

¶ **TUO**, ἀπεινω, in Gloss. Lat. Gr. Aliæ Græc. Lat. : Ἀπεινω, *Contemplor, Tuo, Contueor, Intueor. Unde Tuere, pro Theri, videre, dictum colligitur. Vide Tuere.*

**TUOMUM**, ex Ital. *Domo*, ædes in Tholi formam ædificata, in Vita S. Udalrici Episcopi Augustensis num. 24. edit. Mabilionii. [\* Pertz. Script. tom. 4. pag. 393.] [Malim a Germanico *Thuom, Thumi*, vel *Dom*, Dominicium templum, Basilica, Ecclesia cathedralis, deducere. Vide *Ecclesiam*, pag. 5. col. 1. et *Domus*, pag. 922. col. 1.] [\* Grimm. Gramm. German. tom. 3. pag. 427.]

¶ **TUPHA**, Genus vexilli. Vide *Tufa*.



† 1. **TUPINA**, Species exercitii militaris ludicri, Gallis olim *Tapineis*. Litteræ Edwardi III. Regis Angl. ann. 1329. apud Rymer. tom. 4. pag. 386: *Ex parte nostra inhiberi faciat... torneamenta, burdeicias, Tupinas aut justas facere, aventuras quæverere, etc.* Præceptum Philippî Pulchri ann. 1312. tom. 1. Ordin. Reg. Franc. pag. 509: *Nous eussions fait defendre generalement par tout nostre royaume toutes manieres d'armes et de tournoiemens, et que nuls, sur quâques il se poient meffaire envers nous, n'allast à tournoiemens en nostre royaume, ne hors, ne feist, ne alast à joustes, Tupineiz, ou fist autres fais, ou portemens d'armes, etc.* Le Roman de la Rose MS:

Ne veistes tel chapleis,  
Lâ out si fort Tupyneis  
Conques en nul tornoieiment.

Vide P. Honoratum de S. Maria lib. 1. Dissertat. Histor. et Critic. in Equitum Ordines pag. 191. [\*\* Cangium post Joinvill. Desert. 6. in fine.]

\* 2. **TUPINA**, Ælla terra, vas terreum, Gall. *Pot de terre*, alias *Tupin* et *Tuppin*; unde *Tuppiner*, eorum artifex vel mercator, et *Tupinari*um, ejusmodi vasorum congeries. Charta fundat. priorat. S. Viviani Vasat. ann. 1081. ex Tabul. S. Florent. Salmur.: *In unoquoque foro, unam junctam salis, et de uno Tupinario indeterminate unam Tupinam et unum pigarium.* Charta ann. 1318. in Chartul. S. Mart. Augustodun.: *De ceulx qui vendent ès dittes foires chairs cuites en chaudieres, iv. deniers; et de ceulx (qui vendent) chairs cuites en Tupins, ij. deniers. Pot ou Tuppin de terre, in Leg. Claudii de Guysia inter Comment. Cond. ult. edit. tom. 6. part. 2. pag. 46. col. 2. Charta ann. 1328. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 243: *Le Samedi après l'Ascension, toutes les ventes des Tuppiniens et de soliers de dehors qui deschargent à Tornus chaceu au, etc.* Vocis etymon a Latino *Tophus* accersendam censet Duchat in notis ad Rabelais. lib. 1. cap. 4. ubi Gallicum illud proverbium laudat:*

De bonne vie bonne foy,  
De bonne terre bon Tupin.

\* **TUPINUS**, **TUPINERUS**, Ejusdem, ut videtur, originis et significationis. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 172. ex Cod. reg. 4624: *Quod aliqui pegoloti, seu Tupinerii, et alii quivis non debeant... ire hostatim per locum Avillianæ... ad vendendum mercerias, Tupinos, speciaris, vel alias res.*

† **TUPPA** **CATENE**, Sera, in Vita S. Raynerii, tom. 3. Junii pag. 448. ab Italico *Toppa*, Academicis Cruscans, *Strumento di piastra di ferro con ingegni, per li quali si volge la chiave, fatto per serrare.*

\* **TUPUS**, pro *Tripus*, Mensa fulero tripede suffulta, ut suspicantur docti Editores ad Acta B. Amadei tom. 2. Aug. pag. 585. col. 2: *Ecce quod ipse pater Amadeus, dum ad ejus cellam accederet et invenisset in resectorio Tupodem præparatum cum pane et aqua, ad cellam ipsius consocii sui ivit valde admiratus de tali præparatione, et cum eum socium suum interrogasset, quidnam in resectorio præparasset panem et aquam super Tupode,.... et consurgens a dormitorio suo ad resectorium ivit cum eodem patre, et in-*

*venerunt unum panem fruum et album, et craterem unum aque recentis supr Tupode.*

\* **TURABULA**, Baculus collo porcorum appensus, ne prata subvertant, in Consuet. Solensi tit. 15. art. 13.

**TURABULUM**, pro *Thuribulum*, in veteri orbis Descriptione cap. 18. Vide *Batillum* et *Thuribulum*.

† **TURACHIUM**, Epistomium, dolii obturamentum Ital. *Turacciolo*. Vita S. Bernardi Sen. n. 54. tom. 5. Maii pag. 276. \*: *Turachium seu spinum vegetis abstraxit et maxima pars vini defluxit.*

† **TURADIA**, pro *Curalia*. Vide *Curatura*. 1. **TURBA**, Niger cespes, qui e terra palustri et bituminosa eruitur, et vicem carbonis præbet, nostris, *Tourbe*, Teutonibus *Torf*, vel *Turf*, aut *Turvc*. Lambertus Ardensis pag. 257: *Quendam stinliler mariscum, ut dunt, proprium perfodi fecit, et in Turbas dissecari.* Charta Eustachii de Campanis, seu de Hanes ann. 1210. in Tabular. S. Bertini: *Decem millia glebarum, quæ Turbe vocantur.... fodere valeat ad focum suum.* Chronicon Andrense pag. 453: *Pro eo, quod uxor ejus focum glebarum vel Turbarum exorsum habeat.* Provinciale Cantuariensis Eccles. lib. 3. tit. 16: *Decime... Turbarum in locis, quibus fabricantur et fodiuntur.* [Adde Chartam ann. 1191. dioc. Andomar. inter Instrum. Gall. Christ. novæ edit. tom. 3. col. 123. aliam ann. 1232. apud Myræum tom. 1. pag. 420. Formul. Anglic. Th. *Madox* pag. 27. etc.]

† **TURFA**, Charta ann. 1246. apud Miræum tom. 2. pag. 1323. col. 1: *Morum dicti dictus Comes dictæ ecclesiæ de Thosan ad Turfas fodiendus.*

**TURVA**, pro *Turba*, scribitur apud Rogerum Hovedenum pag. 784. ex Anglico *Turf*, vel *Torf*: *Qui autem forisfecerit in foresta Regis de viridi sive per culpaturam, sive per esbranchiaturam, sive per foditionem Turvarum, sive per escoriationem more, etc.* Differt autem *turba*, a *blestia*, ait Spelmanus, quod *turba* e terræ corpore effoditur, *blestia* ab ejus superficie abraditur; utraque in ignis alimentum a rusticis plurimis et a nobilibus ipsis in palustribus regionibus adhibita. *Blestiam*, nostris *Bleche* appellari subdit. Vide Plinium lib. 16. cap. 1. Leges Burgorum Scoticorum cap. 38. § 2. Buzelinum Gallofandr. pag. 313. Notitiam Ecclesiarum Belgii cap. 203. [Miræum tom. 2. pag. 867. 873. 1321.] et quæ de *Turbis* ex professo scripsere Martinus Schoockius, Professor Groninganus, Carolus Patinus, et alii quot alii.

† **TURVUS**, Charta ann. 1101. apud Miræum tom. 1. pag. 168. col. 2: *Præter jus ad dicum, necnon et unum sack ad Turvos et ad silvan.*

† **TURBO**, Eadem notione. Johan. Iperii Chron. S. Bertini apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 757: *Officium fuit granatarii omnia monasterii ædificia sustentare.... panem, cervisiam, ligna, Turboes.... providere, etc.* Chartæ Corbeienses ann. 1190. et 1201: *Ecclesiæ Corbeiensis medietatem omnium, quæ ex nemore de Wouthast et watinis adjacentibus vel Turbonibus proveniunt, recognosco.* Charta ann. 1345. in Instrum. Gall. Christ. novæ edit. tom. 3. col. 123: *Item in lignis combustibilibus 18. lib.*

*item in Turbonibus 20. sol.* [\*\* Chart. ann. 1152. apud Lappenb. Orig. Hanseat. Probat. pag. 64: *Scuta cum Turbonibus 1. den. sed si alias merces intus habuerit 2. den.*]

**TURBARIÆ**, Loci ejusmodi cespitibus fodiendis idonei, quomodo describuntur apud Willelmum Armoricum lib. 2. Philipp. ubi de Flandria:

Arida gleba loco siccis incisa mariscis.

In Charta Hugonis Gandensis Castellani ann. 1228. apud Lindauum in Teneramunda: *Concessimus etiam eis, ut habeant 20. bouaria palustris fudi ad opus ignis.* Et in libro de Proprietatibus rerum lib. 15. de Flandria: *In plurimis est bituminosa, ex qua foditur materia, apta ad ignium nutrimenta.* Vide Scaligeriana 1. edit. pag. 349. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 284: *Pascuis, et molendinis, et Turberis, et stagnis, etc.* Adde pag. 637. Idem Monast. tom. 2. pag. 173: *In Turbaria tantum turbæ, quantum convenit eis, etc.* Pag. 202: *Quandam Turbariam, habentem in latitudine 20. perticas, et in latitudine, quantum ipsa mora extenditur. Turbarie, apud Brittonem pag. 135. v. Adde Statutum 2. Westmonast. cap. 23. Fletam lib. 1. cap. 12. § 21. lib. 2. cap. 41. § 2. Concilium Maghfeldense ann. 1330. Gul. Prynceum in Libertat. Angl. tom. 3. pag. 463. Edw. Bisseum ad Nicolaum Uptonum pag. 86. [Matth. Paris ad ann. 1213. et in Addit. 2. Formul. Angl. Thomæ *Madox* pag. 183. Litteras ann. 1399. apud Rymer. tom. 8. pag. 95. alias ann. 1408. ibid. pag. 561. Chartam ann. 1360. apud Lohinell. tom. 2. Hist. Brit. col. 503. etc. *Tourberie*, in Invent. Chartar. Reg. ann. 1482. f. 207. ex Charta ann. 1209. Rursum occurrit in Charta ann. 1348. ex Chartul. 21. Corb.] De *Turbariis* Anglieis ita Cambdenus in Lancastrensi agro: *Ubique solo tolerabili, nisi uliginosis quibusdam et minus salubribus locis, Mosses vocant, qui tamen hæc sua inconmoda, commodis suis restarcent uberioribus; abrasa enim superficie, unctuosis cespites, Turfjes dicunt, ad ignis fomitem... suppeditant.* Præallatis addere placet, quod de hujusmodi *Turbariis* habet Chronicon Montis Sereni ann. 1181: *Civitas autem in palude ædificata erat triplici vallo, et muro forti numita. Palus autem circa civitatem porrecta, non patens, sed sub cespite lateus erat, et cespes ipse non solus, sed vestigiis cedens, quasi immersionem desuper ambulantes minabatur. Super hunc machinæ multe diversi generis multo labore et sumptibus magis ad capiendam civitatem constitutebantur. Interim vero hi, qui obsessi fuerant, stultum iudicantes nihil per se agere, quoniam hujusmodi materies flammæ admodum capax est, cespitem ex ea parte, qua extremo civitatis vallo jungebatur, obsessoriibus ignoravit incenderunt. Ignis autem subterranea meatu serpens cito dilatatus est, qui cum ad locum machinarum venisset, cespes subter igne exesus, molem superpositam ferre non valeus, repente subsidit, totaque illa structura cadendo secuta, copiosam igni pabulum ministravit.**

† **TURBERIA**, Idem, ut puto, quod *Turbaria*. Formul. Angl. Thomæ *Madox* pag. 275: *Concessi.... pasturam de Middelmoora*



*cum Turbera quantum ad nos pertinet, et terram nostram, etc.*

¶ **TURBAGIUM**, Jus turbas fodiendi. Charta Philippi Pulchri Regis Franc. ann. 1308. ex Chartul. 23. Corb. : *Super dictis Turbagiis et pasturagiis dicatorum mariscorum partes predictæ alias fuerunt ad dictum ballivum remissæ.* Alia ejusdem Reg. ann. 1310. *ibid.* : *Omnia jura ad ipsam communiam et singulares personas... spectantia in domini, proprietate, possessione, saisina, mariscis, Turbagiis, clausuris murorum, portis, besredo, carceribus, etc.* Vide *Turbatio*.

\* **TURBAGIUM**, Actio fodiendi turbas. Charta Will. comit. Pontiv. ann. 1203. in Lib. nig. priorat. S. Petri Abbavil. fol. 212. vº : *Concessi... ad extrahendum turbas; ita quod singulis annis de nummis inde receptis quadraginta solidos sterlingorum, quamdiu in predicto marisco Turbagium fiet,.... recipiam.*

¶ **TURBARE**, Turbas fodere, Gall. *Tourber*. Charta Philippi Pulchri Regis Franc. ann. 1308. ex Chartul. 23. Corb. : *Major et Jurati villæ Corbeyæ dicentes se indebite et de novo per Abbatem et Conventum Corbeyæ impeditos in saisina Turbandi quædam mariscia que ipsi dudum emerunt, etc.* Charta ann. 1321. *ibid.* : *Lsdits marés, porront et poent lesdits Religieux Tourber et effondrer toutefois que il leur plaîra. Tourbier dicitur qui turbas fodit, in Charta ann. 1372. ex Chartul. 21. Corb. fol. 266.*

2. **TURBA**, Practicis nostris vulgo *Turbe*, vel *Enquete par turbe*, Inquisitio a iudice delegata super usu et more recepto in aliqua provincia : *Ordinatio de inquisitione consuetudinum faciendâ. Inquiretur de consuetudine in hunc modum : Focabuntur plures sapientes, carentes suspitione. Ipsi vocatis proponetur eis consuetudo, et dabitur eis in scriptis; qua proposita, jurabunt quod ipsi dicent, et fideliter referent illud, quod sciunt, et credunt, per os unius ex ipsis, et viderunt usitari super illa consuetudine. Quo juramento præstito, trahent se ad partem, et deliberabunt, et referent deliberationem illam, et dicent inter quas viderant illam consuetudinem, et in quocumque, et quo loco, et si fuit iudicatum, et de circumstantiis, et omnia redigent in scriptis. Et mittantur ad curiam clausa, sub sigillis inquisitorum, et reddent omnes causas dicti sui, etiam in Turba. Habetur etiam in veteri Consuetudine Bituricensi, edita a Thomassero, articulus : *Coment Consuime se doit prouver, ubi eadem ferme statuntur. Ejusmodi Turbas amovit Rex Ludovicus XIV. edicto suo anno 1667. art. 13.**

¶ 3. **TURBA**, Hæreticorum conventus. Cod. Theod. lib. 16. tit. 5. leg. 3 : *Ubi- cumque Manicheorum conventus vel Turba hujusmodi reperitur, etc.* Rursum occurrit leg. 6.

\* 4. **TURBA**, vox forensis, practicis nostris *Trouble*, Actio juridica, qua quis in possessione sua turbatur et impeditur. Charta ann. 1319. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 320 : *Ideiro supplicant abbas Valle-longæ et syndicus nomine sui monasterii dictum impedimentum et Turbam tolli et amoveri.*

¶ **TURBAGIUM**. Vide in *Turba* 1.

**TURBAMEN**, Turba, motus, apud Wilhelmum Neubrigensem lib. 4. cap. 8.

¶ **TURBANTIA**, ut *Turbamen*. Chron. Danduli apud Murator. tom. 12. col. 213 : *Si autem, quod absit, omnes habitatores Istriæ vobiscum aliquam Turbantiam vel molestiam habuerint, etc.*

**TURBARE**, Omnem animi sensum cædendo auferre. Lex Bajw. tit. 5. § 6 : *Si eum plagaverit, ut cervella appareat, ... et si eum tantum occiderit, et Turbaverit, usque dum eum semivivum relinquit, etc.* [Vide alia notione in *Turba* 1.]

**TURBARE OCULUM**, Excutere, pro *Excurbare*. Charta Alfonsi VI. Imperat. Hispaniar. ann. 1086. apud Anton. de Ypez tom. 6 : *Qui oculum Turbaverit, aut dentem excusserit, aut membrum secaverit, seu damnaverit, 60. solidos dabit Abbati.*

¶ **TURBARIA**. Videsis in *Turba* 1.

¶ **TURBARIUS**. Vide mox in *Turbiculi*.

\* **TURBATIA**, Confusio, perturbatio, Gall. *Trouble*. Stat. Univers. Aurel. ex Cod. reg. 4223. A. fol. 67. vº : *Sunt nonnulli... qui alios studentes diffident vel bellam sibi, ac si essent principes, barones vel milites, indicendo;... ex quibus dissentiones, debata, scandala, Turbatie totius Universitatis et pericula quam plurima... obvenierunt. Turbil, eodem intellectu, in Vitis SS. MSS. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 30. vº. col. 2 : *La soy Catholique sera trestornée en grant Turbil. Hinc Tourbel, pro Meslée, Conflictus, acies, in Poem. Alex. MS. part. 2 :**

Alons en ce Tourbel, qui là est estourmis,  
Ceus de Phezon i voi de combatre aatis.

\* **TURBATICUS**, Agitatus, turbulentus, quieto oppositus. Acta S. Scaldi tom. 3. Aug. pag. 772. col. 1 : *Vitam Turbaticam (et) activam benigne perficit in oppido; sed vita quieta et contemplativa fungebatur in silva.*

\* **TURBATIO**, Jus turbas fodiendi. Charta ann. 1294. in Chartul. S. Gauger. Camerac. fol. 8 : *Super Turbationibus... in mariscis, aquis et piscariis villæ de Bam in Cameracensis. Vide in Turba* 1.

**TURBEDINES**, pro *Turbines*, apud Ruricium Lemovicensem Episcop. lib. 2. Epist. 51 : *Propter vite istius Turbedines ac procellas.*

¶ **TURBELA**, Turba, molestia. Capitularia Caroli C. tit. 17 : *Quatenus moderata rerum distributio... non alia constitutione moveatur, quæ eorum animos aliqua Turbela in divino servitio tepescere cogat.*

**TURBELA**, Seditio. Ammianus lib. 14 : *Populari quondam Turbela descripti.*

¶ **TURBELIX**, Δύχλος, ὀρνέυς εἶδος, in Glossis Lat. Gr. Alie Gr. Lat. : Δύχλος, ὀρνέυς εἶδος. *Turbalio, disuleus, bisuleus, bifidus.* Martinus emendat *Turdelix*, χιχίλα, parvus turdus.

**TURBELLA**, Procella, quæ aerem turbat. S. Augustinus lib. 1. de Civit. Dei : *Omniem motum cordis, et solum, omnesque Turbellas fluitare asserit.* Baldricus Dolensis in Vita Roberti de Arbrisello : *Cum me et multo mundi fluctu agi inquietet Turbella.* Alii eodd. habent *procella*.

¶ **TURBERA**. Vide supra in *Turba* 1.

¶ **TURBICARE**. Vide mox in *Turbidare*. **TURBICULI**, **TURBARI**, vulgo *Kerni*,

dicti apud Hibernos milites levis armaturæ, qui jaculis amentatis, machæris, et cultris, sive sicis, *Skeynes* vocatis, dimicabant; de quibus Henricus Marleburgensis, et ex eo Jacobus Waræus in Antiquitatib. Hibernicis cap. 12. sect. 1.

¶ **TURBIDARE**, *Perturbare, iram concitare*, in Gemma. Sidonius lib. 1. Epist. 2 : *Animæ serenitatem secularium versutiarum flutibus Turbidare.* Mart. Capella lib. 1 : *Commutationum nubilo Turbidari.* In Glossario MS. quod laudat Vossius lib. 4. de Vitiis serm. cap. 28. habetur : *Turbicare, Turbationem facere.* Vide *Turbulentare*.

¶ **TURBIFICARI**, Raucum fieri, Gall. *S'enrouer*. Medicina Salernitana edit. 1622. pag. 111 :

Si vinum rubrum nimium quandoque bibatur,  
Venter stipatur, vox limpida Turbificatur.

¶ **TURBINARE**, Ἐπιτροχίζω, in Glossis Lat. Græc. *Turbinatus*, in formam turbinis acutus, apud Plinium et alios. *Turbinatus capillus*, Calamistratus, cincinnatus, Gall. *Frisé, bouclé*, in Synodo Oriolana ann. 1600. tom. 4. Concil. Hispan. pag. 719.

\*\* **TURBINOSUS**, Turbatus. Virgil. Gramm. pag. 117 : *In Turbinosa cordis profunditate.*

¶ **TURBINUS**, Turbo, Gall. *Toupie*. Glossæ Græco-Latinæ : Στόρυβας, Turbo, Turbinus.

¶ **TURBITUDO**, Turbo. Vita S. Amandi, tom. 1. Junii pag. 631 : *Sic Turbitudine involvantur incendii, ut interceptis plurimis, semiusti aliqui vel saucii tollerentur.*

¶ **TURBO**, Gleba, Gall. *Tourbe*. Vide *Turba* 1.

**TURBONES**, *Minæ, terrores, clamores*. Papias.

**TURBULENTARE**. Utitur S. Zeno Veronensis serm. de Patientia. [Vide *Turbidare*.]

¶ **TURBULOSUS**, Conturbatus. Vita S. Elizabethæ Schonaug. tom. 3. Junii pag. 615 : *Quia necesse est consolari animam Turbulosam.*

\* **TURBUS**, Turbo, Gall. *Toupie*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Tornet, Prov. trochus, Turbus.* Vide *Turbinus*.

**TURCARE**, Quempiam ad Mahumetanam superstitionem traducere, *Turcum* facere. Raimundus de Agiles pag. 148 : *Turcæ per annos 14. Antiochian obtinebant, atque Armenios juvenes pro penuria domesticorum Turcaverant, et uxores eis dederant.* Infra : *Quidam de Turcatis, qui erat in civitate, per Boimundum principibus mandavit nostris, etc.* Idem pag. 171 : *Si qui per Dei gratiam contempserint, cogebantur tradere pulchros parvulos suos ad circumcidendum vel Turcandum, etc.* [Adde Gesta Tancredi apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 170.]

**TURCASIA**, Pharetra. Mauritius Episcopus Catanensis in Hist. Translat. corporis S. Agathæ V. et M. num. 4 : *Artus reliquos, ne quovis indicio possent detegi, in duabus pharetris, quas vulgo Turcasias nominant, attulerunt.* Et num. 13 : *Reliquias de Turcasias reverenter extraxit.* [Ita etiam apud Bollandistas tom. 1. Febr. pag. 638.] Quibus locis Pirus *Tharcastios* et *Tarcastios*



habet; et recte, si vocem Græcicam ævi inferioris spectemus; nam τερκάζιον hac notione occurrit apud Cananum pag. 19. et alios a Meursio laudatos. Itali etiam *Turcusso* dicunt, qua voce utuntur Jo. Villaneus lib. 8. cap. 35. et Matthæus Villaneus lib. 6. cap. 54. Nos vero *Carquois* dicimus. Vide Oct. Ferrarium in *Carcasso*.

† **TURCELLUS**, pro *Turtellus*. Vide in *Torta* 1.

† **TURCHEMANNUS**, Interpres, Gall. *Trucheman*. Vide *Dragumanus*. Aliud est in *Turcomannus*.

† **TURCHESIVS**, Lapis pretiosus, Gall. *Turquoise*, Turcica gemma. Occurrit in venditione *jocalium* facta ann. 1347. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 568. Vide *Turchina* et *Turkesius*.

**TURCHIFARUS**, Monetæ aureæ Turcicæ species. Conventions Michaëlis Pækeologi Imper. et Genuensium ann. 1261. a nobis edita post Historiam Gallo-Byzantinam: *Yperpeios aureos et Turchifaros liceat eis extrahere ad eorum voluntatem et deferre*.

† **TURCHIMANNUS**, Interpres, Gall. *Trucheman*. Hist. Sicula apud Murator. tom. 8. col. 779: *Corrado quidem Turchimannus Soldani, dixit: Quare tuis conculcas pedibus Domini crucem? Vide Dragumanus*.

† **TURCHINA**, Academicis Cruseanis: *Pietra preziosa, così detta dal suo colore, che anche si chiama azzurro*. Lapis pretiosus, nostris *Turquoise*: quem cum veterum calaide multi confundunt. Acta S. Franciscæ Rom. tom. 2. Martii pag. 112\*: *Decimus vero lapis erat similis Turchini*. Vide Philib. *Monet* in suo Gallicæ ac Lat. linguæ Inventario, Menagium in Etymol. Gall. et *Turkesius*.

† **TURCHINUS**, Cæruleus, Ital. *Turchino*, Gall. *Turquin*. Translatio SS. Prosperi et Venerii, tom. 5. Junii pag. 70: *Duobus velis sericis coloris Turchini*. *Turchinus* dicitur a Turcis, quod iis admodum placeat color cæruleus.

\* **TURCHISCA**, Turcica gemma, Gall. *Turquoise*. Invent. MS. thes. Sedis Apost. ann. 1295: *Item unam salerianam de cristallo, cum quibusdam granatellis, perlis et Turchiscis*. Vide *Turchina*.

† **TURCHOMANNUS**. Vide in *Turcomannus*.

† **TURCHONIANUS**, pro *Turchomanus*, mendose, ni fallor. Epistola Odonis Epise. Tuscul. ann. 1249. ad Innocentium IV. PP. tom. 7. Spicil. Acher. pag. 215: *Turchoniani paulo ante cum nimia multitudine Antiochiam aggressi fuerant*.

† **TURCIMANUS**, Interpres, peregrini sermonis explicator, Gall. *Trucheman*. Richardi de S. Germano Chron. apud Murator. tom. 7. col. 987: *Per Turcinianum suum, id est interpretem, dat eis responsum*. Vide *Dragumanus*.

† **TURCHISCHA**, Vestis species Turcorum propria. Candidus Decembrius in Vita Philippi Vicecomit. Mediolan. apud Murator. tom. 20. col. 1007: *Postremo deposito omni ornatu, cum jam gravior esse cæpisset, nihil amplius, quam cubicularibus indutus est tunicis, quas forma strictiores, et ad pedes usque demissas, Turchischas appellabant*. Vide *Turquesium*.

† **TURCOISIUS**, a Gall. *Turquoise*,

Lapis pretiosus. Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1376. ex Bibl. Reg.: *Item, duo morsus alii argenti deaurati... muniti de perrieria, videlicet... de saphiris et de Turcoisiiis*. Vide *Turchina*.

**TURCOMANNUS**, inquit Scaliger lib. 3. Canonum Isagogic. aut *Turcomen*, proprie est τερκωμανός, qui stabile stabulum, ut Plantus loquitur, non habet, cujusmodi est natio, unde isti Turcomanni sumebantur, Circassis finitima. *Turchemanni*, apud Sannutum lib. 3. part. 12. cap. 1: *Hi*, inquit, *inter Saracenos præ cunctis despectiores, nec castra, nec civitates habent, nec lucris inhiant, solis animalibus contenti, tentoriis de fletro utuntur*. [Radulfus de Gestis Friderici I. Imp. apud Murator. tom. 6. col. 1194: *Post hæc invenerunt Turcomannos de Berza; sunt enim agrestes Turchi, qui nullo detinentur imperio, et nulla loca possident, sed morantur in agris*. Eadem fere habet Sicardus Episc. Cremon. in Chronico apud eundem Murator. tom. 7. col. 609. Perperam *Turcuanni* legitur in Chronico T. S. Radulphi Coggeshal. Abb. apud Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 560. ut satis patet ex col. 548. ubi iidem populi memorantur atque dicuntur *Turcomanni*.] Vide S. Hieron. de Vita Malchi, Will. Tyr. lib. 1. cap. 7. Jacobum de Vitriaco in Hist. Hieros. cap. 11. et Notas nostras ad Cinnam. pag. 466.

\* Guill. Tyrii contin. Hist. apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 732: *Cil Turquemans sont une gent sauvage, qui n'ont ne ville ne chastiaus, ains sont les jors herbergiés en tentes qu'il ont de feutres, et ont bestes à grant foison, etc. Turs*, pro *Turcs*, in Assis. Hierosol. cap. 64.

**TURCOPULI**, *Milites levis armaturæ*, ut auctor est W. Tyrius lib. 1. cap. 7. lib. 19. cap. 24. lib. 22. cap. 27. *Turcopuli equites*, in Additamentis ad Matth. Paris pag. 119. Sic porro dicti, inquit Ramundus de Agiles, *qui vel nutriti apud Turcos, vel de matre Christiana, patre Turco procreantur*. Albertus Aq. lib. 5. cap. 3: *Turcopuli gens impia et dicta Christiana nomine, non opere, qui ex Turco patre et Græca matre procreati, etc.* Nempæ quasi Turcorum filii; ea enim vis est dictionis τερκωμανός apud Græcos recentiores. Τερκωμανός neutro genere effert Nicephorus Gregoras lib. 7. pag. 159. edit. Genev.

**TURCOPLI**, apud Rogerum Hovedenum pag. 660. ex Gallico *Turcoples*. *Le voyage d'Outremer du Comte de Pontieu* MS.: *Après le mangier, arciere et Turcoples vindrent au Soudan*. Adde Villharduin. n. 168. His Alexium Imperatorem, aliosque Principes in bellis usos observant Scriptores Byzantini. Ordericus Vital. lib. 10. pag. 791: *Turcopolisque, qui Geticæ locutionis et ritus patriæ, viarumque gnari erant, præventibus iter inierunt*. Guibert. lib. 3. Hist. Hierosol. cap. 8: *li, qui vocantur Turcopoli, quos non alios quam familiares ejus (Alexii Imp.) Militias intelligimus, etc.* Vide Odorium Rainaldum in Annalib. Ecclesiast. ann. 1229. n. 3.

**TURCOPLARIUS**, Qui *Turcopolis* conductitis præfectus erat, quo nomine erat dignitas in Aula Regum Cypri, de qua mentio fit in Assisitis Hierosol. MSS. et apud

Stephan. Lusiian. in Hist. Cypr. ut et apud Hospitalarios Equites. Statuta Ordinis Hospital. S. Joan. Hierosol. tit. 19. §7: *Turcopolerius, Bujulivus Conventualis venerande linguæ Angliæ, dicitur a Turcopolis, qui ut in historiis bellorum a Christianis in Syria gestorum habetur, equites erant levis armaturæ*. De ejus officio vide tit. 10. § 25. 26.

† **TURCOPLARIUS** de Rhodus, Prior Hospitalis S. Johannis Jerusalem in terra nostra Hiberniæ, in Litteris. ann. 1408. apud Rymer. tom. 8. pag. 525. *Turcupler de Rodes*, in aliis an. 1443. tom. 11. pag. 45.

† **TURCOIANNUS**, Vide in *Turcomannus*.

† **TURCUS MAGNUS**, Bernardo de Breydenbuch Itin. Jerosol. pag. 212. Imperator Turcarum, ut apud Gallos *le grand Turc*. *Turchus* unde pluries dicitur in Epistola Calixti III. PP. ann. 1456. ad Carolum VII. Regem Franc. e Bibl. Regia.

\* **TURDUS**, Piscis species. Tract. MS. de Pisc. cap. 74. ex Cod. reg. 6838. C: *Mecula, quam peritiores piscatores merle vocant, nonnulli Tourd, non distinguentes Turdum a merula*. Et cap. 75: *Turdum nostrates, Provinciales, Itali, Hispani turdo, Galli Vieille vocant*.

1. **TURELLA**. Ugutio MS.: *Toles, itis, sunt membrorum tumores circa uvam stantes; has vulgo per diminutiones tunicas, vel Turellas vocant. Hæc in faucibus solent turgescere*. Jo. de Janua habet. *Tusillas*.

† 2. **TURELLA**, Parvus agger inter agros ductus, per quem inceditur. Privilegium Henrici domini de Soliaco ann. 1301. apud Thomasserium in Biturig. pag. 123: *Si quis accusatus fuerit de pasturali, Turella, vel platea arata, etc.* Vide *Toralium*.

\* Vulgo *Toral*; *Turaut*, eadem notione, in Lit. remiss. ann. 1373. ex Reg. 104. Chartoph. reg. ch. 351: *Laquelle fille dist que elle vouloit veoir traire lesdis arbalestriers, et derriere lesdis murs se monta sur un Turaut et se leva sur ses piez pour mieux veoir ledit trait, etc.* Idem quoque sonat vox *Turgeault*, in aliis Lit. ann. 1471. ex Reg. 194. ch. 344: *Les beufz reculerent sur un petit Turgeault, et en reculant verserent et tumberent ladite charrette*. Unde *Turée*, pro *Turcie*, agger, in Lit. remiss. ann. 1478. ex Reg. 205. ch. 63: *Ilz s'en alloient le long de la Turée de la riviere de Loire*. Hinc etiam *Turet* Blesis nuncupatur, Scopus, quod terræ aggestæ infugi solet. Lit. remiss. ann. 1416. in Reg. 169. ch. 452: *Lesquelz compaignons avoient emprins que la partie, qui frapperoit premierement de sa bille contre une verge de bois fichée en terre, que l'en appelle au pais (Blésois) le Turet, gagneroit le jeu*. Vide *Toro*.

† 3. **TURELLA**, Turricula, Gall. *Tourelle*. Charta Edwardi I. Regis Angl.: *Fundata per muros et Turellas villæ Burdegal*. Et mox: *In muris et Turellis prædictis*. Charta ann. 1254. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1318: *Concessi... locum... qui portenditur in burgum a rure conjuncto dictæ porte usque ad proximam Turellam exclusive, et extenditur in latum versus plateam, etc.* Haud scio an hinc repetenda sit vocis *Turelure* origo, qua significari videtur arcis porta que *Turellis* seu turri-



eulis defendi solet. Chron. Bertrandi Guesclini :

Et puis la Turelure fut en Peure fermée.

† **TURELLUS**, Idem quod *Turella* 3. Litteræ ann. 1327. apud Rymer. tom. 4. pag. 297 : *Muros, fossata et Turellos ac munitiones ejusdem civitatis*. Rursum occurrit ibidem, ut et in Litteris ann. 1378. tom. 7. pag. 185.

\* Legitur prætere in Lit. ann. 1416. tom. 10. Ordin. reg. Franc. pag. 399. et 403. Ita nostris *Turel*, pro *Tourelle*. Lit. remiss. ann. 1383. in Reg. 122. Chartoph. reg. cl. 342 : *Iceulli de la Barre bouta l'exposant d'un haut Turel aval en la quariere dessoubz ledit Turel*. Vide infra *Turrella*.

† **TURELUPINI**. Vide infra *Turlupini*.

† **TURFA**, Cespes, vulgo *Tourbe*. Vide *Turba* 1.

**TURGEOLUM**. *Vas interius grossum et turgidum*, apud Johannem de Janua. [*Lego Turgidolum* in editione ann. 1514. ut et in Glossis Lat. Gall. Sangerman. ubi redditur *un vaisseau gros dedans*.]

† **TURGIA**, Sus, ut puto, Gall. *Truie*, Ital. *Troja*. Statuta Montis-regalis pag. 306 : *Item pro qualibet Turgin sol. den. octo. Item pro qualibet bestia vaciva sol. den. octo.*

† **TURGIDARE**, Tumefacere. Miracula S. Gibriani pag. 647 : *Cancer... infectione sua ipsam coxam in modum columæ Turgidavit*.

† **TURGIOLUM**, Vide in *Turgeolum*.

**TURGNI**, Species columbarum, a colore sic dieti, inquit Petrus de Crescentiis lib. 9. cap. 88. ubi vetus ejus interpret Gallieus *bruns* vertit; sed forte legendum *Turchini*. [*Vide Turchinus*.]

† **TURGO**, Acipenser, Tursio, Gall. *Esturgeon*. Vide locum in *Atacheia*.

† **TURGOR**, Tumor, *Turgiditas*, Joanni de Janua; *Enflure*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. Floardus lib. 1. Hist. Rem. cap. 20 : *Mirabili Turgore distentus intumuit, et expirans crepuit medius*. Utitur etiam Mart. Capella lib. 2. et 5. pag. 35. et 187. *A turgere turgor*, ut a *tumere tumor* effecerunt.

† **TURIBULARIUS**, **TURIBULUM**. Vide in *Thuribularius* et *Thuribulum*.

**TURIDUBUS**. Miracula S. Eutropii n. 12. de quibusdam captivis : *Timens autem de evasione eorum, misit quosdam de Turidubis suis, et jussit, ut de Ecclesia S. Eutropii vi vel amore inde compedes ferreos fortissimos apportarent*. Locus luxatus; ubi legendum forte *Turribus*, milites scilicet, qui turres servabant.

**TURIO**, Arboris vel arbasti teneritas, apud Columellam lib. 12. cap. 48 : *Lauri Turiones in hoc usu mittito, ut olivas depriant*. Apicius lib. 8. cap. 1 : *Elixatur in aqua marina, cum Turionibus lavri et metho*. Occurrit apud Gariopontum lib. 1. cap. 17. lib. 2. cap. 3. lib. 3. cap. 19. 30. 52. et alibi non semel. Nos vulgo dieimus *Bourjon*, forte pro *Tourjon*.

\* Glossar. medic. MS. Sim. Jantens. ex Cod. reg. 6959 : *Turiones dicunt teneritates summitatum arborum vel arbustorum, ut vitium*.

\* **TURIUS**, pro *Sturius*, *Sturio*, Gall. *Eurgeon*. Charta ann. 1059. (1036. in Reg.

66. Chartoph. reg. eh. 869.) inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. eol. 14 : *Quod si homines abbatibus piscem, qui vocatur Turium, capiunt, totus erit S. Michaelis; crassus piscis, si captus fuerit, ala una et medietas caudæ erit monachis*. *Sturjon* ex eadem Charta edidit Cangius in *Craspiscis*. Vide *Turgo*.

† **TURIZELLUS**, *Turricula*, ni fallor. Chron. Parm. ad ann. 1307. apud Murator. tom. 9. col. 866 : *Duo Turizelli primo facti et levati fuerunt super baptismo Ecclesie majoris cum colonellis et cum pannis deauratis*.

**TURKESIIUS**, Lapis pretiosus, vulgo *Turquoise*. Monasticum Anglic. tom. 5. pag. 314 : *Et in circuitu inseruntur lapides Turkesii, etc.* De etymo, vide *Scaligerum Exercitat. 325*. in Cardanum n. 10. 15. et Philandr. ad Vitruvium lib. 7. cap. 2. Adde Bartholomæum Anglic. lib. 15. de Proprietatib. rerum cap. 97. cui *Turchogis* dicitur. [*Vide Turchesius*.]

**TURLUPINI**, [vel ut legit Hofmannus, *Turelupini*,] Hæretici Valdenses seetarii, in Gallia sub Carolo V. Rege Francie ann. 1372. de quibus Bernardus Lutzenburgius et Prateolus de Hæretic. sic dicit, inquit Vignierus ann. 1159. quod ea tantum habitarent loca, que lupis exposita erant. Computum Nicolai *Mauregart* Burgensis Parisiensis de Auxiliis Præposituræ Paris. ann. 1374 : *A Frere Jacques de More de l'Ordre des Freres Prescheurs Inquisiteur des Bougres de la Province de France, pour don à lui fait par le Roy par ses Lettres du 2. Fevrier 1373. pour et en recompensation de plusieurs paines, missions, et despens qu'il a eus, souffers, et soustenus, en faisant poursuite contre les Turlupins et Turlupines, qui trouvez et pris ont esté en ladite Province, et par sa diligence pugnis de leurs mesprentures et erreurs, pour ce 50. francs, valent 10. livres Paris.* [Chron. vernaculum ab ann. 1214. ad ann. 1412 :

L'an MCCCLXII. Je vous dis tout pour voir, Furent les Turelupins condamnés à ardoir, Pour ce qu'ils desvoient le peuple à decevoir Par fautes heresies, l'Evesque en sonlt levoir.]

Vide Menagium in Originationibus Francicis [et Dissertat. de *Beausobre* de Adamitis part. 2.]

1. **TURMA**, **TURMARI**. Lcx 3. Cod. Theod. de Privileg. eorum, qui in sacro Palatio militant (6,35.) : *Quibus omnibus condonamus, ne Exactorum vel Turmariorum, quos Capitularios vocant, curam subeant, vel obsequium Temonariorum, vel Prototypie*. Ubi *Turmarii* inter vilia officia numerantur; erant quippe ii, qui *Turmas* Tyronum exigebant. Nam cum provinciales tenerentur ad Tyrones præbendos, ut est in lege 7. Cod. Theodosii de Tyronibus, pro quibus interdum eorum astimatio præstabatur, que 36. solidorum erat ex d. l. qui has æstimationes recipiebant, *Temonarii* dicebantur; ut *Turmarii*, qui pretium *Turmarum*, hoc est, plurimum Tyronum unde conflaretur Decuria aut Centuria, vel cohors. Ita enim vox *Turma* usurpatur in lege 8. d. tit. de Tyronib. (7,13) : *Inter optimas lectissimorum militum Turmas, neminem e numero scrvorum dndum esse decernimus, etc.*

2. **TURMA**, Regio. S. Augustinus de Cura pro mortuis cap. 12 : *Homo quidam de Turma, Curina nomine, municipi Tulliensis, quod Hipponi proximum est, curialis pauper, vix illius loci Duunvir altius et simpliciter rusticanus, etc.* Eustathius ad Iliad. ó : *Και τόποι Δυβιαί, νόμοι ἐγγεωροί λέγονται, καθ' ἃ τις ἂν εἶποι βρεγόνες, ἢ ζόρμα, ἢ μάλλον ἐνορέα*. *Turman* dixit hac notione Constantius de Administr. Imperio. Vide *Notas nostras ad Alexiadem* pag. 273. et *Glossar. med. Græcic. col. 1590*.

**TURMARCHA**, *Turmæ* seu regionis Præfectus; constabat autem *Turma* 30. militibus. *Theophylactus Turmarchus*, apud Johannem VIII. PP. Epist. 240. Fragmentum Hist. Longob. editum a Camillo Peregrino pag. 146 : *His diebus Theodorus Turmarcha Benevento præerat*. Legendum ibi indubie *Turmarchn*, ex Græco Barbaro *τουρμαρχης*. Ita etiam emendandum apud Ughellum tom. 1. pag. 995 : *Stratigotis, Judicibus, Vicecomitibus, Turmarchis, Plateariis, etc.* pro *Curmarchis*. Constantinus Porphyrog. lib. 1. de Themat. pag. 11 : *Οἱ δὲ λεγόμενοι Τουρμαρχοὶ, εἰς ὑπουργίαν τῶν στρατηγῶν ἐτάχθησαν*. Σημαίνει δὲ τὸ τοιοῦτον ἄξιωμα τὸν ἔχοντα ὑφέαυτὸν στρατιώτας τετρακόρους πεντακοσίους, καὶ πελτασας διακοσίους, καὶ δεξιολόβους ἑκατόν. Ita *Tourμαρχης*, apud Leonem Imp. in *Tacticis* cap. 4. §. 8. in versione Lat. (nam in Gr. habetur *μπαρμαρχης*. Idem porro μέρος Leonis, quod *τῶρμα*, eodem cap. §. 43. 44.) et §. 65. De *Turmis* militaribus agunt passim veteres Inscriptiones. Consulte *Indicem Scaligeri* cap. 6. Vide prætere *Glossaria Rigaltii*, Meursii, et Fabroti ad *Cedrenum*.

3. **TURMA**. In Capitul. Caroli M. lib. 7. cap. 163. [\*\* 231.] jubentur omnes *Presbyteri parochiæ ad civitatem per Turmas, et per hebdomadas, ab Episcopo sibi constitutis, convenire discendi gratin, ut aliqua pars in parochiis remaneat, ne populi et Ecclesie Dei absque officio sint, etc.* Et cap. 360. [\*\* 460.] jubentur pariter *Primates Provinciarum, ut de universis Episcopis, vel duas vel tres Turmas faciant, ac de singulis Turmis vicissim quotquot electi fuerint, ad diem Concilii occurrant*. Titulus vero hujus capituli hisce verbis concipitur : *Ut non alii Metropolitanii Primate appellentur, nisi illi, qui primas sedes tenent, quia alii non possunt facere tres Turmas de Episcopis, quam illi, qui primas sedes tenent, qui tres Turmas facere debent, sicut in hac sententia jubetur*. Vide *Vitam Aldrici Episcopi Cenoman.* pag. 84. supra *Psallentius*, et *Chartam Chlodovei Jun. Reg. apud Mabillon. de Re Diplom. pag. 466. Vide Norma*.

\* **TURMELLA**, **TURMULA**, dimin. a *Turma*, *campenha*, *Prov. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. Charta Wilgfridi episc. Virdun. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 326 : Sub regula sancti Benedicti monachorum Turmulam.... coadunare pro tempore et posse conuti stimus*.

† **TURMELLUS**, *Coxa bovis*, Gall. *Trumeau*. Regest. Episcopat. Nivern. ann. 1287 : *Quando Episcopus Nivernensis est præsens, ipse percipit de quolibet animali unum Turmellum pro tribus denariis*.

**TURMINOSUS**, *Torminosus*. Gloss. Sax.



*Elfrici*: *Turninosus*, fortogen, i. contractus.

\* **TURNUS**, *Vermis in carne*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613. Tarnes.

1. **TURNA**, Quanti pluris res sit compositionis, in permutationibus vel bonorum divisionibus: *Tourne*, in Consuetudine Montargensi cap. 1. art. 51. 61. cap. 2. art. 24. 30. 48. cap. 16. art. 9. Aurelianiensi. c. 1. art. 61. 83. III. 130. 284. 298. Blesensi art. 120. et Dunensi art. 38. Libertates Burgi in Bressia ann. 1397. apud Guichenon.: *Quod si interveniant in dictis permutationibus Turne pro pluribus valentia, vel alias, quod pro pretio dictarum Turnarum nobis debeantur laudes et vende, etc. Vide Turnus 1.*

\* Vide supra *Torna 2.*

2. **TURNA**, Modus agri. *Fodere in campis unam Turnam fossati*, in Statutis Patavinis. Vide *Tornatura*.

\* Chron. Patav. ad ann. 1292. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 1152: *Et sunt (terræ illæ) longitudinis unius milliarum et latitudinis unius Turnæ et xl. peticorum.*

\* 3. **TURNA**, Idem quod supra *Torna 3.* Vide in hac voce.

¶ **TURNARE**, *Vertere*, Gall. *Tourner*. Ad calcem veteris Collectionis Canonum MSS. e Bibl. DD. *Chauvelin* Custodis Sigillorum Reg. legitur: *O beatissime, lava manus tuas, et sic librum apprehende, leniter folia Turna, etc.* Lex Bajwar. tit. 5. §. 5: *Si eam tantum cederit et Turnaverit usque dum eam semivivum relinquit, etc.* Vereor ne hic legendum sit *tranaverit*, id est, traxerit, ut nos Gallicæ dicimus *Tâner*, trahere, raptare. Vide *Trahere 1.* [\* Alii legunt *Turbaverit*. Vide *Turbare*. *Turnare* occurrit apud Ekkehard. in Chron. apud Pertz. Script. tom. 6. pag. 64. lin. 10. pag. 69. lin. 38. pag. 72. lin. 23. et alibi sæpe. Vide *Tornare*.]

\* **TURNARIUS**, Particeps, qui prædium vel feudum cum aliis possidet. Chron. Salisburg. ad ann. 1375. apud Schwartz. in Hist. fin. princip. Rugiæ col. 424: *Johannes Rossos emit a Turnario milite pro promptis pecuniis per industriam acquisitis certa prædia, ... quæ dedit conventui.* Vide supra *Tornarius 2.*

¶ **TURNEARE**, **TURNEIMENTUM**. Vide supra in *Torneamentum*.

¶ **TURNELLA**, *Turricala*, a Gall. *Tournelle*, eadem notione. Computus ann. 1202. apud D. Brussel tom. 2. de Fendorum usu pag. clxx: *Pro duabus Turnellis retegendis, VIII. l.* Vide *Tornella*.

\* **TURNICLIA**, Sagum militare, quod armaturæ ferreæ, vel thoraci superinduebatur, a veteri Gallico *Tornicle* et *Tornicle*, pro *Tunique*. Vide *Tunica 2.* Lit. ann. 1269. in Reg. II. Chartoph. reg. fol. 81. vº: *Mandamus vobis quatinus duo paria Turnicliarum et duo paria cuissetorum, duas testerios ad equos et duas coriatas... apporari faciat vobiscum.* Quarum literarum inscriptio sic concepitur: *Litteræ clausæ missæ magistro Th. de Novilla super negotio Turnicler (sic) cuissetorum et coriatarum.* Vide supra *Tornicium*.

**TURNINI**. Richardus de S. Germano in Chronico ann. 1221: *Per totum regnum*

*pondera et mensuræ mutantur, ponuntur rotuli et Turnini.* [Et ann. 1222: *Pro jure mensurarum victualium tam in sauma quam in Turninis servabitur forma antiqua.* Unde *Turaini* ad mensuras spectare colligitur.]

¶ 1. **TURNUS**, Vices, seu ordo quo quisque vice sua aliquid peragit, Gall. *Tour, rang*. Charta ann. 1405. pro Cantoria S. Capellæ Paris. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 138. col. 1: *Capellani Canoniceorum ad suæ Turnum hebdomadæ ad totum teneantur servitium.* Statuta ejusdem S. Capellæ ibid. pag. 156. col. 2: *Completo uno Turno incipit alius.* Adde pag. 499. col. 1. Chartam ann. 1480. apud Miræum tom. 2. pag. 1343. col. 1. Constitut. Eccl. Valent. tom. 4. Concil. Hispan. pag. 182. Bullam ann. 1602. tom. 3. Hist. Lotharingiæ inter Instr. col. 446. etc.

\* Nostris vulgo *A son tour*, alias *sa fois*, vice sua. Lit. remiss. ann. 1406. in Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 182: *Quant icellui varlet fu bien lasse d'avoir getté des pierres et n'en pouvoit plus, il dist au suppliant... qu'il getast anzidiz oiseauz des pierres sa fois.* Ung *tour de taille*, dicitur de unica silvæ cæsione, in Reg. 13. Corb. sign. *Hobacuc* ad ann. 1511. fol. 120: *Pour les coppers (les bois) ung Tour de taille, tant qu'ilz seront une fois tous coppers.* Hinc *A tour de papier*, pro vulgari *A tour de rôle*, in Lit. remiss. ann. 1449. ex Reg. 180. ch. 72.

**TURNUS**, vel **TURNUM Vicecomitis**, ad verbum significat vicem Vicecomitis, id est, duo tempora in anno, quibus ille letam universi Comitatus tenet. Est igitur **TURNUM Vicecomitis**, Curia recordi in omnibus rebus, quæ pertinent ad **TURNUM**; et est *leta* Regni per totum Comitatum, cujus Vicecomes judex est. Quicumque proinde *letam* habet, eadem gaudet prærogativa in prociuncto suo, qua Vicecomes in **TURNO**. Ita Rastallus. Joan. Britton. in Legib. Angl. cap. 29: *Et sont aucuns articles touchants nostre Corone et nostre peas enfreint ptedables par Viscontes a trefois que à jours de countes, et aillours que par là où les plées del Viscontes sont tenus, lesquels plées sont appelez Tours de Viscontes, que deux foits par un les doit tenir par mi chescun Hondred de son Conté.* Fleta lib. 1. cap. 20. § 106: *Vicecomites non debent facere Turnum suum, nisi bis in anno; [videlicet et semel post Pascha, et iterum post festum S. Michaelis,] ut est in Charta Henrici Regis Angl. ann. 1155. apud D. Brussel tom. 2. de Feodorum usu pag. vi.] Adde lib. 2. cap. 52. § 2. et Statutum 2. Westmon. cap. 15. Ad ejusmodi **Turnos** omnes tenentes convenire tenentur, præterquam Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Priores, Comites, Barones, ac viri religiosi, præterea mulieres, nisi eorum præsentia ob aliquam causam specialiter exigatur. Qui vero diversa tenementa habebant in diversis hundredis, ad eos tantummodo **Turnos** venire tenentur in ballivis, ubi sunt conversantes. Ita Statutum Marlebridgense sub Henrico III. cap. 10. Scribit Joannes Stiernhookus lib. 1. de Jure Sueonum vetusto cap. 2. initio, *judicia antiquitus Hwarp dicta fuisse, Adamo Bremensi (cap. 29.) teste, quæ vox hodie circuitum, revolutionem, seu vicissitudinem significat, sive, inquit, quod**

*judicia ad revolutiones solares lunaresve haberentur, quod et Tacito in Germania observatum, sive quod in unum conveniens multitudo, Judici circumfusa, conglomeraretur, sive denique, quod per vices facto circuitu singuli territorii Patresfamilias ad judicia convenire tenerentur, prout id in antiquo et novello jure præceptum exstat.*

**TURNUS**, Pro ea præstatione, quæ Vicecomiti datur, *Turaum* tenenti, pro exemptione et immunitate eundi ad **TURNUM**. Wil. Thorn: *Sed nihilominus solvit quoddam certum ad Turnum Vicecomitis cum aliis de hundredo, etc.* Idem alibi: *Erat istud breve directum Rogero de Reinham Vicecomiti Cantie per Galfridum Barown pro teventibus Abbatie non veniendis ad Turnum Vicecomitis, nisi per unum hominem, qui deferat Turnum.* Mox ex Charta Edw. II. Regis Angl. ann. 1330: *Et per petitionem suam coram ipso patre nostro Consilio suo exhibitam, suggerentium, quod Borghesaldrus et quatuor homines de qualibet borga eorundem maneriorum, tempore, quo ipsi ad Turnos Vicecomitis in eodem Comitatu ad ea, quæ ad visum franci plegii contingunt, presentandum venerunt, et quandam reditum, qui Turnus Vicecomitis nuncupatur, secum detulerunt.* Monasticum Angl. tom. 1. pag. 502: *In perpetuum quiete sint de seclis Comitatum et hundredorum nostrorum, de visu franci plegii et Lawedayorum, de Turno et auxilio Vicecomitum, et omnium aliorum ballivorum et ministrorum nostrorum.* Adde pag. 669. Vide *Auxilium Vicecomitis*.

**TURNUS BURSE**, alias *Retractus per bursum*. Libertates Bergeraci in Vasconia [art. 39: ] *Quicumque venderit aliquam rem inmobilem, et quis de parentela infra quartum gradum venditoris voluerit eam habere per Turnum burse, etc.* Infra [art. 41: ] *Rem venditam Tornare poterit infra annum et mensem, etc.* Rursum ibid [art. 44 et 45.] *Tornarius* dicitur, qui retrahit rem venditam [atque etiam *Tornator* art. 46.] Vide Consuetud. Andegav. art. 370. 371. Genoman. art. 380. 381. Blesensem art. 200. [Lemovic. art. 41. etc.]

¶ **TORNARIA**, Idem quod **Turnus burse**. Consuetudines Ausciorum MSS. ann. 1301. art. 60: *Ratione Tornariæ predicti proximiores predictis primoribus emptoribus restituant et reddant, quasvis tornatas habebant et tenebant.*

¶ 2. **TURNUS**, Census pecuniarius. Epistola Ruperti Rom. Regis ad Ducem Lotharingiæ apud Marten. tom. 4. Ampliss. Collect. col. 121. et 122: *Cum tu petieris, ut nos tibi nostram arcem Kirchel, præterea nostros Turnos seu census pecuniarios Bodobrigenses, sive in Boppartim, pro quinque milibus florenorum perscribere velimus.* Pluries occurrit ibi. Haud scio an huc revocari possit Transactio inter Abbatem et Monachos Crassenses ann. 1351. e libro viridi fol. 53: *Quolibet anno in festo Assumptionis B. M. xl. sextaria frumenti boni et pulchri cum suis Turnis [solventur.]*

\* *Tournage*, Præstationis annuæ species, in Pacto inter capit. Turon. et Humb. *Reboule* milit. ann. 1333. in Reg. 66. Char-



toph. reg. ch. 1437 : *Item leur baille et de laïsse une rente et une ayde, appelée Tournage, que ledit chevalier a acoustumé à avoir en leur terre, et à avoir, prendre et lever desdiz doyen et chapitre. Tournoerie, eadem, ut videtur, notione, in Charta Phil. Pulc. ann. 1308. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 340. v<sup>o</sup>. col. 1 : Et pour la Tournoerie pour trente et sept livres Tournois de rente par an.*

† 3. **TURNUS**, Verticulus, Gall. *Tourniquet*, si bene interpretatur Lobinellus in Glossario ad calcem Hist. Britann. Vide locum in Pontus 2.

\* Stat. ann. 1357. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 194. col. 1 : *Fiat desuper portale unus Turnus ad levandum et baysandum dictam novam trappam cum corda canapis opposita. Hinc nostri Touroul appellarunt, Lignum versatile, quod pessuli vicem præstat. Lit. remiss. ann. 1408. in Reg. 162. Chartoph. reg. ch. 262 : *Icele jeune fille oy gens qui hocquetoient à l'uis du jardin, ... lors ala regarder que c'estoit, et apperceu que ledit huis estoit presque ouvert, et pour ce le ferma au Touroul. La suppliante ouvry la trappe... fermée aa Touroul, in aliis ann. 1409. ex Reg. 163. ch. 264. bis.**

\* 4. **TURNUS**, Versatile timpanum, seu locus ubi illud existit, apud moniales, vulgo *Tour*; unde *Thoreria*, monialis turno præposita, Gall. *Tourriere*. Regula Fontis-Ebr. cap. 22 : *Neque liceat in Turno loqui vel audire, nisi petere vel respondere; et solis illis, quibus intra et extra onus Turnorum commissum est. Ibid. cap. 28 : Thoreria celam debet habere juxta Turuum, ut pulsantes præsentem inveniunt, a qua responsum quam citius accipiant. Vide supra Tornus 6.*

\* 5. **TURNUS**, Idem fortassis quod supra Tornus 7. Consuet. Perpin. MSS. cap. 32 : *Item si quis vendiderit oleum cum mensura militiæ Tenpli in die Jovis, debet dare pro Turnis unam cossam, quorum duodecim faciunt medium cartonum, cum quo oleum mensuratur.*

† **TURNUS BALISTERIUS**. Vide Tornus 1.

† **TURO**, Collis rotundus. Vide Toro.

**TURONENSES**, Monetæ Francicæ Turonibus cusæ, vulgo *Tournois*. Charta Jobi Reg. Aragon. ann. 1309 : *Confitemur nos debere... Jacobo Regi Majoric... patruo nostro 160. millia Turonensium argenteorum S. Ludovici bonæ memoriæ Regis Francie de lege undecim denariorum et oboli, quorum Turonensium 57. minus tertia parte unius ponderant unam marcham ad pensum Montispessulani. [Vide in Moneta.]*

† **TURONIUM**, TURONUS. Vide Toro.

\* **TURONUS**, Moneta Francica, Gall. *Tournois*. Unum grossum sen Turonum argenti solidorum duorum, in Stat. comitat. Venaiss. sub Clem. PP. VII. cap. 55. ex Cod. reg. 4660. A. Vide supra Tornensis.

† **TURPARE**, Mutilare. Statuta Suavii Abb. S. Severi in Capite Vasconicæ circa ann. 1100. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 280 : *Si quis de villa altero de suis membris majoribus se privaverit, cl. solidos Abbatu persolvat, et cum eo de Turpato membro et de Turpatione aliorum membrorum in arbitrio sit judicantium.*

† **TURPATOR**, Qui turbat. Vide Turpifacere.

**TURPEDO**, quam multi pustulam dicunt, alii morbillum, alii lepram, et alii passionem tantum infra corpus. Ita Gariopontus lib. 5. Passion. cap. 6. qui addit, hanc ægritudinem ita appellari, eo quod in facie turpitudinem demonstrat. [Turpedines, pro Turpitudines, sordes, dixit Nicolaus de Jamsilla in Gestis Friderici II. Imp. apud Murator, tom. 8. col. 495.] Vide Turpido.

**TURPEFACERE**. Gloss. Gr. Lat. : *Αισχροποιώ, Turpifacio; αἰσχροποιός, Turpifactor, Turpator.* Edictum Rotharis Regis Longob. tit. 72. § 2. [\* 190.] : *Sponso autem... in duplum componatur ab illo, qui ei desponsatam suam Turpifecit.*

† **TURPERE**, Esse vel fieri turpem, Joanni de Janua; Enlaidir, in Glossis Lat. Gall. Sangerman.

**TURPIDO**, Turpitude, apud Tertullianum de Corona Mil. cap. 14. Occurrit etiam in Charta ann. circiter 997. apud Fibelianum Hist. San-Dionys. pag. LXXXI. Vide Turpido.

† **TURPILIANUM**, Infamia. In Turpilianum cadere, Infamiam subire, apud Columberium in Theatro honoris pag. 208.

\* Senatus consultum Turpilianum hic indigitatur, quo decretum erat illos calumniatorum penam atque proinde infamiam incurrere, qui ab intentata criminis accusatione desistebant; de quo tit. 16. lib. 48. Digest. et tit. 45. lib. 9. Cod. et alibi.

**TURPILOQUIUM**, *Αἰσχρολογία*, in Gloss. Gr. Lat. *Αἰσχρολογία*, Theodorito serm. 9. Græc. affect. *Laide parole*, in Gloss. Lat. Gall. S. Ferreolus in Regula cap. 25 : *Turpiloquium amore pudicitie sit monacho turpe proferre, etc.* Lambertus Ardensis pag. 78 : *Nec tamen amaricato gutture in nepotem linguam exasperat, nec eum in Turpiloquio, aut turpibus invehitur objectis, etc.* Infra : *Non in iram concitatus est aut Turpiloquium, etc.* [Utitur etiam Tertullianus de Pudicitia, cap. 17.]

† **TURPILOQUUS**, Qui turpia loquitur. Statuta Canonorum Regul. tom. 1. Miscell. Duellii pag. 97 :

Vaniloquos, ac Turpiloquos fuge, sperneque, vita.

**TURPILUCRIS**, *Αἰσχροκερδός*, in Gloss. Græc. Lat. [Joh. de Janua habet *Turpilucrum*; unde *Turpilucrus*, turpiter lucrum faciens. Gloss. Lat. Gall. Sangerman : *Turpilucrum, lait gain.*]

**TURPIO**, Qui turpia loquitur, *un vilain*; vox Latinis Scriptoribus haud ignota. Marius Mercator lib. Subnotat. cap. 4. § 3 : *Quis scenicus Turpio, quis durio, vel sanio professe licentia turpitudinis publice ista proferet?*

† **TURPITER**, de adulterio proprie dicitur in Codice Theod. lib. 2. tit. 1. leg. 3.

**TURPITUDO**, Locus turpis, obscænus, cloaca. Thwroczius in Salomone Rege Hungar. cap. 36 : *Corpus Saraceni rapuerunt, et in Turpitudinem projecerunt.*

**TURPITUDO MULIERIS**, Pudenda, in Legibus Luithprandi Regis Longob. tit. 106. § 1. [\* 135. (6.82.)] Capitula Theodori Cantuar. cap. 29 : *Si quis obrectaverit puellæ aut mulieris pectus, vel Turpitudinem earum, etc.* Occurrit non semel hac notione in

Libris sacris. Vide Concilium Calchutense ann. 787. can. 10.

† **TURQUEMEN**, Peregrini sermonis interpretres, Gall. *Trucheman*. Jac. de Vitriaco apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 271 : *Tertia die per Turquemen, id est interpretem; respondit nunciis, etc.* Vide *Turchimannus* et *Dragumans*, ubi habetur Turquigentem pro Turquemen, ex alia editione.

† **TURQUESUM**, Species vestis. Statuta Massil. lib. 2. cap. 39 : *Item de gardacors, vel de Turquesio, vel garnachia, vel sobrecot froirato, etc.* Vide Turcischa.

\* **TURQUIA**, a Gallico Turquie, Turcia. Annal. Vict. MSS. ad ann. 1242 : *Hoc tempore Tartari vastaverunt multas terras, quas a viginti annis invaserant per unum ex principibus suis scilicet Indiam, Georgian, Armentiamque majorem et Turquiam.* Vide supra Tarrmannus.

**TURQUIGENS**. Videsis in Turquemen.

\* **TURRAGIUM**, Turrus seu carceris custodia. Charta ann. 1356. ex Cod. reg. 8387. 4. fol. 36. v<sup>o</sup> : *Officiam Turragii et portagii castri regii Burdegalensis.*

† **TURRALES** Domus. Vide in Domus.

† **TURRARIUS**, Turrus custos. Vide Turrus.

† **TURRELLA**, Turricula, in Reparationibus factis in Senescallia Carcasson. ann. 1435. MSS. Vide Turrella.

\* *Tourece*, in Charta ann. 1316. ex Tabul. S. Petri Carnot. : *Qu'il n'avoit droit en aucunes edifices faites sur les murs de la clousture dou chasteil, c'est asavoir une Tourece hebergée sur iceus murs et autres edifices.* *Tourece*, in alia ann. 1322. ibid. Vide supra Turrellus.

† **TURRELINUS**, Idem quod Turrella, Turricula, Gall. *Tourelle*, vel specula, Gall. *Guerite*, quod eodem fere redit, speculæ enim sunt turriculæ. Jac. de Layto Annales Estenses ad ann. 1404. apud Murator. tom. 18. col. 995 : *Mœnia cum scalis ascenderant, et custodes repulerant, duosque Turresinos ceperant.* Vide Turresinum.

\* **TURBESTINA**, TURRUNDIA, Assatura, Gall. *Roti*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Raustida, Prov. Turestina, Turrunda. Raustir, Prov. torrere, assare.*

† **TURRETA**, Turricula. Vide Glatia.

† **TURRIBILE**, Thuribulum, Ital. *Turribile* et *Turibulo*. Gall. *Encensoir*. Turribile argenti pro altari, in Charta ann. 1402. apud Rymer. tom. 8. pag. 277.

† **TURRIBULUM**, eadem notione. Chartul. S. Vincentii Cenoman. fol. 95 : *Donum super altare cum uxore sua per coclear de Turribulo posuit.* Adde Kennettum in Glossario ad calcem Antiqui. Ambrosd. et vide Thuribulum.

† **TURRICELLA**, Turricula, in Chronico Jac. Malveii apud Murator. tom. 4. col. 968.

† **TURRICELLUS** ut infra Turile. Annales Mutin. apud Murator. tom. 11. col. 57 : *Dicto anno (1217.) fulmen percussit Turricellum Ecclesie majoris Mutine.*

**TURRICULUS**, pro Turricula. Glossar. Græc. Lat. : *Πυργίσκιον, Turricula, armariuni, πυργίσκος, idem.* Testamentum S. Renigii apud Flodoardum lib. 1. cap. 18 : *Jubea Turriculum et imaginatum calicem*



*fabriari*. De ejusmodi turriculorum usu in Ecclesiis egimus in Descriptione ædis Sophianæ. [Vide *Turris*.]

\* Hinc *Tourt*, si mendum non est pro *Tronc*, Arcula in ecclesiis ad recipiendas fidelium eleemosynas, in Lit. remiss. ann. 1359. ex Reg. 90. Chartoph. reg. ch. 152: *Lesquelz Jehan et Guillot s'estans mis à refugie en l'église de la ville de Gif..... eussent rompu et ouvert la Tourt à aumosnes d'icelle et y eussent pris environ trente solz Parisis, etc.*

\* **TURRIGER**, *Turrigera* specie, *Turris* instar, apud Glabr. Rodolph. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 22.

**TURRILE**, Campanarij pyramis, Gall: *la fleche du clocher*. Liber 2. Miracul. S. Bertini cap. 3: *Sed et Turrile ipsius (Ecclesiæ) licet noviter esset superpositum, quia antiquo more erat factum, deposuerunt, et aliud miræ magnitudinis, mirabilisque fabricæ studuerunt ædificare, cujus longitudo consistens in terræ æquabat altitudinem culminis Ecclesiæ, cui superponendum erat.*

† **TURRIONUS**, *Turris* major, Ital. *Torrione*. Petrus Azarius apud Murator. tom. 16. col. 436: *Pontem cum Turriano ascenderunt et ipsum fulciverunt balistaribus et aliis habilibus ad defendendam portam.*

**TURRIS**, Campanarij. Miracula S. Columbanii cap. 2: *Ecclesiam... ex lapidibus struxit, Turremque super eam ædificavit, et lampadas fecit in ea pendere.* Vita S. Anstrudis Abb. Laudun. cap. 14: *Viderunt de Turriculo Ecclesiæ globum igneum exire usque ad cælum.* Utuntur etiam Silvester Girald. in Topogr. Hibern. Dist. 2. cap. 9. et 37. Liber. 1. Miracul. S. Dionysii cap. 15. et alij passim.

† **TURRIS**, *Arx*, castrum. Will. Gemet. lib. 8. cap. 22: *Henricus Rex Turrim Wartewilla funditus fecit everti.* Robertus Montanus ad Chronicon Sigeberti: *Mortuo Falerano Turris Turen venit in manu Regis.* Alia exempla suppetunt apud Will. Britonem in Philipp. Idiotismum fuisse Scriptorum sæculi Longobardici observat Carolus de Aquino in Lexico militari. Charta ann. 1272. ex Chartul. Episcopat. Carnot.: *Girardus de Loigniaco... recognosco quod ego Turrim meam de Loigniaco... tenere debeo ad unam fidem et hominiam liguam a rev. patre dom. Carnot. Episcopo.*

**TURRIS**, Carcer. *Ad Turrim condemnari*, mitior pœna est quam ad carcerem, leviorumque delictorum erat, in Statut. Ordin. Hospitalor. S. Joan. Hieros. tit. 18. § 39. 53.

**TURRARIUS**, *Turris* vel carceris custos, *Tourrier*, ou *Geolier*, in Stylo Leodiensi cap. 12. art. 10. et cap. 18.

\* Obit. Ms. eccl. Camerac. fol. 31. rº: *Obiit Egidius de Camba Turrarius capituli, quadraginta solid. Turon. tripartite.* Lit. remiss. ann. 1372. in Reg. 103. Chartoph. reg. ch. 92: *Icellui Gillequin avec aucuns de ses amis charnelx ala veoir ledit Hennequin ès dites prisons et parlerent à lui en la presence et audience du cepier ou Tourrier sans rien meffaire. Thourier de nostre chastel et tour de Laon, in aliis ann. 7376. ex Reg. 109. ch. 223. Tourrier, in Lit. ann. 1383. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 22. art. 3.*

**TORAGIUM**, Idem quod *Geolagium*, quod

*carcerario* exsolvitur. Aresta Pentecost. ann. 1290. in Regesto B. Parlamenti Paris. fol. 86. verso: *Cum plures Burgenses Remensis Archiepiscopi missi fuissent Laudunum, ut tenerent ibi prisionem pro defectu solutionis expensarum factarum in Coronatione D. Regis, Toragerius Laudunensis nisus fuit habere Toragium ab eisdem, licet in prisione clausa non fuerint, nec prisionem in villa tenerint, dictum fuit per arestum, quod hi prisionarii solvere Toragium non tenerent. Veruntamen si aliquis magnus homo accusatus de crimine vel de aliquo enormi facto haberet gratiam, quod per securitatem vel alios posset ire per villam, et non teneretur in prisione firmata, nihilominus Toragium solvere teneretur.* Adde Regestum 1. fol. 103. verso sub ann. 1260. [Memoriale Cameræ Comput. Paris. ann. 1362: *Officium Toragii seu befredi de Lauduno... positum fuit ad domania dicti Regis, et fuit dictum et ordinatum tunc, quod dicta officia extunc levarentur et expectarentur de cetero ad utilitatem Regis.*] Gravamina Nobilium Campaniæ quæ habentur in Regesto Magnorum Dierum Trecentensium, ann. 1297: *Item quunt on prent les hommes aux Gentils hommes, et on les mainne ès Chastellenies dont ils sont, on les fait mettre en Tour et en vilaine prison, jacoit qu'ils ne soient pris pour nul vilain fait, ce qui ne fut onques fait du temps des Heritiers, ains leur fussoit on tenir prison dedans les villes, et sans paier Tourage.* Computum terræ Campaniæ ann. 1348: *Du Tourage de la Tour de Troies amoisonné à Jean de Reneval pour 2. ans, et c.* Computum Dom. Hesdini ann. 1475: *Du Tourage et chepage de Hesdin, etc.* Passim alibi.

**TURRES** Ministeriis sacris accensentur in Testamento S. Aredii, apud Mabillonium tom. 2. Analector.: *Quod unusquisque locus sanctus constitutus ibi habeat Ministerium declaratum... id est Turres 4. coopertorios olosericos 3. calices argenteos 4. etc.* Occurrunt rursus infra. Vide *Turriculus*.

✍ Vasa, in quibus Christi corpus adservabatur, in turrium exiguarum figuram efformata fuisse, testis est inter alios Gregorius Turon. lib. 1. de Gloria Mart. cap. 86: *Acceptaque Turre, diaconus, in qua mysterium Dominici corporis habebatur, ferre cepit ad ostium; ingressusque templum, ut eam altari superponeret, etc.* Expositio antiquæ Liturgiæ Gallic. apud Marten. tom. 5. Anecd. col. 95: *Corpus vero Domini ideo deferuntur in turribus, quia monumentum Domini in similitudinem turris fuit scissum in petra.*

\* **TURRIS AMBULATORIA**, Machinæ bellicæ species. Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 62: *Turris ambulatoria cum ponte levatorio, tracto a naspo sive varrochio, super sex rotellas ædificata, etc.*

† **TURRISINUM**, *Turrisinus*, ut *Turrisinus*. Chron. Parm. apud Murator. tom. 9. col. 774: *Ipsè suis expensis fecit fieri murum, qui est ad pontem Galeriæ... cum Turrisino, quod est ibi prope dictam portam.* Et col. 830: *Factus fuit murus Communis de S. Maria nova versus flumen Parmæ, et in capite de subtus unus Turrisinus.* Vide *Turriionus*.

\* **TURRISTA**, *Turris* defensor, in Tract. MS. de re milit. et mach. bell. cap. 92: *Turris cum molendino, quod volvitur ab asino, est utilissimum in altitudine turris; quia Turrista de molenda sunt fulciti.*

\*\* **TURRIX**. Attonis Polypt. pag. 54: *Turrix cuspidis.*

\* **TURRUNDA**. Vide supra *Turrestina*.

\* **TURSIE** dicit *Avicenna*, quod est *Ammoniucum*. Glossar. medic. MS. Sim. Januens. ex Cod. reg. 6959.

† **TURSUS**. Gloss. Gr. Lat.: *Καυλός, Caulus, Tursus.*

† **TURTA**, *Turcellus*. Vide in *Torta* 1.

**TURTEGETES**, *Tugurius*, ædicula. Vita B. Coletæ num. 49: *Oratoria sic constructa fuerant, quod vix se poterat in eis erigere seu elevare, magisque videbantur Turtegetes vel tuguriu altitium, vel anserum, quam habitationes rationabilium personarum.* Ubi quidam Codd. habent *Curtegetes*, f. ex Gall. *Tourjette*, *Turricula*.

† **TURTIBULI**, alias *Tibuli* sive *Tiguli*, dicuntur foramina, per que exit fumus caminorum; et idem dicuntur fenestræ, quibus calor balnei evaporat. Ita vetus Vocabularium juris utriusque pro *Tubuli*, Gall. *Tuyaux*. [\* Dig. lib. 8. tit. 2. fr. 13. (12.)]

† 1. **TURTUR**. Pactus Legis Salicæ tit. 7. art. 9: *Si quis Turturem de trappu suraverit, etc.* Ubi Eccardus: *Turtures tensis retibus non capiuntur; unde hic Turturem cum Turdo confundi clarum est.*

\* 2. **TURTUR**, *Piscis* fluviaticus, Gall. *Truite*. Locus est supra in *Trucha*.

\* **TURTURA**, An pro *Tortura*? certe supplicij genus videtur. Decreta Placent. ad calcem statut. fol. 108. rº: *Quas penas si non solverint infra decem dies, dent ei quinque squassus, sive botte curli vel Turture.* Vide mox

\* **TURTURELA** inter machinas propagationi utiles recensetur, in Stat. Ferrar. ann. 1279. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 508: *Potestas teneatur mittere ad predictu locu unum bonum notarium,.... qui scribat statum cujustibet loci, scribendo... manganos et Turturelus et catenas et victualia, que ibi erunt pro communi Ferrariæ.* Eadem quæ *Tortirella*. Vide in hac voce.

† **TURTURELLA**, *Turtur*, Ital. *Tortorella*, Gall. *Tourterelle*, in Annalibus Mediolanensibus ad ann. 1389. apud Murator. tom. 16. col. 807.

\* Alias *Turtre*. Comput. Rob. de Seris incipiens ann. 1332. in Reg. 5. Chartoph. reg. fol. 3. vº: *Ou milieu de la pate du chaperon a une cage pour oiseaux, faite au vis, et delenz ladite cage a une Turtre d'argent esmaillié.* Vide supra *Tordera*.

**TURTURI**. Ugutio, in *Turtur*: *Turturi dicuntur pastores, qui fistulis canunt.* Ita etiam Joh. de Janua.

**TURTURILLA**, *Locus*, ubi panis ponitur, Ugutioni. An *Turundilla*? [Glossæ Isidori: *Turturilla, ita dictus locus, in quo corruptelæ fiebant, quod ibi turturi opera daretur, id est, panem.* Pro panem alij substituunt peni, alij ganee. Falluntur qui *Turturilla* de loco dicti notant, si credimus Grævio. Non dubitat ipse, *Turturillos*, vel *Turturillas* dictos esse cinædos, molles,



impudicos, qui a militia arcebantur, et in urbe securi erant. Convitium hoc, inquit, a torture derivatum est; accipiter enim fertur captæ turturi parcere, et pretium salutis accipere, ut tradit Porphyrius lib. 4. Vide Vossium lib. 3. de Vitiis sermonis cap. 53. et Martinium in Lexico.]

† **TURVA**, **TURVUS**, *Tourbe*. Vide *Turba* 1.

**TURUCA**, *Papiae Vestis Regia*.

† **TUSCA**, **TUSCHA**, ut supra *Touchia*, *Nemus*, silvula, nostris *Touche*. Chartul. S. Joan. Angeriac. fol. 68. vº: *Also Robelus dedit Deo sanctoque Johanni octavam partem alodii... et est super Tuscas de Pariniaco, unum quoque molendinum ad Tuscas*. Unde diminut. *Tuscula* ibid. fol. 95. rº: *Donavit domum, hortum, frazineiam, prata, vineas cum Tuscula, etc.* Charta ann. 1404. in Reg. feud. comitat. Pictav. ex Cam. Comput. Paris. fol. 63. rº: *Item et manerium de Bello-fonte cum sua clausura, garena, Tuschis, vineis, pratis, etc.* Alia ann. 1405. ibid. fol. 66. rº: *Item unum herbergamentum,.... insinul cum Tuscis et terris;... quæ quidem apertinentiæ tenentur ex una parte Tuscæ de Fayola, una fovca in medio posita*. Vide *Tuscha*.

† **TUSCHA**, *Lucus*, arbores ad ornatum consitæ, Gall. *Touche*. Charta Adelæ Comitissæ Blesensis ann. 1104. e Tabulario Dunensi: *Est autem ipsa determinatio talis.... per lundas et per plaxitium de brueria, et inde per Tuschan de nucaria*. Chartul. S. Vincentii Genoman. fol. 29: *Dederunt etiam quandam Tuschan juxta molendinum, et terram ex utraque parte Tuschæ sitam, unum sextarium seminis suscipientem*. Vide *Tusca*, *Toscha* et *Tosca*.

\* *Touquet* nostris alias, pro *Coin*, *Angulus*. Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 110. Chartoph. reg. ch. 88: *S'en issi le feu Mirouwant..... pour s'en aler en sa maison, et comme il vint au coing ou Touquet de la maison Jaque Comperere derriere l'église S. Leu à Aniens, etc.* Charta ann. 1393. in Reg. 145. ch. 500: *Une maison s'éant en la ville de Douay, en la rue de Bellain, faisant Touquet à la rue que on dit de Luisiaux. Touquet ou coing de la rue de la boulangerie, in Reg. 13. Corb. sign. Habacuc ad ann. 1511. fol. 77.*

\* **TUSCARIUS**, *Tuscus*, Gall. *Toscan*. Charta ann. 1366. in Reg. 97. Chartoph. reg. ch. 615: *Falco Chacii, civis Placentiæ, capitaneus universitatis Tuscariorum et Lombardorum mercatorum, etc.*

\* **TUSCHINUS**, ut supra *Tuchinus*. Lit. remiss. ann. 1383. in Reg. 123. Chartoph. reg. ch. 182: *Petrus Petri qui erat Tuschinus, homo pessimus, niale vitæ et conversationis inhonestæ,..... armatus quodam displode, etc.*

\* **TUSCULA**, diminut. a *Tusca*. Vide supra in hac voce.

† **TUSCULANUM**, *Prædium* quodvis amœnum. *Chrystophorus Mullerus* apud R. Duellium tom. 1. Miscell. pag. 279: *Cum enim in præsulari nostro Tusculano, pro excitando salientis aque fonte, profundius fodere necesse fuisset, etc.*

† **TUSCUS**, *Rudis*, *Hisp. Tosco*. *Vita B. Columbæ Reatinæ*, tom. 5. Maii. pag. 325.

*Zonlas illas in disciplinam Tuscam commutavit.*

**TUSILLE**. *Isidorus* lib. 11. cap. 1: *Toles Gallica lingua dicitur, quas vulgo per diminutionem Tusillas vocant, qua in faucibus turgescere solent*. Vide *Joannem de Janua in Toles*. [Festus: *Toles, tumor in faucibus, quæ per diminutionem Tonsillæ dicuntur*. *Glossæ Græc. Lat. : Παισθημα, Tonsillæ, Tolia, Tole, Tussillæ, Tules.*]

† **TUSONDA**, *Celtis*, *Mille*. Vide *Chunna*.

† **TUSPOLLEM**, *Manna vel genus pigmenti*, in *Glossis Isid. Gloss. Lat. Græc.*: *Tuspollina, μύζα*. *Alia Gr. Lat. addunt, Turspollen*. *Legendum Thuris pollen ex illo Scholiastæ Juvenalis: Thus minutum, quod est thuris pollen, manna vocant.*

\* **TUSSITARE**, *Frequenter tussire*. *Richalmi abb. lib. Revelat. cap. 4. apud Pez. tom. 1. Anecd. part. 2. col. 389: Videte quomodo jam fatigant me tussi inter loquendum, cum tamen signem me. N. Cum ita Tussitatis, secretum nostrum proditur*. *Hinc Entoussé, Tussi affectus, in Hist. Caroli VI. ad ann. 1414. pag. 274: Es mois de Février et de Mars se leva un vent merveilleux, puant et tout plein de froidures. Pour occasion duquel plusieurs gens..... furent tellement enreuzez et Entoussiez que merveilles*. Vide *Tussitus*.

† **TUSSITUS**, *Toussement*, in *Glossis Lat. Gall. Sangerm. MSS. ex Johanne de Janua*.

\* **TUSSOLS**, *Exactionis species*. *Constit. MS. Jacobi II. reg. Aragon. ann. 1291: Item quod clerici et milites non teneanturolvere in Ilerda, vel in aliis locis, leudam, pedagia vel Tussols de redbibus eorum propriis*.

\* **TUSTAQUA**, *Tectum porcorum*. *Charta ann. 1328. in Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 261: Tenuit eam in domo ipsius uxoris incarceratam, ligatam in quadam Tustaquasive gualhintera, in tantumque ipsam verberavit,.... quod ipsam interfecit*.

† **TUSTARE**, *Pulsare*, *Occitanis Tusta*. *Vetus Ceremoniale MS. B. M. Deauratæ: Dum priori videtur, quod sit hora Tustandi, etc. Infra: Mittit aliquem ad Tustandum cum massa*. *Charta ann. 1200. e Schedis D. le Fournier: Tustando ad portam cameræ et dicendo aperi*.

\* *Tuster*, in *Lit. remiss. ann. 1448. ex Reg. 179. Chartoph. reg. ch. 187: Icellui Baratii Tusta ou hurta à la porte, etc.*

\* **TUSTAYNUM**, *perperam pro Fustaynum, Vestis ex panno, Italis Fustagno dicto, confecta*. *Testam. ann. 1274. tom. 2. Hist. Cassin. pag. 502. col. 2: Item reliquo Rofrido servienti meo unciam auri unam, capannam meam Tustaynum, bracas et camisiain*. Vide supra *Fustaneum*.

\* **TUSTINNA**, *Idem videtur quod Tolia*. *Exactio, quæ per vim fit, quod contra jus tollitur, quodvis tributum*. *Privil. Univers. Glasgvens. concessa per Will. episc. ann. 1453. ex Chartul. ejusd. eccl. Cod. reg. 5540. fol. 103. vº: Concedimus liberam facultatem emendi et res proprias vendendi.... ubique per regalem nostram et alias terras, portus... absque exactionibus Tustinnarum et licentia a quocumque petenda*.

† **TUSTORIUM**, *Species porticus, ut conjecto*. *Locum vide in Baletum*.

**TUTACULUM**, *Tutamen*, apud *Prudentium*.

\* **TUTALANA**, *Pannus e lana tantum confectus*. *Stat. Ferrar. ann. 1279. lib. 2. rubr. 345. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 424: De vestito bixelli, id est mezalanæ Tutalanæ, stanfortis et cunjuslibet alii panni, sine tribus cucituris, tres solidos Ferrarenses*. *Reg. Mutin. ad ann. 1306. ibid. col. 897: Soma pannorum de Mediolano et Como et Florentia et Tutalanis de Bononia, etc.*

† **TUTALIS CURA**, *pro Tutelaris cura, seu tutela, in Libertatibus S. Palladii MSS.*

**TUTAMENTUM**. *Glossæ Isonis Magistri: Tutamen, firmanentum, protectio*. Vide *Tensamentum*.

**TUTARE**, ex Gallico *Tuer*, *Occidere*. *Tutare candelam, aut cereum, extinguere, Galli dicunt: Tuer la chandelle*. *Ordo Romanus: Lumen autem Ecclesie apud Romanos ab initio cantus nocturni inchoatur extingui; hoc tamen ordine, ut ab introitu ipsius Ecclesie incipiat paulatim Tutari*. *Mox: Ubi audierit primam Antiphonam, tenens cynam in manu sua, Tutat lanpadem unam; in fine vero Psalmi ipsius Tutat aliam sinistræ partis*. *Hac notione utitur etiam Alcuinus de Divinis Offic. pag. 247. et Regula Magistri cap. 19. et 29. Itali Attutare et Stutare, Restinguere dicunt*. *Jo. Villan. lib. 12. cap. 20: Attutarsi la furia dello sfrenato popolo*. *Porro nostrum tuer, pro occidere, a τύειν, mactare, deducit H. Stephanus*.

† 1. **TUTATIO**. *Diploma ann. 1356. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 516: Certa bona et possessiones.... debeant assignari ad existimationem et Tutationem, etc. Sed taxationem legendum puto; hæc enim respondent verbis subsequentibus, æstimatores et taxatores bonorum talium*.

\* 2. **TUTATIO**, *Tutamen, protectio*. *Charta Hug. et Rob. reb. ann. 994. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 562: Cujus abbatiæ Tutationem sub manu regum aut forte ducum ejus regni constituimus, etc.*

\* **TUTELA**, *Idem forte quod Tufus*. *Vide in hac voce; nisi sit nomen loci*. *Pactum inter eccl. Rom. et episc. Tricestr. ex Cod. reg. 5956. A. fol. 74. vº: Item sibi retinuit nativum saxum, quod communi vocabulo Tutela vocatur, ubi est ecclesia S. Justæ*.

\* **TUTELARIUS**, *Qui sub tutela et protectione alicujus est*. *Chron. vet. ad ann. 1293. apud Ludewig. tom. 9. Reliq. MSS. pag. 180: Expeditio Burgerii regis Sueviæ facta est in Kareliam et Karoli (I. Kristi) fidem susceperunt, et facti sunt Tutelarii domino regi Sueviæ*. *Sed legendum opinor Tributarii*.

**TUTELATOR**, *Protector*, in *Glossis MSS. S. Germani Paris. Cod. 524. [Martianus Capella lib. 2: Tutelator fidelissimusque germanus]*.

† **TUTELATUS**, *In tutelam datus*. *Genus agri Tutelatum, Aggeno de Limit. agr. pag. 58. [\* Tutelare, Defendere, apud Joann. de Janua]*.

† **TUTELIORIS**, *perperam pro Tutela-*



ris. Charta ann. 1195. apud Cencium i ter Censu Eccles. Rom. : *Et ego specialiter Petrus pro me et dictis impuberibus, quorum tutor sum Tuteliori officio vobis... quæ dicta sunt omnino observare... promittimus.*

¶ **TUTELLA**, a Gall. Tutelle, Administratio bonorum pupilli, ex Charta ann. 1472. in Inventar. Chartar. Reg. ann. 1482. fol. 314.

\* Nostris alias *Tuterie, Tutirie et Tutrie*. Charta ann. 1301. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 142. rº. col. 2 : *Madame Aliz de Partenay, dame de Surgeres, tuteresse desdiz héritiers par nom de Tutrie, etc.* Alia ann. 1322. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 457 : *A esté trouvé que il seroit grant profit ausdiz mineurs se nous leur voulons donner aage, par quoy que il fussent hors de Tustirie, etc.* *Tuterie*, apud Beloman. MS. cap. 16. Guill. Guiart :

Puis orent li baron envie  
De ce que de la Tuterie  
Du regne iert Blanche la royne  
La mère le roi en saisine.

*Tuterresse*, pro *Tutrice*, in Lit. remiss. ann. 1373. ex Reg. 105. ch. 210.

\* Hinc *Tutelle* nostratibus nuncupata, Domus, ubi scholares nutriuntur et instituntur, vulgo *Pension*. Lit. remiss. ann. 1478. in Reg. 205. ch. 58 : *Lesquelz escoliers estans en une chambre en la Tutelle maistre Jehan Perot audit Orléans;.... pour ce que on avoit dancé en ladite Tutelle, ainsi qu'il est acoustumé chacun an au jour S. Martin, etc.* Jean Code tenant Tutelle en l'Université d'Orléans, in Ch. ann. 1513. ex Bibl. de Du Verdier pag. 715. Unde *Tuteur d'enfans*, in Lit. ann. 1448. ex Reg. 179. ch. 367.

**TUTELLI**, inter Ministeria sacra. Chronicon Centulense Hariulfi lib. 3. cap. 3 : *Scyphus argenteus major; minores argentei 4. ex aurichalco 1. Tutelli argentei 4. urcei argentei cum aquamanilibus 2. etc.* Ubi forte legendum *cutelli*, seu *cultelli*. Idem lib. 2. cap. 10 : *Atramentarium optimum argenteum auro paratum 1. cultellus auro et margaritis paratus 1. etc.*

\* **TUTELLUM**, pro Tutela, tutamen. Codex MS. olim S. Martialis. Lemov. nunc Bibl. reg. 5600. fol. 101 : *Qualis est homo Christianus, qui pro Domino muras et tinea veneratur, quibus se per Tutellum cubelli aut arculi non subducantur aut panis aut pannus.*

¶ **TUTELUS**. Lactantius de mortibus persecutorum n. 36 : *In primis indulgentiam Christianis communi Tutelo datam tollit.* (Maximinus Imp. Legendum est communi titulo, hoc est, communi utriusque Imperatoris consensu.)

¶ **TUTIA**, Cadmia. Statuta datiarum Riperiæ cap. 12 : *De quolibet plastro sive vezoto Tutia pro introitu vel exitu, et sic pro rata, solidi sex. De quolibet modio mellis soldi iv.* Usus est Diodorus Euchyon Polychemia lib. 1. cap. 2. qua notione *Turtia* dixerit Græci rocentiores. *Tuthie* etiam vocamus Cadmiam fossilem ab Arabico *Tuthia*. Vide Salmasium ad Solinum, Vossium de Vitiis serm. lib. 2. cap. 18. et Glossarium mediæ Græcicit. in *Turtia*.

\* Italis, *Tuzia*. Vide *Tucia*.

¶ **TUTILA**, Septum, ἑρκοζ, in Gloss. Gr. Lat.

¶ **TUTILLA**, pro Tutela, ni fallor. Renovatio testamenti per Carolum M. apud Murator. tom. 2. par. 2. col. 752 : *Domnus patruus meus Semforiunus.... diebus vite sue Tutillam meam in suam habuit recepta potestata.* Hoc est, si bene coniecto, Tutor meus fuit.

\* **TUTIO** DEVOTA, Signum crucis, quo Christiani se tumentur. B. de Amoris in Speculo sacerdot. MS :

Multis namque modis Dominus veniale remittit...  
Præcipue deica facit hoc oratio sacra,  
Tutio devota reverenter pectore facta.

1. **TUTOR**, Advocatus prædii Ecclesiæ. Charta Henrici Regis Franc. ann. 1043. ex Tabul. Fossat. fol. 151 : *Quam utique villam præfatus Miles sub velumine tuitionis, velut iniquissimus prædo, atterebat... Abbas ipse manibus duorum clientum coram omnibus sacramento probavit, quod Tutor villæ jam dictæ in ea jure non debet capere, nisi unum avenæ sextarium de arpenis, in quibus hospites hospitantur; cæteri vero arpeni a donibus remoti nihil aliud reddunt Tutori, nisi minam avenæ, etc.*

¶ **TUTOR**, Fidejussor, approbator, confirmator. Charta ann. 1216. e Chartulario Domus Dei Pontisar. : *Ego autem Rudulfus de Constantio Miles, filius prædictæ Mabilie, dominus feodi a quo tenementa movent, sum Tutor hujus quitationis, et ad petitionem matris meæ prædictæ.... sigillo meo præsentem cartam consignavi.*

¶ **TUTOR** vel *Curator ad litem* litigantibus minoris etatis hæredibus conceditur in Edicto Philippi Franc. Regis ann. 1330. idque contra Legem Romanam, quæ personis tantum, non causis tutores dabat. Vide de *Lauriere* tom. 2. Ordinat. Reg. Franc. pag. 64.

\* 2. **TUTOR**, **TUTRIX**, Qui vel quæ administrat, regit; titulus comitum Hollandiæ. Charta ann. 1257. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 353 : *Nos Florentius Tutor Hollandiæ notum facimus, etc.* Alia ann. 1261. sororis et hæredis ejusd. Florentii ibid. col. 354 : *Aleydis quondam uxor domini Joannis de Avennis, Tutrix Hollandiæ et Zelandiæ, etc.* Vide supra *Tueri* 2. Obiter monebo legendum fortean esse *Escuiers*, loco *Tuiers*, in Lit. Phil. VI. ann. 1329. tom. 2. Ordinat. reg. Franc. pag. 41 : *Commandons à tous ducs, comtes, barons, Tuiers, seneschals, baillifs, etc.*

**TUTTA**, Exactio, tributum. Vide *Tolia*.

\* **TUTUBA**, Tubicen, buccinator. Comput. ann. 1504. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 80. col. 1 : *Item solverunt Johannî Mortan, Tutubæ sive trompetæ Nenausi, pro suis laboribus sonando trompetam etc.*

\* **TUTULA**, pro Tutela, defensio. Charta Phil. Pulc. ann. 1301. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 128. vº. col. 2 : *Poterunt dicti religiosi (S. Ebrulfi) habere unum forestarium seu servientem, sagittas et arcum in dictis boscis.... et circa, portantem ob eorum custodiam et Tutulam.*

\*\* **TUTULUS**. Atonis Polyptych. pag. 53 : *Tutulos destruens.* Ubi glossa : *Tutulod dicebunt sacerdotes brevium templorum.* Vide *Tulatus* apud Forcellin.

**TUTUPIA**, Capitis tegumentum Clericis proprium, cujusmodi hodie *les bonnets quarrez*. Statuta Synodalia Nicolai Episc. Andegav. ann. 1265 : *Clerici sive conjugati sive non conjugati, cum in Ecclesiis parochialibus, in quibus commorantur, ad Missam, vel ad Vesperas, veniunt, cum Tutupii congruentem deferentes tonsuram incendunt, psalmodiantes, legentes, et cantantes ibidem cum Presbyteris'.... tamen coram Episcopo, Archidiacono, Archipresbytero, vel Decano suis appareant cum Tutupii, et amotis capitiis se præsentent.* [Acherius tom. 11. Spicil. pag. 208. legit *Tutuptiis*, suspicaturque forte legendum esse *tutulis*, Erat autem *tutulus*, capitis ornamentum seu vitta purpurea, qua crines ad verticem convolvebant Flamines, ut est apud Varonem et Festum.]

\* **TUTUS**, Securus, tranquillus. Mirac. S. Raym. Palnar. tom. 6. Jul. pag. 658. col. 1 : *Unde quia credebatur eam habere lapidem, quidam dicebant eum exponere manibus medicorum, ut ab infirmitate liberaretur; quod et avia ejus prohibuit, hæsitans prius de sanctitate beati Raymondi. Quocirca dixit, se de infirmitate pueri esse Tutam.*

¶ **TUVEUS**, ex *Tufo*. Vide in *Tufus*.

\* **TUXIDURA**, Vectigalis species, teloneum. Charta ann. 954. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 131 : *Item omne teloneum, quod dicitur Tuxidura de navibus, flumen Adice vello percurrentibus, etc.*

¶ **TUYSUS**, f. *Vellus*, Gall. *Toison*. Vide *Clack*.

**TWEIFHINDUS**. Vide *Hinden* homines.

¶ **TWELFHENDMAN**. Vide *Liberalis* homo.

¶ **TWENTINAY**. Vide in *Tuernay*.

¶ **TWIGILD**, Dupla solutio, vel duplex pecunia, a Saxonico *twy*, Duo, et *gild*, sive *geld*, solutio, pecunia. Ita *Spelmanus*.

**TWYGAVEL**. Vetus Charta Cantuariensis Ecclesiæ apud Somnerum in Tractatu de *Gavelkynd* pag. 28 : *Idem respondet de 814. et dimid. ped. clausur. huyag. fac. circamqnerium, ex consuetudine, unde de Twyga-vel 200.*

¶ **TWYHINDUS**, **TWYHYNDEMAN**, Is qui in æstimatione capitis 200. sol. censetur, a Saxon. *twy*, duo, et *hynd*, vel *hund*, centum. Idem *Spelmanus*. Vide *Hinden* homines.

¶ **TYBARIUM**, pro *Tyrium*. Vide in hac voce.

¶ **TYBARUD**, Genus pugnæ ludicræ, ut puto. Vetus Charta a Mabilionio laudata tom. 4. Annal. Benedict. pag. 23 : *Ita ut nemo illorum (hominum burgi S. Martini Exoldun.) pergat ud pugnam, quæ alio nomine vulgariter vocatur Tybarud, neque botagium vini alicui reddat.* Vide *Quintana* 3.

¶ **TYBRUCUS**, *Ocrea lanea*. Vide *Tubucus*.

¶ **TYBRUS**, Vide *Typrus*.

¶ **TYBURUM**, f. pro *Ciborium*, vel *Tegorium*. Vide in his vocibus. Memoriale potestatum Regiens. ad ann. 1269. apud Murator. tom. 8. col. 1128 : *Tyburium*



*ecclesie majoris fuit levatum, videlicet illud quod est supra plateam.*

† **TYGANUM**, Sartago, Græc. τῆγανον, in Actis Sanctorum Maii tom. 7. pag. 7.

† **TYGURIUM**. Vide in *Tegorium*.

\* **TYHTLAN**, vox Saxon. Accusatio. Leges Ethelredi Regis cap. 2: *Nec componat aliquis pro ulla Tyhtlan, si non interit testimonium Præpositi Regis.* Hinc emendare licet Leges Kanuti Regis Angl. cap. 56. apud Bromptonum: *Si quis amicis destitutus, vel alienigena, ad tantum laborem venerit, ut plegium non habeat, in prima Thilac, id est accusatione, ponatur in carcanno, et ibi sustineat donec ad Dei iudicium eut.* Legendum enim Tyhtlan.

\* **TYLIA**, pro Tilia, Gall. Tilleul, in Chartul. Norman. ex Cod. reg. 4653. A. fol. 88: *Monachi de Lyra habent... tres Tylias ad scutellas, etc.*

\* **TYMALLUM**, f. *Placitum*, domini feudalis iudicium, ad quod vassalli convenire tenebantur. Charta Petri Attrebat. episc. ann. 1201. ex Tabul. abbat. de Laude: *Illic etiam declaratum est a lodia de Coidnes, præ cæteris alodiis, tantæ libertatis esse, ut nullum debeant in Tymallo responsalem.* Vide *Mallum*.

† **TYMBA**, Sepulcrum. Vide in *Tumba* I.

• **TYMBORALIS POENA**. Vide *Tumbrelum*.

**TYMBRIS**. Senator lib. 5. Epist. 1: *Cum piceis Tymbribus, et pueros gentili candore lucentes, et spathas nobis etiam arma desecantes, vestra Fratèrnitas destinavit.* Ita prima editio Senatoris, et aliæ posteriores, tametsi menda non pauca in hisce paucis verbis liceat subodorari. Nam quid vox piceis, si a *tymbribus* distinguatur, quid *tymos*, cum armis, quæ in munus mituntur? Certe *pyceas tymbres* hic interpretor *tympana area coloris piceæ*. Nostri quippe *tymbres*, inde vocarunt, quæ Latini *tympana*. Gloss. Lat. Gall.: *Tympanum, Tymbre, Tympanistria, Menestrier de tymbre, Tympanizo, chanter ou timbrer, Timbrabulum, tymbre.* Poeta Anonymus vernaculus MS. de expugnatis Hierosolymis per Titum:

Mult parfont bele noise en Post li Ollifant,  
Li cor et les buisies, et li Timbre sonant.

Alius Poeta MS:

La oissiez tabours et Timbres retentir.

Galterus Metensis in Mappamundi MS. cap. 58:

Une fontaine est clere et coie,  
Quand dessus a riens qui s'esjoie  
Et ou Timbre ou vielle sonne,  
Ou autre instrument qui resonance,  
Si s'eslieve ainsi con de joie,  
Et s'espant paraval la voie.

Inde postmodum galeas ipsas *Tymbres* etiam appellarunt, seu quod *tympanorum* speciem referrent. Guillel. de Guignavilla in Peregrinatione animæ:

Où sont bannieres desploïées,  
Où sont hyaumes et bachines,  
Timbres et vestus velués,  
A or batu et à argent.

Seu quod, galeæ pulsatæ sonum *tympanorum* ederent. Guntherus lib. 4. Ligurini:

Non jam missilibus telis, ferroque volanti,  
Sed gladiis pugnare libet: Tinnire sonoros  
Ictus audires galeas.

Et lib. 7:

... Tinnire cavas mucronis ab ictu  
Audires galeas.

Inde igitur nostri etiamnum *tymbres* vocant galeas, quæ armorum insignibus imponuntur. *Tenir littres en ses armes et tymbres;* in Consuetud. Turonens. art. 60.

Sed nescio, an aliud sonet hæc vox in Computo Stephani de la Fontaine Argentarii Regii ann. 1351. cap. cui lemma est: *Parties delivrees en ce terme à cause de l'obsequ de M. Gieffroy de Varennes Chambellan du Roy etc. pour faire tunicles, houces, arconnières, 2. Timbres de crestes des armes dudit Chevalier à mettre sur les heaumes.* Vide *Timbrum*.

**TYMBUS**, Τύμβος, Sepulcrum, *Tumba*. Vetus Epitaphium apud Ughellum in Episcopis Bobiensib.:

At pater egregie potens intercessor es iste  
Pro gloriosissimo Luitprando Rege qui suum  
Precioso lapide Tymbum decoravit devotus.

Vide *Tumba* I.

† **TYMIAMATERIUM**. Vide *Thymiamaterium*.

\* **TYMIARIA**, mendose pro *Tymtama*. Vide in hac voce. Pontif. MS. eccl. Elnens. ubi de benedictione campanæ: *Consequenter ponitur in thuribulo ignis et Tymtaria, thus et mirra, si haberi possunt.*

\* **TYMONAGIUM**, Idem quod *Timonagium*, Tributum seu præstatio pro currus temone. Charta Ingelr. dom. de Couciaco ann. 1267: *Nec non (habuerimus) tertium partem taillie boulangiariorum Cameracensium, quæ fit bis in anno, et Tymonagium et sextam partem domorum seu locorum foris factorum, censuum et caponum domorum foris factorum.* Vide supra *Timonachum*.

† **TYMONUS**, Gubernaculum. Vide *Temo* I.

† **TYMPA**, Cauda caputii acuminata. Buschius de Reform. Monast. lib. 2. cap. 23: *Patrem quandam magnum statura, in longa nigra togo usque ad talos protensa incedentem, caputio nigro magno cum lirippio seu Tympa caput tegentem, habuimus adversarium contradicentem.* In Saxonia inferiore *Tympa* proprie dicitur Extremitas rei crassioris, in fine contractioris, seu in acumen desinentis: quod belle congruit caputio. Vide *Liripipium*.

**TYMPANARIA**. Concilium Grateleanum ann. 928: *Et si villanus exerevisset, ut haberet plenarie quinque hidas terre propriæ, Ecclesiam, et coquinam, Tympanariam, et januam, et sedem, et sundernotam in aula Regis, deinceps erit Taini lege dignus.* [\* Idem quod sequens, Anglosax. Bell-hus.]

**TYMPANARIUM**, Campanarium. Vetus Ordo Canoniorum, quem S. Protadii librum vocant, in die Palmarum, apud Chiffletium in Dissertat. de Conversione Constantini M. cap. 5: *Et cum venerint ad Portam Martis, quæ nunc dicitur Nigra, stent super murum Tympanarii pueri cantantes, Gloria, laus, et honor, etc.*

† **TYMPANELLUM**, Tympanum, Gallice *Tambour*. Chron. D. Gravinæ apud Murator. tom. 12. col. 617: *Tympanellum*

*pulsans, clamabant nobis dicentes: Properate ad montem.* Vide *Tympanum* I.

† **TYMPANILE**, Idem quod *Tympanarium*. In cimiterio conitum ante *Tympanile* intra ecclesiam, in Actis SS. Junii tom. 1. pag. 707.

† **TYMPANIOLUM**, Parvum *tympanum*. *Tympaniola, tibia, psalteria*, Arnobio lib. 6. sub finem.

**TYMPANISTRIA**, Campanæ, *Tymbres*. Codex MS. Monasterii Novi Pictaviensis: 10. die Febr. celebratur obitus pro filio nobilis Comitiss Pictavorum,.... pro quo sonantur omnia *Tympanistria*, duo classes de sero, et unus de mane ante Missam, etc.

† **TYMPANIZARE**. Vita S. Geraldii Abb. tom. 1. Aprilis pag. 428: *Totum intumescit corpus ejus, cutisque facta livida, per omnes corporis partes ad tactum quemlibet Tympanizans, vehementissime tendebatur.* Cl. Editor reddit, *Tendi instar tympani*; malim, *Instar tympani resonare.* [\* Vide Gloss. med. Græc. voce Τυμπανίζω, c. 1621.]

\* Nostri *Tympaniser* dixerunt, pro *Timbrer*, signo notare, imprimere; unde pro Typis edere, Gall. *Imprimer*, occurrit in Lit. remiss. ann. 1469. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 66: *Le suppliant dist à icellui nenuisier qu'il jaisait faire lesdiz moles pour Tympaniser livres.* Hinc nihil emendandum videtur in Charta Frider. II. laudata v. *Tympanum* 4. ubi legendum *Typarium* opinatus est Cangius; quæ vox rursus legitur in Charta ejusd. imper. ann. 1226. ex Tabul. eccl. Camerac. ut et in Ch. ann. 1234. inter Probat. tom. 6. Hist. Occit. col. 369. et in alia ann. 1233. ibid. col. 375.

\*\* Opuscul. vet. MSS. ad 1. Reg. 21, 13: *Et inmutavit os suum et inpingebat in ostia porte. Alia editio habet: Et affectabat et Tympanizabat in ostia civitatis.* Maius in Glossario novo.

I. **TYMPANUM**, Isidoro lib. 2. Orig. cap. 2. *est pellis, vel corium, ligno ex una parte extensum.* S. Augustinus in Psal. 67: *Tympana sunt corio siccato et extento.* Gesta Ludovici VII. Regis cap. 8: *Clamabant, et ululabant et latrabant sicut canes.* *Tympanis et nacaris, et aliis similibus instrumentis horribiliter resonabant.* Monachus Florent. de Expugn. Acon.:

Si ferire Tympana, tubasque sonare  
Videres, et vocibus Turcos reboare, etc.

Vide quæ notamus ad Joinvillam pag. 61. ubi *tympana*, quæ *Tambura* nostri vocant, Turcorum propria fuisse docuimus.

2. **TYMPANUM**, Papiæ, dicitur *medium*; pars media symphonice in similitudinem cribrati. Item,

*Tympana, Tecta vehicularum.*

† 3. **TYMPANUM**, Campana, quæ non clava, sed malleo percutebatur, qua monachi ad refectorium vocantur, Gall. *Timbre*. Consuet. S. Germani a Pratis inter Probat. Hist. ejusdem Abbat. pag. 134: *Postea sonabitur Tympanum, et ibit conventus ad potum.* Vide *Tymbris*.

4. **TYMPANUM**. Charta Friderici II. ann. 1237. Lambecium lib. 2. Comment. de Biblioth. Cæsar. pag. 81: *Præsens privilegium fieri fecimus, et bulla aurea Tympano majestatis nostre impressa jussimus insti-*



gniri. Leg. videtur *Typario*. Vide ibi. [\* Vide *Tympanizare*.]

† **TYMPENI**, Tributi genus. Vide *Tinpeni*.

\* **TYMPORA** ΜΙΤΡÆ, Ejus partes laterales, Garampio in not. ad Invent. ann. 1314. in Disquis. de sigil. Garfagn. pag. 86 : *Una (mitra) sollemnitis cum xvj. zaphiris grossis in cruce ante et retro, iij. zaphyris in Tymporibus.... xxxiv. balattis in cruce ante et retro, et xv. in Tymporibus.* [\*\* Pro Tempus. Ekkehard. IV. Casus S. Galli cap. 16 : *Pugno illum in Tympus validissime percussit.*]

† **TYNA**, Vas grande, etc. Vide *Tina* 2.

† **TYNDIACA**, Sallas Malaspinae de Rebus Sicul. apud Baluz. tom. 6. Miscell. pag. 319 : *Dum iidem conspiratores vellent eum quibusdam verbis excusationis in peccatis excusandæ perungere et Tyndiaca palliationis frustra propinatum abolere venenum, non passus est eos præloqui, surgens ait, etc.* An *Tyriaca* ? Vide ibi.

\* **TYNERARIUS**, Vasorum lignorum, quæ *Tynæ* vocantur, artifex. Reg. forest. de Broton. ex Cod. reg. 4653 : *Talis est usus forestæ Brotoniæ, quod omnes illi, qui reddunt pro consuetudine forestæ avenas et garbas et ova et tortellos et gallinas, possunt et debent capere.... residuum gloerit et lignifabri et caronni et Tynerarii.* Vide *Tyna* 2.

\* **TYNNEN**, Teutonica vox, cujus vis explicatur in Mirac. S. Auct. tom. 4. Aug. pag. 53. col. 2 : *Quidam potentissimus regum obsidens olim civitatem Brunswicensem, cum quadam nocte.... intueretur ejusdem civitatis mœnia, vidit clara speculatione in singulis propugnaculis, quæ Teutonice Tynnen vocantur, singulos angelos stantes.*

† **TYNNINA**, Vide supra *Tannaria*.

† **TYPACIUM**, ut *Typarium*. Vide ibi.

**TYPARIUM**, Sigillum, cui Principis τύπος, seu imago insculpta est. [Charta ann. 1124. apud Mabill. tom. 5. Annal. Bened. pag. 668. col. 2 : *Hoc sigillum scribere jussimus per manum Michaëlis nostri notarii, ac plumbea bulla nostri soliti Typarii bullari.* Ubi male editum *Typacii*. Charta Roberti Comit. Palatini ann. 1171 : *Hoc recordationis præceptum per manus Nicolai nostri curialis notarii scribi, nostrique Typarii impressione insigniri præcepimus.*] Charta Willelmi Regis Siciliæ ann. 1177. apud Brompton : *Præsens privilegium... bulla aurea nostro Typario impressa, robortatum nostro sigillo jussimus decorari.* Perperam *Siipario* præferunt Chartæ aliæ Siculæ in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 203. Petrus de Vineis lib. 2. Epist. 41 : *Cum in castrorum nostrorum combustione camera nostra cum aurea bullæ Typario, et regni nostri sigillo perditâ et amissa fuerit.* Bulla Aurea Caroli IV. Imp. de electione Imperatoris cap. 27. § 2 : *Duo vel unus sigilla et Typaria Imperialia sive regalia a Cancellario Curie recipient.* Occurrit ibi pluries. Joan. Hocsemius in Adolfo a Marka Episc. Leodiensi cap. 30 : *Ostensum fuit in Capitulo coram Magistris sigillum plumbeum sive stanneum, ejusdem Typarii cum magno sigillo argenteo Episcopi, etc.* [Adde Corpus diplom. tom. 1. pag. 83. Murator. tom. 7. col. 1021. Miræum tom. 2. pag. 1246. col.

2. Ludewig. tom. 4. Reliq. MSS. pag. 257. etc.]

† **TYBARIUM**, pro *Typarium*, in Charta Caroli IV. Imp. ann. 1336. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 5. pag. 227 : *Sub bulla aurea Tybario Imperialis nostre Majestatis impressa, etc.*

\* **TYPHARIUM SIGILLUM**, Cui principis τύπος seu imago insculpta est. Charta Caroli reg. Sicil. ann. 1276. in Reg. S. Ludov. ex Chartoph. reg. fol. 96. 1<sup>o</sup> : *Præsens exemplar.... celsitudinis nostræ sigillo Typhario regie majestatis impresso jussimus communicari.*

\* **TYPHLOCOMIUM**, Domus, in qua cæci aluntur, a Græco τυφλοκομῖον. Mirac. S. Anast. Persæ tom. 2. Jan. pag. 439. col. 2 : *Mulier quædam, Photi nomine, ministra effecta sacri Typhlocomiū, sive cæcorum domicilii, etc.*

1. **TYPHUS**, Superbia, mentis elatio, ex Gr. Τύφος. Isidorus, et ex eo Papias : *Typhus, herba, quæ se ab aqua inflat; unde etiam ambitosorum et sibi placentium tumor, Typhus dicitur.* Arnobius : *Mentis elatio, et Typhus qui appellatur a Græcis.* Glossæ Gr. MSS. Regiæ : Τύφος, ἡ ἀλαζονεία, ἡ ἀναψις καρδίας. Hesychius : Τύφος, ὕπαρσις, ἀλαζονεία, κενόδοξία. S. Ambrosius in Epist. ad Romulum : *Sic Moyses Typhum illum dissipavit Egyptium, etc.* Commodianus Instr. 30 :

..... nimium te tollis in altum,  
Et Typhum ducis, nec respicis pauperes ultro.

Althelmus de Octo vitiis princip. cap. 8 :

• Dum mentis Typhus ventoso pectore turget.

Et alio loco :

Qui timido nescit mentis turgescere Typho.

Utuntur passim Scriptores alii, Martianus Capella lib. 5. extremo, S. Augustinus Epist. 48. 49. 57. 64. lib. 3. Confess. cap. 3. et alibi non semel, S. Benedictus in Reg. cap. 31. Gregorius M. lib. 6. Epist. 26. lib. 7. Ind. 2. Epist. 54. Concil. Forojuliense ann. 791. Leges Monachorum Heydensium cap. 3. Vita Ludovici Pii Imper. ann. 819. Anselmus Leod. cap. 107. etc.

**TYPUS**, Eadem notione. Vide *Typus* 3.

2. **TYPHUS**, pro Febribus. Vide *Typus* 1.

**TYPI**, Imperatorum Constitutiones, decreta, θεῖα τύπει. Anastasius in Leone II. PP. de Ravennatibus : *Sed et Typum autocephaliæ, quem sibi elicerant, ad amputanda scandala Sedis Apostolicæ restituerunt.*

**TYPI**, præsertim dicta Edicta Principum de fide. Lexic. Græc. MS. Reg. Cod. 2062 : Τύπον, ὄρον, κανόνα. Anastasius in Martino PP. de Paulo CP. Patriarcha : *Insuper studuit ad operimentum proprii erroris quorundam subreptioni, ut et clementissimo Principi suaderet Typum exponere, qui catholici dogma destrueret.* In quo *Typi omnes voces SS. Patrum cum nefandissimorum hæreticorum dictionibus eneravunt, etc.* Adde ejusdem Nicolai Epistolam ad Amandum Episcopum Trajectensem. Cedrenus ann. 2. Zenon. : Τούτων ὁ Βασιλεὺς ἐστὶ ὢν μετὰ τύπων εἰς Ἀλεξάνδρειαν κατὰ τῆς συνόδου ἐξέπεμψεν. Theophanes ann. 17. Constantini Pogonati : Τῆς ἑκτῆς συνόδου κεφαλαιώδεις τύ-

ποι. Vide Baron. ann. 648. n. 1. Gloss. med. Græcit. in Τύποι, et supra in voce *Forma* 9.

**TYPICARE**, Figurare, exprimere. [Epist. Johannis de Varennis apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 569 : *Columba lætabunda, quæ ad arcana Domini ranum ferrens olive, viventibus foliis pacem nuntiavit patriarchæ summo Noe, caput ecclesiæ Typicanti.* Acta S. Cassiani apud Illustr. Fontaninum in Antiquit. Hortæ pag. 359 :

Alter erat Paulus Typicans oracula rebus.]

Will. Brito lib. 12. Philipp. de Virga Aaronis :

Frondit, et subito produxit amygdala, flore  
Virginis intactæ Typicans nova gaudia partus.

† **TYPICKE**, Figurata, apud Vulgat. Interpr. 1. Cor. 10. 11. et in Epist. Hadriani PP. inter Concil. Hisp. tom. 3. pag. 94.

† **TYPICOSUS**, Figurativus, per imaginem expressus, ex vet. Cod. Emmeram. apud Pezium tom. 1. Anecd. Præfat. pag. xxxix :

Hic aperit Typicosa novæ signacea legis  
Quam statuit sub carne novi præsentia Regis.

† **TYPICUS**, Eadem notione, apud Tertull. de Patient. cap. 6. S. Hieronym. Epist. 9. aliosque Scriptores ecclesiasticos.

\*\* **TYPIFER**, Figurativus. Arnoldus de S. Emmer. lib. 2. cap. 41 : *In hac ergo tam Typifera basilica, etc;* in qua scilicet ut cap. 40. narratur S. Trinitas, quatuor Evangelia etc. numero columnarum, altarium etc. exprimebantur *typice*.

\*\* **TYPICARE**, Formare. Virgil. Gramm. pag. 147 : *Ex prædicto participio Typicata sunt.* Et mox : *Typicale nomen.*

**TYPICUM**, Liber Græcorum Ecclesiasticus, Latinis *Ordinale* vel *Ordinariium* Vide Glossar. med. Græcit. col. 1622. voce Τύπικόν.

**TYPRUS**, Vasculi species. Jonas in Vita S. Columbani cap. 16 : *Vas, quod Typrum nuncupant, in celerarium deportavit, et ante vas, in quo erat cervisia, deposuit, extractoque epistonii vertibulo, in illud cervisiam excepit.* Infra : *Cernit autem ultra Typrum usque adeo excessisse cervisiam, ut duplo altior Typrus videretur, etc.* Theodorus Campendonensis de S. Magno cap. 3. ubi de eodem miraculo, *Typrum* pluries præfert. [Tybrum edidit Mabillonius sæc. 2. Benedict. pag. 16. ubi monet Anonymum scribere *Gillonem* : quod Lagenam, vas vinarium supra sumus interpretati. Vide *Gillo*.]

1. **TYPUS**, Febribus accessio, vel febris ipsa. Galenus lib. : Περὶ τρέπων. Τύπος ἐστὶ τῆς ἐπιτάσεως, καὶ ἀνέσεως. Papias : *Febres quotidianæ Typum patiuntur, i. accessionis formam.* Idem : *Typi, sunt frigidae febres, quæ abusive Typhi dicuntur, ab herba, quæ in aqua nascitur, ex accessionum et recessionum revolutione.* Gloss. Ælfrici : *Typus, Lengten-ads, i. febris accessas.* [\*\* adl, Morbus vernus.] Glossæ MSS. ad Alexandrum Iatrosoph. : *Typus, i. figura in typica, i. figurative, quia cum intus patiuntur typicani febrem, extra frigore nimio perurgentur.* Apuleius lib. de Virtutib. herbar. cap. 102 : *Ad frigora et omnes febrium Typos.* Aimoinus lib. 1. de Miracul. SS. Georgii et Aurelii n. 2 : *Typro*



februm per tres menses ægre laborans. *Typum frigidum incurere*, apud Gregor. Turon. de Gloria Confess. cap. 15. Fortunatus in Vita S. Germani Paris. cap. 20 : *Typum dupliciter incurrens febris et frigoris. Typus tertianæ, quartanæ, quotidianæ*, apud Serenum Sammonicum de Medicina cap. 50. 51. 52. *Typus quotidianæ, tertianæ, vel quartanæ febris*, in Vita S. Leobini Episcopi Carnot. n. 17. *Quotidianus februm Typus*, in Vita S. Severi Episcopi Ravennat. n. 15. *Typus tertianus*, apud Ruffinum de Vitis Patrum lib. 2. cap. 1. *Typus frigoris*, in Vita MS. S. Severini Abb. *Quartanus Typus*, apud Gregor. Turon. de Gloria Confess. cap. 15. 21. 24. 82. 89. lib. 2. de Miracul. S. Martini cap. 22. 32. 50. de Vitis Patrum cap. 6. Fortunatum in Vita S. Germani Paris. cap. 44. in libro Miraculorum S. Wandregesili cap. 6. in Miracul. S. Eusebiæ Abbatissæ Hamatic. n. 17. in Vita MS. S. Magnobodi Episc. Andegav. cap. 14. apud Radulphum in Vita S. Richardi Episc. Ciestrens. n. 85. etc. *Typus tertianus*, apud S. Audouenum in Vita S. Eligii lib. 2. cap. 68. Victorem III. PP. lib. 3. Dialog. pag. 75. Alexandrum Iatrosophist. lib. 3. Passion. Ermenarium lib. 2. de S. Philiberto cap. 83. Odonem Cluniac. de Miracul. S. Mauri cap. 17. etc.

**TYPICA FEBRIS.** Glossæ antiquæ MSS : *Typica febris est, quam quidam periodicam vocant.* Papiæ, vel *Triteus, vel Tetreus, vel Tphemerius, vel penteus, vel epteus, vel hebdom.* Joan. de Janua, *febris periodica.*

**TYPICI,** Qui patiuntur typicam febrem, in Gl. MSS.

**TYPHUS,** pro *Typus* dictum observat loco citato Papias. Aimoinus lib. 4. de Miracul. S. Benedicti cap. 23 : *Coperunt omnia illius membra, more eorum qui quartano laborunt Typho, tremere, etc.* Cap. 25 : *Quicumque febricitant, sive quotidianis, seu tertianis, vel quartanis detentus fuerit Typhis, etc.* Gislebertus lib. 2. de Miraculis S. Romani cap. 11 : *Quartano validissimo vexabatur Typho.* Cap. 16 : *Laborioso februm æstuans Typho.* [Oratio de S. Sigismundo apud Meichelbec. tom. 1. Histor. Frising. pag. 357 : *Inclina, Domine, pius aures tuas ad desideria supplicantium, et quod devoto corde poscimus, benignius admittite, et huic famulo tuo qui Typhi cottidiani, biduani, tertiani, quatruiduanique, aut qualibet reliquarum februm vexatione fatigatur, etc.*]

2. **TYPUS,** Lagena. Vide *Typus*.

3. **TYPUS,** Idem quod *Superbia*, superbia. Glossæ antiquæ MSS : *Supercilio, Typo, fastidio.* Sergius II. PP. in Epist. ad Episcopos Transalpinos : *Sed nos... confidimus, quod nullo Typo secularis audaciæ vestra succumbit auctoritas.* Charta Formosi PP. ann. 891. in Spicileg. Acher. tom. 12. pag. 150 : *Aliquo Typo aut fastu superbiæ, etc.* Alia Athelstani Regis Angl. in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 129 : *Si... aliquis Typo supercilii turgens, etc.* Will. Neubrigensis lib. 1. cap. 2 : *Homo turgidus Typo immanissimæ superbiæ. Jactantius Typo elatus,* apud Alcuinum Epist. 9. *Typo superbiæ turgidus,* in Vita S. Fructuosi n. 1. Regino ann. 886 : *Vanæ gloriæ Typus.* Continuator

Hist. Abbatum Lobiensium pag. 614 : *Dantur igitur Apostolicæ auctoritatis mandata, ut electum (Abbatem) dominus Leodiensis, ad quem hoc spectabat, investiret, et investitum dominus Cumeracensis absque Typo consecraret.* Id est, absque ulla pompa, vel solemnitate. Guibertus lib. Quo ordine sermo fieri debeat, pag. 2 : *Ex Typo nimio dedignantur.*

\* **TYRA.** AD TYRAM, Recta, Gall. *Tout droit*, alias à *Tire* vel de *Tire*. Charta Blanchæ comit. Trece. ann. 1217. in Chartul. Campan. ex Cam. Comput. Paris. : *Vendidimus duas forestellas nostras, sitas desuper Columbarium, unumquodque urpentum in pretio sexaginta solidorum, ad urpentum de Columbario... Ita tamen quod omnia arpentia illa capientur continue et ad Tyram.* Lit. remiss. ann. 1453. in Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 270 : *Quant le suppliant vit icelle femme, il vint à elle de Tire meue et couroucié, etc.* Guill. Guiart. in S. Ludov. pag. 134. col. 2 :

Vont s'en li François vers Champaigne,  
Bannieres levées à Tire.

¶ **TYRANNIZARE.** Vide in *Tyrannus*.

¶ **TYRANNA,** et **TYRANNIS,** Mulier quæ tyrannidem exercet, apud Trebell. Polliion. et Salmas. in Not. pag. 322. Vide *Tyrannus*.

\* **TYRANNIA,** Improbilas, nequitia, perversitas. Lit. remiss. ann. 1374. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 601 : *Dominus de Morebeque in sua Tyrannia et malo proposito perseverans, etc.*

\* **TYRANNIDE,** Atrociter, inhumane, Gall. *Cruellement.* Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 117. Chartoph. reg. ch. 63 : *Cum quodam baculo adeo Tirunnide dictum Johannem percusserat et vulneraverat, quod satis cito exspiraverat.*

\* **TYRANNIDES,** pro *Tyrannis*, grassatio, Gall. *Brigandage.* Mirac. S. Bertini tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 381 : *Temporibus divæ memoriæ Caroli filii Ludovici, prius regis, postea imperatoris, cum sæva Tyrannides paganorum emergeret, famosa flumina. Sequane ac Ligeris advoluns, et per totam grassando Neustriam, etc.*

¶ **TYRANNIS,** adject. *Tyrannicus.* Præcept. Lud. Pii pro Monast. Arulensi inter Conc. Hisp. tom. 3. pag. 128 : *Nullus episcopus aut comes... ibi aliquam dominationem aut Tyrannidem potestatem exercant, etc.*

¶ **TYRANNISARE,** **TYRANNISSA.** Vide *Tyrannus*.

**TYRANNITAS,** pro *Tyrannis*; nostris *Tyrannie.* Occurrit apud Fredegarium in Chronico pag. 777. [et in Chron. Domin. de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 597.]

**TYRANNOPOLITANUS,** apud Sidonium lib. 5. Epist. 8 : *Nam tua scripta, nostrorum vitiiis proficientibus Tyrannopolitanorum locupletabuntur.* [Tyrannopolitarum edidit Sirmondus, quem consule.]

**TYRANNUS,** non modo Rex pessimus atque improbus; sed etiam Rex quivis dictus. Isidorus lib. 9. Orig. cap. 3. sect. 19. : *Tyranni Græce dicuntur, idem Latine et Reges; nam apud veteres inter Regem et*

*Tyrannum nulla discretio erat.* Et Virgilius lib. 7. *Æneid.* :

Pars mihi pacis erit dextram tetigisse Tyranni.

Ubi Donatus. Monachus Sangallensis lib. 1. de Carolo M. cap. 12 : *Comedente autem Carolo, ministrabant Duces et Tyranni, vel Reges diversarum gentium.* Adelbertus Heidenhemensis pag. 330 : *Quidum præpotens Tyrannus juxta cellam Heidenhemensem in prædio suo habitationem habuerat.* Ubi Gretzerus editor ad marginem posuit, *Dynasta.* Vide Nicolaum Fullerum lib. 4. Miscell. sacr. cap. 10. [et Addit. 2. ad Capitul. cap. 24.]

¶ **TYRANNUS,** Dominus feudi, apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 23 : *Regnantibus Karolo, Lothario, Hlodovico, et Nominoe possidente Britanniam, Susanno episcopo, Wrbilio Tiranno, etc.* Tabul. Rothon. : *Liosic abbas monasterii Rothon. interpellavit Alfridum Tyrannum et vere Tyrannum, de Monasteriolo seu Ducocan in plebe Clegerac, quod dedit Rothworet presbyter.* Ibidem : *Couruntgenepiscopo, Hoiarwocou, Jarnithin, tres Tyranni.*

\* Idem atque *Baro* : dicitur de quibusvis nobilibus. Conc. apud Rofiacum celebratum ann. 1257. cap. 1. ex Cod. reg. 1590 : *Cum milites et Thiranni et fere omnes layci... clericis opido infesti, et peccatis exigentibus, fere per omnes regiones milites et barones, rustici et burgenses constitutiones... machinationes alias varias et diversas... facere præsumperint et præsumant, etc.*

¶ **TYRANNISSA,** Domina feudi, apud eumd. Lobinell. ibidem col. 69. ex Charta ann. 1372 : *Et commendavit Salomon Aourken Tyrannissæ manifestare hoc illius plebis hominibus, quia ipsa Aourken uxor Jarnithin Mactiern ex plebe Russiac tunc sub potestate Salomonis (Regis Britannicæ) in ipsa plebe Catoc vice legati habebatur.*

¶ **TYRANNIZARE,** *Tyrannidem exercere.* Gemma. Chron. Angl. Th. Otterbourne pag. 188 : *Unum certe scitur, quod ab illo tempore capit Rex Tyrannizare, etc.* Epist. Joh. Galeatii ann. 1490. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1612 : *Qui florentem illam civitatem (Florentiam) sub libertatis specie Tyrannisant.* Occurrit præterea in Chron. S. Isidori inter Conc. Hisp. tom. 2. pag. 186. et Baluz. tom. 5. Miscell. pag. 86.

¶ **TYRANNIZARE,** *Tyrannum agere, regnare.* Chronic. Modoet. apud Murator. tom. 12. col. 1079 : *Cum adhuc Berengarius in aliquibus terris Lombardiæ Tyrannizaret, ab-Ottone capitur, et in Bavariam in exilium mittitur.*

¶ **TYRATUS,** Extentus. Vide *Tirare* 3.

¶ **TYRENUM,** an pro *Thyrrenus?* Histor. Episc. Rom. apud Stephanot. tom. 7. Fragm. Hist. MSS : *Silvester constituit sacrificium altaris nec in serico, nec panno tacto, sed lineo Tyreno celebrari, sicut corpus Domini in syndone munda sepultum est.*

**TYRIACA,** **TYRIACUM ANTIDOTUM,** pro *Theriaca*, quod vulgo *Theriacque* dicimus. Stephanus Episc. Tornacensis Epist. 129 : *Mitto vobis ampullant, Tyriuca probatissima plenam.* Ita etiam Ælfricus pag. 57. Fulcherius Carnotensis lib. 3. Hist. Hierosol.



cap. 59 : *Antidotum Tyriacum de corpore serpentis confici dicitur.*

\* Vide supra *Thiriaca*.

**TYRIUM**, Purpura Tyria, vel pannus purpureus. Anastasius in Leone III : *Vestes duas, ex quibus unam album holosericam, ... ornatam in circuitu de chrysoclavo, aliam de Tyrio habentem in medio tabulam de chrysoclavo, etc.* In Gregorio IV : *Vela alba serica 4. unum habens undique Tyrium, et in medio crucem et gammadias de chrysoclavo.* Passim alibi.

**TYRO**. Papias : *Tyrones dicuntur fortes pueri, qui ad militiam deliguntur, atque habiles existunt.* [\* Isidor. Origin. lib. 9. cap. 3. sect. 37.]

**TYRONES** in Palatio appellat auctor Vita S. Pelagii Nobiles aulicos, qui Principis ministerio inserviebant, qui *Militares Regis pueri, et regalibus annonis nutriti dicuntur* S. Eulogio in Memor. SS. lib. 2. cap. 3. Dudo de Morib. et Actis Norman. pag. 98 : *Confestim Willelmus quendam Tetgerum Tyronem, domus suae principem misit ad Henricum Transrhenanum Regem, etc.* Idem pag. 103 : *Quem Hugo Dux, non reverenter, ut solitus erat, suscepit; sed in paritate suorum Tyronum tenuit.* [\* Ruodlieb. fragm. 3. vers. 402 :

Compare tam fido tam mihi tamque benigno,  
Tali Tyrone regem seseque carere.

Adde fragm. 13. vers. 27.]

**TYROCINARE**, Tyrocinium exercere. S. Gerardus Abbas Sylva majoris in Vita S. Adelardi Abbatis Corbeiensis n. 4 : *Tyrocinabatur in Palatio (Karoli) puer bonae indolis.* Historia Translat. S. Guthlaci n. 19 : *Militabat, et in expeditionibus ad tempus Tyrocinabatur.* [Otto Frising. in Friderico I. Imper. apud Murator. tom. 6. col. 661 : *Ad seria tandem Tyrocinandi accingitur negotia.*]

† **TYRONICARE**, *Militare*. Gloss. Isid. ubi Excerpta habent, *Tyronizare*, forte pro *Tyronissare*.

**TYRO**, Qui in arenam descendit, vel duello pugnat, *Campio*. Arnoldus Lubec. lib. 2. cap. 15. de Drogone, duellum inituro cum quodam Helia : *Dominus meus exhibit ad vos cum Tyrone suo, completurus quod dixit.*

**TYRO**, Miles, qui *Militiae* cingulo recens decoratus est, et necdum in bellis vel torneamentis tyrocinium suum exercuit. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Tyro, novitau chevalier*. Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. cap. 59. pag. 154 : *Tyro quidam, nuper per Regem in festo S. Georgii, apud Cadomum celebrato, secundum solentpnes balnearum observantias, creatus in militem, etc.*] Joan. Monachus Majoris Monast. de Gaufredo Duce Normanniae, *Milite* creato : *Taliter ergo armatus Tyro noster, Militiae postmodum flos futurus, etc.* Simeon Dunelmensis ann. 1150. de Henrico ejusdem Gaufredi filio recens Milite facto : *Et Rex Dnid, et Tyro Henricus Dux Normanniae, etc.* Ita vocem *Tyro* usurpat non semel Matthaeus Paris pag. 371. 445. etc.

† **TYRUNCULUS**, Eodem intellectu. Balderic. in Chron. Camerac. cap. 93 : *Post cujus (Ottonis) excessum Otto filius suus*

*gloriosissimus, licet primævo flore Tyrunculus etc.* Vide *Neoptolemus*.

† **TYRO**, nude pro Vassallus, Miles, apud eundem Balderic. cap. 83 : *Walterus Castellanus Tyro inhumanissimus; idem Castri vassallus dicitur cap. 92.*

**TYROCINIUM**, *Militia, Chevalerie*. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Tyrocinium, nouvelle chevalerie, ou office de novitau chevalier*. Vita S. Arnulfi sæc. 6. Bened. part. 2. pag. 536 : *Quidam miles Aldenborgensis indigena, nomine Willelmus, statura et agnomine longus, habuerat filium jam adultum Tyrocinio nancipatum, etc.* Epist. Manfredi Reg. Sicil. apud Baluz. tom. 1. Miscell. pag. 486 : *Eundem... in fontis cujusdam balneo sub novæ militiæ solennitate lavant, et per duos milites ab inde transeunt, ut Tyrocinii decus celebrius ageretur, procuravere balneatum eundem militiæ cingulo decorari sub veste rubea.*] Joannes Monachus Majoris Monasterii lib. 1. Hist. Gaufredi Ducis Norman. de ejusdem Militiæ : *Illucescente die altera, balnearum usus, uti Tyrocinii suscipiendi consuetudo expostulat, paratus est.* Infra : *Dies illa Tyrocinii honoris et gaudii dicata, etc.* Gaufredus Vosiensis in Chron. part. 1. cap. 58 : *Regem Scotorum Henricus (Rex Anglorum) nupud urbem Petragoricam in prato Episcopali Militiæ cingulo rediit, qui novus Miles 30. heroum liberor recentis Tyroninii consocios faciens, prosecutus est Regem.* Petrus de Vineis lib. 3. Epist. 20 : *Quia tamen Militiæ cingulum, quod reverenda sancivit antiquitas, nondum Serenitas nostra acceperat, die præsentis mensis Augusti, cum solennitate Tyrocinii, latus nostrum eligimus decorandum.*

**TYROCINIUM**, Torneamentum, ludi equestres, in quibus novi Milites armorum suorum tyrocinia exercebant. [Litteræ Philippi Aug. Reg. Franc. ann. 1221. tom. 5. Ordin. pag. 143 : *Pro Tyrocinii, torneamentis, expeditionibus, et aliis usibus eorundem, etc.*] Willelmus de Nangiac in Vita Philippi III. Regis Francor. ann. 1279 : *Princeps Salernæ Carolus Regis Siciliæ illustrissimi filius, veniens in Franciam cum magno honore a Rege et Baronibus est receptus, ac pro ejus amore et reverentia dedit licentiam Philippus Rex in ludis Tyrociniorum Milites exerceudi.* Infra : *Ipse vero Rex per Tyrocinia, commonendo Milites ad probitatem, discurrens, etc.* Joan. de Beka in Ottone III. Episcopo Trajectensi : *Eodem anno Florentius Comes imperterritus multa Tyrocinia per diversas provincias frequentavit, de quibus præconium laudis acquisivit.* Infra ait, eum, qui Militarem ordinem suscepturus erat, jurasse, *Tyrocinia non nisi causa Militaris exercitii se frequentaturum.* Sic Matthæus Paris pag. 372. 493. 495.

† **TYROCINIUM**, Stipendium. Vita S. Arialdi tom. 5. Jun. pag. 292 : *Cujus locum quidam clericus, nomine Lanfrancus protinus rapuit, refutato pro eo Tyrocinio non modico, quod annuatim sumebat de pontificali domo.*

**TYRONIA**, pro *Tyrocinium*, Exercitatio militaris. Arnobius Junior in Psal. 106 : *Sicut Tyronia corpus exercet, ita animam divina precepta instituunt.*

**TYRONATUS**, in leg. 21. Cod. Th. de *Tyronibus* (7. 13.), pro eo tempore, quo tyrones militiam exercent.

† **TYROPATINA**, Patina casearia, apud Apicium lib. 7. cap. 11.

**TYROS**. Glossæ MSS. ad Concil. Afric. cap. 57 : *Tyrorum, latronum. Tyros, Rusticus.* Vide *Syri*.

**TYSANANA**, Ptisana, nostris *Tisane*, [Ital. *Tisana*, in Gloss. Gasp. Barthii apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 444. ex Guiberti Histor. Palæst. Acta S. Martinæ Virg. n. 38 : *Erat autem leo immanissimus, (cui devoranda objecta est S. Martina) qui comedebat 40. libras carnis quotidie, et in potu ejus decimatæ 8. Tysanæ.* Vide *Tisana*.

† **TYTERES**, vox Hispanica, Ludicra sigilla, Gall. *Marionnettes*. Synodus Oriolana ann. 1600. inter Conc. Hisp. tom. 4. pag. 719 : *Gestorum item Christi et integerrimæ Virginis et Sanctorum representationes, inagunculis fictilibus, mobili quadam agitatione compositis, quas Tyteres vulgari sermone appellamus, etc.*

**TYTHLAN**, vox Saxonica, Accusatio, in Ethelredi Regis institutionibus cap. 2 : *Nec componat aliquis pro ulla Tythlan, etc.*

\* *Tythlan* ex iisdem Legibus vide in hac voce.

† **TYUPHADUS**. Vide supra *Thiuphadus*.

**TZANGÆ**, Calcei, seu potius Cothurni, qui crura et pedes tegebant. Glossæ Basil. : *Τζάρρα, τὸ ὑπόδημα. Τζάρρα*, in Chronico Alexandrino pag. 768. et apud Theophanem, et Codicum de Offic. Lex 2. Cod. Theod. de habitu, quo uti oportet, etc. (14. 10.) : *Usus Tzangarum atque braccarum intra urbem venerabilem nemini liceat usurpare.* Concilium Aurelianense I. cap. 20 : *Monacho uti orario in Monasterio, vel Tzangas habere non liceat.* Canones editi a Jacobo Petito pag. 218. hic habent *Cinngas*. Capit. Caroli M. lib. 7. cap. 314 : *Ut Clerici pampis, aut Tzangis, vel armis non utantur.* [\* Bal. 398. *ponpis aut sagis.*] [Vide Gloss. med. Græcit. v. *Τζάρρα*. col. 1155.]

**TZANÇE**, **ZANÇÆ**, in leg. 3. d. tit. Cod. Th. Epistola Galieni apud Pollionem in Claudio : *Zanças de nostris Parthicis pariatia.* [Vita S. Maximiani apud Murator. tom. 2. pag. 105 : *Similiter accersivit viros calcamentorum, præcepit illis, ut inagnas Zanças ex hircorum pellibus operarent.*]

† **ZANCA**, Eodem significatu. Index vett. can. inter Conc. Hisp. tom. 3. pag. 19 : *Monachi orarium vel Zncas in usu non habent.* Cencius in Ord. Rom. apud Mabill. Musæi Ital. tom. 2. pag. 170 : *Induunt manto precioso, et calcentis Zanca una aurea, id est una caliga, altera rubea, etc.*

**ZANGÆ**. Vetus interpres Horatii ad Sat. 6. lib. 1. vers. 27 : *Nam ut quisque insanus nigris medium impedit crus Pellibus. Nigris pellibus, inquit, Zangis.* Glossæ Isidori : *Zanga pellis.* Glossæ MSS : *Zanga, ossa, i. ocrea.* Vide *Osa*. *Tzangæ* autem ad medium crus usque pertinebant, unde *Ocreas* vocant Scriptores Latini. Hist. Miscella : *Et rubris enim ocreis agnoscebatur.* Ubi Theophanes pag. 263 : *Ἐκ τῶν ἀλλοθίων γὰρ τζάρρα ἔνοπιζετο.* Will. Tyrius lib. 15. cap.



23. de Manuele Comneno : *Ocreis, ut mos est in illo imperio, insignitus purpureis, ab universis legionibus certatim Augustus est appellatus. Caligæ dicuntur Luithprando lib. 3. cap. 9. et Alberico, ubi de Balduino Imperatore CP : Caligis rubeis secundum morem indutus. Cothurni, Corippo lib. 2. Hueses, seu ossæ, Willharduino num. 116. Tzangas porro purpureas, proprias fuisse Imperatorum Constantinopolitanorum, docent passim Scriptores Byzantini; nam ut ait Corippus de Laud. Just. lib. 2. vers. 111 :*

Augustis solis hoc eultu cœmpetit uti.

Ita Basilius in Parænesi cap. 63. Theophylactus Bulgar. de Institut. Regia cap. 27. et alii, quos laudat Meursius.

Sed et Lazis Regibus τζάγγια ρουσαία περιαιώ σήματα adscribit Chronicon Alexandrinum pag. 768. κοκκοβαφές πέδιλον, vel πέδιλα έρυθρά, Scillitizes; et Bulgaris Principibus, Nicetas in Isaacio lib. 1. num. 5. Gothicis Regibus, Gregorius M. lib. 2. Dialog. cap. 14. Imperatoribus Occidentalibus, Panegyricus Berengarii Imp. lib. 4. vers. 167 :

Cum Princeps nitidus Tyrio procedit in ostro,

Tegmina vestitus erurum rutilante metallo,  
Quale deus terræ soliti gestare magistri.

Aliis promiscue, Albertus Aquensis lib. 9. cap. 8 : *Caput vero Gerbodonis, et ejus crura pretioso ostro calceata et induta amputantes, defensoribus urbis ostenderunt. Vide Calcar.*

De vocis etymo censet Salmasius, cujus sententiam amplecti videtur Jacobus Gothofredus, ab ἄγγω, quod est *constringo*, et ἄγγη, vinculum, quo quid constringitur, deductam, unde factum ζάγγη, pro δίαγγη, ut Zubolus, pro Diabolus, zeta, pro diæta, et similia apud Latinos. Verum τζ apud Græcos recentiores pro δία usurpatum vix reperire est; imo scmp̄ ab iis præpositum litteræ s inflexione Italica, quod moment Eustathius ad Dionysii Perieg. pag. 100. edit. Henric. Stephani, satque probant verba allata a Meursio incipientia a τζ. Proinde nescio, an non potius a Gallico *Sangle*, id est *Cingulum*, deduci debeat, tametsi conjecturam hanc omnino pro probabili, nedum pro vera nolim præstare. Vide Cnjacium lib. 21. Observ. cap. 28. Leunclavium in Pand. Turc. n. 199. Fabrotum in Notis ad Anastasii Historiam Eccl. pag. 95. Meursium in Gloss. Jacob.

Gothofredum ad d. tit. Cod. Theodos. etc.


† TZAUSIUS, Dignitatis nomen apud Græcos recentiores, idem qui *Chiausius*, vel *Chiausius* hodie Turcis dicitur. Vide Glossar. mediæ Græcitat̄ v. Τζαύσιου.

† TZECCA. Vim vocis docet Bern. de Breydenbach in Itin. Jerosol. pag. 15 : *Quilibet peregrinus ipsi patrono pro hujusmodi omnibus per eum, ut præfertur, faciendis vel exponendis quadraginta duos ducatos de Tzecca dictos, id est noviter monetatos dare teneatur.* Quam lectionem nolim præstare; insolita enim abbreviationis nota hæc vox annotatur. [\* Vide *Nuovo di zecca*, apud Acad. Crusc. in voce *Zecca*.]

† TZICURIS, Securis, ut videtur, apud Leonem in Tacticis cap. 7. Vide Gl. med. Græcit. voce Τζικούριον.

† TZUSTRIA, Monomachia ludica, hastiludium singulare, idem quod *Justa* 1. Vide in hac voce, et Gloss. med. Græcit. voce Τζούστρα.

† TZWYDIK, Lini manipulus. Charta ann. 1285. apud Ludewig. tom. 1. Reliq. MSS. pag. 141 : *Plebanus in Dobir habebit de unoquoque manso totidem pullos et totidem manipulos lini, qui vulgariter Tzwydik dicuntur.*



V

VAA

VAA



LITTERA numeralis, quæ 5. designat. Unde versus :

V. vero quinque dabit tibi, si reete numerabis.

Seu, ut habet Ugutio :

V. quoque pessundans, non plus quam quinque redundans.

Eidem litteræ si recta linea superaddatur, 5. millia significat.

V. inquit Notkerus Balbulus, Opusc. *Quid singulæ literæ significant, in superscriptione Cantilenæ : Licet amissa in sua, veluti valde Vau Græca, vel Hebræa, velificat. Vide A.*

† V pro B, et vicissim B pro V, in frequenti usu apud Hispanos aliosque : *Octaba passim pro octava; Governare, deveas, haveat, libertas, in Charta Fundat. Monast. S. Michaelis in Apuniano ann. 728. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 25. et 26. Vide infra Vanleuga, Vunneria, etc.*

\* Et apud Italos, ut videre est apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 188. 197. 198. 199. 1014. tom. 5. col. 371. et in Access. ad Hist. Cassin. part. 1. pag. 86. col. 1.

V. Litteram ut F, Germanos efferre, observat Ægidius Schudus in Descriptione

Rhætiae cap. 36. exemplisque aliquot probat Stephanus Baluzius in Notis ad Agobardi librum de Judaicis superstitionibus, adeo ut *Fulradus, Fulda*, et similia promiscue scribantur, pro *Fulradus*, et *Fulda*. [Hinc in Epitaphio ann. 1007. legitur *Folfo*, pro *Volvo*, et *Fifo*, pro *Vivo* : ita perinde F mutatur in V, ut monet Morales in Eulogii Vitam pag. 193. Vide supra F.]

† V pro O scriptum frequenter ab antiquis librariis monct idem Baluzius in Notis ad Capitul. col. 990. quod ex corrupta enunciatione factum esse existimo.

† V vel Y cfformatum in monogrammat̄is Regum Francorum quid significet, vide in *Monogramma*, pag. 536. col. 1.

\* VA, Præpositio, quæ idem sonat atque A, ab. Charta ann. 1048. apud Lamium in Delic. erudit. inter not. ad Hodæpor. Charit. part. 3. pag. 1033 : *Fines autem et terminos loci illius cum suis adjacentibus ita decernimus, sicut jam olim concessimus. Va ab Oriente parte a Nespole.... Va meridie vero ab ipsa collina..... Da Occidente a vado.... Ad Aquilonem vero da rixa de palestro revertitur utque ad Nespulum. [\* Pro Vadit.]*

† VAANAGIUM, Fructus ex agro culto,

idem quod *Gagnagium*. Vide in hac voce. Chartular. S. Vandreg. tom. 1. pag. 395 : *Vendidi... pro XLVIII. sol. Turon. duas minas Vaanagi redditis, quale videlicet Vaanagium terra subnotata annuatim offerret. Vaanagium ibidem occurrit. Waagnaige, eodem sensu, in Statutis pro pistoribus Atrebat. ann. 1355. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 5. pag. 510. § 12 : Puet li maïres du mestier.... commander as fournisseurs qu'il entamechent leurs journaïges, pour voir dedans s'ils sont de loyal Waagnaige. Semel et iterum occurrit ibidem. Vide *Gagnagium* et *Wunnagium*.*

\* *Waagnaige*, eadem notione, in Stat. ann. 1355. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 510. art. 12. *Waingnaige*, Ager cultura aptus, in Lit. Joan. dom. de Commerci ann. 1336 : *Qui aurait Waingnaige pour chevaux et pour bœuf, il payroit à l'advenant.* Unde *Vaingnié* dicitur, Ager cultus, in charta Guid. comit. Fland. ann. 1290. ex Reg. 48. Chartoph. reg. ch. 200. *Waagnerie*, pro ipsa cultura, in Charta ann. 1317. ex Lib. nig. 2. S. Vulfr. Abba-vil. fol. 68. 1<sup>o</sup> : *Et se.... faisons despens pur le défaut de se Waagnerie, il seroit*



*tenus à rendre et à restorer.* Vide *Gagnagium* et *Wangnale*.

\* **VAARIA**, Districtus, territorium. Charta ann. 1114. ex Tabul. episc. Carnot.: *Confirmamus etiam eis* (monachis Tironensibus) *annuale modium avenæ, in festo S. Joannis Evangelistæ, eis per majorem de Garzeia super Vaaria* (al. *Vaagia*) *et territorio nomine de Vastina,..... exsolvendum.* Vide *Viaria* in *Viarius*.

† **VAASARIUS**, f. Vasorum custos. Vide *Vasarium* et *Vasarius*. Comput. ann. 1202. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. clxxxii: *Pro debitis Vaasariorum querendis, LX. s.*

† **VAASSORES**, ut infra *Vavassores*, ex eodem Computo pag. clxxxii: *Et pro Vaassoribus, XI. l. III. sol. Vasseurs*, in Consuet. Paris. art. 51. Carnot. art. 17. 48. Blesensi art. 12.

\* **VAASSORIA**, Prædium, quod sub annua pensatione tenetur. Charta Phil. Pulc. ann. 1305. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 280. rº. col. 2: *In ripariis, portibus, veariis, Vaassoriis, molendinis, piscariis, etc.* Vide *Vavassoria* in *Vavassores*.

† **VABALLUM**. Vide infra *Varballum*.

† **VABRA**, *Callidus, artificiosus.* *Vabrum, varium, multiforme.* Gloss. Isidori. Forte leg. *Vabrus*, pro *Fabrus*, f in v mutato, quod sæpe fit: nisi cum Grævio malis ex *Papia Vaser*.

\* **VACALIA**, Vaccarum grex. Charta pro monast. S. Steph. de Fontaneto in Reg. 106. Chartoph. reg. ch. 271: *Et si aliquo tempore Vacalias aut ovilia seu porcarias ibidem agogare faceret, donavit decimas omnium profectuum illorum.* Vide *Vaccæ*.

† **VACANS**. Vide infra *Vacantes*.

\* **VACANS**, Jus caduci in beneficiis ecclesiasticis, quando vacant, idem quod *Deportus*. Pactum inter episc. Tarb. et abbat. Casæ Dei ann. 1327. ex Reg. capit. Bitur.: *Item voluerunt quod Tarbiensis episcopus... dum rector vel rectores dictarum ecclesiarum mori contigerit, habeat pro vacante primi anni cujuslibet rectoris post eorum.... medietatem omnium fructuum, reddituum et proventuum, et quod alia medietas sit dicti D. abbatis.* *Vacantur*, eadem acceptio, in Lit. ann. 1403. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 623: *Et par especial veulent exiger les services ou Vacquans des prelatz, dignitez et autres benefices qui ont vacqué.* In ordine vero militum S. Joan. Jerosol. *Vaccans* nuncupantur, Redditus qui a prima Maii post mortem ultimi possessoris, usque ad primam Maii anni sequentis obveniunt Lit. ann. 1401. ibid. pag. 479: *Les mortuaires et Vaccans des prieurés, chatelainies et commenderies dudit Hospital appartiennent au commun tresor du convent de Rodes.* Vide *Mortuarium* 2. et *Vacantia*, 2.

**VACANTANEUS**, Improvisus, incautus. Isid. Pac. in Chron. æra 782: *Sed Maraoon unus ex Arabas Palatum adiens, periturum, et propria bella in diversa distractum, Vacantaneum per tyrannidem ferociter appetens bellum.*

**VACANTES**, dicuntur Supernumerarii Magistratus, qui Codicillos magistratum, annonas præterea et salaria dignitatis obtinebant a Principe, licet nullam functionem

agerent. Ita *vacantes* Tribunos non semel habet Ammianus, ubi consulendus Henricus Valesius pag. 68. ut et Casaubonus ad Lampridium, et Jacobus Gothofredus ad leg. ult. Cod. Th. de Agentib. in reb. (6,27.)

**VACANS ECCLESIA**, *Σχολάζουσα ἐκκλησία* dicitur, quoties viduata est, vel titulus a nullo possidetur. Episcopus vero, vel Clericus *σχολάζων* nuncupatur, qui ab hostibus, paganis, vel hæreticis sede vel titulo pulsus est. [Vita S. Virgilii sæc. 3. Bened. part. 2. pag. 313: *Unum Vacantem Episcopum nomine Liuti ibidem advocavit, qui ipsam discordiæ ecclesiam consecravit.*] Vide Glossar. med. Græcit. col. 1510.

**VACANTES TERRE**, *Deserta, incultæ*, in leg. 3. Cod. Th. de Veteranis (7,20.), quæ in leg. 8. eod. tit. *Vagantes*, quomodo nostri eadem notione *Terres vaines et vagues*, [in plerisque Consuetud. municipalibus. *Vains lieux*, in Litteris Roberti Ducis Burgundiæ ann. 1282. inter Ordin. Reg. Franc. tom. 4. pag. 381. *Hostel vide et Vacque*, ubi nullus habitat, in Charta ann. 1455. ex Chartul. Latinjac.] Vide *Vagantes*.

**VACANS MULIER**, Vidua, Marciano JC. [Vacans nostri, pro Absens, absentes, dixerunt Tabular. Sangerm. ann. 1467: *Les abbé et prieur dudit S. Germain estoient Vacans.*]

1. **VACANTIA**, *Otium, σχολία*, in Gloss. Gr. Lat.

† 2. **VACANTIA**, Reditus unius anni cujuscumque beneficii *vacantis*, idem quod *Annata* 1. Vide in hac voce. Instrum. ann. 1415. apud Marten. tom. 2. Anecd. col. 1549: *Jordanus Morini magister in Theologia... dixit... quod tollantur dictæ Vacantia.* Centies ibidem occurrit. Adde *le Brasseur* Hist. Ebrcic. pag. 277. et Calmet. inter Probat. Histor. Lothar. tom. 3. col. 413. Vide *Vacata*.

† 3. **VACANTIA**, Jus succedendi deficiente hærede, atque bona quacumque ratione vacantia sibi accipiendi, Practicis nostris *Desherance. Droit d'escheance*, in vet. Consuet. Norman. cap. 25. Vide *Escata*. Fragm. Chronic. apud eundem Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 1151: *Cum nobilitiis, hostagitiis, hominibus, censibus, terris et redditibus, pedagis, præfecturis, Vacantiis, et albinis, etc.*

\* Hinc *Vacans* appellantur, Bona quævis, quorum dominus ignoratur, quæ ad dominum feudi pertinent. Notæ ex vet. Reg. commissariorum ann. 1378. ex Cod. reg. 5991. A: *Biens Vocans, sont biens d'aventure, comme ung cheval eschappé, que l'en ne sceit à qui il est; une bourse trouvée en ung chemin, ung homme incongneu trouvé mort ou murdri en ung chemin. Et telles choses et semblables appartiennent au hault justicier, et les doit garder en forme ou valeur ung an et rendre à celui qui y vouldroit clamer et monstrer droit.*

**VACANTIA IMPERIALIS**. Acta S. Theodori Ducis Mart. num. 2: *Tunc nuntiatum est ei de quodam doctore Dei viro, nomine Theodoro, qui factus erat Judicator Imperialis Vacantie.* Ubi Metaphrastes, *Defensorem Regium* habet.

\* 4. **VACANTIA**, Locus vacuus. Charta ann. 1386. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 3. pag. 76. col. 2: *Et semper una Vacantia*

*ante fores et domos eorum, pro via publica ipsis maneat libera et nullo modo occupata.* Vide infra *Vacuamentum*.

**VACANTIVUS**, Otiator, ἀνεργής, qui vacat. Suidas: Βρακωνίβος, σχολαστής, μη παραμένον τῷ πράγματι αὐτοῦ. Ita vocem hanc usurpat Synesius Epist. 67. ad Theop. ubi de Episcopo, qui vagi et errabundi sedes suas deserebant, otio indulgentes. Lampridius in Severo: *Jurejurando deinde constrictus, ne quem adscriptum, id est Vacantivum haberet, ne annonis Rempublicam gravaret.* Ubi Casaubonus legit, *ne quem adscriptivum, id est, vacantem haberet.* Vide *Vacantes* et *Vaeivus*.

† **VACANTO**. Vide *Vaccato*.

† **VACARETIUS**, Ad *vaccas* spectans. Charta ann. 1054. inter Instrum. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 177: *Et de ipso Jounco usque in via Vacaretia, quæ discurret Cortasellas.*

† **VACARIA**, ut infra *Vaccaria*. Index MS. Benefic. Eccl. Constant. fol. 26: *Rector percipit omnes grossas decimas et minutas, excepta Vacaria de bosco, de qua prior B. M. Magdalene Rothomag. percipit duas grossas. Rector percipit tertiam partem dictæ Vacarie.*

† **VACARIUS**, Qui pelles vaccinas, sive bubulas deipis ac præparat, vel iis utitur. Codex censualis Episc. Autissiod.: *Pelliparii istius villæ qui sunt quititi de ventis, eordubanarii, Vacarii, savetarii istius villæ debent quilibet unum obolum.* Vide *Sutor vaccæ*, et *Vaeinarius*.

† **VACATA**, ut supra *Vacantia* 2. Acta S. Francisci de Paula tom. 1. Apr. pag. 150: *Qui quidem Rex respondit... quod pro Vacatis ejusdem episcopatus sibi donabat summam decem millium scutorum auri.*

1. **VACATIO**. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 71: *In hoc alodo accipient Monachi de Domina 9. denarios et unum dimidium de servitio. Reddent autem prædic i monachi 7. denarios de Vacazione.* [Forte idem est atque præstatio, *Altarium redemptio* dicta, quæ vacante personatu exsolvi debebat. Vide in *Altare* 1. *Persona*.]

\* 2. **VACATIO**. Bulla Calixti PP. II. ann. 1121. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 150: *Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat vestrum cõnobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut temerariis Vacationibus fatigare.* Sed legendum videtur, ut in aliis Chartis, *Vexationibus*.

† **VACATIO**, Gall. *Vacance*, Cessatio. Index MS. Benefic. Eccles. Constant. fol. 41: *Rector alterius portionis dicti loci quam sibi disforciavit Rex, asserens jus præsentandi ad ipsam portionem sibi debere pertinere pro quadam Vacatione unica.* Gloss. Lat. Græc.: *Vacatio, εὐσκολία.*

**VACATIUM**. Vide *Vaccagium*.

**VACATURA**, Beneficium Ecclesiasticum nondum vacans, sed *vacaturum*, ad quod Summus Pontifex, vel Prælati ipsi seu Episcopi Clericum aliquem promovebant; quæ quidem *provisionis* species interdicta variis Conciliis, ac præsertim Tridentino sess. 24. cap. 19. Joan. Brompton. de Ludovico VII. Rege Franciæ: *Dum autem Clericus quidam privilegium Papale ei attu-*



lisset, quod in omni Cathedrali Ecclesia regni sui primam Vacaturam haberet, cum fructibus medio tempore proventibus, ille statim litteras combussit, dicens, se malle tales litteras comburere, quam animam suam in inferno torqueri. Jacobus Stephanescus lib. 3. de Vita S. Caestini V. PP. cap. 11. de ejus ineptis promotionibus :

O quam multiplies indocta potentia formas Edidit! indulgens, donans, faciensque recessit, Atque Vacaturas concedens, atque vacantes, Assumens precibus nonnullum ad culmina sedum Pontificum, variosque gradus, absente senatu, etc.

Vide Historiam S. Mariæ Suession. pag. 443. et Historiam Academiæ Parisiensis tom. 3. pag. 582.

**VACCÆ**, olim in aliquot regionibus ac provinciis, præcipuè fuerunt hominum facultates, adeo ut et muletæ judiciorum in vaccis exsolverentur, ut colligitur ex Leg. Malcolmii II. Reg. Scot. cap. 8. Statut. Will. Reg. Scot. cap. 5. 6. Leg. Forstar. Scot. cap. 3. ex Reg. Majest. lib. 3. cap. 19. ex Quoniam Attachiam. cap. 72. 73. etc. Statutis Alexandri II. Regis Scotiæ cap. 1. 15. etc. atque ædè denique vice pecuniæ in commerciis darentur. Tabulæ Fundationis Monasterii S. Severini in Vasconia: *Qua de causa eum locum ab illis cum omnibus ad se pertinentibus, dando illis trecentos solidos duodenarios argenti quadraginta quinque Vaccas, cum multis rebus aliis.* Scribit Jacob. Waræus in Antiquit. Hibern. cap. 12. ex veteri Poeta Gallico sub Ricardo II. equum generosissimum emtum vaccis 400. Huc spectant ista Columellæ in Præfat. lib. 6: *In rusticatione vel antiquissima estratio pascendi, eademque vastuosissima; propter quod nomina quoque et pecuniæ et peculii tracta videntur a pecore; quoniam id solum veteres possederunt, et adhuc apud quasdam gentes unum hoc usurpatur divitiarum genus, etc.* Vide Regionon ann. 874. Monasticum Anglic. tom. 3. pag. 205. Marcam in Hist. Beneharn. lib. 1. cap. 12. n. 10. 11. lib. 3. cap. 8. n. 1. cap. 11. n. 5. in Probat. Adde præterea, quæ habent A. Gellius lib. 11. cap. 1. Plinius lib. 18. cap. 3. lib. 33. cap. 3. Tacitus de Moribus German. etc.

**VACCA MULSA**, *id est lactans*, in Lege Bajvar. cap. 2. § 6.

**VACCA JUGO DOMITA**, *Vacca junctoria*, Quæ ad aratrum jungitur, in Leg. Longob. lib. 2. tit. 21. § 6. 7. [\*\* Roth. 254. 256.] [*Vacca domita*, nude in Lege Salica tit. 3. cap. 5.]

**VACCA DE KARRO**, Quæ ad carrum jungitur, in Charta ann. 1110. ex Tabul. Floriac.

**VACCA ALBA**. Joannes de Deo in Pœnitentiario lib. 5. cap. 10. de Pœnitentia Archidiaconi: *Secundo quia volunt habere pecuniam, vel Vaccam albam pro investituris Ecclesiarum vel beneficiorum, etc.* Quia rara. [\* f. Pellis vaccina certa ratione præparata, quæ alutariis nostratibus *Vache blanche* nuncupatur.]

\* **VACCA FARSSITA**, *Farta*. Vide supra *Farssitus*.

\*\* **VACCA INFERENDALIS**. Vide in *Inferenda*.

\*\* **VACCA PERPETUA**. Vide in *Perpetuus*.

**VACCA VARIA**, Quæ variis coloribus distinguitur. Vide *Varius* 1. Inventar. MS.

ann. 1366: *Univit et annexavit Romana Ecclesie castrum novum Canalicensis diocesis, quod a dicto abbate (S. Guillelmi de desertis) in feudum tenebatur cum suis juribus, hominibus, territoriis, ac pertinentiis universis sub annuo censu unius Vaccæ variae sive callæ.*

**VACCA** Eodem nomine nuncupatur distribulo quadam incertæ originis in Ecclesia Autissiodorensi usitata, quæ in eo posita est ut 32. priores Canonici mensuram frumenti, quæ *Bichetus* dicitur, percipiant, quibus singulis alisique decem subsequentibus Canoniceis sexdecim vini mensuras, quas *Pintes* nominamus, suppeditat Abbas S. Germani Autissiodorensis: aliis Canoniceis totidem a Capitulo suo accipientibus. Hujus distributionis mentio est in Statutis Ecclesie Autiss. ann. 461. *De hora qua lucratur Vacca varia: cujus media pars assidua sex mensium mansione obtineri ibidem dicitur; altera pars ab eo qui die festo S. Aniani Missæ solemni interest. Hæc præstatio primum, ut videtur, in vacca varia exsoluta, unde vocis origo, exinde in pecuniam commutata est, ut colligitur ex Tabul. ejusd. Autiss. Ecl. ad ann. 1369: *Ab abbate S. Germani Autiss. pro Vacca varia de termino S. Andreae, pro toto xv. sol.* Rursum ad ann. 1387: *Ab Abbate monasterii S. Germani Autiss. pro Vacca varia de termino S. Joannis, pro toto xv. sol.**

\* **VACCA MASCUCLA**, Bos. Charta Phil. IV. ann. 1310. in Reg. 53. Chartoph. reg. ch. 250: *Priorissæ et conventus sororum ordinis Prædicatorum de Pissiaco.... concedimus.... usagium pro viginti Vaccis, tam masculis quam femellis, in forestu nostra Layæ.*

\* Est et ludi genus, quod ad *Vaccas* vel ad *Vacculan* nuncupabatur, cujus mentio est in Lit. remiss. ann. 1456. ex Reg. 183. ch. 96: *Le suppliant et Satin se prendrent à jouer aux Vaches pour le vin seulement.* Aliæ ann. 1457. in Reg. 189. ch. 159: *Lesquelz se prendrent à jouer aux Vaches, au plus de blanches ou de noires.* Aliæ ann. 1395. in Reg. 148. ch. 40: *Jehan le Noir et aucuns des compagnons jouerent ensemble pour l'argent à un jeu appelé le jeu de la Vachette.*

**VACCA**, μελετητικός οὐλός, in Gloss. Lat. Græc. ubi infra *Vasca* legitur. Vide *Cujacium*

\* **VACCA DANICA**, Hafnia, vulgo *Copenhague*, appellatur in Chron. Danic. ad ann. 1430. apud Ludewig. tom. 9. Reliq. MSS. pag. 127: *Emiserunt (Hanseatice) ex urbibus grandem classem ducentarum et sexaginta navium,..... et duxerunt in insulas Oresund Daniæ prædatum et ut mactarent Vaccam Danicam.... Dani eos viriliter oppugnaverunt,..... perfeceruntque ut..... fugam inirent, cum magno detrimento et dedecore Daniæ et ejus Vaccam relinquentes intactam.*

\* **VACCA FERRI**, Instrumentum quoddam coquinarium. Invent. ann. 1218. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 67. col. 1: *Item inveni duodecim grillonos et Vaccas ferri et quasdam ferrias.*

**VACCAGIUM**, Tributum ex vaccis. Tabularium S. Trinit. Vindocinensis: *In curte S. Dionysii.... perlonat Comes Vaccagium totum.* Sammarthani in Abbat. O. SS.

Andegav. ediderunt *vacatum*. In Charta Henrici III. Regis Angliæ pro Monasterio S. Salvatoris in Hibernia in Monastico Anglic. tom. 2. pag. 1032. mentio fit *vacatum solutionis, quæ dari solent pro Capitulis Utlagonum* [Vide *Vaccaticum*.]

**VACCARE**, pro *Vacare*, in Consuet. MSS. Monast. Fontanell.: *Ut per hoc liberius Vacet Deo.*

**VACCARIA**, Ager, vel prædium vaccarum numero alendo idoneum. Charta Joan. Regis Angl. tom. 3. Monast. Anglic. pag. 35: *Concessimus etiam eis, quod habeant ibidem Vaccariam 40. vaccarum, cum pastura earum in foresta illa, et cum secta earumdem ad duos annos; ita quod in fine singulorum duorum annorum amoveatur de foresta nostra secta earumdem 40. vaccarum de duobus annis.* Monasticum Anglican. tom. 2. pag. 165: *Et de bosco meo, sive arborum successione, sufficientem materiam ad faciendas domos, et faldas duarum Vaccariam, quot opus habuerint, et virgas sufficientes ad domos faciendas in eisdem Vaccariis, quantum necesse fuerit.*

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Vaccaria, prov. polta, armentum.*

**VACCARITIA**, Eadem notione. Lex Alamann. tit. 75: *Si quis in Vaccaritia legitima ubi sunt 12. vaccæ vel amplius, taurum ex ea involaverit vel occiderit, etc.* Charta Caroli C. ann. 37. pro Monasterio S. Bertini Audomarens. in Tabul. ejusdem Ecclesie: *Ad portam autem, ante fores Ecclesie Vaccaritam cum hortulo. Vaccaritiæ dominicales, in Charta ejusdem Caroli C. apud Malbrancum lib. 6. de Morinis cap. 29. Occurrit præterea in Capitalari de Villis cap. 23. [in Vita Aldrici Episc. Cenoman. apud Baluz. tom. 3. Miscell. pag. 31. et apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 266.]*

**VACARITIA**, in Codice censuali MS. Irminonis Abb. Sangerman: *Sed pro ipsa Vacaritia quod prævidet, non solvit denarios, sed facit curvadas.*

**VACCHARIA**, in Monastico Anglicano tom. 1. pag. 74.

**VACHERIA**, in Charta Hugonis Episc. Dunelmensis tom. 3. ejusd. Monastici pag. 92.

**VACCERIA**. Charta Philippi Regis Franc. ann. 1066. et Roberti Comitis Flandriæ ann. 1080. apud Miræum in Cod. Donat. piar. cap. 57. 58: *In eodem territorio apud Alfringhem 7. mansa terre continentia 100. vaccas. Et infra: Apud Ferlingeheim dimidiann Vacceriam 16. Vaccarum.*

**VACHERIA**, in Fleta lib. 2. cap. 41. § 13: *Inquiratur si aliqua Vacheria, porcharia, vel alia domus, vel clausum aliquod construat infra meta forestæ, et per quem et quando, et quantum per æstimationem pastura Regis favorata fuerit aut deteriorata per animalia, quæ exeunt a domibus illis.* [Constitut. MSS. Cluniac.: *Nullus Monachus infra bannos exemptionis nostre comedat aut libat, aut de die ac nocte jaceat, ... videlicet in grangia helesominarii, Vacheria teleria.*] Vide *Vallesheria*.

**VACHIVIA**, Idem videtur quod *Vaccaria*, in eodem Monastico Anglicano. tom. 3. pag. 15: *Item dedit eis unam quarrucattam terre, ... et unam Vachiviam de 40. vaccis cum secta earum per tres annos, et pasturam ad*



500. oves cum secta earum per 3. annos, etc. Mox : *Et quod liceat fratribus loca eligere cum Vachiviam mutare voluerit per totam forestam, et fœna colligere in foresta, ad pasturam ovium et vaccarum.*

† **VACCARIUM**, Stabulum vaccarum, Gall. *Vacherie*. Vita S. Kierani Episc. tom. 1. Mart. pag. 396 : *De hujus Sancti Vaccario vaccam abstulit.*

**VACCARIUS**, Qui *Vaccarum* curam habet in prædiis rusticis : Gall. *Vacher*. Hujus officium describitur in Fleta lib. 2. cap. 2. [Testam. S. Irminæ Abbat. ann. 698. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 9 : *Omnia ista cum adjacentiis eorum, una cum pastoribus, Vaccariis, porcariis, brevicariis cum gregibus eorum, etc.* Vide *Vacherius*.] [\* Occurrit in Polypt. Sithiens. sect. 22. post Irminonem pag. 404. et 405.]

*Vaccarios* præterea quidam sectarii ac factiosi sese appellarunt sub ann. 1320. de quibus ita Chronic. MS. Mospeliense vernaculum : *Item a quel an meteis se mogron outra manieira de gens que se appellavon Vaquiers, e volian passar et aussiau e casanoun los mesels.*

† **VACCATICUM**, Tributum ex vaccis, seu præstatio pensitata ob jus immittendi vaccas in pascua. Charta Alani Comit. Britann. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 236 : *Ut nec Comes... nec alia prorsus aliqua persona præter ipsum habere visa sit ullam dominationem in hominibus ipsius parrochiæ distringendis, nec annonaticum, nec friscingaticum, nec funaticum, nec Vaccaticum, nec ullam redhibitionem, nec vel ipsum bannum.* Alia ann. 1138. ihid. col. 292 : *Item in Bethia duos arpennos prati et pasturam seu Vaccaticum quamdiu ibidem aliqua bestia fuerit.* Vide *Vaccagium* et *Vachagium*.

\* *Vacherie*, eodem sensu, in Charta adm. majoris Castell. ann. 1380. ex Reg. 116. Chartoph. reg. ch. 243 : *Tout le droit des commendises,.... Vacherie, pasturages des bestes à laine, etc.*

**VACCATO**, Fragment. Petronii : *Scilicet jam strigæ puerum involaverant, et supposuerant stramentitium Vaccatonem.*

† **VACCATURA**, ut supra *Vacatura*, apud Cigaltium de bello Italico : *Sicut Papa non committit symoniam in curia Romana accipiendo Vaccaturas, etc.*

\* **VACCATUS**. Annal. Victor. MSS. ad ann. 1235 : *Hoc anno Paleologus, Græciæ dictus Vaccatus, vir potens et famosus, cum multo exercitu invasit terram imperii Constantinopolitani.*

\* **VACCEIA**, pro Vasconia, in Vita S. Rietrud. tom. 1. Febr. pag. 300. col. 2 :

Ergo supra satis tandem cum pervia Francis  
Hæc eadem feret Vasconia, quæ vocitata  
Vaccia est alio cognomine, etc.

Vide notam ad hunc locum.

† **VACCENTIUM**, Annonæ species. Vide *Jarba*.

† **VACCERIA**, **VACGHARIA**. Vide *Vaccaria*.

† **VACHELLA**, Vacca junior, vaccula, Ital. *Vaccavella*. Chron. Parmense apud Murator. tom. 9. col. 834 : *Et sic addiscunt Vacchelle arare.* Ibidem col. 844 : *Ut Vacchelle arare addiscunt.* Proverbium esse apud Italos tritum, quod durioribus assuescere sonat.

† **VACCHETA**. Statuta dataria Riperiæ fol. 14 : *Item quod libris et Vacchetis dictorum emptorum, et cuilibet eorum, et cujuslibet eorum officialibus, stentret stari debeat.* Academicis Cruscansis : *Vacchetta, Libro costi detto per iscriveri giornalmente.* Diarium, Gall. *Journal*. Vide *Vacheta*, 2.

\* 2. **VACCHETA**, Vacca junior, vaccula. Acta S. Jacobi Mevanat. tom. 4. Aug. pag. 730. col. 1 : *Hanc (pecuniam) duabus cum Vacchetis faciliter usque ad ecclesiam fratrum Prædicatorum portari fecit.* Vide *Vacchella*.

† **VACCINIA**, *Δρυάλειον*, in Gloss. Lat. Gr. MSS. habent, *Vaccina*. Vide *Vacchella*.

\* Nostris *Vachin*, Corium vaccinum. Lit. remiss. ann. 1459. in Reg. 188. Chartoph. reg. ch. 159 : *Le suppliant fut à la place Maubert chez ung cordouennier,.... et print deux courdonnans, ung Vachin, etc. Les vachins à faire empaignes et housseaux,* in Stat. ann. 1372. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 120. art. 6. Pedag. Divion. MS : *Li Vachins entiers paiera un denier.*

\* **VACCIPO TENS PRÆSUL**, Regionis pascuæ episcopus. Dicitur de Alhrico episcopo Ultrajectensi, in Carm. quod Alcuini esse opinatur D. *Le Beuf* tom. 2. Dissert. pag. 423 :

Si meus Albricus veniens occurrat in amne,  
Vaccipotens præsul, properans tu dicito : Salve.

† **VACELLUS**, Modus agri, ut videtur : nisi sit pro *Valliculus*. Tabul. S. Quintini in Insula fol. 75 : *In arena de Correel 2. sestaria ; in alio Vacello citra 1. modium ; in Vacello juxta campum Alberici, etc.* Vide *Vallo* 1. *Vancellus*, et *Vanchellus*.

† **VACEMUM**. Charta ann. 1293. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 72 : *Item quod Monasterium sanctæ Crucis predictum non possit tenere in montanis ipsius, nisi septem trentenaria ovium cum lacte et Vacemo, arietibus et agnis, quantum necesse fuerit, etc.* Vide *Vascinum* in *Rassaria*.

† **VACHAGIUM**, ut supra *Vaccaticum*. Vide in hac voce. Tabular. S. Martini Vertavensis : *Notum sit omnibus homines de castellaniam Palatii de jure B. Martini Vertavensis terragium, et decimam, et Vachagium, et pasnagium Monachis, antequam vineæ in eadem terra ferent, reddidisse.*

† **VACHARIA**, Stabulum vaccarum, Gall. *Vacherie*. Sententia arbitraris inter Aymarum de Pictavia Comit. Valent. et Jacobum Abbat. Monast. de Lioncellis ann. 1303. ex Schedis D. Brunet : *Animalia ressoriarie venientia in montanea supradicta transire debeant per iter novum factum prope Vachariam Monasterii supradicti.* Vide *Vaccarium*.

† **VACHERIA**. Vide in *Vaccaria*.

\* **VACHERINUS**, Caseus ex lacte vaccino. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 126. ex Cod. reg. 4624 : *Emerere non liceat... caseos, seracios, Vacherinos, etc.*

† **VACHERIUS**, ut supra *Vaccarius*.

Charta Caroli Comit. Provincie ann. 1274. ex Cod. MS. D. Brunet fol. 69. vº : *Vacheris singulis decem bestias bovinas (dent pasceudas.)* Vide *Vacquerius*.

\* **VACHERMI**, Hac voce concluduntur articuli confessionis aut negationis cujusdam clerici, de homicidio insimulati a promotore curiæ Cabilonensis, in Charta ann. 1390. ex Reg. 139. Chartoph. reg. ch. 1 : *Respondet et negat articulum Vachermi.... Anno et die quibus supra. Ita est ste Vachermi.* Vide infra *Wacharmen*.

1. **VACHETA**, Navis species. Andreas Dandulus in Chron. MS. ann. 1257 : *Vinginti novem galeas, 10. Vachetas, et 9. naves festinanter præparari fecerunt.* [Bartholomæus Scriba in Annal. Geneus. ad ann. 1241. apud Murator. tom. 6. col. 490 : *Inimici autem hoc videntes, relictis anchoris, scalis et Vachetis, continuo mari et terra de loco Nauli fugerunt.* Jac. Aurias in iisdem Annal. ad ann. 1283. ibid. col. 583 : *Duo antiani civitatis Pisane qui ibant in una Vachetta armata cum hominibus xviii, etc.* Jac. de Varagine in Chron. Januensi apud eund. tom. 9. col. 50 : *Super quamdam Vachetam consensens aufugit, et exercitum dereliquit.* Navis humilior et velocior esse videtur, a Latino-barbaro, *Vasellum, Vacillum*, quod ex Gallico *Vaisseau*, navis, efformatum existimo. Vide in *Vas*.]

† Hand scio an idem sit quod *Vans* dicitur, apud Marten. tom. 1. Anecd. ubi de capta CP. ann. 1453. col. 1820 : *L'armée du Turc estant tant au port que dehors de seize à dix huit gallées ; soixante, ou soixante dix galliotes, de dix huit à vingt Vans, de seize à vingt barques petites, comme pour porter chevaux et fustes.* Vide *Wachellus*.

\* 2. **VACHETA**, **VACHETTA**, vox Italica, Codex membranceus, diarium. Stat. Valis-Ser. ruhr. 33. ex Cod. reg. 4619 : *Notarius præfati domini vicarii teneatur.... describere in una Vacheta dietim quoslibet dies feriatis, etc.* Stat. Mantuæ lib. 1. cap. 32. ex Cod. reg. 4620 : *Teneatur.... dicti notarii statim porrecta accusa seu denuncia, seu processu formato, nomen accusati, denunciati... scribere in Vachetta seu libriculo judicis malefactorum.* Vide *Vachetta*.

**VACHIVIA**. Vide *Vaccaria*.

**VACIA**. Ignotus Casinensis in Hist. Longob. cap. 10 : *De B. Benedicti canobio abstulit... Vacias duas, pensantes libras 30. et fundatos duplices 7.* Idem forte quod *Vauca*. Vide *Bauca* 1.

† **VACLÆ**, pro *Uvæ*, in Gloss. Isid. v. *Trictilia*. Vide supra in hac voce.

\* **VACILIUM**, vel **VACILE**, pro *Bacile*, Vasis genus, pelvis, pollubrum, Gall. *Bassin*. Vide in *Bacca* 2. Chron. Sublac. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 1053 : *Quinque calices, tria thuribula, duo Vacilia, duas cassellas, septem candelabra, etc.*

† **VACILLUM**, *Πυραμί*, in Gloss. Lat. Gr. ubi MSS. habent, *Vatillum*. Alia notione, vide in *Vas*.

† **VACINARIUS**, ut supra *Vaccarius*, in Bulla Pii IV. PP. tom. 1. Bullarii pag. 119. 121 : *Quenadmodum artes Vaciniorum, seu coriariorum, nec non artificum, chordas musicales ex animalium fibris faciunt,*



malum reddentes odorem, ad fluminis ripam separatè reperiuntur.

**VACIVUS**, Otiosus. Regula Magistri cap. 18 : *Et si alii fratres sequestrantur in alio laboris opere, tales sequestrantur, qui Dei plus possunt presentium timere, preoccupato in coquina Præposito, cum negligentiore remanente Vacivo Præposito; ut et vicibus honorem impleant emendandi, et vicibus humilitatem exerceant serviendi.* Alias Plauto, et aliis, *Vacivus* est *vacuus*. In Glossis vero Lat. Gr. *Vacivus*, exponitur εὐχαρις, i. opportunus, tempestivus. Vide *Vacantivus*.

† **VACIVA BESTIA**, Ex vacca nata, Italis *Vaccino*. Statut. Montis Regal. fol. 306 : *Item pro qualibet bestia Vaciva sol. den. octo.*

**VACO**. Charta Occitana ann. 1298. in Regesto Philippi Pulchri Regis ann. 1299. n. 13. ex Tabulario Regio : *Item stagium dictæ domus contiguam, Vaconem seu insulam, quæ est juxta domum prædictam, quater viginti et quindecim jormalia terrarum culturarum, tam intra insulam de Baria, quam in parochiis de Vassaria et de Castellione.* [Terra inculta, ut videtur.]

† **VACQUERIUS**, **VACQUERIUS**, Vaccarum custos, *Vacher*. Vide *Vacherius*. Inquisitio ann. 1268. ex Schedis Præsid. de Mazaugues : *Et vidit adequantes bestias in dicto stagno Vaquerios Portii Durandi.* Ibidem : *Postea stetit per annum unum cum Domino templi pro Vaquerio.* Rursum : *Quod equarii et Vacquerii Arelatis custodiebant equas et vaccas.*

**VACTROPERITI**, Philosophi, sic dicti quod baculum et peram deferrent. Vide *Bactroperata*.

† **VACTUALIA**. Vide *Victualia* 2.

\* **VACUAMENTUM**, Locus vacuus ædificiis et incultus. Charta ann. 1054. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. mcd. xvi col. 645 : *Concedo et largior seu confirmo vobis res juris predicti monasterii nostri : id est Vacuamentum integrum, extendentem in longitudinem suam pedes, plus minus, supra platea sexaginta et quattuor, et in lato ab uno capite pedes quadraginta et quattuor, et ab alio capite similiter pedes, plus minus, similiter triginta et quattuor, cum egresso et regresso suo, quæ est posita in hac civitate Ravenna.... prope basilica S. Laurentii.* Alia ann. 1141. ibid. tom. 5. col. 227 : *Capella mea in eo sita, seu etiam cum toto et integro cimiterio, et Vacuamento circa jam dictam S. Georgii martyris Christi ecclesiam posita.* *Voi*, pro *Vuide*, ut videtur, *vacuus*, in Lit. ann. 1315. tom. 1. Ordinat. reg. Franc. pag. 600. Vide supra *Vacantia* 4.

† **VACUARE**. Vide infra in *Vacuis*.

**VACUARIUM**, in Notis Tyronis pag. 198. [\* Kopp, pag. 399 : *Vacuaneum*.

† **VACUASIO**, Charta qua quis declarat se nullum jus habere in res controversas legitimamque esse adversarii possessionem agnoscit. Placitum ann. 852. inter Probat. tom. 1. novæ Hist. Occitan. col. 100 : *Cum nos vilissemus suum recognitione et Vacuatione, etc.* Alibi *Exvacuatio* dicitur. Vide *Exvacuare*.

† **VACUATORIA**. Vide infra in *Vacuis*.

† **VACUE**, Inaniter, Gr. κενός, apud vet. Interpr. S. Irenæi lib. 1. cap. 13. num. 3.

**VACUEFACERE**, *Vacuare*, κενόω. Utitur Macrobius Saturn. lib. 1. cap. 2. lib. 7. cap. 12.

\* **VACUI**, vernacule *Vages*, inter civiles Magistratus recensentur in Arcest. ann. 1279. ex Reg. Olim parlam. Paris. fol. 46 : *Cum scabini, Vacui et consiliarii Gandenses.... comitem Flandrensem coram nobis super defectu juri fecissent adjornari.... Per nostram curiam fuit declaratum dictos scabinos, Vacuos et consiliarios male appellatione. Ibid. fol. 54 : Cum scabini, consiliarii et Vacui Gandenses supplicassent, etc. Pactum inter comit. Fland. et scabinos Gandav. in Reg. 2. Olim fol. 9. 1<sup>o</sup> : *Nous Gnis cuens de Flandres et marchis de Namur, et nous echevin, conseiller et Vage de la ville de Gand etc.* Infra *Vaghe*. II videntur esse, ad quos potissimum cognitio mensurarum pertinebat; a Teutonico *Waeghe*, vel Germanico *Wag* vel *Weghe*, libra, trutina, statera. Vide *Waga*. [\* Warnkœnig. Histor. Flandr. tom. 2. pag. 56.]*

† **VACULUM**. Conc. Avenion. ann. 1457. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 385 : *Item, quia Judæi carnes seratas juxta eorum Vaculum, et per macellarios christianos vendunt, etc.* f. Oraculum, eorum legem significans.

**VACUUS**, Irritus, inanis. Charta Chlotarii Regis in Conciliis Sirmondi : *Que (licentia) si quolibet ordine impetrata fuerit, vel obtenta, a iudicibus repudiata habeatur et Vacua.* Collectio Canon. Martini Bracarenensis cap. 33 : *Ordinatio ejus Vacua deputetur.* Testamentum Hadoindi Episcopi Genoman. : *Et si aliquis exinde Epistolam quasi a nobis factam protulerit, Vacua et inanis permaneat.* Marculfus lib. 2. form. 17 : *In reliquo vero qualescunque a quocunque Epistole de nostro nomine, manu nostra firmate ostensa fuerint, Vacua permaneat.* Formulæ secundum Legem Roman. form. 1 : *Et si fuerit ulla qualibet persona que præter istum alterum instrumentum exinde præsentaverit, aut anterus aut posterius, quod nos nec fecimus nec facere rogamus, nullum sortiatur effectum, nisi Vacuum et inane permaneat.* Leges Luithprandi Regis Longob. tit. 17. § 4. [\* 22. (4,4.)] : *Et si aliter fecerit, sit ipsa venditio Vacua.* Sic Latini etiam præcis. *Vacui fasces*, apud Calpurnium Eclog. 1. vers. 60. cassi, ac nullius potestatis, cujusmodi sunt Consulibus edicillaris :

Jam nec adumbrati faciem mercatus honoris  
Nec Vacuos tacitus fasces, et inane tribuual  
Accipiet consul.

*Observationes vacuæ*, inanes, apud Apulcium lib. 9. *Vacuis labor*, etc. [Nostris, *Laisser vague*, re aliqua non uti. Litteræ Caroli V. Reg. Franc. ann. 1370. tom. 5. Ordinat. pag. 333 : *Qui ne sauraient ne ne pourroient faire ne soutenir le fait de la dicte Commune, et ja Pont laissé Vague.*]

\* Unde *Widivse*, Res inanis, in Mirac. MSS. B. M. V. lib :

Vostre amie, ne vostre fame  
Me ferai ja jor que je vive :  
De grant noient, de grant Widivse,  
Et temps et trait vous debatz  
Et trop fer fort certes batez.

† **VACUUS**, Incultus. Chronicon S. Tru-

donis apud Acher. tom. 7. Spicil. pag. 724 : *Dux Lovaniensis... majora (mala) adhuc minabatur, neque bona ecclesiæ solvenda ab invasione, nisi prius fossatum atrii quod contra eum eleverant repletur.... Igitur repleta atrii fossa et pacata Ducis ira recepta ecclesia nostra sua bona Vacua, et post multos annos inutilia. Vide Vacantes.*

**VACUÆ TERRÆ**. Vetus Consuetudo Normaniæ cap. 8 : *Toutes terres cultivées sont en deffens, de quoy bestes peuvent legierement tollir les fruits. Vuides terres sont en deffens depuis la my Mays jusques à la sainte Croix en Septembre. En autre temps elles sont commuues, se elles ne sont closes ou defendues d'ancienneté, si comme de haies ou telles choses.* Glossar. Græc. Lat. : Σηλοῦσσα, *Vacua*. Alibi : Ψὸν γῶρα, ἢ σηλοῦσσα, *Vacua*. Ψὸς τίπερ, *Vacuus*, [Vide *Vacantes*.]

**VACUARE**, Inane, irritum, et *vacuum* efficere. Gloss. Gr. Lat. MS. : Ἀνωροσις, *abrogatio, evacuatio, irritum*. Perperam in edito, *arrogatio*. Facundus Hermianensis lib. 2. cap. 1 : *Nam si legibus vestris bene atque utiliter ceusistis, ut quæcunque vestra rescripta, contra ipsas, quas promulgastis, leges, in quibus vobis deseritur, et quas vobis infringere licet, per subreptionem fuerint elicta, Vacuentur, etc.* Regestum Joannis XXII. PP. in Secret. ann. 18. fol. 208 : *Nec non dissolvendi, Vacuandi, anullondi ac irritandi quasvis colligationes... facultatem concedimus.* [Charta ann. 1338. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 548 : *Cassantes nihilominus easdem literas et annullatas, et eas omnibus juribus Vacuamus.*] *Viribus vacuari*, irritum haberi, in leg. 8. Cod. Th. de Suariis. (14,4.) Vide Constit. Gener. Chlot. Regis cap. 9.

**EVACUARE**, Idem quod *Vacuare*, *Vacuum* et inane reddere. Lupus Ferrar. Epist. 71 : *Sed postea ad persuasionem eorum, qui cum Dei offensione non timent dicescere, Evacuata duplici aleemosyna, votum secularium de memorata cella implere coacti estis.* Baldricus Noviom. lib. 3. cap. 3 : *Non solum Evacuavit promissum, etc.* Joannes Sarisber. lib. 1. Policrat. cap. 2 : *Parricidii siquidem species est, impugnare jura nature, et sacrilegij instar, parentis leges Evacuare, et matri omnium honorem debitum non referre.* Apud Littletonem sect. 64 : *Cest eschange est Voide, por ceo que les estates ne sont mie égales.*

Utuntur præterea his vocibus lex 3. Cod. Th. de Immunit. nemini conced. (11, 12.) S. Ambrosius in Apolog. David et in Lucam, S. Augustinus de Cura pro mortuis, Concil. Regense cap. 3. Vide Chart. ann. 876. in Baluz. Append. ad Capitul. num. 104.

**EVACUATORIA**, Apocha, qua creditor, amissa cautione, profitetur, sibi solutam fuisse pecuniam; cautione enim reddita, apocha non datur, cum reddito chirographi ad solutionem probandam sufficiat. Id indicant Formulæ, quibus pro lemma est : *Evacuatoria*, apud Marculfum lib. 2. form. 25. et Formulæ veter. apud Bignon. pag. 253. et 372. 1. edit. *Vacuatoria* inscribitur in Formul. Andegav. 17. et 18. Formulæ autem *Evacuatoria* habetur in leg. 47. D. de Pactis (2, 14.) : *Si quod instru-*



mentum apud me remansit, vanum et pro cancellato habebitur. Evacuata obligatio, sublata dicitur in leg. 4. fin. C. de Solut. (8, 43.) S. Augustinus de Cura pro mortuis : *Ubi esset recantum, quo illa cautio Vacuata fuerit, indicavit.*

**EVACUARIUM**, Idem quod *Evacuatoria*. Marcullus lib. 2. form. 27 : *Et quomodo solidos vestros reddere potuerit, meam cautionem absque ullo Evacuatio intercedente recipiamus. Vide Vacuarius.*

**VADA**, Itinera, vectigalia etiam fluviorum, in Jure Hungarico. Sambucus. [Regest. *Olim* ann. 1290. fol. 92 : *Cum nos concesserimus majoribus et juratis et communitati ville Corbetensis ut ipsi levarent super mercaturis bladorum et avenarum et aliorum quorumcumque granorum, necnon super mercaturis de Vade de qualibet libra istarum mercaturarum tantummodo duos denarios Parisienses.*] [\* *De Vaide*, in edit. Beugnot. tom. 2. pag. 320. Vide *Waia* in *Guisidium*.]

† **VADABILIS**, Vadosus, Gall. *Guéable*. Epist. S. Ludovici de liberatione sua : *Quia fluvius Theoneos non erat Vadabilis propter profunditatem aquarum et riparum altitudinem, etc.*

**VADACULUM**, Tolosæ, *le Vadaele*, [vulgo *Bazaele*; f. diminut. a Vadum, Gall. *Gué*. Vide *La Paille* in Addit. ad *Annal. Tolos.* tom. 1. pag. 19. et infra *Vadellum*.] Will. de Podio Laurentii cap. 17. de Tolosanis : *Ex improviso..... versus pontes Garumnæ vexilla dirigunt transeuntes, et vadantes, subtus Vadaculum, ad exercitum apud Faurum properarunt.* Adde cap. 30.

\* **VADÆ**, Excubiæ, vigiliæ, Gall. *Guet*. Charta ann. 1348. ex Tabul. S. Vict. Mas-sil. : *Communitas S. Leontii* (Ruthen. diocæ.) et *pagesii ejusdem tenentur facere excubiæ seu Vadas, eorum propriis sumptibus et expensis.* Ubi vernacule legitur : *Item tendre ayssi de gens à lor despens per far spias per éviter inconveniens de gens d'armes.* Vide *Wactæ*.

† **VADARE**, Vado transire, Gall. *Passer à gué*. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Vadare, Guéer, ou passer gué.* [\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Guasar, Prov. vadare, ire per vadum.*] Chronicon Permesse apud Murator. tom. 9. col. 776 : *Flumen Taronis propter pluvias crevit, ita quod nullo modo poterat Vadari.* Alia notione, vide in *Vadium*.

† **VADATIO**, ut *Vadium*. Vide in hac voce.

† **VADDIO**, *Vadius*, fidejussor, in Charta Chlodovæi III. Reg. ann. 692. inter Instr. Hist. Sandion. Felib. pag. 12.

† **VADÉ IN PACE**, Carcer monachorum, sic dictus quod qui in eum conjiciebantur, ibi ad mortem usque perseverabant. Hujusce inhumanitatis, ut docet Petrus Venerabilis lib. 2. Mirac. cap. 9. auctor fuit Matthæus Prior S. Martini de Campis. Hist. chronolog. Parliament. Occitan. laudata inter Notas Baluzii ad Capitul. col. 1088 : *Vicarius generalis Stephani Archiepiscopi Tolosani ex mandato dicti Archiepiscopi conquestus est de horribili rigore quem monachi exercebant adversus monachos graviter peccantes, eos conjiciendo in carcerem perpetuum, tenebrosium et obscurum,*

quem *Vade in pace* vocitant, qui nihil aliud habebant pro victu quam panem et aquam, omni consortio sodalium illis adempto.

† **VADÉLINCUS**, Inter vestes recensetur in Charta ann. 855. Append. ad Marcam Hispan. col. 788 : *Cupertorio siricio 1. et vellats xi. at quadincos xi. et Vadelincos viii.*

† **VADÉLLUM**, an diminut. a Vadum, Gall. *Gué?* Charta ann. 1188. apud Calmet. tom. 2. Hist. Lothar. inter Probat. col. 402 : *Cum domo lapidea ad Vadellum, et xii. nummos pro vinea Himaris nepotis sui annuatim solvendo.* Vide *Vadaculum*.

**VADERE**. Qui mentiendo vadunt, in Capitul. 1. ann. 810. cap. 1. lib. 3. Capitul. cap. 59. et in Addit. 2. Lud. cap. 14. Phrasis Gallica, qui vont uentant.

† **VADIACO**, **VADIAMENTUM**. Vide in *Vadium*.

\* **VADIAMENTUM**, Pignoris ex iudicis sententia captio. Comput. ann. 1380. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 28. col. 1 : *Solvi Bertvando Mernli, servienti..... pro quibusdam Vadiamentis per ipsum, ad instantiam dictorum dominorum consulum, factis, etc.* Vide alia notione in *Vadium*.

† **VADIANI**, Augustino iidem qui aliis *Audiani*, Anthropomorphitæ, Hæretici qui Christum purum hominem asserabant. De iis passim mentio occurrit.

† **VADIARE**, **VADIATOR**. Vide in *Vadium*.

\* **VADIARE**, Sponsionem facere, pignore certare, Gall. *Gager, parier*. Stero in Chron. ad ann. 1251. de Freder. II. imper. : *Feneno extinctus sepultus est,.... tam occulte, quod multi per annos quadraginta Vadabant eum vivere.*

\* **VADIARIUS**, Testis, fidejussor. Charta ann. 921. in Chartul. eccl. Vienn. fol. 56. vº. col. 2 : *Ego Ado presbiter rogatus donatione ista fieri et firmare rogavi, et propter meam infirmitatem roborare non potui..... Ego Rainteus presbiter Vadiarius.*

\* **VADIGO**, Piscis genus. Vide supra *Glaucus*.

† **VADILE**, Instrumentum quo utuntur agricolæ. Statuta castri Redaldi lib. 1. fol. 17 : *Ordinamus quod nulla bestia aratoria, plaustra, aratra vel versoria, ligones, vomera, securæ, Vadilia, et alia utensilia ad laborandum terras vel vineas et prata possint vel debeant covari, deprædari vel pignorari, etc.* Leg. forte *Radilia*.

† **VADIMONIARE**, **VADIMONIUM**. Vide *Vadium*.

\* **VADIMONIUM SANGUINOLENTUM**, Stabulum. Phil. Aug. pro Judæis tom. 1. Ordinat. reg. Franc. pag. 44. art. 5 : *Nihil præstabunt Judæi super alicujusmodi vasa, vel ornamenta ecclesiastica, nec super Vadiumia sanguinolenta vel recenter manufacta.* Melius in altero pro iisdem Stabul. ann. 1218. ibid. pag. 36. art. 4 : *Item nullus Judæus accipiet in vadium ornamentum ecclesie aut Vestimentum sanguinolentum aut madidum, etc.*

\* **VADISCAPIMUM**, Aquagium, aquæductus. Charta Adalber. episc. Laudun. ex Chartul. S. Vinc. Laudun. ch. 13 : *Est autem terra ipsa pervio contermina ducenti ad transitum aquæ, ab Oriente idem habens pervium, a sinistro latere Vadiscapium, a*

dextro latere et ab Occasu terram de prædicta S. Hilarii abbacia. Vide *Waterscapium*.

\* **VADITUR**, pro Itur, Gall. *On va*. Charta ann. 1318. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 250 : *Per quorum alterum (bivium) Vaditur ad quadrigam de Choisiaco in forestam Cuyisie, et per alterum Vaditur ad quadrigam Compendii versus portum Hugonis. Va-lui-dire*, Modus conviciandi convicium reticendo, in Lit. remiss. ann. 1476. et Reg. 206. ch. 1088 : *Laquelle femme dist à son mary que icellui Barre estait unglarron et nng Va-lui-dire.*

**VADIUM**, **WADIUM**, **GUADIUS**, **GUADIA**, etc. Vadimonium, pignus, fidejussio. Ebrardus in Gracismo cap. 19 :

Vado viam, Vado quadrupedem, Vadio, Vadium [do : Pro consorte Vador : sonat hoc quod sum fidejussor.]

Chronicon Laurishamense : *Ornatum quoque Ecclesiasticum, quem Vintherus ambitu simonia expilaverat, et in Vadio exposuerat, plurima ex parte recuperavit.* Alibi : *Tres libros auro et argento, gemmisque pretiosis exornatos, cruceque auream in Vadio exponenda concessit.* [Charta Petri Leucorum Episc. ann. 1179 : *Garsierus miles dedit fundum alodii sui in Vadio et sine Vadio.*] Glanvilla lib. 10. cap. 6. et Regiam Majestatem lib. 3. cap. 2 : *Creditor quandoque ex mutuo res aliqua sub Vadii positione, quod cum sit, quandoque res mobiles, ut catalla ponuntur in Vadium. Quandoque res immobiles, ut terræ et tenementa, et redditus, sive in denariis, sive in aliis rebus existentes.*

\* Quam vocem ab Anglo-Sax. *Bad*, pignus; unde *Badian*, pignus dare, accersendam esse docet Wachterus in Glossar. Germ. v. *Wette*, quem consule, ut et Benson. in Vocabul. Anglo-Saxon.

**WADIUM**, Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 80 : *Facio autem hoc donum pro salute mea, et pro Wadio, quem ad finem daturus sum, ut quacunquē morte præoccupatus fuero, deinceps de hac vita sine Wadio et confessione non exeam.* Id est, non facta elemosyna. [Charta apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 73 : *Quæsiuit Wetenan solidos a Monachis Rotonensibus in Wadio pro duabus Salinis habentibus xi. capitellos.*]

† **WAGIUM**, in Tabul. S. Sergii Andegav. : *Haimelinus Boitellus dedit duos arpenos prati in Wagium pro xxiv. solidis et viii. denariis, quos pro ipso emendavit Daibutus Abbas. Wage*, in Charta ann. 1302. ex Chartul. 21. Corb. fol. 101.

\* *Wagiere*, pro *Hypothèque*, in Charta ann. 1255. ex Chartul. Monast. fol. 1 : *Et ce cist eritage estoit anconbreis de Wagiere ou de sans (cens) ou d'autre chose, etc.*

† **VADIUM**, Res ipsa in pignus data. Charta Ludovici Comit. Bles. ann. 1197 : *Qui Vadium clerici vel militis, vel alicujus servientis mei habebit, non tenebit illud ultra viginti dies nisi sponte sua, et tunc sine causa vendere poterit. Vadium plegii dicitur alibi. Vide in *Plegius*.*

† **GAGIUM**, Eodem intellectu, in Charta Ludovici VII. Reg. Franc. ann. 1174. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 576 : *Ne alicui Judæo in eadem villa die ac nocte,*



nisi per legitimum testimonium, Gadium aliquod, sive equum, sive bestiam aliam liceat recipere.

¶ VADIMONIUM, Eadem notione, in Litteris Ludovici. VII. Reg. Franc. ann. 1145. tom. 1. Orduat. pag. 10.

WADIUS, Fidejussor, sponsor, vas. Capitula ad Legem Salicam cap. 1. § 8: *Liber, qui se loco Wadii in alterius potestatem commiserit, etc.* Lex Alamau. tit. 3: *Roget sibi eum reddere, et donet legitimum Wadium, ut illam culpam illi servo concessam habeat.* Ita in Lege Bujwar. tit. 1. cap. 6. § 3. tit. 10. § 3. etc. Ubi quandoque idem videtur quod *Vadium*. Capitula Caroli M. lib. 3. cap. 29: *Liber, qui se loco Wadii in alterius potestate commiserit.* Cap. 65: *Semetipsum in Wadio pro servo dare student.* Annales Francor. ann. 777: *Saxones redderunt per Wadium, et sponderunt se esse Christianos, etc.* Odo Cluniac. lib. 1. de Vita S. Gerald. cap. 24: *Scilicet quod debitum Wadii nequaquam debitori relaxare solitus erat, omnino falsum est, etc.*

WADIA, Fidejussor. Lex Longob. lib. 2. tit. 21. § 9: *Si quis alii Wadium et fidejussorem de sacramento dederit, etc.* Adde § 10. 12. 14. 15. etc. tit. 30. 33. 34. 50. 55. lib. 3. tit. 3. § 10. [\* Roth. 365. 255. Luitpr. 15. 36. 37. (3, 1. 5, 7. 8.) Carol. M. 72. 108. Roth. 225. Lothar. I. 75. Roth. 366. Ludov. II. 1. Charta ann. 765. apud Brunett. Cod. Dipl. Tusc. tom. 1. pag. 590. post subscriptiones testium et notarii: *Dedit wadia Gunterid Bonulo de solid. quatuor et fidussore postuet, etc.*]

GUADIUS, GUADIUM, Herardus Turonensis Archiep. in Capitul. cap. 42: *Non constringantur per Guadios vel sacramenta.* Vetus Notitia apud Beslium pag. 224: *Unde iudicatum est a donno Comite, et ab omnibus suis circumstantibus, quod predictus Launus eumdem alodem secundum legem et iudicium per Guadium suum eidem Isarno reddidisset, quare eum inquietaverat, cum lege et fide facta.* Charta Heccardi Comitis Augustodunensis in Tabulario Prioratus Persici in Burgundia apud Perardum: *Ut sicut per instrumenta Kartarum vobis traditi, et per Quadium et andalugum, seu per istos breves commemoratum habeo.* In alia apud eumdem habetur, seu per *Guadium et andalugum*. Proinde emendanda formula 183. apud Lindembrog. per meos *Wadros aut andelantos*: legendum enim *Wadios*.

¶ PONERE PER VADIUM, Idem quod *Vadium dare* infra. Charta ann. 1298. apud Kennet. in Antiq. Ambrosd. pag. 334: *Præcipinus tibi sicut alias præcepimus quod ponas per Vadium et salvos plegios... quod sint coram justitiariis nostris.*

VADIUM DARE juri standi, vel rectum faciendi, quod *Vadium recti* vocant Leges Henrici. I Regis Angl. cap. 52. *Per iudicium recti vadimonium dare, ibidem.* Charta Alamannica 90. apud Goldastum: *Post hoc testimonium dedit Odatharius Wadium Folchroho Misso, ut esset paratus in presentia Domini Imperatoris in placito generali justitiam faciendi.* [Dare *Wadia* de placito, in Notitia ann. 972. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 150.] Tabularium Vinocinense fol. 117: *Comes Burchardus*

puer honorem Vinocinensem obtinens, ætatis puer, sevili maturitate, ipse faciens emendationem, *Vadimonium* rectitudinis tradidit, ann. 1077.

DARE VADIUM in misericordia pecunie suæ, hoc est, ni fallor, ita ut in arbitrio sit domini *Vadium* reddere. Charta Henrici I. Regis Angliæ apud Ricardum Hagustaldensem: *Et si quis baronum meorum forisfecerit, non dabit Vadium in misericordia pecunie suæ, sicut faciebat tempore patris mei vel fratris; sed secundum forisfacti modum ita emendabit, etc.*

¶ VADIUM, GUADIUM dicitur de eo quod resti alicujus signum ac symbolum est: hinc festuca quam in signum atque pignus translata possessionis tradebat emptori venditor, *Vadium* appellatur. Charta Salomonis Ducis Britonum ann. 860. apud Marteu. tom. 1. Ampl. Collect. col. 14: *De omnibus que ad memoratum monasterium (Prumiense) pertinent, quæ sub nostra scilicet erant potestate, per Wadium nostrum cum revestivimus.* Ubi procurator, qui alterius vices gerit, intelligi potest: at prior notio certa videtur ex Placito ann. 971. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occit. col. 123: *Et nullo plures alii communi voto decreverunt judicantes, ut tali ratione que ibi proclamavit per Guadium suum, id est per festucum de vite ipsas res superscriptas in manu Ameii Episcopi reddidisset, et guirpitionem effecisset, etc.*

¶ VADATIO, Pignus, fidejussio. Charta inter Instr. tom. 2. Gall. Christ. novæ edit. col. 270: *Aliud etiam fecit donum ut quiquid monachi possent acquirere de feudis ad se pertinentibus emtione, sive donatione, vel oblatione, seu Vadatione, esset liberum et immune.* Nescio an idem sit

¶ VADIACO, in Charta ann. 1248. apud Ludewig. tom. 8. Reliq. MSS. pag. 270: *Cæterum admittimus ut Vadiaco civium in Wistock sint quatuor solidi, Vadiaco autem hospitem ibidem sub pena sit octo solidorum.* Vide mox *Vadiatura*, p. 721. col. 3.

¶ VADIAMENTUM, ut *Vadium*, Pignus, in Leg. Norman. apud. eumd. tom. 7. pag. 278: *Recordationem curie super hoc postulare poterunt et habere per eos qui duelli Vadiamento affuerunt.*

¶ VADIMONIUM, Eodem significatu. Chartular. S. Vincentii Cenoman. fol. 177: *Et suum Vadimonium dare voluit se vidisse et audisse quod predictus Herbertus jam dictam terram annuit.* Ibid. fol. 192: *Otho Mathua tradidit in Vadimonium terram quamdam quæ est apud Mortarios Geminos.* Chartul. S. Vandreg. tom. 2. pag. 1369: *Clamabat etiam de jure hospitari apud Abbatiam S. Vandregisilli quod vicibus vellet in anno et quietari Vadimonium sua, que pro expensis suis in villa mitterentur.* Charta ann. 1181. ex Tabul. S. Urbani: *Si fundus terræ Monachis aut Sacerdoti datus fuerit, Monachorum erit, ni Vadimonium fuerit, de quo Sacerdos tertiam partem habebit.* Adde Thomasser. in Biturig. pag. 195.

¶ VADEMONIUM, in Tabul. Pontisar. His itaque ecclesiæ datis et super altare, ut dictum est, *Vademoniis* ab omnibus datoribus positus.

¶ VADIMONIARE, Pignori ponere, Gall. Engager. Chartul. Eccl. Apt. fol. 71. vº:

*Tali autem tenore ne Vadimoniare, vel vendere, vel aliquo modo alienare absque consilio canonicorum eum honorem possis.* Charta Henrici IV Imper. ann. 1113. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 632: *Ea videlicet conditione ut nec præfatus Abbas, nec aliquis successorum.... quicquam de eisdem bonis alicui beneficiare, sive Vadimoniare præsumat.* In *Vadimonium conferre*, in Hist. Mediani Monast. p. 258. In *Vadimonium mittere*, apud Stephanot. in Antiq. Aurel. MSS. pag. 478.

VADIUM MORTUUM, est Hypotheca creditori sic oppignerata, ut fructus, quos durante tempore oppignorationis producit, omnes fiant creditoris, idque sine computo inde debitori faciend. Ita Cowellus lib. 2. Instit. tit. 4. § 1. Regiam Majestat. lib. 3. cap. 2. § 5: *Item invadiatur res quandoque in mortuo vadio, quandoque non; dicitur autem Mortuum Vadium illud, cujus fructus, vel redditus percepti interim, in nullo se acquietent.* Quæ quidem vadii mortui species pro usuraria semper habita est. Ibidem lib. 3. cap. 5. et Glanvilla lib. 10. cap. 8: *Cum vero res immobilit ponitur in vadium, ita quod inde facta fuerit seistina ipsi creditori, et ad terminum, aut ita convenit inter creditorem et debitorem, quod exitus et redditus interim se acquietent, aut sic quod in nullo se acquietent.* Prima conventio justa est, et tenet, secunda injusta est et inhonesta, quæ dicitur *Mortuum Vadium*, sed per curiam domini Regis non prohibetur fieri, et tamen reputat eam pro specie usuræ. Unde si quis in tali vadio decesserit, et post mortem ejus hoc fuerit probatum, de rebus ejus non aliter disponetur, quam de rebus usurarii. Vetus Consuetudo Normannia MS. 1. part. 2. sect. cap. 8: *L'autre maniere d'usure si est en mortgage. Mortgage est dit, quant cil, qui tient la chose en gage, en a les fruits et et les issus, et ne contrevient en la dette. Si comme aucun baille à un autre sa terre en gage pour 20. livres, quant cil, qui tient la chose reçoit les issues par dessus son chatel, tout est tenu à usure.* Alibi: *Mortgage est qui de rien ne sera aquitté, si comme quant aucune terre est baillée en gage pour cent sols, par tel convenant, que quant cil, qui l'engage, la voudra avoir, il rendra les cent sols. L'en appelle vif gage, qui se aquitte des issues; si comme quant l'en baille en gage une terre pour cent sols jusques à trois ans, qui doit être rendue toute quitte en fin de terme; ou quant terme est baillie jusque à tant que les deniers, qui sont prestez, soient traiz des issues de la terre.* Exstat in libro Anglico *Justice of peace* pag. 148. Forma de morgagio feoffando per debitorem.

¶ GAGIUM MORTUUM, Eodem intellectu, in Tabul. Eccl. Dolensis: *Propter hoc voluit quod dictum Capitulum habeat in pignus et Gadium mortuum omne jus quod dicti conjuges habent in decimis bladorum in territorio de la Blachonaie usque ad VII. annos. Et est expressum formaliter quod fructus a Capitulo percipiendi non computabuntur in sortem, et quod dicti conjuges dictas decimas redimere non poterunt durante VII. annis incito Capitulo. Elapsis VII. annis dicti conjuges eas redimere poterunt, quandocumque plene simul solvent xxx.*



libras. Et quamdiu a prædicta solutione cessabunt, dictum Capitulum dictas decimas in Gagium mortuum possidebit, fructibus earum in sortem non computandis.

Appellationis rationem eam esse putat Littleton sect. 132. quod ejusmodi vadium preat et moriatur debitori, si eondicta die summam pecuniæ, pro qua prædium impignoratum est, non exsolvat; contra creditori perinde preat, si exsolvat. Unde vivum vadium dici ait Edw. Cokus, quod nunquam moritur ex aliqua parte, quod ex suis proventibus acquiratur. Multa habet hoc loco Littleton, et sectionibus seqq. de mortuo vadio.

MORTUUM VADIUM Practici etiam nostrates vocant feudum, seu prædium, quod a parentibus datur liberis in maritagium, vel per testamentum, quo, ut et redivitibus, ii fruuntur, donec constituto tempore redimatur. Aresta Parlam. in oct. Nativ. B. M. ann. 1259. fol. 95: *Baldwinus D. Bellevalis dedit in maritagium filie sue 800. libras, et pro ipsa pecunia tradidit ipsi centum libras terre de feodo Regis in Mortuum Gagium, etc.* Petrus de Fontaines in Consilio: *Mes se deniers furent donnés en mariage, et la terre baillie à mort Wage por les deniers après le mort à la fille, qui n'a point d'oir de son corps, demorra la terre por la moitié del nombre au mari, ou à son oir, etc.* Hujusmodi mortui vadii mentio est præterea in aliquot Consuetudinibus municipalibus, Insulensi nempe art. 27. et aliis locis, et Artesiensi tit. 39. apud Butilerium in Summa rurali, etc.

GAGIUM-PLEGIUM. In Consuetud. Normanniæ art. 28. 108. 189. et seqq. et 366. Gageplege. [Le Roman d'Atthis MS:]

Nous les scaurons bien maintenir  
A cognoistre preu ou dommaige,  
Nous passerons Plaigier Gaige.

Vide Basnag. in art. 185. Consuet. Norman.]

VADIUM PLICARE. Le Roman de Garin MS:

Devant le Roi sont li Gages ploïé,  
Des deux Barons qui ne sont gueres chier.

\* Pignori ponere. Chartr Bern. de Balescamp milit. ann. 1238. in Chartul. Montis S. Mart. part. I. eh. 100: *Obligavi me et meos hæredes, meo Vadio plicato, secundum morem patriæ, in manibus scabinorum supradictorum, ad omnia prædicta in singulis articulis firmiter observanda.*

VADIUM AD REMANENS. Concilium apud Clarendonam ann. 1163. cap. 4: *Excommunicato non debent dare Vadium ad remanens, nec præstare juramentum; sed tantum vadium et plegium standi iudicio Ecclesiæ, ut absolvantur.* Ita apud Bromptonum, ubi Matth. Paris habet ad remanentiam.

VADIA, Stipendia, nostris Gages. Bromptonus in Ricardo I: *Et delit unicuique eorum, (Militum) Vadia sua et liberationem ab illo die usque ad proximum Pascha sequens.* [Comput. ann. 1202. apud D. Brusel de Usu feud. tom. 2. pag. cxciii: *Hugus piscator pro suis Vadiis, xl. sol. ... Luparius pro suis Vadiis duorum mensium, lvi. sol.* Conventio inter Carolum Provinc. Comit. et Arelat. ann. 1251: *Quandocumque ibunt cum domino Comite habeant ab eo stipen-*

dium sive Vadia. Charta Johannis Reg. Franc. ann. 1351. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1467: *Cum 400. hominibus armorum et 800. servientibus retinuerimus ad nostra Vadia consueta, etc.* Occurrit præterea tom. 3. Ordinat. Reg. Franc. pag. 483. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 74. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britann. col. 677. et Menester. Hist. Lugdun. pag. 136.]

† GADIA, Eodem significatu. Litteræ ann. 1314. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 152: *Concedentes dicto procuratori nostro plenam et liberam potestatem, ac speciale mandatum et generale dicta Gadia seu stipendia quantumque et quatuorcumque sint, petendi et recipiendi a quibuscumque thesaurariis, etc.*

† GAGIA, Eadem notione. Leges Palat. Jacobi II. Reg. Majoric. inter Acta SS. tom. 3. Jun. pag. lxxxii: *Si absentes a curia sua Gagia sive quitationes recipient, etc.* Litteræ Roberti Reg. Siciliæ ann. 1314. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 151: *Infrascripta Gagia statuimus.... Prædicta vero Gagia solvi et fieri mandabimus successive per terminos oportunos.*

† VADIUM, Merces, honorarium quod ex officio competit. Statutum Caroli VII. Reg. Franc. apud Marcellum Hist. Paris. pag. 476: *Absque tamen aliquorum a nobis propterea perceptione Vadiorum locum inter eos assignare teneantur.*

GUADIA. Ugutio, et Joan. de Janua: *Guadia, debita constituti.* Notitia Judicati in Tabulario Casariensi: *Ipse Majo per inquisitionem, et per idoneos homines Guadium dedit ad probandum.* Chronicon Farsense pag. 653: *Tunc ab omnibus decretum est, ut idem Pando Guadium cum suis ad partem Palatii daret, et componeret juxta edicti pagiam de ipso Judicatu incenso.* Infra: *Et Guadium de compositione juxta legem dare fecerunt.*

VADIARE, GUADIARE, *guadium constituere, vel guadia firmare*, Ugutio. Gloss. Lat. Gall. *Guadiare, Gager, fermer.* Leges Alredi Regis West-Sax. cap. 1: *Si quis autem Vadiet, quod fieri justum sit, et transgrediat, etc.* [Statuta Humberti Bellijoci apud Acher. tom. 9. Speil. pag. 184: *Si quis portaverit pannum intra operatorium ad faciendum indumentum, non debet Vadiari ab eo in operatorio, nisi ab illo cujus pannus erat, si non fuerit pagatus.*] Chronicon Farsense pag. 666: *Si autem aliqua querimonia adversus hujus monasterii rectores insurrexerit de jam dictis rebus,.... nostraque acclamerint clementie presentiam, Comes noster et Missi nostri discurrerent, seu Ministri Reipublicæ, faciant ambas partes in nostram audientiam Guadiare.* Vetus Notitia apud Beslium in Episc. Pictavensibus: *Postea vero Presbyteri Guadiaverunt, quod injuste ita sane fecerant, et illorum extitit fidejussor Launo Abbas.* Alia Notitia Judicati apud Gallandum de Franco alodio pag. 296: *Guadiavit ergo Heudo Comit. pro judicamentum curie ejus forisfactum invasionis et injustitiæ sue; et cum deinde iudices, quid in gaudio contineretur, Heudo interrogaret, responderunt iudices: Quantum Comit. placeat.* Concilium Insulanum ann. 1234. can. 9: *Quicumque auctoritate vel temeritate propria Ecclesiæ, vel Ecclesiasticas præbendas pignorerit, vel Guadiaverit, etc.*

GATHGIARE, GUAGIARE. Tabularium monasterii Deiparæ Sanctonensis fol. 23: *Nobis baculo in cartula pendente Gathgiavit.* Charta Mauriti d'Arabay, in Tabulario Vindocinensi fol. 201: *Et recognovit, quod in præfato burgo, et taliata nihil habebat, et quod injuste calumniatus fuerat, et inde Guagiavit rectum cum cornu cappæ suæ Domino Roberto Abbati.* Stero in Chron. ann. 1251. de Frederico II. Imp.: *Venenoe extinctus sepultus est... tam occulte, quod multi per annos 40. Fadiabant eum vivere.* [\* Vide suo loco.]

WADIARE IN PRÆTORIO et *Wadium suum in iudicio comprobare*, in Statut. Archiep. Bremens. ann. 1246. Vide Leg. Longob. lib. 3. tit. 1. § 43. [\* Lothar. I. 43.] Capitula Ludovici Pii ann. 826. edita a Labbeo in Conciliorum editione cap. 6: *Si forte quispiam aliquem mallaverit, et ille, qui nullatus fuerit, dixerit eum servum suum esse,.... jubemus ut præsentialiter inter se Wadiant, ut ad primum, vel secundum, vel tertium placitum causam ipsam desinat.*

INVADIARE, Pignori ponere, *Engager*, Quasi rem in vado ponere, id est, tuto, accepto pignore, alicui dare. Notum proverbium apud Terentium et Plautum: *Res in vado est*, unde forte nata vox *vadium* et *Invadiare*. Leges Edwardi Reg. Angl. cap. 35. de armis: *Non debeat illa Invadiare, nec extra regnum vendere, etc.* Burkhardus de Casib. S. Galli cap. 11: *Calicem aureum... Invadiavit, etc.* Occurrit passim. [Engagement, pro Engagement, in Charta ann. 1311. ex Chartul. 21. Corb. fol. 295. v.]

† INGAGIARE. Eodem intellectu. Charta ann. 1096. ex Tabul. S. Albini Andegav.: *Pactionem etiam talem cum prædictis monachis fecerunt ut de terra vel possessione jam dictæ curtis quæ sibi remanebat nihil unquam venderent aut Ingagiarent, nisi ipsis monachis: casati etiam sui, si de ipsa terra vel possessione aliquid vendere vel Ingagiare voueriat, hoc prius offerret illis duobus fratribus superius nominatis.*

VADIUM in duello, seu monomachia, appellabantrem quamvis, quæ vice pignoris ab eo, qui provocabat, in medium projiciebatur coram iudice; quo quidem facto veram se dicere, vel ab objecto crimine non modo se innocuum esse, sed id etiam duello adversus quemlibet probaturum profitebatur. Tum enim accusator, aut quisvis alius, pignus a terra tollebat, eoque ipso duellum amplectebatur. Skænæus ad Regiam Majestat. lib. 3. cap. 23: *Vadiatur duellum, cum actor, sive appellans, querelam suam proponit, eamque duello per se vel per suum campionem se probaturum offert. Et reus sive appellatus affirmat contrarium esse verum, et se vel suum campionem in sui sueque causæ defensionem ad duellandum offert. Hinc inde dantur Vadia; ab actore vadium disrationandi; a reo vadium defendendi, quod in hoc regno fit, cum duelliones hinc inde chirothecas offerunt.* Vetus Charta: *Sed quia ipse erat debilis corpore,.... quidam nepos ejus nomine Guicelinus dedit Vadimonium duelli iudicio curiæ pro eo, et venerunt in campum ad faciendum duellum, etc.* [Litteræ Philippi Reg. Franc. ann. 1186. tom. 4. Ordinat. Reg. pag. 75: *Et si homines de Boscum. Vadia duelli te-*



mere dederint, et propositi assensu, antequam tributario obsides, concordaverint, duos solidos et sex denarios persolvat utriusque (uterque); et si obsides dnti fuerint, septem solidos et sex denarios persolvat uterque.] Philippus de Bellomanerio cap. 61: *De totis cas de criene ou pot apeler ou venir à Gages, si li accuseres en veut fere accusation, selonc ce que apiax se doit fere; car il convient, que cix, qui est apelés, se deffende. Qui porro vadium tollebat, dicebatur illud operire. Harduinus de la Jaille in Tractatu MS. du champ de bataille: Et si aucun des parties se partoît après jugement assis, Gage jetté et couvert, sans la licence ou bonne seurété, icelui partant doit estre tenu et prononcé pour convaincu. Vide Duellum 3.*

\* Unde *Oultrier gaiges* dicebatur, cum datis et receptis vadiis, peragebatur duellum. Libert. villæ de Tannay ann. 1352. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 60. art. 8: *Jasoit ce qu'il se soient combatu, et il se pussent accorder entr'eulx, il s'en pourroit yssir et départir en payant cent sols Tournois d'amende ès dessus nommez ou à l'un d'eulx, sanz autre punición, et enporteront leurs armeures quittes et délivrées en l'un cas et en l'autre; et se li Gaiges est outreiz, l'amende sera sur le vaincu, selonc la coustume du pais. Vide in Duellum 3.*

VADIARE BELLUM, seu duellum. Broinponus: *Alii vero dixerunt, quod Comes nec Baro, nec aliquis Regi subditus bellum contra Regem in appellatione sua de lege potest Vadiare; sed in toto ponere se in misericordia sua, et emendas sibi offerre competentes.* [Tabul. B. M. de Boro nuntio Rotomag.: *Et vidit duellum inter duos homines Vadiari in curia ditorum Religiosorum super mehaingnio.*]

JUDICIUM FERRI VEL AQUÆ VADIARE, in Legibus Adelstani Regis cap. 30. id est, purgationem eriminis sibi impositi per hæcce judicia offerre.

LEGEM VADIARE. Vide Lex.

† VADIARE MULIEREM, Eam sibi in sponsam pignore asserere. Statuta Cadubrii lib. 2. cap. 98: *Mandamus quod si quis sine voluntate patris mulieris eam Vadiaverit, vel desponsaverit, vel juroverit... in 50. lib. P. condemnetur.*

† GAJARE, Aliquem pecunia corrumpere. Inquisitio ann. 1268. ex Schedis Præsid. de Mazaugues: *Qaia jovit ibi ad Gajandum homines de Arelate et aliunde pro segnoría domini Barralis.*

VADIARE DE SERVITIO dicebantur vassalli, cum notum faciebant domino sese ab ejus homagio recessuros, nisi eorum *Pari* jus seu rectum faceret. Ita passim in Assisiis Hierosolym. MSS. cap. 205. 206. 207. ubi formula vadiandi servitium sic describitur: *Nous tous ensemble, et chascun par soi vous Gajons (vel Gageons) dou service, que nous vous devons, tant que vous aiez rendu à nostre Per son fié, ou ne dites raison pourquoi vous ne le devez faire. Cap. 207. al. 287: Et tous les homes dou Roy requistrent au Roy que il s'en soffrist de ce, que il avoit enci lor Per congee, et que se il s'en soffroit, et menoit Messire Raoul par esgart de sa Court, que ils li Guageroient tous ensemble, et chascun pour soi, dou service que ils devoient, tant que il eust fait leur requeste. Et cap.*

24: *Sont les cas ausquels on peut Gager de service le Seigneur, ou le conjurer de sa foi. Vide capp. seqq.*

DISVADIARE, Rem oppigneratam redimere, *Desgager*. [Charta Ludovici VII. Reg. Franc. ann. 1169. apud Marten. tom. 6. Ampl. Collect. col. 239: *Qui tenore stat vadium, quod non Disvadiabunt illud nisi ad suum retinere, et quod de manu sua decimam non ejiciant.*] Chronologia Augustinensis Cantorbericensis: *Carta de terra, quam Abbas Hago Disvadiavit de Wiberto de Thaneto. Charta Richardi de Porcomortuo in Hist. Abbat. S. Cathar. Rotom.: Quousque pecunia nostra, de qua omnes illas res debent Disvadiari, ab uxore ejus et filio nobis reddatur.*

\* DEVADIARE, Rem oppigneratam redimere, practicis nostris *Dégager*, alias *Débailler*. Charta ann. 1195. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 141: *Heldebertus factus monachus in ecclesia S. Taarini, partem hereditatis suæ donavit ecclesie, reliquam partem invadiavit ipse, et frater suus Devadiavit. Lit. remiss. ann. 1457. in Reg. 187. Chartoph. reg. ch. 75: *Sit tu ne delières aujourdai le consteau, que tu me baillas Dimanche en gaige de quatre deniers, tu ne le Débailles jamais.**

DISVADIARE, Pignori capere, vel pignus auferre et retinere. Charta Reginaldi de Bosco in Hist. Abb. S. Audoeni Rotomag. pag. 436: *Neque nos possunus vel debemus in prædicta foresta aliquem Disvadiare propter aliquot forisfactum, nec capere propter aliquam manuum operationem, quam in ea faciat.* [Charta ann. 1054. ex Tabul. S. Victoris Massil.: *Et si ita non fecerint, licentiam deleverunt Bertranno Monaco ut Disvadiet eos infra treugam et foras treugam.*] Hac notione *Desgager*, usurpant Consuetudines S. Aniani art. 5. Stampensis art. 154. Montargensis cap. 4. art. 12. 13. cap. 18. art. 6. Camerac. tit. de Actionib. artic. 4. 5. *Desengager*, in Consuet. S. Severi tit. 14. art. 2.

DIVADIARE, Eadem notione, Pignori capere, in pignus retinere. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 23: *Si quis blodwitam... et hujusmodi forisfaciat, et inde veniat sine Divadiatione, vel calumnia, placitum domini sui est. Cap. 41: *Si quis autem, ubi forisfecerit, retentus vel Divadiatus sit, plene componat. Cap. 57: *Si inter eos homines disceptetur in curiis super accusationibus, alternatim sibi rectum faciant in causis suis nisi quis retentus, vel Divadiatus sit, vel plegiatus pro culpa sua, etc. Cap. 80: *Aut Divadietiar aut retineatur ibi malefactor. Adde cap. 41. et 94.****

\* *Deswaigier*, eodem sensu, in Charta ex Tabul. Camerac. *Desgager* idem perinde sonat, in Lit. remiss. ann. 1378. ex Reg. 113. Chartoph. reg. ch. 282: *Lequel sergent print l'un après l'autre (les exposans) aus corps et aus draps moult felonnessment, poar les vouloir despoüler et Desgager.*

VADIARE, GAGIARE, GUAGIARE, Eodem etiam significatu, Pignus a debitore invito auferre, præsertim ex sententia judicis. Charta Durandi Episcopi Cabilonensis, [inter Instr. tom. 4. Gall. Christ. novæ edit. col. 247:] *Ita tamen quod non possunt Vadiare in claustris; sed quando ille, qui*

*forefecit, recedit a claustris, tunc possunt emendatum levare, secundum quod forefecit.* [Charta ann. 1199. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feudor. pag. 683: *Pro forisfacto quod Vicecomes faciat, vel pro debito quod ipse debeat, non potest aliquis eum in Viceconitatu Vadiare.* Litteræ Guidonis Nivern. Comit. ann. 1231. inter Ordin. Reg. Franc. tom. 3. pag. 118: *Præpositus noster Nivernensis tenebitur censum levare secundum transcriptum quod ei tradiderint dicti quatuor burgenses, et etiam Guagiare, si opas fuerit, sed propter hoc nullam habeat emendam.] Consuetudines MSS. Solemniaci in Arvernibus: *Creditor, qui habeat domum apud Solignac, poterit ibidem debitorem suum auctoritate propria Gagiare ratione debiti ibidem contracti. Concilium Avenionense ann. 1279. cap. 1: *Occupare, deinere, pignorare, seu Gadiare, etc. Charta ann. 1292. apud Perardum pag. 564: *Quod præpositus Tornodori... non potest, vel non poterit Gagiare, vel facere gagiari, nec justitiam exercere in villa S. Michaelis predicta, etc. Libertates oppidi Montis-Regalis in Sebusianis ann. 1287: *Si Miles, vel quilibet extraneus debeat debitum alicui Burgensi Montis-Regalis, Præpositus, vel alius de familia domini debet ire cum creditore, vel sine creditore, sine aliqua contradictione, et sine dono et mercede ad Gagiandum debitorem, et eum gagiare.* Assisiæ Hierosol. cap. 113. de Sponsoribus: *Si ledit pleige dicit que il n'a de quoi il lui puisse faire que pleiges, l'autre li doit dire, Fournissés en l'assise, et il la doit fournir ensi, que il doit jurer sur saints; que il, ne aatre pour lui n'a dou sien à couvert, ne à descouvert dequoi il puisse faire que pleige, que la robe de son vestir, et dras de son lit; et se pleige fit ledit serment, il fournit l'assise, que l'autre ne peut, ne ne doit Gager par l'assise la robe de son vestir, ne de son lit, si convient il que il seuffre tant, que il trouve aucune chose dou sien, que il puisse Guager, etc.* [Litteræ Caroli V. Reg. Franc. ann. 1371. tom. 5. Ordin. pag. 385: *Que doresnavant vous ou aucuns de vous, ne Gagez ou contraignés, ou souffrés estre Gagés ou contraints, comme que ce soit, en corps ou en biens, etc.*] Ita vocem *Gager* usurpant Consuetudines aliquot municipales, Senonensis art. 129. Burbonensis art. 134. Baïonensis tit. 8. art. 11. tit. 26. art. 13. Melodunensis art. 327. 328. Calvimontensis art. 96. Victriacensis art. 120. Bituric. tit. 10. artic. 5. Altisiodor. art. 171. etc. *Dégager*, eadem notione, Consuetudines S. Aniani art. 5. Sellensis art. 2. Feritatis Imbaldi art. 7. Tremblajensis art. 7. et aliquot aliæ.****

Pignorationem duplicem statuunt Jurisconsulti, unam scilicet quæ fit invito debitore, quam *pignus coactivum* vocant; alteram, quam debitor ipse sponte præstat, *pignus conventionalis* appellatam. Prior pignoratitio fit ut plurimum judicis auctoritate, qua creditor domum debitoris ingreditur, inque rem ipsius, in debiti sibi statuta die exsolvendi securitatem, involat et manus injicit, ni debitor die præterita debitum exsolvat, distrahendam et subhastandam. Adque ἐνεργητικῶν dicunt Græci, pignora capere invito debitore, ad discrimen ἐνεργητικῶν quod est pignus dare et



radere. Ἐνεχυρᾶσαι τὴν οἰκίαν, apud Demosthenem contra Everg. domum debitoris vi, eoque invito, ingredi, et pignora auferre, quod vetatur in Deuter. cap. 24. v. 10. 11 : *Cum repetes a proximo tuo rem aliquam, quam debet tibi, non ingredieris domum ejus, ut pignus auferas; sed stabis foris, et ille tibi proferet pignus quod habuerit.* Ubi versio 70. Interpret. οὐκ εἰσελεύσῃ εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐνεχυρᾶσαι τὸ ἐνεχυρον αὐτοῦ. Ejusmodi vero pigneratio coacta, Pragmaticis Gallis

GAGERIA dicitur, quæ fit ex vi contractus obligatorii, vel sententiæ, aut arresti contra debitorem lati, cujus res mobiles in Regia manu ponuntur, et sequestrantur. [Charta ann. 1151. tom. 1. Macer. Insulæ Barbaræ pag. 84 : *Stephanus de Villars pedesticum de Roccu-tailla... misit Girino seneschalcho et Lugdunensi Ecclesiæ in Gageriam, pro decem millibus solid. Lugdun. monetæ.*] Charta Joan. Briennensis ann. 1200. in Tabul. Campaniæ Thuano pag. 270 : *Et octingentas libras, quas posui in Gageria, quam a fratre meo accepi.* Alia Gaufridi D. Joinvillæ Senescalli Campan. ann. 1190. pag. 71 : *Si absque ipsius licentia de prædictis terris amodo dividerent, vel in vadium suerent, emptionem suam et Gageriam amittent.* Institutiones Capituli Gener. Cisterciens. dist. 11. cap. 3 : *Gageriæ autem ulterius non accipiantur, exceptis feodis nostris, secundum quod a jure est concessum, etc.* Eadem habent ferme Statuta antiqua Cartusians. 2. part. cap. 32. § 29. Libertates Oppidi Jasseronis in Sebusianis ann. 1283 : *Item concedimus, ut nullus teneatur accipere pignus, vel Gageriam, a nobis, vel ab aliquo alio, nisi plus tectio vulerit, quam illud, pro quo offertur, etc.* Ita usurpant veteres Chartæ apud Roverium in Reomao pag. 232. 233. 236. 240. quæ potissimum sunt de prædiis in Gageriam datis. [His adde Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 192. Marten. tom. 1. Anecd. col. 868. et Gall. Christ. tom. 4. inter Instrum. col. 597.]

† GATGERIA, GUATGERIA, in Chartul. S. Petri de Domina fol. 63 : *Octavam partem decimarum de Thedesio accepit D. Hugo prior in Guatgeria de Petro Bruno pro 100. sol. Valencianis.* De hac Gatgeria fuit fidejussor dom. Aynardus, etc.

† VADIUM, Eadem notione. Charta Stephani Noviom. Episc. ann. 1214. apud D. Brussel tom. 1. de Usu feud. pag. 311 : *Nos pro quibusdam Vadiis Meldensis Ecclesiæ quæ prepositus Conitissæ detinebat, villam invenimus suppositam interdicto.*

† GADIUM, pro Vadum, Pignus. Tabul. S. Victoris Massil. : *Dodonus uisit pro Gadio unam securam pruti quæ est sub portellari de Mota.* Ibidem : *Martino non permiserunt suum Gadium dare sicut decet.* Chartul. majus ejusdem Monast. pag. 102. vº : *Ego Rostagnus et uxor mea Constantiana donamus Gadium nostrum ex omnibus laboribus nostris et ex omnibus acquisitionibus nostris.*

† VAGIUM, Eodem intellectu. Charta Ludovici Reg. Franc. ann. 1153. apud D. Brussel tom. 1. de Usu feud. pag. 275 : *Quia in Vagio S. Mammetis facta est, et ad eum nihil pertinet, etc.* Charta ann. 1174. apud Rymer. tom. 1. pag. 38 : *Pro amore filii sui*

*ad pacem revertantur, si Vagium et plegium dederint standi in judicio de his, quæ ante gwerram forisfecerunt.* Chartul. S. Vandreg. tom. 2. pag. 1636 : *In villa autem Alpici vel omni terrario, si sanguis effusus fuerit, vel facta seditio, vel Vagium belli datum, meum est judicare.*

VADARE, Fidejuber pro alio, vel in vadem se dare. Glossæ Isid. : *Vadatur, promittit, pollicetur, fide dicit.* Flodoard. lib. 4. Hist. Remens. cap. 19 : *Pro quo facinore Vadatus in hac Synodo, centum libris argentipacatur cum prefato Stephano Episcopo, etc.* Adde Baldricum Noviom. lib. 1. cap. 65. lib. 2. cap. 1.

REVADIARE, REVADIARE, REGUADIARE, Eadem qua prius notione, Vadium dare pro re quavis. Chartæ Parensals form. 6 : *Sic ei in presenti fuit judicatum, ut ipsum servitium sancti illius, unde negligens aderat, ipsi Advocato sancti illius Rewadiare deberet, quod ita et fecit, et seipsum ad servitium sancti illius ibi se in presenti recerdidit.* Vetus Charta apud Beslium pag. 176 : *Sic ad presente ipsa falsitione per ipsa Charta Rewadiaverunt, et in servitium S. Juniani de parte genitore eorum Allifredo se cognoverunt, et ad pedes ipsius Rannulfo se prostradiderunt, et wadios de omnibus ei dederunt, per quid ipsa falsitione presentaverunt, vel per quid illo servitio contenderunt.* Placitum Caroli C. ann. 22. in Tabul. S. Dionysii : *Visi fuimus judicasse, ut memoratus Major nomine Autrenus in tanto adietisset, et unusquisque de sæpeditis servis ipsum servitium inferiorem, unde de legibus probatus habet, nullasset vel repetisset, et ipsum servitium emendassent, et Rewadiassent, sicut et fecerunt.* Baldricus lib. 1. Chron. Camcrac. cap. 118 : *Eo siquidem pacto ut Walterus pro admittis 20. libras argenteorum Rewadiaret.* Continuator Historiæ Episcoporum Virdunensium n. 4 : *Deinde summam pecunie ad diem denominatum Domino Episcopo Rewadiavit.* Vetus Notitia apud Perardum pag. 149 : *Tunc judicatum est a supradictis Scabineis, ut de ipsis casnis quod mortificavit, legem faceret et Rewadiaret, seu supradictam terram legaliter redderet, quod et fecit.* Chonicon Farfensis Monasterii : *Tunc supradicti Missi et judices eos Regwadiare fecerunt, fidejussores utriusque secundum legem ponentes.* Heribannum rewadiare, in Capitul. 1. ann. 812. cap. 2. 9. Capitul. Caroli M. lib. 4. cap. 70 : *Ut vassi nostri... qui anno presente in hoste non fuerunt, heribannum Rewadiant, etc.* Appendix 2. ejusd. lib. cap. 8 : *Ut omnia, quæ wadiari debent, juxta quod in Lege continetur, pleniter secundum ipsam legem Rewadiatu fiant.* Bannum rewadiare, lib. 5. cap. 43. [\*98.] et in Addit. 4. Lud. Imp. cap. 72. [95.] in Capitul. 1. ann. 812. cap. 3. 5. in Edicto Pistensi cap. 21. in Capitul. Caroli C. tit. 40. cap. 1. apud Hincmarum Laudunensem pag. 610. 612. etc. Bannum wadiare, in Lege Longob. lib. 3. tit. 1. § 43. [\* Loth. I. 43.] Adde lib. 2. tit. 21. § 29. [\* Car. M. 126.] ex Addit. 2. Capitul. lib. 4. cap. 8. *Debitum rewadiare, in Edicto Pist. cap. 22. Debitum wadiare, in Lege Longob. lib. 1. tit. 2. § 11. [\* Lud. P. 42.] Rewadiare xenium, apud Flodoardum lib. 3. Histor. Rem. pag. mihi 560. [In Gloss. Lindenbrog.*

*Rewadiare* est relaxare : unde hoc verbum adhibebant cum pignus liberabatur, solvebatur, ut monet Eccardus in Notis ad Leg. Sal. pag. 173. Id tamen raro factum fuisse ex locis a Cangio laudatis colligitur.]

† VADIUM, Pœna, multa pecuniaria. Charta Balduini Comit. Flandr. ann. 1116. apud Miræum tom. 2. pag. 1154. col. 1 : *Vadium etiam, si pro qualibet forisfactura acceperit ab aliquo, non alibi quam infra curtum S. Amandi conveniendabit.*

\*\* VADIATURA, VADIATIO, Pari significato. Charta ann. 1271. apud Rudloff. Cod. Diplom. Megalop. Fasc. 1. pag. 65. num. 24 : *Quod Vadiatura 5. solidorum integraliter nostra erit.* Privileg. Mundense ann. 1246. apud Haltaus. Glossar. Germ. col. 918 : *Major Vadiatio quæ fit iudicium est talentum.* Vide eundem Haltaus. col. 2089. voce Wette, supra Vadiaco.

GAGIUM, Eadem notione. Charta ann. 1256. in Regesto Comitum Inculismensium : *Reuittendo et franchisando nobis et dicte ville garenam suam quam habebat in vinoblio et territorio dicte ville, et Gagia sive pœnam, quæ occasione dicte garenæ a venantibus in eadem consueverat percipere et habere.* Consuetudo Castri Bellaci in Charta Hugonis Marchiæ Comitiss in eodem Regesto : *Si quis bannum Comitiss infringerit, debet reddere de Gagio solidos 60.* Charta ann. 1289. in Hist. Beneharn. pag. 311 : *Census nostri sunt assignati et statuti ad Mortgagia et pœne similiter.* Alia Radulphi Issoldunensis ann. 1235 : *Si vero ex prædicto pascuario non fideliter soluto Gadium contingeret evenire, totum Gadium neum erit.* Charta Philippi Regis Franc. ann. 1310. pro Libertatibus Bastidæ in Petragoricis, ex Regesto 47. Tabularii Regii n. 38 : *Et nisi prædictæ obliæ nobis solute fuerint prædicto termino, 5. sol. nobis solventur pro Gagio, et obliæ supradictæ.*

† GAGIUM, Simili sensu, in Litteris Caroli V. Reg. Franc. ann. 1370. tom. 5. Ordin. pag. 345 : *Quod si temporibus futuris... universitatem et habitatores, super quibuscunque causis et litibus contingeret poni in defectu, vel ipsos debere clamores et Gagia aliqua lx. solidorum, vel majores emendas solvere, etc.*

† GATGIUM, Eodem intellectu. Consuet. Brageriac. art. 76 : *Item nullus sit ausus extra villam dicti loci et districtus ejusdem dolia tonellorum vacuorum transferre, neque mayramen, neque vimos, neque codrum; et si faciat contrarium in sexagintu solidos pro Gatgio condemnentur.*

† GADIUM, GUADIUM, Pari significato. Diploma Caroli M. inter Instrum. tom. 2. Gall. Christ. novæ edit. col. 179 : *Ita ut nullus ecclesiasticus infra claustrum manens, aut alicui ecclesiastico serviens, Gadium, nec telonarium, nec aliquam justitiam per vim exsolveret.* Charta ann. 1058. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occit. col. 230 : *Non requirant in isto loco jam nominato ullum censum, non Guadium, non receptum, nec ullum forsfactum non faciat.*

† GUAGIAMENTUM, Eadem notione. Charta Humberti Dalphini ann. 1343. pro Libertatibus villæ de Pineto ex Schedis V. Cl. Lancelot : *Item quod in dicta villa Pineti pro Guagiamento dentur 2. den. etc.*



GAGIARE, Mulctam solvere. [Charta ann. 1102. ex Tabul. S. Albini Andegav. : *Omne quod S. Albino pro supradicta calunnia abstulerat, Gagavit, et in ejus (abbatis) conspectu omnem calumpniam quam de Arthesiaco faciebat, dimisit.* Regest. *Olim ad annum 1304. fol. 68 : Cui dicti Religiosi dicerent se esse in saisina recipiendi et levandi ab his qui vendunt ibidem merces seu denariatas in stallis seu fenestris quinque denarios quolibet anno, et Gagandi deficientes in solutione prædictorum, etc.*] *Emendam gagiare*, in Statuto S. Ludovici ann. 1259. *Gager l'amende*, in Consuetudine San-Paulana art. 32.

† GATGIARE, Eodem intellectu. Charta Caroli Reg. ann. 1367. ex Tabul. Archiep. Auxitan. : *Coram nobis aut nostro locatenente Gatgiaturus et emendaturus, etc.*

DISGAGIARE, nostris *Desgager*, Mulctam impositam exsolvere, in Consuet. Villænovæ d'Arjeuçon in Pict. ann. 1233.

GAGARE, Solvere. *Gagabit 5. solidos, etc.* passim in Tabul. S. Albini Andegav. [Gager nostris, eadem notione. Charta ann. 1290. tom. 1. Chartul. S. Vandreg. pag. 913 : *Fu Emeline la chanteresse en amende por garant relaché vers hommes religieux et honnestes Mr. l'Abbé et le Couvent de S. Vandrille de la coustume que eus li demandoit : et Gaga ladite Emeline as devant dit Religieux coustume de toute marchandise et les arrièrages du tans passé.*] *Gager et paier le rachapt*, in Consuetud. Lotharingæ tit. 17. art. 1. 3. Turon. art. 144. Lodunensi cap. 11. art. 6. cap. 14. art. 3. Andegav. art. 115. 266. Cenoman. art. 126. 284. etc. Hinc

† GAGIATA, Solutio, non semel in laudato S. Albini Tabulario.

GADIUM, pro Testamento. Testamentum Guillel. de Tortosa filii Guillelmi D. Montispessulani ann. 1157. Oct. : *Sic ultimum elogium meum compono, etc. Gadium sive testamentum meum nuncupative facio, etc.*

† GUADIUM, Eodem sensu, Chartular. Aptense fol. 34 : *Sin itinere quod agere dispono ad Jerusalem defunctus fuero, dabo per Guadium ipsum vasculum plenum vino puro ad prædicum opus.* [\* Vide S. Rosa de Viterbo Eluc. voce *Gadea*, Raynouard. Glossar. Rom. tom. 3. pag. 440. voc. *Gaje, Gadi, Gazi.*]

GADIARE, in Gloss. MS. Reg. Cod. 1701 : *Res suas ante mortem disponere.*

GADIATOR, Executor testamentarius, qui res testatoris in vadium habet, ut de iis disponat. Testamentum Raimundi Comitis Tolosani ann. 1249. apud Catellum pag. 374 : *Residuum vero de decem millibus marchis supradictis quod restat, distribuendum volumus arbitrio Commissariorum nostrorum infrascriptorum, qui Gadiatores, seu spondarii vulgariter appellantur ad pias causas, sicut salutis anime nostre magis expedire videbunt.* Infra : *Commissarii autem, Gadiatores, seu spondarii nostri isti sunt, etc.* Testamentum Rostagni de Podio anno 1261 : *Item volo, quod Rostagni filius meus restituat et solvat de bonis meis omnia forefacta mea, arbitrio et cognitione Gadiatorum meorum, etc. Gadiatores seu Executores testamenti*, in Concilio Avenionensi ann. 1270. cap. 2.

† GUADIATOR, Eadem notione, in Te-

stam. Beatricis de Alboreya Vicecom. Narbon. ann. 1367. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1521. 1524. et in Testam. Guillelmi Vicecom. Narbon. ann. 1397. ibid. col. 1632.

† VADIATOR, Eodem intellectu. Charta Amblardi Lugdun. Episc. ann. 978. inter Instr. tom. 4. Gall. Christ. novæ edit. col. 5 : *Itaque iurejurando præcepti Vadiatoribus meis pro Deo, pro omnibus sanctis, ... ut chartam meam elemosynarum integram et expressam facerent supradictis monachis. ... Ideoque nos Vadiatores, etc.*

GAGIARIUS, Eadem notione. Synodus Cenomanensis sub Mauritio Episcopo MS. cap. 118 : *Presbyteri iulibeant infirmis, ne plures quam tres Gagiarios instituant, et hoc etiam publicent in Ecclesia, et in ordinatione testamenti.* Et cap. 120 : *Incipiant Gagiarii exequi voluntatem defuncti, etc.* Testamentum Guidonis Dom. Lavalli ann. 1265. apud Duchesonium in Hist. Monmorenciaci pag. 386 : *J'ai établis... mes Gagiars et mes executors à fere et accomplir mon testamenz, si comme il est contenu cy-emprès.*

† GUAGIARIUS, Pari significato. Charta ann. 1228. ex Chartul. S. Johannis in Valle : *Petebant Guagiarii a dicto Thoma omnia mobilia dicti defuncti Gaufridi et quod idem Thomas satisfaceret tanquam hæres legitimus super x. lib. annui redditus, quas præceperat idem Gaufridus in suo testamento pauperibus erogari. ... Tandem dicti Guagiarii, etc.*

† GADIATOR, Tutor, forte is qui testamento constituitur, Gall. *Tuteur*. Statuta Montispessul. MSS. ann. 1204 : *Puella que nunquam habuit virum non possit nubere sine consilio parentum suorum vel cognatorum, vel Gadiatorum, et ille qui eam duceret sine consilio jam dictorum, incidat in manus domini persona ejus et tota sua superbia.*

GADIARIUS, Fidejussor. Charta Longobardica ann. 973. apud Ughellum in Archiep. Benevent. : *Qualiter... gadium mihi dederunt Simeon Clericus, et Nardus Clericus, et mediatores posuerunt Gadiarios de jam dicta civitate, etc.*

CONTRAGIAMENTUM, vulgo *Contregage*. Charta Philippi Regis Franc. data Parisiis 12. Junii anno 1309. in Regesto Tabularii Regii, qua bella privata inhihentur : *Item ne quis sine nostri licentia in regno nostro cætum, cohortem, vel aliquam congregationem faciat armatorum, ne quis Contragiamentum acceptet, vel pacem nostram regni nostri quolibet modo infringat. Et cum aliqui corruptelas pro Consuetudinibus in iis casibus soleant allegare, tales damnatas Consuetudines tollimus, et penitus reprobamus, etc.* [Vide *Contragiamentum* suo ordine, et supra *Plegius*.]

† 2. VADIUM, pro Vadum, Gall. *Gué*, quomodo *Vadun*, pro *Vadium*, Pignus, aliquando occurrit. Regest. feud. Campaniæ fol. 82. vº : *Comes Campaniæ potest conducere mercatorem suum usque ad la Beurrowe, et usque ad Vadium de Sablonieres, quod est longius. Pactum inter Jacobum Aragon. Reg. et Berengarium Magalon. Episc. ann. 1272 : Exinde descendit per rectam viam usque ad Vadium Juvenale, et*

*ex ipso Vadio Juvenali per rectam viam, etc.* Chartul. S. Vandreg. tom. 2. pag. 2036 : *Præterea terram quamdam quam prædictus Hugo in Vadum miserat pro decem solidis, etc.*

1. VADUM, Charta ann. 1268. ex Tabulario urbis Ambianensis : *Nobis concesserunt pro utilitate domus nostræ faciendæ, ut nos Vadum, quod subius clausum nostrum, per quod vaccæ civium Ambian. a pascuis, etc.* Ubi Charta Gallica vertit, *Wez*. Alia ann. 1344. ex Tabulario S. Quintini in insula fol. 35. etc. : *Et avoir Wez et puisoires esdites yauës.* [Privilegium Garsie I. Reg. inter Conc. Hisp. tom. 3. pag. 170 : *His quoque terminis circumdatur ab Oriente, strata de Vado Regis in Pistorica usque ad Vado de Perales.* Alia notione, nempe pro *Vadium*, vide in hac voce.]

† WADUM, Eadem notione. Præceptum Widonis Imp. ann. 892. apud Murator. tom. 2. pag. 416. ix : *Insuper concedimus in præfato monasterio pro mercede anime nostræ Wadum unum in Pado ad piscandum.* Charta ann. 1040. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *Dono Wadum meum omnipotenti Deo et S. Victori, etc.*

\* 2. VADUM MOLERE, Purgamentum ex re quavis molita seu obruta. Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 94. ex Cod. reg. 4622. A : *Item quod nulla persona ponat leamen,.... vel aliquid aliud sordium projiciat in mercatum vel in vias publicas solatas,.... vel (possit) cranare rapiam, seu feciam, vel Vadum molere in ipsa civitate, sub pæna denariorum xij.*

† VÆ, substantive usurpatur in Statutis Canon. Regul. apud R. Duellum tom. 1. Miscell. pag. 98 :

Claustres sibi nil teneant sine velle scitave Prælati, vitare si velint perpetuum Væ.

[\*\* *Væ namque in divinis litteris pro æterno luctu scribitur, Bertholdi Annal. ad ann. 1077. apud Pertz. Scriptor. tom. 5. pag. 302. Vide *Vævenire.*]*

† VÆCORDIA. Vide infra *Væcordia*.

† VÆNALICIARIUS, *συναγήμερος*, in Gloss. Lat. Gr. pro Venalicius. Vide *Salmas.* ad Plin. pag. 273.

\* VÆNALIS, f. Publicus. Vide supra *Balneum vænale*.

† VÆNARE, Venundare, vendere. Statuta Canon. Regul. apud R. Duellum tom. 1. Miscell. pag. 96 :

Nullus prælatus quid distrabet, aut alienet, Ad longum tempusve locet cui, cui neque Vænet.

† VÆRIA, Idem quod *Viaria*, Gall. *Voirie*. Legendum fortean *Voeria*. Vide in *Viaris*. Charta ann. 1269. ex Tabul. S. Albini Andegav. : *Fulco de Forallo minor miles... vendidit et concessit... omnes fructus quos habere poterat... in bannis, pressoriis, pressoragiis, meseria, bonagiis, jaleagiis, mensuris, mensuragiis, et Væria sive Væriis, dominiis, etc.* Vide *Væria*.

\* VÆVENIRE, Malum evenire, vulgo *Arriver malheur*. Lit. remiss. ann. 1366. in Reg. 97. Chartoph. reg. ch. 77 : *Volendo dicere dicto locumtenenti seu aliis curialibus regiis, quod Væveniret eis de corpore.*

\* VÆFA, *Guespe, Vafer, Bourdon*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

\* *Vafolart* vero Dalphinatibus dicitur,



Pugionis species. Lit. remiss. ann. 1407. in Reg. 162. Chartoph. reg. ch. 162 : *Pierre Giraudier qui portoit un grant couteau, nommé ou pais.* (Dauphiné). *Vafolart, à sa sainture etc.*

† **VAFRAMENTUM**, Astutia, calliditas. Gloss. Lat. Gr. : *Vaframentum*, κερδοσύνη. Bernardus Thesaur. de Acquisit. T. S. apud Murator. tom. 7. col. 773 : *Hoc itaque Vaframento mirabili obtento civitatis dominio, nuntios suos Saladinus exercitui destinavit.*

† **VAFRITAS**, Eadem notione, Astutia. Chronic. Tarvis. apud eumd. Murator. tom. 19. col. 763 : *Dubitantes ab illorum manibus evadere non posse, Vafritate: hac usi sunt, etc.*

**VAGA**. Vide *Vanga*.

\* **VAGABUNDITER**, Vagando, errando. Lit. remiss. ann. 1411. in Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 211 : *Vagabunditer per mundum eundo etc.* A vagari, nostrates *Vacabonder* formarunt. Lit. remiss. ann. 1479. in Reg. 205. ch. 446 : *Le suppliant trouva sa femme Vacabondant, et qui s'en alloit mener vie dissolue. Vaaris*, idem qui Erro vel extraneus, alienigena, in aliis Lit. ann. 5401. ex Reg. 156. ch. 156 : *Et après pour estre gary se mist ès mains d'un homme Vaaris et vagabonde par pais, non expert ne approuvé en fait de medecine, ne de cyrurgie.* Vide *Vagabundus*.

† **VAGABUNDUS**, Erro, Gall. *Vagabond. Vagabundus*, ἀνεπιείκους, in Gloss. Lat. Græc. Vocabul. utriusque Juris : *Vagabundus*, est qui non habet domicilium, sed hodie hic, et cras alibi. Apparatus bellicus Caroli VIII. Reg. in Ital. apud Marten. Itin. Litter. pag. 380 : *Qui omnes fuerunt vel malefici, vel latrones, vel Vagabundi, et tales quos mendicos validos appellamus.* Adde *Blount* in *Nomolex. Anglic. et Rymer.* tom. 14. pag. 430. *Gens vagans*, in Charta ann. 1435. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 1042. Vide *Vagus*.

† **VAGABUNDIA**, Vagatio. Statuta Collegii Narbon. ann. 1379. apud Lobinell. tom. 5. Hist. Paris. pag. 668. col. 2 : *Si quis autem propter delatores armorum vel nocturnas Vagabundias... in carcerem trusus fuerit, etc.*

\*\* **VAGABUNDITAS**, Simili notione. Adolphi Archiep. Reformat. Canon. in Pfaffenswabenheim ann. 1468. apud Guden. Cod. Diplom. tom. 4. pag. 407 : *Fratres illius non Vagabunditati seu lasciviis insistant, sed juxta professionis suæ vota, in castimonie sanctitate deo devotum exhibeant famulatum.*

† **VAGALICANA EXTENSIVA**, Genus scripturæ. Vide in *Scriptura*.

**VAGANTES**, pro Vacantes. Concilium Wormaciense ann. 868. cap. 62 : *De Episcopis et de Presbyteris Vagantibus, qui parochias non habent, etc. Vagantes terre, pro vacantes*, desertæ, incultæ, etc. Vide in *Vacantes*.

\* **VAGARI**, *Gauler. Vagus, Gaule. Vagatio, Gaulerie.* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Hinc *Vagautus*.

† **VAGATIO**, Libera super fluvium discurrendi potestas absque ulla præstatione exsolvenda. Charta Sigeberti Reg. ann. 651. apud Marten. tom. 2. Ampl. Collect.

col. 8 : *Et portum illum qui dicitur Sellis, immoque et Vagatio super fluvium Ligeris, etc. Vagationes silvaticæ cum canibus*, in lib. 5. Capitul. cap. 2. Vide Baluzii notas ad Agobardum pag. 82. et Petrum Blesensem Epist. 56. et 61.

\* **VAGAUTUS**, Fustis species. Stat. crimin. nova Cumanæ cap. 24. ex Cod. reg. 4622. fol. 69. rº : *Si aliquis puer.... fecerit bellum cum alio in civitate Cumana, vel infra confinia, de lottis, lapidibus, vel Vagautis et baculis,.... solvat probanno... seldos decem.*

† **VAGERASSIN**, σποράδην, in Gloss. Lat. Græc. Sed leg. *Vage, sparsim.*

\* **VAGERIA**, Aquagium, aquæ ductus, ut videtur, idem quod supra *Vadiscapium*. Charta ann. 1201. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 177 : *Coucessi absque omni retentioe.... Vageriam meam de molendino, et partem prati adjacentis.*

\* **VAGETRA**, *Dyaere*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

† **VAGEZARE**, ab Ital. *Vagheggiare*, Oculis verbisque alicui blandiri. Chron. Mutin. apud Murator. tom. 11. col. 117 : *Quidam presbyter S. Faustini ecclesie burgi Bajorie rector in tantum ardebat quemdam nomine Albertinum Guitonum incolam dicti burgi etatis 70. annorum et plurium, quod die noctuque sine ejus præsentia permanere non poterat, Vagezando eundem, ut moris est adamantis femias Vagezare.*

**VAGIARE**, Pecos, (vagus seu oberrans) ob damna abigere. *Vagiator*, qui detinet abacta pecora, in Jure Hungarico.

\*\* **VAGILLARE**. *Onagri Vagillant*, Aldhelm. de re gramm. apud Maium Classic. Auct. tom. 5. pag. 570. *Mugillare* legitur in *Baulare*.

† **VAGINA HABITATIONIS**, Domus, habitatio. Gesta Norman. apud Duchesn. pag. 32 : *Verum post annum unum, quo Vaginarum suæ habitationis egressus fuerat, et omnem oram maritimam incendiis et rapinis contaminaverat.*

† **VAGINA NATIVI INCOLATUS**, Patria, nativum solum apud Andream Floriac. lib. 1. Miracul. S. Benedicti ex Cod. MS. Vaticano.

† **VAGINARE**, *Vaginas parare*, in Gemma. Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Vaginare, Faire gayne. Vaginarius, Gaynier.*

\* **VAGINARIUS**, Vaginarum artifex. Charta ann. 1227. in Chartul. AD. S. Germ. Prat. : *Præpositus et scabiæ confratriæ mercatorum Parisiensium, Guillelmus Vaginaris, etc. Vide Vagiare.*

**VAGINATUS**, e Vagina eductus, nempensis. Gall. *Desgaigné*. Gloss. Lat. MS. Reg. Cod. 1013 : *Vagina, theca gladii. Vaguatus, exagitatus.* [Ita etiam apud Isidorum et Papiam. Primum nihilominus periisse syllabam primumque scriptum fuisse *Evaginatus*, ex vagina extractus, putat Grævius : nisi fortasse legendum sit *Vagulatus, exagitatus* ; ex XII. Tabul. Legibus. Vide Festum in *Vagalatio*. Ut ut est *Vaginatus*, sensu opposito pro vagina insertus, occurrit in Statutis Eccl. Avenion. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 582 : *Nullus prædictorum de cætero audeat portare gladium super vestem superiorem Vaginatam argenti, etc.]*

\* Hinc nostris *Evaginer*, evagina educere, Gall. *Tiner du fourreau*. Lit. remiss. ann. 1464. in Reg. 199. Chartoph. reg. ch. 362 : *Le suppliant mist la main à sou couteau et le Evagina.*

**VAGINELLA**, *Faba siliqua*, Matthæo Silvatico.

**VAGIPALARE**. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 83 : *Si quis in hostem suum incidat, vel Vagipalautem, vel alium, qui juste requisitus rectum per omnia denegaverit. Vagas dicitur cap. 58. et 82.*

\* **VAGIRE**, *leporum*, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. Occurrit in Carmine de Philomela ad calcem Cod. reg. 6816.

\* **VAGISARE**, *VAGIZARE*, Italis. *Vagheggiare*, Intente aspicere, contemplari. Gabr. Barel. serm. in fer. 3. hebdom. sanctæ ubi de modo audiendi Missam : *Quidam Vagisaut hinc inde etc.* Alius in festo S. Steph. : *Crimen non contrahitur, nisi voluntas nocendi intercedat. Exemplum de oculo, qui Vagizat; et manu, que occidit.* Hinc forte Gallicum *Vaguette*, qua voce Modus amasiam inspicendi significari videtur, apud Christ. Pisan. in Carolo V. part. 1. cap. 29 : *Et ainsi cestuy sage roi defendoit que livres deshonestes ne fussent leus ne portez à la cour de la royne, ve de ses enfans, et soubz peiae de perdre sa grace, ne just si hardi qui osast à soa siltz le daulphin ramentevoir matière luxurieuse. Dont une fois fut rapporté au roy, que ua chevalier de sa cour, jeune et jolis pour le temps, avoit le daulphin instruit à amours et Vaguette; le roy pour celle cause le chaça. Vide Vagezare.*

**VAGITARE**, Vagari, Chircurrere. Isidorus Pacens. Episc. in Chronico æra 739 : *Per Hispaniam et Palatio Vagitavit.*

† **VAGITARI**. Gloss. Isid. : *Vagitatur, violenter stet.* Grævius emendat, *Vagitat, a vagio, vagito.*

† **VAGITUS**, pro *Vagatus*, Discursus, vagatio. Litteræ Edwardi II. Regis Angl. ann. 1319. apud Rymer. tom. 3. pag. 789 : *Fragilitatis humane compago tantis discucrit Vagitibus et varietatibus temporum quatitur, etc. Vide Vagositas.*

† **VAGIUM**, ut *Vadium*. Vide in hac voce.

\* **VAGIUS**, *Qui va sans piés*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

† **VAGIVUS**, Desertus, incultus. Charta ann. 1115. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 318 : *Offero in eadem ecclesia, hoc est, petiam unam de terra, partim aratoria, et partim Vagiva, et in parte cum silva super se habet, etc. Vide Vacantes et Vacuus.*

† **VAGNA**, *Lagena*, vas vinarium. Gloss. Lat. Gr. : *Vagna, vogæ, cuppa, Βούτρος.* Vide *Galo*.

† **VAGOSITAS**, Discursus, vagatio, huc illuc itio. Arnonis Scutum Canon. apud R. Duellium tom. 1. Miscell. pag. 30 : *Adolescentes quoque cum de schola puerorum et de sub virga in conventum seniorum et capitularem disciplinam assumuntur non suæ voluntatis arbitrio, non otio et Vagositati permittuntur. Vide Vagitus.*

\* **VAGULA**, *Genisee. Vagulus, Vêel*, in Glossario ex Cod. reg. 7692.

† **VAGULATUS**. Vide supra *Vaginatus*.

† **VAGULUS**, *Vagans*. Gualvaneus Flamma apud Murator. tom. 12. col. 1023 :



..... Vagulosque per arva  
Ad prædam doctos equites dat Crema Quirites.

**VAGURRIRE**, Per otium vocare, seu vagari, in Gloss. Arabico-Lat. [Gloss. Isid. : *Vagurrit, per otium vagatur.*]

1. **VAGUS**, Servus fugitivus, nequam, Sambuco. Decreta Colomani Regis Hungariæ lib. 1. : *Si Rex aliquem Vagum servum alieni donaverit, etc. Mox : Quicumque absque licentia Regis Vagum tenuerit, etc.... Cuiquis Vagum apprehensum tenuerit, a domino ejus primo exigatur.* In Lege Wisigoth. lib. 2. tit. 4. § 9. servi fugitivi a dominorum jure indicite evagari dicuntur. In fuga vagare, in Lege Longob. lib. 1. tit. 25. § 22. [\* Roth. 278.] *Vagans homo*, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 82. Vide Traditiones Fuldenses lib. 2. tradit. 38. Codicem Theod. tit. *Si Vagum petatur mancipium*, (10, 12.) ibi Jacobum Gothofredum, [et supra *Vagabundus.*]

Alia notioe *Vague* occurrit in Statuto Philippi VI. Reg. Franc. ann. 1349. tom. 2. Ordin. pag. 313 : *Lesdits gardes, ou l'un d'eux seront à la foire dès la veille des trois jours, et y demeureront l'un d'eux jusques les plaidoiries soient faites, et deüement delivrées et finies. Et quand il se partira ou vague de la foire, leur Lieutenant y demeurera, jusques lesdits gardes, ou l'un d'eux y sera retourné pour le paiement.* Eadem leguntur in alio Statuto ejusdem Regis ann. 1344. ibid. pag. 305. Ubi *Vague de la foire*, Nundinarum exitus significari videtur. Vide *Vacantes* et *Vacuus*.

\* 2. **VAGUS**. Vide supra in *Vagari*.

\* **VAIARIUS**, Qui pelles, quas *Vares* vocabant, parat vel vendit, Ital. *Vaiaio*. Stat. ant. Florent. lib. 5. cap. 19. ex Cod. reg. 4621 : *Septem majores artes, videlicet.... ars Vaiariorum et pellipariorum, etc.* Vide *Vares*.

¶ **VAICELLA**, ut *Vaissela*. Vide in hac voce.

¶ **VAIERIA**, ut supra *Vaeria*, Jurisdictio *Viarii*, vulgo *Viarita*, Gall. *Foirie*. Terrarium Montisfortis fol. 68. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. 738 : *Hylarius de Fromevilla. Tenet de domino Comite gardam terræ suæ et domum suam, et Vairiam de Autolio; et est homo ligius.* Vide *Viarus*.

\* *Vairie*, eadem notioe, in Recognit. feud. MS. ann. 1356 : *La Vairie, sauve les trois grant cas, e'est assavoir, rapt, encis et meurtre.*

¶ **VAIERUS**. Statuta dataria Riperiæ cap. 12. fol. 5. v° : *De quolibet pense Vairerorum laboratorum, soldi decem.* Vide *Vares*.

¶ **VAILDA**, an idem quod *Waisda*? Vide in *Guaisdium*. Polyptychus Fiscam. ann. 1235 : *Quando rusticus facit Vaildam in terra vilanagi,.... reddit de qualibet aera unum sextarium.* Rursum : *Et si Vailda facta fuerit in terra vavassoriæ, reddit tertium decimum denarium de valore Vailde.*

\* *Vaude*, et *Voide*, eodem sensu, in Stat. ann. 1378. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 365.

¶ **VAILLENTIA**, Valor, pretium, Gall. *Valeur*. Ad *Vailentiam sexaginta librarum*, in Charta ann. 1232. apud Stephanot. tom. 3. Antiquit. Bened. Pictav. MSS. pag. 798. Vide *Valentia* 2.

\* **VAINA**, Mensuræ annonariæ species.

Charta Renaudi abb. S. Eugendi ann. 1187. in Chartul. Campan. fol. 162. v° : *Quicumque apud predictam villam mansurus venerit, domni de Sarmasia, videlicet domino eorum unam Vainam avenæ annuatim persolvat.*

¶ **VAIRUS**. Vide infra in *Vares*.

\* **VAISCHA**, *VAYCHIA*, *VAISHA*, Arboris minoris species. Charta ann. 1332. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 1098 : *Usus in tota foresta habere consueverunt, videlicet in sunalhis mortuis ad terram prostratis,..... et faciendi alia necessaria ad opus lignandi, portandi, vehendi seu tirandi ligna et fustes prædictas de tota foresta prædicta, videlicet de Vaychiis et aliis arboribus viridibus, exceptis..... arboribus fructiferis, etc.* In Charta sequenti legitur *Vayschis*; altera habet *Vaisehis*. Charta ann. 1341. in Reg. 72. ch. 360 : *Prædictam concessionem dietarum quadragesimæ sextariatarum terræ, cum quibusdam Vayshis et aliis minutis arboribus modici valoris..... vobis facimus..... Et quod prædictas Vayshas et alias arbores minutas, infra dictas terras existentes, possitis in totum vel in parte evellere.* Quibus ultimis verbis Dumus, Gall. *Buisson*, significari videtur.

¶ **VAISELLUM**, Vas quodvis. Chartul. S. Petri de Domina fol. 86. v° : *Istud prior retinuit per conventionem, si unam arcam et unum Vaisellum in eadem domo vellemus mittere, omnibus temporibus sine servitio nobis liceret habere.*

\* **VAISSA**, *Vacca*. Charta ann. 1368. in Reg. 102. Chartoph. reg. ch. 57 : *Item de vendendis ad macellum, habebunt prædicti consules (Astefortis) de bove vel Vaissa sex denarios.*

\* **VAISSALAMENTA**, Vasa, supellex. Arest. ann. 1330. 20. Apr. in Reg. Olim parlam. Paris. : *Haruesium et Vaissalamentam argenteam dieti abbatis (S. Richarii) quæ super quadam quadriga in saeis et cofluellis..... asportari faciebat, eeperunt.* Vide *Vaissela*.

¶ **VAISSELA**, *VAISSELLA*, Vasa, supellex, a Gall. *Vaisselle*. Testam. Petri de Crozo Card. Archiep. Arelat. ann. 1388 : *Item volumus et ordinamus statim post obitum nostrum Vaissella nostra que erit, per executores nostros vendatur, pro debitis nostris persolvendis.* Statuta Capituli Ebredun. ann. 1295. inter Instrum. tom. 3. Gall. Christ. novæ edit. col. 184 : *Fuit propositum in capitulo ipso per dom. Ebredunum Martini de injuria quam fecerant prædicatores de Sistarico super cappellis, multis libris Vincentii Belvaensis et aliis libris, diversis calicibus, Vaissella argentea, et anulis pretiosis, etc.* Statutum Caroli V. Reg. Franc. ann. 1367. tom. 5. Ordin. pag. 7 : *In Vaissella vero ac gallandis et aliis grossis operibus argenti, etc.* Vide *Vassella* et *Vessella*.

¶ **VAICELLA**, Eadem notioe. Testam. Olivarii de Pennart Archiep. Aqvens. ann. 1481. inter Instrum. tom. 1. Gall. Christ. novæ edit. pag. 70. col. 2 : *Pro eadem fundatione lego primo centum marchas argenti, quæ sunt in Vaicella mea argenti, exceptis sex magnis meis taceis eum pede.*

¶ **VAISELLA**, Pari significato, in Charta ann. 1410. ex Tabular. Angeriac. :

*Et sui successores valeant de Vaixela stagna et aliis utensilibus conventui prædicto providere.... Et sui successores Vaixelam stagnam quamcumque, quæ de successione vel spoliis religiosorum nostri prædicti monasterii deeedentibus obvenierit, possint et valeant libere percipere.*

¶ **VAISSELLAMENTUM**, Eodem intellectu. Testam. Adalasiæ ann. 1293. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 197. col. 2 : *Item volo quod.... omnia vidualia mea et omnia Vaissellamenta mea argentea, et omnia joecalia mea argentea et aurea... vendat, et pretium omnium eorum piis locis et personis distribuat.* Charta ann. 1301. ex Tabul. S. Urbani : *Concedimus quod totum Vaissellamentum nostrum tam in ciphis argenteis, murreis, scutellis, platellis, coclearibus, quam in aliis quibuscumque valis argenteis, etc.* Mandatum Philippi Philchri Reg. Franc. ann. 1311. tom. 1. Ordin. pag. 481 : *Nulli liceat usque ad annum aurea vel argentea vasa, seu Vaissellamenta fabricare vel fabricari facere.* Statutum Philippi VI. ann. 1348. tom. 2. earumd. Ordin. pag. 292 : *Que nulz orfevres ne soient si hardys de faire Vaissellement d'argent, fors d'un marc et au dessous, si ce ne sont calices, ou vaisseaux à Sanctuaires pour Dieu servir.* Aliud Johannis Reg. ann. 1358. ibid. tom. 3. pag. 255 : *Que nul billon, Vaissellemente, joyaux d'or et d'argent, etc.* Vaissellemente, in altero tom. 5. pag. 301. Charta ann. 1302. ex Chartul. 21. Corb. fol. 101 : *Et aura elle toute nos Vaissellemenche d'or et d'argent, si comme pos grans et petits, etc.* Testam. Caroli Comit. Valesii ann. 1320 : *Item, je laisse à Loys mon fils toute ma Vaissellemente d'argent, etc.* Le Roman de Cleomades MS :

Mainte riche Vaissellemente  
Trouverent bielle et noble et gente,  
Pos, banas, et platiaux d'argent.

Vide in *Vessella*.

¶ **VAIXALLAMENTA**, Eodem sensu. Testament. Guischaridi de Bellijoco ann. 1331. ex Tabular. Villæ-Franche : *Lego uxori meæ medietatem omnium garnimentorum, utensilium et superlectilium, et totius Vaixallamentæ meæ de argento.*

¶ **VAISSILOMENTUM**, perperam pro *Vaissellamentum*, in Testam. Odonis de Rossilione ann. 1298. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1306 : *Exceptis tamen... Vaissilomentis meis argenteis omnibus, etc.*

\* **VAISSELLUS**, Occit. *Vaiselier*, nostris *Egoutoir*, Tabulæ lignæ species, cui supellex stillanda imponitur. Leudæ min. Carcass. MSS : *Item de arehis, Vaissellis et lectis fusteis, de quolibet unum denarium.*

\* *Vaisselet* vero, Mensuræ species, in Lit. remiss. ann. 1477. ex Reg. 206. Chartoph. reg. ch. 986 : *Une mesure, appelée ung Vaisselet, dont les dix huit font le sextier, mesure de Chaalons (sur Marne).* Vide supra *Vaina*.

**VAIVODA**, *VOYVODA*, Dalmatis, Croatis, et Hungaris, est exercitus ductor; hodie vero promiscue pro quolibet exercitu vel ordinum ductore accipitur, ut apud Italos Capitaneus, ut Auctor est Jo. Lucius lib. 6. de Reg. Dalmat. cap. 1. Joannes Leunclavius in Pandecte Turcico n. 71 : *Vaivoda*



nomen generaliter significat Praefectum militum, quem Capitaneum vulgo vocant. Sed apud Hungaros, ut olim, sic etiam hodie, duæ sunt appellationes administrationum maximarum; una *Bani*, altera *Vaivoda*. *Vaivoda* vero Praeses dicitur, loco Regis administrationem habens in aliqua provincia, puta *Transsylvania*, *Valachia majori*, *Valachia minori*, etc. *Vaivodas* Bulgaris tribuit Theophanes ann. 24. et 33. Constantini Copronymi, et ex eo Hist. Miscella lib. 22. cap. 56. pag. 700. siquidem βολδάδα iidem sint cum iis, quos βοεβόδος vocant Constantinus Porphyrog. de Administr. Imperio cap. 38. βοεβόδας Ducas. cap. 19. Vide Johannem Seldenum in Titulis honorariis part. 2. cap. 2. n. 3. 2. n. 3. Glossar. med. Græcit. in βοεβόδος, col. 207.

✍ *Vaivoda* vel *Vaivoda* vox Illyricorum est, ut vult Carolus de Aquino ad vocem *Bani*, notans ductorem pugnae, composita a nomine *Voj vel Boj*, pugna, et verbo *Vodit*, ducere. Vide *Vaivada*.

\* **VAJUS**, Pannus aureus. Codex Ambros. Bibl. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 302: *Postea venit (archiepiscopus) extra ecclesiam, ubi sunt columnæ, ubi erat unus equus coopertus de Vajo, id est, panno aureo.* Pro pelle Pontica, vide in *Vares*.

\* **VAIVUS**. RES VAIVA, Res derelicta et quæ a nemine repetitur ut sua, idem quod *Wayf*. Consuet. Norman. part. 1. cap. 19. Cod. reg. 4651: *De rebus Gaiuis. De rebus autem Vaivis notandum est, quod dux eas habere debet per dominium suum..... Vaiva, sunt res vel animalia, quæ nullius proprietati attributa, sine possessoris reclamazione sunt inventa.* Ubi male editum *Vania* apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 189. Vide supra *Gaivus*.

† **VAIXALLAMENTA**, VAIXELLA. Vide *Vaissela*.

† **1. VAL**, Color cineritius, in Gloss. Teuton. Schilteri ex Procop. lib. 1.

\* **2. VAL**, VALLUM, Jus domini in bona hominum manus mortuæ sine prole defunctorum, Germanis etiam nunc *Todtfall*. Charta Frider. I. imper. ann. 1153. inter Probat. Hist. S. Emmer. Ratisbon. pag. 146: *Stabilimus etiam ei (monasterio) ut morticinia, quæ Val dicuntur, de hominibus sæpe dicti monasterii, ubicumque defuncti fuerint, monasterio salva sint et custodita, nec in eis alicujus loci libertate injuriam patiatur. Idem erit observandum in perceptione medietatis totius substantiæ mobilium et immobilium, quæ monasterio sæpe recitato debetur, quando mortens caret suæ conditionis prole.* Charta ann. 1211. tom. 2. Gencl. diplom. aug. gentis Habsburg. pag. 215: *Omnes homines proprie ad me pertinentes, qui in ipsa valle de hac vita migraverint, cum jure, quod vulgo dicitur Val, abbati et fratribus..... decrevi donare.* Alia ann. 1212. ibid.: *Valla sua..... seu mortuaria.* Vide supra *Morticinium* 2. [\*] *Haltaus*. Glossar. German. col. 420. voce *Fall*.

\* **VALL**, ejusdem originis, Quod ex decedentium legatis, ecclesiis obvenit. Nencrol. MS. abbat. Altorf. in Alsatia, ord. S. Bened.: *Obiit Anna de Tutelheim vij. Id. Nov. quæ dedit unum pallium in einen Vall.* Rursum: *Obierunt Greda et Gertrudis, quæ*

*dederunt dominis, ut dicitur, ein Vall.* Quod *Mortuarium* nuncupatur ibidem: *Obiit Ellina de Tutelheim, quæ dedit tunicam pro Mortuario.* Vide *Mortalagium* et *Mortuarium* 1.

\* **VALABILIS**, Justus, legitimus, Gall. *Valable*. Absque causa *Valabili*, in Charta Ludov. Bavari imper. apud Oesefium tom. 1. Script. rer. Boicar. pag. 774.

† **VALANIA**, ab Ital. ut videtur, *Balane*, Gallice sorte de *Chataignes*, Balanus. Statuta dataria Riperiæ cap. 12. fol. 5: *De qualibet soma Valaniae de pensibus viginti pro introitu vel exitu soldi sex.*

\* **VALARE**, Firmare. Vide infra in *Valare* 4.

† **VALARGIUM**, Annonæ species. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar.: *Item plus duas carterias speuntis et Valargii.* Vide *Balargus*.

\* **VALATOR**, perpcram pro *Valitor*, Coadjutor. Vide in *Valere*. Formul. MS. Instr. fol. 16. vº: *Quoseumque alios fautores consiliatores et Valatores ipsum (Joanem) et alios quoseumque contradictores et rebelles..... excommunicatos publice nunciatis.*

† **VALATUM**, Fossa. Vide *Fallatum*.

† **VALBIRE**, et **VALBUCIRE**, pro *Balbire* et *Balbutire*, in Gl. Lat. Gr.: *Valbio, Valbuicio*, ψελλιζω.

**VALCATORIUM**, Molendinum. Charta Ludovici II. Imper. ann. 875. apud Ughellum tom. 6. Ital. Sacr. pag. 1309: *Cum possessionibus et juribus,.... aquarum decursionibus, piscationibus, Valcatoriis, rupibus, silvis, etc.* Alia ann. 962. apud eundem tom. 1. part. 2. pag. 49: *Exhibens etiam... liberam licentiam construendi molendina et Valcatoria ubicumque voluerint per totum Comitatum suum.* Ex his emendandum videtur Chronicon Pisanum, editum ab eodem Ughello, sub ann. 1158: *Omnia balatoria juxta Arnum destructa sunt.* Legendum enim *Balcatoria*.

✍ *Valcatorii* nomine molendinum significari ex allatis haud certo colligitur: imo a molendino distinguendum esse suadere videtur Charta ann. 962. jam laudata; quod D. Brussel monuit in Tract. de Usu feud. tom. 1. pag. 43. unde cum ipso aut aggerem esse facile crediderim, aut *exclusam*, locum scilicet ubi concluduntur aquæ, aut denique lignum quo aquæ continentur interpretabor. Vide infra *Varcatura*.

† **VALCELLA**, f. diminut. a *Vaccaria*. Vide in hac voce. Tabularium Aquinense fol. 46: *Dederunt nobis Valcellam Dodonis quam tenebant ab ecclesia de Hunoncourt.*

\* **VALCENI**, inter Valdensem sectarios annumerantur, in Constit. Freder. contra hæreticos ex Cod. reg. 10197. 2. 2. fol. 16. rº.

† **VALCHERIA**, f. Idem quod supra *Valcatorium*. Regest. Campaniæ ann. 1256. fol. 26. apud D. Brussel tom. 1. de Usu feud. pag. 43: *Dominus Johannes de Floriaco. Est homo ligius domini Campaniæ.... de omni justitia usque ad pilerum ultra Valcheriam Secanæ.*

**VALDENSES**, Dicti quidam Hæretici, a primo eorum autore *Petro Valdo*, cive Lugdunensi prædicate, qui sub peculiari pau-

peratis professione hæreses complures docuit, sub ann. 1160. unde ejus sectatores dicti etiam *Pauperes de Lugduno*, aliisque subinde nominibus appellati, quæ peculiari commentario complexus est Gretzerus ad Scriptores contra eandem hæresim ab eo edito ann. 1613. Monachus Vallis Sarnaii in Histor. Albigenium cap. 2: *Erant præterea alii hæretici, qui Valdenses dicebantur, a quodam, Valdio nomine, Lugdunensi, etc.* [*Valdenses* nuncupantur ab Alphonso de Castro lib. 4. contra hæres. inter Conc. Hisp. tom. 3. pag. 680. et in Statutis Astens. fol. 2.] De eorum erroribus, vide præter eundem Monachum Vallis Sarnaii, Rainerum, Pilchdorffium, Lucam Tudensem, Ebrardum Bethuniensem, Bernardum Abbatem Fontis Calidi, Ermengardum, editos a Gretzero, Guidonem Elnensem Episcopum in Summa de Hæresibus; ex recentioribus Claudium Scissellum adversus Valdenses edit. ann. 1520. Joan. Chassanecum in Histor. Albigen. edit. ann. 1595. Balthazarum Lydium in Valdensibus edit. ann. 1616. Joannem Paulum Perrinum in Histor. Valdensem edita ann. 1618. Columbum lib. 4. de Gest. Episcoporum Valcunensium n. 9. denique quæ habentur inter Rerum Bohemicar. Scriptores. [Iis adde Lexicon Hæres. Stockmanni. Eorum hæresis

† **VALDESIA** dicta, apud Limbroch. Hist. Inquisit. Tolos. pag. 230: *Abjuravit et renegavit omnem heresim et specialiter omnem Valdesiam, et promisit se nunquam redire ad eam.* Et pag. 232: *Detinebantur in muro ... pro dicto crimine Valdesiæ.* *Fauderie* vocat Joh. Molinetus fol. 112. vº:

J'ay veu grant Vauderie  
En Arras pulluler,  
Gens plein de rederie  
Par jugement brusler.

\* Hii cum quibuslibet libidinibus ad dicti putabantur, *Vaudoix* appellatus, qui cum bellua rem habuerat. Lit. remiss. ann. 1458. in Reg. 187. Chartoph. reg. ch. 246: *ICellui Rousselot publicia à plusieurs personnes que le suppliant estoit Vaudoix, et qu'il avoit esté à une vache.* Alia ann. 1479. in Reg. 205. ch. 437: *ICellui Loys estoit tenu et réputé user de sorcierie ou Vauldoyerie.* Ubi *Vauldoyerie*, idem sonat atque *Veneficium*, incantamentum. Sic et apud Monstreletum vol. 3. fol. 83. vº. *Vaudoisie* nuncupantur nocturni illi conventus, quos vulgo *Sabbats* nominamus.

† **VALDESTOLUM**, Sella plicatilis. Locus est in *Cliotheidrum*. Vide *Faldestorium*.

\* **VALE** ULTIMUM, præstatio, quæ a subditis domino fit, cum ab ejus dominio recedunt. Charta reddit. priorat. S. Vinc. de *Naintré* in dioc. Pictav. ex Tabul. S. Germ. Prat: *Le prieur prend la moitié de sept sols Tournois, que doivent les diz mariez, quant ils s'en vont demourer hors ladite paroisse de Naintré, pour leur Ultimum Vale.* Eadem nomenclatura donabatur apud Argentinenses præstatio pecuniaria, quæ ultra portionem canonicam plebanis pensabatur ab hæredibus eorum, qui extra parochiam suam elegerant sepulturam. Vide Schilter. ad Chron. Kœnigsh. pag. 1123.

† **VALECTOR**. Vide in *Valere*.



† VALECTUS. Vide infra in *Valeti*.

VALEDICERE, VALEDICTUS, cui *Vale* dicitur, *Dire adieu*. S. Gerardus Abb. Sylvæ Major. in Vita S. Adalardi cap. 5 : *Quibus cum ipse Valediceret, et ipse Valedictas ab eis recederet, etc.*

VALEFACERE, Eadem notione, in Synodico adversus tragœdiam Irenæi cap. 41. Idalius Barcinon. in Epist. ad Julian. Tolet. : *Suggestionibus meis Valefactionem alternans sanctitudinis vestræ, etc.* Vita S. Roberti Abbatis Molismensis n. 8 : *In quorum humilitate et paupertate non mediocriter œdificatus Episcopus et compunctus, Valefecit et recessit.* Vita S. Theodardi Archiepisc. Narbon. apud Catellum pag. 767 : *Commendans eos Domino, et Valefaciens eis, Romam redire sollicite satagebat.*

\*\* VALEDICERE, Abdicare se jure suo, eo decedere. Charta ann. 1316. apud Haultaus. voce *Verziehen*, col. 1917 : *Omni actioni et impetitioni, quam habuit et habere se asseravit contra ecclesiam renuntiavit coram nobis, et omni modo Valedixit. Occurrit passim.*

† VALEDO, Valor, pretium, *Valcur*. Charta Manassis Episc. Aurel. ann. 1163. ex Chartul. Miciacensi : *Veruntanum ad augmentanda memoratæ ecclesiæ gravamina, L. librarum Valeadinem violenter rapuerat. Vide Valentia 2.*

† VALEFACTIO, Salutatio. Vide in *Valedicere*.

† VALEIA, Vallis, Gall. *Vallée*. Tabul. Majoris Monast. : *Amaricus cognomine Crespinas, dedit nobis decimam omnium rerum quæ habebat apud Bessiacum, redecimam totius parochiæ quæ sua erat, et tria arpenna prati, ex quibus duo sita sunt in Valeia, etc.* Vide infra *Valleya*.

VALENBRUNUS, Panni species. Vide *Galabrunus*.

\* VALENCHENÆ, Valentianæ Hannoniæ urbs, vulgo *Valenciennes* alias *Valenchiennes*. Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 299 : *Cum... Florimandum Joye, quem dictus exponens tantam suis expensis prosecutus fuit, quod ipsum Valenchenis reperit, etc.* Hinc *Valenchenois*, nomen mensuræ agrariæ, in agro Valentianarum usitata, inditum, in Charta Valteri abb. S. Humberti Maricol. ann. 1304. ex Cod. reg. 10196. 2. 2. fol. 75. 1.º : *Item as prés au stes deux mencaudées et un Valenchenois, que Baudes de l'ostellerie tient.*

\* VALENDRANUM, pro *Balendranum*, vulgo *Balandras*, Pallii seu tunicæ species. Charta ann. 1360 : *Vitalis de Saslorde, accusatus de blasphematione B. Mariæ Virginis, fuit condemnatus ad carendum villam Tolosæ cum Valendrano depicto, cum ymachinis diaboli depictis. Vide Balandrana.*

1. VALENS, Valor, pretium, Tabularium Bellilocoense in Lemovicib. n. 175 : *Et accepti a vobis pretium, juxta quod inter nos bene complacuit, vel opificatam fuit, hoc est, tam in Valente, quam in argento solidos mille.* [Charta apud *Madox* in Formul. Anglic. pag. 253 : *Quod si præfatam terram eis varenticare non poterimus, mutuum ad Valens in aisiamento fratrum, eis dobimus.* Charta ann. 1042. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *Si vero non potero, Valentem illam*

*dabo in alio loco.* Alia ann. 1410. ex Schedis Præs. de *Mezaugues* : *Totam illam magis Valentem donavimus.* Caffari Annal. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 288 : *Erat scilicet Valens librarum miliaria decem et septem.* ]

2. VALENS, Magnanimus, fortis, Gall. *Vaillant*. Wippo de Vita Chunradi Salici ann. 1028 : *Et quidam bene Valens vir Cunradus... cum aliis interfectus est.* [Informat. pro passagio transmarino ex Cod. MS. Sangerm. : *Et illæ galæ habeant anum capitaneam Valentem hominem et boni consilii, etc.* Vide *Valorosus*. ]

\* Unde *Vaillant* in derisum accipi videtur, nisi sit pro *Viellord*, in Lit. remiss. ann. 1415. ex Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 305 : *Léquel Regnault dit au sappliant qu'il estoit un sanglant Vaillact ès yeux escardoillicz.*

† VALENS, Gravis, magnæ auctoritatis. Concil. Pisanum ann. 1409. apud Acher. tom. 6. Spicil. pag. 300 : *Secundum multorum Valentium Doctorum consilia.* Chron. Triverti apud eundem tom. 8. pag. 625 : *Honestas et Valentes personas assampsit.*

\* 3. VALENS, Monetæ species, Gall. *Vaillant* et *Vaillent*. Lit. remiss. ann. 1364. in Reg. 96. Chartoph. reg. ch. 149 : *Convererant inter se de ludendo causa spatii ad taxillos, et in hujasmodi lado ponendo quilibet duos Valentes, per modum tamen hunc, quod ille ipsoram, quem contingeret duos Valentes alterius lucrari, eos traderet pro habenda una pinta de clareto.* Aliæ ann. 1358. in Reg. 90. ch. 70 : *In crumena alterius malieris unam denarium argenteum, vocatum Vaillant, invenerunt.* Aliæ ann. 1363. in Reg. 92. ch. 310 : *Une penne d'escureax, qui avoit esté vendue deux flourins de Flourence et un Vaillent.* Aliæ ann. 1378. in Reg. 114. ch. 224 : *Jean Poitrau changeur, demourant à Blois, achata plusieurs monnoies de dehors nostre royaume et autres quæ de nostre coing, tant d'or comme d'argent;... les aatres d'argent, estoient nommées Vaillans et vatarans.* Denique aliæ ann. 1385. in Reg. 128. ch. 119 : *Iceellui Bonnelle donna à icellui Savve un denier blanc, appellé Vaillant.* Occurrit præterea in Stat. ann. 1358. tom. 3. Ordinat. reg. Franc. pag. 222. art. 2. Inter monetas nigras scu æreas episcopi Cameracensis *Vallant* recensetur, in Charta ann. 1347. ex Tabul. ejusd. eccl. : *Item fera (ledit monnoyeur) pour nous et en nostre nom deniers noirs, qu'on appellera Vallans;.... et coarra ichelle monnoie pour deux deniers Tournois la peche.*

\* VALENSA, Juvamen, auxilium. Charta ann. 1231. tom. 1. Probat. Hist. general. domus reg. Portugal. pag. 27 : *Denique promittimus bona fide et sine enganno vobis dare et facere juvamen, auxilium, Valensam, et defensionem, et retentionem prædicti regni.* Vide in *Valentia* 2; et mox *Valere*.

\* VALENTER, Commode, fructuose. Necrolog. MS. Fr. Minorum Claromont. in Arvern. : x. Febr. *Obiit bonæ memorie Joannes de Murolio cardinalis, qui multam utiliter et Valenter honoravit istum conventum.* Vide infra *Valiatio*.

1. VALENTIA, *Virtus*; ἰσχυρία, δύναμις, in Gloss. Gr. Lat. Alibi : Σθένος, *Valentia*,

*robar*. Gloss. Lat. MS. : *Valentia, fortitudo, firmitas, robar*. Vox Latinis Scriptoribus nota. Macrobius Comment. lib. 2. cap. 14 : *Ut medicas, ut exercitator corporum, sanitatem vel Valentiam, quam ille ægris, hic lactatoribus præstat.* Harigerus Abbas in Vita S. Landoaldi n. 6 : *Mox ut illic destinavit, Valentia totius corporis statim reintegrari meruit.* [Ratherii Veron. Episc. Serm. 1. de Quadrag. apud Acher. tom. 2. Spicil. pag. 295 : *Quale vero caput habet anima tua, quas manus, quos pedes, quæ alia membra? monstra mihi saltem si vales colorem ejus; si non vales, ego ejus tibi demonstro Valentiam.*] Utitur etiam Gregorius VII. lib. 11. Epist. 46. [\*\* Berthold. Annal. ad ann. 1077. apud Pertz. Scriptor. tom. 5. pag. 302 : *Eggibertum non parvæ Valentia et virtutis comitem, qui sibi rebelaverat... hostiliter inpetebat.* Charta ann. 1231. apud Guden. Cod. Diplom. tom. 3. pag. 1102 : *Abbas et conventus ejusdem monasterii facere debent de propriis expensis murum circa cimiterium parochiæ memoratæ; qui videlicet maras in 4. annis debet perfici et consummari, ita quod ejus Valentia possit muro cimiterii in Flagestat per omnia comparari.*] Charta ann. 1239. in Regesto Comitum Tolosæ Camera Comput. Paris. fol. 120 : *Quod fideles vobis et successoribus vestris Valentiam faciemus in placitis, et in guervis contra omnes homines, cam a vobis vel vestris fnerimus reqaisiti, etc.* Ubi *Valentiam facere*, est omnem vim adhibere, *Faire son pouvoir*.

Rectius dixisset eo loci *Valentiam facere* idem esse quod infra *Valere*, *juvare*, *auxilio* esse. Hæc quippe formula est qua vassalli dominis suis in clientelari professione auxilia consueta jurabant : quod ex sequentibus manifestum fit. Charta ann. 1197. in Append. ad Marcam Hisp. col. 1387 : *Promitto vobis et ecclesiæ Arulensis fidelitatem, et Valentiam, et adjutorium per bonam fidem de membris vestris et honore vestro et de avere.* Paulo ante legitur : *Quod erimas vobis adjutores boni et fideles defensores contra omnes homines et feminas.* Charta ann. 1212. apud Acher. tom. 10. Spicil. pag. 180 : *Præstabis etiam auxilium et successoribus vestris Valentiam et vobis contra omnes personas.* Charta ann. 1257. ex Schedis Præs. de *Mazaugues* : *Quod teneantur... facere de his quæ eis tradentur fidelitatem et homagium, cavalcatas, et Valentiam de placito et de guerra.* Quod alibi sequi et *juvare* dominum de placito dicitur. Charta ann. 1283. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 27. col. 1 : *Quod daret seu eis faceret auxilium, javamen seu Valentiam in necessitatibus quæ eis occurrent.* Homagium ann. 1332. ex Schedis D. de Remerville : *Promisit dicta domini tutrix... in perpetuum se præstituram Valentiam, consilium et auxilium.* Adde Spicileg. Acher. tom. 8. pag. 225.

\* Charta ann. 1234. ex Cod. reg. 4659 : *Liceat dicto Geracido Amico facere guerram seu Valentiam de terra dicti feudi vel dictorum feudorum, per se vel per amicos suos;..... dum tamen non faciat guerram sea Valentiam contra civitatem Avinionis.* Vide supra *Valenso* et mox *Valere*.

2. VALENTIA, Valor, pretium, *Valonce*,



in Consuet. Aquensi tit. 9. art. 40. [Charta Innocentii II. PP. ex Chartular. Episc. Paris. fol. 35 : *Ipse (Abbas) parrochianorum puniuit excessus in Valentia ferculorum.*] Acta Innocentii III. PP. pag. 11 : *Daret et Valentiam auri viginti millium unciarum.* Rogerus Hoveden pag. 783 : *De excætis dom. Regis et earum Valentis, et quis eas habeat, etc.* [Sententia ann. circ. 1080. ex Bibl. Colbert : *Usque ad diem quo pliverunt drictan in manu Vicecomitissæ ad ipsam Valentiam qua valebat in ipso die quo ipsum castellum accepit.* Charta ann. 1235. ex Schedis Præs. de Mazangues : *Et nunquam in aliquo contravenire ratione majoris Valentia.*] Occurrit etiam apud Will. Malmesburg. in Vita S. Aldhelmi cap. 10. [Calmet. tom. 1. Histor. Lothar. inter Probat. col. 248. et alibi. Vide *Vaillantia.*]

\* *Vaillance*, eadem acceptione, in Charta Henr. comit. Grandisprati ann. 1247. ex Chartul. Campan. Cam. Comput. Paris. fol. 251. v<sup>o</sup> col. 2 : *Et cil devandiz blez doit estre poiez à la Vaillance de minage.* Alia ann. 1269. inter Probat. tom. 2. Hist. Burg. pag. 32. col. 2 : *Que lidit Jahans hait six cens et sexante et dis livres de terre à Viennois avec la Vaillance de ladite terre de par sa mere; laquelle Vaillance doit estre contée esdites six cens et sexante et dis livres.* *Valler*, pro *Valoir*, in Charta ann. 1438. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Brit. col. 1060.

† VALENTINENSIS MONETA. Vide in *Moneta Baronum.*

† VALENTINI seu VALENTINIANI, Hæretici a Valentino quodam Ægyptio sic dicti, fabulæ ex Judæorum pariter et Platoniorum doctrina confectis celebres : adversarios celebriores habuerunt S. Ireneum, S. Justinum Mart. Tertullianum aliosque. Horum deliramenta videre licet apud laudatos Patres.

† VALENTIUS, Magis. Charta ann. 1069. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *Offerens illis ad hoc in vicissitudine Grimaldum castrum in Fraxeneto situm, asserens illud Valentius Monasterio profuturum.*

▷ VALERE, Juvare, auxilio esse. Homini factum a Raymundo Principe Arausionensi Episcopo Tricastinensi ann. 1274 : *Et si dictus nobilis Raimundus de Bauxio, vel ejus successores... nollent, vel non possent dictum Episcopum seu suos successores juvare, seu eis Valere de placito, seu de guerra.* Tabularium Barcinonense apud Marcam lib. 6. Histor. Beneharn. cap. 8. num. 3 : *Promitto, nec non convenio vobis et vestris successoribus per me et per meos successores, quo vobis Valeam et adjuvem vos, et vestros successores cum mea terra, et meis militibus et hominibus bona fide et sine enganno contra omnes homines, etc.* Le Roman, d'Artus MS :

Tuit cil qui de ta terre sont,  
Qui de toi fieus et terres ont,  
Te doivent aider et Valer,  
Si feront-il en lenr poër.

Raimundus Montanerius in Chron. Aragon. cap. 79 : *Que nos som obligats al Rey d'Arago cunyat nostre ab sacrament de Valer et ajudar li contra totes les persones del mou, etc.* [Vide *Valentia* 1.]

\* *Valere*, eodem intellectu, dicunt Itali

et Hispani *Valer*. Charta ann. 1251. ex Cod. reg. 4659 : *Licebit omnibus civibus Avinionis cuilibet amico suo Valere de guerra, nisi sit contra dominos supradictos vel alterum eorumdem.* Vide supra *Valentia* 1.

VALITOR, qui Froissarti vulgo *Aidant*, Coadjutor. *Valedor*, in Consuetud. Catalaniæ MSS. et tom. 13. Spicilegii Acheriani pag. 315. Charta Raymundi Comit. Tolosani ann. 1242 : *Et terram nostram supponimus, et nostros pariter Valitores, quos illos tantum intelligimus, qui de guerra ista nos emperaverint, et guerram nobiscum antea non habebant. Hæreticos autem et condemnatos de heresi, nunquam nostros reputamus, vel reputabimus Valitores.* Ubi Catellus perperam, *Vassaus*, reddidit. Alia ejusdem Raymundi ann. 1233 : *Vos et omnes vestros contra ipsos et omnes suos Valitores, seu coadjutores, ... adjuvabimus.* Charta Philippi Pulchri ann. 1299. in Regesto Constabulariæ Burdeg. fol. 234 : *Confederatos, alligatos, et Valitores.* Alia apud Marcam lib. 6. Histor. Beneharn. cap. 5. n. 6 : *Et ego Ildefonsus Rex jam dictus recipio vos Guillelmum de Montecatano, et filios vestros in mea emparanza atque adjuva, et ero vobis Valitor et adjutor de Biarnensi Vicecomitatu.* Joannes XXII. PP. tom. 2. Epist. 1559 : *Contra... complices, adjutores, Valitores, sequaces, et fautores eorum, etc.* Occurrit passim in Chartis. Le Roman de Garin Voailor eadem notione dixit :

N'a en la route, ne rihaut ne gareon;  
Més chevaliers, et fieus de Vavassors,  
Bliant de paille ont tot li Voailor.

† VALECTOR, Eadem notione. Litteræ Edwardi I. Reg. Angl. ann. 1295. apud Rymer. tom. 2. pag. 690 : *D. H. Comiti Baren. fideli vestro, ac utriusque nostrum speciali et præcipuo Valectori transmittendum, etc.*

† VALERIANI, Nummi ab Imperatore Valeriano cusi, de quibus Trebellius Pollio in Claudio cap. 17.

† VALERIUM. Vide infra in *Volarium.*

\*\* VALESCENTIA, Sanitas. Epist. Conrad. Archiep. Mogunt. ann. 1431. apud Guden. Cod. Diplom. tom. 4. pag. 186 : *Ne plaga hujusmodi in longum torpente, propensioris fraudis livore accrescat, sed provisionis debite resarcita munimine, pristina Valescentia juvamine integretur.*

† VALESIA, ut *Valisia*. Vide in hac voce.

† VALESIANI et VALESII, Hæretici conjugium atque liberorum procreationem abhorrentes : unde seipsos aliosque etiam invitos castrabant, asserentes solos executos salvari posse. Horum parens fuit quidam Valens Arabs quem alii circa annum Christi 198. alii 240. vixisse tradunt. Vide Epiphanium Hær. 58.

† VALESTRIA Vida infra *Vallestria.*

\* VALETE, Vox, qua utimur, cum ab amico discedimus. Acta S. Sebaldi tom. 3. Aug. pag. 770. col. 1 : *Hac doctrina sponsæ virginii pro Valet dicta, ei imperavit silentium, et more beati Alexii, a virgine recessit.* Vide *Valedicere.*

VALETI, VALECTI, appellati vulgo magnatum filii, qui necdum militare cingulum erant consecuti. Nam ut *Vassalli* idem,

qui postmodum *Milites*, quod in hac voce docemus; ita vassallorum filii *Vasseleti* dicti, ut *et Domicelli*, respectu parentum, qui *Domini* nude compellabantur, unde postmodum formata vox *Vasletus*, deinde *Valetus*, uti recte observatum a Pithæo in Consuetud. Trecens. Quod præterea firmant Scriptores alioqui a nobis laudati in Notis ad Vilharduinum pag. 274. apud quos *Vasletus* scribitur, uti etiam in Charta anni 1204. post Ordericum Vitalem edita pag. 1058 : *De militibus et Vasletis de terra Comitibus Roberti, etc.* In alia apud Spelmannum in hac voce : *Thomas filius dicti Radulphi (Militis) Vasletus in custodia Regis, qui similiter morabatur in servitio Regis cum fratribus suis.* Le Roman d'Amile et d'Amey MS :

Passa avant li gentis prons Vaslés.

Nobilium autem seu militum, atque adeo Procurem ac Principum filios, qui nondum militare ordinem erant adepti, generatim *Valetos* appellatos in Notis ad Vilharduinum docuimus, qui Imperatoris Constantinopolitani filium hac nomenclatura donat. Sed et ita non semel magnatum filios indigitant Poetæ nostrates. Le Roman de Rou MS. de Guillelmo Notho Duce Normaniæ :

Guillaume fut Vallet petit  
A Falese posé et norrit, etc.

Rursum :

O Guillaume fist Gui norrier  
Dez que li fut Vallez petit.

Aliibi :

Et me fist avoir en ostage  
Deus Vallez de noble lignage.  
L'un fils, l'autre ert nevou Goudouine,  
Eneor les ai en ma sesine.

Alio loco :

N'ert mie Chevalier, encor ert Valleton.

Aliibi :

Hue Chapet si fis l'ara assureéc,  
Vallet ert, ne porquant si fu l'ewre hastée.

Idem de Henrico II. Rege Angliæ :

Cinquante-trois ans plus sa terre justisa'  
Emprés la mort son pere qui Vallet le laissa.

Aliibi :

Trois Vallez out de son Seignour,  
Robert elamerent le graignour.

Le Roman d'Alexandre MS. de Filio Regis :

Li Vales entent la promesse,  
Que lendemain après la Messe  
Le veut son pere adober.

Le Roman de la prise de Hierusalem MS. de Vespasiani Imper. filio :

Sire, dist li Vallez, nel mettez en sejour,  
Faites vos os semondre, etc.

Le Roman de Guillaume au Court nez MS. :

Mes por eel Deu que je dois aourer,  
Fet sen Guillaume sans nul arremtement;  
O le Valet echevauchent belement.

[Le Roman de Guillaume au Faucon MS. :

Jadis estoit un damoiseax,  
Qui moult estoit cointes et beax,  
Li Vallez ot à nom Guillaume :  
Chercher peust on viogt realmes  
Aios ceust trover si gent ;  
Et s'estoit moult de haute gent :  
Il n'estoit mie Chevaliers,



Vallez estoit, VII ans entiers  
Avoit un chastelain servi.]

De Militum seu procerum filiis ita perinde alii. [Charta ann. 1266. ex Tabular. Buzzei: *Gerardus Chaboz Valletus dominus Radesiarum. Nobilis quondam domina Eustachia mater mea domina Rudesiarum, cum assensu dom. Gerardi Chaboz patris mei, etc.* Alia ann. 1291. ex Tabul. Eccl. Dolensis: *Guillelmus de Rupeforti Vicecomes de Donges miles, et Theobaldus de Rupeforti ejusdem Vicecomitis filius, Valletus.*] Vide Testamentum Ælfredi Regis.

Eadem perinde nomenclatura donatur magnatum filii ab Anglicis Scriptoribus. Capitula Placitorum Coronæ Regis Angl. apud Rogerum Hovedenum pag. 783: *De dominabus, et de Vulectis et puellis quæ sunt vel esse debent in donatione Domini Regis, et de valentis terrarum suarum, et si quis eorum vel earum sit maritatus, et inquiratur cui, per quem, et a quo tempore.* Bracton. lib. 3. Tract. de Corona cap. 1. § 3: *De Vulectis et puellis qui sunt et esse debent in custodia Domini Regis.* Infra: *De Vicecomitibus et Ballivis, qui ceperunt redemptionem de Valetis integrum feodum militis tenentibus.* Adde Fletam lib. 1. cap. 20. § 19. 94. Ubi *Valecti* sunt militum filii.

¶ VALETUS dictus qui sine liberis erat. Exordium Monast. S. Martini Tornac. inter Instrum. tom. 3. Gall. Christ. novæ edit. col. 66: *Ipse est Moninus, quem eo quod sine liberis esset, Valet cognominabant.*

\* Et qui sine muliere. Libert. villæ de Tannay ann. 1352. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 60. art. 9: *Li Vallet, pucelles et femmes qui n'auront esté mariées, etc.*

¶ VALLETUS LEGUM, Qui in eo gradu est, ut videtur, ut ad Doctoratum aspirare possit. Charta ann. 1292. apud Robinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 336: *Raginardus de Monasterio legum Valletus.*

Universum vero sic pariter appellati, quos *Scutiferos* dicimus. [Homagia Castri-novi apud D. Brussel tom. 1. de Usu feud. pag. 122: *Jocelinus Pictavini Valetus. Fecit homagium ligum sine achatamento.* Charta ann. 1299. apud Stephanot. tom. 3. Antiquit. Bened. Pictav. MSS. pag. 916: *Monsour Helyes de la Vergne Chevulicr et Heliot Chenin Vallet pour soy et pour Gauvin son frere seigneurs de Lucac.* Alia ann. 1293. ibid. pag. 945: *Ge Jofreis de Lezignen Valet segnor de Chastelachart, etc.* Rursum alia ann. 1294. ibid. pag. 968: *Peres Daneis de saint Sawor et Aunis Valet et Johane sa femme, etc.* Adde Rymer. tom. 2. pag. 109. 995. et 1021. et Statuta MSS. Caroli I. Reg. Siciliae cap. 173.] Constitut. Siculæ lib. 3. tit. 33. § 4: *Ut dignitatum gradus et hominum qualitates, injuriis apertius distinguantur, statuimus burgensem seu rusticum, qui militem verberaverit, nisi probabitur, quod se defendendo hoc fecerit, manus de truncatione puniri; eudem poena Valetto imminente, qui militem nobilioris gradus verberaverit.* Sanutus lib. 3. part. 10. cap. 8: *Ad cautelam autem Dominus Armeniæ ducentos equestres in nemora occultat, locutus Principi duobus cum sociis, relicto seorsim cum cornu Valetto, etc.* Valettos autem

sese appellitasse ipsos *Scutiferos*, declarant complures Chartæ descriptæ a Duchesnio in Historia Plessiaca.

Quod vero *Valetti* militibus ipsis in occasionibus bellicis ministrarent, eorumque arma ac scuta deferrent, unde *Armigeri et Scutiferi* passim appellatur, horum nomenclatura deinceps honoratoribus famulis, quomodo etiam usurpator a nostris. [Litteræ Philippi Pulchri Reg. Franc. ann. 1295. tom. 1. Ordin. pag. 326: *Bichio et Moncheto Guidy fratribus delectis Valletis et receptoribus nostris, etc.* Comput. ann. 1425. apud Kennet. in Antiquit. Ambrosd. pag. 576: *Et in blodeo panno pro armigeris et Valetis Prioris de Johanne Bandy, etc.* Testam. Rotherami Eborac. Episc. ann. 1498. in Lib. nig. Scaccarii pag. 679: *Sic quod generosi Valecti et garciones de camera habeant de propriis equis meis, secundum limitationem executorum ineorum.*] Asserus de Ælfredi rebus gestis pag. 24: *Et volo, quod armigeri mei cum Valectis, et omnes, qui cum ipsis in servitio meo existunt, ista distribuunt modo supradicto.* Ubi alii sunt ab *Armigeris*. Thomas Walsingham pag. 229: *Jussus autem exhibere captivum, cunctis admirantibus ministrum suum obtulit, qui ei asterat, et more Valecti servierat, etc.* Valettus Cameræ Imperatoris, apud Petrum de Vineis lib. 5. Epist. 56. *Valetus Regis*, apud Ughellum tom. 9. pag. 364. In Testamentum Caroli Pulchri Regis Franc. ann. 1324. fit mentio des *Valez trenchans, Valez entiers, des valez servans de vin, des valez servans de l'escuelle, des valez de porte, de valez de forge*; in Testamento Ludovici Hutini Regis ann. 1316. *des valez servans de sale, des valez de nostre chambre.* Sed hæc nota.

\* Et qui officia honoratoria exercebant. Hinc ballivus Remensis, *Varlez du Roy* inscribitur, in Lit. remiss. ann. 1362. ex Reg. 98. Chartoph. reg. ch. 51: *Jehans Dartois Varlez du roy nostre seigneur et bailli de Reims, salut etc.* Ita et Vicarius Nemausensis, in Charta ann. 1308. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 182. col. 1: *Galvunni Boni-et-belli, Veyletti domini regis Franciæ, vicarii Nemausi, etc.* Vide *Valleteria.*

¶ VALLETUS MERCATORUM, Institor. Gall. *Facteur*. Litteræ Philippi Pulchri Regis Franc. ann. 1309. tom. 2. Ordin. pag. 160: *Si quis Valetorum suorum in dicta villa vel alibi matrimonialiter copularetur, et aliquis de denariis uut mercaturis ipsorum mercatorum recclaret, aut alias ulienaret, justitia loci in quo mercaturæ predictæ reperirentur, tenebitur eas ponere in manu salva alicujus probi viri loci illius ubi reperirentur. Dicti mercatores et sui Valet per nos, et gentes nostras a vi et violentia indebitis contra omnes et erga omnes custodiuntur.*

¶ VALETUS, Tiro, operarius mercenarius, Gall. *Apprenti, Compagnon*. Statuta Caroli V. Reg. Franc. pro Tonsoribus ann. 1371. tom. 5. Ordin. pag. 441. art. 9: *Que aucun barbier ne doit oster ou soustraire à un autre barbier son aprentis ou Varlet, etc.* Litteræ ejusd. Reg. ann. 1372. ibid. pag. 528: *Les Varlés du mestier de tixerandrie.* Infra: *Les Varlés tixerans, etc.*

VAYLETUS, Armiger. Constitutiones Petri Ruthenensis Episcopi Legati Apost. pro Ecclesiis Cyprii ann. 1313. cap. 8: *Nec coronam lineam, ut Miles laicus, seu Vayletus clericus deferat.* De Valetis consule Seldenum de Titulis Honorariis 2. part. cap. 5. § 47.

VALETCUS, Non omnino eadem notione apud Anglos. Fortescutus de laudibus Legum Angliæ cap. 29: *Quod in ea villula tam parvu reperiri non poterit, in qua non est miles, armiger, vel paterfamilias, qualis ibidem Franclain vulgariter nuncupatur, magnis ditus possessionibus, nec non libere tenentes alii, et Valecti plurimi suis patrimoniis sufficientes, ad faciendum juratam in formu predicta; sunt namque Valecti diversi in regione illa, qui plusquam sexcenta scuta per annum expendere possunt, quo jurate superius descriptæ sapissime in regione illa fiunt, præsertim in ingentibus causis, de militibus, armigeris, et aliis, quorum possessiones excedunt duo millia scutorum per annum.*

¶ VALLETUS, VALETCUS, Famulus, Gall. *Valet*, hodierna notione. Charta Philippi Pulchri Reg. Franc. ann. 1302. apud Meneester. Hist. Lugdum. pag. 87: *Oportet eum, vel eam habere proprium Valletum seu famulum aut ancillam, qui serviant personis prædictis.* Charta apud Madox Formul. Anglic. pag. 385: *Cum uno Valecto per me nominato ad serviendum eisdem Monialibus.* Processus de Vita S. Yvonis tom. 4. Maii pag. 567: *Et idem miles palafredum suum cum Valecto præmitteret, etc.* *Valetus pedes*, in Testam. Amedei Delph. ann. 1355. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 323.

¶ VAYLETUS, Eodem sensu, in Testam. Roberti III. Comit. Claromont. ann. 1302. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 307: *Legamus caillibet de Vayletis, sommelieriis, ... sexaginta solidos Turonenses semel solvendo.* *Vaylletus*, in Miraculis MSS. Urbani V. PP. ex Tabul. S. Victoris Massil.

\* VALETCUS CAMERÆ. Lit. Phil. Pulc. ann. 1297. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 447. rº col. 1: *Notum factum quod nos obtentu grati servitii, quod Johannes Victoris de S. Germano in Luya, tailliator noster et Valletus cameræ nostræ, nobis impendit, etc.* [\*\* *Valettis meis cameræ meæ*, in Testam. Johan. Duc. Burgund. ann. 1360. in Histor. Burgund. tom. 2. Probat. pag. 258. num. 299.]

\* VALETCUS CURRUS dmicellurum Perrotus de Nulliaco, in aliis Lit. ejusd. Reg. ann. 1304. ex eod. Lib. fol. 472. rº col. 1. Cujus officium indicatur in aliis ibid. col. 2: *Johannetus de Pissyaco, qui tenebat manum ad currum Johanne consortis nostræ.*

\* VALETCUS ELEMOSINARIE Ingerannus, in Charta ann. 1317. ex eod. Lib. rub. fol. 535. rº. Alia ann. 1379. in Reg. 115. Chartoph. reg. ch. 131: *Bertaut Duchemin, Valet de nostre aumosne, etc.*

\* VALETCUS GARDEROBÆ Johanne consortis nostræ Robinus Fabri, in Lit. Phil. Pulc. ann. 1304. ex eod. Lib. rub. fol. 475. rº. col. 2.

\* VALETCUS HONORIS. Charta Phil. VI. ann. 1347. in Reg. 68. Chartoph. reg. ch.



335: *Pour le bon tesmoignage et rapport, qui de la personne de nostre ami Vallet de honneur Baudouin Eude nous a esté fait,..... ycellui Baudouin anoblissons.*

\* VALLETUS MAPARUM nostrarum dilectus Arnouletus, in Charta Phil. Pulc. anu. 1310. ch. 58. ex Cod. reg. 9607. 3.

\* VALLETUS PALEFREDORUM Johanne consortis nostræ Guillotus Hardi de Lynmay, in Lit. ejusd. reg. ann. 1304. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 473. r<sup>o</sup>. col. 1. Lit. remiss. ann. 1400. in Reg. 155. Charthoph. reg. ch. 97: *Loys de Blet, Varlet des grans chevaux de nostre oncle le duc de Berry, etc.*

\* VARLETUS PEDESTER REGIS. Memor. H. Cam. Comput. Paris. ad ann. 1415. fol. 57 v<sup>o</sup>: *Alphonsus Ruys, nuper Varletus pedester regis, retentus ejus serviens armorum de numero et ordine aliorum.*

\* Varlet, Falcis manubrium appellatur, in Lit. remiss. ann. 1460. ex Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 440: *Icellui Jaquemart print le baston de sa faulx, appellé le Varlet.*

VALETRO, in Glossario Lat. MS. Reg. et apud Papiam, *Gluto*. Jo. de Janua: *Valetro, i. gluto, quia valet multum in leacacitate.* [Gloss. Lat. Sangerman.: *Valetro, Lecheur, Glouton.*]

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Valetro, vorax, vorator.*

† VALETTUS, VALETUS. Vide in *Valeti*.

VALETUDINARIUM, Quod alias in monasteriis *Infirmaria* dicitur. Gloss. Lat. Gr.: *Valetudinarium, ὑγιαστῆριον, διατηρητήριον.* Ugutio: *Valetudinarium, domus, in qua morantur infirmi.* Vox Senecæ, Columellæ, et aliis nota. Vita S. Austrebertæ Virgin. cap. 3. de Moniali: *In stragulo.... ad Valetudinarium deportaverunt.* In Miraculis ejusdem. n. 1. *Cellula infirmarum dicitur.*

1. VALETUDO, VALITUDO, Facultas, potestas. Vita S. Isidori Hispanensis Episc. num. 18: *Qui quanto honore et reverentia a Romano Antistite et Cardinalibus fuerit receptus, non est nostræ disserere Valetudinis.* Vita S. Guthlaci num. 27: *Omnem Valitudinem maligni spiritus ab eo depulsi.* Vide Anon. in Mirac. S. Ursuari per Flandr. num. 4.

† VALETUDO, VALITUDO, Robur, virtus, auctoritas. Lambertus Ardensis apud Ludewig. tom. 8. Reliq. MSS. pagin. 603: *Ne forte superveniret (Ghisnensis comes) et eos in Valetudine et manu fortium ab opere removeret.* Charta ann. 1406. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 890: *Prout de premissis et aliis conventis lacius patet in publicis documentis manibus cujuslibet nostrum subscriptis ad majorem Valitudinem premissorum.*

\* 2. VALETUDO, VALITUDO, Valor, pretium, Gall. *Valueur*. Charta ann. 1175. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 137: *Et est sciendum quod si supradicta moneta deteriorata fuerit de Valetudine, quæ nunc est, etc. Chartul. Celsinian. ch. 630: Si perditum fuerit, alium (mulum) aut aliam (mulam) aut equum ejusdem Valitudinis.... reddant.* Vide supra *Valentia* 2.

† VALEXIUS, Hippopera, Gall. *Valise*. Conventiones civitatis Saonæ ann. 1526:

*Item pro qualibet salmata.... doletorum ac Valexiorum, cerarum, piperum, etc. Vide Valisia.*

† VALGIA, VALGIARE. Vide *Valgium*.

† VALGIS, *Foras versis, tumentibus.* Gloss. Isid. Male, uti monet Grævius; *Valgi* sunt qui crura habent inferius versa, quibus opponitur vari. Vide Salmas. in Plinium pag. 603. edit. Traject.

VALGIUM, in Gloss. Latin. Græc. *σπαρίλον*. Gloss. Græc. Lat.: *Σπαρίλον ἐπὶ ξύλου, curvum, uncum.* Hugo Parisiensis de Institut. Novitiorum: *Sunt præterea mille larvæ, mille subsannationes, et corrugationes narium, mille Valgia et contorsiones labiorum, quæ pulchritudinem faciei et decorem disciplinae deformant.*

† VALGIA, pro Retorsione laborum quam facimus quando deridemus aliquem, in Gloss. Biblicis MSS. Anonymi ex Bibl. Reg.

\* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Valgia, moë.*

† VALGIARE, VALGIRE, *Labia habere extrorsum prominentia*, ex Gemma apud Vossium de Vitiis serm. lib. 4. cap. 29. [\*\* Gemma: *Labii retorquerre, Germ. den nuff in gespotte nit dem mund schlauen.*]

† VALGUSTUS, *Fustis uncus*, Calep. male lectum apud Isidorum lib. 14. cap. 9. pro *Valli, fustes sunt quibus vallum munitur.* Vide *Valgium*.

\* VALIACIO, Utilitas, commodum. Extant in Chartul. Bitur. fol. 33. r<sup>o</sup>. Literæ Gregor. IX. PP. ann. 4. pontif. ejusd. quibus declarat archiepiscopum Bituricensem non teneri satisfacere creditoribus suis, nisi probent debitum esse conversum in *Valiacione* ecclesie. Vide *Valenter*.

† VALIDARE, Validum reddere, Gall. *Valider*. Arestum Parlamenti ann. 1394. apud Menester. Hist. Lugdun. pag. 79. col. 2: *Litteram supradictam anni septimi, ut præfertur, revocatam aliquoties, non Validabat, erat enim subreptitie impetrata.* Statuta Pallavic. lib. 1. cap. 40. fol. 50: *Neque juramentum per ipsos minores super dictis contractibus vel distractibus factum vel appositum, habeat Validare ipsos contractus, quantum est in præjudicium ipsorum minorum.*

† VALIDARE, Munire, Gall. *Fortifier*. Ripalta in Annal. Placent. apud Murator. tom. 20. col. 872: *Et ita munitis per prius castellis et Cittadella, Validatis portis omnibus civitatis, magno cum apparatu et pompa abiit (Facinus.)*

\* VALIDE, Valde, multum. Consuet. monast. S. Crucis Burdeg. MSS. ante ann. 1305: *Item hortolanus.... debet tenere hortum conventus Valide garnitum.... de cunctis herbis et legumenis.*

† VALIDITAS, Valor, pretium, Gall. *Valueur*. Testam. S. Gennadii Episcopi Asturic. inter Conc. Hisp. tom. 3. pag. 173: *Pomares, horta, molina, ex integro Validitatis præstitis.... ab integritate sint propria monasterii S. Petri.* Vide *Valentia* 2. et *Valutare*.

\* VALIDUS, Legitimus, admittendus. Stat. Ord. S. Joan. Hierosol. ann. 1584. tom. 2. Cod. Ital. diplom. col. 1850: *Sancimus ut de cætero nulla melioramenta pro Validis approbentur, nisi etc.*

† VALIMENTUM, ut *Validitas*, ab Ita-

lico *Valimento*, eodem sensu. Chronicon Parmense ad ann. 1281. apud Murator. tom. 9. col. 795: *Fuit ordinatum quod quilibet habens Valimentum ccc. librarum, mutaret communi xx. solidos imperiales.* Statuta Genuens. lib. 1. cap. 23. fol. 30: *Et insuper illam personam, quæ dictam possessionem acceperit, condemnare debeat in decimam partem Valimenti rerum acceptarum.* Statuta Vercell. lib. 2. fol. 37: *Item statutum est quod aliquis creditor, undecumque sit, non possit petere vel exigere prætextu interesse vel alio aliquo modo vel causa, cujuscumque conditionis sit debitum Valimentum seu melioramentum monetæ ab aliquo districtu Vercellarum.* Statuta crimi. Saonæ cap. 43. fol. 99: *Et ultra illum condemnare (teneatur Magistratus) in tanta quantitate pecunie quantum erit Valimentum rei, de qua possessionem invaserit, vel occupaverit, facta æstimatione post accusationem juxta probationes legitimas fiendas a predicto accusatore, cujus condemnationis, seu Valimenti, tertia sit injuriam patientis, etc.* [\* Consuet. Perpin. MSS. cap. 24: *Si creditor conqueritur de eo, quod dictum pigrus minus valet; dabit reus debitor de illo minus Valimento justitiam, si succumbit.* Vide supra *Valetudo* 2.]

† VALIS, Plantus, Gall. *Plat*. [\* Melius forte Cavus, Gall. *Creux*.] Guido de Vigevano, de modo expugnandi T. S.: *Fiat bota una cum tergiis et orlis, ut dictum est supra. Sed ista bota sit totaliter rotunda, et sit longa brachiis duobus et alta brachio, et in medio ab una parte habeat parum Vallis, ut homo possit supra sedere.*

† VALISIA, Hippopera, Ital. *Valigia*, Gall. *Valise*. Epist. Gregorii XII. PP. ann. 1407. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 738: *Salvis Valisiis, navigiis, rebus, et bonis omnibus, etc.* Statuta dataria Ripariæ cap. 17. fol. 15: *Permittendo sese et eorum mercantias, vel res, fardellos, Valisias, salmas, ... temptare, perquirere, dissolvere, etc.* Vide *Vallegias*.

† VALIXIA, Eodem significatu. Chron. Estense apud Murator. tom. 15. col. 400: *Juxta cameram erat quidam stallus pro Valixiis et aliis necessariis cum quadam robalta, in qua mittebant ligna et alia victualia.* Joh. Demussis Chron. Placent. apud eundem tom. 16. col. 518: *Et hunc vidente stipendiarii et sacomani dicti don. Comitiss Virtutum quod Anglici erant sconficti, posuerunt se ad derobandum equos et Valixias Anglorum.*

† VALESIA, Pari intellectu. Litteræ Richardi II. Reg. Angl. ann. 1298. apud Rymer. tom. 8. pag. 51: *Cum 50. equis vel paucioribus, et Valesiis, ac aliis rebus et heræsiis suis quibuscumque, etc.* Occurrit rursum pag. 161.

† VALISARIUS, Qui *valisias* portat, vel eas curat. Acta SS. tom. 4. Maii pag. 468. de Coronatione Bonifacii VIII: *Primo procedunt Valisarii Cardinalium suo ordine.... Tonsor et sartor Papæ cum Valisiis rubeis, in quibus sint vestes, quæ pertinent ad SS. Dominum nostrum.* Adde Ceremon. Rom. lib. 1. § 12. cap. 2.

† VALITARE, Valere. *Valitant, valent*, in Gloss. Isidori.

VALITOR. Vide *Valerc*.



\* **VALITUDINARIA**, Locus in monasteriis, ubi infirmi curantur. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Valitudinaria, enfermerie*. Vide *Valetudinarium*.

† 1. **VALITUDO**. Vide *Valetudo*.

\* 2. **VALITUDO**, Valor, pretium. Vide supra *Valetudo* 2.

\* 3. **VALITUDO**, Animi firmitas, strenuitas. Lit. Caroli, VI. ann. 1401. in Memor. H. Cam. Comput. Paris. fol. 16. v<sup>o</sup> : *Notum facimus, quod nos confidentes ad plenum de magnitudine, audacia, Valitudine, magnanimitate patris nostri* (Joannis ducis Bituricensis) etc.

\* 4. **VALITUDO**, Vis, violentia. Annal. Victor. MSS. ad ann. 1270 : *Circa median noctem post Dominicam, iterum ortu est tempestas gravior quam prima, pro ventu cuiusdam Valitudinis, etc.*

\* 5. **VALITUDO**, Infirmitas, morbus. Epist. Fulb. Carnot. ann. circ. 1022. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 471 : *Magna autem eo anno lues in populos fuit. Valitudines vero variae, melinae, cum pustulis et vesicis, etc.* Vide supra *Valitudinaria*.

\* **VALL**, **VALLUM**. Vide supra in *Vul* 2.

† **VALLADA**. Johan. de Bazano in Chron. Mutin. apud Murator. tom. 15. col. 596 : *Pedites dictorum dominorum Vicariorum communis Mutinae ierunt in districtum Bononiae,.... disrobantes ibi bestius, Valladas, et vestes, et res alias in maxima quantitate.*

\* Res quaeris in fascem collecta, sarcinarium fascis. Vide *Balla* 2.

† **VALLADERIUS**, Fossor, cui fossatorum cura incumbit, qui fossis fodiendis vel reparandis invigilat, sic dictus a *Vallatum*. Vide in hac voce, Charta ann. 1471. ex Schedis Praes. de *Mazaugues* : *Injunxit modernis aestimatoribus... quatenus... vocatis prius partibus quae tunguntur... Valladerius, magistris expertis, et aliis necessario evocandis, etc.*

**VALLAGIA**. Vita S. Geraldii Abbatis Grandis-silvae num. 4 : *A mento denique usque ad verticem, non ferri, sed quae gravior erat, infirmitatis ligatus Vallagia, nusquam caput, nisi cum totius corporis circumferre valebat machina. Ubi Vallagiam sepimentum quidam interpretantur.*

† **VALLAMEN**, ut *Vallatum* infra. Gualvanus Flamma apud Murator. tom. 12. col. 1019 :

Regis vexilla fugient, times Vallamina Brixe.

† **VALLAMENTA**, Conditiones, quibus pacto aliqua *vallatur*, unde vocis origo. Charta ann. 1270. apud Menester. Hist. Lugdun. pag. 6 : *Mandantes et precipientes ex presentatione compromissoria partibus ante dictis sub penis et Vallamentis contentis in litteris compromissi, quatenus, etc.*

\* **VALLANIA**, f. Castanea, nucis species, balanus. Charta ann. 1228. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. aevi col. 32 : *Quicumque emit Vallaniam, sive foglam, aut semen lini, solvat quatuor imperiales de no-dio*. Vide *Valania*.

† 1. **VALLARE**, Obsidere. Charta Casimiri Reg. Polon. ann. 1335. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 508 : *Ipsorum castra, fortalitia et possessiones Vallare et expugnare tenebitur.*

† **VALLARE CASTRUM**, Militibus ad defendendum munire. Hist. Glabri Rodulphi apud Duchesn. tom. 4. pag. 19 : *Vullaverat enim illud (castrum) Landrici Comitiss exercitus, nec non ejusdem loci familiares viri, hostium siquidem metuentes sacri gregis direptionem.*

† 2. **VALLARE**, **VALLATIO**, Saltare, Saltatio. Vide supra in *Balare*.

† 3. **VALLARE**, pro *Vannare*, Ventilare, Gall. *Vanner*. Statuta Vercell. lib. 3. fol. 73 : *Si receperit molinarium sive conductor ad macinandum quartarones sex rasos frumentii cumunalis et bene cribiati sive Vallati, etc.*

\* 4. **VALLARE**, Firmare, stabilire. Charta ann. 1392 : *Item fuit in pactum expressum, deductum et conventum inter partes ipsas et ex pacto solenni et valida stipulatione Vallatum, quod etc.* Alia ann. 1427 : *Ex pacto inter dictas partes habito et Vallato etc.*

† **VALLATA**, ut mox *Vallatum*. Charta ann. 1343. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 470. col. 1 : *Idem dom. Dalphinus edificavit fortalitium, seu fortalitia hujusmodi, muros, Vullatus seu terrialos faciet.*

**VALLATORIUM**, Projectum. Charta ann. 1178. apud Ughellum tom. 7. pag. 410 : *Et plenarie gradus fabricae habeatis, et cum ipse Vallatorio suum de ante se, etc.* [Charta ann. 1266. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *Actum Pisis ex parte Kintliche in claustrum ecclesiae sancti sepulchri super Vallatorio ipsius claustrum, presentibus, etc.*]

\* **VALLETERIA**, *Valeti* conditio. Arest. ann. 1296. in Reg. *Olim* parlam. Paris. : *Majore Rothomagensi et civibus dicentibus dictos valletos, concives suos, non obstante nostra Valleteria, teneri ad contributiones pro feodis et nisis dictae villae. Valeterie vero, Valetorum, hoc est, juvenum loci alicujus, societatem sonat, in Lit. remiss. ann. 1402. ex Reg. 157. Chartoph. reg. ch. 14 : *Au soir après souper, que il estait heure de requerir et demander à l'epousé desdites nopces certain droit de pain, de vin et de chur, que les Valetz de ladite parroisse (de Noyers lez Lorris en Gastinois) qui sont de la Vuleterie de ladite parroisse, ont accoustumé de demander, avoir et prendre sur chacun marié en yeelle le soir du jour desdites nopces. Vide in Valeti.**

**VALLATUM**, **VALLATUS**, Fossatum, vel locus vallo septus. [Charta ann. 1193. inter Instr. tom. 1. Gall. Christ. novae edit. pag. 79. col. 1 : *Et tangit muros civitatis et Vallatum. Pactum inter Jacobum Aragon. Reg. et Berengarium Magalon. Episc. ann. 1272 : *Usque ad viam quae est juxta dogam Vallati Montis pessulani.* Tabul. S. Victoris Massil. : *Ut quilibet habeat vel in futurum habeat plateas sive luegas juxta dogas Vallatorum murorum dictae civitatis.* Charta ann. 1070. inter Instr. Gall. Christ. tom. 6. col. 352 : *Refutas.... duas tertias partes de feudis quae tenuit Petrus Liecas de S. Petro extra Vallatos Montis-pessulani?* Statuta Arelat. MSS. art. 40 : *Addentes quod Vallati qui in directum vadunt seu portendunt in Rodanum, etc.*] Tabularium Brivatense ch. 448 : *Cum Ecclesiis in eodem Vallato, seu vico dicatis.* Eximius Salanova Justitia Aragonum, de militum privilegis : *Ad constructionem,**

*refactionem, sustentationem et reparationem portarum villae, Vallatum sive valvartium, et murorum tenentur.* Adde Observant. Regni Aragon. lib. 6. eodem tit. § 1. et tit. de Munitionib. Charta Rutenensis ann. 1307. ex Regesto 2. Philippi Pulchri Regis Franc. Chartophylacii Regii num. 4 : *Et ex parte inferiori cum domibus Stephani Cuntaire, et cum Vallato dicti loci.* Alia ann. 1309. ibid. n. 75 : *Item 16. branchiatas Vallati seu fossati dicti castrum, in quos sunt tres domus edificatae.* Alia num. 85 : *Vallata, fossata, muros, fortalicia, etc.* Historia MS. bellorum Albigenensium in Bibl. Regia pag. 51 : *Mais ainsin que son estats arributs alsdits Valats, (supra, les fossats) et en commensut de donnar l'assaut, etc.*

† **VALLATUM**, Eadem notione, Provincialibus etiam hodie *Valat*. Charta ann. 1490. ex Schedis Praes. de *Mazaugues* : *Sequendo riale sive Vallatum, etc.* Statuta Avinion lib. 1. rubr. 48. art. 5. pag. 135 : *Item quia deterioratio viarum, ut plurimum contingit culpa eorum, qui permittunt aquas suarum fossarum, seu, ut vulgo dicitur, Vallatorum, per dictas vias destuere, etc.* Vide *Vallum*.

† **VALLECTUS**. Vide supra in *Valeti*.

**VALLEGIAS**. Ælfricus in Gloss. ubi de Vestimentis : *Vallegias, ynegar*. Italis *Valigia*, nostris, *Valise*, est Bulga, hippopera. [Vide *Valisia*.]

**VALLEMACIA**, Saltatio. Vide *Balare*.

† **VALLEENSES**, Nummi sic dicti a valle Joachinica. Vide Schlegel. in Dissertat. de Nummis antiquis Gothanis, etc. pag. 19.

**VALLESHERIA**, Parentela interfecti, i. unus ex parte patris, et alius ex parte matris, apud Wallenses Anglicos : vox formata, ut *Inglisheria*, de qua nos alibi. Statutum Wallie ann. Edw. 12. cap. 4 : *Quod proxime 4. villate propinquiores loco, ubi casus homicidii, vel infortunium contigerit, veniunt ad proximum Comitatum, una cum inventore, et Vallesheria, i. parentela hominis interfecti, et ibidem presentent factum felonie, et casum infortunii, etc.* Sed aliud sonare videtur

**WALECHERIA**, in Charta Anglica apud Spelmannum : *Dicunt, quod est ibi Walecheria, quae reddit de annuo reddito 3. lib. 12. den. ad festum S. Michaelis. Item in tota Walecheria sunt 4. homines, et quilibet eorum debet invenire unum hominem per 3. dies in quolibet septimana a festo S. Michaelis usque ad festum B. Petri ad vincula.* Significat, inquit Spelmannus, *Wallicapars*, ut videtur. Ego vero *Walecheriam* idem sonare existimo, quod *Vacheria*, praedium certo vaccarum numero alendo idoneum. Vide *Vaccaria*.

**VALLESTRIA**, Valles. Papias MS : *Vallestria, agrorum, sicut Campestria.* Edit. habet *vallestria*. Fulcherius Carnot. lib. 3. Hist. Hierosol. cap. 48 : *Circa gurgitem Italiae multotiens naves assuefiunt periclitari, et undique flabra commoveri, quae de montanis per Vallestria praecipitanter per anfructus subterraneos rite assuescunt interqueri, etc.* Utitur S. Ambrosius [lib. de Fuga saeculi cap. 5. num. 31.]

† **VALLESTRIA**. Vide supra in *Valeti*.

† **VALLEYA**, Vallis, Gall. *Vallée*. Charta Fulconis Episc. Andegav. ann. 1337.



in Tabul. S. Albini Andegav. : *In terris de novo ad agriculturam redactis et aliis sitis in illa parte Valleyæ quæ bailivia S. Remigii vulgariter nuncupatur.* Vide *Valeia*.

\* **VALLITELLUM**, f. pro *Vallieellum*, Valliculus, Ital. *Valloncello*. Charta ann. 1051. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 217 : *A parte Meridiei est finis, sicut aliquantum Vallitellum discernit, et passus centum..... Ab ista parte Septentrionis, sicut aliquantum vullone discernit, etc.* Vide *Vallo* 1.

\* **VALLIUM**, pro *Ballium*, Jus quoddam dominicum, idem quod supra *Ballum* 3. Charta Joan. ducis Brit. ann. 1239. ex Bibl. S. Germ. Prat. : *De Valliis autem et rachtis, concessit idem comes, quod terræ ipsius Radulphi et hæredum suorum quittæ sint et immunes.*

1. **VALLO**, Vallis, *Vallone* Italis, nostris *Valon*. [Charta ann. circ. 1063. ex Schedis Præs. Mazaugues : *Usque ad flumen aquæ et usque ad Vallonem, qui vocatur de Lantrico. Infra : Dediinus etiam Vallonem ipsam, per quam cecurrit fons de Guirarda.*] Occurrit in Chartis Italicis apud Ughellum tom. 7. Italiæ sacræ pagin. 109. 126. tom. 8. pag. 140. 361. et apud Rocchum Pirrum tom. 1. Notit. Sicul. pag. 311.

¶ **VALLONUS**, Eodem intellectu. Charta Gaufridi de Signa dom. de Neaulles dioc. Tolon. ann. 1285 : *Et quamquam aliam terram quæ est in Vallono Ferrani etc. De Vallono qui dicitur Bojarol, in Charta ann. 1258. ex Tabul. S. Victoris Massil.*

**VALLONCELLUS**, Valliculus, in Charta Roberti Comitis Montis Scabiosi ann. 1068. et apud eundem Ughellum tom. 7. pag. 196. Adde pag. 361. Le Roman de Garin MS :

Gironville est fermée en un Vaucel,  
Sur une roche qui fu del tans Abel.

¶ 2. **VALLO**, Vallus, stipes, palus, Ital. *Vallo*, eadem notione. Acta S. Procopii tom. 2. Julii pag. 144 : *Qui mox quasi Vallone percussus aut Bellonæ oestro, sine dilatione locum mutavit.* Statuta Montis Regal. fol. 313 : *Item pro quolibet Vallo sol. den. octo.* In Glossis antiquis MSS. *Vallo, palos vinearum.*

\* Nostris alias *Vaule*. Lit. remiss. ann. 1402. in Reg. 157. Chartoph. reg. ch. 258 : *L'exposant happe ou embrace une Vaule ou fourche, etc.* Vide supra *Vagari*.

¶ **VALLONCELLUS**, **VALLONUS**. Vide in *Vallo* 1.

¶ 1. **VALLUM**, **VALLUS**, ut *Vallatum*, fossa, in Gasp. Barthii Gloss. apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 242. ex Raimundi Agilæi Hist. Palæst. : *Vallum quod a monte descendens, etc.* Charta ann. 1348. apud eundem tom. 5. pag. 567 : *Et ultra hæc omnia castra, fortalicia, dominia, bona, vallos et villas cum suis attinentiis, etc.* Charta ann. 1047. inter Instr. tom. 2. Gall. Christ. novæ edit. col. 480 : *Item de sylva nostra, ... quæcumque fuerint necessaria ad domos scilicet adificandas vel restaurandas ad cuppas, ad dolia, ad Vallum, ad naves, etc.* Vide *Vallo* 2.

\* 2. **VALLUM**. Vide supra in *Val* 2.

\* **VALLUS**, *Corbicula, qua fluit mustum,*

*vel palus vinearum, sive qui genibus junctis ambulat, vel vauus.* Glossar. vetus ex Cod. reg. 7613. Vide *Vallo* 2. Aliud sign. 7641 : *Valus, qui pedibus junctis ambulat.* Valgus.

¶ **VALNA**, Perperam fortassis pro *Valisa*, hippopera. Litteræ Henrici V. Reg. Ang. ann. 1413. apud Rymer. tom. 9. pag. 48 : *Cum equis, harnesiis, Valuis, manticis, bouges, robis, etc.* Vide *Valisia*.

¶ **VALNEARE**, Vasconum pronuntiatione pro *Balneare*. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. : *Item plus unam cubam pro Valneando mulieres.*

¶ **VALNUS**, Φάλαγγξ, Καρδάρα, in Gloss. Lat. Gr. Sed legendum *Fallis*, Φάραγγξ, ex Gloss. Gr. Lat. Καρδάρα, fossa, vallis.

**VALO**, Sarcina, fasciculus, Gall. *Ballot*. Formul. MSS. ex Cod. reg. 7657. fol. 29. v. : *Ipsam raubam, librariam et jocalia et arnesia supradicta.... infra certos coffros et Valones sive trocellos diversos.... projecit.*

¶ 1. **VALOR**, *Strenuitas, virtus bellica*, in Gasp. Barthii Gloss. ex Hist. Palæst. Fulcherii Carnot. apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 309. Vide *Valorosus*, 1.

\* 2. **VALOR**, Quidquid emolumenti ex re aliqua percipitur. Consuet. Dombens. Mss. ann. 1325. art. 6 : *Quilibet nobilis.... possit et debeat saisir et saisir facere per se, vel per alium ejus nomine, terram, fundos, fructus, Valores, exitus et proventus super hominem seu homines talliabiles alterius.* Vide mox *Valorium*.

\* 3. **VALOR**, Valetudo, facultas. Charta Adami de Wallaincort. ann. 1184. in Chartul. Montis S. Mart. ch. 33 : *Pouent.... sacerdotem, qui pro me.... Missam celebrabit cotidie.... Secundum Valorem corporis sui, ut contingit in minutione vel ægritudine.*

\* **VALORIA**, Valor, pretium. Charta ann. 1483 : *Et pro majori Valoria dictæ cavalcate etc.* Vide supra *Valetudo* 2.

\* **VALORIUM**, Reditus, emolumentum. Charta ann. 1092. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 480 : *Pro cuius, (conjugis) anima condonavit Eudonus vicecomes Valoria sui honoris, fiventibus omnibus filiis ejus, Goscelino primogenito cum cæteris fratribus.* Vide supra *Valor* 2.

¶ 1. **VALOROSUS**, Fortis, strenuus, Gall. *Valoureux*. Chron. Domin. de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 702 : *Sed Rex idem anino regio Valorosus, ignem gerens in manibus, tutela clypei processit ad portam primam castris ejusdem, positurus ignem in illa custodientium ad terrorem.* Vide *Valens* 2. et *Valuus* 2.

\* 2. **VALOROSUS**, Magni pretii. Chron. Bergom. ad ann. 1395. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 890 : *Qui miles posuit in capite ipsius domini comitis Virtutum unum bivetum valde Valorosum, creando ipsum duellam cum dicto bireto; et hoc fuit super quodam tribunale, constructo super platea domini S. Ambrosii Mediolani cum magnis festivitatibus.*

¶ **VALOS**, Panni genus. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. : *Item plus duas displaydes sive giponas ciriti (cirici) nigri vocati Valos.* Vide *Balosius*.

\* **VALOZIUS**, Vadensium comitum moneta, eadem quæ *Cespiacensis*. Vide in *Moneta Baronum*. Comput. ann. 1326. ex Cod. reg.

9434. fol. 4. v. : *cxixij. lib. Burdegal. valet, facta deductione de Burdegal. ad Turou. parvos, computando uno Valozio pro tribus denariis cum obolo Burdegal. debiliun iij. xiiij. lib. v. sol. x. den. Turon.* Stat. ann. 1329. Inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 66. col. 1 : *Item quod omnis persona, quæ vendit caseos recentes, det duos ex ipsis qui nunc faust, pro uno Valoys, et quod eos non minuant.*

\* **VALSATURA**, Sepimentum ex cratibus, quo locus *vallatur*. Comput. ann. 1486. ex Tabul. S. Petri Insul. : *Pro aliis duabus dietis, quibus vacavit ad reponendum cloyas ante capellan parochia, et pro reparatione loci in hangardum scalarum, ad ponenda ligna hourdagii, Valsature sive celuturæ, x. sol.*

\* **VALUA**, Reditus, emolumentum, Gall. alias *Value*. Charta ann. 1235. in Reg. 31. Chartoph. reg. fol. 93. 1. col. 2 : *Silva Drua cum secretaria et tota Valua sua etc.* Vide supra *Valotium* et *Valutare* in Glossar.

**VALVARTE**, Propugnaculum, Hispanico *Balvarte*, nostris *Boulevard*, ex Germanico *Burg-wart*, quod burgum servat, tuetur. Salanova Justitia Aragonum in Observantiis, de Infantionibus : *Tamen ad constructionem, refactionem, sustentationem, et reparationem portarum ville, vallatum, sive Valvartium, et murorum tenentur.*

**VALVASOR**, **VALVASORIA**, **VALVASINUS**. Vide *Vavasores*.

\* **VALVASSERIA**, Vide infra in *Vavasorta*.

¶ **VALUCA**, Arena aurosa. Vide *Balluca*. **VALVE**. Arnoldus Lubecensis lib. 6. cap. 5 : *Nec defuit ibi (apud Bohemos illud perditissimum hominum genus, qui Valve dicantur, crudelitates suas et nequitias exercentes, de quibus loqui non est ædificatio, sed miseria.* Et lib 7. cap. 14. de Philippo Imp. : *Contrahens secum auxilia pessimorum, qui dicuntur Valvc, cum innumera virtute balistarum, etc.*

¶ **VALUM**, Index reddituum Monast. S. Petri Corbeiensis : *Summarii qui minas et Vala lujusmodi advehunt, debent focatam.* Vide *Vallo* 2.

\* **VALUS**. Vide supra *Vallus*.

¶ **VALUTARE**, vox Italica, Æstimare, Gall. *Evaluer*. Charta ann. 1546. apud Rymer. tom. 15. pag. 101 : *Solvere promissit... in pecunia Valutata juxta Statutum Cesareæ Majestatis.* *Value*, pro valor, pretium, in Charta ann. 1332. ex Tabul. S. Martini Pontisar. : *Jusqu'à la Value et quantité de soixante solz Parisis.* Vide *Valentia* 2.

1. **VALUUS**, *Aquæ ductus, per quem decurrit, vel janua, vel modici muri ante portam.* Papias. De priori significato nihil succurrit, alter *valvam* seu fores videtur spectare; tertius *Valvartium*, seu nostrum *Boulevard*; de qua voce supra.

¶ 2. **VALUUS**, Fortis, strenuus. Diarium belli Hussit. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 147 : *Communitas tamen Pragensis vi Valua juxta domum Ducts Saxoniæ expugnata, non tamen sine suorum damno, civitatem parvæ partis ingreditur, etc.* Vide *Valorosus*.

¶ 3. **VALUUS**, Villosus, Gall. *Velu*. Locus est in *Bigeira*. Vide ibi.

¶ **VAMBAL**, *Bambalo*. Vide *Bambalo*.

¶ **VAMMUM**. Conc. Lillebonæ ann. 1080.



apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 118 : *Nulli licuit inimicum querendo, vel Vanimum capiendo, vexillum vel loricanu portare, vel cornu sonare... Nulli liceat in Normanniū haufare facere, vel incendium, vel raptum mulieris, vel Vanimum capere, quin fieret inde clamor apud eum, qui clamorem inde habere debuit.* An Clarigatio? Vide *Repraesaliæ*.

\* *Perperam pro Namnum vel Naminiū, Pignus.* Vide in hac voce.

\* *Vanon* vero, Morbi genus, idem, ut videtur, quod Gallicum *Goitre*, in Lit. remiss. ann. 1398. ex Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 293 : *Jehan Coton estoit entachiez d'une enfermeté ou maladie, appelée Vamon, laquelle lui faisoit ou accumulait une grant boche ou col.*

**VAMPA**, Flamma, ex Italico vocabulo, Danti et Petrarchæ familiaris. Inscriptio in Conventu Minorum Bononiæ in Italia, apud Wadding. ann. 1340. num. 15 :

Nam accensa lampas fundit necessario Vampas.

1. **VANA**. Tabularium Prioratus de Paredo in Ducatu Burgundiæ fol 8 : *Accipitque unum equum, et 30. solid. et unam Vanam, et unum barahu.* Fol. 24 : *Et pro hoc acceperunt 5. solid. et unam Vanam.* [Stragulum acu punctum, ut videtur, Gall. *Courtepointe*, Provincialibus *Vano*. Vide *Vanna* 1.]

¶ 2. **VANA**. Bractea versatilis, Gall. *Girouette*, ab Angl. *Vane*, eadem notione; quod a Saxon. *fa na* deduci potest. Comput. ann. 1425. apud Kennet. Antiquit. Ambrosd. pag. 575 : *Cum 11. ventilogis, videlicet Vans de tyn emptis de fabro de Cherlton ponendis super utrumque finem predicti dormitorii, v. sol. 11. den.*

¶ **VANACIARE**, Delirare, desipere, vana dicere, Ital. *Vaneggiare*, Gall. *Réver*. Acta S. Gerardi tom. 1. Jun. pag. 772 : *Cum crederent quod Vanaciare, nec quod tantū longē ire possent, etc.* Vide *Vaniare* et *Vanizare*.

**VANÆPASTURÆ** Jus dicitur, quod tenentibus vel mansonariis alicujus tenentis, vel villæ seu prædii competit, animalia sua immittendi, pascendi causa, in loca publica, prata, agros, silvas, et alia, quæ clausa non sunt, certis anni temporibus; cum scilicet fœnum a pratis, messes ab agris ablatae sunt; vel in silvis, cum non *vetitæ* sunt ac *defensæ*. Consuetudo Nivernensis tit. 3. art. 5 : *Vaine pasture doit estre entendue, en chemins, prez, en prairie, despouilles, terres, bois, et autres heritages non clos, ne fermez, excepté toutefois où et quand lesdits heritages sont de deffense par la Coustume.* Charta Simonis Ducis Lotharingiæ ann. 1076. apud Hieron. Vignierum: *Vanam quoque pasturam quibuslibet animalibus eorum, per terram meam transeuntibus, et cætera usualia necessaria, etc.* De *vana pasturo* agunt passim Consuetudines nostræ municipales locis a Raguello indicatis. [Vide *Pastura* 1.]

¶ **VANAGLORIARI**, vox Italica, Jactare se, ostentare. *Se Vanagloriando quod prope portum Januæ venirent, etc.* in Annal. Genuens. Jacobi Aurici apud Murator. tom. 6. col. 586. Vide *Vanitare*. Hinc

**VANAGLORIOSUS**, Vir *vanam gloriam* aucupans, ex Italico *Vanaglorioso*. Gloss.

Lat. Græc. : *Κεῖδόςος, vauægloriæ*. Utitur Michaël Scotus de *Physionomia* cap. 71. 76. 85. 100. 101.

¶ 1. **VANARE**, vox fori, Vanum reddere, Gall. *Annuler*, ut videtur. Charta ann. 1351 : *Plenam potestatem ad... sententias quascumque interlocutorias et definitivas postulandum, Vanandum et audiendum.*

\* *Fanare* iudicium dicitur, cum lite contestata, partes ante iudicium sententiam inter se conveniunt. Instr. ann. 1217. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 55. col. 1 : *Utraque pars Vanavit iudicium et renunciavit omni allegationi de facto et productioni testium.* Quo etiam sensu intelligendus videtur locus supra laudatus.

¶ 2. **VANARE**, pro *Vannare*, vanno purgare, *Vanner*. Statutum Humberti II. ann. 1340. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 394 : *Ipsæ Marescallus personnaliter interesse debeat, ut avena Vanetur.* Libertates Portis-Ursonis inter Ordinari. Reg. Franc. tom. 4. pag. 640 : *Molendinarius Vanat tringinta boessellos, pro una placenta.* Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 764 : *Ratione cujusdam servitii, quod in granario suo Vanando blada sua facere debebat.*

¶ **VANASSORES**, mendose pro *Vavassores* apud Miræum tom. 1. pag. 191. col. 1. 2. pag. 192. col. 2. pag. 391. col. 1. et pag. 392. col. 2.

\* **VANATA**, Tempus, quo frumenta aliave grana vanno purgantur. Charta ann. 1248. in Chartul. S. Corn. Compend. fol. 160. vº col. 1 : *Et percipient..... bladum et avenam in predicta grangia annis singulis ad duas Vanatas, quas ipsi maluerint. Vanée*, pro *Bote de paille*, fascis stramineus, in Comput. ann. 1369. ex Tabul. S. Petri Insul. : *Item pour six Vanées de paille, iij. solz.* Vide *Vaneia*, *Vannatio* et infra *Ventilatio*.

¶ **VANATURA**, Purgamenta, quæ ex tritico ventilato remanent, Picardis nostris *Hottous*. Vide *Hauto*. Charta ann. 1258. ex Chartul. S. Vandreg. tom. 2. pag. 1721 : *Ego et hæredes mei habebimus stramina et Vanaturas, exceptis tantummodo Vanaturis frumenti ordeum forensis valentibus.* Vide *Vaneia*.

¶ **VANCELLUS**, pro *Valloncellus*, Valli-culus, ni fallor. Vide in *Vallo* 1. Charta Raimundi Comit. Barcinon. ann. 1016. in Append. ad Marcam Hispan. col. 997 : *Et pervadit usque in ipsos Vancellos de Romano; et inde vertit usque ad mare.* Vide *Vauchellus*.

\* **VANCQUA**, a vulgari *Wangue*, Pervenencia, Gall. *Pervenche*. Comput. ann. 1496. ex Tabul. S. Petri. Insul. : *Item custodi ecclesie pro ramiis et Vancqua, pro decoratione chori in die dedicationis ecclesie, pro duobus annis, xx. sol.*

¶ **VANDAGIA**. Vide *Wandangia*.

¶ **VANDALIENSES**, Militum genus apud Anglos. Charta ann. 1362. apud Rymer. tom. 6. pag. 370 : *Si contingat dom. Regem Castellæ et Legionis, Alfonsun filium suum, aut ipsorum hæredes, hominibus ad arma, castellanis, sagittariis, gubietibus, Vandalien-sibus, aut aliis indigere, etc.*

\* **VANDEL**. Multæ pecuniariæ nomen, apud Polonos. Stat. ann. 1505. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 313 : *Si Judeus iudici*

*suo in pœna pecuniaria, quæ Vandel dicitur, reus inventus fuerit, etc.*

¶ **VANDILAGO**. Vide in *Andelangus*.

**VANDOSITAS**. Vide *Bandositas*.

¶ **VANEIA**, Ipsa purgatio granorum, quæ vanno fit. Charta ann. 1222. ex Tabul. Corbeiensi : *Concesserunt quattuor modios frumenti de territorio de Tanes in grangia sua ejusdem loci annualim hæreditarie capiendos ad mensuram ejusdem villæ fuste ad fustem mensuratos, ad quancumque Vaneiam voluerimus infra festum S. Remigii; et si una Vaneia non sufficeret, nos defectum capiemus ad primam Vaneiam subsequentem.* Vide *Vanatura* et *Vannatio*.

¶ **VANELLA**, Agger, ut videtur, Gall. *Chaussée*. Charta ann. 1297. ex Tabul. Angeriæ : *Quarum domorum una sita est in Vanella quæ est extra arbergamentum quod fuit Arnaldi Gobeti, per quam guidem Vaneliam itur de minagio dictæ villæ versus arbergamentum aux Torsiez.* Leg. forte *Venella*, via strictior. Vide *Venella* 1.

\* Idem certe quod *Venella* 1. Viculus, angiportus, via strictior. Libert. civit. Capture. ann. 1344. in Reg. 68. Chartoph. reg. ch. 312 : *Item creant... dicti consules... curatores seu gardiatores operum et ædificiorum, parietum, Vanellarum, aygueria-rum, stilicidiorum, etc.* Quæ rursus leguntur in Reg. 80. ch. 487.

**VANELLUS**, Avis species, *Vanneau*, de qua Fridericus II. Imp. lib. de Venatione cap. 2. 11.

\* **VANERE**, Deficere, evanescere, *Deffalhir*, Prov. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. Vide *Vanare*, 1.

\* **VANEZA**. Charta ann. 1130. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 171 : *Campum unum, Vanezas quatuor juxta Cavazoch, etc.* Vide *Vanæpasturæ*.

**VANGA**, Sarcula. Ugutio et Jo. de Janua : *Vanga, genus fossorii, quia vagando fodit.* Glossæ MSS. : *Vanga, pala cura ferro.* Lexic. Lat. Gall. : *Vanga, Besche.* Ital. *Vanga*, idem sonat quod *Bipalium*. Olla patella : Sarcula, metra, ligo, traha, tribula, Vanga, securis. [Ad calcem Codicis MS. not. 780. ex Bibl. Sangerm. legitur hoc distichum :

E manibus duris non me trahat incola ruris,  
Quorum sunt juris traha, tribula, Vanga, securis.

Elmhäm. in Vita Henrici V. Reg. Angl. cap. 97. pag. 278 : *Ligonum insopite curæ, torquentes telluris viscera Vangarumque numerabile vulgus, mordaci terræ ruptura indulgens vigiliis, etc.*] Leges Burgorum Scoticorum cap. 125. § 1 : *Scannum, scabellum, ... Vangam, securim.* Gregorius M. lib. 3. Dial. cap. 14 : *In horto monasterii fecit jactari ferramenta, quæ usitato non nomine Vangas vocamus.* Et mox : *Facto autem mane... hortum ingressus, quot Vangas jactari præceperat, tot in eo laborantes operarios invenit, qui inculca illius horti spatia, quæ inculca fuerant, coluerunt.* A Gregorio eadem habent Acta S. Felicis apud Bolland. 14. Januar. § 1. Vide *Petrum Crescentium* lib. 1. de Agricult. cap. 6.

**VANGA** interdum pro nescio quo armorum genere accipitur. Gloss. Ælfrici : *Vanga, spada.* Vocabular. Anglo-Lat. ann. 1440 : *Spade, Vanga, fossorium.* Pro eo nempe gladio, quod instar fossorii erat;



vel quod rustici ejusmodi fossoriis pro armis uti solerent. Gervasius Dorobernensis ann. 1198 : *Unde factum est, ut rustici inpetiti, Vangis et fossoris assueti, armis militaribus gloriarentur invit.* Ejusmodi porro *Vangas*, nostri *Vouges*, videntur appellasse. Le Roman de Garin MS :

Hauce un Vouge que entre ses mains tint,  
Le bras senestre li a copé parmi.

Froissartes 2. vol. cap. 9 : *Si estoient bien 700. lances, et 2000. d'autres gens, que nous appellons maintenant gros Vallets, à Vouges, dagues, et bastons d'armes. [Vouges, in Charta ann. 1430. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 1019 : Jehan le Seneschal conestable de Fougeres, et qui a la garde des portes de ladite ville à raison de son office, vi. h. à Vouges au Delleguet. Vouge Nicotius interpretatur Venabulum lato ferro.] Vide Panga. Qui porro in bellis ea arma deferebant, Vouliers vocantur in Chronico scandaloso, uti vocant, Ludovici XI. Regis Franc. pag. 58. et 70. [Vouliers, in Recensione ann. 1477. apud eundem Lobinell. ibid. col. 1379 : Bonnet du Bout II. Vouliers, un coustilleur. Jehan de Quelen homme d'armes, II. Vouliers, I. coustilleur, etc.] Idem porro videtur*

VAGA, apud Anglos. Liber Anglicus inscriptus *Justice of peace* f. 77. v : *Scilicet gladiis, baculis, Vagis, falcastris, arcubus, et sagittis, etc. [Vide Vougelus.]*

VANGAMENTUM, Vindicta, vindictio, ultio; ex Gallico *Vangement*, vel ut hodie obtinet, *Vengeance*. Charta Fundationis Capituli S. Martini Artonensis in Arvernia ann. 1048. apud Phil. Labbeum tom. 2. Biblioth. pag. 754 : *Sed si tale forisfactum nihil aut aliis illi Canonici, vel illorum Clerici, seu homines eorum fecerint, et rectum facere noluerint; infra 14. dies Vangementum non capiam, et in his 14. diebus admonebo illos duos vel tres per me, aut per unum Missum in Capitulo illorum duas vices, ut rectum faciant.*

¶ 1. VANGARE, pro *Vagari*, ut videtur. Memoriale Potestat. Regiens. ad ann. 1250. apud Murator. tom. 8. col. 1117 : *Et Regini iverunt ad Novem et combusserunt terram, et Vangaverunt undique, et ceperunt multos homines et jumenta.*

¶ 2. VANGARE, Terram *Vanga* seu ligone versare, vox Italica, Gall. *Bécher*. Chron. Bergom. apud eundem Murator. tom. 16. col. 875 : *Vangabat in campo Monacharum S. Bernardi, etc.* Hinc

¶ VANGATA, Ipsa actio terram ligone versandi. Statuta Mutin. Rubr. 135. fol. 24. v° : *Statutum est quod Pontesellus, qui vadit per braidam dom. Rainerii de Nonantula, per tres Vangatas ab hominibus de Nonantula cavari debeat.*

VANI, Pennæ species in avibus, Italis *Vanni*, de qua sic *Fridericus II.* lib. 1. de Arte venandi cap. 50 : *Numerus itaque pennarum in unaquaque ala est 26. quatuor magis propinque corpori, quæ dicuntur Corales, et postea 12. quæ dicuntur Vani, firmiores et duriores coralibus, et alterius coloris et figuræ. Denum versus extremitatem alæ aliæ sunt 10. quæ forinsecæ dici possunt; hæ sunt firmiores, duriores, et longiores illis, quæ dicuntur Vani; ultima harum decem dicitur Saxellus, etc.* Adde

cap. 46. 51. Vide Oct. Ferrarium in *Vanni*.

¶ VANIARE, *Vagari*, vana dicere. Vide supra *Vanaciare*. Acta S. Franciscæ Rom. tom. 2. Mart. pag. 125 \* : *Repausa ergo tuam mentem, ne vadis Vaniano, fige te in amore benigno. Vide Vanizure.*

VANIASTUTUS, Ματαίσωτος, in versione Confessionis Nicephori Patriarchæ Constantinopolitani, apud Baron. ann. 811. 51.

\* VANIGLORIUS, Vir *vanam gloriam* aucupans. Vita S. Walth. tom. 1. Ang. pag. 259. col. 2 : *Vaniglorium datorem derident. Vide Vanagloriosus.*

VANILOQUIUM, Ματαίολογία, Frustratio : ματαίολόγος, *Vaniloquus*, in Gloss. Græc. Lat. Leo III. PP. Ep. 1 : *Omnes rationem reddituri sunt Domino de Vaniloquis.* Occurrit in 1. et 2. ad Timotheum, ut *Vaniloquus*, in 1. ad Titum, in Capitul. Aquisgran. ann. 789. cap. 69. in Capitul. 1. Caroli M. incerti ann. cap. 36. etc. [\* Pro Fictio, commentum occurrit in Thangmari Vita Bernwardi apud Pertz. Scriptor. tom. 4. pag. 779 : *Bernwardus Ep. divina inspiratione doctus non ejus Vaniloquo attendens, obligationis suæ anathema illi retexit.*] [*Vaniloquens*, in Oberti Cancell. Annal. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 302 : *Istos videtis Vaniloquentes, et de uno ad aliud sine mora transeunt.*]

¶ VANIRE, VANNUERE, Vannare, Gall. *Vanner*. Gloss. Lat. Gr. : *Vanio*, Βράσσω. *Vannuo*, λεργίζω.

VANITARE, VANIZARE. Jo. de Janua : *Vanitare, vanitatem dicere, vel vanitando laudare.* Unde nostris *Vanter, se vanter*. S. Augustinus lib. de Quantit. animæ cap. 33 : *Vanitas est fallacia, Vanitantes autem vel falsi, vel fallentes, vel utriusque intelliguntur.* S. Bernardus de Morib. Episc. cap. 2 : *Et nos Vanitando peritis, et nos spoliando perimitis.* [Gozechini Epist. apud Mabill. tom. 4. Analect. pag. 366 : *Ergo arguis in me levitatem Vanitantis animi, qui velut hac illac fluitans vacare desideret, et gloriolari, pro eo quod Legium nostrum tantopere laudaverim.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Vanitare, dire vanité, vanter, ou en vanteur loer.*]

VANIZARE dixit IVO Carnotensis Epist. 66 : *De vestra benevolentia plus justo præsumentes, Vanizando dicunt, quod juxta petitionem Turonensis Archiepiscopi, eum consecrabitur, etc.* Vide *Egid. Menagium* et Oct. Ferrarium in *Vantare*.

VANITAS. Gloss. Græc. Lat. : Φαντασία, *vana visio, imago, Vanitas, visus.* Glossæ. antiquæ MSS. : *Filacteria, Vanitas.* Qua postrema notione vocem hanc usurpat Gaudentius Brixiensis Tract. 4 : *Veneficia, præcantiones, suballigaturæ, Vanitates, auguria, sortes, etc.* *Vanitatem*, pro mendacio, usurpasse Ciceronem, Tacitum, et alios, observatum ab Octavio Ferrario in Orig. Linguæ Ital. in *Bugia*.

\* Wain, pro Phantasma, in Mirac. MSS. B. M. V. lib. 1. :

Li deables ki tost brocha,  
A l'encontre si rest veuns,  
Com nns grans Wains noirs et velus.

Vide *Umbra*.

VANITIES, pro *Vanitas*, apud Ammianum lib. 21. pag. 180.

¶ VANITAS, Lassitudo, virium defectio, Gall. *Abatement*. Consuet. Fontanell. MSS :

*Nobis autem conceditur post matutinas redire ad lectum, ne somnum quem corpori fragili subtraheremus, resumere pro diem lassitudine et Vanitate compelleremur.* Nostri *Etre vain*, eodem intellectu dicunt. Le Roman de Robert le Diable MS :

Mais sa biele fille la bloie  
Ne fait de nul deduit samblant :  
Ains a le euer Vain et dolant.

\* Hinc *Vain*, pro *Languidus*, in Lit. remiss. ann. 1384. ex Reg. 125. Chartoph. reg. ch. 9 : *Luquelle Perenelle, qui estoit laisse et Vaine, tant pour ce qu'elle n'avoit menlié de tout le jour, comme pour ce qu'elle estoit malade.*

¶ VANIUS, *Vagus*. Leges Norman. cap. 19. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 190 : *Si quis bovem, vel asinum, vel aliquam rem suam adiraverit, quæ ab aliquo Vania fuerit inventa, si detentor eam suam esse asserit, etc.*

\* Mendose pro *Vainus*. Vide supra in hac voce.

¶ VANIZARE, ut supra *Vanaciare*. Bonincontrus in Chron. Modeto. apud Murator. tom. 12. col. 1172 : *Cum crederent quod Vanizaret, nec quod tam longe esse posset, etc.* Vide alia notione in *Vanitare*.

VANLEHEN. Vide *Fahnelen* et *Feudum vezilli*.

¶ VANLEUGA, pro *Banleuga*, Gall. *Banlieué*, Modus agri, cujus finibus loci alicujus immunitas vel jurisdictio terminatur. Vide *Bannum leuga* in *Bannum* 3. Charta ann. 1350. ex Tabul. B. M. de Bono-nuntio Aurelian. : *De Consuetudine ecclesiæ nostræ Carnotensis communiter observatæ in villa Vanleuga Carnotensi.*

¶ 1. VANNA, Stragulis species, vulgo *Vanne* dicta. Leges Palat. Jacobi II. Reg. Majoric. inter Acta SS. tom. 3. Jun. pag. LVII : *Habeantur et teneantur in promptu Vannæ, linteamina, coopertoria, et aliæ decentes vestes, ultra illas quæ pro lectis nostris sunt ordinatæ.* Ita etiam legendum in Statutis MSS. Capitulorum S. Victoris ann. 1216. et 1294. ubi *Vanoa* legit D. le Fournier : *Item vestiti stamineis, braccis et caligis et cincti, sicut consuetum est, dormiatis, linteamina, Vannas et coopertoria non tenentes, nisi necessitatis causa.* Capitul. ann. 1294 : *Calcarea, lectus, matalacia, Vannas, flansadas, lapides pretiosi, etc.* Semel et iterum *Vanoa* occurrit in Inventario ann. 1379. ex Schedis Cl. V. Lancelot, ubi perinde emendo *Vanna*. Vide *Vana* 1. [\* Vide *Vanoa*.]

\* Hinc *Vanner*, pro *Berner*, Aliquem e stragulo in altum jactare, in Lit. remiss. ann. 1377. ex Reg. 112. Chartoph. reg. ch. 106 : *Pour laquelle chose ledit Jehan Pastor exposant par esbatement avec plusieurs autres de la ville (de la Terrasse) pristrent icellui Lambertet, en disant : Vous devez estre Vannez ou baculez; car vous avez routé la feuille du til : et est la coustume telle, que ceulx qui prennent riens du til, doivent estre Vannez.* Vide infra *Vanoa*.

¶ 2. VANNA, ut infra *Venna*, ni fallor. Regest. Episcopat. Nivern. ann. 1287 : *Item quilibet qui vendit archas Vannæ scilicet situlos, tinas, criles, bussellos, debet in festo S. Cirici II. den.*

\* Charta Childeb. I. ann. 558 tom. 4. Collect. Histor. Franc. pag. 622 : *Cum in-*



sulis quæ ad ipsum fiscum adjacent, cum piscatoria, quæ appellatur *Vanna*.

¶ **VANNATIO**, Purgatio frumenti aliorumve granorum, ut supra *Vanea*. Chron. Bonæ Spei pag. 293 : *Illi de Vana Spe aliam triturationem, seu Vannationem expectare tenentur.*

\* *Vannage*, nostris, eadem notione. Pactum inter castell. et monach. de Britolio : *De chacun mui nous payerons ou faisons payer deux boittias de blé au boittiau du moulin, et pour les Vannages du blé, de un muis nous payerons quatre boittias de blé.*

¶ **VANNELLUS**. Vide infra *Vannus*.

¶ **1. VANNERIA**, pro *Bannaria*, Vexillum. Tabular. Æduense : *Et nihilominus dicti commissarii Vanneriam seu vexillum dicti actoris in dictis temporibus elevari et deferri per dictam villam Lugdunensem, ac si dictas actor Archiepiscopus foret Lugdunensis, fecerunt.* Vide in *Bandum 1.* et *Vannalum*.

¶ **2. VANNERIA**, a Gall. *Vannerie*, Locus ubi vannii et alia quæ ex vimine fiunt, conficiuntur. Charta ann. 1273. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 25. col. 1 : *Item terram quæ est in Vanneria,.... cum cuncto dictæ Vanneriæ, usque ad donum Johannis le Flament.*

¶ **VANNIUM**, pro *Bannium*, vel *Bannum*, Gall. *Ban*, Proclamatio. Conc. Salmant. ann. 1335. inter Hispan. tom. 3. pag. 589 : *Vannia autem in jure contenta fieri volumus isto modo : quod contrahentes vel veniant ad ecclesiam, vel ecclesiam (sic) foris ipsius, videlicet in Missa, aut debita hora Missæ ibidem populo congregato, prædicta Vannia, ut est juris, per presbyterum publicentur.* Ubi de solemnii futurarum nuptiarum proclamatione agi nemo non videt. Adde *Bannum 1.*

¶ **VANNIUS**, f. ab Hisp. *Vaño*, vel *Baño*, Balneum : nisi sit nomen loci. Charta inter Conc. Hispan. tom. 3. pag. 168 : *Et conclude per illum flumen usque intrat Lor in Sylæ, et item ad aquaria et per Vannios.*

¶ **VANNUERE**. Vide supra *Vanire*.

¶ **VANNULUM**, Vexillum minus, ut supra *Vanneria 1.* Charta ann. 1328. apud Ludewig. tom. 2. Reliq. MSS. pag. 275 : *Conferentes eidem ac infœdantes et investientes.... per sceptram regule, sub Vannulis et vexillis, ut est moris.*

¶ **VANNULUS**, diminut. a *Vannus*. Gloss. Lat. Gr. : *Vannulus*, θρίναξ, λιανάριον.

¶ **1. VANNUM**, Pars navis. Contractus initus inter S. Ludovicum Reg. Franc. et Venetos ann. 1268 : *Et habet duos paradissos, et unum Vannum et supervannum coopertum et duos pontes.*

¶ **2. VANNUM**, pro *Bannum*. Charta Goscelini Archiepisc. Burdigal. inter Instr. tom. 2. Gall. Christ. novæ edit. col. 323 : *Itaque illius et quorundam religiosorum virorum consulta supradictum locum consecrando justitiæ Dei et nostræ Vannum imponimus.*

¶ **VANNUS**, **VANNELLUS**, Mensurarum species, in *Vanni*, seu *ventilabri* speciem forte confecta. Ermentarius Monachus lib. 2. de Vita S. Filiberti cap. 14 : *Advecta est deinde in vase, quod Vannus vulgo dicitur, quedam femina duplici damnata incommodo, etc.* Libertates MSS. Villæ S. Desiderii in

Campania ann. 1228 : *Vannellus carbonis minuti vendetur 5. solidis tantum, et continet in se daodecim Vannos per mensurationem Scabinorum.*

\* *Van*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1388. ex Reg. 133. Chartoph. reg. ch. 105 : *Jehannin de Mecon..... estoit tenuz et obligiez en la somme de quarente deux Vans de charbon. Barne vulgo. Vide Benna 5.*

¶ **VANO**, pro *Vanna*. Vide in hac voce.

\* **VANO**, Stragulum acupictum gossipio fartum. Charta ann. 1331. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 924 : *Item quod dictus Jacobus per sui officii (viguierii) potentiam, quandam Vanoam et ob causa (sic) valoris octo librarum et ultra ejusdam presbiteri, quæ ad inquantam vendebantur, etc. Item tres Vanoas tales quas, in Invent. ann. 1361. ex Tabul. D. Venciæ. Nihil ergo temere mutandum in locis laudatis v. *Vanna 1.* ubi *Vanoa* legitur.*

\* **VANO**, Eadem notione. Charta ann. 1327. in Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 55 : *Ivit ad donum dicti servientis, et deinde fecit abstrahi circa primum sompnum tassas argenti, chalonos, coxinos, Vanonas et plures alias res.*

¶ **VANTA**, ut *Venda*. Vide *Venda 1.* et **3.**

¶ **VANTALLUM**, ut infra *Ventalan*. Charta ann. 1209. ex Tabular. S. Nicassii Remens. : *Debemus habere et retinere imposturam Vantalla essaverie vivarii nostri.*

¶ **1. VANTARE**, Vane ostentare. Glossæ MSS. apud Vossium lib. 4. de Vitiis serm. cap. 29 : *Jactare dicitur pro Vantare.* Quod a vento, vel potius a venditare effortatum docet ibidem Vossius.

\* **2. VANTARE**, Facti alicujus auctorem se publice fateri, nostris *se Vanter*, eodem intellectu; unde *Vantance*, eadem acceptione. Conc. Marciac. ann. 1329 : *Attendentes superius nominatos.... se ipsos Vantasse et publice detexisse se fore culpabiles homicidii, etc.* Lit. remiss. ann. 1406. in Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 73 : *Icellui Raoul perseveroit en sa fole et nensongeuse Vantance, et tellement l'avoit escandelifié, que la chose estoit comme toute commune.*

\* At vero *Vanter sen plesge*, Sponsorem suum liberare a fidejussione, significare mihi videtur, [\* auctorem laudare,] in Charta Ludov. comit. Clarimont. ann. 1197. ex Reg. ejusd. comitat. : *Chacun porra Vanter sen plesge, si comme il doit. Je Vanterei me plesge, si comme je suel, se il n'ara donné plesge de pleoine amendée.*

¶ **VANTARIUS**. Charta sub Edw. II. Reg. Angliæ, apud Spelmanum : *Richardus Rockesley miles tenebat terras Seatonie per serjantiam esse Vantarium Regis (in) Gascoign, donec perusus fuit pari sotularium pretii 4. den. id est, dum trivisset per calceorum 4. den. Ubi idem Spelmanus : *Vantarius, precursor, ut vantarius Regis est assecla Regis, qui cæteros suos asseclas prægreditur, the kings fore footman.* Vim vocis fateor me non assequi; nisi *Vantarius* ponatur pro *Ventarius*, qui tributa Regia in Vasconia recipiebat, ita ut serjantia species fuerit. Vide *Ventarius*, in *Venda*.*

\* **VANTAYA**, f. Jus in arboribus ventorum violentia eversas. Reg. feud. Norm. ex Cod. reg. 4653. A. fol. 189 : *Tenet quartam partem nemorum, excepto griagio*

et *Vantaya*. Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 170. rº. col. 2 : *Dominus Galterus de Flavacourt... tenet a domino Johanne de Monchevrel quartam partem nemorum, excepto griagio et Vantay.* Vide *Venteicium*.

¶ **VANTBRAS**. Charta Henrici V. Reg. Angl. tom. 4. Hist. Harcur. pag. 1440 : *Reddendo nobis et eisdem hereditibus nostris unam cerotecam de plate pro dextra manu et unum Vanbras pro dextro brachio. Ubi excidisse existimo literam A, ita ut legendum sit *Avantbras*. Vide *Antebrachia*.*

¶ **1. VANTUS**. Vide in *Wantus*.

\* **2. VANTUS**, perperam pro *Vancus*, et ex mutatione *b* in *v* pro *Bancus*, Scannum, sedile. Charta ann. 1329. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 90 : *In dicta platea communi, presentibus dictis consulis,.... cum quadam guisarna supra quemdam Vantum seu sotum decapitavit dictum Geraldum.*

\* **VANUM PASTURAGIUM**, idem quod *Vanapastura*. Locus est supra in *Pasturagium*.

¶ **VAPORARE**, pro *Calefacere*, non semel dixit S. Ambrosius lib. 4. Hexaëmer. cap. 5. at cap. 3. pro *exurere* usurpavit. Auctor antiquus Vitæ S. Lupicini Abbatis Jurensis n. 5 : *Ut dum alii quotidie flabris scandali jam per elationem Vaporatum accendunt, etc.* Gloss. Medic. MS. Reg. cod. 1486 : *Vaporatio, celefactio.*

¶ **VAPORATORIUM**, Vaporarium, hypocaustum. Chron. Andr. Danduli apud Murator. tom. 12. col. 524 : *His diebus fuit maxima tempestas Venetiis,.... ut.... multa Vaporatoria, multæ fuerint, multæ turres corraerint aut corruptæ fuerint.*

¶ **VAPORES**, Vaporiferus, apud Prudentium.

¶ **VAPULARI**, pro *Vapulare*. Acta SS. Savini et Cypriani tom. 3. Jul. pag. 194 : *Suspendantur, exungulentur et Vapulentur a capite usque ad talos.* Translat. S. Athanasii apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 1067 : *Qui mox exterritus evigilans, excitavit socios suos : Vapulati sumus, dilectissimi, inquit.*

\* **VAPULATOR**, Qui flagello spicas excutit, Gall. *Batteur en grange*. Charta ann. 1180. in Chartul. S. Corn. Compend. fol. 127. rº. col. 1 : *Ecclesia ponet in grangia Mesvillaris Vapulatores, quantos voluerit.*

\* **VAQUA**, Vacca, ita *Vaque*, pro *Vache*, in Charta ann. 1448. ex Chartul. 23. Corb. Stat. sabat. Carcass. ann. 1402. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 560. art. 7 : *Non sit ausus ponere seu immiscere de duobus coris, quasi dicamus corium mutonis immiscere cum corio Vaque seu de cordoa, etc.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Vaquiar, Prov. Vaquarius. Vaguaria, Prov. vaquaria.*

¶ **VAQUALIS**. Tabularium Camalar. diocæ. Anic. : *Mansus Rasapota à la Liger reddidit pro carcio XII. den. et sex Vaquales.* f. Moneta minor vacca insignita, ut *Benelharnensis*.

¶ **VAQUERIUS**. Vide supra *Vacquerius*.

¶ **1. VARA**, Species acupii fluvialis. Charta Occitania ann. 1311. ex 47. Regesto Tabularii Regii num. 130 : *Item ordinavit, quod quicunque de cætero capient aves in aliquo ditorum stagnorum cum qua-*



dam arte vocata *Vara*, drechuram sive pulmentum consuetum domino, in cuius aquis aves prædictæ capiuntur, solvere teneantur, dato quod alibi cum avibus sic applicassent; et quod de cætero nullus erit ausus aves aliquas capere cum quadam arte vocata emplumailhe, sive capusiera, sive cum quibusdam aliis artibus antiquis, arte tamen prædicta *Vara* duntaxat excepta. Vide *Varus*.

¶ 2. **VARA**, Semita, Gall. *Sentier*. Statuta Avenion. edit. ann. 1612. rubr. 54. de via præstanda, art. 1: *Sequatur Varum propinqtorem viæ publicæ*. Ibidem: *Si de vineis agatur, quæ parvis semitis (vulgo dictis Vares) circumdantur, etc.*

¶ 3. **VARA**, ut infra *Warda*, Custodia. Charta Rudolphi Episc. Halberstad. ann. 1147. apud Ludewig. tom. 1. Reliq. MSS. pag. 6: *De singulis mausis duo maltra frumenti et unum anserem advocat singulis annis recipiat hac conditione ut in legitimis placitis suis homines sub observatione quadam, vulgo dicta *Vara*, astare et respondere non cogat*. Vide Gloss. Schilteri in *Wara*. [\* Haltans. Glossar. col. 437. voce *Far* et Oberlin. col. 1691. voce *Var.*]

¶ 4. **VARA**, **WARA**, Bonitas, valor: quod de monetis dicitur earumque sinceritatis examine, in Charta Ludovici Ducis Brandenburg. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 5: *Si vero denariorum dictorum monetariorum *Varam* decreverimus adhibere, hoc nusquam licebit fieri, nisi in eorum fabrica, vel in capisorum assere eorumdem.... Nullus etiam dictis nostris monetariis *Varam* inferre præsumat, sine nostro consensu*. Charta ann. 1364. apud eundem tom. 1. pag. 364: *Vendidimus pro viginti et septem marcis *Ware* Queruordensis in nostræ ecclesiæ profectum utiliter redactis quatuor mansos. *War*, verus, in Gloss. Teuton. Schilteri.*

**VARANGI**. Vide *Warengangi* et *Vargi*.

¶ **VARANNA**, Falculas venandi cuniculos aut lepores, idem quod *Wareenna*. Charta ann. 1153. apud D. Brussel tom. 1. de Usu feud. pag. 273: *Varannas quæro, et alia multa qui contra me exercent in ipso castro ipsi et ministri ejus. *Varenna* editum inter Instr. tom. 4. Gall. Christ. novæ edit. col. 173.*

**VARANTIA**. Vide *Garantia* 1.

¶ **VARANTIZARE**. Vide in *Warantus*.

1. **VARARE**, vel **VARIARE**, dicitur flumen, quod *divaricatur*, seu in duos alveos finditur, apud Gromaticos pag. 295. Mago et Vegoiæ Agrimensores: *Sunt et alii pontes in vicualibus et privatis viis, quorum alvei *Varantur**.

\* Goesius in Ind. ad Rei agrar. Script. antiq. legit *Vallantur*, contra Salmas. a quo in Lex. Vitruvii: *Varare flumen, male, Trajicere*. Hæc ex animadv. D. Falconet. Vide apud eumd. Goes. quid sit *Varatio* et mox *Variare* 1.

2. ¶ **VARARE**, vox Italica, Navem mari committere, Gall. *Lancer un vaisseau*. Bartholomæi Scribæ Annal. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 495: *Statim *Varate* fuerunt galeæ x. deuvo factæ*. Rursum col. 503: *Omnes galeas *Varari* fecit* (Potestas) et eas necessariis omnibus ordinari. Statuta Massil. lib. 1. cap. 46: *Constituimus ut commune *Massilie* habent vasos magnos et*

*parvos ad naves, et ad alia ligna *Varanda*, eosque teneat bene aptatos, et paratos (ad) *Varandum*, expensis communis, et quicumque naveni aut aliud quodcumque lignum *Varare* volent a modo, illud *Varent* cum dictis vasis duntaxat, etc.*

\* Acad. Crusc. *Deducere navim e navalibus*. In Stat. vero Massil. hic laudatis, *Carinare*, navem reficere sonat, ut et in Lit. Salad. apud Lamium in Delic. erudit. inter not. ad Hist. Sicul. Bonincont. part. 1. pag. 198: *Imposuerunt nobis preces, ut naves eorum traherent ad terram; et nos inquirimus duanam quam deberent, et duana testificabat, ut unaqueque nave deberent dare s. ij. ad tenendas naves et s. ij. *Varandas* et s. iij. per timones. *Varar* vero, Provincialis, *Tutubare, labare*, ex Glossar. Provinc. Lat. Cod. reg. 7637.*

**VARBALLUM**. Jura et Consuetudines Normanniæ cap. 17. de *Verisco*, seu jure naufragii: *Ex eo Dux habet.... omnem piscem ad *Varballum*, qui ad terram pervenerit*. Ubi editio Gallica: *Et tout poisson, qui par lui vendra à terre, oa qui aura esté prins à terre.* [*Varballum* editum apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 188.]

\* *Varballum*, ut apud Ludewigum, qui ibi monet inde Germanicum *Walfisch*, legitur in Cod. reg. 4651. ubi nihil reperitur in Gallico, quod huic voci respondeat.

\* **VARCA**, pro *Barca*, Navicula. Lit. Salad. apud Lamium in Delic. erud. inter not. ad Hist. Sicul. Bonincont. part. 1. pag. 197: *Et non debent apprehendere aliquid, nec guardianus de duana, nec curatores, nec illi qui cum *Varca* servant*.

**VARCATURA**. Charta Guillelmi filii Rogerii Ducis Apuliæ ann. 1142. apud Ughellum tom. 8. pag. 417: *Et dictum molendinum cum parte *Varcaturæ* suæ, et cum integro sedio, ... et cum lignaminibus eidem molendino sufficientibus ad aptandam *Varcaturam* solum pro palata ejusdem molendini, etc.* Ubi *varcatura* idem valet, quod *virgatura*: (nostri *vergne* dicunt:) virgæ scilicet et ligna, quibus fluviorum aut stagnorum ripæ continentur: nisi sumi debeat pro aggere ipso seu transitu ad molendinum: Italis enim, maxime poëtis, *varcare* est transire, ut *varca*, et *varco*, iter, transitus. [Vide *Valcatorium*.]

¶ **VARCHETTA**, ut supra *Vacheta*; nisi sit pro *Barchetta*. Vide in *Barca*. Chron. Andr. Danduli apud Murator. tom. 12. col. 366: xxxix. *galeas, decem *Varchetas*, et iv. uaves festinanter preparari faciunt*.

**VARCINATICUM**. Charta Ludovici Pii lib. 2. Chronici S. Vincentii de Vulturno pag. 682. [\* Murat. tom. 1. part. 2. pag. 369 col. 2. B.]: *De quibus una est donatio quam Lupus Dux ad prædictum sanctum locum fecit de *Varcinatico*, id est animalia, quæ exigebantur ad mensam Principis Ducatus Spoletani*. Idem Chronicon pag. 685. [\* Murat. pag. 373. 2. B.]: *Obtulit quoque præceptum, ... et de clausura in Marsis, et de *Varcinatico*, id est, animalia, quæ exigebantur ad mensam Ducis Spoletini*. Idem videtur, quod *Barganaticum* in Charta Caroli M. Vide in hac voce et *Warciniscum*.

¶ **VARDECLOQUE**, a *Warda*, custos; et *Cloque*, campana. Statuta scoteriæ in Tabular. Audomar.: *Veniat quolibet sero infra*

*sonum campanæ quæ pulsatur in ecclesia nominata *Vardecloque**.

¶ **VARDONUS**, Pars calcei, f. ab Italico *Guardone*. Statuta Saluciar. collat. 5. cap. 146: *Statutum est quod quilibet caligarius, seu fieri faciens subtulares ad vendendum in Saluciis, teneatur et debeat facere seu ponere eidem subtularibus soleas de schina corii grossi, et in eis ponere *Vardonos* de schina corii grossi, et hoc intelligatur in subtularibus grossis: in subtalaribus vero subtilibus debeat ponere soleas de corio breato, cum *Vardonis* corii breati*.

¶ **VARE**, ut infra *Varus*. Vide *Vervicune*.

¶ **VAREA**, Tributi species. Statuta Venetorum lib. 6. cap. 68: *Quod vertitur.... in dannum patronorum et aliarum mercationum, propter dactia, nabula, et *Vareas**. Ibidem: *Vaream non dari, nisi de rebus, quæ in quaterno Scribani descriptæ sunt: nisi ii libri aut furto ablati, aat in mare projecti sint: præterea de armis ac harnesiis*. Agitur etiam de *Vareâ* pluribus cap. 73. 74.

¶ **VARECH**. Vide in *Wreckum*.

¶ **VARECTUM**. Vide *Warectum*.

¶ **VARENDA**, **VARENDATIO**, **VARENDATOR**. Vide *Warantus*.

**VARENNA**. Vide *Wareenna*.

¶ **VARENS**, **VARENTARE**. Vide *Warantus*.

**VARES**, seu *Varios* vocant, murium Ponticorum speciem quamdam qui ventre tantum albi sunt, dorso fuscusculo, ut ait Julius Scaliger in Aristotel. ubi de *Muribus Ponticis*. Hos *Vares* vocat Josephus Barbarus in Itinerario ad Tanaïm pag. 456: *Sibelinos, Armelinos, Dossos, *Vares*, vulpes, et id genus animalium alia illi offerentes. *Veergares*, seu *Vairs gris*, appellatione videtur Benjaminus Tudelensis in Itinerario, uti a nobis observatum in Dissertat. 1. ad Joinvillam. Hinc pelles *Varia*, et vestes *Varie*, apud Scriptores. Arnulfus Lexoviensis: *Procedit interim inter cilia pauperum fratrum et sordes, cartularii filius sericis adornatus et *Variis**. S. Bernardus de vita et morib. Relig. cap. 10: *An non posset dormiri, nisi supra *Varium* stratum, aut sub peregrino copertorio?* Will. Brito lib. 9. Philippid.:*

Et quas huc mittit Varias Hungaria pelles.

Cæsarius Heisterbach. lib. 6. cap. 5: *Vestimenta ejus satis despecta erant, et humilima, non grisea, non *Varia*, sed ovina*. Synodus Monspessulana ann. 1258. cap. 3: *Et qui tonsuram dimiserint, aut in habitu non vixerint clericali, vestes *Varias* deferendo, vel alias Clericos non decentes*. Rogerus Hovedenus pag. 642: *Et quod nullus post proximum Pascha utatur *Vario*, vel grisio, vel sabellina, vel escarleta*. Albertus Stadensis, et Historia Archiepiscoporum. Bremensium ann. 1183: *Et sufficienter Archiepiscopum excusavit, videlicet quod *Varium* non ferret, nec cum suis vestibus alicui erogatis, mantellum Cleri aut Militis induisset, etc.* Concilium Saltzburgense ann. 1386. cap. 6: *Hinc est, quod firmiter inhibemus, ne Clerici in publico utantur *Vario*, vel illud deferre præsumant, nisi in dignitatibus fuerint, vel Canonici Ecclesiarum Cathedralium, vel in gradu magisterii*



*scientie fuerint constituti.* [Computus ann. 1202. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. CLXXXIII : *Et pro furura Varii minuti ad capam de camelino, ad S. Andream, c. s. Pro furura minuti Varii ad supertunicale quod habuit tunc, LXX. s. Statutum Humberti II. ann. 1340. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 406. col. 2 : Item, pro folraturis raubarum Nativitatis erunt necessarii dcccc. Varii, et pro illis Paschatis, DCX. Varii, pro illis O. SS. DCX. Varii. Pelles variæ, in Tabular. S. Vincentii Cenomanens.] Vetera Statuta peagii Parisiensis : *Pelleterie de toute bonne robe Vaire, dont la peur est Esclavonasse. Varii Slavoniae*, apud Rollandinum in Chronico lib. 2. cap. 14. Adde lib. 1. cap. 13. [\* Vide Murator. Antiq. Ital. tom. 2. col. 411. et 413. Lappenb. Orig. Hanseat. Probat. pag. 58. not. 5. ad chart. ann. 1252. ubi *Telma Varii operis.* Chron. Salernitan. cap. 28 : *Varium indumentum.*]*

\* Dialog. creatur. dial. 110 : *Varius est bestia parva paulo amplior quam mustella. A re nomen habet, in ventre enim candidus, in dorso habet colorem cinereum, ita elegantem, ut mireris bestiam sua creatione spectabilem; de genere piroli est, in arboribus habitat et fetus facit.... Varius licet sit parvus, propter nobilitatem pellis, animal excellentissimum est.*

¶ VAIURUM, VAIRUS, Eodem intellectu. Johan. Demuss. in Chron. Placent. tom. 16. Murator. col. 580 : *Alique dominæ utuntur mantellis... fodratis de zendallo vel Vairis.* Tabular. SS. Trinit. Cadom. : *Omne verecum quod exciderit apud Oistrehan, aurum vel Vairum, vel mantellum sine atachia, etc.* Convent. civit. Saonæ ann. 1526 : *Pro aliqua quantitate pelliūm affaitarum, Vairorum, dolsorum, etc. De grisio seu Vairo, in Tabul. Maclov. ann. 1415. Statuta Scabinorum Maceriarum ad Mosam : Le cent de Vairs doit III. den.*

¶ VARUS, Ital. *Vaio*, Eadem notione. Joh. de Bazano in Chron. Mutin. apud Murator. tom. 15. col. 605 : *Erant vestiti de scarleto fulcito de pelliibus Vajorum.* Concil. Tarracon. ann. 1591. inter Hispan. tom. 4. pag. 615 : *Nullus audeat in vestibus seu caputiis forraturam portare de Vais albis vel de grisus.*

¶ VARUS. Chron. Parmense apud Murator. tom. 9. col. 820 : *Commune eidem fecit et donavit unam robam Varan pretio x. lib. imperialium.* Memoriale Potest. Regiens. ibid. col. 1154 : *Indutum erat corpus ejus de bono drappo de scarleto cum pulchra pelle Vara, et cum una capellina Vara de scarleto cum pulchro pallio.* Vide *Varus*, 2. suo loco.

¶ VAYRUS, in Constitut. Frederici Reg. Sicil. cap. 88 : *Possint portare Vayros in caputio vel biretta.* Adde cap. 89. et 105. Statuta Astens. collat. II. cap. 109. fol. 36. vº. et Marten. tom. 3. Anecd. col. 89.

¶ VEYRUS. Computus ab ann. 1333. ad ann. 1336. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 273 : *Cuidain pelliario per manus Francisci sartoris pro pennis de Veyro robarum domini et Comitissæ consortis domini, etc. Infra : Pro Vayro pro dom. Comitissa, etc.*

¶ VARESCDUM. Vide in *Wreckum*.

¶ VARETA. Joh. Demussis Chron. Placentinum apud Murator. tom. 16. col. 579 : *Quælibet domina communiter habet tot annulos et Varetas auri cum lapidibus pretiosis, etc.* Nescio an sit pro Italico *Barretta*, vel *Garetta*.

¶ VARGAIGNE, vox Gallica pro *Bargaigne*, ut monuit Vir eruditissimus *Falconet*, Pactum, fœdus, tractatio, Italis *Bargagno*, Anglis *Bargain*, stipulatio, contractus : unde Scriptoribus mediæ ævi *Barcantiare*, *Barganniare*. Vide supra in his vocibus. Statuta pro pistoribus Atrebat. ann. 1355. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 5. pag. 512. art. 24 : *Quiconque crelera Vargaigne en la chité (cité) il doit venir pardevant le Majeur d'Arras et les Esquevins et Jurez sur sains, qui le celera (crelera) loyoulment.*

VARGI, Latrunculi indigenæ, Arvenis. Sidonius quippe lib. 6. Epist. 4. ait, *Vargorum nomine indigenas latrunculos nuncupare* Arvernos suos; neque alii videntur ab iis, qui

VARGI dicuntur in Lege Salica et Ripuaria, hoc est, *expulsi de pago*, banniti, qui latrocinio vivebant. Lex Salica tit. 57. § 5 : *Si quis corpus jam sepultum effoderit, aut exspoliaverit, Vargus sit, hoc est, expulsus de eodem pago, usque dum cum parentibus defuncti convenerit.* Ubi Glossæ interlineares Codicis Thuani habent *dejectus*. Eadem, quæ Salica, habent Lex Ripuaria tit. 85. § 2. et ex utraque, Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 83 : *Et si quis corpus in terra, vel noffo, vel petra... exspoliare præsumperit, Vargus habeatur.* Boxhornius a Punico *Farkin*, seu Hebræo *Perek*, vel *Pherek*, rapina, vocem deducit. Camdenus in Britannia ait, se invenisse in Glossario Ecclesiæ Landavensis *Verjad* Britannice latrones appellatos, hincque *Vargos* dictos putat. Wendelinus a Latino *vagus*, littera R. interposita. Multa de hac voce commentatur Savaro ad laudatum locum Sidonii, cujus vestigium agnosco agud Innocentium III. PP. lib. 13. Epist. 95. et in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 242 : *Cæterum cum Vargum Vadarem ad monasterium pertinere testes utriusque partis ostendant, etc.* Ubi *vargus* videtur esse Italicum *varco*, vel *varca*, iter, transitus, unde *varcare*, transire : quas voces quidam a *varca*, pro *barca* deducunt. Est enim Italis proprie *varcare* fluvium vel montem pertransire. Potest etiam a *vargis* vox deduci, qui pro *vagus* sumuntur.

\* Gothicis *vargis*, idem est ac *Latro*; hinc *Vargur i veum*, *Latro* in sacris, sacerilegus. Consule Verel. Ind. Ling. [Goth. [\* Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 396. 733. Mythol. pag. 558. 707. Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 1. col. 979. voce *Warg*.]

WARGANEUS, Extraneus, alienigena, cujusmodi sunt *Vargi* extorres, et banniti, et a patria sua facti exules. Charta Udoni, Episc. Tullensis ann. 1069. apud Hier. Vignerium in Alsaticis pag. 128 : *Alienigenæ, id est, Warganei, qui manserint in banno, dabunt Comiti 4. denarios, etc.* Ab eodem denique fonte, non insulse opinor

WARINGOS, Anglo-Danos, de quibus fuse egimus ad Villharduinum n. 89. qui

ex Anglia a Normannis expulsi, Byzantinorum Imp. obsequio sese manciparunt, accessit Spelmannus, qui ita appellatos putat a Saxonico, seu veteri Germanico, ac proinde Gallico *varia* n, quod est *imprecari, execrari* unde *Waringe*, Angli maledictionem et anathematizationem, vocant, ita ut *Varingi*, perinde ac *Vargi* exules fuerint et *banniti* seu ut verbo utar Orderici Vitalis lib. 4. *extorres* : eosque Normanni, voce Anglica tunc recepta, et probrosa, *Vargos* et *Varingos* appellarint. Licet porro *Varingi*, quos Byzantini Scriptores βεργαγγουζ vocant, iisdem non semel, ut et Willelmo Malmesburiensi lib. 2. de Gestis Anglor. cap. 13. *Angli* dicantur, Anglo-Danos fuisse constat, tum ex ipso Villharduino, cui *Anglois-Danois*, tum ex Saxone Grammatico lib. 12. sub ann. 1098. cui *Danicæ vocis homines* dicuntur, satis perspicuum est. Tametsi alii Κέλτοι, seu *Celtas*, appellant Scriptorum plerique, ac præsertim Pachymeres lib. 7. cap. 35. extremo, et quos laudavimus ad Villharduinum et ad Annam Comnenam, quia scilicet ita etiam Germanos indigitabant. Vide *Warenangi*, et Glossar. med. Græcit. voce Βεργαγγουζ, col. 175. et Append. col. 35.

Eadem originationem nomenclaturæ maris Balthici, quod Russis *Mare Waregicum* dicitur, tribuit Eccardus in Lege Salica pag. 243. quod scilicet piratæ celebriores, *Vargi* nuncupati, ab ea regione prodierint.

¶ VARGUUS, βλεσός, in Gloss. Lat. Gr. Vulcanius emendat *Valgus* : nisi sit pro balbus, Italis quippe *Varguo*, blæsum sonat.

¶ VARIA, pro *Baria*, Argenti massa, Gall. *Lingot, barre d'argent.* Epitome Chron. Casin. apud Murator. tom. 2. pag. 366. col. 1 : *Item secunda vice cccclxx. libras argenti, et tredecim mille aureos, et duas Varias argenteas ponderis librarum xxx. etc.*

\*\* VARIAMEN, Varietas. Ruodlieb fragm. 8. vers. 36 :

.... modo dextra  
Tangendo chordas dulces reddit nimis odas,  
Multum distincte facio Variamina quæque.

\* VARIABILIS, Sibi non constans, qui varia loquitur aut respondet. Charta ann. 1380. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 40. col. 2 : *Quem nuntium, ex eo quod Variabilem in multis reperiit et menducem, incarcerari fecit, volens ab eodem reperiire veritatem super occasione predicta.*

\* 1. VARIARE, dicitur aqua per varios alveos decurrens. Stat. ann. 1409. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 199. col. 2 : *Per quod (fossatum) aqua dicti fontis fluit, Variat et vadit, et quæ aqua dicti fontis antea solebat venire ad molendinum. .... Dicta aqua proveniens ex dicto fonte fluit, vadit et recedit per dictum fossatum seu vallatum, et per trencatum dicti fossati seu vallati noviter facti.* Vide supra *Varare* 1.

\* 2. VARIARE, Mutare, Gall. *Changer.* Charta ann. 1394. tom. 2. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 297. col. 2 : *Dicti religiosi dictum monachum sacerdotem poterunt pro suæ libitu voluntatis Variare.*



Unde *Variet* quelqu'un, Illum a sententia dimovere. Mirac. MSS. B. M. V. lib. 2 :

Se tu de ehou point me Varies, etc.

*Variet* autem Contradicere sonat, ni fallor, in Lit. remiss. ann. 1387. ex Reg. 131. Chartoph. reg. ch. 100 : *Laquelle femme contre le propos et intention dudit exposant Varia tant, qu'il fu meu de vouloir frapper sa femme d'un petit baston qu'il avoit.*

† **VARIARE** FORUM, Jurisdictionem pro libitu mutare. Alphonsi Reg. Aragon. Epist. ann. 1429. inter Concil. Hispan. tom. 3. pag. 660 : *Ita quod de commissis vel committendis per eos excessibus, forum Variando ad votum, a nemine punitione debita valeant carceri.* Vide *Variare* 1.

\* **VARIASCERE**, Dicitur de uvis, quæ cum maturescunt colore mutant seu variant. Alex. Iatrosoph. MS. lib. 2. Passion. cap. 117 : *Cum Augusto mense incipit maturare vel Variascere uva etc.* Vide mox *Varius* 3. et infra *Vayrare*.

**VARIATOR**, Ποικιλτής, in Glossar. Græco-Latin. : Ποικίλω, *Vario*.

† **VARICA**, Struina. Vide *Gangula*.

† **VARICARE**, Transgredi. Gloss. Lat. Gr. : *Varicat*, διασπείρειν. *Varicat*, divertit, ambulat, in Gl. Isid.

† **VARICATIO**, διασπείρις, in Gloss. Lat. Gr. Græc. Lat. : Διασπείρις, *hesitatio*, *Varicatio*, *dubium*. Melius in Cod. Reg. *Variatio*.

† **VARIOSUS**, id est *Curvus*. *Variis* est vena que facit hominem curvum, in Gloss. MSS. S. Andreae Avenion.

**VARICUS**, Morbi species. Stephanus de Translat. S. Maurini Abbat. num. 10 : *Puerocuidam morbus, quem dicunt Varicum, densus visum caligine obnubet, et oculorum munus extinguit.* Videtur legendum *Variolam*. Vide in hac voce.

† **VARIEGARE**, Variare, ornatus varietate distinguere. Utuntur Ausonius et Apuleius non semel.

† 1. **VARIETAS**, Dissensio, Gall. *Different*. Oberti Cancellarii Annal. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 309 : *Nam inter nos Varietates, quæ ortæ fuerunt per universum Archiepiscopatum nostrum, hi consules in civitate ita caute et sapienter omnia tractaverunt, etc.*

† 2. **VARIETAS**, Astutia, calliditas. S. Irenæi vetus Interpret. lib. 4. cap. 41. n. 3 : *Dixit sic progeniem viperarum, secundum similitudinem horum animalium in Varietate ambulantes et lædentes reliquos.*

3. **VARIETAS**, Invalitudo, *Indisposition*. Lex Ripuarior. tit. 83. § 2. de impotiuato : *Si autem mortuus non fuerit, et Varietatem seu debilitatem probabilem ex hoc in corpore habuerit, etc.* Vide *Inæqualitas*

\* 4. **VARIETAS**. Vide mox in *Varius* 3.

**VARINGAGA**. Vide *Guaringaga*.

\* **VARINGUS**, Exterus, alienigena. Acta S. Olavi reg. tom. 7. Jul. pag. 116. col. 1 : *Varingus quidam in Ruscia servum emerat, bone indolis juvenem, sed mutum, etc.* Vide in *Vargi*.

1. **VARIOLA**, [Boa, Medicis, Gall. *Petite Verolle*.] Glossæ MSS. ad Alexandrum Iatrosophistam : *Species turpedinis, quam vulgus Variolas dicit.* Constantinus African. lib. 2. Pautechn. cap. 14 : *Variolæ sunt multæ pustulæ in toto corpore, aut ex*

*majori parte dispersæ, aut in uno membro, in aliis non. Antiqui vocant has ignis carbones : Siculi Filiis ignis.* Marius Aventic. : *Hoc anno morbus validus cum profluvio ventris et Variola Galliam Italianque valde afflixit.* Vide *Miracula* S. Ludgeri Episcopi Mimigard. n. 21. 25. al. 29. 33. lib. 2. *Miracul.* S. Bertini cap. 13. [Bern. Thesaurarium apud Murator. tom. 7. col. 767.] et *Salnastium* de Anno climacterico pag. 726. *Variolas* Græci ἐκθύματα et ἐξανθήματα vocant.

† **VARIOLUS**, Eadem notione. *Miracula* B. Jacobi Philippi tom. 6. Maii pag. 171 : *Joanna.... ob Variolum lumen amiserat oculorum.*

† **VAYROLA**, Eodem intellectu. *Miracula* S. Yvonis tom. 4. Maii pag. 572 : *Macula nata fuit in oculo puelle post assumtam infirmitatem que vocatur Vayrola.* Vide *Picota*.

† **VAYRORA**, Pari significatu. Acta S. Francæ tom. 3. April. pag. 384 : *Cæcitas occasione Vayrorarum exorta per S. Francam est curata.*

† **VARIOLOSUS**, Punctis variolarum deformis. Appendix ad Agnelli Pontific. apud Murator. tom. 2. pag. 214. col. 1 : *Statura pusillus, oculos habens parvos, magnum os, et magnos dentes habens, Variolosus in facie, etc.*

\*\* 2. **VARIOLA**, Glastum. Charta Flandr. ann. 1262. apud Lappenb. Orig. Hanseat. pag. 80. Probat. : *Currus Variolæ 7. den. qui offert.... qui emit Variolum de cupa obolum.* Ubi textus Fland. ibid. pag. 84. *die wagen weeds.* Confer *Waydia*.

**VARISCAPIUM**. Vide *Waterscapum*.

1. **VARIUS**, Equi color. Ugutio : *Equus varius, qui habet vias colorum.* Claudius Corte Italus lib. 1. *de Cavalerizzo* cap. 16 : *Del color vario et misto : i pelami variu et misti sono quelli, che sono composti dei quattro colori suddetti, et io gli chiamo misti et vari, per cio che hanno i peli talmente misti, et posti insteme et colorati, che impossibile quasi sarebbe, over difficult molto, il bianco dal nero, o dal rosso saper con l'occhio dividere, o discernere, o dire.* Palladius de Agricultura in Martio cap. 13. *de equis, et eorum coloribus : Sequentis meriti, Varius cum pulchritudine, nigro, vel albino, vel badio mistus.* Gesta Consulum Andegav. cap. 8. n. 7 : *Ipse et quidam suus Miles equitans Varium equum.* Occurrit etiam in Testamento Ermengaudi Comitissæ Urgelli apud Diago lib. 2. *de Comitib.* Barcinon. cap. 73. Le Roman de Gaydon MS. *de equo vario :*

Ferrans li rand Vairon qu'il ot pardu.

Infra :

Et Amanfrois sor Vairon d'Aquilée.

Rursum :

Estouls de Langres sist ou Vair de Cataigne,  
Et Bernard sist sor le Vair d'Allemaingne.

Ibidem :

Le bon cheval, qui ot la crope Vaire.

Le Roman de Faces MS :

Et gaingner destriers blans, et Vairs, et ferrans.]

*Cheval vairon*, in Testamento Balduini Co-

mitis Guinensis ann. 1244. apud Duchesnium.

Tribuitur etiam aliis animalibus. *Oves variae, arietes varii, et maculosi*, quibus opponuntur *unicolores*, Genes. cap. 30. ubi Gr. περιβατον, φαίνω, Scholiastes vero ποικίλον, περιών. Veteres Glossæ : *Varia, ποικίλη πάρδαλις.* Fragmenta Petronii : *Rusticus varium porcum perdiderat.* Eadem Gesta Coss. Andeg. cap. 12. n. 1 : *Quidam nobilis dictus Vacca varia.* Cosmas Pragensis pag. 5 : *Ibi Dux vester duobus Variis bubus arat : unus bos præinctus est albedine, et albo capite : alter a fronte post tergum albus, et pedes posteriores habens albos.* Vide *Varius*, *Ferrandus*, *Vaccæ*, *Vares*.

† 2. **VARIUS**, Leprosus. Fortunatus in Vita S. Germani Episc. Paris. tom. 6. maii pag. 778 : *Cui... facto de ipsis nualificiis Vario, et si mors vitam non abstulit, tamen signum mortis infixit.*

\* 3. **VARIUS**, Eodem sensu quo supra *Variascere*. Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 164. ex Cod. reg. 4622. A. : *Nulla persona... apportet seu apportari faciat de vineis... aliquam uvam acerbi seu agresti, Variam vel maturam, aut aliam uvam in agresto, Varietate seu maturitate existentem, etc.* *Vairé*, pro *Emallé*, *Distinctus*, *vermiculatus*. Invent. ann. 1424. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Brit. col. 921 : *Deux bacins d'argent Vairez, etc.* *Une aiguiere Vairée*, in Lit. remiss. ann. 1426. ex Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 474. *Vérié*, eodem sensu, in Instr. ann. 1341. ex Reg. B. Cam. Comput. Paris. fol. 161. r.º : *Item les orfevres paieront, pour chascun marc d'argent blanc et Vérié, j. den. et pour vesselles dorées et esmailées, etc.*

† **VARIX**. Vide supra *Variicosus*.

† **VARIXATUS**, Varius. *Pennæ acute Varixatæ*, in Chron. Mutin. apud Murator. tom. 15. col. 606.

† **VARLARE**, f. pro *Vallare*, rem fide interposita asserere. Vide *Vallameuta*. Litteræ procuratoriæ ann. 1348. ex Chartulario 21. Corbeiens. fol. 193. v.º : *Dantes dictis procuratoribus nostris... potestatem... testes ex parte adversa predictos reprobandi ac suos testes salvandi, compromittendi, compromissum sub pena et fide Varlandi ac compromissum..., prorogandi.* Aliæ Litteræ procuratoriæ de eadem re ibidem fol. 192. v.º concessa a Maria Blesensi Ducissa Lothar. : *Donnons auctorité... de veir jurer tesmoings, de bailler reproceues et salvations, de faire tous essoines, ... de pascifer et compromettre par foy et par paine, de ratonger ledit compromis.*

\* **VARLETUS**. Vide supra in *Valeti*.

\* **VARLOGNIA**. f. *Piscaria*, septum ad interceptum pisces. Charta Will. Norman ducis ann. 1042. in Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 542 : *Donavi decimam eidem ecclesiæ (Cirisiaci) in pasnagiis, in placitis, in vaccariis, in porcariis, in venationibus, in Varlogniis, etc.* *Valais*, Instrumentum piscatorium, in Stat. ann. 1388. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 779. art. 47. et in altero ann. 1402. tom. 8. pag. 535. art. 72. *Vallois*, in Stat. ann. 1326. tom. 1. earum. Ordin. pag. 792. art. 4. et pag. 794. in notis.

\* **VARLOYS**. Vide supra *Barloys*.



¶ **VARMIGRISUM**, Muris Pontici pellis. Leges Norman. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 187 : *Lapides pretiosos, insuper escallatam, Varmigrisum et pelles sebellinas, etc.* Vide *Vares*.

\* **VARNACCHIA**, Togæ seu vestis talaris species, Ital. *Guarnaccia*, ubi videsis Octav. Ferrar. in Origin. Ital. Stat. synod. eccl. Sabin. xiv. sæc. rubr. 27 : *Statuimus et inviolabiliter observari mandamus quod quilibet sacerdos sive praelatus diocesis Sabiniensis cum... Varnacchiis... communis et honeste longitudinis... incedant* Vide *Garnachia* 1. et *Varnazonus*.

¶ **VARNAZONUS**, Vestis genus. Statuta Placentiæ lib. 6. fol. 80 vº : *Item de aliquo Varnazono drapi integri, etc.* Infra *Guarnazonus* dicitur. Vide in hac voce et *Guarnellum*.

1. **VARO**, et **VIRO**, pro *Baro*. Tabularium Aqueense apud Marcum : *Consilio et voluntate sui Varonis Olivarii, qui ejusdem Castelli et Burgi possessor erat et dominus.* Observat idem Marca lib. 6. Hist. Beneharn. cap. 24. n. 6. Sancium Guillelmi Comitem Vasconia in Charta foundationis S. Petri Generensis vassallos suos *Virones* appellare, ut insinuet hanc vocem a *Vir* deducendam. Vide *Baro*.

2. **VARO**, pro *stulto*. Papias.

\* 3. **VARO**, Qui est virilis ætatis, Hisp. *Varon*. Leg. Portug. sub Alph. reg. tom. 1. Probat. Hist. geneal. domus reg. Portug. pag. 10 : *Si habuerit (rex) filios Varones, vivant et habeant regnum, ita ut non sit necesse facere illos de novo reges.*

\* **VAROCHIUM**, **VARROCHIUM**, Carchesii versatilis species, idem quod supra *Napuin*. Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 57 : *Currus iste cum arbore et Varochio levante scalas, est apprimè utilis ad ponendum dictas scalas muro oppidi suorum inimicorum.* Ibid. cap. 62 : *Turris ambulatoria, cum ponte levatorio tracto a naspo sive Varrochio, super sex rotellas edificata, etc.* Rursus cap. 79 : *Varrochium hoc est utilissimum levandi omne magnum pondus cum duobus sudiibus, et homines esse debent quatuor ad volgendum Varrochium causa trahendi altius campanam.* *Verochium* ibid. cap. 22. *Varoqueau*, Repaguli seu vectis species, in Lit. remiss. ann. 1393. ex Reg. 145. Chartoph. reg. ch. 466 : *Chascun d'eulx tenant en sa main un baston ou Varoqueau.* Aliæ aun. 1474. in Reg. 195. ch. 1269 : *Sur icelle charrete le suppliant print ung grand baston, appellé Varoquiou.*

¶ **VAROLUS**, Animal quoddam, cujus mentio est in Vita S. Bernardi tom. 2. Operum ejusdem col. 1288. edit. ann. 1690 : *Transiens autem per quamdam villam, audivit ab incolis loci illius, duas feras immanissimas, quæ vulgo Varoli, in nemore proximo descævire.* A variis fortasse maculis sic dictum existimo. [\* Lupi genus, *Varoul*, in Mirac. MSS. B. M. V. lib. 1 :

De culveure nous font anguille,  
Aignel de Waroul et de leu.]

[\*\* Vide Grimm. Mythol. Germ. pag. 621.]

¶ **VARONIA**, pro *Baronia*. Vide *Rici*.

¶ **VARONUS**, Italis *Varone*, Piscis genus, Gobiis, Gall. *Goujon*. Statuta Placent. lib.

6. fol. 79. vº : *Item pisces minutos, botulos, Varonos, etc.*

¶ **VARENTARE**, **VARRANTATIO**, **V. Warantus**.

\* **VARRI**, Prov. *Promptuarium*, in Glossar. Prov. Lat. ex Cod. reg. 7657.

**VARRIUM**. Vide *Barium*.

¶ **VARTIVUS**, **ვერტივოს**, in Gloss. Lat. Gr. Leg. *Vatinius* ex Vulcano. Gloss. Græc. Lat. : **Στρεβλός**, ὁ μὴ ὀρθὸς ἀθροῦπος, *Versutus, perversus, Varticus*.

¶ **VARVASSURI**. Vide in *Vavassores*.

1. **VARUS**, Septum ad capiendas bestias, ubi retia ponuntur, vel pallium varium. Papias. Vide *Vara* 2. et *Vervicune*.

\* 2. **VARUS**, Pellis muris Pontici. Charta Phil. Pulc. ann. 1301. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 195. rº. col. 1 : *Cum Maelinus miles constabularius Flandrensis, assereret se habere jure suo hereditario... duo paria robarum de lana Flandrensi et tres forraturas de grosso Varo, etc.* Vide supra *Vares*.

\* 3. **VARUS**, Morbi ocularij species, macula. Locus est supra in *Pedata*.

1. **VAS**, Sepulchrum subterraneum cernitum, Sarcophagus ex lapide vel marmore, quomodo Arverni et Lemovices etiamnum *vases* dicunt. Lex Salica tit. 17. § 3 : *Si quis mortuum hominem aut in petra, quæ Vasa ex usu sarcophagi dicuntur, super alium miserit, etc.* Vetus Inscriptio : **P. ELIUS VALERIANUS HOC VAS DISOMUM SIBI ET FELICITATI POSUIT, ET TRIBUNAL EX PERMISSU PONTIF. PERFECIT.** Gregorius Turon. lib. 1. Miracul. cap. 89 : *Factum est autem, ut impletis diebus in basilica B. Vincentii sepeliretur, in qua ipse sibi vivens Vas deposuerat.* Idem de Gloria Confessor. cap. 35. de Tumulo cujusdam puellæ : *Quo facto, ut Vas illud clausit opertorio, etc.* Josephus Sacerdos in Hist. Translat. SS. Ragnoberti et Zenonis cap. 3 : *Gaudio magno repleti collegerunt presati venerabiles Sacerdotes ossa Ragnoberti Pontificis, elevantesque de sepulchro, ... novo in Vase posuerunt.* Sed hoc loco videtur esse feretrum. Historia Cœnobii Viconiensi cap. 15 : *Vas quoddam, Feretrum vulgo vocatur, ipso consentiente et cooperante edificaverunt auro ac argento, ac pretiosis lapidibus decoratum : cujus rei causa ne tanto Vase vacuo remanente frustra laborasse dicerentur, ubicumque potuerunt ab Ecclesiis tam vicinis quam longinquis Sanctorum corpora perquirentes, magnam ex his copiam aggregaverunt.* Vide Raimundum Montanerium in Chronico Aragon. cap. 153. Ita etiam usurpat Alcuinus Poem. 164.

**VASCELLUM**, Eadem notione. Vetus Inscriptio 1108. 6. **DEPOSITUS**. P. XII. IN **VASCELLO ET MASSA**, etc.

**VASA** autem videntur appellasse majores lapides. Sampirus Astoricensis Episcopus in Hist. Hispan : *Tunc ecclesiam in Compostella... quam construxerat Rex Aldefonsus magnus ex lapidibus ex luto opere parvam, Rex iste precipitavit, et ex calce quadratisque lapidibus, marmoreisque columnis, sive Vasis, construxit eam valde pulcherrimam.*

¶ **VAS**, pro qualibet re; quo sensu non semel occurrit in Scripturis sacris. Missale Franc. apud Mabill. Liturg. Gall. pag. 315 :

*Fiant omnia ista protectione tua tuta atque defensa, potens Domine, Vasa.*

**VAS**, Corpus. Julius Africanus lib. 3. Histor. Apost. : *Quid mihi et tibi Quirine proconsul, ut mitteres me ad hominem, qui non modo extrudere ab hoc Vase, verum etiam suis me virtutibus incendere potest?* Utitur præterea lib. 7. pag. 94.

¶ **VASA CHRISTI**, Sanctimonialia. Eigel in Vita S. Sturmii sæc. 3. Bened. part. 2. pag. 269 : *Quemadmodum a viris satis fidelibus, immo Vasis Christi, illius viri principia et conversationem... agnovi.* Hinc Donatus Vesontionensis Episc. regulam ab se concinnatam inscribit Sanctimonialibus Jussanensis Cœnobii, quas *Vasa Christi pretiosissima* vocat.

**VASA INFIRMORUM**, Sequior sexus, feminae. S. Pachomius in Regula : *Si sæculares homines, aut debiles, aut Vasa infirmiora, id est, mulierculæ, venerint ad ostium, etc.* Utitur rursus infra. [Addit. 2. ad Capitul. cap. 23 : *In castitate uxores suas diligere, etisque ut pote Vasi infirmiori honorem debitum debeant impendere.* Mulierem vas appellat Paulus Apostolus 1. Thess. cap. 4. 4.]

\* Ibi non mulier, sed corpus humanum generatim significatur; bene vero apud S. Petrum Epist. 1. cap. 3. 7. ubi mulier *Infirmus vasculum* dicitur.

**VAS**, **VASA**, Arma. Willelmus Brito in Vocabul. : *Vasa belli dicuntur arma, unde versus :*

*Dic belli Vasa, quæ bellum postulat arma.*

Liber Regum cap. 14. ubi editio præfert, alios armiger ejus interfecit eos. 70 Interpretes habent : *Et portans Vasa ejus, procecebat post eum.* Collatio Legis Mosai-cæ tit. 1 : *Si inniserit super eum aliquod Vas ex insidiis.* Apud Frontinum lib. 4. Stratag. cap. 1. cultrum inter vasa reponitur. Hinc *Vasa conclamare, convasare*, in re militari. Vita S. Deodati Abbatis n. 5 : *Quo tempore Clodoveus regimini sacer Francorum, jubet Vasis bellorum instrui gentem Francorum, etc.* Rodericus Toletanus lib. 8. de Rebus Hisp. cap. 2 : *Hic itaque Pontifex cum multitudine ceterioris Gallie, Vasis belligeris, signis et armis lo-nesta, urbem ingressus est Toletanum, etc.* [Miracula S. Angilberti sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 134 : *Anbianensis pagi fundum quemdam vocabulo Ranivillam raptores cum Vasis armorum assulientes, etc.*]

\* Hinc *Vase*, pro *Epée*, gladius, ensis, in Lit. remiss. ann. 1398. ex Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 381 : *Le suppliant tira sa vase et lui dit ces paroles : Ne me meffray, où je criery haro sur toy; et lui donna du plat de sa vase sur l'espaule.*

**VASA**, Campanæ. Walafridus Strabo de Rebus Eccles. cap. 4 : *Vasorum autem usum primo apud Italos affirmant inventum. Unde et a Campania, quæ est Italie provincia, eadem Vasa majora quidem Campanæ dicuntur; minoræ vero, quæ et a sono Tinnabula vocantur, Nolas appellant a Nola, civitate Campaniæ, ubi eadem Vasa primo sunt commentata.* Vita S. Materniani Episcopi Remensis n. 5 : *Cucurrerunt ad signa templi metallica; et cum cæpissent cuncta clangere Vasa Christi laudem reboantia, etc.*



Ethelwulfus de Abbatibus Lindisfarnensibus cap. 14 :

Aenea Vasa cavis crepitant queis pendula sistris :

Vas, Navis, Gallis *Vaisseau*. Ordericus Vitalis lib. 12. pag. 868 : *Hoc feudum, Domine Rex, a te requiro, et Vas, quod candida navis appellatur, merito ad regalem fanalatum optime instructam habeo. Cui Rex ait : Gratum hebeo, quod petis : mihi quidem aptam navim elegi, quam non mutabo, etc.* Statuta Alexandri II. Regis Scotiæ cap. 25 : *Si aliqua navis, vel fercosta, vel aliud Vas appulsum fuerit, etc.* Synodicon Nicosiense cap. 15 : *Qui in Saracenorum publicis navibus, aut aliis Vasis reginen aut curam gubernationis exercent.* Gregorius M. lib. 3. Dialog. cap. 36 : *Nam cum in eorum morte ventorum nimietatibus elevati fluctus sciverent, vela in undis projecta, totumque Vas navis quassatum nimis fluctibus ab omni fuerat sua compage dissolutum. Vasa galearum, in Historia Cortusiorum lib. 19. cap. 7. [Vita S. Gurthierni in Tabul. Kemperleg. : *Aspicite mare quotidie, et venit ad vos Vas in quod intrabitis : qui navigantes, etc.* Memoriale Potestat. Regiens. apud Murator. tom. 8. col. 1161 : *Multas naves et galeas et Vasa marina fabricaverunt (Pisani) in flumine Arvi.* Conventiones civit. Saonæ ann. 1526. fol. 9 : *Quod homines Saonæ facere teneantur exercitum et cavalcatum per mare et per terram, et in Vasisub maritinis armandis ire.]* Ita οὐκὸς interdum usurpant Græci Scriptores recentiores. Vide Glosar. mediæ Græcic. in hac voce. [\*\* Jal. Antiq. Naval. tom. 2. pag. 138.]*

VASELLUM, ex Gallico *Vaisseau*. S. Ludovicus in Epist. de Captione sua : *Vasellis navalibus ut plurimum incendio dissipatis, etc.* Vincentius Belvac. lib. 32. cap. 97 : *Rex cum Legato.... erat in quodam Vasello, etc.* Utuntur præterea [Jacobus Rex Siciliæ in Constitut. cap. 31.] Petrus de Vineis lib. 2. Epist. 36. Sanutus lib. 3. part. 9. cap. 8. et alii. Vocem porro a nostris hauserunt Græci recentiores. Index Iliados Græco-Barbaræ : *Ἀσθητας, τὰ βαρζέλια, καὶ καρζέλια. Feixells, in Chronico Petri Regis Aragon. edito a Mich. Carbonello lib. 1. cap. 12.*

VASSELLUM, Eodem intellectu. Charta Frederici Reg. Siciliæ apud Murator. tom. 10. col. 881 : *Inpeditentis ventorum obstantibus dictum extolium nostrum Vassellis hostium nullatenus poterat adhærere.* [\*\* Adde Epistol. Frider. II. Imper. ann. 1229. apud Pertz. tom. 2. Leg. pag. 261. sqq.] Charta ann. 1429. ex Tabul. Piscat. Massil. : *Piscatores possunt vendere pisces in Vassellis eorum Vide Tarida et Vassalaginum.*

VACILLUM, Eadem notione. Charta Friderici I. Imperat. ann. 1190. apud Will. Hedam in Episcopis Trajectensibus : *Regiæ nobilitatis tue prudentiam commonendo rogamus, quatenus idoneos Serenitatis tue Legatos Januam, Venetias, Anconam, Pisam, et alia loca pro galearum atque Vacillorum transmittentes præsidio, etc.*

2. Vas, Alveare apum. Vulsinus Episcopus in Vita S. Juniani : *Homo, qui nocte ad furandum venerat, turpiter ligatus in horto nostro jacet, arripuerat enim quoddam Vas melle plenum, etc.* Historia Rotonensis Mon-

sterii MS. lib. 1. cap. 5 : *Quidam vir rusticus... videns Vasa mellis, quæ quatuor tantum erant in horto, etc.* Domesdei in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 306 : 14. *Averii, 12. runcini, 116. oves, 24. porci, 24. capræ, et Vasa apium, semper valuit 10. lib.* Vide Formulas Exorcismorum cap. 11. apud Baluzium tom. 2. Capitul. et Aimoin. lib. 2. Miracul. SS. Georgii et Aurelii cap. 10.

VASCCELLUM, Eadem notione. Pactus Legis Salicæ tit. 9. § 2 : *Si quis unam apem, hoc est, uno Vascello suraverit de sub tecto, etc.* Ubi Lex Salica habet tit. 9. § 1 : *Si quis unum Vas apium de intro clave aut sub tecto furaverit, etc.* Vasculum hac notione in Legge Bajwar. tit. 21. non semel.

3. VASA DECIMÆ. Charta Adelviæ dominæ Guisicæ ann. 1198. in Tabular. Eccl. S. Nicolai de Clarofonte Ord. Præmonstrat. : *Ego Adelvia domina Guisicæ notum facio, ... quod cum villa de Buronfossa construeretur, Gerardus Clericus de Cella, cui de 9. Vasis decimæ territorii ejusdem loci 5. competebant, nobili viro marito neo, in eadem decima de 9. Vasis tria possidebamur, pro bono pacis communis profectus, de illis 5. Vasis unum concessit in perpetuum possidendum, etc.* Merges, Garba.

Hanc interpretationem iterum firmare licet ex Chron. Bonæ-Spei pag. 315 : *Anno 1344. cessinus quoque Henrico Poreals jus terragii duorum bonariorum, ... et trium terræ mensurarum versus Souvré, sub censu quinque Vasorum bladi.*

\* Charta ann. 1198. in Chartul. Clarifont. ch. 73 : *De novem vasis... ex æquo divisum est ut ipse Gerardus in eadem decima quatuor vasa et nos quatuor sortiremur; residuum vero Vas, id est nonum, Galterus de Buries jure hereditario possidebat. Unde diminut. Vassellum, eadem notione. Chartul. Thenol. ex Cod. reg. 5649. fol. 65. vº : *Item ad decimam de Burnelles nos habemus dimidium Vassellum, quod tenet a nobis Gerardus, ... de quo debet reddere quolibet anno sex galetos bladi et totidem avenæ.... Item ad dictam decimam debemus habere quolibet anno unum modium bladi super Vas capellani Demorensis. Chartul. S. Vinc. Laudun. ch. 97 : *Duo Vasa, que habebat in decima de Mairi, pro supradicti prati recompensatione, in perpetuum concessit.* Vide infra Vaxellum.**

VASCULUM, Eadem notione, in Charta ann. 1133. apud Miræum tom. 1. pag. 98. col. 1 : *Terram in eadem parochia solventem annuatim XIX. sextaria brasii, cum decem Vasculis hordei, etc.*

\* 4. VAS. Dominium, possessio. Charta Nic. episc. Camerac. ann. 1161. in Chartul. Mont. S. Mart. part. 3. ch. 5 : *Quibusdam dat (Drogo Taxo) feudum de Vase suo : quibusdam assignatæ sunt possessiones feudales.*

\* 5. VAS, Locus tectus, ubi grana frumentaria reconduuntur, Gall. *Grange*. Charta Elienor. comit. Viromand. ann. 1198. in Chartul. Mont. S. Mart. ch. 7. part. 1 : *Segetes collectas fratres, ubi voluerint, reponent, et quando voluerint excutient : partem vero canonicorum, quartam scilicet, excussam apud Montem S. Martini suis vecturis deductam, bona fide servabunt*

usque ad festum S. Johannis Baptistæ, et non amplius, et hoc in Vase tegulato. Vassure, eodem intellectu, in Lit. remiss. ann. 1427. ex Reg. 174. Chartoph. reg. ch. 51 : *Il avoit un petit maquet de foing dessous une Vassure d'icelle église, ou le suppliant getta un tison de feu.*

\* 6. VAS DE SYMBOLO, Ciborium, sacra pyxis, in qua asservatur Corpus Christi. Vide supra Symbolum 2.

\* 7. VAS, Supellex castrensis. Annal. Bonincont. ad ann. 1390. apud Murator. tom. 21. Script. Ital. col. 56 : *Ubi hostes in hos adventare intellexerunt, confestim Vasa colligentes, se se deserta obsidione in agro Mutinensi receperunt.* Vide in Vas, 1.

\* PER VASA VINUM VENDERE, Singulatum vendere, distrahere, Gall. *Vendre en détail, à pot.* Charta ann. 1319. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 3. pag. 6. col. 2 : *Jus propinandi quindecim karratas vini in civitate Anasi et vendendi per Vasa vinum, quod ultra dictum numerum adduxerint in dictam civitatem, confirmavimus et innovavimus.*

VASA, æ. Observantiæ ad Foros Aragonenses, apud Michaellem del Molino in Repertorio pag. 75. vº : *Item pronuntiando declaramus, quod... possint abebrare illas bestias, quibus excolunt in Vasis ditorum hominum de la Fraxneda, ... et ipsi terras tenentes teneantur juvare dictos homines de la Fraxneda in scoubra dicta Vasarum.* Vide [Vasilium et] Vasso.

VASALLAGICUS, VASALLAGIUM, VASALLUM. Vide in Vassus 2.

VASANUS; ἀκάρηλος in Gloss. Lat. Græc. edit. in MSS. : *Vesanus et Vesanica.*

\* VASARE, In vasa seu dolia infundere, Gall. *Entonner*. Stat. ann. 1310. tom. 2. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Honthem pag. 80. col. 2 : *Vina colligenda ipsis ecclesiis a prope situata, vix possint colligi torqueri et Vasari.*

\* Aliud sonat Gallicum *Vasser*, Dirigere scilicet, Gall. *Régler, aligner*, in Lit. remiss. ann. 1469. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 282 : *Ecce lui Paliart avoit mis sus les terres deux estouquetz, comme il lui sembloit que ilz se devoient régler et Vasser, et qu'il s'en rapportoit à tous les laboureurs.*

VASARIUM, Σχευθήκη, in Gloss. Gr. Lat. *κωλικιον*, in Lat. Gr. Hispanis *Vasar*. Alias hujus vocis apud Latinos notiones vide apud Turnebum in Adversar. Casaubonum ad Suetonium, Jacobum Gothofredum ad leg. 13. Cod. Th. de Censitoribus, etc. (13, II.)

VASARIA TERRA, ex figuli argilla, ut est apud Gariopontum lib. 5. Passion. cap. 5.

VASARIUS, Is qui vasariis sive vasibus præest. Liber niger Scaccarii pag. 347 : *Vasarius in domo comedit, et III. ob. homini suo, et sunarium cum libatione (l. liberatione) sua.* Vide Vaasarius.

VASATICUM, Quod pro navibus vel apibus exsolvitur. Vide supra Vas, navis, et Vas, alveare apum. Chron. Farsense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 543 : *De aliis vero partes II. et nec angarias, nec xenia, nec glanditicum, nec Vasaticum, nisi Vasaticum operas a Vassallis debitas significet : earum quippe eo loci non semel mentio*



occurrit. Vide alia notione in *Vassus* 2.

¶ **VASATUM**, Supellex. Annal. Novesienses apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 591: *Publice voce præconis per plateas publicabatur... unicuique liberum esse civitatem relinquere, discedere; suaque assumere secum... Signo duto, multi cum Vasatis suis fuerunt.*

¶ **VASCANDA**, Genus vasis. Papiæ. [Leg. videtur *Vuscauda*.] Vide *Buscauda*.

¶ **VASCELLUM**. Vide *Vas*.

¶ **VASCINUM**, Grex ovium. Vide *Rassaria*.

¶ **VASCIO**, Vasculum, Gallis *Vaisseau*. Octavius Horatian. lib. 4. *Rer. medicar.* pag. 100: *Ursi natura stomachi dolore curat, si Vascione circa stomachum suspensa collo portetur, ito ut nec aqua contingat, etc.*

¶ **VASCONES**, Societas Vasconum, cui, ut videtur, attributa erat mensæ publicæ administratio. Litteræ Philippi Pulchri Franc. ann. 1306. ex Regest. 62. Chartophyl. Reg. Ch. 64. fol. 37: *Guillelmo de Nozeriis servienti nostro armorum arcariam quas Vascones tenere solebant cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, prout per dictos Vascones seu gentes nostras alias exspectari solent concedimus in hereditatem perpetuam tenendam a prædicto Guillelmo et heredibus suis ex recta linea descendentes faciendū servitium consuetum.*

¶ **VASCONIZARE**, Vasconum more salutare. Aimericus de Peyrato Abbas Moisiacensis in Vita Caroli M. ex cod. MS. 1343. Bibl. Regiæ:

Quidam cabreta Vasconizabant,  
Levis pedibus persaltantes.

¶ **1. VASCULUM**, Alveare apum: item, Merges. Vide hac duplici notione in *Vas*.

\* **2. VASCULUM**, Navicula. Charta Guihen. de Anciniso tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 437: *Remisi itaque eis, tam de navi quam de aliis omnibus navalibus Vasculis, res proprias S. Martini per Ligerim deportantibus, theloneum, quod in castello meo solebam accipere.* Vide *Vassellum* in *Vas* 1.

¶ **VASCUS**, *Fanus*, *nugatorius*, in Glossis antiquis MSS. et apud Joannem de Janua.

¶ **VASELLA**, *Vasellamentum*. Vide in *Vassellu*.

¶ **VASELLUM**, Navis. Vide *Vas*.

\* **VASELLUS**, Subditus. Anonymus de Miseriis curator. : *Sic quidem plèbanus a proprio domino suo repellitur, et a cunctis Vasellis odio habetur.* Vide in *Vassus* 2.

\* **VASI**, Hæretici Valdensium sectarii, in Constit. Frider. imper. contra Hæret. ex Cod. reg. 10197. 2. 2. fol. 19. 10.

¶ **VASILEUS**, pro *Basileus*. Vide in hac voce.

¶ **VASILIUM**, Stabulum, Equile, vel quid aliud simile, ut videtur. [\* Vel *Horreum*. Vide supra *Vas* 5.] Charta ann. 1242. ex Tabular. Cartusie Montisrivi: *Et libertatem concessit cortes faciendi et Vasilia et ceteros usus necessarios ad opus animalium.* Vide *Vasa*.

¶ **VASLETIUM**. Vide *Valeti*.

¶ **VASNAGIUM**. Vide *Vaanagium*.

¶ **VASO**, *Cespes*, Gall. *Gazon*. Locust in *Investitura*, pag. 886. col. 2. Vide *Wazo*.

\* **VASPALE**, Purgamentum frumenti

post trituram. Charta ann. 1194. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 281: *Idem quoque Stephanus (dedit) duas partes decimæ apud Aurigniacum et custodiam et tractuū grangiæ et baltum (leg. balcum) et volugranum et Vaspale et paleas et stramen.* Vide supra *Gaspallium*.

\* **VASPENNEGHE**, *Vaspenninge*, ex *Vas*, dolium, et *Peuning*, *Denarius*. Gloss. Cæs. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Hontheim pag. 671. col. 2: *Pro quibus (tunnis) solvit quodlibet feodum annuatim in viudemia octo denarios Colonienses, qui denarii vocuntur Vaspenninge.* Ibid. pag. 685. col. 1: *Pro tunna solvit octo denarios, qui appellantur Vuspenneghe.* Vide *Peuningus* et *Vassellum* 1.

¶ **VASSA**, Instrumentum piscandi. Tabul. S. Quintini in Insula pag. 79: *Ad ingenia que sequuntur videlicet a bois et boutoirs ad communes Vassus à foitre, ... piscari poterunt.* Sed legendum omnino *Nussas*. Vide *Fervilium*.

¶ **VASSALA**, Gall. *Vassalle*, ex Charta ann. 1399. in Inventario Chartarum Reg. ann. 1482. fol. 313. 10. Vide in *Wassus* 2.

¶ **VASSALITIUM**, *Vassallagium*, *Vassallagius*. Vide *Vassus* 2.

\* **VASSALLAGIUM**, *Vassallum*, *Navis*, Gall. *Vaisseau*. Vide *Vas* 1. et supra *Vasculum*. Stat. MSS. Caroli reg. Sicil. : *Magistri portulani... teneantur exprinere... nomen et cognomen Vassallagii, in quo honorata sunt et ipsius Vassalli patroni.* Infra pluries *Vassellum*. Vide alia notione in *Vassus* 2.

¶ **VASSALLEMENTUM**. Vide mox *Vassella*.

¶ **VASSALLATICUM**, *Vassallatus*, etc. Vide *Vassus* 2.

\* **VASSALLUS**, *Vassaticum*. Vide infra in *Vassus* 2.

\* **VASSAULUS**, *Vassallus*, qui ratione feudi alicui domino fidei sacramento ad dictus est. Charta ann. 1300. in Chartul. ecl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 44. 10: *Pronattens idem dominus Valtherus... ex nunc esse dicto domino episcopo et suis successoribus fidelem hominem seu Vassaulum.* Vide in *Vassus* 2.

¶ **VASELLA**, *Vasa*, *vasarium*, *supellex*, Gall. *Vaisselle*. Ordinat. Humberti II. ann. 1340. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 393. col. 1: *Portent necessaria ipsorum officiorum et Vassella coquinæ.* Processus de B. Petro Luxemburg. tom. 1. Jul. pag. 608: *Et honorabiliorem gobelum totius Vassellæ meæ.* Vide *Vaissellu*.

¶ **VASELLA**, *Vasellamentum*, eadem notione. Invent. Chartar. Reg. ann. 1482. fol. 76. 10: *Littera Mariæ Reginæ Siciliæ et Hierusalem Ducissæ Andegaviæ continens qualiter ipsa confessa fuit quod magna Vassella Regis fuit mutuo datamarito suo pro conquestibus Siciliæ.* Ad marginem: *Vasa argentea et aurea.* Joh. Demussis in Chron. Placent. apud Murator. tom. 16. col. 583: *Utuntur... aliis pulchris arnixiis et Vasellis et Vasellamentis.*

¶ **VAXELLA**, *Vaxilla*, *Pari* significatu. Testam. Guillelmi Vicecom. Narbon. ann. 1397. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1632: *Leganus capelle S. Andree ecclesie*

*de Crassa, pro quadam quantitate Vaxelle argenti, .... sexaginta francos auri, de quibus... dictam Vaxellam emi volumus.* Mirac. MSS. Urbani V. PP. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *Fuit commissum quoddam furtum de Vaxella argenti dom. abbatis Montismajoris.* Testam. Guillelmi Marteleti Episc. Bethlehem. ann. 1402. ex Bullar. Fontanell. fol. 121: *Ordino quod domus mea, in qua inhabito Parisius, cum omnibus meis municionibus tam libris quam uliis et Vaxilla mea argentea vendantur, etc.*

¶ **VAYCELLA**, *Vayssella*, eodem intellectu. Charta ann. 1339. ex Tabular. S. Victoris Massil. : *Fiant duo inventaria, ... qualia et quanta blada, vina, et cetera victualia, moneta, Vaycella aurea, argentea, etc.* Adde Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 539. Litteræ Humberti II. ann. 1340. tom. 12. Hist. Dalph. pag. 415. col. 2: *Sive esset bilionus in monetis, Vayssellis, jocalibus, vel aliis quibuscumque auri vel argenti speciebus.*

¶ **VASSALLEMENTUM**, *Vasellamentum*, ut *Vassellu*. Charta Hugonis Abbat. S. Benigni Divion. ann. 1299. ex Tabul. ejusd. loci: *Mobilia que habemus et habere possumus, scilicet in denuriis, Vassallamentis argenteis, etc.* Comput. ann. 1239. ex Bibl. Reg. : *Pro Vassallamento in hospitio juvenis Reginæ c. sol. Tur.* Alter Comput. ann. 1255. apud D. Brussel tom. 1. de Usu feud. pag. 470: *Pro calice aureo, candelabris, bacin. et aliis ad capellam et alia Vassallamenta argenti VIII<sup>o</sup> XLV. lib. XVIII. denarios.*

¶ **VAYSSELLAMENTA**, eodem sensu. Testam. ann. 1328. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 227. col. 1: *Et quod dom. hæres suus aliquid non capiat ullo modo, quousque dicta fuerint adimpleta, excepta Vayssellamenta sua quam ex nunc sibi legavit.*

¶ **1. VASELLUM**, *Vasellus*, *Vas*, *dolium*, *vasculum*. Statuta Montis Regal. fol. 207: *Qui vendiderit vinum ad munitum... debeat postquam vendiderit totum Vassellum vini, quod vendere inceperit, hoc est vinum dicti Vasselli, dare et solvere dicto emptori dictæ gabelle, etc.* Statuta Placent. lib. 6. fol. 83: *Item provisum est quod calderarii et alii facientes lebetes seu aliquos Vassellos de rano, etc.*

¶ **VAXELLUM**, *Pari* significatu. Charta ann. 1040. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *Dono x. dextros vineæ in villa Cathedra cum Vaxello, reservato michi usufructu.*

¶ **VAYSELLUM**, eadem notione. Charta ann. 1392. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *Unum Vayssellum vini rubei tenentem novem metretas, sive meillarolas et duo scandalia.*

\* **2. VASELLUM**, *Merges*. Vide supra *Vas* 3.

\* **3. VASELLUM**, *Navis*. Vide supra *Vassallagium*.

\* **VASELLUS**, eadem quod *Boissellus*. Leudæ major. Carcass. MSS. : *Item pro Vassello, j. deu. Turon.* Ubi versio Gallica ann. 1544: *Pour un boisseau, etc.* Vide *Vassallum* 1.

\* **VASSERIUM**, *Navis*, Gall. *Vaisseau*. Lit. Rob. reg. ann. 1328: *Fideles nostri patroni quatuor galearum per mare Sardinie discurrentes, invenerunt in portu, vocato de Torres, quoddam Fasseriun cum*



quantitate hordei et quibusdam aliis mercimoniis. Vide *Vas* 1.

\* **VASSI**, *Fidejussores*, in Gloss. vett.

\* **VASSILIUM**, Vasarium, supellex. Charta fundat. abbat. Aquilar. ann. 832. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 104: *Tres cultiæ argenteas et Vassilia multa ex lignis facta, etc.* Vide *Vassella*.

† **VASSINUM**, Grex ovium. Vide *Rassaria*.

**VASSIS**. Chronicon S. Vincentii de Vulturno pag. 678. de Petro Diacono Casinensi: *Quem Arichis suscipiens eum honorifice retinuit, a quo palatium infra Beneventum, et aliud in Salerno constructum, Vassibus decorari fecit.* Forte leg. *versibus*, nisi *vassibus* scribatur pro *basibus*. Vide *Vas*, et *Vassus* 2.

**VASSO**, Cujusdam Gallici numinis templum. Gregorius Turon. lib. 9. Hist. cap. 32. [\* lib. 1. cap. 30.]: *Veniens vero Arvernus, delubrum illud, quod Gallica lingua Vasso Galata vocant, etc.* Marti dicatum fuisse opinatur Joannes Savaro in Orig. Claromont. Alii *Vasso*, templum et ædem sacram denotare aiunt, non Deum aliquem a paganis cultum: quippe juxta Claromontem locus, ubi olim fuit ædes S. Artemii, adhuc *le Vas saint Artem* appellatur, hoc est, templum S. Artemii: ut apud Delphinates in pago S. Gisleni (*S. Gilin*) locus, ubi ædes S. Marcellini fuit, postmodum destructa, et ad quem pro impetranda pluvia fiunt processiones Ecclesiasticæ, *le champ du Vas* dicitur, ut auctor est Claudius Expillius. Vide *Vas*.

\* **VASSOR**, ut supra *Vassaulus*, nostris etiam *Vasseur*, pro *Vassal*. Charta pro capit. Carnot. ann. 1375. in Reg. 107. Chartoph. reg. ch. 299: *Unum Vassorem seu vassallum tenentem in feodum a domino dictorum molendinorum, etc.* Alia ann. 1393. ex Chartul. episc. Carnot.: *Si sont les Vasseurs appartenants à ladite chastellenie de Loigny, c'est assavoir... la dame de la Laude comme garde de ses enfans.*

1. **VASSUS**, pro *Vas*. *Vassi de auro et de argento*, in Testamento Ranimiri Regis Aragoniæ æræ 1099. apud Martinezium.

\* Charta fundat. abbat. Aquilar. ann. 832. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 104: *Duos Vassos argenteos et tres cultiæ argenteas.* Vide supra *Vassilium*.

2. **VASSUS**, et **VASSALLUS**, iidemne fuerint, video controversi; quæ quidem inter eruditos controversia, ut facilius dirimatur, discutienda sunt quæ de utrisque habent Scriptores, et Tabulæ veteres.

**VASSOS** primitus fuisse, quos *familiares* ætas posterior appellavit seu domesticos, et qui ex Regia, aut alicujus Principis, familia erant, videtur indicare Lex Alamanorum tit. 79. § 3: *Si alicujus Seniscalcus, qui servus est, et dominus ejus 12. Vassos infra domum habet, occisus fuerit, etc.* Marculfus lib. 2. for. 17. quæ est testamenti duarum personarum: *Quicquid exinde facere elegeris, aut pro animæ remedio in pauperes dispensare, aut ad Vassos nostros, vel benemeritis nostris absque repetitione hæredum meorum, quod tua decreverit voluntas, faciendi liberam habeas potestatem.* Ubi *Vassi* non alii sunt a famulis. Concilium Cabilo-

nense II. can. 63: *Nullus Vassus Abbatissa, nec minister aliquis, nec clericus, nec laicus claustra ancillarum Dei ingrediatur.* Præterea Capitula Caroli M. et Capitul. ann. 823. cap. 24. ac priora quidem lib. 2. cap. 24: *Vassi quoque et Vassalli nostri nobis famulantes, volumus, ut condignum apud omnes habeant honorem, sicut a genitore nostro et nobis saepe admonitum est.* Agitur hoc loco de *Vassis Regis et Dominicis*. Et lib. 3. cap. 73: *De Vassis Dominicis, qui adhuc intra casam serviunt, statutum est, ut quicumque ex eis cum domino Imperatore domi remanserit, vassallos suos casatos secum non retineat, sed cum Comite, cujus pagenses sunt, ire permittat.* Denique lib. 4. cap. 4: *De Vassis nostris, qui ad marcham nostram constituti sunt custodiendam, aut in longinquis regionibus sua habent beneficia, vel res proprias, vel etiam nobis assidue in palatio nostro serviunt, etc.* Erant igitur *vassi* iidem, qui famuli, quod præterea videtur indicare vocis origo apud Boxhornium in Lexico Gwallico, seu Cambro-Britannico, et Auctorem Catholici Armenici: *Gvas*, vel *Goas*, *servus, famulus.* *Antiquis significabat juvenem, adolescentem virum.* [Quæ origo Eccardo potior videtur. Hickeesius in Grammat. Theot. pag. 99. hanc vocem accersit a Gothico *Fads*, quod in compositione significat rei vel negotii procuracionem, et respondet Anglo-Sax. *vaðian*, ordinare, dispensare, disponere: unde ministri et famuli Principum propter commissam sibi bonorum seu officiorum curam dicti sunt *Fadsi*, dein *Vassi* et *Vassi*. Vassallus autem, addit ille, est quasi *Fads-scalcus*, rerum dominicalium minister.] Gryphiander de Weichbildis Saxonic. cap. 49. a Saxon. *Vassen*, ligare, deducit: quia, inquit, per investituram vassallus solemniter stipulatione ita alligatur domino, ut illius fiat homo. At Goldastus *Vassum* a *vade* dictum contendit, qui *vadimonium* pro beneficio accepto auctori suo dedit. Denique Turnebus lib. 21. Advers. cap. 15. *Vassallos* appellatos existimavit, quasi *Vasarios*, tanquam clientes, qui in nobilitate *Vasario*, seu supellectile, fuerint. Ita in vocum originationibus ludunt viri eruditi. Iso Magister in Glossis: *Clieus, minor vassus, serviens.*

*Vassi* vero e familia Imperatoris aut Regis, *Vassi Regales*, in Capitul. Pipini Regis Italiæ ann. 793. cap. 36. et in Capitul. 4. Caroli M. incerti anni cap. 9. vulgo vero *Vassi dominici* appellantur, id est, *proprii* Imperatoris aut Principis, et qui ex ejus familia erant. Apud Eginhart. Epist. 27. filius ejusdem Comitis, *Vassus Dominicus* dicitur. Tabularium Conchensis Abbatie in Ruthenis ch. 481. sub Ludov. Pio Imp.: *Mansellos illos, qui sunt in illa valle de ratione S. Mariæ Laudunense, quæ Bertrandus Dominicus Vassus pro regia potestate, vel gubernatore sanctæ Mariæ in beneficio habebat, etc.* Comites et *Vassi domestici*, in Concilio Ticinensi ann. 855. ubi iidem sunt, qui *Dominici*. Horum ordo magnus fuit, ut qui post Episcopos, Abbates, et Comites statim nominentur in Capit. Caroli C. ann. 877. cap. 1. in Capitul. apud Tusiaticum ann. 865. et in veteri Placito, quod

describitur in Vita Aldrici Episcopi Ceno-man. num. 47. ubi Ragenarius et Fulco Comites Palatii, *Vassi dominici* pariter inscribuntur, etc. Sed et *Misso Dominico*, et *Vasso* Regio facta injuria pari pœna puniebatur, ut est in lege Longob. lib. 1. tit. 13. § 3. [\* Carol. M. 29.]

Ita tamen ex familia Regia erant, ut fide et sacramento Principi obstricti essent. Unde in Capitul. Caroli C. tit. 23. cap. 4. junguntur *drudis*, id est, *fidelibus*: *Sine solatio et comitatu drudorum atque vassorum nuda et desolata exhibit.* Deinde quicumque Regi codem fidelitatis sacramento obstringerentur, *Vassi* omnes appellati, ut qui hoc pacto ex ejus familia esse censebantur. Annales Franc. ann. 788: *Ibique veniens Tassilo ex jussione Domini Regis, sicut et ceteri ejus Vassi, etc.* Annales S. Nazarii de eodem Tassilone ann. 787: *Illucque veniens Dessilo, Dux Bejveriorum ad eum, et reddit ei cum baculo ipsam patriam, .... et effectus est Vassus ejus.* Annales Franc. Moissiac. ann. 795: *Ipsi adhuc plenter non venerunt, eo quod Vassum Domini Regis Cahelin Abotruarum occiderant.* Atque ex eo, quod dominorum servitio astricti essent, dictos volunt a *Vassen* Germanico, obligare, vincere: ita Fridericus Bandius ad Consuetudines feudales Gelriæ pag. 6.

*Vassi* isti *Dominici* extra ordinem interdum mittebantur a Principe in provincias, ut Comitibus adessent in justitia administranda, et cum eo jus dicerent, aliaque reipublicæ negotia exegerentur, quod docent Lex Longob. lib. 2. tit. 52. § 2. [\* Car. M. 18.] Capit. Caroli M. lib. 5. cap. 133. [\* 204.] Synodus Carisiaca cap. 2. Capit. Caroli C. tit. 32. cap. 12. etc. Tabularium Casauriense ch. 237: *Ego Heribaldus Comes in vice Comitis Palatii ad singulas hominum justitias deliberandas, residentibus mecum Lacinialdo et Erifredo et Cariprando Bassis Domini Imperatoris, Adelberto, Joanne, Maculfo judicibus, etc.* [Notitia ann. 843. in Append. ad Marcum Hispan. col. 779: *Cum in Dei nomine resideret vir inluster Adalaricus Comes una cum viro sanctissimo Gondemaro sedis Gerundensis Episcopo, Wadamiro, Carpioni et Leuchiriaco Vassos dominicos, necnon Assemundo et Hermanni Vicedominos, seu et iudices qui jussi sunt dirimere causas, etc.*] Exstant alia *Judicatorum* exempla coram Comitibus et Vassis, in laudata Vita Aldrici Episcopi Cenom. pag. 130. et in Chronico Laurishamensi pag. 59. et apud Catellum lib. 5. Rerum Occitan. pag. 742. et Sammarthanos in Archiepisc. Narbonensib. num. 5. Neque, opinor, alii sunt *Vassi Comitum* a *Vassis Dominicis*, cum ita appellentur, quod iis a Rege ut collegæ darentur in jure dicundo, in lege Longob. lib. 2. tit. 42. § 1. lib. 3. tit. 12. § 1. [\* Car. M. 49. 121.] et in Capitul. Caroli M. lib. 3. cap. 51. ubi revera jus dixisse satis docent; quod tamen nolim omnino præstare, ex lib. 4. Capitul. Caroli M. cap. 70. [\* Nihil hic dubitandum esse asserit, atque prorsus distinctos fuisse vult Muratorius tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 558. Sed invalido, ut mihi videtur, ex argumento.] Proinde *vassi*



*Dominici* respectu Comitum, erant sicut Capellani minores respectu Episcoporum et Abbatum. Walafridus Strabo lib. de Rebus eccles. cap. 31: *Capellani minores ita sunt, sicut hi, quos Vassos dominicos Gallica consuetudine nominamus.*

Sed et hi interdum ad Marcham custodiendam mittebantur, ut est in Capitulis Caroli M. lib. 4. cap. 4. Vita Ludovici Pii ann. 778. et Continuator Aimoini lib. 5. cap. 1: *Ordinavit per totam Aquitaniam Comites, Abbatesque, nec non alios plurimos, quos Vassos vulgo vocant, ex gente Francorum; quorum prudentia et fortitudine nulla calliditate et nulla vi obviare fuerit tutum, etsi commisit curam regni, prout utile iudicavit, finium tutamen, villarumque regiarum ruralem provisionem.* Quæ quidem verba postrema videntur potissimum spectare *vassos dominicos*, qui interdum *villicorum* vices agebant. Lambertus Ardensis: *Ab antiquo Comitibus Walteri tempore, quandam Villicam, vel Præpositam, quem antiquiora tempora Vassum suum appellabant, in terra Ghisnensi habebant, qui de omnibus decimis et possessiunculis, quas in eadem terra possidebant, eis ut villicus sufficienter respondebat.* Adde Capit. Caroli M. lib. 4. cap. 70. Legem Longob. lib. 3. tit. 4. § 5. [\* Pip. 16.] etc.

Cum igitur vel ad sua ministeria pergebant, vel cum in iis consistebant, quemadmodum *Missi* Dominici et Comites, *conjectum* accipiebant, ut est in iisdem Capitulis lib. 4. cap. 69. et in lege Longob. lib. 3. tit. 1. § 38. tit. 4. § 5. [\* Lud. P. 54. Pip. 16.] Quin etiam Comitibus eorumque jurisdictioni suberant, adeo ut si *justitiam non fecissent*, in eos Comites animadvertent, ex lege Longobard. lib. 2. tit. 52. § 2. tit. 54. § 1. [\* Carol. M. 18. Loth. I. 15.] Quod et de *vassallis* *Dominicis* perinde habent Capitularia Karolomanni Regis tit. 2. cap. 11.

*Vassis* *Dominicis* dabantur etiam a Principe *Beneficia* in Provinciis. Capitularia ann. 779. cap. 10. et in Addit. 4. Capitul. cap. 120. [\* in leg. Longob. lib. 2. tit. 39. § 3. Carol. M. 9.]: *Similiter et Vassi nostri, si hoc non adimpleverint, beneficiam et honorem perdat.* Capitula Caroli M. lib. 4. cap. 4: *De Vassis nostris, qui ad marcham nostram constituti sunt custodiendæ, aut in longinquis regionibus sua habent beneficia, vel res proprias, etc.* Vide Eginhartum Ep. 26. 27. Odo Cluniacensis lib. 1. de Vita S. Geraldii cap. 17: *Neque patiebatur, ad quilibet senior beneficia a suo Vasso pro qualibet animi commotione posset auferre, etc.* Quo loco *vassas* idem sonat quod *vassallus*; qui scilicet ratione feudi domino est obnoxius. Idem cap. 32: *Nam reipublicæ statu jam nimis turbato, regales Vassos insolentia Marchionum subjugaverat.* Et lib. 4. cap. 77: *Cum vassus quidam nomine Aldradus, etc.* Tabularium Vindocinense fol. 54: *Guido de Blasono Dominicus vassus accedens ad Douinum Ordericum Abbatem, etc.* Idem Tabular. ch. 98: *Comparavit igitur Agnes inclita Comitissa legitima emptione a Lancelino Dominico Vasso de Castro Bagentiaco Ecclesiam S. Betti, cum tota integritate sua, quæ sita est juxta murum Vindocini, etc.* [Charta Ludovici Pii ann. 815.

inter Probat. tom. 1. Hist. Lothar. col. 297: *Noverit utilitas fidelium nostrorum, Comitum videlicet et Vassorum nostrorum, vel quisquis beneficia ex ratione monasterii S. Michaelis habere videtur, etc.*]

Denique *Vassorum* et *Vassallorum* *Dominicorum* ea erat prærogativa, ut si criminis aut alterius delicti inculpantur, non ipsi, sed *meliores illorum homines juramentum persolverent*, ut est in Capitulis Karolomanni Regis tit. 2. cap. 4. et 11. ubi hæc habentur: *Honorem enim talem nostris Vassis* *Dominicis* *concedimus, ut ipsi non sicut reliqui manu propria sacramentum jurent; sed melior homo illorum et credibilior agere non differat.* Neque alius est honor condignus, quem *vassis* haberi volunt Capitula Caroli M. lib. 2. cap. 24. Porro qui *vassi* *dominici* appellantur in Capitulis Karolomanni d. tit. 2. cap. 4. iidem *Vassi* et *Vassalli* *dominici* promiscue dicuntur d. cap. 11. adeo ut *Vassalli* *Dominici* non alii ac diversi fuerint.

*Vassorum* deinde et *Vassallorum*, ut *Cataneorum*, seu *Capitaneorum*, sub postremis Imperatoribus Alemannicis inductus fuit ordo honorarius, qui etiam ad posteros transmittabatur, nulli licet addictus loco, aut gubernationi. Chartam Conradi Regis Burgundiae anni 944. descripsit Guichenonus ex Tabulario Cluniacensi, exaratam coram Episcopis et Comitibus in ea nominatis, *Vassis* *dominici* *majoribus* et *minoribus*. Aliam Willelmi Comitis Provinciae ex eodem Tabulario laudat Antonius Rufus, quæ perinde exarata dicitur coram *Vassis* *dominici* *tam Rouanis, quam Salicis*. Petrus Damiani lib. 1. Epist. 9. pag. 21: *Narravit mihi Humbertus, quia Vassus quidam, dum iter ageret, accidit, ut juxta molendinam equo insidens pertransiret, etc.* Lib. 6. Epist. 9: *Frater meus talis Vassi unicam filiam sibi in matrimonio copulavit, etc.* Decretum Mainardi et Joannis Cardinalium pro ecclesia Mediolanensi, apud Baronium ann. 1067. num. 11: *Clericus autem vel laicus pro ordiis ac dignitatibus suæ qualitate, hac potestate tali mulctetur danno, ut siquidem de ordine Capitaneorum fuerit, viginti denariorum libras, Vassorum autem decem; negotiatorum quinque... componat.* Sed et *Vassos* et *Vassallos* creatos ab Imperatoribus, interdum etiam ipsomet Augustos aliis nobilibus eosdem creandi jus impertiisse legimus. Exstat bulla Caroli IV. Imperat. ann. 1355. qua Milano de Becharia, civi Papiensi, Notarios et Tabelliones creandi, et illegitimos natalibus restituendi facultatem impertitur, in qua sequentia adduntur: *Et quod possitis, tu et filii tui... quoscunque sponte volentes Vassallos facere, ad vassallatus onus inducere auctoritate predicta, illustribus Principibus, Ducibus, Comitibus, Baronibus Juntaxat exceptis.*

¶ *VASSATUS*, Eadem notione, in Charta Alphonsi Reg. Lusitan. æræ 1142. ex Tabul. Claravall: *De consensu Vassatorum meorum... me ipsum, regnum meum... sub B. Marie de Clara-valle tutelam... constituo.*

¶ Inter Nobiles secundi ordinis habitos fuisse colligi posse videtur ex Charta ann. 1040. in Tabul. S. Victoris Massil.: *Factum est plicitam in quo congregati sunt*

*utrisque loci primates et Vasses, plebeique ac urbani diversi ordinis, diversæque ætatis utriusque sexus, quorum nomina exprimi duximus... Attanulphus Vasses urbis Arelatensis, etc.* Idem innuit Charta ann. 1239. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 392: *Noveritis quod nos ad preceationem Episcoporum, Abbatum, Baronum, et Vassallorum Britannia, etc.* Vide *Vassores*.

*Bassus* etiam pro *Vassus*, dixit Charta laudata ex Tabulario Casauriensi, ut et Capitulare I. Caroli M. ann. 802. cap. 39. Diploma Ludovici Imp.: *Si Comes aut Bassi nostri remanserint.*

\* Vox diversis notionibus usurpata: Familiaris seu domesticus ex familia regia aut alicujus principis; vel qui alicui ratione tutelæ et protectionis, aut feudi sacramento adstrictus est; qua ultima notione, *Vasse* occurrit in Lit. ann. 1367. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 10: *Eussions ordene que le ressort de la conté de Bloys et des Vasses et subgés doudit conté, etc.* Ut autem ex mutatione *v* in *b*, *Bassus* pro *Vassus*, dixerunt Scriptores mediæ ævi, ita nostri *Basse* usurparunt pro *Famula*, ancilla. Lit. remiss. ann. 1450. in Reg. 185. Chartoph. reg. ch. 39: *Le Prestre et sa Basse ou chamberiere, qui parloient d'icelle suppliant, comme il lui sembloit, pour ce que icelle Basse ou chamberiere dudit prestre dist entendiblement, Veez la cy venir.*

¶ *VASATICUM*, Clientum et feudali agmen, familia. Vita S. Bernwardi apud Leibnit. tom. 1. Script. Brunsvic. pag. 455: *Jubent universos Theotiscos Episcopos circa Natale Domini ad illorum præsentiam festinare, non solum ad synodum, sed cum omni suo Vasatico ita constructos, ut ad bellum quocunque Imperator præcipiat, possent procedere... Hos conscivit Sophia, cunctos videlicet, quos de Vasatico Archiepiscopi, vel familia illius convocare poterat.*

*VASSATICUM*, Fides, quam præstat *Vassus* Domino, vel Principi: proinde idem quod *Honiium*. Annales Franc. ann. 757: *Ubiq; Tassilo venit Dax Bajoriarum, in Vassatico se commendans per manus, etc.* Ubi Ado Viennensis: *Seque illi in Vassatum comisit.* Iidem Annales ann. 788: *At ille videns se undique constrictum, venit per semetipsum, tradens se manibus Regis in Vassatico, renovans sacramenta.* Charta Caroli Calvi pro Barcinonensibus, apud Diago lib. 2. cap. 4. et tom. 2. Hist. Francor.: *Noverint præterea idem Hispani sibi licentiam a nobis esse concessam, ad se in Vassaticum Comitibus nostri, sicut alii Franci homines, commendant; et si aliquod beneficium quisquam eorum ab eo, cui se commendavit, fuerit consecutus, sciat se de illo tale obsequium Seniori suo debere exhibere, quale nostrates homines de simili beneficio Senioribus suis exhibere solent.*

\* Clientelam potius intellige, saltem in locis hic laudatis, a potentiori domino vel principe concessam illi, qui ipsius tutelæ sese commendaverat, ob quam fidelitatem suam ei juramento obligabat; unde *Vassus* appellabatur, nullo licet sibi collato beneficio aut feudo. Consule Muratorum tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 548. Vide supra *Commendatas*.

*VASSATICUM* præterea appellabant præ-



clarum in præliis, vel occasione aliis bellicis facinus, vel animi magnitudinem: forte quod *vassi* et *vassalli* essent viri militares, et iidem, qui postmodum *militis* nuda appellati sunt. Hincmarus Remensis in Opusculo 55. Capitulum cap 52: *De hoc quoque vitio superbæ descendit, quod multi te apud plurimos dicunt de fortitudine et agilitate tui corporis gloriari, et de præliis, atque ut nostratum lingua dicitur de Vassaticis frequenter ac libenter sermonem habere, etc.* Ubi sane malim *vassaliticis*, tametsi vox *vassaticis* tolerari possit, a *vassus*. Sed ut priorem præferam, facit recepta deinceps vox *vasselage* hac eadem notione apud Scriptores vernaculos inferioris ævi. Le Roman de Garin MS :

Tel Vasselage certes pris ge petit.

Le Roman de Roncevaux MS :

Par Vasselage soloie i estre vos drus.

Le Roman d'Artus MS :

De force ne de Vasselage,  
N'ot son per en tot le bornage.

Le Roman de Florinmont MS :

Li Rois avoit riche corage,  
Et pensa un fier Vasselage.

Le Roman d'Alexandres MS :

Or m'en iron sor lui veoir son Vasselage.

Guill. Guiart anno 1267 :

Mesire Erart de Valeri,  
Un haut baron courtois et sage,  
Et plain de grant Vasselage,  
Que son cors et ses fez looient,  
Tuit cil qui parler en oient.

Le Roman de Vace :

Que Richart ert moult prous, et de grant Vasselage.

Chron. MS. Bertrandi du Guesclin :

Si ay trouvé en lui d'honneur si largement,  
Et tant de Vasselage et de fier hardement.

Robertus de Bourron in Hist. Merlini MS : *Nostre Sire nous a fait moult grant honneur, quant vous si haut homme, comme li Rois est, avés pris par vostre Vasselage.* Chronicon Franc. MS. ex Bibl. Memmiana in Carolo V : *Onc convoiteux ne fit beau Vasselage.* Adde Chronicon Flandriæ cap 18. 30. et Buzelinum in Gallo-Flandria lib. 3. cap. 6. pag. 482.

Ut porro *Vasselage*, pro animi magnitudine usurparunt nostri, ita et *vassaus*, viros fortes appellabant. Philippus Mouskes :

Après li resornt en Banniere  
Une guerre orgueilleuse et fiere,  
Le Sire iert Dus, s'ot non Rasaus,  
Qui moult estoit preus et Vassaus.

Le Roman de Guillaume au Court-nez MS :

Dux né de Baviere, qui fit pros et Vassaus.

Guillelmus Guiart ann. 1304 :

Espaignols qui ees trois nez guient,  
Ou moult a de hardis Vassaus.

Le Roman de Garin :

Maint bon Vassal i firent trebucher.

Alibi :

Meillor Vassal de lui ne sacbe mie.

Vetus Poëta MS :

Biaus fu et lons et drois, bien ensemble Vassal.

Le Lusidaire MS :

Quant Jacob vint li Senescaus.  
Qui mult estoit preus et vassaus.

Le Roman de Roncevaux MS :

Othes fu preus, et bons vassaus vaillans.

Chron. Flandriæ cap. 15. Matthæum de Montemorenciaco gentili *Vassal* appellat.

Hinc *Vassaument*, pro fortiter, ut virum fortem decet, in Hist. Johannis IV. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 729 :

Comme s'il voulait de sa grace  
Laisser rigueur et toute aspresse  
Contre ceux qui moult loyaument  
L'avoient servi bien Vassaument.

*Vassalli*, si Marcam audimus lib. 1. Hist. Beneharn. cap. 28. num. 10. sunt *vassorum* *vassalli*, seu *vassis* ratione clientelæ oboxii. Id non omnino verum esse patet ex iis, quæ supra attigimus, nobisque fusius probandum incumbit. Constat sane utranque vocem ejusdem originis, si non omnino notionis.

\* *VASSALLUS*, idem qui *Vassus*. Consuet. Catalon. MSS. cap. 43: *Vassallus debet vitam domini præferre vitæ suæ propriæ, quia si dominus debet facere duellum, puta quia aliquis vult probare per duellum contra dominum ipsum, quod commiserit crimen læsæ majestatis, vel aliud: certe prædictus dominus potest præcipere homini sive vassallo suo, ut pro ipso subeat duellum.*

*Vassos* diximus fuisse domesticos et familiares Principis aut alterius cujusvis, quod etiam de *Vassallis* dici posse evincunt Scriptores, præsertim Hincmarus de Ordine Palatii cap. 28. describens ministeria, et familiam Principis: *Tertius ordo item erat tan majorum, quam minorum, in pueris vel Vassallis, etc.* Ubi pueri sunt ii, quos *famulos* dicimus. Monachus Sangallensis lib. 1. de Carolo M. cap. 20. *Scarionem*, seu ostiarium Aulæ regni, *vassalum* Imperatoris appellat. Cap. 22. de quodam Episcopo: *Hic habuit unum Vassallum non ignobilem civium suorum, valde strenuum et industrium; cui tamen ille, ne dicam beneficium aliquod, sed ut nullum quidem aliquando blandum sermonem impendit.* Ita denique lib. 2. cap. 15. ubi de quodam puerulo, ab Imperatore in familiam suam adscito. Capitula Caroli M. lib. 2. cap. 24: *Vassi quoque et Vassalli nostri nobis famulantes, etc.* Edictum Pistense Caroli M. cap. 14. ex iisdem parentis Capitulis: *Vassalli nostri nobis et nostræ conjugi famulantes, etc.* Concilium Ravennense ann. 904. cap. 10: *Ut plebes Ecclesiæ nullatenus aut Comitibus, aut Episcoporum Vassallis aut ullis laicis beneficia tradantur.* Denique Adalarus in Statutis Corbeiensibus lib. 1. cap. 6. totam familiam monasticam in sex ordines distribuit: 1. *Fannulorum* vel *matriculariorum, qui semper equaliter habendi sunt*: 2. *Fratrum*: 3. *Vassallorum*: 4. *Hospitum*: 5. *Pulsantium*, vel *Scholarium*: 6. *Singulorum huc illucque Præbendariorum.* Meminit etiam casæ *Vassallorum* cap. 1. (qui inde *Vassali casati*, i. casæ addicti, dicuntur lib. 3. Capitulum Caroli M. cap. 73.) et *panis vassalorum* cap. 2. et 4. De ejusmodi *vassallis* agit Charta Aldrici Episcopi Cenoman. in ejus Vita pag. 85: *Et alia (pars) detur Vassallis et capellanis, sive servientibus, qui domino nobisque in nostra mansuicula militare videntur.*

*bus, qui domino nobisque in nostra mansuicula militare videntur.*

Ut *Vassi* Comitibus erant assessores in judiciis publicis, ita et *Vassalli*. Charta Alamannica 95. Goldasti: *Jussum est Wanningo Coniti Ruardperto Vassallo Regis inquisitionem de hac re fieri, etc.* Adde chart. 18. Vetus notitia sub Karolo Rege anno 14. apud Beslium pag. 224: *Notitia qualiter vel quibus præsentibus, ibique veniens Hisarnus die Veneris 3. Kal. Apriliarum infra urbem Pictavam, ante Dominum Ebolem præveniente gratia Dei Comitem, et ibidem assistentibus Vassallis, interpellabat quemdam Diaconum, etc.* Conventus Ticinensis ann. 850. cap. 1: *Ideo volumus, ut Comites nostri, eorum sculdasi, adjunctis secum Vassallis Episcoporum, ..... studiosissime perquirant, etc.*

Porro qui *vassi*, vel *vassi dominici* dicuntur, nullo discrimine *Vassalli* vel *Vassalli dominici* appellantur, et cum *Comitibus* junguntur, nulla interdum *vassorum* facta mentione, in lege Longob. lib. 3. tit. 4. § 5. [\* Pip. 16.] in Capitulum Caroli M. ann. 807. cap. 3. 6. lib. 4. cap. 32. lib. 5. cap. 147. [\* 278.] et lib. 2. cap. 24. *Vassi et Vassalli nostri, etc.* quasi iidem fuerint. Præterea in Capitulis Caroli C. tit. 6. cap. 20. tit. 31. part. 2. cap. 2. et tit. 42. In Vita Ludovici Pii ann. 834: *Itemque Sanila Comes, nec non Madalelmus Vassallus dominicus capite plecti sunt.*

Ut *vassis*, ita et *vassallis* beneficia a Principe concedebantur. Capitulare Compendiense ann. 757. cap. 6: *Homo Francus accepit beneficium de seniore suo, et duxit secum suum Vassallum, et postea fuit ibi mortuus ipse senior, et dimisit ibi ipsum Vassallum, et post hoc accepit alius homo ipsum beneficium, etc.* Monachus Sangallensis lib. 1. de Carolo M. cap. 14: *Cum illo fisco, vel curte illa, in Abbatia, vel Ecclesia, tam bonum meliorem Vassallum, quam ille Comes est, vel Episcopus, fidelem mihi acquirere et facio.* Concilium Compendiense ann. 757. cap. 6: *Homo accepit beneficium de seniore suo, et duxit (senior) secum suum Vassallum, etc.* Charta Ludovici Imp. in notis ad Biblioth. Cluniacensem pag. 113: *Id est, villam ac beneficium illud, cujus vocabulum est Dodiniaca curtis, habentem mansos 12. quam hactenus Vassallus noster, nomine Hisimbertus, nostra largitione habuisse dignoscitur, etc.* Capitula Caroli C. tit. 6. cap. 20: *Fidetur nobis utile et necessarium, ut fideles et strenuos Missos ex utroque ordine per singulos Comitatus regni vestri mittatis, qui omnia diligenter imbrevent, que tempore avi ac patris vestri, vel in regio specialiter servitio, vel in Vassallorum dominorum fuerunt, etc.* Ubi nulla fit mentio *vassorum*. Charta Caroli C. Regis apud Loisellum in Bellovaco pag. 242: *Villam quamdam... quam Vassallus noster quidam nomine Sigefridus tunc in beneficium retinebat.* In Annalibus Francorum Bertinianis ann. 870. *Ville vassallorum* dicuntur, et opponuntur *villis dominicatis*. Constitutio Ludovici II. Imp. pro expeditione Beneventana cap. 5. apud Camillum Peregrinum: *Quod si comes aut bassi nostri aliqua infirmitate remanserint, ... aut Abbates vel Abbatissæ si plenissime homines suos non di-*



rerent, ipsi suos honores perdant, et eorum Vassulli et proprium et beneficium perdant. Adde Chartam Ludovici Pii de divisione Imperii ann. 814. editam a Baluzio, cap. 9. Præceptum Barnoini Archiepiscopi Vienneensis ann. 881 : *Quæ namque res præ-nominati Cænobii quondam fratribus deser-vierant, sed jam ubi eo abstractæ, et benefi-cium erant Vassallorum effectæ. Denique Nicolaus I. PP. Epist. 20. ad Carolum Cal-vinum Regem de Balduino Flandrensium Com-omitum stipite : Balduinus Vassallus, ves-ter, etc.*

Vassalli præterea Chartas dominorum suorum subscribebant, adjecta hæc ipsa vassalli dignitate. Binas descripsit Heme-reus Alberti Comitis Viromandensis; prior ann. 954. ita clauditur : *S. Adalberti Comi-tis, ... Geraldii, Hildrudi, Anseri Vassallo-rum.* Altera ann. 959 : *S. Guntranni Vas-salli, Anselmi Vassalli, Ottadi Vassalli.* Ubi ita appellantur, qui postmodum Milites dicti sunt : quo quidem etiam vocabulo vassallus seu feudatorios indigitari in Char-tis suo loco docuimus.

¶ VASSALLUS, pro Feudatarius, Subdi-tus, in Vita Walæ Abb. Corbeiensis sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 512 : *Mementote etiam quod mei Vassalli estis, milique cum juramento fidem firmastis.* Charta ann. 1189. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 167 : *Non teneatur Prior Pontis Castri pro aliquo negotio, sicut Vassallus, in curia mea vel successorum meorum respondere.*

¶ VASSALLUS, Miles. Mirac. S. Maioli tom. 2. Maii pag. 697 : *Quidam Vassallus pauper rebus, superbia tumidus, eumdem deregrinum obviat et assullit.* La vie de Je-sus-Christ MS :

La pucelle prist à crier,  
Vassal, laissiés la beste mue,  
Nel navrez pas en la char nue.

Vide supra in *Vassaticum*

VASSALLUS INDOMINICATUS. Charta Caroli C. Regis Fr. ann. 3. ex Tabulario S. Cyrici Nivernensis. : *Sed et concedimus ibidem au-ctoritate Regia omnes res ejusdem Ecclesie, quæ quondam fuerunt ab ea abstractæ, et quas modo nostri Indominicati Vassalli te-nent, ut quia ipsi nobiscum dimicaverunt fideliter, in vita sua tantum, consensu ejus-dem supradicti Episcopi eas teneant.*

VASSALLUS SIMPLEX. Vide Signum 6.

¶ VASSALLAGIUS, ut Vassallus. Charta ann. 1238. apud Cencium inter Rom. Eccl. Censur. : *Alia omnium capitula observabo et fuciam quæ ad fidelitatem et vassallagium spectant, et quæ Vassallagius seu fidelis debet facere et tenetur.*

VASSALLATICUM etiam dixerunt veteres, ut vassaticum, pro fidei sacramento quod vassalli Domino vel Principi præstabant. Capitulare Pipini Regis Italiæ cap. 5 : *Stetit nobis de illos homines, qui hic intra Italia eorum seniores dimittunt, ut nullus eos reci-pere debeat in Vassallatico, sine comiato se-nioris sui, etc.* Adde cap. 36. Epistola Epi-scoporum ad Ludovicum Reg. ann. 858. cap. 15 : *Et nos Episcopi Domino consecrati, non sumus hujusmodi homines, ut sicut honi-nes sæculares, in Vassallatico debeamus nos cuilibet commendare, aut jurationis sacramen-tum, quod nos Evangelica et Apostolica utque*

Canonica autoritas vetat, debeamus quoquo modo facere, etc. Ubi vassallaticum non aliud sonat quam vassaticum, [ut et in An-nali. Genuens. Jacobi Aurie apud Murator. tom. 6. col. 578 : *Fecitque vassallum dicti communis, spreto Vassallatico per quem communi Januæ tenebatur.*] Quæ quidem vox usurpata legitur posterioribus seculis pro hominio : quod etiam vassallugium ap-pellatur in Charta ann. 1274 : *Pro quibus omnibus... tenemur vobis homagium facere, et Vassallaticum, et fidelitatem jurare.* Spec-ulator lib. 4. part. 3. de Feud. art. 2. § 5. ait, quod in Italia et alibi vocatur vas-sallugium, in Francia homagium appellari. Quod etiam observat Jacobinus de S. Geor-gio in tractatu de Homagiis §. 5. Petrus de Vineis lib. 6. Epist. 9 : *Absolventes eos ab omni fidelitate Vassallagii, seu homagii ju-ramento.* Charta Helie Talairandi Vicecomitis Leonaniæ et Dauvilarii, qua homi-nium præstat Abbati Moissacensi, ann. 1297 : *Fe homenatge et fe Vassals et Cava-liers al dich senhor.* Quo loco tres hæ voces idem sonant. Vassullus enim, uti obser-vatum, et Miles, idem sunt. Charta alia : *Sciendum est, quoniam Ari Hodz Vescoms de Lomancha a fuit homenatge, et ses faits Cavaliers et Hom al Senhor da Montpezat Abad de Moyssac, el predich Vescoms man-det et autreget al Senhor predich Abad, que vos Cavaliers et fiels et loials li si a en tots locs, et que lui e le mostier de Moyssac, el covent du quel meiss. Mostier, e totes las cosas garde e defendda de mal e de donnage a bonu fe par tots locs, etc.* ann. 1238. In Consuetudine Bituricensi tit. 1. art. 4. et 9. vassellage usurpatur pro dominio, quod habet dominus in tenementum vassalli, seu pro feodalitate. Vide Statuta Mediolanensia 1. part. cap. 267. Georgium Pilonum in Historia Bellunensi pag. 106.

¶ VASSALLAGIUM, Vassalli conditio. Charta ann. 1314. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 149. col. 1 : *Dominus Dalphinus per subjectio-nem Vassallagii jam dicto dom. Regi (Sicilia) stringitur connexæ, etc.*

¶ VASSALLAGIUM, Vassalli feudum : item Fidei et obsequii professio quæ a Vassallo domino præstatur. Charta ann. 1283. tom. 2. Hist. ejusd. pag. 26. col. 1 : *Cum feudis, allodiis, Vassallagiis et ejus pertinentiis uni-versis, etc.* Occurrit rursus in alia ann. 1294. ibid. pag. 74. col. 1. Diploma Caroli IV. Imper. ann. 1376. apud Marten. tom. 2. Ampl. Collect. col. 137 : *Tun in feodis, feodalibus, Vassallagiis, quam aliis quibus-cunque debitis obsequiis et servitutibus, etc.* Bulla Martini IV. PP. apud Rymer. tom. 2. pag. 257 : *Ego Dei gratia Rex Aragonie et Comes Barchinonæ, plenum et ligium Vas-sallagium et homagium faciens Ecclesie Ro-manæ pro regno Aragonie, etc.* Adde Lude-wig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 453. Con-stitut. Petri Reg. Siciliae cap. 1. etc.

¶ VASSALLATICUM, Eodem significatu. Litteræ Johannis Reg. Fr. ann. 1354. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1470 : *Cum... homagiis, feudis, Vassallatiis, em-phiteoticariis, et aliis quibuscumque hono-ribus ad dictum comitatum de Gauro... per-tinentibus.*

¶ VASSALLATUS, Pari intellectu. Charta ann. 1338. apud Ludewig. tom. 5. Reliq.

MSS. pag. 448 : *De omnibus debitis et pecu-niarum quantitibus, in quibus ipse dom. Rex nobis et hereditis nostris, ratione homa-gii et Vassallatus sibi de terris nostris per nos facti.* Alia ann. 1345. ibid. pag. 612 : *Cam omnibus suis honoribus, dominiis, Vassallatibus et aliis pertinentiis suis uni-versis in feudum suscepimus.*

¶ VASSELLAMENTUM, Præstatio pecunia-ria a vassallo exsolvenda. Comput. ann. 1202. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. CLXXV : *De præposito Loriaci. De va-sasoribus, LXXII. lib.... Et pro Vasselamento Romaudi XXXV. lib.*

VASSALLITIUM, semel atque iterum in Charta Alfonsi Regis Portugallie ann. 1142. apud Brandaonem lib. 10. Monarch. Lusitan. cap. 12. pro servitio, quod debet Vassallus domino, usurpatur.

VASSALLITIUS, pro Vassallus. Chronicon Magdeburgense MS. ex Bibl. S. Germani Paris. ann. 952 : *Ubi præscriptus cum filio suo Adalberto Regie se per omnia in Vas-salliticum dedit dominationi, simul et Re-ginæ iram supplicii veniu placavit.* Ita etiam Regino.

VASSALLULUS, Minoris dignitatis vassal-lus. Matth. Paris ann. 1244 : *Et quis Chris-tianorum ignorat, Principem Wallie Regis Anglie esse Vassallulum?*

VASSELLERIA. Charta ann. 1238. in Re-gesto Tolosano cameræ Computor. Parisiensis f. 97 : *Videlicet Baronias, et Vasse-lerias, etc.* Nescio an Vasseleria idem sit quod Bacalaria, indeque vox hæc postrema deducatur, ut vassalaria, feudum fuerit vas-salli inferioris.

¶ VASALLES, pro Vassalli, in Charta Henrici Ducis Slesie ann. 1337. apud Lu-dewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 12.

¶ VASSALLAGICUS, Ad Vassallum perti-nens. Charta Ruperti Comit. Palat. ann. 1356. apud eumd. tom. 5. pag. 576 : *Percepimus in jure vel onere Vassallagico seu feu-dali.*

¶ VASSALLOR, et VASALOR, Famulus. Dispositio rei famil. Cluniac. apud Baluz. tom. 5. Miscell. pag. 449 : *Sed de præben-daritis supradictis hoc est adiciendum, quod ante tempus nostrum panis eis qualis infe-riori familie dari solet dabatur, hoc est, de Vassallor. Vide Panis servientulis.*

DES-VASSALLARE. Michaël del Molino in Repertorio pag. 326 : *Si aliquis accusaretur de aliquo crimine, ex eo quod Desvassalla-rit aliquem vassallum a loco alterius, etc.* Infra : *Vassallum si aliquis extraxerit, aut juverit ad extrahendum a loco alterius causa deshabitandi eum, et duendi talem vassallum ad locum suum, ut alterius domini, talis extrahens et adjuvans incurrit ex hoc in pœnam mortis corporalis, etc.*

BASSALLUS, pro Vassallus, in Constitut. Ludovici II. Imp. pro exercitu, edita a Cam-illo Peregrino, cap. 4. 5.

¶ 3. VASSUS, pro Bassus, Minor. In-ventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. : *To-tum prædictum locum Montistruci cum omnimoda jurisdictione alta et Vassa.*

¶ VASTADUM. Charta Caroli Reg. ann. 1391. apud Menester. Hist. Lugdun. pag. 122 : *Et consuevit dictus baillivus... cogno-scere in ipsa sede nostra Lugdunensi de omni-bus casibus Salvarum gardiarum nostra-*



rum, ... delationes armorum, *Vastodorum, ab intestato decedentium, etc.* Vide *Vastum* 1.

\* Mendose pro *Vastardus*. Vide in hac voce et supra in *Bastardus*.

† **VASTALE**, Papias : *Instituē, parve linteolę, vel Vastalę, unde mortuorum pollices ligantur.* Legendum ut in MS. Bituric. *Nastalę*. Vide in hac voce.

\* **VASTANTER**, Prorsus, omnino. Capitul. Caroli C. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 641 : *Et ipse frater meus Hludovicus ad hoc rediit in partem regni mei, ut mihi meum nepotem subriperet, et homines meos mihi subtraheret, ac fideles meos Vastanter imprimeret (opprimeret).* [\*] *Convent. apud Saponarias ann. 859. cap. 7. Forte pro Vastando interpretaretur.*

\* **VASTARARIUS**. Instr. ann. 1220. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 805 : *In Purificatione sanctę Marię decem libras cereę pro candelis et quatuor denarios pro juncis Vastariis.* An pro juncis, qui per ecclesiam sparguntur?

† **VASTARDUS**, pro *Bastardus*, Nothus. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. : *Quę (decima) olim fuit cujusdam vocati Joh. de Lasgo ynspari sive Vastardi de Lasgo.*

† 1. **VASTARE**, in Pactu Leg. Salicę tit. 29. cap. 19. edit. Heroldi, pro *Jactare*, nisi fallor, ut habent alię editiones. Vide alia notione in *Vastum* 2.

\* 2. **VASTARE**, Verberibus conficere. Lex Salica tit. 10. § 1. tom. 4. Collect. Histor. Franc. pag. 130 : *Si quis animal aut caballum, vel quodlibet pecus in messe sua invenerit, penitus eum Vastare non debet.* Ubi lædere habent alia exemplaria.

† **VASTATOR**. Vide in *Vastam* 1.

\* **VASTATORES**, Milites seu apparitores in domum vel castrum missi, ut ibi alienis sumtibus vivant, Gall. *Garrison*. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 134. Chartoph. reg. ch. 2 : *Castrum de Albaripa in manu nostra gubernator Dalphinatus posuit seu poni fecit, Vastatores seu comestores in eo statuendo.* Vide alii notione in *Vastum* 1.

† 1. **VASTELLUM**, Umbraculum, ut videtur, apud Matthæum Paris in Vitis Abb. S. Albani pag. 92. Vide *Dagus*.

† 2. **VASTELLUM**, **VASTELLUS**, Placentię species. Vide infra in *Vastellus*.

† **VASTI**, Titulus Ducum Amalphitanorum, quem a Græco corrupto *αεβζοει*, venerandi, post Jul. Cæsar. Capacium Hist. Neapolit. lib. 1. cap. 13. deducit Brencmannus, in Dissertat. de Republ. Amalph. pag. 19. Aliam originationem assignare videtur doctissimus Cangius in voce *Vesti*.

† **VASTIDIUM**, pro Fastidium, ut videtur. Guido in Prologo ad Discipul. Farfensem : *Cum per universam Italiani Christi præcepta annullarentur, et velut in Fastidio versarentur, etc.*

† **VASTIMENTUM**, pro *Bastimentum*, Ædificium. Vide in hac voce. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. : *Cum suis tenementis, ædificiisque et Vastimentis, etc.* Vide *Vestimentum*, 3.

† **VASTINA**, **VASTINIUM**, **VASTINUM**, **VASTITAS**, **VASTITIES**. Vide in *Vastum* 1.

\* **VASTIRE**, pro *Bastire*, Ædificare. Charta ann. 1470. ex Tabul. Flamar. : *Tota illa platea vacua hospitii, non Vastita.* Vide *Vastimentum*.

\*\* **VASTITIUS**. Opusc. vet. MS. ad III. Reg. : *In argillosa terra. Alia editio in Vastitia terra.* Maius in Glossar. novo.

**VASTRAPES**, in Glossis Philoxeni, *φινωράζα*. Occurrit hæc vox apud Rufinum in versione Josephi lib. 3. Antiq. Judaic. cap. 11. ubi Josephus habet *φινωράζα*. [Vide Vossium lib. 2. de Vitiis serm. cap. 19.]

1. **VASTUM**, **GASTUM**, **GUASTUM**, **WASTUM**, **WASTINÆ**, etc. voces ejusdem notionis et originis.

**VASTUM**, Destructionem significat. Magna Charta : *Custos terre hujusmodi hæredis, qui infra ætatem fuerit, non capiat de terra hæredis non nisi rationabiles exitus, hæc sine destructione et Vasto hominum, vel rerum.* [\*] Vide Placit. ann. 11. Joh. reg. Angl. Buck. rot. 4. et ann. 25. Henr. III. Essex. rot. 30. in Abbr. Placit. pag. 64. et 114.] [Charta apud Madox in Formul. Anglic. pag. 204 : *Nec aliquis eorum molestetur seu gravetur ratione alicujus Vasti in dicto manerio, nisi dampnum ejusdem Vasti excedat valorem 40. lib. et nisi in casu ubi hujusmodi Vastum factum fuerit post mortem predicti Ricardi Berners. Nostri Dégât eadem notione dicunt.*]

\* *Wast*, eodem sensu, in Charta ann. 1290. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 196. v. col. 2 : *En récompensation des griés et des dommages de muebles, de chateaux, d'arsins et de Wast de fortresses et de plusieurs maisons, etc.*

**VASTUM** maxime dicitur de agris, qui non excoluntur. Paulinus Nolanus epist. 30. ad Aprum : *Qualem agri tui speciem a villico tuo fieri postulas, talem Deo Domino tuo redde culturam, et intellige, quicquid in agro tuo displiceat, aut placeat, idem in anima tua placere Christo, aut displicere.* *Si Vasta peccatis quasi dumis sorleat, neque Propheticeis aut Apostolicis nubibus compluatur, in aridam solitudinem gratia deserente damnabitur.* Testamentum Fulradi Abbatis S. Dionysii : *Tertiam cellam infra Vasto Vosgo (Vosegi) ædificavi, ubi sanctus Coconatus requiescit.* Tabularium Vindocinense ch. 237 : *Osanna filia Gaufridi de Fay dedit duos arpennos prati censu quietos et liberos : et alios duos de quadam mansirma sua, quę est ad Mortas. Quę dum priscis coleretur temporibus, 12. den. census solvebat, modo vero quia Vasta est, nil census reddit, sed est allodium.* Tabularium Ecclesię S. Stephani Lemovicensis ann. 1081 : *Fecit Gosbertus Archidiaconus totam terram de Monte S. Joannis esse Vastam.*

† **VASTUM** ea de causa dicitur Terra pasceudis animalibus destinata. Charta apud Madox in Formul. Anglic. pag. 286 : *Novaveritis me..... confirmasse eisdem... communem pasturam pro sexdecim animalibus bovinis et equinis, et pro centum animalibus ovinis pasceudis in magno Vasto sive magna pastura vocata Sparosfeld pertinente manerio meo de Codynnton.* Charta ann. 1208. apud Kennett, in Antiquit. Ambrosd. pag. 171 : *Inquisitio fiat utrum... debeat participare de Vasto manerii de Bruhull ratione communę ejusdem manerii in qua communia nihil habet, ut dicunt.* [\*] Vide Placit. ann. 6. Rich. I. Ebor. rot. 1. in Abbr. Placit. pag. 2.]

**VASTUM FACERE**, Littletoni sect. 67.

*Faire Wast*, Destruere, depopulari. Inquesta de forisfacturis Forestar. Angl. : *Inquiratur etiam, qui fecerint, vel fecere consueverint Vastum vel destructionem de viridi vel de venatione.* Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 192 : *Ita scilicet quod de Wasto quod faciunt quadrigę, quę ibunt in boscum de Walloy et Widelui, neque de Wasto aliarum quadrigarum, quę ibunt in alios prædictos boscos non ponantur in merci, nec scribantur in Wasto.* Pag. 518 : *Cum toto nemore suo, salvis aisiamentis suis, et hominum suorum de Hida, sine Vasto et venditione.* Tom. 2. pag. 204 : *Et de foresta sua omnia necessaria sua sine Vasto ad ædificandum, et ad aratra sua, etc.* Charta Henrici III. Regis Angl. apud Pryneum in Libert. Angl. tom. 3. pag. 974 : *De bosco Vasto extra villam de N. quod... tenent ad feodi firmam, etc.* Rogerus Hovedenus pag. 784 : *Item Rex defendit, quod nullus donet vel vendat aliquid ad destructionem bosci sui, vel Wastam, quę sit infra forestam Regis : sed concedit bene, quod capiant de boscis suis, quod necesse iis fuerit sine Vasto, et hoc per visum forestarii sui, etc.* *Wastum* facere in boscis, in Charta Johannis Regis Anglię pro forestis ann. 1215. Albertinus Mussatus lib. 7. de gest. Henrici VII. rubr. 1 : *Quorum plerique suspectioribus argentibus causis ad Turrianorum loca discurrentes, quę Vasta appellant, etc.* Computum Domani Stapularum in Comitatu Bononiensi ann. 1475 : *Recepte des Wastis en la forest de Hardsel.* Et fol. 41 : *Recepte des Wastis en la forest de Boulogne, de pennaiges de vaches et veaux allans en ladite forest, pour 5. sols la vache, et 2. sols 6. deniers le veau.* Vide Johann. Bekam in Hungero Episcop. Leod. Differt autem *vastum* ab *exilio*. Fleta lib. 1. cap. 12. § 20 : *Vastum et destructio fere æquipollent, et convertibiliter se habent in donibus, boscis, et gardinis. Sed exilium dici poterit, cum servi manumittantur, et a tenementis injuriose ejiciantur.* Adde lib. 1. cap. 12. § 1. 6. Bractonum lib. 4. pag. 316. 317. et Edw. Cokum ad Littletonem sect. 67. [\*] *Vastum* et *exilium* promiscue usurpantur in Placit. ann. 8. Joh. reg. Angl. Bedf. rot. 9. in Abbr. Placit. pag. 54.]

**VASTUM**, seu *Wastum*, vel *Wasta*, in silvis, dicitur præterea illud, quod *planum* est, seu absque arboribus. [Charta Edwardi I. Reg. Angl. apud Kennett, in Antiquit. Ambrosd. pag. 350 : *Sciatis quod de Vastis nostris in foresta nostra de Bernwode in comitatu Buck. dedimus, etc.* Charta ann. 1363. ibid. pag. 497 : *Et si boscus domini abeat in Vastum, tum acquietabunt dominum pro dictis housbote et haybote.]* Tabularium Absiensis monasterii : *Concedo fratribus de Absie totum planum, vel, ut vulgo dicitur, totum Guastum, quod modo est, vel in posterum erit in bosco meo, etc.* Atque ita voces *Wasta*, et *Wastum* accipiendę in Monastico Anglicano tom. 1. pag. 529. tom. 2. pag. 204.

† **WASTINA**, Eodem significatu. Tabular. Corbeienne ann. 1190. et 1201 : *Ecclesię Corbeiensi medietatem omnium quę ex nemore de Wouthust et Wastinis adjacentibus vel turbonibus provenerint recognosco.* Infra terra nemore vacua dicitur. Charta Johanne



Comit. Flandr. ann. 1234. inter Instr. tom. 5. Gall. Christ. novæ edit. col. 331 : *Locus in quo idem monasterium situm est cum Wastinis adjacentibus collatis in elemosynam, sive comparatis.* Hinc

† DEVASTARE BOSCUUM, pro Silvam cædere, excidere, nostri *Dégrader une forest* dicunt: Charta ann. 1363. apud Kennet. in Antiquit. Ambrosd. pag. 498 : *Item dicunt quod Priorissa de Littlemore Devastavit boscum suum de Shottore contra assisam foreste.*

VASTUM, præterea, apud JC. Anglos, jungitur cum anno et die, et dicitur *Annus, Dies et Vastum*. Quæ quidem verba jus designant, quod Rex habet in, domibus et prædiis felonum minoris, ut aiunt, proditionis, (*Felons de petite trahison*) quæ ab alio Domino, quam ab ipso Rege tenentur in feudum, vel jure domini. *Cum enim in potestate Regis sit, inquit Bracton, prosternendi ædificia, extirpandi gardina, et arandi prata felonum, et quoniam hujusmodi vergebant in grave damnum dominorum, pro communi utilitate provisum fuit, ut hujusmodi dura et gravia desisterent, et Dominus Rex pro his haberet commodum totius terræ illius unum annum et diem, et sic omnia cum integritate revertentur in manus capitulum dominorum.* Proindeque id juris habebat Rex pro vasto, quod facere poterat in prædiis felonum. Vide Stanfordium in Placit. Coronæ lib. 3. cap. 30. et supra in *Condemnare*.

QUIETUM ESSE DE VASTO MEMORUM, in Monastico Anglico tom. 1. pag. 922.

VASTUM denique, seu *Breve de Vasto*, iisdem JC. Anglis, dicitur *breve*, quod conceditur contra eos, qui ad vitam suam aut ad vitam alterius, vel in donum, aut per *curialitatem*, vel per *vardam* possessiones aliquas possident, et in iis *vastum* fecerunt. Vide Rastallum, [et mox *Actio Vasti*.]

† ACTIO VASTI, Qua aliquis ob *vastum* factum in jus vocatur. Charta apud *Madox* in Formul. Anglic. pag. 204 : *Nec aliquis eorum molestetur vel gravetur per actionem Vasti pro aliquo Vasto in prædicto manerio cum suis pertinentiis... faciendum... Statuto, per quod ordinatum est quod in brevi de Vasto homo recuperabit versus tenentem per legem Angliæ, vel alio modo ad terminum vite, vel ad terminum annorum,.... non obstante.*

† VASTINIUM, Ager arenosus, sterilis, incultus : hinc in Episcopatu Constantiensi Monasterium dictum de *Vastinio candido*, alias de *Blanca landa*. Vide Valesium in Nôtitia Gall. pag. 630. et 631.

† VASTINIUM, Eodem intellectu. Charta fundat. Monast. Montisplani ann. 863 : *Dono... et castrum ipsum de Monteplano cum toto monte et ecclesia ibi dicata S. Laurentii cum omni jure, mancipiis, Vastinis, molendinis, censu, silvis, aquaguis altis et bassis.*

VASTITAS, Idem quod *Vastum*, [Planities.] apud Bractonum lib. 4. Tract. 1. cap. 41. et in Fleta lib. 4. cap. 25. § 1. Gloss. Lat. MS. Reg. : *Vastitas, solitudo, vel eremus.* Gloss. Gr. Lat. : *Πρόθησις, ἐξεδιουν, Vastitas, vastatio.* [Charta Caroli C. Reg. Franc. ann. circ. 850. in Append.

ad Maream Hisp. col. 784 : *Cum omnibus aprisionibus quas ex eremi Vastitate traxerunt, etc.* Charta ann. 1125. apud Miræum tom. 1. pag. 377. col. 1 : *Concessimus quoque duo mansa terre in illa Vastitate de Espouth.*

† VASTITIES, Pari significatu, in Charta ann. 1207. Hist. Codiciac. pag. 166 : *Concedo quoviam Vastitiam, quæ tenet ad Plesisium d'Anisy.*

VASTATORES, Milites, qui agros depopulantur, nostris, ex Italico, *Gastadours*. Occurrit vox hæc apud Rolandin. in Chron. lib. 4. cap. 13. lib. 5. cap. 10. 17. lib. 10. cap. 5. [et in Charta ann. 1383. apud Guesnaium in Annal. Massil. pag. 437. Vide in *Talare*.]

† Italis *Vastatores* nuncupantur Militum genus, fossores, munitores castrenses, Gall. *Pionniers*. Cruscani : *Guastatore, nella milizia si piglia per colui, che seguita l'esercito, a fine d'accomodar le strade, far fortificazioni, e simili.* Annal. Placent. ad ann. 1483. apud Murator. tom. 20. col. 971 : *Circumcirca Placentiam milites armate militiæ 1200. castra posuerunt, ultra alios levis armaturæ stipendiarios, Vastatores, scorpionistas et pilularios.*

† VASTATORES ex Chron. jam laudato lib. 5. cap. 10. editum apud Murator. tom. 8. col. 280.

GASTUM et GUASTUM, pro *Vastum*, non semel etiam occurrit Glossar. Lat. Gall. : *Vastus, Vain, Gast. Terræ in Gastu, quæ non excoluntur, in Regesto Philippi Augusti Reg. Herouvalliano fol. 143. Guasta, damna, et incendia, apud Petrum de Vinea lib. 5. epist. 112. Tabularium S. Vincentii in Bosco Carnot. ann. 1225 : Si terra circumiacens pro communi guerra Gasta remanserit vel inculta.* Tabular. Absiense fol. 127 : *Et terras omnes, in quibus vineæ sunt, et omnes alius, sive Gastas, sive ercultas. Gastum facere, in Charta ann. 1215. apud Corium in Hist. Mediolanensi part. 2. pag. 157. et in Historia Cortusiorum lib. 1. cap. 8. [Chron. Astense apud Murator. tom. 11. col. 245 : Præterea sciendum est quod in campis Montis Bersarii, dum essent in Guastis, Astenses ceperunt Gualetum. Occurrit præterea apud eundem tom. 12. col. 558. et 639. Adde Statuta crimin. Saonæ cap. 34. fol. 70.] Faire ravage et gast, dissipation, etc. in Consuetudine Turon. art. 169. Robertus Bourronus in Merlino MS : *Et ensi mettoit à gast et à destruction trestout le Royaume de Logres. Simple gast d'heritages, in Consuetud. Burbonensi art. 524. Assisiæ Hierosolymitanæ MSS. cap. 257 : Car se il i a leus Gastes outre, qui soit dou Seigneur, l'on la doit sauver au Seigneur. Le Roman de Roncevaux MS :**

Tout abat mort en un Gaste sentier.

[Le Roman d'Athis MS :

Qui les autres ont hui veus,  
Et dits leur Gaz grans et menus,  
Des bouz ont parlé volentiers,  
Et de ceulx aux escus entiers.]

*Sergent gastier*, in Consuetud. Arvernensi cap. 31. art. 69. minister, qui in messibus, aut in agris, vel silvis invigilat, ne *vastum*, aut damnum fiat. Veneti *guasti* appellant circumjectam oppidis planitiem.

GASTINA, apud Innocentium III. PP. lib. 15. epist. 179. *Gastine*, in Consuetud. Arvernensi. *Wastina*, in Conventione inter Duces Brabantia et Capitulum S. Waltrudis Montensis ann. 1209. apud Miræum in Diplomate. Belgic. pag. 160 : *Omnesque Vastinae, quæ Terræ silvestres dicuntur.* Alia ann. 1247. ibid. pag. 173 : *In omni terra, quæ vulgariter Wastina dicitur. [Wæstyna, pluries in Charta ann. 1246. apud eundem tom. 2. pag. 1323. col. 1.] Adde pag. 50. Probationes Historiæ Guinensis pag. 70. 209. 466. 514. Charta Roberti Comitis Flandriæ anno 1089. ex Tabulario Monasterii S. Quintini in insula fol. 51. vº : Omnem declinationem novæ terræ, quæ vulgo Wastina vocatur.*

† GUASTARE, Corruptere, vitiare, Gall. *Gâter*. Johan. Demussis in Chron. Placent. ad ann. 1276. apud Murator. tom. 16. col. 480 : *Deus tantum pluit super terram in Italia, quod quasi omnes segetes de Plano Guastatæ sunt et perditæ.*

† GUASTARE, Agrum, domum *vastare*, depopulari. Statuta Astens. collat. 13. cap. 23. fol. 41. vº. : *Si aliquis civis Ast. habuit terras et possessiones seu domos extra posse Ast. quas dubitet vel suspicet quod aliquis civis Astensis eas comburent vel Guastent, vel in eis incendium, vel Guastum seu damnum inferant, etc.*

Hinc *Agastiner*, pro *vastare* agrum, domum, silvam. Eædem Assisiæ Hierosol. cap. 257 : *Et quæ apartenances il semble, que il y peust et deust avoir en ce en la teneure, que les leus habités ont orendroit raisonnablement Agastiné, et murailles abatus, que par semblant deussent avoir, quant les leus estoient habités.* *Agastis*, in Consuetudine Inculimensi art. 24. damnum in forestis.

† 2. VASTUM, pro *Bastum*, *Bast*, Clitellæ, sagma. Hinc *Vastare*, *Vastum* imponere. Inventar. ann. 1476. ex Tabular. Flamar. : *Item plus unum alium equum sive roasinum pili bayhard Vastatum cum suo Vasto apreatium ad valorem sive summam quatuor scutorum auri.* Vide *Bastum* 1.

† VASVASSORES, VASVASSORES. Vide *Vassores*.

† VASUM, VASTUS, Vas. Expositio antiquæ Liturg. Gall. apud Marten. tom. 5. Anecd. col. 95 : *Sanguis vero Christi ideo specialiter offertur in calice, quia in tale Vasum consecratum fuit mysterium Eucharistiæ. Vasum, Vasus, αἰγιον, in Gloss. Lat. Gr. Utitur Plautus. Vide Salomon.*

† 1. VASUS, pro *Vassus*. Una et cum Leopardo et Adalberto Vasos dominicos, in Placito ann. 867. inter Probat. tom. 1. novæ Hist. Occitan. col. 118. Vide *Vassus* 2.

\* 2. VASUS, Ponticulus, Gall. *Ponton*. Charta ann. 1038. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Alio loco donamus terram, ubi est Vasus de petra.* Stat. Massil. lib. 1. cap. 46 : *De Vasis navium a communi habendis. Constitutum ut commune Massiliæ habeat Vasos magnos et parvos ad naves et ad alia ligna varanda.*

† VASUUS, pro *Vassus*, ni fallor, domesticus, familiaris. Charta ann. 1033. apud Miræum tom. 1. pag. 351. col. 2 : *Si forte contigerit, ut humilitas ac mansuetudo monachorum a Vasuis aut ab extraneis pro*



aliquo negotio non possit justitiam exigere, etc. Vide *Vassus* 2.

† **VATALIA**, ut supra *Batalia* 1. Pugna, praelium, in Inventario ann. 1476. ex Tabul. Flamar.

\* **VATARON**, Moneta Flandrensis species, pretii xij. denariorum. Lit. remiss. ann. 1369. in Reg. 100. Chartoph. reg. eh. 260 : *Débat se nut entre eulx pour cause d'un denier de douze deniers, appelé un Vataron*. Aliæ ann. 1377. in Reg. 110 ch. 329 : *Deniers blancs, appellez Vatarons de Flandres*. Oecurrit. præterea in Lit. ann. 1373. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 644.

**VATES**, Epidocopus. Tumulus Joannis II. PP. apud Baron. ann. 535 :

Hic tumulus Vatis conservat membra Joannis, Ordine Pontificum qui fertur jure secundus.

S. Ildefonsus :

Crux hæc alma gerit gemiorum corpora fratrum  
Leandri, Isidori, pariterque ex ordine Vatum.

Rabanus Abb. Fuld. apud Browerum in Antiquit. Fuldensibus :

Hæc Baptista potens sacra venerabitur ara,  
Hæc Vatum turba, atque Patrum colitur.

[Ermoldi Nigelli Carmen apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 30. lib. 1. vers. 591 ;

Denique Rex Vatem prostrato corpore adorat,  
Paulinus Regem suscipit cece pium.]

Amalaricus Episcopus. in Epistola ad Hieremiam Archiep. Nonensem : *Charissimo patri et accuratissimo Rhetori Iheremie Vati in nostra Jerusalem, Amalaricus. Ætherius Arelatensis Vates*, apud Joannem Diaconum in Vita S. Gregorii M. lib. 2. cap. 35. Utuntur præterea Fortunatus lib. 5. Poem. 4. Paulus Emeritensis Diaconus. lib. de Gestis Episcop. Emeritensium in S. Fidele num. 5. Theodoricus in Vita S. Celsi Episcopi Trevirensis n. 17. Candidus Mon. in Vita Eigelis Abb. Fuld. cap. 14. Christianæ Inscriptiones apud Gruterum 1070. 4. 1167. 9. 1169.

\* **VATH**, Interjectio, pro *Vah*, sæpius occurrit in Comædia sine nomine ex Cod. reg. 8163.

† **VATIA**, *Diversis plantis*. Gloss. Isid. Vide *Valgis*. Alio sensu vide in *Banca*, 1. et *Batia*.

† **VATICARE**, perperam pro *Vadiare*, Pignori ponere. Diploma Henrici III. Imper. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 433 : *Quidquid autem illis placitis quisque veus Vaticaverit, arbitrio abbatis et suorum præpositorum et villicorum secundum culpam et posse uniuscujusque hominis cedat, et duæ partes abbati, tertia advocato cedat. Et si aliquis forte culpam furti vel seditionis incidit, et abbas ob rebellionem temeritatis advocatum accerserit, ex eodem Vadio abbati duæ partes, advocato tertia proveniat.*

† **VATICINARE**, pro Vaticinari, prædicere, in Epistola Isidori Jun. ad Laudefredum inter Conc. Hisp. tom. 2. pag. 554.

† **VATICINARI**, *Conjectura remi perpendere*, in Gl. Gaspi. Barthii ex Roberti Monachi Hist. Palæst. apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 100.

\* **VATICINISSA**, Mulier, quæ vaticinatur. Anonymi Chron. Leob. ad ann. 1156. apud Pez. tom. 1. Script. Austr. col. 787 : *Tempore Papæ Eugenii II. claruit in Theu-*

*tonia Hiltigardis monialis, formosa prophetissa, vel fantastica Vaticinissa,..... hujus prophetia a nihilum non curatur.*

† **VATICINIUM**, *Mendacium*, in Barth. Glossar. ex Baldrici Hist. Palæst. apud Ludew. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 190.

**VATILLUS**, Idem quod *Batillus*, de qua voce multa commentatur Casaubonus ad Pollionem. Julius Africanus lib. 9. Hist. Apost. : *Erant autem virgines cum lyris cantantes, alii cum tibiis, alii cum Vatillis, et thuribulis*

**VATILLA** vero, Papiæ, est *pala, qua aqua projicitur e navi*. Vide *Batulus*.

\* **VATIMANA**, *Vasa rustica et maxima, a Vatino Beneventano vocatissimo*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

**VATIOLA**, Vasculum. Vide *Batiola*.

\*\* **VATIVOMUS**. De pistrice Jonam evomente. Joh. Erigena carm. 9. vers. 6 :

Implens Vativomi prognostica symbola ceti.

Maius in Glossar. novo.

**VATRAPETES**, apud Armenios appellari monachos scribit Brocardus edit. Venetæ ann. 1519. part. 2. cap. 2. vox efficta ex *Bactroperate*. Vide in hæc voce.

**VAVASSORES**, VALVASSORES, VASVASSORES, VAVASSORIA, VALVASINI, voces ejusdem originis.

**VAVASSORES**, vel **VALVASSORES**, generatim sunt vassalli feudales. Apud Gerardum Nigrum lib. 1. de Feudis tit. 1. alii sunt *Magjores*, alii *Minores* : *Magjores* sunt, qui *Regis*, vel *Regni Valvassores* appellantur, iidemque *Capitanei*, qui a Ducibus, Marchionibus, et Comitibus : *Minores* vero, qui a majoribus valvassoribus feuda accipiunt. De posterioribus intelligendus Otto Frisingensis lib. 2. de Gest. Friderici I. Imp. cap. 12. ubi de Longobardis : *Cumque tres inter eos ordines, i. Capitaneorum, Valvassorum, plebis, esse noscantur, etc.* Quos vero Capitaneos vocant, nostri Barones appellant. Ita *Vavassorum* duos ordines constituit Conradus Imp. [\*\* cap. 1. in Lege Longob. lib. 3. tit. 8. § 4. *Majorum* scilicet, et *Minorum*. Sub *Majorum* appellatione complectitur, quos *Barones* alii vocant : sub *Minorum* vero, quos vulgo *Vavassores* dicunt, ut Leges Henrici I. Regis Angliæ *Thaynos minores*, respectu *Thaynorum* Majorum, qui Baronibus æquiparantur : quod quidem potissimum colligitur ex *relevo minorum Vavassorum*, de quo ita Conradus : *Si vero (minor vavassor) filios non habuerit, et aviaticum ex masculo filio reliquerit, pari modo beneficium habeat, servato usu majorum Valvassorum in dandis equis et armis suis senioribus*. Ejusmodi autem relevium obtinuit in mediocribus *Thaynis*. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 14. ubi de relevis : *Et mediocris Thayni equus cum apparatu suo et arma ejus*. Ubi Leges vernaculæ Willelmi Nothi cap. 24. quem *mediocrem Thaynum* Leges Henrici, *vavassorem* vocant : *De reliq' à vavassour à son lige Signeur, deite estre quites per le chival son peire, tel qu'il avoit à jour de sa mort, et per son habert, et par son haume, etc.* Atque *minores* ii *Vavassores* sunt, qui in Legibus ejusdem Henrici I. cap. 7. *Baronibus* postponuntur : *Barones, Vavassores, Tungrævi, etc.* quippe cap. 26. et 27. *liberas*

*terras tenere, et curiam habere* dicuntur, ac *placita, quæ ad wytam et weram pertinent, super suos homines, etc.* Et in Charta Nobilium Pietavensium ann. 1269. apud Gallandum de Franco-alodio pag. 68 : *C'est à savoir, que quant cil mouvra, qui du Comte de Poitiers, ou des Barons, ou des Vavassours tiendra en fé, que nostre Sires li Coens, ou cil, de qui cil tendra, porra tenir le fé en sa main par au et par jour, etc.*

Ac ut de majoribus *Vavassoribus* primum agamus, hos intellexisse videtur Bræton. lib. 1. cap. 8. § 2 : *In temporalibus sunt Imperatores, Reges, et Principes, in iis, quæ pertinent ad regnum, et sub eis Duces, Comites, Barones, Magnates, sive Vavassores, et Milites, et etiam Liberi et Villani, et diversa potestates sub Rege constituta*. Et § 4 : *Sunt et alii, qui dicuntur Vavassores, viri magnæ dignitatis. Vavassor enim nihil melius dici poterit, quam vas sortitum ad valetudinem*. Charta Friderici Imp. ann. 1249. apud Guichenonum in Hist. Sabaudie pag. 92 : *Marchionibus, Comitibus, Vavassoribus, Nobilibus, Potestatibus, etc.* Charta Henrici II. Reg. Angl. ann. 1166 : *Comites, Barones, Vavassores, Milites, cives, burgenses, rustici, etc.* Radulfus de Diceto ann. 1040 : *Quindecim sacramenta juravit Theobaldus propria manu consuli Gaufrido, et 20. Barones Castellenses cum eo, et 40. Milites Vavassores eidem verbis, quibus ipse. Andreas Aulæ Regiæ Capellanus in Amatoriis : Quamvis probitas possit nobilitate plebeium, et tamen ordinem mutare non potest, ut plebeius Procer efficiatur, sive Valvassor, nisi per principis ei forte potentiam tribuatur. [Rolandinus Patav. in Chronico apud Murator. tom. 8. col. 345 : *Sed multam habebat fiduciam quod Vavassores et proceres et quidam magnates.... spem ei dederant.*] Ita pro majoris dignitatis Optimatibus *Vavassores*, seu, ut ibi semper effertur, *vavassores*, usurpantur in Usaticis Barcinonensibus MSS. a Raimundo Berengarii Comite Barcinonensi et Adelmodi ejus uxore editis ; et in Constitutionibus Catalanæ. Iidem Usatici : *Ut qui interfecerit Vicecomitem vel vulnaverit, sive desonoraverit in aliquo, emendet eum sicut duos Comitores, et Comitorem sicut duos Vavassores, et de Vavassore, qui quinque milites habet, per mortem ejus, emendentur 60. uncie auri cocti, et per plagam 30. et si plures habuerit milites, crescat compositio sicut numerus militum. Militem vero qui interfecerit, donet in compositione 12. uncias auri : qui vero vulnaverit, tan pro una plaga, quam pro multis emendet ei uncias 6.* Consuetudines Catalanæ inter Dominos et Vassallos MSS. cap. 39 : *Barones, ut sunt Comites, Vicecomites, Vavassores, et consimiles, et etiam alii milites simplices, qui sunt Vassalli Principis hujus terre*. Ubi opponuntur *Vavassores simplices militibus* : *Milites enim majores, quos Banneretos vocant, Baronum prerogativa gaudet. Proinde ii sunt, quos pariter Militibus opponunt Statuta S. Ludovici Regis Franciæ loco mox laudando. Contra, milites simplices intelliguntur in Charta Anselmi Comitis S. Pauli ann. 1186. in Histor. Bethuniensi pag. 52 : Omnibus, qui eandem decimam te-**



nebant *Vavassoribus, sive militibus concedentibus, etc.* et in Charta Libertatum Baugiaci in Sebusianis ann. 1250: *Si aliquis de hominibus Militum, et Vavassorum dictæ villæ Baugiaci ad ipsam villam libertate donatam causa morandi et remanendi ibi venerit; etc.* Mox: *Si homines militum terræ Baugiaci, qui non sunt Vavassores, seu feudatarii dictæ villæ Baugiaci, etc.* Charta Odonis Abb. S. Dionysii ann. 1154: *Magnam portionem terrarum hominum nostrorum, qui Vavassores dicuntur, et hospites quamplures ad suum dominium traxit, etc.* Quinque porro Vavassores æquantur Militi, seu habenti feudum *hauvertieum*. Regestum Philippi Aug. fol. 158: *Et propter hoc debet tenere unum militem, vel 5. Vavassores, quando submonetur.* Feoda Normanniæ post Ordericum Vitalem pag. 1041: *Apud Breteuil in eadem ballia duas partes unius militis, una Vavassoria minus.* Sic feudum *hauverticum* constabat quinque Vavassoriis.

*Vavassores* igitur *Minores* erant ii, qui majoribus suherant ratione tenementi: unde recte San-Julianus lib. 1. Hist. Burgund. cap. 26. dixit *Vavassores*, esse *vassallos vassallorum*. Consuetudo Marchensis art. 315: *Si aucun Baron, Chastelain, ou haut Justicier avoit moulin, et son Valvasseur n'en eut point, tous les hommes du Valvasseur demeurans en la banlieue dudit moulin, iront moudre au dit moulin du Baron, jusques à ce que le Valvasseur ait moulin.* Generatim vero dicebantur, qui feuda minora tenebant, quæ inferiori tantum justitia, seu jurisdictione gaudebant, quod exerte docent Statuta S. Ludovici a nobis edita lib. 1. cap. 31: *Nus Vavassor ne puet faire forbanu, ne ne puet à home faire forjurer sa Chastellerie, sans l'assentement du Baron, en qui perdoitelle il sera: et se il le faisait, il en chastroit sa justice; car la justice si n'est mie au Vavassor.* Alio loco, ex MS. Ambianensi: *Nule court de Vavasseur ne porte recort: mais on peut bien requerre le court des Chevaliers, qui sont au jugement requerre souffisant recort, par les Chevaliers, ne nie par les Vavasseurs, mès on ne se met mie en recort ki ne veut, mesmement en Cour de Vavasseur, que che appartient à grant justice.* Et infra: *Ne nus Vavasseur n'a le murdre, le rat, ne l'ancis, ne le traïson, ne le tresor trouvé, ne la force à oster etc.* Car *Vavasseur n'a que simple justice.* De Vavassoribus agunt eadem Statuta lib. 1. cap. 39. 40. 41. 42. 45. 46. Atque ex his percipimus, cur *Vavassor*, Petro Fontano in Consilio a nobis edito cap. 21. *inferior*, seu *minor dominus* dicatur: *Et se bas sire comene Vavasseur, etc.* Quamobrem vulgo Vavassores inferioris ordinis ac dignitatis viris adscribi solent. Robertus Bourronus in Hist. Merlini MS: *Je suis un Chevalier nés de cest païs, et estrais de Vavassours, et de basse petit.* Sed et ii cum prædiis venibant, quemadmodum *hospites*, aliiq. adscriptitii, ut hodieque etiamnum *vassalli*, seu *hominia ipsa*. Charta Caroli Comitis Flandriæ in Chronico Andrensi pag. 422: *Concedimus terras, videlicet comitatus, (vide in hac voce) decimas, silvas, aquas, molendina, prædia, hospites, Vavassores,*

*servos, ancillas, etc.* Charta Joan. Comitis Pontivi ann. 1138: *Quidquid habemus apud Onicourt, cum omni dominatione temporali, et Vavassorum: Vavassorum de Flouron, decimam de Favieres, ... decimam de Haineville præter unum Vavassorem, etc.* [Charta Philippi Reg. Franc. ann. 1208. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1078: *Et præter hæc contulerunt eidem Niveloni duos Vavassores quos habebant apud Lyons, scilicet Bernardum Tovel et Radulphum Bricart.*] Immo præstationibus videntur fuisse obnoxii. Tabularium Abbat. S. Joannis Ambian. fol. 408: *Item a ladite Eglise droit de prendre en tous les fiefs du castel, et des Vasseurs estans en toute la paroisse d'On-trebois, etc.* Ita etiam *Vasseurs* appellantur in Charta ann. 1147. apud Loiselum in Bellovaco pag. 274 et in vett. Consuetudinibus municipalibus Parisiensi art. 51. Perticensi cap. 16. art. 5. Carnotensi art. 17. 48. et Blesensi art. 12. ubi idem sunt, qui *vassalli*. Cum servientibus junguntur in Charta Communiæ S. Quintini ann. 1195: *Si Vavassor aut serviens Burgensi catallum debeat, etc.* Cum *gregariis militibus*, apud Wipponem de Vita Chunradi Salici Imp. pag. 440: *Conjuraverant enim omnes Vavassores Italie et gregarii milites contra dominos suos, et omnes minores contra majores, etc.* De ejusmodi Vavassoribus intelligendus videntur Will. Tyrus lib. 22. cap. 22. et Sanutus lib. 3. part. 11. cap. 11. extremo: *Ad hanc formam reducere negotium, ut datis obsidibus 20. Vavassoribus, etc.* ut et Otto Frisingensis lib. 1. de Gest. Frederici I. cap. 3. de Guiscardo: *Robertus iste ex mediocri stipe in Normannia, ex eorum ordine, quos Vavassores vulgo illi dicere solent, ... editus.*

Sed nondum plane mihi prespectum fa-teor, cur *Veteranorum* nomenclatura *Vavassores* donet Lambertus Ardensis pag. 31. cap. 36: *Pactum est autem, ut liber quidam Veteranus, sive Vavassorius, nomine Wilhelmus de Bocherdis, Vavassorissam quandam de Fielnis similiter liberam, nomine Havidem, duceret in uxorem.* Idem pag. 103. cap. 40: *Magnanimus quidam Veteranus, sive Vavassorius, qui ab Ardensibus in parte originem traxit, et qui tunc temporis Fielnensibus præerat, et qui principabatur, etc.* Et pag. 171: *Et multis Ecclesiasticis personis, et Laicis Ardensis oppidi Paribus et Veteranis, etc.* Ubi *vavassoribus* istis *Fielnensibus*, opponit *Nobiles de Tingry*, quorum prædium, Principatus dignitate hodie illustre, in eamd. Fiennensem familiam postmodum transit: adeo ut *Nobiles a vavassoribus* videatur distinxisse. [\* Vide Kilianum in Ouderlingh et Oudermannen, Haltaus. in *Altsassen*.]

*Vavassores* aperte a *Nobilibus* distinguuntur in Charta ann. 1187. apud Spon. tom. 2. Hist. Genev. pag. 47: *Omnes tam Nobiles, quam Vavassores, etc.* Statutum Humberti II. ann. 1349. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 586: *Prelati, ... Barones, et Bannereti, Procures, Nobiles, Vavassores et Franchi, etc.*

Sed et inter Vavassores minores aliquid exstitisse discriminis variaque pro vario gradu ipsis concessa fuisse privilegia colligitur ex Charta Ludovici VI. Reg.

Franc. ann. 1126. in Tabul. S. Richarii: *Vavassores nostros qui cum armis feudum suum deserviunt, a predictis consuetudinibus, a tallione videlicet, a fossis, ab excubiis, assensu burgenium privavimus.*

† *VAVASSOR*, pro *Vavassoris* feudum. Charta ann. 1272. ex Chartul. B. M. de Josaphat: *Ego (Baldoinus de Maignovilla) vendidi Abbati et Conventui de Josaphat... unum Vavassorem seu feudum unius vavassoris tenentis aliam medietatem dicti molendini.*

*Vavassores* interdum appellati generatim *vassalli* omnes, præsertim apud Poetas nostrates. Le Roman de Garin:

Les Vavassors fet del pais venir,  
La feauté en prant li Dus Garin.

Le Roman de Girard de Vienne MS:

Karlo li Rois ni fist plus demorer,  
A Conseil a la Duchoise apelée,  
Dome, fait-il, il n'i a mester celée,  
Se il vos plaist, et il bien vos agré,  
Je vos prendrai à moller esposée.  
La dame l'ot, tote en fu trespassée,  
Sire, fait elle, or m'avez vos gabée,  
Ne doit nul Rois, c'est vérité provée,  
La Vavassoire prendre de sa contrée,  
Fille de Roi vos doit estres donnée,  
Ou autre Dame de mult grant renommée.

Le Roman de la prise de Jerusalem par Titus MS:

Li prince, et li Demaine, et li boo Vavasseur.

Le Roman de Vaeçes MS:

Moult y ont pris Barons et Vavassours asses.

Vide Consuetud. villæ de Linieres in Biturigibus art. 1. 5. etc. apud Thomasseurium

† *VAVASSORES*, in Charta ann. 1200. tom. 1. Macer. Insulæ Barb. pag. 129: *Nos frater Guido abbas Insulæ Barbaræ accedens ad Vismeias vocatis Vavassoribus dictæ villæ et eisdem consentientibus de claudenda villa nostra Vismici convenimus cum eisdem Vavassoribus.*

*VAVASSORIA* definitur minus feudum, a Bractono lib. 2. cap. 39. n. 6. ad discrimen *Baroniarum, quæ caput habent*. Pro *Medietaria* sumitur in Tabulario S. Martini Sagiensi albo fol. 135. in Charta ann. 1202. cujus titulus concipitur de *Metaeria*. In Chartis vero *Conchensis* Monasterii promiscue pro tenemento usurpatur. *Feudum unius Vavassoris*, in Monastico Anglicano tom. 2. p. 970. *Verra unius Vavassors*, apud Ordericum Vitalem lib. 5. pag. 583. Charta Radulphi Abbatis Fiscannensis in Tabulario Fiscann. fol. 30: *Concessimus Hugoni de Paluel Presbytero Vavassorium unam quam Lanbertus Presbyter de Paluel tenuit, ... reddendo... 5. solidos communis monete pro servitio, cum omnibus aliis redditibus et servitiis, quæ Vavassoria debet.* [Polyptychus ejusd. Monast. ann. 1235: *Radulfus Bruman tenet unam Vavassoriam de quindecim acris terræ.*] Monast. Anglic. tom. 2. pag. 977: *Exceptis duabus Vavassoriis, etc.* Arestum ann. 1273: *Omnes verò aliæ terræ, ubicunque sint sitæ, sive sint Baronie, sive Castellanie, sive Vavassorie, inter dictas sorores æqualiter dividantur.*

\* Charta. ann. 1265. ex Chartul. S. Petri. Carnot.: *Philippus de Cluivier armiger confessus fuit se vendidisse abbati-et conven-*



*tui S. Petri Carnotensis pro xlv. libris... omnem majorem de Cluveler, et quidquid juris habebat et domini ratione Favassorie, seu vassallagii.*

VAVASERIA, in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 775.

VAVASARIA, in eod. Monast. tom. 2. pag. 193. et in Chartis aliis apud Seldenum de Titulis honorariis pag. 626. 2. edit.

Vavassorium aliæ sunt *villanæ*, seu tenementis *villanis* accensurum; aliæ sunt *liberæ* seu *francæ*. Vavassorium prioris generis meminit vetus Consuetudo Normanniæ cap. 26. posterioris cap. 34. ubi duplicem feudorum ordinem statuunt, quorum primus eorum est, quos *Dominos capitales* vocat; alter eorum, qui istis subsunt, de quibus hæc habet: *Les fiefs de par-dessous sont, qui descendent des fiefs chevels, et sont soumis à eux, si comme les Favassories, qui sont tenus par soumage et par service de cheval, et les autres fiefs, qui sont tenus par acres du chef Seigneur.* Ubi vetus Interpres: *Et par ce mot Favassories, sont entendus les mesures et les ainesses villainement tenues, et sont communement appellés Favassories, et Vassaux, et les autres sont appelez Favasseurs.*

\* Quæ et *Serviles* appellantur, in Consuet. Norman. part. 1. cap. 33. ex Cod. reg. 4651. Vide mox

\* VALVASSERIA, Eadem notione. Charta ann. 1351. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 912: *Feodum de Troussebourg non erat nec fuerat feodum nobile, sed quedam Valvasseria non nobilis.*

VAVASSORIA FRANCA, seu libera, est, quam tenent ii, qui tenent libera tenementa, de quibus supra: *habent autem Favassores, qui liberas terras tenent, placita, que ad wytam vel weram pertinent super suos homines et in suo, et super aliorum homines, si in forisfaciendo retenti vel gravati fuerint, ut est in Legibus Henrici I. Regis Angliæ cap. 27. in quibus etiam Curia Favassoris mentio fit cap. 26. Charta S. Ludovici Regis in 30. Regesto Archivi Regii Ch. 394: Decano et Capitulo (Lexoviensi) concessimus, ut in terra nostra possint acquirere in iis, que non tenentur per membrum lorice, per francas Favassorias, aut francas serjanthas, vel etiam de Ducatu Normanniæ, etc. In 1. Regesto homagiorum Camera Comput. Paris Richardus de Wideville agnoscit tenere se a Rege terram de Dangu in Normannia in Viccomitatu Gisorciensi, par une franche Favassorie, 6. Jan. 1431. Vide Feoda Normanniæ post Ordericum Vital. pag. 1047.*

\* Lit. Blanchæ ducissæ Aurel. ann. 1379. in Reg. 121. Chartoph. reg. ch. 125: *Otroions de grace especial, que Richart Condren et ses héritiers tiengnent de nous... ladite terre ou feu de saint Planchois par foy et pur homage, en franche Favassorie, à simple gaige, court et usuige,.... avecques toutes les autres droitures, faisances et redevances. Favasserie, Præstatio ratione vavassorie solvenda, in Charta Petri de Chambliao ann. 1307. ex Reg. 44. ch. 87: *Item les rentes que l'en appelle Favasseries, qui ont accoustumé estre payées à la saint Jehan et à Noel.**

† VAVASSORES, ut Vavassores. Charta

ann. 1244. ex Camera Chartophyl. Atrebat.: *Item feodum de Vy in quo sunt duo Vavassatores.*

† VAVASSORES, Eadem notione, in Testam. Jacobi Reg. Aragon. apud Acher. tom. 9. Spicileg. pag. 199: *Et cum Comitibus, Vicecomitibus, Condoriis, Vavassoribus et allis Militibus.*

† VAVASSURI. Charta Rodulfi Reg. ann. 1030. ex Tabul. S. Victoris Massil.: *Cunctis Rempubliam ministrantibus, ducibus, viscomitibus, scavinis, judices et vicarios seu Vavassuris, etc.* Sic lego pro Vavassuris.

† VAVASSERI, in Charta Mauriti de Bellavilla D. Ganaschiæ ann. 1265: *Vavasseri dabunt comedere omnibus biennariis suis, etc.*

† VEVASORES, in Confirmat. Chartæ Communiæ Abbavill. ann. 1350. tom. 4. Ordinat. Reg. Franc. pag. 57: *Statutum est etiam quod nullum Vavasorem vel liberam, feodum in terra mea habentem, Burgenses de Abbatis-villa in suam communiæ recipere poterunt.*

† VALVASSORES, apud Arnulphum in Gestis Mediolan. tom. 3. Leibnit. Scriptor. Brunsvic. pag. 733: *Unde factum est, ut quidam urbis milites, vulgo Valvassores nominati illius insidiarentur opibus, adversus ipsum assidue conspirantes.*

VALVASINI, Minimi valvasores, quo nomine, inquit Zazius in Tract. de Feud. part. 5. § 28. intelliguntur private personæ, pagani et cives, qui in plebe paulo nominatioris sunt. Lib. 2. de Feudis tit. 10: *Is Capitaneus appellatur, qui proprie Valvassor major appellabatur; qui vero a Capitaneis antiquitus beneficium tenent, Valvasores sunt. Qui autem a valvasoribus feodum, quod a Capitaneis tenent, similiter acceperint, Valvasini, id est, minores valvasores appellantur, qui antiquo quidem usu consuetudinem feudi nullam habebant. Valvasore enim sine filio mortuo, feodum, quod valvasori minori dederat, ad Capitaneum revertebatur. Sed hodie eodem jure utuntur in Curia Mediolanensi, quo et valvasores.* Vide ibi Cucujam, et cæteros interpretes.

† VAVASSORATUS, Vassalli servitium. Charta ann. 1189. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 167: *Ego in recompensatione damnorum que illis (Monachis Majoris Monasterii) intuleram, et ob salutem animæ meæ, quitavi eis in perpetuum Vavassoratam quem ab eis exigebam, ut videlicet prior Pontis castri pro aliquo negotio, in curia mea vel successorum meorum non teneatur de cætero respondere.*

Jam vero unde vavassorum vox orta, etsi non omnino constat, vix tamen probatam iri Bractonis allatam supra sententiam putem; ut et Zazii, et aliorum, qui sic dictos volunt, quod ad valvas dominorum starent, ad eorum jussa parati. Certe longe videtur probabilius a vassis etymon deducendum; ut vavassores idem fuerint, qui vassi dominici, qui non unius erant ordinis, cum alii majoris essent, inferioris alii; quod sane ipsum satis nomen et munus indicant.

VAUCA, Vasis species. Vide Bauca 1.

† VAUCHELLUS, Valliculus, ni fallor, Charta ann. 1341. ex Bullar. Fontanell.

fol. 62: *Fructus decimales crescentes in omnibus et singulis terris existentibus circumquaque dictam ecclesiam,.... et in quodam Vauchello dicti Johannis Bascii, etc.* Vide Vacellus et Vacellus.

\* Vaucelle, eadem acceptione, in Poem. Alex. MS. part. 1:

Perdicas et Lyoïne soudent d'unes Vaucelles.

\* VAULARDIA, nostris *Vaulardie*, f. Locus publicus, ubi merces venum exponuntur, Gall. *Halle*. Charta ann. 1326. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 43: *Item gros cens receuz à Chasteau Renart la veille de la saint Denis pour cause de Vaulardie, quarante et cinq sols, qui se quintoitent.... La granche qui est devant Vaulardie.* Nisi idem sit quod *Volarium*, Hortus, viridarium.

\* VAULSURA, Fornix, concameratio, f. pro *Voltura*. Vide in *Volutio*. *Vaulte* etiam pro *Voute*, in Reg. 13. Corb. sign. *Uabacuc* ad ann. 1516. fol. 295. v°. Comput. ann. 1492. ex Tabul. S. Petri Insul.: *Item custodi clerico aque benedictæ et duobus aliis qui pluribus vicibus mundaverunt chorum, quando dealbabantur Vausure dicti chori, de gratia speciali xx. sol.* Codex MS. ejusd. ecll.: *Anno 1484. Vaulsura, vel melius testudo campanilis cecidit.* Hinc *Vautis*, pro *vouté*, concameratus, in Vitis SS. MSS. ex Cod. 28. S. Vict. Paris.

† VAURA, Ager sterilis, incultus. Charta ann. 1208. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 809: *Et terras quas habebant in Vaura, et etiam terras que fuerunt Bocharii de Martoet in prædicta Vaura, etc.* Vide *Vastum*, et infra *Vaura*.

† VAUTRARIUS. Vide infra *Feltrarius*.

\* Nostris *Vautreur* et *Vautrier*, a verbo *Vautrier* vel *Vautrer*, Venari aprum, leporem, etc. Lit. remiss. ann. 1387. in Reg. 131. Chartoph. reg. ch. 92: *En la forest dudit Magni, qui est garenne, avoit gens Vautreux, qui raubotent la garenne.... Lesdiz Vautreux et robeurs etc.* Aliæ ann. 1390. in Reg. 139. ch. 128: *Disant icellui nostre sergent que il vouldissent aler avec lui celle nuit en laditte forest pour savoir s'il y trouveraient aucuns Vautreux;.... et environ un quart de nuit eussent trouvé Vautrier par icelle forest les dessus nommez. Lequel Beuvillon estoit renommé de chacier et Vautrer de nuit aux sangliers, in aliis Lit. ejusd. ann. ibid. ch. 109. Vide supra *Canis veltris* in *Canis* 2.*

† VAXA, pro Vacca, in Inventario ann. 1476. ex Tabul. Flamar.

\* VAXALLUM, Vasarium, supellex. Stat. synod. Reatina MSS: *Concessionones, distractionones Vaxallorum.... revocamus et annullamus.* Vide *Vassella*.

\* VAXARE, perperam pro *Varare*, vox Italica, Hispanis quoque *Varar*, Navim in mare inducere, impellere, Gall. *Lancer à l'eau*. Libert. Barcin. MSS. ann. 1283: *Postquam lignum vel barcha aut navis fuerit in mari, vel paratu ad Vaxandum, etc.* Vide supra *Varare* 2.

\* Vaucrer vero, Errare, vagari sonat, apud Froissart. vol. 1. cap. 130: *Si Vaucroient sur les champs et s'embottoient souvent à petite ordonnance sur les Anglois.* Idem vol. 2. cap. 76: *Et n'eut pas le roy conseil des barons qui là estoient, qu'il prit*



terre, mais commencerent à Vaucrer la barge amont et aval sur la riviere.

\* **VAXEA**, *Calciamenta sunt mulierum*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613. Vide *Baxeæ*.

† **VAXELLA**, *VAYCELLA*. Vide in *Vassella*.

\* **VAXELLUM**, *Mensuræ annonariæ species*. Charta ann. 1286. ex Chartul. S. Gulgulfi Tull. : *Duodecim denariorum Tullensium et unum resale avenæ, ..... et unum Vaxellum avenæ*. Vide supra in *Vas* 3. Alia notione occurrit in *Vassellum*.

\* **VAYCHIA**, *Arboris species*. Vide supra in *Vaischa*.

† **VAYLETUS**, *VAYLLETUS*. Vide in *Valeti*.

\* **VAYLH**, *Prov. Ovile, caula*, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

\* **VAYNUM**. Vide infra *Vaynum*.

\* **VAYRARE**, *Variare*, Ital. *Vniolvre*, dicitur de avis, quæ cum maturescunt colorem mutant seu variant, Gall. *Tourner*. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 191. ex Cod. reg. 4624 : *Si aliquis canis vel catula inventus vel inventa fuerit in alienis vineis, alteinis vel plantatis vinearum, postquam usæ ceperint Vayrare et maturari, etc.* Vide supra *Varioscere*.

† **VAYROLA**, *VAYRORA*. Vide *Variola*.

† 1. **VAYRUS**. Vide supra in *Vares*.

\* 2. **VAYRUS**, *Varius*, *versicolor*. Reg. feud. Aquit. in Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 16. vº : *Gallardus de Bladin... et Willelmus de Bladin... debent... unam vaccam Vayran, etc.* Vide *Varius* 1.

\* **VAYSCHA**, *VAYSHA*, *Arboris species*. Vide supra *Vaischa*.

† **VAYSELLUM**, ut *Vassellum*. Vide ibi.

\* **VAYSSALE**, *VAYSSELUM*, *Navis*, Gall. *Vaisseau*. Charta Rich. comit. Pictav. ann. 1398. inter schedas Mabill. : *Concedo quod dicti monachi vel homines eorundem monachorum habeant Vayssalia piscatoria, propria sive portionaria, quantumcumque voluerint vel poterint habere in portu Olonæ; de quibus Vayssalis (sic) propriis seu portionariis dicti monachi habeant et percipiant totam costumam piscium*. Vide *Vas* 1.

† **VAYSELLA**, *VAYSELLAMENTA*. Vide *Vassella*.

\* **VAYTÆ**, *Excubiæ, vigiliæ*. Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 205. ex Cod. reg. 4622. A : *Intelligatur inter cives et districtuales civitatis Taurini, qui solvunt tales et faciunt Vaytas*. Vide *Wactæ*.

\* **VAYVUM**, vel potius *Vaynum*, nostris alias *Vayn*, *Autumnus seu anni tempestas*, in qua demetuntur in agris fruges. Charta ann. 1336. in Chartul. ecl. Lingon. fol. 103. rº : *Quilibet habitator dictæ villæ habens aratrum seu carucam, debet domino villæ ter in quolibet anno corvatam de bestis suis trahentibus, videlicet semel in sombro, semel in Vnyvo et semel in tremisio*. Vide supra *Gagnagium* 1.

† **VAYVUS**. *Vayva res*. Vide in *Wnyf*.

† **VAZI**. Testam. ann. 1154. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 550 : *Hec est carta testamenti quod Raymundus Trencavellus in captionem Raymundi Comitum Tolosani, et testamentum, et Vazi est tale*. *Vadinum* et *Gadium* pro Testamentum, dixerunt Scriptores mediæ ævi.

† **UBACUM**. Tabul. S. Victoris Massil. : *Item aliam quandam terram sitam in Ubaco de Bleona*. Septentrionem hic designari nobis auctor est D. le Fournier.

† **UBAGUM**. Charta ann. 1035. ex eodem Tabul. : *Ego Adalgarda dono Ubagum totum de terra Magastris*. Leg. forte *Usnium*.

† **UBALBALIA**, *χολάδες, τὰ ἔντερα*, in Gloss. Lat. Græc. *Ubalia*, in MSS. Sangerm. Gloss. Gr. Lat. : *ἔντερα, Intestina*.

† **UBALDINI** *sunt homines certi et signanter Clerici vel Canonici terræ vel ecclesiæ alicujus... Dicitur quod collegium Ubaldinorum non potest constituere syndicum*. Vocabul. Juris utriusque.

**UBANTUS**. Vide *Wantus*.

† **UBARTILLUS**, *Mensuræ species*. Charta ann. 1177. tom. 2. Monument. sacræ Antiq. pag. 544 : *In festivitate S. Remigii similiter de singulis domibus nunnum, et unum panem, et manipulum avenæ. In Domini natale ad festivitatem S. Stephani unum nunnum, et panem, et Ubartillum avenæ de villa*.

† **UBERARE**, *Feeundum esse, vel Ubera præbere*, Gall. *Alaiter*. Vita S. Bernardi Menthon. tom. 2. Jun. pag. 1078 : *Gravide parturient, steriles Uberabunt*. Vide *Ubertare*.

† **UBERE**, *Abunde*. Gloss. Lat. Gr. : *Ubere, ἀφθονον, τὸ πᾶν*. MSS. Sangerm. *Ubertim*.

† **UBERTARE**, *Abundare, uberem ac fecundum esse, ubertim habere*. Gemma, apud Vossium lib. 4. de Vitiis serm. cap. 29.

**UBERTUOSUS**, *abundans*. Joan. de Janna. [Hinc *Ubertuosus, plantureux*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerman.]

† **UBERVANCH**, *Præstationis species* apud Germanos. Litteræ Frederici Ducis Austriæ ann. 1243. apud Ludewig. tom. 4. Reliq. MSS. pag. 226 : *Quaslibet obventiones, scilicet losunge, Ubervanch, granlos, etc.* [\*] Vide *Haltaus*. Glossar. German. col. 1813. voce *Uberfzug*.]

\* **UBETA**, *Vasis genus, f. pro Cueta*, Gall. *Cuve*. Lit. remiss. ann. 1370. in Reg. 100. Chartoph. reg. ch. 771 : *Guillelmus Amorosi nsserebat quemdam (sic) Ubetam sive payrollum, qui erat ibidem (ubi lanæ consueverat Carcassone lavari) fuisse manualiter perforatum*.

† **UBI FECTI**, *Formula loquendi, de qua plura in voce Facere* 1. Vide ibi.

**UBIA**. Charta Raimundi Comitum S. Egidii ann. 1164. in Bibliotheca Sebusian. cent. 2. cap. 50 : *Et in leda de mercato medietas erit mea et medietas illorum, excepta leda lumborum et linguarum, et excepta leda Ubiam, et omnium fructuum, quæ ad sextarium non vadunt, quæ propria est Monachorum, etc.* Forte *oblînrum*. Vide in *Oblata*.

† *Præponenda videtur lectio ejusdem Chartæ MS. inter Schedas V. Cl. Lancelot et editæ inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 300. ubi legitur, Excepta leda Urnarum*. Est autem *Urna* eo loci mensura liquidorum, vini, cerevisiæ, etc. in Vide hac voce num. 2.

† **UBICADA**, *f. Modus agri*. Charta Leotaldi Comit. Matiscon. ann. 942. ex

Chartular. Matiscon. fol. 166 : *Concedimus... ad casam S. Vincentii res quasdam sitas in pago Lugdunensi in villa Montisgudini præter silvam quam reservamus, et de ipsa silva damus Ubicadam unam*.

\* **UBIDEM**, pro *Ibidem*. Inquisit. ann. 1210. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 48. col. 2 : *W. de Campels juratus dixit, quod transacta epdomadri P. de Areolis venit ad domum suam, asserens lorricam quam Ubidem dimisit*.

\* **UBILIA**, idem quod *Oblia*, Panum tenuissimorum præstatio, quæ postea in pecuniæ summam evasit. Chartul. S. Marcelli Cabilon. : *Dederunt... placitum generale hominum suorum et censum, qui a vulgo Ubilia vocantur*. Vide in *Oblata*.

**UBIVIS**, pro *Ubicunque*, occurrit in Vita S. Anselmi Episcopi Lucensis pag. 100.

**UBLADA**, *UBLIA*. Vide *Oblata*.

\* **UBILICARE**, pro *Obligare*. Charta ann. 1034. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 590 : *De prædicto castro et curte, quæ nominatur Monte Renzali, Ubilicavit adversum prædictum Bonifacium, ... et Bonifacius marchio similiter promisit facere Bonifacio Enrici filio*.

\* **UBRERA**, *Pars navis nescio quæ*. Contract. navig. reg. Franc. cum Massil. ann. 1268. in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. Noster fol. 287. rº : *Mensuru illius navis talis est, quod sit xiiij. palmorum in starrerita et octo palmorum et dividium in cooperta equorum, et Ubrera in cooperta inferiori a xxx. palmis usque ad xxxj. palmos*.

\* **UBRI**, *Prov. Ebrius, temulentus. Ubricitat, ebrietas, temulentia*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. Ab Italico *Ubrico*, ebrius, et *Ubrichezza*, ebrietas.

\* **UBRIACZ**. Glossar. vet. ex Cod. reg. 4120 : *Crocea, cuna infantium, dicitur Ubrincz*.

**UCCUS**, *Clamor inconditus, Gallicis Scriptoribus mediæ ævi, Hus*, unde Galli *Hucher*, Picardi *Huquer* dicunt, pro aliquem majori voce vocare, appellare. Formulæ vett. secundum Leg. Roman. cap. 30 : *Ille iudex veniens in loco illo, sub die illo, ura cum bonis hominibus ad locum accessiois, ubi aliquis homo nomine ille quondam interfectus jncebat, requirens pro qun re interfectus fuisset; sed venientes homines ibi commanentes, qui in initio litis ibidem fuerant, vel, qui ad ipsos Uccos cucurrerunt, qualiter jam dictus homo ibidem interfectus fuit, taliter testimonium præbuerunt, etc.* Vide *Huesium*.

\* *Ubi Codex regius habet Huccos*, teste D. Bouquet tom. 4. Collect. Histor. Franc. cap. 532. in notis.

1. **UCHA**, *Præstationis species*. Charta Willelmi Ducis Aquitan. ex Tabulario S. Cypriani Pictav. : *Dono et concedo... omnes consuetudines meas, quæ erant in obedientia nomine Eroletia, videlicet præposituram et bonnum, et Ucham, et expallum, et biannum, et friscingam, et pullos, et anseres, et annouam, etc.* Vide *Olca*.

† *Haud scio an melius Ucham intelligas Proclamationem vini venalis, aut jus percipiendi tributum ex hac proclamatione solvendum*. Vide supra *Hucagium*.

\* Vide supra *Hucha*, 2.



¶ 2. **UCHA**, Arca, vel cistæ species, Picardis aliisque *Huche*. Vide *Hucha*. Consuetud. MSS. Tolos. fol. 41 : *Libros prædictos in locis assisiarum vel bajularum prædictarum dimittant in certis Uchis et ipsos alibi transferre non præsumant*. Statutum Philippi Pulchri ann. 1334. apud Menester. Hist. Lugdun. pag. 93 : *Avez fait sceller les chambres et les Uches de plusieurs desdits citoyens*.

\* **UCHIA**, Arca, Gall. *Huche*, *coffre*, *armoire*. Charta ann. 1342. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 341 : *Fuit repertus in quadam Uchia unus rotulus pergamentus, scriptus in tribus peciis pergamenti consutis, etc.* Vide *Ucha* 2.

**UCTARE**. Charta MS. exarata Papie anno 1179 : *Et non debent Uctare aliquem prædictorum locorum garnitum vel scuritum*. Occurrit rursus infra.

¶ **UDARE**, Udum facere. Gloss. Lat. Gr. Sangerman. : *Udo, humecto, deluo, mado, pluo*, Βρῆχο. Utitur Macrobius lib. 7. Saturn. cap. 12.

\* **UDITAS**, *Moetete*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Humor, vulgo *Moiteur*, *humidité*.

**UDO**, Calceamentum laneum, vel ex pilis hircinis, Martiali lib. 14. Epigr. 140. dicitur, quod aliis *Odo*. Donatio Constantini M. in lectionibus variis ad Anastasium Biblioth. pag. 255. edit. Reg. : *Et ut amplissime Pontificale decus præfulgeat, decernimus et hoc, ut Clerici S. R. Ecclesie mappulis et linteaminibus, id est, candidissimo colore decoratis equos equeant; et cum noster Senatus calceamentis utitur uti Udonibus, id est, candido linteamine illustrentur, et ita caelestia sicut terrena ad laudem Dei decorentur*. Ubi Græca σαρδάνια λευκὰ διὰ ὀδονίων. Vide Salmasium ad Lampridium pag. 221. [et Gloss. med. Græcit. Constitut. Mellic. ann. 1625. in Chron. ejusdem Monast. pag. 785 : *De interioribus vestibus, item de mappulis, sudariis, Udonibus et ejusmodi, Prelato relinquunt, et unicuique pro necessitate sufficienter, honeste et rationabiliter juxta regulam provideat.*]

Eandem vocem usurpant Scriptores recentioris ævi, pro equi stragulo coactili. Glossæ Gr. Lat. : Ἐπιπίλον, *Udo*. Bulla Paschalis II. PP. ann. 1217. apud Ughell. in Papiens. Episcop. : *Tam tibi quam tuis successoribus concedimus in processione palmarum, et ferie secundæ post Pascha equum album equitare Udone coopertum, etc.*

**UDWORNICK**, **UDWORNICI**, unius sessionis nobiles : *Aluici*, et eis quiddam obligati, inquit Sambucus. S. Stephanus Rex Hungariae lib. 2. Decret. cap. 55 : *Si quis illorum, qui vulgo Udworknych vocantur, furtum commiserit, lege liberorum judicetur*. *Udworknych*, dicuntur in Decretis S. Ladislai Regis Hungariae lib. 3. cap. 5. *Villæ liberæ ac etiam Udworknycales villæ*, in Decretis Ludovici Regis Hungar. cap. 5. quæ ad *Udworknicos* spectant.

¶ **VEADOR**, Hispan. *Veador*, Oeconomus. Acta B. Ferdinandi Infantis Lusitan. tom. 1. Junii pag. 563 : *Allatas bulbas Veadores susceperunt cum omni devotione*.

¶ **VEAGES**, Iter, Gall. *Voyage*. Testam. ann. 1430. apud Calmet. inter Probat.

tom. 3. Hist. Lothar. col. 640 : *Item volumus et ordinamus fieri pro nobis unum Veagitem, seu unam peregrinationem ad S. Michaelem de Monte*.

\* Nisi lectum sit *Veagitem*, pro *Veagium*; quod satis probabile est.

¶ **VEAGIUM**, ut *Veages*. Litteræ Edwardi III. Reg. Angl. ann. 1325. apud Rymer. tom. 4. pag. 133 : *Ac jam, ad instantiam nonnullorum dictorum Magnatum et Procerum asserentium se propter brevitetem temporis, non posse ita sufficienter, sicut deceret,.... pro tali Veagio parari*. Regest. Eccl. Andegav. ad ann. 1444. in Vita Math. Menagii pag. 124 : *Qui pro suo Veagio habuerat mandata*. Occurrit rursus infra. Vide *Veagium*.

\* **VEARIA**, Præstatio quæ ratione *viarie* penditur. Vide in *Viarius*. Charta Phil. Pulc. ann. 1305. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris fol. 280. r<sup>o</sup>. col. 2 : *In ripartis, portubus, Veariis, vaassoriis, molendinis, etc.*

\* **VEBARE**, Hædorum vox; perperam pro *Vebare*. Vide supra *Baulare*.

¶ **VEBER**, Fiber, castor, Hispan. *Befre*, Gall. *Bièvre*. Conc. Dertus. ann. 1429. inter Hisp. tom. 3. pag. 663 : *Neque folleratus deferat (Clericus) pellium de marthis, de fagnes, de Vebres*.

¶ **VEBRINUS**, Fibrinus. Gloss. Isid. : *Castorinum, vebrium*. *Bebrinus* aliis. *Bebrinæ pelles*, Scholiastæ Juvenal. Sat. 11. 106. Vide *Castorinatus*.

¶ **VEBTA**, Vestis species. Charta ann. 855. in Append. ad Marcam Hisp. col. 788 : *Ob inde et de vestimenta frisicis cum visitos et Vebtas 11. et capas v. etc.* Vide *Vecha*.

¶ **VECASSUA**, πέταρον, in Gl. Lat. Gr. MSS. Reg.

¶ **VECHA**, pro *Becha*, Rostrum, pars vestimenti quæ in *becum* seu acumen desinit, vel species vestitus. Vide *Beca* et *Becha*. Litteræ patentes Caroli V. Reg. Franc. ann. 1367. de forma vestium pro Montipessulanis : *Item quod nulla ipsarum (mulierum) audeat portare in suis capuciis, vel Vechis, aut alias in vestibus suis aliquod genus rubanorum aureorum vel argenteorum.... Item quod nulla ipsarum audeat portare aliquam frapaturam in suis capuciis, Vechis, vel caraguis capuciorum, etc.*

\* **VECHARIA**, pro *Becharia*, ni fallor, Macellum, laniena, Gall. *Boucherie*. Vide *Becharia*. Charta ann. 1180. in Chartul. eccl. Lingon. fol. 141. r<sup>o</sup>. : *Ego Milo, comes Barri, notum factio, quod venerabilis dominus Man. Lingon. episcopus michi nepoti suo dedit cccx. libras, quas titulo pignoris habebat super Vecharium de Pultheris*.

¶ **VECHIA**, **VECIA**, **Vicia**, Gallice *Vesce*. Charta ann. 1199. ex Chartul. Pontisar. : *Petrus de Beoleio miles in Vulcassino dedit ecclesie S. Martini Pontisarenensis tertiam partem forraginis avenæ et Vecie apud Beoleium*. Alia ann. 1262. ibid. : *Stramina et fourragia garbarum bladi, avenæ, ordeï, fabarum, pisorum et Vechiarum*. Charta ann. 1244. ex Tabul. Compend. : *Recognoverunt se vendidisse.... totum granum et paleam, totam Vechiam, totam lenticulam, etc.* Charta ann. 1255. in Chartular. S.

Bartholomæi Betun. fol. 60 : *Capitulum minus juste spoliavit decimis antedictis videlicet, lini, canabii, et viridum Vechiarum. Reposuerunt decimas bladi, avenæ, ordeï, pisorum, fabarum, Vechiæ et aliorum granorum, in Charta ann. 1303. ex Tabul. Corbeiensi. Occurrit præterea in Chartulario S. Vandreg. tom. 2. pag. 1521. Vide *Fabarum* et *Pesait*.*

¶ **VECHTINA**. Charta ann. 1125. apud Miræum tom. 2. pag. 817. col. 2 : *Rusticis et colonis ecclesie sive pauperes essent, sive divites, jus illud quod sach appellatur in sylva de Bukenholt concessit, Vechtinam autem de porcis hominum suorum ecclesia habebit*. An quod pro pascendis porcis exsolvitur? [\* Idem forte quod *Vedema* in Usib. Suestrens. in Gelria ann. 1260. apud Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 522 : *Item dicunt quod melior porcus qui provenit de pastu porcorum, scilicet Vedema, est scabinorum*. Vox pertinere videtur ad *Vet*, Pin-guis. Kilianus : *Vet-mast*, Sagina.]

¶ **VECIA**. Vide supra *Vechia*.

**VECIACUM**, præstatio ex *vecia*. Locus est in *Mestivarius*. Vide *Mestia*.

\* **VEGINESCUM**, Civilia onera hac voce significari opinor, in Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 205. ex Cod. reg. 4622. A : *Intelligatur inter cives et districtuales civitates Taurini, qui solvunt taleas et faciunt vayas et Vecinescum ad modum civitum*. Vide in *Vicinus*.

¶ **VECORDIA**, Præcordia, Gall. *Entrailles*. Sebast. Perusinus in Vita S. Columbæ Reatinæ tom. 5. Maii pag. 378\* : *Cujus (aque) frigiditate Vecordia plurimum reddebantur allisa*. *Væcordiu*, ibid. pag. 367\* : *In tantumque Væcordia nostra concusserat, etc.* Hinc

¶ **VECORDIALIS**, apud S. Bernardum in Epist. 441 : *Sape vero ut placerem hominibus, sive mihi, non Deo, mea erat præcordialis, et, ut verius dicam, Væcordialis intentio*. Vide *Vesaba*.

**VECORIN**, Papia, *Fiam antestare*. Vox Longobardica. Lex Longob. lib. 1. tit. 36. § 4. [\* Roth. 376.] : *Si servus Regis oberos, aut Vecorin, seu mervorpin, aut quamlibet talem culpam, vel minorem fecerit, etc.* [Verba sunt injuriosa ex aliis Glossis.] [\* Confer Roth. 26. sqq.]

\* **VECTA**, Tributum pro mercibus quæ vehuntur exsolutum. Charta Theoder. episc. Metens. ann. 1381. ex Cod. reg. 9861. 2. fol. 99. r<sup>o</sup> : *Silvis, aquis, pascuis, stura, Vecta, ungelta, exactione, redditibus sive censibus, etc.* Quæ rursus occurrit in alia ejusd. episc. Charta ibid. fol. 100. r<sup>o</sup>.

¶ **VECTABULUM**, Vehiculum, vel quo aliquid vehitur. Gellius lib. 20. cap. 1 : *Jumentum quoque non id solum significat quod nunc dicitur; sed Vectabulum etiam, quod adjunctis pecoribus trahebatur, veteres nostri jumentum a jungendo dixerunt*.

\* **VECTAGIUM**, Servitium, quo vecturas suppeditare quis tenetur, vel Pecunia ejusdem servitii loco præstita. Charta Gall. episc. Laudun. ann. 1164. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 75 : *Cœpit idem Guillelmus.... quasdam consuetudines violenter exigere;..... scilicet ut.... Vectagium vini, si forte vectura ad aquam ipsam deponeretur, exsolverent*. Vide in *Vectura*.



\* **VECTANS.** Stat. comitat. Venaiss. sub Clem. PP. VII. cap. 3. ex Cod. reg. 4660. A : *Effrenata cupiditas... suis juribus et finibus non contenta, nec falcem suam Vectans in messem ponere alienam etc.* Sed legendum ibi *Verens*.

\* **VECTARE,** Vecte seu pessulo fores occludere. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Vectare, Quoreillier, fermer de quoreil de huys, de quoy l'en le ferme.* Vide supra *Corale 1.* et *Vecticularius*.

† **VECTARIUS,** Ad vehendum idoneus, portatilis. *Miracula S. Benedicti tom. 3. Mart. pag. 313 : Levatum sanctissimum corpus atque in loco Vectario depositum etc.*

\*\* **VECTATA CORIA,** in chart. Thelon. Thoralt. ann. 1262. ubi in textu Flandr. *eist leder ghevettet.* Kilianus : *Vetten het leder,* Macerare corium, arvina pingui linere, vulgo tanare, frunire.

\* **VECTATORIUM,** Civiere ou autre instrument à porter aucune chose, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. Vide *Vectorium*.

\* **VECTATORIUS,** Gestatorius. *Cathedra vectatoria,* in Chron. Ademari Caban. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 147. *Vectatorius* etiam legitur in loco laudato. *Vectarius* ex tom. 7. ejusd. Collect. pag. 361.

\* **VECTICARE,** Vehere, Gall. *Voitur.* Epist. Peringeri abb. Tegerns. ann. circ. 1003. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 1. col. 143 : *Habet nobis denique nostram navim ablatam, qua debuimus fratribus nostris Vecticare vinum et legumina, aliaque necessaria. Vicutret,* eadem notione, in Charta ann. 1408 : *Et quant dudit port ilz (les vins) sont Vicutrez et transportez, nis et herbegez en maisons ou celliers etc.* Unde *Vieustrage* et *Vieutraige*, Tributum, quod pro mercibus vendendis exsolvitur. Reg. Cam. Comput. Paris. sign. Bel. fol. 121. vº : *Item le Vieustrage, carriage et roage de Jausy, etc.* Charta ann. 1311. in Chartul. Regalis-loci part. 1. ch. 30 : *Forages, roages, Vieutraige, tonnelieu, etc.* Hinc *Viautre*, tributum hujus collector, in Mirac. MSS. B. M. V. lib. 1 :

Mais tuit dampné serout li autre,  
Li mal waignon, li felon Viautre.

Vide infra *Vineragium*.

**VECTICULARIUS,** Qui vectes vendit. *Dicitur etiam rapinosus, sicut dicimus aliquem vitam Vecticulariam agere, qui furto et rapinis intendit.* Johan. de Janua. [Gloss. Lat. Gall. Sangerman : *Vecticularius, qui fait verroulz.*]

† **VECTIGALERII,** ut mox *Vectigaliarii*, in Charta ann. 1330. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 229. col. 2. et 231. col. 1.

**VECTIGALIA,** Vecturæ, Gall. *Voitures.* Concilium Bituricense ann. 1031. cap. 15 : *Ut in die Dominica Vectigalia non fiant, quod carregium vel saguegium dicitur.* [Regula Conversor. Cisterc. cap. 10. *De fratribus bubulcis,* apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1650 : *Tempore inessionis et scationis euntes et redeuntes ad Vectigalia sua vini et vini loquuntur ad invicem. Ubi vehicula intelliguntur.*]

\* Charta Frider. I. imper. ann. 1179.

apud Ludewig. tom. 10. Reliq. MSS. pag. 150 : *Semel in anno ab eis Vectigalia exposcet a meridie antus diei usque ad meridiem alterius diei.*

\* *Vitigal* vero nostris, eodem sensu, quo Latinum *Vectigal*. Lit. remiss. ann. 1455. in Reg. 191. Chartoph. reg. ch. 199 : *A cause des terres et seigneuries de Cauumont et de Tonnix, le seigneur de Cauumont a droit de peage, et d'ancienneté a droit et a acoustumé de lever, recevoir et percevoir le Vitigal en la riviere de Garonne en Agenés.*

**VECTIGALIARIUM,** Qui vectigalia colligunt, apud Jul. Firmicum lib. 3. cap. 13 : *Erunt enim aut Publicani, aut Vectigaliarii, aut Curiosi.* [Vide *Vectigalerii*]

† **VECTIGALIUM,** *Ἰερόλεον.* Gloss. Lat. Gr. ubi Sangerm. habent *Vectigal*.

† **VECTIGINAL,** pro *Vectigal*. Charta Conventionis inter Ludovicum Reg. Siciliae et Arelat. ann. 1385. ex Cod. MS. D. Brunet fol. 40. vº : *Sint liberi et immunes ab omnibus pedagiis, Vectiginibus et quibusvis impositionibus, etc.* Ubi leg. forte

† **VECTIGUAL,** ut in Litteris Philippi VI. ana. 1340. tom. 3. Ordinat. Reg. Franc. pag. 234 : *A solutione cujuscunque leude, Vectigualis et pedagii ad nos spectantis in toto regno nostro etiam in ducatu Aquitanice, sint quieti, liberi et immunes : quodque occasione dicte leude, pedagii seu Vectigualis, ab eisdem nichil exigi possit.* Vide *Vestigial*.

**VECTIS,** Veretrum. Lex Anglorum tit. 5. § 7 : *Si libero (testiculos evulserit) centum sol. compuat, vel juret ut superius ; si Vectem, similiter.* Lex Longob. lib. 1. tit. 7. § 18. [\* Carol. M. 82.] habet hoc loco : *si virgam absiderit, etc.* Vide *Hasta 3.* et *Virga 2.*

**VECTORIUM,** Instrumentum, quo aliquid portatur, Ugulioni, Feretrum, in Vita S. Urbani Episcopi Lingonensis num. 8. de Feretro S. Urbani : *Quocunque gressum converto, seuper subsequitur me istud fulgens Vectorium.*

† **VECTUAGIUM,** Vectura, Gallice *Transport.* Charta Petri Abbat. Caroliloci ann. 1263. ex Tabul. Compend. : *Cum mota fuisset discordia... super Vectuagio seu conductu decimæ eorandem de terris nostris;... de quibus terris decimam cum camparte dicebant nos debere sibi vecturis nostris propriis... in domum eorundem ducere.*

† **VECTUALIA.** Vide *Victualia 2.*

† **VECTUARIUS,** Qui vecturas facit, Gall. *Voiturier.* Litteræ Johannis Reg. Franc. ann. 1353. tom. 3. Ordinat. pag. 445 : *De die in diem nittuntur capere, arrestare dictos mercatores, Vectuarios ac eorum equos, harnesia, pisces et alecia ipsorum mercatorum et Vectuariorum sibi applicanda, etc.*

† **VECTUERUS,** Eodem significato. Litteræ Caroli V. reg. Franc. ann. 1367. tom. 5. earundem Ordinat. pag. 103 : *Similis gabella et per modum similem levetur et exitur in exitibus nostri Dalphinatus predicti, a Vectueris seu sal portantibus per eandem. Paulo ante legitur, Vectuerii salis, etc.* Vide infra *Victieris*.

**VECTURA,** in Gloss. Lat. Gr. *φόρητρον, νεύλον.* Alibi : *Ναύλον, navis vectura, naulum.* [MSS. Sangerm. : *Vectura, φόρητρον, μισθός*

*τοῦ νεύου.*] Nempe merces, quæ pro vectione datur naviculario. Joanni de Janua : *Naulum, pretium, quod datur pro portatura.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Vectura, porture, voiture, ou le pris que l'en baille pour porter.*] Plautus Mostell. :

Treis minas pro istis duobus præter Vecturam dedi.

† **VECTURA,** Omne jumentum, nempe equus, camelus, mulsus, asinus, bos, in Gloss. Gasp. Barthii ex Bartholphi Hist. Palæst. apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 512. [\* Bongars. pag. 578. lin. 29.] Vide *Vehiculus,* et *Vehitura*.

\* Simul et Emolumentum, quod ex jumentis percipitur. Libert. Laudosi ann. 1392. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 199 : *Per quantlibet mulierem viduam vel aliam viventem ex sua Vectura, unam cuppam bladi.*

† **VECTURA,** Servitium quo vecturas suppeditare quis tenetur. Charta ann. 1360. apud Ludew. Reliq. MSS. tom. 6. pag. 404 : *Ab omni exactione, collecta, contributione, tallis, precariis, Vecturis, steuris et aliis quibuscunque gravaminibus deserviant libertate.* Vide *Vehitura*.

**VECTURAS CORPORE SUO FACITARE,** pro *Βατῆρεν,* dixit Gellius lib. 5. cap. 3.

**VECTURALIS,** Mulio, ex Italico *Veturale,* colui che guida bestia da soma. Processus de Vita S. Thomæ Aquin. n. 9 : *Contigit inde transire Vecturalem cum sardis.* [Chron. Parmense ad ann. 1284. apud Murator. tom. 9. col. 805 : *Quum commune Parmæ faceret conduci certam quantitatem salis de versus Bononie Parmam, et conductores et Vecturales non venirent per stratam rectam propter guerram Mutinensium.*]

† **VECTURALIS,** adject. Vectorius. Statuta Pallavic. lib. 1. cap. 18. fol. 21 : *Et idem habeat locum in bobulcis Vecturalibus et nautis forensibus, de suis vecturis et mercibus.*

† **VECTURARE,** Vecturam facere : *Veturizatura,* Vectura, Gall. *Voiture, transport.* Statuta Castri Redaldi lib. 1. fol. 21 : *Nullus mezadrus vel terzarinus habeat boves vel vaccas communes cum domino suo, vel quæ sint domini tantum debeat carrezare vel Vecturare cum dictis bestiis, nec in terris alicujus laborare, nisi in terris domini sui absque licentia domini sui, et si contrafecerint, dominus petere possit, et habere redditum, quem habuit de dicta alia terra vel æstinationem pretii araturæ vel Veturizaturæ, etc.*

† **VEDA.** Libertates villæ de Salvitate ann. 1369. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 5. pag. 386 : *Quod pro fortificatione et aliis necessitatibus dicti loci, faciendis et supportandis, eis concedetur Vedam sive bannum... super victualibus vendendis in dicto loco.* Legendum videtur *Vetum.* Vide infra *Vetum vini*.

\* **VEDAGIUM,** f. Tributum pro mercibus quæ vehuntur exsolutum, nisi sit pro *Vendagium.* Charta ann. 1114. ex Tabul. episc. Carnot. : *Concessit..... quod ipsi (monachi Tironenses) et sui conversi, donati, servitores et ceteri..... homines..... a Vedagiis, transitibus, panagiis, quadriga-*



gūs..... in perpetuum liberi sint et immunes.

**VEDALARIUM**, a *Vedar*, Hisp. *Vetare*, Qui *vetatis* invigilat. Observantia Regni Argon. lib. 7. tit. de Pascuis, § 5 : *Si Vedalarii viderint oves in vetato, et antequam eas capiant extraxerint inde, non possunt aliquam decollare extra vetatum.*

\* **VEDALE**, pro *Bedale*, Rivi alveus, quo aqua ad molendinum decurrit. Form. MSS. ex Cod. reg. 7657. fol. 29. v<sup>o</sup> : *Dum fuerunt versus molendinum de Crota,.... in itinere juxta Vedale seu vallatum profundum, per quod aqua dicti molendini solita est derivari aut labari, etc. Vide Bedum.*

\* Gallicum vero *Vedoil*, Falcis species, qua in oppugnando vel defendendo utebantur, in Lit. remiss. ann. 1450. ex Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 39 : *Icellui Perrin Richard prinst ung grant Vedoil enmanché en ung grant baston etc. Ex mutatione b in v, pro Bedoil. Vide supra Badillus.*

**VEDEMA**. Vide *Vechtrua*.

† **VEDITUR**, pro *Videtur*, in Charta Childeberti apud Doublet. pag. 688. et alibi.

† **VEDOGIUM**. Charta ann. circ. 1000. ex Chartular. Matiscon. fol. 116 : *Item (in) rata de bosco Volgeri (damus) unum Vedogium et ad unum destralem et ad 12. porcos saginandum. Nescio an legendum sit Vectagium. Vide supra Vectuagium.*

**VEDOTIUM**. Vetus Charta exarata ann. 23. Caroli C. apud Catellum in Comitibus Tolosanis pag. 69 : *Fillam, cuius vocabulum est Vaber, cum omni integritate et Vedotio, similiter biarcio, etc. [Nomen forte loci alicujus proprium.]*

† **VEERGARES**. Vide in *Vares*.

† **VEERSCHAT**. Vide supra *Hescot*.

† **VEFABA**, *Parva faba*. Gloss. Isid. Ubi advertere est particulam *Ve* interdum minuerè; quæ etiam aliquando in malam partem accipitur ut supra *Vecordialis*.

\* **VEFRONDIS**, Dicitur de incrementis silvæ cæduæ. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120 : *Vefrondis, Croue (crue) amandée.*

† **VEGADA**. Charta ann. circ. 1124. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 426 : *Et hæc superscripta adfutoria fecerimus tibi per quantas Vegadas tu nos commonueris per te, vel per tuum missum. Hoc est, quoties nos commonueris, Gall. Toutes les fois que etc. ab Hispanico Vegada, eadem notione.*

**VEGÆ**, Hispanis Valles, plantitie commodæ, apud Rodericum Toletan. lib. 1. de Rep. Hisp. cap. 5.

† **VEGARIA**, *VEGARIA*, Idem quod *Vicaria*, Districtus *vicarii*. Tabular. Rothom : *Salomon dat S. Salvatori montem Alahart cum massis et vigaliis. Factum in Vegaria Panzeago super Samanum. Ibidem : Acellus situs in pago Namnetico Vegario Lusebiacense juxta fluvium Caher. Vide Vicarius et Vigerius.*

† **VEGARIS**, *VIGARIA*, ut *Vegaria*. Testam. Rogerii Comit. Carcasson. ann. circ. 1010. inter Instrum. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 20 : *Et ipso castello, quæ dicitur Saixago cum ipsa castellaniam, et cum ipsas Vegaris, quæ ad ipsum castellum pertinent. Infra : Et ipsa Vigaria de Savartense, post*

*obitum Adelais, remancat ad Bernardo filio meo. Hinc*

† **VEGARIUS**, ut *Vigerius*, *Vicarius*, in Charta Pipini Majoris-domus, inter Notas Bignonii ad vett. Formul. cap. 7.

\* **VEGERE**. Charta vetus inter Monum. eccl. Aquilej. cap. 39. col. 338 : *Centum amphoras vino ab ipso monasterio puellurum Vegant. Id est forte Vcuiant, interprete Bern. Mar. de Rubeis.*

**VEGES**, Vas vinarium, modius, dolium : *Italis Veggia. Vita S. Joannis Episcopi Tragar. : De tanta paucitate uvarum tres majores jam replevimus Vegetes. Vita S. Andree de Galeranis : Ivit ad Vegetem, et facio signo Crucis hausit abunde, Vegete repleta divinitus. Bondelmontius in Descript. CP : Vineæ pro qualibet in ea trium vel quatuor Vegetum vini crescit. Donnizo lib. 1. de Vita Mathildis. cap. 13 :*

Imperat argenti Vegetem subito fabricari.

Bulla Alexandri PP. ann. 1179. apud Ughellum tom. 8 : *Sexaginta saumas puri vini per annum, cum Vegetibus, in quibus possit reponi. Vide eundem tom. 6. pag. 646. Epistola Siculorum ad Martinum IV. PP. ex Chron. MS. Argentinae Eccl. : Nec est sub silentio contagenda nefanda malignitas pincerarum, qui sub prætextu unius Vegetis de falerno,.... omnes cives et cauponarios affligebant, vinum universarum cauponarum videlicet Vegetes sigillantes sub certa pæna, etc. [Hinc emendanda Concilia Hisp. tom. 4. pag. 161 : Teneantur (præpositi) præparare et habere cellaria, Vegeces et alia necessaria ad recondendos fructus præpositurarum. Leg. Vegetes.] Vide Ottonem Morenam pag. 49. Petrum Mariam Campum in Regesto 2. part. Hist. Placentinæ pag. 361. 364. 373. Petrum Crescentium de Agricolt. lib. 5. extremo, [Murator. tom. 8. col. 1083. tom. 9. col. 772. Acta SS. tom. 2. April. pag. 463. Acherium tom. 3. Spicil. pag. 502. Marten. tom. 3. Anecd. col. 36. tom. 6. Ampl. Collect. col. 1317.] præterea Menagium et Ferrarium in *Vegghia*.*

† **VEGES**, ut *Veges*, non semel in Statutis Placent. lib. 6. fol. 81. v<sup>o</sup>.

**VEGGIOLA**, *Doliolum*, apud eundem Campum in Regesto tom. 3. pag. 264. *Veggiola vini*, apud eundem lib. 15. pag. 76.

† **VEGIOLLA**, *VEGIOLUS*, Pari significatu. Statuta Placent. lib. 6. fol. 66. v<sup>o</sup> : *Veggiolla vini in qua venditur et ducitur calzina sit capax XVI. steriorum ad minus, et qui contraferint, puniantur in xx. sol. Plac. et ipsa Vegiolla in platea communis comburatur. Vegiolus, ibidem fol. 82.*

† **VEZOLA**, *VEZOLUS*, Simili acceptione. Johan. Demussis in Chron. Placent. ad ann. 1185. apud Murator. tom. 16. col. 456 : *Eodem anno fuit maxima abundantia vini, ita quod dabatur Vezola vini de Fuxusta pro denariis XVIII. Castellus in Chron. Bergom. ibid. col. 900 : Dum Tridaterra de la Corna habitator de valle Breni haberet certam rixam occasione cujusdam Vezoli cum Petro Thaddæi, etc.*

† **VEGESTIUNCULA**, Eodem intellectu. Acta S. Davanzati tom. 2. Jul. pag. 527 :

*Tamen scmel quamdam Vegestiunculam imbuit vino, etc.*

**VEGETICULUS**, Eadem notione, in Chronico Anconitano apud Julianum Saracenum in Hist. Marcæ Anconit. pag. 139. [Mag. Boncompagnus de Obsid. Anconæ apud Murator. tom. 6. col. 931 : *Unde tunc quidam Vegeticulum resina et pice plenum, cum stræ lignorum projectit.*]

† **VEGITICULUS**, Eodem sensu. Statuta datiarum Riperie cap. 12. fol. 5 : *De quolibet plastro Vegiticalorum et doliurum, pro introitu soldii quinque,., et intelligatur plastrum de decem Vegitulis, et plastrum de doliis triginta.*

☞ Alia notione *Veges* legitur in Memoriali Potestat. Regiens. apud Murator. tom. 8. col. 1136 : *Muratum fuit palatium dictum communis Regii usque ad summitatem... et facta fuit Veges murata de Foliano. Vide Vezia. Nec magis mihi constat quo significatu occurrit in Chron. Parmensi apud Murator. tom. 9. col. 763 : Et quum prope eos venissent cum duobus carrociis, summo diluculo de castris recesserunt, et Vegetes et multa alia dimiserunt. Nisi Veges sit pro vebes, plastrum.*

**VEGETAMEN**, *Vegatio*, motus. Occurrit apud Prudentium.

**VEGETARE**, *Fovere*, alere. Concilium Turon. III. cap. 36 : *Ut unusquisque.. ad se pertinentes inopes alere ac Vegetare studeat. Lex Wisigoth. lib. 11. tit. 3. § 4 : Si quis transmarinus negotiator mercenarium de sedibus nostris pro Vegetando commercio suo susceperit, etc. Vide leg. 1. C. de Custod. reor. (9.4.)*

**VEGETATIO**. Breviarium Aquensis Ecclesie in Provincia : *B. Maria Magdalena Maximino sociata tunc iter usque ad mare direxerunt, ascendentes navem prospero cursu pervenerunt Massiliam, ibique Vegetationem navis relinquentes, Domino anuente, Aquensem aggressi sunt Conitatum. [Forte Subsidiium, adminiculum.]*

† **VEGETATOR**, Qui vegetum reddit. S. Orientii Versus de Trinitate apud Marten. Collect. vett. Script. part. 1. pag. 31 :

Principium ac finis, Vegetator et intus et extra.

† **VEGETICULUS**. Vide in *Veges*.

**VEGETUM**. Lex Bajwar. tit. 21. cap. 6 : *Si vero de minutis silvis de Wic, vel quæcunque Kanejo Vegetum reciderit, cum solido et simili componat. Editio Heroldi : Vel quæcunque Kaneovictum reciderit. Et cap. seq. : Si onuplior fuerit numerus Vegetorum, non cogatur componere nisi restituere cum simil et sacramento. Edit. Heroldi, et Baluz. : Si amplius fuerit numerus Vegetarum, etc.*

† **VEGGIOLA**, *VEGIES*, *VEGIOLLA*, *VEGIOLUS*, *VEGITICULUS*. Vide in *Veges*.

**VEGIUS**, *VEGIATURA*. Lex Burgund. tit. 16. de Inquirendis animalibus, § 3 : *Si vero Vegius extiterit, et Vegiaturas (Herold. vigaturas vias) acceperit, et is, cui indicat invenire non potuerit, furtum, quod se perdere mentiebatur, dissolvat in simplum. Edit. Heroldi : Furtum, quod prodere mentitur, in simple solvat. Additament. 1. tit. 8 : Quicunque mancipium, caballum, perdidit, donet Vegio pro mancipio solidos 5. pro*



*equa sol. 2. etc. Ubi quidam Vegios, hariolos, vates, ac divinos fuisse aiunt, quos Saxones vigilere, Germani Wiclers vocant; unde vigliān, hariolari. Furto enim subreptis mancipiis vel animalibus, hos consulebant, ut, ubinam essent, edocerentur, cujus indicinæ præ-tium *vegiaturam* vocabant. Alii a veg, vel væg Saxonico, quod viam sonat, deducunt, ut *vegi* fuerint, qui pecudum vestigia indicabant.*

**VEGLONES, VEGLIONES.** Charta Aribertii Archiepiscopi Mediolanensis, apud Puricellum in Monumentis Ambrosianæ Basilicæ pag. 369: *Ad subdiaconos de ipso ordine dent solidos 12. ad Notarios sol. 5. ad Presbyteros Decumanorum ordine libras 4. et dimid. adlectores sol. 5. ad custodes sol. 4. ad Veglones den. 40. ad scriptanes majores et minores, quod sunt breves quinque.* Occurrunt eadem verba infra pag. 470. et 482. Charta ann. 1100. apud Ughellum in Archiepisc. Mediolanensib. pag. 171: *Finito autem officio, religiose et honorifice suscipiant majores tres solidos ex obedientiæ munere, 12. denarios accipiant cum Veglioni-bus custodes, duos item denarios habeat, qui crucem bajulaverit utream, etc.* Idem Puricellus pag. 97. ait, ita etiamnum appellari Mediolani utriusque sexus senes, (unde vocis etymon, a *Veglioni* Ital.) indumentis suimet status et officii propria gestantes, qui quidem processibus Ecclesiasticis cum cruce interesse solent. *Senes* nunc dicuntur in Charta alia pag. 428.

† **VEGLONI, et VEGLONE,** Eodem intellectu. Ordo coronat. Henrici Imp. apud Murator. tom. 2. Anecd. pag. 328: *Modus processionis talis est. Primo incedunt Vegloni et Veglone decenter ornat et ornatæ.*

\* **VEGOIGNIENSIS PAGUS,** Gall. *Vegoignois*, in comitatu Blesensi, memoratur in Lit. remiss. ann. 1379. ex Reg. 114. Chartoph. reg. ch. 324: *La parroisse S. Lubin en Vegoignois etc. Vergoignois*, in iisd. Lit. ex Reg. 115. ch. 24.

**VEGRI,** Agri inculti, qui nostris *Varecti*, seu *Guerez.* Vide *Warectum*. Statuta Patavina Rubr. 36: *Beccarii possint tenere et pascere in Vegris, intelligendo, quod ille terre sint Vegre, quæ non sint laboratæ, et quæ non fuerint cultæ per tres annos proxime elapsos, cum aratro.*

\* **VEGUDA,** an *Banni* seu prohibitionis cujuslibet denunciatio? an Submonitio ad excubias, ab Italico *Vegghia*, vigiliæ, excubiæ? Libert. Montisler. ann. 1291. in Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 154: *Item pro quolibet adjonamento, gatgiamento, Veguda infra villam,..... habeat serviens, qui fecerit, duos denarios tantum.* Interrogat. Templar. ann. 1310. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 188. col. 2: *Item dixit quod si ipse de dicto ordine exiret, nisi per portam domus dicti ordinis, vel a Veguda, vel non a Veguda, et abstrahens inde aliquid, vel non extrahens caperetur et poneretur in perpetuum carcerem.* Ubi *Vegudu*, idem videtur quod Gallicum *Poste*, statio, locus in quo vigil constituitur. Vide *Vehenda*.

\* **VEHANIAM,** f. Quod pro frumento vehendo ad molendinum, vel pro farina ab eo reportanda solvitur. Charta ann. 1506:

*Vendidit..... medium Vehanium molendini bladarii, situm in molendinis Badacley.*

† **VEHARE** dicuntur hœdij. Vide *Baulare*, et infra *Vehyare*.

\* Perperam *Vebare* supra in *Baulare*. Vide *Vehyare*.

† **VEHATIO,** Vectura, in Cod. Theod. lib. 14. tit. 6. de Calcis coctor. leg. 3. Vide *Sartatectum*.

† **VEHEITURA.** Vide infra *Vehitura*.

**VEHEMENTESCERE,** Ingravescere. Cælius Aurelianus lib. 1. Chron. cap. 2: *Vehelementes autem hæc passio in hyeme, etc.*

† **VEHEMENTIA,** Stupor, ἄγνηξ, in Gl. Lat. Gr.

† **VEHEMOTH,** pro *Beemoth*, Diabolus. Vide in hac voce. Nigelli Ermoldi Carmen pro Ludov. Imp. apud Murator. tom. 2. part. 2. pag. 13. Prolog. vers. 15:

Talia cum faceret, quos vana peritia ludit,  
Horridus et teter depressit corda Vehemoth.

† **VEHENDA,** f. Specula, Gall. *Vedette*. Charta ann. 1351. ex Tabular. Massil.: *Quod custodes teneri faciant in locis solitis nocte et die, et in quolibet dictorum duos qui ad Vehendas nocte et die faciant excubias.*

† **VEHENUM,** Octava pars, Gall. *Huitième*, a vulgari *Vech*, pro *Huit*, octo. Charta Massiliensis ann. 1522: *Solvere tenentur Vehenum sive octavam partem omnium averium et animalium.*

† **VEHERIUM,** Vehiculum. Inventarium MS. ann. 1366: *Item quod dominus Papa dum filium suum habuerit, mittet sibi Veheria xv. cum equibus IIII. c.*

† **VEHERIUS,** Idem qui *Vicarius*, vel *Vigerius*. Vide in his vocibus. Dalphinatibus *Veherius* maxime dictus, quod *Vehier*, pro *Viguer*, vulgatus usurpant. Charta ann. 1494. tom. 1. Histor. Dalphin. pag. 143. col. 2: *Veherius Geriæ sextam partem, Veherius Portæ Trionis duodecimam partem, Veherius Cleriaci duodecimam partem (percipere consuevit.)*

† **VEHERIA,** Districtus, officium, munus *Veherii*, vulgo *Veherie*. Extractum computi ann. 1318. ibid. col. 1: *Computavit Gilets Coperii de hiis omnibus quæ habuit et recepit, solvit et deliberavit, ratione Veherie prædictæ.* Charta jam laudata ann. 1494. ibid. col. 2: *Deinde per partem Dalphinalem fuerunt acquisitæ duæ Veheriæ; scilicet, Veheria Geriæ, Veheria Portæ Trionis. Droit de Veherie ou boutage, in Consuetud. Baronis Castri-novi in Biturigibus tit. 2. art. 4.*

† **VEHERIA,** Eadem notione. Charta ann. 1359. ibid. pag. 145. col. 2: *Recognovit... se tenere.... ab Episcopo (Gratianopolit.)... Vicarium seu Veyerian, quæ appellatur Vicariu seu Veyeriam Portæ Trionis.* Alia ann. 1293. ibid.: *Item Veyeriam civitatis Gratianopolitanæ, prout pertinet ad ipsum.* Rursum alia ann. 1344. pag. 146. col. 1: *Et primo Veyeriam quam habet apud Gratianopolim idem dom. Guillelmus, quæ Veyeria vulgariter appellatur Veyeria Cleriaci, una cum domo forti ipsius Veyerie.* Vide caput 8. Orationis 5. in laudata Hist. Dalph. tom. 1. pag. 113.

† **VEJARIA,** Pari intellectu. Chartul. Gratianopolit. fol. 41: *Et cum omnibus rebus minutis quæ de lezda exeunt, et partem*

*tertiam de Vejaria et medieta de manso Stephani, etc.*

† **VEHIA,** Vehes, onus vehiculi, Gall. *Charrette*. Litteræ Henrici VIII. Reg. Angl. ann. 1541. apud Rymer. tom. 14. pag. 720: *In magno horreo spatium sufficiens ad reponendum et recipiendum octoginta Vehias feni et straminis.* Vide *Vehiculata*.

† **VEHICULA,** pro *Vetula*. Vide infra in *Vetula*.

† **VEHICULARIS,** Ad vehiculum pertinet. *Patrimonii sunt munera rei Vehicularis, item navicularis, decemprimutus, in Digest. lib. ult. tit. 4. leg. 1.*

† **VEHICULARIUS,** Structor vehiculorum. Capitol. in Maxim. et Balb.: *Unus e plebe, ut nonnulli dicunt, faber ferrarius, ut alii rhedarius. Vehicularius.* Adjective usurpatur a Spartiano in Severo.

† **VEHICULATA,** Vehes, onus vehiculi, Gall. *Charrette*. Charta Ludovici Crassi Reg. Franc. ann. 1134. ex Tabul. Monast. Montis-Martyrum: *In silva quoque nostra quæ Vulcena vocatur cotidie Vehulam (in autographo Vehiculatam) unum mortuorum lignorum eis concedimus.* Vide *Vehia*.

\* *Vehiculatura* ex eadem Charta editum inter Instr. tom. 7. Gall. Christ. col. 55.

† **VEHICULATIO,** Suppeditatio cum animalium tum vehiculorum in publicos usus, inter onera publica recensetur: hæc Italiæ remisit Nerva, unde percussus numerus exstat apud Spanhem. de Numism. antiq. Dissert. 13. cap. 5. cujus inscriptio est: *Vehiculatione Italiæ remissa.* Vide Spanhem. loco laudato, Jac. Gothofredum in Cod. Theod. de Cursu publ. Casaubon. et Salmas. ad August.

\* **VEHICULUM,** Equuleus, Gall. *Chevalet*. Dialog. creatur. dial. 107: *Lupus cum azello simul sarrabat....., Lupus autem præ dolore se retorsit et juravit ut Vehiculum præcipitaret.* Vide *Vehiculum*.

**VEHICULUS,** VEHICULUM, Equus, a vehendo dictus; nostris *Voiture*. Historia Translat. S. Faustæ Virg. n. 7: *Nam Vehiculus, qui cum ferre debuerat, cum illis, qui primitus vadum transierant, fortuito vacuus, neminem in dorso suo ferens transmeaverat.* Jonas in Vita S. Attalæ Abbat. Bobiens. n. 8: *Vehicula quiete fovet, libros ligaminibus firmat.* Vita S. Lupi Episc. Cabilon. n. 10: *Contigit, quandam pauperem advenire asini Vehiculo.* Fortunatus in Vita S. Germani Paris. Episc. cap. 22: *Cum equum necessarium ad sellam beati viri donasset Vehiculum.* Infra: *Sequenti die sellarem de stabulo.... retraxit emptor mortuum Vehiculum.* Occurrit apud eundem Fortunatum in Vita S. Albini Episc. Andeg. Leonem Ost. lib. 3. cap. 23. etc. Ita ἄγνηξ, pro equo, usurpavit Nicetas in Joanne Comm. ex Cod. barbaro-Gr. Ildefonus Toletan. de Scriptoribus Ecclesiast. cap. 4: *Cum 70. monachis... nuali Vehiculo in Hispaniam commigravit.*

**VEHICULUM,** Facultas ducendi currum per silvam, pro qua nescio quid pensitabatur domino silvæ. Charta foundationis Abbatæ S. Trinitatis Enaquensis. apud Samarthanos: *Et rectam decimationem, infra parvam et extra illius forestæ, de pasnagis, et de Vehiculo et de venatione, et de omni-*



*bus lucris, quæ ibi facta sunt, aut faciendæ erunt.*

† **VEHIGELORUM**, *Genus fluvialium navium apud Gallos*. Gloss. Isid. Excerpta habent, *Vehigebum* : Vulcanius emendat *Vehigerum*. Neutrum Grævio arridet, qui ibi aliud latere putat.

**VEHIGUALI**. Ebrardus Betuniensis in Græcismo cap. 24. de Interjectione :

Hocque scias nulla voce indiget expositiva, Sed quidam dicunt Vehiguali velut expositive Cum non exponant, linguaque fruuntur eadem.

Ubi Metulinus ait *vehiguali* esse interjectiones blasphemantis in lingua Hispana.

† **VEHITARE**, Vehere, Gall. *Vôiturer*, Acta Murcensis Monast. apud Eccardum de Orig. Habsburgo-Austr. col. 221 : *In Autumno Vehitant cum plaustris vinum de Alsatia sive Brisgoja.*

**VEHITURA**, Vectura, *Voiture*. Tabularium S. Remigii Remensis : *Facit Vehituram in leugas 30. aut se redimit den. 4.* Occurrit ibi pluries. [Charta ann. 1190. in Tabul. S. Medardi : *Item singule potestates per singulos annos unam Vehituram ei (advocato) procurabunt; et hujusmodi Vehituras in ullos alios usus habere poterit quam pro vino adducendo.*]

† **VEHEITURA**, Pari intellectu. Charta ann. 1302. ex Tabul. Massil. : *Ne frusts committatur per inimicos reginales tergiversaliter et dissimulative super Vehitura salis.*

† **VEHITURA**, Omne jumentum ad vehendum aptum. Charta ann. 1221 : *De managio autem bladorum ita compositum est quod equi hominum, vel Vehitura eorum cum quibus excolunt terras suas, cum propriis præpositi de Donno Martino simul ducent blada apud Meduntam.* Vide *Vectura*.

**VEHTAT**. Vide *Heimsuchung*.

**VEHYARE** dicuntur capræ. Ebrardus Betun. in Græcismo cap. 19. ubi animalium omnium voces sic recenset :

Drensat olor, clingit anser, erocitat quoque corvus, Ac pardus fellit, vultur pulpat, leo rugit, Ac ouager mugilat, bos mugit, rana coaxat, Vociferans barrit elephas, grillusque minurrit, Blatterat ac vesperitilo, strictinuit hirundo, Balat ovis, Vehyat capra, sed gallina gracillat, Frendit aper, vulpes quoque granit, rudit asellus, Hinit equus, grunnit porcus, pipilat quoque nisus, Sed catulus latrat, hinc murilegulusque catillat, Est hominque loqui, quod dicto prævalet omni.

[Vide *Baulare*.]

† **VEJARIA**, ut *Vicaria*. Vide *Veheries*.

† **VEICULA**. Vide *Vehiculata*.

† **VEIELUS**, Vetus, ni fallor, Gall. *Viel*. Charta ann. 1042. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *Donamus unam braciariam quæ dicitur Veitia, et fait de dominica Darna Veield.*

\* **VEJENTANUM VINUM**, *pessimum est, a loco*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

† **VEILLUS**, ut *Veielus*. Jos. Moret. in Antiquit. Navarr. pag. 516 : *Regnante Rex Garsias in Navarra et in Castella Veilla. Vide Velius.*

† **VEIRERIA**, Vitriaria fornax, officina, Gall. *Ferrerie*, passim in Charta Maurini Abb. Vallis-Sanctæ diœc. Apt. ann. 1509. ex Schedis Pr. de *Mazaugues*. Nostris *Veirre*, ni fallor, pro vitreus, apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 921 : *Caget-*

*tes Veirrees pour mettre oiselets de Chipre. Vide Veyria.*

\* Minus recte *Veiré*, Vitreus exponitur; idem quippe sonat quod Vermiculatus, Gall. *Emallé*. Vide supra *Varius* 3.

† **VEISATURA**, pro *Versatura*. Vide *Tremisium*.

† **VEISSEGUE**, Exitus, Massiliensibus. Charta ann. 1308. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *Habere debent suum exitum sive Veissegue, ad caminum publicum.* Vide *Huisserium* et *Veysseria*.

\* **VEITURA**, Vectura, Gall. *Voiture*. Charta Nic. abb. S. Joan. Laudun. ann. 1196. ex Tabul. ejusd. eccl. : *Tot modios vini, quot nobis ad cellarium nostrum propriis Veituris apud Laudunum reddent.* Vide *Vehitura*.

† **VEKEN**, vox Teutonica. Charta ann. 1291. apud Miræum tom. 2. pag. 874. col. 1 : *Quod præmissa bona fossatis seu aliis quibuscumque munitionibus firmare seu circumdare poterunt, et aditibus sive introitibus viarum obstacula nuncupata Theutonice Veka opponere, contradictione qualibet non obstante.* In alia ann. 1298. ibid. pag. 876. col. 2 : *Inchoant enim bona prædicta ad quoddam obstaculum, vulgaviter dictum Veken.* [\*\* Kilian. Repagulum, crates lignea, clathrus.]

1. **VEL**, sæpe pro conjunctiva, et, usurpatur apud Scriptores ævi medi. Fortunatus in Vita S. Germani Paris. cap. 35 : *Debilitatem manuum, Vel pedum incurrit.* [Tabul. Rothon. : *Regnantibus Hlotario et Carolo, Vel Hlodovico, et Numinio Duce Britannie, Vel Susanno Episcopo in Venedia.*] Id jam observatum a Jacobo Gothofredo in Gloss. ad Cod. Theodos. J. Chiffletio in Anastasi Childerici cap. 7. et Marca lib. 4. de Concord. Sacerd. et Imper. cap. 5. lib. 6. cap. 24.

\* 2. **VEL**, *Hæc dictio alternativa quandoque ponitur pro Id est.* Glossar. jurid. Anonymi ex Cod. reg. 4611.

\* **VELA**, vox Italica, Velum. Lit. Salad. pro Pisanis apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Hist. Sicul. Bonincont. part. 1. pag. 197 : *Quando veniunt in tempore collandi, non debent retinere nec Velas, nec timones. etc. Vele*, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1464. ex Reg. 199. Charthoph. reg. 515 : *Le suppliant... s'estoit associé..... de Olivier Retif..... pour..... conduire en nostre pays de Normandie toilles, canevass ou Velez.*

† **VELA**, f. pro Tela. Vide *Socinus*.

**VELABER**, *Venditor minutarum rorum*, Papiæ. Ugutio addit, *comestibilium in tali loco, vel quia cas velat.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Velaber, Regretier, vendeur de menues denrées manjables.*]

† **VELAMEN** Religionis in se suscipere, pro Monachicam vitam inter Sanctimonialia profiteri, in Leg. Liutprandi [\*\* 30. (5, 1.)] tor. tom. 1. part. 2. pag. 58. *Velamen S. Dei Genitricis* dicitur velum Sanctimonialium, apud Mabill. tom. 3. Annal. pag. 186.

\* Notandum omnino est, in lege Liutprandi hic laudata de velamine agi, quod initio probationis assumitur; quo semel suscepto, nubere virgini prohibetur : cujus legis hæc sunt verba : *Quia considerare de-*

*bet omnis Christianus, quod si quisquamque secularis homo parentem nostram secularem sponsat, cum solo anulo subarrhat et suam facit; et si postea aliam duxerit, culpabilis invenitur solid. D. Quanto magis debet causa Dei et sanctæ Mariæ amplior esse, ut quæ ipsam Velamen vel habitum suscipiunt in se, in eodem debeant permanere.*

\* Haud scio an inde apud nostros obtinuerit usus, ut virgo, quæ in teneriori ætate, puta octo annis nata, quod non raro fortean factum est, velum susceperat, nulla licet solemnibus benedictione accepta, nec voto emisso, postea nuptui tradebatur, ipsius proles, nisi literis regiis ad successione parentum obtinendam redderetur habilis, ea, ut nothi, privabatur. Cujus moris exemplum suppeditant Literæ legitimæ. ann. 1317. quas supra descriptas legere est in *Legitimare*.

\* Velo religionis privabantur ad tempus moniales, quæ contra castitatis votum peccaverant. Reg. visitat. Odon. archiep. Rotomag. ex Cod. reg. 1245. fol. 130. vº : *Visitativum prioratum monialium S. Albini.... Velum autalinum (abstulimus) Aeldi de Rothomago et Eustachie de Estrepigniaco ad tempus, propter earum fornicationem.* Stat. Præmonst. MSS. dist. 4. cap. 11 : *Quæcumque autem sororum in lapsu carnis fuerit deprehensa, ad aliud claustrum sororum, quam citius fieri poterit, in pœna gravioris culpæ mittatur. Hoc adjecto, quod Velo careat, nec revertatur ad domum propriam, sine speciali licentia capituli generalis. Quod si secundo commiserit, puniatur pœna prædicta. Hoc adjecto, quod circa quinquennium circa eam nulla fiat dispensatio revertendi, et cum reversa fuerit, usque ad quinque annos Velo careat.* Vide in *Velum*.

† 1. **VELARE**, Virginem in Monacham veli impositione suscipere. Charta apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 386 : *Remisit... totum jus... quod... habere potui in præsentatione seu nominatione talium duarum mulierum per predictos Abbatisam et conventum admittendarum vel Velandarum.... et concedo quod predicti Abbatisa et conventus et successores sui ad prædictam admisionem, Velacionem, ... ad præsentationem seu nominationem meam vel hæredum meorum de cætero non teneantur.* Occurrit præterea iu Conc. Hisp. tom. 3. pag. 19. apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 132. et alibi passim.

† 2. **VELARE**, Velificari, Gall. *Faire voile*. Literæ Edwardi III. ann. 1337. apud Rymer. tom. 4. pag. 742 : *Insidiantes fidelibus nostris supra mare, nonnullas naves regni nostri, tam Velantes supra mare, quam ancoratas in litore invaserunt.* [\*\* *Navem illam Velantem versus prædictam villam S. Johannis*, in chart. ejusd. regis ann. 1346. apud Lappenberg. Orig. Hanseat. Probat. pag. 385.]

\*\* **VELARE MENSAM**, Tegere eam linteo, in Ruodlieb, fragm. 5. vers. 111.

**VELARIUM**, Ugutio, *Velum* et dicitur etiam sic locus velo obumbratus, unde sic dicebatur locus in teatro, quo recipiebantur pueri post ludos, quia velum ante deportabant, ut esset secretior. Vox Juvenalis nota, Οὐλετριον, in Inscriptione Antipoliana 173. 10. Willelmus Tyrius lib. 20. cap. 25 : *Dependebant ante Consistorium Velaria pretiosæ*



*materiae, etc.* Ita etiam ejusmodi *vela*, ante Principum consistoria vocat Achmes cap. 262 : Ἐάν ἰδῆ ὁ βασιλεὺς ὅτι τὰ βηλάρια αὐτοῦ διαβροχῶσιν, εὐρήσει θλίψιν εἰς τὴν αὐχρῶσιν, καὶ εἰς τὰς ἡλιακάς αὐτῶν. Alypius Antiochenus in Descriptione orbis cap. 58. § 1 : *Ligna, aramentum, ferrum, picem, nec non vero luteamentum pro Velaria et funium usu.* Id est, suppellectile, vel re velaria.

**VELARIUS**, Vclorum confector, in veteri Inscriptione 599. 10.

\* Inter milites recensetur in vet. Inscript. apud Joan. Vignol. pag. 293 : D. M. VALERIUS.... NAT. ALEXANDRIN. EX VELAR. DUPLICAR. MIL. etc.

† **VELATI MILITES**, f. pro Velites, apud Festum præter quem nemo alius horum meminit.

† **VELATIO**, Benedictio nuptialis, quia scilicet pallio velari solent matrimonio jungendi. Conc. Liman. ann. 1582. inter Hisp. tom. 4. pag. 266 : *Item si quis eorum ante auroram diei vel extra ecclesiam, in qua sponsi parochiales sunt, dederit benedictiones nuptiales, quas Velationes vocant, absque licentia id faciendi, etc.* Pro solemnī castitatis professione occurrit supra in *Velare* 1.

† **VELATOR**. Chron. Balduini diaconi tom. 2. Monument. sacræ Antiquit. pag. 207 : *Nec tamen mirum, erat si quidem fervor religionis, columnna ordinis, Velator castitatis, etc.* Ubi in margine f. *Zclator*.

\* **VELAYANUM**. Vide infra *Velleyanum*.

† **VELE**. Charta Piligrini Colon. Archiep. ann. 1028. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 394 : *Cum vero silvam illam quæ præ magnitudine sui Vele nuncupatur, etc.* Occurrit rursus col. 396.

**VELENSIS**, *Tunica, quæ affertur ex Insulis, dicta, quod velis sit apta*, Papiæ. In edito habetur, *sit nota*. [\* Adde ex Cod. reg. *vel nepta*. Vide *Nepticula*.] [\* Isidor. Orig. lib. 19. cap. 22. sect. 21 : *Velenensis tunica est, quæ affertur ex insulis*.]

† **VELERUM**, Gall. *Voilier*, Malus dicitur, quod vela ad illum alligantur. Charta an. 1309. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 98. col. 2 : *Item unus malus sive Velerium solum, vel munitum antennis, debet viginti solidos*.

\* **VELIFICARE**, Nave piscatoria uti; unde *Felificatio*, illius usus. Charta ann. 1292. apud Schwart. in Hist. fin. principat. Rug. pag. 223 : *Habebunt etiam liberam Felificationem cum suis mercibus, simul et piscationem per dictum stagnum et penam infra et supra, a rota molendini..... Eandem libertatem piscandi, Felificandi in aquis Treble et Follensa possidebant terminos infra nostros*.

\* **VELIGARE**, Velificari, navigare. Chron. Danic. ad ann. 1287. apud Ludewig. tom. 9. Reliq. MSS. pag. 36 : *Multis interfectis de Norwegien Veligantes Stube-kiobing combusserunt..... Ad Suineburgh Veligantes eam incendebant ad modicum*.

† **VELIGEBUM**. Vide *Veligelorum*.

† **VELIMENTUM**, Velamentum, Gall. *Voile*. Laudes Papiæ apud Murator. tom. 11. col. 27 : *Mulieres.... Velimenta sua tam longa deferunt, ut vix possint earum pedum extremitates, nedum caligarum qualitas, apparere*.

\* **VELIS**, ut supra *Vela*, Velum Leudæ

major. Carcass. MSS : *Item pro capite Velis de cerico, j. den. Turon.* Ubi versio Gallica ann. 1544 : *Item pour chacune teste de Vels soye, etc.*

† **VELIUS**, Vetus, Gall. *Viel*. Charta vetus apud Mabill. sæc. 5. Bened. pag. 85 : *Et in Felio Salveniaco similiter, etc.* Vide *Veillus*.

\* *Vellier*, eadem notione, in Lit. remiss. ann. 1459. ex Reg. 188. Chartoph. reg. ch. 139 : *Le suppliant vit iceulx Dutay, Colet et Savin couchez en ung ombre et passa pardevant eulx, et en passant les appella Velliers.* Nisi insidiatores intelligas, a verbo *Veiller*, *épier, guetter*; quod ad illorum, de quibus agitur, situm satis apte convenit.

**VELKONES**. Ephemerides Mon. S. Galli 16. Kal. Decemb. : *Eodem die dantur carnes, pisces, ..... ad unum ferculum dantur cuilibet domino duo Velkones*.

† **VELLA**, pro *Velum*. Guido de Vigevano de Modo expugnandi T. S. : *Cum navis fuerit completa, operator provideat ponere Vella, ubi sibi videbitur pro meliori, taliter quod pertica Velle non tuncat cornam capitūs navis.* Vide *Vellus*.

† **VELLATA**, f. *Villosa*. Vide in hac voce. Charta ann. 855. in Append. ad Marcam Hispan. col. 788 : *Cupertorio Siricio 1. et Vellatas xl. et quadringos xi. etc.*

† **VELLATIO**, *Titillatio, γαρρυλισμός*, in Gloss. Lat. Gr. MSS. Sangerm. *Fellicatio* legendum putat Cujacius.

**VELLEUS**, adject. a *Vellus*. Asconius in 2. Verrin. : *Crumenæ Velleæ et scortææ*.

† **VELLEYANUM**, nude pro Senatus-consultum, quod M. Silano et Velleio Tutore Coss. factum est : hac lege uxori conceditur jus et privilegium in bona viri sui, præ omnibus creditoribus. Consule lib. 16. Digest. tit. 1. Statuta Massil. lib. 2. cap. 16. num. 14 : *Omnia vero quæ superius continentur, sicut in maribus, sic in fœminis volumus observari, adeo quod nec tueri se possint contra instrumentum beneficio Vellyani.* Statuta Pallavic. cap. 12. fol. 14 : *Tunc ipsa mater cæteris præferatur, dummodo renuntiet iterdis nuptiis et Vellyano.* Instrum. an. 1408. inter Instr. tom. 1. Gall. Christ. novæ edit. pag. 127 col. 1 : *Pro quo Alzarian Arthelane ejus uxor cavet in forma renuntiando Vellyano, etc.* Charta ann. 1291. ex Tabul. Domus Dei Pontisar. : *Renoncans à tous privileges, ... et especialement ladite Agnes à l'Épître du Senat Velleien et Diviadien.* Alia ann. 1292. ibid. : *À l'Épître Velleien (sic) et Diviadien acertenée pour la faveur des fames.* Rursus in alia ann. 1293. ibid. : *Aubenefice Beelleyan et Diviadyan, etc.*

\* Seu potius *Velleianum*, pessime prorsus hic definitur : eo quippe Senatus-consulto cautum est, ne feminae pro aliis fidejubeant, quod si fecerint, sponsione sua liberantur; unde inscribi solet, *Senatus-consultum de intercessionibus feminarum*. L. 1. ffad Sc. Velleian. : *Velleiano senatus-consulto plenissime comprehensum est, ne pro ullo femine intercederet.* Id est, alterius obligationem in se transferrent, ut exponit Gothofredus. Vide tit. 29. lib. 4. Cod. et Lexic. juridic. Calvini.

\* **VELAYANUM**, Eadem notione. Charta permut. ann. 1539 : *Expresse renunciavit*

*beneficio Velayani senatus-consulti, juri hypothecario et legi Julicæ de fundo dotati, etc.*

† **VELLIBAT**, pro *Volebat*, in Charta Clotharii III. ann. circ. 658. apud Felibian. Hist. Sandionys. pag. vii.

† **VELLONUS**, **VELLUETUM**. Vide *Villosa*.

\* **VELLUDELLUM**, **VELLUPELLUM**, Pannus sericus villosus, Gall. *Felours*. *Dras Valeuirs*, in Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abbavil. ad ann. 1253. fol. 36. vº. Lit. remiss. ann. 1351. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 427 : *Duo rubia, tres pecias Velludelli cepit.* Invent. S. Capel. Paris. ex Reg. I. ch. 7 : *Item una pecia de Velluello rubeo.* Hinc *Vestusveluè*, Ejusmodi panno vestitus, apud Guignevil. in Peregr. hum. gen. MS :

De tous etours et echevauchiés  
Ou sont banieres desployés,  
Ou sont hiaumes et baehiés,  
Timbres et Vestusvelués,  
A or batu et à argent.

Vide in *Villosa*.

† **VELLUS**, pro *Velum*. Joh. Demussis Chronicon Placent. apud Murator. tom. 16. col. 580 : *Portant Vellus de seta vel de bambaxio pulchros et subtiles et albos.* Vide *Frontale* et *Vella*.

\* **VELLUS MONACHILE**, Vestis monachica, quia villosa. *Monachili vellere fungi*, Professionem monasticam exercere, apud Willel. Gemetic. in Hist. Norman. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 189.

† **VELLUVIUM**. Vide *Villosa*.

† **VELO**, Velum majus. Acta S. Raynerii tom. 3. Jun. pag. 460 : *Tunc de vento contrario turbati extenderunt Velonem.* Informat. MSS. pro passagio transmar. ex Cod. Sangerm. : *Cum tribus Velonibus arboris de prora, videlicet duobus tessayrolis et uno Velono, et Velonum modicum vult habere xxxv. goas d'antenal.*

† **VELOCITARE**, Celerare, properare, Gall. *Hâter*. Hist. Cortusior. lib. 2. apud Murator. tom. 12. col. 809 : *Tamen simul ordinaverant Velocitare iter suum ad passum S. Nicolai.*

† **VELONUM**, Velum. Vide *Velum*.

**VELOTHYRUM**, Velum, et aulæum, quod foribus prætenditur, quo diducto interior cubiculi pars patescit. Vox conflata ex Lat. *velum*, et Gr. ὄρα, *porta*. Guillelmus Bibliothecarius in Stephano VI. PP. pag. 237 : *Fecit etiam in eadem basilica egregii Doctoris gentium Belothera quatuor, ex quibus unum auro textum.* Infra : *Contulit in eadem basilica Apostolorum cortinam lineam unam, Velothera serica tria in circuitu altaris.* Vide Descriptionem nostram ædis Sophianæ num. 72.

† **VELOTUM**. Vide in *Villosa*.

† **VELTRAGA**, **VELTRAGA**, **VELTRAHUS**, **VELTRIS**, Cadis sagax. Vide supra in *Canis*.

† **VELTRARIUS**, **VAUTRARIUS**, Veltricius canibus præfectus. Liber niger Scaccarii pag. 356 : *Veltrarii unusquisque III. den. in die, et II. den. hominibus suis.* Recordata ex Th. Blondet de Tenuris antiqu. ibid. laudata : *Richardus Rockesley miles, tenebat terras Seatonie in Com. Kantiæ per Serjentiam, esse Vautrarium Regis in Gasconia*



donec perusis fuit pari solutarum pretii IIII. den. Vide *Ventrius* et *Veotrius*.

¶ **VELVELLUM**, **VELVETUM**. Vide *Villosa*.

**VELUM**, quo Principum, vel iudicum consessus ac cubiculorum vestibula occludebantur, quod duplex fuisse ait Alamannus, ad Procop. pag. 103. 1. edit. Primum nempe in primis ipsis et exterioribus cubiculis, quod *Consistorium* vocabatur, a consistente multitudine, et Principis audientiam præstolante; secundum vero ad interior cubiculum. Id firmat Anastasius Bibl. in S. Silverio PP: *Tunc fecit beatum Silverium Papam venire ad se in Palatium Principis, et ad primum et secundum Velum retinuit omnem clerum*. De velis Iudicum Acta S. Euplii Mart. apud Baron. ann. 303. num. 146: *Cum esset extra Velum Secretarii Euplii Diaconus etc.* Acta SS. Claudii et Asterii Mart. apud eundem Baron. ann. 285. num. 8: *Lysias introgressus, obduxit Velum, et post exiens ex tabella recitavit sententiam. Levato velo*, causas submersarum navium cognosci præcipit lex 6. Cod. Th. de Naufragiis. (13,9.) Contra in facinorosorum iudicis ἐφέλομαι τὰ παραπέταρα, ut est in Epist. 79. S. Basilii. *Nonsit venale iudicis Velum*, in leg. 1. al. 7. Cod. Th. de Offic. Rect. Prov. (1,7.) Hinc Κριταὶ τοῦ βήλου dicti apud Byzantios iudices quidam, de quibus alibi agimus. Collatio Carthaginensis II. cap. 1: *Pro Velo sunt utriusque partis Episcopi, si jubet Sublimitas tua, intro mittentur*. Sexta Synodus act. 9: *Εἰστήσαν πρὸ βήλου Πέτρος ἐπίσκοπος Νικομηδείας, Σολομών ἐπίσκοπος Κλαυδίου*. Synodus Romana sub Zacharia p. 2: *Deneardo religiosissimus Presbyter adest pro Velo, quid præcipitis? dictum est, ingrediatur*. In tertia sessione habetur, *præsto foribus*, ubi de eodem Deneardo. Auctor Queroli: *Isti sunt, qui in fanis et sacellis observant Vela*. De Principum velis, Lampridius in Severo: *Cum amicis tunc familiariter vixit, ut... salutareretur quasi unus de Senatoribus patente Velo, admissionalibus remotis*. Lucifer Calaritan. lib. Moriendum esse pro Dei Filio: *In tuo Palatio intra Velum stans tulisti responsum a me ad conservandum salutem*.

**VELA**, dicta ædium sacrarum aulæ, quibus velantur parietes ipsi, vel etiam ipsi postes. Will. Brito in *Vocabul.*:

Velum cortina, velum tectura vocatur,  
Templi etiam velo fore dicitur ejus origo.

Paulinus Carm. 18:

Aurea nunc niveis ornantur limina Velis.

Anastasius in Leone III. : *Fecit Vela alba holoserica majora tria, quæ pendent ante regiam in introitu*. Ita non semel alibi. Ejusmodi etiam velorum meminit S. Hieronymus Epist. 3. Epist. 60. cap. 5. Gregorius M. lib. 9. Epist. 14. lib. 8. Epist. 15. lib. 9. Epist. 38. etc. ut cæteros sileam, quos laudat Rosweidus ad eundem Paulinum.

**VELUM**, inquit Durandus lib. 2. Ration. cap. 1. n. 45. aliud est *Conversionis*, aliud *Consecrationis*, aliud *Professionis*, aliud *Ordinationis*, aliud *Prælationis*.

**VELUM CONVERSIONIS** accipit illa, quæ de seculari vita ad Religionem transiens, illud assumit. De ejusmodi velis virginum Deo dicatarum agunt S. Augustinus Epist. 179.

Concil. Cæsar-August. XII. cap. 8. Agathense cap. 19. Gelasius I. Ep. 9. Honorius August. lib. 1. cap. 192. Capitul. Aquigran. ann. 789. cap. 45. Cellotius lib. 6. de Hierarch. cap. 11. et alii.

**VELUM CONSECRATIONIS** a solis Episcopis solis virginibus, et solum in festivis et dominicis diebus datur. *Flammeum virginale*, S. Hieronymo in Ep. 8. ad Demetriadem. Vide Addit. 2. Ludov. Pii cap. 12. 14. Sacramentar. Gregorii M. [pag. 174. 175. et ibi Menardum, et Baronium ann. 57. num. 84. et seqq.]

**VELUM PROFESSIONIS** suscipitur a virgine, cum continentiam proficitur. Datur vero illud cum benedictione solenni et cum litanis. Vide S. Hieronymo Epist. 48. cap. 3. Concil. Turon. III. cap. 28. Addit. 2. Ludovici Pii. cap. 12. etc.

**VELUM ORDINATIONIS**, quod olim Diaconissæ dabatur, seu viduæ: *Diaconissas enim et viduas easdem esse suis locis docemus*; de quarum velo multo habent Concilia, Africanum cap. 89. Triburiense cap. 25. Turonense III. cap. 27. Wormaciense cap. 21. Capit. Caroli M. lib. 1. cap. 102. lib. 7. cap. 257. Additio 2. Ludovici Pii cap. 11. 14. 15. etc.

**VELUM PRÆLATIONIS**, Quod Abbatissis imponitur.

**VELUM MONACHORUM**, Quo velabantur cum benedicebantur. Capitula Theodori Cantuar. Episc. cap. 2: *In Monachorum ordinationibus Abbas debet Missam agere, et tres orationes complere super caput ejus, et septem dies velat caput suum cuculla sua, et septimo die Abbas tollat velamen de capite monachorum; sicut in Baptismo Presbyter septimo die velamen infantium abstulit, ita et Abbas debet monacho, quia secundum baptismum est, juxta iudicium Patrum, et omnium peccata dimittuntur, sicut in Baptismo*. Additio 1. Ludovici Pii ad Capit. Caroli M. cap. 35: *Ut monachus professione facta, tribus diebus cuculla coopertum habeat caput*.

**VELUM** in Ecclesia triplex suspenditur, primum, quod sacra operit, alterum, quod sacrarium a clero dividit, tertium, quod clerum a populo secernit. Ita Durandus lib. 1. Ration. cap. 3. num. 35. De postremo velo, Sacramentarium Gregorii M. pag. 156: *Deinde pergant ad altare, ubi condende sunt, (reliquiæ) et extenso Velo inter eos et populum, etc.* Charta Ordonii Regis æræ 960. apud Anton. de Ypez in Chron. Ordinis S. Benedicti tom. 3: *Vestimenta altaris, frontales, pallas, Velos principales qui inter vestibulum et altare dependent, etc.* Alia Urracæ Ferdinandi Regis filix, æræ 1137. apud eundem tom. 4. pag. 450: *Offero quoque unum Velum ante altare ponendum aureo et argenteo friso (phrygio) mirifice textum, adjicio alterum Velum ante altare apponendum, etc.* Vide Glossar. med. Græcic in Καταπετάματα, col. 611.

**VELUM QUADRAGESIMALE**, Quo scilicet altaris conspectus aufertur, dum sacra Liturgia peragitur tempore Quadragesimæ. [Hist. Episc. Autiss. cap. 66. circa ann. 1300. legitur Petrum de Mornaio Episc. Autiss. dedisse Ecclesiæ suæ speciosissimum *Velum Quadragesimale*.] Provinciale Can-

tuariense lib. 3. tit. 17: *Pixidem pro corpore Christi, honestum Velum Quadragesimale, vexilla pro rogationibus, etc.* Synodus Exoniensis ann. 1287. cap. 12: *Item ad quodlibet altare, cum contigerit Missam inibi celebrari, sint superpellicea duo, et unum rochetum; Velum Quadragesimale, velum nuptiale, palla mortuorum, frontellum ad quodlibet altare, etc.* Adde Synodum Wigorniensem ann. 1240. cap. 1. Statuta Walterii Archiep. Eborac. ann. 1250. Concil. Mertonense ann. 1300. Concil. Eboracense ann. 1252. Statuta Joannis Archiepisc. Cantuar. ann. 1281. Monast. Anglic. tom. 3. pag. 176. etc. [\*\* *Alibi Velum jejunii*. Vide Haltaus. Glossar. German. col. 981. voce *Hunger-tuch*.]

\* *Obituar. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5191. fol. 172. vº: Frater Dominicus abbas Morimundi dedit ecclesiæ cortinam longam et latam, diversis operibus contextam, quæ Quadragesimali tempore tenditur inter altare et chorum.*

*Extra velum*, mulierum confessiones, et in propatulo audiri vetantur in Concilio Sarisberien. ann. 1217. cap. 25. et in Statutis Provincialib. S. Edmundi Archiep. Cantuar. ann. 1235. cap. 17. In Provinciali Cantuariensi lib. 5. tit. 16. *quantum ad visum, non quantum ad auditum*. Contra S. Hugo Episcopus Gratianopolitanus apud Guigonem in ejus Vita num. 14: *Mulierum confessiones non minus caute, quam benigne suscipiebat; non enim in angulis, aut obscuris, aut secretis locis, ens audire solitus erat, sed potius, ubi a pluribus conspicui posset, et aures quidem satis familiariter applicabat, oculorum autem in alteram partem vertebat aspectum, auditum solum propter insidias diaboli, hujusmodi negotiis asserens applicandum.*

\* *Velum meretricibus publicis deferre prohibetur, in Stat. Avenion. ann. 1243. cap. 116. et Cod. reg. 4659: Statuimus quod publicæ meretrices et rustanæ... Vela deferre non audeant.*

**VELUM CIRCI**. Vide *Mapa 1*.

¶ **VELUM FACERE**, a Gall. *Faire voile*, Vela dare. Epist. Petri de Condeto apud Acher. tom. 2. Spicil. pag. 551: *Postquam dom. Rex Velum fecit, post multas maris amarissimas passiones, etc.* Adde Concil. Hisp. tom. 3. pag. 638. et Valesium Notit. Gall. pag. 217. col. 2.

\* Gallicum vero *Voille*, quid significet non percipio, in Lit. remiss. ann. 1459. ex Reg. 188. Chartoph. reg. ch. 51: *Le suppliant s'est transporté ou Voille du chateau de Saumur en l'ostel d'Emery, etc.*

**VELVONES**, Vectigalis genus apud Siculos. Vocabulum exstat in Charta Rogerii Regis Siciliæ pro Messanenensibus apud Bonifilium Constantinum in Hist. Sicula pag. 188.

¶ **VELUSUS**, **VELUTUM**, **VELLUVIUM**. Vide infra *Villosa*.

\* **VELYMEN**. Annal. monast. Bebenhus. ad ann. 1281. apud Ludewig. tom. 10. Reliq. MSS. pag. 418: *Item donaverunt nobis duo jugerum vinearum, unum libram Velyminum vini ex duobus jugeribus vinearum.* [\*\* *Forte vel yninani pro Heminam.*]

\* **VEMENTIA**, pro *Veherentia*, Jus per vim debitum exigendi. Charta ann. 1218.



ex Tabul. S. Mich. in cremo : *Possint (dicti religiosi) in omnibus eorum (debitorum) terris, feodis, tenentibus omnes modos captivorum et Vementionum exercere.*

1. **VENA**, Mensura liquidorum. Andreas Dandulus in Chronico MS. ann. 1202 : *Cum annuali censu 50. Venarum vini, etc.* [F. Unarum.]

2. **VENA**, Platea, via. Fori Leirene : *Incipiens a mari ab occidentali parte, et a parte meridiana per Venam de Alcobatia, etc.* Vide *Venella*.

3. **VENA**, Metallum fodina. Charta Hispanica apud Colmenarezum in Segovia cap. 15. §. 6 : *Et illi, qui in eadem aldea morantes erant, in quocunque loco Venam ferri potuerunt invenire, secure illam capiunt, etc.*

¶ 4. **VENA**, pro *Venna*. Vide in hac voce. Charta ann. 1108. inter Instr. tom. 2. Gall. Christ. novæ edit. col. 277 : *Concedentes etiam pascua porcorum ingenne, et vaccas.... De Venis quoque piscatoribus cum facte fuerint ingenne. Faire les Venes, in Tabulario S. Dionysii ann. 1284.*

\* 5. **VENA**, Series, ordo. Protocol. vetus ex Cod. reg. 4184. fol. 30. vº : *In bona possessione, usagio et saisina capiendi... boscum viridem fractum et eradicationem per ventum vel aliter, exceptis septem arboribus de una Vena eradicatis per ventum.*

\* 6. **VENA**, Alveus, canal. Charta Ludov. reg. Germ. ann. circ. 853. inter Probat. Hist. S. Emmer. Ratisbon. : *A locis videlicet, ubi ipsa (flumina) in Danubium fluunt, usque ad loca, ubi de Venis in amnes derivantur.*

\* **VENÆ DIMINUTIO**, Venæ incisio, Gall. *Saignée*. Stat. Eimbec. apud Ludewig. tom. 10. Reliq. MSS. pag. 111 : *Dieimus in canonicis in diminutione Venæ existens, etc.* Vide *Minuere*.

\* **VENÆ MATRIS**, Gall. *Veines de la mere*, an Umbilicales? Lit. remiss. ann. 1467. in in Reg. 200. Chartoph. reg. ch. 64 : *Le suppliant parlo à ung barbier, et lui demanda si vouloit seigner une sacouhade des Veines de la mere;..... ledit barbier saigna icelle Katherine es quatre parties de son corps, c'est assavoir en chacun pie et en chacun bras..... des Veines de la mere.*

¶ **VENA ORGANALIS**, Aspera arteria, ni fallor, Gall. *Trachée artère*. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 565 : *Armiger percussus fuit tractu cujusdam balistæ, adeo quod sagitta seu cavellus vocatus Enguegne Gallice intravit guttur ipsius quasi per longitudinem dimidiæ pedis et perforavit Venam organalem colli ejusdem.*

\* Vide supra *Organalis*.

\* **VENABULA**, Canes venatici. Charta Hugon. reg. ann. 990. inter Instr. tom. 8. Gall. Christ. col. 489 : *Leodie quoque silvæ venationem, sicut antecessores ejus visi sunt habuisse, eidem sanctæ matri ecclesiæ habere concedo, ejusque Venabula per eam sine dilatione currere cunctis diebus auctore. Vide Venabulator.*

**VENABULATOR**, nude, in Gloss. Arabico-Lat. qui venabulo utitur, venator. [\* Schol. MS. ad Statii Achil. lib. 1. vers. 165 : *Venator, quasi Venabulator, a venatione scilicet qua bestias perimit.* Maius in Gloss. novo.]

\* **VENALICUM**, *Quicquid vendi potest*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613.

1. **VENALIS**, Spiculum venatorum, venabulum. Vita S. Samsonis Episc. Dolens. lib. 1. cap. 16. in Actis SS. Ord. S. Bened. : *Vidit Theomacham.... Venalem in manu tenentem, ac silvas veloci cursu volucritantem.* Adde cap. 27. At cap. 29. *Trisulca lancea dicitur.*

¶ **VENALIS**. Forum venale, in quo res venales exponuntur. Consuet. Pamiens. ann. 1212. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 831 : *Item, in Dominicis diebus nullum fiat forum Venale de cetero, etc.*

\* 2. **VENALIS**, Venationi idoneus. Charta ann. 1464. inter Probat. Hist. Autissiodor. pag. 172. col. 1 : *Deferendo supra pugnum suum accipitrem sive avem Venalem.* Dicitur præterea de animali, quod quis venari potest, in Charta Nic. Andegav. episc. ann. 1289. ex Chartul. priorat. de Guilco fol. 59. rº : *Poterunt dictus prior et ejus successores et eorum servientes venari ad cuniculos et lepores et alia Venalia parva, cum voluerint.* Vide *Venaria* et mox *Venatilis*.

\* **VENALE PASNAGIUM**. Vide supra *Pasnagium*.

¶ 1. **VENALITAS**, Venditio, nundinatio, a Gall. *Venalié*. Bulla Martini I. PP. inter Libert. Monast. S. Amandi : *Et qui electus fuerit (abbas) sine dolo vel Venalitate aliqua ordinetur.* Charta Henrici I. Fr. Reg. ann. 1052. apud Stephanot. in Antiquit. Bened. MSS. Claromont. pag. 345 : *Absque omni Venalitate et mmere instituitur.*

\* 2. **VENALITAS**, Mercatura, negotiatio, Gall. *Commerce*. Vita S. Guidon. tom. 4. Sept. pag. 42. col. 2 : *Multis ambagibus tandem ad id perventum, ut Venalitatem et mercaturam suaderet.* Vide *Venaliitaria*.

¶ **VENALITIARIA**, Mercatura. *Venaliitariam exercere*, apud Ulpian. Digest. lib. 32. tit. 1. leg. 73.

¶ **VENALITIARIUS**, Σωματέμπορος in Gloss. Lat. Gr. Occurrit non semel in Digest. de Verbor. significat. leg. 207. et lib. 14. tit. 4. leg. 1. etc.

**VENAPES**, Læna. Vide *Galnabis*.

¶ **VENARI**, pro Piscari. Charta Roberti Comitis Arverni. ann. 1284. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 134 : *Volentes quod molendinum eorumdem abbatum edificatum, et exclusa dicti molendini, et vorticæ contiguæ dicto molendino remaneant salva eisdem abbati et conventui,.... retento etiam nobis et nostris omni usu Venandi in dictis vocibus.* (Legendum vorticibus.)

**VENARIA**, Animalia, quæ in silvis venatu capiuntur, ex Gallico *Venerie*. Leges Kanuti Regis cap. 108. et Leges Edwardi Confess. cap. 35 : *Et omnis sit venatione sua dignus in nemore, in campo, in dominio suo, et abstineat ab omnibus Venariis Regis, ubicunque pacem eis habere voluerit super plenam vitam et forisfacturam.*

¶ **VENARIÆ AVES**, Venaticæ. Conc. Aptense ann. 1365. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 333 : *Item etiam ordinavimus auctoritate hujusmodi concilii, ne nostrum aliquis histriones seu mimos habeat, nec canes, seu aves Venarias habeat ullo modo.*

1. **VENATICUM**, inter tributa recensetur,

in Charta Lotharii Imper. ann. 840. apud Chiffletium in Trenorchio pag. 265.

\* 2. **VENATICUM**, perperam pro *Venaticum*, Vini penns, suppeditatio. Charta Caroli C. ann. 870. tom. 8. Collect. Histor. Franc. pag. 629 : *Constituimus ut omni anno de nostro dominico dentur ad Venaticum S. Medardi vini modia cxx.* Vide *Venaticum*.

\* **VENATILIS**, Dicitur de fera, quæ venatu capitur, ut supra *Venalis* 2. Charta ann. 1353. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 589 : *Apri, cervi et alia animalia Venatilia dictæ forestæ nostræ.* Vide in *Venatio* 1.

1. **VENATIO**, Jus venandi. Charta Fridrici I. Imp. ann. 1175. apud Guichenonem in Episcopis Bellicensib. : *Ripaticum, aquaticum, pascua, piscationes, Venationes, silvas, etc.* Vide Justellum in Historia Turenensi pag. 103. [et infra *Venatura*.]

**VENATIO**, Ferina, feræ ipsæ, quæ inter venandum capiuntur aut interficiuntur : Gallis *Venaison*. Charta Ottonis Comitis Viromandensis, apud Hemeræum in Augustia Viromand. ann. 1025 : *Eo tenore, ut bannum et latronem, corvicias, curruccias, silvæ hajas ad capiendam Venationem ulterius non persolvant, nisi unum denarium, et unum panem, et unum sectarium avenæ.* Matthæus Paris ann. 1135 : *Sicut Rex Henricus fecerat, qui singulis annis eos implacitaverat, si vel Venationem cepissent in silvis propriis, etc.* Charta Joan. Regis Angl. pro Forestis ann. 1215 : *Nullus de cætero amittat vitam, vel membra pro Venatione nostrâ; sed si aliquis captus fuerit et convictus de captione Venationis, graviter redimat, si habeat, unde redimi possit.* Vitæ Abbat. S. Albani : *Obvium habuit quendam ministrum Domini Abbatis,.... ferentem Venationem, quam pro xenio idem serviens... afferebat.* Ita apud Bromptonum pag. 803. 1024. Vita S. Fructuosi Archiepisc. Bracarenensis n. 4 : *Cum enim vidisset super unum rupis gradum in oratione prostratum, existimans in rupe esse Venationem, tetendit arcum, etc.* Gariopontus lib. 5. Passion. cap. 12 : *Ex volatilibus, attagenes, unates, perdices, ficedulas, et omnes Venationes, lepores, capreas, et alia agrestia omnia.* [Adde Legem Salicam tit. 35. § 1. et Chartam ann. 1231. apud Miræum tom. 1. pag. 750. col. 2.] Le Roman de *Vacces* MS :

Mout aura grant planté de char et de poisson,  
De sangliers, de cers, et autre venoison.

[Vetus Poëta MS. e Bibl. Coislin. nunc Sangerm. :

Sire alez chacer en mon parc  
O chiens, o reseau et o arc :  
Alez chacer à Venoison  
Que à grant planté en avon.

Le Roman d' *Athis* MS :

N'est maniere de Venoison  
Dont il n'y ait à grant foison.]

\* 2. **VENATIO**, Auctio, Gall. *Enchere, encan*. Charta ann. 1319. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 343 : *Quod quicumque bona et jura immobilia..... emere vellent,.... prout vellent, dicerent et offerrent coram illis, qui ad recipiendum dicas seu oblationes hujusmodi..... fuerant deputati..... Ad di-*



ctorum bonorum venditionem, Venationem et concessionem etc. Rursum occurrit hæc vox in Ch. seq.

**VENATIONES**, Exactiones. Charta Caroli III. Imper. apud Cælestinum et Ughellum in Episcop. Bergomensib. : *Et quia ipse Præsul... nostræ innotuit mansuetudini, quod quædam Venationes publicæ ex injusta et contra omnes leges inventa consuetudine in quibusdam Comitatus vel ministeriis publicis a nostris exactoribus annuatim exquirantur, etc. Mox : Jubemus, ut nullus sub regno nostro constitutus,.... in quibuscunque comitatibus vel ministeriis publicis ullas hujusmodi exactiones, aut alias quaslibet annuales donationes exigere... audeat, etc. Eadem habentur in Charta Ludovici Imper. ann. 901. ibidem. Vide *Arbustariæ*.*

\* Præstationes annuæ seu munera ex feris venatu captis, unde nomen, oblata. Formul. literarum pro mittendo exenio venationis in Cod. reg. 4189. fol. 12. r<sup>o</sup> : *Vos requirimus..... districtius injungentes, quatenus Venationis exenium (ut moris est) sic devote sicut honorifice in proximo futuro festo Nativitatis Dominicæ nobis pro Romana ecclesia faciatis,..... ita quod quinque diebus ante festum Nativitatis prædictæ dictum exenium vestro nomine coram nostra præsentia præsentetur. Infra : Etenim Venationis in festivitibus Nativitatis et Resurrectionis Domini.*

**1. VENATORES**, quatuor principales olim fuere in Palatio Regum Francorum, ut est apud Hincmarum de Ordine Palatii cap. 16. et 24. [Capitul. de villis Caroli M. cap. 47 : *Ut Venatores nostri, et falconarii, vel reliqui ministeriales, qui nobis in palatio assidue deserviunt, etc. Epist. ejusd. Caroli ad Pipinum Reg. Ital. tom. 1. Capitul. col. 461 : Pervenit ad aures nostras quod aliqui Duces et eorum juniores, Castaldii, Vicarii, Centenarii, seu reliqui ministeriales, Falconarii, Venatores, etc.] *Matre Veneur de nostre venerie, qui de son droit doit estre maître de nos forestes, in Statuto Caroli V. Regis Fr. ann. 1375. Vide Chartam Henrici Imper. ann. 1014. apud Ughellum tom. 4. pag. 1008.**

**VENATOR**, Minister publicus, qui scilicet Dominicæ venationi præest, cuique eo ipso procuraciones a subditis exigere licebat. Charta Rainardi, Senonensis Comitis ann. 1164. ex Tabular. S. Germani Paris. : *Nullus Judex publicus vel Venator, seu ministerialis noster, ad freda aut tributa exigenda, vel homines in ea commanentes distringendos, aut mansiones vel paratas faciendas, vel teloneos tollendos, aut rotaticum vel pedaticum, seu stratum vel pastum Venatorum et canum accipiendum, aut barrum, aut raptum vel incendium, seu aliquam retributionem in eum ingredi audeat.*

\* **2. VENATORES**, Feræ ipsæ, quæ inter venandum capiuntur aut interficiuntur. Charta ann. 1313. in Reg. 52. Chartoph. reg. ch. 207 : *Tradderunt..... pro franco allodio honorem in parahone,..... absque omni retenemento, præter astois et scapulas Venatorum. Vide in Venatio 1.*

\* **VENATORIA**, Venatus, Gall. *Venerie*, officium in aula regia. Memor. D. Cam. Comput. Paris. fol. 160. r<sup>o</sup> : *Philippus de*

*Courtguilleray, magister venator Venatoriæ domini regis institutus in dicto officio per litteras ipsius dom. regis. Vide infra Veneria.*

**VENATORIUM**, Ferratorium, vel ferramentum, vel locus venandi, Ugutioni. Papias : *Venatorium dicimus ferramentum, venaticum vero canem.*

**VENATORIIUM EXERCITIUM**. Eginhardi Annales ann. 819 : *Venatorio quoque exercitio more solenni ibidem (in Arduenna) exacto,.... revertitur. Vide Vitam Ludovici Pii ann. 831. et quæ adnotamus in v. Fo-reste.*

† **VENATURA**, Jus venandi. Charta Roberti Abbatis S. Joannis Laudun. ann. 1230 : *Custodiam autem dicti bosculi et forrifacta ad ipsam custodiam pertinentia, cum Venatura ejusdem bosculi dictus Thomæ vel heredes ipsius extra partem habeant. Vide Venatio.*

† **VENATUS**, Venosus, venis distinctus, Gall. *Veineux*. Acta S. Leonis I. PP. tom. 2. April. pag. 21 : *Corpus S. Leonis conditum erat in capsâ lignea quæ continebatur inter nobilem et pulcrum tumbam... expolitis et Venatis marmoribus albis insigniter exultant. Acta S. Cassii tom. 5. Jun. pag. 490 : Et ita perventis ad urnam lapideam, Venatum colore albo et rubeo, iutus altare novum firmatum.*

**1. VENDA**, VENTA, VENDITA, VENDITURA, etc. Teloneum, quod præstatur pro quibusvis mercibus, quæ in foris ac nundinis venduntur.

**VENDA**. Tabularium Angericense fol. 62 : *Illic etiam guerpivit querimoniam, quam faciebat de Venda S. Joannis. Nam prius dicebat debere sibi reddi Vendam ab omnibus, quicunque et undecunque venissent ad mercatum, sive ad nundinas, etc. Tabularium Burguliense : Pro incendio, pro teloneo, id est, Venda, etc. Charta ann. 1092. apud Beslium pag. 496 : Terram ante ipsam Ecclesiam positam ad burgum faciendum, in quo nec Vendam, nec pedagium, nec aliquam consuetudinem retinemus; sed ita libere et absolute donamus, ut si habitatores ipsius pagi ad castrum res suas vendere perrexerint, Venditio tantum consuetudinaria ab eis accipitur, et nulla vis alia, vel injuria, vel volta inferatur. Regestum Castri Lidi in Andibus fol. 24 : De burgo monachorum die mercatus Comitibus, vel die ferie, omnibus Venda vel consuetudo hominum monachorum erit Comitibus. Consuetudo municipalis Bellaici in Pietonibus in Regesto Inculism. : Comes habet Bellaici Vendas et pedagium, et qui retinuerit, de gagio debet 4. sol. sed miles non debet pedagium, neque Vendas. [Tabul. S. Albini Andegav. : Adde etiam decimas... Vendarum nearum et censuum et furnis mei dominici. Vendæ forenses, apud Baluz. tom. 12. Miscell. pag. 201. Iis adde Acher. tom. 6. Spicil. pag. 458. Instrum. tom. 2. Gall. Christ. novæ edit. col. 88. 285. 334. 344. 444. 468. Marten. tom. 1. Anecd. col. 646. 647. 649. Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 260. etc.]*

**VENTA**. Charta Isenberti Pictavensis Episcopi ann. 1060. apud Chiffletium in Hist. Treorchiensis pag. 320 : *Ventas etiam, quas Teloneum dicunt, de diversis*

*quibuslibet rebus, singulis dominicis diebus; a primo signo, quo vespertina diei Sabbat pulsatur hora, usque ad finem sequentis dominici diei, et eo modo per singulas B. Petri festivitates, et ante festivitatem B. Joannis Baptistæ, die, quæ Mercurii nuncupatur, supradictis monachis liberaliter valde contradidit. Alia Guidonis Dom. Virgiaci ann. 1169 : Simul etiam hoc concessimus, at nunquam in terra mea alicubi ab ipsis fratribus Cisterciensibus Venta, vel pedagium, aut aliqua consuetudo, quæ a secularibus solent accipi, requirantur. [S. Bernardus in Epist. 426. tom. 1. col. 377. edit. ann. 1690 : Statutum est de mercatoribus qui vendunt in domibus suis quod a quindecim in quindecim dies, vel a mense in mensem, teloneario Episcopi Ventas reddent, si quisite ab eis fuerint. Charta Fundat. Monast. de Aceio : Gerardus de Strabona dedit Deo et B. Mariæ Acei vendere, emere in foro Strabonæ sine Venta. Teloneum Episcop. Autissiod. : De Venta alutarii. Duodena alutarii venditi debet IIII. denarios.] Vide Histor. Virgicensem pag. 78. Statuta S. Ludovici lib. 1. cap. 58. [Ordinat. Reg. Franc. tom. 4. pag. 387. Instrum. tom. 4. Gall. Christ. novæ edit. col. 186. 198. 650. etc.]*

† **VENTA REDDITUS**, Eodem intellectu, in Charta Communis Clarimontis ann. 1248. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 5. pag. 601 : *Si quis redditum Ventæ abspertavit, nec sicut jus, persolverit, dix solz tenebitur persolvere pro emenda.*

† **VANTA**, in Charta ann. 1299. ex Tabular. S. Benigni Divion : *Item super eo quod petebat nobis idem conventus quatuor libras Viennenses annui redditus pro pitancia faciendâ quolibet anno in festo Conceptionis B. M. V. percipiendas in Vantis nostris de Divione... Nos de consilio bonorum virorum concordavimus nos unanimiter in hunc modum quod dictæ quatuor libræ quolibet anno super dictis Vantis nostris persolventur.*

**VENDITA**. Formulæ veteres incerti Auctoris cap. 45 : *Nullus quilibet de judicaria potestate vestra, nec Missus noster nulla telonea, nec nullas Venditas, nec rodaticum, nec foraticum, nec pontaticum, et, sicut dixi, nullum quælibet telonea, nec Venditas ejus in nullo exactore præsumatis.*

**VENDITURA**. Charta Alani Episc. Autissiodorensis apud Sammarthanos : *Si bestia, vel aliquid ibi venditur, Vendituræ sunt Episcopi a duodecim nummis.*

**VENDITIO**. Tabularium S. Crucis Talemondensis fol. 3 : *Si homo S. Crucis vendiderit bovem, vel vaccam, aut aliquam aliam pecuariam in toto honore meo, non reddat Venditionem, nisi S. Crucis, et ejus Abbati. Si in publico mercato vendiderit, tantummodo ibi Venditionem reddit. [Charta Mathildis Comit. Nivern. ann. 1244. inter Instr. tom. 4. Gall. Christ. novæ edit. col. 103 : Liberæ sint et innunes ab omni pedagio, leidis, Venditionibus, emtionibus, et ab omnibus exactionibus quibuscumque.]*

**VENTARIUS**, VENDARIUS, Qui ventas recipit. Charta ann. 1227. apud Perardum in Burgundicis pag. 531 : *Si aliquis pedagium, vel ventas extra villam Sinemuri absque consensu pedagiarii, vel Ventarii, por-*



taverit, 60. solidis emenlabit. Alia Aimerici Vicecomitis Castri Airaldi ann. 1109. ex Tabular. S. Dion. de Valetta : *Ut neque ego, neque successores mei, neque prepositus, neque Vendarius, neque telonearius, neque portarius, sive aliquis ministrorum nostrorum imponant eis bellum, sive igniti ferri iudicium, aut aquæ, sine legitimo testimonio.*

¶ Eadem, ut videtur, notione vox *Ventier* occurrit in Litteris ann. 1348. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 3. pag. 250. et *Vendier*, in Charta Geraldii Abbatis Angeriac. ann. 1385. ex Chartul. ejusd. Monast. : *In festo O. SS. debet prior de Muronio carnes unius bovis, prior de Neyriaco carnes unius bovis,.... li Vendiers dimidium bovent, prior de Carboneris dimidium porcum.*

2. **VENDA, VENDITIO**, Quod præstatur domino feudali pro distractionis sui venditionis prædii facultate. Consuetudines Bellaici in Pictonibus ex Regesto Inculimensi : *Debet reddere de nummis illis Vendas domino feudi; sed mutagium debet esse burgensium.* Tabularium Vindocinense Thuanum Ch. 20 : *Ipsius terræ Vendas sex solidos et 8. denarios Archembaldus Præpositus recepit.* Charta Fulconis Comitis Andegavensis ex Tabulario Bellilocensi : *Quicumque autem infra prædictum alodium aliquid vendiderit, cuiuscunque ordinis aut dignitatis sit, Vendas vel costumus persolvat secundum consuetudinem loci.* [Charta Edwardi I. Reg. Angl. ann. 1289. apud Rymer. tom. 2. pag. 425 : *Ita quod quilibet predictorum.... ad solvendum pro rata portioni in mutatione domini, ex utraque parte, et etiam Vendas seu acceptamenta, si contingat vendi aliquam medietatem de rebus predictis.... teneatur.*] Libertates Oppidi Fezeusagueti ann. 1294 : *Non debent habere seu recipere Vendas pro laudimio venditionis.* Libertates Vicecomitatus Leomanie : *Que tot gentiu posca vendre et alienar de sos bens, ou à lui plaira, sens pugar Vendas, ni acaptes, ni nul autre degat, etc.* Libertates Villæ de Perusa ann. 1260. apud Thomasserium lib. 1. de Consuetud. localib. Bituric. cap. 66 : *Qui sua meson vendera, deru de 20. sol. 12. den. de Vendes, etc. Ventes, in Consuetudinibus municipalibus passim. Vide Laudes in Laudare 4. et Muta 2.*

**VENDITIO**, Eadem notione. Tabularium Majoris Monasterii Ch. 32 : *Et quia emptio sua erat, poterat eum dare, cui volebat, sine ulla contradictione. Sed quia census inolini ipsius Nikardi erat, iustum erit, ut inde Venditiones haberet, quas et in eodem placito recepit.* Charta Theobaldi Episc. Ambian. ann. 1175. in Tabular. Eccl. Ambian. : *Si de possessore ad alium possessorem possessio transierit, dabunt de Venditione de singulis solidis unum denarium.* Tabularium Vindocinense Ch. 63 : *Pro Venditionis auctoramento auri unciam unam accepit.* [Litteræ Philippi Aug. Reg. Fr. ann. 1186. tom. 4. Ordinat. pag. 15 : *Eorum quilibet res suas, si vendere voluerit, vendat; et redditus Vendicionibus suis, etc.*] Charta Philippi V. Regis Fr. ann. 1310. pro Libertatibus Oppidi Bastidæ in Petragoricis, ex 47. Regesto Tabularii Regii n. 38 : *Item*

*de quolibet solo de quinque cannis vel unatis lato amplitudine, et 12. in longitudine, habebimus ex denariis, obliarum tantum et secundum magis et minus in festo omnium Sanctorum, et totidem de acceptamento in mutatione Domini; et si vendatur, habebimus ab emptore Venditiones, scilicet duodecimam partem pretii, quo vendetur.*

¶ Ex his aliisque colligitur vocabis *venda* et *venditio* idem sæpius significari, tametsi aliquando distinguuntur, ut in Charta Hervei Trecentis Episcopi ann. 1211. ex Chartul. Campan. fol. 170 : *Dedit etiam ei octo libras census.... cum laudibus et ventis et Venditionibus et cum justitia pertinente uod censum.* Ubi haud scio an idem sit quod *Venterolles* in Chartul. Latiniac. fol. 242 : *Quiconques vent terres, heritaige ou possession en lu terre S. Pere, conté et seigneurie de Laigny, il doit pour chacune livre vingt deniers Tournois et l'acheteur autant pour lots et ventes; et si le vendeur a argent franc, sont deubz en oultre Venterolles.* Charta ann. 1520. ibid. fol. 247. vº : *Ceste prinze faicte tant uoiennant douze deniers Tournois de menu cens portant loz, ventes, Venterolles, saizines et amendes quant le cas y escherra.* Hæc confer cum Glossario Juris Gallici v. *Venterolles*.

**VENDIDA**, Pactum inter Raimundum Guillelmi Episcopum Nemausensem, et fratrem ejus Bernardum-Guillelmi ex una parte, et Guillelmum D. Montispessulani ex altera ann. 1103. 9. Kl. Febr. : *Ab hac die in antea non erit factus furnus in toto Montepessulano, nec in domo, nec in terra, in qua dominus Montispessulani habet censum, vel Vendidam sine consilio Domini Montispessulani.* [Vendendam edidit D. Brusel tom. 2. de Usu feud. pag. 728. Charta ann. 1113. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 388 : *In quo (furno) habebat Bernardus Vendidas suos, si venderetur, et concilium, si impignoraretur.* Charta ann. 1253. ex Tabul. S. Andr. Avenion. : *Volunt prætereā quod dictum monasterium seu ecclesia dicti loci habeat in tota dicta villa seu ejus territorio Vendidas, laudinia omnium rerum venalium seu quarumcunque possessionum.*]

¶ **VENDITA**, Eodem intellectu, in Charta ann. 1182. ex Chartul. Vallis B. M. diœc. Paris. : *Guido de Meri (habuit) iv. lib. pro suis Venditis.*

¶ **VENTA**, Pari significato. Charta ann. 1250. ex Tabul. S. Clodoaldi : *Ipsæ et successores ejus tenebant imperpetuum prædictas vineas ad opus capellanie prædictæ et nunc in manu mortua,.... ita tamen quod quilibet successorum suorum.... solvet nomine Ventarii seu revestituræ dictis Decano et Capitulo xvi. solidos Paris.* Ibidem : *Salvis tamen dictis Decano et Capitulo Ventis, si res prædictas vendi contingat et laudationibus.... que competit eis ratione censivæ secundum consuetudinem Franciæ.* Charta ann. 1252. ex Tabul. S. Nicasii Rem. : *Item habebit investituræ et Ventis ratione fundi.* Charta ann. 1041. ex Tabul. Trenorchensi : *Ipse dominus (Abbas) percipiet banna, Ventas et laudinia.* Adde Hist. Paris. Lobinelli tom. 5. pag. 698. col. 2.

3. **VENDA**, in re forestaria. Charta Henrici Dom. de Soliaco et Aanoris Comitissæ

Procarum ann. 1240 : *Item sciendum est, quod Venda, quam fecit Comitissa uxor nostra, mater dicti Joannis Odoni Fletart de nemoribus de Sorel remanet nobis; et Venda, quam ipsa Comitissa facit de hages de Beu, et Venda, quam fecit Dionysio de Bosco Regis, et sociis suis remanet nobis similiter libere et quiete. Levata tamen venda de Sorel et de Beu, et Venda facta dicto Dionysio et sociis suis, omnia illa nemora, quæ pertinent ad Custellaniam de Drocis, nobis et dicto Johanni communita remanebunt.... Poterimus etiam vendere partem dictorum nemorum nos et dictam Comitissam contingentem, loco et tempore, quando nobis viderimus expedire, et dictus Johannes debet laudare Vendam factam a nobis, nec contra ipsum veniet ullo modo.*

¶ Ubi *Venda* est *Venditio* seu cæsura cæduæ silvæ, Gall. *Vente*, vel *Coupe de bois*, ut *Venta* in sequentibus. Charta ann. 1230. ex Chartular. Campan. fol. 360 : *Nec nos dimittimus propter hoc Ventam nostram in nemore quod fuit defuncti Hugonis de Cornillon; sed durabit dicta Venta, nostra ab instanti festo S. Remigii in duodecim annos completos; nec nos poterimus aliam Ventam facere in grueria dicti Comitissæ, vel in nemore magno sito infra fossata terminalia abbatiæ nostræ infra decem annos dictæ Ventæ dom. Comitissæ supradicti, nisi infra illos decem annos contigerit dictum Theobaldum Comitem amovisse illam quartam nemoris.* Charta Auberti Abbatis Castricii ann. 1239. ibid. fol. 342. col. 2 : *Habebimus plana passiva in dictis nemoribus dom. Regis Navarræ, excepto panagio et Venta nemoris quæ, quando scinditur, durat per quinque annos ad usum terræ suæ.* Testam. Philippi Comit. Bolon. ann. circ. 1235. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 988 : *Et vendantur per successores meos tali modo quod non uxor mea nec heredes mei possint aliquid vendere in prædictis nemoribus, donec dicti executores perceperint integre in Ventis factis de dictis nemoribus summam supradictam.* Charta S. Lud. Reg. Fr. ann. 1249. ibid. col. 1043 : *Prætereā dedi et concessi in puram elemosinam pro abbata prædicta fundanda duo millia librarum Tironensium, quas assigno super Ventas omnium nemorum meorum de S. Aniano, et de tota castellaniam, volens et præcipiens quod prædicta nemora ponantur in Ventam, etc.* Charta ann. 1390. ex Tabul. Sangerm. : *Deinde ibunt super locis contentiosis ad dictum Ventam faciendam.* Hinc *Ventiers* dicuntur Saluarii emtores. Charta ann. 1577. tom. 2. Chartul. Gemetic. pag. 58 : *A la charge dudit bois bien et deument user, vuïler et nettoyer à telles et semblables charges et subjections que les marchands Ventiers de ladite forest ont accoustumé user leurs Ventes.* Vide *Vendere*.

¶ **VENDITIO**, Eadem notione. Charta ann. 1255. ex Tabul. B. M. de Josaphat : *Concessimus totum jus quod habebamus in tertia parte Venditionum nemoris de bosco S. Martini in territorio de Fresneio Comitissæ.*

\* Unde *Venditor*, qui silvam cædit, in Charta S. Ludov. ann. 1246. ex Tabul. S. Albini Andegav. : *Cum gentes nostræ forestam Valleie in illa parte, quæ ballivia S. Remigii dicitur, vendiderint, et abbas et*



monachi S. Albini Andegavensis ad praesentiam nostram accesserint super hoc conquereutes et asserentes, quod in illa parte foreste asagium suum habent; nos Vendam cessare et Venditores extinde jussimus amoveri.

\* 4. **VENDA**, Charta clientelaris professionis, a domino feudi, *Vendis* acceptis, approbata, in qua feudi limites et conditiones declarantur, vel ejusdem Chartae ad causae probationem exhibitio. Arest. parlam. ann. 1331. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 96 : *Dicebat dictus miles possessionem certorum juriam et deveriorum certorum locorum riongii maris, de quibus locis Venda facta fuerat.... Dicto milite petente dictas altas voariam et justitiam dicti burgi ville d'Esnaude, prout inde mostra seu Venda facta fuerat.* Vide *Venda* 2.

\* 5. **VENDA**, Quidquid pecunia emitur, Cibaria, quae venduntur. Leg. Alph. III. reg. ann. 1251. tom. 1. Probat. Hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 53 : *Item quicumque ambulaverit et venerit ad aliquem locum, abi ei nolaerint dare Vendam, vocet duos homines bonos, qui apprecientur illud, quod voluerit comparare pro ad comedendum, etc.*

**VENDAGIÆ**. Vide *Wandangiæ*.

¶ 1. **VENDAGIUM**, Venditio, Gall. *Vente*. Charta Theobaldi Comitis Campaniæ ann. 1229 : *Et quia hoc movebat de meo feodo, ego illud Vendagium ad preces dicti Milonis vili et laudavi.* Charta Nicolai Episc. Noviom. ex Tabular. Compend. : *Vendidit dom. Odoni de Yveri militi 11. bovarin terre... ea conditione quod... nb instanti tempore Vendagii facti, etc...* Eodem statu in quo dicta terra vendita erat ante Vendagium factum ponere... Tam pro venditionibus dicti Vendagii non solutis. Memoriale D. Cameræ Comput. Paris. fol. 57. vº : *Officium Vendagii alecium et piscium. Vendagium vini, in Charta Communie Clarimontis ann. 1248. tom. 5. Ordinât. Reg. Fr. pag. 600. Charta ann. 1272. ex Chartul. Campan. f. 260. vº : Et cist Vandages fu fez por lou pris de 1xx. livres quites. Et ce Vandage ladite Heluiz et lidiz Jehans ces filz ont otroié et creanté par devant nous, in Charta ann. 1258. ibidem fol. 373. vº. *Vendaige*, eadem notione, ut videtur, in Statutis Scabin. Maceriar. ad Mosam : *Et supposé ores que en une seule lettres sous ung seul scel soient contenus un Vendaige, la reprise dessus, et le vendaige, etc.**

\* Nostris alias *Vendage*. Charta ann. 1292. ex Tabul. S. Joan. Laudun. : *Ceste covenance et cest Vendage nous avons fait etc.* Pluries occurrit in Ch. ann. 1339. ex eod. Tabul. *Vendaige*, in alia ann. 1293. ex Tabul. eccl. Camerac. *Vendagne*, eodem sensu, in Lit. ann. 1368. tom. 5. Ordinât. reg. Franc. pag. 135. art. 36.

¶ 2. **VENDAGIUM**, Idem quod supra *Venda* 2. Vide in hac voce. Charta ann. 1222. ex Tabular. Bethun. fol. 25. vº : *Pro hoc autem Vendagio excambium habeo apud Hersin quantum ad honagium meum pertinet.* Alia ann. 1226. ibid. fol. 40 : *Relevia, terraram Vendagia, placita, etc.* Et fol. 41 : *Lx. sol. pro relevio, lx. de Vendagio.* Tabul. Montis S. Eligii ann. 1284 : *Dicta vero ecclesia Montis S. Eligii a solu-*

*tionem redditus annui unius denarii et trium solidorum pro relevio sea Vendagio ratione menciadate terræ.* Rursum : *Balduinus et Gilota se obligaverunt ad observationem Vendagii cuiusdam prati a nobis empti.... Concedunt Vendagium mansi Petri le Veske.*

¶ 3. **VENDAGIUM**, Vendemiarum tempus, Autumnus. Litteræ Ricardi II. Reg. Angl. ann. 1386. apud Rymer. tom. 7. pag. 542 : *Quia inimici nostri se parant et ordinant supra mare, cum maximo navigio et potentia armatorum, celerrime proficisci, ad mala quæ poterant, navigio regni nostri versus Burdegaliam, contra proxima Vendagia transituro, inferendum, sicut sumus pro certo informati.... Qui naves illas ad partes Vasconie, contra Vendagia predicta mittere vel ducere intendunt.* Litteræ Henrici V. ann. 1413. apud eundem tom. 9. pag. 47 : *Quia diversi inimici nostri supra mare, cum diversis navibus... saltem pro presenti Vendagio transitoris, etc.* Vide *Vindagia*.

¶ **VENDARIUS**, *Vendarum* exactor. Vide *Venda* 1.

¶ **VENDEDA**, ut *Venda* 2. Vide in hac voce.

¶ **VENDENIÆ**, ita scriptum pro *Vindemiæ*, in Necrolog. Monast. S. Petri de Casis, a vulgari *Vendenies*, eadem notione : *Donavit unam paucam vini singulis Dominicis a festo Paschæ usque ad Vendenias.* Vide *Vendiniæ*.

\* Nostris alias, pro *Vendange*, *Venange* et *Venenge*; unde *Venangier* et *Vengier*, pro *Vendanger*, *Vindemiare*, dixerunt. Consuet. Bitur. ex Reg. Cam. Comput. Paris. fol. 117. rº : *Quiconques loe son cheval à vin ou Venange mener à Bourges, il doit des Venanges à la S. Martin de chacun cheval, deux deniers Par. pour toute l'année.* Charta ann. 1331. in Chartul. Arreinar. ch. 32 : *Porront lidiz sires et sa femme Venangier en leurs dites vignes, toutesfois que il leur plaira, sanz tenir ban.* Libert. villæ de Tannay ann. 1352. tom. 6. Ordinât. reg. Franc. pag. 61. art. 11 : *Pourront Venengier toutesfois qu'il leur plaira, et mettent la Venenge là où il leur plaira.* *Venoinge* et *Venoingier*, eadem acceptione, in Libert. villæ de Aanois ann. 1304. ex Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 346 : *Li autres qui ont et auront vignes, pourront Venoigier ou faire Venoigier leur vignes, charroier la Venoinge, faire leur vins, si comme il voudront, poarront Venoingier.* *Venoige*, in Codic. Hugon. V. ducis ann. 1315. inter Probat. tom. 2. Hist. Burg. pag. 156. col. 2 : *Quittons..... quarante muix de vin..... à pnnre..... ou temps de Venoige an nostre cloux de Chenoves.*

¶ **VENDERE**, in re forestaria est *Cædere*, Gallice *Exploiter*. Vide *Venda* 3. Charta Roberti Rotomag. Archiep. ann. 1217. tom. 6. Spicil. Acher. pag. 471 : *Item concessimus ob amorem D. Regis quod quumdiu Vendi faciet grossum et magnum nemus Novicnstri et Laciaci, cum minuto sub eo existente, censarii nostri de Alier-mont non ibunt ad Vendendum nemus apud Novum-castrum.* Charta ann. 1229. ex Chartul. Campan. fol. 398. vº. col. 2 : *Salvo quod illo nemore nullus potest Vendere vel essartare, nisi de mea voluntate et de Venda quæ fiet in illo nemore de licentia*

*mea pro essartare; vel sine essartare et illo nemore quod Vendetur ad essartandum et de omnibus Vendis antedictis, ego reddam Comiti Carnotensi terciam partem bona fide sine malo ingenio.*

¶ **VENDERE**, Locare, Gall. *Affermer*. Litteræ Caroli V. Reg. Fr. ann. 1366. tom. 4. Ordinât. pag. 678 : *Quod dicti Consules possint et valeant Vendere pondus farine et bladi, et quod nemo ponderare habeat, nisi in domo communi... Quodque possint quas-cunque alias impositiones inter ipsos facere, imponere et ordinare, pro subventionibus regis persolvendis,.... et ens Vendi facere, prout eis melius videbitur, absque nostro prejudicio.*

¶ **VENDERE SUB CORONA**, apud Eddium in Vita S. Wilfridi sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 695 : *Cogitans... sodales suos omnes spoliatos aut in servitum redigere, aut Vendere sub corona, seu rebellentes occidere.* Præfat. ad Chartul. Aganonis ex Tabul. S. Petri Carnot. : *In cupiditate ductos sub irrevocabili corona Vendebat.* Ubi respicit ad ritum servos vœnum exponendi, qui tunc ramum gestabant in capite. Vide in *Servus*.

\* **VENDERE AD NOCTES**, quid sit, docent Lit. remiss. ann. 1354. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 267 : *Certas res seu pignora dictus exponens Vendiderat ad noctes, sic videlicet, quod si ipsa pignora idem conquerens non redimeret infra certum tempus, juxta consuetudinem loci, ipsa amplius rehberere non possit.*

\* *Vandre* vero vel *Vander*, pro *Bander*, *Extendere*, Gall. *Tendre*, *allonger*, sonat in aliis Lit. ann. 1476. ex Reg. 195. ch. 1647 : *L'un d'eulx estandi ou Vandi sa jambe senestre etc.*

¶ **VENDESIA**, Piscis genus, Gall. *Vendoise*. Regest. Olm ann. 1273. fol. 195. vº : *Pro ea (sergenteria) tenebatur Regi reddere omnes Vendesias quas ibi capiebat.*

¶ **VENDUTA**, Forum aut locus ubi merces venduntur. Miracula B. Simonis de Lipnica tom. 4. Jul. pag. 563 : *Matre jam nominata ipsius pueri eundo ad Vendetnum cum rebus venalibus, quibus victum suum querebat.*

\* **VENDIBILIS PASTURA**. Vide supra *Pastura vendibilis*.

¶ **VENDICIA**, Venditio, Gall. *Vente*. Charta ann. 1243. ex Tabul. S. Cornelli Compend. : *Juramento firmans quod ad hanc Vendiciam spontanea, non coacta, benignum præbebat nssensum.* *Vandue*, in Charta ann. 1239. ex Chartul. Campan. fol. 291. vº. col. 2 : *Et a fenece an nos mains que an ceste Vandae desor in avant que par li ne par autre ne reclamera nule rien.* Litteræ Theobaldi Comit. Barrensis ann. 1269. ex Tabular. S. Stephani Autiss. : *Nous Thiebaut Cuens de Bar.... loons et creantons la Vendue et le marchié que Pierre de Faax u fait au Chapitre d'Auxerre de 50. arpens de bois.*

\* **VENDICION**, Prov. *Paraseve sanctorum est*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

¶ **VENDICIUM**, Defensio, vindicatio. Gloss. Lat. Græc. : *Vendicium, ἐξδικσις, Vindicium*, in Sangerm. Vide in hac voce.

**VENDICOSI**, Ultiores, Ital. *Vindicnosi*. Chronicon Fossæ novæ : *Ann. 1186. Ind. 3.*



*surrexit quedam secta in Regno Siciliae, de vanis hominibus, qui faciebant se nominare Vendicosos, et mala omnia, quae facere poterant, non in die, sed in nocte faciebant. Ad ultimum Adinulfus de Ponte Corvo, qui fuerat Magister et Princeps hujus sectae, sententia Reguli judicatus, suspensus est, et multi alii ferro ardenti signati sunt. Horum etiam meminit Chronicon Anonymi Casinensis ann. 1185. apud Carracciolum.*

**VENDIDA**, ut *Venda* 2. Vide in hac voce.

† **VENDIER**. Vide in *Venda* 1.

† **VENDIMONIARE**, pro *Vadimoniare*, Pignori ponere. Charta ann. 1113. ex Chartul. Aptensi: *Ne possit eum castrum dare, vel vendere, vel Vendimoniare cuiquam sine absolute illorum.*

† **VENDINAE**, pro *Vindemiæ*. Tabular. Camalar.: *Unusquisque debet in meissos quartam et convivium, et in Vendinias III. eminas. Vide Vendeniæ.*

† **VENDITA**, **VENDITIO**, **VENDITURA**. Vide supra in *Venda* 1. 2. et 3.

\* **VENDITIO**, *Pernutatio*, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

† **VENDOMEISIS**. Polyptychus Fiscann. ann. 1235: *De feodo Hude tenet Beatrix Laurence in masura tres virgultas ad camparium, et reddit 18. denarios et duas Vendomeises ad festum B. Michaelis. Vide an idem sit quod Vendesia.*

† **VENDRERIA**, *Præstationis* genus: vim et originem nominis docet Charta ann. 1497. ex Schedis Præs. *de Mazaugues*: *Dominus de Monte-Meyano dicebat se esse et predecessores suos fuisse in possessione pacifica, seu quasi, exigendi singulis annis a norrigueriis averis minuti dicti castri de Monte-Meyano pro singulo grege servitium perpetuum 4. caseorum vocatum las Vendrieros pro 4. diebus Veneris mensis Maii. Infra: Testis productus.... dicit vidisse exsolvi dictas Vendrieras dicto domino, scilicet 4. caseorum pro quolibet grege, et esse in possessione illud jus accipiendi singulis annis.*

† **VEVE**. Charta Godebaldi Ultraject. Episc. ann. circ. 1122. in Batav. Sacr. pag. 138: *Eandem paludem cum terra adjacente, videlicet Vene cum proprietate, cum censu, decimis majoribus et minoribus, libere et legitime eidem ecclesiae tradimus. Belgis Ven vel Venne est locus palustris et bituminosus, vel pascuus. Vide Venna.*

\* **VEVECIPIUM**, Idem videtur quod Aucupium. Stat. monast. Beccens. MSS. ex Bibl. S. Germ. Prat.: *Venecupia, venationes et alia ludicra non exerceant (monachi).*

**VENEDONES**, *Arbusta*. Glossæ MSS.

† **VENEDORIA**. Charta ann. 1204. ex Tabul. Maimac.: *Helias de Podio domicellus... recognovit se vendidisse.... unam Venedriam, videlicet tertiam partem emine siliginis et unam quartam avenæ. An a Venda, Præstatio pro facultate in nudinis vendendi?*

\* **VENELA**, *Scmita*, via strictior, Gall. *Sentier*. Libert. Navarieriae ann. 1324. in Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 266: *In dicta calle usque ad Venelam cubitus terræ, ad quatuor denarios de censu. Vide mox Venella 1.*

\* **VENELANUS**, *Panni* species. Vetus

*scheda Thuana: Colcias venelanas paria 1. Venel, eodem, ni fallor, intellectu, in Stat. pannif. art. 8. ex Lib. rub. fol. maguo domus publ. Abbavil.: Que nul qui vende Venel, quelconques que il soit, ne fille laine, etc.*

† **VENELANUS**. Vide *Colcia* 1. et *Venellus*.

1. **VENELLA**, et **VENULA**, *Viculus*, angiportus, via strictior, Gallis *Venelle*, quod *venæ*, ut *ruga rugæ* in corpore speciem referat; alii a *venire* deducunt. Fundatio Monasterii Norvicensis in Monastico Anglicano tom. 1. pag. 408: *Quæ quidem terra S. Michaelis incipit ad caput cujusdam Venelle, quæ quondam jacuit inter cimiterium.... et mansum Fratrum Minorum. [Chron. Johannis Whethamstedii pag. 497: Compulsierant retrorsum recedere, fugereque cum dedecore ad finem Occidentalem villæ, ubi per Venellam, quæ ducit ab ipso fine versus Boream, etc. Hinc proverbium Gallicum: Enfiler la venelle.] Occurrit iterum pag. 593. et tom. 3. pag. 154. in Chron. Will. Thorn. ann. 1273. et 1367. in Itinere Camerarii Scotici cap. 39. §. 7. et apud Gul. Prynneum in Libertatib. Eccl. Anglic. tom. 3. pag. 909.*

*Venulam dixit Hugo Falcandus: Pleroque militum per congrua loca disponit: de hinc eam, qua transiturus erat, occulte prænuunt insidiis, ac sicubi forte per Venulas, (ut vulgo dicitur) in vias alias lateraliter effluebat, easdem militibus suis proinde distribuunt observandas.*

\* Lit. remiss. ann. 1412. in Reg. 167. Chartoph. reg. ch. 71: *Le suppliant se tourna en une Venelle entre deux maisons. André Guillemineau passa par la ruelle ou Venelle de la maison, in aliis ann. 1454. ex Reg. 187. ch. 211. Hinc pro spatio lectum inter et parietem legitur, in Lit. remiss. ann. 1451. ex Reg. 181. ch. 63: La suppliant mist son enfant tout mort en la Venelle de son lit. Unde fortassis emendandæ Literæ aliæ ann. 1459. in Reg. 189. ch. 372: En laquelle (chambre) estoient deux hommes couchiez, qui par crainte se laisserent cheoir en la Veulle ou ruelle du lit.*

† 2. **VENELLA**, *diminutivum a Venna*. Vide in hac voce. Charta Sigeberti Reg. ann. circ. 648. apud Marten. tom. 2. Ampl. Collect. col. 6: *Et (concessit) in directum item tres alias leuas, nec non et aliam Venellam in fluvio nuncupante Alisna, ubi illa petra pro quadrata est.*

**VENEL**. Usatici MSS. urbis Ambianensis tit. *De clameur de venel: S'il avient couse cuns hom se claint d'un autre de deniers, qui die qui li doie de sen Venel, cil qui la dete clame, puet prouver par sen sairement dusques à 5. s. 1. den. mains, sans que l'autre partie puisse faire une cose encontre ki vaüle, pourtant que le dete eust esté acreue, etc. [Adde Consuet. vet. Monsterol. art. 38. Bolon. art. 144. et Desurenæ art. 6. ubi leg. Venel, monente Raguello.]*

\* **VENENAIGIUM**, *Fructus* ex agro culto, idem quod supra *Gagnagium* 1. Charta Alayd. ducissæ ann. 1234. inter Probat. tom. 2. Hist. Burg. pag. 11. col. 2: *Abbas et conventus S. Benigni tenentur mihi.... reddere et adducere apud Lentenay ducentas et viginti minas bladi, quadraginta*

*frumenti de meliori, quod erit in grangia de Pruneto, tam de suo Venenaigio quam de redditibus dicte villæ; et si forte frumentum Venenaigio sui vel reddituum dicte villæ non sufficeret, etc. Vide supra Faunagium.*

**VENENARE**, *Veneno inficere*: Gall. *Envenimer*. Occurrit apud Notgerum Leod. Episc. in Præfat. ad Vitam S. Landoaldi. [Le Roman de Rou MS:

Alexandre fu Roiz pmissanz...  
Mais cil conquist, poi li valut,  
Envenimez fu, si morut.

**Ibidem** :

Puis son ocis ô Nice par Envenimoison,  
Un gars l'Envenima par conseil d'un felon.]

\* *Envelimer*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1400. ex Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 433: *Survint un appostome ou bosse audit Geoffroy, laquelle il fit fendre et flomer à un barbier, qui se Envelima tement, qu'il n'en pot estre gueri. Envelimé vero, pro Exacerbatus, in aliis Lit. ann. 1468. ex Reg. 195. ch. 153: Philippot le Clerc ressembloit fort enlâmé et Envelimé contre icelui Foucault. Envenimeure, Veneficium, vulgo *Empoisonnement*, in Consil. Petri de Font. pag. 133. art. 21.*

**VENENARIUS**, *Veneficus*, vel *artifex* aut *venditor veneni*: *Maleficus*,  $\varphi\alpha\rho\upsilon\lambda\alpha\sigma\iota\varsigma$ , in Gloss. Lat. Gr. Papias et Joh. de Janua: *Vencnaria, mulier, quæ facit venenum*. Synodus Ticinensis ann. 850. cap. 25: *Quædam etiam ita Venenariæ sunt, ut quosdam peremisse multo populi rumore deferantur. Ita Appendix Codicis Theodos. Constit. 8. Venenarius cum Magis confundit: Non aliquos in astra peccantes, non Venenarios, aut magos, etc. Utuntur Suetonius, Optatus, Tertullianus, Hieronymus, Collatio Legis Mosaicæ cap. 15. Jul. Firmicus lib. 6. cap. 19. Vegetus Interpres Juvenal. Sat. 3. v. 44. Fragmentum Petronii pag. 17. etc.*

† **VENENIFLUUS**, *Qui infundit venenum*. Vita S. Gothlaci tom. 2. April. pag. 41: *Veneniflum desperationis sagittam totis viribus jaculavit.*

† **VENERABILIS**, *Decens, consentaneus*. Testam. Guillelmi dom. Montispeful. ann. 1202. ex Schedis Peiresc. apud Præs. *de Mazaugues: Filie meæ Maria... donet has cc. marclias argenti, et ornamenta nuptialia honorabiliora, scilicet iv. vestimenta nuptialia, cum iv. Venerabilibus sectis ornatis.*

† **VENERABILITER**, *Decenter*, ea ratione ut veneretur. Charta ann. circ. 1030. ex Tabul. S. Victoris Massil.: *Cedimus prædicto nostro Redemptori ejusque alne genitricis memoriæ quæ sacrata consistit in eadem ecclesia qua creduntur cubare Venerabiliter beatissimorum prædictorum artus Victoris et comitum ejus.*

† **VENERABILIS LEX**, *Christiana Religio*, in Cod. Th. leg. 7. (64.) de Judæis et leg. 7. de Prætor. (16,8.)

† **VENERABILIS ORDO**, *Senatus*, *ibid.* leg. 7. de Decur. et silent. lib. 6. tit. 23.

† **VENERABILIS SUBSTANTIA**, *Res privata* Principis, *ibid.* lib. 16. tit. 5. de Hæret. leg. 54.

† **VENERABILIS VITA**, *Monastica professio*; unde *Venerabilis*, pro *Monachus*, *nude* non semel occurrit. Audoenus in Vita S. Eligii lib. 1. cap. 10: *Buchinus ex gentili*



*conversus, postea Venerabilis, id est Monachus, existit.* Ado Viennensis Episc. de Wilicario ejusd. Sedis Episcopo : *Relicto Episcopatu in monasterium SS. Martyrum Agaunensium ingressus, vitam Venerabilem duxit.* Hinc S. P. Benedictus *Vir vite venerabilis* a Gregorio M. prædicatur. Vide *Annal. Bened.* tom. 3. pag. 604.

\* **VENERABILIS**, Titulus honorarius, quo Theobaldus Campaniæ comes donatur a Joanne comite Babilonensi, in Charta ann. 1230. ex Chartul. Campan. Cam. Comput. Paris. fol. 212. rº. col. 1. Eo etiam interdum appellantur consules municipales. Vide *Discretus et Venerabilis*.

1. **VENERABILITAS**, Titulus honorarius Episcoporum, qui *Venerabiles* vulgo compellantur, in Collat. 1. Carthag. cap. 40. 62. apud S. Augustinum Epist. 76. 88. 139. in Epistola Vitalis et Constantii ad Capreolum Episcopum Carthag. edita a Sirmondo, apud Nicolaum I. PP. Epist. 28. 44. etc.

Regibus Francorum concessus est aliquando idem titulus : hinc Philippus I. in Charta ann. 1094. apud Mabill. Diplom. pag. 589. *Venerandus* nuncupatur : *Signum Philippi Venerandi Regis.* Necrolog. Argentol. pridie Idus Julii : *Anniversarium Venerabilis Philippi Francorum Regis.* Vide Mabill. Diplom. lib. 2. cap. 6. n. 8. et infra *Venerantia*. [\*\* Remig. ad Marc. Capellam apud Maum in Gloss. novo : *Auctoritas heic Venerabilis est alicujus personæ, quæ jure recipiatur.*]

\* 2. **VENERABILITAS**, Veneratio, reverentia. Charta Hugon. Capeti ann. 987. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 549 : *Postularunt ut pro Dei omnipotentis amore et præmemorati martyris Venerabilitate nostrique regii status honore, etc.*

† **VENERABILITER**. Vide in *Venerabilis*.

\* **VENERABILIMUS**, Venerandus admodum, in Charta ejusd. reg. ibid. pag. 550. Unde *Venerabilissime*, perquam reverenter, in Vita S. Emmer. tom. 6. Sept. pag. 496. col. 1.

† **VENERACIA**, f. pro *Vineritia*, Vineæ, vindemia. Vide in hac voce. Charta Hellini Archiep. Trevirensis ann. 1152. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 73 : *Apud Girbespath medietatem Veneracurum et questus in placitis et avenam recuperavimus.*

† **VENERALIS**, Venerens, libidinosus. Epist. Johannis de Varenis apud eundem ibid. col. 574 : *Ubi enim sunt filii ecclesiæ, qui a Deo pro ea misericordiam poposcant? ... opera potius scelerata in ea comitentes, Veneralia carnaliaque nimis planctu digna atque luctu.*

\* **VENERALITAS**, ut *Venerabilitas*. Acta S. Morandi tom. 1. Jun. pag. 352. col. 2 : *Claudos tres sospitati condonavit sancti Veneralitas.* Occurrit rursus infra.

**VENERANDOSUS**, pro *Venerandus*, in Charta Caroli C. ex Tabular. S. Cyrici Nivern. n. 2.

**VENERANTIA**, pro *Veneratio*, Abbatum titulus honorarius. Aimoinus de Vita S. Abbonis Floriac. cap. 17 : *Meque qui hæc scribo Aimoinum, cum Guillelmo suæ Venerantia, juxta Abbatum morem, tum bajulo.* [Vide Mabillonium sæc. 6. Bened. part. 1. pag. 52. et *Annal. Bened.* tom. 4. pag. 171.]

† **VENERARIUM**, Calvarius mons, ob

statuam Veneris in eo collocatam sic ab Ambrosio appellatus in Psal. 47 : *Dominus secundum cæli tractum in Venerario passus est.*

**VENERATIO**, Titulus honorarius Episcoporum et aliorum, apud S. Augustinum Epist. 78. 80. 91. 95. 104. 157. Nicolaum I. PP. Epist. 28. Ruricium lib. 2. Epist. 14. 49. etc. [Vide supra *Venerabilitas*.]

† **VENEREUS**, Veneri deditus. Chron. Angl. Th. Otterbourne pag. 183 : *Obiit etiam* (ann. 1394.) *Ducissa Eborum, soror Ducissæ Lancastræ uterina, domina carnalis et delicata mundialis, ut fertur et Veneræa.* Vide mox.

\* **VENERIA**, a Gallico *Venerie*, Venatus, officium in aula regia. Memor. G. Cam. Compnt. Paris. fol. 140. vº. ad ann. 1410 : *Dominus Guillelmus de Ganachiis miles, cambellanus domini regis, ordinatus et stabilitus magister venator et gubernator Venerie regis, loco Roberti de Franconvilla.* Vide supra *Venatoria*.

\* **VENERINUS DIES**, Dies Veneris. Lit. admort. ann. 1474. in Reg. 206. Chartoph. reg. ch. 460 : *Singulis septimanis perpetuis temporibus, diebus Dominicis, Mercuriis et Venerinis, etc.*

† **VENERIPETA**, *Luxuriosus*. Gloss. Isid.

**VENERIS**. Leges forestarum Kanuti Regis cap. 1. de forestarum custodibus : *Sint ... quatuor... qui curam et onus tum viriditum Veneris suscipiant.* Ita cap. 4. 11. 30. Et cap. 28 : *Aper vero quaquam forestæ sit, nullatenus tamen animal Veneris haberi est assuetus.* Ubi Interpres Normannus *Veneris* vocem usurpat pro venatione, ut recte observat Spelmannus, qui, si bene conjicio, non bene legit in suo MS. ubi forte *Veneriæ* habetur, nam *Venerie* dicimus venationem; unde in Regum nostrorum Palatiis sunt Officiales, quos de la *Venerie* dicimus. [\*\* Vide supra *Veneria*.] [\*\* Vide *Viride*, 1. ubi non semel *Venatio* et *viride*, Gall. *vert et veneson*, Angloss. forte *wild and weald* vel *wudu*.]

**VENEROSUS**, Ἀποδοτικῆς, in Gloss. Gr. Lat.

† **VENERUS**, perperam pro *Venetus*. Vide ibi.

† **VENESO**, Ferina caro, Gall. *Venaison*. Acta SS. tom. 1. April. pag. 181 : *Omnia genera animalium ferocium et Venesonum ei uocebant.* Vide *Venatio*.

**VENETIANI**, Monetæ Venetorum, in Vita Balduini Lutzemburg. Archiepisc. Trevirens. lib. 2. cap. 10. [Veneriales grossi, in Chron. Rolandini Patav. apud Murator. tom. 8. col. 277.]

\* De origine et antiquitate monetæ Venetianæ consule dissertationem Hier. Zanetti editam Venet. ann. 1750.

\* **VENETUM**, Gall. *Venet*, Retis species. Lit. remiss. ann. 1423. in Reg. 172. Chartoph. reg. ch. 254 : *Le suppliant ala en la mer pour tendre un filé, nommé Venet, pour prendre les poissons.*

1. **VENETURA**. Regestum Castri Lidi f. 32 : *Ipse debet molendinare post illum, qui ad molendinum molendinat; et post, debet molendinare Veneturas suas.* Forte pro *Vanituras*, id est, quod ex vano ventilatis superest.

\* 2. **VENETURA**, Perperam, ni fallor, pro *Unctura*, adeps, pinguedo, Gall. *Graisse*. Inquisit. Tolos. acta ad ann. 1238. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 386 : *Et promisit quod..... neque comederet carnes ulterius, neque ova, neque caseum, neque aliquam Veneturam, nisi de oleo et piscibus.* Vide infra *Unitura*.

† **VENETUS COLOR**, Cæruleus, Ital. *Veneto*, Gall. *Bleu de Venise*. Vita S. Chunegundis sæc. 6. Bened. part. 1. pag. 454 : *Obtulit et ipse beato Benedicto eodem die planetam optimam Veneti coloris.* Ita etiam legendum est in Chron. Romualdi II. ad ann. 814. ubi de Carolo Imper. apud Murator. tom. 7. col. 155 : *Vestitu patrio, id est Francico utebatur, ad corpus camisia lineæ et feminalibus-lineis, tunica vero quæ limbo serico utebatur; tibialibus quoque cum fasciis, crura et pedes calceamentis constringebat, amphibalo Veneto amictus et gladio semper accinctus.* Ubi perperam editum est *Venero*. [\*\* Einhard. Vit. K. M. cap. 23. Confer Juven. Stat. 3. vers. 170.]

\* **VENGENCIA**, Idem videtur quod *Saisina*, obsignatio. Charta Phil. Pulc. ann. 1306. in Reg. 38. Chartoph. reg. ch. 176 : *Missionem seu positionem præconis vinorum, pristasque et Vengencius cum emendis, quæ exinde provenire possent, etc.*

\* **VENGHUS**, Ager viminibus vel arboribus consitus. Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 144. ex Cod. reg. 4622. A : *Qui incidit vel messuerit fascem alienam gorreti vel Venghi, seu alienum Venghum excalverit, solvat pro quolibet et qualibet vice sol. 3.*

\* **VENGUETA**, Perperam pro *Lengueta*. Vide supra in hac voce.

† 1. **VENIA**, Sacrosancta Eucharistia, in Gloss. Gasp. Barthii ex Raimundis Agilæi Hist. Palæst. apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 252. [\*\* ed. Bongars. pag. 151 : *Sacerdos volens habere deum mortis suæ testem, ingressus ecclesiam B. Mariæ Virginis, habita confessione et sumpta Venia, etc.*]

\* 2. **VENIA**, Idem quod vulgo *Indulgentia*, Remissio aut relaxatio pœnæ seu pœnitentiæ pro peccatis, vel debitæ, vel impositæ; præsertim illa indulgentia, quæ ad ecclesiam aliquam certo die concurrentibus conceditur a summo pontifice, vel ab episcopis. Vide supra *Pardonantia*. Fragm. Hist. Fulginat. ad ann. 1292. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 141 : *Sanctus Johannes de Casalina venit Fulgintium ad Veniam beati Feliciani.* Vide ibi notam. [\*\* Simili sensu in Inscript. ann. 1055. apud Schannat. Histor. Episc. Wormat. pag. 63. tom. 1 : *Dedicata est ista capella... in honorem... S. Stephani Prothomartyris, Clementis papæ, Marcelli papæ et aliorum plurimorum martyrum et sanctorum, ad quorum Veniam Arnoldus præsul ante limen janue istius templi coram clero et populo tradidit 6. mansos.* Ad eorum indulgentiam obtinendam. Alia ann. 1034. ibid. pag. 67 : *Azzechoni episcopo et Benzoni qui fecit Veniam rogare.*]

\* **VENIA DIGNA**, Idem quod *Bona venia*. Acta S. Jan. tom. 6. Sept. pag. 881. col. 2 : *Qualiter amplitudo corporis ejus secundum staturam æquiorum, ad quam metri et comparari potuit, Venia digna, quinque*



*pedum et sex digitorum prolixa fuisset, etc.*

¶ **VENIABILIS**, Culpa levis, Venia dignus. Sidonius lib. 9. Epist. 15 : *Sed tamen scribis tunc quod erraverim Veniabile fore.* Charta ann. 909. apud Stephanot. tom. 4. Fragm. Hist. MSS. pag. 31 : *Nisi sponte sua Veniabilem hujus factionis protulerit emendationem.* Occurrit alibi.

¶ **VENIALIS**, Eadem notione, apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 199. et alibi.

\*\* **VENIALIA PROMISSA**, Promissio veniæ, relaxationis pœnæ vel pœnitentiæ. Annal. Sax. ann. 1038. apud Pertz. Script. tom. 6. pag. 681 : *Mediolanus episcopus, adhuc in incepta permanens transgressione, quia nec minis terreri, nec Venialibus promissis, quæ ei compassionis gratia tam a domino apostolico, quam a ceteris episcopis offerebantur, ad pœnitendi satisfactionem potuit ad luci, etc.*

\* Unde nostris *Veniaement*. Lit. remiss. ann. 1383. in Reg. 122. Chartoph. reg. ch. 286 : *L'exposant deist icelles paroles fors Veniaement et simplement, sanz penser à aucun malice.*

1. **VENIÆ**, inclinationes, vel genuflexiones religiosorum, quæ Græcis *μετάνοιαι*, quod ut plurimum in pœnitentiam injungi solerent. Petrus Venerabil. in Statutis Cluniacensib. cap. 4 : *Sed et illa (genuflexio) quæ fieri solet ab iis, qui portant Eucharistiam quolibet in loco occurrunt; atque illis metanœis, quæ quotidiano usu in Capitulo fiunt, et vulgo Veniæ nominantur, etc.* Pœnitentiale MS. Thuanus : *Qui in Ecclesia centes genua flexerit, id est si centies Veniam petierit, etc.* Pœnitentiale S. Columbanus : *Si perdidit... longa Venia in Ecclesia, dum 12. Psalmos ad Duodecimam cavuit, prostratus nullum membrum movens pœniteat.* Alibi : *Fabulas otiosas proferens, ... Venia tantum mulctetur.* Regula S. Donati cap. 26 : *Si ex negligentia vel oblivione, seu transgressione securitatis, tunc in liquidis quam in aridis amplius solito perdidit, longa Venia in Ecclesia dum 12. Psalmos ad Duodecimam cavuit, prostrata nullum membrum movens pœniteat.* Thomas Walsingham in Ricardo II. pag. 196 : *Rege interim prostrato in longa Venia, etc.* Chron. Laurisham. :

Per Venias centum verrunt barbis pavimentum, Liber 4. Insinuat. divinæ pietatis S. Gertrudis cap. 2 : *Cum vergeret finitis Psalmis eonventus de Veniis surget, etc. Veniam petere, lib. 5. cap. 22. [\*\* Ecbasis vers. 770 :*

Jam prope psalterium finivi carmine sacrum  
Incumbens Veniis, ne forsau victimarcris,  
Psalmos explebo cœciti quos usque memento.  
Psalmo finito curvabar poplite fixo.]

[Ordinar. S. Laudi Rotomag. ad calcem Joh. Abrinc. de Off. Eccl. pag. 724 : *Genuflexiones quas Venias appellamus hoc tempore postponuntur, exceptis illis quas accipiunt qui in choro in cantu vel psalmodia fallunt.* Necrolog. Domus Portarum apud Stephanot. tom. 7. Fragm. Histor. MSS. pag. 143 : *In suo obitu persolvemus ei duo psalteria unum cum Veniis, alterum sine Veniis.* Vita S. Bibiani Sancton. Episc. apud Marten. tom. 6. Ampl. Collect. col. 766 : *Dum... gloriosus præsul lassata Veniis membra quieti aecommodaret, etc. Veniam accipient super nutant,*

in Consuet. Fontanell. MSS. *Veniam facere*, in Chron. Mellic. pag. 334 : *Similiter servitores excedentes, Venias faciunt.] Venias sumere, capere, suscipere; veniam sumere super terram; venias sanetimonialium dis-eutere, in Statutis Ordinis S. Gilberti pag. 760. 761. 764. in Statutis Cartusiens. Guignonis cap. 13. § 4. in Antiq. Statut. ejusd. Ord. 1. part. cap. 13. § 35. 39. 44. cap. 18. § 7. cap. 26. § 3. cap. 36. § 19. 24. 26. et alibi. Vita Abb. S. Albani de forma receptionis Abbatis S. Albani de longinquis partibus venientis : *Et hoc fiet, .... eum itur in Ecclesiam, acceptis ante ipsum parvis Veniis, gaudenter et reverenter.* Udalricus lib. 2. Consuet. Clun. cap. 1 : *Instruendi sunt (novitii) quemadmodum faciant petitionem suam, primum, ut sciant Veniam petere more nostro.* Idem lib. 1. cap. 1 : *Cum venerint in eorum, compinguntur fornæ, sicut est consuetudo in his diebus, in quibus Venia non est petenda.* Cæsarius Heisterbach. lib. 3. cap. 33 : *Dominam nostram Dei genitricem Mariam centies, cum totidem Veniis, Angelico versiculo salutabis.* Cap. 35 : *Quoties illi speciales orationes sive Venias secretis offerre potuit, pro maximis delictis reputavit.* Cap. 46 : *Summo honore eandem imaginem veneratur, salutationes, orationes, multasque Venias eorum illa faciens.* Cap. 50 : *Singulis diebus in honore ejus 50. Ave Maria, unum totidem Veniis dicere consuevi.* Vide præterea cap. 38. 49. et lib. 8. cap. 96. lib. 9. cap. 42. 49. 51. Vitam S. Sameonis Episc. Dolensis lib. 1. cap. 13. Vitam S. Arberti n. 4. Miracula S. Ludgeri Episc. Mimigard. num. 49. [Vitam S. Udalrici sæc. 5. Bened. pag. 427. Vitam B. Simonis Comit. sæc. 6. part. 2. pag. 379. Vitam S. Anselmi Episc. Lucens. ibid. pag. 480. Bernardi Mon. Ordin. Cluniac. part. 1. cap. 48. etc.]*

Usurpatur etiam pro salutatione, [quæ apud Monachos cum inclinatione vel genuflexione fieri solebat.] Vita S. Vitalis Siculi num. 4 : *Postquam ad invicem recognoscunt, mutuanque sibi Veniam venerenter impendunt.* Num. 8 : *Premisso salutationis elogio, consueta capituli inclinatione et genu flexo mutuan sibi venerantiam impendunt.* Vide *Metanœa*.

**VENIAM MANU PETERE tantum**, i. e. manu ori admota, in Statut. Ord. Præmonstrat. dist. 1. cap. 5. et in Ordinario ejusdem Ordinis.

**VENIALITER**, Facta corporis inclinatione. Vita S. Wolfgangi Episcopi Ratispon. cap. 14 : *Cumque in præsentiam Cæsaris esset delatus, ante pedes ejus Venialiter prostratus, se dicit indignum, etc.*

¶ **VENIAM ÆTATIS CONCEDERE**, Emancipare, litteras dare quibus alicui bona sua administrare conceditur, quas nuncupamus *Lettres de bénéfice d'âge*. Charta Ottonis IV. Imper. ann. 1212. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 396 : *Postulavit ut Veniam ætatis sibi concedere dignaremur... Eisdem Bonifacio Marchioni Veniam ætatis ex certa eelsitudinis nostre scientia, imperiali auctoritate concedimus, ut ipse tanquam major libere possit agere, causari, petere etc.*

\* Charta ann. 1354. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 532 : *Eidemi (Johanni) duci Lotharingie de speciali gratia, de certa*

*scientia et de plenitudine regie potestatis Veniam ætatis concedimus, ipsumque habitatum habentemque facimus et reddimus ad universale regimen terre suæ ac bonorum suorum mobilium et immobilium quorumcumque presentium et futurorum.* Vide in *Veniæ* 1.

¶ 2. **VENIÆ**, perperam pro *Veniæ*, in Gloss. Lat. Gr. : *Veniæ, ὁμοίως ἐπὶ τῶν νεκρῶν.* Sangerm. vero habent, *Neniæ*.

¶ **VENIALIS**. Vide *Veniabilis*.

¶ **VENIALITER**, Absque culpa. Ratherii Veron. Episc. apud Acher. tom. 2. Spicil. pag. 250 : *Lupi illi gregem non querebant invadere, sed pastorem, persecutusque in una civitate, fugere Venialiter potui in aliam.* Conc. Toletan. VI. inter Hispan. tom. 2. pag. 516 : *Quod si quisquam jam talia iniqua deliberatione eum quocumque est medietatus, hoc sibi noverit esse sacerdotali moderatione concessum, ut Venialiter possit hoc sine mora princeps auribus publicare.* Vide alia notione in *Veniæ* 1.

\*\* **VENIARE**, Venias, genuflexiones facere Rudolp. fragm. 6. vers. 103 :

Ante diem surgit, scnis ad tumulum Veniavit,  
Donec sudavit, donec plus stare nequivit.  
Tunc ruit in faciem dum fontem flens ibi facit.

¶ **VENILIA**, Accessus æstus marini. Vita S. Columbæ tom. 2. Jun. pag. 222 : *Uter quem salacia sustulit unda, ad suum locum post tuum egressum reportabit Venilia.* Consule Gravii Dissertat. hac de re edit. Ultraject. ann. 1716. Vide *Venitia*.

¶ **VENIPETA**, Qui *Venias*, seu inclinationes, vel genuflexiones iterat. Vita S. Ramuoldi sæc. 6. Bened. part. 1. pag. 14. [\*\* Arnoldus de S. Emmeran. lib. 2. cap. 18.] : *Quadam nocte discurrrens inter altaria, ut ante solebat, frequens Venipeta, labori sacerdo vigilanter insistebat. [\*\* Qui veniam i. c. indulgentiam petit.]*

¶ **VENIRE**, Activa significatione, Vendere. Drogo in Translat. S. Lewinæ tom. 5. Jul. pag. 618 : *Verum quosdam socios compatriotas reperiunt, qui similis mereis causa huc venerant, et quædam quæ secum detulerunt, Veniunt; quædam quæ secum vehunt, mereantur.*

\* **VENIRE AQUA**, Phrasis Italica. Chron. Patav. ad ann. 1201. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 1124 : *Et tempore facta fuit Venire aqua a Montesilice propter navigium veniendo Paduam.* Id est, Adducta est aqua.

\* **VENIRE DE BASSO**, Gall. *Venir de bas*, Ex illegitimo concubitu ortum habere. Charta ann. 1402. in Reg. Joan. ducis Bitur. ex Cam. Comput. Paris. fol. 37. rº : *De la partie de Phelippe de Nohunt, femme de Jehan du Jat, .... nous a esté exposé.... que comme elle feust Venue de bas et ne feust née en loyal mariage, .... et que de present elle a plusieurs enfuns, ..... il nous pleust iceulx enfuns femeulx et de sexe femenin habilitier, ..... et à iceulx faire pareille grace que nous avons (fais) à elle.* Vide supra *Barstardus*.

\* **VENIRE AD CAUSAM**, Lite ac judicio contendere. Charta ann. 1206. in Chartul. eccl. Lingon. fol. 12. rº : *Si discordia oriatur inter me et episcopum de negotiis Castellionis, quæ Veniat ad causam, etc.*



† **VENIRE CONTRA**, Phrasis Gallica, *Venir contre*, Intercedere, Gall. *S'Opposer*. Statuta castri Origini ex Schedis D. le Fournier : *Renunciante omni juri scripto et non scripto, civili et canonico promulgato, vel promulgando ad Veniendum contra.*

\* **VENIRE INTUS**, Intervenire. Vide supra *Intus venire.*

\* **VENIRE AD MANUS**, Manus conserere, pugnam inire, Gall. *Venir aux mains*. Steph. de Infestura MS. ubi de Innoc. VIII : *Maximus tumultus factus fuit in dicto conclavio, ita quod unusquisque credebatur eos Venturus ad manus.*

\* **VENIRE IN OBITUM**, Morti proximum esse. Charta ann. 1107. ex Chartul. de Domina in Dalphin. fol. 12 : *Dominus Willelmus filius eorum, cum Venisset in obitum, monachus factus reddidit manusum.*

† **VENIRE IN QUERELAS**, Conqueri, in Cod. Theod. lib. 10. tit. 8. de Bonis vacant. leg. 3.

\* **VENIRE AD TERRAM**, Gall. *Venir à terre*, Nasci. Charta ann. 1260. in Reg. 31. Chartoph. reg. fol. 102. v. col. 2 : *Je Mahius, sire de Biauvoit, vas savoir à tous chians ki ces letres verront, que je tiegn et ai tenu puis que je Ving à terre, et mi anchisseur etc.*

† **VENISIA**, VENISIS, Venetiæ, Gall. *Venise*. Sciatas quod, cum nuper quinque galeæ de villa Venisi, etc. in Litteris Edwardi II. ann. 1323. apud Rymer. tom. 3. pag. 1011. Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1376 : *Una pulcherrima crux cooperta auro de opere Venisie. De l'œuvre de Venise*, in alio Inventar. Gallico.

**VENITARE**, Liber Ecclesiasticus, in quo descriptus Psalmus cum notis musicis, *Venite, exultemus Domino*, etc. quo *Matutini* incipiuntur. Synodus Exoniensis ann. 1287. cap. 12 : *Psalteria, Ordinale, Venitare, Hymnare, Collectare, etc.*

**VENITARIUM**, in Monastico Anglico. tom. 3. pag. 332.

† **VENITIA**, *Maris exastuatio, quæ ad litus venit*. Gloss. Isid. Male pro *Venilia*. Vide in hac voce.

† **VENIVOLENTIA**, pro Benevolentia, in Bulla Nicolai I. PP. ann. 863. apud Doublet. Hist. Sandion. pag. 456.

1. **VENNA**, VINNA, BENNA, Septem ad interceptiendos pisces. Brouverus lib. 5. Anal. Trevir. pag. 847. 1. edit. Belgæ vero *ven*, et *venne*, ac *veen*, quandoque locum quemvis piscium vocant, sæpius palustrem et bituminosum, unde ad struendum ignem niger cespes, quem *Turbam* nuncupant, eruitur. [\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 3. col. 522. voce *Fenna*, et col. 126. voce *Benna*.] Charta Childberti Regis Austras. editum ab Henschenio 1. Febr. § 3. num. 17 : *De nostra silva Utiacensi, cum ipsa Fenna Dominica, quæ dicitur Arnulfi. Aliud Childerici Regis eod. § num. 21 : Aviaco, ubi Gara lacus Vennam habuit. Capitulare 2. ann. 813. cap. 19 : Vivaria cum piscibus, Vennas, molina, stirpes, etc.* Charta Ludovici Pii edita a Mabillonio : *Quandam piscariam... in villa, quæ vocatur Rioilus in*

*fluvio videlicet Sequanæ fieri jussit. Mox : Sed eadem monasteria omni tempore pro sua portione restaurationi Vennæ atque emendationi administrantur presentent. Rursum : Nec fiant opera huic Vennæ nocitura. [\*\* Charta Arnulfi R. ann. 888. apud Günther. Cod. Dipl. Rheing-Mosell. num. 5. tom. 1. pag. 49 : Vennam in marcha Windiga sitam, cum silva quam Cone rivulus alluit, ad instaurandam eandem Vennam.] Charta Ottonis M. Imp. ann. 953. apud Zyllesium : In piscatione et Venna quadam in Ruvera fluvio constructa. Charta Ricardi II. Ducis Norm. pro monasterio Fiscammensis ann. 1027 : In fluvio Sequanæ piscatoriam, quæ dicitur Venna S. Leutfridi, et in eodem fluvio tractus piscatorios. [Charta ann. 1188. apud R. P. Benoît Hist. Tull. pag. xciv : Conferimus... decimam salmonum sive retibus sive Fenna capiuntur.] Vide Doublet. num. pag. 795. Hinc nomen loco ad Sequanam prope Riogilum (Ruel) Carolivenna. Helgaudus in Roberto R. : Venientes ad portum Sequanæ, quæ dicitur Carolivenna, hoc est, piscatoria, quæ erat difficultate transmeabilis, etc. Aimoinus lib. 1. de Miracul. S. Germani Episcopi Parisiensis cap. 1 : Ad locum, qui vocatur Carolivenna. Hodie Chalesvan dicitur. In Statuto Caroli VI. ann. 1415. art. 1. vetantur fieri in fluvio Sequanæ, Vennes, gords, pieux, moulins, pescheries, etc.*

\* Glossæ Cæs. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Hontheim pag. 675. col. 2 : *Fenna est instrumentum sumtuosum et satis utile, unde pisces capiuntur, quod appellamus Veer sive steyle. Hinc Fenaige, Jus ad Vennam seu aquarii canalibus valvulam piscandi, in Lib. cens. castell. Arciac. ad Albam fol. 2. v. : Le Fenaige des vennes des molins dulit Arceus est tel, que nulz ne puet mettre peniers, ne filez au dessoubz du vennaige des molins, fors que le seigneur ou celui à cui le sire ou ses gens le baillent à ferme, à peine de soixante solz d'amende. A Fenna, Fenneier appellatur pars aratri, qua illud attollitur vel dimittitur, in Lit. remiss. ann. 1377. ex Reg. 111. Chartoph. reg. ch. 35.*

VINNA, Eadem notione. [Præceptum Ludovici Reg. ann. 871. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 194 : *Quantum etiam piscationem et Vinnam dounnus Pippinus Rex cum terminis supra fluvium Rheni consistentibus de præscripta villa Naucravia concessit ad monasterium Prumie per suæ auctoritatis præceptum, et idcirco deprecatus est clementiam nostram... ut nostræ auctoritatis præceptum super eandem piscationem et Vinnam facere juberemus.] Chronicon Laurisham. pag. 61 : *Tantis munificentie suæ beneficiis adjecit clementie clementissimi Rex piscationis concessionem in Rheno flumine, ut Abbas et fratres licentiam haberent ad Vinnam faciendum, et piscandum, pro opportunitate Ecclesie, et stipendio ipsorum fratrum.**

BENNA, apud Leonem Ost. lib. 1. cap. 47 : *Ab ipso latere finis ipsa Benna, ab altero latere 7. viæ, ab altero alia Benna, quæ se simul conjungunt.* Charta ann. 1120. apud Ughellum in Episcopis Teatinis : *A capite est ipsa mangane, et descendit ad Bennam, et sicut decurrit, ascendit usque*

*ad silvam, etc. Infra : Et descendit ad Bennam campi, etc. Nisi his locis benna idem sit quod Bonna.*

† **VENNA**, Sèpimentum quodvis apud Dombenses præsertim, quibus etiam hodie *Vennes* sepes dicuntur. Charta Cassaniæ ann. 1397 : *Tenet domum et vercheriam suam clausam Vennarum.* Occurrit præterea in Charta feudorum nobilium Castillonis Dombarum ann. 1463. Sed et ea notione usurpari videtur in Regest. Prumiensi tom. 1. Etymol. Leibnitii pag. 446 : *Quibus Venna paratur, vel etiam fortes sepes.* Vide *Vanna 2.*

\* 2. **VENNA**, a Gallico *Vanne*, vel *Venne*, Amniculus, qui in antiquis tabulis, teste Valesio, *Venena* et *Veneta* nuncupatur. Charta Henr. comit. Trec. ann. 1172. in Chartul. Pontiniac. ch. 72 : *Concessi quod infra fines illos, quos claudit Lamboye fluvius, sicut in Fennam fluvium defluit, et Fenna versus Senonis currit, etc.*

\* **VENNELLA**, Tegulæ species, nostris *Fennel* vel *Venneau*. Comput. ann. 1441. ex Tabul. S. Vulfr. Abbavil. fol. 24. v. : *Item pro duabus festissuris, xvj. den. Item pro xij. Fennellis, iij. sol. Arrestriers et Venneaulx pour dix solz le cent, in Reg. 13. Corb. sign. Habucud ann. 1514. fol. 219.*

† **VENNUS**, ut *Venna*. Tabul. S. Victoris Massil. : *Donamus terram quam habemus ad molendinum quem vocant Bernardum usque ad alium molendinum Cautivennum, Fennum vendimus S. Zachariæ.*

\* **VENOR**, Perperam fortassis pro *Tenor*, nostris *Taille*. Testam. Caroli Andegav. ultimi comit. Prov. ann. 1481. 10. Dec. ex schedis D. Chaix advoc. Aqvens. : *Item ordinavit dominus rex testator constitui et manuteneri in eadem ecclesia Nostræ Domine Castri-Ayraudi duos vicarios, qui vicarii sint Venores.* Vide *Tenor 4.*

1. **VENTA**, quæ et **SUPERVENTA**, Augurium, quod captabatur ex venientibus aut supervenientibus hominibus vela vilibus, quas *Augurales ulites* vocat Martianus Capella lib. 1. pag. 11. aut aliis animalibus. Nonnus in Sylloge Histor. pag. 151 : *Ὀρνεοσκοπιὸν δὲ ἔστιν, ὅταν πετομένου, τοῦ δὲ ἢ τοῦ δὲ ὄρνιθος, ἢ ἐμπροσθεν, ἢ ὀπίσω, ἢ δεξιᾷ, ἢ ἀριστερᾷ, εἴπωμεν, οὗτοι τὸ δὲ σημαίνει. λέγεται δὲ ἐξ εὐρηκέναι πρῶτος Τηλέγονος.* Sidonius in Pagnegrico Majoriani :

Si Licie sortes sapiunt, si nostra volatu  
Fata loquuntur aves, etc.

**AMMIANUS** lib. 21. cap. 1 : *Auguria et auspicia non volucrum arbitrio futura nescientium colliguntur (nec enim hoc vel insipientis quispiam dicit); sed volatus avium dirigit Deus, ut rostrum sonans, aut prætervolans pinna, turbido meatu vel leni futura demonstret. Amat enim benignitas nominis, seu quod merentur homines, seu quod tangitur eorum affectione, his quoque artibus prodere, quæ impendent. Zenio Veronensis in serm. de Jona : Qui per varios avium volatus conjecturis inanibus statum plunee salutis inquirat. Et ut S. Maximus Taurinensis homil. in Circumcisione Domini, qui auspicia etiam vanissimi colligere se dicunt, ac statum vite sue inanibus iudiciis æstimantes, per incerta avium serarumque signa, futura rinantur. Ὀρνεοσκοπία. Michael Scotus de*



Physionomia cap. 56 : *Auguria saut in Canonibus Ecclesie : Venta tamen dicimus, quod quidam accipiunt pro oblatione hominis, vel alterius animalis, vel pro audita vocis. Mox hæc addit : Auguriorum quadam post, quædam dextre, quædam sinistra; et cum diversa sint in sua disputatione, (s. dis- positione) quodlibet illorum proprie inter- natur, et proprio nomine cognoscitur inter- pretaudam. Unde dicimus, quod auguria sunt numero 12. ad instar 12. signorum cæli, et sunt hæc : Fernova, Feruetus, Con- fert, Emponentb, Scimasarnova, Scimasar- vetus, et bene fiunt in dextro latere. In si- nistro vero latere sunt Confernova, Confer- vetus, Fivian, Barian, Scassarnova, Scas- sarvetus. Ibidem : Unde sciendum est, quod auguriorum quædam significant bonum even- tum, ut Confernt, et Emponentb : quædam malum eventum, ut Viarum et Harenari : et quædam mediæ inter utrumque, ut Fert, et Confernt. Horum auguriorum species singulatim enucleantur suis locis. Pœnitentiale MS. Thuanum : Credidisti, quod quidam credere solent : dum enim iter aliquod fa- ciant, si cornicula ex eorum sinistra in dex- tram illis cantaverit, inde se sperant pro- sperum iter habere; et dau auxii fuerint hospitii, si tunc avis illa, que Muriceps vocatur, eo quod capiat mures, et modo Pascata nominata est, viam, per quam va- duunt, ante se transvolaverit, illi scilicet augurio, et forte divinis vel demoni magis se committunt, quam Deo, etc. Vide Petrum Blesensem Epist. 65. et supra, Superveuta, et Avis S. Martini. De veterum pro avium volatus divinationibus, [egere Nilus Mo- nachus lib. 2. Epist. 151. et alii quos lau- dant] Brissonius lib. de Formul. pag. 134. et Cæsar Bulengerus lib. 3. de Auspicis cap. 2. [Venta, alia notione, Vide in Venda 1. 2. et 3.]*

¶ VENTA, perperam pro Venta, in vet. Stilo Parlamenti cap. 11. et in Edicto Philippi VI. ann. 1344. tom. 2. Ordin. Reg. Franc. pag. 218. Vide Venta.

\* 2. VENTA, Locus, ubi merces venum exponuntur, seu tributum quod percipitur ex rebus ibi venditis, nostris etiam, eadem notione, Vente. Obitar. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5191. fol. 37. vº : Johannes de S. Sequano dedit ecclesie Lingonensi sexa- ginta solidos Turon..... in Venta seu aula Montissaloniis,..... exigendos a ventario seu firmario Vente dicti loci. Lit. remiss. ann. 1405. id Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 68 : Denisot Chevrecon, soy disant fermier de la Vente ou estalage de saint Disier, etc. Pro rei vanalis pretio, in aliis Lit. ann. 1410. ex Reg. 164. ch. 220 : Le suppliant demande à an pescheur oa uaronnel combien il faisait ane Vente de poisson qu'il avait; leqael pescheur ou maronnel lui eust fait un certain pris d'argent, etc. Vide in Venda 1.

¶ VENTACULUM, Flabellum, Muscarium, cujus usus in sacris Liturgiis, Gall. Even- tail. Hariulfus lib. 3. cap. 2 : Ciboriam auro argenteoque paratum auan, candelabra auro argenteoque parata sex, Ventaculum deauratum unum, fuscillum deauratum unum, etc. Petrus IV. Rex Aragon. in Chron. lib. 2. cap. 11. de solenni Regii convivii appa- ratu : Blasco d'Alago quens tallas dels col-

tels davant, Ea Philippe de Castres quens servis de Ventall, etc. Vide Flabellum.

Id etiam nominis datum a nostris galeæ parti, qua ventus hauritur, seu respiratur.

Le Roman de Roucevaux MS :

L'escu au col, la Ventaille fermée

Infra :

Elmes lacier, et Ventailles fermer.

Philippus Mouskes MS. in Carolo M :

La Ventaille li ont ostée,  
Si li ont la teste copée.

Alibi :

Hiaumes et Ventailles lacies,  
Et les enseignes desploies.

Guillelmus Gaiart MS. ann. 1214 :

Sus hyaumes bruns, et sus haubers,  
S'entrelacent estos et tailles,  
Sus bacinez, et sus Ventailles.

Le Roman de Garin MS :

Sor la Ventaille li fu le hiaume asis.

Rursum :

Cent mile furent à Ventailles fermées.

Alio loco :

Trois mile sont les Ventailles laciées.

Idem :

En li deslaee le vert hyaume bruni,  
Et la Ventaille de l'aubere c'ot vesti.

\* VENTALIA, Clathrus, cancelli. Cerem. vet. MS. eccl. Carnot. ad diem Cinerum : Exeunte episcopo cam clero per Ventalia, que claudit chorum, etc.

¶ VENTALIUM, VENTALLUM, Idem quod Exclusa, [Aquarii canalis valvula.] Gallis Ventail. Charta ann. 1073. ex Tabular. Montis S. Quintini in insula fol. 14 : Quant- um ad elevationem Ventallorum valerie ex- clusæ de Rovecourt, que Ventalla antiquitus vocabatur. [Alia ann. 1237. ex eodem Tabul. fol. 157 : Aquas illas exire permitteat et effluere Ventaliis elevatis. Infra : Quod si contigerit dictas aquas sapercescere sabito et in tanta quantitate superabundare quod dictæ valerie omnibus sublevatis Ventaliis non sufficiant ad egerendum dietas aqaas. Ventales Busæ, in Chron. B. M. Bonæ Spei pag. 213. Chartul. M. S. Vedasti : Les Ventailles des moulins de S. Vaast et les autres circonvoisins... doivent avoir 28. pou- ces d'estraiere de hauteur. Passage ou Ven- taille pour passer le navire, in Charta ann. 1450. ex Chartul. 23. Corb.] Tabular. Episcopat. Ambian. fol. 95 : De Ventallo, de Grapino, quod petebat Dom. Episcopus reparari, etc.

¶ VENTELIA, Eadem notione. Regest. Olim ann. 1310. fol. 119. vº : Gentes dicti Guillelmi per supra muros ascendentes in- traverunt et ibidem tresdecim Ventelias aque prædictæ cum impetu defluerunt et maxi- mam copiam eorum piscium secum duxerunt.

¶ VENTAMUS, Antenna, ut videtur, Gall. Vergae. Statuta Cadubrii fol. 51. vº : Item ordinamas quod quilibet homo et per- sona qui in districtu Cadubrii lignum ali- quod incidit, vel incidi fecerit causa faciendi Ventamos vel arbores, etc. Eorundem Correct. fol. 51. vº : Et pro qualibet antenna vel Ventamo, etc.

¶ VENTARE. Fleta lib. 2. cap. 87. § 2. de

Officio Caseatrici : Ipsius etiam interest Ventare, vannare, vel ballare, ignem tegere, et hujusmodi minuta opera facere.

¶ Venter Poëtæ nostrates dixerunt pro Jetter au vent, id est ventum spargere. Le Roman de Facce MS :

Ne sai qu'il fist la nuit au Conte Erneuf entendre,  
Que li Roiz d'Allemagne le devoit la nuit prendre,  
Et livrer à Richart et as Normauz à pendre,  
Ou arder en feu, et puis Venter en cendre.

¶ VENTARIA, Jus habendi ventalem seu exclusam, vel Præstatio quæ pro ejus- modi facultate penditur. Charta ann. 1202. apud Chiffletium in Trenorchio pag. 455 : Inprimis enim nobis acquisierunt usagios villæ Trenorchiensis, videlicet sauariam, farnos, bichonagiam, Ventariam, molen- dina, etc. Vide Ventulum.

1. VENTARIUS, [\* Qui ventas seu tributa ex rebus in foro venditis colligit. Charta ann. 1206. ex Chartul. eccl. Lingon. fol. 12. vº : Alienigena quisque, si in villa manere venerit et vellet foram (liberum) requirere, antea... preposito sextarium vini, et majori sextarium, et duobus villæ Ventariis, pro vi laudatione et concessione, duos denarios tenetur exlibere. Alia ann. 1257. ibid. fol. 65. vº : Reneras miles, dominas de Maresco, recognovit quod tenebat a R. P. G. Dei gratia Lingon. episc. in feodum vij. lib. Lingon. annui redditus, qaas percipiebat singulis annis in nandinis B. Manmetis a Ventario Lingon. quicunque pro tempore esset Ventarius Lingoneusis.] Vide in Venda 1.

\* 2. VENTARIUS, Idem atque Forestarius, silvæ custos, nostris Vantier. Chartul. eccl. Lingon. fol. 143. vº : Ventarius debet ire Chalandreyum ad colligendos redditus suos ibidem proxima Domiica post festum S. Johannis, vel in octava illius, pro sua voluntate, interrogatus prius ab illis, vel ab aliquo illorum, qui faciunt corticem, quando ipse velit ire, et tunc pro- caretur ab eisdem hominibus in uno prandio ..... Prætere homines de Chalandreyo non exercent opus corticis, sine licentia Ventrarii; et illi qui volunt hoc opus exercere, propter hoc servunt ei. Libert. villæ de Grancey ann. 1348. tom. 9. Ordin. reg. Franc. pag. 160. art. 3 : Nous lear devons livrer bois pour toutes les nécessitez qui y (aux halles) fauront, en noz bois et forez, ..... ilz seraient bailliez et delivrez par notre Vantier. Vide supra Venda 3.

¶ VENTATA. Charta ann. 1225. in Tabul. Ecclesie Carnotensis num. 257 : Et in granclia nostra quolibet anno pro manum uostram, vel uandato nostri, octo modios bladi ad mensuram Aurelianensem, videlicet quatuor modios avenæ, tres modios siligiuis, et unum modium frumenti ad tres Ventatas, id est, ter vanatum.

¶ VENTEICIUM, Arbores ventorum violentia eversa, eradicata, Gall. Abbatis d'arbres par le vent. Comput. ann. 1202. apud D. Brussel. de Usu feud. tom. 2. pag. cxcvii : De Venteicio et bosco cheu in G'sia, xx. l.

\* VENTELHA, Pars portæ, valva. Stat. sabbat. Carcass. ann. 1402. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 561. art. 10 : Quod nullas dicti miusterii sabbaterie... in die Domiico..... teneat nec tenere audeat portas



sui operatorii sive botigie sabbateria omnino apertas; unam tamen portam sive Ventellam porte, videlicet majorem (leg. minorem) sui operatorii sive botigie, quilibet poterit in talibus tenere apertam libere et impune, alio hostio sive porta, scilicet majori, clausa remanente.

¶ **VENTELIA**, ut *Ventalium*. Vide ibi.

\* **VENTELLA**, Pars lecti, quam *Pente* appellamus. Lit. remiss. ann. 1358. in Reg. 86. Chartoph. reg. ch. 335: *Duas curtinas cum Ventellis unius lectis fartive cepit.*

\* **VENTELLUM**, Aquarii canalus valvula, *exclusa*. Charta ann. 1315. in Reg. 52. Chartoph. reg. ch. 122: *Pro refectioe Ventellorum et constructione cujusdam pilarii dictum inolendinum sustinentis etc. Ventalie*, eadem notione, in Lit. remiss. ann. 1403. ex Reg. 158. ch. 225: *Lesquelz compaignons alerent à un Ventalie dudit vivier, et là l'un d'eulx rompi la fermeté dudit Ventalie, haucerent icellui Ventalie, etc. Vide Ventalium.*

\* **VENTENUM**, Exactionis species, in Charta Caroli IV. reg. Rom. ann. 1365. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 604. pro *Vintenum*. Vide in hac voce.

¶ **VENTER**, Fetus, fructus ventris, nostris *Ventrée*. Testam. ann. 1293. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 705: *Item Ventrem meum heredem instituo in quadraginta libris Turon... et hoc si masculus fuerit: si autem femina fuerit, instituo eam heredem in mille libris.* Mirac. B. Egidii tom. 3. April. pag. 244: *Nolens... mulierem illam perdere Ventrem et innocentem ducere ad obscura, etc.* Statuta crimin. Saxonæ cap. 24. fol. 47: *Et si et quandocumque contingat de cetero sclavam alicujus civis vel habitatoris Saonie nb aliquo gravidam fieri, sit in electione domini vel domine sclvne, ipsam sclavam cum fetu seu Ventre dare et tradere impregnanti.* [Occurrit præterea in Charta ann. 1313. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 10. col. 1. *Ventre*, pro *Matrice*, in Versione Genes. cap. 20. v. 18. ex Bibl. reg.: *Dieu out clos tous les Ventrés de la maison Abimelech por Savra la femme Abraham.* Ubi sacer textus habet, *Vulvan*. Hinc Franc. ventre nuncupatur, Mulier liberæ conditionis, in Charta ann. 1349. ex Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 500: *Jasoit que le dit Symon ait esté nez et procreez en loial mariage et qu'il soit franche personne et de franc Ventre, hors de toute servitude.* Unde etiam *Ventriere*, appellata Obstetrix, vulgo *Sagefemme*. Lit. remiss. ann. 1408. ex Reg. 162. ch. 223: *Comme icelle Perrette se feust mise et appliquée à estre Ventriere et recevoir enfans naissans,..... et par long-temps a esté Ventriere jurée de nostre ville de Paris, etc.* Occurrit præterea apud Bellomanerium MS.] *Ventrée* cibos, quibus venter refertus est, vocat le Roman de Robert le Diable MS:

Est si saoulz li loiemiers,  
Que puis qu'il fu laiens premiers,  
N'ot il mais si bonne Ventrée.

\* **VENTRES**, Intestina, hominum et animalium viscera; unde nostris *Ventrailles*. Charta ann. 1334. ex Tabul. D. Venciæ: *Item quod nulla persona facit laicivam in fonte dicti castrî, nec ibi lavet lanam, Ven-*

*tres ac aliquam orduram, in et sub pœna pro qualibet vice et persona quinque solidorum.* Testam. Odon. IV. ducis ann. 1346. inter Probat. tom. 2. Hist. Burg. pag. 221. col. 1: *Nous ordonnons que nos Ventrailles soient mises devant le grand hautel de nostre chapelle de Dijon.* Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 117. Chartoph. reg. ch. 114: *Le suppliaut tua lesdiz moutons et escorcha, et en vendi les peulx, les Ventrailles et les corées.*

¶ **VENTRES**, Pelles murium Ponticorum, qui ventre tantum albi sunt. Littera Henrici V. Reg. Angl. ann. 1416. apud Rymer. tom. 9. pag. 335: *Duas furrurus, utraque de trecentis Ventribus menever.... Unam furruram de ducentis Ventribus menever. Vide Vares.*

**VENTERIUM**. Charta ann. 1178. apud Ughellum tom. 7. pag. 410: *Et plenarie gradus fabricæ habeatis, et cum ipsi valuatorium suum de ante se,.... quam et cum ipsum Venterium desuper ad fabricandum vobis illos in altum quantum volueritis, etc.* Ubi idem Ughellus, *Venterium, adis superius edificium* esse ait, a ventis dictum.

**VENTIGIATUS**. Regula Magistri cap. 23: *Statim secuudum numerum mensæ prioris in uno galletæ vase mensurate potiones, ab eis calida miscatur, et Ventigiata a calice potione, petita benedictione, adsaporet, qui miscuit, si equalis est temperie mixtum; et sit in prima mensa omnibus eroget.* Id est, mota, et ventilata.

\*\* **VENTILABILIS**, Qui ventilari, agitari potest. Virgil. Gramm. pag. 57: *Famosa et Ventilabilis questio oritur.* Vide *Ventilbre*.

1. **VENTILABRUM** inter vasa et ministeria Ecclesiastica reponitur a Baldrico in Chron. Camerac. lib. 3. cap. 49: *Multa ornamenta adhibuit, auream tabulam applicavit, utrisque lateribus argenteas subrogans, cruces aureas cum Ventilabris æque aureis renovavit.* [Occurrit præterea inter vasa et ornamenta Ecclesiæ Spirensis apud Schannat. in Vindem. Litter. pag. 10: *Cruces 4. cum hastilibus suis,.... Ventilabrum deauratum cum hastili suo.* Ubi Ecclesiæ vexillum, Gall. *Bannière*, intelligo.]

2. **VENTILABRUM**, Muscarium, Flabellum. Continuator Historiæ Episcoporum. Viridun.: *Hic S. Mariæ duas cnpas optimas, et duo Ventilbra, aliæque honorifica ornamenta cum magna devotione contulit.* Tabularium Ecclesiæ Ambianensis: *Petrus de Augo Canonicus (Galfredi Episcopi Ambian. nepos, vixit ille ann. 1258.) dedit Ecclesiæ Ambianensi,.... Ventilabrum factum de serico et auro ad repellendum muscas et immunda. Insuper una est casula de bombace, duo pelves de opere Lemovicensi, et pecten ad usum Presbyteri.* Vide *Muscarium*.

\* 3. **VENTILABRUM**, Follis. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120: *Ventilabrum, soufflet.*

¶ **VENTILAMEN**, Purgamentum ex frumento ventilato. Formulæ vett. ad calcem leg. Salicæ edit. Eccardi pag. 244: *Tolle de XII. censariis singulas ovas, et da illis quotidie sal et Ventilamin et commixtum migma, ut tunc bonæ sint.*

¶ **VENTILAMENTUM**, λευκητήριον, in Gloss. Lat. Gr. Aliæ Gr. Lat.: Δικμητήριον,

*Ventilamentum, ventilabrum.* Vide *Ventilatorium*.

**VENTILARE**, Movere aliquid ad ventum captandum, apud Apicium lib. 1. cap. 7. *Eveuter*, nostris.

**VENTILARE**, Inquietare. Charta Henrici Imp. ann. 1082. apud Ughellum tom. 1. part. 1. pag. 743: *Nemo vero eorum per placita Ventilare, vel inquietare presument.* Legendum forte *ventitare*.

¶ **VENTILARE CAUSAM**, Eam agitare, de ea disputare, disserere. Judicium ann. 1027. in Append. ad Marcam Hispan. col. 1042: *Cunque diu hæc causa fuisset Ventilata coram jam dictis omnibus, etc.* Occurrit etiam in Statutis Cadabrii lib. 2. cap. 14. et alibi. *Ventiller*, eadem notione, nostri dixerunt. Littera Caroli V. Reg. Franc. ann. 1367. tom. 5. Ordin. reg. pag. 25: *Et toutes leurs causes nues et à nouveau soient Ventilées et déterminées ou temps avenir et en touz cas, en nostre chambre de Parlement.*

**VENTILARE CORNIBUS**. Liber 1. Machabæorum cap. 7: *Et exierunt de omnibus castellis Judææ in circuitu, et Ventilabant eos cornibus, et convertebantur iterum ad eos, et ceciderunt omnes gladio, et non est relictus ex eis, nec unus.* Erchempertus in Hist. Langob.: *Atque cuneum eorum scindens, gladiis Ventilavit.* Infra: *Positioque præsidio pugnatorum in camisia, vicissim eos cornibus Ventilabat.* Vide Lud. de la Cerda in Advers. cap. 80. § 16.

**VENTILARE**, Vox recepta in re magica, de qua multa Jac. Gothofr. ad leg. 5. Cod. Th. de Malefic. et de Mathematic. (9.16.)

**VENTILARE**. Supplex Libellus Monachorum Fuldensium Carolo M. oblatu § 15: *Nec mercimonia aliqua ab aliquibus ibi Ventilantur.*

\* *Ventiller*, alia notione usurpatur, scilicet dicitur de rumore in vulgus sparso, in Lit. remiss. ann. 1460. ex Reg. 190. Chartoph. reg. ch. 59: *Il avoit esté Ventillé par le pays, que la suppliant estoit cause du feu de l'ostel du pere de son nary.*

\* **VENTILATIO**, Tempus, quo grana ventilantur, Charta ann. 1174. in magno Chartul. nig. Corb. fol. 130. rº: *Omundus major de Columellis,.... guerpivit nobis,.... duos vini sextarios, quos hactenus exegerit in singulis Ventilationibus.* Vide supra *Vanata*.

**VENTILATORIUM**, Papiæ, *Ventilabium, a ventilandis paleis.* [Vide *Ventilamentum*.]

¶ **VENTILATRIX**, Mulier quæ frumentum ventilat. Comput. ann. 1425. apud Kennet. Antiquit. Ambrosd. pag. 576: *Et in Ventilatricibus conductis in grosso ad ventilanda omnimoda grana triturata, etc. Vide Ventrice.*

\* **VENTILE**, Idem quod supra *Ventillum*. Charta Caroli V. reg. Franc. ann. 1379: *Quod religiosi (S. Amandi in Pabula) essent,.... in possessione et saisina habendi et in solidum, in cursu rivuli prædicti, quoddam torcular ad oleum et unum Ventile sive exclusorium aquæ, in eorum alta justitia et dominio existentia et situata, dictumque Ventile erigendi, descendendi e claudendi, prout eis licebat, pro aqua fluenda vel retinenda, dum eis placet et casus emergebant.*



\* **VENTILE** MOLENDINUM, Gall. *Moulin à vent*, quod vento versatur. Charta ann. 1490. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 3. pag. 429. col. 1: *Præterea in antiqua Gora quatuor integros agrorum mansos,..... cum quatuor suis propriis colonis, atque duo Ventilia molendina, etc.* Vide in *Molendinum*.

**VENTIOLOGIUM**, vox ibrida, quasi *ratio*, vel index *venti*, *ἀνεμογράφον*, pinnula versatilis, quæ in ædium culminibus poni solet, quæ ventum stantem designat. Gloss. Lat. Gall. MS. ex Biblioth. Thuana: *Ventilogium, Le coïchet, qui est sur le mostier*. Gallus perinde versatilis, qui in acumine campanilis Ecclesiarum eminent. Radulphus in Vita S. Richardi Cicestrensis Episcopi num. 60: *Sicut præminuet Ventilogium toti fabricæ, quod quidem quanto altius erigitur, tanto plus tempestatibus irruentibus etiam fronte opponitur, etc.* [Comput. ann. 1425. apud Kennet. Antiquit. Ambrosd. pag. 575: *Cum duobus Ventilogiis, videlicet vasis de Tyn emptis de fabro de Cherlton ponendis super utrunque finem prædicti dormitorii v. sol. 11. den.*] Huc pertinent ista Anonymi de Arte architectonica cap. 2. ex Vitruvio lib. 1. cap. 6. de Eratosthene: *Athenis turrim marmoream octogonam instituit, in qua imagines ventorum sculptas contra suos cuiusque flatus ordinavit: supraque ipsam turrim metan marmoream posuit, et Tritonem æneum collocavit, et ita est modulatus, ut cum ventus aliquis aspirasset, quodam momento in gyrum ageretur, et supra caput ejus resisteret, et dextra manu virgam tenens, ipsum esse flantem monstraret*. Hanc turrim adhuc exstare aiunt, eadem octogona figura, in cujus singulis angulis inscripta leguntur ventorum nomina, hodieque appellari turrim *Andronici* Cyrrhestæ. Vide Respons. J. Sponii ad Guilletum pag. 293. Porro similem Tritonem æreum, ventorum indicem, Romæ fuisse ad templum Androgei Cyrenensis idem Scriptor ait. *Girouettes* nostri dicunt, Itali *Girelli*, quod *gyrando* volvantur. Exstat inter opera Petri de Alliaco Episcopi Camerac. et Cardinalis, liber inscriptus, *Ventilogium de Concordantia Astronomicæ eocordicæ cum Theologia et Historiæ narratione*.

Sane *Ventilogii* nomenclatura longe potiori ratione tribui potest tetragonæ illi tabulæ nuper inventæ, quæ ædium fastigiis affigitur, in qua circulus describitur, in sedecim, vel triginta duas lineas divisus, quibus totidem adscripta ventorum nomina; illum vero, qui tum spirat, seu, ut vulgo lequimur, *regnat*, ostendit index versatilis, quomodo sunt horologiorum, quem regit pinna perinde versatilis supra ædis culmen.

**VENTINULA**. Ordericus Vitalis lib. 4. ex Vita S. Guthlaci pag. 538: *Festucam in Ventinula posuit, et sic avibus nidum in sua cella designavit*. Ita in Vita ejusdem Guthlaci a Felice Gyrwensi conscripta num. 15.

\* Ad quem locum tom. 2. Apr. pag. 45. col. 2. docti Editores: Videtur nidi fundamentum esse, prope fenestram poni solitum, et sic *Ventana* apud Hispanos fenestram significat. Consule Diction. Acad. Hispan. in hac voce.

† **VENTIO**, Venditio: item, Quod præstatur domino feudali prodistributionis seu venditionis prædii facultate. Vide *Venda* 2. Tabul. S. Sergii Andegav.: *Factæ sunt hæc Ventiones anno ab Incarnatione Domini 1074. etc.* Tabul. S. Vincentii Cenoman. fol. 21: *Capturam quoque dimidiam istius vineæ ac Ventiones dimidias, etc.* Occurrit rursum ibidem fol. 43.

\* *Vençon*, eadem acceptione, in Charta ann. 1285. ex Chartul. Pontiniac.: *Guiz de Merligni..... ai vendu..... en nou de Vençon à l'abbé et au couvent de Pontigni etc.*

\* **VENTITIO**, Teloneum, quod præstatur pro quibusvis mercibus, quæ in foris ac nudinis venduntur, idem quod *Venda* 1. Charta Hugon. comit. Campan. pro eccl. Derv. ann. 1114. in Reg. 142. Chartoph. reg. ch. 134: *Concessi cisdem fratribus et eorum famulis de præbenda ecclesiæ riventibus, in omni terra mea ad mercatum vel ad nudinas emere atque vendere sine Ventitione*. Vide supra *Venda* 2. et mox *Ventura*.

† **VENTOLIUM**, Locus ubi ventilatur frumentum. [\* Vel Tempus, quo ventilatur. Vide supra *Ventilatio*.] Charta Ludovici Junioris Reg. Franc. ann. 1142. ex Chartul. Maurigniæ: *Concesserunt duos modios et dimidium boni mistolii de decima et campiparte granchiæ suæ de Bellovidere ad mensuram Stampensem percipiendos in Ventolio prædictæ granchiæ infra festum Omnium Sanctorum*. Vide *Ventilatrix*.

1. **VENTOSA**, Cucurbita medica ad eliciendum sanguinem, vulgo *Ventouse*. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Ventosa, Ventouse, un vaissel à ventoser*.] Ugitio: *Ginia, vel gina, vas vitreum, vel ecurbita, quæ Ventosa dicitur*. Papias: *Ventosa, quæ et gina: hæc et cucurbita dicitur Latine*. Gloss. MSS. ad Alexandrum Iatrosoph.: *Ceber, i. cufa, quæ dicitur Ventosa*. Gregorius Turonensis lib. 7. Hist. cap. 31: *Presbyterum quoque unum... elisum super scannum pugnis ac diversis ictibus verberavit, ut penam annuam reddere videtur, et seisset forsitan, si ei medicorum Ventosæ non subvenissent*. Consule Constantinum Afric. lib. de Chirurgia cap. 9. et 10. Albucasim part. 2. Chirurg. cap. 98. et seqq. etc. Vide supra in *Gina*.

\* Alias *Ventoise*. Lit. remiss. ann. 1425. in Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 244: *La suppliante..... adentu un pot de terre sur les chaudelles estans sur le ventre d'icelle malade, qui fut fait par forme de Ventoise, pour aidier à relever la maris d'icelle malade*.

\* 2 **VENTOSA**, Propugnaeuli species; an quod ecurbita formam referat, vel quod spiracula habeat, *Ventouses* etiam nuneupata? Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 54: *Possunt dictæ perticæ altius levari et inferius declinari, causa portas sive propugnacula, aut bertescas sive Ventosas comburendi*.

† **VENTOSITAS**, Ventus, flatus. Processus de B. Petro Luxemburg. tom. 1. Jul. pag. 573: *Sensit ex aere exire quemdam ventum sive Ventositatem*. Chron. Mellic. pag. 438: *Et deductis equis per litus nos duas uavicularum aseendimus, nulla Ventositate extante*. Pro Jactantia occurrit apud S.

August. lib. 4. de Doctr. Christ. cap. 6. et S. Fulgent. lib. 2. Mytholog. cap. 17. *Ventositas, Ventosites*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.

† **VENTOSARE**, *Ventosa*, seu cucurbita medica adhibita sanguinem elicere. Constant. Afer de Elephant.: *Ventosandus est scapula*. Idem lib. 2. cap. 15: *A parte naris effluentis Ventosetur*.

**VENTOSUS**, **VENTOSIA**. Ugitio: *Lascivus, qui vulgariter dicitur Ventosus, vel petulcus, unde lascivia, Ventosia*. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Ventosus, venteur, venteus, plain de vent, jaugleur*.]

**VENTRALE**, **VENTRALIS**. Gloss. Gr. Lat.: *Περίζωον, cinctum, lumbare, Ventrale*. Gloss. Lat. MS. Reg. Cod. 1013: *Ventrale, fascia*. [ *Ventrale, Ventrail ou ceingle*, in Gloss. Latin. Gall. Sangerm.] Ugitio: *Ventrale, fascia vel ligatura ventris, vel vinculum circa ventrem, vel zona, sive lumbare*. Papias: *Ventrale, fascia: dicitur, quod solum ventrem operiat*. *Villosa ventralia*, apud Plinium lib. 8. cap. 48. Marellus Empiric.: *Uncta oleo lanula involutum in Ventrali gestes*. Ubi accipitur pro sacculo, seu crumena, sub ventrem appensa. [ *Ventralis, κοιλιάσεμος, φούδρα*, in Gloss. Lat. Gr. Vide Salmas. ad Hist. Aug. pag. 753. Gloss. Meursii, et supra *Funda* 1.]

† **VENTRERIA**, Armorum species, qua venter defenditur. Comput. ann. 1202. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. clx: *Pro vi. Ventrerii ferri, xxx. sol.*

\*\* **VENTRERIUS**, Idem qui supra *Ventrerius*, Veltricus canibus præfectus. Rotul. 11. ann. 44. Edward. I. reg. Angl. in Abbr. Rotul. tom. 1. pag. 150: *Bertrandus de Croyel defunctus tenuit manerium de Setene in comitatu Kancæ, per serjaniam inveniendi nobis, quando contingit ire in Vasconiam, unum hominem vocatum Ventrer ad ducendos tres leporarios nostros, quousque idem Ventrerius perusus fuit uno pari socialiarum, precio 4. den. ad custum nostrum, etc.*

\*\* **VENTRARIUS**, Idem. Placit. ann. 38. Henric. III. in Abbrev. Placit. pag. 135: *Pars serjanicie... pro qua debuit esse Ventrarius domini regis etc.*

† **VENTRICOLA**, Venti et gulæ deditus. Chron. Trudon. apud Acher. tom. 7. Spicil. pag. 409: *Quidam tamen ex oppido nostro impurissimi nebulones Ventricolæ, apud quos data crustula hispidi panis cajuvis dignitatis nomen facille mercari, eademque subtracta patibulo reus posses adjudicari*. *Ventrailler* nostris pro se *vautrer*, Borello interprete, se volutare. Le Roman. de Rou MS:

Sovent s'endort, sovent s'ezveille,  
Sovens s'estent, sovent Ventraille.

\* Melius forte *Se coucher sur le ventre*, in ventrem accumbere, quod *Jesir à ventrillon* dicitur, in Poem. Alex. MS. part. 1:

Il me fist hui jesir par lui à Ventrillon  
A la terre estendu come pour oroiion.

**VENTRICULOSI**, Qui Græcis *κοιλιακοί*. Vide Cælium Aurelian. lib. 3. Aeut. cap. 17.

† **VENTRILOQUI**, *Præcantatores*. Gloss. Isid.



**VENTRINA**, *Bestia, quæ fert onus circa ventrem.* Joann. de Janua.

**VENTRITICUM MOLENDINUM.** Vide *Molendinum ad ventum.*

**VENTRIX**, Ventilatrix frumenti, *celle qui vanne les grains*, in Fleta lib. 2. cap. 82. § 2. [Vide *Ventilatrix.*]

**VENTROSUS**, προγαστρος, προκαίσιος, in Gloss. Gr. Lat. et Lat. Gr.

\* **VENTURA**, Idem quod supra *Ventitio*. Charta Henr. episc. Trec. : *Coucessit immunitatem ab omni exactione thelonei, vel Ventuarum et omnium secularium consuetudinum*

¶ 1. **VENTUS**, f. pro Venditus, apud Camillin Pereg. Hist. Langobard. tom. 2. Murator. pag. 257. col. 2.

¶ 2. **VENTUS ERAT**, pro Venerat, ut infra *Ventus*. Acta S. Cassiani apud Illustr. Fontanin. in Antiquit. Hortæ pag. 347 :

Alter enim Cassianus cum Cæsare Ventus Ex Asia, æquivocum sacravit honore patronum.

¶ 3. **VENTUS**, Auster. Charta ann. 1455 : *Ex Vento juxta vineam Claudii Miron et terram Antonii de Moles; ex Borea juxta terras, etc.* Charta ann. 1523 : *Confrontat ab oriente cum domo ipsius de Veras, et a Bisa cum pratis nobilibus Nohe de Rupesalva, et a Vento cum terris dicti Ludovici de Veras, et a solis occasu cum terris, etc.* Cui opponitur

¶ **VENTUS GRÆCUS**, Aquilonis. Tabul. Massiliens. : *Sed quod spectent Ventum Græcum vel tramontanam, etc.*

\* **VENTUS PELAGARIS**, Auster. Vide *Pelagaris*.

4. **VENTUS**, Anima, extremus halitus. Abbo lib. 2. de Bell. Paris. vers. 523 :

... Ventum de pectore jecit.

\* **VENTUS TEMPORALIS**, Honoris aura, Gall. *Vaine gloire*. Mirac. S. Raym. tom. 6. Jul. pag. 661. col. 1 : *Eum* (quem a cæcitate liberaverat) *in secretiori parte domus posuit, donec eum privatim conduxit extra civitatem, timore Ventus temporalis.*

¶ **VENUARIUS**, Venditor, pro *Vendarius*, ut videtur. Charta Ludovici II. Imper. ann. 861. tom. 2. Bullarii Casin. pag. 29. col. 2 : *Notum sit quia nos concessimus Amalbergæ nobili abbatissæ Brixivæ, ut quocumque iste Venuarius cum mercimoniis negotiando perrexerit, secure pergat.*

¶ **VENULA**, dimit, a Vena, apud Tertull. Scorp. cap. 1 : *Venenata intrinsecus Venula subtilis, etc.* Occurrit rursus infra cap. 5. Alia notione, vide in *Venella* 1.

**VENUNDIPIRUS**, Qui vendit pira. Joan. de Janua. [Qui vent poires, in Gloss. Lat. Gall.]

**VENURA**, Adventus, ex Gallico *Venure*, ut Picardi efferunt, alias *Venue*. Monasticum Anglicanum tom. 1. pag. 556 : *Et tenentur de venerabili patre Dunelmensi Episcopo, in puram et perpetuam elemosynam, et pro una Venura ad Curiam ipsius Episcopi ad festum S. Michaelis per annum.* Forte *Venuta*. [Vide infra.]

¶ **VENUS**, Cyprium æs, apud Chimie peritos. Chron. Mellic. ad ann. 1465. pag. 476. col. 2 : *Cruæ super conum locata quinque fere cubitorum extat, Venere est vestita, sicut et peana propugnaculorum quatuor ad radicem tecti.*

¶ **VENUSTARE**, Ornare, decorare, comere. Acta S. Franciscæ Rom. tom. 2. Mart. pag. 168\* : *Vidit animas illarum feminarum quæ in vita sua se Venustabant.* Occurrit in Gloss. Gasp. Barthii ex Baldrici Hist. Palæst. apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 206. Ita etiam legendum pro *Venustrare* in Litteris Johannis Reg. Franc. ann. 1361. tom. 4. Ordin. pag. 393 : *Rite tamen censuit (Regalis magnificentia) illos copiosioribus gratis et honoribus ac franchisiis et libertatibus debitis Venustrare quos novit... regii culminis... zelatores.*

¶ **VENUTA**, Adventus, Gall. *Veue*. Comput. Vienn. in Delphin. ann. 1318 : *Item in expensis et Venutis domini et gentium suarum, 102. lib. 14. sol. 3. den.* Ibidem : *In expensis et Venutis domini, dominiæ Dalphinæ, domini Henrici et gentium suarum, 48. lib. 11. sol. 10. den.* Vienn. Litteræ ann. 1372. inter Ordin. Reg. Franc. tom. 5. pag. 565 : *Savoir faisons que en notre Venue ès parties de Xaintonge, etc.* Vide *Venura*.

\* *Venue*, alia notione, nimirum pro Reditus, emolumentum, vulgo *Revenu*, profit. Charta ann. 1303. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 237. vº. col. 2 : *Les-queles cent livres Paris de rente... messire Jehan de Chistelle et madame Marguerite sa fame..... oat transportez..... au déen et au chapistre de l'église N. D. de Paris..... sus la prevosté de Courbeil et sus les-rentes et les Venues d'icelle prévosté.*

**VENUTUS ERAT**, pro Venerat, ex Gall. *Estoit venu*. Vetus Notitia apud Perardum in Burgundicis pag. 33 : *Ad ipsum placitum Venutus erat.* [Vide *Ventus* 2.]

¶ **VEPRA**, Callidus, testificator, diversipellis. Gloss. Isid. Leg. *Fafer*, vel *Versatilis*, ex Grævio.

¶ **VEPROSA**, *Fepres*, in Gloss. Gasp. Barthii, ex Baldrici Hist. Palæst. apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 206.

¶ 1. **VERA**, pro Veru, virga, Gall. *Broche, verge*. *Veratus*, vera obfirmatus. Guido de Vigevano de Modo expugnandi T. S. cap. 2. ex Cod. Colbert. 5080 : *Trunchus a duobus capitibus sit Veratus de ferro et ab una Vera ad alteram per longitudinem trunchi, ponantur quatuor Vere ferri per longum latæ uno grosso digito et grossæ una grossa cuspiæ cutelli, et fortiter inclaveantur cum truncho vel firmetur trunchus sive Veris per longum de cordis, ita ut trunchus sit fortis et levis.* Ibidem : *In capite unius calosi sit una Vera lata quatuor digitis cum tribus ramponibus... Et in alio caloso sit una alia Verea cum tribus canalibus ubi intrent tres illi ramponi.*

¶ 2. **VERA**, Bellum, pro *Verra*, *Guerra*. Vide in hac voce. Inventar. MSS. ann. 1366 : *Nisi dicta civitas (Bononiensis) tunc esset obcesa vel contra eam actualiter guerra et Vera forsitan moveretur.* Vide *Verra*.

¶ **VERACITER**, Vere. Epist. Conc. Francoford. inter Hispan. tom. 3. pag. 105 : *Nec negamus et nos Christo hæc tria Veraciter inesse, divinitatem scilicet, animam et corpus.* Charta ann. 1368. ex Schedis Præs. de Martangas : *Iustum causam... exprimat Veraciter et non mendaci-*

*citer.* Occurrit apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 70. S. Ambros. Epist. 30. Cassiodor. et alios.

\* **VERACTARE**, *Reonner ou garetier*. *Veractus*, a, un, *champ reconé*. *Veractum*, i, vel *Veractus*, us, *garect*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521. Vide *Warectum*.

**VERAGIUM**, Macula, a *varius*, de qua voce supra. Fleta lib. 8. cap. 4. § 4. de Officio Marescalli : *Ejus est... de omni præda bestiarum totum habere Veragium videlicet omaes bestias maculatas, vel diversi coloris existentes, etiam pro minina stella.* Charta ann. 1300. in Regesto Philippi Pulchri Reg. Franc. ann. 1299. n. 36. ex Chartophylacio Regio : *Concedimus, quod ipse et sui hæredes, et causam ab eo habentes, et habituri in prædicta foresta Veragium, quod ibidem habere consuevit, tres fagos ad Natale, usagium ad arduendum et edificandum sufficienter ad opus domus ipsius militis, etc.*

\* Alia notione intelligenda videtur hæc vox in Charta Phil. Pulc. hic laudata, quæ rursus legitur in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 120. rº. col. 2. ubi *Veragium* interpretor *Jus veras* seu virgas capiendi in silva, quod ad tres fagos dterminatur. Vide *Vera* 1.

¶ **VERAGUS**, Verax, testis fide dignus. Præceptum Carolomanni Reg. ann. 770. apud Marten. tom. 1. Ampl. Coll. col. 33 : *Dum de hac causa sic ante nos fuit ratio deducta, et suam vel suis Gamaladionis tam per Veragos homines, quanque per confirmacionis (confirmaciones) Regum cognovimus, etc.*

\* **VERANTER**, Vere, Gall. *Avcc vérité*. Acta Liter. Struvii tom. 2. fascic. 3. pag. 225 : *Anno 1413..... ubi tantus luctus et clamor pauperum auditus est, quorum possessiones in igne perire, quod effari, ut Veranter dicam, vix valeat.* Sed forte leg. *Veraciter*. Vide in hac voce.

¶ **VERARE**, Verum dicere, repræsentare. Gloss. Lat. Gr. : *Vero*, ἀληθῶς. Ennius apud Gellium lib. 18. cap. 2 :

Satin' vates Verant ætate in agunda.

¶ **VERATONUS**, Sagitta, pili genus. Processus de B. Petro Luxemburg. tom. 1. Jul. pag. 590 : *Et cum tenebat balistam de torno vel de lena, exposuit unum Veratonum per caput ipsius loquentis, ita fortem quod transivit galeam sive bacinetum ferri.* Leg. *Veretonus*. Vide in hac voce.

\* **VERATRUM**, *Elleborus*, quædam herba, Gall. *Chiphocne*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521. Aliud Sim. Januens. ex Cod. reg. 6959 : *Veratrum est Elleborus, Macro cap. de Ostrutio.*

¶ 1. **VERATUS**, Ratus, confirmatus, Gall. *Ferifé*, *aprouvé*. Epist. Harwichi viri illustris apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 58 : *Et quicquid exinde egeris, feceris, gesseris, Veratum enim mandatum ad me te habiturum esse cognoscas.* [\* F. gesserisse, ratum.] Vide alia notione in *Vera* 1.

\* 2. **VERATUS**, Teli brevis et spissioris genus. Charta ann. 1335. ex Cod. reg. 5956. A. fol. 1. vº : *Cadiellos dictos Veratos de jauna iij<sup>m</sup>. lanceas ccl. dartos vº.* Vide *Veretonus*.

\* 3. **VERATUS**, *Champ à tenir ver*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.



\* **VERAX**, nude, pro Testis; cuius nimium præcipua dos est veritatem dicere. Charta ann. 833. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 927: *Tunc nos suprascripti missi fecimus venire Veraces, quos ipse Petrus episcopus nobis denominavit.... Interrogasemus de ipsa vestitura, et illi scirent, nobis certum dicerent veritatem.* Vide infra *Veritas* 1.

† **VERBAGO**, Herba sanando dentium dolori salubris. Vita S. Walfridi sæc. 3. Bened. part. 2. pag. 200: *Adhelmo, qui nimium dolorem dentium suorum patebatur..... pater apprensus dixit: Herbam quam primitus foris sepulcrum meum repereris eam carpe et bibe; et sanus efficieris. Ipse evigilans, extra exiens, herbam invenit, quæ Verbago appellatur, quæ a multis Septemnervia vocatur: eanique colligens et in mortariolo tereus, vino mixto bibit, qui statim ut eam accepit, ab eo dolor recessit, et molaris in suo permansit loco.*

† **VERBALITER**. Conc. Tarracon. ann. 1591. inter Hisp. tom. 4. pag. 517: *Si clericus (blasphemator).... pena pecuniaria vel corporali pro prima vice puniatur, pro secunda carceribus mancipetur, pro tertia Verbaliter degradetur et ad triremes mittatur.* Id est, per verba hac in re adhiberi solita.

\* *Expresse*. Inquisit. ann. 1449. ex Tabul. D. Venciæ: *Interrogatus quibus verbis utebatur dominus testator predictus in testando; respondit, quod verbis testamenti predicti, Verbaliter tamen loquebatur in romancio seu lingua layca. Alius testis respondit, quod verbis in dicto testamento descriptis in lingua laica seu romancia per eum prolatis.*

† **VERBALITER**, Verbo, ore, Gall. *Verbalement*, in Litteris. ann. 1369. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 5. pag. 312.

\* *Alias Verbalement*. Lit. remiss. añn. 1395. in Reg. 148. Chartor. reg. ch. 307: *Icellui Vidal avoit ledit chastel d'Ambres Verbalement tant seulement rendu, et l'avoit aussi Verbalement receu de nostre seneschal de Carcassonne.*

\* **VERBATIM**, Gall. *Mot à mot*, prout verba sonant et ferunt. Stat. ann. 1476. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 333. col. 2: *Item quod dicti consules et consiliarii tenebuntur omnia præ et infra scripta Verbatim tenere, servare et adimplere, sine infractione et detractone aliqui, prout superius scribuntur et specificantur.*

† **VERBECARIUS**, Pastor berbicum. Vide supra in *Berbix* 1.

† **VERBELLA**, Προβάτων, ἀρνίος, in Gloss. Lat. Gr. Addunt Gr. Lat. *Ovis, verbix.*

† **VERBENNA**, Terra proscissa aratro, id est vomere. Actum. Gloss. Lat. Gr. Vulcanius emendat *Veru actum*. Vide *Warectum*.

**VERBERACULUM**, Flagellum. Joan. de Janua. [ *Flael*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. ]

† **VERBERAMENTUM**. Vide in *Verberatio*.

**VERBERARE CONTRA VERTUM**, dicebatur is, qui in campum, monomachia a iudice indicta dimicaturus, descendebat, adversario non veniente; tum enim gladium

tanquam pugnaturus vibrabat, victorque a iudice pronuntiabatur. Speculum Saxonicum lib. 1. art. 63. § 7: *Actor in circum prior veniat, et si reus venire protraxerit, iudex eum debet tribus vicibus per præconem de domo, in qua præparatur, adhibitis duobus bannitis, evocare; quod si in tertia vocatione non venerit, actor surgendo se debet duello præsentare, et Verberando contra ventum, eum superabit in querela contra eum proposita, ac iudex eum tanquam duello esset superatus, condemnabit.* Ubi alii codd. habent, et bis percutiat seu feriat contra ventum, et tertio figat in terram, et sup. [\* Germ. Unde sla tvene slege unde enen steke weder den wint.]

† **VERBERATIO**, VERBERAMENTUM, VERBERATOR, Regimiña Paduæ ann. 1260. apud Murator. tom. 8. col. 460: *Incepit hoc anno factum Verberationis in Paduano in villa S. Martini. Memoriale Potestat. Regiens. ibid. col. 1121: Quem statum inchoatum dicitur in illa Verberatione, quæ facta est mclcx. Ind. III. quando qui verberabant se, clamabant Dei voces, et non homines.... Et eo anno venerunt Verberatores per universum orbem; et omnes homines tam parvi quam magni se ad invicem verberabant.* Jacobus de Varagine in Chron. Januensi apud eumd. tom. 9. col. 49: *Anno Domini mclcx. per totam fere Italianam facta fuit generalis Verberatio; nam magni et parvi, nobiles et ignobiles, depositis vestibus nudi a cingulo supra, civitates, villas et castella sic processionaliter se verberantes ibant Virginem gloriosam et ceteros Sanctos cantilenis angelicis implorantes.... Ista tanta devotio a quibusdam pauperibus et simplicibus in Tuscia fuit inventa et per totam Italianam diffusa, et tam a parvis quam a magnis, tam a nobilibus quam ignobilibus observata. Ibant bini et bini per civitatem se verberantes, præcælentibus religiosis et clericis cum crucibus et vexillis. Multi quoque qui homicidia commiserant, cum gladiis denudatis ad hostes ibant, et in eorum manibus gladios nudos ponebant, ut de ipsis vindictam acciperent, sicut vellent. Sed illi gladios in terram projiciebant, flentibus et lacrymantibus cunctis, qui hoc videbant, propter devotionem et cordis exultationem. Alii quoque verberabant se cum eis corrigiis ad hoc factis, aliqui cum spinis, aliqui eum manicis ferreis; et quod fuit mirabile, quamvis Verberatio in media hyeme fieret, et homines nudi a cingulo supra, a mane usque ad horam tertiam pergerent, non est tamen inventum, quod aliquis fuerit frigore afflictus. Sed prima die alacriter se verberabant, secunda die alacrius et facilius se verberabant. Ricobaldi Ferrar. Histor. ibid. col. 134: *Eo anno 1260. inaudita novitas fuit per omnes Italiane partes. Nam omnes prima hyeme nudi longo agmine bini euntes tecto corpore infra umbilicum per urbes, vicos et villas villicole incedebant, se flagellis et loris cædentis et psallentes Dei laudes et B. Mariæ, clamitantes, Pax, Pax. Eo infuit discordiæ et hostilitates pacatæ sunt; mulieres in turmis hoc noctibus faciebant; sacrilegus habebatur quicumque id non ageret; sed post Januarium paulatim defecit ea novitas, quæ appellata est Verberamentum. Vide Flagellatores.**

† **VERBERATIO**, Percussio. Statuta Humberti Bellijoci domini ann. 1233. apud Acher. tom. 9. Spicil. pag. 184: *De Verberatura cum sanguine si clamor factus fuerit, dominus sexaginta solidos habere debet.... De Verberatura sine sanguine, etc.*

**VERBERO**, VERBEROSUS, Vide *Flagellativus*.

† **VERBETICINA**, Προβάτων, in Gloss. Lat. Gr. Leg. *Fervecina*.

† **VERBICARIUS**, Berbicum pastor, Gall. *Berger*. Vide in *Berbix* 1.

**VERBIGENA**, Prudentio hymno 3. ante cibum, pro ipso *Verbo*, seu Deo Filio. Vide Notas Anton. Nebrissensis. Perperam Iso *Verbo genitum* exposuit. Mamotrectus ad. 4. Reg. cap. 25. ex Græcismo:

Commonis generis sunt quæ compositis ab illis, Excipit *Verbigena*, quod Christo convenit ooi.

\* Pro Verbi genitore, in Contract. matrimon. ann. 1470. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. xli: *In Dei altissimi Verbigenæ honore, Amen. etc.*

**VERBIGERARE**, [Fabulari, verba contenerere.] Onomastic. vetus: *Verbigero*, λογισπαιώ. Apuleius in Apolog.: *Nimis multa oratio est, si velim memorare, quæ ego contra responderim, quamdiu et quoties inter nos Verbigeratam sit.*

† **VERBI GRATIA**. Exstat in Bibliotheca Claravallensi, teste Martenio in Itin. litter. pag. 102. Liber qui ita inscribitur: *Liber qui dicitur Verbigratia editus a domno Henrico quondam Abbate Montis S. Mariæ, postea Episcopo Trojano.*

**VERBILOQUIUM**, Sermo apud Fulgentium lib. 1. Mythol. ἔπιμολογία, in Gloss. Lat. Gr. MSS. S. Germani Paris.

**VERBISATOR** dicitur S. Paulus Apostolus in Vita S. Udalrici Episcopi August. cap. 3. Græcis σπαραξολόγος. Vide Glossar. med. Græc. in hac voce.

**VERBISIMILIA**, Papiæ, *Nomina*, et verba sunt futuri temporis imperativi modi, et nomina, ut *Contemplator, Amator*.

† **VERBITARE**, pro *Verberitare*, sæpe verberare, in Gloss. MSS. apud Vossium lib. 4. de Vitiis serm. cap. 29.

† **VERBIX**, pro *Berbix*, ovis. Passim.

† **VERBO**, Ambo, pulpitum; unde ad populum verba habentur. Cantatorium MS. S. Huberti fol. 27: *Ecce superveniens Otbertus cum tumultu... more impatiens arrepta stola sacerdotali Verboneim ascendit, et sine ulla contractione abbatem absentem et eos qui secum exierant nominatim excommunicavit.*

**VERBOCINIUM**, Colloquium, *Entretien*, ex *verbocinari*. Felix Gyrwensis Monachus in Vita S. Guthlaci n. 29: *Cum quidam Abbas, ut alsolebat, ad Verbociniium præfati viri devenire proposuisset, etc.* Adde cap. 30. 31.

**VERBOSARE**, VERBOSATIO, VERBOSITARE, VERBOSITAS. Vide mox in *Verbosus*.

**VERBOSUS**. Gloss. Isid.: *Verbosus, nugar, pessimus*. Ugutio: *Garrulus dicitur, qui Verbosus vulgo appellatur accedente lætitia, nec volens tacere, nec valens*. S. August. in Psal. 76: *Garruli enim proprie dicuntur, qui à vulgo Verboosi appellantur.*

**VERBOSARE**. Idem Ugutio, et Joan. de Janua: *Verbosare, multum loqui*. Idem



Ugutio : *Garrere, verbosare.* Gloss. antiquæ MSS: *Garrir, jocatur, Verbosatur aut perstreptit. Garrulitas, verbositas.* Mirac. S. Fursei u. 21 : *Cessa verbosare, Leutsinda.* Hincmarus Remensis in Ep. ad Adrian. PP. in Concil. Duziac. I : *Revertentes autem... ebrui, caperunt Verbosare inter se, sicut ebrui facere solent, et illorum Verbosatio eousque processit, ut de ipsa sua nepte impropere Presbytero, etc.* Passio SS. Didymi et Theodoræ num. 4 : *Judex dixit : Sustineo te verbosantem, etc.* Interpres VII. Synodi act. 6. *φληναφέν, verbosare* vertit. Pirminius in Exerpt. : *Nullus in ipsa Ecclesia, vel ubi lectio divina recitatur, Verbosare præsumat.* [Occurrit præterea in lib. 6. Capitul. cap. 195. et apud Marten. tom. 9. Ampl. Collect. col. 197.]

\* *Werbler, Sermocinari, a Werble, sermo, in Mirac. MSS. B. M. V. lib. I :*

Qui puet donner, moult seit de Werbles.....  
Si bel Werble, si bel chante, etc.

*Werboier, ibidem, pro Recitare, alta voce dicere.*

**VERBOSARI** S. Augustinus serm. 215. de Tempore : *In Ecclesia stantes, nolite Verbosari; sed lectiones divinas patienter audite.* Serm. 251 : *In Ecclesia garrunt, ita Verbosantur, ut lectiones divinas nec ipsæ audiant.* Idem lib. 3. contra Julian. n. 46. *Inaniter verbosaris.*

**VERBOSITAS**, *πάλυργία*, in Gloss. Gr. Lat. Bachiarius de Recipiendis lapsis : *Ne offendant te nostra Verbositas.* Acta S. Tarachi Martyris : *Maximus Præses dixit : Relinque Verbositatem istam, accede, sacrificia.* [S. Bonifacii Mogunt. Sermo 5. apud Marten. tom. 8. Ampl. Collect. col. 197 : *Ibi (in ecclesia) orate et fabulas otiosas et Verbositatem diligenter caveat.*]

**VERBOSITARE**, Verba effutire, verbo tenus eloqui. Hieronymus Mon. Canaldul. in Vita S. Romualdi num. 74 : *Nullius enim meriti est ore divina officia Verbositare, et misera mente per phantasias... vagando circuire.* [S. Bonifacii Sermo 15. ibid. col. 218 : *Ad ecclesiam convenite, ibi orantes et non Verbositantes.*]

¶ **VERBOSULUS**, diminut. a *Verbosus*. S. Bernardus de Consid. lib. 4. tom. 1. col. 439. edit. 1690 : *Verbosulum adolescentem et studentem eloquentiæ, cum sapientiæ sit inanis, non aliud quam justitiæ hostem reputes.*

¶ **VERBOTENUS**, *Verbigratia*. Gloss. Isid.

**VERBUM**. Ebradus Betuniensis in Græcismo :

Hoc nomen Verbum designat quatuor ista :  
Est deceptio, pars, Filius Dei, atque loquela.

**VERBUM**, Securitas, tuitio. *In verbo Regis esse*, hoc est, in ejus tutela, in Lege Salica tit. 14. § 5. et in Lege Ripuar. tit. 35. § 3. Theophanes in Zenone : *λόγον ἡσυχίας λαβεῖν*, id est, *securitatem*. Idem in Leone Isaurio : *δός μοι λόγον μηδέν με ἀδικήσαι*, etc. Historia Miscella lib. 18. pag. 581. edit. Canisii : *Sophronius namque Hierosolymitanus summus Sacerdos Verbum accepit ad totius Palæstinæ securitatem.* Infra ann. 29. Herachii : *Edesseni autem aperientes (urbem) acceperunt Verbum una cum regione, Magistroque militum, etc.* Qui-

bus fœcis Theophanes habet *λόγον*. *Extra sermonem Regis esse*, in eadem Lege Salica tit. 59. dicitur, quem Rex amplius non tutatur. *Sermo tuitionis*, apud Marculfum. *Verbum immunitatis*, apud Anastasium in Gregorio II. PP. pag. 67. *Verbum impunitatis*, apud Aimoinum lib. 1. Hist. Franc. cap. 17. et eumdem Anastasium in VIII. Synodo act. 4. 7. *λόγος ἀπαθείας*, apud Leonem Grammaticum in Theophilo pag. 452. Cedrenum pag. 476. Annam Comnenam in Alexiade pag. 158. 249. 292. etc.

¶ **VERBUM COMMUNE**, Sermo vulgaris, in Libello inquisitionis quem Reginoni præfixit Baluzius

¶ **VERBUM CRUCIS**, Expeditio sacra, Gall. *Croisade*. Bulla Innocentii VI. ann. 1361. ex Schedis V. Cl. Lancelot : *Coran nobis et dictis fratribus nostris et prælatorum ac nobilium multitudine copiosa proponi fecimus publice Verbum Crucis.*

**VERBUM REGIUM**, In verbo regio dicere, vel jurare, *Jurer en parole de Roy*, vulgaris formula de Regum pollicitis, quorum verba violari ab ipsis non debent. Ludovicus VII. Epist. 57. ex iis, quæ habentur tom. 4. Hist. Franc. : *In pleno Concilio et coram omnibus, in verbo regio diximus, quod pacem hanc infrangibiliter teneremus.* Fortunatus lib. 6. Poem. 4. de Chariberto Rege :

Antea mons migrat, quam tua verba cadant.

Chromatius Episcop. Aquileiens. Conc. 1 : *Ideo Dominus inter juramentum et loquelam nostram nullam vult esse distantiam; quia sicut in juramento nullam convenit esse perfidiam, ita quoque in Verbis nostris nullum debet esse mendacium.* Exstat in Archivo Regio, Scrinio Angliæ, num. 18. Charta ann. 1372. qua Rex Angliæ Joanni de Novavilla, Senescallo Hospicii sui, paciendi potestatem cum Duce Britanniæ concedit, et de promette in l'ame dudit Roy en bonne foy d'urnes et gentillesse, et de Parolles de Roy, ce qui sera avisé par luy, etc. Quod Regibus maxime convenire debet. *Jurer en parole de fils de Roy*, apud Monstrelletum 1. vol. cap. 153. *En parole de Prince* cap. 207. Vide *Judicia Withredi Regis Cantuarior.* cap. 17.

¶ **IN VERBO SACERDOTIS**, Formula juramenti Sacerdotum : *En paroles de Prevoire*, in Stabilim. S. Ludovici lib. 1. cap. 71. Charta ann. 1472. ex Tabul. B. M. de Bono nuntio Rotomag. : *Juravit (Curatus) coram nobis in Verbo Sacerdotis ad sancta Dei Evangelia, etc.* Alia ann. 1477. ex eod. Tabul. : *Juraverunt coram nobis in Verbo Sacerdotum, etc.* Vide in *Juramentum*.

**IN VERBO ET VERITATE JURARE**, dicuntur Monachi in Capitulari Pipini Regis cap. 36. *In verbo veritatis*, Episcopi, apud Prynneum in Libertat. Angl. tom. 3. pag. 52. de qua formula quædam attigi in v. *Juramentum*, quibus hæc addo ex Charta ann. 1266. apud Fredericum Sandium in Consuetudines feudales Gelriæ pag. 433 : *Quod si Comes Gelriensis in Verbo veritatis dixerit, quod prædictum telonium non sit injustum, etc.* Infra : *Comes Clivensis in Verbo veritatis dicit, quod justum sit telonium, etc.* Ex quibus patet, non Sacerdotibus modo Sacramenti formulam propriam fuisse, sed et laicis, maxime Principibus.

**VERBUM DIRECTUM HABERE**, Gall. *Avoir droit de faire quelque chose.* Gregorius Turon. lib. 3. Hist. cap. 7 : *Nunc autem Hermenefredus, quod mihi pollicitus est, fesellit, et omnino hæc adimplere dissimulat; ecce Verbum directum habemus, eam cum Dei adjutorio contra eos.* Lib. 4. cap. 24 : *Desistite quæso, desistite ab hac intentione, Verbum enim directum non habemus.* [Vide *Directum* 1.]

**VERBUM**, Præceptum, mandatum. Capitulare Metense ann. 756. cap. 4 : *Qui res Ecclesiasticas per Verbum domini Regis tenent, etc.* Capitulare ann. 807. cap. 3 : *Et præcipiat de Verbo nostro, ut etc.* Epistola Synodica Concilii Duziacensis I. ad Hadrianum PP. part. 5 : *Annonam, vinum, et generis diversi ac sexus pecuniam, sine misso vel literis, aut Verbo Regis, in sua parochia et missatico, illi per violentiam abstulit.* Id est sans ordre du Roy. Charta Ottonis III. Imp. ann. 997. apud Stangefolium lib. 2. Annal. Circuli Westphalici pag. 204 : *In his 4. forestis cervum vel cervam venandi nullus habeat licentiam, nisi Verbo et consensu Abbatis.* Adde Capitul. Caroli M. pro partib. Saxonie cap. 34. et Hist. Bellunensem Georgii Piloni pag. 106. v.

\* *Verbode*, in Charta composit. inter comit. Fland. et scabin. Gand. ex Reg. 2. *Olim parlam. Paris. fol. 10. v.º : Item se nous cuens devantdis, u nos baillus et li plus grande partie des eschevins devantdis sesisens estatuz, ke on appelle Verbode, à durer à terme chertain, il doivent durer lor terme tout hors.* [\*\* Kilianus : *Verbod*, Interdictum, prohibitio, inhibitiio.]

¶ **VERBUM PORTARE**, Alloqui, sermocinari. S. Bernardus Epist. 129 : *Portabamus Verbum pacis : cunque invenissemus filios pacis, requievit super eos pax nostra.*

¶ **VERCARIA**, Locus *vervecibus* alendis idoneus, alius tamen ab ovili; prædii species etiam cum certa agri portione. Exemplis in v. *Berbix* jam allatis addo Chartam ann. 825. inter Instr. tom. 4. Gall. Christ. novæ edit. col. 265 : *Ipsam villam cum capella, casa dominicata et reliquis mansis,.... vineis, Vercariis, campis, pratis, sylvis, etc.* Vide *Vercaria*.

\* **VERCE**. Libert. villæ Brager. ann. 1334. in Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 330 : *Si quis furatus fuerit domino suo..... decem solidos, curret villam et ponetur in ipillorio. Secundum furtum, Verce dicitur, cum diversis temporibus committuntur.*

\* **VERCECA**, *Ampulla, quasi ampla bulla. Verceca, fiala, a filo quo solet ferri.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

¶ **VERCELLUM**, Modus agri, ut videtur, forte herbosus. Inquisitio ann. 1268. ex Schedis Præs. de Mazaugues : *Et a dicto dente per vallem majorem foras usque ad Vercellum de Nagueissa juxta montadam per caminum, etc.* Pluries ibi. Huc forte spectat le Roman de Garin MS :

Fromondin fiert el Ver de Valfondée,  
Qui plustost l'ot qu'esprevier volée.

Ibidem :

Et Fromond broche de Ver de Valfondée.

Vide *Verdonuna* et *Versana*.



**VERCHERIA**, Allobrogibus, Dos, fundus in dotem feminis concessus: Arverui superiores eadem notione *Valcheire*, inferiores *Chancere* dicunt. Charta Amalrici Comitis Montisfor. in Tabul. Ebredun. Eccl. ann. 1222. apud Guichenon. in Bibl. Sebus. cent. 1. cap. 31: *Ego feci fidelitatem V. Bernardo Ebredun. Archiepiscopo de omnibus illis, quæ habeo in Ebredunensi civitate. ratione Vercheriæ uxoris meæ, filie Comitis Dalsini.* [Eandem Chartam refert *Bouche* tom. 2. Hist. Provinc. pag. 181. ubi monet nomine *Vercheriæ* Provincialibus significari dotem mulieris. Unde colligitur hanc vocem eodem sensu acceptam fuisse in pluribus provinciis.]

[\* *Verchiere*, eodem intellectu, in Charta acquisit. comitat. Valent. et Diens. ann. 1404. ex Cod. reg. 6008. fol. 203. vº: *Item ledit Roy dauphin prend de present la charge de payer à l'ancienne comtesse de Valentinois, et à quoy ledit comte peut estre tenu à elle on à aultre, à cause de la Verchiere ou dot, dont la dicte comtesse ou aultre pourroit faire poursuite ou demande contre ledit comte. Berchiere*, eadem notione, supra in *Bercheria*. Hinc *Vercayrar*, Prov. *Dotare*, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. Vide infra *Verqueria* 2.] Sæpe usurpatur pro quovis modo agri: [coque præsertim qui alendis *vervecibus* idoneus est.] Charta ann. 1202: *Vendiderunt... unum caponem in manso Curvesti in parochia Perissei posito, et Vercheriam, que tendit a furno usque ad marescum, etc.... et 2. Vercherias, et 1. pratum, que sunt, etc.* Charta libertatum villæ S. Germani in Foresio ann. 1229: *Volumus, quod, qui habent vineas, hortos, vel Vercherias infra terminos inferius expressos, etc.* [Terrag. Bellijoc.: *Super quadam una Vercheria continente semen dimidiæ cupatæ vel circa, sita in dicta parochia loco dicto en la Verchiere Baudier.* Occurrit præterea in Actis capitul. Eccl. Lugdun. ann. 1345. fol. 126. vº. in Maceris Insulæ Barbaræ tom. 1. pag. 110. et alibi. Vide *Vercheria* in *Berbia* 1.]

\* **Lugdunensibus**, **Dumbensibus** aliisque vicinis Viridarium seu agrum domui adjacentem sonat, vulgo *Verchiere*. Charta admort. ann. 1412. in Reg. 166. Chartoph. reg. ch. 272: *Item Jehanne femme de Jehan Furcheron tient une autre terre ou Verchiere contigue à ladite terre.*

\* **VERCHERIUM**, Eadem notione. Libert. villæ Ayriaci ann. 1328. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 317. art. 65: *Volumus et præcipimus quod dicti burgenses et habitatores dictæ villæ possint et sibi liceat claudere clausa et clausa tenere prata sua et Vercheria.*

† **VERCOLENUM**, pro *Vertolenum*. Vide ibi.

\* *Vercolle* nostris alias, nunc *Bricolle*, Funis est ad collum vel super humeros positus, quo aliquid trahitur vel sustinetur. Lit. remiss. ann. 1460. in Reg. 192. Chartoph. reg. ch. 53: *Iceului varlet se ferma une corde au col en maniere d'une Vercolle pour soutenir le limond dudit deny char. Pendant qu'ils tiroient et halloient à la Vercolle*, in Hist. Caroli VIII. ad ann. 1495. pag. 157. *Warcolet*, Colli ornamentum, in

Lit. remiss. ann. 1420. ex Reg. 171. ch. 222: *Quatre aneaux d'argent, deux Warcolez et une piece de cuevrechief crespé.* Vide supra *Epigium*.

\* **VERDATIA**, in *Practica Bertrandi* cap. de *Ægritudinibus*, *Aurium* dicitur *taxus barbascus*. Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

† **VERDEARIUS**, Viridarium, pomarium, Gall. *Verger*. Testam. Gersindæ Comit. Ruthen. apud Marten tom. 1. Anecd. col. 128: *Illum alodem meum Buzingis, quem adquisivi de Ademaro cum caput manso, et vineas, et Verdearios, et terras, etc.* Vide *Verdegarius* et *Viridarium*.

† **VERDEDENE**. Charta ann. 1183. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 371: *Persolvat predictam pecuniam cum proficuo, aut Verdedene, aut cum servicio illato et cum expensis omnibus.* Vocem corruptam esse suspicor: forte scriptum fuit in authentico, *Varda den.* ut significaretur senus debitum ob denarios non redditos. Vide *Warda*.

† **VERDEGARIUS**, Viridarium, ut supra *Verdearius*. Charta ann. 2. Lotharii apud Stephanot. tom. 1. Antiquit. Bened. Vascon. MSS. pag. 427: *Quantum denique in ejusdem terminis et pertinentiis visus sum adhabere, tenere et possidere, id est kasas, kasales, ortos, ortales, Verdegarios, arbores, etc.* Alia apud eumd. tom. 3. Antiquit. Pictav. MSS. pag. 229: *Ipse mansus cum casis, adfiscis seu cum bosco et Verdegario.* Rursum ibid. pag. 367. et alia Charta: *Cun curte et orto, et Verdegariis, etc.* Charta ann. 961. in Append. Marcæ Hisp. col. 877: *Et ipse campus qui finitur in ipso cimiterio S. Saturnini, et terras et vineas, cum illorum Verdegariis.* Vide *Viridarium*.

† **VERDERIA**, Terra humilis ad litus maris viridi herba fertilis. Charta ann. 1181. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 132: *Jurati dixerunt quod... omnes Verderie que mare dimittit, sunt de dominio Archiepiscopi.* Occurrit rursum ibid. col. 134.

\* **VERDESCA**, **VERDESQUA**, **Specula**. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. *Verdesca*, Prov. *specula*. Inquisit. super destructione bastidæ Sabran. ann. 1363. ex Cod. reg. 5956. A. fol. 78. vº: *Destruerunt videlicet gascham et Verdescas ipsius turris.* Ibid. fol. 80. rº: *Ipsam bastidam dimisit bene paratam de Verdesquis, artilharria et aliis necessariis ad defensionem bastidæ ejusdem.* Hinc emendandum Instr. ann. 1381. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 46. col. 1: *Ordinavit quod fiat superius, videlicet desuper murum ipsius hospicii tangentem dictum portale, una Verdesta, longa de longitudine unius canne cum dimidia etc.* Ubi leg. *Verdesca*.

† **VERDETUM** inter species aromaticas recensetur in Convent. Saonæ ann. 1526.

† **VERDICTUM**, ut *Ferdictum*. Vide ibi.

**VERDIGA**, Species vitis, de qua Petrus de Crescentiis lib. 4. cap. 4.

† **VERDIGARIUS**, ut supra *Verdegarius*. Charta Stephani Episc. Claromont. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag.

34: *Cum mansis, campis, pratis, vineis, Verdigiariis, etc. Verdugarius*, in *Judicio* ann. circ. 873. inter Instrum. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 8: *Per legem et justitia plus devet esse ipsas kasas, curtes, Verdugarius, ortus, etc.* Vide *Verdegarius* et *Viridarium*.

† **VERDONA**, pro *Ferdo* seu *Ferto*. Vide in hac voce. Quarta pars marcæ. Charta ann. 1253. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 497: *Item quod homines nostri supra deputatam et annuam pensionem advocatie, videlicet malhratam tritici et Verdonam Halberstadensis argenti, exactione indebita non graventur.*

† **VERDONUM**, f. *Pratum*. Charta ann. 1258. ex Tabul. S. Victoris Massil.: *De meridie de dicto Verdono descendit usque ad ysolum in Verdono.* Vide supra *Verceillum*.

† **VERDUGARIUS**. Vide *Verdigarius*.

† **VEREBIARE**, **Mutilare**. Gloss. Lat. Gr.: *Verebio*, κελεῶ. Ubi Cod. Reg. *Brebio*: Sangern. *Urebio*. At in Gloss. Græc. Lat. κελεῶ, *Verebio*, mutilo. Κελεῶ, truncat.

\* **VERECUM**, Quidquid ex naufragiis ad litus appellit, nostris quoque *Verec*. Seacar. S. Mich. apud Cadom. ann. 1234. in Reg. S. Justi Cam. Comput. Paris. fol. 24. vº. col. 2: *Accordatum est, quod Vericum custodietur in manu domini regis per annum et diem.* Charta ann. 1341. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 224: *Le chevalier disoit et affermoit que toutes les choses venantes et orivantes à Verec à la coste et à l'estande de la mer en la parroisse d'Anderville en la hague lui appartenoient, ... et ledit procureur disoit et affermoit que au duc nostre sire appartenoient lesdiz Verec en certaines mettes en ladite parroisse.* Ita quoque legendum pro *Veret*, in Stat. ann. 1374. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 47. Vide *Wrekum*.

\* **VERECUNDANTER**, **Inverecunde**, absque ullo pudore. Vita S. Joan. episc. tom. 3. Aug. pag. 511. col. 1: *Præsul mæstus de tanto crimine tam Verecundanter facto presbyteri, illum a sacerdotio suspendit.*

† **VERECUNDARI**, **Timore percelli**, in Gloss. Gasp. Barthii apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 355. ex Hist. Palæst. Fulcherii Carnot.: *Nostri tanquam ad certamen bellicum Verecundari simulant, astute nec fugere disposuerunt, nec pugnare cum eis disposuerunt.*

1. **VERECUNDIA**, **Pudendum facinus**, turpe, indignum; quomodo Galli *Fergogne* usurpant. Constitutiones Catalanæ inter dominos et vassallos MSS. cap. 51: *Sî Miles, qui emit castrum, est ita honoratus homo, ex quo Castalanus possit esse suus homo, sine Verecundia et reprehensione, seu blasma.*

\* 2. **VERECUNDIA**, **Injuria**, **contumelia**. Vita S. Goberti tom. 4. Aug. pag. 379. col. 2: *Quadam autem die vir Dei pius Gubernus, divina sibi gratia cooperante, sic fuit inspiratus, ut Verecundiam, que in sancta terra Jerusalem ab infidis contra Dominum opponitur, vellet vindicare.* Hinc nostris *Vereconder* et *Vergonder*, **Contumelia** et **probro afficere**. Lit. remiss. ann. 1457. in Reg. 185. Chartoph. reg. ch. 339: *Lesquelx habitans prindrent icelle femme*



pour Vereconder et ahontr icellui prestre. Alike ann. 1377. in Reg. 111. ch. 306 : *En entencion de villener et Vergonder la femme dudit Perrinet. Lequel Jehan avoit ainsi induite, amenée et souzlevée celle Mahaut, et Vergondée à tousjours*, in aliis ann. 1400. ex Reg. 155. ch. 112. Vide *Verecundium*.

\* **VERECUNDIOSUS**, Pudendus, turpis, Hisp. *Vergoñoso*. Constit. MSS. Petri III. reg. Aragon. ann. 1359 : *Statuimus quod... in instrumento procuratoris aliquis non teneatur sigillatim exprimere impedimentum quod haberet, si tamen ipsius impedimentum Verecundiosum, aut periculosum vel dampnosum constituit ipsius procuratorium; et quod sic constituens procuratorium, super hoc scilicet quod sibi esset Verecundiosum vel dampnosum, etc. Vergonner vero, Verecundari sonat*, in Lit. remiss. ann. 1479. ex Reg. 206. Chartoph. reg. ch. 431 : *Aucuns d'iceulx jeunes gens se Vergonnoient de jouer l'esbatement, pour ce qu'il se faillloit descouvrir jusques au ventre et montrer ses pauvretes. Hinc Verecundens et Vergondeux, verecundans, pudens*. Lit. remiss. ann. 1387. in Reg. 131. ch. 173 : *Jehan Jaquemart prisonnier, Verecundens de ce et doutant rigueur de justice etc.* Aliæ ann. 1409. in Reg. 163. ch. 285 : *Desquelles choses le suppliant eust esté moult triste, honteux et Vergondeux*. Glossar. Prov. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Vergonhar, Prov. pudere. Vergonhos, pudens*.

**VERECUNDIUM**, Injuria, contumelia. Vetus Charta Anglica apud Somnerum in Tractatu de Gavelkynd pag. 174 : *Ea conventionone, ut ipse Calvellus et hæredes sui singulis annis dent Cellarario 52. sol. pro omni re, præter 3. forisfacturas, id est, murdrum et furtum, si ipse Calvellus vel hæredes sui fecerint, et præter, si Verecundium ipse vel hæredes sui fecerint Monachis Ecclesie vel servientibus eorum*.

*Vergonder* nostris pro aliquem probro afficere. La Vie de Jesus-Christ MS :

Ensi ert li mons racetés,  
Et li Diables Vergondés.

¶ **VEREDA**, Umbraculum foliis aut arborum ramis concinnatum in quibusdam locis Chariot nuncupatum. Charta ann. 1344. ex Schedis Cl. V. Lancelot : *Item quod nulla persona cujuscunque conditionis existat, sit ausa facere... ramadas sive Veredas per carrerias nisi habeant in altitudine duas cannas*. Vide alia notione in *Veredi*.

¶ **VEREDALIS CHARTA**, Authentica, vera et genuina. Charta Wernheri Episcopi Argent. ann. 1005. apud La Guille inter Instr. Histor. Alsatiae pag. 24 : *Quorum omnium jura, et debita, et quantitates, sicut nos invenimus, in Veredali carta describi jussimus*. Vide *Veredictum*.

¶ **VEREDARIUS**. Vide in *Veredi*.

¶ **VEREDEGARIUS**, ut supra *Verdegarius*. Charta Adalindæ apud Baluz. tom. 2. Histor. Arvern. pag. 14 : *Hortos, hortales, Verdegarios, arbores pomiferas, vineas, etc.* Alia Acrefredi Comit. apud Mabill. tom. 3. Annal. pag. 696 : *Doinos coopertas, casales, curtes, ortos, ortales, Verdegarios, etc.* Vide *Verdigarius* et *Viridiarum*.

**VEREDI**, Equi publico cursui destinati. Gloss. Lat. Gr. : *Veredus*, πῶλις. Glossæ MSS. Reg. : Βερεδον, τὸ κέρυττον. Papias : *Veredos antiqui dixerunt, quod veherent, i. ducerent redas, vel quod vias publicas currant, per quas redas ire solitum erat*. Gloss. Sax. Ælfrici : *Veredus* : cræte hors, i. Rhedæ equus. Ebrardus in Græcismocap. 9 :

Est Veredus equus, vectans rhedam quasi currum.

Joan. de Garlandia in Synonymis :

Rhedæ vectores nos dicimus esse Veredos.

Alibi :

De veho, de rheda, dictum reor esse Veredum.

Victor lib. 2. Hist. de Persecut. Vandalor. : *Dirigit præceptum, quod etiam univærsæ Africæ Veredis currentibus destinavit*. Gesta Constantini M. : *Qui ut Severum per Italiam transiens vitaret, summa festinatione post se truncatis Veredis, Alpes transgressus, ad patrem Constantium venit apud Bononiam, etc.* Charta Ludovici Pii Imp. pro Hispanis apud Diago : *Et Missis nostris aut filii nostri, quos pro rerum opportunitate illas in partes miserimus, aut Legatis, qui de partibus Hispaniæ ad nos transmissi fuerint, paratas faciant, et ad subvectiones eorum Veredos donent*. Vita S. Theophanis Confess. n. 14 : Πάντες μὲν οὖν ἤγοντο ἱπποῖς, ἡμιόνοις, ἀνδραπόδοις, καὶ βερεδῶν ὑπηρετοῦμενοι. Occurrit passim in utroque Cod. tit. de Cursu publico, et al. et in vett. Formul. Vide *Paraveredi*.

**VEREDA**, Via, per quam *veredi* vadunt Vetus Notitia Hispanica æræ 829. apud Anton. de Yopez in Chronico Ordin. S. Benedicti tom. 4 : *Et descendit, ubi intrat arrogio, quæ dicent Rubisco in Syle, et concludit per illum arrogium di Rubiscum, et pergit per illa, quæ exiit in Donati ad illas Veredas de Mamonela, et pergit per illa Vereda antiqua usque vadit ad terram Trennu, etc.* Charta Ordonii II. Regis æræ 947. apud eundem : *Et inde per radicem Litoria, deinde in Ahuanti, inde per Petrasforta, et inde per medium montium, quæ vocitant Meta, deinde per illa Vereda majore, quod discurret de Astorica ad Castrum Litoria, etc.* Alia Bermundi II. Regis æræ 1035. apud eundem tom. 15 : *Quæ jacent contra parte de Minea, sub illa Vereda, quæ descendit ad ambas mistas*.

**VEREDARI**, dicti, qui veredis publicis utebantur, et responsa vel mandata Principum deferebant, εἰς τὰς βασίλικας ἀποκρίσεις αἰετ εὐλοῦμενοι, οὓς δὴ Βερεδάρους καλοῦσι, ut est apud Procopium lib. 1. Vandal. cap. 16. qua notione *Veredarios* habent leg. 17. et 50. Cod. Th. de Cursu publico (8,5), Senator lib. 2. Epist. 31. lib. 4. Epist. 47. Julius Firmicus lib. 3. Matth. etc. Papias : *Veredarius, a vehendo dicitur, qui festinanter equitando currit, habetque pennas in capite, ut intelligatur festinatio itineris*. Gloss. Lat. MS. Reg. cod. 1013 : *Veredarii dicuntur a vehendo, qui festinanter in equis currunt, non descendunt de equo, antequam liberant responsa sua : habent in capite pinnas, ut inde intelligatur festinatio itineris : datur semper iis equus paratus, nec manducant, nisi super equo, antequam perfererunt*. Paulo aliter laudat hunc locum Jacobus Gothofredus ad leg. 1. Cod. Th. de Curiosis

(6,29.). Capitul. Caroli C. tit. 7. de Monachis : *Quos etiam nec Episcopus, nec Abbas, vel quilibet alius eos Veredariorum more in missaticis instanter transmittat*. Veterem Chartam ex Tabulario S. Martini de Campis apud Duchesnum in Hist. Monmorenciaca pag. 33. subscribunt *Ludovicus filius Regis* (postmodum Rex Franc. VI.) *Gervasius Dapifer, Frogerius Catalaunensis, Willelmus Garlandensis, Fredericus Camerarius, Balduinus Veredarius*. Forte is Magistratus, quem hodie *Le grand Maître des Postes* dicimus. [\* Ekkehard. IV. de Casib. S. Galli apud Pertz. tom. 2. Script. pag. 87 : *Innotuit res Chuoarudo in Frantia tunc posito; nam Veredarii et episcopo capto et recepto dies et noctes celeres ibant*.]

¶ **VEREDICTIO**, Probitas, veritatis amor. Charta ann. 1374. apud Rymcr. tom. 7. pag. 44 : *Domini Ducis et ejus Concilii veri Cancellarii, et bonæ et honestæ famæ, vitæ, et Veredictionis*.

1. **VEREDICTUM**, Testimonium 12. juratorum in jurata, aut assisa, in qua vera se dixisse affirmant : *Verdict* JG. Anglis. [\* Vera se dicturos. Vide Formulam Juramenti apud Bracton. lib. 4. Tract. de assis. nov. disseys. cap. 19. § 3 : *Hoc auditis justitiarum, quod Veritatem dicam de assisa ista, etc.*] Gloss. Gr. Lat. : Ἀληθεύω, *verum dico*. Utuntur passim Anglici Scriptores, Statuta Davidis II. Regis Scotiæ cap. 20. § 2. Thomas Walsinghamus pag. 276. Littleton. sect. 366. Bracton. lib. 4. tract. 1. cap. 19. § 4. Fleta lib. 4. cap. 9. Fortescutus de Laude Legum Angl. cap. 26. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 481. tom. 2. pag. 32. 221. Regiam Majestatem, etc. Vide *Jurata* 2. [\* Placit. ann. 14. Edward. I. Kanc. rot. 10. in Abbrv. Placit. pag. 279 : *In hoc Verdicto 10. de juratis dicunt unum et 11. dicunt aliud contrarium. Sed judicium redditum in hæc verba. Et quia dicto majaris partis juri standum est, consideratum est etc.* Confer Glanvill. lib. 2. cap. 17.]

¶ **VEREDICTUM**, Eadem notione, apud Madox in Formul. Angl. pag. 370 : *Sciatis nos reddidisse Willelmo de Homez advocacionem capellæ de Elleton, quæ ad eum pertinere dinoscitur secundum Verdictum legalium hominum vicinie*.

\* 2. **VEREDICTUM**, Scripta testificatio, Gall. *Certificat*. Libert. Donnimed. ann. 1246. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 691. art. 11 : *Si milites vel aliquis alius debeat debitum burgensi, burgensis debet monere baillivum per majorem, quod eat secum ad capiendum namnia pro suo debito vel catallo; quod si baillivus recusaverit ire infra triduum, juratus ibit, si voluerit et poterit, pro catalis suis et namniis capiendis, extra villam, sine emenda, per Verdictum majoris*.

¶ **VEREDIS**, pro *Veredus*, in Charta Caroli Calvi Reg. Franc. ann. 844. inter Instrum. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 75 : *Nec freda, aut tributa, vel paratas, aut Veredes seu mansiones accipere... audeat*. Leg. forte *Veredos*.

**VERENNES**, a *Vehere*, i. portare, nominare, instrumenta rusticorum sunt. Papias. [Isid. lib. 20. Orig. cap. 14 : *Ferennes a vehere, id est exportare nominatæ*.]



\* **VERENTER**, Reverenter. Candidus in vita Ægilis tom. 1. Jun. pag. 491. col. 1:

Cherubin quoque, Seraphin pariterque Verenter Jure tibi soli incessanti voce reclamant.

\* **VERERE**, Trahere ad rete, quod Vericulum dicitur. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

† **VERESC.** Vide in *Wreckum*.

† **VERESCENS**, Veritus, in Gloss. Gasp. Barthii apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 517. ex Bartolphi Hist. Palæst.

\* **VERETIA**, Laminæ vitreæ, quæ fenestris obijciuntur, f. pro *Verreria*. Vide in hac voce. Comput. ann. 1480. ex Tabul. S. Petri Insul.: *Renero Roussel pro duabus dietis, quibus vacavit in capellania S. Michaelis juxta aulam ad Veretia deponenda, x. sol. Vide mox Veretrum.*

† **VERETONUS**, **VERETTONUS**, Ital. *Veretto*, *Veretton*, Gall. *Vireton*, diminut. a *Veru*, Sagitta, Jaculum. Vide in hac voce. Chronicon Petri Azarii apud Murator. tom. 16. col. 308: *Uno Veretono in fronte existit vulneratus, et taliter quod ab equo subito cecidit interfectus.* Joh. Stella in Annal. Genuens. tom. 17. col. 1282: *Jaculis Veretronorum a longe bellantes, etc.* Chron. Tarvis. tom. 19. col. 768: *Vita donatus est beneficio unius piroli argentei deaurati, in quem Veretonus unus balista emissus percussit, ita ut intra viscera nequivit adire.* Jac. de Layto Annal. Estens. tom. 18. col. 1022: *Dum ferociter et impavide inter missilia balistarum laboraret ictu unius Veretoni susticium et tractus fuit in brachio dextero, ... et penetravit missile inter utrumque os brachium totum.*

\* Teli genus, illud præcipue, quod per balistam emittitur; a *Veru* dictum videtur: non enim placet etymon a P. Daniele propositum lib. 6. cap. 4. de milit. Franc. *Vareton*, in Charta ann. 1337. ex Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Croix fol. 187. vº: Et doit livrer et mettre en chascune galce vjm. Varetons, iijº. laucxs, vs. dars, etc.*

† **VERETTO**, Eodem intellectu, in Chron. Estensi apud eundem Murator. tom. 11. col. 270: *Qui Gabriel eo die captus fuit et interfectus uno Veretone a gentibus præfati domini Marchionis.*

† **VERETTONUS**, Eadem notione. Joh. Cermenas in Hist. Mediol. tom. 9. ejusdem Muratorii col. 1290: *Verum Jantuensis subito Verettonus volat oculos transiens caput ejus, quo vulneri cum securi de muro rejectus est.* Andr. Billii Hist. tom. 19. col. 29: *Rejecta ob oculos galæa specula, max sagittæ (quam vulgo Verettonum nominamus) verreculo per eum locum ictus cecidit.*

† **VIRATONUS**, Eodem intellectu, Nostris etiam *Viraton*, in Chron. Petri IV. Reg. Aragon. lib. 6. cap. 4. Charta ann. 1377. ex Tabul. S. Victoris Massil.: *Dedit... balistas, Viratonos, pavesia, etc.* Miracula MSS. Urbani V. PP. ex eodem Tabular.: *Luserat cum nonnullis aliis ad balistam, unus cum Viratono seu Viram (leg. Virou, ut efferrunt Occitani) percussit ipsum in coxia, quod transiit ultra ambabus partibus.* Ibidem: *Fuit percussus de quodam Viratono in facie super oculum, ita quod totum ferrum erat in capite longitudinis quasi medi pedis.* Mirac. B. Ludovici Ala-

mandi Arelat. Archiep. apud Stephanot. tom. 10. Fragn. Histor. MSS. pag. 301: *Simili jactu magni Viratoni super javerian dictæ cassidis percussus, etc.*

† **VIRETONUS**, Pari significato, in Charta ann. 1345. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 501. col. 1. xx.: *cassis Viretonorum, in quorum qualibet ad minus sint v. Viretoni. Viretoni garni de ses fers, in Charta ann. 1461. apud Lobinellum tom. 2. Histor. Britan. col. 1263.*

\* **VERETRUM**, f. pro *Veretrum* vel *Victrinum*, Fenestra. Comput. ann. 1481. ex Tabul. S. Petri Insul.: *Magistro Widocque lathono, pro reparatione magni Veretri vestibuli, cum suis adjutoribus et materialibus, ... xvij. lib. xij. sol. Vide supra Veretia.*

**VERFREDUS**, Bessroy. Vide *Besfredus*.

\* **VERGA**, Veru, ni fallor; inter utensilia coquinaria annumeratur, ad calcem Stat. synod. eccl. Castr. ann. 1358. ex Cod. reg. 1592. A. fol. 76. rº: *Item j. trebes ferreum, j. mortier, j. Verga, etc.*

\* **VERGADELLE**, Piscis genus. Vide supra *Labeo*.

† **VERGAUUM**, Jus mensuræ, ad quam exiguntur dolia vinaria, quod *virga* fit sic dictum, ut videtur. Memoria D. Camera Comput. Paris. fol. 57. vº: *Officium bargaii et Vergaii vinorum.* Haud scio an huc spectet vox *Fergage* ex Litteris Caroli V. Reg. Franc. ann. 1367. tom. 5. Ordin. pag. 67: *Ilz ne paient travers, passages, pontenages, tonlieux, chaucés, barrages, Vergages, ou autres exactions.*

\* Male lectum *Vergaii* in laudato Memoriali, ubi diserte habetur *Vergaii*; a Gallico *Vergage*, eadem notione. Charta Phil. VI. ann. 1339. in Reg. ejusd. reg. ex Cam. Comput. fol. 163. rº: *Nos dittes gens... ont assigné... au roi de Boeme... à Vailly... le Vergage, le courretage des vins... A Filayns le chargeage, le barrage... et le Vergage, etc.* Hinc *Vergier*, Virga metiri, et *Vergeur*, qui ex officio id præstat. Charta ann. 1320. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 426: *Que il ne puissent mettre les Vergeurs pour les vins Vergier, et que il ne puissent mettre les varden pour varden les biens.* Lit. remiss. ann. 1476. ex Reg. 195. ch. 1558: *Le maire et les eschevins de ceste ville (de Dampierre) ont Vergié le vin; je en payerai ce qui sera trouvé par eulx.* Vide infra *Vergiare*.

† **VERGANTINUS**, Naviculæ species, vulgo *Brigantin*, Ital. *Brigantino*. Vide *Brigentinus*. Itiner. Adriani VI. PP. apud Baluz. tom. 3. Miscell. pag. 376: *Sanctissimus pater cum sua insigni et præclara familia triremes ascendit; quæ licet numero octo cum scapha vulgo Vergantin appellata, principem ecclesie festive receperunt.* Ibidem pag. 387: *Utcunque tamen fuerit cum Vergantinus et alia navigia puppin illam oppressam circumstarent, etc.* Rursum pag. 397: *Et cum tota jam classis juxta oppidum esset aggregata, magnificentissimi Cardinales in uno monoremo Vergantino, ut ita dixerim, ad maximi antistitis pedum oscula delati sunt.*

\* **VERGATUM**, Gall. *Vergat*, Instrumentum piscatorium. Charta ann. 1397. in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 117: *Piscantes cum pluribus et diversis rethibus,*

*filatis, thesaribus, etiam cum batudis et Vergatz, per ordinationes regias prohibitis.* *Verjat*, in Charta ann. 1403. ex Reg. 207. ch. 138: *Petiz Verjaulx... et claveaulx pour pescher et prandre anguilles et tout poisson.*

† **VERGATUS**, Variis coloribus distinctus, Ital. *Vergato*. Vide infra *Virgatus*. Chron. Parmense ad ann. 1291. apud Murator. tom. 9. col. 821: *Quidam asinus, Vergatus dictus, mirifice factus, et variis coloribus naturaliter pilosus et decoratus transiit per Parmam, qui mittebatur domino Regi Francie a domino Rege Tartarorum.*

† **VERGENTA**, Litteræ Richardi II. Reg. Angl. ann. 1380. apud Rymer. tom. 7. pag. 233: *Unam Vergentam zinziberis facti cuni aqua limonis.*

† **VERGERIUM**, a Gall. *Verger*, Viridarium, Ital. *Vergiero*. Charta ann. 1455: *Quædam domus cum curia, curtilli, columberio, raterio, Vergerio, etc.* Vide *Viridarium*.

\* **VERGETA**, Modus seu mensura agri. Charta ann. 1284. ex Bibl. reg.: *Guillelmus de Vineâ (debet) duos solidos, sitos super unam Vergetam terræ plantatam vinea.* Vide mox *Vergia*.

† **VERGHA**, pro *Virga*, ni fallor, in Statutis Montis Regalis pag. 269. Ital. *Verghe*. Vide *Virga* 8.

\* **VERGHEFNESSE**, vox Belgica, Venia, culpæ remissio. Locus est infra in *Voetval*.

\* **VERGIA**, Modus seu mensura agri, ut supra *Vergeta*. Charta ann. 1360. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 550: *Quæ domus ultra unam virgam seu Vergiam terræ vel circa in fundum... non excedit.* *Vergiee*, eodem sensu, in Ch. Phil. Pulc. ann. 1298. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris.: *Deus centz vint et huit acres et trois Vergiees de bois.* Vide *Virga* 6.

\* **VERGIARE**, ad *Virgam* dolia exigere, Gall. *Jauger*, alias *Vergier*. Vide supra in *Vergaium*. Arest. ann. 1328. 10. Dec. in Reg. Olim parlam. Paris.: *Qui pro fructibus in campis existentibus custodiendis et vinis Vergiandis cliguntur.*

\* **VERGIATA**, Eadem notione qua supra *Vergia*. Charta ann. 1354. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 302: *Concedimus ut dictas septem Vergiatas terræ vel circa, cum ædificiis ibidem existentibus, teneant.*

\* **VERGNA**, Locus alnis, nostratibus alias *Vergnes* dictis, consitus. Charta Gaufr. episc. Ambian. ann. 1236: *Per arbitrale sententiam prouintiamus haustoria, plaketa, Vergnas, pontes debere fieri de licentia decani et capituli Ambianensis in rivis Ambianensibus, a ravina usque ad Goudran.* Occurrit præterea ea in Charta Phil. III. reg. Franc. ann. 1283.

\* **VERGO**, Piscis genus. Vide supra *Coracinus*.

**VERGOBRETUS**, Summus Magistratus apud Ednos, ut auctor est Cæsar lib. 1. de Bello Gallico: *Divitiacus et Lasco summo Magistratui præerant, Vergobretum appellant Ædii, qui creatur annuus, et vite necisque habet potestatem.* Glossæ Isidori: *Virgobretus, nomen Magistratus. Virgobretus, habent etiam notæ Tyronis pag. 60.* Etiamnum hodie *Vierg* dicitur supremus Magistratus Angustoduni. De vocis etymo vide *Goropium Bekanum* in Gallicis lib. 1.



et 3. Hotomannum ad Cæsaris lib. 1. et lib. 7. n. 6. Isaacium Pontanum in Glosario prisco-Gallico, Bochartum de Colon. Phœnic. pag. 79. etc. [Iis adde Schilterum in Gloss. Teuton. v. *Fergen.*]

\* Vide *Mercur.* Franc. mensis Mart. ann. 1737. pag. 502.

\* **VERGOLAY**, Vox vernacula. Lit. remiss. ann. 1360. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 679 : *Cum ipso Johannes Ernichin de Doullens, Petrus de Attrabato et Johannes, dictus Noefmolin, eundo nuper insinuat ad quoddam festum, nuncupatum |e Vergolay, etc.* Forte quod verno tempore celebraretur, sic appellatum. Vide supra *Maium*.

\* **VERGUETA**, Candela seu cereus ad modum *virgule*, unde nomen. Consuet. monast. S. Crucis Burdegal. MSS. ante ann. 1305 : *Rastellum ejusdem altaris debet compleri de candelis, nuncupatis Verguetas.... Exceptis duabus Verguetis cereæ, quas recipit solus sacrista.*

† **VERGUETUM**, Viridarium minus, Gall. *Petit verger*. Tabular. Gemetic. tom. 1. pag. 295 : *Ecclesiam S. Andree cum Vergueto et quatuor hospiciis.* Vide *Vergerium*.

\* *Verguhe*, eadem notione, in Lit. remiss. ann. 1479. ex Reg. 205. Chartoph. reg. ch. 279 : *Pour la conservation des fruiz de laquelle terre ou Verguhe, les supplians fermerent et clouyrent icelle terre ou Verguhe de plaiz.*

\* **VERIA**, f. pro *Molneria*, Reditus, qui ex molendinis percipitur. Charta ann. 1229. ex Cod. reg. 4659 : *Postquam vero molendina fuerint molentia et paratoria parantia, expensas in eis necessarias nos et vos communiter faciemus. Vos tamen pro Veria levabitis et habebitis de communi sextam partem emolumentum molendinorum et paratoriorum prædictorum, et ratione illius molneriæ vos semper tenebitis molendinarios ad opus molendinorum et paratoriorum.*

\* Quid vero significet vox Gallica *Verie*, haud scio, in Ordinat. hospit. reg. ann. 1285. ex Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Noster fol. 53. rº : Cuisine.... Si aura Ysambert un sextier de vin au soir pour la Verie de la cuisine.* An legendum la *Laverie*, culinæ purgatio?

† 1. **VERIALE**, f. Locus herbis abundans. Chronic. Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 511 : *Et concesserunt in hoc monasterio, sicut antea concesserant in ecclesia S. Adriani, terram sementariam cum Verialibus et padulectis et cryptis in fundo Persiceta.*

\* *Veriel*, eadem actione, in Lit. ann. 1409. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 480 : *Les prévost et nateurs (de la ville de Bethune ont) le gouvernement du Veriel et des marez d'icelle.*

\* 2. **VERIALE**, Apertura, fenestra, spiraculum cancellis obductum, nostris alias *Verial*. Charta ann. 1254. in Reg. S. Ludov. ex Chartoph. reg. fol. 93. rº : *Mandamus quod in omnibus parietibus seu domibus circa totam tenentiam fratrum minorum factis seu faciendis nunquam fiat hostium, vel fenestra, vel Feriale, nec latruæ, etc.* Lit. remiss. ann. 1460. in Reg. 192. ch. 52 : *Le suppliant se print à rompre ung*

*Verial estant oudit hostel, en frappant fort contre ledit Verial d'un querelent... Le suppliant s'en entra dedans la cave... par ledit Verial, et y print certaine quantité de fromages.* Vide infra *Vitriale*.

† **VERICHARIA**, ut supra *Vercheria*, Modus agri. Vide in hac voce. Charta apud Menester. Histor. Lugdun. pag. 35. col. 2 : *Cum ecclesiis, domibus, ædificiis, curtiferis, Verichariis, hortis, vineis, terris, silvis, pratis, etc.*

† **VERICULA**, Conspicilla, Gall. *Lunettes*. Miracula MSS. Urbani V. PP. ex Tabular. S. Victoris Massil. : *Poterat videre legendo nisi cum Vericulis.*

\* **VERICUM**, Veru, Gall. *Broche*. Inventar. ann. 1218. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 67. col. 2 : *Quasdam molles, tria Verica, unam astellam, etc.* Vide *Verutum*.

**VERIDICENTIA**. Æsopus MS. in Vita Alexandri : *Quisque te consuluerit, Veridicentie tuæ non refragatur.*

\* **VERIDICI**, Judices adlecti ad causam decidendam, interprete Ludewigo, ad Leg. Dan. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 166. nisi Testes intelligere malis. Vide supra *Verax*. Item non debet aliquis ad placitum generale *Veridicos* citare, nisi executor cause, vel aliquis alius ex parte sua ad hoc in placito constitutus, vel aliquis qui *Veridicorum* hesteleie exsolvere sufficit. Judices civiles, *Voires-jurés* nuncupantur, in Recognit. feud. MS. ann. 1685 : *Doit avoir en ladite ville de Thun un mayeur et cinq juges, appellés Voires-jurés, qui connoissent de toutes choses et causes civiles.* Vide in *Juratus*.

† **VERIDISSIMUS**, pro *Veridicissimus*, a *Veridicus*. Fundatio Prioratus S. Petri de Salve ann. 1029. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 150 : *Rogamus ut hoc testamentum, quod scriptum et firmatum est a nobis, atque roboratum ab assertoribus Veridicissimis, firmiter a vobis retineretur.*

† **VERIFICARE**, Gall. *Verifier*, Probare. Charta ann. 1343. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 481. col. 2 : *Et eos jurare fecerit tenere et inviolabiliter observare ipsas donationes, infeudationes, et conventiones, atque Verificaverit prædicta omnia.* Charta ann. 1495. ex Tabul. B. M. de Bono-nuntio Rotomag. : *Impedimentis nostris circa obtentum rescriptorum Apostolicorum per eosdem Religiosos Verificatis.* Occurrit etiam in Chron. Andree Danduli apud Murator. tom. 12. col. 459.

**VERILOQUIUM**, ἀρεολογία, in Gloss. Gr. Lat. ἐτυμολογία, in Lat. Gr. Vide *Quintilianum* lib. 1. cap. 10.

† **VERILUCIUS**, Piscis genus. Limborch. Hist. Inquisit. Tolos. pag. 69 : *Item portavit... medium Verilucium coctum pro quodam hæretico.*

\* **VERINGATUM**. Formulæ MSS. ex Cod. reg. 7657. fol. 40. vº : *Dictam talem cum uno posatorio fuste et inde cum uno Veringat ipsam talem diversis ictibus percussit et vulneravit.* Vide infra *Vernare* 3.

**VERINUPTUM**. Tabularium Monast. Molismensis : *Inter H. Presbyterum de Marccnati et Ecclesiam Molismensem.... Verinuptum illud, quod solet dari profereulo nuptiarum, sive sit redemptum, sive non redemptum,*

*et nummus, si offeratur, in visitatione infirmi, quando recipit viaticum, et nummus similiter, si offeratur in susceptione baptismi : hac tria solum erunt solius Sacerdotis.* Act. an. 1135. Vide *Ferculum* [et *Missus* 1.]

† **VERINUS**, Cochlea, Gall. *Fis*, Picardis *Ferrin*. Inventar. ann. 1419. ex Tabul. Eccles. Noviom. : *Caput B. Godebertæ deargentatum et deauratum quodam corona coronatum, in qua deest quidam Verinus.*

† **VERIOLE**, Ψερίδι in Gloss. Lat. Gr. Leg. *Viriola*, ψέριδα, ex Gloss. Græc. Lat. ubi habetur : *Ψέριον, Viriola, armilla.*

† **VERIORA**, Σιζάνιον, in iisdem Gloss. Lat. Græc. *Viriola*, in Sangrim. Aliæ Gr. Lat. : *Σιζάνιον, Veriora, lolium.*

† **VERISCUM**, ut *Wreckum*. Vide in hac voce.

† **VERISIMILIS**. A *verisimili*, Probabiliter. Chron. Angl. Th. Otterbourn. pag. 8 : *E quibus (Regibus) a Verisimili plures vi et armis quam sanguine successerunt.*

† **VERISMATA**, perperam pro *Karismata*, in Statutis Eccl. Valentini. inter Conc. Hisp. tom. 3. pag. 511. ubi referuntur versus de jejunio Quatuor Temporum, quos restituere licet ex iis qui in voce *Quatuor Tempora* laudantur.

1. **VERITAS**, Deposito testis : *vereditum* JC. Anglis, *Verité*, in Consuetud. Insularum tit. 1. art. 19 20. Libertates urbis S. Desiderii in Campania ann. 1228 : *Quicumque plegios dederit, vel quicumque hæreditatem sive feodum habuerit, licet ad placitum venire noluerit, Veritatem suam sicut præsens habere debet. Infra : Si Scabini a domino, sive ministro domini submoniti falsum sub aliqua re iudicium fecerint, Veritate Scabinorum de Ypra dominus eos convincere poterit, etc.* Rursum : *Si quis viam communem arando, seu alio aliquo modo destruxerit, et super hoc veritate Scabinorum vincatur, etc.* [Charta Philippi Aug. Reg. Franc. ann. 1194 : *Quacunque hora nos voluerimus de bannitis nostris, et de aliis rebus omnibus Veritatem habebimus, si Scabini eam dicere sciunt. Banniti in Flandria per Veritatem vel per Scabinos Flandriæ, etc.* Litteræ ejusd. Reg. ann. 1207. tom. 5. Ordinat. pag. 161 : *Pascua, herbagia, aque communes, ejusdem sunt amplitudinis, cujus bona Veritas patrie, tempore Comitum Flandrensis et nostro, hactenus eas fuisse dixerit per juramentum.*]

† **VERITAS**, Inquisitio judiciaria, Gall. *Enquête* : item, Consessus proborum hominum ad excipiendas quorumlibet querelas. Consuet. Furnenses ex Tabul. Audomar. : *Qui in alterius aqua captus fuerit piscando, emendabit Comitii tres libras, et debet adduci ad justitiam, et retia et omnia instrumenta ejus erunt illius qui eum cepit, et inde debet feri Veritas in communi Veritate de his qui capti non fuerint. Qui viam ecclesiæ... foderit vel ataverit, et super hoc convictus fuerit per Veritatem, emendabit Comitii tres libras.* Ibidem : *Tres Veritates generales... debent in quolibet anno fieri de omnibus forefactis trium librarum. Præterea quolibet anno fiet Veritas libera, si Comes vult habere, de omnibus forefactis.* Statuta ann. 1359. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 4. pag. 211 : *Et si voulons que de toutes les amandes et forfaitures*



*dudit mestier (de Tisserands en draps) par nos Echevius de Communes, en soient faites et oyes trois Veritez chacun an.*

\* Idem quod *Assisa*. Hactriplici notione non semel occurrit vox Gallica *Verité*. Libert. Calesii ann. 1304. in Reg. 69. Charthoph. reg. ch. 365 : *Une france Verité doit estre en l'an de toutes choses fourcellées : cascune Verités qui sera prise par eschevins, doit jurer devant le bailli et devant eschevins sans sourpresure*. Lit. remiss. ann. 1366. in Reg. 97. ch. 321 : *Comme en la ville d'Alleux li sires... une fois l'an, ou plus, peut faire une franque Verité, jurée et aprise par clain suz ses subgels... souspechonnez d'aucun mauvais cas et vices*. Alia ann. 1383. in Reg. 124. ch. 143 : *Et en ademplissant ledit jugiet, fu ladite Verité crice souffisamment en l'église de Herlies, ... presens hommes de siefs de ladite salle; et fu li jours et lieux noncez que on tenroit ladite Verité*. Adde Lit. ejusd. ann. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 22. art. 7. et alia ann. 1483. in Hist. Caroli VIII. pag. 395. Hinc *Coye-verité* appellabant, iudicium, nulla prævia inquisitione nec audita partis defensione, prolatum. Charta Phil. Pule. ann. 1296. in Reg. 2. *Olin* parlam. Paris. fol. 12. r. : *Quod in criminibus, ubi majus versatur periculum, absque citationis edicto, nec partis defensione audita, indifferenter processum intolerabilem, Coye-verité vulgariter nuncupatum, recipit et admittit*. Voire, pro *Verité*, in Vita J. C. MS :

Cil Cleophas, selone l'estoire,  
Fu freres Joseph, c'est la Voire.

2. **VERITAS**, [Jus, privilegium : præcipue dicitur de Bonis propriis. Sententia arbitraris inter Aquens. Archiepisc. Capitulumque et Monachos S. Cæsarii ann. 1221. ex Schedis Præs. de Mazaugues : *Stipulantis servare Veritatem diocesis in tota causa.*] Concilium Coyacense Hispanicum ann. 1050. can. 9 : *Præcipimus, ut triennium non includat Ecclesiasticas Veritates : sed unaqueque Ecclesia, sicut Canones præcipiunt, et sicut Lex Gothica mandat, omni tempore suas Veritates recuperet et possideat*. Can. 13 : *Mandavimus, ut omnes majores et minores Veritatem et justitiam Regis non contemnant; sed sicut in dictis Adelfonsi Regis fideles et recti persistent, et talem Veritatem faciant Regi, qualem illis fecerunt in diebus suis, Castellani autem in Castello talem Veritatem faciant Regi, qualem fecerunt Sanctio Ducis, Rex vero talem Veritatem faciat eis, qualem fecit præfatus Comes Sanctus*.

¶ **VERITATES**, non agnoscit prisca Latinitas; occurrit tamen apud Tertull. de Resurrect. carnis cap. 20. et Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 184.

¶ **VERITUS**, Verecundus. Vita S. Eustasii tom. 3. Mart. pag. 786 : *Quam cum vidisset, sciscitatus est, utrum juvenilibus animis ad cultum divini timoris aspiraret. Quæ affuta, ut tenera et Verita ætas, ait se paratam esse sacris præconiis obtemperare*.

¶ **VERIUM**, Idem quod infra *Vieria* 2. Vide in hac voce. Charta ann. 1227. ex Tabul. Corbeiensi : *Quicumque habuerint molendina et Fera in dictis pasturagiis ad stagna facienda de cespite poterunt accipere*.

\* **VERIUS**, pro *Farius*, Pellis muris Pontici. Bened. abb. Petroburg. de Gest. Henr. II. reg. Angl. tom. 2. pag. 498. ad ann. 1188 : *Quod nullus post proximum Pascha utatur Verio, vel grisio, vel sabelina, vel escarleta*. Vide in *Fares* et supra *Farus* 2.

¶ **VERJUTUM**, a Gall. *Verjus*, Omphax et Omphacium. Statuta Collegii Narbon. ann. 1379. apud Lobinell. tom. 5. Hist. Paris. pag. 670. col. 2 : *Item nullus.... agrestam seu Verjutum domus pro privata necessitate capiat.... Et agresta seu Verjutum convertantur ad profectum domus, cujus sumptibus viue coluntur*. Occurrit rursum in Statutis Collegii Sagiensis ann. 1427. ibid. pag. 695. col. 1.

\* **VERLASCIOUS**. Inquisit. ann. 1371. in Access. ad Hist. Cassin. part. 1. pag. 433. col. 2 : *Item ferrugineale unum cum arangiis et cum uelificio Verlasciorum juxta mœnia terræ*.

¶ **VERMELATUS**, **VERMELIUS**. Vide *Vermiculus*.

¶ **VERMELHUM**, **VERMELLATA**. Vide mox *Vermellum*.

¶ **VERMELLUM**, **VERMELHUM**, Grani species, Coccum, vulgo *Vermillon*, vel *Graine d'écarlate*. Grana *Vermelli*, pluries in Charta ann. 1268. ex Schedis Præs. de Mazaugues. Alia ann. 1379. ex iisdem Schedis : *Item habet jura grana Vermelli, pro quo jure solvitur pro qualibet libra unus denarius, et ipsi homines portant vendere ubi volunt*. Vide infra *Vermiculus*.

¶ **VERMELLATA**, *Tempestas* qua *Vermellum* colligitur, in laudata Charta ann. 1268 : *Item dixit quod præconisatio fit quolibet anno pro Arelatem ex parte curiæ tempore Vermellate, quod colligentes granam in dicto Cravo vendant eam*.

¶ **VERMELLUS**. Vide in *Vermiculus*.

\* **VERMELLUS**, Obex, pessulus, Gall. *Ferrou*. Comput. ann. 1446. ex Tabul. S. Petri Insul. : *Pro emitone trium magnorum ostiorum,..... pro quibus cum cardinibus et Vermellis, pro fenda quadam porta,..... lxx. sol.*

**VERMEN**, pro *Vermis*, usurpatur in Vita B. Margariæ de Cortona n. 89. [*Vermis*, Italis : *Vermine*, eadem, ni fallor, notione, in Bestiario MS :

Chil qui ne manguent poisson  
Habitent en la deserriæ,  
Et ne manguent fors Vermine.]

¶ **VERMESCERE**, *Vermibus* consumi. Ratherius Episc. Veron. lib. 1. Præloq. apud Marten. tom. 9. Ampl. Collect. col. 796 : *Unde enim fit ut eadem corpora citius Vermescant ætate, quam hyeme, citius in calidioribus quam in frigidioribus locis, etc.*

¶ **VERMEUM**, *Vermiculum*. Tabulæ matrimoniales ann. 1468 : *Habuisse et recepisse in pretio duorum clamidum, ... unius clopæ parvi Vermei dictæ Aurora, etc.* Id est, rosei coloris. Vide *Vermiculus*.

¶ **VERMICATUS**, **VERMICULATUS**. Vide infra *Vermiculus*.

**VERMICULANS PULSUS**. Vide *Formicans*. **VERMICULANS**, **VERMICULUS**, **VERMICULATUS**. *Vermiculum*, in Gloss. MSS. *Lana rubra*. Papias : *Vermiculum, rubrum, sive coccineum. Est enim Vermiculus ex silvestri-*

*bus frondibus, in quo lana tingitur, que Vermiculum appellatur. Mox : Vermiculum, tinctura similitudine vermis. Alibi : Rufa, rubra, vermiciula. Gloss. Græc. Lat. MSS. : Κόκκος, τὸ βάλανον, Vermicula, hoc coccum. Editæ habent, Vermicula, et τὸ abest. Alibi : Rufa, rubra, vermiciula. Gervasius Tilleberiensis MS. de Otii Imperiali. Decis.*

3. cap. 57 : *In Regno Arelat. et confinio maritimo est arbor, cujus sarcina pretium habet 12. nummorum Mergoriensium : ejus fructus in flore pretium facit 50. librarum, ejus cortex ad onus vestis pretium habet 5. solidorum. Vermiculus hic est, quo tinguntur pretiosissimi Regum panni, sive serici, ut examiti, sive lanci, ut scarlata. Et est mirandum, quod nulla vestis lineæ colorem Vermiculatum recipit, sed sola vestis, quæ ex vivo, animanteque, vel quovis animato decerpitur. Vermiculus autem ex arbore ad modum ilicis et quantitatem dum pingitiva folia habente prodit ad pedem, nodulum faciens mollem ad modum ciceris, aquosum, et cum cæteris colorem habeat nebulae, et roris coagulati, interius rubet, et cum ungue magistraliter decerpitur, nec tenui rupta pellicula humor inclusus effluit, postquam exsiccatur, corio includitur : cum enim tempus solstitii æstivi advenit, ex se ipso Vermiculos generat, et nisi corio subtiliter consutis includerentur, omnes fugerent, aut in nihilum evanescerent. Hinc est, quod Vermiculus nominatur, propter dissolutionem, quam in vermes facile facit ex natura roris Madialis, (Maii) a quo generatur : unde et illo tantum mense colligitur, arbor autem Vermiculum generans vulgo *Analis* nuncupatur. Vide Joan. Ruellium lib. 2. de Nat. stirp. cap. 136. Capitulare de Villis cap. 43 : *Ad genitia nostra.... dure faciunt, id est linum, lanam, waisda, Vermicula, warentia, pectines, etc.* [Regest. Prumiense apud Leibnit. tom. 1. Etymol. pag. 467 : *Solvit unusquisque pro Vermiculo denarios sex.*] Tabularium S. Remigii Remensis : *Donat denar. 8. de Vermiculo, unc. 2. pull. 8. pastas 2. ova 50. Occurrit pluries.**

¶ **VERMILIMUM**, Eadem notione. Charta ann. 1073. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *Donamus monachis... villam vel ecclesiam, sive mercatum, sive de pane, seu de Vermilio, vel de qualibet re hedicare aliquid voluerint*. Charta ann. 1156. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occit. col. 559 : *Solve etiam et guirpisco votum quem feceram de Vermilio, ut deinceps non fiat.*

**VERMICULATUS**, *Coccineus*, Gallis *Vermil*. Aimoinus lib. 3. Hist. Franc. cap. 91 : *Tunc si placebit, ego et tu Vermiculatis adoperiti vestibus inter conferta congregiamur agmina*. Ubi Fredegarius in Chron. cap. 25 : *Induamur uterque ego et tu vestibus Vermiolis, etc.* Expressit Gallicum *Vermil*. Monachus Sangall. lib. 1. de Carolo M. cap. 36 : *Erat antiquorum ornatus, vel paratura Francorum, calcamentis forinsecus aurata, corrigiis tricubitalibus insignita, fasciæ cruales Vermicula, et subtus eas tibialia vel coxalia lineæ, quamvis ex eodem colore, tamen opere pretiosissimo variata*. Lib. 2. cap. 14 : *Palliaque Fresonica alba, cana, Vermiculata, vel saphyrina*. Tabularium Vindocinense Thuanum cap. 74 : *Caligas etiam habuit Vermiculas annuenda*



*causa ipsius donationis. Ch. 84: Deditur Ivoni unum chamfreum, et Roberto unum caligas Vermiculas. Ch. 124: Aldradus caligas etiam habuit Vermiculas. Will. Malmesbur. lib. 4. pag. 139: Vexilloque Boamundi, quod Vermiculatum erat, ventis in fastigio turris exposito, etc.*

† VERMELATUS, Eadem notione, in Comput. ann. 1244. ex Biblioth. Reg.: Pro quatuor alnis uno quarterio escallate Vermelate pro novo milite, LXXVI. s.

† VERMELIUS, VERMILIUS, Eodem significatio. Charta Rudesindi Episc. inter Conc. Hispan. tom. 3. pag. 181: Alias casulas XIII.... octava cardena merayce, nona Vermelia ex Ageg. Statuta Vercell. lib. 4. fol. 83: Teneantur fornasarii predicti de qualibet fornasata lapidum facere... unum de blanchis, et alium de ferriolis, et alium de Vermeliis. Barthol. Scribæ Annal. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 495: Naves III. magnæ depictæ colore albo, cum crucibus Vermiliis per totum. Chron. Mutin. tom. 15. col. 604: Apparuit quedam crux rubea vel Vermilia in castro dicto Spello in valle Spoletana. Chron. Bergom. tom. 16. col. 895: Carra XII. moscatelli, et vini Vermili. Vermail, in Charta ann. 1235. tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 135: Toutes voyes enfin ledit Pierre de Quincy Chevalier a donné et octroïé pour substantation du Chappelain qui celebrera in ladite Chapelie deux muys de vin blancs et deux de Vermail. Vin vermeil, in Charta ann. 1384.

† VERMELLUS, Pari intellectu. Testam. Beatricis de Alboreya ann. 1367. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1523: Item, legumens ecclesie B. M. de Crassa unum pannum aureum moresc Vermellum foratum de tela livida. Ibidem col. 1525: Item plus, alium copertorium panui de cirico Vermello.

VERMICULATUS, Latinis quasi vermicultis variatus vel distinctus. Will. Brito in Vocab. et Joan. de Janua: Vermiculatus, distinctus et variatus: tractum est a vermicultis, qui rodentes ligna aratiunculas ibi faciunt varius et distinctas, et quasi in modum vineæ conducuntur. Glossæ Gr. Lat. σκοληκίαις, Vermiculatum. Σκοληκίβρωτον, Vermiculatum. S. Bonifacius Mogunt. Epist. ad Cuthbertum: Illa ornameta vestium... latissimis clavis, vermium imaginibus clavata, adventum Anti-Christi ab illo transmissa præcurrunt. Gillebertus Episcop. Londinensis in Cantica Canticor. cap. 1. n. 10: Vermiculatas, id est, more vermium decoratas.

VERMICATUS. Statuta Ord. Præmonstrat. dist. 4. cap. 10: Sellis quoque Vermicatis, frænis, pectoralibus, calcaribus superfluitatibus habentibus, non utentur.

VERMILEUS, Rubeus, purpureus, ex Italico Vermiglio, et Gall. Vermeil. Chronicon Pisanum ann. 1119. [apud Murator. tom. 6. col. 169:] Et nota, quod Papa, quando Pisani iverunt Majoricam, suis omnibus Pisanis dedit vexillum Vermileum. Vide Vermiculus.

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 6757: Vermelh, Prov. roseus; ruber. Vermelhesa, Prov. rubor, rubedo.

\* VERMILIUS, Coccineus. Contract. matrim. ann. 1290: Constituimus vobis in dotem et ratione dotis octo milia solidorum

Turou. nigrorum, et ipsam (Ceseliam) indatam de mantello de perceto Firmilio, cum pelibus de wayrs.

\* Vermillage vero aut Vernullage dici videtur, Præstatio, pro facultate porcos in silvam immittendi, ut terram fodiendo, vermium instar, unde nomen, cespites eruant. Libert. pro incolis Pontis S. Petri ann. 1366. in Reg. 97. Chartoph. reg. ch. 305: Si ont pasturage en ladite forest (de Loncbouel) et ès mettes d'icelle pour leurs bestes, pannage et Vernullage pour leurs pors, quant pauage y a, parpaient pour chascun porc un denier pour ledit pannage et pour chascun maille pour ledit Vernullage..... Chascun d'eulx out acoutumé prendre et avoir..... le boy vert en gesant.... Pour chascun porc pour le Vermillage avoir en ladite forest une maille aus sergenz d'icelle. Vide Ferrere 2.

† VERMILIMUM, VERMILIUS. Vide in Vermiculus.

† VERMINATUM, σκωληκίαις, in Gloss. Lat. Gr. edit. melius in Sangerm. Vermiculatum.

† VERMINCULA. Vide in Vermiculus.

† VERMIS-CANIS, Scrofularum fortassis species aliqua, vel Herpes, qui Teutonice Hæyrr-worm, id est pilorum vermis dicitur. Ita Bollandistæ ad Vitam S. Parisii tom. 2. Jun. pag. 485: Venetus item alius nobilissimus vir cum uxore, infirmitate illa quæ vulgo Vermis-canis dicitur, circum guttura corrodebatur, etc.

\* Hinc injuriæ loco habetur denominatio illa, in Stat. Vallis-Ser. ruber. 22. ex Cod. reg. 4619. fol. 83. vº: Si aliqua persona dixerit alicui verba injuriosa, vel nominaverit turpe verbum, quod appellatur Vermis-canis, etc.

† VERMIS-CANIS, Eadem notione. Statuta Pallavic. lib. 2. cap. 14. fol. 86: Statutum est et ordinatum est, quod si quis dixerit alicui, nascatur tibi Vermis-canis, etc. Italis Verme est Scabiei species, Gall. Farcin.

\* VERMIS MARINUS, Piscis genus. Vide supra Plota.

VERN. Glossæ MSS. ad Alexandrum Iatrosophistam lib. 1. Passion.: Ros Syriacus est flos arboris, qui dicitur Alnus, vulgo Vern, de cortice cujus fit nigra tinctura. [Armoricis eadem notione Gwern, vel cum articulo ar Vern. Vide Vernagium.]

VERNA, Modus agri; [nisi sit Locus alnis consitus, a superiori voce Vern sic dictus. Vide Vernagium et Vernetum.] Tabular. Abbat. Dalonensis in Lemovicib. fol. 3: Totum ex integro quod habebamus, vel requirere poteramus in Verna de Daloues. Et fol. 7: In Verna, quæ est de manso de Vernoil. Rursus fol. 19: Damus etiam eis la Verna de stagno usque ad terram illam, etc. [Vide Vernia.]

VERNACELLUS, Qui suscitatur per dies festos. Gloss. Isidori. Ubi legendum lusitat. Ex vernaculus. [La Cerda vero scribit: Qui lustrat per dies veruos.]

† VERNACHIA, VERNACIA, Vini species: Vernacium, Petro de Crescentiis lib. 4. cap. 4. cujus Interprete Fin de Garnache dicitur. Academicis della Crusca: Vernaciu, spezie di vino bianco. Skinnerus in Etymolog. Anglic.: Vernuga, genus vini

dulcoris et gratissimi, credo sic dictum quasi Veronaccia, ab agro Veronensi in quo optimum ex hoc genere vinum crescit. Litteræ ann. 1345. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 519. col. 1: De Vernachia II. somat. val. xxvii. flor. De muscadello III. som. val. XIII. flor. Statuta Vercell. lib. 4. fol. 95. vº: Item statutum est quod nullus in civitate vel districtu Vercellarum audeat vel presumat vendere vel vendi facere vinum Vernacie, malvaxie, decreti, vel alterius generis vini, etc. Vernacia, in Convent. civitatis Saonæ ann. 1526. Vernacium vinum, apud Murator. tom. 12. col. 1038. ex Gualvano Flamma. Vide Garnachia 2.

VERNACULA TERRA, Proprietas, alodis. Charta Alamannica 36. Goldasti: Quapropter Vernaculam juris mei terram eam in loco nuncupant, quod dicitur Pteincivilare, quantum mihi Deus donavit, et parentes mei in hereditate diviserunt, trado Allidulsum, cumi omnia mea, cum agris, cum pratis, etc. Ch. 38: Propterea Vernacula terra juris mei in loco nuncupantur, hæc dicitur Dada, cum servis et ancillis quæ nomina eorum, Gondakarancum, etc. Denique ch. 41: Propterea Vernacula terra juris mei in loco, qui dicitur Openuvillare, tradimus S. Galloni 20. juchos, de colonis meis Erfoium, etc.

\*\* VERNACULATIM, Vernaculo sermone. Virgil. Gramm. pag. 16: Dativus casus Vernaculatim verbum neutrule demonstrat.

VERNACULUM, Quidquid domi nascitur, domestici fructus, res, quæ alicui nata est, et quam non emit. Ita hanc vocem interpretatur Anianus in leg. 3. Cod. Th. de lustrali collatione, ubi Jacob. Gothofredus.

† I. VERNAGIUM, Alnetum, locus alnis consitus, apud Dombenses et Lugdunenses, quibus alnus, Gall. Aune, Verne dicitur. Terrag. Humberti de Fillars domini du Chatelard ann. 1391: Tenet quatuor bicheras Vernagii. Vide Vern, et Vernetum.

\* 2. VERNAGIUM, Illud quod fit vel seminatur tempore veris. Glossar. vet. ex Cod. reg. 521.

† VERNALE, Instrumentum piscatorium, retis species. Charta Otton. Comit. Burgund. ann. 1281. apud Perardum: Eis concedimus et donamus perpetuo piscariam liberam in ripariis de Lupa et de Clogia alte et basse pro voluntate sua; ad Vernule, etc. et ad alia omnia genera ingeniorum. f. pro Vernale. Vide Vertebolum et Vernilium.

\* Vernot, in Lit. remiss. ann. 1407. ex Reg. 162. Chartoph. reg. ch. 162: Pierre Giraudier et autres.... levoient et rompoient ses filets, ou Vernos nommez au pais, et prenoient le poisson estant dedens iceulx.

\* VERNALIA, f. pro Venalitaria, Mercatura, negotiatio. Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 71. ex Cod. reg. 4622. A: Juedex sive rector teneatur fidentiam (dare) omnibus venientibus in mercandiam vel in Vernaliam. Vide supra Venalitas 2.

† VERNALIS, Vernaculus, servus. Charta ann. 1288. ex Tabul. Archiep. Auxit.: Accepit dominus abbas a predictis hominibus centum solidos, et sex Vernales ad costruendum molendium. Vide Vernulitas.

\* An non potius Alnus, quibusdam in



provinciis *Verne*.<sup>2</sup> Vide supra *Vergna* et *Vernagium* 1.

¶ 1. **VERNARE**, Florere. Acta S. Cassiani apud Illustr. Fontanin. in Antiquit. Hortæ pag. 347 :

Prosapia Vernas gestorum, et simplicitate refulges.

Occurrit rursus pag. 356. et apud Marten. Itin. Litter. pag. 46.

¶ 2. **VERNARE**, Cancere, ut ex verborum serie colligitur, in Actis S. Petri Cælestini PP. tom. 4. Maii pag. 423 : *Et ecce turba magna angelorum circa se erat ita aperte ut videretur ei quod vigilasset, et in ore ejusque illorum erant rosæ rubæ, et cum illis rosis Vernabant delectabiliter nimis; ita quod postquam excitatus fuisset a somno, cantum illum audierit per tantum spatium quo posset dici Puter noster.* Vide *Vernicare*.

\* 3. **VERNARE**, Munire, instruere; *Verné*, ea notione, legitur apud Joan. de Saintré cap. 40. pag. mihi 266. Stat. senesc. Bellicad. ann. 1320. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 162 : *Item quicumque portaverit lanceas, gaverlotos, tela, ballistatus, clavatas, guisarmus, secures, baculos ferratos, Vernatos, aut alias affuytatos, et hujusmodi arma mortifera, etc.* Vide supra *Veringatum*.

\* **VERNAZOLA**, Vini species, idem quod *Vernachia*. Vide in hac voce. Acta S. Amad. tom. 2. Aug. pag. 585. col. 2 : *Ita quod ipse pater Amadeus alio quasi vino non uteretur in Missæ sacrificio, nisi de quodam vino Vernazole..... Ex quo (vase) Vernazole ipsa hausta erat, ita quod in nocte sequenti tota ipsa Vernazole..... expansa tota inventa est in et per canepam.*

¶ **VERNARIA**. Vide infra *Vernia*.

**VERNARIUM**, Vernum tempus. Gerardus Marchetus Episc. Castrensis Epist. 112 : *Steti Parisiis per menses aliquot, ubi resumpsi lectiones magistrales usque ad Vernarium.*

\* **VERNEDA**, Alnetum, locus vernis seu alnis consitus. Lit. remiss. ann. 1414. in Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 19 : *Dum supplicans transiret per quamdam Vernedam inter dictos locum et villam existentem, etc.* Vide *Vernetum* et *Vernia*.

¶ **VERNEDUM**, ut *Vernetum*. Vide ibi.

**VERNEMETIS**, Gallica lingua veteri, *fanum ingens*, inquit Fortunatus lib. 1. Poem. 9.

\* **VERNENSIS**, Monetæ species videtur. Inquisit. ann. 1288. in Access. ad Hist. Cassin. part. 1. pag. 388. col. 1 : *Quilibet macellarius pro quolibet vacca seu pro quolibet bove, quem occidunt in bozaria..... reddunt cellarario Cussinensi Vernenses sex, et pro quolibet porco, Vernenses quatuor.*

¶ **VERNERIA**, ut *Vernia*. Vide in hac voce.

**VERNETUM**, **VERNEDUM**, pro *Vinetum*. Tabularium Monasterii S. Andree Vienne. : *Ego Sierannus vendo Lunam campum cum Vernetum salicetum in se tenente juris mei, qui est in Castolatit etc.* Alia habet in campis, et salicetis, et *Vinetis, juris nostri, etc.* Alibi : *Unum curtillum ante januas positum, et tres diuturnas de terra, et Vernetum in dextra, et in sinistra parte positum ad ædificationem domorum habitantium in servitio prædictæ Ecclesiæ.* Acta Capitularia

Eccles. Lugdun. ann. 1347. fol. 126. v : *Item super quodam Verneto, etc.* Charta alia Ermengardis Comitissæ Ceritan. ann. 893. in Append. ad Capitul. Baluziana n. 127 : *Verdegariis, Vernedis, boschis, silvis, garricis, etc.* Chron. Petri IV. Reg. Aragon. lib. 3. cap. 20 : *Hon a una gran Vernada e pedral devant lo castell, etc.* Et. cap. 21 : *Et saent mal deu dejus la vila de Perpinyu en les vinies, e en un loch, que es nomenat Vernet.* Ita Cod. MS. ubi editus habet *Vernat*.

☞ Ex his omnibus nihil colligitur unde certo probetur *Vernetum* vinetum significare : cum vero ad vocem *Vern* proprius accedit, qua alnum designari supra monuimus, idem esse atque *Vernagium* vix dubito; quod ex sequentibus rursus facile efficitur. Terrag. Bellijoc. : *Super quodam Verneto continente sex bichonatas seminis vel circa.* Ibidem : *Juxta brossiam seu Vernetum Anthonii de Crey.* Testam. Stephani II. Arver. Episc. inter Instr. tom. 2. Gall. Christ. novæ edit. col. 73 : *Cum pratis, cum vineis, cum campis, cum silvis, cum farinariis, cum furnis, cum Vernedis, cum aquis, etc.* Ubi *Verneda* a vineis distinguntur.

\* Charta ann. 1295 : *Item tres fessorias prati cum Verneto, sitas in yllas retro molendinos suos.* Vide mox *Verniacum*.

\* **VERNIA**, ut supra *Verneda*. Charta ann. 1343. in Reg. 67. Chartoph. reg. ch. 70 : *Item dixit et asseruit dictus nobilis dom. Guillelmus..... habere in dicta terra de Maravalle..... nemora, stangna, ortos, viridaria, arbores, silvas, brugerias, Vernhas, etc.* Vide *Vernia* et mox *Verniacum*.

**VERNIA**, **VERNARIA**, **VERNARIA**, [Idem videtur quod *Vernetum*, *Alnetum*. Charta fundat. S. Hippolyti Verniensis in pago Ruthen. ann. 943. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 75 : *Villa mea quæ dicitur illa Vernia.* Infra : *Ad monasterium construendum in illa Vernia.*] Tabularium Conchense in Ruthenis ch. 103 : *Et illo prato de Roseto cum ipsas albaretas, cum ipsas Vernias similiter dimitimus, etc.* Ch. 106 : *Hoc est alodus noster de Vermo calmo, cum vineas, cum Vernas, cum pratos, cum mansione, etc.* Ch. 109 : *Unus campus cum Vernias, cum terras cultas et incultas, etc.* Ch. 110 : *Unus pratus cum Verniaras, cum albaredas, etc.* Ch. 115 : *Tradidimus, hoc est Vernaria nostra in loco, quæ vocatur, etc.... Et habet ipsa Vernaria et ipsa terra in se fines de uno latus, etc.* Ch. 116 : *Et de sub terra cum Vernaria, etc.* Ch. 455 : *Et in parochia de Campoliado donamus alium mansum in illa Vernia, hoc totum damus ad alodem.* Adde ch. 117. 148. 163. 187. 266. 270. 306. 338. etc. Charta fundationis Cappellæ S. Valpurgis Compendiensi : *Dedimus in dotem tres mansos in Verneria, quam Hadergerus in beneficii jure de nostro tenebat dono, etc.* [Vide *Verna*.]

\* **VERNACUM**, ut supra *Vernetum*, nostris alias *Verney* et *Vernois*. Chartul. S. Joan. Angeriac. fol. 178. rº : *Concessi Deo et sancto Joanni et S. Mariæ de Ternant mariscum et Verniacum, quæ sunt sub molendino de Ternant.* Inquisit. ann. 1361. in Reg. 93. Chartoph. reg. ch. 69 : *Item un Verney assis de costé les viez Bo-*

not..... *Item un autre Verney ensemble d'une sagerie, qui est assise oudit Verney.* Lit. remiss. ann. 1419. in Reg. 171. ch. 50 : *Ice lui Rassonneau va trouvé en un Vernois, où il estoit cheu dessus sa jument.* Charta admort. ann. 1412. in Reg. 166. ch. 272 : *Item un petit Verney assis au terrouer de Manopon.* Vide *Vernia* et mox *Vernus*.

\*\* **VERNICARE**. Aldhelm. de Gramm. pag. 569. apud Maium Auct. Classic. tom. 5 : *Aves minnuriat, vel vernant, vel Vernicant.* Vide *Vernare*, 2. et *Vibrissare*.

¶ **VERNICIUM**, Liqueta juniperi lacryma, Gall. *Vernis*. Vita B. Lidwinæ tom. 2. April. pag. 300 : *Sed quasi oleo vel Vernicio linita fuisset, tanto splendore et recenti albedine radiabat, ut etc.*

\* Stat. Avenion. ann. 1243. cap. 80. ex Cod. reg. 4659 : *Sindici vero stuant locum idoneum extra civitatem, remotum a viis publicis, ubi Vernicum et cepum liquefiat.* *Vernir* dicitur de mulieribus, quæ purpurissum adhibent, in Mirac. MSS. B. M. V. lib. 2 :

Qui se Vernissent, qui se paignent,  
Qui se fardillent et qui s'ongnent.

\* **VERNICUS**, Vernaculus, familiaris, domesticus. Status eccl. Constant. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 220 : *Si quis canonicorum moriebat, non expectabatur longo tempore, sed consilio reliquorum de ministris ecclesiæ servientibus restaurabatur, cum..... judicaret.... multo justius et utilius esse servitoribus meritum reddere, quam Vernicis, vel grutiis, vel amore, vel prece, vel timore concedere.* Vide *Vernulitas*.

¶ **VERNIFICUS**, Vernus, Gall. *Printanier*. Vita MS. S. Wenwalei fol. 119. vº : *Floribus Vernificis redoleverat, etc.* Vide *Vernarium*.

\* **VERNONUS**, an Venalis; quod de proba merce dicitur. Charta ann. 1340. in Reg. 73. Chartoph. reg. ch. 282 : *Item fuit repertum quod dominus noster rex habet in dicto loco (de Cadola) et ejus pertinentiis quatuor quartones olei Vernoni censuales.* Vide supra *Vernalia*.

**VERNULITAS**, [Famulatus. Vita S. Dunstani tom. 4. Maii pag. 358 : *Quando debitas suæ Vernulitatis horas, ceterasque Missarum celebrationes Christo Domino solvere censisset.*] H Roswitha Monialis in Panegyri. Ottonis M. Imp. vers. 174 :

Ex quibus Henrico quædam pars mente benigna  
Devotit Regis fratri jus Vernulitatis,  
Pars Everhardo Comiti studium famulandi.

Papias : *Verna, servus in domo natus : vernula, servus domi genitus vel nutritus.* Vide *Vernalis*.

1. **VERNUM**, Ver, Vernum tempus. Regula S. Fructuosi cap. 6 : *Verno vel æstate dicta Prima, commoneatur Decani a Præposito suo, quale opus debeant exercere.* Regula Magistri cap. 32 : *In Verni vel æstutis tempore, etc.* [\* *Vernus*, in Anselm. Contin. Sigeb. ad ann. 1126. apud Pertz. Script. tom. 6. pag. 580 : *Hiens acerrima, Vernus etiam periculosus.*]

¶ 2. **VERNUM**, Vas coquinarium. Litteræ Henrici IV Reg. Angl. an. 1405. apud Rymer. tom. 8. pag. 384 : *Quinque patellas, tres cacabas æreas, quatuor pelves,...*



quatuor *Verna ferrea*, etc. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. : *Item plus sex Verna sive asta ferri*. Utrobique legendum existimo *Verua*.

\* **VERNUS**, Alnus; nostris alias *Verne*. Charta ann. 1377. in Reg. 112. Chartoph. reg. ch. 212 : *Item circa triginta minetas terræ et plus, in quibus sunt brassiæ, durni, Verni et plures alii arbores in ruina existentes*. Vide supra *Verneda* et *Verniacum*. Alia notione vide in *Vernum*, 1.

\* **VEROCHIUM**, pro *Varochium*. Vide supra in hac voce.

\* **VEROLA**, pro *Virola*, Victoria fibula. Inventar. MS. thes. Sedis Apost. ann. 1295 : *Item unum cultellum acutum cum manubrio albo et Verola de auro nigellato*.

\* **VEROLAGIUM**, Gall. *Verolage*. Jus feudale, quo dominus tenentes suos ad suum molendinum frumenta sua molenda deferre potest cogere, *Droit de Verolie*, teste Constant. in art. 99. Consuet. Pictav. pag. 112. Reg. feud. comitat. Pictav. in Cam. Comput. Paris. Ch. ann. 1410. fol. 37. vº : *Je Jehan de Craon, sire de la Suze... advoué à tenir... à foy et hommaige lige... mon herbergement de Charrace, avecques toutes ses appartenances et appendances,..... pescheriës, deffens, galloys, estangs, Verolages, hommes, hommaiges, justice, etc.*

\* **VERONENSIS**, Moneta Veronæ. Comput. decimæ in Italia collectæ ann. 1278. pro subsidio T. S. ex Cod. reg. 5376. fol. 242. vº : *Libræ vij. ij. et sol. ix. Veronensium parvorum,..... computato mihi per collectores quolibet Frisacensi pro xiiij. Veronensibus parvis*. Formul. MS. Instr. fol. 68. vº : *Quoniam..... nomine pensionis.... unum Veronensem monasterio sancti.... singulis annis solvere tenebatur..... Solvit ipsi domino abbati solidos lx. pro l. Veronensibus in solutionem et satisfactionem pensionis, pro quinquaginta annis debende ex domo emphiteotica*.

**VERONES**. Aurelius Victor in Commodo : *Immiti prorsus feroque ingenio, adeo quidem ut gladiatores specie depugnandi crebro trucidaret : cum ipse ferrum objectum Veronibus plumbeis uteretur*. Ubi legendum videtur ad ferrum, etc. Adeo ut verones fuerint species pectoralis, in quo ictus exciperet. Vide conjecturas virorum doctorum apud Schottum. [\*\* Vide Forcell. in *Veru*.] [Huc etiam spectat Brito Armor. Philipp. lib. 10 de Obsidione Nannetica :

Audacesque viri quos illa Britannia gignit  
Obdere vel leviter extrema repagula curant,  
Ejus in occursum potius in Veroue reposito  
Egressi pugnam committere guaviter audent.

Vitiosum carmen hic advertere est cum Spelmano, nisi Enniano more S forte elidatur.]

**VERONICA**, Romanis appellatur tabella, in qua Christi Domini, pergentis ad Crucis supplicium, divino miraculo expressa effigies efformatur, quæ asservatur et colitur Romæ in Ecclesia S. Petri. Voce, ut quidam volunt, formata ex *Vera Icon*. Clemens IV. tom. 2. Epist. 484. ann. 1268 : *Quid enim superest, nisi ut ipsa Veronica cum Apostolorum capitibus transportetur, et urbs toto spoliata thesauro, confusionis induta diploide, habeat in æternum quod lu-*

*geat*. Nicolaus IV. PP. ann. 1290 : *In ea namque basilica sui pretiosissimi vultus imaginem, quam Veroneam fidelium vox communis appellat, in singularis anoris insigne tribuit venerari, etc.* Sed et alios Pontifices Clementem VI. VII. VIII. Gregorium XIII. etc. hanc tabellam, seu potius sudarium eo nomine appellasse auctor est ex Jacobo Grimaldo Bzovius in Annal. Eccl. ann. 1216. num. 16. Adde Jacobum Card. de Anno Jubilæo cap. 1. Matth. Paris et Matth. Westmonaster. ann. 1216. eumdem Matthr. Paris ann. 1249. pag. 514. Bromptonum pag. 121. Henricum Rebdorffensem ann. 1350. prætera Bernardum Guidonem de Sanctis Lemovicensib. pag. 629. De S. Veronica integras disputationes instituerunt præter Baronium ann. 34. num. 138. vir singularis eruditionis Godefrid. Henschenius 4. Febr. Franciscus Quaremius lib. 4. Elucidar. Terræ Sanctæ. peregr. 6. cap. 14. § 4. et seq. et Bzovius ann. 1216. num. 15. et seqq.

\* *Venice* appellatur in Lit. Caroli VI. ann. 1381. ex Reg. 121. Chartoph. reg. ch. 117 : *Plusteurs habitans de nostre ville de Paris; hommes et femmes, c'est assavoir marchanz et marchandes de toyles es haies de Paris..... meuz de dévotion ont encencion et propos de créer, faire et ordonner une confrarie à l'onneur de Dieu et de la benoite Vierge Marie et en especial de sainte Venice vierge.... en l'église parochial de S. Eustace de Paris, en la chapelle..... de S. Michiel l'Arcange, etc.* Plura erudite de *Veronica* disserit Mabillonius in Museo Ital. pag. 88. et 89.

¶ **VERONICA**, Imago tabellam prædictam representans. Comput. ab ann. 1333. ad ann. 1336. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 275 : *Pro tribus Veronicis magnis et sex parvis, taren. 1. gran. x.*

**VERONICAM** appellatum Ciborium antiquæ basilicæ Vaticanæ videtur scribere Nicolaus Alemannus in Dissert. de Lateranensibus parietinis pag. 40.

\* **VERONEMENTUM**. Anonymi Leobiens. Chron. ad ann. 1305. apud Pez. tom. 1. Script. Austr. col. 886 : *Albertus asserens hoc regnum (Ungariæ) ad imperium devolutum, instantissime repetebat, et orta sunt inter eos (Albertum et regem Bohemiæ) gravissima Veronomenta*. Ita præfert Codex MS. ut monet doctus Editor. An pro *Veronimenta*, bella? Vide supra *Guerre*.

**VEROSUS**, *Plenus veritate : Verositas, veritas*. Ugutio. [Mart. Cappella lib. 4 : *Argumentum Verose assertionis*.] [\*\* Remigius ad hunc locum apud Maium in Glossar. novo : *Verose assertionis acrimonieque, id est firmæ ac veridicæ; vel, quod est melius, Verosæ, id est acutæ, ab eo quod est veru*. Kopp. § 332. habet *Virosæ*.]

¶ **VEROUIKE**, vox Anglica. Testam. Joh. de Nevill ann. 1386. apud Madox Formul. Anglic. pag. 428 : *Item domino Archiepiscopo Eborum fratri meo, 1. vestimentum rubeum de velvet cum le Verouike in granis rosarum desuper brondata*.

**VERPIRE**, Possessionem rei alicujus dimittere. Charta ann. 1145. apud Calmet. tom. 2. Hist. Lothar. inter Probat. col. 324 : *Pratum unum quod habebant apud*

*Vesusc-villan nostram nobis dederunt et sine tenus Verpierunt*. *Verpir*, apud Butiller. in Summa rurali. Hinc

¶ **VERPITIO**, Rei possessæ dimissio, in Charta inter Instr. tom. 2. Gall. Christ. novæ edit. col. 121 : *Vestituras etiam de omnibus terris... perdonavit, reddidit, et Verpitionem fecit*. Vide *Guepire*.

¶ **VERPUS**, δριλος, καὶ ὁ μέσος δάκτυλος, in Gloss. Lat. Gr. Vide Salmas. ad Hist. Aug. pag. 129.

\* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613 : *Verpus dicitur impudicus digitus, quo Judei feruntur Sabbato anum purgare : unde Judei, Verpi dicuntur*. Aliud Lat. Gall. ex Cod. 7692 : *Verpus, grève, vel metre doy*.

¶ 1. **VERQUERIA**, Locus alendis verbicibus idoneus. Vide in *Berbir* 1.

\* 2. **VERQUERIA**, ut supra *Vercheria* 1. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Verquiara, Prov. dos, dotalitium*. Charta ann. 1522. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. xxxv : *Ex resta dotis et Verqueria dictæ Aldete Valeta matris suæ etc.*

\* 3. **VERQUERIA**, Septum ex verguis sine virgis, unde nomen, ad interceptiōnes pisces. Charta Jac. reg. Majoric. ann. 1299. ex Bibl. reg. cot. 15 : *Damus licentiam venerabili abbatisse monasterii de Vinovolo et eidem monasterio,..... quod possint et eis liceat auctoritate nostra facere paixeriam sive Verqueriam in rivo de Gadirono*.

¶ **VERRA**, Bellum, pro *Verra*. Chartul. SS. Trinitat. Cadom. fol. 45. vº : *Ista villa habebat undredum, sed in tempore Verre difforciatum fuit*. Vide *Guerre* et *Vera* 2.

¶ **VERRACHIUM**, Nauticum instrumentum. Acta S. Raynerii tom. 3. Jun. pag. 464 : *Et tunc non potuerunt retrahere anchoram nisi cum Verrachio, quando ibi cessavit tempestas*.

\* Idem quod supra *Varochium*. Vide in hac voce.

\* **VERRÆ**, **VERRULÆ**, Scopæ, quod iis verritur, sic dictæ. Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 15 : *Deficientibus saccis et funibus, recurratur ad scopas et fiant Verre, vulgari sermone dicuntur granatæ, et in eis fingantur (figantur) perticæ, et postea accendantur Verrulæ, et obcurratur ad rupturam muri contra rumpentes præfatum murum*.

¶ **VERRECOLUM**, diminut. a *Veru*, Sagittæ acumen, Gall. *Pointe*. Andr. Billii Hist. apud Murator. tom. 19. col. 29 : *Rejecta ob oculos galææ specula, mox sagittæ (quam vulgo verretionum nominamus) Verreculo per eum locum ictus cecidit*.

¶ 1. **VERRERE**, Mittere. Gloss. Gr. Lat. : ἀπρω, abduco, *Verro, deduco, perduco*. Vita S. Eigelis sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 248 :

Hæc ubi dicta essent, Verrat fraterna potestas  
Fratres ac socios proprio de corpore lectos,  
Qui cum patre simul noviter seniore recepto  
Regis ad eximii super hoc decreta recurrant.

2. **VERRERE**, **VERRIFICARE**, Terram versare, quod faciunt porci, et *verres*. Statuta Willelmi Regis Scotiæ cap. 24 : *Si porci Ferrant pratum alienum, dominus illorum tenetur omnes Verrificationes implere frumento*.

¶ **VERRERIA**, Vitri officina, Gall. *Ver-*



erie. Charta ann. 1338. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 363. col. 1: *Pactis infra scriptis, videlicet, quod infra dictum nemo, dictus Guionetus faciat domum fortem et ibidem debeat habitare et Ferrerium ibidem facere, tenere et operari facere in ea perpetuo opus vitrorum sive vitrei.* Vide *Vitrearia*.

† **VERRERIE**, Laminæ vitreæ quæ fenestris obijciuntur, Gall. *Vitres*, olim *Verreries*. Charta S. Ludovici ann. 1245. pro fundat. S. Cappellæ apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 121. col. 2: *De ipsius obventionibus et oblationibus Ferrerias ejusdem cappellæ refici et reparari volumus quotiens opus fuerit.* *Voirières*, ibid. pag. 702. *Voiries*, in Charta ann. 1483. ibid. tom. 3. pag. 141. col. 1. Alia Ludovici XI. ann. 1464. ibid. tom. 5. pag. 709. col. 1: *Asoustenir et entretenir les Ferreries de ladite sainte Chapelle.* *Verreries*, in Litteris Caroli V. Reg. Franc. ann. 1370. tom. 5. Ordin. pag. 367. Bullar. MS. Fontanell. fol. 119: *Totum cancellum tam in Ferreris, muris et massoneria, et coopertura, quam alio quovis modo.* La Vie de Jesus Christ MS:

Tout autressi con vous vrés  
Que li solaus est escaulés,  
Con il trepasse la Verriere  
Là ou ele est li plus entiere.

Vide *Ferrinæ* et *Vitrius*.

† **VERRERIUS**, Qui vitra operatur et vendit, Gall. *Ferrier*. Charta ann. 1309. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 97. col. 2: *Item a quolibet Ferrerio exponente vitros suos ad vendendum, levatur unus vitrus, vel unus denarius, quod Verreries maluerit.* Occurrit rursus ibid. tom. 2. pag. 363. col. 1.

\* Quod opus, jamdiu est, a nobilibus exercebatur. Lit. remiss. ann. 1416. in Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 139: *Jehan Fouquart le jeune escuyer, faiseur de verres, ..... demourant en la parroisse d'Oison, etc.*

**VERRES**, Porci masculi, quos Franci *Verrats* dicimus. Epistola Bartholomæi Monachi Fusiensis, qui Episcopus Laudunensis fuerat, ad Conventum Remensem ann. 1158: *Feruntamen nihil eis contuli, quod ad redditus pertinent Episcopi, præter porcos, quos vulgo Verres vocant, quos nunc Episcopali Personæ solvebant Ecclesie.*

† **VERRETONUS**, **VERRETTONUS**. Vide *Veretonus*.

† **VERRIA**, f. Locum ubi verres nutriuntur, vel idem quod *Vernia*, quomodo etiam fortassis legendum est. Recognit. antiq. ex Regesto *Probus* fol. 59: *Petrus Veters tenet de Comite casale domus suæ et Verriam, et debet inde iii. sol. censuales.*

† **VERRICULATOR**. Papias MS. Bituric.: *Delictus, Ferriculator.* [\* Cod. reg. 7609: *Verriculatus.*]

† **VERRIFICATIO**. Vide *Ferrere*.

† **VERRINÆ**, ut supra *Ferrerie*. Comput. ann. 1202, apud. D. Brussel. tom. 2. de usu feud. pag. cccii. col. 2: *Evarardus cappellanus, pro Ferrinis capellæ, lv. sol.*

† **VERRINUM**, Terebellæ species, ut videtur, Gall. *Vrille*; nisi sit Sagitta, jaculum, *Ferrina* quippe Italis ea notione nuncupatur. Ogerii Panis Annal. Genuens.

apud Murator. tom. 6. col. 402: *Quidam latro venit Januam... et taliter se misit nocte in crates Dominicæ crucis, custodibus S. Laurentii ignorantibus, quod capsam in qua erant repositæ cruces cum Ferrinis perforavit et ipsas cruces de civitate portavit.* Vide *Verrubius*.

\* *Voirrine* appellatur Gemma ex vitro factitia, in Stat. ann. 1355. tom. 3. Ordin. reg. Franc. pag. 12. art. 8. *Voure*, eadem notione, nisi mendum sit pro *Voirre*, in Lit. remiss. ann. 1390. ex Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 175: *Un petit anel d'argent à une pierre de Voure.*

† **VERROLUS**, a Gall. *Verroil*, Pessulus. Reparat. factæ in Senescallia Carcassonnæ ann. 1435: *Eidem (Bernardo Serario) pro duobus ansonibus et duobus Verrolis, qui positi fuerunt in uno hostio dicte domus thesauraria.* Charta ann. 1334. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 188: *Quod dictus Johannes fuerat furatus veetes, sive Verroills, pudenas et gufatos.*

\* *Verroil* etiam appellarunt nostri, Armoreum seu venabuli genus. Lit. remiss. ann. 1459. in Reg. 188. Chartoph. reg. ch. 197: *Pierre Brunet print ung grand Verroul ou vouge sur son col, etc.* Aliud prorsus sonat vox *Verroilh*, in Charta ann. 1467. ex Tabul. S. Maurini inter schedas Mabill.: *Rector seu vicarius prædictus..... percipiat .... omnes offertas et oblationes, vulgariter dictas lo Verroilh, cx integro ecclesie de Ferrussaco.* Vide *Vanga*.

\* **VERRONIWAIDA**. Mirac. S. Emmer. tom. 6. Sept. pag. 496. col. 2: *Illuc solus iter carpebat in loco, qui dicitur Verroniwaida, quod sermo Latinus exprimit: Longinqua pascua, etc.* *Verroniwaida* edidit Canisius. [\* Vide Graff. Thes. Ling. Franc. tom. 3. col. 656. voce *Fer*, etc.]

† **VERRUBIUS**. Papias: *Marra, terebrum, id est Ferrubius.* Vide *Veru*.

\* **VERRULÆ**. Vide supra *Verræ*.

† **VERRUS**, pro Verres, porcus masculus, in Leg. Salica apud Eccardum pag. 145: *Si quis Ferrum furaverit, etc.* Tabul. SS. Trinitat. Cadom. fol. 26. vº: *Scrofie xxiv. Verri sex, etc.* Charta Caroli Regentis ann. 1358. ex Bibl. Reg.: *Item viginti solidos anni redditus in quibus domino Regi tenetur quolibet anno in festo Paschæ abbas de insula pro uno Ferro.*

† **VERSADURA**, Eluvies, effluvium, Provincialibus. Regest. *Columba* ex Schedis Præs. de Mazaugues: *Possunt recipere Versaduras et escolilhas resclausæ vel bedulis.*

\* **VERSAGIUM**, Idem quod *Usagium*, jus utendi foresta seu *versandi*, hoc est evertendi seu incidendi arbores ad ignem seu ædificium necessarias. Vide *Versare* 1. Charta ann. 1404. in Reg. feud. comitat. Pictav. ex Cam. Comput. Paris. fol. 63. vº: *Advolo.... mnxime inter nlia Versagium menn in nemoribus de Gastinain ad necessitatem meam seu opus manerii mei prædicti de Bellofonte et de Ses.*

**VERSALITER**. Thwrocus sub ann. 1342: *Hujus mundi decus et gloria... semper variando Versaliter ntque caduce se protendens in nihilum tanquam aqua decurrens incedit.* [Id est, Inconstanter. Vide *Vosium* lib. 4. de Vitiis serm. cap. 36.]

† 1. **VERSANA**, Arvernensis *Versée*, Terra proscissa, ager de novo ad cultum redactus: aliis *Versane* est Terra in colle sita: denique *Versane* vocant nonnulli terram Aquiloni adversam. Tabular. Camalar. dioc. Anic.: *Donaverunt R. Roberto quandam vineam sitam subtus hortos et unam Versanam in Cumbas.* Charta apud Stephanot. Antiquit. Lemovic. part. 1. pag. 704: *Dedit etiam Versana de gran;... in alio loco pratum del Martineze.* *Versenne*, apud Xantones. Vide *Verseria*.

\* 2. **VERSANA**, Tempus, quo agri proscinduntur, nostris *Varxenne* et *Verseret*, vel *Verserot*. Charta Joan. niilit. de Foilluel dom. de Ranicort ann. 1242. in Chartul. Mont. S. Mart. part. 1. ch. 115: *Remisi dicte ecclesie tres corveias in una carruca, in Versana, in Martio, in cooperana: in Versana et cooperana cum duobus equis tantum, in Martio cum quatuor.* Charta ann. 1406. in Chartul. priorat. Belleval. *Item chascune charrue.... paierat chaeun an trois journées à la crovée de la charrue; c'est assavoir à la Varxenne, à waiien et à trainmois.* Charta ann. 1326. in Reg. 73. Chartoph. reg. ch. 340: *Troiz croées de charrue;..... c'est assavoir à trois saisons, l'une en Mars, l'autre en Verseret et l'autre en wayn.* Libert. Perrus. ann. 1347. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 32. art. 3: *Nucf courvées de charrue d'icelles bestes, c'est assavoir trois en Wayn, trois en tremois et trois nu Verserot.* Hinc emendandæ Libert. de Bourlemont ann. 1357. tom. 6. earum. Ordin. pag. 630. art. 2. ubi *Vorrot* legitur pro *Verserot*. Neque fortassis mendo caret *Terrearium* ejusdem loci ann. 1571. ibidem inter notas laudato, in quo huic voci substituitur *Vergier*. Vide infra *Versarius*.

\* **VERSANA**, Ager proscissus et nondum satus. Charta Roger. episc. Laudun. in Chartul. Thenol. ex Cod. reg. 5649. fol. 40. vº: *Cum terra circumjacens fuerit in Versana, poterunt ibi fratres, si voluerint, carriare.* Alia ann. 1343. ex Chartul. S. Vinc. Laudun.: *Li religieux ont accordé que nous porrons charier et racharier par les terres de Malewarde, toutesfois qu'elles seront vuides, excepté le temps qu'elles seront tierciées pour la Versainne ou arces pour le mars.*

\* 3. **VERSANA**, Mensuræ species, nostris etiam *Versane*. Charta ann. 1238. in Hist. MS. S. Andr. Avenion fol. 53. vº: *Cum controversia verteretur..... super limitatione manicæ et stagni de Rupeforti et territorii dicti monasterii..... electus arbiter dixit ad monasterium pertinere quidquid a parte monasterii usque ad terminum positum in manica per duas Versanas.* Lit. remiss. ann. 1411. in Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 158: *L'hostel d'icellui Colin, où il fuisait sa demourance, est distant de l'hostel où il vendoit du vin, d'une Versane ou environ.* Alia ann. 1472. in Reg. 197. ch. 248: *L'ostel de Jehan Templicr distant de l'ostel d'Estienne Martineau cinq ou six Versanes.*

† 1. **VERSARE**, Gall. *Verser*, *Evertere*. Vita S. Bonæ tom. 7. Maii pag. 163: *Quædam devota femina urceolum olei... ante ejus altare portavit: quem cum clericus...*



*inconsiderate pedibus impulsisset, pluribus videntibus est urceolus ipse Versatus ad terram.*

\* Subvertete, de quadriga dicitur, in Inquisit. ann. 1257. ex Reg. *Olim parlam.* Paris. fol. 93 : *Dominus rex præcepit quod ..... quedam mala consuetudo, quæ est in quibusdam partibus Viromandiam amoveatur, quia quis quadrigam suam, quando versatur, non audet levare, nisi de assensu domini, cujus est fundus ipsius terræ; et si aliter levet, solvet sexaginta solidos ipsi domino.* Hinc

\* **VERSATA LIGNA**, Quæ ventorum vi eversa sunt. Charta ann. 1308. in Reg. 44. Chartoph. reg. ch. 146 : *Donamus..... liberum usagium ad omnia ligna, videlicet arecentia seu sicca,.... Versata et voluta, etc.*

† **2. VERSARE**, pro Versari, in Charta S. Rudesindi inter Conc. Hispan. tom. 3. pag. 180 : *Denique reminiscens ea in quibus ab ineunte ætate Versavi.*

\* **Verser**, pro Emptore, impendere, in Lit. ann. 1404. tom. 9. Ordin. reg. Franc. pag. 10 : *Par la faulte et coulpe des maîtres et gouverneurs, qui Versent mal et ailleurs que là où ilz doivent, les revenus et prouffis d'icelles maladeries.*

\* **VERSARI** vinum dicitur, quod corruptitur, Petro de Crescentis lib. 4. cap. 38 : *Qualiter possit provideri, ne vinum Versetur.* Ubi Gallicus Interpres vetus : *Comme on peut remédier à ce, que le vin ne se tourne, ne corrompe.* [\* Ital. *Volgersi*, Vide *Versio*.]

\* **VERSARI INRATIONABILITER**, Cum animalibus misceri. Pœnit. vet. MS. ex cap. 15. Conc. Ancyr. : *De his qui inrationabiliter Versati sunt sive Versantur. Quotquot ante xx. annum tale crimen commiserunt, xv. annis exactis pœnitentiæ, comunionem mereantur orationum. Deinde quinquennio in hac comunione perdurant, tunc denum oblationis sacramenta contingant..... Eos qui inrationabiliter vixerunt et lepra injusti criminis alios polluerunt, præcepit sancta synodus inter eos orare qui spiritu periclitantur in mundo.*

† **VERSARIUS**, Gall. *Verseau*, Aquarius, undecimum zodiaci signum. Charta Comunione Clarimontis ann. 1248. inter Ordin. Reg. Franc. tom. 5. pag. 600. art. 12 : *Retinemus autem nobis in dicta villa... novam (novem) corvadas de omnibus animalibus ad aratrum trahentibus; duas in Murtio persolvendas, et duas in Versario, et duas in Autumno.* Hac loquendi formula consignatur anni tempestas, qua sol Versarium subit, mensem scilicet Januariarum. Vide alia notione in *Versus*.

\* Nequaquam; idem quippe *Versarius* hic, quod supra *Versana* 2.

† **VERSATILIS GLADIUS** de quo Gen. 3. versu ult. exponitur in Glossis Bibliicis MSS. Anonymi ex Bibl. Reg. : *Utrobique secans vel aptus ad versandum et tollendum cum Deus vellet.* Consule Interpretes.

\* **VERSATIM**, Vice versa. Constitutio Chlotarii Regis ann. 560. cap. 6 : *Si iudex aliquem contra legem injuste damnaverit, in nostri absentiu ab Episcopis castigetur; ut quod perpere judicavit, Versatim melius discussione habita emendare procuret.*

\* **VERSATUS**. Vide supra in *Versare* 1.  
\* **VERSEPE**, vox Belgica, Navis onerariae species. Charta ann. 1336. ex Cam. Comput. lusul. : *Toutes nos autres droitures et les leurs heritables, de pescheries, de nefis, que on appelle Versepe.* [\* Vere, Trajectus.]

† **VERSCHAT**. Vide supra in *Ghescot*.

\* **VERSCHINGA**. Notitia ann. 1159. in Tabulario Monasterii S. Bertini : *Dabit Waltero de Ekas... pro banuverc 4. sol... infra Kl. Maii, et Kal. Augusti 2. sol. pro expeditione, in festo S. Michëlis 2. pro Verschingis, in festo O. SS. 5. sol. pro tessement, etc.* Videtur idem quod *Friscinga*. Vide in hac voce.

† **VERSERIA**, Aratio, actio terram versandi. Charta Roberti Laudun. Episc. ann. 1210. ex Tabul. S. Remigii. Rem : *Postquam homines de Corbinaco versaverunt terras illas,.... reddent hominibus Prioris impensas de Verseria.* Vide *Versana*.

† **VERSETUS**, Versiculus, Gall. *Verset*, non semel in vet. S. Juliani Brivat. Rituali MS. Vide *Versus*.

† **VERSIBILIS**, Mutabilis. Victorinus apud Mabillon. tom. 4. Analect. pag. 164 : *Versibiles enim qualitates et juxta hoc μή ὄντα.*

\* **VERSIBILITAS**, Mutabilitas, inconstantia. Utitur Eulogius Cordub. lib. 2. cap. 15. et in Epist. ad Alvarum, qua illi Memoriale Sanctorum mittit. [Joan. Sarisber. Polierat. lib. 2. cap. 22 : *Quia nec ex mutabilitate rerum, nec ex temporis fuga, aut Versibilitate potest aliquid absconditum esse ab oculis ejus.*]

† **VERSICANORUS**, Poeta, ut mox *Versidicus*. Chron. Novalic. lib. 2. cap. 7. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 704 : *Famosissimus enim valde ubique fuisse refertur athleta ac fortis viribus, sicut de eo quidam sapiens Versicanorus scripsit, etc.*

\* **VERSICULARIUS**, Qui versus in officio divino cantare debet. Stat. MSS. S. Vict. Paris. part. 2. cap. 6 : *In matutinis, quando fit de feria aut est festum simplex, Versicularius versus ad altare e sede sua invitatorium inchoat et Venite cantat..... In festis semiduplicibus vel dupplicibus vel ejus generis, et in feriis octavarum Pasche et Penthecostes, Versicularii duo ad gradus sanctuarii..... Versicularius, cum dicitur, Laudate Dominum de cælis, librum claudat et reponat in armario. Quando responsorii versiculum cantat, stet versus altare, et post versum inclinet et sedeat.* Vide mox *Versilare*.

\* **VERSIDICUS**, Poeta. *Versificus*, apud Fab. Victorinum in 1. Rhetoric. Ciceronis. [\* Occurrit apud Virgil. Grammat. pag. 67. et alibi.]

\* **VERSIFICARE**, Psalmos antiphonatum canere. Ordinarius Ecclesiæ Rotomagensis MS. in 4. feria majoris hehdomadæ : *Quo (igne) benedicto, redeant ad chorum Versificando : Dominus illuminatio mea, etc.*

\* Vel potius alternatim et submissa voce recitare. Idem Ordin. in die Parasceves : *Finita nona ad ignem benedicendum pergant Versificando sub silentio Miserere mei Deus, sicut in v. feria. Infra in Sabbato sancto ubi de benedictione ignis : Cantando submissa voce Miserere mei.*

† **VERSIFICI** PSALMI. Vide *Psalmi plebei* in *Psalmus*.

\* **VERSILARE**, Psalmos alternatim canere, nostris alias *Verseller*. Reg. visitat. Odon. archiep. Rotomag. ex Cod. reg. 1245. fol. 80. r<sup>o</sup> : *Vicarii nolunt recipere capam ad mandatum decani, nec cantare responsoria : injunximus hoc emendari. Nimis cito Versilant : injunximus hoc emendari.* Mirac. Mss. B. M. V. lib. 1 :

Maint clerc, maint moine, maint provoire,  
Car au marchié ou à la foire  
Samblent bien que fuir s'en doient,  
Quant il Versellent ou saumoient.

† **VERSILIS**, Qui vertitur, qui reedit. Hymnus vet. de S. Germano Autiss. : *Sublime festum seculis, indicit annus Versilis, etc.* Occurrit apud Mart. Capellam lib. 4. pro eo qui facilis est ad vertendum. [\* Vide Forcell.]

\* **VERSIM**, Adverso vultu, vel Alternis vicibus. Pontificale antiquissimum : *Scola vero forinsecus cum Episcopo stans totum psulnum cum antiphona Versim decantet.*

\* **VERGIO**, Andrea Bergom. Chron. cap. 16. apud Pertz. Script. tom. 3. pag. 237 : *Vinum quonodo vindemiatum et intra vascula misso, statim turbulentus, qui dicitur Versio, fuit.* Vide Pet. Crescent. supra in *Versari*.

\* **VERSIPELLO**. Gloss. Gr. Lat. : *Versipello, χαμαϊλέον.* In Lat. Gr. : *Versipellio, χαμαϊλέον και λυκάθηροπος.*

\* **VERSOR**, Gall. *Balayeur*, in Novitio, qui Apuleio Converritor.

† **1. VERSORIUM**, Instrumentum rusticum quo terra versatur. Statuta Castri Redaldi lib. 1. fol. 17 : *Statutum et ordinatum quod nulla bestia aratoria, plaustra, aratra vel Versoria, ligones... possint vel debeant robari, deprædari vel pignorari, etc.*

† **2. VERSORIUM**, a verso, id est, Scopæ. Goleonii Lexicon Philosophicum.

\* **VERSULARIA**. Vide locum in *Calcatorium*.

† **VERSUM**, ἄχρη, in Gloss. Lat. Gr. in MSS. additur, usque.

**1. VERSUS APERTIONIS**, in Regula Magistri cap. 44. Psalm. *Domine, labia mea aperies, etc.* Amalarius lib. 3. de Eccl. Offic. cap. 9 : *In nocturnali officio dicimus primo, Domine, labia mea aperies, etc. Deinde sequitur Gloria.*

\* **VERsus CLUSOR**, qui dici solet in clausula Officii Ecclesiastici, qualis hodie : *Benedicamus Domino*, in eadem Regula Magistri cap. 37.

† **VERsus**, nude dicitur Gratiarum actio post mensam, in Vita S. Odonis sæc. 5. Bened. pag. 193 : *Finis lectionis eum revocaverat ab excessu.... Versu dicto pro negligentia satisfactorius abbati, etc.*

\* **VERSUM PERDERE** dicebantur Monachi, cum ad Refectorium tardius venerant, primusque aut secundus vel tertius orationis versus jam dictus esset, in libro Usuum Ordinis Cisterciensis cap. 109. 116. in Institutionibus Rainardi Abbatis Cisterciensis cap. 64. in Instit. Capituli General. ejusdem Ordinis, distinct. 6. cap. 6. dist. 14. cap. 13. quo casu pœnitentiæ seu veniæ obnoxius erat. De *versu refectiois*, agit idem liber Usuum Cisterc. cap. 121.



**VERSARIUS**, Liber Ecclesiasticus, continens *Versus*, qui canuntur in Ecclesia. Necrologium Ecclesiæ Parisiensis 10. Kal. Aug. : *Dedit nobis... psalterium cum hymnis, duos troperios duos versarios, etc.*

† **VERSUS**. Constitut. 2. Justitiani de confirm. Digest. : *In centum quinquaginta pene millia Versuum totum opus consummantes et in septem partes eos digessimus.* Ubi *versus* membra orationis integra sive periodos Duarenius intelligit: alii cum Concio lineas interpretantur.

† **VERSUS**. Prologus Defensoris Mon. in lib. Scintillar. apud Mabill. tom. 2. Anal. pag. 704. col. 2 : *Sicut navigant portus, ita et mihi Versus fuit optabilis.* Operis conclusio indicatur, nisi me fallo : usus, quippe erat opera versu aliquo concludere.

† 2. **VERSUS**, pro Adversus. Chron. S. Petri Vivi apud Acher. tom. 2. pag. 753 : *Invenit eum (Regem Franciæ) variis militiæ bellis implicitum, scilicet Versus Regem Anglorum, etc.*

\* **Hinc à l'Environ**, pro *Envers*, à l'égard, erga, in Lit. remiss. ann. 1446. ex Reg. 178. Chartoph. reg. ch. 108 : *Tant par temptacion de l'ennemy et de jeunesse, que aussi pour le hardement, foles et simples manieres que avoit et tenoit à l'Environ d'icellui suppliant une jeune fille,.... il la cogneut charnelement.*

† **VERSUTUS**, *Perversus*, διεστραμμένος, in Gloss. Gr. Lat. ubi Lat. Gr. MSS. habent *Perversor*.

\* **VERTA**, vox Italica, Retiaculum. Mirac. B. Laur. erem. tom. 3. Aug. pag. 307. col. 2 : *Corvus ablatum ex Vertis panem reportavit.*

† **VERTAGUS**, Canis species. Vide supra in *Canis veltris*.

† **VERTARPES**, Morbi genus. Epist. ann. 1221. de Mirac. S. Hugonis Abbat. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 888 : *Latitia mulier jurata dixit, quod cum morbo qui dicitur Vertarpes miserabiliter laboraret, ad tactum manus domini Hugonis abbatis Bonarumvallium, apud Viennam per Dei gratiam est sanata.* Vide *Vermis canis*.

**VERTEBOLUM**, **VERTUOLUM**. Pactus legis Salicæ tit. 27. § 14 : *Si quis statuum, aut tremagolum, vel Vertebolum de flumine furaverit, etc.* Lex Salica tit. 29. § 32. habet *Vertuolum*, [in edit. Baluzii *Vertivolium*.] Ubi interpretes genus retis esse aiunt, quod Normanni nostri *Ferrueil*, Latini *Ferriculum* vocant : alii instrumentum, quodvolvendo *vertitur*, ad hauriendum aliquid. Vide *Vertibulum*, [et *Vertivolum*.]

\* **VERTEBRUM**, Gall. *Vertay*, id quod pendet in fuso mulierum. Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120. *Verteil de fuseau*, apud Cotgrav. Vide mox *Verteolus*. *Vertail* vero ad artificium doliariorum pertinet. Stat. ann. 1468. ex Reg. 197. Chartoph. reg. ch. 7 : *Item lesdiz tonnelliers ne pourront enfoncer queues neufves sans Vertail, jusques à ce qu'elles seront veues et visitées par les maistres esgards.* Unde *Vertoques*, in Lit. remiss. ann. 1387. ex Reg. 132. ch. 5 : *Ainsi que Jehan le Normant feust près d'une queue, que appareilloit et*

*Vertoquoit Gillet tonnelier, etc.* In Gh. seq. ubi de ead. re : *Ordeneit et mettoit à point pour charger etc.*

\* **VERTELLA**, Belgis *Fiertel* et *Virtel*, Quarta pars jugeris, in Matth. not. Syllog. Epistol. pag. 515. Sed et iisdem certam liquidorum mensuram sonat.

† **VERTELLUM**, vel **VERTELLUS**, f. Anfractus, Gall. *Détour*. Inquisitio ann. 1268. ex Schedis Præs. de *Mazangues* : *Et a S. Gabrielle usque ad Vertellum de Magnella,.... et a dicto Vertello de Magnella protendebatur etc.* Leg. forte *Verceillum*. Vide in hac voce.

\* **VERTEMOULA**, Vox vulgaris apud Normannos, vel *Vertemoulte*, ut legitur in Glossar. jur. Gall. et apud Cotgrav. qui *Droict de vert* exponit : at Terrianus in cap. 8. lib. 5. Comment. jur. Norman. Jus esse definit, quod domino debetur a subdito vel tenente, cum in horreum extra feudi limites positum grana frumentaria recondit. Lit. remiss. ann. 1482. in Reg. 209. Chartoph. reg. ch. 223 : *Le suppliant dist que l'héritage lui estoit subject en rente, ou en Vertemoula.*

**VERTENARIUM**. Charta Thomæ Regis Manniæ ann. 1055. in Monast. Anglic. tom. 1. pag. 718 : *Cum piscariis, braciiniis, consuetudinibus, ancoragiis et Vertenariis.*

\* **VERTEOLUS**, Globus, qui ad extremitatem fusi superadditur, ut facilius vertatur. Mirac. S. Domin. tom. 1. Aug. pag. 648. col. 1 : *Cum secunda feria in mane infra octavam beati Dominici coram matre (parvulus) luderet cum quodam Verteolo ligneo, quod est pondus fusi nentium mulierum, juxta satis grossæ nucis quantitatem, illum cum fuso in gutture infixit; extractoque fuso, Verteolus in gutture infixus remansit.* Vide supra *Vertebrum*.

† 1. **VERTERE**, Mutare. Domesdeitit. *W. recestre* : *Quando moncia Vertebatur, quisque monetarius dabat 20. solidos ad Londinum, pro cuneis monetæ accipiendis. Vertir et tourner en autre obeissance, in Litteris ann. 1272. tom. 5. Ordinac. pag. 565.*

\* **Hinc VERTENTI FORTUNE**, in Inscript. Lingon. tom. 9. Comment. Acad. Inscript.

† **VERTENTES CAUSÆ**, Quæ reapse coram iudicibus agitantur. Libertat. villæ de Podio Mirolii ann. 1369. inter Ordinac. Reg. Franc. tom. 5. pag. 313 : *Concedimus tenore presentium, de gratia speciali, quod... causas coram dictis bajulo, consulibus aut quatuor probis, aut aliqua curia eorundem, inceptas et Vertentes, ad se advocare nequeant.*

\* 2. **VERTERE**, Versus aliquem locum gressus dirigere, accedere; quo sensu *Turner* usurpamus. Charta Th. abb. S. Germ. Prat. ann. 1250. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 590 : *Salvo etiam hoc et retento nobis et ecclesiæ nostræ, quod omnes mulieres prædictæ villæ in die purificationis suæ post puerperium, et primo die, quo accedent ad parrochiam ecclesiam post sponsalia, ad ecclesiam nostram imperpetuum tenentur Vertere ratione matricis ecclesiæ, et oblationes ibidem facere, prout hactenus extitit.* Chartul. Thenol. ex Cod. reg. 5649. fol. 83. vº : *Animalia carrucarum poterunt super idem nemus Vertere sine forisfacto, cum fuerit oportunitum.*

† **VERTEVELLA**. Vide mox *Vertibella*. **VERTIBELLA**, *Forfex medicinalis*. Ita Glossæ MSS. ad hunc locum Alexandri Iatrosophistæ lib. 1. *Passionum* : *Ex nulsâ lavari bonum est, quando molesti humores in aure surrexerunt, et exit sæpius quod incidit, et Iatrolabon i. Vertibella facile trahitur.*

**VERTEVELLA**. Ebrardus Betun. in Græcismo cap. 12 :

Est vectis ferrum longum pariterque rotundum, Ostia quo firmo, dictum sit a Veho verbo : At Vertevelas quædam foramina dicas, Quod vertuntur in his vectes quocunque feruntur.

Gesta Consulium Andegav. cap. 3. n. 26 : *Fecit præterea aliam absidam... cum ostio fusili, quod gunfis et Vertevellis, et quatuor clavibus firmabatur.*

† Hæc excerpta ex Heberno in Mirac. S. Martini apud Baluz. tom. 7. Miscell. pag. 169. paulo aliter leguntur : *Gumphis, et Virtevellis, et quatuor clavibus firmabatur.*

**VERTICULA**, *cardines*, Papiæ. *Verticulum* et *verticillum*, σπίνδυλον, et σπίνδυλος, in Gloss. Gr. Lat.

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Vertevelle, cardo*. Lit. remiss. ann. 1398; in Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 242 : *Le suppliant... vint à l'uis de la chambre dudit Boucher, lequel il trouva fermé; et lors prist un grant gaston, dont il rompi les Vertevelles de l'uis.*

\* **VERTEX**, *Haterel*, *coupel*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Hinc *Verteaupe*, Pars capitis superior, quæ ab Anatomicis Gallicæ *Vertex* appellatur. Lit. remiss. ann. 1396. in Reg. 149. Chartoph. reg. ch. 322 : *Icele Isabelet avoit esté malade de ce qu'on lui avoit fendu et osté de la teste le Verteaupe.*

\* **VERTHEERINGHE**, Officium municipale apud Mechlinicenses. Charta commun. Mechlin. ann. 1308. ex Cod. reg. 10197. 2. fol. 82. rº : *Item officia, quæ zamencoop, Vertheeringhe et haminge Teutonice nominantur, etc.* Vorghieringhe editum ex ead. Charta apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1423.

† **VERTIBILIS**, Mutabilis, animo inconstans. Guibertus in Vita sua lib. 1. cap. 2 : *Quamvis momentanea pulcritudo sit sanguinum instabilitate Vertibilis.* Breviarium Hist. Pisanæ apud Murator. tom. 6. col. 185 : *Recte quidem Versilicenses dicti sunt quasi Vertibiles; omnia enim vertunt et pervertunt.*

† **VERTIBILIS EQUUS**, Cursor, stadiodromus equus, apud eund. Murator. tom. 2. pag. 429. col. 2. Vide *Campitor*.

† **VERTIBILITAS LINGUÆ**, Mobilitas, Gall. *Volubilité*. Epistola Johannis de Monsterolio apud Marten. tom. 2. Ampl. Collect. col. 1420 : *Non adeo feroces sumus, ut quæ sit in disputando libertas ignoremus, aut linguæ Vertibilitati non noverimus indulgere.*

\* **VERTIBILITAS LIBERTY ARBITRII**, Facultas pro arbitrio ad id quod magis placet sese vertendi, apud Barelet. serm. in feria 3. hebd. 2. Quadrag.

**VERTIBULUM**, Idem quod *Vertebra*, vel est instrumentum, cum quo carbones



*vertuntur in fornace.* Ugutio. Gloss. Lat. Gall. : *Vertibulum, Rouable de fornase.* Stephanus Episcopus Redonensis in Vita S. Guillelmi Firmati n. 16 : *Tunc subito la-trunculus veste nudatus propria, sinistris tunicam, et dextra tenens Vertibulum, ad pedes Firmati provolvitur.* Supra baculum appellavit : *Extrinetam, qua induebatur, tunicam baculo superposuit.* [ Pro vertebra-rum compage occurrit in Mirac. S. Apri apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1033 : *Nam et Vertibulorum compages immensum dedere crepitum in restaurando suis locis.* ]

\* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Vertibulum, trefeu.* Alia notione, vide supra in *Pidelium.*

**VERTICALE.** Glossæ divinæ Hist. MSS. : *Cytharim, [Cidarim] i. thyara, Verticale.*

† **VERTICILLUM.** Vide in *Vertibella.*

† **VERTICINARI.** Gloss. Gr. Lat. *σπορομα :* *Verticinor, tenebresco.* Vide *Vertiginare.*

† **VERTICULA, VERTICULUM.** Vide in *Vertibella.*

\* **VERTIFACERE,** unica voce, Versare, Gall. *Faire tourner.* Terrear. Bellijoc. ann. 1529. fol. 645. v° : *Unam exculsam (sic) pro capiendū aquam... ad et super rotas dicti molendini et aliorum ingeniorum prædictorum pro ipsis Vertificiendū.*

\* **VERTIFOLIUM,** Pluteus, ut videtur : aperta est nomenclaturæ ratio. Lit. remiss. ann. 1364. in Reg. 96. Chartoph. reg. ch. 427 : *Eam (domum) more hostili intrans ad quoddam Vertifolium, in aula ipsius domus existens, de quadam clava seu massonya, quam deferebat, tam impetuose..... percussit, quod ipsum Vertifolium ruperit.*

† **VERTIGALIS,** et **VERTIGINALIS** **BALÆA;** Quæ in orbem vertitur et movetur. Vide *Balea.*

† **VERTIGILENSIS,** Trecorensis, Gall. de Treguier : Trecoreium quondam *Vorganium* est appellatum. Charta Theobaldi Comitis Blesens. ann. 1186. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 627 : *Cum in basilicam S. Launomari convenissemus Vertigilensis Episcopus et ego Aalyps Comitissa, etc.*

† **VERTIGINALIS.** Vide *Vertigalis.*

**VERTIGINARE,** Circumvertere, apud Tertullianum de Pallio cap. 3. [ Vide *Vertiginari.* ]

† **VERTIGINOSUS,** Vertigine laborans, apud Plinium lib. 23. cap. 2. Occurrit præterea apud Leibnit. tom. 2. Script. Brunsvic. pag. 317. et alios.

\* **VERTILE,** Trochlea, quia facile vertit. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Vertile, poulie.* Vide supra *Tornus 4.*

\* **VERTILOGIUM,** Numella versatilis, Gall. *Pilori.* Arest. parlam. ann. 1420. in lib. 1. Stat. artif. Paris. fol. 21. v° : *Quibus (ordinationibus) inter nbia inlubebatur ex parte nostra et sub pena Vertilogii sive pillorii, aut subeundi aliam penam, etc.*

\* **VERTITUS,** Versus, obversus, Gall. *Tourné,* alias *Vertis.* Lit. remiss. ann. 1386. in Reg. 134. Chartoph. reg. ch. 52 : *Dum ipse exponens intrabat dictum hospitium, habens dorsum Fertitum ad dictum Chabertum, etc.* Guill. Guiart. ad ann. 1270 :

Ea pleurs est leur déduit Vertis.

† **VERTIVOLUM.** Vide *Vertebolum.*

\* **VERTO,** Quarta pars libræ; male de libra exponitur in *Ferto.* Vide ibi. Necrol. MS. S. Aurel. Argent. ad vj. kal. Nov. : *Sacriste duos denarios et unum Vertonem cere, de quo debent parari duæ candela. Vide infra Vierlingus.*

† **VERTOLENUM,** Instrumentum piscatorium, Provincialibus *Vertoulen,* quod *Nasse* exponitur in Dictionario Provinciali. Inquisitio ann. 1268. ex Schedis Præs. de *Mazaugues :* *Requisitus cui de Arelate defenderunt prædictum stagnum, dixit quod Joanni Arquinbaudo quem pignoraverunt de retibus suis et Vertolenis. Requisitus quod retia abstulerunt ei, dixit quod quatuor sagittas retium et tres duodenas Vercolenorum. Vide Vertebolum.*

\* Charta ann. 1303. ex Tabul. D. Veniciæ : *Possint et vneant... libere et impune piscare in aqua Nartubiæ... quocumque tempore cum Vertolenis, etc.*

† **VERTON.** Vide in *Ferto.*

† **VERTONICA,** *κρός,* in Gloss. Lat. Gr. Salmasius, cui accedit Rigaltius ad Onosandrum emendat, *ven. tunica,* id est *Veneris tunica :* nisi, inquit idem Rigaltius, legendum sit *Vettonica, κρός,* de qua herba ac voce egit Antonius Musa. Hæc in Castigat. Gloss.

**VERTRACUS, VERTRAHA,** Canis species. Vide *Canis Feltris.*

**VERTUOLUM,** Vide in *Vertebolum.*

† **VERTUOSUS,** Virtute præditus. Oratio habita ann. 1471. apud Acher. tom. 9. Spicil. pag. 329 : *Et si hominum Vertuosior in conspectu Christi Vicarii, Ecclesie Principis, tantique coetus venerabilium ac reverend. Patrum affari pertinescat. Vide Virtuosus.*

**VERU,** Stipes instar subulæ præacutus. Vetus Inscriptio pag. 61 : *HÆC AREA INTRA HANC DEFINITIONEM CIPPORUM CLAUSA VERUBUS.* Charta Chrodegangi Episcopi Metensis, apud Meurissium pag. 169 : *Cum palis molendinarius et Verubus, etc.* Est etiam

**VERU,** Armorum species. Apud Smaragdum in Grammatica MS. *Veru,* in Glossa superlineari, exponitur *sagitta.* Will. Brito lib. 11. Philippid. pag. 232 :

Mox hastas bastata manus configit il illum,  
Quorum cuspis erat longa, et subulæ instar acuta,  
Et nonnulla velut Verubus dentata recurvis,  
Cuspis in medio uncos emittit aetos.

Infra :

Hic Verubus, cultris alter subularibus, aretas  
Serutatur thorace vias.

Ubi idem videtur *veru,* quod *βερούα,* in Gloss. Gr. Lat. : *Βερούα, εἶδος ἀκοντίου, Canunentum,* ubi forte leg. *cum amento.* *Βερούα,* *βιπάρια* dicuntur Leoni et Mauricio in Tacticis, locis a Rigaltio indicatis in Gloss. Jo. de Janua : *Verutus, quoddam genus pili.* Papias : *Veruti, gens, ubi ferrum est solidum et productum, dicti, quod verubus pugnent.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Verutatus, armez de hastes.*] Ammianus lib. 19 : *Retectisque glandis et Verutis. Verettoni,* Italis. [Vide *Veretonus.*] Joan. Villaneus lib. 12. cap. 66 : *Coninciarono a saettare con loro Verettoni.* Ita eod. libro cap. 19. 20. *Viratons,* in Chronico Petri IV. Regis Arag. lib. 6. cap. 4. *Viretons,* Scriptoribus

nostratibus, quibus et *Broches* dicuntur. Guill. Guiart ann. 1213 :

Si con François vont ordecoat  
Leur bataille en un tenant,  
Garnis d'espées et de Broches.

Chron. Bertrandi Guesclini :

De leurs Broches de fer se voot entracoulant.

Infra :

De sa broche de fer li a trois coups doonez.

Raimundus Montaneri in Chron. Regum Aragon. cap. 221 : *Et ab una brocha que tenia, dona li be 13. colps.*

*Brochii* instructa fuisse scuta militaria docent Assisæ Hierosol. MSS. cap. 95. ubi de Armis Militis, qui duello decertat : *Et en l'escu doit avoir deus broches de fer tout emmi l'escu, et l'autre nu pié de soute, et doivent estre de tel grosse come il vodront, et de tel longour jusque à un pié, et neent plus, et entour l'escu tnut de broches com ils vodront, aguës, ou rasours. Et le cheval doit estre couvert de couverture de fer, et avoir une testiere de fer, et emmi la testiere une broche de fer, telle comme celle de l'escu.*

**VERUDATUS,** Veru transverso obfirmatus, clausus, Gallis, *Verouillé.* S. Augustinus Quæst. 23. super libr. Judic. : *Proinde aut alia clavis allata est, aut tale clausuræ genus fuit, quod sine clavi posset claudi, nec sine clave aperiri. Nam sunt quedam talia, sicut ea, que Verudata dicuntur. Malim Verutata, [vel Veruclata, ut ex MSS. restitutum est in ult. edit. Vide Verutatus et Vera 1.]*

† **VERVECARIUS** **PASTOR,** *Vervecum* seu ovium custos. Charta S. Irminæ ann. circ. 698. apud Miræum tom. 1. pag. 243. col. 2 : *Itemque dono... pastores vacenrios, porcarios, Vervecarios, cum gregibus suis.* Vide in *Berbix 1.*

\* **VERVELLA;** f. pro *Vertevella;* nam apud ferrarios fabros *Vertevelle* appellatur Pessuli annulus. Comput. ann. 1450. ex Tabul. S. Vulfr. Abbavil. : *Item dicto Petro pro quadam pentura Flamenga, cum una Vervella ad quandam fenestram cameræ domus..... xvij. den.*

† **VERUHIA,** Salicetum, ut videtur, Gall. *Saussaie.* Charta Comitatus Marchiæ ann. 1406 : *Cum omnibus et singulis ipsius mansi... nemoribus, arboribus, Veruchis, contortis, etc.* Terrarium Apchonii ann. 1511 : *Plus unam sauliam, sive Veruhe simul contiguis, etc.*

\* Charta ann. 1377. in Reg. 112. Chartoph. reg. ch. 130 : *Item quandam Veruhiam, sitam in territorio d'Estruel (prope Brivam dictum la Gaillade). Nisi legendum sit Vernhia, atque de alneto intelligatur.* Vide supra *Vernha.* At vero scrupulum mihi injicit vox Gallica *Veruque,* quæ sive de alno, sive de salice exponatur, *Veruhia* dici potuisse insinuat. Lit. remiss. ann. 1467. in Reg. 200. ch. 183 : *Ung petit baston de Veruque, de quoy le suppliant touchoit son bestail, etc.*

† **VERVICARIUS,** ut *Vervecarius,* in Chron. Novalic. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 744. Vide *Berbix 1.*

† **VERVICUNE,** Retis species, idem quod *Ferviliun.* Charta ann. 1119. ex Tabul. Partiniac. apud Stephanot. tom. 2.



Antiq. Pictav. MSS. pag. 499: *Donavinus etiam et concessimus predictis monachis piscationem aque Thœri... varet pîrverie atque Vervicune. Vide Vertebolum.*

**VERVILIUM**, Retis species, instrumentum piscatorium, [Gall. *Verveux.*] Charta ann. 1073. ex Tabular. Monaster. S. Quintini in Insula fol. 13. v: *In possessione vel quasi amovendi et deponendi Vervilia ad alas, et ulia magna ingenia a dicto ponte Frasceno [Terrasceno.] etc. Infra: Cum Verviliis ud alas, etc. Rursum: Ad communes nassas à foisne [foire], ad Vervilia rotunda, et ad succum tantummodo piscari [poterunt. Occurrit præterea pag. 15. et 16. ubi ejusmodi rete sic describitur: Quod dicta Verviliu quibus piscari] licet et licebit, non habeant in corpore ultra 50. maculas ad maculum Regis, et 60. maculas in collo: maculas utem colli Verviliu minores facere poterunt insulani, quam sit mensura Regis, dum tumen dictum collum Verviliu ultra 16. vius macularum non contineat. Charta ann. 1315. ibid. fol. 18. v°: *Ont fait prendre et emporter aucuns Vrevix et engiens plusieurs à poissons ès yeux des Religieux d'Isle.* [Alia ann. 1428. ex Chartul. Latinac. fol. 208. v: *Sans ce que nul y puisse ne doye aller tendre, ne pescher, soit à cage ou Verveux, ne à quelque autre ungin que ce soit. Vide Vertebolum.*]*

Aliud est quod *Vervelle* vocat Stephanus de la Fontaine Argentarius Regius in Computo ann. 1350: *Pour 13. Vervelles d'argent dorées et esmaillées des armes de France pour les faucons du Roy.* Annulus est ad pedem accipitris alligandus, cui insculptum est scutum gentilitium ejus cujus est accipiter. Vide *Bacinetum*.

\* *Verzeul*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1391. ex Reg. 141. Chartoph. reg. ch. 103: *Les supplians trouverent dedens laditte riviere un engin, à ppele Verzeul, pour prendre poisson.*

**VERVISA**, Panni genus, alias *Plankets* dictum, anno 1. Ricardi III. Reg. cap. 8. Cowell. et Spelm.

† **VERUIT**, Veritus est. Offic. Mozarab. de S. Pelagio tom. 5. Jun. pag. 216: *Pro quo nec mori timuit, nec decollari Veruit.*

† **VERULA**, diminut. a Veru, Cochlea minor, Gall. *Vis*. Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1376. ex Bibl. Reg.: *Item caput sancti Symeonis, ... quod caput habet unam coquiam desuper firmatam cum una Verulu esmailliata.* Aliud Gallicum ejusd. S. Capellæ: *Item le chief S. Symeon, ... et a une coqusse d'argent sur la teste fermant à une Viz esmuillée.* Vide *Vicella*.

† **VERUM**, pro Æquum. Acta purgat. Cæciliani apud Baluz. tom. 2. Miscell. pag. 96: *Non est Verum ut pater castiget filium contra veritatem, etc.* Vide Baluzii notas ibid. pag. 487.

† **VERUNDUM**, Rete. Vide *Sagena* 1.

† **VERUTATUS**, Veru circumactus, in Glossario Gasp. Barthii apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 200. ex Baldrici Hist. Palæst. Vide *Verudatus*.

† **VERUTIUS**, Mus Ponticus. Conc. Senon. ann. 1480. apud Acher. tom. 5. Spicil. pag. 626: *Neque foderuturas statui suo non congruentes et maxime minutos Verutios.*

† **VERUTUM**, Veru, Gall. Broche. In-

ventar. ann. 1379. ex Schedis Cl. V. Lan- celot: *Item duo Verata ferrea cum pelibus.*

\* **VERZARIA**, Viridarium, Ital. *Verziere*. Charta ann. 752. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 1011: *Cum terra et vineas, silvis, Verzaria, olivis, pennis, urboribus, etc.*

† **VESANIOR**, pro Ignobilior, Gr. ἀσπυότερος, apud vet. S. Irenæi Interpr. lib. 1. cap. 5. num. 4.

\* Nostris *Vesarde*, pro *Frayeur*, épouvante, Pavor, terror. Lit. remiss. ann. 1477. in Reg. 206. Chartoph. reg. ch. 1132: *Je vous ferai la plus belle Vesarde que vous eustes onques, depuis que nasquistes.*

\* **VESCARAGO**, Aquifolium. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Vescarago, Hous.*

† **VESCIARIUM**. Vita Calixti II. PP. apud Murator. tom. 3. pag. 420. col. 2: *Edificavit duas cameras contiguas, cum tuto Vescario, quod sub eis fieri fecerat. f. Vestiarium.*

\* f. Locus, ubi vescenda servantur, *Garde-manger*, qui in locis inferioribus collocari solet, maxime in Italia. Vide *Vesculentus*.

† **VESCES**, ἀλιγύσιος, in Gloss. Lat. Gr. Leg. *Vescus*, ut in Gloss. Gr. Lat. Vide *Vesculentus*.

† **VESCHERIA**. Ottoboni Annal. Genuens. ad ann. 1181. apud Murator. tom. 6. col. 356: *Gualterius de Moach admiratus Guilielmi Regis Siciliæ cum maximo stolo de galeis et Vescheris plurimis cum militibus venit in portum Janue.* Ubi Codex alter habet, *Usheris*, ut observat Muratorius: at legendum existimo *Usseris*, quo significantur naves, quibus equi transvehuntur. Vide *Huisserium*.

\* **VESCIA**, a Gallico *Vesce*, Vicia. Charta ann. 1325. in Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 364: *Item pro Vesciis pertinentibus ad dictam domum causa decimarum, extimarunt pro anno quolibet sexaginta solidos Paris.*

† **VESCILLIE**, χλιται φρυγίς, in Gloss. Lat. Gr. Vulcanius ex Charisio emendat: *Quisquiliæ, χλιται φρυγίον.*

† **VESCOMTESSA**, Gall. *Vicomtesse*, Vicecomitissa, in Charta anno. 1212. ex Tabul. S. Martialis Lemovic.

**VESCULENTUS**, Deliciis et escis plenus, vel *vescis*; *Vesculentia*, deliciarum vel *vescorum copia*. Ugutio. Catholicon parvum: *Vesculentia, Abundance de viandes.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Vesculentia, Habundance de delices en viandes. Vescus, manjables ou delicioes à mangier.*] Jo. de Janua: *Vescus, comestibilis, vel ad vescendum habilis, vel vescibilis. Vel vescus, deliciosus: unde vesculus, etc.* Vide *Festum*, etc.

\* **VESCUS**, Non appetens cibi, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641. Sensu opposito, vide in *Vesculentus*.

† **VESDUM**, Glastum, ut videtur, idem quod *Guaisdium*. Tabul. S. Audoëni Rotomag. inter Probat. Hist. Ebroic. pag. 9: *Universas decinas lini, canabi, tertiam partem Vesdi, lanæ, agnorum, omniumque minutarum decimarum obventiones universas.* Vide infra *Vesdia*.

\* **VESIBOL**, Prov. Runco, falcastrum.

Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. Vide supra *Besogium*.

\* **VESICULA**, ubi avis colligit conestionem, scilicet *Ganaych*, in eodem Glossario.

\* **VESILLUS**, an Exiguus? Charta Phil. V. pro monast. Pissiaci ann. 1317. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 92: *Item super jardinum Vesillum per annum octo solidos, decem denarios.*

† **VESMETUM**, pro *Vesinetum*, vel *Visnetum*. Vide in *Vicinus*. Leg. Norman. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 248: *Si vero pars adversu hanc dilationem esse factam fruidulenter noverit, inquisicio fieri debet de puerperio per homines de Vesmeto, et partus ad visionem multis demonstrari. Vesineté, in Bestiario MS. ubi de Panthera:*

Dont ist une tant bonne odour  
De sa bouee, pour verité,  
Qu'en toute la Vesineté  
N'a nule beste qui se tiegne  
Qui maintenant à li ne viengne.

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Vesmunsa, Prov. vicinitas, confinium.*

**VESO**, Felis seu cati species, nostris vulgo *Putois*. Petrus Venerabilis in Statutis Ord. Cluniac. cap. 17: *Ad coopertoria facienda solummodo, sicut hoc magis plucuerit, Putoriorum: et juxta aliorum linguam, Vesonum pellibus utantur.*

† **VESONA**, Suessio, *Soissons*, dicitur Paschasio Radberto in Inscriptione libri de Partu B. M. V. quem venerabili matronæ Christi, una cum Christi virginibus *Vesona* monastice degentibus nuncupavit. Quod vocabulum non errore amanuensis scriptum esse probat Mabillonius sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 131. cum ex Codicibus MSS. tum ex tribus locis Expositionis psalmi 44. ejusdem Radberti in quibus reperitur; maxime vero quod Ptolemaeus *Vesones* et Strabo *Vesiones* appellant Suessionenses. Consule Mabillonium loco laudato.

**VESPA**. Gregor. Turon. de Vitis Patr. cap. 10: *Examen mirabilium atque scævarum muscarum, quas vulgo Vespas vocant, reperit. Atqui vox Latinis cognita: Plinio præsertim lib. 11. cap. 21. a quo describitur, sed videtur expressisse vocem vulgarem Wespe, uti Germani efferunt, nos Guespe.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Vespa, une mousche qui naist de charoigne d'asnes. Arelatensibus, teste Præs. de Mazaungues, Vespices et Vespiaires nuncupantur, qui spinas, dumos aliaque ejusmodi evellunt, vocis origine mihi incomperata.*]

**VESPETUM**, Locus, ubi vespæ abundant. Joan. de Janua.

\* **VESPARIUM**, Un' essien (essaim) de guepes. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Vide infra *Vespetum*.

† **VESPER PRIOR**, Pervigilium. Carmen apud Mabill. tom. 4. Annal. Bened. pag. 287. laudatum, ubi de Notkeri obitu:

Vespere natalis Petri petit astra priore.

**VESPERÆ**, Una ex horis Ecclesiasticis, quæ sub vesperam dicitur, quam eandem esse cum *Lucernario* volunt viri docti. Ugutio: *Hæ vesperæ, significat id temporis, in quo pulsatur illud officium: hi vesperi, ipsum officium. Vesperi siquidem cantantur; sed vespere pulsantur. Quidam tamen non*



*distinguunt inter vespervas et vespervas, quantum ad officium.* [Caremon. MS. B. M. Deauratæ Tolos. : *Alia erunt de omnibus sanctis usque ad Vesperos.* Infra : *Et post Vesperos fit commemoratio de octava S. Martini.*] S. Hilarius Massiliensis in Vita S. Honorati Arelat. : *Hac igitur adhortatione completa, jubet congregationem maestum sacrificium Vespertinæ laudationis offerre, et cibum consuetudinaria refectioe perficere.* De *Vesperis*, seu officio Ecclesiastico ita appellato, vide Durandum lib. 5. cap. 9. ex recentioribus vero Garsiam Loaysam in Notis ad Concil. Tolet. I. can. 9. et in Emeritense can. 2. Marcellum Francolinum de Horis Canonic. cap. 12. 17. Gazæum ad Cassian. lib. 3. cap. 3. Hugonem Menardum ad Concordiam Regul. ad cap. 24. § 2. Hæftenium lib. 7. Disqu. Monastic. tr. 7. disq. 4. etc. Card. Bona de Psalmodia cap. 10. etc.

\* Consuet. Norman. part. 2. cap. 31. ex Cod. reg. 4671 : *Alia autem est (visio- num assignatio) ad Nonam, et in hac expectandum est usque ad Vesperas, i. usque ad medium temporis inter Nonam et solis occasum. Alia autem est ad Vesperas, et in hac expectandum est usque ad occasum solis.* Guill. Ventura in Chron. Ast. cap. 11. apud Murator. tom. 11. Script. Ital. col. 164 : *Cum ministri et milites dicti (Caroli) regis inhoneste et insolenter viverent, tractatu Johannis de Procida, qui per tres menses duravit, die Lunæ inter festum Resurrectionis Domini ad horam Vesperarum, cum pulsarentur campanæ, Galli omnes, qui in Sicilia erant, trucidati sunt, tam mares quam feminæ, pueri et senes; quin etiam et mulieribus prægnantibus ventres aperti sunt et occisi infantes: idque fuit anno Domini 1282. Inde advenit proverbium, Vesperti Siciliani.* Rem narrat scriptor coævus, cujus proinde magni faciendæ auctoritas.

\* **VESPERE BASSO**, Sub Vesperam, Gall. *Sur le soir.* Charta ann. 1391 : *Guillelmus de S. Egidio et Guillelmus Fabriani ambasiatores electi a Consilio generali ad eundem Aquis ad dominam nostram reginam, cum applicuissent die Sabbati 22. mensis Julii basso Vespere, etc. Vespere, eadem notione, in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 151 : Robert et Donas s'estant trouvez à un Vespere, ils s'entrebattirent.*

\* Hinc *Vesprée* et *Avesprement* nuncupatur, Serotinus conventus, ubi vel lanificio aliive operi vacabant aut indulgebant genio, vulgo *Veillée*. Lit. remiss. ann. 1378. in Reg. 112. ch. 238 : *Icellu Jehan estoit à une Vesprée en la maison Adan Tercot en la ville de Beaubec.* Aliæ ann. 1380. in Reg. 118. ch. 9 : *Advint que ycellui Alart d'Auzeville et un autre en sa compaignie trouverent ledit Caillot à un Avesprement en la ville de Rouen, et le battirent de couteaux.* Guignevilla in Peregr. hum. geu. MS :

Mais avant que plus vous en die,  
Afin que il ne vous auvie,  
Je vous donrai une Vesprée,  
Et chi ferai une pausée.

**VESPERTINALES**, Horæ scilicet. Concilium Aquisgran. II. cap. 2. can. 9 : *Vespertinales quoque in vigilia Pasche melius celebrandæ sunt propter lætitiã Resurrectio-*

*nis Domini, quam dimitte. [Vespertinalis Synaxis, in Ordine Romano, apud Mabill. Liturg. Gall. pag. 109.]*

† **VESPERALIS**. Charta ann. 1157. apud Thomasser. in Biturig. pag. 700 : *Promitto enim per fidem meam, quod contra promissa vel aliquod promissorum per me Vesperalium non veniam in futurum. Manifestus error, pro vel per alium.*

† **VESPERATUS**, Ad vesperam perductus. Acta SS. tom. 7. Maii pag. 398 : *Confestim pluvie apertis nubibus de celo descendentes, ingruunt saepe, Vesperato festo. Die jam Vesperato, apud Soliu. cap. 16. Vesperare, Avespir, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. Vesperare, εσπερειν, in Gloss. Lat. Græc.*

\* Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 116. Chartoph. reg. ch. 113 : *Icellu Jannot se departi d'eulx pour aler querir et cerchier deux buefs, ... et demoura tant qu'il Avespra.* Unde *Estre Avespry*, Nocte opprimi, in aliis Lit. ann. 1399. ex Reg. 154. ch. 247 : *Après que le suppliant fu Avespry, prist une hache.... pour soy partir.* A veteri Gallico *Advesprement* et *Avesprant*, pro *Vesper*. Lit. remiss. ann. 1396. in Reg. 150. ch. 105 : *Un certain jour environ l'Advesprement d'icellui, etc.* Aliæ ann. 1379 in Reg. 115. ch. 136 : *Ainsi que les exposants estoient ou chemin en trepassant par la ville de Gaille-fontaines, vers l'Avesprant, etc.*

† **VESPERI**. Vide in *Vesperæ*.

**VESPERIA**, Ultimus, uti vocant, actus in Universitatibus ad consequendam Doctoris dignitatem, seu *Disputatio*, quæ a Baccalario fit pridie quam *Birreto* doctorali donetur, in qua disputant tres Doctores cum eodem Baccalario. Nicolaus Trivettus in Chron. ann. 1282 : *Post disputationem, quæ Vesperia appellantur.* Statuta Facultatis Theologicae in Academia Viennensi in Austria tit. 16 : *Post hæc Vesperia Licentiati secundum modum Parisiis consuetum, quem hic recipimus, sic fiunt : quod per aliquot dies, ante scilicet decem vel circa, Licentiatus Vesperians in cappa venit una cum bedellis per domos omnium Magistrorum, et Baccaliorum formatorum, portantium eis titulum questionum quatuor, quarum duæ disputandæ sunt in Vespertiis, et duæ in aula, etc.* [Statuta Academiæ Paris. apud Acher. tom. 6. Spicil. pag. 382 : *Item quando unus bachelarius in Theologia habet Vespertias suas, etc.* Consuet. ejusdem per Robert. Goulet fol. 8 : *Theologi itaque licentiati secundum licentie ordinem post celebratas in suis scholis Vespertias, quilibet seorsum doctoratus dignitatem rotundumque magisterii birretum in aula domini Parisiensis Episcopi ... suscipit.*]

† **VESPERIANDUS**. Vide in *Vesperia*.

† **VESPERTILIO**, Serotinus. Gloss. Isid. *Vespartilio*, vox τερπία, in Gloss. Lat. Gr.

† **VESPERTINALES**. Vide in *Vesperæ*.

**VESPERUGO**, Vesper, tenebræ vespertinæ. [Gloss. Lat. Gr. : *Vesperugo*, εσπεργος.] Vita S. Hugonis Episcopi Heduensis apud Mabill. sæc. 5. Bened. pag. 99 : *Continua illa brunnalis aëria coagulatio... ita diversas in partes dispersa liquefiebat, ut nec vestigium alicujus obnubilati Vesperuginis appareret.*

† **VESPETUM**. Vide in *Vespa*.

\* Italis, *Vespaio*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Vespetum, Guapiere.* Vide in *Vespa*.

† **VESPILIO**, Grassator nocturnus, in Mirac. S. Cuneræ tom. 2. Jun. pag. 564 : *Fuit captivatus a raptoribus, maleficiis, Vespilionibus et captivus ab eisdem ductus in quamdam silvam.* Pro militum specie occurrit in Chron. Astensi apud Murator. tom. 11. col. 264 : *Quidam Regis Vespiliones, sive soldati, de Ast exeuntes ierunt ad Sassellum, et villam intrantes bonis omnibus spoliaverunt.*

† **VISPILIO**, Eadem notione, apud Rigordum tom. 5. Duchesn. pag. 51 : *Romipetas faciebat (Otto Imperator) a suis Vispilionibus, quos in castris posuerat, spoliari.* Ibidem pag. 56 : *Trausibant Vispiliones pro Ligerin fluvium.* Unde pro *Vispillorum* legendum censeo *Vispilionum* in Chron. Angl. Th. Otterbourne pag. 178 : *Eodem anno (1389.) missus est cum armata manu dom. Mowbray comes Nottingham mariscallus, ut Scotorum irruptionibus se opponeret. Sed quia non erat par tantis exercitibus nihil egit, quippe qui non ultra 500. lanceas secum duxit contra tot milia Vispillorum.* Vocis origo aperitur infra in *Vispilio* suo ordine.

\* **VESPRALARE**, Sub vesperam comedere, merendam sumere, Gall. *Gouter*. Acta MSS. Inquisit. Carcass. ann. 1308. fol. 36. r<sup>o</sup> : *Aportavit eis fructus, et invitaverunt eum et dederunt ei ad Vesperalandum, dantes sibi de pane suo.*

\* **VESSA**, *Prov. Vicia*, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. Occurrit in Charta ann. 1356. inter. Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 176. col. 2. Vide supra *Vescia*.

\* **VESSADA**, f. Naviculæ, vel instrumenti piscatorii species. Charta Will. episc. Norwic. ann. 1287. ex Cod. reg. 8387. 4. fol. 59. r<sup>o</sup> : *Reperinus usurpata seu surprisa,.... videlicet... Vessadam pertinentem ad nassam vicecomitis.* Vide in *Nassa*.

**VESSEIL**. Joannes in Archithrenio lib. 2. cap. 10 : *De potu superfluo :*

Ergo vagante cypho distincto gutture Vesseil  
Ingeniant Vesseil, labor est plus perdere vini  
Quam sitis, etc.

Ubi ad marginem scriptum *Wersell*; forte ex alio exemplari, quæ quidem ferri potest lectio, qua Gallicum *Veszez* exprimitur, i. funde merum. Alias *Vesseil*, vas sonat, quasi dicatur, *vas* seu scyphum affer, ut bibam. Idem Scriptor lib. 7. cap. 1 :

.... Nec sentit hydropicus unde ¶  
Congestos calices, nisi fosso vase, bibendi  
Continuetur iter, etc.

\* Wachter. Glossar. Germ. voce *Heil* pag. 686. *Wes heil*, Salvus esto; formula veterum, tam salutandi quam propinandi, cui respondet alter : *Drinck heil*, bibe salutem tuam. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Vessar, Prov. Redundare.*

† **VESELLA**, Vasa, vasarium, supellex. Charta ann. 1342. inter Probat. Hist. Sangerm. pag. 174. col. 1 : *Primo omnes obligationes facte in auro, in moneta aut in Vessella de auro, aut in massa aut in jocali-*



bus, etc. Occurrit rursus infra. Vide *Vassella*.

† **VESELLAMENTUM**, Eadem notione. Litteræ Edwardi III. Reg. Angl. ann. 1338. apud Rymer. tom. 5. pag. 60 : *Diversa Vessellamenta,.... unum calicem argenti, unum calicem auri,.... que quidem Vessellamenta et alia jocalia, etc.* Occurrit præterea in Litteris Ricardi II. ann. 1398. apud eundem tom. 8. pag. 63. Charta ann. 1296. ex Chartul. 23. Corb. : *Se aucuns bailloit en garde deniers, joiaux, Vessellement, etc. Que nulle Vessellement d'argent blanche, etc.* in Statuto Philippi VI. Reg. Franc. ann. 1332. tom. 2. Ordinationum pag. 86. Vide in *Vaissela*.

† **VESELLUM**, Pari intellectu, in Litteris Henrici IV. Reg. Angl. ann. 1411. ibid. pag. 709 : *Præstita et recepta denariorum, jocalium, et Vessellorum quorumcumque, etc.* Vide *Vexellamentum*.

† **VESSIDA**. Computus ab ann. 1333. ad ann. 1336. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 275 : *Pro uno baculo de ebore et Vessidis parvis sex, taren. III. gran. XVI.* Forte pro *Boscida*, globulus, Gall. *Boulette*, ut paulo ante legitur.

† **VESSILLUM**, pro Vexillum, in eodem Comput. pag. 276 : *Pro vagina lanceæ Domini ad apportandum Vessillum ante Dominum et pro uno laqueo de seta pro ipso Vessillo, taren. I. gran. XIV.*

\* Ab Italico *Vessillo*, eadem notione.

**VESTARARIUS**, Idem qui *Vestiarius*; qui vestium vel thesauri curam habet. Apud Anastasium pag. 99. Pandulus *vestiarius*, Desiderii Longob. Reg. in aliis codd. *Vestararius* nuncupatur. *Vestararius* summi Pontificis apud eundem in S. Hadriani pag. 114. et in Leone III. pag. 121. ubi alii codd. habent *vestiarius*. [*Sergius presbyter et Vestararius* ejusdem Hadriani PP. apud Baluz. tom. 7. Miscell. pag. 122.] *Vestararius Ravennæ*, apud Guill. Bibliothecar. pag. 214. *Cæsarius filius Pipini potentissimi Vestararii*, in Epistola 7. Joannis VIII. PP. ex iis, quas edidit Sirmundus. [*Ravennæ Vestararius*, cui ejusdem civitatis claves commissæ erant, memoratur in fragmento Epistolæ ejusdem Papæ apud Baluz. tom. 5. Miscell. pag. 489.] *Georgius Vestararius*, in Actis Conc. Pontigon. ann. 878. cap. 8. Exstat apud Perardum Epistola Abbatis S. Benigni inscripta *Illustri sacri Palatii Vestarario, primo Senatori, nec non unico Romanorum Ducis*. Occurrunt *Vestararii* Ecclesiastici, seu qui *vestiarii* Ecclesiarum curam habebant, apud Ughellum tom. 7. Italiæ sacræ pag. 610. tom. 8. pag. 209. 210. Adde præterea Chronicon S. Sophiæ Benevent. pag. 625. 638. 641. Petrum Diacon. lib. 4. Chron. Casin. cap. 108. 120. et Angelum a Nuce ad eundem Scriptorem cap. 68. [\* Annal. Cavens. ad ann. 1146. et 1232 : *Obiit... abbas...; Vestararius loco ejus successit.*] Vide *Vestiarius*.

† **VESTARIUS**, pro *Vestararius*, apud Anastas. Biblioth. in Stephano IV. PP. tom. 3. Murator. pag. 190. col. 2.

\*\* **VESTARARIUS**, **VESTARARISSA**. Inscript. Christ. apud Maium Scriptor. vet. tom. 5. pag. 215. num. 2 : *In hoc tumultu dormiunt Sergia et Bonifacius germani filii Theophi-*

*lacti Vesterarii et Theodoræ Vesterarissæ, etc.*

\* **VESTARIUS**, Idem atque *Vestararius*, qui vestium vel thesauri curam habet. Instruct. Pisan. legat. ad Alex. imper. CP. ann. 1199. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 1492 : *Præterea studeant legati, quod omnia pro Pisana civitate data, sint libera, nec aliquo modo supponantur vel subjaceant eparco et Vestario.* [\* Chron. Salern. cap. 180 : *Vestarius prædicti principis* (Landulfi).]

\* **VESTARIUS**, Officium monachicum, idem qui *Vestiarius*. Charta ann. 1273. ex Tabul. Cassin. : *Casinensi Vestario solvere tenebantur de quolibet vino, sive vino vinearum, sive vitium, que arboribus sustentantur, etc. De uliis vero victualiis et olivis solvant eidem Vestario integraliter decimam spirituales.* Vide mox *Vestiaria*.

\* **VESTATI**, Idem quod *Vesti*, Dignitas Palatina apud imperatores Byzantinos. Chron. Barense ad ann. 1042. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 36 : *Sed ipse Argyro susceptis imperialibus literis federatis, patriciatus an catepanus, vel Vestati honoribus, jussit argumenta incendi.* [\* Apud Pertz. Script. tom. 5. pag. 56. *catepanatus*, ita ut *Vestatus* sit dignitas *Vesti*.]

† **VESTERARIA**, Quæ vestium vel thesauri curam habet. Agnelli Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 124 : *Vir autem in illis diebus in ipso erat Regis palatio fortis nomine Helnegis, qui Vesteraria Regine concubitu fruebatur; quem Regina accersitum hortabatur ut Regem extingueret...* Quo excogitato consilio vocavit *Vesterarias* suam, et ait ad eam, etc. Pluribus ibi. Vide *Vestiaria*, et *Vestiarius*.

**VESTERARIUS**, **VESTERARISSA**. Vide in *Vestararius*.

**VESTI**, ex Gr. Βέστης, Dignitas Palatina apud Imperatores Byzantinos. Lupus Protospata in Chron. ann. 1051 : *Descendit Argyrus Magister, Vesti, et Dux Italiæ.* Charta vetus apud Ughellum tom. 7. Ital. sacræ pag. 393 : *Nos Joannes Domini gratia Dux, et Imperialis Patritius, Antypatus, Vesti.* Iis præerant Βεσάρχα, quorum dignitas illustris fuit. Horum meminit Joannes Euchaitur Episcopus pag. 30. Bryennius lib. 1. n. 14. Scylitzes, Zonaras, et alii locis indicatis in Notis ad eundem Bryennium. Vide Glossar. med. Græcit. col. 194. [Vide *Vasti*.]

† 1. **VESTIA**, Hispanis pro Bestia. Vide supra in *Barrium*.

† 2. **VESTIA**, ἑστία, in Gloss. Lat. Gr. Leg. *Vesta*.

† **VESTLE**, *Balbæ*. Gloss. Isid. Emendat viri docti, *Vestes, barbæ*; ex Virgillii Interpretibus ad *Æneid.* 8 :

Aurea cæsaries illis, atque aurea vestis. Ubi Servius : *Aurea vestis, hoc est barba, unde contra investes dicuntur imberbes.* Vide *Vesticeps*.

† **VESTIARIA**. Vide *Vestiarium* et *Vestiarius*.

**VESTARITÆ**, Nobiles aulici, qui circa *Vestiarium* Principis versabantur. Lexicon MS. Reg. cod. 2062 : *Χεστάρτης, ὁ Βεστάρτης.* Will. Tyrius lib. 20. cap. 26 : *Sed et suis nihilominus non longe ab eodem Palatio honesta simul et comoda fecit hospitia*

*preparari : ubi etiam sicut prius, impensas non solum necessarias et voluptuarias superfluentes Vestiaritæ, et hi, quibus id officii deputatum erat, magnifice et superabundanter non cessabant ministrare.* Vide quæ de *Vestiariis* annotamus ad Alexiadem pag. 285. [et Gloss. med. Græcit. in v. Βέστης.]

**VESTIARIUM**, *Erogatio vestium*, in Gloss. Lat. MS. Reg. cod. 1013. in Glossis Isidori, *Erogatorium*.

**VESTIARIUM**, **LOCUS**, in quo asservantur vestes : ἱματωλάριον, in Gloss. Gr. Lat. Lexic. Gr. MS. Reg. cod. 2062 : Βεστάριον, παρὰ Ρωμαίους τόπος ἐνθα ἡ ἀναγκαῖα ἀπόκειται ἐσθῆς. Kero Monac. : *Vestiarium, wathuse*, i. domus vestium. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Vestiarium, Vestiaire*.] Vide Pancirolum ad Notitiam Imperii Oriental. cap. 81.

**VESTIARIUM**, **LOCUS**, ubi non modo vestes asservantur, sed etiam cimelia, atque adeo thesaurus et pecuniæ. Hesychius : Βεστάριον, τόπος ἐν ᾧ τὰ χρήματα τίθενται καὶ τὰ ἱμάτια τοῦ κοινού. Bulla Joannis III. PP. apud Baronium ann. 559. n. 5 : *Insuper ex sacro nostro Vestiarium hæc donaria contulimus : videlicet crucem unam auream pensantem libras sex, calicem unum aureum pensantem libras duas, duos argenteos pensantes libras quatuor, vestes quoque sericas cum gemmis albis, et auro contextas quatuor, etc.* Gregorius M. lib. 2. Ind. 11. Epist. 35 : *Admone, ut Vestiarium omne Episcopi sui sciant deferendum, et quantum præviderint secum argenteum adducant, etc.* Joan. Diacon. lib. 1. Vita ejusdem Gregorii M. cap. 10 : *Cui liberalissimus pater, accessit Vestiarium, alia sex numismata dari præcipiens, cognovit in Vestiarium nihil numismatum, unde posset consolari naufragum, remansisse.* Apud Anastasium Leo III. PP. in *Vestiarium* Patriarchii dicitur a parva ætate fuisse nutritus et educatus. Guillelmus Biblioth. in Stephano VI : *Deinde cum venerabilibus Episcopis et Augustali Legato, per omnia sacri Palatii perrexit Vestiarium, quæ in tantum devastata reperit, ut de sacratis vasis, quibus mensas tenere festis diebus Pontifices consueverant, paucissima invenirentur, de reliquis vero opibus nihil omnino.* Eginhardus in Vita Caroli Mag. sub finem : *Quicquid in camera atque Vestiarium ejus fuisset inventum, etc.* Will. Tyrius lib. 2. cap. 15 : *Ex Imperialibus Vestiaris oblata sunt prædicto viro munera in auro, vestibus, vasis, et pretiosis lapidibus tam pretio quam dignitate incomparabilia.* Adde lib. 18. cap. 18. lib. 20. cap. 12. Charta Boemundi II. Principis Antioch. apud Ughellum tom. 9. pag. 174 : *Primum quidem indignationem nostram se incursum, deinde vero 50. libras auri Vestiarium et cameræ nostræ.... noverit se solutum.* Adde Chronicon Casinense lib. 1. cap. 28. lib. 4. cap. 61. Anastasium in Vita PP. pag. 47. etc.

**VESTIARIUM**, **VESTIS** ipsa, vel vestis genus. Concilium Budense ann. 1279. cap. 61 : *Omnes in eodem Monasterio vel regulari Canonica, et sub eadem professione morantes indifferenter uno et eodem Vestiarium induantur.*

\* *Vestiaire* vernacule, eodem intellectu,



in Lit. ann. 1407. tom. 9. Ordin. reg. Franc. pag. 238.

† VESTIARIUM, Certa pecuniæ alteriusve rei pensio quæ ad vestes emendas erogabatur, Quicquid ad vestes pertinet. Charta ann. 1136. apud Marten. tom. 2. Ampl. Collect. col. 96 : *Duæ portiones decimationis ad Vestiarium fratrum nostrorum pertinebunt.* Tabul. Bituric. : *Præterea concedimus in Vestiaria et calcearia fratrum monachorum, sicut fuerat olim, omnes feras annuales mercati.* Charta de Aquariatu de Talmundo ann. 1366 : *Et non tenebitur dictus Aquarius ministrare dicto abbati, nec præposito, nec tribus officariis sæpe dictis Vestiarium aliquod.* Statuta Monast. S. Claudii pag. 77 : *Et 1º tenetur idem canerarius ministrare Vestiarium ad triginta sex Religiosos;... videlicet librare pannum, aut cuiilibet Religiosorum prædictorum summam duorum florenorum monetæ in loco S. Eugendi.* Capitul. gener. MSS. S. Victoris Massil. : *Si tullias, procuraciones, sive etiam census et Vestiaria seu familiarium prioratus vel officii, logeria et salaria de tempore suo idem inventus fuerit non solvisse.* Vide *Vestitura*.

1. VESTIARIA, pro *Vestiarium*, Locus in Monasterio, ubi reponuntur vestes Monachorum, apud Ingulfum pag. 866 : *Askerus Prior in Vestiaria, dominus Lethwinus Sapprior in refectorio... detruncati sunt.*

VESTIARIUS, A vestibus, qui vestes curat. Papias : *Vestiarius, qui vestibus præest.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Vestiarius, vesteur, c'est celui qui vest.*] A *veste*, in veteribus Inscriptionibus. Alia : L. AGRIO VESTIARIO TENUIARIO IMP. CÆS. ANTONINI PII. [*Vestiarius Tenuarius, i. e. tenuissimum pannorum artifex, in Inscript. sepulchrali apud D. de Montfaucon tom. 9. Antiq. expl. pag. 92.*] Vide Paulum Warnefridum de Gestis Longob. lib. 5. cap. 2. Ethelwlfus de Abbatib. Lindisfarnens. cap. 19 :

... Et fratrum præfeci vestibus illum.

2. VESTIARIA, apud eundem Warnefridum lib. 2. cap. 28. *Vestiaria ancilla*, quæ vestiarii domestici curam habet, in Lege Alaman. tit. 80. § 1. In Monasteriis feminarum *Vestiaria* dicitur, quæ totum, quod ad curam indumentorum spectat, providet, etc. apud Abælardum pag. 157.

VESTIARIUS, Dignitas in Ecclesia Cathedrali Magalonensi, instituta a Rainerio Episc. ann. 1247. cuius curæ incumbat : *Induere omnes Canonicos et Conversos, exceptis Prioribus, qui tenentur dare Vestiario singulis annis pro singulis Canonicis, quos induere consueverunt, 40. solidos, etc.* Vide Gariellum.

Obtinuit eadem dignitas in Ecclesia Nemausensi, ut colligitur ex Charta ann. 1203. Chartophylax regii : *Ego Rainundus Dei gratia Ducis Narbon... concesso et laudo tibi Hugoni et Laudumano Vestiario Ecclesiæ Nemausensis, etc.*

† VESTIARIUS etiam apud Monachos dicebatur qui *vestiarii* monachici curam habebat, Gall. *Véturier*. Charta ann. 1358 : *Item quod grabotum omnium et singulorum bladorum inter ipsos curatum et Vestiarium, et eorum successores dividatur prout blada inter eos sunt dividi consueva, videlicet quod*

*de graboto frumenti et siliginis dictus Vestiarius et sui percipiat et percipere debeat duas partes, et dictus curatus et sui tertiam partem. De uliis vero bladis dictus curatus medietatem et Vestiarius Athanacensis monasterii aliam medietatem.*

VESTIARIUS, cui non *Vestiarii* dumtaxat, sed et *Thesauri et Cimeliarum*, cura committitur. Ita non alius est Pandulus *Vestiarius* Desiderii Longobard. Regis apud Anastasium Biblioth. in S. Hadriano pag. 99. *Vestiarii* summorum Pontificum non semel occurrunt, apud eundem pag. 114. 121. quorum munus indicat Joan. Diaconus lib. 1. Vitæ S. Gregorii M. cap. 10 : *Accersito Vestiario, alia sex numismata dari præcipiens, etc.* Infra : *Rursum Vestiarium suum si forte vas quodlibet aut vestimentum haberet, interrogans, etc.* *Vestiarius* inter quatuor, qui summum Pontificem equitatem comitantur, recensetur in ordine Romano. Vide *Vestiararius*.

\* 3. VESTIARIA, Officium *vestiarii* apud monachos, in Bulla secularisat. eccl. Magalon. ann. 1536. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 390 et 393. Vide aliis notionibus in *Vestiarium* et supra.

† 1. VESTIBULUM, *Vestiarium, sacristia*. Vita S. Wilhelmi tom. 1. April. pag. 626 : *Oratione completa Vestibulum ingreditur, et ad Missum celebrandam sacris vestibus induitur.*

† 2. VESTIBULUM. Odo in Carm. de varia Ernesti fortuna apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 358. ubi de prophano sacrificio :

statimque ex more Sacerdos  
Vestibulum pateramque gerens et thuris acerram  
Egreditur, sanctumque infert altaribus ignem.

Leg. videtur *Thuribulum*.

† VESTICEPS, Pubertatis annos ingressus, vel etiam emensus. Vita S. Hugonis Mon. apud Mabill. sæc. 5. Bened. pag. 94. et tom. 2. April. pag. 764 : *Non post multum quippe temporis spatium effectus Vesticeps, ad Leviticum promotus est gradum.* Occurrit apud Tertull. lib. de Anima cap. 56. Festus : *Vesticeps puer, qui iam vestitus est pubertate : e contra invidis, qui necdum pubertate vestitus est.* Vide *Vestia*.

† VESTIFICINA, Ars vestes conficiendi, vel ipsa confectio. Tertull. de Pallio cap. 3 : *Tantum igitur puraturam materiarum ingenia quoque Vestificina prosecuta, etc.*

† VESTIFICIUM, Eadem notione, in Gloss. Lat. Gr. *ἰατροποιία, Vestificium.*

VESTIFICUS, VESTIFICA, Vestium artifex, in vett. Inscript. 578. 6. 7.

† VESTIGABILIS CANIS. Vide in *Canis*.

† VESTIGARE dicitur dominus, cui jus competit persequendi suos homines, cum eo inconsulto ad alium dominum transferunt. Compositio inter Mathildem Tenebræmundæ dominam et Joannem Flandr. Comit. ann. 1221. apud Miræum tom. 1. pag. 741. col. 1 : *Talis est conventio... quod neutra potest Vestigare et sequi servos, neque albinos;... de uno dominio in alterum; sed et in feudis potest Vestigare ei sequi, et eorum homines sequentur, ubicumque solent.* Vide in *Seca* 4.

VESTIGARIUM. Vita Aldrici Episcopi Cenoman. apud Baluz. tom. 3. Miscell.

pag. 33 : *Postquam invenit traditiones et precarias, sive privilegia, et strumenta multorum Chartarum in Vestigario sive armario, etc.* Ubi legend. videtur *Vestiario*. Vide in hac voce.

† VESTIGIUM, Pes, Gall. *Pied*. Vita S. Leonis PP. IX. apud Mabill. sæc. 6. Bened. part. 2. pag. 64 : *Nec pro ullo seculari impedimento quemquam diem omittebat, quin omni mane ipse per se pauperum turbe deserviret, ac dominico exemplo, eorum Vestigia abluendo victum sufficientem tribueret. Ferarum vestigiis latera persecare, i. e. unguibus, in Cod. Theod. lib. 9. tit. 12. leg. 1.*

† VESTIGIUM MINARE, Vestigare, vestigium sequi, in Decretione Chlotarii II. Regis cap. 16. Vide *Huestium*.

† VESTIGIA VERITATIS dicuntur argumenta, testes, scripturarum conlatio, in Cod. Theod. lib. 9. tit. 19. leg. 2.

† VESTIGIAL, pro *Vestigal*, in Charta Gervasii Milit. ex Tabul. Cenoman. : *Tradidi... quietas ab omni consuetudine exactiois, vel vicariæ, seu ceterorum Vestigium.* Vide in *Vestigial*.

VESTIMEN, Vestimentum. Utitur Felix Gyrwensis in Vita S. Guthlaci n. 16.

† VESTIMENTI-CLAVIA, Vestiarium, Bollandistis, ex Testam. Bertichramni tom. 1. Junii pag. 722. Melius apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 131 : *Vestimentum damneu, i. e. Damascena.* Vide *Paricla*.

† 1. VESTIMENTUM. In *Vestimento jurare*, in Leg. Frision. tit. 3. § 4. Vide in *Juramentum*.

† 2. VESTIMENTUM, Missio in possessionem. Vide infra in *Vestire* 1.

† 3. VESTIMENTUM. Charta Johannis Reg. Franc. ann. 1361. ex Regest. 90. Chartophyl. Reg. ch. 608 : *Et quicumque haberet domos, hospitia seu Vestimenta prope muros et fortalicium... ubi inimici se possent includere, etc.* Legendum *Vastimentum*, vel *Bastimentum*. Vide in his vocibus.

† 4. VESTIMENTUM, Aulæum. Vide *Vestis*.

† VESTINA, Titulus ecclesiæ, in qua feria secunda post Dominicam 2. Quadragesimæ statio erat, ut legitur in Capitulari Evangeliorum, quod Codici Luxoviensi Evangelia complectenti subjicitur; ubi rectius in *Vestina* habetur quam in Kalendario Frontonis inter *Vestina*.

† VESTIO. Vide mox in *Vestire* 1.

VESTIPLICA, femina, quæ vestes plicat. Papias, et Glossæ Arabico-Lat. [*Femme qui ploie vestemens*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. Occurrit apud Quintil. Declamat. 363. *Vestiplicas*, qui viris idem officium præstat. apud Reines. Inscript. 9. 64. et 11. 90. unde apud Nonium legendum est fortassis *Vestiplici* pro *Vestispici*, et *Vestiplica* pro *Vestispice*, apud Plaut. Trinum. Act. sc. 1. uti præfert Codex MS. Cameraarii, auctore Grævio ad Gloss. Isid. in hac voce.]

1. VESTIRE, Possessionem conferre rei alicujus, *Investire*. *Vestir*, in Consuetud. Laudunensi art. 227. *Vestir* et *ensaisiner*, in Sedanensi art. 259. 260. 262. [Notitia ann. 993. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 350 : *Abbas nimum credulus promissionibus vicecomitis et suorum, ap-*



*prehendens viregam suam dixit: In tali conventionem, ut locuti estis, audiente me, Vestit vos; et ita Vestivit eum, etc. Occurrit passim.]*

**VESTITUS**, Qui de re aliqua investitus est, qui rem possidet. *Vestu et mis en possession*, in Consuetudine Laudunensi art. 226. Calniacensi art. 32. 33. et aliis. Charta Caroli C. Regis apud Beslium pag. 229: *Unde Cænobium S. Dionysii Vestitum fuerat a bonis Deum timentibus hominibus. Alia Riculfi Episcopi Forojuliensis apud Rufum et Sammarthanos: Illi vero timorem Domini præ oculis habentes, tale ei consilium dederunt, ut præter hereditatem, quam Ecclesia prædicta ibidem antiquitus habuit, si propter hoc, quod ipse Episcopus post expulsionem paganorum (Fraxinetensium) primus Vestire cepit ipsam civitatem, unam medietatem de omnibus, quæ in circuitu ejusdem civitatis adjacent, redderet vel donaret. Odo Cluniacensis de Reversione S. Martini cap. 7: Nolo Ecclesiam meam tanto defraudari thesauro, quia Episcopus factus eo Vestitum invenit. Charta Caroli M. in Chronico Laurishamensi pag. 59: Dum diceret, quod suus pater de ipso Monasterio Vestitum dimisisset, etc. [Præcept. Ludovici Pii ann. 3. ex Tabular. S. Mevanni: Dominus et genitor noster Karolus constituit ut ipse Helogar episcopus et abbas S. Mevanni, omnes res undecumque eo tempore prædictæ ecclesie justè et rationabiliter per diversa loca Vestite erant, tenerent, etc.] Vide Chartam Alamann. Goldasti 42. Roverium in Reomao pag. 173. etc.*

**MANUM ALICUJUS VESTIRE**, Tradere, investire: *Manus vestita* ejus, cui traditio facta est. Lex Bajvar. tit. 17. § 3: *Mei antecessores tenuerunt (territorium) et mihi in alocium reliquerunt, et Vestita est illius manus, cui tradidi.* Charta Alamann. Goldasti 58: *Post meum discessum ipsas res ad Monasterium S. Galloni admelioratas revertant, absque ulla contradictione vel minuatione, manu Vestita, partibus meis... possideant.*

**VESTITURA**, inquit Vadianus, hoc ipsum est, quod *Investitura*, hoc est, in possessionem missio, aut possessionis securitas et confirmatio, quam et *beneficium* illa secula, et *feudum*, quod fere a Francis natum et inductum est, vocarunt. Et lib. 3. pag. 88. *Vestituram* intelligi ait, *jus possessionis concedendum, quod Episcopi Abbatesve a Principe accepissent, nisi videri queat Vestituram dici, quæ lehen dicitur.* Capitula Caroli M. lib. 4. cap. 19: *Et coram eis rerum suarum traditionem faciat, et sivejussores Vestituræ donet ei, qui illam traditionem accipit, ut Vestituram faciat.* [Ubi in Cod. Reg. in Nota marginali legitur: *Hic notari potest quod ex sola traditione quæ fit per investituram, non transferunt dominium. Si enim transfertur, cum hoc per investituram traditio facta fuisset, eoque factus dominus, qua occasione ab hereditibus revocari poterat.*] [**\*\* De Vestitura et Traditione videndus Beseler Pact. Hered. tom. 1. pag. 21. ad cap. 6. Capit. ann. 819. unde lib. 4. cap. 19.] Tradit. Fuld. lib. 1. tr. 157: *Reginwald et Otwin fecerant Vestituram in præsentia Hesses, et ego Wigger accepi.* Infra: *Horum omnium Vestituram cum stipulatione sub-***

*nixa perfecit.* Flodoardus lib. 1. Hist. Remensis cap. 20: *Eique in præsentia fidelium suorum, legali de more, Vestituram ex ea (villa,) et Chartam fecit.* Tabular. Monasterii de Lucco, apud Marcam lib. 3. Hist. Beneharn. cap. 3. n. 8: *Qui quidem Rex de hac patria Vestituram dedit avo Vicecomitis, qui erat de ejus progenie, dedit Deo et S. Vincentio partem suam super altare.* [Missos ei dedit qui ei inde plenam Vestituram facerent, in vet. placito apud Baluz. tom. 3. Miscell. pag. 125. Charta ann. 871. apud Murator. tom. 9. part. 2. col. 933: *Ad vestram partem corporalem facio Vestituram ad vestram proprietatem habendum. Qui (locus) populari judicio in regiam retamque venit Vestituram, ex Charta Ottonis Imp. apud Mabill. sæc. 5. Bened. pag. 243.] [**\*\* Annual. Hildesh. ad ann. 1039. apud Pertz. Scriptor. tom. 5. pag. 43: Senior noster Thietmarus episcopus post obitum prædictæ donnæ Sophiæ decimas super Gandeshem circumjacentesque villulas, quas ipsa a nostris senioribus in beneficium habuit, in suam Vestituram recipi jussit. Quod Vestitura indominicata dicitur in Vita S. Gerardi cap. 21. ibid. tom. 6. pag. 503: Concessit duci Beatrici... tenere abbatias Medii-monasterii et S. Deodati, retinens in Vestitura indominicata monasteria et 10. mansos, etc.] Adde Chronicon Mauriniacense pag. 371. Maxime vero***

**IN VESTITURA** rei alicujus esse dicitur, qui hanc possidet. Præceptum Caroli M. pro Hispanis, editum a Steph. Baluzio: *Et dixerunt, quod aliqui pagenses... eos exinde expellant contra justitiam, et tollant nostram Vestituram, quam per 30. annos et amplius Vestiti fuimus, etc.* Capitula ejusdem Caroli M. lib. 4. cap. 34: *Si quis proprium nostrum, quod in Vestitura genitoris nostri fuit, alicui querenti sine nostra jussione reddiderit, etc.* Adde cap. 45. et Appendicem 3. ejusdem libri cap. 7. Capitulum 2. Ludov. Pii ann. 819. cap. 6. 8. Concilium Suessionense ann. 853. part. 2. cap. 3. Compendiense ann. 868. cap. 3. Capit. Caroli C. tit. 39. cap. 8. Bullarium Cluniacense pag. 4 etc. [Notitia vetus apud Baluz. tom. 3. Miscell. pag. 118: *Insuper testantur quod... mater Cenomanicæ civitatis ecclesie Vestituram legitimam habuisset de prædicto monasterio, et adhuc triginta anni non sunt transacti quod ex eo legitimam Vestituram habuit.] Chronicon Andrense: *Hujus Ecclesiæ Monachi per annum et diem in ejusdem terræ Vestitura sunt.* Charta Alamannica Goldasti 28: *Statuimus inter nos, ut venerabiles Abbati et fratribus prædicti Monasterii decimam in subnotatis locis, sicut illius temporis in illorum erat Vestitura, concederemus. Infra: *Cujus decima tunc in mea Vestitura erat.* Ita in Charta 95. 97. in Chronico Besuensi pag. 504. etc. Discrimen tamen inter *vestituram* et *possessionem* videtur posuisse Joannes IV. PP. in Epistola ad Isaac Syracusanum Episc. edita ab Holstenio: *Majus enim fuit possessionem dare, quam sit Vestituram concedere.* [In eoduntaxat differunt quod hæc nudam traditionem, illa vero securam stabilemque possessionem significet.]**

\* Charta ann. 928. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Hontheim pag. 272. col. 1:

*Gulislam in pago supradicto et comitatu Everhardi de rebus sancti Servatii.... pro Vestitura et firmitate. Veste et Vesture, in Chartul. Thenol. ex Cod. reg. 5649. fol. 64. rº: Onquelterroir nous avons le xij. denier pour les Vestes, et xxij. deniers et obole de chascune Vesture. Ubi per Vestes, laudimia intelligo; et per Vesture, quod pro missione in possessionem seu investitura domino solvitur. Charta ann. 1311. in Chartul. abbat. Regalis-loci part. 1. ch. 30: *Lesquelx religieus disoient et maintenoient que en tous les lieux où il avoient cens fonsiers... il avoient Vest, devest, ventes, justice dou fons, etc.* Vest autem rei venditæ emptori cessionem significare videtur, in Charta ann. 1293. ex Chartul. S. Corn. Compend. fol. 201. vº. col. 2: *Quand il avendra que aucunes personnes marchanderont ensamble oudit lieu, et il venront au Vest ou au desvest doudit marchié ou de l'eschanges, etc.**

† **VESTITUS**, Beneficium, feudum, quo ab alio quis investitur, et opponitur acquisto. Charta ann. circ. 1095. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *Nos pariter donamus aliquid de hereditate nostra quæ nobis per comparisonem, vel per Vestitum advenit.*

† **VESTITIO**, Eadem, ut videtur, notione. Charta ann. 1004. apud Mabill. tom. 4. Annal. Bened. pag. 176: *Facio hanc donationem... de ipsa villa, quam vocant Campanias, de ipsa scilicet medietate mea, quam ego propter Vestitionis causam ibi habeo, vel habere debeo cum integritate et absque ulla diminutione Nisi tamen propter vestitionis causam intelligas ratione cultura.*

**VESTURA**. In aliquot Consuetudinibus municipalibus idem valet, quod *Vestitura*, aut *investitura*, ut in Laudunensi art. 226. et aliquot aliis. Joannes Abbas Laudunensis in Speculo Historiali MS. lib. 11. cap. 17: *Lequel les mist en Vesture de la Comté d'Artois, etc.* Chronicon Flandriæ cap. 8: *Pource qu'Alienor sa mere exhortoit le Roi son Baron à mettre Jean son aîné fils en Vesture de ce qu'elle tenoit du Royaume de France.* Sed præsertim hæc vox in rebus tantum censui obnoxii usurpatur, in Consuetud. Vitriacensis art. 18. Sedanensis art. 208. 261. Remensis art. 140. 142. Noviodunensis art. 34. Calniacensi art. 53. in Magno Recordo Leodiensi pag. 60. etc.

**VESTIMENTUM**, Idem quod *Vestitura*, Missio in possessionem, vel ipsa possessio. Bractonus lib. 4. Tract. 1. cap. 1: *Possessionem nudam, quam Intrusionem vocat, ait eam esse, quæ non vallatur aliquo Vestimento, legitima vestitura.*

**VESTITIO**, Investitura. Charta S. Bonifacii de finibus Fuldensis Monasterii, apud Browerum lib. 1. Antiq. Fuld. cap. 4: *Ideo placuit nobis, ut eundem locum, qualiter certis terminis consistit, annotemus, et idoneis testibus, qui in prædicti Principis traditione et Vestitione ipsius loci affuerunt, subterfirmemus.* [Charta ann. 838. apud Eccardum in Hist. Misnens. col. 253: *Signum Freibrathii et Otocari, qui hanc Vestitionem fecerant. Vestue, in Charta Garnerii Abbat. Corb. ann. 1307. ex Chartul. 21. ejusd. loci fol. 87. vº: Nous pria et requist ledis Jhans que ledis seigneur Regnault en vauissons saisir et luy mettre en Vestue et*



et recevoir à homme, lequel nous en saisismes et Vestimes et l'en receumes en nostre foy et en nostre hommages.]

† VESTITUDO, Eodem significatu. Tradit. Emmeram. cap. 45. apud Pezium tom. 1. Anecd. part. 3. col. 330 : Einhardus et Erhardus Vestitudinem fecerunt Adalvino Episcopo de his omnibus quorum hic commemoravimus. Sed leg. forte Rectitudinem. Vide in hac voce.

† VESTITOR, Qui alterum vestit, seu in possessionem mittit. Tradit. Emmeram. cap. 4. ibid. col. 204 : Testium quoque nomina sunt hæc; Patho, Ogo, ... Lantpertus autem frater ejusdem Egilolfi et Adalhus vassus episcopi fidejussores et Vestitores extiterunt.

VESTITURA, Census, qui quotannis exsolvitur in signum concessæ vestituræ, seu possessionis, [re tamen ipsa etiam nondum obtenta, ut ex dicendis manifestum fiet.] Charta Caroli C. ann. 855. in Spicilegio Acheriano tom. 12. pag. 117 : *Eo videlicet modo et tenere, ut Lambertus fidelis noster diebus vitæ suæ jamdictam Ecclesiam S. Stephani propter Vestituram singulis annis novam et decimam ex ea persolvat, ipsam jure beneficiario et usufructuario interim teneat, etc.* Eadem verba habentur in Charta ejusdem Caroli ann. 3. in Tabulario Eccles. S. Cyrici Nivernensis. Vetus Charta in Tabulario Eccles. Viennensis fol. 16 : *Tali itaque tenere, quatenus dum vivo, ex eisdem rebus usum fructuarium obtineam, et omni anno prædictæ Ecclesie modium unum vini in Vestitura persolvam.* Alia ann. 912. fol. 18 : *Ea tamen ratione, ut dum advixero, usufructuario ipsas res obtineam, et annuatim festivitate S. Mauricii in Vestitura inter panem unum modium persolvam; et si Ado frater meus superstes nihil fuerit, ipsas res dum advixerit sub eadem Vestitura obtineat.* Alia Bernuini Viennensis Episcopi ann. 887. ibid. pag. 147 : *Quæ deserta sunt restaurando, et quæ destituta reedificando, et quæ non sunt vestita revestendo, et ipsa die solennitatis S. Mauricii solo... persolvant ad luminaria et Vestituram Ecclesie ejusdem S. Mauricii.* Testamentum Bernonis Abbatis Cluniacensis : *Eo tenere, ut per singulos annos census 12. denariorum pro Vestitura reddatur.* [Charta ann. 997. ex Chartul. Aptens. Eccl. fol. 54 : *Tenor istius præstariæ iste est, ut Samuelus et uxor sua sive hæres illorum pro illis rebus ad S. Mariam et S. Castorem, sive ad Episcopum et ad clericos ejusdem ecclesie inter censum et Vestitura omnique anno ad mense Madio persolvat moltonem unum.* Vetus Charta apud Mabill. sæc. 4. Bened. part. 2. pag. 271 : *Pro Vestitura vero annis singulis in festivitate beatissimorum Maccabæorum Kalendis Augusti patrum unum fratribus canonicis in Viennensi Cænobio positus, faciatis.* Chartular. S. Petri de Nerone-villa fol. 9. vº : *Hæc omnia donavit Albericus monachis ad possidendum jure perpetuo, ita quod monachi haberent ea in eadem potestate et dominio quo Albericus tenuerat ea, excepto hoc quod Adelaidis, uxor ipsius Alberici, in cuius dote hæc omnia erant, teneret ea quandiu huc seculo adviveret et ea tenere velle, tali pacto quod interim dum Adelaidis viveret et ea teneret, mo-*

nachi haberent pro Vestitura in unaque septimana unam eminam annonæ de supradicto molendino et de pratis unam carrucatam feni, et in aqua piscari facerent quotiescumque vellent; et post decessum Adelaidis haberent monachi hæc omnia supradicta absolute ad possidendum in perpetuum.] Tabularium Prioratus de Paredo fol. 34 : *Tali Conventu ut in vita sua teneat, (mansum) et sextarium frumenti omni anno in Vestitura persolvat.* Id est, cum ager fructus fert.

† VESTIO, Eodem intellectu. Vetus Notitia in Tabul. Abb. Belliloci in Lemovic. : *In unaquaque villa cedimus unum mansum, et in unoquoque manso de tota vicaria sua damus cis 4. denarios, et 1. gallinam, et tertiam partem de omnibus placitis, et de Vestionibus similiter.*

VESTITIO, Eadem notione, in Tabulario Conchensis Abbatie in Ruthenis, et in Tabul. Prioratus de Domina in Delphinatu crebrius occurrit.

† VESTURA, Parisi significatu. Charta ann. 1273. ex Chartul. Campan. fol. 449. col. 2 : *Omne illud quod dicitur Huetus poterat haberi in Vesturis, ventis etc.*

† VESTITURA TESTAMENTI, Census, qui quotannis exsolvitur in signum concessæ vestituræ earum rerum, quæ post mortem testatoris in possessionem donantur. Tabul. Latinac. : *Pro Vestitura vero hujus testamenti quotannis tres modii vini in nomine sanctæ Trinitatis exhibeo ad elemosinam.*

ADVESTIRE, Idem quod Vestire, Investire.

ADVESTITURA, in Consuet. Castellanie Insulensis art. 46. Namurcensi art. 48. 70. 75. Advest, missio in possessionem. Chronicon Flandriæ cap. 59 : *Sauf ce que le Comte de Flandres devoit venir vers le Roy à Paris, et mettre le devant du Loüs in l'Advesture de la Comté de Flandres.* Cap. 68 : *Là monstra Messire Robert d'Artois unes lettres sellées du secl du Conte Robert d'Artois, contenans, que quand le mariage du Conte Philippes d'Artois... fut fait, le Comte les meit en Advesture de la Comté d'Artois.*

DISVESTIRE, Possessione rei alicujus aliquid exuere : *Devestir*, in Consuetud. Calniacensi art. 30. Charta Henrici IV. Imp. ann. 1114. in Orig. Murensis Monasterii pag. 23 : *Ut nulla deinceps persona parva sive magna supradictum Monasterium de aliquo beneficio suo inquietare, molestare, Disvestire ulterius audeat.* Judicatum ann. 1073. apud Fr. Mariam in Mathilde Comitissa : *Ut nullus quilibet homo... sine legali iudicio Disvestire præsumat.* Adde Ughellum tom. 1. pag. 252. [Se sont dessaisis et devestus, in Charta ann. 1332. ex Tabul. S. Martini Pontisar.] Actus ipse Divestitionis *Devest ou dessaisine* dicitur in Consuetud. Remensi art. 163. *Vest et devest*, in Laudunensi art. 54. 132. Vide Gallandum de Alodio pag. 90.

Fiebat autem *Disvestitio*, projecto pilo vestimenti, quasi qui se *disvestiebat* de re aliqua, vestes revera deponeret. Hincmarus Laudunensis in Epistola ad Remensem, tom. 2. operum Hincmari Remensis Archiepiscopi pag. 341 : *Potestis... interro-*

*gare, cur ea, quæ nunc repetit, nullo cogente, nullo suadente, per pilum vestimenti sui a se terra tenus ejectum, non tantum dereliquit, quantum abominando desepxit, adiciens multo sibi melius, ac esse sine his, quæ ei dederam.* Charta Godefridi Ducis Brabantie ann. 1174. apud Miræum in Diplomate Belg. cap. 65 : *Quadragesimo ergo solidos, quos de horreo supradictæ ville annuatim tollendos existinabam, ... projecto a me pilo pallii mei, juxta morem nobilium werpivi.*

† DEVESTITUM FEUDUM, Derelictum, ut videtur. Charta ann. circ. 970. ex majori Chartulario S. Victoris Massil. fol. 135 : *Unam medietatem tibi damus de feudum possessionis Devestitum et de heremo et in antea de quantum vestitum erat unam medietatem habes.*

† REVESTIMENTUM, Iterata missio in possessionem. Charta ann. 1242. ex Chartul. Mauriginiac. : *Pro laudationibus, venditionibus aut Revestimentis ab ipso emptore, vel a dictis abbate et conventu aut priore de Stampis veteribus, nichil penitus exigendo.* Alia ann. 1247. ibid. : *In ipsius Petri manu sæpediti Ansellus et ejus uxor de dicto censu se desierunt et de ipso ad ipsorum petitionem idem Petrus Revestivit abbatem.* Vide *Revestire*.

† 2. VESTIRE, Colere, agrum excolere. Notitia ann. 993. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 349 : *Igitur cum... terra Tolonensis capisset Vestiri, et a cultoribus coli... His ita gestis, venerunt Theodericus et Noc fratres ad Adalardum abbatem, rogantes eum verbis blandis ut concederet eis Cathedram Vestire ad medium vestem, quod et factum est. Abbas vero missis bobus cepit terram quæ est ante ecclesiam S. Damiani ambienter excolere, et huc illuc rumpere terram ad faciendas condaminas. Noë vero et Theodericus dixerunt ad alterutrum : Isti monachi semper habebunt totam terram raptam (ruptam) et nos qui dicimur Vestitores, quandoque erimus illius nihil habentes, etc. Domine abba, colligite me in medietatem terræ, et vestite me in tali conventionem... Domine abba, isti vestri Vestitores exhibuerunt vobis unquam mel vel ceram? Bonaldus debet ipsam terram Vestire et edificare, in Charta ann. circ. 970. ex majori Chartul. S. Victoris Massil. fol. 135. Hinc*

VESTITUS AGER dicitur, cui fructus insunt, et abso opponitur, seu inculto. Paulinus in Panegyrico pag. 523 :

Cernite nulla suis emergere semina campis,

Ne prius intereant labe soluta putri.

Nuda seris, Vestita legis, jacis arida grana,

Atque eadem fructu multiplicata metis.

Colonia vestita, in Concilio Valentino III. ann. 853. cap. 9. Charta Conradi Regis ann. 967. apud Joan. Columbum lib. 2. de Episc. Sistaric. n. 3 : *Omnia in omnibus cultis, et incultis, Vestitis et desertis, quæ sitis et quærendis, etc.* Alia ejusdem anni in Tabulario Abb. Belliloci in Lemovicib. n. 68 : *Hoc est villam nostram, quæ vocatur Candidas, videlicet cum mansis Vestitis, advestiendis, campis, pratis, etc. Unum curtile vestitum, in Charta Balduini Comit. Flandr. ann. 1063. in Diplomate Belgic. Alia ann. 1298. in Hist. Guinensi pag. 128 :*



*Terram scilicet quandam, nemore Vestitana, in loco, qui dicitur, etc.* [ Charta ann. 1180. apud Stephanot. tom. 1. Antiquit. Bened. Lemovic. MS. pag. 116 : *Medietas terræ tan desertæ quam Vestitæ pro 20. solidis Barbarinorum. Vineâ vestita, in Chartul. Matiscon. fol. 57. Heritage couvert, Heritage descouvert, in Litteris ann. 1324. inter Ordinât. Reg. Franc. tom. 5. pag. 380. ] *Mensura vestita, in Tabulario S. Flori in Arvernîs : 4. sextaria et eainæ bladi ad mensuram Vestitam S. Flori. Vide Absus, et Mansus.**

† VESTUS, Eodem intellectu. Charta Elizabethæ Comit. ann. 1224. ex Tabul. Abbat. de Balaneis, nunc de Valois diœc. Ambian. : *Duos modios bladi et uuum ad venæ (avenæ) ad plenam mensuram, quod pro quartario Argoriæ tam in terris quam in aquis et maristis, excepto Vesto, eidem Allemo dicta ecclesia anauatim persolvebat.*

† VESTITIO, Mansio, domus cum agri culti portione. Charta ann. 1153. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 548 : *Debeat in hoc honore ipsi fratres hospitalis quiaque Vestitiones cum hominibus ad minus ponere. Si autem ibi plus ponere volueriat, eis licebit usque ad XII. quæ Vestitiones unaquæque habeat hortum suum unius sextariatæ sine quarto et decima : ultra XII. quantascumque volueriat, dum tamen hortum non habeant.... Præterea si aliquibus fortuitis casibus Vestitiones supradictæ destructæ vel derelictæ fuerint, debeat eas reedificare et reformare arbitrio abutitis S. Guilelmi.... Quamdiu autem mansus siæ Vestitione fuerit, habebunt in eodem manso jus pascenti, etc.*

VESTURA, Fructus quilibet agro hærentes : *Advesture, in Consuetud. Namurcensi art. 23. Cameracensi tit. 12. art. 22. 23. Sanpaulana art. 20. Valentianensi art. 118. Insulensi, et aliquid aliis. Leges Inæ Regis cap. 69 : Qui habet 20. hidas, debet comittere 12. hidas Vesturæ terræ, quando velit abire. Fleta lib. 2. cap. 4 : Inquiratur etiam, quantum Vestura singulorum boscorum, et reflectorum prædicto modo assartatorum valuerit, antequam assarta illa facta fuerint, etc. Adde cap. 71. § 5. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 723 : Et per omnes forestas, laudas, et Vesturus meus, pasturam plenariam omnium animalium suorum, etc. Pag. 841 : Exceptis pratis et bladis, ubi post ablatam Vesturam libere pascentur. Tom. 2. pag. 834. Ita tamen, quod homines nostri communicabunt in omaibus prædictis terris, postquam prædicti Fratres Vesturas asportaverint, cum animalibus suis, etc. [ Charta apud Madox Formul. Angl. pag. 134 : De prædictis vero pratis, pascuis et pasturis... prædictus Abbas percipiet et habebit totum proficuum et totam Vesturam. ] [ \* Placit. ann. 31. Edward. I. reg. Angl. in Abbrev. Placit. pag. 250. Ebor. rot. 53 : Quia per juratos testatum est, quod dictus abbas et antecessores prædictorum non dederunt solum, sed Vesturam, quæ Vestura non est liberum tenementum, immo quoddam proficuum exiens de prato prædicto, ideo, etc. ]*

\* Vesture, eadem acceptance, in Lit. remiss. ann. 1444. ex Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 332 : *Le suppliant aperceut sur l'o-*

*riere ou rive d'ua chàm, entre la Vesture d'icellui et ung fossé, icellui Colart et sa femme etc.*

† VESTIS, Eodem significato : hinc ad medium Vestem vestire, dare, est pro medietate fractuum agrum colere. *Dederunt ei ad medium Vestium, ex Tabul. S. Victoris Massil. regnante Rodulpho Reg. Alam. Vide supra Vestire 2.*

HÆRETICUS VESTITUS, Convictus. Vide Hæretici.

OBLIGATIO VESTITA, Quæ nude opponitur apud Brittonem de Legib. Angl. cap. 28. initio, quæ scilicet vestitur vel re, vel verbo, vel scripto, vel mutuo consensu, vel denique firma junctionis, etc.

PACTUM VESTITUM, seu quod habet vestimentum, opponitur pacto nudo, ex quo scilicet non nascitur actio. Contrahitur autem obligatio ex sex vestimentis, quæ omnia dicitur Vestimenta pactionum et doationum, quæ recenset Fleta. lib. 2. cap. 56 § 3. et seqq.

† 3. VESTIRE, Aulæis ornare. Vide in Vestis.

\* 4. VESTIRE SE IN DORSO ET IN LECTO, Rem vestiariam et supellectilem lectualem sibi suppeditare. Chartul. Celsinian. ch. 658 : *Memetipsum pro monacho tradidi, tali equidem pacto, ut ego memetipsum in dorso et in lecto Vestiam, excepto quod stamineas et femoralis supradictus prior michi dabit. Ibid. ch. 688 : Preparato ipse sibi vestimento et lectulo.*

1. VESTIS, Aulæum, et maxime sic appellatur ea quæ sacrarum ædium parietibus appenduntur : vel panni sacri, et qui altaris, aut circa altare, aptantur. Gregorius II. PP. in Epist. 2. ad Leonem Isaurum : *Cum sanctas Ecclesias fimbriatis Vestibus convestitas et variegatas invenisses, eas ornatu privasti atque vastasti. Anastasius in Benedicto III. PP. pag. 205 : Apostolorum Principi populique janitori obtulit aureæ pulchritudinis Vestem unam aureo textam opere, decoreque fulgentem, almificam amuntiationis habentem Historiam, et Hypapaati, qualiter ipse uagenitus Dei filius templum ingressus doctorum in medio residebat. Vide pag. 128. 129. et alibi passim. Guilelmus Biblioth. in Stephano VI : Plurimæ sacratissimorum altarium auræ Vestes, cum reliquis pretiosis ornamentis non defuerunt. Ibidem : Vestem sericam super altare unum. Frodoardus de Summis Pontific. :*

Veste Petri gemmis atroque gravi induit aram.

Sugerius de Consecrat. Eccles. S. Dion. : *Cum ipsius parietibus et columnis et arcibus auro tectas Vestes margaritarum varietatibus multipliciter exornatas suspendi fecisset. Adde Joannem VIII. PP. Epist. 84.*

VESTIMENTUM, Eadem notione. Testamentum Widradi Abbatis Flavinia. ann. 1. Theodorici Regis : *Vel reliquis fabricaturas, seu ministeria Ecclesie vel strumenta chartarum, libros vel Vestimenta Ecclesie, vel omne præsidium quod vivens possidere videor, etc. Vasa et vestimenta Ecclesie, apud Herardum Turonensem in Capitulis cap. 20. Ἐνδύμα, in Vita S. Nili junioris pag. 123 : Ἄσες μεθ' ἡμῶν τὸ θυσιαστήριον ἔνδύμασι ποικύμενοι. Ἐπαὶ ἐνδύτην in Epistola Synodica Joan. Damasceni ad Theophilum*

Imp. pag. 141. et in septima Synodo act. 7. apud B. Dorotheum in Præfat. Doctr. [ et Anonymum in Romano Lacapeno num. 44. ] Vide Honorium Augustod. lib. 1. cap. 167. 171. et Descriptionem nostram ædis Sophianæ.

\* Vestement, eodem sensu, in Lit. ann. 1402. tom. 8. Ordinât. reg. Franc. pag. 514.

VESTIRE, [ Aulæis ornare. ] Liber Sacramentorum Gregorii M. pag. 156. edit. Merardi : *Post hæc Vestiatu altare, cum Antiphooa : In velamento alarum tuarum, etc.*

\* Vestir, eodem sensu, in Compendio hist. Gall. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 279 : *Iceist Robers roi de France Vesti le cors de monseignor saint Savyniens d'or et d'argent.*

DE VESTIBUS et familia alicujus, apud Continuatoem Chronici Nangiæ. ann. 1314. Vide Roba.

\* VESTIS ALATA, Vestium ornatus iustarum alarum. Stat. synod. Tornac. ann. 1481. pag. 99 : *Iahibemus... presbyteris, beneficiatis ac officiatis et religiosi nostræ diœcesis, ne Vestes nimium breves, aut in spatulis alatas.... portare præsumant. Vide Capæ alata.*

† VESTIS APOSTOLICA, Scapulare monasticum. Vide supra Scapulare.

VESTIS BELLICA, id est, lorica, in Lege Anglior. tit. 6. § 5.

† VESTIS CORDATA, Certa ratione torta. Conc. Terracon. ann. 1282. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 279 : *Statuimus quod clerici omnes provincie Terraconensis, sive sint in sacris, sive in minoribus Ordinibus constituti, non portent nec induant camisas, tunicas, vel alias Vestes cordatas. Vide Cordatæ Tunicae et Cordellatus.*

† VESTIS FERITÆ, f. Ex pellibus ferarum. *Donaverunt Vestes feritas quas habebant, in Chron. Mutin. Johan. de Bazaon apud Murator. tom. 115. col. 608.*

† VESTIS INNOCENTIE, Quibus baptisati induuntur. Statuta Eccl. Nannet. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 954 : *Item, cum in quibusdam parrochiis albæ Vestes innocentiæ baptismalis, sacro chrismate delinitæ, non sine periculo sortilegii, aut avaritiæ vitio a parvulorum matribus, solent retineri, etc.*

† VESTIS INORDINATA, Vetita, quæ non decet, in Statutis Eccl. Aurel. apud eund. Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 1283 : *Ne habeant (Sacerdotes) capps alatas et Vestes inordinatas, maxime hocciæ, etc.*

\* VESTIS LINGIA. Vide supra Liagiua.

\* VESTIS NUPTIALIS, Superpelliciuua, Vestis lineæ, manicata. Charta ann. 1238. ex Chartul. S. Petri Insul. sign. Decausol. fol. 115. v<sup>o</sup> : *Ordinatus, ut quemadmodum præpositus Brugensis in ecclesia Insulensi,.... in qua ecclesia ipse debet semper sicut canonicus cum Veste nuptiali ire temporibus institutus, quocumque ad ecclesiam ipsa accedit. Occurrit rursum in Ch. ejusd. ann. in Suppl. ad Miræum pag. 102. col. 1. Stat. ann. 1247. in Lib. nig. 2. S. Vulfr. Abbavil. fol. 25. r<sup>o</sup> : Jurabunt (capellani) quod a Priua pulsata usque ad meridiem, et a Nona pulsata usque ad completorium, ecclesiam nostram, nisi in Veste nuptiali, non intrabunt. Stat. synod. Tornac. ann. 1366. pag. 24 : Capellani ecclesiarum ha-*



bentes capellanas in ecclesiis curatis, non incendant, dum divina celebrant, nisi in Habitu nuptiali, scilicet cum superpellicio.

\* VESTIS PECTORALIS, Qua pectus præsertim tegitur. Lit. remiss. ann. 1354. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 301 : *Quidam ex ipsis dictam baillivum per Vestes pectorales maliciose ceperant, pulsando et hurtando eandem viliter ac tarpiter luc et illuc.*

VESTIS SANCTÆ MARIE, Velum Sanctimonialium, vel virginum Deo sacratum, in Lege Longob. lib. 2. tit. 37. § 1. 2. [\*\* Liutpr. 30. (5,1.) 75. (6,22.)] Adde editionem Heroldi pag. 218. Concilium Calchutense ann. 787. cap. 16 : *Virginem namque quæ se Deo voverit, et ad instar sanctæ Mariæ Vestem induerit, Sponsam Christi vocitare non dabitur.*

† VESTES PARTITE. Vide *Partitæ*.

† VESTES PERFECTIONIS, perperam pro *Præfectionis*, vel *Præfecturæ*, Ornamenta Præfecti Urbis. Cæremon. Rom. MS. fol. 35 : *Ordo servandus in benedictione et investitura novi almæ Urbis Præfecti a Sixto IV. institutus. Inprimis præparentar hora competenti Vestes perfectionis, videlicet cum cella (l. tunicella) sericea ornata fimbrii (l. fimbriis) auratis et mantum et uuro (l. aureo) limbo circumtextam. Hæc ex edito emendantur.*

\* VESTIS PLENA, Ex panno unius coloris. Lit. remiss. ejusd. ann. ex eod. Reg. ch. 333 : *Quandam tunicam plena Vestem, minime radiatam aat partitam.... induerat.*

† VESTIS RUBRA, βᾶδδῖ, in Gloss. Lat. Gr.

\* VESTIS SCISSA, Certa ratione et curiose incisa. Stat. eccl. S. Laur. Rom. : *Prælati ecclesiæ manicas ad cubitum pendentes et longas cum magna et sumtuosa superfuitate, Vestes etiam scissas retro et in lateribus, cum foderaturis altera oram excedentibus etiam in fissuris deferant.*

† VESTES SCHOLASTICORUM talares cum caputiis, ex Conc. Lugdun. ann. 1449. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 380.

† AD MEDIUM VESTEM VESTIRE, i. e. ad medietatem fructuum colere. Locus est in *Vestire 2*. Vide *Complantare*, et *Mediam*.

\*\* 2. VESTIS, Pro Bestia, ut videtur. Erchempert. Histor. Longob. cap. 51. et Chronic. Salern. cap. 129. apud Pertz. tom. 5. Scriptor. pag. 257. et 538 : *Ita ut terra desolata cultoribus, vestibus et vepribus repleta fatiscat.*

\* VESTITALIS, An pro Versatilis? Libert. Brianc. ann. 1343. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 210 : *Quoniam quæ geruntur in tempore, noverca perimit oblivio, fortana Vestitalis et inopinata, vel vestutas (vetustas) etc.*

† VESTITIO, Actio vestiendi. Jac. Delayto in Annal. Estens. ad ann. 1395. apud Murator. tom. 18. col. 920 : *Hæc equidem simulata Vestitio acta erat in camera quadam secreta, in quam Azzo antequam vestes traderet perituro transiverat. Aliis notionibus, vide in *Vestire 1*. et 2.*

\* *Vestison*, in Charta ann. 1311. ex Reg. 48. Chartoph. reg. ch. 53 : *Laquelle dane Contesse puet et doit prendre de vestisons et faire Vestisons de toutes les choses, censives et rupturieres, vendues et alienées souz la*

*seignorie de ce que ele tient. Vide in *Vestire 1*.*

VESTITOR, Idem qui a *Veste* est, Vestiarus. *Vestitores* divinatorum simulachrorum, apud Julium Firmicum lib. 3. cap. 11. *Deorum vestitores*, cap. 14. qui Deorum statuas vestibus exornabant. Inscriptio Romæ in Exquilis : *D. Phedimo Vestitori M. Aug. Phæder. fratri piissimo*. Alia in Roma Subterr. lib. 3. cap. 3 : *Hic positus est benemeritus El... Vestitori Imperatoris, qui vix... depositus d. viiij. kal. Septembr... Domini Honorii Aug. vi. ccss.* Apud Lampridium in Severo : *Fullones, et Vestitores, et pictores, et pincernæ, etc.* Theophanes, προκένσου δὲ γενόμενον ἐν τῷ Ἐῶδῳ ἀπόλεσαν αἱ βερίτορες τὸ εἶμα τῶ βασιλέως. Quo loco Cedrenus habet βερίτορες. Notus est apud Græculos inferioris ævi Cosmās, cognomento βερίτορος, cujus orationes seu Homiliæ quædam recensentur apud Allatum in Diatriba de Simonib. pag. 94. 95. 100. et alios. [Aliis notionibus, vide in *Vestire 1*. et 2.]

† 1. VESTITUDO. Guillelmus Armoric. de Gestis Philippi Aug. apud Duchesn. tom. 5. pag. 91 : *Eodem anno (1218.) in vigilia Assumptionis quidam latro Anglicus natione cum aliquod diebus in superioribus Vestitudinibus Parisiensis Ecclesiæ latuisset, etc. Rectius Testadinibus in Chron. Alberici ad eumd. annum, ubi eadem habentur.*

† 2. VESTITUDO, Missio in possessionem, investitura. Vide in *Vestire 1*.

† 1. VESTITURA, Quidquid ad vestimenta pertinet. Charta Henrici IV. Imper. ann. 1113. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 632 : *Ad Vestituram aliosque usus fratrum absque omni semper inquietudine permaneant. Ad opus camerarii ad Vestituram fratram, in Hist. MS. Monast. Beccens. pag. 363. Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 1167 : Hanc vero redditum camerario ecclesiæ propter meam Vestituram assignavi. Occurrit aliis notionibus in *Vestire 1*. Vide in *Vestiarium* et *Vestura 1*.*

\* *Vestare*, eadem notione, in Charta ann. 1265. ex Chartul. S. Joan. Laudun. : *Les gens des viles deseur dites doivent convertir par leur sairement chescun en parmentalement en Vesteures et en chauceures cinquantes et quatre sols de Paris, de la somme d'argent que il recevront des vingt livrées de Paris deseur nommées.*

\* 2. VESTITURA PLACITORUM, An idem quod *Servitium placiti*, quo vassalli placitis dominicis interesse debebant; vel Obligatio suppeditandi quidquid tenendis iisdem placitis necessarium erat? Charta Nic. abb. ann. 1196. ex Tabul. S. Joan. Laudun. : *Communes corveias, quas nobis debebant, et etiam Vestituras placitorum generalium..... relaxamus.*

\* VESTITURIA, Census, qui quotannis exsolvitur in signum concessæ *vestiture* seu possessionis ad tempus. Charta Alber. comit. ann. 971. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 116 : *Et tenore, ut dummodo vivo, usum et fructum exinde habeam. Et in festivitate S. Mariæ iiij. Nonas Februarii duodecim denarios in Vestitura persolvam; post meum vero decessum, ad ipsum locum cum omni integritate veniant. In *Vestire 1*.*

*stitura ex alia ejusd. Alber. ibid. pag. 117. Vide in *Vestire 1*.*

† VESTITUS, 2<sup>a</sup> declinat. Vestis, in Actis Episcopi. Cenoman. pag. 93 : *Censivimas vobis... Vestitos duos, et capas duas episcopales, etc. Vide in *Vestire 1*. et 2.*

\* Italis, *Vestito*. Stat. Mantuæ lib. 2. cap. 21. ex Cod. reg. 4620 : *Quo facto demum induatur canisia, Vestito et zona, et vestitas dimittatur in pace.*

\* VESTIZO, Mensuræ species. Charta ann. 1215. ex Cod. reg. 4659 : *De sarcina bestie sal deferentis, Vestizionem anam.*

\*\* VESTRATIM. Probi Ars minor apud Maium Classic. Auctor. tom. 5. pag. 279. Endlich. num. 720 : *Ex his pronomibus sexdecim tantum Varro adverbium ejusmodi secundum sonorum rationem fieri demonstravit.... nostratim, et significat more nostro; vester, Vestratim, et significat more vestro. Habet etiam Virgil. Grammat. pag. 33.*

† VESTROILT et VESTROL, Cognomen Roberti I. Sabolii Domini, ex *Vest*, *Vester*, castrum, et *Holt* idiomatis Burgundici, ut videtur Schiltero in Gloss. Teuton. v. *Fest* : ita ut idem sit qui παραχώλιος. Regest. feudorum Castri Lidi : *Vir quoque ejusdem Hersendis Robertus Vestroilt, et Lisiardus eorum filius. Tabul. S. Albini : Venienti domno Roberto Burgundo et filio ejas Roberto Vestrol. Infra : Hanc recognitionem domni Roberti senioris... viderunt et audiverunt Robertus Vestrol, filias ejus, etc. Apud Menag. Sabol. pag. 151.*

† VESTUARIUM, ut supra *Vestiarium*. Vide in hac voce. Epitome Constit. Eccl. Valent. inter Conc. Hisp. tom. 4. pag. 163 : *Præpositi debent solvere Vestuarium prima die Madii et portionem canonicam prima quoque die sui mensis.*

1. VESTURA, Quidquid ad vestimenta pertinet. Statuta Leprosariæ S. Juliani in Anglia : *Item in festo S. Joannis (habent) 4. solidos pro Vestura.* [Charta Leduini Abb. S. Vedasti ann. 1036. ex Chartul. ejusd. Monast. V. pag. 243 : *Quod si ad equitatum suam vel ad carrucam saam palefrium emerit,.... inde theloneum non dabit. Similiter de Vestura sua et de victu suo.* Testam. Joh. Renawd ann. 1322. apud Madox Formul. Angl. pag. 430 : *Item lego ad expensas meas funerales in cervisia et Vestura pauperum, etc. Occurrit præterea apud Rymer. tom. 8. pag. 51. Kennet. in Antiquit. Ambrosd. pag. 620. etc. La Vie de Jesus Christ MS :*

Failli vous onques fornesture,  
Ne besoingnable Vesteure.

Le Roman de *Vacce* MS :

As mendis Vesteures et à mangier donna.

Vide *Vestitara*.]

2. VESTURA, Possessio. Vide *Vestire 1*. et 2.

† VESTUS, Ager cultus. Vide *Vestire 2*.  
† VESUNTIONENSIS MONETA. Vide in *Moneta Baronum*.

† VETA, A Latino *Fitta*, Provincialibus *Veto*, nostris *Ruban*. Charta ann. 1270. ex Schedis Pres. de Mazauges : *In præsentis instrumento infra scripto pendent duæ ballæ in quadam Veta de filo, in quarum una est imago Episcopi. Alia ann. 1299. ex Tabul. S. Victoris Massil. : In quadam instrumento*



sigillato sigillo... pendent in *Veta* de serico regali. Pro *Vitta* qua vestium extremitas munitur in Statutis Massil. lib. 2. cap. 39. § 2 : *Item, de mantello sendati cum frezio, vel cum Veta, vel profilo xx. den. et sine frezio, Veta et profilo xvi. den.* Pluries ibi. Vide *Neca* et *Reta* 1.

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Veta, Prov. vitta.* Pro limbria, qua vestium extremitas ornatur, in Charta ann. 1382. ex Tabul. Major. monast. : *Duas tuniclas pro subdiacono ejusdem panni, munitas pannis aureis dissimilis coloris, et Vetus seu aurifresis Romanis.*

**VETARE**, Negare, [vel potius Affirmare, contendere falsum esse quod obicitur.] Lex Longob. lib. 1. tit. 4. [\* Liutpr. 71. (6,18.)] : *Et si ipse, de quo dicitur, quod ista mala consiliatus fuerit, Vetare voluerit, quod consilium non dedisset, etc.* Leg. Liuthprandi Regis tit. 16. § 7. [\* 21. (4,3.)] : *Et si Dominus Vetaverit, quod per ipsius consilium factum non fuisset, purificet se ad legem Dei.* [Veer, eadem notione, in Charta ann. 1296. ex Chartul. 23. Corb. : *Ils en prendront congé as devandits Religieux, le quel congé ne porra estre Veer.* Vide mox *Vetatum*.]

\* Chron. S. Dion. tom. 5. Collect. Histor. Franc. pag. 242 : *Constantinus li eupeperes de Constantinoble, qui moult avoit grant uavalent vers le roi Challengain, pour ce que il li avoit sa fille Vée.* Eginhardus ibid. pag. 209 : *Propter negatam sibi regis filiam iratus.*

**VETATUM**, seu **VETITUM**, Locus, ager, pratium, vel silva ubi pascua seu animalia immittere, vel aliud quidpiam facere, quod iis noceat, non licet. Fori seu Consuetudines Jaccæ in Aragonia : *Ganata cum descenderint, nullus audeat furari, vel rapere, vel pignolare ulla occasione, et non jaceant in Vetatis Militum.* Charta Sanctii Ramirezii Regis Aragonum apud Martinezius in Hist. Pinnatensis lib. 3. cap. 27 : *Ipsi vero habeant Vetatos suos in omnibus decanias suis, et in omni loco, ubi ipsi habuerint aliquid facere, ut nullus sit ausus pascere vel intrare absque eorum licentia, neque ego : quod si fecerint, accipiant carnale.* Alia Garsia Regis Navarræ apud Sandovallium in Episcopo Pampilonensib. pag. 70 : *Et de illa arca de Verosain, usque ad Pelagum rotundum de Anoz, sit defensum et Vetatum tam aquarum quam terræ, etc.* Observantiæ Regni Aragon. lib. 7. tit. de Pascuis, § 9 : *Si habeo hereditatem in aliquo loco, in quo non habitem, non possum illam hereditatem Vetare, sic quod non possint ibi depascere ganata illorum habitantium ibi, nec possum illa pignolare, etc.* [Charta ann. 1502. ex Schedis Præs. de Mazangues : *Cum... pratis, pascuis, devensis, Vetatis, etc.*] Bois *vetez*, dicitur vulgarement *Bedats*, velitæ silvæ seu defensæ, in Consuetudine Aquensi cap. 1. art. 12. 18. 20. *Vie vetatæ*, in Charta Ricardi Regis Angliæ apud Samarthanos in Archiepiscopo Turon. uti supra observatum in voce *Defensa* 3.

¶ **VETATUS**, Idem videtur quod *Virgatus*. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. : *Item plus unum alium lectum parvum munitum.... unius scamni sive bancal lanæ virgati sive Vetati et unius sargæ lanæ rubei coloris.*

¶ **VETERAMENTARIA**, Vestes detritæ, aliaque ejusmodi. Leg. municipales Mechliniens. tit. 19. art. 16 : *Tutoribus et curatoribus nihil licitum est ex bonis mobilibus pupillarum eorumque quorum curam gerunt, vendere, sine auctoritate pupillarum magistrorum, eaque ipsa venditio celebrabitur publice per coactores Veteramentariorum a civitate designatos.*

**VETERANA**. Gariopontus lib. 5. Passion. cap. 6. quatuor species turpedinis statuit; primam, quæ dicitur *Stora*; secundam, quæ dicitur *Pustula*; tertiam, *Morbillum*, quæ *Veterana* nominatur; et quartam, quam *Lenticulam* vocant.

¶ **VETERANI**. Vide supra in *Vavassores*.

¶ **VETERARE**, Corroborari, confirmari ex diuturnitate. Bonincontrus in Chron. Modoet. apud Murator. tom. 12. col. 1101 : *In Cremona Veteraverat Guelform potentia, Gibellinis inde longo tempore expulsis.* Vide *Veteratio*.

¶ **VETERARE**, Vtustatem induere. In accessionum et decessionum vicibus ubi *Veteraverunt*, apud Celsum lib. 3. cap. 13. de febribus. Gloss. Lat. Gr. : *Vetero, πάλαιός.*

¶ **VETERARIUS**, Veteramentarius, in Gloss. Lat. Gr. *Veterarius, πάλαιορός.*

¶ **VETERATIO**, Consuetudo. Mirac. S. Walarici tom. 1. April. pag. 28 :

Spargebat proprios hiemis Veteratio canos,  
Manabant nares, lacrymis pluvialibus orbes :  
Illic nos est hiemi : fuit illud mense Novembri.

\* **VETERATOR**, Diabolus, qui Scripturis ecclesiasticis passim *Malignus* et *Malus* dicitur. Chartul. magn. S. Vict. Massil. fol. 42 : *Qui vicerat immundissimum Veteratorem etc.*

**VETERES**, Senes, vetuli, in aliquot veteribus Inscript. apud Meursium in Exercitat. Crit. part. 1. c. 3 : *Arcobrigenses juvenes et Veteres statuum in foro posuere, etc.*

¶ **VETERINARIA**, Ars curandi veterina, Græc. κτηνιατρική. Vetus Interpretes S. Irenæi lib. 2. cap. 32 : *Ab his autem omnem speciem rusticationis, et Veterinariæ, et pastoralis.... ediscere possunt.* De ea scripsit Vegetius. *Veterinaria medicina*, apud Columell. lib. 7. cap. 3.

¶ **VETERIVALLUS**. Vide supra *Sutriballum*.

¶ **VETERNARE**, Abolere, antiquare: Disput. Benedicti Levitæ adv. Felicianos, apud Baluz. tom. 5. Miscell. pag. 32 : *Et e contra Feliciani infandi adoptivum eum (Christum) Veternare contendunt.*

¶ **VETERNOSITAS**, Pigritia, torpor. Fulgent. Mythol. lib. 3. cap. 4. extr. : *Omnis colorate juventutis igniculus torpidæ Veterinositatis algescit senio.*

¶ **V. VETERNOSUS**, Veterator, versutus. Vitæ Patrum Emerit. inter Conc. Hisp. tom. 2. pag. 647 : *In omnium corde florebat perfecta caritas,.... ita nimirum ut devicto antiquissimo hoste ac superato Veternoso dracone, nemo mærore consermatum,.... callidi anguis virulentis stimulis quateretur.*

¶ **2. VETERNOSUS**, Vetustus, apud S. Bernardum tom. 1. Operum ejusd. col. 661. edit. 1690 : *Veternosas omnes (neque enim pauce inveniebantur) abolebat superstitiones.*

¶ **1. VETERNUM**, Vetustas. Vita S. Ge-

rardi Episc. Tull. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1063 : *Instinctu piæ devotionis locum S. Mansueti viri Domini sancto amore excolebat, cujus etiam cœnobium libili Veterno deciduum renovare satagebat.*

\* **2. VETERNUM**, Jaunice, maladie. *Veternus*, qui a la jaunice. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

\* **VETHARE**, pro *Vetare*, in Act. consecrat. eccl. S. Vict. Massil. ann. 1040 : *Vethamus et excommunicamus, etc.* Vide *Vetum*.

\* **VETICULUS**, Vitulorum et juvenearum custos. Stat. Universit. Tolos. ann. 1329. ex Cod. reg. 4222. fol. 73. v° : *Dando eis jocalia, quæ potius sunt pro pastoribus et Veticulis, quam pro bonis hominibus vel magistris.* Vide infra *Vetulus*.

\* **VETIGATIO**, Morbi genus. Vide supra in *Ranfus*.

¶ **VETOCHETUM**. Bulla Innocentii VIII. PP. ann. 1484. in Contin. Magni Bullar. Rom. pag. 287. col. 1 : *Præsetur (Officium Primæ) hora octava cum duabus modis (leg. medicis suppl. campanis) certis Vetocheis intermedii secundum quod est consuetum, etc.* Emendo *Retochetis*, et pulsus campanæ iteratos intelligo, Gall. *Tintemens*.

\* **VETOLIA**, pro *Betolia*, Betula, Gall. *Bouleau*. Charta ann. 1212. in Chartul. archiep. Bitur. fol. 172. r° : *Qui habitabunt domum de Oblatissa, accipiant in nemore quidquid eis necessarium fuerit ad domum ipsam, et de nemore mortuo poterunt accipere truncum principalem, exceptis Vetoiliis, quas tamen capient ad ligando dolia.*

\* **VETRALLA**. Petrus de Vineis lib. 2. epist. 58. edit. ann. 1609 : *Vestram non lateat majestatem, quod Theutonici et Latini stipendiarii vestri, quod (quos) ad frontieriam urbis posueram in Vetralla,..... stipendia sua non habentes,..... ad partis adversæ transfugini, quibus eadem pars duplicata persolvit stipendia, confugerunt.* Vide *Bretachie*.

¶ **VETRARE**, pro *Vetere*, contracte scriptum, in Gloss. Lat. Gr. : *Vetro, πάλαιός.* Melius in MSS. Sangerm. *Vetero*.

\* **VETRARIA**, perperam pro *Ventraria*, Ventris armatura, inter Munit. castr. ex Reg. 34. bis Chartoph. reg. fol. 93. r°. Vide *Ventreria*.

**VETRENERE**. Monachus Sangallensis lib. 1. de Carolo M. cap. 21 : *Cum quidam juvenis cognatus Regis optime in quadam festivitate caneret Alleluia, dixit Imperator ad eundem Episcopum : Bene cantavit modo ille noster Clericus. Qui juxta stultitiam suam joculariter illa verba suscipiens, et illum Imperatoris cognatum esse nesciens, respondit : sic omnes perriparii possunt bubus agricolantibus Vetreneri. Vox asterisco notata, ut incertæ notioni, et mendis suspecta. [Forte more vetulicæ, hoc est cantu languido.] [\* Confer *Vernare*, 2.]*

\* **VETTIS**, VETTUS, Vectis. Comput. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 260. col. 1 : *Qui fecerunt foramina in quibus languantur Vetti portulium S. Anthonii et Carmelitarum.... Pro duabus baguis necessariis ad Vettem guicheti dictæ portæ.*

**VETULA**. S. Audoenus lib. 2. Vitæ S. Eligii cap. 15 : *Nullus in Kl. Januarii ne-*



*fanda et ridiculosa, Vctulus, aut cervulus, aut jotticos faciat.* Pœnitentialis Theodori apud Spelmannum tom. 1. Concilior. Angliæ tit. 33: *De idololatria et sacrilegio, et, qui Angelos colunt, et malficos, ariolos, veneficos, et sortilegos, divinos, et vota reddentes, nisi ad Ecclesiam Dei: et in Calendas Junniarias, in cervulo et Vitula vadit, et Mathematicos, et emissores tempestatum.* Pirminius in Excerptis ex libris Canonic. : *Cervulas et Vehiculas in quadragesima, vel aliud tempus nolite ambulare.* leg. vetulas, aut veticulas. Adde Cumeanum Abbat. de mensura pœnitent. cap. 7. et alios locos, laudatos in v. *Cervula*, in quibus *Vetula*, prisco more, pro *Vitula*, i. juvenca, scriptum contendit Sirmundus: cujus sententiæ accedit etiam Hugo Menardus: quod nescio an verum omnino, cum etiamnum apud nos pueri in bacchanalibus larvatos consequantur inclamantes, *il a fait lu vieille*, id est; *vetulum egit*, seu larvatus vetulæ in morem processit. Testantur præterea Maximus Taurinensis, et Faustinus Episcopus, in sermonibus dictis in Kalendis Januarii, hoc die paganos habitus muliebres assumpsisse, et feminarum specie se deformasse: quod vetat Canon. 62. Synodi Trullanæ, ubi agit de Kalendis et aliis paganorum festis, quæ Christianis interdiciuntur: Ὁρίζοντες μηδ' ἐν ἄνδρα γυναικείνῃ σολῆν ἐνδύσασθαι. Abulfeda in Epochis a Joanne Gravio editis pagin. 102. ait, apud Græcos, sextum et vicesimum *Shabat*, (mensis Februarii) esse principium dierum *vetulæ*, eosque esse septem. [\* Theodor. Liber Pœnitent. edit. Thorp. cap. 27. § 19: *Si quis in kalendas Junuarii in cervulo aut vitula vadit, id est in ferurum habitu se communicant, et vestium pellibus pecudum, et assumunt capita bestiarum; qui vero taliter in ferinas species se transformant, 3. annos pœniteant.* Inscriptio capitis.... *et in kalendas Januarii in cervulo et in vitula vadit.* Confer locum Faustini laudatum in *Cervula*. Pro Sirmundi sententia stat etiam Baluz. ad Regin. lib. 1. cap. 213.]

\* **VETULUS**, ut supra *Veticulus*. Charta ann. 1025. ex Cod. reg. 9612. X: *Dono.... alodium meum proprium, videlicet mansionem de Corileto, cum Veulo meo Bernuino, et ejusdem uxore sua Vetula mea.*

† **VETULONES** et **VETULONISSE**, ut supra *Veglonis*, apud Mabillon. in Itin. Ital. pag. 15.

**VETULUS DE MONTANIS**. Vide *Senex de Montanis*.

† **VETUM**, Vetitum, interdictum; a *Vetare*, prohibere, interdicare, nostris *Veer*. Litteræ Caroli V. Reg. Franc. ann. 1370. tom. 5. Ordin. pag. 330: *Possint... facere prohibitionem et Vetum apponere... et quod ipsi Consules dictam prohibitionem et Vetum ad tempus possint suspendere et removere, etc.* Eiusdem est originis vox *Vedar* quæ Provincialibus interdiceret et excommunicare sonat. Satyra Bertrandi d'Allamanon in Archiep. Arelat. :

Car hom Vedat  
Vedar non ni porra.

Hoc est, Excommunicatus me excommunicare non poterit. *Vedar, dededar, defendre*, in Diction. MS. Nostradamus.

\* Nostris *Vée* et *Vehe*. Constit. MSS. Jac.

II. reg. Aragon. ann. 1321: *Statuimus quod inhibitio seu Vet, quod ibi positum est in victualibus non extrahendis usque ad messes, intelligatur quod duret usque ad primam diem mensis Junii.* Charta ann. 1343. ex Chartul. S. Vinc. Laudun. : *Maiteniens estre en suisine de faive les Vées et les des-veés par nostre justice.* Libert. villæ d' Aigueperse ann. 1374. in Reg. 198. Chartoph. reg. ch. 360: *Item que lesdiz consoulz puissent..... mettre et oster..... les Vetes ou crées, etc.*

\* **VETUS**, Eadem notione. Charta ann. 1337. in Reg. 101. Chartoph. reg. ch. 103: *Quod dictus douinus dalphinus nec ejus hæredes seu successores in dictis castris, vel eorum mandamentis interdicta, vel prohibitiones aliquas, sive Vetos facere non possint.*

† **VETUM VINI**, pro Certo dierum spatio, quibus *vetitum* est vinum vendere, idem quod alibi *Bannum vini*. Vide in *Bannum* 1. Judicium ann. 1131. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occit. col. 460: *Vetum vini, ita ut per totum Augustum mensem vinum non vendatur ab aliquo in tota villa Biterrensi, nec aliunde emptum ibi aportetur, nisi ab Episcopo.* Vide *Devetum* et supra *Vetatum*.

\* *Vete* autem Armorum genus est, in Stat. pro Bono publico art. 6. in Lib. rub. fol. magn. domus publicæ Abbavil. : *Item des coutiaux, des Vetes, des funcons et de toutes autres armeures deffendues, que nulz soit si hardis qui les porte.*

† **VETURERIUS**. Vide in *Veturius*.

† **VETUS DE MUSSA**. Vide in *Senex*.

† **VETUSTARE**, Vetustescere, Columellæ, Gall. *Vieillir*. Charta de Aquariatu de Talmundo ann. 1366: *Et quando dictæ botæ fuerint Vetustate seu disrupte, tunc dictus Aquarius tradet dictis religiosis antepedes.*

\* Nostris alias *Enviesir* dixerunt de re, quæ usu detrita est: unde *Enviesissure*, ipsa detritio, vulgo *Usure*. Charta ann. 1235. ex Chartul. S. Petri Insul. sign. *Decanus* fol. 129. vº: *Les maisons doit li censier maintenir, fors que d'Enviesir, et se gros mairien i mettoit, rendre li doit on à l'issir.* Charta Rob. abb. Marchien. ann. 1312. in Reg. 48. Chartoph. reg. ch. 106: *Et se en aucun temps, tant comme il le (manoir) tenront, gros marien y falloit par Enviesissure, liverer leur devons.*

\* **VETUSTITAS**, pro *Vetustas*; *Senectus*, ætas protracta. Vita S. Macnisci tom. 1. Sept. pag. 665. col. 1: *Mulierem quandum, quindecim antea annis partu præ Vetustitate privatam, virtute orationis parere filium fecit.* *Vieilleur*, pro *Vetustè*, in Charta an. 1366. inter Probat. tom. 3. Hist. Burg. pag. 16. col. 1: *Quand lesdites fourches ou gibets sont cheues et démolies par Vieilleur ou autrement, etc.* *Viols*, pro *Vieil*, senex, in Vita J. C. MS :

Joseph commencent à gaber  
Qui à la Virge estoit venus,  
Pour chou qu'il ert Viols et chenus.

\* **VEVAGIUM**, Jus quod viduæ, præter dotalitium, competit, practicis nostris *Droit de veuve*. Arest. ann. 1367. 7. Mart. in vol. 5. arestor. parlam. Paris. : *Ipsa*

*domina in eadem curia nostra bonis mobilibus omnibus et singulis ubicunque existentibus ac debitis universis dicti quondam mariti sui..... omnino renunciavit,..... retentata seu protestatione per eandem facta de retinendo et petendo... dotem seu dotalitium sibi promissum,.... ac etiam suum Vevagium.*

† **VETYSYA**, ut *Vechia*, nisi etiam ita legendum est. Vide in hac voce. Charta ann. 1236. ex Tabul. S. Quintini in Insula pag. 301: *Quosdam garbas pisorum, Vetyssarum, bladi et aliorum leguminum, etc.*

† **VEVASORES**, ut *Vavassores*. Vide ibi.

\* **VEUGLARIA**, Gall. *Veuglaire*, inter machinas bellicas jaculatorias recensetur, in Lit. ann. 1432. ex Reg. 174. Chartoph. reg. ch. 235: *Canons, bombarders, Veuglaives, poudre, trait et autre artillerie, etc.* Aliæ 1434. ibid. ch. 313: *Canons, Veuglaives, coulevrines, etc.* *Veuglaire* præterea legitur in Hist. Caroli VII. pag. 10. 122. et apud Monstrel. vol. 1. cap. 78. *Vuglaire*, in Lit. remiss. ann. 1455. ex Reg. 187. ch. 93.

† **VEURA**. Charta ann. 1133. inter Instr. tom. 2. Gall. Christ. novæ edit. col. 60: *Do itaque illi totam terram Carignici planam atque arabilem, quæ est a fonte qui Torchanessa dicitur, usque ad fontemjusti in longum lulumque porrecta, solum Veuram mihi retinens, quæ inter utrumque fontem media statione succrevit. Partem tamen ejusdem Veure quæ ad austrum respicit a parvula senita, quæ in transversum ducitur, una cum prutulo quod eidem adjacet et adhæret, prædicto heremitæ condono. Legendum fortasse Vuura. Vide in hac voce.*

\* Malim ego *Veura*, quam *Vaura*; rursum quippe legitur in Charta ann. 1120. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 26: *Ex una parte dividit filius vallis Veure jocularis, ex alia parte dividit grossum nemus, ex vero alia parte Veura runsata et rivus qui ab inde venit, sicut est usque ad Veuram jocularis. Ubi Veura runsata ager dumetis consitus significatur firmaturque explicatio proposita in Veura.*

† **VEUTA**, a Gall. *Veue*, inspectio rei de qua litigatur. Practicis nostris *Veue* et *Monstrée*: quod Statuto ann. 1667. tit. 9. art. 5. antiquatum est. Præceptum Philippi VI. Reg. Franc. ann. 1347. tom. 2. Ordin. pag. 267: *Ut partes ipsas super locum contentiosum, si casus sit talis quod sit opus inspectione seu Veuta, convocaret, seu adjournaret.* Vide ibi *De Lauriere. Venta*, perperam pro *Veuta*, in Edicto ejusd. Reg. ann. 1344. ibid. pag. 218. et in vet. Stilo Parlamenti cap. 11. Statutum Johannis Reg. ann. 1363. tom. 3. earumd. Ordin. pag. 652: *In eodem parlamento, si fieri possit, certa dies concedatur ad Veutam faciendam, et Venta facta ad garandum adduceendum, quem garandum, si quem habere voluerit, per executorem ud Veutam fuciendam deputandum, adjornari facere tenebitur. Vide Ostensio, et infra Visus.*

\* Arest. parlam. Paris. ann. 1473. in Lib. pitent. S. Germ. Prat. fol. 215. rº: *Pro parte vero dictorum defensorum plura in contrarium facta et rationes propositæ, extitissent ad finem seu fines, quod diceretur et declararetur præfutur actorem certamque Veutam per eum in rebus contentiosis factum*



inadmissibiles fore, ac quod super dicta Vexata idem defensores procedere minime tenebantur..... In loco in quo dictus actor Vexatam seu ostensionem fecerat etc. Bello-maner. MS. cap. 35 : *En Normendie a tele coustume en aucuns liex, que Vexes d'iretages ne se paent faire entre loies personnes, se il n'i a quatre chevaliers a faire la Vex.*

¶ **VEXA**, Vexatio, apud Bern. de Breydenbach in Itin. Hierosol. pag. 225 : *Igitur redempti a Vexa per datas pecunias, etc.*

\* **VEXALLUS**, pro *Vassallus*, feudatarius. Charta Geraldii abb. ann. 1334. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 246 : *Item debet habere idem navescallus... vestes nobilium feudatium Vexallorum nostrorum, sive sint viri, sive sint mulieres.* Vide in *Vassus* 2.

**VEXATICUS**, Papiae, *Inergumenus*, qui a *Demonio* arguatur. MS. habet *Vexatas*. *Vexaticus*, apud Braulionem in Vita S. Æmiliani cap. 28. edit. Bivarii.

¶ 1. **VEXATIO**, Erogiatio, profusio. Cod. Theod. lib. 12. tit. 1. leg. 27 : *Dignitatis infalas sedla familiaris rei Vexatione mercantur.*

\*\* 2. **VEXATIO**, Vectura. Chart. ann. 1150. apud Guden. Cod. Diplom. tom. 1. pag. 203 : *Ad subministracionem ignis ad Vexationem unias planstri continuam ex nostro tradidimus nemore.* Ubi forte legendum *Advexationem*. Comput. sec. xiv. apud Haultaus. in Glossar. German. col. 539. voce *Fron-furen* : *Servitia et Vexationes ad currus imperatoris, etc.*

¶ **VEXATIVUS**, Acutus, acer. Conc. Avenion. ann. 1209. apud Acher. tom. 2. Spicil. pag. 610 : *Vulnere quæ levia fomenta non sentiunt, mordicativis, seu Vexativis remediis curari oportet.* Cælius Aurel. Acut. lib. 2. cap. 29 : *Utitur etiam cum his potionibus Vexativis, absinthio infuso et thymo decoctis... Quæ omnia... sant acra, et propterea tumori contraria.*

¶ **VEXELAMENTUM**, Vasa, vasarium, supellex. Excerpta et Instr. visitat. Simonis Archiep. Bituric. ann. 1284. apud Mabill. tom. 2. Analect. pag. 621 : *Ceterique officiales domini cum sammariis ad argentum et Vexelamentum argenteum benigniter cum hilaritate vultu ibi fuissent recepti, etc.* Vide *Vessella*.

¶ **VEXELLUM**, Vas vinarium, ni fallor, in majori Chartul. S. Victoris Massil. fol. 101 : *Dodo et uxor sua dederunt S. Victori inter alia anum torcular et unam Vexellum.* Tabul. ejusd. Abbat. : *In villa Tarasco de duabus Vexellis tertiam partem.* Vide supra *Vassellum* et *Vessell*.

¶ **VEXENDA**. Statuta Montis Regal. pag. 307 : *Item statutum est quod bestie cavalline portantes Vexendas in dictis alpinibus, non teneantur solvere dictum alpogium, nec aliqua alia bestia, quæ non staret in dictis alpinibus juxta per tres dies. f. Vexenda, onus, sarcina.*

¶ **VEXILLAIA**, *Impetas fortis carrorum*. Gloss. Isid. Leg. *castrorum* ex emendatione Grævii. Vulcanius edidit *Vexillo*.

¶ **VEXILLARIA**, Officium, munus, dignitas *Vexillarii*. Bulla Bonifacii VIII. PP. inter Conc. Hisp. tom. 3. pag. 536 : *Quibus casibus ad exsequendum hujusmodi Vexillariæ, capitaniæ et admiratiæ officium*

modo predicto dictus Rex Aragonum se astringet. Vide mox *Vexillarius*.

**VEXILLARIUS**, Vexillifer, in vet. Inscript. apud J. Spon. tom. 3. Itiner. pag. 79. Gruter. 753. 4. et apud S. Cyprianum Epist. 30. sub finem. In Charta ann. 1309. Jacobus Rex Aragon. S. Romanæ Ecclesiæ *Vexillarius*, *Ammiratus ac Capitaneus generalis* inscribitur. [Idem legere est in Charta ann. 1299. ex Tabul. S. Victoris Massil. et in Epist. Frederici Reg. in Chron. Sicil. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 83. Nicolaus Specialis de Reb. Sicul. apud Murator. tom. 10. col. 970 : *Pandit ergo Vexillarius signa Regis, castra movent, etc.*] Necrologium S. Stephani Autisiodor. : *Pridie Nonas April. obiit Leotericus Vicecomes, hujus Ecclesiæ Vexillarius.* Vide *Vexillator*, *Vicedominus*.

**VEXILLARIUS**, Miles *Banneretas*. Vide in hac voce.

**VEXILLATIONES**, de equitibus proprie dicebantur ut *legiones* de peditibus, quia per turmas et vexilla divisi equites, quomodo nostri etiamnum dicunt *une Cornette de Cavalerie*, pro turma equitum. Vegetius lib. 2. cap. 1 : *Equitum alæ dicuntur, quæ nunc Vexillationes vocantur, ab eo, quod velis, hoc est, flammalis utuntur.* Adde Cedrenum pag. 169. Ejusmodi autem *Vexillationum* passim mentio in Notitia Imperii, et in Cod. Th. leg. un. de Bonismilit. (5,4.) leg. 22. 23. Cod. de Erogiat. militaris annonæ (7,4.) [De *Vexillationibus* et *Vexillariis* præ cæteris consulendus Schelius ad Hyginum de castrametatione.]

**VEXILLATOR**, Vexillifer. In Monastico Anglic. tom. 1. pag. 372 : *Gilbertus Tison, Domini Regis Angliæ summus Vexillator* inscribitur in ejusdem Diplomate. Philippus Mazerius in Vita S. Petri Thomasi cap. 4 : *Misit Dominus Apostolicus vexillum sanctæ Crucis et Ecclesiæ eidem Regi (Ungariæ) tanquam Vexillatori inclyto, etc.* [Vide *Vexillarius* et in *Vexillam*.]

¶ **VEXILLIFERATA**. Vide mox *Vexilliferi*.

**VEXILLIFERI HEREDITARIJ**. Ordericus Vitalis lib. 3. ann. 1066. pag. 493 : *Radulfus de Conchis, Rogerii Teonitis filius, Normannorum signifer.* Charta Ludovici Imp. ann. 1328. pro Castruccio Duce Lucæ, apud Freherum tom. 1. Rerum Germanic. parte 2. pag. 31 : *Te pro te et successoribus tuis, et a te per lineam masculinam natis et nascituris in perpetuum ipsius Ducatus Ducem et Vexilliferam nostrum, et sacri Romani Imperii abilibet... promovemus.* Idem porro munus, *Vexilliferata* infra dicitur.

**VEXILLIFERI MILITES**. Vide *Bannereti*.

¶ **VEXILLIFERI REGI** dicti ii, quibus *Auriflammam* deferendam committebant Reges Francorum, apud Scriptores nostros passim. Vide Gallandum de Vexillis Franc. pag. 43.

¶ **VEXILLIFERI**, Supremi apud Florentinos, Bononienses, Lucenses et alios Magistratus, sub quibus armatus coiret populus. Poggius in Orat. funebri Leonardi Aretini, apud Baluz. tom. 2. Miscell. pag. 256 : *Functus est etiam summus magistratus civitatis. Nam bis ex Decemviris summo civium favore factus fuit, Vexillumque societatis tribus gessit, ac ex Prioribus unus*

creatus est. Ad id quoque (quod præcipuum est in civitate) Vexillum pervenisset, nisi mors vivendi finem attulisset. Idem lib. 1. Hist. Florent. apud Murator. tom. 20. col. 197 : *Capitanum sibi populus, et duodecim seniores ac Vexilliferos viginti, quorum consilio Respublica administraretur, instituunt... Decennio post Vexillifer justitiæ, trigesimoque deinde anno daodecim viri, qui Boni appellantur electi, et numerus viginti Vexilliferorum ad sedecim redactus.* Jac. De Layto Annal. Estenses apud eund. Murator. tom. 18. col. 971. ad ann. 1402 : *Et factis comitiis solitis electi fuerunt Antiani et Vexillifer justitiæ atque alii officiales more suo, per quos esset Respublica (Bononiensis) administranda.* Litteræ Maximiliani I. Rom. Imper. pro Republica Lucensi apud Ludewig. tom. 4. Reliq. MSS. pag. 320 : *Et in singulis locis dicti territorii Antianos, Vexilliferam, justitiæ Consiliarios et alios quoscumque magistratos ordinarios, etc.*

\* Hist. Sicula Bonincont. part. 3. apud Lamium in Delic. erudit. ad ann. 1285. pag. 55 : *Quo tempore Florentini sex cives in magistratu bimestri creaverunt, quos priores artis appellaverunt, et non multo post, quasi consulis loco unæ electas est, quem justitiæ Vexilliferum dixerunt.*

¶ **VEXILLIFERI**, Exercitus Duces, ni fallor, in Chron. Jac. Malvecii apud Murator. tom. 14. col. 883 : *Igitur Brixiani se ad belli certamina præparantes, militum acies quatuor instituerunt. Vexilliferos habuere, quorum hæc sunt nomina : Jacobus de Confaloneriis, Pontecelaas de Meyrano, Manuel de Contesio, alterius nomen non retinemus... Erant quippe hi quatuor generosi Milites; stantantque popularium quatuor acies, et unaquæque uno Vexillifero ducebatur.*

**VEXILLUM**, Signum Crucis : *Cruz* enim est *vexillum Christi*, et *signum triumphi sui*, inquit Durandus lib. 1. Ration. cap. 6. n. 26. Innocentius III. in Epist. ad Archiepiscopum Trinovitanum, in Gestis ejusdem PP. pag. 61. *Crucem, Vexillam scilicet Dominice passionis appellat.* Hinc in Hymno : *Vexilla Regis prodeunt, etc.* Paulinus lib. 2. de Vita S. Martini :

Protinus antetulit sanctum et venerabile sigoum,  
Et crucis objecto prope veicoctibus obstat,  
Gressus et instabiles Vexilli pondere sistit.

Infra :

..... Tum rursus eodem  
Vexillo, atque ipso libertas reddita sigou.

Lib. 4 :

Magna Crucis sanctæ melius, sigoumque salutis.

Lib. 5.

Vexillum complexa Crucis, sigoumque salutis.

Prudentius in Hymn. :

Die triumphalem Crucem,  
Pange Vexillum, notatis quod refulget frootibus.

Victor Vitensis lib. 1 : *Inter alios ventam est tunc ad Armogastem nostram, cujus cum diu ac sepius tibias torquendo tamentibus confringerent cordis, et frontem, in qua Christus Vexillum suæ fixerat Crucis, rugant magisque aratam descendentes atque mugientes ostenderent nervi, etc.* Lib. 2 : *Simulque l'exillo Crucis consignantibus oculos*



*ejus*. Gregor. Turon. lib. 10. Hist. cap. 29 : *Manus singulis cum Vexillo Crucis impo- nens, sanitati reddebat*. Adde eundem de Vitis Patrum cap. 11. S. Eulogius in Apo- loget. : *Continuo Vexillo Crucis frontem præ- miniens*. Paulus Diaconus Emeritensis in S. Masona Episcopo Emerit. cap. 9 : *Statim- que in nomine Domini, edito Vexillo Crucis sanctissimæ, Sacerdos ascendit equum fero- cem, etc.* Adde S. Hieron. Epist. 25. in Isaiam cap. 49. in Hierem. cap. 32. in Gal- lat. cap. 4. in Vita S. Antonii, et alibi non semel, Paulum Diac. Casin. lib. de Mirac. S. Benedicti Casini patris n. 33. Vitam S. Arnulfi Episc. Metensis cap. 10. 20. Vitam S. Eremberti Episc. Tolosani cap. 5. Fortu- natum in Vita S. Paterni Episc. cap. 5. Vitam S. Aniani Episc. Aurel. Vitam S. Leutfredi cap. 19. Ethelwlfum in Abbatib. Lindisfarnens. cap. 20. etc.

¶ **VEXILLA CHRISTI**, duncupantur In- strumenta passionis ejusdem, in Charta Jo- hannis Reg. Franc. ann. 1360. pro S. Ca- pella Paris. ex Bibl. Reg. : *Nos autem præ- missorum consideratione et attenta devotione quam nostri prædecessores ad ecclesiam seu capellam prædictam ac sacratissima Christi Vexilla que in ea sunt, efficaciter habuerunt.*

¶ **VEXILLUM, Lavarium**, pro *Labarum*, ex vet. Gloss. apud Turneb. Advers. lib. 28. cap. 6.

**VEXILLI BELLICI** benedictio, habetur in Ordine Romano sub finem, quæ etiamnum usurpatur. Coactis enim cohortibus vel cen- turiis, ea ab Episcopo benedicuntur, quod etiam apud Byzantinos factitatum docet Leo Imp. in Tacticus cap. 19. § 22 : *Καὶ πρῶτον μὲν πρὸ τοῦ ἀποκινήσαι, ἀγιασθήτωσαν ἅπαντα τὰ φάλαγγα τῶν δρωμένων ἐκᾶςου διὰ θείας τῶν ἱερέων ἱερουργίας, καὶ εὐχῆς ἐκτενοῦς πρὸς τὸν τῶν ἄλων θεῶν ὑπὲρ εὐδοκίας τοῦ στρατοῦ κατὰ τῶν πολεμίων.* Quorum verborum sen- sum non cepit interpretes. [Ita rursus cap. 13. § 1.] Adde Ceremoniale Romanum lib. 1. sect. 7.

**VEXILLI LINGULÆ**, apud Ordericum Vi- talem lib. 9. pag. 754. Vide *Flanmula*.

**VEXILLUM REGALE**, Regis Franciæ scilicet præcipuum, ex serico careruleo, liliisque interstinctum, quod vulgo *la Bannière de France* appellamus. Will. Brito lib. 10. Philipp. de Prælio Bovinensi :

..... Nec Montinianum  
Galonem taceam, qui mente immobilis ut mons,  
Vexillum Regale die portavit in illo.

Alibi :

Ante tamen Regem signum Regale ferebat  
Montiniacensis vir fortis corpore Galo.

Rigordus de eodem prælio : *Signum regale Vexillum scilicet floribus liliis distinctum ferebat Galo de Montiniaco.* Guillelmus *Guiart* de eodem Galone :

Gales de Montigni porta,  
Ou la Chronique faus m'enseigne,  
De fin azur luisant l'enseigne  
A fleurs de lis d'or aournée,  
Prés du Roi fut celle journée,  
A Pendroit du riche estendart.

Atque hinc error eruitur Philippi de *Mous- kes*, Auctoris Chronici Senoniensis cap. 15. Tillii, et aliorum, qui Galonem de Montiniaco *Auriflammam* in prælio Bovi- nensi detulisse scripsere. [\* Ut efficitur ex

Annal. Victor. MSS. ad ann. 1214 : *Tunc communiarum legiones de tota Picardia, Vi- romandia et Francia cum vexillo S. Dyonisii venerunt ad locum, ubi Vexillum Regis vi- derunt, quod ferebat illa die Galo de Monti- gnaco, et penetrantes cunctos se posuerunt ante regem.*] Idem *Guiartus*, quo loco de- scribit prælium initum inter Carolum Si- cilie Regem et Manfredum :

Més quant les banieres avisent,  
Ou les fleurs de lis d'or reluissent, etc.

Et infra :

Tuit vont vers l'enseigne Roial,  
Ou les fleurs de lis d'or esgardent;  
Le Roi et li sien, qui le gardent,  
Qui sont tres hardi fereut, etc.

Idem Scriptor ann. 1191. de Obsidione Acrensi :

Gens d'armes les portes approchent,  
En espoir que leur flo s'i fiere,  
Pres de l'une est ja la baniere  
D'azur, fut sus cendal parfaite,  
Et à fleurs de lys d'or pourtraite,  
Hardis est celui qui la porte,  
Car il va sans qu'il se resorte,  
L'escu au col, la teste encline, etc.

Rursus ann. 1205 :

Puis porte en la mestre tour  
A la fenestre derreniere,  
Au roi de France la baniere,  
A fleurs de lys d'or bien apertes.

[\* Insignia regia ponendi in vexillis suis aliquando episcopis concessa facultas. Id privilegium episcopo Vivariensi tribuit Phi- lippus Pulcher. Charta ann. 1307. ex Reg. 122. Chartoph. reg. ch. 294 : *Portare debet episcopus arma nostra-regia et eis uti in Vexillis et sigillis.*]

¶ **VEXILLUM PANDERE**, Signum subeun- dæ pugnæ. Vide supra in *Russatus*.

**VEXILLA SUBMITTERE**, in signum deditionis. Pacatus in Panegyrico : *Aliquanto melius manus illa consuluit, quæ submissis precabunda Vexillis petiit veniam necessi- tatis.*

**VEXILLI ERECTIO** in altioribus urbium vel castrorum turribus, supremi domini symbolum fuit. Tudebodus lib. 3. pag. 802 : *Comes S. Egidii, qui in montanea ante castellum astabat, jussit ei portare Vexil- lum. Ille autem accepit illud cum gaudio, et misit illud in majorem turrim.* Adde pag. 808. 812. Ordericus Vitalis lib. 10. pag. 773 .. : *Protinus illi, custodibus egressis, cunctas urbis munitiones nacti sunt, et in principali turre Vexillum Regis cum ingenti trophæo levaverunt.* Will. Tyrius lib. 13. cap. 13 : *In signum ergo victoriæ super eam turrim, quæ portæ civitatis imminet, positum est Domini Regis Vexillum : super autem eam, quæ dicitur Viridis, domini Ducis Venetiæ; super eam autem, quæ dicitur turris Tanariæ, Domini Comitis Tri- politani, cum multa gloria sunt collocata Vexilla.* Idem Will. Tyrius lib. 14. cap. ult : *Sic itaque fœdere completo, pace plenius restituta, Vexillo Imperiali super principalem præsidii arcem collocato, donis ingenti- bus cumulatus, cum suis Princeps (Antio- chenus) in civitatem est regressus.* Albertus Argentin. ann. 1349 : *Carolus Rex hoc au- dito statim Banerium suum, quod dicitur Sturinus, super turrim Ecclesiæ Spirensis constituit.* Charta Signis uxoris Centulli

Comitis Astaracensis in Regesto Comitum Tolosæ Camera Comput. Paris. fol. 109 : *Et ibi super turrim Castrî novi, et super turres et portalia aliorum suprascriptorum locorum, ratione et jure majoris domini fecit ascendere Vexillum, seu banneriam dicti Domini Comitis Tolosani, et ex parte ipsius ter præconizari et clamare alta voce signum dicti domini scilicet Tolosani.* Tabularium Ecclesiæ Uzeciensis ann. 1223. fol. 20 : *Cogoverunt Episcopi quod Castrum de Montalen tenent ab eo et ab Ecclesia Uticensi, et est verum, et Episcopus debet illud recu- perare, et Vexillum suum levare in mutatio- ne Episcopi et domini de Salve.* Ibidem ann. 1209. fol. 56. 57 : *Petrus Bremundi mandato et voluntate D. Comitis reddidit causa recognitionis Petro de Yllanicis Vexillifero et Procuratori D. R. Episcopi, et per eum D. Episcopo et Ecclesiæ Uticensi Castrum, ... ubi idem Petrus de Yllanicis levavit vexil- lum S. Theodorici, scilicet Leonem rubeum, et fecit clamare signum S. Theodorici pro Episcopo Uticensi.* [Charta jurium Comit. Biterr. in civitate Albiensi ann. 1252 : *Item quando idem dominus Rex fecit transitum per terram Albiensem, tunc cives Albienses præstiterunt eidem sponte juramentum fide- litatis tanquam domino, Vexillum ipsius fuit appositum supra ecclesiam cathedralem et fuit præconisatum pro ipso in eadem civitate.*] Tradit Auctor Chronici Alexandrini, cum Jovianus Nisibim Persis concessisset, Jun- nium, Persarum Satrapam urbem ingres- sum, mandato Regis Persarum εἰς ἕνα τῶν πύργων σημεῖον περιεῖλον erexisse. Constantinus Porphyrogenit. lib. de Administrando Im- perio cap. 46. ait, Constantem Patricium, capto Adranutzio, vexillum Imperatorum in mœnibus erexisse, ἕνα γῶσι πάντες τοῦ βασιλέως εἶναι ἀπὸ τῆς σήμερον ἡμέρας τὸ τοιοῦτον κέστρον. Ejusmodi porro vexilli erectio et elevatio non modo supremi do- minii; sed et reddibilitatis Castrî Symbo- lum fuit, quo scilicet vassallus profitebatur, se redditurum Castrum suum domino irato et pacato, et quotiescumque vellet. Chartam ann. 1433. descripsit Dionysius Salvaingus lib. de Usu Feudor. cap. 8. in qua hæc verba sæpius repetuntur : *Quandam Banneriam armis Delfini depictam in Donjono castrî affixam, tenendam ibidem et remanendam nomine Delfinali spatio trium dierum naturalium, in signum reddibilitatis, domini que directi, et superioritatis, etc.* Adde Gesta Dominor. Ambasiæ cap. 5. num. 1. et quæ a nobis sunt observata in Dissertatione 12. ad Joinvillam pag. 219. 220. [Vide *Pannus* 5.]

\* Ut vexilli erectio in altioribus urbium vel castrorum turribus, supremi domini symbolum fuit, ita illius ad portas muros- que civitatum appensio, signum fuit rebel- lionis incolarum. Lit. Phil. V. ann. 1319. in Reg. 55. Chartoph. reg. fol. 72. r.º : *Jamque (Flamengi) Vexilla sua ad portas et muros villarum in signum rebellionis aperte sueque contumacionis nequitie po- suerunt.*

**VEXILLUM DUELLO AFFIXUM.** Metro- polis Salisburgens. tom. 3. pag. 501 : *Abren- nunciavit omni querelæ, quam fecerat super patrimonio Comitis Sigobronis, ... et hoc factum est Stoyle sub Vexillo Ducis Austriæ*



duello affixo. Hujus rei testes sunt, etc. insuper omnes, qui aderant sub Vexillo Ducis.

VEXILLA ECCLESiarUM, Quæ in publicis stationibus seu processionibus cum Cruce et funalibus ac cereis efferuntur: et iisque peractis in ipsis ædibus sacris appendi vel erigi solent. Honorius Augustod. lib. 1. cap. 72: *Cum ante nos Crux et Vexilla geruntur, quasi duo exercitus sequuntur, dum hinc inde ordinatim cantantes gradiuntur.* Durandus lib. 6. Ration. cap. 102. n. 8: *Portantur etiam Vexilla ad representandum victoriam Resurrectionis et Ascensionis Christi, qui cum magna præda celos ascendit.* Infra: *Quod vero Cruces et Vexilla portantur, a Constantino sumpsit initium: qui cum in somnis Crucis signum vidisset, eique dictum fuisset: Vinctus in hoc signo, jussit Crucem in Vexillis bellicis insigniri, etc.* Gregorius Turon. lib. 5. Hist. cap. 4: *Cum psallentes de Ecclesia egressi, ad sanctam Basilicam properarent; hic post Crucem præcedentibus signis, equo superpositus ferebatur. Nisi hoc loco signa, id est, campanule, intelligantur, quod puto.*

\* Ordinar. MS. eccl. Senon.: *Attendendum est etiam, quod a Pascha usque ad octavam Penthecostes, non est deferenda crux sine Vexillo ad processionem, nisi ad officium mortuorum.*

Ea vero Ecclesiarum vexilla in præliis et bellis præferri solebant, cum Ecclesie ipsæ, vel earum rectores ac Prælati, vasallos suos in prælium educere vellent, aut ad hoc tenerentur. Anonymus in Vita S. Joannis Archiep. Eboracensis: *S. Joannis Beverlacenensis Vexillum assumptum ab Athelstano, (Rege Angl.) quo tempore debellavit Scotos.* Ricardus Prior Hagustaldensis, de Bello Standardico: *Tunc Crucem suam, et S. Petri Vexillum, ac suos homines tradidit eis, (Turstinus Archiep.)* Sed et Parochiani, iis in casibus, præcunctibus Ecclesiarum suarum vexillis ad bella procedebant. Ethelredus Abbas Ricvall. de eodem Bello Standardico, ann. 1138: *Turstinus Archiepiscopus per totam diocesis suam edictum Episcopale proposuit, ut de singulis parochiis, Presbyteris cum Cruce et Vexillis, reliquisque Sanctorum præcunctibus, omnes, qui possint ad bella procedere, ad proceres properassent, Ecclesiam Christi contra barbaros defensuri.* Ordericus Vitalis lib. 8. pag. 705: *Igitur Quadragesimali tempore Rex Franciæ et Dux Normanniæ Brehervallum obsederunt, ibique fere duobus mensibus laboraverunt. Illic Presbyteri cum Parochianis suis Vexilla tulerunt et Abbates cum hominibus suis convenerunt.*

Asservabantur porro ejusmodi Ecclesiastica vexilla in ipsa Ecclesia, ubi, et qui ca delaturi erant in præliis, benedictione consecrata, recitatis ad id ab Episcopo aut Sacerdote precatiunculis, accipiebant, finitoque prælio ad eundem locum, unde sumta erant, reportabant. Ægidius Monach. Aureæ vallis cap. 101: *Proxima ergo tertia feria... dictus Raso in medio majoris Ecclesie, ut est moris, armatur, et Vexillum accipiens cum civitatis populo urbem egreditur. Et infra: Regrediens itaque primo mane vigiliæ Ascensionis Domini, Vexillum reportavit recollocans in S.*

Altari S. Trinitatis, unde illud sumpserat. Radulfus de Rivo cap. 7: *Lambertus de Upex miles strenuus sacrum B. Lamberti Vexillum, in medio Ecclesie Leodiensis cum benedictione, e manu Episcopi, more prisco, accepit.* Id ipsum de vexillo S. Dionysii factitatum pluribus a nobis observatum in Dissertat. 18. ad Joinvillam. Super altare posita observat præterea Durandus lib. 1. Ration. cap. 3. n. 32: *Vexilla etiam super altare eriguntur, ut triumphus Christi jugiter in Ecclesia memoretur, per quem et nos de inimico triumphare speramus.* Ditmarus lib. 6. pag. 65. scribit Luizicos, seu Lusatios Slavos vexilla sua in fano Radagastensi asservasse, eaque nisi ad expeditionis necessaria, nullatenus mota. Vide alia a nobis observata in voce *Advocati*.

VEXILLUM S. DIONYSII. Vide *Auriflamma*.

VEXILLUM S. MARTINI, Illud fuit, quod Monasterii S. Martini Turonensis proprium erat, et a Comitibus Andegavensibus, tanquam loci istius Advocatis, in bellis Monachorum et Canonicorum deferri solebat. Ex quo enim Ingelgerius Comes Defensor Ecclesie S. Martini a Monachis et Canonicis constitutus est, quod exerte traditur in Historia Andegavensium Consulm, et in Chronico S. Martini, Andegavenses Comites, ut *Advocati*, ejusdem Monasterii Signiferi fuere. *Advocatorum* enim peculiare id munus fuit, ut supra docuimus. Atque hi quidem non in Monasterii duntaxat, sed et in privatis bellis, illud efferebant. Rituale S. Martini Turon.: *De Comite Andegavie, ipse habet Vexillum S. Martini, quoties vadit in bello, præterquam contra Regem Franciæ, quod homines Castrinovi sequuntur, domino de Pruliaco illud ferente.* Charta Philippi Aug. ann. 1181. pro confirmat. privileg. a Ludov. VII. parente incolis Castrum novi concessorum, in Tabul. Regio. scrinio *Tours* 2. Charta 2: *Comes etiam non potest, nec debet homines de Castronovo ducere in expeditionem sive equitationem contra aliquem, nisi forte causa, aut nomine belli, ita ut tamen, quod Vexillum B. Martini præcedat, contra vero Regem Franciæ nullo modo potest eos ducere.* Glaber Rodulfus lib. 5. cap. 2. refert, eo in bello, quod inter Goffridum Martellum Andegavens. et Theobaldum Blesensem, Comites, pro Turonensis urbis Dominatu gestum est, Goffridum expetivisse auxilium B. Martini, indeque accepto Vexillo, inposuisse illud proprie hastæ, cum exercitu equitum pedumque multorum obviam perrexisset adversum se dimicaturis. Id ipsum enarrans auctor Chronici S. Martini: *Comes Andegavensis Vexillum B. Martini, in illo bello, sicut consuetudo est, habebat.* Occurrit præterea mentio vexilli S. Martini in Tabulis Gaufridi II. Com. Andeg. ann. 1066: *Concessit Comes, ut si exercitum suum contra inimicos suos ire contingeret, homines in prædicta villa (Burnomo sita, in pago Pictavo) existentes, Præpositus Lausdunensis non moveat, uut aliqua occasione eis vin inferat; ut non alius quilibet nostrorum super homines illos potestatem exercent; sed ammonitione Monachorum illic existentium, cum serviente scilicet S. Manri illius patriæ, et Vexillo S. Martini in exer-*

citum pergant. Errare porro constat Tiliolum, Gallandum, et aliquot alios, qui Capam S. Martini cum Vexillo S. Martini confundunt. Nam Capa S. Martini, non ut vexillum, in acie et præliis delata a Regibus; sed ut Sancti miræ apud nostros autoritatis λαίψαρον.

VEXILLUM beatissimi Martyris Mauricii, et Thebæ Legionis Principis, quo Carolus Magnus Rex in bello Hispanico quamlibet infestos et confertos inimicorum cuneos disrumpere, et in fugam solitus erat cogere, cum aliis compluribus exeniis ac donis ad Edelistanum Regem Angliæ misisse Hugonem Capetum narrat Ingulfus pag. 878. et Will. Malmesburiensis lib. 2. de Gest. Angl. cap. 6.

VEXILLUM S. PETRI, χρυσῆ τοῦ ἁγίου Πέτρου σημαία, apud Annam Comnenam lib. 10. Alex. Cruce et clavibus insignitum, ut est in Epistola Innocentii III. PP. ad Joannitium Bulgarorum Regem in Gestis ejusdem Pontificis pag. 59. *Vexillum S. Crucis et Ecclesie Romanæ, apud Philippum Mazerium in Vita S. Petri Thomasii cap. 4.* Illud Pontifex Romanus ad Principes Christianos mittere solet, qui in Paganos expeditionem suscipiunt, vel contra Schismaticos aut Hæreticos, seu, ut ait idem Innocentius loco citato, *contra illos, qui honorant labris Crucifixum, cor autem eorum longinquum ab ipso, Græcos Schismaticos innuens.* Ceremoniale Romanum lib. 1. sect. 7: *Pontifex consuevit Vexilla Ecclesie et armorum suorum benedicere, et Capitaneo seu Vexillifero sanctæ Romanæ Ecclesie dare in fine Missæ, etc.* Ita Victor III. idem vexillum S. Petri Roberto Guiscardo in Græcos Schismaticos bellum moventi deferendum tradidit, apud Guillel. Apuliens. lib. 4. de Gest. Normann. Urbanus II. Hugoni M. Viromanduorum Comiti in prima expeditione sacra, ut habent passim Scriptores rerum Hierosolymitanarum, locis a nobis indicatis in Notis ad Alexiadem; Alexander II. PP. Willelmo Notho Duci Normanniæ in bello contra Haraldum apud Ingulfum pag. 900. et Ordericum Vitalem lib. 3. ann. 1066. pag. 493. Innocentius III. Joanni Bulgarorum Regi in eosdem Græcos, et Leoni Armeniæ Regi in Saracenos bellum parantibus, ut est in Actis ejusdem Pontificis pag. 59. 122. Innocentius IV. PP. Regi Ungariæ expeditionem in Turcos apparanti sub ann. 1355. apud Philippum Mazerium in Vita Petri Thomasii cap. 4. Alia passim proferunt exempla Scriptores. Adde Gregorium VII. PP. lib. 5. Epist. 12. et Friedegodum in S. Wilfrido cap. 28. Vide præterea Nicolaum Alemann. in Dissert. de Lateranensibus parietinis cap. 14. et 15.

¶ VEXILLUM CILICINUM in solemnibus pœnitentium reconciliatione adhibitum, ex Missali Eccles. Sarisber. apud Marten. de Antiqua Eccles. Discipl. in divinis Offic. pag. 238: *Feria 5. in cœna Domini in primis fiat reconciliatio pœnitentium hoc modo; Nona cantata, pergat excellentior sacerdos ad ostium ecclesie occidentale, indutus vestibus sacerdotalibus, in cappa serica rubra, cum duobus diaconis albis cum amictibus indutis, absque subdiacono, et sine cruce*



per medium chori, præcedente Vexillo cili-  
cino.

\* Sua quoque habuere vexilla piæ arti-  
ficum sodalitates. Lit. ann. 1343. in Reg.  
74. Chartoph. reg. ch. 60: *Chascun mestier*  
(de la ville de Moustier-viller a) *propre*  
*Banniere à leur dite confrarie, pour icelle*  
*porter aus corps des trepassez de ladite con-*  
*frarie, toutefoiz que le cas s'euffre, en si-*  
*gnifiance que le corps trepassé est de ladite*  
*confrarie.*

VEXILLA MORTUA, Panni nigri, qui  
mortuorum ædibus appendi solent. Regiam  
Majestatem lib. 1. c. 19. § 7: *Si vero*  
*dixerit (Sacerdos) quod pro mortuario rem*  
*illam accepit, hoc debet probare cum testi-*  
*monio proborum hominum de parochia, qui*  
*viderunt Vexilla mortua ante corpus def-*  
*uncti illius.*

VEXILLA HASTARUM. Albertus Aquensis  
lib. 4. cap. 6: *Vexilla in hastis eorum nod-*  
*is aureis et fimbriis argenteis montes in*  
*circuitu nimio lucis decore coruscare faciunt.*  
Vide *Flammula*.

VEXILLUM, Clamor militaris. Ita porro  
appellatus, quod vexillifer primus in præ-  
liis alisque occasionibus bellicis clamorem  
militarem efferret, quem cæteri milites  
subsequerentur. Nangius in Chronico  
ann. 1253: *Castrum cum illis, nescio cujus*  
*Vexillum ante intonans, ingressus est.*  
Chronicon Bertrandi Guesclini:

Chacun erie s'ensegne sans estre recreans.

Vide *Signum* pro clamore militari, et *In-*  
*signe* 1.

¶ VEXILLUM, pro *Vexillarius, vexillifer*.  
Charta ann. 1326. tom. 1. Hist. Dalph.  
pag. 57. col. 1: *Quod ipsi homines de cæ-*  
*tero in cavalgatis ejusdem dom. Dalphini,*  
*quotiescumque per ipsum mandata fuerint,*  
*et ubique teneantur et debeant mittere quin-*  
*quaginta bonos clientes bene munitos, inter*  
*quos sit Vexillum et tuba et unus gubernator*  
*eorum propriis sumptibus et expensis;*  
*hoc excepto, quod dictus dom. Dalphinus*  
*teneatur gubernatorem, si eques fuerit, dic-*  
*torum quinquaginta clientum, Vexillatorem,*  
*tubicinatorem in dictis cavalgatis librare.*

\* Charta ann. 1193. ex Tabul. Tutel:  
*Præsentibus Vexillo S. Exuperii et Hugone*  
*de Chaufor.*

¶ VEXILLUM FEUDALE. Vide in *Feudum*.

VEXILLUM, Nota, quomodo *Enseigne*  
vulgo dicimus. [*Vexillum, testinonium,*  
*signum,* in Gl. Gasp. Barthii ex Baldrici  
Histor. Palæst. apud Ludewig. tom. 3.  
pag. 146.] Andreas Aula Regiæ Capella-  
nus in Amatoriis: *Amans quidem a com-*  
*amante licenter hoc accipere potest, scilicet*  
*ornata capillorum ligamina, auri argentique*  
*coronam, pectoris fibulam, speculum et cin-*  
*gulum, marsupium, laterisque cordulam,*  
*lavamenta, vascula, repositoria, Vexilla*  
*causa memoriae, etc.* id est, quæ amantis  
et dantis memoriam servandi dent occasio-  
nem.

¶ VEYERIA, ut *Ficaria*. Vide *Veh-*  
*erius*.

VEYLEIGA, [Idem fortassis quod *Ve-*  
*tatum*. Vide in hac voce.] Charta Gale-  
ranni Comitiss Mellenti in Tabulario S.  
Ægidii Pontis Audomari: *In memoribus*  
*habebit pasnagium, et in Veyleiga husbo-*

*tam et heilotam jussu Forestarii. Forte le-*  
*gendum heibotam. Vide Haga.*

\* VEYLETTUS, idem quod *Varlettus*.  
Vide supra in *Valeti*.

\* VEYRERIUS, VEYRERIA, Qui vel quæ  
vasa vitrea vendit, Gall. *Verrier*. Comput.  
ann. 1334. inter Probat. tom. 2. Hist.  
Nem. pag. 88. col. 1: *Pro xv. amforis,*  
*inter fractas et amissas,.... solvi Veyreria*  
*vij. solidos.* Alter ann. 1362. ibid. pag.  
261. col. 1: *Solvit Guilhermino Veyrerio,....*  
*pro una lampade vitri etc.*

¶ VEYRIÆ, Fenestræ vitreæ. Testam.  
Bertrandi de Turre ann. 1285. apud Baluz.  
tom. 2. Hist. Arvern. pag. 532: *Legavit*  
*dictæ ecclesiæ de Chastres viginti libras se-*  
*mel pro reparandis las Veyrias et pro emen-*  
*dis et excessibus dictæ ecclesiæ ab anteces-*  
*soribus suis.... illatis. Vide Veireria. Hinc*  
*Veyrialis.*

\* VEYRIALE, Fenestra vitrea. Charta  
ann. 1341. in Reg. 73. Chartoph. reg. ch.  
306: *Prædictum hospitium cum suis intro-*  
*hitibus et Veyralibus, fenestris, lucernis,*  
*tecto et fundamento, a celo usque in abys-*  
*suum... dedit et concessit. Vide Veyriæ.*

¶ VEYRIALIS, Vitreus. Mirac. MSS.  
Urbani V. PP. ex Tabul. S. Victoris Mas-  
sil.: *Vas vitreum sive Veyriale sic appella-*  
*tum, etc.*

\* VEYRIOLA, Herbæ genus, forte Me-  
dica, Gall. *Luserne*. Stat. synod. eccl.  
Carcass. ann. 1399. ex Cod. reg. 1613:  
*Ordinamus quod de herba, appellata Vey-*  
*riola, ubicumque seminata extiterit, creverit,*  
*recollecta fuerit in nostro episcopatu, tocien-*  
*si quociens renascetur et colligetur et a solo*  
*separabitur,.... solvatur decima et primi-*  
*cia, videlicet octava pars.*

¶ VEYROLA, Variolorum morbus. Pro-  
cessus de Vita S. Yvonis tom. 4. Maii pag.  
572: *Macula nata fuit in oculo dictæ puellæ*  
*post assumptam infirmitatem quæ vocatur*  
*Veyrola. Vide Variola.*

¶ VEYRUS. Vide supra in *Vares*.

¶ VEYSSELLATA, Supellex quævis.  
Charta ann. 1309. tom. 1. Hist. Dalph.  
pag. 98. col. 1: *Item de qualibet Veyssellata*  
*vini exposita venditioni in villa prædicta,*  
*levantur quatuor denarii; videlicet, unus*  
*denarius pro cridagio, et tres denarii pro*  
*mensuris. Vide Vaisella.*

\* Minus recte; idem quippe quod *Vas-*  
*sellum*, vas vinarium, dolium.

¶ VEYSSERIA. Quodam *Veysserie me-*  
*dio*, in Recogn. Burgi S. Andeoli ex Sched.  
Cl. V. *Lancelot*. Vide *Huisserium* et  
*Veisseque*.

¶ VEZENDA. Statuta Massil. lib. 4. cap.  
17. § 2: *Tertia pars ipsorum marinavorum*  
*nd minus stet et jaceat qualibet nocte in*  
*eadem nave extra buccam portus Massiliæ,*  
*et medietas apud insulas Massiliæ, ita ta-*  
*men quod domini vel ductores illarum na-*  
*vium teneantur providere illis marinariis in*  
*cibo et potu quumdiu jacuerint, et moram*  
*fecerint pro sua Vezendu in illis navibus,*  
*tam extra buccam portus quam ad insulas*  
*Massiliæ. Et § 3: Scriptores dictarum na-*  
*vium speciali sacramento teneantur accusare*  
*et manifestare.... illos marinarios.... qui*  
*Vezendam sibi injunctam non fecerint, ut*  
*superius est expressum. Ubi de iis sermo*  
*est qui per noctem in nave excubare de-*

bent: unde *Vezenia* idem sonat fortassis  
quod *Excubia*, statio. [\*\* Forte *Vices* quæ  
per orbem eunt, ordine ita servato ut par-  
tes suas suscipiant alius post alium.]

VEZETUS, in Statutis Mediolanensibus  
2. part. cap. 450. Nugæ muliebres, ex  
Ital. *Vezi*.

¶ VEZIA, Tubus per quem aqua cur-  
rit, Gallice *Tuiau*, ab Ital. ut videtur,  
*Veggia*, vas. Vide *Veges*. Statuta Mutin.  
cap. 3. fol. 51. vº: *Declaramus quod ubi*  
*contigerit Veziam canalis Clari, quæ est*  
*ad portam Bajoarie in foveis civitatis repa-*  
*rari seu denovo refici debere, et hoc idem*  
*observetur in Vezia Modenelle.*

¶ VEZOLA, diminut. ut videtur a *Veza*,  
in iisdem Statutis fol. 28. vº: *Statutum*  
*est.... quod sdugarium antiquum... debeat*  
*cavari hoc modo.... habeat caput in fovea*  
*fratrum de S. Catharina et ibi in fundo*  
*Circæ communis fiant quædam Vezolæ de*  
*lapidibus sive de ligno. Vide Viazola.*

¶ VEZIOLA, Doliolum. Vide in *Veges*.

¶ VEZIRUS, Dux exercitus apud Tur-  
cas, *Visir*. Hist. pacificat. inter Rodol-  
phum II. Imperat. et Turcarum Imper.  
apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag.  
304: *Arbitri duce et commissarii Vezirus*  
*supremus, quartus honore ordine ab Impe-*  
*ratore Turcarum Amuratus, etc.*

¶ VEZOLA, VEZOLUS. Vide *Veges* et *Veza*.

¶ VEZOTUM Vehiculi genus: nisi sit  
Onus, sarcina. Statuta dataria Ripcriæ  
cap. 12. fol. 4. vº: *De quolibet plaustrum*  
*sive Vezoto tutiæ, pro introitu, vel exitu,*  
*et sic pro rata, solidi sex.*

¶ VEZZOLUS, Artemisia, Gallice *Ar-*  
*moise*. Vita S. Francæ Abb. tom. 3. April.  
pag. 385: *Coquebatur quippe Vezzolus qui*  
*et Artemisia proprie dicitur, vel illius semen*  
*in vino quod bibebat tunc omni rejecta sub-*  
*stantia.*

UFFER, pro *Wisser*. Vide *Huisserium*.

¶ UFFESERIUS, Vas culinarium, ni  
fallor. Charta ann. 1329. ex Tabular. S.  
Victoris Massil.: *Item, unum collectanum,*  
*duos Uffeserios, etc.*

\* Leg. *Offertorius*, Liber continens of-  
fertoria missarum.

UFFINGI, dicti Reges Orientalium An-  
glorum, ab Uffa Rege, qui vixit ann. 578.  
Matth. Westmonast.

¶ UGLATA, ut *Oglata*. Vide ibi.

¶ UGONENCI DENARIJ. Vide *Hugonen-*  
*ses* in *Moneta Baronum*.

\* UHAT, Interjectio, pro *Vath* vel *Vah*,  
occurrit non semel in Comædia sine no-  
mine ex Cod. reg. 8163.

1. VIA, nude, Iter, nostris *Voie*. [*Vée*,  
in Charta ann. 1297. tom. 1. Chartul. S.  
Vandreg. pag. 137: *Une Vée soiffisante que*  
*Guillaume Bouleuc et ses heritiers étoient*  
*tenus trouver par son lieu là où il li seroit*  
*maîns damajant à moy et à Maleut ma*  
*fame,.... et à ceux qui de par nous enten-*  
*droient à aller et à venir toute fois au dit*  
*pré. Vie*, apud Lobinell. tom. 2. Hist. Brit-  
tan. col. 1490: *Depuis une Vie qui amoeg-*  
*ne jusqu'à la Tour neufve.*] [\* *Vie*, in  
Charta admort. ann. 1412. ex Reg. 166.  
Chartoph. reg. ch. 272: *Un petit ort, qui*  
*souloit estre chauchiere,..... une petite Vie en-*  
*tremi,.... La Vie publique, etc.*] Consuetudo  
Claromontensis art. 226. et seq. quinque



species viarum constituit, Semitam, quam *Sente*, appellat, latam 4. pedes, Carreriam, (*Carrriere*) latam 8. pedes : Viam, *voje*, latam 16. ped. *Chentium* latum 32. ped. et Viam regiam, *Chemin Royal*, latam ped. 64. Consuetudo Bononiensis art. 156. et seq. varias viarum species recenset, ac primum Regiam, vulgo *Chemin Royal*, et *grand chemin*, quæ habere debet in latitudine 60. pedes : Viam Vicecomitalem, *Chemin Viscontier*, latam 30. Viam Castellaneam, *Chemia Chastellain*, latam 20. Viam foraneam, *Chemin forain*, latam 15. Semitam, *sente*, latam 5. etc. Vide Consuetudines Andegav. art. 60. et Cenoman. art. 69. [\* Vide Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 104.]

VIA ÆQUALIS. Lex Bajwar. tit. 9. § 13 : *Si quis viam publicam, ubi Dux egreditur, vel Viam æqualem alicujus clausurit contra Legem, etc.* Ubi Capitula Caroli M. lib. 5. cap. 201. [\* 353.] : *Si quis viam publicam aut lithostratum, vel Viam communem alicui clausurit contrn legem, etc.* Ita *æqualis*, est communis.

¶ VIA ALTA, GENERALIS, Eadem quæ Publica, Regia infra. Inquesta ann. 1255. apud Kennett. in Antiq. Ambrosd. pag. 250 : *Item alta Via et generalis inter Brehull et Pidinton maneria dom. Regis omnino esset astopata.*

VIAM ANTESTARE. Vide *Antestare* et *Obstare*.

¶ VIA AURELIA, Sub Aurelio Imperatore exstructa, memoratur in Charta ann. 27. Conradi Reg. ex Tabul. S. Victoris Massil.

\* VIA BICALLIS, Bifida. Vide supra *Bicallis*.

¶ VIAM CARNIS INGREDI, Mori; modus loquendi Scripitoribus Sacris et Ecclesiasticis familiaris. Barthol. Scribæ Annal. Genuens. ad ann. 1225. apud Murator. tom. 6. col. 440 : *Dominus Brancaleo Potestas miles formosus et sapiens in castro Gavii (proh dolor) Viam carnis ingressus est universon.*

\* VIA CAREALIS, CARRABILIS, Qua carrum vehi potest. Vide supra *Carealis* et *Carrabilis*.

VIA CARRARIA, Qua carrum vehi potest. Ceremoniale Ambrosianum Mediolanense : *Dextrat et ducit eum per frænum per medium Vinum curriam usque ad Ecclesiam S. Ambrosii.* Vide *Carreria* I.

\* VIA CARRARICIA, Eadem notione, in Charta ann. 935. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 1053. Vide *Via carraria*.

¶ VIA COMMUNIS, Publica. Charta Odonis Abb. S. Dionysii ann. 1244. ex Bibl. Reg. : *De quibus hominibus et hostiis eorum habeat idem Johannes justiciam et Viam communem cum dicto Reginaldo communiter.*

VIA, vel SEMITA CONVINCINALIS, vel *pnstoralis*, in Lege Bajwar. tit. 9. cap. 14 : *De Via convincinali vel pastoralis, qui eam alicui contra legem clausurit.* § 15 : *Semita convincinlis. Via vicinialis*, apud Siculum Flaccum, Aggenum, Ulpianum L. 2. § *Viarum*, D. Ne quid in locis publ. etc. (lib. 43. tit. 8. fr. 2. § 22.) Adde Capitul. Pipini Regis ann. 744. cap. 38. [*Viciniale iter*, in Charta ann. 1052. inter Instrum. tom. 3.]

Gall. Christ. novæ edit. col. 198 : *Vadit per verticem ripæ dictæ Issolle itinere Vicinli in medio, etc.*] *Chemin voisinal*, via 8. ped. lata, in Consuet. Turon. art. 59. et Bayonensi tit. 19. art. 1 : *Chemin de traverse*, nostris. *Vias vicinales* inter *publicas vias* ponit idem Ulpianus, ita tamen ut a Militaribus differant, *quæ exitum habent ad mare, aut in urbem, aut in flumina publica, aut ad aliam viam Militarem; cum Vicinales, aut exitum habeant in vias Militares, aut sine ullo exitu intermoriuntur*, in L. 3. D. de Locis et itiner. publ. (43,7.) Glossæ Basilic. : *Βικινάλια, ὁδὸς ἢ εἰς κόμην ἄγρουσα.* Ubi legendum *Βικινάλια*, nisi malimus *βίκα κινάλια*, ut emendabamus in voce *Canalis*. Tabularium Ecclesiæ Viennensis fol. 26 : *In fronte terra Kandors, in superiori namque fronte Via vicinabile, et habet in uno latere perticas agripedales 74. pedes 10. etc.*

\* VIA CURSABILIS, Eodem intellectu. Vide supra *Cursabilis*.

¶ VIAS QUATUOR DARE solitum in manumissionibus : potissimum quippe libertatis effectus est potestas cundi quo volumus. Leges Rotharis apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 34. col. 1 : *Item qui fulfreal fecerit, et quatuor Vias ei non dederit, etc.* Vide in *Manumissio*.

VIA DEI, Expeditio vel peregrinatio Hierosolymitana : *Via Hierosolymitana*, apud Fulconem tom. 4. Hist. Fr. Guibertus lib. 2. Hist. Hierosol. : *Terminato itaque Concilio, quod Clarononti habitum, circa B. Martiæ octavas, Novembri mense considerat, magnus per universas Franciæ partes rumor emanat, de proponenda Via Dei, (sic enim antonomastice vocabatur) contiguos sibi ac familiares quoque sollicitat.* Chronicon Mauriniacense pag. 372 : *Cum Hierosolymis ire disponeret, in Capitulo nostro de Gummarvilla donum fecit, ut si in Via Dei, quod accidit, moreretur, etc.*

VIE FERRATÆ, Itinera a Romanis in provinciis exstructa et confecta, ita a posteris appellata propter eorum duritiem, vel quod ex silicibus subnigris compacta, ferri colorem referant, ut ait Bergerius lib. 1. de Itinerib. Roman. cap. 25. n. 2. Ugutio : *Agger dicitur media stratæ eminentia, ex altera tatis lapidibus strata, ab aggere et alternatione lapidum dicta, quam historici Viam militarem et Ferratam dicunt.* *Cheminum ferratum*, in Charta ann. 1227. in Tabulario Ecclesiæ Meldensis fol. 32 : *A monte Dolio, usque ad Cheminum ferratum, quod vadit de Meldis ad Pontmort.* Ita Poëtæ nostrates passim, Le Roman d'Auberi MS :

A l'hostel va tout le ferré Chemin.

Le Roman de Parise la Duchesse :

Puis acollent lor erre tot le Chemin ferré.

Robertus de Condato, MS :

J'entraï en un Chemin ferrés.

Le Roman de Girard de Vienne MS :

Si s'en tornerent le grant Chemin ferré.

Le Roman de Gaydon MS :

Vers Augiers vont tout le Chemin ferré.

Le Roman de Gnrin MS. :

Il regarda tot le ferré Chemin,  
Et vit la route parmi les prés venir.

Chronicon Bertrandi Guesclini MS :

Et Dam Ferraut s'en va le Chemin grant ferré.  
Alibi :

A la voie se mist par les Chemins ferrez.

Robertus de Bourron in Merlino MS : *Et chevauchent tout le Chemin ferré, tant que li jours leur frut.* Scitum autem ejusmodi itinera, *Chemins de Brunehaut*, a nostris etiamnum appellari, de qua nomenclatura multa multi commentantur, ut observat loco citato Bergerius, ut et Wendelinus in Natali solo Legum Salicarum cap. 7. qui novam opinionem de ea promit. Ait enim, Bavaci in Nervii etiamnum exstare columnam Milliarem, a qua via Militares octo in omnem quaquaversum Galliam ac Germaniam; quarum prima et longissima Coloniam Agrippinam tendit, hodieque vocatur *La haute chaussée*, et quoniam medio ferre itinere inter Bagacum et Tongros vicum stringit *Brunaltum*, nomen inde retinuit, *La Chaussée de Brunaut, quod ipsum aliis quoque viis factum est commune.* Vide præterea Ægidium Bucherium in Belgico Romano lib. 1. cap. 12. [\* Guerard. Prolegom. Chartul. S. Petri Carnot. § 8.]

\* VIA FORANEA, Nostris *Rue foraine*, Quæ devia est et non frequentata. Vide supra *Foraneus* 4.

VIARUM PUBLICARUM FERRE. Vide Michaëlem del Molino in Repertorio Forum Aragon. pag. 161. col. 4.

VIA S. JACOBI. Ugutio : *Galaxins, lacteus circulus, quod vulgo dicitur, Via S. Jacobi.*

VIA JULII CÆSARIS. Radevicus lib. 3. de Gestis Friderici cap. 25 : *Per Viam Julii Cæsaris, quæ modo Mons Jovis vocatur, etc.* Vide *Simlerum* de Alpibus.

VIA LACINA. Vide *Lacina*.

¶ VIA LEVATA, Agger, nostris *Levée*. Ogerii Panis Annal. Genuens. ad ann. 1211. apud Murator. tom. 6. col. 402 : *Et ut strata securior iret, fecit fieri Potestas Viam levatam a Gavi usque cremiam Montis-cucelli.* Vide *Levata* 3.

\* Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5189. fol. 22. rº : *Domus fortis apud Marat, sita super stanno inter duas inagnas Vias levatas.*

\* VIA LIEVA, Eadem acceptione. Vide supra *Lievus*.

VIA MILITARIS, Quæ Publica dici poterit, et ducit ad mare et nd portus, et quoadoque ad mercata, inquit Bracton. lib. 4. tract. 1. cap. 16. § 7. Fleta lib. 4. cap. 6. § 3. Vide *JC*.

¶ VIA MOLARUM, f. Pensitatio pro frumenti molitura, Gall. *Mouture, droit de moulage*. Vide *Molta* 2. Charta ann. 1185. apud Cencium inter Censu Eccl. Rom. : *Confirmamus omnes res et possessiones, videlicet domos, ... molendinum et Viam molarum, cum arboribus fructiferis et infructiferis.*

\* VIA MOLENDINENSIS, Quæ ad molendinum ducit. Vide supra *Molendinensis*.

VIA MUNITA, lapidibus, nempe : nostris *Chnussée*. Testamentum S. Casarii Arelatensis : *Campum in Trisinitio super Viam munitam.* [Vide *Via Publica*.]

VIAM OBSTARE, *contradicere*. Vide *Obstare*.

\* VIA ORIGINALIS, Quæ ab antiquo seu



origine existit. Charta ann. 1225. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 67 : *Concedo eis ut ibi faciant fossatum, quantum ad une pertinet, salvis originalibus Viis.*

VIA PASTORALIS vel convivalis, in Lege Bajwar. tit. 9. cap. 14. et in Capit. Caroli M. lib. 5. cap. 202. [\* 354.]

VIA PEAGEAU. Charta ann. 1190. apud Chopinum lib. 3. de Sacra Polit. tit. 7. § 5 : *Latrones in terra Archiepiscopi (Turonensis) capti apud Caynonem.... sunt Archiepiscopi, nisi capti fuerint in Via Peageau. In Consuetudine Andegavensi art. 60. et Cenomanensi art. 69 : Le grand Chemin Peageau doit contenir 14. pieds de large pour le moins. Vires notionem produunt Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 80 : Unaquæque Civitas tot magistras Vias, quot magistras portas habet ad teloneum et consuetudines insignitas. [Hinc idem videtur quod]*

¶ VIA PEDAGIARIA, In qua pedagium exigitur. Vide in Pedagium. *Chemin paai-gere*, in Charta Roberti de Veteriponte ann. 1330. ex Chartul. S. Jo. in Valle : *Nous confessons que touz les chemins et frous des villes du Breuil, de Fleurfontaines, du Cou-dreau appartiennent audit prieur et prieuré o toute justice, sauf à nous retenu et reservé les chemins qui sont nomez les Chemins reaus, voiercz et Paai-gerez.*

¶ VIA AD PEDES, Qua pedes vadit, Gall. *Chemin de pied*. Inquesta ann. 1496. in tractu Dombarum : *Via ad pedes seu talon est communis et publica omnibus per cam meare et transire volentibus.*

\* VIA PLENARIA, Nostris *Chemin plé-nier*, Publica, militaris. Guill. Guiart. la Branche aux royaux lignages :

Parai les grans chemins Pléniers  
Rissi pour aler en cele erre  
Le comte de Blois de sa terre.

VIA PUBLICA, Regia, Militaris, in Lege Burgund. tit. 27. § 3. Lex Bajwar. tit. 9. § 13 : *Si quis Viam publicam, ubi Dux egre-ditur, vel viam æqualem alicujus clausit contra Legem, etc. Occurrit etiam apud JC. Siculus Flaccus : Sunt Viæ publicæ regales, quæ publicæ auniuntur, et auctorum nomina obtinent.* Charta Adalberonis I. Episcopi Metensis apud Mauricium pag. 308 : *In publica Via, quæ dicitur Regia.*

VIA PUBLICÆ TRANSITUS, seu cognitio vel justitia de delictis, quæ in viis publicis perpetrantur, apud Hugonem Flaviniac. in Chronico pag. 132. Vide *Bannum viæ Regiæ.*

VIA QUADRIGALIS, Per quam quadrigæ vadunt, in Tabulario Leprosariæ Pontis Audomari. Vide *Carrerria.*

VIA REGIA, REGALIS. Leges Henrici I. Reg. Angl. cap. 80. de Via Regia : *Tanta vero debet esse, ut inibi duo carri sibi possint obtuari, et bubulci de longo stumbli sui possint assimilare, et 16. milites equitare possint armati de latere, et Via regia dicitur, quæ semper aperta est, quam nemo concludere potest, cum minis suis, quæ ducit in civitatem vel burgum, vel portum Regium.* Will. Brito lib. 5. Philippid. pag. 153 :

Nos Via regalis Gisortum ducat oportet.

De ejus latitudine, vide Statuta Davidis II. Regis Scotiæ cap. 26. n. 4. Bractonum lib. 4. tract. 1. cap. 16. § 7. Fletam lib. 1. cap.

24. § 8. Consuetudines Claromont. art. 130. Ambian. art. 185. Bononiensem art. 157. Turon. art. 59. 84. Lodunensem cap. 5. art. 1. Normann. art. 623. Solensem tit. 36. art. 2. Santaudomarens. art. 17. Placitum apud Pinendenum inter Lanfrancum Archiepiscopum et Odonem Bajocensem Episcopum, apud Seldenum ad Eadmerum pag. 199 : *Demonstratum fuit, quod Rex Anglorum nullas Consuetudines habet in omnibus terris Cantuariensis Ecclesiæ, nisi solummodo tres.... Una, si quis homo Archiepiscopi effodit illam Regalem Viam, quæ vadit de civitate in civitatem. Altera, si quis arborem incidit juxta Regalem Viam, et eam super ipsam viam dejecerit, etc.* Adde pag. 200. [\* Vide Haltaus. Gloss. Germ. voce *Koenigsstrasse*, col. 1115.]

VIA SANCTORUM, Peregrinatio Hierosolymitana : *Sanctum iter*, apud Guillelmum de Baldenzel in Hodæporico ad Terram Sanctam pag. 120. Charta Communiæ Noviomensis ann. 1181 : *Qui in Via Sanctorum fuerunt, viduæ, et quæ filios non habent adultos et arna ferentes, et puellæ sine Advocato, nullas debent consuetudines.* Sum-mola Raimundi Ordini. Prædicat. :

Si raptor fueris, aut usurarius, aut fur,  
His, si consilium dederis, vel opem, scio quod non  
Te Via Sanctorum, nec Crux, nec Passio Christi  
Absolvat, quin sint hæc omnia reddita, reddi  
Si poterint.

Vide *Via Dei.*

\* VIA SEMITATA, Semitis trajectory. Charta ann. 1257. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 233. vº : *Unum jornale in fovea Diaboli et in Via semitata de dicto Prailleio.*

\* VIA SEPULCHRI, Expeditio vel peregrinatio Hierosolymitana. Charta Juelli dom. de Meduana ex Tabul. Major. monast. : *Eo tempore quo rex Francorum et rex Anglorum ob successum terræ Jerosolymitane cruces acceperunt, ego quoque cælesti pulsatus desiderio, Viam sepulchri aggredi deliberavi.*

VIA SPIRITUS SANCTI. Vide *Inspiratio.*

VIA TRIUMPHALIS, Quæ ducit ad civitatem, in Charta Fulconis Comit. Andeg. ann. 1033. pro Monast. S. Nicolai Andegav.

¶ VIA VIARIA, Trita, Gall. *Chemin passant*. Charta ann. 1213. apud Stephanot. in Antiq. Aurel. Bened. MSS. pag. 286 : *Qui (hospites) manent apud pratella, sicut Via viaria et metæ dividunt et demonstrant. Chemin voieré, in Charta ann. 1330. Vide locum supra in Via Pedagiaria.*

\* VIA VICINALIS, Quæ est in vicis vel in vicis ducit, ut interpretantur docti Editores ad Acta S. Alex. tom. 6. Sept. pag. 232. col. 2 : *Ego vero simul cum quibus eram, pauperum more secus Viam vicinalem sedentes, expectabamus in loco, quo mihi præcepit angelus Domini. Alia notione, vide in Via convivalis.*

¶ VIA ULTRAMARINA, ut supra *Via Sanctorum*, Gall. *Voyage d'outremer*. Inventar. Chartar. ann. 1482. sub Ludovico XI. fol. 13. vº : *Littera consensus dom. Ludovici Regis præstiti per eum super redemptione Viæ ultramarine quæ per juramentum tenebatur facere Ingeranus de Cousiaco ratione delicti et forefacti per eum commissi et*

*per dictum Regem translati et transmutati in dictam Viam ultramarinam.... anno 1261.*

\* *Voie d'Oultremer*, in Charta ann. 1424. tom. 2. Hist. Leod. pag. 446. Sed et quælibet peregrinatio a nostris *Voie* nuncupata. *Voie de Rochemadou*, in Ch. ann. 1355. ibid. pag. 422. Lit. remiss. ann. 1368. in Reg. 100. Chartoph. reg. ch. 535 : *Lequel Michault fu condanpné par la loy de Tournay en une amende de lx livres et à faire une Voie à S. Jaques en Galice.*

*Viarum* et *itinerum* extructiones ac reparaciones inter publica onera recensentur, a quibus nemo, cujuscumque dignitatis esset, immunis erat, ut est in tit. de Itinere muniendo in Cod. Th. et in leg. 4. Cod. de Privileg. domus augustæ. Ὅδοι κατὰς αἰῶνας dicitur Leoni Imp. in Tacticis cap. 20. § 71. *Purgatio seu stramentum, vel impletio canosorum itinerum*, Monacho Sangallensi lib. 1. de Carolo M. cap. 32. quo spectant, quæ habet Cogitosus, in S. Brigida pagin. 637 : *Cum Regis illius patriæ per plebes et provincias, quæ sub ejus erant ditone, præceptum invalesceret, ut de omnibus ejus regionibus et provinciis convenirent populi omnes, atque ædificarent viam latam et firmam ramis arborum, petris in fundamenta positis, et muitionibus quibusdam firmissimis in gronna profunda et pene intransmeabili, et in locis humentibus, atque in paludibus, in quibus grandis currebat fluvius; quæ constructa quadrigas et equites, et currus, et plaustrorum rotas, et impetum populorum, atque incursum undique hostium sustentare possent. Convenientibus autem undique populis per cognationes et familias diviserunt Viam illam, quam ædificare debebant in partes proprias, ut unaquæque cognatio et familia suam sibi creditam construxisset partem, etc.* Vide *Pons*.

¶ 2. VIA, Modus, ratio, Gall. *Voye, moyen*. Charta ann. 1395. apud Acher. tom. 6. Spicil. pag. 131 : *Habita inter nos deliberatione provida et matura super omnibus Viis et modis, quibus schisma... posset... facilius sedari et extirpari, et ipsa Ecclesia ad unionem reduci, Via cessionis utriusque partis... præ cæteris quibuscumque Viis elegimus et eligimus tanquam breviorum.* Occurrit præterea apud Rymer. tom. 8. pag. 353. 381. et alibi : sed et Latio etiam eo significatu vox nota et usurpata est.

\* 3. VIA. Charta Phil. Aug. pro comite Bellimont. ann. 1216. in Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 2. fol. 59. vº. col. 2 : *Mercatores reddent quatuor solidos tantum, et ita erunt quiti de navigio illo, nisi quod reddent pro gubernaculo de qualibet Via unum denarium.* Id est, pro qualibet vice. *Duabus Viabus*, pro Vicibus, in Vita MS. S. Amabilis.

\* VIA ET RECTUM FACERE, Juri stare. Charta Alienor. ducissæ Aquit. ann. 1199. in Reg. A. Chartoph. reg. ch. 33 : *Si multitudinem aliquis hominum monachorum fecerit preposito nostro, non cogat eum præpositus noster in curia Viam et rectum facere.*

¶ VIA CULTIONIS DIVINÆ, Clericatus, in Cod. Theod. lib. 12. tit. 1. leg. 49.

¶ VIA EXECUTIVA, Pignorum ablatio, pignoratatio, Gall. *Exécution*. Statuta Ave-



nion. lib. 1. rubr. 31. art. 2. pag. 105 : *Item conductor operarum, si non solverit die conventionis de solvendo factæ, vel intra diem sequentem, post præstitas operas, Via executiva quoad bona solvere cogatur.*

¶ **VIA REGARDI.** Charta ann. 1430. apud Rymer. tom. 10. pag. 454 : *Pro labore et expensis dactorum Ricardi et Ricardi, centum marcas per Viam regardi.* Alia ann. 1432. ibid. pag. 514 : *Ambassiator domini nostri Pape, nuper per ipsum domino nostro Regi certis de causis missus, habet de dono Regis, per Viam regardi l. Marcas.* Id est, beneficium sui mercedis titulo. Occurrit rursus pag. 522. et 526. Vide *Regardum* 1.

¶ **VIA REGIA,** Titulus libri, cujus mentio est in Indice librorum ad calcem antiquissimi Pontificalis.

\* **VIACH,** *Prov. Veretrum, ranex, penis.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

\* **VIACULUM,** diminut. a Via, semita. Lit. remiss. ann. 1356. in Reg. 84. Charthoph. reg. ch. 714 : *Eas vaccas ducentes per unum Viaculum seu semitam ad campos. Viual,* eadem notione, in aliis ann. 1416. ex Reg. 169. ch. 102 : *Le suppliant passant par un certain Viual ou pasturage, ouquel estoit son varlet et gens gardans et repaisans ses chevaux, etc.*

¶ **VIACULUS,** δῶν ἐπιμελητής, in Gloss. Lat. Gr. Lcg. *Viacurus.* Vide in hac voce.

\* **VIACUM,** Locus vacuus, ut videtur, ædificandis domibus idoneus. Status eccl. Constant. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 219 : *Cum autem non haberet in civitate sive in suburbio tantum possessionis ecclesie, ubi maneret episcopus, vel proprius equus ejus posset stabulari,..... multa Grimoldi Vicia..... trecentis libris comparavit et acquietavit.*

¶ **VIADUCTUS,** Idem quod in aliis Chartis *Exitus,* *Ingressus* dicitur, Reditus annui aliaque terrarum commoda quæ exeunt et proveniunt ex aliqua re, fructus prædii. Charta ann. 1043. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 407 : *Cum Viaductibus, vel reductibus, quæ ipsa spelunca Dei adquisivit in comitatibus omnibus, et cum omnibus terminibus suis, etc.* Vide *Exitus* 1.

¶ **VIAFORA,** Clamor publicus. Vide *Biafora.*

\* **VIAGERIA,** Jurisdictio seu justitia *viarii;* interdu quod ratione *viarie* præstatu a tenentibus, Gall. *Voirie,* in Transact. inter abbat. S. Albini et abbatis. Fontis-Ebraldi ann. 1229. Vide in *Viaribus.*

¶ **VIAGERIUS,** Usufructuarius. *Viager,* in Consuetudinibus Insulensi art. 187. Montensi cap. 21. 24. 25. Camerac. tit. 9. art. 6. tit. 12. art. 24. etc. *Viager* ou *Viageresse,* in Statut. Lossens. art. 19. Arestum Parlamenti ann. 1450. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 400 : *Jurando quod bene et rationabiliter dictis terris et dominiis utetur, ... et circa hæc omnia faciet quæ bonus paterfamilias Viagerius facere debet.*

¶ **VIAGERIUS REDDITUS,** Annua pensio quæ morte exstinguitur, *Rente* ou *pension viagere,* passim in Consuetud. municipal. Arestum Parlamenti ann. 1499. apud eumd. Baluz. ibid. pag. 465 : *Cum quo... idem defensor ad mille ducentas libras Paris.*

annui et *Viagerii redditus* pro dicta redemptione appunctaverat. Vide *Viagium* 2. *Viarium* et *Vitalitium.*

1. **VIAGIUM,** Iter, Gall. *Voiage.* Historia fundationis Hospitalis S. Leonardi Eboracensis : *Deinde ad Eboracum declinans, in Ecclesia B. Petri ibidem diu et devote precibus insistens, se et Viagium Deo et B. Mariæ... humiliter commendabat.* [Testam. Bernardi Comit. Armaniaci ann. 1302. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1409 : *Item, legamus militibus, scutiferis, clericis solventariis et quantonibus hospitii nostri, qui in isto Viagio nobiscum sunt, etc.* Ordinat. Humberti II. ann. 1340. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 396. col. 1 : *Quando extra hospitium pro nostris negotiis (messagerius) transmittetur, habeat pro expensis persone suæ die qualibet qua vacaverit in Viagio faciendo per eum unum grossum.* Charta ann. 1473. ex Schedis Præs. de Mazaugues : *Ultra sumptum et Viagia quæ contingeret facere.* Occurrit præterea apud eumd. Marten. tom. 2. Anecd. col. 1540. et tom. 3. col. 29. Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 855. Menester. in Hist. Lugdun. pag. 78. col. 2. Elmham in Vita Henrici V. Reg. Angl. cap. 23. pag. 51. in Statutis Massil. lib. 3. cap. 5. 16. 17. 18. et alibi. *Veage,* in Inquisitione ann. 1378. ex Tabul. Cartusie B. M. de parco.]

¶ **VIAGIUM,** Itineris terminus. Tabul. S. Victoris Massil. : *Videns dominus Admiratus non posse navigare versus Viagium suum, etc.*

¶ **VIAGIUM,** Expeditio. Elmham, in Vita Henrici V. Reg. Angl. cap. 29. pag. 69 : *Rex cum exercitu et captivis per medium campi, quo commissum erat prælium, tanquam viam suo Viagio apciorem, rediens, etc.* Infra pag. 79 : *Ducem Bedfordie hujus Viagii capitaneum constituit et præfectum.*

¶ **VIAGIUM,** Itineris pretium, præstatio pro facultate iter faciendi. Charta ann. 1368. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *Item qualibet galea solvat pro Viagio quinque renos. Item qualibet barchia de pallela aut de tymono bayonesto pro quolibet Viagio 3. grossos.* Vide *Viaticum.*

¶ **VIAGIUM,** Peregrinatio, et maxime Hierosolymitana. Chron. Corn. *Zantfliet* apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 211 : *Et ne juxta legem patriæ oporteret maximam partem superstitum diversa Viagia, secundum exigentiam culparum exsolvere, qui forsitan in itineribus morerentur, ... decreverunt concorditer unam erigi capellam, etc.* Occurrit rursus col. 476. Procuratio Edwardi I. Reg. Angl. ann. 1289. apud Rymer. tom. 2. pag. 420 : *Librorum Turovensium nobis dudum mutatarum in Viagio et pro Viagio nostro ad Terram sanctam.* Menoti Serm. fol. 147. vº : *Tu promissisti Viagium tuum : maritus tuus non vult quod adimpleas : tu non obligaris.* Vide *Via Sanctorum.*

\* *Veage de la Croix,* Expeditio Hierosolymitana, in Test. Petri comit. Alenc. ann. 1282. pag. 182 : *Donnons planier pouoir à nos executeurs, s'il avoient par aventure que nous ne peussions mie aller en Veage de la Croix, etc.* Vide infra *Voiagium.*

¶ **VIAGIUM SEPTEM SANCTORUM.** Inquisitione MS. pro Canonisat. S. Yvonis : *Nobi-*

*lus vir D. Alanus de Keraxraiz miles et domina Theophania de Pestivien ejus uxor, cum vellent transfretare... ad faciendum Viagium septem Sanctorum, etc.*

\* An ad septem pueros martyres in Sicilia, de quibus tom. 3. Mart. part. 611. et tom. 1. Apr. pag. 809?

¶ **VIAGIUM,** Processio. Obituar. MS. Eccl. Morin. fol. 30 : *Item in conductu processionali feretri B. Mariæ et in ejus regressu quilibet habituatus de gremio ecclesie Morinensis et omnes alii supra in articulo præcedenti declarati, cum aliis servitoribus in Viagio dicti feretri ordinatis per capitulum, quilibet percipit tertiam partem quatuor denariorum.*

¶ 2. **VIAGIUM,** Vita, cursus hujus vitæ, *Viage* passim in Consuetud. municipal. Charta ann. 1440. ex Chartul. 21. Corb. fol. 248. vº : *De terme en terme durant les Viages desdits et le dernier vivant tout tenant.* Durant les vies, in Charta ann. 1443. de eadem re ibidem. Vide *Viatores* 2. Hinc

¶ **VIAGIUM,** Annua pensio ad vitam, *Usufruit,* *Pension viagere,* *Viage,* nude, in laudatis Consuetud. Statutum Caroli V. Reg. Franc. ann. 1370. tom. 5. Ordinat. pag. 363. art. 8 : *Res appreciabitur per sacramentum porborum virorum et fidelium, ad precium quod res poterit valere in vendendo ipsam, una vice; et secundum illud precium, et non pro minore precio, exigatis fianciam una vice; videlicet, summam dicti precii; consideratu tamen in dicto precio reservacione dicti Viagii.* Charta ann. 1346. ex Chartul. 21. Corb. fol. 305. vº : *Soufs les Viages de Hue de Baumiller et Marque sa sœur qui premierement l'heritage dessusdit acaterent à leurs vies audit messire Nicole Hunaut; lesquels Viages dessusdits... Monsieur de Corbie accata asdits Marque et Hue pour le somme et pris de xxix. livres Parisis de la monnoye courant.* Vide *Viagerius* et *Viarium.*

\* *Nostris Viage.* Charta ann. 1340. in Reg. 72. Charthoph. reg. ch. 217 : *Cinc deniers à Colles du Ponciel pour une Viage sur leurs més.* Alia ann. 1387. in Reg. Joan. ducis Bitur. ex Cam. Comput. Paris. fol. 153. vº : *Après ladite demission mons. le duc de Berry entrera et sera receuz en soy et homloge, possession et saisine de l'usufruit et Viage d'icelles terres, pour joir et user des fruiz, proufiz et émoluments d'icelle sa vie durant, tout aussi ploinement en toutes noblesses et prévogatives, comme s'il estoit plain seigneur et propriétaire desdites terres, nonobstant que par la custome Viagerie et fruttuaire n'en deust pas si plainement user.* Ubi *Viage* intelligi potest de annuo prædii reditu, quo sensu accipitur in Sent. ann. 1445 : *Nous adjugeons auxdits demandeurs le moitié en treffons et propriété de le maison et hiretaige où ledit Jehan demouroit au jour dudit homicide, ... avec son Viage et tout ledit hiretoige pour le vendre et adenerer selon lesdites clauses de le loy.*

¶ **VIALBORA.** Anonymus in Annal. Mediolan. apud Murator. tom. 16. col. 812 : *Bacile unum deauratum cum floronis et Vialboris in ortis et aliis operagiis.* Et col. 813 : *Bursula una argenti laborata ad Vialboras cum pomello uno et uno radio.* Vide *Viarbora.*



\* **VIALE**, Tributum, quod a transeuntibus per vias exigitur. Charta ann. 1507. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 221 : *Omnia quæ ad necessitatem et usum domus Dei et conventus per terras nostras adferuntur aut vehuntur, erunt libera a telonio et Viali.*

† **VIAMEN**, Jus commeandi. Vita B. Caroli Comit. Flandr. tom. 1. Mart. pag. 192 : *Pacem et Viamen latoribus Sanctorum offerendo, etc.*

† **VIANDA**, Cibaria, iter facienti necessaria ad victum, Gall. *Viande*, Ital. *Vian-dare* est Iter facere. Statuta Massil. lib. 1. cap. 67. § 1 : *Bladum... nullatenus extrahatur vel exportetur de civitate Massiliæ, per mare vel per terram ab aliquo extraneo vel privato, nisi hoc faceret pro Vianda sua vel marinariorum suorum.* Ibid. lib. 4. cap. 24. § 2 : *Ordinamus etiam quod nullus dominus vel rector navis seu ductor habeat ad Viandam suam ultra quatuor peregrinos, nisi gratis et pro miseria vellet eum transvehere, omni mercede cessante, nec habeat aliquam societatem cum cargatoribus in cargaria seu Vianda peregrinorum, nec expleto viaggio, domini navium aliquid accipiant vel auferant de eo quod superaverit de Viando.* Occurrit rursum cap. 26. et 27. Oberti Cancellarii Annal. Genuens. ad ann. 1164. apud Murator. tom. 6. col. 298 : *Et quum Vianda incipiebat deficere, rogaverunt Regem ut victum deferret faceret, ut possent levius et commodius expectare integri debiti solutionem.* Adde col. 309. 400. 410. Vide *Placa* 1. et infra *Vivanda*.

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Vienda, Prov. cibus, esca, victus, viaticum.* Ita et nostri *Viande*, pro qualibet re homini alendo idonea usurparunt. Lit. ann. 1387. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 191 : *Dure chose seroit et est de faire contraindre gens de diverses bonnes villes et notables user et vivre de pareilles Viandes, et par especial de pain, qui est le principal et la plus noble Viande pour sustentacion de corps humain.* Vide supra *Festum S. Petri epularum*.

\* **VIANENSES**, Nummi Viennenses. Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 246. ex Cod. reg. 4622. A : *Solvendo tres denarios Astenses pro duobus Vianensibus.*

\* Aliud vero sonat vox Gallica *Vianoie*, Vellus scilicet, in Lit. remiss. ann. 1388. ex Reg. 135. Chartoph. reg. ch. 110 : *Lequel exposant prinist seze Vianoies ou toisons de laine, douze escueles d'estain, etc.*

† **VIANS**, Vivens, Ital. *Vivente*. Charta ann. 1164. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 603 : *Notum sit quod ego Raymundus comes S. Egidii cognosco et confiteor villam S. Saturnini allodium et proprietatem esse B. Petri Cianiensis : sed propter anicidium quanti monachi erga me habebant, et ut per meam defensionem villa ipsa in commercio Viancium magis augeri possit, statuimus, etc.*

\* **VIANUM**, pro *Bianum*, Servitium, quod a subditis exigitur, Gall. *Corvée*. Sent. Henr. dom. de Causanciis senec. Vascon. ann. 1263 : *Item super eo quod occasione Viani, idem nobilis homines prædictæ terre contra antiquum statutum et consuetum in-*

*debite molestaret, plus ab eis debito exigendo, etc.* Infra : *Bianum*. Vide *Biennum*.

\* **VIARAGIUM**, Idem videtur quod supra *Viageria*. Charta ann. 1352. in Reg. 82. Chartoph. reg. charta 424 : *Item Petrus Andrew pro Viaragio de Ornone, sex gallinas.* Vide supra *Viaeria*.

**VIARAM**, Una e 12. speciebus Auguriorum, de quibus in verbo *Venta*, quæ sic describitur a Michaele Scoto de Physionomia cap. 56 : *Viam est augurium, quando homo vel avis suo itinere vel volatu ante te transit, veniens a dextra parte tui, et tendens in sinistram evanescent. Istud est tibi bonum signum super negotio.*

† **VIARBORA** inter mulierum jocalia recensentur in Statutis Genuens. lib. 2. cap. 17. fol. 48. vº : *Intelligantur esse in bonis et de bonis viri vestes, zona, corrigie, cordella, Viarbora et alia localia (leg. jocalia) et quæcumque bona habuisset a dicto viro suo, vel a patre, vel ab alio pro eo.* Vide *Vialbora*.

1. **VIARE**, Iter facere, ambulare, Papiæ. Onomasticum vetus : *Vio*, ὄδευω. Glossar. Gr. Lat. : Παπαρισίω, *Rebio*. MS. Revio. S. Ambrosius lib. 5. Hexaem. cap. 10 : *Quis tribuit dispositionem Viandi.* Adde cap. 16. Fortunatus lib. 9. Poem. 7 :

Si nianus possum pedibus Viare,  
Ducor amore.

Flodoardus lib. 14. Carm. 18 :

... Jumenta viandi  
Destinat officio.

Utuntur præterea Solinus cap. 40. 42. Apuleius lib. 10. et in Florid. Ammianus lib. 15. 20. Sidon. lib. 4. Epist. 3. 6. Saxo Grammatic. lib. 8. Alanus in Anti-Claudianum lib. 1. cap. 8. 9. etc. [Alibert. Mussatus in Chron. apud Murator. tom. 10. col. 726 : *Plerumque pro spoliis rapiendis Viantes trucidabant.* Notum fuit Quintiliano qui illud inter infelicium ficta reponit lib. 8. cap. 6.]

\* *Foyer* vero Mulgere, vulgo *Traire*, significat, in Lit. remiss. ann. 1474. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1289 : *Laquelle fille respondit au suppliant qu'elle alloit Foyer ses vaches.*

2. **VIARE**, in Charta ann. 1148. inter Probat. Hist. Autiss. pag. 15. col. 1. edidit D. Le Beuf, ex cuius schedis editum *Viare* infra. Vide in hac voce.

\* **VIARESUS**, Italis *Viareccio*, Qui in itinere portari potest. *Altare Vialesum*, idem quod *Portatile*. Charta ann. 1214. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 519 : *Et dicit, quod dictæ ecclesie dedit altare Vialesum, pallium, toalias et antiphonarium unum de die et alium de nocte, etc.* Ubi male *Altare* et *Vialesum* virgula separantur.

† 1. **VIARIA**. Vide mox in *Viaris*.

\* 2. **VIARIA**. Vide mox in *Viaris* 2.

† **VIARIUM**, Annua pensio ad vitam, ut videtur. *Viaire*, in Consuet. Calmont. art. 33. Placitum ann. 874. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 945 : *Et ipsi Liuteri et ipsi Garefuso renuntiavimus, ut de omni ipsa supradicta re Candoli de Suriano et Romani, et de Germanis suis de paterno et de ipso cambio de Viario sibi quiescerent.* Vide *Viagerius* et *Vitalitium*.

\* *Nostris Viaire* et *Viere*, pro *Visage*, *Vultus*, dixerunt. Lit. remiss. ann. 1368. in Reg. 99. Chartoph. reg. ch. 520 : *Les assailli, navra et plaia en plusieurs lieux de leurs Viaires, corps et membres.* Alia ann. 1381. in Reg. 120. ch. 96 : *Laquelle femme eust esté bleeciée ou visage à sanc, et elle meue de courroux pour le deshonneur de son Viaire, etc.* Alia ann. 1401. in Reg. 156. ch. 204 : *Icelluï Toustain regarda par plusieurs fois ledit Maillot, et lui fu advis qu'il ressembloit bien de Viaire à Icelluï Caron son cousin.* Le Roman de Garin :

Rigaud chevauche o le Viere fier.

Rursum :

Et fiert Garnier el Viere devant.

\* An inde *Viart* nuncupatur, *Velamen*, quo vultus operitur, quod et *Wite* dicitur, forte a *Witta*, in Mirac. MSS. B. M. V. lib. 2 :

S'image muche sous Wiart.....  
L'image à la dame de gloire  
Adonc remuee sous sa Wite.

1. **VIARIUS**, Dominus feudalibus, cui competit inferior vel media iustitia : nostris, *Seigneur voier*. Duplex enim est *Justitia Viarii*, alia, quam *Basse voirie* vocat Consuetudo Turonensis tit. 1. art. 1. *Simple voirie*, Andegavensis art. 1. Cenomanensis art. 3. et Blesensis art. 27. cæteræ Consuetudines *Basse justice*. Alia, quam *Grande voirie* appellat eadem Turonensis Consuetudo art. 39. *Grosce voirie*, vel certe *la Justice du gros Voier*, Blesensis art. 21. 22. 23. 24. 26. ubi utriusque jura recensentur, quibus alias explicandis non licet immorari. Describam tantum, quæ de *viaria* generatim habent. Statuta S. Ludovici Reg. Franc. lib. 1. cap. 38 : *de Justice de Favaor. Tous Gentishomes, qui ont voierie en leur terre pendent larron de quelque larrecin, que il ait fet en leur terre. Et infra : Car eus tiennent leurs batailles devant euls de toutes choses fors de grans meffés, que nous vous avons nommez par devant, et ils ont leurs mesures en leurs terres, et les prennent, et les metent es cors des Chastiaus, et les baillent à leur homes, et puis se eus treuvent seur leur homes fausse mesure, li drois en est leur, et en puent lever soissante sos d'amende, etc.* [Quæ fuerint *Viarii* Parisiensis jura, videsis ex Regesto Johannis Sarrazii apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. 741. et seqq. ubi fusiùs explicantur. Charta Ludovici Jun. ann. 1160. ibid. tom. 1. pag. 536 : *Neque pro Præposito, sive Viario, neque pro alio se justitiant, nisi pro corpore Regis.*] Pactum inter Philippum Regem Franc. et Ricardum Regem Angliæ mense Febr. ann. 1254. pro justitia seu Jurisdictione utriusque in urbe Turonensi, ex Regesto Andegavensi fol. 43 : *Viarii autem Comitibus infra ambitum claustrum nullam habent jurisdictionem. Et infra : Viarii Comitibus in nullo affidamento justitiam habent.* Usaticæ oppidi Chableiæ, in Tabulario Campaniæ Thuaneo fol. 287 : *Dominus Noerii est Viarius Chableiæ, et non potest ponere apud Chableiam Viarium, qui non juret, quod fidelis erit Præposito B. Martini, quod vitam et honorem, et membra ejus pro posse suo servabit.*

Ejusmodi *Viaris* vulgo dictos putant plerique, quod eorum jurisdictione potissi-



mum sit in *viis* tenementorum suorum; idque erunt ex aliquot Consuetudinibus municipalibus, præcipue ex Ambianensi art. 184, in quo dicuntur Domini omnes feudales, quibus major et media iustitia competunt, esse *Seignears Voiers ès frocs, flegards, chemins, et voiries estans au devant de leurs tenemens ou heritages, soit par eau, ou par terre*. Certe quidquid sit de *Viatorum* iustitia in *viis* tenementorum suorum, hanc constat non in eo præsertim constituisse; sed in aliis quampluribus iuribus, quæ passim recensent Consuetudines municipales, ubi de inferiori iustitia agunt. Quin potius *Varios* dictos existimo, quasi *Vicarios*, eosdemque esse cum *Vicariis*, quos Lex Longobard. lib. 2. tit. 52. § 7. [\*\* Carol. M. 69.] de minoribus causis cognovisse docet, quique per *pagos constituti erant*, ut ait Walafridus Strabo. Unde ejusmodi *Vicarii* non alii sunt ab iis, quos ætas posterior *Majores, et Fillicos villaran* appellavit. [Compositio inter Odonem Episc. Paris. et Johannem Abbat. S. Genovefæ ann. 1202. ex Chartul. Episc. Paris. fol. 38 : *Nallus prædictorum viginti sex (servientium) Viariorum poterit esse vel major burgi, ita ut prædicta gaudeat libertate.*] Nisi quis malit *Varios* dictos ex Gallico *Voiers*, seu *Voiers*, id est, Advocatos, cum *Viaris* et *Advocatio* idem esse dicantur in Chartis aliquot mox laudandis. Neque aliter vox *Voier* accipienda apud Guill. *Guiart* in Hist. Francor. MS. ann. 1207 :

Simoo de Moofort i demeure,  
Cooie Seoeschaus ou Voiers,  
Et bien XII<sup>e</sup> souldoiers.

\* Circa varias hujusce vocis acceptiones diversaque *Viatorum* munia et jura, consule D. *Bouquet* tom. 1. Jur. publ. Franc. pag. 154. et seqq. Cave tamen ne ipsius conjecturis nimium fidas.

**SUBVIARIUS, Vicarius Viarii.** Chartam Henrici Regis Franciæ ann. 1057. in 8. tomo Spicilegii Acheriani pag. 156. subscribunt præ aliis *Hervæus Viarius*, et *Herbertus Subvarius*. Vide tom. 3. pag. 156.

**VIARIA, Jurisdictio seu Justitia Viarii.** Practicis nostris *Voirie*; interdum quod ratione *viarie* præstatur a tenentibus. *Fehlerie*, in Consuetud. locali Castellinovi in Biturigib. art. 4 Chronicon Mauriniacense lib. 1. pag. 360 : *Mea est, aiebat iste, Viaria*. Pag. 365 : *Censum plus minus 50. solidorum, et dimidietatem Viarie huic Ecclesie dederunt*. Charta Roberti Regis Franc. ann. 2. ex Tabulario S. Maglorii Paris. : *Cum omnibus appendiciis et consuetudinibus, id est, bannum et Viariam, et omnes terras ad Marnacum pertinentes*. Alia Gilberti Episcopi Parisiensis ann. 1117 : *Censum, nemus, justitiam, dominium, Viariam, et omnes feodos, et omnes dominicaturas tam in nemoribus, quam in terris, etc.* Alia Ludovici Regis Franc. ann. 1124 : *Cum bosco et plano, et molendino, et pratis, et Viaria et justitia, et cam omnibus ad eandem villam pertinentibus*. [Litteræ Philippi III. Reg. Franc. ann. 1272. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 293 : *Habebunt etiam dicti Religiosi (S. Germani) in omnibus locis et vicis Viariam et justitiam Viarie, et quicquid pertinet ad Viariam, et falsas*

*mensuras, ... et in salis domorum, quæ fient in vicis sitis infra metas saperius nominatas.*]

¶ **VIARIA, Districtus Viarii.** Charta ann. 1273. apud eumd. Lobinell. ibid. pag. 28. col. 1 : *Si vero contingat quod Major S. Mederici, vel ipsius serviens, vel servientes jarrati aliquem capiant in terra S. Mederici, ... et captus se recutiatur in Viaria vel extra Viariam : ... et ob hanc causam ... melleia oriatur, sive in dicta Viaria, sive extra Viariam in terra S. Mederici, etc.*

¶ **VIARIA, Idem quod Præpositura**, in Charta S. Ludovici Reg. Franc. ann. 1230. ex Tabul. Abb. de Pietate Dei, vulgo *l'Espau* : *Insuper addidimus L. libras Turon. annui redditus percipiendas in nostro redditu de Cenomani in Viaria sive Præpositura singulis annis.*

**VIARIAM, cum Vicecomitia**, seu Vicecomitis jurisdictione confundit Ordericus Vitalis lib. 5. pag. 596 : *Concesserunt sancto Ebrulfo Vicecomitiam, id est, Viariam, quantum habebant in villariis vastatis*. Tabularium Henrici Comitis Trecentis ann. 1159. in eod. Tabular. S. Martini : *Jus Vicecomitatus, seu Viarie, quam in villa S. Genneæ se habere dicebat, etc. Vicecomitatus et Wigaria*, in Charta Henrici Imper. ann. 932. Rursum

**VIARIA, Idem est quod Advocatio**, in Charta Stephani Episc. Paris. ex Tabul. S. Martini de Campis : *Cujusdam vineæ in territorio S. Clodoaldi site Advocationem, quæ vulgo Viarii dicitur, Monachis S. Martini de Campis concedo*. Alia Gaufrèdi Episcopi Meldensis ann. 1208. ex eodem Tabul. : *Quitavi eis in integram quidquid habebam vel tenebam in villa de Choisiaco, et in tota ejus potestate, tam in Viaria et advocacione, et omnibus aliis rebus et domaniis, etc.* Alia Guillelmi de Monstiers militis, ejusdem anni, ibid. : *Tam in Viaria, quam in advocacione*. In quibus locis vox *viaria* videtur exprimere Gallicam *voerie*, pro *Advouerie, advocatura*, quomodo *Voalrie* usurpatur in Consuetudine Vitriacensi art. 70. 100. 141. 143. pro potestate parentum in liberos. Vide *Advocatio*.

¶ **VOUEARIA, Eadem notione**, in Charta Hugonis d. de Monte-correto ann. 1245. ex Tabul. S. Nicasii Remens. : *Quittavimus etiam advocacionem sive Vouaeriam*. Occurrit rursus in alia ejusdem anni ibidem. *Voalrie* in clientelari professione ann. 1581. dicitur præstatio quæ advocato pensatur propter tutelam.

¶ **VIATURA, Idem quod Viaria**. Charta Philippi Regis Franc. ann. 1091. pro Compendiensi Ecclesia : *Advocacionem et Viaturam de Longelou usque ad medium fluminis Isaræ, Viaturam de Saceio, Viaturam de terra illa, quam habet prædicta Ecclesia in Gellis, etc.* Charta Ludovici VI. Regis Fr. ann. 1118. ex Tabulario Fossatensi fol. 14 : *Præcatus est etiam, ut præfata Ecclesie tertiam partem ejusdem Viature, quam Vicecomes Meledunensis de feodo nostro in ejusdem mansuris et terra habet ... concederemus*. Charta Ludovici Regis Franc. ann. 1122. apud Chopinum lib. 3. de Sacra Polit. tit. 2. § 12 : *Terram B. Mellonis intra vel extra Castrum Pontisare sitam exoneramus ab omnibus talliis et exactionibus; in*

*qua tamen retinemus Viaturam, equitatem, et expeditionem. Ita quod quoad Viaturam, si qua in ea forisfacta facta fuerint ab hominibus B. Mellonis, Præpositus noster eum submoneat tantum, et reddat Canonice, etc.* Sugerius lib. de Admin. sua cap. 4 : *A filio ejus Ludovico Viaturam ejusdem villæ, et omnes redditus ejus, præter vinum et avenam ... obtinimus*. Et cap. 21 : *Villa, quæ dicitur Marogilum, occasione cujusdam Viature, quam Ansoldus de Cornello fere usque ad ipsas villæ domus possidebat, gravissime infestabatur*. Charta Geraldii de Valengoiart, in Tabulario S. Victoris Parisiens. ch. 21 : *Sciendum est, quod ego de assensa Theobaldi primogeniti mei dedi in elemosynam prædictæ Ecclesie totam Viaturam in longum et latum de viis, quæ sunt circa eorum porrisiam, et quantum terre durat, quam vendiderant in magno cheminio versus domum Leprosorum*. Charta ann. 1247. ... *Quod Viatura et omnimoda justitia est Abbatibus et Ecclesie B. Dionysii in toto cheminio, etc.* Vide Doubletum pag. 857.

¶ **VOERIA, Eodem significato**. Regest. Campaniæ ann. 1256. apud D. Brussel de Usu feud. tom. 2. pag. 1042 : *Johannes de Tooquin. Ligius, de fortericia de Tooquin, de Voeris et conducta mercati de Rosoi. Hugo de Charni filius don. Adæ. Ligius, de Voeria, et justitia et medietate S. Fiacrii*. Occurrit pluries in Litteris Caroli Johannis Reg. primogeniti ann. 1357. ibid. pag. 753.

¶ **VOUERIA, Eodem sensu**. Charta ann. 1236. ex Tabul. S. Aviti Aurel. : *Et etiam petiam nemoris siti juxta Vouerianam*.

¶ **VIATIO, Eadem notione**. Tabul. Becense ann. 1080 : *Galo de Flavacourt dedit Ecclesie quod habebat apud Laiencort, scilicet altare et atrium et quadrantem ejusdem ville et daas partes vicecomitatus et Viationis*.

**VIATORIA, [Pari intellectu]**. Charta ann. circ. 1133. tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 25 : *Comes Theobaudus clamavit quietum quidquid capiebat in tota terra Berceii et Ortoli, sive per justitiam sive per Viatoriam*. [Charta ann. 1211. ex Chartul. S. Johannis in Valle : *Hæredes Viatoriam quam dictas Focaudus habebat in terra S. Johannis de Valleia apud Hauvillam de cætero in suam non reclamabant.*] Occurrit præterea in Charta Philippi Regis Franciæ ann. 1180.

**VIATOR, Idem qui Viarius**. Rogeri Episcopi Bellocacensis Epitaphium in Ecclesia Bellocaccusi :

Hic rexit Cathedram, non pressit, Pontificalem.  
Oroamenta domus, status et possessio Cleri,  
Libertas patriæ pulso Comitatus dominio,  
Atque Viatorum demisso gaudia cœsus, etc.

Charta Communiæ Nivernensis et Altisiodor. ann. 1194 : *Statutum est et concessum, quod Iterius de Toiaco Vicecomes Aatiodorensis, et Viator Altisiodorensis, supra dictis burgensibus omne jus, quod habebant in omnibus forisfactis ... quittavit, etc.* Infra, *Viarius* dicitur. Charta ann. 1160. apud Louvetum in Bellocaco : *Concessi*



*eidem Ecclesie in elemosyna perpetua medietatem Viatoris (f. viatorie) Ursimontis et Goslenicurve... insuper et Viatoriam totius terræ Monachorum, etc.* [Poggius lib. 2. Hist. Florent. apud Murator. tom. 20. col. 228 : *Moris est Romanorum Pontificum, cum in quempian ob commissum facinus animadvertere voluit, ut eum per Viatorem, ad criminis defensionem vocent.*] [\* Vide Glossar. med. Græcit. col. 1237. voce Προελευσμοζιοι, et Forcell. in *Viator.*]

\* 2. **VIARIUS**, Carceris custos, cujus officium *Viaria* appellabatur. Charta Ludov. X. ann. 1314. in Reg. 50. Chartoph. reg. ch. 118 : *Nuper defuncto Viario seu geolaro geolæ Silvanetensis, qui jure hæreditario Viariam seu geolam loci ejusdem tenebat, officium Viarie seu geolæ hujusmodi cuidam alii concessimus.* *Voyer* vero, qui prædii culturæ invigilat, in Lit. remiss. ann. 1407. ex Reg. 162. cli. 95 : *Au lieu de Choues ou mandement d'Auberive (en Dauphiné) icellui chevalier avoit plusieurs biens, et y tenoit un Voyer, qui faisoit illec les labourages.*

¶ **VIASOS**. Conc. Tarracon. ann. 1591. inter Hisp. tom. 4. pag. 510 : *Nullus beneficiatus seu clericus... portet lanceam aut scutum, vel ballistam cum sagittis; nec ad sonum de Viasos seu rixam, quæ aliquando in civitatibus, villis seu castellis seu locis fieri contingunt, exeant cum armaturis prædictis.* Leg. *Via* fors. Vide in *Biafora* et *Sonus* 2.

**VIATICA** LITTERA, quæ ab Abbate peregre exeunti Monacho datur, apud Ingulfram pag. 860.

¶ **VIATICARE**, *Viatico* instruere. Acta S. Censurii tom. 2. Jun. pag. 278 : *Huc si legitimam, ut mos est, solutionem per exigua segetis indulgeas, tanquam opipare Viaticatus, cum gratiarum actione remeabit.* Gloss. Lat. Gr. : *Viaticor*, ἐφοδιζέσθαι.

¶ **VIATICARIUS**, Viator, ductor. Chron. Domin. de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 607 : *Viderunt per Maffeam Caczollam de Juvenatio habitatorem Gravinæ familiarem dictæ domine Viaticarios sero præterito introductos, robbam et bona dictæ domine onerare in stallu dictæ domine in platea vicina quidem longè purum a domibus domine supradictæ.*

¶ **VIATICI** LIBRI, f. Rituales, in quibus de *Viatico* administrando sermo est; vel Breviaria viatorum utilitati accommodata. Diarium belli Hussit. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 191 : *Item omnes libri missales, aut cantuales, similiter et Viatici et libri hymnorum, et omnis ornatus seu vestes missales, hæc omnia sunt destruendum vel comburenda.*

1. **VIATICUM**, Via, iter publicum. Charta Othonis Comitibus Viromand. ann. 1035 : *Districcionem terræ exterioris silvæ ac prati ville Humolariensi pertinentium, cum Viatici publici banno, etc.*

**VIATICUM**, Tributum ab itinerantibus præstitum, in Charta Lotharii Reg. Fr. apud Marlotum in Metrop. Remensi lib. 4. cap. 24 : *Ab omni exactione et teloneo et Viatico liberæ... permuneant.* Alia Ildefonsi Regis Aragonum ann. 1184. apud Saxium in Pontificio Arelatensi : *Vel aliquod prorsus Viaticum ab eis exigatur.* [Radevicus de Gestis Friderici I. Imper. apud Murator.

tom. 6. col. 776 : *A fodro et Viatico et ab omnimoda exactione se ibidem per omnem eorum conditionem continebunt.* Vide *Viaticum* 1.]

**VIATICUM**, Iter, itineratio, *Voyage*. Fortunat. lib. 6. Poëm. 4 :

Deducit daleam per amara Viatica natam.

Charta Jacobi Regis Aragon. ann. 1299 : *Pro Viatico, quod fecimus in Sicilia.* Occurrit in aliis apud Joan. Dametum in Hist. Regni Balearici pag. 203.

¶ **VIATICUM**, Pecunia, *viaticum* seu iter facienti necessaria, vel quæ in mercede *viatici* conceditur. Bulla Leonis X. PP. apud Illustr. Fontaninum in Antiq. Hortæ pag. 492 : *Ne aliquid ultra quindecim ducatos : quos alias ex antiqua consuetudine pro lujusmodi visitatione pro expensis seu Viatico suo solvere consuevistis, ad solvendum pro dictis expensis seu Viatico astringi de cetero possitis.* Pecunia *viatica* dicitur in Chron. Farfensi apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 624 : *Sed quoniam Viaticam pecuniam, utpote regulariter inopes, monachii minime habebamus. Viaticque, eadem notione frequenter usurpant Monachi.* Conc. Constant. tom. 1. col. 683 : *Una et eadem vice et per eundem nunciium ad eundem locum unum, de una tantum sicut de alia, æquale Viaticum seu bravium, et sic pecunias ultra debitum multas extorquunt.* Statuta Mutin. rubr. 284. fol. 80 : *Si nuntius iverit extra civitatem ad capiendum aliquem, habeat... pro quolibet milliario unum imperialem pro suo Viatico... Teneantur nuntii pignora que acceperint pro suis Viaticis dimittere in villa.*

**VIATICUM**, Sacra Eucharistia, quæ ægris ac morituris datur. S. Thomas part. 3. quæst. 73. art. 4 : *Hoc Sacramentum est præfigurativum fruitionis Dei, quæ erit in patria; et secundum hoc dicitur Viaticum, quia hic præbet nobis viam illum perveniendi.* Paschasius de Corpore et Sanguine Domini cap. 9. al. 19 : *Hoc mysterium nonnunquam Viaticum appellatur, quia, si quis illo fruatur in via, pervenit ad vitam, quam jam in se habet.* Capitul. Caroli M. lib. 7. cap. 101. [138] : *De his, qui recedunt de corpore, pœnitentia accepta, placuit sine reconciliatoria manus impositione eis communicare, quod morientis sufficit consolationi, secundum definitiones Patrum, qui hujuscemodi communionem congruenter Viaticum nominaverunt.* Joan. Abrinc. Episc. de Off. Eccl. : *Corpus Domini tripliciter dividat, quarum partium unam Sacerdos Calici immittens, Pax Domini, alta voce dicendo, protinus subdat secreta : Fiat coniunctio corporis et sanguinis Domini nobis accipientibus in vitam æternam. Alia se, Diaconum, Subdiaconumque communiceat, tertiam Viaticum, si opus fuerit in patena usque ad finem Missæ reservet; tertiam, quæ remanet in altari, vocat sancta Ecclesia Viaticum morientis, etc.* Illud porro τὸ δεσποτικὸν ἐφοδιον dicitur in Concilio Nicæno cap. 13. *Viaticum nostri itineris*, apud Gaudentium Brixiensem tract. 2. *Viaticum munus*, in Epistola 1. Siricii PP. cap. 5. et in Epist. 1. et 7. Hincmari ex Labeanis. *Viaticum Eucharistia*, in Capitul. Caroli M. lib. 5. cap. 54. [\* 118.] : *Sacra Communio in Viatico*, in Lege Longob.

lib. 1. tit. 30. § 15. [\* Ludov. II. 3.] *Viaticum, id est, viæ custodia*, in Canonibus Hibernicis lib. 2. cap. 16. *Typica salutiferi viatici stips*, apud Dudonem lib. 3. de Actis Norman. pag. 157. *Sacramentum progreredientium, quod ideo Viaticum seu Eucharistia appellatur*, in Synodo Exoniensi ann. 1287. can. 1. Vide præterea Innocentium I. PP. Epist. 3. cap. 2. Gelasium capitulo 20. Gregor. M. lib. 7. Epist. 62. Concil. Arausic. I. can. 3. Vasion. sub Leone I. PP. can. 2. Carthag. IV. can. 77. Gerundense sub Hormisda can. 9. Arelat. II. can. 28. Agath. can. 15. Epaon. can. 36. Aurel. III. can. 6. Matic. I. can. 12. Lugdunense can. 3. Remense can. 9. Sarisbericense ann. 1217. can. 34. Gregor. III. Epist. 1. cap. 7. Amalar. lib. 3. de Eccl. Offic. cap. 35. Gropperum de Eucharistia pag. 434. 435. Gretserum in Muricibus Christianis pag. 67. 70. Henricum Valesium ad Eusebium lib. 6. cap. 44. etc.

Eucharistiam porro infirmis dari in viatici modum dicimus, cum non jejuno datur, quod ad succurrendum vocant Statuta antiqua Cartusiensis Ordini. 2. part. cap. 8. § 22 : *Providendum est, ut infirmus communionem sacram jejunos accipiat; eam namque post cibum duri non licet, nisi forte ad succurrendum.*

¶ *Viaticum* dicta etiam Communio sanorum qui eam jejuni accipiebant. Gerardus in Vita S. Udalrici cap. 3. num. 111 : *Cum Viaticum ab eo accepturi accederent, digitum ori superposuit, ut de visione tacerent.* Rursus cap. 4. num. 20 : *Quo benedicto, et populo sacro Viatico recreato, vesperaque expleta, ad sacrum venit chrisma et oleum clericis dispensandum.* Denique cap. 12. num. 42 : *Ministerio sacro peracto, Viatico sacro omnes recreavit.* Statuta Canonic. Regul. apud R. Duellium tom. 1. Miscell. pag. 100. ubi caput 74. inscribitur, *de Viatico recipiendo* :

In summis festis Communio sacra ministris Debet partiri, etc.

¶ **VIATICUM**, Subsidium, auxilium quodvis. S. Irenæi vetus Interpres lib. 1. cap. 31. num. 4 : *Viatica quoque dabimus ad eversionem ipsorum, occurrentes omnibus sententiis secundum narrationis ordinem.*

¶ **VIATICUS**, In via necessarius, vel delatus, vel in via sustentatus, in Gloss. Biblicis MSS. Anonymi ex Ugutione.

\* 2. **VIATICUM**, Aditus, Gall. *Entrée*. Formulæ MSS. ex Cod. reg. 7657. fol. 42. 1<sup>o</sup> : *Per cuius (domus) lansissam seu supernum solarium, idem talis dictæ tali scienter dedit Viaticum et accessum.*

\* 3. **VIATICUM**, Cibus, esca. Comput. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 244. col. 1 : *Item pro salurio bedelli S. Petri martyris, qui paravit Viatica in dicta die, tres grossos.*

\* 4. **VIATICUM**, *Quod homo facit in una die*, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

\* 5. **VIATICUM**, Merces, præmium. Parid. de Grassis Cerem. capellar. papal. MS : *Et in fine pro sui ministerii mercede, quod Viaticum appellant, ex vetusto ritu donatur (diaconis cardinalis) crumenula, cum quadraginta solidis.*



\* 1. **VIATICUS**, Idem qui *Viarius*. 1. Charta ann. 1195. in Chartul. S. Dion. Vergiac. fol. 14. 1°: *Viaticus de Edua et præpositus de Dijom etc.*

\* 2. **VIATICUS**, *Vagus, errat*, Prov. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

† **VIATIM**, *Per vias*, in Gloss. Gasp. Barthii apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 526. ex Lisiardi Hist. Palest.

† **VIATIO**, Iter. Acta S. Urbici tom. 1. April. pag. 252: *Expedita Viatione ad Ieodorum pervenit uonasterium*. Alia notione, vide in *Viarius*.

1. **VIATOR**, Parvus cyathus, vel cochlear, quo utebantur viatores, seu qui in viam se dabant, unde nomen. Hesychius: Βιάτωρ, κωχθίων μικρὸν ἄρον κοχλιάριον.

2. **VIATOR**, Idem quod *Viarius*. Vide in hac voce.

1. **VIATORES**, Fratres conversi in monasteriis, ita dicti, quod pro negotiis monasteriorum a præfectis missi crebrius viæ se committerent. Cæsarius lib. 8. Mirac. cap. 87: *Homo quidam religiosus de ordine Viatorum, eum apud quamdam matronam hospitaretur, conquestus est illi, etc.* Idem lib. 6. cap. 20: *Tales sunt multi ex his Barbatis, qui in habitu et tonsura religionis terras circumneunt, et plurimos decipiunt.... Et licet quidam ex hujusmodi Viatoribus, viri sint sancti et sine felle, propter malos tamen despicuntur*. Vide lib. 8. cap. 96. lib. 10. cap. 36.

2. **VIATORES**, Qui in hujus vitæ cursu versantur. Marsilius Patavinus in Defensore pacis part. 2. cap. 12: *Sic igitur singulariter nobis ostendo, Christum et ipsius Apostolos Viatores, statum paupertatis et humilitatis docuisse, atque servasse, etc.* [Vide *Viazium* 2.]

† **VIATORIA**, ut *Viaria*. Vide *Viarius*.

**VIATRIX**, ut *Viator*. Martianus Capella lib. 6. initio: *Crepidæ peragranda telluris causa, easdemque permisso orbe contritas, Viatrix infatigata gestabat*.

**VIATURA**. Vide in *Viarius*.

\* **VIAZOLA**, Canalis, per quem aqua vehitur seu decurrit. Charta ann. 1226. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 216: *Et eundo versus mane usque ad Viazolam de podio Bellii, et inde eundo recto sine per viam et campos usque ad locum, ubi fuit molendinum de Bellio*. Vide *Vezia* et *Viazola*.

† **VIAZZOLA**, ut supra *Vezola*. Vide in *Vezia*. Statuta Mutin. rubr. 326. fol. 65: *Quod massarius S. Geminiani accipere possit et extrahere medietatem aque, quæ extrahitur de canali situlæ, et inter hortum Monacorum S. Euseviæ in capite Viazolæ, quæ est inter hortum prædictorum Monacorum*.

† **VIBRAMEN**, Corsuscatio. Gislebertus in Mirac. S. Romani Mon. tom. 5. Maii pag. 163: *Qui sanctos suos potenter mirificans, vario non cessat decorare miraculorum Vibramine*.

† **VIBRELLA**, Tormentum bellicum, Gall. *Canon*, a verbo Lat. *Vibrare*, Gall. *Lancer, jeter avec force*. Litteræ Margaritæ Reg. Angl. ann. 1554. apud Rymer. tom. 15. pag. 360: *Vi et armis, videlicet gladiis, ... tormentis sive Fibrellis, vulgariter vocatis Canons, etc.* Hinc

† **VIBRELLARIUS** et **VIBRELLATOR**, Tor-

mentoribus librator, Gall. *Canonier*. Litteræ Henrici VII. Reg. Angl. ann. 1490. apud cumd. Rymer. tom. 12. pag. 463: *Cum nos quendam expeditionem contra Gallos instruere deerevinus, volentes proinde de certo numero navium ac Fibrellariorum et balistariorum, etc. Usque ad numerum quintingentarum navium et infra, et Fibrellarios et balistarios usque ad numerum trescentorum, etc.* Alia Edwardi VI. ann. 1547. ibid. tom. 15. pag. 161: *Navium magistros, nautas, naucleros, Fibrellatores sive bombardatores, et marinarios, etc.* Adde pagg. 198. et 694.

† **VIBRIANUM**, Axilla, Gall. *Aisselle*. Acta S. Gerardi tom. 1. Jun. pag. 770: *Ei sub Fibriano sinistri brachii apostema ad modum ovi grossi natum est*.

† **VIBRINUS**. Regula S. Cæsariæ tom. 1. Jan. pag. 734: *Moneo specialius... vestimenta lucida vel nigra, vel eum purpura, vel Fibrina nunquam in usu habeantur, nisi tantum laia et lactena*. Ubi Vossius de Vitiis serm. lib. 3. cap. 55. rescribendum existimat *Fibrina*, vestemque interpretatur factam ex pilis fibri, quibus nihil mollius. Vide *Fiverita*.

† **VIBRISSARE**, μπιρρίζειν, in Gloss. Lat. Gr. Festus: *Vibrissare est vocem in eantando erispere*.

† **VIBRUCÆ**, πρίχες ῥινός, in iisdem Glossis, pro *Vibrissæ, pili in naribus hominum*, dicti, quod his evulsis caput vibratur. *Vibrissæ* Italice eadem notione.

\*\* **VICACITER**, Pervicaciter. Vita Johannis Gorziensis cap. 18: *Orationes etc... memorie Vicaciter, ut nemo superius, commendavit*.

**VICÆN**, Idem quod *Boda*, i. habitatio, domus. Saxonibus *Vicæn* est pagus, vicus, unde *Vicensa*, incolæ, habitatores. Charta Waldemari Regis Daniæ ann. 1326. apud Isaac. Pontanum lib. 7. Hist. Danic.: *Item omnia, quæ sub pondere vendi solent, possunt in ipsorum bovis vice Vicæn vendere et alienare eum statera Coloniensi, et pondere debito trutinare. Item vinum, quod personliter appottarint, possunt in suis Vicæn, ad elepsidras vendere et alienare*.

\* **VICALUS**. Charta ann. 1405. in Reg. feud. comitat. Pictav. fol. 87. v°. ex Cam. Comput. Paris.: *Johannes Rabaudi valletus..... ne habere et tenere confiteor..... de eimam et terragium bladorun, vini, porellorun, agnorun, lanorun, Vicalorum et cæterorum quorumcumque*. An pro *Vitulorum*?

\* **VICANA JUSTITIA**, Pagi jurisdictio. Charta Ludov. VI. ann. 1124. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 272: *Vicanam quoque et omnimodam justitiam..... a fluvio Secanæ, videlicet a molendino, quod vulge appellatur Baiart, ... contulimus*.

1. **VICANALE**. Statuta Mediolanensia 2. part. cap. 490: *Aliquæ Communantæ, Vicanalia vel pascua, etc.* [Laurentio in Amalth. Quæ ad aliquem pagum in universum spectant.]

\* 2. **VICANALE**, Exactionis species. Charta Ottonis III. imper. ann. 1210: *De nostra benignitate concessimus alienationes sive invasiones factas ab aliquo suorum parentum, contra formam feudi, de castris*

*sive castellis, ... alpibus, pascuis, Fieanalis, fodris, bannis, etc.*

\* **VICARIA**, **VICARIALIS**. Vide mox in *Vicarius*.

† **VICARIA**, **VICARIATA**, **VICARIATIO**, etc. Vide mox in *Vicarius*.

\* **VICARIARE**, Permutare, ni fallor. Charta ann. 1099. tom. 1. Hist. Cassin. pag. 413. col. 1: *Si prædicto xenodochio ordinatus, vel aliquis de pertinentiis ejus; ubicunque permanserit, emere aut Vicariare cum hominibus nostris voluerit, sit eis licentia invicem emendi et Vicariandi sine contradictione*.

† **VICARIATIO**, pro *Vicariatio*. Vide in *Vicarius*.

**VICARIUS**, generatim dicitur ille, qui alterius vices gerit, obit. Gledonius Romanus in Arte: *Sæpe quaesitum est, utrum Vicarius diei debeat is, cui Magnificentissimi Præfecti vices suas in speciali causa mandaverunt; nam Vicarius dicitur is, qui ordine edicillorum vices agit Auplusimæ Præfecturæ. Ille vero, cui vices mandantur propter absentiam Præfactorum, non Vicarius, sed Vices agens; non Præfecturæ, sed Præfactorum dicitur tantum*. Senator lib. 6. form. 15. de Vicario urbis Romæ: *Vices agentium mos est, sie judicum voluntatibus obedire, ut suas non habeant dignitates. Splendent mutuato lumine, nituntur viribus alienis, et quædam imago in illis videtur esse veritatis, qui proprii non habent jura fulgoris. Tu autem Vicarius diceris, et tua privilegia non relinquas; quando propria est Jurisdictio, quæ datur a Principe. [Excepta ex Lege Longobard. cap. 24: *Ut omnes Episcopi, Abbates et Comites, excepta infirmitate, vel nostra jussione, nullam habeant excusationem quin ad placita Missorum nostrorum veniant, aut talem Vicarium mittant qui in omnibus causis pro illis rationem reddere possit.*]*

**VICARIUS**, Sequioribus sæculis, dictus est, qui vice Comititis, aut alterius judicis partes exequitur in pagis, vel minoribus oppidis: Gallis *Viguer*. Walafr. Strabo lib. de Reb. Eccl. cap. ult.: *Centenarii, qui et Centenariones, et Vicarii, qui per pagos constituti sunt. Præcepto Gunthramni Regis in Concilio Matisconensi ann. 585. de Comitibus: Non Vicarios aut quoscunque de latere suo per regionem sibi commissam instituire vel destinare præsumant, qui quod absit, malis operibus consentiendo venalitate exercent*. Concil. Cabillon. II. ann. 813. can. 21. de Comitibus: *Sed et ministros, quos Vicarios et Centenarios vocant, justos habere debent, etc.* Gregorius Turon. lib. 10. cap. 5: *Interrogare præcepit, ejus auxilio Cuppa ereptus fuerat, ut ab iis non comprehenderetur, qui sequebantur? Responderunt: Hoc Animodi Vicarii dolo, qui pagum illum judicaria regebat potestate, factum fuisse*. Monachus Sangalensis lib. 1. de Carolo M. cap. 32: *Fuit consuetudo in illis temporibus, ut ubicunque aliquod opus ex Imperiali præcepto faciendum esset, ... ea Comites per Vicarios et officiales suos exequerentur*. Hinemarus Remensis Opusc. 15. cap. 15: *Comites et Vicarii, vel etiam Decani plurima plaecita constituant, etc.*

Ejusmodi vero *Vicariorum Comitum ju-*



risdictio erat tantum in levioribus, non vero in majoris momenti, aut criminalibus causis, cum eæ ad Comitem spectarent. Unde ortam licet opinari non modo inferiorem, vel medium, quam vocamus justitiam, vulgo vicariam appellatam; sed et vocis Vicaria nomenclaturam, ut supra monuimus. Capit. 1. ann. 810. cap. 2. et Append. 2. cap. 28 : *Ut ante Vicarium et Centenarium de proprietate aut libertate judicium non terminetur, aut adquiratur, nisi semper in præsentia Missorum Imperialium, aut in præsentia Comitum.* Lex Longob. lib. 2. tit. 52. § 7. [\*\* Carol. M. 69.] : *Ut ante Vicarios nulla criminalis actio definiatur, nisi tantum leviores causas, quæ facili possunt judicari, et nullus in eorum judicio in servitio hominem conquirat, sed per fidei iussorem mittatur usque ad præsentiam Comitum.* Proinde ii videntur Comitum Missi, de quibus Walafrid. Strabo lib. de Reb. Eccl. cap. ult. : *Comites quidam Missos suos præparant popularibus, qui minores causas determinent, ipsis majora reservent.* Adde Capit. 2. ann. 810. cap. 15. Atque ii, si Missi domini in provinciis mitterentur, cum Comitibus eorum publicis conventibus interesse necesse habebant, ut est in lib. 2. Capitul. cap. 28. [De iis inquisitionem faciebant Comitibus, ex Capitul. Lotharii tit. 3. § 3 : *Volumus ut Comitibus nostri licentiam habeant inquisitionem facere de Vicariis et Centenariis.*] Horum etiam erat tributa colligere et exigere in suis districtibus ex Addit. 4. Ludovici Pii cap. 116. quod *Villicorum*, seu *Majorum Villarum* curæ etiam potissimum incubuit; adeo ut hos ab istiusmodi Comitum Vicariis originem sumsisse par sit existimare. Vicariorum vero Comitum occurrit passim mentio in Lege Wisigoth. lib. 2. tit. 1. § 23. lib. 3. tit. 6. § 1. lib. 4. tit. 5. § 6. lib. 8. tit. 1. § 5. lib. 9. tit. 2. § 8. lib. 12. tit. 1. § 2. in Capitul. ad Legem Salicam tit. 1. cap. 21. tit. 2. cap. 5. in Lege Longob. lib. 1. tit. 25. § 80. lib. 2. tit. 47. § 1. [\*\* Lud. P. 47. Carol. M. 22.] in Capitul. Caroli M. lib. 2. cap. 28. 32. lib. 3. cap. 11. lib. 4. cap. 44. 63. 64. in Capitul. Caroli C. tit. 31. cap. 28. in Concil. Arelat. ann. 813. can. 23. apud Adrevaldum lib. 1. de Mirac. S. Bened. cap. 24. Marculfum, Beslium pag. 247. etc.

Ad Vicarios pertinebat non modo tributa colligere, ut paulo ante observatum est, sed etiam *banna* et *justitias levare*, et *recipere clamores qui pertinent ad Comitem*, ex Inquisit. pro juribus Dalph. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 143. col. 1. Neque vero omnium Vicariorum eadem fuit conditio : de causis quippe cum civilibus, tum criminalibus, atque de iis quæ ad superiorem justitiam spectant, maxime Vicarii Regii, aliquando cognoverunt et judicaverunt. Epist. Geraldii Archiep. Burdigal. inter Instr. tom. 2. Gall. Christ. novæ edit. col. 291 : *Ipse tamen dominus Rex, sicut credimus, dedit postea Vicarias suas paucis quibusdam militibus suis, qui sanguinis justitiam vice ipsius exercent in toto vel in parte, et in aliquibus locis quæ sunt domini Regis.* Litteræ Philippi VI. Reg. Franc. ann. 1340. tom. 3. Ordinat. pag. 169 : *Cum ordinatum fuerit quod in dicta villa Biterris essent unus Vicarius et unus iudex pro nobis*

*et nostro nomine instituti, qui in dicta villa Biterris de omnibus casibus tam civilibus quam criminalibus, et aliis quibuscumque ad nos pertinentibus in dicta villa et Vicaria tunc constituta emergentibus, soli et in solidum primam cognitionem haberent, omnesque subditi dicte Vicarie, sive persone Ecclesiasticæ, sive Nobiles, seu alie cujuscumque status seu conditionis, casu primum ressorti ad nos pertinentis, coram dictis Vicario et iudice ad senescallum nostrum Carcassone appellarent; quo casu debebat dictus Senescallus in villa Biterris et non alibi, cognoscere de premissis.* Varia itaque existere Vicariorum officia pro diversis temporibus, locis, aut etiam pro dignitate eorum, quorum erant Vicarii. Vide in *Vigerius*.

Vicarias sæculo undecimo incunte jam sub clientelari professione concessas, ea etiam conditione, ut feminae eas possiderent, probat D. Brussel tom. 2. de Usu feudor. pag. 718. ex Charta Roberti Reg. Franc. ann. 1027. qua Harsendæ Garini viduæ Vicaria de Antoniano hæreditatis nomine asseritur : *Ad ultimum vero nos et uxor nostra Regina Constantia uxorem Garini, Harsendam nomine, ad ejus hæreditatis beneficium tantummodo canporum Vicarie respiciebant, ante nostram præsentiam convocavimus.* Id vero apud Occitanos in primis obtinuit, ut ex Charta infeodationis Vicarie Montispezzulani ann. 1103. ibid. pag. 726. colligitur. Charta ann. 1162. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 590 : *Ego Guillelmus de Petramala... confiteor tibi Ugoni priori Ravensi quod Vicariam de portis et quidquid habeo in tota villa, tenco a S. Petro de Salve, et a te Ugone priore... ad feudum, et debeo illud servire vobis.* Exstant etiam apud Delphinates, sed recentiora, ejusmodi infeodationum exempla. Inquisitio pro juribus Dalphin. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 143. col. 1 : *Archinjax est homo ligius Comitum, et tenet de eo Vicariam.* Charta ann. 1267. ibid. pag. 144. col. 2 : *Nos Guigo Dalphinus Viennæ et Albonis Comes... retinemus ad feudum d. Jacobum de Bozosello de Vicaria Gratianopolis, et de omnibus quæ habet infra muros civitatis ejusdem et de aliis, si quæ de nobis tenet in feudum; de qua Vicaria et aliis, si qua tenet a nobis, debet et tenetur nobis facere homagium legium et fidelitatem.* Hæc rursus memorantur in Charta ann. 1311. ibid. col. 1.

¶ VICARIUS MAJORIS, Qui sub Majore cæteris villæ incolis præest, in Capitul. Caroli M. de Villis cap. 10.

SUBVICARIUS, Qui Vicarii, eo absente, vices agit. [Qui placitum placita pro Vicario, in Convent. ann. 1251. inter Carolum I. Prov. Comit. et Arelat. Yppovicarius, in Charta ann. 25. Caroli Reg. apud Stephanot. tom. 3. Antiquit. Pictav. Bened. MSS. pag. 326.] Ypovicarius, in vet. Charta apud Beslium pag. 222. Petrus I. Rex Aragon. in Constitut. edita apud Barcinonam ann. 1228 : *Dignum est, et firma observantia teneatur, quod Vicarius non audeat sibi Subvicarium ponere per villas, vel parochias suæ Vicarie, nisi ubi ab antiquo habere forsitan consuevit.* Subvicarii, in veterum Diplomatum subscriptionibus occurrunt non semel, apud Beslium in Comiti-

bus Pictavensibus pag. 223. et in Episcopis Pictav. pag. 38. 48. [Subvicarius Massiliæ, in Statutis ejusd. civit. lib. 1. cap. 2.] [\*\* Vide Savin. Histor. Jur. Roman. med. temp. tom. 2. § 49. not. f.]

VICARIUM porro alii fuere a Vicecomitibus. In Tabulario Persicensi exstat Notitia Judicati sub Theoderico Comite Augustodunensi, quod subscribitur a Bligario Vicecomite, et a Girbaudo Vicario.

Quod minus accurate dictum est, si ubique et semper id obtinuisse contendas; præter quam enim quod in Codice Reg. ad cap. 27. Excerptor. ex Lege Longobard. ubi memorantur Vicarii, in margine legitur, *id est, Vicecomites, vel Vicedomini*; certum est terram Toarcensem, quæ Rigordo in Gestis Philippi Aug. Vicecomitatus Toarcii dicitur, a Giraldo de Turiniaco Vicariam Toarcensem appellari.

VICARIA, Districtus Vicarii, locus, in quo justitiam suam exercet. Charta Agii Episcopi Aurelian. ann. 854 : *In eodem pago, in Vicaria Orcellensi, etc.* [\*\* Chart. Carol. C. ann. 855. apud Baluz. Capitul. tom. 2. col. 1464 : *Dedit... in pago Parisiaco, in vicaria Bucixianse, in villa Dubro, cortile unum etc.*] Rodericus Toletan. lib. 4. de Reb. Hispan. cap. ult. : *Post quod etiam cepit Anagran, quod olim Ticium vocabatur, et Vicariam, quæ ex eo nomen dicitur habuisse, quod Gothorum tempore sedes judicii habebatur.* Albertinus Mussatus lib. 2. rubr. 4 : *Per coloniarum incolas, quæ Vicarias appellant.* Vide Biblioth. Cluniacensem pag. 266.

Vicaria eo significato certis continebatur limitibus; ut enim provinciæ in pagos, momente Valesio in Præfat. ad Notit. Gall. pag. xi. sic pagi in vicarias dividebantur, quæ ex multis villis seu vicis constabant. Hinc pago vicaria, et vicariæ villa subjecitur in Tabul. S. Eparchii Inculum. ubi passim occurrit : *In pago Egolismensi, in Vicaria N. in villa N. Rursum : In pago Petricorico, in centena Berciacinsæ, in villa N. Ex quibus haud male colligit idem Valesius Vicariam et Centenam unam eandem que rem esse.* Vide Centena 2. [\*\* Polypt. Irminon. Br. 12. sect. 24 : *Donationem quam fecit Winiudis in pago Oximense in centena Carbonense, in loco qui dicitur Curtis Dodleni, etc.* Sect. 25 : *Donationem quam fecit Hadoardus in eodem pago et in eadem Vicaria, in villa qui dicitur Curtis Saxone.*] Charta ann. 764. sæc. 3. Bened. part. 2. pag. 195 : *Et est præscripta Ecclesia in eadem patria Arvernica, in Vicaria Rundanense.* Alia ann. 823. æc. 4. part. 2. pag. 157 : *Tradimus villam seu curtem nostram... quæ est in pago Lemovicino, in Vicaria Asnancense.* Occurrit rursus pag. 158. et 161. Tabul. Montis S. Michaëlis : *Ego Guihenoccus dedi monasterio S. Michaëlis quatuor villas, quarum tres sitæ sunt in Vicaria nuncupata Miniac. quarta vero in Vicaria Mochon.* Ubi Vicaria generatim pro terræ tractu usurpatur, ut

¶ VICARIUM, in Tabul. Landevenec. : *Budic Comes tradidit S. Wingualeo de sua propria hæreditate quatuor villas, silva Carrec, duas in Vicario Encter, Caer Bulanc, in Vicario Damett, Caer Wenheli.* Ibidem : *Tradidit... de sua propria hæredi-*



tate, id est tria Vicaria, Voeduc, Luhan, Raduc S. Wingualoco.

VICARIA, Jurisdictio Vicarii, [ejusdem officium, munus.] Charta Innocentii II. PP. apud-Doubletum pag. 486: *Vicariam quoque ac omnimodam justitiam, ac plenariam libertatem juxta villam S. Dionysii, etc.* Alia Ludovici VI. Regis ann. 1120. ex Tabulario Sandionysiano: *In eadem Curia perennem indulgentiam libertatem, Vicariam omnimodam in Curia ipsa, et Curie domibus conferimus, etc.* [Adde Chartam infeodationis Vicariæ Montispezzulani ann. 1103. apud D. Brussel de Usu feud. tom. 2. pag. 726. et Chartam ann. 1151. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 537.]

¶ VICARIATUS, Eadem notione. Charta ann. 1219. inter Macerias Insulæ Barb. tom. 2. pag. 529: *Recognoverant siquidem dicti Leoratenses quod vicariam de Dalgoiri cum pertinentiis ad Vicariam tenebant a dom. de Riviria, et hominum ligium inde debent. Pertinentia ad Vicariam sunt illa, etc.* Synodus Pergam. ann. 1311. apud Murator. tom. 9. col. 547: *Sancimus quod aliquis clericus, sive ecclesiastica persona absque diocessanti sui licentia officium publicum vel officialitatem alicujus secularis rectoris seu communitatis seu universitatis burgi, castri, loci, aut parochiæ.... exercere vel suscipere de cætero non presumat, scilicet consulatus, tabellionatus, gastaldicæ, Vicariatus, viceDominatus, etc.*

VICARICIA POTESTAS, Charta Gaufredi Comitis Andegavor. pro Monasterio S. Albini: *Concessimus quoque eis, ut nulla in eorum terra Vicariatus dominetur potestas, nisi de homicidio, aut furto, vel incendio, etc.* Idem quod

¶ VICARIA, Justitia, seu jus cognoscendi et judicandi de criminibus. Charta fundationis Monast. B. Johannis de Mota, apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 302\*: *Quidquid ad eundem locum pertinet, vel pertinere videbitur, videlicet decimam, Vicariam furti, raptus et sanguinis, omnesque insuper omnimodis totius loci reditus et consuetudines.*

¶ VICARIA, Legitima Vicarii portio, quod ipsi ex officio competit. Charta ann. 1103. apud D. Brussel de Usu feud. tom. 2. pag. 726: *Sed si de militibus Montispezzulani, vel de uxoribus illorum, ego Willelmus dominus Montispezzullani averum habuero propter placita Montispezzulani, habeas inde Vicariam tuam. De qua (justitia) Vicarius habebit suam Vicariam, in Charta ejusdem anni inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occit. col. 361.*

VICARIA, Exactio, quam Vicarius faciebat intra Vicariæ suæ limites. Tabular. S. Eparchii Inculism. fol. 22. ex Testamento Humberti Guerillæ ann. 1107: *Concedo... totam illam pravam consuetudinem seu injustitiam vel inquietudinem, quam in terra S. Eparchii, quæ vulgo Vicaria appellatur, violenter et injuste per occasionem Vigerie capiebant. Tabularium Celsinianense: Et ista omnia sine mala consuetudine, et sine ulla Vicaria. Tabularium Vindocinense ch. 55: *Habebat vineæ agripennum unum, allodialiter immunem, hoc est, ab omni census et Vicariæ redhibitione liberum. Tabu-**

larium Abb. Belliloci in Lemovic.: *Si aliquis contra hunc titulum aliquam calumniam inferre tentaverit, aut ullus Vicarius Vicariam requisiverit, vel ullam dominationem. Tabularium Abbat. Conchensis in Ruthenis ch. 49: *Dono et cedo et perpetuum derelinquo Vicariam et malos usus et consuetudines, et cætera omnia, quæ juste vel injuste habeo, etc.* Charta Henrici Regis Franciæ ann. 1048. ex Tabulario Ecclesiæ Carnotensis num. 29: *Et hoc mihi aliquantisper cogitanti ad memoriam rediit Canonicorum Carnotensis Ecclesiæ, quam sæpius inculcaverant, petito, per quam a diversis exhibitionibus et exactio illa, quæ vulgari nomine Vicaria vocatur, illum fuscum, cui Unigradus vocabulum est, liberum et quietum deinceps concederem, etc.* Charta Philippi Regis Francor. apud Doubletum pag. 856: *Ad ultimum vero regulis subtilitas, tantam incolis Capellæ libertatem concessit, ut nullus in ea bannum, vel theloueum, aut Vicariam aliquam nisi S. Dionysio persolvisset, etc.* Alia Anselmi Episcopi Belvacensis ann. 1099: *Dedit B. Petro in suburbio Belvacensi 12. hospites cum omni justitia, excepta Vicaria, foragio, et teloneo, etc.* [Tabul. Majoris Monast.: *Quæ omnia libera ab omni consuetudine exactiois, vel Vicariæ, seu cæterorum vectigalium facio. Charta alia ibid.: *De hospitibus quoque qui in terram monachorum hospitali fuerint, concessit et dedit eisdem monachis omnem Vicariam et omnes consuetudines. Vicariorum cupiditas notatur in Capitul. Ludovici Pii ann. 829. cap. 5.] Adde Spicilegium Acherianum tom. 13. pag. 292. [Mabill. sæc. 6. Bened. part. 2. pag. 389. et Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 190.]***

VICARIETAS. Eadem notione. Tabularium Vindocinense fol. 48: *Emit liberam a lege Vicarietatis. Fol. 51: *Liber ab omni redditione Vicarietatis, vel alterius lege, excepta decima.**

¶ VICARIATA, ut Vicaria, Jurisdictio, officium Vicarii. Notitia ann. circ. 1068. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 473: *Post mortem autem ipsius domni Gervasii Archiepiscopi, confirmavit et corroboravit omnino Gervasius ipsius nepos donum hoc, id est Vicariatam predictæ terræ de Sarciaco, et quicquid ad Vicariatam pertinet et venationem totius bosci S. Vincentii.*

VICARIATIO, Functio Vicarii, seu ejus, qui alterius vices agit. [Epist. Agapeti PP. ann. 951. in Append. ad Marcum Hisp. col. 867: *Si quis autem, quod non credimus, in aliquibus frangere tentaverit, sciat se, nisi resipuerit, auctoritate Dei et S. Petri Apostoli atque nostra, qui ejus fungimur Vicariatione, anathematis vinculis indissolubilitate innodandum. Eadem leguntur ibid. col. 868. et apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 325.] Flodoardus lib. 4. Hist. Remensis cap. 1: *Qui si veniendi facultas defuerit, suos cum eo dirigant legatos, qui eorum Vicariatione perfuncti, disceptandi et deliberandi libertatem possideant. Legendum Vicariatione, uti habetur in Charta Gaufredi Comitis Andriensis ann. 1175. apud Ughellum tom. 7. pag. 1091. 1092: *Si aliquis tentaverit facere furum, vel etiam portare pagem in suo***

territorio, incidat in dictam penam, et medietas dictæ penæ sit Curie regalis, et alia medietas sit Ecclesiæ; et si ego, qui sum dominus, vel hæredes et successores mei tentaverint, incidant in dictam penam, quam Vicariationem concessit mihi dominus Rex per litteras sigillatas magno sigillo, etc. Infra: *Pro qua concessione et Vicariatione fateor me accepisse a dicto Mario Episcopo Ecclesiæ majorem, quæ est prope Castrum dictæ civitatis; et dictus Marius obtinuit licentiam de dicta Vicariatione et concessione dictæ Ecclesiæ, etc.* Sic autem concipitur Chartæ initium: *Nos Gauffredus, etc. vicariam cum Mario venerabili Episcopo Montis Viridis, furnum, quod habes in civitate, etc.* Ita Vicaria et Vicariatio, idem sonant.

\* Hinc nostris Vicariat, Scriptum, quo quis alicujus procurator constituitur. Lit. remiss. ann. 1480. in Reg. 206. Chartoph. reg. ch. 478: *Le Vicariat, contenant la puissance bailliée par l'archevêque de Tours à maistre Jehan de Plains son official, et au moyen duquel a esté par ledit de Plains, comue vucaire, fait collation d'icelle cure.*

\* VICARIUS, ecclesiis pastore viduatis constituti interdum vicini episcopi a summo pontifice. Charta ann. 1107. in Chartul. Cluniac. ch. 137: *Ego Wido Viennensium archiepiscopus et Apostolica auctoritate Bismunptiæ sedis Vicarius confirmo.*

¶ VICARIUS CHRISTI nuncupantur Episcopi in Epist. Synodi ad Teudonis-villam inter Capitul. Caroli Calvi tit. 2.

VICARIUS S. PETRI, et Apostolorum, vel Apostolicæ Sedis, passim dicti summi Pontifices, quod loco Petri Christi vicem gerant in terris, inquit Baronius ann. 740. n. 5. apud Gelasium PP. Epist. ad Anastasium Augustum, Symmachum in Apologetico ad eundem Imperat. in Romana Synodo ann. 800. in Præfat. ad Concilium Meldense ann. 845. et can. 80. etc. Vide, quæ annotavit Baluzius ad Epist. 84. Lupi Ferrariensis.

VICARIUS SEDIS APOSTOLICÆ, qui alias Legatus Sedis Apostolicæ dicitur, cui nempe vices suas in Ecclesiis aut Provinciis designatis summo Pontifex committit. Hujus dignitatis formula exstat in variis Epistolis Gregorii M. Joannis VIII. PP. præterea in Sergii II. PP. Epistola, qua Drogoni Episcopo Metensi Caroli M. filio vices suas impertitur, tom. 3. Concil. Sirmondii pag. 9: *Sed quia nos cunctarum sollicitudo angit Ecclesiarum, ubi ipsi esse non possumus, more præcedentium nostrorum moderationis nostræ Vicarios damus. Vide Gregor. VII. lib. 6. Epist. 21. et alibi, Annales Francor. Bertin. ann. 884. et quæ Marca commentatur in Dissertat. de Primitivibus num. 49.*

VICARIUS summi Pontificis in Spiritualibus Romæ, cujus munus quale sit, accipe ex Bulla Benedicti XII. PP. ann. 1341: *Te (Episcopum Assisinatem) in urbe supradicta, ejusque suburbii et districtu Vicarium nostrum in Spiritualibus usque ad nostrum beneplacitum tenore presentium constituimus, ac etiam deputamus, visitandi Ecclesiæ, Monasteria, et loca Ecclesiastica, sacularia et regularia, quorumcunque ordinum, non exempta nec privilegiata, et tam Ecclesiarum, Monasteriorum,*



et locorum ipsorum, quam alias personas Ecclesiasticas, urbis, suburbiorum, et districtus predictorum cujuscunque status, ordinis, vel conditionis existant, nec non reformandi, que in eis reformationis ministerio noveris indigere, earum et cujuslibet excessus et criminu corrigendi, et puniendi, aliaque faciendi et exercendi auctoritate nostru, que ad hujusmodi Vicariatus officium pertinere noscuntur. Vide Gregor. IX. lib. 1. tit. 28. cap. 5.

¶ VICARIATUS, Ejusmodi Vicarii dignitas, officium. Charta ann. 1409. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 57: *Nostram ordinationem et amicabilem compositionem sigillo Vicariatus nostri in Spiritualibus... fecimus... communiri.*

¶ VICARIUS S. DONATI, Ita passim sese inscribunt Aretini Episcopi, ut ad Instrumentum ann. 1027. observat Mabillonius sæc. 6. Bened. part. 1. pag. 277: *Theodaldus S. Donati Vicarius, etc.*

¶ VICARIUS EPISCOPORUM nuncupati Chorpiscopi. Vide supra in hac voce. Memorantur officiorum Vicarii in Capitul. Ludovici Pii ann. 816. cap. 28. et in Adit. 2. cap. 19.

¶ VICARIUS GENERALIS Abbatis Casinensis, Cui scilicet Abbas suas vices committit, in Supplemento Vir. Illust. Casin. Placidi Diac. apud Murator. tom. 6. col. 77.

VICARIUS, dicti Beneficiati quidam in Ecclesiis Cathedralibus, qui Majoribus Missis decantandis, et officii Ecclesiasticis peragendis potissimum addicti erant, in eoque vices Canonicorum peragebant, unde *Canonici Vicarii* etiamnum appellantur. *Canonici, Vicarii, seu simplices choriules*, in Concilio Coloniensi ann. 1310. cap. 7. in Senonensi ann. 1320. cap. 4. et Parisiensi ann. 1324. cap. 4. Necrologium Ecclesie Ambianensis: 4. Kal. Mart. ob. *Enguerrani de Croy Canonici. Iste ordinavit in Ecclesia nostra perpetuis temporibus redditus ad decem Vicarios annuatim instituendos, videlicet duos Capellanos, duos Diaconos, duos Subdiaconos, quatuor Presbyteros. De Capellanis autem unus celebrabit Missam de B. Virgine, alius pro Defunctis, et utrique eorum ministrabit in Missa unus Diaconus, et unus Subdiaconus de predictis, etc.* Vide Gobelinum Personam in Cosmodrom. pag. 241. Statuta Ecclesie Leichfeldensis in Monastio Anglie. tom. 3. pag. 243. Chronicon Archiepiscop. Upsaliensium pag. 216. et Metropolitim Salisburgensem tom. 1. pag. 264.

\* Unde præbenda illis attributa, *Vicariialis* nuncupabatur. Lit. admort. ann. 1382. in Reg. 121. Chartoph. reg. ch. 110: *Cum defunctus magister Radulphus de Ailliaco, tunc canonicus Ambianensis, ordinaverit unam præbendam perpetuam, sacerdotalem et Vicariam in dicta ecclesia Ambianensi fundare, etc.*

¶ VICARIUS CHORALES, Eadem notione, in Testam. Rotherami Eborac. Episc. ann. 1498. ex Lib. nig. Seaccarii pag. 678: *Volo etiam quod Vicarii Chorales ecclesie Eboracensis predictæ habeant c. lib.*

VICARIA, Ejusmodi Vicarii dignitas seu Beneficium, apud Stephanum Tornac. Epist. 193.

¶ VICARIATUS, Eodem intellectu. Obi-

tuar. MS. Eccl. Morin. fol. 8: *Prima die cujuslibet mensis Vicarii ecclesie Morinensis tenentur ire in capitulum, et ibi resignare suos Vicariatus per traditionem unius fustuce.*

¶ VICARIA, Sacellum redditibus annuis instructum a presbytero deservendum, Gall. *Chapelle*, vel *Chapellenie*. Charta Guillelmi II. Episc. Ultraject. ann. 1301. in Batav. sacra pag. 173. col. 2: *Supersant et litteræ expiatoriæ hujus cædis, quo nomine mater Hannonis Comitiss Hollandiæ fundavit Vicariam unam alteramque largiter dotatam. Testam. Bertrandi de Turre ann. 1328. apud Baluz. tom. 2. Histor. Arvern. pag. 709: Volo et ordino quod in capella de Olergio... fiat quædam Vicariu que semper conferatur per hæredem meum dominum Olergii, quotiescumque ipsam Vicariam vacare contingerit, cuiusmodi presbytero vicario pro divinis ibidem celebrandis pro animæ meæ et parentum... salute. Testam. Amedei Dalphini ann. 1355. ibid. pag. 323: Item instituo aliam Vicariam in hospitio meo de Melhu de quinque sextariis frumenti et de quinquaginta solidis Turon. in capella dicti hospitii mei de Melhu, et de bonis meis dicti loci de Melhu solventis et reddendis illi qui dictæ Vicariæ deserviet; ita quod illi seu ille qui in dicta capella deservient ter in septimana Missas celebrare in eadem capella teneantur. Occurrit rursus ibid. pag. 317. Le Roman de S. Leodebide MS:*

Cil sert à riche Vicairie,  
Qui sert à la Vierge Marie;  
Provende el ciel icil deservent,  
Qui jor et nuit de cuer la servent.

\* Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 154: *Pour l'ame d'icellui prestre, Loys Baille doit fonder de sa rente une Vicairie ou chapelle.*

VICARIUS in Ecclesiis dicuntur, qui vices agunt Parochi, de quibus est titulus apud Gregor. IX. et in Sexto. Thomas Walsinghamus pag. 275: *Docuit nempe plebem, decimas non esse dandas Curato, nisi is, qui daturus esset, foret ditior quam Vicarius, qui acciperet, sive Rector. Vide Concilium Arelatense ann. 1260. cap. 5. Sic porro appellabantur, Anglis præsertim, Vicarii perpetui, qui in Ecclesiis constituuntur, quæ Monasteriis aut Collegiis Canonicorum appropriate sunt, id est, quæ ad Monasteria aut Collegia Canonicorum pertinent. [Prestre fermier ou Vicaire de l'eglise parrochiale dudit Croissy, in Charta ann. 1456. ex Chartul. Latiniac. f. 177. vº.] Compositio facta inter Hugonem Episcopum Lincolniensem et Guill. Abbatem S. Albani ann. 1209: *Et super appropriatione omnium Ecclesiarum, in quibus jura Pontificalia non habent Abbates S. Albani; et assignatione Vicariarum in eisdem, nec non et custodiis earundem Ecclesiarum et Vicariarum, cum eas vacare contingerit. Charta Henrici Archiep. Senonensis ann. 17. Ludov. Reg. ex Tabul. S. Germani Parisiensis: Quæ duo altaria prædecessores ejus abbates, sub titulo et respectu Vicariorum a nostris prædecessoribus teneverunt, remotis et condonatis Vicariorum personis, predictæ Ecclesie B. Germani sub**

cenuali tenore possidenda in perpetuum concederentur, etc. [Charta ann. 8. Henrici V. Reg. Angl. apud Blount in Nemolex.: *Ego Joannes Webbe perpetuus Vicarius ecclesie parochialis de Bronzford dedi domino David Hay perpetuo Vicario ecclesie parochialis de Anebury duas acras terræ.] Vide Appropriate.*

¶ VICARIA, Ejusmodi Vicariorum dignitas seu beneficium. Statuta Eccl. Ne-maus. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1065: *Præcipimus districte ne aliquis rectoriam seu Vicariam alicujus ecclesie præsumat ab aliquo recipere, nisi prius nobis fuerit presentatus, et a nobis illius ecclesie curam receperit animarum. Charta ann. 1201. ex Tabul. B. M. de Bononutio Rotomag.: Ad communem omnium notitiam volumus pervenire ne intuitu Dei dedisse... ecclesiam S. Mariæ de Bervilla super Secunam integre cum omnibus pertinentiis suis in perpetuum, salvo jure pontificali, possidendam et in usus pios convertendam, salva Vicaria decem librarum usualis monetæ a nobis et successoribus nostris Vicario conferenda. Vicaria parochialis, in Charta ann. 1309. tom. 1. Chartul. S. Vandreg. pag. 931. Charta ann. 1377. apud Kennett. in Antiquit. Ambrosd. pag. 511: *Vicaria in capella de Hedgingdon... consistit in omnibus obventionibus altaris, cum minutis decimis totius parochiæ, exceptis decimis agnorum et decimis casei de curia domini provenientibus... Et valet Vicariu quinque marcas et amplius, tota autem ecclesia xx. marcas. Occurrit rursus ibidem pag. 193. 483. 505. et 543. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 603. et in Hist. Mediani Monast. pag. 376. 377. et alibi.**

¶ VICARIA PRIMÆ MISSÆ, Reditus assignatus pro prima Missa. Charta ann. 1380. apud Ludewig. tom. 1. Reliq. MSS. pag. 401: *Nicolaus Episcopus Misenensis Vicariam primæ Missæ in Ecclesia parochiali de Kirchhuin, vestro monasterio univit.*

\* VICARIA, Stipendium vicario ecclesiam deservienti assignatum. Charta Gualt. archiep. Rotomag. ann. 1500. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 31: *Dedimus autem et confirmavimus dictis canonicis omnes prædictas ecclesias,.... salvis honestis Vicariis sacerdotum, in predictis ecclesiis ministrantium.*

\* VICARIA, Idem videtur quod *Præbenda*, cibi scilicet ac potus diurna portio vicario concessa. Charta ann. 1486. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 364: *Campanarius pro salario suo hubebit quotlibet unno viginti octo Vicarias, etc.*

\* VICARIA CYMITERII, Jus sepeliendi in cæmeterio. Charta Guill. de Loischel ex Chartul. S. Dion. de Nogento: *Dono.... presbyterium S. Martini Loischeli, id est, offerendas, sepulturas, primitias, Vicariam et theloneum cymiterii. Nisi redditum vicariæ intelligas.*

\* VICARIA THELONENSIS, Jus exigendi theloneum. Charta fundat. S. Launom. Bles. ann. 924. inter Instr. tom. 8. Gall. Christ. col. 412: *Do et concedo.... S. Launonario et monachis ejus.... omnes consuetudines ipsius (pagi), terras et aquas, videlicet totam Vicariam theloneensem, rotaticum, bannum, feoda, etc.*



VICARIORUM REDEMPTIONES. Vide *Altarium Redemptiones*, in *Altare*.

VICARIUM IMPERII dicti sunt, quos Imperatores et Reges Romani, cum ipsi per se negotiis regni et Imperii sufficere non possent, ex aulae suae proceribus constituebant, qui vice illorum cognitioni causarum praesent; et horum quidem munus, cum persona, quae eidem praeficiebatur, exspirabat. Ejusmodi fuerunt, quos in Germaniae Principatibus delegare solebant Imperatores, qui sub dignitate *Comitis Palatii*, vices Imperatorias agebant, et in iis supremo jure causas dijudicabant. Neque omnino diversi ab iis, qui vulgo

VICARIUM GENERALEM IMPERII nuncupantur, quibus scilicet Imperator, in certis districtibus, *Vicariam* Imperatoriam potestatis et dignitatis committit, seu ad vitam, seu etiam in liberos masculos translata eadem dignitate. Quae quidem *Vicaria* maxime dari consueverat in Italia et Gallia, quo rarius accedebant Imperatores. [Charta Ottonis I. Imper. ann. 962. apud Murator. tom. 20. col. 626 : *Creamus dictum Valterium Vicarium Imperialem et primum Marchionem Mantuae.*] Charta Friderici Imp. ann. 1248. apud Guichenonum : *Thomas de Sabaudia Comes, sacri Imperii a Papa superius Generalis Vicarius.* Alia ejusdem Imper. ann. 1249. apud eundem : *Ipsium (Thomam) nostrum et sacri Imperii generalem Legatum in partibus ipsis duximus statuendum.* [Inventar. Chartar. Reg. ann. 1482. fol. 281. vº : *Rotulus in papiro non signatus continens quandam informationem factam contra praesentes defuncto Imperatore Vicariatus Imperii nomen sibi attribueret, maxime in partibus Mediolanensibus.* De anno 1308.] Guillelmus Comes de Monteforti pro Seren. D. Ludovico D. G. Roman. Rege in Mediolano et ejus Comitatu specialis, et in tota Lombardia Vicarius Generalis, in Charta ann. 1327. in qua fit mentio Bertholdi Comitis de Marsteten, dicti Nysen, olim Regis Henrici in partibus Italiae Vicarii Generalis. Matthaeus Vicecomes D. gratia.... *Serenissimi D. Henrici Romanorum Regis et sacri Imperii in civitate et districtu Mediolani Vicarius Generalis* ann. 1312. [Joannes Galeatus Vicecomes Mediolani, Imperialis Vicarius generalis, in Chron. Andr. Danduli apud Murator. tom. 12. col. 478.] Rupertus Imp. Brunorum de la Scala, et filios masculos legitimos, *Vicarios generales* constituit in civitatibus Veronae et Vincentiae et eorum territoriis, constitutione ann. 1434. quae descripta legitur apud Goldastum tom. 1. pag. 395. De Vicariatu Imperii in Regno Arelatensi Carolo V. Regi Franciae, tum Delphino, a Carolo IV. Imp. concesso, egerunt Anton. Dominici in Assertore Gallico pag. 234. 235. et alii. Adde Bodinnm lib. 1. de Republ. cap. 9. pag. 137. Formula vero dandi *Vicarium* Imperii, habetur apud Petrum de Vineis lib. 3. Epist. 79. lib. 5. Epist. 1. et apud Goldastum tom. 1. Constitut. Imper. pag. 395. 396.

VICARIUM praeterea Imperii appellati, quos Imperator, extra provinciam discedens, veluti in Italiam proficiscens, in Republicae administratione sibi substituebat. Ita Otto M. in Italiam proficiscens *Vicarium*

ordinavit, sibi substituit absentem Hermannum Brunswicensem : Fridericus I. filios suos Regem Henricum, et Philippum Sueviae Ducem : Otto IV. quo tempore profectus est Romam coronari in Imperatorem, Imperium supra Mosellam fratri suo Henrico Palatino regendum dimisit, ut est apud Caesarium Heisterbach. lib. 1. Henricus VII. filium Johannem Bohemiae Regem, et Berchtoldum Hennebergicum, primum ejus familiae Principem : Sigismundus Caesar, Guillelmum Bavariae Ducem ; Ludovicus Bavarus Caesar consensu Imperii Principum Ottonem Austriae Ducem *Vicarium* Imperii constituit Paduae et Tarvisii ; et ab eodem Ludovico Caesare Edwardus Angliae Rex Generalis *Vicarius* per Germaniam deputatus est, apud Froissart. 1. vol. cap. 35. [\* Codex reg. 10197. 2. 2. fol. 110. rº : *Anno Domini 1338. Ludovicus IV. Romanorum imperator.... apud Confluentiam supra Rhenum tenuit consistorium imperiale, in quo.... de consilio Electorum, principum et procerum suorum, Edwardum III. regem Angliae personaliter ibi praesentem, Vicarium imperii solemniter constituit.*] Idem Rex ab eodem Caesare Ludovico et Ordinibus Imperii per Galliam et regnum Arelatense constitutus est, teste Goldasto tom. 3. pag. 411. Rupertus Imp. Romam proficiscens coronam suscepturus, Ludovicum Palatinum Comitem Rheni filium, in absentia sua, in Germania, Gallia, et regno Arelatensi *Vicarium* constituit, ut est apud eundem Goldastum tom. 1. pag. 381. Quae quidem Ruperti Constitutio docet praeterea, *de Jure Comitatus Rheni fuisse, et esse, quod cum Romano Imperatore vel Rex ultra montes in Italiam ingressus fuerit, in ipsius absentia Vicariatum Imperii in Germania, Gallia, et regno Arelatensi, ad Comitem Palatinum Rheni pertinuisse et pertinere.* De quo quidem Comitis Palatini jure, ut et de Vicariatu Imperii, qui ad eum, et Ducem Saxoniae, durante interregno, pertinet, doctè disputat Wicfordius in tractatu Gallico de Electione Imperatoris cap. 12. cui adjungendus Christophorus Gewoldus in Tract. de Septemviratu Imperii cap. 11. [Vide supra Electores.]

\* *Vicarios* autem Imperii in Italia, *vicariatus* honore et jurisdictione, morte imperatoris qui illos constituerat, privari, atque ad Romanum pontificem continuo pertinere illius exercitium, statuere nititur Joannes PP. XXII. in Constit. ex ejusd. Reg. fol. 102. rº : *In nostram et fratrum nostrorum deductum est, fama divulgante, notitiam, quod licet de jure sit liquidum et ab olim fuerit inconcusse servatum quod, vacante imperio, sicut et nunc per obitum quondam Henrici Romanorum imperatoris vacasse dinoscitur, cum in illo ad secularem jurisdictionem nequeat haberi recursus, ad summum Pontificem, cui in persona beati Petri terreni simul et caelestis imperii jura Deus ipse commisit, imperii predicti jurisdictione, regimine et dispositio devolvuntur, et ea, tempore durante ipsius vacatione imperii, per se vel alium seu alios exercuisse noscitur in imperio memorato. Nonnulli tamen in Italia partibus, potestatis et dignitatis fastigium illicite ambientes, in nostrum et sanctae Ro-*

*manae ecclesiae matris, quantum in eis est, praedictum evidens ac diminutionem honoris et juris, vicariatus seu alterius cujuscumque nomen officii, quod ipso imperatore vivente, ex ipsius commissione gerebant in certis terris, territoriis, sive locis, post decessum ipsius, absque nostra vel Apostolica sedis petita vel obtenta licentia, retinere sibi, et nonnulli etiam de novo assumere quod non gesserant, aut gestum antea, posteaquam dimissum, resumere temerariis ausibus praesumpserunt.... Praesentium auctoritate monemus, sub excommunicationis poena, omnes et singulos, cujuscumque status, praeminentiae, dignitatis aut conditionis existant,.... quatenus de caetero a denominatione hujusmodi seu nominis assumptione, resumptione ac retentione predictis, necnon usu, potestate et exercitio supradictis prorsus abstineant et omnino desistant.*

\* VICARIUM Romae appellati Praefecti urbis. Bonincont. in Hist. Sicul. part. 3. apud Lamium in Delic. erudit. pag. 300 : *Ea tempestate duo Urbis praefecti, quos Vicarios appellabant, rempublicam administrabant, itaque a senatu Romano creabantur, et annum magistratum cum potestate summa habebant.*

† VICARIUM, Fidejussiones, apud Leonem et Anthemium in leg. omnes. 33. § in hac C. de Episc. et Cleric. ex Pancirolo lib. 1. Thesaur. var. lect. cap. 77. [\* Cod. lib. 1. tit. 3. const. 33. § 3. *Vicarie fidejussiones.*]

VICARIUS, Campio, pugil, qui pro alio monomachiam seu duelli, vel quodlibet aliud vulgare judicium, exsequitur et experitur. Hincmarus Remensis de divortio Hlotarii, interrog. 1 : *Quae ipsa denegans, probationis autore, testibusque descendentibus, judicio Laicorum nobilium, et consultu Episcoporum, atque ipsius Regis consensu, Vicarius ejusdem foeminae ad judicium aquae ferventis exiit, et postquam incoctus fuerat ipse repertus, etc.* Infra, interrogat. 6 : *Vicarius ipsius in judicium exiens incoctus evasit.* Atto Vercellensis Episc. de Pressuris Ecclesias : *Ad pugnam producere (heu) nostros compellimus Vicarios, ut vel istorum caede victi, vel illorum quasi absoluti esse videamur, etc.* Notitia ann. 961. in Tabular. Abb. Belliloci in Lemovicib. : *Judicavit praedictus Raymondus et alii Venerabiles et assistentes, et ut ipsi duo praetaxati viri Vicarios sibi duos eligerent ad certamen expeditionis, quo Dominus manifestare dignetur veritatem hujus rei, quod ita factum ; nam secunda diei hora et certantibus usque ad solis occasum, etc.*

VICARIUS SERVI, Qui vices domini agunt in villis ac praediis ; *villici ministeriales*, in Chronico Reicherspergensi. [Gloss. Lat. Graec. : *Vicarius, δὲ ὕλοσ ἀνίστατο :* in Cod. Reg. additur Gallo, seu galo. Tabul. S. Albini Andegav. : *Ego Zacharias filius Frotmundi Vicarii de Credone : idem qui Villicus Credonensis*, in alia Charta ejusdem Tabul. dicitur. Donatio ann. 1103. inter Probat. tom. 2. novae Hist. Occitan. col. 364 : *Cam omnibus fevalibus et Vicariis utriusque sexus, etc.* Charta apud Ughellum tom. 1. Ital. sacrae col. 1429. edit. ann. 1717 : *Statuimus ut universa Andreae quondam praedecessoris sui donationes, praestationes, preciariorum seu libellorum, atque Vicariorum conscriptiones.... irritae sint.*] De iis exstat vetus No-



titia in Tabulario Abb. Belliloci in Lemo-  
vicib. : *In istis vero curtibus servos Vicarios  
debemus imponere, ut fideliter exigant servi-  
tia dominis suis, omnes servos istos eligimus  
ex Lemovicino de Curto Camayrac. Inprimis  
in Curte de Favars elegimus judicem  
servum, nomine Johannem. In Curte vero de  
Agrayco imponimus judicem servum, nomine  
Imonem, ... per omnes curtis sive villas imponimus  
judices servos, in tali convenientia,  
ut nullus ex illis, neque de posteris eorum  
efficiatur miles, neque ullus portet excuturam,  
neque spadam, neque ulla arma, nisi tantum  
lanceam, et unum esperonem, non habeant  
vestem scissam antea et retro, sed tantum  
clausæ fiant, vectigalia non exigant; quamdiu  
fideles permanserint, si infideles reperti  
fuerint, perdant totam, et ad servitium  
revertant. In unaquaque villa cedimus  
unum mansum, et in unoquoque manso de  
tota Vicaria sua damus eis 4. denarios, et  
unam gallinam, et tertiam partem de omnibus  
placitis, et de vestitionibus similiter; propter  
hoc jurent fidelitatem super altare B. Petri  
in præsentia Abbatis, et Monachis; qui obedi-  
entiales fuerint illis diebus. Si ullus ex illis  
obierit, honor ejus S. Petro remaneat, et  
seniores sui honorabiliter sepeliant. Si filios  
legitimos habuerint, major honorem totum  
teneat, post suum decessum secundus honorem  
teneat, et sic usque ad ultimum. Et si ullus  
ex illis abierit, centum solidos successor,  
qui post eum voluerit, ad Monachos det,  
et fidelitatem faciat, et sic in venturis  
generationibus. Vide Servi Vicarii et Villi-  
cus.*

¶ VICARIUS VICI, Major, apud Aimoinum  
lib. 2. Mirac. S. Bened. cap. 3. n. 5.

\* VICARIUS, Inferior justitiæ minister  
ab aliquo constitutus. Charta ann. 1307.  
tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 239. art. 4:  
*Quod servientes in terra ecclesie exple-  
ctabiles, quam dicti decanus et capitulum ha-  
bent, sive alii Vicarii ejusdem ecclesie etc.*

VICARIUS denique dicitur is, qui vice  
monasteriorum, aut virorum Religiosorum,  
vel Ecclesiarum, dominorum, domino feuda-  
li offertur, qui de prædiis ab iis acqui-  
sitis, neque autortizatis, respondent, tam  
de forefacturis, quam de relevis: *Vicaire*,  
in Consuet. Aurelian. art. 42. 118. et seqq.  
et Blesensi art. 44. 45. qui vulgo apud nos-  
tros dicitur, *homme vivant, mourant, et  
confiscant*. Tabular. Vindocinense Thuan.  
ch. 128 : *His ita peractis Odo Rufus, in  
cujus terra vineæ supradictæ consistunt,  
dicens eas emptas a nobis venditiones, inde  
15. solidos requisivit : quos sibi paciscentibus  
nobis negavit se pro his vineas nobis nisi sub  
Vicario auctorizare, quo scilicet superstite  
quietas cas habemus; defuncto autem, aut  
ab Odone, aut ab herede suo relevaremus.*  
Tabularium Majoris Monasterii : *Mentitus  
est Monachus illum nostræ terræ illius fuisse  
Vicarium, et ideo justum esse ut relevaretur,  
quandoquidem esset defunctus. Vide in voce  
Relevamentum 2.*

VICARIANUS. In Novella Justiniani 26.

¶ VICATIM, Alternatim. Diarium obsi-  
dionis Varadin. ann. 1589. apud Ludewig.  
tom. 6. Reliq. MSS. pag. 333 : *Semperque  
pro lasso vulneratoque milite, validos recen-  
tesque Vicatim substituendo, etc.* [\*] Al-  
dhelm. de re Grammat. pag. 522. apud

Maium Classic. Auct. tom. 5 : *Predictis  
litterarum characteribus Vicatim et alterna-  
tim positis.]*

¶ VICCIA, ἀψάκη, Gloss. Lat. Græc.  
Alia : ἀψάκη, tendicula, *Viccia*.

VICINGI, appellati Dani Rerum Angli-  
earum Scriptoribus, ait Cambdenus, quod  
piraticam exercent : *Biccingarum enim Saxo-  
nica lingua, teste Alfrido, piratam deno-  
tat. Vicingos autem vocat, quos Dani hodie  
Bitinger. Vide Olauum Wormium ad  
Monumentum Tirstadense. [Vide infra  
Withingi.]*

¶ VICEADMIRATUS, Proprefectus maris,  
Gall. *Vice-Amiral*. Marchisii Scribæ  
Annal. Genuens. ad ann. 1221. apud Mu-  
rator. tom. 6. col. 424 : *Quum recessus ip-  
sius comitis ad Potestatis notitiam pervenis-  
set, coadunata gente sua, et facta disposi-  
tione ipsorum, qui exercitui tam maris quam  
terræ præesse debebant, Lanfranco Guilelmi  
de Mari Viceadmiratione ad lignorum custodiam  
constituito præcepit, etc.*

¶ VICEADVOCATI. Vide in *Advocati*.

¶ VICEAGENS ROMANÆ ECCLESIE Petrus  
presbyter subscribit Concilio sub Ni-  
colao I. PP. Romæ celebrato, apud Mura-  
tor. tom. 2. pag. 205. col. 2.

¶ VICEBAILLIVUS, *Vibailif*, in Edicto  
Caroli IX. Reg. Franc. ann. 1566. voce  
etiam hodie apud Delphinates usurpata.  
*Coram præfatis dominis Vicejudice et Vice-  
bailivo, ex Regest. laudato, tom. 1. Hist.  
Dalph. pag. 303. Vide Suballius.*

¶ VICECAMERARIUS PAPÆ memoratur  
in Ordine Romano Venetiis excuso ann.  
1561. ubi de Ordine processionis.

¶ VICEANCELLARIUS, Idem aliquando  
qui *Notarius*. Vide Mabill. Diplom. pag.  
126. Et quidem sæpius Notariorum munus  
obiere Viceancellarii : unde *Subancellarii*  
etiam nuncupati. De Viceancellario Eccle-  
siæ Romanæ, vide supra in *Bibliothecarius*.

¶ VICECAPITANEUS, Ducis tenens lo-  
cum, Ital. *Viccapo*. Mirac. B. Simonis de  
Lipnica tom. 4. Jul. pag. 543 : *Item nobili  
domina Hedwigis, consors generosi duntiu  
Joannis vocati Sznaclak pro tunc Vicecapitanei  
castris Cracoviensis. Litteræ Ducis  
Venet. ann. 1382. apud Rymer. tom. 7.  
pag. 354 : Transmittamus duas nostras galeas,  
quarum sunt patroni nobiles viri Her-  
molaus Lambard Vicecapitanens ipsarum,  
etc.*

VICECOMES, Vicarius Comitis, qui vice  
Comitis exsequitur; [*Vicontier*, in  
Charta ann. 1516. ex Chartul. 23. Corb.]  
*Sub Comite agens, in Charta Ottonis Imp.  
ann. 984. apud Barth. Fizen. in Hist. Leo-  
diensi pag. 269. Cujus dignitatis meminit  
Gregorius M. lib. 7. Ind. 1. Epist. 20.  
Edictum Pistense cap. 14 : Habeat in Silvan-  
ectis civitate unusquisque Comes.... Vice-  
contitem suum cum duobus aliis hominibus,  
etc. Capitula Carlomanni tit. 2. cap. 9 :  
Comes præcipiat suo Vicecomiti, suisque  
Centenariis, etc. Adde Legem Longobard.  
lib. 2. tit. 30. § 2. [\*] Carol. M. 72.] [Charta  
Philippi Comit. Ebroic. ann. 1320. ex Tabu-  
lar. Episc. Paris. : *Guillaume Goullaffre  
nostre Bailli d'Evreux, qui pour le temps est  
Vicomte dudict lieu.*] Ut Comites non  
civitati dumtaxat, sed et toti pagum civitati  
adjacenti præfecti erant, ita et Vicecomitum*

munus et jurisdictio in totum pagum porri-  
gebatur. Faustus in Vita S. Mauri Abb. :  
*Predictus denique vir Florus, cum in omni  
regno Theodeberti Regis summam obtineret  
potestatem, ac Vice comitis in Andegavensi  
eo tempore fungeretur pago, etc. Agobardus  
de Insolentia Judæorum pag. 61 : Dederunt  
mili indiculum ex nomine vestro, et alteram  
ei, qui pagum Lugdunensem Vice comitis  
regit. Vicecomes pagi, apud Hincmarum  
Opusc. 29.*

Ab ipsismet Comitibus deligebantur.  
Fragmentum Historiæ Aquitanicæ, de Vul-  
grino Comite Inculmensi : *Miseratque in  
Martiliacum Robertum legis doctum, et cum  
eo amicam suam fidelissimum nomine Ra-  
nulfum, feceratque eum Vicecomitem suum.*  
Infra : *Willelmus autem Sector ferri honorum  
corum restituit Odolrico fratri eorum, qui  
minor natu erat, juitque ei suus Vicecomes.*

Denique ut Comites, ita et Vicecomites in  
absentia Comitum, judiciis publicis præ-  
erant. Vetus Notitia Viennensis Ecclesiæ C.  
ann. 863 : *Veniens Wulfredus Ecclesiæ S.  
Maaricii Advocatus publice in Viennam ci-  
vitatem in præsentia D. Ardoini ejusdem  
Ecclesiæ venerabilis Archiepiscopi, et Erluini  
[Erlulfi] Vicecomitis Missi illustris  
Bosonis Comitis, vel judicum, qui ibi ad-  
erant, etc. Tabularium Persense ch. 19 :  
Ibique veniens Fredelus in Augustiduno ci-  
vitate, in mallo publico, ante Blitgario Vice-  
comite, et plures Scabineis, qui ibidem erant,  
placitum suum legibus attendidit, etc. Chroni-  
con Besuense pag. 505 : *Notitia, qualiter  
ante Bettonem Episcopum et Balactarium  
Vicecomitem, et ad vicem Hildegarni Comi-  
tis, seu Scabinorum, qui ibidem aderant,  
veniens Advocatus Monasterii S. Petri, etc.*  
Vide Rollandinum in Summa Notariæ 1.  
part. cap. 7. rubr. ult. ubi habetur formula  
creandi Vicecomitem.*

¶ VICECOMES, Idem quæ *Vicedominus*  
Episcoporum : neque enim alia ratione, ut  
videtur, *Iuguo Decanus et Vicecomes*, quem  
subsequentur alii Canonici, subscribit  
post Archiepiscopum Chartam Archembaldi  
Areliep. Turon. ann. 993. ex Tabul. Ma-  
joris Monasterii. Vide in *Vicedominus*.

VICECOMITES PROVINCIALIUM, apud An-  
glos, sunt Regis Officiales ad Comitatus  
gubernationem quotannis constituti. Inter-  
dum judicis loco funguntur, ad causas sci-  
licet minores, quæ illorum jurisdictioni  
subsunt, interdum etiam Ministrorum et  
mandatariorum Regis officium exsequun-  
tur. Ita Cowellus. Liber Niger Seaccarii :  
*Vicecomes dicitur, quod vicem Comitis sup-  
plet in placitis illis, quibus Comes ex snæ  
dignitatis ratione participat cum Rege.* Matth.  
Paris ann. 1076. de Walthero Episcopo  
Dunelmensi : *Et Vicecomitis agens rices,  
laicali se foro immiscuit.* Horum institutum  
Alvredo Regi Angliæ adscribunt Scriptores  
Anglici. Ingulfus de eodem Alvredo : *Præ-  
fectos vero Provinciarum, qui antea Vice-  
domini, in duo officia divisit, i. in judices,  
quos Justitarios vocamus, et in Vicecomi-  
tes, qui adhuc nomen retinent. Horum cura  
et industria tanta pax in brevi per totam  
terram effloruit, ut si viator quantamcum-  
que summam pecunie in campis et publicis  
comptis vespere dimisisset, mane vel post  
mensem rediens, integram et intactam indu-*



bie inveniet. Quemadmodum vero ii eligi a Rege soleant, docet hisce verbis Fortescutus lib. de Laud. Leg. Angliæ cap. 24: *In quolibet Comitatu est officarius quidam unus, Regis Vicecomes appellatus, qui inter cætera sui officii ministeria, omnium mandata et judicia curiarum Regis in Comitatu suo exequenda, exequitur, cujus officium annuale est, quo ei post annum in eodem ministrare non licet, nec duobus tum sequentibus annis ad idem officium reassumetur. Officiarius iste sic eligitur. Quolibet anno in crastino Annuarum conveniunt in Scacario Regis omnes Consiliarii ejus, tam domini spiritualis et temporales, quam alii omnes Justitiiarii, omnes Barones de Scacario, Clerici rotulorum, et quidam alii officarii, ubi ii omnes communi assensu nominant de quolibet Comitatu tres Milites, vel Armigeros quos inter cæteros ejusdem Comitatus ipsi opinantur melioris esse dispositionis et faniæ, et ad officium Vicecomitis Comitatus illius, melius dispositos: ex quibus Rex unum tantum eligit, quem per literas suas patentes constituit Vicecomitem Comitatus, de quo eligitur pro anno tunc sequente: sed ipse antequam literas illas recipiat, jurabit super sancta Dei Evangelia, inter articulos alios, quod bene et fideliter et indifferenter exercebit et faciet officium suum toto anno illo, neque aliquid recipiet colore aut causa officii sui, ab aliquo alio quam Rege. De ejusmodi Vicecomitum jurisdictione, vide Regiam Majest. lib. 1. cap. 1. Statuta Roberti III. Regis Scotiæ cap. 23. 24. 25. 26. et Bracton. lib. 3. tr. 2. cap. 35.*

**SUBVICECOMES**, apud Anglos JC. est Officialis, aut Deputatus Vicecomitis. Cowel. [In Formul. Angl. *Madox* pag. 59. Charta iis testibus subscribitur Roberto de Curtenay tunc Vicecomite Devonæ, Willelmo de Nimet tunc Subvicecomite per eundem, etc. Litteræ Henrici V. Reg. Angl. ann. 1415. apud Rymer. tom. 9. pag. 253: *Per personalem supervisum tuum, aut Subvicecomitis tui ejusdem Comitatus, etc.*] Vide Spelman. in *Vicecomes*.

**VICECOMITES** in Normannia nostra appellantur Iudices, qui in intelligendis oppidis jus dicunt, de quibus intelligendus Ordericus Vital. lib. 8: *Hic Orbecci Vicecomes et Causidicus fuerat, ... in negotiis et placitis ad libitum judicabat, et pro acceptatione munerum judicia pervertebat.* De horum jurisdictione et officio ita vetus Consuetudo Normanniæ MS. 1. part. sect. 1. cap. 9: *L'office del Viconte adedeves, si est qu'il tiengne les plez, et que il face tenir en droit point les anciennes voies, et les sentes, et les chemins, et que il face ramener en leur ancien cours les eues, qui sont remuée contre droit, et que il enquire diligement et ea segré des malfaitteurs, des traîtres et des trahisons, des multres et des multriers, des ardeours, des arderesses, d'arsons, des pucelles prises par force, et de tous autres crimes, et ceux, que il trouvera compables, fere premierement scrutine, ou enqueste secretement, sus ceu par le serment de loiaux homes, que il ue soient pas soupectoneus, il les doit fere tenir en prison, tant que il attendent et aient la commune requeste, ou tant que il soient délivrez par la loy del país, et si doit accomplir tous les autres offices de droit.* Eorum præ-

terea munus erat tributa et vectigalia fiscalia exigere, et de iis ratiocinia exhibere. Ordericus Vitalis lib. 11. pag. 805: *Præfatus autem Consul de Mellento, per partem Yvonis, qui Muiceps erat, et Vicecomes, et firmarius Regis, callide intravit. Et lib. 12. pag. 841: Cur inique in dominum suum operatus fuerit, cur ad curiam ejus ter accersitus non venerit, cur de regis redditibus ad Vicecomitatum Argentonii et Oximorum Falesiæque pertinetibus, ut Regis Vicecomes et officialis, ratiocinatio non reddiderit, et de aliis reatibus rationabiliter impetitus est.* Id etiam munus fuisse Ballivorum supra ostendimus.

¶ **VICECOMITES SCACARIORUM**, Eadem notione. Litteræ Philippi Pulchri Reg. Franc. ann. 1290. tom. 1. Ordinat. pag. 319: *Quod iudices foranei, qui vocantur Vicecomites Scacariorum, amoveantur, nec deinceps ponantur ibidem.*

**VICECOMES**, interdum idem qui Castellanus. Lambertus Ardensis pag. 88: *Flandrensis hauris Comes et Princeps Theodoricus, incoasulto Gandavensi, imo jam Ghisnensi Comite Arnoldo, Gandavensis burgi Castellariam Curtracensi Vicecomiti Rogero ad tempus concessit et commisit habendam.* Quem enim Vicecomitem nominat Rogerus, Castellanus fuit Curtracensis. Ita *Vicecomitissam Yprensem* vocat pag. 200. quæ *Castellana* dici debuit: nam *Castellani* pariter appellati Yprenses domini. Vicecomitibus præterea Castellorum custodiam incubuisse docet Willelmus Gemeticensis lib. 8. cap. 15: *Robertus Comes Melenti turrim illam custodieus, Vicecomitis officio in predicto officio fungebatur: egit itaque calliditate solita, ut idem Castellum Willelmo de Britolio redderet.* [Vide D. Brussel de Usu feud. lib. 3. cap. 1. et 2.]

*Vicecomitum* ejusmodi interdum quidam erant infeudati, id est, *Vicecomitatus* jure feudali obtinebant, ut indicant Statuta Davidis II. Regis Scotiæ cap. 30 § 3. quorum jurisdictione, *media Justitia* dicitur practicis nostris, *la Justice Vicoutiere*, in Consuetudine Ambianensi art. 191. 246. Pontivensi art. 82. 84. 104. Monstrolensi art. 6. 7. 25. 26. 27. 29. Insulensi tit. 1. Hesdinensi passim. S. Richarii art. 2. Atrebatensi art. 5. etc. Eadem et

**VICECOMITATUS** appellatur, et cum *Vicaria*, et *Advocatione* confunditur. Charta Galteri Tirelli ann. 1186. in M. Pastoralis Eccl. Paris. lib. 3. ch. 2: *Cum.... teneat a me in feodo medietatem totius Vicecomitatus seu vicarie, etc.* Charta Theodorici Episcopi Ambianensis ann. 1171. ex Tabulario ejusdem Ecclesiæ fol. 53: *Cum tandem absolutionem postularent, nec in auro vel argento ad manum habentes, unde ablata restituerent, Vicecomitatum et Advocationem de Berberis... Ambianensi Ecclesie pro obtinenda absolutione sua in elemosyâam donaverunt.* Charta Odonis Episcopi Belvacensis ann. 1140: *Concesserunt præfata Ecclesie... quicquid habent in villa et in terra Teoleti, videlicet Advocationem et Vicecomitatum, et quicquid habebant ibi aliud.* [Charta ann. 1210. qua Galterinus de Wasnou vendit Blanchæ Comitissæ Campaniæ Vicecomitatum de Cuis, apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. 692: *Illud tamen*

*michi retinui, quod si aliquis in eadem villa de me tenet feodum, dummodo non sit de Vicecomitate vel de advocatia, michi liberum remanebit.*] Vide *Vicecomitura*.

**VICECOMITIA**, Eadem notione. Ordericus Vitalis lib. 5. tit. 696: *Concesserunt S. Ebrulfo Vicecomitiam, id est, vicariam, quantum habebat in villariis vastatis.* Vide *Viare*, *Vicarius*, *Advocati*.

¶ **VICECOMITATUS**, Exactio quam Vicecomes faciebat intra Vicecomitatus limites. Charta ann. 1226. ex Tabul. S. Urbani: *Ego Hugo miles de Fronvilla... acquitavi ecclesie S. Urbani Papæ et Martyris quoddam feitum et Vicecomitatum, et quiddam juris ego et predecessores mei in villa de Blehecuria habebamus. Vicoutage dicitur in Chartul. Gemmetic. tom. 1. pag. 40: Et pour ce prend le Roy notre dit sire ou ses ayans cause cinquante sols chacun an de Vicoutage sur nos hommes. Neque alia notione occurrit*

¶ **VICECOMITALIS PARS**, in Charta Engolism. inter Probat. tom. 2. Gall. Christ. novæ edit. col. 444: *Willelmus Comes beatissimo Petro... tribuit aate festivitatem S. Johannis Baptistæ septem diebus et dimidium duas partes de veuda, sicut olim tertiam partem, id est Vicecomitalem ipsa sedes habere videbatur.*

\* **VICECOMITATUS**, Jus vicecomiti debitum. Charta Milonis de Marchais ann. 1210. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 122: *Garbagium nostrum et Vicecomitatum nostrum et omnes eschies, sicut erant in blado et in denariis, .... quittum clamavinus. Viconté*, eodem sensu, in Lit. ann. 1359. tom. 3. Ordinat. reg. Franc. pag. 364. Vide infra *Vicoutagium*.

**VICECOMES**, Nomen dignitatis, inductum posterioribus seculis, maxime in Anglia, ubi creari cæpere. Aiunt enim Scriptores seu Heraldici Anglici, Joannem *Robersart*, S. Salvatoris oppidi seu Castri in Neustria Præfectum, *Vicecomitem de Robersart* creatum ab Henrico V. Descripsit Thomas *Milles* lib. de Nobilitate politica et civili pag. 63. Litteras Henrici VI. pro erectione *Vicecomitatus de Bellomonte*, pro Ludovico de Bellomonte Milite Ordinis Garteriani. Alii complures subinde a Regibus Anglicis creati Vicecomites, quorum seriem et stemmata exhibent Radulphus *Brooke*, Vincentius *Rougecroix*, Yorkus aliique *Feciales* Anglici. Exstat etiam apud Ruffium in Comitibus Provinciæ pag. 147. Charta ann. 1225. qua Willelmus Comes Forcalquerii R. de Cadaneto in perpetuum *Vicecomitem* facit per eum et successores suos, et Castrum ejus de Cadaeto in *Vicecomitatum* erigit, cum prærogativa, gratis et honoribus, quibus cæteri sui *Vicecomites* eriguntur, etc. Spuriæ sit an legitima, non disquiri. [Vide D. Brussel de Usu feud. tom. 2. pag. 693. 694. et 695.]

¶ **VISCOMES**, ut *Vicecomes*, in Charta ann. 1366: *Ego Pervotus Vichart valletus... confiteor... me tenere in feodo et ad hominiam liggium a nobili et potente Guidone de Calviniaco Viscomite de Brucia sex jorndia prati et avem quarteria vineæ. Visqueux*, in Litt. ann. 1291. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 3. pag. 295. art. 9.

¶ **VICECOMITISSA**, Vicecomitis uxor, vel



quæ Vicecomitatum possidet. Charta apud Spelman: *Rex concessit ecclesiam de Thornconba abbati de Forda sicut Adelia Vicecomitissa illud manerium ei dedit. Occurrit etiam in Tabul. B. M. de Bono-nuntio Rotomag.*

\* **VICECOMITURA**, Idem quod *Vitaria*; quo sensu etiam accipitur *Vicecomitatus*. Vide in *Vicecomes*. Charta ann. 1115. in Chartul. S. Corn. Compend. fol. 76. v<sup>o</sup>. col. 2: *Dicti fratres tanquam per hæreditarium prosequentes, Vicecomituram villulæ et totius territorii ipsius..... occupaverunt. Semel et iterum rursus occurrit.*

**VICECONJUX**, Concubina, in aliquot Inscriptionibus, ut monet Cujacius in Paratit. ad tit. Digest. de *Concubinis*, et ad Nov. 18. Unde recte Julianus Antecessor dixit *concupinam imitari legitimam uxorem.*

**VICECONSUL**, Vicecomes. Leges Edwardi Confess. cap. 12: *Qui modo vocantur Vicecomites, tunc temporis Viceconsules vocabantur: ille vero dicebatur Viceconsul, qui Consule absente ipsius vices supplebat in jure et in foro. Profert Oyhcarnartus in Notitia Vasconia pag. 249. Chartas duas Lope Execonis, et Semeronis Garcis Viceconsulum de Bygur, vel de Beygur, ann. 1119. et 1168. Vide Consul 2.*

¶ **VICECUSTOS**. Inter subscriptos testes Chartæ ann. 1304. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 121. occurrit *Frater V. Baratt. Vicecustos Avenionensis*. Officium apud Franciscanos. Vide *Custodia* 2.

¶ **VICEDAMUS**, a Gall. *Vidame*, pro *Vicedominus*. Dominus *Vicedamus de Chartres*, in Charta ann. 1550. apud Rymer. tom. 15. pag. 214. *Vidamé*, pro hospitio *Vicedomini*, in Charta Guillelmi *Vicedomini Carnot.* ann. 1404. ex Pancarta *Episc. Carnot.*: *Le Vidamé de Chartres non hostel assis au chevet Nostre Dame de Chartres, avec la tour Nouvellon.*

¶ **VICEDAPIFER**, qui *Dapiferi* vices supplet. Occurrit apud Scriptores Hist. T. S. si fides Gallando de *Vexillis Francicis* pag. 28.

¶ **VICEDECANUS**, Subdecanus, Gall. *Sous-doyen. Universis et singulis presentes literas inspecturis Johannes Weidecnepel, Vicedecanus totumque Capitulum Ecclesie Lubicensis, etc.* in Charta ann. 1437. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 336.

¶ **VICDEFENSOR**, Qui ab Ecclesiarum defensore prædiorum tutelam in se recipiebat. Charta *Friderici Ducis Austriae* ann. 1243. apud eumd. Ludewig. tom. 4. pag. 226: *Sed quia ecclesie utilitas exigit, ut propter occupationum nostrarum frequentias, alicui vices nostras in defensione ecclesie committamus... Quia vero prætextu talium commissionum hujusmodi Vicedensores frequenter aviditate temeraria in jura se solent ingerere advocatorum, firmiter interponimus observantiam, ut, si quando a tali Vicedensore Præpositus se senserit gravari, liceat ei ipsum coram nobis nostrisque successoribus recusare et alium sibi magis idoneum postulare. Vide in *Advocati*.*

¶ **VICEDOGNATUS**, ut *Vicedominatus*, *Vicedomini* munus, dignitas, officium. Charta ann. 1353. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 147. col. 1: *Item officium suum vehem-*

*rie seu Vicedognatus Domeneæ, una cum juribus et utilitatibus suis. Alia ann. 1308. ibid. tom. 2. pag. 142: Item quod dictus D. Hugo et successores ipsius nullum in perpetuum impediendum apponant per se vel per alium quominus dictus D. Comes Sabaudienis et successores ipsius castrum insulæ Gebennensis, Vicedognatum Gebennensem, et omnia que idem D. Comes habet, etc.*

¶ **VICEDOMNATUS, VICEDOMPATUS**, Eadem notione, in Charta ann. 1290. apud Spon. tom. 2. Hist. Genev. pag. 60: *Item nos Episcopus.... concedimus dicto domino Comiti in feudum dictum Vicedompatum tenendum et regendum toto tempore vite nostre, etc.* Inquesta ann. circ. 1217. ibid. pag. 409: *Item dicit quod cum episcopus Humbertus haberet in vadimonio Vicedompatum Gebennensem pro sexaginta libris Turron. Vidonnat vulgo apud Genevenses, a Vidonne, uti efferunt, pro Vidame.*

¶ **VICEDOMINA**, *Vicedomini* uxor, apud Pillel. inter Probat. Histor. Gerbor. pag. 339. *Madame Jehanne de la Chartre Vidamesse de Chartres*, in Charta ann. 1410. ex Chartul. 21. Corb. Vide in *Vicedominus*.

¶ **VICEDOMINALIS**, Ad *Vicedominum* pertinens, Agnellus in S. Felice apud Murator. tom. 2. pag. 159. col. 1: *Iste (Felix) monasterium B. Bartholomæi, ubi ego Deo favente Abbas, presuit, et Vicedominalia gubernacula suscepta luculentissimus tenuit.*

¶ **VICEDOMINARIUS**, Eodem significato. *Vicedominarium placitum*, quod ab Ecclesia *Vicedomino* tenetur. Vide infra in *Vicedominus*.

¶ **VICEDOMINATUS**. Vide mox in *Vicedominus*.

\* **VICEDOMINICO**, pro *Vicedominus*; dicitur de iudice qui vice domini ejusque nomine jus dicit. Charta *Judoci march. Moraviae* ann. 1380. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 3. pag. 68. col. 1: *Committebant camerario supremo Czudario, notario et aliis Vicedominiconibus Czudæ Olomuncensis presentibus seriose, quatenus præfatas villas supradictis priori et conventui intabulari disponant, dum primum celebrabitur colloquium dominorum.*

\* **VICEDOMINIUM**, *Vicedomini* dignitas et munus. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Vicedominium, Vidameté.* Vide in *Vicedominus*.

**VICEDOMINUS**, Qui vices aut locum domini obtinet, ἀντιλόγος, in versione Gr. Concilii Lateranensis IV. can. 45. *Ulpianus leg. 157. D. de Regul. jur. : Si vel dominus, vel qui vice dominorum sunt, veluti tutoribus et curatoribus obtemperaverint. Vicedominus loci, in Actis S. Eutycheis 15. April. Regula Magistri cap. 11: Sicut in hominis domo, ut securus sit de omnibus præparandis, dominus rei ordinat Majores familie, quos vice domini minores timeant, id est, Vicedominum, Villicum, Saltuarium et Majorem domus, etc. Quibus locis Vicedominus, Villicus, et Major domus iidem videntur. Et certe Gregorius M. lib. 9. Epist. 66. titulum Majoris domus tribuit Vicedomino Ecclesie: observatque Browerus lib. 8. et 12. Annal. Trevir. pag. 474. 669. 671. 1. edit. Vicedominum seu Advocatum*

*Trevirensis, Majorem domus interdum vocitari a Scriptoribus.*

Est igitur *Vicedominus* idem qui *Vicarius*, seu locum tenens. Chronicon Erford. ann. 1015: *Episcopus ad nutum Imperatoris, Ludovicum in totam Thuringiam misit, et ibi Vicedominum, id est, Vicarium per totam Thuringiam fecit.* Charta *Goscelini Archiepisc. Burdegalensis* in Tabulario Burguliensis Monasterii: *Simon frater meus Partiniacensis castri mei Vicedominus.* Apud Gregor. M. lib. 9. Epist. 37: *Petrus vir clarissimus Vicedominus gloriosæ filie nostræ Rusticiæ Patriciæ, etc.* Adde *Alexandrum Abbatem Calesinum* lib. 3. cap. ult.

Apud *Adamum Bremensem* cap. 184. et *Albertum Stadensem* ann. 1068. *Vicedominatum* dicitur possidere is, qui post Principem in regno rerum suamnam obtinet. Quo sensu *Willelmus Malmesburiensis* scribit, *Odonem Bajocensem Episcopum et Cantie Comitem, totius Angliæ Vicedominum* sub Rege *Willelmo Notho* fuisse. Et auctor *Historiæ Trevirensis* tom. 12. *Spicilegii Acheriani* pag. 242. *Brunonem Archiepiscopum Trevirensis* defuncto *Henrico IV. Imp. communi consilio Principum Curie Regiæ Vicedominum effectum esse* sub *Henrico V. Juniorc.*

**VICEDOMINUS Bergensis pagi**, in *Morinis*, idem videtur qui *Castellanus*, apud *Drogonem Monachum* in libro *Miraculor. S. Winoci* cap. 5. Nam *Bergum* paruit *Castellanus*, non *Vicecomitibus*.

**VICEDOMINUS**, dictus quondam *Massiliensis Jux*, qui sub *Patricio Provinciae* jus dicebat, a quo ad eundem *Patricium* provocabatur. Ita *Guesnaius* in *Annal. Massil.* ann. 768. ex veteri *Notitia Carolo M. imperante* confecta, quæ integra exstat apud *Samarthanos* in *Episcopis Massiliensibus*, apud quos habetur alia exarata sub *Lothario Imp.* ibid. num. 17. in qua ejusdem *Vicedomini* *Massiliensis* occurrit mentio.

**VICEDOMINUS**, in *Anglia*, idem qui *Vicecomes*, ut observat *Seldenus* lib. de *Titul. honor.* 2. part. cap. 5. § 20. Atque ita accipitur in *Legib. Henrici I.* cap. 7. unde *Ingulfus* dixit, in *Anglia Vicedominos* dictos *Præfectos provinciarum*. [Charta *Alfredi Reg. apud Pillel. Hist. Gerbor.* pag. 306: *Præfectos vero provinciarum, qui antea Vicedomini, in duo officia divisit.*] Vide *Senatorem* lib. 5. *Epist.* 14. [et supra in *Vicecomes*.]

Ejusdem conditionis videtur *Pilleto Dominus d'Esneal* qui *Vicedominum Normannie* sese inscribere solet. Hunc consule loco jam laudato.

**VICEDOMINI ECCLESIARIUM**, aut *Episcoporum*, iidem qui *Theophani* et *Scriptoribus Græcis* ἐκλόνομοι, apud *Paulum Diaconum* in *Historia Miscella* lib. 23. et 24. pag. 733. 762. editionis *Canisii*, *Anastasio* in *Historia Ecclesiastica* pag. 160. *Paulum Diaconum Neapolitanum* in *Vita S. Theophili Pœnitentis* cap. 1. etc. *Honorius Augustodunensis* lib. 1. cap. 182: *Vicedominus, qui vicem Episcopi agit.* *Capitul.* 1. ann. 802. cap. 13: *Ut Episcopi, Abbates, atque Abbatissæ Advocatos atque Vicedominos, Centenariosque legem scientes pacificosque et mansuetos habeant, etc.* Adde *Capit.* 2.



ejusdem anni cap. 21. Concilium Remense ann. 813. cau. 24 : *Ut Prepositi et Vicedomini secundum regulas vel Canones constituantur.* Floardoardus lib. 2. Hist. Rem. cap. 13 : *Contigit... dum ad S. Cyrillum occurrerit in Culwisciacum, locutum eum cum Oeconomo Remensis Ecclesie, qui aderat, etc. Mox : Interea mulier quedam anserem attulit Vicedomino, etc. Ubi Vicedominus idem est, qui supra Oeconomus : ut et in Historia Episcoporum Autisiodor. cap. 24 : Constituit, ut Abbates Presbyteri cum Clero ad superscriptum officium peragendum convenientes ex dominico cellario ab Oeconomo Ecclesie stipendium sufficiens accipiant : si autem tardi occurrerint, aut negligentes apparuerint, 40. dies a vino abstineant. Vicedominus autem aut Cellarius, si quod jure ministrare debent, in aliquo subtraxerint, retrusi in monasterium per annum dimidium pane et aqua contenti debent penitentiam persolvant. Neque opinor de alia dignitate intelligendus Gregor. M. PP. lib. 5. Epist. 55. dum ait, Protasium Vicedomini curam gessisse in Ecclesia Arelatensi, antequam ad Episcopatum Aquensem proveheretur. Apud Innocentium III. lib. 2. Epist. pag. 448. fit mentio *Hugonis Vicedomini Majoris Ecclesie Placentine.* In Charta Petri Episcopi Salernitani sub ann. 880. apud Ughellum, *Lupenandus Presbyter et Vicedominus Episcopi* dicitur, in qua et memoratur *Rodelgaldus Castaldeus et Advocator Episcopi.* Unde alium fuisse *Advocatum*, alium *Vicedominum* colligitur. In Gestis Pontificum Cenomanensium legitur : *Hermundum Episcopum Thimierum Abbatem S. Vincentii, Archidiaconum suum Vicedominum per totam diocesim esse constituisse.* Aliorum Vicedominorum ejusdem Ecclesie Cenomanensium mentio passim occurrit in Actis Episcoporum. Cenoman. pag. 212. 225. 234. et 235. In Diplomate Wernheri Argentinensis Episcopi anno 1005. apud Guillimannum cap. 7. subscribit *Herbo Canonicus Vicedominus. Gerardi Vicedomini Argentinensis* meminit Arnoldus Lubec. lib. 7. cap. 10. *Maconis* cujusdam *Vicedomini* Hermannii Archiepiscopi Hamaburgensis, Adam Bremensis cap. 102. Apud Lambertum Schafnaburg. ann. 1065. *Hermannus Vicedominus Moguntinus*, ejusdem Ecclesie Pontifex fit. Anonymus in Histor. Pontificum Eboracensium :*

Presbyter egregius successit jure Johanni Wilfrido, heres patri dignissimus almo,  
Qui prius Euboricæ fuerat Vicedominus, et Abbas :  
Postea sed magno meritorum culmine fretus,  
Pontificis summi condignus sumpsit honorem.

Monachus S. Mariani Autisiodor. ann. 1096 : *Senonensi Ecclesie post Richerium præfuit Duinbertus ipsius Ecclesie Vicedominus.* Vide Sigbertum ann. 537. Joan. Mauritiu Gudenum in Hist. Erfurtensi lib. 1. n. 13. et Ughellum tom. 4. pag. 656.

Habuit etiam *Vicedominos* suos Ecclesia Romana, qui a Pontifice Romano ex ordine Cleri, et aliquando ex Episcopali constituebantur, viri prudentes, et rerum gerendarum peritia insignes, quibus Episcopii vel Palatii Lateranensis cura et administratio committebatur, in gubernanda domo, hospitibus suscipiendis, et domesti-

corum causis cognoscendis. Anastasius Bibl. in Vigilio PP : *Retransmisit Romam Ampliatum Presbyterum et Vicedominum suum et Valentinum Episcopum sancte Ruffine ad custodiendum Lateranum, et gubernandum Clerum.* Idem in Constantino PP : *Joannes Patricius... veniens Romam jugulavit Saulum Diaconum et Vicedominum.* Rursum in Vita S. Zacharie PP. meminit *Benedicti Episcopi et Vicedomini*, scilicet Ecclesie Romanæ. Is Pontificem equitatem comitari solebat una cum Vestiario, Nomenclatore, atque Sacellario, ut est in Ordine Romano. Interdum summi Pontifices *Vicedominos*, seu Vicarios suos, constituiebant, qui vice sua Episcopos in Ecclesiis ordinarent, ut est apud Gregorium M. lib. 1. Epist. 11. Porro Vicedomini Ecclesie Romanæ ædes Romæ in Palatio Lateranensi erat, eaque

VICEDOMINIUM dicebatur, in qua scilicet munere suoungebatur. Anastasius Bibl. in Stephano IV : *Quem... in Lateranense Patriarchium introduxerunt, et ascendentes cum eo in Vicedomino... conpulserunt eum, ut orationem Clericatus eidem Constantino tribueret.*

*Vicedominos* etiam ex ordine Cleri habuere Abbates, qui interdum iidem, qui *Advocati*. Non semel ii occurrunt apud Scriptores, præsertim apud Eginhardum Epist. 12. 14. 23. 37. 52. Exstat Testamentum Leodebodi Abbatis Monasterii S. Aniani tom. 4. Hist. Franc. quod inter cæteros subscribit *Higeius Diaconus et Vicedominus.* In Tabulis Bartholomæi Episc. Laudunensis ann. 1125. fit mentio *Vicedomini Abbatis S. Dionysii in Francia*, apud Gallandum de Franco alod. pag. 74. ut in libro 2. Vitæ et Miraculor. S. Austregisili pag. 358 : *Vadomari Vicedomini Cænobii ejusdem S. Austregisili : qui pro causa utilitatis Monasterii disposuit ad urbem Pictavorum ambularem.* Capitul. 1. Caroli M. ann. 802. cap. 13. supra laudatum.


VICEDOMINI ABBATISSARUM memorantur etiam in Capit. Caroli M. lib. 2. cap. 38. Atque hæc *Vicedominorum* Ecclesiasticorum dignitas

VICEDOMINATUS appellatur apud Gregorium IX. Extra de Simonia cap. 38 : *Quicumque Vicedominatum, vel aliam Ecclesiasticarum rerum administrationem per pecuniam obtinere voluerint, tam ementes quam vendentes cum Simone percelluntur, etc. Utitur etiam Adamus Bremensis cap. 148.*

*Vicedominos* ad hoc constitutos constat, ut essent, qui rerum temporalium, ad Ecclesias pertinentium, curam gererent, quamdiu Episcopi, quorum vices agebant, et a quibus erant instituti, rebus spiritualibus et divino officio vacabant : *Quia Episcopi, et universi Sacerdotes*, inquit Lex Long. lib. 2. tit. 47. § 9. [\*\* Lothr. I. 96.] *ad solam Dei, et bonorum operum actionem constituuntur.* Eam esse præcipuam Vicedominorum institutionis causam, ut et Advocatorum, disertius insinuat Charta Ludovici VI. Regis Franciæ ann. 1125. ex Tabulario Ecclesie Laudunensis, his verbis : *Notum igitur esse volumus... quod cum in Episcopo Laudunensi Vicedominatus et Præpositura, quæ ministeria a principio*

*pie dispensationis providentia ad hoc fuerant instituta, ne quies Episcopalis ab oratione et prædicationis studio secularium causarum turbamur tumultibus exturbaretur, crescente sensuum pravitate in exterminium terræ, et oppressionem pauperum Ecclesie redacta fuissent, etc.* Adamus Bremensis cap. 182 : *Et tunc quidem Vicedominus noster, quasi fidelis dispensator et prudens, ad custodiendas pauperum eleemosynas deputabatur.* Hincmarus Remensis Opusculo 27. al. 29. rerum secularium seu externarum Vicedomino, ut Ecclesiasticarum Præposito Ecclesie incubuisse munus indicat, ad Regem Carolum C. : *Et postea, sicut audivi, per Cancellarium Palatii vestri mandastis Vicedomino et Præposito istius Ecclesie cum non modica interminatione, ut providerent quatenus ullum obsequium ab Ecclesie ipsius (Remensis) hominibus, nullumque subsidium de facultatibus Ecclesiasticis per Clericum vel Laicum ipse Episcopus posset habere : et Vicedominus Laicos cum carris et operariis, et Præpositus Clericos habentes beneficia huc secum adducerent.* Idem apud Flooard. lib. 3. pag. 560 : *Carcer quoque firmiter a Vicedomino restauratur, et custodes, si necesse fuerit, adhibeantur.*

*Vicedominos* eligebant ipsi Episcopi, qui ipsorum restrenue tutarentur, et vassalorum seu clientum Ecclesie suæ causas judicio dirimerent. Gregorius Mag. lib. 9. Epist. 66 : *Volumus autem ut memoratus frater noster Paschasius et Vicedominum sibi ordinet, et Majorem domus; quatenus possit vel hospitibus supervenientibus, vel causis, quæ eveniunt, idoneus et paratus existere. Si vero et negligentem eum prospicis, et ea, quæ diximus, implere differenter : omnis Clerus ejus adhiberi debet, ut communi consilio ipsi eligant quorum personæ ad ea, quæ prædiximus, valeant ordinari.* Lex Longohardi. lib. 2. tit. 47. de *Advocatis et Vicedominis*, [\*\* Carol. M. 22.] præcipit, *ut tales eligantur, qui sciant et velint justitiam causam discernere.* Et § 3. [\*\* Pipin. 27.] *Omnes Episcopi, Abbates, cunctoque Clero præcipit Vicedominos, Præpositos, Advocatos, sive defensores bonos habere, non crudeles, nec cupidos, non perjuros, non falsitatem amantes; sed Deum timentes, et in omnibus justitiam facientes, vel diligentes.* (Eadem habentur in Concil. Mogunt. cap. 50.) Et § 9. [\*\* Lothar. I. 96.] *Episcopi et Sacerdotes præcipiuntur, habere Advocatum non mala fama suspicatum, sed bonæ opinionis et laudabilis artis inventum.* In iis vero eligendis Comes adesse debebat, § 7. [\*\* Lothar. I. 10.] qui si *pravi* essent, amovebantur, ut est in Capitulo 2. ad Legem Salicam § 5. Vetat tamen eadem Lex Longobardorum, ne Episcopi, aut Abbates, Comites; aut Comitum Centenarios in Advocatos sibi asserant, § 4. [\*\* Ludov. P. 46.] Quæ quidem Advocatos aut Vicedominos assumendi prærogativa solis competeat Episcopis aut Sacerdotibus; cum Laicis, præter Comitum in Ecclesiasticis causis habere non liceret, d. tit. § 10. [\*\* Otto II. 8.]

 In *Vicedominis* eligendis aderat Comes, quia cum eo iudices sedere consueverant, ut discimus ex Notitia iudicati ann. 843. in Append. ad Marcam Hisp.



col. 779 : *Cum in Dei nomine resideret vir inluster Alalaricus Comes una cum sanctissimo Gondevaro sedis Gerundensis Episcopo, ... nec non Assenundo et Hemani Vicedominos, seu et iudices qui iussi sunt dirimere causas... Tunc nos supradicti vassi domini, Vicedomini, vel iudices interrogavimus Selwane.*

Singulis denique Episcopis et Abbatibus aut Abbatissis duos habere Advocatos licitum fuit, quorum alter causam procuraret, alius sacramentum deduceret, ut est in eadem Lege Longobardorum lib. 2. tit. 47. § 8. [\* Lothar. I. 18.] Nam nec Episcopi, nec quisvis e Clero, in quacumque controversia, sive criminali, sive civili, jusjurandum qualibet ratione subire compelli poterant; sed *Advocatis suis propriis idoneis* hoc officium delegabant. Ita in § 11. [\* Heur. II. 1.] Ex quibus quidem locis *Advocatos* et *Vicedominos* ex Laico ordine ea tempestate desumptos apparet: quod sane deinceps obtinuisse palam est, maxime ex quo Prælati ac Episcopi ratione *Regalium* suorum, vel bellis, castris, seu præliis Regiis interesse, vel bona sua bello proprio tutari compulsi sunt. Tum enim, quod arma ipsi gerere, vel prælia inire, Canonibus Ecclesiæ varentur, viros nobiles in sui tutelam adscriperunt, qui eorum vice vassallos Ecclesiæ in aciem educerent, præliis interessent, præterea justitiam iis administrarent: quos ut in sui tuitionem validius illigarent, bonorum Ecclesiasticorum partem aliquam eis in beneficium ultro concedebant, ut reliquorum essent patroni ac defensores, si ab hostibus suis impeterentur. Ea enim feudorum lex est, ut vassallus dominum tueri ac juvare in bellis suis teneatur. Id præ ceteris testatur Helgaldus Floriacensis in Vita Roberti Regis Franc. pag. 68: *Crescens quippe ætate, et vir factus virtute, totam terram sanctæ Crucis, quam Fulco Episcopus (Aurelianensis) pro sui adjutorio Hugoni potentissimo Belvacensi dederat, hic vir Dei, qui laude et verbo omnipotentis complacebat Deo, mæsto factus animo, per secula celebrando salutiferæ Crucis loco suo reddidit dono.* Gregorius VII. PP. lib. 7. Epist. 9: *Clamor Abbatis Aurelianensis Cænobii... auribus nostris insonuit, videlicet super quibusdam personis, qui injuste detinent beneficia prædicti Monasterii prædecessoribus suis sub fidelitate et dominio pro defensione Ecclesiæ sibi et suis antecessoribus olim concessa.* Quo etiam referenda, quæ habet liber, cui titulus: *Carnotensis Ecclesiæ principium: Fuerunt sane prisicis illis temporibus alii atque alii Carnutuni Pontifices, qui cum Episcopatu Comitatum assecuti, rebus bellicis pariter et civilibus gloriose prouiderentque præferunt.* Proinde omnia ab uno gerebantur: sed unus Hardoinus ab Episcopatu Comitatum distraxit, Episcopus ab se abdicavit, quem in Odolnem consanguineum suum bellicarum rerum peritissimum, data illi bonorum tolerabili portione, transtulit, paulo post vero ex parte oneri \* vi ferebatur non repente. Item Francorum Regibus intercedentibus, convenit ut de bonis ad principatum intra et extra Carnutum spectantibus, intactis aliquot arcibus æquas partes, æquo jure, Episcopus Comesque sibi haberent. Mox autem ut Episcopus et novus Comes sibi

*constitutos creare, hic Vicecomitem ille Vicedominum, et rursus Vicecomes varios dominos, totidem Vicedominos sibi substituere, ipsisque quædam sua jura decreta sunt, quibus etiam latrones judicare fas esset.* Prædictis adenda præterea Charta Henrici Regis Franciæ ann. 1058. ex Tabulario S. Mauri Fossatensis: *Ut enim a nostris majoribus comperimus, jam dictus comes Burchardus (Corboliensis) nihil aliud ab avo nostro jamdicto Hugone, de ipso loco (Monasterio Fossatensi) habuit, neque tenuit, nisi ut providentiam atque defensionem adversus hostes et inimicos sanctæ Dei Ecclesiæ, atque pervasores prædiorum ipsius loci haberent, atque ipsum locum sublimare, atque ditare terrarum suarum beneficiis atque possessionibus liceret.* Chartam integram descripsit Gallandus de Franco alodio pag. 285.

Hinc passim legimus Vicedominos, atque adeo Advocatos, pro ejusmodi beneficiis jure feudali obnoxios esse Episcopis, et ab iis feuda sua in qualibet mutatione excipere, seu relevare. Ita Vicedominus Ambianensis seu Pinconiensis, ratione clientelæ obnoxios est Episcopo Ambianensi: et Fulco Vicedominus Cameracensis inter Casatos Gerardi Episcopi subscribit apud Lindanum in Teneramunda ann. 1089. pag. 217. Gregorius VII. PP. lib. 7. Epist. 19: *Super quibusdam personis, qui injuste detinent beneficia prædicti Monasterii prædecessoribus suis sub fidelitate et hominio pro defensione Ecclesiæ sibi et suis antecessoribus olim concessa.* Apud Gallandum lib. de Franco alodio pag. 335. hæc habentur: *Au denombrement du Vidame de Châlons rendu à l'Evêque l'an 1581. toutes les fois, que le Vidame ou Vidamesse reprend dudit reverent Pere, il le doit resaisir par le bail de son anel, lequel anel est et demeure audit Vidame ou Vidamesse, toutes les fois qu'il y a nouvel Evêque.* Hæc passim obvia.

Idem fuit Vicedominorum in bonis Ecclesiæ tutandis munus, quod Advocatorum existisse supra observavimus: scilicet ut si ablata essent, aut per vim erepta, ea coram iudicibus publicis repeterent, et eorum Ecclesiæ assererent. Flodoardus lib. 2. Hist. Rem. cap. 19. de Ebone Archiepiscopo: *Mancia vel colonos quosdam Ecclesiæ desertores tam per se ipsum, quam per Radulphum Vicedominum et Ecclesiæ Advocatum apud iudices publicos legibus evindicatos et obtentos Ecclesiastico juri restituit.* Exstant in hanc sententiam Notitiæ iudicatorum veteres aliquot apud Perardum in Tabulis Burgundicis pag. 152. 153.

Ut Vicedomini causas Ecclesiæ, tamquam Advocati et Patroni, coram Principe, aut quovis alio, examinabant et tuebantur, sic eorum munus erat ejusdem Ecclesiæ vassallis jura impertiri, et eorum lites iudicio dirimere. Veteres Tabulæ apud Ferreol. Locrium in Chron. Belg. ann. 583. de Vedulpho Episcopo Atebatensi: *Duos suo titulo senper habuit Archidiaconos, et Vicedominum, qui absente Episcopo causas Atebatensis Episcopatus animadvertabat.* Alia hujus rei prostant exempla apud Henricum Mon. de Mirac. S. Germani cap. 52. Eginhardum Epist. 18. in

Capitul. Caroli M. lib. 5. cap. 120. [\* 191.] apud Guibertum de Laudibus B. Mariæ cap. 10. etc. Quod quidem Vicedominorum munus in iudiciis obeundis, *Placitum Vicedominarium* appellatur in Diplomate Berengarii Episcopi Viridunensis, quod exstat apud Hugonem Flaviniacensem in Chron. ann. 951. pag. 132.

Cætera denique munia, quæ ab Episcopis injungebantur, obibant Vicedomini, tamquam eorum clientes et famuli: quod constat ex Eginhardo Epist. 23. Adrevaldo de Mirac. S. Benedicti cap. 6. Aigrado Monacho in Vita S. Ansberti Archiepisc. Rotom. n. 29. Adamo Brem. cap. 182. etc. Quo spectant verba Caroli C. Reg. Franc. in Epist. ad Hadrian. PP. apud Baron. ann. 871. n. 100: *Quia Reges Francorum ex Regio genere nati, non Episcoporum Vicedomini, sed terræ domini hactenus fuitus computati.*

Curabant præterea Vicedomini, ut morientibus Episcopis res ab iis relictæ in tuto essent, neque domus eorum expilarentur. Præterea quippe mos invaluerat superioribus sæculis, ut statim atque decesserant, domus eorum invaderentur, resque ab iis quondam possessæ diriperentur. Quod non solum post Episcoporum, sed ipsorum etiam summorum Pontificum obitum fieri solitum docent Acta Synodi Romanæ sub Joanne IX. ann. 904. cap. 12. ubi talis abusus prohibetur, his verbis: *Quia scelestissima etiam consuetudo inolevit, ut obeunte S. R. E. Sedis Pontifice, ipsum Patriarchium depredari soleat: et non solum in ipso sancto Patriarchio, sed etiam per totam civitatem et suburbana ejus talis bacchatur præsumptio: nec non quia et id inultum hactenus neglectum est, adeo ut omnia Episcopia eadem patientur, uniuscujusque Ecclesiæ obeunte Pontifice, quod ne ulterius præsumatur, omnimodis interdicimus, etc.*

Ejusmodi autem ædium et bonorum Episcopatum direptiones et vastationes ab ipsis fere Ecclesiæ Christianæ primordiis obtinuisse ex eo colligere est, quod in prioribus Conciliis, et ab ipsis summis Pontificibus identidem prohibitas legamus, in Concilio nempe Chalcedonensi can. 22. Antiocheno, Trullano can. 35. Tarracoenensi sub Hormisda PP. can. 12. Ilerdensi sub Johanne II. PP. can. 16. Valentino Hispan. ann. 524. can. 2. Pontionensi ann. 876. can. 14. Trosleiano ann. 909. can. 14. Romano ann. 996. Romano ann. 1059. can. 2. Claromontano ann. 1095. can. 30. Nemausensi ann. 1096. can. 7. Pictavensi ann. 1109. can. 15. Tolosano ann. 1119. cap. 4. Remensi ann. 1131. cap. 3. Lateranensi ann. 1139. can. 5. Budensi ann. 1279. can. 49. in Constitut. Ludovici Pii ann. 824. cap. 2. apud Holstenium in Collect. Romana, etc.

Hujus præterea moris pravissimi mentionem agunt Epistola Leonis IX. PP. ad Auxitanos apud Baronium ann. 1051. n. 3. Vita ejusdem Leonis tom. 8. Ughelli pag. 127. et apud Henschenium et Papebroch. tom. 10. pag. 667. Gregorius Turon. lib. 6. cap. 11. Baldricus lib. 1. Chron. Camerac. cap. 14. 111. Atto Vercellensis lib. de Pressuris Ecclesiasticis part. 3.



initio, Epist. Urbani PP. II. ann. 1091. ad Hugonem Gratianopolitanum Episcopum in Tabulario ejusdem Ecclesiae fol. 79. Joannis Sarisberiensis Epist. 57. Charta Innocentii et Paschalis PP. pro Ecclesia Carnotensi in Tabulario ejusdem Ecclesiae n. 1. 13. 32. 67. et alia apud Doubletum in Hist. Monasterii S. Dionysii pag. 852. Catellum in Historia Occitan. pag. 786. in Magno Pastoralis Parisiensis Ecclesiae lib. 19. ch. 87. et in Probationibus libertatum Ecclesiae Gallicanae cap. 16. n. 1. 4. Vide Marcam de Concordia Sacerdotii pag. 346. 347. 2. edit. et quæ in id argumentum congressit Ludovicus Thomassinus in lib. de Disciplina Ecclesiastica circa dignitates Ecclesiasticas parte 2. lib. 4. cap. 25. 26.

Verum sensim cessavit ea labe, Principibus ipsis, qui id sibi juris in Episcoporum decedentium bona arrogaverant, Ecclesis id ultro cedentibus. Necrologium Ecclesiae Parisiensis 6. Idus Januar. : *Eodem die obiit Theobaldus Parisiensis Episcopus, ... Fecit et aliud solenni dignum memoria : cum enim de consuetudine prava, usitata tamen, Rex Episcopo sedem relinquente, domos Episcopi rebus in eis inventis spoliaret, tallium etiam in terra Episcopi pro sua voluntate faceret, nactu opportunitate, cum pius Rex Ludovicus Hierosolymam proficisceretur, idem Episcopus precibus fusis, et data pecunia impetravit ab eo, ut de cætero Rex in domibus Episcopi nihil omnino capiat in ferro, vel ligno, vel aliquibus utensilibus domuum, vel ornamentis : in terra etiam Episcopi tullia sexcentas [sexaginta] libras excedere non possit.* [Charta Ludovici VII. qua ejusmodi juri credit exstat in Chartul. Episc. Paris. fol. 20. ubi sic legitur : *Notum igitur facimus quia nos, quibus ex antiquo prædecessorum nostrorum tenore quasi jure fisci omniu quæ mortuo Parisiensi Episcopo in domibus ejus inveniuntur, absportare licebat, volentes ecclesie Dei et Episcopis Dei servizio mancipatis debitam reverentiam exhibere et eos donis majoribus ampliari, inhonestas consuetudines reformare, moti precibus et supplicatione karissimi nostri Theobaldi Paris. Episcopi viri religiosi, quicquid suppellectilis de materia lignea vel ferrea deinceps inventum fuerit in domibus Episcopi Paris. post mortem ipsorum in quibuscumque locis et villis domus ille forte sitæ sint, intactum et integrum succedentibus Episcopis in perpetuum possidendum libere et quiete manumittimus et confirmamus assensu et consilio dominæ Alienordis Reginae collateralis nostræ.] In parvo Pastoralis ejusdem Ecclesiae describitur Charta Philippi Regis ann. 1190. qua ejusdem Ludovici parentis Chartam confirmat, ex Theobaldi Episcopi precibus : *Quicquid suppellectilis et materia ferrea inventum esset in domibus Episcoporum Purisensium post mortem ipsorum in quibuscumque locis et villis domus illa sitæ essent, intactum et integrum succedentibus Episcopis in perpetuum possidendum libere et quiete manumissit, etc.* [Rursum memoratur hæc Ludovici censis in Bulla Innocentii III. PP. anno 1199. ex Chartul. Episc. Paris. fol. 45. vº : *Auctoritate quoque Apostolica interdiximus ut suppellectilem decedentis Episcopi Paris. nullus omnino**

*diripiat; sed ad opus ecclesie et successoris sui illibata permoneat, sicut a supradicto Ludovico illustri quondam Francorum Rege concessum est et scripto suo firmatum.*] Exstat similis Charta Henrici cogn. Stephani Comitis Blesensis et Carnotensis in Tabulario Ecclesie Carnotensis n. 67. et in Regesto 7. Archivi Regii, qua pravam illam consuetudinem eidem Ecclesie dimittit : quam descripsit Jacob. Petitus post Pœnitentiale Theodori pag. 449. 550. Describitur etiam Ludovici VII. Charta Cabilone exarata ann. 1166. in 7. Regesto Tabularii Regii, in qua Girardus Comes Vianensis cognovit in plena curia, quod vacante sede per mortem Episcopi Matisconensis, nihil omnino habere in domibus Episcopalibus, neque in terris ad Episcopum pertinentibus, nec in rebus mobilibus, professus est, et terras Ecclesie prorsus esse liberas, etc. Describitur præterea in Regesto VII. num. 2. ejusdem Ludovici Charta alia ann. 1147 : *Quando viam Hierosolymitanæ expeditionis intravit, exarata in Castris apud Virdun. qua Bartholomæo Episcopo Catalaunensi concessit, ne post decessum Catalaunensis Episcopi, sicut antiquæ consuetudinis tenor hic usque habuerat, in domibus Episcopalibus quicquam ligneum aut ferreum, sive per se, sive per ministeriales suos de cætero caperet : animalia quoque Episcopi, et cætera omnia, quæcumque ad suppellectilem donorum Episcopaliū pertinere dignoscuntur, sub eadem immunitate conclusit, præter annonam, vinum, aurum, et argentum, quæ omnia juxta vetustam consuetudinem in manu sua et potestate regia retinuit. Quæ quidem extrema verba potissimum observanda. Adde eundem pag. 451. tom. 13. Spicil. Acher. pag. 296. 297. Colmenarezium in Segovia cap. 18. § 1. Baluzium lib. 2. Miscellan. pag. 225. Ægidium Gelenium in Engilberto pag. 26. 202. etc. Hunc denique pravum morem diripiendi bona Episcoporum post eorum mortem, qui apud Græcos pariter invaluerat, coercere novellis suis Constitutionibus, quæ in Jure Græcorum describuntur pag. 147. 154. 177. Imp. Joannes Comnenus, Manuel Comnenus, et Joannes Ducas.*

Id porro juris in conservandis et tuendis defuncti Episcopi bonis habuisse Vicedominum Ambianensem docet sequens Charta, quam ex Tabulariis Corbeiensi et Pinconiensis eruiimus : *Excellentissimo Domino suo Philippo D. G. illustri Francorum Regi R. ejusdem permissione Amb. Ecclesie Minister humilis, Sal. et cum honore debito devotum obsequium. Ad instantiam et preces dilecti et fidelis nostri Vicedomini Ambianensis, quod videmus, hoc testamur. Vidimus siquidem tempore bonæ memoriæ patris vestri, quod vacante sede Ambianensi post decessum felicitis recordationis Theodorici Episcopi, Gerardus tunc Vicedominus servavit domos et redditus Episcopi. Et ad testimonium Ecclesie nostræ, quæ jus Vicedomini testificata est, serviens quidam, qui illuc introire volebat ex parte patris vestri, voluntate ejusdem patris vestri recessit : et Vicedominus in possessione pacifica remansit, tam custodiæ domus, quam reddituum Episcopi : cum etiam ex significatione sui*

*nomini habeat Vicedominus, quod vices Domini debebat agere, bona Episcopi conservando, sed non disputando, si esset in hoc vestræ serenitatis assensus, posset uti jure suo, ut videlicet domos et redditus bona fide custodiret, et non dissiparet.*

¶ Omnibus vero Vicedominis id juris assertum fuisse nolim præstare : præterquam enim quod ex allata Charta de eo aliquando controversum esse colligitur, constat Vicedominum Meldensem in bona defuncti Episcopi nihil habuisse ; sed ad Comitem Campaniæ spectasse ut iis conservandis invigilaret. Vide D. Brussel de Usu feud. lib. 2. cap. 21. et lib. 3. cap. 5. num. 6. Ast sedulo est observandum quod ubi Episcopus testamento disposuerat de iis etiam rebus quas, aliis remissis, exceperant Reges, nec Vicedominus nec alius quivis eas invadere poterat. Charta Ludovici VII. ann. 1147. jam laudata, apud Martem. tom. 1. Ampl. Collect. col. 803 : *Quod si de his præfate sedis (Catalaunensis) Episcopus ante obitum suum sub legitimo testamento disposuerit, illius contradicere dispositioni nec possumus, nec debemus.* Quod firmare iterum licet Litteris Philippi Aug. ann. 1222. ex Chartul. Campaniæ in Camera Comput. fol. 13.

Olim, juxta Canonum Statuta, Episcopo decedente, Archiepiscopus, cui suberat vacans Ecclesia, Visitatorem delegabat, qui bona ipsius Ecclesie, et Episcopi adversus invadentes tutaretur, cui Carolus Calvus Comitem adjungi voluit, in Capitul. tit. 43. § 8. Adde Constitut. Sicul. lib. 3. tit. 38. Vide Visitator.

Vicedominorum præterea officium erat Episcoporum exercitus conducere in hostem, si bellum pro bonis Ecclesie conservandis suscipi ab iis necesse foret. Nam olim et Clerici lite non contenti, armu corripiebant, vibrantes telis tela conferebant, et non verbo, sed ferro contra sui ordinis regulam dimicabant, ut ait Petrus Damianus lib. 1. Epist. 15. quod rursus improbat lib. 4. Epist. 9. his verbis, ubi de Ecclesiarum rectoribus : *Plerique niox ut eis vis inferret injuriæ, ad indicenda protinus bella prosiliunt, armatorum cuneos instruunt, sicque hostes suos acrius forte quam læsi fuerant, ulciscuntur. Quod mihi plane videtur absurdum, ut ipsi Domini Sacerdotes attentent, quod turbis vulgaribus prohibetur : et quod verbis impugnant, operibus asserant. Quid enim magis Christianæ religioni contrarium, quam reddidit læsionem? Tradit Ingulfus ann. 870. Osgotum, Vicedominum Lincolnensem, veteranum et validissimum bellatorem, cum cuneo Lincolnensi num. 500. bellum cum Paganis commisisse, et victoriam insignem adeptum esse, occisis tribus Regibus cum ingenti multitudine. Idem tradit Chronicon Petroburgense in Monast. Anglic. tom. 1. pag. 68. Alia in hanc rem exempla prodit Historia Australis ann. 1295.*

Denique si Episcopus ratione Regalium suorum a Principe submoneretur ad exercitum, Vicedominus Ecclesie vassallos conducebat, eaque obibat munera, quæ Episcopus, cujus vices eo casu tenebat, pro sua dignitate implere non poterat. Id provisum et cautum videtur in Capitulari



Caroli C. tit. 3. § 8. firmaturque ex iis, quæ habet Hincmarus Remensis Arch. Opusc. 29. initio.

Sed sæpe accidit, ut, qui res Ecclesiæ et Episcoporum tueri debebant, eas invaderent, sibi que et posteris assererent. Unde non semel prostat hæc querela contra Advocatos et Vicedominos, cujusmodi est illa in laudata Charta Ludovici VII. Regis Franc. Quo etiam spectant, quæ in hanc sententiam habet Adamus Bremensis cap. 183 : *Cumque rapinarum questio in omnes caderet Episcopo subjectos, non transivit etiam negotiatores, qui ex omni parte terrarum Bremiam solitis frequentabant mercibus, eos omnes execranda Vicedominorum exactio coegit sæpe abire nudos.* Adde cap. 182. et Concilium Lateranense IV. can. 45. Quæ porro hic de Vicedominis adnotantur, communia censerentur debent cum iis, quæ de Advocatis supra observavimus, ut qui, maxime a quo ex ordine Laico eligi cæpere, nomine tantum differant, sed Episcopi non semper Vicedominos, cum sæpe Advocatos habuerint.

Quæ vero Vicedominorum appellatione Tutores ac Advocatos habuerint Ecclesiæ, hic obiter annotabimus. Eæ vero sunt : *Ambianensis*, apud Guibertum, Willelmum Tyrium, et alios passim. *Lincolniensis*, apud Ingulfum pag. 859. 861. 864. *Belvacensis*, apud Loiselum in Histor. Belvacensi cap. 5. num. 2. 3. [et Pilletum Hist. Gerbor. passim.] *Parmensis*, in Additamentis ad Matth. Paris pag. 107. *Carnotensis*, apud Fulbertum Epistol. 130. *Rotomagensis*, apud Aigradam Mon. in Vita S. Ansberti Archiepiscopi Rotomag. num. 27. *Tarvanensis*, apud Bonvone de Inventione reliquiarum S. Bertini cap. 3. *Ravennensis*, in Charta ann. 1031. apud Rubeum in Histor. Ravennat. lib. 5. pag. 280. *Silvanectensis*, apud Sammarthanos in Gallia Christ. in Episcop. Silvanect. num. 40. ann. 1090. *Remensis*, apud Joan. Sarisberiensem Epistol. 214. *Duchesium* in Hist. Castilionea lib. 2. cap. 1. et seqq. *Cenomanensis*, apud Faustum in Vita S. Mauri Abbat. num. 16. 34. 37. *Adrevald. de Miracul. S. Benedicti* cap. 6. etc. *Lucensis*, apud Ughellum tom. 7. Ital. sacr. pag. 1296. *Cameracensis*, apud Lindanum in Teneramunda pag. 217. [et Carpentarium in Hist. Camerac. part. 1. pag. 252.] *Laudunensis*, apud Guibertum de Laude B. Mariæ cap. 10. *Duchesium* in Histor. Monmorenc. Probat. pag. 52. *Gebennensis*, apud Guichenonum in Episcopo Bellicensibus pag. 45. [et Spon. Hist. Genev. tom. 1. pag. 39. 53. 201. etc.] *Cumarum*, in Italia, in Charta Henrici Regis Normann. ann. 1311. in Regesto Papiensi Cameræ Comput. Paris. fol. 184. *Senonensis*, ex lib. 1. feud. Campaniæ fol. 44. *Catalaunensis*, ibid. et apud Pillet. Hist. Gerbor. pag. 290. *Meldensis*, ibid. pag. 305. et ex laudato feud. lib. fol. 26. Vide Pilletum ad calcem Hist. Gerbor.]

\* Vocabul. jur. canon. Mart. MS : *In quolibet episcopatu debet esse Vicedominus, qui et hospitibus et causis supervenientibus, loco episcopi, possit satisfacere.* Hinc in alio Anonymi ex Cod. 4611 : *Laicus non potest esse Vicedominus, sed potest esse auditor ecclesiæ.* Quod de ecclesia Romana intelli-

gendum est, in qua Vicedomini ex ordine cleri et aliquando ex episcopali constituebantur; secus vero in aliis ecclesiis, ut invicte probat Cangius. *Vicedomini* munus idem fuisse atque *Advocati* negat Muratorius tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 310. in nota ad Placitum ann. 902. ex quo tamen id officii præstitisse mihi apertum est, si *advocati* nomine patronum causæ intelligas. En placiti verba col. 309 : *Ibique nostris presentis veniens Viventius archipresbyter et Vicedominus, qui causam da pars ipsius ecclesiæ episcopatu agebat, et ex alia parte Ghispertus presbiter... altercationem inter se abentes.* Dicendum ipse Viventius archipresbiter : *Volo justitiam abere ab isto Ghisperto presbitero etc.* Vicedominos suos habuit etiam ecclesia Sabinensis, et aliquando ex ordine episcopali, ut patet ex pervetustis ejusdem ecclesiæ Constitutionibus editis ann. 1737. in quibus memoratur *Nicolaus de Zabaresclis, episcopus Hortanus, Vicedominus Sabinensis.*

\* In ecclesia Cameracensi Vicedominatus officium ad capitulum ejusdem ecclesiæ pertinebat, cujus jura explicantur in Charta Nicolai episc. ann. 1252. ex Tabul. hujus eccl. : *Cum dilecti filii prepositus, decanus et capitulum Cameracense, vacante sede, administrationem habentes spiritualium et exercitium ecclesiasticæ jurisdictionis et evolutum ejusdem per Cameracensem civitatem et diocesim, cum administratione temporalium in bonis episcopalibus universis participarent et sua facerent ratione Vicedominatus, quem ipsi habent per totam castellaniam Cameracensem et in villa de Thinio, cum suis pertinentiis, omnia mobilia spectantia ad episcopum tempore mortis suæ, necnon et omnes proventus episcopatus provenientes infra terminos antedictos, vacante sede Cameracensi, et etiam donec electus pro tempore sua regalia recepisset et de hoc fidem fecisset capitulum memorato, et super modo utendi Vicedominatu predicto inter nos et predictos prepositum, decanum et capitulum questio mota esset, etc.*

† VICE-DOMINUS, in Charta Agiradi, Episc. Carnot. ann. 696. apud Felibian. in Hist. S. Dionysii pag. 16 : *Ut nullus de successoribus nostris, nec archidiaconus Vicem-domini, nec Missi clerici vel laici discurrerent... tenere vel dominare videntur.*

VICEDOMINATUS, in Ecclesia Cabilonensi, dicta quædam officia, quæ conferebantur ab Episcopo Cabilonensi Canonicis ejusdem Ecclesiæ in *terrariis* Capituli Cabilonensis, (ita prædia quædam Ecclesiæ vocabant, quorum possessores *Terrarii* dicti,) qui quidem Vicedominatus iidem sunt, quos *Præpositus* vocant in aliis Ecclesiis Cathedralibus, Gall. *Prevostez*. De iis vide Sanjulianum in Cabilone pag. 468. Probationes Historiæ Cabilonensis tom. 2. pag. 143. [Gall. Christ. novæ edit. tom. 4. inter Instr. col. 252.]

\*\* SUBVICEDOMINUS, German. *Untervitzum*, apud Guden. Codic. Diplom. tom. 1. pag. 964. et 968. in-Catalog. Vicedominorum Moguntin.

† VICEDOMNATUS, VICEDOMPENATUS. Vide supra Vicedognatus.

† VICEDOMINUS, ut Vicedominus. Charta ann. 1293. apud Spon. Hist. Genev. tom. 2.

pag. 70 : *Certum est quod ecclesia Gebennensis domina est et princeps unica et in solidum totius civitatis, et suburbii et castri Jasule Gebennensis non habens in dominatu ejusdem civitatis aliquem participem vel consortem, sed habens et exercens per se aut per Vicedonuos et officiales et alios ministros et iudices suos in ea et pertinentiis ejus omne merum et mixtum imperium, etc.*

† VICE-DUX, Qui Ducis vices agit apud Venetos, Ital. *Vice-Duca*, Gall. *Vice-Duc*, vel *Viceloge*. Translat. SS. Pauli et Barbari tom. 7. Mail pag. 772 : *Tum vero suis ex locis assurgens serenissima dominatio cœpit procedere sub hac serie : Commentatores, Capitanei,... Cancellarii ducales, Vice-dux, Oratores, Magistratus et excellentissimus Senatus.*

† VICEGERENS, Judex Ecclesiasticus, qui Officialis vices agit, Gall. *Vice-gérent*. Charta Ludovici II. Reg. Sicil. ex Cod. MS. D. Brunet fol. 116 : *Requisitus per ordinarium seu vicarium,... aut locum tenentem vel Vicegerentem.* Instrum. ann. 1358. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 3. pag. 292 : *Nos vero Officialis Vices gerens præfatus in testimonium præmissorum præsens Instrumentum fecimus nostræ curiæ sigilli appensione muniri.*

† VICEGERENTIA, Vicegerentis officium. Charta ann. 1601. in Hist. Mediani Monast. pag. 408 : *Pro cuius quidem Vicegerentiæ exercitio dictus Vicegerens... percipiat duas tertias partes omnium proventuum.*

† VICE-IMPERATOR, Qui vices agit Imperatoris, ex vet. Inscript. apud Murator. tom. 3. pag. 371. col. 2.

VICEJUDEX, in Lege Longob. lib. 2. tit. 30. § 2. [\*\* Carol. M. 72.] qui vices judicis agit. [Vide *Vicebaillivus*.]

† VICELLA, Cochlea minor, *Petite vis*. Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1363. ex Bibl. Reg. : *Item caput S. Blasii repositum in quodam vase argenteo facto ad instar capitis unius Episcopi, in quo vase... defficiunt... una ala, una Vicella ad firmandum mitram dicti capitis.* Aliud ann. 1376. ubi de eodem capite : *Una verula ad firmandum dictam mitram.* Inventar. aliud ejusd. anni : *Duæ parvæ ymagines, scilicet B. Mariæ et S. Johannis Evangelistæ, tenentes duos parvos libros in manibus, in quibus sunt reliquiæ certæ et voluntur cum Vicellis.* Et tournent à vis, in Inventario Gallico. Vide *Verula*, et *Vis* 2.

\* VICELLULA, VICELLULUS, diminut. a *Vicus*, Gall. *Petite rue*. Lib. nig. 2. eccl. S. Vulfr. Abbavil. fol. 43. r<sup>o</sup>. Magister *Hugo Meschons viij. solidos de quodam prato.... retro domos in Vicellula Huberti.... Masura vacua in Vicellula Puncte.* Vide *Viculus*.

\* VICENARIUS, Monetæ species. Charta ann. 1335. tom. 4. Sept. pag. 729. col. 1 : *In Ellenpogen unum prædium, quod Guldeinerius colit, pendet quinque libras et sex Vicenarios pro canone.*

† VICENDA. Charta Gregorii IX. PP. apud Ughell. tom. 1. Ital. sacræ edit. ann. 1717. col. 1123 : *Concedimus... quandam petiam vineæ in pertinentiis vallis de Colera sitam, et quandam Vicendam in pertinentiis S. Stephani sitam. Vicenda Italidis dicitur locus qui alterius nomine occupatur. Unde*



*Vicenda* de prædio, vel de re qualibet sub pretio conducta intelligi potest.

\* **VICENESCALLUS**, pro *Vicesenscallus*, Qui vices senescalli agit. Charta ann. circ. 1450. in Reg. 3. Armor. gener. part. 3. pag. xxxviii: *Coram vobis egregio et venerabili viro domino Vicenscallo comitatum Valentiniensis, etc.*

**VICENNA**. Charta ann. 962. pro Monasterio S. Bartholomæi de Carpineto: *Cedimus ipsi Monasterio Vicennam nostram, quæ dicitur Sauguinetun, per mensuram modiorum centum, exhibentes etiam fratribus... liberam licentiam construendi molendina, etc.* Idem forte quod *venna*.

\*\* **VICENTER**, Vicissim. *Si sancti Vicenter eadem parent miracula*, Anast. in Mirac. S. Cyri sect. 50. apud Maium tom. 3. Spicil. Rom. pag. 318. ubi in græco S. Sophronii ἀλλήλους.

\* **VICENTIUS**, f. pro *Vicinus*, Loci incola. Charta ann. 1030. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 624: *S. Gaufridi episcopi Cabilonensis inibi donantis S. Ypolito, audientibus et concedentibus omnibus sancti Vicentibus.*

† **VICEPLEBANUS**, *Plebani* seu Curionis vicarius. Statuta Eccl. Argentin. ann. 1435. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 532: *Pro communi bono et cultu divino augmentando, statuimus ut promissarii seu præbendarii parochialium ecclesiarum suis plebanis seu Viceplebanis reverentiam exhibeant.* Occurrit apud R. Duellium tom. 2. Miscell. pag. 325. Vide *Plebes*.

† **VICEPRÆCEPTOR**, Qui præceptoris seu procuratoris vices agit, in Statutis Equitum Teuton. apud R. Duellium ibid. pag. 60: *Vicepræceptor debet omnibus officiis necessaria ministrare et servitotes acquirere juxta consilium fratrum qui sunt in officinis.* Vide *Præceptor*.

**VICEPRINCEPS**, Qui vices agit Principis, et qui Principatui alicui præficitur a Principe, apud Ughell. tom. 6. pag. 328. tom. 7. pag. 1288. Chronicon Casinense lib. 3. cap. 38. (al. 40.): *Quidam Joannes... Vicecomes Jordani primi Principis.* Lib. 4. cap. 13: *Cidrus Vicecomes Richardi Principis.*

† **VICEPROTONOTARIUS**, Idem qui *Vicecancellarius*, qui summi Cancellarii vices agit. Charta Friderici Reg. Sicil. ann. 1212. apud La Guille Hist. Alsat. inter Instr. pag. 32. col. 2: *Datum in nobili civitate Basiliensi per manus Viceprotonotarii, vi. Kal. Octobris.* Alia ann. 1344. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 472: *Datum... per Sergium... Viceprotonotarium regni Siciliae.* Vide in *Notarii*.

† **VICEPURGRAVIUS**, Burgi Vicecomes, in Charta Caroli Imper. apud Steyerer. in Comment. ad Hist. Alberti II. col. 325. Vide *Purgravius*.

† **VICERECTOR**, ut *Viceplebanus*, Rectoris vicarius. Charta Guntheri Archiep. Magdeburg. ann. 1409. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 55: *Super presentatione, institutione et obedientia Vicerectoris seu substituti per prepositum in ecclesia parochiali S. Mauriti.* Occurrit ibidem non semel.

† **VICEREX**, Prorex, qui Regis nomine agit, Gall. *Viceroy*, in Chron. Astensi ad ann. 1435. apud Murator. tom. 11. col. 273.

\* **VICERIA**, pro *Vicaria*, ut opinor. Vide in *Vicarius*. Obiit. MS. S. Joan. Carnot. : iij. Id. Jan. Obiit Mathildis uxor Roberti de Frauilla, pro cuius anima ipse Robertus huic ecclesie suam partem *Viceria*, quam habebat in Osainvilla, scilicet quartam partem, dedit.

† **VICEROSISSIMUS**, Dilectissimus, intime, ut viscerà amantissimus. Charta ann. 1284. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 118: *Ego Randona Montis-Albani domina,.... dono et trado tibi Vicerossimino filio meo Ronsolino domino Luelli filio quondam nobilis viri Gaucelini quondam Lunelli domini primi mariti mei.*

† 1. **VICES**, pro *Naves*, in Charta Joannæ Reginae Castellæ ann. 1257. tom. 4. Hist. Harcur. pag. 1654.

\* 2. **VICES**, dicitur de animalibus, quæ matrem sequuntur. Charta Beatr. comit. Bigorrit. pro monast. de Scala Dei ann. 1160. in Reg. 148. Chartoph. reg. ch. 51: *Donavi pastum de æstivis.... centum vaccis cum Vicibus suis.* Vide supra *Sequela* 7.

\* *Vices* Gallice, pro *Fonction, employ, charge*, a Lat. *Vices*, in Vitis SS. MSS. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 35. 10. col. 1. ubi, de S. Vinc.: *Li évesques commist ses Vices à S. Vincenz; car il avoit la langue plus empechié.*

† **VICESIMA**. Vide infra *Vintenum*.

**VICESIUM**. Vide *Huesium*.

**VICESSOR**, Qui vices alterius agit. Lex Bajwar. tit. 17. cap. 2. Venditor dicit: *Ecce vadum tibi do, quod tuam terram alteri non do, legem faciendo. Tunc ille alter suscipiat vadum, et donet illum Viceessoribus istius ad legem faciendam.* Ita etiam editio Heroldi.

† **VICEVICARIUS**, Qui *Vicarii* vices agit, in Regim. Paduæ ad ann. 1328. apud Murator. tom. 8. col. 439. Vide in *Vicarius*.

† **VICIELLA**, Aromatum species, in Convent. civitatis Saonæ ann. 1526.

\* **VICIATIO**, *Vicia* tritura, vel quod ex *vicia* tritura remanet. Charta ann. 1187. ex Chartul. A. eccl. Camerac. ch. 100: *In residuo straminis et in Viciatio, si cauonici suam ibi fecerint triturari viciam, quod utrumque suum (majoris) totum erit, quicquid de utroque, post usus dominorum, absque venditione, supererit.*

**VICIBUS**, Per vices, aliquando, quandoque. Fortunatus Pictav. in Vita S. Paterni Episcopi Abrincat. cap. 9: *Imperans... ut cellulas, quas ipse construxerat, in carro Vicibus visitaret.* Et lib. 1. Poem. 15:

Aula Dei et pastor, Vicibus sibi prævia reddunt.

Lib. 7. Poëm. 7:

Sed Vicibus mundum sol, modo nubila complent.

Adde Gesta Acacii, Regulam Magistri cap. 18. 21. 23. 24. 40. Nicolaum I. PP. Epist. 27. Leonem III. PP. Epist. 1. Veterem Schedam de Aratore Subdiacono tom. 1. Bibl. Labbei pag. 668. Passionem S. Bercharii pag. 68. apud Camusatium, etc.

\* **VICICOLA**, Incola vici. Append. ad Mirac. S. Bert. tom. 2. Sept. pag. 628. col. 2: *Hic quia una et timeri ac placere desi-*

*derabat, nimium nimiumque Vicicolis labore usque inapense acto premebat.*

† **VICINABILIS**. Vide *Semitarius*, Terra *vicinabilis*, et *Via convicinalis* in *Via* 1.

† **VICINAGIUM**. Vide in *Vicinus*.

† **VICINALIS**. Vide *Via convicinalis* in *Via* 1.

† **VICINANTIA**. Vide in *Vicinus*.

† **VICINARE**, *VICINARI*, Vicinum esse, appropinquare, Gall. *Avoisiner*. Anonymus de gestis Manfredi et Conradi Reg. apud Murator. tom. 8. col. 585: *Sed antequam civitatis mœnibus ejus se Vicinaret exercitus, etc.* Nic. de Jamsilla de gestis Friderici II. Imper. ibid. col. 541: *Superiores Apulie partes, quæ magis parti adversæ Vicinabantur repetere decrevit.* Vita S. Eugenii tom. 3. Jul. pag. 506: *Fuit iste in quadam civitate proxima eremo, quæ Tripolitanae provincie Vicinatur.* Occurrit præterea apud Sidon. lib. 2. Epist. 11. lib. 6. Epist. 9. lib. 7. Epist. 2. Cæl. Aurel. lib. 2. Acut. cap. 6. 27. in Conc. Hisp. tom. 3. pag. 554. S. Bernardum tom. 1. col. 379. in Bullario Carmelit. part. 1. pag. 94. etc.

† **VICINARE**, *Vicini boni uore agere*. Gemma apud Vossium lib. 4. de Vitiis serm. cap. 29.

\* Charta ann. 1389. apud Lamium in Delic. erudit. inter not. ad Hodæper. Charit. part. 2. pag. 473: *Et ut dicta communia inter se pacifice et quiete vivant, et inter se fraterno more ad invicem Vicinent, etc.*

† **VICINATICUM**, *VICINATUS*, etc. Vide *Vicinus*.

**VICINUS**. Frontinus: *Cultorum agrorum silvæ absunt in montibus, ultra quartum aut quintum forte Vicinum.* Alibi: *Ager, qui a fundo suo tertio vel quarto Vicino situs est. Nempe agro.* [Charta Conradi Imper. ann. 1033. pro Monaster. S. Apri Tullensis: *Silini curtem cum ecclesia, et Grimaldi Vicinum cum appendiciis suis, etc.* Hinc]

† **VICINIZUS**, Circum, quaquaversum, in Cod. Theod. leg. 4. tit. de Oper. publ. (15, 1.): *Omnes intra centum pedes Vicinitus, quantum ad horrea pertinet, arceantur.* Ubi nonnulli minus recte, ni fallor, emendant *Vicinitates*.

† **VICINUS**, *Affinis*, ἀγγιτέμων, in Gloss. Lat. Gr. Reg.

**VICINUS**, Loci incola, civis, Italis et Hispanis *Vicino* et *Vezino*. [Lex Salica tit. 47. § 4: *Si autem quis migraverit in villam alienam, et ei aliquid infra duodecim menses secundum legem contestatum non fuerit, securus ibidem consistat sicut et alii Vicini.* Itiner. Adriani VI. PP. apud Baluz. tom. 3. Miscell. pag. 451: *Die Mercurii in aurora egressi concessimus Viterbiam civitatem, quau, ut reor, mille Vicini colunt.* Occurrit ibid. pag. 462.] Observantia Regni Aragon. lib. 2. tit. de Foro competenti § 10: *Si agatur contra aliquem Militem, qui sit Vicinus civitatis vel alterius loci, etc.* Passim in Foris Aragon. *Vicinos* etiam pro Burgensibus usurpat Charta Anselmi Archiep. Mediolanensis ann. 1099. apud Puccinellum in Zodiaco Mediolanensi in Vita S. Simepiciani pag. 71. ut et ipsa Statuta Mediol. non uno loco. *Voisins de la ville*, in aliquot Consuetudinibus Galliae municipalibus, Baionensi tit. 5. art. 43. 44. 45.



tit. 22. art. 2. tit. 26. art. 12. et tit. 30. et S. Severi locali tit. 9. ubi Vicini dicuntur fieri tribus modis : Primo quidem cum quis filius vel filia ex urbe ortum ducit : Rursum cum extraneus vel extranea in ipsamet urbe nuptias contrahit, et in ea domicilium figit : Tertio denique cum extraneus vel extranea ad jus civitatis admittitur ab Urbis Majore, certa persoluta pecuniæ quantitate, etc. In Consuetudine vero eadem S. Severi ibid. sœmina extranea nupta vicino sequitur conditionem mariti : sed si eo extincto alteri vicino rursus nubat, amplius non est vicina. Ita si homo non vicinus, in conjugem vicinum accipiat, neque is nec liberi vicinagii jure gaudent. Sic varia interdum ac diversa fuit ejuse in oppidis juris ratio. Vide præterea Capitulare Saxonum ann. 797. cap. 3. et Præceptum 1. Lud. Pii pro Hispanis cap. 2.

† VICINANTES, Incolæ. Capitul. 5. Caroli M. ann. 806. cap. 7 : *In aliquibus locis ipsi Vicinantes multo mala patiuntur.* Hinc

VICINITAS, Jus civitatis, *Burgesia*, dicitur in Foris Oscæ ann. 1247. fol. 26 : *Viduum omnem Vicinitatem faciat, excepto exercitu, i. civium onera omnia subeat.* Charta Adelfonsi Regis Hispaniæ æræ 1164. apud Antonium de Yopez tom. 4. pag. 458 : *Undecunque venerint illi homines, qui ibi populati fuerint, sint in potestate et subjectione Abbatis sancti Dominici et Prioris S. Martini, et nulli alio domino serviant, neque ab aliquo hominum opprimantur, nec faciant Vicinitatem in ulio loco; sed permanent in servitio et libertate vestra, secundum consuetudinem predictorum in perpetuum.* Vide Michaellem Molinum in Repertorio pag. 332.

† VICINITAS, *Burgesiæ* concessio, in vicinum seu civem admissio. Correct. Statut. Cadubrii cap. 70 : *Volumus et jubemus quod aliqua regula et commune Cadubrii non audeat... aliquem forensensem in vicinum seu regulerium acceptare, nisi prius apparuerit dictum, talem sic requirentem in vicinum assumi, per consilium fuisse admissum, ... et quod omnis Vicinitas que ab aliqua regula Cadubrii facta fuisse contra ordinem præsentis Statuti, ipso jure sit nulla.*

† VICINANTIA, *Burgesia*, Italis *Vicinanza*. [Statuta Mutin. rubr. 23. fol. 4. : *Si quæ universitas, Vicinantis, aut singularis personæ, aut locus religiosus, etc.*] Occurrit præterea in Hist. Cortusiorum lib. 1. cap. 18. et alibi.

\* *Vicinarum* seu incolarum congregatio, societas. Charta ann. 1167. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 39 : *Ab-solvimus homines de Lemonte et de Civenna, ut non teneantur esse de Vicinantis hominum de Bellasio.* Vide in *Vicinus*.

VICINAGIUM, Charta Communie Peronensis ann. 1207. de Milite, qui debitum Burgensi non solvit : *Major debet super hoc militem convenire, ut Burgensi debitum reddat, aut communionem villæ, creditionem et Vicinagium interdicit, etc.* Infra :

*Si miles hominem feudatum in Communiam habuerit, ipse homo in hospitio suo eum recipere poterit; sed nec creditionem, nec Vicinagium ei faciet.* Eadem habet Charta Communie Tornacensis art. 17. quæ quidem nescio an his locis capiendi sint de liber-

tate, privilegio, vel jure civitatis, quo invicem gaudent *Communie* alicujus jurati seu cives, [ut supra *Vicinitas* : sed et de iis officiis quæ sibi invicem exhibent vicini hæc possunt intelligi; quod vidit Vir eruditus *Secousse* in nota ad hunc locum tom. 5. Ordinat. Reg. Franc. pag. 161. ubi monet eo spectare art. 5. ejusdem Chartæ : *Si quis extraneus qui de Communia non fuerit, cum homine de Communia mesleiam fecerit infra banleugam, Vicini sui de Communia, illum juvare debent.*]

† VICINANTIA, Urbis seu burgi regio. Statuta Vercell. lib. 1. fol. 15. v.º : *Statutum est quod Potestus teneatur infra duos menses ab introitu sui regionis compellere consules cujuslibet Vicinantis facere aptare vias in sua vicinia de terra glarea et calcestro, ita quod quilibet vicinus in facie domus in qua habitaverit aptare teneatur eo modo quod possit per vias commodè commeari et itinerare.*

† VICINEA, Eodem significato, ut videtur. Charta Cremonensis MS. ann. 1244 : *Voce præconata convocatis credenderis, consulis Vicinearum et pariticorum, et convocatis iudicibus, etc.*

VICINETUM, VISNETUM, VICINITAS, Anglis Practicis, est Jus, forma, vel modus dirimendi controversias civiles vel criminales, in rebus dubiis neque omnino certis, per assiam vicinorum de villis, vel civium, aut Burgensium, iis scilicet advocatis, ex quorum *verdictis* seu depositionibus iudex pronunciat : cujusmodi fere sunt, quos *Tesmoins voisinsaux*, vocant Consuetudines Turonensis art. 159. et Lodunensis cap. 15. art. 4. Vox ducta ex Normannico *vesiné*, vel *voisiné* : *Visnet*, in vet. Consuet. Norman. cap. 33. nos *Voisinage* dicimus *viciniam*. Regiam Majestatem lib. 2. cap. 11. § 11 : *Si vero contradicatur status libertatis eorumdem productorum, vel de eorum statu dubitetur, ad Vicinetum erit de patria recurrendum : ita quod per Vicineta *verdictum* sciatur, utrum illi liberi homines sint, an non : et secundum hæc iudicabitur.* Cap. 43 : *Si vero dubium fuerit de hæreditate, procul dubio domini ipsius tam hæredem, quam hæreditatem in custodia habebant, donec lætas rationabiliter probetur per legules homines de Vicineto, et per eorum iuramenta.* *Assisa de Vicineto*, ibidem lib. 1. cap. 1. § 8. Adde lib. 2. cap. 74. § 7. [\*\* *Glanvill*, lib. 2. cap. 3. § 6. cap. 6. § 4. lib. 5. cap. 4. lib. 7. cap. 9. § 7.] *Proportutio patriæ vel Vicineta*, i. declaratio, in Quoniam attachiamenta cap. 68. *Postulare vicinetum*, cap. 73. *Per fidele Vicinetum transire*, in Statutis Alexandri II. Regis Scotiæ cap. 2. § 2. *Legales homines de Visneto seu de villa*, apud Gervasium Dorobernensem pag. 1387. et Will. Thorn. ann. 1269. [Charta ann. 1314. apud Kennett. Antiq. Ambrosd. pag. 367 : *Per sacramentum proborum et legulium hominum de Vicineto de Chesterton.*]

VICINITAS, Eadem notione, in Quoniam attachiam. cap. 82. Neque aliud videtur VICINATICUM, in Usaticis Regni Majoric. MSS : *Ponat partem suam in omni communi vicinatis seu Vicinatico civitatis Majoric.* Est enim *vicinaticum*, juratorum seu vicinorum civitatis conventus, *Communium ipsa*.

† VICINENTUM, Eodem intellectu, in Statutis Vercell. lib. 1. fol. 21. v.º : *Et facta*

*extimatione si fuerit probatum damnum, fiat talea secundum solidum et libram Vicinentiis et nobilibus et castellanis extimatis in ipsis Vicinentiis asque ad quantitatem extimi.*

VICINIUM, Vicinitas. Capitulare Pipini Regis Italiæ cap. 36 : *Aut si in illo Vicinio habitare voluerit, etc.* Ordericus Vital. lib. 8. pag. 707 : *In tantum crevit ejus insania, ut pene omnes Ecclesiasticæ possessiones in Vicinio ejus depopularunt insolentia.* [Statuta Collegii de Dainvilla ann. 1380. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 511. col. 1 : *Expellatur ab eadem domo nostra, sine scandalo et rumore in Vicinio, sicut melius poterit fieri.*]

† VICINATUS, Eadem notione. Diarium belli Hussit. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 165 : *Multitudinem non modicam.... de Vicinatu congregavit.*

† VICINITUDO, Pari significato. Litteræ Edwardi I. Reg. Angl. ann. 1307. apud Rymer. tom. 2. pag. 1044 : *Volunt sub Vicinitudinis optentu mutuo se juvare.*

\* Gall. *Voisinage*, alias, *Voisiné* et *Voisinité*. Lit. remiss. ann. 1369. in Reg. 100. Chartoph. reg. ch. 332 : *Comme icellui Guyot, pour nffinité de Voisiné, eust traite son espée avec lesdiz freres contre ledit barber.* Aliæ ann. 1408. in Reg. 163. ch. 288 : *Comme Denis de Montran, qui estoit voisin du suppliant, l'eust prie qu'il vouldist aler avecques lui à Evreux, ..... il pour raison dudit Voisiné etc.* Occurrit rursus in aliis ann. 1478. ex Reg. 206. ch. 11. Lit. ann. 1415. in Reg. 168. ch. 315 : *Le suppliant pour l'amour de Voisinité presta un escu à icellui Rabare. Visnage* etiam dixerunt, pro *Voisinage*. Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 135. ch. 166 : *Lequel exposant dist audit Biguet que volentiers, par bonne amour et Visnage, il bueroit avecq li. Vesineté*, eadem notione, in Bestiar. MS :

De trestout le pais entour,  
Dont ist une tant bonne odour  
De sa bouce, pour vérité,  
Qu'en toute la Vesineté, etc.

\* VICINIUM SECRETI dicitur de re promodum secreta et cum paucis tantum amicis communicata. Epist. Constant. presbyt. ad S. Censur. tom. 7. Jul. pag. 201. col. 1 : *Cum obedientia mea ad beatitudinis vestræ notitiam pervenisset, ut iterato in temeritatem prorumperem, præcepistis; jubendo ut paginula, quæ adhuc intra secreti Vicinia tenebatur, longius, me auctore, procederet.*

\* VICINATUS, Civitatis vel burgi districtus et jurisdictio. Charta Phil. VI. ann. 1340. in Reg. 73. Chartoph. reg. ch. 190 : *Concedimus quod castra de Retro singulara et de Coisseto, cum eorum pertinentiis, in et de bailliviagio et Vicinatu immediatis dictæ civitatis Condomii remaneant.*

\* VICINIA, Vicus, civitas. Mirac. S. Rolandi tom. 5. Sept. pag. 121. col. 1 : *Primo domina Francischina, Viciniæ S. Mariæ de Gonçagu, etc. Visné*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1482. ex Reg. 206. Chartoph. reg. ch. 814 : *Auquel bergier le suppliant avoit baillé icelle beste pour garder avec celle du Visné, où il estoit demourant.* Vide in *Vicinus*.

\* VICINITAS, Commodum quod ex vicinia percipi potest. Charta ann. 1168.



in Chartul. Clarifont. ch. 31 : *Insuper etiam laudaverunt omnes terræ suæ aientias, Vicinitatem et pasturas et nemora sua, tam ad botandum, quam ad sepes fuciendum. Vide in Vicinus.*

¶ **VICIOLOM**, dimin. a Vitium. Gloss. Lat. Gr. : *Viciolum*, ἐλαττωμάτιον.

**VICISSERE**, Per vices agere, Gallis, *Se relater*. Vita S. Samsonis Episcopi Dolensis lib. 1. cap. 16. in Actis SS. Ord. S. Bened. : *Frater autem ejusdem Presbyteri, Vicissentibus se per ordinem cæteris Monachis, hujus monasterii pistor effectus est. Vide Vicibus.*

¶ **VICISSITUDINARIUS**, *Qui fait foicéz d'autrui*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. Vide *Focata* et mox suo loco.

**VICISSATIM**, *Subinde, vicissim*, in Gloss. antiq. MSS.

¶ **VICISSITUDINARIUS**, Reciprocus, alternus. Charta ann. 1238. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 58 : *Vicissitudinaria obsecundatione alterutrum obligemur in eum. Litteræ Caroli Principis Salernit. ann. 1289. apud Rymer. tom. 2. pag. 443 : Ut ad pacis intentum, Vicissitudinarius hinc inde tractatibus... venire laudabiliter valeamus. Adde Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1587. Vide Vicissere.*

¶ **VICISSITUDO** ÆTERNA, Præmium vitæ æternæ, in Epist. Johannis V. PP. apud Mabill. tom. 2. Annal. Bened. pag. 756 : *Et quod pia devotione pro intuitu æternæ vitæ Vicissitudinis cupit, etc.*

¶ **VICIUM**, Minus, ἥττων. Gloss. Lat. Gr. in Cod. Sangerm. habetur *Pavum*.

¶ **VICOMERCATUM**, Nomen loci proprium ex Italico *Vico* et *Mercato*, Vicus ubi mercatum seu emporium fit. Bonincontrus in Chronico Modoet. apud Murator. tom. 12. col. 1134 : *Raynerolus de Pirovano dictæ contratæ nobilis, custos castri, mandavit ad Vicomercatum Marco, at sine dilatione ei mitteret auxilium, sine quo mala erat ei defensio.*

**VICONIUM**, et *Cistifer*, nomina metallorum. Papias.

\* **VICONTAGIUM**, Jus vicecomiti debitum, nostris etiam alias *Vicontaige*. Charta Phil. V. ann. 1317. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 234 : *Dimisit centum libratas terræ..... percipiendas..... super bladis, avenis, ordeis et gallinis, que nobis ratione seu occasione usagiorum forestæ nostræ de Goufart, ac etiam ratione seu occasione Vicontagiorum ab usagiariis ejusdem forestæ... nobis annuatim debentur.* Charta ann. 1359. in Reg. 87. ch. 339 : *Lesquelles avenages, barnaiges, Vicontaige et gelines furent lors prises par le bailli de Caen. Vide in Vicecomes et supra Vicecomitatus.*

¶ **VICORIUM**, Vicus minor, mansionum vel ædium collectio a majori vico dependens. Charta ann. circ. 1180 : *Ego Robertus Marmion perfeci ei (Matthæo de S. Germano) xv. acras terræ et præterea donavi ei viginti acras terræ de proprio dominio meo in Vicorio de sancto Germano et de Fontaneto. Occurrit rursus in alia Charta ejusdem ætatis. Vide Viculus.*

¶ **VICORNIUM**, **VICORNUM**, Vas quoddam duabus ansis instructum. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. : *Item plus tria Vicornia sive seumals armorum clausa*

*cum eorum clavibus vacua. Ibidem : Item plus duo Vicornia sive semals avietis. Rursum : Item plus unum Vicornum sive semal armorum sive guerræ vacuum et cum clausum. Vide Semalis.*

¶ **VICTARE**, *Vicitare, vivere*, in Gemma.

¶ **VICTARIUS**. Comput. ann. 1202. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. clx. col. 2 : *Et xxxiii. bacones, qui fuerunt perdit per Victarios et exercitum. f. Præbitor annonarius, Gall. Vivandier; nisi idem sit qui Vicitarias.*

\* **VICTATORIUM**, pro *Invitatorium*; sic appellatur psalmus *Venite exultemus*, qui ad officium matutinum cantatur. Reg. capit. eccl. Ludgum. ex Cam. Comput. Paris. ad ann. 1338. fol. 36. rº. col. 1 : *Item ordinaverunt quod canonici diaconi faciant Victatoria. Ibid. ad ann. 1341. fol. 70. vº. col. 2 : Ordinaverunt quod statutum factam super Victatoriis et responsis teneatur, cum adjunctione et moderatione quam facient dom. præcentor et magister. Rursum fol. 73. rº. col. 2 : Item ani de incorporatis, qui cantabit Victatorium ad matutinas, xij. denarios. Vide Vitarium.*

¶ **VICTERIUS**, Vector, vectarius, Gall. *Voiturier*. Charta ann. 1378. ex Regest. Columbi fol. lxxi. vº. : *Anthonus Albi de Cayratio in Briansono diocesis Ebredunensis Vicerius promisit et convenit... quod ipse Anthonus portabit sea portari faciet cum mulis triginta et octo balas. Vide Vectuarius et Vicularis.*

¶ **VICTICOLA**, pro *Viticola*, Gall. *Vigneron*, in Statulis Avinion. lib. 3. rubr. 6. art. 13. pag. 344.

¶ **1. VICTIMA**, Idem quod *Frisinga*. Vide in hac voce. Acta S. Meinwici tom. 1. Jun. pag. 523. et apud Leibnit. tom. 1. Script. Brunsvic. pag. 530 : *Concessit... i. poledrum ac v. Victiminas; id est frisingas. (l. frisingas vel friskingas.)* [\*\* Chart. Mazelini Præpos. Wormat. sec. XI. apud Schannat. Hist. Episc. Wormat. tom. 1. pag. 122 : *Unam Victimam porcinaam, que sit precio quindecim denariorum.*]

\* **2. VICTIMA**. Epist. Pering. abb. Tegerns. ann. circ. 1003. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 1. col. 141 : *Sed de illis taceamus, aliisque rebus supra modam et irrationabiliter hinc inde distractis in denariis, in vestibus, in bubus et ovibus, multoque grano cum multigenis Victimis.* Alia ibid. col. 143 : *Pluru etiam retia habet nobis tulta, Victimisque et granum, quod nostri debuerunt seminare in agrum. Instrumenta rustica videntur designari.*

¶ **VICTIMARE**, Immolare, mactare. Gloss. Lat. Gr. : *Victimo*, Βουδορῶ : addunt Sangerman. immolo. Gloss. : *Isid. Victimo, immolo. Victimare, Sacrefier*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. Eccl. cap. 34. 24 : *Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui Victimat filium in conspectu patris sui. Martyrium Thebæor. tom. 1. Hist. Lothar. col. 6 : Mawicius vero apud Agauum oppidum cum suis vocis pro Christo Victimatus occubuit. Ulitar Apuleius lib. 7. Metamorph. semel et iterum.*

**VICTOR IGNITUM**, dicitur S. Laurentius, in Historia Institutionis Archiepiscopatus Magdeburgensis, edita a Gabr. Cossartio cum Conciliis sub anno 967. [Vide *Victor*.]

¶ **VICTORABILIS**, *Vincere consuetus*, in Gloss. Gasp. Barthii apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 381. ex Gaudio de Bellis Antiochenis.

**VICTORALIS**, ἐπιώνιος, in Gloss. Gr. Lat. MS. editum habet *Victoralis*, quomodo Capitolinus in Galieno *Victoralis dies* dixit. [Victoralis litteræ, Epistola victoriæ nunciæ, in Lexic. Phil. Goclenii. *Victoralis triumphus*, Ammiano lib. 22. cap. 4.]

**VICTORIARE**, Victoriam adipisci, referre, apud S. Eulogium in Epist. ad Alvarum, et Sebastianum Salmanticensem Episcopum in Hist. Hispan. pag. 45.

\* *Victorier*, eadem notione, apud Froissart. vol. cap. 3. 27 : *La couronne de laurier au chef, ainsi comme anciennement souloient les rois faire, quand ils Victorioient ou deconfisoient un roi en bataille.*

\*\* Virgil. Grammat. pag. 48 : *Nam cum dicis Victorio, nescio quomodo ad meditationem pertineat, quocumque sensu intelligatur; sive ut nos dicimus, quandoque vincam, sive ut quidam, volo vincere.*

¶ **VICTORIATUS**, νικηφόρος, in Gloss. Lat. Græc.

¶ **VICTORIEE**. Eadem notione. *Lacrymas fundens ante Victoriferos clavos manibus D. N. J. C. affixos*, in Hist. Liutprandi cap. 11. apud Murator. tom. 2. pag. 456. col. 2.

¶ **VICTORIOSE**, *Manu victrici*, apud Petruin de Vineis lib. 1. Epist. 15.

¶ **VICTORIOSUS**, **VICTOR**. Anonymus de Gestis Manfredi et Conradi Reg. apud Murator. tom. 8. col. 585 : *Ad cujus itaque domandam protervium, et per hæc restitenda læsis jura sua Rex Victoriosus accingitur.* Charta Milonis Abb. S. Remigii Reg. ex Chartul. Campan. fol. 245. col. 2 : *Actum anno dominice incarnationis m. cc. vi. regnante glorioso et Victorioso Francorum Rege Philippo.* Eodem perinde titulo illustris fuit Carolus VII. Francorum Rex. *Victoriosissimus*, apud Sidon. lib. 3. Epist. 3. in vet. Inscript. Gruter. 179. 2. S. August. de Civ. Dei lib. 5. cap. 25. et in Charta Renati Reg. ann. 1456.

\* *Victoriosissimi*, appellantur Henricus I. et Ludovicus VI. reges Francorum. Charta ann. 1060. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 130 : *Actum publice Laudani..... regnante Henrico Victoriosissimo Francorum rege anno xxx.* Alia ann. 1132. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 502 : *In nomine sanctæ et individue Trinitatis. Ludovicus Dei gratia Victoriosissimus rex Francorum.* Eodem titulo donatur Alphonsus rex utriusque Siciliæ, in Charta ann. 1443. ex Tabul. Cassin.

¶ **VICTORIOSUS**, *Pari intellectu*. Sallas Malaspine de Rebus Sicul. apud Baluz. tom. 6. Miscell. pag. 273 : *Quod si strenuus et fideles habuisset compugiles, vel majorem nostræ gentis partem Victoriosus subegisset, etc.*

\* *Victorien*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1463. ex Reg. 199. Chartoph. reg. ch. 79 : *Icellui Loys pour cuider demourer Victorien, a trouvé maniere de soy faire guiseler, etc. Victoire*, pro *Rejouissance, fête*, Lætitia publica, festum, in aliis Lit. ann. 1388. ex Reg. 132. ch. 275 : *L'exposant regardoit à jouer à la folesuye le jour d'une Victoire, etc.*



**VICTORINUS**, Monetae species a Fridrico II. Imp. in Italia, dum Ferrariam obideret, cusa, cum castra instar urbis vallis ac fossa hac mente munisset, ut direpta et eversa civitate in eo ipsomet loco, ubi stativa habuerat, *Victoriam* urbem conderet, uti narrat Joan. Candidus lib. 5.

† **VICTORIOSE**, **VICTORIOSUS**, **VICTORIOSUS**. Vide supra in *Victoriae*.

† **VICTRINÆ**, Fenestræ vitreae. Chron. Beccense pag. 27 : *Quam cappellam B. Mariae Magdalene Victrinis sumtuosis clausit. Vide Veyriae et Vitrine.*

\* Comput. ann. 1493. ex Tabul. S. Petri Insul. : *Mathæo Bernard vitrario, pro cellis novis et reparatione veteris Vitrinæ, quæ servierat in capella S. Catharinæ, etc. Pro toto vitro ambarum Vitrinarum, ije. xxxvij. lib. in alio ann. 1511. ex cod. Tabul.*

1. **VICTUALIA**, Commeatus, victui necessaria, Gallis *Victualles*, Italis *Vittuaglie*. Glossæ Dosithei : *Alimonia, victuaglia*. Occurrit apud S. Ambrosium lib. 5. Hexaëmer. Petr. Blesens. Epist. 69. cap. 21. Fulbert. Epist. 38. Petrum Chrysolog. serm. 63. et 155. Flooardum lib. 2. Hist. Rem. cap. 11. Arnulph. Epist. 4. in Capitul. 2. ann. 812. cap. 8. et lib. 3. cap. 74. in Hist. Miscella ann. 6. Justiniani M. in Hist. Cortusiorum passim, etc. Vide Notas Felicis Osii ad Hist. Ottonis Morenæ pag. 57.

**VICTUALIUM**, in Synodo Metensi ann. 753. cap. 4. [Chron. Richardi de S. Germauo apud Murator. tom. 7. col. 1030 : *Pro jure mensurarum Victualii tam in sawna quam in turnis servativa forma antiqua, etc.*]

**VICTUALIS NECESSITAS**, in Lege Alaman. tit. 2. § 1 : *Ministerium victuale*, apud Apuleium de Dogmate Platonis.

† 2. **VICTUALIA**, *singulare non habet*, γυμνασία τῶν μοναχῶν. Gloss. Lat. Gr. ubi codex Reg. habet *Vactualia*, Sangermanensis legit *Vactualia*, quod vero proximum est; legendum enim *Battualia*. Vide *Battueré*.

\* **VICTUALIARE**, Commeatu urbem vel castrum munire, Gall. *Avtailier*. Memor. C. Cam. Comput. Paris. fol. 191. v<sup>o</sup> : *ij. die Decembris 1357. fuit dies assignata Petro Peneillon, servienti regis anno 1355. commissio ad faciendum certas garnisiones granorum pro villa et castro Bolonie Victualandis. Vide Victualia 1. et Vitellatio.*

† **VICTUALIO**, Ipsa victualium distributio, vel eorum usus. Charta ann. 1492. apud Rymer. tom. 12. pag. 476 : *In eodem obsequio circa provisionem victualium et Victualionem exercitus armatæque Regis in partibus prædictis moraturus, etc.* Infra minus bene editum : *Circa provisionem victualium et Victualionem, etc.*

† **VICTUARIA**, ut *Victualia* 1. Parisius de Cereta in Chron. Veron. ad ann. 1243. apud Murator. tom. 8. col. 634 : *Et ab alio capite dicti pontis erat Entius Rex filius ipsius Imperatoris cum Parmensibus extrinsecis, defendentes et evitantes quod Victuaria non intrarent in Parma.*

† **VICTULATIO**. Vide *Victualia*.

† **VICTURALIS**, Vector, Gall. *Voiturier*. Statuta Vercell. lib. 4. fol. 71. v<sup>o</sup> : *Item Victurales tempore vindemiarum portent*

*super folis butallorum tractarolios qui vinum colligant. Vide Victurius.*

\* **VICTURIA**, ut *Victuaria*, victui necessaria. Notit. ann. 851. ex Chartul. Lemov. : *Totum quæsit jam dictus advocatus Guntramno ad opus matriculariorum S. Stephani altaris pertinentium, excepto Victuriis et ortolinse. Vide Victualia 1.*

† 1. **VICTUS**, Pensio annua, qua victui necessaria comparantur. Charta fundat. Collegii de Cardineo ann. 1302. apud Lobinell. tom. 5. Hist. Paris. pag. 609. col. 2 : *Item ad quatuor Victus pro quatuor artistis, et ad duos Victus pro duobus theologis, me et bona mea presentia et futura obligo. Vivre naturel dici videtur portio quæ natu minori ad victum tribuitur in bonis paternis sive maternis. Charta ann. 1419. ex Chartul. 21. Corb. fol. 246. v<sup>o</sup> : *A la charge de tel portion de quint et Vivre naturel qui par raison et la costume des lieux poet appartenir audit Estevenot fils maisné et heritier dudit feu Jaque. Alia ann. 1442. ibid. fol. 243 : Généralement de tout ce que à cause dudit quint, Vivre naturel et autrement de toutes choses il cust poeult faire demande, action ou poursuite dudit Jaque le Petit son frere. Vide Viagium 2. Vita et Vitalium.**

† 2. **VICTUS**, *Paralyticus, debilis*, παραλυτικός, in Gloss. Lat. Gr. MSS. Sangerm. et Edit. Gr. Lat.

\* **VICTUS MORTUI**, Portio cibaria, quæ pro canonico vel monacho defuncto pauperibus primum solebat distribui. Charta ann. 1100. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 336 : *In anniversariis diebus canonicorum,.... Victim mortui,.... prædictæ ecclesie servitoribus donamus. Infra : Præbenda mortui. Vide in hac voce.*

† **VICUGIA**, μόλωψ, in Gloss. Lat. Gr. Alia Gr. Lat. : μόλωψ, *Vicugia, vibex.*

† **VICULUS**, dimin. a *Vicus*, ut supra *Vicorium*. Charta Henrici III. Imper. ann. 1044. apud Eccardum Hist. Landgrav. Thuring. col. 315 : *Nec non saltum innovans ad campestria Viculos per se statuit, atque ex his omnibus... prædium unum colligitur. Pro scmita, Gall. *Sentier*, occurrit in Chartul. S. Vandreges. tom. 1. pag. 623. ubi de manerio quod aboutat ad *Viculum* in uno bauto. *Viculus, ruele*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.*

\* *Wiquet*, eadem notione, ut videtur, in Lit. remiss. ann. 1394. ex Reg. 147. Chartoph. reg. ch. 64 : *L'exposant requist à icelle femme que elle s'en alast dehors le Wiquet merdeux de la ditte ville de Monsereuil, et que aux champs il parleroit à lui secrètement.*

**VICUS**, *Vici*, Papiæ, Castella et pagi sunt, qui nulla dignitate civitatis honorantur; sed vulgari hominum cœtu incoluntur, et pro parvitate sui civitatibus attribuuntur. Infra : *Vicus, castrum sine munitione murorum.*

[\* Ex Isid. Orig. lib. r5. cap. 2.] [Scriptoribus ante annos 1200. idem quod *villa*, ut observat Valesius Notit. Gall. pag. 283.]

**VICUS CANONICUS**, Qui ad Canonicos pertinet, in Actis Episc. Genoman. apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 259. *Vicus publicus et Canonicus*, ibid.

**VICUS EPISCOPALIS**, ibid. pag. 305.

**VICUS PUBLICUS**, Qui fisci est, qui non est in beneficium datus. Capitulare 6. ann.

806. cap. 21. et Append. 1. Capitul. cap. 62 : *Ut festivitates præclare non nisi in civitatibus aut Vicis publicis teneantur. Concilium Ravennense ann. 904. cap. 11. de Comitibus : In publicis Vicis domos constituent, in quibus placitum teneant, et secundum antiquam consuetudinem hospitentur. Quo nomine appellatur Compendium, apud Bedam lib. 3. Hist. cap. 28. et *Leodium* in Annalib. Francor. Loiselianis et Mctensib. ann. 769. Aigradus Monachus in Vita S. Ansberti Archiep. Rotomagensis n. 25 : *Census autem, qui de Vicis publicis Canonico ordine ad partem Pontificis persolvi consueverant, gratuita benignitate in restorationibus Ecclesiarum benignissime Presbyteris indulsit earumdem Dei ædium. Tabularium Persiense cap. 30. apud Perardum : Cum resideret Dominus Ado Prasul apud Matiscorum in propria Synodo, venerunt ante presentiam ipsius duo Monachi Leotaldus videlicet et Girboldus, viva voce proclamantes, quod non deberent Episcopalem receptionem facere apud sanctum Marcellinum, quæ Cappella est, non Vicus publicus : crenia vero et servitium se dare debere aliis in locis dixerunt, etc. Vide Vitam Aldrici Episc. Cenoman. pag. 30. 31. Acta Episcoporum ejusdem urbis pag. 242. 243.**

† **VIDA**. Charta ann. 1311. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 141 : *Donatarius et ejus hæredes... sint astricti annis singulis in festo Corporis Christi... facere vitam elemosynam generalem, in qua detur cuilibet pauperi ad ipsam venienti usque ad valorum trium denarium Turonensium, Vida de pane ad valorum duorum denariorum, et de carnibus ad valorum unius denarii. Mendium typographicum pro Videlicet.*

† **VIDACERIUS**, Locus editus, ut videtur, unde conspectus patet, a verbo *Videre*. Charta ann. 1344. ex Schedis Cl. V. Lancelot : *Item quod nulla persona cujuscumque conditionis existat, sit causa facere Vidaceros infra villam Balneolis.*

\* **VIDATIO**, Locus, unde ligna cæsa evacuantur, Gall. *Vuidange*, silva cæsa. Charta Manas. Aurel. episc. ann. 1167. inter Instr. tom. 8. Gall. Christ. col. 517 : *Concedimus et fratribus loci illius usuale suum in nemoribus nostris,.... ligna ad faciendum ignem, ad domos ædificandas, ad clausuras faciendas, ad vineas sustinendas et ad usus cæteros sibi necessarios, excepta Vidatione seu venditione. Vide Venda 3. et mox Videngea.*

\* **VIDATUS**, f. pro *Vineatus*, eadem saltem notione, Ager vineis consitus. Charta ann. 869. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 721 : *Ad meas detenui manus, quod est inter terrola aratoria seo et Vidata, quamque et prativa per singulas petiolas, etc.*

\* **VIDECACUS**, Rusticula majoris species, Gall. *Beccasse*. Charta Rob. milit. ann. 1255. inter schedas Mabill. : *Concedo quod dicti abbas et conventus (S. Audoeni) percipiant.... decimas.... gallinarum, avenarum, ovorum, Videacorum, etc. Videcoc, in Lit. remiss. ann. 1380. ex Reg. 118. Chartoph. reg. ch. 33 : Comme Jehan Chierel.... et Colin son frere.... feussent alez à heure de vespre tendre aux oisiaux, appellez Videcox, autrement bequaces, etc.*



Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 791. v<sup>o</sup> : *Item qualibet rete ad Widecos, iij. denarios. Vide Videcoqs.*

**VIDECOQS**, vel **WIDECOQS**, [Gall. *Béccase*; male pro *Wit-coc*, ut vult Belon lib. 5. de Avibus cap. 26. ab Anglico *Wood-cok*, *Beccasse*, proprie gallum silvestrem significat. Statutum Johannis Reg. Franc. ann. 1350. tom. 2. Ordinatio. pag. 364 : *Lesdits jurez toutes les semaines, trois ou quatre fois, verront et visiteront par ouvroiers et hostels desdits poulailliers, tous les connils, lievres, perdrix, Videcoqs, et autres bestes et oiseauz sauvages.*] Computum Domani Stapularum in Comitatu Bononiensi ann. 1475 : *Recepte pour vollees de Videcoqs, chacune volée à 20. den. sauf les volées du maretz de Condette, dont on ne paye fors 13. den. pour choscune volée.* In Computo de *Desure*, ejusd. anni, fol. 49. verso : *Recepte de Widecoqs deus à Neufchastel, deus au jour de S. Remy. De Pierre de Wierre pour un pastich, etc. doit au dit terme 6. Widecoqs, qui à raison de 4. den. pieces valent, etc.*

\* **VIDENGEA**, a Gallico *Vuidange*, Evacuatio, in Tract. Joan. de Monsterolio, in quo continentur occasiones seu colores, quibus rex quondam Eduardus Angliæ prætendebat habere jus ad coronam Franciæ, ex Cod. reg. laudato tom. 17. Comment. Acad. Inscript. pag. 339.

† **VIDENTES**, Testes oculati, ut infra *Visores* 1. Vide in hac voce. Charta ann. 1116. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *Facta est diffinitio ista... in presentia... Comitibus Barchinonensis, ... Videntibus Pontio Priore Massiliæ et Raymundo de Barre, etc.* Alia ann. circ. 1132. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 466 : *Videntes istius conventionis vel diffinitionis sunt Raimundus de Balcio, Raimundus de Barjaço, etc.* Cui formula respondet ea quæ sequitur in *Videntia*.

\*\* 2. **VIDENTES**, Prophetæ, apud Liutpr. Antapod. lib. 4. cap. 6.

**VIDENTIA**, Charta Bernardi Guillelmi D. de Monbasone, qua dictum Castrum Guillelmo D. Montispessuli concedit : *Hoc donum fuit pactum et laudatum cum hac charta 7. Id. Aug. anno Dominicæ Incarn. 1113. in Videntia et presentia Pontii de Monthlur, etc.* [Charta ann. 1120. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 276 : *Hanc solutionem... facimus... in presentia et Videntia et audientia et testimonio canonicorum Lutensium, etc.* Occurrit præterea tom. 2. novæ Hist. Occitan. inter Probat. col. 470. et 511. Vide *Videntes*.]

**VIDERE**, Salutare, nostris, *Voir quelqu'un*. Ammianus Marcellinus lib. 14 : *Contempto Cæsare, quem Videri decuerat. Vide Henricum Valesium ad hunc locum.*

† **VIDERE SE**, Apparere. Acta B. Tomassi tom. 3. Mart. pag. 601 : *Quæ ut recommendavit se B. Tomasso, continuo ipsam fusi frustum Vidit se, et exivit ex eadem parte aliunde.*

† **VIDERE**. Instrum. ann. 1368. ex Schedis Præs. de *Mazaugues* : *Visis et diligenter examinatis ac correctis secundum Videre nostrum, etc.* Id est, prout nobis visum est. Vide in *Visus*.

\* **VIDERE**, Sollicite observare, ab aliquo nunquam dimovere oculos, Gall.

*Gurder à vue*. Scacar. S. Mich. ann. 1217. in Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 19. v<sup>o</sup>. col. 1 : *Judicatum est quod relicta comitis Alenconii, quæ gravida est, debet Videri, et quod dominus rex faciat eam custodiri per idoneas personas.*

\* **VIDERE IN ALQUIO**, Persecrari. Reg. visitat. Odon. archiep. Rotomag. ex Cod. reg. 1245. fol. 125. r<sup>o</sup> : *Visitavimus abbatiam de Cæsaris-burgo, ..... canonici habent scrinia : abbas vel prior non Vident in eis. Injuximus priori ut Videat in ipsis, sive abbas.*

† **VIDERI**, Esse, in Cod. Theod. lib. 12. tit. 6. leg. 18. Passim occurrit in veteribus Chartis apud Mabill. Diplom. pag. 465. 466. 469. etc. Hæc monuisse sufficiat.

† Hinc fortean nostris *Voir* dicitur de eo quod revera est, quod certe existit. Chron. Johannis IV. Ducis Britan. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 697 :

Prisonnier fut Charles pour voir Et le Sire de Beaumanoir.

Instr. ann. 1437. ibid. col. 1046 : *Item un cinquième signé : Pierre Guiho, Voir est.*

† **VIDIMARE**, Apographum ad exemplar exigere, Gall. *Vidmer*. Litteræ *Vidimus* ann. 1559. ex Schedis Præs. de *Mazaugues* : *Illud transcribi et Vidimari, et illius Vidimus seu transcriptum cum Instrumento prædicto originali debite collationari... petit.* Infra : *Transcribi, Vidimari et exemplari.* Alie ann. 1564. ex Tabul. Eccl. Massil. : *Dictas litteras transcribi, transumi et Vidimari... requisivit.* Hist. Epist. Patav. Georgii II. et Friderici I. apud R. Duellium tom. 2. Miscell. pag. 312 : *Nosque debito cum instantia rogavit quatenus easdem litteras diligenter conspiceret et examinare, Vidimareque transumptum et exemplar... dignemur.*

† **VIDIMATIO**, Recognitio scripturæ. Translat. S. Norberti tom. 1. Jun. pag. 913 : *Præsentes sub sigillo vicariatus et amplissimi domini Vicarii generalis Vidimatione, per secretarium expediri fecimus. Vide in Visus.*

**VIDIMUS**, pro Apographo a Notario vel Secretario descripto, de qua voce vide Reinhardtum Robigium lib. 10. Robigal. cap. 16. *Vidimus de lettre*, in Consuetudine Nivernensi tit. 4. art. 16. 35. tit. 5. art. 6. 14. [Ordinatio Humberti II. ann. 1340. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 398 : *Item quod de ipsis privilegiis et cautelis Registrum in forma publica fieri faciat, ad hoc ut originalia semper in tuto remaneant, et Registrum seu Vidimus possit cum fuerit expediens produci, et etiam presentari.* Testam. Philippi Boni ann. 1441. apud Miræum tom. 2. pag. 1262. col. 2 : *Volumus denique ut Litteris publicationis aut earum apographis, vulgo Vidimus dictis, quæ post decessum nostrum inde describentur, etc. Concedit... Vidimus unum aut plura fieri vim originalis in se habentia, apud Marten. tom. 6. Ampl. Colect. col. 611.] Interdum pro *Vidimus*, habetur vox *Inspeximus*, ut in Chron. W. Thorn. pag. 2123. Veterum *Vidimus* ea fuit formula ex Tabulario Britavensi fol. 1 : *In nomine Dom. Ego Ludovicus Dei gratia Rex Francor. et Dux Aquitanor. Hoc est, præceptum Karoli gloriosissimi Regis ad munificentiam B. Juliani, datum sub tempore venerabilis Frotharii**

*Archiepiscopi : Si petitionibus, etc.* Ita in Charta alia ann. 1279. fol. 2.

† Variæ tantisper pro variis sæculis obtulerunt formulæ, ut docet Mabillonius Diplom. lib. 1. cap. 7. Antiquior est ea in qua prioris instrumenti duntaxat fiebat mentio et confirmatio : recentior vero quæ illud integrum exhibebat, quod sub Carolo M. inductum fuisse probat ejusdem Imperatoris Diploma pro Novaliciensis Instrumenti renovatione : *Non enim, inquit, ex consuetudine anteriorum Regum hoc facere decrevimus : sed solummodo propter necessitatem et mercedis augmentum transcribere præcipimus.* Consule Mabillonium loco laudato.

**VIDISSE**, Eadem notione. Arestum Paris. 6. Febr. 1321 : *Exhibentis copias seu Vidisse quorundam arestorum, etc.*

† **VIDRIGILTH**. Vide in *Wera*.

**VIDUÆ**, apud Scriptores Ecclesiasticos dicuntur, quæ servandæ *viduitatis professionem*, (quam secundum castimoniam gradum vocat Hieronymus Epist. 26.) coram Episcopo in Secretario emittunt, imposita ab eo veste viduali, ut est in Concilio Arausicano I. can. 27. Toletanum IV. can. 56 : *Duo sunt genera viduarum, seculares et sanctimoniales : Seculares viduæ sunt, quæ ad hoc disponentes nubere, laicalem habitum non deposuerunt. Sanctimoniales sunt, quæ mutato habitu seculari, sub religioso cultu in conspectu Sacerdotis vel Ecclesiæ apparuerunt.* Honorius Augustod. lib. 1. cap. 241 : *Viduarum prima Dina filia Jacob extitit ante legem, a qua usus vidualis cæpit. Hanc sub lege Judith et alie imitavit sunt : sub gratia vero Anna et alie plurimæ secutæ sunt, quæ secundas nuptias contempserunt. Harum quoque habitus sub mundo despectus.* Ejusmodi mulieres sanctæ professionis viduas vocat Salvianus lib. 3. ad Ecclesiam Catholicam. *Viduas continentiarum professas*, in præfat. ad eosdem libros. *Quæ instant orationibus die ac nocte*, lib. 2. ab eorum veste viduali, *pullatas viduas*, Vincentius Lirinensis in Commonitorio 1. Denique *Professe, Consecratæ, Benedictæ*, in Conciliis aliquot Gallicanis appellantur, locis a nobis indicatis in Notis ad Alexiadem pag. 418. ubi easdem esse cum priscis *Diaconissis*, fuse satis probavimus. Ecclesiasticis stipendiis vicitabant. S. Hieronymus in cap. 3. *Esaïæ : Nec Ecclesiasticis vidua sustentatur alimentis, nisi quæ sexaginta annorum est, et maturitatem habet morum pariter et ætatis.* [Index vet. Canonum tom. 3. Conc. Hisp. pag. 20 : *De Viduis adolescentulis et infirmis victu Ecclesiæ sustentandis.* Vocis clymon sic tradit Rhabanus lib. 1. Comput. cap. 33. *Vidua, quasi valde idua, id est valde divisa. Aut vidua, id est a viro divisa.*] Harum ordo τῶ τῶν χριστῶν τάγμα, dicitur Palladio in Vita S. Chrysostomi pag. 47. edit. Emerici Bigotii : τῶ χριστῶν, apud Clementem lib. 3. Constit. Apostol. cap. 3. Oecumenium ad 1. Timoth. 1. v. 19. et in Clementinis Homil. 11. cap. ult. *Viduatus*, apud Tertullian. de velandis Virg. cap. 9. quod jam antea observatum a viro doctissimo Joan. Bapt. Cotelero in eruditissimis Commentariis ad veterum Patrum scripta. Multa præterea possent hic de viduis, earum habitu, et consecratione, congeri,



cum ex Conciliis, tum ex Regum Capitularibus, quæ fere attigimus in Notis ad Alexiadem et in Glossar. med. Græcit. voce  $\chi\rho\upsilon\alpha\iota$ , col. 1751. Addere tantum placet quædam recentioris paulo ævi de Viduarum castitatis professione, quæ edidit Willelm. Dugdalis in Antiquat. Warvicensis Provincie pag. 654: *Joannes... Cov. et Lich, Episc. dilecti fratri nostro NN. salutem et fraternam in Dn. charitatem. Per partem honestæ mulieris Margeriæ Midlemore, relicte Ricordi Midlemore nostræ diæcesis, nobis est humiliter supplicatum, quod cum ipsa propter ipsius animæ salutem uberiorem, ac viduitatis ordinem strictiorem, ad Dei honorem devotius et celebrius servandum, votum continentie emittere, ac continentiam expresse et solenniter fovere, nec non in signum viduitatis suæ hujusmodi perpetuo, Deo servando velum sive peplum cum habitu hujusmodi viduis continentiam perpetuam expresse et solenniter profitentibus debitam et consuetam, seu ab eis communiter usitatum sibi sumere, et ad vitam ea uti in castitate, ut asserit, devote intendat, ipsam ad hujusmodi suum propositum admittere dignemur; Nosque hujusmodi supplicationem piam atque devotam ac Deo plene reputantes, aliasque multiplicibus occupati, quo minus hujusmodi intentum præfate Margeriæ ad debitum valeamus perducere effectum; ad recipiendum igitur expresse et solenniter continentie votum, et castitatis promissum dictæ Margeriæ, ac in signum eujusmodi continentie et castitatis promisso perpetuo servando, eandem Margeriam velandam seu peplandam, habitumque viduitatis hujusmodi viduis, ut præfertur, ad castitatis professionem duri et uti consuetum, cum unico annulo assignandum, cæteraque omnia et singula faciendum, exercendum et expediendum, quæ in negotio hujusmodi de jure vel consuetudine necessaria seu opportuna fore dignoscantur, vobis committimus potestatem per præsentem. Sigillo nostro signatum, etc. Id porro actum sub Henrico VIII. Rege Angl. ann. 22.*

Formulam vero Professionis accipe ex cod. Dugdalo pag. 319: *Nono die mensis Augusti an. Domini 1360. apud Warwyk, dictus venerabilis Pater altani Missam in Pontificalibus in Ecclesia collegiata B. Mariæ Warwici antedicta celebrans votum castitatis Philippæ nuper uxoris Domini Guidonis de Warwic admisit et accepit: et dicta Philippa votum castitatis emisit sub his verbis: En le nom de In saint Trinité, Pier, et Fitz, et seint Espirit, jeo Philippe, que fu la feme Sire Guy de Warwic, face purement, et dez queor, et volonter entierement avow à Dieu et seint Eglise, et à la benure Virgin Marie, et à tout la bele compaignee celestine, et à vous Reverend Pierre en Dieu Sire Reynaud par la grace Dieu Evesque de Wyncestre, que jeo amenerai ma vie en chastitée desore en avant, et chaste sern de mon corps, et tout le temps de ma vie. Vide Velum.*

VIDUA REGIS, JC. Anglis et Cowello est illa, quæ dotem legitimam e terris et tenementis viri sui, qui in capite de corona Regis tenebat, Regis auxilio sibi subveniri petit.

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Veusa, Prov. Vidua, quasi viri duu, i. a viro divisa.*

¶ **VIDUALIS**, Vidua. Testam. Guillelmi Vicecom. Narbon. ann. 1397. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1630: *Statura, sive imago lapideæ similis corpori dictæ dominæ mtris nostræ, et ad modum unius dominæ Vidualis. Vide in Viduæ.*

¶ **VIDUARE**, Orbare, privare. Capitul. lib. 5. cap. 370: *Illud tamen vobis et omnibus scire cupimus quod non propterea hæc petimus ut... eorum ecclesias Viduare cupiamus, etc.*

¶ **VIDUARE**, Evacuare, Gall. *Vuider, déloger.* Ch. ann. circ. 1407. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 885: *Qui quidem Comes... insulam comburi et devastari et ab omnibus domesticis suis Viduari fecit.*

\* **VIDUARI**, Viduam esse. Testam. ann. 1480. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 308. col. 1: *Item legavit Egidie Radulphæ, ejus sorori, casu quo Viduaretur, et non posset convenire et morari cum heredibus sui mariti, etc.*

¶ **VIDUATUS**. Vide in *Viduæ*.

¶ **VIDUBIUM**. Vide *Viduina* et *Viduvium*.

**VIDUINA**, vel **VIDUNIA**, Bivira, quæ duos viros habuit, Papiæ. Savaro ad Sidonii lib. 6. Epist. 8. legit in Gl. Isid. MSS. *Vidubium, qui duos maritos amisit.* [Quod est ineptum Grammaticorum commentum.] [\* Schol. ad Juven. sat. 3. vers. 311. apud Maum in Glossar. novo: *Maræ vulgo Vidubia dicuntur.*]

\* **VIDUITALIS**, Ad viduam pertinens. Testam. Nicolai de Pratocomit. ann. 1474. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. xlj: *Item lego et relinquo nobilit Janetæ Forneriæ uxori meæ, videlicet victum et vestitum cum hærede meo, et non alias, tantum quantum vitam Vidualem tenebit.*

1. **VIDUITAS**. Epistola Alexandri III. PP. 161. ad Ludovicum VII. Regem Franc. tom. 4. Hist. Franc.: *Regie Serenitatis industriam postulamus, quatinus consilium et Viduitatem tuam charissimo in Christo filio nostro Willelmo illustri Siciliæ Regi litteris tuis prudenter aperiris, eum attentius admonens, etc.* [Prudentiam, providentiam, Gall. *Prévoiance*, interpretor.]

2. **VIDUITAS**, Vox fori Normannici, Gall. *Veuveté*, de qua sic Jura et Consuetudines Normann. cap. 121: *Consuetudo est in Normannia, ex antiquitate approbata, quod si quis uxorem habuerit, ex qua hæredem aliquem procreaverit, quem natum vivum fuisse constiterit, sive decesserit, totum feodum, quod maritus possidebat ex parte uxoris suæ, tempore, quo decesserit, ipsi marito, quandiu ab aliis cesserit nuptiis, remanebit. Post decessum autem ejus, vel post contractum cum alia matrimonium, hereditibus mulieris, ex cujus decessu feodum per Viduitatem tenebat, ipsum redibit feodum successione ratione. Vide in *Curtialis* 4.*

Id etiam in Aragonia obtinet: ita tamen, ut tenentur de bonis viduitatis alimentare non solum filios eorum communes; sed etiam præignos sive tenados: si quidem ii aliunde bona non habeant, unde se possint alimentare, ut ait Michaël Molinus. Jacobus I. Rex. Aragon. in Foris Oscæ ann. 1247. fol. 33: *Defuncto viro, uxor vidua, licet ab eo filios habuerit, omnia, quæ simul habuerant, possidebit, ea tamen vidua existente, et licet*

*non accipiat virum, si manifeste tenuerit fornicatorem vel adulterum, amittat Viduitatem et dotes, ac si duxisset virum. Multa de jure Viduitatis habent etiam Fori Aragonenses lib. 5. tit. de Jure viduitatis, et Liber 5. Observantiarum tit. de Jure dotium, et lib. 8. tit. de homicidio, § 20. et Consultatoria post eadem Observantias pag. 43. Videatur præterea idem Molinus in Repertorio Fororum Aragon. in voce *Viduitas*. [Le Roman de *Vacce* MS:*

Mainte fame honnie et mainte en Veuveté,  
Et maint enfant petit et bers envelopé.]

\* *Alias Vefvé et Vesvet.* Lit. remiss. ann. 1399. in Reg. 154. Chartoph. reg. ch. 384: *Comme Berthomé Nynone... depuis son Vefvé eust conceu un fils, etc.* Consuet. Camerac. MSS: *Homs ne feme, qui sont en Vesvet, ne pueent vendre leur hîretaige, ne donner, ne amenrir, s'il ont enfans de leur char, qui soit d'espouse. Vefveté, in Stat. ann. 1402. tom. 8. Ordiat. reg. Franc. pag. 505. art. 7. Vefeté, in Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abbavil. ad ann. 1309. fol. 103. vº. Pro jure viduitatis occurrit ibid. fol. 105. vº: *Se aucune femme demande à avoir ses Vefetés, etc. Vefveté, in Stat. ann. 1390. tom. 7. earum. Ordiat. pag. 358. art. 10. Voivée, in Ch. ann. 1302. tom. 1. Chartul. S. Vandreg. pag. 490. A voce *Voive*, vidua, in Hist. contin. Guill. Tyrii apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 643: *En ce tans fu le roi de Hongrie mort, et la roine demora Voive sans hoir. Vevsaige et Vesve*, eo quo apud Normannos accipitur sensu, pro jure scilicet usufructuario mariti in bona uxoris defunctæ, cum ex ea vivum filium habuerit, in Lit. remiss. ann. 1374. ex Reg. 105. ch. 273: *Pour ce que nostre cousin le conte (de Tonnerre), son pere (Louis de Chalon) qui par la custome de Normendie n, à cause de Vevsaige, l'usuffruit d'icelle terre, chustel et chastellenie (du Bec de Mortemer); ledit Loys a promis récompenser ledit conte de sondit Vevsé ou usuffruit sur ses terres de saint Agne, etc.***

1. **VIDULA**. Ordericus Vitalis lib. 9. pag. 728: *Qui acceptis securibus et Vidulis, aliisque multimodis ferramentis ad carectam et fructetia stirpanda, etc.* [Emendat G. Barthius in Gloss. apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MS. *Guvais* vel *Gumbalis*. Vide *Guvia*.]

2. **VIDULA**, Instrumentum musicum. Vide *Vitula*.

¶ **VIDUMARI**, f. pro *Vituriari*, in Cod. Theod. lib. 14. tit. 7. leg. 2. ex Gothofredi notis ad hunc locum.

¶ **VIDUNIA**. Vide *Viduina*.

\* **VIDUTUS**, Vetus, antiquus, ut videtur. Charta Soldani pro Pisan. ann. 1174. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Hist. Sicul. Bonincont. part. 1. pag. 199: *Aliquando ut merces eorum minuisse de pretio, ista faciunt; post habent guardata et Viduta, et sic faciunt ista biscoisse.*

**VIDUVIUM**, Viduitas. *Diuturni Fiduvii vulnus*, apud Sidonium lib. 6. Epist. 2. Glossæ veteres: *Vidubium*,  $\pi\rho\rho\sigma\mu\alpha\iota\ \chi\rho\rho\iota\alpha\varsigma$ .

**VIELLA**, **VIELLATOR**. Vide *Vitula*.

\* **VIELLARE**, Instrumentum musicum, quod *Viellam* appellabant, pulsare. Glos-



sar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Viellare*, *Vieller*. Vide *Vitula*.

\* *Vielle* vero feni acervum, vulgo *Meule de foin*, sonat, in Lit. remiss. ann. 1474. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1300 : *En icelle prée au pié d'une Vielle de foins, ledit escuier se couche*. Infra : *Vielle*.

¶ **VIENAGIUM**, Præstatio quæ domino exsolvitur pro securo transitu. Vide in *Guida*. Charta ann. 1193. apud Miræum tom. 1. pag. 397 : *Omnia ad prænominatam ecclesiam, vel ad usus fratrum in ea commemorantium pertinentia, qualicunq; modo, sive terra sivi navigio per terram nostram transeat, absque teloneo et Vienagio et omni exactione, libere transire permittantur*.

**VIENATICUM**. Vide *Guidaticum*.

¶ **VIENATIUM**, **VIENATOR**, ut *Vienagium* : et qui jas illud exigit. Vide in *Guida*.

\* **VIENDA**, *Flectenda et modulanda carmina*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613.

¶ **VIENNENSIS MONETA**. Vide in *Moneta Baronum*.

\* **VIERDENCELLA**, Quadrans, mensuræ species. Charta ann. 1279. tom. 3. Geneal. diplôm. aug. gentis Hasburg. pag. 489 : *Reditus unius Vierdenelle spelta et trium quartalium avenæ*. Vide *Vierlingus*.

¶ **VIERE**. Instrumentum ann. 1282. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 3. pag. 260 : *Poterunt illi carnifices habere servientes, ad ipsas carnes scoriandas, scaturizandas, Viendas, et prout decet, preparandas, et non ad eas sciundas*. Ita hunc locum distinguendum censeo : adeo ut *Viere* purgare, exenterare, Gall. *Vuider*, significet.

¶ **1. VIERIA**, ut *Viaria*, in fallor, Jurisdicteo *Viarii*. Charta ann. circ. 1080. tom. 2. Histor. Eccl. Meld. pag. 10 : *Ebbo de Rocciaco castro habebat quamdam consuetudinem in terra Morissarti, quæ Vieria vulgo dicitur*. Tabul. S. Martini Pontisar. : *Odo Comes de Corboilo concessit Deo et S. Germano Pontisariensi Vieriam quam habebat in terra Morissarti*. Vide *Viarus*.

2. **VIERIA**, Charta Henrici Regis Franc. ann. 1060. pro Monast. S. Martini de Campis : *Cum omnibus redditibus atque redditionibus terre, silvæ, vinearum, atque pratorum : de redditibus quidem pastionis, Vieria, silvæ, atque leigii, omnem decimam*.

¶ Quid sit *Vieria* altera hac notione aperte docet Charta Nicolai Episc. Camerac. ann. 1139. inter Instr. tom. 4. Gall. Christ. novæ edit. col. 295 : *Addidit etiam idem Gerardus piscatorias tendiculas quatuor, quas vulgo Vieria nominamus*. Ubi haud obscurem est *Vieria* significari locum in fluvio palorum serie coarctatum piscium capiendorum gratia, idem proinde esse quod nostris *Gord* dicitur. Vide *Gordus*. Neque aliud sonat

**VIERUS**, in Charta ann. 1197. ex Tabulario Lehenensi ch. 20 : *Sanctus vero Petrus habet Vierum super molendinum, et intra illud Vierum et molendinum non potest habere prænominatus Johannes Vierum, aut ingenium dormiens.... Sed D. Johannes piscari potest ibi cum tramello et sacco. Et sciendum, quod Vierus B. Petri tantum habere debet consuetæ clausuræ et assuetæ pasturæ supra molendinum, quantum Vierus*

*debet habere in riveta de antiqua consuetudine*.

¶ Eiusdem esse intellectus *Vierum* atque *Vieriam* rursus probare facile est. Charta ann. 1260. ex Tabul. Corbeiensi : *Recognoverunt se vendidisse Johanni de Fontanis ad vitam ipsius Johannis pro decem et septem libris Parisiensibus... quidquid habebant in molendino et Vierio de Bouzeucourt*. Quæ venacule sic efferuntur in Charta Johannis Abbat. Corb. ejusd. anni in cod. Tabul. : *Fremin nos naires et nos hom de Bouzeucourt est venus devant nous et a reconut qu'il a vendu par loial vente à Jehan de Fontaines notre ncevu par toute la vie chelui Jehan tous les pourfis qu'il avait et pooit avoir au moelin de Bouzeucourt et en sen Vier, les quez choses il tient de nous*. Charta ann. 1261. ex Chartul. 24. ejusd. Monast. : *Johannes dictus paganus de Cherisi et donnicella Margarita ejus uxor recognoverunt coram nobis se vendidisse.... quoddam Vierium suum situm inter Cherisiacum et Salliacum aquosum*. Alia ibid. ann. 1331 : *Confessi fuerunt... se vendidisse... dimidiam piscaturam... a loco qui dicitur le Vier du Cherisier usque ad calcetiam de Sailliac aquoso*. Eadem venacule ibidem leguntur : *Il avait et pooit piesquier devant ceste vente, si comme il dist, de tous harnas en la reviere de Somme, depuis le Vier du Cherisier jusques à la cauchié de Sailly Liaurech*. Chartul. S. Quintini in insula pag. 96 : *Item quant à l'article de Viers de cloies ou de verges... en leur vivier par dessus le pont Terrissien, disons et ordonnons que la premiere aisle des Viers faits de cloies ou de verges dessous le dit pont aura 100. pieds et le trou tenant à la lé dite en avallant aura 7. pieds et les deux aisles de montée chacune aura 50. pieds, et li trou d'icelli montée aura 8. pieds et li trou de l'avallée ensuivant aura 7. pieds, et li darrainc aisle des Viers ou cloies dessus dites aura 100. pieds*. Vide *Vierum*. Interdum *Vierus* idem significat quod supra *Bedum* et *Bierum*. Vide in his vocibus.

\* **VIERLINGUS**, Quarta pars libræ, Germ. *ein Vierling*. Necrolog. MS. S. Aurel. Argent. ad xiv. Cal. Apr. : *Et unum Vierlingum cervæ ad conficiendum duas candelas*. Vide infra *Vierlingus*.

¶ **1. VIERRUM**, in Codicibus censualibus *Dombarum* et *Calomontis*, interprete D. Aubret, est Ager incultus et sterilis. Charta Bellijoc. ann. 1460 : *Item possidet quoddam Vierrium quod fuit alias confinatum a Margarita Claret*.

\* **2. VIERRUM**, s. pro *Vitreum*. Vide in hac voce. Charta Eduardi reg. Angl. pro castro Bellimont. in agro Petragor. ex Reg. 198. Chartoph. reg. ch. 266 : *De onere Vierrorum, videlicet de onere hominis, unum denarium aut unum lactrum, valens unum denarium*.

¶ **VIERSCARA**, Belgis *Vierschare*, Tribunal, ubi de rebus cum civilibus, tum criminalibus suprema sententia judicatur : a *Schare*, Belgis turma, collectio, Saxon. *Scharu*, idem. Consuetud. Furnenses ex Tabul. Audomar. *Quicumque furcum pronuntia captus fuerit debet in Vierscara adduci et ibi debet audiri allegationes*. Ibidem : *Quicumque in Vierscara bannita tumultum vel clamorem fecerit, emendatit 2. sol. Quicumque*

*in Vierscara uni coratori contradixerit, cui libet coratori ibidem presenti emandabit 18. sol. Rursum : Quicumque clamorem suum fecerit super aliquem in Vierscara et ipse firmaverit se habiturum auxilium coratorum, et defecrit, emendabit Comiti 3. libras*. Vide *Vierharnia*. [\* Grim. Antiq. Jur. Germ. pag. 811. Haltaus. Gloss. Germ. col. 1650. voce *Schranncn*, et col. 92. voc. *die vier Bænke*.]

\* Lit. Caroli VIII. reg. Franc. ann. 1483. inter Observat. ad Hist. ejusd. reg. pag. 395 : *Mais en tant que touche les cas criminels, bannissemens et relégations, dont lesdits de Bruges cognoissent en la forme que l'on dit les Franches vérités, et d'estre mandez d'estre à la Vierschare, etc*. Vide infra *Vierscara*.

¶ **VIERUS**. Vide *Vieria* 2.

\* **VIETA**, diminut. a *Via*, semita. Charta ann. 1319. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 318 : *De dicto rivo, sicut quedam Vieta ascendit versus locum de garriga, usque ad iter publicum*.

¶ **VIETATIO**, Vetitum, interdictum. Charta Bonæ Principissæ Sabaudia ann. 1424. in Statut. Perus. fol. 31 : *Non obstantibus penis, inhibitionibus, Vietationibus factis seu fiendis quibuscumque*. Vide *Vetun*.

\* Hinc *Viese* dicitur de re vetita, in Lit. remiss. ann. 1457. ex Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 192 : *Icellui bergier responddi... qu'il entreroit lui et ses bestes en icelles estuelles,.... puisqu'elles estoient Vieses*.

¶ **VIETOR**, ὑπεκλήσις, in Gloss. Lat. Gr. editis : unde emendandum est *Victor* et *Vitor* in MSS.

\* **VIETUM**, *i. Incurvum, flexum*; unde *Victos* vocaverunt ligna rotarum, quæ cantu ambiuntur. Glossar. vetus ex Cod. reg. 7613.

\* **VIEZERIA**, Vestiarii mangonii forum, Gall. *Fripperie*. Charta locat. præposit. Ambian. ann. 1292. in Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 252 : *Omne jus nobis competens..... in theloneo bladi et aliorum granorum, Vierzerie, esterie, etc. Vief-ware, eodem sensu, in Charta Margar. comit. ann. 1274. ex Chartul. 1. Fland. Cam. Comput. Insul. ch. 266 : *Nous avons donné à loyal cense.... no tonliu dou blei, del escoherie, de le Vies-ware lingers et langes. Unde Vieswarier, Interpolator, vulgo Frippier, inter Redit. sign. comitat. Namurc. ann. 1265. ex Reg. sign. *Papier velu* ejusd. Cam. fol. 6. vº : *Si a li cuens l'estalage de la hale des dras, des toiles, des corbistiers, des Vieswarier, etc. Viesier, eadem acceptione, in Lib. nig. priorat. S. Petri Abbavil. fol. 22. vº. Viesie dicitur de re detrita, in Lit. remiss. ann. 1375. ex Reg. 107. ch. 238 : *Deux bourses de soye Vieses*.***

¶ **VIGA**, **VIGUA**, Tigni species. Reparata facta in senescallia Carcass. ann. 1435. ex Schedis Cl. V. Lancelot : *Pro ponendo in dicto molendino plures fustes et Vigas... Pro una Viga quæ erat nova, longitudinis quatuor cannarum... Carpentario pro quatuor diebus, quibus vacavit tam pro ponendo dictas Vigas et fustes in dicto molendino... Pro ponendo in domo... unam Vigam et plures cabrones*. Ibidem : *Pro duabus Vigis reve Narbonne, qualibet longitudine sex can-*



narum cum dimidia... Pro duabus Viguis reve de Narbonna continente qualibet septem cannas ex longitudine pro sciendo ab ipsis postas Carcassone... VII. l. xv. s.

\* Pro Biga, nostris etiam Bigue, eadem notione, ex mutatione b in v. Vide Biga 2.

† VIGAIIA. Charta ann. 1293. ex Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 805: *Accepti... unum ortum situm intra ortum meum ex uno latere et suam Vigaiiam ex altero. Haud satis asserta est lectio, ut vocis notionem aperiam.*

\* VIGANEUM, Permutatio, idem quod *Deganeum*; vox etiamnum familiaris apud notarios Lucenses ea acceptio, ut monet Muratorius tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 136. ad Chartam ann. 754: *De partis Curtis regia de ipso Viganeum in ecclesia sancti Martini data fuerit, etc. Ubi promiscue Cambium vel Commutatio occurrunt. ut et in alia Charta ann. 782. ibid. tom. 6. col. 237: Manifestum est mihi Allo in Christi nomine dux, quia convinet mihi una vobiscum Teudo presbyter rectorem ecclesie S. Silvestri,.... ut inter nos Viganeum facere deberemus. Pluries ibi legitur. Vide supra Deganare.*

† VIGARIA. Vide in *Vigarius*.

† VIGATURA. Vide supra *Vigus*.

† VIGENNIIUM, Vicennium, Antea decennium et Vigennium, in Actis S. Wernheri tom. 2. April. pag. 724.

† VIGERALIS, VIGERARIUS. Vide in *Vigarius*.

† VIGERE, Adulescere, roborari, invalescere, Gr. ἀναζωεύω. Vetus Interpres S. Irenæi lib. 5. cap. 35: *Et sicut vere resurgit, sic et vere premeditabitur incorruptam, et augetur, et Vigebit in regni temporibus, ut fiat capax glorie Patris.*

† VIGERIA, VIGERIATA. Vide in *Vigarius*.

VIGERIUS, Vicarius, ex Gallico *Viguiet*. *Vigarius Comititis*, in Chartis Parcensibus form. 6. et 7. Charta Ludovici VI. Regis Franc. ann. 1114: *Ita ut in toto foro nec in claustris... in prædictis solennitatibus Dapifer noster, vel Præpositus, vel Vigarius, vel Thelonearius aliquid auferre... presumat.* Chronicon MS. Bertrandi Guesclini:

Je vous fay mon Viguiet, le miien lieu tenrez.

[Occurrit præterea apud Thomasser. in Biturig. pag. 227. *De Lauriere* tom. 1. Ordin. Reg. Franc. pag. 10. Menester. Hist. Lugdun. pag. 84. *Fleureau* Hist. Blesens. pag. 112. in Gall. Christ. tom. 4. col. 149. etc. Vide *Viarius* et *Vicarius*.]

† VIGUERUS, Eodem significatu. Litteræ ann. 1356. inter Ordin. Reg. Franc. tom. 3. pag. 112: *Ut nos de cetero iusticiam faceremus, et fieri et servare mandaremus per senescallos, Viguerios, prepositos et alios quoscumque officiales, etc. Libertat. villæ Figiaci ann. 1369. ibid. pag. 264: Viguerius et iudex ipsius ville Figiaci, qui soli iudices nostram curiam regalem in dicta villa habent exercere et etiam gubernare, etc. Charta ann. 1274. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 126: *Item... quod dictus Archiepiscopus, Viguerius, correarius seu iudex non occupent, etc. Occurrit rursus ibid. pag. 140. Arestum Parlamenti Tolos. ann. 1498: Si prisoneros et preventos in causa criminali coram præfatis officariis... ad ipsos Viguerium**

et iudicem Albiæ appellare contingat. Statuta Avenion. rubr. 2. art. 1. pag. 3: *Institutus Viguerius jurabit in concilio civitatis, de dicta civitate et ejus territorio extirpare pravitatem hæreticam, etc.*

\* Alias *Vier* et *Vierg*. Lit. Roberti ducis Burg. ann. 1294. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 135. col. 1: *Il est bon que vous mandez les chastelains, les prévôts et les Viers de vostre seneschaucie etc. Pactum inter Phil. ducem et episc. August. ann. 1366. inter Probat. tom. 3. Hist. Burg. pag. 17. col. 1: *Item comme Oudot de Ramilly, lors Vierg d'Ostun pour mons. le duc, eust gaigié, etc.**

VIGERII, Viarum Domini, *Seigneurs Voiers. Vigerii feudales*, in Libertatibus de Boisdeconé in Pictonibus ann. 1265. Vide in *Arestiva*.

VIGERIA, Justitia et jurisdictio Vicarii. Charta Gaufrédi Comitis Andegav. et Agnetis uxoris pro fundatione Abbat. B. Mariæ Santonensis ann. 1047. in Reg. 114. Tabul. Regii ch. 239. [et inter Instr. tom. 2. Gall. Christ. novæ edit. col. 481:] *Consuetudinem illam etiam, quæ Vigeria dicitur, scilicet de homicidio, de furto, raptu, et incendio Deo et B. Mariæ... sininus. Alia Joannis Regis Angliæ ibid.: *Sed domos, curtes, possessiones suas, homines et mansionarios eorumdem, Vigeriam, altam et bassam justitiam de furto, de raptu, etc. Charta Bernardi Episcopi Santonensis ann. 1151: *Et contra vero Ecclesia ista instantius cum omni reluctamine hæc omnia negabat, asserens, quod nec consuetudines istas, nec Vigeriam, nec exactionem aliquam in hominibus suis habebat, etc. [Charta ann. 1208. ex Tabular. B. M. de Nantolio dioc. Inculism.: *Vigeria parva seu magna, seu cognitio, cohercio et punitio cujuseunque cohercionis realis, et personalis, seu mixte, et omne emolumentum jurisdictionis prædictæ, etc.] Charta Mauricii de Bellavilla Dom. Ganaschiæ, Sept. 1265. pro Libertatibus de Boisdeconé: *Sed sciendum est, qualis sit Vigeria: illa talis est, raptum, furtum, murtricia, et traditiones, et omne malefactum de caminis feodalibus, la meslée caminorum feodalium, in qua sanguis non apparuerit, etc.*****

† VIGERIATA, Jurisdictio, districtus *Vigerii*. Charta Ludovici VIII. Reg. Franc. ann. 1224. tom. 1. Ordin. pag. 49: *In septena, et unaquaque Vigeriata unus tantum Vigarius habeatur.*

† VIGARIA, Eadem notione. Charta ann. 883. inter Probat. tom. 1. novæ Hist. Occitan. col. 138: *Curte mea... quæ est in pago Rutenico, in Vigariis cui vocabulum sunt Cambarensis et Brusense.* Notitia ann. 957. ex Tabul. Gellon.: *Una de vinea molliata... in Vigaria Agouensi. Vigaria Albiensis, in Testam. Johannis Episc. Albiensis. ann. 1473. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1843.*

† VIGUERIA, Justitia, jurisdictio, officium *Viguerii*. Charta ann. 1362. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 146: *Jaquemetus Archin-jaudi filius... nobis fecit homagium de Vigueria et officio toto Viguerie castri et mandamenti de Peyrino cum pertinentiis ejusdem.*

† VIGERIA, Exactio quam *Vigarius* fa-

ciebat intra *viguerie* seu limites. Homagium Guidonis Vicecom. Lemovic. præstitum Abbati S. Martialis ann. 1245. apud Stephanotium tom. 2. Fragm. Histor. MSS.: *Nos et prepositus, et viguerii, et prepositi nostri in quadam parte burgi de Monmalier iugerendo nos et levando ibidem et in aliis locis accusagia et Vigueriam et quedam alia quæ ad abbatem et conventum jure domini pertinebant.* Charta ann. 1262. ex Chartular. S. Benigni Divion.: *Idem Bertrandus pro illis quadraginta solidis... quittavit in perpetuum decimam et Vigueriam suam in finagio de Giron.*

\* VIGERIA, Præstatio, quæ *vigerio* solvitur. Charta ann. 1342. in Reg. 75. Chartoph. reg. ch. 337: *Petebat idem Durandus sibi reddi et dimitti ab eisdem religiosiis (Mauziaci) quasdam Vigerias et decimas bladi, junctas seu commixtas quodammodo supradictis parceris.*

† VIGUERIATUS, ut *Vigeria*, Justitia, jurisdictio *Viguerii*. Bulla Nicolai V. PP. ann. 1447. apud Sebast. Fanton. tom. 1. Hist. Avenion. pag. 31: *Decernimus ut sicut hactenus fuit curia Viguerias auditoris caesarum cameræ Apostolicæ in civitate prædicta firmiter conservetur.*

† VIGERIA, Uxor *Vigerii*. Obituar. Eccl. Autiss. MS. ad diem 18. Mart.: *Eodem die obitus Nazariæ Vigeriæ Autissiodorensis.*

† VIGERALIS, VIGERARIUS, Justitiæ *Vigerii* obnoxius. Charta Philippi Episcopi Pictav. ann. 1232. apud Stephanot. tom. 3. Antiquit. Bened. Pictav. MSS. pag. 844: *Fuit taliter diffinitum quod mobilia murtriariorum victoriarum hominum abbatibus Vigerialium, prior de Mairec vel mandatum abbatibus de cetero saisibit, et divisioe facta eorumdem mobilium per priorem vel per mandatum abbatibus media pars electa a Vigerio per manum prioris eidem tradetur.* Charta ann. 1314. ex Chartul. S. Johannis Angeriæ. pag. 168: *Una cum omnibus censibus, redditibus, hominibus Vigerariis, jurisdictione, juribus et devertis omnibus.*

† VIGESIMARE, Solidum pro libra exigere, Gall. *Lever le sol pour livre*. Locus est in *Superponere* 1.

† VIGETUS, Vigens. Fridegodus in Vita S. Wilfridi sæc. 3. Bened. part. 1. pag. 176:

Mox proceres inter rumusculus exiit aulae, Sicut adventasse virum virtute Vigetum.

† VIGIA, pro Jugia. Vide *Cisa*.

† VIGILANTER, Prudenter, sapienter. Chron. Fontanell. apud Acher. tom. 3. Spicil. Acher. pag. 256: *Cum... humiliter illi suggererent, ut quid inde agere deberent, decerneret, Vigilanter hoc decrevit, etc.*

VIGILANTIA, pro *Vigiliis*, seu *Mattinis*, Horis Canonicis ita dictis. Charta Willæ Comitissæ Bonifacii Marchionis filiiæ sub anno 995. apud Ughellum tom. 3. Italiae sacræ pag. 48: *Sic esse instituo, ut omni tempore diu nocturne orationes seu Missarum solennia, ac nocturna Vigilantia in ipsa Domini Ecclesia monasterii facere seu canere debeant, secundum regulam S. Benedicti, etc. Alia Ottonis III. Imper. ibid. pag. 51: *In Psalmis, hymnis, seu Missis, et orationibus, et nocturnis Vigilantiis, etc.**

† VIGILARE, Excubias agere, Custo-



dire. Conc. Legion. ann. 1012. inter Hisp. tom. 3. pag. 192 : *Et in tempore belli et guerræ veniant ad Legionem Vigilare illos muros civitatis. Vide in Vigilie.*

\* Charta ann. 1376. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 68. art. 2 : *Quod teneantur et debeant excubare, defendere, custodire et Vigilare murum et fortalitium dicti castri. Vide in Vigilie.*

† VIGILARE SE, Cavere sibi, Gall. *Prendre garde à soi*, in eod. Conc. can. 24. pag. 191 : *Si quis homicidium fecerit, et usque ad novem dies captus non fuerit, veniat securus ad domum suam et Vigilet se de suis inimicis.*

† VIGILARE EGROTUM, Assidere totam noctem ægroto sollicitando, Gall. *Veiller un malade*. Menoti Serm. fol. 176 : *Videns domina quod quotidie infirmitas augebatur, nec medici dabant ei bonum responsum, misit ad conventum nostrum, ut mitterentur duo fratres ad Vigilandum eum (maritum suum) de nocte.*

† VIGILARI, Appendix ad Antiphon. Rom. a Thomasio edit. ann. 1686. pag. 440 : *Et quoniam hæc sancta Dei et B. Petri basilica est fundamentam et caput omnium ecclesiarum... quadam prærogativa in ea tantum Vigilantur pallia. Ubi ad eum respicit usum de quo Auctor Ceremonialis Romani lib. 1. sect. 10 : Sic confecta pallia per subdiaconos portant ad basilicam Principis Apostolorum, et per Canonicos basilicæ ponuntur super corpora Petri et Pauli Apostolorum sub altari majori : ubi factis ex more Vigilis illa per noctem dimittunt, deinde restitunt subdiaconis, qui in loco honesto ea conservant. Vide Pallium 3.*

† VIGILARI, Idem, ni fallor, qui Vigiles mox. Vide in hac voce. Tabul. Rothon. : *Salomon dat S. Salvatori montem Alahart cum massis et Vigilariis.*

\* VIGILATIO, Obligatio vigilias seu excubias agendi. Libert. Montisfalc. ann. 1369. in Reg. 149. Chartoph. reg. ch. 296 : *Habitatores omnes et singuli loci de Montefaleone... ab omnibus juridictione, taillagiis, gnetis et Vigilationibus et a quibuscumque aliis servitutibus... exempti sint. Vide in Vigilie.*

VIGILATOR, Idem quod Gaita. Charta ann. 1293. apud Gul. Prynneum in Libertatib. Eccles. Angl. tom. 3. pag. 568 : *Quod quidem videns quidam Robertas le Wayte Vigilator ipsius Episcopi, coronavit post socios suos, et alios de familia Episcopi.*

\* Villeur, eodem sensu, in Instr. ann. 1355. ex Tabul. Duac.

VIGILATORES, Exploratores : βιγλάτορες, recentioribus Græcis, de qua voce egimus in Glossar. mediæ Græcicæ. Vetus Charta apud Brandaonem lib. 10. Monarch. Lusitan. cap. 1 : *Bene audisti paulo antea per tres Vigilatores, quod sunt infiniti Comitès, et multo plures pedanes.*

† VIGILAX, Vigilans, industrius. Sidorius Epist. 11. lib. 5 : *In paginis ejus Vigilax lector inveniet vetera nomina Camænarum. Adde Epist. 12. lib. 8.*

VIGILES, Tenentes, qui excubias debent. Charta Gaufredi Vicecomitis Bituricensis ann. 1012. pro Monasterio S. Ambrosii Bituric. : *Relinquo quoque omnes consuetudines, videlicet villicationem, stabulatio-*

*nem, et ita liberum reddo eundem burgum, etc. ... a molendino quoque, qui vocatur Mirabello, reddo Vigiles homines ibi manentes, asque ad eundem burgum, ex utraque parte aquæ, ad Monasterium vel burgum custodiendum, cum eisdem, quæ in eodem bargo morantur. Charta Henrici Regis Romanor. ann. 1107. apud Chapeavillum tom. 2. Hist. Leodiensis pag. 54 : Item in domibus ad claustrales sedes pertinentibus, forensis potestas jus nullum burgum, aut ostium obserandi, vel Vigiles, vel ostiatim denarios exigendi habebit, etc. Tabularium S. Genovefæ Paris. ann. 1211 : Castos vero tarris et portarius, et asinarius, et Vigil, qui de nocte turrim vigilabat, etc. Charta Stephani Comitis Sacri-Cæsaris ann. 1178 : Obolos, quos Vigiles capiebant. Vetus Charta in Additamentis ad Matth. Paris pag. 150 : Quod Vigilie fiant per singulas villas, sicut fieri consueverunt, et per viros probos et validos. Vide Wactæ.*

VIGILGALLUS. Vide Vigilarii.

VIGILÆ, Nocturnæ preces, quibus veteres olim Christiani vacabant, nunc abolitæ, et in solis fere monasteriis et aliquot Ecclesiis Cathedralibus usurpatæ. Libellus precum Marcellini et Faustini pag. 66 : *Sed quia pro conditione rerum quolibet tempore vel clam salutis nostræ sacramenta faciendæ sunt, idem sanctus Presbyter Macarius dat Vigilias in quadam domo convocare fraternitatem, ut vel noctu divinis lectionibus fidem plebs sancta roboraret. Cassian. de Instit. Cœnob. lib. 3. cap. 8 : Vigilias, quæ singulis hebdomadibus a vespera illucescente, Sabbato celebrantur, idcirco seniores hyemali tempore, quo noctes sunt longiores, usque ad quartum gallorum cantum per monasteria moderantur, ut post excubias totius noctis, reliquis duabus ferme horis reficientes corpora sua nequaquam per totum diei spatium somni torpore marcescant. Vigent tamen etiamnum Vigilie Natalis Domini apud omnes Christianos. Greg. Turon. de Vitis PP. cap. 8 : Ad Vigilias Dominici Natalis advenit, monuitque Presbyterum, dicens : Vigilemas unanimiter ad Ecclesiam Dei, etc. Et lib. 3. Hist. cap. 17 : Cam Dominici Natalis nox alma populis effulsisset, idem Pontifex priusquam ad Vigilias descenderet, jussit, etc. De Vigilis Christianorum, vide Concil. Matisconense II. cap. 1. Isidorum lib. 2. de Eccl. offic. cap. 22. Honorium Augustod. lib. 3. cap. 6. Durand. de Ritibus Eccl. lib. 2. cap. 4. Covarruviam Var. resol. lib. 4. cap. 19. § 10. Mundellhemium Antiq. Mon. Ep. 69. Card. Bona de Divina Psalmid. cap. 4. etc. Glossar. med. Græcicæ. voce Ἀγρυπνία, col. 20.*

VIGILIE, Ipsum Officium nocturnum, quod in vigiliis nocturnis olim decantabatur. Durand. lib. 5. Ration. cap. 3. n. 6 : *In tempore æstivali celebrat Ecclesia nocturnum officium in tempore primæ nocturnæ, licet quandoque tempestivius, (quod quidem Vigilias sub antiquo nomine vocat) et specialiter in festivitibus Beatorum Joannis Baptiste, Petri et Paali, etc. Infra : Romani etiam adhuc in præcipuis festivitibus totius anni, in sero dicunt 3. Psalmos, et 3. Lectiones, quos Vigilias vocant, et in Nocturnis idem repetant. [Epist. Gualonis Presbyteri Paris. apud Baluz. tom. 5. Miscell.*

pag. 361 : *In nocte aatem natiuitatis Domini sine Domine labia mea aperies, et sine Deus in adiutorium meum intende, et sine inuitatorio ab antiphona et psalmo incipientes, novem lectiones faciunt, quas Vigiliam vocant. Vigiliarum cantica celebravit, in Chron. Novalic. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 743.]*

VIGILIE, Officium, quod pro Defunctis canitur, quomodo etiamnum appellatur. Concilium apud Saponarias anno 859. can. 13 : *Pro eo, qui decesserit, in sedibus septenæ Missæ, totidemque Vigilie Domino persolvantur, etc. Hugo Flaviniacensis in Chron. pag. 172 : Quanto vero affectu et studio memoriam defunctorum eorundem, id est, officiam, quod Vigilias dicimus, et Missæ celebrationem agi instituerit, noverrunt, qui hoc facere consueverunt. Udalricus lib. 1. Consuetud. Cluniac. cap. 3 : Servitoribus autem expectatis, usque dum et ipsi surrexerint a mensa, agitur officiam, vel quod a nostratibus Vigilia vulgo appellatur, quod aliquando cum tanti defuncti non haberentur, fieri solebat cum tantum lectionibus tribus et responsoriis, nisi alicujus fratris anniversario superveniente. Vide Durandum lib. 2. de Ritib. Eccl. cap. 24. n. 14. [Charta fraternitatis inter Monachos S. Martini de Campis et Moniales Faremonast. ann. 1241 : Quandocumque aliqua de monialibus Faremonasterii mori contigerit, obitu dicte monialis nunciato vel cognito apud S. Martinum, tabula pulsabitur, et officium seu Vigilia statim fiet, in crastina Missa celebrabitur in conventu pro defuncta.]*

† VIGILIE, inter obventiones Curionum recensentur in Tabular. Gellonensi : *Bernardus et axor ejus Willelma ecclesiam S. Hilarii et S. Mariæ, cum decimis, et primitiis, et offerentiis, Vigilis et cineteriis... concedunt.*

VIGILIA. Joan. de Janua : *Vigilia dicitur dies profestas, scilicet dies primus ante festum, quia tunc in sero vigilie vacamus. Alcuinus de Offic. divin. : Ad quod signandum, (temporalem Sanctorum angustiam) præcedentibus eadem natalitia diebus, quas valgo Vigilias eorum appellamus, solito parvas vescentes, eadem solennia debitis jejuniarum obsequiis, et maceratione carnis devote prævenimus, at per pridianam purificati abstinentiam, dignius celebremus sequenti festi lætitiarum. Honorius Augustod. lib. 3. cap. 6 : More antiquo duo nocturnalia officia in præcipuis festivitibus agebantur; unum in initio noctis a Pontifice cum suis Capellanis absque Venite : aliud in media nocte in Clero, sicut adhuc, solenniter celebrabatur, et populus, qui ad festam confluerat, tota nocte in laudibus vigilare solebat. Postquam vero illusores bonum in malam permataverant, et turpibus cantilenis ac saltationibus, potationibus et fornicationibus operam dederunt, Vigilie interdictæ, et dies jejunii dedicati sunt, et vigiliarum nomen retinuerunt. Similia habent Beletus cap. 137. et Durandus lib. 6. cap. 7. n. 8. Gregor. Turon. lib. 10. cap. 31. n. 6. de S. Perpetuo Episc. Turon. : Hic instituit jejunia Vigiliasque, quod hodieque apud nos tenetur scriptam, etc. Vide Glossar. med. Græcicæ. col. 1112. voce Παρηγορί. In Græcanica*



ecclesia non nisi in festis Christo et Deiparæ sacris fiunt. Vide ibid. voce Πρωγιάδες, col. 1093.

\* **VIGILIA**, Festum solenne in signum lætitiæ publicæ, Gall. *Fête*. Comput. ann. 1494. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 64. col. 1 : *Item fecerunt aliam Vigiliam, ob honorem dictæ nativitatîs domini dalphini, dicti domini officiarîi regii et domini consules, cum omnibus consiliariis villæ, advocatis, notariis, et aliis notabilibus civibus dictæ villæ*. Paulo ante : *Convenerunt ut fieret in crastinum solemnitas propter jocundam nativitatem dicti domini dalphini*. *Veille*, non dissimili sensu, in Lit. remiss. ann. 1384. ex Reg. 125. Chartoph. reg. ch. 159 : *La veille de la feste de la Magdelene derrenierement passée, le suppliaut estant en la ville de Saint Crist, où l'en a acoustumé faire Veilles de sainte Juille entre aucuns varlez, qui dançoient et faisoient lesdittes Veilles, etc.*

\* **VIGILIA VIGILIE**, Dies qui vigiliam præcedit, in Menckeni Script. tom. 1. pag. 643. *Vigilia Vigilie Nativitatîs Christi*, apud Leibnit. tom. 3. Rer. Brunsvic. pag. 227. et 252. *Prævigiliam* aliquando dici observat Haultausius in Calendar. med. ævi Germ. pag. 17.

**VIGILIAM FACERE**, [Officio vigiliæ adesse.] Charta Pontii Archiepisc. Arelatensis ann. 1000. tom. 6. Spicilegii Acheriani pag. 427 : *Quod si est talis, qui per indicium sibi pœnitentiam non introeat Ecclesiam, ... hic talis ad jam dictam Ecclesiam si venerit, in die videlicet dedicationis ejus, aut semel in anno cum sua vigilia, et adiutorium dederit ad opera Ecclesiæ S. Mariæ, quæ modo noviter construxit in prælibato monte, ... sit absolutus ab ipso die, quo suam Vigiliam fecerit de tertia parte majorum peccatorum, unde pœnitentiam habet acceptam, etc.* Infra : *Ipsis autem oratoribus, qui cum sua Vigilia venerint ad Ecclesiam S. Crucis, etc.*

**VIGILIE**, quas in honore Domni Martini observant, prohibentur in Concilio Antisiodor. can. 5. quod per superstitionem et ad sortilegia eæ fieri solerent.

**VIGILIE**, quæ in eodem Concilio [\* *Pervigiliæ* utroque loco.] can. 3. fieri prohibentur, intelligendæ sunt non æduntaxat, quæ in privatis domibus fieri consueverant, ut observat Baronius ann. 599. n. 53. 54. sed eæ etiam, quæ in ipsis ædibus sacris; sed cum choreis, et pagano ritu : *Non licet compensari in donibus propriis, nec Vigiliis in festivitibus Sanctorum facere*. Vetus formula, post Pœnit. Theodori pag. 350 : *Si in solennitatibus abstinerit se ab uxore sua, ... si vitat ad choreas, et maxime in Ecclesia et devote, sicut quidam, qui faciunt Vigiliis in festis in quibusdam partibus, et faciunt ludos inhonestos*. Sed et, ut supra observatum, *Vigiliæ in honore Domni Martini celebrari, ut supersticiosæ vetantur in eodem Concilio Antisiodorensi can. 5. ut et in Vigiliis circa corpora mortuorum, vetantur choreæ, et cantilenæ, seculares ludi, et alii turpes et futivi*, in Synodo Wigorniensis ann. 1240. cap. 5. ubi additur : *Nec ad dictas Vigiliis aliqui veniant, nisi causa devotionis etc.* Adde Concil. apud Pontem Audomari ann. 1279. cap. 10.

**VIGILIAS FACERE** dicebantur Tyrones, qui Militarem ordinem erant consecuturi; pridie enim in Ecclesiam secedebant, ibique pernoctabant, orationibus dantes operam. Matthæus Westmonast. ann. 1306 : *Ipsa quoque nocte in templo prædicti tyrones, quotquot poterat capere locus ille, suas Vigiliis faciebant. Sed Princeps Walliæ præcepto Regis patris sui, cum præcelis tyronibus fecit Vigiliis suas in Ecclesia Westmonasteriensi*. Vetus Ceremoniale Creationis Militum de Balneo : *Et in ceste guise demorera l'Escuier en la Chapelle, tant qu'il soit jours, tousjours en oraisons et prieres, requevant le puissant Seigneur, et sa benoite uere, que de leur dignee grace leur donne pouvoir et confort à prendre cette haute dignité temporelle en l'onneur et louange de leur, de sainte Eglise, et de l'Ordre de Chevalerie. Et quant on verra le point du jour, on querra le Prestre pour le confesser, etc.* Vide Miles, pag. 398. col. 2.

† **VIGILIA**, Obligatio excubias faciendi. Charta ann. 1131. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 459 : *Conquereretur prædictus Episcopus .. de lectis mortuorum, et de Vigilia ecclesiæ S. Mariæ Magdalene, et quod nolunt eum sequi in expeditione homines eorum et sui*.

**VIGILIE MURORUM**, a quibus nemo excusatur. Greg. M. lib. 7. Ind. 1. Epist. 20. *Quia vero comperimus, multos se a murorum Vigiliis excusare, sit fraternitas vestra sollicita, ut nullum neque per nostrum vel Ecclesiæ nomen, aut quolibet alio modo defendi a Vigiliis patiatur; sed omnes generaliter compellantur, etc.*

**VIGILIAS CUM CLAVA NOTIFICARE**. Charta Chrodegangi Episcopi Metensis ann. 765. apud Meurissium : *Debent omni nocte vigilare, et Vigiliis cum clava invicem notificare*. Id est is, qui vigilias facit, debet clavæ percussione subinde se vigilare indicare, quod etiamnum faciunt *vigiles in Bersfredis* seu turribus, urbium sub regni confinia.

\* Aliud sonat *Veille*, Nervum scilicet bovinum, vulgo *Nerf de bœuf*, in aliis Lit. ann. 1387. ex Reg. 134. ch. 55 : *Quia dicta Guigona prius adulterium commisisse confessa fuerat, ipsam idem iudex per ejus sententiam definitivam tondi, et tonsam cum Veilles bouum uatando carnem verberari, absque effusione sanguinis, .... pronuntiavit*. *Vit de beuf* nuncupatur, in Lit. remiss. ann. 1474. ex Reg. 195. ch. 1268 : *Le suppliant batit sa femme de verges et aussi d'un fouet, nommé Vit de beuf*.

\* *Veille* præterea, pro *Ville*, Terebella, inter instrumenta doliariorum recensetur, in Lit. remiss. ann. 1416. ex Reg. 169. ch. 391. Unde dimioutivum *Veillette*, in aliis ann. 1377. ex Reg. III. ch. 101 : *Jehan des Broces avoit presté à un appelé Jehan Postel un foret ou Veillette, etc. Veillette à forer et percier les queues de vin*, in Lit. ann. 1376. ex Reg. 110. ch. 147. *Vuille*, eodem sensu, in Lit. ann. 1396. ex Reg. 150. ch. 211 : *A l'aide d'un sisel de fer et d'une Ville de tonnelier, etc. Visle*, in Lit. ann. 1381. ex Reg. 119. ch. 124 : *Comme... l'uis de la chambre du seigneur de Marcousis eust été percié en deux lieux, au droit du perle, d'une Visle à percier vin, etc.*

*Guinbelet* nuncupatur, in aliis ann. 1412. ex Reg. 166. ch. 418 : *Un Guinbelet ou foret à percer vins. Vellevesée*, in aliis ann. 1411. ex Reg. 165. ch. 417 : *Quatre tarières, uue Vellevesée, uue dofoere, etc.*

**VIGILIARII**, Monachi, qui in monasteriis alios excitant ad Matutinos, quibus sollicitudo excitandi incumbit, qui septimanam excitationis exercent, Regula Magistri cap. 31. Regula S. Fructuosi cap. 3 : *Ita ante mediam surgentes noctem, duodenas per choros recitent Psalmos, secundum consuetudinem; prius tamen quam surgant cæteri, a Vigiliariis Fratribus Præpositus excitetur, ut cum benedictione sua et signum moveatur, et cunctorum lectula ab eo, priusquam consurgant, strenue visitentur*.

† **Vigiliarius** edidit Menardus in Concordia Regul. pag. 418. Sed legendum suspicatur a *Vigiliarius* ex Gloss. Lat. Gr. ubi minus bene legitur *Vigiliarius*, ἀγρυπνίας, pro *Vigiliarius*. Ut ut est idem etiam

**VIGILGALLI** vocati, ut observat eadem Regula Magistri d. cap. ex singulari *Vigilgallus*; a galli gallinacei vigilantia : *Magna enim merces apud Dominum est excitantium ad divinum opus, quos pro fama Regula Vigilgallos nominavit*. [Ubi emendo : quos profana regula, id est secularis, *Vigilgallos* nominavit.]

† **VIGILICIUS**. Vide in *Vigiliarii*.

† **VIGILIS**, Lucerna vitrea, Massiliensibus *Veillole*, in Inventario ann. 1342. ex Tabular. S. Victoris Massiliensis.

† **VIGILIUM**, ἀγρυπνία. Gloss. Lat. Græc. in Sangerman. *Pervigilium*.

**VIGILIUS**, Γρηγόριος, in veteribus Glossis pag. 359.

† **VIGINTI-QUATUOR**, Magistratus apud Hildensemenses, qui de rebus gravioribus statuunt. Telomonius de Bello cum civit. Brunsvic. apud Leibnit. tom. 2. Script. Brunsvic. pag. 96 : *Tandem autem dicunt, sibi non ex usu fore, ut in his magnis rebus sibi expositis atque arduis, civitates certiores reddere possint, uti prius harum rerum ad eos, quos Viginti-quatuor appellant, imo quoque ad totius civitatis suæ communitatem relationem faciant*.

\* **VIGNALIS**, Ager vineis consitus, Gall. *Vigne*, alias *Vignau*. Codex reg. 4189. fol. 20. rº : *Item unum Vignalem positum supra S. Felicem*. Lit. remiss. ann. 1474. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1195 : *Les supplians osterent du chemin icellui compaignon et le mirent en ung Vignau*.

† **VIGNEA**, pro *Vinea*, in Litteris ann. 1248. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 5. pag. 601. art. 18. Hinc

† **VIGNETÆ**, Viticulæ, ornamenta in modum vitium, Gall. *Viguettes*. Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1376. ex Bibl. Reg. : *Item, duo alii morsus argenti decorati et hachiati ad Vignetas*. Βοθρῶδις, Græcis recentioribus eadem notione. Vide *Vineatus*.

\* **VIGNOBLUM**, a Gallico *Vignoble*, Vinetum, alias *Vignoy*. Charta ann. 1320. ex Tabul. Busser. : *Renaudus legavit conventui de Busseris unam summam super vineam suam de Nota in Vignoble Herissonii pro anniversario suo*. Lit. remiss. ann. 1408. in Reg. 163. Chartoph. reg. ch. 1 : *Quarante quatreaux de vigne assis ou Vignoy d'Argenteuil*. Vide infra *Vinodium*.



† **VIGNOLA**, pro *Vignicola*, Viticola, *Vignerum*, apud Cigaltium de Bello Ital. : *Caritas me instigat ad laborem vineæ, quia Vignola grossus.*

\* **VIGOR**, Consuetudo, usus. Libert. Dalph. ann. 1349. in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Vienne* fol. 10. v<sup>o</sup> : *Aatiquis duataxat gabellis, pedagiis antiquis et bonis usibus et Vigoribus permansuris.* [Charta Caroli Reg. Hungar. ann. 1338. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 488 : *Salvis et suis iuribus et Vigoribus quoad omnes et singulos suos articulos, etc.*]

† **VIGORARE**, Corroborare, confirmare, vigorem præstare. Charta Henrici III. Regis ann. 1040. apud Marten. tom. 2. Ampl. Collect. col. 60 : *Bannique nostri impositione, ne deinceps quisquam hæc audeat infringere, Vigoramus.* Bulla Leonis IX. PP. apud Mabill. tom. 4. Annal. Bened. pag. 735. col. 1 : *Eadem quoque firmitate Vigoramus acta et instituta Regum Clodovei, Dagoberti, Childerici, Theoderici, qui eadem præceptis suis confirmaverunt.* Arnaudus in Rosario MS. lib. 2. cap. 7 : *Deinde Vigora ignem paulatim donec habeas totum aerem igne mixtum.*

† **VIGORARI**, Viros acquirere. Rolandini Patav. Chron. apud Murator. tom. 8. col. 322 : *Quantum homines in macore tabescunt, tantum in lætitia Vigorantur.* Adde Marten. tom. 8. Ampliss. Collect. col. 447.

**VIGORATUS**, Vigore præditus, *Vigoureux*. Dudo lib. 3. de Act. Norman. pag. 128 : *Cernens eum Vigoratum et præcellentem in omnibus factis, etc.*

† **VIGORATUS**, Excitatus, accensus. Charta Balduini Comit. ann. 1084. inter Instr. tom. 3. Gall. Christ. novæ edit. col. 22 : *Dei inspiratione compunctus et matris prædicte confortatione Vigoratus, tunc consensit, etc.*

† **VIGOROSE**, Acriter, strenue, Gall. *Vigourosement*. Hist. Cortus. lib. 2. apud Murator. tom. 12. col. 801 : *Cum forte quadraginta equitibus qui eum Vigorose sunt sequuti, pertransiit pedites prædictos, etc. Ut fidelitatem domini sui Vigorosius reseruant et conservent, in Charta ann. 1244. apud Rymer. tom. 1. pag. 271.*

† **VIGRA**. Charta ann. 1097. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 82 : *Has autem suprascriptas massuritas cum omibus earum pertinentiis, cum casis,.... terris, Vigris, aratoriis, vineis, cumpis, etc. Vide infra *Vilaria*.*

\* Vel potius adject. *Vigrus*, Incultus, ut videtur. Charta ann. 952. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 133 : *Idem in integrum omnibus casis et rebus illius juris et proprietatis nostræ,.... qui positi sunt ipsi casis et rebus,.... tam terris casualivis et terris cum vineis et terris aratores seu Vigris, vineis, campis, pratis, pascuis, etc.*

† **VIGRINARE**, VIGRINULA. Vide *Virginare* et *Virginula*.

† **VIGUA**. Vide supra *Viga*.

† **VIGUERIA**, VIGUERIATUS, VIGUERIUS. Vide in *Vigerius*.

† **VIGUS**, pro Vicus, in Charta Childerberti III. Reg. Fr. ann. 710. apud Felibian. Hist. Sandion. pag. 18. et in Bulla

Agapeti PP. ann. 954. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 96.

**VILAGER**. Tabularium Prioratus de Leves in Anglia fol. 16 : *Et flagellabit præbendam Prioris per unum diem cum corredo domini, et habebit 2. panes ad vesperam cum companagio, exceptis illis, qui noa dant Vilager.* Ibid. fol. 14 : *Quicumque in villa de Hecham habuerit bovem et vaccam, dabit, 1. den. ad Inventionem S. Crucis, et pro vitulo unius anni obol. Et qui plures habuerit, tot denarios de Vilager.* Et paulo post : *Oscundus de Stane pro suo Vilager cum suo censu, etc.* [\* Idem videtur quod *Villanagium*, Servitium *Villani*.]

\* **VILAGIUM**, Pannus laneus, ut videtur, villosus. Pactum ann. 1406. inter abb. et convent. S. Viet. Massil. ex Lib. Statut. ejusd. ubi de vestibus : *Unicuique de Vilagiis secundum gradum suum.* Vide *Vilanus*. Alia notione exponitur in *Villagium*. Haud scio an melius.

† **VILANAGIUM**, VILANATICUM, VILANIA. Vide infra in *Villanagium*.

\* **VILANITER**, Injuriose, contumeliose. Instr. ann. 1401. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 158. col. 1 : *Quandoque gentes verberando, aut alias verbo Vilaaiter injuriando, etc. Vide Villania.*

† **VILANUS**, f. pro *Villosus*. Vide *Villosa*. Statuta Eccl. Ambian. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 1226 : *Juppones quoque, houppelandas, Vilanos, et alia vestimentorum diversorum genera... non portent (Clerici.)* Vide alia notione in *Villani*, *Vilanicus*, et *Villanagium*.

† **VILARIA**, Villula, viculus, ni fallor, idem quod *Villare*. Testam. Guillelmi D. Montispessulani ann. 1146. apud Acher. tom. 9. Spicil. pag. 142 : *Dimitto ei castrum de Monteferrario cum omnibus suis pertinentiis,.... orvatis, caminos, boscos et pascua, aquas et Vilarias, etc.*

† **VILARIUM**, Eadem, ut videtur, notione. Charta ann. circ. 1132. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 465 : *Guillelmus de Montepessulo similiter reddat puellæ et viro suo omnem honorem Melgoriensis Comitatus, qui infra prædictos honores supra caninum versus Monteferrarium est, excepto Vilario vetule Melgoriensis comitissæ, si viva fuerit.* [\* Charta ann. 990. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 482 : *Quæ sunt fundatæ in comitatu Rossilionensi, et in Vilarium, quem vocant Foatanasi.*] Neque alius forte sonat

† **VILARUS**, in Charta Odaccaris Episc. Lemovic. ann. 833. inter Instrum. tom. 2. Gall. Christ. novæ edit. col. 165 : *Ipsam jam dictum mansum vobis cedo... cum ecclesia in honore S. Sebastiani martyris, Vilaris, pratis, pascuis, silvis, etc.* Vide *Villagium*.

**VILARNIPINIUM**. Vide in *Usis*.

† **VILATGIUM**. Vide infra *Villagium*.

† **VILATUS**. Expositio antiquæ Liturg. Gall. apud Marten. tom. 5. Anecd. col. 98 : *Membra parvuli sabana, id est candido ac Vilati linteo exterguntur, ne corium ei lædatur.* Leg. *Villoso*. Vide *Villoso*.

† **VILEFACERE**, Parvifacere, *Villi habere*, in Gemina.

† **VILEINAGIUM**, VILENAGIUM. Vide infra *Villanagium*.

\* **VILENIARE**, Vulnerare, grave vulnus infligere, nostris *Villener*, eodem sensu ; unde *Villanie*, vulnus grave. Arest. parlam. Paris. ann. 1306. in Reg. *Olin* : *Dominus de Poix... procuraverat plures de hominibus dictæ communæ Vileniari et mutilari.* Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 137. Chartoph. reg. ch. 10 : *Jean Richier courut sur ledit Lancelot, lequel doutant qu'il ne le tuast ou Villenast, feri ledit Richier d'un coustel.* Aliæ ejusd. ann. ibid. col. 45 : *Il lui jettu une pierre à la teste et lui fist uae grande plaie et Villanie.* Quæ vox eadem notione intelligenda in *Villania*. Unde *Envillienir*, eodem sensu, in Lit. ann. 1407. ex Reg. 162. ch. 185 : *Ilz le ruent dessoubz eux au plat de la terre, pour le cuider Envillienir de son corps.*

† **VILERE**, Vilipendi. Elogium Milonis Monac. apud Mabill. tom. 5. Annal. Bened. pag. 670. col. 2 :

Provehitur census, Vilet sine nomine sensus.

*Vilo*, adnihilò, ἐντελιζω, in Gloss. Lat. Gr. *Vilio*, in Sangerm. MSS.

† **VILESCERE**, Contemnere, vili habere. Sermo S. Humilit. inter Acta SS. tom. 7. Maii pag. 834 : *Quia qui Vilescent eas (virtutes) omnia perdunt.* Pro in contemptum adduci, occurrit in Litteris Caroli Johannis Reg. primogeniti ann. 1359. tom. 3. Ordinat. pag. 395 : *Nolens quod humana creatura quam sue similitudini conformarat, ruditate Vilesceret, etc.*

† **VILHETA**, pro *Bilheta*, Scheda, libellus, syngraphum. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. : *Item plus unum aliud debitum de summa viginti sex scutorum auri... mediante apoca sive Vilheta per eundem nobilem Stephanum manu sua propria subsignata.* Vide *Billa* 1.

† **VILIABUNDUS**. Papias MS. Bituric. : *Amorreu interpretatur amarus; unde Amorrei. filius fuit Canaham. vel Viliabundus interpretatur.* [\* In cod. reg. 7609 : *Amorreu interpretatur amarus vel Viliabundus, dictus ab Emor patre Sichem, qui fuit filius Chanaan, unde Amorrei dicuntur.* In cod. reg. 7644. ex Origene : *Amorreu interpretatur Viliabundus et amarus et amaritudo.*] In indice vocum hebraicarum ad calcem Bibliorum : *Amorrhæi, amari, rebelles.* Nihil præterea occurrit.

† **VILIARI**, pro *Biliari*, irasci. Gloss. Lat. Gr. : *Vilior, χιλω. Bilior*, in MSS. Sangerm. Vide *Vilere*.

† **VILICUS**. Vide infra *Villicus*.

† **VILIFICARE**, Vilem reddere, submittere. Auctor Imitat. Christi lib. 3. cap. 8 : *Si autem me Vilificavero, et ad nihilum reddegero, etc.*

† **VILIPENDIUM**, Contentus. Statuta Ecclesie Avenion. ann. 1341. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 567 : *Item ut excommunicationis sententia quæ habetur in hac diocesi, ut plurimum, Vilipendio,.... de cetero amplius timeatur.* Charta Caroli VI. Reg. Franc. apud Menester. Hist. Lugdun. pag. 123 : *Ad sedem Matisconensem evocavit... in nostrum,.... et ipsius curiæ nostræ Vilipendium et cocontemptum, etc.* Occurrit præterea in Conc. Hisp. tom. 3. pag. 663. in Actis SS. tom. 1. Mart. pag. 589. apud



Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 61. et Rymer. tom. 8. pag. 577.

¶ **VILIPENSIO**, Eodem significatu. Guibertus in Vita sua lih. 3. cap. 7 : *Ipsos etiam tantis addici constiterat Vilipensionibus clericos, etc.*

\* **Viltance**, in Hist. contin. Guill. Tyrrii apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 699 : *En la Viltance des pelerins Templiers etc. Vientanche*, eodem sensu, in Mirac. MSS. B. M. V. lib. 1 :

En despit de tous Crestiens,  
Et en Vientanche de lor loy,  
Grans merveilles ferai de toy.

**Vitè** vero, pro **Villè**, dicitur de re vili, in Chron. S. Dion. tom. 8. Collect. Histor. Franc. pag. 343 : *Et li offrirent par chavité du pain d'orge et de l'iaue : et li dux ne la vot prendre, ainz en ot desdaing pour la Vitè du pain.* Hinc **Voutoier** et **Vuitoier**, Contemnere, in iisd. Chron. ibid. tom. 3. pag. 183 : *La commença à Voutoier : ne pas l'aimoit, ne honouroit comme roine.* Ibid. pag. 277 : *Disoit que li ens estoit encore trop jones, et que il le convenoit Vuitoier et tenir souz piez.*

¶ **VILITAS**, Ignavia, Gall. *Lacheté*. Lanfranci Pignoli Annal. Geuens. ad ann. 1266. apud Murator. tom. 6. col. 538 : *Quum sanius consilium foret intrare mare et se parare ad bellum : admiratus tamen stupefactus et Vilitate præditus nutavit consilium, etc.*

¶ **VILITER**, Cum dedecore et contumelia. Diarium belli Hussit. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 196 : *Reliquias Sanctorum de monstrantibus et altaribus sumentes Viliter ad angulos projiciebant.*

**VILLA**, Civitas, Gallis *Ville*. Ita usurpasse videtur Rutillus Numatianus in Itiner. dum oppida a civitatibus distinguit, et ortas civitates ex oppidis indicat :

Nunc Villæ ingentes, oppida parva prius.

[\*\* Ubi villa sensu latino usurpatum pro vicus, Gall. *Village*. Loquitur Rutil. (locus est lib. 1. vers. 223.) de Pyrgis et Alsio, olim oppidis Etruriæ, nunc excisis.] Lambertus Schafnaburg. ann. 1073. de urbe Hartesburg. [\*\* De Goslaria. Apud Pertz. tom. 5. Script. pag. 205. Conf. pag. 179. lin. 14.] : *Et quia Villam viris fortibus, vallis et seris undique munitam incursare haud satis tutum putabatur, etc.* [Juramentum Universit. Paris. ann. 1251. tom. 7. Spicil. Acher. pag. 226 : *Promiserunt quod juramenta... a magistris et scholaribus facerent renovari et jurari quod servarent pacem Villæ bona fide pro posse suo.* *Villa nostra Parisius*, in Litteris Caroli VI. Reg. Franc. ann. 1386. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 225. Occurrit rursum ibid. pag. 171. col. 1. 173. col. 2. et 175. col. 1. Adde eumd. Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. in Gloss. et Murator. tom. 12. col. 662.] Will. Brito lib. 2. Philipp. :

Hinc obstat Comiti, ne vires transferat ultra,  
Tam bona ne pereat sub eodem Villa furore.

Et Nicolaus de Braia in Ludovico VIII. de Rupella :

Ingreditur Villam, victori supplicat hostis.  
De Avinione :

Quos villæ statuit eustodes Rex Ludovicus.

*Villas hodie, non quomodo Latini prædia rustica; sed complurium in agris mansionum vel ædium collectionem appellamus.* Jo. de Janua : *Villa, dicitur a vallis, quasi vallata, eo quod vallata sit solum vallatione vallorum, et non munitione murorum.* Inde *Villanus*. Glossæ Basil. Αί δὲ οἰκοδομαὶ ἐν μὲν τῇ πόλει λέγονται, ἐν δὲ τοῖς χωρίοις, Βῆλι. Vita S. Gregorii primi Episc. Aniciensis : *In quodam vico, ... quem situm juxta fluvium Bornæ vulgaris lingua Villam nuncupavit, eo quod polleret quondam frequentia pagensium, ac pluribus tuguriis.* [Charta ann. 1264. inter Instr. tom. 2. Gall. Christ. novæ edit. col. 436 : *Arbitrabitur fore necessariam ad contruendam et faciendam bastidam seu Villam, et ad plateas et carreyrias dictæ bastidæ seu Ville capacem convenienter prædicti abbas et conventus se devestirunt.*]

\* Charta ann. 1308. in Reg. 40. Chartoph. reg. ch. 57 : *In Villa seu manso de Sawac, continente quindecim focos pascos seu palea coopertos.*

Liber inscriptus *Cartaria*, scriptus tempore Ricardi II. Regis Angl. *villas* dividit in *urales* et *urales* : ac *urales* quidem ait, *continere campum, pratum et boscum.* Sic passim in Chartis, terra arabilis, prata, pascua, bosci, dicuntur jacere in *villa de*, etc. Jo. Fortescutus de Laude Legum Angliæ cap. 24 : *Hundreda dividuntur per villas, sub quarum appellatione continentur et burgi atque civitates. Villarum etenim metæ, non muris, ædificiis, aut stratis terminantur; sed agrorum ambûibus, territoriiis magnis, hamiletis quibusdam, et multis aliis, sicut aquarum, boscorum, et vastorum terminis, quæ jam non expedit nominibus designare, quia vix in Anglia est locus aliquis, qui non infra villarum ambitus contineatur, licet privilegiati loci quidam infra villas de iisdem villis pars esse non censentur.* Bracton. lib. 4. tract. 1. cap. 31. § 1 : *Sciendum, quod de jure gentium agris sunt termini positi, ædificia sunt collata sive vicinata, et ex qua collatione fiunt civitates et ville, et ex pluribus ædificiis collatis et vicinatis, et non ex uno ædificio constructo, ut si quis in agro unicum faciat ædificium, non erit ibi villa; sed cum ex processu temporis cœperint coadunari et vicinari plura ædificia, incipit esse Villa, etc.* Et lib. 5. tract. 5. cap. 28. § 1 : *Villa est ex pluribus mansionibus vicinata, et collata ex pluribus vicinis.* Quo loco pro *collata*, Fleta lib. 6. cap. 51. § 2. habet *Villata*. Vide *Villeta*.

\* **VILLA ARRESTI**, in qua mercatoribus foraneis licet bona personæve debitorum suorum arrestare seu manum apponere. Vide supra in *Arrestum* 1.

**VILLE CAPITANÆ**, Majores, in Capitulari de Villis cap. 19.

\* **VILLA ad CLOCHERIUM**, *Parœcia*, Gall. *Parrotse*. Catal. MS. episc. Carnot. ann. circ. 400 : *Pro parte capituli, extra partem episcopi et comitis, sunt in diocesi Carnotensi septuaginta duæ Villæ ad clocherium, videlicet quod in qualibet villa est ecclesia parochialis.*

**VILLE DOMINICALES**, *Dominicatæ*, et *Indominicatæ*, proprie Regum vel dominorum. *Villæ dominicatæ*, quibus opponuntur *Villæ vassallorum*, in Annalib. Fran-

cor. Bertiniani ann. 870. Edictum Plistense cap. 5. 8 : *Villæ nostræ indominicatæ, etc.* Charta Divisionis Imperii Ludovici Pii, edita a Steph. Baluzio, cap. 2 : *Et insuper duas Villas dominicales ad suum servitium, etc.* Poëta Saxonicus in Carolo M. ann. 785 :

..... Properantur protinus ambo  
Ad Regem, jam tum fuerat qui forte reversus  
Ad Villam propriam, quæ dicitur Attiniacus.

Ubi *propriam*, idem valet, quod *Dominicam*. Vide *Dominicum* 3.

**VILLE FISCALIS**, Quæ ad fiscum pertinet, apud Gregorium Turon. lib. 6. cap. 32. [Marculfum lib. 2. form. 52.] Floardardum lib. 1. Hist. Remensis cap. 20. etc. [\*\* *Villa regalis fisci*, apud Lambert. Schafnaburg. ann. 1070. Pertz. Scriptor. tom. 5. pag. 178. lin. 26.]

¶ **VILLE FORENSES**, *Rurales*, quæ a civitatibus distinguuntur. Charta Rudolphi I. Imper. ann. 1277. apud Ludewig. tom. 4. Reliq. MSS. pag. 261 : *Ad hæc statui-mus autoritate qua fungimur, confirmantes... homines ipsorum proprietatis vel in prædiis eorum modo quolibet positos, qui ad civitates vel Villas forenses, quæ erectæ per omnem ipsam terram fuerint et libertati dediti, etc.*

¶ **VILLA FRANCA**, *Libera*, immunita a certis præstationibus et oneribus. Charta Guillelmi de Bellovidere ann. 1256. tom. 1. Hist. Dalph. edit. Paris. pag. 67 : *Fo-lentes facere Villam francam pro nobis nostrisque successoribus... concedimus plenariam libertatem quam habent et habere debent habitantes alias Villas francas, ... scilicet quod infra metas inferius declaratas capi vel detineri personæ, vel bona ipsorum a D. de Bellovidere vel quavis alia persona non possint, nisi tale eos crimen commisisse constiterit propter quod... videlicet furtum, homicidium, adulterium, falsa mensura, etc.*

¶ **VILLA INGENUA**, Eadem notione, in Conc. Legion. inter Hisp. tom. 3. pag. 190 : *Junior vero qui transierit de una mandatione in aliam et emerit hæreditatem, possidet eam integram; et si noluerit in ea habitare, mutet se in Villam ingenuam.*

**VILLA LEGIS**, Quæ legibus suis regitur, et judices suos habet, Majores et Scabinos : *Ville de Loy*, in Consuetud. Bononiensi art. 13. 99. [ *Ville de commune*, cui opponitur *Ville baptice* vel *bateiche*. Bello-maner. cap. 4 : *Entendons nous pour Villes bateiches hors de communes, car les Villes de communes ont leurs Maires et leurs Jurez.* ] Aresta Candelosæ ann. 1262. f. 125 : *Determinatum, quod homines Crispiaci in Laudunio possunt arrestari in villa D. Ingeranni de Cociaco, quæ dicitur Fara, et est Villa legis, pro debitis ipsorum, per justitiam ipsius Ingeranni, etc.* Ibidem fol. 14 : *Non est probatum, quod Burgenses D. Regis non possunt arrestari in Villa regente se per legem.* In alio Arresto 20. Aug. ann. 1411. Tenremoudia, seu Tenereunda in Flandriæ Comitatu, dicitur notabilis *Villa legis*, habens *campanam, sigillum, burgiam, et banleucam*, etc. In Hist. Betuniensi pag. 116. Vide Raguellum in v. *Loi*.

\* Quomodo etiam legendum, pro *Ville*



de lay, in Stat. ann. 1399. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 358. art. 7.

VILLE MERCATORIE, MARCHANDIE, Quæ habent jus nundinarum, in Fleta lib. 1. cap. 24. § 8. lib. 2. cap. 50. § 30.

¶ VILLA PACIS, Cuius civibus non licet bellum indicare vel facere, aut illatas sibi injurias ulcisci. Ejusmodi est civitas Parisiensis, ut patet ex Charta ann. 1344. laudata in Gloss. Jur. Gall. voce *Ville*.

VILLE PUBLICÆ, Quæ ad Fiscum regium pertinent. Eutropius lib. 10 : *Nicomediæ in Villa publica obiit*. Anonymus de Gestis Constantini M. : *Et in Villa publica Appiæ viæ... custodiri fecit*. Alibi, mortuum ait Constantinum M. in suburbano Constantinopolitano, *Villa publica, juxta Nicomediam*. Fredegarius : *Omnes Francos, sicut mos Francorum est, Bernuco Villa publica ad se venire præcepit*. Idem ann. 761 : *Melciacum Villam publicam incendio cremaverunt*. Et ann. 766 : *Totam regionem illam vastans, Villas publicas, quæ ditionis Vuafarii erant, totas igne cremare præcepit*. Sparnacus, *prædium publicum*, in Passione S. Berebarii apud Camusatium pag. 69. Adde Jonam in Vita S. Columbanii cap. 19. Annales Francor. Metenses ann. 692. 714. 754. Chronicon Hildesheimense ann. 741. etc. Vide *Vicus publicus*.

VILLE REGIÆ, Dominicæ, quæ Regum erant propriæ. *Palatia, Curtes Regiæ, Fisci et vici Regis*, interdum nude *Ville* appellatæ in Francorum Annalibus. *Ville Regiæ atque proprietates*, in Annalibus Francor. Bertiniani anno 858. Theganus de Ludovico Pio Imp. cap. 19 : *In tantum largus, ut antea nec in antiquis libris, nec in modernis temporibus auditum est, ut Villas Regias, quæ erant sui, et avi et tritavi, fidelibus suis tradidit eas possessiones sempiternas, et præcepta construxit, et annuli sui impressione cum subscriptione manu propria roboravit*. Unde colligitur, villas istas fuisse ex propriis Regum patrimoniis, quando quidem Ludovici tritavorum fuerunt. Idem Annales Bertiniani ann. 867 : *Vicario scilicet Salomonis Comitatum Constantini cum omnibus fiscis et Villis Regiis et Abbatibus in eodem Comitatu consistentibus... confirmat*. Charta Henrici II. Imp. ann. 1023. apud Nicol. Zyllesium sic clauditur : *Actum in Triburia, Regia villa, Palatio publico, etc.* Eadem *Ville Regiæ* nomenclatura donantur *W'eimodus*, apud Miræum in Cod. Donat. piar. pag. 28. *Corsiacum*, in Vita Lud. Pii ann. 834. *Cassinogilus*, apud Ademarium in Vita Ludov. Pii initio, etc. Alias in Anglia proferunt Asserus de Gestis Elfredi ann. 853. 871. 878. 885. Matth. Westmonast. ann. 870. Simeon Dunelm. ann. 887.

\* VILLA VIELHA, vulgo *Ville-vieille*. Charta ann. 1539 : *Item quamdam aliam terram, ... sitam in eodem territorio, loco vulgariter appellato à la Villa-vielha*. Rursus : *Item aliam terram... in eodem territorio de Villa-luura, loco dicta à la Villa-vielha*.

¶ VILLA URBANA, Quæ prope urbem est exstructa. Chartul. majus S. Victoris Massil. pag. 103 : *Et est ipse alodis beneficium in comitatu Aptensis civitatis, ex parte in territorio et quædam latifundia Ville ur-*

*banæ... Sunt namque alibi terre, sicut prædiximus, in territorio Villæ urbanæ, aratro et tritico aptæ.*

\* VILLAM PERDERE, E civitati ejici, ejusque privilegii privari. Charta ann. 1338. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 657 : *Quicumque est præsens, aidans ou confortans à occire homme ou femme dedens la ville et banlieue (de Tournay) et li occiz murt sans parler, ne accuser le malfaiteur, tous les présents sont encouppé du fait et Perdent la ville à tousjoursmais*. Unde *Rendre la ville, pro In civitatem et jura civium restituere*, apud Math. de Couciaco in Hist. Caroli VII. pag. 682.

VILLAGIUM, Villa, vicus, ex Gallico *Village*. [Charta ann. 1235. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 385 : *Bernardus filius Tangui juratus dixit, quod vidit quod avus ipsius et pater et avunculus soisiti fuerunt de terris illis et Villagiis, tanquam de hæreditate sua*. Charta ann. 1336. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 318. col. 1 : *Transtulit ad vitam ipsius dom. Dalphinæ subscripta castra sua cum hominibus, fortaliçis, Villagiis, mandamentis, etc.* Adrian. de Veteribus-busco de Reb. Leod. apud Marten. tom. 4. Ampl. Collect. col. 1271 : *Et ubicumque veniebat, fiebat magna solemnitas, et ex omnibus Villagiis occurrerunt ad eum videndum*. Occurrit præterea in Actis SS. tom. 2. April. pag. 348. Gall. Christ. novæ edit. tom. 3. col. 734. apud eund. Marten. tom. 3. Anecd. col. 1446. Menotum serm. fol. 164. 176.] Nicolaum Uptonum lib. 4. de Militari officio pag. 135. Perardum in Burgundis pag. 313. et in Chartis variis.

¶ VILAGIUM, in Statuto ann. 1446. ex Tabul. S. Victor. Massil. : *Super differentia pannorum alborum Olandorum anno quolibet in festo S. Michaëlis monachis conventualibus ministrandorum, videlicet unicuique de Vilagiis secundum gradus suos*. Ubi ii videntur indicari Monachi qui in prædijs rusticis habitabant, ut iis excolendis invigilarent. Vide *Vilagium* suo loco.

¶ VILLATGIUM, Eadem notatione, Arvernensis, in Charta ann. 1445. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 734.

¶ VILLAGIUM, VILAGIUM, Mansus, prædium rusticum. Charta Comit. Marchiæ ann. 1406 : *Ad assensam perpetuam tradiderunt... quemdam mansum suum, sive Villagium vulgariter nuncupatum lo Chuo-au-brun situm et situatum in parochia S. Aredii le Boust... cum omnibus et singulis ipsius mansi sive Villagiis et tenguide supradicte introitibus, exitibus, etc.* Obituarius MS. S. Gerardi Lemovic. fol. 20 : *Martialis de la Lande nobis legavit decem libras pro decem solidis levandis et percipiendis in et super totam suam partem Vilagii sui*. Ibid. fol. 22 : *Ex qua quidem summa fuerunt empti quinque solidi in quadam terra situata in parochia S. Gentioni prope Villagium de la Chatre*.

\* Charta ann. 1308. in Reg. 44. Chartoph. reg. ch. 140 : *Nos considerantes grata servitia, quæ magister Petrus Barriere, dilectus clericus noster, nobis exhibuit, ... eidem locum seu Villagium ville Rasent, ... cum domibus, terris, pratis... damus et concedimus*. Pariag. inter reg. et abbat. Elnon.

in Ruthen. ann. 1313. ex Reg. 61. ch. 21 : *Quia locus sive Villagium de sancto Paulo contiguus est terræ dicti monasterii, etc.* Lit. admort. ann. 1443. in Reg. 184. ch. 600 : *Dictus testator dimisit ecclesiæ S. Stephani de Gimello quoddam Villagium, nuncupatum de Laleu, situm in parochia de Champagniaci diocesis Lenovicensis*. Testam. Joan. Chati ann. 1482. in Reg. 3. Armor. gener. part. 1 : *Item do... tria septeria siliginis mensuræ S. Aredii vendualia... quæ assigno... supra nansum seu Villagium de la Chieze*.

\* VILLAGIUM, *Villæ* districtus, territorium, Chartul. Floriac. fol. 105. rº : *Poterit unusquisque existens in villa Castellione, confinio seu finagio et Villagio ejusdem parochiæ pressoriare ubicunque voluerit*.

¶ VILLALINUS, f. Villanus, rusticus, rudis. Vita S. Menelei tom. 5. Jul. pag. 316 : *Sicut in superioribus noster Villalinus calamus descripsit*.

\* VILLAMENTUM, Eodem intellectu. Lit. remiss. ann. 1340. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 175 : *Cum Nobilis de Burnino miles diceretur culpabilis de morte Petri Arnaldi, dicti Bastol, murtro per eundem in Villamentum Paraservi, ut dicitur interfecti*. Vide *Villicatus* in *Villicus*.

¶ 1. VILLANAGIUM, ut *Vinagium*. 2. quomodo etiam forte legendum est. Obituarius MS. Bellijoc. ann. circ. 400. vel 500 : *Berardus Bordon decanus Bellijoc dedit medietatem Villanagii vinearum del Sauncey. Dedit pro melioramento anniversarii patris sui Villanagium Pontii Vela*.

¶ 2. VILLANAGIUM, ut *Villenagium*. Vide ibi.

VILLANI dicti sunt a *villa*, eo quod in villis commorentur, qui et *Rustici*, a rusticis, quæ excolunt et *Pagenses*, etc. apud Vitalem Episcopum Oscensem. Constitut. Neapolit. lib. 2. tit. 32 : *Villanus, qui in villis et casis habitat, etc.* Brito in Synonymis :

Rusticus, agricola, rudus, et Villanus, agrestis, Runco, ruricula, rufestris, villicus assint.

Ebrardus Betuniensis in Græcismo :

Quando mulcetur Villanus, pejor habetur, Pungas Villanum, pollet ille manum :

Ungentem pungit, pungentem rusticus ungit.

Notum apud nos proverbium. [\* Dialog. creatur. dial. 51. ubi de fabula agni et lupi : *Tunc clamavit lupus : An loqueris, fuscifer, id est Villane? ac irruit in eum et devoravit*.] Capitul. Karlmanni tit. 2. cap. 14 : *Volumus, ut Presbyteri et Ministri Comitibus Villanis præcipiant, ne collectam faciant, quam Geldam vocant, contra illos, qui aliquid rapuerunt*. [Sententia Navarri Episc. Conseran. ann. 1208. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 93 : *Possessiones etiam rusticorum et Villanorum S. Severi emptionis titulo et pignoris sibi vendicant violenter*. Adde Litteras Philippi Aug. Reg. Franc. ann. 1186. tom. 4. Ordin. pag. 75. Chron. Domin. de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 645. et Chron. Modoet. ibid. col. 1134.]

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Vilan, Prov. paganus, rusticus, agellarius. Vilania, Prov. rusticitas, rusticatio*.



VILLANI proprie apud Scriptores aevi inferioris dicuntur, qui villæ seu glebæ adscripti sunt, et villis ac servilis habentur conditionis, et ut servi in commercio erant, et cum villis ac prædiis venibant. Charta Willelmi II. Regis Angliæ apud Ordericum Vital. lib. 6. pag. 602 : Dedit et 16. rusticos ad ipsas decimas custodiendas, atque 9. Ecclesias. Dedit enim 3. Villanos, etc. Ubi Rustici et Villani iidem sunt. Eodem lib. : Ipse quoque terram et Villanos, et omnes consuetudines de ipsis Villanis in vico Silvatico concessit. [Charta ann. 1233. apud Kennet. Antiqu. Ambrosd. pag. 212 : Concessi... sex virgatas terræ de villenagio cum Villanis et eorum sectis et servitiis. Eadem occurrunt infra pag. 216. 272. 288. et 310.] Charta Alfonsi Regis Castellæ æræ 1240. apud Marcam in Hist. Beneharn. cap. 14. n. 6 : Dono igitur vobis quindecim Villanos, quos habeo in Angonne et in Sa, cum omnibus iuribus, quibus mihi tenebantur jure hæreditario, ut in perpetuum habendos, et irrevocabiliter possidendos. Britton. in Legib. Angl. pag. 78 : Nil ne poit estre vilein, fors que de auncienne nativité, ou par reconnoissance, ne nul ne peut estre plus vilein de autre. Car un que est serfe, il est ausi serfe comme nul autre; car sont tous de autele condition. Villain, in Consuetud. Marchensi art. 153. Le Roman de Vaces ou de Rou MS :

Et porce qu'il tollut as Villains lor labor,  
Les semences et les biens, et tout lor autre ator, etc.

Occurrit passim vox Villani ea notione in Chartis Normanno-Siculis apud Rocchum Pirrum. Hunc vide tom. 2. pag. 387, 388. etc. et Fulconem Benev. pag. 341. etc.

\* Horum occisio apud Hannones triginta Turonensibus redimebatur. Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 581. vº : Vous sçavez que la custome de Haynaud est, que qui tue un Villain, puisque il est chevalier ou filz de chevalier dessouz xxvj. ans, il est quictes pour xxvij. blancs, ce sont xxx. Tournois. Et avecques ce, se nobles ou non, forfait le corps en Haynaud, si ne pert ne héritage, ne chastel, et a ses noblesces. Longe humanitas habentur a Wenceslao imperatore in Edicto ann. 1398. ex Tabul. eccl. Camerac. : Comme ... aucun soy disant nobles.... ayent use de envayr bonnes gens paisibles des dictes cité et conté (de Cambresis), iceulx ochir, navrer et de leurs bien persécuter et depouiller, disant qu'il leur loist contre tels, que il appellent, de leur volenté téméraire, Villains : Nous defendons à tous et singuliers, de quelconque estat ou condition qu'il soient, fermement et estroitement que il ne procedent contre aucuns des dictes cité et conté, en offendant en corps ou en biens, sans deffiances précédentes, lesquelles deffiances ils doivent notefier competamment, et en icelles deffiances mettre cause raisonnable ad ce mouvans : car quiconques fera le contraire ou mandera estre fait, nous le déclarerons encourre paine capital et confiscation de tous biens.

Differunt tamen Villani a servis. Petrus de Fontanio in Consilio a nobis edito cap. 21 : Ft sache bien, ke selonc Dixe ke tu n'as unie pleniere poesté seur ton vilain. Dont se tu prens du sien fors les droites redevances ki te doit, tu les prens contre Dieu et seur

le peril de l'ame et come robierres. Et ce kon dit, toutes les choses ke vilains a, sont son Seigneur, c'est voirs à garder. Car s'il estoient son Seigneur propre, il n'avoit nule difference entre serf et vilain, mais par notre usage n'a entre toi et ton vilain Juge fors Dieu, tant com il est tes coukans et tes levans, s'il n'a autre loi vers toi fors le comune. Adde Brittonum de Legib. Angl. cap. 31. initio.

¶ Villani iis opponuntur qui tenent per feudum, in Charta tom. 1. Hist. Dalph. pag. 94. col. 2 : Omnes autem homines Villani de toto Oysentio, præter quosdam,.... sunt taillables dom. Comiti.... Item omnes tenentes in Oysentio per feuchum, si placitum non sit determinatum, debent placitum ad misericordiam, ad mutationem tenementarii, et omnes tenentes per Villenagium, si placitum non est determinatum, debent placitum ad duplicem censum, et ad mutationem tenementarii. A Militibus distinguuntur, in Charta ann. 1026. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 161 : Omnia jura et dominia que.... tani super Militibus quam super Villanis jure hereditario habebant, etc. Chron. Farf. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 631 : Suaserunt ei ut armatam manum equitum nostrorum seu Villanorum ad nos compescendos et conterendos in hoc monasterio faceret venire.

\*\* VILLANUS, Villicus, villæ œconomus. Anast. Mirac. S. Cyri sect. 43. pag. 470. tom. 3. Spicilegii Romani : Possessionis Villanus Taurinus erat.

VILLANI SOCMANI, Qui tenent tenementa sua in sociagio.

VILLANI ADVENTITI, Qui ea tenent per certa servitia et expressa ex conventiono, etc. apud Bractonum lib. 2. cap. 8. §. 2.

Villanorum rursum alii sunt aspicientes ad manerium, vel tenementum aliquod, qui scilicet ad ea spectant, et quibus adscripti sunt, ita ut cum iis veniant. Aspiciere enim Manerium, et soli villani dicuntur; res vero aliæ ab iis dependere. Alii denique nuncupantur

VILLANI IN GROSSO, seu Villains en gros, Qui nullas terras habent, ratione quarum certo tenemento adscribantur, vel qui in curia recordi se pro villanis agnoscunt. Vide Littletonem sect. 181. et seqq.

¶ VILLANI PLENARIJ, Qui Villenagium purum debent. Vide infra Villenagium. Chartul. SS. Trinit. Cadom. fol. 20. vº : In Oistrehan habemus 29. Vilanos plenarios, etc.

Villani uxor, non Villana; sed Nativa appellatur, solique viro Villani appellatio congruit. Idem Littleton. sect. 286.

¶ Id moris non ubique obtinuisse docent Statuta Widonis Anciensis Episc. inter Instr. tom. 2. Gall. Christ. novæ edit. col. 226 : Villanum aut Villanum propter redemptionem non nisi per suum sorsfactum (forsfactum) et in eundem villanum qui alterius terram araverit, etc.

VILLANI COLLATERII, et de Parada, apud Hispanos, de quibus ita Vitalis Episcopus Oscensis : Villani Collaterii tam crudeli erant subditi servituti, ut etiam inter filios dominorum suorum ducerentur gladio dividendi, qui quondam, temporum conditione cogente pestifera eorumdem, contra dominos

suos insurgentes, tandem composuerunt cum eis communiter, et ultranea voluntate certa tributa et conditiones supra se et suis filiis assignantes. Qui post compositionem hujusmodi Villani de Parada taliter nuncupati, hoc cum suis dominis inter cætera pepigerunt, ut quotiescumque domini eorum fidejussione indigeant, hujusmodi solve sint compulsi; nec si dominus, pro quo fidejussit, indemnitati ejus voluerit providere, nunquam postea pro ipso domino fidejussione casu aliquo teneantur. Eximius Petri Salanova Justitia Aragonum, et Martinus Didacus Daux Justitia Aragon. lib. 6. Observant. tit. de Privileg. Militum § 7 : Item sunt quidam, qui dicuntur Villani de Parada, id est, de conventiono; scilicet illi, qui nihil habent, nisi de bonis Infancionum, et in domibus Infancionum populati sunt cum conventiono, ut semper ibi sint. Et tales non peyant in aliquo cum hominibus signi Regis, nec pro ganatis, neque aquis, ut quidam dixerunt. Ubi Salanova videtur indicare Villanos ejusmodi de Parada nuncupatos, quod ita cum dominis de specie servitutis convenierint. Atqui Parada apud Hispanos, non est conventio, sed hospitium, vel potius præbitio hospitii, quomodo Parata usurpatur Scriptoribus aevi inferioris, uti suo loco docuimus. Proinde longe probabilius videtur, ita appellatos, quod paratas dominis suis præberent, hoc est hospitia, præstationes, et procurationes. Quod sane satis docet idem Vitalis Episcopus : Quæ de veria sunt reliquæ illius pestilentis et miserabilis conditionis Villanorum de Parada; quæ in usu pro dissuetudinem habentur. Ea autem de veria, de quibus loquitur, quæque Ricis hominibus præstabantur, sunt quedam personalia tributa, ut est panis et pullus; et quedam alia, quæ secundum diversas consuetudines præstantur a singulis domibus annuatim. In Foris Osææ ann. 1247. fol. 21 : Villanus de parada tenetur fidejebere pro suo domino, quotiescumque necesse fuerit ipso domino, etc. Vide Michaëlem del Molino in Repertorio in voce Villanus.

\* VILLANA ECCLESIA, Ruralis. Vide supra in Ecclesia.

\* VILLANUS LOCUS illi opponitur, qui jure gaudet immunitatis, quique idcirco Francus appellatur. Liber rub. fol. parvo domus publ. Abbavil. ad ann. 1268. fol. 29. rº : Il fu atiré, par l'assentement de viés eshevins et de nouviaus, que li boulangiers ki sera trouvés manans au jour de le saint Remi en Villain lieu, il paiera l'amende, tele comme on le doit au visconte, et chil ki sera manans à le saint Remi en franc lieu, n'en paiera riens.

\* VILLANUS, Piscis genus. Tract. MS. de Pisc. ex Cod. reg. 6838. C. cap. 11 : Capito, a Gallis Munier, quod circa moletrinas plurimus sit; ab aliis Villain, id est turpis ac fœdus, a victus ratione, quia stercore, cæno, sordibus delectetur ac vivat.

\* Villain præterea nostri appellarunt Candelabrum quoddam lignum. Lit. remiss. ann. 1378. in Reg. 113. Chartoph. reg. ch. 299 : Laquelle Margueron print en sa main un chandellier de bois, appellé un Villain.

VILLANIA, Probrosa actio, qualem villani et viri ignobiles facere solent, ex



Gallico *Villenie*, Italico *Villania*. Auctor Destructorii vitiorum cap. 105 : *Vulgariter dicitur, Villanus ille est, qui facit Villaniam, non qui in villa nascitur.* Le Songe-croix :

Ceus sont Villains qui Villanie font.

Item Injuria, probrum, convicium, contumelia. Aresta ann. 1284. in Regesto Parlam. B. fol. 69 : *Occasione cujusdam injurie seu Villanie dicto Givardo irrogatae, etc. Villanie seu impropria*, in Charta ann. 1338. apud Petrum Mariam Campum in Regesto 3. part. Hist. Placent. pag. 290. [Jacobi Auriæ Annal. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 578 : *Dixerunt se multa opprobria et Villanias a Januensibus recepisse.*] Vetus Consuetudo Normanniæ cap. 86 : *En simple ledange, se cil qui l'a dit, en est attaint, il le doit amander à la Justice, et à celui qu'il ledanga, et doit dire simplement que la Villanie, que il lui dist par folcie, n'est pas cului.* Statutum Philippii Pulchri Regis Franc. ann. 1302 pro Castello garisiensi in Regesto 12. Chartophyl. Regii ch. 12 : *Et autel sera fait as Villanies dites entre petites personnes et batteures legeres, et en petites querelles.* Vide in *Villanagium*.

*Vilonie*, Eadem notione, in Charta Auberti Abb. Castricii ann. 1247. ex Chartul. Campan. fol. 343. col. 2. v<sup>o</sup> : *La femme qui dira l'ilonie à autre, si come de putage, paiera v. s. ou elle portera la pierre toute nue au sa chemise à la procession, et cele la poindra après an la nage d'un aguillon, et cele disoit autre l'ilonnie qui atourt a honte de cors, elle paieroit 111. s. et li hors ausine.* Ubi conviciatoris poenam observare est. Notanda perinde est Sententia Ballivi Valesii ann. 1320. qua damnatur Isabella de Lergny pour avoir appelé Renaut Copperel puant et coqu, à faire trois processions nuds pieds, en pur corps, deceinte, desaffublée et dire devant tous quand les processions rentreraient au moustier, que les laides paroles qu'elle avoit dit dudit Renaut et sa femme, elle avoit menti, et qu'elle ne savoit rien en ladite Tenense qu'elle ne fust prude femme et de bonne vie. La Vie de Jesus-Christ MS :

Ne pour chou ne lairies mie  
Ne me leissies Vilonnie.

*Vilaner* et *Villener*, Conviciis insectari. Litteræ Caroli V. Reg. Franc. ann. 1370. pro restitutione Communie Tornac. tom. 5. Ordinat. pag. 378. § 28 : *Et s'aucuns, sur la paix de la ville criée par Sergent, comme dit est, Villenoit ou ferait personne aucune, etc.* La Vie de Jesus Christ MS :

Ensi l'ont toute nuit gabé,  
Et escopi et Vilané.

† **VILLANICUS**, **VILLANUS**, ad *Villanum* spectans, *Villani* more. *Villanica scriptus*, *Villana consuetudo*, Idem quod infra *Villanagium*. Vide in hac voce. Tabul. Rothon. : *Quidam eques accepit ab abbate Perenesio locum Tetguel in servitutum Villanicam, reddendo quidquid villani reddere consueverunt.* Placit. ann. 34. Henrici III. Reg. Angl. apud Th. Blount in Nomo-lex. Anglic. : *Willelmus Maynard qui tenuit terras in Heurst, cognoscit se esse Villanum abbatis de Abendon et tenere de eo in Villanagio et per Villanas consuetudines, vide-*

*licet per servitutum 18. den. per annum et dandi maritagium et marchetum pro filia et sorore sna ad voluntatem ipsius abbatis et faciendo omnes Villanas consuetudines.* Vide in *Villanagium*.

† **VILANUM FEODUM**, Censive certise præstationibus obnoxium. Charta ann. 1223. in Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 1162 : *Due partes omnium decimarum bladi, et omnium minutarum decimarum terrarum et pomorum totius feodi Johannis de Bosco et totius Vilani et liberi feodi Johannis Coisbel.... eisdem in perpetuum remanent.*

† **VILLANITER**, *Villani* more. Idem Chartul. tom. 1. pag. 171 : *Garnerius autem dimidium agram francæ terre secundum consuetudinem villanæ terre suæ Villaniter tenebit.* Id est, sub onere præstationis, census et operarum. Vide in *Villanagium*.

† **VILLAR**, ut mox *Villarc*. Couc. Hisp. tom. 3. pag. 168 : *Vsq̄ ad cocumen montium, que vocitant Villar Solanu.* Omnes habitantes... per *Villar Masarefe*, ibid. pag. 195.

**VILLARE**, **VILLARIS**, *Villula*, vel viculus decem aut 12. domorum, seu familiarum, in Scalgierianis : *Hameau*. Charta Cyliniæ filię Deodati uxoris Bajonis Viri illustris ann. 7. Childerici Regis, ex Tabul. Flaviniaciensi : *Terras scilicet Villares, cum ipsa casa indominicata, cum omnibus ædificiis, etc.* Testamentum Bertichramni Episcopi Cenoman. : *Cum villare, cui nomen Princiaco, etc.* Stephanus Monachus in Vita S. Rudisindi Episc. Duniensis n. 5 : *Hoc Villare fuit hæreditas avorum suorum, situmque erat in amœna valle.* Charta Caroli C. ex Archivo Gerundensis Ecclesiæ : *Et in pago Bisuldunensi villam, que nominatur Baschara cum suis Villaribus, etc.* Aliæ ejusdem Caroli ann. 869 : *Villham, que vocatur Prunetas, cum suo Villare Domnolina.* Flodoardus lib. 2. Hist. Remeus. cap. 2 : *Childebertus etiam Rex Villarem quandam situm in Vosogo prope fluvium Satoam, tam ipsi quam Ecclesiæ suæ possidendum, instrumentis adhuc manentibus invenitur tradidisse.* Et cap. 5. n. 27 : *Ac portionem suam de Villari quodam cum mancipiis, vineis, pratis, cæterisque adjacentibus, etc.* Vetus Charta ann. 679. ex Tabulario S. Benigni, apud Perardum : *Curtiferis, Villaribus, campis, etc.* Alia ann. 890. apud eundem : *Donatumque in perpetuum esse volo, id est, Villarem integrum cum casis indominicatis, etc.* Adde Chartam 62. inter Alamannicas Goldasti et alias apud Baldricum in Chronico Camerac. lib. 1. cap. 52. Doubletum in Hist. Sandionys. pag. 813. Catellum lib. 5. Rerum Occitan. pag. 747. 777. [Hist. Occitan. novam tom. 2. col. 562. Marcam Hisp. col. 772. Acta SS. tom. 6. Maii. pag. 820.] Baluzium in Notis ad Concilia Narbon. pag. 70. 75. 76. et in Appendice ad Capitul. num. 60. 62. 64. 75. 78. 96. 119. 144. [\* Confer Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 1. col. 844. voce *Vilari*.]

**VILLARICELLUS**, diminut. a *Villaris*, *Villula*, in Charta ann. 878. ibid. n. 110.

† **VILLARUNCULA**, Eadem notione. *Cum villulis vel Villarunculis earum, in Actis consecrat.* Eccl. Urgell. in Append. ad Marcam Hisp. col. 762.

† **VILLARIA**, ut *Villare*, in Computo ann. 1202. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. CLXXVII : *Villaræ S. Pauli, c. s.*

† **VILLARITUM**, Eodem intellectu. Charta ann. 875. inter Probat. tom. 1. novæ Hist. Occitan. col. 127 : *In alio loco mansos duos, quid dicitur Frominio ad illam Villaritum mansos duos.*

**VILLARIUM**, non semel in Foris Aragonum. [Charta ann. 1152 inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 527 : *Donamus... omne jus nostrum quod habemus... in Villario S. Johannis de Villa-longa.* Antiquit. Bened. Pictav. MSS. apud Stephanot. tom. 3. pag. 686 : *Donavit insuper prædictus Stephanus partem suam de pratis et Villarium Lemovicium.* Statuta Montis Regal. fol. 6 : *Teneatur dictus dominus vicarius ire, si opus fuerit per totam jurisdictionem dictæ civitatis et per ejus Villaria.*]

\* Nostris *Villois* et *Vilois*. Charta Rob. ducis Barrens. ann. 1388. in Reg. 136. Chartoph. reg. ch. 157 : *Toutes les villes et Vilois y appartenans et appendens de présent en ladite ville de Dun et à la chastellerie et prévosté d'icelle.* Chron. S. Dion. tom. 8. Collect. Histor. Franc. pag. 335 : *Et vindrent jusques aus portes de la cité de Rains; ce que il troverent dehors les murs roberent, et aucuns Vilois d'entor mistrent tout à feu et à flamme.* Ubi Annal. Bertin. ad ann. 882. ibid. pag. 37. habent, *Villulas*.

† **VILLARIUS**, *Villicus* : nisi legendum sit *Villanus*. Charta ann. 1141. inter Instr. tom. 2. Gall. Christ. novæ edit. col. 200 : *Ego ipse Amelius dono eisdem fratribus quidquid poterunt acquirere de fevallis meis, et servitibus, et Villariis ubique, et in omnibus locis.* Vide *Villani*.

**VILLATA**, **VILLETA**, Adunatio plurium mansionum, seu villa major. Fleta lib. 6. cap. 51 : *Inter Mansionem, et Villam, et Maurerium est differentia; quia Mensio esse poterit constructa ex una domo vel pluribus, et sic dicitur habitatio una et sola, cum nulli sit vicina. Si autem alii mansioni fuerit vicinata, ideo propter hoc erit Villa. Villa vero ex pluribus mansionibus est vicinata, et Villeta ex pluribus vicinis; Manerium autem fieri potest ex pluribus villis, vel ex una; plures enim villæ esse possunt in corpore unius manerii, sicut et una, etc.* In glossis pag. 860 : *Quod si extra predictos 20. pedes in ripis exterioribus aquarum restarunt, aut extra Villata, que communia vobiscum vendicant in occidentalibus mariscis vestris, etc.* Gervasius Dorobersensis ann. 1169 : *Et Missis servitibus suis per omnes Villatas Angliæ faciant jurare omnes illos, qui ad Comitatus non fuerunt, quod hæc mandata cum cæteris tenebunt.* Idem Scriptor ann. 1170 : *Inquiratur de Vicecomitibus et Ballivis eorum, quid vel quantum acceperint de singulis hominibus, etc.* Monasticum Angl. tom. 1. pag. 583 : *Extra vero hos terminos, hoc sive aliarum Villatarum facere potuimus, etc.* Mox : *Sic enim Turkillus per Regem Cnud constituit, ut nulla Villata in alterius marisco foderet vel falcaret sine licentia.* Officium Coronatoris : *Statim accedere debet (Coronator) et statim mandare 4. Villatas vicinas, vel 5. vel 6. quod sint coram ipsis in tali loco.* Infra : *Appretiare faciant terras, blada et*



*catalla, sicut statim vendi possint, et statim liberentur toti Villatæ; ad respondendum de prædictis coram Justitiariis.* Fleta lib. 1. cap. 18. §. 11: *Si aliquid receperit de Villatæ, in quibus fieri fecit adjurationes.* Adde cap. 24. §. 7. [Charta ann. 1102. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 357: *Ego prædictus Bertrandus Archiepiscopus et nos prædicti canonici Narbonensis sedis damus, laudamus et concedimus Deo et monasterio S. Pontii (Thomeriarum)... monasterium S. Aniani prædictum cum ipsa Villata cum omnibus juribus suis et serviitiis et pertinentiis.* Chron. Joh. Whethamstedii pag. 383: *Ac etiam quod omnes honores, castra, dominia, ville, Villatæ, naueria, terræ, etc.* In omnibus burgis et Villatis nostris, in Charta ann. 1288. apud Kennett. Antiquit. Ambrosd. pag. 311.] Vide *Villa*.

¶ **VILLATICA**, Communitas, homines unius villæ. Miracula S. Etheldredæ tom. 4. Junii pag. 574: *Jaravectur Richardus sacerdos et tota Villatica Stephani, etc.*

**VILLATICUS**, Rusticus, in Legibus Presbyterorum Northumbrensium cap. 51.

¶ **VILLATURIA**, Territoria. Gloss. Isid. 1. **VILLATUS**, us, Fori Osceæ sub Jacobo I. Rege Arag. ann. 1247: *Ad constructionem et reparacionem villæ Villatum, et murorum.* Sed videtur legendum *Vallatum*. Vide Foros Aragon. fol. 145. et supra in hac voce.

\* 2. **VILLATUS**, *Villæ* incola, rusticus. Charta Henrici VI. reg. Angl. ex Cod. reg. 8387. 4. fol. 108. vº: *Concessimus... potestatem... jura quæcunq; rustica vel urbana, homagia... a quibuscunq; ligetis nostris, feudatoribus, affeatis, emfiteotis, censuariis et tenenciariis, ecclesiasticis seu secularibus, nobilibus, burgensibus, Villatis et questalibus... recipiendi.* Lit. Ludov. reg. Sicil. ex Tabul. Massil.: *Inclitum principem comitem Gebennensem, consanguineum nostrum carissimum, cum copioso Villatorum cætu campos intraturum jam pridem transmissus.*

**VILLENAGIUM**, Conditio villani. Glanvilla lib. 5. cap. 1: *Placitum est quandoque inter aliquos, quando quis trahit alium a libertate in Villenagium; vel quando aliquis, in Villenagio positus, petit libertatem. Cum quis autem petit alium in Villenagio positum tanquam nativum suum, habebit breve de nativis Vicecomiti directum, etc.* Cap. 5: *Pluribus autem modis potest in libertatem aliquis in Villenagio positus deduci, etc.* Adde Regiam Majestatem lib. 2. cap. 11. 12.

\* *Villenage*, in Charta domini et abbatis Britolii: *Et si li dis religieuz nettoient les mazuers qui sont franques, en Villenage, etc.*

**VILLENAGIUM**, præterea definitur *Villanum servitium*, id est, illud, quod Villani præstant. [Hinc tenere in Villenagio est tenere sub onere villani servitii quod mox exponitur. Charta ann. 1253. ex Tabul. Sangerm.: *Item Henricus fide præstita in manu nostra corporali quod dictum domum ipse et ejus heredes et illi qui causam habebunt, ab ipso in Villenagium tenebunt. Quam terram tenebat a Monachis in Villenagio, in Charta ann. 1232. ex Tabul. B. M. de Bononuntio Aurelian.][\*\* *Facere Villenagium, in**

Placit. 9. Johan. reg. Angl. Norf. rot. 9. in Abbrev. Placit. pag. 57: *Willelmus dicit quod non potest contradicere, quin cartæ factæ fuissent, (quod libere tenet et tenere debet Radulfus), sed dicit quod ipse Radulfus, numquam usus est cartis, quia semper fecit Villenagium et consuetudines, ita quod ipse Willelmus vendidit quandam sovorem suam (Radulfi) pro 4. sol. et inde producit sectam, etc.]*

**VILLENAGIUM**, Circuitus manerii vel feudi, cui villani adscribuntur. [Chartul. SS. Trinitat. Cadom. fol. 61: *Si dederit filium suam extra Villenagium dabit 3. sol. Abbatissæ.] Statuta S. Ludovici: Si tes villanos achete un fief, qui tient de toi franchement, et il lieve et couche en ton Villenage.*

**VILLENAGIUM** denique est Tenementum villani, vel quod villano concessum est ad excolendum, sub onere præstationis, census, et operarum; ita ut qui ejusmodi tenementum possidet, hisce servitutibus obnoxius sit, sive villanus sive liber. Nam liberi possunt etiam tenere villenagia, nec ei, qui liber est, Villenagium vel servitium quicquam detrahit libertatis, ait Bracton. lib. 1. cap. 6. §. 1. cap. 8. §. 1. Littleton. sect. 172. Britton. pag. 165. et alii. [\*\* Placit. ann. 29. Edward. I. reg. Angl. Ebor. rot. 30. in Abbrev. Placit. pag. 243: *Compertum est quod prædictus Martinus, avus prædicti Johannis, adventicius fuit et sic libera conditionis quoad prædictum Willelmum, et etiam prædicti Robertus et Johannes, qui ipsum succiderunt de sanguine, licet servam terram tenuerunt; nec ejusmodi terra ipsos sic liberos de sanguine existentes villanos facere potest, etc.] [\* Quod adeo certum est, ut rex Navarra domum Parisiis ea conditione obtinuerit. Charta ann. 1263. in Reg. parvo S. Germ. Prat. fol. 29. vº: *H. Dei gratia rex Navarra, etc. Notum facimus quod quandam domum, sitam Parisiis... in fundo et donatio religiosorum virorum abbatis et conventus S. Geruani de pratis, quam a magistro Symone de Verzellis clerico emimus, cum ipsius domus pertinentiis et appenditiis, volumus quod, tam nos quam successores nostri, in eadem domo et pertinentiis ipsius teneamus non in manu mortua, sed ad usum et consuetudines et onera, cum aliis domibus seu virgultis aut locis ibidem a nobis seu nostro nomine emptis.* Charta vero sic inscribitur: *Hæc littera est quod rex Navarra tenet in Villenagium domum suam.] [\*\* Vide mox: Villenagium a manu mortua, etc.] [Bellomaner. cap. 14: *Nous appellons Villenage, heritage qui est tenu de Seigneur à cens, ou à rentes, ou à champart; car de chelle qui est tenu en fief, l'on ne doit rendre nule redevance.] Fleta lib. 5. cap. 5. §. 18: *Villanagium est, quod traditur villanis ad excolendum, et terra precarie dimissa, quæ tempore, et pro voluntate domini poterit revocari.* Bracton. lib. 1. cap. 11. §. 1. ait servos, sive nativos appellari, qui tenent Villenagia, et per villana servitia et incerta, qui... villanos faciunt consuetudines, et quidquid eis præceptum fuerit. Charta Edw. III. Regis Angl.: *Cum wardis, releviis, et escaetis, nativis et coterellis suis et eorum catallis et sequelis et tenementis, quæ quondam quidam nativi et coterelli de ipso tenuerunt in Villenagio.* Charta Philippi Aug. Regis Franc. ann. 1185. in Hist. Vastinensi pag. 707: *Omnes feodi servientium cadent et venient ad censum in Villenagium ea ratione, quod qui domum in feodo habuerat, eam ab Ecclesia Ferrerarium tenebit ad censum 5. solid. donec aliam in terra habeat, unde 5. sol. reddat. Si autem in terra Ecclesie domum jam habet, vel deinceps habuerit, quæ non sit in feodo, de ea 5. solidos reddet, sicut et alii. Domum vero suam de feodo, cum alio feodo suo, ad censum 12. denar. in Villenagio tenebit.* Tabularium Campaniæ ann. 1279: *Quos nos tenemus in Villenagium, id est, ad censum quidquid habemus ad Triamb. sicut alii, etc.* Charta Abbatis Grassensis in Occitania in Regesto Carcassonensi fol. 34: *Abbas vero et Conventus, qui supra sumus nominati, habebimus in castris et villis propriis nostris Villenagia et burgencias, quæ propter hæresim et faldimentum cadent in commissum, si a nobis teneantur quicunque dicta Villenagia, seu Burgencias, vel partem ex eis tenuerint. Si sit Miles, Burgensis, vel alius, habebimus mobilia, quæ erunt in villenagio et burgis nostris et castris, et villis propriis nostris, si propter hæresim vel faldimentum ceciderint in commissum.* Charta Abbatis Fiscammensis in Tab. Fisc. fol. 37: *Concessit Roberto... dimidium Villenagium apud Escratevillam tenendum de Ecclesia Fiscaneust, faciendo omne jus vel servitium, quod debetur de dimidio villenagio.* M. Pastorale Eccl. Parisiensis lib. 1. cap. 15. ann. 1263: *Quam domum ipse Presbyter promisit bona fide, quod ipse tenebit in Villenagium, et ipse solvet ratione dicte domus talliam, costumam, redditiones et alia onera.* Adde lib. 5. ch. 25. 26. 27. 30. 31. 32. ubi de villenagiis agitur. Tabularium Fossatense fol. 34. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 148. 493. 554. tom. 2. pag. 138. 139. Historiam Academiæ Parisiensis tom. 3. pag. 498. etc.***

¶ **VILANAGIUM**, **VILLANAGIUM**, Eadem notione. Inquisitio ann. 1181. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 135: *Terræ quas tenet Alanus Brientii et Vilaagia sunt de dominico Archiepiscopi.* Polyptychus Fiscamm. ann. 1235: *Robertus Viron tenet unum Villanagium, et reddit... servitia omnia.* Ibidem: *Philippus filius Ricardi tenet duas partes unius Vilaagii.*

¶ **VILLENAGIUM**, Pari intellectu. Charta Petri Meld. Episc. ann. 1239. ex Chartul. Campan. fol. 168. vº. col. 1: *Notum facimus quod magister H. de Lusarchiis Archidiaconus Meld. in nostra presentia constitutus recognovit se tenere in Villenagium, scilicet ad censum, quidquid habet apud Triam Bardoli.*

**VILLENAGIUM** aliud purum, aliud privilegiatum. Villenagium purum est, quod sic tenetur, quod ille, qui tenet in villenagio, sive liber, sive servus, faciet de villenagio, quidquid ei præceptum fuerit, nec scire debeat sero, quid facere debeat in crastino, et semper tenebitur ad incerta. Talliari autem potest ad voluntatem domini ad plus vel minus, etc.

**VILLENAGIUM PRIVILEGIATUM** est illud, quod tenetur a Rege, idque dicitur *socagium villanum*. Eorum autem privilegium est, quod a gleba amoveri non debent, quam-



diu velint, et possint facere servitium debitum, et hujusmodi Sockmanni dicuntur *Glebe adscriptiiti*. Villana autem faciunt servitia, sed determinata. Nec compelli possunt contra voluntatem suam ad tenenda hujusmodi tenementa, et ideo dicuntur Liberi. Dare autem non possunt tenementa sua, nec ex causa donationis ad alios transferre, non magis quam Villani puri, et unde, si transferri debeant, restituant ea domino, vel ballivo, et si ipsi ea tradunt aliis in villenagium tenenda. Ita Bracton lib. 4. tract. 1. cap. 38. § 1. Vide eundem lib. 1. cap. 6. § 1. cap. 8. § 2. lib. 2. cap. 6. § 2. Plura de Villenagiis habentur apud Littletonem sect. 172. et sequentibus, Brittonem cap. 66. et in Consuetudine Marchensi art. 147. et seqq.

*Villenagium* a manu mortua distinguitur in Charta ann. 1219. ex Tabul. Sangerm. : *Recognoscimus quod nos dictam domum et ejus pertinentias ex sufferentia et speciali gratia dicti abbatis non in munu mortua, sed in Villenagium, sicut antecessores, habemus*. Et quidem ea ætate usus invaluit ut viri Ecclesiastici et Nobiles terras ab aliis tenerent in villenagium. Charta ann. 1229. ex Tabul. S. Clodoaldi : *Odo presbyter vicarius S. Victoris in ecclesia S. Clodoaldi recognovit se tenere in Villenagium dimidium arpentum vinee site, ut asserit, in censiva Canonicoꝝ S. Clodoaldi ad septem pictavinis censuales*. Arrestum Magn. Dier. Campaniæ ann. 1286. apud D. Brussel tom. 1. de Usu feud. pag. 155 : *Pronuntiatum fuit, quod si in feudum teneatur, hominem de dicta terra habebit; si autem in Villenagio, tenentem obtinebit*. Sed Villenagium iis aliisque similibus in locis idem sonat quod Feudo-firma. Vide in Feudum, et supra : Villenagium, Tenementum.

Neque aliam ob causam, ut opinor, Villenagium opponitur proprio seu dominio, in Charta ann. 1205. apud Madox in Formul. Anglic. pag. 26 : *Si vero collate fuerint eis post tempus memoratum aliquæ terræ in manerio de Hembria, sive de dominio, sive de Villanagio Episcopi, de omnibus illis terris integre decimas garbarum ecclesiæ de Hembria persolvent*. Et in Charta ann. 1291. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 43. col. 2 : *Absque eo quod dictus dom. Archiepiscopus et capitulum (Viennensis Ecclesiæ) jura sua tam in feudis, jurisdictione quam proprietate et territoriis, seu Villenagio et jure spiritali, etc. Vide mox Villenagium.*

¶ VILNAGIUM, ut Villenagium. Charta ann. 1193. apud Kennett. in Antiquit. Ambrosd. pag. 151 : *Dedimus totam terram nostram de Voteldun et de Westcote cum omnibus pertinentiis suis, scilicet dominium nostrum cum Villnagio.*

VILANIA CI VILLANIA, Idem quod Villenagium. Tabularium S. Amanlii Inculisensis : *Acceptit Guillelmus Gastolinus de Abbate Joscelino Villaniam deu Vilar de la Croz Bochart, cum hominio*. Tabular. Dalonensis Abbatiae fol. 148 : *Damus in perpetuam elemosynam Villaniam supradicti loci*. Observantia Regni Aragon. lib. 6. de Mutationib. : *De consuetudine licet Infantionibus regni sic proprium recipere, et non dare pro aliqua Villania, et per consequens exactionibus regalibus cum pederis non teneantur*

*contribuere, etc.* [Charta ann. 1152. inter. Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 541 : *Militias meas neque Villanias quas castello prenominato habeo vobis non authorizo*. Tabul. Piperac. : *Jordanus de la Rocha dedit G. abbati Villaniam clausam post turrem*. Charta ann. 1290. ex Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 185 : *Je Robert du Tybout... de la volenté Aelis ma mere en tems de sa veuve ai donné... trois acres de terre et une vergine à campart et à Vileine que j'avois.*]

\* VILLENAGIUM, Census ipse, qui nomine villenagii debetur. Lit. remiss. ann. 1383. in Reg. 123. Chartoph. reg. ch. 181 : *Icellui Roussel ot paroles à icellui Domas de achater le Vilenage d'une sienne terre, dont ledit Chaucial fit le marchié.*

¶ VILLANIA, Servitium, maxime cui prædium alioqui liberum, obnoxium est. Charta ann. 1128. ex Tabul. S. Eparchii : *Dedit ipse Hugo Abbas Helicæ Ramnulfus et Gerardo Ramnulfus nepotibus meis ut habeant Villaniam istius allodii ab Abbate S. Eparchii, ita ut reddant omnibus annis in cena Domini ad mandatum pauperum oblias, 11. solidos de terra et de bosce.*

¶ VILLENATIO, Eodem intellectu. Charta apud Madox Formul. Anglic. pag. 419 : *Cum toto claimo servituti et Villenationis quod ego vel hæredes mei in eis habuimus... Ita tamen quod nec ego Anndrina, nec hæredes mei... aliquid clamii servituti vel Villenationis in memoratis Agute et Symone... de cætero vindicare nec exigere poterimus.*

VILANATICUM, Per vilanaticum tenere, in Judicatio Consulum Placentinorum ann. 1153. apud Petrum Mariam Campum in Hist. Eocl. Placentin.

¶ VILLICALIS, VILICANUS, VILICARE, VILICARIA, VILICATIO, VILICATURA, VILICATUS, etc. Vide in Villicus.

VILICUS. Gloss. Lat. MS. Reg. : *Villicus, Actor, Exactor villæ pensionum, Insularius*. Papias ex Isidoro lib. 9. cap. 4 : *Villicus, Dispensator vel Gubernator. Proprie villæ est Gubernator, unde a villa nomen habet.*

[*Villicus, Gouverneur de ville, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.*] Gloss. S. Benedicti cap. de Agric. : *Villicus, οικονόμος*. Gloss. Gr. Lat. : *Οικονόμος ἐπὶ τῆς πόλεως, Villicus*. S. Hieronymus Ep. 151. Quæst. 6 : *Villicus proprie villæ gubernator est, unde et a villa Villicus nomen accepit : οικονόμος autem tam pecuniæ quam frugum et omnium, quæ dominus possidet, dispensator est; unde et οικονόμος, Xenophontis pulcherrimus liber est, qui non gubernationem villæ, sed dispensationem universæ domus, Tullio interprete, significat*. Riculfus Sussionensis Episcopus ann. 889. cap. 15 : *Villicus, id est, provisorus villarum*. [*Villicus Ague Claudie, in vet. Inscript. apud Reines. pag. 565. quem consule.*] Passim Scriptores Latini veteres, et ex recentioribus Rudolphus Presbyter in Vita Rabani Mauri, Wil. Malmesbur. lib. 1. de Gest. Anglor. cap. 2. præterea Lex Wisigothor. lib. 6. tit. 1. § 1. lib. 9. tit. 1. § 8. 9. lib. 11. tit. 1. § 2. Capitula Caroli Magni lib. 6. cap. 120. [\*\* 122.] etc.

Sed posterioribus seculis pro eo accipitur, qui vulgo Major villæ dicitur, seu is sit ad tempus, ut sunt Majores Scabini in civitatibus; sive id muneris habeant in prædiis rusticis ratione feudi. Charta Ab-

batis de Christa in Tabular. Campan. Bibl. Regiæ fol. 365 : *Institutio autem et destitutio Villici, id est, majoris et omnium servitium villæ... erit in dispositione præfati dom. Regis*. Lambertus Ardensis : *Ab antiquo Comitibus Walteri tempore, quemdam Villicum, vel Præpositum, quem antiquiora tempora Vassum suum appellant, in terra Ghisnensi habebant, qui de omnibus decimis et possessiunculis, quas in eadem terra possidebant, eis, ut Villicus, sufficienter respondebat, etc.* Charta Adalbcronis Episcopi Metensis ann. 1065 : *Ceterum testati sunt Abbatis vel Villici mei esse arbitrii, ut legitime et libere quicquid libuerit, sine Advocato possent placitare de terris, de domibus, etc.* Joannes de Beka ann. 1322 : *Ex parte sua Ballivum sive Villicum deputavit*. Idem in Hereberto Episcopo : *Nam antea Pontifices, aut per seipsos, aut per villicos eadem dominia judicaverunt*. Villicus et Scabini Leodienses, apud Joannem Hocsemium cap. 10. Villicus et Scabini de Vilvordia, in Charta ann. 1132. apud Mireum in Donat. Belgic. lib. 1. cap. 99. [Charta ann. 1140. apud eumd. tom. 1. pag. 688. col. 1 : *Nullus Villicus, qui vulgariter Major vocatur etc.* Adde pag. 197. 227. et Litteras ann. 1248. tom. 5. Ordinatio. Reg. Franc. pag. 600. etc.] Atque hac notione passim accipitur, in Orig. Murensis Monasterii cap. 36. in Chronico S. Trudonis lib. 5. pag. 395. apud Ægidium Monach. Aureæ vallis cap. 26. Innocentium III. lib. 33. Epist. 55. et in Chartis variis apud Meurissium in Hist. Episcoporum. Metensium pag. 437. 473. Hieron. Vignerium in Stemmate Alsatico pag. 110. 112. 118. 121. 122. Petrum Chiffletium in Beatrice Cabilon. pag. 134. 156. 159. 171. Chapeavillum in Hist. Leodiensi tom. 2. pag. 54. 305. Miræum in Cod. Donat. piar. cap. 310. Duchesium in Historia Luxemburgensis pagin. 28. etc. [\*\* Vide Haltäus. Glossar. German. voce Schultheiss, col. 1657. et Schultheiss-amt, col. seq.]

*Villici* conditio apud Ecclesiasticos eadem fuisse videtur quæ Præpositi apud Laicos. Charta ann. 1206. apud D. Brussel tom. 1. de Usu feud. pag. 433 : *Licet Præposito justitium exercere in homines Ducis, sine Villico; et Villico similiter in homines Episcopi, sine Præposito.*

¶ VILICANUS, ut Villicus, in Sententia Navarri Episc. Conser. ann. 1208. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 96 : *De terris rusticorum et Villicanorum, quos sine consensu abbatis in pignus accipiunt, vel emunt, decernimus quod de cetero non fiat.*

VILICI MINISTERIALES. Charta Conradi Imp. ann. 1145 : *Villicos ministeriales et Scabinos ponere vel deponere poterit Præpositus Marsensis sine Advocato. De re ditibus S. Remigii per Villicum et Scabinos placita-bit Præposito sine Advocato.*

¶ SUBVILLICUS, Qui sub Majore, seu Villico cæteris villæ incolis præest, apud Stephanot. tom. 5. Fragm. MSS.

¶ VILICA, Uxor villici, vel quæ tal officium exercet. Joh. de Janua.

VILICALES CURTES, quæ subsunt Villicis. Charta Eberhardi Bambergensis Episcopi, in Chronico Reichersperg. ann. 1154 :



*Tres videlicet curtes Villicales cum adjacentibus molendinis, etc.* [et in Metropoli Salisburgensi tom. 1. pag. 373.]

¶ VILlicanæ Curtes, Eadem notione, in eadem Metropoli tom. 3. pag. 494.

VILlicare. Glossæ Lat. MSS. Regiæ: *Villicat, villnum agit, vel colligit.* [Villicare, Gubernare ville, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Villicari, coli*, in Gloss. Gasp. Barthii apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 343. ex Hist. Palæst. Fulcherii Carnot.] Epist. Nicephori Patriarchæ CP. apud Baron. ann. 811. n. 81: *Ego autem non œorum, qui possunt Villicare et regere hæc, sed dispositione et regimine indigentium particeps sum, etc.*

¶ VILlicatus, Districtus *villæ*. Charta Johannis Abbat. Corbeiensis ex Tabul. ejusd. Monast.: *Pro quadam terra... quam ei dederat Comes Flandriæ Philippus in Parrochia et Villicatu Uscœ, quam terram cum nemore dicebamus nostri juris esse.* Vide mox *Villicatio*.

¶ VILlicatura, Munus *Villici*. Lambertus Ardensis *Güisnensis Comes factus Sifridus, Villicaturam sive Præposituram villico et suis reliquit hæredibus, a quibus denuo Ardensibus usque in hodiernum diem Villicatura sive Præpositura successit dominis.* [Diploma Lotharii Imper. ann. 1136. apud Marten. tom. 2. Ampl. Collect. col. 97: *Præsenti privilegio inviolabiliter sancimus, ne jure hereditario villici vel iudices fiant, sed utrumque ministerium, id est, Villicaturæ et juverriæ, in potestate abbatis et gratia consistat.*]

¶ VILlicatus, Eodem significato, officium et munus *Villici*, seu Majoris villæ. Charta Roberti Abbat. Corbeiens. ex Tabul. ejusd. Monast.: *Nosque Villicatum ei in feodum concessimus, apposita determinatione infra scripta. Igitur de Villicatu concessimus ei unam mansuram cum curtullo, et duo rapticia, porro duos sextarios vini de venditionibus, de banis duos sextarios, de mortua mann duos sextarios, duos denarios de donatione terræ, qui dicuntur de wantibus.*

¶ VILlicatio, Eadem notione. Charta ann. 1140. apud Miræum tom. 1. pag. 688: *Quod ministeriales sui curtium suarum ministeria, id est judiciarias potestates et Villicationes per feudum et hereditario jure velent obtinere. Occurrit rursum ibid. pag. 742. col. 1.*

VILlicatio, Prædium rusticum, cujus administratio *Villico* committebatur. Charta Conradi II. Imp. apud Browerum lib. 3. Antiquit. Fuldens. cap. 17: *Cui primum in mandatis dedimus, ut omnes Villicationes a Laicis reciperet, et per Præpositos suos, viros honestos et religiosos officia dispensando disponeret. Alia Marcardi Abbat. Fuld. ibidem cap. 18: *Nec mirum, nam Laici habebant inter se divisas Villicationes, et, quod volebant, retinebant. Hac inquam occasione maxima distractio primum facta est huic Ecclesiæ. Nam quicunque Laicorum aliquando tempore habebat inter manus Villicationem hujus Abbatie, optimos exinde sibi excepit mansos, eosque pro beneficium jure in suos hæreditavit filios, ita ut aliqua Villicatio plures amitteret hubas, quam retineret; et Villicatio, quæ debebat servire in monasterio ad 14. dies, vix 7. ser-**

*viret fratribus, et quæ 7. vix tres dies, vel prorsus nihil serviret fratribus. Infra: Villicationes meas Laicis interdixi, quas statim cum fratribus meis et quibusdam rusticis, sicut mihi ratum et consultum videbatur, disposui. Alia Conradi Imp. ann. 1114. apud Miræum lib. 2. Donat. Belgic. cap. 4: Adjunctis quoque, ut sicut ex sententia Principum coram nobis judicatum est, nullus Villicationem in possessionibus ad eundem locum pertinentibus hereditario jure teneat vel repetat; sed Abbas, qui pro tempore fuerit, idoneum et fidelem Villicum de familia monasterii constituat. Vide Traditiones Fuldenses lib. 3. tradit. 40.*

¶ VILlicatio, ut infra *Villicaria*, idem quod *Viaria* seu *Vicaria*, vulgo *Voirie*. Charta apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 199: *Per omnes enim novem circumjacentes parrochias, hoc est quantumcumque extenditur Lupicini Villicatio, quæ etiam vulgari vocabulo Viatura dicitur.* Tabul. S. Vincentii Cenoman.: *Concessit... terram de Paleis quam dedit Robertus filius Frogerii cum Villicatione et cum decima.*

\* Homag. præstitum Aymcr. vicecom. Narbon. ann. 1273. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 59: *Tu Guillelmus Raymundi de Bargo... a nobis tenes hodie Villicationem sive vicariam dominationis vicecomitalis burgi Narbonæ... Tenetis pro ipsa vicaria usaticum angullarum, etc.* Vide in *Vicaria*.

¶ VILlicatio, Parochiæ districtus. Charta ann. 1203. ex Tabul. Latinac.: *Notum facimus quod cum abbas et monachi S. Petri Latiniacensis habent medietatem in quodam operatorio sito in Villicatione S. Petri et quod adharebat Ecclesiæ S. Furcei, etc.*

VILlicationes, Præstationes, quæ fiunt *Villicis* a Tenentibus. Charta Gaufredi Vicecomitis Bituricensis ann. 1012. pro monasterio S. Ambrosii Bituricensi: *Relinquo quoque omnes consuetudines, videlicet Villicationem, stabulationem, et ita liberum reddo eundem burgum, etc.* Notitia ann. 1190. ex Tabulario Ecel. S. Laudi Andegav. fol. 79: *Cum... molendinis, piscationibus, sanguine, Villicatione, etc.* Tabularium S. Martini de Campis: *Dedit S. Martino de Campis... Villicationem et capturan, et omnem consuetudinem justam et injustam, quam habebat in terra de Tullo, etc.* [Tabul. S. Vincentii Cenoman. fol. 103: *Tenetur idem Hugo et ejus hæres successive omnes tallias predicti arpenii dominis feodi omnino reddere, et monachi debent de cetero unum denarium de Villicatione tantummodo reddere annuatim.*]

¶ VILlicatus, Pari intellectu. Testam. Roberti Vicedom. Carnot. ex Tabul. B. M. de Josophat: *Leprosus de Bello loco in meis Villicatibus Carnoti xx. sol. annuatim constitutos ad faciendam eis pntanciam.*

VILlicaria, Idem quod *Viaria*, seu *Vicaria*, vulgo *Voirie*. Regestum Castri Lidi: *Ad Texuam habet Cowes Villicariam, sanguinea, raptum, furtum, incendium.* Occurrit ibi non semel. Charta ann. 1227. in eodem Regesto fol. 13: *Et hæc teneat de me cum omni Villicaria et cum justitia ad servitium equorum et armorum ad meas expensas, nec pro rebus prædictis aliud mihi*

*teneatur impendere. Ego autem ipsius augmentum facere cupiens, ipsi pro servitio suo honore scilicet et amore, augmentavi et concessi eidem Fulquero et suis hæredibus in homagiura predictam totam Senescaliam et Villicariani de Mota Achart, etc.* Charta Fulconis Regis Hierosol. et Comitibus Andegav. pro Canonici S. Laudi: *Quia... Gaufridus Comes pater meus eisdem Canonici dederat terram de Butta Meduanæ, cum aquis et Villicaria, et omnibus consuetudinibus terræ, etc.* [Charta ann. 1265. ex Tabul. S. Albini Andegav.: *Concedimus monachis S. Albini... omnem Villicariam et omnem jurisdictionem et districtum quos habebamus in parrochia de cella Guirchiensi.*] Vide Major, *Viarius, Vicarius*.

¶ VILlicaria, Exactio quam *Villicus* faciebat intra limites *Villicariæ* suæ. Chartul. Vincentii Cenoman. fol. 51: *Itaque villa de Soudai remansit monachis cum præfatis duobus mnsionariis quita et libera... ab omni exactione, scilicet fenatoribus, Villicaria et omni gravantia, in perpetuum possidenda. Ibidem: Ipse autem Galterus Villicariam habet in mansionariis extra civitatem.* Charta ann. 1269. ex Tabul. S. Albini Andegav.: *Vendidit et concessit... omnes fructus quos habere poterat... in presoragiis, meseria... vaeria sive vaerii, dominiis, et Villicariis universis.*

¶ VILlicolæ, Habitatores *villarum*, rustici. Hist. Episc. Rom. MS. apud Stephanot. tom. 7. Fragm. pag. 204: *Per urbes, vicos et villas Villicolæ incedebant se flagellis et loris cædentes, etc.*

\* VILlonia, Probrum, convicium contumelia, nostris alias *Vilonie*. Vide in *Villania*. Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 36: *Dictus Johannes... tot injurias, diffamationes et Villonias verbis et aliter dicto commissario fecit et intulit, etc.* Hinc *Envillener* pro *Deshonorer*, Probo afficere, in aliis Lit. ann. 1391. ex Reg. 141. ch. 145: *Icellu Perceval s'estoit ois en peine de Envillener la femme dudit Bouher.*

VILlosa, VILlosus, VILLUSus, Pannus  $\tau\epsilon\lambda\upsilon\sigma\acute{o}\varsigma$ , Gallis *Felu*, vox Latini nota. Glossæ Lat. Gr.: *Villosum,  $\mu\alpha\lambda\lambda\omicron\tau\omicron\upsilon$ .* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Villosus, plain de floches ou de peaulz.*]

Hinc nostri *Velous* appellarunt pannos laneos, vel potius sericos villosos, licet alii, ut Goldastus ad S. Valerianum Cimeleensem pag. 105. a *Fellus* deducat. Matth. Paris in Vitis Abbatum S. Albani: *Quendam pannum villosum, qui Gallis Villuse dicitur, ipsum asserens esse S. Amphibali Caracallam. Regula Templariorum cap. 70: In omni tempore tegmine lineo, id est, Veluso, frui bene licebit.* Necrologium Ecclesiæ Parisiensis 17. Kl. Julii: *Dedit... duas cappas de caugio viridi, unum pannum sericum, qui vocatur Feluel, et unum mantergium sericum.* Concilium Senonense ann. 1320. can. 4. et ann. 1346. can. 2: *A parte exteriori almutias de cendeto seu de Felveto deferre.* [Vestimentum rubeum de *Felvet*, in Testam. Joh. de Nevill ann. 1386. apud Madox Formul. Anglie. pag. 428. Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1363. ex Bibl. Reg.: *Item una toaillia parata de Felveto yndo ad flores lilii aureos.* Inventar. Gallicum: *Item*



uae touaille parée de Velluyau ynde à fleurs de lis d'or. Aliud ann. 1376 : *Tunica de Felvello ad aves auri* ] Vide Monasticum Anglic. tom. 3. pag. 176. Vulgo *Veloux* appellamus, quam vocem a Græco βήρυξ deducit Cujacius ad leg. 4. de Vestib. holo-veris tit. 9. lib. 11. *Serica enim*, inquit, *dixerit βήρυξ*, ut nunc *Galli Verours*. Sed aliud est vocis etymon.

¶ VELLUETUM, Eadem notione, in Computo Grasivod. ann. 1332 : *Item pro expensis duarum peciarum de Vellueto tractarum dom. Dalphinæ apud Avenionem*, 39. sol. 7. den.

¶ VELLUTUM, in Actis S. Antonini tom. 7. Mail pag. 682 : *Operimento coloris rubei, vulgo dicto Velluto rosso. Quoddam brævium Velluti rubei*, in Chron. Estensi apud Murator. tom. 15. col. 512.

¶ VELUTUM. Testam. ann. 1433. ex Tabul. Eccl. Massil. : *Paramenta altaris de panno auri et de Veluto rubeo circumcirca cum armis nostris*. Inventar. Eccl. Anciens. ann. 1444 : *Item quoddam repositorium corporalem de Veluto nigro*. Occurrit præterea in Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 276. et apud Acher. tom. 5. Spicil. pag. 626.

¶ VELUTUS, in Serm. de Vita et obitu Fregosii Abbatis S. Benigni Divion. ann. 1540. ex Tabul. ejusd. Monast. : *Ad nos misit munus egregium trium pannorum sericeorum quos Velutos vocamus, triplicis coloris*.

¶ VELLUVIUM, in Charta ann. 1308. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 25 : *Pro capitalibus sericis aut byssynis Velluivo intextis*.

¶ VELOTUM. *Abstineant a... caligis Veloto ubicumque circumdatis*, in Conc. Lugdun. ann. 1449. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 380. *Unam casulam de Veloto*, in Necrolog. Eccl. Paris. MS.

¶ VELLONUS, ut *Fillosus*, apud Mabill. sæc. 3. Bened. part. 1. pag. 102.

Sic porro vocabant tersoria, sive lintea villosa ad tergendos pedes vel manus. Bonifacius Moguntin. Episcop. Ep. 3 : *Transmitto... Villosam ad tergendos pedes Dilectionis vestræ*. Zacharias PP. Epist. 1. ad eundem Bonifac. Episc. : *Interea munuscula parva vobis direximus... id est, Villosam unam, et argenti et auri tantillum*. Alia ejusdem Bonifacii, quæ est 8 : *Villosam ad tergendos pedes... servorum Dei*. Occurrit præterea Epist. 74. et 95. Chronicon Fontanellense : *Lintea ad manus tergendas villosa*. Traditiones Fuldenses lib. 2. trad. 38 : *Lectaria, sive Villosi, sive manutergia, sive camelli, sive cujuscunque sint vestimenta linea vel lanæ*.

¶ VILLULA, ἐνώπιον, in Gloss. Lat. Gr. *Villula, petite ville, villette*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. Charta ann. 1180. apud Baluz. tom. 7. Miscell. pag. 293 : *Quicumque sunt Aurelianus et in suburbii pici et Villulis ejus infra quintam leugam existentibus, etc.*

\* VILLULA PRÆDIOSA, Prædium rusticum. Bulla Eugen. PP. III. ann. 1152. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 446 : *Alia quæcumque bona, sive concambii, sive quælibet alio pretio concquisita in Villulis prædiotis*. Vide *Villula*.

VILLUM, τὸ ἐνώπιον, *Petit vin, vox a Terentio usurpata*. Petrus Cluniacens. lib. 2. de Miracul. cap. 28. de Cartusiansibus : *Inde est, quod pane furfureo semper utuntur, vino adeo adaptato, ut merito magis Villum, quam vinum dicatur*. Utitur semel alibi.

\* VILLUS, *Qui dependet et longus est*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

¶ VILMIUS, pro Ulmeus, apud Bern. Pezium in Præfat. ad tom. 1. Anecd. pag. xviii : *Exemplar fuit scriptum Campidone pro liberaria super cortice Vilmio caduco in multis passibus vetustate prænimia*.

¶ VILNAGIUM, ut *Villenagium*. Vide ibi.

\* VILTBAN, Jus foresti, interpretæ Joan. Nic. ab *Honthelm* tom. 1. Hist. Trevir. pag. 670. col. 2. Vide *Willdbann*.

¶ VILTRATUS, pro *Filtratus*, ex filtro seu grossiori et villosa panno. Chron. Mellicense pag. 360 : *Qui voluerit acumi cum filo, duas caligas, duos calceos parvos in æstate, duos etiam magnos Viltratos in hyeme saccos, etc. Viltrum enim pro Filtrum aliquot Scriptores usurpasse supra monuimus in v. Feltrum*.

VIMARIUM, [Procella, tempestas.] Regestum Castri Lidi in Andibus f. 52. v. : *Et poeut prendre la bruere sans fauchier en lou où il a bois. Et poeut prendre les arbres arrachiez et bristez sans Vimaire; et se Vimaire i avient, il n'i ont riens. Vimaire est quant l'en puet voir cinq arbres chateiz tout d'une veuë*.

\* Calamitas, casus quivis adversus. *Vimarium glaci*, in Transact. inter abb. S. Albini et abbatis. Fontis-Ebr. ann. 1229. ubi et *Vimarium guerreæ*.

\* VIMBRERIA, si bene scriptum aut lectum, Jurisdictio quædam videtur; forte etiam pro *Vinagiarum*, jus *vinagium* seu *pedagi*um percipiendi. Vide mox *Vinagiarum*. Arest. parlam. Paris. ann. 1323. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 305 : *Ejusdem præpositus Vimbreriæ Burdegalensis pro dicto duce (Aquitaniæ) uxorem et familiam dicti Gombaudi a possessione prædictorum ejecit*.

¶ VIMENA, Vimen, ut videtur, *Vimine*, Italis. Statuta Vercell. lib. 5. fol. 127 : *Item quod quilibet portonarius vel custos portarum civitatis et locorum teneatur jurare et bonam securitatem prestare communi quod non permetteret portari in civitate, vel loco, vel etiam alio, quod sciat, carracias, rebias, Vimenas, plantas, etc.* Vide *Vimus*.

¶ VIMICILLUM, Crates, Gall. *Claye*, quia ex viminibus confecta. Mauritius Chennay Cartusianus in Hist. Mart. sub Henrico VIII. Reg. Angl. cap. 10 : *Educti de carcere, statim dejecti erant super Vimicillum, vulgariter a Hurdle dictum, et resupini huic alligati fuerunt toto corpore extenso in longum*.

¶ VIMPLA, Velum muliebre. Vide *Guimpa*.

VIMPUM. Charta Philippi Regis Franc. ann. 1304. ex 12. Regesto Chartophylacii Regii n. 195 : *Plumbum, stamen, seu quodcumque metallum, cineres, Vimpum, seu gravellam vinorum, et quascunque merces seu mercaturas alias, etc.* Videtur esse *vappa* Latinorum.

☞ Vox est contracte scripta pro *Vi-*

*niperum*, ut legitur in eadem Charta edita tom. 1. Ordinat. Reg. Franc. pag. 423. ubi habetur : *Quodcumque metallum, cineres, viniperum, seu gravellam vinorum, etc.* Haud dubie pro *Juniperus*, Gall. *Genévrier*, cujus usus frequens apud Medicos.

\* Lectoris vitium fuit, non scriptoris : *Viniperum* quippe exhibet Registrum 12. in Charta laudata.

¶ VIMUS, Vimen, Italis *Vime*, Occitanis *Vims* vel *Bims*. Consuet. Brager. art. 76 : *Item nullus sit ausus extra villum dicti loci et districtus ejusdem doli tonellorum vacuorum transferre, neque mayramen, neque Vimos, neque codram*. Ceremoniale vetus B. M. Deauratæ Tolos. : *Monachi surgent ad mandatum prioris et recipient scobas sive Vines, et ferient super excommunicatum nudum. Vimois nostri eadem notione dixerunt*. Vide *Vismeria*.

¶ VINABLIUM. Vide infra *Vinoblium*.

¶ VINACEA, VINACENUM. Vide mox *Vinacia*.

¶ VINACHERIÆ, ut *Vinageriæ* infra. Testam. Johannis Gaskui Episc. Massil. ann. 1344. ex Tabul. Eccl. Massil. : *Item lego... duas Vinacherias meas argenteas*. Vide *Vinagium* 1.

¶ VINACIA, ἐμφολεα, in Gloss. Lat. Gr. Papias : *Vinacea, quæ remanent in uvis, quando premuntur a vino*. Statuta Vercell. lib. 7. fol. 150. v° : *Item statutum est quod si quis homo, vel aliquis de familia sua aliquas scopaturas vel letamen, Vinacias... in viis projecerit, etc.* Statuta Montis Regal. fol. 208 : *Et si aliquis projecerit, vel projici faceret, terram, finem seu Vinaciam in aliquam viam, etc.* Statuta Astens. cap. 79. fol. 33 : *Statutum est et ordinatum quod ille qui intus civitate Ast. projecerit Vinaciam in via publica, etc.* Vide *Vinatium*.

¶ VINACIUM, Eadem notione. Gloss. Lat. Gr. : *Vinacium, ἐμφολεα*. Glossæ Biblicæ MSS. Anonymi ex Uguitione : *Vinacium et Vinarium idem significant : sed posterius vinum quod et Vinacenum dicitur et est quasi fex totius vini et projicitur extra*. Statuta Eccl. Meld. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 901 : *Prohibeant sacerdotes... maxime tempore vindemiarum, ... ne aliquis Christianus Vinacium vindemiarum quas Judæi calcant, retineant in aliquo modo*.

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Vinacium, marc que l'en gette quant le vin est fait*. Vide infra *Vinatium*.

¶ VINACULUM, Agellus vineis consitus. Chartul. S. Vincentii Cenoman. fol. 68 : *Abbas et monachi S. Vincentii Cenomanensis fecerunt quoddam escambium cum Vitati Estallart de quodam Vinaculo sito apud Noenz... et pro eodem Vinaculo quod Galterus presbyter de S. Audoeno eisdem monachis in elemosinam assignavit, habuerunt quoddam jornale terræ*. Vide *Vineatica*.

1. VINADA, Gall. *Vinade*, in Consuetudine Marchensi, dicitur obligatio, qua qui possidet prædium villanum, seu servile, tenetur semel in anno, vinum domini cum duobus boum jugis et carro in ejus domum deducere, nisi malit dominus quindecim solidos sibi pro hisce operis præstari, art. 138. 139. 140. etc. 192. 430. et in



Arvernensi cap. 25. art. 21. [Vide *Vinagium* 3. et *Vinata* 2.]

¶ 2. **VINADA**, ut *Vinagium* 2. Vide in hac voce. Charta ann. 1201. inter Instr. tom. 2. Gall. Christ. novæ edit. col. 323.: *Unum sextarium frumenti, et unam saumam vini ad Missas cantandas in Faesia pro redemptione animæ mee totiusque generis mei, de frumentata et de Vinada, quæ censualiter in terra et podio Johannis sine contradictione nuncio domus de Faesia omnibus annis præcipio reddendam.* Tabul. S. Petri de Cella-froimi in pago Engolism. 12. circ. sæc. : *Dedit Deo et S. Petro et servitoribus ejus quosdam redditus qui dicuntur Vinade, quos famuli ejus accipiebant de terra S. Petri.* Vide *Vinata* 1.

¶ 3. **VINADA**. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. : *Item plus unan barrigam poculo sive Vinada plenam.* Vinum acidum aquæ mixtum pro vili plebecula, Gall. *Piquette*.

**VINAGERIÆ**, Ampullæ vinarîæ, in quibus vinum reponitur ad sacrificium, *Barettes*, Hispanis *Vinagera*, unde nostris *vinaigris*, ampulla aceto reponendo idonea. Kalendarium Ecclesiæ Lemovicensis 9. Kl. April. apud Labbeum tom. 2. Biblioth. pag. 760 : *Qui decoravit sanctam Lemovicensem Ecclesiam de 4. capellis munitis (f. minutis) novis, cum paramentis altaris, duobus calicibus, uno argenteo aurato cum armis suis, et alio ex auro, cum duabus Vinageriis, etc.* [Vide *Vinacheriæ* et *Vinateriæ*.]

¶ **VINAGIALIS**, *Vinagio* obnoxius, in Charta Suession. ann. 1267 : *Ex altera (parte) Vinagialis eidem ecclesiæ, vel totum vinagium, etc.*

¶ **VINAGIALIS CULTURA**, Ager vineis consitus. Chartul. S. Joh. Laudun. ann. 1217 : *Pronuntiaverunt quod tota decima de culturis censualibus est ecclesiæ nostræ, tota decima de culturis Vinagialibus est ecclesiæ S. Johannis.*

\* **VINAGIARIUS**, Qui *vinagium* seu *pedagium* exigit. Arest. ann. 1348. 10. Jul. in vol. 2. arestor. parlam. Paris. : *Robertus, dictus le Grand, pedagogarius seu Vinagarius de Maisiaco super Auxonam, ... ratione pedagogii seu vinagii non soluti, etc.* Vide mox *Vinagium* 5.

1. **VINAGIUM**, Idem quod *Vinageriæ*. Acta Episcoporum. Genoman. tom. 3. Analect. Mabill. pag. 310 : *Et per ipsum S. Julianum cum maxima balsami quantitate, et cum quinque pallis pretiosis, et Vinagiis argenteis et deauratis, et æcra argentea, cujus materia artificium superabat, destinavit.* [Vide *Vinarium* 1.]

2. **VINAGIUM**, Præstatio certæ vini mensuræ pro vineis, quæ vulgo domino feudi exsolvitur vice census, ut est in Consuetudine Claromontensi art. 121 : *Les droits de vinages deuz pour et au lieu de censives sur vignes, se doivent paier à bord de caves, et ne peut tirer le detenteur son vin, sans avoir premierement païé ledit Vinage, etc.* Ejusdem *Vinagii* meminit præterea Consuetudo Remensis art. 161. et Silvanectensis art. 263. Charta Gaufridi Comitis Andegavor. pro Abbata S. Sergii : *Dono ergo... Vinagium ex quatuor arpennis vinearum dominicarum.* Alia ejusdem Comi-

tis in Hist. monasterii S. Nicolai Andegav. pag. 10 : *Perdonavi quoque Vinagium omnium vinearum suarum, quamdiu ipsi vel Condonati eorum ipsas coluerint, etc.* Charta Gaufridi Andegavorum Comitis ann. 1135. ex Archivo Regio : *Notum sit omnibus, ... quod Gaufridus Andegaviæ Comes, Fulconis venerabilis Hierosolymitanorum Regis filius, concessit omnibus hominibus Andegaviæ, quod debitores Vinagii sui, unoquoque arpento suæ terræ, unde ipse Vinagium habere debebat et solebat, per singulos annos proxima die post festum S. Michaelis pro Vinagiis suis census ei reddant. Quod si illa die non reddiderint, proxima die sequenti et censum, et consuetam Vinagii legem persolvent. Ac si nec censum nec legem reddere voluerint, Comes de vinea sive de terra suam velle faciet. Alia ejusdem Gaufridi Comitis Andegav. ann. 1136. pag. 71 : *Vinagium omnium vinearum suarum, et foragium omnium terrarum suarum eidem Ecclesiæ concedo.* Alia ann. 1162. in Hist. Castilonea pag. 26 : *Septem modios vini de Vinagio meo de Motana ad mensuram Castellionis, et illud vinum jure perpetuo possidendum concedo.* Alia anno 1209. ibid. pag. 36 : *Et sex modios vini in Vinagiis ejusdem villæ.* Charta Guillelmi Episcopi Laudunensis in 31. Regesto Tabularii Regii : *Vinagia villarum Lavalli et Novienti, videlicet 80. modios, et 4. sextaria, et dimidium vini annui reditus.* [Charta ann. 1216. ex Tabul. S. Medardi Suession. : *Recognoverunt se vendidisse ecclesiæ B. Medardi Suessionensis decem et septem sextarios Vinagii, scilicet undecim ollas et dimidium vini super vineam, etc.*] Charta Beatricis Abbatissæ B. Mariæ Suession. ann. 1232. pro Communia Aisiaci : *Sciendum est etiam, quod si forte contingat, quod homines prædicti velint solvere Vinagium suum in vindemiis, et nos ea capere voluerimus, ipsi debent ea asferre in curiam nostram apud Aisiacum, nec tenemur ea recipere ante medium Martium, nisi voluerimus. Neque possumus homines compellere ad ea solventia ante medium Martium. Et qui die medii Martii in solutione Vinagii defecerit, emendaret nobis per 7. sol. et dimid. monete patriæ, et nihilominus reddere teneretur Vinagium, et nos vinagii forum apponemus, secundum quod consuevimus. Et sciendum, quod omnia Vinagia debent esse ab albo vino, sano, legali, et pagabili. Libertates concessæ a Galchero Comite Regitensi ann. 1255. villis de Raucourt et Heraucourt : *Contuli adhuc eisdem et concessi, quod quicumque in dictis villis sub ista libertate et assista manserit, vel venerit, quod ibi remaneat, et qui voluerit, libere recedat, et de omnibus, quæ reliquerit, ubicunque gaudeat absolute, ita tamen, quod duos solidos dictos assistie solvet, et adhuc solvet Vinagium, sicut aliquis extraneus, salvo intercurso, si aliquis sit, etc.* Eadem habentur in Charta Libertatum Maceriarum concess. ab Hugone Comite Regitensi ann. 1233. Vide Alexandrum III. Epist. 32. apud Sirmondum, Sammarthanos in Archiep. Turo-nensib. pag. 771. 772. in Episc. Andegav. pag. 125. Monast. Anglic. tom. 2. pag. 980. etc.**

\* *Vinagia seu census vinearum*, in Charta

Phil. Pulcr. ann. 1306. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 285. rº. col. 1. et in Chartul. Regalis loci ch. 12.

\* **VINAIGIUM**, Eadem notione, in Charta ann. 1281. ex Chartul. S. Vincent. Laudun.

**VINAGINES**. Charta Berlaii de Monstello ex Tabulario Monast. Fontis Evraldi fol. 189 : *Scilicet vineas, prata, nemus, census, Vinagines, vel quasdam alias res, etc.* Ita edidit Michael Cosnierus ad Vitam B. Roberti de Arbresello pag. 178. sed vereor, ne legendum sit *vinagia*. Regestum Ludovici Regis Siciliae et Ducis Andegav. fol. 55 : *Les Vinaiges desdits lieux, qui se paient en moustoisons.* Tabularium magnum Corbeiensis monasterii : *Tout li roage et li forage de ledite ville sont sien (à l'Abbé) et li Vinaiges, chest à savoir de tous les vins, qui sont amené en ledite ville et vendu.* [Charta ann. 1383. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. 758 : *Item les cens et Vinaiges de Chaudefossé, etc.* Terrarium Insulæ Adami : *Au lieu de Parmain il y a deux grands pressoirs à vin, banniers, dont a le droit de Vinaige à raison de quatre seaux du vin y pressuré.]*

¶ 3. **VINAGIUM**, Idem quod supra *Vinata* 1. Charta Ansoldi Abbat. Comp. ex Tabul. ejusd. loci : *Quisque equus harum trium villarum ad submonitionem advocati debet Vinagium; et debent ire in Belvacensi territorio citra Isaram, ita quod illi qui duxerint carrum vocui redibunt, et alii vinum adducent.*

¶ 4. **VINAGIUM**, Vox ibrida, ni fallor, ex vinum et ζῆλον, Vinum benedictum, sacrum orationibus et Reliquiarum alicujus Sancti tactu, apud Tortarium in Mirac. S. Benedicti cap. 21. et 43. Mirac. S. Petri Mart. tom. 3. April. pag. 719 : *Petebant ut ampulla crystallina, in qua dictæ erant Reliquiæ, perfunderetur vino; et bibentes multi ab infirmitatibus suis curati sunt... Fecit quaedam mulier petens sibi dictum Vinagium fieri.* Mirac. B. Edmundi Cantuar. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1893 : *Mulier ab inflammatione nimia sanatur sumto Vinagio... Lijart de Castellione super Sequanam cæca illuminatur, oculis ad portam monasterii Vinagio lotis.* Exstat in Ritualibus antiquis *Benedictio vinagii*. Vide *Vinatium* 3.

\* Consuet. MSS. S. Crucis Burdeg. ante ann. 1305 : *Item debet (sacrista) semper esse paratus ad faciendum sanctum Vinagium cum Reliquiis S. Mummoli.* Infra : *Quando sacrista vel ejus vicarius benedicit vinum vel aquam cum reliquiis, etc.*

\* 5. **VINAGIUM**, Pro qualibet præstatione. Assignatio dotalium Joan. Regin. Franc. ann. 1319. in Reg. 60. Chartoph. reg. ch. 69 : *Item pro Vinagio forestæ de Fervone, quinquaginta solidos.* Charta ann. 1310. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 324. vº. col. 2 : *Pour les Vinaiges des chevaux d'ileques, dont chacun resseanz qui a cheval, doit à la S. Martin d'iver quinze deniers.* Charta ann. 1343. ex Chartul. S. Vinc. Laudun. : *Seront tenu de envoir un vallet au lieu dou droit Vinage, pour dire à nos Winigeurs qu'il passent ou rapassent par lesdiz faux travers ou passages.* Vide *Vinagium* in Guida.



\* 6. **VINAGIUM**, Pro eo quod præter pretium corollarii vice in emptionibus conceditur, aut in domanii locationibus a ministris regis exigitur, mercedis loco. Lit. ann. 1388. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 766. art. 10: *Qu'aucuns esteus et comitis ne pourront avoir ne prendre sur fermier quelconque, ne autres, douze deniers pour livre pour Vinage*. Lit. remiss. ann. 1383. in Reg. 123. Chartoph. reg. ch. 181: *Jcellui Chauccial fit le murchié;... et ce fait ledit Roussel envoia querir un pichier de vin pour le Vinage; lequel ilz beurent tous ensemble*. Alie ann. 1479. in Reg. 205. ch. 235: *Le suppliant dist à icellui Glaude qu'il estoit content lui laisser lessdis pourcaulx pour quarente solz, parmi ce qu'il paieroit pinte de vin pour le Vinaige*. Vide supra *Stilus 2.*

† **VINAGO**, Avis species. Gloss. Lat. Gr. *Vinago*, ἡ οὐράς. Vide alia notione in *Vinagium 2.*

\* **VINAGRERIUM**, a Gallico *Vinuigrier*, Acetabulum. Invent. ann. 1218. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 67. col. 2: *Inveni etium in solario primo..... cantstrum et Vinugrierum, novem scutellas, etc.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Vinagriaria Prov. acetabulum*.

\* **VINAGURIUS**, Vinarius. Invent. ann. 1320. ex Tabul. S. Vict. Massil.: *Item duosrdollaires, quorum unus est asaquerius, alter Vinagerius*.

† **VINAJERIE**, ut *Vinagerie*, in Inventar. ann. 1329. ex Tabul. S. Victoris Massil. nisi legendum sit *Vinaterie*. Vide in hac voce.

1. **VINALE**. Tabular. Dalonensis Abbat. fol. 104: *Concedimus in perpetuum elemosynam Finalia mansi Pollenc. Infra: Et quod requirere poteramus in predictis Finalibus. Idem videtur Vinale, quod Vinagium 2.*

\* 2. **VINALE**, VINHALE, Vineaticum scmen, Columellæ, Gall. *Jeune vigne*. Charta ann. 1308. in Reg. 42. Chartoph. reg. ch. 6: *Item emit ub Hugone Bec nobili xij. denarius Ruth. censualibus, quos sibi debebat pro quodam Finali seu ortis de Rienvielli*. Alia ann. 1311. in Reg. 48. ch. 39: *Sub hac venditione comprehendi specialiter volumus..... vineam cum Vinhali et campo contiguus*.

† **VINALIA**, πινωρία, in Gloss. Lat. Gr.

**VINARIA**, in Gloss. Gr.: Lat. Οἰνών, ὁ τόπος. Οἰνοφόρος γῆ, *vinifera terra*. [Ἰπάρπελος γῆ, in jure Græco-Rom. pag. 152. *Cella ubi vinum reponitur*, in Gloss. Biblicis MSS. Anonymi.]

**VINARIUM**, Eadem notione, in Charta Balduini Comitis Gisenensis, quæ habetur in Chron. Andrensi pag. 459: *Præter terram, quæ contigua est Vinario Monachorum*. [\*\* Fragment. Polypt. S. Remigii post Irminon. pag. 294: *In Tasiaco habet mansum dominicatum cum cæteris ædificiis, hortum cum arboretis, Vinario etc.* Charta Emmerici Ep. Wormat. ann. 1315. apud Guden. Cod. Diplom. tom. 1. pag. 132: *Tradimus ortum et Vinarium nostrum cum pomario, etc.*][Charta ann. 1252. ex Chartul. Campan. fol. 295. vº. col. 1: *Tenet in feodo ab illustri domino Theobuldo Dei gratia Rege Navarra, ... calcetiam et patellam Vinarii sui de*

*Lecheris et quod dictæ culceia et patella dicti Vinarii sunt de justitia dom. Regis supra dicti*. Charta Caroli Regentis ann. 1358. ex Bibl. Reg.: *Item sexdecim libras redditus quas quolibet anno percipit dominus Rex super Vinuriis de Rogny. Cum.... aquis, stugnis, Vinariis, viis, etc.* in Litteris Henrici IV. Reg. Angl. apud Rymer. tom. 18. pag. 95. ubi legendum videtur *Vivuriis*.]

\* Charta Hugon. dom. Breacarum ann. 1168. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 272: *Quantum sedes abbatie et Vinurii continet in eleemosynam concessi et donavi.... Qui (rivulus) juxta pratrum Rainaldi situs est subtus Vinarium*. Charta Theob. reg. Navar. ann. 1269. ex Bibl. reg.: *Adjunxit cuidam Vinario, quod habet apud Ulcheium duos septuarius bladi hyemalis.... Vendiderunt priori dicti loci quoddam Vinarium, situm versus grungium*.

† **VINARIENSES NUMMI**, Moneta urbis Vinariæ, vulgo *Weimar*, cujus mentio occurrit in Charta ann. 1293. apud Schlegelium in Dissertat. de Nummis antiquis etc. pag. 196. ubi varios ejusdem monetæ typos exhibet. Hunc consule.

† 1. **VINARIUM**, Idem quod *Vinagium*, 2. Charta ann. 1219. ex Chartul. Prioratus Lehunii: *Cum Vinarium quod prior et conventus Lehuni habebant inter Curchy et Foucheles omnino desicatum fuisset,.... Concesserunt mihi tertiam partem terræ in qua erat Vinarium, et ipsi duas alias partes de me tenebunt per censum XII. den. singulis annis*. Occurrit etiam in Necrolog. Abb. Heder. Vide alia notione in *Vinaria*. [\*\* Hic ut eo loco legendum videtur *Vivarium*.]

† 2. **VINARIUM**, Vas vinarium, poculum. Necrolog. Eccl. Paris. MS. ad calcem: *Servienti de vino dantur due candelæ ad servandum et trahendum Vinariu*.

**VINARIUS**, Vinosus, qui multum vini bibit, οἰνοπότης, ὁ πολὺ πίνων, in Gloss. Gr. Lat. Usurpat Lex 4. § 1. et lex 25. § 6. D. de Ædilit. Edict. (21, 1.)

† **VINARIUS**, Torcular. Gloss. Lat. Gr. *Vinarius*, ὑπολήσιον. In MSS. Sangerm. Lacus *vinarius*.

**VINARIUS**, Qui vina vendit, institor vinarius: οἰνοπώλης, in iisdem Glossis Gr. Lat. Victor Schotti in Galieno: *Inter hæc ipse popinas gæncasque obiens, lenonum ac Vinariorum amicitii hærebat, etc.* Senator lib. 10. Epist. 28: *Et ideo urcarios, prorogatores tritici, vini et casei, macellarior, Vinarios, Capitularios horreuriariorum et tabernariorum, etc.* Mentio est apud Lampriidum, ut *Corporis vinariorum Lugdunensium*, in vet. Inscript. 466. 7. [Princeps *Viniens*, qui institoribus vinariis præest, in Statuto pro iisdem ann. 1373. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 614: *Aiant lesdis seignifiens ordonné, et accoustumé de tres lonc et ancien temps, à faire eslire et renouveler de commun assentement et par l'accord de chascun d'eulx, chascun an, un chief auquel il ont recours, conseil et avis sur les suis dessus diz, lequel ont dist et appellé le Prince des Viniens*.]

**VINARIUS**, Officium Monasticum, cui vini cura incumbit. Tabularium Cisoniense ann. 1266: *Conventus quoque Vinarium sibi eligit, et vinis præponat, ut fieri solet, per diversum in officio suo duraturum, etc.*

Historia ejusdem Monasterii pag. 528: *Potest autem dictus Abbas officiales suos et obedientiarios, excepto Vinario Conventus, instituire et destituere pro suæ libito voluntatis. Frater Vinarius dicitur apud Joan. Monachum Bertinianum in Vita S. Bernardi Pœnitentis num. 18. Custos vini, apud Bernardum Monach. in Consuetud. Cluniac. MSS. cap. 9. ubi de ejus officio hæc habet: Custos vini est, qui vinum recipit et custodit, vindemia consummata, sicut granatarius de unnona, etc.* Adde Udalicum in iisd. Consuet. lib. 3. cap. 19. [Vide *Vineator* et *Vinitarius*.]

1. **VINATA**, [Idem quod *Vinadu 2.* et *Vinagium 2.* Tabul. Aurel.: *Petrus de Charlut dedit mansum unum de villa que dicitur al Poi Deo et S. Johanni quidquid habebat, scilicet la Vinata, XII. denarios in ortis, etc.* Tabul. Vosiense: *Munsus de la Boaria Vinata vi. den.*] Charta Vulgrini Comitis Engolismensis ann. 1147: *Ego vero habebam in ipsa curte Vinatam, ita quod de singulis domibus, in quibus inveniebatur, singulis unis somnum vini habebam, exceptis domibus cimeterii, de quibus inter me et Canonicos querela habebatur*. Tabular. S. Eparchii fol. 95: *Et in his vineis habebat Comes Willelmus Taglofet Vinatam, quam dedit B. Eparchio, etc.* [Vide *Vinitarium*.]

† 2. **VINATA**, ut *Vinada 1.* Charta Comitatus Marchiæ ann. 1406: *Tenebunt reddere et solvere annuatim et anno quolibet præfutus conjugibus assensatoribus et suis successoribus unam Vinatam sive boatam cum quadam quadriga et cum duobus bobus, et in casu in quo prædicti conjuges non velent dictum Vinatum, etc.*

† 3. **VINATA**, Vineæ, vinetum, Gallice *Vignoble*. Consuet. Brageriac. art. 75: *Item, nullus sit ausus vina sua deferre apud Brageriacum nec in districtu ejusdem, nisi ea duntaxat que crescant in vineis quæ sunt et nominantur de Vinata dicti loci Bruzeriaci*. Vide infra *Vineta*.

† **VINATARIA**, ut *Vinata 1.* Litteræ Humberti Dalph. ann. 1348. inter Ordin. Reg. Fr. tom. 3. pag. 275: *Ecclesia de Romanis sola et in solidum habuit, habere consuevit et habet in singulis cellariis seu penoribus sitis infra villam de Romanis, a tenentibus cellaria, unum quartale vini semel in unuo, quod Vinataria appellatur*.

1. **VINATARIUS**, Institor vinarius, *Marchund de vin, Vinotier*. Charta Hldefonsi Comitis Tolosæ ann. 1141. apud Catellum: *Vinarii ipsius villæ, qui foris ibunt emere vinum, et in hanc villam revendere portabunt, etc.* [Conc. Legion. ann. 1012. can. 39. inter Hisp. tom. 3. pag. 192: *Qui Vinatarius non fuerit per forum, vendat vinum suum in domo sua sicut voluerit, per verum mensuram*.] Vide *Vinator*, et *Vinetarius*.

\* 2. **VINATARIUS**, Qui vinum domini in ejus domum vehere tenetur; quod servitium *Vinadam* appellabant. Charta Guid. vicecom. de Comborno ann. 1284. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 424: *Item volumus et concedimus quod Vinarii de Traynhaco nobis et successoribus nostris non teneantur ad comportum faciendum, nisi pro proprio vino nostro apportando*. Vide *Vinada 1.* et *Vinata 2.*

† **VINATERIE**, Ampullæ vinariæ, in



quibus vinum reponitur ad sacrificium, Gall. *Burettes*. Inventar. ann. 1342. ex Tabular. S. Victoris Massil. : *Item duas Vinaterias de stagno. Duas Vinaterias argenteas, vel duas canetas*, in alio Inventario ex eodem Tabulario. Vide *Vinageria* et *Vinageria*.

† **VINATERIE**, Eadem notione. Inventar. Eccl. S. Martial. Lemovic. : *Item duæ Vinateriæ de argenteo*.

\* **VINATERIUS**, Vineis consitus, in Charta ann. 1460. ex Tabul. S. Vict. Massil. Vide *Vineatus*.

† **VINATICIUM**, ut *Vinagium* 2. Charta ann. 1218. in Chartul. S. Joh. Laudun. Ch. 77 : *Recognovit... se contulisse in elemosinam præfatæ ecclesiæ sex modios Vinaticiorum albi vini*. Occurrit iterum ibidem. Vide *Vinaticum* 2.

† 1. **VINATICUM**, Vini penus, suppeditatio, præbitio, Gall. *Provision, fourniture de vin*. Charta Caroli C. apud Mabill. tom. 3. Annal. Bened. pag. 665 *Quapropter statuimus... ut ad ecclesiæ luminaria concinnandi et Vinaticum ac oblationes, istas res habeant concessas atque indulgas*. Alia ejusd. Imp. ann. 877. apud Miræum tom. 1. pag. 138. col. 2 : *Ad Vinaticum similiter de indominicato, de vino modia XII*.

† 2. **VINATICUM**, Eadem notione qua *Vinagium* 2. Charta ann. 1150. ex Chartul. Charmensi qua Goslenus Episcopus Suesionensis concedit Ecclesiæ de Charmo duos modios *Vinatici* apud *Ciriacum*. Alia Nivelonis itidem Suesion. Episc. ann. 1192. ex Tabul. S. Crispini in Cavea : *Guido de Guni dedit eis... unum modium Vinatici in vinea ecclesiæ S. Crispini apud Baumont*. Rursum alia ejusd. Nivelonis ann. 1183. ibid. : *Unum modium vini et dividium... in Vinaticis... apud Billi annis singulis recipiendum*. Vide *Vinaticium*.

† 3. **VINATICUM**, ut *Vingium* 4. in Mirac. S. Richarii tom. 2. Annal. Bened. pag. 473.

**VINATIO**, Gall. *Vinée*, Certa vini quantitas, quam in torculari suo percipit dominus feudi ex vindemiis tenentium et hominum suorum. Pactum inter Comitissam Campan. et Episc. Meldensem ann. 1218. in Tabul. Campan. Bibl. Thuan. f. 276 : *Comitissa Campaniæ habet justitiam in prædicto clauso salva Vinatioue Episcopi, et eo salvo, quod nullus audeat removere vindemiam, donec Episcopus habuerit Vinationem suam*. [Vide *Vinata* 1.]

† **VINATIUM**, ut supra *Vinacia*. Constitut. Frederici Reg. Sicil. cap. 116 : *Item quod procurrent immunditias terrarum, nargmatum et Vinatum deferri et ejici extra civitatem prædictam*.

\* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Vinatium, la pel du resin*. Vide supra *Vinacium*.

**VINATOR**, Vini venditor. Jacob. I. Rex Aragon. in Foris Oscæ ann. 1247. fol. 30 : *Vinatores, tabernarii, qui emunt vinum per villas et castella, et ducunt eum per civitates, etc.* Vide *Vinatarius*.

\* **VINATUM**, ut supra *Vinagium* 2. Charta Hugon. comit. Trec. ann. 1114. ex Tabul. Dervens. : *Pater meus... Vinatum vinearum, quas tunc ibi habebant vel habituri essent, eidem dono addidit. Vinote*

eodem sensu, in Ch. ann. 1270. ex Tabul. S. Mich. in Eremo : *Octroyons perpétuellement esdis religieuz et à leurs successeurs que de leurs vignes... ne soient tenuz à nous payer recetit ou Vinote*.

**VINCANUALAGIE**, *Labiorum obtorsiones*, in Glossis MSS.

**VINCELUNA**. Indiculus superstitionum et paganiarum, in Concilio Liptin. ann. 743 : *De lunæ defectione, quod dicunt Vinceluna*. Disjungendæ voces videntur, *Vince Luna*, quia forte, dum Luna deficeret, superstitioni clamarent : *Vince Luna*, id est, non patere te a Sole superari : idque ex veterum superstitione, qui Lunæ deficienti ac laboranti tuendæ tinnitum dabant, ut auctor est Plutarchus in Æmilio, et Tacitus lib. 1. Annal. Seneca lib. 7. Natural. quæst. cap. 1. etc. quod pridem docuere Criticorum filii. S. Eligius, apud Audoënum in ejus Vita lib. 2. cap. 15 : *Nullus si quando Luna obscuratur, vociferare præsumat, etc.* S. Maximus Taurin. Homil. de defectu Lunæ : *Nam cum ante dies plerosque de vestre avaritiæ cupiditate pulsaverim, ipsa die circa vesperam, tanta vociferatio populi extitit, ut irreligiositas ejus penetraret ad caelum. Quod cum requirerem, quid sibi clamor hic velit, dixerunt mihi, quod laboranti Lunæ vestra vociferatio subveniret, et defectum ejus suis clamoribus adjuvaret. Huc spectant etiam ista Gregorii III. PP. in Pœnitent. cap. 23. et Bedæ lib. de Remed. peccator. cap. 21 : *Vel quando Luna obscuratur, vel clamoribus suis, vel maleficiis sacrilego usu se defensare posse confidunt*.*

[\*\* Theodor. Pœnitent. ed. Thorpe cap. 27. § 25 : *Qui student exercere quando luna obscuratur, ut clamoribus suis vel sacrificiis sacrilego usu eam defendere confidunt, etc.* Adde Burchard. lib. 19. cap. 5. pag. 269. 10. edit. Paris.] Tunc enim Lunam a Sole impeti credebant. Narrat præterea Delrius in Notis ad Senecæ Hippolytum, Indos etiamnum existimare, tum Lunam usque ad sanguinis effusionem flagellari. Vide Oct. Ferrar. in orig. Ital. v. *Glubiana*. [\*\* Grimm. Mythol. German. pag. 401. An pro *Vinceluna* legendum *Vinstrina*, vel quid simile?]

\* **VINCENARIUS**, Qui curionis vices agit, seu vicarius perpetuus. Charta Albr. archid. Metens. ann. 1300. ex Reg. 3. feud. episc. ejusd. eccl. fol. 153. in Bibl. reg. : *Cum vicarii et Vincenarii, qui ad vitam suam debent in suis ecclesiis deservire, nobis sint præsentandi, etc.* Vide *Viceplebanus*.

\* **VINCENTISSIMUS**, ut supra *Victoriosissimus*. Joan. ab Insula de Gest. memorab. Franc. apud Lam. tom. 3. Delic. erudit. pag. 26 : *Vincetissimus noster comes (Montis-fortis) Angliæ regem... propulit et devicit*. Vide supra *Victoriosus*.

\* **VINCENUM**, **VINCENUS**, pro *Vintenum* et *Vnthenus*. Libert. castri de Cutsiaco ann. 1333. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 54 : *Quod consules et consilarii dicti loci... possint, ... si de dictæ universitatis seu majoris partis ejusdem processerit voluntate, Vincenum seu Vinchenos vel alias quotas... levare facere*. Vide in *Vintenum*.

† **VINCENA**, pro *Vintenum*. Vide in hac voce.

† **VINCERE**, Convincere. Conc. incerti loci apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 156 : *Diffamanti famn publica vel verisimilibus indicis super crimine aliquo, de quo Vinci non possunt, moneantur semel, secundo et tertio, ut confiteantur et satisfaciant*.

† **VINCHATA**, Mensuræ species videtur. Charta Joffredi Comit. Engolism. ex Tabul. S. Eparchii : *Relinquo ad bntlicum S. Eparchii... de tali tributo quod de Ponte Bossellis, quod parentes mei habuerunt, hoc est, de asinarios qui portant saleu de Vinchatas, de homines qui portant ad collum palmatns*.

\* **VINCINA** CASEI, Corbis viminea, ut videtur, in qua caseus ponitur, apud Bern. Rubeum in Monum. eccl. Aquilej. cap. 74. col. 747. Italis, *Vincheto*, ager vimini-bus consitus.

† **VINCIALES**. Excerpta Cæsarii Heisterbach. apud Leibnit. tom. 2. Script. Brunsvic. pag. 523 : *Tempore discordiæ inter Ottonem et Philippum, in oratorio S. Goari confessoris... firmissimum, tum propter situm loci, tum propter Vinciales se, suaque transtulerunt*. Ubi legendum videtur *Provinciales*. Vide *Provincinlis*.

\* **VINCLE**, Vasis genus. Invent. ann. 1419. ex Tabul. monast. Montisol. inter schedas Mabill. : *Unum Vincle cristalis, in quo portatur Corpus Christi*.

\* **VINCONEUS**, Monetæ species. Charta ann. 1481. in Pomer. diplom. pag. 186 : *Quatuor marchis Vinconeum tantum moderni valoris a predicto monasterio... realiter sibi solvendum reservamus*. Vide *Vintenus*.

† **VINCTUM**, f. Idem quod *Proprium*, *alodis*. Vide supra *Subvincta*.

1. **VINCTURA**. Galbertus in Vita Caroli Comitis Fland. n. 177. prælium describens : *Ibique defectus est Comes Fridericus, et contra illum vinctus Riquartus ex Woldmann in priore Vinctura; plures quippe et infinitæ fiebant in invicem Vincturæ; tandem gladiis contendeant*. Sed legendum videtur *junctione*, id est, commissiones in præliis.

† **VINCTURA**. Tabul. Ambian. : *De unoquoque equo quem habet homo in Vinctura persolvit XII. garbas et dividiam : ille vero qui equum non habuerit 10. Forte Vectura*.

\* 2. **VINCTURA**, si tamen non est vox factitia, Vinctorum custodia, nostris alias *Vintrie*; cujus officii, nomine feudi concessi, jura explicantur tom. 1. Hist. Vales. pag. 250. et tom. 2. pag. 365. idem quod *Geolagium* et *Turrarium*. Vide in his vocibus.

**VINCULARE**, *Ligare*, Joanni de Janua; in vincula conjicere. *Vinculatus, ligatus*, apud Papiam, carceri mancipatus; occurrit apud Martianum Capellam lib. 1. Gregorium M. lib. 3. Epist. 31. Thuribium Episcopum Asturicensem de Libris apocryphis, Venericum Vercellensem de Unitate Ecclesiæ conserv. pag. 34. in Lege Wisigoth. lib. 9. tit. 1. § 2. in Historia Cortusiorum non semel, apud Alanum de Planctu naturæ pag. 288. et alios.

† **VINCULARI**, Obligari, astingri. Charta apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 1554 : *Item, ex juramento generatur obligatio principaliter Deo; sed Deus non vult aliquem Vinculari ad iniquitatem : ergo dictum juramentum nullo modo est servandum*.



IN VINCULO COMPONERE. Vide *Componere*, 2.

VINCULATA BONA, Practicis Hispanis dicuntur, quæ hypotheçæ vel substitutioni subjacent, apud Michaëlem del Molino in Repertorio Foror. Aragon. Vide Foros Aragon. lib. 6. tit. de *Rebus vincularis*, et Observantias Regni Aragon. lib. 5. eodem titulo.

VINCULATORIUM, δεσμοτόριον, Carcer, in Vita S. Eutropii cap. 12: *Cum ego et comprehensissimum virum in Vinculatorium duceremur, etc.*

¶ VINCULATIVA CUSTODIA, Eodem intellectu. Gesta Trevir. Episc. apud Marten. tom. 4. Ampl. Collect. col. 395: *Quæ Rex audiens, nuntios secum misit, qui eum cancellarium cum litteris ceperunt, et Vinculativæ custodiæ addixerunt.*

\* VINCULATIO, Vinculum, catena. Vita S. Solen. tom. 7. Sept. pag. 70. col. 1: *Tarsius jam triennio carcere situs et vincula ferrea collum, manus et plantas ita adstrictus..... exclamavit voce magna dicens: O pie Solennis, .... erue me de hac Vinculatione.*

¶ VINDAGIA, Vendemiæ, *Vendanges*. Litteræ Richardi III. Reg. Angl. ann. 1483. apud Rymer. tom. 12. pag. 208: *Concessimus eidem Thomæ unum dolium vinum duas pipas vini Vasconie... juxta quod Vindagia se habent. Vide Vendagium 3.*

¶ VINDEXERE, Vendemiare, *Vendanger*. Notitia vetus ex 2. Chartul. Campaniæ apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. 737: *Dominus Noerri nullam justitiam habet in banno vini vendendi, nec in banno vendemiarum Vendemiarum.*

¶ VINDEIA, Racemi, vendemiarum collectio, *Vendanges* eadem notione usurpamus. Charta ann. 1261. ex Chartul. S. Vandreg. tom. 2. pag. 1391: *Et ego dictus Joannes aut hæredes mei tenemur bonam Vendemiam afferre ad pressorium dictorum Religiosorum de Gallon, et in dicto pressorio Vendemiabimus præfatum vinum ad custus meos. Occurrit præterea in Litteris Johannis Reg. Franc. ann. 1351. tom. 4. Ordin. pag. 88.*

¶ VINDEMIALIS PULLUS, Qui vendemiarum tempestate solvitur. Polyptychus Fiscann.: *Solvit pullos 3. cum ovis 15. et alios pullos Vendemiales cum ovis.*

¶ I. VINDEMIARE, Vendemiam premere. Locus est in *Vendemia*.

\* 2. VINDEMIARE, Fructus quoslibet colligere. Charta ann. 1151. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 318: *Quod ipse Landolfus easdem terras earumdem ecclesiarum et beneficia eorumdem presbyterorum iterum invasit, et per suos ministros Vendemiari fecit..... Quod jam dictus Landolfus cum primis negare vellet, tandem confessus est ministros suos arbusta suo præcepto Vendemiare.*

VINDEMIARI, Vendemiatore, *Vendangeurs*. Occurrit in Vita S. Joan. Episc. Tragur.

¶ VINDEXIATIO, Vendemia, Actio colligendi racemos. Charta Conrardi Abbat. Præmonst. ann. 1222: *Et ad augmentum hujusmodi coactionis Vendemiationem hujusmodi vineæ impediret.*

¶ VINDEXIATOR. Non raro occurrit

illa servitus qua aliquis tenetur homines, qui fenum, vindemiam, aliaque colligant, domino subministrare. Tabul. S. Albini Andegav. ann. 1098: *Concessit.... quasdam ineptas consuetudines quas in domo illa habebat, Vendemiatorem scilicet, senutorem, hospitalitatem, etc.*

\* Vendengeor, eadem acceptio, in Chartul. archiep. Bitur. fol. 126. vº: *Habebunt abbas et conventus unum servientem de ligitis hominibus abbatiæ qualemcumque voluerint, liberum et absolutum ab omni consuetudine et exactione, videlicet ab omni tallia seu tonta de charroy, de fenor, de Vendengeor, etc. Vendengeresse, in Lit. remiss. ann. 1397. ex Reg. 152. Chartoph. reg. ch. 195: *Entre les autres vendengeurs et Vendengeresses et hotteurs, y estoit une basselette qui s'esbat volentiers, etc.**

¶ VINDEMNIA, pro Vendemia, in Instrum. ann. 1366. inter Ordin. Reg. Fr. tom. 5. pag. 228.

VINDENATES, [Termini species, cujus usus in finiendis agris.] Vide *Arca 1.*

¶ VINDEXERE, Vendere, in proprio concedere. Charta ann. 845. in Append. ad Marcam Hisp. col. 781: *Sic placuit mihi et placet et propria mea hoc elegit bona voluntas ut tibi filio meo Berane Vindexere deberem, sicuti et Vindo, in suburbio Elenense, in pago Russulionense. Vindo tibi in ibidem loco villas duas, etc.*

VINDICABILE, Passibile, Papias.

\* VINDICARE, Usum habere. Mirac. S. Germ. Autiss. tom. 7. Jul. pag. 263. col. 2: *Tanquam aneus (Nonnius) dirigit; ita ut nullum membrum posset ullatenus Vindicare aut vocem emittere.*

¶ VINDICATIO, Redemptio prædii, Gall. *Retrait*. Charta ann. 1288. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 429: *Renunciantes ex nunc pro nobis et quibuslibet nostris successoribus omni dominio omnique Vindicationi, seu juri quod nobis ipsis, vel nostris successoribus ut hæredibus competeret in iisdem, aut competere cupiam videretur.*

\* Rectius, ni fallor, Jus quodlibet in rem aliquam, quo quis illam venditam vel dimissam reclamare et sibi vindicare potest. *Vengement*, eodem sensu, in Stabilim. S. Ludov. cap. 41. tom. 1. Ordin. reg. Franc. pag. 289.

¶ VINDICATRIX, Ultrix, *Vengeresse*. Charta ann. 1256. apud Rymer. tom. 1. pag. 591: *Placeat igitur vestre Excellentie talem medelam apponere ad castigationem dicti ballivi, quod non oporteat nos, ad ejus transgressiones, manum apponere Vindicatricem.*

VINDICES, Exactores, exactioni tributorum præpositi; qui ea a provincialibus exigebant, et singulis civitatibus eo nomine præfecti erant. De his agunt Novellæ Justiniani 38. 124. 125. 128. Chronicon Alexand. pag. 785. Evagrius lib. 3. cap. 42. Eclog. Basilic. 58. Cyrillus Scythopolitanus apud Alamannum ad Procopii Arcana pag. 100. i. editionis, etc.

VINDICIUM, Vindicta. Gl. Gr. Lat. MS.: *ἔκδικσις, Defensio, Vindicium, vindicta; in edito Vindicium. ἔκδικσις, Defensor, vindictor.* Eulogius lib. 1. Memorial. Sanctior.: *Stimulator zelo ultionis cohors iniqua*

*gentilium, celerisque animadversionis emergit Vindicium in obrectatores sectæ suæ. Utitur etiam lib. 2. cap. 1. [Vita S. Perfecti tom. 2. April. pag. 586: *Nam celerem ad Vindicium sui militis ultionem effundens, etc.*]*

VINDICTA, In vindictam dari. Decreto Chlotarii II. Regis cap. 10: *Si servus ante admonitum dominum deseruerit, capitale dominus restituat, et de servo faciat cessionem, et cum inventus fuerit, detur in Vindictam.* Id est, judici tradatur, ut pœnam de eo condignam exigit.

¶ VINDICTA SANGUINIS, Alta ut vocant, seu suprema justitia. Charta ann. 1226. apud Ludewig. tom. 1. Reliq. MSS. pag. 37: *Cum Vindicta sanguinis et sententia capitali, et cum omni libertate et utilitate, sicut eas pater noster in sua habuit potestate.*

¶ VINDICTA, Mulcta, ut videtur. Annal. Genuens. Oberti Cancell. apud Murator. tom. 6. col. 340: *Nam præfati consules reipublicam satis honeste tractantes, fecerunt collectam infra urbem nostram denariorum VIII. per libram, exceptis denariis (sic) plebium, Vindictarum et navium.* Idem Annal. Ottoboni ibid. col. 364: *Quum in civitate consules communis assignassent ac concessissent potestatem Vindictarum exercendarum, etc.*

¶ VINDICTOR, Defensor, *ἔκδικσις*, in Gloss. Lat. Græc. *Vindex*, in MSS. Vide *Vindicium*.

¶ VINDIGATUS, pro Vindicatus. Locus est in *Elligare*. Vide in hac voce.

¶ VINDIGESTÆ, τὰ ἐν ἀποσβητήσσει παράγωγα, in Gloss. Lat. Gr. Leg. *Vindictæ* Vide Festum.

¶ VINDINIA, pro Vendemia, in Tabul. Camalar.: *Mansus Rigaldenchus debet octo sextarios annonæ, et civatæ III. eminas et recetum, et in Vindiniis pro carneio XII. den.*

¶ VINDOCINENSIS MONETA. Vide in *Moneta Baronum* suo ordine.

VINDRAGIUM, Tabularium Vindocinense ch. 204: *Concessit etiam Dom. Harduinus, ut post obitum Presbyteri Vindragium deveniret in manus Monachorum, et ad votum suum quencumque vellet, haberet Presbyterum. Et Charta 210: *Presbyteratum, quod vulgo dicitur Vindragium. Vide in Vindragium.**

¶ Junioragium probabili omnino conjectura emendat Vir doctissimus in voce *Junior*, ubi post Vassorium putat esse quamlibet Ecclesiam, seu potius Ecclesiæ curam, quæ a personatu dependet. Correctionis simul et interpretationi lubens assentiret, nisi alibi, nec semel, hæc vox occurreret diversa notione. In Chartulario Dunensi *Vindragium* definitur *feudum presbyterale*. Charta 23: *Feudum presbyterale quod Vindragium vocant.... ut Vindragium illud et capellaniam simul ecclesiæ de Montinaco nobis auctorizaret.* Strictiori sensu usurpatur in Tabul. S. Vincentii Cenoman.: *Presbyteriam totum habebant supra dicti Monachi mortuo præsentis presbytero nomine Gaufrido, quo mortuo possidebant monachi Vindragium.* Ibidem: *Dedit... quidquid in ecclesia de Atinico videbatur habere, videlicet totum altare et omnia primitiva, ac sepulturam, decimasque omnium leguminum, nec non Vindragium ecclesiæ.* Charta ann. 1070. ex eod. Tabul. apud



Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 481 : *Concedo Vindragium videlicet ecclesie, panem, et candelam, et sepulturam, et omnes primitias.* Unde *Vindragii* nomine, quod casu obvenit significari videtur, Gall. *Casuel*.

¶ 1. **VINEA**, Villa, hortus, notione Romanis usitatissima. Charta ann. 1176. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 46 : *Hæc charta fuit laudata et firmata in quadam Vineâ juxta Perpinianum.*

¶ **VINEA QUARTONERIA**, Ex qua Quarto percipitur. Vide Quarto 7.

¶ **VINEA** quæ ad quintum racemum, hoc est, ad quintam partem excollitur, in Charta ann. 1309. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 97. col. 2.

¶ **VINEA SALIS**, pro Vena, Gall. *Veine*. Charta ann. 1065. inter Probat. Hist. Tullens. pag. 75 : *Apud Medianum-vicum Vineam unam salis, cum sesso.* Neque enim raro reperitur salis fodinæ in diocesi Tullensi.

¶ 2. **VINEA**, Machina tectoria, compacta ex lignis trabibusque in modum cratis contextis; lateribus etiam vimine crudisque coriis obfirmatis, ne jactis desuper saxis telisque perfringatur. *Vinea* dicitur, quia ad vineâ vitiferæ similitudinem et texturam accedunt. Hujus constructionem usumque describit Vegetius lib. 4. cap. 15. Vide Carolum de Aquino in Gloss. milit.

\* 3. **VINEA**, Præstatio certæ vini mensuræ pro vineis, vel ex ipsis vineis decima. Arest. parlam. Tolos. ann. 1287. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 85 : *Item de petitione corumdem (consulum) petentium, ..... quod non possint perturbari capiendo Vineam in camino ex qua fuerint ponderate, sed quod deymeri percipiant decimam in vineis dictorum hominum.* Vide supra *Vinagium* 2. et *Vinatium*.

\* **VINEA PRÆGNANS**, Machinæ bellicæ species. Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 24 : *Vinea est machina habens in se aliam parvam machinam, per quam transit super pontem ejus. .... Vineâ prægnans per seipsam indicatur.* Vide *Vinea* 2.

**VINEALE**, **BINIALE**, Ager vineis consitus, vel plantandis idoneus. Charta ann. 1158. in Tabulario Casariensi : *Deinde cannabinam meam cum Biniale eidem cannabinæ adjacent. Alibi Vineale habetur.* Alia ann. 1163 : *Unam petiam de vinea. .... et unam canapinam, et unum Viniale in loco, qui dicitur. .... cum arboribus suis.* Charta Odonis Episc. Carnotensis ann. 975 : *Dedit ad eundem locum terram Vinealem 20. solidorum, quæ est proxima civitati Carnotinae.* [Charta ann. 1233. apud Cencium inter Census Eccl. Rom. : *In domibus, casalinis, artis, canapinis, .... vineis, Vinealibus, arboribus fructiferis, et infructiferis, etc.* Vide *Vinearium* 2.]

**VINEARE CAMPUM**, Vineis conserere, in Pacto ann. 1246. inter Thomam Comitem Sabaudia et Abbat. Pinarolensem : *Habeat et planum campum, quem similiter Vineare possit.*

\* *Viner*, vitem colere, propagare, in Lit. remiss. ann. 1469. ex Reg. 197. Chartoph. reg. ch. 88 : *Laquelle vigne j'ai podée, fossée, Vinée, et gouvernée.* Vinum vendere seu tabernam tenere sonat, in Charta ann.

1325. ex Reg. 62. ch. 401 : *Lequel prévost, juré et gouverneur avoient ordené, établi et défendu. .... que nul ne Vinast ne vendesist vin en cité de Tournay, fors que la ville tant seulement, et avoient défendu à toute man ere de gent que il ne Vinassent ne vendissent vin.*

¶ 1. **VINEARIUM**, Ampulla vinaria, Gall. *Burette*. Tabul. Monast. S. Theofredi in Yclaunis : *Vinearia stagnæ, id est ampullæ, vinum et aquam continentia, etc.* Vide *Vinagium* 1.

¶ 2. **VINEARIUM**, Ager vineis consitus, idem quod *Vineale*. Charta Willelmi Comit. ann. 806. inter Probat. novæ Hist. Occitan. tom. 1. col. 34 : *In Monte-nigro mansos quinque, cum toto Vineario, quem vocant Oliveto. Vide Vinarium in Vinaria.*

**VINEARIUS**; Qui vineas servat. Magu. Pastorale Eccl. Paris. ch. 21. ann. 1259 : *Messarii autem et Vinearii in dicta villa ponentur.* [Charta Philippi IV. Reg. Franc. ann. 1293. apud Thomasser. in Biturig. pag. 65 : *Prohibemus etiam, ne deinceps Vinearii ponantur in vineis, sed garde reddentur die, quam statuerint hiis quibus debentur.*]

\* *Nostris Vignier*. Libert. villæ de Chagny ann. 1282. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 380. art. 1 : *Les Vigniers et les missiers pour garder les vignes et les blesz etc.* Lit. remiss. ann. 1402. in Reg. 157. Chartoph. reg. ch. 263 : *On a accoustumé, quant aucuns rohent les roisins ès vignes, pour appeller les Vigniers de crier aux chenilles. Messiers et Vingniers, in Charta ann. 1311. ex Chartul. Regalis-loci ch. 30. Vigneur, in Libert. villæ de Tanay ann. 1362. tom. 6. earum. Ordinat. pag. 61. art. 13. Vide infra *Vinyogalarii*.*

¶ **VINEARIUS**, Qui vineam colit. Tabul. Casaur. sub Carolo et Pipino Regibus : *Constat me. .... vendidisset tibi Aderisi sculdasio cartularios et Vinearios in loco qui dicitur in Vico.*

**VINEATICA**, vel **VINEATICA TERRA**, Ager vineis consitus. Tabularium Casariense : *Omnes ipsas res tenitoris nostri inter cultam et incultam, et silvam modiorum centum, et terra, quæ est Vineatica solidorum 20. per tremissos vites palorum centum.* Alibi : *Et sunt ipsæ res. .... inter terram cultam et incultam, et vineæ et Vineaticæ et silvæ per singulas petias exunate insimul faciunt modiorum quatuor centum.* Vide *Vineale* et *Vineatus*.

**VINEATOR**, Ugotio : *Vinitor, qui vineam custodit, quasi Vineator, etc.* Vide *Vinitor*, et *Vinearius*. Chronicon Beccense ann. 1247 : *In eodem capitulo elegerunt unanimi consensu D. Robertum de Clarobeco, tunc Vineatorem Becci in Franca, .... in Abbatem.* Videtur ibi mendum subesse. An *Visitatorem*?

¶ Officium fuit apud Monachos, cui scilicet vinearum vel vini cura demandata erat, ut discimus ex Charta ann. 1248. in Hist. MS. Monast. Beccensis pag. 615 : *Si quid vero damni dictus Joannes, vel ejus servientes intulerint occasione viæ quam sibi liberam per masuram præfatam voluit reservari eundi causa ad vineas suas, vult et concedit ut ad arbitrium Vineatoris eorundem Religiosorum qui pro tempore fuerit, debeat emendari.* Vide *Vinariarius* et *Vinitarius*.

¶ **VINEATUS**, **VINEATA TERRA**, Ager

vineis consitus. Chron. Farf. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 444 : *Dedit in hoc monasterio unam petiam terræ Vineatam. Unam petiam terræ arativæ et Vineatæ, in Charta ann. 1328. inter Probat. familiæ de Gondi pag. 87. Statuta crimin. Saonæ cap. 42. fol. 94 : *Nec quisquam possit, nec præsumat in aliquo orto, giardino, viridario, campo, aut aliqua alia terra Vineata incidere, etc.* Vide *Vineale* et *Vineatica*.*

¶ **VINEATUS**, Ad modum vineæ acupictus. Visitatio Thesaur. S. Pauli Londin. ann. 1295 : *Casula Alardi decani de nigro sameto, dorsali et pectorali optimi aurifrigi Vineati.* Vide *Vigneteæ*.

¶ **VINECUM**, Idem quod *Vinagium* 2. Charta ann. 1131. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 460 : *Censum de Vineco et de calcheriis, et mortuorum lectos, ... habeat.* Vide *Vinetum*.

\* **VINEMLA**, Vindemia. Charta ann. 1221. tom. 1. Hist. Cassin. pag. 317. col. 1 : *Et in tempore messis et Vineitiæ duos dies et cordiscum.*

\* **VINENA**, Vineæ, ager vineis arboribusque consitus. Bulla Greg. IX. PP. ann. 1230. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. mcd. ævi col. 35 : *Item curia pro qualibet mansa debet accipere de Vinenis unam cistram inter uvas et alios fructus.*

¶ **VINEOLA**, diminut. a Vineæ, in Testam. Bertichramni Episc. Cenoman. apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 112. *Vinola*, ibid pag. 121. et in Charta Ludovici Pii ann. 836. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 96.

¶ **VINERA**, Vineæ. Charta libertatum S. Palladii ex Cod. MS. Coislin. : *Nulla vero tempore aliquis equitando veniat in Vinera, nec etiam pedes postquam Vinere fuerint fossæ.*

**VINERAGIUM**, Tributum pro vino, quod in urbem adducitur : [nisi idem sit quod *Vinagium* 2. In Terrario Insulæ Adami, teste de Lauriere in Gloss. Jur. Gall. dicitur *Vieutrage* et *Traisnage*, quod intelligitur de ea præstatione quæ domino fit ob vini dolium emtum, quod traha ducitur.] Charta Philippi Regis Franc. ann. 1308. ex 2. Regesto ejusdem Regis n. 9. in Tabulario Regio : *Item Vineragium, cavigium et rotagium quæ habebamus apud Jauzi, etc.* *Vientrage* dicitur in Consuetudine Silvanectensi art. 125 : *Item peut prendre forage, rouage, Vientrage, des vins et autres breuvages vendus, etc.* Ubi forte legendum *Vinerage*.

¶ Nihil immutandum est, si tamen asserta est lectio Chartularii S. Cornelii Compend. ubi occurrit *Vintragium* ex Charta Petri Abb. ejusd. Monast. : *Concessimus predicto Petro clerico nostro jus integrum quod habebamus. .... in dicto domo, videlicet roagia, foragia, Vintragia, salvis et retentis nobis et Ecclesie nostræ omnibus justitiis altis et bassis.* Hinc emendanda alia Charta ex eodem Tabulario : *In quacumque ripa a bucca Isaræ usque ad Ecclesiam de Gellis, dolium vini si ejectum fuerit ab aqua obolum debet, et denarium de Witragio, si a terra fuerit ejectum.* Ubi legendum videtur, *Vintragio*.

\* Pro *Vineragium*, in Ch. Phil. Pulc. ex Reg. 2. Chartoph. reg. hic laudata, *Viu-*



*tragiū* legitur in ead. Charta ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 349. r°. col. 2. quomodo etiam legendum est in Chartul. Compend. ubi nihil quoque mutandum opinor in voce *Witragium*. Unde pro *Vientrage* emendandum censeo *Vieutrage*, ut colligitur ex locis laudatis supra in *Vecticare*.

**VINERATICA**, Eadem notione, si bene auguror, in veteri Charta Italica apud Ughellum tom. 5. pag. 1538 : *Vinum pro Vineratica decimate octo*. Perperam enim editum *viaritia*. Sed malim leg. *Vineatica*. Vide in hac voce.

**VINERICIA**, Charta Caroli M. in Actis Episc. Cenoman. pag. 266 : *De Vinericiis quoque et perdonato, de pastionibus et pascuariis, etc.* Perperam edit. *Vivericiis*, in Vita Aldrici Episc. Cenoman. pag. 31. [et *Umericia* ibid. pag. 144. tom. 3. Miscell. Baluz. Ubi *Vinericia* idem esse videtur quod *Vineale*, *Vineatica*. In sequentibus vero *Vindemiam* ipsam, id est, *vindemiarum* tempestatem seu collectionem significat.] [\* *Guerardo* in Glossar. Irminon. : *Servitus devehendi vindemiam collectam vinumque recens factum, tum tributum pro illa prestante redimenda.*] [Codex censualis Irminonis Abbat. fol. 40. v° : *Facit Vinericiam cum duobus animalibus*. Fol. 41 : *Facit curvadas sicut ceteri et Vinerician cum uno bove*. Fol. 61 : *Faciunt dua carra ad Vinericiam et ad magiscam dua carra*. Denique fol. 62. v° : *Solvunt de capite suo sol. III. et denar. III. faciunt angariam ad Vinericiam*.] Polyptychus S. Remigii Remensis : *Facit ad pratium dies 3.... facit Vineritiam et carrum, aut donat den. 6*. Alibi : *Et solvunt... ad substratum et materiam car. 10. de Vineritia aut car. 5. aut solid. 10*. Polyptychus Floriacensis : *Solvit unus quisque (mansus) de hostilesio, id est, pro bove solidos 2. et porcos 2. aut solid. 4. mulones 2. aut sol. 2. solvit inter Vinericiam et pascionem de vino mod. 6. etc.*

† **VINERITIA**, Idem videtur quod *Vineragium*, nisi forum intelligas in quo venditur. Regest. Episcopat. Nivern. ann. 1287 : *Episcopus habet terciam partem bladerie et Vineritia*.

† **VINETA**, Vineae. Tabul. S. Victoris Massil. : *Cujusdam condaminæ cupiditate seducti ob uberrimam Vinetarum habundantiam, etc.* Vide *Vinata* 3.

† **VINETARIUS**, Institor vinarius. Charta ann. 1226. apud Thomasser. in Biturig. pag. 83 : *Mercatores, panetarii, Vinetarii, carnifices et alii quicumque negotiatores, etc.* Mercator *vinetarius*, in Litteris Henrici V. ann. 1420. apud Rymer. tom. 9. pag. 868. [\* Breve ann. 14. Edward. II. Reg. Angl. in Abbrev. Rotul. tom. 1. pag. 253 : *Quia datum est nobis intelligi, quod Vinetarii ejusdem civitatis (Londin.) et eorum tabernarii vina ad retalliam... vendentes, vina debilia et corrupta cum aliis vinis miscent, etc.*] Vide *Vinatarius*.

\*\* † **VINETUM**, ut *Vinagium* 2. Tabular. S. Petri de Cella-froini in pago Engolism. : *Dedit Deo et S. Petro Apostolo de Cella froino unum mansum,.... et dimidum Vinetum de vineis, et mansum, et vineas*. Vide *Vinecum*.

[\* † **VINGAREUM**, Idem forte quod Italis

*Vincheto*, Ager viminibus consitus, a *Vinciglio*, vimen. Charta ann. 1011. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Hodepor. Charit. part. 1. pag. xxx : *Cum..... terris, vineis, olivetis, quercetis, castanietis, silvis, Vingareis, pratis, etc.* Vide infra *Vintorium*.

\* **VINGNERIUS**, Qui vineas colit, Gall. *Vigneron*. Charta admort. ann. 1407. in Reg. 162. Chartoph. reg. ch. 84. bis : *Item vineæ ad quantitatem quadraginta dierum unius Vingnerii*.

† **VINGORDUS**, Charta Innocenti II. PP. ann. 1140. in Hist. Mediani Monast. pag. 287 : *Apud Rabaldi vilare tres Vingordos. Apud Castinove cortem cum vineis*.

\* Idem forte quod supra *Vingareum*.

† **VINGTEMIUM**, ut *Vintenum*. Vide in hac voce.

\* **VINGTENUM**, ut *Vintenum*. Vide in hac voce. Charta ann. 1304. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 52. col. 1 : *Distribuit aliis tribus dominis tres solidos, qui appellantur tria Vingtena, ex viginti portionibus computando, alios vero septem solidos, qui appellantur septem Vingtena, rex sibi retinet*.

\* **VINGUENNA**, Arcst. ann. 1339. 23. Jan. in vol. 3. arestor. parlam. Paris. : *Episcopi (Lemovicenses) possidebant navigia et arrivagia dictæ civitatis, quæ Vinguenne vocatur, cum emolumentis et proventibus eorumdem*.

\* **VINHALE**. Vide supra *Vineale* 2.

† **VINHAURIUS**, Vini haustor, bibax. S. August. lib. 16. contra Faustum cap. 31. edit. Latini : *Ecce homo vorax et Vinlaurius*.

† **VINIALE**, ut *Vineale*. Vide in hac voce.

† **VINICAMBIA**, Præstatio quæ in permutationibus domino debetur. Tabul. S. Victoris Massil. : *Donamus et concedimus omnem Vinicambiam et venditionem de turri quæ dicitur Amalcheri. Et habent Monachi Cambia de vino, in majori Chartul. ejusdem Monast. pag. 108*.

\* **VINICOUFF**, *Winkouff*, in Vocabul. Germ. MS. Twingeri. [\* Vide Haltans. Glossar. Germ. voce *Wein-kauf*, col. 2058.]

† **VINIDIMIA**, pro *Vindemia*, in Tabul. Castridunensi f. 12. v°. Locus est in *Vinum pede pressum*.

**VINDRIA**, Datio vineæ ad medium vinum. Tabular. Celsinianense : *Et si est ipsa vinea,.... in tali ratione, et quando Domino donante vixero, ad Vinidrium teneam, et annis singulis medietatem de vino per unumquemque annum ad Monachos in vestitura persolvam*. Similia verba occurrunt in aliis Chartis.

† **VINIFICARE**, Vinum producere. Inscriptio apud Cuffetum Hist. Cabilon. pag. 769 : *Nunc vites nostræ Vinificabunt lætius, arva luxuriabunt uberius, etc.*

**VINIFORUM**, Βωβίς, in Glossario Lat. Gr. MS. S. Germ. Paris. Vas vinarium. [Leg. *Viniferum*.] Vide *Bauca*.

\*\* **VINIGATUS**, Vinosus, vini saporem habens. Addit. ad Vit. S. Henrici apud Pertz. Script. tom. 4. pag. 818 : *Virginis filius... aquæ liquorem in Vinigatissimum converterat saporem*.

† **VINIGOLIUM**, Charta ann. 1093. in-

ter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occit. col. 332 : *Istos vero mansos et homines prænominalos ego Bertrandus retineo in vita mea cum omnibus quæ modo habent et tenent, et cum Vinigoliis, et decimis, et primitiis, et quartis, etc.* Idem videtur quod *Vinagium* 2.

\* **VINIMETUM**, *Ouserie, le lieu où croissent les ousiers*, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. pro *Vinimetum*.

† **VINIOLA**, ut *Vineola*. Vide in hac voce.

**VINIPA**, Liber Anniversariorum Basilicæ Vaticanæ apud Johannem Rubeum in Vita Bonifacii VIII. pag. 345 : *Item tria superpellicia de Vinipa et cortina*. Præto legendum *vimpa*, pannus scilicet lineus ex quo conficiebantur *vimpe*, seu pepla mulierum. Vide *Guimpa*.

† **VINIPERUM**, Βωβίς, Gloss. Lat. Gr. MSS. Perperam pro *Viniferum*, ut et in cod. Reg. ubi *Juniperum* legitur. Vide *Viniferum*.

† **VINIPERUS**, pro *Juniperus*. Vide *Vimpum*.

† **VINITARIUS**, Officium Monasticum, cui vini cura demandata erat. Iperius in Chron. S. Bertini apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 757 : *Quartum officium fuit Vinitarii, qui providebat de vinis, senis, lectisterniis et omnia necessaria hospitem*. Vide *Vineator*.

† **VINITARIUS**, Institor vinarius. Charta ann. 1493. apud Madox in Formul. Anglic. pag. 438 : *Ego Johannes Porter civis et Vinitarius civitatis London. ac liber homo ejusdem civitatis, etc.* Vide *Vinarus* et *Vineator*.

**VINITOR**, ἀμπελοουργός, in Gloss. S. Benedicti : *Qui vineam custodit, vel qui calcat uvas, vel qui custodit vinum*. Ita Ugutio, Gallicus *Vigneron*. Vox Latinis Scriptoribus nota. [Occurrit in Leg. Salica tit. II. § 5. Testam. S. Irminæ ann. 698. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 10 : *Similiter dono ad jam dicta loca sanctorum vineæ pedeturam unam in monte Viennensi cum Vinitore nostro Alithfrido cum omni peculiari suo*.] Gregorius Turon. lib. 5. cap. 49 : *Cracina Pictavensis insula vocatur, in qua a fiscalis Vinitoris servo, Leocadio nomine, nascitur*. Tabular. S. Remigii Remensis : *Vineæ 19. cum totidem Vinitoribus, ubi possunt colligi de vino mod. 177*. Charta Chrodegangi Episc. Metensis ann. 763 : *Similiter donamus in pago Magnise in villa Pomaria sortes cum Vinitore, vel illam vineam, quam ipse Vinitor facit, etc.* Vita S. Joan. Episc. Tragur. Romæ edita : *Grando superveniens vineas contudit adeo, quod Vinitores non uvas, sed racenos rarissimos domum referrent*. Charta Philippi Reg. Fr. in M. Pastoralis Eccl. Parisiensis lib. 19. ch. 79 : *Noverint... apud nos fecisse querimoniam de Vinitoribus vinum de potestate Spedonæ ville per aquam deferentibus, qui rotaticum, quod alii Vinitores vinum per terram deferentes reddebant, ad plenum reddere recusabant*.

. **VINNA**. Vide *Venna*.

† **VINNETUM**, pro *Vicinetum*, vel *Vicinetum*, *Assisa vicinorum*. Vide in *Vicinus*. Charta apud Madox Formul. Angl. pag. 305 : *Si vero jam dictus Willelmus de Corfium vel hæredes sui arbitrio legalium hominum de Vinneto, aliquo predictorum modorum infideliter se gesserint, etc.*



† **VINOLATA** Vox, est levis et mollis, atque flexibilis. Et *Vinnolato* dicta a vinno, hoc est cincinno, molliter flexo. Ita Isidorus lib. 3. Orig. cap. 19. § 13. [\* Vide Forcell. in *Vinnolus*. Ademar. Chron. lib. 2. cap. 8 : *Omnes Franciæ cantores didicerunt notam romanam quam nunc vocant franciscam, excepto quod tremulas vel Vinnolas, sive collisibiles vel secabiles voces in cantu non poterant perfecte exprimere.*]

**VINOBLIUM**, Vineæ, Ager vitibus cœsus, ex Gallico *Vignoble*, in Charta ann. 1256. Regesti Inculismensis Cameræ Comput. Paris. pag. 34 : *Garenam suam, quam habebat in Vinoblio et territorio dictæ villæ Karoffensis, etc.* [In *Vinoblio* de Romanis vel territorio abbatiae, in Charta Humberti II. Dalphini inter Ordin. Reg. Franc. tom. 3. pag. 280. *Vignou*, in Charta ann. 1312. ex Chartul. S. Martini Pontisar. fol. 30. vº.]

† **VINOBRE**, Eodem intellectu. Charta ann. 1053. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 177 : *In parochia Mauriagio ipsa medietate de ipso Vinobre, qui vocatur Caizago.*  
\* **VINOLIUM**, Vinetum, Gall. *Vignoble*. Charta ann. 1363. in Reg. 93. Chartoph. reg. ch. 281 : *Viginti duas operatas vineæ ..... in territorio seu Vinolio Belnæ situatas. Vide Vinoblium.*

\* **VINOPETIO**, pro *Verpiti*, Abdicatio, rei alicujus dimissio, ipsa abdicatio charta. Chron. S. Benigni Divion. ad ann. 1007. tom. 2. Spicil. ult. edit. pag. 388. col. 2 : *Tradidit super altare S. Benigni ipsam Vinopetionem, ut neque ipsa deinceps, neque ullus militum ejus de illo beneficio quidquid retineret, nisi tempore vite suæ. Post obitum vero uniuscujusque, quod tenebant, rediret ad jus S. Benigni.*

† **VINOSITAS**, dicitur de nitore lapidis pretiosus, eadem notione qua Galli *Eau usuriant*. Locus est in *Orphanus* 2.

\* **VINOTARIUS**, Institor vinarius, in Stat. eccl. Tornac. ann. 1366. pag. 50. art. 7. Vide *Vinitarius*.

\* **VINTENARIUS**, Qui *Vinteno* colligendo præpositus est. Charta ann. 1356. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 176. col. 2 : *Ad unam receptam levandorum per dictos consules, seu Vintenarios per ipsos deputandos, etc.*

† **VINTENERII**. *Consilium Vinteneriorum*, quod ex viginti Consiliariis compositum esset, sic appellatur. Regest. Massil. : *Anno Domini 1302. congregato honorabili consilio civitatis Massiliæ... primum fuerunt lectæ in consilio pro parte consilii Vinteneriorum castri Arearum, etc.*

† **VINTENIUM**, ut *Vintenum*, apud Guidonem Papæ locis laudatis infra in *Vintenum*.

\* **VINTENUM**, Vicesima, quæ Domino feudi competit, ejus jure percipit vicesimam fructuum in terris vassallorum, aut subditorum, eoque ipso tenetur castrorum et burgorum muros reficere suis sumptibus ad hostium incursus propulsandos. De hoc jure agunt Guido Papæ q. 7. et 372. et Dion. Salvaingus Boissius in Tract. de Jurib. domin. et usu feudor. cap. 46. 47. 48. Concilium Avenionense ann. 1279. can. 1 : *Census, fuscas, trezena, landimia, Vintena, feuda, lesdas, pedagiū, etc.* [Charta ann.

890. in Append. ad Marcam Hisp. col. 824 : *Et dabimus primitiam ad Vintena et duas partes decimarum. Libertates Bellivisus ann. 1256. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 59. col. 1 : Dominus clausuram debet facere et reficere pro vicesima fructuum quam levabit. Charta ann. 1334. ibid. pag. 200. col. 2 : Vintenum suum quod ipse dom. Dalphinus percipit et ejus prædecessores percipere consueverunt super fluvium et in fluvio Rhodani apud Quiriacum. Testam. Guillelmi de Bellovidere ann. 1277. ibid. tom. 2. pag. 17. col. 2 : Item nolo quod Vintenum de cætero levetur ab hominibus qui sunt vel essent in mandamento castri de Bello videre, salvo Vinteno hominum ipsius castri, quod mihi dederunt ipsi homines pro franchimento ipsius castri, nisi forte pro clausura ipsius castri, vel alia justa causa et necessaria de voluntate ipsorum hominum dictum Vintenum levaretur. Vintenum seu vicesima pars totius laboris et leguminis dicti loci (de Relaneta) in Charta ann. 1296. Donatio ann. 1263. ex Schedis Præs. de Mazaugues : Item damus... vobis libertatem et immunitatem, ut de cætero non teneantini, nec debeat dare Vintenum de aliquibus possessionibus quas nunc possidetis. Jus Vinteni de lignis et vasis omnibus navigantibus, quæ in dicta civitate vel ejus portu emuntur vel venduntur per extraneos, in Charta domanii urbis Tolonii ann. 1332. Ita etiam legendum in Charta Caroli IV. Imper. ann. 1366. inter Ordin. Reg. Franc. tom. 5. pag. 225. ubi editum est *Vinteriis*.] Vide *Mara-**

† **VINCENA**, pro *Vintenum*, in Litteris ann. 1321. ex Chartophylacio Reg. Regest. 87. Ch. 84 : *In possessionem... censuum, usagiorum, servitorum, feudorum, talliarum, etc.*

† **VINGTENIUM**, Eodem significato, a Gall. *Vingtième*. Charta ann. 1296. inter Instr. tom. 4. Gall. Christ. novæ edit. col. 34 : *Pedagiū et Vingtenium Quiriaci 360. libras, pro quibus pedagiū et Vingtemio addidit ille princeps Delphinus 8. alias Moniales.*

† **VINTENUM**, **VINTENUS**, Ita nuncupantur muri urbium vel castrorum, a *Vinteno* seu vicesima fructuum parte, quæ iis extruendis vel reficiendis exigebatur, Delphinatibus *Vingtain*. Charta ann. 1347. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 67. col. 1 : *Item invenerunt mœnia seu Vintenum dictæ villæ in pluribus locis dirupta... quare fuit præceptum et injunctum Castellano ut dicta mœnia, seu Vintenum refici faciat de communia dictæ villæ. Computus ann. 1324. ibid. pag. 132. col. 1 : Galopinus reddit parcellas, et per juramentum, videlicet pro merlando Vinteno burgi dictæ villæ. Charta ann. 1343. ibid. tom. 2. pag. 468. col. 2 : Item, et ex eo quia idem dom. Dalphinus vult... noviter construere mœnia seu Vintenos cum terraliis pro meliori et tutiori custodia ipsius civitatis. Charta ann. 1336 : Item quod si processu temporis sint Vinteni faciendi, vel reficiendi seu reparandi in castro Yserandi, etc. Confrontatur cum Vinteno præsentis burgi S. Andeoli, in Recognit. ejusd. loci ex Schedis V. Cl. Lancelot.*

† **VINTENUM**, Viginti, vicenarius numerus, Gall. *Vintaine*. Charta ann. 1324. apud Rymer. tom. 4. pag. 78 : *Ita quod omnes*

*armis sufficientibus muniti, videlicet equites in constabulariis, et pedites in centenis et Vintenis arratati prompti sint et parati, etc.* Litteræ Edwardi III. ann. 1369. apud eumd. tom. 6. pag. 614 : *Arnis competentibus muniti, et in millenis, centenis, et Vintenis pont, etc.* Statuta Genuens. lib. 1. cap. 14. fol. 23 : *Vintenum etiam eundem tutor vel curator (ut dictum est) cogatur solvere de bonis suis propriis. Vintenum seu viginti saumatarum racemorum, in Charta Massil. ann. 1522. Vintisme, in Charta Auberti Abb. Castricii ann. 1247. ex Chartul. Campan. fol. 343.*

† **VINTENUS**, Moneta Dalphinalis pretii viginti denariorum. Extractum computi ann. 1339. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 95. col. 2 : *Deinde computavit dictus Siardellus operari et cudi fecisse in Avisano de Vintenis et dozenis albis sub liga, pondere et remediis supradictis. Alio significato, vide in Vintenum.*

† **VINTERIUM**, pro *Vintenum*. Vide in hac voce.

\* **VINTERIUM**, Vimen, Occit. *Vint*, Gall. *Osier*. Leudæ minor. Carcass. MSS : *Item de viginti Vinteriis, unum Vinterium.* Vide supra *Vingareum*.

\* **VINTINA**, Exactio ad vicesimum denarium. Stat. antiq. Florent. lib. 5. cap. 95. ex Cod. reg. 4621 : *Non possint (magnates) esse vel intervenire in aliquo officio, vel in aliqua universitate ad ponendum denarios Vintinarum, etc.* Vide *Vintenum*.

\* **VINTRAGIUM**. Vide supra in *Vincragium*.

† **VINUM**, nude pro eo quod præter pretium corollarii vice in emtionibus conceditur ; *Vin du marché* passim in Consuetud. municipal. Tabul. S. Vandrege. : *Vendidi... unam petiam terre... pro lxxv. solidis Turron. et v. solidis in Vino... tenendam, etc. Droit de Vins et ventes, in Consuetud. Silvanect. art. 215. Claramont. art. 13. Aurelian. art. 107. est id quod domino exsolvitur ab emtore prædii censualis.*

† Vinum etiam ab iis qui inter cives adscribebantur Majori et Scabinis civitatis præstari solitum erat. Id ex pluribus Communiarum Chartis discimus, ac præsertim ex Litteris ann. 1248. inter Ordin. Reg. Franc. tom. 5. pag. 601. art. 21 : *Sy vero aliqui alieni in dicta libertate apud Clarimontem morare (sic) venerint, bene licebit villico et scabinis eos retinere, tali modo quod in introitu, cinq solz Pruvisinenses persolvent villico pro nobis, et sextarium vini pro ipso et scabinis; et etiam omnes alios redditus secundum processum temporis, sicut alii liberi.*

\* **VINUM**, Certa vini mensura. Charta ann. 1188. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 276 : *In Apparitione habet sacerdos in parochiali missa octo denarios et octo panes et octo Vina.*

† **VINUM-ACETUM**, Acetum, Gall. *Vinaigre*. Leg. Palat. Jacobi II. Reg. Majoric. inter Acta SS. tom. 3. Jun. pag. XXI : *In dicto reservatorio rerum infra scriptarum copia inveniat, videlicet, ... caseorum, piscium salsorum, Vini-aceti, etc.*

\* **VINUM ADVIAMUM** fit per admixtionem aquæ cum vino novo, et simul coquitur. Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod.



reg. 6959. Leg. forte *Adynamum*, infirmi saporis, idem quod *Vinum expensabile*.

¶ **VINUM AGASATUM**, Eadem notione. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar.: *Item plus tres pipas ex Vino agasato sive poculo plenas. Ibidem: Item unam pipam ex poculo sive Vino agasato plenam. Agrevin*, in Charta ann. 1391. ex Chartul. 23. Corb.: *Une queue de Agrevin, etc.*

\* **VINUM AMINEUM**, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613.

\* **VINUM AQUATICUM**, Aqua mixtum, in Mirac. B. Margar. Favent. tom. 5. Aug. pag. 853. col. 1.

\* **VINUM BASTARDUM**, Idem videtur quod mixtum. Charta ann. 1320. in Reg. 60. Chartoph. reg. ch. 30: *Quater centum libras Turonenses et quatuor pipas Vini bastardi. Vin bastardi*, in Ordin. ann. 1415. ex Reg. 170. ch. 1. Vide supra in *Bastardus*.

¶ **VINUM BETATUM**, Charta Henrici dom. de Soliaco ann. 1031: *Vinum fecidum vel Betatum non poterit vendere*. Legendum videtur *Botatum*, quod vas vinarium redolet, *Qui sent le fust*. Vide in *Butta* 3.

\* Stat. ann. 1411. in Reg. 166. Chartoph. reg. ch. 201: *Item que aucun dudit mestier (de Buffetier) ne mette en besongne lye puante, ne Vin bouté ou puant.*

¶ **VINUM DE BOCHA**, Gall. *Vin de la bouche*, Quod mensæ Principis apponi solet. Ordin. Humberti II. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 314. col. 1: *Habeantur tria genera vinorum, Vinum videlicet de bocha pro persona nostra*. Vide *Bocha*.

\* **VINUM BUFFETI**, Stat. tabernar. in Lib. rub. fol. magno domus publ. Abba-vil. art. 9: *Que nulz buffetiers soit si hardis qu'il vende Vin de buffet à taverniers aulcuns.*

¶ **VINUM BULLITUM cum ruta**, apud Limborch. Inquisit. Tolos. Hist. pag. 3: *Vidit predictos tres hæreticos simul et portavit pro altero illorum Vinum album bullitum cum ruta.*

\* **VINUM CARENUM**, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613. Vinum decoctum. Vide *Cavenum*.

¶ **VINUM CIPRICUM**, Clarificatum, apud Duchesn. Hist. Comit. Guisnens. inter Probat. pag. 119.

¶ **VINUM CLARETUM**, quod est turbativum cito capitis, in Menoti Serm. pag. 156. vº. Gall. *Vin clairet*, rubellum. Ita etiam nuncupatum aliquando vinum conditum, ut in Continuat. Chron. Joh. Iperii apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 620: *Conventus quatuor pota Vini confecti, quod Clare weant, a custode ecclesie de gratia accipit*. Hisp. *Clarea*, Germ. *Claret*. Vide *Vinum Expensabile*.

¶ **VINUM CLERICI**, *Vin du Clerc*, in Edicto Caroli VIII. ann. 1493. art. 107. Quod a litigantibus tabularii forensis Clericis ultro conceditur.

**VINUM COCTUM**, Capitulare de Villis cap. 34: *Vinum, actum, moratum, Vinum coctum, garum, sinapi, etc.* Adde cap. 62. [Joh. Demussis in Chron. Placent. apud Murator. tom. 16. col. 582: *Et post predicta dant pisces lucios assatos cum salsa de aceto vel sinapi cum Vino cocto et speciebus.*

Gall. *Vin cuit*, ut vinum arvisium, *Malvoisie*.]

\* **VINUM COLLATUM**, pro *Colatum*, Defecatum, purum. Testam. Guill. milit. de castro Barco tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 1941: *Item relinquo ecclesie S. Columbanii ..... unum vineale, .... pro quo solvit mili annuatim tres uvas (s. urnas) Vini collati. Vide Collatum 1.*

¶ **VINUM COMITIS**, Idem quod *Vinagium* 2. Vide in hac voce. Charta ann. 1278. in Chartul. Latiniac.: *Promittimus bona fide reddere et solvere... octo solidos Turonenses... tam pro censu quam pro Vinagio, quod dicitur Vinum Comitit. Alia ann. circ. 1513. ibid.: Hoc etiam statutum est quod ille qui collegerit per villam nummos quos debent burgenses de Vno Comitit, etc. Le revenu du Vin le Conte vault par an environ luyt li-vres Tournois*, in Charta ann. 1516. ibid. fol. 244. vº.

¶ **VINUM CONFECTUM**, Vide *Vinum clare-tum*.

\* **VINUM CONVENTUS vocati Bibende**, facti in vindemia, in Libert. villæ de Romanis ann. 1348. tom. 3. Ordin. reg. Franc. pag. 275. art. 10. Dalphinatibus *Couvin*, idem quod *Vinum expensabile*. Vide supra *Bibende*.

\* **VINUM CREPICUM fit ex vinis in vite passatis, postea expressis, et est dulce, et vocatur triptos et protopas**. Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

\* **VINUM CRISUM**, Idem coloris aurei, in eodem Glossar.

\* **VINUM CUBITUS**, *Vin de couchier*, in Ordin. hosp. reg. ann. 1317. ex Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Croix* fol. 75. rº. Vide mox in *Vnum maritagii*.

\* **VINUM DECANI**, Quod decano a canonicis recens institutus debetur. Obituar. Rotomag. MS: *Sequuntur jura, quæ canonici tenentur solvere in coram adventu..... Pro vino decani duos gallonos vini, vel decem solidos.*

¶ **VINUM DECRETI**, in Statutis Vercell. Locus est in *Malvazia*.

\*\* **VINUM DUCILLATUM**, Vinum dolio promendum. Gemma Gemmarum: *Ducillus, ein zopf. Ducillare, zepffen*. Testament. ann. 1361. apud Guden. Cod. Dipl. tom. 2. pag. 348: *Sex carratas vini in vino Francico et Hunnico in 13. vasis majoribus et minoribus; vino pro ipsa familia Ducillato, quod in vulgari dicitur gezept, et vino ipsis pauperibus deputato, duntaxat excepto.*

\* **VINUM EBLIFFAGUM cum salvia**. Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

\* **VINUM ENANTINUM**, Quod fit per admixtionem enantia floris labruscæ, in eod. Glossar.

\* **VINUM DE EXPENSA**, Aqua mixtum in usus domesticorum. Charta ann. 1257. in Chartul. Buxer. part. 8. ch. 20: *Abbas et conventus Buxeræ asserebant, quod quædam pecia vineæ..... debet ipsis quoddam modium vini puri..... Bonus Amicus Lambert e contrario dicebat, quod illud modium vini debet esse mixtum aqua, videlicet de expensa. Vide Vinum expensabile.*

¶ **VINUM EXPENSABILE**, Quotidiani potus in usus domesticorum, *Vin de dépense*, nostris vulgo *Boite*, vel *Bowande*. Liber

Niger Scaccarri pag. 341: *Unum Sextarium de vino claro, et unum sextarium de Vno expensabili.*

\*\* **VINUM FRANCUM**. Vide *Vinum Hunnicum*.

\* **VINUM FRUMENTATICUM**, Quod ex præstatione seu censu debetur. Vide supra *Frumentaticus*.

\* **VINUM GAZEUM**, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613.

\* **VINUM HOSTIS**, Gall. *Vin d'ost*. Præstatio, quam tenentes ac vassalli domino exsolvebant in belli sumptus. Libert. Matison. ann. 1346. tom. 2. Ordin. reg. Franc. pag. 349. art. 12: *Tout homs qui ..... tient feu et lieu (à Mascon) et veult paier Vin d'ost au roy, .... en paiant la valeur du demi sextier de vin, etc.* Vide in *Hostis* 2.

\*\* **VINUM HUNNICUM**, Vinum vilis, cui opponitur *Vinum francum*, generosius. Notit. vet. apud Guden. Cod. Diplom. tom. 2. pag. 764: *In festo S. Martini debetur ei unum quartale de cellario Archiepiscopi Vini Franci, et in Cena Domini tantundem de cellario Prepositi, in festo O. Sanctorum tantundem; aliis vero temporibus anni, videlicet Nativitatis Dni etc... singula quartalia a preposito Hunnici vini habebit*. Transactio Capitul. Mogunt. inter et Pingens. ann. 1267. ibid. tom. 3. pag. 1134: *Campanario ecclesie Pinguensis, quod contra auram venientem compulset, de comuni torculari nostro dimidiam amam Vini Franci et tantundem Hunnici dabimus in autumno*. Chart. ann. 1310. ibid. pag. 59: *Quod ipsos decanum et capitulum 40. carratis Vini Hunnici censualis... singulis annis census nomine ipsorum ecclesie provenientes spoliarunt*. Confer chart. ann. 1339. in Gunther. Cod. Diplom. Rheno-Mosell. tom. 3. pag. 407. *Frentz-und Huntz-win*, dicitur Germanice in alia charta apud eundem Gunther. tom. 4. pag. 127. ann. 1408. Chart. Vendit. ann. 1314. apud Guden. Cod. Diplom. tom. 2. pag. 1010: *Pro annua et perpetua pensione sex amarum vini Franci nostri crementi melioris, etc.* Chart. Richolfi Abbat. Ebersperg. ann. 1272. ibid. tom. 3. pag. 1145: *Nos illo anno Pinguensi ecclesie ad solutionem duorum vasorum Franci vini, vel 16. marcarum, quod eorum pocius elegerint pœne nomine teneamur*. Alia vide apud Bodmann. Antiq. Rhingav. pag. 204. et 401. qui vinum *Hunicum* et *Francum* dictum vult Ungaricum et Gallicum. La-combleto Archiv. Rheni infer. tom. 1. pag. 234. vinum *Hunicum* est quod Huni vel centenarii colligebant per centenas rusticas. Adde Scherz. Glossar. German. voce *Huinsch*, Plebeius, vilis, col. 712. et chartam ann. 1290. apud Bodmann. pag. 205. ubi *Vinum nobile* idem videtur, quod alibi *Vinum francum*.

\* **VINUM JACTATUM**, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613. forte legendum *Jaccatum*. Vide *Vinum Jaquesium*.

¶ **VINUM JAQUESIUM**, *Vin de Jaca*, in Instr. ann. 1527. ex Tabul. Archiep. Auzit.

¶ **VINUM INACIDUM**, pro *Mucidum*, ut emendat Cl. Editor in Charta Humberti Dalphini ann. 1348. inter Ordin. reg. Fr. tom. 3. pag. 283: *Ita tamen quod dictum Capitulum vinum vendere debeat non*



*corruptum, non acetosum nec Inacidum* : nisi idem sit quod *Subacidum*.

\* VINUM INFERTUM, *ibid.* idem quod *Vinum sacrificale*. Vide *Infertum*.

\* VINUM INVESTITURÆ, Jus quod domino capitali pro missione in possessionem penditur. Charta Phil. V. ann. 1319. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 279 : *Item tallius, census, constumas, Vina investiturarum, etc.* Vide in *Investitura*.

VINUM ITALICUM, i. forte. Itā Glossæ MSS. ad Alexandrum Iatrosoph. Vide Cælium Aurelian. lib. 4. Chronion cap. 3.

\* VINUM LATINUM, in Necrolog. Diesensi apud Oefelium tom. 2. Script. rer. Boicar. pag. 678. col. 2 : *Dabuntur duo fercula ad consuetam præbendam, albus panis et potus Latini vini.* An idem quod *Italicum*, id est, forte? [\* *Vinum Italicum* aut Tyroliense Westenriedero in Glossar. German. col. 316. voce *Latini*; *Vinum Gallicum* Bodmanno in Antiq. Rhingav. pag. 205.]

\* VINUM LIBERUM. Stat. MSS. eccl. Tull. ann. 1497. fol. 54. r° : *Præpositi pro suis stipendiis percipiunt in qualibet dimissione seu arrendatione villicaturarum..... decem octo grossos, dictos Vina libera, pro tribus annis.*

\* VINUM DE LIEPPE, d'Ozaie, recensentur inter vina extranea. in Ordinat. ann. 1415. ex Reg. 170. Chartoph. reg. ch. 1.

\* VINUM LYÆ vel *Trempa*, Ex aqua cum amurea. Vide supra *Trempa*.

VINUM LYMPHATUM, Aqua mixtum, dilutum, in Constitut. Siculis lib. 3. [Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. cap. 90. pag. 251 : *Edicit proclamacione publica, ut nullus Anglicus Vinum non limphatum potare præsumat.*]

\* VINUM MARITAGII, Præstatio, quæ ab artifice matrimonium contrahente ejusdem artificii sociis pensatur. Stat. ann. 1404. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 46. art. 6 : *Chuscun maistre dudit mestier (de teneur) sera tenu payer pour Vin de mariage, vingt solz Tournois.* *Vin-donner* etiam appellabant nostrates id, quod sponsus die nuptiarum sociis suis ad bibendum et comedendum ex usu præstare tenebatur. Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 87. Chartoph. reg. ch. 27 : *Guillelmus, Johannes ac ipsorum complices post cenam et recessum dictarum nuptiarum redeundo de quodam spaciamento, le Vin-donner Gallice nominato, in dictis partibus (Normannie) fieri consueto, et quod spaciamentum supra maritum sumitur, etc.* Aliæ ann. 1378. in Reg. 113. ch. 229 : *Comme l'exposant et plusieurs autres furent alez en la paroisse de Hotot de S. Sulpiz au Vin-donner des noces de Jehan le Francois pour eulz esbatre etc.* Occurrit præterea in aliis ann. 1381. ex Reg. 120. ch. 210. *Vin de Couchier* dicitur, in Lit. remiss. ann. 1428. ex Reg. 174. ch. 222. Vide supra *Cochetus* 3. *Bannum* 5. et *Nuptiatium*.

\* VINUM MEDIETARIUM, Quod inter dominum et colonum partitur. Charta ann. 1326. in Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 278 : *Acquisiverunt tertiam partem unius assignate Vini dicti de moitié.* Vide *Medietarius*.

\* VINUM MELLICRATUM, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613. Vide *Mellieratum*.

\* VINUM DE MERCATO, Gall. *Vin du marché*, Quod in emptionibus præter rei venditæ pretium, in potatione absumitur. Stat. Cadubr. lib. 2. cap. 18 : *Datis arvis, vel bibito Vino de mercato, vel data spulmata, etc.*

\* VINUM MOMELLUM, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613.

¶ VINUM MUNDUM, Merum. Chron. Farf. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 473 : *Item pro solidis VIII. in Carboniano ad censum reddendum Vini mundi decimatas quinque.*

\* VINUM MUSCIDUM, MUSTALE, Mustum. Vide supra *Muscidum* et *Mustalis*.

\* VINUM MYRTINUM, in quo coquitur summitates myrti cum bacis suis. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

\* VINUM NAVIGABILE, Quod per mare transvehi possit. Charta ann. 1147. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 88 : *Per singulos unnos duas unforas Vini navigabilis et unum pastum omni anno præstare debere..... præcipimus.*

VINUM NUPTIARUM, in oblationibus gratuitis, quæ Carionibus fiunt, recenseatur in Charta Guillelmi Episcopi Ambian. ann. 1281. in Tabul. Episcopi Ambian. fol. 27. v.

\* VINUM OXIMELLUM, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613.

\* VINUM PALMEUM, Quod cum ductilis. Glossar. medic. Simon. Jannens. ex Cod. reg. 6959.

\* VINUM PARTITUM, Quod habet dulcorem admixtum, in eod. Glossar.

\* VINUM PASSUM, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613.

¶ VINUM PEDE PRESSUM, Quod pede tantum calcatur, medium inter vinum sponte defluens, et illud quod torculari expressum est; unde *vinum de pressoragio* dicitur. Charta Ludovici Comit. Blesens. in Chartul. Castriduni. fol. 12. v° : *Duos modios Vini pede pressi in cellario meo Castriduni annuatim in vinidmuis capiendos (concedo.)* Charta ann. 1217. ex Tabul. S. Petri Carnot : *Persolvent... justam decimam de vineis suis, unam medietatem de pede pressor et alteram medietatem de pressoragio.* Chartul. Campan. ann. 1190. fol. 525 : *Dedit 50. modios Vini de prinu gutta pede pressa.*

¶ VINUM PIGMENTATUM, apud Duchesnium in Hist. Comit. Guisnens. inter Probat. pag. 119. Vide *Pigmentum* 1.

¶ VINUM PIRACEUM, *Vin piraou*, in Charta ann. 1391. ex Chartul. 23. Corb. : *x. sols Paris. pour l'achat de une queue de Vin piraou.* Vide *Piratum*.

\* VINUM PITIMIUM, Quod resinam pitimiam habet. Glossar. medic. Simon. Jannens. ex Cod. reg. 6959.

\*\* VINUM PONTICUM. Chart. Sifrid. Archiep. Magunt. ann. 1074. apud Guden. Cod. Diplom. tom. 1. pag. 382 : *Omnes simul solverent nobis et successoribus nostris annuatim de mansis et jugeribus, uti prædictum est, sub nomine decimæ, 40. carratas Vini Pontici.* Bodmann. Antiq. Rhingav. pag. 398. vertit *Lauterwein*.

\* VINUM PRÆSENTATARUM, Quod alicui

in urbem adveniendi honoris causa præsentatur, vulgo *Vin de présent*. Comput. ann. 1431. ex Tabul. S. Vulfr. Abbavil. fol. 10. v° : *Item vij. die Martii pro media parte quatuor quennarum Vini præsentatarum ambassiatoribus Universitatis Paris. qui ibant ad Concilium Basiliense, quolibet toto valoris ij. sol. sunt vij. sol.*

\* VINUM PRIME AQUÆ. Consuet. MSS. S. Crucis Burdeg. ante ann. 1305 : *Item hortolanus recipit a cellerario duas pipas Vini primæ aque de cubis torcularis..... Item duo furnerii recipiunt cum lagena unam et dimidium pipam primæ aque et unam dimidium vini puri a dicto cellerario.*

\* VINUM PROMELLUM, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613. An *Pomellum*, potio ex pomis extracta? Vide *Vinum piraceum*.

VINUM PROTOPUM, Cælio Aureliano lib. 2. Chron. cap. 7. est vinum sponte defluens, antequam uva calcetur; mustum.

¶ VINUM DE PURA GUTTA, Eadem notatione, Gall. *De mere-goutte*. Vide in *Gutta* 7.

¶ VINUM QUADRAGESIMÆ, Cujus usus in Quadragesima. Necrolog. Eccl. Paris. Id. Maii : *Dedit nobis triu arpent vinearum ad Vinum Quadragesimæ. Vinum Quadragesimale, ibidem.*

\* VINUM REGALUM, Ex vineis, quæ mortuo episcopo ad regem redeunt, collectum. Charta Phil. archiep. Bitur. ann. 1238. in Reg. 31. Chartoph. reg. ch. 1 : *Recepimus de Radulpho de Gandeluz bailivo Bituricensi centum et tres libras et duos solidos Paris. pro Vino de regalo Bituricensi et Exoldunensi.* Chartæ inscriptio : *De pecunia reddita pro Vino regulium.* Vide in *Regalia* 2.

\* VINUM REGIS, Præstationis species ex vineis, quæ primum regi solvebatur. Charta ann. 1298. in Chartul. S. Maglor. Paris. ch. 100 : *Item unum dolium vini unnuatim de taxamento, quod habemus apud Arcolium, quod nuncupatur Vinum regis.* Vide in *Tensure*.

\* VINUM RODOMELLUM, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613. Vide *Rodomellum*.

\* VINUM ROSACEUM, Quod cum rosis fit. Glossar. medic. Simon. Jannens. ex Cod. reg. 6959. Vide *Rosatium*.

¶ VINUM ROSATUM. Vide supra *Rosatium*.

VINUM SACRIFICALE, quod Missæ sacrificio potissimum addictum est, in Metro-poli Salisburgensi tom. 3. pag. 48 : *Præterea Vinum sacrificale, quod custodes monasterii retroactis temporibus procuraverunt, de communi nostro cellario volumus recipi, etc.* [\* *Geru. Opferwein.*]

\* VINUM SANCTI JOHANNIS, f. Ignitum, fervidum vel ex aliquo ejus nominis territorio collectum. Lit. remiss. ann. 1344. in Reg. 106. Chartoph. reg. ch. 326 : *Pour ce que icellui Bernes but Vin de Saint-Jehan ou mengu oultrageusement,..... fievre le prist.* Stat. tabernar. in Lib. rub. fol. magno domus publ. Abbavil. art. 4 : *Que nulz meche vin Francois aveut Vin de S. Jehan, etc.*

\* VINUM SANCTI STEPHANI, Charta Phil. V. ann. 1318. in Reg. Caroli Pulc. ex Cam. Comput. Paris. fol. 2. r° : *Ut quinque novi canonici per dictum dominum et genitorem nostrum et per nos in capella prædicta creati novissime et fundati, antiquis canonicis in perceptione omnium et singulorum ipsorum*



*proventuum, reddituum, anniversariorum, acquestuum, in oblationibusque indulgentiarum et de Vino S. Stephani.* Illud forte quod in festo S. Stephani seu diaconorum distribuebatur. Vide in *Kalendæ*.

\* VINUM SAQUATUM, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613. Consuet. Castell. ad Sequanam ex Cod. 9868. 2 : *Vin de sac ne tient point de ban ; mais se vend sans licence.* Vide *Saccatum*.

\* VINUM SINIMUM, *Quod ex sin, i. lentisco, et similiter terbenthinum.* Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

† VINUM STALLI. Vide in *Stallum* 2.

\* VINUM STILITICUM, *Quod fit cum squilla, in eodem Glossario.*

† VINUM SUPERLATIVUM, *Generosum, optimum, Gall. Excellent.* Vide supra *Superlativus*.

† VINUM DE TENELLO, *Familiarium seu domesticorum, qui in Tenello comedunt. Vide Tenellus 2. Portent... 12. mensuras vini puri de Tenello... Vinum pro Tenello, etc.* in *Ordinat. Humberti II. Dalphini* tom. 2. *Hist. Dalph.* pag. 314. col. 1.

\* VINUM TERRESTRE, *Quod in territorio nascitur, Gall. Vin du pays.* Charta ann. 1305. apud *Ludewig.* tom. 12. *Reliq. MSS.* pag. 231 : *Quod singulis sabbatis per anni cursum, predictis fratribus... media stopa Vini terrestri seu communis dabitur et ordinabitur.* [\* German. *Landwein.*]

\* VINUM TINCTUM, *Charta Phil. V. ann. 1320. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 439 : Duo dolia Vinorum tinctorum, quæ solum ad dandum colorem suis aliis vinis sunt necessaria.* *Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 152. ch. 64 : L'exposant prist trois los de Vin de tainte du pris de luît solz ou environ.*

VINUM TOLITICUM, *Quod domino in censum præstatur. Tabularium Ecclesiæ Gratianopolitanæ sub Hugone Episcopo fol. 23 : Dono Domino Deo et Ecclesiæ Gratianopolitanæ et Hugoni Episcopo 4. sextarios de Vino tolticio, quos in vinea Episcopi, quam emit de Petro Aldarde, per unum quemque annum solitus eram accipere.*

† VINUM TORNATUM, *Vapidum, Gall. Vin tourné.* Vide supra in *Tornare*.

VINUM TORTIVUM, *Cælius Aurelian. lib. 2. Acut. c. ult. : Cum vino ultimæ expressionis, hydatodem Græci vocant, nos abusive Tortivum* [\* Adde ex *D. Falconet* : *Cælius Aurelian. lib. 3. Acut. cap. 21. ubi legitur, ὑδατόδη, non hydatodem.*]

\* VINUM VALERINUM, *Italicum, in Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.*

† VINUM VERMILIVM. Vide in *Vermilivus*.

† VINUM VERNACIE. Vide *Vernachia*.

\* VINUM VINAGII, *Quod pro censu vinearum exsolvitur, in Charta ann. 1320. ex Chartul. Regalis-loci part. 1. ch. 83. Vide supra Vinagium 2.*

\* VINUM VINEARUM, *Ex vineis humilibus factum. Charta ann. 1273. ex Tabul. Cassin. : Et de vino, de quo similiter, terraticum Casinensi vestario solvere tenebantur de quolibet vino, sive Vini vinearum, sive vitium, quæ arboribus substantantur.*

† VINUM VINOSUM, *Bonæ notæ, Gall.*

*Vineux, in Medic. Salernit. edit. ann. 1622. pag. 142.*

VINUM VIRIDE, *Acerbum, ex viridi vva expressum, quomodo vin verd dicimus. Utitur Nangius in Chronico ann. 1258. De vinis variis vide Onomastic. Brunsfeldii.*

† VINES, *pro Vinum, in Judicio ann. 873. inter Probat. tom. 1. novæ Hist. Occitan. col. 125.*

VINYOGALARIUM, *Vinearum custodes. Martinus Didacus Daux Justitia Aragon. lib. 3. Observantiar. tit. Si quadrupes, §. 3 : Vinyogalarii, et messegari tenentur emendare dannum in vineis et messibus, si salarium recipiunt a domino pro messegueria, vel Vinyoguelaria.*

\* Vinyogolls, *in Charta Petri III. Reg. Aragon. ann. 1346 : Licet nuper.... providerrimus, quod custodes terrarum seu Vinyogolls dictæ civitatis, haberent tenere et assecurare cum fidejussoribus etc. Intellecto.... custodes et Vinyogolls esse talis status et conditionis, quod non invenirent, qui pro eis fidejuberent, etc.* Vide supra *Vinearius*.

† VIOCURUS, *et statim cestifer, in Gloss. Isidori et Arabico-Lat. Ultima resecat Grævius utpote ad rem nihil pertinentia : est enim Viocurus, viæ curator. Unde etiam emendandæ Gloss. Lat. Gr. ubi Viaculus legitur, ut et Gloss. Græc. Lat. quæ habent ἰεκόρος, iecorus : nam Græcis ἰεκόρος Ædiles nuncupantur quibus viarum provincia demandata erat. [\* Notæ Tyron. habent etiam Viocurus sequente voce Cestifer. Vide Furlan. apud Forcellin. in *Cestifer.*]*

† I. VIOLA, *Angustior callis, semita. Voyette, in Chartul. S. Joh. Laudun. ann. 1438. Charta ann. 1228. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 142 : Et inde sicut tendit via publica usque ante domum Davidis Bonois que est extra muros, et inde sicut descendit quædam Viola usque ad illum locum aquæ, que dicitur Partitorium. Vide *Violus*.*

2. VIOLA, *ut Vitula. Vide in hac voce.*

\* VIOLABILITER, *pro violenter, vehementer. Mirac. S. Vicinii tom. 6. Ang. pag. 192. col. 2 : Ammirans igitur, stupens, hæsitans, ne ab insequentibus caperetur, Violabiliter formidabat.*

I. VIOLARIUM, *Census Hispanis ; Violaria, apud Joannem Dametum in Hist. Regni Balearici pag. 87. Curia generalis celebrata in villa Montissoni ann. 1289. sub Alphonso Rege Arag. MS. cap. Quod donationes factæ Officialibus Regis pro monasterium vel alias personas sunt revocatæ : Illud idem ordinamus super Violariis iis assignatis existentibus officialibus. Curia secunda generalis celebrata Barcinone a Jacobo II. Rege Aragon. ann. 1299. MS. : Item quod aliquod officium predictorum vel aliorum non donemus amodo in perpetuum, vel ad Violarium, vel ad certum tempus. Curia ann. 1333. celebrata ab Alfonso Rege in villa Montissalbi : Item quod officiales ad Violarium tenentur assecurare de triennio in triennium. Capitis sequentis titulus sic concipitur : Quod fiat inquisitio contra officiales, qui habent officium ad inperpetuum, vel ad tempus. In ipso textu, ad inperpetuum, vel ad Violarium. Curia celebrata in villa Montissoni ann. 1363 : Istam taxationem censualium, mortuorum, et Violariorum in Instrumentis, quæ sunt de sententiis tam judicialibus quam*

*arbitralibus, etc. Observantiæ Regni Aragon. lib. 5. tit. de Jure dotium, § 10 : Si aliquid datum fuerit ad Violarium viro et uxori ad tempus, altero conjugum mortuo, superstes non debet in illo Violario, in quantum tangit partem mortui viduitatem tenere, sed transit ad hæredes mortui, etc. Vide Repertorium Michaëlis del Molino in v. Violarium. Alias*

2. VIOLARIUM, *Latinis dicitur Hortus, seu locus, violis consitus. Sedulius lib. 1. Paschalis operis cap. 20 : Dum... lilia nimio decore mollissima rubus asper exurat, aut per Violaria florentis campi purpurea, carduus et spinosis armatus aculeis Paliurus exurat. Fortunat. lib. 4. de Vita S. Martini :*

Ungue recido rosas, et per Violaria curro.

Occurrit apud Juvenum, et alios. [Vide *Vivariolus.*]

\* Nostratibus *Violier* nuncupatur, Opus quoddam cæmentarium. *Lit. remiss. ann. 1372. in Reg. 104. Chartoph. reg. ch. 108 : Pour ce que Perrette la Chapeliere de ladite ville de Laigny n'avoit pas voulu (payer le suppliant maçon) de certains Violiers, qu'il lui avoit fait ou jardin d'icelle Perrete, etc.*

VIOLATUS, *pro Violacens, nostris Viollet. Charta ann. 1197. apud Ughellum tom. 7. pag. 1275 : Cuppa de xamito Violato. [Adde Notitiam Eccl. Dimiens. pag. 150. Vide *Violatus.*]*

VIOLENS, *pro Violentus, usurpavit Saxo Grammaticus lib. 5 : Violensque amplexum usus extabat. [Eadem notione utitur Horatius lib. 1. Epist. 10. v. 37.]*

† VIOLENTARE, *Vi cogere, Gall. Violenter. Vita S. Petri Cælestini tom. 4. Maii pag. 493 : Papalem dignitatem inagis Violentatus, quam voluntarius acceptavit. Burchius de Reformat. Monast. apud Leibnit. tom. 2. Scrip. Brunsvic. pag. 850 : Ne postea Violentatos se fuisse conquererentur. Occurrit præterea tom. 1. et 3. April. pag. 734. et 918. Adde Conc. Toletan. ann. 1323 inter Hisp. tom. 3. pag. 570.*

\* VIOLENTIA, *pro Violatio, profanatio, nostris alias Violété. Charta ann. 1365. ex Cod. reg. 5187. fol. 39. v. : Vobis confiteri violentum confessiones audiendi, .... etiam in et de casibus dicto domino Lugdunensi reservatis, exceptis tamen..... Violentia cimiteriorum et ecclesiarum, .... potestatem et licentiam impartimur. Consil. Petri de Font. pag. 133. art. 21 : Ceus qui ont fait Violetés de sainte église apertes, etc.*

† I. VIOLETA, *Viola. Inventar. Eccl. Noviom. ann. 1419 : Item duo alii panni aurei coloris Violetæ, cum magnis roellis.*

† 2. VIOLETA, *Minister, ut videtur, in Ecclesia Aniciensi. Charta ann. 1312. ejusd. Eccl. : Thesaurario ecclesiæ VIII. lib. .... Tribulario c. sol. pro Violeta x. sol. pro marrelario c. sol.*

\* 3. VIOLETA, *Carceris publici nomen apud Nemausum. Comput. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 316. col. 2 : Pro elemosina faciendâ..... incarceratis, tam in Violeta quam in episcopatu, ij. grossos. Vide *Violeta*.*

† VIOLETTA, *Locus in quo judicia exercent Scabini Leodienses, domus publica Ædilium. Adrianus de Veteribusco Rec.*



Leod. apud Marten. tom. 4. Ampl. Collect. col. 1286 : *Et magister Ægidius ductus super Violetam in foro, ubi faciebat tunc palatium, quia esset causa sanguinis, quæ in palatio Episcopi non deberet tractari; etc.* Infra col. 1295 : *Statin duxerunt in Violetta captivum.* Pluries ibi.

¶ **VIOLETUM, VIOLETUS.** Vide *Violus*.

¶ **VIOLETUS**, pro *Violaceus*. Inventar. ann. 1433. ex Tabul. Eccl. Massil. : *Item unam hopelandam nostram sive tunicam brevem de Violeto obscuro, etc.* Vide *Violatus*.

¶ **VIOLUS**, Angustior callis, semita, quasi minor via, vulgo *Viol, Sentier*. Inquisit. ann. 1268. ex Schedis Præs. de Mazaugues : *Protenditur recta linea per Violum quo itur a dicto rompedali usque ad caminum quo itur, etc.* Infra : *Protenditur recta linea per caminum S. Petri usque Violum quo itur ad vallem sauneriam.* Charta ann. 1278. ex Tabul. Massil. : *Ita quod dictus claperius remanens a parte orientis et dictus Violus in medio dicti claperii, etc.* Alia ann. 1447. ex eodem Tabul. : *Donavit ortum suum confrontantem cum bario civitatis et cum Violu quo itur super mœnia. Violu in medio, in Necrolog. Eccl. Regiens. Charta Maurini Abb. Vallis-sanctæ dioc. Apt. ann. 1509 : Reservato quodam Violu sive droya pro passagio.* Inventar. Recognit. num. 18. cap. 41. de Vouta fol. 336 : *Confrontat cum Violu tendente de S. Albano ad mansum, etc.* Vid. *Viola* 1.

¶ **VIOLETUM, VIOLETUS**, diminut. a *Violus*, Eodem intellectu. Consuetud. Dombenses MSS. ann. 1325 : *Si ita esset quod aliquod iter publicum seu Violet iret seu tenderet per terram alterius nobilis, etc.* Terrarium Castellion. Domb. ann. 1463 : *Violetum tendens de Lurciaco ad portum Belleville ex Occidente.* Terrarium Bellijoc. : *Juxta Violetum tendens ab ecclesia sancti Mamerti ad mansum de la Cortablize.* Pluries ibi. Inquisit. ann. 1496. in tractu Dombarum : *Guillermus Viverii deponit se noscere metodium seu senturium de quo agitur, qui metodus seu Violetus, et via ad pedes, ... est communis et publica.*

¶ **VIONAGIUM**, Præstatio quæ Domino exsolvitur pro securo transitu, vel mercium exportatione per terram illius. Charta Raynaldi Archiep. Rem. ann. 1134. tom. 2. Monum. sacræ Antiq. pag. 14 : *Vionagiun, aut theloneum, aut mensuram in rebus propriis emendis, aut vendendis exigere, imponere præsumat.* Occurrit rursum in Charta ann. 1139. ibid. pag. 18. Charta Radulphi I. ann. 1196. inter Instr. Hist. Codiciac. pag. 146 : *Concedo in elemosynam in perpetuum ecclesiæ B. Vincentii... centum solidos communis monete annuatim.... ad Vionagiun meum de Fara recipiendos.* Vide in *Guida*.

\* **VIOTTOLA**, vox Italica, Augustior callis, semita. Charta ann. 1297. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Hodæpor. Charit. part. 1. pag. 115 : *Et est quedam Viottola, qua itur ad molendinum plebis de Caiano.* Vide *Violus*.

¶ **VIPA, VIPPA**, Gall. *Rotie, soupe au vin.* Hermolaus Barbar. lib. 5. cap. 65. Corollarii in Dioscoridem : *Erat veteribus jentaculum buccæ ex vino, quod genus Barbari a vino et pane Vippam vocant.* Buschius

de Reformat. Monast. lib. 3. cap. 31. apud Leibnit. tom. 2. Script. Brunsvic. pag. 934 : *Ad cellarium suum cum secum sumsit, ubi Vipam bonam de vino factam eum comedere et bibere fecit.*

\* Manuale sacerdot. dioc. Ambian. edit. ann. 1554. ubi de Ritu matrim. fol. 17 : *Paue et vino benedictis, faciat sacerdos tres Vippas : unam pro seipso, secunda datur sponso et sponsæ partim, tertia datur circumstantibus. Post presbyter bibit et dat sponso et sponsæ sponse, similiter circumstantibus. Quo facto aspergit aquam benedictam super thalamum et super sponsum et sponsam.*

**VIPIDA**. Pactus Legis Salicæ tit. 44. § 3 : *Si quis hominem in puteum, aut in Vipida factaverit, et vivus ex inde exiverit, etc.* Ubi Lex Salica tit. 43. §. 10. habet in pelagus. Idem Pactus §. 13 : *Simili modo, qui hominem in pelagus impinzerit, et exinde evaserit.* Unde liquet *Vipidam* hoc loco sonare pelagus, seu aquæ gurgitem, uti hanc vocem usurpari docuimus; qui Taxandris *winapel*, vortex; sicut, inquit Wendelinus, nomina indita duobus fluminibus circa Liram in Brabantia, *Wimpe*, et *Wiapede*, quod sint vorticosa et periculosissima. [Ex quibus colligit Eccardus *Vipila* legendum esse; non *Vipida*.] Vide *Wapeldrinc*.

1. **VIRA**, Uxor. Formula 37. ex Baluzianis : *Dum omnipotens Deus concessit jugale consortium, et tale permissum dedit et in omnibus, ut unusquisque cum Virâ sua nubar juxta consuetudinem anteriorum Christianorum, etc.*

¶ 2. **VIRA**, ut *Viratonus*, Teli species. Vide in hac voce.

\* A Gallico *Vire*, eadem notione. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 118. Chartoph. reg. ch. 331 : *Partie d'iceulx arbalestiers eussent traict de l'un bersail à l'autre et fussent alez par le traict de leurs Vires ès parties du bersail ou traict avoient.... Aiasi que ledit Eslic eust desnoqué son arbaleste, sa Vire encontra ledit de la Chapelle, etc.* *Vireton*, in aliis ejusd. ann. ibid. ch. 170. Aliæ ann. 1396. in Reg. 151. ch. 12 : *La Vire ou boujon, dont icellui du Quesnoy jouoit et que parovait al avoit entezé, etc.* An inde *Virailles* nuncupatum locum, in Lit. remiss. ann. 1402. ex Reg. 157. ch. 270 : *Une piece de cuir, appelée Virailles.* An a Gallico *Virer*, abigere? Vide mox in *Virare* 3.

\* 3. **VIRA**, f. pro *Bira*, Fossa. Vide supra *Bivia*. Lit. admort. ann. 1375. in Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 401 : *Item in quadam petia caupi.... confrontante cum honore hæredum Gueraudi Janesii, ... vallato sive Vira in medio.*

¶ **VIRAGIUM**, ut *Homagiun* ab homo, ita *Viragiun* a vir, pro Clientelaris professio, Gall. *Hommage, Hominiun*. Vide in hac voce. Charta ann. 1235. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 383 : *Dicunt etiam quod Comes non peterat levare Viragiun ab hominibus Baronum... Nec vidit quod aliquis Comitun ante istum caperet Viragiun... De Viragio dixit quod aliquis Comes nunquam ipsum cepit.*

**VIRAGO**. Ælfricus in Gloss. Saxon. *Virago*, ceorlstrang fæmne; id est, *inascula, fortis virgo*. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. :

*Virago, Fort femme.*] Julius Firmicus lib. 3. cap. 6 : *Eunuchos faciet mulieresque Viragines, et quæ se nunquam virili coitu conjungant, vel si se aliquando viro conjunxerint, nunquam concepturas, vel partum edituras.* Octavius Horatianus lib. 4. Rer. medicar. pag. 110 : *Sic denique si prior feminiai cursus in vasculis concedat, masculi ex eo nascuntur superveniente similis semine. Si vero antecesserit virile semen, et in vasculis ceciderit, prius superveniente femineo semine, feminæ nascuntur. Hinc est rationi consentaneum, quod ex virili semine puellæ nascuntur : ex femineo semine pueri nascuntur. Si itaque utrorumque semen pernixtum, obviando sibi in vasculorum cavitate ceciderit, hos Viragines appellamus.* Ingulfus de filiabus Ethelstani Regis Angliæ pag. 878 : *Vadunt ad littora cum Cancellario quatuor Viragines, quæ castitatis honore Dianam vincebant, et corporali pulchritudine etiam Helenam superabant.* [Vide *Virerna*.]

1. **VIRARE**. Lex Alamannor. cap. 84 : *Et ponat signua ubi iste voluerit, et ubi ille alius voluerit terminum, et Viret ipsam contentionem.* Ita aliquot codd. præferre monet Baluzius, ubi aliæ girent habent. Alius vero pro *contentioaem*, præsert *terram*. Ita *girare*, vel *virare contentionem*, est agrum, de quo lis est inspicere cum iudicibus. *Virer*, porro nostris idem sonat quod *girare*. Vide *Fisus*.

\* Unde nostris *Vironner*, eodem sensu. Lit. remiss. ann. 1465. in Reg. 194. Chartoph. reg. ch. 75 : *Icellui Maillou tousjours couroit et suivoit de près le suppliant.... et Vironnerent tout entour d'une maison.* Ejusdem originis vox *Violet*, pro *Girouette*, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Violet, Prov. Giraculum.*

¶ 2. **VIRARE**, Vertere deorsum sursum, nostris *Virer*. Statuta Eccl. Massil. ann. 1472 : *Marrelarii non teneant campanas erectas, nec illas Virent sub pœna denario-rum iv.*

\* 3. **VIRARE SE**, Serpere; dicitur de morbo, in Mirac. B. Ant. Ripol. tom. 6. Aug. pag. 540. col. 1 : *Valde fortiter postea ipsa inflatura se Viravit in fronte, et postea retro caput super capitum.* Nostris vero alias *Virer*, idem videtur quod Abigere, nunc *Chasser*. Lit. remiss. ann. 1400. in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 171 : *Icellui Estienne gardant ses bestes menues et grosses auuailles et avecques Leonarde... ala Virer ses bestes.* Aliæ ann. 1452. in Reg. 181. ch. 128 : *Jehan Brosse dist à la femme du suppliant.... qu'il iroit bien Virer icelles vaches de son pré.*

¶ **VIRATIUS, Maginarum virium.** Nominus.

¶ **VIRATONUS**, Teli species. Vide *Ve-retonus*.

¶ 1. **VIRATUS**, Viri officium. Sidonius lib. 7. Epist. 9 : *Bono Viratu æmulis suis magis prodesse cupiens, quam placere.*

2. **VIRATUS, Virilis, fortis, vel viro honoratus** [vel ornatus.] Unde Johannes Chrysostonus, *mulier virata non facile decipitur.* Ita Ugutio. Ecclesiastic. cap. 28. 16 : *Lingua tertia mulieres Viratas eiecit, etc.* Edit. Gr. ἡ γυναικας ἀνδρείας. Ubi Mamotrectus : *Viratas, id est, viriles, vel Viratas de fide*



thori, vel *Viratas*, viro lucentes semper. [*Viratus*, fors, firmes, seurs, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.]

¶ **VIRBIUS**, Bis vir existens, a Bis et Vir : seu qui binas habuit vel habet uxores : vel etiam qui bis fecit facta viro digna : vel qui resuscitatus est, ut Lazarus et Hippolytus. Joh. de Janua. Unde Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Virbius, deux fois hommes*. Vita S. Bibiani Sancton. Episc. apud Marten. tom. 6. Ampl. Collect. col. 769 : *Sicque in vitalem statum adprime restitutus, pedestri calle domum rediit Virbius qui ad humani ultimum obsequium ecclesie fuerat inlatus*.

¶ **VIRCARIA**, ut supra *Vercaria*. Charta ann. 1195. apud Stephanot. tom. 1. Antiquit. Bened. Occitan. MSS. pag. 437 : *Concedit... quatuor molendinos, cum Vircariis, aquis, aquilibus, etc.* Charta ann. 9. Conradi Reg. apud eumd. tom. 7. Fragm. Histor. MSS. pag. 357 : *Curtulum indominicatum cum Vircaria, et vineis, et quidquid ad ipsum curtulum adspicit*. Alia ibidem pag. 360 : *Dedit S. Martino Saviniensi sanctoque Juliano de Sal unam Vircariam cum mansione et horto suo indominicato*. Charta Widonis Vicecomit. Arvernensis apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 40 : *Silvis, aquis, aquarumque decursibus, viridiariis, Vircariis, molendinis, pascuis, etc.*

¶ **VIRCHARNIA**, pro *Vierscara*. Vide in hac voce. Charta apud Miræum tom. 1. pag. 681. col. 1 : *Comparuimus Brugis in Vircharnia coram domino Guidone Comite Flandrie super dicta controversia... Actum in Vircharnia Brugensi anno Domini 1261*.

¶ **VIRDEGARIUM**, Viridarium, Gall. *Verger*. Instr. tom. 2. Gall. Christ. novæ edit. col. 328 : *Anno Domini 936. Ind. 10. ego Tetolo... dicavi hanc ecclesiam, et dicamus cum dote, ... mansilis, curtiferis, Virdegariis, vineis, etc.* Tabul. S. Petri de Cellafoini in pago Engolismensi : *Cedego et frater meus et uxor mea mansum unum qui vocatur Hunorusus cum aquis, pratis, vineis, Virdegariis, etc.* Occurrit non semel. Vide *Viridarium*.

¶ **VIRDUNENSIS MONETA**. Vide in *Moneta* Baronum.

¶ **VIRECTUM**, Locus viridiū, locus viriditate plenus. Nisi communis usus obsisteret, dicerem quod *Virectum* deberet scribi sine e, sicut *olivatum*, *miretum* et *alnetum*. Ita Glossæ Bibliæ MSS. Anonymi ex Bibl. Reg. Vide *Viridarium*.

**VIREDO**. Willel. Brito lib. 10. Philipp. :

Tot latera ambitu livere Viredine ferri.

\* **VIREDUS**, Custos viridarii. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521. *Qui servat virgultum*; in altero ann. 1352. ex Cod. 4120.

¶ **VIREGA**, pro *Virga*, Baculus Abbatis. Notitia ann. 993. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 350 : *Apprehendens Virgam suam dixit : In tali conventionem, ut locuti estis, audiente me, vestio vos*.

\* **VIRELI**, Ludi inhonesti genus. Reg. visitat. Odon. archiep. Rotomag. ex Cod. reg. 1245. fol. 442 : *Clerici vicarii ac etiam capellani (S. Ildeverti de Gornaio) in festivitibus quibusdam, præcipue in festo S. Nicholai, dissolute et scurriliter se habe-*

*bant, ducendo choreas per vicos et faciendole Vireli*.

**VIRENTIA**, Virens herba, ramalia virentia, quibus in publicis festis sternuntur plateæ. Vita S. Leodegarii cap. 8. apud Duchesium tom. 1. Hist. Francor. : *Lætatur Ecclesia de præsentia pastoris rediviva, plateæ exornantur Virentiis, aptant Diaconi cereos, etc.*

¶ **VIRETONUS**, Pili species. Vide *Vere-tonus*.

1. **VIRGA**, Lingua Gallica, purpuram sonat, inquit Servius ad illud Virgilii lib. 8. *Æneid. Virgatis lucent sagulis*. Id est, purpureis.

2. **VIRGA**, Veretrum. Lex Longobard. lib. 1. tit. 7. § 18. [\* Carol. M. 82.] : *Si Virgam abscederit, etc.* Vide *Hasta* 3. et *Vectis*.

3. **VIRGA**, Baculus Episcopalis, vel *Abbatis*. Petrus Diac. lib. 4. Chr. Casin. cap. 78. de Episcopis : *Dicentes, nihil aliud superesse, nisi ut sublatis Virgis et annulis, deservirent Monachis*. Cap. 27 : *Virgam et anulum ei juxta morem antiquum confirmans*. [Notitia vetus apud Baluz. tom. 6. Miscell. pag. 437 : *Episcopatum reliquit, et anulum Virgamque reddidit*. Sermo habitus in Conc. Lemovic. ann. 994. apud eumd. Baluz. Hist. Tutelens. col. 387 : *Virga tua (S. Martiale) alloquitur quæ in urbe sedis meæ pro pretioso haecenus custodiebatur thesauro, etc.* Adde *Spicil. Acher.* tom. 8. pag. 172.] *Abbatiam per Virgam concedere*, in Charta ann. 1120. tom. 1. *Spicilegii Acheriani* pag. 172. [Vide *Uncus* 2.]

¶ **VIRGA PRÆCENTORALIS**, Baculus Præcentoris. Andreas Floriac. in Vita MS. S. Gauzlini Bituric. Archiep. lib. 1 : *Fecit et præcentoralem Virgam argenteo scemate nitentem*.

**VIRGA ALBA**, Pacis symbolum. Britton. in Legib. Angl. cap. 53 : *Si comme par simple desseisine faite de jour sauns force et armes, oue une blanche Verge en signe de peas*.

\*\* **VIRGA COLERIA**. Vita S. Galli apud Pertz. Script. tom. 2. pag. 7 : *Consuetam vir dei orationem quærens corrui in vepre pedem offendens... et cum surrexisset ab oratione fecit de Virga Coleria crucem*. Editor interpretatur *Colurnam*.

**VIRGE CONSECRATE**, Gregorius Turon. lib. 7. cap. 32. et ex eo Aimoinus lib. 3. Hist. Fr. cap. 68 : *Post hæc misti iterum Gundobaldus duos Legatos ad Regem cum Virgis consecratis, juxta ritum Francorum, ut scilicet non contingerentur, sed exposita legatione cum responso reverterentur*. Valerius Flaccus lib. 4 :

Ille virum ut contra venientem, umbrataque vidit  
Tempora Parrhasio patris de more galero,  
Paciferaque manu nequequam insignia Virgæ.

\* **VIRGA DECORTICATA**, *Verge pelée*, metricibus tribuitur, in Mirac. MSS. B. M. V. lib. 2 :

Tele ribaude et avolée,  
Ki porté a verge pelée  
Plus de sept ans par le pais.

¶ **VIRGÆ DISCIPLINATORIÆ**, in Vita S. Galterii sæc. 6. Bened. part. 2. pag. 821 : *Liceat mihi peccantis lege, id est nudis pedi-*

*bus, totoque corpore circa renes tantum præcincto, manibus meis Virgas disciplinatorias ferenti, in capitulum venire, et coram Deo, et vobis fratribus meis veniam de offensionibus meis petere, et a vobis omnibus Virgarum correctionem, dignam videlicet factis meis recompensationem, recipere*. Vide *Disciplina*.

**VIRGAM FERREAM** per medium lingue portare, Pœna blasphemantium apud Catalanos. Curia generalis Catalanæ in villa Montissoni ann. 1363. MS. : *Qui verba nefandissima Deum omnipotentem, ac B. Marianam Virginem et ejus virginitatem tangentia, Sanctos et Sanctas Dei, protulerit, si ex proposito dixerit, sine spe aliqua venia moriatur. Si in ludo, rixa, vel cum ira, vel casu protulerit, portando per medium lingue usum Virgam ferream, fustigetur*.

**VIRGÆ MINUTE**. Vide *Flagellatio* 1.

**VIRGA REGALIS**. Vide *Baculus* 2.

¶ 4. **VIRGA**, Annulus, nostris *Verge*, eadem notione. Testam. Beatricis de Alboreya Vicecomit. Narbon. ann. 1367. apud Marten. tom. 2. Anecd. col. 1527 : *Item unum anulum cum parva Virga. Tabulæ matrimoniales ann. 1468 : In pretio duorum clamidum unius Virgæ auri, etc.*

5. **VIRGA**, vel **VIRGATA REGIA**, Districtus Senescalli Hospitii Regis Angliæ, cui in signum jurisdictionis commissa est *Virga* coram Rege deferenda, ut olim *Curpalatæ*, qui idem fere muneris obibat apud Imp. Byzantinos : is enim aurea *Virga* decoratus inter obsequia numerosa ante pedes regis primus incedebat, ut auctor est Senator lib. 7. Form. 5. Quæ quidem Curpalatæ *virga χρυσῆς ῥάβδος ἀει πραξιλευθες ἀνάκτορον*, dicitur Paulo Silentiario in Descript. S. Soppbiæ part. 2. v. 126. Vide Glossar. med. Græc. Διακρίσιον, *Virga*. Fleta lib. 2. cap. 2. § 2 : *Senescalli Hospitii Regis interest de omnibus actionibus contra pacem Regis infra metas Hospitii continentes duodecim leucas in circuitu Regis ubicumque fuerit in Anglia, quod quidem spatium dicitur Virgata regia*. Cap. 2. § 2 : *Dicitur Virga, quæ sequitur Regem ubicumque fuerit in Anglia, spatium continens 12. leucarum*. Adde lib. 2. cap. 61. § 7. 8. [Litteræ Edwardi III. Reg. Angl. ann. 1346. apud Rymer. tom. 5. pag. 523 : *Et nos plurimum affectantes quod felonix et transgressiones infra Virgam hospitii predicti custodis (videlicet per duodecim leucas in circuitu ejusdem hospitii) perpetratæ, ac si ipsæ infra Virgam hospitii nostri, si nos præsentem essemus, factæ fuissent, audiantur et terminentur, etc.*] De hac *Virgata* agunt etiam Leges Malcolm II. Regis Scotiæ cap. 6. § 3 : *Omnes transgressiones sub Virga Marescalli D. Regis (videlicet infra 12. leucas) debent determinari in Curia Regis coram predictis Marescalli et Constabulario*. *La verge*, nude, in articulis super chartas editis ann. 28. Edw. I. cap. 3. et apud Brittonum pag. 1. 8. 9. 69. 75. 76. etc. Apud Francos, *Curia Regia* decem leucarum quaquaversum esse intelligitur, a loco, ubi Princeps ipsæ moratur : uti Edicto Francisci I. mens. Jun. ann. 1544. statuitur, quod a Miramontio describitur in Præposito Hospitii pag. 239. Vide Isidorum Pelusiot. lib. 3. Epist. 176.



¶ VIRGA ERRECTA, Gall. *Verge droite*, in Consuet. Leod. cap. 15 art. 10. de jurisdictione pratoris intelligitur.

VIRGA, quam præferunt *Servientes* coram Justitiaris, in Statuto Westmonast. 2. cap. 46. 48. Vide *Virgarius* et *Virgatores*.

\* Pro districtu seu officio servientis, aut feudi ejusdem reditu interdum usurpatur. Seacar. S. Mich. apud Cadom. ann. 1241. in Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 26. r<sup>o</sup>. col. 1 : *Judicatum est quod uxor cujusdam defuncti debet habere dotem de omnibus, de quibus maritus ejus erat in die et hora, quando uxorem recepit suam in sponsam, saisitis per hæreditagium videlicet de feodo lorica et de serjentaria et de Virga et de omni feodo, quod tenetur per hæreditatem.* Declarat. Joan. de Sacro cæsare milit. ann. 1318. in Reg. 112. Chartoph. reg. ch. 6 : *Item la Verge de ladite prévosté de la justice haulte et basse..... sont prisies xxv. livres par an à pris de terre.*

\* Virga servientis projecta intra muros domus, cujus apertio illi detrectabatur, in signum peracti officii sui manus appositæ. Lit. remiss. ann. 1390. in Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 255 : *Le prévost de Dourlens accompagné de plusieurs sergens alla en la ville de Vieffes devant la maison dudit Chambellan,.... estant en dehors devant ladite porte il fit lire sa commission à Jeanne femme dudit Chambellan et fit les commandemens contenus en icelle commission..... Jeanne en fut refusante et defendi que riens ne fust ouvert..... Par signe de désobéissance le prévost getta par dessus la porte en ladite basse-cour une Verge de l'un des sergens qui estoient avec lui, et s'en parti.*

6. VIRGA TERRE, Modus, seu mensura agri, gyr d-land, *virga terre*, Anglo-Saxonibus. Donationes factæ Eccl. Salisburgensi cap. 13 : *Dedit de proprio in salinis suis, in harena Virgas vi. que Virga habebat pedes xxvi. et dimidium, hoc est, in orientali parte ipsius harenæ.* Liber Rameiensis ch. 297 : *Dedit 3. Virgas de terra in Indingewrth, et unam Virgam in Sleppe.* Occurrit apud Ingulfum pag. 909. Ordericum Vital. lib. 5. pag. 602. in eodem Monastico Anglic. tom. 1. pag. 280. 313. tom. 2. pag. 8. 91. etc. [Tabul. S. Bertini : *Sepiunt Virgas 5. et in monasterio inter omnes Virgas 4.* Occurrit ibi non semel. Charta ann. 1174. apud Miræum tom. 1. pag. 191. col. 1 : *Centum quoque mensuras maresci ad Virgam Comitum Flandriæ.* Adde tom. 2. pag. 832. 1328. et 1329. Charta Roberti Comitum Moretonii ann. 1453. apud Stephanot. tom. 13. Fragm. Hist. MSS. pag. 123 : *Et unicuique burgensi dabant monachi terre unam Virgam ad inhabitandum, qui ibi sunt vel hospitandi sunt.* *Verge de terre, Vergine, Virgine, Vergue*, in Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 185. ex Charta ann. 1290 : *Trois acres de terre et une Vergine à campart et à vileine. Trois Virgines de terre quatre pergues moins*, in Charta ann. 1293. ibid. pag. 177. Alia ejusd. anni pag. 214 : *Pour unze livres et deux sols Tournois,.... v. Verges de terre. Une pieche de terre contenant chint Verges de terre et sept pergues*, in Charta ann. 1305. ibid. pag. 184.] Nomenclaturæ rationem forte attingere Acta Murensis Monasterii pag. 45 :

*Quantum enim hæreditatis unusquisque possidet, tantum dat et census : et quantum census dat, et arat, et secat fenam, et metit sertique ; et pullos dat et lini resticulas. Cum autem debent arare, cum Virga metitur eis, quæ et mansi solent metiri. Et ipsa Virga signata est secundum uniuscujusque rationem, et ubicunque signum occurrit, ibi parvum lignum figitur in terra, et ipsi tamen in prima scissura et seminatione arant.*

\* Pro pannorum quoque mensura occurrit, in Lit. remiss. ann. 1411. ex Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 230 : *Dix Vergues ou aulnes de drap bureau.*

¶ VIRGA FERREA, Quæ aliarum mensurarum est exemplar. Chartular. Prior. Leominstr. apud Th. Blount in Nomolex. Anglic. : *Dedi unam placetam terræ mæ, ... cujus latitudo in fronte continet in se xvi. Virgas ferreas præter unum quarterium, et totidem a retro.* Vide *Ulna* 2.

¶ VIRGA PUBLICA, Eodem intellectu. Chronic. Farf. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 593 : *Item Romadus Comes concessit in hoc monasterio ecclesiam S. Silvestri in territorio de Perito, cum modis centum de terra ad Virgam publicam circa eam.*

VIRGATA TERRE, Idem quod *Virga terre*, tantum agri, quantum *virga* continet. Leges Inæ cap. 69 : *Si quis Virgatam terræ a domino mercede conductam araverit, etc.* Chronic. Monasterii de Bello : 8. *virgæ unam hidam faciunt ; wista vero 4. Virgatis constat.* Infra : *Dividitur leuga per wistas, quæ aliis in locis Virgatæ dicuntur.* Ita fere Monasticum Anglicanum tom. 1. pag. 313. Vetus Codex : *Virgata terræ continet 24. acras, et 4. virgatæ constituunt unam hidam, etc.* Alius Codex : 10. *acres terræ faciunt secundum antiquam consuetudinem unam ferdellam, et 4. ferdelle faciunt Virgatam, etc.* Sic quantitas varia est pro locorum varietate. Vide Dugdalum in Antiquit. Warwickens. pag. 665.

\* Reg. Cam. Comput. Paris. sign. Noster fol. 340. r<sup>o</sup> : *Quadragesima perticæ faciunt Virgatam ; quatuor Virgatæ faciunt acram.... Quadragesima perticæ terre faciunt Virgatam ; duæ Virgatæ faciunt arpentum.*

¶ VIRGATA OPERARIA, Quæ operibus obnoxia est. Chartul. SS. Trinit. Cadom. fol. 57 : *Ricardus de Colecis tenet 1. Virgatam operariam pro 5. sol. et facit consuetudines sicut Adam.* Fol. 59 : *Unaquaque Virgata operaria de Hantoniam debet operari unaquaque hebdomada et per totam hebdomadam.*

¶ VIRGADA, ut *Virgata*. Salomon dedit unam *Virgadam*, in Tabul. Roton. Charta apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 74 : *Tradidit.... partem Virgadæ unius cum manente supra.*

¶ VIRGATA, Prædium rusticum, vel terra indefinitæ mensuræ. Tabul. Roton. : *Nobilis vir Rethuobri veniens ante ecclesiam Vernensium donavit Virgatas sue hæreditatis, quarum hæc sunt nomina : Hoethmonoc, Ran Turnoc, et Ran Riwocon.*

VIRGATA DECIMA hæreditatis, quæ fisco Regis debetur, cum de hæreditate inter hæredes controversia est, et ad eam componendam Rex Missum suum transmittit, in Capitul. 2. ann. 813. cap. 7.

¶ 7. VIRGA PONDERIS, proprie est Ver-

ticillum librarium, Gall. *Verge de peson*, quo utuntur ad merces ponderandas : unde usurpatur pro Præstatione quæ pro ponderibus publicis exsolvitur, dum res et merces ponderantur, Nostriis *Droit de poizage*. Vide in *Pondus*. Litteræ Humberti II. Dalph. ann. 1348. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 3. pag. 277 : *Et etiam Virga ponderis quam tenet nunc ab ipsa Ecclesia censualem dom. Catherina de Podio.* Charta ann. 1377. ex Camera Comput. Provinc. : *Una cum juribus Virgæ ponderis, et tractæ bladi, et leydarum.*

8. VIRGA. Speculum Saxonicum lib. 3. art. 45. § 14 : *Duæ Virgæ et una forpex emenda illorum est, qui furando aut spoliando juri derogant sua.* [\*\* § 9. Germ. *Tvenc besmen.*]

¶ VERGHA, pro *Virga*, in Statutis Montis Regalis fol. 269 : *Ponendo quatuor Vergas azali, etc.*

¶ VIRGADA, Modus agri. Vide *Virga* 6.

\* VIRGARETUM, Virgetum. Charta ann. 1048. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Hodæpor. Charit. part. 3. pag. 1034 : *Cum campis, paschuis, silvis, arboribus pomiferis, fructiferis, castanietis, Virgaretis, cultis et incultis, etc.* Vide *Virgareum*.

VIRGAREUM, VIRGASTRUM, Virgetum. Vetus Charta exarata circa ann. 993. apud Ughellum in Archiepiscop. Florentinis tom. 3. pag. 47 : *Terris et vineis, silvis, Virgastris, pratis, paschuis, etc.* In alia vero pag. 52. *Silvis, olivetis, Virgareis, pratis, etc.* habetur, ut et in Charta Grimoaldi Pisani Episcopi ibid. pag. 404.

¶ VIRGARIUM, ut *Virgareum*. Tabul. S. Albini Andegav. : *Donanus, ... unum Virgarium cum custodia sua et una domo supra ripam Sarte.*

VIRGARIUS, Lictor, ἰσχυροῦς, in Gloss. Gr. Lat. Exstat in Foris Aragon. lib. 1. pag. 36. titulus de *Virgariis Curie Justitiæ Aragonum*, ubi *Vergueros* dicuntur. [Vide *Virgabajulus*.]

¶ VIRGARIUS, Gall. *Bedeau*, Apparitor. Ceremoniale MS. B. M. Deauratæ Tolos. : *Sacerdos vero aliis diebus Dominicis indutus pluviali una cum Virgario deferente virgam, etc.* Charta ann. 1370. tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 236 : *Parvis capellanis, Virgariis, matriculariis clericis, qui interfuerunt dictæ processioni.* Adde Concil. Hisp. tom. 4. pag. 468. et Calmet. Hist. Lotharing. tom. 3. col. 468. Vide infra *Virgifer*.

¶ VIRGARIUS, apud Camaldulenses is esse videtur qui facultates monasterii administrat, vel qui agrorum culturæ invigilat. Epist. 35. Ambrosii Camaldul. apud Marten. tom. 3. Ampl. Collect. col. 429 : *Dices ex nobis fratri Johanni Virgario, ingrate illum nimis agere, qui pecuniam mutuo acceptam restituere non curaverit nobis, quam debemus creditori.* Epist. 36. ibid. col. 430 : *Virgarius noster opus habet Petro de Moggiona toto mense isto, bubulco nostro illo loquor.*

¶ VIRGASTRUM. Vide *Virgareum*.

¶ VIRGATA, ut infra *Virgatus*, Pannus virgis quibusdam distinctus, *Et se rayée*. Comput. ab ann. 1333. ad ann. 1336. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 283 : *Item, pro infoderatura unius garnatiæ et caputii pro donn.*



*Andrea Dalplino de Virgata quam dominus portavit de Francia, vi. lib. vi. sol. Vicn.* Alia notione vide in *Virga* 6.

**VIRGATORES**, Qui Anglis *Servientes ad arma*, qui *virgas* argenteas deauratas deferunt ante Regem, ut est apud Watsium. Matth. Paris ann. 1249: *Quidam vero de ipsa civitate tunc presentes, dum regii Virgatores populum ibidem propter rei novitatem congregatum et compressum retroire cogent, etc.* Fleta lib. 2. cap. 1. § 15: *Sunt quedam injuriæ, quæ restitutionem in triplo inducunt damnorum, sicut... de Virgatoribus injustum feudum capientibus.* Cap. 38: *In eadem curia (Regis) sunt Virgatores, populum gravantes, gravia feoda petentes.* Vide *Servientes ad arma*. Vox *virgatores* occurrit apud Plautum in *Asinaria* pro iis, qui *virgis* cædunt. [Vide infra *Virgibajulus*.]

**VIRGATUS**, Italis, *Vergato*, panno, o vestimento divisato di piu colori, Pannus virgis quibusdam in longum vel in latum varia serie et colore porrectis distinctus, uti *Virgata* Gallorum *sagula*, apud Virgillum lib. 8. interpretatur *Tarnebus* lib. 2. *Advers.* cap. 4. Glossæ Gr. Lat.: *ῥαβδοτός, virgens.* Statuta Innocentii IV. PP. pro reformatione Nigri ordinis: *Non adollescentes, non nobiles, non consanguineos, nec indutos vestibus Virgatis, aut argenteis nodulis ornatis, vel partitis, vel viridibus, aut rubeis, etc.* [Statuta Eccl. Gerund. ann. 1274. apud Marten. tom. 8. Ampl. Collect. col. 1469: *Pannis rubeis, vel cædatis, seu viridibus, aut Virgatis tunicis, etc. Vestes Virgatas continue publice portantes, in Concilio Bituricensi ann. 1280. apud eundem tom. 4. Anecd. col. 192. Vestes partitæ vel Virgatæ, in Statutis Ecclesie Argentoratensis ann. 1435. ibidem col. 539.] Concilium Palentinum ann. 1388. cap. 3: *Vestem superiorem non Virgatam, aut bipartitam, etc. Vestito di vergato*, apud Scriptores Italos, laudatos a Pergamino. [Vide in *Pannus* 2. *Vetatus*, *Virga* 1. et *Virgata*.]*

**VIRGEIA**, Modus vel mensura agri, ut supra *Virga* 6. Chartul. S. Vincentii Cenoman. fol. 34: *Robertus de Larcamps (dedit) unam Virgeiam terre.* Occurrit rursum fol. 94.

\* **VIRGELLA**, Italis *Vergella*, *Virgula*; instrumentum musicum videtur, f. fistula, in Actis B. Christ. tom. 4. Jun. pag. 410. col. 2: *Fungatur officio consolatoris plebanus Joannes, ubi locus fuerit arripiens Virgellam suam, et disponat se toto corpore et corde, sicut decet amicos Dei, et dulcis melodiæ cantus de civitate Dei incipiat personare.*

**VIRGENDEMIA**, *ῥαβδομαχία*, in Gloss. Lat. Gr. Nonio ex Varrone, *Virgindemia*, virgarum apparatus, demtio, vel decerptio.

**VIRGERIUM**, Gall. *Verger*, *Viridarium*. Chartul. majus S. Victoris Massil. fol. 58: *Ego Bernundus clericus dono dimidium Virgerii ad S. Victorem.* Ibidem: *Ego Jaufredus Carbonellus dono totam partem hæreditatis meæ de uno Virgerio simul cum mansuario.*

**VIRGEUS SERPENS**, *Virga* Moysis in serpentem conversa, apud Glabrum *Rodulphum*.

**VIRGIBAJULUS**, Idem qui *Virgator*, officium in aula Regum Angliæ. Vide *Vir-*

*gatores.* Charta Edwardi V. Reg. Angl. ann. 1483. apud Rymer. tom. 12. pag. 183: *Concessimus eisdem... officium Virgibajuli, alias dictum Virgarii ad portandum virgam coram nobis et hæreditibus nostris ad festum S. Georgii infra castrum nostrum de Wynd-sore annuatim.* Vide mox *Virgifer*.

**VIRGIFER**, Qui fert *virgam*, apparitor, in Charta ann. 1107. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 266. Vide *Virgarius*.

**VIRGIFER** vocatur in recentiori Cereemoniali Ecclesie B. M. Deauratæ Tolosanæ qui in processionibus baculum cantoris defert, idem qui *Propheta* in veteri Cereemoniali nuncupatur. Vide *Propheta*, et supra *Virga* 3.

**VIRGILDUM**. Vide in *Wera*.

**VIRGINAL**. Vita S. Gerardi sæc. 5. Bened. pag. 270: *Qui (Deus) sicut expertum legimus Virginal beatæ martyris Agathæ, universa curans restaurat solo sermone, etc.* Ubi de restituta mamma S. Agathæ sermo est: alibi *Virginal* idem sonat quod *virginitas*. Gloss. Isidori: *Virginal, membra virginis in quo habitat.* Martinus emendat, *Virginal, membrana virginis, in qua habitat, scilicet virginitas seu hymen.* *Virginal, la partie où est faite la conception*, in Gloss. Lat. Sangerman. Glossæ Isonis Magistri, *Virginal, locus in quo devirginantur virgines, Virginalia*, *παρθένην*, in Gl. Lat. Gr. *παρθένην*, in MSS.

\* Glossar. vet. ex Cod. reg. 521: *Virginal, illa pellicula, quæ rumpitur, dum virgo defloratur.*

**VIRGINAL**, f. Liber officium B. M. Virginis continens. Testam. ann. 1415. apud Rymer. tom. 9. pag. 276: *Et unum parvum librum vocatum Virginal, cooperatum in blodio panno de auro de Cypre.*

**VIRGINARE**, *Παρθένειν*, in Gloss. Gr. Lat. MS. perperam in edito: *Παρθένειω, Virgino.* Ugutio: *Virginare, fricare, et facere, quæ possunt fieri salva virginitate.* [Vide *Virginula*.]

**VIRGINARE**, *Caste, mores virginum vivere*, in Gemma. Tertull. de *Virg. veland.* c. 12: *Virginari volunt sola capitis nuditate.*

**VIRGINARE**, Rem cum virgine habere. Lambertus Ardensis apud Ludewig. tom. 8. Reliq. MSS. pag. 563: *Postea vero idem Balduinus pater meus cum quadam alia enuntis, inno supereminentis formæ, generosæ nobilitatis juvencula... nomine Natalia Virginabat, et ex ea genuit Simonem.*

\* **VIRGINATA**, *Virgetum*; nisi mendum sit pro *Virgata*. Charta Hugon. de Gornaco pro fundat. Belloz. ann. 1198. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 231: *Dedi culturam de Rustachon et unam Virginatam juxta, et aliam ad viam Romeisem, et virgatas tres ad spinam de Merval.* Vide supra *Virgetum*.

\* **VIRGINIA**, de femina conjugata, apud Murator. tom. 3. Collect. Inscript. pag. 1393. 3: *PRINCIPIUS SE VIVO SIBI ET ASTEMIE VIRGINIE SUE DOMUM PERPETUAM FECIT. Virginius, pro Maritus, ibid. pag. 1479. 13. Virgine nostris pro Vierge, Virgo. L'an de grace nil et trois cens le samedi après la Purification Nostre Dame Virgine, in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 150. vº. col. 1. Virge, Virgene, et Virgine, eadem*

acceptio, in Vita J. C. MS. metricæ scripta. Vide *Virgo*.

**VIRGINIFICARI**, *παρθενεύεσθαι*, *Virginem fieri.* Velus Interpres Origenis, Comment. tract. 32. in Matth: *Virgines sunt Virginificatæ per verbum Dei, qui credere volunt, aut crediderunt.*

**VIRGINISSIMUS**, Castissimus, in Serm. S. Humilitatis de S. Joanne Evang. tom. 7. Maii pag. 833: *Inter chorum virginum tu virgo Virginissimus, etc.*

**VIRGINULA**, *Παρθενιαζόριον*, in Gloss. Græc. Lat. ubi edit. *Virginula*, ut in voce *παρθενεύω, virgino*: sed in Cod. MS. est *virgino*, uti monuimus.

**VIRGO**, de femina conjugata. Encomium Emmæ Reginæ pag. 172. de eadem Emma Ricardi I. Ducis Normanniæ filia, Ethelredi Regis Angliæ vidua, a Cnutone Danorum in Anglia Rege in uxorem expetita: *Placuit ergo Regi verbum Virginis, et jusjurando facto Virgini placuit voluntas Regis. Et sic, Deo gratias, Domina Emma mulierum nobilissima fit conjux Regis fortissimi Cnutonis.* Henricus Rosla in Herlingsberga:

. . . . . Inter quas Virgo coronam  
Regalem capite dimisit, seque profudit  
Regnantis pedibus: quod non tulit ipsa; sed alto  
Exsilius solio, nam mater erat sua, blando  
Sustinet afflatu, etc.

[Baldricus Noviom. in Chron. lib. 3. cap. 8. Waldetrudem Abbatisam Castriloci *Virginem* appellat, quæ nondum Monialis plures liberos tulerat. Vide Isidorum Pelusiotam lib. 3. Epist. 176. et Bollandi Observationes prævias ad Vitam S. Herminildæ tom. 2. Febr. pag. 691. *Virgo vidua*, apud Tertull. lib. de *Virg. Veland.* cap. 9.]

\* **VIRGO**, de sancto dicitur, in Vita S. Steph. Grandimont. tom. 2. Febr. pag. 206. col. 2.

**VIRGO**, Persona scaccorum, quæ et *Regina* appellatur. Vide in *Scacci* 1.

**VIRGOBRETUS**. Vide *Vergobretus*.

**1. VIRGULA**, Modus vel mensura agri. Polyptychus Fiscam. ann. 1235: *Tenet unum masagium cuius una Virgula terre.* Vide *Virga* 6.

\* 2. **VIRGULA**, *Notula*, qua utuntur ad supplendas omissiones in textu, vulgo *Renvoi*. Pactum inter Guigonct. de Jarente dom. de Montecl. et universit. ejusd. loci ann. 1392: *Et quia facta diligenti collatione cum nota et correcto et additis in fine, quæ ouissa fuerunt usque ad Virgulam, Petrus Chaboti, quod bene cum nota concordat, igitur hic manu propria etc.* Huc spectat *Ordat.* Franc. I. ann. 1535. cap. 19. art. 8: *Et esdits registres n'y doit estre rien laissé en blanc: ains doivent estre écrits tout d'un contexte, sans mettre apostille à la marge ou interligne; et si par inadvertance quelques mots avoient esté omis, ils doivent estre rejettés à la fin de l'instrument avec marque de renvoy.*

\* 3. **VIRGULA**, *Viridarium, pomarium.* Vide infra in *Ungula*.

\*\* **VIRGULA FUMI**, *Fumus* qui erigitur. Ecbas. vers. 574:

Lignifer a nemore comportet robora silvæ,  
Torrida ligna vehat, ne fumi Virgula surgat,  
Quo corruptantur dorsalia, etc.

Ex illo Cant. Cant. cap. 3. vers. 6: *Ascen-*



dit per desertum sicut Virgula fumi ex aromatibus myrrhæ. Vide Graff. Thes. Ling. Franc. tom. 4. col. 257. voce Rouhgera.

¶ **VIRGULATUS**, ut supra *Virgatus*, Pannus virgulis quibusdam in longum vel in latum varia serie et colore porrectis distinctus, Gall. *Etofe raycé*. Statuta Eccl. Leod. ann. 1287. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 850: *Clerici pannis rubeis, viridibus, et Virgulis indecentis mensuræ non utantur sine causa*. Synodus Pergam. ann. 1311. apud Murator. tom. 9. col. 547: *Vestes Virgulas seu de catabriato, de medietate, vel listatas... minime deferentes*. Adde tom. 1. Rer. Mogunt. pag. 94. Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1363. ex Bibl. Reg.: *Item una alia toallia parata ad losenginas de armis Franciæ Virgulata de perlulis ad fimbrias*. Inventarium Gallicum: *Item une autre touaille parée à losenges des armes de France raïée de perles rouges*.

\* *Vergele*, eodem sensu, in Invent. jocal. Eduardi I. reg. Angl. ann. 1297: *Item une (coupe) d'or grenetée dedens, façonnée à maniere d'un hanap de voirre Vergelei*.

**VIRGULTA**, Modus agri. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 760: *Dedit prædictæ Ecclesiæ... unam Virgultam terræ in manerio de Cumpstone, etc.* Forte pro *Virgata*. Vide in hac voce. [Occurrit rursus in Polyptycho Fiscann. ann. 1235: *De feodo Hude tenet Beatizia Lawence in mesura tres Virgultas ad campartum, et reddidit 18. denarios*. Et in Chartul. S. Vandregesili tom. 1. pag. 140. Sed si quid mutandum est, malim legere *Virgulan*. Vide in hac voce.]

\* Idem quod *Virgata*: quæ voces promiscue usurpantur in Instrumentis. Bulla Lucii II. PP. ann. 1144. qua confirmatur Charta fundat. Ardenæ ann. 1138. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 79: *Duas acras terræ et tres Virgultas in Varenda lunga*. Ubi *Virgatas* habet Charta fundat. ibid. col. 78. Pluries *Virgulta* occurrit in Reg. 52. Chartoph. reg.

¶ **VIRGULTUM**, Viridarium, pomarium, *Verger*. Charta ann. 1178. inter Probat. Hist. Ebroic. Comit. pag. 3: *Præterea domum Marcellini cum Virgulto... concedimus*. Charta Eccles. Arausion. ann. 1239: *Factum fuit hoc apud Araicen in stari dom. Episcopi in Virgulto juxta chorum S. Petri*. Occurrit etiam in Litteris ann. 1248. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 5. pag. 601. art. 18. Charta ann. 1256. ex Tabul. S. Mellani Pontisar.: *Drocomolendinarius de Drincuria et Eustachia ejus uxor dederunt in contraplegium quoddam herbergamentum cum Virgulto dicto herbergamento tenenti*. Chartul. S. Vincentii Cenoman. fol. 121: *Concessi Deo et abbatiæ S. Vincentii Cenomanensis Virgultum quod habebam apud Aceium le Boigne, cum domo in eodem Virgulto sita, et cum omnibus ad Virgultum pertinentibus*. Hist. Harcur. tom. 4. pag. 1516: *Scilicet 60. acras terræ in parochia S. Audomari, et Virgulta circa ecclesiam fossatim vallata*. Atque ita legendum est in Indice MS. benef. Eccl. Constaut. fol. 44. vº. pro *Virgutum*: *Rector ejusdem ecclesiæ... habet manerium cum Virgulto et unam virgatam terræ*. Vide *Viridiarium* 1.

¶ **VIRGUNCULOSUS**, Virgultorum ferax,

in Charta Caroli Simplicis Reg. Fr. ann. 909. apud Mabill. tom. 3. Annal. Bened. pag. 696. col. 2. et inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 52.

\* Nostris *Vergeron*, diminut. a *Verge*, virgula. Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 135. Chartoph. reg. ch. 237: *Pierre Danois... print deux Vergerons de saulx et l'enbati (l'enfant) à nupar les fesses etc.*

¶ **VIRGUTUM**, pro *Virgultum*. Vide in hac voce.

¶ **1. VIRIA**, *Viriola*, *Brachiales*. Gloss. Isid. Excerpta melius, *Brachiæ*. Utuntur Tertull. de Pallio cap. 4. S. Ambrosius lib. de Abraham cap. 3. et Plinius lib. 33. cap. 3.

¶ **2. VIRIA**, f. Pratum virens. Charta Guillelmi de Agnivilla ann. 1227. ex Tabul. Corbeiensi: *Reddo sex denarios quos debet mihi Johannes Fokiers de avena quam tenet de supra vallem Moberti de quatuor denarios de quadam pecia terræ quam Robertus de Fractamola tenet inter Viriam et boscum de Harencourt*. Vide *Virideria*.

¶ **VIRIBILITER**, Viriliter. Epist. Hadriani IV. PP. inter Conc. Hisp. tom. 3. pag. 364: *Cum ipse Comes... rabiem scilicet Saracenorum... reprimere intendat et Viribilter impugnare, etc.*

¶ **VIRIDARE**, Virere, florere. Gloss. Græco-Lat.: ἄσθ, *Virido*, *floreo*, *floresco*, *vireo*, *polleo*, *vigeo*.

\* *Verdoier*, alia prorsus notione, scilicet pro Tentare, explorare, ad certamen provocare, in Hist. Caroli VI. pag. 30: *Toutefois aucuns dient que un chevalier, nommé messire Robert de Beaumanoir, fut ordonné à tout cinq cens lances pour les Verdoier et escarmoucher, pour voir leur estat et gouvernement*. Rursus pag. 228: *Entre les autres y avoit un homme d'armes, nommé Saillant... qui ne failloit point seul au matin et après disner... à venir Verdoyer entour de Paris; et faisoit savoir s'il y avoit personne qui voulust rompre une lance, etc.*

\* **VIRIDARIA**, Officium *viridarum*, custodia forestæ, nostris *Verderie*. Charta ann. 1316. in Reg. 54. Chartoph. reg. fol. 4. vº: *Dominus rex concessit Roberto, dicto le Breton custodiam castri de Mortaing et Viridaria forestæ de Landa putrida*. Reg. A. 2. Cam. Comput. Paris. ad ann. 1321. fol. 41. rº: *A Pierre du Chaesne verdier de Trinchebray est renouvelé l'office de la Verderie dudit lieu*. Pro ipsa *viridarum* jurisdictione, cum scilicet de forisfacturis forestarum coram ipsarum præfecto refert et judicat. Lit. remiss. ann. 1402. in Reg. 156. ch. 434: *Jehan de Vendosme escaüer, maistre et enquesteur de nos eaues et forests es parties de Normandie... tenant les jours de la Verderie de la forest de saint Stuer, etc.* Vide *Viridiarius* in *Viride* 1.

\* **1. VIRIDARIUM**, Ager, in quo ad viridis tantummodo pabuli saginam, ordeum vel granum quodvis invicem mixtum seritur. Charta ann. 1139. in Append. ad tom. 6. Annal. Bened. pag. 667. col. 2: *In ferragine quaque, que Viridarium dicitur, illam habeant tischam, quam emertur a laicis, et vos terre culturam*. Vide *Ferrago*.

¶ **2. VIRIDARIUM**. Vide *Viridiarium* 1.

¶ **VIRIDARIUS**. Vide in *Viride* 1.

**1. VIRIDE**, inquit Watsius, in Legibus Forestarum, intelligitur quidquid frondes

fert, aut folia viridia, unde pascantur, aut ubi tegantur cervi et damæ. Vide Skeneum de Verbor. significat. voce *Verd*. Capitula placitorum Coronæ Regis apud Hovedenum pag. 784: *Item præcipit, quod in qualibet Comitatu, in quo venationem habet, ponantur 12. Milites ad custodiendum venationem suam, et Viride, in forestis suis*. Infra: *Qui autem forisfecerit in foresta Regis de Viridi, sive per culpatoram, sive per esbrancaturam, sive per foditionem turvarum, etc.* Inquisitio de forisfacturis forestarum: *Inquiratur etiam, qui fecerint vel facere consueverint vastum vel destructionem de Viridi, vel de venacione in foresta, etc.* [Charta ann. 1091. apud Kennett. in Antiquit. Ambrosden. pag. 73: *Exceptis indictamentis de Viridi et venacione, que domino Regi omnino reservantur*. Adde Gualterum Hemingford. de Gestis Edwardi III. pag. 319. et Chron. Whethamstedii pag. 373.] Statutum Edwardi III. ann. 1. cap. 9: *Des trespasses faits en nos forestes de Vert et de veneson*. Vide Gul. Prynneum in Libertat. Anglic. tom. 3. pag. 1142. supra *Veneris*.

**VIRIDE ET SICCO**. Tabularium S. Crucis Talemundensis fol. 3: *Adauxi etiam... Monachis... de silva Orbisterii de Viridi, et de sicco, ad omnia necessaria officiorum, ædificium, videlicet ad Ecclesiam, ad claustra facienda, atque recuperanda cum deciderint, etc.*

**VIRIDARIUS**, Officialis in forestis, qui forestario subest, Gallis *Verdier*, Anglis *Verder*. [Verdiers, maîtres et enquesteurs des eaux et forestz, in Charta Ludovici XI. Reg. Fr. ann. 1477. ex Bibl. Reg.] Is autem *viridis*, seu silvæ cæduæ curam habet, ut et jurisdictionem in forisfacturis forestarum usque ad multam 60. solid. Huic subsunt *servientes*, et *custodes* forestarum, *les Sergeants et Gardes de bois*. Cognoscit etiam de multis consuetudinariis, et ab ejus iudiciis appellatur ad Magistrum Aquarum et forestarum. *Viridarum* vero fere semper cum *Forestariis* junguntur, ut qui cum iis Forestas curent, in Charta Joan. Reg. Angl. de Libertat. Forestæ, in Legibus Forestarum Scoticar. cap. 11. § 5. apud Rogerum Hovedenum pag. 784. 785. [Madox in Formul. Anglic. pag. 313.] in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 402. 849. 863. in Additament. ad Matth. Paris pag. 130. etc. [Vide *Verder*.]

\* Hinc *Verdage*, pro Custodia animalium *viride* pascentium, et emolumentum quod inde provenit. Confirm. Libert. urbis Cadom. ann. 1466. in Reg. 202. Chartoph. reg. ch. 51: *Item peuent lesdiz bourgeois... donner l'office... de Verdage ès bois des bestes omailles*.

**2. VIRIDE**, vel **VIRIDIS**, Pellis *varia*, de qua in *Varius*. Bractonus lib. 3. tract. de Corona cap. 26. § 1: *Abstulit ei... unam roban de Viridi talis pretii, etc.* Ita *Viridis pannus*, pro *varius*, seu *pellis varia*, in Rotulo ann. 1267. ex Camera Comput. Paris.: *Pro scallatis, tirtetana Persa, et panno Viridi ad cooperatoria, etc.*

¶ **VIRIDUM**, Eadem notione. Comput. ann. 1324. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 133. col. 1: *Pro septem ulnis de Virido, computata qualibet ulna xxxii. sol. valent xi. lib. iiii. sol.*



**VIRIDIS**, etiam color olim in pretio habitus. Statuta Innocentii IV. PP. pro reformatione Nigri ordinis: *Non adolescentes, non nobiles, non consanguineos, nec indutos vestibus virgatis, vel partitis, vel Viridibus, aut rubeis, etc.* Ricordanus Malaspinus cap. 149. de Manfredo: *E semper vestiva drappi verdi.* [Charta ann. 1309. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 1639: *Et aura escu de fuust et de cuers et de Vers garni souffesamment.* Statutum pro Pannificis de Commercy ex Cod. MS. ejusdem loci pag. 18: *Ceux dudit metiers qui ferout pers, bruette, Verdz et manbres, etc.*] Adde Conc. Avenionense ann. 1209. can. 18. Mospeliense ann. 1214. cap. 3. Lateranense IV. can. 16. Synodum Wigorn. ann. 1240. can. 21. Constitutiones Nicosienses cap. 8. Synodum Exoniensem ann. 1282. can. 17. [Vide supra *Virgulatus*.]

¶ **VIRIDERIA**, f. ut *Viria* 2. vel *Viride* 1. Vide in his vocibus. Tabular. Veterisvillæ: *Dedi abbatie Veteris-villæ in Virideria, in terra que dicitur Rabies, quatuor acras terre ab omni axactione liberas.*

\* **VIRIDERIUS**, Viridis. Inventar. MS. thes. Sedis Apost. ann. 1295: *Item unam cupam de crystallo,.... in pede tria esmaltula Virideria, rotunda.*

\* **VIRIDEUS**, Eadem notione. Comput. ann. 1492. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 56. col. 2: *Pro una canua panni Viridei seu viridis, etc.*

\* **VIRIDIACUM**, Virens herba, ramalia virentia, quibus in publicis festis sternebantur plateæ. Comput. ann. 1357. ex Tabul. S. Vulfr. Abbavil. fol. 5. vº: *Misia franci festi,.... Pro Viridiaco, v. sol. x. den. Vide Virentia.*

1. **VIRIDIARIUM**, VIRIDIGARIUM, pro *Viridarium*, qua voce usus Suetonius. Glossæ antiquæ MSS: *Paradisum, Viridarium.* Jo. de Janua: *Viridarium, locus ubi sunt viridia.* Gloss. Gr. Lat. Ἀθήων, *viridarium.* Verger nostris: *Italis, Verzarrio:* [Verjan, Poetis Provincialibus:] *Bergée, in Foris Beneharn.* tit. 1. art. 20. Gloss. Gr. Lat. MSS.: Ἀθήων, *Viridarium.* Editum habet *Viridarium.* Aliud Gloss. MS. Ἀθήων, *Viridarium.* Leo Ost. lib. 2. cap. 26: *Viridarium etiam, quod est ad Pontem Casulini.* *Viridarium* etiam aliquoties legi in Pandectis Florentinis observat Cujacius ad Ulpian. tit. 6. unde inquit, et *Viridarium* alii deduxere, *Viridarium* habent plerique. [Tabul. S. Victoris Massil.: *Viridarium prope ipsas mansiones factum.*] Vita B. Heldradi Abbat. Novalicensis num. 2: *Composuit pulcherrimum ibidem Viridarium, ex quo cuncti venientes habere possunt edulium.* Charta ann. 1246: *Laudamus vobis D. Henrico Sistaricensi Episcopo totum Viridarium, sive hortum sanctæ Sistaricensis Ecclesiæ.* Chron. S. Trudonis lib. 10: *Sunt et atria et porticus ante has utrasque cameras, et Viridarium spatiosum et delectabile hospitibus cum pluribus lignis diversos fructus ferentibus.* Vide Hildebertum Cenoman. in Vita S. Hugonis Abbat. Cluniac. Albertum Aqu. lib. 3. cap. 15. etc.

**VIRIDIGARIUM**, Eadem notione. Formulæ veteres Lindenbrogii n. 79: *Cum... vineis*

*arpenorum quatuor, Viridigariis, silvis, pratis, etc.* Ubi perperam putavit vir doctus esse adjectivum silvæ, cum distingui verba debeant. [Charta ann. 869. in Append. ad Marcam Hisp. col. 792: *Cum domibus, ædificiis, curtiferis, Viridigariis, hortis, vineis, etc.* Adde Tabular. Bituric. et Stephanot. tom. 3. Antiquit. Bened. Pictav. MSS. pag. 344.] Tabularium S. Cypriani Pictavens.: *Cum terris, mansionibus, curtiferis, ortilis, Viridigariis, vineis, pratis, etc.* Occurrit præterea in Charta Fulconis Comit. Andeg. ann. 1033. et aliis non semel.

¶ **VIRIGARIUM**, Pari intellectu. Charta ann. 1000. in Append. ad Marcam Hisp. col. 956: *Iterum cedo jure ac ditioni supradictarum ecclesiarum... Virigario consito lateribus eorum sicut habere debent per nota illorum cimiteria.*

2. **VIRIDIARIUM**, Cœmeterium Monasterii pro Monachis, [seu atrium quod cingunt claustri porticus in Monasteriis, vulgo *le Preau.*] Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu: *Eo tenore ut eos in sua recipere societate, et si ad exitum vite ad tantam egestatem devenerint, ut, quod tribuant, non habuerint, pro hoc dono in Viridario eos sepeliant.* Alibi: *Et ut Monachi sepeliri nos dimittant in Viridario suo.* Vide *Pratum.*

Antiquior est hujus vocis ad cœmeterium significandum acommo-dat. Romanis quippe ita nuncupabatur quæcumque subdialis sepultura, ut observat Raphael Fabretti in Inscript. antiq. pag. 225. quæ *Viridarium* a monumento, tanquam locum apertum ab operto distinguunt.

\* **VIRIDIGARIUS**, Idem videtur quod supra *Viridarium*. Chartul. S. Ursini Bitur. ch. 2: *Ego in Dei nomine Giraldu de Verebra do sancto pastori Ursino pro sepultura mea meam partem bene exquisitam de Calnos, id est terram arabilem, boscum, prata, Viridigarios, vel quidquid mihi ibidem ex mea parte venerat.* Vide in *Viridarium* 1.

¶ **VIRIDISNETUM**, f. Omphacium, Gall. *Verjus.* Lobinellus in Glossar. ad Hist. Paris. tom. 3. v. *Pointorminum: Unam caudam vini albi pretio lxx. solid. unum pointorminum de Viridisneto pretio vii. sol.*

\* Haud dubie; sed legendum est de *Viridi succo*, pro de *Viridisneto*. Vide *mox*

\* **VIRIDIS-SUCCUS**, Succus ex viridi seu immatura uva, Gall. *Verjus.* Arest. ann. 1351. 30. April. in vol. 2. arestor. parlam. Paris.: *Item dictus dominus acceperat Viridem-succum, quem plures habitatores dicte ville habebant in suis vineis.*

¶ **VIRIDITAS**, Color rutilus, qualis est auri. Vita S. Lietherii apud Acher. tom. 9. Spicil. pag. 678: *Cujus dorsi posteriora in Viriditate auri.* Verba sunt Psalmi 67. v. 14: *Et posteriora dorsi ejus in pallore auri.* Ubi Græcus habet, ἐν χλωρότητι χρυσίου.

¶ **VIRIDITENTORIANI**, qui et de *Viriditentorio*, Factiosi apud Leodienses sub anno 1466. primum a colubrissis *Colubrissarii* appellati, dehinc a viridi vexillo seu tentorio, quo utebantur, dicti

*Viriditentoriani.* Adrianus de Veteribus de Reb. Leod. apud Marten. tom. 4. Ampl. Collect. col. 1288: *Colubrissarii dominabantur, nec permittebantur duo boni cives loqui pariter, quin vellent scire de quibus esset sermo. Et si aliquis contradixisset ipsis, de mane invenit domum combustam sacra ante Pascha, domus absentium ceperunt spoliari, et illi de Viriditentorio discurrebant per totum Comitatum Lossensem, spoliando et incendio domos eorum qui partem faciebant cum electo.* Ibidem col. 1306: *Tunc temporis ceperunt illi de Viriditentorio iterum spoliare domos absentium.* Rursum col. 1309: *Illi de Viriditentorio associaverant se super forum in Hasselt.*

**VIRIDIUM**, Locus viriditate plenus. Joann. de Janua. [Verdeur, lieu plein de verdeur, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.]

¶ **VIRIDUM**, ut *Viride* 2. Vide in hac voce.

\* **VIRIDUS**, pro Viridis. Charta ann. 1334. ex Tabul. D. Venciæ: *Item quod nulla persona privata vel extranea scindat aliquam arborem Viridam nec sequam in deffensis.*

¶ **VIRIGARIUM**. Vide in *Viridarium* 1.

¶ **VIRILIS**, ἴσον, κατὰ ἀναλογίαν, in Gloss. Lat. Gr. Vulcanius emendat *Viritim.*

¶ **VIRILIA ARMA**, Cingulum militare quandoque dicitur Scriptoribus ævi Longobardici; quod traditio militaris cinguli et cooptatio in ordinem militare verum virum faceret. Rigordus de Arturo: *Philippus in eodem loco Arturum militem fecit, tradens ei Britannicæ Comitatum, qui jure hæreditario eum continebat. Ante autem hanc armorum traditionem non licebat iis uti, unde Arma dicuntur Virilia, velut virum facientia.* Henricus Huntingdon. de Stephano Rege: *Henrico nepoti suo David Rex Scotorum Virilia tradidit arma. Eustachius vero filius Regis Stephani, nam et ipse eodem anno Virilia sumpserat arma, irruit in terras procerum.* Vide in *Arma* 1. et in *Miles*.

\* **VIRILISSIME**, Perquam viriliter. Reg. Cam. Comput. Paris. alias Bitur. ad ann. 1426. fol. 99. vº: *Attendentes egregiosissima, arduissima et memorandissima, quæ prudentissime nobis impendit obsequia,.... Gilbertus Metern, nunc dominus dicti loci de Fayeta, marescallus Franciæ, tam in antiquos nostros hostes Anglicos et eorum sequaces,.... quos honorabilissime, probissime et Virilissime,.... debellavit, etc.*

\* **VIRILISSIMUS**, Præstantissimus, perquam egregius. Epist. Alexii imper. ann. 1097. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 389: *Et ab omnibus, qui de ipsis partibus veniunt, nobiles ac Virilissimis comitibus atque ducibus, etc.*

1. **VIRILITER**, Pro virili parte, κατὰ μέρος, ἐν μέρει, uti efferunt J.C. Andreas Suenonis Archiep. Lundensis lib. 2. Legum Scanicæ cap. 1: *Deficientibus primi gradus liberis, admittuntur neptes et nepotes, non Viriliter, sed in stirpes, etc.* Lib. 3. cap. 6: *Inter novercam et ipsos pro Virilibus portionibus dividatur.*

\* 2. **VIRILITER**, Vi adhibita. Stat. ann.



1419. tom. II. Ordinat. reg. Franc. pag. 34. art. 15 : *Compellantur* (Judæi) *etiam Viriliter ad habendum et tenendum eorum cancellum in villis in quibus morantur, etc.*

¶ **VIRIOLA**. Vide supra *Viria* 1.

**VIROSIUS**, *Virosus*. Gloss. Gr. Lat. MS. : ἄνδρῆος, *Fortis, virilis, Viriosus*. Quæ vox postrema deest in edito. [*Viriosi, viribus subnixi*, in Glossar. Sangerm. num. 501. Gloss. Isid. : *Virosus, austerus*. Papias : *Virosa pectora, fortia, a viro*.] Jo. de Janua : *Virosus, a vires dicitur, viribus plenus*. [Vide *Virosus*.]

**VIRIPOTENTES**, *Feminae nobiles, quibus nubere liceat, dicuntur in Synodo Romana ann. 826. can. 29 : Feminae vero, quæ habitum religiosum aut velamen obtentu religiositatis susceperunt, cum essent Viripotentis, deinceps viro sociari non permittantur; sed eligentes Monasteria regulariter vivant, aut in domibus susceptum habitum caste observent*. [Hinc emendandæ Glossæ Isidori : *Virops, quæ jam opus habeat viro*. Leg. *Viripos* : quod jam viderat Grævius.]

¶ **VIRISCUM**, ut infra *Wreckum*. Leges Norman. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 186 : *In cujuscumque terra Viriscum fuerit applicatum, dominus feodi, cum ad ejus notitiam pervenerit, illud in littore, vel juxta, prout commodius viderit faciendum, salvo debet facere custodiri*.

**VIRISSARE**, *Viriliter agere, vel viriliter superare*. Jo. de Janua. [*Faire vertueusement, ou savoir*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.]

¶ **VIRITA**, *Nupta, viro conjuncta*. Guibertus in *Vita sua lib. 1. cap. 13 : Quid virgo ineunte sub ævo, quid Virita, quid vidua studio jam possibilior peregerit, cogitaverit, dixerit, etc.* Ubi de matre sua loquitur.

¶ **VIRITANUS**, *Viritim distributus*, apud Festum.

**VIRITEUM**, *Genus potionis*, Papiæ, apud Ægyptios scilicet vel Alexandrinos, cujus meminit Gregorius M. lib. 6. Epist. 37. apud quem *Juritheum* editum, (locum vide in *Cognidium*) illud forte, de quo S. Hieronymus de *Vita Clericorum*, cum *palmarum fructus exprimitur in liquorem, coctisque frugibus aqua pinguior coloratur*.

\* **VIRLANUS**, vulgo *Virlan*. Nummus argenteus ducum Burgundiæ ad usum Flandriæ. Monstrel. vol. 2. ad ann. 1432. fol. 88. v. : *Si fut faicte nouvelle monnoye d'or, nommée riddes, lesquels valloient xxiiij. sols en blanche monnoye, nommée Virelans*. Hist. Caroli VII. ad ann. 1435. pag. 86 : *Excepté la monnoye du duc de Bourgogne, c'est à scavoir Virlains, pour douze deniers la piece*. Lit. remiss. ann. 1449. in Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 29 : *Le suppliant devoit pater douze sols Parisis, à compter ung Virlen pour douze deniers Parisis*. Aliæ ann. 1458. in Reg. 189. ch. 258 : *Plusieurs pieces de monnoie, tant Virilans, comme blans de Lorraine. Virllans*, in aliis ann. 1449. ex Reg. 176. ch. 690.

¶ **VIRLENDINUM**. Charta ann. 1054. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 177 : *De ipsis patentiis, et de ipsis boscis, et Virleudinis, et palude, et cum ipsis expletis, etc.* Leg. forte *Molendinis*. Vide *Virideria*.

**VIRLINGOSUS**, *Loquax*. Andreas Aula Regiæ Capellanus in *Amatoriis : De mulieribus Virlingosis. Est etiam omnis femina Virlingosa, quia nulla est quæ novit suam compescere linguam, etc.* Vox forte formata ex Psalmo 139 : *Vir linguosus non dirigitur, etc.*

\* Glossar. vet. ex Cod. reg. 521 : *Virlingosus, burlator*.

\* **VIRLINGUS**, *Quarta pars sextarii*. Sent. curiæ Argentor. ann. 1514 : *Quinque sextariis et uno Virlingo siliginis*. Vide supra *Vierlingus*.

\* **VIRMILIUS**, *Coecineus*. Vide supra in *Fermiculus*.

¶ **VIRNA**. Chron. Wormat. apud Ludewig. tom. 2. Reliq. MSS. pag. 174 : *Alter quidam (Judæus) cum haberet sartorem et sibi fila pretiosa non confideret in cistula conclusa, ita tamen ut necessaria inde sumeret, qui Judæi intelligens simplicitatem, tandiu glomum florum per Virnam volvit cistulae, quousque vix aliquid remaneret*. Leg. forte *rinam*.

¶ **VIRNELLUS**, *Modus agri*. Chron. Andrense tom. 9. Spicil. Acher. pag. 372 : *Dedi... sex Virnellos terræ quas tenebat Fulboldus, et boscum quem dedit nobis Eunna Vicecomitissa*. An *Jornellos*? Vide *Jornale*.

**VIRO**, *Baro*, tanquam *a vir* deducatur vocabulum ipsum *Baro*. Occurrit in Charta Sanci Willelmi Vasconia Comitris pro fundatione Monasterii S. Petri Generensis apud Marcam in Hist. Beneharn. V. *Varo*.

¶ **VIROLA**, a Gall. *Virole*, *Victorius anulus, victoria fibula*. Arrestum Parlament. ann. 1302. ex Regesto *Olim* fol. 106 : *Garnitores pomellorum, bandarum, capellorum, Virolarum, etc.* Litteræ Humberti II. ann. 1347. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 567. col. 1 : *Maciæ marescallorum erunt operate argento, et servientium cum tribus Virolis argentis*. Le Roman de Garin :

Hueses tirées et esperons chauceiz

Et à son col le cor d'ivoire chier

De cinq Viroles de fin or fu liez,

La guige en est d'un vert paille cattaillié.

\* Arest. parlam. Paris. ann. 1368. in lib. 1. Stat. artif. ex Cam. Comput. fol. 306. r.º : *Dicti manubriatores præfati mercerii manubria et Virolas per alios predictos facta, etc.* *Virole*, in Lit. remiss. ann. 1410. ex Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 70. *Virole*, in Chartul. Corb. sign. *Ezechiel* ad ann. 1415. fol. 25. v.º. Hinc *Envirolé*, *victoria fibula instructus*, in aliis Lit. ann. 1406. ex Reg. 161. ch. 148 : *Une paire de cousteaux.... Envirolez d'argent*.

¶ **VIROMANDENSIS MONETA**. Vide in *Moneta Baronum*.

¶ **VIROPS**. Vide *Viripotentis*.

1. **VIROSUS**, *Potens, fortis, ἀνδρῆος*. Fridegodus in *Vita S. Vuilfridi* cap. 50 : *Suscepti vacuas Edwilf Virosus habenas!* Alias *virosus* φιλανδρον sonat. [Vide *Viriosus*.]

¶ 2. **VIROSUS**, a *Virus*, *Venenatus, Gall. Empoisonné*. Præfatio ad Chartul. cui titulus *Aganus* in Tabul. S. Petri Carnot. : *Propter invidentium Virosa verborum jacula*.

\* **VIRPIENS**, *Qui alteri tenetur ad evictionem*, Gall. *Garant*. Charta ann. 1162. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col.

439 : *Si autem homo aut femina aliquid rerum prædictarum vobis amparaverit, vel successoribus vestris, erimus vobis et illis, sine vestro illorumque inganno, Virpientes*. Id est, efficiemus ut res usurpata dimittatur; quo sensu, *Virpire* dicebant. Vide *Guerpire* et *Virpiscere*.

¶ **VIRPISCERE**, *Possessionem rei aliqujus dimittere, deserere*. Placitum ann. 1119. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 411 : *Dono, solvo, Virpisco omnipotenti Deo, et altari S. Salvatoris Gelonensis canobii, etc.* Vide *Guerpire*.

\* **VIRRETUM**, pro *Birretum*, *Capitis tegumentum*. Cerem. Rom. MS. ubi de funere cardinalium fol. 25. v.º : *Habebunt tamen singuli (familiares) nigrum Virretum spensis defuncti*.

**VIRSCARA**. *Consuetudines Arkenses* ann. 1231. in Tabulario S. Bertini : *Qui Virscaram banuam pugnando, vel pugnare volendo, tenere perturbaverit, tres libras emendabit*. [Leg. *Vierscara*. Vide in hac voce, et infra *Viscarna*.]

\* Nihil corrigendum esse in hac voce, probat Charta ann. 1286. ex Chartul. Namure. in Cam. Comput. Insul. fol. 42. v.º : *Esqueils Virscare et eskevinage devantdis je avoie le tierch des amendes*.

\* **VIRSCARNA**, *Eodem intellectu*. Charta Phil. comit. Fland. pro libert. castel. Brug. ex ead. Cam. : *Statutum est Sabbato post Epiphaniam præcones convenire ad Virscarnam, et ibi edictum accipere, die Dominica in ecclesiis denuntiare, etc.* Vide infra *Viscarna*.

¶ **VIRSIONENSIS MONETA**. Vide in *Moneta Baronum*.

¶ **VIRTEVELLA**, ut *Vertevella*. Vide *Vertibella*.

¶ **VIRTICA MARINA**, σκλάμη, in Gloss. Lat. Gr. *Vulcanius emendat, Urtica marina, σκλάφη*.

¶ **VIRTUOSE**, *Honeste, fortiter*, ex Gloss. MSS. apud Vossium lib. 4. de *Vitiis* serm. cap. 36. Vide *Virtuosus*.

¶ **VIRTUOSITAS**, *Virtus, honestas*. Cafari Annal. Genuens. ad ann. 1162. apud Murator. tom. 6. col. 281 : *Archicancellarius vero pietate commotus, capellanum suum dominum Ricardum, virum quidem omni Virtuositate præclarum, Januam misit*.

¶ **VIRTUOSUS**, *Virtute præditus, probis moribus*, Gall. *Vertueux*, apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 320. Vide *Vertuosus*.

¶ **VIRTUOSUS**, *Honestus, laudabilis*. Charta Caroli V. Reg. Franc. ann. 1372. tom. 5. Ordinat. pag. 582. lin. ult. : *Nos attenda Virtuosa et commendabili fidelitatis constancia, qua dicti Consules et habitatores dicte civitatis S. Flori, etc.* Vide *Virtuose*. Occurrit alia notione in *Virtus* 1.

¶ **VIRTUOSISSIMUS**, *Epithetum Ludovici XI. Franc. Reg. in Charta ann. 1479. ex Tabul. Cartusie de Bassa-villa : Datum Indict. xi. regnante Ludovico Virtuossissimo Francorum Rege*.

1. **VIRTUS**, *Vis, violentia*. Iso Magister in Glossis : *Vigor, virtus*. Alibi : *Vim, virtutem*. Paetus Legis Salicæ tit. 35. § 5 : *Si quis ligatum per superbiam aut per... Virtutem a Gravione tulerit.... vitam suam redimat*. Ubi Lex Salica tit. 34. § 5 : *Si*



quis hominem noxium ligatum per Vim tulerit *Graftoni*. Eadem Lex Salica tit. 14. § 15: Si quis cum ingenua puella per Virtutem mœchatus fuerit. Lex Alamann. tit. 5. § 2: Si vero per Virtutem hoc raptor de Ecclesia abstulerit, etc. § 5: Nam si per Virtutem servus hoc fecerit, etc. Edictum Chlotarii II. Regis in Synodo Parisiensi V. de puellis Deo sacratis: Quicumque aut per virtutem, aut per quemlibet ordinem ipsas detruhere, aut sibi in conjugium præsumpserit sociare, etc. Annales Francorum ann. 758: Pipinus Rex in Saxonia ibit, et firmitates Saxonum per Virtutem introivit, etc. [Charta Pontii Archiep. Arelat. ann. 1000. apud Acher. tom. 6. Spicil. pag. 430: Et quando ipse Abba de corpore exierit, qui in loco ejus ordinandus est, iudicio Congregationis eligatur et electione, non per nobilitatem generis vel parentum, nec per Virtutem, nec per pecuniam, etc.] Adde Capitul. 3. ann. 810. cap. 3. Legem Longob. lib. 1. tit. 17. § 4. Edictum Rotharii Regis Longobard. tit. 101. § 17. [\* 269.] Leges Luitprandi tit. 26. § 6. tit. 105. § 1. tit. 110. § 1. [\* 40. (5, 11.) 134. 141. (6, 81. 88.) etc.]

\* VIRTUS, Possessio, prædium. Vide *Podere*, 1. Petri Damiani. Vita S. Romuldi cap. 39: Romulus locum cum suis discipulis deserens, non longe a castro prædii in Virtute Rainerii, qui postmodum Tusciae marchio factus est, habitavit.

VIRTUOSUS, Qui viribus pollet, in Vita S. Theodardi Archiep. Narbon.: Ut colaphizaretur... duntaxat uno ictu Virtuosi hominis. [Roland. Patav. in Chron. Tarvis. apud Murator. tom. 8. col. 234: Incusatus fuit quidam prudentissimus nomine Zungus, caupio Virtuosis et pugil, etc. Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. cap. 6. pag. 12: Membra ejus non multum musculosa carne tumenciu, multa tamen fortitudine mirabiliter Virtuosa.]

\* *Virtueux*, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1400. ex Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 27: Doubtant la fureur et ire d'icellui feu son frere, qui estoit plus jeune, fort et Vertueux que lui. Aliæ ann. 1448. in Reg. 176. ch. 664: Iceelui Lucio qui estoit homme rigoureux, grant et Vertueux de corps, etc.

¶ VIRTUTUM VIRI, Strenui, viri magno fortique animo, Gall. *Valeureux*. Chron. Angl. Th. Otterbourne pag. 227: Interim Rex, commendatis filiis suis majori London et civibus, et in turri London positus, cum Virtutum viris persequi statuit dominos supradictos.

2. VIRTUS, Miraculum. Matthæus 14: Ipse surrexit a mortuis, et ideo Virtutes operantur in eo. Marc. 6: Et non poterat ibi Virtutem ullum facere, nisi paucos infirmos, impositis manibus, curavit. Hist. S. Apollinaris Mart.: Faciens multas Virtutes in nomine Jesu Christi. Marcellini et Faustini Libellus precum pag. 73: Per quem et divinas Virtutes operatus est non solum in Sardinia, sed in ipsis quoque quatuor exiliis: usque adeo ut eum adversarii magnam dicerent, cum Apostolicas per eum Virtutes fieri negare non possent. Pag. 74: Et in nomine Christi sit Virtutes operatus. S. Hieronymus Epist. 84: Viri Apostolicorum signorum atque Virtutum. Einhardus de Mira-

culis SS. Martyrum Marcellini et Petri lib. 4. cap. 8: Nilhil, inquit, modo apud aulicos tam celebre est, quam signa et Virtutes, quæ sunt in dono Einhardi per quosdam Sanctos, quorum reliquias in oratorio domus suæ habere dicitur. Adde cap. 9. Leo Ost. lib. 2. cap. 78: Multis post mortem Virtutibus cluruit. Testamentum Bertichramni Episc. Cenoman.: Quia et Virtutes ibi ostensæ sunt. Acta Episcoporum. Cenoman. pag. 179: Quæ hactenus Ecclesia manet, atque in ea Dei virtute meritisque S. Dei genitricis Mariæ multæ Virtutes divinitus fiunt. Adde pag. 180.

¶ 3. VIRTUS, Copia, vis hostilis, in Gloss. Gasp. Barthii apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 19. ex Hist. Palæst.: Maxima vero Virtus illorum veniebat retro. Tudebodus lib. 4. cap. 18. de Bello Hierosol.: Postquam venit maxima Virtus illorum, quæ erat retro, acriter invasit nostros. Occurrit passim apud Scriptores sacros. Psal. 135: Et excussit Pharaonem et Virtutem ejus in mari rubro. Et alibi.

1. VIRTUTES, Angeli, ex secundo Angelicæ hierarchie gradu, quorum est ea procurare omnia, quæ ad religionem spectant in communi, per quos signa et miracula fiunt in mundo, inquit Rabanus lib. 1. de Univ. cap. 5. et ex eo Papias. Inest etiam in eo nomine quædam fortitudo, dans efficaciam inferioribus spiritibus ad exequenda divina ministeria, ait S. Thomas 1. part. q. 108. Isidorus lib. 7. Orig. cap. 5: Virtutes, Angelicæ quædam ministeria perhibentur, per quæ signa et miracula in mundo fiunt, propter quod et Virtutes dicuntur. S. Hieronymus Epist. 17: Denique etiam Josephum... asserere illo tempore, quo crucifixus est Dominus, ex adytis templi Virtutum cælestium erupisse voces dicentium, etc.

2. VIRTUTES, pro Reliquiis Sanctorum. Formula 174. apud Lindenbrogium: Et aliud de ista causa in nullo non redebeo, nisi in justo et idoneo sacramento per hunc locum et Deum altissimum, et Virtutes Sancti illius. Tabularium Carroense, apud Besslerium pag. 156: Quo dedicato, cæpit conqueri Imperator cum Domino Apostolico et Duce Rogerio de Virtutibus Sanctorum, etc. Occurrit rursum infra. Charta Hispanica æræ 905. apud Martinezum in Hist. Pinnatensi lib. 1. cap. 21: Ecclesia... ubi sunt reconditæ Virtutes præfati Apostoli, et B. Andrewæ fratris ejus, etc. [Eckehardus Junior de Casib. S. Galli cap. 5: Sancti Mugni Virtutem quam manibus gerebat, hanc esse adstantibus prædicans asseruit. Charta ann. 1338. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 360: Ipsius dom. Dalphini responsione habita accedentibus DD. Canonici, Capellanis et Clericis dictæ ecclesiæ cum cruce, Virtutibus et parumentis solemniter modo processionis, etc.]

¶ 3. VIRTUTES, Jura, privilegia. Charta Ludovici Reg. filii Bozonis pro Episcopo Gratianopolit. ann. 894. apud Baluz. tom. 2. Miscell. pag. 156. et Choriæ tom. 2. Status polit. Dalph. pag. 19: Sancimus ut ipse Ysahac ejusque successores nullo contradicente in prædicta ecclesia cum omni ejusdem loci clero teneant, possideant omnes Virtutes quas mater ecclesia perpetim vide-

tur habere in omnibus ecclesiasticis ordinibus, chrisma videlicet in Domini cena benedicendo, penitentiam peccatoribus dando, etc.

¶ VIRTUTIFER, Potens, efficax. Mirac. S. Galterii sæc. 6. Bened. part. 2. pag. 824: Hic de Dei misericordia, et famuli sui Virtutifera confusus potentia advenit, etc.

VIRTUTIGENA, Cui est ingenua virtus. Glaber Rodulfus in Vita S. Guill. Abb. Divion. in Præfat.: Ideo communem fidelium Virtutigenum observamus charitatem, etc.

¶ VIRVICARIUS SERVUS. Vide in Berbis 1.

VIRULE, Venenum, Papiæ, ex voce virus.

¶ VIRUS, ἰρὺς, in Gloss. Lat. Gr. *Vitis*, ἴρις, in MSS. Sangerm.

\* VIRZETA, Virgetum, ut videtur. Chartul. S. Joan. Angeriæ. fol. 142. vº: Et habet (salina) laterationes de tribus partibus, terram sancti Nuzarii, hoc est una Virzeta et quantum ad ipsam Virzetam pertinet. Vide supra Virgetum.

¶ 1. VIS, Manuopera, manuum opera. Charta ann. 1338: Tandem tenentur ad construendam domum pastoris sutis commodam, sicut et ad Vin, ut aiunt, et vecturam materialium, pro ædificanda vel reparanda ecclesia et domo pistorali, mediante refrigerio moderato.

¶ 2. VIS, Cochlea, Gall. *Vis d'un pressoir*. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar.: Item plus in eodem stabulo unum torcular vini... cum uno anulo et una cavillia ferri, existentibus in uno foramine unius *Vicis* dicitur torcularis pro torcolundo vindemiam tempore vindemiarum. Hinc emendanda Acta S. Angeli tom. 2. Maii pag. 62: Arcasque prædictas prædicti argentarii clavis et *Vitibus* ferreis fortiter simul affixerunt et cooperierunt. Ubi legendum est *Vicibus*, ut *Vicis* pro *Vitis*, in Miraculis S. Antonii de Padua tom. 2. Jun. pag. 738: Cujus lingua erat modicum prominens extra guttur et brevissima, ut modum *Vitis* torcularis retorta, sic quod videbatur intuenti bianda et rugeta. Eiusdem originis est

¶ Vis, pro Turris, cujus scalæ in modum cochleæ spiratim sunt circumductæ, Gall. *Escalier à vis*. Chron. S. Petri Vivi apud Acher. tom. 2. Spicil. pag. 758: Per claustrum ecclesiam introivit, et in *Vitem* (l. Vicem) quæ ad defendendum in eadem ecclesia est, ascendit, et ostium post se clausit. Inventar. supra laudatum: Et in quadam camera quæ est in superioritate prædicti castri prope Vicem per quam ascenditur et descenditur in eodem castro. Vide *Vicella*.

\* Nostris quoque *Viz*. Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 127: Il tenoient leur parlement en une *Viz*, qui descendoit de l'une chambre en l'autre. Lit. remiss. ann. 1404. in Reg. 159. Chartoph. reg. ch. 201: Lequel Johan de Billy monta en une *Viz* etc. Aliæ ann. 1417. in Reg. 170. ch. 105: Une *Viz* par laquelle l'en monte en la chambre. *Vifz*, in aliis ann. 1451. ex Reg. 184. ch. 114: Le suppliant monta par la *Vifz* en la salle du chancel de Senecy, jusques à l'uy de la chambre de la dame; après ce descendit par laditte *Vifz*.

¶ VIS LAICA, in Charta Edwardi I. Reg. Angl. ann. 1298. apud Kennet. in Antiquit. Ambrosd. pag. 335: Præcepimus quod



ounem *Vim* laicam quæ se tenet in ecclesia de Bukenhull, quo. minus idem Episcopus officium suum spirituale ibidem exercere possit, sine delatione amoveres ab eadem.... prædicti Johannes, Gilbertus, Johannes, etc. qui se *Vi* laica in eadem ecclesia tenuerunt in adventu tuo ibidem se alibi transtulerunt, et confestim post discessum tuum ab ea, aggregatis sibi aliis malefactoribus se in eam *Vi* armata iterato intruserunt. [\* Placit. ann. 25. Henric. III. reg. Angl. Suth. rot. 27. in dors. in Abbrev. Placit. pag. 113 : Præceptum fuit vicecomiti quod amoveri faceret Laicam *Vim*, per quam homines priores de Mertonia obsessi sunt in capella de Roppel, ita quod liberum habeant ingressum et egressum.... Præterea præceptum fuit eidem vicecomiti quod attachiaret per salvos plegios magistrum Albericum, officialem archidiaconi Wyntoniensis de esse coram Duo Rege etc. ad respondendum quare contulit prædictam capellam et in ea personam instituit contra clamorem dni Regis.... Vicecomes mandavit quod non fuit inventa Laica *Vis* et quod magister Albericus non habuit laicum feodum nec voluit invenire plegios. Et quia testatum fuit quod clerici obederunt homines dicti priores in prædicta capella, præceptum fuit vicecomiti quod auoveri faciat omnem vim tam clericorum, quam laicorum, per quam, etc.]

**VIS MAGNA, ET PARVA, seu Ad magnam vim et parvam :** Formula, quæ crebro reperitur in Chartis, quæ agunt de feudis vel Castellis reddibilibus, id est, quæ vassalli reddere domino superiori tenebantur, seu is vellet ea ingredi cum mediocri comitatu, ad parvam vim : seu cum majori comitatu, ad magnam vim, [ut colligitur ex Inventar. Chartar. Reg. ann. 1482. fol. 116 : Promittit (dom. de Vitriaco) dominum Regem in suis castris recipere in magna et parva comitiva. De anno 1230.] Ea notione has voces intelligi debere pluribus docuimus in Dissertat. 3o. ad Joinvillam pag. 352. 353. [Vide Feudum Reddibile, in Feudum, et Reddere.]

\* Quod rursum probat Charta Ludovomit. Valentin. ann. 1375. in Reg. 108 : Chartoph. reg. ch. 204 : *Dictus dominus Eynerius et ejus successores in prædictis inféudatis et donatis teneantur recolligere in dictis castris et eorum utroque, omni tempore guerrarum et pacis, nos et nostros hæredes et successores et gentes nostras, iratos et pagatos, cum armis et sine armis, in magna quantitate et parva. Vide supra in Fortia 2.*

¶ 3. **VIS, Procurator, actor, qui alterius auctoritate et nomine agit.** Charta Guillelmi Aurel. Episc. ann. 1253. ex lib. albo Episc. Carnot. : *Noveritis quod cum Præpositus Carnotensis seu Vis nobilis dominæ M. Comitissæ Carnotensis res Johannis Collirubei et Petri dicti Sequart cepisset et captas detineret, etc.* Eadem leguntur in Charta prædictæ Comitissæ ejusdem anni ibid. : *Cum præpositus noster Carnotensis seu Vis nostra, etc.* Infra Mandatum dicitur. Vide in hac voce num. 3. *Force*, eodem sensu, occurrit in Composit. inter Carolum Carnot. Comit. et Capitul. Carnot. ann. 1306 : *Se le Prevost ou la Force le Conte prennent ou seisisent hoste de chapistre, ou les biens*

de l'oste, etc. Infra : *Se la cause de la prise, ou de la sesine depend dou fet dou baillif ou dou prevost, etc.*

¶ 4. **VIS, Sollicitudo, cura.** Testam. Johannis Fabri Carnot. Episc. ann. 1390 : *De quibuscumque aliis scripturis uodicari *Vim* facio, quod sancta rusticitas omnia pallan habet.*

¶ 1. **VISA, Vox jurisdictionis ecclesiasticæ, vulgo *Visa*, a formula in his litteris approbationis usitata ducta origine. Expositio compend. benefic. fol. 47 : *Possessionem præcedere debet Ordinarii collatio, aut signatura Papæ cum Ordinarii approbatione quæ *Visa* dicitur.***

\* 2. **VISA, Inspectio.** Charta Caroli IV. ann. 1326. in Reg. donor. ejusd. ex Cam. Comput. Paris. fol. 17. r. : *Cujusmodi informationem nobis ab ipso missam ballivo inspicere et videri fecimus, per quam *Visam* reperimus quod etc.* Vide *Visus*.

\* **VISAGIUM FALSUM, Larva, Gall. Masque, alias Faux vel Fol visage.** Arest. ann. 1330. 20. April. in Reg. Olini parlam. Paris. : *Falsum Visagium occasione cujusdam chareverii, quod tunc in dicta villa (S. Richarii) sebat, deferentem invenerant, graviter vulneraverunt.* Lit. remiss. ann. 1354. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 168 : *Mutominis et arietinis induti pellibus, cum aliis falsis Visagiis, etc.* Aliæ ann. 1367. in Reg. 97. ch. 558 : *Iceului Clays avoit esté à sa maison armez à fol Visage le jour du nouvelan. *Visaige* nuncupatur, Pars capitii, qua vultus includitur, in Lit. remiss. ann. 1394. ex Reg. 147. ch. 134 : *Le suppliant trouva ledit Cousin, lequel il print par le *Visaige* de son chapperon, et eu le hauchant assez courtoisement, etc. Faire visage, pro hodierno *Faire face*, Convertere vultum in aliquem, dixerunt nostri. Lit. remiss. ann. 1390. in Reg. 138. ch. 207 : *Lesquels compagnons sachèrent leurs espées en lui faisant *Visage* pour résister à sa mauvaie volonté.* Hist. Caroli VII. ad ann. 1429. pag. 512 : *La Pucelle leur fit *Visage* et marcha contre les Anglois. *Visance*, pro *Apparence*, species, apud Phil. *Mouskes* :***

Par la *Visance* et par semblant.

Vide supra *Masca*.

¶ **VISAMUM.** Vide supra *Bisanum*.

**VISANTIUS, VISANTEUS.** Vide *Byzantius*.

\* **VISARE, a Gallice *Viser*, Collineare, dirigere.** Lit. remiss. ann. 1355. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 43 : *Qui Johannes quemdam quarrellum tunc accepit, et illum posuit in nuce dictæ balistæ *Visando* versus quemdam acervum fini, pro trahendo dictum carrellum ibidem; et antequam potuisset cepisse suam visionem, nux dictæ balistæ se laxavit, etc.*

¶ **VISATUS.** Charta ann. 1131. apud Calmet. inter Probat. Hist. Lothar. tom. 2. col. 292 : *Ecclesia beati Joannis, quæ est in insula Leodii, anniversarium teloneum de foro *Visati*, per regiam traditionem. Nomen loci proprium.*

\* **VISCAL, Census species.** Charta Phil. comit. Fland. pro libert. castel. Brug. ex Cam. Comput. Insul. : *De censu *Viscal*, cujus quilibet nummus requiritur cum duodecim denariis in secundo die post solutionem,*

*etc. Cens *viscal*, in Charta ann. 1323. ex ead. Cam.*

\* **VISCANISSA.** Bulla Callixti II. PP. ann. 1120. in Suppl. ad Miræum pag. 33. col. 1 : *Quadragesima mensura terræ ex *Viscanissa* ex berquaria Girardi ad præbendam unius fratris..... Item, in *Viscanissa* ad restaurandam ecclesiam prædictam unam restaurant.*

¶ **VISCARE, *Visco* implicare, capere, corripere,** in Gemma. *Viscatus* occurrit apud Ovidium Art. amator. lib. 1. v. 391. et Plinium lib. 9. Epist. 30. Vide *Viscarius*.

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Viscare, Englyer, preandre o gluyz.*

\* **VISCARIA, ut innox *Viscarnia*.** Charta ann. 1265. in Chartul. S. Petri Insul. sign. Decanus fol. 139. r. : *Ballivus Furnensis fecit dictos *Willelmum* et *Clais* in *Viscaria* *Furnensi* ad iudicium evocari.*

¶ **VISCARIUM, Viscus.** Epist. Lamberti Abbat. S. Rufi apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 332 : *Ego iudico, si cum viris femine habitant, *Viscariuni* non deerit *Diaboli*.*

\* Stat. hospit. S. Gertrudis ann. 1255. in Suppl. ad Miræum pag. 610. col. 2 : *Nunquam solus cum sola sedeat, ne capiendis malignis insidiator *Viscarium* intendat.* Hinc emendanda statuta hospit. Sylvæduc. ann. 1277. ibid. pag. 134. col. 1. ubi legitur *Viscerium*.

**VISCARIUS, Qui visco aves captat, ἔξευρίς, aucupator, auceps,** in Gloss. Gr. Lat. Ibid. ἔξουα, visco aucupor, ἔξις, viscum, et viscus.

¶ **VISCARNA, ut supra *Vierscara* :** quomodo etiam legendum videtur. Charta Caroli Comit. Flandr. ann. 1125. ex Tabul. S. Bertini : *Dicente eodem *Theinardo* quia de placitis, quæ ad scultedum pertinent, non deberet placitari ad *Viscarnam* *Abbatis*, neque per *Scabinos* inde iudicari.* Vide *Vircara*.

\* **VISCARNIA, ut *Vierscara*, Tribunal** apud Flandros, ubi de rebus cum civilibus tum criminalibus suprema sententia iudicatur, ejusque districtus. Charta Ferrandi et Joan. comit. Fland. ann. 1234. in Suppl. ad Miræum pag. 96. col. 1 : *Omnes illi de octo *Viscarniis*, manentes infra officium *Brugense*, qui ad scabinagium pertinent, etc.* Vide supra *Vierscara*.

¶ **VISCELLUS, Vivarium.** Vide *Giscellus*.

\* **VISCERABILIS, Intimus.** Epist. synod. ann. 877. inter Capit. Caroli C. : *Viscerabili affectu sequimur, et celebri laude prosequimur, etc.*

¶ 1. **VISCERABILITER, Ex animo.** Chron. Trudon. ad ann. 999. apud Acher. tom. 7. Spicil. pag. 348 : *Adelardus... familiam ecclesiæ nostræ *Viscerabiliter* dicitur dilexisse.* Litteræ Edwardi II. Reg. Angl. ann. 1307. apud Rymcr. tom. 3. pag. 12 : *Ob specialem affectionem quam ad præfatum genitorem nostrorum et suos *Viscerabiliter* habuistis.* Vita S. Wolbodoni tom. 2. April. pag. 862 : *Spondens *Viscerabiliter* quod si spatium sibi daretur, cuncta quæ abstulerat ex integro restitueret.* Vide *Viscerosus*.

¶ **VISCERALITER, In intimis visceribus.** Charta Imberti Episc. Paris. apud Marten.



tom. 1. Ampl. Collect. col. 417 : *Quando divini cultus studio Visceraliter percelluntur, etc.* Occurrit præterea in Litteris Caroli V. Reg. Franc. ann. 1372. tom. 5. Ordinat. pag. 561. Vide Vossium lib. 4. de Vitiis serm. cap. 36.

† **VISCERATIM**, Eadem notione. Testam. Caroli Ducis Andegav. Reg. Sicil. ann. 1481. inter Probat. Comment. de Comines tom. 3. pag. 245 : *Pro amore quem ipse dominus Rex noster testator habet et Visceratum gerit erga ipsum* (dom. Dalphinum.)

\* 2. **VISCERABILITER**, Cum miseratione. Translat. SS. Georg. etc. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 355 : *Cum vicum (fratrem) capere posset (Carolus) ei locum abundi Viscerabiliter indulsit.*

\* **VISCERALIS**, Intestinus, in Epist. Hincm. Rem. ibid. pag. 547 : *Nunc autem qualiter regnum istud, ... ut ita dicamus, Viscerali commotione, ... sit perturbatum.*

† **VISCERARI**, Intimis visceribus seu Præcordiis commoveri. Charta Widegerni Episc. Argent. apud La Guille Hist. Alsat. inter Instr. pag. 9 : *Unde nos congratulantes hujus viri sanctæ devotioni et illorum glorioso proposito, Viscerati caritate et pietate, commoti devotione promptissima, ... ut ad ipsum monasterium... privilegium conscribere vel confirmare deberemus.*

**VISCERATIO**, διασπομή κρείως, in Gloss. Gr. Lat.

\* **VISCERIUM**, pro *Viscarium*. Vide supra in hac voce.

† **VISCERIUS**, Chartam ann. 1193. apud Cencium inter Censu Eccl. Rom. subscribunt *Petrus de Cencio dom. Papæ Viscerius testis : Paulus Malagromensis dom. Papæ Viscerius : Petrus Roberti similiter Viscerius testis.* Infra in alia Charta legitur, *Viscerius*. An pro *Usserius*? Vide in hac voce.

\* 1. **VISCEROSE**, Ex animo, toto corde. Charta Ludov. reg. Sicil. ann. 1382. in Reg. Joan. ducis Bitur. ex Cam. Comput. Paris. fol. 26. vº : *Viscerose cupientes in eodem regno nostro nobiscum alteram ipsorum hitorum plantulam propagare, etc.* Vide *Viscerabiliter* 1.

\* 2. **VISCEROSE**, In intimis visceribus. Lit. remiss. ann. 1353. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 896 : *Ex maternali amore in tantum fuit Viscerose commotus, etc.* Vide *Visceraliter*.

† **VISCEROSUS**, Intimus, sincerus, in Litteris ann. 1394. apud Acher. tom. 6. Spicil. pag. 102.

† **VISCEROSUS**, Ex animo. Charta ann. 1418. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 477. col. 1 : *Ipsosque in sacre religionis nostræ observantia laudabili Viscerosius confovere... cupientes, etc.*

**VISCIDE**, Fortiter, in Gloss. MSS. ad Alexandrum Iatrosoph.

**VISCIDUS**, *Viscosus*. Gariopontus lib. 1. cap. 6 : *Hæ causæ nascuntur de sanguine Viscido, id est, anaro. 1. edit. habet inscido.* [Papias : *Musteum, medium, viride, Viscidum. Viscidum acetum*, apud Theod. Priscianum lib. 1. cap. 2. Compar. *Viscidiore cibī*, apud eumd. de Diæt. cap. 18.]

**VISCOCUS**. Fragmentum Petronii pag. 15 : *Solebat sic canare quomodo Rex opros gausapatos, opera pistoria, Viscosos, pistores.* [Vocem dividit Schefferus locumquesic

restituít : *Opéra pistoria, avis, cocos.* Ubi *avis* pro *aves* more haud infrequenti. Ipsum consule in Notis ad hunc locum.]

† **VISCOSITAS**, Viscus, gluten, Gall. *Viscosité*. Arnaldus in Rosario MS. lib. 2. cap. 3 : *Propter contritionem et assationem ad ignem dividuntur partes ligatæ a Viscositate quæ est in corporibus.*

† **VISCOSUS**, *Visco* S. Fiacrii, vulgo *le sic de S. Fiacre*, laborans. Est autem cancri genus, carnosus partibus adhærere solitus, primo calli instar durescit : dein callus in pus conversus, proximas partes sensim depascitur. Vita S. Fiacrii sæc. 2. Bened. pag. 600 : *Septem peregrini de S. Dionysio venientes, cum non longe essent a monasterio S. Fiacrii, dixerunt quatuor ex illis : Eamus ad S. Fiacrium. Reliqui vero tres dixerunt : nos Viscosi non sumus, non habemus necesse ire ad eum, ipse non habet peregrinos nisi Viscosos.... Ille Viscosi ad medicum Viscosorum. Vide *Unctuosus*.*

**VISENETUM**. Vide *Vicinus*.

† **VISER**, *Hippegus*. Vide *Huisserium*.

† **VISERIA**, a Gall. *Visiere*, Specula, locus unde visus patet, *Echaugnette*. Charta ann. 1370 : *Pro faciendo et ædificando unum murum cum duobus Viseriis super barrum vetus.* Vide *Visorium*. Hinc

† **VISERIA**, Cassidis conspiciillum, vulgo *Visiere*. Comput. ann. 1336. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 326. col. 1 : *Item duos bacignetos cum Viseriis, II. sol. VI. den. gr.* Mirac. B. Ludovici Archiep. Arelat. apud Stephanot. tom. 10. Fragm. Hist. pag. 310 : *Fuit percussus quadam sagitta magne balistæ quæ infra Viseriam cassidis intravit.* Chron. Petri Azarii apud Murator. tom. 16. col. 308 : *Volens videre castramenta partis Gibellinæ et qualiter procedebant, levata Viseria barbute, etc.* Occurrit præterea in Annal. Estens. apud eumd. tom. 18. col. 991. et in Chron. Tarvisino tom. 19. col. 787. *Heaune à visserie* (leg. à *visiere*) in Testam. Odonis de Rossilione ann. 1298. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1306. Vide in *Visus*.

\* *Vidaille*, in Lit. remiss. ann. 1455. ex Reg. 187. Chartoph. reg. ch. 255 : *Le suppliant haussa sou baston, ... et d'icellui donna audit Valete ung cop sur l'uisse ou Vidaille.*

† **VISERIUS**. Vide supra *Viscerius*.

\* **VISIA**, Aspectus, Gall. *Vue*. Inquisit. forestæ Britolii in Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 2. fol. 129. vº. col. 2 : *Oves suæ possunt ire in boscos, quantum durat Visia plani. Visio legitur in Cod. reg. 4653. A. fol. 89.*

† **VISIBILITAS**, Forma, sensus, apud Tertull. lib. de Carne Christi cap. 12 : *Visibilitas per carnem.*

† **VISIBILITER**, Aperte, in Charta ann. 1379. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 504. Utuntur præterea S. August. de Gen. ad litt. cap. 6. et S. Paulinus Epist. 20. ad Delphinum.

\* **VISIFICUS SPIRITUS**, Ad videndi sensum pertinens. Alex. Iatrosoph. MS. lib. 1. Passio. cap. 94 : *Adhuc autem et senioribus ætate defectum Visifici spiritus reparant et renovationem faciunt visui.* Vide infra *Visivus*.

† **VISILLIS**. Testam. Guidonis Comit.

Nivern. ann. 1239. tom. 1. Macer. Insulae Barbaræ. pag. 152 : *Et quod in parte quam habeo in decima sancti Pauli juxta Visillis, ponatur et assignetur dictum anniversarium.* Mendum esse facile deprehenditur ; at non ita in promptu est emendatio.

† **VISINANCIA**, Vicinia, Gall. *Voisinage*, Ital. *Vicinanza*. Memoriale Potest. Regiens. ad ann. 1260. apud Murator. tom. 8. col. 1122 : *Et die altera omnes Regini fecerunt confalones cujuslibet Visinancie ; et fecerunt processiones circa civitatem, etc.*

† **VISINIA**, pro Bysina, in Charta Rudesindi Episc. Dumiensis æræ 1016. apud Ant. de Yezep in Chron. Ord. S. Benedicti tom. 5. et inter Conc. Hisp. tom. 3. pag. 184 : *Indumenta Sacerdotum et levitarum... auro texta, Visinia, purpurea et linea.*

† **VISINOGA FEBRIS**, pro *Synocha*. Vide *Febris* et *Synochus*.

\* 1. **VISIO**, Prospectus in domum vel tenementum vicini. Arest. parlam. Paris. ann. 1275. in Reg. 2. *Olim fol. 28. vº : Licet major et pater Medontenses a tempore, a quo non exstat memoria, in villa Medontensi exercuerint justitias quæ sequuntur, videlicet..... Visiones impeditas, stillationes, domorum clausuras, etc.* Vide *Vista* 1.

\* 2. **VISIO**, Intentio in scopum, Gall. *Visée*. Locus est supra in *Visare*. Aliis notionibus, vide in *Visus*.

\*\* **VISIONABILIS** Dualitas virtutum, apud Anastas. in Homilia Cyrilli de SS. Cyro et Joh. Maius in Glossario novo.

† **VISIONES**, Theoremata, Ant. Augustino, Gr. Θεωρηματα. Justinianus in 2. Præfat. Digest. : *Et in partibus in quibus perfectissimæ Visiones expositæ veterum fuerant, quod particulatim in eas fuerat sparsum, hoc dividere ac separare, penitus erat inutile.* Vide Pancirol. lib. 1. Thesauri variarum lect. cap. 77. et Lexicon Calvini.

\* **VISITANTIA**, Præstatio, quæ curioni fiebat aut a peregrinantibus, aut propter *visitationem* infirmorum. Tabul. S. Flori : *Stephanus Amricus dedit..... ecclesiam de Lasternis et omnia quæ ad ipsam pertinent, hoc est decimam, primitias, Visitantias, baptisterium, etc.* Vide in *Visitatio* 1.

\* **VISITARE**, Frequentare. Stat. ann. 1534. ex Tabul. S. Petri Insul. : *Præterea nullæ erunt vacantia, sed continuo Visitabunt usque ad vigiliam Nativitatis Dominicæ, denuo Visitaturi easdem scholas, festis finitæ.* Vide alia notione in *Visitatio* 1. et 2.

† **VISITARIUS**, ut infra *Visitator* Monachorum. Charta ann. 1315. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 322. col. 2 : *Una cum... fratre Iacobo capellano dicti Visitarii, etc.* Infra legitur *Visitatoris*.

1. **VISITATIO**, Pensitationis species ; ita appellata, quod tenentes Dominos suos identidem *visitare* tenerentur cum xenis aut muneribus, quod postmodum in præstationem necessariam abiit, et in Gallia nostra *Salutatici* nomine innotuit. Orig. Murensis Monasterii pag. 39 : *Villicus autem debet dare, sicut omnes villici nostri debent, piscem magnum pretio 5. solidorum ante Natale Domini, quod vocatur Visitatio.* Pag. 40 : *Rustici autem, qui habent scopasse, serviunt diem in ebdomada, et qui dimidium in secunda, vel censum dant, et Visitant*



*villicum semel in anno. Id est, jus visitationis præstant. Pag. 47: Villici, qui sub se habent homines servientes, ex diurnalibus, quorum Visitacionem accipiunt, debent dare pisces singuli quinque siclorum, alii autem non; sed secundum uniuscujusque constitutionem: nam ille, qui multos habet Visitatores, et quoque nullos, possunt coæquare. Vetus Charta ibidem pag. 65: Persolverent annuatim in censum sextum decium dimidium modium avenæ, et siliginis aridi, et in festivitate S. Thomæ 4. solidos ad Visitacionem. [\*\* Tabular. Abbat. Metloc. in Diario Diplom. tom. 2. pag. 122: In Natale Domini, aut Visitacionem, aut sex denarios. Ibid. pag. 123: In Natale Domini in Visitacione sua duos solidos et 40. panes et 20. modia avenæ reddunt.]*

† VISITATIO IMPERATORIS, Præstatio, quam a vassallis et tenentibus exigebant Domini, cum ab Imperatore ad curiam evocabantur auxilium in bello per se, vel per milites suos præbituri. *Auxilium pro eundo ad Imperatorem* alibi dicitur. Vide *Auxilium*, pag. 514. col. 2. Litteræ anni 1239. Hist. Dalph. pag. 64: *Est de jure imperii, ut principibus ecclesiasticis venientibus ad curiam de speciali mandato et pro servitiis imperii, ab eis qui tenent regalia ecclesie sue in subventionem congrua debeat provideri.* Charta ejusd. anni ibid.: *Præcipiendo quatinus pensata liberalitate, quam solummodo pro nobis exhibuit, in hoc facto ipsi Archiepiscopo in centum libris Viennensibus pro cavalcata D. Imperatoris ad requitionem ejus et totaliter satisfacere procedatis, ne iram D. Imperatoris et nostram et penam appositam incurere valeatis.* Quæ præstatio nomine Visitacionis significatur in Charta ann. 1292. ibid. pag. 63. col. 2: *Nos ex certa scientia et plena deliberatione, prius a petitione subventionis seu juveninis per clericos et cives civitatis nostræ Diensis, ratione Visitacionis Imperatoris ut Regis Alamanie, pro utilitate nostræ Diensis ecclesie, ut taliter nobis debite et debiti autoritate ejusdem privilegii et privilegiorum ecclesie nostræ Diensi ad Imperiali cuivine concessorum desistimus.*

† VISITATIO, Peregrinatio, ut videtur, seu emolumentum quod ex fidelium peregrinationibus sacerdoti obvenit. Charta Odonis Episc. Paris. ann. 1205. ex Chartul. ejusd. Episc. fol. 53: *Liebit autem priori et monachis in loco prædicto, si voluerint, ædificare capellam, ... salvo in omnibus parrochiali jure presbitero S. Petri de Gonessa, scilicet quod idem presbiter habebit Visitaciones, confessiones, sepulturas, etc.* Tabul. Episcopat. Ambian. ann. 1281: *Habebit euratuz gratuita que sequantur: videlicet oblationes confessionum, Visitaciones; vina unptiarum, etc.* Nisi sit præstatio quæ pro visitatione infirmorum exsolvetur.

\* 2. VISITATIO, Solemnis sacramentorum infirmis administratio. Stat. Einbec. apud Ludewig. tom. 10. Reliq. MSS. pag. 112. cap. 30: *De Visitacionibus canonicorum. Sciant universi sententia capituli concorditer diffinitum, quod in Visitacionibus canonicorum cum Eucharistia vel Extrema unctione, omnes existentes de grenio ecclesie et præsentis vocari debent, et Visitacioni interesse. Visitatus tamen venientibus*

*pro tunc nihil dare debet in præsentem, nisi solum campanario et scholaribus, si qui portaverint cereas. Neque aliter videtur intelligendum Glaber Rodulph. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 22: Convocatis ceteris fratribus, secundum morem ei Visitacionem fecerunt. Tertia namque die peracta, incipiente nocte ingravit a corpore.*

VISITATOR, Episcopus, qui in locum alterius Episcopi demortui, vel propter crimen a communione suspensi, aut remoti, a Metropolitanano, vel Summo Pontifice, mittebatur, ad obeunda in ea diocesi Episcopalia numera, donec alius Episcopus ordinaretur, cujus electioni intererat. Vide Gregorium M. lib. 2. Ind. 10. Epist. 19. 20. 21. 27. lib. 3. Epist. 11. lib. 4. Epist. 13. 14. 20. 21. lib. 5. Epist. 21. lib. 6. Epist. 16. lib. 7. Ind. 2. Epist. 25. 26. 91. lib. 11. Epist. 16. Formulas antiquas Promotionum Episcopaliū editas a Sirmondo ad calcem tom. 2. Concilior. Gallie, et tom. 8. Conciliorum Labbeanæ editionis. Form. 1. 2. 3. et seqq. Aliam descripsit Baronius Johannis M. PP. ann. 534. n. 49. exaratom, pro Visitatore dando Ecclesie, cujus Episcopus ob crimen remotus fuerat. Aliam vide ejusdem Pontificis ad Cæsarium Arelat. Agapeti I. Epist. 7. ad eundem Casarium. Vide præterea Leonis Archiepisc. Senonensis Epistolam ad Childebertum Regem tom. 1. Concil. Gallie, Concilium Regiense can. 6. in Actis Episcop. Ceoman. pag. 305. Diurnum Romanum cap. 7. Anastasium in S. Hormisda PP. Synodum apud Vermeriam ann. 853. cap. 1. Capitul. Caroli C. tit. 43. cap. 8. Conc. Roman. ann. 1079. can. 6. Joannem VIII. PP. Epist. 308. etc.

Ejusmodi Visitatorum officium accurate perstringit vetus Formula electionis Episcopi in Spicilegio Acheriano tom. 8. pag. 154: *Prisca modernaque Ecclesiarum uoedamina theoloquelariis sanxere canonibus, quo arripientibus vian universæ terræ quaruntlibet sedium Præsulibus, per viciniorem Episcopum, aut alium Episcopum, cui Archiepiscopus injunxerit, extineti fratris tumulatoreu, orbateque sedis Visitatorem atque consolatorem, sine cujus conscientia sacri prohibent Canones confiteri aut confiteri de subrogatione Episcopi, perficiatur Ecclesiasticarum inventarium rerum. Tunc vero prioribus viduate sedes, dispositis Oeconomiis commendatur. Postmodum autem Cleri plebisque ordinis desideriorum consensu requiratur, quinimo amotis simoniaeis sacculis, postpositisque omnium cupiditatum arguuentis, universa fideliter notitia Archiepiscopali significentur, quo disponente, cuncta in talibus expedit cum Suffraganeorum consilio, sub divina censura disponi negotiis, atque ordinari. Igitur Metropolitanano dominica vocatione rebus humanis vitæque perfuncto, hæc eadem fideliter exigenda sunt omnia a Visitatore atque tumulatore, et omnium diocesanorum, si fieri potest, cognitioni significanda prudentialiter, quo urbes, quas gentiliū temporibus habebant idiolieole Flamines, nunc gubernent Christicolæ Præsules. Cui ergo pastorem contigerit subrogandum, post advocacionem et clamacionem Cleri petitionemque viduatæ plebis, ne urbs Præsuleni minime optatum non spernat, nec*

*odiū habeat, fiatque minus religiosa quam convenit, cui non licuit habere quem voluit: quoniam difficile est, quod bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio, expedit orbate sedi cum Episcoporum electione, Cleri ac populi ipsius Ecclesie acclamatione Episcopum ordinari atque inthronisari. Quapropter, etc.* Historia Trevirensis: *Zacharias PP. B. Bonifacium doctrina et operatione clarum, Treverensi et Remensi Ecclesie Visitatorem, et spiritualium negotiorum provisorem constituit, cum Milo Tyrannus res utrorumque teneret.*

VISITATORES in Monasteriis, qui in Capitulis Provincialibus deligebantur, qui Monasteria visitarent, in Monachos, atque adeo in ipsos Abbates inquirerent, horum delicta emendarent, multas pro ipsis delictis et pœnas monasticas irrogarent, etc. Cæsarius lib. 1. de Miracul. cap. 1: *Visitatio est discipline conservatio: duo enim primitivi Patres instituerunt ad vitiorum correctionem, et caritatis conservationem, videlicet generale Capitulum, et singulis annis Visitaciones domorum.* Chronicon Montis-Sereni pag. 195: *Gotfridus Monachus, quoniam in ordine Cisterciensi usitata res est visitatio, uodum ejus talem esse asseruit, ut singuli fratrum jurati dicerent veritatem de omnibus, quæ vel a Præposito, vel ab aliis in Ecclesia sua fieri certum esset.* Sed cum ejusmodi Visitatores, sub prætextu et obtentu visitationis, Monasteria gravibus expensis premerent, seu longiori mora, vel sumtuosis, quas sibi administrari curabant, epulis, vel denique numero comitatu, interdum et ab iis pecuniis extorquerent, cautum deinceps Constitutionibus Gregorii IX. Nicolai IV. Benedicti XII. et aliis, quæ habentur post Chronicon Casinense edit. Brolii, ne Monasteria et locis visitatis onerosi et graves existerent. Quo spectat querela Burkardi de Casib. S. Galli cap. 16: *Fideant dona largissima que donavit in Cuvia, ne forte fratres sui opprobrio subjacerent Visitatorum, qui multa perturbaverunt Monasteria, ne longe petamus exemplum, sicut fecerunt in Augia, quos totoderunt, et jurare ad suum coegerunt mandatum.* Et cap. 21: *Visitatores etiam per diversas missos Ecclesias, cum multis perturbassent tam Abbates quam Monachos, imo etiam plebanos et Clericos minoris ordinis, cohibuit, ne ad monasterium venientes suos perturbarent fratres, non hoc sine suum Pontificis obtinuit permissione, audivit enim qualiter in nobili Ecclesia Augiensi processerant, et quemadmodum fratres ipsius perturbaverunt Monasterium.* Vide Decretal. Gregorii IX. lib. 3. tit. 35. cap. 8.

\* VISITATORIUS, Ad visitatorem pertinens. Synod. apud Vermer. ann. 853. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 611: *Ecclesie Nivernensi ea, quibus indigeret, Visitatorio officio impenderet et ordinaret.* Vide *Visitator*.

\* VISIVUS, Ital. *Visivo*, Ad facultatem videndi pertinens. Vita S. Rosæ tom. 2. Sept. pag. 437. col. 2: *Erat quedam virgo nomine Delicata, quæ ab ipsa sua nativitate caruerat virtute Visiva.* Vide supra *Visificus*.

† VISMERIA, Viminetum, virgetum, locus viminiibus constitus, Gall. *Ozerate*, Lemovicibus *Visuicre*. Obituar. S. Geraldii



Lemovic. fol. 33 : *Quem censum nobis assignavit in et super quibusdam vinea, Visméria, et orto seu lezæjusdem Guillelmi.* Charta ann. 1519 : *Petrus Aureys... confitetur se tenere quendam lezam continentem unum jornale hominis situm in territorio deu Mianudet inter terram Joannis Quiffort et Vismériam magistri Johannis Lanyt.* Charta ann. 1537 : *Francoise de Poyel... declare qu'elle est dame foncier et directe de certuine Vismière et leze contenant environ deux journeaux, assise au clau Laurier territoire de Limoges confrontant à la Vismière de maistre Laurent du Puy, etc.* Alia ann. 1545 : *Jehanle Picard horloger de Limoges reconnoist tenir et exploiter certaine Vismière et leze assise au territoire de ludite ville confrontée avec la leze et Vismière de heoirs seu maistre Laurens du Puy.* Vide *Vimus*.

¶ **VISNETUM**, Vide supra in *Vicinus*.

¶ **VISOLA**, Statuta Monast. S. Claudii ann. 1448. pag. 74 : *Recipere debet quinque Visolas ultru suam præbendam.* Ibidem pag. 82 : *Tinetur idem pittantiarius ministrare... in die Jovis sancta cullibet ex predictis Religiosis tres Visolas.* Legendum *Rosola*, Placentæ species, a colore rubicundo sic nuncupata. Vide ibi.

¶ **VISON**, Bison, genus bovis silvestris. Acta S. Ferreoli tom. 3. Jnn. pag. 11 : *Silvester adhuc cum locus esset, Vison ibi feru reperta est.* [\* Ekkeh. Chron. Univ. ad ann. 1104. apud Pertz. Script. tom. 6. pag. 225 : *Illius nimirum fanosi Aerbonis posterii, quem in venata u Visonta Bestia confossum, vulgares adhuc cantilenæ resonant.* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 1. col. 1078. voce *Wisunt*.]

1. **VISORES**, Testes, qui rem actam viderunt, eique interfuerunt. Formulæ vet. secundum Legem Roman. cap. 30 : *Sed postea taliter in jam dicto loco ipsi illi judicatum fuit, ut in noctes 40. apud homines 36. manu sua 37. in Ecclesia illa, in loco nuncupante illo conjurare debeat, apud homines Visores et cognitores, eo quod ille quondam malo ordine super eum venisset, etc.* Cap. 31 : *Similiter testes sibi similes Visores et cognitores, etc.* Vetus Notitia apud Perardum pag. 60 : *Affirmantes, se habere plurimos et veruces utque Visores testes, qui hoc ita verum esse scirent, etc.* Tabularium Regulæ ad Garumnam : *Visores et testes hujus negotii fuerunt, etc.* Charta Lapurdensis apud Marcam lib. 4. Hist. Beneharn. cap. 9. § 8 : *Testes et Visores hi sunt, etc.* Tabularium S. Petri Generensis apud eundem lib. 5. cap. 25. § 8 : *Hujus donationis sunt Visores, etc.* Blanca in præfatione ad Commentarios rerum Aragonensium : *Alterum quidem pro eorum robore et firmitate, quod sit de solennitatibus substantiabilibus contractuum, ut testes illorum stipulationi præsentis intersint, atque hos testes, Visores et Auditores appellabant, et ita appellati passim inveniuntur.* Charta Alfonsi Regis Aragon. æræ 1153. apud eundem pag. 641 : *Sunt testes Visores et auditores de hoc donativum superscriptum, etc.* In alia pag. 794 : *Testes sunt et Visores hujus rei, etc.* [Charta ann. 1088. ex Tabul. Ausc. : *Visores hujus negotii fuerunt Pontius Episcopus Bigorre, etc. Visores et testes sunt W. Arnaldi de Jugun, et filius ejus Arnal-*

*du, in Chartul. Auxit. Charta ann. 1117. ex Tabul. S. Tiberii: Visores et testes hujus defenstionis sunt, etc.] Hinc formula sat frequens diplomatibus adscripta : *Hæc autem Vidcrunt et audierunt, etc.* [Vide *Videntes*.]*

¶ **VISORII TESTES**, Eodem significatu. Vita S. Leonis IX. PP. tom. 2. April. pag. 662. et apud Murator. tom. 3. pag. 296. col. 1 : *Cujus rei testes Visorii, a minimo usque ad maximum cuncti illius urbis dicuntur extitisse.*

2. **VISORES**, Qui forestis inspiciendis, ne vasta fierent, præfecti erant a Rege. Matthæus Paris ann. 1135 : *Quod nefandi genus placiti ideo fuerat execrabile, quod si Visores alicujus silvum, quem esse pecuniosum sciebant, a longe conspicerent, statim vastum in ea prohiberent, sive esset, sive non, ut eum sine merito redimere potuissent.* [Viser nostris pro Inspicere, explorare, observare. Le Roman de *Vacce MS* :

Ses forestiers a fait Viser  
Ou il porroit grant cerf trouver.

Chron. ab ann. 1341. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 721 :

Les Francois les firent Viser,  
Afin qu'ils peussent s'aviser  
De les combattre en cette place.

*Visitacion*, pro *Inspectio*, in Litteris Caroli V. Reg. Franc. ann. 1372. tom. 5. Ordin. pag. 527 : *Nous aions entendu que plusieurs nos subgez s'efforcent de entreprendre la Visitacion et cognoissance de uucuns desdiz mestiers, vires et marchandises, etc.]* Vide *Vista* 4.

\* *Veours*, eadem significatio, in Charta ann. 1314. ex Reg. 65. 2. Chartoph. reg. ch. 72 : *Le verdier dou lieu, les Veours des forais, les serjans de la forest fiejez et autres etc.* Voir jurez d'eauwe, in Ch. ann. 1355. tom. 2. Hist. Leod. pag. 421.

**VISORES**, Qui ad tenementa inspicienda delecti sunt. Vide *Visus*.

\*\* **VISORES INFIRMITATIS**. Vide *Resentisa et Essonium Mali Lecti in Sunnis*. Placit. ann. 9. Joh. reg. Angl. Cumberl. rot. 8. in dors. in Abbrev. Placit. pag. 58 : *Adam de Tindal optulit se versus Aliciam uxorem Roberti de Courtenay, quæ se essoniavit de malo lecti... et ipsa non venit, nec Visores Infirmittatis illius, quia vicecomes significavit, quod ipse non fecit eam videri... Consideratum est quod vicecomes faciat eum videri per 4. milites de comitatu suo, etc.* Adde Placit. incert. temp. ejusd. reg. Northumb. rot. 1. in dorso ibid. pag. 69. et Glanvillam lib. 1. cap. 18. sqq.

\* **VISORIA**, Cassidis conspiciillum, Gall. *Visiere*. Garnis. inventæ in castro Carcass. ann. 1294 : *Quatuor capelli ferri cum Visoria.* Vide supra *Viseria*.

¶ **VISORIUM**, Locus unde visus patet. Senator lib. 5. Epist. 42 : *Amphitheatrum quasi in unum juncta duo Visoria.* Vide *Viseria*.

\* **VISPIA**, Domus episcopalis. Charta ann. 1194. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 41. col. 1 : *Actum est hoc in urbe Nemausi in Vispia, etc.*

¶ **VISPILIATOR**, τρυφωρύχος, in Gloss. Lat. Græc. Aliæ Græco-Lat. : τρυφωρύχος, Sepulcri violator, *Vispiliator*.

**VISPILIO**, Tessorium, Gall. *Gospillon* : quæ quidem vox Gallica formata a *Gospillon*, vulpecula, seu cauda vulpeculæ, quod ejusmodi tectoria plerumque ex caudis vulpecularum fierent. Fleta lib. 2. cap. 76. § 9 : *Prodest etiam boves de die bis tergere cum Vispilione, eo quod affectius se lambent.* [Vide *Vespilio*.]

\* Nostris *Vipillon*, pro *Goupillon*, Aspersorium. Lit. remiss. ann. 1416. in Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 143 : *Le suppliaunt par muniere d'esbatement, vestu d'un surpeliz ou roquet de toile, prinst un pot d'arain en quoy il avoit de l'eaue et un Vipillon, dont il enrosoit en ulant par le chemin les gens qu'il trouvoit.*

¶ **VISPILLUS**. Vide supra in *Vespilio*.

\* **VISPOLIATOR**, Grassator; ex *vis* et *spoliator*, Charta Phil. VI. ann. 1345. in Reg. 124. Chartoph. reg. ch. 257 : *Latrones, homicida et Vispolutores inibi et circumvicinis locis habitantes, etc.* Vide *Vespilio*.

\* **VISQUIAMUS**, *Queuele*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

¶ **VISSIUM**, Βδίσμα, in Gloss. Lat. Gr. Flatus ventris. MSS. Reg. *Vissium, bissium*; Sangerm. *Visio* : et mox : Βδίσω, *viso*; ubi Reg. *bisso, pedo*.

1. **VISTA**, Prospectus in domum vel tenementum vicini : *Vue sur quelqu'un*. [Droit de vues, in Consuet. Bituric. tit. 11. art. 2. 13.] Libertates concessæ Barcinonensibus a Petro Rege Aragon. ann. 1283. MSS : *Nemo potest habere Vistam in alterum, nisi primo aspiciat super tenedonem suam.*

\* Occurrit præterea in Instr. ann. 1388. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 284. art. 6. Neque alio sensu hæc vox accipienda videtur infra num. 2. hoc est, in conspectu monasterii, Gall. *En vue du monastere*. Vide supra *Visio* 1.

¶ **VISTA**, Locus unde visus patet, Provincialibus la *Visto*. Inquisitio ann. 1268. ex Schedis Præs. de *Mazuagues* : *Et a Berbegal usque ad Vistum qua videtur totum Cravum.* Vide *Visura*.

¶ 2. **VISTA**, in Charta ann. 1295. ex Schedis Præs. de *Mazuagues* : *Non possit... aliquid novi facere, aliquod fortalium vel tenere vel habere, nec castellum in Vista monasterii.* Id est, ni fallor, intra monasterii districtum, territorium. [\* Vide *Vista*, 1.]

¶ 3. **VISTA**, Colloquium, congressus, Gall. *Entrevue*. Litteræ Philippi III. Reg. Francor. apud Rymer. tom. 2. pag. 152 : *Speciales nuncios destinavit cum potestate plenaria tractandi de faciendo Vista seu colloquio de nobis et eodem Rege super pace perpetua.* Infra : *Extitit conventum quod pro Vista seu colloquio hujusmodi celebrando, nos apud Montem-Marcianum, idem autem Rex apud Baionam personaliter erimus.* Litteræ Edwardi Reg. Angl. ann. 1286. ibid. pag. 330 : *Terminum Vista, inter nos et vos ad invicem faciendæ exposuimus eisdem secreto.* Occurrit præterea pag. 369. 457. etc. Inventar. Chartar. Reg. ann. 1482. fol. 309 : *Litteræ procuratoris Regis Castellæ super Vista et congregatione Regis Francorum et ipsius super concordia inter eos confirmandis.* De anno 1288.

¶ 4. **VISTA**, *Inspectio, visitatio*, Hi-



spanis *Visita*, Gall. *Visite*. Conc. Terracon. ann. 1329. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 285 : *Ne fiant Vistæ in monasteriis. Item, præcipimus et mandamus omnibus iudicibus et advocatis litteratis, ne conveniant vel intersint alicui Vistæ, quæ fit vel fiat in monasteriis vel grangiis religiosorum.* Vide *Visores* 2.

5. **VISTA**, Alia notione. Charta pro Vicario Bituricensi, ex Tabulario S. Sulpicii Bituric: *Similiter de molendinis (habebit) unum molendinum, de Vistis unam Vistam, similiter ex liberis et scannis de sacerio unum paronarum.* Quæ quidem mendo non audent.

☞ Vasis genus significari existimo, ut et apud Limborch. Sentent. Inquisit. Tolos. pag. 67 : *Item quadam vice portavit... unum panem et unam Vistam vini ad domum Raymundi sartoris.* Et pag. 161 : *In dono prædictæ Ayemgardis in Rapistungno vidit duos hæveticos, unum qui vocabatur Petrus, cui misit unam Vistam de vino.* Ubi legendum censeo *Justa*, ut videre est in hac voce; tametsi *Viste* pro urna seu vase sepulchrali legitur in Poemate de la guerre de Troyes MS :

Le cors fist mettre en une bierre,  
Molt richement à grant honor,  
Si con firent si ancessor,  
Le feu ont à lui ardoir,  
Et si poez de li savoir  
Que la poudre fu bien gardée,  
Bicu fu chérie et honorée.  
En une Viste de fin or,  
Que avoit Prians en son tresor,  
Precieuse d'estrangle guise,  
L'ont dedenz scelée et mise.

Vide *Urna* 2.

\* Locum ex Tabul. S. Sulpicii sic emendo ex accuratori lectione: *De Vistis, unam Vistam; similiter ex tiberis et scannis de Sacerio, unum pozonarium.* Hinc corrigenda Literæ ann. 1397. inter Probat. tom. 3. Hist. Burg. pag. 187. col. 2 : *Une Niste d'or toute plaine à vingt un caras, peçant onze mars et demi.* Ubi leg. *Viste*.

\* 6. **VISTA**, Nota, signum, quod facile videri potest. Stat. pro pannif. ann. 1317. in Reg. A. Cam. Comput. Paris. fol. 197. vº : *Ut omnes et singuli panni,.... per quem facti fuerint evidentiis cognoscantur,..... videlicet in Carcassona et ejus suburbiis et toto Carcassessio, in primo capite cujuslibet panni fiet una radícula seu Vista de cotonno albissimo latitudinis ad minus trium digitorum communium.*

☞ **VISTELLA**, apud Bern. de Breydenbach in Itin. Hierosol. pag. 218. ubi de Moyse aquis exposito, pro *Fiscella*, ut legitur Exod. cap. 2. 3.

☞ **VISTRIGILIUM**, σφραγιδοφόλαξ, in Gloss. Lat. Gr. Leg. *Custos sigilli*, ut jam emendavit Vulcanius.

☞ **VISUALITER**, Manifeste, *Visiblement*. Chron. Comodoliac. apud Stephanot. tom. 2. Fragm. Hist. MSS : *Idem vero serpens obediens præceptis S. Juniani Visualiter evolvans et per Pictaviam transiens et nemini ex tunc nocens, arripuit et subintravit gurgites maris Oceani.*

**VISUMARIUS**, vox Gallica vetus, qua trifolium denotatur, ut auctor est Marcellus Empiricus cap. 3. extremo.

☞ **VISURA**, Prospectus. Notæ obituum

in Martyrol. Eccl. Cathedr. Aquens. : *Ipso die obiit Johannes Boerit qui reliquit anniversariis istius ecclesie unam eminan anno nensualem ad Visuram Massiliae.* Locus pulcherrimo prospectu, qui vulgo *La visto de Marseille* dicitur. Vide *Vista* 1.

☞ **VISURA**, Inspectio. Acta Joannis de Organia tom. 1. April. pag. 803 : *Facta fuit Visura et inspectio ocularis cujusdam arce lignæ.* Vide *Inspectura*.

**VISUS**, Oculus. Lex Alemann. tit. 61. § 3. 4 : *Si enim Visus tactus fuerit in oculo, ita ut quasi vitrum remaneat, etc. Si autem ipse Visus foras exierit et uillus, etc. Ubi per oculum, orbem oculorum intelligit.* [\*\* Vide Leg. Ribuar. tit. 5. § 3.]

☞ **Visus**, Cassidis conspicillum, ut videtur, Gall. *Visiere*. Fulcherius Carnot. in Hist. Palæst. in Gloss. Gasp. Barthii apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 337 : *Ut in Visibus eorum et peltis, etc.* Vide *Viseria*. [\*\* Bongars. pag. 415. lin. 50. Vultus forte, ut sequens.]

☞ **Visus**, Vultus. Ital. *Viso*, Gall. *Visage*, olim *Vis*. Mirac. S. Humil. tom. 4. Maii pag. 405 : *Habebat autem Visum valde tumefactum ac inflatum, ita quod oculis humanis nimis horribilis apparebat.* Vide *Viseria*.

\* **Visus**, ut supra *Vista* 1. Charta ann. 1358. in Reg. 86. Chartoph. reg. ch. 598 : *Una cum ipsius domus omnibus et singulis juribus, pertinentiis et appenditiis, Visibus et agotis, etc.*

**Visus**, Inspectio. Rogerus Hovedenus pag. 784 : *Sed concedit bene quod capiant de boscis suis quod necesse eis fuerit sine wasto, et hoc per Visum forestarii sui, et viridariorum suorum.* Monasticum Anglie. tom. 1. pag. 507 : *Et similiter de toto anno de bosco ipsius Roberti usque ad Creyton scisso per Visum forestariorum nostrorum.* In Charta ann. 1300. Regesti Philippi Pulchri Reg. Fr. ann. 1299. ex Tabulario Regio num. 36 : *Usagium ad arduendum et ædificandum sufficienter ad opus domus ipsius Militis de Iuez per Ostensionem a viridario dictæ faciendum, etc.* Vide *Ostensio* et *Visores* 2.

\* Lit. remiss. ann. 1409. in Reg. 163. Chartoph. reg. ch. 408 : *Les parties furent appointées en faiz contraires et en enqueste et Veue termée sur eulx.*

☞ **Visus**, Officium inspectoris ejusque emolumenta. Inquesta ann. 1289. apud Kennet. in Antiquit. Ambrosd. pag. 314 : *Certus Visus valet per annum 11. sol. et reddit domino Regi pro prædicta hida et certo Visu x. sol.*

☞ **Visus**, Judicium, arbitrium. Charta ann. 1249. ibid. pag. 241 : *Rex illas xvi. libras et dimidiam marcæ ad quos homines... in Pydinton... nuper talliati fuerant, assignavit ponendas per Visum Hugonis Gargate custodis predictorum maneriarum in prædictis maneriis instaurandum.* Litteræ Caroli V. Reg. Franc. pro restauratione Communiæ Tornac. ann. 1370. tom. 5. Ordinac. pag. 376. art. 8 : *Lesquelles (ordonnances) touchans loy et justice) demouront et seront mises en la Veue de Prevot et des Jurez.* Occurrit rursus pag. 377. art. 20.

**Visus**, **Visio**, Inspectio rei, de qua litigatur, *Veue*, in veteri Consuet. Normannie art. 66. Cameracensi, Bononiensi, etc. ut et in veteri Consuetudine Bituricensi edita

a Thomasserio cap. 12. *Vieu*, Rastallo et JC. Anglis. *Monstrée de terre*, in Consuetudine Turonensi, Lodunensi, Cenomaniensi, Britannicæ, etc. Bracton. lib. 4. tr. 1. cap. 16. § 4 : *Necesse est, quod fiat Visus de tenemento a juratoribus ut certa res deduci possit in iudicium, et quod juratores verum et certum facere possint sacramentum, et quod perinde possit justitarius justum proferre iudicium.* [Litteræ procuratoris ann. 1348. ex Chartul. 21. Corb. fol. 193. vº : *Dantes dictis procuratoribus nostris... potestatem... Ostensionem et bonnagia faciendi. De requere veuez ou hestensions de lieux, in aliis Litteris de eadem re ibid. fol. 192. vº. Charta ann. 1394. ibid. fol. 81 : *Faire et voir faire veues et ostensions de lieux, etc.*] Quomodo autem *visus* fiat, et de quibus rebus, aperit ibi pluribus idem Bracton. et lib. 5. tract. 3. cap. 8. ut et Fleta lib. 2. cap. 54. § 2. lib. 4. cap. 6. ubi modus *videndi* præscribitur : præterea Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. cap. 46. 56. lib. 2. cap. 10. Philippus de Beaumanoir cap. 9. Assisicæ Hierosol. cap. 27. 222. Statuta secunda Roberti I. Regis Scotiæ cap. 37. 38. Glanvilla lib. 2. cap. 1. [\*\* Placit. ann. 6. Ricard. reg. Angl. Lincoln. rot. 4. Norfolk. rot. 3. in Abbrev. Placit. pag. 3. Wiltes. rot. 3. ibid. pag. 6.] Statutum 2. Westmonaster. cap. 53. Vetus Consuetudo Normanniæ cap. 66. 85. etc.*

**Visio**, Eadem notione, in Regiam Majestatem lib. 1. cap. 9. § 3. [Judicium Scaccarii S. Michaelis ann. 1225. apud D. Brusel tom. 2. de Usu feud. pag. 964 : *Judicatum est quod duellum vadatum nullum sit, ex quo nullus miles fuit ad Visionem.* Aliud ann. 1236. ibid. : *Præceptum est quod Visio potest fieri sine militibus in omni placito, de quo bellum non possit exire.* Chartul. S. Vandreg. tom. 2. pag. 1904 : *Ex parte dom. Regis vobis significamus quatinus presbiteros propinquos et loci vicinos fide dignos et non suspectos per aliquem decanum vestrum.... citari faciatis ad Visiones et ad assisias.]*

☞ **Visio**, Recognitio scripturæ, ut supra *Vidimatio*. Vide in *Vidimare*. Charta ann. 1294. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 21 : *Datum hujus Visionis factæ a nobis Roberto Macloviensis Episcopo, etc.*

**VISORES**, Qui ad *visam* tenementi delecti sunt, apud Bractonem lib. 5. tract. de Essoniis cap. 14. et in Fleta lib. 4. cap. 6. § 1. *Veurs*, in Scacario Normannico ann. 1497. Vide *Ostensio* et *Visores*, suo loco.

**VISUS FRANCII PLEGII**. Vide *Plegius*.

\* **VISZELLARIUM**, f. Viminetum, virgetum. Charta ann. 1139. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 64 : *Ab hiuc revertendo per Viszellarium, ascendendo montem in dextris, etc.* Vide supra *Vürzeta*.

**VITA**, **VITA COMMUNIS**, quam Monachi profitentur, qui in *communi* vivunt, ac simul degunt, et, ut ait Cassianus coll. 18. cap. 5. *ex comunione consortii, Cænobitæ, cellæque ac diversoria eorum Cænobita, vocantur.* S. Augustinus lib. 1. de Morib. Eccl. cap. 31 : *Quis non illos miretur et prædicet, qui contemptis atque desertis mundi hujus illecebriis, in communem Vitam, castissimam sanctissimamque congregati, simul ætatem agunt, viventes in orationibus, in lectionibus, etc.* Cæsarius Arelat. serm. 17 :



*Vovit aliquis... ire ad communem Vitam in societate sanctorum, etc. Infra: Hic quibus placet, relicta omni spe seculari, et omni actione terrena voveant, se conferendo in societatem sanctorum, et in communem illam Vitam, Vitam, ubi non dicitur aliquid proprium; sed sunt omnia communia, et est illis anima una, et cor unum in Deum. Adelbertus Abbas Heidenheimensis pag. 333: Qui cum non invenirent certas rationes, quibus communis Vita in singularem proprietatem et secularem voluptatem esset transmutata, etc. Hanc etiam Laici interdum profitebantur, qui etsi habitu nec Clerici nec Monachi, nequaquam tamen ipsi disparces eorumque instar sæculo abrenuntiantes, sub Clericorum et Monachorum regulariter viventium, atque adeo Sacerdotum obedientiam, devotissime vivebant, et eis serviebant: de quibus egit Baronius ann. 1091. num. 4. 5. 6. Vide præterea Turriannum pro Epistol. Pontificum lib. 5. cap. 5. Bertholdum ann. 1091. Vitam S. Altmanni Episcopi Pataviensis pag. 42. Vitam S. Anselmi Episc. Lucensis, Gerhohum Reichersperg. cap. 16. etc.*

† VITA VULGARIS, scilicet Laicorum, in lib. 1. Capitulum. cap. 452.

VITA. Stephanus Episcopus Tornacensis Epist. 1. de Regula Grandimontensium: *Libellus eorum, qui Constitutiones continet, non Regula appellatur ab eis, sed Vita. Inde est, quod sicut a regula, quam observant Canonici nostri, dicuntur Regulares: sic etiam ipsi necesse est a Vita, quam profitentur, dicantur Clerici seu Laici Vitales.*

† VITÆ LIBER, Martyrologium. Vide in Liber.

† VITA, pro Vittā, in Gloss. Gr. Lat. *ῥῶμα, filum, Vita. Leg. forte ῥῶρον, filum, vitta.*

† VITA, Pensio annua ad vitam, vel usufructus, ut infra *Vitalitium*. Charta ann. 1232. ex Chartul. 21. Corb. fol. 322: *Quem mansum tenet modo et possidet domina Hessa de Bousencourt, salva tamen Vita predictæ Hesse. Vide Viagium 2. et Victus 1.*

\* VITA MENSALIS, Cibus, victus. Charta ann. 1467. ex Tabul. S. Maurini inter schedas Mabill. : *Ordinamus ulterius, quod si dictus rector sive vicarius perpetuus Vitam mensalem in dicta abbacia et refectorio ejusdem sumere noluerit, prænominatus abbas solvat eidem rectori sive vicario perpetuo.... quatuor quarterios bladi frumentii. Fille de vie, nude appellatur, quæ libidini inservit, in Stat. urbis Trecens. ann. 1396. ex Cod. reg. 9827. 4. 4. fol. 43. rº: Item que toutes filles de Vie.... facent leurs boutiques ès lieux à ce ordonnez d'ancienneté.*

† VITÆ. Testam. Johannis Fabri Carnot. Episc. ann. 1390: *Eos (executores) rogo intime quod papirus quas Vitæ soleo appellare, eidem domino Petro Solier, et non alteri tradant, quod nec fatuitates vulgarentur amplius, quod non expedit homini qui statum habuit in vita. Forte, Gesta, annales.*

† VITALIA, Corporis partes, unde vita potissimum pendet. Nicolaus Specialis de Reb. Sicul. apud Murator. tom. 10. col. 943. et in Marca Hisp. col. 620: *Quam (bipennem) cum idem Guillelmus requireret, Rogerius telum educens ex vulnere, illudque cominus*

*in hostem vibrans, ejus Vitalia ferro trajecit. Vitalia, intestina, quia in vita, i. anima continentur, in Glossis Billicis MSF Anonymi. [\* Pro intestinis passim occurrit apud scriptores mediæ ævi.]*

† VITALIA, Victui utilia aut necessaria. Formulæ vet. apud Bignon. cap. 13: *Aurum, argentum, drapalia, arma, vinum, annonam, vel Vitalia sua per suas claves commendasset ad custodiendum, etc.*

\* Nostri *Vitailles*. Stat. ann. 1304. tom. 1. Ordinat. reg. Franc. pag. 426. art. 7: *Et est à entendre que quiconques voudra, puisse droite voye, sans fraude, amener et faire amener à Paris, pour l'aiseinent de la ville, toute maniere de grains et de Vitailles.* Lit. remiss. ann. 1391. in Reg. 140. Charthoph. reg. ch. 303: *Il ot certaines sommes d'argent, Vitailles et autres choses des habitans dudit lieu. Hinc Vitalier, pro Cibaria, annonam colligere, vel vivere, in aliis Lit. ann. 1362. ex Reg. 93. ch. 154: Lequel suppliant aidoit les ennemis à Vitalier seur le plat pais, par lequel il convoient. Vide Victualia 1. et Vitellatio.*

† VITALIS. Vide in Vita et Vitalitium.

† VITALITAS, Vita in abstracto intellecta, ut loquuntur Philosophi, in Libro Victorini apud Mabill. tom. 4. Analect. pag. 161.

† VITALITIUM, Quod ad viduæ mulieris vitam victumque assignatur, idem quod *Dotalitium*, apud Spelman. ex Alb. Crant. Daniæ lib. 7. cap. 35. *Droit de Vivelotte* vel *Vivenotte*, in Consuet. Insulensi tit. 1. art. 58. Vide Glossar. Jur. Gallici.

† VITALIS REDDITUS, Eadem notione, in Charta ann. 1504. apud Rymer. tom. 13. pag. 95: *Deditus et concessimus eidem carissimæ conjugii nostre in Vitali redditu et in donationem propter nuptias, etc. Occurrit rursus semel et iterum.*

† VITALITIUM, Annua pensio quæ morte exstinguitur, Gall. *Pension viagere*. Bodonis Chronicon Gandeshem. apud Leibnit. tom. 2. Script. Brunsvic. pag. 337: *De Calcheyra abbatissæ quondam ex vinearum redditibus quotannis duo vasa vini curru ferato deferebantur.... Illud vinum cum attinentiis multo tempore jure Vitalitio venditum, quasi jam perditum esset, haud sperabatur cito reverti. Verum hujus dominæ novissimis pene diebus ultima in Vitalitio empto dominæ futuri cautior, super innovanda emptione, dominæ huic abbatissæ scripsit... Vitalitium jam jamque defecturum et finem accepturum recuperavit. Berntenius in Chron. Marienrod. ihid. pag. 444: *Bona ad usuram obligata laboribus et industria redemit, aut arte ad Vitalitia perduxit. Vide Viarium, et supra in Vita.**

† VITALITIUS REDDITUS, Eodem intellectu. Charta ann. 1382. apud Mireum tom. 2. pag. 1249. col. 1: *Item quod hujusmodi redditus Vitalitios pro capitali summa... volumus ut isti redditus Vitalitii penitus remissi sint, et maneant; nam isti boni homines illis Vitalitius redditibus diutius sunt gravisi quam valebat eorum pecunia, propter quam ipsius redditus is Vitalitius erat attributus. Vide Viagerius.*

VITARI dicuntur excommunicati, quorum consortium et conversatio fidelibus interdicatur. Charta ann. 1334. ex Tabul.

Episcopat. Ambian. fol. 165: *Super eo, quod nos Episcopus conquerebamur, quod Thesaurarius noster tanquam excommunicatus Vitatus fuerat, per dictos Decanum et Capitulum, etc. Infra: Prævultabunt infra 8. dies, utrum sit Vitandus, vel ad Ecclesiam admittendus, etc.*

VITAS PATRUM, indeclinabile, Liber Ecclesiasticus, continens Vitas SS. Patrum, qui Græcis Πατερικόν et πατρικόν appellatur. Vide Rosweidum ad Vitas Patrum in Prolegom. Liber Ordinis S. Victoris Paris. MS. cap. 19: *Quales sunt Bibliothecæ, et majores Expositores, et Passionarii, et Vitas Patrum, et Omeliarii.* [Necrolog. Heder. xv. Kl. Febr.: *Odelina Deo sacrata que fecit scribere librum Vitas Patrum.*] Occurrit etiam in Vita S. Ayberti n. 24. et in veteri Charta tom. 12. Spicil. Acher. Greg. Turon. in Præf. ad Vitas Patrum: *Et queritur a quibusdam, utrum vita Sanctorum, an vite dicere debeamus. Aulus Gellius autem, et complures alii Philosophorum vitas dicere voluerunt: nam Plinius auctor in tertio Artis Grammaticæ libro ait: Vitas antiqui ejuisque nostrum dixerunt; sed Grammatici pluralem non putant habere vitam, unde manifestum est, melius dici Vitam Patrum, quam vitas: quia cum sit diversitas meritorum virtutumque, una tamen omnes vita corpie alit in mundo. Vide Serenum Sammonicum in Prologo. Gennadins de Script. Ecclesiast. ait, Evagrium librum scripsisse, qui attitatur Vita Patrum; ut Petronium scripsisse putari Vitas Patrum Ægypti Monachorum. Fulbertus Carnot. Ep. 79: *Mitto tibi Cyprianum, Porphyrium, et Vitas Patrum cum psalterio, etc. Vita Patrum, dixit auctor vitæ Burchardi Episc. Wormaciensis.**

VITAS-FRATRUM, Unica etiam voce opus suum inscripsit Gerardus Frachetus Lemoicensis Dominicanus, qui vixit circa ann. 1263. in quo Sanctorum aut virorum illustrium ordinis sui vitas et elogias descripsit. Vide Rosweidum in Prolegomenis ad Vitas Patrum cap. 1.

† VITATORIUM, VYTATORIUM, Invitatorium, psalmus invitatorius. Ordinar. MS. S. Petri Aureævallis: *Dicant Alleluia, Alleluia, Alleluia: et postea Venite suo cantu consueto. Finito Vitatorio inclinent se omnes, etc. Occurrit etiam in vet. Cæremoniis MS. B. M. Decaurate Tolos. forte pro Vocatorium. Vide in hac voce. [\* Vide supra Victatorium.]*

\* VITATUS. Charta ann. 874. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 833: *Offerimus ibi terram, quæ appellatur de Pandulo ad ipsas quercias, capientem seminacionem modiorum quatuor, et est ibi arbustum Vitatum, ... et aliam terram quæ fuit de Dominiun quæ est arbustum Vitatum, modii unius. An pro Viratum? ut per Arbustum viratum intelligas Viretum. [\* Vide Vetatum et Bitatus.]*

† VITAXA, Persica vox, Equitum magister, apud Ammianum lib. 23: *Sunt autem in omni Perside hæc regiones maximæ, quas Vitaxæ, id est equitum magistris, curant.*

\* VITELLA, Surculus, ni fallor. Libert. castri Theodor. ann. 1301. in Reg. 38. Chartoph. reg. ch. 77: *Item volunus et concedimus quod prepositi nostri dictæ*



villæ.... non capiunt.... Vitellus racemorum in vineis. Diminut. a *Vitis*.

**VITELLARIUS**, Qui vendit victualia, ex Gallico *Victualier*, quo nomine censentur pistores et braciatores, in Statuto, quod de pistoriibus, braciatoribus et aliis Vitellariis inseribitur.

† **VITELLATIO**, Commeatus, victui necessaria, Gall. *Victuailles*. *Vitaille*, in Charta ann. 1379. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 601. Litteræ Henrici V. Reg. ann. 1415. apud Rymer. tom. 9. pag. 251: *Et volentes proinde, pro Vitellatione dominorum et aliorum in comitiva nostra, versus partes prædictas profectorum, in hac parte providere, tibi præcipimus firmiter injungentes quod statim, visis presentibus, boves, boviculos et vaccas, usque ad numerum centum bestiarum, etc.* Infra: *Pro Vitellatione et sustentatione dominorum, etc.* *Vitailours*, in Charta ann. 1411. apud eund. Lobinell. ibid. col. 897. *Vitaille*, eodem significatu, Poetis nostratibus. Le Roman de Rou MS:

Pristrent robe, pristrent Vitaille, etc.

Le Roman de la Rose MS:

Et por issir hors de dangier,  
Qu'il n'aura mestier de mengier  
Oaques de petite Vitaille,  
S'en passera comment qu'il aille.

La Vie de Jesus Christ MS.:

Chel jour li fali sa Vitaille:  
Mais n'en fist mie grant bataille.

*Vetueiller*, victualia præbere, in Charta ann. 1379. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 601: *Le duc, sez heires et touz sez subgiz et obeisanz de luy et de sez ditz heires serront tenuz à receiver et Vetueiller amiablement par mer et par terre ledit Roy.* Vide *Victualiu* 1. et *Victuaria*.

† **VITELLATUS**, Necessariis ad victum instructus, Gall. *Avitaille*. Litteræ Henrici IV. Reg. Angl. ann. 1402. apud Rymer. tom. 8. col. 283: *Ac pro eo quod quam plures nuves villæ Novi-castrî super Tynam bene Vitellatæ, et super mare armatæ, etc.*

\* **VITELLUM**, pro Vitellus, Gall. *Jaune d'auf*, apud Alex. Iatrosoph. MS. lib. 1. Passio. cap. 32: *Succos ptyisanæ dabis et Vitellæ ovorum et malvus juscellatas.*

† **VITICUS**, Actor, exactor villæ pensionum, insularius. Gloss. Isid. Excerpta melius habent: *Villicus*. Vide in hac voce.

† **VITILIGARE**, *Vituperare*, ex vet. Gloss. apud Turneb. Adversar. lib. 28.

† **VITINEUS**, COLUMNÆ VITINEÆ. f. Tortiles, Gall. *Colonne torse*, in modum *Vitis* elaboratæ. Vide in hac voce. Anastasius in S. Silvestro apud Murator. tom. 3. pag. 107. col. 1: *Sic inclusit (Constantinus) corpus beati Petri Apostoli, et recondidit, et ornavit supra ex columnis porphyreticis, et alias columnas Vitineas quas de Græcia perduxit.* Eadem habentur in Chron. Romualdi II. Archiepisc. Salernit. apud eund. Murator. tom. 7. col. 81. Vide *Vitium*.

† **VITIS**, Cochlea. Vide *Vis* 2.

**VITIUM**. Anastasius Biblioth. in S. Zacharia PP. pag. 78: *Hic in Lateranensi Patriarchio... a novo fecit triclinium, quod diversis marmoribus, et Vitio, metallis, atque musivo, et pictura ornavit.* Ubi Codex Mazarin. ha-

bet *vitri metallis*: Thuanus, *Vitro*. Nihil tamen temere mutandum puto in edito: ita enim fortean *vitium*, vel potius unica voce *vitio-metallum* appellavit Anastasius tessellatum opus; in quo expressæ *vites*, quasi *vites ex metallis*: quod etiam opus inde *Fignettes*, quasi *vineolas seu viticulas* appellamus. Conjecturam hanc fulcit Paulus Silentarius noster in Descript. ædis Sophianæ parte 2. v. 235. quo loco tessellatum opus et musivum ejusdem ædis depingit:

... μετ' εὐχεράους δὲ καλεούτους,  
Κλήμασι χρυσοκόμοισι περίδρομος ἄμπελος  
ἔρπει,  
Δεσμών ἐλιζοφόρη σχολοῖσι πλέξασα κορυμμοῖς  
Ἡρέμα δὲ προνεύεκεν, ὅσον καὶ γείτονα πέτρην  
Βαῖὸν ἐπισκιάειν ἐλικώδει πλέγματι χαίτης  
Αἰθούσης.

Post præclaros istos meatus, palmitibus auricomis inuixa circumserpuit vitis, tortuosum nectens obliquis corymbis vinculum: sensim vero propendit, donec vicinum lapidem volubili fulgentium frondium textu tantisper obumbret. Vide Gloss. med. Græcit. voce Βεθρῶδρα, col. 208.

\* **VITIUM** S. BLASII, Gulæ vitium, Gall. *Gourmandise*. Gabr. Barel. serm. Dom. in Pass.: *Quod movet gulosum ad gulam? certe gula, Vitium sancti Blasii.* Vide supra in *Morbis*.

† **VITIUS**, pro Vitium, in Decretione Childeberti Reg. ann. 595. cap. 4. Testam. ann. 878. in Append. ad Marcam Hispan. col. 803: *Et nec fiet Vitius aut stirpatione monasterii.* Vice Poetis nostratibus pro Convivio, maledictum, Gallice *Injure*. Le Roman de Rou MS:

Assez distrent di Rois Vices et maudichons.

† **VITLINA**, μόσχιον, in Gloss. Lat. Gr. Vulcanicus emendat, *Vitulina*, μόσχιον κρέας.

† **VITOR**. Vide supra *Victor*.

† **VITRA**, Fenestra vitrea. Chronic. Bern. Yteri Mon. S. Martialis ad ann. 1214. apud Stephanot. tom. 1. Fragm. Hist. MSS: *Media nocte quæ præcedit vigiliam S. Andree, vehementer venti cecidit lapis summus de clochario S. Martini Lemovicensis, et media Vitra quæ est super arcam operis.* Vide *Vitreæ*.

\* **VITRAGO** ab Oribasio, cap. de Effusione urinæ, vocatur paritaria, quæ vitriola dicitur, herba vitri. Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

† **VITRALE**, ut *Vitra*. Statuta Eccl. Trecor. ann. 1455. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1155: *Sepulcra et Vitralia confraeta, et alia delicta in eisdem ecclesiis... commissa. Vitrales fenestræ, ibidem col. 1156. Vide Vitreæ.*

\* **VITRALLUM**, a Gallico *Vitrail*, Fenestra major vitrea. Charta ann. 1408. in Reg. feud. comitat. Pictav. ex Cam. Comput. Paris. fol. 255. vº: *Johannes Salebrache domicellus..... confiteor habere.... altam, mediam et bassam justitiam et jurisdictionem dicti loci de Vicriaco, prout tendit et dividit de et per mediam vitran seu per medium Vitrallum ecclesiæ parochialis de Vitriaco.* Vide *Vitra*.

† **VITRARE**, Vitro instruere, vitreis laminis ocludere, Gall. *Vitrer*. Eadem Statuta ibidem col. 1156: *Qui fenestras ecclesiarum et capellarum dictarum nostrarum*

*civitatis et diæcesis aliquando devotione, aliquando ambitione et superbia Vitrare, et vitris hujusmodi arnu et signa depingi faciunt, prætenduntque per appositionem et picturam armorum et signorum hujusmodi vitra memorata, immo et sepulcrorum loca, et ecclesiarum, et capellarum hujusmodi partes sibi aliquas appropriare, ut cas et ea jure hereditario possidere.*

\* *Verisier*, eadem significatione, apud Matth. de Couciaco in Carolo VII. pag. 667: *Le premier cntremets fut mis au bout d'icelle table, qui representoit une église croisée, Verisicé, etc.*

**VITRARIUM**, βαλουργιον: *Vitriarius*, βαλουργος, in Gloss. Gr. Lat. Rucicius Episc. Lemovicensis lib. 1. Epist. 12: *Vitriarium, sicut jussistis, me destinasse significo, cujus opus vitre, non fragilitate oportet inietur, ut dilectio, etc.*

**VITREÆ**, Fenestræ vitreæ, nostris *Vitres*, *Ferrieres*. [Vide *Vitriaræ*.] [\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Vitreæ, Voirriere comme d'église.*] S. Autoënus in Vita S. Eligii lib. 2. cap. 45: *Apparuit subito in pariete circa Vitream maximam, veluti arcus in rotundo, etc.* Gregorius Turon. lib. 6. cap. 10: *Ascendentes per eum, effractu Vitrea ingressi sunt.* Lib. 7. cap. 29: *Effractis cellule Vitreis, hastas per parietis fenestras injiciunt.* Lib. 1. Mirac. cap. 59: *Si aliud, inquit, invenire non possum, vel has ipsas, quas cerno Vitreas auferam, etc.* Fortunatus lib. 2. Poëm. 11. de Ecclesia Parisiaca:

Prima capit radios Vitreis oculata fenestris,  
Artificisque manu clausit in arce diem.

[\*\* S. Aldhelm. de laudib. Bugge vers. 67:

Hæc domus interius resplendet luce serena,  
Quam sol per Vitreas inlustrat forte fenestras,  
Limpida quadrato diffundens lumina templo.]

*Admirandarum vitrearum operarii*, apud Sugerium lib. de Adm. sua cap. 29. [Necrol. Eccl. Paris. xiii. Kl. Jan.: *Obiit Barbedaurus decanus et sacerdos, qui... fecit fieri Vitream quindecim libris comparatum.*] Occurrit præterea in Chronico Maurinicensi lib. 1. et 2. pag. 360. 363. 371. in Historia Episcoporum Autissiodor. cap. 45. 49. in Actis Episcoporum Cenoman. pag. 305. 379. in Nomastico Cisterciensi pag. 271. 275. etc. Anastasius in Leone IV. PP. pag. 191. *vitrearum* meminit, sed alia, ut opinor, notione: *Idem fecit predictus Præsul in Ecclesia B. Clementis Martyris atque Pontificis, regnum quod pendet super alture majus, ex auro purissimo, sculptile, sine gemmis, habens in medio crucem de auro, cum gemmis fixis in eadem Cruce, Vitreas quinque, et quæ pendent item Vitreas numero quatuor pensantes libr. quinquaginta.* [Vitra non ad prospiciendum duntaxat, sed et ad ornamenta parietum erant. Vide Plinimum lib. 35. cap. 1. et Salmas. in Vopiscum pag. 442. et 443.] In lemmate ænigmatis de Speculari apud Symphosium, legi in Codd. MSS. *vitrium* monet Salmasius:

Perspicior penitus, nec luminis arceo visus.

In aliis habetur *vitrium specular*; quæ verba disparanda putat. Ἰέλιον Philopono in 2. post. Anal. τὰ ὑέλια, ἃ διὰ τῆς γυψεμπλαστικῆς τέχνης ἐπιτιθενται ταῖς αἰετίας χάριν



τοῦ φερτίζεσθαι ταύτας. Lexicon Herbarium, Σπέκλον, τὸ τοῦ φεργίτου ὕλειον. Vitreum fenestrarum meminit Hieronymus, quæ vitro in tennes laminas fuso obductæ erant. Beda lib. 1. de Wiremuthensi monast. cap. 5: *Misit legatarios in Galliam, ut Vitri factores, artifices videlicet Britannii eatenus incognitos, ad cancellandos ecclesie porticuunque et cœnaculorum ejus fenestras abducerent.* Thomas Stubbs in Actis Pontificum Eboracensium sub ann. 726. de Wigfrido Episcopo Wigorniensis: *Artifices lapidearum et Vitrearum fenestrarum primus omnium (in Angliam ascivit. Leo Ost. lib. 3. cap. 27. (al. 29.) et cap. 32 (al. 34.): Fenestras... plumbo simul ac Vitro compactis tabulis, ferroque connexis inclusit.* Vetus inscriptio in musivo absidis Ecclesie S. Mariæ Capuanæ:

Condidit hæc aulam Landulfus, et Oto beavit  
Mœnia, res, morem: Vitreum dedit Ugo decorem.

[\* De musivo opere, quod ex vitreis tessellis compactum fuisse certum est, recte hæc intelligit Muratorius tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 363. quem consule.]

VITREALE, Durando lib. 1. Ration. cap. 3. n. 5.

† VITREARIUS, Charta Caroli C. Reg. ann. 863. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 168: *Et in Diptiaco mansum unum cum Vitreario Baldrico. Et in Barisiaco mansum dimidium cum ipso Vitreario Ragenulfo, cum uxoribus et infantibus eorum, etc.* Leg. fortassis *Vincarius*, qui vineas custodit vel colit.

\* Legendum fortasse *Villicarius*. Vide in *Villicus*.

† VITREATOR, Qui circa vitrum operatur, Gall. *Vitrier*, in Necrologio S. Aviti Aureliani. Vide infra *Vitriarius*.

† VITRIATOR, Eadem notione. Charta Ricardi II. Reg. Angl. ann. 1386. apud Rymer. tom. 7. pag. 527: *Cum quedam capella... reparanda existat, ac de vitro et Vitriatoribus, pro preparatione fenestrarum et aliorum locorum ejusdem capelle multipliciter indigeant, etc.*

† VITRERIA, Vitri officina, Gall. *Verrerie*. Inventar. Chartar. Reg. ann. 1482. fol. 93: *Transulerunt dicto dom. Regi unam domum sitam Parisii in vico Vitrierie. De anno 1364. In margine: Vicus de la verrerie. Vide Verrerie.*

† VITREUM, Vitrum. Statuta dataria Riperie cap. 12. fol. 4. vº: *De qualibet cargatura moiolorum et Vitreorum pro introitu vel exitu, etc.*

† VITRIÆ, ut supra *Vitreæ*, in Charta ann. 1347. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *Incipiat reparare Vitrias dictæ ecclesie.*

\* VITRIALE, Apertura, fenestra vitrea. Charta Henr. episc. Claromont. ann. 1392. in Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 144: *Item nituntur dicti habitantes (de Laudozo) penetrare murum fortalicii faciendo fenestras, hostia et Vitrialia in dicto muro. Vide supra *Veriale* 2.*

† VITRIARIUS, Vitrorum artifex, in Cod. Th. leg. 2. de Excusat. artif. (13,4). Occurrit in Opusculo Gualvanei Flamma apud Murator. tom. 12. col. 1011. Vide *Vitreator*.

† VITRIATIO, Vitrorum collectio, idem quod *Vitreæ*. Chron. Joh. Whethamstedii

pag. 530: *Et circa nudam facturam domus istius expendisse fertur, deducta Vitriatione... ultra summam 150. lib. Vide infra *Vitriua*.*

† VITRIATOR, ut *Vitreator*. Vide in hac voce.

\* VITRICARE, Vitrici more agere. Petrus de Vineis lib. 1. epist. 32. edit. ann. 1609: *Dum sublato de medio quondam G. summo Pontifice, qui velut paternæ dilectionis ignarus, in filium Vitricans, tanti discriminis origo fuit et causa.*

† VITRICUS, Charta apud Ludewig. tom. 1. Reliq. MSS. pag. 261: *Macellum de quo jam dictum sepum datur in presenti ad ecclesiam civitatis predictæ (Hain) dinoscitur devolutum, unde Vitricus ecclesie pro tali sepo respondebit. Legendum videtur *Villicus*.*

\* Nihil hic emendandum est, ut colligitur ex Epist. anonymi de Miseriis curatorum: *Quicquid ergo in supra nominatis Ecclesie acciderit, Vitrici est colligere, sed solius plebani est dispensare. Ubi Quæstor ecclesie significari videtur. [\* Statut. Synod. Magdeb. ann. 1266: *Layci parochialium ecclesiarum provisores seu Vitrici, qui altirmanni vulgari vocabulo nuncupantur. Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Alttermæner*, col. 19. Germanice dicitur *Kirchenstiefvater* in Carpzov. Chron. Zittan. apud Frisch. Lexic. Germ. Lat. tom. 2. pag. 334. col. 3.]**

† VITRINÆ, ut supra *Vitreæ*. Statuta Collegii S. Bernardi ann. 1493. apud Lobinell. tom. 3. Histor. Paris. pag. 176. col. 2: *Similiter ne aliqui in eorum discessu a collegio... removeant ostia, seu seras, vel fenestras aut Vitrinas camerarum suarum.* Charta ann. 1499. ibid. tom. 5. pag. 720. col. 1: *In Vitrinis, pavementis camerarum et structuris ligneis, etc. Ex quibus (francis) formula magnæ Vitrinæ fuit facta, in Necrolog. Fratrum Minorum Silvanect. Vide *Specular*.*

† VITRINUS, Vitreus. Inventar. S. Capelle Paris. ann. 1376. ex Bibl. Reg. : *Caput B. Clementis, in quodam vase argenti deaurati, .... ornatum lapidibus Vitrinis... Deficiunt super duo cornua nitreæ duo lapides de vitro perforati. Inventar. Gallicum: *Le chief S. Climent en 1. vaissel, .... aorné de pierre de Vitre.... Et y faut dessus les cornes de la nitre deux pierres de verres perciez. Vide *Verrerie*.**

† VITRIOLI, Ampullæ vitreæ. Anonymus in Annal. Mediolan. tom. 16. col. 812: *Vitrioli duo deaurati pro altare, unus cum uno corallo, et alter cum uno botono. Vide Bernh. de Breydenbach in Itin. Jerosol. pag. 212.*

† VITRISCUS, Avis species. Vide *Bistriscus*.

VITRUM, pro Scypho vitreo, Gall. *Verre*. Luitprandus in Legatione: *Soli mense assident nudæ, gazimatum sibi apponentes, balneaque (penis potionis) tunc Vitro permodico non bibentes, sed sorbillantes. Candidus Monachus Fuldensis in Vita Egidii Abbatis Fuldensis:*

Instant ferre dapes: alii namque inclita Vitro  
Ordine composito miscabant pocula Bacchi.

Ordinatio Hospitii S. Ludovici Reg. ann. 1261: *Tan pro scyphis, quam pro Vitris*

quærendis. [Ceremoniale MS. B. M. Deaurata Tolos. : *Unus portat unum pulcrum Vitrum plenum vini pro illo qui facit cenam.* Ibid. : *Interim Vitrisque preparatis a refectorario, etc.]*

\* Et amphora. Comput. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 244. col. 1: *Item pro loquerio Vitri, scutellarum, etc.* Alius ann. 1380. ibid. tom. 3. pag. 27. col. 1: *Item pro Vitro duarum amphorarum etc. Voivre, in Ordinat. hospit. reg. ann. 1317. ex Reg. Cam. Comput. Paris. sign. Croix fol. 76. vº: *Item il y aura un madrinier, qui servira des hanaps et des Voivres. Voivre, in Lit. ann. 1407. tom. 9. Ordiuat. reg. Franc. pag. 708. art. 1.**

† VITRUS, pro Vitrum. Vide in *Verreries*.

† VITTARE, Vitta redimire. Pipinus in Chron. lib. 2. cap. 49. apud Murator. tom. 9. col. 669: *Matronæ vittis latis temporu et genas cum mento Vittabant.*

† VITATORIUS, Vittatus. Hartmannus in Vita S. Wiboradæ tom. 1. Maii pag. 284: *Deinde subitus theristrum Vittatoriam verticis compositionem detrahens et revellens, sinu interiore recondit.*

\* VITTEA. Præfat. in Lib. ant. lingua Saxonica scriptum tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 256: *Juxta morem vero illius poematis, omne opus per Vittens distinxit, quas nos lectiones vel sententias possumus appellare.*

\*\* VITTONICA, Betonica. Fisor. Describ. Formula apud Pertz. Leg. tom. 1. pag. 179. lin. 22. *Vetonica, Vectonica, Betonica, habent codices in Hortul. Walafrid. Strab. vers. 338.*

VITULA, VIDULA, VIELLA, Instrumentum musicum, nostris *Vielle*, et *Violon* dictum. Ugutio et Joan. de Janua: *Vitula, quiddam instrumentum musicum, unde Vitulari, cum vitula cantare.* Galfridus de Vino Salvo, qui floruit sub Ricardo I. Rege Angliæ, in Poëtria MS. seu de Coloribus Rhetoricis:

Cymbala præclara, concors symphonia, dulcis  
Fistula, somniferæ cytharæ, Vitulaque jocosæ.

VIDULA, Eadem notione, apud Constantinum Africanum lib. 1. de Morbor. curat. cap. 16: *Ante infirmum dulcis sonitus fiat de musicorum generibus, sicut campanula, Vidula, rota, et similibus. Occurrit præterea in lib. MS. Miraculorum Rupis amator. part. 1. cap. 34.*

VIELLA, Eiusdem notione, Egidius Parisiensis MS. lib. 1. Karolini:

.... Et decantata per orbem  
Gesta solent melicis aures mulcere Viellis.

Nicolaus de Braia in Ludovico VIII:

Occurrunt mimi dulci resonante Viella,  
Instrumenta sonant, non sistrum defuit illic, etc.

[Odo in Carm. de Varia Ernesti Ducis Bavaricæ fortuna, apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 315:

.... sistris respondent cymbala, dulces  
Organa concordant voces, lyricisque Vielle  
Contentundum odis, etc.]

VIELA, in Statut. Ordin. Præmonstrat. dist. 4. cap. 10. Le Roman de Girard de Vienne MS:

Par le Palais vont grant joie menant,  
Li uns Viole, li uns conte Romans.



Le Roman de Philippe de Macedoine MS :  
D'arpe, de Vielle aprist.

Le Roman du Renard MS :  
Harpes i sonnent et Vieilles,  
Qui font les melodies belles.

Colinus Musetus MS :

J'alai à li prael,  
O tot la Vielle et l'arehet,  
Si li ai chanté le muset.

Menestriers de Vielle, in Chronico Flandriæ cap. 9.

VIOLA, Vox ejusdem originis et notionis, instrumentum musicum, quod vulgo nostri Violæ dicunt. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 21 : *Alia genera dulcisa musicorum, ut sunt Violæ, cytharæ, et roctæ.* [Statuta crimin. Saonæ cap. 26. fol. 53 : *Pulsando cum lira, Viola, leuto, seu alio quocvis instrumento, etc.*]

\* Gervas. Tilber. in Otiis imper. 111. Decis. 92. ubi de Girardo de Cabronis : *Violam trahabat, domine choream ducebant et equus ejus incomparabilibus circumflexionibus saltabat. Vtoler, pro lyram pulsare, in Consolat. MS. Boetii lib. 3. ubi de Orpheo :*

Et si doucement Viola,  
Qu'il fist au douz son de sa corde  
Encliner à misericorde  
Celles qui tormentent les armes....  
Orpheus prist si doucement  
A demener son instrument,  
Que pour son très douz Violer,  
La roë cessa reoler.

VIOLA, pro Viola. Suebo in Histor. Danica cap. 3 : *Quos ingenti tripudio cætus comitatus histrionum in Fiolis, citharis, et tympanis modulantes.*

¶ VIELLATOR, Qui ejusmodi instrumentum pulsant, Gall. *Vielleur*. Vita S. Amalbergæ tom. 3. Julii pag. 105 : *Organistæ, buccinistæ, tympanistæ, Viellatores et citharistæ, etc.* *Vieloor*, apud Lobinellum in Gloss. ad calcem tom. 2. Hist. Britan.

VITULAMEN. Liber Sapientie cap. 4. v. 3 : *Multigena autem impiorum multitudo, non erit utilis, et spuria Vitulamina non dabunt radices altas.* Ubi edit. Gr. : *Καὶ ἐν νόθων μωσχευμάτων οὐκ ἰσχύει εἰς βλάσιν.* Quo loco vox *μωσχευματα* interpretem fessellit. Nam licet *μωσχος* vitulum apud Græcos significet, hic alia notione sumitur, pro stolone scilicet seu suriculo, [ut in Gestis Episcop. Leod. apud Marten. tom. 4. Ampl. Collect. col. 875 : *Necessè est ergo spiritali cultro succidere spuria Vitulamina. Vitulamen planta illa infructuosa quæ nascitur a radice vitis, in Gloss. Bibliæ MSS. Anonymi.] Vide S. Hieronymum.*

\* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Vitulamina, Bourjons.* [\* Vide Forcellin.]

VITULARE, Vitulum edere, Gallis *Vesler*. Fleta lib. 2. cap. 76. § 10 : *Cum vitulus taurinus Vituletur, primo mense non ablaetetur.*

¶ VITULARI, *Esjoir par voix*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. Vide in *Vitula*.

\* VITULARIUM, Stabulum vitulorum, seu locus, ubi propter aeris intemperiem collocantur vituli. Charta ann. 1341. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 250 : *Item quod habent... usum recipiendi, scindendi...*

*arbores... de dictis nemoribus... ad faciendum brandas, falhas, cabanas, ovilia, Vitularia et cortilia, etc.* Vide *Vitularius*.

VITULARIUS, Qui vitulorum curam habet. Gloss. Ælfrici : *Vitularius, cealf ahus.* Ad verbum, *Donus vitulorum.*

VITULI. Willelmus Gemetic. lib. 2. Hist. Novellæ extremo : *Sed flexerunt ejus impetum precibus multis Vituli, qui arctissimarum necessitudinum parentes, quos apud Hamtunam habebant, ærumnis cæterorum involvi timent.* Genus hominum nauticorum est, quos *Vitulos* vocant. Vide sequens.

\* VITULIANI, Hominum nauticorum genus. Chron. Danic. incerti auctoris ad ann. 1390. apud Ludewig. tom. 9. Reliq. MSS. pag. 116 : *Venit subito multitudo magna Gregariorum et Vitulianorum, et mare intrant : sed sine discrimine obvios quosque in mari deprædabant.* Vide *Vituli*.

VITULINUM, Pellis vitulina, ad scriptationem idonea et parata, Gall. *Velin*. Testamentum Petri de Dene Canonici Eboracensis ann. 1321 : *In primis decreta mea in Vitulinio in corio ligata.*

\* VITULUS. VITULI LABIORUM, Preces. Charta Phil. Pulc. ann. 1310. in Reg. 45. Chartoph. reg. ch. 159 : *Ut salutem nostram zelantes (dicti monachi) pro nobis apud Dominum suorum offerant Vitulos labiorum.*

¶ VITUMEN, *ἄσφαλτος*, in Gloss. Lat. Gr. et Gr. Lat. pro *Bitumen*.

¶ VITUPERABILITAS, Vituperatio. Guibertus in Vita sua lib. 3. cap. 7 : *Quod ad maximum sui detrimentum et Vituperabilitatem, et multorum perniciem redundabat.*

¶ VITUPERATE, Probrose, in Actis S. Ægidii, tom. 3. April. pag. 234. Vide *Vituperosus*.

¶ VITUPERATIO, Vitium, defectus. Testam. Jacobi Reg. Aragon. ann. 1262. tom. 9. Spicileg. Acher. pag. 198. ubi de Instrumento non vitiatum, nec cancellatum, etc. in sui figura absque suspitione et Vituperatione aliqua apparente, etc.

VITUPERONES, Vituperatores, apud Gellium lib. 19. cap. 7. [Gloss. Lat. Gr. : *Vituperones, ψέκται.*]

VITUPEROSUS, Vituperio dignus, vox Italica, in Hist. Cortusior. lib. 8. cap. 13. *Vituperose*, turpiter, lib. 7. cap. 15. *Vituperosamente*, Italis. [Vide *Vituperate*.]

\* *Vituperable*, Injurius, contumeliosus, in Lit. remiss. ann. 1370. ex Reg. 102. Chartoph. reg. ch. 49 : *Pour aucunes paroles Vituperables et detrahens à l'honneur dudit Andrieu, etc.* *Vituperi* lampadem vocant Mimatenses.

VITUS, Flexura, *Viere* Gallis. Gloss. Lat. Græc. *καθὸς τρόχου*. [In editis perperam *Vrus*, pro *Vitus*.] Occurrit apud Marium Victorinum. Vide Scaligerum Epist. 333. [\* et Probum apud Maium Auct. Class. tom. 5. pag. 235.]

VITUTIARIUM, in leg. 2. Cod. Th. de Collegiatis (147.). qui fuerint, pluribus ibi disquirat Jacobus Gothofredus, quem consule, si lubet.

¶ VITZIA, apud Stephanot. tom. 2. Antiq. Bened. Lenovic. MSS. pag. 291. et 363. pro *Jutzia*. Vide in hac voce.

¶ I. VIVA. Tabul. S. Mariæ de Nagera

apud Jos. Moret. in Antiquit. Navarræ pag. 559 : *In Aucense vero Vivam, que vocatur Aggeges integre cum omnibus que ad eam pertinent.* Leg. forte *Villam* : certe *Vivam* Hispanice *Lugar* vertit Moretus, quod *villam*, vicum sonat.

¶ 2. VIVA, Cibaria. Hist. Monast. Gemmet. MS. pag. 74 : *Subtus genuinas ædes, alteras condendis Vivis, alteras cibis apparandis.* Vide *Vivanda*.

\* *Vinis* legendum opinor.  
¶ VIVACITAS, Diuturnitas. Charta Roberti Abbatis Maurigniac. ann. 1218. ex Chartul. ejusdem Monast. : *Quoniam ea quæ geruntur litterarum Vivacitati committere consueverunt antiqui, etc.*

¶ VIVÆ, ut infra *Vivolæ*, Equorum morbus, Gall. *Avives*. Mirac. MSS. Urbani V. PP. : *Quidam mulus suus casu fortuito cecidit in terra semimortuus, credens quod malum fuisset de Vivis, sive troucadis, quod vulgariter goutes appellatur.*

¶ VIVALIS. Chron. Balduini Diaconi inter sacræ Antiquit. Monum. tom. 2. pag. 61 : *Quod sustinetur si de anno emergenti intelligitur, quamquam de secundo anno, quod de anno Vivali verum est, qui a Kalendis Januarii computatur.* Legendum est *Usualis*, id est, communis. Vide in voce *Annus*.

VIVANDA, VIVENDA, Italis, proprie cibus omnis præter panem. Capitulare 5. Caroli M. ann. 803. cap. 2. edit. Baluzii : *Excepto Vivanda et fodro, quod iter agentibus necessaria sunt, etc.* Charta ann. 1242. apud Ughellum in Archiep. Benevent. : *Et quæ personæ consueverunt percipere et habere Vivandam ab Ecclesia Beneventana, etc.* Anonymus de excidio S. Joannis de Tarona : *Et recordatus est fratrum, qui erant in illis locis, et ivit cum bonis hominibus videre locum de sua Vivenda : et cum invenisset eos pauperes, et viventes in tuguribus, etc.* Gosuinus de expugnat. Alcaçar :

Aura datur, mare sulcatur quampluribus alnis,  
Portugal ratibus terra Vivenda patet.

[Vide *Vianda* et *Vivendus*.]

¶ VIVARIOLUS, Hortus. Vitæ Patrum Æmerit. inter Conc. Hispan. tom. 2. pag. 640 : *Tu necum profecturus eris, ut tibi ostendam Vivariolum meum quem habeo, ... apprehendensque manum meam, eduxit me in hortum amenissimum, etc.* Vide *Violarium* 2.

\* VIVARIUM, Quod ad vitam victumque necessarium est. Charta Gualt. archiep. Rotomag. ann. 1190. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 234 : *Confirmavimus dictis canonicis omnes predictas ecclesias, cum omnibus pertinentiis, salvis honestis Vivariis sacerdotum, in predictis ecclesiis ministrantium.* Vide supra *Vita mensalis*.

¶ VIVARIUS, pro Vivarium, Gall. *Vivier*, in Capitul. Caroli M. de Villis cap. 21. et in Charta ann. 1220. tom. 2. Chartul. S. Vandreg. pag. 1835.

\* *Vivret*, eadem significatione, ut videtur, in Charta ann. 1340. ex Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 217 : *Deux deniers maaille à Jehan le Geromme pour son Vivret, deux solz pour le goulot de son Vivret.*



† **VIVEN.** Charta Richardi Reg. Angl. tom. 4. Hist. Harcur. pag. 1280 : *Et duos hospites in eadem villa liberos et quietos ab omni consuetudine, et Viven mille angullarum apud Brioniam ad Purificationem S. Mariæ. Mendum subesse suspitor.*

† **VIVENDA.** Mensura genus videtur. Charta Blihardi Archidiaconi Rem. ann. 1227. ex Tabul. S. Nicasii Rem. : *Duas partes quindecim cartellorum avenæ, ... et duas partes duarum Vivendarum, ... et duas partes dimidiæ Vivendæ. Vide Vivanda.*

† **VIVENDUS.** Vividus, vivus. Epist. Martini V. PP. ann. 1420. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 420 : *Cum ipse pro Vivenda ecclesia Dei multa pie devotæ feceris, etc. Vivenda terra, id est, fertilis. Locus est in Vivunda.*

\* Nostris alias *Estre en Vive*, pro vulgari, *Estre sur le qui vive*, Anxium, inquietum esse. Gesta Brit. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1487 :

Quar trop long-temps les Alemans  
M'ont fait toujours en Vive estre.

† **VIVENTIA.** ut *Vivanda* : unde Gallicum *Vlande*, et *Vivandier* : a *Viventiarum*, teste uno Valesio in Vales. pag. 7. aliquando est usurpatum.

**VIVERATICA.** Vide *Vineragium*.

† **VIVERE.** Vim habere, alicujus esse virtutis *Quæ ergo ante non motæ sunt actiones, triginta annorum jugi silentio, ex quo competere jure cøperunt, Vivendi ulterius non habeant facultatem*, in Cod. Theod. leg. un. de action. certo temp. finiend. lib. 4. tit. 14.

**VIVERE de suo.** Lex Longob. lib. 2. tit. 52. § 2. [\*\* Carol. M. 18.] : *Si Comes in suo ministerio justitiam non fecerit, tunc Missus noster de hac causa sonare faciat, usque dum justitiæ ibidem factæ fuerint. Et si vassus noster justitiam non fecerit, tunc Comes et Missus noster in ipsa causa sedeant, et de suo Vivant, quousque justitiam faciat.* Capit. Caroli M. lib. 5. cap. 133. [\*\* 204.] paulo aliter hæc habent : ubi de suo vivunt, id est, nihil eis ex publico præbeatur, nec conjectum habeant.

† **VIVERICIA.** pro *Vineritia*. Vide ibi.

**VIVERITA.** Concilium Monspelienne ann. 1214. can. 27 : *Canonicus Regularis capa nigra et clausa, non Viverita, et consuta pellibus, cum equitat... utatur. Forte Viverina, a viverra, Gallis, Furet : vel Beverina, i. castorea. Glossæ Græc. Latin. : Γαλή ἀγρία, Viverra. Unde Viverrarium, γάλακτα, in iisdem Glossis. [Vide *Vibrinus*.]*

\* *Vivre*, pro *Vipera*, in Vit. SS. MSS. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 147. vº. col. 2. ubi de S. Paulo : *En la isle Mite-lene une Vivre le prist par la main : mais ele ne li fist point de mal. Vivre*, apud Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 47.

† **VIVERIUM.** Vivarium, locus piscibus servandis aptus, Gall. *Vivier*. Charta regnante Theodorico Rege apud Mabill. tom. 1. Annal. pag. 686. col. 1 : *Curtis nostras indominitas cum ecclesiis aut solaris, et Viveriis, et fructuario, piscatoriis, etc. Piscatio, quæ facta fuerit in Viveris, in Charta Gellonensi ann. 1098. Adde Baluz.*

tom. 2. Hist. Arvern. pag. 436. ex Charta ann. 1362. Vide *Vivierium*.

† **VIVERIUS.** Vivarium cuniculorum, leporumve, Gall. *Garenne*. Charta ann. 1316. ex Schedis Præs. de Mazuignes : *Item convenerunt... quod quicumque acceperit cuniculum, vel venatus fuerit, vel clapos clauserit seu Viveris, teneatur, etc.*

\* *Viverou*, inter Redit. comitat. Namurc. ann. 1289. ex Reg. Cam. Comput. Insul. sign. *Le papier aux aysselles fol. 14. rº : Encor doit Pierars li Ermites par un un nuis d'espautre pour trois piechetes des Viverous ou bos de Fleruis, et s'il ne le paioit, le comte porroit mettre main aus Viverous.* Nisi idem sit quod *Vivier*. Vide supra *Vivarius*.

† **VIVERNA.** γενναία, in Gloss. Lat. Gr. Aliæ : Γενναία, *Viverna, Virago*. Vide in hac voce.

† **VIVERRA.** VIVERRARIUM. Vide *Viverita*.

† **VIVESCERE.** Plinio, Viviscere, vivere. S. Paulinus Epist. 24 : *Cedendo vincere et moriendo Vivescere*. Epist. 44 : *Aures vitales.... germina nostra Vivescant.*

\* *VIVIA.* Vide mox in *Vivius*.

† **VIVIALE.** Vivarium. Charta ann. 901. in Append. ad Marcam Hisp. col. 837 : *Et de ipso Viviale ipsi homines de Artedone et de Tregale donare faciunt per singulos annos ipsam decimam vel tascham.*

† **VIVIBILIS.** Βιωτός *Vita*, Βιωτός, *Virtus corporis*, Βιωτός, *Vita donatus*, Βιόωρος. Gloss. Lat. Gr. Reg.

† **VIVICOMBURIUM.** Crematio vivorum, supplicium ignis. Tertull. de Anima cap. 1 : *De patibulo et Vivicombario, etc.* Rursus cap. 33 : *Scelerum merces patibula, Vivicombaria, etc.*

\* **VIVIDA.** *Via inclinata*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

† **VIVIERIUM.** a Gall. *Vivier*, Vivarium, Charta ann. 1231. ex Tabul. S. Martini Pontisar. : *Hugo de Castellione Comes S. Pauli de consensu Mariæ uxoris concessit ecclesiæ S. Martini Pontisarenensis et presbytero de Moressart quinque quartarios memoris situs juxta villam de Moressart et Vivierium suum. Vide *Vivierium*.*

\* Hinc eadem nomenclatura donatur Vas servandis piscibus aptum, in Lit. remiss. ann. 1398. ex Reg. 154. Chartoph. reg. ch. 15 : *En laquelle nasselle avoit un vaissel, nommé Vivier, dedans lequel Vivier avoit certaine quantité de menue peschalle.*

† **VIVIFICA.** *Vimex, labor*, μώλωψ, in Gloss. Lat. Gr. MSS. Sangerm. Codex Reg. *Juncus, vimen, bibex*.

† **VIVIFICARE.** Vitam dare, Gall. *Vivifier*, apud Scriptores Ecclesiasticos passim.

† **VIVIFICATOR.** VIVIFICATRIX, Qui vel quæ vitam dat, in Conc. Bracar. III. et in Indice vet. Can. inter Conc. Hisp. tom. 2. pag. 675. et tom. 3. pag. 44.

† **VIVIFICUS.** Eadem notione, Græc. ζωτικός, Ciceroni, vim habens vitalem. Occurrit in Necrolog. Parthenonis S. M. Suesion. et alibi.

† **VIVITURUS.** pro *Victurus*, in Charta ann. 1079. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 349 : *Et ad clericis omnibus*

*communiæ illic viventibus vel Vivituris nave ad portum maris pertinentes, etc.*

\* **VIVIUS.** AQUA VIVIA, Fluvius vel Vivarium. Charta fundat. abbat. Enaq. ann. 1056. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 225 : *In silvis, et pratis, et aquis, et piscationibus, et duas dimidias piscarias in aqua Vivia juxta Hulmum. Vivia, nude, in Ch. Henr. I. reg. Angl. pro eod. monast. ann. 1126. ibid. col. 234 : Dnas dimidias piscarias in Vivia, quæ est juxta Hulmum.*

**VIVOLÆ.** Equorum morbus, de quo Jordanus Rufus Calaber MS. lib. 2. de Medicaminibus equorum ad Fridericum II. Imp. [Vide *Vivæ*.]

† **VIVOLARIUS.** Bulla Alexandri III. PP. aun. 1163. in Append. ad Marcam Hisp. col. 1337 : *Donationes quas Arnulfus Episcopus, Almaricus clericus... in ecclesiam vestram contulerunt, cum Vivolaris quæ tenerunt per S. Felicem, decimas et primitias vallis Aradi, etc.* Leg. videtur *Volaris*. Vide supra *Violarium* 1. Hinc

† **VIVOLARIA CHARTA.** Censualis, in qua possessiones et census exhibentur. Charta ann. 963. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 115 : *Si Archiepiscopus hujus loci, aut aliquis per ejus fortitudinem runpere tentaverit ipsam cartam Vivolariam quam nobis fecit Aymericus Archipræsul, hæc hereditas suprascripta mihi Johanni revertetur.* Vide in *Census*.

\* **VIVTRAGIUM.** Tributum pro vino, quod in urbem adducitur. Vide supra in *Vineragium*.

† **VIVULA.** ζώσα. Gloss. Lat. Gr. In MSS. Sangerm. *Vuivula*.

\* **VIVUM.** Vita. Lit. official. Belvac. ann. 1498. pro abbat. Bretol. : *Carrucaturam liberam habebunt de Vivo nostro.* Phrasis Gallica. *De notre vivant.*

† 1. **VIVUS.** *Viva voce* audire, id est, proprio ore, Gall. *De vive voix*. Oberti Cancell. Annal. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 328 : *Equidem prætaxati Consules ut relatione et maxime Viva cursoris voce audierunt, Pisonis cum quibusdam galeis pro nostris offendendis in Provinciam ituros, etc.* Vide in *Sermo* 2.

\* 2. **VIVUS.** Recens; dicitur de carne porcina, quæ non est aspersa sale. Conu- pterit. MSS. S. Crucis Burdeg. ante ann. 1305 : *Infirmarius habet dare semel in anno... abbati et suis servitoribus tres libras sallatas porci, et tres palmas Vivas, et quosdam astes unius porci integri.*

† **VIZA.** VIZIA, Inspectio. Dicitur potissimum de silva, cujus pars cædenda assignatur, diligenti prius inspectione facta. Statuta Cadubrii lib. 2. cap. 68 : *Non liceat alicui communi, vel hominibus alicujus ville districtus Cadubrii aliquas possessiones, vel pasculum, vel publicum, vel Vizum ejusdem ville in totum, vel in partem vendere, vel obligare, etc.* Correctiones eorund. Statut. cap. 110 : *De nemoribus Vizatis. Volumus ac jubemus quod nulla regula, vel commune Cadubrii possit nec valeat sibi facere, et terminare aliquam Vizam sine expressa licentia consilii... neque aliquis notarius conficere possit aliquod instrumentum Vizæ alicujus, nisi deliberatum, et terminatum fuerit per consilium...*



*Præterea quod nullus homo... audeat... incidere vel incidi facere in aliquibus nemoribus Vizatis aliquod lignum, vel litva, nisi pro pontibus, domibus, vel stratis aut clausuris, etc.* Ibidem cap. 26. inscribitur: *Quod nullus vendat lignamina facta in Vizis.* Vide in *Vizis*.

† **VIZACH**, Vasis species, inter ministeria sacra recensetur, in Charta Rudesindi Episc. Dumiens. æræ 930. inter Conc. Hisp. tom. 3. pag. 181: *Orabecela, Vizach, szutas de mensa tandem xx.*

† **VIZATUS**, VIZIA. Vide in *Viza*.

\* 1. **ULA**, *Albula*, in Gloss. ad Alex. Iatrosoph. MS. lib. 1. Passion. cap. 97: *Collirium theodosion magnum ad dolores et passiones antiquas et veteres, Ulas enim et thylos detergit.*

\* 2. **ULA**, Charta Andr. reg. Hungar. ann. 1214. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 19: *Cujus prædii primæ metæ incipiunt a kalenda Vidze,.... circumneuntque per mediam paludem prope arbores, quæ vulgo Ule vocantur.* Forte Salices.

† **ULADARIUS**. Vide infra *Wladarius*.

\*\* **ULCA**, Annal. Roman. ad ann. 1118. apud Pertz. Scriptor. tom. 5. pag. 479: *Postquam vero (Gregorius PP.) in eorum venit potestate, expoliaverunt eum vestimentis suis, et induerunt eum duas versas ovinas ulcas, et posuerunt eum super camelum, qui ferebat caldarie pontificis Calixty, etc.* Vellus, ut videtur.

**ULCEA**, *Locus pascuæ, ab uligo dicitur.* Jo. de Janua. *Lieu de pasture*, in Catholico parvo.†

\* **ULCERARIUM**, *Marrubiun.* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

\* **ULCEUS**, pro Urceus: haud infrequens enim mutatio literæ *r* in *l* et vicissim. Charta Rob. de Couciaco dom. de Pinon ann. 1213. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 116: *De torculari talis est consuetudo, quod undecimum Ulceum persolvere tenebantur.* Vide mox *Ultare*.

**ULCUS**, Navis oneraria, Belgis *Hulca*. Anglis *Hulcke*, et Gr. *ὄλκας*, ut quidam volunt. Leges Ethelredi Regis editæ apud Venetingum cap. 23: *Si major, (navis) et habet siglas, 1. den. si adventat ceol, vel Ulcus, et ibi jaceat, 4. den. ad theloneum dentur.* [Vide *Hulka*.]

† **ULIXICE**, Ulyssis more, astute, subtiliter. Vita Paschalis II. PP. apud Murator. tom. 3. pag. 356. col. 1: *Oppidum, quod Stephanus occupabat, clavibus Ulixice expressis in ceram, et ad earum exemplar de ferro confectis, noctu dispositis insidiis caute aggrediuntur.*

† **ULLOMINUS**, Ullomodo. Charta fundat. S. Salvat. Tull. inter Probat. Hist. Tull. pag. 8: *Neque subjectioni alicujus congregationis cætum fratrum ibi adunatorum Ullominus subdatur.*

\* **ULMATELLUS**, diminut. ab *Ulmus*. Charta ann. 1257. in Reg. S. Ludov. ex Chartoph. reg. fol. 55. vº: *De dicta meta usque ad Ulmatellos et usque ad lausam de Domprova.*

† **ULMETA**, Locus ulmis consitus, ulmarium, Gall. *Ornoie*. Chartul. majus S. Victoris Massil. fol. 26: *Dedimus unam semodiatam vineæ quæ est in Ulmeta.*

† **ULMICIO**, Eadem notione; in Charta Hilduini ann. 832. apud Felibian. inter Probat. Hist. Sandion. pag. 51: *Ad Ulnicionem peticas quinque, etc.*

\* **ULMEYA**, Locus ulmis consitus, ulmarium, Gall. *Ormaie*. Charta ann. 1295. in Reg. 3. feud. episc. Metens. ex Bibl. reg. fol. 213. vº: *Pacificæ possidebat quandam peciam, tam Ulmeyæ quam orti, situatam apud Cristolum.* Vide *Ulneta*.

\*\* **ULMINEA ARBOR**, *Ulmus*, in Bened. Crisp. Poem. med. apud Maium Auct. Class. tom. 5. pag. 401.

1. **ULNA**, Servio, *proprie est spatium, in quantum utraque extenditur manus, licet Suetonius unum cubitum tantum esse velit.* Assisa Davidis Regis Scotiae de Ponderibus et mensuris § 7: *Ulna debet habere in se triginta septem pollices mensuratos cum pollicibus trium hominum, scilicet ex magno, mediocri, et parvo, et secundum mediocrem pollicem debet stare. Aut secundum longitudinem trium gravorum hordei sine cauda debet mensurari ad radices unguis pollicis.* Adde Statuta Roberti III. Regis Scotiae cap. 22. § 10. [Vide *Alna*.]

**ULNARE**, *Ulna metiri*, Gall. *Auner*, apud Bractonium lib. 2. cap. 37. § 2. et in Fleta lib. 1. [Consuet. Lemovic. art. 16: *Iteu, quia dicti Consules nomine suo et dictæ communitatis habent in domo sua communi pondera et mensuras frumenti, vini, salis et olei, ulnas et cubitos, ad quorum exempla mensuratur, ponderatur, Ulnatur et cubitatur in dicto castro.*]

† **ULNAGIUM**, Telarum, pannorumve ad ulnæ rationem dimensio, item Præstatio quæ ob id domino exsolvitur, Gall. *Aunage*. Litteræ Edwardi III. Reg. Angl. ann. 1338. apud Rymer. tom. 5. pag. 74: *Nec sub colore Ulnagii, seu forisfacturæ, dictorum pannorum aliquid exigant... Ab Ulnagio de pannis illis infra regnum nostrum faciendos sint quieti.* Charta ann. 1398. ex Tabul. B. M. de Bono-nuntio Rotomag.: *Solvere recusando pedagium, Ulnagium, impositionem, custumam, etc.*

\* Libert. Cadomi ann. 1426. in Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 569: *Iteu prædicti burgeses poterunt conferre..... officium Ulnagii pannorum et telarum.* Vide in *Ulna* 1.

† **ULNATOR**, Qui ulna metitur, Gall. *Auneur*, in laudatis Edwardi Litteris ibid.: *Concessimus eisdem quod Ulnatores pannorum cisnariuotium per nos quibuscumque portibus vel aliis locis regni nostri, assignati, etc.* Aliæ ejusd. anni pag. 79: *Quod panni... per Ulnatores nostros... absque ulteriori dilatione ulnentur et signentur.*

† **ULNATIM**, Minutatim, ulna metiendo. Charta ann. 1337. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 41: *Pannos et stannina non falsificata, cujuscumque valoris et coloris fuerint, licite possint vendere et incidere per ulnas, Ulnatim vel integre.*

2. **ULNA**, Modus agri apud Anglos, cujus mensura exacta ad ulnam ferream Johannis Regis Angliæ. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 383: *Totam terram illam,.... quæ continet in fronte secus vicium Regium occidentalem in latitudine 44. Ulnas de Ulnis ferreis Joannis Regis Angliæ: et in capite orientali versus campum, qui vo-*

*catur... 127. Ulnas de eisdem Ulnis.* Et pag. 460. in Charta Alienoræ Reginae: *Quædam partem terræ,.... quæ continet 14. Ulnas, et tria quarteria unius ulnæ ferren Domini Regis, etc.* *Anne de terre*, in Stabilim. S. Ludov. lib. 1. cap. 153. et in Consuetud. Baionensi tit. 5. art. 28. [Vide *Virga ferrea*, in *Virga* 6.]

**ULNATA TERRÆ**. Charta R. Abbatis Carroffensis ann. 1308. ex 2. Regesto Philippo Pulchri Regis Fr. n. II. in Tabular. Regio: *Item de quolibet solo de 4. canis vel Ulnatis lato amplitudine, et 12. in longitudine, habuimus 6. den. Petragoric. obliarum, etc.* [Ulnaris editum tom. 3. Ordinat. Reg. Fr. pag. 205. Sed Ulnatis legendum esse monet Cl. Editor.]

\* 3. **ULNA**, Inguen, Gall. *Aine*. Comment. Jac. Picinini comit. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 75: *Hic Tibertus dux bombi fulmine in Ulna sauciatur.*

† **ULOZE**, Majoris navigii genus. Charta ann. 1276. apud Ludewig. tom. 1. Reliq. MSS. pag. 115: *Quacumque hora indiguerimus, majori nave, quæ vulgo Uloze nuncupatur, transvehere nos tenebitur sine mora.* [\* Caudicaria navis, Germ. *Flosz*.]

**ULPICUM**, *Oleo simile*. Glossar. Longobard. S. Germani Paris. ex antiquis Glossis.

\* **ULTARE**, ut et Gallicum *Uter*, ex mutatione *r* in *l*, pro *Urtare* et *Urter*, Fores pulsare, vulgo *Heurter*. Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 154. Chartoph. reg. ch. 344: *Predictis Johanneta et Mariota existentibus ante domum habitationis memorati Guillelmi Perrelli, et Ultare ad hostium pro vino habendo volentibus, etc.* Aliæ ann. 1369. in Reg. 100. ch. 427: *Lequel Mont-faucon encor plus corvoceiz,.... le bouta tellement qu'il li fist Uter de la teste contre une paroiz; après lequel Ultement, etc.* Vide supra *Ulceus*.

\* **ULTATUS**, *Dampnatus*, Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

† **ULTELLA**, Lecythus. Acta S. Raynerii tom. 3. Jun. pag. 456: *Et offerant ibi quisque donativum suum et brachium candelæ, atque Uteillum sea lecythum olei, et sanus eris.* Leg. forte *Ulicella*, ab Italice *Uliva*, olea. [\* Legendum puto *Ucella*, diminut. ab *Ulceus*. Vide supra in hac voce.]

**ULTERPE**, Chorea species, ex Gallico forte *Outrepid*. Concilium Salisberienne ann. 1217. can. 76: *Adhuc prohibemus, ne choreæ Ulterpes, et inhonesti ludi, qui ad lasciviam invitant, fiant in... Forte in atrio, seu cœmeterio.*

† **ULTIMARE**, Ad extrema vergere, in ultima parte esse. *Cum Ultimarent tempora patriæ, etc.* apud Tertull. lib. de Pallio cap. 1.

**ULTIMATE**, pro Ultimo. [Charta ann. 1415. ex Tabul. Sangerm.: *Recognosco me recepisse... summam xv. lib. et x. sol. Paris. pro termino paschali Ultimate præterito.* Sententia ann. 1497. inter dominos et habitatores Galliani: *Item amplius et Ultimæ fuit actum et in pactum deductum, etc.*] Ericus Upsaliensis lib. 4. Hist. Suecicæ pag. 121: *Regnum de obedientia Regis Burgeri et filii Ultimate et finaliter ereptum.* Ulitur et pag. 123.

**ULTIMATIM**, Eadem notione, apud



Thwrocium in Hist. Hungar. pag. 5. 26.  
 ¶ **ULTIMATUS**, Ultimatus, extremus. Veniendo contra... tenorem arresti Ultimati in presentia domini nostri Regis, etc. in Charta ann. 1399. apud Menester. Hist. Lugdun. pag. 124. *Fili, ego debeo esse finis tuus supremus et Ultimatus, etc.* apud Joh. Gerson. lib. 3. de Imit. Christi cap. 11. Hinc

¶ **ULTIMATUM**, pro Ultimatum consilium, sæpissime occurrit in Cancellariis Germ. Consil.

**ULTIMIOR**, Constitutio Justiniani, Ut ii, qui in Africa sunt intra quinque annos. etc. *Ultimior requisitione penitus quiescente, etc.*

**ULTIMISSIMUS**, Omnium postremus, apud Baldricum Noviom. lib. 3. cap. 23. Form. 8. ex Baluzianis: *Ego ancilla vestra Ultimissima, servissima omnium ancillarum vestrarum, etc.*

**ULTIMITAS**, Extremitas. Constantinus African. lib. 4. de Morbor. curat. cap. 3: *Quæ frigiditas cum augmentata naturali modum excedat, Ultimatum appetendi necesse est faciat.* Adde lih. 1. Pantechm. cap. 5.

\* **ULTIMUM VALE**. Vide supra *Vale ultimatum*.

\* **ULTIMUS CARTERIUS**, Gall. *Quartier de derriere*. Charta ann. 1357. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 449: *De quolibet cervo sive bicha medietatem unius carterii Ultimi, in qua pes tenet.*

**ULTIMUS HERES**. Vide *Hæredes*.

\* **ULTISSIMUS**, Omnium postremus, in Chron. Camerac. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 200: *In his verbis Ultissimis spiritum exhalavit.* Vide *Ultimissimus*.

\* **ULTRA**, pro Contra; quo sensu *Outre* Galli dicimus. Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 154. Chartoph. reg. ch. 344: *Prædicti Johannes Viardetus et Hugo..... dictam Johannetam rapierunt.... Ultra velle dictæ Johannetæ,.... et semper Ultra velle suum duxerunt etc.*

¶ **ULTRABRENTANÆ PARTES**, Quæ sunt ultra Brintam fluvium. Hist. Cortusior. lib. 2. apud Murator. tom. 12. col. 816: *Villæ vero posite circa Paduam, ne ex eis Paduanî perciperent aliqua victualia, et omnes Ultrabrentanæ partes, distantes a Castro, bonis omnibus fuerunt spoliatæ, etc.*

1. **ULTRAGIUM**, Quod excedit summam aliquam. Tabularium Vindocinense charta 295: *Ita, ut si quis census consuetæ ac juste nobis non reddiderit, legaliter emendet nobis, retento mihi Ultragio aliarum omnium pristinarum consuetudinum mearum.* Regestum Peagii urbis Bapalmarum: *Pour chacun drap d'or, doit d'outrage 8. den.* Apud Christinam Pisanam lib. *du Tresor de la Cité des Dames* 1. part. cap. 18. et alibi passim, *Outraige* usurpatur pro quovis excessu in re aliqua, *Excès*. Vide Jo. Britton. in Legib. Angl. pag. 31. v. [Vide *Ultris*, et *Udramentum*.]

**OUTRÉE**, au dénombrement de la Seigneurie de Robert Espagne en Barrois: *Le Seigneur aura le droit d'once pour l'Outrée de la grosse disme pour recompense du pourchas fait en icelle, lequel droit est de 9.*

*gros, payable par celui qui a l'Outrée, id est, qui est adjudicataire.*

\* **Nostris Outreplus**, Quod excedit. Charta Phil. V. ann. 1317. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 549. vº: *Retenant pour nous sus l'Outreplus, ce qui niex nous plaira.* Vide supra *Otradiosus*.

\* 2. **ULTRAGIUM**, Præstationis species. Charta R. Camerac. episc. ex Chartul. S. Ghisl.: *Addiderunt quod de venditione lignorum, quæ super eam Haynæ ripam, quæ Rœæ proxima est, deposita fuerunt, ecclesia hactenus, quoties ibi deposita sunt, jus suum accepisse dignoscitur, quod Ultragium nuncupatur.*

\* 3. **ULTRAGIUM**, Immoderatio, imprudentia. Lit. remiss. ann. 1354. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 329: *Robinus Reginaldo mortem suam indulsit, dicendo publice quod ipse per factum suummet et Ultragium moriebatur.*

\* 4. **ULTRAGIUM**, Convicium, injuria, Gall. *Outrage*. Charta ann. 1371. apud Murator. tom. 6. Antiq. Ital. med. ævi col. 738. inter not.: *Item supradictæ partes debeant vivere pacifice sine Ultragio aliquo.* Arest. ann. 1411. 12. Mart. in vol. 11. arestor. Parlem. Paris.: *Murina gravamina, villanias, Ultragia et excessus perpetraverant.*

\* **ULTRALIGURIENSIS ARCHIDIACONUS** in ecclesiis Turon. et Andegav. Vide supra *Transligerensis*.

**ULTRAMARINUS**. Vide *Ultreia* et *Transmarinare*.

¶ **ULTRAMONTANUS**, Qui ultra montes, hoc est Alpes, degit, *Ultramontain*. Bulla Clementis IV. PP. ann. 1265. tom. 9. Spicil. Acher. pag. 241: *Item, idem Comes venit cum mille ad minus Ultramontanorum militum comitiva.*

¶ **ULTRAPADANA REGIO**, Quæ est ultra Padum. Chron. Petri Azarii apud Murator. tom. 16. col. 380: *Petierunt propinquam regionem Ultrapadanam.*

\* **ULTRARE**, Contumeliam facere, injuriis afficere. Charta ann. 1346. in Reg. 76. Chartoph. reg. ch. 323: *Idem Stephanus clericus manus apposuit tenere violentas in dictum Willelolum, ipsumque plurics Ultravit, tiravit et botavit animo irato. Nisi sit pro Ultravit.* Vide supra *Ultrare* et *Ultragium* 4.

¶ **ULTRA-RHODONENSES**, Qui ultra Rhodanum habitant, Occitani comparate ad Massilienses. Charta ann. 1312. ex Tabular. S. Victoris Massil.: *Erat discordia in monasterio S. Victoris, et tota congregatio erat divisa in duas partes, et una adharebat Ultra-Rhodonensibus, altera Provincialibus.*

¶ **ULTRAVADARE**, *Transvadare*, trans vadum ire, vel trans vadum ducere. Will. Brito in Vocabulario MS.

**ULTREIA**. Landulfus de S. Paulo in Hist. Mediolanensi cap. 2. ubi de expeditione Hierosolymitana Conradi Italix Regis sub ann. 1098: *Rege igitur in regno deficiente supradicti Anselmus de Buis Mediolanensis Archiepiscopus, quasi monitus Apostolica auctoritate, jamdicto Presbytero nolente, studuit congregare de diversis gentibus exercitum, cum quo caperet Babylonicum regnum: et in hoc studio præmonuit prælectam juventutem Mediolanensem Crucis suscipere, et cantilenam de Ulteia, Ulteia cantare. Atque ad vocem hujus pru-*

*dentis viri cujuslibet conditionis per civitates Longobardorum, villas et castella eorum, Cruces susceperunt, et eandem cantilenam de Ulteia, Ulteia cantaverunt* Ubi Bernardus Ferrarius lib. 6. de veterum acclamationibus et plausu cap. 7. existimat, hæc cantilena sese invicem animasse Crucigeros ad expeditionem Hierosolymitanam, vocibus conflatis ex *ultra*, et *eia*, quasi forte *eia ultra eamus*, vel potius *ultramare*: nam expeditiones istæ vulgo *ultramarinæ* appellatæ. Sed parum certa videtur ejusmodi conjectura.

\* **ULTRERIUS**, Transversus. Stat. Avinion. ann. 1243. cap. 129. ex Cod. reg. 4659: *Statuimus quod de calopedibus sive soccis clavi pedum sint Ultrerii et integri etc.*

\* **ULTRINUS**, pro Uterius. Charta ann. 1382. ex Bibl. reg.: *Cum matrimonium dudum contractum, et inde consummatum fuisset inter dictum duceum (Britanniæ) et dominam Johannam sororem Ultrinam dicti regis (Richard) etc.*

¶ **ULTRIS**, Auctus, Gall. *Augmenté*. Charta ann. 1303. ex Tabul. S. Vandreg.: *At postmodum fructus ejusdem ecclesiæ in tantum Ultes apparuerunt, quod ex ipsis duos rectores honeste et commode poterunt de cetero sustentari, nec est verisimile quod de cetero minuatur, etc.* Vide *Ultragium*.

\* **ULTRJECTUS**, Postpositus. Formulæ MSS. ex Cod. reg. 7657. fol. 24. vº: *Ipsi delati.... Dei timore penitus Ultrjecto, etc.* Ibid. fol. 28. vº: *Dictus delatus sua præsumptiva auidia motus, hujus reverentia sæculi Ultrjecta, etc.*

**ULTRONEITAS**, Facultas faciendi, quod quis vult. Walbertus de parocinio S. Rictrudis n. 41: *Quoniam, ni fallor, Ultroneitati liberi arbitrii, primo concessæ parenti, non legitime resisto.* [Epist. Gunzonis ad Augienses fratres ann. 960. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 295: *Ergo Ultroneitate arbitrii sibi concessa abutentes aut inrationabilibus animalibus comparantur, aut in nihilum rediguntur, quorum exitus unus est.*]

¶ **ULTRONIUS**, ὑπερνεύς. Gloss. Lat. Gr. *Ultroneus*, in MSS. Sangerm.

¶ **ULVETUM**, *Locus ubi crescunt ulvæ*. Gemma. Haud scio cur Vossius lib. 3. de Vitiis serm. cap. 56. rescribendum putet *Ulvetum*, et *ulmi*: nota quippe vox *Ulva* Virgilio et Ovidio pro herba palustri.

**ULULAMEN**, Ululatus, apud Prudentium. [Vita S. Romani Archiepisc. Rotomag. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1663:]

Pestis ad hæc dirum rumpens a pectore luctum  
 Altius ingemuit; planctus, Ululamina fudit.]

¶ **UMACIA**, pro *Vinacia*. Vide *Stemphiaci*.

**UMBELLUM**, Umbraculum ad arcendos solis ardores, pilei species, Byzantinis familiaris. Gloss. S. Benedicti cap. de Pellibus: *Umbellum, σκιαδίων*. Sic enim legendum arbitror pro *libellum, σκιάδρον*. Sciadia Byzantinorum procerum recenseat Codinus de Offic. Aulæ CP. cap. 3. Πυραμίδα vocant Acropolita cap. 11. Καλύπτρον πυραμοειδῆ Nicetas in Andronico lib. 1. Imperatorum sciadium, cujus apex gemma grandiori insigniebatur, πῖλον non semel appellat Can-



tacuzenus lib. 3. caps 27. lib. 4. cap. 14. Quibus vero jus esset utendi sciadiis, docet Codex MS. Biblioth. Reg. sign. 2023 : Ἰζόν ὅτι τὰ χρυσοκόκκινα σκιάδια φόρουσιν οἱ ἀπὸ τοῦ Ἱεροσολίμου μέχρι τοῦ μεγάλου Στρατοπεδάρχου, τὰ δὲ σιμακίτηρα, οἱ ἀπὸ τοῦ μεγάλου Πριμμικηρίου μέχρι τοῦ Κουροπλάτου, τὰ δὲ κλαπώτα, οἱ ἀπὸ τοῦ Πρωτοβερσάρτου μέχρι τῆς τέλους. τὰ δὲ σκαρηνία φοροῦνται οἱ ἀπὸ ἀρχῆς μέχρι τοῦ λογιθέτου τῶν ἀγγελῶν τὰ δὲ κόκκινα, οἱ ἀπὸ τοῦ λογιθέτου μέχρι τέλους. De ejusmodi sciadiis ita præterea Raimundus Montanerius in Chronico Catalanico Reg. Aragon. cap. 199. extremo : *E daquest Megaduch trames privilegi ab Bulla d'or be fermat per ell, e per sos fills, à frare Roger : e li trames la vergat de Megaduch, e la senyera, et lo capell, que tots los officis de Romania han capell triat, que altre no gosa portar semblant capell daquell.* Et cap. 212. de eodem Rogerio Cæsare creato : *Et l'Emperador porta capell veruell, e totes ses robes vermelles : e el Cesar porta capell blau, e totes ses robes blaues ab fres d'or estret.*

UMBELLUM et UMBRACULUM dicitur, quod ex pellibus compactum est, quodque expandi aut contrahi solet ad arcendos pariter solis ardores, cujusmodi sciadia describuntur ab Aristophane in Avibus. Gloss. Gr. Lat. : Σκιάδιον, umbraculum. Lexic. Gr. MS. Reg. cod. 2062 : Δερίδιον, σκιάδιον, δερμάτιον. Claudianus lib. 1. in Entrop. :

.... Jam non Umbracula gestant  
Virginibus.

Idem in 4. Consul. Honorii :

.....Neu defensus: calorem  
Aurea summoveant rapidos Umbracula soles.

UMBRELLA. Chronicon MS. Andræ Danduli anno 1177 : *Anconitanæ vero duas Umbrellas præsentant, unam Papæ, Imperatoriam aliam, etc.* [Chron. Foroliv. apud Murator. tom. 19. col. 888 : *Ante corpus Christi præcedebant Umbrella, et sex equi albi.*]

UMBER, Canis venaticus et sagacibus ex Umbria Italia provincia. Glossar. Græc. Lat. MS. : ὁ θρηυτής κών, UMBER. Græcius in Cynegetico, de canibus venaticis :

At fugit adversos idem quos reperit hostes  
Umbere, etc.

Meminit etiam infra, ut et Silius Italicus lib. 3. vers. 295 :

.... Aut exigit UMBER  
Nare sagax e calle feras.

Notgerus Episcopus Leod. in Vita S. Hadelini Confess. cap. 2 : *Cumque locelli jam dilatari cœpisset angustia, duo equites, cum duobus assuetis venaticibus (al. venatoribus) Umbri forte fortuna ignari, cujus dignitatis esset vallicula, venientes, etc.* Sidonius in Panegyrico Aviti :

Jam si forte suam latratibus improbus UMBER  
Terruit, etc.

UMBLATA, in veteri Charta Italica apud Ughellum tom. 7. Ital. sacr. pag. 257. quem consule, si lubet. Apud Papiam lego : *Umbra, coronata.*

† UMBRA. Vide mox in Umbræ.

\* UMBRA, Territorium urbi adjacens. Pariag. inter reg. et episc. Anic. ann. 1307. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 346. art. 17 : *Si infra dictam civitatem, vel sub Umbra ejusdem, nos aliquam jurisdictionem, vel quod-*

*cumque aliud acquirere contingat, in illis eum associare, cum recompensatione debita et congrua, teneamur. Vide Umbraculum.* [\*\* Forte suburbia ex art. 1.]

† UMBRACULUM. Chartul. Bituric. fol. 30 : *Sacrosanctæ basilicæ S. Sulpicii Nivensis monasterii qui est sub Umbraculum Bituricæ civitatis constructus, etc.* Hoc est prope muros civitatis.

UMBRE. Phantasmata, vox Latinis Scriptoribus nota. [Nostris Ombres, eadem notione.] Papias : *Umbræ, animæ, simulacrum, imagines, somnii.* Valerius Flaccus 1. Argon. :

Tartareos tum sacra Jovi, stygiisque forebat,  
Si quid ab exiis melius pernosceret Umbris.

S. Augustinus lib. 10. Confess. cap. 5 : *Non curo nosse transitus siderum, nec animæ mea unquam querit responsa Umbrarum, omnia sacrilega detestor.* Vide eundem lib. 7. de Civit. Dei c. ult. Durandus lib. 7. Ration. cap. 8. num. 4 : *Ipsitamen ab animabus circa sepulchra obeuntibus, quas Umbras vocabant, vastari putabant.*

UMBRARI, Qui umbrarum seu spirituum responsa expetunt. Edictum Theoderici Reg. c. 108 : *Si quis pagano ritu sacrificare fuerit deprehensus, arioli etiam atque Umbrarii, si reperti fuerint, sub justa æstimatione convicti capite puniantur.* Prudentius lib. 1. contra Symmachum :

Murmure nam magico tenues exire figuras,  
Atque sepulchrales seire incantare favillas,  
Vita itidem spoliare alios ars noxia novit.

UMBRATICI, Ipsæ umbræ, præstigia. Vetus Formula Pœnitentialis, edita a Jacobo Pedito : *Item, si credit, quod Umbratici vadant, et comedant : propter quod demones ita homines decipiunt, quod se transfigurent in hominum figuras, et cætera multa, que observantur.*

\*\* UMBRATICUS, Fictitius. Robert. de Monte Chron. ad ann. 1168. apud Pertz. Script. tom. 6. pag. 517 : *Rex Anglorum submonerat Eudonem, Vicecomitem de Porrohoit, qui eatinus Umbratico nomine comes vocabatur.*

† UMBRA, Species, simulatio, Gall. *Ombre, prétexte.* Chron. Trivetti apud Acher. tom. 8. Spicil. pag. 463 : *Cognoveruntque Legati.... innocentiam viri, atque sub Umbra illius a quibusdam attentatum id fuisse.* Charta ann. 1316. tom. 1. Chartul. S. Vandreg. pag. 34 : *Significatum est nobis forestam nostram de Tractu multipliciter devastatam sub Umbra lieve.*

UMBRA VIRI, Speculum Saxonicum lib. 3. art. 45. §. 12 : *Histrionibus, jocularibus, et his, qui se in servitum dederunt, emenda datur Umbra viri.* [\*\* Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 677.] [Figura scilicet, imago : qua notione]

† UMBRA LEONIS dicitur in Testam. dom. le Scrop ann. 1415 apud Rymer. tom. 9. pag. 272 : *Volo quod... fiat tumba mea... habens imaginem mei super dictam tumbam, armatam in armis meis, cum Umbra leonis in le Bende prout vivens utor.*

† UMBRATILITER, Levi pictura, rudibus lineamentis. Sidonius lib. 2. Epist. 10 : *Que imaginarie tantum, et quodammodo Umbratiliter estingimus.*

\* Nostris Ombragé, pro Lent, paresseux,

Tardus, segnis, iners. Mirac. MSS. B. M. V. lib. 1 :

Ombragiés iert et estais  
A Dieu servir et à bien faire :  
Mais à reuber et à mal faire  
Estoit vistes et remans.

\* Umbrier vero, pro Occultare, in Lit. remiss. ann. 1464. in Reg. 194. Chartoph. reg. ch. 247 : *En laquelle rue iceulx compaignons se Umbrierent contre une grange, ou ilz aguetterent, etc.*

UMBRE, Tymalli, pisces Hibernis familiares, apud Silvestr. Girardum in Topogr. Hibern. dist. 1. cap. 7. Vide Columellam lib. 8. cap. 16.

\* Scribe Thymalli et vide Thymallus.

\* UMBRALE, Velum, conopeum, Gall. *Rideau.* Necrol. MS. abbat. Altorf. in Alsat. : *Obierunt Nicolaus Kasch et uxor ejus iv. Cal. Nov. qui dederunt..... duo Umbrella. Ita vir doctus D. Schæpflinus; haud scio tamen an de Umbella, Gall. *Dais* non sit intelligendum.*

† UMBRARIUS, UMBRATICUS. Vide Umbræ.

\* UMBRATA. Vide Umblata.

† UMBRELLA, ut Umbellum. Vide in hac voce.

\* UMBULUS, in aliquot Chartis, auctore D. Falconet, vulgo *Ombre* vel *Umble*, Piscis qui reperitur in lacu Dalphinatus. Vide Thymallus et Umbræ.

† UMECTA, Loca paludosa, vel Palustribus vicina. Charta apud Meichelbeck. Hist. Frising. tom. 2. pag. 38 : *Pascuas, venationes, Umecta, seu et fructeta, omnia ad eadem pertinentia, etc.* Vide Humectus.

† UMEXA, Eadem notione, pro Umecta, ibid. pag. 86 : *Campis, pratis, pascuis,...*

Umexis, etc.

† UMERICIA, pro Vinericia. Vide ibi.

† UMEIUS, ὄμιος. Gloss. Lat. Gr. *Hummerus*, in MSS.

† UMEXA. Vide supra Umecta.

UMGA, pro *Bauga*. Vide in hac voce.

\* UMGULA, pro *Ungula*, Pes animalis. Libert. Bellivis. ann. 1313. tom. 8. Ordin. nat. reg. Franc. pag. 162. art. 20 : *In venacionibus aprorum retinemus nobis caput et Ungulas.*

† UMILARI. Gloss. Latin. Gr. *Umilor* Προσπίτω *Humilior*, in MSS. Sangerm. Προσπίτω, *Interpello, Umilor, procido*, in Gloss. Gr. Lat.

\* UMILIA, pro *Homilia*, Liber continens sanctorum homilias. Tabul. Cassin. : *Ponemus ibidem intro de ecclesia duos libros mixtales, e unam Umiliam.* Vide in *Homiliae*.

† UMINEGARICUS. Liber censuum Eccl. Rom. : *Monasterium S. Stephani cum omnibus sibi pertinentibus præstat annue in auroque VIII. Uminegaricos.* Notis numericis in errorem inductus est librarius. Emendo, in auro VIII. *melgoricos* vel *melgorienses*.

UMLO. Vide Humlo.

† UMNO, ὑμφαλὸς ἀσπίδος. Gloss. Lat. Gr. Melius in MSS. Sangerm. *Umvo*, seu *Umbo*.

\* UMULUS, pro *Hunulus*, Gall. *Houblon*. Descript. censuum monast. S. Emmer. apud Pez. tom. 1. Anecd. part. 3. col. 68 : *Ipsi persolvunt..... duodecim ova et duos modios Umuli.* Vide Humlo.



\* **UMUS**, pro *Helmus*, Cassis, Gall. *Heaume*. Charta ann. 1345. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 201: *Ramundus Arquerii, utilitor Tolosæ dom. nostri Franciæ regis, recognosco habuisse.... pro iij. Unis de tachis, xij. pavesiis, centum fundis, etc. Vide Helmus 1.*

† **UNĒ**. Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 115: *Obiuli Deo et sancto Vandregesillo et monachis ibidem Deo servientibus quidquid clamabant jure hæreditario... scilicet duodecim panes, ... Unas botas et unam summam avenæ. Ceremoniale vetus MS. B. M. Deauratæ Tolosæ: Et quilibet istorum (Monachorum) debent portare unum amictum sintatum, et Unas inanvergias in collo per modum stole. Numerum duplicem hac voce significari non existimo.*

\* Reg. feud. Aquit. in Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 6. vº: *Habent et tenent prædicta cum Unis cirothecis sportæ. Id est, cum pari chirothecarum.*

† **UNALIS**, Singularis. Canones Hibern. apud Acher. tom. 9. Spicil. pag. 27: *Monachus Græce, Latine Unalis, sive quod solus in eremo vitam solitariam ducit; sive quod sine impedimento mundiali mundum habitet; sive quod in hac vita solus, etsi inter multos habitet, versetur.*

† **UNAMITANS**, pro Unanimis, in Testam. S. Gennadii Episc. Asturic. inter Conc. Hisp. tom. 3. pag. 173: *Ab integritate sint proprii monasterii S. Petri, et nihil communione ibidem habeant. Sed præ cæteræ ecclesiæ quæ in supradicto eremo constructæ sunt, nisi forte Unamitans gratiū aliqui pro misericordiā concessum fuerit.*

† **UNAMMES**. Gloss. MSS. Bituric.: *Amazones, femine bellatrices.... adustus dexterioribus mammis Unammes dicuntur. Uninamma, ex Isidoro in Gloss. MSS. Sangerm. num. 501. Uniuamma, femine à une mamelle. Gloss. Lat. Gall.*

† **UNANIMARE**, Unius esse animi, unanimum esse. Ammianus lib. 31: *Unanimanti ardore, summi et infimi, inter se congruentes.*

† **UNANIMITAS**, Animi necessitudo. Epist. Johannis X. PP. ann. 928. ad Aymericum Narbon. Archiep. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 16: *Litteras ab Unanimitate tua nostro directas apostolatu, apostolica patientia suscepimus.*

† **UNANIMITUS**, Una mente, uno animo, Gall. *Unaniment. Alexandro Unanimitus electo*, in Chron. Waldhusano tom. 1. Miscell. R. Duellii pag. 57. *Unanimitè dixit Vopiscus in Facito: utitur etiam Vulgatus Interpres Act. 11. 14.*

† **UNARE**, Unum efficere, congregare. Tertull. adv. Praxeum cap. 27: *Qui unum eundemque contendunt Patrem et Filium, incipiunt dividere illos potius, quam Unare.*

**UNATUM**, Sinul, una, in Charta Hispanica æræ 988. apud Anton. de Yezep, in Chronico Ord. S. Bened. tom. 5. pag. 435: *Unatum mereantur triumphare in cælis, etc. [Vita S. Caretoci tom. 3. Miii pag. 586: Ipsi autem conveniunt Unatim.]* [\* Pōnit inter adverbia congregandi Tatuin. Gramm. MS. cap. de adverb. Maius in Glossar. novo.]

† **UNCA MANU**, *Stricta manu*, *μυλλῆ*. Gloss. Isid. *Κυλλῆ* rectius in Excerptis. Con-

stantiensis: *Unca manu, curva manu, strictu. Unca, curvat. Vide Uncatus.*

\* **UNCALIS BOMBARDA**. Vide supra in Bombarda.

**UNCARE**, Ursorum clamor proprius. V. Salm. ad Hist. Aug. pag. 168. et *Urcare*.

\* Carmen de Philomela ex Cod. reg. 6816: *Tum linceo ureando fremunt, ursus ferus Uncat.*

† **UNCATUS**, Instar unci factus. Sidonius lib. 4. Epist. 20: *Lanceis Uncatis, securisbusque missilibus dextræ refertæ. Hinc Syllogisni uncati, apud eundem lib. 9. Epist. 9. Vide Unca.*

\* **UNCEA DENARIORUM**, in Necrol. MS. S. Aurel. Argent. ad diem Epiph. Vide *Unca* 1.

**UNCEASESATH**. Leges Inæ Regis. cap. 37. [\* 35.]: *Qui furem occiderit, liceat ei probare jurejurando, quod eum fugientem pro fure occidit, et parentibus ipsius occisi juret Unceases ax, i. sacramentum sive electione vel nominatione. Ubi ath, pro ax, emendat Somnerus, atque perperam has voces Saxonice redditas a Brompton et Lambardo; sed potius legi debere, ut præfert codex Rossensis, Unceastes a þ, i. cognati vero interfecti (furi) jurandum præstant (cædem ejus) se non vindicturos. Ceas t enim Saxon. lis, jurgium, inimicitia; cui, u n, adversativa particula præposita, contrarium significat.*

1. **UNCIA**, *Unca auri*, in muletis pecuniariis. Lex Wisigoth. lib. 3. tit. 3. §. 3: *Qui in raptu interfuisse cognoscitur, si liber est, sex auri Uncias reddat, etc. Adde lib. 2. tit. 1. §. 25. Lex Bajwar. tit. 1. cap. 2: In primis incurrat Dei iudicium, et offensionem sanctæ Ecclesiæ, et iudici terreno persolvat auri Uncias tres, etc. Decretale precum quorumdam Episcoporum ann. 799: Et qui redimere ipsas biduanas voluerit, sortiores Comites Uncias tres, mediocres Unciam et dimidiam, minores solidum unum. [Vide Pachymerem lib. 11. cap. 21. pag. 290.]*

† **UNCIA**, Monetæ genus, in usu apud Siculos aliosque. Computus ab ann. 1333. ad ann. 1336. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 285: *De quo toto præsentii computo collectæ sunt summarie informationes quæ secuntur, videlicet, de pecunia recepta in Karolenis argenti et reducta ad Florenos de Florentia, computata qualibet Uncia pro quinque florenis, et quolibet floreno pro vi. tarenis, et quolibet tarenis pro duobus Carolenis, et quolibet Caroleno pro decem gravis, etc. Litteræ Roberti Reg. Jerusal. et Siciliæ ann. 1314. ibid. pag. 151. col. 1: Infrascripta gagia statutumus; videlicet pro persona sua ad rationem de Uncia una per diem, cuilibet dictorum militum ad rationem de Uncis tribus ponderis generalis per mensem. Occurrit rursum pag. 151. 238. et 239. Memoriale Potestat. Regiens. ad ann. 1218. de Obsidione Damiatæ, apud Murator. tom. 8. col. 1091: *Sed de pane recenti et vino, et de carne frescha caristinum magnam habebant, ita quod aries unus x. Unciæ venditus fuit, et una gallina xxx. soldos, et unum ovum duos soldos. Falco Benevent. in Chron. ad ann. 1132: Affirmabant quoque Uncias auri a Rege innumeras accepisse. Charta ann. 1045. ex Tabul. S. Victoris Massil.: Et accipiet ab eo Uncias x. auri boni de Ispania per xv. Uncias auri legitime pensatas. Epist. Petri de Condeto apud**

Acher. tom. 2. Spicil. pag. 563: *Promisit etiam dictus Rex Tunis se redditurum domino Regi Franciæ et Baronibus suis, pro expensis in viam factis ducentas et decem mille Uncias auri, quarum quælibet Uncia valet quinquaginta solidos Turouenses. Charta ann. 1384. libram et Unciam promiscue accipit: alia ann. 1284. duas libras censum in 24. uncias dividit. Utramque laudat Schilterus in Gloss. Teuton. v. *Unze*. Donatio Anselmi Abb. Laurisham. apud Tolner. inter Instr. Hist. Palat. pag. 17: *Bubo ex duobus mansis et prato, ... et de unu biunda xxx. denarios, et de molendino in Furden v. Uncias solvere debet. [\*\* Vide Guerdard. Proleg. Polypt. Irminon. pag. 192.]**

2. **UNCIA**, *UNCIATA TERRÆ*, [Modusagri, f. duodecima pars jugeri, ] in Charta Thomæ Regis Manniæ ann. 1055. in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 718. *Unciæ agræ*, in Tabulario Landavensi in eodem Monastico Anglic. tom. 3. pag. 190. 197. 200. 205. *Mansus trium Unciarum*, ibid. pag. 197. Adde Ughellum, tom. 1. Ital. Sacræ part. 1. pag. 144. [Chron. Farf. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 453: *In fundo Turriano Uncias III. ... In fundo Adriani Uncias II. ... In fundo Sallani Unciam I. In fundo Pulliani Uncias VI. Ibidem col. 539: Et pro libris XI. concessit in campo sancti Benedicti Unciam unam principalem, et medietatem de medietate ipsa, quæ nobis pertinet. Placitum ann. 1105. apud Le Blanc in Dissertat. de Monetis pag. 57: *Hujus etiam temporibus Leoninus Consul et Dux, monachus factus, tres Uncias nasæe Aretinæ, quibus parentum fruebatur hæreditate, decimo quinto milliari ab urbe, via Ardeatina, beato Petro Apostolo perenniter concessit permanendus. [\*\* Polypt. Irmin. Brev. 25. sect. 8: *Habet Unciam I. de terva arabili habentem bunarua 3. et de prato aripennun unum, quæ de hereditate proximorum suorum ei in hereditate successit. Adde Brev. 24. sect. 101. 102. 103. et vide Savin. Histor. Jur. Rom. med. temp. tom. 2. cap. 14. §. 74. et 79.]***

\* Charta Lothar. imper. ann. 854. tom. 8. Collect. Histor. Franc. pag. 393: *Sed Romanæ igitur ecclesiæ duas Uncias terræ, pro Chartarum instrumentis, singulis annis cognovimus tantum debere. Oncelè, Mensura vinaria, eadem atque amphora, in Chron. S. Dion. tom. 3. ejusd. Collect. pag. 225: *Entre les mauvèses constumes que il (Chilperic) avoit alevées, établi-il que tuit et gentill et vilain, qui vignes avoient, ... rendroient chaenn un une Oncelée de vin à la table le roy. Ubi Aimoin. lib. 3. cap. 31. ibid. pag. 81: *Amphorum vini regiæ inferebant mensæ.***

\* **UNCIA**, Pars duodecima rei cujuslibet. Testam. Franc. de Pratoomit. ann. 1374. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. vxij: *Substitutio... fratrem meum in octo Unciis seu duabus partibus hæreditatis meæ, et in aliis quatuor Unciis seu tertia parte... nepotes meos. Uncias molæ, Molendini portio, apud Crescemb. lib. 2. cap. 7. Hist. S. Mariæ in Cosmed.*

† 3. **UNCIA POLLICIS**, Articulus pollicis. Processus de Vita S. Yvonis tom. 4. Miii pag. 575: *Erut ille lapis ad quantitatem primæ Unciæ pollicis, et ad similitudinem ossis pruni. Uncia digiti*, in Inventario Eccl.



Anic. ann. 1444. Acta Episcop. Cenoman. apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 323 : *Ibi quoque thesaurus incomparabilis, thesaurus desiderabilis signatur, scilicet quaedam Uncia ejusdem (Demetrii) Martyris, cum dente S. Johannis Baptistæ, et quidam capillus gloriosissimæ Dei Genitricis.*

**UNCIALES** LITTERÆ, seu characteres, [Uncia, id est pedis duodecima parte, constantes.] S. Hieronymus præfat. in Job : *Habeant, qui volunt veteres libros, vel in membranis purpureis, auro, argentoque descriptos, vel Uncialibus, ut vulgo aiunt, litteris, onera magis exarata, quam codices, etc.* [\* Al. *Initialibus.*] Vide Allatum in Antiq. Etrusc. Monum. [et Mabillonium in Diplom. lib. I. cap. II. num. 4. et supra in *Litteræ.*]

\* **UNCIARE**, *Oncier*, mesurer par onces, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684.

† **UNCIATA TERRE**. Vide *Uncia* 2.

† **UNCIATUM**, *Mabihcolo*, in vet. Gloss. Lat. et Franco-Theotisco apud H. Wandleium in Append. ad Catalog. Codd. MSS. Septentr.

† **UNCINA**. Chartul. S. Vedasti Atrebat. V. pag. 265 : *Si custos rebellis est cellerario, famuli Uncinas saisient, et vivent supra, usque dum satisfaciat.*

† **UNCINARE**, Hamare, uncoprehendere. Gloss. Lat. Gr. : *Uncino*, ἀγκιστρῶ. Aliæ Græc. Lat. : ἀγκιστρῶ, *Uncino*, hamo, adhamo.

† **UNCINATUS**. Vide mox in *Uncinus*.

**UNCINUS**, Uncus, cui inhærent catenulæ, Italis *Uncino*. Papias *Uncus*, *curvus*, *anchora*, *uncus*, *Uncinus*, *diminutivum*. Glossæ Gr. Lat. : Κόραξ σιδηρούς θόραξ, *Uncinus*, *repagulum*. Alibi : Μόγιλον ὄγκανος, *repagulum*. Rursum : ὄγκανος, *Uncinus*, *reticulum*. Anastasius in Gregorio IV. PP. : *Signum Christi habet historiam in modum leonis incapillatam, cum diversis operibus purissimis aureis pendentibus in catenulis quatuor, et Uncino uno; Item gabatham saxiscam habet in modum leonis, cum diversis historis serpentium, et in medio stantem pineam, et quatuor leunculis exauratam, qui pendunt in catenulis tribus, et Uncino uno. Idem in Leone IV : Nec non et aliam coronam minorem ibidem obtulit, cum catenulis quatuor, et delphinis decem habentem liliū, et Uncinum pensant. lib. duas. Martyrolog. 10. Janu. : *Equuleo et Uncinis ferreis jussus est suspendi.* Occurrit hæc vox non semel in Libris sacris.*

**UNCINATUS**, Uncis, seu eorum figura distinctus pannus. Donatio facta Eccl. Cornut. edita a Suaresio : *Vela loricata melinoporphyra Uncinata duo.*

\* Hinc *Oucin* appellatus nostris, Baculus recurvus. Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 6 : *Icelluī Jehan vint garni d'un grant paul, appelé Oucin de charrette à bœufs, etc.*

\* **UNCIRE**, *Crochet*, pandre au crochet. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684.

† **UNCIUNCULUS**, Calceamenti recurvi species, ut videtur : nam, ait Continuator Nangii ann. 1365. extr. *alii (sotulares) in obliquum, ut Griffoes habent retro et naturaliter pro unguibus gerunt, ipsi communitur deportabant.* Vita Meinwerici apud Leibnit. tom. I. Script. Brunsvic. pag. 529. et tom. I. Jun. pag. 523 : *Unum pauperem cum*

*una camisia, una braca, uno cotte, una tunica, duabus caligis et Unciunculis et calceamentis et chivotheis, pileo et cingulo vestiret.*

† **UNCTARIA**, **UNCTARIUS**, Qui vel quæ unctum vendit. Codex censualis Episc. Autissiod. ann. circ. 1290 : *De unctariis. Unctarii et Unctariae debent in quolibet Sabbati unum obolum.* Infra : *De Unctariis istius ville. Quisquis vendat Unctum diebus Sabbati ad estallum, quilibet debet obolatum.* Vide *Unctum*.

\* Nostris alias *Ointier*. Reg. Cam. Comput. Paris. sign. Pater fol. 255. r<sup>o</sup> : *Marchans et vendeurs de suif, d'oint et de sain, soient Ointiers ou autres, paieront pour chascun cent de suif et de oint, l'un parmi l'autre, trois deniers.* Pedag. Divion. ex Cod. reg. 4653. fol. 26. v<sup>o</sup> : *Les Ointieres qui vendent à estaul, etc.*

† **UNCTIO**, Oleum sanctum. Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1376. ex Bibl. Reg. : *Item unum vas argenti ad ponendum sanctum crisma et alias sacras Uctiones.* In Inventario ann. 1363. post *crisma* additur, *oleum sanctum et oleum infirmorum.* Infra : *Item unum aliud vas argenti ad ponendum sacras Uctiones. Item un vasssel d'argent à mettre le creme et les autres onctions,* in Inventario Gallico.

\* Hinc loquendi formula vulgaris, *Êstre mis en Uction*, pro Sacram seu extremam Uctionem suscipere, in Lit. remiss. ann. 1382. ex Reg. 120. Chartoph. reg. ch. 314. Aliæ ann. 1458. in Reg. 188. ch. 45 : *Ilz firent confesser ladite chambriere et mettre en Unxion; et le jour ensuivant ala de vie à trespassement.*

\* **UNCTOR**, ut supra *Unctarius*. Charta ann. 1407. in Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 337 : *Arnaldus de Argileris Unctor,.... Johannes del Lonc oliarius, etc.*

\* **UNCTOSUS**. Galen. lat. MSS. ad Glauc. II, 4. apud Maium in Glossar. novo : *Cave ne pingue aliquod aut Unctosum medicamen vulneri isti adhibeas... siccare enim se vult valde vulnus rheumaticum, non impinguari vel humidari.*

**UNCTUM**, Adeps, Gall. *Oint*. Capitulare de Villis cap. 43 : *Carbones, saponem, Unctum, vascula, etc.* [Ubi oleum, quod utuntur lanam carminantes, significari opinor.] Adde cap. 62. Chronicon Fontanellense : *Porcos saginatos ad adipem et lardum, cum Uncis 60.* [Tabul. S. Albini Andegav. : *Tulit Willelmus viarius de Mosterolo xxx. et III. sol. et XIII. sextarios de frumento et latus de porco et Unctum unum. De bacone, I. ob. de Uncto, I. ob.* in Charta Leduini Abb. S. Vedasti ann. 1036. ex Chartul. V. ejusd. Monast. pag. 243. Codex censualis Episc. Autiss. ann. 1290 : *De his qui apportant Unctum in hac villa. Quicumque affert Unctum in hac villa ut vendat, solvit de tourtello I. ob.... Et si fuerit de porco suo et de salvamento Comitibus, nihil solvit. Venditores Uncti et sepi (dant) sex denarios, in Cod. censuali Corbeiensi.] Marbodus lib. 4. de Virtutib. herbar. cap. 13 :*

Uncto enim veteri fertur podagræ medicari.

Galbertus in Vita Caroli Comitibus Flandr. num. 181 : *Ignem pice et Uncto veteri et cera levius ardentem machinæ injecerunt. Ubi*

*unctum vetus est nostrum, Vieil oint.* Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 18 : *Quoties subtalores ungenti fuerint, fratrum tam Laicorum, quam Clericorum, Vestiarium eos ungi faciet : Unctum autem a Camerario accipiet.* Vide in *Cordebisus*.

\* Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 152. Chartoph. reg. ch. 152 : *Icelluī Collart prist et embla.... un Oint pesant sept livres et demie; et le vendi à Faluy six deniers et maille Tournois la livre. La moitié d'un Oint de porceau, in aliis ann. 1454. ex Reg. 182. ch. 130. Ubi Adeps suillus in massam compactus intelligendum videtur. Unde Oingnace nostri dixerunt de homine spurcissimo, vulgo *Qui est bien cochon.* Lit. remiss. ann. 1408. in Reg. 162. ch. 278 : *Jehan Jacou commença à pissier..... devant l'uis de la taverne, veans les bourgeois, auquel le suppliant dist qu'ilestoit bien Oingnace de pissier devant les genz.**

† **UNCTUOSUS**, Unguine plenus, Gall. *Onctueux*. Leonardus in Speculo lapidum lib. I. cap. I : *Per aqueum intelligit humidum, Unctuosum seu viscosum, etc.*

† **UNCTURA**, Adeps, idem quod *Unctum*. Capitul. Aquisgr. ann. 817. § 2 : *Saponem et Uncturam sufficienter, pinguedinem ad esum, etc.*

\* *Ointure*, eodem sensu, in Stat. ann. 1327. tom. I. Ordin. reg. Franc. pag. 805. art. 19. Pro jure, quod ex *Uncto* percipitur, occurrit in Charta Phil. VI. ann. 1328. ex Reg. donor. ejusd. in Cam. Comput. Paris. fol. 29. v<sup>o</sup> : *Item l'Ointure, prisee quarrente sol par an.*

1. **UNCUS**, Modus agri apud Danos. Charta Valdemari Regis Danorum ann. 1240. apud Isaac. Pontanum lib. 6. extremo : *Licet alicui terram vel Uncos jure feudali concessisse dignoscimur, semper tamen solutionem decima decimarum exicipimus.* Alia Erici Danorum Regis ann. 1249. lib. 7 : *Unde cum in consecratione ipsius promissimus providere Ecclesie Revaliensi de dote, ... octoginta Uncos apud Revaliam dotis nomine assignavimus. Mox : Insuper autem concedimus ipsi Episcopo 40. Uncos in Vironia, in villa, quæ dicitur Salgalle, etc.* [V. *Uncia* 2.]

\* Et apud Polonos. Charta ann. 1234. tom. 5. Cod. diplom. Polon. pag. 13. col. 1 : *Inbeneficiantes.... Jordanum ejusdem ecclesie plebanum in viginti quinque Uncis in Curonia, in castellatura Lodgie, in provincia Ugesse, quos Uncos, tam ei quam successoribus suis, secunduim estimationem Unctorum, qui fuerunt intra viginti annos, assignamus cum decimis.* Idem esse quod nostris *Mansus*, colligitur ex Charta ann. 1355. ibid. pag. 64. col. 1 : *Reservatis sibi... hæreditatibus, sive Uncis vel mansis.* Vide supra *Laneus* 2. [\* Annual. Corbeiens. ad ann. 1114. apud Pertz. Scriptor. tom. 3. pag. 8 : *Scyrcipenses Slavi... intulerunt, civitatem Corbe æ... annuatim se debere aut vulpinam pellem, aut bis terdena nomismata Bardevicensis monete similima vel propria, de uniuscujusque soli sui Unci cultura, quem nostrates aratum vocitant.*]

2. **UNCUS PASTORALIS**, Virga vel baculus Episcopalis recurvus. Thomas Archidiaconus Spalantius in Hist. Salonitana cap. 16 : *Fecit etiam urceum magnum, et alium parvum, et ciminile manicatum, calcem et*



capsam, Uncam Pastoralem, et crucem, et alia quedam etc. Vide Cambuta, Ounciu in Uncinus, et Firga 3.

**UNCUTH.** Vide Agenhine, et Gust. Ubi addendum ex Joanne Britton. cap. 3: *En droit de hostes, vulons que chescun respoinne pur son hoste que il avera herbergié, plus de deux nuits ensemble, issint que la première nuit soit les estrauenge tenus Unkouth, l'autre nuit Geste, et la tierce nuit Hoghenhine.*

¶ **UNDACIO.** Inundatio, in Charta apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 882: *Undacio aquarum crevit taliter in fluvio Ligeris propter nimiam pluviarum abundantiam, etc.*

\* Nostris Ondée alias, idem quod Douleur, tranchée, Alvi torsio, doloris æstus, maxime in partu. Lit. remiss. ann. 1457. in Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 165: *Icelle Denise et ot deux fortes Ondées de mal, et tellement qu'elle ot enffent.*

¶ **UNDAIZARE, UNDAIRE.** Vide Undeiare. **UNDANTER, Copiose, vel affluenter,** in Glossis MSS. S. Germani Paris. cod. 524. [Vide Underare.]

1. **UNDE,** pro De quo, Gallis, D'où. Jordanes de Rebus Geticis: *In Scania vero insula, Unde nobis sermo est.* Alibi: *Juxta Mæotidem paludem commauentes præjati, Unde loquimur.* Galli dicimus, dont nous parlons. Ordericus Vitalis lib. 9. pag. 723: *Turonis aliud Concilium tenuit, et ea Unde apud Clarumvontem tractaverat, confirmavit.* Idem lib. 10. pag. 797: *In hoc negotio Unde contractamus, etc.* Usum etiam Polilonem hac loquendi formula observavit Salmasius pag. 338.

¶ **UNDE,** pro Cujus, Gall. Dont. Litteræ Edwardi II. Reg. Ang. ann. 1323. apud Rymer. tom. 3. pag. 985: *Cum olim Jakeminus de Recto mercator de Janua, nobis dedisset intelligi, qualiter ipse cum quadam magna nave, quæ vulgariter Dromunda nuncupatur, Unde idem Jakeminus patronus et dominus erat.* Charta Ricardi II. Reg. Angl. ann. 1393. apud eumd. tom. 7. pag. 744: *Concessimus... quod tres grossas naves guerrinas;... videlicet navem Unde Johannes Wysebeck est magister, navem Unde Jacobus Frobbing est magister, et navem Unde Adam Outlowe est magister, etc.*

\* 2. **UNDE,** Quæ, Gall. Par où. Charta Frider. I. imper. ann. 1159. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Chron. imper. Leonis Urbevet. pag. 188: *Quantum... nulla major est in mundo hoc merces, quam in locis egentibus construere fontes et hospitales, et maxime in Alpibus, Unde domesticæ Dei debent transire, etc.*

¶ **UNDECIMA.** Conventiones MSS. Archirinci Abb. Montis-Majoris cum incolis Correni de censibus: *Talis usum longævus in territorio Corrensi habetur apud nos, ut decimam, et Undecimam, quæ Undecima apud nos tasca nuncupatur, dominis suis habitatores ejusdem loci reddant, quia rationibus consuetudinis cautum est et legalibus, ut decima Deo, Undecima domino de omnibus quæ possident, persolvantur.* Hæc apertiora etiam sunt in Charta ann. 1309. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 86. col. 2: *Levatur ipsa taschia in lunc modum; videlicet de quolibet jornalato fitato capitur Undecima gerba, in jornalato non fitato decima gerba.* Vide Undenus.

**UNDEIARE, UNDAIZARE,** Infantem vel moribundum non omnibus adhibitis Baptismi ceremoniis baptizare, nostris Oudoier, lustrali aqua perfundere. Epist. Petri Episcopi Claromontensis ad Mauricium Episcop. Parisiensem, quæ est 3. inter Epistolas Stephani Episcopi Tornac.: *Cum igitur puer natus esset, nec posset sacerdos ad baptizandum eum congrue reperiri, pater ejus immerisit eum aqua, dicens: In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Et hæc est pessima consuetudo in terra nostra, ut in talis necessitatis articulo dicant: In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, nec totam exprimant verborum formam, quæ debet exprimi in baptismo, quod Undeiare vocant.* Et Epist. 5: *Hoc enim dicere solent, qui literas ignorantes pavidulos Undaizant: In nomine Patris, etc.* In hisce Epistolis tractatur, an ejusmodi Baptismus valcat.

¶ **UNDARE,** Eodem significato. Manuale sacerdotum ad usum Eccl. Autiss. ann. 1536. ubi de Baptismo: *Sacerdos debet interrogare mulieres si infans fuerit Undatus aut non; et tunc si fuerit Undatus, sub conditione baptizet eum.*

\* **Undeer,** in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 3. *Undeer,* in aliis ann. 1449. ex Reg. 180. ch. 77: *La suppliant enfanta d'un fils, le quel incontinent qu'il fut né, elle print et Undea.*

¶ **UNDENUS,** Idem quod Undecima. Vide in hac voce. Statuta Eccl. Biterr. ann. 1375. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 663: *Item, fuit prohibitum clericis et maxime in sacris ordinibus constitutis, quod non entant Undenos, retrodecimas, nec possessiones laicas.*

\* **Undenum,** in Charta ann. 1332. ex Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 947: *Pro ipsius libertatibus et franquiesis offerendo..... Undenum seu Undena, vintenum seu vintena, et alia arrendamenta seu alios redditus.* Alia ann. 1374. in Reg. 119. ch. 1: *Qui personæ et corretarii reuterunt ipsi consulibus se nullum volentem emere Undenos, vintenos, vel retrodecimas reperisse.*

¶ **UNDEOLUS,** pro Urceolus, in Gemma. ¶ **UNDERARE,** Abundare, affluere. Epist. S. Hildegardis apud Marten. tom. 2. Ampl. Collect. col. 1016: *Sedo tu qui generosus es in voluntate tua, attende quod multa flumina Underant in te, rixando in magno strepitu.* Vide Underant.

**UNDESCERE,** In undas exrescere, tumere. Vita S. Endei Abb. Arianensis n. 15: *Ita quod non Undescit mare in via, per quam transit dolium; sed serenitas semper ibi apparet.*

\* **UNDESECUS,** Undequaque. Epist. synod. Conc. Sussion. ad Nicol. I. PP. ann. 866. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 587: *Qui isdem specialis filius vester diverso Undesecus Northmannorum aliorumve agitur incommodo etc.*

¶ **UNDFRAGUS,** Qui undas frangit. De Excidio Thuringiæ apud Leibnit. tom. 1. Script. Brunsvic. pag. 61:

Prompta per Undifragas transissem puppe procellas, Flautibus Hybernis læta moverer aquis.

\* **UNDINÆ,** pro Nundinæ, ex concursu literæ n, in Charta ann. 1332. Locus est supra in Levagium. Vide Undines.

¶ **UNDINES.** Charta Petri de Mintriacio ann. 1283. ex Tabul. Calensi: *Abbatissa dicti monasterii que pro tempore fuerit solvet et reddere tenebitur annuatim in Undinis Latigniacensis conventui dicti monasterii 100. sol. Parisienses.* Leg. nundinis, altera n, ut sæpe fit, ob præcedentem ommissa.

¶ **UNDISIA.** Continuata. Chron. S. Bertini apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 618: *Hic (Joannes) receptus ecclesiam suam in tertia parte omnium bonorum diminutam reperit, et per venditiones ad vitam in 4030. libris Parisiensibus in pecuniis, et ad 988. raserias bladi, in paris Undisiis debitis, in 42. millibus Francorum auri obligatam invenit.* Vide an idem sit quod

¶ **UNDRAMENTUM,** Reliquium, quod excedit summam. Charta ann. 1230. apud Stephanot. tom. 3. Antiquit. Bened. Pictav. MSS. pag. 796: *Concessum est etiam inter partes quod omnium Undramentorum residua habeat abbas dictus et sui.* Alia ann. 1232. ibid. pag. 822: *Eodem modo de decimis, agnorum, vituorum,.... et denariorum inde provenientium, et Undramentorum, si que pervenerint, et vendarum habeat serviens tertiam partem.* Rursum alia ann. 1230. ibid. pag. 832: *Petebant quod dictus Prior debebat eis garire pratum de Pestilence tam de quatuor denariis census quos petebat capellanum de Pairec in medietatem prati supradicti quam de Undramento dicti census et dampnis quæ dictus capellanus intulerat eis in eodem prato pro censu supradicto. Concesserunt se reddituros de cætero censu supradictum et ejus Undramenta.* Infra pag. 833: *Et tunc debent adducere secum capellanum de Pairec et liberare Priorem absolute censu, et ejus Undramenti.* Vide Ultragium.

¶ **UNDREDUM, UNDRUDUS.** Tabular. SS. Trinit. Cadom. fol. 45. vº: *Ista villa habebat Undredum,.... sed in tempore werre disforciatum fuit. Vide Hundredus.*

**UNDRES.** Fletalib. 1. cap. 9: *Ante ætatem 21. annorum robusti vel habiles ad arma suscipienda pro patria defensione non reputantur, et ideo Undres dicuntur, et sub tutela dominorum interim remanebunt.*

**UNEG-UVORFIN.** In Edicto Rotharis Regis Longob. titulus 10. inscribitur de Unegvorfin, id est, orbitaria. [\*\*cap. 26. ubi Murat. De Vegoveri arbitraria. Glossar. in Cod. Cavens.: Vechorin i. e. orbitaria.] Mox sequitur: *Si quis mulieri liberæ aut puellæ in via se anteposuerit, aut aliquam injuriam intulerit, componat, etc.* Vide Rapovorfin, et Marahworfin.

**UNFRIDMANNUS,** Non habens pacem, in Gloss. Saxon. sub Edw. III. exarato. Vox confecta ex negativa particula un, et frid, pax, et in a n, homo. Vide Frithmannus.

**UNGAREH.** Vetus Glossarium, collectioni Dionysii Exigui subditum in Cod. Metensi, laudatum a Steph. Baluzio ad Capitularia tom. 2. col. 1574: *Seditiosus, id est, qui risos (rixas) et dissensiones vel injurias, nec non, qui dicitur in rustica parabola Ungareh.* [\*\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 2. col. 398.]

**UNGEENDRO.** Leges Ethelredi Regis cap. 25. [\*\* Instit. London. cap. 4.] *Et diximus, homo, qui hamsoenam faciet intra*



portum sine licentia, et summam infracturum agat de placito Ungebendro, vel qui aliquem affligat in via regia, jacent in ungilda akere. Hic hæret Somnerus, in Saxonici alias perspicacissimus.

**UNGEBOENDING**, in Charta Udalrici Abbatis ann. 1071. in Chronico Laurisham. : *Et ut familiam ejusdem Curie ab omni gravatine et molestia immunem redderemus, a tribus principalibus mallis, que vulgo Ungebodending vocantur, quibus ad curiam Linterheusen annuatim nunniebantur, utrorumque consensu, eam omnimodis absolvimus. Ubi Freherus vocem hanc Curiam non indictam vertit : Vossius eandem deducit a bieder, jubere; unde geboden, jussus, onge-boden, non jussus, a quo onge-bodending, conditio non obnoxii alienis jussis; ac proprie jussis alicujus malli, sive consensu judicum civilis, hominem citantis. [\* Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 827. Haltaus. Glossar. col. 1931.]*

**UNGELD**. Fœdus Ethelredi Regis cum Analano, etc. cap. 3 : *Si frithman, i. homo pacis fugiat vel repugnet, et se nolit judicare, si occidatur, jacent Ungeld, i. insolutus. Ex Saxon. geld, solutio et pecunia, et un, particula privativa. Vide Agild.*

**UNGELTUM**, seu tributum, in aliquot Chartis Germanicis, apud Joan. Noppium in Hist. Aquisgran. lib. 3. n. 2. pag. 19. 20. [Charta Friderici I. Imper. ann. 1189 : *Liberi sint ab omni teloneo et Ungelt, exactione veniendi et redeandi. Vide Petrum Lambecium in Orig. Hamburg. pag. 84. Charta Caroli IV. ann. 1357. inter Instrum. tom. 5. Gall. Christ. novæ edit. col. 526 : Exemptæ ab omni steura, Ungelto, inpositione et vexatione quocunque. Nullum telonium vel Ungeldt, in Chronic. Wormat. ann. 1366. apud Ludewig. tom. 2. Reliq. MSS. pag. 146. In jure quoque percipiendi telonia, pedagia, et id quod Ungelt vulgari-ter dicitur, et alias exactiones, etc. in Charta Friderici Comit. Terretensis ann. 1225. apud Steyerer. in Comment. ad Hist. Alberti II.]*

\* Charta ann. 1308. tom. 2. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Hontheim pag. 36. col. 1 : *Scabini et communitas dictæ curiæ nostre Trevirensis.... valeant.... onus vel tulliam, quod vulgariter dicitur Ungeld, imponere sibi ipsis. Ungelin, inter Redit. assignatos a duce Austriæ ex Cod. reg. 9484. 2. fol. 694. vº : Item de impositione vinorum venditorum, ibidem nuncupata Ungelin vulgariter, annis communiibus xl. libris. [\* Vide Haltaus. Glossar. German. voce Ungelt, col. 1933.]*

\* **UNGELTA**, Eadem notione, in Charta Theod. episc. Metens. ann. 1381. ex Cod. reg. 9861. 2. 2. fol. 99. nº.

\* **UNGERE CORIA**, Illa macerare, subigere. Charta S. Ludov. ann. 1229. in Chartul. Barbel. pag. 606 : *Poterunt etiam uti dictis moleulinis ad recipiendum quocunque de foris venientes ad molendum tantum, ad fullandum et parendum pannos, ad Ungendum coria, ad molendum ferramenta.*

\* **UNGIANA**, Annonæ species. Sent. official. Lugd. n. ann. 1373. ex Cod. reg. 5187. fol. 89. rº : *Solvere consueverunt.... decimam tantummodo de grossis bladis,....*

scilicet de frumento, siligiæ, de ordeis, de Ungianis et de avenis. An idem quod Unigranuu? Vide Gravanetum.

\*\* **UNGUENARIUS**. Ut Unguentarius ab Unguentum, ita Unguentarius ab Unguen. Gloss. MSS. ad Æn. lib. 1. v. 697 : *Amaracus regis fuit Unguentarius. Maius in Glossar. novo.*

† **UNGILD**, ut Ungeld. Vide Ungebendro.

† **UNGUENTARE**, Ungere, unguento inungere, in Gemma.

† **UNGUENTIUS**, Qui unguentum, id est Unctum, adipem, vendit. Statuta Eccles. Leod. ann. 1287. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 853 : *Nec sint (Clerici) histriones, jocolatores, ballivi, forestarii sæculares, goliardi, thelonearii, Unguentarii, triparii, etc.*

† **UNGUENTUM**, Unctum, adeps. Charta ann. 1418. ex Chartul. S. Aviti Aurelian. : *Item tenetur ideu cupicerius tradere et ministrare Unguentum pro omnibus campunis dictæ ecclesie.*

\* Hinc nostris Onniement, pro Onguent. Lit. ann. 1372. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 530 : *Émplastres, Onniement et autres médecines etc. Oignement et Ongement, in Vita J. C. MS. ubi de Magdalena :*

Ele avoit mont chier Ongement,  
Une livre tout igaument,  
Forment ert chiers et précieus.....  
En ses mains tenoit l'Oignement, etc.

† **UNGUENPARIS**,  $\mu\omega\pi\epsilon\psi\acute{o}\varsigma$ , in Gloss. Lat. Gr. Emendant viri docti, Unguentarius vel Unguentiparus.

† **UNGUICULARIUM**,  $\delta\upsilon\eta\chi\epsilon\tau\acute{\epsilon}\rho\iota\omicron\nu$ . Gloss. Lat. Gr. Culter aut quid simile quo ungues reseccantur.

† **UNGUINA**, pro Inguina. Gesta Episcop. Cenoman. apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 313 : *Plantas ejus, clunes, Unguina, tenera manu demulcendo.*

† **UNGUINARIA**, Institura, negotiatio pinguedinis, in Gloss. Arabico-Lat.

\* **UNGIUS**. Stat. Conc. Trevir. ann. 1238. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Hontheim pag. 722. col. 2 : *Cum comminationes, que fiunt per inspectionem Unguis aut gladii, vel alio quovis modo, penitus sint reprobatæ etc.*

**UNGIUM SCISSURA**, Pænæ levioris species apud Anglos, de qua Fleta lib. 1. cap. 26. § 4.

1. **UNGULA**, Ferramentum mucronatum, quo sulcatim corpora laniabantur et fodiebantur. Ugitio : *Ungula, genus tormenti, quia effodiunt, ut fides inveniatur. Papias : Ungule, genus tormentorum, dictæ, quod effodiant, hæ et fiducule. S. Cyprianus de Lapsis : Jam lassum corpus nunc flagella scinderent, nunc contunderent fustes, nunc equuleus extenderet, nunc Ungula effoderet, nunc flamma toreretur. Idem de Laude Martyr. : Non prædurantibus licet costis Ungula recurrat in vulnura. Prudent. in Romano Mart. :*

Seindunt utrimque milites terribi,  
Mucrone hileo pensilis latus viri,  
Sulcant per artus longa tractim vulnura,  
Obliqua rectis, recta transversis secant.

Lib. Peristeph. :

Ille virgas et secures et bisuleas Ungulas  
Ultero fortis expetebat, etc.

Alibi non semel, in S. Vincentio, in S. Agnete, etc. Hieronymus Epist. 49 : *Cum lividas carnes Ungula cruenta pulsaret, et sulcatis lateribus dolor quæreret veritatem. [Acta S. Secundiani tom. 1. Junii pag. 56 : Jussit eos omnes singulatim in eculeo suspendi, et radi latera eorum Unguibz caprarum. Quod in extremitate bisulca essent, atque adeo caprinam ungulam referrent, sic appellabatur.] Castinus Episcop. Tolet. Hymno in S. Christophorum :*

Sanctum jubet Christophorum pensum, rudibus Ungulis  
Denudatas ejus costas carnibus exciperent.

Strabus in Mammete :

..... Jubet altius ergo  
Sanctum suspendi, tormentisque acerbis amens  
Pulsat utrumque latus, dum carpitur Unguibz uneis,  
Nullam dat Mammes vocem.

Adde Acta Proconsularia Mart. apud Baron. ann. 285. n. 5. Acta SS. Philææ, Philoromi, etc. n. 3. Acta S. Saturnini n. 8. Passio S. Savini n. 7. Lactantius de Mortib. Persecutor. n. 16. etc. Occurrit passim in Vitis Sanctorum. Lacerationes, unguularum scilicet. *Eculeis atque lacerationibus subjacere, in leg. 4. Cod. Theod. de Numerariis (8, 1.). Lacerationes membrorum, apud Senecam lib. 3. de Ira cap. 3. Vide Gallonium.*

**UNGULARE**, EXUNGULARE, Ungulis subjicere, unguularum tormentum inferre. Vita S. Potiti Mart. ex MS. Neapol. cap. 6 : *Ferantur scilicet ferreæ ungule, et Unguletur. Ejusdem Vita ex MS. Velseri cap. 4 : Iterum jussit eum Exungulari. Acta S. Eulaliæ Barcinon. num. 6 : Jussit eculeum offerri, et suspendi eam, quamdiu Exungularetur.*

† 2. **UNGULA**. S. Irenæi vetus Interpres lib. 2. cap. 24. n. 3 : *Et incensum autem similiter de stacte, et Ungula et galbano, etc. Ubi vulgatus Bibliorum Interpres Exod. 30. 34. a Gr.  $\delta\upsilon\eta\chi\epsilon\tau\acute{\epsilon}\rho\iota\omicron\nu$ , habet, *Onycha. Vide supra in hæc voce.**

\* 3. **UNGULA**. Instr. ann. 1308. tom. 5. Cod. diplom. Polon. pag. 30. col. 2 : *Totallyter arbores fructiferas, plantas, et alias Ungulas, pascua, prata, et alias segetes igne devastarunt. Ubi legendum opinor Virgulas atque intelligendum viridaria, pomaria. Vide Virgultum.*

† **UNIA**,  $\mu\iota\alpha$ ,  $\chi\alpha\iota$   $\acute{\alpha}\mu\alpha$ , in Gloss. Lat. Gr. Leg. Una.

† **UNIAMENTUM**, Metallorum temperatio, vulgo *Allhage*, vox monetariorum. Statutum Ludovici VIII. ann. 1225. tom. 2. Ordinat. Reg. Franc. pag. 141 : *Sciendum est autem quod imprimis operarii tenentur venire coram magistris juraturi, quod in argento nullum ponent Uniamentum, nec pollutent denarium ullo modo.*

† **UNIANIMIS**, Unanimis. *Frates carissimi, oratione Unianimes deprecemur, in Liturg. Gall. Mabill. pag. 246. [\* Occurrit Rom. XV. 6. et Philipp. II, 2. Maius in Glossar. novo.]*

† **UNIBOS**, Uno bove vectus. Mirac. S. Vincentii Madelgarii tom. 3. Jul. pag. 681 : *Reparat vehiculum, et adjuncto bove uno quem habebat solum, iterum supponit suum miserabile monstrum. Ita Unibos ille, in corde et re semper habens S. Gudilæ memoriam, iter solivagus carpebat versus Brossellam.*



[\*\* *Unibos* dicitur, qui in fabulis Germanicis vulgo *Bürle*, *Rusticulus*, apud Poetam anonymum, in Grimmii et Schmeller. Poemat. Lat. sec. X. et XI. pag. 355.]

\*\* **UNICASALIS**, Tatuin. Gramm. MSS. cap. de nomin. apud Maium in Glossar. novo : *Monopoton*, *Unicasalis*.

† **UNICOLEUS**, **UNITESTIS**, *μονόςχης*, in Gloss. Gr. Lat. Qui unicum habet testiculum.

† **UNICOLORARE**, *Rem facere unicolorum*. Gemma.

† **UNICOMIS**. Charta ann. 1372. inter Probat. Annal. Tolos. tom. 1. pag. 98 : *Petierunt et retinuerunt quod cum anno isto post impositionem sex denariorum pro libra, et post promissionem unius Unicomis pro foco, ... sub retentione tamen quod dicti quinque solidi eis restituerentur, vel deducerentur de dicto focagio unius Unicomis pro foco, nosque de predictis sumus ad plenum certiorati quod dicti quinque solidi illis qui nondum solverunt dictum Unicomem, qui ad solutionem dicti Unicomis tenentur, deducantur et defalcantur, et illis qui solverunt Unicomem et quinque solidos Turonenses pro foco, dicti quinque solidi eisdem reddantur*. Leg. *Mutonis* et *Mutonem*. Vide in *Multo*.

**UNICORDIA**, *Concordia*, *Unicors*, *concors*. Joan. de Janua. [*Unicordia*, *concordance*. *Unicors*, *d'un courage*. *Unicorditer*, *accordamment*, *d'un cuer*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.]

† **UNICORNUS**, *μονοκέρας*. Gloss. Lat. Gr. *Unicornuus*, in MSS. Sangerm.

† **UNICORPORIS**, **UNICORPOREUS**, *Unius corporis*. Guibertus de Pignor. SS. cap. 3. § 2. lib. 1 : *Et quid Deo pertinacius, quam illi qui Deo Unicorpores sunt? Unicorporis*, apud Jul. Firmicum.

† **UNICUBA**, *Unius viri uxor*. Isid. Gloss. Epist. 3. S. Paciani inter Conc. Hisp. tom. 2. pag. 92 : *Vos exsulem formam novo colore piavistis, vos thorum vestrum a conjugio separastis antiquo, vos a matris Unicubæ corpore recessistis, etc.* Vetus Poeta Christianus anonymus de Beliani baptismo v. 127 :

Felix Apra, cui licuit terraque poloque  
Conjugis Unicubæ jure tenere bonum.

*Unicuba*, *μονολεχίς*, in Gloss. Lat. Gr. quæ viduas noctes ducit sine viro. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Unicuba*, *femme d'un seul homme*. Vide *Univira*.

† **UNICULTOR**, *Unius Dei cultor*. Prudent. in S. Cypriano v. 90 :

Edere jussus erat, quid viveret? Uniculator, inquit,  
Servo salutiferi mysteria consecrata Christi.

\* **UNICULUS**, f. Capsula quæstuaria, cui una est apertura, quasi unus oculus. Stat. eccl. Tornac. ann. 1366. pag. 36. art. 4 : *Item inhibemus decanis et presbyteris, ne Uniculos quæstuariorum aliquatenus admittant, nisi sigillo nostro, indulgentiarum causa, Uniculos viderint sigillatos, et non permittant aliquibus cum litteris indulgentiarum ostiatim elemosynas querere, nisi hoc eis per litteras nostras specialiter concedatur*.

\* **UNICUS**, mendum videtur docto Editori pro *Nuncius*, cui sponte assentior. Libert. Geolæ in Ruthen. vulgo *Guiole*, ann. 1350.

tom. 2. Ordin. reg. Franc. pag. 481. art. 22 : *Quod Unicus dicti consulatus possit et debeat deferre baculum depictum foribus (floribus) liliis, et arnesium suum, sicut servientibus in talibus deferri consuetum. Et quod dictus Unicus pro negotiis et causis supra dictis ad dictum consulatum pertinentibus, possit et valeat imponere pacem quinque solidorum Turonensium domino nostro regi applicandorum, ex parte dictorum consulum*. Idem qui *Nuncius* non semel nuncupatur ibid. pag. 479.

**UNICUS POMORUM**, *vas aucupis*, *Papiae*. MS. habet *Pomporum*.

† **UNIFICARE**, *Unum facere*, Joh. de Janua : unde Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Unificare*, *Unifer*, *faire un*, *unir*. S. Paulinus in Epist. ad Severum tom. 1. pag. 129. edit. ann. 1685 : *Et Unificantis gratiæ æternum sordus agnovit*.

**UNIFORMIS**, *μονοειδής*, apud Jul. Firmic. lib. 1. Mathes. *Uniformitus*, apud Macrobi. lib. 7. Saturn. cap. 5. *Uniformiter*, apud Diomed. lib. 1. Grammat. Victorinum in 1. Rhetor. Ciceron. etc.

† **UNIFORMISARE**, *Uniformem reddere*. Acta ad Conc. Basileense apud Marten. tom. 8. Ampliss. Collect. col. 205 : *Utraque faciens unum, nos quidem natura sejunctos, per gratiam Uniformisans, sibi ipsi copulavit*.

\* **UNIFORMITER**. Stat. ordin. Cartus. ann. 1261. in Append. ad tom. 6. Annal. Bened. pag. 689. col. 1 : *Stola non cancellata, sed Uniformiter deportetur*. Id est, non cancellatim posita, sed pendens. Alia notione, vide in *Uniformis*.

**UNIGAMUS**, vox ibrida, *Qui uni tantum nupsit; unde unigamia*, pro monogamia. Jo. de Janua. [Unde Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Unigamus*, *c'est qui n'a esté que une fois en mariage*. *Unigamia*, *estat de celui ou celle qui n'a esté ou est que une fois en mariage, unigamie*.]

† **UNIGENA**, *Ejusdem gentis*. Gesta Tancredi apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 126 : *Huc accedebat quod casus idem Normanniæ comitem, Boanundunque Taucreduinque seorsum a turba diverterat, quasi ut Unigenæ uno consilio unam patriæ suæ gloriæ prærogarent*.

† **UNIGENEA**, *Quæ sunt ejusdem generis*. *Unigeneitas*, *homogeneia*. Goclenii Lexicon Philos.

**UNIGRANUM**, [Grani genus.] Vide *Gravanetum*.

\* Vide supra *Viridarium* et *Ungiana*.

† **UNIMAMMÆ**. Vide supra *Unamnes*.

\*\* **UNINOMEN**. Ars D. Bonifacii apud Maium Class. Auct. tom. 7. pag. 476 : *Homonyma, hoc est Uninomina*.

† **1. UNIO**, *Fœdus, consociatio*, Gall. *Ligue*, *Union*. Bulla Clementis VI. PP. ann. 1346. tom. 2. Histor. Dalph. pag. 535. col. 1 : *Vellet Insulam ipsam præstatam Dalphinum et aliis de Unione, usque ad triennium duntaxat accomodare ob favorem fidei de gratia speciali, datis sibi tam per nos, quam per illos de Unione predicta cautionibus idoneis, de restituendo sibi libere dictam Insulam*. Adde Ludewig. tom. 5. pag. 402. etc.

† **UNIO**, *Societas, fraternitas*. *Inbet synodus ut intra sex menses omnium hujusmodi Unionum tituli et acta ad Ordinarium defe-*

*rantur*, in Synodo Tolet. ann. 1565. inter Conc. Hisp. tom. 4. pag. 80.

† **2. UNIO**, *Unitas*. Libellus Episcop. Italiæ contra Elipandum inter ead. Conc. tom. 3. pag. 99 : *Unionem namque in essentia confitemur; Trinitatem vero in personarum discretionem prædicamus*. Vide *Unionitæ*.

† **UNIO**, *Vox fori Ecclesiastici in re beneficiaria, cum duorum beneficiorum fructus sub eodem titulo uni tribuuntur*. Expositio compend. benefic. fol. 48 : *Ad Unionum securitatem confirmatio Papæ necessaria est*. Charta ann. 1293. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 72. col. 2 : *Item, quod si aliquo tempore contingeret, quod absit, quod monachi seu monasterium Boscodoni ad aliam regionem se transferret absque licentia Archiepiscopi et Ebrudensis ecclesiæ speciali, quod Unio hujusmodi non teneat*.

† **3. UNIO**, *Cepe*, Gallice *Oignon*. Charta vetus : *Habebut totum thelonium allerim, pororum, alliorum et Unionum, omniumque herbarum quæ vendentur*. Vide *Unio*.

**UNIOCULUS**, *Cocles*, *Borgne*, *μονόφθαλμος*. Ditmarus lib. 4. initio : *Cum Comite Eckberto Unioculo*. *Unoculus* dixit Plautus in *Curculione* :

De coelitem prosapia ted esse arbitror :  
Nam ii sunt Unoculi.

**UNIONES**. Ordericus Vitalis lib. 8. pag. 682 : *Iustituit sibi fieri longos, et in summitate acutissimos subtolares, ut operiret pedes, et eorum celaret tubera, quæ vulgo vocantur Uniones*. Id est, non margaritæ, perles; sed cepæ, *oignons*; nam ab *unionibus*, cepis ita apud rusticos veteres dictis, ut testatur Columella lib. 12. cap. 10. nomen cepis capitatis mansit, ut vult Ruellius lib. 1. de Natura stirpium cap. 5. et lib. 2. cap. 84. Glossæ vet. de Oleribus : *Uniones*, *κουκοβάζι*. Salmasius emendat *μονόκερα*.

**UNIONITÆ**, *Hæretici, quos refellit Prudentius in Apotheosi, carmine inscripto, contra Unionitas*. Ubi Iso Magister : *Id est, Sabellianos*. *Unionitæ sunt, qui dicebant unam substantiam et unam personam, Filium et Spiritum negabant, sed dicebant : Idem Deus, quando vult, Pater est; quando vult, Filius est; quando vult, et Spiritus sanctus*. *Ariani dicebant tres esse personas et tres substantias in Trinitate; Sabelliani e contra unum personam, et unam substantiam*. *Fides autem Catholica utriusque devians errorem, unam Deitatis substantiam et tres personas veraciter adfirmat*. Nam *Ariani bene tres personas, male tres substantias; Sabelliani bene unam substantiam, male unam personam dicebant*. [Vide *Unio* 2.]

**UNIPICIUS**, *Integer, d'une piece*, Gallis. Marcellus Empiricus cap. 15. pag. 108 : *Manipulum tenerum urticæ Unipicivæ in ollam rudem bisextialem cum aqua mittes*. Vide *Pecia*.

† **UNIRE**, Gall. *Unir*, *Conjungere*. Synodus Leonis III. PP. adv. Felicem, inter Conc. Hisp. tom. 3. pag. 115 : *Hi vero qui conversi fuerint, et nostræ societati se Unierint, etc.*

† **UNISONUS**, *Ejusdem soni*, Italis *Unisono*, Gall. *Unisson*. Coronatio Bonifa-



cii VIII. PP. apud Murator. tom. 3. pag. 647. et tom. 4. Maii pag. 465 :

Concrepat inde choros, duplicat sua vulnera pason :  
Hic petit Unisonum, stabili firmatus in uoco.

¶ **UNISSIMUS**. S. Bernardus de Considerat. lib. 5. cap. 7 : *Tam simplex Deus, quam unus est. Est autem unus, et quomodo aliud nihil. Si dici possit, Unissimus est.*

**UNISUBSTANTIANI**. Vide *Homousiani*.

**UNITAS**. Charta ann. 1203. MS : *Talis intervenit forma conventionis inter Henricum Ducem Lothar. et Ottonem Comitem Gelricie... Omne jus, quod idem Comes se habere asserbat in Unitate totius Campanie, (Campinie) quae Unitas vulgariter Evingo dicitur, ipsum Ducem habere permisit.*

¶ **1. UNITATUS**, Unitus, conjunctus, Gall. *Uni*. Leges Palat. Jacobi II. Reg. Majoric. inter Acta SS. tom. 3. Jun. pag. LIX : *Candelas vero disponimus esse tales, quod XI. Unitatæ unius libræ ponderis videantur.*

¶ **2. UNITATUS**, Planus, nudus, vacuus, *Uni*. Charta Gaufridi de Melleio ann. 1222. ex Tabul. S. Petri Carnot. : *Præterea idem Gaufridus de Cheslesnoines dedit prioratui in elemosinum perpetuum totam vineam suam tam plantatam quam Unitatam.* Hoc est, Agrum vineis p. antandis idoneum, sed iis nondum consitum.

¶ **UNITENA**, male pro *Vintena*, in Statutis Genuens. lib. 4. cap. 76. fol. 129. vº : *Non (audeant) accipere pro molitura, nisi Unitenam partem dicti grani.*

**UNITER**. Fortunatus lib. 5. Poëm. 4 :

Unius estis oves, heu cur non Uniter itis.

Quasi unum iter. [Vide *Unitim*.]

\* **UNITERUS**. Charta ann. 1036. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Honthelm* pag. 368. col. 1 : *In primorum nostri militum ac sui præsentia, Sigobodonis, Arnolphi, Arnolphi comitum, nec non Odelberti Uniteri nostri, Hazonis Gazelonis sui militum.* Uhi Editor, id est, archiepiscopi et advocati *uniter* seu pariter militis seu vassalli. [\*\* Nomen proprium esse videtur, forte *Winteri* legendum.]

¶ **UNITESTIS**. Vide supra *Unicoles*.

¶ **UNITIM**, Una, simul, apud Camillum Peregrinum in Hist. Longobard. cap. 2. § 2. ubi Muratorius tom. 2. pag. 290. *Cuneatim* edidit. Vide *Uniter*.

¶ **UNITIO**, Coniunctio. Charta Mariæ Reginæ Provinciae ann. 1390. ex Schedis Peiresc. apud Præs. de *Mazaugues* : *Sicut de Unitione, incorporatione et annexione constare vidimus* [\*\* Occurrit apud Boeth. de Unit. et uno pag. 965. et in Anast. laud. SS. Cyri et Joh. num. 11. apud Maium Spicil. nov. tom. 3.]

**UNITIVUM**, ita ἑνωτικὸν Zenonis reddit non semel Liberatus Diacon. cap. 17. et seqq.

¶ **UNITUM**, Panni species, a simplici textura sic dicti. Charta ann. 1446. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *Cellerariustentetur in festo S. Michaelis singulis annis assignare pro vestiaris albis monachorum S. Victoris, scilicet... de panno appellato Unitum de Sejan capellani.*

\* **UNITURA**, perperam, ni fallor, pro *Unctura*, Adeps, pinguedo, Gall. *Graisse*. Acta Inquisit. Carcass. ad ann. 1244. inter

Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 437 : *Pro miserunt quod ulterius non comederent carnes, nec ova, nec caseum, nec aliquam Unituram, nisi de oleo et piscibus.* Vide supra *Ventura* 2. et *Unctura*.

¶ **UNIVERSALIS** dictus Gislebertus, de quo mentio est in Martyrol. S. Stephani Autiss. : *Pridie Idus Augusti obiit venerabilis memorie Magister Gislebertus veteris et novi Testamenti glosator eximius, qui Universalis merito est appellatus, huius ecclesie Canonicus, postmodum vero Lundoviensis factus Episcopus.*

\* **UNIVERSALITAS**, Jurisdicção universa. Glaber Rodolph. Hist. lib. 4. cap. 1 : *De Universalitate ecclesie a Constantinopolitana injuste requisita. Circa annum igitur Domini 1024. Constantinopolitanus præsul cum suo principe Basilio, atque nonnulli Græcorum consilium iniere, quatinus cum consensu Romani pontificis liceret ecclesiam Constantinopolitanam in suo orbe, sicuti Romana in universo, Universalem dici et haberi.*

¶ **UNIVERSALITER**, Universe. Lanfrancus Pignolus in Annal. Genuens. ad ann. 1266. apud Murator. tom. 6. col. 537 : *Universaliter sine prælio et labore aliquo ad ejus mandata devenerunt.* Inquisitio ann. 1268. ex Schedis Præs. de *Mazaugues* : *Vidit eos uti prædictis Universaliter per dictum territorium.* Charta ann. 1356. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 577 : *Oppidum Plaven Universaliter cum omnibus et singulis suis iuribus et pertinentiis prædictis ab ipso domino nostro Imperatore... receperunt in feudum.*

¶ **UNIVERSITAS**, nude pro Incolarum urbis vel oppidi universitas, idem quod *Commune* 2. Statuta Arelat. MSS. art. 132 : *Prout inter bone memorie dominum Barralium quondam patrem nostrum et inter Consilium et Universitatem Arelatis hactenus existit incartatum.* Charta ann. 1271. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 92. col. 2 : *D. Hugo Mucea miles, et Jacobus Martis consules Universitatis hominum de Vapinco, et ipsa Universitas ibidem præsens, etc.* Charta ann. 1385. ex Cod. MS. D. Brunet : *Item, retinet dicta Universitas (Arelat.) patuum Castellæ Montismajoris et Auriculæ. Universitatis dicti castræ, in Charta ann. 1438. ex Schedis Præs. de *Mazaugues*. Occurrit apud Rymer. tom. 3. pag. 911. in Conc. Hisp. tom. 3. pag. 550. Ordinat. Reg. Franc. tom. 4. pag. 403. et alibi passim.*

\* *Nostris Universitæ, eodem sensu. Lit. remiss. ann. 1385. in Reg. 126. Chartoph. reg. ch. 227 : Et utres malefices que les Universitez, gens et habitans des villes de Thoulouze, Carcassonne, Narbonne, Nymes out commis.*

\* **UNIVERSITAS**, Collegium canonicorum. Charta Werrici decani et capituli S. Quint. Viromand. ann. 1178. in Chartul. Montis S. Mart. part. 5. fol. 98. vº. col. 2 : *Conventiones quasdam celebratas inter ecclesiam Montis S. Martini et Adam de Wallaincort, ... idcirco scripto mandantes, quia ex parte ad nostram pertinet Universitatem rem gestam concedere, nostrique sigilli testimonio roborare. Potest et de superiori dominio haud male intelligi, Gall. *Suzeraineté*.*

¶ **UNIVERSUM**, ἑπεσυναδόν, in Gloss. Lat. Gr. Vulcanius emendat *Universim*.

**UNIVIRA**, Quæ uni nupsit, apud Terullian. lib. de Monogamia. [Vide *Unicuba*.]

¶ **UNIVIRATUS**, Status, conditio univirarum, apud eundem lib. 1. extr. ad uxorem et lib. 2. initio.

\*\* **UNIVOCUS**, Æquivocus. Boethius in Aristot. de interpret. ed. sec. pag. 337 : *Specialis homo et particularis Univoca sunt, Univoco, adj. apud Bonif. Cons. in Maii Spicil. tom. 3. pag. 159. Vide Univocatio et Univoco in Furlan. Append. Lex. Forcell.*

**UNIXIS**. Vetus Chartula plenariæ securitatis exarata sub Justiniano, [\*\* lin. 21.] apud Brisson. lib. 6. formul. : *Conca aurea una, orceolo aeneo uno, lucerna cum catenula Unixe ærea una, ferro fracto libras duodecim, etc.* Ubi legendum forte *unimixe*, hoc est, unius luminis. Vide *Bimixæ lucernæ*.

**UNLAGE**, ex Saxonico unlagha, lex iniqua, vel potius non lex, lagha enim lex, u n, particula privativa. Leges Kanuti Regis cap. 34 : *Si quis deinceps Unlage, i. non legem erigat, vel injustum iudicium judicet, etc.* Eadem habentur in Legibus Henrici I. cap. 34. Adde cap. 84.

**UNLAUCH**. Vide *Wrang*.

**UNMUNDLING**, Servorum species. Charta Ottonis Imp. : *Si vero aliquis ex libertate Unmudling, vel litus fieri, aut etiam colonus ad monasteria supradicta, cum consensu coheredum non prohibeatur.* [\*\* Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 311. et supra *Jammudling*, ubi eadem charta paullo aliter legitur.]

**UNNITHING**. Vide *Nidering*.

¶ **UNOSE**, Simul, ex Pacuvio, apud Nonium.

\* **UNO SEMEL**, Aliquando, Gall. *Une fois*. Lit. remiss. ann. 1455. in Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 33 : *Et contigit Uno semel, quod... duo filii domini de Roeda cum certis aliis nobilibus essent allogiati in certa domo etc.*

\* **UNQUAM**, Quondam, Gall. *Autrefois*. Acta MSS. Inquisit. Carcass. ann. 1308. fol. 23. vº : *Dixit quod duobus annis fuit in illa credentia, et postea penituit,.... et petit misericordiam et veniam, quia Unquam credidit erroribus dictorum hæreticorum.*

¶ **UNSCHAMA**. Glossæ calcem Collect. Canonum Apost. x. circ. sæc. ex Bibl. DD. *Chauvelin* Sigillorum Reg. Custodis : *Inpudenter, Unschama mulich.* [\*\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 494.]

**UNTHPRUT**. Lex Bajwar. tit. 21. § 10 : *Si autem dominus arboris vel vasculi (mellis) non interpellaverit, et sine illius conscientia ejectione domino restituerit, et ille, cujus vasculum fuerat, eum compellaverit, ut ex suo opere vel arbore res tulisset, et ad restituendum compellaverit, quod Unthprut vocant, etc.* Alii codd. habent *Unterprunt*. [\*\* Vide Schmeller. Glossar. Bavar. tom. 2. pag. 345.]

**UNUS**, pro *Quidam*; quomodo dicimus *Un*. Vetus Charta Hispanica apud Bivarium ad Chron. Maximi pag. 330 : *Et Unus discipulus proterva mente respondit.* Hispani dicerent, un discipulo respondio. Vita S. Wunibaldi cap. 30 : *Evenit, ut Unus homo vinetus duceretur.* Adde *Hodæporicum* S. Willebaldi n. 14. 15. Vorstium de Latinitate falso suspecta, et Olbaum



Borrichium lib. de Variis linguæ Latine ætatibus pag. 265.

**UNWANT.** Lex Bajwar. tit. 3. cap. 2 : *Si quis alium de ripa, vel de ponte in aquam impinxerit, quod Bajwarii in Unwant dicunt, cum 12. solid. componat.* Cap. 4 : *Si alicui scalam injuste ejecerit,.... quod in Unwant dicunt, etc.* Adde cap. 6. tit. 9. cap. 4. § 1. in quibus locis edit. Heroldi habet in unwan. [Conjunctis vocibus edidit Baluzius, *Inunwant.*] [\* Vide Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 631.]

† **UNWISTOM,** Ignavia, in Glossis x. circ. sæc. in *Unschana* laudatis. [\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 1. col. 1073.]

† **UNX,** Unguis, ὄνυξ, in Gloss. Lat. Gr.

† **UNZIA,** Uncia, in Statutis Vercell. lib. 3. fol. 86. v°.

1. **VOA.** Concil. Dertusanum ann. 1429. cap. 1 : *Nullus audeat in vestibus, vel caputis folleraturam portare de Vois vel Grisis.* Videtur legendum de *Variis*. Vide *Vares*.

† 2. **VOA,** f. Via, Gall. *Voye*. Chartul. S. Vincentii Cenoman. fol. 85 : *Litigantibus coram nobis monachis beati Vincentii... super quadam Voa et clauso defuncti Thome Esquerre, sitis in parochia de Corgaigneio.* Guillelmus Guaiartus :

Par terres seches, et par Voc  
Sus le fleuve de la Dunoë.

**VOARIA,** Jus advocationis, *Avouerie*, et *Voderie*. Vetus Charta apud Marlotum in Chronico S. Nicasii Remensis cap. 10 : *In villa nostra, quæ Hundilica dicitur, Heribertas... advocationem, quæ vulgo Voaria dicitur, se habere... dicebat.* [Hist. S. Florentii Salmur. apud Marten, tom. 5. Ampl. Collect. col. 1127 : *Monachus inclaimitando ad se evocans, ignorabat ejus nomen proprium, ut S. Florentii illi aliquod vexillum daretur, contra ejus et suos inimicos ad bellum ferre volens, ut vulgariter vocamus ad Voariam.*] Vide *Advocati*, *Viarius*, *Vicarius*.

† **VOBISARE,** Aliquem honoris gratia plurali numero alloqui. Epist. Mathiæ Chlanitzan ann. 1432. apud Marten. tom. 8. Ampl. Collect. col. 177 : *Nec moleste feras, frater carissime, quod more scripturarum utendo, tibi in singulari et non in plurali scribitur, nam et Christas magister omnium neminem unquam legitur Vobisasse, et parem modum scribendi erga me, dum opas exegerit, opto ubilibet observari.* Erasmus barbaros irridens dixit *Vossitare* et *Vobissitare*. Vide *Vosare*.

† 1. **VOCABULUM,** Villa, prædium. Charta ann. 1064. apud Ughellum tom. 1. Ital. sacræ edit. ann. 1717. col. 534 : *Vendo et traudo vobis a die presentis quoque modo de terra posita in Vocabulo, quod nuncupatur Caratioli cum ejus fine et mensura.* Alia ann. 857. ibid. col. 753 : *Concedimus... totam jam dictam civitatem,.... ac Vocabula circumquaque posita.* Placitum ann. 1105. apud *Le Blanc* in Dissert. de Monetis pag. 62 : *Non omnis Italia, sed quædam in ea loca sive Vocabula parti B. Petri Ecclesie patrimonio fuerunt largita.* Chron. Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 535 : *Item Marco filias Ansefredi et Anna uxor ejus dederunt res suas territorii Sabinensis in Lejano super castellum de Cantalupo; et*

*in alio Vocabulo, qui dicitur Mogianus.* Rursum col. 592 : *Gregorius filius Rodulphi concessit in hoc monasterio res territorii Sabinensis, ubi dicitur Antiquus... Rodulphus et Petrus filii Joannis concesserunt in prædicta ecclesia S. Angeli de Tancia res suas in eodem Vocabulo antiquo.* Occurrit præterea ibid. col. 538. 570. et 1003. Vide *Vocatio* 1.

\* 2. **VOCABULUM.** Vita B. Vict. III. PP. tom. 5. Sept. pag. 419. col. 1 : *Sane in altari B. archangeli Michaelis reliquias condidit SS. Nicandri et Marciani, Johannis et Pauli, Viti, Mercarii et Caterinæ, et Vocabula sanctorum Apollinaris episcopi, Proti et Jacinthi.* Ubi nomina sanctorum scripto mandata in altari condita fuisse significari videtur, cum eorumdem reliquiarum, uti aliorum, non adessent.

**VOCALIS,** Qui voce scite canit : εὐφωγος, et φωνάκος, in Glossis Gr. Lat. *Qui a bonæ voicæ.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerin. *Vocalis, voicul, de voicæ.*] Vetus Interpres Juvenalis Sat. 6 : *Nam omnes pauci Vocales fibulas in naturis habent, ne coëant.* Alios vide apud Savaronem ad Sidonium lib. 1. Epist. 2. et lib. 8. Epist. 9. et Salsasium ad Hist. August. pag. 211. Ex recentioribus hos addo. Chronicon Trudonense lib. 8. de Pueris in Monasteriis : *Et si qui forte eorum Vocales essent, tropos, qui tunc temporis apud nos cantabantur, aut graduale sive alleluia cantarent.* Beletus de Divinis Offic. cap. 35 : *Paulus Historiographus, Diaconus Romanæ Curie, Monachus Castrensis, cum die quodam Paschalem cereum consecraret, fauces ejus raucæ factæ sunt, cum prius esset satis Vocalis.*

**VOCALIS,** Voce, nomine tenus, vel appellatione. Matthæus Westmonasteriensis anno 1277. de Principe Walliæ : *Vocalem Principem diligenter instructum ad partes easdem redire permisit, successores suos Principatus nomine sententialiter privans.* Idem ann. 1294 : *Post hæc Morganus de triba Wallensium, et alter nomine Madocus, Vocalis Princeps eorum, etc.* Anno 1301 : *Sedit ergo in tristitia fidelium Ecclesia, deducta per Vocales tutores suos miserabiliter sub tributo.* Denique ann. 1304 : *Quique præcaves in futurum, ut Rex Angliæ, non quasi Vocalis eorum, et regni Regis Franciæ Dominus quidquam constitueret, verum etiam ipsum tanquam advocatum, dominum, et realem possessorem omnibus castellis, civitatibus,.... ipsum per dies 40. pacifice saisiantur, etc.*

† **VOCALIS,** Qui suffragii ferendi in capitulis jus habent, Gall. *Vocæax.* Constitut. Fratrum Prædicat. col. 80 : *Vocales, tam capitalium generalium, quam provincialium, ab eisdem absque argenti necessitate, non se alienent... Fratres Vocales ad capitula spectantes, nutu associati ad illa procedant.* Vide *Vox* 3.

**VOCALIS,** Philosophorum modernorum secta. Vide *Nominales*.

† **VOCALITAS,** Clamor, clangor, in Gloss. Gaspar. Barthii apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 451. ex Guiberti Hist. Palæst. : *Tam terribilis Vocalitas ferebatur, ut pulsari strepitibus colorum supernitatis crederetur.* Guibertus de Pignor. SS. lib. 1. cap. 2. § 3 : *Humanum ruisse quippiam inibi (in*

puteo) ex voce percipiunt, quem dum multa Vocalitate civissent, feminam advertunt.

\* **VOCALITER,** Voce, ore. Testam. Audoyne card. Ostiens. ann. 1363. in Cod. reg. 4223. fol. 139. v° : *Omne aliud testamentum vel collicillum per me hactenus in scriptis vel sine scriptis, aut Vocaliter seu verbaliter factum cassans.*

\*\* **VOCALITER,** Nominatum. Privileg. Ludov. Imper. ann. 1318. apud Guden. in Sylloge Diplom. pag. 489 : *Universis et singulis, a quibuscumque districtibus illic confluentibus aut venientibus... pax et tranquillitas sit libera et securo; his tantummodo exceptis, qui dispoſcentibus suis excessibus Vocaliter sunt proscripti.*

**VOCAMEN,** Idem quod Vocabulum, Nomen. Glossæ vet. apud Barthium : *Vocamen, appellatio, vocatio.* Erchempertus in Hist. Longob. cap. 47 : *In cujus Vocamine et chartæ exarate, et nummi figurati sunt.* Utitur et Solinus cap. 30. et alibi. [Epitaphium Gauzlini Archiep. Bituric. ad calcem Vitæ MS. ejusdem :

Vir celebris sapiens, Gauzline, qui dulces Vocamen,  
Perpes cum sanctis eu requies tibi sit.

Vide *Vocitamen.*]

† **VOCAMENTUM,** Vocatio, citatio. Leges Norman. cap. 52. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 253 : *Vocamentum autem garanti terminationem querelurum prorogat.*

\* Ubi vetus Consuetudo Gallica ex Cod. reg. 4651. habet : *Du Fouchement de garanti; ita inscribitur caput 52. part. 1. quod incipit : Fouchement de garanti proloigne la fin des plets.* A verbo *Vocher*, vocare in jus, citare; ut *Vogement*, eadem notione, a verbo *Vogier*, in Charta ann. 1355. tom. 2. Hist. Leod. pag. 420 : *Item se ungs homs fait aaltruy Vogier q' il lui doit,.... se cil qui seroit Vogie estoit fours de pais,.... de vera ly Vogement demourer jusqu'à sa revenue en suspens.* *Vocero*, Hispan. eodem intellectu. Charta Adef. reg. Aragon. pro Tutel. ann. 1165. in Reg. 53. Chartoph. reg. ch. 295 : *Nullas adducat ibi aliquam potestatem, vel aliquem militem aut infancionem per banderica, vel per Vocero contra saum vicinum.* Vide *Vocare*.

\* Aliud sonat vox Gallica *Voche* vel forte *Noche*, Mactran nempe, vulgo *Paîtrin*, in Lit. remiss. ann. 1466. ex Reg. 194. Chartoph. reg. ch. 230 : *Le suppliant ala en son hostel, ouquel il trouva contre une mect ou Voche etc.*

† **VOCANS,** pro Vocatus, appellatus. Præceptum Ludovici Pii inter Conc. Hisp. tom. 3. pag. 139 : *Villum nuncupatam Olinu cum suis terminis, et villam Vocantem Cacavianus.*

† **VOCARE,** Agnoscere, profiteri, Reconnoitre, declarare. Charta ann. 1234. apud Cencium inter Censu Eccl. Rom. : *Confessus est se recepisse ab eodem triginta libras denariorum senatus, de quibus se bene quietum Vocavit atque pacatum.* Alia ejusd. anni ibidem : *De quibus (denariis) me bene Voco quietum et pagatum.* *Vocher*, a Lat. *Vocare*, appeller, in Assisiis Hieros. cap. 27 : *Lui donra un an et jour de respit de ses guavens amener, se il les Voche outrenner.* Cap. 67 : *Se il les a Vochés au Royaume ou il est, il*



*ya quinze jours de respit... et quiles Voche deca mer hors dou Royaume, il en a 40. jours de respit. Vocher à garant, ibid. cap. 68. et 69. Voucher un record, in Consuet. Norman. lib. 2. cap. 4. Vouchement de garant, ibid. cap. 50. Voer, in Legibus Guillelmi Notlii cap. 43.*

¶ **VOCARI.** Cod. Theod. leg. 7. de Oper. publ. (15,1): *Ad hujusmodi necessitatem Senatorum substantia non Vocetur; id est, non astringatur, non impendatur.*

¶ **1. VOCATIO,** Res, possessio, in quam aliquis vocem, seu jus habet; vel districtus intra quem illa consistit. Placitum ann. 933. inter Probat. novæ Hist. Occitan. tom. 2. col. 69: *Quod nullus comes, seu vicecomes, nec vicarius, nec centenarius, nec ullus homo in eorum (monachorum) Vocatione, in illorum monitæ preudidisset nec boves, nec cabullos, etc. Vide Fox 4.*

2. **VOCATIO,** Vox in asceticis frequens, [Gr. *ἄσκησις*, Officium.] Cæsarius Arelat. serm. 17: *Et ideo non solum frequenter, sed multis vicibus deprecor, ut unusquisque vestrum Vocationem suam consideret, et in quocunque statu vel gradu Domino vocatus est, in eo permaneat, si non vult in æternum perire, nisi forte in melius proficiendo ud districtorem vitam ascendere cupiat.*

**VOCATIO,** in Litanis, cum sancti alicujus nomen decantatur, in Concilio Cloveshovensi ann. 747. cap. 17.

¶ **VOCATIO DOMINICA,** E vita excessus Domino vocante, mors. Forma electionis Episcopi apud Acher. tom. 8. Spicil. pag. 154: *Igitur metropolitano Dominica Vocatione rebus humanis vitæque perfuncto, etc. Sua Vocatione præscita, in Vita MS. S. Martialis Lemovic.*

\* Nostri *Vocatione* de signis et nutibus dixerunt. Lit. remiss. ann. 1409. in Reg. 164. Chartoph. reg. ch. 191: *Guillaume Erambour doubtant que le mary de sa fille ne s'aperceust de telles Vocutions, etc.*

\* **VOCATOR GENTIUM** dicitur S. Paulus Apostolus, in Charta Lietberti episc. Camerac. ann. 1076. ex Tabul. ejusd. eccl.

**VOCATORIE LITERÆ,** Vocatoriæ, citatoriæ. Alexander II. PP. 12: *Age modo, debitum tenentes ordinem, et adversariis tuis Vocatorias literas dirigemus, et tibi tueque Ecclesie justitiam exequi procul dubio pollicemur.* [Gloss. Lat. Gr. *Vocatorium, ἀνατινω.* In MSS. Sangerm. *Citatorium.*]

**VOCATORIA EPISTOLA,** in Ordine Romano dicitur, qua is, qui absens in Episcopum alicujus Ecclesie a Clero et plebe electus est, ad hanc dignitatem capessendam evocatur, directa Epistola a Metropolitano ad Episcopum et Presbyteros, ex quorum diocesi et parocia est electus. Istiusmodi Epistola formula ibidem describitur, hisque verbis clauditur: *Ob quam rem hunc direximus admonitionem, quemadmodum optime placuit sanctæ Synodo, Episcopum sine Vocatoriæ suscipi non debere, ne obscuritas dubie ordinationis incurrit.* Vide Diurnum Rom. cap. 3. tit. 2.

**VOCATORIUM,** Psalmus invitatorius. Ordo Officii in domo S. Benedicti [apud Mabill. tom. 4. Anallect. pag. 455:] *Congregati omnes in oratorio versum non dicant, nec Vocatorium, nec Presbyter compleat,*

*nec orationem dicat, etc.* [Vide *Vitarium.*]

¶ **1. VOCATUS,** Nomen, appellatio. Tertull. adv. Hermog. cap. 25: *A cujus habitu quid divertit, pariter et a Vocatu ejus recedit, appellationis, sicut et conditionis proprietate.* Vide *Vocamen.*

¶ **2. VOCATUS,** pro Advocatus, patronus. Teuton. *Vogt.* Charta Alaman. Goldasti 32: *Recepit pretium venditor ab emptore, cum Vocato suo Honorato, et cum Majore suo Abraham. Vide Vogtetus.* [\*\* *Liceat præfato venerabili episcopo suisque successoribus et suo Vocato res predictæ ecclesie... quieto ordine possidere,* in chart. Arnolf. reg. ann. 889. apud Mæser. Histor. Osnab. Probat. num. 7. et 8. *Monasterii sanctimonialium in Herzenbroch Vocatus,* in chart. Otton. II. ann. 976. ibid. num. 16. noviss. edit.]

3. **VOCATUS EPISCOPUS,** Formula loquendi sat frequens in designandis Episcopis electis, sed nondum consecratis. Verbi gratia in Synodo Belvacensi ann. 845. in Capitul. Caroli C. tit. 4. Hincmarus Remensisita postremus Episcoporum vocatur, *Hincmurus Presbyter et Vocatus Archiepiscopus.* Vide Notas Baluzii ad hunc locum tom. 2. Capitular. pag. 1262. præterea tomum 2. Spicilegii Acheriani pag. 587. tom. 2. Hist. Franc. pag. 341. etc.

¶ **¶** Frequentissima tametsi occurrit hac notione allata formula; monet Mabillonius Diplom. cap. 20. § 3. lib. 2. non idcirco electum duntaxat esse dicendum quemque Episcopum, qui eo modo subscribitur, quando sola modestiæ causa hac uti formula potuit; ut S. Bernardus qui in epistola 14. ad Honorium Papam nomen suum inscribit: *Frater Bernardus Vocatus Abbas.* Consule Mabillonium loco laudato.

¶ **¶ VOCE,** Βῶξ, ἰχθύες. Glossæ Lat. Gr. editæ et MSS. Sangerm. In Regiæ habent: *toce, pisces sunt.* Infra: Βῶξ, *pisces habens magnum ventrem.* Cujacius legit, *Bogus.*

\* **VOCEMISSARIUS,** inter officiales inferioris gradus recensetur, f. idem qui Nunciatus, in Bulla Steph. IX. PP. ann. 1058. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 976: *Ita sane juvenis, ut nullus dux, sive marchio: comes, vicecomes, gastaldus, curialis, exactor, decanus, Vocemissarius, vel etiam ulla personæ hominum audeat intercedere vel constringere hoc, quod a nobis constitutum et confirmatum est.* Vide *Vocemissarius.*

¶ **VOCGRIUM.** Vide infra in *Vogrunum.*

¶ **VOICIBILITAS,** Objurgatio. *Ut nullus audeat confugientes ad ecclesiam, vel residentem inde vi abstrahere, aut quidcumque Vocibilitatis, vel damni, seu spoli residentibus in loco sancto inferre.* Can. definiit quæst. 4. Ita Marci in Hierolexico. Sed legendum videtur *Nocibilitatis.* [\*\* Quod legitur in Decret. part. 2. caus. 17. qu. 4. c. 35.]

**VOCIDUCTUS,** Tubus, canalis cavus, seu fistula, per quam vox emittitur. Epistola 28. incerti ad Dardanum de diversis generibus musicorum, tom. 9. operum S. Hieronymi, de Tuba: *Tribus fistulis æreis in capite angusto inspiratur, in capite per quatuor Vociductus æreos, qui per æreum fundamentum quaternus voces producunt, etc.*

**VOCIFERARE,** Vocare in jus. Vetus Placitum, apud Franc. Mariam in Mathildi lib. 3. pag. 117: *Unde plures vices eum Vociferare fecistis, ut ad vestrum placitum venisset, etc.* Eadem habentur verba in alio Placito ibidem pag. 155. Ita apud Codinum de Orig. CP.: *ἀπειθε τῆς ἐξουσίας, φωνήσων αὐτούς.*

¶ **VOCIFERARIUS.** Vide *Vocipararius.* **VOCIFERATIO,** Idem quod *Huesium,* quod vide. Leges Henrici I. Regis Anglæ, cap. 12: *Qui jurem plegiatum dimiserit, qui ei obviaverit, et gratis sine Vociferatione dimiserit, etc.*

**VOCIMISSARIUS,** *Præco,* in Glossematibus MSS. ad Prudentium, in cod. 561. Bibl. S. Germani Paris. qui vocem emittit. [\*\* Vide *Vocemissarius.* Maius in Gloszar. novo: Comment. MS. ad Mart. Cap. lib. 1: *Præcones dicuntur Vocemissarii, qui adventum judicum prænuntiant.* Item Schol. MS. ad Juven. Sat. 1. vers. 44: *Quos in schola Vocemissarios dicunt. Cum illac clumaverint omnium multitudo collaudat.* Item sat. 7. vers. 44. *Magnas comitum voces,* gloss. MS. *Vocemissarios.*]

**VOCIPARARIUS,** *φωνασκητής,* in Gloss. Gr. Lat. ex emendatione Salmasii; nam editus et MS. codex habent *Vociferarius.* Est autem *Vocipararius,* qui vocem parat, seu magister formandæ vocis, qui Græcis *φωνασκός.*

¶ **¶** Haud necessaria videtur emendatio: nam præter Glossas Lat. Græc. occurrit etiam in Ordinario S. Protadii Vesont. pag. 30. *Collegerunt cantatur studiose, qua finita eligantur duo Vociferarii qui content versum.*

¶ **VOCISSIMUS,** ἠχώ, in Gloss. Lat. Gr. Vulcanius emendat, *Vocis similis:* Meursius vero, *Vocis sonus.* Gloss. Græc. Lat.: *ἠχώ, sonus, Vocissimus, resona, resultat.*

¶ **VOCITAMEN,** Vocabulum, nomen, appellatio. Charta ann. 1018. inter Instr. tom. 4. Gall. Christ. novæ edit. col. 139: *Que vite spiraculo plenu Vocitamen de sui matheria figmenti dicitur esse sortita.* Vita S. Vincentii Madelgarii tom. 3. Jul. pag. 669: *At mater regia Francorum stipe venam ducens, et Onoguera Vocitamen habens, eidem viro illustrissimo jure connubioli erat inserviens.* Vide supra *Vocamen.*

¶ **VOCLUCA,** ἐλέφας, in Gloss. Lat. Gr. Legendum *Bos luca* pridem monuerunt Lipsius, Delrius, et alii.

¶ **VODANUS,** Deus a populis Septentrionalibus cultus. Vide in *Wodan.*

¶ **VODEGELDUM,** ut infra *Wodegeldum.* Vide *Gillum.*

**VODER,** Mensuræ Teutonice species. Theloneum Monasterii S. Bertini: *Ligna textoris, 2. den. Voder allium, 2. den.*

¶ **VODUM,** f. Fossa. Charta Alfonsi VII. Imper. Hisp. æræ 1115. apud Ant. de Yopez in Chron. Ordin. S. Benedicti tom. 6: *Item intra istos terminos nullus intret pro castelevia, nec pro rogo, nec pro Vodo, nec pro maneria.* Leg. forte *Vudum.* Vide in hac voce.

¶ **VOERIA,** ut *Viaria.* Vide *Varius.*

\* **VOETVAL,** vox Belgica, Actio sese ad pedes alicujus prosternendi. Lit. remiss. ann. 1420. in Reg. 171. Chartoph. reg. ch. 242: *Se fu à Wurneston sur le halle*



implorée la mercy dudit fait, que on appelle en Flament de Voetval ghedaen.

\* **VOGARE**, vox Italica, Remigare. Charta ann. 1340. tom. 4. Cod. Ital. diplom. col. 1935 : *Intelligenti galeæ et ligna armata, quæ ducunt ultra unum hominem pro banco ad Vogandum..... tempore pacis; tempore vero guerre, intelligenti galeæ armatæ, quæ Vogabunt seu habebunt ultra Vogerios centum viginti.* Vide mox *Vogherii*.

¶ **VOGATIUM**, Præstatio abii qui super fluvium navigant exsolvenda; *Voguer*, navigare, Galli dicimus. Bulla Leonis IX. PP. apud Mabill. tom. 4. Annal. Bened. pag. 735. col. 2 : *Telonea quæ ad portum Vetraria sunt super fluvios Taunaco et Itta, et portum qui dicitur Sellis, et Vogatium super fluvium Ligerim ipsi adhuc viventii sancto Remaelo tradidit.*

¶ **VOGATUS**, pro Vocatus, in Judicio ann. 821. inter Probat. tom. 1. novæ Hist. Occitan. col. 56.

¶ **VOGELEN**. Charta ann. 1283. apud Miræum tom. 1. pag. 319. col. 2 : *Item recognoscimus venationem, piscationem et aucupium seu avium captationem, Teutonice Vogelen, ubique supra bona sua esse suas.*

**VOGHERII**, Nautæ, [remiges. Gall. *Vogueurs*. Bartholomæi Scribæ Annal. Genuens. ad ann. 1244. apud Murator. tom. 6. col. 509 : *Et continuo paratæ fuerunt in Janua galeæ omnes, et electi in ipsis supersalientes et Vogherii quicumque deberent ascendere in eis.*] Conventiones inter Michaëlem Palæologum Imp. et Genuenses ann. 1261. a nobis editæ : *Supersalientes uniuscujusque galeæ PP. 100. ... Panetarius uniuscujusque galeæ... Vogherii 108. uniuscujusque galeæ PP. 88. etc.* In Charta Gallica habetur *Vogueors*.

\* *Vagueurs*, in Lit. remiss. ann. 1373. ex Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 69 : *Lequel suppliant fu retenu en nostre service pour la guerre de la mer, là où il nous a servi comme Vagueur en l'une de nos galeës, de laquelle Angelin Nige estoit patron. Vauchiere, eadem acceptione, vel pro Remus, apud Monstrel. vol. 3. fol. 59. 1<sup>o</sup> : *Quatrevingt galiotes de dix-huit à vingt Vauchieres.**

¶ **VOGRANUM**, Spicæ non omnino trituratæ, minoraque stramina quæ ventilatione a tritico separantur, idem, ut videtur, quod *Hauto* alibi, vel *Gaspaleum* dicitur. Charta ann. 1163. ex Tabul. Majoris Monast. : *Major noster S. Peregrini Guillelmus Chabart dicebat se habere in grangia nostra apud S. Peregrinum areæ scopationem, sedem moncelli segetum in grangia congregatarum, et Vogramum grangix cum tractu decimæ.* Vide *Volgrauum*.

¶ **VOGREIUM**, **VOGRIUM**, Eodem intellectu. Chartul. S. Vincentii Cenoman. fol. 10 : *Proponebat... se debere habere de altari unum panem, tractum quoque decimæ anonæ, ... et quantum vineam et plateam domus de quibus erat contentio, et totum Vogreium et duas partes paleæ.* Ibidem : *Similiter Simon habebit in palea tertiam, sacerdos aliam abbas tertiam. In Voegrio nihil recipiet Simon.*

\* *Virgrain*, eodem intellectu, in Lit. remiss. ann. 1401. ex Reg. 156. Chartoph. reg. ch. 267 : *Ouquel son pré Pierre Racine*

*vit le filz d'un appelé Martin et le filz de feu Regnault, qui garloient les bestes;.... auxquelz il dist qu'ilz avoient fait mengier son Virgrain, et que encores venoient-ilz faire mengier ses pastures.*

¶ **VOGTETUS**, Advocatus, a Germ. *Vogt*. Vide *Voietrecht*. Chron. S. Michaelis Hildesh. apud Leibnit. tom. 2. Script. Brunsvic. pag. 402 : *Constituit pro Vogteto Borchardum Schraderum juniorem.*

¶ **VOGTBUS**, Eadem notione. Vide in *Voietrecht*.

**VOGTMAN**, Clens, qui se alicujus imperio, vel tutelæ subjecit, *Commendatus*; vox Germanica, ex *Vogt*, Præfectus, Patronus, Advocatus, et *mann*, homo. Fridericus II. Imp. in privilegii Ratisbonensis urbis anno 1230 : *Quicumque residens in civitate impeditus fuerit, quod sit Vogtman alicujus; et ille civis existens collectas det nobis et Episcopo, tanquam alius civis, nulla postmodum Advocato servitia exhibebit per coactionem, etc.* [Charta ejusd. Imper. ann. 1219. apud Tolner. inter Instr. Hist. Palat. pag. 68 : *Item quicumque domius aut creditor alicui Nurenburgeusi accomodata reddere renuerit, mansionarius illius aut mercator, vel suus Vogtman, erit pignus Norinbergen-sibus.*] [\* Advocatus. Vide *Haltaus*. Glossar. German. voce *Vogtmann*, col. 1978.]

¶ **VOGUES** dictæ vulgo in provincia Viennensi festivitatis oppidorum vel vicorum, quales sunt dedicationis ecclesiæ aut patroni, ad quas concursus fit ex vicinis parochiis, ut choreis et saltationibus indulgent. Conc. Viennense ann. 1557. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 447 : *Et ut occurratur frequentibus delictis atque offendiculis, que hactenus in celebratibus festorum oppidorum et pagorum hujus provincie perpetrata sunt; inhibuit hoc conelium ne deinceps in hujusmodi celebratibus festorum, quas vulgo Vogues vocant, choreæ, saltationes, jocolationes, ludi et cetera ejus farinae ludicra fiant.*

\* **VOIAGIUM**, Peregrinatio. Lit. remiss. ann. 1354. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 652 : *Eidem Johanni pœnam corporalem hujusmodi in peregrinationem seu Voiagium Beate Mariæ de Bologna, quam seu quod... nudus pedes et sine robis lingiis facere tenebitur.* Vide supra *Viagium* 1.

\* *Voiage*, pro Carrus vel Navis transiens, a nostratibus usurpatum. Lit. admort. ann. 1445. pro eccl. Vivar. in Reg. 177. ch. 151 : *Item trois avediers de sel, que souloit prendre Guillaume de la Roche sur chacun Voiage de sel passant par la riviere du Rosne. Voiagier, pro Messager, Nuntius, in Lit. remiss. ann. 1415. ex Reg. 168. ch. 395 : *Le suppliant gague volentiers sa vie à estre messagier et Voiagier pour autrui.**

¶ **VOIADAVA**, in Litteris Andree Reg. Hungar. ann. 1222. apud Cencium inter Censu Eccl. Rom. *Voiavada*, in Charta Belæ itidem Reg. Hungar. ann. 1233. ibid. *Voiavoda*, in alia ejusd. Reg. ibid. Idem qui supra *Vaivoda*. Vide in hac voce.

\* **VOICTURA**, a Gallico *Voiture*; Vectura, vectio. Obiituar. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 519r. fol. 235. 1<sup>o</sup> : *Duos bichetos boni frumenti, quos tenetur reddere Lingonis sine Voictura.* Hinc *Voicturon*, Vector, qui vecturas facit; in Lit. remiss. ann.

1410. ex Reg. 164. Chartoph. reg. ch. 223 : *Ces Voicturons et charretiers.... gasterent tout à mener paissant leurs chevaulx.* *Voituron*, in Statutis Maceriar. MSS. Vide *Voituarius*.

\* *Voiture*, alia notione, pro Clava lusoria scilicet, vulgo *Billard*, in Lit. remiss. ann. 1357. ex Reg. 86. ch. 22 : *Gilaut Norbelin.... feri ledit tavernier d'une Voiture ou billart sur le bras etc.*

¶ **VOIERIA**, a Gall. *Voirie*, Jurisdictio seu justitia *Viarii*. Charta Philippi Pulchri ann. 1307. in Necrolog. Eccl. Paris. : *Ceteraque omnia dominia, justitiam altam et bassam, et Voieriam ac omnia alia deveria, que habet et habere debet ratione dictæ domus.* Vide in *Viarius*.

\* *Voiere*, in Stabilim. S. Ludov. cap. 90. tom. 1. Ordin. reg. Franc. pag. 180.

**VOIETRECHT**, *Rectum* seu jus *Advocatiæ*, ex Germ. *Voiet*, vel *Vogt*, Advocatus, et *Recht*, jus, *rectum*. Charta Ottonis Comitum Palat. et Ducis Bavarix ann. 1235. in Metropoli Salisburgensi tom. 1. pag. 164 : *Statuentes, quod de prædicta curia nihil propter jus, quod Voietrecht dicitur, secundum antiquam consuetudinem a nobis vel a nostris successoribus exigatur.* Alia ann. 1224. ibidem pag. 237 : *Advocatum, quæ Kestene Vogtei dicta.* [\* Vide *Haltaus*. Glossar. German. col. 1979. voce *Vogtrecht*.]

\* **VOIGTING**. Charta Herm. march. Brandenburg. ann. 1303. apud Ludewig. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 378 : *Expedit tamen, quemdam judicarium vel judicii casum, qui Voigtding vel eheding nominatur, ibidem habere volumus.* Germ. *Voigt* vel *Vogt*, Advocatus. Vide *Voietrecht*. [\* Vide *Haltaus*. voce *Vogtding*, col. 1976.]

¶ **VOILLAGIUM**. Charta ann. 1123. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 245 : *Quirmarhocus filius Ristanet donavit Deo et S. Nicolao dimidium portum de Cordimense et medietatem expletorum portus, scilicet Voillagium, pedagium, pontonagium.* Leg. f. *Moillagium*, a Gall. *Moillage*, Præstatio pro statione navis exsolvenda : nisi a velum, Gall. *voile*, accersas, et ea sit præstatio pro nave quæ vela dat, pensitanda.

\* **VOISDIUS**, nostris *Voisdie*, Panni species. Lit. remiss. ann. 1406. in Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 127 : *Deux draps, un Voisdie et un burel; le Voisdie contenant vint verges et le burel onze verges.*

\* **VOITFUETER**, Mensuræ annonariæ species. Charta ann. 1280. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 2. pag. 144. col. 2 : *Super quodam jure, quod nobis videbatur contingere ab antiquo, in villa Tetendorf, unde aliqualem mensuram avenæ, quod Voitfueter dicitur, habere debebamus.* Vide *Fodrum*.

¶ **VOITUARIUS**, Vector, qui vecturas facit. *Voiturier*. Charta ann. 1379. ex Chartul. 21. Corb. fol. 351. 1<sup>o</sup> : *Erant in saisina et usu... ducendi et duci faciendi averia sua per chemina per qua volebant et per Voituaria per quos volebant sine emenda solvenda pedagiario Bappalmarum.* Occurrit rursus infra. *Voieturier par eau*, in Charta ann. 1476. ex Chartul. Latinac. fol. 245. 1<sup>o</sup>. Vide *Victierus*.

**VOIVODA**. Vide *Vaivoda*.

¶ **VOLAGIUM**. Vide *Evolagium*.

1. **VOLAGIUS**; ex Gall. *Volage*. [*Appel-*



*latio volagia*, Practicis nostris *Appel volage*. Vide in *Appellatio*. Arrestum ann. 1301. ex Tabul. S. Johannis Laudun. : *Super eo quod dictus abbas mitebatur contra ipsos uti appellationibus Volagiis.*] Petr. de Cuigneris tom. 13. Biblioth. Patrum pag. 79 : *Item plures habitatores terræ dicatorum prælatorum vocant se ad invicem ad Curiam officialium, ex quadam appellatione Volagia.*

¶ 2. **VOLAGIUS**, Sanguis volagiis, Vulus leve, Gall. *Blessure legere*. Franchisiæ urbis Lugdun. ann. 1320. apud Menestr. Hist. Lugdun. pag. 95. col. 2 : *Pro sanguine Volagio tres solidi sex denarii fortium novorum, si fiat sanguis cum baculo, lapide, vel gladio absque mutilatione membrorum, sexaginta solidi fortium novorum.*

\* Libert. villæ de Priseyo ann. 1243. tom. 3. Ordin. reg. Franc. pag. 596. art. 2 : *De triplici sanguine, triplex consuetudo invenitur; quia de sanguine, qui vocatur Volages, debentur tantum tres solidi.* Libert. villæ Ayriaci ann. 1328. tom. 7. earum. Ordin. pag. 316. art. 58 : *Qui maliciose injuriandi causa, alteri sanguinem fecerit siue gladio, excepto sanguine Volagio, etc.* Libert. Matiscon. ann. 1346. in Reg. 77. Chartoph. reg. ch. 111 : *Qui fieri de paine, ou de pain, de verge, ou de le gros baston, et sanz yssoit Volages, le fereour ne doit que trois solz.* Vide supra Sanguis 2.

\* *Volage*, Præteriens, advena, extraneus, in Lit. remiss. ann. 1377. ex Reg. 112. ch. 37 : *Trois compaignons Volages, et dont ladite Marguerite ne set les noms, vinrent en ladite ville de Neuvis ou baillage de Troies, etc.* *Volant*, eodem intellectu, in Lit. ann. 1414. ex Reg. 167. ch. 483 : *Lequel Besson, qui estoit Breton et compaignon Volant, qui n'avoit femme, ne enfans, ne riens que son corps.* Pro Idiota, Gall. *Idiot*, imbecille, legitur in aliis Lit. ann. 1386. ex Reg. 130. ch. 112 : *Lequel Huart est homme ancien et homme lunatique et insensible, et par plusieurs foiz comme Volage et ydiot.*

\* **VOLAXA**, Gall. *Volaine*, *Volant*, *Voulant*, Falcis species, vulgo *Serpe*, idem quod supra *Gota* 1. Lit. remiss. ann. 1441. in Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 399 : *Loys Bonneau ayant ung baston ferré, appellé Volant,.... frappa du bont du manche de sondit Volant etc.* *Volin*, in aliis ann. 1397. ex Reg. 152. ch. 309. Aliæ ann. 1451. in Reg. 185. ch. 265 : *Iceului Loys estoit embastonné d'un Voulant pour buissonner.* Aliæ ann. 1452. in Reg. 181. ch. 128 : *Jehan Brosse dist à la femme du suppliant qu'elle venist faire ce qu'il faisoit, qui estoit esguiser une serpe, appellée Volaine.* Guillaume Dalmas tenant en sa main ung *Voulain*, autrement dit *goyart*, in aliis Lit. ejusd. ann. ibid. ch. 226. *Vollain* ou *pétite serpe*, in aliis ann. 1453. ex Reg. 182. ch. 75. *Vollant*, in aliis ann. 1476. ex Reg. 201. ch. 94. Denique Lit. ejusd. ann. in Reg. 204. ch. 29 : *Une sarpe enmanchée, appellée in commun langaige Volant, etc.* Vide infra *Vougetus*.

¶ 1. **VOLARE**, Per vim auferre, furari, Gall. *Voler*. Vide supra *Involare*.

\* 2. **VOLARE**, dicitur de Nave velocius navigante, in Annal. Placent ad ann. 1481. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col.

967 : *Naves dimissas quasi numero 75. volenter desuper Padum Volare facti.* *Faire Vouler le dragon*, pro Vexillum explicare, in Lit. remiss. ann. 1383. ex Reg. 123. Chartoph. reg. ch. 235.

¶ **VOLARIUM**, f. pro *Volarium*, 2. Hortus. Charta ann. 1208. ex Tabul. S. Melanii : *Johannes dictus le Channe civis Rhodensis dedit prioratui S. Nicolai de Montfort plateam suam cum Volario sitam inter prioratum S. Nicolai de Montfort et furnum ejusdem prioratus.* Alia ann. 1257. ibid. : *Clemens le Gallet cum assensu et voluntate Flegæ uxoris suæ dedit in excambio priori S. Nicolai de Montfort Volarium corvuidem Clementis et Flegæ situm in parochia S. Nicolai de Montfort in dominio ejusdem prioris prope cimiterium S. Nicolai de Montfort, in clauso in quo vinea prioratus S. Nicolai sedet.*

¶ **VOLERIUM**, Eodem significato, in Charta ann. 1230. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 962 : *Concessimus insuper eidem Volerium pone pressorium.* Hinc emendanda Charta ann. 1231. ibid. col. 965 : *Manerium de Brion cum Valerio juxta pressorium.* Leg. *Volerio*.

**VOLATA**. Monasticum Anglicanum tom. 2. pag. 139 : *Et dimidium hidam, quæ fuit Gaufrid, cum prato, quod ad easdem terras pertinet, et unam croftam et Volatam, quam Hemmingus Presbyter solebat habere, et pannagium de propriis porcis suis etc.* [Vide *Volarium*.]

\* **VOLATICHA**, Farina subtilior, quæ ab aeris motu jactatur. Stat. Vallis-Ser. cap. 59. ex Cod. reg. 4619. fol. 116. rº : *Conductores.... ipsorum molendinorum.... non possint nec debeant tenere in ipsis molendinis.... assides, pannos, nec aliquas res pro capiando Volaticam, nec farinam.*

¶ **VOLATICUS**, pro Volatilis. *Harpixæ*, virgines *Volaticæ*. Gloss. Isidor.

**VOLATILE**, Proprie pro eo avium genere, quæ in cortibus rusticis nutriuntur. *Volature*, in Consuetudine Aquisi tit. 12. art. 9. *Vulture*, in Aurelianiensi art. 162. Conventus Aquisgranensis anno 817. cap. 8. et Addit. 1. Capitul. cap. 8 : *Ut Volatilia intus forisque, nisi pro infirmitate, nullo tempore comedant (Monachi).* Adde cap. 9. Joannes Italus in Vita S. Odonis Abbat. Cluniac. lib. 3 : *Ibat autem circa pedes grex cornicium, quas nos Gallinas vocamus. Tunc quasi furens quoddam bacillum arripuit, et, quam ei placuit, percussit, ac furibundo ore dixit : Hæc erit hodie mihi piscis. Cæteri siquidem, qui circumstant, cum quollam rubore caperunt ei dicere, fortassis licet tibi carnem comedere, pater? At ille, Volatile, inquit, non est caro, Volatilia enim et pisces unam habent originem, etc.* Adde Constantinum Africanum lib. 1. de Morbor. cognit. cap. 10.

¶ **VOLATILIATICUM**, Præstatio ex volatilibus. Charta Ludovici VII. Reg. Franc. ann. 1173. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 327 : *Donamus etiam tibi et tuis successoribus in ipso comitatu pulveraticum, pascuarium, piscaticum tam maris quam stagni et aque currentis, Volatiliaticum, in salinis, theloneis, etc.*

\* Ita quoque legitur in Charta Caroli Calvi tom. 8. Collect. Histor. Franc. pag.

496. quæ mox laudatur, pro *Volitaticum*, editum inter Probat. tom. 1. Hist. Occit. col. 95.

¶ **VOLITATICUM**, Eodem significato. Charta Caroli Calvi ann. 848. inter Probat. tom. 1. novæ Hist. Occitan. col. 95. pro ead. Eccl. Agathensi : *Piscaticum tam maris quam aque currentis, Volitaticum salinaticum, etc.* Sed leg. videtur *Volatiliaticum*.

¶ **VOLATILIS COLUMNA**, f. Tortilis. Anastasius in Vitis PP. apud Murator. tom. 3. pag. 203. col. 2 : *Simulque et columnas Volatiles tam in ingressu corporis dextra, etc.* Vide *Vitineus*.

\* **VOLATILIS NUMMUS**, Levioris, quam par est, ponderis, adco ut flatu agitetur. Charta Cunradi archiep. Magdeburg. ann. 1226. apud Ludewig tom. 12. Reliq. MSS. pag. 318 : *Quid mirum, si caduntur infra civitatem denarii, extra muros nunime sint dativi, pro eo quod librati in satera, statenam cras et hodie non teneant uniformem, imo de die in diem cudi soleant leviores, pro parvissima vi flaminis usquequaque Volatiles.*

¶ 1. **VOLATUS**, Venatio cum accipitre, ut videtur. Charta ann. 1461. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 1224 : *Inter prædictum Regem, Ducem et suos fuerunt plurima colloquia super venationibus, Volatibus, et aliis amenitatibus suis per aliqua tempora.*

\* Tempus, quo rusticulæ gregatim accedunt, vespere nempe, nostri designarunt per *Volée d'assée*. Lit. remiss. ann. 1454. in Reg. 191. Chartoph. reg. ch. 35 : *Entre Volée d'acée et jour couchié etc. C'estoit devers le soir à Volée d'assée*, in aliis ann. 1476. ex Reg. 201. ch. 74. *Volée*, Trutinæ libratio, in Lit. ann. 1376. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 194. art. 5 : *Et n'aura de Volée du fort au feble (denier) que deux grains.* *Volée* præterea, pro *Alle*, Ala; quo nomine appellatur Vectis transversarius carthesii, in Lit. remiss. ann. 1450. ex Reg. 184. ch. 46 : *Le suppliant se appuya contre la Volée du windas estans sur le rivage d'icellui kay.*

¶ 2. **VOLATUS**, f. Locis in quo volatilia includuntur. Charta apud *Madox* Formulæ Anglic. pag. 378 : *Dederunt nobis et successoribus nostris dicti abbas et monachi unam partem bosci qui vocatur Crattel, sicut per certas divisas separatur per riam inter boscum nostrum de Odybern et Volatum Ricardi le Hore.*

¶ 3. **VOLATUS APUM**, Jus in apum examinibus : idem quod *Abollagium*. Vide in hac voce. Charta Caroli Comit Flandr. ex Tabul. S. Bertini : *Volatus apum totius silvæ de Grenni conceditur abbati.*

\* 4. **VOLATUS**, **VOLATA LIGNA**, Rami ab arbore, ventorum vi aut alia ratione avulsis, nostris *Volais*. Charta Phil. Pulc. ann. 1308. in Reg. 44. Chartoph. reg. ch. 146 : *Donamus.... liberum usagium ad omnia ligna, videlicet arescentia sua sicca, stantia et jacentia, necnon et viridia versata et Volata, jacentia seu caduca in boscis seu silvis, quæ vocantur defensa.* Alia Phil. V. ann. 1320. in Reg. 59. ch. 485 : *Donamus usagium in foresta nostra de Calvonneto, in usagio dicto ad feminas, in nemore sicco, stante scilicet et jacente, viridique jacente ac*



dicto *Volaz* et mortuo. Vide *Cabulus*.

¶ **VOLAX**, Volucris, velox. Petrus Damiani lib. 3. Epist. 8 : *Atque ut Volaces gressus accelleret, exoratur.*

\* **VOLEAT**, pro Velit, in Capitul. Caroli Calvi ann. 856. cap. 14 : *Et si aliquis fuerit de vobis, qui Voleat dicere, quia non credit senioris nostri fidem, etc.*

\* **VOLEMA**, an a *Volemo*, poma quævis significantur, Gall. *Fruits*? Lit. remiss. ann. 1416. in Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 540 : *Bernardus de Castronovo et nonnulli alii in studio Tholosano studentes ad ludum lignibolini sive chucarum luderunt pro vino et Volema.*

**VOLEMUM**, Gallica lingua, bonum et magnum dicitur, inquit Papias, ex Isidoro lib. 17. Orig. cap. 6. Glossæ Lat. : Gr. *Volemi*, κολοκυνθιδες, ἀπιω. [\* *Malum*, loco magnum, habet Glossar. vetus ex Cod. reg. 7613.] [\*\* Apud Serv. ad Æn. lib. 3. vers. 233. *bona et grandia pira.*]

\* **VOLEMUS**, *Raura*. Versus :

Planta Volemus erit pira dans, verboque Volemus. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. [\*\* Vide Forcell. in *Volema*.]

¶ **VOLENTES**, Qui non ex officio, sed sponte et voluntarie serviunt, Gall. *Volontaires*. Charta Ludovici Reg. Comit. Provinciae ann. 1409. ex Schedis Præs. de *Mazaugues* : *Jus inquirendi, procedendi, ac puniendi officiales et servitores nostros, qui Volentes dicuntur, et sunt ad honores, et nostræ Majestati et Curie continuo actu non serviunt.* Vide *Voluntarii*.

**VOLENTIA**, Voluntas. Felix in Vita S. Guthlaci in prologo n. 1 : *Sciat nos hoc opusculum non tam Volentie, quam obedientie gratia incæpisse.*

\* **VOLERIA**, an Advena, extraneus? Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 81. ex Cod. reg. 4622. A : *Item quod nulla Voleria vel alia persona ponat busanus, stercora in via publica.* Vide supra in *Volagus* 2.

¶ **VOLERIUM**. Vide supra in *Volarium*.

\* **VOLES**, f. Hortus. Vide *Volarium*. Placit. ann. 920. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 19. col. 1 : *De ipsos campos unde Geosaldus interpellavit jam dicto Ansemiro presbytero ante domno Uberto episcopo, et de Voles minores usque in ipsa langana, et ad ponte majore, ipsas decimas, qui ibidem fuerunt de ipsa laboratione, etc.*

¶ **VOLETUS**, Velum minus. Inventar. Eccl. Noviom. ann. 1419 : *Item unus Voletus sericus ad rigas sericas diversorum colorum.* Leg. f. *Voiletus*, a Gallico *Voilet*.

\* Hinc nostris *Volet* et *Volet*, Capituli tegumentum. Matth. de Couciaco in Carolo VII. pag. 665 : *Et estoit son chef (de cette dame) paré de ses cheveux beaux et blonds, ayant par-dessus une toque, affulée et couverte d'un Volet fort enrichy de pierres.* Lit. remiss. ann. 1390. in Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 254 : *Le suppliant print un bout le Volet ou cuevrechief que icelle Michielle avoit sur sa teste. Un quevrechief ou Volet*, in aliis ann. 1403. ex Reg. 158. ch. 90. *Volet* etiam appellatur Jaculum quoddam. Lit. remiss. ann. 1476. in Reg. 195. ch. 1592 : *Le suppliant joua*

*et tira d'un arc... une sayette ou Volet.* Alia ann. 1479. in Reg. 205. ch. 453 : *Le suppliant remonstra qu'il n'avoit point de fleches pour tirer; mais seulement avoit un petit Volet.*

\* **VOLGE**, Jus, quod domino capitali competit persequendi suos homines, cum eo inconsulto ad alium dominum transierunt. Charta ann. 1183. apud Ludewig. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 377 : *Quod nullus in episcopali curia et sala, ac ipsarum attentionis jus feudale, quod Volge vulgariter appellatur, debet vel potest habere.* Vide supra *Secta* 10.

¶ **VOLGERE**, vox Ital. Vertere, Gall. *Turner*. Acta S. Franciscæ tom. 2. Mart. pag. 131 : *Vultum iste Archangelus a loquentibus in aliam partem Volgebat.*

\* Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 79 : *Varrochium hoc est utilissimum levandi omne magnum pondus cum duobus sudibus, et homines esse debent quatuor ad Volgendum varrochium, causa trahendi altius campanam.* Hinc

¶ **VOLGOLUS**, Instrumentum versatile. Statuta Mutin. rubr. 294. fol. 58 : *Quod ad hauriendam aquam (de puteo) sit Volgolus habens catenam longam cum duabus situlis, una videlicet ob uno latere catenæ, et altera ab altero capite dictæ catenæ. Et quod ad ipsum Volgolum sint aspæ opportune ad hauriendam aquam.*

\* **VOLGONIUM**, Instrumentum versatile. Lib. MS. Mirac. S. Thomæ Cantuar. ad calcem ejus vitæ a Joan. Sarisber. scripta : *Posita est itaque juxta lignum sarcinula pellium, lane, linteæ, togæ cum ferramento, quod Volgonium vulgus appellat.* Vide *Volgolus*.

**VOLGRANUM**, [VOLGRENUM, ut supra *Vogranum*.] Tabularium S. Benigni apud Perardum pag. 138 : *Quietam clamaverunt querelam, quam habebant adversum nos de redesima decimæ, et Volgrano, et coureio, et de domo, quam habemus ibidem.* Vetus Charta apud Beslium pag. 400 : *Quidquid in horreo et in area habebant, garbas, atque Volgrenum, etc.*

¶ **VOLIPES**, Pernix, velox pedibus. Liutprandi Hist. lib. 2. cap. 28. apud Murator. tom. 2. pag. 438. col. 1 : *Rex nonnulla his similia dicere cæperat, quum Volipes nuncius Hungaros in Meresburgo... esse nunciabat.* Vita S. Gerardi sæc. 5. Bened. pag. 270 : *Non distulit humilissima petitione per Volipedem legatum efflagitare, quatenus ad sui præsentiam usque dignaretur desfatigare.*

¶ **VOLITIATICUM**. Vide *Volatitaticum*.

¶ **VOLITUS**, pro *Bolidus* vel *Boleus*, Fungi genus, in Vita S. Pardulfi ex Cod. Lemovic. laudato a Mabill. sæc. 3. Bened. part. 1. pag. 576. Locus est in *Lemiga*.

**VOLLEHEN**. Vide *Fahnehen*.

\* **VOLONES**, Milites voluntarii, in Onomast. ad tom. 2. Maii, ubi error est in numeris. Vide *Voluntarii*.

\* **VOLONTATUS**, pro *Voluntarius*. Stat. MSS. eccl. Corisopit. : *Omni Volontata seminis emissio, mortale peccatum est, nisi per matrimonium licitum excusetur.*

\* **VOLSINA**, Vestis pellitæ species. Chartul. S. Joan. Angeriæ. fol. 176. vº : *Habuerunt autem pro hac de charitate S. Johannis triginta solidos et uxor illius unam Volsinam de galebruno (cum) pellibus suis.*

¶ **VOLSSORS**. Statuta Massil. lib. 3. cap. 18 : *Statuimus quod in lapidibus vendendis in Massilia, et ejus territorio servetur hæc forma, scilicet quod Volssors habeant duos palmos, etc.* Subesse mendum videtur.

**VOLSURA**. Vide *Rufa*.

¶ 1. **VOLTA**, Fornix. Vide *Volutio*.

¶ 2. **VOLTA**, Terra locum aliquem circumcludens; *Vautar*, circumagere, *Vauto*, ambitum, dicunt Provinciales. Charta ann. 1110. in Chartul. Aptensi fol. 73 : *Damus la Volta dal molin en Vercennum ad vineam plantandam, tali tenore ut... in perpetuum tres partes habeant, et de omnibus arboribus in supradicta Volta plantatis quartam partem canonicis reddant.* Hinc *Volte* nuncupantur loca quædam aquis circumclusa. Charta S. Odilonis ann. 1025. sæc. 6. Bened. part. 1. pag. 635 : *Incepimus edificare ecclesiam in quodam proprio juris monticulo, qui Volta vocatur, eo quod præterfluentibus aquis Hyllaris fluminis, partibus ex tribus concluditur, et, ut ita dicam, quasi sinuatum involvitur.* Extant præterea *Volta de Ventadour*, in pago Vivariensi; *Volta Podemniaca*, in pago Valavio. Vide *Valesium* in *Notit. Gall.* pag. 621.

¶ **VOLTA**, Margo putei, quia in orbem est. Chron. Parmense ad ann. 1307. apud Murator. tom. 9. col. 866 : *Et in ipsa contracta fuit Parma (flumen) sic magna, quod fruit desuper Voltus puteorum contractæ, ita quod puteus implevit.*

¶ 3. **VOLTA**, Ornamenti genus, f. *Circulus*. Statuta Vercell. lib. 2. fol. 27. vº : *Appellatione jocalium intelligatur garlanda una quæ portatur omni die,.... et Voltu una et coatie quæ portantur omni die.*

\* 4. **VOLTA**. Italis, idem quod *Vicis*. Charta ann. 1199. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 709 : *Qui concorditer laudaverunt ut assazatores Ferrarie habeant pro assazatura salis pro unaquaque navi de sale, sive sit parva, sive sit magna, pro unaquaque Volta, septem imperiales, et non plus.*

\* *Volte* vero, a Lat. *vola*, Alapam, vulgo *Soufflet*, sonat, in Lit. remiss. ann. 1392. ex Reg. 143. Chartoph. reg. ch. 96 : *Arnault de la Forge malicieusement toucha de sa main sur la poitrine ledit barbier, et lui donna une Volte. Voulte d'œfs*, pro *Onetelette*, *Ovorum* intrita, in aliis Lit. ann. 1388. ex Reg. 132. ch. 314 : *Ainsi que Jaquin Chiffot et l'exposant buvaient ensemble, et que ledit Jaquin s'estoit levez de son escot pour aler faire une Voulte d'œfs, etc.*

¶ **VOLTARE**, Concamerare. Vide in *Volutio*.

¶ **VOLTICIUS** Pons, Versatilis, Gall. *Pont tournant*. Petrus Azarius apud Murator. tom. 16. col. 435 : *Et tunc deliberati pontem Kolticium ipsius terræ depresserunt et parte qua gens erat marchionis.* Vide in *Pons*.

**VOLTO**. Charta Italica ann. 1356. in Hist. Bononiensi lib. 1. pag. 25 : *Juxta viam publicam,.... juxta Voltonem antique portæ civitatis, etc.* Idem forte quod *Volta* 1.

¶ **VOLTURA**, in Charta Cluniac. apud Ægidium Bry in Hist. Comit. Pertic. lib. 2. pag. 72 : *Volturam etiam molendini qui in ipso stagno situs est de anonnis suis concedo eis.* Sed leg. videtur *Moltura*. Vide in *Molta*



2. *Voltura*, pro Fornix, vide in *Volutio*.  
**VOLTURIUM**, ὑψ, in Gloss. MSS. Sangermanensi, Vultur, nostris etiam *Votour*, seu *Vnutour*.

**VOLUBILIS**. Vide *Monubilis*.

\* **VOLUBILIS**, Involutus, implicatus, Gall. *Embrassé*. Charta Joan. dom. Castriuil, ann. 1279. in Chartul. Cluniac. ch. 307: *Nos predictus Johannes dominus Castriuilani et Luziaci ad evitandum juris et consuetudinis Volubilis laqueos et advocatorum versutum, etc.*

\* **VOLUBRUM**, *Velle*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

† **VOLUCLUM**. Vide *Volucrum*.

† **VOLUCRARE**, *Subigere*, in Gemma.

**VOLUCRES DENARII**, vulgo *Vlieghers*, in Legibus Opstalbonicis Frisæ cap. 21. Kiliano, *Vliegher*, est drachma, nummus 4. stufferorum, aquila, sive angeli volantis effigie donatus.

**VOLUCRITARE**, Celeriter locum pertransire instar *volucris*. Occurrit in Vita S. Samsonis Episc. Dolens. Vide locum in *Vendis*.

† **VOLUCROSUS**, Abundans volucris, in Carmine de Laudibus Lutetiæ ad calcem Consuetudinum Universit. Paris. per Robertum *Goulet* edit. ann. 1517.

**VOLUCRUM**, Involucrum, quo peregre euntis sarcinæ ac vestes conduntur, ac involuntur, Gallis *Male*, portemanteau. Glossarium S. Bened.: *Volucrum*, ἔκλυρα. Gregorius Turon. lib. 3. Hist. cap. 15: *Unum etiam Volucrum cum vestimentis tolentes*. Lib. 4. cap. 26: *Cumque hæc collectis rebus, factisque Volucris, a canobio pararet egredi*. Adde lib. 5. cap. 19. In *oblivionis Volucrum delabi*, in Vita B. Mariani Abb. Ratisp. n. 1.

† 1. **VOLVERE**, Expellere, ejicere, Gallice *Chasser*. Inquisitio ann. 1268. ex Schedis Præs. de *Mazaugues*: *Et custodiebant oves suas in dicto territorio alte et basse sine prohibitione nlicujus, et non vidit quod aliquis Volveret eos, nec ejiceret de dicto territorio*. Infra: *Et non inveniebant qui Volveret eos, nec diceret eis: malefactus quia huc venistis*. Rursus: *Nullus Volvebat eum, nec pignorabat eum*.

† **VOLVERESE**, Vertere, Gall. *Se tourner*. Acta S. Franciscæ Rom. tom. 2. Mart. pag. 105: *Quibus dictis Volvit se Regina cæli ad beatam Franciscam*. Vide *Volutus*.

† **VOLVERE CAUSAM FINITAM**, Eam renovare, in indice seu rotulo rursus inscribere; Galli diceremur: *Remettre au rôle*. Leges Rotharis [\* Conclusio, post 390.] apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 48. col. 2: *Et hoc nndimus atque definimus, ut causæ, quæ finitæ sunt, non Volvantur. Quæ autem non sunt finitæ,.... aut quæ motæ fuerint, per hoc Edictum incidantur et finimtur*.

\* 2. **VOLVERE**, Ambitu complecti, Gall. *Avoir de tour*. Pactum inter Reg. Franc. et Venet. ann. 1268. in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Noster fol. 286. vº: Item una storia de feno, quæ Volvnt pedes viij. et medium et sit altacum testi pedes v. et medium*.

\* 3. **VOLVERE**, Concomerare, Gall. *Vouter*. Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 1. fol. 96. rº. col. 2: *Tota turris (de Ribemont) Volvenda, planchanda et solennida et quer-*

*nelanda et escuanda, et turriculam, quæ erat ante portam, oportet Volvere et desuper facere i. estage, etc.* Vide *Voltare* in *Volutio*.

\* **VOLUGRANUM**, Purgamentum frumenti post ventilationem. Charta ann. 1194. inter. Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 281: *Idem quoque Stephanus (dedit) duas partes decimæ apud Avirigniacum, et custodiam et tractum grangie et baltum (leg. balcum) et Volugranum et vaspale et paleas et stramen*. Vide *Vogranum*.

† **VOLUMEN**, Tholus. Vide in *Volutio*.

\* **Nostris Volume**, a Latino Volumen, vulgo *Rouleau*, appellatur Chartam in speciem rotulæ convolutam. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 117. Chartoph. reg. ch. 172: *L'exposant et aucuns ses complices entrevent de nuit en la maison du bedel de l'estude de Tholouse, et prendrent icelle.... un Volume et unes viez concordances de Théologie*. [\* Pars Corpor. Jur. Justin. Vide Savin. Hist. Jur. Rom. med. temp. tom. 3 § 191. 192.] Falcis speciem significat hæc eadem vox, nisi, quod puto, mendum sit pro *Volaine*. Vide supra *Volana*. Lit. remiss. ann. 1466. in Reg. 202. ch. 82: *Le supplinnt tenant en sa main ung goyart, autrement appelé Volume, etc.*

† **VOLUMINOSUS**, Glomeratus, convolutus. Sidonius Carm. 9. 76: *Angues corporibus Voluminosis alte squamea crura porrigentes, in vestigia fauce desinebant*.

**VOLUNTARI**, Qui ultro militat, et castra sequuntur, nec sacramento militari astricti sunt. Capitulinus in Marco: *Instante adhuc pestilentia, et deorum cultum diligentissime restituit; et servos quemadmodum bello Punico factum fuerat, ad militiam paravit, quos Voluntarios, exemplo Volonum appellavit*. Θελουπταριων ejusmodi meminit Georgius Pachymeres lib. 2. cap. 14. [Vide *Volentes*.] et Glossar. med. Græcit. col. 487.]

1. **VOLUNTARIUS**, Propensus, qui ultro in rem aliquam incumbit. Vita S. Isidori Episcopi Hispalensis n. 20: *Si quem in lege Domini Voluntarium reperisset, nimium venerabatur dilectione, et inter suos secretarios amicabiliter annotabat*. [Charta ann. 1523. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 335: *Ad ea Voluntarii sumus*.]

\* **Nostris alias Volenteux**, pro Benevolens. Lit. remiss. ann. 1464. in Reg. 199. Chartoph. reg. ch. 466: *Afin que icelle Girarde.... just plus enclinée et Volenteuse envers le suppliant, etc.*

† 2. **VOLUNTARIUS**, Qui tributum voluntarie præstat. Vide *Tallin*.

† 3. **VOLUNTARIUS**, Pertinax, obstinatus, nostris *Volontaire*, eadem notione. Chron. Jo. Whethamstedii pag. 329: *Abbas, nuncium istud audiens, et fratres in suis dictis Voluntarios potius quam rationabiles esse intelligens, etc.*

\* **Volenteux et Volentiz** alias nostris, eadem significatione. Lit. remiss. ann. 1375. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 48: *Lequel Mnhien qui estai homs chaux et Volentiz, etc.* Aliæ ann. 1477. in Reg. 205. ch. 482: *Le suppliant estant en jeune aage et Volenteux, non cognoissant l'obeissance qu'il devoit à ses pere et mere etc.* *Volontaire*, Navis species, apud Rabelais. tom. 4. pag. mihi 100.

**VOLUNTARIE**, Libenter, Gall. *Volontiers*,

occurrit non semel in Capit. Caroli C. tit. 26. 28. 31. etc.

\* **VOLUNTARIUM**, Voluntas, arbitrium. Pariag. inter reg. et abbatis. Elnon. in Ruthen. ann. 1313 ex Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 21: *Si dominus noster rex vel ejus senescallus ab hominibus dicti pariagii fidelitatis sacramentum exigeret;... quod dictum sacramentum qundocumque exigetur seu præstaretur, præstare debeant abbatissæ eodem modo seu ejus Voluntario*. Hinc *Volontairement*, Ad arbitrium suum, vulgo *A sa volonté, à sa fantaisie*, in Lit. remiss. ann. 1464. ex Reg. 199. ch. 403: *Que le suppliant avait gouverné Volontairement et s'estait enrichi des biens et revenus d'icelle ville (de Hesdin dont il était maire).*

\* 4. **VOLUNTARIUS**, Qui quovis modo jus habet in rem ex voluntate possessoris, practicis nostris *Ayant cause*. Charta Joan. comit. Arman. ann. 1357. in Reg. 159. Chartoph. reg. ch. 25: *Concedimus Guillelmo Rolande militi quod ipse et hæredes et successores sui et Voluntarii, possint.... construere, habere et tenere molendina navalia et alia quacumque in fluminibus Garone et Tarni*. Vide *Voluntarius*, 1. 2. 3. in *Voluntarii*.

\* 5. **VOLUNTARIUS**, Strenuus, animosus, Gall. *Qui a de la volonté, courageux, brave*, alias *Volontarieux*. Hist. belli Forojul. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 1198: *Nostris vero animum Voluntarium habentes, non attendentes ad eorum requisitionem, putabant eos illo die superasse*. Ibid. col. 1203: *Si quid de nostro volueritis, et contingat vos nos venire, nos paratos vos velle recipere videbitis, non pavidos, sed Voluntarios*. Froissart. vol. 2. cap. 133: *Quand l'evesque de Norduich, qui estoit jeune et Volontarieux, et qui se desirait armer*.

† 1. **VOLUNTAS**, Tributum spontaneum. Vide supra *Tallia*.

† **VOLUNTAS**, Id quod cuique rei convenit. Statuta S. Claudii ann. 1448. pag. 81: *Ministrare debet idem pittanciaris... salsns croceas vel virides secundum naturam et Volumentem carniem*.

\* 2. **VOLUNTAS**, ESSE SUE VOLUNTATIS, Ad arbitrium suum agere. Lit. remiss. ann. 1356. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 561: *Ipsa Perrota, quæ erat fortis conditionis et status,.... et alias erat mulier suæ Voluntatis, etc.* Vide supra *Voluntarium*.

\*\* **VOLUNTATIM**, dictum est ex voluntate, Virgil. Gramm. pag. 73.

\* **VOLUNTATIO**, f. pro *Volutatio*, Districtus, qui certis limitibus circumscribitur; *Tournée*, non multum dissimili notione dicimus. Libert. Montisfalc. in comitatu Bigor. ann. 1369. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 52. art. 4: *Quod ex nunc imperpetuum consules dicti loci.... sint assistentes bajulo ipsius loci, in omnibus et singulis causis criminalibus in eodem loco et infra Voluntationes præscriptas, pendentibus et emergentibus quoquo modo*.

\*\* **VOLUNTATIVUS**, Volens, non coactus, non invitus. Berthold. Annal. ad ann. 1077. apud Pertz. Scriptor. tom. 5. pag. 303: *Quicquid enim illi oneris per obedienciam imponebant, sine mora deo subdita Voluntativa satis supportabat*. Vide *Vo-*



luntarius, i. Verborum forma desiderativa dicitur voluntativa apud Virgil. Grammat. pag. 48 : *Nam cum dicis victorio, nescio quomodo ad meditationem pertineat... ergo non meditativam, licet id consuetudo nobis invexerit, sed promissivam ac Voluntativam dicere debemus.*

† **VOLVOLUS**, Instrumentum piscatorium, retis genus, idem quod *Vertebolum* et *Vervilium* supra. Vide in his vocibus. Charta Thossiacensis ann. 1404 : *Tenet quasdam rivus et aquas piscatorias seu pos Volvolorum ad capiendum pisces.* Alia ejusdem anni : *Guillelmus Regis tenet tria forantia seu pertuis ad ponendum Volveous existentia in dicto prato.*

† **VOLUPTARE**, Voluptatem afferre, voluptate donare. Brito Armor. lib. 11 :

..... nunc mixta peremptis  
Viva coacervans, aliena tate Voluptat.

**VOLUPTIFICUS**, Apuleius lib. 2. Florid. : *Jovis (stella) benifica, Veneris Voluptifica.* [Id. est, voluptatem parit.]

† **VOLUPTUOSE**, Delicate, *Voluptuementement*. Rolandin. Patav. in Chron. Tarvisino, apud Murator. tom. 8. col. 310 : *Mirabuntur quidam Voluptuose viventes civitatem Vicentiam insultare.*

† **VOLUPTUOSITAS**, Voluptas. Johan. de Cardalho Serm. in Circumcisione Domini : *Tanquam bestiales ratione non utentes et Voluptuositati servientes, etc.*

\* Unde nostris *Voluptuosité*, pro *Volupté*. Lit. remiss. ann. 1474, in Reg. 195. Charthoph. reg. ch. 1289 : *Lequel suppliant pour la (fille) attirare à Voluptuosité,.... la toucha en plusieurs manières.*

\* **VOLUTABRUM**, Cylindrus, instrumentum quo adæquatur. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Volutabrum, Policher.* Vide *Volutarium*.

**VOLUTARE**, Vasis species. Apitius lib. 2. cap. 3 : *Ubi jam commiscueris, uvam passam, carenum, vel passum desuper confractum, asperges, atque in Volutari inferes.* Lib. 5. cap. 2 : *Quum bene ferbuerint, obligabis, addes in Volutari oleum cum viridi lenticula.* Adde lib. 6. cap. 2. et lib. 8. cap. 7. ubi Humelbergius legendum putat *boletari*, quod est vas boletis serviens; unde illud Martialis lib. 14. Epigr. 101 :

Cum mihi boleti dederint tam nobile nomen,  
Prototomis, pudet heu, servio coliculis.

† **VOLUTARIUM**, *βόλυνδρος*. Gloss. Lat. Græc. in MSS. *Volutabrum*.

† **VOLUTATICUM**, Vectigal seu tributum quod pro damno, quod in viis publicis curru *volvendo* facere solent, exsolvitur domino prædii. Charta Pipini Reg. ann. 759. apud Felibian. Histor. Sandion. inter Probat. pag. 28 : *Retinebat teloneo infra Parisiis ex navibus et pontis Volutaticos ac rotaticos, etc.* Vide *Vultaticum*.

**VOLUTIO**, Fornix, concameratio, Gall. *Voute*, quod sursum in fornicis speciem *volvatur*. Papias : *Concameratio, fornix, transvolutio*. Vita S. Eligii lib. 2. cap. 45 : *Visum est Episcopo,.... ut ædificata ultra altare Volutione, illic ei demum condignam facerent translationem.* Vita S. Desiderii Episcopi Cadurcensis cap. 11 : *Sepulturam quoque sibi in eodem monasterio sub dextri lateris Volutione præparari jussit.* Cap. 17 :

*Qui monasterii septa, prærogativa quadam dignitate in... domorum amplitudine, et basilicarum admiranda altitudine, ac Volutio-nium ambienda pulchritudine, pene studio ac singulari fabrica sustulere.* Gregorius Turon. lib. 1. de Mirac. S. Martini cap. 38 : *Crypta super eos miro opere fabricata est, quæ in arcuum modo Transvoluta firmis-simum stabilitate subsistit.* Idem lib. 10. Hist. cap. 31 : *Ante altare basilicæ fundamenta jecit, erectaque absidem uno opere constituit et Transvolvit. Ea vero transvoluta disruptoque pariete arcum ædificat.* Ermentarius Monach. in Vita S. Philiberti Abbat. cap. 28 : *Locus sepulturæ mirifice est Transvolutus, tribus perinde absidibus circumcirca adjectis.* Chronicon Abbatie S. Trudonis lib. 6. initio : *Similiter et cryptam, quam Volutam tantum invenit, cæteris omnibus, quæ deerant, consummavit.* Gloss. Ælfrici : *Volubilis*, sin vealt, i. rotundus. Gr. Lat. : *ἑὸκόλιοςον, Volubile.* *Νόσος εἰδηρικῆς, Constantino Porph. de Administr. Imper. Vide Salmasium ad Solinum pag. 1219.*

**TRANSVOLUTIO**, Vita S. Saturnini Mart. : *Transvolutem desuper tumulum multo latere diligenter extruxit, etc.* Vide *Concameratio*.

**VOLTA**, Fornix, Italis etiam *Volta*. Superior *Voltarum sublimitas*, apud Sugerium lib. de Administr. sua cap. 28. Adde cap. 31. Durandus lib. 1. Ratio. cap. 1. n. 19. *Exedra est absida, sive Volta.* [Charta Philippi Reg. Franc. ann. 1206. ex Tabul. Montis Mart. : *De qua Volta reddebat singulis annis unum bisantium.* Tabular. B. M. de Bono-nuntio Aurel. : *Ut tamen dictam capellam.... de coperturis, Voltis, muris, et aliis refectio-nibus habeatis sustinere.*] Liber niger Ecclesie Dublinensis apud Jacobum Waræum in Antiquit. Hibernicis : *Dedit S. Trinitati et Donato primo Episcopo Dubliensis locum ad ædificandam Ecclesiam S. Trinitatis, ubi fornices sive Voltæ sunt suadate, etc.* Thomas Fiche Canonicus Ecclesie Cathedralis S. Trinitatis Dublinensis de Fundat. ejusdem Ecclesie : *Quapropter S. Patricius celebravit Missam in uno fornice sive Volta, qui in hodiernum diem appellatur fornix, sive Volta S. Patricii.* Le Roman d'Abladane MS : *Et dit que li Messagiers y entreroit par Vaultes, qui estoient faites dessous terre de long trmps, et par dessous ces Voltes cil d'Abladane pouvoient moult bien secourir, etc.* Vide Petrum Marian Campum in Histor. Eccles. Placent. lib. 14. pag. 17. [Occurrit præterea apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1630. 1934. Bollandistas tom. 6. Maii pag. 49. Murator. tom. 6. col. 410. tom. 8. col. 1148. tom. 9. col. 803. tom. 12. col. 508. 1811. 1147. tom. 15. col. 499. in Statutis Astens. fol. 1. vº. etc.] Vide *Vosta*, suo loco.

\* Hinc *Volu*, pro *Vouté*, concameratus. Le Roman d'Alexandre MS. part. 1 :

..... Lez un arbre feuillu.  
Là se tret Alexandre desous une arc Volu.

Ibid. de scuto in fornicis speciem *volutio* :  
Il lor trenche les elmes et les escus-Voutis.

† **VOLTA**, pro Cella vinaria et carcere, quod in *volte* seu fornicis speciem extrui solent. *Quedam cava seu Volta lapidea,*

apud Fantonom Hist. Avenion. pag. 164. [\* *Voulte*, in Chartul. Corb. sign. *Cæsar* fol. 11. vº : *Nulz taverniers ne portent ne facent porter remplage de Voulte à autre, ne de cellier à autre.*] *Volte*, carcer, au Roman de Partonopex MS :

Et viennent à la Volte obscure,  
Ou li frans hom se demensure.

Infra :

Sovent revont à la geole  
En quoi Partonopex s'afole.

† **VOLTURA**, Idem quod *Volta*, fornix. Hist. Monast. S. Laurentii Leod. apud Marten. tom. 4. Ampliss. Collect. col. 1139 : *Reconciliatus itaque abbati fecit pingi apostolos Petrum et Paulum et circa Volturam.*

**VOLUMEN**, Tholus. Vetus Interpres Palladii Lausiacor. cap. 22 : *Trium sibi Voluminum cellulas fecit.* Ubi Palladius cap. 43. Τρεῖς θόλους.

**VOTA**, Eadem notione. Charta ann. 1246. apud Columbium in Episcopis Sistaric. lib. 3. num. 21 : *Nec non casalia... item Votam S. Joannis contiguum Beato Thyroso cum pertinentiis omnibus.* [Comput. ann. 1202. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. cccr. col. 1 : *De Vota sub Castelleto, xxx. sol.* Charta ann. 1251. apud Stephanot. tom. 3. Antiquit. Bened. Pictav. pag. 873 : *Cum frater Johannes de Villa-Dei sacrista ecclesie nostræ acquisivisset et de proprio suo condidisset domum cum Vota,.... tradidit Benedicte mulieri,.... excepta tamen Vota et interiori particula ejusdem domus quæ per parietem dividitur, quam etiam Votam et particulam dictæ domus sacrista Nobilicensis in perpetuum possidebit.* Tabul. Sangerman. ann. 1267 : *Juxta domum dicti Guillelmi de marcantis et Votam elemosinarii nostri.*]

† **VOUTA**, Fornix. Comput. ann. 1270. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 412 : *Item sunt in Vouta xl. cippi albi sine pedibus.* Charta ann. 1370. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *Solvinius magistro Johanni Joglari lapicidæ magistro operis turrim portalis Laureti pro Voutis et amplethiis secundæ turris dicti portalis faciendis, etc.* Chron. Becensis Monast. MS : *Fecit prædictus dominus Gaufridus Voutam continuari et antiquæ conjungi.* Statuta Grandimont. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1237 : *Voutæ quidem ecclesiarum sint tantum planæ, et simplicitati nostræ religionis congruæ.* La Vie de Jesus Christ MS :

Jouste le mur en est venus  
Sous le Voute d'un arc volu, etc.

Le Roman de Robert le Diable MS :

D'alés le chien Rober se couche,  
Qui de lés une Voute eut couche.

† **VOSTA**, Eadem significatione, Gallice *Arcade*. Charta Petri Senon. Archiep. ann. 1213. ex Chartul. Maurigniac. : *Habebit capicerius altare competens intra ambitum magni chori ecclesie ubi celebrabit, donec navis ecclesie de una Vosta excreverit.*

† **VOLTARE**, Concamerare, Gall. *Vouter*. Chron. breve S. Dion. apud Acher. tom. 2. Spicil. pag. 813. et Felibian. Hist. Sandion. inter Instr. pag. 205 : *Turris ubi sunt cymbala a parte vestiarii non erat*



perfecta, nec Voltutus erat chorus. Hist. fundat. Cælestin. Suession. apud Marten. tom. 6. Ampl. Collect. col. 608 : *Deinde suscripsit, capitulum et collationem contiguas de lapide Voltutas supra, etc.*

\* **VOLUTUM**, perperam pro *Velutum*, Gall. *Velours*, in Comput. ann. 1508. ex Tabul. S. Petri Insul. Vide in *Villosa*.

† **VOLUTUS**, Subversus. Mirac. S. Walarici tom. 1. Aprilis pag. 28 :

A fundo templum qui dæmonis arte Volutum Incipiens struxit.

\* **VOLVUS** est *Pellis oculi*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

\* **VOMER** ANSERINUS, pro Calamus. Vita S. Idae tom. 2. Sept. pag. 267. col. 1 : *Omnia autem velle disseverare, quæ eo loci beatæ Ydæ opitulamine patrata audivimus, non nostræ opis est,..... uult anserino Vomere apte exurare, etc.*

\* **VOMERE**, *Gomir. Vomitus, Gonissement*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Vox Picardis etiam nunc in usu. Haud scio vero quid significet *Etre vomis*, ubi de vulnere capiti, cum incisura inflicto, agitur. Lit. remiss. ann. 1347. in Reg. 77. Chartoph. reg. ch. 172 : *Gillet Hildeuz feru la femme d'icellui Tristan d'un baston à la teste, si et en telle maniere, qu'elle en fu Vomie et quarrelée.*

1. **VOMERES** IGNITI, Purgationis per ferrum candens species, quos qui innocentiam suam jubebantur adstruere, calcare nudis pedibus tenebantur. *Ad novem Vomeres ignitos iudicio Dei examinare*, in Capitul. ad Legem Salicam cap. 5. in Lege Anglorum et Werin. tit. 14. in Capit. 2. ann. 803. cap. 5. in Lege Longob. lib. 1. tit. 10. § 3. [\* Carol. M. 105.] in Capitul. Caroli M. lib. 4. Append. 2. cap. 3. et in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 89. Capitula Theodori Cantuar. cap. 36. et Concilium Moguntinum sub Rhabano cap. 24 : *Qui Presbyterum occidit, si liber est, cum 12. juret; si autem servus, per 12. Vomeres ferventes se expurget.* Annales Franc. Metenses et Regino ann. 887 : *Idque se approbare Dei omnipotentis iudicio, si marito placeret, uult singulari certamine, aut ignitorum Vomere examine fiducialiter affirmat.* Vita S. Cunigundis Imperatric. n. 2 : *Sed quæ crudelis est, qui famam suam negligit, expurgationis gratia, ad Vomeres candentes illud sibi iudicium clegit, quod propter duritiam hominum institutum esse cognoscitur.* Infra :

*Hoc dicto, stupentibus et flentibus universis, qui aderant, Vomeres candentes nudo vestigio calcavit, et sine adustionis molestia secura pertransiit.* Similia habentur in Vita S. Henrici Imper. cap. 21. Helmodus lib. 1. cap. 24. et ex eo Anonymus in Chron. Sclavic. cap. 25 : *Et vetavit Comes, ne Sclavi de cætero jurarent in arboribus, fontibus, et lapidibus; sed offerrent crinibus pulsatos Sacerdoti, ferro ac Vomerebus examinandos.* Albertus Abbas Stadensis ann. 1192. et ex eo Cromerus in Metropoli lib. 7. cap. 14 : *Interfectores examinati iudicio duodecim Vomerebus, rotæ supplicio sunt affecti.* Annal. Winton. Eccl. : *Pemina illa infamis pro se ipsa 4. pro Episcopo 5. scilicet 9. continuos passus super 9. ignitos Vomeres fuciat nudatis pedibus; si titubave-*

*rit, si singulos Vomeres pleno pede non presserit, si quantumcumque lesa fuerit, sententia proferatur in mæchum et fornicariam, etc.* Ignitorum Vomerebus exumen, apud Reginem ann. 887. *Per ignitos Vomeres incedere, in Actis Synodi Remensis in causa Arnulphi.* Adde Gobelinum Personam in Cosmodromio ætate 6. cap. 52. Saxo Grammaticus lib. 13. de Haraldo : *Qui cum se Magno Hiberniæ populatore procreatum astreret, affirmationi suæ fidem divini examinis argumento præstare jussus, super candentes laminas nudatis pedibus (nam il ob eo experimentum posebatur) incescit, hisque nulla ex parte corruptioribus, complures Norwagensium liquæ incolumitatis miraculo ad assertionis suæ credulitatem perduxit.* [Theodoricus Hist. Norwag. Reg. cap. 34 : *Sywardus... jussit eum calcare novem ignitos Vomeres contra ecclesiasticam censuram : sed, ut creditur, divinitus adjutus iniustus apparuit.*] Andreas Suenonis Archiepisc. Lundensis lib. 5. Legum Scanicarum cap. 15 : *Sin autem prioris ferri candentis iudicio vincatur exustus, in principali causa suecubuisse pariter censatur. At si reus obtinuerit, utrobique permissit hæres adhuc octo viros eodem ordine singulis vicibus accusare. Postremo si nullus eorum convictus fuerit, decimum eodem ordine accusatum, hoc modo ad calcandum Vomeres ardentem compellat, ut juret cum viris 12. quod nec lucri nec odii causa ei homicidii reatum imponat.* Alibi ait, triplex esse ferri iudicium usu receptum, unum, quod in duodecim ignitis Vomerebus calcandis consistit, etc. Ut porro vomeres ejusmodi benedicerentur, vide apud Hugonem Matthoudum in Observat. ad Robertum Pululum pag. 375. [\* Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 914.]

PEDALE EXAMEN præterea appellatur ejusmodi purgatio in laudatis Annalibus Wintoniensis Ecclesiæ, quod vomeres ignitos pleno pede premere debent, qui ejusmodi iudicio exponebatur : *Noveritis, quod plus de indulgentia quam de rigore procedit sententia, quæ non dicam decernit, sed sustinet Pedali examine crimen capitale purgari.* Vide Ferrum candens.

† 2. **VOMERES**, Machinæ jaculatoriæ. Gesta Tancredi apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 176 : *Missilia jacula eminus, cominus Vomeres marmora demittunt.*

† **VOMERULUS**, Ferrum lanceæ obtusum. Vide supra *Soket*.

**VOMITARIA**, Macrobius Saturn. lib. 6. cap. 4 : *Virgilius, Mane salutantum totis vomit ædibus undam. Pulchre, Vomit undam, et antique; nam Ennius : Et Tiberis flumen vomit in mare salsum. Unde et tunc Vomitaria in spectaculis dicimus, unde homines glomerulum ingredientes, in sedilia se fundunt.*

☞ Hinc Vomitaria vel Vomitoria nuncupantur atria Ecclesiarum ritu Gothico exstructarum, ut observat le Blanc in Tract. architect. pag. 29. edit. 1733.

† **VOMITINA**, ἐμετός, in Gloss. Lat. Græc. **VOMITUS** SANCTITATIS: Vel. Pœnitentia-  
lis apud Morinum cap. 35 : *Qui vero inebriantur, contra præceptum Domini, si Vomitum sanctitatis habent, hoc est, Ebriosi-*

*tas, quando sensum mentis immutat, et linguæ balbutit, et oculi turbantur, etc.* [\* Legendum videtur *Votum sanctitatis*. Vide Theodor. Pœnitent. apud Thorp. Leg. Anglos. pag. 291. not. 3.]

\* **VONT-E-VONT**, Voces vernaculæ adhibite ubi de inquisitione juridica sermo est. Charta ann. 1334. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 9 : *Cum curia regia mandasset et comisset discretis viris..... secundum dictarum partium articulos, sibi ubi eisdem partibus tradendos, Vont-e-vont inquirerent cum diligentia veritatem, etc.* Id est forte, huc et illuc eundo. Vide supra *Pertalcære*.

† **VORA**. Liturg. Gallicana Mabil. pag. 264 : *Ut a delictis jejunantes absolvas, quos in continentia Vorarum in pravitate transgressione immersit.* Gulam significare videtur.

† **VORACES**, pro Vortices. Vide *Venari*. \* **VORAGIRE**, *Vorare, deglutire, Devorare*, Prov. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

† **VORAGO**. Inventar. Eccl. Aniciensis ann. 1444 : *Item duo tasselli argenti pro cappis ponderis XII. unciarum et dimidiæ, quorum unus est quadratus ad modum Voraginius, cum uno emaulo quadrato, etc.*

† **VORANGIA**, Vastitas. Epist. Caroli VIII. Reg. Fr. ann. 1494. apud Marten. Itiner. litter. pag. 381 : *Revolventes innumerabilia damna et incommoda, cædes et Vorangias, ac nobilium civitatum et fidelium populorum desolationes et devastationes, etc.*

**VORANTA**, Modus agri. Charta Anglica laudata a Spelmanno : *Retinuit ad opus suum de eadem terra in villa de Heiden unam Vorantam terræ, scilicet dimidiam virgatam, quæ fuit Gwarini Pulmar, et dimid. virgatam de dominio ejusdem terræ.* Sed legendum *virgatam*, quod sequentia evincunt.

**VORATRINA**, Popina, ubi carnes vorantur. Tertull. Apologet. cap. 39 : *Non epulis, nec potaculis, nec ingratis Voratrinis dispensatur.*

\* **VORENON**, Ruthenensibus Vaginæ species. Lit. remiss. ann. 1464. in Reg. 199. Chartoph. reg. ch. 534 : *Quem penardum in manica sua sine vaginu, vocata Vorenon, detulerat.*

\* **VORGHIERINGHE**. Vide supra *Vertheeringhe*.

\* **VORLETA**, vulgo *Vorlete*, Pistillum. Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 112. Chartoph. reg. ch. 179 : *Laquelle Jaquennette (demurant in Viennois) print une grant Vorlete, appelée en France pestail ou pillette, de laquelle elle bati ladite marastre.*

\*\* **VORS**. Virgil. Grammat. pag. 77 : *Versus utem a quibusdam in nomine non recipitur principali, sed in participio; ibi autem vorsum scribunt, quia Vors ipsa pagina dicitur, Lucano dicente : Vortibus egabant multus.*

† **VORSEIS**, Viminalia. Charta Tossiac. ann. 1404 : *Tenet pratum cum suis foraminibus vocatis de la Gotta, et les Vorseis, et les triones ipsius prati existentibus circum circa.*

\* **VORST**, *VORSTERE*. Charta ann. 1103. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 1. col. 285 : *Saltam autem, qui Vorst vulgo dicitur, cum omni usu, quem habet, venationibus,*



melle, pellibus, marconum, et saluaribus, qui Forstere dicuntur. [\* Vide supra Foresta, et Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 3. col. 698 voce Forst.]

¶ **VORSURA**, Cætus, conventus. Charta ann. 1523. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 313 : *Quas (marchas) nobis juxta sigillatas litteras multis annis debuit, in Vorsura atque conventu ad festum trium Regum Kile anno 23. adnumeraret.* [\* Vulgo Kieler Umschlag, Nundinæ magnæ Kilonii in Holsatia, quotannis die Epiphaniæ. Frisch. Lex. Germ. Lat. pag. 191. col. 1. tom. 2.]

¶ **VORTACIUS**, Cognomen Arnaldi cujusdam Bernardi I. Petragoric. Comitii filii; quod lupum, ut vocant, antropophagum fortiter aggressus superaverat, sic appellatus. A *Vortigo*, *Morbus cum omnia circumagere videntur*: *scotoma*, *scotodinia*, *cum caligine multa oculi offunduntur, et caput gravatur cum ratione*, apud Laurentium in Amalthea. - Vide Beslium in Comit. Pictav. pag. 47.

\* **VORTEX**, Viæ flexus, Gall. *Tournant*. Libert. villæ Castri-pontis in Alverni. ann. 1318. ex Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 534 : *Inter Vorticem monachorum ex parte una, et Vorticem Guillelmi de Turiaço ex parte altera, usque ad quadrivium de la kosilha.*

¶ **VORTING**. Chron. Episcop. Merseburg. apud Ludewig. tom. 4. Reliq. MSS. pag. 424 : *Item quod ipsi cives in perpetuum singulis annis et quater in anno, quando judicium sæculare, vulgariter Vorting, servari et celebrari contigerit, omnes claves turrium, valvarum et munitionum civitatis Merseburgensis episcopo et capitulo ibidem pro tempore existentibus, absque contradictione aliqua præsentabant.* [\* Vide Halaus. voce *Vording*, col. 1989.]

¶ **VORWERG**, **VORWERKUS**, Villa, prædium, Germ. *Vorwerke*. Vita S. Meinwerici tom. 1. Junii pag. 523 : *Ut... de episcopatu unum Vorwerk cum xx. litis et xii. aratris ei concederetur.* Charta fundat. Eccl. Raceburg. ann. 1158. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 237 : *Ad hoc infra Albim sequentur Vorwercki, circulus scilicet Raceburg cum aliis comprovincialibus pertinentiis; unde cuilibet episcoporum libere decem Vorwerkos emancipavimus.* [\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. rad. *Fôra*, tom. 3. col. 597.]

¶ **VORZEHEIT**, Primitivæ. *Ad hæc decimas. vulgo Vorzeheit, quas in nostris parochiis, videlicet... in capella Hohenburg dicti fratres ex pia Pontificum possident traditione, scripto præsentii et episcopali banno communimus*, in Introduct. Christoph. Mulleri ad Hist. Sand-Hippolit. tom. 1. Miscell. Duellii. pag. 371. [\* Vide Frisch. Lex. Germ. Lat. tom. 2. pag. 467. col. 3. et Schmeller. Glossar. Bavar. tom. 4. pag. 241.]

¶ **VOS**. Litteræ Caroli VIII. Reg. Franc. ann. 1483. inter. Observat. Godefredi ad Vitam ejusd. Reg. pag. 385 : *Sic signatum supra plicam, Per Regem in suo Consilio, in quo Vos, Dominus Desquerdes, et plures alii erant. Par le Roi, en son Conseil ou quel Vous estiez, etc.* in Statuto Caroli V. Reg. Franc. ann. 1373. tom. 5. Ordinat. pag. 653. Formula in Litteris Regiis usitata quæ Cancellarius denotatur. Huic simillima est

ista, *Ad relationem vestram, quæ passim occurrit in Litteris Regiis. Vide eandem Ordinat. tom. 5. pag. 581.*

¶ **VOSAGUS**, **Vosagus**, Solitudo. Charta Theodorici Caleusis pro Monast. Morbac. apud Eccardum in Origin. Habsburgo-Austr. col. 113 : *Monasterium virorum in heremo vasta, quæ Vosagus appellatur, in pago Alsacense... conatus est constituere.* Testam. Folradi Abb. ann. 777. apud Felibian. inter Probat. Hist. Sandion. pag. 38 : *Tertiam cellam infra vasta Vosgo ædificari, ubi sanctus Cocovatus requiescit super fluvium Laima, [\* Mons Vagesis, Vosegus, Vosagus dictus. Vide Forcellin.]*

¶ **VOSARE** dicitur a *Vos*, sicut *Tuare* a *tu* : unde quidam :

Unum Vosamus falso; vereque tuamus.

Joh. de Janua : unde Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Vosare, Vosier*. Vide *Vobisare*.

\* **VOSSURA**, Cella vinaria, Gall. *Cave*. Charta pro hospitali Pruvini. ann. 1373. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 562 : *Item unius domus, Vossuræ et plateæ ultra pontem Cæcorum situatæ. Voulure, pro Voute, fornix, in Charta ann. 1386. ex Reg. 130. ch. 158 : Icellui pourra edifier depuis l'escurtement des Voulures de l'arche en amont. Vide supra Voluto.*

¶ 1. **VOSTA**. Statuta Eccl. Andegav. ann. 1423. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 525 : *Prohibemus sortilegia, sive invocationes, divinationes seu Vosta facere, etc.* Leg. *Vota*. Vide *Character* 2. et *Votum* 1.

\* 2. **VOSTA**, Fornix, concameratio, Gall. *Voute*. Epitaph. Gatiani de Moncellis episc. Corisopit. qui obiit ann. 1475. tom. 2. novæ Hist. Brit. pag. xxvij :

Omnibus urbanus de Moncellis Gatianus...

Ipsc chori Vostas fieri fecit magis altas.

Hinc carcer concameratus, *Voste*, dicitur in Lit. remiss. ann. 1382. in Reg. 121. Chartoph. reg. ch. 149 : *Iceului de Bethune estant en une Voste es dittes prisons; fist un treu ou plancher d'icelle Voste, qui n'est que de piastre, etc.* Vide *Vota* 2.

\* Eiusdem originis videtur Gallicum *Voster*, pro *Tournier*, Circumvolvi, in aliis Lit. ann. 1446. ex Reg. 178. ch. 33 : *Lesquelz compaignons alerent courir et Voster devant le suppliant et sa compaignie, pour les adviser et regarder quelz gens ilz estoient.* *Vouster*, Equum circumagere, in Lit. remiss. ann. 1447. ex Reg. 179. ch. 84 : *Quant Walerant de Chastillon fut monté sur ledit cheval, il le vout faire Vouster, et en le Voustant la laisse ou sangle dudit cheval rompy etc.* Nunc dicimus *Faires des voltes*.

¶ **VOSTUS**, pro *Bostus*, mutato *b* in *v*. Vide in hac voce. Charta Rob. de Curtiniaco apud Thomasser. in Biturig. pag. 427 : *Hominibus dicte ville habebunt usagium in Vost.*

¶ 1. **VOTA**, pro *Boata*, vel *Bohada*, Servitium quo vassallus seu tenens unum par boum domino præstare tenetur ad illius vinum conducendum. Vide in *Bovagium* et *Vinada* 1.

¶ 2. **VOTA**, Fornix. Vide in *Voluto*.

\* Hinc pro Oratorum seu sacellum subterraneum, in Charta ann. 1319. ex Chartul. S. Maglor. ch. 58 : *Si quis... suam elegerit sepulturam... in Votis seu crotis dicte ecclesiæ (S. Bartholomei) etc.* Unde

etiam nostris *Vote*, pro Cella vinaria, in Lit. remiss. ann. 1410. ex Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 40 : *Lesquelz coffres furent mis et avalez en une Vote ou celier dudit hostel.* Haud scio an inde *Voutet*, pro Navicula vel arca, ubi pisces servantur. Lit. remiss. ann. 1402. in Reg. 157. ch. 188 : *Comme icellui Beaucoirs ait accoustumé de pescher en ladite riviere de Loire et de y tenir poissons en un petit Voutet, etc.* Vide supra *Vosta* 2.

¶ **VOTALIS**, *Votivus*. Vita S. Bonæ tom. 7. Maii pag. 164 : *Et sub obligatione Votali promisit, etc.*

¶ **VOTANEUM**, *Votum temere factum*. Conc. Avenion. ann. 1326. can. 37 : *A quibus juramentis eos absolvimus ad cautelam, ut pro Votaneo, seu temerario sacramento, a suis confessoribus pœnitentiam recipiant salutarem.*

¶ **VOTARE**, *Vovere*, spondere. Gloss. Lat. Gr. *Voto*, ἐπιλογέω. [\* Ekkehard. IV. Cas. S. Gall. cap. 2. Pertz. pag. 93 : *Filium uxoris tue pariet, quem S. Gallo Votabis.* Jordan. de Regn. Success. cap. 89 : *Julianus apostata... Christianorum post victoriam sanguinem diis suis Votavit.*]

**VOTAREA**. Anastasius in Constantino PP. pag. 65 : *Philippicus hæreticus in Imperiali promotus est arce, cujus et sacram cum gravi dogmatis exaratione Constantinus suscepit, sed cum Apostolicæ Sedis consilio respuit. Hujusque rei causa zelo fidei accensus omnis cætus Romanæ Urbis imaginem, quam Græci Votarem vocant, sex continentem sanctas ac universales Synodos, in Ecclesia B. Petri erexerunt. Ad marg. scribitur *Pancareau*; ut et apud Baronium, qui locum exscripsit ann. 711. num. 11. [Muratorius tom. 3. pag. 153. monet alias legi, *Botaream*.] Hanc imaginem rursus erexisse Theodosium, Philippici et Anastasii successorem tradit idem Anastasius in Constantino PP. pag. 67 : *Protinus etiam, ut ingressus est memoratus Theodosius Regiam urbem, imaginem illam venerandam, in qua sanctæ erant sex Synodi depictæ, et a Philippico nec dicendo fuerat deposita, in pristino erexit loco, ita ut hujus fidei fervore omnis ab Ecclesia cessaret quæstio.**

¶ **VOTATIO**, *Donum ex voto*. Mirac. B. Simonis de Lipnica tom. 4. Jul. pag. 548 : *Pollicetur... cor de argento nitido super sepulcrum ipsius... Cor etenim donum suæ post Votationem missam recreatur non modica ex parte.*

**VOTIFICARE**, *Votum libare*. Papias. [Votificantibus, dona libantibus, in Gloss. Isid. Passio S. Mercurii apud Marten. tom. 6. Ampl. Collect. col. 743 : *Præterea sic cuiusque Deorum ad pugnam faventi præliaturi Votificabant, procul dubio victores effecti fortuito templâ stabant ex voto, etc.*]

¶ **VOTISSIMUM**. Vide in *Votivus*.

¶ **VOTIVE**, *Optabiliter*. Litteræ ann. 1394. apud Acher. tom. 6. Spicil. pag. 104 : *Qui (Deus) vestras Reverentias sancti Spiritus gratia in præmissis confirmet, et dirigat in longitudine dierum feliciter et Votive.*

¶ **VOTIVE**, *Ex voto*, sponte. Charta ann. 3. Rodulphi Reg. ex Tabul. Dolensi : *Dominus vero Froterius Episcopus eam (Chartam) tangens Votive firmavit. Votive, ex voto, in Gemma.*



¶ **VOTIVUM**, *Votum, optatum.* Litteræ Johannis Reg. Franc. ann. 1355. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 456 : *Serrenissimo principi Carolo, Dei gratia Romanorum Imperatori, ... Johannes, eadem gratia Rex Francie, incrementi, semper successum Votivorum.*

**VOTIVUS**, *Voto consecratus.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Votivus, votist, astringit par veu.*] Glossæ Antiquæ MSS : *Votivum, immolativum.* Papias : *Votissimum, quod jam dedicatum est voto. Votivum, quod promissum est votis.* Lex Salica tit. 2. § 14 : *Si quis majalem sacrificium, qui dicitur Votivus, furaverit, etc.* Oratio super populum, in libro Sacramentorum S. Gregorii. M. : *Præsta, quesumus, Domine, ut semper nos B. Luventii lætificent Votiva Martyria, quæ semper esse non desinunt admiranda.* Ubi *votiva, devota, Deo oblata et consecrata*, interpretatur Menardus. Alias *votivus*, est voto expeditus, de qua voce multa commentaria Jacobus Gothofredus in Notis ad leg. 1. Cod. Th. de Feriis. (2, 8.)

\*\* **VOTIVUS**, *Voti religione obstrictus.* Ekkeh. IV. Cas. S. Galli cap. 10. Pertz. pag. 127 : *Ego enim nuperrime Votivus quidem locum illum adiveram, etc.*

¶ **VOTIVI HOMINES**, in Codice censuali Irminonis Abb. Sangerm. fol. 18. vº. ii appellati videntur, qui in servitium alicujus sancti voto adscripti erant. [\*\* Guerardo iidem qui *Oblati*.]

¶ **VOTODIO**. Charta ann. 632. apud Mabil. Diplom. lib. 6. ch. 4 : *Deinde per ipso fluvio usque rio que est Salmagnariu, et Votodio Lupiniano et per alio latus, etc.*

¶ **VOTORIE**, *Ex voto.* Th. Walsingham. in Edwardo III. pag. 169 : *Haymo, Episcopus Rossensis sponte et Votorie renunciavit episcopatu, resignans illum in manus domini Papæ.* Forte contracte scriptum fuit pro *Volunturie*. Vide *Votive*.

¶ **VOTTA**. Instr. ann. 1399. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 634 : *Hunc affectum et zelum Dei, quem sub prædecessore meo, ut Vottam in tantum optabilem cunctis exponerem, non deposui postquam mihi onus principaliter incumbat.*

\* Pro *Affectio*, *intentio*, ut legitur in loco citato *ibid.* col. 635.

1. **VOTUM**. Concilium Namnetense can. 20 : *Omnibusque interdicitur, ut nullus Votum faciat, aut candelam, vel aliquod munus pro sanitate sua rogaturus alibi deferat, nisi ad Ecclesiam Dominico Deo suo.* Excerpta Gregorii III. PP. cap. 16 : *Si quis Votum voventi præter Ecclesiam, vel qui divinationes faciunt in incantationibus suis, ... tres annos pœniteant.* Vide *Cumeanum* *Abbatem* de mensura pœnitent. pag. 37. cap. 7. De iis votis intelligendus Canon 62. Synodi Trullanæ : *Τὸς οὕτω λεγόμενας Καλάνδας, καὶ τὰ λεγόμενα βοτά, καὶ τὰ λεγόμενα Βρουμάλια... ἐκ τῆς τῶν πνεύμων πολιτείας περιαρθεθῆναι βουλούμεθα.* Quæ enim ad hunc Canonem effutit *Balsamon*, nihilii sunt. Vide *Glossar. med. Græcit.* in *Boτά*, col. 212. His consona sunt, quæ habet *Capitulare Pipini Regis Italiæ* cap. 32 : *De pravus illis hominibus, qui brumaticos colunt, (sic legendum) et de hominibus, qui subtus maida certas incendunt, et Votos vovent, etc.* Designatur vero,

ni fallor, his locis, *Votorum* nomine, dies festus Romanorum, tertio Nonas Januarii celebrari solitus, qui in Calendario Bucheriano *Votorum nuncupatio* appellatur, interdicitur prædictis Canonibus, quod *Paganismum* redoleret.

\* Nequaquam *Votorum* nomine hic dies festos Romanorum intelligendus esse, sed *Tabellas votivas*, quas *Deo, Sanctisque* suspendere in usu fuit, censet *Muratorius* in *Anecd. part. 1.* pag. 194. quod præsertim probat ex *Natali III. S. Paulini* :

Alma dies magnis celebratur cætibus, omnes  
Vota dicant sacris rata postibus, etc.

**VOTUM**, *Sacræ preces, εὐχῆ,* apud S. Augustin. *Epist. 59. ad Paulinum* : *Porro, si usitatus, ut dixi, in Scripturis Votum appellatur εὐχῆ, excepto nomine orationis, ea proprie intelligenda est oratio, quam facimus ad Votum, id est, πρὸς εὐχῆν.* Voventur autem omnia, que offeruntur Deo, maxime sancti Altaris oblatio, quo sacramento prædicatur nostrum illud *Votum maximum, quo nos vivimus in Christo esse mansuros utique in compage corporis Christi.* Canon *Missæ* : *Memento Domine famulorum famularumque tuarum, ... qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis pro se suisque omnibus, pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis et incolumitatis suæ, tibi que reddunt Vota sua aeterno Deo, vivo, et vero.*

2. **VOTUM**, *Suffragium.* *Vetus Statutum Academiæ Parisiensis* : *Novi Magistri, priusquam admittantur ad congregationem Facultatis, jurabunt in ea fideliter referre Vota Baccalariorum Formatorum de sufficientia vel insufficientia Baccalarii, qui sub eo de questione Tentativa responderit.* Occurrit ibi pluries, [ *Vita Jacobi Gelu Archiep. Turon.* apud *Marten.* tom. 3. *Anecd.* col. 1947 : *Et habebam quatuordecim contrariantes, verum super me Vota ceciderunt et meritum.* Adde *Conc. Hispan.* tom. 4. pag. 155.]

¶ **VOTUM DECISIVUM**, *Suffragii ferendi jus.* *Epist. Card. Carafæ ad Card. Quirogam* inter *Conc. Hisp.* tom. 4. pag. 222 : *Abbatibus minime habere Votum (quod vocant) decisivum; nisi si quod privilegium ab Apostolica sede impetratum, vel legitima consuetudine præscripta eis suffragetur.* Vide *Vox*, 3.

\* *Nostri* *Se vouer* dixerunt, pro *vulgari* *S'en rapporter*, *Alicujus opinionis vel judicio stare.* *Lit. remiss. ann. 1390.* in *Reg. 138.* *Chartoph. reg. ch. 252* : *Bacleros se Voua en eschevins de la leve, qui de toutes les choses dessusdites en savoient bien parler, parmi les bonnes informations qu'ils en avoient faites, et requist loy qu'il en recordassent ce qu'il en savoient.*

3. **VOTUM**, *Nuptiæ.* S. *Ambrosius* *serm. 25* : *Solent autem homines, sicut mos est, in Votis suis, hoc est, nuptiis, præcipue saltare vel canere.* S. *Augustinus* *lib. 11. de Genesi* ad *litter.* cap. 41 : *Nisi forte sponsa erit a patre tradenda, et expectanda erit Votorum solennitas, et convivii celebritas.* *Canones S. Patricii* cap. 28 : *Eadem ratione observanda sunt prima Vota et prima conjugia, etc.* *Fortunatus* in *Epist.* ad *Mumolenum* *lib. 10. Poëm.* : *Ad cujus (filie Mumoleni demortuæ) forte Vota jam festinans fanila servebat, sedule parentela excitabatur.* [ *Charta ann. 1262.* vel 1264.

apud *Acher.* tom. 10. *Spicil.* pag. 192 : *Gubernabit communes filios usque dum pevernerint ad ætatem viginti annorum : dum tamen eadem domina ad secunda Vota non convoleat.*] *Fleta lib. 4. cap. 2. § 16* : *Sidonarius ad alia Vota convolaverit.* Adde *lib. 3. cap. 3. § 6.* et *Alexandrium III. PP.* in *Appendice ad Concilium Lateranense III.* part. 5. cap. 1. Hinc *dies votorum*, pro die, quo nuptiæ peraguntur, in *Lege Longob.* *lib. 2. tit. 4. § 3. tit. 14. § 21.* in *Legib. Luithprandi Regis* *tit. 74. § 2.* [\*\* *Luitpr. 102.* (6, 49.) 3. (1, 3.)] *Vetus Charta ann. 1093.* in *Tabulario Casauriensi* : *Ut alia die post noctem nuptialem, qui est dies Votorum nostrorum, etc.*

¶ 4. **VOTUM**. *Exactio seu præstatio sub nomine voti, idem quod Precaria* 2. et *Preces* 1. *Testam. ann. 1156.* inter *Probat.* tom. 2. *novæ Hist. Occitan.* col. 558 : *Solvo etiam et guirpisco Votum quem feceram de vermillio, ut deinceps non fiat.*

\* Ita præsertim appellata fidelium in usus ecclesiæ vel ecclesiasticorum oblationes. *Charta ann. 1265.* in *Chartul. Cluniac.* : *Archiducos Bracarensis.... habet.... tertiam partem mortuariorum, de mobilibus tantum, et Vota a rusticis consueta.* *Acta Tull. episc. apud Marten.* tom. 3. *Anecd.* col. 1017 : *Adducitur (Drogo miles) relictus subsidio servulorum, ingressusque templum venerabile, imposito cervici vinculo, sancto se ex libero in servum dedicat, et Votum censuale die certo devovet.* *Voul*, pro *Vœu*, in *Charta ann. 1420.* apud *Lobinel.* tom. 2. *Hist. Brit.* col. 974. *Vœu* præterea appellatur nostri, nisi mendum sit pro *Vout*, *Imaginem* ex cera compactam ad effigiem illius, quem ejusmodi imagine percussa, vulnerare aut etiam occidere volebant. *Lit. remiss. ann. 1382.* in *Reg. 120.* *Chartoph. reg. ch. 170* : *Après ce avoit fait acherer ladite Sauverelle par ladite Arzent un quarteron de cire, duquel elles firent un Vœu à la fourme d'un homme; lequel Vœu ladite Arzent par le conseil de ladite Sauverelle avoit porté à l'ostel dudit capitaine et fu mis soubz son lit, où il demoura par l'espance de sept ou quinze jours; et après ce s'en estoit venue ladite Jehannette, femme dudit capitaine, à ladite Arzent en la présence de ladite Jehanne Sauverelle, et lui avoit dit, qu'elles lui devoient faire mourir ledit capitaine son mary, et il estuit en meilleur point que paravant.* Vide supra *Imaginatio* 2. et infra *Vultivoli*.

¶ **Votorum**, quibus sese obligant *Monachi*, in simplicitate et solemnitate distinctio, primis *Monachorum* parentibus prorsus incognita, sæculo duodecimo ineunte antiquior non videtur. *Gratianus* *dist. 27.* *allatis quibusdam in hanc rem canonibus* addit : *Hic distinguendum est quod voventium alii sunt simpliciter voventes;... alii sunt quibus post votum benedictio accedit consecrationis.* Et quidem hactenus nihil interfuerat utrum simpliciter a monacho vel abbate quis susciperet benedictionem : at multiplicatis *Monachorum* congregationibus professiones ab eis exacte sunt et benedictiones super eos date, ... ut monasticus ordo, quanto firmitus in conspectu Dei et hominum et solemnius ligaretur, tanto robustius et devotius ab ipsis servaretur, in-



quit Ivo Carnot. Epist. 41. De iis fusius Glossa in can. quod autem. 27. qu. 1. et Glossa in can. quod voventes, ibidem.

¶ **VOTA SUBSTANTIALIA**, Principalia, potissima, quæ *Solemnia* vulgo dicuntur. Acta Capituli Paris. 1. Julii. ann. 1401: *Hodie Martinus de Toulouse fecit tria Vota substantialia. Hodie sorores Agnes de Londres, Joannu de Rivo de domo (Dei) Parisiensi professæ sunt et fecerunt tria Vota substantialia.* Vide *Substantialis*.

☞ Simplicior quondam fuit formula solemnio monachismi professionis, ut discimus ex antiquissimo Pontificali, ubi legitur: *Promittit Deo ego ill. et Sanctis ejus in quorum honore hoc consecratum est oratorium, et tibi pater ill. conversionem morum meorum, et pro his rationem reddendum in die judicii. Qui vivit et regnat.*

¶ **VOTUS**. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. : *Item plus unum sacco Voti, in quo quidem sacco Voti erant aliqua instrumenta in forma publica redacta.*

\* **VOVARICE**, an Cum obligatione præstandi ova, ab Italico *Uovo*, ovum; vel terram ligone versandi? Charta an. circ. 1070. tom. 1. Hist. Cassin. pag. 235. col. 2: *Cum ortuis et vineis, Vovarice sive manarice, cum omnium illorum pertinentia.*

\* **VOUCLA**, Angiportus, Gall. *Ruelle*. Charta ann. 1310. in Reg. 45. Chartoph. reg. ch. 160: *Domum quamdam... apud Vernonem, sitam... juxta domum... Johye-lis Judæi ex parte una, et Vouclam scu ruellam, per quam itur ad Secanam ex altera,.... concedimus.*

\* Ad telarum mercaturam spectare videtur vox Gallica *Vouderon*, in Lit. remiss. ann. 1464. ex Reg. 199. ch. 515: *Le suppliant en démenant et exerçant le fait de marchandise de Vouderon ou pays de Bretagne, s'estoit associé.... de Olivier Retif... pour conduire en nostre puy de Normandie toilles, canevases et velez.*

¶ **VOVENDÆ**, Missæ votivæ. Sebast. Perusinus in Vita B. Columbæ Reatinæ tom. 5. Maii pag. 378\*: *In Vovendis frequentius superaddebat, Credo in Deum, et injungebat imagines cordis.*

¶ **VOUERIA**, **VOUEARIA**. Vide in *Viaris*. ¶ **VOUGETUS**, idem quod supra *Vanga*. Vide in hac voce. Recensio apud Chassignianum ann. 1511: *Injunctum: una hasta sive unus Vouget, alias Voujo.*

\* *Falcis species, nostris Vouge, Vougesse et Voulge.* Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 142. Chartoph. reg. ch. 215: *Icelluil Pail-lurt meuz de chaleur prist un Vouge, dont l'en trenche les espines. Un Vouge de quoy on plesse les haies, in aliis ann. 1440. ex Reg. 176. ch. 5. Aliæ ann. 1421. in Reg. 171. ch. 336: Un Voulge, qui est un instrument pour retranchier buissons et faire cloisons de hayes. Une serpe emmanchée en ung baston pour couper bois, qu'on appelle Voulge, in aliis ann. 1479. ex Reg. 205. ch. 212. Aliæ ann. 1456. in Reg. 189. ch. 120: Le suppliant feri ung coup d'un goy, autrement appellé Vougesse, de quoy l'en arrache les buissons. Vouge, eodem sensu, in Chartul. archiep. Bitur. fol. 165. v°. Vide supra *Volana*.*

\* *Vuorge* vero, Armorum genus ad modum falcis videtur, in Lit. remiss. ann.

1415. ex Reg. 168. ch. 327: *Pour ce que ledit Pillart ne leur sembloit mie mort, le suppliant lui donna d'un Vuorge parmi le col; et assez tost après ledit copala de vie à trespossement.* Vide *Vanga*.

¶ **VOVITIO**, Votum. Mirac. S. Dionisii sæc. 3. Bened. part. 2. pag. 363: *Martium corporali intuitu carentem... mulier, Adela nomine... Christi vovens allatum martyribus, mox in ipso Vovitionis articulo pridie Idus Septembris videntem abluçavit filium.*

¶ **VOVIUGIN**. Vide infra *Vniugin*. \* **VOVUTUS**, a Gallico *Vouté*, Concemeratus. Charta ann. 1209. ex Bibl. reg. col. 19: *Vendimus.... tertiam partem totius petræ, quæ est in illo portale Vouto ibimet.* Vide supra *Volutio*.

1. **VOX**, diversis notionibus accipitur: interdum enim pro clamore militari, *Cry d'armes*. Cæsarius lib. 7. de Mirac. c. 59: *Nos hodie dextris vobis dedimus, nos signa vestra militaria ibi vidimus, nos Vocem vestram ibi audivimus.* De torneamento loquitur Will. Brito lib. 11. Philippid.:

..... Needum Vox ulla sonabat.

\* Pro Pars. Stat. ann. 1378. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 394: *Qui dictorum civitatis et burgi majores esse dicebantur, aut specialiter Vocem majorem habere in regimine reipublica, universitatis, civitatis et burgi predictorum.* Pro Fama, nostrates *Voix* usurparunt. Stat. ann. 1373. tom. 5. earumd. Ordin. pag. 649. art. 18: *Et pour ce qu'il est Voix et commune renommée, que etc.*

2. **VOX**, Jus testimonii ferendi. Edictum Theoderici Regis Italiæ § 48: *Quia hujusmodi persone (servi et liberti) neque in civilibus neque in criminalibus causis contra patronos aut dominos, eorumque liberos, etiamsi proeis dicant, Vocem possunt habere legitimum, etc.* Concilium Francoford. ann. 794. can. 36. al. 34: *De criminosis, ut non habeant Vocem accusandi majores natu, aut Episcopos suos.* Definitio Concilii Duziacensis de Duda Monacha can. 2: *Quapropter Vocem non habent, ut sacramento de hoc sacrilego adulterio se... valeat expurgare.* Concilium Pontigonense ann. 876: *Si post quatuor menses purgare se canonice non poterit, nulla ejus Vox penitus audiatur.* Lactantius lib. de mortibus Persecutor. num. 13. de Christianis: *Non de rebus ablatis agere possent, libertatem denique ac Vocem non habent, id est, jus testimonii ferendi.*

**VOCEM NON HABERE**, dicitur apud Bractonum lib. 3. tr. 2. cap. 34. § 3. et in Fleta lib. 1. cap. 34. § 9. cap. 38. § 21. ille, qui inter infames habetur, eoque ipso ad testimonium dicendum non admittitur.

¶ **VOCEM DARE**, Accusare, deferre, querelam deponere, Gall. *Former sa plainte*. Conc. Legion. ann. 1012. inter Hispan. tom. 3. pag. 192: *Si quis vulneraverit aliquem, et vulneratus dederit Vocem Sayoni regis; ille qui plagam fecerit, persolvat Sayoni regis cannatellam vini, et componat se cum vulnerato.*

3. **VOX**, Jus suffragii ferendi in Capitulis, etc. Charta ann. 1246. apud Columbum in Episcop. Sistaric. : *Concedimus, quod in Capitulo nostro Vocem tanquam Ca-*

*nonicus habeatis.* [Charta fundat. S. Capelle Vicennarum ann. 1379. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 192. col. 2: *In quo (capitulo) thesaurarius primam, dictus vero cantor post eundem thesaurarium immediate et secundam vocem habeat... In quo duorum vicariorum Voces pro una Voce dumtaxat computabuntur.* Adde tom. 4. Gall. Christ. edit. col. 116. et Hist. Mediani monast. pag. 410.]

4. **VOX**, Jus, quod quis habet in rem aliquam. Lex Wisigoth. lib. 4. tit. 3. § 4: *Quia vero quidam tutores aut persuasione aut indignatione circumveniunt eos, quos tueri gratissime debeverunt, et de rebus reddendæ rationis securitates accipiunt, vel certe diversarum obligationum scripturas ab illis exigendas insistent; quo extinctis Vocibus eorum, quæ illis competunt nunquam inquirere, vel recipere permittantur.* [Testam. Guifredi Comit. Cerritan. ann. 1035. apud Acher. tom. 6. Spicil. pag. 432: *Quantum ibi habeo vel habere debeo, sive per prisonem, sive per parentorum, vel per qualicumque Voce, etc.* Charta ann. 1070. in Append. ad Marcam Hisp. col. 1153: *Per hanc scripturam venditionis mee vendo vobis omnes Voces et dretaticos, possessiones, etc. Per alodium, sive per aliam qualemcumque Vocem... Per nos vel per nostram Vocem, etc.* in Charta ann. 1126. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 442.] Berengarius Comes Barcinonensis in donatione civitatis Tarraconensis Romanæ Ecclesiæ, ann. 1090: *Ea scilicet deliberatione, ut ego et mei posterii omnes... teneamus hoc totum per manum et Vocem S. Petri, ejusque Vicarii Romanæ Sedis Apostolici, per quinquennium persolventes ei 125. libr. purissimi argenti ad justum pensum.* Charta Alfonsi Regis Legionensis apud Anton. de Yopez in Chron. Ord. S. Benedicti tom. 3. pag. 227: *Do et offero monasterio S. Vincentii Ovetensis, quod dicitur Capella Regum, totam Vocem et totum jus Capellanæ, in ipsa plantatione, ubicumque extensu fuerit, etc.* Charta Sancii Regis Aragon. æræ 1131. apud eundem tom. 7: *Sicut unquam habui, vel tenui, seu habere potui per qualescumque Voces, etc.* Charta Ranimiri Regis Aragon. æræ 1173. apud Blancam in Comment. Rer. Aragon. pag. 647: *Cum suis terminibus, .. directaticis, eremis, et populatis, et montibus, et aquis, et palustris, et cum omni censu, quod pertinet ibi, vel pertinere debet ad meam regulem personam vel Vocem.* Alia apud Catellum lib. 4. Rerum Occitan. pag. 651. de quadam Inquisitione: *Aut si de ipsa insula tertieritum exiunt ad potestatem Rainardi, aut permansit postea in Voce Vaidroni, etc.* Vide tom. 2. Capitul. Regum Franc. col. 1548.

Vox, Eadem, ni fallor, notione, in veteri Charta Rivipollensi æræ 888. apud Yopez in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 4: *Ipsa alode cum fines et terminos suos, sicut in ipso judicio resonat, quem acquisiuit per Vocem liberti suo, etc.*

**MALA VOX**, seu *Mala voce* possidere dicitur is, qui contra jus rem detinet. Charta Garsix Regis Navarra, æræ 1185. apud Sandovallium in Episcopo Pampilon. qua concedit Episcopo Pampilonensi, *Synagogam Judeorum de Stella, liberam et integram,*



*sine ulla Mala Voce, ad peragendum in ea Ecclesiasticum ministerium, etc.* Fori Oscæ ann. 1247. f. 5 : *Quicumque miserit Malam Vocem in hereditatem, quam alius possidet, et forte infra unum annum et unum diem noluerit accipere directum de illo, qui tenet illam hereditatem, etc.* Observantiæ Regni Aragon. lib. 6. tit. de Generalib. Privileg. § 21 : *Postea sine Mala Voce retinere potest emptor, etc.* Adde Foros Aragon. lib. 7. pag. 132. v. 133. etc. Michael del Molino in Repertorio Foror. Aragon. pag. 331 : *Viduitatis iure si possidet vidua aliquam rem, et imponitur sibi in ea Mala Vox, debet in iudicio nominare hæredes viri sui mortui, et dabitur ei dilatio, ut denuntiet Malam Vocem dictis hæredibus sui viri, etc.* Adde pag. 81. 82. v.

¶ 5. **VOX**, Actio qua rem aliquam quis postulat, cui in eam jus habes. Notitia iudicati ann. 1036. in Append. ad Marcum Hispan. col. 1063 : *Quod si aliquis homo utriusque sexus hanc donationem seu consignationem disrumpere tentaverit, Vox ejus in nullo proficiat.* Eadem occurrunt apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 156.

¶ 6. **VOX**, Fiscus, dominium. Charta Fernandi Hispan. Reg. æræ 1210. apud Cencium inter Censu Eccl. Rom. : *Si quis iuratur.... hoc meum spontaneum factum irumpere præsumpserit... pro temerario ausu parti regie et nostræ centum libras auri persolvat; et quod invaserit vobis vel Voci vestre in contraditum reddat.*

☞ Haud facile est divinare quid significet *Prendre la voix du Roy* in Litteris ann. 1372. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 5. pag. 565 : *En nostre presence ont prins la Voix du Roy nostredit Seigneur, et mis ses penons et bannieres ès forteresses des dictes villes.* Ubi de supremi domini professione agitur : unde Cl. Editor suspicatur iis significari posse ab iis hominibus jus regium in eos agnitu fuisse : haud probabiliori fortasse conjectura existimem ego intelligendum esse proclamationes Regis nomine factas, quod signum erat supremi domini non secus ac vexillorum erectio, ut videre licet supra in voce *Vexillum*.

**FALSIS VOCIBUS CANTARE**, [dicitur Musicis de voce acutam vocem eminentem, Gall. *Fausset*. Alii a *fancibus* vocis originem accersunt.] Institutiones Capituli Generalis Cisterciensis Ord. cap. 71 : *Viros docet virili voce cantare, et non more famineo, tinnulis, vel ut vulgo dicitur, falsis Vocibus histrionicam imitari lasciviam.*

\* **VOYAGIUM**, Itineris sumptus, Gall. *Frais de voyage*. Memor. G. Cam. Comput. Paris. ad ann. 1409. fol. 131. v. : *Gullemus Estrepintot, grenetarius Harefluctus, emendavit et fecit emendam regi, pro eo quod... volebat capere super regem unum Voyagium de xxiiij. diebus... et in computo suo præcedenti... ceperat unum aliud Voyagium de x. diebus... et in eodem tempore volebat capere duo Voyagia.* Vide supra *Voiagium*.

\* **VOYERIUS**, a Gallico *Voyer*, idem qui *Viarius*. Memor. H. Cam. Comput. Paris. ad ann. 1418. fol. 108. v. : *Johannes de Monsterio institutus Voyerius et receptor Medunte.*

**VOYSKINE**, Slavis dicuntur Contribu-

tiones belli causa exigì solitæ, a *Voyska*, exercitus. Ita Joann. Lucius lib. 6. de Reg. Dalmat. cap. 1.

**UPLANDA**, Superior terra, Anglis, seu ut vulgo loquimur *terra firma*, respectu paludosæ; ex Saxonicis et Anglico up, supra, et land, terra. Ingulfus pag. 853 : *Per aquam de Uplanda, id est, de superiori terra, scaphis deferri jussit.* Vide Gul. Prynneum in Libertatibus Eccl. Anglic. tom. 3. pag. 990.

**UPLANDENSIS**, Rusticus, agrestis, silvestris, montanus. Leges Burgor. Scolicor. cap. 27 : *Si burgensis calumniatur per ruremanantem, seu Uplandensem de furto aliquo invento in domo sua.*

¶ **UPOTHECA**, Apocho, quomodo etiam forte legendum est, Gall. *Quittance*. Procuratio Reg. Majoric. apud Rymer. tom. 2. pag. 464 : *Dantes et concedentes dictis procuratoribus nostris, vel alteri eorum plenam et liberam potestatem agendi, petendi... recipiendi et Upothecam de soluto faciendi.* Galli dicerent, *Doancr quittance de payment.*

\* **UPPATURA**, Cantilenæ vel Cantus species. Constit. Carmelit. MSS. part. 1. rubr. 3 : *Neque motetos, neque Uppaturam, vel aliquem cantum magis ad lasciviam, quam devotionem provocantem aliquis decantare habeat, sub pœna gravioris culpæ.*

\* **UPSLACH**, vox Belgica, Exactionis videtur species. Charta ann. 1336. ex Cam. Comput. Lusul. : *Itemli Upslach d' Antwerps demoura en la maniere que il a demouré jusques à ore.*

**UPUA**. Formula 14. ex Baluzianis : *Volutupa, et non arundo, etc.* Forte pro *Upupa*.

\* **UQUA**, Bannum, proclamatio. Pactum inter comit. Armaniac. et jurat. Tarbæ ann. 1370. in Reg. 163. Chartoph. reg. ch. 217 : *Item fu autroiet et accordat que la meitat des émolvens de la Uqua o crida des bis de la dicha villa de Tarba etc.* Vide supra *Hucha* 2. Hinc

\* **UQUEVINUS**, Præco, qui vinum venale proclamat. Charta ann. 1330. pro monast. Grandis-silvæ in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 576 : *Item quod plures præcones seu Uquevini in dicta villa per consules instituantur, prout sufficiens et utile fuerit dictæ ville.*

**URA**, ὄραξ, in Glossis MSS. S. Germani Paris. Edit. *Sulcus, Hecura*. Distinguendum *Hæc ura*.

¶ **URADEHT**. Vide *Walapaus*.

¶ **URANIUS**, URANICUS, URANUS, a Græco οὐρανός, οὐρανός, Cælestis. In honore agii *statiotis Urani*, in Hist. Translat. S. Hilarii Episc. Carcasson. ann. 970. inter Probat. tom. 2. Hist. Occitan. col. 120. [\*\* Johann. Scoti cærm. 12. apud Maium Classic. Auctor. tom. 5. pag. 450 :

Ἄρχων Ἀρχαγγέλων τε chorus ἀγγελῶν τε τελευτῶν

Mentibus Uraniis tertia τάξις inest.]

Guillelmus Gemmet. lib. 6. Hist. Norman. cap. 3. : *Decedente igitur duce Richardo a mundani principatus culmine et regna, ut credimus, Uranica scandente, etc.* Sequenti pro festo Purificat. B. M. ex Cod. Antiss. : *Post funera, Urania nos duc ad habi-*

*tacula.* Missale vetus Eccl. Carnot. in festo S. Launomari : *Illius salutifera supplicatione Uranicæ patriæ civibus nos interesse concede.* Epitaphium in Comment litter. tom. 1. pag. 243 :

Hic Janin gaude, qui vexisti sine fraude,  
Ordine, reque Minor, sacri consors, ut opinor,  
Corporis Uranici, caro cujus conditur ici.

Adde Acta S. Mansueti in Hist. Tull. pag. 190.

¶ **URANITA**, Eadem notione, Gr. οὐρανίδης. Mirac. S. Gibriani tom. 7. Maii pag. 620 : *Ut... irrigua superius peteret, et Uranitis civibus associaretur.*

\* **URANOSOPUS**. Tract. MS. de Piscibus cap. 100. ex Cod. reg. 6838. C : *Piscis, qui pulchro nomine veteribus dicitur Uranosopus, n Massiliensibus pudendo, vocatur Tapecon, quod pessi instar conformatus esse videntur; et Raspecon, quod caput ob asperitatem ad scalpendi muliebria pudenda accommodari possit; ab Italis Boca in capro, a nostris Rat appellatur.* Vide *Uraninus*.

**URASDA**, Slavis dicitur compositio pecuniaria pro homicidio, vel membrorum mutilatione. Vide Joan. Lucium lib. 6. de Regno Dalmat. cap. 1. et Statuta Ragusii lib. 6. cap. 76.

¶ **URATISLAVIENSIS MONETA**. De Johanne Uratislaviensibus Godofredus Rhodius dissertationem edidit, Vratislaviæ ann. 1693.

**URBACIO**, *Circumductio*, περιελάξις, in Gloss. Gr. Lat. [in MSS. Sangerm. : *Circumductio, urbitus, orbs.*]

¶ **URBALIS**, Urbanus. *Ecclesie urbales*, Majores, Cathedrales. Sermo 5. Abbonis apud Acher. tom. 9. Spicil. pag. 105 : *Auferunt namque perversi calliditate Urbalibus Ecclesiis, nec non Monasticis, res et villas, quibus debent Episcopi, Monachi et Canonici vivere. Diversis plane dolis et fraudibus predicti invasores ecclesie destruant presidia Christianitatis, hoc est sedes Episcopales et Monasteria.*

¶ **URBANARI**, Rempublicam administrare in urbe degere. Gloss. Lat. Gr. : *Urbanor, πολιτεύειν.*

¶ **URBANTUS**, perperam pro *Wantus*. Vide ibi.

**URBARA**. Acta Murensis monast. pag. 40 : *Exceptis agris et pratis et silvis, quæ ad nos ex toto quod dicunt Urbara, vel ad Clericum pertinent, etc.*

\* Pro *Urbora* vel *Urbura*. Vide in his vocibus.

\* **URBARIUM**, Prædium, ut videtur, urbi proximum. Charta ann. 1335. inter Acta SS. tom. 4. Sept. pag. 728. col. 2 : *Si autem id quatuor septimannis omiserint... ego, mei hæredes vel successores plenam potestatem habeamus viginti libras pecuniæ in binis illorum Urbariis, in Mieders xiv. libras pecuniæ et in Claps sex libras ad altam ecclesiam vel monasterium dandi.*

\* **URBARIUS**, Exactionis, *Urbora* nuncupatæ, collector. Dipl. Caroli IV. imper. ann. 1356. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 3. pag. 37. col. 1 : *Assignamus octo marcas nostri regii pagamenti, de nostrarum Urbore et monetæ Chutnensis proventus, per Urbarios nostros Chutnenses, quoscuque pro tempore esse contigerit, dictis fratribus,*



sine intervallo quolibet, persolvendas singulis septimanis. Vide *Urbara*, *Urbor*, et *Urbura*.

† **URBATVS**, Sulco, qui fit in urbe condenda urvo aratri designatus. Hist. Lossens. Comit. part. 2. pag. 42 : *Peva et Hamonte exceptis : quia tunc, juxta Mantel. in Comp. Hist. Loss. cap. 9. fol. 44. nondum fuerant Urbatu cinctaque manibus, aut donata oppidorum prerogativis.* Festus : *Urvat, circumdat, ab eo sulco, qui fit in urbe condenda urvo aratri, quæ sit forma similima uncini curvatione baris et dentis, cui præfigitur vomer.* Gloss. Lat. Gr. : *Urbata, περισφραγισμένα.* Vide Vossii Etymolog. in voce *Urbs*, et infra *Urvus*.

† **URBECULA**, Oppidulum. Dialogus ann. 1456. apud R. Duellium tom. 1. Miscell. pag. 236 : *Estne hæc Dianæ dicata Nympha extra mœnia Urbecule non procul a Sillanis quondam castris.* Gloss. Lat. Græc. : *Urbicula, πύργιον.*

† **URBICARÆ REGIONES**, Quæ a Præfecto urbis administrabantur, urbi proximæ. Acta SS. Lucææ, Auceiæ, etc. tom. 5. Jun. pag. 12 : *Per omnem Italiam, tam etiam per omnes Urbicarias Africanasque regiones, etc.* Vide *Suburbicariæ*.

\* **URBICLVS**, pro *Urbicalis*, in Inscriptione Christiana ann. 532. a pluribus allata, quem male Bollandus *mensam* interpretatur; Clypeus potius votivus est, ut docet Fontaninus in Dissert. inscripta *Discus argenteus* etc. pag. 51.

† **URBICVS**, Civis. Vita S. Joannis Abb. Parm. tom. 5. Maii pag. 183 : *Cum quidam Urbicus ultra flumen qui juxta murum civitatis fluit, transire voluisset, etc.* [\* Vide Annal. Corb. ad ann. 1114. apud Pertz. Script. tom. 3. pag. 8. lin. 22.]

† **URBICVS**, Publicus. Charta Cornutiana ann. 471. apud Mabill. Diplom. lib. 6. Ch. 1 : *Quæ omnes species appensate habent ad stateram Urbicam argenti pondo quinquaginta quatuor uncias.*

† **URBICVS**, Romanus, eadem ratione qua Roma *αὐτὴ ἑξοχήν* Urbs appellatur. S. Paulinus Epist. ad Severum tom. 1. pag. 27 : *Sed plenius indicare potuerunt conservi nostri,.... quantum nobis gratiæ Dominicæ detivimentum faciat Urbici Papæ superba discretio. Urbici pistores, in Cod. Theod. lib. 13. tit. 5. leg. 2.*

† **URBOR**. Charta Conradi Episc. Ratisbon. ann. 1224. in Metropoli Salisburg. tom. 1. pag. 237. et apud Tolner. inter Probat. Hist. Palat. pag. 148 : *Excepimus illam (advocatum) Duci recompensaturi per feudum, quod vacare ceperit ad æstimationem 20. librarum, quarum 10. sint absoluti redditus, quod vulgo sonat Urbor.* Charta Ottomris Ducis Meranix ann. 1231. ex Schedis Mabill. : *Cæterum quia privilegium ecclesiasticæ libertatis, immunitatem videlicet ecclesiæ violari, et in possessiones familiares quæ Urbor vulgo dicuntur, etc.* Gloss. Teuton. Schilleri : *Urber, orbore, redditus, ususfructus, Belgis orboir.* Vide *Uroma*. [\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 3. col. 175. Schmeller. Glossar. Bavar. tom. 1. pag. 184. Haltaus. Glossar. German. col. 1997. sqq.]

\* **URBORA**. Vide supra *Urbarius*.

**URBS AUREA**, Roma. Petrus Diaconus

lib. 4. Chron. Casin. cap. 125. de Lothario Imp. : *Juxta auream Urbem pervenit. Auream Romam dixit etiam Martialis lib. 9. Epigr. 60 :*

In septis Mamurra diu, multumque vagatus  
Illic ubi Roma suas Aurea vexat opes.

Juvenus lib. 1. initio :

Non orbis, non rego hominum, non Aurea Roma.

Et Prudentius in Apotheosi :

Et venerata Deum percenset Aurea Roma.

Catwolphus in Epistola ad Carolum M. Regem : *Auream et Imperialem Romam intrasti, et Italicarum regna cum omnibus preciosis a Rege Regnorum suaviter accepisti, etc.* Carmen de Carolo Calvo Imp. v. 17 :

Aurea cum totum regnaret Roma per orbem  
Consiliis, sublime caput solenniter astris  
Extulit, ac tonitru sonuit per climata mundi.

Auctor Panegyrici Berengarii Imp. :

.... Valeat tuus Aurea Princeps  
Roma diu, etc.

Adde Vitam S. Faronis cap. 124. Vitam S. Adalberti Episc. Pragensis n. 12. Aleuinum Poem. 178. etc. In sigillis prætea Imperatorum *Auream Romam* dici annotat Angelus a Nuce.

† **URBS ÆTERNA ET ÆTERNABILIS**, itemdem Roma appellatur, in leg. 3. Cod. Theod. de Collat. donat. (11,20.) et in leg. 11. eod. Cod. lib. 15. tit. 1. de Operib. publ. Vide Præfat. Baluzii in Regionem.

† **URBS LAPIDVM**, Carnutum sic appellabatur : rationem docet Agano in Præfat. ad Libr. Chartarum S. Petri Carnot. : *Erat (Urbs Carnotensis) ex quadratis immanissimis lapidibus constructa, altisque turribus munita, et ilcirco Urbs lapidum vocitata.*

† *Urbs* seu *Civitas*, ut Roma, sic Alexandria *αὐτὴ ἑξοχήν* est appellata, in Cod. Theod. leg. 15. tit. 12. lib. 12. de Legat. et leg. 9. tit. 1. lib. 15. de Operibus publ. Vide ibi Gothofredum.

† *Urbs* et *Oppidum* idem sonat Valesio in Præfat. ad Notitiam Galliarum pag. XIII. et seq. Vide *Oppidum*. *Urbs* pro *Civitas* dicta interdum sedes Archiepiscopi, præcipue in monctis, ut observat *Le Blanc* de Monet. pag. 155. vel 167. Vide *Castrum* et *Civitas*.

\* Consule *Du Bos* tom. 2. Hist. critic. monarch. Franc. 2<sup>æ</sup>. edit. pag. 17.

**URBURA**, Jus regium in fodinis aureis, argenteis, etc. apud Hungaros. Decreta Ludovici Reg. Hungar. ann. 1351 cap. 13 : *Si possessiones ipsas minerosas Regiæ Majestatis pro cambio habere nolit, ex tunc jus regule, seu Urburas juri regio pertinentes recipere suo nomine faciat.* Quale autem fuerit ejusmodi regium in fodinis jus, docet vetus Fragmentum de *Urburis* inscriptum : *Reges Hungariæ ab eorum montanistis receperunt Urburas, hoc est, de singulis mineris auri, argenti, et cupri habuerunt decimam partem.* Vide Thwroc. in Sigismundi Rege Hungar. cap. 15. [et Bonfinii Decades Rer. Ungaric. edit. 1581. pag. 113.]

† **URCA**, Modus agri. Charta Alexandri IV. PP. ann. 1255. apud Ughellum tom. 1. Ital. sacræ col. 53. edit. 1717 : *Ecclesiam S. Mariæ de Fulano in quatuor Urcam, et dimidiam, etc.* Sed legendum videtur *Urcia*. Vide in hac voce, num. 2.

† **URCARE**, Lyncum clamor. Vide *Bau-lave*. [\* Vide supra *Uncare*.] [\* *Ursi Urcant*, in Aldhelm. Grammat. apud Maium Classic. auct. tom. 5. pag. 570.]

**URCEOLVS**, Inter ministeria seu vasa sacra recensetur. Lanfrancus Cantuar. Epist. 13 : *Urceolus quid sit, liquido patet, est enim vas superius, unde lavandis manibus aqua infunditur.* Stephanus Eduensis lib. de Sacram. altaris cap. 4. ubi de Acolutorum ordinatione : *Accipiant et Urceolum, in quo datur eis potestas infundendi aquam in calicem dominicum.* Testamentum Riculfi Episcopi Helenensis ann. 915 : *Conchas areas 2. ad chrisma conficere, Urceolo uno cum aquamanele etc.* Charta ann. 1197. apud Ughell. tom. 7. pag. 1274 : *Duos Urceolos argenteos pro vino et aqua.*

**URCEOLVS**, in veteri Charta plenariæ securitatis, exarata sub Justiniano, apud Brissonium in Formul. pag. 647 : *Conca aurea unu, Orceolo ureo uno, lucerna cum catenula, etc.* [Acta Episcop. Cenoman. apud Mahill. tom. 3. Analect. pag. 390 : *Duos Orceolos argenti cum pyxide argentea ad hostias reponendus.*]

† **URCEOLVS**, Situla, Gall. *Seau*. Falcanus in Hist. Sicul. apud Murator. tom. 7. col. 257 : *Ubi et rote volubilis obsequio descendentibus itemque ascendenti Urceolis, puteos videas exhauriri, cisternasque adjacentes impleri, etc.*

\* Glossar. Lat.-Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Urceolus, Ponsonnet.*

† **URCEVS**, Sepulcrum, feretrum, theca reliquiarum. Acta S. Domitiani tom. 1. Febr. pag. 702 : *Dum ossa illa sancta levarentur et Urceo novo imponerentur, etc.* Vide *Urna* 3.

**URCHRICHIAD**. Leges Hoeli Boni Regis Walliæ : *Urchrichiad, i. Edling, qui post Regem habet succedere, præ omnibus, qui sunt in Curia præter Regem et Reginam, honoratur. Iste erit filius ejus vel frater ejus. Locus ejus est in aula ultra ignem, in opposito Regis. Inter heredem et columnam primo loco habet iudex sedere.*

† **URCIUS**, pro *Urceus*, in Testam. Ermentrudis, apud Mabill. Liturg. Gall. pag. 463.

† **URDENANDVS**, ex antiquæ scripturæ vel pronuntiationis vitio, pro *Ordinandus*, apud Doublet. Hist. S. Dionys. pag. 689.

\* **URDICIVS**, pro *Hurdicius*, Cratis lignea, qua obducebantur mœnia, ne ab arietibus vel missilibus lapidibus læderentur. Bened. abb. Petroborg. de Gest. Henr. II. reg. Angl. ad ann. 1190. tom. 2. edit. Hearn. pag. 627 : *Exierunt Saraceni a civitate Acræ circiter quatuor milia armati, et combusserunt quatuor Urdicios per ignem Græcum. Hurdicios, infra pag. 653. Vide Hurdicius.*

\* **URDILIA**, **URDILLIA**, f. pro *Utensilia*, vel *Usibilia*. Vide in hac voce. Eo saltem sensu accipi videtur, in Ordinat. Caroli dalph. ann. 1357. ex Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Vienne* fol. 18. v<sup>o</sup> : *Item concedimus dicto magistro, quod ipse Urdilia nostra monetarum nostrarum, ubicunque fuerint, capere possit, pro ipsis ad dictum locum S. Murcellini ad opus dictarum nostrarum monetarum cudendarum apportandis, quæ finito operatio dictarum moneta-*



*rum, nobis seu gentibus nostris reddere teneatur. Alia ann. 1362. fol. 42. v° : Item voluit et concessit dictus dominus locum tenens dicto magistro, quod Urdilla dictarum monetarum Dalplinalium, ubicunque fuerint, capere possit.*

\* **UREDIIUS**, Charta senesc. Ruthen. ann. 1313. in Reg. 50. Chartoph. reg. ch. 143 : *Item albergom unius inlithis et Uredii, quod dictus dominus noster rex percipit.*

\* **UREDO**, Nielle, qui chiet sur les blés, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684.

\* **URGEOLUS**, pro *Urceolus*, vas inter sacra recensitum, in Invent. ecel. S. Egid. ann. 1491. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 55. col. 1 : *Item sex Urgeolos... desuper deauratos, etc.*

\* **URGESCERE**, pro sæpius urgere, usurpat Lucifer Calaritanus lib. 2. pro S. Athanasio pag. 124.

\* **URGETA**, Inquisit. super destructione bastidæ Sabranorum ann. 1363. in Cod. reg. 5956. A. fol. 79. r° : *Supra quadrigam... posuerunt unam Urgetam plenam melle albo. Sic, sed legendum prorsus Vegeten. Vide Veges.*

† **URGUERE**, Accusare, in Cod. Theod. tit. 1. lib. 9. de Accusat. leg. 9 : *Cum juxta formam juris antiqui, ei qui cœperit Urguere, aut vindicta propozita sit, si vera detulerit : aut supplicium, si sefellerit.*

† **URGUERE**, pro Urgere, in Præcepto Ludovici Pii ann. 822. apud Baluz. tom. 2. Capitul. col. 1421. et alibi.

\* **URGUO**, Lapidis species. Testam. Audoyni card. Ostiensis ann. 1363. in Cod. reg. 4223. fol. 136. r° : *Supra corpus meum ponatur unus lapis planus, vulgariter dictus de Urguone, in quo nulla penitus sit sculptura.*

\* **URIDO**, Ventus Boreas, inter notas Tironis ex Cod. reg. 190.

\* **URIGO**, Vertigo, in Gloss. Arabico-Lat.

† **URINA**, Urigo, a vet. Gall. *Orine*, eadem notione. Vide *Originarii*. Charta ann. 1287. ex Tabul. Calensi pag. 116 : *Ysabellis de Gleroy recognovit se esse feminam de corpore ecclesie S. Georgii Kalensis ex propria Urina ac etiam materna natione.*

† **URINA LAXIVA**, Cerevisia dicitur cuidam Versificatori apud Henricum Rebdoff. ann. 1347.

† **URINALE**, URINALUS, Matella, Gall. *Urinal. Urinale, Urinarium, matella*, in Gloss. MSS. apud Vossium lib. 3. de Vitiis serm. cap. 56. Transactio inter Abbatem et Monachos Crassenses ann. 1351 : *Infirmarius... debet habere pro monachi infirmis in dicto monasterio... ollas, mappas, manutergia, Urinals, cellas (sellas) et oleum.* Charta ann. 1338. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 363 : *Duodecim duodenas amphorarum, sex duodecim duodenas Urinalorum, etc.*

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Urinale, Urinarium, Orinali, Prov. Urinam nostri alias Eschoie appellarunt.* Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 110. Chartoph. reg. ch. 302 : *La femme d'icellui Geramin... entra en son hostel et y print un pot de terre garni d'Eschoie et d'autre ordure, et icelle ordure getta à la teste dudit Molin, et le gasta très-deshonestement. Date, eodem significato, sed incerta mihi origine, in aliis Lit. ann. 1476. ex Reg. 195. ch.*

1592 : *Il fist mettre sur le lieu où il avoit esté frappé un petit du Date d'un des autres jeunes enfans, qui estoient là présens, avec un petit de mousse, pour cuider tappir et faire cesser le sang.*

† **URINARE**, a Gall. *Uriner*, Mingere. Miracula MSS. Urbani V. PP. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *Roncenus erat per totum corpus valde inflatus nec feucabat, nec Urinabat.*

† **URIO**, Ludi genus. Vide *Senio*.

\* **VRISACENSES**, Monetæ species. Comput. decimæ in Italia collectæ ann. 1278. pro subsidio T. S. ex Cod. reg. 5376. fol. 243. r° : *Marchas xliij. et denarios xxxix. ad computum in Vrsacensibus, Labacensibus et aliis diversis monetis Carinthie.*

\* **URITRA**, Virga, veretrum. Alex. Iatro-soph. MS. lib. 2. Passion. cap. 120 : *Qui autem in vesica aut in Uritra ulcera aut vulvula habent, injicias per Uritram, i. per virgam, cum lacte asinino, aut muliebri, aut cum sapa.*

† **VRIVOLSA**, Sclavonica vox. Ditmarus in Chron. Episcop. Merseburg. : *Qui vecordes in malum hoc irrisione mutabant, Vrivolsa, quod nostra lingua dicitur, Annus que stat in fructibus, etc.* [\* lib. 2. cap. 23. ubi Pertz. *Ukrivolsa*.]

\* **URLARE**, Orulam, vel limbos inserere, Gall. *Orler*. Monasticum Anglic. tom. 3. pag. 317 : *Anictus de aurifrigio... Urlatur aurifrigio puro et stricto.*

\* **URLUS**, Idem quod *Orlus*, a Gallico *Orle*, Ora, margo. Chartul. archiep. Bitur. fol. 129. v° : *Domina de Aneto et Rabellus filius ejus confessi sunt, cum... Philippo D. G. archiepiscopo Bituricensi... amicabiliter convenisse in hunc modum, videlicet quod casale, ... qui est in via versus carobrias, juxta domum Bigot, usque ad ulnum qui est in Urlo dou plassers etc. Vide *Orlum*.*

1. **URNA**, pro *Orla*, seu *orula*, Limbus, Gall. *Orlet*. Leo Ost. lib. 1. cap. 57 : *Aliam planetam cum leonibus, Urnas de pallio longitudine passuum 4. latitudine palmarum trium, pannu de altare diardinum, etc.* Lib. 3. cap. 11 : *Capitulum renovavit, illudque gypsea Urna in syro, vitreisque fenestris ac pulchro variorum marmorum pavimento decorans tegulis cooperuit. Cap. 20 : Tunicam diapistin cum Urna amplissima a pedibus et manibus ac scapulis aurea. Cap. 57 : Coopertorium cum Urna purpurea. Cap. 33. (al. 31 : ) *E quibus (iconis) deceu ex quadratis predictus Frater apud Constantinopolim crasso argento sculptis ac deauravit, ... rotundas vero omnes argentea solum Urna 4. librarum circumdans, cæteru coloribus ac figuris depingi Græca peritia curavit. Cap. 58. (al. 57 : ) Coopertorium altaris sericum cum Urna purpurea ornatum margaritis.**

2. **URNA**, Mensura liquidorum, vini, cerevisiæ, etc. [ *Vini* IV. *carradæ et dimidia et duæ Urnæ*, in Charta Anselmi Abb. Laurisham. apud Tolnerum inter Probat. Hist. Palat. pag. 16. Necrolog. ejusd. Abbatæ apud Schannat. Vindem. litter. pag. 26 : *Hic constituit 10. Urnas vini in Urebach in anniversario ejus fratris ad caritatem.* Charta ann. 1289. apud Ludewig. tom. 4. Reliq. MSS. pag. 117 : *Sex Urnas vini montani juris, et sexaginta denarios de*

*quodam agro, etc.* Adde pag. 146. et 254. Hinc retinenda videtur hæc vox in Charta Raimundi Comit. S. Egidii ann. 1164. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 300. atque adeo emendanda in voce *Ubia*.] Occurrit præterea in Metropoli Salsburgensi tom. 2. pag. 292. tom. 3. pag. 40. et alibi non semel.

\* Hinc *Urna*, pro Tributo, quod ex mensuris percipitur, in Charta Bereng. I. Ital. reg. ann. 897. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 97 : *Ut nulla magna parvaque persona deinceps audeat... teloneum ac redibitionem aliquam, seu Urnas atque mutas, vel ullas collectas ab eis, vel a predicto monasterio pertemptare ullo ingenio exigere.*

\* *Urlée* vero, Præstationis vel mensuræ annonariæ species videtur, in Reg. feud. comitat. Clarimont. ex Cam. Comput. Paris. fol. 87. r° : *Item au jour de Noel une Urlée, deux mincs d'avoine, deux cappons, etc.* Nisi, quod satis aridit, Placentæ genus intelligas, quod in die Natalis domino a subditis vel prædiorum conductoribus offerri solitum erat. Vide *Panis natalitius* et *Torta* 1.

3. **URNA**, Theca, feretrum, in Vita Aldrici Episcopi Cenom. cap. 45. [Charta ann. circ. 894. apud Mabill. tom. 3. Annal. Bened. pag. 293. qua Geraldus Comes annum censum 12. solidorum ad *Urnas* beati Petri persolvi præcipit. Andreas Floriac. lib. 4. Mirac. S. Bened. MSS : *Pridie quam viam ingredereur universæ carnis, quo sepeliendus foret præmonuit, locumque secus exteriorem cryptæ sanctæ Crucis frontem indixit, indicendoque oravit. Porro id pollinctoribus negligentibus, atque alias Urnam accelerantibus, etc. Vide *Vista* 5. et *Urcus*.]*

† 4. **URNA**, Machina bellica, quam sic describit Hero de Mach. bellicis cap. 9 : *Fiunt itaque fictiles Urnæ laminis ferreis exteriori parte colligatæ, minutisque carbonibus impletur : ab extrinseca vero laminæ facie fundum versus forantur et aperiuntur usque unius digiti foramen, ferreumque tubulum inde suscipiunt, cui tubus alius follem habens adjungitur. Cum autem ignem carbones susceperint, dum sufflantur, simuleu flammæ perficiunt combustionem. Quippe que lapidem penetrat atque confringit, aceto vel urina, vel alio quopiam acrium superinfuso.*

\* **URNATORES**, Qui urnis aquas ex altis puteis levant, apud Julium Firmicum lib. 3. Matth. cap. 11. lib. 4. cap. 6 : *Aut enim ex altis puteis, quotidiano opere aquam levare cogentur, etc.* [Vide *Urceolus*.]

\* **URNEA**, f. Aquæductus. Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 1. fol. 95. v°. col. 2 : *Et facient patium fossati duodecim pedes altitudinis super terram et posternam, et debent housour extra, et facient unam Urneam de lapidibus. Vide *Urna* 4.*

† **UROMA**. Leges Mechlinienses tit. 10. art. 1 : *Heres feodi intra proximas sex hebdomadas a morte defuncti investituram a Domino petere debet, eique dabit pro integro feodo, tredenti equites, singulos triginta stufers aestimatos; et pro non integro Uromau, sive επώρον, hoc est fructus unius ann. aut quanti in annum conducitur. Vide *Urbori**



[\*\* Kilianus : *Vrome van een iaer, Opora, fructus unius anni.*]

\* **VRON-AME**, VRON-VUDER, voces Germanicæ. Glossæ Cæsarii Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joau. Nic. ab *Honthein* pag. 673. col. 1 : *Quinque modii faciunt amam, quam appellamus Vron-ame, et sex amæ faciunt carratum, quam appellamus Vron-vuder.* [\*\* Vide supra *Fronomen*. A *Frone*, Publicus, dominicus.]

\* **VRONEN**, vox Germanica. Vide supra *Absare* 1. [\*\* et *Haltaus*. Glossar. German. col. 531.]

† **UROR**, pro *Urus*. Vide in hac voce.

\* **UROWENRADA**. Vide supra *Frauwennrada*.

**URPHEDA**, Germ. *Urfelit*, Juramentum, quod ex carcere dimissus præstat de non uleiscendo. Goldast. [Vide *Vossium* de *Vitiis* serm. lib. 2. cap. 19. et supra *Faida*.] [\*\* *Haltaus*. Glossar. German. voce *Urfehde*, col. 2000.]

† **URSA LIBRA**, pro *Arsa*, apud *Kennett*. Antiquit. Ambrosd. pag. 165. Vide *Arsura*.

† **URSARIA**, Hispaniæ urbs, vulgo *Madrid*. Itiner. *Adriani VI*. PP. apud *Baluz.* tom. 3. Miscell. pag. 394 : *Sed dom Franciæ Rex captus detinebatur Ursariæ, quæ Madrid vulgo dicitur, etc.*

† **URSARITIVS CANIS**, Qui ursos prosequitur. Vide in *Canis*.

\* *Oursiere*, Ursi latibulum, in *Vitis Patrum* MSS :

Tant a l'Oursiere avironnée  
Qu'il a une sente trouvée,  
C'une ourse i avoit donnée.

† **URSARIUS**, Vir e familia, domesticus, officialis palatinus : unde suspicari facile est legendum esse *Huscarla*. Vide in hac voce. Hist. MS. *Monast. Beccens.* pag. 52 : *Hostis antiquus ter insurrexit in me, et ter cecidit in semetipsum, et Ursarius Domini mei, id est Angelus bonus liberavit me.* Charta *Baldouini* Comit. *Hannon.* ann. 1176. apud *Marten.* tom. 1. *Ampl. Collect.* col. 896 : *Præstita fide et Sacramento confirmavi, quod neque ego, neque Ursarii mei, neque venatores in aliqua domorum ecclesie per violentiam jacobimus.*

† **URSARIUS**, Cui ursos ad spectaculum instruendi cura commissa est. *Lambertus* in Hist. Comit. *Ardens.* apud *Ludewig.* tom. 8. *Reliq. MSS.* pag. 552 : *Compromisit de quolibet oppidi furno ad quolibet furnamentum ad procreandum ursum et pascendum, panem unum Ursario se daturum, et sic Indum ursi ad spectaculum singulis diebus festis ad placitum suum haberent et conspicerent.*

**URSUS**, Præstatio Regi Bohemiæ recens dicto fieri solita. *Albertus* *Argentiniensis* in *Chron.* pag. 145 : *Collecta enim ibi imposita, quæ Ursus dicitur, et de novo Regi creato debita, apud Bohemos remansit.*

**URSUM CIRCUMDUCERE**. *Hincmarus* *Remensis* in *Capitul.* ad *Presbyteros* cap. 14 : *Nec plausus et risus inconditos, et fabulas inanes ibi referre aut cantare præsumat. Nec turpia joca cum urso, vel tornatricibus ante se facere permittat.* *Synodus Trullana* can. 61 : *Τῷ αὐτῷ δὲ τοῦτῳ ἐπιτιμῶν καθυπερβῶν.*

σθαι. δει καὶ τοὺς ἀρκτοὺς ἐπισηρομένους ἢ τοιαῦτα ζῶα, πρὸς παίγιον καὶ βλάβην τῶν ἀπλοῦσέρων. Ubi observat *Balsamon* in ejusmodi ursorum capitibus et corporibus tincturas appendere solitos, dareque passim ex pilis eorum cum tincturis, tanquam phylacteria, ad depellendos morbos, atque adeo oculorum fascinos amolendos. Vide *Minator* 2.

† **URSORUM PASTUS**, [inter onera quæ a vassallis suis domini exigebant, recensetur in *Charta Dudonis Abbatis Dervensis* ex *Tabulario* ejusd. *Ecclesiæ.*] Vide in *Pedatura*.

**URTELLA**, Idem quod *Ordalium*, judicium divinum, purgatio vulgaris; Germ. *Urdel*. *Decretum Tassilonis* de popularibus legibus cap. 9 : *Ut hi, qui Dncali manu liberi dimissi sunt, ad eadem cogantur judicia, quæ Bajourii Urtella dicunt.* Vide *Ordela*.

\* **URTICATIO**. Vide supra *Feralatio*.

† **URTIFER**, pro *Hortifer*, Hortus. *Tabul. S. Sulpitii Bituric.* : *Cum appenditiis earum, Urtiferis et cultiferis, viridigaris, etc.*

**URTIO**. Vide *Alchaz*.

**URTUM**, pars aratri, quæ plicatur, *Pataviæ* : in MSS. *Urnum*.

† **URUBHI**, Titulus est capitis 16. *Leg. Rotharis* Reg. ex *Cod. Ambros.* apud *Murator.* tom. 1. part. 2. pag. 19. col. 2 : *Si quis hominem mortuum in flumine, aut foris invenerit, exspoliaverit, et celaverit, componat parentibus mortui solidos LXXX. etc.* [\*\* Vide *Rhairaub*.]

\* *Grassatio* in itinere regio, a Germanico *Uz*, foris, et *Rauben*, furari, prædari.

† **URUCA**, λαχίνων Κλητή. *Gloss. Lat. Gr.* in *MSS.* *Sangerm. Urtica*.

**URUS**, vox Gallica vetus, Germanis hodie *eyn uhrochs*, ut docet *Cluverius* lib. 3. *Germ. antiq.* cap. 47. *Gl. Gr. Lat.* : *Βούβαλος, urus, bos silvestris*, [Gloss. *Lat. Gr.* : *Uror, βοὺς γερμανός. Leg. Urus*, ut infra : *Urus, bos silve, βούβαλος* : in MSS. *silvester* : addunt *Regiæ Bufalus*.] *Glossæ antiquæ* MSS : *Uri, vituli agrestes, quos Bubalos vocant.* *Macrobius* lib. 6. *Saturn.* cap. 4 : *Nec non et Punicis Oscisque verbis usi sunt Veteres, quorum imitatione peregrina verba non respuit ut in illo, Silvestris uri assidue; Uri enim Gallica vox est, qua feri boves significatur.* *Aimoinus* lib. 1. *Hist. Franc.* cap. 1. ubi de *Herciniæ silvæ* feris : *Tertium est genus earum, quæ Uri appellantur. Hi sunt magnitudine paulo infra elephantos, specie et colore et figura tauri. Magna vis eorum est, et magna velocitas; neque homini neque feræ, quam conspexerint, parcunt. Hos studiose captos foveis, interficiunt. Hoc se labore durant adolescentes, atque hoc genere venationis se exercent,.... amplitudo cornuum et figura et species multum a nostrorum bonum cornibus differt. Hæc studiosè conquesta ab labris argento circumducunt, atque cumplissimis epulis pro poculis utuntur.* *Postremis Aimoini* verbis conveniunt, quæ scribit *Fulco* lib. 1. *viæ Hierosol.* :

Uris corua sunt immensæ concavitatis, Ex quibus ampla satis, et levia pocula fiunt. Vitibus et mensis et honora et comoda prosunt, Seu docti artifices ea quadrifida rotundent, Integra sive sinant, et fissa caloribus aptent.

*Idipsum Cæsar* lib. 7. et *Plinius* lib. 11. cap. 37. de urorum cornibus vice poculorum tradunt. *Urorum* vero venationis meminit *Monachus Sangall.* lib. 2. de *Carolo M.* cap. 11 : *Cum ecce quietis et otii impatientissimus Carolus ad venatum bisontium vel Urorum in nemus ire, et Persarum nuntios secum parat educere.*

\* **URUS**. Vide supra *Modolagium*.

† **URVUS**, Aratri curvatura proprie : item, Sulcus aratro designatus, intra quem urbem ædificarent. *Rolandin.* *Patav.* in *Chron. Tarvis.* apud *Murator.* tom. 8. col. 249 : *Et quia scivit quod antiqui magnates respiciebant ascendens, cum volebant condere civitates; et faciebant ipsimet Urvum cum aratro, quo circumdubant civitates, unde dictæ sunt urbes, etc.* Vide *Urbatus*.

1. **USA**, Fluvius, ex *Saxonico* u. s. *Fœdus Alfredi* et *Godrani* cap. 1. de regni terminis : *Tunc in rectum ad Undefordum; tunc sursum in Usa, ad Wetelingstreet.* [\*\* *Nomen proprium fluvii, hodie Ouse.*]

\* 2. **USA**, Jus utendi aliqua re. Dicitur potissimum de nemorum usu. *Charta* ann. 1308. in *Reg. 40.* *Chartoph. reg. ch.* 137 : *Dicebant... se... habuisse Usam et exspectam se alienando de lignis nemorum totius mandamenti et districtus prædicti castri de Brusca.* Vide *Usagium*.

\* **USAGGERIUS**, Officium apud *Templarios*. *Interrogat. Templar.* ann. 1310. *inter Probat.* tom. 1. *Hist. Nem.* pag. 204. col. 1 : *Frater Stephanus de Clumaco, serviens templi, Usaggerius conventus Montispessulani, etc.*

\* **USAGIARE**, Ea, quæ ex usu vel consuetudine debentur, præstare. *Charta Beatr. dom. Foucign.* ann. 1295. in *Chartul. Sabaudia* fol. 37. v° : *Mandantes et præcipientes per has nostras patentes litteras hominibus et feudatariis nostris,.... ut dicto domino comiti de cætero respondeant et Usagiarent de prædictis. Quibus factis nos omnes et singulos homines et feudatarios prædictos solvimus et quittamus de homagiis et usagiis, in quibus nobis pro prædictis tenebantur.* *Recognit. feudal.* MS. ann. 1343 : *Item tres seystorias cum dimidia prati, sitas apud Valorseyri, de quibus Usagiari tenementarii eidem domino dalphino.* Vide in *Usagium*.

† 1. **USAGIARIUS**, Quo uti licet. *Charta Libertat. oppidi S. Palladii* ann. 1279. apud *Thomasser.* in *Biturig.* pag. 113 : *Solvent unum denarium de quolibet porco lactente quem habebunt in alio nemore communi et Usagiario. Usagié, solitus; dicitur de eo quod in usu est, in Charta ann. 1289. ex Chartul. S. Johannis in Valle : L'eure usagié et acoustumée.*

\* 2. **USAGIARIUS**, Qui in silva aliena usagium seu usum habet ad pascenda animalia, vel ad ligna cædenda. *Charta Joan. de Cabilone* episc. *Lingon.* ann. 1331. in *Chartul. ejusd. eccl.* fol. 272. v° : *Item octies viginti vel circa arpenta nemorum vestitorum sine platheis, quæ ascendunt ad sexaginta arpenta franca domino, sine Usagiariis.* Vide *Usuagiarus* in *Usagium*.

† **USAGIUM**, Usus, mos, *Gall.* *Us* et *coutume* : ita sæpissime appellantur *Consuetudines municipales.* *Charta* ann. 1284. apud *Rymer.* tom. 2. pag. 264 : *Regni antique consuetudines approbate bonaque*



*Usugia, quæ sacris canonibus non repugnant, illibata servantur.* Libertates Bellaville ann. 1233. apud Acher. tom. 9. Spicil. pag. 182: *Similiter in Usagio et franchesia Belleville continentur, quod, etc.* Mandatum Philippi Pulchri Reg. Franc. ann. 1302. apud Meneſter. Hist. Lugdun. pag. 85: *Servando et custodiendo diligenter Usagia locorum et consuetudines approbatas.* Charta ann. 1329. ex Tabul. Eduensi: *Renunciantes etiam in hoc facto predicti venditores.... omnibus aliis iuribus, et legibus, Usagiis, consuetudinibus, etc.* *Usagia locorum*, in Chartul. S. Vandreg. tom. 2. pag. 1854. Regest. Episcopat. Nivern. ann. 1287: *Usngium de securibus et de potariis et de lupercis solent valere xv. lib.* Vide in *Usaticum*.

¶ Hinc *Se mettre à bon Usage*, pro Agendi rationem emendare, in Lit. remiss. ann. 1426. ex Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 545: *Le suppliant depuis se mist à bon Usage et achetoit du blé et le menoit vendre à Beauvais.* *Usage*, pro *Usage*, Jus utendi silva aliena. Charta Margar. regin. Navar. ann. 1255. in Chartul. Campan.: *Et del Usage en touz les bois de Derf, etc.*

¶ *USAGIUM*, Jus utendi aliqua re. Dicitur potissimum de nemorum usu, Gall. *Droit d'usage*. Charta ann. 1217. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 197: *Dedi eis... boscum mortuum in foresta de Jugne ad Usagium domus de Beriac.* Alia ibid. col. 389: *Dono iterum et concedo dictæ abbatiæ in perpetuum totum Usagium plenurium habendum et capiendum libere et expedite per totam forestam meam.* Chartul. S. Vincentii Cenoman. fol. 71: *Monachi S. Vincentii Cenomanensis habent in foresta sua de Pait Usngium suum ad opus domus suæ S. Leonardi... ad calefagium suum et ad omnia edificia sua construenta et reparanda. Sine ullo censu et sine ullo Usage*, in Charta ann. 1096. ex Tabul. S. Victoris Massil. Inquisitio ann. 1268. ex Schedis Pres. de Mazaugues: *Item dixit quod vidit quod Guillelmus Castellus vendidit Rostagno de Marguidis Usagium et pasquerium predicti territorii vncis suis.* Consuetud. Cluniac. MSS. ann. 1301. ex Tabul. B. M. Deauratæ: *Nullus abbas, nullusque prior aut Monachus... habeat canes ad venandum, his dumtaxat exceptis qui in aliquibus suis locis usum et Usagium habeant venandi.* *Hubebunt Usagium suum ad piscandum*, in Litteris ann. 1248 inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 5. pag. 601. art. 17. Adde Mabil. tom. 3. Analect. pag. 583. et Hist. Harcur. tom. 4. pag. 1359. Vide *Usunria*. [\*] *Haltaus*. Glossar. German. voce *Echtwort*, col. 252.]

¶ *USAGIUM*, Eodem significato. Charta Odonis Ducis Burgund. ann. 1216. ex Tabul. S. Benigni Divion.: *Et quicumque in castro edificaverit, de edificio suo voluntatem suam facere poterit, salva censa nostra de nemore de Pusque. Concedo eis Usngium in perpetuum ad quidquid eis fuerit necessarium.*

¶ *USATGIUM*, Arvernica enunciatione, in Charta ann. 1285. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 135: *Cum cæteris universis aysiis et Usatgis, servitutibus, emolumentis, etc.* Occurrit rursus inter Instr. Gall. Christ. novæ edit. tom. 2. col. 145.

¶ *USUAGIUM*, Pari intellectu. Bulla Honorii III. PP. ann. 1223. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 80. col. 1: *Cum pratis, vineis, terris, nemoribus, Usugiis et pascuis in bosco et plano, etc.* Eadem leguntur in Bulla Gregorii IX. PP. ann. 1234. apud Miræum tom. 2. pag. 1223. col. 2. Charta ann. 1228. ex Tabul. S. Richarii: *Super nemore illo quod dicitur Fagetum S. Richarii, in quo dicti homines Usuagium clamabant.* Alia ann. 1235. inter Instr. tom. 4. Gall. Christ. novæ edit. col. 206: *Cum abbas et conventus S. Benigni Divionensis dicerent se habere Usungium in nemoribus, etc.* Litteræ S. Ludovici Regis Franc. ann. 1236. ex Tabul. Montis Mart.: *Inquiri fecimus diligenter quale jus et quale Usuagium abbatissa et capitulum Montis Martyrum debeant habere in nemore nostro de Roberto.* Occurrit præterea apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 447. Vide *Foagium* 2. et *Laeyn*.

¶ *USUAGIARIUS*, Qui in usu est rem aliquam agendi, maxime qui in silvis alienis *usuagium* seu usum habet ad pasceda animalia vel ad ligna cædenda. *Usagier de bois*, in Consuetud. Meld. art. 177. Ducatus Burgund. art. 123. Andegav. art. 182. Cenoman. art. 200. Blesensi art. 225. Sedan. art. 306. Charta Theobaldi Blesens. Comit. ann. 1215. ex Tabul. Calensi pag. 170: *Et in eadem foresta chaufagium suum ad unum somarium ubi alii Usuagiarum capiunt.* Charta S. Ludovici Reg. Franc. ann. 1254. tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 161: *Ut ipse in propria foresta nostræ Resti 50. poccois... possint ponere et habere quærite et libere annuatim... salvo aliis Usuagiaris iure suo.* Charta Egidii Abbatis S. Martini Tornac. ann. 1309. ex Tabular. S. Richarii: *Nos habebimus omnia alia nsmmenta in predictis pasturagiis, sicut Usuagiarum nri in predictis locis tantummodo.* Hinc emendanda Charta Joannis Abbat. Urſi-campi ann. 1303. ex eodem Tabul. ubi *Usugiarus* perperam legitur pro *Usuagiarus*. *Usager*, in Chartul. Latinac. fol. 210. vº: *Item les mavez... esquelz les demourans ès villaiges de Trille-Bardou, etc. sont Usagers d'y pouvoir pescher à la main et à la caige et non autrement.* Vide in *Usuarin*.

¶ *USAGIUM*, Tributum, vectigal, vel etiam servitium, quod domino ex usu et consuetudine debetur. Charta ann. 1150. tom. 1. Macer. Insulæ Barbaræ pag. 82: *Acceptinus in feodum n. domini Girino abbate, et ab ecclesia Insulæ Barbaræ quicquid juris vel Usngii habebimus... de pedestico de Rochetaillia.* Charta Roberti Archiep. Lugdun. ann. 1231. apud Meneſter. Hist. ejusd. urbis pag. 99: *E contrario dicti cives proponebant quod nec senescalens, nec alius, brochum vini, vel aliquod Usagium habebat pro pretio vini numentato.* Inquesta tom. 1. Hist. Dalph. pag. 20. col. 1: *Tenet mistraliam loci de Venos... et nescit cuius modi Usngium facere debeat domino Comiti, quod non fecit unquam aliquod.* Libertat. S. Georgii de Esperanchia ann. 1291. ibid. pag. 27. col. 1: *Item bargenses... possunt vendere aut dare cuicumque voluerint res et bona sua, solvendo tamen iura et Usagia consueta.* Charta alia ibid. pag. 134. col. 1: *Debet recolligere et*

*levare census et omnia Usagia in mistralia, et fideliter reddere domino.* Litteræ ann. 1275. inter Ordinat. Reg. Fr. tom. 3. pag. 61: *Quod consuetudines et Usagia que dicta Maria et vir suus ejus nomine, habent in castro seu villa prædictis et pertinentiis, in pedagiis, ledis ac Usagiis, leda panis et salis, etc.* Vide *Usancia* et *Usnticum*.

\* *USAGIUS*, Vectigal, quod ex usu domino debetur. Charta Steph. abb. ann. 1202. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 182: *In primis nobis acquisierunt omnes Usagios villæ Trenorchensis.* Vide in *Usagium*.

¶ *USAGO*, Usus, consuetudo, Gall. *Usage*. Charta apud Pcrardum in Burgund. pag. 350: *Secundum consuetudines et Usaginem patris mei et prædecessorum nostrorum, etc.* *Usage*, in Litteris ann. 1360. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 5. pag. 273: *Par l'usage et observance gardez de si lonc temps.* Vide *Usagium*.

¶ *USAGIUM*, ut *Usagium*. Vide in hac voce.

¶ *USAMENTUM*. Vide in *Usare*.

¶ *USANCIA*, *USANZIA*, Præstatio quæ ex usu et consuetudine debetur. Charta ann. 1166. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 608: *Faciat et construat forcinm vel forcias in Canbones; de tali tamen pacto ut in omnibus redditibus et Usanciis et justitiis, quæ ad dominum castri pertinent, ... habeamus nos duas partes, etc.* Charta Friderici Imperat. ann. 1186. in Corp. Diplom. tom. 1. pag. 110. col. 1: *Et ut ab hinc in antea in eis omnem jurisdictionem et consuetudines, bonusque Usanzias habeat.* Vide supra *Usngium*.

*USARE*, Frui, gaudere, Gallis *User, jouir*. Formulæ veteres auctoris incerti form. 27: *Quod taliter fecistis, ut tempore vite mee ipsas res habere et Usare, vel condirigere debeam.* Et form. 41: *Ut ipsas res quamdiu ndvivo, sub usu beneficii vestri tenere et Usare debeam, et alicubi ipsas res alienandi pontificium non habeam.* Charta Alamannica 68. apud Goldastum: *Postea mea fuit petitio, et nostra et fratrum decrevit voluntas, ut ipsam rem valeas excolere, vel Usare, et nihil erinde minuere non debeas, nisi quidquid ibidem addere aut immelliorare vel attrahere poterimus.* [Charta Ludovici Junioris Reg. Franc. ann. 836. apud Hansizium tom. 1. Germ. sacræ pag. 156: *Ut dum Anneor Episcopus, atque Anno nepos ejus advixerint ipsas res tenere et Usare faciant.*] Occurrit præterea in Vita Aldrici Episcopi Cenoman. pag. 155. 162. 170. Vide *Usuare*.]

¶ *Usaire*, pro *Usus*, *Utilitas*, commodum, Gall. *Usage*. Tabular. Fossatense fol. 2: *Les baniers de ln terre de ladite Abbaie, c'est assavoir de Nogent et de la vallée de Susci achètent blé ou nutre grain pour leur Usaire, ils ne doivent rien paier, mais que ce ne soit pour revendre; et aussi est il se il achètent aucun bestail pour leur Usaire, ils ne doivent riens paier.* *User*, eodem sensu in Charta Caroli Regentis ann. 1360. ex Chartul. 23. Corb.: *Et avec ce du tonlieu des choses et de mets que l'en accate pour son User.*

*USITARE*, [Uti, idem quod *Usare*. Form. 19. Lindenbrog.: *Nisitantum, dum advixerò,*



*Usitare et meliorare faciam.* Occurrit rursum in Form. 20. Vita Aldrici Episc. Cenoman. apud Baluz. tom. 3. Miscell. pag. 161: *Nobis ad Usitandum tenere permisisistis.* Guidonis Discipuli. Farf. cap. 15: *Si quis calidum potum vult Usitare ad charitatem collationis, poterit facere in loco suo.* Homilia de decimis et jejuniis edita a Steph. Baluzo post Capitularia: *Et precamini Dominum, ut cum sua gratia et misericordia concedat vobis in pace colligere alios fructus, et in suo sancto servitio Usitare, et, quod illi placet, inde facere.* Charta 15. inter Alamannicas Goldasti: *Scuta cuni lanceis, vestibus, vel omnibus utensilibus, quas in die obitus mei non datas alicui, et non Usitatas reliquerim, trado ad jamdictum monasterium, etc.* i. ad utendum datas.

† **USARE** et **USSARE** DE FORESTA. In ea habere *Usagium*. Vide in hac voce. Inquesta Vicecomit. castri Ayraudi ex Bibl. Reg.: *Requisitus si capiebatur in foresta de Moleria rem quam non debebat Usare, dicit quod non...* Guillelmus Dore juratus et requisitus dicit quod vidit... vicecomitem Aymericum... *Ussare in pace de foresta de Molere, etc.*

\* **Usager**, Jure *usagii* uti. Charta ann. 1386. in Reg. 131. Chartoph. reg. ch. 121: *Ainsi Usageront es pastures et à Paglan pour leurs pourciaux et pour leurs autres bestes grosses et menues. Usare*, Qui eo jure utitur aut uti potest. Charta admort. ann. 1414. in Reg. 168. ch. 66: *Certains champars qui se doivent chacun an des Usaires des bois d'Orouer... Pour droit de forestaige à cause de l'usage qu'ils ont en tous les bois d'usage, etc.*

**USAMENTUM**. Charta Rudolphi Regis Burgundiae in Tabular. Agaunensi apud Guichenon. in Probat. Hist. Sabaud. pag. 3: *Cum omnibus appendiciis sive Usamentis. Forte Aisamentis.*

☞ Nihil immutandum videtur in hac voce, tametsi *Usamentum* idem sonat quod *Aisamentum*, cum alibi rursum legatur. Charta ann. 1155. apud Spon. tom. 2. Hist. Genev. inter Instrum. pag. 10: *Et secundum quod ab eo tenebant Usamentum facerent.* Vide *Usimentum*.

**USATUS PANIS**, Detritus, Gallis *Usé*. Occurrit in Legibus Edwardi Confess. cap. 38. [Vide *Usus* 4.]

† 1. **USARIA**, Hippegus. Vide *Huisse-rium*.

\* 2. **USARIA**, Tributum, praestatio, quae ex usu et consuetudine pensatur. Charta ann. 1233. apud Mnni de Sigill. antiq. tom. 1. pag. 98: *Vendunt possessiones et res et omnia servitium, praestaciones, dationes, ... Usarias et jura, etc. Usure*, eadem acceptione, in Libert. loci de Bourlemont ann. 1357. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 633. art. 23: *Se lesdiz hbitans ou aucun d'eulz devoient aucunes autres rentes, Usures ou droitures, etc.* Vide *Usaticum*.

\* **USATGIUM**. ESSE DE USATGIO, *Usaticis* seu tributis obnoxium, vel alicui societati aut communi addictum esse. Libert. Montisfer. ann. 1291. in Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 154: *Item si ostensio fuerit facienda de re aliqua, de qua contendatur inter dominum et aliquem de Usatgio, ille de Usatgio qui petet rem ostendi, non dabit aliquod*

pro ostensione. Vide *Consuetudinarium* in *Consuetudo* 4. *Usaticum* et *Usatus* 1.

† **USATGIUM**, ut *Usagium*. Vide in hac voce.

\* **USATICALIS**, Ex usu et consuetudine debitus. Charta ann. 1378. in Reg. 113. Chartoph. reg. ch. 200: *Ducenta sextaria ordei Usaticalia, annualia et censualia, etc.* Vide *Usaticus* 2.

**USATICUM**, Tributum, praestatio, [quae ex usu et consuetudine pensatur, vel ut quis jus *usagii* obtineat.] Charta Ildefonsi Comitis Tolosae ann. 1141. apud Catellum: *Dono, et concedo, et solvo, quod quisque homo vel femina libere vendat vinum suum omni tempore, quo voluerit sine ullo Usatico, quod inde nunquam donet alicui homini vel feminae. Homines vero extranei, qui foris habitant in villis aut in castris, aut in aliis locis, habeant eundem Usaticum quod solent habere, etc.* [Charta Guillelmi IV. Comit. Forcalquerii ann. 1191. inter Instr. tom. 1. Gall. Christ. novæ edit. pag. 90. col. 1: *Concessi etiam et donavi... omnia Usatica in terra mea, tam in leudis, quam in pedagio, et pascuis et aliis Usaticis meis, ubicumque habeant Usatica in terra illa.* Charta ann. 1250. ex Tabul. Montis-Majoris: *Animalia possint pascere sine praestatione pascuerii seu Usatici.* Statuta Arelat. MSS. art. 94: *Quicumque recipiet pedngium antiquum vel novum Usaticum in riparia Rodani, etc.* Adde Litteras ann. 1369. inter Ordin. Reg. Franc. tom. 5. pag. 284.] Hac notione usurpatam vocem in Antiquis Tabulis observare est ex Plantavitio in Chronologia Præsulum Lodovensium pag. 118. 135. 185. 234. 365. Philippus Mouskes MS. in Carolo Magno:

Et li commanda que tout cil,  
Ne franc, ne sierf, ne bon, ne vil,  
Ne clap, ne rous, ne blanc, ne noir,  
Qui viennent à Aix manoir  
De tous Usages fuesent franc.

[Vide *Usagium* et *Usancia*.]

\* Charta Phil. Pulc. ann. 1309. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 164. col. 1: *Item Usaticum ceparum, seu redditum, quem percipit dominus rex in hortis dicti loci.* Vide supra *Usaria* 2.

† **USATICUS**, Eadem notione. Charta ann. 942. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 85: *Omnes Usaticos et tallias, et questas, et albergnis, etc.* Charta Willelmi Comit. Bisuld. ann. 1055. in Append. ad Marcam Hisp. col. 1105: *Trado... omnes Usaticos et albergas et quidquid ullo modo recte aut injuste inerant mihi in dominicatura quam dicunt Bnschura.* Adde Chartam ann. 1131. in laudata Hist. Occitan. tom. 2. col. 460. aliam ann. 1145. col. 508. et Testam. Rogerii Vicecom. Biterr. ann. 1150. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 411.

**USATICA** et **USATICI** praeterea crebro appellantur Consuetudines municipales. [Joseph. Moret. Antiquit. Navarrae pag. 507: *Habeatis tales fortis et tales Usaticos... quales habeant Barones de Estella.*]

† 1. **USATICUS**, **USATICUS**, Ususfructus, jus re aliqua utendi per vitam, ut videtur. Statutum Caroli V. Reg. Franc. ann. 1370. tom. 5. Ordin. pag. 364. § 10:

*Si tale legatum aut talis donatio fuerit facta super certo fundo, et quod legator sive dator obligaverit fundum vel Usaticum, exigatis pro eisdem financiam, prout superius declaratur.* Rursus pag. 365. § 17: *Pro redditibus vel possessionibus per innobiles acquisitis et acquirendis a nobilibus, in nostris feodis vel retrofeodis, per modum permutacionis, vel ad accipitum, aut in emphiteosim et Usaticum, vel ad certam partem fructuum annualium, etc.* Vide infra *Usuare*.

† 2. **USATICUS**, Ex usu et consuetudine debitus. *Sextaria censualis seu Usatica*, in Charta ann. 1344. ex Tabul. Gellon. Vide alia notione in *Usaticum*.

† 1. **USATUS**, Societas certis *usaticis* addita. Chron. Domin. de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 714: *Sed perveniens Summan, invenit ipsam bene fossatam et sticcataam, et infinitis armerigeris custoditum, ubi erant prater cives terrae de Usatis Malandrenis viri septingenti et ultra.* Idem quod *Commune* 2.

† 2. **USATUS**, Idem quod *Usaticum*. Conventio inter Comit. Provinciae et Matrem Bausenquorum ex Cod. MS. D. Brunet: *Isti sunt mali Usati quos dimittunt Stephanus de Baucio et filii ejus.* Vide *Usagium*.

† 3. **USATUS**, Detritus. Vide in *Usare*. † **USCERIUM**, **USCERIUS**, **Hippegius**, navis qua equi transvehuntur. Italis *Usciero*. Vide *Huisscrium*. Litteræ Edwardi III. Reg. Angl. ann. 1336. apud Rymer. tom. 4. pag. 710: *Galeas et Usceria hominibus et armis nparata, et aliis necessariis sufficienter instructa.* Occurrit rursum pag. 728. Chron. Andr. Danduli apud Murator. tom. 12. col. 324: *Ad transfretandos praedictos equos tot Uscerios dare debemus, quot fuerint necessarij.* Adde col. 430. et 445. Vide *Usarius*. [\*] Jal. Antiq. Naval. tom. 1. pag. 444. sqq.]

† **USCHERIUS**, Eadem notione, in Annal. Genuens. Jacobi Auriæ ad ann. 1281. apud eumd. Murator. tom. 6. col. 575: *Hoc etiam anno Carolus Rex Siciliae fecit maximum apparatus galearum et Usceriorum, et aliarum rerum necessariarum causa eundi contra Palæologum Imperatorem Graecorum.*

† **USICHERIUS**, **USIGERIUS**, Eodem intellectu. Ottoboni Scribae Annal. Genuens. ad ann. 1192. ibid. col. 368: *Ad acquirendum ei regnum Siciliae sese magnifice accinxerunt, sic quod usque ad mensem Augusti cum Usigeriis, galeis, armis, et equibus, et ceteris quae ad exercitum pertinent de portu Januae copiosissime exierunt. In quo stolo Pisani pro servitio Imperatoris cum XII. galeis et Usicheriis fuerunt.*

† **USIBERUS**, Pari significatu, apud Aug. Justinian. Episc. Nebiens. in Annal. Genuens. ann. 1293.

† **USCLADA**, Pars silvae combusta, idem quod *Arseia*. Vide in hac voce. Statuta MSS. inter Schedas D. le Fournier: *Quod aliqua persona non audeat facere Uscladas infra dictas defensiones. Usclat Tolosatibus idem quod ustus, Gall. Brulé.* Vide *Ustatus*.

† **USDUGARIUM**, in Addit. ad Statuta Mutin. cap. 27. fol. 49. pro *Sdugarium*. Vide in hac voce.

\* **USERIUS**, Ostiarius, Gall. *Huissier*, pro *Usserius*. Vide in hac voce. Charta ann. 1195. apud Murator. tom. 1. Antiq.



Ital. med. ævi col. 146 : *Paulus Malagrounus, domini Papæ Userius, testis.*

1. **USIA.** Joan. Monachus Bertinianus in Vita S. Bernardi Pœnitentis n. 8 : *Causa hujus doloris erat pediculus ovinus, quem Grammatici Usiam, quasi ab urendo vocant.* Loquitur de dolore aurium.

¶ 2. **USIA,** a Gr. οὐσία, Natura. Acta S. Cassiani Mart. apud Illustr. Fontain. ad calcem Antiquit. Hortæ pag. 353 :

Has tres personas unam dissertat Usiam  
Nominè distinctam, sed majestate jugatam.

¶ **USIATICUS,** Tributum, præstatio quæ ex usu et consuetudine debetur. Charta ann. 1184. inter Instr. tom. 4. Gall. Christ. novæ edit. col. 23 : *Concessimus... pedagia et omnes Usiaticos tam in terra quam in aquis... Concesserunt... omnia sua nemora, aquas et pascua, et omnes Usiaticos per totam terram suam, ... et in feudigijs suis perpetuam libertatem acquirendi sine aliqua fraude (l. laude) et consensu et sine aliquo Usiatico et dominio.* Vide *Usaticum*.

¶ **USIBILIA,** Supellex, utensilia. Charta anc. 855. in Append. ad Marcam Hisp. col. 788 : *De annona mollii xxx. cum omnia Usibilia ligni et ferriquod necesse habet homo in omnibus, etc.*

¶ **USICHERIUS, USIGERIUS, USIHERUS,** Hippegus. Vide in *Uscerium*.

¶ **USIMENTUM,** Facultas, quam quis habet utendi in alieno prædio rebus non suis, eadem notione qua *Aisamentum*. Fundatio Monast. de Alta-ripa apud Marten. tom. 6. Ampl. Collect. col. 312 : *Dedit... quidquid habebat in Unens, in hominibus videlicet et in campis, pratis, silvis, nemoribus, aquis, lapidibus et Usimentis, insuper et Usimentum et pasturam per totam terram suam.* Vide supra *Usamentum* in *Usare*.

¶ **USINA,** Ustrina, vel Officina quævis ad aquas exstructa, vulgo *Usine*. Charta Henrici Comit. Campaniæ ann. 1149. in Tabul. S. Eugendi : *Concessi quod nullus in prædicti castri (Firmitatis ad Albulam) banno Usinas aliquas construat sine laude Prioris et assensu monachorum præter eas quæ constructe sunt ibi.* Borello *Usine* dicitur res familiaris, domestica, parcimoniosa. Gall. *Ménage*. Hinc *Usinare*.

\* *Wisine*, in Charta Margar. comitis. ann. 1274. ex Chartul. 1. Fland. ch. 263. in Cam. Comput. Insul. : *Se nos avons besoing de mairien à nos moulins et à nos autres Wisines de Valenchiennes, etc.* Hinc etiam *Wisenz* et *Wisine* ad animal, cujus opera utuntur ad trahendum aut laborandum, translatum est. Libert. loci de *Vandeuve* ann. 1271. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 188 : *Chascune beste Wisine surannée patera deux deniers chascun an; et se il avenoit qu'il eussent beste traitant ou bestes Wisines etc.* Charta ann. 1331. in Reg. 66. ch. 570 : *Pour cheval Wisenz ou qui fusse labour, etc.* Vide infra *Utenstile* 2. et 3.

**USINARE,** [f. *Usimentum* habere.] Charta anni 1240. in Tabulario Campan. Bibl. Reg. f. 365 : *Nullatenus Usinabunt, nec excolent homines dictæ villæ contra voluntatem nostram, ... in quibuscumque vero locis homines dictæ villæ Usinabunt, nos prædicti fratres de Crista et pecora nostru,*

*si vobis placuerit, omnimode Usinabimus, hoc excepto quod in nemoribus villæ deputatis boscum non accipiemus nisi tantummodo ad usum furni.* [Vide in *Usagium*.]

**USIS.** Epistola Basiliæ Macedonis Imp. ad Hadrian. II. PP. post VIII. Synodum : *Tansmisimus autem Sanctitati vestræ... et vellus prusinum vilaripinnium pro casulo facienda unum, Usin album unum, mulchumat unum, planetilia castanea duo.* Monstra verborum mihi plane incognita.

¶ **USITARE,** Frequentare. Charta Henrici IV. Regis Angl. ann. 1412. apud Rymer. tom. 8. pag. 722 : *Si vobis placeat, mercatores villæ de Leim partes de Berne in Norwegia Usitantes, quod cum iidem mercatores per mercatores societatis de Hansa, partes prædictas frequentantes, etc.* Et pag. 724 : *Tam pro omnibus sociis tuis, dictas partes Norwegiæ Usitantibus et in eis residentibus, quam pro seipsis regnum Angliæ Usitantibus et in eodem residentibus, quod omnes mercatores Anglici in dictis partibus Norwegiæ residentes et eas Usitantes, etc.* Vide alia notione in *Usare*.

¶ **USITATA,** Præstatio quæ ex usu et consuetudine exigitur. Charta Raymundi Guillelmi de Aguto D. Toloni ann. 1224 : *Mercutores vero teneantur dare antiquam lesdam et Usitatam, vel usaticum, vel ripagium antiquum.* Vide *Usancia*, et *Usitatio*.

¶ **USITATA,** ἀπό χρήσεως, in Gloss. Lat. Gr. MSS.

¶ **USITATIO,** Idem quod *Usitata*, in Charta ann. 1173. inter Instr. tom. 4. Gall. Christ. novæ edit. col. 585. qua Guido de Vergiaco concedit Deo et S. Mariæ Theoloci omnimodam *Usitationem in aquis, in agris, in silvis per omnem terram suam.* Vide infra *Usus* 2.

¶ **USITATIO, Usus,** Gall. *Usage, exerceice.* Privilegia urbis Rupellæ concessa a Carolo V. Reg. Fr. ann. 1372. tom. 5. Ordinat. pag. 573 : *Ac præterea quoscumque eorum usus et longevae observancia, licet a triginta annis citra ab eorum Usitacione cessaverunt, volumus et declaramus in suo valore persistere.* [\*\* Victorin. Comment. epist. ad Galat. apud Maium Scriptor. Vet. tom. 3. pag. 34 : *Longe semotum ab Usitacione.*]

\* **USITATUS,** Detritus, Gall. *Usé.* Acta S. Vict. episc. tom. 5. Aug. pag. 145. col. 2 : *Ipse cepit venire fossorium habens in manu, caput pulvere aspersum, et calcamenta in pedibus jam Usitata, ut decet operarium.* Vide *Usatus* in *Usare*.

\* **USIVA,** perperam in Append. ad tom. 6. Annal. Bened. pag. 724. col. 1. pro *Usina*. Vide supra in hac voce.

**USLACT.** Privilegium de *Sempringham* in Anglia : *Sint quieti tam ipsi quam homines eorum... de omnibus misericordis et amerciaments, et forisfacturis, ... de murtro, et latrocinio, et conceylis, et Uslact, et ham-soka, grithbrich, blotwit, etc.* Alia in Monastico Anglicano tom. 2. pag. 827. ubi eadem habentur, præfert *ustlat*, quæ forte *escapium* sonat ex Saxonico ut *fleon, uufugere*. Vide *Utlep*.

\* *Nostris Uslage*, pro *Exlex*, vel *exul*, ut videtur. Mirac. MSS. B. M. V. lib. 2 :

Li Uslage, li maronnier,  
Li desloial, li pantonnier  
Entor li viennent tout ensamble.

Vide *Utlaga*.

¶ **USLATUS,** pro *Ustulatus*, in MS. vet. Corbeiensi, cui titulus, *de mensa Abbatis : Habet idem famulus de porco Uslato... tres juncturas versus testum.* Vide *Uslada*.

**USONES,** Pisces familiares Danubio, Germanis *Hausen*; pisces insanæ magnitudinis, Bonfinio. Vide *Thwroczius* in Andra Rege Hungar. cap. 43. [† Vide *Hussoucs*.]

¶ **USPINIO,** νεκροδότης, in Gloss. Lat. Gr. Vulcanicus emendat, *Uspillo*, νεκροδότης. Vide *Usappelliones*.

¶ **USSARE,** Uti. Vide in *Usare*.

¶ **USSARIUS,** Hippegus, navis qua equi transvehuntur : leg. f. *Usserius*. Vide in *Huisserium*. Anonymi Epist. de capta urbe CP. ann. circ. 1200. apud Marten tom. 1. Anecd. col. 786 : *Præterea quidam Ussarius suus habebat magnellum crectum.* Vide supra *Uscerium*.

\* *Usscher*, in Arest. ann. 1359. 23. Dec. in vol. 4. arestor. parlam. Paris. : *Cum Nicolaus Valenconius putronus ejusdem navis religiosorum S. Johannis Jerosolymitani, Usscher nuncupatæ.*

¶ **USSERA,** Officii nomen in Ecclesia Coloniensi; f. *Ostiarium*, a Gallico *Huisier*. Consuetud. MSS. ejusdem Eccles. : *Cellerario vini i. den. Quatuor Ussere i. den. tantum. Quatuor Ussere unus panis.* Vide *Usserius*.

**USSERIA, USSERIUS, USSERS, Hippegus.** Vide *Huisserium*.

¶ **USSERIUS,** Ostiarium, a Gall. *Huisier*. Comput. ab ann. 1333. ad ann. 1336. tom. 2. Histor. Dalph. pag. 277 : *Item, libavit per manus Jacobi de Riveria Usseris regis pro tortiis quas debuerunt habere, quando dom. Andreas fuit baptizatus, taren. v. gran. xvi.* Ordin. Humberti II. ann. 1336. ibid. pag. 308. col. 2 : *Iteu, Ordinamus fore in nostro hospitio deputatos, unum porterium, unum Usserium autæ, etc.* Vide *Huisserius*, et *mox Ustearius*.

¶ **UXERIUS,** Eadem notione. Leges Palat. Jacobi II. Reg. Majoric. inter Acta SS. tom. 3. Junii pag. xxxv : *Duo autem ipsorum in foribus nostrarum camerarum, post servientes armorum jaceant de nocte et Camerlengis et Uxeris sint subjecti.*

\* **USTAGIUM,** pro *Hostagium*, Census annuus, qui ratione *stagii* seu domicilii debetur. Redit. comitat. Namurc. ann. 1265. in Reg. Cam. Comput. Insul. sign. *Papier velu fol. 22. vº : Branchons. Si à li cuens deux fies l'an l'Ustage, c'on apicle borghezie, à le saint Jean et au Noel; se vaut pur an quarente sol.*

¶ **USTEARIUS, USTIARIUS,** pro *Ostiarium* clericus, Gall. *Portier*. Liturg. Gallic. Mabil. pag. 301 : *Benedictio Ustearii. Deum Patrem omnipotentem suppliciter deprecemur, ut hunc famulum suum benedicere dignetur, quem in officii Ustearii eligere dignatus est. Ustiarium, in Missali Franc. pag. 398.*

¶ **USTENSILIA,** pro *Utensilia*, Gallice *Ustensiles*. Necrolog. Laresham. apud Schannat. in Vindem. litter. pag. 38 : *Facientque templi dorsalibus, coronis, ... ceterisque Ustensilibus decoravit*



\* *Utillemens*, in Lit. remiss. ann. 1381. ex Reg. 121. Chartoph. reg. ch. 83 : *Lesquelz gens d'armes..... prenoient chevaux, jumans et Utillemens d'ostel, etc. Hinc Exstenciller, Stupellectile domum instruere, vulgo Meubler. Lit. remiss. ann. 1467. in Reg. 198. ch. 457 : Le suppliant avoit mis, frayé et despendu de grans et souventeux deniers..... à Exstenciller icellui prieuré de linge, lits, vaisselle et autre mesnaige. Reg. Corb. 13. sign. Habacuc ad ann. 1512. fol. 151 : A esté accordé à dampnt Robert Dubos.... qu'il pust faire faire à ses despens de toutes choses ung molin à vent,..... et icellui molin Exstenciller et aconstrer de toutes choses. Vide supra *Hustilimentum*.*

† *USTERNA*, pro *Ustrina*. Gloss. Gr. Lat. *ὑστέρης νεκρῶν, bustuarium, Usterna*. In MSS. Sangerman. *Ustrena*.

† *USTILACIO*, ἀπόκρυμα, in Gloss. Lat. Gr. Alia addunt *Torres*.

\* *USTRANA*, *Rausier*. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120.

† *USTRENA*. Vide in *Usterna*.

\* 1. *USTRINA*, *Nidor carius*, inter notas *Tironis* ex Cod. reg. 190.

\* 2. *USTRINA*, *Ubi porci ustulantur*, in veteri Glossar. ex Cod. reg. 7641.

\* 1. *USTURA*, *Ardor, inflammatio*. Alex. Iatrosoph. MS. lib. 3. *Passion. cap. 5 : Si (indigestiones) fiant de calida distemperantia, ructus habent fumosos cum quadam Ustura, quam Romani carbunculum vocant. Nostris medicis, Fer chaud.*

\* 2. *USTURA LAMPADUM*, *Flamma*. Acta S. Alex. tom. 6. Sept. pag. 232. col. 2 : *Post hæc eum unguari et Ustura lampadum jussit cruciari. Lampades scilicet ardentis circa latera ejus supponi præcipiendo, ut legitur ibidem.*

\* *USTUS*, *Ustio*. Stat. Cadubr. lib. 3. cap. 46 : *Fabricatores falsæ monetæ et facientes falsam monetam fieri, et qui scienter falsam monetam expendiderint, flammarum Ustibus comburantur.*

\* *USUAGERIUS*, Qui in silva aliena *usagium* seu usum habet ad pascenda animalia, vel ad ligna cædenda, nostris *Usagier*. Charta Phil. Pulc. ann. 1309. in Reg. 13. Chartoph. reg. ch. 95 : *Tres quadrigatus bosci viridus..... capiendus in boscis prædictis in monstrata sibi et aliis Usuageriis villarum vicinarum, per manum nostri forestarii facienda, eo modo quo alii Usuagerii capere consueverunt... concedimus. Vide supra Usagiarius 2.*

† *USUAGIARIUS*, *USUAGIUM*. Vide in *Usagium*.

† *USUALE*, Jus utendi, ut infra *Usuaria*. Charta ann. 1150. ex Chartulario Charimensi : *Hugo filius Adam de Cruce contradicebat Usualia nemorum suorum, quæ pater suus ecclesie Charmi antea dederat. Vide Usualitas.*

*USUALIS*. Qui in usu est. [*Usuale argentum*, in Epist. Fulberti Carnot. apud Acher. tom. 2. Spicil. pag. 830.] *Usualis seruo*, apud Sidonium lib. 4. Epist. 11. ubi multa *Savaro*, quæ non exscribo. Vide *Moneta usualis*, in *Moneta*.

† *USUALITAS*, Idem quod *Usuale*. Vide in hac voce. Charta ann. 1261. in Hist. Mediani Monast. pag. 328 : *Contuli pro remedio animæ mee... Usualitatem pasuo-*

*rum in banno de Haçonville pro nutrimentis tam domus ipsorum, quam hominum de Barbonville. Vide Usagium et Usuaria.*

† *USUALITER TENERE*, ut *Usuare*. Formula 42. incerti Auctoris apud Baluz. tom. 2. Capitul. col. 458 : *Propterea has literas in te adfirmavimus, ut dum advivis, Usualiter ipsam rem tenere et dominare debeas. Adde Form. 35. Sirmond. 23. et 26. inter Lindenbrogiana.*

\* *USUALITER LOQUI*, *Lingua vulgari*, seu quæ in usu est. Charta ann. 1222. ex Cod. reg. 10197. 2. 2. fol. 21. vº : *Insuper quicumque exactus est pro patrouo causæ, ille exactus tenetur proponere verbum illius, qui ipsum exegit, et negare non potest, dummodo sciat loqui Usualiter. Vide infra Vulgaricus.*

† 1. *USUARE*, *Frui, gaudere, ad usum fructum tenere*. Formula 22. Lindenbrog. : *Propterea expetii a vobis, et vos petitionem meam non denegastis, ut ipsas res, quamdiu advivo, sub vobis beneficii vestri tenere et Usuare debeam. Charta ann. 855. in Append. ad Marcam Hispan. col. 788 : Ibidem serviat, et Usuare faciat dum vivit, etc. Ibidem col. 789 : Denique de ab hodierno die et tempore Usandi vel exfructuandi unus ab alio quod supervixerit fratrem suum habeat potestatem ex eo vivere. Adde Mabill. Diplom. pag. 514. Vido *Usare* et *Usaticus* 1.*

\* 2. *USUARE*, In usu esse, solere. Inquisit. ann. 1262. in Reg. Olim parlam. Paris. : *Petrus dictus Kubat vendidit et Usuavit vendere tiliam et corticem tilie de dicto bosco. Hinc*

\* *USUATUS*, pro *Usitatus*. Lex Wisigoth. lib. 12. tit. 8 : *Ne quis ergo ex his primævæ ritu traditionis et Usnati consuetudine moris, etc. Unde nostris Usé, eodem sensu. Guill. Tyrrii contin. Hist. apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 707 : Après firent par accord et par connoissance des prodomes establissemens et assises, que il voudrent que il fussent tenus et Usés u roiaume. Charta ann. 1312. ex Tabul. episc. Carnot. : Premier article faisant mention dou cri et dou ban que l'en ha Usé de faire. Alia ann. 1338. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 657 : *Les habitans de la ville de Tournay nous ont signifié que par la coutume d'icelle ville, Usée et gardée de si long temps, qu'il n'est mémoire du contraire, etc. Ausé, pro Assuetus, in Mirac. MSS. B. M. V. lib. 1 :**

Mais le cuer ot si aduré  
Et Ausé en fol usage,  
Onques pour ebu son fol corage  
N'amenda, ne ne vaut bien faire.

\* *User*, pro *Sumere*, ubi de sacra Eucharistia agitur. Petrus Desrey in Chron. Caroli VIII. ad ann. 1506. fol. 109. vº : *Userent le Corps Nostr Seigneur le roy de France et le roy d'Arragon, pour confermer la paix.*

*USUARIA*, *USUARIUM*, *Ususfructus*, seu potius jus utendi. [Bulla Innocentii II. PP. ann. 1142. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1229 : *Confirmamus etiam vobis Usuariam per totam silvam quæ dicitur Otta.*] *Tabularium Prioratus Paredi fol. 61 : Dedit etiam illis hominibus, qui terram teneriat, vel ibidem manserint, Usuariam in silva, quæ vocatur Maosta, ad domum edificandam, ad molendinum faciendam, etc. Fol.*

86 : *Nec non conquisivit de quodam homine Andrea in bosco Monalt Usuariam et consuetudinem, quam ipse meo de bosco habebat. Rainardus Abbas Cisterciensis in Instit. Capituli General. Ord. Cisterc. cap. 44 : Si quis Abbatum terram habuerit, vel Usuaria, vel inde conventionem habuerit, nullus Abbatum quærat eam, vel in ea Usuaria sine assensu illius Abbatis. Adde Nomast. Cisterciense pag. 319. 346.*

*USUARIUM*, Eadem notione. Laurentius Leodiensis in Hist. Episcop. Virdunens. pag. 281 : *Fridericus quoque Comes Tullensis Usuarium Argunnæ sui memoris, tam ad reedificandam, quam ad retinendam Ecclesiam contradidit. Charta Manassis Episc. Meldensis ann. 1140 : Totum nemus, quod appellatur Britel, et Usuarium suum in silvis præfati Walterii... ad comburendum et edificandum. Alia Philippi Regis Franc. ann. 1190 : In commutationem Usuarii, quod Monachi S. Martini habebant in nemore nostro de Vienna, eis dedimus, etc. [Charta ann. 1093. apud Calmet. inter Probat. tom. 1. Hist. Lothar. col. 497 : Dedit Usuarium sylvæ ad edificia construenda, ad focum et ad omnes alios usus in perpetuum libere habendum. Charta Theobaldi Comit. Campaniæ ann. 1227. in Chartul. Meld. : Asserebat dictus Episcopus quod habebat Usuarium in nemore Melonti ad duas quadrigas ad vivum et mortuum nemus, ad arduendum et edificandum in omnibus domibus suis et ad vineas suas. Occurrit præterea apud Miræum tom. 1. pag. 299. tom. 2. pag. 813. La Guille Hist. Alsat. pag. 29. inter Inscr. Stephanot. tom. 4. Antiquit. Pictav. Bened. MSS. pag. 664. Marten. tom. 3. Anecd. col. 1224. 1225. Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 86. col. 1. in Hist. Ecl. Meld. tom. 2. pag. 23. et Mediani Monast. pag. 272. *Usuaire*, in Charta E. Abbatissæ Paracleti ann. 1245. ex Chartul. Campan. fol. 393. col. 2.]*

\* *Usuaire*, *nostratibus*. Charta ann. 1245. in Chartul. Campan. ex Cam. Comput. Paris. : *Estoit saisi li sires de Monreal de mettre les forestiers en Herival, où li moine et lour home devant dit avoient Usuaire. Alia ann. 1285. inter Probat. domus de Castelleto pag. vj : En tel maniere que le homme... devoient avoir lour Usuaire pour maisonner, etc.*

† *USUARIUS*, Qui alicujus rei usum habet. Vocabul. utriusque juris. Charta Philippi Pulchri Reg. Fr. ann. 1309 : *Quod usagium, pasnagium, ac pasturam et logiam accipiant in locis forestarum ipsorum alii Usuarii deputatis vel in posterum deputandis. Charta ann. 1242. inter Instr. tom. 2. Gall. Christ. novæ edit. col. 71 : Dedit etiam eidem abbatiæ sex viginti arpenta memoris, insuper unam quadrigatam... percipiendam in loco quo alii Usuarii suum capiant usuarium ad arduendum. Expositio compendiosa benef. fol. 5 : *Hinc jurgium quo disceptatur an beneficiarii usum tantum, an ususfructum habeant. Qui eos Usuarios esse dicunt, utuntur Concilio Antiocheno, etc. Usuaria femina, apud Solinum, cap. 25. et Usuarium servus, in leg. 14. D. in quibus usum habemus. Vide Usagiarius in Usagium.**

† *USUARIUS FRUCTUS*, Idem quod *Ususfructus*. Tabul. S. Vincentii Cenoman. fol. 176 : *De his duabus olchis retinuit sibi*



*Usuarium fructum in vita sua, si vult.* Vide *Usufructuarium*.

**USUBANDILOS.** Vetus Chartula plenariae securitatis sub Justiniano scripta [\* lin. 19.] apud Brisson. lib. 6. Form. pag. 647: *Hoc este cocleares numero septem, scotella una, sibilula de bracele, et de Usubandilos, formulas duodecim, stragula polimita duo, etc.* Vide *Usis*.

**USUCAPIO.** Decreta Ladislai Regis Hungariae l. 3. cap. 20: *Usucapiones capiantur a festo S. Georgii usque ad festum S. Joannis Bapt. ut ducantur in civitatem, teneanturque ad festum S. Michaelis, ac praesententur assidue in mercatu, ut si quispiam suam reperit personam, redimat 90. denariis, equum 12. bovem 5. ex quibus duas partes Regi, tres Comiti tribuantur. Si vero usque ad festum S. Michaelis inventi non fuerint, dividantur praedicto modo, tamen nullo pacto vendantur, vel celentur, sed tantum labore eorum utantur. Quod si collector vendiderit, vel celaverit, triplum reddat, ipseque decem pensas persolvat; Comes vero si itidem fecisse probatur, 55. pensas persolvat. Simili modo jubemus, ut qui Usucapiones tenuerunt a tempore Regis Bela usque ad festum S. Stephani, dimittantur. Ubi usucapiones videntur appellari, servi fugitivi, animalia fugitiva, vagantia et errantia, quae a Collectore rerum fugitivarum, quem vulgariter *Loecerdech* dicunt, inventa ad civitatem Provinciae reducuntur, ut singuli, quod suum est agnoscat, redimantque certo ac definito pretio. Vide supra cap. 13. Sambucus *usucapionem* ait esse pecus vagabundum. [Vide infra *Usurpatio*.]*

\* **USUFRUCTARE**, Uti, frui. Charta ann. 1272. apud Lam. in *Delic.* erudit. inter notas ad *Hodæpor.* Charit. part. 2. pag. 402: *Habeant, teneant, Usufructent rigariam et portum, ripum, plageas et perditias infrn dictos confines; et quod liceat eis.... in dictorum locorum coherentis habere, facere, tenere, gaudere, Usufructare, etc.* Vide *Usufructuare*.

**USUFRUCTUARE**, Dare ad usumfructum; usufructuario et precario jure. Charta ann. 955. apud Ughellum in *Episcopis Veronens.*: *Totas res, quod suprn legitur, sit in earum potestatem retinendi et ad Usufructuandi, non alienandi, etc.*

¶ **USUFRUCTUARE**, Usufructuarium jure re aliqua uti. Formula 20. inter Bignonianas: *Et ipsam rem dum advivo per vestrum beneficium tenere et Usufructuare facim.* Charta ann. 1183. apud Murator. delle *Antic. Estensi* pag. 371: *Deinde intret in possessionem pignoris, et habeat et tenet, et Usufructuet, etc.* Occurrit rursus infra. Bulla Pauli III. PP. ann. 1549. in *Maceriis insulae Barb.* tom. 1. pag. 264: *Tenant, habitant, percipiunt, et Usufructuant, teneant, habitent, percipiant et Usufructuent, etc.* *Usfruis*, pro *Usufruit*, in Charta ann. 1438. semel et iterum. Vide *Utifruit*.

\* *Usfruit*, pro *Usufruit*, *Ususfructus*, in Charta ann. 1326. ex *Lib. pitent. S. Germ. Prat.* fol. 133. r<sup>o</sup>. *Retenauudit Pierrot le Usfruit desdiz vingt solz Paris. le cours de sa vie tant seulement,.... et que ledit couvent ne puisse riens réclamer oudit Usfruit.*

**USUFRUCTUARIUM**, pro *Ususfructus*, [apud Gregorium M. lib. 2. Epist. 9.] Ve-

tus Charta fin Actis *Episcop. Cenoman.* pag. 187: *Nobis temporibus vite nostrae beneficium ad Usufructuarium fecistis.* [Vide *Usuarium fructus in Usuarium*.]

¶ **USUGRARIUS.** Vide *Usuagarius* in *Usagium*.

**USUPELLIONES.** Burchardus de Casibus S. Galli cap. 14. [\* Conrad. de Fabaria, Pertz. pag. 179. lin. 31.]: *Scurrae, pelliparii, panifices, coriarii, textores, Usupelliones, \* immotores \* quasitatis adversus hunc clamabant in theatris, in stratis et viis, etc.* Sed legendum *vispelliones* observat Goldastus, de cujus vocis notione nihil dicam, cum Latina sit. [Vide supra *Uspitio*.]

\* **USURANA**, Jus usufructuarium et precarium, f. pro *Usuraria*. Charta ann. 1240. in *Chartul. Busser.*: *Ebo de Verdier vendidit olchum suam abattissæ et conventui de Busseriis, et dictus miles, quod hæc venditio vera et non simulata, sine fraude et absque Usurana, promittet, etc.*

**USURARE**, Usuras producere. *Bracton.* lib. 2. cap. 26. § 2: *Debitum vero defuncti quod debetur Judæis non Usurabit, quamdiu hæres infrn atatem extiterit.* [Usurer, cum fenore reddere, *Rendre avec usure.* La Vie de *Jesus Christ* MS:]

Bien set Dame Diex Usurer,  
Nus ne deust sour lui prester. ]

\* *Bened. abb. Petroburg. de Gest. Henr. II. reg. Angl.* ad ann. 1188. tom. 2. edit. *Hearn.* pag. 498: *Ita quod fructus, quos inde perceperit, in solutione debiti computentur; et debitum post susceptionem crucis, quamdiu debitor erit in peregrinatione, non Usuret.*

¶ **USURARE**, In fenore nummos ponere, dare fenori pecuniam, ex *Gemma*, apud *Vossium* lib. 4. de *Vitiis* serm. cap. 29.

\* *Useleir*, eadem notione, in *Glossar. Lat. Gall.* ann. 1352. ex *Cod. reg.* 4120: *Fenerari, Useleir.* Idem sonat *Mener* à son *Hues*, in *Serm.* ad festum O. SS. ex *Cod. MS. S. Vict. Paris.*: *Il fu uns prudom qui volt aler en un lointain pelerinage; quant il ot apareillè son oïrre, si n'pela ses sergens et si lor livra de son avoir por mener marchandise à son Hues.* Ubi alludit ad hæc verba *Luca* cap. 19. v. 13: *Negotiamini dum venio.*

**USURARIJ**, Fœneratores, qui ad usuram commodant. *Qui usuris inserviunt*, in *Capitul.* ann. 828. cap. 6. Quos olim magno fuisse numero auctor est *Gaufredus Vosiensis* l. parte cap. 73: *Fœneratores olim publici obnoxii Principibus erant, nunc tam crebro reperuntur, ut aliqui usuras vocitent census, quasi redditus agrorum.* Qui autem ii proprie sint, docet *Synodus Coloniensis* ann. 1300. cap. 12: *Manifestos autem Usurarios dicimus, de quibus per sententiam vel per confessionem in jure, aut evidentiam, quæ aliqua tergiversatione non potest celari, constititit evidenter; et illos etiam, qui super usuris diffamati, intra tempus stntuendum ab eo, qui super hoc habet potestatem, se non purgaverint, reputamus pro manifestis usurariis puniendos.* [Eadem totidem verbis leguntur in *Statutis Eccles. Leod.* ann. 1287. apud *Marten.* tom. 4. *Anecd.* col. 880. *Concil. Trevirense* ann. 1238. apud *eundem* tom. 7. *Ampl. Collect.* col. 130:]

*Usurarios censemus sub pignore mutantes, et ultra sortem percepta in sortem minime computantes.* [Adde *Concilium Ravennense* ann. 1317. cap. 15. *Hos Concilia, præsertim Lateranense* ann. 1179. *excommunicari ab Episcopis præcipiunt. Quod quidem factitatum testatur Matthæus Paris* ann. 1219. pag. 250. *Neque Ecclesia duntaxat; sed et Laici Principes Statutis suis pestem hanc detestandam sæpius exagitarunt, ejusmodi fœneratorum bonis in fiscum reductis. Quippe, ut ait Cato de Re rustica, statim initio: Majores nostri sic habuerunt, et ita in legibus posuerunt, furem dupli condemnari, fœneratorem quadrupli: ut quanto pejorem civem existarint fœneratorem, quam furem, hinc licent existimare.* *Leges Edwardi Confess.* cap. 37: *Usurarios quoque defendit Rex Edwardus, ne remaneret aliquis in toto regno suo; et si quis inde convictus esset, quod fœnus exigeret, omni substantia propria careret, et postea pro exlege haberetur. Hoc autem asserbat ipse Rex se audisse in Curia Regis Francorum, dum ibidem moraretur, quod usura radix omnium vitiorum esset.* Charta *Durandi Episcopi Cabilonensis* ann. 1221. apud *Sanjulianum* pag. 405. *Sammarthanos, et Petrum Chiffletium in Beatrice: Si aliquis probetur esse fœnerator per testes idoneos, totum mobile ipsius erit Ducissæ. (Burgundia), et Comitissæ, (Cabilonensis,) quod tunc habebit, et similiter quotiescunque alius probaretur fœnerator. Regestum Castri Lidi in Andibus* fol. 24: *In omni terra de Castro Lidi cujuscunque terræ sit, homines aubani sunt Comitibus, et pecunia fœneratoris Comitibus est. Ita tamen ut non vivi ac superstes, sed mortui, seu post mortem punirentur. Regiam Majestatem* lib. 2. cap. 54. § 1. 2: *Usurarii omnes, sive testatus, sive intestatus decesserint, Domini Regis sunt. Fivus autem non solet aliquis de crimine usuræ appellari nec convinci.*

Licebat igitur *Usurariis* de bonis suis, dum adhuc erant in vivis, disponere. *Statutum Ricardi I. Regis Angl.* ann. 1190. pro *Clero Normanniæ* apud *Matthæum Paris* pag. 113: *Quidquid Laici in vita sua donaverint, vel quocunque titulo a se alienaverint, et si Usurarii fuisse dicantur, post mortem non revocabitur. Quæ vero post mortem non alienata inveniuntur, si cognitum fuerit ipsos tempore mortis fuisse usurarios, confiscabuntur.* Ad hoc tamen ut *usurarius* haberetur, necesse erat probare infra annum ante mortem ad usuram commodasse. *Stabilimentum inter Clericos et Barones Normanniæ* ann. 1205: *De rebus Usurarii, quod quamdiu Usurarius est in lecto ægritudinis, si distribuat res propria manu sua, stabile est. Post mortem vero usurarii omnes res sue domini Regis erunt, si probatum fuerit, quod infra annum ante mortem commodaverit ad usuram.* *Vetus consuetudo Normanniæ* cap. 20: *Nul ne doit estre tenu à usurer, qui an et jour a cessé de usures mener, après ses derraines usures.* Alias penitus censebatur. *Regiam Majestatem* d. cap. § 6: *Sciendum est tamen, quod si aliquis quocunque tempore Usurarius fuerit, et super hoc in patris sua publice defamatus; si tamen a delicto suo ante mortem destiterit, et penitentiam egerit, post mortem ejus ipse*



*vel res ejus lege usurarii non censebuntur. Oportet ergo constare, quod usurarius decesserit ulquis ad hoc, ut de eo tanquam de usurario, post mortem ipsius judicetur, et de rebus suis, tanquam de rebus usurarii disponatur. Solet autem inquiri et probari aliquem in tali crimine decessisse per triginta duos legales homines de vicineto, et per eorum sacramenta; quo probato in curia, omnes res mobiles, et omnia catalla, quæ fuerant ipsius usurarii mortui, ad opus Regis capiuntur, penes quemcunque inveniantur. Sed et hæredes ipsius hac de causa secundum jus regni Scotici, exhæredantur, et ad dominum feudi vel ad Regem plenarie revertuntur, ut est in laudato capite.*

*✎* Eo tamen privilegio, de bonis scilicet suis disponendi, non gaudebant usurarii, nisi prius usuris inducta restituere suo testamento curassent: alioqui eorum testamentis conficiendis interesse nemini licet, eaque irrita et nulla pronunciantur; unde ecclesiastica sepultura privantur plurimum Conciliorum Statutis. Statuta Eccl. Eduensis apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 480: *Item, quinquam usurarii manifesti, de usuris quas receperunt satisfieri expressa quantitate vel distincte in ultima voluntate mandaverint, tamen eis ecclesiastica sepultura denegetur, donec de usuris suis fuerit prout facultates patiuntur eorum plenarie satisfactum, vel illis quibus est restitutum faciendum, si præsto sint, aut aliis qui pro eis possunt acquirere, vel eis assentientibus loci ordinario, vel ejus vices gerenti, sive rectori ecclesie sufficienter cautum de restitutione faciendum. Omnes enim religiosi qui usurarios manifestos tradunt ecclesiasticæ sepulture, pœnas incurrunt superius annotatas. Item, nullus interesse debet in manifestorum usurariorum testamentis. Item, nullus debet eos recipere ad confessionem, aut eos absolvere, nisi de usuris satisfecerint, vel de satisfaciendo pro suorum viribus facultatam præstant, ut præmittitur, idoneum cautionem. Testamenta uentem manifestorum aliter non valeant, sed sunt irrita ipso jure. Statuta Eccl. Cadurc. etc. ibid. col. 737: *Sciendum est etiam quod usurarii manifesti non sunt admittendi ad ecclesiasticam sepulturam, nec ad confessionem, nec possunt facere testamentum, nec eorum oblationes sunt admittende, nisi prius satisfecerint de usuris illis quibus tenentur. Adde Statuta Eccl. Const. ibid. col. 828. Leod. ann. 1287. col. 880. et Conc. Avenion. ann. 1457. col. 385.**

Aliud porro erat de usurariis Clericorum bonis, de quibus ita statuit Ricardus I. Rex Angliæ apud Matthæum Paris, et Radulphum de Diceto ann. 1190: *Item de bonis clericorum, et si dicantur fuisse usurarii, vel quocumque mortis genere præventi, nihil pertinet ad secularem potestatem, sed Episcopali autoritate in opera pietatis distribuantur.*

*✎* Id præterea erat Ecclesiæ legibus statutum ne quis usurariorum causis patrocinaretur. Conc. Paris. ann. 1212. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 102: *Statuimus sub pœna excommunicationis, ne quis clericus nundinarius vel alius feneratori seruiat, aut computationes usurarum*

*aut venditiones usurarii ad terminum vel contractus ejus usurarios de nundinis ad nundinas scribat, et quod nullus advocatus causam usurarii vel hæresis defendat. Sed et eorum mulieribus post partum ecclesiæ ingressus sacerdotumque benedictio denegabatur. Statuta Eccl. Suesion. apud eumd. Marten. ibid. tom. 8. col. 1548: *Nec uxor ejus (usurarii) cum de partu surrexerit, ad purificationem admittetur, et ita ei denegentur sacramenta ecclesiastica.**

Pœna igitur usurarii vivi ex predictis, pertinuit ad Ecclesiam, cum et excommunicari, et eorum iudice ecclesiastico in Curia Christianitatis accusari et conveniri potuerit, pœna vero usurarii mortui pertinuit ad Regem, quod etiam docent Statuta Regum Angliæ Edw. III. ann. 15. cap. 5. apud Westmonast. ann. 11. cap. 8. Henrici VII. ann. 3. cap. 5. et 6. Henrici VIII. ann. 37. cap. 9. Edwardi VI. ann. 5. et 6. cap. 23. Sed et jure scripto, quo utimur, inquit Skenæus, usurarius in Curia Regis post mortem non damnatur, sed vivus variis pœnis punitur. Vide Gul. Prynneum in Libertatib. Eccl. Anglic. tom. 3. pag. 1209.

*Usuræ* autem nomine quid censeretur, ita definit S. Ludovicus Rex Franc. in Statuto ann. 1230. pro Judæis: *Usuras autem intelligimus, quidquid est ultra sortem. Ita etiam Capitulare 5. ann. 806. cap. 12. lib. 3. Capit. cap. 119. Regiam Majestat. lib. 3. cap. 1. § 5. et Concilium Auscitanum ann. 1308. cap. 3. Auctor Græcismi MS:*

Est usura suos quisquis tradit mihi nummos  
Spe lucri, fœnus duplex Usura vocatur.

Consuetudines Montispessulani: *Fœnerarii, seu usurarii, qui denarios pro denariis accommodant, non recipiuntur in testimonio. Charta Philippi Reg. Fr. ann. 1204. pro Falesiæ incolis ex Regesto 120. Archivi regii num. 30: *Sciendum etiam, quod nos aliquem de Burgensibus apud Palesiam residentiam facientibus, non capiemus ad occasionem usuræ nisi denarium pro denario, vel æquivalentiam alicui accommodaverit. Exstat Statutum Philippi Franc. Reg. datum apud Montem Argi die Sabbati ante Festum Purific. B. M. ann. 1311. in quo usuram facere dicitur, qui ultra unum denarium in septimana, 4. denarios in mense, vel 4. solidos in anno pro libra acceperit. [Statuta Synodi Senon. ann. 1269 in Chartul. Episc. Paris. fol. 109: *Ex qualitate autem negotii et personæ creditoris contractus Usurarios reputamus, videlicet si creditor consueverit fenerare.*] Vide Assisias, seu Statuta Caroli I. Reg. Sicil. MSS. cap. 8. sub finem ubi de usuris Judæorum agitur. Charta Durandi Episcopi Cabilonensis supra laudata: *Doctores vero illum solum feneratorum intelligunt, qui solidum vel libram per hebdomadam, vel mensem, vel annum pro denario, vel denariis ejusdem monetæ, vel alterius accommodat, ludo excepto, ita quod de retroactis, usque ad confectionem chartæ non potest aliquis super hoc conveniri; alio modo non intelligitur esse fenerator, et debet probari de usura, etc. [Durandus a S. Porciano in Comment. ad Magistrum Sententiarum lib. 3. dist. 37. qu. 2: *Hoc autem fit in usura in qua aliquis ultra****

*pecuniam mutuam vel vinum, seu bladum, petit sibi duas recompensationes, unam quidem recompensationem æqualem, aliam vero quasi pretium usus, quod Usura dicitur.] Adde Glanvillam lib. 10. cap. 8. extremo. Jura et Consuetudines Normanniæ cap. 20: *Usurarii autem catalla Duci Normanniæ consuetudine pristina dimittuntur, et hujusmodi occasione ambitiosa usurarum malitia in posteris refranetur. Tribus autem modis usura committitur, uno scilicet modo, cum ultra taxatum pretium alicujus rei pro concessio solutionis temporis spatio, mutuator se tradenti obligat aliquid redditurum... Secundus modus est, cum res unius speciei commodatur, pro re alterius speciei majoris pretii ad terminum persolvenda in eadem quantitate terminatum; ut ordeam præstare pro frumento, vel cervisiam pro vino. Tertius autem modus est de mortuo vadio, mortuum enim dicitur vadium, cum fructus rei invaditæ, quos percipit commodator, eam quitant in nihilo fructus vel proventus.**

† *USURA REALIS et Mentalis*, in Statutis Eccl. Constant. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 800: *Usura realis est, quando mutuo dantur XII. denarii pro XIII. vel alias secundum magis et minus. Et mentalis est quando propter dilationem carius vendunt et vilius emunt. Manuale Henrici Sistaric. Episc. ibid. col. 1085: *Et nota quod usura non solum se extendit ad pecuniam mutuandam, sed ad quicquid ultra sortem accipitur, sive honoris, vel gagerii, vel comestione equorum, vel de illicitis venditionibus, et hujusmodi.**

Sed cum ejusmodi usurarum prætextu domini vassallos seu tenentes suos vexarent, eisque persæpe id criminis contra jus imponerent, ut eorum sibi assererent bona, fisisque suis addicerent, quod de intestatis facultatum supra observavimus, interdum id privilegii communitatibus concedebant, ut ab hac perquisitione essent immunes. Charta Philippi Regis Franc. ann. 1220. ex Regesto Normannico sign. P. in Camera Comput. Paris. fol. 26: *Concessimus Burgensibus nostris de Cadomo residentibus in villa Cadomi, quod nec eos, nec uxores, nec hæredes eorum capiemus ad occasionem de usura in morte eorum, nec hæredes nostri. Charta pro Communia Vernolii: *Quod nec ab illis, nec ab eorum hæredibus, si fuerint apud Vernolium per annum et diem residentes, aliquid exigemus pro morte usurarii de eis, quæ spectant ad usuram, si tempore mortis sue apud Vernolium fuerint residentes omnino illi exactione quantum in perpetuum. [Libertat. hominum S. Georgii de Esperanchia ann. 1291. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 27. col. 2: *Præterea volumus et dictis burgensibus nostris et habitatoribus dictæ villæ concedimus in perpetuum pro nobis et hæredibus seu successoribus nostris, quod in Usurariis manifestis vel non manifestis, sive decedant testati, sive non, qualiter et quocumque loco decedant, quod in bonis et rebus ipsorum nihil possumus vel debeamus ratione exercitii usurarum exigere vel habere, nec in vita, nec in morte, nec post mortem ipsorum; sed eorum res et bona deveniant ad hæredes et propinquiores ipsorum, dum tamen teneantur satis dare de clamoribus suis emendantur***



dis, et eos emendare; hoc salvo, quod si niquis usurarius vel alter decederet, nec vellet emendare clamores suos, vel præcipere quod emendarentur, bonni ipsius ad nos pertineant; nisi aliquis usurarius vel alter decederet morte subitanea; ita quod non posset sciri, utrum voluerit clamores suos emendare vel non, tunc bona ipsius ad hæredes ipsius ut supra pertineant.]

**USURARI PUBLICI**, Qui, ni fallor, ii sunt- quos Gaufridus Vosiensis loco citato vocat *fæneratores publicos, obnoxios Principibus*. Charta Henrici Imp. ann. 1156. pro erectione Ducatus Austriæ, apud Miræum in Donat. Belgic. lib. 2. cap. 52: *Et potest in terris suis omnibus tenere Judæos et Usurarios publicos, quos vulgus vocat Genenteschin, sine imperii molestia et offensa.*

\* Constitut. Jacobi I. reg. Aragon. ann. 1228: *Statuimus quod Judæi terræ nostræ non recipiant pro Usuris, nisi viginti solidos pro centum in anno. Alia ejusd. reg. ann. 1240: Statuimus... ut nullus Judeus audeat amplius recipere pro Usuris, quam quatuor denarios in mense pro qualibet libra denariorum. Res autem mobiles, quæ fuerant usurarii mortui, in fiscum redigebantur, ut patet ex Lit. remiss. ann. 1416 in Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 379: Comme par la coustume de nostre país de Normandie, les biens meubles de ceulx, qui sont entremis d'usage de prest à usure, soient à nous confisquez et acquis, quant ilz vont de vie à trespas dedens l'an et le jour de l'intermission dudit prest, etc.*

¶ **USURARIUM**, Ususfructus, jus utendi, idem quod *Usuaria*. Vide in hac voce. Charta ann. 1124. apud Miræum tom. 1. pag. 276. col. 1: *Walterus de Trudeneris... prædiun... trndidit... ad altare B. Laurentii, ex integro tam in culturis et pratis, quam in nemore et censu et familia, cum omnibus Usurariis et appenditiis suis, cum omni decima indominitatus proprii, nec non et tota justitia ejus prædii. Alia ann. 1136. apud Calmet. inter Probat. tom. 2. Hist. Lothar. col. 395: *Liberum hic etiam Usurarium banni in pratis, agris, aqua et nemoribus, tam apud Commarceium quam apud Morleium, sive pro domibus, sive pro utensilibus sibi parandis. Vide mox Usuria.**

\* **USURATIVE**, Cum fenore, Gall. *Usurairement*. Formulæ MSS. ex Cod. reg. 7657. fol. 31. rº: *Nec verens quam grave sit apud Deum et gentes, pecunias et alias facultates suas Usurative augmentare.*

**USURIA**, Jus utendi, *Usagium*. Vetus Charta apud Perardum in Tabulis Burgundicis pag. 31: *Et Usuriam silvæ, etc. [Vide Usurarium.]*

**USUROLUM**. Charta ann. 1207. apud Ughellum in Episcopis Veronensibus: *Solvendo... illud fodrum antiquum et Usurolum, quod solvebat prædicta universitas Imperatorii cum ipse intrat Italiam, etc. Forte Usitatum.*

¶ **USURPARE**, Exorare, Gall. *Obtenir*. Acta SS. Perpetuæ et Felicitatis num. 3: *Usurpavi ut necum infans in carcere maneret. Vide mox Usurpatio.*

¶ **USURPATIO**, apud Panlum JC. in leg. 2. ff. de Usurpat. et usucapionibus, est *usucapionis interruptio. Oratores autem*

*usurpationem frequentem usum vocant. In leg. seq. Usucapio definitur adjectio domini per continuationem possessionis temporis lege definiti. Huc spectat vox Usurpare apud Gellium lib. 3. cap. 2. Vide Calvini Lexic. jurid. et Argentreum in Consuet. Britan. art. 266.*

\* **USURPATITIUS**, Usurpatus. Indicul. de episc. Briton. deposit. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 289: *Hos tres Usurpatitios episcopos constituit (Nomenois) ceteris quatuor in antiquis urbibus derelictis. Paulo ante Pseudo-episcopos appellat.*

¶ **USURPATIVE**, Injuste, inique. Hugonis Metelli Epist. 42. tom. 2. Monument. sacræ Antiq. pag. 388: *Panes sanctos quos non licet edere nisi solis prædicatoribus, Usurpative comedunt (Cœnobia).*

\* **USURPATIVUS REX**, Qui Regis nomen et jura usurpat. Fragm. Hist. Britan. Armor. tom. 7. Collect. Hist. Franc. pag. 52: *Perlecta autem hac epistola in auditu Salomonis Regis Usurpativi, etc.*

\* **USURPATOR**, Invasor, injustus occupator, Gall. *Usurpateur*. Chron. Turon. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 281: *Contra Hugonem inque regem regni Usurpatorem insurgit (Carolus).*

¶ **USURULA**, τσαρῦδιον, in Gloss. Lat. Gr.

1. **USUS**, Musica species, quæ non per regulas, sed ex usu addiscitur, notis musicis in libris Ecclesiasticis singulis syllabis superpositis, abrogatis ac neglectis lineis et clavibus musicalibus; cujus quidem musicae speciei exemplum descripsit Menardus in Notis ad librum Sacramentorum Gregorii M. Anonymus Interpretes Hugonis Reulingensis: *Post Incarnationem Christi plures Doctores S. Ecclesiæ, et specialiter S. Gregorius et Ambrosius, cantum musicalem, quo tam Latini, quam Alemanni, cum cæteris linguarum diversarum nationibus, utuntur in divino officio, in duo volumina librorum, videlicet in Antiphonarum et Graduale collegit, dictavit, et neumavit, seu notavit. Processu tamen temporis quidam Alemanni, et præcipue Canonici Ord. S. Benedicti, qui cantum musicalem non solum ex arte, verum etiam ex usu et consuetudine perfecte et cordetenus didicerant, ipsum, onissis clavibus et lineis, quæ in neuma et nota musicali requiruntur, simpliciter in libris eorum notare cœperunt, et sic decantaverunt deinde juniores, et suos discipulos sine arte, ex frequenti usu et ex magna consuetudine cantum informare, qui cantus sic per consuetudinem doctus ad diversa pervenit loca. Unde jam non Musica, sed Usus est denominatus. In quo tamen cantu discipuli deinde a doctoribus et doctores a discipulis multiformiter discrepare cœperunt, ex qua discrepantia et artis ignorantia Usus dictus est confusus. Quo usu confuso spreto, nunc fere omnes Alemanni hactenus miserabiliter per cantum seducti ad veram artem Musicæ revertuntur.*

¶ Huc spectat Chronicon Trudonense lib. 8. apud Acher. tom. 7. Spicil. pag. 441: *Sed cum nesciret secundum usum claustrii cantare (usus cantandi), nescimus unde hoc acciderit, nulli comprovincialium nostrorum convenit) erubesceret vehementissime, quasi stipem inutilem inter cantandum*

*in choro stare, ... graduale unum propria manu formavit, musicæque notavit syllabatum, ut ita dicam, totum usum prius a senioribus secundum antiqua eorum gradualia discutiens. Sed cum usus eorum per quamplurima loca propter vitiosam abusionem et corruptionem cantus, nullo modo ad certam regulam posset trahere, et secundum artem non posset notare, nisi quod regulari et verisona constaret ratione, ipse autem ab usu Ecclesiæ non facile vellet dissonare, miro, ut dixi, indicibilique labore in hoc tantum se frustra afflixit, quod ex toto usum mendacem regula vera tenere non potuit; sed in hoc profecit quod quidquid alicubi in monachordo cœntari potuit de usu Ecclesiæ non prætermisit se præterire.*

¶ 2. **USUS**, Præstatio qua ex usu pensatur, idem quod *Usitata* supra. Charta ann. 1030. ex Tabul. S. Victoris Massil.: *Ego Rostagnus Avcnionensis Episcopus contra præceptum Dei malum Usum habebam, ... scilicet accipiebant homines mei de vineis S. Pronacii pro custodiis quæ vulgo gardins dicuntur contra morem quantum illis videbatur. Sed et de villnis qui habitant in ipsa villa Sancti consuetudines malas accipiebant, et vi auferebant quod poterant; unde ego considerans quia magnum peccatum esset hoc et contra Dei voluntatem, dimisi malum Usum. Vide Consuetudo 4.*

¶ 3. **USUS**, Jus utendi, ut supra *Usuria*. Inventar. Chartar. Reg. ann. 1482. fol. 204. vº: *Litteræ sub sigillo religiosorum abbatis et conventus S. Judoci in bosco mentionem facientes de excambio Usus sive usagii quod habebant in silva de Cressy.*

¶ 4. **USUS**, Detritus, Gall. *Usé*. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar.: *Item plus duo lintamina Semiusa ejusdem tele borgeis. Vide Usntus in Usare.*

\* 5. **USUS**, adject. Qui ab antiquo tempore in usu est, cujus initium ignoratur. Charta ann. 1235. in Chartul. Cluniac.: *Joccrannus Grossus, Bracedunidominus, ... concedo quitationem, quam Stephannus dominus Cnlvinontis fecit monachis Cluniacensibus de Bernrdo des Pontiers, quem ipse Stephannus quitavit ab omnibus, exceptis moribus Usis in villa de la Ferrere.*

\* **USUS-MERITUM**, Ususfructus, jus usufructuarium et precarium. Charta Ludov. reg. Germ. ann. 829. inter Probat. Hist. S. Emmer. Ratisbon. pag. 35: *Qualiter Baturicus episcopus præstitisset eis ad Usum-meritum quasdam res, ex ratione monasterii sui S. Emmerami, ... nec non et alias ex ratione ejusdem monasterii eis ad Usum-meritum diebus vite eorum concessisset, etc. Liceat illis, sicut diximus, diebus vite eorum usufructuario ordine tenere et possidere.*

\* **UTARE**, Uti. Lit. remiss. ann. 1358. in Reg. 86. Chartoph. reg. ch. 501: *Qui Colardus in artificio marescalli et fabricii est expertus et subtilis, ... et in fortalicis dictæ ville de artificio suo Utabat utiliter.*

\* **UTAREUS**, **UTARINUS**, **UTARIS**, Vetus, antiquus, seu id quo uti solitum est ab antiquo. Reg. feudor. Uti. in Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 33. vº: *Cum duabus mensuris Utaribus seu veteribus, una rasa frumenti et alia avenæ ad*



*culum.* Ibid. fol. 34. rº : *Et debent inde omnes insinul quatuor mensuras Uturnas seu veteres bladi, scilicet duas frumentis rasas et duas avenae.... Bidonus de Gruvel.... debet dicto domino regi Anglie unam mensuram Uturnam et rasam frumenti.*

\* **UTCUMQUE**, pro Male, ni fallor, in Charta Ludov. VII. ann. 1112. ex Chartul. Compend. fol. 61. rº. col. 2 : *Unde ipse (Ranardus) multo tempore excommunicatus, Utcunque postmodum vitam finivit.*

¶ **UT DICITUR**, Formula quæ cautionis causa ad nauscam usque adhibetur in Instrumentis II. 12. et 13. sæculi : omnium instar sit Charta Officialis Paris. ann. 1248. ex Tabul. Sangerm. : *Notum facimus quod in nostra presentia constitutus Godefridus de Anthogniaco clericus, recognovit se vendidisse et in perpetuum quitavisse Abbati et Conventui S. Germani de pratis... arpentum et dimidium vineæ sitæ upud prata, Ut dicitur, in censiva eorumdem Abbatis et Conventus, Ut dicitur, ad x. denarios, Ut dicitur, capitalis census, et ad VII. sextarios vini annui redditus, Ut dicitur. Item arpentum et dimidium vineæ sitæ apud Trengas, Ut dicitur, ad XI. denarios censuales, Ut dicitur. Item quoddam arpentum terre sitæ apud Boufre, Ut dicitur, in censiva dictorum Abbatis et Conventus, Ut dicitur, ad VIII. denarios, Ut dicitur, censuales. Item dimidium arpentum vineæ sitæ in eadem censiva, Ut dicitur, ad v. denarios, Ut dicitur, censuales, et quoddam domum sitam juxta eundem vineum, Ut dicitur, in censiva Domus Dei Paris. Ut dicitur, ad II. denarios, Ut dicitur, censuales.*

\* **UTDICUS**, a Belgico *Uytgedycke*, Agger contra inundationes maris, terra ex accessionibus maris aggregata. Charta Margar. comit. Fland. ann. 1269. in Suppl. ad Miræum pag. 602 : *Cum Johanna Flandriæ quondam et Hunoniæ comitissa contulisset ecclesie B. Marie de Cumberone Cisterciensis ordinis totam terram de indico et Utdico in officio de Hulst; et occasione hujusmodi vocabuli Utdici, intelligere vellent abbas et conventus de Camberona omnes jactus maris;... nobis e contra asserentibus, quod ratione dicti vocabuli Utdici, non debet intelligi nisi terra tempore factæ colationis habitata et dico omnino adherens, quæ tantum commode inhabitari poterat vel adiri, etc. Alia Joan. abb. de Camber. ejusd. ann. ibid. pag. 603. col. 2 : Nullum jus de cætero reclamabimus in terris, moris, indicis, Utdicis et maris jactibus in officio de Hulst. Charta Guid. comit. Fland. ann. 1285. ex Chartul. Namurc. in Cam. Comput. Insul. fol. 2. rº : *Nos Guido comes Flandriæ.... dilecto filio nostro Johanni de Namurco dedimus et concessimus... unum rejectum maris, qui dicitur vulgariter scor vel Utdich. Alia ejusd. comit. ibid. fol. vº : *Avons donné à Ysabel nostre chiere compaignie.... tous les gées de ner, Utdis, comment ke on les puist ne doive apeler. Un scor c'on appelle Utdich, in Ch. ann. 1281. ibid. fol. 7. vº.***

¶ **UTELE**, **UTELEIA**, **UTELIS**, Mensura frumentaria : item, Ager, in quo tantum frumenti seminari potest, quantum capit hæc mensura. Vide in *Octalium*.

¶ **UTENSERIA**, Utensilia, supellex.

Continuat. Joh. Iperii Chron. apud Marten. tom. 6. Ampl. Collect. col. 627 : *In quo (testamento Willelmus Abbas) omnia vasa argentea religiosorum suo tempore defunctorum conventui reliquit, omnia debita ex pecunia per ipsum ecclesie sue in necessitate mutuo data dimisit, successori suo omnia coquinae Utenseria argentea dedit.*

1. **UTENSILE**, Instrumentum, Gall. *Outil*. Petrus Damian. lib. 6. Ep. 7 : *Calcaria, scutica, et si quæ alia equitandi sunt Utensilia.* [Mirac. S. Gibrani tom. 7. Maii pag. 643 : *Sed grave pondus ferri.... nisi Utensili ejusdem materie dissipari non potuit. Utisse Tolosatibus idem quod Outil, instrumentum.*]

\* 2. **UTENSILE**, Ustrina, officina quævis, et ea præsertim quæ ad aquas exstructa est. Chron. Volemari apud Oefelium tom. 2. Script. rer. Boicar. pag. 532. col. 2 : *Rudolfus Romanorum rex... civitatem Wiennensem.... bello cingit et vastatis circuncircu pomeriis et aliis civitatibus Utensilibus dilapidatis, etc. Vide supra Usina.*

\* 3. **UTENSILE**, Vox generalis, quæ de animalibus, granis, aliisve rebus accipi videtur, in Charta ann. 975. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Hontheim pag. 318. col. 2 : *Legulis decimatio totius decimationis omnium Utensilium, ad eandem Referescheit curtem pertinentium, tum in porcis videlicet quam in uliis Utensilibus. Vide supra Usina.* [\*\* Chart. Carol. M. ann. 798. in Schaunat. Histor. Wormat. Probat. num. 1 : *Erembertus Wormatiensis ecclesie episcopus nostram excellentiam adiit, se reclamans ob contentione quandam, quam rei publicæ judices et exuctores fecerunt inter ecclesiam suam et inter regionem potestatem, se reclamans ob contentione quandam, quam rei publicæ judices et exuctores fecerunt inter ecclesiam suam et inter regionem potestatem, de sylvis Otenswald et cæteris Utensilibus in pago Lobodunbergense, volentes omnem Usam prædicti pagi in dominicum fiscum redigere, propterea antenos in manibus detulit præceptum Dagoberti reg. Franc. in quo continebatur, qualiter... trudit... omnem sylvaticum in sylvis Otenswald cum omni Utensilitate in omni pago Lobodunbergense, etc.]*

¶ **UTENSILITAS**, Utilitas, usus. Tertull. de Cultu fem. lib. 1. cap. 4 : *Quod si de qualitate usus gloria est auro et argento, at quin magis ferro et æri, quorum ita disposita est Utensilitas, ut et proprias operas plures, et necessariores exhibeant rebus humanis... jam igitur æstimandum est unde obveniat tantu dignitas auro et argento, cum et consanguineis, quantum ad genus, et potioribus, quantum ad Utensilitatem materiis præferantur.*

¶ 1. **UTENSILIUM**, Utensile, ornatus. Andreas Floriac. in Vita MS. S. Gauzlini Archiep. Bituric. lib. 2 : *Ornantes faciem templi olosericis auleis, et multi generis Utensiliis, etc.*

\* 2. **UTENSILIUM**, Instrumentum, res quævis, qua quis utitur. Chartul. eccl. S. Dion. Exoldun. : *De quolibet equo portante Utensilium, quod vocatur baat, etc.*

\* **UTENSIS**, vel **UTENSUS**, Utilitas, commodum, quicquid usui aptum est. Charta Henr. reg. ann. 1011. ex Diplom. Tegur. apud Oefelium tom. 2. Script. rer. Boicar. pag. 80. col. 2 : *Hobas regales lx.... concedimus et de nostro jure in jus ac dominium eorum cum omnibus Utensibus, quæ*

*ibi inveniri vel aptari possunt, prorsus transfundimus. Vide Utensilitas.*

\* **UTERICIA**, Icterus, Gall. *Jauuisse*. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. Cod. reg. 4120 : *Utericia, Janisce.*

¶ **UTERINUS**, Gall. *Uterin* : *Fratres uterini* vulgo dicuntur qui diverso patre, sed eadem matre geniti sunt, in Cod. Theod. leg. 9. tit. 42. lib. 9. Chron. Angl. Th. Otterbourne pag. 183 : *Obiit etiam (ann. 1394.) Ducissa Eborun, soror Ducissæ Lancastriæ Uterina, etc. Interdum Uterini etiam nuncupantur ex altero connubio procreati, ad discrimen duntaxat eorum qui eodem patre, sed diversa matre ex prioribus nuptiis nati sunt, ut in Charta ann. 1277. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 17. col. 2 : *Drodonetus assignet Guidoni et Guillelmo fratribus suis Uterinis, cuilibet viginti libras Viennenses censuales ad vitam eorum tantum... Item dicto Aymareto filio meo ex secunda uxore, relinquo jure institutionis castrum de Pineto, etc. ita tamen quod Aymaretus assignet Guillelmeto et Alberto fratribus suis Uterinis, cuilibet viginti libras censuales Viennenses ad vitam, etc.**

¶ **UTERINI** appellantur Monachi ejusdem cœnobii alumni, apud Andream Floriac. in Præfat. ad lib. 1. Mirac. S. Benedicti ex cod. MS. Vaticano.

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Uterinus, d'un ventre. Vide mox Utrinus.*

¶ **UTFANC**, Charta Caroli Boni Comit. Flandr. ann. 1119. apud Miræum tom. 1. pag. 680. col. 1 : *Condonavi duas partes decimæ, id est duas garbas totius solitudinis sen deserti, quod Teutonice vocatur Utfanc vel Wostinia, in parochia de Erminghem, etc. Vide Utfangi.*

**UTFANGETHEF**, Bractono lib. 3. tract. 2. cap. 35. dicitur *latro extraneus, veniens ulivide de terra aliena, et qui captus fuit in terra ipsius, qui tules habet libertates. Ita etiam Fleta lib. 1. cap. 47. § 5. Proprie autem ita appellatur jus cognoscendi et judicandi de ejusmodi furibus, quod qui habet, dicitur habere Utfangetef. Vide eundem Bracton. eod. lib. cap. 8. § 4. Charta Joannis Regis Angliæ ex Monastico Anglic. tom. 1. pag. 310 : *Concedimus etiam eis, quod ipsi Abbas et Prior et Monachi habeant libertatem curiæ sue de omnibus tenementis suis cum soka et saka, et tholl, et theam, et insangentes, et Utfangentes. Utfangentes, scribitur in tom. 2. pag. 827. Adde Brittonum in Legib. Angl. pag. 90. v. [\**Utfangentheof.*]**

¶ **UTFANGI**, Novales terræ, videlicet noviter excultæ, quæ vulgo *Utfangi* dicuntur, ita Charta Theodorici Dom. de Avenis, apud Miræum in Donat. Belgic. pag. 181. [Vide *Utfanc.*]

**UTFLAT**. Vide *Uslact*.

¶ **UTHAGIUM**. Vide supra in *Huesiam*.

**UTHBAN**, Charta Henrici III. Regis Angliæ tom. 2. Monastici Anglicani pag. 1032 : *Et sint quieti.... de scutagio, et hidagio, et cavagio, et cornagio, et summagio, et Uthban, et schiris, et hundredis, etc.*

**UTHESIUM**. Vide in supra *Huesium*.

**UTHLANDES**. Charta Roberti Comitis Flandriæ in Tabulario S. Bertini : *Illi vero,*



qui in prædicta villa (de Poperinghe) ad banweric constituti sunt, debent Comiti tantum Uthlandes, banweric, et landweric, et placitum inde erit Abbatis. Uut-lander, Kiliario, est extraneus, alienigena.

\* **UTHLEAW**, Mulcta proscriptis indicta, vel Jus proscribendi, Anglis *Out-law*, Proscribere. Charta Eduardi reg. Angl. ann. 1044. in Suppl. ad Miræum pag. 13. col. 2 : *Concedo eis etiam in omnibus terris suis prænominatis consuetudines hic Anglice scriptas, scilicet..... Uthleaw, etc.* Vide *Uthlandes* et infra *Utlaga*.

**UTI**, cum accusativo. Ferrandus Diac. in Brev. cap. 124 : *Ut lectores oraria non Utantur, etc.* Synodus Romana sub Zacharia PP. ann. 743. cap. 3 : *Ut Episcopus, Presbyter et Diaconus secularia indumenta non Utantur, nisi ut concedet, tunica sacerdotali.* Alypius seu auctor *Descript. orbis* cap. 1 : *Escum vero non Utantur omnibus communem.* Vide *Diomedem* lib. 5. de Grammat.

¶ **UTI**, Solere, in usu esse. Litteræ Eduardi II. Reg. Angl. ann. 1317. apud Rymer. tom. 3. pag. 682 : *Secundum communem legem, que Utitur in partibus illis, se ad rationem poni et multipliciter inquietari per eosdem, etc.* Acta S. Franciscæ Rom. tom. 2. Mart. pag. 153 : *O mi Jesu Christe (id quod semper Utebatur in similibus oppressionibus dicere.) Sic Utebatur in illo loco, in Vita MS. S. Gurthierni ex Tabul. Kemperleg.*

\* Constit. MSS. Jacobi II. reg. Aragon. ann. 1321 : *Ordinamus quod si aliquis fuerit bannitus per officialem nostrum, pro crimine quod commisit, et erit in loco prælati, ... aut alterius, qui Utitur et usus fuit, sustinere bannitos nostros in suo, etc.*

**UTICA**, Cista. Vide *Hutica*.

¶ **UTIFRUI**, Usumfructum habere, usufructuario jure re aliqua uti. Charta Alberti Ducis Austriæ ann. 1298. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 444 : *Castro, civitatibus, et oppida, et districtus in omnibus suprascriptis teneant, et Utifruantur eis, quousque per nos vel successores nostros Romanorum Reges vel Imperatores eisdem Regi Boemiæ ac heredibus ejus de prædictis quinqueaginta millibus marcarum ejusdem ponderis et urgenti fuerit integre satisfactum.* Alia Bolkonis Ducis Silesiæ ann. 1364. apud eumd. tom. 6. pag. 408 : *Ipsam villam... cum omni libertate et absque omni servitutis onere habendam, tenendam, possidendam, Utifruendam et in usus suos placide et quiete pro omnibus nostris successoribus convertendum... donamus.* Litteræ Ludovici XII. Reg. Franc. ann. 1502 : *Dicta bona dicto Petro de Rohan et suis heredibus et successoribus concedimus ad habendum, tenendum, possidendam et Utifruendum, de ipsisque dandum, vendendum ad suæ libitudo voluntatis.*

**UTILIS**, Probus, bonus, [strenuus, fortis :] *Utilitas*, Probitas, animi magnitudo. Constitutio Justiniani de Adjutorib. Quæstoris : *Si ille, qui deficit non habuit filium jam Utilem, jam idoneum ad peragendum Adjutoris officium, etc.* Galli dicunt, *Capable d'exercer une charge.* Regula S. Benedicti cap. 7 : *Ut sollicitus sit circa cogitationes suas perversas, dicat semper*

*Utilis frater in corde suo : Tunc ero immaculatus coram eo, si observavero me ab iniquitate mea.* Ubi interpres : *Utilis frater est, qui omnibus prodesse, et nulli desiderat obesse, qui nihil supit, nisi quod Deo placere cognoscit, etc.* [ *Humilis*, pro *Utilis*, rectius præferunt editiones ejusdem Regule recentiores. ] Basina ad Regem Childericum, apud Gregorium Turon. lib. 2. Hist. cap. 12 : *Novi, inquit, Utilitatem tuam, quod sis valde strenuus, ideoque veni, ut habitem tecum.* Nam noveris, si in transmarinis partibus aliquem cognovissem *Utiliorem te, expetissem utique cohabitatiorem ejus.* Vide Gesta Regum Francor. cap. 7. Hist. Fredegar. cap. 12. et Aimoinum lib. 1. cap. 8. *Vetus Notitia* apud Ughellum tom. 5. pag. 1538 : *Pecora utilia, pulli utiles, .. porcus bonus, utilis.* Tabularium Conchense in Ruthenis : *Et si Utilis fuerit, faciet illum ordinare ad Presbyterium.* Adde lib. 1. Capitular. cap. 82. [\*\* 76.] [Eadem notione χρησιμος occurrit apud Græcos recentiores. Vide Gloss. med. Græcit. in hac voce.]

**UTILITAS**, Probitas, titulus honorarius, quomodo usurpatur a Gregorio Turonensi. Diploma Chilperici Regis apud Mabillonium : *Ideo cognoscat Magnitudo seu Utilitas vestra, etc.* Ita in Chartis Pipin. Regis apud Doubletum pag. 700. et Caroli M. pag. 707. Caroli C. apud Vassorium in Noviom. pagin. 682. et aliis passim.

**UTILITATES**, Commodum, proficuum, *Profit* : item, *Negotia*. Gregorius M. lib. 2. Ind. 11. Ep. 24 : *Admonentes Charitatem tuam, ut ita efficaciter omnes Utilitates ejus (Ecclesiæ) exercent, quatenus tui presentia proprium se, absentem habere non sentiat Sacerdotem.* Epist. 26 : *Præterea te duximus adhortandum, ut ito cunctis Utilitatibus Ecclesiæ tuæ pure ac diligenter exhibeas, etc.* Epist. 37 : *Sed et Christiana, ut dicitur, mancipia comparavit, et suis ea obsequiis ac Utilitatibus deputavit.* Guill. Bibliothecarius in Stephano VI : *Numquam psalmodiis cessabat, nisi cum Utilitates populi ad se reclamantis perficere cupiebat, etc.* *Utilitatem Regis facere*, in *Lege Longob. lib. 1. tit. 9. § 6.* [\*\* Roth. 377.] *Concilium Ticinense ann. 855 : Quidam autem Episcopi et Rectores Monasteriorum res Ecclesiarum suarum subtractas, et aliis personis largitas queruntur, et ideo Ecclesiasticis Utilitates nequam se implere posse dicunt, etc.* [ *Andreas Floriac. Mon. in Vita MS. Gualzini Archiepisc. Bituric. lib. 1. initio : Vir pro certo in administrandis publicis Utilitatibus nulli priorum secundus.* ]

**UTILITAS**, Usus, χρησιμ. Cicero lib. 4. ad Herenn. : *Si idoneus esse potest ad eas Utilitates et aptus, que desiderantur ab equo.* Sicut Flaccus : *Ductus aquarum, qui Utilitatibus publicis servierint.* Synodus Romana ann. 826. cap. 13 : *Per sollicitudinem Episcoporum hæc quorum dioceseos existunt, ad easdem Utilitates, quibus constituta sunt, ordinantur, etc.* Vide Joannem VIII. PP. Epistol. 254. 263. 272. etc.

\* **UTILITAS** DOMUS, Rerum domesticarum cura, Gall. *Ménage*. Alex. Iatrosoph. MS. lib. 2. Passion. cap. 11 : *Si infirmus..... circa Utilitatem domus sollicitudinem gerat, etc.*

\* **UTILLIMUS**, pro *Utilissimus*. Prolog. in vitam S. Morandi tom. 1. Jun. pag. 349. col. 1 : *Sanctorum Patrum præcedentium dicta vel gesta litteris tradere, et succedentium memoris commendare, Utillimum est.* Occurrit rursus in Actis S. Nennocæ ibid. pag. 411. col. 2.

¶ **UTINGA**, Villa, domorum collectio. Vita S. Treverii tom. 2. Jan. pag. 33 : *Duo pueruli nomine Radigniselus et Salsufur de pago Dombensi, ubi Briscia dicitur, juxta fluvium Araris, sive Sagonnæ, de villa, sive Utinga, que sex millibus a Prissianico vico distat, etc.* Vide *Hustingus*.

¶ **UTINUS**, Custodius, solitus, quo utimur. Charta Erlebaldis, Abb. Stabul. ann. 1182. apud Marten. tom. 2. Ampl. Collect. col. 130 : *Pauperibus elemosynam de Utinis cibis annonæ, ad mensuram Stabulensis oppidi dari statui.*

¶ **UTIS**, Odo in Carmine de varia Ernesti Ducis Bavarie fortuna, apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 355 :

..... statimque hinc inde per omnem  
Classem currentes, Utis abstracta marinis  
Terga superveniunt, etc.

Legendum videtur *Uncis*, id est anchoris.

¶ **UTITARI**, *Sape uti*, in Gloss. MSS. apud Vossium lib. 4. de Vitis serm. cap. 29.

**UTLAGA**, Exlex, extorris, proscriptus, relegatus; apud Littletonem sect. 197 : *Hors de la Loy, Utlage*, ex Saxonico *utlaga, extra legem*; ex *ute*, foris, et *laga*, lex. Leges Henrici I. Regis Angliæ cap. 10 : *Qui excommunicatum, vel Utlagam habet et tenet, etc.* Cap. 53 : *Si evaserit et aufererit, pro Utlaga reputetur.* Adde cap. 13. etc.

**UTLAGUS**, in Regiam Majestatem lib. 1. cap. 18. § 3. *Utlagus*, lib. 4. cap. 35. ut et apud Hovedenum pag. 654. 655. *Utlagi*, pag. 550. 774. Matth. Paris pag. 423. in Vitis Abbat. S. Albani pag. 99. etc. *Utlage*, in Legibus vernaculis Willelmi Nolthi cap. 50. [De iis etiam, nisi hostes, piratas malis interpretari, intelligendum videtur le Roman de Blanchandin MS :

Quant il trespasseront les barges,  
Se il encontrent les Uslaige,  
Bien les porront illuec atendre,  
Et le dromont vers ax deffendre.]

\* *Wecteloix*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1458. ex Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 256 : *Par lequel ban furent declors-en-avant (les dessus nommés) tenus et réputez Wecteloix par la custome de Flandres.*

**UTLAGARE**, Extra legem ponere, *exlegem* facere, proscribere. Cum enim quis reus ad iudicium vocatus per quinque Comitatus seu assisias, non comparet, iudex in eum sententiam suam pronunciat, qua eum *extra legem*, et extra protectionem Regis esse decernit, omniaque illius bona fisco addicit. Bracton. lib. 3. tr. 2. cap. 13. § 1 : *Si cum sit quarto vocatus non comparuerit... in primis forisfaciat patriam et regnum, et exul efficitur, et talem vocant Anglici Utlaghe, et alio nomine antiquitus solent nominari, scilicet Frenblesman : et sic videtur quod forisfacit amicos : et unde si quis talem post utlagariam et expulsivem scienter paverit, receptaverit, vel cum*



*eo scienter communicaverit, aliquo modo, vel occaltaverit, eadem poena puniri debet, ita quod careat omnibus bonis suis et vita, nisi Rex ei parcat de gratia sua.* [Charta Johannis Reg. Angl. in Lib. nigro Seaccarii pag. 383 : *Et cum Utlagari deberet, secundum consuetudinem Angliæ, nos propter finem, quem prædicta Matildis nobiscum fecerat, mandavimus eidem Vicecomiti, quod hoc differret.*] Utlaguri autem potest masculus 12. annos habens et ultra, non autem si infra, quia prius in Lege Decenæ non debet admitti. Fleta lib. 1. cap. 27. § 11. Vide eundem Bractonum lib. 3. tr. 2. cap. 12. 14. ubi varias causas Utlagatiouis refert, et Rastallum. Utuntur præterea hac voce Leges Edwardi Confess. cap. 7. 39. Matth. Paris pag. 179. 222. etc. Vide *Caput lupinum*, et in *Wayf.* Confer *Inlagare*.

¶ UTLAGIARE, Eadem notione, apud Radulfum Coggeshale tom. 5. Ampl. Collect. Marten. col. 871 : *Rex Eustachiam de Vesci et Robertum filium Walterii in comitatibus tertio requisitos cum eorum fautoribus Utlagiarum fecit.*

¶ UTEGATUS, Idem quod *Utlaga*. Litteræ Edwardi II. Reg. Angl. ann. 1304. apud Rymer. tom. 2. pag. 950 : *Per eosdem proceres... adjudicatis et a regno Scotiæ Utegatis, etc.*

UTLAGARIA, UTLAGATIO, Proscriptio, quæ inter jura Regia recensetur in Legibus Henrici I. cap. 10. 13. 47. scilicet trium annorum Utlagaria, (sic enim legendum) pro trium stannorum. Leges Willelmi Nothi cap. 71 : *De omnibus Utlagariæ rebus Rex instituit, at Anglicas se purget ad iudicium.* Charta Richardi II. Regis Angliæ apud Thomam Walsinghamum pag. 254 : *Ac etiam perdonamus eisdem ligis ac subditis nostris omnimodas felonias, prodiones, transgressiones, extorsiones per ipsos vel per aliquem illorum quolibet-cunque factas, sive perpetratas, ac etiam Utlagariam vel utlagarias, si qua vel quæ in ipsos, vel aliquem ipsorum, fuerit vel fuerint his occasione promulgata vel promulgata, etc.* Eadem pene habentur pag. 270. Hinc apud Anglos Forenses *Outlawry*, eadem notione.

¶ UTLAGIARIUM, Simili intellectu. Charta Henrici VI. Reg. Angl. ann. 1452. in Chron. Joh. Whethamstedii pag. 321 : *Ac etiam Utlagaria si quæ in ipsos abbatem et conventum hinc occasione, seu earum aliqua, fuerint promulgata, et firmam pacem nostram eis inde concedimus.*

UTLAGIUM. Leges Kanuti Regis cap. 32 : *Et qui opus Utlagii fecerit, ejus revocatio sit in misericordia Regis, i. qui crimen perpetravit, ex quo atlagium seu proscriptionem incurrerit.*

UTLAGIATIO, Tabularium Leprosariæ Pontis Audomari : *Interdictum vulgare Utlagatio nuncupatum.* Apud Prynneum in Libertatibus Angl. tom. 2. pag. 278 : *Interdictum, quod vulgariter Utlagatio nuncupatur.* Bracton. lib. 3. tract. 2. cap. 12. § 5 : *Procedendum erit ad Utlagationem sive ad Utlagariam.* Adde § 8. et Fletam lib. 1. cap. 28. ubi fuse de Utlagariis.

UTLEP; Evasio, seu *Escapium latro-nium*, Fletæ lib. 1. cap. 47. § 14. *Utleipa*, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 43.

eadem notione, a Saxonico *ut hleanpan*, aufugere, evadere. Vide *Escapium*.

\* UTLIQUES, *Dedens*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

¶ UTRUTE, ὄρε δῆ, in Gloss. Lat. Gr. editis : in MSS. vero, *Utrute*.

UTRIARIUS, ἀκόποιος, in Gloss. Gr. Lat. MS. Edit. *Coriarius præfret*.

UTRICISCUM, diminutivum ab *ater*. Gloss. Gr. Lat. MSS. ἄσκιον, *utriciam*. ἄσκιδιον, *utricidium*. Editum habet *utriciscam*. [Utraum, pro *Utriam*, in Litteris Henrici IV. Reg. Angl. ann. 1411. apud Rymer. tom. 8. pag. 684 : *Cum quatuor duolens paribus Utraam, etc.* Gloss. Lat. Gr. editæ : *Uter, utris, follis, ἀσκις*. MSS. habent, *Uter, utris, atreas, follis*.]

¶ UTRICLARI, Nautarum genus, ab utriculis, quæ forma navium erat, ita dicti, apud Sponium Miscell. Erudit. Antiq. pag. 61 : *Collegio Utriculariorum.* Et pag. 171 : *Inter Utricularios Lugdunenses.* Vide ibi Sponium.

¶ UTRICULARIUS, ἀσκαλίτης, in Gloss. Lat. Gr. Qui inflat ex utre fistulam. Utritur Sueton. in Nerone cap. 54.

¶ UTRINARE. Gloss. Græc. Lat. Βυβίζω, *Utrino, commergo, mergo.* In MSS. Sangerm. *Utrino*.

\* Ad hoc fortasse verbum pertinet vox Gallica *Ottron*, in Lit. Ludov. ducis Borbon. et comit. Clarimont. ann. 1360. ex Reg. 94. Chartoph. reg. ch. 36 : *Truant, merdous, bastar, Ottron pissé, etc.* Paulo ante *Ortron*.

\* UTRINUS, pro *Uterinus*. Vide in hac voce. Sentent. ann. 1411. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 3. pag. 129. col. 1 : *Proposuit eo modo, quomodo nobilis domina Anna vocata, avia sua, et nobilis domina mater Johannis, Petri et Nicolai filiorum Herke, de eadem sorores extitissent Utrinæ.*

\* UTSETEN. Vide supra *Insetenys*.

¶ UTTERARE, a voce Anglica *Utter*, Proferre, distribuere. Litteræ Edwardi VI. Reg. Angl. ann. 1551. apud Rymer. tom. 15. pag. 292 : *Dictam falsam monetam sic factam, contrafactam et cuneatam, diversis ligis nostris ignotis pro bona moneta felonice et proditorie exposuit et Utteravit, ad grave dispendium coronæ nostræ.*

¶ UTTUM, *infusara*, τράμα προσαφίτου, in Gloss. Lat. Gr. in MSS. Sangerm. *Vitutum*, in Regiis, *Bibitum*. Alia Græc. Lat. habent, *Moretam*. Vide *Moratam*.

UTWARA. Capitula de Weregildis post Concilium Grateleanum ann. 928 : *Et si Tainus ascendisset ut serviret Regi, et equitatus sui vice fungeretur in familia sua, si tunc habeat Tainum, qui ad Utvaram Regis quinque hidas haberet, et in Aula Regis domino suo serviret, etc.* Vide *Wara* 1.

VU, pro U longo, in aliquot Inscriptionibus interdum usurpari observat Scalliger in indice 19. ad Gruterum : v. gr. : *Domvas, τοῦ ἄλλου, Arbitratiui, etc.*

1. VUA, Vox exclamantis. Gesta Regum Francor. cap. 29 : *Ubi cum vexaretur, dicebat Vua, Vua, quid putatis qualis est ille Rex celestis, qui sic tam magnos Reges interfecit.*

\* *Novices à la Voul* in clamabant, cum injuriam patiebantur. Lit. remiss. ann.

1409. in Reg. 164. Chartoph. reg. ch. 112 : *Icellai Jameton qui se sentit frappé, commença à crier, comme l'en dit en language du pays (Limousin) à la Voul, monsieur le prévost, je suis mort.*

¶ 2. VUA. Charta ann. 885. apud Baldric. Noviom. lib. 1. cap. 52. et Miræum tom. 2. pag. 935. col. 2 : *Terras cultas et incultas, pervia, Vua, discipia, prata, etc.* Sed legendum unica voce *Wadriscapia*. Vide in *Waterscapam*.

¶ VUADA, f. Præfurnium, Gall. *Bouche de four*. Preparat. factæ in Senescallia Carcassonæ ann. 1435 : *Pro faciendo Vuadam et solam dicti farni de terra et lapidibus, etc.*

\* VUADICARIUS, VUADIGARIUS, vel *Wadicarias*, Executor testamentarius, qui res testatoris in *vadium* habet, ut de iis disponat. Chartul. eccl. Vienn. fol. 57. v° : *Boso et Andreas diaconi, Leuboini quondam sacerdotis Vuadigarii, recognoscences promissum et voluntatem ejusdem Leuboini, etc.* Infra *Vuadicarii*. Vide *Guadiator in Vadium*.

\* VUADRUS, idem quod *Waldus*, *Nemus, silva*. Vide *Gaaldus*. Charta ann. 824. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 1. col. 58 : *Cum omnibus mancipiis, cum Vuadris, campis, terris arabilis, etc.* Alia ann. 828. ibid. col. 65 : *Cum donibus, ædificiis, cum curtiferis, cum Faadris, campis terris arabilis, tam cultis quam incultis, etc.*

VUASILUS. Capitula ad Legem Alamanor. cap. 4 : *Si (coxa) non fuerit transpuncta, et nervora tetigerit, ut ibi Vuasilus intrat, solvat sol. 3.* Et cap. 8 : *Si nervora tangit, et Vuasilus intrat, solvat sol. 3.* Ubi *Vaasilas* videtur esse Flandricum et Gallicum *Vuasse*, limus, lutum, cœnum, sanguis scilicet putridus, qui ex vulnere oritur. [Vide *Wassian*.]

\* VUEAUNA, Fluvii nomen, in Charta ann. 1368. ex Tabul. S. Viet. Massil. : *Per nostras definitivas sententias declaramus, quod homines burgi S. Zachariæ ab inde inantea non sint ausi transire dictam matrem Vuæauna, pro pascendo animalia grossa vel minuta.* Vide supra *Mater* 3.

¶ VUERE, *Humere, pinguescere*. Gemma. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Uvere, amoitir, ennesser.*

\* VUERGIIUM, Annonæ species, secale, ni fallor, f. pro *Yvernagium*. Charta ann. 1225. in Chartul. Arremar. ch. 142 : *Concesserant ecclesiæ Arremarensi tres minas Vuærgii et tres minas avenæ de decima magni Mesnili.* Vide *Hybernagium*.

VUERNAGIUM, pro *Wionagium*. Vide in *Guida*. Locus est in *Scartio*.

\* VUERNATUS, Idem forte quod *Guarnitus*, instructus. Inventar. ann. 1361. ex Tabul. D. Venciæ : *Item quatuordecim equas Vuernatas.* Vide *Garnire* 1.

¶ VUETAGIUM. Vide in *Wacte*.

\* VUIDANGIA, Liberatio, expulsio, Gall. *Délivrance, expulsion*, alias *Faide* et *Wide*. Arest. ann. 1369. 16. Jun. in vol. 5. arestor. parlam. Paris. : *Saper variis pecuniarium summis per eundem levatis et receptis, caasa V liberationis seu uideangie fortaliti de Velainvilla in Persico, etc.* Lit. remiss. ann. 1391. in Reg. 141. Chartoph. reg. ch. 18 : *Nostre amé et féal chevalier et chambel-*



lan Jehan de Blaisy, par nous commis et ordonné sur le fait des Vides des forteresses occupées par nosdiz ennemis. Alia ejusd. ann. ibid. ch. 50 : Jehan de Blaisy pour le fait de la Vuide des Anglais, par nous ordonné es pays d'Auvergne, de Givaudan et autres, etc. Occurrit præterea apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1523. et 1524.

\* **VIDENGIA**, Evacuatio, Gall. *Vuidange*. Memor. G. Cam. Comput. Paris. ad ann. 1412. fol. 207. vº : *Pro construendo et faciendo unum pontem nemoreum in villa Paris. inceptum in buto vici S. Martini, in loco qui dicitur vulgariter La Planche de Mibray, transversaturum fluvium Secanæ usque ad S. Dionysium de carcere, iterum recto tramite ad parvum Castellum Paris.... cum provisione quod rupturæ, que occasione predicta necessariæ erunt fieri pro Videngia, cedent ad comodum regis.*

¶ **VIIEGILDUM**. Vide in *Weregeldum*.

¶ **VUILITIVA**. Vide in *Vultava*.

**VUITTA**. Vide *Wita*.

**VULATIO**. Charta Ratchisi Regis Longobardor. ann. 746. apud Ughellum in Episcopis Placentinis tom. 2. pag. 250 : *Et firmaverat vobis portum qui dicitur Cotaleo, ubi naves militarem usum habebant Vulatione illa de ripatico, vel justitia, quod et inde in Palatio nostro veniebat, etc.* Ubi legendum forte cum inlatione illa, etc.

\* **VULCATIO**, Morbus igneus, seu inflammatorius. Annal. Victor. MSS. ad ann. 1361 : *Fuit mortalitas quasi universaliter, sed præcise in regno Franciæ : mortuæque sunt personæ quamplurimæ de bossis, antraxibus, carbunculis et similibus Vulcationibus et inflaturis.*

\* **VULCEMENSES**, Incolæ pagi, nescio cujus, monasterio Dervensi subditi. Charta Hugon. comit. Campan. ann. 1114. pro eod. monast. in Reg. 142. Chartoph. reg. ch. 134 : *Apud Sparnacum me existente, quidam frater eorum, nomine Thebalus, me adiit, remissionem supra consuetudines, quas Vulcemenses, qui in terra SS. Petri et Pauli, sanctique Bercharii commorantur, debebant, petiit.*

**VULGAGO**. Fulbertus Carnot. Epist. 46 : *Vulgaginem etiam petiit vobis mittimus, quamvis ætatem vestram tali jam vomitu fatigari non suademus; sed eo potius, si opus sit allevari, qui frequenter et sine periculo fieri possit ex oxymelle et raphanis vulerianæ, quod seniori magis conducibile est morantem alvum laxativis pilulis incitari.* [Asarum, Gall. *Cabaret, nard sauvage.*]

\* Glossar. medic. MS. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959 : *Vulgago est Azarum dictum Græce, Vulgago Latine.*

¶ **VULGALITER**, Lingua vulgari, in Charta Ludovici VII. Reg. Fr. ann. 1117. ex Chartular. Maurigniac. Litteræ Johannis Reg. Franc. ann. 1351. tom. 4. Ordinat. pag. 117 : *Donamus per presentes ad opus dicte domus omnes forfacturas tam in hereditatibus quam mobilibus, et omnes espavias, seu Espaves Vulgaliter.* Vide *Vulgariter*.

**VULGARIA**, [Sirmondo ad calceni Supplement. Conc. Gall. pag. 345. dicitur id quod est commune omnibus villæ incolis, videlicet prædia quædam seu prata, que utuntur indivisiis; apud nos *les Communes*. Vide *Communia* 2.] Leo III. PP. Epist.

10 : *Unde et jussistis ut nullus quilibet homo in posterum conquassare, aut in judicio promoveræ præsumeret, tam de Vulgaria, quam etiam de mansis, quod per vestrum dispositum Herminus... nobis reconsignavit.*

\* **VULGARICUS**, *Vulgaris*. *Vulgarica lingua*, in Vita S. Bonif. tom. 1. Jun. pag. 464. col. 2. *Vulgaument*, pro *Vulgairement*, vulgariter, in Charta Isabel. Rom. regin. ann. 1305. inter Probat. tom. 2. Hist. Burgund. pag. 122. col. 2. Vide supra *Usualiter*.

**VULGARIS**, *Plebeius*, δημότιος, in Gl. Gr. Lat.

**VULGARES**, *Vulgus*, plebs. Agobardus Epist. ad Nibiridium : *Nonnulli ex Vulgaribus et rusticis abducuntur.* Thomas Walsinghamus in Ricardo II : *Quæ cum audissent responsa Vulgares, in furorem versi etc.* Occurrit etiam apud Amulonem, S. Augustin. Epist. 76. et alibi. [Vide *Vulgaritas*.] **VULGARIS**, *Colonus*. Decreta S. Stephani Regis Hungar. lib. 2. cap. 33 : *Si Comes, si Miles, si Vulgaris quidem alterius sui similis mansiunculas invasit, 5. juvencos solvat.* Ubi Jo. Sambucus : *Vulgaris, i. est rusticus liber factus : nam servi dominos non possidebant.*

¶ **VULGARISARE**. Vide *Vulgarizare* 1.

¶ **VULGARITAS**, *Vulgus*, vulgaris mos. Arnulphus in Hist. Medioli. apud Murator. tom. 4. pag. 24. col. 2 : *Hos tales cæterum Vulgaritas ironice Patarinos appellat.* Johannes de Monsterolio Epist. 7. apud Marten. tom. 2. Ampl. Collect. col. 1329 : *Animus fuit... cum calanum arripere tecum jurgari, quod tu Vulgaritatem sectando, quam fugere summo opere philosophi nos admonent, mihi theonata seu tapeta illa misisti.* Vide *Vulgaris*.

¶ **VULGARITER**, *Lingua vulgari, vernacula*. Chron. Mellicense pag. 329 : *Prior autem, ut expedire viderit, exponat vel literaliter, vel Vulgariter, que fuerint dicenda circa materiam.* Vide *Vulgaliter*.

1. **VULGARIZARE**, In vulgare linguam traducere, ex Ital. *Volgarizare*, in Charta Galeacii Comit. Virtutum ann. 1377. [Statuta MSS. Eccl. S. Laurentii : *Quilibet rector... constitutionem Concilii generalis que incipit, Omnis utriusque sexus, publicare et pœnas in eadem contentas Vulgarizare seu in vulgari dicere teneatur.* Processus de B. Catharina Senensi apud Marten. tom. 6. Ampl. Collect. col. 1275 : *Item, aliud (volumen) in quo est dicta legenda Vulgarizata, partim in vulgari Placentino, partim in vulgari Senensi.* Adde eumd. Marten. tom. 4. Anecd. col. 1020. Chron. Domin. de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 603. Statuta Vercell. lib. 7. pag. 163. Acta S. Wernheri tom. 2. April. pag. 719. etc.]

¶ **VULGARISARE**, Eadem notione. Charta ann. 1305. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 125 : *Lectum fuit et expositum in vulgari citem D. Dalphino hoc compromissum factum ejus nomine... quod compromisso lecto et Vulgarisato idem D. Dalphinus... ratificavit et approbavit.* Sententia ann. 1497 : *Supradicta sententia... Vulgarisata et data intelligi in vulgari.*

¶ 2. **VULGARIZARE**, *Publicare*. Galetanus in Ordine Rom. apud Mabill. tom. 2. Musei Ital. pag. 363 : *Alii*

*Cardinales et Prælati possunt differre recipere paramenta, quousque incipiantur processus, vel quousque diaconus cardinalis ipsos incipiat Vulgarizare.* Statuta Perus. fol. 15 : *Anno 1326. Indictione septima, die decimo nono Februarii Vulgarizuti ibidem specificæ.*

\* **VULGIA**, *Labellorum obtortiones*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613. pro *Valgia*. Vide in *Valgium*.

\* **VULGO**, *Inordinate, confuse, incondite*, in eod. Glossar. Hinc *Vulgo natus*. Illegitime natus, in Charta ann. 1362. ex Reg. gr. Chartoph. reg. 331 : *Quidam ejus (Joannis de Tailleurcuria) generationem ignorantes improperant, quod ipse Vulgo conceptus et natus fuit,.... licet ipse fuerit de legitimo procreatus.*

¶ **VULGULOSUS**, *In vulgo generalis*, in Gemma. Vide Vossium lib. 3. de Vitiis serm. cap. 56. Gl. Lat. Gall. Sangerm. : *Vulgosus, peuplicis.*

**VULGUS**, pro *Vulgo*. Epistola S. Remigii ad Chlodovæum Regem : *Quia quod Vulgus dicitur, ex fine actus hominis probatur.*

**VULMINARE**, pro *Fulminare* : Germani enim V ut F. pronuntiant, uti supra observatum. Conradus de Fabaria de Casibus S. Galli cap. 16 : *Videns Dux circumspæctum Abbatis animum circa Regis negotia inconsvlsun, verbis eum Vulminare attemptabat opprobriosis.* [Leg. forte *Vulverare*.] [\*\**Fulminare*, apud Pertz. pag. 180. lin. 47.]

**VULNERARIUS MEDICUS**, Qui vulnera curat, in Gloss. S. Bned. cap. de Medicina, ubi exponitur *ἰατρός \* τέτρατος*. Forte *τετραμένων*. [Gloss. Lat. Gr. : *Vulnerarius, τραυματικός*. Eædem : *Fulgenarius, μολπύλης* : ubi Vulcanius legit, *Vulnerarius, μολγασπύλης*. Hinc fortean emendanda Charta ann. 1069. inter Probationes Historiæ Tulensis pag. 84. quam subscribit *Valterus Vulneratus*; pro *Vulnerarius*, ut videtur.]

\* *Chirurgus*. Mirac. S. Hyacinthi tom. 3. Aug. pag. 372. col. 2 : *Petrus sartor de Casimiriæ, manu dextra graviter vulneratus, et a medicis Vulnerarius destitutus, post vota sanatur.*

\* **VULNERATIO**, *Damnum, detrimentum*. Stat. Casimiri ann. 1346. inter Leg. Polon. pag. 18 : *Decernimus quod extunc absque Vulneratione cause, testimonia eorundem testium per judicem recipiantur.*

\* **VULNUS DIFFICILE**, *Grave*, ad curandum haud facile, Gall. *Blessure dangereuse*. Lit. remiss. ann. 1373. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 27 : *Dictus Laurentius super renes seu dorsum dicti Guillelmi semel vel bis leviter duntaxat percussit, absque tamen alieno ictu seu Vulnere difficili vel letale.*

\* **VULNUS PENETRATUM**, *Penetrans*, Gall. *Blessure qui pénètre*. Charta Phil. comit. Fland. pro libert. castel. Brug. ex Cam. Comput. Insul. : *Qui vulnus in capite, sive in ventre fecerit, quod dicunt penetratum Vulnus, convictus dabit vulnerato sex libras;.... de minutis vulneribus et a scabinis cognitis, dabunt tres libras.*

**VULPECULAM** aliquem appellare, convitiis olim species fuit. Lex Salica tit. 32. § 3 : *Si quis alterum Vulpeculam clamaverit, etc.* [Ubi non hominem callidum et vaftrum significari, sed timidum et meticulosum, auctor est Eccardus in Notis ad hunc



locum : unde Provincialibus *Volpil* meticulosum, et *Volpilatge* inertiae vitium dici observat ibidem Vir eruditus. At pro verito homine usurpat] Anctor Vitæ B. Remigii : *Jussit nominari Vulpeculam* : quod, cur ita nominari voluerit, qui fraudes et significationes ipsius animalis cognoscit, satis advertit. Gregorius Turon. lib. 8. cap. 6 : *Multas eis perfidias et perjuria exprobravit, vocans eos sæpius Fulpes ingeniosas.* A voce *Vulpecula*, orta Gallica *Goupil*, qua nostri olim vulpem vocabant. Philippus *Mouskes* in Carolo Simplicis :

Et cil Rollans ot dit agoçois  
A Hastene tout par son gabois,  
Que il déslooit la bataille,  
Pour çou que ja goupis sans faille  
Ne seroit pris d'autre Goupil,  
Ne leus par leu mis à escal.

Utitur eadem voce in Carolo M :

Tout ausement com li vilains,  
U li pestres loians et sains,  
Gardent leurs bestes es boins leus,  
Pour les Goupis, et pour les leus.

Ibidem :

Fourré de vair et de Goupis.

Galterius Metensis in Mappa mundi MS. cap. 18 :

Adoot les en verriés aler,  
Teste levée com Goupis,  
Qui de proic s'en va saisis.

Le Pelerinage de l'humaine lignée :

Car il euidoit que le Goupil,  
Deist acertes, mais neoil.

*Gourpille*, aliis. *Le Reclus de Moliens*, in suo Miserere MS :

Soutius sont com Gourpilles  
Et atraiaos come formilles.

[Vide alia notione in *Vulpes* 1.]

¶ **VULPECULATOR**, Qui vulpes venatur. Comput. ann. 1202. apud *D. Brussel* tom. 2. de Usu feud. pag. cxc : *Vulpeculator de ultimo tertio, XIX. l. vi. den. minus.* *Goupilleur*, in Computo Domani Comitatus Bononiensis ann. 1402 : *A Estevene Denary Goupilleur de Monseigneur le Duc (de Berry) en sa Comté de Boulogne aux gages de 6. l. et 4. poquins de froment pour le gouvernement de 10. petits chiens qu'il doit parmy ce tenir à ses frais pour prendre les regnars.*

¶ **VULPINOSUS**, Callidus, versutus. Chron. ann. 1414. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 884 : *Dicentes quod ipsa erat superba et intractabilis mulier, ac mali-ciis et Vulpinosis cavillationibus plena.*

¶ **VULPENNUS**, Eodem significatu, in Rhythmo satyrico apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 534.

¶ **VULPINOSE**, Malitiose, subdole. Chron. ann. 1411. ibid. col. 881 : *Dux Burgondie una cum Comite Derby Anglico cum magna Francorum... comitiva Vulpinose Parisiensem civitatem intravit.*

\* **VULPERARIUS**, ut *Vulpeculator*, Qui vulpes venatur. Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 363 : *Robertus Trouart Vulperarius noster, etc.* Vide supra *Gopillar*.

\* **VULPERIUS**, Eodem significatu. *Vadia official.* reg. ann. 1328. ex Cod. reg. 8406. fol. 288. 1<sup>o</sup> : *Vulperius regis per*

*diem, quatuor solidos; et per annum pro robu, centum solidos.*

1. **VULPES**, Machinæ bellicæ species. Albertus Aquensis lib. 2. Hist. Hieros. cap. 30 : *Unus de majoribus Alemanniæ Vulpem ex proprio sumptu quercinis trabibus composuerunt, cujus in gyro tutos intexerunt parietes, ut gravissimos Turcorum sufferret ictus armorum, omniaque jaculorum genera : ac sic in ea manentes tuti, et illæsi urbem fortiter impugnano perforarent. Hoc tandem Vulpis instrumentum, dum ad unguem opere et ligaturis perduceretur, milites predictorum Principum loricati ad viginti in eadem Vulpis protectione sunt constituti. Sed magna virorum inundatione et conamine juxta muros applicata, non æquo subsedit aggere, etc.*

**VULPECULA**, Eadem notione, apud Ottonem de S. Blasio cap. 23. Vide *Eri-cius* 2.

2. **VULPES**, Alæ species, nostris etiam haud incognita, vulgo, *le Jeu du Renard*. Jo. Sarisberiensis lib. 1. de Nugis Curialium cap. 5 : *Hinc Tessera, Calculus, Tabula, Urio vel Dardana pugna, Tricolus, Senio, Monarchus, Orbiculi, Taliorchus, Vulpes, quorum artem utilius est dediscere, quam docere.*

\* **VULPILIATOR**, ut *Vulperarius*, in Tabulis cereis expens. reg. ann. 1307. ex Bibl. S. Germ. Prat. : *Perrotus Maillart Vulpiliator regis, etc.*

¶ **VULPINOSE, VULPINOSUS**. Vide *Vulpecula*.

**VULPIO**, Vafer, Veterator, apud Apuleium in Apologia : *Nosceretur te... etiam cum matris blandirere, tamen jam tum Vulpionem et impium fuisse.*

¶ **VULSELLA**, Instrumentum ad pilos evellendos. Gloss. Lat. Gr. : *Vulsella*, τριχολαβίς, ἀκκαθολαβίς. Est etiam apud Celsum Instrumenti chirurgici genus, quo excindendis corruptis carnibus utuntur.

¶ **VULSIO**, Surculus, ramus a trunco avulsus. S. Irenæi vetus Interpretes lib. 3. cap. 11. num. 1 : *Joannes Domini discipulus, volens per Evangelii annuntiationem auferre eum, qui a Cerintho inseminatus erat hominibus, errorem, et multo prius ab his qui dicuntur Nicolaitæ, qui sunt Vulsio ejus, quæ falso cognominatur scientia, etc.*

¶ **VULSUS**, διασπασίς, in Gloss. Lat. Gr. MSS. in Cod. Regio : *Vulsus, divulsio.*

**VULTATICUM**, Præstationis species, incertæ mihi prorsus notioni. [Idem quod supra *Volaticum* : ex vitiosa pronuntiatione scriptum existimo *Vultaticum*.] Charta Dagoberti Regis Franc. apud Doubletum in Hist. Sandionysiana pag. 656 : *Teloneos vel navigios, portaticos, rivaticos, rotaticos, Vultaticos, themonaticos, etc.* [*Vultaticus*, in Charta Caroli M. ibid. pag. 709.] Charta ejusdem Imper. ex Tabul. S. Germani Paris. : *Theloneum aut rotaticum, seu Vultaticum, cespitaticum, ripaticum, vel salutaticum accipiat.* In Charta Ludovici Pii Imper. ibid. pag. 732. habetur, *volutaticum : Tam de portatico, et pontatico, et ripatico, et rotatico, et timonatico, et Volutatico, et cispitatico, etc.* Charta Ricardi Comitum Normanniæ apud eundem Doubletum pag. 816 : *Cum omnibus sibi adjacentibus, portu, teloneis, Vultaticis, piscatoriis,*

*terris cultis et incultis, etc.* Charta Ludovic. Regis Franc. ann. 936. apud Sammarthanos in Episcopis Parisiensibus : *Neque theloneum, neque portaticum, neque piraticum, seu viaticum, nec etiam Vultaticum exinde aliquid accipiat potestas judiciaria.*

**VULTAVA, VULTIVA, WULITIVA**, Cicatrix; *Vulnus* in *vultu*, seu facie illatum, unde forte vocis etymon. [\*\* *Wliti*, *Vultus*, facies, *Wam*, *Nævus*, macula.] Lex Saxonum tit. 5. § 5 : *Si os fregerit, vel Vultavam fecerit, corpus, vel coxam, vel brachium perforaverit, etc.* Ubi editio Heroldi *Vulitavam*, Tili *Vultavam*. Lex Frisonum. Addit. tit. 3. § 16 : *Si ex percussione deformitas facie illata fuerit, quæ de 12. pedum longitudine possit agnosci, quod Wulitavam dicunt, etc.* Edit. Heroldi *Vulitavam*. Lex Anglorum tit. 5. § 10. ubi de Transpunctionibus et membris læsis : *Vultivam 50. sol. componat.* Ubi editio Heroldi *Vultivavam* præfert. Vide Sibrandum a Sicama. [\*\* et Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 630.]

**VULTIVOLI** dicuntur, (verbis utor Joannis Sarisber. lib. 1. de Nugis Curial. cap. 12.) qui ad affectus hominum immutandos, in molliori materia, cera forte vel lima, eorum, quos pervertere nituntur, effigies exprimunt. Eadem verba habet Petrus Blesensis, seu Auctor libri de præstigiis fortunæ. Cujus illusionis in Pharmaceutria Virgilius meminit :

Limus ut hic durescit, et hæc ut cera liquescit,  
Uoo eodemque igoi, sic nostro Daphnis amore.

Naso quoque in libro Heroidum :

Devovet absentes, simulachraque cerea fugit,  
Et miserum teous io jecur urget acus.

Atque inde forte genus sortilegii, *Defixio*, videtur appellatum, quod scilicet ejusmodi incantatores acus subinde *defigerent* in imaginibus cereas, iis locis, quibus viros ipsos pungere decreverant, qui puncturas ipsas, ac si ipsi pungerentur, persentiebant. Gloss. Lat. Græc. : *Defixiones, νεκρομαντεία*. Paulus lib. 5. Sentent. tit. 23 : *Qui sacra impia nocturnave, ut quem obcarentur, defigerent, obligarent, fecerint, etc.* Apuleius lib. de Virtutibus herbar. cap. 7 : *Si quis devotatus defixusque fuerit in suis nuptiis, etc.* Vide Cujac. lib. 21. Observ. cap. 22. [\*\* Grimm. Mythol. German. pag. 619.]

**VULTUARIOS** ejusmodi incantatores appellat Delrius lib. 6. Disq. magicar. Inde *Invultus*, ipsæ vultivolorum præstigiæ in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 71 : *Si quis veneno, vel sortilegio, vel invultu, actione, seu maleficio aliquo faciat homicidium.* Exstant in Archivo Regis Christ. acta varia juridica contra Guichardum Episcopum Trecensem, qui, licet falso, accusabatur, Joannam Regina Philippi Pulchri uxorem veneficio sustulisse, in quibus asseritur, testes fuisse, qui asseverabant, quod idem Episcopus fecerat *Invultari Reginam, et quod illa invultatione decesserat.* In Regesto Curia Parlami. Paris. ann. 1343. hæc legitur : *Sur les paroles, que ledit Messives Jean avoit dites au Roy, c'est assavoir que ledit Messire Henris l'avoit Envulté, ou fait Envulter.* Vide Petrum Blesensem Epist. 65. Continuatores Chron. Nangii ann. 1315. Balsamonem ad Nomo-



can. Photii, et Browerum lib. 11. Annal. Trevir. n. 146. 148.

\* Reg. visitat. Odon. archiep. Rotomag. ex Cod. reg. 1245. fol. 352. vº: *Galterus, presbiter de Brayo subtus Baudemont,..... confessus fuit se diffamatum esse de quodam Vultu cereo, constructo per sortilegium; super quo juratus dixit se nichil scire, nisi per dictum cujusdam mulieris que conceperat et pepererat de ipso, et habuerat duos pueros.* Lit. Phil. V. ann. 1319. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 20: *Mandamus.... quatenus, nisi vobis constiterit.... legitime Johannam de Latignaco in castelleto nostro Paris. carceri mancipatam, esse culpabilem seu vehementer suspectam de Vultibus cereis olim, ut dicitur, factis contra personam dilecti et fidelis Karoli comitis Valesii, patris nostri, prefatam Johannam a dicto carcere absque dilatione qualibet deliberetis.* Authent. proces. Rob. comit. Atrebat. ex Cam. Comput. fol. 185. vº: *Frere Henri de l'ordre de la Trinité demanda à Robert que est-ce que vous? C'est un image de cire, lui répondit-il, que l'en fait pour baptisier, pour gréver ceux que l'en vneht gréver. L'en ne les appelle pas en ces pays Voulz, repliqua le religieux, l'en les appelle manies.* Vide supra *Baptisare, Imaginatio* 2. et in *Votum* 4.

¶ **VULTUARE**, Veneficio occidere. Charta ann. 1396. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 870: *Et quamvis Dux Burgondie et major pars nationis Britannie voluisset ipsos suspicatos extorquere, ut ipsi notificarent nomina aliquorum emulorum, qui ipsos, mediante pecunia et arte dyabolica, induxerant ad Vultuandum Ducem prelibatum.*

¶ **VULTIVUA**. Vide supra *Vultava*.  
**VULTORIUM**, Vultur, Gall. *Vautour*. Gloss. Gr. Lat. MS.: *Υῦψ, Vultor, Vultorium*. Editum habet *vultur*, [et *Vultor*.]

¶ **VULTUARE**, **VULTUARIUS**. Vide in *Vultivoli*.

**VULTUOSUS**, Superbus. Vita S. Ermindoli Abb. lib. 1. cap. 6: *Non desepxit ut Vultuosus, aut contumax.*

¶ **VULTUOSUS**, *Pulcher, cum gravitate decora*, in Gloss. Gasp. Barthii apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 117. ex Hist. Palæst. Roberti Monachi. *Vultuosus, tristis*. Gloss. Isidori. Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Vultuosus, bians de visage, ou tristes*.

¶ **VULTURNALIS**. Chron. Angl. Th. Otterbourne pag. 6: *Quarta (via) dicitur Rikenildstreat, tendens ab Africa in Boream Vulturnalem*. Gloss. Lat. Gr.: *Vulturius*, εὑρος, κύριος. Vide *Ermindstreat*.

**VULTUS**, Quævis imago, interdum ea, quæ *Pectoralis et Thoracata*, ut observatuna Casaubono et Salmasio ad Vopiscum pag. 440. et Jacobo Gothofredo ad leg. 5. Cod. Theodos. Ne quid publicæ lætitiæ, etc. (8, 11.) Anastasius in Paschali PP: *Obtulit imaginem ex auro purissimo, habentem Vultum sanctæ Dei Genitricis pens. libr. 10. et uncias 4. Ibi et ipse fecit vestem de blattin Byzantea, habentem tabulas de chrysoclavo, duas cum Vultu B. Petri, et sanctorum Martyrum Processi et Martiniani,.... illic etiam obtulit vestem holoseriam, habentem in medio tabulam de chrysoclavo cum Vultu domi-*

*nice resurrectionis, etc.* Idem in Steph. III. pag. 247: *Fecit imaginem Dei Genitricis in throno sedentem, gestantem in genibus Vultum Salvatoris D. nostri Jesu Christi.* Et in Valentino II: *Fecit patenam.... habentem in medio Vultum Domini nostri, et a duobus lateribus Vultum ipsius beati Marci, atque ejusdem Præsulis.* Utitur alibi non semel pag. 161. 187. etc. Gauterius Monachus Cluniacensis de Miraculis B. Virginis Mariæ cap. 1: *Ut quicunque patiens homo infirmitatem coram B. Virginis Vultu adveniret, etc.* Heribertus Monachus de Hæreticis Petragoricensibus: *Crucem, seu Vultum Domini non adorant; sed adorantes prohibent, ita ut ante Vultum Domini dicant, simulachra Gentilium, etc.* Histor. Monast. Figiac. pag. 298: *Crucifixi Vultus duas fecit imagines, etc.* Hinc colligitur, cur dicitur

**VULTUS DE LUCA**, Imago Crucifixi, quæ *Luca* in Italia in Ecclesia S. Crucis conspicitur, quam a Nicodem, Christi discipulo, effectam volunt, ejus meminerit ex veteribus Lucas Tudensis lib. 2. contra Valdenses cap. 11. Auctor Vitæ S. Ricardi Regis Anglo-Sax. ex MS. Bodicensi num. 5. Gervasius Tilleberienus lib. MS. de Otis Imperial. Decis. seu parte 3. cap. 25. etc. ex recentioribus vero, Cornelius Curtius Eremita in Tractatu de Clavis Christi, Cæsar Franciottus lib. de SS. Lucensibus. Silvanus Razzi de SS. Hetrurriæ, Baronius ann. 1099. n. 40. et alii. Historiam præterea Inventionis S. Vultus, et Translationis Lucam, scripsit Leobinus Diaconus, qui interfuit, quam ex MS. Brenensi habet codex Thuanus 773. ex quo sunt sequentia: *Qua vero de causa Vultus Domini nuncupetur, paucis absolvam. Sicut enim facies visa illum, cujus facies videtur, certificat: ita pretiosus Vultus figura Redemptorem nostrum incarnatum, et pro nobis in cruce pendentem, quasi quibusdam lineamentis representatum exprimit, etc.*

Scribit Eadmerus lib. 1. et 2. Hist. Novor. Willelmum Regem Angl. *per sanctum Vultum de Luca jurare consuevisse*, pag. 16. 19. 30. 47. 51. 54. Id etiam testatur Willelmus Malmesbur. lib. 4. Hist. pag. 121. 124. lib. 1. et 3. de Gest. Pontificum Angliæ pag. 217. 277. Doubletus in Hist. Abbat. S. Dionysii lib. 1. cap. 44. refert, in una ex Capellis Ecclesiæ asservari imaginem Christi crucifixi, longiori tunica, aut veste talari induti, quam vulgo *saint Voulst* [vel *le saint Visage de Lucques*] appellant, Latine sanctum *Vultum de Luca* vel *Leuca*, quod ejusdem prototypum magno cultu *Luca* asservetur.

Ejusmodi etiam crucifixi Christi effigies conspiciuntur apud Rogenensium in Pontivo, Picardie pago, a Nicodem perinde confecta, ut creditur, ejus descriptionem videre est apud Malbrancum lib. 7. de Morinis cap. 11. et lib. 8. cap. 10.

\* *Vout*, nostratibus, Quævis imago. Consuet. Genovef. MSS. ad ann. 1263. fol. 56. rº: *Cil de Sainte Genevieve furent resaisi à Contin d'un Vout (de pendu), c'est asavoir d'une chemise et d'un chaperon plain de ferre en une charete.* Pro *Visage*, in Chron. S. Dion. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 167: *Fiertz et leesche estoient ensamble mellées en son Vout et en son re-*

*gart. Voulst*, in Poem. MS. *du Riche homme et du Ladre*:

Il te convient pardonner tout,  
Se vues veoir de Diu le Voulst.

\* **VULTUS** autem species et forma, vulgo *Physionomie, Fizonomie* nuncupatur, in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 135. Chartoph. reg. ch. 174: *Icelles jeunes femmes monstrèrent auxdiz sergenz enseignes de la Fizonomie et estat dudit Estienne, afin qu'ils le cognussent mieulx.*

\* **VULTUS VARIATI**, Larvæ. Lit. remiss. ann. 1386. in Reg. 129. Chartoph. reg. ch. 46: *Ex ludo quorumdam dictæ ville (S. Abundi) qui Vultibus variatis procedebant, etc.* Vide supra *Visagium falsum*.

\* **VULUATICUM**, Mendose ex Charta Dagoberti regis apud Grosley in Disquisition. ad Jus Franc. pag. 121. pro *Vultaticum*. Vide in hac voce.

\* **VUOED**. Vide infra *Weed*.

¶ **VUOTANT**. Vide in *Wodan*

¶ **VURDO**, pro *Burdo*. Gloss. Lat. Græc.: *Vurdo, ῥυρνός*; in MSS. Sangerm. *Burdo*. Vide *Burdones*.

\* **UVULA**, Medicis, Gall. *Luette*. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120: *Uvula, quoddam membrum parvum pendens in gutture.*

\* **VUURE**, an pro *Feutre*, Pannus e coactis, lanis? Testam. ann. 1392. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 169. col. 2: *A magistro Egúlio Viviani, pro uno capello Vuure, xvj. solidos, iijj. denarios.*

¶ **UXELLATUS**, Avibus ornatus, ab Ital. *Uccello*, avis. Statuta Vercellat. lib. 4. fol. 85. vº: *De toaliis Uxellatis pro qualibet pariete solidos decem Pap.*

¶ **UXERIUS**, Ostiarius. Vide *Usserius*.

**UXORARE**, Uxorem dare, maritare, in Statutis Venetor. ann. 1242. lib. 1. cap. 57. lib. 2. cap. 8.

\* Libert. S. Joan. Angeriac. ann. 1204. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 671: *Concedimus etiam, ut eis et eorum hæredibus ad libitum sum, puellas et viduas suas nuptui tradere et juvenes Uxorare.... liceat.* Occurrit etiam in Chron. Alber. monachi tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 285. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Uxorare, marier, prendre femme à mariage.*

¶ **UXORARE**, *Nubere*. Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Uxorare, prendre femme par mariage, conjoindre à femme.* De viro et muliere itidem dicitur. Tabular. Calense fol. 117: *Omnes homines ipsius monasterii (Calensis) de corpore tenentur ipsi monasterio in forimariatio, si ipsos maritari seu Uxorari contigerit in alienam uxorem seu mulierem, feminam de corpore dicti monasterii non existentem.* Concil. Coyacense ann. 1040. inter Hisp. tom. 3. pag. 210: *Intra etiam dextros ecclesiæ laici Uxorati non habent.* Charta Conani Ducis Britan. ex Tabul. B. M. Andegav.: *Plurimi antecessorum meorum prefatam capellaniam perniciose administrari permisissent, dantes illam in hominibus Uxoratis sacerdotibus et filiis eorum jure hæreditario.* Charta ann. 1274. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 126. col. 2: *Non permittunt.... morari mulierem Uxoratam publice in prostibulo: ... si aliquis cum ea causa adulterii capiatur, non puniatur poena,*



quæ adulteri consueverunt puniri, nisi constaret quod ille captus, sciret eam esse Uxoratam. Statutum Johannis Regis Franc. ann. 1360. tom. 3. Ordinatio. pag. 468 : *Quilibet Judeus Uxoratus caput domus, etc.* Quæ vernacule ibidem sic redduntur : *Chnscun Juyfs chief d'ostel et Marié, etc.*

Uxorum commutationem obtinuisse olim ex abusu in Hibernia, docet Lanfrancus Cantuar. Archiep. in Epistola ad Gothricum Hiberniæ Regem : *In regno vestro prohibentur homines seu de propriarum, seu de mortuarum parentela conjuges ducere : alii legitime sibi copulatas pro arbitrio et voluntate relinquere : nonnulli suas alii dare, et aliorum infandæ commutatione recipere.* Eadem habet in Epistola ad Terdelvacum Hiberniæ Regem, apud Baronium ann. 1089. ut et S. Anselmus lib. 3. Epist. 142. 167. Vide Gregor. VII. PP. in Append. Epist. 1. et Joan. Sarisberiensem Epist. 53. Huc forte respexit Beda lib. de Remed. peccat. cap. 7 : *Qui dimiserit uxorem suam alteri conjugari, etc.*

¶ Uxoræus, Conjugalis. Charta Caroli

Calvi ann. 862. apud Doubletum Hist. S. Dionysii pag. 800 : *Nec non et in Idibus Decembris, quando Dominus me et dilectam conjugem Hirmintrudem Uxoreo vinculo copulavit.*

¶ UXORIOSUS, ὁ τῆς ἰδίῃς γυναῖκα φιλῶν. Gl. Lat. Gr.

\* UXORICIDIUM, Uxoris cædes, occisio. Inquisit. ann. 1269. in Reg. *Olivi* parlam. Paris. : *Terræ, quas Robertus Godechar tenebat, ceciderunt in commissum propter Uxorididium, quod perpetravit dictus Robertus.*

\* UXORISUS, Uxorius. Lit. remiss. ann. 1373. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 206 : *Idem Johannes Uxorisis motus amore, capiendo uxorem suam dictoque domicello auferendo, percussit eandem domicellum.*

UXUS. Fredegarius Scholasticus cap. 64 : *Heraclius... extrahens Uxum, caput Patricii Persnrum amputavit.* Ubi loci *Saxum* legit Meursius in Gloss. sed perperam : Ecce enim iterum in collectione Historica apud Canisium tom. 2. Antiq. Lect. : *Gothi fraudulenter Uxos pro baculis in manu*

*ferentes.* (Quidam codd. male *buxos* præferunt.) Aimoinus eandem Historiam enarrans lib. 1. cap. 20. *ferreos ostii obices* habet. [\*\* Vide Graff. Thes. Ling. Franc. voce *Achus*, tom. 1. col. 136.]

¶ VYSSERIUM, Navis qua equi transvehuntur, idem quod *Huisserium*. Vide in hac voce. Informationes de passagio transmarino ex Cod. MS. Sangerm. : *Cum suis navibus, galeis, Vysseriis, et lignis pnratis.* Infra : *Primo habebit quodlibet Vysserium xliiii. goas in carena.* Vide *Uscerium*.

¶ VYTATORIUM. Vide supra *Vitatorium*. **UZBEC**, in Jure Hungarico, Facinorosi ad aliquot dies inviolabiles. Sambucus et Molnarus. [Vide infra *Wzbeg*.]

**UZIFUR**. Glossæ MSS. ad Alexandrum Iatrosoph. : *Cinnabaris, i. Uzifur, scilicet minium.*

¶ Uzuphar, Eodem significato, in Carmine de varia Ernesti fortuna, apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 354 :

Hic pigmentorum species....

Uzuphar et myrrham, thus, quæ portat avarus  
Extremas mundi currens mercator in oras.



W

**W** Quod Theutonicum vocant, in aliquot antiquis Inscript. Lat. observatum a Scaligero in indice 19. ad Gruterum. Illud Germani ut *ou* efferunt, quomodo etiam Wallones ac Picardi etiamnum. Egidius Schudius in Descriptione Rhætiæ Alpinae cap. 36 : *Consonantem V, nos Germani proferimus corrupte instar F, id quod Itali minime faciunt, sed proferunt etiam, ut nos proferre consuevinus literam duplicatam W, que gemina videtur esse pronuntiatio consonantis V. Excogitaverunt autem Germani literam W, que est V. duplicatum, idque ex Græco et Eolico sermone, in quo fuit duplicatum YY, quemadmodum scribit Dionysius Halicarnassus lib. 1. Otfridus in Epistola ad Liuthbertum Archiepisc. Moguntinum, præfixa versioni Evangeliorum, ait, linguam Theotiscam in multis dictis scriptu esse difficilem, propter literarum congeriem, aut incognitam sonoritatem : nam interdum tria u u u, ut puto, quærit in sono, duo consonantes militi videntur priores tertium vocali sono manente.* Sömmnerus in Gloss. Saxon. : *Franco-Galli semper g, vel, gi, utuntur, pro Saxonum et Germanorum W, etc.*

WAC

**WADESAAR**. Andreas Suenonis lib. 5. Legum Scaniæ cap. 23 : *Ubi vulnus infligitur sine membri detractione, aut descendit in concavum, et ad interiora penetrat, aut non. Si non descendit, quod vulnus in lingua patria Waadesaar appellatur, trium marcarum exigit satisfactionem.* Veteribus Danis apud Pontanum in Descript. Daniæ, *aar*, est annus. Vide *Hulsaar*. [\*\* *Saar*, Vulnus, et *Waada*, quod usurpatur pro damno fortuito et non voluntario. Vide Iherii Glossar. Suio-Goth. tom. 2. col. 1077.]

¶ **WACARITIA**, ut *Vaccaria*. Vide in hac voce.

\* **WACHARMEN**, Belgis, interjectio est, Lat. *Heu*, nostris, *Helas*; unde *Wacarme*, apud Guill. Guiart. ad ann. 1304. ubi de prælio navali inter Gallos et Belgas :

Cil qui sont de sanc entouchiez,  
Sont entre les autres couchiez,  
O les mors, nul ne les désarme,  
En criant Wacarme, Wacarme,  
Qui vaut autant com dire, Helas.

¶ **WACHELLUS**, Navis species. Epist. Frederici I. Imper. ann. 1178. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 910 : *Rogamus... quatenus idoneos serenitatis tue legatos Januam, Venetias, Antiochiam,*

WAC

*ntque Pisam, et alia loca per galenrum atque Wachellorum transmittas præsidia.* Vide *Vachetn* et in *Vas*.

¶ **WACHERIA**, ut *Vaccaria*. Vide ibi. ¶ **WACTA**, Vadum, ni fallor, Gall. *Gaé*. Charta Domnoli Episc. Cenoman. apud Baluz. tom. 3. Miscell. pag. 18 : *Per loca designata de Confluentes usque Bucias defluit in Indua usque termino Prolincense, ... inde per via Saturniacinse pervenit ad Wacta usque campo Daulfo, etc.*

**WACTÆ** **WAGTÆ**, Excubiæ, vigiliæ; Germanis *Wachte*, et *Waecke*, nostris *Guet*. Kero Monach. : *Vigilie, Wabtono, Vigiliis, Wathun, Nathuwakelon. Vigilie nocturnæ, Watha de naht.* [\*\* Vide Graff. Thes. Ling. Franc. tom. 1. col. 677.] Capitulare 3. ann. 813. cap. 34 : *Si quis Wactinunt wardam dimiserit, quando ille Comes ei cognitum fecerit, etc.* Capitula Caroli M. lib. 3. cap. 68 : *Ut non per aliquam occasionem, nec pro Wacta, nec de scara, nec de wardea... heribannum Comes exactare præsumat.* Charta privilegiorum a Ludovico Pio Hispanis concessorum tom. 2. Hist. Franc. pag. 321 : *Explorationes et excubiis, quod usitato vocabulo Wactas dicunt, facere non negligant.* Capit. Caroli C. cap. 31. tit. 27 : *Et in civitate atque mnrcha Wactas faciunt.*



Capitulare de Villis cap. 16 : *Et si iudex in exercitū, aut in Wacta, seu in ambasciato, vel ulicubi fuerit.* Cap. 27 : *Casæ nostræ indesinenter foca et Wactas habeant, ita ut salvæ sint.* [Codex censualis Irminonis Abb. Saugerm. fol. 53. vº : *Faciunt dies tres in ebdomada et faciunt Wactam et quicquid eis injungitur.*] Tabularium S. Remigii Remensis : *Facit in anno corvadas 8.... facit Wactas pro bove den. 1.* Infra : *Facit idem Wagtas, et excutit anonam dominicarum.* Hinc formate voces

GUETA, GUETTA, GUAYTA, GAITA, Excubiæ, vel jus excubiæ, quod competit majoribus Justitiariis. *Droit de Guel*, in Consuetudine Turonensi art. 215. Catalaunensi art. 3. Juliodunensi cap. 28. art. 3. Burbonensi cap. 36. et Britann. art. 392. *Onus vigilum et custodum*, in Charta ann. 1193. apud Marcam in Hist. Beneharn. lib. 6. cap. 12. n. 4. *Murorum vigiliæ*, apud Gregor. M. lib. 7. ind. 1. Epist. 20. *Sujets guetables*, in Consuet. Arvern. cap. 25. art. 17. qui excubias debent. *Wayte fée*, in Charta Anglica, apud Spelmannum in hac voce, tenementum *wactæ* obnoxium. Charta Caroli Calvi pro Barcinonensibus apud Diago lib. 2. cap. 4 : *Explorationes et excubias, quas usitato vocabulo Guaytas dicunt, facere non negligant.* Pactum initum inter Philippum Regem et Abbatem S. Germani Paris. ann. 1270 : *Nihil nobis et successoribus nostris juris.... retento, excepto Gueto, tallia, exercitu cavalcata, et banno.* Charta Joannis Regis Franc. ann. 1363. apud Sammarthanos in Episcopis Paris. : *Erant in possessione et saisina custodiendi Ecclesiam B. Mariæ Parisiensis, ac fieri faciendi excubias, seu Guetum in ipsa, etc. Gaitam vel escarguaitam debere, in Libertatibus Oppidi Jasseronis ann. 1283. apud Guichenonum in Histor. Bressensi pag. 107. Usatici et Libertates Aquarum mortuarum ann. 1246 : *Et sit de eorum officio mandare vel facere mandari Gathas et escargatas, et alias custodias, quando videbitur expedire Curie nostre predictæ, etc.* Vide Probat. Hist. des Chasteigners pag. 43.*


GUETA, GUETTA, GAITA, ipse Vigil, Speculator. Gloss. Lat. Gall. : *Vigil, Veillant, Gaité.* Vetus Inquesta in Regesto Philippi Aug. Herouvalliano fol. 563 : *Et est Castellanus feudatus, et ponit Gaitam in Castro, et debet exercitum et equitationem, ut alii.* Testamentum Philippi Pulchri Regis ann. 1311 : *Item Ade, et Stephano Guettis nostris culibet 60. sol.* In Testamento Ludovici Hutini ann. 1316. et Caroli Pulchri ann. 1324. legata fiunt pariter *Simoni et Ade Guettis*; in Computo Hospitii ann. 1312. *Guetta Luparæ, Gueta Castelleti, Gueta parvi Pontis.* Ioannes de Condato MS. :

Quant la Gaité corne le jour.

Chronicon Bertr. Guesclini MS :

Y avoit une Gaité toute jour à journée,  
Qui souuoit un bacin, quant la pierre est levée.

\* *Vete*, ipse vigil, qui excubias facit. Reg. domus publ. Duac. fol. 110. rº. ubi de solemnitate introitu Caroli ducis Burg. 15. Maii ann. 1472 : *Et y avoit alumerie de quarante huit flambeaux alunez, que portoient les Vetes de nuict et aultres.*

 *Agait*, dixerunt Poetæ nostrates locum, unde quis speculatur, insidias struit, *Aguet*, vulgo. Le Roman de Robert le Diablen MS :

Robiers qui fait sa destinée,  
Est saillis hors de son Agait, etc.

Vide *Aguayt*.

GATHA, seu *Præco*. Charta Philippi de Monteforti Dom. Tyri et Toroni ann. 1264. pro Communia villæ de Castris in Occitania : *Item obtinuerunt modo et tempore superscriptis, quod Consules dictæ villæ mittunt seu constituunt in dicta villa Gatham seu præconem, cum eis videtur expediens et opportunum extitit, qui Gatha seu præco officium sibi commissum debet regere secundum ordinationem Consulum predictorum, dummodo faciat et exequatur ambaxatas curie supradictæ, cum fuerit requisitus, etc.*

GUAYTARE, Excubare, excubias seu *gaitam* facere. *Guetter et veiller par nuit*, in Charta Gallica ann. 1383. apud Roverium in Reomao pag. 328. *Waitier*, in Magno Recordo Leodiensi pag. 87. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 64 : *Omnes homines habentes seniores, nullo ingenio vel ratione, neque per disfidamentum, neque per acunidamentum, neque per illorum servum illis relictum, Guaytent personas eorum, nec encalescant, nec requirant, nec vulnerent, nec capiant, nec captos teneant.* Consuetudines Cataloniae inter Dominos et Vassallos MSS. cap. 55 : *Debent etiam Gaytare, surgere, et custodire, ac excubias facere, et exigere ad omnem castrum sonum.* Ordericus Vitalis lib. 3. pag. 479 : *Multis servitiis eos aggravavit, in ipsos hominesque eorum munitiones suas apud Escalfoium et sanctum Serenicum custodire coegit.*

† WACTARE, Eadem notione. Codex censualis Irminonis Abb. Saugerm. fol. 70. col. 1 : *Solvit pullos III ova x.... Wactat in curte dominica.*

\* *Waiter*, eodem sensu, apud Petr. de Font. in Consil. cap. 32. art. 15. pag. 145. Unde etiam se *Waitier*. A reliqua defendere se, in Mirac. MSS. B. M. V. lib. 1 :

Nus ne se puet Waitier de mort.

\* *Se Contreguetter*, Contra aliquem sese tutari, in Lit. remiss. ann. 1400. ex Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 120 : *Icellui Saillant ne voalt faire paix ne accort avec ledit Jehan le Comte; et pour ce ledit Jehan le Comte, qui se Contreguettoit, se tint sur sa garde.*

GUETAGIUM, GAITAGIUM, VUETAGIUM, Censu, qui solvitur pro custodia castris. Charta ann. 1070. in Tabulario Vindocinensi num. 353 : *Ea domus solvit 2. den. census, et 1. obolum de Gaitagio.* Charta 421 : *Quam quidem emimus omni consuetudine liberam totam, exceptis duobus denar. censualibus, et duobus de Vaetagio.* Infra. Charta mox laudanda ex *Guetagio*, quod ab incolis præstabatur, excubias confectas docet. Idem census et *Wardagium* nuncupatur, et *Warda*. Vide in hac voce. Huc pertinet, quod habet Magna Charta Libertatum Angliæ apud Matthæum Paris ann. 1215. pag. 179 : *Nullus Constabularius stringat nobilem aliquem addandum denarios pro custodia castris, si ipse eam facere vo-*

*luerit in propria persona sua, vel per alium probum hominem, si ipse eam facere non possit per rationabilem causam.*

\* *Waitage*, eadem notione, inter Redit. comitat. Namurc. ann. 1265. ex Reg. Cam. Comput. Insul. sign. *Papier velu* fol. 38. vº : *Iluns. Et si a li cuens a cascan seu une geline au Noel et un pain, et pour Waitage six deniers.* Pluries ibi. *Wetaige*, in Reg. ejusd. Cam. sign. *Le Papier aux aysselles* ad ann. 1289. fol. 73. rº.

Id porro oneris ex conditione infucationis vassallis incumbat, qui tenere per *Castlegarde* dicuntur Littletoni sect. 111 : *Divers tenants teignent de leur Seigniors per service de Chivaler, et uncore ils ne teignent per escuage, come ceux, qui teignent de leurs Seigniors per Castlegarde : c'est à scavoire, à garder un tower del cast le leur Seignior, ou un luis, ou un autre lieu del Castle per reasonable garnishment, quant loar Seigniors oiont que enemies voient vener, ou sont venus en Engleterre.*

Ut porro ejusmodi excubiæ, *guetae*, et custodiae peragerentur a vassallis in castris dominorum, explicat idem Tabularium Vindocinense ch. 104 : *Hæ sunt consuetudines, quas tenebat in suo tempore Comes Burchardus in villa et in Comitatu Vindocini.* Inprimis de excubiis Castellis, sicut ipse facere commendaverat, ut per menses ita fuisset custoditus. Ipse vero sicut Comes et major omnibus erat, quinque mensibus faciebat, videlicet Martio, Aprili, et Junio, et Julio, et Augusto. Primi duo menses facti erant de Camera Comitatus, et alii tres de *Guaitagio*, qui prisus erat in burgo Vindocini. September faciebat Otradus pater Salomonis, de quo tenebat Septo et Artis. October faciebat *Hervæus* de sancto Marcello, de quo tenebat *Cathedras et Viâs*, et *Lulmas*. November faciebat *Huebertus* de Firmitate, de quo tenebat *Ciconias* et *Ecclesiam* de *Tuscheriaco*, atque culturam. December faciebat *Gislebertus Dives* etc. Isti omnes ita cum Comite custodiebant Castellum, quod in unaquaque nocte habebat intra vetus Castrum 5. *Gaitas*, unam super portam subtus Castellum, alteram super portam juxta mansionem Salomonis, tertiam supra murum juxta mansionem *Gisleberti*; et alia due tota nocte circumbant Castellum. [Vide Observat. *Sauvageau* ad Aresta Britannica Natalis *Dufail* pag. 57. et supra *Gayta* et *Stagium*.]

Sed et Regestum Ludovici Regis Siciliae continens hominia præstita Reginae Mariæ ejus matri ann. 1387. et 1388. a nobilibus Andegavensibus, ita varias excubiæ conditiones, vassallis impositas, prosequitur : *Jean des Roches Chev. à cause de sa terre de Brain doit 20. jours de garde en la ville d'Angers une fois en sa vie. Dame Isabelle de Chisson en doit 40. Messire Guy Amenart à cause de sa terre du Boullay en doit autant avenant semonse en cas d'éminent peril. Jean de Coullines Chev. doit 15. jours de garde une fois en sa vie, etc.*

REGUAYTA, alias *Scherguayta*. Charta ann. 1320 : *Si aliqua impositio, factio, guayta, vel Reguayta, seu custodia, eis imponeretur.* Charta ann. 1427. apud Thomasser. in Consuet. Biturig. pag. 128 : *Lesdits bourgeois seront tenus de garder la porte ou portail de ladite ville, y faire le Reguet par*



nuit, paier les Capitaines, etc. Vide *Warda*, *Scaragaynta*.

† **WADARFIDA**, Consuetudo. Vide *Cardarfedra*.

† **WADDA**, Bombycinum tomentum, ab Anglico *Wad*, Gall. *Ouate*: nisi glastum intelligas, Vide *Guaisdiun*. Litteræ Ricardi II. ann. 1380. apud Rymer. tom. 7. pag. 233: *Centum et septuaginta et duas balas Wadde*.

† **WADDEMOLE**, Grossioris panni genus. Comput. ann. 1425. apud Kennett. in *Antiquit.* Ambrosd. pag. 574: *In quinque virgatis de Waddemole emptis pro coleris equinis hoc anno*, 11. sol. 1. den.

† **WADER**, f. Nemus, silva. Vide *Gualdus*. Charta ann. 1112. apud Calmet. inter Probat. tom. 1. Hist. Lothar. col. 531: *Nec non in sylvula vel Wader in Talevangero marca dicitur consistere*.

† **WADFALTHO**, in Pacto Legis Salicæ edit. Eccardi tit. 20. § 7. Emendat doctissimus Editor *Wadpaltho*, quo contusionem fecerit, vel percusserit, significatur. Ipsum consule.

† **WADIA**, *WADIARE*. Vide in *Vadium*.

\* **WADICARIUS**. Vide supra *Vuadicarius*.

† **WADISCARUM**, *WADISCAPUM*. Vide in *Waterscapum*.

† **WADIUM**, *WADIUS*. Vide in *Vadium*.

† **WADNA**, in Tabulario S. Bertini: *Stivvine habet bunnaria XII. aratbunnaria II. dat carta ad Wadnam et ad monasterium*. Ita fortassis dicitur Vivarii purgatio, a Belgico *Wade*, vivarium, stagnum, Gall. *Vivier*, *étang*.

\* **WADREGANIUS**, Judex, qui de aquarum cursu cognoscit, Belgis *Wateringhe*. Charta ann. 1244. in Chartul. 2. Fland. ex Cam. Comput. Insul. fol. 42. rº: *Dicta ecclesia ponere potest stitliciduum sive gotiam, ubi voluerit, in teneamento suo;..... et si aliquid esset emendandum de dicto stitlicidio sive gotia, nuntiare debet istud dictæ ecclesie, et si ecclesia nollet emendare, per Wadreganos et per scabinos de Furnis debet emendari*. Vide *Watergangæ* et *Waterscapum*.

† **WADRISCAPUM**, *WADRISCANUM*, *WADRISCAPUM*. Vide *Waterscapum*.

† **WADRUS**, pro *Vadius*. Vide in *Vadium*.

† **WADTBAND**. Andr. Suenonis lib. 7. Legum Scaniæ cap. 6: *Et ut nullus ei communicet per totam provinciam judicabitur sub pœna trium marcarum, juri regio solvendarum, quod judicium Wadtband lingua patria nominari consuevit*. [\* Apud Westphal. tom. 4. col. 2064. indicabitur et *Madtband*. Vide Ibrii Glossar. Suio-Goth. voce *Matbaud*, Cibi interdictio, tom. 2. col. 141.]

† **WADUM**. Vide supra *Vadum*.

† **WAERIA**. Vide *Wayeria*.

† **WAESTYNA**. Vide in *Wastum*.

† **WAGA**, Mensuræ species, apud Anglos et Scotos Statuta Roberti III. Regis Scotiæ cap. 22. § 7. in Assisa de ponderibus: *Waga sic Waw, debet continere duodecim petras; cuius pondus continet octo libras*. Fleta lib. 2. cap. 76. § 12: *Una Waga casei*. Monasticum Anglican. tom. 1. pag. 515: *Unan Wagam salis de salinis suis, etc.* [Usa-

ti Mechlin. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1423: *Iteu, de quolibet pondere, quod vulgariter dicitur Waghe, unus denarius Lovaniensis solum solvetur pondera rationis tenenti*.] [\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 1. col. 664. voce *Wága*, sqq.]

\* Locum ex Martenio laudatum sic emenda ex Supplemento ad Miræum pag. 152. col. 2: *Unus denarius Lovaniensis solum solvetur officium ponderationis tenenti*. Haud scio an huc spectet vox Gallica *Wagua*, quasi ponderis publici custos, in Lit. remis. ann. 1408. ex Reg. 163. Charthoph. reg. ch. 179: *Icelluï Nicaise commença à moquer ou escharnir le suppliant, disant au Wagua: Et que fera-on de cela?*

† **WAGARIA**, Mensuræ jus, seu cognitio mensurarum, a Teutonico *Wæghe*, vel Germ. *Wag*, vel *Weghe*, libra, trutina, statera, in Charta Henrici Imper. ann. 932. Locum vide in *Pergus*. [Occurrit præterea in Charta ann. 1131. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 710. ubi perperam *Nagaria* editum monet idem Martinus in Glossario ad calcem ejusdem Collectionis.] Apud Hieronymum Fizen. in Hist. Leodiensi, ubi eadem describitur, *Wargaria* scribitur.

† **WAGIUM**, ut *Vadium*. Vide in hac voce.

\* 1. **WAIDA**, Glastum. Vide supra in *Guaisdiun*. [\* Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 1. col. 773. voce *Weit*.]

\* 2. **WAIDA**, Glossæ Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Honthheim* pag. 773. col. 2: *Qui peculium vacuum habent in nostra Waida, id est pascuis, debent solvere pullum*. Vide infra *Waria*. [\* Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 1. col. 774. voce *Weida*.]

\* **WAIDARE**, pro *Wadiare*, Vadimonium dare. Gall. *Assigner*. Charta ann. 880. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 920: *Jussimus ei hoc nostræ auctoritatis præceptum inde conscribi, per quod decernimus atque jubemus, ut si aliqua quætionia ex his omnibus adversum se horta fuerit, quæ sibi danosa apparuerit, ut liceat sibi suoque advocatori ad placitum Waidare*.

† **WAINAGIUM**, ut *Gagnagium*. Vide ibi.

† **WAISDA**, Glastum. Vide *Guaisdiun*.

\* **WAISDIA**. Vide supra in *Guaisdiun*.

† **WAIWIUM**. Vide infra in *Wayf*.

† **WALAPAUS**. Leges Rotharis Regis Longobardor. tit. 12. [\* 31.]: *Si quis homini libero violentiam injuste fecerit, idem [id est] Walapaus, 80. sol. componat. Et mox: Walapaus est, qui se furtim vestimentum alium inderuit, aut sibi caput latrocinandum animo, aut faciem transfiguraverit*. [Varie hæc vox effertur in Codd. MSS. ex Muratorio tom. 1. part. 5. pag. 20. col. 2. *Walapa*, *Walpoz*, *Ewalaput* exhibent.] Lindenbrogius in hunc locum, *Wala*, caput, *panken*, vel *putzen*, ornare, polire, est Germanis. [Vide Vossius de Vitiis sermonis lib. 2. capite 20.] [\* In Glossar. Leg. Longob. Cod. Cavens. *Guatapauz*. A glossatore additam esse interpretationem in Leg. Roth. vidit Muratorius; forte *Wala*, Extraneus, et *Paida*, Gothi. Tunica. Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 635.]

† **WALARAUPA**, vox composita ex Germ.

*Wala*, caput, et *rauba*, vestis. Lex Bajwar. tit. 18. cap. 3: *De vestitu utrorumque, quod Valaraupa dicimus, si ipse abstulerit, qui hos interfecerit, dupliciter componat*.

\* Idem quod Germanicum *Volruf*, id est, hominis occisi spolatio, ut monet Verelius Ind. Ling. Goth. in U. [\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 1. col. 801. voce *Wdl*, Clades, strages.]

† **WALAWORF**, *WLTWORF*. Lex Bajwar. tit. 7. cap. 3: *Si autem discriminalia ejecerit de capite, Witworf dicunt, vel virgini libidinosæ crines de capite extraxerit, etc.* Ubi editio Heroldi, *Vultuorfo dicunt*, cap. 11. tit. 5. *Waltworf*, editio Tili prælerunt. Sichardus vero edidit *Vatworf*. Codices alii *Walwrst*, *Welwrst*, *Wlwrst*, *Walworst*, ut monet Baluzius. Horum vocabulorum origo Germanica: si enim legatur *Walworf*, crit *capitis dejectio*, ex *Wala*, caput et *worf*, dejectio. Si *Wltworf*, erit capitis tegumentum, quod signat vox *wlt*. Si denique *Vatworf*, Germani, *Vat*, aut *Vade*, vestimentum dicunt. Spelmannus a Saxonico, ut solet, deducit. [\* Vide Graff. Thes. Ling. Franc. tom. 1. col. 1042.]

† **WALDA**, Silva. Vide *Gualdus*.

† **WALDACH**. In Nota de membrana in Archivis Regiis Anglic. : *Pretium acr. 2. d. non plus, quia terra est in Waldach*. Spelman. forte silvestris, non culta, ex *Wald*, silva. Vide *Gualdus*.

† **WALDANA**, Acies, equitatus. [\* Perditorum hominum turma.] Vide *Gualdana*.

† **WALDEGRAVIUS**, vox Germanica *Waldgraf*, Comes seu Præfectus silvarum, *Forestarius*. Auctor Panegyrici Berengarii Imp. lib. 2. vers. 234. pag. 37:

..... Cum multa gementi  
Waldegravi curvas perfringit lancea costas.

Ita enim omnino scriptum in codice monet editor, quod nomen librarius inepte in duo divisit, *valde gravis*.

† **WALDENSES**, Hæretici. Vide *Valdenses*.

† **WALDORA**, *WALDUS*, Silva. Vide *Gualdus*.

† **WALECHERIA**. Vide in *Vallesheria*.

† **WALENGA**, Fustis. Vide *Falanga*.

† **WALISCUS**, Servus, Minister. ex Saxon. *wealh*, *mancipium*, Ælfrico. Leges Inæ Regis cap. 34: *Si homo Waliscus habeat terræ hidam, weca sua est 120. sol.* Cap. 35: *Regis equi Waliscus, qui nunciare possit ad eum, Veregildum ejus est 200. sol.* Ubi *Waliscus* equi regis, est *Equiso regis*. [\* *Wali cus servus*, Leg. Henr. 1. cap. 70. § 5. et sæpius, *Waliscus* natione, et terra Wallia oriundus. Vide *Wallus*.] [Vide *Valletii*.]

† **WALLA**, *WALLIA*, Anglo-Saxonibus *vall*, Murus, paries, vallum, præsertim agger, Anglis *a wal*, Kiliano *Walle*. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 920: *Mando vobis.... quatenus justicietis meos homines de.... ut faciant Wallas et watergangas, et clausuras Wallarum, sicut debent facere*. Consuetudines Monasterii de Bello in Anglia fol. 241: *Tenet 8. acras terræ juxta Goreswall, capitant ad prædictam Wallam versus Northest*.

† **WALLIA**. Idem Monasticum pag. 334: *Quod ipsi mariscum prædictum cum perti-*



nentiis assewarc, et secundum legem marisci Vallis includere, et in culturam redigere.... possint. Charta Henrici III. de ordinatione marisci de Romney: *Debent districtiones fieri super omnes illos, qui terras et tenementa habent in dicto marisco, ad reparandum Wallias et watergangias ejusdem marisci contra maris periculum.* Will. Thorn. ann. 1283: *Exceptis Walliis contra mare, etc. Wallia, apud eundem ann. 1365. Idem ann. 1281: Terram, que jacet versus orientem inter Gutteram de Borstall et novam Wallam, Joannes Renger construxit in Heystete, quam Wallam per 1. mensem sequentem sumptibus suis contra mare sustinebat.* Idem ann. 1285: *Totum pratium, in quo continetur quædam Wallia, vocata Walla seu Chæsea Cellerarii Ecclesiæ Christi Cantuar. que continet 20. perticatas in longitudine, et 20. pedes in latitudine, etc.* Vetus Charta apud Somnerum in Tractatu de Gavelkind, pag. 181: *Sciatis, quod nos concessimus et assignavimus Stephano de... 100. acras de marisco nostro inter Wallas monachorum Pontis Roberti et Oxoniam, etc.*

WALLARE, Vallo, vel muro claudere. Eadem Charta: *Reddendo inde nobis 2. marcus argenti, ..... pro omni servitio, nisi quod debet Wallare secundum quantitatem illius terræ intus et extra, etc.*

WALLACTOR. Lambertus Ardensis pag. 258: *Novuculatores sive rusores, cum rusoriis, parutores (sic enim lego) quoque et Wallactores, et Deuparii, et hiatores cum convenientibus et necessariis armamentis et instrumentis, etc.* Ubi forte Walluctores, pro Wallatores editum, i. wallurum, seu vallorum confectores. [Wallatores edidit Ludewig tom. 8. Reliq. MSS. pag. 600.] Vide Walla.

WALLIA. Vide Walla.

WALLROTH. Andreas Suenonis lib. 5. Legum Scaniæ cap. 6: *Si corpus occisi vestimentis suis vel urnis, quod crimen Wallroth in lingua patria nominatur, accusetur aliqui spoliasset, etc.* Adde cap. 26.

\* Idem quod Walruf. Vide supra Walaraupa.

WALLUS, Extraneus, Anglo-Saxonib. Silvester Giraldus in Descriptione Cambriæ cap. 7: *Saxones occupato regno Britannicæ, quoniam lingua sua extraneum quemlibet Wallum vocant, et gentes has sibi extraneas Wallenses vocant, et inde usque in hodiernum barbara nuncupatione et homines Wallenses, et terra Wallia vocitatur.* [Walles, pro Wallons, apud Philippum Mouskes, ubi de Ludovico Pio:]

Adone moru li Quens Odacres  
Qui tint quelle Flandres et Walles.]

\* Hinc Wallrin, pro Wallon, Wallensis, in Lit. remiss. ann. 1385. ex Reg. 126. Chartoph. reg. ch. 173: *Lequel Flamant appellat ledit Perrin né de Blandin de lez Tournay, sangluat Francois Wallrin, il respondi que les Francois et li Wallrin estoient aussi bons comme les Flaens.* Et Walesch, pro Wallensium lingua, in Charta major. et scabin. Audomar. ann. 1397. ex Reg. 152. ch. 146: *Lesquelles lettres nous avons fait translater de Flamenc en Walesch.*

WALO. Velus Scheda de S. Aderaldo Trecensi, apud Camusatam: *Pater ejus*

nobilium nobilissimus Wulo est dictus, qui lingua Austrasiarum interpretatur Bonus. [\* Vide Schmeller. Glossar. Saxon. voce Wala, Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 1. col. 831. voce Wela.]

† WALPIRE, Possessionem rei alicujus dimittere, idem quod Guerpire. Vide in hac voce. Charta ann. 1107. apud Calmet. inter Probat. tom. 1. Hist. Lothar. col. 524: *Jam dictæ ecclesiæ legitimam facio concessionem et investituram, et me exinde foras expulsam Walpivi et absentem me feci.*

† WALPOZ. Vide in Walapaus.

\* WALTMASTA, Saginatio, seu pastio in silva. Vide supra Mast.

† WALVASSORES. Vide in Favassores.

\* WALVISC, vox Belgica, Cete, piscis crassior. Charta Phil. comit. ann. 1163. in Chartul. 1. Fland. ch. 325. ex Cam. Comput. Insul.: *Quicumque extraneus partem ceti, id est, Walvisc, emerit de marca una, sex dabit denarios.*

† WALWORFT, WALWRST. Vide Walaworf.

† WAMBA, Venter, uterus, in Gloss. Rabani Mauri et in Codice Ulfilæ. Anglo-Saxones Wamb et Womb dixerunt, unde Angli Wombe habent. Germani Wampe, Wamne, et Wanst eodem sensu hodie utuntur. Vide Notas Eecardi ad tit. 28. leg. Salicæ § 4. et supra in Gambeso. [\* Vide Graff. Thes. Ling. Franc. tom. 1. col. 853.]

WAMBASIUM, WANBISIUS, WAMBASARIUS, etc. Vide Gambeso.

\* WAMBITIUS, WAMBOSIUM. Vide supra in Gambeso.

\* WANBURTICH, quasi Male natus, ut notant docti Editores ad Vit. B. Meinweri tom. 1. Jun. pag. 548. col. 2: *Idem comes Bernardus, spurius, quod vulgo Wanburtich dicunt, fuit.* [\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 1. col. 854. radice Wan, Deficiens, imperfectum. Mittermaier. Princip. Jur. Germanum. § 435.]

WANCAPIMUM. Charta Hilsundis Comitissæ Striensis ann. 992. apud Miræum in Diplom. Belgic. lib. 1. cap. 24: *Silvam ad porcōs alendos, quemadmodum jacet inter duos marcs, cum omni jure Wancapio, teloneo, molendino, censu, pedugio, etc.* [Vide Wateuscipum.]

WANCLUGA. Lex Bajwar. tit. 7. cap. 17: *Si quis liberam feminam suaserit quasi ad conjugem, et in via eam dimiserit, quod Bajwarii Wancluga vocant, etc.* Editio Heroldi, Wanclugt præfert. Vox a Germanico Wackelen, vacillare, et lügen, vel lügen, mendacium, ut Wancluga, sit mendacium vacillantibus in negotio matrimonii. Ita Vossius, quem vide. Alias lectiones profert Steph. Baluzius pag. 1017.

WANCSTODAL. Lex Bajwar. tit. 3. cap. 11: *De simulatis, quod Wancstodal d'cunt, editio Heroldi habet Warstodal.* Ubi Lindenbrogius: *Wanck, Germ. inde Wancsmodig, animi dubia minimeque stabilis sententia.* [\* Vide Schmeller. Glossar. Bavar. tom. 4. pag. 117.]

WANDANGIE, vel WENDANGIE, Perones seu indumentum genus tibias et pedes operiens. Rainardus Abbas Cisterc. in Institutis Cisterc. dist. 1. cap. 85: *Directi in viam, si voluerint, Wandangius ad devitandum*

lutum, sive ad expellendum frigus habere licet eis. Idem dist. 9. cap. 8: *Wandangie, quibus in via utitur, de panno fiant.* Definitiones ejusdem Ordinis dist. 9. cap. 3: *In sotularibus quoque, Fendugis, fibulis, sellis equorum, staphis, omnis superfuitas et notabilis curiositas evitetur.* Vide Gamacha.

† WANDEGIE, Eadem notione, in Statutis ejusd. Ordinis ann. 1195. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1285: *Pedules de corio omnibus omnino interdiciuntur, et de Wandegis sententia scripta teneatur.*

† VANDAGIA, in aliis Statutis ann. 1258. ibid. col. 1411: *Inhibetur auctoritate capituli generalis universis Ordinibus nostris personis, ne sine corrigiis Vandagia sive sotulares portare presumentur.*

\* WANDELINGHE, vox Belgica, proprie Ambulatio; dicitur de meretricibus, quæ huc et illuc discurrunt obvios quosque ad se allicere tentant. Chartul. 2. Fland. ex Cam. Comput. Insul.: *Item rappel de Anne Wontslants bannie par le loy de Bruges à trois ans, pour cause de onredeleiker Wandelinghe.* [\* Conversatio inhonesta.]

† WANDELÛT. Instrum. ann. 1456. apud Hansizium tom. 2. Germ. sacræ pag. 499: *Item provideatur de laicis contra clericos auctoritate sua arrestantibus bona, fructus, redditus, et proventus clericorum et clericos, militantibus vulgariter Wandeluî.* [\* Vide Schmeller. Glossar. Bavar. tom. 4. pag. 98.]

† WANDILUC. Charta ann. 1076. laudata a Mabillonio tom. 5. Annal. Bened. pag. 102: *Per cultellum et festucam nodatam, per wantonem et wusonem terræ et ramum arboris seu Wundiluc, etc.* Vide Andelungus et Wantus.

† WANDINGEIA. Vita S. Eusebiæ sæc. 2. Bened. pag. 986. et tom. 2. Mart. Act. SS. pag. 458: *Secus oram fluminis in Orientem longo ordine prorecte erant civium mansiones per Wangingeius quasi stadiis duobus, quod est quartus pars milliarii.*

\* WANDL. Charta ann. 1274. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 3. pag. 17. col. 1: *Præterea debemus locare officialem de consilio plebani et ad voluntatem: et omne lucrum sive acquisitio in tres partes dividi debet, quod Wandl dicitur.*

WANGA. Fredegarii Chronicon cap. 37: *Uterque falangæ Wangus junctum ad prælium. Ad marginem scriptum, al. Ordines.*

† WANGENETHEOF. Charta ann. 22. Henrici IV. Reg. Angl. apud Thom. Blount in Nomolex.: *Manerium de A sit quietum de gelth et scoth, de wrecco, et de Wangenethcofet daneguel. f. pro Outjungentheof. Vide Outfangthief.*

† WANGNALE, WANGNAULE, Ager cultus et satus. Saxon. wang, campus, ager. Leges Balduini Comitis ann. 1200. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 770: *Si homo moriatur antequam ejus uxor, heres ejus, si ætatem habuerit, succedet patri statim in feodis: ita quod uxor nihil inde retinebit, nisi dotalitium sibi datum, et mobilia illius anni in terracultibili, quæ vulgriter Wangnaule dicitur. Similiter si femina decesserit, etc. nisi mobilia quæ supra terram suam cultibilem, id est Wangnale, fuerint illius anni.* Vide Gagnagium.



¶ **WANNABILIS TERRA**, Eodem intellectu. Charta apud *Madox* in Formul. Anglie. pag. 184: *Confirmavi Roberto filio Hernaldi ... totam coturram meam de Berthfurlong Wannabilem, ... scilicet tantum terræ Wannabilis et prati, quantum habui in Hetlud.*

¶ **WANNAGIUM**, Fructus ipse ex agro culto. Charta ann. 1234, apud *Madox* Formul. Anglie. pag. 307: *Salvo predicto Jordano vel assignatis suis Wannagio ultimi anni et eorum mobilibus. Vide Gagnagium et Waanagium.*

¶ **WANSBEISON**, inter utensilia prædii rustici recensetur, f. Vannus. Inventar. de Ruminacio in Tabul. Compend. : *Quingue mensuræ ad bladum et avenam tam magnæ quam parvæ, et deus paeletis, et deus Wansbeisons et una broia.*

\* **WANTONETTO**. Vide mox in *Wantus*.  
¶ **WANTUS**, **WANTO**, **GWANTUS**, **GANTUS**, etc. Chirotheca, Gallis, *Gant*.

**WANTUS**, **VANTUS**, **Papias**: *Chirotheca, Vanti, i. manus thecæ. Manicæ, quas vulgo Wantos appellamus, in Capitul. Aquisgran. in Cod. Helmæstadiensis. Notgerus in Vita S. Hadalini n. 13. al. 10: Cumque Wantum in manu, ut moris est, legaliter tradendo teneat, etc. Acta S. Mambodi Martyr. n. 7: Tegumenta manuum que Wantos appellant, pro caritate suscepit. Beda in Vita S. Columbanii cap. 14. al. 25: Tegumenta manuum, que Galli Wantos, id est, chirothecas vocant. Vita S. Bertharii Episcopi Carnot.: Nisus est abstrahere a manibus ejus chirothecas, quod vulgo Wantos vocant. Wanti castanei auro parati, apud Hariulphum l. 3. cap. 3. Testamentum Riculfi Episcopi Helenensis ann. 915: Annum aureum unum gentis pretiosius, et Wantos paria unum. Charta Berengarii Regis Italiæ apud Ughellum in Episcopis Veronensibus: Igitur omnibus volo et statuo, atque per meam hanc paginam testamenti et judicati per wasonem terræ, ramum arboris, et festucam roboratum, atque cultellum, et duos Wantos, totum insimul juxta legem meam Salicam attendere visus sum, et confirmo, etc. Chronicon Fontanellense cap. ult. etc. pag. 246: Ad pelles berbicinas, unde pellicæ fiunt, sol. 10. ad Wantos lib. 1. ad fasciolas lib. 1. etc. Ubi male editum ubantos. Occurrit præterea in Statutis Adalardi pro Abbat. Corbeiensis lib. 1. cap. 3. in Vita Aldrici Episc. Cenoman. pag. 37. n. 2. apud Sanutum lib. 3. part. 3. cap. 7. in Capitul. Aquisgran. ann. 817. et in Vineâ Benedictina refloresc. cap. 22. in Vita S. Aicardi Abb. Gemetic. cap. 27. in Vita S. Philiberti Abb. lib. 1. cap. 11. apud Wolphardum Presbyt. lib. 3. de Miracul. S. Walpurgis n. 6. etc. Vetus Charta pro Episcopo Ambianensi ex Camera Comput. Paris.: *Chascune vente soit de maison ou de terre, il a uns Wans. Vide Chirothecæ.**

\* Isthæc investituræ sue restitutionis per chirothecam circ. etiam memoratur in Charta ann. circ. 1315. ex Tabul. S. Magl. Paris. ch. 56: *Le serjant fist la resaisine en la meson dudit Lucas de la prise qui faite y avoit esté par ledit serjant de S. Eloy, en metant son Gant à terre, en signe de resaisine de ladite prise.*

**WANTO**. Chronic. Novaliciense cap. 32: *Sceptrum cum Wantonibus indutus tenens*

*in manibus. In vet. Chartis apud Franciscum Mariam in Mathildi, et apud alios: Tradidi per wasonem terræ... atque per colltellum et Wantone, simulque andelagine. [\* In Charta Mathildis sic legitur apud Lam. tom. 3. Delic. erud. pag. 162: Per cultellum et Wantonetoneu seu andilagineu.] Vide Perardi Burgundica pag. 189. [Mart. tom. 1. Ampl. Collect. col. 347. Calmet. tom. 1. Hist. Lothar. inter Probat. col. 524. etc.] [\*\* Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 152.]*

**GWANTUS**, **GUANTUS**. Vita MS. Caroli M. scripta sub Frederico I. Imp. lib. 2. cap. 34. cujus lemma est, de *GWanto Imperiali in aère suspenso*. Vita S. Philiberti Abb. lib. 1. cap. 12: *Latro Quantos illius inlicita presumptione furatus est. Habetur etiam in Tabulario Casariensi. Tabular. Absiense: De his itaque cum Quanto quodam Abbatem investiens, etc. [Statuta Vercell. lib. 3. fol. 107. vº: Collariu ferri, Guanti ferri, etc.]*

**GANTUS**. Glossæ MSS.: *Chirotheca, manuum lectura, quod Gantum vocamus. Tabularium Carolfense: Ipsi Monachi præfati Cænobii afferant illi Gantos duos, et duos cereos, cum duobus botis nectare plenis. Tabularium Deiparæ de Josaphat: Dederunt cum venditionibus et Gantis. Tabular. Brivatense fol. 146: Investit inde capitulum traditione unius Ganti. Regula Monialium Fontis-Ebraldensium cap. 15: *Ut nunquam induant Gantos. Vita MS. S. Ildeverti Episcopi Meldensis: Cumque de manibus Gantos extraxisset, apposuit eos radio solis, etc. [Pro Gantis de cervo et aliis Gantis, XIII. lib. x. sol. in Computo ann. 1239. ex Bibl. Reg.]**

**GANNUS**. Tabular. Priorat. Neronis villæ fol. 11: *Et hunc concessum fecit... ponendo librum super altare, et mittendo Gannum suum in manu Garmundi Prioris pro commemoratione.*

\* **WAP**, Injuriam loco habetur, in Lit. remiss. ann. 1379. ex Reg. 114. Chartoph. reg. ch. 320: *Le suppliant se accounte emprés icellui compaignon en disant, Dieu vous gart, seigneur; et lors icellui compaignon dist ainsi, Wap; et lors ledit suppliant respondi ces paroles, Beau sire, vous n'estes pas bien courtois de ainsi dire: et ledit compaignon dist ainsi, Doulz amis, c'est le guise de no pais: et icellui suppliant respondi que la guise n'estoit ne bonne ne honeste. Wapes, pro Languido, cui vires animusque deficiunt. Le Reclus de Molens in suo Miserere:*

Moult aime pain hom qui est sains,  
Et Penferme est Wapes et vains,  
Et miels aime une pume sure. (Pome aigre.)

Vide supra *Vanitas* 2.

**WAPELDRINC**. Consuetudines Arkarum anno 1135. [1231.] in Tabulario S. Bertini: *Si vulnus in carne fecerit, ... quod si armis molutis... Wapeldrinc, 3. libras domino, et 20. solidos leso emendabit. [Consuetud. Furnenses ex eod. Tabul.: Item qui convictus est ex Wapeldrinc, Comiti tres libras, et cui factum est xx. sol. Idem, Eccardo interprete, quod Wipida. Vide in hac voce.] [\*\* Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 631. supra Wipida.]*

**WAPENTACHIUM**, apud Danos Anglicos, idem fuit, quod Comitatus seu Hun-

*dedus. Leges Edwardi Confessoris cap. 32: Quod Angli vocant Hundredum, supradicti Comitatus (qui ultra Watlingstrete sunt, scil. Eboracensis, Lincolnensis, Nottinghamensis, Leicestrensis, Northamptonensis, etc.) vocant Wapentachium: et non sine causa. Cum quis enim accipiebat præfecturam Wapentachii, die statuto in loco, ubi consueverant congregari, omnes majores natu contra eum conveniebant, et descendente eo de equo suo, omnes assurgere ei. Ipse vero erecta lancea sua ab omnibus secundum morem fœdus accipiebat. Omnes enim quotquot venissent, cum lanceis suis ipsius hastam tangebant, et ita se confirmabant per contactum armorum, pace palam concessa. Anglice enim arma vocantur Wæpnu, et Taccare, confirmare: quasi armorum confirmatio, vel ut magis expresse secundum linguam Anglicanam dicamus, Wapentac, armorum tactus est: Wæpnu enim arma sonat, tac, tactus est. Quamobrem potest cognosci, quod hac de causa totus ille conventus dicitur Wapentac, eo quod per tactum armorum suorum ad invicem confederati sunt. Ab Edwardo eadem hausere Rogerus Hovedenus pag. 607. et Auctor Fleta lib. 2. cap. 61. § 21. 22. Ejusmodi vero mutuum per armorum contactum populorum confederationem Angli a Danis acceperant: quod in primis docet Dudo de Moribus et Actis Normannorum lib. 3: *Reperiti sunt autem Bernardo inquirente trecenti viri parati cum Willelmo præliari et mori: qui unanimes ante illum venerunt, judiciumque (malo iudicium) fœderis, fideique, et adiutorium more Danorum facientes, tela mutue voluntatis pacto una conculserunt. Cætera gens armis frigida recessit ad præsidium urbis celeri fuga. Scribit Janus Dolmerus ad cap. 1. Juris antiqui Aulici Norvegici, in Chronico Norvegico, Baapnetach, armorum applausum vel percussionem appellari, quæ fieri solebat cum strepitu armorum, quando incolæ in foro armis percutiebantur, quo facto indicabatur, vere se leges illas in æternum ratas habere, aut illico factum comprobare quod tunc in foro decernebatur, præsertim de Regibus eligendis, aut aliis ejusmodi causis.**

At vocis *Wapentachii* originem paulo aliter refert Bromptonus, quo loco ait *Schiram, Hundredum, et Wapentake* idem sonare. Tum addit: *Wapentake Anglice, idem est, quod arma capere: eo quod in primo adventu novi domini solebant tenentes pro homagio reddere arma sua. Infra: Wapentake et Hundredus idem sunt, quia procinctus centum villarum in adventu novi domini solebat reddere arma sua. [Hinc Vocabul. Anglie. ex Tabul. Beccensi: Wapentac, estre quitte de feut a hundret. Litteræ Henrici Reg. Angl. ex Chartophyl. Reg. Regesto 92. Chl. 58: Liberis et quietas de syre et hundred, et placitis et querelis, et de murdrum et Wapentac, etc.] Cui quidem etymo favet Somnerus, vocem a Saxonico wæpn, telum, et tæcan, dimittere, seu potius betæcan, tradere, committere, deducens. Ita passim pro Comitatu usurpant Leges Ethelredi Regis apud Venetyngum editæ cap. 1. 4. Decreta Guillelmi Nothi pag. 137. Leges Edw. Confess. cap. 13. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 7. Mat-*



thæus Paris pag. 109. Monasticum Angl. tom. 1. pag. 47. tom. 3. pag. 262. 267. et alibi.

WAPPENTAGUM, apud Bromptonum pag. 1162. et 1173. *Wapentagium*, apud Rogrum Hovedenum pag. 607. [et in Charta ann. 19. Henrici VI. Reg. Angl. apud *Madox* in Formul. Anglic. pag. 147 : *Et omnia castra, maneria, Wapentagia, membra, hameletta, etc.* Adde Kennett. Antiquit. Ambrosd. pag. 389.]

DIMIDIUM WAPENTACHIUM. Charta Henrici I. Regis Angl. in Monastico Angl. tom. 3. pag. 463 : *Si Wapentachium Episcopi Lincolnienſis de Nivercha defendit se versus me pro dimidio Wapentachio : tunc præcipio, quod non sammoneatis inde ad placita mea et Comitatus, nisi solummodo duos homines, etc.*

WAPINSCHAW, Census militum, nostris *Monstre*, vox Angl. *Weapons*, arma, et *show*, Ostendere. Statuta Willel. Regis Scotiæ cap. 23. §. 5. 6 : *Et omnes alii, qui habere poterunt, habeant arcum et sagittas extra forestam, et infra forestam arcum et pyle. Et fiat visus armorum, quod dicitur, Wapinschaw.*

WAPPENHAUBEN, Tegmen capitis, cassis, a Germ. *Wappen*, arma et *Haabe*, tegmen capitis, Gall. *Coiffe*. Statuta Equitum Teuton. apud R. Duellium tom. 2. Miscell. pag. 59 : *Ipse (treperarius) teneatur dare fratribus ad arma deputatis spallaria, Wappenrock; kilinge, phavones, Wappenhersunn, Wappenhauben, et cingulos, vestimenta.*

WAPPENHERSUNN, Vestis genus, quod aliis superinjicbatur, seu quasi dominabatur; Germ. *herzschung*, dominatio. Vide in *Wappenhauben*. [\*\* Tegumentum quoddam capitis, Germ. alias *Hersenier*.]

WAPPENROCK, Germ. *Wapenrock*, Paludamentum, sagum militare, Gall. *Cotte d'arme*, in iisdem Statutis ibidem : *Clypeum et tunicam armorum, quæ dicitur Wappenrock ferre non debet, sicut magister. Vide Wappenhauben.*

WAPPENTAGUM. Vide *Wapentachium*.

WAPRA. Charta ann. 1153. apud Calmet. inter Probat. tom. 2. Hist. Lothar. col. 343 : *Quidquid juris nostri erit infra cruces quas prædicti fratres nostro nostrorumque consilio et laude usque ad grossam Wapram posuerunt. An Vepres?*

1. WARA, Modus agri, apud Anglos. Monasticum Angl. tom. 2. pag. 128 : *Præterea concedimus in elemosynam eidem Ecclesiæ, eadem libertate totam terram, quam tenuerat Brisardus in Stanes; scilicet Waram et dimidiam cum cotlandis, et insuper medietatem totius nemoris, etc.* Mox : *Ad opus Ecclesiæ vendiderunt, scilicet unam Waram et duas cotelandas cum dominio et prata, etc.*

2. WARA, LIBERA WARA. Tabularium Abbatæ S. Petri de Burgo in Anglia : *Libera Wara est unas redditas, et est talis conditionis, quod si non solvatur suo tem-*

*pore, duplicatur in crastino, et sic deinceps in dies.*

† 3. WARA, Bonitas, valor. Vide *Wara 4.*

\* WARACHIA, Equorum vel animalium pabulum, ex frugum leguminumque miscellanea, idem quod *Ferrago*, Gall. *Fourrage*, alias *Waras*. Comput. ann. 1469. ex Tabul. S. Petri Insul. : *Joanni Crassier pro Warachia, vesches, blado, avena et siligine, ix. sol.* Charta ann. 1340. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 217 : *Pour la terre qui fu Wautier Navet et la deniselle de Betune à Prumeruel, doze deniers et deux cenx de Waras. Un trousseau de Waras de vesse, in Lit. remiss. ann. 1429. ex Reg. 174. ch. 314. Hinc*

\* WARATUS; Ejusmodi farraginis fasciculus, manipulus, nostris etiam alias *Warat*. Charta ann. 1220. in Chartul. S. Gauger. Camerac. ch. 63 : *Tringinta Warati veciæ etc.* Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 152. ch. 290 : *Lequel tison ladite Marion bouta dessoubz un Warat d'estrain. Deux Waras de vesse, in aliis ann. 1447. ex Reg. 176. ch. 528. Cinq ou six Waras de poiz qu'il trouva aux champs, in aliis ann. 1468. ex Reg. 195. ch. 71.*

\* Warrage vero, Præstationis species videtur, quæ domino solvebatur, ratione domicilii seu tuitionis. Charta Joan. Atrebat. comit. Augæ pro communia S. Valerici ann. 1376. ex Tabul. S. Vulf. Abbavil. : *Item nulle persone laie ne puet ou pourra demoareren ladite ville, qui ne doive Warrage. Vide in Warantus.*

† WARACTUM, ut infra *Warectum* : nisi etiam ita legendum sit. Chartul. Matison. fol. 109 : *Terra arabilis quæ conjacet in villa Sanciaco in Waractis ipsius ville.*

† WARADIA, *Garantie*. Vide in *Warantus*.

† WARANCHIA, Rubia, Gall. *Garance*. Charta ann. 1449. ex Tabul. S. Audomari : *Tam citra quam altra Scaldam decimas Waranchiarum ad decimam nonam.* Chartul. V. S. Vedasti Atrebat. fol. 248 : *Carthei de Warance ii. den.* Pedagium Peronnæ in Chartul. 21. Corb. fol. 336. et seq. : *Item brouette qui maine waide Warance, doit ii. den.* Ibidem fol. 339 : *Item le cheval qui porte Warance, doit xviii. den. ob.* Vide in *Garantia 1.*

\* *Waranche*, in Lit. ann. 1378. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 366.

† WARANDA, WARANDARE, WARANDIA, WARANDISARE, WARANDISIA, WARANDISATIO. Vide in *Warantus*.

WARANGI. Vide *Warengangi*.

WARANIO, Equus admissarius, *varan*, Goldasto : Equus admissarius : Hispanis, Occitanis, et Provincialibus, *Guaragnon*, [Italis *Guaragno*.] Lex Salica tit. 40. §. 2 : *Si quis Waranionem homini Franco furaverit, etc.* et §. 4 : *Si quis Waranionem Regis furaverit, etc.* [ *Varranannionem* et *Warranionem* edidit Eccardus. ] Capitulare de Villis cap. 13 : *Ut equos emissarios, id est, Waraniones, bene provideant, etc.* Testamentum Bertichramni Episcopi Cenoman. apud Mabill. tom. 3. Analec. pag. 131 : *Reliquos vero Caballos tam Warannonis, quam spadas, seu poledras, qui inventi*

*fuerint, et characterio sanctæ Ecclesiæ habuerint, etc.* Petrus de Crescentiis lib. 9. de Agricultura cap. 2 : *Sciendum etiam, quod equus debet gigni a stellione, quem Guaragnum vocamus vulgariter, etc.* Michael Molinus in Repertorio Fororum Aragon. v. *Bestia* : *Bestiæ, quæ vulgariter nuncupantur Guaranyones, equæ, vel pulli bozales, non possunt pignorari per aliquem officialem regni, ... quia multiplicatio equorum respicit communem utilitatem propter bellum.* Sunt, qui a *Waranio* putant vocem effictam *Ferrant*, quæ equum sonat. Gloss. MSS. Eccl. Paris. ubi de equorum coloribus : *Cervinum est, quem vulgo Waranam dicunt. Ervum idem vulgus vocat, quod in modum aerei sit coloris.* In vet. Inscriptione apud J. Sponium tom. 3. Itiner. pag. 24. inter equorum nomina occurrit *A PANIO AP.* ubi forte leg. *VARANIO AFRICANUS.*

Equum bellicum interpretatur *Eccardus* in Notis ad hunc locum Legis Salicæ; vocemque a *Werre* vel *Warre*, bellum, et *Renneo* sive *Reino*, admissarius, formatam docet. [\*\* Vide *Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 1. col. 978.*]

WARNO, Eadem notione, in Capitul. 3. ann. 813. cap. 24. Locum vide in *Wirdiria*.

GUARANYO. In Foris Aragon. lib. 8. titulus 8. ita concipitur : *Ut emissarii sive Guaranyones, equæ, vel palli bozales occasione aliquidum executionum nequeant pignorari.*

† WARANTIA, WARANTISIO, WARANTIZARE, WARANTIZATIO. Vide mox in *Warantus*.

WARANTUS, Qui alteri tenetur ad evictionem. *Lexicon Cambro-Britannicum* : *Gwarant, assertor, vindex.* *Spelmannus* et *Sommerus* a Saxon. *warian*, *tuerni* deducunt. Malim a *creantare*, fidem facere, nostri enim *creanter, cranter, et granter* dicebant, unde formata vox *garantir*. Vide *Creantare*.

Aliquando significat eum, qui cavet de evictione, aliquando ipsam cautionem, quæ alias etiã *Warantia* dicitur, inquit *Cowellus*. Leges Henrici I. Regis Angliæ cap. 43 : *Sic potest ei Warantas esse, qui in servitio suo est.* Adde cap. 82. Vide *Theam, 1.*

WARENTIS, Eadem notione, in *Legge Longob.* lib. 2. tit. 28. §. 5. [\*\* *Otto II. 7.* Locum vide mox in *Varens*.] et in Pacto seu fœdere *Ethelredi* Regis cum *Analano*, etc. cap. 10. *Proaver par gaarans*, in *Assisis Hierosol.* MSS. cap. 27. 59. 61. 62. 63. 65. et seqq. ubi statuitur, res omnes posse probari per duos *Warantos* inculpatoſ, *sans reproche*. Contra, *rebater guarans*, est dicere *Warantos* culpa haud vacare, adeo ut non sint ejusmodi, qui *Warantiam* ferre, seu fide juberet pro alio possint.

Testem præterea interdum designat, unde Provincialibus *Guarentya*, testis, ex *Glossariolo MS. Johannis Nostradamus* et Statutis MSS. Provincialibus apud *Præs. de Mazaugues* : *Quand Gaarentya seran auzidas, id est, testibus auditis.*

† VARENS, Qui aliquid verificat, asserit, auctor rei alicujus, Gall. *Garant*. Leges *Ottonis I. Imper.* apud *Eccardum* in *Legge Salica* pag. 198 : *Si quis equum suum, vel*



*cetera animalia, sive rem suam super aliquem repetierit, et ipse Varentem dare dixerit, statim ut ad certum Varentem eum conducat, et super tertium Varentem, et tertium comitatum procedat.*

¶ **WARANDARE**, Cavere ab evictione, spondere, præstare, defendere, auctorem esse, Gall. *Garantir*. Charta ann. 1308. apud Miræum tom. 2. pag. 1012. col. 2 : *Supplicantes insuper dominum Ducem, quatenus omnia et singula præmissa approbare, laudare, Warandare, et quantum in ipso est ratificare dignetur.* Charta Rodulphi militis apud Ludewig. tom. 2. Reliq. MSS. pag. 462 : *Volens eosdem ab impetitione quorundlibet Warandare.* Occurrit præterea apud eundem tom. 5. pag. 47. et tom. 6. pag. 497.

¶ **WARENDARE**, Eodem intellectu. Charta ann. 1288. apud Eccardum de Orig. Domus Saxon. col. 91 : *De qua proprietate ipsum et ecclesiam Magdeburgensem Warendavimus, prout in privilegiis nostris desuper confectis plenius continetur.*

¶ **WERENDARE**, Pari sensu, in Charta ann. 1278. apud Schlegelium de Nummis antiq. Gothanis, etc. pag. 193 : *Ab omni impetitione nociva prædictam ecclesiam volumus Werendare.*

¶ **WARANDIZARE**, Charta ann. 1335. in Hist. Comit. Lossensium part. 2. pag. 37 : *Neque debemus... libertates aut privilegia defendere, vel Warandizare, neque liberos quomodolibet obtinere.*

**WARENTIZARE**, Bfractio lib. 5. tract. 4. § 2 : *Nihil aliud est quam defendere, et acquiescere tenentem, qui Warantum vocavit in saisina sua.* Similia habent Fleta lib. 5. cap. 4. cap. 15. §. 2. lib. 6. cap. 23. § 2. Et Britton. fol. 197. ubi multa de Warantia, ut et apud Littletonem cap. 13. sect. 697. et seqq. Leges Edwardi Conf. cap. 36 : *Quis Warantizaverit, quod recte facta sit justitia de ipso, etc.* Passim in Legibus Scotticis, et apud JC. Anglos. [Charta ann. circ. 1226. apud Hearnium ad calcem Ann. Edwardi II. Reg. Angl. pag. 267 : *Ego et heredes mei in nomine Domini omnes terras prænominatas Deo et hospitali prædicto contra omnes homines Warantizabimus.* Adde Th. Blount in Nomolex. Anglic.]

¶ **VARENTARE**, **VARRENTARE**, in Charta ann. 1193. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 360 : *Audivit ipsum dicentem et Varentantem, quod ipse et ejus fratres invenerunt in feudum a Ducibus Este, etc.* Statuta Cadubrii lib. 2. cap. 26 : *Ante omnia Varrentatusit ipsi officiali per aliquem preconem curie se non invenire aliqua bona mobilia debitoris, etc.*

¶ **VARANTISARE**, **VARANTIZARE**, Charta Ricardi Reg. Angl. ann. 1197. apud D. Brussel. tom. 2. de Usu feud. pag. xix : *Hæc autem omnia quæ idem Archiepiscopus in hoc excambio recepit, Varantisabimus nos et heredes nostri Ecclesie Rothomagi et prædicto Archiepiscopo et successoribus suis in perpetuum contra omnes homines. Varantizandum ab omni aida, etc.* in Tabul. Gemmetic. cap. 361.

**VARENDATOR**, **VARENDATIO**, **VARENDIA**, in speculo Saxon. lib. 1. art. 9. § 6. art. 15. § 2. art. 46. § 2. lib. 2. art. 15. 16. § 1. art. 36. § 4. 6. [\*Vide Haltaus. Glos-

sar. German. voce *Wæren* et seq. col. 2031. sqq.]

¶ **WARANDA**, Cautio, auctoritas, defensio, Gall. *Garantie*. Charta Alberti Magdeburg. Archiep. ann. 1216. tom. 1. Corp. Diplom. pag. 157 : *Et de bonis ipsorum, quæ in sua habeat Marchio Waranda, finalem faciet justitiam secundum jus fidelium suorum.* Vide *Garandia*.

**WARANDIA**, Gallis *Garantie*. [Charta Frederici Comit. Terret. ann. 1225. apud Steyerer. in Comment. ad Hist. Alberti II. col. 207 : *Atque pro his omnibus ejus munitionem, et defensionem atque debitam Warandiam promitto.* Alia ann. 1259. apud Eccardum in Orig. Habsburgo-Austr. col. 246 : *Nihilominus ad cavendum de evictione, et præstandum sine difficultate qualibet Warandiam super præfatis bonis, etc.* Warandie, in Charta Thomæ de Couciaco ann. 1265. ex Chartul. S. Johannis Laudun.] Historia Archiepiscop. Bremensium ann. 1363 : *Albertus Archiepiscopus, Ducis Magni de Brunswick filius, cum magno exercitu contra potentiam et Warandiam Dom. Mauricii Decani in parte Utheshorne diocesis Bremensis intravit, et castrum Worde expugnare proposuit.* [Hinc emendanda Charta Henrici Comit. apud Ludewig. tom. 1. Reliq. MSS. pag. 266 : *Volentes eis veram et justam de eodem manso facere Warandiam.* Legendum est *Warandiam*.]

¶ **WARANDIA DENARIORUM**, f. Eorum cursus seu usus publicus, Gall. *Cours*. Charta apud Schannat. in Vindem. litter. pag. 210 : *Consules civitatis A. illustri principi Philippo Regi obedientiam... Non deest vestram Serenitatem ut tam vili denariorum Warandia omne vestri principatus dominium penitus desoletur... Imploramus quatinus hujusmodi desolationem stebilem vestra dignetur magnificentia delegere, terram meliori moneta favorosius intuentem. Nisi denariorum lex et pondus intelligentur.*

\* Malim de eorum fabrica et signatura intelligere. Stat. capit. Gandersh. apud Leuckfeld. in Antiq. ejusd. inter Addit. pag. 44 : *Sex marca Gandersheimensis Warandie.* Vide in *Warantus*.

¶ **WARANDISIA**, ut *Waranda*. Charta ann. 1291. apud Miræum tom. 2. pag. 874. col. 2 : *Promissimus... prædictis religiosus super præmissis omnibus et singulis justam, debitam et rectam Warandisiam sive Warandiam pro omnibus nostris heredibus et successoribus contra quoscumque. Warandison*, in Charta ann. 1340. ex Chartul. 21. Corb. fol. 360. vº.

¶ **WARANDIZATIO**, in Charta ann. 1277. apud eumd. ibid. pag. 869. col. 1 : *Et promittimus prædictis abbatissæ et conventui rectam et firmam Warandizationem de bonis prænominatis.*

¶ **WARANTIZATIO**, Charta ann. 1280. apud Madox in Formul. Angl. pag. 61 : *Et si contingat quod priorissa et moniales prædictæ... aliquid dampnum seu jacturam incurrerint, pro defectu Warantizationis vel defensionis mei, etc.* Tabul. B. M. de Bono nuntio Rotomag. : *Pro hac etiam donatione, concessione,.... Warantizatione et defensione dederunt mihi... 40. libras sterlingorum.*

¶ **WARENTIZATIO**, in Charta apud eum-

dem Madox pag. 159 : *Pro hac autem donatione, concessione, confirmatione, Warentizatione, etc.*

¶ **WARANTIA**, in Charta ann. 1130. ex Tabul. Regniac. : *Promisit etiam per manum Hugonis Episcopi Autisiodorensis et Willelmi Comitis Nivernensis se portaturum Warantiam supradictis fratribus.* Charta apud Madox in Formul. Angl. pag. 219 : *Robertus de Wivilla ipsum Sinonem traxit in placitum, et unde idem Simon vocavit ad Warantiam prædictum abbatem in eadem curia.* Adde Kennett. in Antiquit. Ambrosd. pag. 477 et Th. Blount in Nomolex. Anglic. Vide *Garantia* 2.

¶ **WARANTISIO**, apud eumd. Madox, pag. 195 : *Pro hac igitur concessione, dimissione, Warantisatione, et præsentis cartæ meæ confirmatione, dictus Galfridus dedit mihi Agneti 20. libras sterlingorum.*

¶ **WARRENTATIO**, Statuta Cadubrii lib. 1. cap. 19 : *Credatur et credi debeat cuiuslibet jurato soli sine alia probatione, et commissionibus sibi factis de citationibus, Varrentationibus, de præceptis per eos factis.* Et lib. 2. cap. 26 : *Qua Varrentatione facta dicto officiali possit ponere in curia seu super curia quilibet creditor habens instrumentum.*

Quo **WARENTO**, Brevis species, de quo passim Practici Anglici. Vide in *Breve*.

¶ **PLACITUM QUO WARANTO**, Actio qua quis in *Warantum* appellatur. Charta ann. 1288. apud Kennett. in Antiquit. Ambrosd. pag. 313 : *Johannes filius Nigelli sen. summonitus fuit ad respondendum Domino Regi de placito quo Waranto clamat habere visum franciplegii.*

**GUIRENS**, pro *Warandus*, passim in Chartis Occitanis, ex Francico *Guarant*. Charta ann. 1248. in Regesto Tolosano Cameræ Comput. Paris. fol. 72 : *Et de prædictis omnibus contentis in venditione Dom. Comes debet et convenit esse Guirens. prædicto Rainundo Unaldo, etc.* In Consuetudine Tolosana est titulus, *De nominatione guirentis*. [Vide *Guirens* suo ordine.]

¶ **WARENTUM**, Charta qua alicui potestas agendi conceditur : vel Chirographum nummularium. Locus est infra in *Warderoarius*.

¶ **WARASCHETUM**, Idem quod infra *Warectum*. Charta Alberti Abbat. Indensis ann. 1248. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1038 : *Nos autem ad emendationem feodi sui medietatem omnis Warascheti in quo jus habemus... J. de Audenarde concessimus possidendum... Promisit etiam nobis prædictus J. dictus dominus de Audenarde quod nos et bona ecclesie nostræ et Warascheta in villis prædictis contra quoscumque defendet... et propter hoc medietatem ipsorum Waraschetorum contulimus.*

¶ **WARATARE**. Vide in *Warectum*.

\* **WARATUS**. Vide supra in *Warachia*.

¶ **WARCINATICUM**. Vide *Warcinaticum*.

\*\* **WARCINUS**, **WARCINISCUM**, **WARCINIUM**. Chart. ann. 736. apud Brunett. Cod. Diplom. tom. 1. pag. 488 : *Faichisi seo Pasquale, fratris germani, filii quondam Beninato, qui fuit aldo vestrum S. Saturnini... tu predictu Pasquale et Faichisi in casa S. Saturnini resedire divatis in Diano*



*cusa, vel in omni res patris nostro, quondam Veninato, quia manifestum est quod de libera mater natis suus, et de istato nostro nulla condicione bovis rediveamus, nisi tantum bonis de ipsa cusa vel omni res patris nostro, Warcinisca facere diveamus, sicut bovis patris nostrum quandam Veninatus usum facere fuet, ad pratun sicundi stabulum fuciendi in via ubi vovis opum fuerit, sicut unum de Warcini vestri.... Si nos Pasquale et Faichisi vel nostros heredes de ipsa cusa exire voluerimus, aut ipsas Warcinia facere minime voluerimus, exeamus bacui et inunis et insuper conpunamus pine nomini uuri sol. 20. etc. Confer Varcinaticum et Gardio.*

**WARDA, GARDA, Custodia, Gall. Garde.** Capitulare 3. ann. 813. cap. 34 : *Si quis wuctam aut Wardam dimiserit, etc. Leges Edwardi Confess. cap. 35 : Et ut Wardæ juste et rite observentur, et ut caute deinceps incendiis sibi illic provideant, cum ad propria redibunt.* Thomas Walsingham pag. 120 : *Data suis custodibus soporifera portione, evasit per omnes turris custodias, quas Wardas vocamus.* Pag. 314 : *Cepit insuper ulteriorem custodiam, quam Wardam vocant, Castelli Pape et gardinum ejus.* Id est, *l'avantgarde.* [\* Vide Graff. Thes. Ling. Franc. tom. 1. col. 953. voce *Warta*, sqq.]

† **GARDIA, Eadem notione.** Charta Edwardi I. Reg. Angl. ann. 1296. apud Rymer. tom. 2. pag. 713 : *Et insuper quod Gardiam seu custodiam castri nostri dictæ civitatis alicui civium prædictorum committeremus.* In Statutis Massil. lib. 5. caput 46. inscribitur *de Gardia vinearum.*

† **GUARDIA, in Breviario Hist. Pisane** apud Murator. tom. 6. col. 672 : *Pisani... fecerunt quinque galeas ad Gardium maris.* Occurrit rursus col. 175.

† **GUARDIA, Præsidium, statio, Corps de garde, Poste.** Chron. Domin. de Gravina apud eund. Murator. tom. 12. col. 591 : *Et de eorum consilio in muris ipsius terre scalas apponi, assentes habere se intus dictam terram quam plures partiales eorum, qui Gardiam suam erant eis dare parati.* Et col. 685 : *Et ecce universus populus civitatis ipsius distribuitur per Guardias mœniorum, ... ne cum scalis ascenderemus per viros.*

† **GARDARE, Custodire, tueri, defendere.** Charta Roberti Delph. ann. 1283. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 300 : *Promittimus bona fide vos et vestra temporalia rationabiliter et benigne Gardare tanquam bonus gardarius et superior vester dominus.* Regest. Magn. Dier. Campaniæ fol. 71. ann. 1288 : *Utrum... ad legem apertam (eum) receperat, videlicet de corpore suo defendendo (et de) honore suo Gardando.* Charta Beatricis Delphinæ Viennensis : *Juravit... feudum supradictum Gardare, defendere, et tueri. Fiat bona Garda de suo honore, apud Stephanotium tom. 2. Antiquit. Bened. Occitan. MSS. pag. 490.*

† **GUARDIARE, in Transact. inter Philippum Pulchrum Reg. Franc. et Episc. Capitulumque Eccl. Vivar. ann. 1307 : Homines, res, bona, et jura eorum, nos et successores nostri tenebantur defendere, et Guardiari ab omnibus injuriis, violentiis, bona fide, modis et remediis quibus bonus**

*dominus et Guardiador debet suos fideles defendere et etiam Guardiari.*

† **GUARDIATOR, CUSTOS.** Barthol. Scribæ Annal. Genuens. ad ann. 1235. apud Murator. tom. 6. col. 474 : *Quæ (navis) nondum totu erat exonerata, per mulam custodiam Guardiadorum accensa fuit et igne combusta.*

† **WARDA, in Statutis Cadubrii lib. 1. cap. 73 : Exceptis pro capitaneis, Wardis, custodibus castrorum Cadubrii, etc.**

† **GARDA, Protectio, tutela, privilegium principis, quo, ne alicui vis inferatur, cavetur.** Consuetud. Norman. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 117 : *Et hæc est justitia domini Normanniæ, quod in curia sua, vel eundo ad curiam, vel redeundo de curia nullus homo Gardum habuit de inimico suo.*

† **GUARDIA, in Bulla Martini PP. apud Rymer. tom. 2. pag. 243 : Ne prædictorum Regum (Siciliæ et Aragoniæ) Gardiam recipere... presumas.**

† **WARDUM, Pari intellectu, in Litteris Edwardi VI. ann. 1550. apud eundem tom. 15. pag. 206 : Venditiones, donationes et dispositiones Wardorum nostrorum quorumcumque... remittimus.**

**WARDA, Custodia pupillorum nobilium, quæ Regi, aut domino feudali competit.** Leges Malcolmi Regis Scotiæ cap. 1. § 3 : *Et ibi omnes Barones concesserunt sibi Wardam et relevium de hærede cujuscumque Baronis defuncti ad sustentationem Domini Regis.* Adde Quoniam attach. cap. 18. et Will. Thorn. ann. 1206. De his Wardis plura habes in verbo *Custos* 4.

† **Quo anno id juris concessum fuerit Angliæ Regi docet Th. Otterbourne in Chron. Angl. pag. 78 : Anno sexto Henrici Regis inagates Angliæ concesserunt eidem Henrico Wardas heredum et terrarum suarum, quod fuit initium in Anglia multorum malorum.**

† **WARDA, Custodia cujusvis pupilli.** Consuetud. Furnenses ex Tabul. S. Audomari : *Quicumque in sua Warda puerum habuerit, qui fuerit infra annos et ipsum maritaverit sine consilio parentum, etc.*

† **GARDA, Eadem notione.** Testam. Guillelmi dom. Motispessulani ann. 1146. apud Acher. tom. 9. Spicil. pag. 146 : *Si Guillelmus major infra ætatem viginti annorum decesserit, quicumque filiorum meorum sibi successerit, similiter in Garda et in baillia domine matris mee usque ad ætatem viginti annorum permaneat.* *Garde de proisme, custos proximi, seu consanguineus in successione proximus, custos, et curator honorum consanguinei absentis, in Consuet. Leod. cap. 11. art. 10. Gardeur, pro Tuteur, in Charta ann. 1247. ex Chartul. 21. Corb. fol. 115. vº : Par le volenté d'ichiaus nobles homes mes curateurs et Gardeurs de ma terre, etc. Garde, eodem significatu, in Charta ann. 1393. ex Chartul. Episc. Carnot. : La dame de la Lande comme Gardede de ses enfans. Vide Gardiatrix in Gardia.*

† **GARDIA, Pari intellectu.** Litteræ Caroli Vº Reg. Franc. ann. 1371. tom. 5. Ordinat. pag. 419 : *Cum igitur cives nostri Parisienses... liberi usi fuerint et uti consueverint Gardiis et Ballis liberorum et consanguineorum suorum, etc. Eadem vernaculæ ibid. pag. 418 : Adoneques, comme noz ci-*

*teiens de Paris... aient usé et accoustumé à user de Gardez et banz d'enfans et de leurs cousins, etc.*

† **GARDIATOR, Testamenti executor.** Testament. ann. 1286. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 61. col. 2 : *Ad prædicta omnia et singula exequenda... constituo Gardiatores et executores meos D. Raymundum de Melullione... Si vero unus dictorum Gardiatorum meorum decesserit, sit loco illius executor frater Raymundus Gibosi filius meus de Ordine Prædicatorum. Vide Gardiator.*

**WARDAS et JUDICIUM PETERE, in Quoniam attachiam. cap. 16. § 5. cap. 34. § 1. 4. cap. 35. § 2. cap. 36. § 3. ubi Wardas, interlocutorium, Judicium, definitivam sententiam, interpretatur Skenæus.**

**WARDÆ ECCLESIARIUM, seu Bonorum Ecclesiæ tuitio ac custodia, quæ ad Regem et Barones pertinet.** Philippus Bellomaneus in Consuetud. Bellovacensi MS. cap. 46. quod des Gardes des Eglises inscribitur : *Nul n'a le Garde des Eglises, se n'est li Rois, ou cil qui du Roy tiennent en Baronie.* Deinde magnum statuit discrimen inter Wardam et Justitiam : cum quis justitiam habeat in aliquo loco, in quo wardam non habet. Mox subdit : *Que li Rois generalement a le Garde des Eglises du Royaume, mais especelement cascus Barons l'u en sa Baronnie, se par renonciations ne s'en est ostez.* Quod si Baro wardæ renuntiavit, ad Regem continuo illa revertitur, cui alias warda generalis omnium Ecclesiarum regni sui competit : adeo ut si Barones in ea suo minus recte fungantur officio, ad Regem cuius recurrere liceat : quo pertinent ista ex Charta Ludovici VII. ann. 1172. in Tabul. S. Victor. Paris. n. 24 : *Quoniam decrescente zelo Dei homines secularium rerum amore fervescunt, et si concessa eis potestas fuerit quorumcumque, et maxime Ecclesiæ bona diripiunt, necesse est, ut Majestas Regia Ecclesiis provideat, et protectionem suam omnibus modis apponat.* Et ex alia Regis Ludovici VI. ann. 1133. ex eod. Tabul. n. 30 : *Regie incuabit curæ et magnificentie Ecclesiis omnibus in posterum utiliter providere, earumque bona sub sua tutela conservare, et ab omni injuria defensare.* In Regestis Parlamenti exstat Arestum O. SS. ann. 1272. quo præcepit Dominus Rex, et voluit in pleno Parlamento, quod novæ avoërie, seu Gardæ, quas Baillivi et servientes Domini Regis caperunt de hominibus aliorum dominorum a 12. vel 10. annis citra, revocentur, et cassentur omnino, et pro nullis habeantur, nec nove de cætero recipiantur. Tabularium Lingonensis Ecclesiæ anno 1239 : *Nos dicimus et recognoscimus, quod idem Episcopus et ejus successores habent de jure in Abbate, Ecclesiam, villam, et Burgenses Besuenses Gardium et ressortum, etc. Infra : Ratione tamen Gardiæ et ressorti non poterit in villa Besuensi facere extortionem quamlibet, etc. Gardarum Ecclesiasticarum ista habetur formula in Tabulario Absiensis fol. 220 : *Cunctosque ad eorum molurias, molendinum et opera venientes, et in veniendo, et in manendo, et in redeundo sub nostræ protectionis defensione suscipimus.* Occurrit ibi non semel. Vide *Commendistia* : præterea Chopinum lib. 2. de Domanio tit. 6. n. 1. Bretium de supe-*



rioritate Regia, et Duchesium in Hist. Ducum Burgundiæ pag. 92. 93. 98. 101.

¶ GARDIA, GARDIA, GUARDA, Eadem significatione. Charta Mathildis Comit. Nivern. ann. 1244. inter Instr. tom. 4. Gall. Christ. novæ edit. col. 104: *In omnibus et singulis superius nominatis nobis et nostris successoribus Gardam atque omninodam justitiam retinimus.* Litteræ Philippi Pulchri ann. 1290. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1234: *Et quia nos dicebamus ad nos pertinere Gardas, seu custodias ecclesiarum et abbatiarum prædictæ terræ: easdem Gardas seu custodias ecclesiarum de Ostrevant in manu nostra posuimus... Guardam etiam ecclesiæ de Faimi in manu nostra posuimus, et super eadem Guardia veritas inquiretur.* Statutum ejusd. Reg. ann. 1302. tom. 1. Ordin. pag. 344: *Item. Prætextu alicujus Gardæ nostræ antiquæ in personis ecclesiasticis, non impediatis, nec impediri permittatis jurisdictionem ecclesiasticam Prælatorum. In his tamen quæ ad ipsam Gardiam nostram spectant, jus nostrum et illorum qui sunt de nostra antiqua Gardia, conservetis.* Occurrit præterea in Hist. Comit. Ebroic. pag. 29. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 131. col. 2. pag. 473. col. 2. tom. 5. pag. 656. col. 2. tom. 2. Hist. Britan. col. 334. et 452. Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 152. etc.

¶ GARDIANUS, Idem qui *Advocatus*, defensor, qui jura, bona et facultates Ecclesiarum tuebatur. Vide in *Advocati*. Charta Johannis dom. Castri villani ann. 1260. inter Instr. tom. 4. Gall. Christ. novæ edit. col. 210: *Retineo autem gardiam ditorum canonicorum quantum ad temporalia, nec alium quam me et heredes meos dominos Castri villani poterunt pro Gardiano dicti canonici advocare.*

¶ GARDIA, GUARDA, Pari significatione, in Charta Rogerii Comit. Fuxens. ann. 1121. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 417: *Solvimus ad ipsas Guardas ipsius loci, ad Raymondum Guillelmum, et ad Guillelmum Bernardum, et ad filios eorum hoc nomine, ut sint adjutores S. Petri et Abbati et Monachis ipsius loci (Lezatensis.) Similiter nos qui sumus Gardas ipsius loci superscripti nomina, guarpinus et solvimus pro istam ipsam convenientiam, etc.*

¶ GARDIATOR, GUARDATOR, Eodem intellecto. Charta ann. 1280. tom. 2. Macer. Insulæ Barbaræ pag. 534: *Et ego frater P. Sablera promitto pro me et successoribus meis non ponere in dicta domo super dictum Arthaudum et successores suos alium aliquem Gardiatorem vel defensoreum.* Charta ann. 1288. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 45. col. 2: *Item promittimus nos abbas prædictus modo quo supra, quod in abbatia, villa seu mandamento S. Theuderii, nullum Guardiatorem vel avogarium seu etiam defensoreum, sub quocumque nomine apponemus nec apponi faciemus, etc.*

¶ GUARDERIUS, Eadem notione. Charta ann. 1217. tom. 1. Macer. Insulæ Barbaræ pag. 132: *Promiserunt bona fide quod in emptameditate nullum introducant Guardarium, nec in personam transferant alienam.*

¶ GARDIATOR, Cui a Rege committatur custodia Ecclesiarum, quæ sub ejus tuitione erant. Charta Caroli V. Reg.

Franc. ann. 1369. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 473. col. 2: *Dilectos nostros religiosos priorem et conventum monasterii Cælestini... in nostris protectione, tuitione ac salva et speciali gardia suscipimus per præsentis; eisdemque religiosi Gardiarios concedimus et deputamus universos et singulos ostiarios parlamenti nostri, et servientes nostros qui nunc sunt et qui fuerint temporibus affuturis; quibus et eorum cuilibet præsentium serie committimus et mandamus, quatenus prædictos religiosos... defendant ab omnibus injuriis, violentiis, gravaminibus, et in suis possessionibus, franchisiis, etc. conservent... Et qui prædictis Gardiatoribus aut eorum alteri Gardiatoris officium exercendo injuriam fecerint vel offensam, etc. coram dilectis et fidelibus gentibus requestarum palatii nostri Parisius adjournent.* Vide in *Gardia*, pag. 481. col. 1.

GARDE ECCLESiarUM, Quæ vacantibus earum Prælati in manu regia sunt, ratione regaliorum. Matth. Paris et Matth. Westmonaster. ann. 1248. de Rege Henrico III. Angl.: *Redarguitur est insuper, quod Episcopatus et Abbatis, et etiam Gardas vacantes immisericorditer depauperat, contra juramentum suum.* Huc spectant, quæ habet Concilium Lambethense ann. 1261. cap. *De Custodia Cathedralium Ecclesiarum et Conventualium.*

¶ GARDIATOR, Qui decedente Episcopo a Rege mittebatur, ut colligeret redditus ac proventus temporalitatis Episcopatus, qui de jure ad Regem pertinent, idem qui *Regaliator* et *Custos regalium* dicitur in *Regalia* 2. Statutum Philippi Pulchri Reg. Franc. ann. 1302. tom. 1. Ordin. pag. 359: *Volamusque quod custodes seu Gardiatores regalium predictarum et Ecclesiarum vacantium... compellantur ex nunc summarie et de plano, ad restituenda que resarcienda damna et gravamina que eos fecisse constitit.* Aliud Philippi VI. ann. 1338. ibid. tom. 2. pag. 124: *Item. Edicto perpetuo prohibemus, ne amodo Gardiatores ecclesiarum, aut commissarii a nobis, vel senescalli nostris deputati, penuncellos vel gardias ponant, nisi in rebus de quibus Ecclesiæ fuerunt in possessione pacifica vel quasi.* Vide in *Viccedominas*.

¶ GARDA MONETARUM, Qui monetæ eudendæ præfectus est, Gall. *Garde de la monnoie*. Charta ann. 1340. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 416. col. 2: *Fiant et fieri debeant per Gardam Dalphinalem ipsarum monetarum deliberationes secundum remedia in qualibet predictarum monetarum ordinata... Quibus Gardis etiam dictus dom. Dalphinus statuit et concessit de jure suo, pro qualibet marcha quæ cudetur, unum obolum, sic ut ipse Gardæ tam magistri quam subrogati ab eisdem magistris Gardis ipsarum monetarum... tres obolos habeant.* *Garda major* et *magistri monetarum*, in Litteris Clementis VI. PP. ann. 1345. ibid. pag. 516. col. 2. Vide *Custodes Monetæ* in *Custos* 4.

¶ GARDERIUS, Gardier vulgo, Idem apud Dalphinates qui *Gastaldus* Longobardis. Vide in hac voce. Charta ann. 1305. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 21. col. 2: *Ludovicus de Villariis primæ Lugdunensis*

*Ecclesiæ Archiepiscopus... creat et ordinat illustres viros dom. Johannem Dalphini Comitem Vapincensem, et dom. Guidonem ejus fratrem, et quemlibet eorum in solidam, custodes et Garderios domus fortis de Bechevellyn et totius ejusdem domus mandamenti... volens... quod... ut Garderii et custodes ejusdem... redditus et obventiones, etc. qui vel quæ ad dictam domum fortem spectant et pertinent... per se vel per alium percipiant et habeant ex causa Garderiæ prædictæ.* Litteræ ejusd. ann. 1307. ibid. tom. 2. pag. 136. col. 1: *Constituimus illustrem virum carissimum consanguineum nostrum D. Guidonem Dalphini Garderium nostrum in villa et civitate Lugdunensi, et in ejus pertinentiis universis, et sibi dare promittimus singulis annis nomine et ex causa salarii annui mille libras Viennensis monetæ, et eidem solvere quandiu officium Garderiæ exercebit.* Vide *Chorier* Hist. Dalph. tom. 2. pag. 216. et *Valbonnais* tom. 1. ejusd. Hist. pag. 7.

¶ GARDERIA, Garderii officium. Vide in *Gardierius*.

¶ GARDIATOR, Lugduni appellabatur *Custos*, seu *Missus* regius, qui iis juribus quæ ad Regem spectabant servandis invigilabat. Plura de eo scripserunt in Hist. Lugdun. *de Rubys*, *Paradinus* et *Mencesterius*, quos consule, si placet.

¶ GARDIATA, Custos, defensor. *Arestum* Parlamenti ann. 1394. apud Menester. Hist. Lugdun. pag. 74: *Nisi per nos qui Gardiata eorum sumus, vel ad dictam gardiam per nos deputatam occurrerit, etc.*

WARDA, Custodia oppidorum, vel castellorum, ad quam tenentur incolæ et *Tenentes*. [Item, Tributum quod ab iis pensatur, ut ab hac servitute immunes sint.] *Garde lige*, in Consuetud. Andegavensi art. 174. ubi *Chopinus*. *Monasticum* Anglic. tom. 2. pag. 812: *Sunt quieti de telonio et pontagio, etc. et hydagio et Wardis, et operibus castellorum, etc.* Pag. 16. 17: *Et sint liberi a... placitis, querelis, et Warda, et warpan, etc.* Vide *Wardpeni*.

WARDAGIUM, Eadem notione. Idem *Monasticum* tom. 1. pag. 372: *Sed sint quieti in civitatibus, burgis, foris, et nundinis per totam Angliam de quolibet telonio, tallagio, passagio, pedagio, lastagio, hydagio, Wardagio, et omnibus geldis, etc.*

¶ GARDAGIUM, Pari intellectu. Charta ann. 1213. ex Tabul. Majoris Monast.: *Ego Aelidis Ducissa Britannicæ et Comitissa Richemondicæ confirmavi abbati et monachis Majoris Monasterii quidquid habent in villa de Lamballia, nihil mihi retinens, exceptis octo libris mihi per manus prioris in Quadragesima Domini, de Gardagio annuatim solvendis, et quod homines dicti prioris ibunt in exercitu meo et calvachia cum aliis hominibus meis de Lamballia.*

GARDIA, Præstatio pro tutela, [quæ et pecunia et rebus aliis suo consumendis pensabatur. Charta ann. 1000. ex Tabul. S. Victoris Massil.: *Et ipsi dederunt omnia quæ in ea terra sunt, quomodo sunt vineæ, decimum, Gardia, obediuntum, etc.* Charta Godefridi Episc. Lingon. inter Instr. tom. 4. Gall. Christ. novæ edit. col. 179: *Gardia autem et justitia, et quidquid præter usum molendi reddiderint molendini*



*proprie monachorum erunt.* Inventar. Chartar. Reg. ann. 1482. fol. viii. v. v. : *Littera Alfonsi filii Regis Francie Comitis Pictavensis et Tholosæ per quam dat abbati et conventui Majoris Monasterii Gardiam et omne quod habebat in dicta abbazia ex dono Johannis Comitis Blesensis. De anno 1255.]* Charta ann. 1217. apud Gardiellum in Episcopis Magalon. pag. 228 : *Et generaliter omnes Gardias, et usaticas, quæ habebat nomine et occasione dictarum Gardiarum, etc.* Vide Commendaria et Salvamentum 1.

¶ **GARDA**, Eodem intellectu. Charta ann. 1229. apud Stephanot. tom. 3. Antiquit. Bened. Pictav. MSS. pag. 807 : *Recognovit.. se nihil juris vel consuetudinis habere in dicta villa de Ferraboet, nisi quatuor sextarios avenæ annuos tantum de Garda.* Charta ann. 1309. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 86. col. 2 : *Item habet dominus in parochia de Loco Dei et apud Locum Dei in omnibus et singulis habitatoribus dicti loci Gardam, quæ Garda levatur in hunc modum; videlicet de quolibet hospitio habente carrucam, levatur unum sextarium avenæ; in hospitio habente duos boves vel tres, levatur tantum una hemina avenæ; in hospitio non habente carrucam neque boves, levatur tantum unum quartale avenæ. Alia ann. 1407. ibid. pag. 87. col. 2 : Quæ Gardæ sunt talis nature, quod quando persona debens Gardam dom. nostro Dalphino moritur, vel recedit à dicta castellaniam nullis hereditibus relictiis, dicta Garda moritur et est expirata; cum dicta Garda proprie debetur pro persona et domicilio suo.* Charta ann. 1426 : *Petrus Jossadi recognoscit se esse hominem ligium, quitum, justiciabilem, burgensem et subditum domini Ducis Borbonii ad causam castris sui Villenovæ absque aliqua Garda seu tributo in persona ejusdem contentis.* Piper, cera et aurum pro Gardis, in Comput. Grasivod. ann. 1337. Adde Tabul. Aurel. in Lemovic. Charta ann. 1260. ex Chartul. Campan. fol. 389. col. 2 : *Nostre taille de la saint Reme chacun an que nos avons acoutumé à faire pour la raison de la Garde que li diz Rois a an nos hommes et an nostre eglise chacun an.*

¶ **GUARDIA**, Pari significatione. Charta ann. 1253 : *Promittentes.... quod Guardias seu commandarias nullas recipiamus.* Charta ann. 1298 : *Promisit solvere... tascam, decimam, Guardiam et civitatem de blado quod ex eisdem terris contigerit provenire.*

¶ **WARDA**, Eodem sensu. Charta ann. 1227. apud Kennett. in Antiquit. Ambrosd. pag. 203 : *Faciemus eidem Radulpho vel hæredibus suis competens escambium in Wardis et escheatis ad valentiam prædicti manerii.* Charta ann. 1360. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 503 : *Liberis consuetudinibus, Wardis, maritagis, etc.*

**GARDARI**, Qui gardas faciunt. Statuta Delphinalia pag. 40 : *Item voluit ipse Do. Dalphinus quietas esse, et quietavit pariter et remisit gardas quascunque, et Gardarios facientes dictas gardas, quas et quos habet in castris, villis, seu mandamentis Baronum et Banneretorum quorumlibet dicti D. Delphini, a decem annis citra receptis, etc.* [Gardarii, tom. 2. Hist. Dalph. pag. 588.]

¶ **GARDERII**, Qui sub alicujus Garda seu protectione sunt, atque eam ob rem præstationi, quæ Garda dicitur, obnoxii. Charta ann. 1334. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 249. col. 1 : *Quod ipse dom. Dalphinus emendaret aut emendari faceret dicto dom. Regi et regnicolis, ac Garderis regis plurima damna et gravamina illata eis... Habita informatione eidem dom. Regi et gentibus ac Garderis suis faciet emendan aut fieri faciet.* Alia ann. 1342. ibid. pag. 439. col. 2 : *Tuebitur et deffendet a quibuscumque personis, tanquam si essent sui proprii homines, et Garderii speciales.* Alia ann. 1343. ibid. pag. 481. col. 1 : *Necnon et Garderios quos habet de præsentis ipse dom. Dalphinus et in futurum habebit ipse et successores sui prædicti servare, custodire et deffendere teneantur contra omnes personas. Gardoiens, in Charta ann. 1256. apud D. Brussel de Usu feud. tom. 2. pag. 1017 : *Et si est à savoir que si aucuns de mes homes, ou de mes fihex, ou de mes Gardoiens venoient pour demorer en la comuneté dou Nuef-Chastel, etc.**

\* **Gardiens**, eadem acceptione, in Charta ann. 1398. ex Cod. reg. 5186. fol. 61. v. : *Item que nostre sire le conte (de Savoye) ne prendra, ne recevra par soy, ses gens, ne officiers quelconques, les hommes et subgetz desdits nombles (nobles) en garde ou à Gardiers, saulvegarde ou bourgoigie, sans la volenté ou exprès consentement desdits nombles.*

¶ **GUARDIA**, Gromaticis dicuntur quatuor silices ad metas appositi, qui metam esse ostendunt; aliis *Testis termini* nuncupantur. Vide in hac voce. Eodem nomine interdum appellatur quidquid id officii præstat. Charta ann. 990. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 144 : *Gurpisco etiam atque dimitto villare Berbeiano qui terminat in loco qui vocatur Archas, ... aliudque terminum infrontrat in petra quæ est in via super portellum de Coteanicis et terminatur in Guardia Judaica.* Charta ann. 1019. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *Ab Oriente terminatur usque ad montes majores, a Septentrione usque ad pojoles quos vocant Guardias, etc.*

¶ **GUARDATOR**, **GUARDIATOR**, **Satelles**. Bartholomæi Scribæ Annal. Genuens. ad ann. 1230. apud Murator. tom. 6. col. 461 : *Et quum milites dom. Spini, et octo nobiles, et Guardatores vellent ipsos malefactores de domo, in qua erant, extrahere, et ad supplicium ducere, mulieres cæperunt projicere lapides et impellere Guardatores.* Ibidem col. 524 : *Item quod haberet secum unum judicem et duos scribas ad salariam communis, et Guardatores seu executores duodecim, et servientes sive clientes cum armis 50. Statuta Castris Redaldi lib. 3. fol. 47 : *Item statutum est quod omnes homines videntes vel audientes cridare camparios seu Guardatores, teneantur currere ad prædictum rumorem, et dare auxilium et favorem campariis vel Guardatoribus capienti malefactores.* Statuta Genuens. lib. 1. cap. 3. fol. 21 : *Si vero nuncius communis, sive Guardiator reum præsentem in Janua vel districtu quaesierit, etc.**

¶ **GARDAGIUM**, Custodia. Officium et Gardagium porcorum, in Charta ann. 1360.

ex Memoriali D. Camcræ Comput. Paris. pag. 57. v.º.

**GUARDATORES**, Gall. *Wardeurs*, et *Eswardeurs*, in urbe Metensi existisse olim, observat Meurissius in Præfatione ad Histor. Episcoporum Metensium pag. 19. Sed quale fuerit eorum munus, ignorare se profitetur.

Id facile doceremus ex Litteris Caroli V. Reg. Franc. ann. 1370. pro restauratione Communiæ Tornaccensis, tom. 5. Ordinat. pag. 374. et seqq. si ex unius civitatis institutis ad alterius cognoscendos usus legitima foret argumentatio. Ut ut est, hæc annotanda existimo ex laudatis Litteris : *Chacun an à certain jour, les chiefs d'ostel heritez de ladictie ville (de Tournay)... à son de cloche, ... assemblez ... esliront trente pseudommes, appelez les Eswardeurs... lesqueulx trente... eslirront vint Jurez, ... desqueulz vint, ils esliront deux Prevostz, ... et leur seront faire sairement solennel en la main du Maire des Eswardeurs... lesdiz trente Eswardeurs esliront quatorze pseudommes, bourgeois, herité et nez de la ville pour estre Eschevins... Les Jurez et Eschevins et les Eswardeurs, donront les offices de la ville... Seront lesdiz Eswardeurs tenuz de venir et assembler en la halle, avecques les Prevostz, Jurez et Eschevins, touz les Mardis, au son de la cloche, pour avoir ensemble avis et conseil des choses et besoingnes touchans le corps de la ville; et ce qui par l'accord des trois concistoires, sera ordonné pour le prouffit et utilité de la ville, vaudra et tendra; et se les Prevostz et Jurez pour aucune chose, mandoient lesdiz Eswardeurs à venir à leur hale plus souvant, et en autres journées, ils seront tenuz de venir à leurs mandemens, et que aucune des choses contenues en cest article, ne puissent passer ne estre valables, se il n'y a pas assenz d'accort, onze Jurez, seize Eswardeurs et huit Eschevins du mains... Que aucuns de ceulx qui auront été Eswardeurs une année, ne puissent estre Eswardeur l'autre année ensuivant... Que les Eswardeurs n'aient aucune congnoissance de cause pardevant eulx; fors tant seulement de eslire et creer les Prevostz, Jurez et Eschevins, comme dit est cy-dessus; excepté que se aucuns des Jurez ou Eschevins se meffaisoient contre bien de justice, ou pechoient en leurs offices faisant, que ou lieu de celui ou de ceulx qui se meffairoient, il puissent remettre, et instituer un autre ou plusieurs, et iceulx meffaisans oster et destituer de leur offices... Que lesdiz Prevostz, Jurez, Eswardeurs et Eschevins, ou les trois concistoires seront d'accort, puissent faire toutes manieres de Ordonnances, et ycelle rappeler, muer, accroistre et diminuer en tout ou en partie si comme bon leur semblera; pour le prouffit de la paix, la tranquillité et le bien du commun peuple de la ville de Tournay. Li vero potissimum ita nuncupantur qui ex quolibet artificio electi, rebus quæ venum exponuntur inspiciendis, præfecti sunt, Inspectores, Gall. *Egards*. *Regardeurs*, in Litteris Caroli V. ann. 1372. ibid. pag. 682. art. 20 : *Le Maire doit mettre Regardeurs sur les bouchers et poissonniers, qui jurent et rap-**



portent se il font choses qui ne soit bien à pouinct. Vide in *Probus*.

\* Quod apte confirmat Charta ann. 1298. ex Chartul. Montis S. Mart. : *Per apprehensionem inspectorem villæ S. Quintini, qui Gallicæ nominantur les Eswardeurs de le ville, etc Les Wardes sur les mestiers*, in Ch. Phil. ducis Burg. ann. 1447. ex Tabul. Audomar. Vide supra in *Regardus*.

WARDE in urbe Londinensi, et aliquot aliis Angliæ oppidis, dicuntur urbis regiones, quæ pro numero Majoris et 24. Aldermannorum, 25. constitutæ sunt, præter wardam Burgi Southwarci, singulorumque custodiis singulæ distributæ, unde nomen. Vide Will. Thorn. ann. 1394. et pag. 2019.

† WARDAGIUM. Vide in *Warda*.

WARDARFIDA. Vide *Cadarsfreda*.

\* WARDECOCIUM, ut *Wardecosia*, Vestis seu tunica superior, quæ pectus constringit et custodit. Stat. provinc. ann. 1310. tom. 2. Hist. Trevir. Ioan. Nic. ab *Honthein* pag. 77. col. 1 : *Item prædictis personis (clericis) Wardecocia seu tunicas superiores, nimis breves aut strictas penitus interdiximus. Warhotium et Warhotium*, apud Ant. Matth. Syllog. Epistol. pag. 529.

WARDECORNE, Obligatio tenentis ad faciendam wardam cum cornu, de qua actum in voce *Cornagium*. Monastic. Anglic. tom. 1. pag. 976 : *Et sint quieti... de thesauro ducendo, et wardepeny, Wardecorne, Averpeny, Hundredpeny, etc.*

\* WARDECORSUM, Eadem notione qua *Wardecocium*. Stat. synod. eccl. Atrabat. cap. 1. ex Cod. reg. 1610 : *Ad sanctam synodum honeste veniant, prælati videlicet regulares in eorum vestimentis regulibus; seculares vero supertunicalibus et Wardecorsis induti*. Vide supra *Gardecorsium* et *Wardecocium*.

\*\* WARKORS. Testam. ann. 1332. in Guden. Syll. pag. 632 : *Lego Alheidi... meum Warkors mixti coloris non furatum. Item lego et ordino Katherine... aliam tunicam meam dicto Warkors attinentem.*

\*\* WARKOCUS. Testam. ann. 1330. apud Guden. Cod. Diplom. tom. 2. pag. 344 : *Lego meliores vestes meas, Warkocum et tunicam blaviam.*

† WARDECOSIA, Pars vestis quæ pectus constringit, idem quod *Gardecorsium*; unde legendum videtur *Wardacorsia*. Statuta Eccl. Leod. ann. 1360. tom. 2. Monument. sacræ Antiquit. pag. 452 : *Circa vero brachia usque ad cubitum et non ultra saltem notabiliter notis, seu botonibus nodatis, seu botonatis utantur, vel cum illis incedant, nec munitas quicumque circa Wardecociam deferat*. Inquesta ann. 1278. ex Schedis Præs. de *Mazaugues* : *Requisitus que pignora abstulerunt eis, dixit quod tres capes, ... et tres Gardecorsus.*

WARDEMOTUS, Wardarum Conventus, seu Curia : vox Saxonica confecta, ex ward custodia, et mot e, Conventus, Curia. Charta Henrici I. Regis Angl. pro Londoniensibus post Caput 2. Legum ejusdem Henrici : *Et terras suas, et Wardemotum* [\*al. *Vadimonia*] *et debita civibus meis habere faciam infra civitatem, et extra.*

† WARDEPENI. Vide *Wardpeni*.

† WARDEROBARIUS, Qui vestiario seu

*Garderoba* præest. Chron. Johan. Whet-hamstedii pag. 442 : *Jussit etiam (Rex) ut de avisamento sani sapidique concilii, wardentum conciperet sufficiens, directum suo Warderobario ad providendum de panno aureo magis precioso, vocato vulgariter Crimesyne thisswe*. Infra : *Garderobarius*. Vide *Garderoba* 1.

WARDEWITE, seu WARDWITE, ut est in Monastico Anglic. tom. 2. pag. 387. Multa ob custodias neglectas, a Saxon. ward, custodia, et wite, multa. Præterea in *Fleta* lib. 1. cap. 47. § 16. definitur *quietantia misericordie in casu, quo non invenit hominem ad wardam faciendam in castro, vel alibi* : *Rastallo, quietum esse de denariis dandis pro wardis faciendis.*

† WARDFEGH, vel WARDFEOH, Pretium wardæ, seu pecunia persoluta, ut quis ab onere wardarum sit immunis; Saxon. feoh, pecunia, nummus. Charta apud Th. *Blount* in *Nomolex*. Anglic. : *Reddendo inde annuatim ad festum S. Michaelis mihi et heredibus meis unum denarium pro omni servitio, herietto, relevio, warda, regali servitio, Wardfegh et pro omnimoda secta curiæ meæ et heredum meorum*. Vide *Wardpeni*.

WARDREVE. Vide *Leges Willelmi* Notii vernaculas cap. 32. [\*28. In Lat. : *Gwardereve, id est prepositus custodum.*]

WARDPENI, WARDEPENI, WARPENI, Denarii Vitecomiti, vel aliis Castellanis persolvi soliti, ob castrorum wardas seu custodias. Pen y autem Sax. denarius. Monast. Angl. tom. 2. pag. 14 : *Liberi sine omni scotto et geldo, et placitis et querelis, et warda, et Wardpani et boreghalpani*. Ita pag. 16. 17. etc. Et Charta ann. 1330. laudata a *Spelmano* : *Ric. Burre tenet unum mesnagium, ... et reddit inde per annum 3. sol. 4. den. ad prædictos 4. terminos, et ad festum S. Martini 2. Wardpens*. Idem Monasticum pag. 827 : *Et sint insuper liberi scotto, et Wardepeny et burghalpenny, etc.* [\*Vide *Warda*. Notit. ann. 17. Edward. II. reg. Angl. Essex. rot. 4. in *Abbrev. Rotul.* tom. 1. pag. 282 : *Tenuit manerium de Danseye... de nobis per servicium reddendi ad Wardam castri nostri Dovoriensis per quaslibet 20. septimanas 5. solidos, etc.* Alia ejusd. ann. Warr. rot. 7. ibid. pag. 283 : *Tenuit quædam tenementa... per servicium reddendi inde per annum etc. unum obolum, qui dicitur Warthe pro omni servitio etc.* Vide *Warth* et *Wartepain*.]

WARPENI. [Vocabul. Anglic. ex Tabul. Beccensi : *Warpeny, estre quitte de tallage pur wardæ.*] Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 622 : *Cum omnibus consuetudinibus, libertatibus, et quietationibus de Warpeni et nupeni, in bosco et plano, in pratis, et in pasturis, et in terris, etc.* Adde tom. 2. pag. 134.

† WARPENIG, in Charta Willelmi Reg. Angl. apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 176.

† WARPENT. Charta Henrici I. Reg. Angl. pro Monast. S. Catharinæ Rotomag. in *Regesto Norman.* sign. P. in *Camera Comput. Paris.* : *Quietas, liberat et solutas... de murdris, et de Warpent, et scutagio, et gildis, etc.*

† WARTPENY, in Charta Bertrandi Verdon. apud Th. *Blount* in *Nomolex*. Anglic. :

*Retinui vero mihi et hæredibus meis Wartpeny et peterspeny de prædicta terra.*

WARDWITE, Vide in *Wardewite*.

† WAREGIUM, perperam, ni fallor, pro *Wardagium*. Vide in *Warda*. Charta Johannis Regis Angl. inter *Privilegia Ordinis S. Johannis Hierosol.* pag. 5 : *Hominibus sui liberi sint et quieti de omnibus querelis et placitis, et de... pontagio, vinagio, et Wareagio, et de omni caragio, etc.*

† WAREC, WARECH. Vide in *Wreckum*.

† WARECTA, WARECTATIO, etc. Vide mox in *Warectum*.

WARECTUM, Terra novalis, seu requieta, quia alternis annis requiescit, sic dicta, inquit *Edw. Cokus*, quasi vere novo victum, vel subactum : *Gueret*, in *Consuet. Pictav.* art. 104. et *Menetoviensi* super *Carum* art. 8. aliis *Gachere*. *Fleta* lib. 2. cap. 72. § 4 : *Ut terræ sint triperitæ, tunc novies 20. acre faciunt carucatum, eo quod 60. in hyeme, 60. in Quadragesima, et 60. in æstate pro Warecto debent exarari*. Adde § 5. Et cap. 76. § 4 : *Nec in Warectum debent mitti fimi, quia per rebinuram fere subvertentur, et sic ante tempus seminis multum consumerentur*. [Monast. Anglic. tom. 2. pag. 253 : *In Warectis, in brueriis, in boscis, in mariscis, etc.* Charta apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 134 : *Abbas et conventus integre percipient dictos decem croppos de terra arabili et cheveses quas receperunt ad Warectum*. Vide *Garachium*.]

† WARECTA, Eodem significato. Charta ann. 1363. apud *Kennet*. Antiquit. *Ambrosd.* pag. 495 : *Dicunt quod in communi pastura, sicut in bosco et in campis ad Warectam possunt sustentari XVI. vaccæ et unus taurus cum boviculis*.

† WARETUM, in Charta. apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 130 : *Receperunt... terram Werefeldi in bono Wareto, ita reddendam in fine prædicti termini*. Vide *Wareschetum*. [\**Warettum*, in *Not.* ann. 10. Edward. I. reg. Angl. *Linc. rot.* 9. in *Abbrev. Rotul.* tom. 1. pag. 41.]

\* Unde *Estre en Waret*, dicitur ager, qui requiescit, vulgo *Qui est en jachere*. *Lit. remiss.* ann. 1472. in *Reg.* 195. *Charthoph.* reg. ch. 701 : *Les snplians vindrent sur un piece de terre... estant en Waret, afin de la cultiver*.

† WARETABILIS, Proscissio aptus. Charta ann. 1281. apud *Kennet*. Antiquit. *Ambrosd.* pag. 297 : *Fieri fecit quoddam inhoc in campo Waretabili utriusque Ernicoe*.

† WARECTATIO, Proscissio agri, in Charta ann. 1399. ibid. pag. 539 : *Tam post blada vineta, quam tempore Warectationis omni anno*. Vide *Gascha*. Qua anni tempestate fiat hæc agrorum proscissio, docet *Fleta* loco mox laudando in *Warectare*.

WARECTARE, WARETARE, *Gallis Gachere*, vel *Mener à gachere*. *Fleta* lib. 2. cap. 73. § 10 : *Mense Aprili, tempore videlicet, quo omnia aperiantur, Warectandi erit tempus idoneum et amœnum, cum terra fregerit post carrucam; rebinandi vero post festum Nat. S. Joan. Bapt. cum terra pullaverit post carrucam*. *Vetus Charta* apud *Somerum* in *Tractatu de Gavelkind* pag. 17 : *Item sunt 50. juga: quodlibet arabitunam dimidiam acram ad seven frumenti, et seminabit, et*



herciabit, et unam acram ad seinen hordei, et herciabit, et unam virgatum ad avenam, et herciabit, et Warectabit dimidium acram ad ordeum, et nihil recipient, et vocatur istud opus Gavelert. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 525 : Et Rogerius de Almereio 25. acras anouoque anno ad seminandum in Blechesdona, et totidem ad Warectandum. Charta Guillelmi Episcopi London. in Historia Abbatie S. Audoeni Rotomag. : Ducentas et viginti unam acras Warettatas, de quibus 51. acrae et dimidia fuerunt rebinatae. [Charta ann. 1292. apud Kennett. Antiquit. Ambrosd. pag. 320 : Item uno die Warectabant terram domini prout decet ad unum diem cum carucis suis.]

¶ **WARATARE**, in Tabul. SS. Trinit. Cadom. fol. 48. v<sup>o</sup> : Lewinus pro una virgata debet operari quaque die hebdomadae sine sabbato cum uno homine, et in aestate Waratat 2. acras.

¶ **WARENDARE**. Vide in *Warantus*.

¶ **WARENGANGI**, **WAREGUANGI**, **ADVENÆ**, in Gloss. Qui non morantur in loco, seu, qui continuo huc et illuc discurrunt : ex Germanico *Waren*, et *Gang*, incessus, gressus ; ut quidam volunt. Sed potius videtur a *Vargis*, de quibus supra egimus, vocem deductam. Rotharis Rex in Edicto [\*\* cap. 390. in Lombard. lib. 3.] tit. 15 : Omnes Warengangi, qui de exteris finibus in regni nostri finibus advenerint, seque sab scuto potestatis nostrae subdidierint, legibus nostris Longobardorum vivere debeant, nisi legem aliam a pietate nostra meruerint. [Gargangi editum apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 48. col. 1.] [\*\* *Warengang*, Herold. tit. 111.] Capitulare Radelchisi Principis Benevent. cap. 12 : De Warengangis, nobilibus, medicis et rusticis hominibus, qui usque nunc in terra vestra fugiti sunt, habeatis eos. [Warengangi, apud laudatum Murator. tom. 2. pag. 261. col. 1.] [\*\* Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 396.]

¶ **GARANGANGI**, Pari intellectu, in Gloss. ad Constitut. utriusque Siciliae lib. 1. tit. 62. pag. 84. edit. Gabr. Sarayna : Gavgangi, advenæ qui de exteris finibus in regni finibus advenerint.

¶ **WARENGUS**, Eadem notione. Capitulare 3. anno 813. cap. 8 : Si quis Warengum occiderit, solidos 600. in dominico componat.

¶ **WARENNA**, **WARENNA**, generaliter est Vivarium cuniculorum, seu leporum, quæ animalium species vulgo *Feræ de Warenna* dicuntur, ut et perdoes et phasianus inter aves, quas *Francos piscium* vocat vetus Consuetudo Normanniæ cap. 10. Quidam etiam feris adiungunt capreolos. Charta Anglica ann. 13. Edw. III : Videtur tamen Justitiariis hic et Consilio Dom. Regis, quod capreoli sunt bestie de Warenna, et non de foresta, eo quod fugant alias bestias de warenna. [\*\* *Canes predicti Willelmi non carrent ad aliquam bestiam de Warrenna, immo ad quendam danum, qui non est bestia de Warrenna, etc.* in Abbrev. Placit. pag. 214. anno 16. Edward. I. reg. Angl. Hertf. rot. 35.] Vita S. Baboleni Abbatis : Rex ergo Clodovæus virtute divina motus, regali more decrevit scripto atque sigillo, eandem, quam nuperrime incipiebant, Ecclesiam, cum omni Warenna, quam Matronæ girat fluvius, ab

ingressu fossarum predicti castelli veteris, ab aqua in aquam irrefragabiliter ab omni inquietudine cunctorum malorum perpetuo manere liberam atque securam. [Garenne à toutes bestes et oyseaulx, in Litteris ann. 1324. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 5. pag. 380. *Varenne*, in Litteris ann. 1268. ex Chartul. Monast. de Escurcio.]

¶ **GARENNA**, Eadem notione. Charta E. Abbatissæ Paraclyti ann. 1233. ex Chartul. Campan. fol. 393. col. 1 : Et sciendum quod idem Comes retinet in illis lxx. arpenta nemoris, totam justiciam et Garenniam suam.

¶ **LIBERA WARENNA**, Potestatem significat vel charta Regia, vel præscriptione obtenta venandi cuniculos aut lepores, vel etiam aucupandi phasianos et perdoes intra limites feudi sui, Cowello, Rastallo, et aliis Practicis Anglis. *Watsio libera warenna*, est libertas, immunitas, privilegium a Rege, Charta sua concessum, uti has et illas, aut avium, aut ferarum species, aut etiam pisces in hoc vel illo domini sui loco habeat, et solus fruatur, ita ut nulli alii licebit in illis agris, sive warenna, illa animalia venari aut capere. [Charta Johannis Reg. Franc. ann. 1361. ex Tabul. Carnot. : Item Garena seu venatio ad quascumque feras in boscis et nemoribus predictis et nonnullis aliis vicinis.] Matth. Paris ann. 1232 : Item de libertatibus, quas habuit tunc temporis in forestis, Warennis, Comitibus, et aliis locis, qualiter custodite sint, vel alienate. Idem anno 1247 : Licentiam venandi in libera Warenna S. Albani, etc. Et anno 1248 : Cum enim quibusdam eorum specialiter venatio judicialiter sub pœna decem librarum denegaretur, videbatur aliis non nominatis plena debere gaudere licentia leporum venandi in Warenna memorata. Charta Edw. III. Reg. : Quod ipsi et eorum successores habeant liberam Warennam in omnibus dominicis terris suis, ... dum tamen terræ ille non sint infra chacias aut Warennas nostras, ita quod nullus intret terras illas ad fugandum in eis, vel ad aliquid capiendum, quod ad Warennam pertineat, sine licentia et voluntate ipsorum, etc. Charta Edw. IV. Regis in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 507 : Quod ipse et successores sui habeant liberam Warennam in omnibus dominicis terris suis de Staynfeld, etc. [Vide *Garrana*.]

¶ **WARENNA AQUARUM**, Vivarium piscium. Nam et in libera warenna, non modo feræ, sed et pisces continentur, ut ex *Watsio* observatur. Utriusque meminit Consuetudo Perticensis art. 39. posterioris, Tabularium S. Bertini ann. 1186 : De interclusionibus meatuum aquarum ejusdem Ecclesie, quæ valgo *Warven* dicuntur, de quibus 42. sneas anguillarum annuatim persolvebant.

¶ *Warenna* vocem a Saxon, *werian*, vel Germanica, *walven*, custodire, defendere vulgo deducit viri docti; quod feræ in warennis sint defensæ, id est, earum venatio cæteris interdicta, præterquam domino.

¶ Hinc *Warenna* idem quod silva defensa, in qua nempe venari, nisi domino, non licet. Charta ann. 1355. ex Chartul. 21. Corb. fol. 324 : *Lequel bos noas disons estre Warenne...* Noas disiesmes estre en saisine de cachier ou faire cachier oudit bos

toutefoys, qu'il nous plaisoit et que le dit bos n'estoit mie Garenne quant à nous. Vide *Defensa* 3.

¶ **WARENTIA**, Rubia. Vide *Garantia* 1.

¶ **WARENTIS**, **WARENTISARE**, **WARENTISATIO**, **WARENTUM**. Vide in *Warantus*.

¶ **WARESCAPIUM**. Vide *Waterscapum*.

¶ **WARESCHETUM**, *Waretschetum*. Vide ibi.

\* **WARESCUM**, Jus, quod dominis feudalibus competeat in rebus per maris æstum ad littus ejectis. Charta Joan. regin. Castel. et comitis. Pontiv. ann. 1257. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 303 : *Damus Ferrando primogenito et hæredi nostro Noeltam super Samnam...* et quicquid ibi habebamus.... in salinis, in sale, in *Waresco*, seu *laganno*. Vide *Wreckam* et *Laganum*.

¶ **WARETALIS**, **WARETARE**. Vide *Warectum*.

¶ **WARFUS**, **WARPHUS**, Ripa, crepido litoris, sinus aream habens contiguum navibus onerandis et exonerandis idoneam, Anglis *warfe*, in Charta Joannis Abbatis Monasterii S. Augustini Cantuariensis : *Piscarias, vias, chimina, Warphos, vacuos fundos, etc.*

¶ **WARGANEUS**. Vide *Vargi*.

¶ **WARGARIA**. Vide in *Waga*.

¶ **WARGENGUS**. Vide *Warengangi*.

¶ **WARGI**, **WARGI**. Vide in *Vargi*.

¶ **WARGILDA**. Vide in *Wera*.

\* **WARHOTIUM**, Vestis species. Vide supra *Wardecociam*.

\* **WARIA**, Pascuum commune, ut videtur, fossis circumcinctum. Bulla Alex. III. PP. ann. 1180. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 169 : *Octavam partem magni prati, quod est in guauria, et duas partes alterius prati in eadem Waria*. Vide supra *Walda* 2. et mox *Waschiam*.

¶ **WARINGA**, inter ea, quæ quotidie distribuuntur Canonicis Ecclesie Colonienensis, recensetur in Consuetud. MSS. ejusd. Eccl. : *Cuilibet canonico vivo sive mortuo datur equaliter Waringa. Si quis etiam canonicus eligatur in Episcopum, vel in Priorem Coloniensem, quem oportet vicarium habere, ipsi datur Waringa et non ejus vicario. Quatuor principalibus vicariis datur cuilibet ipsorum dimidia Waringa. Aliis omnibus vicariis nihil datur de Waringa. Fratres S. Margarete recipiunt de minori præbenda scholastici Waringam et unum denarium de quolibet convivio. Ibidem : Camerarius debet annuatim XIII. convivia in majori ecclesia et de quolibet convivio desunt XIII. d. quos supplet camerarius de Waringa. De Waringa domini Archiepiscopi recipiunt VIII. solidos : similiter de canonicis qui in Episcopos et sacerdotes promoventur.* [\*\* An *Meringa* ?]

¶ **WARISCAPIUM**. Vide *Waterscapum*.

\* **WARISCUM**, ut supra *Warescum*. Charta Conani ducis Brit. ex Bibl. S. Germ. Prat. : *Notum sit omnibus me dedisse.... Alano Rupho, meo militi, per servitio suo in expectatione sui, Wariscum.*

¶ **WARKOCUS**, **WARKORS**. Vide *Wardecorsum*.

\* **WARKOTIUM**, Vestis species. Vide supra *Wardecociam*.

¶ **WARNIAL**. Petrus de Dusburg in Chronico Prussie cap. 79 : *Iste dictus fuit Warnial, ab illo panno liæeo, dicto Warnial,*



quod instituit fratribus deferendum. Monet Editor appellari *Pannum Prutenorum* in Chron. Lat. sub Friderico scripto. [\* Forte *Wammael*, quod legitur in chart. ann. 1252. apud Lappen. Init. Hanseat. Probat. pag. 57: *Centenum pannorum, qui teutonice dicitur Wammael*. V. ibi notat. supra *Waddemole*.]

† **WARRIMENTUM**, Apparatus bellicus, Ital. *Guarnimento*. Rolandini Patav. Chron. Tarvis. apud Murator. tom. 8. col. 286: *Hic revertitur Ansedisius Potestas Paduæ in Padua, dimisso Warrimento in villa plebis*. Rursum col. 343: *Quibus duabus causis de facili sperat amodo suos contere ininicos. Itaque mense Augusti prædicto anno, Warrimentum paravit quammaximum, et amicos suos congregans universos, et singulos, et quoscumque movere potuit proximos et remotos*. Vide *Guarnimentum* in *Garnire*.

\* *Warrnesture*, pro Munitio, in Charta Joan. comit. Pontiv. vernacule reddita ann. 1184. ex Lib. albo domus' publ. Ab-bavil. fol. 4. rº: *En tele maniere adechertes que par dedens chez mettes nule Warrnesture porru estre fuite*. Ubi in authentico: *Nulla poterit fieri munitio*.

**WARRIO**. Vide *Warario*.

† **WARRISIO**, Præsidium militare, Gall. *Gurnison*. Adrianus de Veteribus de Reb. Leod. apud Marten. tom. 4. Ampl. Collect. col. 1280: *Combuserunt villas Brubantiae de banno de Hunnunto, tenentes Wurnisionem et custodiam in Montenaken*. Ibidem col. 1374: *Domnus proposuit quod ponerentur homines in Wurnisionibus, et quod dominus de Agimont non vellet aperire fortalitium suum, dicens quod bene custodiret*. Vide *Garnisio* in *Garnire*.

**WARRITUS**. Vide *Garnitus*.

† **WARNOH**. *Terre de Warnoth*, in Monastico Anglic. tom. 2. pag. 589. dicuntur apud Anglos Prædia obnoxia præstationi quæ duplicatur, quoties exacto solutionis tempore exigitur a domino prædii: hæc maxime circa Dubrim obtinuit. [\* Placit. ann. 33. Edward. I. Line. rot. 46. in Abbrev. Placit. pag. 255: *Vocatur illud servicium Warnoth, hac scilicet ratione, quod si redditus ille primo die terminum non solvitur, duplex in crastinum solvitur, et si in illo crastino non solvatur, tunc tercio die triplum solvitur; et sic de die in diem augmentabitur solutio illius redditus, quousque plene persolvatur*. Et dicit quod ipse eadem feoda, etc. tenet de honore castri Doveriæ, etc. Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 387.]

**WARPENI**. Vide *Wardpeni*.

† **WARPHUS**. Vide supra *Warfus*.

† **WARPIRE**, Possessionem rei alicujus dimittere. Judicium ann. 863. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 171: *Easdem res cum querela Warpivit, etc. Vide Guerpire*.

† **WARPISERE**, Eadem notione. Charta ann. 1067. ex Tabular. S. Victoris Massil.: *Ego Poncius dono et Warpisco ad donum S. Victoris omnes compras quas fecit Bernardus Delphinus frater meus*.

† **WARPITORIA**, **WARPITURIA**, **GUARPITORIA**, Charta qua quid *Warpitur*. Charta ann. 945. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 90: *Facta Guarpitoria ista in mense Aprilis, etc.* Alia ann. 1002. ibid.

col. 158: *Notitia Warpitoria qualiter tenetur adscripta*. Charta ann. circ. 1030. ex Tabul. S. Victoris Massil.: *Pro anime sue et parentum suorum redemptione hanc cartam Warpitorium fieri jussit*. Vide in *Guerpire*.

† **WARRANANNIO**, **WARRANIO**. Vide *Warario*.

**WARREN**, Vivarium. Vide *Warena*.

**WARSCOT**, Præstatio pro bello, ex *Ware*, bellum, guerra, et *Scot*, præstatio, conjectum. Leges Kanuti Regis de Forestis cap. 9: *Sint liberi... ab omnibus armorum oneribus, quod Warscot Angli dicunt*. Vide *Wardpeni*.

\* **WARTA**, Gall. *Warte*, Præstationis species, eadem forsàn quæ *Wurda*. Vide in hac voce. Charta Milon. de Marchais ann. 1210. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 122: *Gurbagium nostrum et vicecomitatum nostrum et omnes eschies, sicut erunt in blado et in denariis et la Warte, et agnum in die Maii, etc.* Vide *Wart*.

**WARTEDENIER**. Vide mox *Wartepain*.

**WARTEPAIN**, **WARTERPAIN**. Consuetudines Arkenenses ann. 1231. in Tabulario S. Bertini Audomarensis: *Denarios tumen de porcis, et Wartepain eis remittimus et quitamus*. Charta Mathildis Comitissæ Bononiæ ann. 1253. ibidem: *Videlicet theloneo, motonagio, corveis, denariis, quæ dicuntur Wartedenier, panibus, qui dicuntur Wartepain, fresengagio, ovis, eschanchiis, et aliis universis, ad Justitiam et Comitatum pertinentibus*. Ubi denarii, qui *Wartedenier* dicuntur, videntur iidem, qui in Chartis Anglicis appellantur *Wardepeni*, locis in hac voce allatis; nam *peny*, Saxonibus est denarius. Vide in hac voce.

**WARTH**. Charta Edwardi III. Regis in Monastico Angl. tom. 2. pag. 832: *Ab omnibus secularibus servitiis, et omnimodis curtis, sectis, adventibus ad visum franci plegii, exactionibus, querelis, et demandis universis quiete possidendis, exceptis Warth et scutagio quantum pertinet ad 5. virgatas terre, quas predicta Alicia dedit predictis fratribus in eadem villa*. Infra: *De tribus virgatis terre, que appellantur Libera hida, in Bereford, quietis de Warth et scutagio, et ab omni seculari servitio*. [A Saxon. *ward*, custodia. Vide *Warda*.]

† **WARTOLE**. Charta ann. 1028. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 396: *Qui etiam ex eadem silva singulis annis in Epiphania Domini ligna, que vulgo dicuntur Wartole, ad caminatum ubbatis deferent, vel etiam illos, quibus ipsi abbates pro misericordia concesserint*.

\* Legendum videtur *Wurcole*, et intelligendum de lignis, quæ in fascem collecta, ad collum cum fune portantur. Vide supra *Wercolenum*.

\* **WASCHIUM**, **WASKIUM**, Gall. *Waschie* et *Waskie*, Idem videtur quod supra *Waria*. Charta Oudardi milit. dom. de Oestl ann. 1232. ex Tabul. abbat. Hamensis: *Concessi etiam quod si fant alicubi in villa de Douchi Wauskire, quod hospites dicte ecclesie habeant suas aensias in Waskies, dum velint apponere adjumentum etustus, quantum ad illos pertinet, ad faciendum les Waskies*. Alia ann. 1147. in magno Chartul. nig. Corb. fol. 219. rº: *Comme descors fust entre nous... d'une voie et d'un Waschie,*

que nous clavons à avoir, etc. Ibid. *Waskie* et *Wasquie*. Vide *Wasshum* et in *Waterscapum*.

\* **WASHAYL**, vox Anglica. Testam. Joan. ducis Bedford. ann. 1429. ex Cod. reg. 9484. 2. fol. 597. vº: *Item à Jehan Barton nostre maître d'hostel un hanap d'argent, couvert et escript de Washayl*. Anglis *Wash*, lavare, purgare sonat; unde vas manibus lavandis aptum intelligi potest, Gall. *Aiguier*. Vide *Fesseil*.

\* **WASKIUM**. Vide supra *Wuschium*.

† **WASO**, Cespes. Vide *Wazo*.

\* **WASONNUS**, Cespes, Gall. *Guzon*. Charta ann. 1280. ex Chartul. S. Vinc. Laudun.: *Item justitiani caventes Wasonnos, et terram et petras capientes in treffundo suo*. Vide *Wazo*.

\* **WASPLEDRING**, Vim vocis exponit Charta Phil. comit. Fland. pro libert. castel. Brug. ex Cam. Comput. Insul.: *De Waspledring. Si homo ecclesie hominem liberum injecerit luto vel terre, emendabit ei sex libras*. Vide *Wapeldring*.

**WASSHUM**, Vadum, terra undis vel mari ubluta, ex Anglico *Wash*, lavo, abluo, etc. Henricus de Knyghton ann. 1346: *Et sic transierunt per unum Wasshum maris ad longitudinem unius leuce in vigilia S. Bartholomæi, et ex altera parte Washii, inimici fuerant parati ad prælium, etc.* Loquitur de Prælio Creciacensi, ubi Angli Somenam fluvium trajecerunt ad vadum, quod *Blanchetaque* vocant.

Neque alia notione accipienda videtur vox *Wasier* in Charta vernacla ann. 1282. tom. 1. Chartul. S. Vandreg. pag. 995: *Avon baillé et ottrouï à hommes religieus Monseignor l'Abbé et le Convent de S. Vandrille nostre Wasier que nos avon à Caudebec, si comme nostre mesure se porte en lonc et en lé de la rue jusques à Seigne*. Vide *Vuasilus*.

† **WASSO**, Cespes. Vide infra *Wazo*.

† **WASSORES**, pro *Vavassores*, in Litteris Philippi Aug. ann. 1221. tom. 5. Ordin. Reg. Fr. pag. 143.

† **WASTA**, **VASTATOR**. Vide in *Vustum*.

**WASTELLUS**, **WASTELLUS**, **GASTELLUS**, Panis delicatior, vel placentiæ species, nostris *Gasteau*. Ita forte dictus a Saxonico *witel*, tegulum, tegmen; est enim *wastellus*, panis in cinere tectus, coctus. Picardi etiamnum *Watel*, ejusmodi panes vocant, [ut et *Wastelier* qui eos conficit. Statutum pro pistoribus Atrebal. ann. 1355. inter Ordin. Reg. Franc. tom. 5. pag. 511. § 13: *Doivent cuire li fournir le journée de pain et de Wastieux paisiblement*. § 14: *Doivent li Wastelier qui font Wastiaux con dist razis, etc.* Infra § 15: *Wastilier*.] Monastico Anglic. tom. 1. pag. 149. *Habere debent Monachi singulos fiffuls de granario ad Wastellos*. Ibidem: *Et in eisdem festivitibus singulos fiffuls de frumento ad Wastellos de granario. Panis de Vastello*, in Fleta lib. 2. cap. 9. § 1. Vide *Wastellus*.

**WASTELLUM**, in Itinere Camerarii Scotici cap. 9. § 4. et alibi.

**GUASTELLUS**. Statuta Cluniacensia: *Duo Guastelli de granario et de meliori vino communis cellarii in cappa decenti coram eo afferri debet*.

**GASTELLUS**. Consuetudines Floriacensis



Monasterii : *Et pitanciam de optino vino a custode vini, et sero Gastellos habere debet.* Alibi : *Ad cœnam Gastellos et poma habere debemus.* Charta Communiæ Roiensis art. 39 : *Si quis Gastellos, vel flatones, vel hujusmodi, quæ villæ noceant, fecerit, Major potest prohibere, ne amplius fiant.* Ugutio : *Plaenta, Gall. Gastel.* Le Roman de Gaydon MS :

Ainsi li fend con feist un Gastel.

Philippus Mouskes in Hist. Francor. MS :

A forcè prist tour et castiel,  
Lor gens ni valu r. Gastiel.

† WASTINA, WASTUM. Vide in *Vustum.*

\* WATELLUS, Panis delicatior, vel plantentia species, Gall. *Gateau*, Stat. MSS. eccl. Tullens. fol. 61. v<sup>o</sup> : *Quarta collatio sit in cœna Domini,.... et loco hostiarum ministrantur cibi seu Watelli, quos oportebit aliquando cessare et redire ad hostias, ut antiquitus fiebat, quia propter aviditatem edendi dictos cibos seu Watellos, jam non sufficiunt nongenti aut mille.* Vide *Wastellus.*

† WATERGANGIA, ut mox *Watergangæ.* Locus est in *Inseteny.*

WATERGANGÆ, WATERGANGIA, Aquæductus et fossæ, per quas eliciuntur aquæ in palustribus regionibus. Flandris *Waterganck*, a *Water*, aqua, et *Ganc*, ductus, iter. Spelmannus a Saxonice vocabulis, quæ idem sonant, deducit. Ordinato Marisci de Romney facta tempore Henrici III. Reg. Angl. apud Spelmannum : *Non liceat alicui de cætero facere dammas vel fordas, aut alia impedimenta in aliquibus landeis, Watergangiis, fossatis, sive aquagiis communibus, in muriseo predicto.* Monasticum Angl. tom. 2. pag. 920 : *Mando vobis atque præcipio, quatenus justicietis meos homines de Snargate, ut faciunt wallas et Watergangas, et clausuras wallarum, sicut debent facere.*

\* Charta Guid. comit. Fland. ann. 1282. ex Chartul. Namurc. in Cam. Comput. Insul. fol. 5. r<sup>o</sup> : *Avons otroiet à nostre chiere et amée compaigne Ysubelle comtesse de Namur cent bonniers de nostre muer, gisans encostre nostre vile d'Ardenborgh, avoec un Watergang ki parni va, k'on clame Waterganç seigneur Jehan.*

† WATERGAVEL, Præstatio pro jure piscandi exsoluta; a *Water*, aqua, fluvius, et *Gavel*, tributum. Charta ann. 15. Henrici III. Reg. Angl. apud Th. Blount in Nomol. : *Sciatis nos dedisse... Huberto de Burgo Comiti Kantie et Margariæ uxori suæ redditum xxxii. sol. et iv. den. quem homines eorundem Huberti et Margariæ de manerio suo de Elmour nobis reddere solebant singulis annis per manum balivi nostri de Menstreworth, nomine Watergavel.*

\* WATERINGHE, Eodem intellectu ut *Watergangæ*, iisdem Flandris. Charta ann. 1331. ex Chartul. 2. Fland. in ead. Cam. ch. 584 : *Ceaux de la ville de Gand et leur adherlans... disoient que chil de Leet-polre et de Haut-polre, nulû excepté, doivent payer et contribuer avecques eaux tous cous; tous frés et tous despens que il feroient à les Wateringhes et dikages de leur Leet-polre.*

WATERSCAPUM, WARISCAPUM, WADRISCAPUM, WADISCAPUM, Aquagium,

aquæductus, ex Saxonico *waeterschap*, compositum ex *waeter*, aqua, et *schap*, ductus.

WATERSCAPUM. Vetus Charta Germanica ann. 793. apud Henschenium ad Vitam S. Ludgeri Episc. Mimigard. : *Cum Waterscapis, perviis, communiis, pascuis, etc.* Occurrit præterea apud Miræum in Donat. Belgic. cap. 61.

WADRISCAPUM. Charta Nevelongi Comit. apud Doubletum pag. 724 : *Perviis, Wadriscapis, (sic legendum pro Wadriscanis) terminis, elidiatis, etc.* Alia ann. 808. pro Monasterio S. Bertini apud Duchesium in Historia Guineusi, et Malbrancum lib. 5. de Morinis cap. 45 : *Hoc est mansa cum casa, castitiis, ædificiis, pratis, pascuis, terris, perviis, et Wadriscapiis.* [Occurrit præterea apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 127. Hinc emendanda Charta ann. 818. apud Meichelbec. tom. 2. Histor. Frising. pag. 208. ubi perperam divisio vobibus editum, *Wadris, capis.*]

\*\* WATRISCAPUD, in chart. Einhard. abbat. apud Teulet. in Oper. Einhard. tom. 2. pag. 428. ibique not. 2.

† WADRISCAPUM. Chron. S. Bertini apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 522 : *Super fluvium Isara terræ bunaria quinque cum amborum floco parnis et Wadriscanis, etc.* Perperam divisio in Formul. 18. et 20. Lindenbrogii, *Wadris, campis.*

WATRISCAPUM. Charta ann. 711. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 18 : *Cum Watriscapo, et aratoria terra, mobili cum immobili, etc.*

† WATRISCHAFUM et WATRISCAFUM, in Chartis ann. 709. et 710. ibidem col. 17.

† WADRISCAPUM. Charta ann. 722. ibid. col. 24 : *Hoc sunt sessi cum Wadriscapis, casis, campis, etc.*

WARESCAPUM, WARISCAPUM. Charta ann. 838. pro Sarciniensi in Leodicensi Episcopatu Abbatia, apud Miræum in Donat. Belg. lib. 2. cap. 10 : *Et mansas sex vestitas ad ipsam curtem consipientes vel pertinentes, cum perviis legitimis, Warescapis, pratis, pascuis, etc.* Testamentum Henrici III. Ducis Brabant. ann. 1260. apud eundem in Diplom. Belg. : *Cæterum quidquid deliquimus in Wariscapiis, wastinis, sive pascuis communibus terræ, etc.* Alia apud Ægidium Aureæ-vallis Monachum in Alexandro Episc. Leod. cap. 26 : *Dotavi eam de 4. mansis... et de cursu aque Mosæ a prima parte superioris insulæ... usque ad ultimam partem inferioris, quæ est contra Plumborum montem, et de Wariscapio utriusque ripæ.* [Chr. Corn. Zantfliet apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 183 : *Sed et Warescapia et pascua communia, vel loca publica sibi usurpabant. Werichas ou aisemens, Weriscaps et aisemens, in Charta vernacula ann. 1332. apud Louvrex in Collect. Edictorum, et Statutorum tractus Leod. pag. 481. unde patet voce Warescapium interdum significari loca publica quæ incolarum usibus permittuntur, idem proinde esse quod Aisantia, et Aisamentum alibi appellant.]*

† WARISCAPUM. Cum omni jure, *Waricapio, telonio, etc.* in Charta ann. 997. apud Knippenberg. Hist. Eccl. Geldria cap. 58.

WADRISCAPUM. Formulæ vett. Pithœi cap.

57 : *Super ipso magno posita seu et Wadiscapo, et inter terra et prato et silva bunnaria tanta, et muncipia tanta his nominibus il. et il. boves duas, vacca una cum vitulo, inter porcos et vervecas capita tanta, et scapio deintus casa valentes solidos tantos.* Vetus Charta apud Baldricum lib. 1. Chron. Camer. cap. 52 : *Terras cultas et incultas, pervia, Wadiscapia, prata, pascua, etc.* Alia apud Doubletum pag. 730 : *Aquis, aquarumve decursibus, Wadiscapis, exitibus, et regressibus, etc.* [Corrigenda itaque Charta Henrici V. Regis Angl. apud Rymer. tom. 10. pag. 236. ubi perperam editum *una discapo*, pro *Wadiscapo.*]

† WADISCAPUM, in Charta ann. 828. apud Meichelbec. tom. 2. Hist. Frising. pag. 273 : *Cum domo et curte, curtiferisque et Wadiscabis, et cum omni ædificio.*

WARESCHAIX. Consuetudo Montensis cap. 50. 51 : *Item que nul sans congé de ladite Seigneurie, ou de personne puissante, ne fache, ne empire le Wareschaix de ladite ville en ladite Seigneurie, sur 7. sols 6. deniers blancs de loix, et remettre celui Wareschaix en estat deu. Item que chæson depuis la my Mars jusques à donc, que les biens seront depouillez, soit tenu de reaclorre et fosser son heritage contre le Wareschaix sur 27. deniers blanc de loix.* Ibid. cap. 54 : *Item qui enelorront son heritage contre chemin ou Wareschaix, où il y auroit bonnes, etc.*

WATLING-STREAT. Vide *Erminstreat.*

WATSPENDA. Charta 86. inter Alemanicas Goldasti, et apud Vadianum pag. 91 : *Denique hanc eandem ecclesiam præbenda pueri unius de clastro nostro, et una Watspenda, et beneficio unius manus... dotavi.* Ubi *Watspenda* quibusdam dicitur vestimenta pensio, Monachis præstari solita ab Abbate. Nam apud Germanos *wat* vestem significat, et *watman* dicitur, qui pannos vendit. *Spenda* vero annonam significat.

† WATWRF. Vide in *Walaworf.*

† WAVASARIA, WAVASSORES. Vide *Vavassores.*

† WAUDA. Teloneum S. Vedasti : *Carethei de waisde 2. den. de warance 2. den.... de Wauda 5. sol.*

\* Nostris *Waude*, Annonæ seu glasti species. Charta ann. 1266. ex Chartul. S. Juliani Camerac. : *Quod in curtilibus non amasatis predictis, cum de blalo, vicia, pisis, fabis, waisdia, lenticulis, ordeo, succurione, Wauda seminabuntur, etc.* Vide supra *Waida* in *Guaidsiun.*

\* *Waudrée* nostri appellarunt, scopas seu linteum, quo furnus abstergitur. Lit. remiss. ann. 1390. in Reg. 140. Chartoph. reg. ch. 147 : *Laquelle Jehanne respondi que le Waudrée moquoit le foureon, et que s'elle estoit ribaude, aussi estoit laditte Benoitte.* Nunc dicimus eodem sensu, *La pelle se moque du fourgon.* Vide Cotgr. Diction. in hac voce.

\* WAULA, a Gallico *Gaule*, alias *Waule*, Virga. Comput. ann. 1370. ex Tabul. S. Petri Insul. : *Item pro harcellis et Waulis, xij. sol. Fland.* Alius ann. 1362. ibid. : *Item pro iij. de Wauls, pro cento iij. gros. valent xij. gross.* Lit. remiss. ann. 1423. in Reg. 172. Chartoph. reg. ch. 411 : *Icelui Jehan et sa mere sont alez par plusieurs et*



*diverses foiz ès bois, et en iceulx ont fait plusieurs botes de Waulle. Hinc diminut. Waulette, Virgula, in aliis Lit. ann. 1451. ex Reg. 184. ch. 154: Laquelle femme s'a-proucha près, et frapa le suppliant pur le visaige d'une Waulette, etc.*

**WAULASSUS.** Vetus Inquisitio apud Will. Dugdalum in Antiquitat. Warwicensis Provinciae pag. 665: *Et quotiescunque dominus ad venandum venerit, illi ciustumarii solebant fugare Waulassum, et stabulum in fugatione ferarum bestiarum secundum quantitatem tenuræ suæ, ut illi, qui tenuerunt integram virgatum terræ per 2. dies, et sic de aliis. Infra: Et solebant amercari similiter, si non venerint ad Waulassum, quoties dominus ad venandum venerit.* [Anglis *Wawl* est felinum clamorem edere, Gall. *Miauler*. Porro eo loci agi videtur de incondito clamore quem ad fugandas feras inter venandum ex servitio edere tenebantur vassalli.] [\* Forte Volutabrum, ab Angl. *to wallow*, Volutare, Sax. *wealwian*.]

¶ **WAW.** Mensuræ species. Vide *Wuga*.

¶ **WAWATUS.** Vide in *Wayf*.

¶ **WAXSCOT,** in Leg. Can. Eccl. cap. 12. Spelmanno est Tributum quod in ecclesiis pendebatur ad subministrationem cere et luminarium: ex *Wax*, cera, et *Scot*, symbolum. Idem quod *Ceragium*. Vide in hac voce.

**WAYA.** Monasticum Angl. tom. 3. pag. 50: *Nec non et sedem molendini cum pertinentiis super Wayam in dominio meo de Wynsfretone cum molutra ville.* Adde pag. 51. [*Way* Anglis viam sonat.]

¶ **WAYDIA,** Glastum, Angl. *Woud*, Picardis *Waide*. Pedagium Peronnæ in Chartul. 21. Corb. fol. 336: *Waide wurunée doit II. den.* Litteræ Edwardi III. ann. 1327. apud Rymer. tom. 4. pag. 327: *Gravem querelam dilecti mercatoris nostri Willelmi de Rydale, de quadam Waydia dicti Willelmi capta et detenta apud Ambianum.* Vide *Wesdia*.

**WAYERIA, WAERIA.** Fleta lib. 4. cap. 1. § 20: *Fit etiam disseisina de.... bercariu, vaccaria, Wayeria, augmentatione curtis, etc.* *Waeria*, lib. 4. cap. 20. § 6.

\* Vide supra *Vaeria*.

**WAYF, WEIF, WEYVIUM,** Res derelicta, et quæ a nemine repetitur, ut sua. Bromptonus lib. 1. cap. 10. § 10: *Dicuntur res in nullius bonis esse, quæ habitæ sunt pro derelicto:.... item de his, quæ pro Wayvio habentur, sicut de averiis, ubi non apparet dominus.* Lib. 3. tract. 2. cap. 11. § 5. et in Fleta lib. 1. cap. 27. § 13. definitur *Wayvium*, quod nullus advocat. Vetus Consuetudo Norman. cap. 19: *Choses Gaives sunt, qui ne sont appropriées à nul usage de home, et qui sont trouvées, que nul ne reclame siennes.* Adde Novam, art. 604. Editio Latina: *Waiva, sunt res, vel alia, quæ nullius proprietati attributa sine possessionis reclamatione sunt inventa.* Occurrit hæc vox in eadem Consuetud. art. 194. 597. et seq. *Res wayvæ*, in Charta Ludovici Regis Franc. et Navaræ anno 1315. pro Normannis, res derelicta. [*Choses Gayves*, ut redditur in eadem Charta vernacula tom. 1. Ordin. Reg. Fr. pag. 591. Charta ann. 1123. apud Kennett. Antiquit. Ambrosden.

pag. 186: *Ricognitum est a Militibus et liberis hominibus... quod ad nos spectat le Gwayf.* Ibidem ad ann. 1372: *Die XIX Martii seisisse fuerunt ibidem tamquam Weyf in manu Prioris.]* *Gaywon* in legibus Maris Oleronensib. art. 34. dicuntur; *Weife*, apud Britton. pag. 72. *Wefve*, præterea in Consuetud. Hannoniensi cap. 77. pro *viduitas* occurrit.

**WAYVIUM,** proprie, est pecus vagans, quod nullus petit, sequitur, vel advocat, ut est in Fleta lib. 1. cap. 43. § 2. Will. Thorn.: *Animalia, quæ dicuntur Weif, etc.* Leges Baronum Scoticorum cap. 48. § 14: *Est autem et alia escheta de animali invento Wayff, in territorio ulicujus domini.* Ubi Skeneus veritit, errans pecus. *Erraticum habere, quod vulgo dicitur Weredif*, (ubi legendum *Weif*) in Concilio Illebon. apud Ordericum Vitalem lib. 5. *Erroneum et errans animal*, in Lege Wisigoth. lib. 8. tit. 5. § 6. 7. 8. *Animal vagans*, in Lege Burgund. tit. 49. § 3. *Animal uberrans*, in Legibus forestarum Scoticar. cap. 19. § 1. Ita *asinus errans*, Exodi cap. 23. 4. Hinc emendandum Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 187: *Et omnia animalia adventientia fugitiva, Gallice Withe, etc.* Legendum enim *Weif*. Et pag. 103: *Una cum mineritis, Weyvis, tolloniis, et stallagis, etc.*

*Jus autem weyvii dicitur dominus feudi habere, cui pecora vaga inventa in suo feodo, et a nullo reclamata aut asserta competunt, in Fleta lib. 1. cap. 47. § 1. Quod interdum a Regibus concessum Monasteriis legitimum, ut apud Ingulfum pag. 875: Cum omni illo, quod appellatur socha, saca, tol, et them, infanthes, Weif, et stray, etc.*

*Wayvium* autem inter regia ponitur a Bromptono lib. 2. cap. 24. § 1. Dicitur vero esse cattallum personale et mobile, feloniam seu furto subductum, et a subducente metu captionis derelictum, cujus dominus non apparet; quapropter, si quid tale inveniat, Regi acquiritur, aut domino feudi, nisi proprietarius a fure per actionem, quam *Sectam* vocant, rem furatam repetat, eamque suam esse probet. Ita Willelm. Stanfordius lib. 3. Placitorum Coronæ cap. 25. Cowellus lib. 2. Institut. tit. 1. § 44. et Rastallus. Placita coram Johanne de Berewel, et sociis suis Justit. Itiner. apud Salop. in Octab. S. Michaël. 20. Edw. 1. rot. 29: *Ricardus filius Alani Comes Arundel, sommonitus fuit ud respondendum Dom. Regi de placito Quo warento clamat habere placita coronæ, et habere Wayf in manerio suo de Upton, et Comes dicit, quod ipse clamet habere infangete vef et Wayf, et eadem placita et libertates habuerunt ipse et omnes antecessores sui, et eisdem usi sunt, a tempore, quo non extat memoria, etc.... Et Hugo de Louther, qui sequitur pro D. Rege, dicit, quod Wayf est quoddam grossum de corona, ita, coronæ D. Regis annexum, quod nullus eo gaudere possit, nisi habeat inde speciale varantum a Domino Rege, vel antecessoribus suis concessum.*

**WAYVIARE,** Relinquere, pro derelicto habere: *Abandonner. Guesver l'heritage*, in Consuetud. Aurelian. artic. 121. 132. Bractonus lib. 2. cap. 7. § 4: *Peoffatus bene*

*poterit Wayviare feodum suum, cum hoc sit ad commodum sui feoffatoris, et ad proprium incommodum suum.* *Wayvare feodum*, apud eundem lib. 2. cap. 35. § 12. *Wayvare*, infra eod. § et in Fleta lib. 3. cap. 10. § 3. cap. 12. § 2. Idem Bractonus lib. 3. tract. 2. cap. 11. § 2. ait, *seminum utlagari non posse, quoniam non est sub Lege, i. inlaughe Anglice, scilicet in franco plegio, sive decenna, sicut musculus 12. annorum et ulterius; Wayviari tumen posse, et pro derelicta haberi, cum per feloniam aliqua fugam fecerit, sive ceperit.* In eo autem differt *Utlagatio a Wewvio*, quod si viri seu masculi *Utlagati* capiuntur, vel se reddiderint, eorum vita et mors sit in manu Regis, femina autem pro derelicta habeatur.

¶ **WAYVIARE,** Eodem intellectu, in Charta ann. 1509. apud Rymer. tom. 13. pag. 243: *Utlagata, Waviata, etc. Catallu Waviata et struuta*, in alia ibid. pag. 788. Hinc emendanda Charta ann. 1526. apud eundem tom. 14. pag. 165: *Nec non cattallu utlagatarum et Wawatarum et catalla qualiter cumque confiscata. Leg. Wayvatarum.*

**WEYVIARI,** etiam dicitur femina, quæ si in iudicium appellatur, non comparet; tum quippe pro derelicta habetur. Nam femina proprie utlagari non potest, quia in nullius Decena debet contineri, quo casu *Weyvium* utlagario equipollet quoad pœnam. *Utlagatus* et *Weyviata*, capita gerunt lupina, quæ ab omnibus impune poterunt amputari; merito enim sine Lege perire debent, qui secundum Legem vivere recusant. Hæc Fleta lib. 1. cap. 27. § 12. 13. Adde Rastallum verbo *Wuive*. [\* Vide Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 738.]

\* Hinc *Wauve femme* nuncupatur, Meretrix, quo sensu *Femme abandonnée* dicimus, in Charta ann. 1355. tom. 2. Hist. Leod. pag. 423: *Item que Wauves femmes soyent mises pour honnestete en ung certain lieu, ou en plusieurs ad ce convenables, si que plus ne voisent parmi la cité.* Vide supra *Vaivus*.

**WAYIA,** Genus ponderis apud Anglos, quibus 12. *Wayie* charrum conficiunt: et 2. *Wayie* lanæ faciunt unum *saccum* lanæ. Vide Fletam lib. 2. cap. 12. § 2. [Vide *Saccus* 2.]

¶ **WAYNSCOTS,** Tabulæ abiegnae quibus parietes vestiuntur, Germ. *Wandschotten*, a Teuton. *Wand*, paries, et *Schotten*, munire, vestire. Comput. ann. 1425. apud Kenett. Antiquit. Ambrosd. pag. 575: *Et in VI. estregbords, videlicet Waynsrots, emptis apud Steresbrugge II. sol. III. den.*

\* **WAYNUM,** Annonæ seu hordei species, nostris *Wain*. Stat. MSS. eccl. Tullens. fol. 56. rº: *Qui quidem (grenetarius) præstat juramentum distribuendi grana æqualiter de puro et mixto frumento, Wayno et siligine, hordeo et avena pura et mixta.* Charta ann. 1246. in Chartul. Arremar. ch. 271: *Duo sextaria bladi, quorum medietas esse debet ordei, et alia medietas de Wain.* Vide supra *Marceschü*.

¶ **WAYVIUM, WAYWARE.** Vide *Wayf*.

**WAZO,** Cespes, nostris *Gazon*; *Wuson*, in Consuetud. Hannoniensi cap. 69. et in Consuetud. Castell. Insulensis art. 45. Veteres Chartæ apud Ughellum tom. 3. pag. 49. 61. 415: *Legitimam facio vestituram per*



*cuttellum, festucam nodatam, wantonem, et Wazonem terræ, seu ramumarboris me ea inde foris expuli, et verpivi, et absesitum feci. Alia vide in v. Investitura. Jo. Molin. pag. 57 :*

Qu'ont emporté de ce mondaia Wuason David, Sanson, Perseus, Hercules, etc.

¶ **WASO, WASSO**, Eadem notione. Charta inter Probat. tom. 3. Gall. Christ. novæ edit. col. 330 : *Præfatam decimam vendidit et per ramum et Wasonem verpivit. Adde Acta SS. Bened. sæc. 5. pag. 769. Charta ann. 1107. apud Calmet. inter Probat. tom. 1. Hist. Lothar. col. 524 : Insuper per cuttellum, festucam nodatam, wantonem et Wassonem terræ, atque ramum arboris, jam dictæ ecclesiæ legitimam facio concessio-nem et investituram. On doit lui livrer terre et Wasson, in Statutis Lossens. part. 3. ejusd. Hist. pag. 14. Clorre de Wasons ie peciel, in Charta ann. 1340. ex Chartul. 23. Corb. [\*\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 1. col. 1063. voce Waso.]*

¶ **WEADINC.** Vide infra *Wehadinc.*

¶ **WEALH.** Vide in *Sixhindi.*

**WEALREAF**, Mortui tumulati exspoliatio. Leges Ethelredi Regis apud Venetyngum editæ cap. 21 : *Wealreaf, i. mortuum referre, est opus iudicis, si quis hoc negare velit, faciat cum 48. thaynis plane nobilibus.* Vox composita ex Saxon. wæl, i. strages, et reaf, spoliatio, exspoliatio, quasi dicitur, strati et extincti spoliatio, exspoliatio. Vide *Walawaupa.*

\* **WEARWITE**, Præstationis seu mulctæ species. Charta Eduardi reg. Angl. ann. 1044. in Suppl. ad Miræum pag. 13. col. 2 : *Concedo eis etiam in omnibus terris suis prænominatis, consuetudines hic Anglice scriptas, scilicet... Wearwite, etc.* Vide *Wita.*

¶ **WEDBREDRIPA**, Pactum seu conventio dominum inter et tenentem de falcandis pratis, metendis messibus, etc. Vide in *Bederipes.*

¶ **WEDDE**, Mulcta judicialis. Charta Wilbrandi Archiep. Magdeburg. ann. 1247. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 45 : *Quod dapifer duas partes satisfactionis iudicio debite, quod vulgariter Wedde dicitur, et in sententiam sanguinis Wergelt auferret eidem, etc.* [\*\* Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Wette*, col. 2089. Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 657.]

\* **WEDDINGUM**, Placiti sui assisæ genus. Charta Phil. comit. Fland. pro libert. castel. Brug. ex Cam. Comput. Insul. : *In anno erit semel unum gouding. In anno erunt duo weddinga. Belgis Wedding, sponsionem, pignus sonat. Vide Wehadinc.* [\*\* Forte a voce præcedente *Wedde*, mulcta, Consensus ad mulctas irrogandas. Vide Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 832.]

¶ **WEDE**, pro *Waisda*, Glastum. *Summarius de Wede 1. ob.* in Teloneo S. Bertini. Vide *Guaidsium.*

\* Unde *Wedelle*, pro Glasti semen. Lit. remiss. ann. 1386. in Reg. 130. Chartoph. reg. ch. 112 : *Iceulli Jehan dist audit Huart qu'il alast livrer Wedelle, ditte semence de Wede, qu'il avoit vendu.*

\* **WEDIA**, a Belgico *Wed*, Aquarium,

Gall. *Abbrevoir*. Comput. ann. 1475. ex Tabul. S. Petri Insul. : *Item Gerardo Duquesne pro una via supra Wediam, vj. solidos.... Johanni des Fontaines pro una via supra Wediam, iv. sol. Foue, eadem acceptio-nem, in Lit. remiss. ann. 1405. ex Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 205 : Comme une chambriere, appellée Jehannette, feust venue abuvrer un cheval au Woue ou gué, qui estoit devant l'ostel, etc.* A Lat. *Wadum* dictum videtur.

**WEDREDO.** Pactus Legis Salicæ tit. 76. § 1 : *Et qui admallatur, si eo venerit, tunc qui eum admallavit, si causa minor fuerit, aut minus, quam 35. solid. componatur, debet ibi sextus Wedredo jurare, etc.* Ubi Wendelinus : Compositum est a *Weder*, quod sonat, vicissim, contra, juxta, et *Ede*, quod est *jurandum*, ut sit reciprocum juramentum, etc. [\*\* Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 906.]

\* **WEEDT**, ut supra *Wede*. Charta ann. 1316. ex Cod. reg. 10197. 2. 2. fol. 82. rº : *Exceptis quatuor mensuris, videlicet mellis, salis et herbarum tincturarum, que Weedt et mede vocantur. Wnoed editum apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1422.*

**WEGALUGEN.** Capitula ad Legem Alamanorum. edita a Baluzio cap. 27 : *Si ancilla fuerit, 12. sol. componat, aut cum 12. mediis electos juret, de Wegalugen sex solidos solvat. Si litus fuerit, solvat solidos 4.*

¶ **WEGLOSE.** Charta Hermanni Herbi-pol. Episc. ann. 1334. ex Schedis Mabill. : *Mansum autem ipsum abbas vel procurator ecclesie instituendi vel destituendi liberam habeat potestatem, cum eo jure quod Weglose vocatur.* [\*\* Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Weglos*, col. 2047.]

**WEGORF, WEGORANT.** Vide *Oberos.*

¶ **WEGSTURA**, Tributum ab itinerantibus ad reparandas vias exsolutum, apud Germanos, ex *Weg*, via, et *Stura*, idem forte quod *Storium*, copia. Ita B. Rhenanus. lib. 2. Rer. Germ. pag. 171. Vide *Transitus.*

**WEHADINC.** Les Bajwar. tit. 11. cap. 5 : *Et si alia probatio nusquam inveniri dignoscitur, nec utriusque invasionem compensare voluerit, tunc spondeant invicem Wehadinc, quod dicitur, et in campiones non sortiantur; sed cui Deus dederit fortiam et victoriam, ad ipsius partem designata pars, ut queritur, pertinent.* Ubi Herold. *Weladinc.* Decretum Tassilonis de Legibus popularib. cap. 5 : *Depugna duorum, quod Weadinc vocatur, etc.* Loccenius lib. 2. Antiq. Suecicar. cap. 8. vocem hanc dedit a *Wehen, Weißen*, sacrare, vel consecrare, quod ejusmodi sponsio quasi sacra haberetur. Spelmannus vero *Wehadinc*, ait esse Saxonibus, pignoris depositionem vel prætionem, ex *wead*, *pignus*; ita ut fuerit quod nostri appellant *gagium duelli*, seu sponsio ineundi duelli, *le gage de bataille.* Vossius denique scribit, *Wehadinc* esse sacram sponsionem singularem cum aliquo certamine; ex *Weha*, vel *Weihe*, Belgis *Wie*, sacer, et *Ding*, sponsio, contractus. [Vide Schilteri Gloss. Teuton. pag. 224.] [\*\* Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 5. col. 183.]

\* **WEHRGELD**, Idem quod *Weregeldum*. Charta Cunradi archiep. Magdeburg. ann. 1226. apud Ludewig. tom. 12. Reliq. MSS.

pag. 321 : *Pro pœna majori, que Wehr-geldt appellatur, qui eam inciderit, sex talenta iudici exhibebit.*

¶ **WEIDTALA**, Vastatio, invasio, ac præsertim ea quæ in agris fit; *Wieden* Belgis est evellere. Vide *Tala 1.* et *Talare*. Consuetud. Furnenses ex Tabul. Audomar. : *Quicumque fur cum pronuntia captus fuerit debet in vierscara adduci, et ibi debet audire allegationes, id est tala et Weidtala per manum ipsius qui eum cepit et quatuor bonorum virorum.* [\*\* Vide *Tala 1.*]

¶ **WEIF, WEIFE.** Vide in *Wayf.*

**WEILREF.** Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 83 : *Qui rectum offerment occiderit, vel afflixerit in aliquo, emendet wytam, vel vulnus, vel denique sicut egerit, et quicquid adversus eam habeat, forisfaciat; et qui ad aliquem quoquo modo perimit, videat ne Weilref dominis (deest forte deperat); si quis mortuum resabit armis aut vestibus, etc.* [\*\* Vide *Wealreaf.*]

¶ **WEKKUM.** Charta Edwardi I. Reg. Angl. ann. 1283. apud Rymer. tom. 2. pag. 238 : *Concessimus Johanni de Britannia libertatem honoris Richemondie cum omnibus ad libertatem illam pertinentibus, ut in visu franciplegii, wayvis, Wekkis, et omnibus aliis libertatibus consimilibus.* Legendum videtur *Wrekis*. Vide *Wrekum.*

¶ **WELADINC.** Vide in *Wehadinc.*

¶ **WELRWST.** Vide in *Walaworf.*

**WEMMINGE.** Leges Henrici I. Regis Angliæ cap. 33 : *Injusto quoque iudicio contradici poterit Wemminge majori et sapientiori, præsertim si in redditione fuerit advocatum.* Adde cap. 64. 67. Somnerus in Glossario Anglo-Saxonico; *wem, wemme*, labes, macula, menda, vitium. Hinc autem *Wemminga*, alias *Wenunga* in Legibus Henrici I. id est causæ, vel sententiæ frustratio appellationis remedio; vel, si placet, vitii, erroris, falsitatis, et injustitiæ decreti, vel sententiæ per inferiorem iudicem in prima, ut vocant, instantia latæ, coram iudice superiori ostensio, et iudicii abrogatio. Vide *Falsarc iudicium.*

**WENDUS**, Procinctus. terræ amplior, plura juga in se continens, perambulatio, circuitus, a prisco Anglico *wend*, i. mcare, atque hoc a Saxonico *wenda n*, quod est vertere et convertere. Rentale Regalis manerii de *Wy* pag. 31 : *Tres sunt Wendi, videlicet Downewend, Chitoniswend, et Bronsforwend, et in quolibet Wendo sunt 10. juga; et sic in tribus Wendis sunt 30. juga, quorum 26. juga et dimidium sunt in Wy, etc.* Infra : *Quilibet Wendus faciet 10. averagia semper de tribus septimanis in tres, etc.*

\* **WENELACIA**, An idem quod supra *Wenela*, semita, via strictior? Charta Wil-lel. reg. Scot. in Chartul. eccl. Glasg. ex Cod. reg. 5540. fol. 76. rº : *De sic susum usque ad Wenelaciam Ricardi Cumini, et sic deinde susum etc.* Nisi idem sit quod *Venna 1.* Vide in hac voce.

¶ **WENERDON.** Charta apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 70 : *Dedit istam terram sicut de transmare super scapulas suas in sacco suo detulisset, ... sine censu et sine tributo, præter census Regis et Wenerdon.* Leg. fortassis *Werrerdon*, pro *Guer-rerdon*, merces, munus.

¶ **WEN-MENED**, Aremorica vox quæ



montem album sonat, ex Charta ann. 1137. in Tabul. Eccl. Nannet.

† WENUNGA. Vide *Wemminge*.

WEPOŃA, Anglis *Weapon*, idem quod *telum* apud Latinos, sonat. Vide Cowell. lib. 4. Institut. tit. 18. § 47.

† 1. WERA, Specula, ut videtur, *Guerite*. Litteræ Henrici VII. Reg. Angl. ann. 1509. apud Rymer. tom. 13. pag. 243 : *Pardonavimus... nobis forisfacta... contra formam seu effectum statutorum, actuum sive ordinationum, pro ripariis... Weris aut mothis factis, edificatis, etc.*

2. WERA, vox Saxonica, *were*, homo, præterea hominis, seu capitis æstimatio, voce *Gelt*, subintellecta, quæ *pretium* sonat. *Pretium nativitatis, seu Wera*, in Legibus Inæ Regis cap. 17. Canuti Regis, et Henrici I. Regum Angl. ut supra docuimus in voce *Pretium*. *Pretium redemptionis*, in Legibus Edw. Confessor. cap. 12. *Forisfactura* cap. 36. Quippe apud Saxones, et Anglos, quomodo etiam apud alias nationes Septentrionales, ut ex Legibus antiquis colligitur, forisfacta irrogata alicui puniebantur multa, pro hominis, cui facta fuerat, æstimatione, cum pro dignitate et nativitate cujusque vni esset æstimatio; nobilis enim, seu *Thaini*, æstimatio fuit 20. libr. *villani* centum solidorum, ut est in Legibus vernaculis Will. Nothi cap. 8. Ejusmodi hominum æstimationis mentio est apud Egbertum in Dialogo de Ecclesiastica Instit. pag. 103. in Legibus Inæ Regis cap. 73. edit. Lat. 69. edit. Saxon. et Henrici I. cap. 8. 11. 76. etc. de qua etiam egimus in voce *Hindenus*. Lege Henrici I. cap. 12 : *Ex iis placitis quedam emendantur centum solidis, quedam Wera, quedam Wita, quedam non possunt emenduri, etc.* Sed *Wera* adeo crebra est mentio in Legibus antiquis Anglorum, ut supervacaneum sit locos adducere.

PLENA WERA, Solida. Leges Henrici I. cap. 70 : *Si pregnans occidatur, et puer in ea vivat, uterque plena Wera reddatur*. Infra : *Si infans occidat vel occidatur, sive nomen habeat, sive non habeat, plena Wera conjectetur*.

DIMIDIA WERA, in Legibus ejusdem Henrici I. cap. 51. 70. 75. in Legibus Vernaculis Will. Nothi cap. 13. *demiwere*. *Wera duplex*, in Legibus Edw. Confess. cap. 35. *Dimidium Weregeldum*, in Speculo Saxonico lib. 3. art. 48. § 1. *Media recompensa*, in Wichbild Magdeburg. art. 17. § 6.

WERE FRACTIO. Leges Inæ Regis cap. 51 : *Omni homini liceat firmationem et Were fractionem negare, si possit et velit*. Ubi Somnerus emendat *were* fractionem affirmare ex Saxonica edit. Onsacon, *affirmare*. Præterea fractionem, pro fractionem reponit, ut *Wera factio*, sit *faide*, inimicitiarum scilicet propinquit mei susceptio pro ratione capitis æstimationis, nempe ut eatenus pro eo respondeam, et causam ejus præstem. Leges Inæ Regis apud Spelmannum : *Qui Werafractionis, id est, homicidii fuerit accusatus, etc.*

† WERDER, Silva cædua, Germanis. Litteræ Hermanni Episc. Monaster. apud Ludewig. tom. 2. Reliq. MSS. pag. 385 : *Forestum, quod vulgo Werder dicitur, præ-*

*fato molendino contiguum. Vide in Viride 1.*

† WEREDIF, pro *Weif*. Vide *Wayf*.

† WEREFACCIO. Vide in *Wera* 2.

WEREGELDUM, vel WEREGILDUM, idem quod *Wera*, *veræ*, seu pretii hominis solutio, id enim *geld* sonat; proinde idem quod *Wera*. Capitulare 3. ann. 813. cap. 6 : *Si quis Comes in suo Comitatu occisus fuerit, in tres Werigildos, sicut sua nativitas est, componere faciunt*. Adde cap. 7. Eginhardus Epist. 18 : *Duo servi de villa Hedabatho... Jugerunt ad limina BB. Christi Martyrum Marcellini et Petri, pro eo, quod frater eorum quandam socium suum occidisset; rogantes, ut eis liceat solvere illum Weregeldum pro fratre suo, et ut ei membrum perdonentur*. Charta Henrici Claudi Imp. apud Browerum lib. 3. Antiq. Fuldens. cap. 15 : *Si autem aliquis occiditur, vel vulneratur, auctor homicidii, vulneris, obtruncationis, Weregeldum illi Ecclesie, cujus homo est occisus vel truncatus, restituet*. Alia Henrici II. Imp. ann. 1023. in Chronico Laurishamensi : *Si autem ibi occiditur, omnes, qui hujus homicidii vel invasionis participes sunt, cute et capillis perditis supradicta combustionem sequentur; ac Weregeldum occisi domino suo auctor homicidii persolvat, et cum proximis ejusdem interfecti reconciliationem faciat*. Alia Henrici III. ann. 1056. apud Nicol. Zyllesium in S. Maximino : *Si aliquis ex familia interfecti persolvat, pretium illius, id est, Weregelt, si sine advocato acquiri poterit, totum Abbatis erit*. Donationes factæ Eccl. Salisb. cap. 13 : *Saxo quidam debuit unum Weregildum solvere ad Salzburg*. Ita usurpant Concilium Triburiense ann. 895. cap. 3. 4. Leges Inæ cap. 13. 17. (ubi *Weregildum dicitur natalis pretium*) 35. 36. 60. Henrici I. Regis Angl. cap. 70. 75. 76. 88. Speculum Saxonicum lib. 1. art. 8. § 4. art. 42. § 3. art. 65. § 4. lib. 2. art. 10. § 2. art. 16. § 6. lib. 3. art. 45. § 3. 7. 8. 9. 16. art. 48. § 1. Wichbild. Magdeb. art. 17. § 8. Burchardus Wormaciensis in Lege familiaræ, etc. [\*\* Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 650.]

WARGILDA, in Capitalis Caroli M. pro partibus Saxonie ann. 797. editis ab Holstenio cap. 4.

† WEREGELDUM, Charta ann. 1095. apud Calmet. tom. 1. Hist. Lothar. inter Probat. col. 501 : *Item approbaverunt, ut si quis de familia ecclesie occisus fuerit, si pretium ejus, quod Weregeldum vulgari locutione vocant, etc.*

WERGELT, in Regiam Majestat. lib. 3. cap. 19. [Acta Josephi III. Episc. Frising. apud Meichelbec. tom. 1. Hist. ejusd. Eccl. pag. 54 : *Et sciat se alienam invasisse et iudice terreno solvat, ut mos est, suum Wergelt*. Vide supra *Wede*.]

† WIRIGILDUM, in Charta Henrici III. Imper. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 434 : *Si ecclesie homo interfectus fuerit, et abbas aut villicus ejus ab homicida Wirigildum exigere poterit, totum sui juris erit*.

WIRGILDUM. Vetus Charta apud Catellum in Comitib. Tolosanis pag. 152 : *Et si quis hanc chartam donationis homo utriusque sexus voluerit infringere, componat tibi ipsi, qui hoc facere voluerit Virgildum, li-*

*bras mille auri in perpetuum*. Codex MS. quem vidi, præfert in vinculum.

† WUEIGILDUM. Conc. Berghanst. ann. 697. can. 9. apud Godefridum Hermant Clavis ecclesiast. discipl. pag. 448 : *Si quis servum suum ad altare manumiserit, liber esto et habilis sit ad gaudendum hereditate et Wuiegildo*.

WIDRIGILD. Papias : *Widrigilth, i. secundum quod appetiatus fuerit*. Decretio Childeberti Regis cap. 10 : *Suum Widrigildum omnino componat*. Decretum Ludovici II. Imp. quod exstat in Histor. Longob. Ignoti Casinensis, edita a Camillo Peregrino, et apud Baluzium in Capitularib. Regum Francor. tom. 2. col. 357 : *Quicumque dem obilibus Widrigild suum habere potest, pergat in hoste. Qui vero medium Widrigild habet, duo juncti in unum qualitatem instruant, ut bene ire possint*.

GUIDRIGILD, Eadem notione. Capitulare Arechisi Princ. Beneventani cap. 13. de viduis, quæ sub Monastica vitæ prætextu ad lasciviam prolabantur : *Si stupri crimine detectæ fuerint, componat Guidrigild suum in Palatium, Princeps videlicet ejusdem temporis cum ipso Guidrigild, rebusque propriis retradat eas in monasterium*. Postremis his vocibus aliunde etymon accersit Wendelinus : *Wedrigildum* enim dictum putat a Teutonico *Weder*, i. contra, vicissim, juxta, et *Gelt*, i. æstimatio, pecunia; ita ut *Wedregeldum* sit æstimatio, qua caput alicujus, vel res quæpiam taxetur. Sed videtur potius a *Weregildum* detortas arbitrari.

† QUIDRIGILD, semel et iterum in Legibus Ludovici Augusti apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 129. col. 1. et 2.

† *Weregeldum* et *Widrigildum* distinguit Eccardus in Notis ad Leg. Salicam pag. 97. illud hominis pretium significat, hoc quamlibet compositionem seu quodcumque, quo alia res compensatur. Recte quidem, si vocum originationes consulas : at in usu promiscue utramque vocem usurpata fuisse docent superius allata.

WEREGELTEF, seu WEREGELT-THEF, Fletæ lib. 1. cap. 47. § 13. *est latro, qui redimi potest; wera enim* (inquit) *idem est in Saxonis lingua, vel pretium vitæ hominis appetiaturum*. Quæ quidem ita interpretatur Somnerus, ut *latro, qui redimi potest*, sit is, cujus vita, pretio, pro capitis sui æstimationi ratione, persoluto redimatur, siquidem occultus latronici reus sit, secus autem si manifesti. At Bromptonus *Weregelt* ait esse, *solutionem latronis evasi, id est, (Gallicè) soute de larron eschappé*. Quam quidem interpretationem non video cur improbet idem Somnerus, cum definitioni ex Fleta non repugnet. Latronis enim, qui evaserat e carcere, pretium reddere tenebantur, qui ejus custodiam habebant, ut in voce *Escapium* observamus, proinde pretium illud fuerit *Weregelt-thef*, id est, *Weregeldum latronis*; est enim *thef*, latro. Quale autem in Scotia fuerit *Weregeldum*, seu æstimatio furis, habes in Regiam Majestatem lib. 3. cap. 19 : *De unoquoque fure per totam Scotiam est Wergelt 30. vaccæ una juvenca, sive fuerit liber homo, sive servus*.

WERELADA, ad verbum, *Lex weræ*;



quo loco *Lex* idem valet quod *purgatio*. Est igitur *Werelada*, purgatio per tot sacramentales, quot requirit hominis sese a crimine purgantis pretium vel æstimatio, seu dignitas. Quippe pro modo cujusque æstimationis sacramentalium numerus exigebatur. Qui pluris enim æstimabatur, majori compurgatorum numero sese expurgabat, quam qui minoris censebatur. Unde in Legibus Henrici I. cap. 64. *Thayni et Presbyteri de quacunque compellatione capituli vel communi plane jurare dicuntur, congruo numero consecrationalium, et qualitate partium suorum retenta. Quia Thayni jusjurandum contra valet jusjurandum sex villarorum.* Ita in Speculo Saxonicæ lib. 1. art. 8. § 3: *Testimonium preconis vice stat duorum, ubi testimonium septem viro- rum agatur, id est, ubi septem testibus probanda venit causa.* Eadem Leges Henrici cap. 12: *Homicidium vera solvatur, vel Wereladu negetur.* Cap. 64: *Si quis de homicidio accusatur, et idem se purgare velit secundum natale suum, perneget, quæ est Werelada.* Cap. 75: *Et si placitum in accusatione sit, Werelada sicut ipse dominus natus est, abnegabit.* Cap. 66: *Si quis ministrum altaris occidat, ulaga sit erga Deum et homines, nisi digna satisfactione pœniteat, et parentibus illius juste componat, vel Werelada perneget, etc.* Cap. 74: *Si parentes eorum purgare velint eos, qui injuste vel sine judicio fuerint occisi, liceat eis secundum Legem pristinam Werelada pernegare. Si ad 4. libras natus sit, cum 18. ex patre sint, ex matre 4. Si ad 16. libras, cum sexdecim. Si bene juraverint, atrium ei quaerat, qui occidit, et emendet ei per omnia, etc.* Adde cap. 75. 88. 92. Eodem sensu secundum *weram suam negare* habent Leges Inæ Regis cap. 17: *Qui herethaynus, i. est conduens exercitus fuerit accusatus, weregildo, i. natalis sui pretio redimat, vel secundum weram suam neget.*

† **WERENDARE**, Defendere. Vide in *Warantus*.

† **WERETHENA**, Minister, a Saxon. *were*, homo, et *tenian*, minister: idem qui *Thainus*. Vide in hac voce. Hist. MS. Monast. Beccensis pag. 242: *Dederunt Beccensi cœnobio unum tornatorem in foresta de Conchis et pasnugium de dominicis porcis et unam fabricam apud Perrariam, et apud Achigneum unum burghensem, ... et in Anglia magnam Werethenam.*

**WERETOFF**. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 669: *Et sint quieti de warpeny, et averpeny, de hundredpeny, et theugdpeny, de Weretoff, et de omnibus quæ contingunt facienda per Angliam.* [Th. Blount in *Nomolex.* est accipere pretium hominis occisi, a Saxon. fortassis *were*, homo, et *tofon*, capere, accipere.]

† **WERGELDUM** **WERGELT**, etc. Vide *Weregeldum*.

**WERHADES**, in Legibus Edmundi Regis cap. 1. Virilis sexus, ex Saxon. *were*, homo, vir, et *Had*, ordo, sexus, genus, persona: ut *wifhades*, ibid. muliebris sexus, ex *wif*, femina, mulier.

† **WERILADA**, ut *Werelada*. Vide ibi.

\* **WERINA**, Agnominatio, a Germanico *Wehren*, ut notant docti Editores ad vit. S. Verenæ tom. 1. Sept. pag. 169. col. 1:

*Unde contigit, ut cives loci illius eam Werinam vocitarent, quia omnia, quæ ab ea fideliter postulabantur, sine dubio impetrantur.*

† **WERK-GAVEL**. Vide supra *Gavelwerck*.

† **WERLAMSTREAT**. Vide *Erminstreat*,

† **WERLUDE** dicti homines qui frumentum exigebant a mansionariis silvæ Vele, nomine abbatum Indensis et Brunwillarensis, ad quos hæc silva pertinebat. Hæc post Martenium in Glossario ad calcem tom. 9. Ampl. Collect. Charta Piligrini Colon. Archiep. ann. 1028. tom. 1. ejusd. Collect. col. 394: *Nullus autem extraneorum in ea aliquid sibi, quasi pro justitia, usurpandi licentiam habeat, præter illos tantum, quos prædicti abbates in illam silvam pro solvendo sibi frumento consignaverint, qui vulgo dicuntur Werlude, in ea tamen conditione, ut si ipsi homines aliquid contrarii admiserint liceat ipsis abbatibus eos inde expellere, et alios quos voluerint pro eis admittere.* Eadem occurrunt in Diplomate Henrici III. Imper. apud Tolner. Hist. Palat. inter Instr. pag. 27.

† **WERPIRE**, Abdicare. Vide in *Guerpire*.

† **WERPLANDIUM**, Terra derelicta, vel inculca, a Saxon. *wupan*, deserere, et *land*, terra. Charta Balduini Flandr. Comit. ann. 1197. apud Miræum tom. 2. pag. 1321. col. 1: *Quingue mensuras, partim dunarum, partim Werplandii mei apud Greveninga ad retia desiccandu.*

**WERRA**, **WERRARE**, **WERRIRE**, **WERRINUS**. Vide supra in *Guerra*.

\* **WERRA**, Litigium, controversia. Tradit. Diessens. ad ann. 1210. apud Oefelium tom. 2. Script. rer. Boicar. pag. 685. col. 1: *Litigium sive Werra, quæ fuit intra canonicos Diezzensis ecclesie et milites quosdam, etc.* Vide in *Guerra*.

\* **WERRARE**, **WERRIARE**, *Werram* seu bellum inferre, facere. Vide supra in *Guerra*.

**WERVAGIUM**, **WHARVAGIUM**. Charta Henrici III. Regl. Angl. in Monastico Anglic. tom. 1. psg. 550: *Cum saka et sokna, tol et theam, et infangenethef, et cum omnibus aliis consuetudinibus, legibus, et libertatibus suis, et Wervagio suo bislande et bistrande, et sint quieti de placitis et querelis, etc.* Alia Henrici V. Reg. ibidem pag. 976: *Quietam de omnimodo panagio, passagio, lestagio, ... chiminagio, unkeragio, Wharwagio, et tallagio, etc.* [Legendum fortassis *Wionagium*. Vide in *Guida*.]

\* **WERVELA** **VACCA**, Recens taurum passa. Charta Ludov. comit. ann. 1331. in Chartul. 2. Fland. ch. 573. ex Cam. Comput. Insul.: *Item le tierce part d'une Wervele vache, pour lequel tierch on paie quarante deniers.*

\* **WERVUM**. Charta Guid. comit. Fland. ann. 1269. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 219: *Wiginti solidos annui census... super duas partes mensuræ juxta Wervum suum.* Forte pro *Wernum*, alnetum. Vide supra *Vernetum*.

† **WESDIA**, Glastum, Picardis *Waide*. Polyptychus Fiscam. ann. 1235: *De ecclesia S. Petri de Vauvrei est abbas patronus, et percipit quatuor partes garbarum Wesdie. De ecclesia S. Stephani est simi-*

*liter patronus, et percipit quatuor partes garbarum bladi et Wesdiarum.* Vide *Waydia*.

† **WESDUM**, Eadem notione. *Super decimis Wesdorum in terris bladiferis crescentium responsurus*, in Hist. MS. Monast. Beccensis pag. 384. Vide *Vesdum*.

**WESFELDINGI**, Normannorum populi sic dicti, ex ea forte Daniæ regione, quam *Wewstarfoldam* nuncupant. Annales Francor. ann. 813. Chronicon Ademari Cabanensis ann. 843: *Nannetis civitas a Wesfeldingis capitur.* Chronica alia habent *Wesfeldingis*. Vide tom. 2. Biblioth. Labbei pag. 291. 324.

† **WESTECROFT**. Vide infra *Wetecroft*.

† **WESTLEED**, Decimarum species in Flandria. Vide supra *Oestleed*.

† **WESTOC**, Quinquaginta veteribus Francis. Locus est in *Chunna*.

**WESTRUM**. Vetus Scriptor: *In tantum igitur diebus illis religio illa exerevit, ut illi de Cistercio forent omnium Monachorum exercitium, studiosorum speculum, desiderium Westrum.* Legendum *Oestrum*, stimulus, aculeus.

**WESTSAXENELEGA**. Vide *Lex Westsaxonum*.

† **WESTUA**. Charta Edwardi II. Reg. Angl. ann. 1316. apud Rymer. tom. 3. pag. 550: *Et quod in consuetudine, quæ vocatur Westua, recipienda, pro qua vacca, vel quinque solidi solvantur, sit in electione ballivorum nostrorum vaccam quam tenentes optulerint, vel quinque solidos recipere.* Vide in *Vestire* 1.

† **WETECROFT**. Monast. Anglic. tom. 2. pag. 40: *Habebit mensuram unam, scilicet Wetecroft, cum orto, ubi possit manere, etc.* Leg. forte *Westecroft*, quo ager ad occidentem positus significatur. Angl. *West*, Occidens, et *Croft*, ager, *clausum*.

\* **WETHERNWISTBOOTH**, Mulcta illius, qui ad cædem alterius præsens fuit. Leges Danicæ apud Ludewig. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 167: *Item de Wethernwistbooth, qui morti alicujus interfuerit, solvat hereditibus interfecti sex naevas et regites marcas.*

**WEYCZ**, Loca uda, separata, sagenisque apta, in Legibus Hungaricis, apud Sambucum, et Albertum Molharum.

**WEYF**, **WEXYUM**. Vide *Wayf*.

† **WEZISTEIN**, *Coscotis*, in Glossis ad calcem Collect. Canonum ex Bibliot. DD. *Chawelin* regionum sigillorum Custodis. Vide *Coscez*. [\* *Cos*, *cotis*. Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 6. col. 689.]

† **WHARFA**, Littus ubi mercæ vaneunt et permutantur, a Saxon. *hwyrfe*n, permutare, in Leg. Ethelredi Reg. cap. 4. Spelman.

**WHARVAGIUM**. Vide *Wervagium*.

**WHASSUM**. Vide *Wasshum*.

\* **WHITEVUEYE**. Charta Joan. I. reg. Angl. ann. 1199. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 402: *Usque ad viam, quæ dicitur Alba via, et Angliæ Whitevueye.*

† **WIARE**, Eodem sensu atque *Wirpire*, dimittere possessionem rei alicujus. Vide *Guerpire*. Charta Hugonis Episc. Autiss. nan. 1148. ex Tabul. S. Germani Autiss.: *Quædam etiam terra erat apud Linerolias quam idem ipse Iterius calumpniabatur.*



Hanc quoque B. Germano sicut Milo maior ejusdem villæ prius Wiaverat, ac postmodum Petrus ejus filius in perpetuum guerpivit.

¶ **WIBORAT**, Germanis, Consilium mulierum, a *Weib*, mulier, et *Rath*, consilium. Hartmannus in Vita S. Wiboradæ sæc. 5. Bened. pag. 44 : *Wiborat Teutonice lingua prolatum, si Latini sermonis translatione mutetur, consilium mulierum sonat.*

**WIC**. Lex Bajwar. tit. 21. § 6 : *Si vero de minutis silvis de Wic, vel quæcunque kaneio vegetum reciderit, etc.* Tiliæ editio : *Si vero de minutis silvis, de luco, vel quæcunque kaher vegetum reciderit.* Ubi Lindenbrogius de luco esse interpretationem τὸν *Wic* ait, et *Wic* Germanis esse silvam, unde *Wigreve*, forestarius, ἄστροφύλαξ. [Vide *Wicha*.] [\* *Wic* est lat. Vicus. Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 1. col. 721. *Wigerefa* vel *Burh-gerefa* est Oppidi præfectus. Vide Haltaus. Glossar. Germ. col. 2112.]

**Wic**, Fluminis ostium Stationibus significare docet Rhenanus, vel Stationem securam, ut Hadrianus Junius, vel denique Castellum.

¶ **WICHA**, Silva, ut videtur, idem quod *Wic*. Charta apud Th. Blount in Nomolex Anglic. : *Ego Isabella Comitissa Penbr. pro salute anime mee.... dedi Deo et abbatihæ de Nutteleg. totam Wicham juxta predictam abbatiam, etc.* Hinc

¶ **WICHARIA**, **WICHARISCA**, f. Servitii genus quod præstant vassalli in silva dominica. Codex censualis Irminonis Abbat. Sangerm. fol. 85. vº : *Carropera quantum ei jubetur, pullos III. ova xv. arat ad hibernaticum perticas IIII. ad tramesum II. ad tertium annum Wicharia.* Ibid. pag. 46 : *Faciant curvadas quantumcunque necesse fuerit, et quando non arant, faciunt tres dies manopera; et faciunt omni anno inter totas tres decanias carrum I. ad Wichariscam, si eis injungitur.* [\* Br. 16. sect. 3. et Br. 9. sect. 9. Guerardo Vecturæ genus. German. *Wicca* est Vicia. Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 1. col. 727.]

**WICHBILD**, ita appellatur jus civitatis Magdeburgensis, cujus compilatorem esse aiunt *Burchardum Mangefeldium*, qui vixit sub Ottone IV. Imperatore, Duce Saxonie Brunswicensi, Comiteque Pictaviensi; sic autem appellatur, quasi jus municipale, in Vocabulario Juris Saxonici, *Weichbild*, etc. Vide Goldastum in prolegomenis ad idem *Wichbild*, Joannem Gryphiandrum in Commentario de *Wichbildis* Saxonici cap. 72. Hermannum Conringium de Origine Juris Germanici, Joan. Winkelmannum in Notitia Saxo-Westphalica, etc. [\* Haltaus. Glossar. German. col. 2051. sqq. supra *Bauleuca*, *Burgbunus*.]

**WICHENCREF**, in Legibus Kanuti Regis cap. 27. edit. Saxon. 5. vox Saxon. *wiccan-craft*, Ars venefica, a *wicca*, Anglis *Witch*, saga, venefica, et *craft*, Angl. *Craft*, ars.

**WICHTERTHILA**. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 24 : *Nemo de cessione nemoris inoperati jure cogitur respondere per Wichterthilam, nisi domino suo, vel ca-*

*ptus in eo.* [Infra ex iisdem Legibus cap. 23. *Withercila*. Vide ibi.]

¶ **WICLEFISTE**, Hæretici qui Johannem Wiclefum natione Anglum patrem agnoscunt, cujus notissimos errores damnavit Concilium Constantiense. Consule ejusdem Concilii Historiam auctore *Lenfant*.

\* 1. **WIDA**, pro *Guida*, Præstatio, quæ domino exsolvitur pro securo transitu, vel mercium exportatione, per terram illius. Dipl. Frider. I. imper. ann. 1164. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 220 : *Concedimus.... mercatum supra Roccam de Metula in secundo Sabbato uniuscujusque mensis, et Widam stratzæ a ponte Cornelii usque Glozam, et si ultra juste habere poterit.* Aliud ejusd. imper. pro civit. Ferrar. eod. ann. ibid. col. 257 : *Concessimus et confirmavimus, ut de cetero habeant... dimidium ripæ, dimidium quoque fori S. Martini, Widas et tansas omnes a flumine Tartari usque ad mare, etc.* Vide in *Guida*,

\* 2. **WIDA**, Germanis *Weide*, Salix. Gloss. Ratisbon. sæculo IX. conscriptæ : *Salix, Wida.*

¶ **WIDECOQS**. Vide supra *Videcoqs*.

\* **WIDEGLAGE**, Glossæ Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Honthelm* pag. 663. col. 1 : *Pro lignario isto adducet quilibet mansus carradas duodecim; que ligna vulgariter appellantur, kunikeges holtz sive Wideglage.*

**WIDERBORA**, Papiæ, libera per *garathinx*. Est autem *garathinx*, donum, eidem Scriptori. Lex Longob. lib. 2. tit. 1. § 8. 9. [\* Roth. 223. Liutpr. 106. (6. 53.)] : *Liberam thingare, et sic facere liberam quod est Widerboran.* Ubi Edictum Rotharis Regis tit. 89. § 2. habet *Wridiborn*. Vossius *Widerboran*, renatum interpretatur, ex *wider*, iterum, *boran*, natus; quod libertate donatus, quodammodo renascatur. Vide *Garathinx*.

**WIDERDONUM**. Tabularium Casariense anno Imp. Caroli C. 2 : *Quia tu, Dom. Romane Abbas, dedisti mihi Fulchrado pro memorata conventiui Widerdonum, cnballum unum, et argentum solidos centum.* [Vox ibrida, *Widar* Teuton. pro, et donum, munus : qua voce significatur id quod pro consensu præstito concedi solet.]

**WIDRIGILD**, **WIDRIGILDUM**. Vide *Weregildum*.

\* **WIENAGIUM**. Vide supra in *Guida*.

\* **WIERENTARE**, Cavere ab evictione, salvum et tutum præstare, Gall. *Garantir*. Charta ann. 1100. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Hist. Sicul. Bonincont. part. 2. pag. 333 : *Et si omni tempore, ita ut ipsa cartula legitur, per omnia non observaverimus et non Wierentaverimus et non defensaverimus, tunc dare et componere debemus.... tibi jam dicto Andree abbati, tuisque successoribus penam auri optimi libras centum.* Vide *Warantus*.

**WIFA**, **GUIFA**, **GUIFFA**, Signum, quod prædio, possessioni, vel ædi, cujus possessionem quis adit, vel quam auctoritate judicis sibi vindicat, apponit. Lex Bajwar. tit. 9. cap. 10 : *Qui signum, quod propter defensionem ponitur, aut iter excindendum, vel pascendum, vel campum defendendum,*

*vel amplificandum, secundum morem antiquum, quod signum Wifam vocamus, abstulerit, vel injuste reciderit, componat, etc.* Lex Longob. lib. 3. tit. 3. § 6. [\* Ludov. P. 34.] : *Quod si denuo rebelles vel contradictores esse voluerint, et super ipsam Wifam sua auctoritate præsumserint introire, etc.* Ubi quidam legunt *hiufam*. [Rathierus Veron. Episc. lib. 4. Præloq. apud Marten. tom. 9. Ampl. Collect. col. 890 : *Wiffam etiam quoddam vocant signum, quod qui regali habuerit dono, et alicujus in vasu alicui subjacuerit damno, vindice defenditur gladio.*] [\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 1. col. 784.]

**GUIFA**, **GUIFFA**, Eadem notione. Statuta Venetorum ann. 1242. lib. 3. cap. 34 : *Nulla investitio valeat, nisi duo testes et ministerialis fuerint presentes... quando Guiffam imposuerit Riparius, etc.* Hinc

**GUIFFARE**, Titulum et signum apponere. Lex Longob. lib. 1. tit. 27. § 8. [\* Liutpr. 148. (6. 95.)] : *Si quis sua auctoritate terram alienam sine publico jussu Guiffaverit, dicendo, quod sua debeat esse, et postea non poterit probare, quod sua sit, etc.* Editio Heroldi habet *Geinfaherit*, pag. 254. Glossæ vet. ad illa verba rubricæ Cod. *Ut nemo privat.... Vela regia suspendat, quod vulgo Longobardico more Guiphare dicitur, nupud nos saisire, lingua vulgari Eydén.* Vide *Giffure*.

**WIFARE** in eadem Lege lib. 3. tit. 3. § 6 : *Si iterum contemptores existunt, tunc per publicam auctoritatem domus vel case eorum Wifatur, etc.* Germanis, ut est apud Lindenbrogium, *Wip*, est signum, quod rei venali affigitur, ut vino hedera.

**WIFHADES**. Vide *Werhades*.

¶ **WIFVER**. Charta ann. 1130. apud Calmet. tom. 2. Hist. Lothar. inter Probat. col. 290 : *Si autem fuerint duella, raptus mulierum, quod vulgo Wifver, druga, homicidia, infra prædictos terminos extra atrium everserint.* Melius unica voce editum *Wifverdrngu* ex eadem Charta, apud Miræum tom. 1. pag. 277. col. 2. Occurrit rursum in Charta Caroli Boni ann. 1123. ibid. pag. 374. col. 1 : *Si autem furta, duella, raptus mulierum, quod vulgo dicitur Wifverdragan, homicidia, etc.* Belgis *Wüf*, mulier, et *Verdragen*, ferre aliquid ex loco in alium locum.

\* **WIGANIATIO**, idem quod *Pignoratio*, Cautio, pignus, hypotheca, Gall. *Cautionement, engagement*. Charta ann. 838. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 980 : *Scivir Johannem episcopum et Jacobum episcopum abentem ecclesiam sancti Fridiani, et imperantes usque ad diem mortis eorum, et Wiganniationem exinde faciebant de res ipsius ecclesie, et prandia recipiebnt.* Nisi Bonorum ecclesie administrationem malis intelligere.

¶ **WIGARIA**, Jurisdicatio *viarii*. Vide in *Viaris*.

\* **WIGCH**, Mars, bellicosus. Ermoldi Nigel. Carmen de Ludov. Pio tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 13 :

Nam Hludowicus enim ludi de nomine dictus,

Ludere subjectos pacificando monet.

Seu quis Franciscam mavult reserare loquclam,

Nomiois ut possit noscere notitiam,

Nempe sonat Hluto præclarum; Wigch quoque Mars est.



Vide ibi notam docti Editoris. [\*\* lib. 1. vers. 49. Apud Pertz. *Wiegch.* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 1. col. 704. voce *Wig.*]

\* **WIEGAZ.** Mirac. S. Verenæ tom. 1. Sept. pag. 168. col. 2 : *Qui etiam, ut ipsi postea referebant, visus est eis se levare a platea, quæ usque hodie dicitur Wiegaz, quod est Sanctitatis via, etc.*

**WILDBANN, WILTBAN, VOX** Germanica, quasi *bannum* seu jurisdictio in silva : *Wild* enim silvam sonat. Browero lib. 16. Annal. Trevir. pag. 905. 1. edit. *Wiltban*, definitur jus piscandi aut venandi. [Schiltero in Gloss. Teuton. pag. 80. col. 1. Bannus ferarum, potestas banni supra feras : *Wild* enim Teuton. est ferus, silvester. Charta Piligrini Archiep. Colon. ann. 1028. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 395 : *Preterea quatuor silvas... cum omni integritate juris quod vulgariter dicitur Wiltban libera traditione prefato monasterio donavit.* Ita proinde legendum in Charta alia ejusd. Piligrini de eadem re ibid. col. 393. ubi editum *Witkan.*] Charta Henrici VII. Imp. ann. 1234. apud Goldast. tom. 1. Imperial. Constitut. pag. 300 : *Hermannus Marchio de Baden et Egino Comes de Fruburg, contententes de argentifodinis, et custodiis silvarum per Brigaugeran, quod vulgariter Wildbann dicitur, etc.* [Vide *Wiltpenne.*]

\* Diploma Ludov. IV. imperat. ann. 1332. tom. 2. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 121. col. 2 : *Insuper monetas, Judæos, jurisdictiones forestarias, dictas Wildbant, dominia, etc. confirmamus. Wildbant, in Dipl. Caroli IV. imper. ann. 1346. ibid. pag. 170. col. 2. [\*\* Vide Pfeffing. ad Vitriar. lib. 3. tit. 18. § 8. tom. 3. pag. 1387. sqq. Haltas. Glossar. Germ. col. 2012. sqq. Mittermaier. Princip. Jur. Germ. § 213. sqq.]*

† **WILDEHORSE,** Equus idomitus, a *Wild*, ferus, indomitus, et *Horse*, cquus. Testam. Radulphi de *Nevill* ann. 1423. apud *Madox* in Formul. Anglic. pag. 43 : *Item do et lego dicto Ricardo filio meo IIII. Wildehorsez, ad tunc nuper tractos, vel in stabulo meo existentes.*

† **WILDFANGIATUS,** Jus et facultas, ex privilegio Electoratu Palatino competens, retinendi homines alterius domini, ita ut a propriis dominis repeti non possint : idem quod apud nos *Attractus* dicitur. Vide in hac voce num. 2. Consule *Inhof* Notit. Imperii lib. 2. pag. 70. edit. ann. 1699. Theoph. Maierum Crusian. Tract. de jure venandi cap. 16. pag. 351. et Schilterum in Glossario Teuton. voce *Wilt.* [\*\* Mittermaier. Princip. Jur. Germ. § 106. Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 399.]

† **WILLANI,** ut *Villani*, in Leg. Henrici I. Reg. Angl. cap. 30.

**WILLEKEUR,** Arbitrium, electio libera. Vox Germanica. Leges Opstalbonicæ cap. 13 : *Pænu centum marcarum puniatur, et puerum restituat, et eidem puero secundum antiquum Willekeur, et novas constitutiones satisfaciatur.*

† **WILLEMENSES.** Vide *Guillelmenses* in *Monete Baronum.*

† **WILLELMI, WILLELMIANI, WIL-**

**LELMICI, WILLELMINI,** Monete Germanicæ species, de qua pluribus Schlegel. de nummis Gothanis pag. 82. 83. 84. 85. et 157. *Grossi Willelmi cum capite Judæi pileato percussi* ann. 1439. vel 1440. dieti etiam *Grossi barbati*, quod caput illud Judaicum promissa ut plurimum esset barba, ibid. pag. 79. 81. 116. et 154.

**WILLOT.** Charta Communiæ Ambianensis ann. 1109. [1209.] : *Qui juratum suum servum receditum, traditorem, Willot, id est, Coup, appellaverit, 12. [20.] sol. persolvat.* Alia MS. habet *Wislot*, et *Cuop.* [ *Wisloth* edidit Baluzius tom. 7. Miscell. pag. 324. ] Fauchetis lib. 2. de Poëtis Gallic. de Hugonc *li Maroniers* scribens, ait, illum ab Simone *d'Athies* petere : *Lequel il aymeroit mieux, que sa femme sceust qu'il la fist Viothe, et elle en fut jalouse, ou elle le fist Wihot, et il n'en sceust rien.* Populares nostri hoc vocabulo *Wihot*, frequenter utuntur in hac significatione. Joann. de Condato MS :

Il fu debonnaire et francs,  
Car il estait Wihos soffrans.

Infra :

Car du mestier estoit aprise  
Vrais Wihos estoit ses maris.

\* Vir, cujus uxor mœchatur ; unde *Wihoterie*, hujusce viri conditio. Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 152. Chartoph. reg. ch. 246 : *En l'appellant par plusieurs fois cour ou Wihot, qui est à dire, selon la custome dudit lieu de Tournay, coux.* Alie ann. 1469. in Reg. 195. ch. 300 : *leellni Bauldet dist à sa femme que icellui Motoys estoit Wihot, et que par sa Wihoterie il avoit esté privé à la Wirewite.* Occurrit rursus in aliis ann. 1451. ex Reg. 184. ch. 168. *Wilps*, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1367. ex Reg. 97. ch. 425 : *Pour diffamer l'estat d'icellui suppliant et donner blasphemie deshonorable, le clama pour ce Wilps ou coup, en reputant la femme dudit suppliant..... pour ribaude.*

**WILPIRE,** Dimittere. Vide *Guerpire.*

**WILTBAN.** Vide *Wildbann.*

† **WILTPENNE,** Idem quod *Wiltban.* Charta Caroli VI. Imper. ann. 1354. apud Miræum tom. 1. pag. 221. col. 2 : *Cum omnibus silvis, rubetis,..... bannis, sive inhibitonibus venationum, quæ vulgariter Teutonice Wiltpenne nominantur, et pennis inde sequentibus, etc.* Vide *Wita.*

**WILZ.** Lex Bajwar. tit. 13. cap. 10. de equo : *Si mediocris fuerit, quem Wilz vocant, etc.* [ *Wlz* edit. Baluzii. ]

**WIMPLA,** Peplum. Vide *Guimpa.*

**WINAGIUM,** ut mox *Winaticum.* Locus est supra in *Guida.*

\* **WINAGIUM,** pro qualibet præstatione. Vide supra in *Guida.*

† **WINATICUM,** Præstatio quæ domino exsolvitur pro securo transitu. Tabular. S. Remigii Remensis : *Si monachi per loca ubi Winaticum et roaticum requiritur duxerint, nihil a viris qui super hoc negotium a me constituti sunt, extorquetur.* Vide in *Guida.*

**WINCHILSUL,** Columna interioris ædificii dicitur, in Lege Bajwar. tit. 9. cap. 6. vox deducta a *Winchel*, angulus, et *Zuyl*, columna, quasi columna angularis.

\* **WINDALUM,** a Gallico *Guindal*, Tolieno. Comput. ann. 1367. ex Tabul. S. Petri Insul. : *Item pro quadam rondella ferrea et kavilla ejusdem, quæ estud Windalum supra chorum, ponderis de decem libris.* Vide mox

† **WINDASIUM,** Instrumentum ligneum, quo in exonerandis dolis utuntur, rudentem circa illudvolvendo, ab Anglico *Wind*, versare, volvere, Gall. *Tourner* : idem, ut videtur quod Nautis *Windlass* dicitur, quo anchoras sustollunt ; unde *Windlassium* fortassis legendum est. Vide Skinneri Etymolog. Chartul. S. Vandreges. tom. 1. pag. 998 : *Concesserunt... descorkagium sexaginta doliorum vel aliorum suis instrumentis scilicet caablis et Windasio tantam.*

\* Nostri quippe ut *Guindal*, ita et *Guindas* vel *Windas* dixerunt, eodem sensu. Lit. remiss. ann. 1450. in Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 46 : *Le suppliant se appuyu contre la volée da Windas, estans sur le rivage d'icellui kay (d'Amiens).*

† **WINEGIATOR,** Judex viarum, seu qui itinerantium securitati invigilabat : atque adeo *Wionagii* exactor. Vide *Guida.* Charta Thomæ Dom. Codiciac. ann. 1218 : *Mercatores habebunt cheminum quale solent habere et transitum liberum sicut habere solebant et justificabuntur tantummodo per Winegiatores predicti domini mei.*

\* Nostri alias *Wignageur.* Vide supra *Wienugium* in *Guida.*

† **WINERICIA.** Vide supra *Vinericia.*

**WINILEODES.** Capitulare Caroli M. de Diversis reb. ann. 789. cap. 3 : *De monasteriis minutis, ubi nonnanes sine regula sedent, volumus, ut... earum claustra sint bene firmata, et nullatenus Winileodes scribere, vel mittere præsumant.* Videntur esse epistolæ amatoriaræ, vulgo *des poulets*, voce conficta ex Saxonico *wine*, dilectus, charus, et *Leodis*, et *Lenden*, homo ; quod ex dilectis scribantur, vel ab hac voce vulgo incipient, *Dilecte*, et *Dilecta.* Vide *Leudes.* [\*\* Potius *Lied*, Carmen. Vide Graff Thesaur. Ling. Franc. tom. 2. col. 200.]

† **WINKINGA.** Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 592 : *Et dedi eis totas Winkingas in boschis et planis.*

\* **WINLEKE,** Proclamatio vini venalis. Charta ann. 1424. tom. 2. Hist. Leod. pag. 455 : *Ordinons que nuls quelconques vendans vins dedans la citeit de Liege, ne porrat faire nonchier vin etc. Et se le Winleke se fuisoit sains le congies ou mandement de son maistre, etc.*

† **WINOAGIUM.** Chron. Bonæ Spei pag. 181 : *Nulli pedagia, Winoagia et roagia, qua pro his a sæcularibus exiguntur, solvere teneantur.* Leg. *Wionagium.* Vide in *Guida.*

† **WIPIRE,** Dimittere. Vide *Guerpire.*

**WIRDIRA.** Capitulare 3. ann. 813. cap. 24 : *De quicquid in casa furaverit, in Wirdira solidos septem. De warnione, in Wirdira solidos septem.* Infra : *De porcis et vervecibus et unimalibus juvenibus et de capris tertiam partem, quantum valet in Wirdiru.* Adde cap. 25. Codex Navarræus habet *murdera.* Hic vero sumitur forte pro *Weregildum.*



† **WIREGILDUM**, ut *Weregildum*. Vide ibi.

† **WIRPIRE**, *WIRPITIO*, Dimittere, deserere, Dimissio. Vide in *Guerpire*.

† **WISCARDUS**. Vide *Guischardus*.

† **WISCHEPELE**. Locus est in *Corus*.

\* **WISELEC**, vox Bohemica. Charta Wencesl. reg. Bohem. ann. 1249. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 522 : *Si vero aliquis hominum nominatæ ecclesiæ suspensus fuerit vel suspendendus, quod Wiselec dicitur Bohemice, etc. Wiscti pendere*, in Diction. Bohem. Lat. Germ.

\* **WISEVENE**. Glossæ Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Honthem* pag. 684. col. 1 : *Ad natalem Christi duo maldera avencæ magnæ mensuræ, quæ appellatur Wisevene*.

† **WISLOT**, *WISLOTH*. Vide *Willot*.

† **WISSEL**, *Fidejussor*, ut videtur, qui pro alio spondet. Consuet. Furnenses ex Tabul. Audomar. : *Quicumque per iudicium coratorum in obsidum venerit, debent facere per tres quadragenus in domo Comitum, vel ubi ponantur, vel ipsi, vel Wissel pro eis sine ferro et compedibus, datis etiam tam a Wissel quam obsedibus bonis plegis quatuor pro quolibet*. Huc spectat vox *Wison* quæ pro Testis, Gall. *Temoïn*, usurpari videtur in charta ann. 1378. ex Chartul. 23. Corb : *Et aussi aie prius Wison pour prendre et deffaire deux routures qui estoient esdites mettes*.

\* **WISS-KORN**. Charta ann. 1367. tom. 2. *Honthem*. Hist. Trevir. pag. 239. col. 1 : *Assignavimus.... redditus annuos centum maldrorum tritici seu grani, quod vulgariter dicitur Wiss-korn*.

**WISTA**, Mensura agraria, ex Saxonico *wiste*, dimidia hidra, seu dimidium *carucutus terræ*. Monasticum Anglicanum tom. 1. pag. 313 : *Octo virgatæ (al. virgæ) unam hidam faciunt; Wista vero quatuor virgatibus constat*. Chronicon MS. Monasterii de Bello : *In Perlea est una Wista in dominio, ista enim 48. acris constat*. Ibidem : *Pretium maxime solenne unius Wistæ est 3. solidi*.

**WITA**, *Mulcta, Anerciamentum*: vox Saxon. *wite*, quæ idem sonat. Leges Inæ Regis cap. 3 : *Et dominus (servi) emendet 30. solidos ad Witam*. Cap. 27 : *Vel emendet 36. solidis Witæ, i. forisfacturæ emendationi*. Occurrit non semel in Legibus Henrici I. Regis Angliæ, ubi crebro junguntur *Wera*, *manbota*, et *Wita*, ita ut *Wera*, quæ est pretium hominis, agnatis, *Manbota*, Domino, *Wita*, parti læsæ exsolvi dicantur, in cap. 79. 87. etc. [\* Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 657. num. 12.]

**WITA PLENA**, Eadem quæ *Regis*, et 20. mancarum, quæ 50. solidos conficiunt, fuisse dicitur, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 11. 35. et 79. cum Episcoporum et Comitum, decem mancarum esset, Thænorum vel Baronum quinque. Eadem Leges cap. 40 : *Si Pundbreche, i. infractura parci fiat in Curia Regis, plena Wita sit, alibi quinque mancoe*. Cap. 51 : *Tertia vice plena Wita sit*. Ita cap. 66. 71. Eadem et *plenæ forefacturæ* nomine donatur in Legibus Edw. Confess. cap. 35 : *Et omnis sit venatione sua dignus in nemore, in campo,*

*in dominio suo, et absteineat omnis homo et venariis Regis, ubicumque pacem eis habere voluerit, super plenam Witam, id est, forisfacturam*. In Legibus vero Willelmi Nothi cap. 64. *Regis forisfactura*; in Legibus ejusd. Henrici cap. 64. *Capitalis eadem nuncupatur*. Vide *Bannum Regis*, et *Bannum plenum*, in *Bannum* 2.

**SECUNDUM WITAM JURARE**, est pro modo *multæ* irrogandæ pro crimine, tot adhibere testes, quot criminis qualitas requirit. Leges Inæ Regis cap. 63 : *Juret secundum Witam, quod nec furti conscius vel coadjutor fuerit in eo, vel emendet 36. solidi*. *Witæ, i. est forisfacturæ emendationi*. Vide *Weredada*. Ab hac porro voce formatæ et compositæ complusculæ aliæ, de quibus agimus suis locis, *Blodwita*, *Fintwitu*, *Legewita*, *Ferdwita*, *Chilwita*, *Wardwita*, *Heingswita*, *Flitwita*, *Leirwita*, etc. Ex prædictis licet colligere quid sit

**WITTA** apud Anastasium in Stephano VI. PP : *In supradicta venerabili basilica cum idem sanctissimus Papa omnium vitorum fortissimus extirpator, malam consuetudinem inveniret, ut Presbyteri, qui ibidem quotidie Domino sacrificium offerebant, omni unno unam Wittam consuetudinem darent etc.* ubi Baronius ann. 890. n. 7. *perperam in Wactam emendat*. Codex editus habet *multam*, recte.

\* **WITELLUS**, Mensuræ annonariæ species, dimidia pars quartalis, Alamannis *Vierthel* dicti; unde *Witelata*, modus agri *Witellum* sementis continens, Gallo-Belgis *Witel* et *Witelce*. Charta ann. 1291. in Chartul. Thenol. ex Cod. reg. 5649. fol. 46. rº : *Dicebamus nos habere tres jaletos et unum Witellum frumenti, ad mensuram de Brueriis, super molendinellum ad Bararam.... Pro tribus galctis et Witello etc.* Obiituar. MS. eccl. Camerac. fol. 54. rº : *Acquisivit eidem ecclesiæ Cameracensi in territorio de Willers dom. Pauli undecim Wytelatas terræ arabilis, decem Wytelatas pratorum et quinque Wytelatas nemorum*. Infra non semel *Witelatas*. Redit. comitat. Hannoniæ ann. 1265. in Reg. Cam. Cempt. sign. *Papier velu : Pieres Grebiers pour sept Witeus et demi de terre deseure Bialuiv.... xiiij. Witeus de bos.... j. Witel de pois...., Et si a encore deux Witeus de terre.... ki doivent de rente six den. ob.* Charta Margar. comitis. ann. 1274. in Chartul. 1. Fland. ch. 265. ex ead. Cam. : *Encore doit Clarembaus uvoir no rente de douze Witeus d'avaïne et de douze Witeus de blei*. Hinc *Witelage*, Jus quod ex mensione ad *Witellum* percipitur, in alia ejusd. Margar. Charta eod. ann. ibid. ch. 263 : *Nous avons donné à loial cense.... nos Witelages, nos Wienages par terre et par ewe*. Charta Guill. comit. Hannon. ann. 1312. ex Cod. reg. 10196. 2. fol. 18. vº : *Nous avons donné à rente... xxij. Witelées et demie de terre ahanale;... et pour cest arrentement.... nous en doit... rendre.... trois muis et Witel et demi d'avaïne.... cascu Witel livré en no ville de Walenchiennes*. Alia ann. 1350. in Chartul. Godefr. dom. Asperim. ex Bibl. reg. fol. 6. rº : *Deux muis, deux Witelées, noef verges et demie de terre ahanale.... dont cascuone Witelée de tiere est en pris de wit sauls blans par an.... Item xv. muis, sept*

*Witeus et demi etc.* Vide supra *Octalium*.

\* **WITERCH**. Charta Oudardi milit. dom. de Olesi ann. 1217. ex Tabul. abbat. Hamens. : *Præterea iidem hospites ad furnum meum coquere panes suos, et annonas suas ad molendinum meum molere tenebuntur; ita quod de duobus sextariis unum botstellum Witerch persolvent*. an Rastus?

**WITEREDEN**, vox Saxonica, quæ apud *Bedæ* interpretem lib. 3. cap. 8. *wite-hædenne*, effertur. Sed autem punitiones, ibi Saxonice versum. Sic proprie est *Witæ*, seu *multæ, redditio*, ex Saxon. *wite*, *multa*, et *redenne*, *redditio*. Charta Ethelwlfhi Regis Occidentalium Saxonum apud Willelmum Malmesbur. lib. 1. Hist. Angl. cap. 2 : *Ut sit tuta ac munita ab omnibus secularibus servitutibus, nec non regalibus tributis majoribus et minoribus, sive taxationibus, quod nos dicimus Witereden*. *Perperam* apud Ingulfum Saxonicum, *winteren* habetur. Vide Stephanum Skinnerum in Etymologico Anglicano.

**WITERSACAN**, Apostatæ, transfugæ, qui omnes leges aut divinas aut humanas regunt, in Leg. Kanuti Reg. cap. 27. ubi *Utlagæ Dei* etiam dicuntur. Vox Saxon. composita a *wider*, contra, adversus, et *se e gan*, dicere, loqui, quasi *ablocutores*, qui contra leges divinas et humanas loquuntur.

† **WITETHEOU**, vox Saxonica, *Mulcta servi*, þ eo w enim servum sonat. in Leg. Inæ cap. 23.

**WITHERCILA**. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 23 : *Nemo enim de cæsiõne nemoris inoperati jure cogitur respondere per Withercilm, nisi domino suo, vel captus in eo*. Ubi Somnerus restituit *Witer-tihlta*, i. est recriminationem contrariam, vel adversam accusationem ex Saxon. *witer*, contra, et *tih tla*, accusatio, [Vide *Wichterhila*.]

**WITHERLOGH**. Vide *Lex Danorum*, in *Lex*.

**WITHERNAMIAM**. Liber Angl. inscriptus *Justice of peace* pag. 145 : *De plures replegiando ou le plus avera. Unde Withernamium*. Britton. in Leg. Angl. pag. 54. v. : *Et les bestes soient clos dedans meson, ou dedans parkes, ou si eles soient chosés hors del Counté, ou se le Ballife autre disturbance trove, tantost face prendre des bestes le deforceur à la double vaive come Withernam*. [Idem quod infra *Wythernanium*.]

† **WITHEYS**, *Salicetum*, ut videtur, a Saxon. *Wipig* et Angl. *Witby*, *Salix*. Kennett. in Antiquit. Ambrosd. ad ann. 1325. pag. 395 : *Item tres acræ apud le Witheyses*. Ibidem pag. 400 : *A quo quidem prato dimidia roda jacet atte Witheyses juxta pratum prioris*.

**WITINGLI**, *Piratæ*, Danis. Adam Bremensis cap. 213 : *Ipsi enim piratæ, quos illi Witingos appellant, nostris Ascamonnos, Regi Danico tributum solvunt, ut liceat eis prædam exercere a barbaris, qui circa hoc mare plurimi abundant*. Vide *Ascomanni*, [Vargi, Vicingi et Warengangi.]

† **WITISCALCI**. Vide infra *Wittescalchi*.

† **WITKAN**. Vide in *Wildbann*.

\* **WITRAGIUM**, *Tributum pro vino*,



quod in urbem adducitur. Vide supra in *Vineragium*.

¶ **WITREPERA**, Quadrivium apud Longobardos, ut videtur. Chron. S. Sophie Benevent. pag. 637 : *In quarta manu tradidimus, qui te per nostram jussionem in Witrepera, in galidu, et gisil constituit una cum filia tua*. Ubi de ritu manumittendi Longobardis usitato. Eadem formula legitur in Lege Longobard. lib. 2. tit. 35. § 1. [**\*\*** Roth. 225.] : *Et ipse quartus ducat eum in quadrivium, et thingat in wadia, et gisiles ibi sint*. Vide in *Manumissio*, pag. 253. col. 1. [**\*\*** Vide *Widerbora*.]

\* **WITSCHEPA**. Charta Phil. comit. Fland. pro libert. castel. Brug. ex Cam. Comput. Insul. : *Cum præco. vocaveit hominenu ad lapidenu, debet prius jurare cum Witschepa, vel testimonium a scabinis habere, quod eum submonuerit*. Flandris, *Schepe*, scabinus, iudex civilis.

¶ **WITTA**, ut *Wita*. Vide in hac voce.

**WITTEMON**. Lex Burgund. tit. 66 : *Puella quæ marito traditur, patrem et fratres non habens, nisi patrum et sorores, de Wittemon tertiam partem patrinus accipiat, et alteram tertiam sorores sibi noverint vindicandum*. Adde § 2. tit. 26. § 2. et Addit. 1. ejusdem Legis tit. 14. Gloss. Lat. Theotisc. : *Dos, Widimo*. Saxonibus *wituma*, *weotoma*, vel *weotuma*, *dos*, *weotuman*, *dotis*, quod coram testibus (Saxon. *weotun*, vel *wittum*) facta sit, inquit Spelmannus. [**\*\*** Vide Grimm. Antiq. Jur. Gerin. pag. 424. Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 1. pag. 777. voce *Widano*.]

**WITTESCALCHI**, Ministri, sive præfecti ad irrogandas mulctas, Seldeno in Titul. honor. pag. 261. 262. 1. edit. vel, ut Spelmannus, Ministri Regii, qui jussa Regia exsequabantur, et mulctas a iudice decretas exigebant, ex Saxon. *wite*, mulcta, et *scalc*, minister. Lex Burgundina. tit. 76. de *Wittescalchis* : *Comitum nostrorum querela processit, quod aliqui in populo nostro ejusmodi præsumptionibus abutantur, ut pueros nostros, qui judicium exequentur, quibusque mulctam jubemus exigere, etc.* § 3 : *Mulieres quoque si Wittescalcos nostros contempserint, ad solutionem mulctæ tenebuntur*.

¶ **WITWORD**, vox Saxonica, *wit-word*, Responsa prudentum, Somnero. Leges Ethelredi Reg. apud Venetyngum editæ § 3 : *Et Landcopua et domini donum, quod per rectum habeat duri, et lacopum et Witword, gewintessa, hoc ita permanet, ut nullus evertat*.

¶ **WITWORF**. Vide supra *Walaworf*.

**WLADARIUS**, Villicus, qui bladorum domini curam habet. Statuta Poloniae pag. 520. de inculpato villico per ipsius dominum : *Prætera cum Dominus suum Wladarium, aut contra alium familiaritatem pro aliquibus rebus, aut injuriis moverit questionem, tunc ipse Wladarius aut familiaris domini suo non deferendo juramentum, teneatur se cum sex testibus expurgare*. Vide *Bladarius*.

¶ **ULADARIUS**, Eadem notione, apud Longinum in Vita B. Kingæ tom. 5. Jul. pag. 739 : *Petri Cracoviensis Episcopi Sandeczenis Uladarius Joannes Czudisch*.

¶ **WLGALITER**, pro *Vulgariter*, in Lit-

teris Caroli V. Reg. Franc. ann. 1368. tom. 5. Ordinatio. pag. 151. Vide *Vulgaliter*.

\* **WITTO**, f. Circumforaneus pharmacopola, Gall. *Charlatan*. Mirac. S. Vicinii tom. 6. Aug. pag. 192. col. 2 : *Hanc (catenam) quidam de Wittonibus, qui medicando terram circumveunt, dum tanti sacramenti (in propellendis scilicet dæmoniis spiritibus) eam ignoraret, furatus est*. Ubi legendum de viatoribus suspicantur docti Editores.

\* **WLGE**, pro *Vulgo*, in Charta Ludov. VI. ann. 1124. ex Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 272. Vide *Wlgaliter*.

\* **WLPIA**, Regio Belgica, interdum a mari circumcincta, cujus incolæ *Wlpingi* nuncupantur. Charta Phil. comit. Fland. pro libert. castel. Brug. ex Cam. Comput. Insul. : *De Wlpingis. Homines de Wlpiæ sive de Cuedslant submoniti, poterunt se ipsos sinuare (soniare) præstito juramento ad diem placiti, ad quem citius pro mari venire poterunt*.

**WLPIRE**, Dimittere. Vide *Guerpire*.

**WLTWRFO**, *Wlwrst*. Vide *Walaworf*.

¶ **WLZ**. Vide supra *Wilz*.

**WNCUS**. Vita S. Columbani cap. 15 : *Tegumenta manuim, quæ Galli Wuncos vocat*. Sed legendum indubie *Wantos*. Vide in hac voce.

¶ **WOARECH**, ut *Wreckum*. Vide ibi.

**WODAN**, Deus, a populis Septentrionalibus cultus, quem rei militari præesse credebant. Vide Paulum Warnefrid. de Gest. Langob. lib. 1. cap. 9. Adamum Bremensem, Saxonem Grammat. lib. 6. et quæ Lindenbrogius annotat ad Warnefridum. Vossius lib. 1. de Idololatria cap. 7. Olaus Wormius in Monumentis Danicis lib. 1. cap. 4. et alii passim. Ab eo etiam Regum suorum originem repetebant Angli, ut auctor est Malmesbur. lib. 1. de Gestis Angl.

¶ **WODANUS**, apud Jonam in Vita S. Columbani sæc. 2. Bened. pag. 26 : *Illi aiunt Deo suo Vodano, quem Mercurium vocant alii, se velle litare*. Anonymus ibidem in Notis a Mabillonio laudatus : *Qui apud eos Vuotant vocatur; Latini autem Martem illum appellant*. *wōden*, Mercurius, Somnero.

\* Vita S. Kentigerni tom. 1. Jan. pag. 820. col. 1 : *Woden vero, quem principalem Deum crediderunt et Aagli, de quo originem duxerant, cui et quartam feriam consecraverant, hominem fuisse mortalem asseruit, et regem Saxonum, a quo plures nationes genus duxerant*. Vide Bekker. in Mundo incantato lib. 1. cap. 2. pag. 18.

**WODENS DIES**, Feria 6. Anglis, *Wodano* Deo sacra. Ordericus Vitalis lib. 7. pag. 639 : *De quo Woden ortus est, a quo Angli feriam 6. Wodenis diem nuncupant*. Ita etiam Willel. Malmesbur. de Gest. Regum Anglor. lib. 1. cap. 1. et Matthæus Westmonast. pag. 155. 1. edit.

**WODEGELDUM**, [Census vel tributum, quod ratione nemorum in forestis colligitur, a *Wood*, silva, et *gild*, vectigal, tributum. Vide *Gildum*.] Monasticum Anglicanum tom. 2. pag. 827 : *De omnibus Geldis, et Daneldis, et Wodegeldis, etc.* Vide Edward. Cokum ad Littleton. sect. 378.

**WODESPECHES**. Monasticum Anglican. tom. 1. pag. 722 : *Et amerciamta pro-*

*priorum hominum tenentium et servientium suorum, nos et hæredes seu assignatas nostras tangentia in curiis nostris, hundredis, shiris, balemotis, et Wodespeches, infra burgum et extra, etc.* [Legendum forte *Wodespeches*, a *Wood*, silva, et *Esplencha*. Vide in hac voce.]

¶ **WOGIMOTINZA**. Charta ann. 1158. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 236 : *Sed liberi sint ubi omni gravamine et a Wogimotinza, qui census ducis dicitur*.

\* **WOLDFOR**. Leges Danicæ apud Ludewig. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 172 : *Item violentia, quæ dicitur Woldfor, est talis, si aliquis aliquem violenter tulerit alicui, contra voluntatem, et est potens super eum, tanquam super captum*.

¶ **WONG**. Ager cultus et satus, ut videtur. Anglo-Saxon. *Wong*, Campus, ager. Charta ann. 14. Edwardi III. Reg. apud Th. Blount in Nomolex. : *Tres acra terræ jacentes in lez Woags*. Vide *Wangnule*.

**WOODWARDUS**, vox Angl. Silvarius, Viridarius, Saltuarius, proprie silvæ custos, Forestarius. Charta scripta sub Edw. I apud Pryn. tom. 3. Libertat. Angl. pag. 1233 : *Constabularius de Windesor nititur omnibus modis compellere Wodewardos nostros de manerio de Weregrave ad præstandum fidelitatis sacramentum de venatione Domini Regis fideliter conservanda, etc.* Vetus Inquisitio apud W. Dugdalem in Antiquit. Warwici pag. 665 : *Et solabant inter eos habere dimidiam partem feodi Woodwardi de venatione capta*. Iter Justitiarior. pro forestis de Pickering. ann. 8. Edw. III. : *Quod prædictus Henricus de Percy, et omnes antecessores sui, tenentes manerium prædictum a tempore, quo non exstat memoria, et sine interruptione aliqui tenebant prædictum manerium cum pertinentiis extra Regardum forestæ, et habuerunt Woodwardum portantem arcuum et sagittas ad præstandum præsentanda de venatione tantum, etc.*

**WOODWARDIA** seu **WODEWARDIA**, Silvarum custodia, in Charta Edw. III. Reg. Angl. laudata in *Raglorium*.

\* **WOORSEDE-GERDE**, in Legibus Danicæ. apud Ludew. Reliq. MSS. tom. 12. pag. 175 : *Sepes autem, quæ dicitur Walcuntur Woorsede-gerde, debent ante festum burgis sepri*. Vide *Woodwardus*.

**WORDERINDE**. Vetus Charta Anglica apud Somnerum in tractatu de *Gavelkind* pag. 190 : *Item pro cibo Prioris querendo, et pro servitio, quod dicitur Worderinde, et pro pomis frangendis 12. den. etc.*

**WORFIN**. Vide *Maralworfi*.

¶ **WOROP**. Vide infra *Worrop*.

¶ **WORPIRE**, Possessionem rei alicujus dimittere. Charta ann. 1125. apud Miræum tom. 2. pag. 817 : *Worpiuit proprio et totius curiæ meæ iudicio, nihil sibi juris in his quæ donaverat reliquit*. Vide *Guerpire*.

¶ **WORROP**. Charta Wichmanni Archiep. Magdeburg. apud Ludewig. tom. 2. Reliq. MSS. pag. 339 : *De tribus mansis... quorum hereditas ipsi ecclesiæ prius pertinuit, censum, decimam, et Worrop, cum omnium reliqua iustitia ipsi ecclesiæ contradimus*. Alia ibid. pag. 415 : *Insuper decimum persolvat, et pensionem quæ Worrop appellatur*.

¶ **WORSTED**, Lana texta, ab oppido



*Worsted* in comitatu Norfolk. ejus officio nobili, sic dicta. Litteræ Henrici IV. Reg. Angl. ann. 1402. apud Rymer. tom. 8. pag. 277 : *Unum tapetum de rube Worstede brouderatum, et unum lectum de Worstede nigro et blodio cum curtinis.* Vide Skinner. Etymolog.

**WORTH**, Curtis, sive prædium rusticum. Matth. Westmonast. ann. 870 : *In villu Regia, quæ lingua Anglorum Beodricheswort, Latine vero Beodric curtis sive habitatio nominatur.* Cambdenus vero in Britannia, *Worth*, Insulam amnicam significare contendit, ex Saxon. *we orð*.

\* **WORTHOLDH**. Constit. Erici reg. Daciæ ann. 1282. apud Ludewig. Reliq. MSS. tom. 12. pag. 207 : *Item non debet aliquis, pro aliquo delicto, terram suam amittere, nisi pro crimine læsæ majestatis convictus fuerit, cum juramento Worthheldh.*

**WORULD-THEINE**, vel *Thegne*, Secularis Thanus, vox Anglo-Saxonica, ex *woruld*, seculum, et *ðein*, nobilis, in Concilio Grateleano ann. 928. cap. 13. et in Legibus Adeltani Regis apud Bromptonum pag. 845. Vide *Thainus*.

† **WOSTINIA**, perperam pro *Wastina*. Vide in *Vastun*. Charta Caroli Boni Comitum Flandriæ ann. 1119. apud Miræum tom. 1. pag. 680 : *Condonavi duas partes, decinæ, id est, duas garbas totius solitudinis seu deserti, quod Teutonice vocatur utfanc vel Wostinia.*

\* Eodem certe sensu quo *Wastina*; sed nequaquam mendose scriptum, ut efficitur ex Charta Frider. I. imper. ann. 1154. apud Ludewig. tom. 10. Reliq. MSS. pag. 145 : *Quatuor mansos terre incultæ, fructectis tantum et urbustis occupatam, quæ Wostene vocatur, contraddidimus.*

**WOUNKARLE**, Aurigæ, Danis, in Charta Waldemari Regis Daniæ ann. 1326. apud Pontanum lib. 7. *Rer. Danicar.* pag. 443.

† **WOYTIECH**. Vita S. Adalberti sæc. 5. Bened. pag. 850 : *In sacri baptismatis lavacro datum est nomen Woytiech.* Alia ejusdem Adalberti Vita ibid. pag. 865 : *Woytiech, quod nomen interpretatum sonat, Consolatio excecitus.*

\* **WOZNY**, Nomen officii apud Polonos. Stat. Casimiri ann. 1347. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 51 : *Subjindex vel officialis, qui dicitur Wozny, habeant facultatem dandi ministerialium ad citandum.*

**WRANG** et **UNLAUCH**. Prima Statut. Roberti I. Regis Scotiæ cap. 17. § 1 : *Nulla defensio seu exceptio sit calumniata, nec defendens sit indefensus, quamdiu defendens, aut suus prælocutor defendet tort, et non reason, quod dicitur Wrang et Unlauch, et damnâ in certo nominabuntur per querulantem.* Adde § 3. Quoniam attachiamenta cap. 1. § 1 : *Quoniam attachiamenta sunt principium et origo placitorum de Wrang et Unlauch, et aliorum, quæ prosecuta sunt de Sickerborg, ideo de attachiamentis inchoandum. Ubi Skenæus : Wrang, id est, injuria, Gallice Tort. Unlauch, id est, sine lege, vel contra legem, ἀνομία. Quibus verbis intelliguntur actiones civiles, ut criminales per Sickerborg, id est, securos plegios.* Adde Leges Burgorum Scotior. cap. 33. 103. et eundem Skenæum de Verbor. signific. in hac voce.

**WRECKUM**, inquit Bracton. lib. 3. tract. de Corona cap. 2. § 5. *dici poterit, quasi derelictum, ut si quid navis levandæ causa a nave projectum fuerit ab aliquo, sive animo retinendi, vel repretendi. Id proprie dici poterit Wreckum, cum res projecta habita sit pro derelicta... Item magis proprie dici poterit Wreckum, si navis frangatur, et de qua nullus vivus evaserit, et maxime si dominus rerum submersus fuerit.* Adde Fletam lib. 1. cap. 43. § 2. et cap. 44. Vetus Consuetudo Normanniæ 1. part. sect. 2. cap. 5 : *Toutc icele chose est dite Werrech, que la mer deboute et gete toute hors à la terre.* Adde novam art. 597. et seq. et 194. *Wreccum maris*, inter jura Regia describit Bracton. lib. 2. cap. 24. § 1. lib. 3. tract. de Corona cap. 2. § 4. 5. et ad solum Regem pertinere ait, quidquid ex naufragiis ad littus appellit, nisi quis de *Wrecco* habendo speciali gaudeat privilegio; cujusmodi exempla aliquot profert Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 21. 237. 920. etc. Adde Statuta Alexandri II. Regis Scotiæ cap. 25. Fletam lib. 1. cap. 20. § 11. 52. 76. etc. et quæ annotavimus in vocibus *Ejectus* 2. *Lagan*, et *Naufragium*.

Varie autem vox hæc scribitur : *Wreckum* et *Wreckum* locis laudatis. *Wrec*, in Monastico Angl. tom. 1. pag. 21. (Vide *Ejectus*.) *Wrectum* et *Wreck*, in Statutis Alexandri II. Regis Scotiæ cap. 25. *Werrech*, in veteri Consuetud. Norman. *Veriscum*, in Charta Ludovici Regis Franc. anno 1315. pro Normannis, et in Jurib. et Consuetudinib. Norman. cap. 17. *Woa-rech*, in 1. Regesto Parlamenti Parisiensis fol. 126. vº. [*Varescum*, in Litteris Joannæ Reginæ Castellæ ann. 1257. tom. 4. Hist. Harcur. pag. 1654. *Veresc*, in Charta Philippi V. Reg. Franc. ann. 1319 : *Decina.... totius ejevivi, quod in illis finibus dicitur Veresc. Warec*, in Charta ann. 1181. ex Tabul. Eccl. Dolensis : *Jurati dixerunt quod totum le Warec et magni pisces, ... sunt de dominio Archiepiscopi. Warech*, in Monast. Anglic. tom. 1. pag. 783. *Verecum*, in Tabul. Monast. SS. Trinit. Cadom. *Wreccum*, in Charta Edwardi II. Reg. Angl. apud Rymer. tom. 3. pag. 2. Tabul. S. Vandreg. : *Nous avons portion de dimes à Ruenville... avec droit de heurtage et Varre sur la mer.* Vide Glossar. Teuton. Schilteri pag. 799. et 885.] Etymon vulgo arcessitur a Saxonico *wræc*, i. detortum, abdicatum, seu, ut Somnerus habet, *Exilium*.

\* Charta ann. 1375. in Reg. 173. Charthoph. reg. ch. 548 : *Comme feust venuz et arrivez à Werecq en la parroisse de Morsalmes ou gravage, deux tonneauxx de vin, etc.* Lit. remiss. ann. 1407. in Reg. 162. ch. 113 : *Le suppliant nostre fermier de Ste. Honorine de Pertes et de Coleville, ou diocese de Baycux, print un certain Wrec de suif et de cire, qui estoit urrivée ès mettes de sa ferme, etc.*

**WREZ**, Tributii species apud Bohemos. Occurrit in Charta Ottocari Regis ann. 1227. in Bohemia pia pag. 58.

\* vel Servitii genus. Charta Wencesl. reg. Bohem. ann. 1249. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 522 : *Sint etiam paupres ab hoc quod dicitur Wrez et a succisione sylvæ.... liberi et absoluti. Wres,*

*sisara, erica*, in Diction. Bohem. Lat. Germ. Unde de servitio intelligendum est, quo subditi dumeta succidere et in culturam redigere tenentur. Vide *Exartus*.

† **WRIDDHAIALF**. Charta ann. 811. pro Eccles. Cantuar. : *Duas mansiones et dimidiam, quod Angli dicunt Wriddhialf haga.* [\*\* Leg. *hriddhialf*.]

† **WRIDIBORA**. Vide in *Widerbora*.

**WRISTE**. Carpus, vox Anglica. Leges Athelstani Regis part. ult. cap. 19 : *Immertur manus post lapidem vel examen usque ad Wriste.*

† **WROINDE**. Regest. Prumiense cum Gloss. Casarii Heisterbach. : *Mansi absi sunt, qui non habent cultores, sed dominus eus habet in sua potestate, qui vulgariter appellatur Wroinde.* Vide *Absus*.

\* **WRONHOFF**. Glossæ Casar. Heisterbach. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Hontheim pag. 662. col. 2 : *De his fasciculis procurabitur lumen in domo dominica, quam appellamus communiter Wronhoff.*

† **WROTEBOLLA**. Vide *Throtebolla*.

† **WRTECOC**, Vox Anglica. *Habendum et tenendum (masagium) eidem Laurentio et hæredibus suis,.... libere et hæreditarie, per librum servitium sex denariorum, per unnum et 1. Wrtecoc, pro omni servitio, etc.* in Charta apud Madox Formul. Angl. pag. 58.

\* **WSTECZ**, Polonica vox. Stat. Casimiri ann. 1347. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 42 : *Quondo super judicatio dubitabitur et ad judicem recipietur, alias Wstecz, etc.*

**WUDEHETHI**, Nemoris cæsis, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 37. ex Saxon. *wude e*, silva.

**WUUGIN**. Vita S. Odiliae n. 21 : *Vas vinarium.... quod secundum idioma Gallicensium Wuugin vocatur.* [*Woviugin* editum apud Ecardum in Orig. Habsburgo-Austr. col. 95.]

**WULFESHEOFOD**. Vide *Caput Lupinum*.

† **WULITIVA**. Vide in *Vultua*.

† **WULTATICUS**. Vide *Vultaticum*.

**WULTWOLF**. Vide *Walaworf*.

† **WURTPENNINGE**. Charta Wichmanni Archiep. Magdeburg. ann. 1182. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 3 : *Remittentes etiam censum arearum, qui dicitur Wurtpenninge, in omnibus curiis eorum.* Vide *Worth*.

† **WYKA**, Prædium rusticum, vel vilula, Angl. *Wick*. Monast. Anglic. tom. 2. pag. 154 : *Et totum Wykam cum hominibus, etc.*

**WYKETUM**, Portula, ostiolum, Anglis et Belgis *Wicket*, Gallis *Guichet*. Willet. Thorn. anno 1332 : *Et cum venisset ad portam Ecclesiæ prædictæ, per quam competeret ipsum transire ad Ecclesiam, invenit eam clausam, ita quod non parvum ingressum ad eandem, nisi per unum parvum Wyketum. Utitur rursus infra.*

**WYLISCUS**. Leges Inæ cap. 70 : *Duodecim manbræ cervisiæ Wyliscæ, 30. hlutres.* Ubi Spelmannus *Wyliscæ*, verit potentioris, hlutres, tenuioris. Vide eundem Spelmannum in *Blintres* et supra *Hlutres*.

† **WYTA**, ut supra *Witta*, Muleta. Locus est in *Danegeldum*.


\* **WYIAZDY**. Vide supra in *Kopce*.



\* **WYTELATA.** Vide supra in *Witellus*.  
**WYTHERNAMIUM,** Repressalia, pignoris captio, Saxon. wyðer-nam, ex wiðer, contra, adversus, et nam, captio.

Fleta lib. 2. cap. 47. § 10 : *Si cattalla capiat serviens Regis de averiis illius in duplum, nomine Withernamii, etc.* [Vide supra *Withernanium*.]

**WZBEG,** Facinorosus; sed aliquot diebus liber, apud Hungaros, inquit Sambucus. Vide Decreta S. Ladislai Regis Hungar. lib. 2. cap. 2. [Vide supra *Uzbec*.]



XAI

XEM

XEN



**LITERA** numeralis, quæ decem sonat. Unde versus :  
 X. duplex denos numero tibi dat retinendos.  
 Seu ut habet Ugutio :  
 Duplex X. solito decem jam more putatur.

Eidem literæ si recta linea superaddatur, decem millia significat.

X. inquit Notkerus Balbulus opusc. *Quid singulæ literæ significant in superscriptione cantilenæ: Quamvis Latina verba per se inchoet, tamen expectare expetit.* Vide *A.*

X. pro *Ch.* Inscriptio nummi Ludovici Pii Imper.

**CHRISTIANA RELIGIO.** *Decanus Christianitatis*, in Charta ann. 1221. apud Perardum. Secundinus Episcopus. in Hymno Alphabetico in S. Patricium : *XRS. illum sibi elegit in terris vicarium etc.* Versus antiqui apud Joan. Antouium Castil. de Antiquitate basil. Vincentianæ :

Circulus hic summi comprehendit nomina Regis,  
 Quem sine principio et sine fine vides.  
 Principium cum fine simul tibi donat A cum O,  
 X, et P, Christi nomina sancta tenent.

Joan de Janua : *Christus, quia Græcum est, per X scribendum est Christus. Sed quia figura X representat Ch, jam multi Latini scribunt Christus, per Ch.* [Vide infra *Xpianus*.]

¶ X. versibus præfigere solent veteres Critici, ut ex antiquis Scholiasticis cognoscere est, cum *καταχρηστικῶν* vocisque insolentiam indicare volunt. Vide Casaubon. in notis ad Laert. et ejusdem animadversiones in Athenæum lib. 6. cap. 8.

¶ X. internum pro *S*, vel *Sc*, ut videre est infra in *Xanccio*, *Xantus*, *Xexus* et *Xire*.

¶ **XABATENSES,** Hæretici Valdensium asseclæ et sectarii. Vide *Sabatati*.

¶ **XACHIA.** Tabular. Gellonense ann. 1097 : *Raimundus de Nant... usaticum omnem et Xachiam, quam in hominibus et feminis, vel in honore... habet*, tradit S. Salvatori Gellonensi. Leg. fortassis *Tachiam*. Vide *Tasca*.

\* **XAINTURA,** nostris *Xainture*, pro *Ceinture*, Cingulum, zona. Lit. remiss.

ann. 1397. in Reg. 152. Chartoph. reg. ch. 106 : *Le suppliant print une Xainture de cuir garnie de six clos d'argent.* Vide supra *Centura*.

**XAMITUM,** Pannus holosericus. Vide *Exametum*.

\* **XAMPLUM,** Ager recens exaratus, proscissus, idem quod *Exartus*. Charta ann. 1198. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 85 : *Petebat scilicet.... novalia omnia sive Xampla, et flumina navigabilia.* Vide *Exemplum 2*.

¶ **XANCCIO,** pro Sanctio, *Constitutio pæna vallata*, in Vocabulario Johan. Erlebachensis.

\* **XANOTERIUS,** nostris *Xanotier*, pro *Chanotier*, X enim pro *Ch* usurparunt, Cui canalium cura commissa est, a *Chanecia*, alveus, canalis: quod divinando proponimus. Lit. remiss. ann. 1458. in Reg. 188. Chartoph. reg. ch. 39 : *Ilz chargerent une petite coulevrine, que icellui Richard avoit leidit jour achattée, et certaine quantité de pouldre de canon du Xanotier de ladite ville* (de S. Maixent).

\* **XANTIUM,** *Herba, quæ vocatur Fagasinon, i. gladiolus.* Theod. Priscianus, in Glossar. MS. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

**XANTUS,** pro *Sanctus*. Commodianus Instr. 35 :

Xanta Dei lex est quæ mortuos vivere docet.

¶ **XAPHARDUM,** Tabulatum, ferale pegma, Gall. *Echafaut*. Adrianus de Veteribusco de Reb. Leod. apud Marten. tom. 4. Ampl. Collect. col. 1214 : *Requisierunt ab officiali Leodiensi eum condemnari, et ad manus villici tradi. Quod factum est, et facto Xaphardo in medio Mosæ, ad vicum tinctorum, decollatus est.* Ibidem col. 1368 : *Fecerunt fieri unum Xaphardum quadrum et altum ad decapitandum homines, ut omnes possent videre.* Occurrit rursus col. 1311. et 1321.

¶ **XECHES,** Regulus, Arabibus. Thuanus lib. 26. Hist. : *Dynasta quidam Solimanus nomine, cujusmodi regulos vulgo Xeches vocant, idque nominis Arabes iis tribuunt, quorum angustæ ditones regni titulo non habentur.*

**XEMPLARE.** Charta ann. 781. apud

Joan. Petrum Puricellum in Monumentis Ambrosianæ Basilicæ Mediolan. pag. 13 : *Ut acceptet ipse vorsus pro ista donatione a Theoperto Cellerario S. Ambrosii camixiam unam, et bragarum par unum, valentia solido uno, Xemplare unum, valens tremesibus duobus.*

¶ **XEMUS,** Imperfectus, non plenarius, pro *Semus*. Vide in hac voce.

**XENIUM,** Præstatio muneris vice. Testamentum S. Remigii Remensis Archiepisc. : *Incolæ loci illius multiplicibus Xenis gravati, etc.* Capitula Caroli M. lib. 1. cap. 146 : *Ut nullus Presbyter ad introitum Ecclesiæ Xenia donet.* Id est, pro facultate *Intitulationis* ad Ecclesiam. Concilium Nannetense cap. 16 : *Ut si quilibet Presbyterorum defunctus fuerit, vicinus Presbyter apud secularium seniores nulla precatioe, vel aliquo Xenio Ecclesiam illam obtineat, etc.* Concilium Trosleianum ann. 909. cap. 6 : *Xenis ac pastis vel paraveredis seu caballorum saginationibus Presbyteros affligunt.* Floardus lib. 1. Hist. Remensis cap. 14 : *Locorumque petentibus incolis, qui multipliciter erant aggravati Xenis, etc.* Lib. 2. cap. 11 : *Sic quoque ut nullus iudex publicus... quilibet iudicia vel Xenia ibidem exigere ullatenus præsumeret.* Ita cap. 17. 19. Leo Ostiensis lib. 2. cap. 8 : *Libellum fecit Leoni Presbytero et Joanni Gento pro Xenis et servitiis eorum.* Charta Henrici III. Regis Angliæ pro Monasterio S. Valarici in Picardia : *Nulla autem persona parva aut magna... aliquid ab hominibus et possessionibus predicti Monasterii exigat... non opera, non tributa, non Xenia, non lestagia, etc.* Vitæ Abbatum S. Albani pag. 36 : *Xenia autem de maneris annuatim proveniunt, etc.* Charta ann. 1267. in Metropoli Salisburgensi tom. 3. pag. 36 : *Dedit ad eandem domum quoddam prædium in Christorf, quod solvit annuatim dimidium libram, et Xenia.* Adde alias apud Prynneum in Libertatibus Angl. tom. 2. pag. 476. 478. 479. Vide *Exenium*, *Donum 2*. *Visitatio*, et *Dissertat. 4.* ad Joinvillam pag. 154.

\* **XENIA REGALIA,** Dona, quæ regibus offerri solitum erat. Vita S. Bandar. tom. 1. Aug. pag. 64. col. 1 : *Domine rex, vidimus sæpius, et ab antecessoribus nostris ac-*



cepimus, quod universi pontifices, qui regno vestro post vos president, regalia Xenia, quæ tantum deceant virum, vobis mittere vel deferre debent. Est autem Bandarius Suessorum episcopus, qui ab hac consuetudine videtur esse sequestratus, et aula regie præsentiam suam subtrahit, et regia munera nullo modo mittit. Vide Donum 2.

¶ XENIA, æ, Eadem notione, in Chron. Farf. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 542: *Et aliam petium ibi ad quartam et operam unam et Xeniam unam.*

¶ XENIUM, Quidquid alicui in subsidium conceditur. Charta ann. 993. apud Miræum tom. 1. pag. 147. col. 1: *Quatenus benedictione et licentia venerandi abbatis, sacerdos ibidem Deo psalmodiæ et Missarum celebraturus sacrificia, his Xenii adjutus, pro ereptione animarum nostrarum exoret libentius.*

¶ XENODOCHARIUS, XENODOCHARIA, in Gemma, pro Xenodochii præfecto, præfectave. Xenodocharius, eadem notione, in Gloss. MSS. apud Vossium lib. 3. de Vitiis serm. cap. 56. Vide infra Xenodochus.

¶ XENODOCHIUM, id est, Locus venerabilis in quo peregrini suscipiuntur, in lib. 2. Capitul. cap. 29. Occurrit passim.

¶ XENODOCHIUM, pro Monasterium. Vita S. Eugendi tom. 1. Jan. pag. 54: *Destructis namque mansionum ediculis, uno cunctos secum Xenodochio quiescere fecit.*

¶ XENODOCHUS, Xenodochii Præfectus, apud Gregorium M. lib. 1. Epist. 9. lib. 3. Epist. 24. [Vide Xenodocharius.]

¶ XENODOXIA, Vana gloria, a Græco ξενοδοξία. Vita S. Johannis Valentini. Episc. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1697: *Pauperes ad prandium coram se reficiebat, multos latenter, vitans Xenodoxiam, indumentis operiebat.*

¶ XENODOZIOLUM, diminut. a Xenodochium. Acta S. Arnulfi Episc. : *Egerorum etiam et maxime leprosozum misertus, iis Xenodoziolum condidit juxta cellulam, ipsisque quævis solatia, etiam usque ad viliora sese obsequia demittens, vir beatus impendit.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Xenodoziolum, petit hospital.*

¶ XENOSTORIUM. Durandus lib. 1. Ration. cap. 5. num. 1: *Loca humanæ necessitati deputata sunt Xenodochium, Xenostorium, quod idem est, etc.* Vox, ni fallor, ibrida, ex Gr. ξένος, et stare Lat. ubi peregrini stant.

¶ XENOTROPHIUM, Eadem notione, quia ibi nutriuntur peregrini, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Lieux honorables, c'est assavoir hospital ou conversent pelerins.* Hinc

¶ XENOTROPITA, in iisdem Glossis, *Hospital de pelerins.*

¶ XERAMPINUS, pro Xerampelinus, ex Gr. ξερραπέλινος, color inter coccinum et muricem medius, Scholiastæ Juvenalis Sat. 6. quasi vitis sicca, ut est apud Scaligerum Exercit. 325. in Cardanum. Errant enim Grammatici recentiores, qui xerampelinas vestes veteres et quasi desiccatas interpretantur, propterea forte quod idem Juvenalis Xerampelinas veteres dixerit eadem Sat. Papias et Ugutio : *Xerampelinae dicuntur veteres vestes et præsicca.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Xeropellina, pel ou vestement*

*melle. Xeropellinus, vel, sec, debrisé.] Ademannus Scholasticus in Rytlimis :*

Xerapelinus ornatus cum paucis jugeribus  
Prasul durus denegarat.

[Martenius tom. 4. Anecd. col. 114. edidit :

Xerampelinus ornatus cum paucis regeribus, etc.]

Ubi codex Gemblacensis : *Xerapeline vestes dicuntur veteres et præsicca, pampineum habentes colorem, et ponuntur hoc loco pro quibuscumque antiquis vestibus.* Χερραπέλινοι τῷ χρώματι, apud Codinum de Orig. pag. 51. edit. Meursii, et Suidam in Ἀραβικαῖα. Xerampinum vero, et xerampinum, occurrit in Notis Tyron. pag. 159.

\* XERATUS, Locus deambulationis, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613.

¶ XERGA, vox Hispanica, Pannus sericolaneus, Gall. Serge. Vide Sargineum. Synodus Limæ ann. 1582. inter Conc. Hisp. tom. 4. pag. 249: *Veste autem utantur nigra (Eremite.) Quod si paupertatis causa viliori panno uti velint, quem Hispanice vocamus Xerga, poterunt facile nigro colore inficere.*

¶ XEROMYRRHA. Sedulius in Hymno de Christo :

Xeromyrrham post Sabbatum  
Quædam vehebant corpori,  
Quas allocutus Angelus,  
Vivum, sepulchro non tegi.

Expressit illud Evangelii *Ut venerunt, ut ungerent Jesum.* An hæc unctio ex liquidis, an vero ex siccis constiterit, incertum. Ac siquidem ex siccis, Xeromyrra, pro Xeromyrrham, si id pateretur ratio carminis, legendum censerem, cum ξερωμύρρας nulla quod sciam occurrat mentio apud Medicos. [Ξερωμύρρα, occurrit apud Medicos, ac præcæteris apud Alexandrum Tralianum lib. 11. cap. ult. extremo.] Est autem ξερωμύρρα, Aëtio lib. 6. unguentum siccis omnibus et in pulvere redactis constans. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Xeromirum, sec oingnement.*] Vide Gorreum in Definit. Medic. [et Cellarium in notis ad Sedulium pag. 110.] [\*\* Ξερωμύρρα, Rosmarinum, in Gloss. Lat. Gr.]

¶ Ingeniosa omnino est veroque simillima correctio Fabri in Thesaurò ad hanc vocem, ubi rescribendum censet Xeromyrrham, id est, Christo myrrham, ex antiqua scribendi nomen Christi ratione, ut ex superioribus dictis animadvertere est; addit pro corpori emendandum conparet ex Alcuino et tres Marias designari. Hæc fusius dicta, videsis loco citato.

¶ XEROPHAGIA, Gr. ξερωφαγία, Aridus victus, arida comestio. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Xerofagia, seiche comestion.* Hæc cum athletic ad robur corporis, tum Christianis ad vivendi sobrietatem et castimoniam in usu fuit. Tertull. de Jejunii cap. 1: *Arguunt nos quod... Xerophagias observemus, siccantes cibum ab omni carne, et omni jurulentia, et vividioribus quibusque pomis.* Idem cap. ult. : *Saginuntur pugiles et pycæ Olympici illis ambitio corporis competit, quibus et vires necessariæ, et tamen illi quoque Xerophagii invalescunt.*

¶ XEXUS, pro Sexus, in Charta Henrici

I. Imper. ann. 1014. apud Murator. delle Antic. Estens. pag. 111.

¶ XIA, Vestis species. Concil. Tarracon. ann. 1591. inter Hispan. tom. 4. pag. 615: *Exceptis canonicis cathedralium ecclesiarum, ... nullus clericus in sacris ordinibus constitutus vel beneficiatus deferat sericum cujuscumque qualitatis, neque vestes superiores de camelloto, neque Xias de tafatano.* \* vox Hispanica, eadem atque Chia, quæ ab Academicis Madritensibus definitur, Capitis tegmen, quod duabus tæniis super dorsum defluentibus constabat. Vide Chias.

¶ XILIVUM, Xyli bombyx, Gall. Coton. Statuta Avenion. rubr. 28. art. 1. pag. 100: *Statuimus quod candelæ fiant ex bono sevo, et illarum ellichnium sit ex bono Xilivo seu bombaci, pœna viginti solidorum Turonensium et perditionis candelarum.*

¶ XIRE, Scire. Judicium ann. 873. inter Probat. tom. 1. Hist. Occitau. col. 125: *Quia nos jam dicti testes Ximus, et bene in veritate notum havemus, et vidimus, etc.*

¶ XISTUS, Tribunal, pulpitum, Vita S. Dionysii Mediol. Episc. tam. 6. Maii pag. 46: *Cumque de Arianorum sævitia quedam inprobe loqui voluissent, ita ut quæ illi sævissime agerent, ita digna putaret, et servissimum jam tribunal conscendens resideret; ingrate ferentes religiosi viri, a Xisto eum dejicientes abstraxerunt cum eunucho, et ita ecclesia sunt ejecti.*

¶ XIUS, Leges Palat. Jacobi II. Reg. Majoric. inter Acta SS. tom. 3. Jun. pag. XLVIII: *Suave landabile atque bonum nec non caritati consonum judicamus, ut de iis quæ in mensa nostra pro refectioe tam nobis quam aliis in eadem sedentibus apponuntur, partem optinuis nostris Xis Christi pauperibus, immo ipsi a quo omnia recipimus, tribuamus.* Ita expresse scriptum monent Bollandistæ, qui vim vocis ignorant, nisi sit idem quod patronus.

¶ XOCA, Xocca, Vestis genus. Ricobaldi Ferrar. Hist. Imp. apud Murator. tom. 6. col. 128: *Virgines in donibus patrum tunica de pignolato, quæ appellatur sotanum, et paludamento linteo quod dicebant Xoccum, erant contentæ.* Vide Subtaneum.

\* Eadem est quæ supra Socca 1. Vide in hac voce.


¶ XPIANUS, Crestien. Kristus, Crist, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. Charta apud Madox in Formul. Anglic. pag. 244: *Ricardo Episcopo Cæstræ, et omnibus prælati ecclesie, et omnibus hominibus suis, et omnibus Xpianis Johannes de Stutevill salutem.* Ubi scribendum cum ρ Græco. Vide in X.

¶ XSANSSA. Bern. de Breydenbach Iter Hierosol. pag. 212: *Inde ipse quatuor potentissimis regibus suis conviciis encenua transmittit, videlicet Magno Cham de Cathey, Presbytero Joanni, Xsanssa domino Tartarorum, et Magno Turco.*

¶ XUNGIA, Unctum, adeps, Gall. Saindoux. Statuta Montis Regal. fol. 308: *Item, pro quolibet rubo olei, sevi candellarum, sevi et salacii Xungie, solvat den. octo.*

¶ XYSTARCHES, a Gr. ξυσταρχης, Præses certaminis seu xysti. Tertull. ad Mart. cap. 3: *Bonum agonem subituri estis, in quo agonothetes Deus vivus est: Xystarches Spiritus sanctus.*





YCH



LITERA numeralis, quæ 150. denotat. Unde versus: Argolicus centum quiuaginta facitque character.

Ita Ugutio, et Notæ numerorum antiquæ. At Baroni- us versum sequentem habet:

Y. dat centenos et quinquaginta novenos. Id est, 159. Eidem literæ si recta linea superaddatur, 150. millia significat.

Y. Otrifridus in Epist. præfixa Evangeliiis Theotiscis: Ea etiam hoc elementum (Y) lingua hæc (Theotisca) horrescit interdum, nulli se characteri aliquotiens in quodam sono nisi difficiliter jungens.

Y. instar signi Crucis insertum fortasse est in Monogrammati regis, et ab Episcopis in suis subscriptionibus usurpatum. Vide Mabill. Diplom. lib. 2. cap. 10. num. 13.

Y, nude, ut mox Yu, ex Onomastico ad calcem tom. 3. Act. SS. Julii.

YA, Ita: vox Saxonica, ut na, non. Charta Adelstani Regis Anglor. tom. 1. Monastici Anglic. pag. 173: Et quod homines sint credendi et per suum Ya, et per suum na. Ya, pro Ita, obtinet etiam apud omnes Germanicas nationes, imo etiam apud Armoricos et Guallenses.

YBENNS, Ligni species, Ebenus, Gall. Ebene. Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1363. ex Bihl. Reg.: Item unus baculus de Ybenus ornatus argento esmailatus armis Franciæ et Burgondiæ,.... pro officio cantoris dictæ S. Capellæ. Baculus de Ybenns rursus in Inventar. ann. 1376. Inventar. Gall.: Item un baston de Ybenns aorné d'argent, esmaillé aus armes de France et de Bourgoigne.... pour l'office du Chantre. Aliud incerti anni: Item unus baculus de Ysbernis, etc. Quod facile ex allatis emendatur.

YBERNAGIUM, supra Hybernagium. Vide in hac voce.

YBURPANANSECA, Furtum vituli vel arietis, vel quantum quis supra dorsum suum poterit portare de cibo, in Regiam Majestatem lib. 4. cap. 16. Vocis origo Skenæo ignota: quem vide præterea lib. de Verbor. significat. Spelmannus vero ait, compositam ex y, pro te, prænomen, by r y n, onus, et seca, saccus, quasi dicas onerum saccus. Vide Byrthinsak.

YCHIGARE, Redditum annuum dividere, solvere, a voce vulgari Ychide, Redditus seu proventus annuus. Consuet. Labourt. tit. 17. art. 4: Si par le contrat de l'engagement a esté accordé que le creancier

YDI

doive donner ou payer à celui de qui est la terre durant l'engagement certaine rente par an, vulgairement appellé Ychide etc. Ychide ou ager, in Consuet. Solensis tit. 31. art. 4. Consuet. Brageriæ. art. 115: Item, si quis receperit animalia quæcumque nutrienda ad lucrum et duminum et ad certum cabal ut supra; dominus dictorum animalium quotiescumque ei visum fuerit poterit mandare dictum nutritorem de Yshic exegar, quo mandato dictus nutritor tenetur et debet post octo dies a tempore dictæ mandationis computandos, adducere dicta animalia in foro seu in villu Brageriuci, ubi dictus dominus animalium nalu-erit adducenda, et ea ipsi domino adhibere et Ychigare (alias Yshiguare.) Et nihilominus dare bonos et competentes fidejussores de tenendo, complendo, solvendo dicitur Yshic sive lucrum, si quod sit domino memorato.

\* Vulgo Exiguer, quod de re pecuaria rationem facere, proprie sonat. Vide Capitale 4.

YCHONIA, Imago, Gr. εἰκών. Necrolog. B. M. de Argentolio fol. 56: Contulit ecclesie Ychoniam Beatæ Mariæ cum ceteris imaginibus. Vide Hyconia.

YCONOMUS, pro Oeconomus. Vitæ Abbatum S. Albini: In Ecclesia illa Rex Offi- vices agens Yconomus et Custodis specialis, etc. [Alexius pincerna et Yconomus D. Adriani summi Pontificis, in Charta ann. 1158. Procurator seu Yconomus monasterii Saxivi- vi, in Charta Innocentii IV. PP. ann. 1243. apud Fontanin. in Antiquit. Hortæ pag. 405. Infra: Yconimus.] Utuntur etiam Scriptores alii recentioribus. [Occurrit apud Murator. tom. 2. pag. 143. Georg. Christianum tom. 2. Rer. Mogunt. pag. 887. Kenett. in Anti- quit. Amhrosd. pag. 616. Rymer. tom. 3. pag. 460. Marten. tom. 3. Anecd. col. 1739. etc.] \*\* Yconomus, apud Ekkeh. IV. Casus S. Galli cap. 16. Pertz. Scriptor. tom. 2. pag. 141. lin. 25.]

YCONOMIS, Eodem intellectu. Charta Henrici Comit. Blesensis apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 622: Sive per Yconomem suum decreverint, etc.

YCHONOMUS, in Charta Stephani Episc. Tornac. ann. 1197. apud Miræum tom. 2. pag. 1202. col. 1.

\* YDAM, Arubice, pulmentum, in Glos- sar. MS. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

\* YDEMPITAS, pro Indemnitas, in Charta ann. 1240. ex parvo Reg. S. Germ. Prat. fol. 30. vº. col. 1.

YDIOTA, Stolidus. Alienatum à mente et factum penitus Ydiotam, in Litteris ann.

YER

1353. ex Regesto 82. Chartophylacii Reg. Cl. 61.

\*\* YDOLAGIA, Idololatria. Folcuin. Ge- sta Abbat. Lobiens. in Prolog.: Franci... Ydologiam in christi tyrociniunt conmuta- verunt.

\* YDONEUM, Præstatio quælibet, jus quodvis aut tributum legitimum juriq-ue consonum. Pariag. inter reg. et abb. mo- nast. S. Andr. Avenion. ann. 1292. in Reg. 93. Chartoph. reg. ch. 133: Item si contin- geret dure leudam, sextoyragium, portana- gium, vel aliud Ydneum, quod sit commune sicut jurisdictionis, etc. Vide supra Idoneare.

YDONEUS, pro Idoneus, in Charta ann. 1204. ex Tabul. Episc. Paris. fol. ciii. et alia Caroli Comit. Provinc. ann. 1290. ex Cod. MS. D. Brunet fol. 76. vº. Occurrit non semel alibi.

YDRIA, pro Hydria, Mensura vini, semel et iterum apud Hansiz. tom. 1. Germ. sacræ pag. 276.

\* Metreta frumentaria, interdum liqui- dorum et vini. Ydrie, pro Cruche, Urceus, in Testam. Renati reg. Sicil. ann. 1474. tom. 2. Cod. Ital. diplom. col. 1279: Une des Ydries, esuelles nostre Seigneur fist miracle en conversion d'eau en vin es nopces d'Architriclin. Vide supra Hydria. Hinc

\* YDRIATA, Quantum ydria continetur. Lit. remiss. ann. 1355. in Reg. 84. Char- toph. reg. ch. 166: In vindemiis, unam Ydriatam vini, quam in alieno hereditagio ceperat, in dicta dono sua apportaverat.

\* YMERIA, Pactum inter comitis. et capitul. S. Quint. ann. 1211. in Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 1. fol. 84. vº: Item ex parte comitis propositum est, quod burgenses S. Quintini nullum debent emen- dam pro excommunicatione, nisi peccoris tunsionem et Ymeriam.

YEMS, pro Hiems, apud Madox For- mul. Angl. pag. 138. Yemale semen, in Charta apud Bloat in Nomolexico Angli- cano.

\* YERACA, Hiera, compositionis medi- cinalis species. Lit. Joan. Presbyt. ad Emanuel. imper. ann. circ. 1165. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 2. pag. 21. col. 1: Magnificencia mea eorum, quæ ad gaudia pertinent, copiam indigentia tuæ per apocri- siarios nostros largifue transmittet. Accipe Yeracam in nomine meo, et utere tibi.

\* Yerre nostris alias, pro Lierre, Hedera. Hist. S. Germ. Prat. inter Instr. part. 2. pag. 149. col. 2: Interdum quod erinus ad processionem, subelemosynarius debet facere chorum juncari de Yerre, etc.



\* *Yeulage* vero, Acclamatio, ut videtur, in Recognit. feud. MS. terræ de Bovincoart ann. 1269: *Et chille sire de ledite ville arrive prisme en sedite ville, iront en devant les hommes et les fillettes en faisant et criant l'Yeulage, comme de droit est.*

† **YEROPHAGIA**, male pro *Xerophagia*, in Consuetud. MSS. Cluniac. ex Tabul. B. M. Deaurata Tolos.

\* **YFFANTARIUS**, Erro, qui infantes alienos abducit. Libert. Montis-olivi ann. 1312. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 505. art. 38: *Latrones autem publici et fautores ipsorum, bucellarii, Yffantarii, et alii insignes latrones, quibascunque nominibus censeantur, severitati legum subiciantur.*

**YGMINUS**, pro *Hegumenns*, ἡγεμύνης, Abbas. Utitur non semel Thiofridus Abbas Epternacensis in Florib. epitaphii Sanctorum in proœmio libri 1. eod. lib. cap. 6. et alibi.

**YINGEMAN**. Leges Henrici I. cap. 16: *Danagildum, quod aliquando Yingeman dabatur, i. 12. den. de una quaque hida per annum, si ad terminum non redditur, wita emendetur.* Sic Cottonianus codex et noster, inquit Spelmannus; sed utriusque fidem suspectam habeo, ne mendose forte pro *Ynglismā* vel *Englismā*, i. Anglico. [\*Thorp. þinge mannis, cap. 15. Vide ibi not.]

\* **YLLA**, Insula, Gall. *Isle*. Charta ann. 1295: *Item tres fessoriatas prati cum veneto, sitas in Yllas retro molendinos suos.* Alia ann. 1321. in Reg. 60. Chartoph. reg. ch. 177: *Retentis etiam domino regi altis et bassis iustitiis, mero et mixto imperio in Yllis sive insulis prædictis.*

\* **YMACHINATIO**, Instigatio, impulsio. Lit. remiss. ann. 1364. in Reg. 98. Chartoph. reg. ch. 4: *Cum eidem Johanni impositum extitisset dominos Petrum Ruffi et Guillelmam Ferrals ad jussum seu Ymachinationem dicti Johannis factos fuisse, etc.*

\* **YMACHINATUS**, Qui vices alterius in rebus gerendis implet, et *imaginem* quodammodo refert, suppositivus, in iisd. Lit.: *Idem Johannes tractavit malitiose et calidiose cum quodam alio homine, qui fingens se procuratorem dicti Guillelmi, ipsū Johannem quitteret ab omnibus, quæ occasione societatis sua comanda... tenebat... Qui Johannes una cum dicto homine Ymachinato accessit, per quem se quittari fecit. Vide Imaginariū.*

† **YMAGINACIO**, Cogitatio. Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. cap. 36. pag. 91: *Regalis nobilitas Ymaginacione multiplici toto corde deliberat et exquirat, quomodo antiqua jura recuperet.* Instrum. ann. 1406. ex Bibl. Reg.: *Un des servitears de Messire Gnil. Belier vint dire audit Rigolet que il s'en venist tantost en la sainte Chapelle, et que l'uy en estoit ouvert... Ils aperçurent que les lampiers, qui estoient d'argent en estoient ostez et considererent comment ce poit avoir este fait et troaverent par Ymagination que ce avoit esté fait tant comme l'en disnoit en cloistre.*

† **YMAGINATOR**, Phrygio, *Brodeur*, recensetur in Catalogo Sodalitatis B. M. Deaurata Tolos.

† **YMAGINATURA**, Imago acupicta. Inventar. Eccl. Noviom. ann. 1419: *Una*

*cappa de Cardinali de Limoges panni aurei cum orfretis de broderie et Ymaginataris Apostolorum, operata auro et serico.*

\* **YIMAGINATUS**, Imaginibus adornatus, sculptus, nostris *Ymaginé*; unde *Ymaginerie*, Sculptura seu opus sculptile, et *Ymaginette*, Parva imago, figura. Charta ann. 1351. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 503: *Item gobeletum unum cum tribus pedibus, Ymaginatum de uno gallo sursum et tribus cavallitris.* Inventar. MS. jocal. Eduardi I. reg. Angl. ann. 1297: *Item una coupe d'argent dorée, dont le piés est ane rose et six fuelles, s'est Ymaginée de rois... Item un pot lavoir d'argent à Ymaginettes... Item un aatre (pot) purement dorei et portrait d'Ymaginerie sans esmail.* Lit. remiss. ann. 1353. in Reg. 81. ch. 766: *Un gobelet d'argent, csmailié et doré, à quatre piés, Ymaginez à trois pelerins. Ymagerie, Acupictus, vulgo Brodé, in Testam. Petri ducis Brit. ann. 1457. ex Bibl. reg.: Deux paremens d'aate de tapisserie d'Arras, ... Ymageriez de la Passion, et esqaels sommes noas et nostre compagne en presentation. Vide Imaginatus.*

† **YIMATHINATIO**, mendose pro *Intinatio*, declaratio. *Ad jussam seu Ymathinationem*, in Litteris ann. 1364. ex Regesto 98. Chartophylacii Reg. Ch. 4.

\* Male lectum pro *Ymachinatio*. Vide supra in hac voce.

† **YIMBERNAGIUM**, ut supra *Hybernagium*. Charta Petri Episc. Meld. ann. 1226. ex Chartul. ejusdem Eccles.: *Habebit autem capellans, pro victa et vestitu suo et clericis sui de bonis dictæ domus duos modios bladi Ymbernagii rationabilis.* Occurrit rursus in Charta ann. 1229. Locus est in *Greneriam*.

† 1. **YMIUS**, comparat. ab Imus, in Chron. Johan. Whethamstedii pag. 405: *Dum transisset sabbatum sive solstitium anni istius, descendissetque sol Ymias et Ynias, etc.*

\* 2. **YMIUS**, Fossilis. Terra *Ymia*, idem quod *Cadmia*, Gall. *Calamine*. Charta ann. 1281. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 902: *Ferri non laborati, plumbi, stagni, rammi, terre Ymie, de qua fit anchalchum (pro aarichalchum).*

† **YMINISFITH**, Porcellus ablatatus, Schiltero in Gloss. Teuton. Vocem corruptam esse censet Eccardus in Notis ad Leg. Sal. tit. 2. § 5. ubi *Ymnis*, vel potius *Ynnis* solidum interpretatur.

† **YMNIZARE**, a Gr. ὑμνίζειν, Laudare, prædicare, hymnos cantare. Pontificale antiquissimum: *Perveniens (Rex consecrandus) ad ecclesiam prosternat se coram altare et Ymnizetur Te Deum laudamus, Te Dominum confitemur, finetenus: quo Ymnizato erigatur de solo, etc.* Dudo de Ducibus Normannorum:

Ymnizante melos psallere voce queas.

Vide *Hymnizare* in *Hymnus*.

† **YMNODIA**, Canticum. Bibl. Heilsbr. pag. 63:

Sit Jesu laus, et gloria sit Virgini Mariæ  
Quod completum est carmen hujus Ymnodiæ.

Vide *Hymnodia*.

† **YMPNARE**, Liber hymnos continens, apud Will. Thorn. pag. 1935.

† **YMPNUS**, pro *Hymnus*, apud Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. cap. 124. pag. 321: *Laadum Ympnos concinit.*

† **YNDARDUS**, Autissiodorensibus *Indard*, Instrumentum quo naves adverso flumine navigant: unde *Yndardus* nuncupatur quicquid ea ratione exsolvit. Codex censualis Episcopat. Autiss. ann. circ. 1290: *Yndardi et aqua circa XII<sup>xx</sup>. lib. Yndardus S. Mariani circa XVI. lib. Vide Indardus.*

† **YNOLATUS**. Statuta Vercell. lib. 5. fol. 123. vº: *Item quod fiant singulis sex mensibus duo libri Ynolati pro parte pusterne et parte ursonis, qui vocentur Memoriale.*

† **YNSPURUS**, pro *Impurus*, nothus. Locus est supra in *Vastardus*.

\* **YOCRUS**. Alex. Iatrosoph. MS. lib. 2. Passion. cap. 11: *Si infirmas colore Yocro faerit, i. colore siligeneo, etc.*

\* **YOPA**, Germ. *Yopen*, Vestimenti generis. Privil. sartor. ann. 1288. apud Ludewig. tom. 11. Reliq. MSS. pag. 637: *Præsertim volumus quod nullus deferat tunicas crastatas, sea capucia, aut coltas vel Yopas in foro rerum vendium venales, præter in fundinas, quod interpretatur foram annale.*

† **YPAPANTI**, Festum Purificationis Beate Mariæ. Vide supra *Hypapanti*.

† **YPATUS**, Gr. ὑπατος. Vide *Hypatus*.

† **YPEPA**, Locus vel prædium a majori dependens, ut videtur. Descriptio honorum domini de Eska ex Tabular. Audomar.: *In territorio et dominio villæ de Eska et aliarum Ypeparum circumjacentiam... Dicitur namque tota terra de Eska et de suis antedictis Ypepis, etc.*

† **YPERLIRICUS**, Vox Græca vim comparativi habens a lyricus. Elmham. in Vita Henrici V. Regis Angl. cap. 12. pag. 23: *Ubi totidem tubarum tumultuosus strepitus partes æthereas tonitruoso ragitu reboare cogebat, citharædorumque Yperlirica melodia, etc.*

† **YPERPERATA**, **YPERPERUS**. Vide *Hyperperan*.

† **YPERUS**, ut *Hyperperum*, Moneta Imperatorum Byzantinorum aurea. Bern. Thesaurarius de acquisitione T. S. apud Murator. tom. 7. col. 777: *Jussit solium in palatio deferri, et Balduinum in eo sedentem, Ypris aureis asque ad verticem cooperiri sive circandari.*

\* **YPIA**, *Morsus gallinæ*, in Glossar. MS. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

† **YPOCAMISIUM**, Vestimentum quod subtus camisium est. Vide *Hypocamisiū*.

† **YPOCARE**, pro *Ypothecare*. Obligare, oppignerare. Charta ann. 1308. in Histor. Tuill. pag. 470: *Spontaneè confessas est se jam dudum Ypocasse et pignorasse venerabili patri et DD. Conrado tunc Episcopo Tallensi... medietatem villæ de Vannis.*

\* **YPOCISIS**, Aggregatio hamidorum circa pupillam densatorum, in Glossis ad Alex. Iatrosoph. MS. lib. 1. Passion. cap. 94: *Adhuc autem et senioribus ætate defectum visifici spiritus reparant (axydorcica) et renovationem faciunt visui, et incipientes Ypocisis solverunt.*

† **YPOCOERCIIUM**, vox ibrida, Locus ubi soleis ferreis equorum pedes muniuntur. Vide supra *Hippocoercium*.



\* **YPOCRASIAM**, a Gallico *Hypocras*, Submistum vinum. Proces. Egid. de Ruys ann. 1440. ex Bibl. reg. : *Dictus Egidius de Rays reus cibariis et vini delicatis, etiam Ypocrusio et clareto vulgariter nuncupato, ... usus fuit.*

† **YPODECANUS**, Subdecanus, Erlanus Ypodecanus subscribit Chartam Theotolonis Archiepisc. Turon. ann. 943. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 74.

\* **YPODIAC**, Subdiaconus. Charta Ludov. Pii ann. 824. tom. 2. Geneal. Diplom. aug. gentis Habsburg. pag. 20 : *Ego itaque Cospreht immerens Ypodiac... rogatus scripsi et subscripsi.*

† **YPODROMUM**, YPODROMUS. Vide *Hypodromum*, et *Spidromum*.

\* **YPODROMUS**, *Latrina, privada*, Prov. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

\* **YPOGAMUS**, Navis species, f. pro *Ypogavus*, in eod. Glossar. Hippegus, navis qua equi transvehuntur. Vide *Ypogaubin*.

**YPOGAUBIN**, YPOGAVUS, Navis, ἵππικος, Papiæ, *Navis, in qua equos vehere solitum est*. Glossar. Saxon. Ælfrici : *Ypogavus, horsa scip, i. ad verbum, equi navis*. Somnerus *Hippagus*, vel *Hippago* restituit. [Vide *Huisserium*.]

\* **YPOGLOTIA**, *Paulo pillule, quæ sub lingua tenentur, quæ bekikie dicuntur*. Glossar. MS. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

† **YPOPANTON**, pro *Ypapanti*, in Charta Paschalis II. PP. ann. 1104. inter Instrum. tom. 1. Gall. Christ. novæ edit. pag. 66. et in Charta Alexandri III. PP. apud Rocchum Pirrum in Sicilia sacra pag. 28. Vide *Hypapanti*.

\* **YPOPIA**, *Aggregatio nigri sanguinis ex percussura*, in Glossis ad Alex. Iatrosoph. MS. lib. 1. Passion. cap. 93 : *Nescio an hoc melius sit ad Ypopias aliud collirium*. Et cap. 100 : *Ad Ypopias et myocephala facit cum ovi liquore albo inunctum... Si autem myocephala aut Ypopias (sic) fuerit, post inunctionem ligabis oculos aut linteum in aqua infuso frigida, aut spongia in ipsa aqua infusa*. Glossar. MS. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959 : *Ypopium*. Theod. Priscianus cup. de *Egritudinibus oculorum* : *sed aut, inquit, declinantibus oculorum doloribus, quidam tumor circa inferiorem angulum apparuit, quam Ypopisi (sic) dicimus*.

\* **YPOPIRGIUM**, Area. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. Reg. 4120 : *Ypopirgium, Aire*.

\* **YPOPYRGIUM**, Gall. *Andier*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521. Aliud Provinc. Lat. ex Cod. 7657. *Guachafacc*, Prov. *Ypopyrgium*. Vide supra *Ipopigerium*.

\* **YPOROGIUM**, Vide infra *Yvorye*.

\*\* **YPOSTASIS**, Gr. ὑπόστασις, Substantia, res. Liutprand. Antapod. lib. 3. cap. 41 : *Gezo cum omni sua Ypostusi meis tradatur in manibus*.

† **YPOTECA**, ΥΠΟΘΗΚΑ, Oppignatio, obligatio, apud Rymer. tom. 2. pag. 303. Charta ann. 1282. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 272. col. 2 : *Obligaverit titulo speculis Ypotece*. Alia ann. 1477. ex Tabul. B. M. de Bononuntio Rotomag. :

*Sub suorum omnium et singulorum Ypotecha et obligatione bonorum mobilium et immobilium.*

† **YPOTECARIA**, Fundus oppigneratus, Gall. *Hypothecaire*. Charta ann. 1195. apud Cencium inter Census Ecel. Rom. : *Quodcumque itaque jus et quancumque actionem personalem et in rem sive Ypoteccariam adversus Romanam ecclesiam, etc.* Hinc

† **YPOTECARE**, ΥΠΟΘΗΚΑΡΕ, Oppignare, *Hypotequer*, apud Rymer. loco laudato, Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. IIII. et Lobinell. tom. 5. Hist. Paris. pag. 655. Vide *Hypothecare*.

† **YPOTHECARIUS**, pro *Apothecarius*. Vide in hac voce. Computus ab ann. 1333. ad ann. 1336. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 283 : *Item, cuidam Lombardo per manus Michaelis Ypoteccarii domini pro muscato empto per dominum, XII. flor.*

† **YPOTHETICE**, Jure *ypothecario* seu oppigneratus. Charta ann. 1246. ex Tabul. Episc. Paris. fol. CCXIII : *Eudem Episcopo Ypotteticæ titulo specialiter obligavit*. Alia ann. 1256. ex Tabul. S. Crispini in Cavea : *Pro qua summa x. lib. Ypotteticæ obligavit dividium bladi lyemalis*.

† **YPOVICARIUS**, ΥΠΟΒΙCΑΡΙΟΥS, Subvicarius, qui Vicarii vices agit. Vide in *Vicarius*.

\* **YPOYCARIA**. Charta ann. 1322. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 126 : *Habent ab aliis personis diversas summas pecunie in operatoris suis, tam de payreria quam de Ypoycaria*. Melius infra : *Ypoteccaria*; pro *Apoteccarii* seu pharmacopolæ officina. Vide *Ypoteccarius*.

**YPSIVREMETA**, ex Gr. ὑψιβρεμετάς, Altitonans. Epitaphium Crescentii, qui obiit ann. 1010. apud Baronium ann. 996. n. 11 :

Dic rogo, dic lacrimis pietatis clausula, Jesu,  
Parce tuo famulo Ypsivremeta pie.

† **YRCUS**, pro *Hircus*. Statuta Arelat. MSS. art. 37 : *Et pro quolibet porco et porca, ove seu mutone, Yrcu et capra dent 11. den.*

† **YRENEUS**, Pacificus. Gr. εἰρηναίος. Acta S. Frederici tom. 4. Jul. pag. 461 : *Episcopum oportet esse irreprehensibilem, sobrium, ... doctorem, Yreneum, non vinolentum, etc.*

**YRIAS**. Indiculus superstitionum et Paganianarum cap. 24 : *De pagano cursu, quem Yrias nominant, scissis pannis, vel caleis*.

† **YSARNODORI**, Ostium ferreum, lingua Teutonica seu veteri Gallica, ex Vita S. Eugendi tom. 1. Jan. pag. 50. col. 1.

† **YSBERNUS**. Vide supra *Ybenns*.

† **YSEMBRUNUS**, Panni species. Vide *Isembrunus*.

† **YSENGRINI**, Populi quidam de quibus in Hist. Viconiensis Monast. apud Marten. tom. 6. Ampl. Collect. col. 303 : *Sic Spiritus sancti gratia in vita exstitit debriatus (Ægidius Abbas) ut meruerit pacem inter Ysengrinos et Flaventinos, vel Flampe-des in partibus Hollandiæ et Zelandiæ, et Flandriæ, quam nullus hominum attentare quibit, sive Rex, sive Comes, aut Baro reformare*.

\* Furnensis tractus in Flandria incolæ, factiosi virtute bellica præstantes sub Philippo Augusto, nostris *Ingrins*; quare vero ita appellati, vide in *Isegrinus*.

\* **YSHARTUS**. Vide mox in *Yssartum*.

† **YSHIC**, YSHIGUARE. Vide *Ychigare*.

\* **YSHIDA**, Vectigalis species, et maxime illud, quod pro evehendis vinis aliisque mercibus ex aliquo loco persolvitur. Vide supra *Isshac*.

† **YSICIUS**, Salmo. Vita S. Kentigerni tom. 1. Pii. pag. 820 : *Nuntio cum hamo ad ripam fluminis Clyd festinare præcepit, et piscem primo extractum scilicet Ysicium, qui et Salmo dicitur, ad se reportare*. Codex MS. Rames. apud Spelman. : *Incapite autem Quadragesima, octo fratribus Ysicios, etc.*

\* **YSITARE**, Exhaurire, ni fallor. Charta ann. 1293. ex Tabul. Montispessul. : *Dominus Raymundus de Polano archidiaconus Fenolcti in ecclesia Narbonensi habens potestatem plenariam... agotandi scilicet, Ysitandi ac desiccandi stagnum Castrinovi in Narbonesio, etc.*

\* **YSMIRALLUS**, Smaragdus, Ital. *Smeraldo*, Gall. *Emcrande*. Invent. ann. 1314. apud Cl. V. Garamp. in *Disquis. de sigil. Garfagn.* pag. 87 : *Item una mitra solemniss... cum zaphiris, balatis, perlis, Ysmirallis, etc.* Vide supra *Esmarandus*.

† **YSNECA**, Navigii species, scapha, Nostris *Esneche*; idem quod *Naca* 1. Vide in hac voce. Statuta Massil. lib. 4. cap. 1 : *Puniatur inde taliter quod pro nave qualibet, et Ysneca, vel coca compellatur dare communi Massiliæ pœnam arbitrio rectoris, vel consulum Massiliæ*.

† **YSOLUS**, Parva insula, Gall. *Islot*. Charta ann. 1258. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *De meridie de dicto verdone descendit usque ad Ysolum, et de Ysolo in verdone*.

\* **YSON**. Dialog. creatur. dial. 73 : *Yson, dicit Brito, avis est de genere vulturis, alba et minor quam vultur, sed rapacissima*.

† **YSOPUM**, Aspersorium, Gall. *Gouppillon*. Vide *Ferratum* et *Hyssopus*.

† **YSOTONUM**, ut *Ysopum*, mendose, ut suspicor, scriptum in Inventario ann. 1341. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *Item feiratum unum cum Ysotono*.

\* **YSPIA**, Explorator; unde *Yspiare*, Explorare. Comput. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 259. col. 2 : *Cum diceretur quod in loco Lunelli erat captus una Yspia, quod vellet eos certificare de confessione sua etc.* Ibid. pag. 260. col. 1 : *Ad indagandum et Yspiandum quid in patria faciebant inimici*. Vide *Espia* et *Ispia*.

\* **YSSAC**, Vectigalis species, et maxime illud, quod pro evehendis vinis aliisque mercibus ex aliquo loco persolvitur. Vide supra *Isshac*.

\* **YSSARTUM**, YSSHARTUM, YSHARTUS, Ager exaratus, dumetis purgatus; unde *Ysshartare*, Interlucare silvas, Gall. *Essarter*. Charta ann. 1341. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 368 : *Idem procurator dicebat quamplurima Yssharta et ignis commissiones quamplurimas in diversis nemoribus et dumis... eos immisisse, et ad novam culturam reduxisse... Prædictis consulibus (S. Amancii) assentibus se esse in possessione... Ysshartandi, extra tamen forestas prædictas, Yssharta et campos faciendi*. Alia ejusd. ann. in Reg. 80. ch. 466 : *Quod homines castri sive loci de Cabrayrolis... Yssharta quamplurima... inde fecerant et terras ad culturas redegerant*. Charta ann. 1361. in



Reg. 103. ch. 78 : *Hæredes Guillelmi Raimundi serviunt unum sextarium frumenti pro quadam Yshartu, loco dicto ad Caverius. Vide Exartus.*

\* **YSSEMBRUNUS**, Panni species. Charta Mauri. Genoman. episc. ann. 1227. ex Tabul. monial. S. Juliani de Prato : *Man-tellis etiam non utantur, nisi de præfatis pannis, aut de Yssebruno, aut de essaio de sancto Dionysio. Vide supra Isembrunus.*

\* **YSSERTUS**, a Gallico, ut videtur, *Issue*, Transitus, exitus. Lit. Lancel. de Roya magist. forest. et aquar. in Occit. ann. 1394. ex Reg. 146. Chartoph. reg. ch. 121 : *In paxeria molendinorum Badaclei Tholosæ nullus erit passus sive Yssertus, per quem dicti querelunt cum suis gabarrotis et parvis uavibus navigando per flumen Guaronæ... libere transire poterant nec valebant... Concedimus licentiam... in dictis Ysserto sive Ysserthis tendere et piscare regales... capere. Vide supra Passus 4.*

\* **YSSHIDIA**, **ΥΣΣΙΔΑ**, Vctigalis species, et maxime illud, quod pro evehendis vinis aliisque mercibus ex aliquo loco persolvitur. Vide supra *Isshac*.

† **YSTORIATUS**, Intextus figuris, ornatus, Nostris *Historié*. Inventar. ann. 1416.

ex eod. Tabul. : *Cum duobus retaulis desuper Ystoratis... Item duas postes modicas Ystoriatas nativitatis Domini et Veronissæ. Vide Historiatus.*

\* **YSTRAICUS**, Funestus. Isidorus Pacensis Episcopus, in Chron. æra 780 : *Sed quia nequaquam eam ignorat omnis Hispania, ideo illa vitium recensiti tam Ystruica bella ista decrevit historia, quia jam in alia Epitoma qualiter cuncta extiterunt gesta patenter et paginaliter manent nostro stylo conscripta. Ex Lat. forte Oestruicus. [\*\* In edit. ann. 1729. stragica, a Strages.]*

† **1. YSTRIO**, Leno, ut videtur. Statuta Astens. collat. 11. cap. 8. fol. 27. vº : *Ystrio, vel publicus lecorator, vel publica meretrix. Vide Histriciones.*

\* **2. YSTRIO**, pro *Histrío*, qui buccinas inflabat, vel musica instrumenta pulsabat. Lit. remiss. ann. 1355. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 470 : *Cum Robinus pauper Ystrio sive menestrellus pro ludendo de suo artificio cum corneto ivisset, etc.*

† **YUCA**, Plantæ seu radicis species in America. *Nemo vel Hispanus vel Indus... faciat azua ex fora cum mistura Yucæ, in Synodo Limensi ann. 1585. inter Conc. Hispan. t. 4. p. 426. Occurrit rursump. 761.*

\* *Battata Indica in Diction. Hispan. ad hanc vocem.*

\* **YVERNAGIUM**. Vide *Hybernagium*.

\* **YVERNALE**, f. Ager *yvernagio* sen secali satus. Charta Joan. ducis Bitur. ann. 1401. in Reg. ejusd. ex Cam. Comput. Paris. fol. 179. rº : *Molendina nostra... cum eorum saltibus, aquis, ripperiis, exclusis, alberiis, alberiutis, piscaturis, Yvernalibus, aquæductis, etc. Vide supra Hybernagium.*

\* **YVORYE**. Joan. Germ. Cabillon. episc. in vita Phil. III. ducis Burg. apud Ludewig. tom. 11. Reliq. MSS. pag. 124 : *Jussionem principis completurus per alpes Cottias et montem Jura viam capit, per yporogium, quam Ivorye appellant ad plana Lumbardie se confert. [\*\* Eporedia, hodie Ivrea.]*

† **YYESIA**, f. Cæcus paterni animi affectus in filium, a Gr. *ύιός*, filius. Hugonis Cetelli Epist. 54. tom. 2. Monument. sac. Antiquit. pag. 411 : *Nescis prorsus quid sit Yyesiu, vir es discretionis, homo est pacis, nihil innaniter, nihil inhumaniter agis.*

† **YZANES**, inter supellectilem lecti recensetur, in Charta Hispanica æra 1060. apud Ant. de Ypez in Chron. Ordin. S. Bened. tom. 5. pag. 435 : *Literius 3. Yzanes 2. etc.*

## ZAB



**LITERA** numeralis, quæ 2000. efficit. Unde versus :  
Ultima Z. canens finem bis mille teuebit.

Seu ut habet Ugutio :

Ultima Z. quæ canit finem bis mille tenere.

Eidem literæ, si recta linea superaddatur, bis millies mille significat.

Z. pro X. crebro. *Zenia*, pro *Xenia* : *Zenodochium*, pro *Xenodochium*, in Gloss. Ælfrici pag. 62. 79.

\* Z, pro R, sæpius in Instr. Hist. Nem. Cozona, pro Corona, *Cizateca*, pro Chirotheca. *Ceza*, pro Cera, etc.

\* Z, pro S, passim occurrit ; *Zabaterius*, *Zandale*, pro *Sabaterius*, *Sandale*, etc.

ZA. Charta Italica ann. 1154. apud Pucicellum in Ambrosiana Basilica pag. 711. 712 : *Et hoc fuit ab undecim annis in Za, et a meuse in la. Infra : Et hoc fuit a 40. annis in Za, et a 25. in la. Vulgare Italicum : Galli dicunt en çà.*

ZABA, ZAVA, LORICA. Gloss. Arabico-Lat. : *Lorica, Zaba*. Papias : *Zaba, munimentum in prelio virorum fortium*. Julianus Antecessor cap. 304. *Zabas, sive loricas*. Lexicon Gr. MS. Reg. cod. 2062 : *Záβα, τὸ*

## ZAB

λωρικιον. *Zabareion*, ἐν ᾧ αἱ ζάβαι. Quod vero *ζαβαρεῖον* dicitur, *θήκαι* et *θηκάρια* τῶν ζαβῶν sunt Leoni in Tact. cap. 6. § 22. ubi ex corio bubulo esse jubentur. *Zabarium* vero non semel meminit idem Leo ibidem cap. 6. § 22 : *Ἐχεν δὲ δι' ἑκάστον ἄνδρα ὄπλησιν τοιαύτην, Ζάβας τελείας μέχρι τοῦ ἡσραγάλου ἀνασυρμένας διὰ λωρίων καὶ κρικελίων μετὰ τῶν θηκάρων αὐτῶν. Adde § 3. 13. 17. 25. et cap. 7. § 73. Ζάβας ἦτις λωρίκα. Occurrit etiam vox eadem in Nov. 85. et in Chronico Alexandrino pag. 782. Vide Scriverium ad Vegetium pag. 564. præter Rigaltium, et Glossar. med. Græcit. in *Záβα*.*

ZAVA, Idem quod *Zaba*. Lex Wisigoth. lib. 9. tit. 2. § 9 : *Partem aliquam Zavis vel lorice munitam. Ubi Fuero juzgo lib. 9. tit. 2. § 8 : Muestra los bien armados de lorigas, e perpuntes. Est igitur zava idem quod *perpunctum*, seu *gambasium*. Vide in his vocibus.*

SABEA, vel *SABEUM*, pro *Zaba*. Capitula Herardi Archiep. Turon. cap. 113 : *Clerici... si armis, sagis, vel Sabeis usi fuerint, deponantur.*

ZABATUS. Papias : *Cristatus, galeatus, i. Zabatus*. Alibi : *Zabatus, cristatus, galeatus*. Ubi *zabam* pro *galea* aut *casside* videtur

usurpasse : nisi per *galeam* intelligat *loricam cucullatam*, quæ et corpus et caput tegebat, uti legit Meursius in Gloss.

\* **ZABALEGUM**, apud *Aliabatem* exponitur *Mastix*. Glossar. MS. medic. Sim. Januens. ex Cod. reg. 6959.

\* **ZABARA** vocatur a multis vulgariter *planta, unde fit aloes, imitantes Arabicum, quod est Saba*, in eodem Glossario.

\* **ZABATERIUS**, pro *Sabaterius* ; Calceorum sutor vel sartor. Stat. Avenion. ann. 1243. cap. 149. ex Cod. reg. 4659 : *Statuimus quod curia eligat duos viros legales... de Zabateriis, qui questiones quæ orientur inter... Zabaterios possint... componere.*

**ZABERNA**, Papias : *Zaberna, ubi vestes ponuntur, aut quodlibet aliud ; Zaberna, arca, vel armariolum*. Gloss. MSS. : *Zaberna, vestiarium*. [Tabul. Eccl. Audomar. : *Privilegia existentia in superiori parte almarie seu Zaberne magna existentis in thesauro. In prima et superiori parte medie seu secundæ Zaberne sive almarie,.... in tertia parte secundæ Zaberne, etc.* Mirac. S. Udalrici cap. 25. sæc. 5. Bencd. pag. 468 : *Interim etiam quæsiuit Zabernas et calceamenta, et non invenit.*] Hariulfus lib. 3. Chron. Centul. cap. 28. de Capsa, in qua erat cor-



pus S. Vigoris Episcopi Bajoc. : *Hospitem exorat, ut Zabernam, quæ sanctis ossibus erat onusta, diligentissimæ atque fideissimæ traderet custodire.* Et mox : *Acceptam vero Zabernam Bernardus tuli loco ponere eam nititur, quem latrones adire non possent.* Infra, *Arca appellatur : Inquiri citius jubet, cuius esset arca. Zabernam fortassis hoc loco usurpavit Hariulfus pro taberna, seu arca aut capsâ, ex tabulis ligneis compacta. Tabernæ enim, auctore Isidoro lib. 15. cap. 2, dictæ, quod ex tabulis ligneis essent confectæ.* Vide infra in voce *Zubyræ.*

† **ZABERNA**, Eodem significatu. Drogo in Translat. S. Levinæ tom. 5. Julii pag. 617 : *Novo linteolo ea (ossa) involvit, hospitiuum venit, in una suarum Tabernarum collocavit.* Infra *Zabernam* vocat.

† **ZABOLATICUS**, **ZABOLICUS**, **ZABULITICUS**. Vide mox in *Zabulus*.

† **ZABULUM**, *Sabulum*, arena. Charta Henrici VII. Reg. Angl. ann. 1499. apud Rymer. tom. 12. pag. 714 : *Ita quod in veleribus lanarum terram, petras, finum, Zabulum, arenas, et pilos minime pœccent aut involvunt.* Alia ann. 1533. apud *Madox* in Formul. Anglic. pag. 151 : *Cum omnibus aliis terris, pratis, pasturis, et omniibus aliis pertinentiis manerio prædicto pertinentibus; excepto Zabulo et lapidibus, etc.*

† **ZABULINUS CAMPUS**, *Arenosus*, in Inquisitione ann. 1196. apud *Cencium* inter Censu Eccles. Romanæ.

**ZABULUS**, *Diabolus*. Sic autem *Dorice* aiunt appellari. *Dorica* quippe lingua ζαβούλλω, idem est quod διαβόλλω; ut ζάκωρος, idem est quod διάκωρος. Aliter tamen censet *Possinus* in notis ad orat. *Nicetæ* in SS. Michael. et *Gabriel*. pag. 60. *Papias* : *Zabulus, est Satanas, quod Latine sonat adversarius, vel transgressor.* Glossæ vett. : *Zabulus, Satanas, contrarius.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Zabulus, contraire, transgresseur, diables.*] Glossæ aliæ MSS. : *Zabulus, Satan.* *Phœbadius Aginensis* in Epist. contra *Arianos* : *Cibum desideravit cum tentaretur a Zubolo. Zabolica subtilitas, Zabolice virus, apud eumdem.* Consultatio *Zachæi* et *Apollonii* lib. 3 : *Horum igitur merito venturum Antichristum fides certa est, immo Zabulum sub persona hominis sæviturum.* Titulus memoriæ S. *Waldomeris*, tom. 1. *Histor. Francor.* pag. 513 :

Hinc perdunt *Zabulus vires*, incendia *Maurus*. *Wandelbertus* in Præfat. ad *Martyrologium* :

Fallens, ne *Zabuli* vineat iniquitas. Utuntur passim *Veteres*, ut et aliquot ævi inferioris *Scriptores*, S. *Cyprianus* in Epist. ad *Demetrianum*, *Auctor libri de Aleatorib.* *Cassianus Collat.* 1. cap. 14. 21. S. *Hilarius* in *Matthæi* cap. 24. cap. 26. et alibi. S. *Augustinus* serm. 123. de *Diversis*, S. *Ambrosius* lib. 5. de *Fide* ad *Gratianum* cap. 1. *Lactantius* de *Mortibus persecutorum* cap. 16. S. *Patricius* Epist. ad *Coroticum*, *Paulinus Nolanus* pag. 28. 50. 55. 291. 498. *Commodianus Instr.* 35. 57. 59. 60. 73. S. *Eulogius* lib. 1. *Memorial.* cap. 55. et lib. 2. cap. 4. *Thiotfridus Epternac.* lib. 4. cap. 2. *Notæ Tyronis*, *Gildas* de *Excidio Britannicæ*, *Florus Lugdun.* *Dia-*

con. *carm.* 4. *Fridegodus* in S. *Wilfrido* cap. 36. *Eigil* in *Vita S. Sturmii* n. 6. *Edgarus Rex Angl.* in *Leg. Monachorum Hydensium* cap. 4. *Vita S. Guthlaci* cap. 18. 21. *Vita S. Genulfi* lib. 1. cap. 3. n. 21. *Ordericus Vitalis* pag. 460. *Hariulfus* lib. 3. cap. 18. *Chartæ veteres* in *Bibliotheca Cluniacensi* pag. 543. et apud *Meurissium* in *Episcopis Metensib.* pag. 349. etc.

† **ZABOLATICUS**, *Diabolicus*. Epist. encyclica apud *Marten.* tom. 1. *Ampl. Collect.* col. 354 : *Perplurimæ similes miseræ, instigante Zabolatico conatu, perpetratæ sunt.*

† **ZABULITICUS**, Eadem notione. *Vita S. Guthlaci* tom. 2. *April.* pag. 42 : *Ille vero Zabuliticum magisterium despiciens, etc.*

**ZABYRA**, *Abdias* *Babylonicus* lib. 4. *Hist. Apostol.* pag. 46 : *Et haud mora collectis libris magicis, Zabyras plenas ad Apostolum attulit, cervicibus suis et discipulorum impositas, et cepit eos ignibus scopum eo comburere. Sed Jacobus prohibuit, ne forte odor incendii, inquit, vexet incautos.* *Appendæ Zabyris lapides, et plumbum, et mitte in inure.* Ubi *Meursius* emendat *zabarias*, ut fuerint ζαβαρῆα, *Zabarum* repositoria. Sed hic non agitur de loricis, nec de eorum thecis; sed de cistis aut capsis: unde malim legere *zabernas*, quomodo ex *MS.* emendat *Salmasius*, et apud *Ordericum Vitalem* lib. 2. pag. 381. ubi eadem verba describuntur, legitur. Vide *Zaberna*.

† **ZACCARUM**, *Saccharum*. *Comput.* ab ann. 1333. ad ann. 1336. tom. 2. *Hist. Dalph.* pag. 284 : *Et undecim libris et uno quartone de Zaccaro, etc.*

\* **ZACCO**, *Gladii* species. *Instr.* apud *Lam.* in *Delic.* erudit. inter not. ad *Chron.* imper. *Leon.* *Urbevet.* pag. 149 : *Item fratrem nostrum Ugonem cum Zacone vulneravit... Item Gallum cum Zacone in capite et auricula percussit, ita quod sanguis emanavit.* Vide supra *Sacabuta* et *Sachs*.

† **ZACHARA**, *Zacharia*, ut *Zaccarum*. *Hist. Orient. Jac. de Vitriaco* apud *Marten.* tom. 3. *Anecd.* col. 279 : *Sunt ibi cannæ, ex quibus fluit fructus dulcissimus, et vocantur cunnunelli Zacharie.* Alter locus exstat in *Cananelle*. Vide ibi.

\* **ZACHARELLUS**, *Arundo*, ut videtur, unde elicitur *Zucharum*. *Charta* ann. 1281. apud *Murator.* tom. 2. *Antiq. Ital. med. ævi* col. 901 : *De somu datilorum, Zuchirelorum et uvæ passæ, quatuor solidi Mutinenses auferantur.* *Supra* col. 899 : *Zacharellorum.* Vide *Cananelle*

**ZACLUS**, *Retis* ad capiendos pisces species, quæ describitur a *Petro de Crescentiis* lib. 10. cap. 37.

\* *Legendum forte Zaclus.* Vide supra *Saclus* 2.

**ZACONES**, pro *Diacones*, ut *Zabulus*, pro *Diabolus*. *Commodianus Instr.* 68 :

Ministerium Christi, *Zacones*, exercete caste, Idcirco *Ministri* facite præcepta *Magistri*.

Sic vero hodie *Lacedæmonii*, vocabulo a *Lacones* detorto, appellantur a *Græcis*, ut auctor est *Pachymeres* lib. 5. cap. 25. *Nicephorus Gregoras* lib. 4. pag. 70. et *Martin.* *Crusius* in *Turcogr.* lib. 7. pag. 489. Vide *Glossar.* *Meurs.* in Τζάκωνες, [et *Gl. med. Græcit.* in ead. voce.]

**ZAFALMERINUS**. Vide in *Zavalmedina*,

\* **ZAFARANUM**, *Zaffaranum*, *Crocus*. *Ital. Zafferano*, *Gall. Safran*. *Charta* ann. 1281. apud *Murator.* tom. 2. *Antiq. Ital. med. ævi* col. 901 : *De soma Zufarani,.... sex solidi Mutinenses auferantur.* *Alia* ann. 1382. tom. 3. *Cod. Ital. dipl. col. 1571* : *Habeant singulo anno in Kalendis Januarii pro supradictis eorum solitis et consuetis honoribus mediam libram Zaffarani, libram unam piperis, etc.* Vide *Zafframen*.

† **ZAFFARDA**, *Capitis operimentum* apparitorum proprium, unde vocis etymon : *Italis* quippe *Zaffo* est *Apparitor*. Vide mox *Zaffones*. *Statuta Placent.* lib. 1. fol. 10 : *Portare super caput capitium vel Zaffardum de panno jano cum signo ad arma communis. Quæ caputia seu Zaffarda dentur eis expensis communis Placentiæ quolibet anno.*

\* **ZAFFINUS**, *Ital. Zaffiro*, *Saphirus*, *gemma* cærulei coloris, pro *Zaffirus*, unde diminut. *Zaffirellus* et *Zaffireolus*. *Invent. MS. thes. Sedis Apost.* ann. 1295 : *Item unum urcum de opere Fenetico ad flum,.... cum diversis lapidibus praxiniis, Zaffinis et granatinis.... Item unam cupam cum.... xvij. Zaffireolis de podio.... Item unam cupam de cristallo cum pede, in quo suut... xij. Zaffirelli;.... coperculum etiam esse de cristallo, in quo sunt iij. esmalta, viij. Zaffirelli.* Vide *Saphirinus*.

**ZAFFONES**, *Venetis* dicuntur *Sagittarii*, vel *apparitores*. *Rollandinus* in *Chron.* lib. 11. cap. 3 : *Quidam pedites et Zaffones illi, quos vulgo Waldanam dicimus, præcedentes inordinate ante militum acies, etc.* *Cap. 5* : *Repente namque supervenerunt Berroarii sive Zaffones quidam, etc.* *Denique* cap. 16 : *Cum eadem gente, et quibusdam viris prudentibus alieni cupidis, quos appellamus Zaffones.*

**ZAFFRAMEN**, *Crocus*, *Italis Zafferano*, vel *Zaffarano*, nostris *Saffran*. *Sanutus* lib. 2. part. 2. cap. 6 : *Es, stagium, seu rammum, Zafframen, coralla, etc.* *Caput 7.* habet *Zaffranum*, quomodo forte legendum in cap. 6.

† **ZAFRANUM**, Eadem notione. *Chron. Parmense* ad ann. 1307. apud *Murator.* tom. 9. col. 867 : *Et propter hoc Zafranum quod ducebatur pro festo Nativitatis non inveniebatur ibi nec haberi potuit.* Vide *Zufferana*.

† **ZAGARELLA**, *Fimbria*, *Gall. Frange*, ab *Italico Zaccherella*, diminut. a *Zachera*, *Academicis Cruscanis vocabulo generico di tutte le cose di poco pregio*, *reculæ*, *tricæ*. *Comput.* ab ann. 1333. ad ann. 1336. tom. 2. *Hist. Dalph.* pag. 283 : *Item, pro ornandis caputis domini et dom. Humberti de Villuriis et Zagavellis aureis et setæ, II. s. III. d. gros.*

† **ZAGUS**, *Nomen officii palatini* apud *Venetos*. *Appendix* ad *Translat. SS. Pauli et Barbari* tom. 7. *Maii* pag. 772 : *Capitaneus major, Zagus, ceremoniarum magister, etc.* Vide *Adalides*.

† **ZAHALMEDINA**. Vide *Zavalmedina*.  
\* **ZAIBAS**, *Arabice*, *Argentum vivum*. *Glossar MS. medic.* *Simon. Januens.* ex *Cod reg.* 6959. Vide infra *Zibatum*.

\* **ZAIRUM**. *Placit.* ann. 1077. apud *Murator.* tom. 1. *Antiq. Ital. med. ævi* col. 457 : *Peto vos... ut vallis, quæ est fois hujus*



*civitas Patavi, quæ dicitur Vallis de Mercato, quæ simul se tenet pratium et Zairo vocato, cum valle seu cum casis et ortis simul se tenentibus cum prædicto Zairo, quod fuit antiquitus ædificium magnum.... Ut concedas mihi fodere de Zairo aliquas petras, etc.*

‡ **ZALA**, Incendium, [Depolatio.] In Gloss. Græco-Lat. Ζάλα, est æstus, unde forte pro incendio vox usurpata: aliis est turbo, procella, agitatio maris. Capitulare Radelchisi Principis Benevent. ann. 851. § 3: *Liceat per meam terram transire contra illos hostiliter et cum scara ad vindicandum absque homicidio, vel incendio, et deprædatione seu Zala, de populo et terra mea.* Et § 19: *De nullo homicidio vel præda atque Zala seu incendio retroactis fiat aliqua requisitio vel vindicta.* Occurrit iterum § 21. Capitulare Adelchisi Principis Benevent. § 7: *Sed ea per igne aut a Zalatione seu deprædatione perdidisset.*

‡ **ZALARE**, Incendere. Chronicon Anonymi Barensis ann. 1036: *Zalate sunt casæ Joannes Icanato.* Ann. 1051: *Zalavit ipse Judæam.* Ann. 1070. *Zalate sunt casæ Meli Pezzi et obrute.*

‡ **ZALAMELLA**, ZALAMELLA, Instrumentum musicum. Chronic. Mutin. apud Murator. tom. 15. col. 608: *Ibi fuerunt circa C. tubæ resonantes, Zalamele, et instrumenta alia mirabiliter resonantia.* Bern. Thesaurarius de Acquisit. T. S. apud eumd. tom. 7. col. 834: *Volebant enim sibi facere nomen cum tubis et Zalameillis et vexillis multis progressi.*

\* **Fistularius calamus**, idem quod *Calameilla* 1. Vide in hac voce.

‡ **ZALANDRIA**, Navigii species. Vide *Chelandium*.

‡ **ZALARE**, Incendere. Vide *Zala*.

‡ **ZALATA**, *Grando*. Joh. de Janua. *Grelle*. In Gloss. Lat. Gall. Sangerm.

\* **ZALASKA**, Corylus, vox Polonica. Stat. confirm. ann. 1505. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 331: *Si aliquis aliquem provocaverit in lite pro cocilo, alias Zalaska;... tunc provocatus ad corinnum (sic), arbitrium habebit eligendi ut sumat corinnum (sic) sive pro tribus marcis, sive pro sex scottis.*

‡ **ZALDA**, Albertinus Mussatus de gestis Italicorum post Henricum VII. lib. 5. rubrica 2: *Et insuper electorum balistariorum 5. millia, lancearum cum hastis longissimis, quas Zaldas vocant Italici, 2. millia, etc.* [Cruscanis, *Giolda*, lancea.]

\* **ZALDUS**, Luteus, flavus, Ital. *Giallo*. Invent. MS. thes. Sedis Apost. ann. 1295: *Item unum altare viaticum de diaspro Zaldo et rubeo.*

\* **ZALGROSSEN**, Monetæ species. Charta ann. 1356. apud Ludewig. tom. 11. Reliq. MSS. pag. 535: *Emimus, rationabili emtionis et venditionis contractu hinc inde interveniente, pro mille et septingentis et quinquaginta sexaginta grossorum usualium, qui Zalgrossen vulgari nomine nuncupantur, undecim Hallenses pro grosso computando, etc.*

‡ **ZALLA**, Mantile, linteum quo manus exterguntur, Germ. *Zwelen*, a vet. Theodisco *Zwalla*. Guidonis Discipl. Farf. cap. 16: *Pueri qui non valent portare charitatem, id est fialas ad mensam, non tergant manus suas ad Zallam in die Sabbatorum in capi-*

*tulo*. Cap. 19: *Zallam atque baciles domni Abbatis, etc.*

‡ **ZALMEDINA**. Vide *Zavalmedina*.

\* **ZALOBA**, Polonica vox. Stat. Vladisl. Jagel. ann. 1420. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 77: *Provisum est insuper quod postquam unanquamque questionem coram judicio expositam, dictam Zaloba, aliquis edixerit, etiam si plures persone sint pro parte quarum questio agitur, tantum unum memoriale exigatur.*

‡ **ZALOUS**. Chron. Tarvis. apud Murator. tom. 19. col. 803: *Qua quidem cum antenna lignea totum id diversorium sustentabatur, Zalois de raza, et mirabilibus tæpæ stratum, etc.* Leg. videtur *Zattois*. Vide *Zatouy*.

‡ **ZAMA**, Genus monstri, Johanni de Janua.

‡ **ZAMBILOTTUS**, Pannus ex pilis camelorum confectus: ex Ital. *Zambelotto*, Gall. *Camelot*. Paulus Venetus lib. 1. cap. 64. *Fiunt quoque ibi Zambilotti optimi de pilis camelorum.*

‡ **ZAMELLETTUS**. Joh. Demussis Chron. Placent. apud Murator. tom. 16. col. 581: *Et aliqua ex dictis indumentis sunt de veluto, vel de serico de grana, vel de alio colore, vel de Zamelletto.*

‡ **ZAMELLOTUS**, ZAMELOTUS. Idem Chronic. col. 580: *Et alium de Zamelloto undato, etc.* Statuta Placent. lib. 6. fol. 81: *Item de aliquo mantello Zendalis seu Zamelotti, etc.*

‡ **ZAMBORIUM**. Conc. Hisp. tom. 4. pag. 176: *In festis Pentecostes non fiat representatio emissionis Spiritus sancti nisi in primo festo bis, horis Missæ et Vesperarum, modo tunc temporis non fiant tonitrua cum ballistris quæ damnum non modicum inferunt Zamborio sedis. Leg. Zimborio. Vide in Ciburium.*

‡ **ZAMBRA**, vox Hispanica, Saltationis Mauricæ species. Conc. Valent. ann. 1565: inter Hisp. tom. 4. pag. 68: *Neve potissimum in matrimonii cantilenas in Machometi laudem, præsertim quas Zambras et seilas dicunt, concinant.*

‡ **ZAMBUCA**, Navis Indica. Maff. Hist. Ind. lib. 9: *Zambucis, aut paronibus quadraginta octo cum magna Mahometanorum cæde potius est.* [\* Vide *Sambuca*.]

\* **ZAMENCOEP**. Charta ann. 1316. in Cod. reg. 10197. 2. 2. fol. 82. rº: *Officia, quæ Zamencoep.... Teutonice nominantur, etc.* Ubi Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1423. edidit *Zamecoop*. Germ. *Zahmen*, domare, mansuefacere.

‡ **ZAMETUM**, Pannus holosericus. Testam. Guallæ Bicherii Card. Vercell. ann. 1227. apud August. de *Chieza* in Hist. Eccl. Pedemont. cap. 36: *Da... unum apparatus de meis... scilicet planetam, dalmaticam, tunicam de Zameto rubeo.* Vide *Exametum*.

\* **ZAMMETTA**, Baculus, qui vicem gambæ præstat. Vita B. Joan. Bassandi tom. 5. Aug. pag. 888. col. 1: *Reatina quædam mulier, Massia nomine, dum sic membris esset contracta, quod vix se movere possit, de terra sua venit cum Zammetis sive potentis ad corpus venerabilis patris, etc.* Vidi *Gambetta*.

‡ **ZANBRERIUS**, Camerarius, minister

cameræ, ab Italico *Zambra*, camera. Charta ann. 1337. in Statutis Perusiæ fol. 9: *Presentibus testibus ad hæc specialiter convocatis Peroneto Pasquali, Petro de Sancto Secundo, et Stephanino de Lugduno sartore familiaribus et Zanberis illustris domine Principissæ (Sabaudia).*

‡ **ZANCA**, ZANCHA. Vide *Tzangæ*.

‡ **ZANCHA**, Tibia. Mirac. B. Henrici Baucenens. tom. 2. Jun. pag. 376: *Ingottatus in manu dextera et gamba, Zancha.*

‡ **ZANDALE**, ut *Zendale*. Vide *Zendadum*.

\* **ZANUS**, f. Niger. Charta ann. 1227. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 903: *Unum mantellum zendati Zani, coopertum de stanforte brano (f. bruno), etc.* Vide in *Zendadum*.

‡ 1. **ZAPA**, ZAPONUS, Ferrea solea. Statuta Montis Regal. fol. 268: *Item. Statutum est quod omnes ferrarii facientes Zaponos ferros equorum et asinorum, debeant habere tantummodo pro quolibet ferro bono et sufficienti seu Zapono, et pro ferratura unius ronconi et ronconæ, nuli et mulæ magni corporis, solidos duos denarios novem, et de asinis et muletis parvis solidos duos, pro quolibet Zapono, et de asinis et somis parvis, solidum unum denarios novem, et de Zapa bovis, solidos quatuor et non plus.* Vide *Zapatura*.

‡ 2. **ZAPA**, ZAPPA, Ligo, Gall. *Hoyan*, Ital. *Zappa*. Inquisitio ann. 1196. apud Cencium inter Census Eccl. Rom.: *Item dixit quod vinea quæ fuit Marcoaldi et presbyteri Rolandi... est ad XII. Zappas... Item dixit quod vinea quæ fuit presbyteri Rollandi de Cocone est de curia et est ad v. Zappas.* Id est, tantum vineæ, quantum XII. vel v. *Zappis* seu ligonibus coli potest in anno. Memoriale Potestat. Regiens. ad ann. 1218. apud Murator. tom. 8. col. 1092: *Et adduxerunt targias, et tabulas, et ostia domorum, Zapas, palleas, et multos mulos oneratos herbarum, quia volebant reimplere fossatum.* Chron. Domin. de Gravina apud eumd. tom. 12. col. 613: *Habens Zappan in collo et panem illum in bisaciolis et flascum vini, quasi iret ad vineas videbatur.* Anonymus in Annal. Mediol. tom. 16. col. 744: *Habebat tria millia guastatorum cum Zappis et badilibus.* Aratra, *Zappæ, badilia, nec aliqua utensilia ad laborandum terras*, in Statutis criminal. Riperiæ cap. 33. fol. 11. Vide *Sapa*, 1. Hinc

‡ **ZAPPARE**, Italis, Terram *zappa* seu ligone fodere. Statuta Castri Redaldi fol. 22. vº: *Statuimus et ordinamus quod omnes mezadri et terzarini teneantur et debeant omnes arbores fructiferas Zapare ad pedem.* Chronic. Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 563: *Annuatim (debet) operas tres, unam ad arandum, aliam ad metendam, tertiam ad Zappandum.* Mirac. B. Simonis Eremitæ tom. 2. April. pag. 828: *Juravit quod de anno proxime præterito de hebdomade sancta, eo existente in quodam campo ad Zappandum, etc.*

‡ **ZAPPATOR**, Fossor, Italis, *Zappatore*. Chron. Parmense ad ann. 1308. apud Murator. tom. 9. col. 872: *In publica concione more solito data fuerunt vexilla vexilliferis militum, et balestrariorum, et Zappatorum per dictum dominum Potestatem.* Chron.



Domin. de Gravina apud eumd. tom. 12. col. 613: *Habebant autem nuntiam eorum fidum quendam nomine Johannem Maryonum virum Zappatorem et vilis conditionis.*

¶ **ZAPATURA**, Ictus calcis equi. Mirac. B. Henrici Baucen. tom. 2. Jun. pag. 378: *Non bene viderat de oculo dextro propter Zapaturam cujusdam equi. Vide Zapa. 1.*

¶ **ZAPPELLA**, Statuta Montis Regal. fol. 178: *Item statutum est, quod nulla persona... præsumat ludere infra domos conventus Fratrum Minorum, Fratrum Prædicatorum, et Ecclesiæ S. Donati, ad aliquem ludum taxillorum, biglarum, pilotæ et Zapellæ, nec ad aliquem ludum inhonestum.*

¶ **ZAPPELLUS**, Via imbribus excavata, ut videtur, Gall. Ravin. Statuta Mutin. rubr. 2. fol. 1: *Quælibet villa sive locus districtus Mutinæ, teneatur et debeat vias, pontes et Zapellos aptare. Ibidem fol. 24: Quælibet persona teneatur conferre ad laboreria pontium, Zapellorum, et aggerum. Rursus fol. 47: Statutum est quod in canali Ganaceti ubi transit strata super dictum canalum fieri debeat anus pons lapideus pro communi et expensis communis, cum ibidem sit magnus Zapellus, ita quod planstra commode conduci non possunt. Statuta Castri Redaldi lib. 3. fol. 47. vº: Nihilominus prætextu alicujus Zapelli nemini liceat ali- quod vadum vel fossatum levatum expla- nare.*

\* Vel Fossa ad claudendum facta. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 63. ex Cod. reg. 4624: *Si aliqua persona... quovismodo dis- clauserit alienum Zapellum vel alienam clau- suram,.... solvat sol. x.*

\* **ZAPHIRELLUS**. Vide supra in *Zaffinus*.

¶ **ZAPOLABE**, Statuta Castri Redaldi lib. 1. fol. 20. vº: *Omnes qui laborant ter- ras,.... teneantur eas terras arare per qua- tuor vices congruis temporibus ad minus antequam seminent frumento, vel tribus vi- cibus antequam seminent spelta, vel hordeo, et seminatas Zapolare, et si opus fuerit mundare et roncare. An idem quod *Ocare*?*

¶ **ZAPONUM**, Pondus quoddam. Statuta Ast. de intratis portarum: *Azia sive Zaponum de fillo lini solvat pro libra sol. 10. Azia sive Zaponum de fillo canapis solvat pro qualibet libra ponderis sol. 5.*

¶ **ZAPONUS**, Ligo. Vide supra *Zapa* 2.

¶ **ZAPPA**, ZAPPARE, ZAPPATOR. Vide *Zapa* 2.

\* **ZAPUSTA**, Polonica vox. *Gajum*, di- ctum *Zapusta*, in Stat. Vladisl. Jagel. ann. 1420. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 80.

¶ **ZARABOLLA**, Bracæ, vestis qua crura et tibie teguntur, eadem notione qua *Saraballa*. Decreta Placent. ad calcem Statut. fol. 97: *Ita quod qui cedit, nudus sit, dis- calcatus, non habens aliquod vestimentum, vel velamen, excepta Zarabolla.*

¶ **ZARABULLA**, Eodem significato. Joh. Demussis Chron. Placent. ad ann. 1388. apud Murator. tom. 16. col. 581: *Et etiam desubtus habent Zarabullas lineas strictissimas.*

¶ **ZARABOTANA**, Machinaæ jaculatoriæ species. Chalcocond. lib. 7: *Vehebantur bombardæ plurimæ, quas Zarabotanas nomi- nant. Statuta criminal. Riperiæ cap. 79.*

fol. 16: *Si quis animo percutiendi sagitta- verit cum balista vel arcu, vel Zarabotana ærea, vel ferri cum sagittis, etc.*

¶ **ZAROBOTANUS**, Eodem significato, apud Gabr. Bareletam in Serm. part. 1. fol. 37. vº col. 1.

1. **ZARDA**, Morbus equorum, quedam æstivatio ad modum ovi, vel major vel mi- nor, quæ tam in parte interiori quam exte- riori nascitur in gærectis. Ita Petrus de Crescentiis lib. 9. de Agricult. cap. 10. et 35. *Zardre*, veteri ejus interpreti Gallico.

2. **ZARDA**, Alienatus, in Glossis MSS.

¶ **ZARDENUS**, ZARDINUS, Hortus, Italis *Giardino*. Charta ann. 1388. ex Tabul. Massil.: *Domibus, furnis, Zardenis, tenemen- tis, etc. Statuta Mutin. rub. 371. fol. 75: Statutum est pro custodiendis broillis et Zar- dinis et aliis terris positis intra confines civitatis Mutinæ eligantur... custodes sive saltarii.*

¶ **ZAROBOTANUS**. Vide *Zarabotana*.

¶ **ZARZAPARILLA**, Salsaparilla, Gall. *Salsepareille*, Italis *Sarsapariglia*. Acta SS. tom. 4. Jun. pag. 1146. de Canonizat. B. Aloysii: *Qui ante paucas horas ægram inspererat, eique exsiccantia medicamenta per dies xi. suscipienda ex ligno sancto et Zarzaparilla, ut medicorum verbis utamur, præseripserat.*

¶ **ZATA**, ZATTA, Italis, Navis species. Mirac. B. Henrici Baucen. tom. 2. Jun. pag. 387: *Confracti fuerunt tres remi, qui- bus gubernabatur dicta Zata. Jac. Delayto in Annal. Estens. apud Murator. tom. 18. col. 928: Cum navigiis malis belligeris et cum duabus Zattis. Ibidem col. 983: Et pa- ratis certis navibus et constructis aliquibus Zattis de arboribus, etc. Statuta Cadubrii cap. 22. fol. 56. vº: Quod mercatores fo- renses non possint ligare Zattas, vel aliud lignamen, nisi solverint id quod tenentur sibi.*

¶ **ZATOUY**, ZATOUIN, Pannus sericus rarus, vulgo hodie *Satin*. *Sateyn*, in Inventario Ecclesiæ Eboracensis ann. 1530. in Monastico Angl. tom. 3. pag. 77. Computus Stephani de la Fontaine Argentarii Regis ann. 1350: *Pour 7. quartiers de Zatouin Ynde, et 7. quartiers de fort velluiau vermeil, pour faire deux cottes à armer, bro- dées et semées de grosses perles et menues pour ledit Seigneur. Pour 3. aunes de petit cendal à houzer ledit velluyau, et pour 4. aunes de cendal vermeil et Inde à faire l'en- vers. Crebro etiam scribitur *Zatouy*. [Vide *Zalvus*.]*

¶ **ZATTA**, ut *Zata*. Vide in hac voce.

1. **ZAVA**, Hominum collectio et aduna- tio. Lex Longobard. lib. 1. tit. 18. § 2. [\* Rach. 6.]: *Cognovimus enim, quod per singulas civitates mali homines Zavas, id est, adunationes contra judicem suum agentes faciunt. Ita præferre tres codices monuit me Stephanus Baluzius: Editio Boerii et Heroldi pag. 253. tanas, Lindenbrogii zanas, [Boherii habet ronas.] Priorem lectionem firmat, (vel certe ita legisse videtur) Papias, in ordine litt. zau: *Zavas, id est, ruttas*. In uno codicum MSS. Glossa interli- nearis habet, *id est, rixas*. Vide *Rupta*.*

2. **ZAVA**, pro *Lorica*. Vide in *Zaba*.

¶ **ZAVALCHENUS**. Vitalis Oscensis Episco- pus: *Sunt et alii judices, et officiales inter*

*Judeos videlicet et Saracenos. Zavachen enim Saracenorum judicat causas, dictus a Zaval, Dominus, et Archen, id est, judi- ciorum. Qui Zavachen executioni mandat sententias a se latas, et facit citationes, et cæteras compulsiones, quæ in Saracenorum curia imminere faciendæ. Item exercet tabellionatus officium inter eos, ita quod nullus alius inter Saracenos facit publicum instru- mentum, etc.*

¶ **ZAVALMEDINA**, ZALMEDINA, ÇALME- DINA, etc. Prætor urbis, tametsi, ut ait Blanca, in Epist. dedicatoria ad Commen- tar. de Reb. Aragon. non omnino respon- deat id muneris Prætorii urbano apud La- tinos. Idem. pag. 638: *His ergo rebus com- positis Alfonso Rex novæ arbi (Cæsar-Augustæ) Magistratus urbanos præficiendos curavit, etc. Itaque Prætozem urbanum ordi- naria causarum cognitioni præfecit, quem ipso Arabice nomine retento, Zalmedinan vocari passus est. Vitalis Episcopus Oscen- sis, apud eundem pag. 728: Et ipsi Ricci homines in sibi civitatibus assignatis, Za- valmedinas, et in villis Bajulos, quos sibi placuerint, debent ponere. Qui Zavalme- dinæ et Bajuli teneant et regant curias ip- sorum locorum pro Ricis hominibus præli- batis. Idem pag. 783: Sunt præterea offi- ciales Domini Regis in prædictorum locorum singulis constituti, qui diversis nominibus appellantur. Quidam enim Zavalmedinæ, id est, Vicedomini civitatum; zaval enim idem est, quod dominus, et medina idem, quod civitas, lingua Arabica; a qua hoc vocabulum fuit sumptum. Vide *Cabet Me- dina*.*

¶ **ZAHALMEDINA**, in charta ann. 1165. in Append. ad Marcam Hisp. col. 1343: *Ho- mines sui interfecerant quendam Sarracenum, ipsum scilicet Zahalmedina.*

¶ **CAHALMEDINA**. Charta Jacobi Reg. Aragon. ann. 1232. ex Chartul. Campan. fol. 549. col. 2: *Mandamus itaque firmiter præcipientes Majori domus, senioribus, ba- julis, vicariis, merinis, justitiis, Cahalme- dinis, judicibus, etc.*

¶ **SALMEDINA** appellatur in Charta Alfonsi I. Regis Aragonum, apud eundem Charta can. pag. 789. Ex his emendanda Charta Adelfondi Regis Aragonum contra Valden- ses: *Balivis, Justitiis, Merinis et Zafalme- rinis etc.* Legendum enim *Zafalmetinis*, Aliam Adelfonsi Imperatoris Hispaniæ æræ 1156. apud Anton. de Ypez in Chron. Ord. S. Benedicti tom. 7. subscripti *Felix Chephalmedina*. Consuetudines Barcinonæ MSS: *Statimimus,.... quod nullus Lecsdarius, Pedagiarius, Pensator, Senior, Major domus, Repositarius, Merinus, Çalmedina, Justitia, vel Jader, etc.*

¶ **ZAVATTERIUS**, Veteramentarius sutor, Italis *Zavattaro*, Gall. *Savetier*. Chron. Petri Azarii apud Murator. tom. 15. col. 330: *Non solum homines Perusii stipendiarii, sed etiam mulieres et barberii cum Za- vatteris occurrerunt.*

¶ **ZAUCEA**, ZAUZEA, Via strata, ut vi- detur, Gall. *Chaussée*. Statuta Ast. collat. 19. cap. 15. fol. 66: *Teneatur Potestas sco- vari facere omnes Cauzeas sive strentias de xx. diebus in xx. diebus. Infra pluries Zau- cea. Cap. 18. fol. 66: Teneatur Potestas quod si aliqua ecclesia est juxta aliquam*



*Zauceam, quod ipse Potestas teneatur fieri facere pro parte ipsius ecclesie vel hospitalis de bonis ipsius ecclesie vel hospitalis ipsam Zauceam.*

\* **ZAUFRAGIUM**, an Balistæ lignea compages, Gall. *Affut*? Hist. Aquil. ad ann. 1442. apud Murator. tom. 6. Antiq. Ital. med. ævi col. 753. in not. : *Duæ balistæ cum Zaufragiis, non minoris pretii ducatorum sex.*

† **ZAUNORRES**. Conc. Legion. ann. 1012. inter Hisp. tom. 3. pag. 192 : *Omnes carniarii cum consensu concilii caruem porcinam, hircinam... per pensum vendant, et dant prandium concilio una cum Zaunorres.*

\* **ZAYMIE**, Polonica vox, cujus sensum docent Statuta confirm. ann. 1505. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 331 : *Si aliquis alicui pecus detinet, alias Zaymie, de dumno et noluerit illud dare ad fidejussionem, etc.*

\* **ZAYNA**, Vasis genus. Invent. ann. 1389. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 365 : *Sequuntur vasu auri... Zayna una auri coperta cum superscriptis sursum.*

† **ZAZZARA**, vox Italica, cæsaries, Gall. *Chevelure*. Joh. Demussis Chron. Placent. apud Murator. tom. 16. col. 581 : *Juvenes portant barbam rasam et collum a mediis auriculis infra et ab inde supra portant Zazzaram, sive cæsariem capillorum magnam et rotundam.*

\* **ZEBBEIP**, f. mendum est pro *Zewerp*, ut in aliis Chartis legitur; certe eodem intellectu, Jactura maris, seu terra ex jactura maris aggesta. Charta Phil. comit. Fland. pro Audomar. ann. 1211. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 475 : *Omnes qui childum habent et ad illam pertinent et infra cingula ville suæ manent, liberos omnes facio, ... et per totam terram meam a Zebbeip liberi sint.* Vide infra *Zewerp*.

† **ZEBELINUS**, **ZEBELLINUS**, Martes. Henricus Episc. Albanensis in Epist. ad universos Prælatos : *Abjiciant varia grisea, Zebelinos, et pelliculas hujusmodi grandis pretii.* Vide *Sabelum*.

† **ZEBUS**, pro Diebus, in vet. Inscript. apud Mabill. Analect. edit. Paris. ann. 1723. pag. 572. ut *Zabulus*, pro Diabolus. Vide supra.

\* **ZEBUTHIZ**, Piscis species. Charta Phil. comit. ann. 1163. in Chartul. 1. Fland. ch. 325. ex Cam. Comput. Insul. : *Centum plaethiz unum denarium centum de Zebuthis obolum.*

† **ZECH**, Bohemis, Fraterna clericorum laicorumque sodalitas. Reinerius de Valdensibus apud Freherum Script. Bohemic. pag. 225 : *Confraternitatem clericorum et laicorum, quæ dicitur Zech, dissuadent : et hæc omnia dicunt agi propter questum.* Hinc

\* **ZECA**, Officina monetaria, Ital. *Zecca* Stat. antiq. Florent. lib. 3. cap. 129. ex Cod. reg. 4621 : *Nullus... aurum sive florenum auri audeat monetari, ..... nisi in loco Zeche seu in Zecca dictæ civitatis.*

† **ZECHUM**, pro Sodalitium quodvis, [\* Præsertim compotantium, a Germanico *Zeche*, compotatio.] in Epistolis obscurorum virorum pag. mihi 81 : *Et quando sunt in Zechis ad vinum, tunc jurant per Deum et blasphemant et faciunt multa scandala.* Unde

† **ZECHARE**, Ejusmodi sodalitia frequentare, ibidem pag. 122 : *Relinquitte libros vestros, vos nimium studetis, debetis aliquando solatium querere et Zeclare.*

† **ZEDA**, pro Scheda, apud Bern. de *Breydenbach* Itin. Hierosol. pag. 230.

**ZEDOARIA**. Jacobus de Vitriaco in Hist. Hierosol. cap. 85 : *Sunt et alia arbores, quarum radices sunt Zinziber, Galangu, et Zedoaria, quæ vulgariter Citouar appellantur.*

\* Gall. *Zedoaire*, alias *Citoual* et *Chitouul*. Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Pater* fol. 250. rº : *Pour la bale de Citoual, ij. s. vj. den.* Male *Citonal*, in Lit. ann. 1349. tom. 2. Ordin. reg. Franc. pag. 320. art. 3. *Cytoal, un denier la livre*, in Chartul. Latiniac. fol. 240. Mirac. MSS. B. M. V. lib. 2 :

Tant i mettent à la foie  
De gingembre et de Chitoual,  
De gerofle et de garingal, etc.

\* **ZEDULA**, pro *Scheda*, Charta. Lit. ann. 1275. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 2. pag. 123 col. 2 : *In cujus rei testimonium præsentem vobis assignamus Zedulam, sigillorum nostrorum munimine communitam.* Vide *Zeda*.

\* **ZEEWERP**. Vide infra in *Zewerp*.

\* **ZEHMPFENNINGE**, vox Germanica, ex *Zehende*, decimæ, et *Pfenning*, nummus, a Saxonico *Peny*, denarius. Charta ann. 1233. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 2. pag. 84. sol. 2 : *Decimales denarios, qui vulgo dicuntur Zehrnpfenninge, similiter petiit, ut dicto capellano conferrenus.*

† **ZEICHEN**, Potus species. Vide *Siden*.

**ZEIDLARI**, junguntur cum *forestariis*, in Charta Henrici VII. Imp. anno 1310. et in Constitutione Caroli IV. Imp. anno 1358. *De forestariis, et Zeidlariis*, apud Goldastum tom. 1. Constit. Imper. ubi cap. 1 : *Imprimis, quod omnes Officiales, Forestarii, et Mellicide, qui Zeidlarii vulgariter nuncupantur, etc.* Vide *Zidelveida*.

† **I. ZELARE**, **ZELARI**, Expetere, peroptare. Epist. S. Ludovici Reg. Franc. apud Acher. tom. 2. Spicil. pag. 548 : *Ut autem sæpius ad memoriam inducatur, et efficaciter hujusmodi præceptum nostrum servetur, sic ut in corde gerimus et Zelamus, etc.* Charta ann. 1399. ex Schedis Præsidi. de *Mazaugues* : *Zelantes bonum commune dicte patrie Provinciæ, etc.* Anonymus de Gestis Manfredi et Conradi Reg. apud Murator. tom. 8. col. 613 : *Cum esset homo probatæ fidei Zelans pacem et tranquillitatem urbis toto mentis affectu.* Nicolaus de Jamsilla ibid. col. 555 : *Qui honorem principis Zelabantur, etc.*

† **ZELARE**, Studere, favere. Laur. Byzynii Diarium belli Hussit. apud Ludewig. tom. 6. pag. 150 : *Nam præfati veritatis ænuli sacerdotes et laicos communionem calicis Zelantes, etc.*

† **ZELARE**, Fervere. Conc. Toletanum XVII. inter Hispan. tom. 2. pag. 756 : *Gloriosissimus princeps noster Egica Rex, zelo Zelans pro donno Deo exercitum, inimicos vere fidei... ita recto judicii tramite digna cernitur ultione percutere.*

† **ZELARE**, Amare ut zelotypus. Eccli. cap. 9. *Non Zeles mulierem sinus tui.* Vide *Zelosus*.

† **ZELARE**, Irridere, in Gloss. Gasp. Bar-

thii apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 141. ex Baldrici Hist. Palæst.

\* **2. ZELARE**, Impense protegere, tueri. Epist. Greg. III. PP. ad Carol. Martel. ann. 741. tom. 4. Collect. Histor. Franc. pag. 93 : *Ut cognoscant omnes gentes tuam fidem et puritatem, atque anorem, quem habes erga Principem Apostolorum beatum Petrum, et nos, ejusque peculiarem populum, Zelando et defendendo.*

† **ZELARIA**, E carnis elixis jus concretum, Gall. *Geleé* Ital. *Zeladina*. Joh. Demussis Chron. Placent. apud Murator. tom. 16. col. 582 : *In æstate in cœnis dant Zelarium de gallinis et capponibus, vitelli, et capredi, et carniun porci, et pullorum, vel Zelarium piscium, Zelatina, ibidem col. 591. semel et iterum.*

\* **ZELATIO**, Attenta rei consideratio. Stat. antiq. Florent. lib. 1. cap. 61. ex Cod. reg. 4621, fol. 30. vº : *In condemnationibus, absolutiombus, saldationibus et concussitionibus, seu Zelationibus et rationum fiendis per ipsos (rationerios) debeant omnes, quattuor vel saltem tres ex eis invicem esse.*

† **ZELATOR**, Cupidus, in Bulla Innocentii VI. PP. ann. 1356. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 17.

† **ZELATOR**, Fautor. *Quod vos reddatis inter optimos ejusdem fidei Zelatores, in Christi militia magis et magis gloriosos*, in Litteris Synodi Constant. ann. 1416. apud eund. Ludewig. ibid. pag. 74.

† **ZELATORES**, Testes synodales dicuntur ex observatione Josephi de Aguirre ad calcem Conc. Tolet. ann. 1582. tom. 4. Concil. Hispan. pag. 219.

† **ZELATOR**, Æmulator, inimicus. Acta S. Urbani PP. tom. 6. Maii pag. 15 : *Denique impiissimus Almachius non suffereus animo, cepit dona promittere plurima, si quis investigator ac proditor Christianorum extitisset, per qualecunque ingenium aut calliditatem, ejusque auribus nuntiaret. Unde factum est ut tertium post diem quidam legis Dei Zelator præniique cupidus nuntiasset et quosdam Christianos sese reperisse, etc.*

\* **ZELATUS**, Cupidus, studiosus, Ital. *Zelato*, Gall. *Zelé*. Testam. Romei de Villanova ann. 1250. ex Tabul. D. Venciæ : *Item constituo et ordino gadiatores meos ad omnia legata et debita solvenda... dom. Grassenem episcopum et Petrum de Camerata canonicum Forojuliensem, de quorum conscientis plenius confido, quod sint fideles et utiles Zelatosque salustis animæ meæ.* Vide *Zelator*.

**ZELGA**. Charta Alamannica Goldasti 69 : *In omni Zelga jornale unum arare, et 3. dies a secare, et 3. a nudare.* [Mensura agri videtur Schiltero.] [\* Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 353. Gramm. Germ. tom. 3. pag. 416. Graff. Thesaur. Franc. Ling. tom. 6. col. 659.]

\* **ZELOPIDITAS**, Zelotypia, Lit. remiss. ann. 1361. in Reg. 97. Chartoph. reg. ch. 588 : *Hugo de Metis civis et burgensis Lingonensis, cujus anasia Ysabellis prædicta dicebatur, ninium Zelopiditate motus prædictæ mulieri dixit, etc.*

**ZELOSUS**, Zelo ductus, plenus. Gesta S. Hugonis Episcopi Lincolnensis apud Surium 17. Novemb. : *Fuit vero non minus Zelosus contra quoslibet alios pauperum op-*



pressores, Ecclesiasticæque libertatis violatores, etc. Italis Gelo, est amore flagrans, nostris Jaloux.

† **ZELOTES**, Æmulator, vel etiam zelo plenus. Exodi cap. 20. 5: *Dominus Deus tuus, fortis, Zelotes*. Occurrit non semel apud cum sacros tum ecclesiasticos Scriptores. Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Zelotes vel Zelosus, amoureux, ou envieux, jaloux*.

† **ZELOTISSA**, Quæ zelum alicujus accendit, in Actis SS. tom. 4. Jul. pag. 517.

† **ZELTER**, Tolutarius equus, asturio, ambulator, gradarius, apud Schilter. in Gloss. Teuton. ex Gold. Alam. pag. 126.

\*\* **ZELUM**, Gelu. Annal. Laubac. ad ann. 764: *Zelum magnum*, ubi Annal. S. Amandi *Gelu pessimus*. Apud Pertz. Scriptor. tom. 1. pag. 10.

† **ZELUS**, Studium, amor. Litteræ Innocentii VI. PP. ad Carolum IV. Imper. ann. 1356. apud Ludewig. tom. 6. pag. 19: *Quæsumus ita magnitudinem tuam, fili carissime, ut nostrum et ipsius ecclesie ad te Zelum puræ caritatis attendens, etc.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Zelus, envie, ou amour, ou ferveur bone ou male*.

† **ZELUS**, Iracundia. Canones pœnit. apud Acher. tom. 11. Spicil. pag. 74: *Si quæ femina furore Zeli accensa flagellis verberaverit ancillam suam, ita ut infra tertium diem animam cum cruciatu effundat.*

† **ZELUS**, Odium, in Gloss. Gasp. Barthii apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 197. ex Baldrici Hist. Palest.

\*\* 2. **ZELUS**, Scelus. Cas. S. Galli Contin. II. cap. 3. apud Pertz. Scriptor. tom. 2. pag. 152: *Laicos enim quos auxiliatores sui Zeleris invenit, multis beneficiis et donis ditavit*. Occurrit apud Thietmar. lib. 5. cap. 20. et lib. 6. cap. 14.

**ZEMA**, Illud est, quod nos vulgo le bouillon, id est, jusculum dicimus. Papiæ, Zema est olla. Idem Papias: *Jus coquinae vel pistorum, quam Græci Zemom vocant*. Α ζέω, ferveo, et bullio. Unde S. Hieronymus lib. 3. in Oseam, ἐπιζέμα, *ferventis ollæ superiores aquas dixit*. Anastasius Biblioth. in Vita S. Joannis Eleemos. n. 34: *Quanti vellent tingere panem suum in Zemate, quod projiciunt coqui mei?* Ubi codex MS. Aquincinctinus Zema interpretatur *jacturam aquarum, ubi carnes coquantur, vel fermentum aut fecem*. A pitius lib. 8. de Re culin. cap. 1: *Et mittitur in Zema, quod est decoctum*. Cap. 6: *Et bullienti Zema, quod est decoctum, cum modico salis submittetur*. Ubi, quod est decoctum, videtur esse glossema, abestque ab editione Humelbergii, qui zymum reponendum censet, id est, ζύμη, quod fermentum est. Sed aliud est zema, aliud zyme. Glossæ MSS. *Zema, aqua saginata, ubi caro coquitur*. Zyme, fermentum. Physica sub nomine Democriti de Tingendis purpuris: Εἶτα λαβὼν ἀπὸ τοῦ πυρὸς τὸ ζέμα, βάλε εἰς δεκάνην, προσβαλὼν τὴν πορφύραν, καὶ ἐπιζέας τὸ ζέμα τῇ πορφύρᾳ ἕα βρέξεσθαι νυκτῆμερον ἔν. Ubi quod ζέμα dicitur, jus appellat Plinius lib. 35. cap. 6.

**ZEMA**, Cacabus, παρὰ τοῦ ζέειν. Servius in 3. Æneid.: *Lebetas, ollas aeneas Græce dixit: Zemas enim vulgare est, non Latium*. Epistola Valeriani apud Trebell. Pollutionem in Claudio: *Item in caucos, et scy-*

*phos, et Zemas pondo undecim*. Ita restituit Casaubonus, pro zuma.

† **ZEMBLA**, pro Embla, Jumentum sarcinarium, Z addito euphoniae causa. Leges palat. Jacobi II. Reg. Majoric. inter Acta SS. tom. 3. Jun. pag. xxvi: *A Zemblis seu saumariis nostris, illis præcipue qui nostra deferunt ornamenta, cura debetur sollicita, quam volumus per speciales et certos Zemberios adhiberi*. Hinc

† **ZEMBLERIUS** dictus Cui cura Zemblarum commissa est, ibidem: *Ordinamus itaque quod in officio isto quatuor assignentur idonei, ad quos nostris pertineat saumariis necessaria procurare; majorem Zemberium super iis excitando, et eos majori Zemberio subesse volumus*. Pluries ibi. Vide Embla.

† **ZENATUM**, Comput. ab ann. 1333. ad ann. 1336. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 277: *Item, pro cannis septem de Zenato pro roba Johannis medici, taren. xxi*. Rursum pag. 282: *Pro Zenato et seta pro robis ejusdem, gros. viii*. Leg. Zendatum, vel Zentatum. Vide mox Zendadam.

† **ZENDADUM**, Italis Zendado, Tela subserica vel pannus sericus, idem quod supra Cendalum. Vide in hac voce. Vita S. Petri Parentii tom. 5. Maii pag. 89: *Sepulto itaque domino Petro Parentii, non lupide, sed cultra Zendadi, cooperitum est modico tempore nonnumentum*.

† **ZENDALE**, Eodem significatu. Chron. Estense apud Murator. tom. 15. col. 337: *Cremonenses dictum carrocium conduxerunt super districtum Parmæ... cum tribus pariis bobum cooperitis purpura et Zendali*. Vide Zambilottus.

† **ZANDALE**, in Anonymi Annal. Mediolan. apud eumd. tom. 16. col. 810: *Planeta una drappi nigri ultramarinii fodruta Zandali nigro*.

† **ZENDALIUM**, Statuta Eccl. Argentin. ann. 1435. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 550: *Variorum, Zendaliorum et servitorum forraturarum predictorum sex monasteriorum dominabus... omnino interdicimus*.

† **ZENDALIUM**, in Chron. Placent. Joh. Demussis apud Murator. tom. 16. col. 580: *Et aliquæ domine utuntur mantellis... fodratas de Zendallo vel vairis*.

† **ZENDARDUM**, in Conc. Budensi cap. 3.

† **ZENDATUM**, Testam. Hugonis Aycelini Gard. ann. 1297: *Item legamus casulam, dulmaticam et tunicellam, quæ sunt de Zendato duplici... De samitis etiam et Zendatis nostris quæ inveniuntur in coplinis nostris ordinabunt executores nostri*.

† **ZENTATUM**, in Computo ab ann. 1333. ad ann. 1336. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 283: *Item, pro quinque alenis de Zentato pro dom. Andrea filio domini ad faciendum duos cursetos, xxix. s. Vienn.*

† **ZENGIALUS**, Aper, ni fallor, ab Italicis Cinghiale, Gall. Songlier. Joh. Demussis Chron. Placent. apud Murator. tom. 16. col. 581: *Postea dant carnes assatas in magna quantitate, scilicet capponum, pulorum, faxianorum, perdicum, leporum, Zengialorum, et capriolorum et aliarum carniuum*.

† **ZENICUS**, pro Scenicus, in Hist. Novient. Monast. apud Martenium tom. 3. Anecd. col. 1127: *Ipsi cultores fanatici*

*et idolatrae, fanum culturae deorum suorum et in ipso aram Dianæ et Mercurii construxerunt, et ludis Zenicis dedicaverunt*.

† **ZENOBIUM**, pro Cœnobium, in Chron. Episc. Merseburg. apud Ludewig. tom. 4. Reliq. MSS. pagin. 445.

**ZENTALA**, Petrus de Crescentibus lib. 9. cap. 64: *Tenendi sunt boves in talibus stabulis... stratis et bene clausis, ut pedes ungulæ conserventur illæsi, ac ipsi defendi possint a Ventulis, muscis et tabanis*. Ubi vetus Gallicus Interpres: *Qu'ils puissent estre defendus de vers, de mouches, et autres bestelettes*. Italis Zenzara, est muscula, mouscheron. [Vide Zinzala.]

† **ZENTGRAVIUS** quis proprie nuncupatus apud Germanos, videsis Notas Eccardi ad Leg. Salicam pag. 87.

\* **ZENTURA**, Zona, cingulum; Gall. Ceinture. Charta ann. 1227. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 903: *Pctivit namque dictus Laxatus Mutinensis a Bonizo sindaco Bondeni pro ipso communi, sibi restitui... unam Zenturam arcenti (f. arienti), cum una vursa sete, etc.* Vide supra Centura.

† **ZEPELLUS**, Statuta Castri Redaldi lib. 3. fol. 90: *Portet quilibet nuntius... mazzum ligneam sine pœna in manu, ut cognoscatur, nec vadant in Zepellis*. Vide Zi-pellus.

**ZERBALARIS TERRA**, in Bullario Casinensi tom. 2. Constit. 52. 73. pro herbalaris, seu herbida. Charta aliæ *gerbida* præferunt, facili ac proclivi lapsu, pro herbida.

† **ZERBIDUM**, pro Herbidum, locus herbosus. Charta ann. 1033. apud Murator. delle Antichità Estensi pag. 88: *De silvis, et Zerbidis juges centum*. Infra: *Gerbidis*. Vide Gerba 1.

† **ZERBIUM**, ut Zerbidum, Statuta Vercell. lib. 3. fol. 90. vº: *Possint ducere et duci facere per communia et Zerbida locorum et villarum ac territoriorum districtus Vercellarum*. Lib. 5. fol. 119. vº: *Item quod nullus camparius possit accusare in campo stipula vel Zerbio, nisi campus fuerit imblavatus, vel aliquo semine seminatus*. Ibidem fol. 128: *Item quod qualibet persona civitatis et districtus Vercellarum possit... seminare, ac cultum reducere... possessiones quæ appellantur seghie, Zerbia, etc.*

\* **ZERBUS**, Herbidus, vel locus herbosus, pascuus. Charta ann. 1007. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 937: *De sylvis sullareis et roboreis, seu Zerbis juges decem*. Alia ann. 1396. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 349: *Cum omnimoda jurisdictione, terris, pratis, vineis, baschis (l. boschis), Zerbis, castaneis, etc.* Vide Zerbidum.

† **ZERLA**, Mensuræ genus. Statuta dantiaria Riperiae cap. 2. fol. 7: *Si aliqua persona habens bulletom conducendi vel conduci faciendi vinum, reperiretur conducere ultra quantitatem comprehensam in dicta bulleta usque ad unam gerulam sive Zerlam, non cadat, nec incidere intelligatur in aliquam pœnam, nisi solum in amissione illius gerulæ sive Zerle vini, et ab inde infra*. Italis Zerlo, vel Gerlo est Sporta dossuaria, Gall. Hotte. Hinc

† **ZERLATOR**, in iisdem Statutis cap. 13. fol. 10: *Quod quilibet Zerlator, seu mensurator communiotatis predictæ, teneatur et*



debeat denunciare seu notificare dicto emptori datus predicti quantitatem vini quod portabit.

**ZERNÆ**, *Impetigines, Feræ*, quæ etiam *Lichenes* appellantur. Macer de Virtutibus herbarum cap. 7 :

Zernas et lepras cura compositæ eadem.

\* **ZEROMA**, inter voccs Latino-barbaras, quas collegit sine interpretatioe Bern. Maria de Rubeis in Monum. eccl. Aquilej. col. 747.

**ZESSUS**. B. Odoricus Forojul. in Peregr. num. 18 : *Omnes naves ibi sunt albæ sicut nix Zesso depictæ.* [Italis *Zesso*, pro *Gesso*, gypsi speciem significat.]

1. **ZETA**, Cœnaculum, ex Gr. ζῆτα, ut pridem docuere Cujacius, Turnebus, et alii. Gloss. Græc. Latin. : ζῆτα τὸ ὑπερώιον, *dieta, cœnaculum*. Papias : *Zetæ, domus, quæ subtus pedes habent aquas, harum diæ hyemales, diæ æstivales.* *Zetæ hyemales sunt, quas calidas facit subducta flamma.* *Zetæ æstivales, quas frigiditas facit subducta aqua.* Gloss. Saxon. Ælfrici : *Zetas æstivales* : sumer solde, i. æstivalis sedes. *Zetas hyemales* : win tær solde, i. hyemalis sedes. *Zetam hyemale triclînum hyemale* vocat Sidon. lib. 2. epist. 2. Ordericus Vitalis lib. 2. pag. 412 : *In quinto Zetas hyemales, in sexto Zetas æstivales.* [Descriptio palatii Spoletani ex Chartario Farfensi apud Mabill. tom. 2. Annal. Bened. pag. 410 : *In quinto Zetæ hiemales, id est cameræ hiberno tempore competentes. In sexto Zetæ æstivales, id est cameræ æstivo tempore competentes.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Zeta, maison ou chambre.* Osbernus in Vita S. Elphegi Archiep. Cantuar. tom. 2. April. pag. 634 : *Zetam vero cum veluti pransurus intraret, etc.*] Sæpius usurpatur pro quolibet ædis cubiculo, ut apud Plinium lib. 2. epist. 7. lib. 6. epist. 5. cui ita appellatur locus capax unius lecti cum duabus sellis, qui velis obductis et reductis modo adiciebatur cubiculo, modo auferebatur, cuiusmodi sunt *Alcovæ* nostræ hodiernæ. Acta S. Sebastiani cap. 4 : *Ubi sunt triclîna auro puro radiantia, quæ ex gemmis et margaritis habent Zetas instructas?* Julius Africanus lib. 5. Hist. Apostol. : *Jam enim regnum paratum vobis, et ex coruscantibus gemmis Zetas instructas, plenas gaudiis, plenas epulis, etc.* Lampridius in Heliogabalo : *Odores Indicos sine carbonibus ad vaporandas Zetas jubebat incendi.* Aldelmus libro de Virginitate, ubi de S. Babyla : *Ad Palatinas ducitur Zetas, et Imperialis vestibuli hypodromum.* Translatio S. Joannis Reomaens. cap. 3. de rustico quodam : *Cum maturiori pulli cantu, ob boum custodiam a Zeta propria prosilire contingeret. Zetulam dixit Erkempertus in Hist. Longobard. cap. 46 : Et sibi in Zetula Episcopali manstemon exhiberi jussit.* Adde Wolphardum Presb. lib. 1. de miracul. S. Walburgis n. 19. [Fridergodum in Vita S. Wilfridi sæc. 3. Bened. part. 1. pag. 177. et Murator. tom. 2. part. 2. col. 1047.]

¶ **ZETARIUM**, Triclînum, in Actis SS. tom. 5. Jun. pag. 435. ubi de SS. Petro et Paulo : *Juxta palatium Nerouianum in Vaticano, inter Zetarium, id est triclînum triumphale.*

**ZETARIUS**. In Martyrol. 26. Martii, et in

Actis S. Sebastiani Mart. n. 69. et in Vita S. Castuli n. 1. idem S. Castulus Martyr dicitur fuisse *Zetarius Palatii, et hospes Sanctorum*. Quo loco *zetarium* corrupte pro *Dietario*, seu *Atriensi*, dici putat Fabrotus ad Cedrenum, quemadmodum *zabolus* pro *diabolus*. At rectius, ni fallor, Molanus ad Usuardum, et Baronius ad Martyrol. Rom. existimant, *zetarium* a *zeta* dictum : ut fuerit *Zetarius Palatii*, cubiculi interioris Palatii Custos. Apud Paulum lib. 3. Sentent. *Zetarii* præterea memorantur, qui *Dietarii* appellantur in L. quæsitum, § idem, etc. de Instruct. vel instrum. leg. [\**Chronic. Casinense cap. 8 : Sichard Be-neventanorum princeps a suis interfectus, Rudelchis Zetarius palatii successit in principatum.*]

2. **ZETA**. Ordericus Vitalis lib. 8. pag. 674 : *Castellum sancti Serenici.... postmodum tenuit, muris et vallis Zetisque munivit.* Lib. 10. pag. 770 : *Copiosos pecunie sumptus erogavit, unde municipia ejus vallis et muris ac multiplicibus Zetis undique clauderentur.* Pag. 775 : *Quidam ad illum de sublimi Zeta lapidem projecit, etc.* Denique pag. 800 : *Arcem, et regium, et murum in giro, Zetasque minores atque majores jam munitis, solliciteque perscrutamin, aditusque servate, ne quis exeat vel ingrediatur sine vestra consideratione.* Ubi *zetæ* videntur appellari specula, quæ muris imminet. Ex his, ni fallor, emendandus Laurentius de Leodio in Hist. Episcopor. Virdunens. pag. 316 : *Post prandium socios extru turrim ad ecetas antemurales vocavit, lusu alex ibidem eos tenuit, etc.* Legendum enim videtur *zetæ*, ut apud Vitalem.

3. **ZETA**, Vitii signum in libris. Paulus Diacon. in epist. ad S. Adelhardum Abbatem Corbeicensem, præfixa S. Gregorii M. Epistolis, quas descriperat et correxerat : 34. *ex eis scito esse relectas, et, prout potui, emendatas esse, præter pauca loca, in quibus minus inveni : et tamen meo ea sensu supplere nolui, ne viderer tanti Doctoris verba immutare : quibus in locis, et forinsecus ad aurem [f. ad oram] Zetam, quod est vitii signum, apposui.* Apud Isidorum lib. 14. cap. 26. *zeta* significat in ponderibus *obolus*.

¶ **ZETARIUM**, **ZETARIUS**. Vide *Zeta* 1. **ZETHONIUM** **VELLUS**. Vetus Epitaphium Mediolani, apud Puccinellum pag. 106 :

Ambrosiana diu pluvialia... venustum  
Vellere Zethonio, gemmis, auroque superbium.

Idem quod mox

¶ **ZETONINUM**, Pannus sericus, ex seta. Anonymus in Annal. Mediol. apud Murator. tom. 16. col. 810 : *Lectorinus unus Zetonini albi.*

¶ **ZETULA**, diminut. a *Zeta*, Cœnaculum. Vide in hac voce.

\* **ZEUS**, Piscis genus. Vide supra *Citula*.

¶ **ZEWERP**, Jactura maris, idem quod *Sverp*. Vide in hac voce. Charta Philippi Comit. Flandr. ann. 1211 : *Ad portum Gruveningis et per totam terram meam a Zewerp liberi sint.*

\* Seu potius Terra ex jactura maris aggesta; a Flandrico *Zée*, mare, et *Werp*, jactus. Charta ann. 1267. in Chartul. 1. Fland. ex Cam. Comput. Insul. : *Totam*

terram meam, quæ dicitur *Zéewerp*. Alia Guid. comit. Fland. ann. 1282. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 260. art. 1 : *Soient franc tout partout par ma terre et de Zewerp.*

¶ **ZEZI**, pro Giezi. Epist. Ægidii Tuscul. Episc. adv. Patriarcham Antiochenum apud Ludewig; tom. 2. Reliq. MSS. pag. 455 : *Utinam apperiret Dominus oculos tuos, sicut aperuit Zezi; videres multo plures nobiscum esse quam tecum.* Ubi respicere videtur ad cap. 6. lib. 4. Reg. v. 16.

\* **ZEZOLIUM**, f. ab. Italico *Zezzo*, Extremus, postremus, Locus retro positus. Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 93. ex Cod. reg. 4622. A : *Item statuerunt super facto Zezoliorum factorum per beccarios retro bancas beccariæ interea, quod ipsa Zezolia infra tertiam diem post publicationem præsentem destruantur,.... ad evitandum fraudes beccariorum, quoniam multa committuntur et committi possunt in ipsis Zezolis; et quod de cetero fieri non possint dicta Zezolia.*

**ZIA**, **ZIANUS**, Vide *Zius*.

\* **ZIBATUM**, *alibi Stephanus scripsit pro Argento vivo*, in Glossar. MS. medic. Sim. Januens. ex Cod. reg. 6959. Vide supra *Zaibas*.

\* **ZIBELLINUS**, Pellis muris Pontici, Ital. *Zibellino*, Gall. *Zibelline*. Stat. datiar. Ripper. fol. 4. rº : *De qualibet fodra.... Zibellinorum, foinorum,.... denarii sex.* Vide *Zibelinus*.

¶ **ZIBETHUM**, Italis *Zibetto*, Gall. *Civette*, Aromatis genus. Locus est in *Lascoptium*.

¶ **ZIBIBUM**, ab Italico *Zibibo*, Cruscianis, *Spezie d'wa ottina a seccare*, Passa uva. Joh. Demoussis Chron. Placent. apud Murator. tom. 16. col. 582 : *Secunda die in nuptiis dant primo longetos de pasta cum cacxo, et croco, et Zibibo, et speciebus.*

**ZIBYNNUS**, **ZIPINA**. Suidas : Ζῖβυνη, ἰλοσδιόριον ἀρόντιον, λόγγη, σπάθη. Ζῖβυνη, et Ζῖβυνη, *venabulum*, in vett. Glossis. *Missile*, dicitur in Nov. Justiniani 85. Ubi Julianus Antecessor, Constit. 79. § 4 : *Zybynos, quos Missilia vocant.*

**ZIPINA**, *Lancea*, in Glossis MSS. Papias : *Zimbina, lancea*. Ita enim MS. Vide Glossaria Antonii Augustini et Francisci Pitbei ad Julianum Antecessor. præterea Gloss. Rigaltii, Meursii [et med. Græcit. in Ζῖβυνη.]

**ZIDELWEIDA**, [Glandes quernæ, quibus pascuntur porci. Meichelbeo interprete, tom. 1. Hist. Frising. pag. 191.] [\**Locus, ubi apes curantur.* Vide Schmelleri Glossar. Bavar. tom. 4. pag. 226. voce *Zeideh*, 1. supra *Cidalarius*.] Charta Ottonis Imp. ann. 995. in Metropoli Saliurgensi tom. 1. pag. 138 : *Cum curtiferis, areis, pratis,.... venationibus, piscationibus, Zidelweida, molendinis, exitibus, reditibus, viis et inviis, etc.* In alia Charta ann. 996. pag. 136. habetur *Zudukveden*, In alia, pag. 143. *Zidilreidis*. Pag. 144. *Zidelvreidis*. Tom. 3. pag. 458. *Sidelvreidis*. *Sildegveden*, tom. 1. pag. 140. German. *Weide*, est ager pascuus.

¶ **ZIFFRÆ**, Notæ numerales, Gall. *Chiffres*, Ital. *Ziffra*. Chron. Mellic. ad ann. 1471. pag. 481 : *Collectæ vero, lectiones et evangelia per Ziffras seu numeros notentur, ubi reperiantur.* Statuta Montis Re-



gal. fol. 192 : *Item statuerunt et ordinaverunt quod domini jus dicentes in decretationibus et condemnationibus bannorum per eos fiendis, non utantur Ziffis seu aliis literis brevibus. Vide Cifra.*

† **ZIGAR**, vetus Alamannorum nomen, notat vniarum speierum compositionem. Hæc Goldastus ipsomet vade ex Schiltero in Gloss. Teuton.

\* **ZIGEUNI** et **ZYGENI**, apud Krantziun in Saxonica Historia ad ann. 1417. iidem qui Gallis *Ægyptii* seu *Bohemi*, Italis *Zingani* vel *Zingari*, Hisp. *Gittani* nuncupantur. Errones, præstigiatores, qui fictionibus et mendacis imperitæ multitudini imponunt. Consule Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 68. et seqq.

† **ZILENTI**, *Nisus*, in Gloss. ad calcem vet. Collect. Can. Apost. ex Bibl. DD. *Chruvelin* Regiorum sigillorum Custodis. [\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Fr. tom. 5. col. 657.]

† **ZILIUM**, Liliun, Italis *Giglio*. Anonymus in Annal. Mediolan. apud Murator. tom. 16. col. 807 : *Corona una auri cum Ziliis sex magnis, et Ziliis sex parvis, super cuius friso sunt saphiri sex grossi. Et col. 808 : Filium unum paternostorum nuri, ... cum certis aliis perlis in capite dicti filii, in quibus sunt botoni LXXXIV. Januensis et Ziliis sex albi. Funus Joh. Galeaz. ibid. col. 1035 : Erant enim prima duo seuta cum sola aquila nigra in auro, alia duo cum Ziliis et vipera in quarteriis.*

\* **ZIMA**, Fermentum, *levame*, Prov. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. Vide *Zymus* I.

\* **ZIMERA**, Pinna, galeæ ornamentum. Anonym. Leob. in Chron. ad ann. 1336. apud. Pez. tom. 1. Script. Austr. col. 945 : *Quem (comitem) dux Otto sibi in familiaritatem militaris contubernii combinavit, galeæque suæ decras, quod pinnam sive Zimeram vel glareotam dicunt, in bellis, torrens et hastiludis utendum contradidit, coronam scilicet aureæ resplendentis galeæ circumductam. [\* Germ. Zimier.]*

† **Z. ZIMUS**, Fermentum, in Gloss. ad Doctrinale Alexandri de Villa-Dei. Vide *Zena* et *Zymus*.

\* **ZIMUS**, Alex. Iatrosoph. MS. lib. 2. Passion. cap. 112 : *Accipiant pullos et galinas non satis pingues, inopozimatas, magis quam Zimas. Ubi Glossæ : i. cum jure. Vide Zema.*

**ZIMZIBERATUM**, Zinziber, Gall. *Gingembre*. Acta Inquisit. Tolos. ad ann. 1244. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 441 : *Ipse testis habuit inde unam pixidem de Zimzibernto. Vide Zinziber.*

**ZINARUS**. Apud Petrum de Crescentiis lib. 5. extremo.

† **ZINDARUM**, ut supra *Zendadun*. Testam. ann. 1518. apud Rocchum Pirrum Siciliæ sacræ pag. 187 : *Vestis una Zindari ad instar jubæ etc.*

\* **ZINDOR**, vox vulgaris, qua Auris significatur. Lit. remiss. ann. 1466. in Reg. 202. Chartoph. reg. ch. 110 : *De laquelle pierre il le frappa en la teste en la Zindor, qui est à dire l'oye, etc.*

† **ZINESTRA**, Genista, Italis *Ginestra*, Gall. *Genêt*. Funus Joh. Galeaz apud Murator. tom. 16. col. 1035 : *Alia duo (scuta)*

*cum divisa Imperatoris videlicet uno capite regio cum una gassa; nlia duo cum Zinestra.*

\* **ZINGANI**, **ZINGARI**. Vide supra *Zigeuni*.  
\* **ZINNIRI**, An idem quod *Essonari*, excusari? Vide in *Sunnis*. Charta Phil. comit. Fland. pro libert. castel. Brug. ex Cam. Comput. Insul. : *Qui alterum in causam traxerit, tractus potest plegiari usque ad Sabbatum, et non amplius. Et tunc si non venerint, debet banniri et plegius ejus. Nullus in placito hoc potest Zinniri.*

**ZINURDONES**. Chronicon Montis-Sereni anno 1171 : *Erat hic de familia Ecclesie ex eo genere hominum, qui Zinurdones appellantur, tanta superbia, ut mirum esset, rusticam mentem angustis rebus et puupertati assuetum, tantum inflari potuisse.*

**ZINZALA**, Parva musca, i. culex : unde *zinzalium, conopeum ad eas arceudas*. Ugutio. [*Zinzala, petite mousche, cincerelle*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. Vide supra *Zentala*.]

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7674 : *Cincenelle. Cincenaude, une petite mouche ainsi appelée, Zinzala. Cincennudier, Zinzalium.*

† **ZINZIBER**, *Gingembre*, in iisdem Gloss. Lat. Gall. Comput. ab ann. 1333. ad ann. 1336. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 284 : *Item, pro quoque libræ de pipere, quince de Zinzibero, etc.* Adde Rymer. tom. 7. pag. 233.

† **ZINZICLA**, Spongia, ut videtur. Hist. Belli sacri apud Mabill. tom. 1. Musei Ital. pag. 141 : *Alii qui renanserunt vivi, fugerunt in castrum. Quod Turci obsederunt continuo, risque abstulerunt aquam, fueruntque nostri in tanta afflictione sitis, quod flebotomari faciebant suos equos et asinos, quorum sanguinem bibebant. Alii mittebant Zinziclas in piscinam, et ea deprimebant in os suum. [\* Apud Bongars. pag. 2. lin. 7 : mittebant zouns atque panniculos in etc. Vide *Cincides*.]*

**ZINZINARE**, proprium pardorum, Ugutioni.

\* **ZINZIFARE**, Merulæ vox. Carmen de Philomela ad calcem Cod. reg. 6816 :

Et merulus modulans tam pulchris Ziozitat odis,  
Nocte ruente timet, cantica nulla canit.

\* **ZINZULARE**, Avium vox, quarum mentio fit in eod. Carm. :

Regulus atque mernps et rubro pectore prognos  
Consimili modo Zinzulare sciunt.

Vide *Zinzulare*.

† **ZINZULARE**, Merulæ vocem edere. Histor. Elevat. S. Zenonis tom. 2. April. pag. 75 : *At in itinere positum merulus avis strepera voce Zinzulans, callem tranvolans, quasi sinistrum omen significans, ab incepto revocabat.*

**ZIOPIA**, **ZIOPUS**, in Gloss. Arabico-Latino.

† **ZIPELLUS**. Statuta Placent. lib. 6. fol. 82 : *Et si fuerint zochule magna et altæ cum Zipello qunto ab hominibus sive a feminabus et cum corollis largis non possint accipere de pari ultra 11. sol. Vide *Zepellus*.*

**ZIPINA**. Vide *Zibynnus*.

\* **ZIPO**, Tunica ex maculis contexta. Stat. Ferrar. ann. 1279. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 487 : *Quod quilibet custos deputatus ad aliquam*

*custodiam alieujus castri vel loci civitatis Ferrariæ vel districtus, teneatur et debeat toto tempore custodiæ hebere Ziponem, collarium de ferro, etc.* Vide *Gipo* et *Zuppa* 2.

**ZIPPULA**, Placenta, Italis *Fogaccia*. [*Zeppola*, Gall. *Bignet*.] Pelagius libello 4. n. 59 : *Fecit de fariuula lenticulam et Zippulas*. Quo loco Ruffinus lib. 3. Vit. SS. n. 51. habet *placentas*. Occurrit rursus apud eundem Pelagium libello 8. n. 15.

**ZIRBUS**, Omentum, Græcis *ἐπίπλον*, pars stomachi. Vide Anatomiam Mundini pag. 70.

\* Glossar. MS. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959 : *Zirbus, pinguedo involvens intestina*. Aliud Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120 : *Zirbus, Gall. Oins*. Italis *Zirbo*. [\* Reinard. Vulp. lib. 3. vers. 1929 :

Viscera fissuro non imperat ille cachinno,  
Terque cachinnantur, quinque quaterque novem.  
Jam conante cavas Zirbo trausonere fauces,  
Alfuit hie abbas, etc.

**ZIRO**, Propugnaculi species, Italis. Charta anno 1158. apud Ughell. tom. 2. pag. 368. 369 : *Cum plebe et capellis suis et curte sua in integro, et toto Zirone supraddicti castri, etc.* Rollandinus in Chron. lib. 5. cap. 15 : *Unde in presenti Dominus Eccelinus fecit fieri unum Zironem in Anode, et tres Zirones in Mestre, ubi suprastantibus et custodibus constitutis, et licentiato exercitu, reversus est ipse Paduam. Cap. 17 : Fecit quoque fieri Zirones in campo franco, ibique positus suprastantibus et custodibus, etc.* [Paris de Cereta in Chron. Veron. ad ann. 1242. apud Murator. tom. 8. col. 632 : *Dom. Henricus de Egna Potestas Ferronæ et dom. Ieerinus de Romano cum Ferronensibus in eam terram Montagnanæ intraverunt et eam mitigerunt, et unum Zironem seu rocham fecerunt in ea.*]

\* **ZIRONUM**, idem quod *Ziro*, Propugnaculi species. Chron. Patav. ad ann. 1221. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 1129 : *Completum fuit Zironum castri de Cittadella.*

**ZIRUM**. Charta Dalmatica ann. 1069. apud Joan. Lucium lib. 2. de regno Dalmat. cap. 6 : *De sororibus autem, quæ nunc Domino servitura ibi ingrediuntur, et quæ eodem invitante ingressura aderint suis facultatibus, \* vino territoris libera cuneta, quæ in præfato monasterio obtulerint territoria, volumus adesse ad humano cuncta servitia I. et ab illo, quod vulgo Zirum dicitur. Italis *Ziro*, est amphora olearia major.*

† **ZITATA**, **ZITTATA**, Italis *Gittata*, Jactus, mensura agraria. Statuta Placent. lib. 4. fol. 40 : *Ad detegendos et evitandos malefactores qui secus stratas occultantur, firmiter statuimus quod omnes boscli ... existentes juxta stratum Romeam per l. Zitatas (excindantur.) Anonymus in Annal. Mediolan. apud Murator. tom. 16. col. 735 : *Quælibet Zittata dicti Navilii constabat florenis quatuor.**

**ZIUS**, Patruus, θεῖος, *Zio*, Italis. Notitia Judiciati in Tabulario Casauriensi : *Et cum ipso Ildegerio Zio nostro, qui erat Advocatus istius Petri*. In Actis S. Susannæ V. et M. sen Maximi Mart. n. 5. Caius PP. dicitur fuisse *zius* S. Susannæ, qui supra n. 3. ejus Patruus nuncupatur.



**ZIA**, Amita. Bernaldus Presb. de Recon-  
ciliatione lapsorum : *Nec otiose notandum,*  
*quod multa nobis obscura per diversarum*  
*collationem editionum sapenuero declar-*  
*antur, ut illud de Niceno Concilio; quid sit*  
*subintroducta mulier. Hoc alia editio aper-*  
*tius ponit, id est, extraneam, ac si dicat:*  
*Clericus nullam feminam habeat secum ex-*  
*traneam; sed tantum matrem, vel soreum,*  
*vel Ziam, quam iterum alia editio apertius*  
*vocat anitam. Tusci enim pro anita, dicunt*  
*Ziam.*

**ZIANUS**, Idem qui *Zius*. Petrus Diac.  
lib. 4. Chron. Casin. cap. 24 : *Henricus*  
*frater ejus concesserat prius cuidam Ziano*  
*suo terras, etc.*

\* **ZIZANEA**, Lolium, Ital. *Zizzania*.  
Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod.  
reg. 4120 : *Zizania, Gergerie, est quedam*  
*herba.*

† **ZIZANIUM**, Discordia, a Gr. ζίζανον.  
lolium. Monachus Patav. in Chron. apud  
Murator. tom. 8. col. 697 : *Humani generis*  
*inimicus seminavit Zizania inter eos. Hinc*

† **ZIZANIATOR**, Qui zizania interserit  
Charta Nicolai d'Estouteville ad calcem  
tom. 4. Hist. Harcur. post Errata : *Et ut ille*  
*Zizaniator charitati fidelium invidens, etc.*

**ZIZERIUM**, pre *Gigerium*, quo nomine  
Latini appellant gallinarum intestina, et  
quæ cum iis coquantur : Galli *Zizier*. Api-  
tius lib. 5. de Re culinaria cap. 3 : *Jecinora*  
*et Zizeria pullorum in cacabum mittes.* Hu-  
melbergius ad lib. 4. ejusdem Apitii obser-  
vat legi in vett. codd. *cizeria*, ubi editi  
perperam præferunt *cirena*, pag. 89. *Licil.*  
*Gigera sunt sine alio, his vescatur alacri-*  
*ter.* Gloss. Lat. Græc. *Gilerus gallinarum,*  
*τὸ ἀκρον τῶν ὀρνίθων.* Reponit. Salmasius,  
*Gigerus, τὸ ἀκρόν, etc.*

**ZIZYPHA**, Ζιζυφά in Glossis Gr. Lat.  
Codex MS. S. Germani habet *Zizifa*. [Gen-  
us est minoris pruni vel olivæ medicis  
notum vulgo *Jujube*. Sebast. Perus. in Vita  
B. Columbæ Reatinæ tom. 5. Maii pag.  
342 : *Porrexitque illis Zizypas, jujubas*  
*dicunt, quas servabat in gremio.]*

† **ZIZIPHUM**, Eadem notione. Acta S.  
Onuphrii tom. 2. Jun. pag. 526 : *Erant*  
*autem fructus illarum arborum multæ palmæ,*  
*citri, punica, sycamina, Zizipha et vites.*  
Vide Gloss. med. Græcit. in ζιζιφά.

\* **ZIZZA**, vox Italica, Mamma. Proces.  
de B. Jacobo Bitect. tom. 3. Apr. pag. 538.  
col. 2 : *In una mamillarum patiens incur-*  
*abile malum, etc.* Ubi *Zizza* habet originale  
instrumentum, ut notant docti Editores.

**ZŌA**, Anima, ex ζωή, vita. Vita S. Udal-  
rici Episc. August. cap. 21 : *Zoom in ulti-*  
*mis temporibus suam salvare cupiendo, etc.*  
[Fridegodus in Vita S. Wilfridi sæc. 3.  
Bened. part. 1. pag. 176 :

Utpote præteritæ recolens choragia Zōæ.

Ubi pro vita usurpatur.]

**ZOBELLINA PELLIS**. Vide *Sabelum*.

\* **ZOCA**, Stipes, truncus, Ital. *Zocco*.  
Stat. Avenion. ann. 1243. cap. 35. ex Cod.  
reg. 4659 : *Operarius ultra conventionem non*  
*audeat accipere ligna, vel vites, vel Zocas,*  
*vel gavallos, vel quodcumque aliud.* Vide  
*Zoccus.*

**ZOCCHUS**, Stipes, truncus, Italis *Zocco*.  
Innocentius III. lib. 13. Epist. 95 : *Trun-*  
*cos arborum, quos ipsi (Ravennates) Zoccos,*

*vel capitones vocant, etc.* [Statuta Mutin.  
rubr. 170. fol. 31 : *Cum per navigium Mu-*  
*tinæ naves commodè conduci non possint*  
*propter impedimenta plurium Zoccorum,*  
*palorum,.... statutum est quod.... Zoccos et*  
*palos in dicto navigio existentes.... teneatur*  
*idem Potestas et debeat incidere, dera-*  
*dicari, etc.]* Vide *Ballarium Casinense*  
tom. 2. pag. 241. Ab Italis hausere Græci  
recentiores, ζόχος, eadem notione, quæ  
vox occurrit apud Joannem Cananum  
pag. 194. Adde Meursium in Τζόχος. Vide  
*Zucheus*.

† **ZOCHOLÆ**, ZOCHULÆ. Calones, cre-  
pidæ ligneæ; Zocholarius, earum artifex;  
voces Italicæ, Gallis *Patins, galoches, so-*  
*ques.* Statuta Vercell. lib. 3. fol. 101. vº :  
*Vannum, corbes, ecpos Zocholarum, sapas,*  
*etc.* Statuta Placent. lib. 6. fol. 82 : *Item*  
*provisum est quod Zocholarii et facientes seu*  
*vendentes Zochulas non possint accipere vi-*  
*delicet de pari Zochularum ab homine sive a*  
*fæmina ultra xx. denar.* Vide *Zipellus*.

† **ZOCHOLI**, Eadem notione, in Serm.  
Gabr. Bareletæ part. 1. fol. 34. col. 2 :  
*Exemplum de muliere Bergomensis quæ ivit*  
*colligere ficus in Zocholo, cecidit tibiis fr-*  
*actis, quæ dixit : Maledictus sit Diabolus...*  
*Respondit demon : Maledicta sis tu, non*  
*ego. Non scis si in Zocholis debet iri super*  
*ficum.*

\* **ZOCUS**, ejusdem originis ac *Zoca*, pro  
Stolidus, ineptus, nostris etiã *Buche*, ead-  
em notione, ut et Latini, truncus. Barel.  
serm. 2. in Dom. 1. Quadr. : *Vos, cives, me*  
*appellatis Zocum ob damnabile gulæ vitium;*  
*ut video, in pluvia evorior.*

† **ZODIACTEUS**, Ad Zodiacum pertinen-  
s. Epist. Gunzonis ad Augienses ann. 969.  
apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col.  
310 : *Zodiactea peragratio.* Occurrit etiã  
apud Mart. Capellam lib. 1. pag. 3.

**ZOEKARLE**, Nautæ, in Charta Walde-  
mari Danorum Regis ann. 1326. apud  
Isaacum Pontanum lib. 7. Hist. Danicæ :  
*Nec per aurigas, qui dicuntur Wouunkarle,*  
*nec per nautas, qui Zoëkarle, vel Scudemem*  
*nuncupantur, etc.* Vide *Huscarla*.

† **ZOELLE**, ut *Zoll* infra. Vide in hac  
voce.

† **ZOETA**. Vita S. Johannis Abb. Reo-  
maens. tom. 2. Jan. pag. 867 : *Cum ma-*  
*turiori pulli cantu ad boum custodiam a*  
*Zoeta propria prosilire contingeret, etc.* Ro-  
nerius legendum censet *Cæta*, lectulo,  
quasi a ζωίτη : at nihil emendandum esse  
haud male colligitur ex voce *Zotheca* in-  
fra.

\* **ZOGOLATUS**, perperam, ni fallor,  
pro *Zoiolatus* vel *Zoiellatus*. Vide mox  
*Zoiellæ*. Charta ann. 1389. tom. 3. Cod.  
Ital. diplom. col. 359 : *Comes Virtutum*  
*pater noster mittet dictam Valentinam con-*  
*sortem nostram bene Zoçolatam, ornatam et*  
*jocalibus munitam.* Vide in *Zoia*.

**ZOIA**, ex Italico *Zoia*, in Statut. Me-  
diolanensibus part. 2. cap. 110. idem quod  
*Jocalia*, [Monilia. gemmæ, annuli, aliaque  
id genus pretiosa.] Vide in hac voce.

† **ZOIELLUS**, Eodem intellectu, Ital.  
*Gioiello*. Statuta dataria Riperiæ cap. 13.  
fol. 5. vº : *Exceptis Zoellis, lapidibus pre-*  
*tiostis, de quibus nihil solvatur.* Anonymus  
in Annal. Mediolan. apud Murator. tom.

16. col. 807 : *Zoiellus unus auri pro ponendo*  
*ad visum cum robinis v. diamantibus vi.*

† **ZOJOLATUS**, Ital. *Gioiellato*. Ejusmodi  
pretiosus ornatus, instructus. Idem Anony-  
mus ibid. col. 806 : *Quod præfatus dominus*  
*Comes Virtutum pater noster mittit Valenti-*  
*nam consortem nostram bene Zoçolatam,*  
*ornatam et jocalibus munitam, etc.* Eadem  
mox repetuntur.

\* **ZOIELLARE**, Monilibus, gemmis,  
annulis aliisque id genus pretiosis instruere,  
nostris alias *Enjoeller*. Contract. matrim.  
inter Ludov. ducem Turon. et Valent.  
Mediol. ann. 1439. ex Bibl. reg. : *Dominus*  
*Joannes Galeas mittet dictam dominam Va-*  
*lentinam bene Zoellatam, ornatam et joca-*  
*libus munitam.* Artic. matrim. inter Joan.  
Armaniac. et Blanch. de Brit. ann. 1406.  
ex ead. Bibl. : *Item mondit seigneur de*  
*Bretagne vesteria, ornera et Enjoiellera ma-*  
*ditte dame Blanche sa seur.* Vide supra  
*Joellus*.

† **ZOLL**, Vectigal, idem quod *Telon*.  
Vide in hac voce. Charta Henrici IV. Im-  
per. ann. 1073. apud Ludewig. tom. 2. Reli-  
q. MSS. pag. 277 : *Thelonium si quidem,*  
*quod Theutonice lingua interpretatum est*  
*Zoll, quod in omnibus locis regie potestati*  
*adsignatur.... Judæi et ceteri Vormatiens-*  
*ses solvere prætereantes debiti erant, Vor-*  
*matienses ne ulterius solvant Zoll, remisimus.*  
Infra : *Quam firmationem super præfati*  
*Zoll remissione factam, ut nullus successo-*  
*rum nostrorum infrinrare vclit, rogamus.*  
*Zollantuome, teloueo, in Gloss. Mons.*  
pag. 399.

† **ZOLLE**, Eodem significato, in Charta  
ann. 1259. apud Eccardum in Origin. Habs-  
burgo Austr. col. 246 : *Item pedagia, seu*  
*thelonea, quæ vulgo dicuntur Zølle, in*  
*Dietinckon hactenus solvi consueta, juri no-*  
*stro et dominio specialiter excipimus et re-*  
*servamus.* Hinc

† **ZOLENARIUS**, Qui *zoll* exigit, portitor,  
Germ. *Zoller*. Charta Chunradi Reg. apud  
Peziom tom. 1. Anecd. part. 3. col. 47 :  
*Pro honore Dei sancto Emmeramino concess-*  
*imus de nostro jure decimam partem vecti-*  
*galium, id est de ministerio Zollenarii ad*  
*concinnanda luminaria.*

\* **ZOLTE**, Polonis, Glaucus. Vide supra  
in *Judæi*.

**ZOMA**, Corpus. Vide *Soma* 1.

1. **ZONA**, seu Cingulum. Vestis Sacer-  
dotalis. Alcuinus lib. de Offic. divin. : *Se-*  
*quitur Zona, quæ cingulum dicitur, qua*  
*restringitur poderis, etc.* Riculfus Episcopus  
Suession. in Statut. ann. 989. cap. 7 :  
*Cum orariis, id est, stolis duabus nitidis,*  
*item Zonis duabus, id est, cinctoriis, ac*  
*mappulis totidem nitidis, etc.* Vide Durandi  
Ration. lib. 3. cap. 4.

**ZONA ROMANA** dicitur, quod ab Ecclesia  
Romana zonæ usus in cæteras Ecclesias  
profluxerit. Alcuinus lib. de Offic. divin. :  
*Pro baltheo nunc Zonarum, quas Romanas*  
*appellant, usus receptus est.*

**ZONA PELLICEA**, inter vestes monachicas  
reponitur, apud Bedam in Vita S. Cuthberti  
Episcopi num. 37. 38. [Cujus Zonæ neces-  
sarium monachis usum docet S. Basilius,  
cap. 11. Reg. § 4. exemplis Eliæ et S. Jo-  
hannis.] B. Dorotheus Doctr. : *Κολόβιον μὴ*  
*ἔχον χερσίδια, καὶ ζώνη δερματίνη, καὶ ἀνάλ-*



ζώνη, καὶ κωκυλλίον. Infra, de ejus significato : Ἡ ζώνη, ἣν φοροῦμεν, σφύδρον ἐστὶ πρῶτον μὲν οὐκ ἔσμεν εὐτρεπισμένοι εἰς ἔργον. Ἐκαστος γὰρ θελῶν ἐργάσασθαι, πρῶτον ζώνεται, καὶ οὕτως ἄρχεται τοῦ ἔργου, etc. Adde Palladium in Hist. Laus. cap. 38. Vide Glossar. med. Græcitat. in ζώνη, col. 470.

† ZONA, Corrigia, lorum. Statuta Equitum Teuton. apud R. Duellium tom. 2. Miscell. pag. 23 : *Calceos habeant sine Zonis, fibulis et rostris.*

2. ZONA, Ignis sacri species, quæ medium hominem ambit, cingitque, Gr. ἔρπες, et ζώνη. Scribonius Largus pag. 7 : *Facit hoc medicamentum ad carbunculos, et ad ignem sacrum, et ad Zonam, quam Græci ἔρπες dicunt.* Eadem habet pag. 28. ut et Marcellus Empiricus pag. 89. et 156. Constantinus Africanus lib. 4. de Morbor. cogn. et curat. cap. 17. de Colica passione: *Cocus ejus est in dextra parte inferioris ventri, circum cingens sicut zona usque in partem sinistram.* Vide Plinium lib. 3. de Medic. cap. 33.

3. ZONA REGINÆ, Præstationis species. [Chron. Corn. Zantfuet apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 328 : *Eo tempore (ann. 1385.) Rex Francorum accepit in conjugem filiam ducis Bavariæ, juvenulam speciosam admodum et moribus ornatam, quam postmodum coronari fecit Parisius, advocatis ab Avenione duobus Cardinalibus de obedientia Clementis. Et imposuit Rex talliam magnam toti regno pro Cinctura Reginæ, velut ex antiqua consuetudine fieri famabatur.] Regestum Memorialium Cameræ Comput. Paris. signatum E. fol. 217 : *Zona Reginæ dicta, la taille du pin et du vin, de tribus annis videlicet 600. ll. pro anno 1389. Meminit præterea ejusce præstationis Arestum ann. 1415. quod describitur in 2. Regesto des Mestiers de Paris, in Camera Comput. Paris. ex quo constat, de dicto subsidio 6. denarios pro qualibet cauda vini, et 3. denarios Paris. pro quolibet modio seu pino sono vini villam Parisiensem per uquam sive terram intrante exsolutas. Posthoc Arestum subjungitur titulus ita conceptus : *Taille du pain et du vin, dite la Ceinture la Roynne, qui se lieve de trois ans en trois ans, etc.* Huc referenda, quæ habet Eustathius in Iliad. pag. 258. edit. Rom.**

\* 4. ZONA, Circuitus, ambitus. Reg. capit. Carnot. ad ann. 1518 : *Ordinavit capitulum quod domini operis.... faciant albo et nigro super telam depingi exemplaria imaginum in Zona ecclesie ponendorum.* Et ad ann. 1519 : *Visis in capitulo duobus exemplaribus.... pro perfectione Zone seu clausuræ chori, etc.* Galli dicimus, *Le tour du chœur.*

\* 5. ZONA DE SPE, Ordo militaris a Carolo VI. ann. 1390. institutus Tolosæ in ecclesia Carmelitarum, sub invocatione Virginis Mariæ de Spe. Quæ fuerit hujusce institutionis causa et origo, videsis apud Vaissete tom. 4. Hist. Occit. pag. 396. et inter Probat. col. 380.

† ZONARIA, Perperam pro Tonnaria, Vivarium, piscaria tynnorum. Vide Tun-naria. Statuta Massil. lib. 6. cap. 17 : *Statuimus quod nemini liceat, piscem vel pisces emere in Massilia, vel ejus districtu de nocte vel de die causu revendendi in Massilia,*

*vel in territorio ejus, nisi essent tunni, locustæ, seu qui caperentur in Zonaria, et pisces minuti.*

\* ZONATOR, Zonarum seu cingulorum artifex. Lit. remiss. ann. 1350. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 57 : *Johannes de Floriaco pictor et Johannes de Floriaco Zonator ejus frater.*

† ZONCA, ZONCATA, Placentæ species. Joh. Demussis Chron. Placent. apud Murator. tom. 16. col. 581 : *Postea dunt turtas et Zoncatas cum trazea zuchari desupra... et aliqui loco turtarum et Zonarum dant in principio prandii turtas, quas appellant turtas factas de ovibus, et caxeo, et lacte, et zucharo.*

† ZONCHATA, Pari intellectu. Annal. Placent. ad ann. 1447. apud Murator. tom. 20. col. 891 : *Die 3. Junii duo ex stipendiariis Alexandri de regno Neapolitano ad domum de Rocho propter Zonchatam ad arma venerunt.*

\* ZONCHARE, Cædere, forte Vocas, stipites, truncos eradicare. Stat. Vallis-Ser. cap. 67. ex Cod. reg. 4619. fol. 117. vº : *Possint ire per totum montem.... ad Zonchandum de lignis.* Et cap. 92. fol. 124. rº : *Non sit aliqua persona,..... quæ audeat..... incidere..... sive Zonchare aliqua ligna in nemoribus.*

\* ZONIA, Decoctio, in Gloss. ad Alex. Iatrosoph. MS. lib. 1. Passion. cap. 136 : *Furfurum et caricarum Zoniam dabis ad gargazandum.*

\* ZONOXALE, Armaturæ genus. Charta ann. 1370. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 535 : *Et sit caporalis armatus a capite usque ad pedes; et habeat equitatorem unum armatum pancitono, capello, Zonoxalibus, etc.* Ab Italico fortassis *Ginochiello*, genuale, quod genua defendat. Vide supra *Genualia*.

† ZOPULUS. Laur. Byzynius in Diario belli Hussit. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 168 : *Multotiens enim quinque aut decem ex Pragensibus solum Zopulis induti magnam multitudinem armorum fugabant.*

\* ZOQUERIUS, Zocholarum artifex. Stat. Avenion. ann. 1243. cap. 129. ex Cod. reg. 4659 : *Statuimus quod de calopedibus sive soccis clavi pedum sint ultrerii et integri, et teneantur Zoquerii dicere euentibus, interrogantibus vel non, quod pata est corii veteris vel novi.* Vide *Zochole*.

† ZORA, Sorbum, Gall. *Corne*. Synodus Limensis ann. 1604. inter Concil. Hispan. tom. 4. pag. 761 : *Item reservamus nobis absolutionem Hispanorum qui vendiderint chicha solius Zoræ, vel mistam yuca.* Vide supra *Sora*.

† ZOSTRA, Italis *Giostra*, Monomachia ludicra, idem quod *Justa* 1. Vide in hac voce. Chron. Andree Danduli apud Murator. tom. 12. col. 492 : *Quod mandatum fiat domino Peregrino de Partis et domino Bajamonti Teupulo, quod non faciant simul Zostram in hac terra, nec in districtu Venetiarum.*

ZOTHECA, Atticis Ζωθήκη, quasi ζωθήκη, Cella, in qua saginantur viva animalia, ut turdi, gallinae et alia : ὄρνιθονοφεύον. Ita Salmasius ad Solinum. Vetus Inscriptio : *S. Sulpitius Trophimus ædem, Zotheam, culinam, pecunia sua a solo restituit, [K. De-*

*cembr. L. Turpilio Dextro M. Mecio Rufo Cos. id est, anno Christi 225.] Postea zotheam pro quolibet οἰκίῳ, et parvo conclavi usurparunt. [\* Vide Forcellin.]*

† ZOTHECULA, diminut. a *Zotheca*. Sidorius lib. 8. Epist. 16 : *Per armariola et Zotheclas nostras non remanserunt digna prolata.* Et lib. 9. Epist. 11 : *Tamdiu potes uti libello, ut eum non amplius Zotheclata tua, quam memoria includat.* Vide ibi Notas Sironidi.

ZOUGENZUHT, Decretum Tassilonis de Legibus popularibus cap. 13 : *Qui furtivum, quod Zougenuht dicitur, super furem comprobaverit, furtivo componat more. Suht, inquit Lindembrogus, scrutinium notat, quid zougen, non liquet. [Zougenuht, vel Zougenuht est Testium productio. Zeugenziehen, interprete Schiltero in Gloss. Teuton.] [\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 5. col. 617.]*

\* ZOZENGA, Offæ species, Consuet. MSS. S. Crucis Burdeg. ante ann. 1305 : *Dat piscionarius... offas factas de astes de porc, nuncupatæ vulgariter Zozenga... Similes offas dat cellerarius, quando facit infirmarias suas.*

\* ZRZEBCA, Polonica vox. Stat. Casimiri ann. 1347. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 46 : *Ubi vero tertii, quarti vel quinti anni poletrum, vulgariter Zrzebca, occiderit, etc.*

† ZUANUS, Mensuræ species. Charta Andree Reg. Hungar. ann. 1233. apud Cencium inter Census Eccles. Rom. : *Pro salibus vero terrestribus dabimus unam marcham pro centum Zuanis ... Ecclesie vero retinebunt de salibus suis ad usus suos hoc modo : abbacia de Egris tres timinos; Præpositus Orodensis cum capitulo suo duo millia lapidum, monasterium S. Gothardi duo milia et quingentos Zuanos.*

† ZUBER, Vas vinarium ligneum majus. S. Wilhelmi Constit. Hirsaug. lib. 1. cap. 15 : *Pro signo vasis vinarii, quod a plebe Zuber nuncupatur, generali præmisso, rursum indicem utrumque supradicto modo incurva, quod commune est omnium vasorum, quæ binas aures habere videntur, signumque vini ad ultimum adde. [\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 3. col. 149. voce *Zuibar*.]*

\*\* ZUCANISTRUM, Gr. Ζυκανιστήριον, Locus Constantinopoli in quo pilas ludabant in equis, apud Luitpraud. Antapod. lib. 5. cap. 21. Vide Glossar. med. Græcit. col. 1576.

† ZUCARA, Saccharum, Gallice *Sucre*, in Litteris Philippi Pulchri Reg. Franc. ann. 1304. tom. 1. Ordin. pag. 422. Vita B. Lidwinæ tom. 2. April. pag. 274 : *Interdum sumebat modicum Zucare vel cynnamomi.* Limborchius Sent. Inquisit. Tolos. pag. 173 : *Bibebat aquam cum Zucara quam ipsa ministrabat.* Vide *Zuccura* et *Zucrum*.

† ZUCCARUM, Eadem notione. Comput. ah ann. 1333. ad ann. 1336. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 278 : *De Zuccaro albo libras 12. taren. 11.* Adde Statuta urbis Saonæ.

† ZUCHAR, ZUCHARUM, Pari intellectu. Leges palat. Jacobi II. Reg. Majoric. inter Acta SS. tom. 3. Jun. pag. xx : *In dicto reservatorio rerum infra scriptarum copia inventiuntur, videlicet Zucharis, ziziberi, et*



aliam specierum tritarum. Bern. Thesaurar. de Acquisitione T. S. apud Murator. tom. 7. col. 759: *Horti in quibus oriuntur cannamelles, ex quibus nascitur Zucarum.* Vide in *Cananella*.

† ZUCARATUS, Saccharo mixtus. Processus de B. Petro de Luxemburgo tom. 1. Jul. pag. 593: *Excepto quod ponebatur sibi cum pluma aqua Zucarata in ove.*

† ZUCCA. Inquisitio ann. 1196. apud Cencium inter Censu Eccl. Rom.: *Item dixit quod campum zabulinum... est inter viam Guidonis monaci et Zuccam.* Italis Zucca est cucurbita, Gall. *Citrouille*.

\* ZUGGURA, Saccharo, Ital. *Zuchero*. Vita S. Elzear. tom. 7. Sept. pag. 584. col. 2: *Unde retulit semel sue sanctae consorti, quod, cum Corpus Christi sumeret, videbatur sibi in sapore, quod optimam Zuccuram deglutiret.* Vide *Zucara*.

ZUCHEUS, Stipes siccus et aridus, Italis *zocco*. Charta Edw. III. Reg. ann. 4. apud Spelm.: *Rex... quia non est ad damnum, ... si concedamus Ricardus de Strelly omnes Zucheos avidos, qui Anglice vocantur Stovene, infra hayam nostram de Breskowode, que est infra forestam nostram de Shirewode, etc.* Alia ejusdem Regis ann. 22: *Rex concessit Thomae de Colvile omnes Zucheos aridos, stubbes, arborum succisorum in foresta de Galtres, ibidem capiendos per visum... custodum forestae ultra Trentam.* Vide *Zoccus*.

† ZUCHUS, ZUCUS, Eodem sensu. Charta ann. 4. Henrici III. Reg. apud Th. Blount in *Nomolex.*: *Auxilium faciendum burgen-sibus Salop. de veteris Zuchis et de mortuo bosco, etc.* Statuta Montis Regal. fol. 251: *Teneantur auferre omnes trabes et Zucos ibi positis in bealeriis predictis, sub poena juramenti.*

† ZUCRUM, ZUCURIUM, Saccharum. Charta ann. 1393. apud Rymer. tom. 7. pag. 745: *Centum triginta et duas libras de Zucurio, etc.* Locus alter exstat in *Canamella*. Vide *Zucara*.

† ZUCUS, ut *Zucheus*. Vide in hac voce.  
1. ZUDA, Castellum. Charta Raimundi Comit. Barcinon. et Aragonum Princip. ann. 10. Regni Leovici Senioris: *Dono tibi fidei meo Guillelmo Raimundo Dapifero urbem Tortosam, ut tu teneas ipsam Zudam, et habes senioraticum de ipsa civitate et de ipsa villa, etc.* [Charta ann. 1165. in Append. ad Marcam Hispan. col. 1342: *In primis conquestus est de Guillelmo Raimundi quod ei Zudam Dertosa non custodiebat sicut in carta sue donationis resonabat... Visa igitur carta ac perfecta, judicavit Barchinonensis curia quod ipsam Zudam procul dubio guardare ac custodire debebat.... Tenere autem Zudam, hoc est potestatem de ipsa habere, ita ut per eam possit totam civitatem distringere, et quotiescumque Comes, qui eam sibi donaverat, ipsam requisierit, libere possit eam reddere.]*

\* 2. ZUDA, Tribunal, forte quod intra castellum sedebat, vel in loco, qui vallo vel sibus clauderetur, sic dictum. Vide *Suda*. Charta Joan. reg. Bohem. ann. 1336. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 525: *Quod ipsum monasterium et homines ipsorum, bonorum occasione eorum non possint nec debeant trahi ad judicia vel Zudas*

*terrestria, seu etiam provincialia quoquo modo.* Hirc

\* ZUDARIUS, Hujus tribunalis iudex, vel Castellanus. Charta Caroli IV. imper. ann. 1358. *ibid.* col. 526: *Incolas omnium bonorum præfati Doxanensis monasterii a jurisdictione et iudiciis quorumlibet extraneorum secularium iudicium, Zudariorum, beneficiariorum et officialium Pragenisium.... eximimus.* Vide *Zuda* 1. et in *Zupa*.

† ZUDULWEDED. Vide *Zilleweida*.

\* ZUETA, inter aves nocturnas recensetur, in Dialogo creaturarum dial. 82. forte a Gallico *Chouette*, monedula.

† ZUFFERANA, Crocus, Italis *Zafferano*. Vide *Zaffranen*. Comput. ab ann. 1333. ad ann. 1336. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 284: *Una libra cum dimidio de Zufferana, una libra de gariosolio, etc.*

† ZUFFUS. ab Italico *Zuffo*, Gall. *Toupet*, Cirrus. Joh. de Bazano in Chron. Mutin. apud Murator. tom. 15. col. 606: *Venit Mutinam quidam Franciscus de Castro Montagne cum quodam mirabili animali, quod appellabatur Tassi Barbarinum, ... habebat.... Zuffum a latere superiori ad modum barbæ caprinæ, etc.*

† ZUGLARESIS, ZUGLARIUS, ZUGLARISSA, Mimus, scurra, jocolator, ut opinor, ab Italico *Giullaro*. Statuta Vercell. lib. 3. fol. 84. vº: *Quod bannum sit cuilibet bibenti et comedenti duplicatum post ultimum sonum campanæ custodiam noctis: exceptis tamen Zuglariis et Zuglariis, preconizatoribus et aliis personis quibus dono datum fuerit sine fraude.* *Ibidem* fol. 96. vº: *Item quod nullus de civitate Vercellarum, vel districtu livret aliquem Zuglarium, vel aliquem hominem de curte, vel Zuglarissam in aliqua curia, vel nuptiis, vel in aliquo convivio, vel festo.* Rursus lib. 7. fol. 147: *Item quod nullus Zuglarius vel Zuglarissa non habens salarium a communi Vercellarum ponatur in extimo communis Vercellarum nec fodrum, taleam, vel cavalericiam persolvat.*

† ZUMALZISIUS, Mulus. Vide *Aze-mila*.

ZUNFTA, [ZUNFFTA, Coetus, conventus ad tractanda negotia, Germ. *Zunft*, idem quod alibi *Juncta*. Vide in hac voce: Chron. Wormat. ad ann. 1424. apud Ludewig. tom. 2. Reliq. MSS. pag. 152: *Dominica die sequenti duo magistri civium hanc litteram Ruperti Regis legent in singulis Zunfftis civitatis.*] Albertus Argentinensis in Chron. pag. 113: *Hic ordinavit, quod cum uno anno Basileæ Psittacus esset Magister civium, eodem anno Stellifer esset Zunftarum magister, etc.* Occurrit ibi rursus. [\*\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 5. col. 666. voce *Zunft*.]

ZUPA, ZUPPA, JUPA, JUPPA, dicitur hodie apud Croatos et Dalmatas, Regio aliqua habitata, vel ejusdem regionis homines congregati. Charta Cresimiri Regis Croatiae et Dalmatiæ ann. 1071. apud Joan. Lucium lib. 3. cap. 12: *Volumus, ... ut dicta Ecclesia habeat suas parochias, scilicet Juppam, que fuit sub Apibus a castro... Marula, etc.* Et infra: *Dedimus Episcopo Novensi Juppam Licche, Juppam Buchani etc.* Alia Suinimiri Regis ann. 1078. apud eundem Lucium cap. 15: *Juppam eam,*

*quam Centenam aiunt.* Croatia vero et aliae Slavorum provinciæ in *Zupanis* distinguuntur, quibus, qui præsent, *Zupani* dicti. [\*\* Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Saup*, et seq. col. 1596.]

JUPA, Idem quod *Zupa*: *Jupania*, ut *zupania*. Thomas Archidiaconus in Hist. Salonit. cap. 15: *Castrum Sibiricense cum tota sua Jupa.* Occurrit etiam non semel in Charta Calomani Regis Hungariæ anni 1111. apud Lucium ad Vitam S. Joan. Episcopi Traguriensis.

ZUPANUS, Regionis præpositus, ζουπᾶνος Græcis Scriptoribus: vox hac notione familiaris Sclavonicis populis, ut auctor est Constantinus de Administ. Imp. cap. 29. quod etiam firmat Innocentius III. PP. lib. 2. Epistolarum pag. 577. edit. Venetæ, *Zupanos* vero Comitum vicem obtinuisse auctor est Presbyter Diocleates in Hist. Dalmat. ut *Banos Ducum*; quo loco *Comites* intelligit urbium aut regionum Præfectos, qui pro arbitratu Principis mittebantur, quo urbes aut regiones regerent. Hos autem ad omne Concilium vocatos, simulque cum Ducibus, deinde Regibus, jus deliberandi vel consulendi habuisse, ex veteribus Tabulis tradit Joan. Lucius lib. 2. de Regno Dalmat. cap. 15. unde idem lib. 6. cap. 1. scribit, *Zupanos* loco Comitum nominari in antiquis Chartis. At postquam Croatia et Dalmatia in jura Hungaricorum Regum concesserunt, *Zupanorum* jurisdictiones Comitibus attributæ sunt, atque inde *Zupanorum* viluit appellatio, quæ minoribus Præfectis concessa deinceps legitur, vel etiam *Judicibus*.

† JUPANUS, in Charta ann. 1171. tom. 1. Corp. Diplom. pag. 89. col. 1: *Si eorum Jupanus aut iudex nobis rectum iudicium non judicaverit, sive justitiam non fecerit, etc.*

SUPANI præsertim appellati Serviciæ Principes, ζουπᾶνοι Nicetæ in Isaacio lib. 3. n. 4. Willelmus Tyrius lib. 20. cap. 4. de Serviciis: *Hi Magistratus habent, quos Supanos vocant.* ζουπᾶνοι γέροντες Constantino de administrando Imperio cap. 29. Ἐκκρίτοι τῶν ζουπᾶνων, Annæ Comnenæ lib. 9. Alexiados pag. 265. ἀρχιζουπᾶνοι τῶν Σεβείων, Cinnamo, et aliis. *Iidem* et

MEGAJUPANI, dicti, in Actis Innocentii III. PP. pag. 65. ex quibus emendanda eadem Acta pag. 68. ubi perperam editum *Magnippanus, Serviciæ*, nisi legendum sit *Magnus Jupanus*. Stephani Regis Serviciæ sigillum apud Jo. Lucium lib. 5. de Regno Dalmat. pag. 256: *Σεραφῆς Στεφάνου Μεγάλου ζουπᾶνου Νεμανία*, id est, *Stephani Nemanis Magni Jupanus sigillum*. Idem Stephanus *Megajupanus* dicitur Thomæ Archid. in Histor. Salonitana cap. 26: *Stephanus Dominus Serviciæ, sive Rasciæ, qui Megajupanus appellabatur.* ἀρχιζουπᾶνος, Nicetæ in Manuele lib. 2. num. 7.

Neque apud Dalmatas et Servicos tantum hæc dignitas obtinuit; sed et apud Hungaros, quibus ita appellati, quibus proxima a Rege potestas erat, ut auctor est Cinnamus lib. 6. cap. 4. qui Hungaricorum ζουπᾶνων præterea meminit lib. 5. cap. 20. et alibi.

*Supanos*, vel *Sopanos*, etiam habuere Bohemi, ut est apud Godefridum Monachum S. Pantaleonis anno 1212. et in



Historia Australi ann. 1285. et 1290. Vide Chronicon Montis-Sereni ann. 1109. et Notas nostras ad Alexiadem pag. 347.

POSTZUPANI, Zupanorum substituti, Vicarii, vel vicem gerentes. Vide Joannem Lucium pag. 96. 97. 132.

¶ ZUPARELLUS, ZUPONARIUS. Vide Zuppa 2.

¶ 1. ZUPPA SALIS, Fodina salis. Joh. Longinus in Vita B. Kingæ tom. 5. Jul. pag. 743 : *Montes salinos seu Zuppas salis ... cum incendisset ignis, latiusque manans incendium, singulas cameras montium irremediabiliter torreret.* Hinc

¶ ZUPPARIUS, Ejusmodi zupparum præfectus, ibidem pag. 745. Charta Uladislai Reg. Poloniæ ann. 1413. in Append. ad Bullar. Carmelit. pag. 617 : *Fratribus monasterii prædicti de viginti marcis annui salarii, in Zuppis nostris Bochnensibus et Wieliciensibus, salis providimus, et providemus tenore præsentium mediante, mandantes tibi Petro Pykarano moderno et aliis, qui pro tempore prædicti salis fuerint Zupparii, quatenus, etc.*

2. ZUPA, Sagum militare, ex Gallico Juppe. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 8 : *Est necessarium, quod quilibet homo armatae prædictæ habeat Zuppam unam aptam et dextram protinus ad ferendum.*

¶ ZUPPA, Italis Giubba, Tunica. Statuta Placent. lib. 6. fol. 81 : *Item de aliqua Zuppa ab homine cusita per longum sive traversum cum reppo x. sol.*

¶ ZUPARELLUS, Italis Giubberello, diminut. a Zuppa. Joh. Demussis Chron. Placent. apud Murator. tom. 16. col. 581 :

*Salvo quod portant caligas de panno sic longas ligatas in quinque partibus ad Zuparellos curtos et strictos, quos portant de subtus alia indumenta, quæ cooperiunt totas nates, membrum et genitalia cum dictis caligis.*

¶ ZUPONARIUS, Giuponaro Italis, Ejusmodi vestium sarcinator. Statuta criminalia Riperi æcap. 126. fol. 19. vº . *Idem intelligatur de quolibet pilipario, seu strazarolo, vel Zuponario circa prædicta delinquente.*

¶ ZURA, Confœderatio, conjuratio, Giura, eadem notione dicunt Itali. Statuta Vercell. lib. 4. fol. 68 : *Item quod nulla societas, conspiratio seu monopolium, sive Zura aliquo modo vel ingenio fiat, etc.*

ZURAME. Charta Alfonsi III. Regis Portingalliæ ann. 1289 : *Quicumque acceperit alicui cappam, Zurame, pellem; aut aliquam vestem, etc.*

ZURB, seu ZURBA, *Cespes, terra avulsa*, in Gloss. Latino-Theotisco. Unde cespites ignei turbes, vel *tourbes*. Lex Alamannorum tit. 84 : *Tollat de ipsa terra, quod Alamanni Zurb dicunt.* Alii Codd. habent *zturf*, alii *curffodi*. [\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 5. col. 706.]

¶ ZURGIARE, Mulorum clamor. Vide Baulare.

¶ ZURRA, vel ZURRUS, Ogerii Panis Annal. Genuens. ad ann. 1204. apud Murator. tom. 6. col. 389 : *Navis quæ vocabatur Regina, et navis quæ vocabatur Dulcis fortuito casu ipso die naufragium passæ fuerunt ... ultra ballas cccx. pannorum et baldinellarum invenerunt, et de Zurris piperis et lanæ, atque saccis bombaciis maximam quantitatem.*

\* ZUZUM, Deorsum, Ital. *Giuso*. Charta ann. 1228. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 29 : *Quod Francigena undecumque veniat sive de Zuzum, sive de sursum, cum quacumque negotiatione in suo adventu quocumque veniat aut vadat, solvat de avere a soma superius.*

ZWOD, Tributi species apud Bohemos. Occurrit in Charta Ottocari Regis anno 1221. in Bohemia pia lib. 6. pag. 88.

¶ ZWYNANCIA, Angina, Gall. *Esquinancie*. Buschius de Reformat. Monast. apud Leibnit. tom. 2. Script. Brunsvic. : *Tandem in quandam incidit infirmitatem, quam Zwynanciam vocamus, etc.*

\* ZYGENI. Vide supra Zigeuni.

¶ ZYGOSTATES, Magistratus per singulas civitates a Juliano constitutus, qui exortas de solidis controversias dirimeret, in Cod. Theod. l. 2. de ponderat. (12,7.) Gloss. Gr. Lat. : Ζυγοστάτης, *Libripens, ponderator*. Alius ejusdem nominis exstitit Alexandriæ, qui admittendo frumento Alexandriam convecto præerat, de quo in leg. 1. de frum. Alexandr. (14,26.) Vide Gothofredum.

¶ ZYGOSTASTUM, *Zygotatæ* munus, ibidem.

\* ZYTHEPSA, Cerevisiæ coctor a *Zythum*, cerevisia, et ζέτω, coquo, ut notant docti Editores ad Mirac. S. Magni tom. 2. Sept. pag. 764. col. 2 : *Vilsii quædam Maria Osterlin, ancilla Johannis Hoss Zythepsæ fuit.* Hinc

\* ZYTHOPŒIA, Officina cerevisiaria, ibid. pag. 766. col. 2 : *Ac deinde Zythopœie adnotus, in tollendis portandisque oneribus, corporis viribus strenue uteretur, etc.*























